BIBLIOTECA UNIVERSITARIA ALESSANDRINA
ROMA
Qd
38

Q d 33 3 Vol

# REGIMEN REIPVBLICÆ CHRISTIANÆ, EX SACRA THEOLOGIA, ET EX VTROQVE IVRE AD VTRVMQVE FORVM TAM INTERNVM, quàm externum coaleſcens, in tres Partes diuiſum:

*Quarum* I. *Principum, ac Magiſtratuum ciuilium gubernationem, poteſtatem, iuriſdictionem, & obligationes comprehendit.* II. *Principum, ac Paſtorum Eccleſiaſticorum iuriſdictionem, & obligationes amplectitur; vbi latè de Religioſis.* III. *Œconomiam continet, ac patrumfamiliâs in filios, & domeſticos, & filiorum, ac domeſticorum in parentes, ac dominos obligationes explicat.*

Auctore P. BAPTISTA FRAGOSO Syluenſi, ex Algarbio Luſitaniæ è Soc. IESV, olim Olyſipone in Collegio Regio D. Antonij eiuſdem Societ. & in Eborenſi Academia Theologiæ Profeſſore, & in Braccarenſi Diœceſi librorum Cenſore, & cauſarum ſancti Officij Qualificatore.

NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODIT.



LVGDVNI,
Sumpt. Hæred. Gabr. Boiſſat, & Laurentij Aniſſon.

M. DC. XLI.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

*Illuſtriſſimo, ac Reuerendiſſimo Domino*

# DOM RODERICO
# A CVNHA,
## ARCHIEPSCOPO, AC Domino Braccaræ;& Hiſpanæ Tiaræ Primati digniſſimo.

POSTHVMA ſcriptorum gloria, eò longiorem annorum ſeriem peruagatur incolumis, quò illuſtrius Mecænatis flagrat patrocinium. Summa illa Maieſtas, ô Hiſpaniarum Iubar, primæuum amplitudinis ſupercilio edito, & conſpicuo, quaſi micanti, ac ſtellato in cælo te collocauit, vt Solis inſtar fœcundos ſatus, beneficas aſpirationes, vitales radios in ſubiecta corpora quaque verſum munificentiſſimus eiaculareris. Niſi vultus comitas, morum vrbanitas, inſitum ardorem temperaret, ſine horrore quiſquam adire te non auderet. Habent, & humana, ſacra Numina, quæ familiaritatis inuolucro adumbrata, ſupplicari haud ægrè patiuntur. Cui litandum, ſi ſumpſerim, ſolo nomine deprompto mihi foret honorificum, in cuius laudibus ſequendis ingenio minimè eſſet laborandum recenti ſubinde materia germinante. Pariar (plurimum enim mihi indulgeo) cæleſti verecundiæ tuæ acroamata occinere, quæ faciliùs te fatigare poſſunt, quàm nos ſatiare; ſ[illegible]t omnes quàm ſalubri apricatione, ex tuis auſpiciis mihi [illegible]rea paratur, quanta niteſcit gloria, quàm frequens amator [illegible]ritur. Fata liuori, liuor morſui, morſus famæ ſuperſtiti, parc[illegible]enter, ne aura inclementiori vberrimi latifundij, ſeu præ[illegible]lciſſimi fructum infelix ſyderatio inſolenter adoriatur. Id æu[illegible]æterlabentis ingenium eſt, quem labore ingenuo æquare

re non poſſumus, probris figere, maledictis vexare, calumniis proſcindere, procacitate ſorbere, petulantia follitare: Sycophantas immortaliter efferatos, vt effugiam ad te confugio. Fulmin at authoritas, quæ peſtes auertat.

Mira temporum fœlicitas ſæculum optatiſſimum, quod de fortuna, vt triumphares, auſpicatiſſimam in lucem te prodidit. Gratiæ incunabilis circumfuſæ lenocinantur, applaudunt ſales, arrident lepôres, ſaliunt Camœnæ, decora hilaritas, iucunda venuſtas, alma fauſtitas, proſapiæ nutrices ampliſſimæ lallantem ſinu, gremio, vlnis feſtiuè excipiunt. Haud aliter parenti fas erat præſtare famulatum. Parenti? Ecquiſnam ille dignitatum opifex? Nominis præclara nuncupatione indomitum animi robur, D. Petrus da Cunha oſtentat. Gemmarum pretium quæſtuoſiſſimum in nomenclaturam fluxit ingenij varietate inopina: vt nullus eſſet adeo immanis, qui humaniſſima ambitione petram non concupiſceret. Inuictum animum Adamas, rerum magnarum ſpem Smaragdus, ardua explorandi amorem Topazius, flexibilem ad fortunæ ictus prudentiam Carbunculus, diuina contemplandi ardorem Sapphirus, marceſcētes vitæ contemptum Hyacinthus, candicantis gloriæ radios Chriſolytus, veneficij infeſtantis amuletum Iaſpis, gratam Principum amicitiam fauoris ſydere nunquam relangueſcente in roſeos annos Achates ſuppeditauit. Qui animi, rerumque pretiis excubat, mirabiles ſingulari in petra virtutes incidit artifex.

Acceſſit & baſilicum ingenium, vt vertebratum inuidiæ dentem contunderet. Honorum pulpamentum viuidus Regum adfuit amor, qui annorum curriculo quarto, & quadrageſimo, denuo ſemper reuireſcens laudum ſegetem vberrimam procreauit. Illius Africam acceſſu trepidantem conſilio anhelam, virtute fugacem plerumque accepimus. Maurorum, & cæli tabo graſſante vnicum, & ſingulare ſolamen biennio Petri habuit Tanger oppidum, cuius vultu ſe beatum gloriatur. Xariffi obſidione preſſa Azamor proceris fulta humeris conualuit. Auguſti animi prudentia pudet otiari, ſe omnibus impertit, non vno contenta loco ſplendoris ſui vexilla explicat. Mazaganum inuidia flagrabat, ruinamque pertimeſcebat luctuoſam, niſi improborum terror, honorum columen ſtrenuè Cunha opitularetur.

Tanto Duce orbari Orientis plaga mœrebat. Naualis inhorruit Solymani pugna, omni armorum apparatu Luſitanorum nomen obruere contendens. Vela pandit Heros, cui nympharum chorus alludens Neptunum Æolumque ad ciratum, ac placidum nauis curſum peramico fœdere ſolidauit. Sulcatus Oceanus agri veluti fertilitate fœcundus inſolita auguratione intumuit,

[illegible] breuique ad Dium appulit, nec ab vlnis pateretur auelli, n[illegible]tria fidelibus icta deſideriis alumnum quinquennio abſen-[illegible]uſpiraret. Pelagi haud diſſimili remeat hoſpitio ; vixque [illegible]arium hærebat amplexibus, quando Imperatoris Africa [im]plorat auxilium. Atque adeo ne Petri hyemaret gloria, Bar-baroxæ hyemem apud Marcellam claſſis tranſegit. Tyranni ſo-pita audacia, Ioannis III. imperio Vlyſſiponem Dux reuertitur, non vt domi quieſceret languidus, quem animi ardor in Mauri-taniam agebat. Scinali opem tulit impiger, hoſtiúmque temeri-tatem probroſè maceratam, vt ſubmergeret in ſeptennium Al-garbiorum freto, oræque præficitur. Mirum quantus ſplenduit! Illius ſcilicet captus amore Neptunus terræ inuidus, vndis illu-ſtrare omni opera deſudauit. Triremibus (non ampliùs quatuor, vt virtus magis niteſceret) Tritonas imponit. Nec mora hoſti-bus Canoræ conchæ formidine perculſis crebram victoriam ad littora ſub vtroque ſole iacentia latè perſonant. Ad ſpectaculum Prothei monſtra ſubinde innabant, omníſque fermè dies nume-roſo gregi feſta riſit, & feriata. Luculentus è capto Xamarete, fœdáque ſtrage laceratis nauibus effloruit triumphus. Plurimis id tempus naumachiis fortunatum effluxit; Hoſtes in vincula re-dactos amplius quadringentos, naues duodecim ad belli oſtenta-tionem, tradunt monumenta. Triumphato, peruio, pacatóque mari, regni clauum tenuit Sebaſtianus, qui ne ſibi dedecori foret Cunham regiis ornamentis nõ decorare, Mauritaniæ redintegrat populatorem, Septæque iubet præeſſe, vbi tam præſens cælum affulſit, vt grata eſſet vernarum per Luſitanas vrbes in Petrum querimonia, quòd redundante captiuorum copia, heris, ac domi-nis orbarentur. Multos Petros ad rem, mari, terráque optimè ge-rendam, regem affectaſſe ferunt. Præclarum elogium? Interam-nenſem tractum (veſtigia noſti Præſul Illuſtriſſime) Parentis di-tioni ſapientiſſimi ſubegit. Legiſperiti, & Principis functus mu-nere, viduis iura, egenis ſtipem, furibus cruces (latronum ſtem-mata) non iniurius laureatis faſcibus decreuit. Sebaſtianum Li-byes ad contemplantium ænigmata (planè multi de eius fato di-uinant) oculis ſubtraxit, eóque Heſpero amoro, Philippi exoritur Lucifer, qui Petri ſobolem haud degenerem, placido ita lumine aſpexit, vt parentis in ſtirpe decolor fama non hebeſceret.

Armatum deſeris (nil tibi vincendum patria virtus reliquit,) [illegible]ſtallinámque ſequeris paludem. Quæ natales dedit orſus, ca-[illegible] & literatum præbuit rudimenta Vlyſſippo; nullum inde [illegible]is incrementum, cum ipſe ſis patriæ decus, non tibi ſit pa-[illegible] ornamento. A ſolo tamen acutum, ac docile hauſiſti inge-nium [illegible] & genium, quo artium altricem Conimbricam longè

nobilitaſti. Muſarum, & feracioris ſubſellij commercio amplificata tum Academia, tum Collegia vbertim delectantur. In fidei tribunal aſcitum, ceu Rhadamantum, impia morum labes contaminata formidauit. Extat, quæ fœminarum tuetur caſtimonia, caſta latinitas, frugifera doctrina, acris obiurgatio, ſalutaris parænesis totius ætatis, conditioniſque libellus laurea donandus Apollinari. Extat & de Iubileo aureum opus, cuilibet ſapienti gratiſſimum, ac vtiliſſimum. Cæterum in Gratiani Decretum quanta, & quàm lucubrata gratia? quam iucunda interpretatio? quàm fœcunda elucidatio? quàm politus calamus? quàm varia rerum omnium cumulata, & vtilia hortamenta?

Imminent ſacræ, & faſtigatæ infulæ, quibus ſyderum moles recumbit. Portalæta (ſic Portalegre, ciuitas eſt amœnitate ditiſſima, liceat interpretari) ante alias paſtorem populorum vigilantiſſimum te ſuſcipit, lætóque omine & nomine ampliora in munera venturum præſagit. Effuſa omnium beneuolentia orientem in ſolem adeò omnium es medullis infixus, vt ſubeuntem ſoluta amplecterentur hilaritate, abeuntem amore proſequerentur illacrymanti. Cunctis vna erat cordis victima ſuſpirium. Adeuntem amarunt, fugientem Solem ſuum adorarent.

Durio Portugalia ſuperbit, fluuiíque liquore ſpeculi vice fungitur, vt ſe comat. Ornatui non largiùs vnquam indulſit, quàm intra mœnia, & pectora, cùm te, rerum omnium facie geſtiente admiſit. Floribus vt nomen cælarent ver illuxiſti, pomis, vt matureſcerent Alcinous, fontibus, vt liquidiùs fluerent Oceanus, auibus, vt dulcius modularentur Orpheus, fluuiis, vt blandius ſiſterent Arion, eruditis Apollo, ſenioribus Cato, religioſis Numa, egenis Alexander, Vrbi vniuerſæ delicium magnificentiſſimum. Nec indonatam finis, ſublimiora præſtolatus, Libitinæ ex gremio rediuiuos in lucem ſeptem, & quinquaginta præſules reuocaſti. Maiora quàm par erat cogitare, animorum ſimulacra ingenij penicillo efformaſti. Gratulatur antiquitas, gaudetque Roderico indagatore, reconditas virtutum imagines contra morum vetuſtatem obliuioſam anhelare. Quod ſi mortuis viua conſtruis Mauſolæa, ſi extinctis pyramides inſanis Ægypti laboribus inſultantes, quam iucunda cæli veſcentur aura, te penes qui morantur, qui tibi aſſident, te conſulunt, te venerantur, tuo in ore, tuis in oculis conquieſcunt?

Sanè oculatiſſimum erit haud tamen extremum Braccaræ ſolium. Placet enim fœlicitatis ſpecimen ſpectatiſſimo in loco ad æmulationem euulgare. Auguſta ciuitas Romanorum adhuc monumentis exornata, auguſtos in tui obſequium animos & ſumptus Attalica manu expendit. Triumphantem per hoſce dies

Romam

Romam vidimus.Mœnia,feneſtræ,pergulæ lætitia,ludíſque viæ, plauſuque fremebant. Exiguas Braccaræ luces incuſabat, ideoque aſtrorum intermicantes oculos facibus longè collucentibus [illegible]bat; media in nocte meridiem, media in vrbe Lyſiadum [illegible]eſopotamiam conſpeximus.Verſicolores in Cinibus Seres,Ca[illegible]res,& Polluces in equis, Nymphas, & Satyros in choris, Corinthum in ære,Indiam in gemmis, Africam in vbertate, Poëtas in Parnaſſo, Muſas in Helicone,Orbem in theatro, Cælum in fanis,Numen in aris, te ad Primatum ingredientem princeps Antiſtitum patria,oculis, animíſque, clara, & arcana voluptate delibuta contemplabatur.

Obuelatam eſſe non emortuam liberandi regni cupidinem ductandi exercitum peritam, haſtam vibrandi agilitatem,maiorum in diſſipãdis hoſtibus vigorem ſub id temporis Hiſpaniarum regnaror Philippus demonſtrauit; ratus quod erat, primam ad debellandas acies ad inimicorum terrorem clarigationem Roderici nomine fœliciter perſtrepere. Mars ribi gladium accommodat,Pallas Ægida opponit, Apollo pharetram ſuſpendit ,Vulcanus flammas incendit, Neptunus tridentem exacuit, Iuppiter fulmen fatali ſplendore coruſcans dextræ inſertat. Credant hoſtiles copiæ,ſoli,cælíque myriades in pectore geſtari.Viuit adhuc patris amantiſſimi fama, quæ aduerſariorum phalanges afflat, contundit, exarmat. Metuant congredi, quia fides haud dubia eſt,triumphos in congreſſu tibi parari ſempiternos.

Satis conſtat æui contra rabiem, rubiginoſóſque dentes, munitiſſimam præ aliis, Mecænatis illuſtriſſimi tutelam mihi optaſſe. Siquidem rerum ille Moderatot Deus, qui ſuo omnia exitio obnoxia conſtituit,immortalitatis pharmacum in libris commiſc[illegible]t, eóque fuſiùs cariem amouit, quo tutelæ clarius fuerit pro[illegible] gnaculum; mulra enim pretioſa dignáque religione ideò vi[illegible]ntur,quia ſunt templis dicata. Horréntque ſacra temerare prof[illegible]i, quorum præſens Numen audacem proteruiam maieſtate re[illegible]rdat. Me non pœnitet nullum feſtiuiorem excogitaſſe titu[illegible]um,quàm *Regimen Christianæ Reipublicæ.* Scis inſcriptionis apud [illegible]ios exquiſitam indaginem,at cum intraueris (ſuperi) ieiuna in [illegible]edio fames,quàm gracileſcit! Cumtamen,vt auctor eſt Domi[illegible] Piſo,theſauros oporteat eſſe,non libros,qui edunrur. Iuuandi [illegible]itatem placendi gratiæ prætuli. Frugi incumbo,non honori, [illegible]e potiori in lucro ponendum ſemper duxi. Quidquid ramen [illegible] operæ, quidquid vigiliarum, quod in libro contexendo, exp[illegible]dóque locauimus, id omne ſub tui potiſſimùm Nominis auſpi[illegible] lucem promulgatum voluimus. Chriſtianæ guber[illegible]ationi [illegible]ulentiam pro meta animo præfixi. Errores ſpiſſiſſimos infirmo,

infirmo, excogitata commenta confuto, ſectariorum erraticas ariolationes explodo, mendaciorum Syrtes elido, dogmata vultui diuino aduerſa, ſtatui politico diſſentanea, ſenſui humano inuiſa, bono communi exitioſa, orthodoxæ fidei contraria, ſubinuidem reuoco, inſtauro, caſtigo, reprehendo. Indolem tamen, vt ingenuè fatear, per quos profecerim non diffiteor locupletiſſimos. Vberem namque ſua diligentia nobis agrum conſeuerunt. Flores legi, & concinnaui Ægyptiorum memor, qui ex papyri floribus ſerta Deorum allaborabant. Cedat triumphatoribus aurum coronarium, vniones ad pretij, ac pulchritudinis certamen intermiſceant. Pomœria non tranſilit humana, quæ hebetatur gemmarum flamma. Papyri decor, ac nitor Numinibus dicatus, aris impoſitus, delubris innexus, venuſtatem non amittit natiuo ſucco eſſloreſcentem. Vale ſuperis inuidioſus.

*Fauſta ſydera, opimum ſolum, perennem ſalubritatem, amico ore, deuoto pectore implorat obſequentiſſimus*

BAPTISTA FRAGOSO.

AD MO

## *ADMODVM R. P.*

# BAPTISTÆ FRAGOSO
## SOCIETATIS IESV,

### ANTONIVS LEITE S. D.

*R*ECENTEM *fœturam venuſto decorandam nomine Platonis monet ſapientia. Sua namque amœnitate prolectat, ne faſtidioſe ad rimandum properes, quæ prima fronte ſpecioſa venditat. Lucubrationibus titulus inditur, qui citra adminiculum opus abſoluit,* REGIMEN CHRISTIANÆ REIPVBLICÆ. *Laborem fore ſaluberrimum, arguta ſpondet præfatione; ſiquidem rationi, ac fidei conſona documenta promulgat. Mores concinnari, religionem ſtabiliri, ſacras leges ſanciri, domos inſtaurari, ciuitates fulciri, regna firmari, à tam illuſtri & auguſto lemmate ſperamus. Decocta maturitate, veluti à Neſtore ſententiæ profluunt; nihil non ſenile ſapit iudicium. Quandoquidem & Theologiæ librata examine, & vtriuſque iuris trutina caſtigatæ plaudunt quæſtiones. Affatur Baldus, docet Bartholus, excitat Vlpianus, dirimit Paulus, omnéſque Iuriſconſulti, antiquioris aut poſitis exuuijs, nouo dicendi genere ſe mirantur efflorescere. Frugifero tuo labore vtriuſque litteraturæ Antiſtes doctiſſime, inſtar phœnicis Iaris ſenium reuireſcit. Ingenij lumen, memoriæ fœcunditas, vetuſtas recondita, profunda eruditio, rerum locupletata ſupellex, quàm emineat, quàm ſe oſtentet, nulla non voluminis ad vitam beatè traducendam pagina decantat. Tecum merito elapſa tempora expoſtulant, quòd tam ſerò Mineruæ litaſti, quòd ter diu Vniuerſitates vacarint. An quia tarda & fugientia poma ſunt multo iucundiora? Præcocem tamen doctrinam deguſtaui, cæli feracem. Mirabar in aſtruenda fide, ſolertiam. Cum ſit maximè arduum vetuſtis nouitatem dare, nouis authoritatem, obſoletis nitorem, obſcuris lucem, faſtiditis gratiam, dubijs ſoliditatem. Quo ita munere egregiè fungeris, vt inoffenſo currat pede, qui tuis fidenter veſtigijs inſtiterit. Tantum ineſt ponderis calamo tempeſtiuè caneſcenti. Exiliunt ſanè, geſtiunt ad noua placita doctorum ſubſellia, à quibus plurimi ſuos hortos tua vbertate opimos iampridem irrigarant. Fœlicem me cenſeo, cui non expurgandi, verum addiſcendi potiùs alea ſuperiorum obtigit imperio. Curioſè legi, diligenter conſului, ſagaciter luſtraui, ſtudioſè luculentum opus euolui, ſtatuíque temeritatis inſimulandum, qui irrito audeat conatu, nigrum aureis ſanctionibus theta præfigere. Iamdiu Lugdunenſes (vera cano) aliíque typi & opifices omni arte magiſtra, laborioſas excubias flagitant excudendas, moráſque incuſant eo auidiùs, quo latiùs, & ornatiùs fama laudes perſonat. Placido igitur cælo in theatrum prodi ſpectandus. Gratulabundus, quem formare inſtituis, opperitur orbis. Numen veneror, precórque ſupplex, vt vita ſtamina, filo non interrupto, annos tibi connectant affluentes. Diſcedant quibus otij placent vmbræ, ac latebræ, ſitu horrida. Lux ea proroganda, cuius vel momenta, doctrinæ ſunt monumenta. Opulentiora ſupprimo encomia, quia obnoxius eſt laudator, quando ſui ipſius opus panegyris eſt, ac lirioeſſa. Vale diuturnus in cælum.*

ANTONIVS LEITE huius Operis Reuiſor.

## *APPROBATIONES.*

ATtentè legi opus inſigne *de Regimine Chriſtianæ Reipublicæ* compoſitum a R.P. Baptiſta Fragoſo Societatis IESV. Nihil in eo eſt, quod Fidei Catholicæ, aut bonis moribus contradicat; imò habet eruditionem valde notabilem, ſtudium immenſum, doctrinam ſolidam non ſolum litteratis, ſed etiam illiteratis neceſſariam, & vtilem, cedétque in magnum Societatis ornamentum, maximè in huius Prouinciæ honorem. Quare dignum iudico, quod in publicam omnium vtilitatem prælo tradatur. Olyſipone in Collegio Regio D. Antonij die 20. Octobris 1631.

PAVLO GOMEZ.

N*On vulgari oblectamento perlegi hanc primam partem* Regiminis Chriſtianæ Reipublicæ *a Sapientiſſimo, & Religioſiſſimo D.P. Baptiſta Fragoſo compoſitam. Nihil in eo offendi, quod, aut ab orthodoxa fide, aut à rectis moribus deflecteret; imo opus ſane, & materiæ dignitati, & omnium iamdudum expectationi ex æquo reſpondens. Inueni nanque in illo indefeſſum Auctoris ſtudium in euoluendis maioribus illis ſcientiarum parentibus, iam cimmerijs obliuionis tenebris obuolutis; necnon ingenij perſpicacitatem in controuerſiis excitandis, & iudicij maturitatem in eligendis ſecurioribus ſententijs. Ad hæc vtriuſque iuris Canonici, & Ciuilis ſtylum cum Theologia arcanis ita imbibit, eáque legentibus propinat, vt cui facultati ex profeſſo ſtuduerit, prorſus ambiguum videatur. Denique omnibus Theologis, Iuriſconſultis, Cauſidicis, ac quibuſcunque Magiſtratibus pergratum, ac periucundum autumo, ita vt depoſitis alijs libris hunc manibus terendum perpetuo cenſeam. Quamobrem digniſſimum planè iudico, quod typis mandetur. Braccaræ pridie Nonas Quintilis, anno Domini 1630.*

IOAM DE VASCONCELLOS.

LEgi hanc primam partem *Regiminis Chriſtianæ Reipublicæ* à Sapientiſſimo, & Religioſiſſimo D.P. Baptiſta Fragoſo noſtræ Societatis IESV editam, & nihil in ea inueni, quod orthodoxæ fidei, aut bonis moribus repugnet. Opus vt ſuo titulo conſonum, ſic vniuerſæ Chriſtianæ Reipublicæ vtiliſſimum cenſeo: in eo enim Theologi Magiſtrum, Canoniſtæ, & iuris ciuilis periti Doctorem, Ordinationum huius Regni ſtudioſi, diligentiſſimum interpretem inuenient. Ideoque opus digniſſimum, quod typis mandetur iudico, quod æternitati conſecretur, & ab omnibus quibus rectum Chriſtianæ Reipublicæ Regimen placet, in deliciis, & præ oculis habeatur. Braccaræ die 14 Nouemb. 1631.

ANT. DI OLIVARA.

C*Vm* Regiminis Chriſtianæ Reipublicæ *ex S. Theologia, & ex vtroque iure ad vtrumque forum coaleſcentis partem ſecundam P. Baptiſta Fragoſi noſtræ Societatis; quatuor eiuſdem Societatis Theologi recognouerint, & in lucem edi poſſe probauerint; facultatem concedimus, vt typis mandetur, ſi ita ijs, ad quos pertinet, videbitur. In quorum fidem has literas, manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus Romæ 29 Octobris 1638.*

MVTIVS VITELLESCVS.

IACOBVS MONTEIRO *Prouincialis Societatis IESV in prouincia Luſitana, poteſtate ad id mihi facta à R.admodum P. N. Mutio Vitelleſche Præpoſito Generali, facultatem concedo, vt prima pars* Regiminis Chriſtianæ Reipublicæ *à P. Baptiſta Fragoſo noſtræ Societatis compoſita, & Doctorum hominum eiuſdem Societatis iudicio examinata, & approbata typis mandetur. In quorum fidem has literas manu noſtra ſubſcriptas, & officij noſtri ſigillo munitas dedimus. Eboræ die 20. Martij, anni 1632.*

IACOB. MONTEIRO.

## *CENSVRA OPERIS.*

NOs infrà ſcripti S. Theologiæ Doctores, fidem facimus legiſſe ac perlegiſſe librum, cui inſcriptio eſt, *R. P. Baptiſta Fragoſo*, nihilque in eo Catholicæ, Apoſtolicæ, & Romanæ fidei contrarium reperiſſe. Lugduni die 8. Octobr. 1630.

FR. CL. COCHET. FR. BERN. MOLLIASSON, *Lect. in Conuent. S. Bonau.*

## *FACVLTAS.*

THOMAS DE MESCHATIN LA FAYE, Comes, Canonicus & Camerarius Eccleſiæ Lugdun & Vicarius Generalis in Archiepiſcopatu Lugd. Liber, qui inſcribitur, *R. P. Baptiſt. Fragoſo è Soc. IESV, Regimen Reipublica Chriſtiana*, vt in lucem edatur, facultatem concedo. Lugduni 3. Ianuarij 1630.

MESCHATIN LA FAYE.

Summa Priuilegij à Chriſtianiſſimo Galliarum Rege conceſſi.

L*VDOVICI XIII. Galliæ & Nauarræ Regis, auctoritate ſancitum eſt, ac patentibus literis cautum, ne quis in Regno ſuo, aliiſve locis ditioni ſuæ ſubiectis, intra proximos annos octo, à die impreſſionis primæ inchoandos, ac numerandos, excudat, vendat, excudendum, vendendúmque quouis modo & ratione curet, librum, qui inſcribitur,* R.P. Baptiſtæ Fragoſo e Societate IESV, Regimen Chriſtianæ Reipublicæ, *præter Iacobum Cardon, Bibliopolam Lugd. aut illos, quibus ipſemet conceſſerit. Prohibitum inſuper eadem auctoritate Regia omnibus ſuis ſubditis, eundem librum extra Regni ſui limites imprimendum curare, vel quenquam vbicunque fuerit, ad id agendum impellere, ac inſtigare, ſine conſenſu dicti Iacobi Cardon. Idque omne ſub confiſcatione librorum, aliiſque pœnis originali Diplomate contra delinquentes expreſſis. Datum Lugduni 12. Octobr. anno 1630.*

De mandato Regis, *Signatum*, RENOVARD.

DIe 17. Ianuarij 1635. dictus Iacobus Cardon ius ſuum præſentis Priuilegij conceſſit Gabrieli Boiſſat, & Sociis Bibliopolis Lugdunenſibus.

*Prima editione prælum deſijt 24 Decembr. 1640.*

INDEX

# INDEX

## Diſputationum, quæ in hoc primo Volumine continentur.

*Libri primi Introductio proœmialis, illiuſq́ Paragraphi, & Diſputationes.*


§.1. QVID ſit Politia, quid Oeconomia, in quo conueniãt, & differant. pag. 1
§.2. Quotuplex ſit politiã, & quo modo diuidatur. 6
§.3. Quinam veniant appellatione eorum, qui Reipublicæ ciuili præeſſe debeant, & illis quid debeatur. 11

DISPVTATIO I.
Quæ virtutes maximè deceãt Principem, vt Regnum, Rempublicamq́; ſibi commiſſam, vt par eſt, moderetur? 15
§.1. Vtrùm prudẽtia inter virtutes Principi neceſſarias obtineat primum locum. 15
§.2. Vtrùm Principi ad gubernandum neceſſaria ſit iuſtitia, fortitudo, & temperantia. 18
§.3. Vtrùm magis conueniant Principi clementia, & manſuetudo, liberalitas, & affabilitas, quàm ſeueritas, illiberalitas, & auſteritas. 25
§.4. An Princeps debeat præeſſe ſuis domeſticis, ac toti regno exemplo virtutũ. 32

DISPVTATIO II.
A quibus vitiis Princeps cauere debeat. 36
§.1. An Princeps teneatur fidem ſemel datam ſeruare. 36
§.2. Vtrùm Princeps auaritiam, & habendi cupiditatem deteſtari debeat. 41
§.3. Quam culpam contrahat Princeps, ſi cõf[illegible]rat officia indignis omiſſo digno. 45
§.4. Vtrum Principi ſit obediendum, & quæ ſubditos mouere debeant ad obedientiam præſtandam. 49
[illegible] Vtrum Princeps Catholicus ablegare, & e[illegible]minare tenetur conſuetudines ſubdi[illegible]rum inducentes ad peccatum mor[illegible]e. 51
§.[illegible] Princeps ſæcularis poſſit incon[illegible] Papa Iudæos à ſuo regno expelle[illegible] illorum communicatio ſit ILLI[illegible] 56
§.7. Quantam ſolicitudinem debeant adhibere perſonæ publicæ in extirpandis vitiis contra fidem Catholicam tendentibus. 62
§.8. Vtrum Iudæi, & deſcendentes ab eis poſſint adminiſtrare officia publica, & obtinere beneficia Eccleſiaſtica. 72
§.9. An hæretici, & ab eis deſcendentes ſint inhabiles ad honore[illegible], & dignitates ſæculares, & ad officia, ſeu beneficia Eccleſiaſtica. 79
§.10. De gladio Regio. Item de duello, de eius pœnis, & quis poſſit duellantes abſoluere. 89

DISPVTATIO III.
De brachio Regio circa leges condendas. 103
§.1. Quæ requirantur in eo, qui leges condere vult. 103
§.2. Vtrùm Reges & Principes ſupremi ſint ſupra ius ciuile poſitiuum. 105
§.3. Quæ culpa contrahatur à tranſgreſſoribus legum, quas ferunt Principes ſæculares. 110
§.4. A quonam tempore incipiant obligare leges Principis ſæcularis. 116

LIBER II.
*De brachio Regio circa condendas leges de ſpirituali, ſeu quaſi ſpirituali materia.* 123

DISPVTATIO IV.
Vtrùm Princeps politicus poſſit aliquid ſtatuere quod præiudicet rebus ſpiritualibus, aut piis. 123
§.1. Vtrùm donationes, quæ indigent de iure inſinuatione, vt valeant, intelligantur de rebus piis, aut iuramento firmatis. 125
§.2. Vtrùm Princeps poſſit aliquid ſtatuere circa matrimonia ſuorũ ſubditorũ. 131
§.3. Vtrùm leges ſæculares comprehendant perſonas Eccleſiaſticas & earũ bona. 139


Celada de Benedict. Patriarch.

§.4. *Vtrùm in quibus caſibus Eccleſiaſtici debent conueniri, teneantur reſpondere coram iudice laico, & quinam ſint caſus iſti.* 151

Membr. 1. *Quando teneantur Clerici contribuere ad opera laica, & per quem iudicem debent cogi.* 152

2 *Vtrùm lex Luſitana iuſtè ſuper Clericis poſſit aliquid ſtatuere.* 154

3 *Vtrùm Clericus conueniens laicum poſſit ab eo reconueniri.* 156

4 *Quid de fiſco dicendum.* 158

5 *Quid de Clerico hærede laici conuento, aut de laico delinquente, qui poſtea fit clericus, vel religioſus nunquid debeat reſpondere coram laico iudice.* 159

6 *Quid ſeruetur de clerico delinquente cum laico ſocio nunquid laicus cognoſcet de clerico.* 160

7 *Quiſnam debeat eſſe iudex competens in cauſa decimarum, ſpolij, & patronatus Regij.* 164

8 *Quis debeat eſſe iudex quando clericus habet feudum.* 164

9 *Coram quo iudice ſit petendum ſtipendium pro Miſſis, & officijs diuinis ſolui conſuetum, & an liceat paciſci ſuper eo.* 165

10 *De clerico delinquente contra Regem, vel patriam, & de clerico aſſaſſino, & degradato:* 166

11 *Quid de clerico criminoſo, cuius bona publicantur, & quid de clerico minore.* 166

12 *Quid poſſit iudex laicus contra ſuſpectos de hæreſi.* 169

13 *Coram quo iudice ſint conueniendi laici fideiuſſores clerici, & laici percutientes clericos, & an Eccleſiaſtici poſſint punire laicos iam punitos in ſæculari foro.* 170

14 *Coram quo iudice peti debeant alimenta, & tutores, & qui punire poſſit exceſſus clericorum, & qui reuelant ſecreta Regum.* 172

§.5. *Quid poſſint leges ciuiles circa caſus mixti fori.* 173

§.6. *Veneficorum, ſeu maleficarum, ac ſagarum delicta, an ſint mixtæ cognitionis, & quid in foro conſcientiæ.* 177

§.7. *Vtrùm licita ſit Chiromantia, Phyſiognomia, & Aſtrologia, & cuius fori ſit cognoſcere de his.* 186

§.8. *Vtrùm caſus, & cauſæ ſtrigum, ſeu lamiarum, & illuſiones earum ſint mixti fori.* 188

§.9. *Vtrùm arte Dæmonis poſſint fieri miracula vera, ac vera conuerſiones, & quinã iudex debeat cognoſcere de illis.* 191

§.10. *Vtrum animalia poſſint incantari.* 192

§.11. *Quis debet cognoſcere de hominibus acus, clauos, & gladios ex ore euomentibus, & de ijs qui ſubtus terrã aquas, & demortua corpora vident.* 193

§.12. *Vtrum ſit caſus mixti fori benedicere animalia, vel homines, & curare inſalmis certis verbis, ac ſignis ad ſanandum naturalem vim non habentibus; & an aliquando liceat.* 194

§.13. *Vtrum adulterium ſit caſus mixti fori.* 202

§.14. *Vtrum concubinatus ſit caſus mixti fori.* 204

§.15. *An lenonum, lenarum, ac luparum crimina ſint caſus mixti fori.* 208

§.16. *An lenones vxorum ſuarum poſſint eas repudiare, & accuſare, ſicut poteſt fidelis accuſare, ac repudiare, hoc eſt, non recipere vxorem adulteram, vel hæreticam.* 214

§.17. *Vtrùm inceſtus ſit caſus mixti fori.* 217

§.18. *Vtrùm præpoſtera turpitudo ſit caſus mixti fori.* 229

§.19. *Vtrum ſacrilegium ſit caſus mixti fori.* 236

§.20. *Falſantes litteras Apoſtolicas, ſeu regias, in quo iudicio ſint puniendi.* 240

§.21. *Vtrùm vſura crimen ſit caſus mixti fori.* 243

§.22. *Vtrùm habere domum patentem omnibus ad ludendum aleis, vel taxillis, ſit caſus mixti fori.* 246

§.23. *Vtrùm ſimonia crimen ſit caſus mixti fori.* 251

---

LIBER III.

*De obligat. Moderator Reipublicæ.*

DISPVTATIO V.

De Regalibus, ac reſeruatis ſupremo Principi. 233

§.1. *Quæ ſint Regalia, ac reſeruata ſupremo Principi.* 253

§.2. *An bona vacantia, & ea quæcumque ſint, cuius dominus penitus ignoratur, ad Regem pertineant.* 257

§.3. *Quænam bona propter delictum à vaſallis commiſſum fiſco Regio applicentur.* 266

*Bona damnatorum ad capitalem pœnam, ſiue ad mortem ciuilem, an ſint applicanda fiſco.* 266.n.25

*Reuiſiones ſententiarum an ſint de reſeruatis ſummo Principi, vbi latè de reuiſione.* 266.n.27

*An Princeps poſſit concedere ſibi reſeruata, & an Regalia poſſint præſcribi.* 266.n.29

§.4.

§. Quænam ſint quæ Principes non poſſunt ... ſua ... iam facta reuocare. 279
Pr... an poſſit reualidare ſcripturam ... ex defectu ſolennitatis in præ... cium tertij. 279.n.40
... an poſſit pro libito auferre offi... ſubditis. 279.n.42
... ſ religioſis conceſſa ab Ordinario quando reuocentur. 279.n.51
§.5. Vtrum vtilius ſit Reipublicæ habere Magiſtratus ad tempus, an perpetuos, & in Hiſpania, & in Luſitania, quanto tempore durent. 292

DISPVTATIO VI.

Quid ſit legitimatio, & in quo differat à diſpenſatione, quidque poſſit Princeps ſæcularis erga ſubditos circa legitimationes, ac diſpenſationes. 295
§.1. De legitimatione per ſubſequens matrimonium, & an ſit maior, quàm legitimatio per reſcriptum. 3 4
§.2. Vtrùm de iure ciuili, & canonico ſint neceſſaria inſtrumenta dotalia, vt detur legitimatio per ſubſequens matrimonium. 311
§.3. Vtrùm legitimati per ſubſequent matrimonium ſuccedant quando conceditur res pro filijs legitimè natis, & quid quando conceditur pro ſuccedente in feudo. 313
§.4. Quæ ſit differentia inter legitimatos per ſubſequens matrimonium, ac per reſcriptum Principis. 316
§.5. Quæ ſint qualitates, quibus non expreſſit legitimationes, ſeu diſpenſationes ſubreptitiæ reddantur. 323
§.6. De legitimatione, & de legitimatis, pro noſtro Regno Luſitaniæ, & quibus priuilegijs gaudeant. 334
§.7. De arrogationibus, & de adoptionibus, & quis poſſit arrogare, & adoptare. 339
§.8. Principi ſupremo integrum eſt ſibi ſubditos nobilitare, alijs autem non licet. 345
Quotuplex ſit nobilitas, quando inceperit, quæ priuilegia nobiles habeant. 345.n.135
§. Ex quibus caſibus nobilitas, & priuilegia illius acquirantur, & amittantur. 352
§. Vtrùm priuilegia, & immunitates nobilium ad vxores ac filios eorum extendantur. 356
... parentes gaudeant nobilitate ac ...ijs filiorum, ac nepotum. 363
... honores non deſcendere ad pa... eſt multo verius, non enim in ... conuenientunt, quamuis ſint correlatiua. 363.n.124
Priuilegia Eccleſiæ vnitæ an extendantur ad Eccleſiam principalem, & priuilegia ciuitatis ad ſuburbia 363. n.127

DISPVTATIO VII.

De iis quæ domini terrarum inferiores poſſunt exercere in terris ſuis. 366
Domini inferiores non ſunt iudices in cauſa propria. Non legitimant, non veniam ætatis concedunt. Non reuocant ſententias definitiuas, &c. 366.n.7
Domini inferiores nequeunt mutare ordinem iudicij, neque iubere, vt de plano procedatur, neque ſtatuere contra ius commune, nec ſyndicare officiales ſuos. 366.n.11
Principes inferiores in proprijs fundis probabilius eſt poſſe interdicere ius venandi. 366.n.22

DISPVTATIO VIII.

De gabellis. 385
§.1. Ad quos ſpectet vectigalia, & gabellas imponere, & quibus de cauſis licitè poſſint imponi. 385
§.2. De origine gabellarum in Luſitania, & in Hiſpania, & de receptione earum. 388
§.3. De obligatione ſoluendi Alcaualas, & gabellas apud Hiſpanos. 393
§.4. De quibus venditionibus, permutationibus, reliquiſque contractibus debeantur gabellæ. 398
§.5. An Rex poſſit à ſoluendis gabellis iuſtè eximere aliquas perſonas. 405

LIBER IV.

De Gubernatoribus, & officialibus Reipublicæ in ſpecie.

DISPVTATIO IX.

De requiſitis in vnoquoque Magiſtratu. 408
§.1. An ſit neceſſaria nobilitas in Magiſtratibus Reipublicæ. 408
§.2. De virtutibus, quæ in vnoquoque Magiſtratu, ac officiali publico requiruntur, & de vitijs eorum. 410
§.3. Quæ vitia in particulari Magiſtratus, ac Gubernatores Reipublicæ maximè debeant deteſtari. 412
§.4. An expediat Reipublicæ habere iudices, atque officiales ſtipendiatos. 418
§.5. Vtrùm iudices delegati, ſeu ordinarij poſſint accipere ſportulas. 425

DISPVTATIO X.

Iudices à quónam accipiant iuriſdictionem, & quomodo differant Ordinarij, & Delegati inter ſe. 427

c 3 §.1.

§. 1. *De iudice ordinario, ac delegato, & de poteſtate vtriuſque, ac differentia.* 429

§. 2. *Quid poſſit iudex ordinarius circa de ſua iuriſdictione, & ad quæ eius poteſtas extendatur.* 437

§. 3. *Vtrùm iudices poſſint iudicare ſecundùm probabiles opiniones, & quot modis poſſint procedere.* 444

§. 4. *An iudex ordinarius poſſit ſuam ſententiam ſemel latam reuocare, corrigere, aut declarare.* 459

DISPVTATIO XI.

De pœnarum augmento, & diminutione. 468.

§ 1. *Vtrùm Magiſtratus poſſint augere, vel minuere pœnas à lege, vel à conſuetudine ſtatutas.* 468

§ 2. *Quinam poſſint pœnas remittere, & gratias de delictis concedere.* 478

§ 3. *Ne gratiæ in materia criminali de delictis obtinendæ ſint ſubreptitiæ, quæ debeant Principi offerri, & exprimi.* 491

LIBER V.

*DISPVTATIO XII.*

De modo, & forma procedendi in iudicio ſæculari, tam ciuili, quàm criminali. 497

§. 1. *Quotuplex ſit iudicium, & ex quibus partibus conſtetur* 497

§. 2. *De partibus iudicij in ſpecie tam eſſentialibus, quàm integralibus, & accidentalibus.* 508

§. 3. *Ad quæ teneatur accuſator tam de charitate, quàm de iuſtitia.* 517

§ 4. *Vtrùm iudices tam in cauſis ciuilibus, quàm criminalibus, poſſint procedere abſque actore, ſeu accuſatore, ſaltem ficto.* 526

§. 5. *De triplici via procedendi in iudicio, & quæ ſit differentia inter has vias procedendi.* 538

§. 6. *De Inquiſitione tam generali, quàm ſpeciali, & quotuplex ſit Inquiſitio generalis, & quomodo diuidatur.* 544

§. 7. *De Reo excipiente, & quid exceptio ſit, & quotuplex, & quomodo diuidantur exceptiones.* 554

§. 8. *De alijs exceptionibus dilatorijs, & de tempore quo debent obijci.* 567

§. 9 *De Reo mendaci, contumace, & fraudulento.* 573

§ 10. *Vtrùm Reus teneatur petente actore edere inſtrumenta, ſeu reuelare ſcripturas cum graui ſuo detrimento, maximè ſi præcipiatur ſub cenſura.* 589

§. 11. *Quæ licita poſſint eſſe Reo confeſſo, & conuicto.* 593

§. 12. *Quæ confeſſio ſit iudicialis, & quid operetur facta à Reo per ſe, vel per procuratorem in nomine ipſius in iudicio, vel extra.* 609

§ 13. *Quæ indicia ſufficiant ad Reum torquendum, & condemnandum leuia ne an grauia, remota, an proxima? & quæ liceant Reo condemnato ad mortem.* 618

§. 14. *Qui torqueri non poſſunt, & qui poſſunt. Item qui nequeunt damnari capite.* 632

*Clerici, & Monachi non torquentur à Miniſtro laico.* 632. n. 82

*Doctores, Magiſtri actu docentes, non torquentur.* 633. n. 88

*Decuriones an ſint exempti à tortura.* 633. n. 87

DISPVTATIO XIII.

De teſtibus. 650

§. 1. *Qui ſint inhabiles ad teſtificandum omnino, & qui ſint inhabiles in aliquo caſu* 650

§. 2. *De teſte vnico, & quam habeat obligationem ad teſtificandum de ijs, quæ ſub ſecreto nouit.* 664

*Secretum quid ſit, & quotuplex, & quo modo diuidatur, & ſubdiuidatur? Secreta quando reuelari poſſunt.* 665. n. 36.

§. 3. *In quibus caſibus teſtis vnicus interrogatus plenè probet, & reſpondere teneatur.* 669

§. 4. *Quam probationem faciant teſtes ſingulares, & ſingularitas ex quibus deprehendatur, & quotuplex ſit.* 674

§. 5. *De teſtibus contrarijs, vacillantibus, varijs, & quo modo ad concordiam reduci poſſunt.* 682

§. 6. *De teſtibus falſis, & de pœnis eorum, & an teneantur reſarcire damnum illatum.* 686

*Teſtis per fraudem aliò diuertens, ne teſtificetur, quam obligationem contrahat.* 686. n. 128

§. 7. *De concluſione in cauſa, & in quibus caſibus poſſit concluſio aperiri.* 693

§. 8. *De expenſis in lite factis, & an teneatur iudex ſemper victum in expenſis condemnare.* 696

§. 9 *De ſalario officialibus publicis, Medicis videlicet, Aduocatis, & Procuratoribus debito.* 705

§. 10. *De Aduocatis, eorúmque obligationibus, & qui nequeunt eſſe aduocati.* 713

§. 11

§.11 *De Notariorum, ſeu Tabellionum officiis & obligationibus in vtroque foro.*
*Notariorum qualitates, ætas, & peccata.* 723
§.1 *De Apparitoribus, & Alguaccilis, vulgo Alcaides, & Metrinhos.* 740
*Apparitores quæ debeant præſtare antequam incipiant ſeruire officio.* 740. n.331. & 332
*Apparitorum, ſeu Cuſtodum, quæ ſit poteſtas, & auctoritas circa inuentos de nocte cum armis.* 740. n. 343
§.13. *De cuſtodibus carcerum, qui alio nomine dicuntur commentarienſes, ſeu principes carceris, & de eorum obligationibus tam in foro conſcientiæ, quàm in foro fori.* 751
§.14. *De priuilegijs eorum, qui in carcere publico detinentur.* 758
*Mulieres nec poſt ſententiam poſſunt carcerari, niſi ſint meretrices publicæ non tamen coniugatæ niſi meretricentur marito ſciente.* 758
*De priuilegijs captiuorum, qui apud infideles, ſeu fideles inuitè retinentur.* 765. n.462. & 463

DISPVTATIO XIV.

De obligationibus Arbitrorum, & Arbitratorum. 773
§.1. *Quales debeant eſſe Arbitri, & Arbitratores, & quam iuriſdictionem, ac poteſtatem habeant.* 773
§.2. *De poteſtate, & obligationibus iudicum arbitratorum.* 897

LIBER VI.

*DISPVTATIO XV.*

De iudice Orphanorum, & de eius officio, ac obligationibus. 805
§.1. *Quas conditiones, ſeu qualitates debeat habere iudex Orphanorum.* 805
§.2. *De obligatione faciendi inuentarium, & quæ requirantur in eo conficiendo, & ad quem ſpectet facere illud, & quæ damna ſequantur, ſi inuentarium non conficiatur.* 810

DISPVTATIO XVI.

De poteſtate creandi tutores & curatores & de obligationibus tutorum, ſeu curatorum, & in quibus poſſint delinquere, & qui excuſentur ab eo munere. 823
§.1 *Quo modo inter ſe differant tutores, & curatores, & quibus modis tutela, & cura ceſſent, & quibus etiam modis amittantur, vel recuperentur.* 830
§.2. *Tutores & curatores pupillis, ac minoribus Eccleſiaſticis quis dare debeat, & quid poſſint circa bona animi.* 837
*Minores carentes curatore validè poſſunt agere & contrahere.* 842. n.88
*Tutores nequeunt remittere iniurias illatas ſuis minoribus, & quid de parentibus circa iniurias filio factas.* 824.92

DISPVTATIO XVII.

De his, quæ poſſunt licitè tutores, & curatores facere circa bona temporalia minorum. 845
§.1. *De peccatis quæ tutores & curatores poſſunt committere in adminiſtrandis bonis ſuorum minorum.* 843
§.2. *De his, quæ tutores, ſeu curatores ſecundùm leges licitè agere poſſunt in adminiſtratione rerum ſuorum minorum.* 853

DISPVTATIO XVIII.

De ſalario tutoribus, vel curatoribus conſtituto, vel conſtituendo apud varias nationes, & de quibus rebus ſolui debeat annuatim. 875

LIBER VII.

*De particulari regimine cuiuſcumque oppidi, & de obligationibus Decurionum ciuitatum, ſeu oppidorum.* 879

DISPVTATIO XIX.

De poteſtate Decurionum, & cæterorum officialium, qui oppidorum regimini ſpecialiter incumbunt. 879
§.1. *Quinam poſſunt eſſe Decuriones, & quid poſſint ſtatuere circa victualia, & circa taxam rebus vendendis, & officialibus imponendam.* 887
§.2. *Quid poſſint Decuriones circa res vendendas, & circa pretium eiſdem rebus imponendum, & an vendentes vltra taxam ſint puniendi.* 894
§.3. *De taxa à mercatoribus ſeruanda, & de peccatis, quæ committi poſſunt in mercatura exercenda. Item de monopolijs exterminandis.* 899

DISPVTATIO XX.

Quæ congregationes, ſeu conſœderationes debeant admitti à Magiſtratibus, & Gubernatoribus in Republica. 906
§.1. *Vtrum poſſit licitè inſtitui ab aliqua communitate Mons pietatis? & quas conditiones debeat habere, vt ſit licitus.* 911

DISPVTATIO XXI.

De officio Ædilium, & de origine illius, ac de obligationibus illorum 913

DISPVTATIO XXII.

De Præfectis fiſci, ſeu Theſaurariis, vulgò *Thezau*

*Thezaureiros*, & Quæſtoribus Ærarij, vulgò *Almoxariſes*, & de Tribunis Ærarij, vulgò *Recebedores*, & Depoſitarios. 810

DISPVTATIO XXIII.

De officio & obligationibus Syndicatorum. 928

§.1. *Syndicatus officium eſt valde neceſſarium, & nemo ab eo excuſatur, qui habet officium publicum, & poteſtas ſyndicandi eſt de Regalibus.* 928

§.2. *De ſtylo, forma, ac modo ſeruandis à Syndicatore in ſyndicatu.* 932

§.3. *De quibus delictis Syndicator generalis, aut particularis debeat inquirere, & interrogare durante ſyndicatu, finito officio, tam de iure Luſitano, quàm de communi.* 936

§.4. *De quibus teneantur officiales in ſyndicatu, & quomodo ſint puniendi.* 942

---

## LIBER VIII.

*De obligationibus iudicis à* quo, *&* ad.quem.

DISPVTATIO XXIV.

De appellationibus. 949

§.1. *De appellationibus in genere, & quando debeant admitti appellationes, & quotuplex ſit appellatio.* 949

§.2. *Quomodo differant appellatio iudicialis, & extraiudicialis inter ſe.* 952

§.3. *In quibus caſibus non gradatim, ſed omiſſo medio eſt appellandum.* 954

§.4. *Quæ ſint neceſſaria ad ſubſtantiam appellationis, & quæ requirantur, vt valeat appellatio.* 957

§.5. *Vtrùm, vt valida ſit appellatio, neceſſaria ſit petitio Apoſtolorum, & Apoſtoli vnde dicantur, & quid ſignificent.* 962

§.6. *Quinam poſſint de iure appellare pro ſe, & pro ſuis ſubditis, & qui nequeant appellare pro ſuis ſuperioribus.* 965

§.7. *De fine, & effectibus appellationis, & quotuplex ſit effectus appellationum.* 970

§.8. *In quibus caſibus non admittitur appellatio tam de iure communi, quàm Luſitano.* 977

§.9. *De reliquis caſibus in quibus regulariter negari ſolet appellatio.* 984

§.10. *Vtrùm à ſententia interlocutoria detur appellatio, & quæ ſit mera interlocutoria, quæ aufertur à Concilio Tridentino.* 999

§.11. *De appellatione deſerta, & à quo iudice debeat pronuntiari deſertio.* 1007

§.12. *De appellatione remota, & quid operetur clauſula omni, & quacumque appellatione remota, & quibus modis etiam tollatur appellatio.* 1016

§.13. *A quibus iudicibus ad quos iudices de iure ſit appellandum in Romana Curia in foro Eccleſiaſtico, etiam Sede vacante.* 1023

§.14. *Ad quos ſit appellandum de iure & ſtylo tam Hiſpano, quàm Luſitano, & an ſit ſupplicandum quando non licet appellare.* 1027

REGI

# REGIMEN CHRISTIANÆ REIPVBLICÆ EX SACRA THEOLOGIA,

## & ex vtroque Iure ad vtrumque Forum tam internum, quàm externum coaleſcens,

### IN TRES PARTES DIVISVM.

I. *Principum, ac Magiſtratuum ciuilium gubernationem, poteſtatem, iuriſdictionem, & obligationes comprehendit.*

II. *Principum, ac paſtorum Eccleſiaſticorum iuriſdictionem, & obligationes amplectitur, vbi latè de Religioſis.*

III. *OEconomiam continet, ac patrumfamiliâs in filios, & domeſticos, & filiorum, ac domeſticorum in parentes, ac dominos obligationes explicat.*

---

## §. I.

### *Introductionis proœmialis.*

### EPITOME.

1 *Epilogus de ijs, de quibus eſt agendum.*

2 *Præmiſſa ſequentium præſtant euidentiorem intellectum.*

3 *Præfationis ſumma oſtendit intentionem, & mentem legiſlatoris.*

4 *Politia quid ſit ſecundùm Ariſtotelem, ſeu Reſpublica.*

5 *Ciuitas eſt ciuilis ſocietas, & natura ſua eſt politia, cuius finis eſt bene viuere.*

6 *OEconomia eſt rei domeſticæ gubernatio, diſ...que a politia.*

7 *... Reipublica gubernator debet priùs ... domeſticis exerceri.*

8 *Politia quid ſit ſecundùm Gerſonem.*

9 *OEconomus poteſt imponere præcepta, non tamen condere legem.*

10 *Vis coactiua eſt in perſona publica, non verò in perſona priuata.*

11 *OEconomia coaleſcit ex parte coniugali, paterna, dominica, ac diſciplina rei familiaris; coniugalis, & paterna ſunt de iure naturæ; ius vero dominicum minimè.*

12 *OEconomiæ ſubiectum, & politiæ, quæ ſint?*

13 *Quot ſint ſpecies œconomiæ.*

14 *Quam poteſtatem habeant maritus, & dominus in vxorem, ac in ſeruos erga punitionem.*

ACTVRVS de officijs, & obligationibus ad eos pertinentibus, qui toto ſtudio, & cura in vtramque Rempublicam adminiſtrandam, vel in alteram duntaxat ſiue ſæcularem, ſiue Eccleſiaſticam, necnon in rem familiarem tuendam incumbunt, operæ pretium duxi, non ab hac tractatione alienum, ſi antequam dicam, quinam veniant appel- 1.

latione horum Gubernatorum,præmittam paucis
præfationis loco,quid ſit Politiâ,ſeu Reſpublica,
quid OEconomia,& in quo conueniant,& diffe-
rant. nam auctore Baldo *in rubric. de ſeru. fugit.*
præmiſſa præſtant ſequentium euidentiorem in-
2. tellectum *l.1.ff.de orig.iur.*& per ea , quæ præce-
dunt declarantur,quæ poſtea ſubſequuntur,Bart.
*in l.ambitioſa , ff. de decret. ab ord. fac.* Ludouic.
*conſ.16.viſo themate*; ſiquidem ex præfatione le-
gis colligitur mens condentis, *l.1.ff.de hered.inſt.*
3. & oſtenditur intẽtio, & mens legiſlatoris,*l.regu-
la,§.licet, in verbo,initium,ff.de iur. & fact.ignor.*
& tradit Butrius *in Clem.de elect.*

Politia ergo eſt , eorum , qui in ciuitate de-
gunt inſtitutio. Ariſtot.3.*Politic. cap.1. verſ.Eſt
autem*,qui *eod.lib.cap.4.*ſic ait, Reſpublica eſt or-
dinario ciuitatis circa Magiſtratus alios & maxi-
mè circa id , quod ſummam in ciuitate habet au-
ctoritatem , etſi ſit omnium principaliſſimum,
4. Principaliſſimum autem eſt id,quod regit ciuita-
tem. Neque 4.*Politic.cap.1.*differt ab hac deſcri-
ptione , vbi vocat Rempublicam inſtitutionem
circa magiſtratus,honoréſque politicos,quo mo-
do debeant impartiri,& in quo poteſtas,& aucto-
ritas ſumma debeat conſiſtere. Claritatis tamen
gratia ſic poteſt deſcribi : Politia eſt hominum
multitudo vnanimi conſenſu , ac voluntate in
vnum corpus politicum congregata , vt mutuo
in ordine ad vnum finem ſe adiuuent. Quod eſt
verum, quoties in communitate eſt ordo ciuium,
& ciuitatum ; vbi nihil deeſt ad iure viuendum.
Imò ſocietas multorum legibus inter ſe conueniens
eiſdem ad finem politicum eſt optima politia.
5. Propter quod Ariſtoteles *lib.1.Politicorum,cap.1.
ibi*,eſt autem hæc illa,*ait*, quæ ciuitas appellatur,
ciuilis Societas. Idem inquit D.Thom. 1.2. *q.90.
art.3.*Cicero *in ſomn.Scipion.* Iſidor.*lib.5.Etymo-
log.* qui omnes tradunt ciuitatem eſſe communi-
tatem perfectam. Placet Menoch.*præſumpt.*111.
*à num.14.lib.4.*

Ex quibus ſequitur meritiſſimò ciuitatem na-
tura eſſe politiam, cum ſit multitudo capax poli-
ticæ poteſtatis , & contineat in ſe,quod eſt ſuffi-
ciens ad viuendum,imò ad bene viuendum, teſte
Philoſopho 3.*Politicorum, cap.6.&* 8. Quia finis
tam Politiæ,ſeu Reipublicæ, quàm ciuitatis idem
eſt,nempe bene viuere ; vtriuſque autem bene or-
dinatæ eſt commune bonum. Nomine ciuitatis,
non veniunt muri,aut tecta, ſed cœtus hominum
iure ſociatorum:ſicut nomine domorum veniunt
familiæ,ex quibus ciuitas conſtat. Ita Leonard.*in
1.OEconomicor.Ariſtot.* Hinc fit,vt nomen Poli-
tiæ æqualiter conueniat Reipublicæ , & ciuitati,
quæ eſt multitudo domorum agro , & pecuniis,
ſufficienter abundans ad bene viuendum ; atque
cuicunque communitati perfectæ , in quibus ius
dicitur, & diligenter adminiſtratur per magiſtra-
tus,ſiue ipſi ab eadem communitate , ſiue ab vno
Principe conſtituantur , ſi Rex imperat. *l.ſed &
hi,§.præterea,ff.de publ. & vectigal.* Bald. Paul.de
Caſtro,Salicet.*in l.inter diuinum,C.de ſacroſanct.
Eccleſ.*& Gloſſ.*verbo, cum Rempublicam C.qui
potior.*& Iaſ.*in l.ſi domus,§.ſi fundus, num.19.ff.de
legat.1.*

OEconomia verò,vt ait Philoſophus *lib.1.Po-
litic cap.3.* eſt rei domeſticæ gubernatio , ſeu di-
ſpoſitio. Ex quo patet diſcrimen inter Politiam,
6. & OEconomiam,non ſolùm quantum domus, &
ciuitas ; ſed etiam, quia in Politiâ plures poſſunt
imperare , in OEconomia vnus duntaxat. Item
differunt tanquam prius, & poſterius. Nam OE-
conomia prior fuit, quam Politia, & poteſtas do-
minatiua,qua vtitur OEconomia, priùs orta fuit,
quàm poteſtas iuriſdictionis, qua vtitur commu-
nitas politica. Patet ex Adamo , qui ab initio ha-
buit poteſtatem dominatiuam tam in vxorem,
quàm in filios ; neque cum illo , ſed multò poſt
communitas politica principium recepit. Con-
firmatur ex illo Geneſ.1.num.26.*Faciamus homi-
nem, vt præſit piſcibus maris, volatilibus cæli,& be-
ſtijs terræ* : vbi notat Auguſt.in *lib.19. de ciuitate
Dei, cap.15.* non dixiſſe, *vt præſit hominibus.* Ex
quo fit , Adamum in principio naſcentis Orbis
non habuiſſe politicum principatum , nec pote-
ſtatem iuriſdictionis ; nec tunc incepiſſe , donec
hominum multitudo in vnam ſocietatem perfe-
ctam , & in vnum corpus politicum conueniens
in ordine ad vnum finem fuerit congregata. Quæ
reſolutio eſt certa , & colligitur ex D.Thom.1.2.
*quæſt.19.art.3.ad 2.& q.97.art.3. ad 3.* Caſtr.*lib.
de leg.pœnal, cap.1.§.poſtquam.* Couarr.*in pract.
cap.1.concl.1.* & Suar.*lib.3.de lege humana,cap.3.
num.3.* Ex quibus infertur Adamum parentem
non habuiſſe politicum principatum,ſed domina-
tiuum duntaxat , vt propriam domum regeret, &
conſequenter multo priùs tempore extitiſſe OE-
conomiam,quàm Politiam.

Conueniunt tamen,quoniam ſicut Reipublicæ
eſt ciuitatem conſtituere , & conſtituta bene vti;
ſic etiam ad OEconomiam pertinet parare do-
mum,& illa parata vti : cùm prior ſit res familia-
ris,quàm Reſpublica;ſicut prior eſt domus,quàm
ciuitas, Ariſtoteles *lib.1.OEconomicor.cap.1.* qui
etiam *lib.1.Politicor.cap.1.*ait,quòd domus prin-
cipium. eſt ciuitatis , & ciuitas eſt domus finis.
Item quia domo ciuitas prior eſt natura,& domus
pars eſt ciuitatis,pars verò poſterior eſt natura to-
to.1.*Politicor.cap.2.&* 8.quod intellige via accu-
ratæ doctrinæ,non autem via inuentionis. Nam 7.
partes via inuentionis ſemper ſunt priores toto.
Oportet igitur vt futurus Reipublicæ Rector in
rebus œconomicis,ſeu domeſticis præexerceatur;
ſicut ſanctus Ioſeph conſeruis ſuis præpoſitus fa-
ctus eſt ab hero ſuo,totius familiæ curator,ac do-
mui præfectus, natura iam illi conciliante totius
Ægypti principatum. Cuius rationem reddit Phi-
lo *lib.de Ioſeph.fol.mihi* 345.Quia domus eſt quæ-
dam parua ciuitas , & œconomia compendiaria
Reſpublica, ſicut etiam ciuitas magna domus eſt,
& Politia communis quædam OEconomia. Vnde
facilè dicimus eundem eſſe aptum,& diſpenſatio-
ni domeſticæ,& adminiſtrationi publicæ : quam-
uis hæ multitudine , magnitudinéque differant.
hæc ille.Idem ait Neuiſa *in ſylua nupt.lib.5.n.*110.

Ad hæc Politia ſecundùm Gerſonem *part. 1.* 8.
*de origine iuris, & legum* , eſt congregatio com-
munitatis perfectæ ſub pluribus vtilitatem Rei-
publicæ per leges ſuas principaliter intendenti-
bus. OEconomia verò eſt communitas in ſe , &
ſecundùm ſe imperfecta , quæ ſibi perfectè non
ſufficit, neque in eam conueniunt ſingulæ perſo-
næ , vt membra ,principalia ad conſtituendum
vnum corpus politicum;ſed omnes, ibi exiſtentes
componunt priuatam domum , cui præeſt pater-
familias. D.Thom. 1.2.*quæſt.90.art.3.ad* 3.& So-
tus *de iuſtitia lib.5.quæſt.1.art.2.* & alij commu-
niter Doctores. At verò Politia eſt multitudo
perfecta , hominúmque ſocietas inter ſe aliquo
fœdere in ordine ad aliquem finem politicè co-
pulata;éſtque capax politicæ gubernationis , cu-
ius

rus eſt incapax œconomia. Suarez *lib. 1. de natur. le. in communi, cap. 6. num. 19. & 20.* neque poteſtas dominatiua patrisfamilias extenditur extra gubernationem rei familiaris, vt eſt commune, quod notat Sotus citat.

9 quibus quamuis paterfamilias queat pro ſui regiminis aliqua præcepta imponere, ac ſtatuta, non tamen habebunt rationem ac vim legum; nam lex primò, ac principaliter reſpicit ordinem ad bonum commune. At verò ordinare aliquod commune bonum non pertinet ad perſonas priuatas, ſed eſt totius communitatis perfectæ, vel illius vices gerẽtis, D. Thom. *d. q. 90. art. 3. ad 3.* & Caietan. *ibid.* quæ regitur poteſtate iuriſdictionis. OEconomia verò dirigitur poteſtate dominatiua, quæ non eſt vniformis, neque retinet eundem gubernandi modum; diuerſum namque eſt ius gubernãdi, quo pater & maritus vtuntur circa gubernationem filiorum, & vxoris, ab eo, quo domini vtuntur in ſeruos: quia hæc poteſtas œconomica verſatur circa priuatas perſonas, & vocatur poteſtas priuata, neque admittit politicum regimen, nec condere poteſt leges, & quod maius eſt, non poteſt perſona priuata, auctore D. Thom. 1. 2. *q. 90. art. 3. ad 2.* efficaciter inducere ad virtutem, neque habet vim coactiuam, quam habet perſona publica ex legibus ad regimen politicum promouendũ conditis, quibus efficaciter mouet, ac inducit ad virtutem puniendo delinquentes, quando res id exigit, vel honoribus afficiendo pro meritis facta præſtantiſſimorũ virorũ.

10 Vis autem coactiua eſt in multitudine, vel in perſona publica loco multitudinis conſtituta, ad quam, ſeu ad quem pertinet punire, remunerare, & conſequenter leges ferre. Ad hominem autem priuatum id non ſpectat, cuius bonum non eſt vltimus finis, ſed tendit ad commune bonum, ſicut bonum vnius domus tendit ad bonũ vnius ciuitatis, quæ eſt cõmunitas perfecta ſocietatis vinculo colligata. D. Auguſt. *in 1. de ciu. Dei*, quem ſequitur D. Thom. *d. q. 90. art. 3. in corp. & ad 3. & lib. 4. de regim. Princip. cap. 23. per tot.* vbi agit de perfecta, Politia, & in quo conſiſtat felicitas illius. Ex quo demonſtratur quantum differat ab œconomica diſpoſitione, quantum ſcilicet perſona priuata à perſona publica, quantum denique domus & ciuitas, vt idem Philoſoph. tradit *1. etiam œconom. c. 1. & Politic lib. 1. cap. 1. 2. & 3.* & D. Thom. *ibid.*

11 OEconomia coaleſcit ex tribus partibus præſertim, coniugali videlicet, paterna, ac dominica, & inſuper additur pars quarta, quæ ſecundùm aliquos eſt diſciplina rei familiaris, quæ verſatur in acquirendo; ideò à quibuſdam dicitur acquiſitiua, vel pecunialis. Atque hæc teſte D. Thom. *1. lib. Politic. c. 2.* quibuſdam videtur eſſe tota œconomia; aliis verò maxima pars œconomiæ. Ratio eorum, quoniam diſpenſatio domus, ſeu adminiſtratio rei familiaris conſiſtit præſertim in acquiſitione, & conſeruatione pecuniæ. Cum ergo tota domus, id eſt domeſtica familia, vt ſit perfecta neceſſariò debeat conſtare ex ſeruis, & liberis, vt ait Philoſoph. *1. lib. Politic. cap. 3.* prima pars erit *coniugalis*, quæ efficitur ex marito, & vxore, quam dicimus *matrimonium*, ſecunda eſt *paterna*, quæ conſtat ex patre, & filiis; tertia ex domino, & ſeruis, quæ vocatur *deſpotica*, ſeu *dominatiua*, quæ vocatur *dominica* à Philoſopho. Ex his tribus complicationibus perſonarum œconomia ita conſtituta, apparet virum, quatenus talis eſt, vxoris eſſe caput, Gen. 3. n. 16. *Sub viri poteſta-* [illegible] *Regim. Chriſt. Reipubl.*

*te eris*, & Paul. ad Tit. 2. n. 6. *Mulieres* (inquit) *ſubditæ ſint viris ſuis.* vbi Hieron. ait, communi lege naturæ. At verò pater qua talis, eſt caput filiorũ, in eoſque habet poteſtatem patriam, quandiu nõ ſunt emancipati ex *l. liberor. 28. ff. de adoptionib. §. præterea, §. admonendi, Inſtit. quibus modis ius patriæ poteſtatis*; quatenus dominus, eſt etiã caput habetque poteſtatem in ſeruos, quæ à D. Paul. *ad Epheſ. 6. n. 5.* commendatur, & *ad Coloſſenſ. 3.* dicente: *Obedite dominis carnalibus cum timore, & tremore in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto*, & *ad Tim. 1. c. 6. n. 1.* dicitur: *Quicumque ſunt ſub iugo ſerui dominos omni honore dignos arbitrentur, &c. Qui autem fideles habent dominos, non cõtemnant, quia fratres ſunt.* Item prima Petri 2. cap. 1. n. 18. *Serui* (inquit) *ſubditi eſtote in omni timore dominis, non tantum bonis, & modeſtis, ſed etiã dyſcolis.* Ex quo fit dominos in ſeruos ratione naturali habere dominium, ſicut habent in cæteras poſſeſſiones ſuas, ſiue boni, ſiue mali ſint, & dyſcoli. Hoc tamen dominio, ac poteſtate poſſunt vti benignè quoad ſeruitia conſueta & rationabilia, vt habetur *in l. vnic. C. de emend. ſeruor.* & monet D. Auguſt. *lib. 19. de ciuit. Dei, cap. 16.* Vnde ſi fugiat ſeruus a domino abſque cauſa, & huc, atque illuc vagetur, peccat mortaliter ſecundùm gloſſ. *cap. ius gentiũ 1. diſt.* Fortun. *in d. l. manumiſſiones, ff. de iuſt. & iur. col. 4.* & Turrecrem. *in d. cap. ius gentium, art. 4.* & probat text. *in cap. ſi quis ſeruum 17. q. 4.*

Deinde pars coniugalis, & paterna natura eſt, hoc eſt de iure naturali, quoniam vir ſuapte natura eſt caput vxoris, & illi præeſt, nec vir fuit conditus propter mulierem, ſed mulier propter virũ, vt eſſet viro ſocia, & adiutorium ad generationem & educationem filiorum, & ad reliqua ſubſidia vitæ, ac familiæ neceſſaria. Et ſicut vxor ex intentione Auctoris naturę tenetur naturaliter obtemperare viro tanquam ſuo capiti ita etiã ius naturale obligat filios obedire parentibus, à quibus poſt Deum ſuum eſſe accipiunt; ideò illos tãquam principiũ ſui ortus, & educationis tenẽtur colere, lumine ipſo naturali id præcipiente. Prior pars huius aſſerti probatur ab Auguſtino, vt habetur in cap. caput, ad finem 33. q. 5. *Fœminas* (inquit) *ſuis viris ſeruire, communi lege naturæ.* Quod etiam dixit Hieron. *vbi ſupra*, (& Aug. in lib. 1. de nupt. & concupiſcentia ad Valerium c. 9.) *Neque dubitari* (inquit) *poteſt naturali iure viros potiùs fœminis, quam fœminas viris principari.* Quod cognoſcẽs ſancta Sara *Gen. 18. n. 18.* de Abrahamo viro ſuo locuta, vocabat illum dominum ſuum: *Dominus meus vetulus eſt.* Cuius meminit Chryſoſt. in epiſt. 1. ad Corinth. hom. 26. *Priſca* (inquit) *illæ mulieres viros ſuos dominos vocabant.* Quin, & Bethſabee Dauid maritum dominũ vocat, & ſe ancillam illius. 3. *Reg. c. 1. n. 17.* Quod adeò verum eſt, vt apud ſacrã Paginam dominus pro marito, & loco mariti habeatur, Iudicum 19. n. 28. *At mulier* (inquit) *recedentibus tenebris venit ad oſtium domus, vbi manebat dominus ſuus.* Quo loco de marito loquitur. Ex quo luce clarius patet viros præeſſe vxoribus, eaſq; illis perfectè obedire debere. Quod non latuit Philoſoph. 2. *œconomic. c. 1.* dum ſic ait ibi. *Exiſtimare autem debet mulier verè compoſita, mores viri eſſe legem vitæ ſuæ compoſitã ſibi à Deo, &c.* Atque ita manifeſtum eſt viro datũ eſſe poſſe imponere vxori leges, quæ à bono & honeſto nõ deuient, quãdoquidẽ *quanto tẽpore vir eius viuit, alligata eſt vxor legibus viri* auctore Paulo 1. *ad Cor. 7. n. 39.* & habetur *in cap. ſicut alterius 7. q. 1.*

Poſterior pars, nempe de iure naturæ habere parentes poteſtatem in filios, ſicut vir habet in vxorem; probatur ex Ariſtot. *lib. 1. Polit. cap.* 8. ibi: *Vir quidem vxori præeſt, & filys tanquam liberis quidem ambobus, ſed non eodem imperij modo, ſed vxori quidem ciuiliter, filys autem regie*; hoc eſt, vir principatur mulieri politico principatu: eo quòd non habeat plenariam poteſtatem ſuper vxorem, quoad omnia; ſed ſecundum quod exigit lex matrimonij. Sicut gubernator ciuitatis habet poteſtatem in ciues ſecundùm leges, & ſtatuta duntaxat. At verò pater præeſt filiis regali principatu, quoniam habet ſuper filios plenariam poteſtatem. Et hos duos principatus vocat Ariſtot. ſecundùm naturam, quia ſemper id, quod eſt principalius in natura principatur, ſed maſculos teſte ibi D. Thom. *lect.* 10. eſt principalior naturaliter, quàm fœmina, & pater etiam eſt principalior naturaliter, quàm filius; ergo hæ duæ partes œconomiæ, paterna, ſcilicet, & coniugalis ſunt de iure naturali. Ita poſt D. Thom. *loco alleg.* tradit Molin. noſter *tom. 1. de Iuſt. tract. 2. diſp.* 22. ſequitur Suar. *de leg. humana, lib. 3. cap. 1. n. 4.* ſequuti Philoſoph. *Eth. 8. cap.* 11. vbi dicitur, quòd pater filiorum natura, & auus nepotum, & Rex eorum, quibus præſidet, imperium obtinent. Ratio potiſſima, quia pater eſt cauſa eſſendi filiis, & nutritionis, & eruditionis; & de fœminis 1. *Politic. cap.* 3. apertè loquitur in hunc modum: *Maſculus ſecundùm naturam fœmina imperare debet, eſt enim maſculus præſtantior, quàm fœmina.* Hæc ille.

At illud ſubdifficile eſt dicere de illa parte rei domeſticæ, quæ dominica, ſeu diſpotica nominatur, cum domus perficiatur ex ſeruis, & liberis, & dictum ſit de marito, & vxore, ac de patre, & de filiis, quia omnes liberi exiſtunt. Quocirca quæſtionis erit, an ius dominorum in ſeruos ſit inductum iure naturæ, an iure gentium inuentum? Reſpondeo primò ex Ariſtot. *lib. 1. Politic. cap. 3. & 4. & lib. 7. cap.* 14. ſeruitutem vnam eſſe naturalem, & alteram legalem. Naturales ſeruos vocat, qui ſunt hebetiores ingenio, ac rudiores, & corpore, ac viribus robuſtiores; quique ab ipſa natura ſunt inſtructi ad parendum ſapientioribus, ac ingenio, & virtute excellentioribus. Patet ex Cicerone *paradoxo* 5. pronũciante prudentes eſſe liberos; ſtultos autem, & inſipientes ſeruos eſſe. Conducit illud Prou. 1. dũ ait, n. 5. *Intelligẽs gubernacula poſſidebit.*

Cæterum hæc ſeruitus non dicitur actu naturalis, nec propriè, ſed ſecundùm aptitudinem, vel congruentiam, quatenus ſcilicet natura quibuſdam ingenij, ac prudentiæ excellentiorem prærogatiuam, ac præſtantiores animi dotes conceſſit, aliis verò multo minores, quibus robuſtiores vires corporis ad ſeruiendum, quàm aliis fuerit elargita. Ex qua diuiſione, ac diſtributione virtutum, ac partium diſpari non ſequitur naturam conſtituiſſe hos actu dominos, illos verò actu ſeruos; cùm natura omnes pares, ac liberos condidiſſet, ſecundùm quam omnes liberi naſcuntur. Quod etiam probat text. *in l. 4. ff. de ſtat. hom.* Strophilus ſeruus apud Plaut. *in Aulularia*, inquit: *Omnes natura parit liberos*, & habetur *in l. manumiſſiones*, ibi. Vtpotè cùm iure naturali omnes liberi naſcerentur, *ff. de iuſt. & iur. §. ſeruitus, Inſtit. de iur. perſon.* Quo probatur ſeruitutem fuiſſe inductam, non à natura, ſed contra naturam negatiuè, non verò poſitiuè, quia tunc non eſſet licita, niſi dicas fuiſſe inuentam à natura ſecundùm quãdam aptitudinem ad ſeruiendum, quatenus ratio naturalis docet, vt minùs prudentes, ac ſapientes à prudentioribus & ſapientioribus dirigantur. Atque ita non eſt ſeruitus inducta contra naturam, ita vt ſit contra rectam rationem. Quæ ſeruitus naturalis quoad vim directiuam, vt eſt probabilius, erat futura in hominibus in ſtatu innocentiæ, vt inter Angelos eſt ordo, & principatus, vt patet ex D. Dionyſio *cap. 9. de Eccleſ. Hierarch.* & D. Gregorio *homil. 34. in Euangel.*

Altera verò ſeruitus, cuius meminit Ariſt. *lib. 1. Polit. cap. 3. & 4.* putà legalis, & ciuilis, eſt vera ſeruitus, ſi iuſto titulo inducatur. Contra ſi falſo titulo, ibi: *Nonnulli iure quodam, vt putant freti, & adducti; lex enim quoddam ius eſt, ſeruitutem eam, quæ iure belli introducta eſt, & iuſtam eſſe aiunt, & negant. Quoniam fieri poteſt, vt initium bellorum ſit iniuſtum, & eum, qui ſit indignus ſeruitute, nuſquam quiſquam ſeruum eſſe fateatur.* hęc ille. Quod etiã habetur *in l. naturalem, §. vlt. ff. de acquir. rer. domin. & in l. hoſtes ff. de captiu. §. Item ea, Inſtit. de rer. diuiſ.* Atque ita accedente iuſto, ac vero titulo, qualis, qualis ille ſit, efficitur quis ſeruus alterius, ita vt ſit vera poſſeſſio illius, & ſub dominio illius conſtituatur; nec eſt negandum poſſe iure humano, & gentium introduci ſeruitutem, quod probat D. Auguſt. *de ciuitate Dei, cap.* 15. dicens, *conditionem ſeruitutis iure intelligi impoſitam peccatori, quod nomen culpa meruit, nõ natura*, ſubdens, *quod nullus natura ſeruus eſt hominis, aut peccati, verùm pœnalis ſeruitus ex lege ordinatur, quæ naturalem ordinem conſeruari iubet, perturbari vetat: nam ſi contra legem non eſſet factum, nihil eſſet pœnali ſeruitute coercendum.* hæc Auguſt. Adde ſeruitutem hanc magis fuiſſe inductam à lege in gratiam, & vtilitatem ſeruorum, quàm dominorum, cum vtilius ſit homini regulariter ſeruire vita cõmite, quàm occidi. Ita Molin. *tom. 1. de iuſtit. tractat. 2. diſp.* 32. & conſtat ex *Inſt. de iure perſon. §. ſerui.* vbi habetur ſeruos vocari a ſeruãdo, quia cum licitum eſſet homines bello captos interimere, ſeruabant, commutata eorũ morte in perpetuam ſeruitutem.

Dico etiam ſeruum iuſto titulo factum, ita eſſe ſub dominio, ac poſſeſſione domini, vt ab eo poſſit alienari *l. 4. & 5. ff. de ſtat. homin.* Hæc tamen ſeruitus nullò modo eſſet in ſtatu innocentiæ, ſi homo in illo perſiſteret, cùm ſit quædam miſeria, & in eo ſtatu, nec miſeria, nec ignorantia: cum tamen omnes non eſſent futuri ſapientia, ac prudentia æquales. Idcirco abſque omni moleſtia minùs ſapientes ſapientioribus obedirent, & iuniores ſenioribus, ſicut & viris vxores, & parentibus filij obtemperarent. Ita D. Thom. 1. *p. q. 96. art. 4.* Gregor. 2. 2. *ante quæſt. 62. in tract. de domin.* Molin. *d. diſp.* 32. poſt Ioan. Dried. *de libert. Chriſt. lib. 1. c. 2. pag.* 8. vbi ait omnes homines ſub eo ſtatu cõditos eſſe æqualiter immunes ab omni malo, & reatu ſeruitutis, impares tamen ſecundùm paritatem in dotibus animi, & conſequenter ex ordinatione diuina alios aliis ſcientia, ac prudentia ſuperiores. Cuius rei redditur ratio ab eodem D. Thom. ob quam in ſtatu innocentiæ homines ſapientia, ac virtute futuri erãt impares, ibi: *Sed & ſecundùm animam diuerſitas fuiſſet, & quantum ad iuſtitiã, & quantum ad ſcientiam: non enim ex neceſſitate homo operabatur, ſed per liberum arbitriũ, ex quo ratio habet, quòd homo poſſit magis & minùs animũ applicare ad aliquid faciendum, vel volendum, vel cognoſcendum, vnde quidam magis proficiunt in iuſtitia, & ſcientia, quàm alij. Quoad corpora verò alia alys fortiora ad influẽtias cœleſtes recurrit.* dic ille,

iſte, an .. nulla tamen vili ſeruitute, ac ſubiectione oppreſſus conſtat extitiſſe. Quæ ſeruitus, ac ſubinde poſtea iure gentium, iuſtiſque titulis ſuit introducta, vt eſt communis, quam tradunt Sotus *de iuſtitia lib.4.quæſt.2.art.2.* Michaël Salon *2.2. tractat. de dominio, quæſt.3. art.2.* Bañez *ibidem quæſt.2.* & Nauarr. *in cap.quorundam, de Iudæis, in gloſſ.penultim.* Leſſius *lib.2.de iuſtitia, cap.4. dub.9. num.54.* Ex quibus bene ſequitur veram ſeruitutem non eſſe iuris naturalis, neque à natura ipſa inſtitutam, & quamuis Ariſtoteles *1.Politicorum cap.3. & 4.* dicat quoſdam eſſe natura ſeruos, quoſdam lege, loquitur de ſeruitute non propriè ſumpta, ac vili, ſed de ea quæ conſiſtit in recta ratione, quæ docet, vt minùs ſapientes ſapientioribus obediant, vt ab eis dirigantur, non tanquam ſerui à dominis, ſed ſecundùm rectam rationem, quæ petit, vt infirmior fortiori aſſurgat, & qui excellunt ratione, prudentia, ac ætate aliis excellant, vt dirigant eos, non verò vt cogant. Quod etiam ſuper Geneſ. Auguſt. tradidit, dicens naturalis ordinis eſſe, vt fœminæ viris ſeruiant, & filij parentibus, quia & illic eſt iuſtitia, quæ ſeruitus non pertinet ad coactionem, neque ad dominium, ſed ad honorem, & reuerentiam, quam iuuenis ſeni, ignobiles nobilibus, imprudentes prudentibus debent. Ita Plato *in dialog.3. de legib.* & Ariſtot. *lib.7. Politic. cap.4.* vbi inſinuat hanc ſeruitutem naturalem impropriè dictam eſſe maximè vtilem, quia minùs prudentes, ac ſapientes ſunt inferiores aliis, ita vt à prudentioribus, & ſapientioribus perfectiori prudentia, ac ſcientia imbuantur, & inſtruantur. Sequitur D.Thom. *2.2.q.57.art.3.ad 2.& d.q.96.art.3.& 4.* Ex quo conſtat ſimilem ſeruitutem, quæ ad honorem, reuerentiam, inſtructionem, ac directionem ſeruientium pertinet, inſtitutam eſſe à natura, nec à ſtatu innocentiæ alienam, imò illi maximè conuenientem. Lege vtrobique D.Thomam.

12. His quoque conſequens eſt dicere de ſubiecto tam OEconomiæ, quàm Politiæ cum inter ſe differant, teſte D.Thom. *2.2.q.47.art 11.& q.48.art. unic.* Subiectum ergo œconomiæ, ſeu rei familiaris eſt domus. Ita Ariſtot. *1. œconomicor. cap.1.* quia cum œconomia, ſeu diſpoſitio de his, quæ pertinent ad bonum commune domus, vel familiæ, ſubiectum illius ad quod omnia reducuntur; eſt domus; eodem modo ciuitas eſt ſubiectum Politiæ, teſte eodem Ariſtotele *ibid.* propter eandem rationem; vtraque enim verſatur circa adminiſtrationem, & regimen ſui totius; illa circa adminiſtrationem rei familiaris; hæc circa gubernationem politicam; ſunt enim partes moralis philoſophiæ, cuius ſubiectum eſt operatio humana ordinata in finem, vel etiam homo, prout eſt voluntariè agens propter finem. Quæ moralis philoſophia in tres partes ſecatur, teſte D.Thom. *1. Ethic. lect.1.* Cuius eſt proprium conſiderare operationes humanas ſecundùm quod ſunt ordinatæ ad inuicem, & ad finem.

13. Quocirca, prima eius pars, quæ *monaſtica* vocatur, conſiderat operationes vnius hominis ordinatas ad finem. Secunda, quæ dicitur *œconomica*, conſiderat operationes familiæ domeſticæ, ... de his, quæ pertinent ad commune bonum ... Tertia, denique, quæ appellatur *politica*, ... at operationes communitatis politicæ, ac ... atque hæc ordinatur ad bonum commune communitatis politicæ. Ex quo vides has inter ſe ... ngui, nam fines earum ſunt diuerſi; eo quòd finis monaſticæ eſt bonum vnius, œconomiæ bonum familiæ, politiæ tandem finis eſt bonum multitudinis. Neque obſtat, vt ſint diuerſi ſpecie, quòd vnus ordinetur ad alium: ſicut etiam differunt ſpecie fines equeſtris, militaris, & ciuilis, & tamen finis vnius ad finem alterius ſubordinatur. Auctore Philoſopho *Ethic.1.cap.1.* & ibi D.Thom. *lect.1. & 2.2.q.47. art.11.* tam *in corpore*, quàm *ad 3.*

Meminiſſe oportet œconomias eſſe quatuor. 14.
Prima eſt, *regia*. Secunda, *præfectoria*. Tertia, *politica*, ſeu *ciuilis*. Quarta eſt priuati hominis, quæ dicitur *anomala*, ſeu *irregularis*, hoc eſt ſine regula, ſeu forma exiſtens. Vide Ariſtot. *lib.2. œconomicor. publ.* vbi de his quatuor agit, atque de illarum prouentibus, ac commodis, præſertim ex œconomia priuati hominis, quæ eſt omnium minima ob minimos prouentus, & expenſas. Maximus prouentus illius eſt vectigal ex terra, hoc eſt ex agricultura. Secundus prouentus recipitur ex rebus, quæ aliorum culpa negliguntur. Tertius ex argento: præter autem omnia vtilitas magna parcere ſuperfluis, & cauendum ne expenſæ maiores ſint ipſis prouentibus. Denique vt œconomia benè exerceatur, dominum ante ſeruos exurgere, & vltimum ire cubitum oportere Socrates dicere ſolebat; ſicut Philoſophus *lib.2. politic. & œconomic.* ait optimum œconomum non ignarum eſſe debere morum, & locorum circa quæ negotiatur, ſed natura ingenioſum, mente iuſtum, ac laboris patientem.

Dictum eſt ſuprà de poteſtate mariti, ac domini in vxorem, ac ſeruos; non tamen inde colligas licere marito ſupra modum in vxorem ſæuire, poſſeque pro exceſſu puniri. Bald. *in l.etſi quacunque, §.magiſtratus, ff.ad leg. Aquil.* moderatè tamen fas eſt viro caſtigare vxorem, *l.rei iudicatæ, ff.ſolut.matrim.* non tamen paſſim, neque ex leui cauſa, neque acriter, quamuis cauſa ſit magna, & ſupplicio condigna; quoniam acris verberatio non competit, niſi habenti politicam iuriſdictionem: viro autem ſola domeſtica punitio conuenit; eáque rarò, ac moderata, & ex cauſa grauiſſima. Ita Sotus *de iuſtit.lib.5.q.3.art.2.in fine corp.* Aragon. *2.2.q.65.art.2. col.5. verſ.de marito ſolet dubitari.* & ibi Salon. *col.3.* Gloſſ. *in d.l.& ſi quacunque, §.vlt.in fine, ff.ad leg. Aquil.* & Gloſſ. *in Auth. vt liceat matri, & auiæ, §.quia verò quædam mulieres, in verbo, ſufficere.*

Addunt nonnulli maritum, ſi acriter verberet vxorem, & ob id vxor domo abeat commiſſo extra domum adulterio, non poſſe illam accuſare. Ita Angel. Aret. *in tract.malefic.in verbo, que hay adulterato, col.11.* Anchar. *conſ.408.* incipit, *probata tanti viri ſententia.* Ioan. Lup. *in repetit.de donat. inter virum, & vxor. §.20.col.31.verbo, idem eſt, quando maritus, n.4.& 5.& §.64.n.3.* Couart. *4. decret.2.p.cap.7.n.2.* Ludou. Lop. *2.p.inſtruct.de matr.cap.54. paulo poſt princip. caſu 2.* Cifuentes *l.81.Tauri limit.4.* & Tiraquel. *l.1.connub.gloſſ.1. n.24.verſ.quin, & ſi vir.* quæ ſententia probabilis; mihi tamen omnino improbabilis, atque ita non eſt admittenda, quamuis maritus ipſe dediſſet occaſionem fugæ, quia illa fuga vxoris, ſeu expulſio mariti iniuſta ex domo, non eſt cauſa propinqua, nec ordinata de ſe ad adulterium committendum. Secus verò dico, ſi ad hunc finem maritus eam expelleret domo; tunc vera eſſet opinio contraria, nec poſſet illam accuſare de adulterio, nec conuenire ciuiliter ad amiſſionem dotis.

Quod ſi nec fuga vxoris, nec expulſio iniuſta mariti ab eo fuit intentata ad adulterium patrandum, non eſt illi imputandum, nec ſæuitiæ, ſed fragilitati, ac infidelitati vxoris: atque ita poteſt illam accuſare, & procurare, vt ſibi dos adiudicetur. Ita Roland. *conſ.50. num.8. & num.11. lib.1.* Lara *l. ſi quis à liberis*, §. *ſi quis ex his, num.210. ff. de liber. agnoſcend. & num.211.* Azeued. *lib.8. recopil. tit.20. l.4. num.6.* Ratio potiſſima eſt, quia propter ſæuitiam mariti non licet vxori peccare in corpus ſuum, *cap. ſacris, de his, quæ vi metúſve cauſa fiunt.* Et quamuis neceſſitas excuſet, faciátque de illicito licitum, *cap. quod non eſt*, vbi Gloſſ. *de regul. iur. in 6.* & excuſetur, qui propter famem rem alienam capit, *cap. ſi quis propter, de furtis.* Nihilominus nefas eſt fœminæ propter famem fornicari. *l. palam*, § *non eſt ignoſcendum, ff. de ritu nuptiar.* quod in terminis tradit Menoch. *conſ.31. num.30.* dicens non eſſe excuſandam ab adulterio, quamuis dicat ſe illud patrare propter famem. Accedit Bologn. *conſ.23. num.2.* vbi tenet ab adulterio non eſſe excuſandam vxorem, quòd maritus illi venenum propinauerit, cum nec fames, nec ſæuitia, nec propinatio veneni ſint cauſa propinqua adulterandi, vt bene notant, Nauarr. *in man. cap.22. num.24.* Barboſ. *1. part. l.2. ff. ſolut. matrim. num.97.* & Surd. *de aliment. tit.7. quæſt.16. à num.41.*

Sed, & eodem modo domini non poſſunt ſæuire valde in ſeruos, vt habetur *in Inſtitut. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris, § ſed hoc tempore*; peccántque grauiter ſæuiendo in illos, vel crudeliter verberando. Syluest. *verb. vxor, quæſt.3.* Ratio, quia atrox verberatio pertinet ad poteſtatem iuriſdictionis; non tamen pertinet ad perſonas priuatas: ob poteſtatem dominatiuam queunt domini moderatè punire ſeruos. D. Thom. *2.2. q.65. art.2.* Sotus *lib.5. de iuſt. quæſt.2. art.2.* & Syluest. *vbi proximè.*

## §. II.

### *Quotuplex Politia, & quomodo diuidatur?*

### EPITOME.

15 *Politia perfecta qualis ſit, & quotuplex; ſubdiuiditur in Eccleſiaſticam, & Ciuilem.*
16 *Eccleſiaſtica Reſpublica eſt à Deo inſtituta, ſub vno capite.*
17 *Politia ſæcularis ortum habuit, poſtquam auctus eſt cœtus hominum.*
18 *Eccleſia vnica eſt corpus politicum ex hominibus fidem habentibus coaleſcens; incepit ex Adamo.*
19 *Eccleſiaſtica, & ciuilis politia differunt ex parte poteſtatis.*
*Et ex parte finis etiam differunt.* eod. num.
20 *Eccleſiaſtica poteſtas non poteſt eſſe in fœmina de poteſtate ordinaria, neque in laico.*
*Secus de plenitudine poteſtatis.* eod. num.
21 *Politiæ ciuilis quatuor ſunt ſpecies, ſeu formæ.*
22 *Politicum regimen eſt triplex, & Monarchicum alijs excellit.*
23 *Reges à quo accipiant ſuam poteſtatem à Deone, an ab hominibus, & quid de Saule, & Dauide.*
24 *Politica communitas ad quid fuit in Orbem inducta?*
25 *Rempublicam, an vtilius ſit gubernari à bono Principe per leges, an abſque illis?*

POLITIA perfecta, quæ eſt hominum 15.
multitudo ſpeciali voluntate, ſeu communi conſenſu in vnum corpus myſticum, & moraliter vnum coniugata, eſt duplex. Altera *Eccleſiaſtica*, altera *Ciuilis*, cuius partes, hoc eſt hominum cœtus ſociatus iure, ſibi inuicem præſtant ſufficiens ſubſidium, vel mutuum iuuamen ad ſui conſeruationem, & ad ſuum finem naturalem conſequendum. Colligitur ex *l. ciuitas, ff. ſi certum petatur, & ex cap. dilecta, de exceſ-*
*ſibus Prælatorum*, & ibi Gloſſa. Eccleſiaſtica Re- 16.
ſpublica longè excellentior ciuili eſt, à Deo inſtituta ſub vno capite ab ipſo deſignato, & cum omnimoda vnione in ordine ad ſupernaturalem finem, qualis nunc eſt congregatio fidelium, quæ eſt vnum corpus, & vocatur *Eccleſia Catholica*, à Chriſto Domino inſtituta ſub vna fide, ſub vno baptiſmate, & ſub obedientia ſanctiſſimi Petri, ac eius ſucceſſorum, quibus ipſe in terris contulit vices ſuas. Matth. 16. num. 19. *Tibi dabo claues regni cœlorum; tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*, quæ à Chriſto Domino inſtituta eſt vnica in mundo, & talis fuit quouis tempore, quod de fide eſt, vt habetur in Symbolo, *Credo in vnam ſanctam Eccleſiam*, & patet ex Apoſtol. ad Epheſ. 4. num. 3. *ſolliciti ſeruare vnitatem in vinculo pacis*, quæ vnitas moralis eſt, qualis datur in Republica, cuius vnitas vnum exigit caput, vnum, & eundem expoſcit finem. Similiter Eccleſia ad vnum, & eundem pergit finem per media ad illum ſufficientiſſima, cuius caput eſt Chriſtus Dominus, & eius Vicarius in terris. Conſtat ex Ioan. 10. num. 17. *fiet vnum ouile, & vnus paſtor.* Eiuſdem vnitatis meminit Apoſtol. ad Roman. 12. num. 4. *Sicut enim in vno corpore multa membra habemus; ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto.* & 1. ad Corinthios 12. ſic ait, *Hæc autem omnia operatur vnus, atque idem ſpiritus, in vno ſpiritu omnes nos baptizati ſumus, in vnum corpus.* & infrà: *Nunc autem multa quidem membra, vnum autem corpus.* Eandem vnitatem commendat Paul. 1. ad Timotheum 3. *Vt ſcias quomodo oporteat te in domo Dei conuerſari, quæ eſt Eccleſia Dei viui.* Vbi non dixiſſe Apoſtolum nota, *in domibus*, ſed *in domo*, eo quòd eſt vna, Cantic. 6. num. 8. *Vna eſt columba mea, amica mea*, &c. quæ habet vnum ſpiritum, vnum cor, vnum caput, quod eſt Chriſtus.

Differunt hæc duo, quia politia ſæcularis non 17.
habuit ortum à natalitiis orbis conditi, ſed poſtquam auctus eſt cœtus hominum inter ſe vnione humana, & iure aliquo ſociatus, quia non ſufficit ad communitatem politicam quæcumque hominum collectio, ſed illa, quæ inter ſe iure, aut vnione in ordine ad aliquem finem copulatur. Idcirco hæc collectio cum naſcente orbe non ſtatim in lucem edita fuit, ſed poſtea labentibus annis.
At verò Eccleſia vnica, quæ eſt corpus quoddam 18.
politicum ex hominibus fidem habentibus coaleſcens, ortum habuit in Adamo, & Eua formata. Quod probatur, quia Eccleſia eſt nomen collectiuum. Vnde ſicut Reſpublica non conſtat ex vna tantùm perſona, ſic neque Eccleſia cùm politicum ſit corpus, non ex Adamo duntaxat, ſed ex illo, & Eua formata coaluit, & produci incepit in

in Adamo & Eua formata; nam Eccleſia eſt congregatio fidelium, & parentes noſtri Adamus ſcilicet, & Eua ſiue ante lapſum, ſiue poſt, antequam filios procreaſſent, erant fideles: ergo eorum congregatio erat Eccleſia, & conſequenter antiquior eſt Eccleſiaſtica communitas, quàm ciuilis collectio.

Et quamuis ſint aliqui aſſerentes Eccleſiam initium ſumpſiſſe ab Abel iuſto, vt ſequitur Aragon, cum aliis *tractat. de Eccleſia*, *fol.* 68. *mihi*, *pag.* 2. probabilius multò eſt incepiſſe à primis parentibus. Ita Molin. *lib.* 5. *de recta in Deum fide*, *cap.* 14. Dried. 4. *de dogmatib. cap.* 4. Turrecremata *lib.* 1. *cap.* 22. Albert. Pighius *lib.* 1. *Hierarchia Eccleſiaſtica*, *cap.* 1. Sanderus *de viſibili Monarchia Eccleſiæ*. Gaſpar *lib.* 4. *contra hæreticos*, *diſput.* 1. *cap.* 7. & Hoſius *lib.* 5. *aduerſus prolegomena Brentij*, Confeſſio Polonica *de fide*, *& ſymbolo cap.* 22. *&* 23. & Suar. *de triplic. tract.* 1. *diſput.* 9. *ſect.* 2. *num.* 3. & alij, quos ſequitur Simanc. *tit.* 24. *de Eccleſia*, *num.* 7. vbi probat primos parentes poſt præuaricationem præcepti diuini impoſiti veniam à clementiſſimo Domino obtinuiſſe in ſanguine mediatoris Dei, & hominum Chriſti, pro ſalute humani generis in ara Crucis offerendi; ſed, qui in hac fide conueniunt, ad hanc Eccleſiam pertinent. Ergo parentes generis humani ad hanc Eccleſiam pertinent, & ab eis exordium ſumpſit ipſa. Confirmatur, quia ab Adamo ex communi doctrina Patrum, filij, & poſteri myſteria fidei acceperunt, & ita per traditionem conſeruata in Eccleſia fidelium fuere. Igitur antequam Cain, & Abel prodierint in lucem, iam erat Eccleſia in rerum natura. Ita Suar. 3. *part. quæſt.* 1. *in commentar. art.* 3. Vide illum. Ex quo ſequitur multò priùs communitate politica fuiſſe communitatem Eccleſiaſticam, cum politica non extiterit, niſi poſtquam aduenit multitudo hominum inter ſe morale vinculum habens, quod auctore Ariſtotele 3. *Politic. cap.* 10. exigitur, vt fiat communitas perfecta, niſi fortè dicas in Adamo, & Eua incepiſſe politiam ciuilem, non actu, ſed aptitudine.

19. Secundò differunt ex parte poteſtatis, quia poteſtas Eccleſiaſtica eſt à Chriſto inſtituta immediatè, & ſupernaturaliter ad regendos fideles in ſupernaturalibus, & quatenus ad illa eſt opus in naturalibus. Ita Nauarr. poſt plures, quos referens ſequitur *in cap. nouit*, *de iudic. notab.* 3. *n.* 82. quæ poteſtas eſt in Chriſto Domino, & ipſe eam Vicario ſuo in terris committit, ac eius ſucceſſoribus. Poteſtas verò laica eſt immediatè data à Deo communitati humanæ ad ſe gubernandum in rebus naturalibus, vt benè, beatéque viuant. Non tamen propriè per ſe confertur de lege ordinaria per ſpecialem actionem diſtinctam à creatione, ſed per modum proprietatis ab ipſa natura manantis eodem modo, quo, qui præſtat formam, ſolet præſtare conſequentia ad formam. Atque ita immediatè datur à Deo, vt auctore naturæ per modum proprietatis ſupradictum, & ſic aſſurgit in communitate humana, vbi primùm collectio hominum in vnum corpus myſticum politicè congregatur. Quo poſito impoſſibile eſt, quin reſultet hæc poteſtas, nec poteſt impediri eius reſultatio ab eadem collectione politicè vnita; poteſt tamen illam committere collectio ciuilis vni, vel pluribus prout maluerit. Molin. *tract.* 2. *diſp.* 20. *§. quo.* Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 46. *dub.* 4. *n.* 24.

Tertiò differt politica collectio ex parte finis, nam eius finis eſt naturalis, materialis, ac temporalis, cùm ſit humana felicitas naturalis huius vitæ præſentis, non omnino exacta, ac perfecta, ſed talis qualis in humana communitate obtineri poteſt. Finis verò poteſtatis Eccleſiaſticæ eſt ſupernaturalis, ſpiritualis, & æternus, hoc eſt, vita æterna. Ita Nauarr. *in dict. cap. nouit*, *de iudic. notab.* 3. *corol.* 17. 20. *&* 21. *à num.* 82. *vſque ad n.* 90. *&* 97. Ratio, quia cùm homo ad finem ſupernaturalem ſit procreatus, illúmque per media ſupernaturalia ſit aſſequuturus, & poteſtas ciuilis ex ſe ſolùm vires habeat ad dirigendos homines ad finem naturalem; benè conſtat inter ſe has duas poteſtates differre, propter fines diuerſos inter ſe ſubordinatos; eo quòd felicitas præſentis vitæ ordinetur tanquam imperfecta ad beatitudinem ſupernaturalem, tanquam aliquid perfectiſſimum. Ita D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 40. *art.* 3. *ad* 3. & Victor. *de poteſtate Eccleſiæ*, *relect.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 10. Molin. *de iuſtit. tom.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 21. *fol.* 160.

20. Vltimò differunt ex parte ſubiecti, quia ciuilis poteſtas poteſt eſſe in viro, & in fœmina, quanquam immediatè eſt in communitate humana. Eccleſiaſtica verò, quæ principaliter eſt in Chriſto Domino, non poteſt eſſe in fœmina, neque in homine, non baptizato, neque in laico. Secus de ciuili dicendum. Probatur, quia fœmina non eſt capax iuriſdictionis de lege ordinaria, quæ ad claues pertinet. Ita D. Thom. *in* 4. *d.* 25. *quæſt.* 2. *art.* 1. Nauarr. *in ſumm. cap.* 27. *num.* 6. Couarr. *in cap. alma*, *part.* 1. *§.* 11. *num.* 2. Conſtat ex *cap. de Monialibus*, *de ſentent. excommunicat.* vbi habes Abbatiſſas non poſſe abſoluere Moniales à cenſuris, ſi fortè in eas inciderunt. Qui ergo non poteſt ligare, non poteſt abſoluere; & probatur ex *cap. noua*, *de pœnit. & remiſſionibus*. Poſſunt tamen Abbatiſſæ corripere, inſtruere, ac præcipere, prout expediens eſt ad gubernationem domeſticam. Ita Victor. *in relect.* 2. *de poteſt. Eccleſiaſt. quæſt.* 2. *à num.* 3. Item, quia poteſtas ferendi cenſuras prærequirit vel ordines, vel primam ſaltem tonſuram, vti diſpoſitionem ad Ordines. An verò poſſit ſuſpendere clericos ſuæ iuriſdictioni ſubiectos? videtur ſentire *cap. dilecta*, *de maiorit. & obed.* Reſpondeo non eſſe veram ſuſpenſionem, ſed mandatum quoddam, ſeu præceptum, quod non eſt propria ſuſpenſio. Ita Abb. *ibi*, & probatur, quia *in d. cap. dilecta*, præcipit Summus Pontifex cuidam Abbati, vt ſi ſubditi noluerint obedire Abbatiſſæ, eos cogat per cenſuras. Ergo ſignum eſt, quòd præceptum ab Abbatiſſa impoſitum, non eſſet vera cenſura, ſed prohibitio quædam ſimplex. Ex ſententia tamen Abbat. *in dicto cap. dilecta*, *de maiorit. & obed.* poteſt fœmina de iure ſpeciali habere iuriſdictionem in clericos, non tamen talem, vt poſſit ferre cenſuras, neque id poſſe, verius eſt. Auila *de cenſuris*, *part.* 1. *dub.* 6. *fol.* 8.

De poteſtate tamen abſoluta poteſt Summus Pontifex concedere poteſtatem fœminæ ferendi cenſuras, tradit Nauarr. *lib.* 5. *conſiliorum*, *conſ.* 73. *in* 1. *edit. ad finem*, *& in* 2. *conſ.* 1. *de ſentent. excommunicat.* Paludan. *in* 4. *diſtinct.* 19. *quæſt.* 2. *art.* 1. Vgolin. *tab.* 1. *de cenſur. cap.* 2. *§.* 7. *num.* 5. Henriquez *lib.* 13. *de excommunicat. cap.* 35. *§.* 1. cùm non ſit contra ius diuinum, ſed iure humano, hoc eſt, prohibitum fœminis, ſed Papa præeſt iuri humano, ergo poteſt concedere de poteſtate abſoluta fœminis facultatem excommunicandi, & ſuſpendendi, cùm hoc ſolum ſit fœminis interdictum

de iure humano. Quod etiam docet Sayr. *de cenſur.* poſt alios *lib. 1. cap. 5. num. 17. & lib. 4. cap. 2. num. 10.* De lege tamen ordinaria nunquam ab eo ſit ratione indecentiæ, quia licet non ſit contra ius diuinum, nec naturale, nihilominus non eſt illis admodum conforme. Suarez *de cenſur. diſp. 2. ſect. 3. num. 7.* Doctrina tamen Nauarri, & aliorum eſt probabilis, nempe non poſſe fœminam excommunicare ex iure, & vſu communi.

Diximus de iure communi non poſſe laicum habere poteſtatem Eccleſiaſticam ſecundùm gloſſam communiter receptam *in cap. tranſmiſſam. de elect.* Gloſſ. *in cap. bene quidam, verbo, præter Romanum. diſt. 96.* Couarr. *in cap. alma, §. 11. num. 3. de ſentent. excommunicat. in 6.* Vgolin. *de cenſur. tabul. 1. cap. 2. §. 10. num. 1. & 2.* Ratio, quia laicus ſpiritualia non poteſt tractare, *cap. decernimus, de iudic.* & ibi Panorm. *num. 1. & 5. & cap. Eccleſia S. Mariæ,* & ibi Gloſſ. *in verb. etiam religioſis,* & Panorm. *ibi num. 5. de conſtitut.* qui *in cap. fin. de conſuetud. num. 1 c.* tenet non poſſe à laico de conſuetudine iuriſdictionem ſpiritualem acquiri, aut præſcribi, cum ſit omnino incapax illius, nec conſuetudo poteſt illum habilem efficere, *argument. cap. cauſam, de præſcript.* quia ius actu reſiſtit, eo quòd naturali ratione diſſonat, abſque Pontificia commiſſione.

Auctoritate, & commiſſione Papæ poteſt purè laicus vti iuriſdictione Eccleſiaſtica, eo quòd ſecundùm aliquos prima tonſura, & reliqui minores ordines non ſunt de iure diuino, imò potiùs ex *d. cap. decernimus,* patet cautum eſſe, vt à ſolis clericis iuriſdictio Eccleſiaſtica exerceatur: quod præceptum eſt de iure humano, cui Pontifex Summus non ſubditur: ergo poteſt laicus ex commiſſione illius excommunicare, & ab ea abſoluere. Ita Ledeſma *2. quarti quæſt. 24. art. 2. concluſ. 5.* Auila *de cenſur. 1. part. dub. 6. concluſ. 2. fol. citatò.* Sayr. *de cenſur. lib. 1. cap. 5. num. 15.* Porrò cæteri Prælati Papa inferiores non poſſunt hanc facultatem facere purè laicis, cùm ſint ſubiecti communi iuri, nec illud poſſunt tollere. Auila, Sayr. & reliqui cum communi Doctorum.

Quin ſubdo conſequenter non poſſe Epiſcopos diſpenſare cum laicis vt ſint Vicarij Generales, neque cum clericis coniugatis vt poſſint excommunicare, & abſoluere, quos poſſe ex commiſſione Papæ vtrunque officium agere, & vtrunque munus obire, docet Panormit. *in cap. ab excommunicato, col. 2. de reſcript. & in cap. Eccleſia S. Mariæ, col. 3. de conſtit.* & habetur *in cap. Menam 2. quæſt. 4.* Couarr. *in d. §. 11. num. 3. ad finem;* & apparet ex deciſione *cap. ſanè, el 1. de clericis coniugatis,* vbi cauetur ne clerici coniugati ad negotia Eccleſiaſtica admittantur. Secus ex commiſſione Papali, Auila *vbi ſuprà, verſ. ex dictis ſequitur,* & Henriq. *de cenſur. lib. 13. cap. 24. §. 1. litera C, in ſcholijs.*

An verò poſſit Summus Pontifex facere facultatem ferendi cenſuras homini non baptizato? Quæſtio eſt difficilis, quam negat Henriq. *de iure communi, dicto cap. 24. in commento litera A. & lib. 3. de pænit. cap. 2. §. 5.* & probatur ex *cap. cùm ſit nimis abſurdum,* & ex *cap. ex ſpeciali, de Iudæis,* vbi decernitur ne Iudæis fiat conceſſio iuriſdictionis etiam laicæ contra Catholicos. Ratio eſt, quia non baptizatus non eſt membrum Eccleſiæ viſibilis; ideò non poteſt contra Eccleſiam exercere ſpiritualem iuriſdictionem. Item, quia non baptizatus de vtroque iure tam Eccleſiaſtico, quàm Diuino, & quaſi naturali eſt omnino inhabilis ad ſpiritualem iuriſdictionem exercendam. Tertiò, quia non baptizatus quatenus talis nequit eſſe clericus, & poteſtas iuriſdictionis ſpiritualis ordinatur ad claues. Igitur iis duntaxat indulgeri poteſt, qui actualiter habent clauem ordinis, vel ſaltem aptitudinem, vt eam habeant. Atqui neutrum habet, qui non eſt baptizatus, ergo eſt omnino ineptus ad exercendam iuriſdictionem ſpiritualem. Neque ad id vſque tempus auditum eſt, quòd Eccleſia commiſerit hanc poteſtatem homini non baptizato, ſicut neque alicui fœminæ, teſte Innocentio III. *in cap. noua, de pænit. & remiſſionibus.* quod ſequitur Suarez *de cenſur. diſp. 2. ſect. 3. num. 8. verſ. illud verò prius eſt,* & clariùs id fatetur *num. 12. verſ. ſecus autem.* Quod etiam de fœmina dixit *lib. 4. de legib. cap. 8. n. 7.* tanquam magis receptum, non poſſe à Summo Pontifice actum iuriſdictionis ſpiritualis committi fœminæ, nec debere.

Nihilominus non eſt omnino improbabile vtrique poſſe committi ex plenitudine poteſtatis; docent Vgolin. *de cenſur. tabul. 1. cap. 2. §. 9.* Marius Alterius *1. tom. de cenſur. diſp. 7. lib. 3. cap. 5. fol. 338. & cap. 6. à concluſ. 3.* Ratio illorum eſt, quia in hoc caſu delegati non operantur, niſi nomine, ac virtute delegantis. Item, quia tam fœmina, quàm non baptizatus ſunt capaces iure diuino iuriſdictionis ſpiritualis neceſſariæ ad baptizandum, ſi habeant intentionẽ faciendi, quod facit Eccleſia, *cap. à quodam Iudæo, de conſecrat. diſt. 4.* Ergo à fortiori erunt capaces iure diuino ex priuilegio Papali iuriſdictionis neceſſariæ ad cognoſcendum de cauſis ſpiritualibus. Sed opinio negans magis placet, quidquid contra ſentiat Sotus *in 4. diſt. 20. quæſt. 1. art. 4.* cum non conſtet de tali vſu Eccleſiæ. Conſtat tamen ex dictis quantum differant politia ciuilis inter ſe, & Eccleſiaſtica, & poteſtas vtriuſque.

Quatuor ſunt ſpecies Politiæ ciuilis & Rerumpublicarum formæ, teſte Ariſtotele 1. *Rhetoricor.* Populi videlicet, Paucorum, Optimatum, Vnius imperium. Populi igitur gubernatio eſt Reſpublica, in qua ſorte magiſtratus declaratur: Paucorum verò poteſtas in qua cenſu: Optimatum gubernatio eſt, in qua imperant, qui excellunt diſciplina, quæ in legibus poſita eſt. Optimates dicuntur, qui legibus obediunt; ideo ipſi in huiuſmodi ciuitate gerendarum rerum principatu potiuntur. Monarchia denique eſt, vt nomen ipſum oſtendit, in qua vnus omnium dominus eſt. *Ethicor.* autem *lib. 8. cap. 10. per totum,* tres tantùm ſpecies Rerumpublicarum, ac formas commemorat, Regnum, Optimorum poteſtatem, ac Rempublicam, ſeu Politiam, quæ eſt gubernatio multorum commodo Reipublicæ, & vtilitati conſulentium. Totidem etiam ſpecies, ac formas Politiæ lapſæ ibi deſcribit: Tyrannidem ſcilicet, cenſu poteſtatem, ac ſtatum popularem. *Monarchia* tranſit in tyrannidem, cum Rex eſt tyrannus, & ſuo bono conſulit, non regno, neque eius bono incumbit. Optimorum poteſtas, quæ eſt ſecunda forma, ac ſpecies Reipublicæ, cum pauci, & optimates gubernant, quæ appellatur *Ariſtocratia,* ſi à bono, & iuſto deflectunt ad malum, & iniuſtum, non iam Ariſtocratia, vbi pauci, & optimi gubernant, vocatur, ſed *Oligarchia,* hoc eſt, gubernatio paucorum, & diuitum, qui ob commune bonum nihil agunt, ſed proprio commodo inſeruiunt; & horum finis diuitiæ ſunt. *Demo-*

*cratia*

*raria* verò accepta in bonam partem, quæ ab Ariſtotele vocatur *Politia*, ſeu *Reſpublica*, vbi multi regunt bono communi proſpicientes, ſi à iuſtitia ad iniuſtitiam declinent, mutabitur in ſtatum popularem, vbi multi gubernant ſuis priuatis commodis conſulendo duntaxat; cuius finis eſt libertas, quatum Reipublicæ formarum meminit Ariſtoteles *ſuprà*, *& lib.4. Politicor. cap.2.* apud quem Democratia malum ſonat; quapropter cum multi gubernant, & Reipublicæ vtilitatem non curant, ſed propriam, vocat ipſe Democratiam. Cæterum ſi Reipublicæ partes agunt, & neglecto proprio commodo ad bonum commune attendunt, vocat Ariſtoteles politicam gubernationem.

22. Eſt ergo politicum regimen triplex. *Monarchicum*, id eſt, vnius Principis ſupremi. *Ariſtocraticum* vnius ſupremi Senatus ex paucis, & optimatibus coactum. Tertium *Democraticum* per totius populi ſuffragia conſtitutum. Horum principaliſſimum eſt Monarchicum. Ita D. Thomas *in Matth. cap.12. & lib.1. de regimine Principum, cap.1.* vbi ait tertiam communitatem eſſe Regiam, quæ eſt communitas conſummata. Ariſtot. *Politic. 3. cap.4. & 8. Ethic. cap.10.* Plato *de Republica.* Plutarch. *in ſuo libello de tribus generibus Reipublica.* Quibus accedunt Ægidius Romanus *in tract. de regimine Principum, lib.1. part.2. cap.3.* & Nauarr. *in cap. nouit, de indic. notab.3. num.148. & num.168.* quæ doctrina eſt communis. Ratio, quia principatus Monarchicus imitatur naturæ fabricam conferentis homini vnum caput à quo cætera membra teguntur, cor vnicum à quo omnes corporis motus dependent. Item, quia multo facilius eſt obedire vni, quàm multis, & multo maior eſt ſeruitus illius, qui multis debet placere, quam qui vni tantùm placet, *argum. cap.1. 21. q.1.* Atqui quando quis regitur per Ariſtocratiam, vel Democratiam, tenetur multis obedire; quando verò ſubeſt Monarchico principatui, obedit vni duntaxat. Ergo is principatus reliquis eſt melior, ac facilior, & longè illis excellit. Nauarr. *d. n.168.* & conſtat ex apum exemplo, quæ vnum cognoſcunt regem; neque equus duplici gubernatur fræno ſed vno, ſicut nauis gubernaculo flectitur vno. Nam quò plures ſunt gubernatores, eò magis pax, & concordia perturbari ſolet. Denique antiquius multo eſt regimen Monarchicum, quàm cæteri principatus, ſi credimus Diodoro *lib.2. c.7.* Euſebio *in Chronic.* Accedit Dion. Caſſius *lib.44.* dicens: *Summam Reipublica eſſe penes vnum, conducibile omnium maxime eſt, quia facilius vnus vir bonus, quam multi inueniuntur.* Iuuat Curt. *lib. vlt.* ſubdens imperium, quod ſub vno ſtare potuiſſet, ſi à pluribus ſuſtineatur ruere. Ex quo conſtat Monarchicum principatum cæteris Reſpublicæ regendæ formis eſſe præferendum.

23. Huc ſpectat à quo Reges accipiant ſuam poteſtatem à Deo ne immediatè, an à communitate politica? Placet de lege ordinaria nulli Monarchæ à Deo immediatè fuiſſe conceſſam politicam poteſtatem, ſed mediante humana voluntate. Probatur, quia illa poteſtas eſt immediatè à Deo collata, quam ipſe confert per voluntatem ſuam immediatè tali ſubiecto, vel ad illud tranſmittitur ex vi diuinæ inſtitutionis, aut ex vi alicuius ... tionis; ergo non à Deo, ſed ab ipſa communitate Regibus confertur. Et confirmatur, quia communitas eligere poteſt ſibi Regem; ergo ipſe eius immediatè ab humana inſtitutione recipit hanc poteſtatem, & mediatè recipit ab ipſo Deo. Item, quia hæc iuriſdictio antequam conferatur Regibus, eſt in ipſa communitate à Deo immediatè conceſſa; ideò non immediatè ad illos deuoluitur per voluntatem diuinam, ſed interuentu ipſius communitatis. Neque obſtat illud Sapientiæ 8. *Per me Reges regnant*, quod refertur *in l. inter claras, C. de ſumma Trinitate*; neque illud ad Romanos 13. *Omnis*, inquit, *poteſtas eſt à Deo*; quoniam hoc ſolùm probat iuriſdictionem regiam immediatè à Deo fuiſſe creatam: regulariter tamen, & ſecundùm legem ordinariam non eſſe collatam huic, vel illi Regi à Deo immediatè, ſed mediante conſenſu humano, ac voluntate. Diuerſum nanque eſt iuriſdictionem regiam eſſe à Deo immediatè creatam, & tradi ab ipſo Deo immediatè. Quia primum fatemur; ſecundum de lege ordinaria negatur, quoniam non traditur Regibus immediatè à Deo, ſed mediante cauſa ſecunda, hoc eſt communitate, in qua reſidet data immediatè hominibus in communitatem politicam conuiuentibus: atque ita immediatè datur à Deo communitati ſine interuentu alicuius creatæ voluntatis, cùm ſit proprietas quædam humanam multitudinem politicè congregatam naturaliter conſequens, & interuentu communitatis à Deo ſolet concedi, idque de lege ordinaria.

Confirmat Auguſtinus *lib.3. confeſſ. cap.8.* dicens generale pactum eſſe à ſocietate humana initum obedire Regibus ſuis. Quibus verbis oſtenditur Monarchiam non fuiſſe à Deo immediatè inſtitutam, ſed originem duxiſſe ab humana voluntate, & ex conſequenti per homines immediatè Regibus iuriſdictionem fuiſſe traditã, quod eſt certum, & tanquam commune traditur à Driedo *lib.1. de libert. Chriſt. cap.19.* Victor. *in relect. de poteſt. ciuil. num.8.* Nauarr. *in cap. nouit, de iudic. notab.3. num.147.* Caietan. *in tract. de auctor. Papa, part.2. cap.10.* Couarr. *in practic. cap.1. concluſ.6. verſ. hac tamen intelligenda ſunt.* Quibus adhæret Molin. *de iuſtitia, tom.1. tractat.2. diſput.21. §. habemus deinde, & diſput.22. § Victoria, & diſp.26. §. dicendum eſt.*

Neque refert ſi dicas poteſtatem regiam eſſe de iure naturali, ſicut tradit Victoria *dict. num.8.* & inſinuat Couarr. *in pract. cap.3. num.6.* dicens, quòd ciuilis poteſtas naturæ, & Dei ordinatio eſt. Quia id ſolum probat poteſtatem hanc ortum ducere ex iure naturali, vt eſt per lumen naturale immediatè à Deo conceſſa Reipublicæ, ſed hoc non facit, quòd conceſſio poteſtatis ab ipſa communitate facta Regi à ſe dilecto, vel in perpetuum, vel ad tempus pro ſuo arbitratu non ſit de iure humano. Ita Caſtro *de lege pœnali, cap.1.* & Driedo *vbi ſuprà, cap.15.* & alij. Inde fit poteſtatem oriri ex iure naturali; commiſſionem verò factam à Republica eſſe de iure humano, eò quòd ipſa poteſt eligere hoc, vel illud regimen, vel hunc, vel illum accipere in Regem, cui poteſtatem ciuilem committat.

Ambigi poteſt vtrùm Saul & Dauid immediatè acceperint à Deo iuriſdictionem regiam? Bellarminus teſte Suar. *de primatu lib.3. cap.3. num.5.* contendit non à Deo, ſed à populo immediatè accepiſſe; & *num. 9.* idem Suar. ait eſſe probabile. Probabilius tamen eſt ex ſpeciali priuilegio hos Reges iuriſdictionem à Deo immediatè accepiſſe. Sic Abulenſ. *1. Regum cap.11. q.12. & 13.* Nauarr. *d. notab.3. n.33. & n.147.* Sotus *de iuſtit. lib.4. q.2.*

art. 1

*art.* 1. Couarr. *in pract. cap.* 1. *num.* 2. *verſ. huius vero ſocietatis.* Molin. *d. tractat.* 2. *diſput.* 23. *verſ. Iam verò ciuiles.* & Azor. 2. *part. inſtitut. moral. lib.* 11. *cap.* 1. §. *obycies, verſ. Aliquos vero Reges.* Quorum aliqui addunt etiam hoc priuilegium fuiſſe à Deo immediate datum Moyſi, & Ioſue, & aliis; reliquis verò poteſtatem regiam a Deo mediante voluntate humana fuiſſe collatam. Patet ex illo 1. Regum cap. 10. *Certe,* inquit, *videtis quem elegit Dominus,* & iterum Samuel ait ad Saulem, *Vnxit te Deus in Principem,* vbi oſtendit Propheta non fuiſſe Regem niſi a Deo immediatè conſtitutum. Idem de Dauid habetur 1. *Regum cap.* 16. fuiſſe electum a Deo immediate, non verò à Samuele; *Veni,* inquit, *ait Dominus ad Samuelem, & mittam te ad Iſai Bethlehemitem, prouidi enim in filys eius mihi regem.* Conſtat etiam ex Deuteron. *cap.* 17. ibi: *Cum dixeris. Conſtituam ſuper me Regem, eum conſtitues quem Dominus Deus tuus elegerit.* Sed his omiſſis regnum de iure gentium proceſſit, & poſt creationem mundi gentes regulariter Reges ſibi conſtituerunt, qui ſibi prædominarentur, & ius dicerent, vt habetur *in l. ex hoc iure, ff. de inſtit. & iur.* his verbis: *Ex hoc iure gentium introducta ſunt bella, deſcripta gentes, regna condita, dominia diſtincta,* & ibi gloſſ. & Bart. *col.* 2. *verſ. Vlterius oppono,* & Bald. *in cap.* 1. *de maiorit. & obedient.* vbi volunt dignitates non eſſe à natura, ſed ab inuentione humana excogitatas.

Ex quibus habes, paucis exceptis Regibus, reliquos ab ipſa communitate diuinitus illuſtrata, de lege ordinaria poteſtatem ciuilem accipere, niſi in commiſſione illius, aliquos actus iuriſdictionis ipſa ſibi retineat. In quo differt poteſtas Eccleſiaſtica Summi Pontificis, quæ non conſtituitur ab Eccleſia, neque ab ea mutari, minui, limitari, aut reſtringi poteſt: neque eſt in populo fideli, imò nec reſidet penes totam Rempublicam Eccleſiaſticam immediatè, neque ex illius inſtitutione manat: ſed Chriſtus Dominus illam inſtituit, atque immediate Sanctiſſimo Petro Apoſtolo, atque eius ſucceſſoribus contulit. Ratio potiſſima, quòd hæc poteſtas eſt ſupernaturalis, & ad finem ſupernaturalem ordinatur. Proinde non poteſt iure naturali eſſe penes aliquem, ſed penes illum, cui Chriſtus Dominus illam ſupernaturaliter contulerit. Ergo non eſt penes Rempublicam Eccleſiaſticam, neque in ea reſidet, ſicut in communitate humana, aut politica ciuilis poteſtas exiſtit. Caietan. 2. 2. *quæſt.* 1. *art.* 10. *& tractat.* 2. *de auctoritate Papæ, & Concily, cap.* 1. Sotus 4. *de iuſtitia, quæſt.* 4. *art.* 2. Couarr. *in regula peccatum,* 2. *part.* §. 9. *num.* 6. *& in practicis quæſtionibus, cap.* 1. Conceſſum tamen eſt Eccleſiæ ab eodem Chriſto Domino, vt ſeruato iure à Summis Pontificibus præfixo poſſit eligere Pontificem, cui illa iuriſdictio, ac poteſtas confertur. Vnde poteſtas eligendi, ac deſignandi perſonam, eſt ab hominibus, & modus eligendi Pontificem non eſt à Chriſto Domino præſcriptus, ſed Eccleſiæ conceſſus. Molin. *tom.* 1. *de iuſtit. tract.* 2. *diſput.* 26. *in princip.* Victoria *relect.* 2. *de poteſtate Eccleſiaſtica, quæſt.* 1. *num.* 4. *concluſ.* 3. Suar. *de primatu, lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 26. *verſ. atque hic modus, & cap.* 3. *n.* 13. vbi ait Pontificium principatum in vniuerſam Eccleſiam à Chriſto Domino fuiſſe immediatè inſtitutum, eſſéque immutabilem; poteſtatémque ſpiritualem nunquam fuiſſe in communitate totius Eccleſiæ, neque Chriſtum Dominum eam conceſſiſſe corpori Eccleſiæ, ſed capiti, hoc eſt, Vicario ſuo pro tempore, ad quem pertinet præcipuè præſcribere modum eligendi Pontificem. Idcirco electores deſignant perſonam, & Chriſtus Dominus confert dignitatem, & poteſtatem, non verò Eccleſia. Atque ita manifeſtum eſt modum regiminis, humano arbitrio fuiſſe relictum, Suarez *de triplic. virtute, tractat.* 1. *diſp.* 5. *ſect.* 8. *num.* 1. *& diſput.* 10. *ſect.* 3. *num.* 7. *& ſect.* 4. *n.* 3. 4. *&* 6. 11. *&* 13. vbi concludit dignitatem Summi Pontificatus ſemper fuiſſe in Romano Epiſcopo, non ab hominibus, ſed ab ipſo Chriſto Domino immediatè creatam, & inſtitutam; modum verò eligendi Papam non poſſe immutari à Concilio in Sede vacante. Ratio, quia modus eligendi Pontificem, qui nunc verſatur in Eccleſia, ſuam habet intentionem fundatam in legibus, & ſtatutis Summorum Pontificum ad quos pertinet prouidere in rebus neceſſariis ad gubernationem totius Eccleſiæ, inter quas grauiſſima eſt electio Summi Pontificis. Summum tamen Pontificem, addit poſſe modum eligendi, qui nunc ſeruatur in Eccleſia mutare; quod etiam defendit Caietan. & Victor. contra Paludan. quos ibi *num.* 13. ſequitur, quia non eſt minor poteſtas hodie in præſenti Pontifice, quam fuerit in antiquioribus, cùm ſit modus eligendi de iure poſitiuo, quod ſubeſt Summo Principi Eccleſiæ totius, ſed de his alibi. Ex his tamen manifeſtum eſt diſcrimen inter vtranque poteſtatem Eccleſiaſticam, videlicet, & Politicam, cum differant origine, & fine, vti hactenus fuit explicatum.

Sed quæſtionis eſt, cur fuerit inducta in orbem 24.
communitas politicè perfecta? Ariſtoteles 1. *Politicor. cap.* 2. & *ibi* D. Thomas reſpondent ob appetitum à natura inſitum hominibus ad conuiuendum, vt ſibi inuicem ſint auxilio, & adiumento, ita quòd aliis deſit, ab aliis reportetur. Item, quia homo eſt valdè ſociale animal, & in hoc apibus, gruibus, cæteríſque animalibus, quæ gregatim ſociantur, ciuilius eſt animal; appetunt ergo hanc ſocietatem homines, vt ſe meliùs conſeruent, vt fortius à contrariis ſe defendant, vt facilius vitæ ſubſidia acquirant. Item, quia diſperſi nec haberent vnde artes addiſcerent, quibus viuere poſſent, neque neceſſaria poſſiderent ad finem naturalem, & ſupernaturalem aſſequendum.

Accedit, quia de communitate perfecta eſt, vt in ea omnia requiſita ad viuendum, ac benè viuendum reperiantur, quod non haberent homines, ſi vagi, ac diſperſi ſolitariam vitam degerent. Ob quam cauſam Ariſtot. concludit ibi: *Qui in communi ſocietate nequit eſſe, quique nullius indiget propter ſufficientiam, nulla pars eſt communitatis, vel ciuitatis. Eſt ergo aut beſtia, aut Deus.* Quod D. Thom. *d. cap.* 2. *Politicor.* ſic interpretatur: *Si,* inquit, *contingat, quòd aliquis non poſſit communicare ſocietati ciuitatis propter ſuam prauitatem, eſt peior quàm homo, & quaſi beſtia: ſi verò nullo indigeat, & quaſi habens per ſe ſufficientiam, & propter hoc non ſit pars ciuitatis, eſt melior quam homo; eſt enim quaſi quidam Deus.* Hæc ille. Vnde colliges, ſocietatem, & communitatem fuiſſe inſtitutam propter inopiam, & humanam indigentiam, quia cùm omnes indigeamus, & nemo ſibi ſit ſufficiens, appetitus nobis eſt ad ſocietatem, vt vnuſquiſque id, quod ſibi deeſt, prouideat, & præter id, quod ad particulare bonum vnumquemque inducit, publica quoque commoditas mouet, vt homines in locum vnum

conue

contentum propter bonum commune, & vt habeant per quod communitas gubernetur. Eſt D. Thom. *de regimine Principum. cap. 1.* vbi poſt Senecam *lib. 1. de Clementia*, ait Rempublicam non poſſe cohærere abſque vinculo imperij, & poteſtate regentis; & patet ex Prouerb. 11. vbi dicitur, quòd *vbi non eſt gubernator, corruet populus*, quod eſt verum. Idcircò opus eſt, vt aliquis præſit, & ſibi ſubditos contineat in officio, ne multitudo fiat intractabilis, ſi careat Principe, teſte Chryſoſt. *in Iſai. cap. 3.* & homines inſtar ferarum vagi, & errones in feras ipſas, vel ſaltem in mores earum ſe ſe induant. Vltima ratio, ob quam homines ad conuiuendum ſunt procliues, eſt ab ipſa natura, quia quiſque homo eſt pars ſui totius, communitas eſt totum, quilibet pars communitatis: ſicut ergo partes vt pes, & manus non viuunt ſeparatæ à corpore, ita homo cum ſit pars communitatis non poteſt perfectè ſine conuictu humano exiſtere, cum partes non viuant, niſi ex vita totius, & ex legibus à communitate prolatis regantur.

25. Ex quibus naſcitur breuis quæſtio, an vtilius ſit gubernari Rempublicam à bono Principe, legibus maturo conſilio latis, an abſque illis? D. Thom. 1. 2. *quaeſt. 95. art. 1. & 2.* tradit vtilius eſſe gubernari legibus. Sequitur Caſtr. *de poteſtate leg. pœnal. cap. 6. non longe a princip.* Sotus *de iuſtitia, lib. 1. quaeſt. 5. art. 1. in princ. ad 4.* Valentia *tom. 2. diſp. 7. quaeſt. 5. punct. 3.* & Molin. *tract. 5. de iuſtit. diſp. 68. num. 2. per totum.* Ratio deſumitur ex Ariſtotele 1. *Rhetor. ad Theodect. cap. 1. & lib. 5. Ethicor. cap. 6. & 3. Politicor. cap. 12. &* ea dicente minima poſſe remitti ad arbitrium iudicum; verumtamen, quoad fieri poteſt, caſus legibus eſſe decidendos, eo quòd ſatius eſt legibus maturè latis omnia determinari, quàm iudicio, quanuis bono, vnius ea committere. Item quia facilius eſt reperire paucos ſapientes, qui leges ferant, quàm multos, qui neceſſarij ſunt de ſingulis caſibus ad iudicandum rectè. Imò cum de præſentibus debeant pronunciare ſententiam, moueri ad hoc poſſunt affectu inordinato, atque ita poterunt in ferendis ſententiis aberrare. Ergo vtilius eſt, & multo melius regi communitatem legibus, quàm à bono Principe ſine illis; eo quòd leges ſunt latæ de futuris caſibus, & abſtrahunt à perſonis priuatis, id eſt particularibus, & excludunt acceptionem perſonarum, & iudex ſine illa iudicans moueri poteſt ab affectu potiùs, quàm à recta ratione. Molin. *d. num. 2.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. in proœm. num. 1.* D. Ambroſ. *in Pſalm. 118. ſerm. 20.* vbi bonus iudex nihil ex ſuo arbitrio facit, ſed iuxta leges. Idem Cicero *lib. 2. de Orat. verſ. Plura iudicant homines, aut amore, aut cupiditate, quam veritate,* &c.

## §. III.

### *Quinam veniant appellatione eorum, qui Reipublicæ ciuili præeſſe debeant, & illis quid debeatur?*

EPITOME.

26 *Gubernatorum ciuilium appellatione veniunt Principes, & eorum Magiſtratus.*

27 *Magiſtratus accipientes aliquid vltra ſtipendium, peccant contra iuſtitiam cum onere reſtituendi.*

28 *Principes ſæculares, & paterfamilias in quo differant, & an vocentur parentes.*

29 *Senatores & Gubernatores, vt bene fungantur officio, ſicut & Reges, tanquam parentes debent imperare.*

30 *Princeps, qui vt pater ſubditorum viuit inter ſubditos, vt inter filios.*

31 *Subditi quid debeant gubernatoribus ſuis.*

32 *Gubernatoribus actu debetur honor tanquam debitum legale; aptitudinem habentibus ad gubernandum debetur tanquam debitum morale.*

33 *Gubernatoribus Reipublicæ debetur fidelitas, reuerentia, & famulatus.*

34 *Parentibus debetur cultus, & obſequium externum.*

35 *Pietatis obiectum* quod, & cui, *quale ſit.*

36 *Patria an plus debeamus quam parentibus, & ſuperioribus.*

37 *Ratio ob quam incipiendum eſt in hoc opere ab obligationibus Moderatorum Reipublicæ.*

APPELLATIONE Gubernatorum ciuilium, ſeu ſæcularium, de quorum obligationibus nobis primo loco eſt agēdum, veniunt omnes Principes non ſolùm ſupremi ſuperiorem minimè recognoſcentes, & eorum proreges, ac magiſtratus, ſed etiam officiales, ſenatores, ac conſules, & reliqui, qui ciuili aliqua poteſtate perfuncti Rempublicam ex officio ordinario, vel ex delegatione moderantur. His omnibus accepto officio iniunctum eſt Reipublicæ conſulere, & ſuo muneri ſatisfacere de iuſtitia, ita vt ſi accipiant aliquid pro eo, quod tenentur facere aut omittere ex iuſtitia, non ſolùm peccent, ſed etiam teneantur reſtituere. Imò ſufficientia ſtipendia habentes ſuorum munerum, ſi aliquid vltra taxationem iuſtam ratione muneris exercendi in pretium accipiant, peccant contra iuſtitiam cum onere reſtituendi ſic acceptum. Ratio, quia e. tacito, vel expreſſo pacto cum Republica inito tenentur officium acceptum pro ſalario ſibi aſſignato exequi: quod ex conſenſu vtriuſque partis cenſetur ſufficiens, ac iuſtum. Igitur ſi quid vltra accipiatur, cenſetur capi iniuſtè. In qua reſolutione conueniunt D. Thom. 2. 2. *quaeſt. 32. art. 7.* & *quaeſt. 62. art. 5. ad 2.* Ioan. Medin. *C. de reſtitut. quaeſt 2. dub. 2. concl. 3. q. 25.* Michaël Salon. 2. 2. *quaeſt. 62. art. 5. controuerſ. 3.* Bañez *ibid. dub. 4.* Ludouic. Lopez 1. *part. cap. 106. poſt medium, verſ. At de his, & p. 2. inſtructor. cap. 29.* Valent. *tom. 3. diſp. 5. quaeſt. 6. puncto 5. §. quid ſit reſtituendum, dub. 4.* & Sayr. *in claui lib. 10. tract. 5. n. 5. & 6.* 26. 27.

28. Sed petes in quo differat Princeps ſæcularis à patrefamilias? Plato *lib. 16. de Regno*, vocat Regem patremfamilias. Ratio, quia ſicut pater habet curam domus ſuæ, filioſque ſub ſua poteſtate exiſtentes regit in pace, & alit: ſic etiam Rex ſibi ſubditos regere ac tueri debet. Differt tamen à patre, quia pater paucos, Princeps verò multos ſub ſua continet ditione, quod retulit Xenophon *lib. 3. de dictis, & factis Socratis, & lib. de Pædia Cyri*, vbi vocat Reges patres Reipublicæ, ac patriæ. Cuius rei etiam meminit Sueton. Tranquil. *de Cæſar.* & Budæus *in annotationibus ad pandectas, in l. ſolet, §. quantum, ff. de officio proconſul. pag. 327.* & Cermenatus *in Rapſodia cap. 28.*

pag.

*pag* 262. *&* 269. vbi oſtendunt hoc nomen, *Pater*, apud Ethnicos, & Gentiles multò illuſtrius, ac ſublimius fuiſſe, quam nomen *Dux*, aut nomen *Dominus*: ex eo quòd *Dux*, & *Dominus* iuriſdictione cogunt ſubditos. *Pater* verò filios ducit amore. Ex quibus colliges bonos Principes, ſiquidem patres vocantur, vt ſubditos ad ſe alliciant, debere erga eos ſigna amoris, & beneuolentiæ potiùs, quàm timoris exhibere. Sic Naaman 4. *Regum cap.* 5. ob beneuolentiam, & amorem, quem erga famulos ſuos oſtendebat, ab iiſdem pater vocabatur.

29. Eodem modo Senatores, & Gubernatores vocabantur patres, teſte Tiraquel. *de nobilitate*, *c.* 20. *num.* 26. & reliquæ perſonæ publicæ hoc titulo paterno colebantur, qui leges ferebant, iura diſtribuebant, ac dicebant, teſte Virgil. 5. *Æneid.* Plato *dialog.* 9. *de legib.* Vnde rogatus Ageſilaus Lacedæmon. Rex, quomodo princeps ſæcularis poſſet incedere? Reſpondit, *ſi ſuis populis ita imperet, vt parentes filÿs.* Proindè *lib. de creatione Principis*, Philo Iudæus, *Sunt*, inquit, *Principes publici parentes ciuitatum, & gentium, quotquot boni ſunt, nec cedunt pietati naturalium.* Accedit illud Lucæ 22. ibi. *Reges gentium dominantur eorum, & qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur.* Igitur vt Principes, & eorum vicem gerentes, ac officiales, vt ſuo munere bene fungantur, patres ſe eſſe conſiderent: ſicut Philoſophus innuit per hæc verba: *Societas patris ad filios, regni præ ſe fert effigiem. Nati namque ſunt patri curæ.* Hinc Homerus Iouem patrem appellauit. Nam ſicut parentes filiis prouident, ne bona illis vnquam deſint, ſic & Principes prouideant ſubditis, vt ab eis tanquam parentes amentur, & tanquam Reges honorentur. Cadat in illos illud Pauli 2. ad Corinth. 12. *Non quæro*, inquit, *quæ veſtra ſint, ſed vos. Non enim debent filÿ theſaurizare parentibus, ſed parentes filÿs.* Quod dixit Chryſoſt. *Si*, inquit *ipſam carnem inſumere oporteat, non parcam pro veſtra ſalute.*

30. Oportet ergo vt Reges, ac magiſtratus Reipublicæ exiſtiment erga ſubditos ſe obligationibus parentum eſſe deuinctos, quos non vt ſubditos, ſed vt filios chariſſimos tegant. Aliter enim teſte Strabone *in Geographia lib.* 6. arduum erit aliô pacto regere imperium, quando viri, non parenti, nec benefico, ſed tyranno, atque inuiſo, procuratio regni demandatur. Cum igitur Princeps tanquam pater gubernat, neque ipſe, neque ſubditi timere poſſunt, cum reſideat inter ſuos tanquam pater inter filios; non enim pecuniæ vis, neque ſtipantia ſatellitum arma principem tuentur, vt ſolebat dicere Marcus Aurelius Imperator, auctore Herodoto *hiſtor. lib.* 1. niſi ipſi, quos Princeps regit, animum, beneuolentiámque impetranti accommodent, illúmque non tanquam Regem, ſed tanquam patrem venerentur.

31. Quid ergo ſubditi gubernatoribus ſuis debeant, videamus? D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 102. *art.* 1. ait deberi cultum obſeruantiæ, propter quandam ſtatus excellentiam, ac poteſtatem gubernandi. Nomine cultus debiti intelligitur etiam honor, & obſequium, quando ratio poſtulat vt ſuo loco, & tempore exhibeatur; quia munus exhibendi cultum, & honorem perſonis dignitatem habentibus ad virtutem obſeruantiæ ſpectat. His etiam ſubditi debemus timorem & obedientiam, timorem ratione poteſtatis, qua poſſunt coërcere, & obedientiam ratione officij gubernandi, & per eam ſubditi mouentur ad ſibi imperata. Vnde conſtat actum obſeruantiæ eſſe deferre cultum, honorem, & obſequium gubernatoribus: cultum ipſum eſſe obiectum *quod*, cum ſit opus externum virtutis, quod virtus intendit; obiectum *cui*, eſſe ſuperiores, vel quoſcunque, qui fuerint excellentes in aliquo: ideo ratio obiectiua in obiecto *cui*, eſt ipſa excellentia, prout eſt principium gubernationis actu, vel potentia. Ex quibus etiam patet, quæ ſit deſcriptio huius virtutis, nempe, *eſt virtus deferens cultum perſonis excellentibus, quæ nos regunt, vel regere poſſunt.* Nec diſcordat hæc deſcriptio ab illa, quæ dicit: *Obſeruantia eſt, per quam homines aliqua dignitate excellentes, cultu quodam, & honore dignamur.* Vide D. Thom. *vbi ſuprà art.* 1. *&* 2. vbi addit talem cultum, & honorem deberi eiſdem ſuperioribus, quatenus ſunt principium, & auctores noſtræ gubernationis.

32. Diuerſo tamen modo debetur is cultus, hic honor, & hoc obſequium. His namque qui actu gubernant, & ſuper nos habent prælationem, debemus cultum reuerentiæ, honoris, & obſequij, tanquam debitum legale. Aliis verò, qui actu non gubernant, ſed idonei ſunt ad gubernandum, debetur tanquam debitum morale, quod ex quadam honeſtate deſcendit. D. Thomas citatus *art.* 2. *ad* 2. Caſſan. *in catalog. gloriæ mundi*, 1. *part. conſid.* 8. qui honor propter diuerſitatem excellentiæ eſt omnino diuerſus, teſte eodem, & D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 81. *art.* 4. *per totum*, ibi: *diuerſis excellentÿs perſonarum, diuerſus honor debetur, alius quidem patri, alius Regi, & ſic de alÿs.* Quam diſtinctionem inſinuat D. Petr. *in* 1. *epiſt. cap.* 2. dicens, *Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ, propter Deum, ſiue Regi quaſi præcellenti, ſiue ducibus tanquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum.* Quod etiam Apoſt. ad Roman. 13. *Omnis*, inquit, *creatura poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, qui autem reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit.* Qui honor, & reuerentia commendatur in *l.* 1. *C. de officio præfecti vigilum, & in l. potiores, C. de officio rector. prouinc.* Bald. *in l. ſi plures, ff. de condit. inſtitut.* vbi habetur ſubditos debere ſuis ſuperioribus ſeruitium, honorem, & reuerentiam.

33. Præter hæc debent etiam fidelitatem, reuerentiam, & famulatum. *Fidelitas* in eo conſiſtit, vt honor noſtro Principi debitus, alteri non tribuatur. *Reuerentia* Principi oſtenditur, quando nec verbo, nec facto quidquam aduerſus illum iniurioſè profertur. *Famulatus* debetur Principi ob recognitionem, ad compenſationem beneficiorum, quæ ab eo accipiuntur. Quòd ſi ſuperiores id, quod debent, non ſoluunt, & ſeruitia à ſubditis propriis expenſis præſtita non rependunt, nemo damnetur, ſi ab obligationibus propriis abducatur, cùm non poſſit exigere debitum Princeps, ſi quod debet eiſdem met nec verbis, nec factis impendit; deducitur ex *c. de forma* 22. *q.* 5. & Turrecremata *in cap. Cùm beatus* 45. *diſt.*

34. Parentibus debemus cultum, & obſequium externum, ad quod pietas ordinatur, quod eſt obſequium *quod* ipſius pietatis: Obiectum verò *cui*, ſunt parentes ipſi, quia parentes poſt Deum ſunt præcipui auctores noſtri ortus, & educationis: ideò pietas, per quam ſanguine coniunctis, patriæque beneuolis, ac beneficis officium, & diligens tribuitur cultus poſt Deum principaliter, reſpicit parentes. Secundariò reſpicit patriam, vbi nati & nutriti ſumus, quæ ſuo modo eſt etiam

ortus

ortus noſtri principium,& nobis tanquam parens eſt vitæ ſubſidio. Deinde reſpicit pietas conſanguineos, non quòd ſint nobis auctores vitæ, & principium noſtri ortus,ſed quia referunt, ac repræſentant nobis aliquo modo parentes.Dixi *poſt Deum*,quia principaliter pietas tendit in Deum,& ſecundariò, ſi fiat comparatio,in reliquos; quia quidquid habemus,Deo principaliter debetur,qui nobis eſt eſſendi, & gubernationis primum principium.Ita D.Thom.2.2.*q.*101.*art.*1.*in corp.*dicẽs ad Deum pietatem extendi principaliter, ſecundariò ad parentes,patriã,& conſanguineos.Quod ſi replices ad religionem pertinere cultum Deo exhibere,non verò ad pietatem, quæ eſt diſtincta à religione; Reſpondetur, religionem per quandam ſupereminentiam vocari pietatem, & cultũ Deo debitum ſubincludere in ſe cultum debitum parentibus,ſicut id quod in ſe maius eſt,comprehendit id,quod eſt minus;ideò nomẽ pietatis etiã ad cultum diuinum refertur. Facit,quia Deus excellentiori modo,quo nobis eſt principiũ eſſendi, eodem eſt vocatus pater noſter.Cùm ergo ea,quæ ſunt creaturarum per quandam ſuperexcellentiam Deo conueniant,per eandẽ conſequenter excellẽtiam pietas dicitur Dei cultus.ita D.Th.*vbi ſupr.*

Nihilominus quatenus pietas ſpeciali ratione diſtinguitur à religione, habet pro obiecto *cui*, principaliter parentes, & principalis actus eſt illos colere,quatenus ſunt principium nobis ortus, & educationis,qui cultus conſiſtit in honore debito tempore & loco parentibus exhibendo:item in neceſſariis ad vitam adminiſtrandis, ſi fortè egeant.Secundariò pietas reſpicit patriam, & patriæ beneuolos,& denique ſanguine coniunctos, in quibus maiorum noſtrorũ ſanguis,& imagines relucent. Ob quam rationem pietatis actus extenditur ſecundùm aliquos ad filios, & vxores,inter quos eſt cultus,& officiũ ad inuicem.Concurrunt enim ad conſeruationem vtriuſque conſanguinitatis,ſeu parentelæ.Neque refert ſi neges extendi pietatem ad filios, cum parentum ſit alere filios, & filiorum ſit colere parentes; reſpondetur filios reſpici à pietate,quia ſicut coniuges,ita & filij ſecundùm ſuas perſonales actiones conueniunt ad conſeruationem, ac continuationem conſanguinitatis:ergo digni ſunt,qui à pietate colantur ſuo modo,& reuera parentes cultum, & honorem filiis exhibent,eóſque vt filios, non vt ſeruos tractant,tam domi,quàm foris iubent,vt à ſeruis honorentur.Igitur ad eos pietatis cultus,ac officium defertur.Ita Caiet.2.2.*q.*101.*art.*1.2.*&* 3.Non deſunt, qui pietatis cultum extendant ad parentes ſpirituales,qui nobis ſecundùm Deũ ſunt auctores vitæ ſupernaturalis. Sayr.*in claui lib.*7.*c.*4.*à n.*2. *vſque ad* 5.Sed melius dicunt,qui hoc ad ſupernaturalem obſeruantiam pertinere contendunt.Sed de hoc infrà.

Poſt hæc ſequitur, an pater debeat filium magiſtratum reuerenter tanquam ſuperiorem colere? Reſpondetur debere, quia habet ius præcipiendi, cogendique in patrem.*l.ille a quo,§.vlt.& l.ſeq.ff. ad Treb.*text.*in l.poſtliminium,§.filius,ff.de cap.& poſtl.reuerſ.*Ex quo reſoluit Bald.*in l.ſenium,ſtatim in princ. C.qui teſt.fac.poſſ.* maiorem eſſe magiſtratus auctoritatem,quàm patris; meliùs tamen diſtinguitur, non teneri patrem filio magiſtratui honorem ferre, niſi quando filius eſt in locis publicis, actiunibus, extra hunc locum in re domeſtica, filius eſt extra reipublicæ adminiſtrationem,vbi ibi,ſiue ſedeatur,ſiue ambuletur, *Fragoſ. Regim.Chriſt.Reipubl.*

ceſſant honores magiſtratui debiti, & obligatio filij colendi parentem non ceſſat.Ita Phauorinus Philoſoph. apud Gell.*lib.*2.*c.*2. Hoſt.*in cap.in indecorum,col.*1.*de ætat.& qualit.*dicens,filium Epiſcopum diuerſo modo ſe habere domi, atque in Eccleſia:nam domi patri exhibet reuerentiam,in Eccleſia autem pater filio reuerentiã præſtat,quia vna,eadem res poteſt diuerſo modo eadem cẽſeri, ſicut duo contraria diuerſis reſpectibus poſſunt procedere. Ita gloſſ.*in c.*1.*in gloſſ.*2.*de collu.deteg. & in cap.*2.*in verb.lex ciuilis,de arbitr.lib.*6.

An verò debeamus plus patriæ,quàm parentibus?Videtur pars affirmans vera,ſiquidem patrem poteſt filius contra patriam venientem, tanquam hoſtem occidere.*l.minimè,ff.de relig.& ſumpt.fun.* in quo caſu etiam poteſt pater adimere alimenta filio.*arg.l.necare,ff.de lib.agnoſc.* Ergo cæteris paribus potiùs parendum eſt patriæ, quàm parentibus,non alia ratione, niſi quia plus patriæ, quàm parentibus debemus. Ita Surdus *de alim.tit.*1.*q.*3.*n.*22.*&* 23.*& q.*8.*tit.*7.*n.*1. Item quia non minùs patriæ naſcimur,quàm parentibus,*ibid.n.*4. & tenemur potiùs ſaluti patriæ,& paci conſulere,quàm vitæ parentũ;quod etiam indiſtinctè tangit Cordubenſ.*in l.ſi quis à liberis, §.ſed vtrum,n.*14.*ff.de lib.agnoſc.*Atq; hinc reſolues principem eſſe præferẽdum parenti,ſi vterque extremè egeat. Ratio, quia princeps regit patriam, & bono communi illius inuigilat,vnde non quia præcisè me gubernat,ſed quatenus gubernat patriam debeo illi officium pietatis. & conſequenter præferendus eſt parenti,ſi vterque extremè indigeat,& filius non poſſit vtrique ſubuenire,& in pari periculo priùs patriæ,patriámque gubernanti principi opitulari debemus. *l.*1.*§.& generaliter,ff.de ventr.in poſſeſſ. mitt.*& iuuant tradita à Couarr.*in cap.Raynutius, in princ.de teſt.n.*9. Idem dixit Cicer.*Philipp.*2.in hunc modum:*Atrocius eſt patriam parentem,quam ſuum occidere;*& *lib.*3.*de offic.*inquit,*Ad extremũ, ſi ad perniciem patriæ res ſpectabit,patriæ ſalutem anteponet filius ſaluti patris.* Ratio,quia tenemur in temporalibus potiùs bono communi auxilium ferre, quàm nobis, quod eſt D.Thom. 2.2.*q.*26. *art.*4. Quamobrem cum defenſio principis patriæ, aut reipublicæ ad bonum commune ſpectet, & bono priuato præferatur,neceſſariò in extrema neceſſitate parentibus conſtitutis ex vna parte,& ex altera principe,ſi non poſſis vtrique opitulari, teneris etiam cum vitæ periculo principi parenti patriæ auxiliari, ſi à parte rei,& maturo conſilio à prudenti viro,bonóque iudicetur ex tali principe bonum commune pendere.Ex eo fundamento, quia cum filius,& pater ſint homines priuati, & quatenus tales ſint partes ipſius boni communis, debent præferre bonum commune partibus illius, quia certum eſt bonum totius præferendum eſſe cuicunque partis bono. 36.

Extra verò caſum extremæ neceſſitatis, in quo periclitatur communis ſalus, exiſtimo abſolutè patrem eſſe præferendum quibuſcunque aliis perſonis; quia patre egente extremè, nemo tenetur auxilium ferre alteri in extrema neceſſitate conſtituto; ad id enim ſuadet,coniunctionem naturalem inter patrem, & filium eſſe maximam, & antiquam. Item, quia pater eſt principium eſſendi,ac viuendi filio, illúmque nutriuit,& inſtruxit, ideò non poteſt fieri comparatio, quando pater naturalis extremè eget cum patre ſpirituali poſito in eadem inopia, cum ratio perſuadeat,vt cui habeas maiorem obligationem naturalem, huic

potiùs ſubuenias, quàm alteri; ſed patri ſpirituali minorem obligationem habes; ergo non huic, ſed illi quando vtrique proſpicere non potes, ſubueniendum eſt.

Dubitationis eſt, quando pater tuus extrema inopia laborat, & in eadem vides amicum tuæ vitæ redemptorem, qui te ab ipſa morte eripuit? Reſpondetur adhuc patrem amico eſſe præferendum, quia pater eſt auctor meæ vitæ, eamque ſimpliciter mihi dedit, amicus tamen mihi vitam conſeruauit: & plus eſt dediſſe vitam, quam illam prorogare. Pro quo facit Philoſoph. 9.*Ethic.c.*2. dicens, honeſtius eſſe redimere parentem, & ſubuenire illi, quàm ſibi ipſi, quod expreſsè in noſtro caſu reſoluit Buridan.9.*Ethic.q.*3. quod etiam videtur de mente D.Thom.2.2.*q.*31.*art.*3.*ad* 3. vbi vult poſt Deum parentes omnibus præponendos eſſe in rependendis beneficiis. Accedit, quia parentes non ſolùm auctores vitæ ſunt, ſed etiam conſeruatores illius multa perferendo in filiorum educatione, & inſtructione, & parati ſunt ad exponendam propriam vitam periculis quàm ſæpiſſime, & de facto ſe exponunt eidem morti pro ſalute illorum.

Sed & his adde, ſi contingat patrem naturalem egere extremè tuo conſilio, vt liberetur a mortali, in quo eſt, & ſimul tuum ſuperiorem indigere eadem tua ope extremè, vt etiam peccatum, in quo viuit, deſerat? Aragon. opinatur 2.2.*q.*26.*ad art.*8. *prope fin.* te in hoc caſu teneri, quando vtrique non potes, potius ſuperiori ſubuenire, quàm patri naturali; contra verò ſi neceſſitas ſit extrema, quoad temporalia, potiùs ſubueniendum eſſe patri naturali, quàm ſuperiori. Puto tamen meliùs ſentire, qui abſolutè cenſent in omni caſu eſſe præferendum patrem naturalem. Primò, quia ius paternum in humano iure ſummam obtinet arcem, & coniunctio naturalis, eſto ſit minor, vel ſaltem videatur in ordine ad ſpiritualem, tamen in ſuo genere nulli cedit, imò omnibus excellit; ergo præferenda eſt coniunctioni etiam ſpirituali, quæ eſt quid extrinſecum; coniunctio verò naturalis eſt intrinſeca ipſi naturæ, omninóque immutabilis, quæ tanta eſt, vt obliget ad ſubueniendum parentibus potiùs, quàm aliis, non ſolùm quoad temporalia, ſed etiam quoad ſpiritualia.

Nec aduerſatur D.Ambroſ.1.*offic.cap.*7. dicens ibi: ***Non minus vos diligo, quos in Euangelio genui, quam ſi in coniugio ſuſcepiſſem.*** Cuius meminit D.Thom.*d.q.*26. *art.*8. *arg.*2. quia ibi D.Ambroſ. non fuit locutus in caſu extremæ, ſed in caſu grauis neceſſitatis, quod etiam videtur ſentire D.Thom. nam in caſu grauis neceſſitatis ſubueniendum eſt patri, ſeu filio ſpirituali, cum ad id teneamur de iuſtitia, patri verò, aut filio naturali in eo caſu ex pietate. Accedente tamen extrema neceſſitate, in qua non reperitur verbum *meum*, neque *tuum*, ſed omnia ſunt communia, ceſſat omnis obligatio de iuſtitia, & ſuſtinetur charitatis ius, quod eſt maximum. Leſſ.*lib.*2.*c.*9.*dub.*13.*n.*94.

Coadiuuat, quia cura, & obligatio naturalis prouidendi parentibus, ac filiis, vt ad temporalia, ita etiam ad ſpiritualia extenditur. Item quoniam ſuperiori quatenus me gubernat, debeo cultum obſeruantiæ: patri verò naturali veluti auctori mei ortus, & educationis, debeo cultum pietatis; quæ debita ſunt diuerſa, & de ſe ſunt inæqualia: cum magis intrinſecum ſit beneficium ortus, & educationis, quàm gubernationis, & pietas eſt longè excellentior, quàm obſeruantia. D.Thom. 2.2.*q.*102. *art.*3. & patet, nam obligatio pietatis interdum magis vrget, quàm obligatio iuſtitiæ, vt apparet ſi pater, & creditor, cui debeo ex iuſtitia, ſint in extrema neceſſitate: quin addo interdum magis obligare ius charitatis, vt probatur ex obligatione mihi ipſi prouidendi, nam charitas incipit à ſe ipſo, *l. præſes, C. de ſeruit. & aqua.* Quod ſi dicas etiam ſuperiorem, qui eſt caput tui monaſterij, eſſe patrem tuum ſpiritualem, qui te in ſpiritualibus gubernat? Reſpondeo debitum eſſe illi, vt te præciſe gubernat, cultum obſeruantiæ, neque propter hoc beneficium eſſe præferendum patri naturali. Neque pietas propriè dicta defert cultum parenti ſpirituali, ſed obſeruantia ſupernaturalis, qua coluntur Epiſcopi, & perſonæ Eccleſiaſticæ, & parentes ſpirituales ob excellentiam ſupernaturalem, quam ſortiuntur.

Quod ſi inſtes ſuperiorem religioſum eſſe anteferendum patri naturali, prout inuigilat religioni, ac bono communi illius, quia quatenus talis, debetur illi cultus pietatis, vt debetur principi regnum gubernanti, quod continet bonum commune? Reſpondemus non quemcumque ſuperiorem regulariter loquendo, etiam bono communi inuigilantem, eſſe præferendum patri naturali in extrema neceſſitate poſito. Ratio, quia in religione numeroſa paſſim inueniuntur, qui eius defectum poſſint ſupplere, & coniunctio naturalis conſanguinitatis eſt multo maior, & magis intrinſeca, quàm cæteræ coniunctiones humanæ, beneficiùmque vitæ à parentibus conceſſæ, omnibus aliis beneficiis humanis excellit, eo quòd parentes nobis ſubſtantialiùs vniuntur, quam parentes ſpirituales.

Ex dictis cernitur differentia inter pietatem, & obſeruantiam tam politicam, quàm religioſam, cum pietas deferat cultum parentibus patriæ, & patriæ fœderatis, ac beneuolis; obſeruantia verò deferat cultum perſonis in dignitate conſtitutis, prout ſunt auctores actu, vel potentia noſtræ gubernationis. Etenim magis pertinet generatio, & educatio, cuius principium eſt pater, ad noſtram ſubſtantiam intimam, quàm exterior gubernatio, cuius ſunt auctores perſonæ in dignitate poſitæ. Vide D.Thom.2.2.*q.*102.*art.*3.

37. Denique cur nobis ſit incipiendum ab obligationibus gubernatorum reipublicæ, non verò ab obligationibus patrumfamilias? Ratio in promptu eſt, quia eorum officium, & obligationes bono communi, & vtilitati publicæ inuigilant, & ordinantur ad rempublicam tuendam. Obligationes verò patrumfamiliàs vtilitatem priuatam amplectuntur. Ergo vtilitas publica anteferenda eſt vtilitati priuatæ, & ab obligationibus communibus incipiendum eſt, *cap. ſcire 7.q.*1.*l.*5.*ad fin.C.de caduc.tollend.& l.vtilitas, C.de primi.lib.*12. Idcirco plus appetit homo bonum commune, quàm proprium, vt notatur *in cap.bonæ, de poſtul.prel.* Atq; ita notiſſimi iuris eſt cauſa vtilitatis publicæ, ac boni communis, multa concedi, quæ aliàs non conceduntur. Menoch.*conſ.*107.*n.*74.*&* 75. De obligationibus verò inferiorum etiam eſt agendũ, quia ſuperiores, & inferiores, parentes, & filij, domini, & ſerui ſunt correlatiua, vbi diſpoſita in vno cenſentur diſpoſita in alio, per *l.fin.C.de indic.vidu.tol.* & *ibi* Bart. *in l.qui plures,* §.1.*ff.de vulg.& pup.* Quod procedit etiam quando fit mentio, & agitur de vno ex correlatiuis digniore, eo ipſo facienda eſt mentio de minùs digno per gloſſ. *in rubr.C.de reb.cred.* & *ibi* Bald.

# POLITIÆ, ET OECONOMIÆ,

## LIBER PRIMVS.

## DE OBLIGATIONIBVS MODERATORVM Reipublicæ ſæcularis.

### DISPVTATIO PRIMA.

### *Quæ virtutes maximè deceant Principem, vt regnum, rempublicámque ſibi commiſſam, vt par eſt, moderetur?*

MATERIA huius diſputationis eſt de virtutibus, quæ neceſſariæ ſunt Principi ad ſuum officium bene exequendum, nimirum de prudentia, & ſociis illius, necnon de pietate, liberalitate, & affabilitate, atque exemplo, quo & regno, & ſubditis prælucere debet: & quænam ex his virtutibus in adminiſtrando ſuo officio primam ſedem, ac ſceptrum ſortiatur.

---

### §. I.

### *Vtrùm prudentia inter virtutes neceſſarias ad regimen Principis primum locum meritò ſibi obtineat?*

#### EPITOME.

1 *Non eſt neceſſaria Principi prudentia, ſed ſapientia.*
2 *Sapientia fecit Romanos dominari.*
*Rex inſipiens perdit populum.*
4 *Scientia eſt in magno honore habenda.*
*Reges magni faciunt ſapientes.*
*Prudentia eſt virtus regalis, & digna Principe.*
*Prudentia non eſt virtus moralis electiua, ſed intellectualis.*
*Prudentia eſt menſura cæterarum virtutum, & quaſi anima illarum.*
9 *Eſt fluuius de Paradiſi fluuio deriuatus.*
10 *Quot ſint partes prudentiæ?*
11 *Quinam ſint illius actus?*
12 *Diuiſio principalis huius diſputationis.*
13 *Prudentia, & ſapientia quomodo differant.*

SAPIENTIAM eſſe maximè neceſſariã Principi imperanti, notiſſimi iuris eſt, vt tradit Vegetius *lib. 1. de re milit.* docens nihil magis illi congruere, quàm lumen ſapientiæ; quanti autem ſapientiam eſſe faciendam, quanti illius ſtudium habendum, oſtendit Sapiens *Prouerb. cap. 16.* dicens, *poſſide ſapientiam, quia auro melior eſt.* Nec ipſe diuitias, ſed ſapientiam, & cor docile poſtulauit à Deo, *3. Regum 3.* Quod etiam fuit aſſequutus Cicero *lib. 1. de diuinatione*, cum dixit, regale eſſe opus ſapere, & iudicare. Verſatur enim ſapientia in naturæ peruestigatione, in veritatis inquiſitione, in diuinarum, & altiſſimarum rerum ſpeculatione; & quidquid aggreditur, facillimo negotio conſequitur, quódque appetit, confeſtim Deo duce, obtinet, cùm nullus ſit conatus irritus, nulla ſpes fallax, nullus labor vacuus, nulla induſtria inanis in veriſſimæ ſapientiæ muſæo. Ideò Plato, quem refert Boëtius *lib. 1. de conſolat.* & fuſiùs Valer. *lib. 7. tit. de ſapienter dictis, & factis*, dicere ſolebat, beatam illam ſolam eſſe Rempublicam, cum aut ſapientes regnarent, aut Reges philoſopharentur: quod etiam Seneca confirmauit, ſæculum aureum vocans ſi ſapientes imperent. Nec non idem tanquam ex altiſſima ſpecula præuidens ſanctiſſimus Vates Ierem. 23. *Regnabis*, inquit, *Rex & ſapiens erit, & faciet iuſtitiam, & iudicium in terra*, quaſi ſit princeps ſapiens diuina diſciplina inſtructus, ita vt ad totius Reipublicæ rectam gubernationem, ac ſalutem nihil poſſit interuenire, quod eum decipiat, aut impediat, quominus ea, quæ Reipublicæ vtilia ſunt, præuideat, & maxima alacritate ad optatum finem perducat. Igitur non eſt opus prudentia Principi, ſed ſapientia ad imperandum. 1.

Moueor primò ex fœlici ſucceſſu, ac progreſſu Romanorum pro eo tempore, quo ſapientiam, ac doctrinam expetebant, & toto conatu amplectebantur. Nam teſte Policrate *lib. 4. & 7.* Sapientia eos fecit dominari; vbi tamen vſus literarum elanguit, principatus emarcuit, ſplendor, ac vigor armorum Romano nomine antea digniſſimus, poſtea cœpit flacceſcere. Non eſt igitur neceſſaria prudentia, ſed ſapientia principanti; eo quòd ſapiens prudentiæ laude præcellit, & in omni euentu Reipublicæ noxia, atque infeſta præcaue- 2.

bit,& quæ ſunt vtilia proſpiciet,& conſequetur, maláque impendentia prudenter repellet. Concinit illud Eccleſiaſtici 10. *Principatus ſenſati ſtabilis erit. Rex autem inſipiens perdet populum*
3. *ſuum.* Et quod magis dolendum eſt,qualis princeps,& rector regni,aut ciuitatis , tales habitantes in ea. Quod procedit ita vt imperatoria maieſtas non poſſit meliùs armis defendi , ſed legibus,vt habetur *in proœm.inſtit.ibi,& in l.1.in cap. in nomine Domini,eiuſdem legis, col.*4. vbi admonentur iudices,quòd ſint audaces , ſicut milites. *C.de offic.præfect.*Ex quibus apparet ſapientes iudices priùs fuiſſe nominatos,quàm milites,quaſi magis dependeat ſalus Reipublicæ ex ſapientia, quàm ex militia. In qua etiam ſententia,vt refert Policrates *ſuprà lib.* 4. Traianus Imperator Romanorum fuit , quando Regem Gallorum ſeriò admonuit,vt filios ſuos ſapientia,ac doctrina bonarum artium imbui procuraret,vt tempore belli ingruentis hoſtium ſtratagemata virtute,ac robore ſapientiæ poſſent eludere.

4. Moueor ſecundò ex auctoritate ipſius ſapientiæ,ac ſcientiæ , quæ apud omnes in magno honore,ac reuerentia habetur,& fortitudinis ſplendori longè excellit. Quod dixit Sapiens cap.7. *Melior eſt ſapientia, quam vires,& vir prudens, quàm fortis.* Quamuis enim dux bellicus , & in armis diu verſatus ingentes compareṫ exercitus,ſi deſit ſapientia,quæ ad clauum aſſideat, nihil pulchrum aſtruet,nihil immortali memoria dignum conficiet. Conducit illud Eccleſiaſtici 9. *Melior eſt ſapientia , quàm arma bellica.* Quam ob cauſam ſapientibus ſolent principes reuerentiam exhibere, ſicut & nobilibus ſecundùm Angelum *in l.cùm ſalutatus,C.de ſententiam paſſis,*& habetur *in l.quicquid,C.de aduocatis diuerſorum iudi-*
5. *cum,*& probatur ex Sapientiæ 7. *Omnibus nobilibus melior eſt ſapientia.* Accedit text. *in l.prouidendum,C.de poſtulando,* vbi dicitur ſplendorem ſcientiæ,etiam iuris ciuilis vbicunque ſit,ipſo iure efficere etiam ignobiles, nobiliſſimos , ac clariſſimos , *l.dicimus,in fine,ff.de excuſat.tutor.& l, cuſtodias,ff.de public.iudic.* Suffragatur illud Danielis 5. vbi Balthaſar ſapientem Danielem magnis honoribus, ac muneribus auxit,atque extulit ob ſingularem ac diuinam ſapientiam,qua pollebat. Quem etiam honorem,& reuerentiam exhibuit Dionyſius Tyrannus ſapientiſſimo Platoni ei vittatam nauem obuiam mittens,ipſúmque quadrigis albis more triumphantium,dum è naui egrederetur,in littore excepit,& magna omnium admiratione , & acclamatione , applauſúque ad vrbem deduxit. Ex quibus collige principi non eſſe neceſſariam prudentiam ad imperandum, ſed ſufficere ſapientiam ; cum ſapientia teſte Auguſt. *de ciuitate Dei, lib.*22.*cap.*22. ſit donum Dei , & teſte Seneca ad Lucilium *epiſt.*98.ſapientia ſit lex vitæ,*& epiſt.*16.*ad eundem Lucilium,*tanto in honore eſt,vt apud peſſimos etiam honori ſit.

6. Nihilominus prudentiā eſſe virtutem regalem, & principi valde propriam, probat Ariſtoteles 3. *Politicor. cap.*3. & ibi D.Thom. *&* 2.2.*quæſt.*47. *art.*12.*in corpore,& ad* 1.*& ad* 2.reſoluens magiſtraliter prudentiam non eſſe virtutem ſubditorum,quatenus tales ſunt, ſed eſſe virtutem principis ad modum artis architectonicæ , quia ſubditorum non eſt regere. Idem tradit Gregorius Lopez *in l.8.tit.5.part.2.gloſſ.1.littera A.* Probatur etiam , quia prudentia conflatur ex memoria præteritorum,intelligentia præſentium,& ex prouidentia futurorum , necnon ex circunſpectione, vigilantia,conſultatione , ac iudicio , quæ omnia propria ſunt principis Reipublicæ bono inuigilantis , quod teſtatur Valerius Maximus *lib.*7. & Ariſtot.*lib.*3.*Politicorum, cap.*3. vbi refert ſolam prudentiam eſſe propriam imperantis,cæteras verò eſſe communes imperantibus,atque iis,quibus imperatur.

Idem ex deſcriptione ipſius prudentiæ,quæ ſecundùm Ciceronem 2. *Rhetoric.* eſt bonarum & malarum rerum ſcientia;& iuxta Macrobium *de ſomnio Scipionis , lib.*1.*cap.*7.*pag.*31. *ad medium,* eſt virtus dirigens ad rationis normam vniuerſa, quæ cogitat,quæque agit,ac nihil præter rectum facit. Quibus accedit D. Auguſtinus *lib.*1.*de lib. arbitr.* deſcribens prudentiam eſſe rerum appetendarum, & fugiendarum ſcientiam , & D.Bernard.*ſermone* 49.*in Cantica,*ait, prudentiam , ſeu deſcriptionem omni virtuti ordinem ponere,nec poſſe reperiri abſque aliis virtutibus,cum ſit velut magiſtra,quæ vnamquanque virtutem in ſuo loco diſponit,teſte Ariſtotele *lib.*2.*magn.moral. cap.*7. Confirmat Aurelius Victor. *in vita Traian.* aſſerens ab egregio Imperatore ſanctitatem eſſe expetendam,pacis tempore, ſæuiente bello fortitudinem,vtrobique prudentiam.Ex quo fit prudentiam , vt eſt virtus diſtincta à ſapientia,magis neceſſariam eſſe principi,quàm ſapientiam, cùm ſapientia poſſit eſſe in principe iuuene,non verò prudentia. Tiraquel.*de iure primogenior.in præfatione , n.*101. quod priùs docuit Ariſtoteles *lib.*6. *Ethicor.cap.*7. dicens,iuuenes fieri geometras , & arithmeticos,prudentes verò fieri non poſſe;nam prudentiæ parens vſus eſt,& memoria,prudentia vſu rerum,& experientia comparatur;vſus autem & experientia non niſi diuturnitate temporis acquiritur , quod etiam dixit Iob *cap.*2.ibi,*in antiquis eſt ſapientia , & in multo tempore prudentia;* quo loco vtitur Imola , & Alexander *in l.Gallus, in princip. de liber. & poſthum.* Dicendum igitur eſt prudentiam , quæ cum ſapientia & ſcientia coniuncta eſt, maximè decere principem , neque exquiſitam rerum omnium cognitioné,quam nomine ſcientiæ & ſapiétiæ ſolent deſignare,neceſſariā videri principi,ſed ſufficere mediocrem cognitionem cum exaggerata prudentia,quæ tamen ſine aliqua rerum cognitione & ſapientiæ parte vix vnquam acquiri poterit. Sed vtriuſque diſcrimen ſub finem in ſoluendis argumentis pro ſapientiæ neceſſitate adductis.

Sed quæres quænam virtus ſit prudentia? Reſpondet Vaſquez 1. 2. *quæſt.*76. *art.*2. *diſput.*119. *cap.*2. *num.*4. prudentiam non eſſe virtutem moralem electiuam,ſed intellectualem,quod expreſsè tradit Ariſtoteles 6. *Ethicor. cap.*2. *&* 3. idem ait D.Thom.1.2.*quæſt.*58. *art.*2. *in corpore , & ad argumenta,& art.*4.*&* 2.2.*quæſt.*4.*art.*8.*in corpore.* Atque ita dicendum eſt prudentiam eſſe virtutem intellectus , qua prudens in quouis negotio occurrente , quid honeſtum , & inhoneſtum ſit optimè cognoſcit : diſtinguitúrque à virtutibus moralibus , quòd ſit in intellectu , eiúſque actus elicitus ſit notitia eſſentialiter,virtutes verò morales ſunt in voluntate,& earum actus ſunt eſſentialiter volitio,ſeu nolitio ; ratione tamen materiæ , & finis,habet ſedem inter virtutes morales, verſatúrque in conſideratione morum,quos dirigit,ac proinde moralis dicitur,non quòd ſit elicitiua morum, vt ſunt tres aliæ virtutes cardinales, ſed quòd eſt directiua morum,quia quamuis prudentia,

dentia ſit virtus intellectualis ſecundùm eſſen-
8. tiam attamen moralis eſt ſecundùm materiam, ita D. Thom. 1.2. *quaeſt.* 58. *art.* 3. *ad* 1. ſecundum namque materiam conuenit cum virtutibus moralibus. Idem D.Thom. *quaeſt.* 61. *art.* 1 *in corpore*, & 2.2. *quaeſt.* 181. *art.* 2. *ad* 3. ſubdens prudentiam ſedere inter virtutes intellectuales, & morales, quoniam concors eſt in ſubiecto cum virtutibus intellectualibus. Nihilominus in materia omnino cohaeret cum moralibus ob affinitatem, quam habet cum eiſdem, cum illarum ſit quaſi menſura, ac regula per quam morales diriguntur, ac propterea dicitur directiuà moralium virtutum. D.Thom. 3. *part. quaeſt.* 85. *art.* 3. *ad* 4. & *in* 3. *ſentent. d.* 27. *quaeſt.* 2. *art.* 3. *ad* 3. & 2. 2. *quaeſt.* 61. *art.* 2. vocatúrque lux, & dux, & auriga virtutum moralium. Sequitur D. Thomas *in* 4. *d.* 17. *quaeſt.* 2. *art.* 2. *quaeſtiuncula* 4. vbi vocat prudentiam motorem, & aurigam omnium virtutum moralium, ex eo fundamento, quòd quaelibet virtus cum motu ſuo proprio habet aliquid de motu prudentiae: nec poteſt virtus aliqua moralis eſſe ſine illa, ſempérque prudentiae actus quaelibet virtus moralis participat, eo quia formaliter in eis rationem virtutis complet. D.Thomas 1.2. *quaeſt.* 57. *art.* 5. & *quaeſt.* 58. *art.* 2. & 4. quod etiam conſtat ex eo, quòd prudentia ſuffragatur omnibus virtutibus, & in omnibus operatur, teſte eodem D.Thoma 2.2. *quaeſt.* 47. *art.* 5. *ad* 2. & *art.* 6. *ad* 3. & *quaeſt.* 119. *art.* 3. *ad* 3. Concinit Azor. 1. *part. inſtitutionum moralium lib.* 3. *cap.* 30. *verſ. Ad obiecta.* Vaſquez *vbi ſupra*, *diſput.* 119. *cap.* 2. *n.* 4. & D. Bernard. citat. vbi de prudentia ſic loquitur, ibi, *eſt diſcretio, non tam virtus, quàm quaedam moderatrix, & auriga virtutum, ordinatrixque affectuum, & morum doctrix.* Quo etiam ſenſu D.Antonius Eremitarum parens apud Caſſianum *collat.* 8. nuncupauit prudentiam humanae vitae gubernatricem.

9. Hinc infertur quantum praeſtet prudentia tribus aliis virtutibus, quod maximè conſiderans Philo Iudaeus *lib.* 1. *de leg. Allegor.* ſimilem fecit prudentiam fluuio illi, qui de Paradiſi fonte deriuatus Indiam orientalem alluit propter auri multitudinem, & gemmarum copiam; ſicut enim aurum caeteris metallis, ſic etiam prudentia caeteris virtutibus excellit. Item, quia hae virtutes morales reſpiciunt ſuas actiones honeſtas ſub ratione boni, prudentia verò eas reſpicit ſub ratione veri, ad quam pertinet conſiderare, quaenam actiones ſecundùm ſe ſint honeſtae, & quae reuera ſint inhoneſtae. Quod idem eſt, atque id, quod dicitur obiectum agibile, vt eſt conſiliabile, vel ſub ratione veri eſt materia prudentiae; at verò vt eſt obiectum appetitus, id eſt ſub ratione boni, eſt materia aliarum virtutum. Ita D. Thomas 2. 2. *quaeſt.* 47. *art.* 5. *ad* 3. & *in* 3. *diſtinct.* 9. *quaeſt.* 1. *art.* 1. *quaeſtiuncula* 2.

Nec obſtat ſi dicas ex D.Thoma 2.2. *quaeſt.* 47. *art.* 4. *in corpore*, reſpicere bonum, ne dum materialiter, ſed etiam formaliter ſecundùm rationem boni; ergo prudentia non reſpicit bonum ſub ratione veri; neque enim fieri poteſt, quod eadem virtus duplici ratione formali feratur in ſuum obiectum. Reſpondemus prudentiam primò ferri in opus honeſtum, tanquam in obiectum cognoſcibile, & ſic fertur prudentia ſub ratione veri: ſecundò fertur in opus honeſtum, vt finem operabilem; at tunc ſub ratione boni. Ratio, quia non conſiderat prudentia quid honeſtum ſit, vt in cognitione huius virtutis interquieſcat, ſed vt induſtria, ac virtute, & operatione virtutum moralium, honeſtum illud, quia bonum, operetur; eo quòd ad prudentiam pertinet applicare rectam rationem, & operationem, quae non fit ſine appetitu recto. Ob quam rationem prudentia non ſolùm participat vim, qua pollent aliae virtutes intellectuales, ſed etiam rationem virtutis habet, qua pollent aliae virtutes morales. Ne verò duae rationes formales habitui vni dentur, ſicut non licet vni potentiae eas tribuere, dicendum eſt, prudentiam ſecundùm id, quod habet ex intellectu, reſpicere verum: ſecundùm verò id, quod habet ex appetitu, reſpicere bonum, quod eſt materia virtutum moralium, quibus illa adnumeratur. Ita D.Thom. *art.* 4. *citat.* & *ibi* Caietan. & *art.* 5. *ad* 3.

*Fragoſ. Regim. Chriſt. Reipubl.*

Conſequens eſt videre quaenam ſint partes in- 10.
tegrantes prudentiae, vtiles, ac neceſſariae principi regnum ſuo patrocinio tuendum ſuſcepturo? Reſpondeo eſſe octo, ſine quibus non poteſt haberi perfectus vſus prudentiae, nimirum memoriam, intelligentiam, prouidentiam, docilitatem, ſolertiam, rationem, circumſpectionem, & cautionem, de quibus ſingulatim D.Thom. 2. 2. *q.* 49. quae omnes neceſſariò requiruntur ad conſtituendum verè prudentem. Harum quinque pertinent ad prudentiam ſecundùm id, quod eſt cognoſcitiua, memoria ſcilicet, ratio, intellectus, docilitas, & ſolertia; tres verò ſpectant ad prudentiam vt eſt praeceptiua, & applicat cognitionem ad opus, quales ſunt prouidentia, cautio, & circumſpectio. Nomine memoriae intelligitur recordatio praeteritorum, intelligentiae nomine venit notitia praeſentium, item notitia principiorum moralium ad prudenter iudicandum; prouidentia dicit futurorum euentuum conſiderationem; ſicut ratio dicit promptitudinem ad ratiocinandum, & vnum ex alio excludendum: docilitas dicit capacitatem, & facilitatem ad diſciplinas capeſſendas: ſolertia eſt ſpecies bonae coniectationis, qua quis breuì tempore quid opus ſit conſequitur, & acutè percipit quid bonum, quid malum, quid vtile, quid inutile ſit; circumſpectio eſt meditatio circa omnes circunſtantias, ne minima quidem in opere deſideretur; cautio denique eſt diligentia, ſeu cura, quae neceſſariò adhibetur ad obſtacula remouenda: cùm enim multa circa quae eſt prudentia, ſint contingentia operabilia, in quibus aliquando verum, vel falſum, aliquando malum, vel bonum poſſunt admiſceri, neceſſariò eſt admittenda cautio, vt prudens adhaereat bono, & malum poſſit vitare. Lege D.Thom. *d. q.* 45. *per tot.* & *ibi* Caiet.

Actus verò prudentiae ſunt tres, nempe bene 11.
conſultare, rectè iudicare poſt conſultationem, & optimè imperare. De primo actu Ariſtoteles *in* 6. *Ethicor. cap.* 7. ait prudentis maximè opus eſſe bene conſultare, hoc eſt diligenter inquirere media, & inueſtigare circunſtantias neceſſarias ad faciendum honeſtè opus, ſecundùm virtutem. Dicitur bene iudicare, quia adhibita priùs diligētia, & facta inquiſitione decernit quid agendum ſit hìc, & nunc, vt opus fiat ſecundùm rectam rationem, ac virtutem, nam finis prudentiae eſt operari ſecundùm virtutem. Denique rectè imperare eſt principalis actus prudentiae, quia eſt praecipuus actus rationis agibilium, cum prudentia ſit ipſamet recta ratio agibilium, & conſultare ſit priùs illius actus, & ſecundus, qui eſt iudicare de inuentis, neceſſariò rectè imperare, qui eſt tertius actus, debet eſſe principalis, eo quòd conſiſtat in

applicatione conſiliorum,& iudicatorum ad operandum. Probatur,quia imperare magis accedit ad finem rationis practicæ , & inde eſt quòd ſit principalis actus illius , & per conſequens prudentiæ. D.Thom.2.2.*q*.47.*art*.8. Vnde non poterit princeps rectè imperare , ſi nec bene conſultet,nec rectè poſt conſultationem iudicet.

An verò prudentia præſtituat finem virtutibus moralibus,eſt altercatio ? Caietan. negat *d.q*.47. alij affirmant ,quia virtus moralis eſt actus eligendi bonum in mediocritate conſiſtens & eligit, quod prudentia iudicat. Ergo prudentia præſcribit finem;ſequitur Axor.1.*p.inſtit.moral.lib*.3. *cap*.29. *q*.4. & hoc putat probabilius. Dicendum tamen eſt cum D.Thom.1.2.*q*.66.*art*.3,*ad* 3. prudentiam non ſolùm dirigere virtutes morales eligendo ea,quæ ſunt ad finem,ſed etiam præſtituẽdo finem. Idem ait *in* 3.*ſentent.diſt*.33.*q*.2.*art*.3. quod alij etiam tradunt prudentiam efficere non per ſe , ſed per habitum ſuum,hoc eſt per ſynderesim , quia quod prudentia præſcribit per hunc habitum,rectè dicitur per prudentiam fieri.

Exiſtimo autem non modò prudentiam in genere præſtituere fines virtutum moralium , per ſuum fundamentum, hoc eſt per habitum ſynderesis,quod eſt D.Thom.*d.q*.47.*art*.6.*ad* 1.ſed etiã per ſe ipſam præſcribere finem particularem virtutis moralis, quem in ſingulis actibus virtus intendit,vt expreſsè tenet D.Thom.1.2.*d.q*.66.*ar*.3. *ad* 3. Ex quibus vides duplicem finem virtutum moralium,alterùm communem,quem virtus moralis per ſe adæquatè reſpicit ; alterum ſpecialem. Cùm ergo ſynderesis ſit recta ratio rerum agendarum , & nomine prudentiæ intelligatur comprehendi ſecundùm Ariſtor. aſſerentem 6. *Ethic*. *cap*.12. *&* 13. virtuti morali prudentiam finem præſcribere ; dicendum eſt , quamuis ſynderesis finem communem virtuti morali præſtituat , id eſſe tribuendum prudentiæ.

Ad id autem quod D.Thom.ait ex Ariſtot.2.2. *q*.47.*art*.6. non eſſe prudentiæ præſtituere finem virtuti morali , ſed ſolùm diſponere de his , quæ ſunt ad finem, intelligendus eſt per ſe ipſam,non verò beneficio ſynderesis , vt colligitur apertè ex eodem D.Thom.*d.art*.6.*in corp*.*&* *ad* 1.*&* 3.atq; ita virtutes tendunt ad finem ab ipſa naturali ratione,id eſt à ſynderesi præſtitutum,& ad hoc adiuuantur ab ipſa prudentia, quatenus de his,quæ ſunt ad finem,prudentia diſponit. Quod ſi ſermo ſit de fine particulari,quem virtus moralis in ſingulis ſuis actionibus per ſe habet , is à prudentia per ſe præſcribitur,quia in ſingulis ad prudentiam ſpectat oſtendere, quid ſit honeſtum,quid bonũ, & ad illam pertinet incitare ad affectum in ſingulis actionibus honeſti. D.Thom.1.2.*q*.66.*art*.3. *ad* 3.ſecus ad affectum honeſti in genere, quia ad hoc prudentia non mouet per ſe,ſed per ſynderesim,quam ipſa includit,vt D.Thom.2.2.*q*.47.*ar*.6. *in corp*.*&* *ad argumenta*,nimirum,*ad* 1.*&* *ad* 3.

12. Ex dictis ſequitur non ſolùm prudentiam cæteris virtutibus moralibus eſſe meliorem,vt dictũ eſt *n*.6.eo quòd ſit in ratione,quæ eſt nobilior,ſed etiam eſſe ducem earundem,cum eas dirigat. Ita D.Thom.1.2.*q*.65.*art*.2.*ad* 1. *&* 2.2.*q*.23.*art*.6.*&* *q*.56.*art*.1.*ad* 1.*&* *q*.123. *art*.12. dicens , prudentiam inter virtutes cardinales, & principales,eſſe potiorem, quia tantùm virtus aliqua maior putatur,quantùm melior eſt.Bonum autem rationis eſt bonum hominis, quod prudentia habet eſſentialiter , quæ eſt perfectio rationis. Item ad prudentiam ſpectat regere , ac præcipere , quæ duo ſunt propriè rationis,vbi eſt prudentia ; ideo Regi,ad quem pertinet regni adminiſtratio , & gubernatio , prudentia competit ſecundùm ſpecialem ſui rationem. Accedit , quia pars prudentiæ ſpecifica eſt ipſa regnatiua , quæ eſt ipſa Regis prudentia, qua Rex imperium & rempublicam regit , séque & rempublicam fœlicem præſtat, D.Thom.2.2.*q*.50.*art*.1.*ad* 1. vbi definit prudentiam,& iuſtitiam eſſe virtutes regias,maximè prudentiam , cui competit dirigere , & ob id dicitur directiua , ac regnatiua , iuſtitiæ verò competit executio , quod etiam conuenit Regi per ſubditos præſertim.

Ad obiecta dicendum eſt,ſapientiam, & ſcientiam eſſe valde vtiles principanti : prudentiam 13.
verò ad fœlicitatem regni multo vtiliorem Regi; nam ſapientia eſt ſpeculatiua,& verſatur circa res diuinas : ſcientia eſt vniuerſalium , vtraque non poſtulat rectum affectum. At prudentia tamen eſt omnino practica , verſatur circa actiones humanas , & circa particularia propriè , quæ deducuntur ex principiis, nec iudicat per cauſas ſuperiores, ſed inferiores , & exigit affectum ordinatum. De hac verò differentia inter prudentiam, ſcientiam,& ſapientiam, agit Ariſtot.1.*magn.moral.cap*.35.*&* 6.*Ethic.cap*.5.*&* 7.Ex qua differentia aliquando ſapientes non habiti ſunt prudentes,quia quamuis diuina,& difficilia aſſequantur, humana bona neſciunt , vt de Anaxagora refert Ariſtot. 6.*Ethic*. *cap*. 7. vbi agit de ſapientia , & prudentia. Vide etiam illum *cap*.11.*ibid*.

---

## §. II.

### *Utrùm Principi ad gubernandum neceſſaria ſit iuſtitia, fortitudo, & temperantia?*

EPITOME.

14 *Iuſtitia eſt Principi maxime neceſſaria.*
15 *Nec domus ſine iuſtitia ſubſiſtit.*
16 *Laudes iuſtitiæ per quam Princeps docetur viuere,ac nulli nocere.*
17 *Non eſt iuſtitia ad ſeipſum propriè , ſed ad alium.*
18 *Quid ſit iuſtitia legalis,quale eius munus , & quid iuſtitia particularis?*
19 *Reſpublica propter iuſtitiam eſt perpetua.*
20 *Princeps debet eſſe bonus , Rex & iuſtus idem ſunt.*
21 *Rex habet officium Dei, ideò ne ſit preceps in iudicando.*
22 *Deus ad puniendum venit lentè , & prauio examine iudicat.*
23 *Sententia præcitata , & à iudice non ſedente lata,eſt nulla.*
24 *Iudex iniuſtus non meretur nomen iudicis.*
25 *Bonus vir,& iudex conuertuntur.*
26 *Adamo quòd eſſet iniuſtus,non fuit data poteſtas iudicandi filium.*
27 *An religio,& miſericordia præſtent iuſtitiæ?*
28 *Deo,ac parentibus non redditur æquale.*
29 *Fortitudo, & temperantia proſunt gubernatoribus.*
30 *Quale ſit officium fortitudinis , & an requiratur fortitudo corporis in principe.*
31 *Qui ſe ipſum ſuperat,vincet omnia.*

32 *Alexander puellam pulchram nec videre voluit.*
33 *Principi prodeſt temperantia.*
34 *Quale ſit eius munus, quale commodum, & incommodum.*
35 *Incommoda gulæ, & ebrietatis.*
36 *Encomia abſtinentiæ Perſarum, & Alexandri magni ebrietas.*

14 CONSTAT principanti iuſtitiæ virtutem
eſſe maximè neceſſariam ex illo Auguſt.
*lib.4.de ciuit.Dei cap.4. & ſerm.4.Domi-*
*nicæ Quadrageſ.* dicentis, regna ſine iuſtitia eſſe
latrocinia. Cuius etiam meminit Camill.Borell.
*in addit.ad Bellug.de ſpecul.princip.in princ.fol.2.*
& Bernard.*lib.3.de conſider.ad Eugen.*ibi, *Diligi-*
*te iuſtitiam, qui iudicatis terram*, vbi notat iuſti-
tiam non ſolùm eſſe tenendam, ſed diligendam,
& magni faciendam. Amator enim iuſtitiæ in-
quirit illam, ac proſequitur, iniuſtitiámque perſe-
quitur. Quod adeò verum eſt, vt Philoſophi veri
Dei lumine deſtituti, teſte Plutarcho *lib.de doctr.*
*princip.* dicere ſolerent, neque Iouem abſque iu-
ſtitia poſſe mundo præeſſe. Qua ratione iuſtitia
apud Iouem depingebatur, cuius commentationis
meminit Hecta 1.*p.dialog.cap.*1.*de iuſtit.fol.*507.
Idcirco Macrob. *lib.*1.*de ſomn.Scipionis*, auſus eſt
15. affirmare non ſolùm regnum, nec rempublicam,
ſed nec exiguum hominum cœtum, quinimò nec
paruam domum ſine iuſtitia poſſe conſiſtere.

Suffragatur auctoritas Ciceronis *lib.2.de finib.*
& 1. *offic.* opinantis tantum valere iuſtitiæ virtu-
tem, vt nec ipſi quidem, qui maleficio, & ſcelere
paſcuntur, poſſint viuere ſine vlla particula iuſti-
tiæ. Nam qui Archipirata dicitur, niſi æqualiter
prædam diuidat, aut occidetur à ſociis, aut relin-
16. quetur. Quo loci oſtenditur non ſolùm veram
iuſtitiam, ſed vmbratilem etiam iniuſtos ſocios
poſſe componere; quo etiam exemplo confirma-
tur quantùm iuſtitia ſit neceſſaria principanti, vt
bene tradit D.Thom. 2. 2. *quæſt.*50. *art.*1. *ad* 1.&
D.Gregor.*in regiſtro*, dicens in regibus ſummum
bonum eſſe colere iuſtitiam, & vnicuique ſua iura
ſeruare, & ſubiectis non ſinere, quod poteſtatis eſt
fieri, ſed quod æquum eſt cuſtodiri: concordat
Cyprian.de 12.abuſionib. *Iuſtitia regis*, inquit,
*pax eſt populorum, tutamen patriæ, terræ fœcundi-*
*tas, ſolatium pauperum, hæreditas filiorum, & ſibi-*
*metipſi ſpes futuræ beatitudinis*; denique ipſam ap-
pellat ibi, *munimentum gentis*. Quod etiam Ari-
ſtot.dixit *lib.3. politic. cap.*8. nempe impoſſibile
eſſe ſine iuſtitia ciuitatem habitari, & *lib.5.cap.*7.
ſubdit politias etiam maximas penitus diſſolui
propter iuſtitiæ tranſgreſſionem. Cùm igitur
principis ſit, ne reſpublica ſibi commiſſa omnino
corruat, facere iudicium, & iuſtitiam, iuxta illud
3.*Regum cap.*10.de Salomone, *conſtitui te regem,*
*vt faceres iudicium, & iuſtitiam, & honor regis*
*iudicium diligit*; & conſtat ex *cap. Regis eſt* 23.
*quæſt.* 5. bene ſequitur iuſtitiam non ſolùm vti-
lem, ſed valdè neceſſariam eſſe principi, & cæteris
magiſtratibus, quibus reipublicæ regimen eſt de-
mandatum.

Item ex eo eſt neceſſaria, quia per eam princeps
docetur honeſtè viuere ſecundùm *l.*1.*§.*1.*ff.de iu-*
*ſtit. & iure, & iuris præcepta, Inſtit.de iuſtit. & iure*,
& docetur etiam nulli inferre iniuriam, atque
vnicuique ſuum ius tribuere, quod dixit Ambroſ.
*lib.de officijs* ibi: *Iuſtitia, quæ vnicuique, quod ſuum*
*eſt tribuit, aliena non vendicat, vtilitatem pro-*
*priam negligit, vt communem vtilitatem cuſto-*
*diat*; & Pſalm.44.ibi: *Dilexiſti iuſtitiam, & odi-*
*ſti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus*
*tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.* Accedit Se-
neca *epiſt.*140.*ad Lucilium*, dicens, iuſtitiam eſſe
rem ſacram, *quæ alienum bonum ſpectat, nihil ex*
*ſe petens niſi vſum ſui*, atque ita fortitudo, & tem-
perantia dirigunt fortes, & temperatos in ſemet
ipſis, & ideò laudantur ſecundùm bonum, quod
animo eorum affligunt: iuſtitia verò dirigit prin- 17.
cipaliter hominem circa ea, quæ ſunt ad alterum,
& eſt quodammodo bonum alterius, non verò
ſui ipſius, vt ait D.Thom. 2. 2.*q.*58. *art.*7. *in corp.*
& *art.*12.Ariſtot.5.*Ethic.cap.*6.& 11. vbi ait, non
poſſe dici iuſtitiam ad ſua ſimpliciter, quia nemo
ſe ipſum vult lædere, & abſolutè non dicit iuſti-
tiam alicuius ad ſe ipſum, quia requirit diuerſita-
tem ſuppoſitorum. D.Thom. 2.2.*q.*58.*art.*2. Ara-
gon.*ibi*, ideò eiuſdem non eſt ad ſe ipſum, niſi ſe-
cundùm tranſlationem, & ſimilitudinẽ quandam.

Quam ob cauſam D. Ambroſius *de Paradiſo*,
comparat iuſtitiam cum fluuio Euphrate de Pa-
radiſo exeunte, idque *cap.*3.cuius etiam meminit
D. Thom. *vbi ſupra, art.*8. *ad principium*, quia
ſicut huic fluuio nulla regio præfinitur, quam
præterfluat, eo quòd ſit frugifer, ſic enim inter-
pretatur, cum ſit variis regionibus valdè vtilis:
ſic etiam iuſtitia, quæ eſt fœcundior aliis, magis
illis, quàm ſibi prodeſt, & emolumenta commu-
nia propriis commoditatibus anteponit. Conci-
nit Ariſtot.5.*Ethicor. cap.*5. vbi ait iuſtitiam non
eſſe partem virtutis legitimæ, ſed totam virtu-
tem, & inter omnes videri bonum alienum, quia
agit ea, quæ aliis virtutibus conducunt; quin po-
tiùs omnes virtutes in ſe continere, eſſéque ma-
ximè perfectam, quia non tantùm ad ſe ipſam,
ſed ad alios vtilis eſt, tandémque concludit *d.c.*1.
eſſe præclariſſimam virtutem, vel ſaltem videri.

At dicet aliquis Ariſtotelem *locis citatis*, loqui 18.
de iuſtitia generali, quæ alio nomine vocatur *vir-*
*tus legalis*, de qua etiam D. Thom. 2.2.*quæſt.*58.
*art.*5. & 6. quam Ariſtoteles etiam *d.cap.*1. & 2.
*lib.*5.*Ethicor.* dixit eſſe complexionem, ſeu con-
nexionem omnium virtutum, & ob id dicitur vir-
tus legalis, teſte D. Thom. 1.2.*q.* 90. quia ad le-
gem ſpectat propriè ordinare ad bonum commu-
ne, & vt talis iuſtitia generalis, ſeu legalis reſpi-
cit bonum commune, tanquam proprium obie-
ctum, illúdque intuetur, ac procurat, & reliquas
virtutes ad illud ordinat, atque inducit; proindé-
que decet hæc virtus principem, veluti primum
architectorem, à quo bonum commune princi-
paliter dependet, ac propterea dicitur architecto-
nica virtus, reſidétque principaliter in principe,
& quatenus eſt in illo, cogit, vt leges ſeruentur;
vt verò eſt in ſubdito, facit, vt legibus pareat.
D.Thom.*vbi ſupra, art.*6.*in corpore*, vbi addit, vir-
tutes particulares, prout mouentur ab hac gene-
rali, ſeu legali virtute, poſſe dici etiam virtutes le-
gales participatiuè, quatenus ab illa mouentur ad
bonum commune.

Dicendum tamen eſt, iuſtitiam legalem non
eſſe eſſentialiter omnem virtutem, ſed dari etiam
aliquam aliam iuſtitiam, per quam homo ordine-
tur in eis, quæ ad particularem perſonam perti-
nent, hoc eſt, iuſtitiam particularem, quæ im-
mediatè ordinet hominem ad bonum ſingula-
ris perſonæ, quæ diſtinguitur à iuſtitia legali
ſecundùm ſuam eſſentiam, quæ ordinat hominem
ad bonum commune per obſeruantiam legum.

Vtraque tamen virtus tam legalis quàm particularis, eſt maxime neceſſaria principi, vt patet ex definitione iuſtitiæ, quæ ſecundum Vlpian. *l. iuſtitia, ff. de iuſtit. & iur. eſt conſtans, ac perpetua voluntas ius ſuum vnicuique tribuens*: vel ſecundùm D. Thom. 2. 2. quæſt. 58. art. 1. *eſt habitus ſecundùm quem aliquis conſtanti, ac perpetua voluntate ius ſuum vnicuique tribuit.*

Ex quibus definitionibus conſtat principis eſſe facere iudicium & iuſtitiam. Cuius virtutis obiectum eſt debitum alteri, ſiue debitum ſit commune reipublicæ, ſiue regno, quod pertinet ad iuſtitiam legalem, ſiue bonum particulare alicuius priuati, quod pertinet ad iuſtitiam particularē, & vtrunque bonum incumbit principi procurare ex officio: quod ſi negligat bonum commune, quando verſatur in periculo, & præferat ei priuatam commoditatem, peccat contra iuſtitiam, & tenetur ad reſtitutionem. Ratio, quia boni communis conſeruatio pertinet ad principem ex officio: ſecus dicendum eſt de quocunque ciue, ſeu perſona aliqua particulari. Is enim quamuis ſit pars reipublicæ, & potiatur commodo, & vtilitate illius, & teneatur eius bonum procurare; nihilominus ſi negligens fuerit in præcauendo malo, & procurando bono, notabiliter peccabit contra iuſtitiam generalem, ſeu legalem, non tamen tenebitur ad reſtitutionē, niſi miſceatur cū iuſtitia legali aliqua ratio iuſtitiæ particularis, ſeu commutatiuæ, vt apparet, quoties quis ex officio, vel ex contractu tenetur procurare bonum commune. Ita Aragon, 2. 2. q. 58, *art.* 5. in explicatione articuli ad ſecundum argumentum. Leſſ. *de iuſtit. lib. 2. cap. 1. dub.* 3. *verſ. Si quis negligat*, vbi ait peccantem contra iuſtitiam legalem non eſſe obnoxium reſtitutioni, niſi ex officio debeat procurare bonum commune, vt princeps & officiales Reipublicæ tenentur ex officio.

19. Conuenit etiam principi colere iuſtitiam, ſiquidem ex obſeruantia illius promittitur fore rempublicam perpetuam; nam ſicut facilè pereunt ſine iuſtitia reſpublicæ, ſic etiam regnante eadem fiunt immortales, vt habetur *Prouerb.* 16. ibi: *Abominabiles regi qui agunt impie, quoniā iuſtitia firmatur ſolium, & progenies regia non peribit.* Quod etiam eodem *Prouerb. lib. cap.* 25. & 29. ibi: *Rex qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur*; ratio eſt, quia iuſtitia eſt perpetua, & immortalis, iuxta Sapient. 1. *cap.* immortalis enim eſt iuſtitia, quia facit homines dignos immortalitate, vel nominatur perpetua, & immortalis, eo quòd ſolium regale de generatione in generationem reddit perpetuum. Conducit illud Danielis 12. *Qui*, inquit, *ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtella in perpetuas æternitates.* Sequitur Patricius *lib. de regn.* 8. *tit.* 3. ex Xenophon. quem refert, dicens omnes ciuiles ſocietates vitio eorum, qui præſunt, facilè ruere; quod ſi iuſtè, ac rectè gubernentur, perpetuas omnino, vel immortales eſſe. Luc. de Pen. *in l. iudices, col. pen. C. de dign. lib.* 12. vbi propter iniuſtitias, & iniquitates, & reges, & eorum domus regias ex hoc plerunque extingui tradit. Ratio habetur *Deuter.* 25. quòd *Deus auerſatur omnem iniuſtitiam.* Si ergo immortales erunt reges, ac doctores, teſte Daniele *vbi ſupra*, qui iuſtitiam tradunt & docent, quanto meliùs qui illam colunt, atque exercent? Siquidem auctore Plutarch. *in Demetr.* nihil tam egregium, atque proprium regis eſſe videtur, quàm iuſtitiæ opus: quocirca Regius vates ad lætitiam, & exultationē gentes inuitabat Pſal. 66. *Lætentur*, inquit, *& exultent gentes, quoniā iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis*: quod proprium eſt ſummi, ac ſupremi Regis, qui vniuerſam mundi machinam in iuſtitia, & æquitate moderatur.

Ex quo infertur ad bonum principem requiri, 20
quòd ſit virtute præditus, & principaliter in eo iuſtitia ſplendeſcat. Quòd debeat eſſe virtuoſus docet D. Thom. 1. 2. *q.* 92. *art.* 1. *ad* 3. Quòd debeat eſſe iuſtus, tradit D. Hieron. *in quæſt. Hebr.* vbi pro hac veritate citat illud 2. *Reg. cap.* 1. ibi: *Præcepit Dauid, vt docerent filios Iudæarcum*, ſicut ſcriptū eſt *in lib. Iuſtorum*: quo loci nomine Iuſtorum intelligit reges, ac principes, quibus iuſtitia ex officio maxime conuenit, & quo magis, ac magis coluerint iuſtitiam, Deum colent, ipsúmque imitabuntur; quia in gubernanda republica, & in reddendo vnicuique quod ſuum eſt, non hominum vices, ſed ſupremi Dei officium, munúſque exercent, vt tradidit Ioſaphat 2. *Paralip. c.* 19. *n.* 6. cum iudices ſuo præficeret regno: *Videte*, inquit, *quid faciatis; non enim hominis exercetis iudicium, ſed Domini*; quaſi diceret auctore Caietan. *Sicut di-* 21.
*gnitatem geritis diuinam, ita gerite æquitatem.* Hinc apparet onus diuinum humeris principum, ac regum eſſe impoſitum, deberéque ſummo conatu, atque ſtudio colere, & amplecti iuſtitiā cum Dei officium in iudicando ſuis humeris ſuſtineāt.

Caueant tamen principes ne præcipites ſint 22.
in iudicando, ſed maturo conſilio, & lento gradu ad iudicandum progrediantur; quod videtur ſacra pagina docere, *Geneſ.* 3. dum ait veniſſe Deum *ad auram poſt meridiem* in Paradiſum, quando è cælo deſcendit ad iudicandum primum parentem. vbi notat Abulenſ. non veniſſe *celeriter*, ſed *contra auram*, vt oſtenderet non veniſſe citato greſſu, ſed paſſu bouino, non *manè*, ſed poſt *meridiem*, quaſi inuoluntarius accederet ad puniendū contra auram. Item, quia rogauit, *Adam vbi es*, quaſi ignorans quid factum ſit. Quibus etiā vt ait Ambroſ. *lib.* 1. *de Abraham cap.* 7. monentur, imò docentur principes ne procedant in iudicando abſque examine, ſed ſeruato iuris ordine priùs diligenter inquirant, negotióque bene penſitato ad puniendum accedant. Quod probatur ex *Gen.* 18. ibi: *Deſcendam, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint.* Cuius rationem reddit Gregor. lib. 9. moral. cap. 23. *Vt*, inquit, *Deus hominibus exemplum proponat, ne mala hominum antè præſumant credere, quam probare.* Deo enim omnia ſunt nuda, & aperta, & nihil eum latet, nec latere poteſt; nihilominus, vt principibus, ac iudicibus iudicandi normam præfiniret, & Adamum parentem præcepti tranſgreſſorem, & Cain fratricidam priùs interrogauit, quàm contra eos ſententiam pronunciaret, non quòd ignoraret, quid facti eſſet, cum interioris eſſet verè arbiter, & ſcrutator, atque interpres conſcientiarum, ſed vt doceret, ne præcitato iudicio in decidendis cauſis principes vtantur.

Quod etiam habetur in *l. 2.* & ibi Doctores *C.* 23.
*de offic. rector. prouinc.* alias voluntas iudicantis præcitata dicitur nouerca iuſtitiæ, atque omnia ſubita probantur incauta, Clement: *paſtoralis, §. verum.* & *ibi* Cardin. *de re iud. cap. ſummopere* 11. *quæſt.* 3. text. *in cap. inter hæc, col.* 1. *de pænit. diſt.* 3. Nam ſententia præcitata eſt nulla, Bart. *in l. prolata, num.* 5. *C. de ſentent. & interlocut. omn. iudic.* Roland. *conſil.* 19. *num.* 43. *volum.* 1. & *conſil.* 41. *num.* 14. *eodem volum.* vbi ait ſententiam latam

a iudice

à iudice non ſedente pro tribunali eſſe nullam, per text.*in* §.*ſedebunt,in Authent.de iudic.* quam opinionem dixit Bartol.eſſe communem *in l.*1.*C. de ſent.ex pericul.recitan.*idem vult Bald.quia ſedendo,& quieſcendo animus fit prudentior; ſequitur Afflict.*in conſt.regn.conſt.ab omnibus,col.*1. cenſetur enim iudicare ductus præcipitatione, quæ eſt defectus conſilij,& ſpecies imprudentiæ. D.Thom.2.2.*quæſt.*53.*art.*3.*ad* 2.diceos,quæ fiunt temerè, ac præcipitanter,non gubernari ratione, ſed paſſione,atque affectu imprudenti,& inconſiderato. De quibus vide D.Thom.*ibid.art.*4.*&* 6. & dicemus *lib.*4.*diſp.*9.§.2.*n.*19.

24. Quod dictum eſt de principe, intelligendum eſt de quocunque magiſtratu à principe ad gubernandam Rempublicam conſtituto, in quo ſi deſit iuſtitia, magiſtratus nomen, ſeu iudicis,nequaquam meretur; ita Iſidorus *in cap.forma*, §.*in omni, de verbor.ſignificat. & in cap.*1.23.*quæſt.*2. & Speculator *tit.de ind. delegat.* §. *excipi poteſt, num.*18. *verſ.Item quod non eſt in eo*, quia iudex eſt veluti quoddam animatum ius,& conſequenter debet eſſe ſanctus ,inadulabilis, & inexorabilis; igitur ſi non colit iuſtitiam, neque ea inductus incedit, peior eſt omnibus animalibus. *cap. propter idem* 24.*quæſt.*2. gloſſ.*in cap.vera,diſt.*45. & Roland.*conſ.*12.*n.*2. *lib.*3. poſt Ariſtot.5.*Ethic. cap.*4. Accedit Iſidor. *lib.Etymolog.* dicens,quod iudex dicitur quaſi ius dicens populo: ius autem dicere eſt iuſtè iudicare; quomodo ergo ſuſtinebit nomen iudicis ſi iuſtitiam exuerit, & indue-
25. rit iniquitatem, cum iudex idem ſit atque vir bonus? *l.vir bonus,ff.iudicatum ſolui,l.Herennius,*§. *Caia,ff.de euict.* Bald. *in l.cætera,*§.*maia,ff.famil. erciſc.per text.*ibi,*boni enim,& innocentis viri officio.* Vbi ex illius ſententia bonus vir, & iudex conuertuntur, & idem ſonant, ſicut bonum & æquum. Sequitur Neuiſan.*in ſylu.nupti.num.*88. Hyppolitus *ſingul.*354.*&* 438.Maſcard.*de probat. tom.*3.*concl.*1132. *num.*24. *& ſeqq.* vbi notant virum bonum non eſſe alium niſi iudicem. Cuius etiam ſententiæ ſunt Bart.*in l.ſocietatem,* §.*arbitrorum,col.*1.*ff.pro ſocio.*Raynut.*in l.vlt.C.de contrahend. empt.* gloſſ. *in cap.potuit,verb.clerici,de locat.*& Socin.iun. *conſ.*7.*n.*23.*vol.*2. *& conſ.*141. *num.*10. *vol.*4. Ex iuſtitiæ defectu putat Caietan.
26. *Geneſ.*4. fuiſſe ſublatam poteſtatem iudicandi filium fratricidam Adamo, & cauſam à Deo præoccupatam, eo quòd Adamus exuiſſet iuſtitiam per peccatum,ac proinde filium nocentem,& homicidam non poterat bene iudicare.

Quibus bene expenſis concluditur iuſtitiam inter alias virtutes cardinales eſſe à prudentia ex communi Philoſophorum & Theologorum ſententia primatem tam ex obiecto, materia,& officio,quàm ab affectu,ac dignitate, ac multitudine virtutum, quæ ipſi adnectuntur, ac ſubiiciuntur. Ex quibus conſtat eſſe virtutem propriam principum,ac regum,& dominam cæterarum,ac reginam. Reges enim, ac principes iuſtitia ſuffulti leges ſanciunt, magiſtratus, ac officiales creant, maleficia puniunt, benefacta remunerant;dignitates,officia atque honores pro meritis diſtribuunt, ad quæ omnia rectè diſtribuenda regibus opus eſt iuſtitia, quæ non ſolùm ſibi, ſed aliis maximè,verſatúrque circa rem difficilem videlicet alienam,cum ſecundùm noſtrum genium, & ingenium potiùs ad noſtra ſingularia emolomenta, quàm ad bonum commune propendeamus. Hæc de re ille D.Thom.1.2.*quæſt.*66.*art.*1. *&* 4. *quæſt.*68. *art.*7. *&* 2.2.*q.*58.*art.*12. *& q.*123. *art.etiam* 12. Azor.1.*part.inſt.moral.lib.*3.*cap.*30. *quæſt.*3.

Neque obſtat, ſi dicas virtutem religionis, & 27.
miſericordiæ eſſe multo præſtantiores iuſtitia, eo quod D.Thom.2.2.*quæſt.*30. tradit miſericordiam eſſe præſtantiſſimam inter virtutes morales;item *quæſt.* 81. primatum tribuit *art.* 6. religioni, & *quæſt.*104. *art.* 3. primum concedit locum obedientiæ. Nam in primis dicendum eſt, quamuis ſit verum, quòd religio ſit præſtantior in genere virtutis iuſtitia particulari, imò & iuſtitia legali; aliter res ſe habet in ratione iuſtitiæ, quia nec religio, nec pietas ſortiuntur perfectum modum, ac rationem iuſtitiæ, quæ conſiſtit in reddenda æqualitate, quod perfectè iuſtitia obſeruat reddendo vnicuique ſuum. ſecundùm rationem debiti. Vnde ſi loquamur de iuſtitia legali, non eſt dubium religionem eſſe partem potentialem iuſtitiæ legalis ſecundùm D. Thom. 2.2. *quæſt.*80. *art.*1. & expreſſe tradit Aragon. *eadem* 2.2.*q.*58. *art.*12.*poſt ſecundam concluſ.* ex Ariſtot. 5. *Ethic. cap.*1.*verſ.Dico ſecundò*, ex eo fundamento,quia totum eſt perfectius, ac præſtantius ſua parte, & continet perfectionem partium; ſed iuſtitia legalis eſt totum, & religio eſt pars;ergo eſt præſtantior religione. Aragon. tamen eſto concedat eſſe partem potentialem,negat tamen iuſtitiam legalem eſſe præſtantiorem virtute religionis, ex ea ratione,quia Deus *Exod.*20.priùs conſtituit præcepta quæ ſpectant ad religionem,quàm quæ ſpectant ad iuſtitiam, ſiue communem,ſiue particularem. Item,quia quæ ſunt ad finem, ſibi acquirunt ſuam perfectionem ex ordine ad finem; finis autem religionis eſt reſpicere Deum, & directè, & per ſe cultum & honorem Deo offerre;ergo cum ipſa magis appropinquet ſuo fini, quàm cæteræ virtutes morales, illis omnibus præſtantior erit.

Dicendum tamen eſt primatum inter omnes virtutes has eſſe tribuendum iuſtitiæ legali præſertim, ſi aliquid admiſceatur iuſtitiæ particularis; & quamuis non admiſceatur,ſemper primum locum illi concedendum probabilius eſt, teſte D. Thom. 2.2.*quæſt.*58.*art.*12. ex Ariſtot.5.*Ethic. cap.*1. vbi aſſerit iuſtitiam legalem eſſe præclariſſimam omnium virtutum moralium, neque Heſperum, neque Luciferum ita admirabilem eſſe; quod videtur ita ſe habere ex parte obiecti, quia iuſtitia legalis verſatur circa bonum commune; at verò cæteræ virtutes morales bono particulari inſeruiunt. Cum ergo bonum commune præferatur bono particulari, virtus reſpiciens bonum commune,preferenda eſt aliis bono particulari attendentibus.Item virtus legalis ex eo magni fit quòd illius ſtudioſus ad alium bene ſe habet; aliæ verò virtutes non ad alios,ſed earum ſtudioſos bene afficiunt. Ad hæc, charitas ex eo omnibus virtutibus moralibus excellit, quin etiam Theologicis, quòd eas omnes dirigat ad vltimum finem,& vocatur *tota virtus* ab Auguſt. *epiſt.*19.*ad Hieron.* Similiter virtus legalis appellatur *omnis virtus* ab Ariſtotele,ex eo fundamento, quòd reliquas morales quæcunque illæ ſint, quamuis ſint religio,miſericordia, & obedientia, impellit,ac inducit ad bonum commune; & magiſtratus per ipſam legalem iuſtitiam pro bono communi de religione, ac miſericordia leges ſanctiſſimas ſancire queunt, poſſúntque cogere, vt obſeruentur. Accedit, quòd iuſtitia legalis, ſicut

Sol ſtellis, ſic ipſa cæteris virtutibus lumen præbet, auctore Cicerone *lib.1.de officys,cap.de iuſtitiu*, aſſerente ipſam in vita morali maximum ſplendorem habere: quam partem, ac doctrinam docet Caietan.2.2.*quæſt.*81.*art.*6.additque eſſe de mente D.Thom.*quæſt.*58.*art.*12.*in corpore*, vbi re vera ait iuſtitiam legalem,& moralem exiſtentem in voluntate, qua & homo mouetur,& ordinatur ad alterum, eſſe omnium virtutum moralium excellentiſſimam.

Dici etiam poteſt ſecundùm alios iuſtitiam legalem, vel etiam iuſtitiam particularem inter omnes virtutes morales eſſe præſtantiores, nihilominus religionem, miſericordiam, & obedientiam,& ſimiles habere aliquid ex alio capite præcipuum, reſpectu cuius ſuperent iuſtitiam etiam particularem. Quia quamuis iuſtitia ex obiecto cæteris præſtet, religio tamen ratione perſonæ,cui debetur cultus,& obedientia, ratione perſonæ,cui obtemperatur, iuſtitiæ excellunt: conſiderata tamen ratione iuſtitiæ aliter dicendum eſt,quia nec religio, nec pietas habent perfectam rationem iuſtitiæ,quæ eſt reddere vnicuique, quod ſuum eſt, quod præcinit vulgare di-
28. ctum, Æquiualens, nec Deo, nec parentibus redditur, neque magiſtris. Ita Ariſtot.*lib.*8.*Ethicorum cap.*14.*ad finem.* Ex quibus ſatis liquet,neque religionem,nec obedientiam, nec miſericordiam ſecundùm ſe,& abſolutè excellere in homine omnibus virtutibus moralibus, ſi earum cum iuſtitia legali fiat comparatio: poſſe tamen has tres vocari ſecundùm D.Thom. excellentiſſimas propter ſingulares prærogatiuas, quas vnaquæque ex ſuo retinet; nam religio ex parte obiecti, & cultus diuini cæteris præſtat, quia magis de propinquo ad Deum properat, nimirum operando ea,quæ directè ad honorem diuinum tendunt. In quo ſenſu intelligendus eſt D.Thom. *d.q.*81.*art.*6.dum ait, religionem inter morales virtutes eſſe excellentiſſimam, quod de propinquo magis ad Deum accedat,quod aliæ non ita habent.

Obedientia verò propriam habet excellentiam, quæ aliis excellit in contemptu propriæ voluntatis, quam omnes magni faciunt, & obediens propter Deum parui æſtimat. Denique miſericordia non eſt abſolutè maxima, niſi qui eam habeat maximus ſit,atque ita in Deo maxima eſt, D.Thom.2.2.*quæſt.*30.*art.*4. iuſtitiam tamen ſuperabit ratione perſonæ cuius miſeria ſubleuatur, nimirum ſi principi,ac viro excellenti opem feramus; qua ratione miſericordia dicitur *virtus diuina*; atque ita ex parte ſubiecti à miſeria educti ope miſericordiæ dici poteſt miſericordiam aliis excellere. Ita Azor 1.*part.inſtit.moral.lib.*3.*cap.*30.*quæſt.*4. Aragon.2.2.*quæſt.*58.*art.*12.*fol.*47.*verſ.Dico ſecundò*,& Rebell.ſapientiſſimus 1.*p.de oblig.iuſtit. lib.*1. *de prælud. iuſtit. quæſt.*3. *num.*9. *&* 10.vbi loquitur de iuſtitia legali, quæ eo modo, quo diximus, cæteris virtutibus moralibus præſtat, non tamen hoc priuilegium concedit iuſtitiæ particulari,imò tradit religionem præſtantiorem iuſtitia particulari. Quod non puto verum niſi in aliquo, non verò abſolutè,auctoritate D.Thom.*vbi ſupra art.*12.dicentis indiſtinctè iuſtitiam particularem, tam ex parte obiecti,quàm ex parte ſubiecti reliquis virtutibus excellere; cum hæc bonum ad alterum reſpiciat,reliquæ verò bono proprio attendant, omnéſque nos à natura ducimur ad noſtrum commodum, magis quàm ad bonum aliorum. Dictum eſt in aliquo propter perſonam, cui religio cultum, & honorem defert; non verò illi præſtat in ratione iuſtitiæ; cùm religio Deo non reddat æquale debitum,ac cultum. Ex dictis liquidò conſtat iuſtitiam, eiúſque comites, ac partes potentiales, de quibus diximus, eſſe principi maximè vtiles ac neceſſarias, vt ſuo officio, prout par eſt,diligentiſſimè perfungatur. D.Thom. *de regim.Princip. lib.*2.*cap.*16.

29. De aliis virtutibus, fortitudine nimirum, ac temperantia, certum eſt,neque ambigi poteſt vtranque gubernatoribus reipublicæ ſummopere conuenire; cùm fortitudo ſit virtus, quæ propter reipublicæ bonum ſe exponit,nec cedit periculis excreſcentibus ſecundùm D.Thom.*opuſc.de regim.Princip.lib.*4.*cap.*17.Et probatur,quia ſunt quamplurima impedimenta, quæ gubernanti obuiam procedunt,ipſúmque à recto deuiant:igitur niſi accinctus fortitudine incedat, facilè animo cadet; ſi verò fuerit fortis, victor euadet, quia fortitudo eſt virtus animi, & perficit hominem, vt ait Philoſophus 2.*Ethicorum cap.*6.ibi, *Virtus omnis ipſum, cuius eſt,bene ſe habere facit,& opus ipſius bonum reddit.* Cum ergo fortitudo ſit virtus animi principem perficiet, firmabitque cùm ſit firmitas animi,virtute cuius princeps firmiter, & immobiliter operabitur. Ita D. Thom. 2.2. *quæſt.*123.*art.*1. *&* 2. ex Cicerone *lib.*3.*de finibus*, vbi ſic: *Qui magno eſt animo, atque forti,omnia, quæ cadere in hominem poſſunt deſpicit,& pro nihilo putat,atque iſte vir altus, & excellens magno animo, verè fortis infra ſe omnia humana ducit.* Ex quo habetur ſine fortitudine principem non poſſe firmiter agere, nec in rebus difficillimis ſuſtinendis,ac repellendis fortiter perſiſtere. Fortitudo namque,ſi Chryſippo credimus, eſt ſcientia perferendarum rerum, vel affectio animi, in patiendo,ac perferendo,ſummæ legi parens ſine timore. Quod fermè Cicero *in Tuſcul.*paucis mutatis verbis reperiuit in hunc modum: *Fortitudo eſt animi affectio,legi in perpetiendis rebus obtemperans*; vel,*conſeruatio ſtabilis iudicij in eis rebus, quæ formidoloſè videntur ſubeundis, & repellendis*; vel,*ſcientia rerum formidoloſarum,contrariarúmque, aut omnino negligendarum, conſeruans earum rerum ſtabile iudicium.* Ex qua deſcriptione deducitur quamplurima eſſe neceſſaria,vt quis perfectè inueniatur fortis,quamuis minus requi-
ratur,ſi ad ea,quæ Tull.1.*de offic.* paucioribus di- 30.
xit,*fortitudinis* videlicet eſſe *proprium nihil extimeſcere, omnia humana deſpicere, nihil quod homini accidere poſſit,intolerandum putare.*

Si igitur hæc ita ſe habent,ſummopere optandum eſt in principe hoc robur animi tam excelſum, atque excellens,humana contemnens,rationi parens,nullum periculum pro ſalute communi recuſans, nulli denique labori ſuccumbens. Ob quam cauſam concludit D.Thom. *d.cap.*17. laudandam eſſe politiam, quæ ſibi aſſumit principem magno animo, fortique humana deſpicientem,cum principi incumbat,non impetu cæco,& inconſiderato, ſed animo conſtanti, maturóque conſilio,ardua,quæ aggreſſurus eſt,viriliter ad finem perducere. Nam ad fortitudinem pertinet verſari circa timores,& audaciam;timorem cohibere,& audaciæ moderationem ponere,quæ ſunt partes fortitudinis, teſte D.Thom.2.2.*quæſt.*123.*art.*3.*in corpore.* Ad quam etiam virtutem reducuntur fiducia,magnanimitas,patientia, tolerantia, atque conſtantia tanquam ipſius partes, quæ

præ

præ ſe ferunt quandam animi magnitudinem, eámque animo principanti præſtant, ſiue in arduis atque difficillimis ſuſcipiendis, ſiue in aduerſis,& acerbis ſubeundis. Azor. ex Cicerone,& Macrobio, quos refert 1.*part.lib.*3.*cap.*26.*quæſt.*3. Ex actibus tamen fortitudinis principalior eſt ſuſtinere, hoc eſt immobiliter ſiſtere in periculis, quam aggredi pericula, quia aggredi pericula eſt habere illa, vt futura, ſuſtinere autem eſt præſentia pericula tolerare immobiliter perſiſtendo. Item, quia qui ſuſtinet præſente iam cauſa timoris non timet, qui verò aggreditur, eam non habet præſentem. Difficilius autem eſt non moueri à præſentibus, quam à futuris. D.Thom.2.2.*ſuprà art.*6.*& ibi* Caietan. vbi addunt ſuſtinere diuturnitatem temporis importare, ſed aggredi poſſe aliquem ex ſubito motu; difficilius autem eſſe diu in periculis ſiſtere immobiliter, quàm ad aliquod arduum ſubito motu tranſuolare, quibus probatur ſuſtinere eſſe actum principaliorem fortitudinis, quàm aggredi pericula.

Quæſtionis tamen eſt, vtrùm requiratur fortitudo corporis, vt princeps dicatur perfectè fortis? Reſpondemus non opus eſſe vt ſit robuſtus, nec lacertoſus, ſed ſatis, quòd ſit mediocriter robuſtus, & firma valetudine; non enim viribus, aut velocitate, ſeu celeritate pedum res magnæ geruntur, ſed animi fortitudine, conſilio, ac prudentia; quin potius viri neruoſi, ac lacertoſi multum virium habentes ſolent interdum eſſe hebetes ingenio, indociles, & ſui propoſiti nimiùm tenaces, quod dedecet principem; quid enim prodeſt illi viribus leoni eſſe ſimilem, ceruóſque velocitate pedum ſuperare, ſi careat animo leonino, & ſit incapax petendi, & aſſumendi conſilij? Is enim cùm non diſtinguat animi fortitudinem à temeritate, & ab audacia, in rebus ſubitis impetu furente concitatus, pro animi conſtantia inconſtantiam, & pro alacritate, atque fortitudine temeritatem, & audaciam temerariam conſectabitur. Opus eſt ergo principi animi fortitudine potius, quam viribus corporis. Cuius meminit Diodorus Siculus de geſtis Alexandri, his verbis: *Haud*, inquit *facile euenit, vt quiſpiam ingentes corporis vires, & ingenium ſubtile habeat.* Conſentit Ambroſius *lib.*1.*de officijs, cap.*36. dicens, *Non in viribus corporis, & lacertis tantummodo fortitudinis gloria eſt, ſed magis in virtute animi.* Confirmat Ariſtot.3.*Ethicor.cap.*8. ibi: *Fortitudo, quæ ex experientia conſtat, qualis eſt militaris, non eſt fortitudo, licet videatur.* Iuuat enim milites eſſe neruoſos, robuſtos, multum, vel ſatis virium habere; iuuat robuſtos, & valentes eſſe ſatellites: at principes, ac duces iuuat eſſe iuſtos, prudentes, ac fortes, non verò temerarios, ac furentes, qui propter immoderatam audaciam, ac animi perturbationem, cum pro illo tempore fortes ſunt, non dicendi ſunt fortes, quia decocta perturbatione illa, ſubláque furore deſinunt eſſe fortes, cum tamen [illegible] perpetuò fortis ſit. ita Ariſtot. *magn. moral. cap.*21.& Plinius iun. *in Panegyr. ad Traian. Imperator.* vbi parui facit lacertoſas vires, [illegible] ſunt potentes ad ſubiugandas appetitiuas [illegible] paſſiones; quod ſi animus illis imperiteſ[illegible] ſinat hominem ad ſegnitiem, luxúmque de[illegible] is fortis cenſebitur, quia fortitudo circa [illegible] animæ irrationales verſatur, vt habetur 3. *Ethicorum, cap.*16. quid enim fortius teſte D.Greg[illegible] *Pſalm.*2.*pœnit.* quàm omnes animi ſui motus [illegible] ſubiicere, omnia carnalia deſideria ſpiritus feruore frænare, proprias voluntates abiicere, & contemptis viſibilibus ea, quæ non videntur amare?

Ex dictis ſequitur fortitudinem eſſe virtutem principalem, digniſſimámque ſummo principe, cùm tanta ſit eius excellentia, atque magnitudo, vt dixerit Halicarnaſſeus, non conficere bella illos, qui plures ſunt numero, ſed qui virtute, hoc eſt fortitudine animi ſunt ſuperiores. Accedit Vegetius de re milit. lib.1. cap.8. *In omni*, inquit, 31.
*conflictu non tam prodeſt multitudo, quam virtus.* Quod à fortiori dicendum eſt, quando princeps ſe ipſum fortiter ſuperare curat: tum non ſolum magnum principis nomen, ſed maximum iure optimo meretur. Quod Plinius *de naturali hiſtoria lib.*35.*cap.*10. effert, dum ait, Alexandrum magnum animo, maiorem imperio ſui, nec minorem hoc facto quàm victoria aliqua: hic enim in ſe, ſuíſque cupiditatibus ſtrenuè molliendis, ac fortiter cohibendis magnum fortitudinis exemplum principibus, ac poſteritati reliquit. In admirationem namque rapit omnes Curtius *lib.*3. dum ait, *Deuicto Dario virgines Perſarum, & Reginas tam ſanctè habuit Alexander, quam ſi eodem, quo ipſe parente geniti forent; ſummámque adhibuit curam, ne quis captiuo corpori illuderet.* Quamuis enim non ſit negandum Alexandrum in multis à recto cecidiſſe, & in aliis a vera iuſtitia omnino alienum vacillaſſe, ac iacuiſſe; in hoc vno tamen fatendum eſt magnam inuicti animi ſignificationem, ac ſingulare fortitudinis ſpecimen dediſſe. Quod probe expendens Democritus ſic alloquitur: *Fortis eſt qui non hoſtes modò ſuperat, ſed qui voluptatibus ſuperior exiſtit. Aliqui autem licèt ciuitatibus imperent, mulieribus ſeruiunt; a quo abfuit Alexander Imperator, ſibi perſuadens multo operoſius eſſe ſe ipſum, ſuáſque cupiditates quam ingentes copias, hoſtiléſque exercitus ſub ſua ditione redigere.* Neque ab hac ſententia longe diſtant Valerius Maximus *lib.*4. & Plato *dialog.*1. *de legibus*, vbi aiunt, *primam, & optimam eſſe victoriam, vbi ſe ipſum quis vincat: turpiſſimam verò, & peſſimam, vt a ſe ipſo quis vincatur.*

Accedit aliud præclarum eiuſdem Alexandri 32.
exemplum, de quo Iulius Frontinus *lib.*2.*ſtratagem.cap.*11. is enim cùm puellam pulchritudine inſignem in bello captam aulicus quidam vehementer laudaret, nullo modo ipſam videre voluit, iuſsítque illam ſponſo reddi ſuo: quo facto populi circumuicini commoti non ſolùm ab armis, & à bello incœpto receſſere, ſed ſponte, ac voluntarij Alexandro ſe tradiderunt, & quem antea teſte Vegetio *lib.* 2. *de continentia eiuſdem*, tanquam hoſtem odio, atque inuidia digniſſimum iudicabant, tunc magno amore veluti dominum, ac parentem communem benignè exceperunt. Neque immeritò, fortis namque eſt debellare hoſtiles manus, fortiſſimi verò domeſticas animi voluptates natura repugnante ſubiugare. Alexander fœminæ ſpeciem, ac venuſtatem, compos ſui noluit intueri; hoſtes verò tam pulchrum regis factum oculis corporis intuentes, & ex eo animi pulchritudinem conijcientes; depoſitis armis, ad pedes tanti principis ſe abiecerunt ante pugnam, cum experientia aſſequerentur, quàm plurimos bella gerentium ſuperaſſe, quos tamen carnis pugnas legimus non viciſſe, vt ait Chryſolog. *ſerm.*40.*de iciun.* ſubdens eos dediſſe *delitijs pectora, qui dorſa hoſtibus non dederant.* Proindéque abſque dedecore hoſtes Alexandro manus

dabant,

dabant, pro comperto habentes, victorem hoſtium omnium fore, qui tam glorioſè ſui victor extitiſſet. Similem commendationem cantat Lucius Florus *de Scipione lib.2.cap.6.* ibi, *Omen*, inquit, *Africanæ victoriæ fuit Scipio, quod tam facile capta eſt Hiſpana Carthago*. Certum eſt tamen ad profligandam prouinciam maximè profeciſſe ſingularem ducis ſanctitatem, quippe qui captiuos pueros, puellaſque præcipuæ pulchritudinis barbaris reſtituerit; ne in conſpectum quidem ſuum paſſus adduci; ne quid de virginitatis integritate delibaſſe ſaltem vel oculis videretur.

33. Quid dicendum eſt de temperantia? Reſpondeo rationi conſonum eſſe, quòd princeps temperantiæ ſit maximus cultor; quod patet ex eo, quòd temperantia ſit *moderata dominatio in omnes non rectos impetus naturæ*, ſeu, vt ait Cicero lib.2. de finibus, *eſt moderatio cupiditatum rationi obediens*. Secundùm verò Auguſt. *de liber. arbit.* eſt affectio coërcens, & cohibens appetitum ab his quæ turpiter appetuntur. Munus verò temperantiæ, teſte eodem Auguſt. *lib. de moribus Eccleſiæ*, cernitur in coërcendis, ſedandiſque cupiditatibus, quibus contrariamur in ea, quæ nos auertunt à lege diuina, & à fructu bonitatis eius. Atqui ad principis officium pertinet intemperantiam ſuorum erga victum, ac veſtitum, & luxum coërcere. Vt igitur mores aliorum legibus, ac temperantiæ cultu poſſit temperare; ratio petit vt in ſe ipſo totius honeſtatis, ac temperantiæ ſpecimen exhibeat; aliter enim immoderatas, & intemperantes populi cupiditates nequaquam poterit comprimere. Temperantiæ enim eſt regere, & continere omnes affectiones, & contemnere omnes illecebras corporeas, & ideò appellatur temperantia, quaſi ſecum afferat quandam animi temperationem, & admirabilem ex vario, ac repugnante affectionum genere concentum efficiat.

34. Item temperantia prudentiam ſalutari præſidio confirmat, facitque vt ratio imperium facillimè teneat; eſt etiam maximè neceſſaria, tam in otio, quàm in negotio, teſte Ariſtot. 7. *Politicor. cap.* 15. qui etiam 3. *Politic. cap.* 2. docet eſſe meliorem fortitudine, quia temperantia ſemper eſt vtilis, fortitudo aliquando. Cùm ergo tanta gloria in temperantia conſiſtat, non eſt ambigendum principi eſſe valde glorioſum temperantiæ aſſueſcere, vt etiam habetur *in l.2. tit.5. part.2. & l.36. tit.5. part.1.* vbi ſummoperè commendatur principi, vt temperantiæ ſtudeat maximè in cibo, & potu: quarum rerum immoderatus vſus omnibus reipublicæ gubernatoribus, ac magiſtratibus debet eſſe vehementer inuiſus cùm ſecum importet, & dedecus, & detrimentum maximum. Nam cibus, & potus ſunt inſtituti ad vitam, vita tamen non eſt ad cibum, vel potum; atque ita princeps in omnibus debet eſſe moderatus maximè in cibo, & potu; & non pluſquam opus eſt corpori ſeruiatur. Ita Ægidius *de regim. princip. lib.2. cap.15.* Polietates *lib.4. cap.9.* Patricius *lib.5. de republ. tit.8 ad finem*, vbi ait, gulæ amantiſſimos, ac ventri deditos nunquam bene valere, aut longæuos eſſe poſſe, animáſque eorum nimio ſanguine, nimiáque ſagina ita impediri, ac ſi luto inuolutæ eſſent; idcirco nihil tenue, nihilque cœleſte meditari, ſed de patinis, ac ventris ingluuie ſemper cogitare, quod valdè dedecet principem, ac magiſtratus publicos, quibus ſatis eſt vti menſa ſobria, & reficere deficientem naturam temperatè ad exercendæ virtutis vſum, & officium, cum laude præſtandum, vt habetur *in cap. ieiun. diſtinct.44. & cap. non dico, diſtinct.5.* Gregorius Lopez *l.2. tit.5. part.5.* D. Chryſoſtomus *ſuper Ioannem, homil.21.* dicens, ſatietatem tum corporis robur, tum animi fortitudinem minuere. Vnde Iul. Cæſar. teſte Maſcardo *de probat. concluſ.578. num.8.* dicere ſolebat ſe non Marcum Antonium pinguem, ac rubicundum, ſed Brutum, pallidum, ac macilentum timere.

Ex quibus infertur immoderatam cibi ingluuiem, & inordinatum potus appetitum eſſe principi valde nociuum, quem D. Auguſtinus ob id miſerabilem in epiſtola ad Helbiam vocat. *O miſerabiles*, inquit, *quorum palatum, non niſi ad pretioſos cibos excitatur.* Contra verò Vegetius *lib.4. de re militar.* Alexandri parcimoniam ſummoperè commendat in cibo: additque illum cum amicis, dum iret ageret pane communi veſci ſolitum, nihilque de ebrietatis vitio, quo fuit notatus, tetigit omnino. Cuius tamen Alphonſus Aragon. rex meminit, dum rogatus cur ebrietatem deteſtaretur, reſpondit: *Quia ſcio furorem, & libidinem ebrietatis eſſe filias.* Nec me præterit quantum Alexandri Magni ſplendorem ebrietas denigrauerit. Aduerſus quam multò antè Baſilius in quadam homilia ſic loquitur: *Ebrietas eſt dæmon voluntarius, malitiæ mater, virtutis inimica, fortem virum reddit ignauum, ex temperante facit laſciuum, iuſtitiam ignorat, prudentiam extinguit. Quid, quæſo, ſunt ebrij? nihil aliud, quam gentium idola; oculos habent, & non vident.* Hæc ille. 35.

Conſtat etiam ex traditis parcimoniam, & abſtinentiam Perſarum valde vtilem fuiſſe tam principi, quàm ſubditis illius, qui, teſte Xenophonte, nihil ad panem adhibebant prætec naſturcium; quo tempore virtute bellica, nec non ſapientia fuerunt inſignes. Quin etiam per ducentos annos à Cyro videlicet vſque ad Darium toti orbi fuerunt dominati, quem honorem, ac imperium parcimonia, & abſtinentia comparatum, Darius deliciis, ac vino deditus cum vita perdidit. Quam ob cauſam Socrates virtutis ſtudioſos hortabatur, vt abſtinentiæ ſe traderent, & delicias, veluti Sirenes abhorrerent; rogatúſque ſemel, quare familiaritatem eorum, qui ventri inſeruirent, deuitaret? reſpondit, ſe *illos deſpicere, qui viuunt, vt edant, ſe verò edere, vt viuat.* Mitto eorum ſententiam, qui dicebant vino deditos vltra menſuram, non vinum, ſed rationem exhaurire, mentémque decoquere, ac vitam abſorbere. Teſtis Alexander ipſe bibaciſſimus, qui poſt vinum abundè, vbertímque potum concidit, decubuit exanimis, & interiit indecorus, vt Athen. *lib.10. cap.11.* Teſtis Balthaſar, qui vino obrutus eadem nocte vita, ac regno fuit priuatus, *Daniel.5.* Teſtes quamplurimi, qui degulato patrimonio pauperes vitam finiere, virtutes animi aſſiduo edendi, bibendíque luxu exterminantes, quos magis fuiſſe à gula, quàm gladio occiſos ex Hippocrate Patricius *lib.5. de Republ. tit.8. ad finem*, refert. 36.

* * *

§. III.

## §. III.

*Vtrùm magis conueniant Principi clementia, & manſuetudo, liberalitas, & affabilitas, quàm ſeueritas, illiberalitas, & auſteritas?*

### EPITOME.

37 *Clementia, manſuetudo, & benignitas decent gubernatores reipublicæ.*
38 *Multi ob has virtutes principatum obtinuerunt.*
39 *Clementia, & manſuetudo ſunt honor principi.*
40 *Rex apum caret ſpiculo, ſic principes carere debent ſæuitia.*
41 *Qui vult amari, languida regnet manu.*
42 *Rex eſt paſtor populi.*
43 *Moderata princeps in puniendo vtatur ſeueritate.*
44 *An princeps magis debeat amari, quàm timeri?*
45 *Ferrum tuetur principem, ſed meliùs fides.*
46 *Crudelitas principis bellum infert.*
47 *Malus cuſtos diuturnitatis metus.*
48 *Principes debent cauere à contemptu famulorum.*
49 *Reges non debent iraſci quaſi in ſeruos.*
50 *Debent agere cum ſuis, quaſi cum ſocijs.*
51 *Princeps cum dignitate ſeruit populo.*
52 *Princeps ſæpius ignoſcat, quàm puniat.*
53 *Benignus, & fortis ſit, non tamen ignauus.*
54 *Spes impunitatis eſt illecebra peccandi.*
55 *Princeps non debet eſſe crudelis.*
56 *Condienda eſt ſeueritas manſuetudine.*
57 *Caueat princeps à ſummo iure.*
58 *Pulchrius eſt principi inclinare ad clementiam.*
59 *Iob quaſi rex puniebat crimina, & mœrentes conſolabatur.*
60 *Ex impunita peccandi licentia oritur audacia.*
61 *Princeps nimium parcens punitur pro reo.*
62 *Princeps ignauus eſt medicus imperitus, & miles ſine gladio.*

37. CLEMENTIAM, manſuetudinem, & cæteras virtutes benignitatem redolentes [illegible] cra pagina teſtatur maximè conuenire omnibus gubernatoribus, ac principibus, quaſi hæ virtutes ſint pretioſa inſignia regiæ maieſtatis. Probatur ex 20. *Prouerb.* ibi, *Miſericordia & [illegible] cuſtodiunt regem, & clementia roboratur [illegible].* Item *Prouerb.* 16. *Clementia regis quaſi [illegible] tinus imber.* Propter quam virtutem Moy[illegible] pacificus, ac manſuetus in moderatorem [illegible] fuit electus. Cuius manſuetudinem [illegible] D. Ambroſius *lib.* 2. *de officijs, cap.* 7. [illegible] in deuorandis iniurijs ſibi à populo [illegible] etiam in orando tam enixè pro ingra[illegible] ſidens, hoc fuiſſe in cauſa, vt Hebræ[illegible] propter manſuetudinem venera[illegible] re[illegible] propter miracula portentoſa in Ægypto [illegible] mirarentur. Idem commendat D. Hi[illegible] *in epiſt.* 62. dicens, ita Moyſem imperaſſe, [illegible] dominus, neque dux, ſed populi parens videretur, [illegible] eò per quadraginta annos obtinuit principatum Moyſes, qui poteſtatis ſuperbiam, lenitate, & manſuetudine temperabat. & *cap.* 38. *in Ezechiel.* principem paſtoris nomine, imperioque adornat, & ſic nomen imperij ſuperbum paſtoris nomine dulceſcit: quaſi dicat, imperare populo, ac paſcere populum idem eſſe, iuxta illud Pſalm. 22. *Dominus regit me, nihil mihi deerit*, hoc eſt, Dominus paſtor meus eſt, ſeu paſcit me, & non deficiam. Ita Genebr. *ibi*, cum communi. Accedit Ambroſius vbi ſupra locutus de Regio vate in hunc modum: *Dauid fortis in prælio, manſuetus in imperio, patiens in conuitio, ferre magis promptus, quam referre iniurias; ideò tam charus omnibus, vt iuuenis ad regnum etiam inuitus peteretur, & reſiſtens cogeretur; ſenex ne prælio intereſſet à ſuis rogaretur, quod mallent pro ipſo omnes periclitari, quam illum pro omnibus. Itaque parentes eum filijs, & filij parentibus ipſum præferebant.* ſic ille. Ex quo manifeſtum eſt clementiam, manſuetudinem, & miſericordiam maximè competere principibus, atque illorum vices tenentibus. 38.

Confirmatur ſecundò ex illo Senecæ teſtimonio, *lib. de clementia*, ibi, *Nullum magis decet clementia, quàm principem*: apud quem quamplurima de hac re poſſunt videri. Conducit clementia Cæſaris erga hoſtes, quæ tanta fuit, vt Marius non ſemel dixerit: *O Cæſar, qui apud te audent dicere, magnitudinem tuam ignorant; qui non audent, humanitatem, & clementiam neſciunt.* Quibus verbis luce clariùs demonſtratur, has virtutes eſſe regibus, ac principibus valde vtiles; quod Rupertus teſtatus eſt *lib.* 8. *in Geneſ. cap.* 37. dicens, clementiam honorem eſſe principi. Quibus accedit Cicero *de officijs, lib.* 1. ſic conceptis verbis: *Nihil eſt laudabilius, nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate, ac clementia.* Quod etiam fatetur Rodolphus Imperator, teſte Ænea Syluio *lib.* 2. *comment. de geſtis Alphonſi*, cum poſt notabilem morum mutationem ſuis videretur benignus, ac miſericors plus iuſto, ac ſolito, eos ſic affatus ait: *Seuerum, & immitem fuiſſe me aliquando pœnituit: lenem, & placabilem nunquam.* Hinc Demoſthenes ad Alexandrum, *Nihil*, ait, *habes rex, vel fortuna tua maius, quam vt poſſis, vel natura tua melius, quam vt velis ſeruare plurimos. Nulla enim de virtutibus generoſior miſericordia, vel admirabilior clementia, nec per aliud propior Deo accedere potes, quam vt ſalutem conferas hominibus, vel dando ſi egerint; vel parcendo, ſi deliquerint; vel indulgendo, ſi ſupplicauerint.* Quæ ſanè laus, qui honor à Demoſthene Alexandro tributus oſtendit clementiæ ornamentum, atque inſigne manſuetudinis, & miſericordiæ principibus potiſſimùm competere. 39.

40. Quamobrem regem apum ſine ſpiculo, atque aculeo natura exarmatum creauit, vel ſi ſpiculum conceſſit, eo tamen noluit vti, cum princeps eſſet, & ob eam cauſam Imperator ſe vocat clementem, *in Authent. de trienal paſſ* § *conſideremus, col.* 3. quin potius Alphonſus rex ita clementiam domi, foriſque colebat, vt teſte Panorm. diceret ita: *Malo multos meâ clementia ſeruare, quàm paucos mea ſeueritate perdere.* Nec ſe fefellit princeps, cum illi congruat ita clementia, ac benignitas, vt velit nolit debeat diligere ſibi ſubditos tanquam filios, ac propinquos, cum ſit eorum paſtor, ac parens, potiùs quàm dominus. Luc. de Pen. *l.* 1. *C. de theſaur lib.* 10. & Benedict. *in cap. Raynutius, in verbo, condidit, el* 1. *num.* 58. *& ſeqq.*

vbi hac de re multa. Eſt enim clementia dos prima Regum: idcirco Theodoſius Honorio filio præcipiebat, vt ſe totum pietati traderet, ac clementiæ, teſte Claudiano his verbis:

*Sis pius in primis: nam cum vincamur in omni*
*Munere, ſola Deos æquat clementia nobis*
*Principibus facundu pys.*

Quibus adde ſententiam Senecæ dicentis in Thebaide,

*Qui vult amari, languida regnet manu,*
*Inuiſa nunquam imperia retinentur diu.*

41. Quaſi dicat Poëta, ad regni vires conſeruandas, & ad imperium propagandum eſſe opus Regi, vti potius clementia in puniendo, manúque blanda, quàm dura, ac crudeli. Facit auctoritas D. Baſilij *homil. 8. Exaem.* dicentis, tardos eſſe oportere ad vindictam pœnámque ſumendam, qui maximas obtinent poteſtates. Quibus verbis oſtendit principes non debere eſſe præcipites ad puniendum, ſed potius ad clementiam propenſos. Ob quam cauſam Rex Luſitanus *lib. 5. ordinament. tit. 138. in princip.* decreuit ſententiam capitalem à ſe latam propter iracundiam, non ſeruato ordine iudicij, contra aliquem non eſſe mandandam executioni, niſi poſt viginti dies impletos, ibi: *Quando nos condenarmos alguã peſſoa a morte, ou que lhe cortem algum membro por noſſo proprio moto, ſem outra ordem e figura de iuiſo por ira, ou ſanha, que delle tenhamos a execação de tal ſentença ſeias paſſadu uete vintedias*; quaſi diceret, non eſſe Regum præcipites eſſe in iudicando, ac puniendo, cum potius illis conueniat officium parentum, ac paſtorum, ad quos per-
42. tinet punire clementer, fortiter ac ſuauiter. Vnde Homerus Agamemnonem regem vocauit paſtorem populorum; quo nomine manſuetudinem, ac lenitatem principi à natura inſitam, ac ingenitam fore ſignificauit. Quod etiam Ariſtot. 8. *Ethic. & Politic. 2. cap. 3.* ex Platone retulit, addens Regum animis ſtatim à genitura aurum quoddam diuinum, hoc eſt benignitatem, atque clementiam admiſceri.

Hæc igitur qui præſtiterit, non modò princeps, ſed diuinus quaſi homo exiſtimandus eſt, qui præ oculis diuinam habens clementiam in ſumma pace, & tranquillitate rempublicam ſibi commiſſam conſeruabit. Neque ob id impunita crimina relinquet, ſed prout ratio poſtulauerit, ſupplicio clementer impoſito coercebit. Non enim alienum eſt à manſueto iraſci, punire criminoſos, ac etiam capitali pœna cum opus eſt, plectere. Et quamuis manſuetus ex Ariſtotele 4.
43. *Ethicorum cap. 5.* non ſit vindex, ſed potiùs clemens, & ad veniam dandam propenſior, careátque perturbatione, & non ducatur affectu, ſed iraſcatur, vt ratio iubet; nihilominus ſi princeps eſt, tanquam paſtor vigilantiſſimus à caulis lupos, hoc eſt criminoſos à republica longè debet arcere: & cum ratio petit, in eos tanquam in reipublicæ peſtem ſtudio vtilitatis publicæ acriter inuehi, cùm Deus dirigat manſuetos in iudicio, doceat mites vias ſuas, *Pſalm. 24.*

44. Quæſtio tamen eſt, an vtilius regno ſit habere Principem qui magis timeatur, quàm ametur; quique magis puniat, quàm ignoſcat? Reſpondeo, primò magis decere Principem amari, quam metui: argumento parentum, quos filij ſummo amplectuntur amore, reuerentiáque colunt maxima; conſtatque illos magis amari, quàm metui: atqui Reges cùm bene ſuo officio funguntur, nihil differunt à parentibus: ergo illos magis decet à ſuis amari, quàm metui. Probatur ex Octauia Senecæ ibi: *ferrum tuetur principem; meliùs fides; decet timeri Cæſarem, at plus diligi.* Nec minus ſuffraga- 45.
tur ſententia Archytæ Pythagorei *de lege, & iuſtitia*, his verbis, *oportet verum principem non recte tantùm imperare ſcire, ac poſſe, ſed etiam humaniter.* Turpe enim fuerit paſtorem oues odiſſe, & pecoribus ſuis infenſum eſſe. Accedit Sen. alter *lib. 1. de clem c. 5.* vbi ait, principum crudelitatẽ 46.
bellum eſſe, clementiam verò felicem reddere domum, in quam peruenerit; *& lib. 5. c. 4.* ad Neron. *Inexpugnabile*, inquit, *monumentũ eſt amor ciuium*, Quid pulchrius, quã viuere optãtibus cũctis? Quis huic audeat ſtruere aliquod periculum, ſub quo iuſtitia, pax, ſeueritas, & dignitas floret, ſub quo opulẽta ciuitas copia bonorum omnium abundat?
Quod ſi hæc non ſatis probant magis principi 47.
conuenire ſuorum beneuolentiam, & nullo modo odium eorum; quanta ex illo ſequantur detrimenta, conſiderate; nam teſte Cicerone lib. 3. de officiis, *nihil, quod crudele, eſt vtile, & quem metuunt, oderunt, quem quiſque odit periſſe cupit, nulluſque eſt cuſtos diuturnitatis metus, contraque beneuolentia fidelis ad perpetuitatem.* Idem repetit Ouidius *lib. 2. de ſuo titulo Elegia 2.*

*Si ſapis ô cuſtos odium (mihi crede) mereri*
*Deſine, quem metuit quiſque perire cupit.*

Non eſt tamen negandum, quamplurimos reperiri adeo tetro, ac peruicaci ingenio, vt abhorreant amari, & metui totis viribus curent. Sed de his dicitur *in 7. tragœdia.*

*Nunquam placidam ſceptra quietem,*
*Certumve ſui tenuere diem;*
*Alia ex alijs caras fatigat,*
*Vexatque animos noua tempeſtas:* & infra,
*Metui cupiant, metuique timent;*
*Non nox illis alma receſſus præbet tutos:*
*Non curarum ſomnus domitor pectora ſoluit.*

Cúmque ita viuant ſummopere cruciantur, nec diu regno, nec vita fruuntur. Iniqua enim imperia, ac violenta nemo continuit diu, moderata durant. Quam ob cauſam, qui populum ſibi commiſſum dura ſeruitute ſubiugat, tot ſibi creat ini-
micos, quot habet ſubditos. Idcirco Philo dicere 48.
ſolebat, *decere principem, ac dominos non abuti ſua poteſtate contra famulos, cauereque ab inſolentia, contemptuque atque ſæuitia: num iſta non ſunt indicia placidi animi, ſed impotentia tyrannicæ exercentis licentiam pro arbitrio.* Ita ille. Et meritò, quia Principis eſt cuſtodire iuſtum. Ariſtot. *lib. 5. Ethicorum qui 8.* addit, *Ita Rex debet ſe habere ad ſuos, ſicut paſtor ad oues.* & D. Aug. lib. 1. de ſermone Domini in cap. 39. *Non oportet*, inquit, *Chriſtianum ſic poſſidere ſeruum, quomodo equũ, quamuis fieri poſſet, vt maiori pretio valeat equus quam ſeruus.*

Ratio huius periodi eſt, quia princeps religione, ac pietate ita debet excellere, ac populo libero dominari, vt libertatem illi ingenuã, filialémque, non verò miſerrimam ſeruitutem adiungat, Qualem Samuel prædixit à Rege imponẽdam Hebræo populo ſibi Regem petenti 1. *Reg. c. 8.* ibi: *Ponet filios veſtros in curribus ſuis*, hoc eſt, Rex, quem elegeſtis, vtetur filiis veſtris, tanquam equis ad currus pertrahendos: quæ ſanè miſerrima conditio non admodum aliena fuit ab ea de qua Senec. *Epiſt. 47. ad Lucilium*, vbi excandeſcit ita in dominos, qui ſeruis tanquam iumentis ad onera portanda abutuntur, damnatq; prouerbium illud ſatis contumelioſum, quo præduri, & immanes domini coram,

in

in oreque omnium geſtant in ore, Totidem ſibi eſſe [illegible] quot ſeruos. Prudenter hos dominos admonet Philoſophus, ne deinceps ſe exhibeant [illegible] atque impatibiles, ſed faciles, atque benignos erga ſeruos, exemplaque ſuorum maiorum ſequantur qui ſeruos ſuos familiares compella[illegible] verò non dominos, ſed patresfamilias dicebant, quorum exemplo adhærent reges ſapientiſſimi, [illegible] admirabili ingenij lenitate cum ſuis
50. ſæpiſſime agunt tanquam ſocij cum ſociis. Teſtis fuit Adrianus Cæſar, qui in colloquiis etiam humil[illegible]norum mitè ciuilis erat, eoſque deteſtari ſolebat, qui hanc humilitatis voluptatem ipſi inuiderent, dicentes vbique ſeruandam principis auctoritatem. Teſtis Antigoni regis dictum erga filium imperioſe, ac ſuperbè ſubditos alloquentem: *An neſcis fili*, inquit, *regnum noſtrum eſſe ſplendidam ſeruitutem?* quo nihil potuit dici prudentius, nihil cordatius; nam princeps cum dignitate cogitur ſeruire populo; populus verò principi abſque ea, non tamen ſine obedientia, neque ſine
51. amore. Ex quibus colligitur magis competere principi amari, quàm metui, cum amor magis obliget ad obediendum, & ad labores pro rege ſuſtinendos, quàm metus ac terror ad ſeruiendum. Nam terror ſeruorum, amor filiorum propriè cenſetur elogium. Manutius *cap.8 in Apophtheg.*

52. Ad ſecundum dubium dicendum eſt principem non decere punire ſemper, nec ſemper ignoſcere, punire tamen ſæpe, ac ſæpius ignoſcere officium regium eſſe; miſcere clementiam, & ſeueritatem pulchrius eſſe. Probatur ex illo apud Ægyptios ſceptro regali inſigni, in cuius inferiori parte hippopotamum, hoc eſt, equum fluuiatilem exprimebant, in ſuperiori verò ciconiam delineabant, quæ pietatem, ac clementiam referebat, ſicut monſtrum crudelitatem præfigurabat. Eſt ergo principis officium, ac magiſtratuum in puniendis delictis ſeueritatem cum clementia admiſcere; nec non in omnimodam ſeueritatem aduerſus delinquentes non omnino debent ſemper inclinare, ſed citra parumper ſubſiſtere, cum iuſtitia ſi modum non habeat, in crudelitatem tranſeat auctore D. Georgio. Concinit Alexander dicere ſolitus, teſte Plutarcho, ſe hortulanum odiſſe, qui à radicibus olera euellebat. In idem recidit Cicero *ad Atticum 4. epiſt.* 11. vbi ait ſe non bene de principe ſentire, *qui pennas auibus ita incidit, vt nequeant renaſci.* Ideo media via incedendum eſt principi, vt aptior populo regendo fiat; nec enim ita retineat manſuetudinem, vt deſerat animi fortitudinem, & zelo iuſtitiæ deſtituatur. Quòd ſi crim[illegible] impunita præ benignitate diſſimulet, non benignus, neque manſuetus, ſed ignauus, ac puſillanimis cenſendus eſt.

53. Oportet ergo ne tanta ſit clementia principis, [illegible] plus noceat bono reipublicæ, quàm rigor, ac ſummum ius. Hoc enim paucis nocere poteſt; benignitas verò ſeueritate nequaquam temperata impunitatem peccandi præbet, incitatque delinquentes ad crimina deteriora patranda. Quam ob cauſam Iulius Imperator *in Moſopog.* indignaba[illegible] admodum clementes, ac facillimus ad ve[illegible]ni, lenitatem eſſe altricem, ſeu nutri[illegible] [illegible]bitatis. Quod etiam deteſtatur Clem[illegible] 3. *Pædag.* oſtendens feliciores eſſe del[illegible] ſupplicia luentes, quàm ſi nullas pœnas [illegible] præhabita venia. Eiuſdem ſententiæ ſunt [illegible] *lib.4. de conſolat.* Seneca *lib.1. de clement.* Cicero *pro Milon. & in epiſt. ad Mar-*

*cum Brutum*; quibus accedit comes Salluſt. *de bello Iugurt.* definiens impunitatis ſpem eſſe maximam illecebram peccandi, ſeueritatémque valde conducere bono publico. Timore namque, ac 54.
vi ſupplicij iniquitates reſecantur, atque improbi in officio continentur.

55. Caueant tamen principes ne ſub ſpecie, ac zelo iuſtitiæ in crudelitatem, ac ſæuitiam prolabantur; nam ſicut principes decet ſeueritas temperata, ſic dedecet crudelitas, ac ſæuitia. Seueritas cum opus eſt, & ratio poſtulat, principes ornat, crudelitas verò dehoneſtat, ac deformat, principum auctoritatem. Non ergo ſe crudeles exhibeant, quin etiam fugiant à puniendis crudeliter delictis, maximè cum fuerint irati, vt monet D. Hieronymus *ſuper epiſt. ad Titum*, his verbis: *Reuera* inquit, *nihil fœdius præceptore furioſo, qui cum debeat eſſe manſuetus, & eruditus, è contra torue vultu, trementibus labijs, rugata fronte, effrenatus ſupercilijs, facie inter pallorem ruborémque variata, clamore perſtrepitat, & errantes non tam à bono retrahit, quam ad malum ſæuitia ſua præcipitat.*

Ex quibus verbis conſtat, quàm indecorum ſit principi, ac magiſtratibus delinquentes punire,
56. antequam iracundia efferbuerit, quæ ſi non decoquitur, benignitatem, quæ principi neceſſaria eſt, dum punit delinquentes, præcipitis iudicij macula afficiet. Quamuis enim ſeueritas ſit virtus inflexibilis circa pœnarum inflictionem, quando recta ratio hoc requirit, auctore D. Thom. 2. 2. *q.57. art.2. ad* 1. *q.*159. non ſemper, neque in omnibus caſibus vtendum eſt ſeueritate inflexibili, iracundia, ac furore prædominante, tunc enim in clementiam, & manſuetudinem, non verò in ſeueritatem inclinandum ratione duce, quæ modum iræ ponit. D. Thom. *d. quæſt.* 157. *in corpore, & ad* 1. *&* 2.

Suffragatur, vt principes, & eorum officiales ſui muneris partes abſque vitio crudelitatis ritè, ac rectè peragát, reuocare in mentem ſententiam Plinij iunioris *lib.4. epiſt. ad Adrian.* vbi monet illum, ne in iudicando abeat in crudelitatem, vt condiat ſeueritatem pari iucunditate; quod quamuis ſatis ſit difficile, principis tamen officium eſt, vt ipſe his verbis commendat ibi, ſeueritatem iſtam pari iucunditate condire, ſummæque grauitati tantum iucunditatis adiungere, non minus difficile, quam magnum eſt. Id tu cum incredibili quadam ſuauitate ſermonum, tum vel præcipuè ſtilo aſſequeris. Meo tamen iudicio melius procedet princeps, ſi dum iudicat, apud ſe exiſtimet, non feras, neque tygres, ſed homines, quamuis peſſimos, ſe iudicaturum. Sic enim humaniter, ac clementer cum charitate, ac iuſtitia, non verò crudeliter pronunciabit. Quod docetur 2. *quæſt.* 1. *cap.*1. vbi ſic loquitur Summus Pontifex, ibi, *Primo ſuper omnia diligenter inquirite, vt cum iuſtitia, & charitate diffiniatis, neminem condemnetis ante verum, & iuſtum iudicium, nullum iudicetis ſuſpicionis arbitrio, ſed primum probate, & poſtea charitatiuam ſententiam proferte, & quod vultis non vobis fieri, alteri facere nolite.* Quod maximè quadrat in omnes, qui addicti ſunt officio iudicandi, quod duce charitate optimè adminiſtrabunt; nam charitas zelum habet, teſte Bernardo *epiſt. 2. ad Falconem*, & quando arguit, mitis eſt, piè ſolet ſæuire, patienter nouit iraſci, & humiliter indignari. Idem docuit Rupertus *Pſalm.*98. dicens, quod *vbi totum punitur, regia ſeueritas crudelitate polluitur.* Vbi tradit non omnia ad vn-

guem puniend*a*; *Non enim principi minùs turpia ſunt multa ſupplicia,quam medico funera.* Seneca *1.de Clementia.*

57. Ex dictis infertur non eſſe ſequendum regulariter,quod præcipit ius ſtrictum,*ne index aberret ab eo,qnod recta ratio dictat*;nam,teſte Columella *lib.1. rei ruſtice, cap.7.* ſummum ius antiqui ſummam putabunt crucem; & Cicero lib.1. officior. *Snmmnm ius*, inquit, *ſumma ininria eſt*,de quo Terentius in Heauton. *Summnm ius*,inquit, *ſapè ſumma malitia eſt.* Et apud Ciceronem, ſæpe pro iniquiore quodam iure, atque præfracto ſumitur ſummum ius, atque idem eſt apud illum agere ſummo iure, atque agere iniquo iure, vt videre eſt in Oratione pro Cecinna. Regulariter tamen ſtrictum ius ſtricta ratio vocatur, habetur *in l.ita vulneratus,§.vlt.ff.ad leg. Aquil.& l.ſunt perſona*, & ibi gloſſ. *in verb. ſolet, ff.de relig. & ſumpt.funer.* Quam ob cauſam bene docent, qui prohibent nè agatur quidquam de quo dubites æquum ne ſit,an iniquum; cum ſummum ius aliquando ius iniquum dici poſſit, *l. de atate, ff.de probat.* vel ſaltem,quia ſtrictum ius ponitur quaſi contrarium humanitati, ac clementiæ, per text. *in l.Pamtonius, in princip.ff.de acquirend.hæredit.* Atque ita in re dubia non ſolùm iuſtius, ſed etiam tutius eſt declinare à ſummo iure in partem benigniorem, quia pars benignior affinis eſt æquitati. Audi Valerium Maximum *lib.6.cap.5.* dicentem in recondita iuſtitia propendendum ad rationem æqui. Iuuat *l. placuit, C. de iudic.* vbi æquitas, & iuſtitia opponitur ſtricto iuri, Quod procedit etiam quando ſtrictum ius accipitur pro ſeueritate,vt in *l.ſi cõpenſandi*,ibi, *iuris ſeueritas, C.de hered. inſtit. & in l.nulla, ff.de legibus*, vbi ſcribitur nullam æquitatis benignitatem pati, ſi quæ ſalubriter pro hominum vtilitate introducũtur,ea duriore interpretatione contra ipſorum commodum producãtur ad ſeueritatem.

58. Nihilominus quoad præſens inſtitutum pulchrius eſt Principi vti clementia communiter; dum verò ratio cogit, tenetur vti ſeueritate. Ita D. Gregorius 20. *moral.* vbi ait diſciplinam, vel miſericordiam multum deſtitui ſi vna ſine altera teneatur. Sed circa ſubditos ſuos ineſſe rectoribus debet & iuſtè conſolans miſericordia, & piè ſæuiens diſciplina. Sit itaque amor, ſed non molliens; ſit rigor, ſed non exaſperans; ſit zelus,ſed non immoderatè ſæuiens; ſit pietas, ſed non pluſquam expediat parcens. Intueri libet in Moyſi pectore miſericordiam cum ſeueritate ſociatam. Videamus amantem piè, & diſtrictè ſæuientem, quo exemplo docetur Princeps inſtar Moyſis manſuetiſſimi temperare manſuetudine ſeueritatem, cum opus eſt. Vide hac de re multa apud Lippoman. *in Exod. cap. 32. fol. 327. pag. 2.* Nec differt ab hoc Conſilio Iulianus *Epiſtola ad Alypium de Republica adminiſtratione*, vbi eum monet his verbis: *Quod diligenter,atque humaniter tranſigere omnia ſtudes, mihi gratum eſt: etenim leuitatem, atque moderationem cum fortitudine, & robore ita temperare, vt illa erga bonos viros vtaris, hanc ad prauos ſeuerè corrigendos adhibeas, non mediocris ingeny,*
59. *ac virtutis rem eſſe arbitror.* Facit in hanc ſen-
tentiam illud Iob cap. 29. *cum ſederem* (inquit) *quaſi Rex circunſtante exercitu, eram tamen mærentium conſolator.* Quo loci D.Gregorius *lib.20. moral.cap.8.* oſtendit bono Principi ineſſe, & regendi autoritatem, & conſolandi benignitatem. Cum enim ſederet quaſi Rex apud ſe habebat miniſtros ad puniendum impios, nec tamen illi deerat affectus pius ad conſolandum. Fauet Ambroſius *ſerm.6.* vbi adhortatur moderatores reipublicæ,vt caueant diligenter, ne ſubditi ex im-
punita peccandi licentia ac nimia principis in- 60.
dulgentia audaciores fiant, & magis atque magis in dies effrænati in omnia ſcelera præcipites corruant.Proinde *arguant,obſecrent,increpent in omni patientia.* 2.ad Timoth.c.4. *Maluit*,inquit Ambroſius,*peccatum noſtrum incuſando acriter increpare,quàm leniter diſſimulando nutrire. Quiſquis enim fratrem peccantem non arguit, quodammodo hortatur,vt peccet.* ita ille.

Quibus ſimilia docuit Petr.Damian.*lib.1.epiſt. epiſt.6.* carpens nimiam indulgentiam Heli erga
filios,cum eos blandè de vitiis, non verò diſtrictè 61.
vt par erat,increpaſſet. *Quos*,inquit,*hoſtili gladio ferire debuit, paterna blanditia lenitate palpauit.* Meritò ergo concludit debere iudicis ſuperni ſubire vindictam, qui neglexit in ſubditos exercere diſciplinam, quia hæc clementia potius eſt dementia, teſte Lyrano;quod patet exemplo Regis Achab 3. *Reg.* 20. dimittentis Benadab Aſſyriorum regem quem occidere debuerat, qui poſtea pro hac clementia,ſeu dementia iuſtas pro illo pœnas luit,dicente Propheta ad Achab, *Quia*,inquit, *dimiſiſti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius.* Quem locum Damian.*d.epiſt.6.* ſic exponit: *Achab*, inquit,*rex Iſrael dum regi Aſſyriorum Benadab inordinata pietate pepercit, diuini aduerſum ſe furoris ſententiam prouocauit.*

Ad hoc iuuat Cyprian.*lib.de lapſis*,vbi confert 62.
principem ignauum, & ad punienda vitia inermem cum medico imperito, *qui tumentes vulnerum ſinus tractat manu parcente, & in altis receſſibus viſcerum virus incluſum dum ſeruat, exaggerat,aperiendum vulnus & ſecandum, & putredinibus amputatis,medela fortiori curandum eſt. Vociferetur, & clamet licet & conqueratur æger impatiens per dolorem,gratias aget poſtea dum ſenſerit ſanitatem.* ita ille.Cui meritò accedit Nazianz. de remiſſo ſuperiore verba faciens, dum ait,vltra modum aliis ignoſcentem dignis ſupplicio, quia vitium non repreſſerit cum debuiſſet, illud docuiſſe videri. Armentur igitur principes manſuetudine, armentur etiam ſeueritate, ne videantur nutrire vitia, & mores hominum corruptos,dum diſſimulant,vt ait Hieron. *tom.3.epiſt.ad Theoph.* Vtroque enim opus eſt principi, virga nimirum, & baculo, vt regno medeatur ipſe, & conſoletur illud,*Pſalm.22.*

Idcirco in arca Domini virga & manna reperiebantur *ad Hebr.9.*vbi Gregor.*ſit in pectore regentis manna dulcedinis,ſit etiam virga diſtrictionis.*Solus Petrus in horto *Ioan.18.*eduxit gladium de vagina, & amputauit auriculam ſatellitis,quia princeps à Chriſto Domino conſtitutus erat, & propter eandem rationem *Pſalm.44.* præcipitur principi, *accingere gladio ſuper femur tuum potentiſſimè*,ad punienda ſcelera,ad debellanda peccata. Genebrard. ibi, *& petijt David princeps ab Achimele ſacerdote*, 1.Regum 21.*haſtam,vel gladium,da mihi*, inquit, *quia gladium meum,& arma mea,non tuli mecum*: quaſi diceret,ad puniendum non poteſt princeps ſine gladio eſſe. Tunc ſacerdos obtulit illi gladium Goliath Philiſthæi, quem Dauid percuſſerat; quo audito ait Dauid; *non eſt huic alter ſimilis,da mihi eum.* Ratio fuit,

quia

quia hoc gladio ab ipſo fuerat amputatum caput Goliath, cum adhuc non eſſet Dauid princeps, neque ei incumberet caſtigare vitia aliena. Ob eandem etiam cauſam Moyſes alioqui mitiſſimus, qui miſericordiam à Deo pro populo poſtulabat, dicens, Exod. 32. *aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo*; poſtea viſo crimine pro Deo ſeueritatem, & iram induit, vt paucorum morte Deum toti populo placatum redderet, vt bene notat Gregorius 20. moral. 6. & part. 3. paſtoralis, cap. 23. *Intus*, inquit, *Moyſes ignibus amoris, & foris accenſus eſt zelo ſeueritatis: vtrobique legatus fortis cauſam populi apud Deum precibus, cauſam Dei apud populum allegauit gladijs. Arrepto gladio occidat*, ait, *vnuſquiſque fratrem, & amicum, & proximum ſuum*, &c. De qua re agit Cornelius *in Exodo* poſt plures *ibid. cap. 32. poſt pag. 580. & ſeq.* Vnde deducitur principi valde conuenire manſuetudiné, nec non ſeueritatem; quamuis impoſſibile ſit, teſte Platone, vt refert Toſtatus *2. p. defenſorij, cap. 61. & 54.* principi omnia crimina extirpare, & à republica penitus amoliri. Quod etiam Sarm. *lib. 1. ſelectar.* tradit *cap. 1. num. 13. verſ. ſed vt iam.*

Cæterùm licèt princeps ſuos nequeat ab omnibus vitiis abſterrere, non omnino ſeueritudinis chlamydem diffibulet; quinimò debita ſeueritate vtatur, ne regia propter inertiam priuetur dignitate, ſicut contigit Sauli, qui regnum amiſit, eo quod regi Agag ſe nimiùm benignum oſtenderit, cum illi frontem caperare debuiſſet, vitámque gladio educto tandem eripere, vt præceptum ſibi impoſitum, ac mandatum à Deo ad amuſſim adimpleret, quod tamen præceptum Samuel ita tornauit, vt Agag regem coram Domino fruſtillatim conciderit. Quod ſi feciſſet Saul, non tanta caderet ruina 1. *Regum* 15. vbi nota, priùs Samuelem Sauli monitionem adhibuiſſe hiſce verbis: *Quare non audiſti vocem Domini, & feciſti malum in oculis Domini?* Saul verò perfricta, vt aiunt, fronte ſe excuſans reſpondit; *imò audiui vocem Domini, & ambulaui in via, per quam miſit me Dominus.* cùm re vera longè aliter ſe res haberit. Proinde Samuel vlteriùs pergens: *Pro eo*, inquit, *quod abiecisti ſermonem Domini, abiecit te Dominus, ne ſis Rex.* Quaſi diceret, qui emendatus culpam in Deum commiſſam non aſſequitur, neque inobedientiam deflet, dignus eſt, qui non ſolùm corripiatur, ſed etiam qui à regio ſolio deturbetur, ac penitus deiiciatur. Quod docuit D. Leo *epiſt. 76. ad Anatolium Epiſcopum*, in hunc modum: *Quibus non potuerit prodeſſe correctio, non parcat abſciſſio.* & infra: *Abijcienda peſtifera hac à ſacerdotali vigore patientia eſt, quæ ſibimet, peccatis aliorum parcendo non parcit.* Idem ſignificatur in rubo vbi Deus Moyſi apparuit, vt oſtenderetur princeps debuiſſe ſimilis eſſe rubo ſpinas iuſtitiæ, ac ſeueritatis charitati coniunctas habenti ad puniendum errantes. De quo Cornelius *in Exod. cap. 49. col. 1.* & tradit Luc. de Pen. *in l. fin. C. de his, qui ex pub. lib. 10.*

EPITOME.

63 *An Princeps debeat ſibi detrahentes acriter punire.*
64 *Imperatores, qui ſibi detrahentibus minimè nocuerunt.*
65 *Conſtantinus iniurias ſibi illatas pro nihilo habuit.*

Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.

66 *Auguſtus, & Tiberius deſpiciunt conuitia in ſe librata.*
67 *Ludouicus Galliæ Rex hoſti ſuo veniam concessit.*
68 *Iulius Cæſar omnium memor, ſed iniuriarum immemor.*
69 *Multorum exempla flocci iniurias habentium.*
70 *Moyſes contumelias patiens vultum collucentem habuit.*
71 *Principem decet liberalitas ex nomine ſuo.*
72 *Principes plura pollicentur, quàm præſtant.*
73 *Deus multo plura præſtat, quam polliceatur.*
74 *Liberalium exempla, atque illiberalium.*
75 *Quid ſit liberalitas, & quæ vitia illi ſint contraria.*
76 *Affabilitas Principi an conueniat?*
77 *In quo conſiſtat affabilitas, & in quibus differat.*
78 *Exempla Principum affabilium.*
79 *Eſau difficilis, Iacob affabilis.*
80 *Iudices ſint affabiles, & faciles ad audiendum.*

SEd quid dicendum ſi quis de Principe detraxerit, vel iniuriam aliquã illi irrogauerit? Reſpondeo primò meminiſſe debere illius Eccleſ. cap. 32. *Rectorem te poſuerunt? noli extolli: eſto in illis quaſi vnus ex ipſis. Curam illorum habe.* quaſi diceret, noli ſuperbire, conſidera te non eſſe regem, ſed quaſi vnum ex ipſis. Quod etiam docetur *in Authent. de mandat. princip. §. talem, & Authent. ius iur. quod præſt. ab his §.* iure quoque deponat ſupercilium, & contineat ſe princeps intra terminos naturæ humanæ, cum homo ſit, nec tranſgrediatur terminos illius, exhibeat ſe affabilem his, qui de illo detrahunt. 63.

Reſpondeo ſecundò oportere meminiſſe Regum, ac Imperatorum, qui maledicentibus, ac detractoribus minimè nocuerunt. Nam, teſte Cornelio Tacito, maieſtas regia lenioribus potiùs quàm acrioribus remediis illæſa conſeruatur. Veniat in mentem Iulius Cæſar, de quo Sueton. *in eius vita, cap. 75.* refert, quòd ſcitus contra ſe nocturnas coniurationes non vltra arguiſſe, ſed oſtendiſſe ſibi notas eſſe, & detrahentibus ſatis habuiſſe pro correptione renunciare, ne perſiſterent, & quod magis admiratione dignum eſt, cùm poſtea poſt victoriam Pharſalicam, vt auctor eſt Dion. *lib. 41.* in ſcriniis Pompei, litteræ inuenirentur, ex quibus Cæſar poterat deprehendere, quinam ſibi eſſent infenſi, eas nec voluit legere, ſed in ignem demitti iuſſit, ne cogeretur in aliquem ex ſibi inuiſis acriter tanquam in reum capitali pœna animaduertere. Recordetur Conſtantini Magni, auctore Baronio *tom. 3. Annalium, anno Domini* 324. qui à ſuis admonitus vt acriter quoſdam impudentes puniret, qui eius lapidarant effigiem, addentes, vt Imperatorem acriùs incitarent, faciem imaginis crebro lapidum ictu eſſe repercuſſam. Quid ergo exiſtimandum hoc audito principem humaniſſimum reſpondiſſe? admouit manum ad faciem leniter ſubridens, & ait, *Ego ſanam faciem hanc omnino habeo, nullum vulnus reperio in fronte, caput ſanum totum mihi eſt.* Atque ita parui contumeliam æſtimans iniuriam effigiei, ſibiq; illatam nequaquam perſecutus eſt. 64. 65.

Accedant antiquiora exempla Auguſti nimirum, ac Tiberij Cæſaris eiuſdem Auguſti priuigni, cui Cinna, teſte Suet. *in vita Auguſti*, mortem machinatus eſt: cúmq; ipſe Cinnam poſſet interimere, à capitali pœna abſtinuit, cúmq; humaniter 66.

alloquutus dixit, *Te ego ſeruaui in caſtris hoſtium repertum; ego tibi patrimonium totum conceſſi; ego te ornaui ſacerdotio, cur me occidere voluiſti?* quibus verbis Cinna conterritus eſt, & vlterius Auguſtus pergens ſic perorauit: *O Cinna vitam tibi iterum do, priùs hoſti, nunc inſidiatori, & parricidæ. Ex hodierno die inter nos incipiat amicitia: contendamus, vtrùm ego meliori fide vitam tibi dederim, an tu mihi debeas?* quo facto, quâve beneuolentia Cinna ita obſtrictus extitit, vt deinceps nullum ſibi in poſterum Auguſtus amiciorem reperiret, quàm Cinnam, qui vt gratiſſimi animi ſignificationem erga Cæſarem exhiberet, Cæſari vniuerſam hæreditatem liberaliter reliquit.

Quid de Tiberio Auguſti ſucceſſore dicendum putas in hanc ſententiam confirmandam? de quo Sueton. *in eius vita, cap.* 28. memorat in principio ſui imperij erga maledicos, ac clam, & palam agentes, contráque principem murmurilantes, ne dicam oblatrantes, fuiſſe patientiſſimum, dictitatéque ſolitum in libera ciuitate liberas debere eſſe linguas, quod didicit ab eodem Auguſto, ſi credendum eſt Tacito *in vita ipſius, cap.* 45. atque ita nunquam ſibi potuit perſuadere, vt contumelioſi libelli auctores acriter caſtigaret, quin potiùs nec de ipſis inquirere amplius voluit, contentus tamen decreuit, vt in poſterum de huiuſmodi famoſis auctoribus inquireretur, ac comprehenſi in eo crimine tantæ impudentiæ pœnas acerbas luerent.

67. Nec eſt omittendum exemplum Ludouici XII. Regis Galliæ, qui cùm antea Aurelianenſis eſſet dux, ſibíque ſatis inuiſum quendam habuiſſet hoſtem, Rex iam factus ab eo quidam huius hoſtis, cum peteret bona ſibi, reſpondit, *aliud a me pete, & meritis tuis gratia erit, bona huius, quæ poſtulas, omitte. Rex Galliæ non vlciſcitur iniurias Ducis Aurelianenſis.* Quaſi diceret, quando iſte mihi iniuriam irrogauit, eram Dux, modò Rex factus iniurias in ducatu mihi illatas nequaquam vlciſcar, iniuriarum non decet Regem eſſe memorem. De hac re vide Lipſium *lib.* 2. *mon. polit. cap.* 21. *num.* 21. Quibus adiunge Veſpaſianum ea animi celſitudine inſignem, vt contumelia, atque conuitia in ſe iactata quamuis perſentiſceret, æquo animo voluntarius, ac libens perferret. Proindéque Demetrium Cynicum ſibi obuium neque aſſurgentem, neque ſalutantem cum vidiſſet, oblatrantémque neſcio quid audiſſet, non illum indignatus eſt, ſed ſatis habuit canem vocare, auctore Plutarcho *in Apophthegmat.* Regium eſſe opinans *audire malè, cum facias bene.* Solabatur ſe illo Auguſtæo, de quo Suetonius in vita ipſius cap. 11. *Satis eſt*, inquit, *ſi hoc habemus ne quis vobis malefacere poſſit; obliuiſci verò iniurias magni animi eſt*, De Iulio etiam Cæſare dixit

68. Cicero, & refert Auguſt. *epiſt.* 5. *ad Marcellinum*, quòd nihil obliuiſci ſoleret niſi iniurias. Audiendus eſt etiam, atque iterum Seneca *in lib. de ira*, vbi narrat Marcum Catonem in balneo fuiſſe a quodam imprudenter percuſſum: poſtea ſatisfacienti Cato, *Non memini*, inquit, *percuſſum me. Melius putauit non agnoſcere, quam ignoſcere. Magni animi eſt iniurias deſpicere, puſilli hominis, & miſeri eſt repetere mordentem, vt mures, & formica, ad quas ſi manum admoueris, ora conuertunt. Imbecilla ſe lædi putant, ſi tangantur.* hæc ille.

Nec deſunt alia ſimilia, & multo majora huius rei exempla, quæ in medium afferri poſſunt. Pro multis repetat Princeps Chriſtianiſſimus memoria illud Eccleſiaſtici 3. n. 19. *Fili in manſuetudine opera tua perfice, & ſuper gloriam hominum diligeris.* Et merito, quia obliuiſci iniuriarum, non ſolum magnanimi eſt, ſed omnipotentis eſt, teſte

69. Tertulliano dicente, *Deus eſt omnipatiens, quia eſt omnipotens*, cum aduerſa tolerare lubenter ſupra noſtram ſit naturam, & non poteſt hoc tribui, niſi animum valde ſuperiorem habenti, & ad hunc animum, animíque magnanimitatem perexcelſam aſſequendam, Ariſtoteles, vt auctor eſt Ælianus, Alexandro Magno diſcipulo natura ſua, ingenióque valde iracundo, dedit conſilium, vt maledicta flocci faceret, arbitratus ſe omnibus longè eſſe ſuperiorem; pati enim conuitia, nec indignari, neque vlciſci, miraculum non vulgare eſt, vt bene Sanctus ille apud Caſſianum reſpondit infidelibus Alexandrinis, quem ſatis vexabant contumeliis, rogabántque quænam miracula ſuper naturam Chriſtus ediderit? *Hoc*, inquit, *quod ego conuitiys, & iniurys veſtris laceſſitus, ad indignationem non mouear.* Qua reſponſione eos erudiuit, oſtendens ſe ad contumelias patientiſſimum non ex ſe, ſed ex vi legis diuinæ docentis non eſſe reiiciendas contumelias a ſe, ſed patienter cum ſilentio excipiendas.

Ad hæc facies principis ſplendeſcat fulgore, ſi in facie contumelias pertulerit. Propterea Moy- 70.
ſis facies auguſta ita coruſcauit, vt non potuerint filij Iſraël in eum oculos intendere. *Exod.* 34. *n.* 35. De hoc vide Ambroſ. *lib.* 2. *offic. cap.* 7. vbi videtur lumen in facie Moyſis coruſcans tribuere iniuriis, ac calamitatibus ab ipſo Moyſe patienter toleratis. *Quantas*, inquit, *à populo illatas Moyſes contumelias abſorbebat? quàm niſi ſermone poſt iniurias reſpondebat? quomodo conſolabatur in laboribus? quomodo fouebat operibus? merito æſtimatus eſt ſuper homines, ita vt in vultum eius non poſſent intendere.* Quibus verbis Ambroſius videtur demonſtrare vultum radiis coruſcantibus diuinum quaſi fuiſſe affectum, quòd Moyſes contumelias in ſe libratas patienter ſuſtinuerit, nec rependerit; quod non ſolùm magni animi eſt, ſed in principem valde quadrare ex dictis ſatis compertum eſt. Omni enim populo ineſt malignum quiddam, & querulum in imperantes, teſte Plutarch. ſed debent eſſe clementes. Tiraquel. *de nobilit. cap.* 37. *num.* 127.

An verò principem deceat liberalitas? Non eſt 71.
diffitendum decere, quia principes à liberalitate ſortiuntur tantam appellationem. Conſtat ex Luc. 22. ibi, *& qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur.* Vnde non ab alio, niſi à beneficentia poteſtatem habentes, dicuntur principes. Item, quia, qui Hebraicè dicuntur *Nedibim*, hoc eſt principes, Latinè dicuntur liberales, ſeu prompti ad benefaciendum. Conſentit Bald. *in l. & in legatis, ad fin. C. ad leg. Falcid.* vbi tradit principi liberalitatem conuenire, & habetur *in l.* 1. *ad fin. C. de caducis tollend. l. ſi quis rogatus, §. vlt. ff. ad Trebell.* Idem *in l. cum multa, C. de bonis quæ liber.* cùm principi nihil præclarius ſit, quam larga in ſuos vti manu. Quod adeò Titus habuit in votis, vt nemo vnquam ad ipſum venerit poſtulandi gratia, qui ſine re, aut ſpe conſequendi rem rediiſſet. Imò rogatus cur plura promitteret, quàm præſtare poſſet? reſpondit, *abire à conſpectu principis quemquam triſtem non decere*; quin potius recordatus diem aliquando præteriiſſe, in quo nihil

nihil beneficij, contulerat; exclamauit ſe illum diem perdidiſſe. Quid de Alexandri dicam liberalitate? de ea conſule Ioan. Lupum *in rubr. de don. inter vir. & uxor.* §.9. Illud perſtringam, cuius meminit Seneca *lib. epiſtol. epiſt.4.* nempe cum ciuitas quædam Alexandro omnium ſuorum bonorum dimidium promiſiſſet, reſpondiſſe fertur ſe non veniſſe in Aſiam, vt acciperet quod dediſſent, ſed vt populi potirentur diuitiis, quas eiſdem reliquiſſet.

72. Non eſt tamen negandum exemplo Titi Imperatores, ac Principes plura interdum promittere, quàm præſtare. Contra verò Deus omnipotens plus ſolet præſtare, quàm promittit. Conſtat ex illo *Numer.17.num.18.* vbi promiſit in ſacerdotem eligi, cuius virga germinaſſet, & virga nihilominus non ſolùm germinauit, ſed floruit, & produxit fructum. Quo loci Origen. homil. 9.

73. *Vnum*, inquit, *promiſit Deus fructum in virga, & plures dedit. Promiſſionem ſuam in quadruplum dedit Deus, & multo plura, & pretioſiora largitus eſt, quàm promiſit.* Probatur etiam ex petitione prodigi facta patri *Luc.15.n.29.* petebat enim à patre, vt faceret illum, ſicut vnum de mercenariis ſuis, pater verò non vt ſeruum, ſed vt filium facto conuiuio ſplendido domi excepit, & vt ait Ambroſ. *Illum priſtinæ filiorum dignitati reſtituit, nec iam de mercede conductoris, ſed de hereditate facit cogitare parentis.* Tanta eſt enim liberalitas Dei erga homines, vt plus præſtiterit, ac præſtet, quàm promiſerit, & plus concedat, quam homo poſtulare conſueſcat.

74 Quæſtionis tamen eſt quiſnam ſit dicendus liberalis? Reſpondetur liberalem differri à magnifico; nam liberalis in paruis oſtenditur, magnificus non niſi in magnis. Ariſtot.2.*Eth.cap.*7. Item liberalis eſt dare potiùs, quibus oportet, quàm capere vnde oportet. Imò liberalis eſt abſque vllo dolore dare, imò cum voluptate, eo quòd actus virtutis ſit cum voluptate, aut ſaltem ſine dolore præſtatur. Adde moleſtè ferre liberalem magis, ſi non erogat quando oportet, quàm dolet, ſi quid eroget quando non oportet. Idem Ariſtot. 4.*Eth. cap.*1. Illiberalis verò in capiendo exuperat, in erogando deficit 2.*Ethic.cap.*7. & 4.*Ethic.cap.*1. eodem modo definit auarum, quomodo hic definit illiberalem, cum dicat, auarum deficere in dandis, exuperare verò in accipiendo, hos verò nec aliis prodeſſe, nec ſibi ipſis, & deteriores eſſe prodigo, & difficillimè poſſe fieri liberales, teſtatur ibi. Vtriuſque liberalis videlicet, & illiberalis tetigit exemplum Seneca *lib.2. de beneficiis*, nam cuidam concedente Alexandro ciuitatem, reſpondit ſe humili fortunæ addictum, non poſſe ciuitatem dono accipere. Cui Alexander, *Non quæro*, inquit, *quid oporteat te accipere, ſed quid deceat me dare.* Secus Antigonus Cynico petenti talentum [illegible] dicens plus eſſe, quam Cynico conueniret poſtulare. Quo audito Cynicus ab eodem petiit denarium, reſpondit minus eſſe, quàm quod [illegible] Regem dare: quo loco ſe illiberalem [illegible] oſtendit, cum poſſet, & denarium [illegible]e, & talentum.

75. [illegible] ergo, quæ principi maximè conuenit, [illegible] bene diſpenſandi diuitias in vſus bonos [illegible]que & aliis. Ita D. Thom. 2. 2. *quæſt.*117. [illegible] & ſecundùm Ariſtot. 2. *Rhetor. cap.*9. eſt beneficentia pecuniis, ſeu eſt mediocritas circa pecunias dandas, vt ipſe ait 2. *Ethicor. cap.*7. Opponitur prodigalitas liberalitati ſecundum exceſſum, & illiberalitas per defectum ſecundum Philoſophum *d. cap.7. & 1 magn.moral. cap.* 4. qui & *cap.*3. ponit liberalitatem mediam inter auaritiam per defectum, & prodigalitatem per exceſſum. Quæ duo extrema exempla, quam dedecent Regem ſatis conſtat. Quantum verò liberalitas deceat Regem; exempla iam ſatis declarant allata, probatque Plutarch. *in Mor. lib. Apophtheg. Reg.* ex illo Artaxerxis, dicentis, multo regalius eſſe addere, quam auferre; item beneficia potiùs conferre, quàm ſuſcipere. Quod etiam ait Ariſtot. 4. *Ethic. cap.*1. Confert illud Cypriani *lib. de eleemoſ.* vbi ſic ait: *Metuis ne patrimonium tuum fortè deficiat, ſi operari ex eo largiter cœperis, & neſcis miſer, quia dum times, ne res familiaris forte deficiat, vita, & ipſa ſalus deficit, & dum, ne quid de rebus tuis minuatur, attendis, non reſpicis quòd ipſe minuaris amator magis mammonæ, quàm animæ tuæ.* Ex quibus compertum eſt, quantum ſit auaritia fugienda principi, quantùmque liberalitas amplectenda, ſiquidem beneficentia fulcitur ſolium Regis, & poteſtas illis in conferendis beneficiis magis opuleſcit. Idcirco rogatus Anaxilaus, teſte Stobæo *ſerm.* 46. quid eſſet dulcius, ac ſuauius principi. Reſpondit, nihil niſi in conferendis beneficiis nunquam vinci.

Proſpiciant tamen principes ne pro conferenda gratia magis videantur appetere ventoſam gloriam, quam cœleſtem, magiſque videantur vendere beneficia, quàm largiri: de quo iam Cicero ſuo tempore *lib.1.de offic.* conqueſtus ſic ait; *Videre liceat pleroſque non tam natura liberales, quàm quadam gloria ductos, vt benefici videantur, facere multa, quæ ab oſtentatione proficiſci magis, quàm a voluntate videantur. Talis autem ſimulatio vanitati eſt coniunctior, quam liberalitati, aut honeſtati.* ſic ille. Admonet ergo hos non eſſe verè liberales, cum liberaliter non largiantur, ſed propter oſtentationem. Quod etiam liquidò conſtat ex dubiolo ab ipſo propoſito *lib.1. de legib.* vbi quærit, *quid liberalitas? gratuita ne, an mercenaria? ſi ſine præmio, benigna eſt: gratuita, ſi cum mercede conducta.* Nec eſt dubium, quin is, qui liberalis, benignuſve dicitur, officium non fructum ſequatur. Nam liberalis gratis confert etiam ingratis; ſicut & ſceleratis Sol oritur, & piratis maria non ſunt inuia, cælumque beneficia omnibus confert; ſic liberalis Solem, cælumque in conferendis beneficiis imitatur, vnam ſortitus intentionem, ſcilicet velle prodeſſe; nam vt auctor eſt Gregor. 19. *moral.* nunquam eſt vacua manus à munere liberalibus, ſi arca cordis repleta eſt bona voluntate.

Quantum ergo, qui liberalis eſſe vult, debeat abſtinere à vendenda gratia, docet etiam Philo *lib. de Cherub.* vbi carpit conferentes beneficia non ſimpliciter, ſed propter aliquam inanis gloriæ appetentiam, ſic enim ait: *Si rectè conſideres, inuenies quoſdam magis vendere, quam donare, qui gratis largiri dicuntur: qui enim dando capiunt laudem, aut honorem, dum quærunt ſibi reddi gratiam, ſpecioſè donationis nomine venditionem prætexunt.* In eandem cauillationem prolabuntur, qui cum poſſint in occulto largiri, coram, & in publico ad ſonitum buccinæ, etiam minima largiuntur, immemores illius Matth.6. *Neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua; nam Deus, qui videt in abſcondito, reddet tibi.* Perfecta ergo liberalitas, qualis extitit in ſanctiſſimo Nicolao Epiſcopo, reperitur vbi quis ſilentio abſcondit

opus ſuum, quando neceſſitatibus ſingulorum ſubuenit, & quem os pauperis laudat, non labia ſua. Ambroſius *lib.2.offic.cap.30.*

76. Vtrùm verò affabilitas proſit principi? Placet aſſerere valde prodeſſe, cum tanta ſit virtus, vt omnes ad ſe princeps eâ alliciat. Eſt enim affabilitas virtus, qua homo ſe habet ad conuerſationem in dictis, & factis delectabiliter ad omnes, non æqualiter; quæ deſcriptio deducitur ex Ariſtot. *4.Ethic. cap.6.* dicente affabilem debere aliter ſe habere cum potentatibus, aliter cum priuatis, aliter cum magis, aliter cum minùs notis, ſingulis tribuendo, quod decet. Clictoueus *in tractat. de vera nobilitate, cap.12.* illam ſummoperè commendat, ibi: *Nihil æquè animos hominum deuincit, gratiámque ducit, & allicit, vt morum facilitas, moderatio animi, æquabilitas, humanitas, & in omnes affabilitas.* Quæ etiam ex Ariſtot. *dict.cap.6.*
77. affinis quodammodo amicitiæ eſt, nam talis eſt affabilis, qualem amicum dicere ſolemus. Differt tamen ab amicitia, quia affabilis modo ſuprà dicto habet ſe ad omnes, ſed ſine dilectione; amicus verò cum dilectione, non tamen ad omnes, ſed ad amicum.

Commendanda eſt hæc virtus vehementer principi, vt non ſolùm ſit liberaliſſimus, ſed facillimus ad faciendum ſubditis frequenter audientiam: difficiles enim aditus ad principem, auſteraque reſponſio contriſtant animos ſubditorum; contrà verò præbere ſe facilem, & expeditum ad audiendum, facit, vt is qui dignitate cæteris excellit, facilitate, tanquam patens ſubditorum, & par inferioribus eſſe cenſeatur. Cicero *ad Attic.200.* Singulare huius affabilitatis dedit
78. ſpecimen Pompeius, ad quem faciles aditus etiam infimi frequenter habebant, auctore eodem Cicerone. Cuius commendationis Traianus Imperator particeps fuit, vt refert Plinius iunior *in Panegyrico.* Longè aliter Beroald. *in ſuo lib. de optim. ſtat.* de Philippo Macedonum rege refert, qui cum noluiſſet audire pauperculam, ea ſic eum fuit alloquuta: *Siquidem non vis me audire, deſine regnare*, quaſi diceret, non poſſe imperare, qui difficilem in audiendis, admittendíſque hominibus ſe præberet.

Huius etiam virtutis exemplo Ageſilaus regibus fuit, de quo Xenophon ſic: *Atqui dignum eſt,* inquit, *ne ipſius Ageſilai comitatem, affabilitatémque natura taceamus, qui cum honore, potentia, atque etiam regno, eóque ſine inſidiis, & cum amore omnium potiretur, iactantiæ tamen obnoxius à nemine vnquam notari potuit.* Nec mirum, quia vbi eſt facilitas animi, benignitas, & affabilitas, non habet locum inuidia. Ideò *Eccleſiaſtici* 4. commendatur, vt *pauperum congregationi affabilem*
79. *te facias.* Secus dicitur de Eſau, & ſecus de Iacob, hic ſimplex, & lenis, ille autem rufus, & totus in morem pellis hiſpidus, *Geneſ. 25. & 27.* de quo D.Hieron. *epiſt. ad Pamach.* ait, Eſau eſſe hiſpidum tam mente, quàm corpore, hoc eſt eſſe duro, atque intractabili ingenio, naturáque aſperrimum, & indignum, qui primo genio potiretur. Iacob verò cum eſſet natura benignus, ingenio ſuauis, aſpectu pulcher, de quo Iſaac ait: *Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni*, digniſſimus, qui primogenium conſequeretur. Quantum ergo affabilitas conferat principi, ex dictis conſtat, quæ vbi reſidet non ſolùm præſentes, verùm etiam maximo interuallo diſiunctos ad ſe vocat, ſicut morum difficultas, duráque ingenij principum inhumanitas, & ſubditos, & alienos longè abigit. *In hilaritate* enim *vultus regis vita, & clementia eius, quaſi imber ſerotinus,* Prouerb. *cap.16.* Quod adeò 80.
verum eſt, vt etiam hanc virtutem iuriſprudentes, tanquam maximè neceſſariam deſiderent in quocunque magiſtratu, vt ſic facilis aditus cunctis pateat, præbeántque libenter magiſtratus litigantibus aures, ſecundùm *l.nec quicquam, §. obſeruare, ff. de offic. procons. & legat.*

---

## §. IV.

### *An Princeps debeat præeſſe ſuis domeſticis, ac toti regno exemplo virtutum?*

EPITOME.

81 *Peccata principum trahi ſolent à ſubditis in exemplum.*
82 *Peccata principum grauiùs puniuntur.*
83 *Quales principes, tales reliqui ciues.*
84 *Patrisfamilias exemplum domeſticos, vel occidit, vel viuificat.*
85 *Exemplum eſt magiſter, ac doctor ſingularis.*
86 *Principum vita rempublicam deuormat, ſi mala eſt.*
87 *Principum vitia aulici potiùs ſequuntur, quàm fugiunt.*
88 *Exemplum præſulis plerunque ſubditi ſequuntur.*
89 *Sanctorum exemplum parit vitam audientibus.*
90 *Propter vitia principum populus punitur.*
91 *Exemplo domini, mortem domino affert famula.*
92 *Princeps caueat vitia etiam minima.*

OPORTET vt reſpublica florentiſſima in dies magis, ac magis vigeat, & rerum geſtarum gloria augeatur, habere principem, qui cæteris dignitate excellat, & non ſolùm domeſticis, & aulicis, ſed etiam vniuerſo regno virtutum omnium, ac ſanctitatis exemplo præeat: quod ſi virtutis non fuerit amantiſſimus, nec ſanctitatis vehementer ſtudioſus, non ſolùm reſpublica, ac regnum, non floreſcet, ſed penitus conſeneſcet, & quod magis dolendum eſt, paulatim lenta vitiorum tabe, tam rex, quàm regnum contabeſcet. Ratio, quia principum, & nobilium 81.
peccata trahi ſolent ab inferioribus in exemplum, vt habetur *in cap. cum quidam, de iur. iur.* vbi gloſſ. Felin. & alij tradunt etiam principes delinquentes in foro conſcientiæ eſſe acriori pœna puniendos, cum cæteris paribus plus delinquere videantur, quia qui magis à Deo accipiunt, nec magnitudinem beneficij in ſe collati recognoſcunt, maioris ingratitudinis notam incurrunt.

Probatur ex textu *in cap. ſicut, & in cap. paſtoralis 2.quæſt.7. & ex cap. præcipuè 11.quæſt.13.* nam potentes delinquendo, potenter tormenta patientur, & grauiùs principes ſolent puniri, quàm 82.
populus delinquens, vt patet ex illo *Numer.25.* vbi Deus præcepit Moyſi, vt principes contra ſolem ſuſpenderet, ibi, *Tolle,* inquit, *cunctos principes populi, & ſuſpende eos contra ſolem in patibulis, vt auertatur furor meus ab Iſrael.* Quo loco notat Petrus Damianus Dominum, cum populus non diſſimili crimine teneretur, de populo quidem

dem tacuiſſe, & aduerſùs ſolos principes ſe iratum vehementer oſtendiſſe: quia reatus cuiuſcunque delicti in perſonis clarioribus debet duriùs vindicari. Confirmat Theodor. dicens, ideò ſuſpenſos etiam eſſe principes, quia cum poſſent impedire, non impedientes cenſebantur malum approbaſſe: idcirco puniri fuerunt grauiùs. Ratio deſumitur ex Bernard. *epiſt.* 127. eo quòd error principis multos inuoluit, & tantis obeſt, quantis præeſt: *Non enim præſumus*, inquit, *vt perdamus, ſed vt regamus. Per quem reges regnant, ipſe nos præfecit populis ſuis à nobis tuendis, non ſubuertendis, ſancta Eccleſia miniſtros non dominos.* Proinde multo grauius ſupplicium ſubibunt, eo quòd malefacientibus ſubditis non obſtiterint, cum potuerint, iuxta illud Sapient. 6. *Horrendè*, inquit, *& citò apparebit vobis, quoniam iudicium duriſſimum in his, qui præſunt, fiet; exiguo enim conceditur miſericordia, potentes autem potenter tormenta patientur.*

Secundò probatur, quia multa principibus prohibentur, ac imponuntur, quæ popularibus ſaltem non tam grauiter prohibentur, nec imponuntur, illiſque faciliùs condonantur, vt auctor eſt Plutarch. ad calcem libri qui inſcribitur, *in principe requiri doctrinam*, vbi ait paſſim homines calumniari, ac ludificari illuſtrium etiam leuiſſimas culpas. Nec mirum cùm ea nobis ſit natura, & ingenium, vt quiſque oculos patentes habeat ad audiendum, quod ad alios ſpectat, & in propriis, ac domeſticis ſit ocellatus. Quod etiam prædixit Cicero *de offic. lib.* 1. ibi, *fit, neſcio quo pacto, vt magis in alienis cernamus ſi quid delinquitur, quàm in nobiſmetipſis.* Quibus ſuccurrit Nazianz. *epiſt.* 121. *ad Eudox.* dicens, facilius nobis eſſe in alienis, quàm in propriis philoſophari. Idem quoque voluit Curtius *lib. 7. de geſtis Alexandri*, vbi poſtquam doctrinam ſuperiorem approbauit, ſubdit naturam mortalium, hoc quoque nomine prauam, & ſiniſtram dici poſſe, quòd *in ſuo quiſque hebetior eſt, quàm in alieno; nam in alieno oculatiſſimus quiſque eſt, at in domeſticis, & propriis caligat, ac penitus cæcutit.*

Hinc item fit, vt puniatur acriùs à Deo princeps, quàm non princeps ex circunſtantiis, nempe ex ſcandalo ſubditis illato; item, quia delictum augetur dignitate, cum princeps peccat in his, quæ dignitatem cernunt, ceditque crimen in dedecus, & contumeliam ipſius officij. Quod delictum accreſcat ratione dignitatis probat etiam in
81. foro fori. *l. quædam delicta* & ibi Bart. & Alberic. *ff. de pœnis*, & *l. omne delictum*, §. *augetur ff. de re milit. cap. quia ſanctitas, diſt.* 50. & *cap. excommunicamus*, §. *credentes, verſ. ſi verò clericus*, & ibi gloſſ. *in verbo, exerceatur, de hæreticis.* Accedit D.Thom. 1. 2. *quæſt.* 73. *art. vlt.* vbi ait ex quatuor augeri crimen: dignitate primò, ob repugnantiam ſpecialem actus peccati ad magnitudinem, nempe quando princeps, qui eſt cuſtos, ac conſeruator iuſtitiæ, iuſtitiam violat: quod ſi ſit ſacerdos, & fornicetur, cum caſtitatem vouerit. Secundò augetur propter exemplum, ſeu ſcandalum, quia
82. veniunt peccata illuſtrium in notitiam plurimorum, & priuati indignantur, & ſcandalizantur. Tertiò propter ingratitudinem, vt dictum eſt, quia maiora beneficia à Deo percipiant, peccando maiorem ingrati animi notam incurrunt, atque ita peccatum magis aggrauatur. Quartò, & vltimò, quia illuſtres, ac principes, qui plerunque ſcientia pollent, & virtute, ac bona morum educatione ſunt imbuti, facilius vitiis reſiſtere poſſunt, atque ita ſicuti grauiùs peccant, grauiùs punientur, per *d. l. quædam*, & *l. presbyteri, C. de epiſcop. & cler.* & *l. omnes.* & ibi Bart. *C. de decur. lib.* 10. & *l.* 1. *in fin. C. de conduc. & procur. lib.* 11. cum dicitur, *grauior enim pœna conſtituenda eſt in hos*, &c. & ibi Luc. de Pen. Cui ſententiæ congruit illud meliorum ad Athenienſes apud Thucydidem lib. 5. *Neque enim*, ait, *hos minus veſtra refert, qui quo maiores cæteris eſtis, eo maiori, ſi labemini, eritis pœnarum magnitudine digni.*

Ambigi poteſt, an ſit puniendus tam qui non facit quod debet, quàm qui agit quod non debet? Luc. de Pen. *in l. omnes iudices, col.* 5. *verſ. & nota quod interdum, C. de decur. lib.* 10. affirmat. Conſtat ex *cap. ſi cuſtos* 27. *quæſt.* 1. Proinde *teſtis punitur de falſo, qui verum ſupprimit, ſicut qui falſum dicit*, vt expreſsè habetur *in cap.* 1. & ibi Innoc. & Panorm. *de crim. falſ.* & *in d. l. presbyteri.* Bart. & Bald. *C. de epiſc. & cler.* Sicut etiam peccat medicus ſcienter omittendo ſalutarem medicinam, perinde ac ſi adhiberet medicinam non propitiam, prout vt vult Innoc. *in cap. tua nos, col.* 1. *de homicid.* Accedit Ambroſius relatus *in cap. non miſeranda* 23. *quæſt.* 1. in hæc verba, *qui non repellit à ſocio iniuriam, ſi poteſt, tam eſt in vitio, quàm ille, qui facit.* Quod multo priùs dixit Plato *lib.* 9. *de legibus, ad finem*, quibus concinit Seneca *in Hercule furente*, per hæc verba, *qui non vetat peccare, cum poſſit, iubet*; & habetur *in cap. præterea* 23. *quæſt.* 8. nec non apud Lactant. *diuinarum inſtitutionum lib.* 6. *qui inſcribitur, de vero cultu, c.* 11. ibi, *qui ſuccurrere perituro poteſt, ſi non ſuccurrit, occidit.* Quæ omnia quamuis procedant in priuatis, à fortiori in principe, atque in magiſtratibus multo grauiora delicta reputabuntur, atrocioríque pœna cenſebuntur digna, quòd ſunt maioris, atque deterioris exempli, maximè ſi palam, & coram delinquant, propter quod ſceleſtiùs delinquere dicuntur, quoniam videntes excitantur malo exemplo ad peccandum, ſecundùm *l.* 3. §. *ſed & ex Senatuſconſulto, ff. ad l. Corn. de ſicar.* & refertur *in cap. præcipuè* 11. *quæſt.* 13.

Ratio potiſſima huius doctrinæ habetur Eccleſiaſt. 10. num. 2. *qualis rector ciuitatis, tales, & habitantes in ea*; quæ non latuit Platonem, nec alios Philoſophos, vt refert Cicero *lib.* 1. *epiſt. ad Lentulum.* Quam ſententiam afflatu diuino Platonem protuliſſe tradit Barbat. *conſ.* 1. *col.* 5. *verſ. & ſi quiſpiam dixerit, quod loquitur, lib.* 1. Addit ipſe Cicero *lib.* 3. *de legib. l.* 12. *tabul.* oportere, vt magiſtratus ab omni vitio ſint immunes, eo quòd cupiditatibus principum, & vitiis infici ſolet tota ciuitas, ſicut emendatur, & corrigitur eorum continentia. Conducit illud Iſaiæ 1. *Omne caput languidum, & omne cor mœrens, à planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas.* Vbi nomine capitis princeps venit, appellatione cordis magiſtratus, pedum verò nomine ſubditi intelliguntur. Ita Innoc. III. *ſerm.* 1. *in conſecratione Pontificis*; quibus, & ſimile eſt, *ſi oculus tuus fuerit ſimplex*, hoc eſt princeps oculeus, *totum corpus tuum lucidum erit.* Nam quæ mutatio morum fuerit in principe, eadem in populo exiſtet. 83.

Simile eſt etiam, quod Laërt. narrat de Solone Athenienſi *in eius vita*, vbi populares homines vmbras principum appellabat: ſicut enim vmbra corporis imaginem refert, & ad ſimilitudinem corporis ſe configurat, ita etiam vulgares homines in regum vitia, ac mores transfigurantur.

Quod

Quod Herodianus *lib.4.* tetigit, dum ibi ait, ple-
rumque homines principum vitam æmulari. Ne-
que huius oblitus fuit Antigonus Macedonum
rex ad Zenonem ſcribens ad finem, teſte Laërtio,
dicens, *cuiuſmodi fueris dux, vt plurimum fieri ſub-
ditos neceſſe eſt.* Propterea D. Hieron. *ad Deme-
triadem,* & rurſus *ad Principiam.* mores, & ſtudia
dominatum plerunque ex ancillarum, & comi-
tantium moribus indicari. Facit ad hoc illud Ci-
ceronis 3. de legibus, *Qualeſcunque ſummi ciuita-
tis viri fuerunt, talem totam ciuitatem fuiſſe;* &
*lib.5. epiſt. ad Atticum,* ibi, *Qualis hera, tales &
ancillæ.* Idem Terentius in Eunucho, *Domini ſi-
miles es,* quod etiam prouerbium a Platone repe-
titum lib.8. de republ. *Dominas ſcilicet imitantes
catellæ;* ex quibus eduxit non ſolùm famulas, &
famulos ſe ad mores dominorum, dominarumque
effingere, ſed etiam animantes ratione carentes.
Quod non omiſit Nazianz. aſſerens *ancillas eſſe
imagines cordis dominarum.* Neque diſſimile
exemplum inuenitur apud Diodor. Sicul. *cap.4. de
fabulis antiquis,* vbi refert Æthiopes adeò ſuo-
rum regum fuiſſe imitatores, vt ſi rex aliqua cor-
poris parte deformis naſceretur, vel cauſa aliqua
deformaretur, libenti animo paterentur eadem
parte deformari, ac mutilari, atque ita ſi rex cali-
gabat, vel cæcutiebat, vel claudicabat, ipſi caligan-
te animo patiebantur vel altero oculo, vel altero
pede orbari.

In quam etiam ſententiam multa alia exempla
afferri poſſunt, vt appareat quantum principes
debeant exemplo ſuis prælucere, cùm eorum
mores, ac vita plurimum valeant, multámque ha-
beant efficaciam ad emendandam corrumpen-
dámve vitam eorum, quibus præſunt. Nam, teſte
Plinio 2. in Panegyr. *omnes ſumus flexibiles quan-
cunque in partem, à principe, atque, vt ita dicam,
ſequaces ſumus. Huic enim chari, huic probati eſſe
cupimus.* ſic ille. Et paulò infrà, *vita principis
cenſura eſt, eáque perpetua, ad hanc dirigimur, ad
hanc conuertimur, & ob hanc cauſam, quod agitur
à principe, facilè trahitur à ſubditis in exemplum.*
Proindéque Ageſilaus rex Lacedæmoniorum ro-
gatus quare ſæuienti hyeme gelúque rigente ſine
tunica incederet, reſpondit, vt auctor eſt Plutar-
chus in Apophtheg. *Quo iuuenes imitentur, ha-
bentes hi quidem, & ſenis, & principis exemplum.*
Sicut enim virtutis ſpecimen ſubditis prodeſt, ſic
vitia nocent, maloſque paſtores gregem corrum-
pere cecinit Homerus *Odiſſea lib.17.* Vt verò
Alexander Magnus præclarum inter alia docu-
mentum militibus daret, eóſque ad tolerandam
ſitim erudiret, teſte Vegetio *de re milit. lib. 4.*
cùm totus exercitus vehementer ſitiret, & ipſe
Imperator eſſet ſatis ſiticuloſus, oblatam ſibi
aquam a Cophino milite in aurata galea inuẽtam
noluit delibare, ſed effudit ſpectante exercitu, ne
vehementiùs exercitus ſitiret, ſi ipſe bibiſſet.
Quo etiam exemplo vſus eſt Regius Vates 2. *Re-
gum cap.23. num.16. & diſt.41. cap. deliciæ,* vt exer-
citus ex illo diſceret ſitim perpeti.

84 Quanta verò mala ex maiorum exemplis ad
inferiores veniant, teſtimonia ſequentia oſten-
dunt, præſertim, quia ingenia plebeia, teſte Ma-
crobio *lib.7. Saturn. cap.4.* magis exemplis, quàm
ratione capiuntur. Teſtis eſt Saul, qui cum inſti-
gante diabolo ſe interfeciſſet coram armigero 1.
*Regum cap.31.* armiger edoctus regis exemplo ir-
ruit etiam in gladium, & mortuus eſt cum eo; nec
mirum, quia natura, & exemplo ſemper ruimus
in peius: ſicut enim piorum exempla ad virtutem,
& benefacta erudiunt; ſic etiam impiorum exem-
pla à virtute, ac bonitate deiiciunt. Prædixit
Iſaias *cap.52.* ibi: *Dominatores eius inique agunt,
& iugiter tota die nomen meum blaſphematur;*
quaſi dicat, populum blaſphemare nomen Domi-
ni, aſpicientem eos, qui præſunt populo, à virtutis
tramite, & ab officio decidere. Quod etiam refert
D. Thom. *epiſt. ad Rom 3. lect.4.* ibi: *Sicut enim le-
gis obſeruantia in bonis operibus eſt occaſio viden-
tibus, vt honorent Deum, ita etiam tranſgreſſio eius
per mala opera, eſt occaſio videntibus blaſpheman-
di.* Idem prænotauit de Roboamo Ioſeph. *de an-
tiquitatib. lib 8. cap.10.* dicens illum ſpreuiſſe Dei
religionem, & vniuerſum populum imitari eius
iniquitatem. Ratio, quia mores principum cor-
rumpunt ſubditos, qui videntes eorum luxuriam
ſuæ caſtitatis merita reſpuunt, & quaſi virtutem
eorum imitari nituntur illecebras. *Non enim,* in-
quit, *opera principum approbari videntur, niſi
etiam ſimiliter hæc agantur. Cum igitur Roboam
ageret impiè, ſtudebant, & ſerui non eſſe iuſti, ne
rex videretur offendi.* ſic ille.

Quod adeò procedit, vt dixerit Ariſtoteles eſſe
impoſſibile filios, famulóſque eſſe virtutum ſtu-
dioſos, ſi parentes, ac domini, qui præſunt rei fa-
miliari, fuerint virtutibus perodioſi, cuius verba
ſunt, quæ ſequuntur: *Niſi enim bonum exemplum
de ſe præbuerit, imitatorem diligentiæ habiturum
non exiſtimet, neque in re familiari, neque in alijs,
quoniam impoſſibile ſit non diligentis domini dili-
gentes eſſe vicarios,* &c. Vnde ſequitur parentes,
ducéſque populorum eam vitæ rationem, atque
inſtitutionem morum ſequi debere, qua poſſint
filiis, ac ſubditis exempli lucentẽ præferre facem,
viamque ad virtutem præmunire. Quod Plato
proſequitur *dialog.6. de legib.* docens remedium
adhibendum ſubditis ad virtutem aſſequendam
ex dominis exemplo præeuntibus penitus pen-
dere. *Qui enim,* inquit, *circa mores, actioneſque
ſeruorum, nihil vnquam facit impiè, nihil iniquè,
atque ita in his ſe ſeruat immaculatum, ad produ-
cendas virtutis fruges erit aptiſſimus.* Faciunt item
quæ tradit D. Petrus *epiſt.1. cap.5.* vbi vult præla-
tos eſſe *formam gregis ſui,* vbi Syriac. loco *for-
mam gregis,* legitur *bonum exemplar,* quaſi, qui
præſunt, non ſolùm debeant eſſe forma, ac norma
perfectiſſima, faciéſque laudatiſſima ſui gregis,
ſed etiam exemplum, exemplárque præſtantiſſi-
mum; non enim nobis tam imperio, quàm exem-
ploperopus eſt.

Idcirco Cyrus ad Xenophont. præclarè dixit,
*imperium non poſſe retinere, qui melior non ſit ijs,
quibus imperat.* Quam enim habebit auctorita-
tem ad emendandam vitam turpiſſimam ſubdi-
torum, ſi ipſe fuerit turpis, & in cætera non ſo-
lùm pronus, ſed etiam præceps vitia prolapſus
fuerit? exemplis ergo corrigendi ſunt ſubditi, &
à vitiis ad virtutum ſtudia incitandi, ſecundùm
text. *in §. neceſſe eſt, 47. diſt.* & facit *cap. indignan-
tur 32. quæſt.6.* nam patresfamilias reſpectu totius
domus ſunt veluti ſpeculum ad cuius aſpectum
tota domus mores componit. Ita deducitur ex *l. ſi
vxor, §. ſi iudex, ff. de adult.* & probat text. *in l.1. C.
de emend. prop.* Nunquam enim parentes meliùs 85.
emendant ſuos quàm exemplo. Quibus etiam
ſuffragatur illud Ageſilai Lacedæmoniorum regis
reſponſum, teſte Bruſonio *lib.7.* qui rogatus, quo-
modo quis ſuis præeſſe, ac prodeſſe bene potue-
rit, reſpondit, *ſi dixerit optima, feceritque hone-
ſtiſſima.*

*ſtiſſima.* Ratio, quia non tam documento, quàm exemplo quis probatur digniſſimus gubernatione. Quod prædixit Ariſtot. 5. *Politicor. cap.* 10. ibi, docens olim eligi in reges viros bonos propter excellentiam virtutis, aut rerum virtute geſtarum, quæ tanquam magiſtra ſolet ſuis amatoribus, & interdum patum ſtudioſis probitatis perſuadere, ſi cum exemplo coniuncta reperiatur, quidquid etiam arduum, ac perdifficile nullo modo alias abſque exemplo obtinendum.

Quantum verò robur inſit exemplo, etiam ex eo poteſt videri, cum maior culpa ſit manifeſtè peccare, quàm in occulto; nam qui palam, & coram delinquit, & agit, & docet. Item nemo fortiùs nocet, ac clariùs, niſi in quem multi reſpicientes illius exemplo magis ſordeſcunt. Illud etiam certum eſt, eum, qui docet tantum, neque operatur, præceptum aliis impoſitum denigrare. Quinimo, auctore Lactantio *lib.* 3. *diuinarum inſtitutionum aduerſus gentes*, bonum eſt recta, & honeſta imperare, quod ſi ea non agimus, mentimur, ineptúmque eſt, ne dicam iniquum, non in animo, ſed in labiis probitatem oſtendere. Quid ergo agendum eſt patri, vt filius, ac famulus diſcant exemplo? honeſta, ac ſancta, quæ docuerit, priùs exequatur, ſic prælucens ſuis, cunctos erudiet, nec regredietur. Idcirco Lot præeunti imperatum fuit, *Geneſ.* 15. tanquam capiti illius familiæ, ne reſpiceret poſt tergum: vxor tamen reſpexit, vt conſtat ex textu, poſtquam Lot, qui præibat, ingreſſus fuit in Segor, & vxor ſine duce remanſit tardo greſſu poſt illum iter conficiens. Ita Caietan. ibi.

Aſſumant igitur principes, magiſtratus, ac parentes hoc vnum ſibi artificium, quo doceant ſibi ſubditos in arte ſua poſſe quélibet alienis exemplis vti, vt ait Cicero *lib.* 4. *Rhetor.* quia, qui ſciunt, quod aliis acciderit, facilè ex eorum caſibus poſſunt ſuis rationibus prouidere. Conſuluit Iſidorus in Syno. ſoliloquior. lib. 1. cap. 10. *Reſpice*, inquit, *in alieno exitio, quod paueſcas; & vitã foueam, in quam alium videris cecidiſſe, coram te pericula aliena in te pertimeſce, & quæ verbis doces, exemplis oſtende*, &c.

Hinc etiam illud emanat, quòd populus ſine duce eſt præceps, pauidus, & ſocors, polluitúrque, ac maculatur, ſi princeps fuerit aliquo vitio maculoſus. Is verò malo ſuo exemplo ſubditos ad vitam licentioſam inuitabit. Inuitantur enim, quoties princeps exemplum pernicioſum ſubditis adhibet. Prænotauit perſapienter Cicero 3. *de legibus.* Necnon apparet ex dictis Baſilij Magni *Pſalm* 131. dicentis vnguentum decurrens à capite ſacerdotis in barbam Aaron ex variis odoribus compoſitum, indicare concordiam virtutum in principe, ſeu prælato, exiſtentium ad exemplum ſubditorum. Quod ſi loco virtutum princeps vitioſæ vitæ ſtudeat, vniuerſa propemodum ſubditorum multitudo ad voluptates proclinat, teſte Philone *lib.* 1. *de vita Moyſis.* Quod etiam [illegible] Plinius ſecund. *lib.* 4. *epiſt. ad Simpro. Ruf.* [illegible] *vitia vbique mala, in celebrioribus tamen* [illegible] *multo peiora.*

85 [illegible] quia cum ſermo eſſet, an Gymnicus Agon [illegible] Viennenſes celebrari ſolitus tolleretur, [illegible] placuiſſe Agoni tolli, eo quod mores V[illegible] infecerat; addens à fortiori abolend[illegible] Romæ Agona, & ab ea eliminandum [illegible] qui corrumpat mores vniuerſi orbis; *Non*, inquit, *Viennenſium vitia inter ipſos reſidunt, noſtra latè vagantur. Vtque in corporibus, ſic in imperio grauiſſimus eſt morbus, qui à capite, hoc eſt à Roma diffunditur*, &c. Accedit D. Auguſtinus *lib. de paſtoribus*, vbi decidit illum, qui in conſpectu populi male viuit, occidere omnes à quibus attenditur. Concors eſt Hieron. *cap. qualis* 8. *quæſt.* 1. vbi vult omnes, qui aliis præſunt, debere magnopere curare, vt populum, cui præſident, ſcientia, ſermone, ac conuerſatione præeant, atque obligent eos ad perfectam virtutis chriſtianæ conſequutionem. Quæ eſt ratio, ob quam, teſte Theodoret. *quæſt.* 32. *in Exod. cap.* 16. præceperit Deus, quod non plueret manna die Sabbathi, quia cum ipſe præcepiſſet obſeruationem illius diei populo, noluit adminiſtrare eo die populo manna, vt eo facto populum induceret ad obſeruandum Sabbathum. Ad hæc quia ma- 86.
gis mouent exempla, quàm verba, & in actionibus humanis minùs creditur ſermonibus, quàm operibus. Ariſtot. 10. *Ethicor.* qui 7. *Politic.* docet iuuenes eſſe cuſtodiendos, ne proferant, ne audiant turpia, quia ex dicere, & audire quid turpe, de facili eſt illud committere.

Quocirca præmonuit Plautus *in pſeudulo* pro- 87.
bum eſſe patrem oportere, qui gnatum ſuum eſſe probiorem, quam ipſe eſt, poſtulat. Nec diſſimile eſt illud Ouid. 6. Faſtor.

*Sic agitur cenſura, & ſic exempla parantur.*
*Cum iudex alios quod monet, ipſe facit.*

Pro quo etiam facit illud Ciceron. *lib.* 1. *de officijs*, tradens plerunque filios præceptis parentum imbutos ad eorum conſuetudinem, morémque deduci. Ideò Sanctorum vita ſubditos ad vitam non perituram inducit; peſſimorum verò mores, ac vitia in interitum præcipitant.

Probatur prima pars huius aſſerti exemplo 88.
Abrahami, *Geneſ.* 15. vbi dicitur, *credidit Abraham Deo*, ſeu vt mauult Caietan. ex Hebræo, *Abraham fecit credere in Iehoua*, quaſi diceret, Abraham credendo ſecum adducit cæteros ad fidem. Confirmatur ex illo Geneſ. eiuſdem 12. *egredere de terra tua*, &c. egreſſus Abraham & omnes animas, vt legitur in Chaldæo tulit, quas ſubiecerat legi in Haram; quod idem valet, atque dicere, Egreſſus Abraham ad ignotas regiones tulit ſecum familiam ſuam, & omnes animas, quas ab impuro idolorum cultu ad veri Dei adorationem reuocauerat. Secunda pars ex eo conſtat, quod *lib.* 8. tradit Ioſeph. *cap.* 10. *de antiquit.* dicens Roboamum dereliquiſſe legem Domini, & vniuerſum populum abiiſſe poſt illum. Nam principum incredulitas ſubditos ad incredulitatem mouet. Quod etiam patet ex *Numer.* 20. vbi Dominus ad Moyſem ait, *quia non credidiſtis mihi, vt ſanctificaretis me*, Caietan. legit, *quia non feciſtis credere in me.* Ex quibus demonſtratur exemplum principis ſicut ad virtutem ſubditos inducit, ſic etiam ad vitia compellere.

Interdum tamen princeps puniri ſolet propter 89.
delicta ſubditorum; cenſetur enim aſſentiri, dum eorum peccatis conniuet. Ideò impoſitum eſt Moyſi mandaſſe dare libellum repudij *Matth.* 19. *num.* 7. cùm tamen inde conſtet *num.* 8. ſolùm Moyſem permiſiſſe dimittere vxores. Punitur ergo princeps, quia ſi dormiret in gubernanda republica, graſſabuntur peccata impunita, magíſque ac magis inualeſcent. Dormientibus namque ſtipatoribus Saulis, ablata fuit haſta Sauli, & poculum 1. *Reg. cap.* 26. & ſuperſeminata ſunt zizania in medio tritici, quod erat Domini, *Matth.* 13.

vnde

vndè domini in regenda familia, prælati in docenda virtute, parentes in educandis filiis ignaui, ac negligentes obnoxij ſunt ſupplicio pro peccatis eorum, & vice verſa. Quod tradidit Plutarch. *lib. de doctrina principum, verſ. Sunt principes tam ſacri*, &c. Sicut flagellatus fuit populus propter culpam Pharaonis plagis maximis; eo quòd noluit dimittere filios Iſraël, *Exod. cap. 8. & ſequent*, & ſicut etiam propter culpam alterius Pharaonis *Geneſ. 12.* domus illius acres exoluit pœnas propter Saram vxorem Abraham, vbi Lipom. notat, non ſolum ipſum, ſed domum illius acriter fuiſſe punitam. Rege námque delinquente omnes domeſtici ſunt pœnæ participes, vt inſania regis per hoc ſupplicium vehementiùs coërceatur. Denique flagellata fuit familia Pharaonis, vt inquit Chryſoſt. quia laudata fuit à domeſticis, ac principibus Pharaonis Sara & ſublata in domum ipſius, principes quaſi præfuncti officio lenonis in regis gratiam fuerunt puniti, proindéque Dominus meritiſſimò, & Pharaonem, & domum ipſius plagis maximis acriter flagallauit.

Vltimò accedit obligatio dominorum erga ſuos, quibus cùm prodeſſe debeant, cauere tenentur ab iis, quæ nocent. Commendat Iacob *in epiſt. ſua, cap. 5. verſ. ſcire debet*, vt bono exemplo ab interitu ad vitam reuocentur, ſicut ad interitum malo traducuntur, ſi ipſi in vitia ſe præcipi-
92. tent. Quod apparet ex 2. *Paral. cap. 36.* ibi, *fecit Sedecias malum in oculis Domini, & vniuerſi principes ſacerdotum, & populus prauaricati ſunt*; quaſi dicat, Non eſt mirum ſi principes ſacerdotum, & vniuerſus populus iniquitati adhæſerint, quando Rex non abſtinuit à tanta vitiorum voragine. Quid de filio Saulis Isboſeth? Oſtiaria dormiuit, quia Isboſeth dormiuit, & oſtiaria dormiente, ipſe quoque dormiens interfectus eſt; dormiuit ipſe, dormiuit illa, patuit aditus interfectoribus 2. *Reg. 4.*

Ex quibus compertum eſt Principem ac cæteros qui aliis præſunt facem præſtantiſſimi exempli prælaturos, cum ex Bernardo facti ſint *ſerm. 31*, ſpectaculum mundo, & Angelis, & hominibus. Sic exponit illud Pauli 1. *ad Corinth. 4.* Atque ita docet non ſolùm principes, ac præſides teneri effugere quódcumque vitium, ſed etiam occaſionem, ne ij, quibus præſunt, in quodvis etiam minimum peccati genus prolabantur; nam *qui ſpernit modica, paulatim decidet*, Eccleſiaſt. *cap. 19.* Qui ergo voluerit maiora deuitare, oportet, vt etiam minima quàm diligentiſſimè deuitet: quod Theodoret. *quæſt. 21. in Leuit.* aduertit
93. his verbis. *Quod leue eſt, dum prætermittitur, paratiores efficit ad potiora. Nam illuſtrium delicta maximè, & tanquam maxima notantur.* Scipioni obiiciebant ſomnus, & Lucullo cœnæ ſumptuoſiores. Tiraq. *de nobilit. cap. 37. num. 39.* minima ideò ſunt cauenda; hæc enim ſi negligantur ad maiora diſponunt. D. Thom. 1. 2. *quæſt. 88. art. 3.* vbi ait venialia neglecta paulatim diſponere ad mortale. Quod etiam præmonuit Hieronym. *ad Celantiam*, dum docet ſatis prodeſſe ad cautionem etiam minima pro maximis cauere. Quæ omnia quamuis omnibus ſint vtilia, vtiliora eſſe principi nemo negat, cùm ratione dignitatis, ac perſonæ, quam ſuſtinet, omnibus debeat eſſe virtutis ac ſanctitatis exemplo, vt id, quod alios docet, ipſe quàm diligenter exequatur, dicente Rege vate Pſalm. 131. *Sacerdotes tui induantur iuſtitiam, & ſancti tui exultent*: qui enim aliis tradere debent leges ad ſeruandum, debent ſanctitatis auctoritate ſubditos præcedere. Tradidit Auguſtin. *quæſt. 8.* ex veteri teſtamento, ſubdens Moyſem facie collucente apparuiſſe, quando legem accepit tradendam populo Iſraëlitico, quaſi nunquam maiori ſanctitatis ſpecie eguiſſet, quàm cum conſtitutus eſſet legis prædicator.

Vltimò ad id tenetur Princeps etiam ratione officij cum debeat toti regno inſeruire, & ſuperintendere ſecundùm illud Pauli 1. ad Corinth. 9. *cum*, inquit, *eſſem liber ex omnibus, omnium ſeruum me feci*; & ob eam cauſam Moyſi impatibile viſum fuit habere curam tantæ multitudinis, illique inſeruire, vt de facto inſeruiuit, & inter omnia nulli defuit exemplo ſanctitatis, vt conſtat ex lib. *Exod. cap. 32. & Numer. 21.* Nam quamuis dignitas Regia exteriorem gloriam ſecum aſportet, exteriori etiam oneri, ſeruitutíque ſubeſt; tot, tantóſque dominos, ſuper ſe ſuſtinet Princeps, quot, quantóſque ſubditos regit, teſte Gregor. 17. *Moral. cap. 12.* quam etiam ſeruitutem D. Bernard. *Epiſtol. 42.* indicat dicens, *honores meditantibus quidem blandiri, ſed onera penſantibus tædio eſſe, atque formidini.* Ex quo fit principes re bene penſata ſeruos eſſe eorum, à quibus honorantur; ideò magis ſibi eſſe oneri, quàm honori, ſi rectè ſuo officio fungantur.

## Dispvtatio II.

### *An quibus vitiis Princeps cauere debeat?*

---

### §. I.

### *An Princeps teneatur fidem ſemel datam ſeruare?*

#### EPITOME.

94 *Nomine vitiorum Principis quæ verſiant.*
95 *Vitia Principum diu durant, priuatorum non item.*
96 *Principes reddent rationem pro peccatis populi.*
97 *Principes caueant à fallenda fide, & à mendacio.*
98 *Principes habeant vnum calamum, & vnam linguam.*
99 *Grauiſſima fallere fidem eſt grauiſſimum.*
100 *Princeps ſolutus eſt legibus, ſed ratione ligatur.*
101 *Rex fidem datam ſeruet, & veritatem colat. Rex an poſſit frangere aliquando fidem. ibid.*
102 *Principes obligari naturaliter ex contractu videtur probabile.*
103 *Sed probabilius obligari etiam ciuiliter.*
104 *Princeps tenetur ſtare contractibus.*
105 & 106 *Princeps dum contrahit, eſt priuatus.*
107 *Praxis huius Regni, quoad hoc.*
108 *Princeps non poteſt reſilire à contractu cum communitate inito.*
109 *Princeps tenetur defendere mare ob tributa accepta à nauigantibus.*
110 *Si tributa non ſufficiant, poteſt addere alia ad hunc effectum.*

111 *Princeps*

111 *Pri[illegible]s tenetur ſtare contractui ſuorum an[illegible]orum.*
112 *[illegible] Baldi reycitur.*
113 *Su[illegible]ores in dignitate Eccleſiaſtica etiam tenentur ſtare contractui.*
114 *In quibus caſibus ſucceſſores non tenentur ſtare contractui prædeceſſorum.*
115 *Vtrum regni ſucceſſor teneatur ſoluere debita ſui prædeceſſoris?*

94. NOMINE vitiorum hic non veniunt ea, quæ poſſunt admitti, tam à principibus, quam à priuatis hominibus, ſed ea tantùm, quæ regiam dignitatem principum, atque
95. auctoritatem maximè dedecent, & ab iis principes vehementer abſtinere debent, cùm ſint Dei
96. miniſtri, & ex iis exactiſſimam rationem Deo ſint reddituri, *cap. totam, de pœnit. diſt.* 3. ſunt enim eorum peccata in omnium ore, & ſtylo ferreo in vngue adamantino exarata, & nullo æuo, aut memoria extinguuntur, ſecundùm illud *Ieremiæ cap.* 17. Contra verò priuatorum hominum delicta facilè è memoria excidunt, teſte Regio vate *Pſalm.* 9. *quæretur peccatum illius, & non inuenietur*; cùm non tam graue ingerat ſcandalum, quàm graue ſolent ingerere grauiſſimorum hominum delicta; patiunt quàm ſæpiſſimè inferioribus occaſionem cadendi, proinde ſæpè pœnas luunt. Origen. homil. 20. in Numer. *Populus, inquit, peccat, & principes puniuntur, & coguntur pro populo rationem reddere, eo quia fortè non docuerunt, non monuerunt, non ſollicitè arguerunt.* Quod ſi principes puniendi ſunt propter hæc, quæ ſupplicia non ſubibunt admittentes peccata regio officio contraria, quibus directè inferioribus creant ruinam manifeſtam? Ob quam rationem Origen. concludit his verbis: *Hæc ſi cogitarent principes, principatum non ambirent.*

97. Primum ergo à quo debent cauere, eſt fallere fidem datam. Grauius enim peccant violata fide, quam inferior priuatus. Bald. *conſ.* 324. *vol.* 1. *conſ.* 24. *vol.* 2. dicens violare fidem eſſe mentiri. *l. dolus, ſ[illegible]*, mendacium autem tanquam crimen deteſtabile eſſe fugiendum principibus. Caccialup. *in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. n.* 10. idem Bald.
98. *conſ.* 141. *col.* 2. *verſ. ex iſta, vol.* 1. quia principes in licitis debent habere vnum calamum, & vnam linguam, eſſéque immobiles, quaſi polus in cælo, atque in illis debet ſplendeſcere conſtans voluntas, ac recta fides, illámque ſemel datam ſeruare curent inuiolabiliter iuxta illud, *quæ procedunt de labiis meis, non faciam irrita*: turſus, *ſemel loquutus eſt Deus.* Non enim poſſunt principes amittere, quod cum honeſtate non poſſunt omittere, *l. nepos proculo, ff. de verb. ſign.* Alex. *conſ.* 4. *col. pen. in fine, vol.* 4.

99. Accedit graue eſſe crimen violare fidem grauibus[illegible], ac grauiſſimum grauiſſimis; tum quia [illegible] malum eſt, tum quia extra ſe malum profert [illegible]um ſubditis valde noxium, per text. *in l.* 1. [illegible]. Bald. *conſ.* 279. *vol.* 3. ſequitur Curt. [illegible]*ol. fin.* Faciunt notata à Pariſio *conſ.* [illegible]tauet. *conſ.* 96. *n.* 9. ob quam cauſam ne[illegible] fidei, pacta ſunt ſeruanda, *l. iuriſgentium, § pr[illegible] ff. de pactis.* Quæ ſi inter priuatos ad vn[illegible]præ oculis ſunt habenda, *l. digna vox, C.[illegible]* Ratio, quia quod ſemel placuit, diſplicere [illegible]lius non poteſt, *cap. quod ſemel, de reg. iur. in* 6. [illegible], quia quamuis princeps ſit legibus ſolutus, [illegible] tamen dictamine rationis, nec

poteſt derogare iuri naturali per legem humanã, *cap. quo iure, diſt.* 8. vbi textus in fine ait: *quæcunque vel moribus recepta ſunt, vel ſcriptis comprehenſa, ſi naturali iuri fuerint aduerſa, vana, & irrita habenda ſunt.* Marta *de iuriſdict. p.* 1. *cap.* 38. c. 14. Lancelot. *de attent. in præfat.* 1. *p. ſol.* 8. *n.* 86. & Suar. *lib.* 3. *de leg. humana, cap.* 35. *n.* 13. vbi vult principem obligari ex lege naturali in radice, quia ſequitur ex ipſa ratione naturali, vt dixit Bald. *in l.* 2. *C. de ſeruit. n.* 40. & Decius *in cap.* 1. *de conſtit. lect.* 1. *n.* 15. principes obligari ad ſeruandas ſuas leges ex diſcurſu rationis. Imò volunt aliqui, teſte Suar. *citat. n.* 10. obligari ſuis legibus ex voluntate totius reipublicæ, & ex conuentione virtuali inter principes, & reſpublicas celebrata, quaſi non alia conditione tranſmiſerint reſpublicæ poteſtatem condendi leges in principes, niſi ipſi obligarentur ſaltem indirectè, legibus à ſe latis, directè verò ab ipſa republica, ſeu communitate ſæculari.

Sed verius eſt eſſe principes ſolutos ſuis legibus, *l. princeps, ff. de legib.* ſed ligari vinculo rationis naturalis, quæ ſuadet promiſſa ſeruari debere; nihil enim magis conuenit humanæ naturæ, quàm ſtare promiſſis, *l.* 1. *ff. de pactis*, cùm principes ſint lapides angulares, vt eos vocat Bald. *conſ.* 327. *Pridie, col.* 1. *lib.* 1. quem ſequitur Decius *conſ.* 287. *n.* 8. & Tiraq. *tract. de nobilit. cap.* 20. *n.* 24. Menoch. *conſ.* 331. *vol.* 4. *n.* 64. *& ſeq.* & priùs *conſ.* 5. *n.* 42. *& conſ.* 208. *num. etiam* 42. vbi addit principes eſſe loco Dei in terris, & eorum fidem eſſe fidem Dei, ac conſequenter non eſſe violandam, cum habeat vim iuramenti, gloſſ. *in cap. querelam, ne prælati vices ſuas*, & gloſſ. 1. *in cap. ex litteris, de conſtitut.* Butrig. *in cap. ex tempore, de arbitr.* & alij quos ibi referens ſequitur. Vnde colligunt non ſolùm priuatos homines, ſed etiam principes teneri datam fidem, ac etiam pacta conuenta ſeruare ſcribentes *in cap.* 1. *de probat.* Fulgoſ. *conſ.* 61. *col.* 2. Crauet. *conſ.* 135. *n.* 5. Sunt enim illa à iure naturæ, textus *in l. ex hoc iure, de iuſtit. & iur.* quod ius non licet principi violare, ita omnes *in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtitut.* ſed de his infrà *diſput.* 3. § 2. *à n.* 210. *vſque ad n.* 213. *& ſeqq.* 100.

Confirmatur, quia vbi non eſt ſana fides, & inuiolata, non poteſt reperiri fidelis iuſtitia, ita Luc. de Pen. *in l. quoties, C. de ponderat. & auri, lib.* 10. & expreſsè *in cap. vbi,* 24. *quæſt.* 1. quamuis enim fides, ſeu fidelitas in quocunque requiratur, maximè neceſſaria eſt in principe, teſte Seneca ad Lucilium, *Fides*, inquit, *eſt ſanctiſſimum humani pectoris bonum, nulla neceſſitate ad fallendum cogitur, nullo præmio corrumpitur. Imo & hoſti congruit tenere fidem*, &c. Si ergo hoſti congruit, quis diffitebitur non congruere principi? quod fatetur *l. epiſtola inter claras, C. de ſumma Trinitate.* Fidem ergo fallere, & veritatem minuere, nefas eſt principi. Ideò *Prouerb.* 12. *n.* 19. commendatur pulchritudo veritatis in hunc modum: *Labium, inquit, veritatis erit firmum in perpetuum*, hoc eſt, labium veracis vera loquentis non flectetur, ſed erit firmum, ac ferreum. Nam veritas, auctore Stobæo *ſerm.* 50. ferrea eſt, imò adamantina, & ictibus fraudulentis percuſſa magis ſplendeſcit, vt ait Ephrem *tract. de verit.* ſuperatque ferrum, ſilices, & adamantes, neque habet duplex, ſed vnicum labium, & hoc firmum, licèt notat Lyran. d. c. 12. *quia*, inquit, *veritas non variatur de vno in aliud, ſed tantum vno ore loquitur.* 101.

Quod quam maximè conueniat principi, apertè coniicies ex illo Pſalm.118. *ne auferas de ore meo verbum veritatis vſquequaque*, & ex illo *Prouerb. 3. num.3.* ibi, *miſericordia, & veritas te non deſerant, circunda eas gutturi tuo*, quaſi torquem gemmarum ſplendore collucentem, ac ſi nihil illuſtrius, ac præſtantius dignitati regiæ addi poſſit, quàm veritatis ornamentum, ſecundùm illud, *& veritas tua in circuitu tuo.*

Quid ſi contingat regi fidem datam non ſeruari? Reſpondeo ex regula communi, ſi ex altera parte non ſeruentur conuentiones, non teneri principem ex ſua parte fidem ſeruare. Ita Bartol, *in l.ſcire debemus, in princip. num.4. ff.de verborum obligat.* Roland. *conſil.69. num.43. lib.4.* Cagnol. *in l.ſi quis maior, num. 134. C. de tranſact.* quod intellige ſi conuentiones ſint correſpectiuæ, hoc eſt, quæ fiunt contemplatione vnius propter aliud. Felin. *in cap.cum inter, num.7. de re iudic.* Ideò ſi alterum ex correſpectiuis retrocedat, omnia corruunt, *l.fin.C.de appellat.* Menochius *de præſumpt. lib.6. præſumpt.12. num.2.* multis ibi allegatis. Quocirca fidem non ſeruanti fides frangitur eidem, *l.cùm proponas, C.de pactis*, ibi, *Nec*, inquit, *aduerſario tuo tranſactione vti concedendum eſt, niſi ea, quæ placita ſunt adimplere paratus ſit, cap.peruenit, de iureiur.el 2.* ibi, *Nec tu ei, etiamſi promiſſum tuum iuramento, vel fidei obligatione interpoſita firmaſſes, aliquatenus teneris, ſi conſtat eum conditioni minimè paruiſſe*; & ibi Felin. *à num.5.* Sequitur Ruland. *d.conſil.69. num.8. 11. & 12. & num.41. & 42. vol.4.* Facit pro hoc, quòd omnes promiſſiones, & conuentiones habent ſubintellectam conditionem, ſi conuenta ſeruentur. Flamin, *de reſignat.lib.1.quæſt.3.n.42.* poſt Moëdan. *deciſ.83.* & alios *ibi.* Neque alios poteſt damnare de violata fide, qui violandi cauſam præbuit ſecundùm gloſſ. *fin. in l.2. ff. quando actio de peculio.* Aymon. *de indemnitate mulierum*, ſicut qui priùs eſt in culpa, non de alio, ſed de ſe ipſo conqueri poteſt, *l.ſocius ſocio, ff. pro ſocio.*

Cæterùm ſi conuentiones non ſint reſpectiuæ, ſed caſus ſunt ſeparati, aut diuerſi, tunc teneris ſeruare fidem tibi non ſeruanti in caſu diuerſo. Ita Cynus, Salicet. & Fulgoſ. *in l.cùm proponas, C.de pactis. cap. peruenit 2.* & Doctor. *ibidem, de iureiurand. & cap.fruſtra, de regul.iur.in 6.* & Abbas *in cap.an ſit, num.6. de appellat.* Idem Abbas *in d.cap.peruenit*, & Angel. *in l.ſeruum, ff.de verborum obligat.* Eodem modo non eſt ſeruanda fides in malis promiſſis, *cap.in malis, de regulis iuris.* Molin. *tom.1.de inſtit. diſput.111. §.ſi promiſſum*, quamuis promiſſio ſit iurata, cùm iuramentum non ſit vinculum iniquitatis. Quod ſi promiſſum iniuſtè acceptum ſit, non tamen de re iniuſta ab hoſtibus, & iniuſtè exigatur, tenebitur tamen promittens petere relaxationem iuramenti à prælato, vt poſſit non adimplere, non tamen malè faciet, ſi impleat iuramentum, ex *cap.debitores, de iureiurand.* quia quamuis iniuſtè exigatur, cùm non ſit de re iniuſta, neque intrinſecè mala, obligat ſub mortali. Molin. *vbi ſuprà, §.ſequenti*, vbi loquitur de re diuerſa, iniuſtè tamen ab hoſtibus exacta, non tamen ex obiecto iniqua, ac mala, vt *in §.ſuperiore*, quia non expedit tunc obſeruari etiam accedente iuramento, per text. *in l.generaliter, ff.de verborum obligat.* Denique etiam quando hoſtis, vel alius non ſeruat fidem mihi datam, non proinde poſſum violare fidem ex parte mea, ſi conuentum fuit, vt ille, qui fidem falleret, ſolueret alteri in pœnam tot aureos nummos, & in hoc caſu ſoluta pœna, quæ habetur pro obſeruantia contractus, teneor fidem ſeruare. Ita habetur *in l.prædia, ff.de actionibus empt.* & expreſsè habetur *in l.apud, §.Labeo, el 1. ff.de doli except.* & notat Cyn. *in l.penult. ff.de ſolut. & in l.petens, in 2.quæſt.C.de pact.*

Difficultas eſt, quomodo obligetur princeps 102.
ex contractu, naturaliter ne, & ciuiliter ſimul, an naturaliter tantùm? Obligari naturaliter opinio eſt communior. Nam talis obligatio naturalis efficax & potens eſt ad agendum, & interdum ad culpam mortalem inducendam. text. *in cap.1. de probation.* quem docent Anton. Abbas, & alij. Ratio, quia princeps legibus ſuis eſt ſolutus, cum ſit ſuper ius ciuile, vt habetur *in l.princeps, C.de legibus.* Ergo non poteſt obligari ciuiliter, ſed naturaliter. Panormitanus, Felinus, & Anton. *in dicto cap.1. de probation.* quos referens ſequitur ſapientiſſimus præceptor meus Rebel. *2.part. de obligat.iuſtit.lib.1.quæſt.8.ſect.1.num.9.*

Nihilominus verius puto principem non ſo- 103.
lùm obligari naturaliter, ſed etiam ciuiliter; quia quamuis ſit legibus ſolutus, ſecundùm tamen leges viuere, & agere debet, *l.digna vox, C. de legib.* cum lex à Deo procedat, & teſte Cicerone *in 1. Philipp.* ſit à numine Deorum tracta ratio. Item, quia ex eo, quod vult contractum inire cum ſubdito, ſubmittit ſe legibus contrahentium. Bald. *in dict.l.princeps, C.de legibus.* Abbas *in dict. cap.1.de probat.* Alberic. *in l.1. ff.de officio procur. Cæſ.* vbi habetur quòd per aditionem hæreditatis princeps efficaciter obligatur. Ergo dicendum eſt non ſolùm naturaliter, ſed etiam ciuiliter obligari principem ex contractu cum ſubditis inito. Quibus accedit Caſtal. *in ſuo tractat.de Imperatore, quæſt.111.verſ.81. & quæſt.116.* Anton.Gomez *2.variarum reſolut.cap.1.num.1.* & alij, quibus eſt comes Roland. *tom.2. conſ.1. num.29.* vbi ait obligari de iure gentium, ac de iure ciuili, quod naturalis ratio ciuili ratione operatur, per text. *in l.bona fides, ff.de poſſ.* aliàs ſi princeps non obligetur ex contractu ciuiliter, nec ſubditus illi obligabitur ratione correlatiui. Idem Roland, *tom.4.conſ.69.num.17.* poſt multos.

Ex dictis conſtat principem teneri ſtare con- 104.
tractui inito cum ſubditis, ex illóque obligari iuxta Bartol. Bald. & alios *in d.l.digna vox. & in cap.1. de probat.* adeò vt nequeat contrauenire pacto de plenitudine poteſtatis, vt volunt Paulus de Caſtr. *in d.l.digna vox.* Pariſ. *conſ.11. num.125. vol.1.* Bald. *in l.1. ff.de pact.* Eſt enim graue delictum recedere a contractu, & violare fidem. Ob id Philoſophus nihil magis ſuadebat Alexandro Macedoni, quàm vt datam fidem ſeruaret, teſtis eſt Plutarchus, & Quintus Curtius *in Alexandri vita*, cuius virtutis exemplo nos docuit Attilius ille Regulus, de quo apud Ciceronem *in officijs*, vt meminit etiam Menoch. *tom.4. 1.conſil.75. num.42.*

Secundò patet obligari ciuiliter ex contractu 105.
principem, quià contrahendo ſuſtinet perſonam priuati potiùs, quàm principis, vt in ſpecie reſoluit Bald. *in cap.de natura feudorum.* Quamuis enim princeps ſit ſupra leges, à ſe conditas, non tamen eſt ſupra rationem naturalem, ac contractus, ex quibus obligatur, in quibus ſtandum eſt iuri communi eodem modo, quo ſtatur inter priuatos, & ſic contractus eſt ſeruandus

de

de iure ciuili, ſiquidem legibus viuere volumus; vt ait Imperator *in d. l. digna vox, C. de legibus*, & Socin. *conſ. 76. num. 3. vol. 1.* pro quo etiam facit Valasc. *tom. 2. conſult. 132. num. 6.* quatenus ait principem in contractibus pro priuato eſſe reputandum ſecundum *cap. 1.* & ibi ſcribentes *de probat.* Igitur rex ſi cenſetur priuatus dum contrahit cum ſubdito, obligatur ciuiliter, & naturaliter, ſicut quilibet priuatus. Quod in dubio eſt tenendum, cùm princeps ita contrahendo videatur ſe iuri communi ſubiicere, notat Bald. *in l. ex imperfecto, C. de teſtam:* per textum *in l. eſt receptum, ff. de iuriſd. omn. iudic.*

Quam etiam partem tuetur Molin. *tom. 2. de iuſtit. diſput. 261. ad finem*, poſt Antonium Gomez citat. & Padilha *l. interpoſitas, n. 37. C. de tranſact.*
106. ob aſſignatas rationes; tum etiam, quia ſi princeps tenetatur, quamuis non poſſit cogi ad implendum contractum, obligatur tamen iure naturali. Qui-
107. bus rebus bene expenſis ſequitur verius eſſe multo, poſſe principem obligari ciuiliter ad ſtandum contractibus initis cum ſubditis; alioquin non datur æqualitas inter contrahentes, & in conſequentiam datur iniuſtitia. Fauet noſtræ opinioni praxis quotidiana, in qua videmus cauſas principis circa contractus, & alias quæſtiones cum ſubditis habitas, ſiue pro, ſiue contra, decidi à Senatu regio, quia obligatur ciuiliter, quod tanquam verius tenet D. Gabriel Pereira *deciſ.* 120. *num.* 5. multis ibi allegatis.

108. Sed quid ſi communitas aliqua contrahat cum principe, illique ſe obliget ad certos reditus ſoluendos quotannis pro cuſtodiendo mari præ hoſtibus inuio, atque infeſto? Reſpondeo, vt talis conuentio ſit licita, opus eſſe, vt princeps non habeat reditus ſufficientes ad parandam claſſem, & ad defendendum mare. Quia ſi habet de ſuo non poteſt inire talem contractum, per textum *in l. 6. C. vt ruſtica, lib. 11.* Facit etiam text. *in cap. cum ab omni, de vita & honeſt. cleric.* vbi principi deputantur reditus, ex quibus viuat, & non exigat à ſubditis maiores reditus, ne videatur ſubditos ſpoliare: debet enim ſuis reditibus eſſe contentus, per text. *in §. illud, el 2. in fin. verſ. nos autem, in Authent. vt ſine quoquo ſuffrag.* vbi ſic ait Imperator, ibi, *Nos autem imperio ſufficiẽtem quæſtum putamus, vt collatores ſola fiſcalia tributa conferant, & nihil aliud extrinſecus quæratur, quo ſubiectus quietem commoueant vitam.* ſic ille.

Ex quo reſponſo rex tenetur tutari mare, ac defendere ſuis ſumptibus ſubditos nauigantes per mare, cuius eſt dominus, quia mare eſt illius, cuius eſt terra, cui adiacet. Gloſſa *in cap. vbi periculum, §. porro, ſuper verb. territorium, de elect. in 6.* Bald. *in cap. 1. in princip. quibus modis feudum amittatur.* Extra verò territorium, ac fines ſui maris, ac regni ſubditos, ac vaſſallos non tenetur rex defendere. Angel. *in l. ne quid, ff. de incendio, ruina, naufragio.* Gregorius Lopez *in l. fin. tit. 20. part. 2. in gloſſ. verb. la miſſiones, que ouieren de fa-*. Vbi ait principem non debere de nouo vectigalia imponere, quia ſufficiunt reditus regni, [illegible]que ſubditos liberare ab incurſibus latronum, quod eſt de mente Archid. *in cap. ſi quis [illegible] 34. quæſt. 3.* Luc. de Pen. *in l. 1. col. 6. ad fin. C. [illegible] ad nullum obſequium deuo lib. 11.* expendens [illegible] Imperatoris, *ſola fiſcalia tributa*,
109. quaſi dicat non eſſe integrum regi tueri regnum de ſubſtantia ſubditorum, ſed de tributis iam exceptis a populo. Conſentit Afflict. *in tit. quæ ſint Regaſ. Regim. Chriſt. Reipubl.*

*regalia, in verb. vectigalia, num. 8.* Ergo ſicut rex tenetur in terra ſeruare iuſtitiam, & defendere ab incurſibus latronum cum reditibus regni ſui; ita quoque tenetur defendere ciues à piratis, qui graſſantur in mari adiacente terris ſuis, ac regno ſuis ſumptibus, & expenſis, nulla propter id de nouo a populo largitione expectata. Ratio, quia continuò a nauigantibus tributum ſoluitur; igitur nauigantes debet defendere. Ita expreſſe Garcia *de expenſis, cap. 21. num. 35.* conſultus reſpondit regi Philippo, quem ſequitur Bobadil. *lib. 2. c. 16. n. 49.* & Maſtrill. *de magiſtratib. lib. 3. cap. 1.* addens *num. 40. & ſequent.* principem pro iuribus regalibus ſibi ſeruatis operas ſuas conduxiſſe, ideóque teneri latronum rapinas ſubditis de ſuo reſarcire. Quod etiam docuit Cancer. *variarum lib. 2. tit. 2. num. 91.* & Borrell. *de præſt. Reg.* quos ibi ſequitur. Facit *l. 2. tit. 10. part. 2.* ibi, *La terceira guardaes del daño, que les podria venir de los de fuera, que ſi entendie per los enemigos, ca dellos les deue el guardar*, hoc eſt, princeps *en tolas las maneras.* Congruit *l. congruit, ff. de off. præſid.* iuncta *l. 1. C. de claſſicis*, & ibi Bart. & Luc. de Pen. vbi probat lex illa expenſas, quæ fiunt in conſtruenda claſſe ad piratas repellendos regi competere, qui vectigalia a nauigantibus capit, quique tenetur non ſolùm intra fines regni, ſed etiam in mari adiacente ſuos tueri, quos ſequitur Gregorius Lopez *in d. l. fin. tit. 20. part. 2.* aliis ibi relatis. Ex quibus patet quid dicendum ſit de contractu trium, pro centum, ſi fortè perſeuerat.

Portò exhauſtis, & conſumptis principis opi- 110.
bus pro neceſſitate reipublicæ defendendæ, vel ad arcendos piratas, poteſt princeps ſimiles contractus inire cum republica, vel cum locis maritimis, & pro his omnibus deuenire poteſt ad collectas, per Authent. *vt iudices ſine quoquo ſuffragio, §. oportet, collat. 2.* & habetur *in l. ſi quis in hoc genus, C. de Epiſcop. & cler.* Paul. de Caſtr. *in l. neminem, C. de ſacroſ. Eccleſ.* Pariſ. *conſ. 25. n. 65. lib. 1.* Socin. iun. *conſ. 98. num. 10. vol. 3.* Guid. Pap. *q. 551. & in ſingul. 13.* vbi voluit deficiente regio marſupio, ac ſubſtantia, poſſe ſubditos grauari in ſubſidium pro defendendo regno, ac proprio mari. Hinc tamen oritur obligatio ex iuſtitia defendendi ſubditos. Bald. *in l. ex hoc iure, ad fin. ff. de iuſtit. & iur.* & Iacob. de Sanct. Georg. *in tract. de homag. col. 16. verſ. nunc quæro.* Nec obſtat non videri inter principem, & ſubditos poſſe eſſe obligationem de iuſtitia ex defectu æqualitatis: quia ratione contractus datur obligatio de iuſtitia inter eos. Rebel. *de iuſtit. vbi ſupra, ſect. 1. n. 14.*

Vnde ſi communitas promiſit certam ſummam principi pro defendendo mari, ipſéque non faciat, non poterit in conſcientia tributum eam in rem impoſitum exigere, niſi fortaſſis illud in aliud quidpiam æquè vtile reipublicæ expendat; ipſius enim eſt videre quid magis è re communi ſit. Quare quamuis impoſitio tributi in certum aliquod opus videatur inuoluere contractum aliquem inter principem & communitatem, atque in contractibus vno deficiente, alter non teneatur ſeruare fidem, Ludouicus Gomez *in l. ſi pecuniam, ff. de condit. cauſa data*, per quam legem, qui alteri dedit, vel ſoluit, poteſt repetere ab eo, cui dedit, text. *in l. 3. §. idem erit, verſic. planè ſi tibi, ff. eodem.* Gregorius Lopez aliis ibi relatis, *in l. 3. part. 3. tit. 6.* quæ procedunt in vtroque foro. Molin. *tom. 2. diſp. 258. concl. 2.* & Rebel. ſuprà ſcriptus *q. 3. ſect. 3. n. 18.* Garcia *de expenſ. n. 34. & ſeqq.*

Atque ita principe non faciente illud ad quod tributum exigebat, videretur communitas non teneri illud ſoluere, quia tamen poteſt princeps illud alteri operi applicare, ſicut poſſet pro illo nouum imponere, vix vnquam poterit communitas iuſte negare eiuſmodi tributum, etiamſi non impendatur in illud ipſum opus, in quod primò fuerat indictum.

111. Huic proxima eſt difficultas, an princeps teneatur ſeruare fidem datam ab anteceſſore, & ſtare promiſſionibus illius? Affirmat in terminis Iaſ. *conſ.1. num.1. lib.1.* ſiue ſuccedat in principatu per ſucceſſionem, ſiue per electionem, vt Imperator, ſeu Papa, dummodo pertineant pacta, ſeu promiſſa ad dignitatem. Sequitur Bald. *conſil.359. vol.1. & in l.1.* & *ibi* ſcribentes *ff. de conſtit. princip.* Capic. *deciſ.121. col.5.* Menoch. *conſil.201. num.178. & conſ.264. num.17.* poſt Decianum *conſil.35. num.6. lib.1.* ex eo fundamento, quia dignitas prædeceſſoris, & ſucceſſoris eſt eadem, nec moritur *§. illud, in Authent. de conſtitut. quæ de dignitat.* & *cap. ſi gratioſe, de reſcriptis in 6.* Ludouic. de Gabell. *concluſ. vnica, num.122.* & Anton. Gabriel *lib.3. concluſ. tit. de iure, quæ ſi non tol. concluſ.5. num.2.* vbi docent non poſſe ſucceſſorem in dignitate reuocare ſimilia pacta, quæ eſt communis ſecundùm Bald. & Caſtrenſ. *in d.l. digna vox, C. de legib.* & Cynus *ibi*, & Alberic. *verſ. aut contrahendo.* Oldrad. *conſ.94. in fine, verſ. ſed quid in caſu præſenti.*

Procedunt ſupradicta etiamſi ſucceſſor in dignitate non ſit hæres prædeceſſoris. Lofred. *conſil.38.* & Alberic. *vbi proxime, verſ. enim quæritur*; quin potius docent Decius *conſ.286. & in cap.1. de probat.* Socin. *conſil.86. num.14. vol.4.* & Caſtrenſ. *in d.l. digna vox*, non poſſe principem etiam de plenitudine poteſtatis huiuſmodi contractus reuocare, etiam quando celebrati ſunt cum ſub-

112. ditis; ſequitur Alexand. *conſ. fin. num.4.* Quare non debet audiri Baldus ſibi contrarius *in tit. de pac. conſtant. in verb. ſucceſſorum noſtrorum*, dicens contractum anteceſſorum non obligare ſucceſſorem in dignitate, quia pár in parem non habet imperium, per *l. nam & magiſtratus, ff. de recept. arbitr.* cùm locis *vbi ſupra*, aſſeruerit cum communi à ſucceſſoribus eſſe obſeruanda pacta à prædeceſſore ſub nomine dignitatis inita, quia dignitas ſemper durat, quam contractus ligauit, & pacta affecerunt, & conſequenter affecerunt, & ligarunt ſucceſſorem, qui eſt adminiſtrator dignitatis. Natta contra Baldum ad rem non loquutum *conſ.122. n.9. lib.1.* quo loco illum reiicit.

113. Ex dictis ſucceſſores in dignitate Eccleſiaſtica tenentur ſtare contractui inito à prædeceſſore, ſi contraxit prædeceſſor nomine officij, ſeu dignitatis, dummodo Eccleſia non ſit notabiliter læſa, tunc habet beneficium reſtitutionis in integrum; læſione verò non inuenta ſucceſſores tenentur ſtare contractibus per *l. tutelo, ff. de adminiſtratione tutorum*, ſi in huiuſmodi contractibus ſolemnitas interueniat neceſſaria. Ita Molin. *tom 2. de iuſtitia, diſput.466.* Couarr. 2. *variarum reſolut. cap.15. num.6.* Molin. *lib.1. de primogen. cap.21. num.2.* Accedit Bertach. *4. part. de poteſtate Epiſcopi in temporalibus, num.187.* poſt Bald. *in cap. qui ſuc.* & gloſſ. notabilis *in cap. fin. de pactis, in 6.* quod ſi contractus fiat nomine proprio, non verò officij, vel dignitatis, non obligatur ſucceſſor ſtare contractui. Bertach. *vbi ſupra*, & Molin. citatus *tom.2. diſp.492. §. quod denique attinet.* vbi ait non teneri in hoc caſu ſucceſſorem in beneficio ſtare locationi a prædeceſſore factæ.

Excipiuntur varij caſus, in quibus ſucceſſores non tenentur ſtare pactis a prædeceſſore initis. 114.
Primus, quando contractus etiam iuratus tendit in diminutionem notabilem regni, ac dignitatis regiæ. Bart. *in l. prohibere, §. planè quod vi, aut clam*, per *cap. intellecto, de iureiurand.* Socinus *conſil.7. col.1. vol.3.* Afflict. *cap.1. num.73. qui feud. dare poſſunt.* vbi volunt contractus non eſſe obſeruandos a ſucceſſoribus, neque eſſe validos, cùm tendunt in maximum detrimentum coronæ: ſequitur Molin. *de primogen. lib.1. cap.3. num.18.* multis ibi citatis, quibus accedit Cabedo *2. part. deciſ.19. num.1.* poſt Bald. *conſil.271. col.2. vol.1. & conſ.158. col.2. vol.3.* dicentem corruere ordinationem a Rege factam in detrimentum regni, eo quòd rex habet curam regni, non autem dilapidationem. Et quamuis princeps de rebus regni poſſit contrahere, & donare per textum *in l. idem Iulian. 6. fin. ff. de legat.1.* hoc procedit, quando contractus non redundat enormiter in detrimentum regni *dicto cap. intellecto*, & Albaro. *in cap.1. in princip. de his, qui feud. dare poſſunt.*

Secundus, in quo ſucceſſor non poteſt ſtare contractui, eſt, quando aſſurgit maxima neceſſitas, & tunc periclitaretur publica vtilitas vehementer, ſi huiuſmodi pacta à prædeceſſore inita ſucceſſor obſeruaret. ita Bald. *in conſil.240. vol.4.* quia tunc non erit iuſtum conuentiones prædeceſſoris ratas habere, niſi pro tempore, quo id fuerit iuſtum. vt bene notat Afflict. *in conſtitut. officior. in 2. notab. ex gloſſ. in cap. ex litteris, in fine, de reſcript.* pro quo facit Abb. *in conſ.34. num.15.* dicens contractum ab initio bonum, ſi poſtea rebus mutatis contineat enormem læſionem, labente tempore poſſe reuocari, vel reduci ad æquitatem, ſi contractus ſit ſucceſſiuus, & reſpiciat tempora futura. Baldus *conſil.406. colum.2. volum.5.* & Cardin. *in Clement. præſenti, ad finem, de cenſib.*

Huc pertinet dubitatio, an ſucceſſor teneatur ſoluere debita regis prædeceſſoris, cui ſuccedit? 115.
Aliqui affirmant ex *l.4. tit.15. part.2.* vbi aſſeritur ſucceſſorem in regno debere, & teneri perſoluere debita anteceſſoris, ibi: *E otro ſi pagar ſus deudas y en cumplir ſus mandas, y en hazer algo a los ſuyos.* Non tamen addunt ad id teneri de iuſtitia, ſed ſolùm de honeſtate, quaſi verecundum ſit regi debita prædeceſſoris defuncti non ſoluere. Dicendum tamen eſt non de honeſtate, ſed de iuſtitia ad id obligari, ſi ſuccedat in regno iure hæreditario. Ita Coſta *quæſt. de patruo, & nepote, part.3. num.9.* & probatur ex *d. l.4. verbo, ſus deudas*, & infra, *Tenudo eſt por derecho, y por bien eſtança de fazer eſtas coſas por El Rey finado.* Quæ verba non fuerunt orioſè poſita a legum conditoribus, vt bene notat Garcia *de expenſ. cap.16. num.15.* Atque ita obligandus eſt ſucceſſor ad ſoluendum debita mortui regis, etiamſi non ſit hæres illius ſecundùm verba eiuſdem legis, *y ſegun iuſticia, y derecho pues que fica en ſu lugar, y hereda ſus bienes*; vbi lex duas cauſas aſſignat inter ſe diuerſas, ob quas tenetur nouus rex ſoluere debita defuncti. Primam, quòd rex nouus ſuccedat loco illius, quaſi dicat, qui ſuccedat in honore, debet ſuccedere in onere. Secundam, quòd eſt hæres illius. Non tamen debent hæc duo ſimul concurrere,

vt obligetur ad debita ſoluenda, ſed ſatis eſt, quòd ſuccedat in regno, vel quòd ſit hæres, cum ſint diuerſa; quod ſi ſimul concurrant, multò fortiùs tenebitur ſoluere.

Neque obſtat Molin. *lib. 1. de primogen. cap. 10. num. 30.* poſt aliòs dicens ad id teneri regem ex honeſtate, ſiquidem *l. 4.* obligat regem ſucceſſorem ad erogandam eleemoſynam, & ad facienda ſacra pro anima regis defuncti: atqui rex ſuccedens, ſi non eſt hæres, non tenetur de iuſtitia ad hæc pia facienda pro anima defuncti, ſed tantùm ex honeſtate. Ergo nec ad debita ſoluenda tenetur ex neceſſitate, ſed ex honeſtate. Reſpondeo ad vtrumque teneri ex iuſtitia. Probatur ex verbis ipſius legis 4. ibi, *y ſegun iuſticia, y derecho*, vbi loquitur de eleemoſynis, ac de Miſſis & orationibus faciendis pro anima defuncti, ante omnia dicens ad hæc teneri ex iure. Probatur ex traditis etiam à Bertach. *de poteſt. Epiſcop. 4. part. n. 193.* dicente prælatum ſucceſſorem teneri ad ſoluendas expenſas funeris, & ad ſumptus infirmitatis ſui prædeceſſoris, quia Eccleſia in qua nouus prælatus ſuccedit, hæc omnia tenetur præſtare ex ſuis bonis prælato defuncto ratione alimentorum, debereque prælatum ſepelire ſumptibus Eccleſiæ, vbi id variis capitibus latè probat poſt Petr. de Peruſ. *in tract. canonica paroc. cap.* 8. vbi etiam plenè vide cuius ſumptibus ſit ſepeliendus Papa, & Cardinales: ergo nouus rex ad hæc omnia tenetur præſtare regi defuncto, ratione ſucceſſionis ex bonis ipſius regni.

Relicta verò diſpoſitione huius legis 4. abſolutè dico reges ex eo quòd ſuccedant in regno teneri ſoluere debita prædeceſſorum, ſi in vtilitatem regni fuerunt contracta, quod extenditur etiam ad reges per electionem ſuccedentes & à fortiori ſi ſint hæredes defunctorum. Ita Tiraq. *de primogen. q. 35. n. 25.* Molin. Theolog. *diſp. 641. de maiorat. n. 7.* Rebell. *lib. 7. de expenſ. q. 9. ſect. 2. n. 13.* Gomez *in l. 40. Tauri, à n. 72. §. ſed aduertendum*, vbi id tradunt. Conſtat ex textu *in l. domos*
115 *hæreditarias ff. de legat.* 1. in qua habetur poſſe repetere factorem ſumptus in re ſubiecta reſtitutioni vtiliter factos, quam partem communiter ſcribentes ibi ſequuntur: ſicut ſucceſſor in beneficio, vel dignitate Eccleſiaſtica tenetur ſoluere debita à ſuo prædeceſſore contracta pro neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ, per textum expreſſum *in cap. 1. de ſolut.* ſecus ſi debita contrahantur pro neceſſitate propria, vt habetur *in cap. ex præſentium, de pignor.* tunc enim non tenetur ſucceſſor ſoluere. Quare minus recte Barboſ. Vimaranenſi *in remiſſionib. ad lib. 4. tit. 101. §. vnic. n. 3.* videtur dixiſſe D. Marta *de iuriſdict. part. 1. cap. 29. à num. 21.* vbi decidit ſucceſſores in regno hæreditario obligari ad debita, ac pacta regis defuncti, non tamen ad debita, ac conuentiones regum, qui per electionem creantur, quod non placet.

---

## §. II.

### *Quod Princeps auaritiam, & habendi cupiditatem deteſtari, & à ſe acriter amoliri debeat?*

EPITOME.

116 *Principes, caueant ab auaritia, vt eam habeant odio.*
117 *Reges debent imperare pecuniæ, non verò ancillari.*
118 *Peccat princeps regna iniuſtè acquirendo, vel iniuſtè retinendo.*
119 *Peccat princeps ſi negligens ſit in reficiendo regno, vel cuſtodiendis vijs.*
120 *Peccat princeps ſi abſque cauſa grauet populum tributis.*
121 *An princeps poſſit vendere officia publica? pars negans eſt probabilis.*
122 *Inferiores ſummo principe non poſſunt vendere officia publica.*
123 *Supremos principes poſſe vendere, probabilius eſt.*
124 *De Iure Luſitano non poſſunt vendi abſque licentia Regis.*
125 *Venditio, & emptio eſt nulla ante latam ſententiam.*
126 *Dictio*, non poteſt, *ſeu*, non poſſit, *reddunt actum nullum.*
127 *Vendens officium non illud amittit ante latam ſententiam, nec pretium.*
128 *Summo principi non expedit vendere officia.*
129 *Multa requiruntur, vt venditio officiorum ſit iuſta.*
130 *Prohibetur à Pio V. venditio officiorum.*
131 *Non extenditur prohibitio Papalis ad officia carentia iuriſdictione.*
132 *Venditio officij habentis iuriſdictionem, eſt ſcrupuloſa.*
133 *Officia Eccleſiaſtica nullatenus vendi poſſunt.*
134 *Epiſcopi quando poſſint vendere officia ſecularia.*
135 *Magnates poſſunt conferre officia pro meritis.*
136 *Incommoda, quæ ſequuntur ex venditione indigno facta.*

PRINCIPI auaritia, & habendi vehemens cupiditas, vehementer fugienda eſt, teſte Cicerone dicente, *Nullum eſſe officium tam ſanctum, atque ſolemne, quod non auaritia comminuere, atque violare ſoleat, neque vllum vitium eſſe tetrius præſertim in principibus, & reipublicæ gubernatoribus, quàm auaritia.* Hæc enim cum cæca ſit, animos regum cæcat, & lumen oculorum omnino eripit, & bellorum, ac cædium præcipua omnium, vt plurimum, cauſa eſt, auctore eodem Cicerone *in Piſon.* adeo, vt quamuis principes rerum geſtarum gloriam, ac laudem non vulgarem terra, marique fuerint aſſequuti, hoc vno vitio auaritiæ omnia illuſtria deturpent. Quod Plutarch. *in vita Marci Craſſi*, de eo prædixit his verbis: *Perhibent Romani multarum Craſſi virtutum vnum hoc vitium luminibus obſtruxiſſe auaritiam; in ſpecie quidem erat vnum, attamen omnium in eo vitiorum, cum eſſet valentiſſimum, offuſcauit cætera.* Neque immeritò cùm, teſte Seneca, auaritia ſit vehementiſſima humani generis peſtis, illique nihil ſatis ſit. Nam quanquam multum habeat auarus, plus cupit, quod eſt argumentum nondum ſatis habere, & vt ait Hieronymus ad Paulin. *Auaro tam deeſt, quod habet, quàm quod non habet.* Idcirco Zonar. loquens de Imperatore Mauritio in vita ipſius, narránſque calamitates auari iugo minitantes, ſic ait, *Pluribus victorijs illuſtris omnem principatus ſui laudem peſſimo auaritiæ crimine imperator contaminauit, imperiique capitiſque ſui interitum accelerauit*, &c. 116.

Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.

Oportet ergo vt princeps malo alieno diſcat, ſi cupit imperij ſui fines prolatare, auaritiæ non ſtudere, cum ipſa modum ignoret, imò omnia deuotans, neſciat penitus ſatiari: quin potius deſideratis rebus vbi potitur non extinguitur, ſed augetur, & ſecundùm Auguſtin. *auarus inferno ſimilis eſt; nam ſicut iſte nunquam dicit ſatis eſt, ſic auaro nunquam ſufficient omnes theſauri, ſi in ipſum confluant.* Eſt ergo auaritia tanquam quid pernicioſum valde à principe præcauenda; aliter enim nec ſibi, nec reipublicæ pro virili poterit conſulere; nec ſe, nec alios regere; ideò Ietro ad Moyſem *Exod.* 18. conſilio præſtito dixit, ſi vellet officij ſibi commiſſi partes ſtudioſè agere, vt eligeret ſocios ſapientes veritatis amantiſſimos, & auaritiæ hoſtes. *Prouide*, inquit, *de omni plebe viros ſapientes, & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam.* Vbi Caietan. declarat ad rempublicam gubernandam non ſufficere principi eſſe alienum ab auaritia, ſed opus eſſe, vt maximo odio illam proſequatur. Nam nec gubernatores, nec iudices illoris manibus ſuo officio fungentur, niſi ſint odientes auaritiam. Nam auarus cum omnibus careat, omnia concupiſcit, & ſuæ miſeriæ ipſe cauſa eſt. Proinde Exod. 23. *Non declinabis*, inquit, *in iudicium pauperis*, ſeu vt in Hebræu legitur, *in iudicium cupidi*, hoc eſt auari, quaſi dicat, Non poteſt inuiolabiliter ab auaro tractari, qui omnia concupiſcit, & pecuniam alienam impatientiùs amat, quàm vitam ſuam, & quod peius eſt, vt ait Seneca de natur. quæſt. *auarus quidquid omnibus aufert, ſibi ipſi negat.*
117. Pecuniæ igitur imperare oportet, ac dominari auaritiæ, non ſeruire. Pecunia ſi vti ſcias, ancilla eſt, ſi neſcias, domina. Porrò cum princeps natus ſit ad imperandum, & dominandum, non debet auaritiæ, atque pecuniæ ancillari, nec ea vitia admittere, quæ de auaritia & de immoderata habendi cupiditate promanant, tanquam de fonte. Quin ſi credimus Auguſt. *de lib. arbit. lib.* 3. auaritia non in ſolo argento, ſed in omnibus rebus quæ immoderatè appetuntur, conſpicitur. Quod conſtat etiam ex D. Thom. 1. *part. quæſt.* 63. *art.* 2 *&* 2.2. *quæſt.* 118. *art.* 1. ſecundùm quem habetur, auaritiam eſſe inordinatum amorem habendi, *quo nihil eſt ſceleſtius*, vt habetur *Eccleſ.* 10. ſeu, vt alij legunt, *nihil eſt iniquius.*

Ex hoc capite princeps peccabit, ſi ductus immoderato deſiderio habendi, alienum concupiſcit, ſicut alter Achab, qui propter auaritiam Naboth vineam auferre moliebatur 3. *Regum* 21. quod cùm non potuiſſet, *auertit*, inquit, *faciem ſuam ad parietem, & non comedit panem.* Quo loci Ambroſius *lib. 3. de Naboth, cap.* 3. ait: *Non manducauit panem ſuum rex Achab, quoniam quærebat alienum:* vel, *non manducauit panem ſuum volens ſe morte mulctare, quòd ei aliquid negaretur*, quaſi diceret, auaros, & vehementer alieni cupidos potiùs velle perire, quàm alienum à ſe abdicare. Concinit illud Senecæ in prouerbiis, *auarus niſi cum moritur, nihil rectè facit.*

118. Deinde peccabit princeps, ſi regna iniuſtè acquirat, vel retineat, abſque cauſa, *cap. quid culpatur, 23. quæſt. 1. cap ſæpe, de reſtitut. ſpol.* Nauarr. *in man. cap. 25. num.* 1. Azor. *part. 2. lib. 11. cap. 6. verſ. turpis admodum eſt.* Filiiuc. *tom. 2. tract. 28. cap. 8. num.* 124. Nec deſinit eſſe iniuſtum bellum, ſi duntaxat inferat ad ampliandum imperium, & vtilitatem tantummodo inferentis. Ita Molin. *tom. 1. diſp. 105. verſ. non eſt autem*, & Victoria *de iure belli, num. 12. verſ. tertia propoſitio.* dicentes iniuſtam eſſe cauſam belli, quod mouetur à principe propter gloriam propriam, aut commodum ipſius. Tunc enim exercet princeps tyrannidem, & iniuſtitiam, cùm teneatur inferre bellum, ſeu pacem procurare propter bonum commune; nec debet ſubditos, eorúmque vitas exponere manifeſto vitæ periculo, ſed priùs, quàm bellum inferat, debet examinare diligenter iuſtitiam, & cauſam belli vocatis viris ſapientiſſimis, qui maturo conſilio rem expendant; aliter peccat mortaliter cum obligatione reſarciendi damna ſubſequuta. Ita Doctores communiter, Molin. *diſput.* 103. *in princ.* & Victor. *citat. num.* 21. cùm proueniant ex immodica regnandi libidine, & auaritiæ cupiditate, quæ radix eſt omnium malorum, *cap. nam concupiſcentia, de conſtit. 47. cap. bonorum, cap. quia radix, de pœnit. diſtinct.* 2.

Similiter eandem culpam cum eodem onere contrahet princeps ſi bellum inferat in detrimentum ſuæ reipublicæ, & auctor ſit belli, aggrediatúrque hoſtem abſque viribus ſufficientibus, vel quia cum paruo, vel nullo ſuæ reipublicæ, vel boni communis commodo bellum mouet, reditúſque publicos in eo exhaurit, quæ culpa eſt contra iuſtitiam, cùm teneatur rempublicam adminiſtrare, non pro ſuo arbitratu, nec pro inani gloria ſpeciali, ſed pro bono communi; eo quòd reſpublica non eſt propter regem, ſed rex propter rempublicam, & publica communitas præferenda eſt particulari vtilitati. idem Molin. *vbi ſuprà.*

Peccabit etiam princeps ſi fuerit negligens in 119.
reficiendis arcibus regni, vnde pax reipublicæ dependet, maximè ſi præbeat occaſionem hoſtibus inuadendi regnum. Ita D. Thom. *de regimin. princip. lib. 2. cap.* 11. Item ſi non reparet publicas vias, eiſque præficiat cuſtodes, ne viatores iacturam in bonis ſuis patiantur. Idem D. Thom. *c.* 12. *&* 15. quem ſequitur Nauar. *d. cap. 25. num. 3. &* 4. Azor. *d. cap. 6. verſ. turpis quoque eſt*, & Filliuc. *ſuprà, verſ. 2. quæro.* Eodem modo ſi abſque cauſa 120.
grauet rempublicam nouis tributis & exactionibus, vel antiqua ſimulata cauſa, vel abſque ea augeat; & hoc modo congerat pecunias, notabilitérque vexet ſubditos auaritiæ cauſa abſque vllo iuſto titulo. Ita Antoninus 2. *part. tit. 1. cap.* 2. & Doctores citati, & Nauarr. *num.* 6. tenetúrque reſtituere eùm ea exigat, ſine publica neceſſitate, & à fortiori ſi ad ſuperfluos vſus, & ludos, ac prodigalitates ea imponat. Nauarr. *d. n.* 6. Summ. Confeſſor. *lib. 2. tit. 5. quæſt. 35. num.* 31.

Non hinc longè abeſt dubium, an rex poſſit 121.
vendere officia publica? Videtur negare Azor *vbi ſuprà cap. 6. verſ. peccant itidem*, vbi ait peccare, ergo videtur negare; ſicut abſolutè negat poſſe vendi de iure, gloſſ. *in cap. ſicut 1. quæſt. 6. & in cap. fin. 1. quæſt.* 3. Caietan. *in ſumm. verb. officiorum venditio.* Boer. *deciſ. 149. num.* 3. Tell. *in l.* 26. *Tau. a num.* 9. Auendan. *reſponſ. 38. & reſponſ.* 9. ſubdens rationem, quia quæ ſunt publici iuris, qualia ſunt officia publica ſecundùm *l. 1. §. huius ſtudij, ff. de inſtit. & iur.* non ſunt pretio æſtimabilia. Neque obſtat venditionem officiorum non eſſe prohibitam de iure diuino, nec naturali, vt probat Menchac. *illuſtr. quæſt. cap. 42. num. 9. ad fin.* Guilielm. *in cap. Raynut. verb. duas habens filias, num.* 52. Sot. *lib. 3. de iuſtit. quæſt. 6. art.* 4. quia ſufficit prohibitio de iure ciuili *in l. 1. ff. ad leg. Iuliam, de ambitu*; & probatur ratione illati detrimenti reipublicæ, quia qui emit officium pro pecunia, cenſetur

cenſetur virtualiter habere animum nocendi reipublicæ indebitè lucrando. Bart. & Angel. *in l.2. de sacrileg lib.11.* & *ibi* Ioan. de Pla. Item, quia [illegible]tur pauperibus, & aliis, qui ſunt inutiles ad officium exercendum, & vt plurimum peiores ſunt, & nihil alind ante oculos habent, quàm diteſcere, quique indigni ſunt officiis cum debeant eſſe probatæ vitæ, & propter ambitum digni exilio. Bald. *in l. quiſquis*, & *ibi* Salicet. *C. ſi certum petat.* Proinde iudices, ſenatores, prætores, & ſimiles reipublicæ adminiſtratores, ſi officia ſibi acquirant pecunia, fiunt incapaces eorum, & puniri debent, iuxta *l. vnic.* & *ibi* ſcribentes *C. ad leg. Iul. de ambitu*. Iuuat Ariſtot. *lib.2. Polit. cap.9.* vbi cenſet publica miniſteria vẽdere eſſe indecorum, nam qui emunt magiſtratus, iuſtitiam vendere ſolent. Sic Alexand. Seuerus, teſte Ælio Lampridio *in eius vita*. Vnde olim fertur cecidiſſe Romanorum imperium cùm magiſtratus & officia venalia eſſe cœperunt, quod multis probat exemplis Camill. Borrel. *de magiſtrat. edict. lib.1. cap.9. num.2. & num.22. cum ſeqq.* & Garcia *de magiſtrat. lib.1. cap.20. num.28.29.30. & ſeqq.* vbi vocat Romam vniuerſi orbis dominam, quando officia publica ſecundùm merita diſtribuebantur, quando autem venalia facta ſunt, dominium abiecuiſſe.

122. Cæterùm dico primò principes recognoſcentes ſuperiorem non poſſe vendere officia, neque iuriſdictiones, cum hæc non poſſint eſſe venalia per *d. l. quiſquis, C. ſi certum petat.* & habetur *in Auth. vt iudic. ſine quoque ſuffragio, §. hæc omnia.* Nauarr. *conſ.2. de empt. & vendit.* Bobadil. *lib.2. cap.16. num.20.* poſt alios ad margin. citatos.

123. Dico ſecundò principes non habentes ſuperiorem poſſe accipere pecuniam pro officio publico, cum non ſint ſubditi legibus, *l. princeps, ff. de legib.* nec ſit hoc prohibitum de iure diuino, ſed de ciuili, quod etiam prohibetur *l.8. tit.2. lib.7. recopilat.* teſte Bobadil. *d. num.20.* Idem tradit Bald. *in l. Barbar. ff. de offic. prætor.* Guilielm. *in cap. Raynutius n.52. verb. duas habens filias.* Matienſ. *4. part. dialogor. cap.10. num.4.* Leſſ. *lib.2. cap.32. dub.4. à num.25.* vbi addit officia ſæcularia non poſſe vendi, quatenus ſunt obligationes ad certas functiones, quæ propriè vocantur officium, neque quatenus habent iuſtum ſtipendium, ſed quatenus dicunt quandam eminentiam, & habent occaſionem lucrandi, & inuoluunt exceſſum ſtipendij ſupra debitum. Non poſſe autem vendi officia, quatenus ſunt obligatio ad certas functiones, ex eo patet, quia nemo poteſt vendere mihi obligationem ad quam ego ſum obſtrictus, neque ſimiliter poteſt mihi vendere iuſtum ſtipendium, ſeu ius ad ſtipendium cum ſit debitum de iuſtitia accipienti illud onus. Cætera verò quæ includuntur in officio, eminentia nimirum, & occaſio lucrandi, & commoditas, & exceſſus ſtipendij ſupra debitum, cum ſint pretio æſtimabilia, & ſint res humanæ ſæculares, poſſunt vendi à ſummo principe. Quod Idem fieri poſſe tradunt Nauarr. *ſupra num.7.* Solo *de iuſtit. lib.3. quæſt.6. art.4. in ſolut. in argum.* [illegible] *ingeris.* Baëça *de dot. cap.26. num.15.* & [illegible] accedit Cabed. *2. part. deciſ.24. num.3.* & [illegible] *de partit. cap.13. num.68.* dicens ſub haſta [illegible] ſe vidiſſe non ſemel vendi officia, quand[illegible]ficialis vita durauerit. Barboſ. *in remiſſ. lib.1 tit.[illegible] num.2. & 3.*

124. Scd quid [illegible]endum pro noſtra Luſitania? Reſpondeo de iure noſtro *lib.1. tit.95.* non poſſe vendi officia, quæcunque illa ſint abſque ſpeciali Regis facultate, ibi, *quaiſquer outros noſſos officios ſem noſſa eſpecial licença.* Vnde non omnino prohibetur venditio officiorum, ſed permittitur fieri de Regis licentia. Vide etiam hac de re *l. noſtram, lib.2. ordinat. tit.46.* & vtrobique ſub pœna amittendi officia abſque Regis licentia corrupta, & ſub aliis grauioribus pœnis prohibetur eorum venditio. Ad incurrendam tamen pœnam amiſſionis officij venditi, requiritur traditio, per quam perficitur, & conſummatur venditio, ſecundum text. *in cap.1. poſt princip. de prohib. feud. alienat.* per Lotha. ibi, *omnibus beneficijs ſuis.* atque ita non incurritur pœna, niſi ſecuta traditione, vt *in l. traditionibus, C. de pact. & in l. quoties, C. de rei vend.* Anton. Gom. *in l.45. Tauri, num.94. verſic. tamen vendere debet. & verſ. item etiam in diſpoſitione legali, & num.95. verſ. ego tamen teneo contrarium.* Cui adhæret Couarr. *2. variarum, cap.16. num.7. verſ. nec locum habere ante realem traditionem,* cùm non dicatur res alienata, niſi poſt traditionem actualem per textum expreſſum *in l. alienatum non proprie, de verborum ſignificat.* Quam etiam partem tradunt Salicet. *in l. vlt. C. de rebus alien. non alien.* & Iaſ. *in l. vlt. quæſt.19. C. de iure emphyt.* & alij; nec ſufficit celebrari contractus venditionis, nec promiſſio, ſeu conuentio vendendi, niſi ſequatur actualis traditio. Quia cum ſit pœna, debet intelligi de actu perfecto dominium transferente. *l.1. §. ſi rem depoſit. ff depoſit.* & *ibi* Bart. & Bald. & Paul.

Sed & illud dubitari oportet, an emens officium poſt ſecutam traditionem poſſit illud retinere ante latam ſententiam? Ratio dubitandi eſt, quia lex noſtra citata ait, *naon poſſaon vender os officios, nem treſpaſſar, nem renunciar em outrem ſem noſſa eſpecial licença,* &c. & infra, *eo comprador e naon poſſa hauer, o fique a nos,* hoc eſt, *officiales non poſſint vendere officia, quæ à nobis acceperunt, nec transferre, nec alijs renuntiare abſque noſtra ſpeciali licentia, & emptor illud non poſſit obtinere, ſed ad nos deuoluatur, vt illud poſtea, cui nobis placuerit, concedamus.* Ita lex. Ex quibus verbis coniicio intrepidè non poſſe emptorem etiam, ante latam ſententiam, retinere officium, quia per illud verbum *non poſſit obtinere, ſed ad nos deuoluatur,* redditur incapax emptor illius. Quod placet Molin. *tom. 1. diſp.91. verſ. ſecundò obſerua,* vbi etiam opinatur venditorem ante latam ſententiam teneri reddere pretium emptori, officium tamen credit non amitti à vendente ante latam ſententiam. Proinde poteſt illud retinere venditor, donec per ſententiam ſibi auferatur. Moueor ex verbis legis noſtræ, ibi, *E vendendo os officios perca o vendedor o preço que receber, ou eſperar de receber, e mais o dito officio,* hoc eſt, *vendendo officium amittat venditor pretium, & inſuper amittat officium:* quæ verba cum ſint de futuro, & ſimul meminerit legiſlator tam de amiſſione officij, quàm pretij; atqui pretium non amittitur ante latam ſententiam, niſi in pœnam damnetur per ſententiam; ergo nec officium. 125.

Nec obſtat, quod ſuprà diximus, vendentem abſque licentia teneri ante latam ſententiam reſtituere pretium emptori per virtutem illius verbi legis noſtræ *lib.1. tit.95.* in princ. *E o comprador o naon poſſa hauer.* Vbi diximus non poſſe emptorem retinere officium, quod ita eſt, quia verbum, *non poteſt,* ſeu *non poſſit,* reddunt actum nullum. Cùm ergo venditio, & emptio ſint nullæ per verbum, *naon poſſaon vender o comprador* 126.

*o naon poſſa hauer*, bene ſequitur dominium officij non fuiſſe abdicatum à venditore, ſed ſemper fuiſſe penes ipſum,neque ab emptore ſuiſſe comparatum,quia verbum, *non poteſt*, ſeu *non poſſit*, actum contra geſtum omnino reddunt nullum,& priuát potentia. Ita Tiraquel. multos allegans,*de leg.connub.gloſſ.4.num.1. & 9.* Couart.*cap.cũ,de teſtam.num.2.ad finem. & de pactis 2.part.§.4.n.4. verſ.ſed aduerſus.* Ratio,quia verbum,*non poteſt*, aufert poteſtatem, & impedit tranſlationem dominij,quod quamuis Bart.*in l.cùm lex,col.penult. verſ.ſed iuxta prædicta,num.6.& 7.ff.de fideiuſſor.* fateatur hanc dictionem,*non poſſit*, auferre poteſtatem,redderéque pactum nullum, negat tamen hanc poteſtatem verbo,*non poteſt*.Ratio illius eſt, quia *non poſſit* reſiſtit actui,ſecus dictio *non poteſt*.

Sed hanc diſtinctionem Bartol.reſpuunt Iaſ.*in l.ſtipulatio iſta,§.alteri,num.17.ff.de verbor.oblig.* Gutier.*in l.nemo poteſt,num.147.ff.de legat.2.* quia quoties verbo *poteſt* adiungitur dictio negatiua, negat potentiam, vt vult gloſſ. *in cap.1. in verbo, non poteſt,de regul. iur. lib.6.* ita Bald. & alij *in l. Gallus,ff.de lib.& poſthum.& in l.de his,col.1.verſ. hoc præmiſſo,*& iterum *verſ.præterea iſta lex, ff.de tranſact.* vbi ait per verbum, *non poſſint*, ſeu *non poſſunt*,reſiſti actui, neque ipſo iure valere, quod contra illum fit. Lege Tiraquel.*in d.l.4. poſt leges connub.num.1.& 9.*vbi de hac re agit ſatis,& Sanchez *lib.6.de donat.diſp.32.num.7.& diſp.38.n.20.*

127. Ex quibus ſatis liquet venditionem, & emptionem officiorum eſſe omnino nullam; non tamen pretium ipſo iure perditum,neque officium amiſſum,niſi poſt ſententiam,cùm verba,*perca o preço e odito officio*, ſint de futuro. ita Molin.*d.diſp.91. verſ.quoad officium.* Rebel. *lib.9. quæſt.18.ſect.2. num.22.*

128. Diximus non eſſe illicitum principi ſupremo vendere officia; an verò id expediat, omnes in partem negantem inclinant, quibus accedo libenter, credens plerumque hoc eſſe illicitum, & maximè reipublicæ perniciale, quia multa ex his venditionibus damna, ac detrimenta oriuntur in republica,iuxta illud Iob 12.*abundant tabernacula prædonum.* Item, quia ementes officia, non ea adminiſtrant pro bono reipublicæ, vt ratio poſtulat,ſed pro ſuo commodo,& vt recipiant pecunias pro pretio datas cum fœnore: atque ita plerumque multa iniuſtè admittuntur, vt tradit Abbas *in cap.1. & 2. ne prælati vices ſuas.* Syluest. *verb. dominium, quæſt.4.* fitque iuſtitia venalis. Quinimò res malè agitur,cum quod virtute fieri debet,pecunia tractatur. Accedit hoc modo non conferri officia dignioribus,imò ſæpiſſimè neque dignis,ſed indignis: hi enim quod non habent ex meritis, pecunia oblata ſibi acquirunt,quæ damna,atque detrimenta in rempublicam redundant, quoties diſtribuuntur officia,vel acquiruntur pecunia,vel ambitu. Quæ cum ita ſint,nullo modo id eſſe expediens tradunt Doctores communiter. Caietan.*verb.officiorum venalitas.*Nauarr.*cap.25. num.7.*D.Thom.*opuſc.21.ad Duciſſam Brabantiæ, quæſt.1.* Roſell.*in verb.reſtitutio 4.§.5.*Benedict.*in cap.Raynut. in verb.duas habens filias, à num.52. vſque ad 55.*vbi variis exemplis id demonſtrat,& huiuſmodi venditiones in notabile grauamen ſubditorum, ac iudiciorum perniciem redundare. Quibus adhæret Azor. *d. cap.6. verſ. negandum non eſt*,& Filliuc.*d.cap.8.num.137.verſ.9.quæro*,& Leſſ.*d.dub.4. cap.32. num.28.* poſt Sotum *lib.3.de iuſtit. quæſt.6. art.4.* vbi aſſignat conditiones neceſſarias, vt venditio poſſit fieri abſque iniuſtitia.
Quarum prima, ſi fiat digniori ab habente pote- 129.
ſtatem. Secunda,ſi fiat pretio moderato, & cenſeatur vtilis bono publico,cuius etiam ſententiæ ſunt alij. Regulariter tamen talis venditio non eſt licita, neque expediens reſpublicæ, vt bene definit Maſtrill. *de magiſtratib. lib.1.cap.20.n.27.* & concludunt Innoc. Abb. Ioan. Andr. & alij *in cap.1. & 2. ne prælati vices ſuas.* Valent. *2.2.q.7. diſp.5.punct.29.in fine,verſ.tertiò dico*, aſſerens id communiter eſſe illicitum.

Non eſt omittenda hoc loco conſtitutio Pij V. 130.
fœlicis recordationis edita anno Domini 1571. contra ementes, ſeu ambientes officia, dignitatéſque habentes exercitium,& adminiſtrationem iuriſdictionis, cuius meminit Nauarr.*d.c.25.n.7.* & Azor.*cap.6. citato, §. negandum non eſt*, cuius verba ſic habent: *Nemini de cætero liceat, mediante pecunia,vel ſolutione,& traditione,ac promiſſione aliarum rerum, & per interpoſitas perſonas, aut alias quouis modo faciendas aliquas dignitates,& officia exercitium,& adminiſtrationem iuriſdictionis habentia procurare,aſſequi, vel obtinere: ac ſi quis his præſentibus contraueniſſe quoquomodo dici, aut cenſeri potuerit, ipſum contrauenientem, eo ipſo confiſcationis omnium bonorum, degradationis, & amiſſionis, tam priuilegij doctoratus, quàm quorumcunque per eum obtentorum officiorum,tam ſæcularium,quam Eccleſiaſticorum, ac demum vltimi ſupplicij pœnam irremiſſibiliter incurrere volumus.* Et infrà: *Et quod vbicunque, & quandocunque compertum fuerit per interpoſitam perſonam aliquas pecunias,ſeu alias res traditas,ſeu promiſſas fuiſſe alicui curiali,ſeu familiari, vel cuicunque alteri perſonæ pro officijs, & dignitatibus iuriſdictionis adminiſtrationem habentibus, is qui officium huiuſmodi obtinuerit, ſe à præmiſſis attenta interpoſitione perſonæ huiuſmodi nullatenus excuſare queat: quinimò nulla admiſſa ignorantiæ excuſatione,eo ipſo præſumatur ſolutionem, & promiſſionem huiuſmodi de eorum,qui officia, & dignitates ſimiles obtinuerunt, conſenſu,& mandato penitus eſſe facta, eiſdémque propterea pœnis ſubiacere omnino intelligatur.* ſic conſtitutio. Hæc porrò Bulla Pij V.recepta non eſt,vt mouet Azor *lib.8. cap.7.* & non obligaret etiam niſi in terris Eccleſiæ temporali dominio ſubiectis. Cùm enim vt diximus *num.123.* liceat principi ſupremo vendere iſta officia, non potuit Pontifex illi iuri derogare,cum inde maximè nihil timendum ſit religioni, & hoc totum ad politiam temporalem ſpectet,cui non ſe immiſcet Pontifex.

His adde, ex vi huius conſtitutionis non pro- 131.
hiberi venditionem eorum officiorum, quæ carent iuriſdictione, & quæ conſiſtunt in nudo exercitio,ac miniſterio, qualia ſunt officia tabellionatus,& notoriatus, & ſimilia, quia hæc poſſunt vendi, obtenta priùs facultate à ſuperiore, dummodo venditio fiat moderato pretio,& idoneo viro,& in vtilitatem reipublicæ.Quod etiam intellige de quibuſcunque aliis officiis iuriſdictione carentibus,ſiue vendantur, ſiue conferantur à principe ſæculari. Maſtrill. *ſuprà num.22.* ſecus ſi vendantur ita clarè, aut indignis, aut iis viris, vt probabiliter credat, aut credere debeat venditor,ſeu collator eos malè vſuros officio pro ſuo quæſtu,& in detrimentum reipublicæ. Tunc enim illicitè fit cum ſint inſtituta officia in commodum reipublicæ, & conſequenter non debet fieri eorum venditio in damnum ipſius. ita Do-

Ctores

ctores communiter. Nauarr. *d. cap. 25. num. 7.* Ludouicus Lopez *lib. 1. de contractib. cap. 6. concl. 1.* Cordubenſ. *in ſumma, quæſt. 117.* & a fortiori Medina *quæſt. 26 de reſtit. §. penult.* & Gabriel *in 4. diſtinct. quæſt. 5.* qui ex natura ſua dicunt hoc eſſe illicitum cum onere reſtituendi damna ſecuta. Quanta enim mala inde ſequantur, tradit Maſtrill. *num. 40.* & Cald. Pereir. *Inſtit. de inoffic. teſtament. cap. 2. num. 10. & 11.*

132. De officiis iuriſdictionem habentibus magis timendum eſt, cum peior ſit venditio, nec careat ſcandalo, & quamuis adhibeatur circunſpectio, & accurata conſideratio, ſemper eorum venditio redditur ſcrupuloſa, ac patet ſcandalo, cum inde occaſio violandi omnia iura ſuboriatur. Ita Sotus *de iuſt. & iur. lib. 3. quæſt. 6. art. 4. ad 2.* Ludouicus Lopez *d. cap. 6. concl. 3.* Rebell. *in d. quæſt. 18. ſect. 2. n. 21.* Neque obſtat Caietan. *in ſumm. verb. officiorum ſæcularium venalitas.* & Bald. *in d. l. Barbarius, ff. de off. prætor.* dicentes à principe poſſe peti officia iuriſdictionem habentia prece, ac pretio, cum in principe *l. 1. in princ. ff. ad leg. Iul. de ambitu*, ceſſet, & tam iſti, quàm alij apud Chaſſan. *in catalog. part. 1. conſiderat. 60. §. alia autem*, loquantur ſpeculatiuè, ac metaphyſicè, poſſe licitè vendi hæc officia; moraliter tamen, & practice licitè hoc fieri non poſſe. Quod etiam concedit Sot. vbi proximè allegatus, conſentit Aragon. 2. 2. *quæſt. 63. de acceptione perſonarum, art. 2. fol. 234. pag. 2. in princ.* vbi vult non eſſe vendenda officia iudicandi, quæ conſiſtunt in expedienda, adminiſtrandáque iuſtitia, ſed quæ in nudu exercitio, ac executione à iudicibus demandata verſantur poſt Auth. *vt iudices ſine quoquo ſuffragio fiant.* Ratio, quia iuriſdictio eſt iuris publici per text. *in l. 1. §. publicum ius, ff. de iuſt. & iur.* Ergo non expedit, nec licet vendere. Maſtrill. *d. cap. 20. n. 22. & 27.* Cabed. *2. part. num. 4.*

133. Sed quid dicendum de officiis Eccleſiaſticis, cuiuſmodi ſunt officia Viſitatoris, ſeu Vicarij generalis Epiſcopi? Reſpondeo nullatenus vendi poſſe, eo quòd venalitas eorum ſapit ſimoniam. ita Garc. *de contract. part. 1. cap. 18.* Sotus *de iuſtit. quæſt. 6 art. 4.* Lop. *d. cap. 6. concl. 4.* quod Aragon. *d. art. 2. fol. 135. pag. 1.* extendit ad officia iuriſdictionis Eccleſiaſticæ notariorum, & aliorum ſimilium, cum proximè accedant ad ſpiritualia, & videatur infici eorum venditio labe ſimoniæ, quæ cauenda eſt, & ſuſpicio illius, iuxta Concil. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 1. de reform. & ſeſſ. 24. cap. 14.*

134. Obiter nota pro Epiſcopis habentibus iuriſdictionem ſæcularem ſine recognitione ſuperioris in temporalibus, ij enim bene poſſunt vendere officia ſæcularia in maxima neceſſitate reipublicæ, non tamen ea quæ habent iuriſdictionem iudicandi, ſed inferiora, quæ verſantur in executione, dummodo viris probis, & idoneis, cum taxatione ſtipendij, ac moderato pretio vendantur. Maſtrill. *d. cap. 20. num. 47.* plures ibi allegat. Secus [illegible] enim, ſi Epiſcopi recognoſcant ſuperiorem in temporalibus, ſicut cæteri magnates; tunc enim [illegible] debent ab huiuſmodi venditione, ſicut alij [illegible]. Ita Aragon. *vbi proximè.* Cabed. *part. 2. [illegible] 14. num. 2.* & conſtat ex *lib. 1. d. tit. 46.* & Barb. [illegible] *de remiſſionib. multis ibi allegatis.*

135. Ex conſuetudine tamen immemoriali, vel ſaltem ex tacita [illegible] tia principis fas eſſe puto magnatibus in [illegible] ſuis pro meritis ſeruitiorum conferre huiuſmodi officia ſubditis, ac vaſſallis, vel etiam ad dotandas filias eorum, qui ea officia adminiſtrarunt. Item ſi fortè ipſi magnates concedant ſuis pretio eadem officia, inferiora, non credo venditiones eſſe nullas ex lege noſtra *lib. 2. tit. 46.* vbi rex prohibet magnatibus, ac dominis terrarum venditiones eorum, ſed non eas reddit ibi irritas. Quin potius lex noſtra loquitur indiſtincte cum omnibus cuiuſcunque ſtatus, conditionis, ac præeminentiæ ſint, qui à rege habuerint poteſtatem conferendi quæcunque officia, ibi, *que a noſſa fazenda, ou iuſtiça, toquem naon venda, nem mande vender nenhum dos ditos officios, nem leue dinheiro por os dar*, hoc eſt, *quæ ad bona noſtra regalia, aut iuſtitiam ſpectant, nec vendant, nec vendi iubeant aliquos ex prædictis officijs, nec ea pro pretio concedant.* Quæ prohibitio indicitur ſub pœna, vt emptor amittat officium accuſatori, cum omnibus bonis ſuis, quorum dimidium accuſatori, & alterum dimidium fiſco regio applicabitur, & ſub aliis pœnis de quibus ibi. Non tamen hæ pœnæ locum habent ante latam ſententiam; proinde officia ſic empta poſſunt retineri interim donec ſententia feratur. Ita Molin. *tom. 1. de iuſtit. diſp. 91. ad fin.* Rebell. *d. ſect. 2. n. 32.*

Illud pro coronide addendum eſt, ſi vendatur officium indigno, atque inepto à ſummo principe, vel ab aliquo de eius licentia, venditionem eſſe reſcindendam, & pretium reddendum emptori, & damna ſecuta reſtituenda ab emptore, vel à principe loco ipſius. Quod ſi princeps immoderato pretio vendat officium, & ex hoc capite emptor iniuſta ſtipendia exigat à partibus, tenetur princeps reſtituere exceſſum, non quòd fuerit occaſio, ſed quia eſt princeps, qui ex officio tenetur occurrere, non tamen occurrit; quod intellige niſi emptor damnum reſtituat, qui primo loco tenetur reſtituere. Aragon. 2. 2. *quæſt. 63. ar. 7.* Valent. *tom. 3. diſp. 5. & q. 6. punct. 3.* Molin. *lib. 1. inſtruct. confeſſ. cap. 14. §. 30.* Salon. *2. 2. quæſt. 62. art. 7. controu. 3.* Nauar. *lib. 3. de reſtit. cap. 4. part. 1. dub. vlt. num. 123.* Corduba *in ſumma, quæſt. 66. §. 2.* cùm ex officio teneatur impedire princeps damna ſuis illata, vt patebit *§. ſequenti.* 136.

## §. III.

### *Quam culpam contrahat Princeps, ſi conferat officia indignis omiſſo digno?*

EPITOME.

137 *Quando peccent principes peccatum acceptionis perſonarum.*
138 *Peccant mortaliter aſſumentes ad officia ineptos.*
139 *Aſſumentes indignos ſunt cauſa damni ſecuti.*
140 *Reges non ſunt abſolutè domini officiorum reipublicæ.*
141 *Præficere dignum omiſſo digniore eſt mortale.*
142 *Violatio iuſtitiæ diſtributiuæ non obligat ad reſtitutionem.*
143 *Petrus Nauarr. minus bene tenet contrarium.*
144 *Quæ requirantur in aſſumpto ad officium publicum.*
145 *Vtrùm ſit mortale iudicare in peccato mortali?*
146 *Iudex debet habere manus puras ab auaritia.*
147 *Accipientes vltra ſtipendium tenentur reſtituere.*

148 *Prin*

*148 Principes eenentur remouere ab officio officia-*
*les ineptos.*
*149 Magiſtratus tenentur præfigere populis tuto-*
*res idoneos.*
*150 Cum graui damno non tenetur princeps, niſi*
*pro bono publico remouere miniſtros.*
*151 Violatio charitatis non obligat ad reſtitu-*
*tionem.*
*152 Quæ culpa requiratur in principe, ac reliquis*
*magiſtratibus, vt contrahatur onus reſti-*
*tuendi.*
*153 Requiritur culpa lata, aut leuis, probabilius*
*eſt requiri latam.*
*Confeſſarius an teneatur pro pœnitente? ibid*
*ad finem.*

137. NON eſt dubium principem admittere
peccatum acceptionis perſonarum, ſi in
diſtributione officiorum, & magiſtra-
tuum ſæcularium non elegerit digniſſimos mini-
ſtros, & quamuis Caietan. *in ſumma, verb. electio*,
opinetur reges non teneri eligere digniores ad
officia, quia non ſe obligarunt ad regendam rem-
publicam meliori modo quo fieri poteſt, ſed ad
bene gubernandum. Item, quia ſunt domini ab-
ſoluti ſtorum officiorum, proinde nulli fiet iniu-
ria, ſi ea conferát pro ſuo arbitratu cuicunque vo-
138. luerint. Nihilominus dicendum eſt aſſumentes
ad officia ſæcularia ineptos, vel qui malè exiſti-
mantur adminiſtraturi officium ſibi commiſſum,
peccare mortaliter cum onere reſtituendi damna
inde ſecuta, vt dixit, & ſequitur Didacus Perez
*lib.7.ordinat.regal.tit.2.l.22.in princ.* Rebell. *1.p.*
*de obligat.lib.3.quæſt.4.num.14.concl.7.* Leſſ. *lib.7.*
*cap.32. dub.3. num.13.* Filliuc. *2.p. tract.28.cap.8.*
*num 127.* & videtur de mente Soti *lib.3.de iuſtit.*
*quæſt.6. art.4.* & eſt communis. Nauarr. expreſsè
*in cap. ſi quando, de reſcript. except.16.num.3.*

139. Probatur primò, quia qui ineptos, ſeu indignos
conſtituunt in officio, ſunt cauſa damni ſecuti,
peccántque contra iuſtitiam commutatiuam, cùm
teneantur ratione officij ſuſcepti, & ex quaſi con-
tractu ad præficiendos idoneos, ſeu dignos reipu-
blicæ gubernatores, ſiue id faciant principes ex
debito officij, ſiue id fiat ex eorum commiſſione,
quia principes, & ex officio tenentur reipublicæ
adminiſtrationem, & ex iuſtitia gerere, eiúſque
commodo vtiliter conſulere, & pericula ac detri-
menta præcauere, quod munus rectè exequi non
poſſunt, ſi ineptos gubernatores, indignóſque of-
ficiales reipublicæ præficiant. Proinde peccant
contra iuſtitiam, ſi miniſtros ineptos eligant, cum
onere reſarciẽdi damna data. Similiter ſi ex
commiſſione fiat prouiſio de ineptis, aut indi-
gnis, tenentur commiſſione vtentes ſub peccato,
& ſub onere compenſandi, rectè exequi ſibi mu-
nus impoſitum, quia reſpublica ius habet ad hoc
propter vectigalia, ac decimas, quibus principem
alit. Ita Doctores ſuprà citati *l. ſi ſeruus, §. Procu-*
*lus, ff. ad leg. Aquil.* Nauarr. *vbi ſuprà.*

140. Ex quibus ſequitur reges non bene gubernare,
quandò præficiunt reipublicæ regimini ineptos,
cùm non ſint domini abſoluti officiorum reipu-
blicæ, & conſequenter nequeunt pro libito de il-
lis diſponere in propriam vtilitatem, ſed tenen-
tur ea diſtribuere, prout magis expedierit bono
publico. Ita Sotus *vbi ſupra*, poſt Adrianum, *de*
*reſtitut. in quadam quæſt. de eo, qui mutuat pecunias*
*regi pro officio conſequendo.* Aragon. *vbi ſupra, §. ad*
*vltimum argumentum.* Item, quia reſpublica in
transferenda poteſtate principem ea lege transtu-
lit, vt ipſe præficeret non quoſcunque, ſed reipu-
blicæ aptiores, & vtiliores miniſtros. Aliter enim
ſibi potius pernicialis, quàm vtilis reſpublica
cenſeretur. Aragon. *quæſt.63.art.2. & §. & ...ad*
*argumenta.*

Quod ſi princeps prætermittat digniorem, & 141.
præficiat dignum, peccat ex genere ſuo, & ſæpè
mortaliter ex iniuria facta digniori habenti for-
tius ius, quàm minùs dignus habet. Ita Aragon.
*vbi ſuprà*, poſt Didacum Perez §. *his tamen non*
*obſtantibus.* Rebell. *d.num.14. concluſ.7.ad finem.*
Non tamen tenetur ad reſtitutionem cum præfe-
cerit idoneum, cùm non peccet contra iuſtitiam
commutatiuam, ſed contra fidelitatem debitam
reipublicæ, ex qua obligatur eligere miniſtros,
quam maximè idoneos. Itémque non tenetur ad 142.
reſtitutionem, quia violat iuſtitiam diſtributiuam
ad quam pertinet diſtribuere bona reipublicæ di-
gnioribus. Ita Sot. *de iuſtit.3.quæſt.6.art.4.* & Sa-
lon. *2.2.quæſt.63.art.2.* & alij; peccat tamen præfi-
ciendo minùs dignos, relictis dignioribus, quod
eſt contra fidelitatem debitam reipublicæ, cùm
ex ea teneatur præferre miniſtros aptiores, quan-
tum fieri poteſt, minùs dignis; ſicut peccat œco-
nomus conducens ad operandum in re ſui domi-
ni conſanguineos, & amicos relictis aliis vtiliori-
bus operariis, qui magis poſſent prodeſſe. Non
tamen tenetur ad reſtitutionem, cùm non violetur
iuſtitia commutatiua, ſed ſolum fidelitas debita
domino ſuo. Leſſius *dicto dub 3. num.15.* & di-
ſtributiua.

Vnde minùs bene reſoluit Petrus Nauar. *lib.1.* 143.
*de reſtitut. cap.2.num.144.* principem teneri reſti-
tuere officium digniori prætermiſſo cum fructi-
bus à tempore, quo fuit excluſus, quia omnis iu-
ſtitia, ſiue commutatiua, ſiue diſtributiua conten-
dit reddere vnicuiqꝫ, quod ſuum eſt. Ergo qui
aufert à proximo, quod ſuum eſt, violat iuſtitiam;
ergo tenetur in conſcientia reſtituere, quod ab-
ſtulit digniori. Aliàs dicendum non teneri ad re-
ſtitutionem ducem, qui parta victoria in diſtri-
buendis ſpoliis non ſeruauit proportionem debi-
tam iuxta gradus, & qualitates officialium exer-
citus totius. Quod planè eſt abſurdum. Quia re-
ſpondemus indiſtinctè ex infidelitate, & ex viola-
tione iuſtitiæ diſtributiuæ non oriri obligatio-
nem reſtituendi, niſi ſimul violetur iuſtitia com-
mutatiua: quæ reſolutio eſt communis.

Quæ verò requirantur in iis, qui debent præ- 144.
eſſe reipublicæ, eiúſque officiis, conſtat ex *1.q.1.*
*cap. non eſt*, & eſt D. Thom. *1.2.q.76. art.2.* & *in*
*cap. ſi quando.* Nauarr. *de reſcript. except.12.cum*
*tribus ſeqq.* & *ex eodem cap. inter verba 11 q.3.*
*num.18.* & *in ſumma cap.25. num.12.* vbi omnes
tradunt peccare aſſumentem officium, ſi non ha-
beat ſcientiam, niſi habeat aſſeſſores iuris peri-
tos, quos conſulat, aliter facit litem ſuam, & malè
iudicando ſubit onus reſarciendi parti læſæ in-
tereſſe; per textum *in l. ſi index, ff. de varijs & ex-*
*traord. cogn.* concordat *l.24.tit.22.part.3.* Quod
etiam habetur Exod.18. *Prouide*, inquit, *de omni*
*plebe viros potentes, timentes Deum, in quibus ſit*
*veritas, & qui oderint auaritiam, & conſtitue ex*
*eis tribunos, & centuriones*, &c. Vbi nota primo
loco officiales conſtitutos in officiis maximè di-
gnioribus, debere eſſe potentes, hoc eſt ſapientia,
atque induſtria; vnde ſi aſſumant hæc munera,
ſintque ignorantes, & per ignorantiam ferant
ſententiam, nulliter tenentur ad damna ſequuta.
Ita

Ita Bernard. Diaz *in regul. 363. verſ. ſecundò de-*
*clar.* Requiritur etiã,quòd ſint timentes Deum,
145. habeántque rectam intentionem in adminiſtran-
do officio,nec ſint vitiis impuri, ita vt aliis ſcan-
dalum inferant, quod adeò fugiendum eſt mini-
ſtro publico, vt non deſint, qui dicant iudicem,
ſeu gubernatorem peccare mortaliter,ſi ſuum of-
ficium in morali exiſtens, exequatur, nimirum
Alexander dè Ales *1.part.ſumma, quæſt.4.num.3.*
præſertim ſi fuerit Eccleſiaſticus, de quo id tradit
Paludan. *in 4. diſt.19. quæſt.3. art.3.* & Syluester
*verb.correctio,quæſt.*16. Sed hoc non eſt verum,ſi
peccatum eſt occultum, modò iudex cætera ne-
ceſſaria ad iudicium iuſtè obſeruet. Ita D.Thom.
*2.2.quæſt.33.art.5.quæſt.60.art.2.* Caietan. Salon.
Aragon. *ibidem.* Nauarr.*in rubr.de iudic.num.42.*
*verſ.tertium.* Petrus Nauarr. *lib.2.cap.4.part.4.*
*dub.4.num.455.*Sotus *lib.3.de iuſtit.quæſt.4.art.2.*
Valentia *tom.3.diſp.5.quæſt.4.punct.2.*Et probatur
ex D.Auguſt. *in lib.de ciuitate Dei*, aſſerente Ro-
manorum officia eſſe iuſta & laude digna,& con-
ſtat illos eſſe gentiles, & in peccato mortali exi-
ſtentes. Secus quando peccatum eſt publicum,&
ſcandaloſum,tunc iudex ſi ferat ſententiam etiam
iuſtam, peccat mortaliter. Ita D.Thom. *d.art.2.*
Caietan.Bañez,& Salon. *ibi*, quod maximè con-
tingit quando iudicat alios pro eiſdem ſceleri-
bus,quibus ipſe eſt implicatus,verbi gratia,ſi ipſe
publico adulterio irretitus exiſtat, & alios de
adulterio iudicet, ex quo ſequitur ſcandalum
mortale. Ex ſententia tamen Soti *lib.3. de iuſtit.*
*quæſt.4.art.2.* quem ſequitur Sayr. *in claui,lib.12.*
*cap.13.num.5.*erit interdum peccatum veniale ex
paruitate materiæ, vel ſi ceſſet ſcandalum graue,
præſertim ſi ipſe damnet delinquentes in deli-
ctis à quibus ille non detinetur.

146. Denique requiritur vltra puritatem mentis,
quòd habeant manus puras gubernatores, & ab-
ſtineant à muneribus, nec ſtudeant diuitiis con-
gregandis. Ideò ſi habeant ex lege,vel ex conſue-
tudine,vel ex præſcripto principis certum, & ta-
xatum ſtipendium, non poſſunt pro ſuo officio
exercendo quicquam amplius accipere; quod ſi
accipiant,tenentur reſtituere,quia peccant contra
iuſtitiam. Ita Molin. *tom.1. tractat.2. diſput.*83.
Medin. *de reſtitut. quæſt. 2. art. 2. §. contingit. &*
*quæſt.25.* Couarr. *in regul.peccatum, part.2.§.3.*
*num.1.& 2.* Nauarr. *in manuali, cap.17. num.33.*
& Sayr.*vbi ſuprà, num.*8. Reginald.*tom.1.lib.10.*
*cap.11.num.141.* Ratio eorum eſt, quia qui plus
147. accipit,quàm ei debeatur,peccat contra iuſtitiam
cum onere reſtituendi; ſicut qui plus accipit vl-
tra taxam pro vino,aut tritico,tenetur reſtituere,
cùm tranſgrediatur pretium iuſtum, niſi intelli-
gat liberali voluntate ſibi fuiſſe donatum. Sed de
his fuſiùs infrà, cùm de iudicibus ſpecialiter
actum fuerit in diſput.9.

148. Ex dictis ſatis conſtat peccare principes, qui
præficiunt officio publico miniſtros, quos ſciunt
imperitos, vel improbos, & indignos, cùm
prohibitum ſit de lege naturali, & humana, ne
quis exerceat in ea arte, quam neſcit exercere,
vt habetur *in cap.non eſt ſine culpa, de regul.iur.*
*in 6.* Imò peccant,ſi vbi primùm miniſtros ſciunt
eſſe indignos, eos non remouent ab officio cum
poſſent commodè, & ſine periculo. Ita Nauarr.
*num. citat.* per rationes Authent. *vt iudic. ſine*
*quoquo.*& Auth.*de mand.princip. §.2. & in cap.ſi*
149. *quando,de reſcrip.except.16.num.3.* quòd ſi non
remoueant,tenentur de damno, ſicut magiſtratus
tenetur dando tutores,ſeu curatores minùs ido-
neos, ſicut tradit Coſmas *in proœm.prag.ſanct.*
*verb.indignorum,*quia malorum miniſtrorum ele-
ctio culpa eſt, quemadmodum etiam grauis eſt
ſuſtinere miniſtros indignos. *l.ſi ſeruus, §.Procu-*
*lus,ff.ad legem Aquil.* Proinde tam præficiendo,
quàm ſuſtinendo, nec remouendo peccant cum
onere reſtituendi damna illata. Nauarr. *d.num.3.*
& Azor.*d.cap.6.§.negandum non eſt.* Quæ proce-
dunt in officiis habentibus iuriſdictionem, vel à
quibus reipublicæ vtilitas maximè dependet. In
cæteris non habentibus iuriſdictionem, cum ſint
minoris momenti,non erit mortale,ſi concedan-
tur digno omiſſo digniori à ſupremo principe.
Leſſ.*num.22.*& Filliuc. *cap.28. num.130.* eo quòd
ex hoc non tam grauiter reſpublica lædatur.

Non tenetur tamen princeps reſciens mini- 150.
ſtros eſſe indignos,illos remouere,niſi commodè
poſſit,non tamen cum graui ſuo incommodo; eo
quòd cum tanto onere non videtur ſuſcepiſſe
ſceptrum, ac regimen. Nauarr.*in ſumma,cap.17.*
*n.18.& n.123.& 134.* rurſus *cap.25.n.34.* Adrian.
*in 4.de reſtitut.in communi,§.concurrentibus.* An-
ton.*2.part.tit.1.cap.12. & §.7.* Couarr.*regul.pec-*
*catum, 2.part.num.5.§.3.* Cordubenſ. *in ſumma,*
*quæſt.66.§.lo ſegundo.*Rebell.*de oblig.iuſtit.1.part.*
*lib.2.quæſt.14.ſect.8. num.58.* Sotus *de iuſtit.lib.4.*
*quæſt.7.art.3.in fine.* Salon.*2.2.art.7.controuerſ.3.*
Filliuc.*tom.2.tract.32.cap.3.num.71.* Aragon.*2.2.*
*quæſt.62.art.7.fol.204.§.mihi ex his ſententijs,* &
Leſſ.*lib.2.cap.13.num.69.& 70.fol.167.* & Sylue-
ſter *verb.reſtitutio 3.quæſt.6.§.ſecundum*, & Petr.
Nauarr. *de reſtitut. lib. 3. cap.4. part.1. dub. vlt.*
*num.123.*& alij.

Quæ obligatio etiam extenditur ad magiſtra-
tus,præſides prouinciarum,prætores,correctores,
iudices,ac cæteros officiales reipublicæ,cum om-
nibus incumbat ex officio damna reipublicæ im-
pedire; necnon furta, latrocinia, iniuſta mono-
polia,& alia ſimilia, vel diſſimilia damna,ſi com-
modè queant. Ideò ſine iuſta cauſa omittentes
impedire,peccant cum onere reſarciendi;non ta-
cum graui damno ſuo, ac periculo. Rebell.*citat.*
& Sayr.*in claui lib.10.tract.2.cap.14.num.4.*& eſt
communis. Penſanda tamen ſunt vtriuſque partis
damna,populi nimirum, ſeu reipublicæ, & offi-
cialium,& pro potiore parte ſtandum eſt.Vnde ſi
damnum ſecuturum maius ſit, quàm ſtipendium
officij, non tenetur officialis cum tanto damno
ſuo ſe exponere periculo. Ita Salon.*dict.art.7.* &
Sayr.*in d.cap.14. num.4. ad finem.* Rebell.*d.n.58.*
vbi addit, niſi aliud grauis neceſſitas reipublicæ
ſuadeat,ſeruata ſemper prudentiæ virtute,ac for-
titudinis, vt poſt Syluest. docent Sot. & Nauarr.
quos ibi referens ſequitur.

An verò qui ex officio non tenentur obuiare 151.
damno proximi, peccent mortaliter non occur-
rendo? Concluſio eſt affirmatiua ſi damnum eſt
notabile, quando commodè poſſunt impedire;
non tamen tenentur reſtituere,cum non peccent
contra iuſtitiam,ſed contra charitatem.D.Thom.
*2.2.quæſt.62.art.2.* & ibi Aragon.& Salon.*contro-*
*uerſ.1.& 2.*Nauarr.*in man.cap.17.num.18.& 136.*
Petr.Nauarr. *lib.3. de reſtitut. cap.4.part.1.q.vlt.*
*num.131.* Valent.*tom.3.diſp.5. & quæſt.6. punct.3.*
Rebell.*d.ſect.8. num.56.* Filliuc. *tractat.32.cap.3.*
*num.71.tom.3.*Leſſ.*d.cap.13.dub.10.num.64.*& alij
communiter. Quod procedit etiamſi omiſſio fiat
ex prauo animo ſecluſa omni fraude, dolo,aut vi.
Ita Doctores citati.Contra verò ſi intercedat vis,
aut

aut fraus cùm non occurrens cenſeatur cauſa damni. Rebel. *num.* 58. poſt Angel. *verb. furtum*, §. 26. Vnde non bene loquuntur Caietan. *verb. reſtitutio, cap.* 1. §. *aduerte*, & Richard. *in* 4. *diſt.* 15. *art.* 5. *quæſt.* 5. credentes non occurrentes damno proximi ex charitate teneri ad reſtitutionem, ſi ex malo animo non occurrant vrgente neceſſitate, cùm videantur cauſa damni illati. Quæ ratio eſt futilis, cùm onus reſtituendi ex violata iuſtitia commutatiua reſultet. Quod poſtea Caietan. mutata ſententia adhærens D. Thomæ 2. 2. *quæſt.* 62. *art.* 7. docuit ex reſponſione *ad* 3. §. *penult.* dicens, non ex ſola violatione charitatis onus reſtituendi oriri, niſi ſimul violetur iuſtitia commutatiua.

152. Quanta verò requiratur culpa in principe, & reliquis officialibus reipublicæ, vt contrahatur onus reſtituendi, controuertunt Doctores. Innocent. *in cap. ſicut dignum, de homicid.* opinatur hos officiales in foro externo teneri ex culpa leuiſſima non impedientes damnum. In foro tamen interno non teneri ex culpa leui, aut leuiſſima. Petrus tamen Nauarr. *lib.* 3. *de reſtitut. cap.* 1. *dub.*.. *num.* 3. arbitratur officiales ſtipendiatos teneri de leui culpa, cùm ſuſceperint officium in gratiam vtriuſque partis, ſicut tenentur omnes locantes, aut conducentes operas ſuas. Panormitanus verò *in cap. cùm cauſa, de teſtam.* definit iudices teneri ad reſtitutionem intercedente dolo, & lata culpa, non autem leui, aut leuiſſima.

153. Vt res decidatur, non erit abs re leuiter ac breuiter dicere quid ſit lata culpa. Eſt ergo omiſſio diligentię, quam paſſim homines eiuſdem conditionis adhibere ſolent, exempli gratia, reliquiſti enſem tibi commodatum in loco publico, vbi facilè à furunculis tranſeuntibus rapi poterit, commiſiſti culpam latam. Si verò reliquiſti intra domum tuam, aperto tamen oſtio, & inde raptus eſt enſis, commiſiſti culpam leuem, ſeu venialem, cùm ſit omiſſio diligentiæ, quam ſolent diligentiores homines eiuſdem conditionis adhibere. Culpa verò leuiſſima incurritur, quando aliqui omittunt eam diligentiam, quam diligentiſſimi adhibent; nimirum ſi quis domo exiens claudat oſtium claue, non tamen tentet manu, an manſerit oſtium bene obſeratum, & inde auferatur enſis commodatus, tenetur de culpa leuiſſima, eo quòd non tentauit, an maneret oſtium apertum. Syluest. *verb. culpa, in princip.* Aragon. *quæſt.* 62. *art.* 2. *fol.* 154. Leſſius *lib.* 2. *cap.* 7. *dub.* 6. *num.* 23. & Sayr. *in claui lib.* 10. *tract.* 2. *cap.* 14. *dub.* 3. *num.* 5.

His prælibatis, ſunt qui opinentur principes, & eorum miniſtros qui reipublicæ præſunt, ac bono illius inuigilant non occurrentes damno inferendo, ſeu illato, ſi commodè poſſunt, teneri de culpa lata, & leui ad reſarciendum damnum datum. Ratio, quia accipientes officia cum ſtipendio, ſiue à principe, ſiue à populo, contrahunt ſaltem tacitè cum principe, ſeu populo, ineſtque contractus vtrique parti vtilis. Atque ita deficientes in officio per culpam latam, vel leuem, contrahunt obligationem reficiendi damnum, non tamen ſi leuiſſimè deficiant. Colligitur ex *l. contractus, ff. de regul. iur.* & expreſsè ex *l. ſicut certo, §. nunc videndum, ff. commodati.* Idem habes *in cap. bona fides, de depoſit. & in cap. vnic. de commodato.* Sequitur Nauarr. *cap.* 17. *num.* 184. aliàs *num.* 169. Sylueſt. *verbo commodatum, & verbo depoſitum, quæſt.* 1. Cordubenſ. *in ſumma, quæſt.* 75. & Anton. 2. *part. tit.* 1. *cap.* 15. Cùm ergo officium accipiatur ex quaſi contractu vtrique parti vtili, danti ſcilicet, & accipienti, ratio exigit, vt accipiens in præcauendo damno proximi, ſeu reipublicæ prudentior, ac diligentior exiſtat, quàm alias eſſet abſque officio. Idem ſentiunt Nauarr. *lib.* 3. *cap.* 3. *dub.* 1. *num.* 5. & 6. Rebel. *lib.* 1. *de contract. quæſt.* 10. *num.* 7. & Sayr. ſupra allegat. *d. cap.* 14. *num.* 7. quæ opinio eſt ſatis probabilis.

Nec obſtat Sylueſtri opinio, *verbo, aduocatus*, vbi vult illum teneri tantùm de dolo, & lata culpa ad reficiendum damnum. Quia ibi loquitur de aduocato, ſeu quocunque officiali non habente ſtipendium. Hi enim tenentur de lata culpa, vt poſt alios tradunt Angel. *verbo, culpa*, & clariùs Sylueſt. *eodem verbo*, cùm ſe non locent, nec promittant ſub aliquo ſtipendio ſuam operam, ſed aiunt ſe facturos, quod commodè poterunt. Idcirco non tenentur de leui, ſed ex dolo, ſeu lata culpa. Secus de principe, & aliis ſuſcipientibus officia ſub mercede.

Probabilior tamen eſt ſententia definiens principem, & eius officiales ſtipendiarios non occurrentes damno cum debeant ex officio occurrere, teneri duntaxat ad reſtituendum in foro conſcientiæ de lata culpa, non verò de leui, nec de leuiſſima. Ita Innocent. *in cap. ſicut dignum, de homicid.* & eſt communis Doctorum, quos refert, ac ſequitur Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 7. *dub.* 7. *num.* 31. & Filliuc. *tom.* 2. *tract.* 32. *num.* 74. Fundamentum eſt, quia nemo tenetur in quocunque officio ſuo præſtare maiorem diligentiam, quam præſtare ſolent homines eiuſdem conditionis. Vnde ſi artifex ſeu aduocatus, aut iudex bona fide adhibuit diligentiam, quam diligentes officiales in præcauendo damno adhibere ſolent, non tenentur reficere, quamuis non præſtiterint, quod doctiſſimi, ac diligentiſſimi præſtant. Quod ſi artifex, ſeu officialis ſe iactet, ac prædicet diligentiſſimum, vel ſaltem peritiorem aliis, & hac ratione alliciat ad ſe partes quærentes peritiores, atque ita partes cadant à cauſa, vel patiantur aliquam iacturam, tenetur ex culpa leui, & interdum de leuiſſima reſarcire damnum datum. Ita Sylueſt. *verbo, culpa, quæſt.* 8. *& verb. aduocatus.* & Leſſius *vbi ſuprà, num.* 32. Rebel. ac Nauarr. *d. cap.* 3. *num.* 8. ſecluſa tamen hac fraude ſolùm tenetur de culpa lata princeps, prætor, architectus, medicus, tutor, curator, & ſimiles. Quidquid aliqui contradicant, quorum ſententia, vt puto, in foro externo habebit locum, non verò in foro conſcientiæ.

Conſequenter dicendum eſt, confeſſarium etiam propter officium non teneri niſi ex culpa lata, ſi eſt parochus, ſi dicat in confeſſione, vel extra conſultus, hunc, vel illum teneri ad reſtitutionem, cùm non teneatur; vel non teneri, cum teneatur; vel hanc, vel illam conuentionem eſſe iuſtam, cùm ſit iniuſta, ſi hoc faciat ex ignorantia craſſa, vel ex negligentia lata teneri ad reſtitutionem, eo quòd tenetur ſcire, quæ neceſſaria ſunt ad ſuum munus exequendum. Medin. *cap. de reſtitut. quæſt.* 7. Roſel. *in verb. reſtitutio* 2. §. 5. Nauarr. *in manual. cap.* 17. *num.* 22. quia eſt cauſa reſtituendi, cui non debetur, vel non reſtituendi, cui debetur. Cui opinioni fauent Sylueſt. *verb. culpa, q.* 4. & Aragon. *d. q.* 62. *art.* 7. Idem putat minùs bene doctiſſimus Rebel. *d. q.* 10. *ad finem*, de confeſſario nullum ſtipendium accipiente, & ex obedientia, vel ex charitate confeſſiones excipiente, teneri illum de dolo, & lata culpa; quod non puto verum, quamuis ex craſſa ignorantia, vel ex lata culpa reſtitutio non fiat. Ita Gregorius de Valent.

*tom.1 diſp.5.quæſt.6.punct.3. controu.3.* ex eo fundamento,quia confeſſarius non tenetur ex officio gerere negotium creditoris, aut damnificati in temporalibus, cùm non habeat officium in vtilitatem eorum, neque ab eis ſtipendium accipiat; à fortiori excuſabitur ab onere reſtituendi confeſſarius, ſi in reſpondendo adhæreat opinioni probabili vel ſi dicat id ſibi videri, non autem ſuadeat. Ita Leſſius *d.dub.7.n.33.§.aduerte.*

---

## §. IV.

### *Vtrùm Principi ſit in omnibus obediendum, & quæ ſubditos mouere debeant ad obedientiam præſtandam?*

EPITOME.

154. *Principi, & magiſtratibus loco ipſius eſt obediendum, niſi præcipiant aliquid contra ius naturale, & diuinum, ſeu contra rectam rationem.*

155. *Abſque obedientia nec domus, nec gens, nec mundus ſtare poteſt.*

156. *Reſpublica eſt ordo multorum, inter quos debet maior præeſſe minoribus.*

157. *Superiora tum in rebus ſupernaturalibus, quam naturalibus præſunt inferioribus.*

158. *Principi obedire eſt debitum ſecundùm diuinum ordinem rebus inditum.*

159. *Obiectum obedientiæ ſpeciale eſt præceptum ſuperioris tacitum, vel expreſſum.*

160. *Principis decretum iniuſtitiam continens eſt inualidum.*

161. *Lex iniuſta & ius iniuſtum, neque lex, neque ius eſt.*

162. *Abraham obediendo benedicitur à Deo.*

163. *Imperatori parere melius eſt, quàm hoſtem necare.*

164. *Obedientibus omnia feliciter ſuccedunt.*

165. *Principi iniuſta præcipienti non eſt parendũ.*

166. *Vaſſalli incidentes in crimen læſæ maieſtatis amittunt omnia bona ipſo iure, ſed fiſcus non ſuccedit niſi poſt ſententiam.*

167. *Sententia ſaltem criminis declaratoria ſemper eſt neceſſaria.*

168. *Fiſcus in bonis vaſſalli proditoris non habet verum dominium, ſed ſecundùm quid à die commiſſi criminis.*

169. *Bona ipſo facto amiſſa, etiam clauſa abſque vlla declaratione adhuc requirunt ſententiam criminis declaratoriam.*

170. *Fiſcus etiam quando crimen eſt omnino manifeſtum, non poteſt accnpare boun ante ſententiam.*

*Proditor ante ſententiã retinet dominium verum, titulum, ac poſſeſſionẽ ſuorum bonorum.*

154 PRINCIPI ac magiſtratibus loco ipſius [illegible]ubernantibus, quando agunt ea, quæ ad [illegible]um officium pertinent, obediendum e[illegible] [illegible]uralis docet, iura diuina præcipiunt, & [illegible]na concluduntur. Imprimis enim natura [illegible]nes congregati ſunt, vt ſibi inuicem o[illegible]entur, & vnus alteri eſſet adiumento, poſt[illegible]en decurſu temporis neceſſe fuit, vt homines [illegible]num corpus congregati ab vno regerentur, vt [illegible]in officio continerentur, ac conſeruarentur. Hinc Cicero de legib. lib.3. *Sine,* in- quit, *imperio, nec domus, nec ciuitas, nec gens, nec hominum vniuerſum genus ſtare, nec rerum natura omnis, nec ipſe mundus poteſt.* Conſonat Ariſtoteles *lib. politicor.4.cap.4.* dum ait magiſtratus gerentes officium præſtare, ſi quidem ciuitas abſque magiſtratibus non poteſt conſiſtere, quod procedit, quando magiſtratus iubent, & præcipiunt, & illis obtemperatur. Confirmat Nicolaus Bieſius 156.
*de Republ.lib.1.* dicens Rempublicam nihil aliud eſſe, quàm *ordinem quendam multorum ciuium, hic autem ordo,* vt ipſe addit, *non poteſt ſtare, niſi in illo reperiatur maior, qui præſit, & minor qui obediat, ſi quidem videmus in rebus ſupernaturalibus inferiora ſubijci ſuperioribus, Deo omnia ſic regente, ac mouente.* Similiter apud homines oportet, 157.
quòd detur ſuperior, qui moueat inferiores, & inferiores, qui ſuperiori obtemperent. D.Thom.2.2. *q.104.art.1.in corpore,* per hæc verba, *Oportet autem in rebus naturalibus, vt ſuperiora moueant inferiora ad ſuas actiones per excellentiam naturalis virtutis collata diuinitus. Vnde etiam oportet in rebus humanis, quòd ſuperiores moueant inferiores per ſuam voluntatem ex vi authoritatis diuinitus ordinatæ. Mouere autem per rationem, & voluntatem eſt præcipere. Et ideò ſicut ex ipſo ordine naturali diuinitus inſtituto inferiora in rebus naturalibus neceſſe habent ſubijci motioni ſuperiorum, ita etiam in rebus humanis ex ordine iuriſdictionis naturalis, & diuini, tenentur inferiores ſuis ſuperioribus obedire.* Hæc ille.

Vnde fit, quòd obedire principi, ac ſuperioribus ſit debitum ſecundùm diuinum ordinem re- 158.
bus inditum, & per conſequens obedire eſt bonum, quia bonum conſiſtit in modo, ſpecie, & ordine, teſte Auguſtino *in lib.de natura boni.* Atque ita cum multa ſubditi principi debeant, inter omnia, debent exhibere hoc vnum ſpeciale, puta eius præceptis obedire. Nam præceptum tacitum, vel expreſſum ſuperioris eſt ſpeciale obiectum obedientiæ, teſte. D.Thom. *ſuprà art.2. in corpore, & ad 2.* Requiritur tamen vt obediatur principi, 159.
quòd eius præcepta æquitatem contineant, & iniquitatem, & iniuſtitiam abhorreant, vt notat Sebaſtian. Napodan. *in proœmio, conſued. Neapolis, §. vt igitur, in verb. ſupplantare.* Decreta namque principis iniquitatem, & iniuſtitiam continentia ſunt inualida. Bart. *in fin. C. ſi contra ius, vel vtilit. publicam.* Bald. *in l. magis puto, §. ſi as alienum, ff. de rebus eorum,* vbi inquit inordinata decreta non valere. Sequitur Decius *in conſ. 410. col.4. conſ.428.n.8. & conſ.606.n.13.* quibus adhæret Roland. *conſ.7.num.68.vol.3.*

Suffragatur, quod ait Auguſt. *de lib. arbitr. lib.1.* 161.
& habetur *in cap. forus, §. fin. de verb. ſignific. & in c.123. q.2.* legem ſcilicet non eſſe, quæ iuſta non eſt, nec ius eſſe quod non eſt iuſtum, *c. ius.1. diſt.* Ioan. Andr. *in cap. en, quæ de re iudicata.* Portius *conſ.21.n.21.* & Cornel. Benincaſius *de conſtitut. q.8 n.47.* Confirmat illud Prouerb. *cap.8. Per me,* inquit, *Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt.* Principi igitur iuſta præcipienti ob- 162.
temperandum eſt, & non obediens maledictus à Deo, ſicut benedictus Abraham à Deo optimo maximo, *quia feciſti rem hanc, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me, benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli, & velut arenam, quæ eſt in littore maris.* Geneſ.22. *verſ.16.17. & 18.* In qua obedientia primo aſpectu videbatur contineri præceptum rationi valdè contrarium, nihilominus à præcepto diuino

ratio nunquam abeſt, neque abeſſe poteſt, ideo Abraham obediendo voci Domini benedictus eſt ab eo, & in ſemine illius omnes gentes.

163. Quod ſuo modo dicendum eſt de ſubditis mandato iuſto principis obtemperantibus, quia melius eſt parere Imperatori, quàm hoſtem necare, vt Author eſt Plutarch. *in Apoſthegmat. Laconic.* Secùs ſi iniuſte aliquid præcipiatur modo conſtet de iniuſtitia, tunc enim parendum non eſt principi, Guliel. de Cuneo *in l. vt vim*, vbi Paulus de Caſtro, & ſcribentes. *ff. de iuſtitia, & iure.* Dynus *in l. 1. C. vnde vi.* Bart. *in l. quis in ſeruitute, in fine, ff. de furtis.* Cenſetur enim princeps tanquam priuatus, & multo fortiùs illius magiſtratus, quando iniuſtè præcipiunt, *l. nec magiſtratibus*, ibi, *vel quaſi priuatus, ff. de iniur. l. item apud Labeonem, §. ſi quis virgines, ff. eod. tit.* Fauet Felin. *in cap. dilectus, extra de reſcript. n. 2.* & Pariſ. de Puteo *in tract. Syndicatus, in verb. reſiſtentia, ſub n. 3.* Roland. *conſil. 12. n. 80. vol. 3.*

164. Iuſta igitur obedientibus principi omnia prout vult ſuccedunt, vt notat Theopom. Lacedæmoniorum dux, qui affirmanti cuidam Spartam ſaluam, & incolumem euaſiſſe, quòd reges vterentur opera peritorum, reſpondit, *victoriam eſſe tribuendam non regibus imperandi peritis, ſed ciuibus, ac populo obſequenti.* Sit ergo pro regula, & edicto, principi, ac eius magiſtratibus, & imperio minime reſiſtendum cum iuſta præcipiunt, quia reſiſtere, rebellare eſt, *l. 2. C. de deſertorib. lib. 12.* Secus ſi expreſsiùs & clarè iniuſtum præci-
165. piatur, *l. omnes iudices, C. de appellat.* vbi aſſiſtentes omnes in officiis debent ſuperiori reſiſtere, quando agit iniuſtè & ex iracundia, Roland. *dict. conſil. 12. num. 80.* quia poteſtas omnis à Deo data eſt, non ad iniuſtitiam peragendam, ſed ad æquitatem, & iuſtitiam vnicuique faciendam. Diſcant igitur principes, & eorum magiſtratus amplecti, quod æquum, & iuſtum eſt, & dare vnicuique ſuum ſecundùm legem tam diuinam quàm humanam, nec velint meliores videri, quàm ipſæ leges, & omni ſtudio in iudicando curent euitare iram præcipitem, timorem, munera, ac fauores, propter quæ iudicia, vel ſubuertuntur, vel in longum tempus protrahuntur, quia veri, ac iuſti principes, magiſtratuſque recti miniſtri Dei appellantur, Roland. *d. conſ. 12. num. 96. & ſequentib.*

166. Qoid ſi vaſſalli incidant in crimen læſæ maieſtatis humanæ, & negant obedientiam ſuo principi? Reſponde, quotieſcumque agitur de amouendo vaſſallo à iure ſuo, quamuis propter inobedientiam ſit priuatus ipſo iure, vt vult Menoch. *conſ. 99. num. 171. & lib. 2. de arbitr. iudic. caſu 235. num. 12.* aliis ibi relatis, non tamen eſſe locum fiſco regio ante declaratoriam ſententiam; quod prius dixit Alexand. & Baldus *in l. ſi quis maior, col. penult. C. de tranſact.* Idem Alexand. *conſ. 103. num. 17. & conſ. 124. vol. 1.* Carolus Pariſ. *conſ. 3. a num. 5.* & Ruin. *conſ. 50. num. 10. lib. 1.* Ex eo fundamento, quia ſi non eſſet neceſſaria ſententia ſaltem criminis declaratoria, poſſet fiſcus regius bona vaſalli proditoris occupare ante ſententiam, maximè quando crimen eſt notorium.

167. Quod negatur, quia eſt neceſſaria ſententia iudicis, cùm ea non exigatur ſolùm, vt de crimine proditionis conſtet, ſed etiam vt rex procedat contra vaſſallorum inobedientem ſeruato iuris ordine, & vaſſallus audiatur, vt notant ſcribentes, *in cap. licet Epiſcopus, de prabendis, in 6.* gloſſa ſummaricæ ſanctionis, *tit. de cauſis, §. & ne ſub umbra, verbo, Inſtantia, prope finem*; & Oldrad. *conſ. 227.* Spec. Card. Et poſtremò requiritur, vt per iudicé penſatis defenſionibus vaſſalli pœna fiſco regio applicetur, Mol. *tom. 1. de inſt. diſp. 95. col. ante penult. in ſolut. ad ſecundum principale.* Vaſq. *1. 2. q. 96. art. 5. diſp. 170. c. 4. n. 14.* Azor. *tom. 1. inſt. mor. lib. 3. cap. 7.* & Sanchez cum aliis, quos ſequitur, *lib. 2. in præcept. Decalogi cap. 22. num. 15.*

Nec valet, ſi dicas fiſcum regium in bonis vaſ- 168.
ſalli proditoris obtinuiſſe dominium à die commiſſi criminis, quia negatur habere dominium verum, ſed ſecundùm quid duntaxat ante ſententiam, quatenus habet actionem ad recuperanda bona vaſſalli, vbi primùm damnatus fuerit, ac declaratus per ſententiam, quòd incurrerit in crimen læſæ maieſtatis humanæ, Molin. *tom 1. de inſt. tract. 2. diſp. 95. verſ. dubium verò eſt.* Simanch. *de catholic. inſtit. tit. 9. num. 241.* Manet ergo dominium verum penes vaſſallum, donec proferatur ſententia declaratoria ſaltem criminis: at verò penes fiſcum dicitur dominium ſecundùm quid reſidere in bonis vaſſalli à die patrati criminis, quatenus ipſo iure bona manent fiſco obligata, vt poſt ſententiam publicatio ad diem proditionis commiſſæ retrotrahatur, interim tamen vaſſallus habet dominium ſuorum bonorum. Ita præcitati, & Sanch. *d. cap. 22. num. 3. 4. & 5.*

Nec refert ſi dicatur, quòd bona amittantur 169.
ipſo facto cum clauſula, *nulla declaratione expectata.* Nam adhuc opus eſt ſententia declaratoria criminis, nec referunt verba, *abſque alia declaratione*, quia hæc debent intelligi de pœnæ declaratione. Ita Azeued. *in l. 5. tit. 21. lib. 5. n. 1. noua recopil.* & Marienſ. *ibi*, gloſſ. 1. *n. 4.* Henriq. *lib. 13. de excomm. cap. 56. n. 3.* Sanch. *d. c. 22. n. 20.* vbi ex vi extrauagantis, *Ambitioſæ, de rebus Eccl. non alien.* id probat, quæ vult ipſo facto beneficia alienantium non ſeruata forma extrauagantis abſque declaratione aliqua vacare. Attamen opinatur idem Sanch. non obſtantibus eiſdem verbis non ſolùm eſſe ſatis probabile, ſed etiam probabilius, neceſſariam adhuc eſſe ſententiam criminis declaratoriam; nec in dubio credendum eſſe voluiſſe legiſlatorem ad pœnam adeò grauem ante iudicis ſententiam obligare; quod procedit, quando eſt dubium iuris, vt in hoc caſu. Simanc. *de inſt. cath. tit. 9. n. 117.* cum legiſlator debuiſſet velle id, quod poſſibile, iuſtum, bonum, & æquũ fuerit, *cap. cum ſequenti diſt. 4.* & *l. ex facto, ff. de vulgar. & pupil.*

Quod ſi delictum proditionis contra regem, 170.
ſeu principem, eſt adeò manifeſtum, vt nulla ratione tergiuerſatio habeat locum, Caſtro *lib. 2. de lege pœnali, c. 10. n. 3.* arbitratur fiſcum regium occupantem bona proditoris ante ſententiam peccare, non tamen teneri reſtituere ex regula, *quod à quoquam, ff. de regulis iuris*, quæ habet, *quod a quoquam pœnæ nomine exactum eſt, id reſtituere nemo cogitur*; nihilominus cum illa regula loquatur de bonis exactis nomine pœnæ, ſeruato priùs ordine iudiciario, & ſecuta poſtea ſententia, dicendum eſt teneri fiſcum reſtituere bona illa, cum ante ſententiam non habeat ius vſurpandi ea: Simanch. *d. tit. 9. n. 173. cũ ſeq.* Item, quia, vt diximus paulò antè, vaſſallus proditor ante ſentẽtiam habet poſſeſſionem ſuorum bonorum, nec non naturale dominium atque adminiſtrationem illorũ cum titulo.

Nec eſt negandum, eſſe delinquentem in poſ- 171.
ſeſſione illorũ iuſta, ac legitima, vt notat Anch. *in c. cum ſecundùm leges, de hæret. in 6.* Curt. ſen. *conſ. 20.* per textum expreſſum *in l. aufertur, § in reatu,*

de

*de iure fiſc.* ergo fiſcus non poterit occupare illa bona, nec poteſt ſibi ius dicere, aut delinquentem ſpoliare nondum condemnatum, *l. nullus, C. de Iudæ. l. quis in tantam, C. unde vi.* Almain. *in lib. 4. ſent. diſt. 15. q. 2. de reſtit. in princ.* Idcirco ſpoliatus [illegible], non ſeruato iuris ordine, debet reſtitui, *cap. conquerente, cap. in litteris, de reſtit. ſpoliat. & §. retinendæ, inſtit. de interdict.* Aragon. 2. 2. q. 11. *art. [illegible] fol. 348. col. 2. in ſolut. ad 4.* Vaſquez 1. 2. q. 96. *art. 5. diſp. 170. cap. 4. n. 15.* Emanuel de Sa *in ſum. verb. fiſcus, n. 1. & 3.* vbi vult etiamſi lex, ſeu ſtatutum dicat, vt quis teneatur ſtatim bona dare fiſco, non teneri ante ſententiam iudicis. Idem prædixit Molin. *d. diſp. 95. §. ad tertium negandum, verſ. proculdubio,* ſequitur Sanchez *ſupra n. 18.*

---

## §. IV.

### *Vtrùm Princeps catholicus ablegare, & eliminare teneatur conſuetudines ſubditorum inducentes ad peccatum mortale.*

### EPITOME.

173 *Princeps ſæcularis tenetur exterminare conſuetudines inducentes ad mortale.*

174 *Conſuetudines inducentes ad mortale, non poſſunt permitti à principe ad euitanda maiora mala.*

175 *Vſuræ non ſunt permittendæ à principe, ſed oppoſitum eſt verius.*

176 *Statuta de ſoluendis vſuris ſunt nulla, & condentes incurrunt in excommunicationem.*

177 *Conſuetudo etiam immemorialis præbens occaſionem delinquendi non valet.*

178 *Conſuetudines inducentes ad malum, vſuræ, lupanaria, & ſimilia permittuntur ad euitanda maiora mala.*

179 *Principes non approbant diuortia, ſed permittunt.*

180 *Minus malum eſt eligendum, & malus euitandum.*

1[illegible]1 *Comœdias repræſentare turpes, eſt mortale de ſe, & actores, ſpectatoréſque peccant mortaliter, vt plurimum.*

182 *Actores tenentur deſiſtere de hoc officio.*

183.184 *Comœdiæ turpes ſunt naufragia animarũ, & auditoribus multa mala important.*

185 *Peccántque mortaliter quamuis non intendant nocere.*

*Quid de clericis ibid.*

186 *Cantilenas turpes componere, & libros turpes interpretari, quando ſit mortale?*

187 *Dicere, audire, ſcribere, legere turpia & obſcœna propter delectationem inde aſſurgentem, eſt mortale.*

18[illegible] *Turpia loqui, vel legere, vel audire ex leuitate, vel ob aliam cauſam vanam, vel ad [illegible]ndum tempus, & non gratia delectationis venereæ accipiendæ, venialis eſt culpa.*

189 *[illegible] princeps teneatur ſub mortali impedire, [illegible] turpes comœdiæ repræſententur inducentes [illegible] mortale?*

190 *An [illegible] poſſit permittere, vt innouetur aliquid [illegible] diuinis, ſiue in religione?*

191.192.193.194 *Vtrùm princeps poſſit permittere in regno ſuo, quòd Iudæi, ſeu Pagani viuant palam, & impunè ſecundùm ritus ſuos?*

Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.

PRINCEPS ſæcularis tenetur omnino à ſuo regno exterminare conſuetudines ſubditorum, quæ inducunt ad mortale, ſi id ſine grauiori malo & reipublicæ incommodo poſſit, aliter peccabit grauiter, quaſi conſentiens peccatis illorũ. Ita Richard. *in 4. ſent. diſt. 15. art. 5. q. 5.* probatur ex *cap. ipſa pietas 27. q. 4. & cap. error. 83. diſt. & cap. negligere 2. q. 7.* Sot. *in 4. diſt. 33. q. 2. art. 2. col. pen. poſt princ.* vbi reſoluit principem, qui malas conſuetudines poteſt tollere, & mores ſubditorum corrigere, ſi id omittat, peccare grauiter. Conſentit Nauar. *in man. c. 25. n. 8.* & alij. Ratio eſt, quia princeps tenetur populum ſuum ita gubernare, & dirigere, ne deuiet ab obſeruando, quod Deus præcipit. Bieſius *lib. 4. de republ.* & Maſtrill. *de magiſtrat. lib. 3. quaeſt. 1. num. 80. & ſeqq.* 173

Porrò, quando huiuſmodi conſuetudines non poſſunt tolli abſque ſcandalo, & periculo totius reipublicæ, permitti poſſunt vt dixi à principe ad euitanda maiora mala. Ita Richar. *vbi ſupr.* & probat *cap. quia circa, de conſang. & affin.* Adrian. *in 4. de corrept. fratern. col. 2. verſ. ad obiecta.* Nauarr. *in cap. non inferenda, q. 3. n. 14.* Octau. tamen Cacher. *deciſ. 137. n. 18.* palam negat, etiã vt vitetur maius malum poſſe principem permittere vſuras etiã ob bonũ publicũ, eo quòd inferior nõ poteſt permittere id, quod ſuperior prohibet, hoc eſt Deus, iuxta *cap. cum inferior, de maior. & obed.* quod prædixit Bald. *in l. 5. col. 3. verſ. ſed iuxta hoc quæro, C. de ſum. Trin. & fid. cath.* cõſentit Alex. *conſ. 1. circa 1. dub. col. 2. lib. 2.* ergo cõſuetudines inducẽtes ad peccatũ non ſunt ferendæ etiã ad euitanda maiora mala. 174. 175.

Quod ſanè bene probat exemplum vſurarũ, in quibus Summus Pontif. nõ videtur poſſe diſpenſare ſuper permiſſione earũ, quia nedum de iure poſitiuo, ſed etiã diuino prohibentur. Nam de iure diuino conſtat *cap. 22. Exod. & cap. 26. Leuit.* ibi, *pecuniam non dabis fratri tuo ad vſuram,* & habetur Luc. c. 6. *mutuum dantes nihil inde ſperantes.* Item eſſe prohibitas de iure canonico, patet ex *cap. quia in omnibus, de vſur. & 14. q. 4. cap. quia dicam, & cap. plerique, ead. q. 3.* Quare non poteſt Summus Pontif. legem ſuperioris auferre, *10. diſt. c. 1. & 2. & l. nã & magiſtratus, ff. de arbit.* & docet Specul. *in tit. de legib. §. nunc breuiter,* poſt gloſſ. & ſcribentes *in cap. cum ad monaſterium, de ſtat. mon.*

Accedit eſſe prohibitas de iure etiam ciuili, nec poſſe admitti per Auth. *de Eccleſ. §. 1.* vt not. Imol. *in Clem. 1. n. 8. de vſur. & in l. 1. col. 4. verſ. & aduertit, ff. de ſol.* Alb. *in l. cunctos populos, n. 15.* & Iaſ. *n. 47. C. de ſum. Trin.* Quod ita procedit, vt ſi principes condant ſtatuta, vt ſoluãtur vſuræ, vel vt ſolutæ non repetantur, vltra onus reſtituendi incurrunt excõmunicationẽ, ex *Clem. ex graui, de vſur.* vt bene notat Filliuc. *tom. 2. tract. 34. p. 2. de lucr. ex mutuo, c. 7. n. 143. fol. 147.* Idcirco neq; propter maiora mala euitanda poterit princeps peſſimã conſuetudinem vſurarum permittere, cum contineat peccatũ manifeſte mortale. Conſequentérq; nulla alia cõſuetudo pernicioſa cõſcientiæ erit permittenda à principe ſæculari. Quin addo quamuis ſit immemorialis, non valere ſi præbet occaſionem delinquendi. Auth. *vt nulli iudicum, §. 1.* & ibi Angel. *col. 9. & cap. fin. de conſuet.* Beroius *conſ. 62. n. 8. lib. 3.* & Cardin. *in Clem. in pleriſque, §. vlt. de elect.* 176. 177.

Nihilo tamen minùs placet aſſerere poſſe principem ad euitanda maiora mala permittere conſuetudines ſuprà dictas, nec non vſuras in republica, eo modo, quo in illa permittuntur lupanaria, ſeu proſtibula ob bonum etiam reipublicæ, &

ob vitanda etiam ſcandala, quæ orirentur, ſi po-
teſtas publica in raro aliquo euentu vſuras impe-
dire tentaret; tunc non eſſe peccatum, ſed licitum
eas permittere non ſolùm fidelibus, ſed etiam in-
fidelibus, quia hoc non eſt conſentire in pecca-
tum, ſed illud permittere pro maiori aliquo pu-
blico bono. Ita Molin. *tractat. 2. tom. 2. de iuſt. di-
ſput. 304. §. pen. verſ. nihilominus.* Leſſ. *lib. 2. cap. 20.
dub. 4. n. 32.* Rebel. *2. p. de obligat. iuſtit. lib. 8. q. 2.
ſect. 2. concl. 3. n. 9.* Barboſ. *tom. 1. 2. p. rubr. ff. ſol. ma-
trim. n. 11. & ſeqq.* dicentes peccatum vſuræ ex ge-
nere ſuo eſſe mortale, & contra iuſtitiam commu-
tatiuam, nulláque conſuetudine, vel humana con-
ceſſione, aut diſpenſatione poſſe reddi licitum
exercitium vſurarum, neque in his cadere diſpen-
ſationem, vt Alexand. III. *in cap. ſuper eos, de vſur.*
reſoluit, cùm non poſſit iuri naturali refragari.
Couar. *3. var. cap. 1. n. 8. verſ. ſecundò ex præmiſſis,*
& Molin. *citat.* Atque principi etiam ſupremo
non eſt integrum conſentire, nec beneplacitum
præbere, circa vſuras exercendas; poteſt tamen
permittere eas, ſicut quamcunque aliam conſue-
tudinem ad euitanda maiora mala, vt probare
conantur Ioan. Andr. *in reg. peccatum,* & Conrad.
*de contract. q. 25. 26. & duab. ſeqq.* poſt Iaſ. *in l. 1. C.*
179. *de ſum. Trinit. n. 54.* Eo modo, quo permittuntur
diuortia ad euitanda maiora ſcandala, non tamen
ea approbant, iuxta illud Chryſoſt. *homil. 32. in
Matth. 19.* vbi, *permittimus,* inquit, *quod nolentes
indulgemus, quia prauam hominum voluntatem ad
plenum prohibere non poſſumus.* Quare permittun-
tur fieri mala, ne grauiora fieri contingat. Barboſ.
*d. n. 11. & ſeq.* vbi vult, poſſe permitti id, quod eſt
contra veritatem, ac diſſimulari propter ſcanda-
lum, poſt Adrian. & Nauar. quos allegat, ac ſequi-
180. tur ibi. Facit illud vulgare areſtum, *de duobus ma-
lis minus eſt eligendum, & maius euitandum. cap.
non ſolùm 2. 2. q. 4. & l. quoties nihil, ff. de reg. iur.*
181. Ex dictis infertur quid dicendum ſit de comœ-
diis vulgari idiomate exhibitis, vbi multa impu-
dica, & obſcœna miſcentur, & vbi introducuntur
fœminæ adoleſcentiores ad pſallendum, & ſaltan-
dum, quæ geſtu, & inceſſu, & procaci geſticulatio-
ne auditores, & ſpectatores ad amorem turpem
inducunt? Reſpondeo de ſe eſſe peccatum morta-
le, & actores eſſe in ſtatu damnationis, ſpectato-
réſque vt plurimùm peccare mortaliter, quidquid
contradicat Mendoça *in 9. quodlib. q. 9. §. 10.* De-
ducitur ex D. Thom. 2. 2. *q. 168. art. 3. in corp.* ibi,
*quando ſcilicet vtitur aliquis cauſa ludi turpibus
verbis, vel factis, vel etiam his quæ vergunt in pro-
ximi nocumentum quæ de ſe ſunt peccata mortalia.*
Et ſic patet quòd exceſſus in ludo eſt peccatum
mortale. Idem ait Caietan. *ibid.* Sylueſt. eod. verb.
*Ludus,* inquit, *prouocatiuus ad vitia, vt qui luden-
do vtitur verbis, actibus, aut rebus prouocantibus
ad laſciuiam, eſt peccatum morale.* Nauar. *in man.
cap. 19. n. 4.* Sot. *4. de iuſtit. q. 5. art. 2. poſt concluſ. 2.*
Alenſ. *4. p. ſumm. quæſt. 33. membr. 2. art. 4. & q. 11.
membr. 2. art. 2. §. 4. verſ. conſequenter quæritur*
182. *verùm hiſtriones;* vbi habet non poſſe huiuſmodi
comœdiarum actores admitti ad ſacram Eucha-
riſtiam, niſi ab hoc turpi exercitio deſiſtant. Con-
firmat Chryſoſt. *homil. 1. in Pſalm. 50.* vbi ferè ſic
ait: *Audiant, qui ex ſpectaculis inſaniunt theatrali-
bus, qui ad excuſandas excuſationes in peccatis di-
cunt; ſpectamus quidem, ſed nihil nocemus: Dauid
dum vidit mulierem lauantem ſe, tulit, ac tantus
læſus eſt, & tu in theatro audis ſpurciloquia, & non
ex ipſo conceſſu meretricis, habitúque mulieris, ne-
que ex viſu oculi, vel cantu diabolico læduntur
aures tibi? Vndique percutitur mens tua, dicente
Propheta,* mors intrauit per feneſtras. *Ieremiæ 9.
Nunquid lapideus es, aut ferreus? pone lucernam
in fœnum, ſi poteris dicere, quoniam non exuritur
fœnum.* Ex quibus verbis coniectatur clarè ſpecta-
tores intereſſendo huiuſmodi actionibus turpiter,
ac procaciter exhibitis exponere ſe periculo eui-
denti conſentiendi formaliter, vel ſaltem virtua-
liter, & interpretatiuè in moroſam delectationem,
quod expreſsè mutatis verbis fatetur Chryſoſt. *ibi.*
Ad hæc idẽ Chryſoſt. *homil. 7. ad fin. in Matth.* 183.
*cap. 2.* vocans has actiones, ſeu comœdias locum
diabolicum, naufragium animarum, Satanæ retia.
*Si,* inquit, *hæc aſpiciendo nihil pateris culpa, nihilo-
minus teneris obnoxius factus, ſcilicet, ſcandalum
cæterorum, & talium adhortatio voluptatum.* Ac-
cedit Cyprian. *de ſpectaculis,* dicens ea eſſe obſcœ-
nitatis magiſterium, pudoris publici lupanarium,
ſales inuerecundos, paraſitos ſordidos; additque,
*citò in hoc aſſueſcimus, quod audimus, ſcelere natu-
ra lubrica, quæ ſponte corruit, quid faciet, ſi fuerit
impulſa?* Nec deeſt Baſilius *homil. 4. Exaem.* vbi
appellat has comœdias officinam publicam di-
ſcendi omnem incontinentiam. Nec minus allo-
quitur Tertullian. *de ſpectaculis, cap. 10.* vbi vocat
theatrum ſacrarium veneris, arcem omnium tur-
pitudinum, dæmonis inuentum hominum inge-
niis inſpiratum inter cætera idololatriæ inquina-
menta; & *cap. 17.* vocat theatrum, hoc eſt, comœ-
dias, de quibus loquimur, conſiſtorium impudi-
citiæ. Quæ omnia non ſolùm fideles memores ſa-
lutis æternæ, & virtutis amantiſſimi ſolent vitu-
perare, ſed etiam Ethnici veræ virtutis immemo-
res, inter quos Plin. iun. *lib. 4. epiſt. ad Sempron.
Rufum,* vbi taxans theatrales ludos decernit abo-
lendos tanquam inficientes malis moribus, ac vi-
tiis peſſimis Romanam iuuentutem, vbi commẽ-
tator illius addit locatum a cenſoribus theatrum
cùm extrueretur P. Cor. Naſica auctore, tanquam
inutile, & nociturum publicis moribus ex Sena-
tuſconſulto deſtructum fuiſſe. Ob quam etiam
cauſam, teſte Tacito, Cn. Pompeius incuſatus fuit,
quòd perpetuum theatrũ extrui decreuiſſet, quia
dum in theatro populus conſediſſet, certum eſſe
cenſebatur rerum impudicarum, quæ in theatro
agi ſolerent, repræſentatione incorruptos etiam
mores paulatim lædendos, & funditus tandem
per accitam laſciuiam labefactandos eſſe.
Fauet non leuiter Caſſiodorus, ſubdens, ſpe-
ctacula, & ludos ſcenicos nihil aliud edocere dum
repræſentantur, quàm inceſtus, adulteria, crudeli-
tates, & alia flagitia, quibus ſpectatores moribus
fortè incorrupti in poſterum in eadem vitia præ-
cipites facile corrumpuntur. De quo Seneca con-
queſtus, *Ætas,* inquit, *ſubſequens ludrica priſco-
rum inuenta traxit ad vitia, & quod honeſta cauſa
delectationis inuentum eſt, ad voluptates corporeas
præcipitatis mentibus impulerunt.* Propter quod
iterum Tertull. affirmat theatra (hoc eſt ludi ſce-
nici, & obſcœni) ſtuprandis moribus eſſe nata. Ex
quibus colliges quot, quantáque ruinarum peri-
cula, tot tantóſque malorum caſus ſpectatores ſibi
creare, quoties interſunt huiuſmodi actionibus, &
comœdiis dum repræſentantur, cùm non ſint ſa-
xei, nec ferrei, ſed homines communi naturæ, &
imbecillitati obnoxij. Dauid læſus eſt, & tu non 184.
læderis? ille vulnus dum pudicam mulierem vidit
excepit, & tu dum ſcortũ vides, & dum audis im-
proba verba, & meretricias, & obſcœnas cãtiones
ſauciari

ſtuciari te negas ? certè omni ex parte feritur mens tua. per aſpectum nempe ob ea, quæ vides: per aures ob ea, quæ audis : per olfactum ob ea, quæ odoraris. Et cum tot præcipitia ſint iis, qui huiuſmodi comœdiis turpiter repræſentatis intereſſunt, totque corruptelæ, quomodo credere queam te a ferarum morſibus immunem eſſe? lege Chryſoſt. *d.homil.1.col.6.verſ.audiant curioſi, qui alienas formas contemplantur, audiant, qui inſano ſpeculatorum ſtudio tenentur*, &c.

185. Claritatis tamen gratia ſit prima concluſio. Actores, ſiue repræſentatores rerum admodum turpium, & comœdiarum, quæ continent res, vel modos, valde turpes, & ad Venerem excitantes, peccant mortaliter, quia dant cauſam, ſeu occaſionem ruinæ. Ita Sylueſt. *verb.ludus, q.3.* Alcocer *de ludo cap.54.* Filliuc. *tom.2.tract.3.in 6.præcept.c.10. §.quartò quæro.* Sanch. *lib.9.de matrim. diſp.46.n.40. verſ. ſecundò infertur*, & nouiſſimè Martin. Bonacina *de matrim. q.4.punct.9.num.23.* quamuis actores, ſeu repræſentatores non intendant nocere ſpectatoribus. Secus ſi comœdiæ, ſeu modus repræſentandi ſint leuiter turpes. Tunc enim non erit mortale, ſed veniale, eo quòd non proximè, ſed remotè ad Venerem incitant, ac diſponunt. Ita Sanchez, & Filliucius præcitati, & Bonacina *num.*18.

Secunda concluſio. Clerici intereſſentes comœdiis ob ſolam delectationem in verbis, quæ propter ſolam vanam curioſitatem audiuntur abſque delectatione rerum turpium narratarum, & abſque periculo delectationis, vel peccati, non peccant mortaliter. Ita Sanchez *lib.9.diſp.46.n.41.* Bonacina *n.22.* Nec obſtat prohibitum eſſe clericis intereſſe huiuſmodi actionibus *in cap.clerici, 2.de vita, & honeſt.cleric.& in cap.non oportet, 2, de conſecr.diſt.5.* Quia hoc illis non prohibetur ſub mortali, vt notat Sanchez poſt Caietan. *in ſumm.verb.clericor.peccata, ad fin.* ceſſantibus tamen ſcandalo, & contemptu, quæ ceſſare videntur hodie ex frequentia clericorum in ſacris, qui comœdiis interſunt.

Tertia concluſio. Intereſſentes rerum turpium actionibus ſine probabili periculo ruinæ ob ſolam vanam curioſitatem excuſantur à mortali. Secus ſi audiant cum probabili periculo conſentiendi in
186. rem turpem, vel in delectationem moroſam formalem, vel virtualem illius. Idem dic de componentibus cantilenas turpes, vel turpia ſcribentibus, aut legentibus propter delectationem veneream, peccant enim mortaliter. Ita Antonin. *2.p. tit.5.c.7.§.5.* Mendoça *d.q.9.§.11.* Alcocer *d.c.54.* Filliuc. *n.210.* Sanchez *d.diſp.46. à n.39.vſque ad*
187. *n.44.* Bonacina *n.18.cum ſeqq.* vbi addunt, ſcribentes, audientes, ſeu loquentes, aut interpretantes turpia ob vanam curioſitatem peccare venialiter, cùm non ſint cauſa efficax ruinæ mortalis, nec recipiatur delectatio de re turpi cogitata; quibus adde, quando ex verbis ipſis, vel dictis delectatio
188. duntaxat conſurgens recipitur. Idem dico de loquentibus turpia ex quadam leuitate, vel ob aliquam vanam cauſam, ſeu ſolatium, & nullo modo propter delectationem veneream, in quo euentu eſt [illegible] veniale, cùm non detur, nec videatur grauis [illegible] natio. Ita Nauarr. *in man.c.16.n.11. & cap.* [illegible] *verſ.*18. Graffis *1.p.deciſ.lib.2.c.75. n.9.* Sanchez *ſuprà, n.34.* & Bonacina *n.18.verſ. turpiloquium*, quòd hæc delectatio remotè diſponit ad turpia, niſi detur circunſtantia aliqua, quæ tanquam cauſa mortalis peccati appareat, videlicet, quando verba ſunt valde turpia, & cantilenæ ſunt admodum laſciuæ, & audientes non ſunt probatæ vitæ, tunc datur circunſtantia ſcandali, vel ſaltem credi poteſt, vel timeri probabiliter ex huiuſmodi rebus ſcandalum non ſurgere. Ita Rebel. *lib.3.de matr.q.19.ſect.3.verſ.nec verũ.* Azor. *3.part.cap.25.q.1.* & aliis ibi citatis, & apud Sanch. *n.32.* Quibus accedit Leſſ. *de iuſtit.lib.4. cap.4.dub.13.n.97.* vbi poſt Caiet. *2.2.q.168.art.3.* ait ſimplex turpiloquium ex ioco profectum non eſſe mortale : ſecus ſi proferatur animo trahendi ad libidinem.

Ex quibus infertur teneri principem relegare actiones, actoréſque rerum turpium ad peccatum inducentes, cum officium illius ſit tollere ea, quæ à recto, & à virtute rempublicam abducunt, & ſunt occaſiones, vt ſubditi prolabantur in vitia bonis moribus, ac ipſi reipublicæ pernicioſa. Probatur, quia inter peccatum principum numeratur negligentia in tollendis ludis, theatris, & ſpectaculis ludorum, quæ cum morali periculo peccandi grauiter exhibentur. Ita Azor. *tom.1.inſt.moral.lib.8. cap.22. q.13. verſ.in hac quæſtione.* Filliuc. *tom.2. tract.28.cap.8.§.ſecundò quæro, n.126.* & Nauarr. *in ſumma, cap.25.n.8.ad fin. verſ.vigeſimotertiò.* Non peccat tamen princeps permittendo, & non impediendo, bono tamen fine. Nam quędam mala permittuntur, ne ad alia deteriora, & grauiora homines euolent, vt permittuntur ſynagugæ Iudæorum antiquæ aliquibus in locis. Horum tamen malorum permiſſio, ac tolerantia ſine ſupplicio, ac pœna non eſt ſui natura malum, ſed eſt quid indifferens, & conſequenter non eſt peccatum permittere minus malum, vt deterius, & grauius euitetur. Ita Nauar. *lib.5.conſil.tit.de vſur.conſ.33. in 2.edit.* Azor. *vbi ſuprà, d.verſ.in hac quæſtione.* Filliuc. *tom.2.tract.34.cap.1.n.12.* Barboſ. *2.p.rubr. ff.ſolut.matrim, tom.1.n.10. & 11.* & alij quos ſequitur Rebel. *d.lib.8.de vſur.q.2.ſect.2.n.9.* 189.

His adnecti poteſt, an princeps ſæcularis poſſit innouare aliquid in religione, ſeu permittere, vt aliquis innouet? Fidenter negandum eſt, cum hoc ſpectet ad Summum Pontificem, cuius officium eſt toto pectore incumbere, ne ſint innouatores, & ad Reges tanquam ad patronos, & defenſores Eccleſiæ catholicæ pertinet, vt innouatores religionis nullo modo admittantur. Quod etiam Concil. Tolet. 6. edocet, ibi, *vt quiſquis ſuccedentium temporum regni ſortiretur apicem, non ante conſcenderet regiam ſedem, quam inter reliqua conditionum ſacramenta polliceretur non permiſſurum ſe degere in regno ſuo eum, qui non eſt catholicus. Si verò poſtquam ad regni gubernacula acceſſiſſet, huius ipſe temerator exiſteret promiſſi, eſſet anathema Maranathà in conſpectu ſempiterni Dei, & pabulum efficeretur ignis æterni.* Et probatur, quia, vt monent Xenophon, Socrates, & Ariſtoteles, ad regẽ pertinet felicem facere rempublicam : nulla verò felicitas eſſe poteſt, ſi fides catholica nouitatibus impiorum perturbetur: omnia enim impietate, atque nouitate concutiuntur, teſte etiam Ariſt. 8. *Eth.c.11.* & Xenoph. *lib 2. & 8. de Cyropædia, & lib.3. de factis, & dictis Socratis.* 190.

Extat etiam pro hac parte Dion. Caſſius lib. 52. *Eos*, inquit, *verò qui in diuinis aliquid innouant, odio habe, & coerce, nõ Dei ſolum cauſa, quẽ tamen, qui contemnit, nec aliud ſane, magni quidẽ fecerit, ſed quia noua quadã numina hi tales introducẽtes, multos impellant ad mutationẽ rerũ. Vnde coniurationes, ſeditiones, conciliabula exiſtunt, res profectò*

*minimè conducibiles principatui.* Hæc Dion. vbi nota, quod Dion. ibi non agebat de vera, ac Catholica, ſed de falſa, ac fucata inanium Deorum religione. Quos innouatores ſic irridet Hieron. in epiſt. ad Pammachium, & Oceanum: *Quiſquis*, inquit, *aſſertores nouorum dogmatum, quaſo te, vt parcas Romanis auribus, parcas fidei, qua Apoſtolico ore laudata eſt. Cur poſt quadringentos annos docere nos niteris, quod ante neſciuimus? vſque in hanc diem ſine veſtra iſta doctrina Chriſtianus mundus fuit.* Quos etiam innouatores religionis Tertullianus *de praſcript.* in hunc modum carpit; *Qui eſtis vos, vnde, & quando veniſtis? vbi tandem latuiſtis?* Quibus non parcit Hilarius lib. 6. de Trinitate, ante medium: *Tardè*, inquit, *mihi hos pyſſimos Doctores atas nunc huius ſaculi protulit, ſerò hos habuit fides mea, quam tu erudiſti, magiſtros, inauditus ego his omnibus in te credidi*: & Optatus contra Parmenianum, *Veſtra*, inquit, *cathedra originem oſtendite, qui vobis vultis ſanctam Eccleſiam vindicare.* Ex quibus quaſi oraculis notandum eſt, quantum aberrant à vera, ſynceráque fide Catholica, qui aliquid innouare in rebus diuinis curant, ac ſomniant, cùm ad Summum Pontificem ſpectet interpretari, declararéque ea, quæ in religione, Romanáq; Eccleſia fuerint obſcura, ambigua, ac dubioſa, & ad principes verò Catholicos, tanquam patronos eiuſdem Eccleſiæ pertineat quoſcunque innouatores religionis de medio tollere, vt D. Auguſt. *in epiſt.* 48. 50. *&* 165. bene ſic ait, Eccleſiam tueri legibus, ac pœnis propoſitis innouatores rerum diuinarum cohibere, hæreſúmque inuentores capitali ſupplicio plectere; nullo modo pati debent principes, quòd aliquis aliquid queat, audeátve innouare in rebus diuinis, quarum ipſi ſunt cuſtodes, ac defenſores, non verò interpretes.

Neque obſtat, ſi dicas Moyſem etiam curare, & procurare ſacra, fuiſſéque ſacerdotem ſimul, & principem politicum, vt conſtat *Exod.* 18. vbi ſedit Moyſes vt iudicaret populum, & *cap.* 32. ibi iuſſit occidi plurimos de populo propter idololatriam. Ex quibus locis conſtat fuiſſe principem politicum, & ex illo *Leuitic.* 8. patet curare, & procurare diuina, conſecrauit, *inquit*, Moyſes Aaronem in ſacerdotem, & ſanctificauit tabernaculum, & altare, obtulit ſacrificia, & holocauſta, quæ ad ſacerdotem ſpectabant, cùm tanquam iudex ius diceret populo, referente Auguſtino *de regno Moyſis*, *quaſt.* 68. in Exodum: *Sedebat*, inquit, *Moyſes iudiciaria ſublimitate ſolus populo vniuerſo ſtante*; in quo apparent vtraque poteſtas, politica nempe, & ſacerdotalis in vno Moyſe commorari, vt tradunt omnes communiter, de quo Bellarminus *tom.* 1. *de controuerſ. lib.* 3. *tit. de verbi Dei interpretatione cap.* 4. *&* *lib.* 5. *de Roman. Pontifice, cap.* 7. *ad finem.* Azor. *d.* 2. *part. lib.* 11. *cap.* 6. *§. ſi quaras.* Filliuc. *d. tract.* 28. *cap.* 8. *n.* 134. *&* 135. concordat Philo *lib.* 3. *de Moyſis vita ad finem*, dicens, *hac eſt vita, hic exitus Moyſis Regis, Legiſlatoris, Pontificis, & Propheta.*

Ad hæc reſpondet Bellarminus vtrobique citatus Moyſem ducem, & ſacerdotem ſummum fuiſſe, nec repugnare vtramque poteſtatem, ſacerdotalem ſcilicet, & politicam, ſimul in vno reperiri; cæteros verò poſt Moyſem ſecutos, ſi aliquid interdum agebant circa ſacra, ac diuina, eaque curabant, non ea curaſſe, niſi extraordinaria auctoritate, nec tam vt Reges, quàm vt Prophetas. Quod verò non repugnauerit hæc duo reperiri in vno, eodémque, probatur ex *Geneſ.* 14. & *ad Hebraos* 7. vbi habetur Melchiſedech fuiſſe Regem, & Pontificem, necnon Patriarchas priores, qui ſuis præerant tam in his, quæ ad religionem, quàm in his, quæ ad politicum regimen pertinebant, vtroque munere functos eſſe. Accedit Heli, qui iudex, & pontifex populi fuit per 40. annos, *Regum* 1. *cap.* 1. *&* 4.

Ordinariè tamen ac regulariter in dubiis de religione conſulentes, non reges, ſed ſacerdotes Leuitici generis conueniebant, vt conſtat ex 17. *Deuter.* vbi ſic dicitur: *poſtquam autem ſederit in ſolio regni ſui, deſcribet ſibi deuteronomium huius legis in volumine accipiens exemplar à ſacerdotibus Leuitica Tribus, & habebit ſecum.* Quod etiam decretum videmus apud 2. *Paralip. cap.* 19. vbi Ioſaphat cum populo locutus dicebat; *Azarias autem ſacerdos, & pontifex in his, qua ad Deum pertinent praſidebit; porrò Zabadias filius Iſmael, qui eſt dux in domo Iuda, ſuper ea opera erit, qua ad Regis officium pertinent.* Et eodem *lib.* 2. *Paralip. cap.* 26. cùm Ozias vellet incenſum adolere ſuper altare thymiamatis, ſtatim ingreſſus eſt poſt eum Azarias ſacerdos dicens: *Non eſt tui officij Ozia adolere incenſum Domino, ſed ſacerdotum.* Iratus Ozias minabatur ſacerdotibus; quibus dictis ſtatim frons illius percuſſa eſt lepra coram ſacerdotibus.

Quæ omnia in lege gratiæ fuerunt obſeruata; neque fas eſt Regi laico fungi officio ſacerdotis. Regali enim officio multo excellentius, præſtantiúſque eſt ſacerdotale munus; teſtéque Anaſtaſ. *in epiſt. ad ſolitariam vitam agentes.* Hoſius Epiſcopus Cordubenſis Conſtantium Imperatorem ſic affatus: *Ne*, inquit, *pracipe nobis in hoc genere, ſed ea potius à nobis diſce: tibi enim Deus imperium commiſit; nobis ea qua ſunt Eccleſia concredidit.* Iuuat Ambroſij ſententia *in epiſt.* 33. *ad ſororem*, ex qua conſtat dixiſſe Valentiano, *Noli*, inquit, *te grauare Imperator, vt putes te in ea, qua diuina ſunt, aliquod imperiale ius habere: publicorum tibi mœnium ius commiſſum eſt, non ſacrorum: neque purpuram ſacerdotes facere*, vt alibi dixiſſe fertur Theodoſio, *ſed imperatores fatendum eſt.*

Ergo reges diuinarum rerum cuſtodes, ac defenſores eſſe certum eſt: non tamen illis licet ſacra tractare, neque officium ſacerdotis ſuſcipere; tenentur tamen diligenter inuigilare, ne ſubditi in religione tacitè, vel expreſsè aliquid nouitatis in ſuo regno introducant, quod puritati fidei, ac Romanæ cathedræ videatur aduerſari, cùm *nouitas*, teſte Bernardo epiſt. 174. *ſit mater temeritatis, ſoror ſuperſtitionis, filia leuitatis.*

Ad hæc, difficultas ſequinr, an princeps ca- 191.
tholicus poſſit permittere, vt Iudæi poſſint viuere in ſuo regno ſecundùm ritus ſuos? Pars negans ex eo probatur, quia Iudæi ſunt iniurioſi catholicæ fidei, cuius puritatem princeps catholicus tanquam patronus illius tenetur tueri. Secundò, quoniam princeps non habet poteſtatem permittendi Iudæis exercitium vſurarum. Quinetiam ſecundùm *cap. poſt miſerabilem, de vſuris*, tenetur cogere Iudæos ad vſuras reſtituendas, quod nullo modo fieret, ſi princeps poſſet Iudæis vſuras permittere. Ioan. de Anania *in d. cap. poſt miſerabilem, num.* 5. Anchar. *conſ.* 245. incipit, *Chriſtiane & illuſtriſſime Princeps*, & alij. Ergo ſi non poteſt princeps ſæcularis permittere Iudæis exercitium vſurarum, multo fortius, nec viuere palàm, iuxta ritus ſuos permittere poterit.

192. Pars tamen contraria eſt multo probabilior, puta concedere, vt viuant palam ſecundùm ritus ſuos. Probatur, quia regimen humanum deriuatum à diuino diuinum debet imitari: ſed diuinum cùm ſit omnipotens, permittit aliquando multa mala, quæ prohibere poſſet, ne grauiora ſequantur: ergo humanum regimen poteſt permittere, & tolerare aliqua mala, ne aliqua impediantur bona, & ne aliqua peiora mala incurrantur. Ita D.Auguſt. *lib. 2. de ordine, cap. 4. parum ante medium, tom. 1.* D.Thom. 2.2. *quæſt.* 10. *art.* 11. *in corp.* Aragon. *ibid.* & reliqui ſectatores, vbi volunt ritus Iudæorum tolerari poſſe, eo quòd ex obſeruatione eorum hoc bonum nobis prouenit, quod teſtimonium fidei noſtræ ab hoſtibus noſtris habemus, & quaſi in figura à nobis repræſentatur, quod credimus. Quare in ſuis ritibus aliquibus in locis tolerantur. Sequitur Gregorius Lopez *in l.* 1. *&* 2. *tit.* 24. *part.* 7. ſubdens, hoc fieri debere cautè, & cum debitis conditionibus, quarum ibi meminit, vt videlicet non exerceant ritus ſuos cum ſcandalo fidelium, vt notatur *in cap.* 3. 4. 7. *&* 15. *de Iudæis, & in l.* 73. *tit.* 4. *part.* 1. Tuſchus *verb. Iudæus, concl.* 70. *num.* 12.

193. Item non debet permitti eiſdem Iudæis habere ſuas ſynagogas noſtris Eccleſiis admodum vicinas. Sic Gregorius *lib.* 12. *epiſt.* 18. neque debent aliquid contra noſtram fidem Catholicam palam, & extra ſynagogas Iudæi aſſerere, neque ad ſuam doctrinam aliquem fidelem allicere. Quin etiam eiſdem non permittitur aliquid agere, quod non ſit in eorum lege decretum. Idem Gregorius Lopez *epiſtolarum lib.* 7. *epiſtol.* 58. Quamuis enim poſſint ex permiſſione habere ſynagogas antiquas, non tamen nouas poſſunt extruere, *l. vlt. C. de Iudæis, & cap. conſuluit, eod. tit.* Tenentur etiam die Paraſceues non exire in publicum, ſed ianuis clauſis, ac feneſtris, domi ſe continere, de iure Caſtellæ, *l.* 2. *tit.* 24. *part.* 7. & habetur *in cap. quia, & in cap. in nonnullis, de Iudæis.* Quin adde anno 540. celebratũ fuiſſe Concilium Aurelianenſe 3. vbi ex triginta duobus capitulis eſt etiam illud à Matiſconenſi Concilio poſtea, & à Childeberto Rege confirmatum contra Iudæos, his verbis: *Ne à die Cœnæ Domini vſque ad ſecundum Sabbathi in Paſcha, hoc eſt ipſo quatriduo procedere inter Chriſtianos, nec Catholicis populis, ſe vllo loco, vel quacunque occaſione miſcere præſumant: & vt reuerentiam cunctis ſacerdotibus Domini, & clericis impendant.* Hæc ibi, necnon Iudæos ſigno aliquo diſtingui à fidelibus præcipitur *in d. cap. in nonnullis.* In ciuitate tamen Ferrariæ ex antiquiſſima conſuetudine à Martino V. confirmata non deferunt ſignum Iudæi, vt notat Fulgoſius *conſ.* 155. *pr. oponitur quod,* quem refert Tuſchus *in verb. Iudæus, concl.* 70. *num.* 9. Ex quibus conſtat fas eſſe viuere iuxta ritus ſuos.

Sed quid dicendum, quando ritus ſunt tantùm ſuperſtitioſi per comparationem ad noſtram fidem catholicam & præcepta illius, non tamen intrinſecè? D.Thom. 2.2. *quæſt.* 10. *art.* 11. reſpondet, quando ritus Iudæorum ſunt contra rationem naturalem, & contra Deum ſimul, nullo modo eſſe tolerandos, per ſe loquendo, ab Eccleſia, in ſubditis Infidelibus, cum ex hac tolerantia nihil commodi ipſis infidelibus, vel reipublicæ Chriſtianæ afferatur. Poſſunt tamen à principe fideli huiuſmodi ritus permitti, ſi tolli non poſſunt, niſi ſecuto magno detrimento ſuo, aliorúmque fidelium. Propter quam cauſam, quam ſæpiſſime Eccleſia Catholica, ac principes ſupremi permittunt multa mala ad euitanda maiora. Ita Auguſtin. *lib.* 3. *contra Parmenianum, cap.* 2. & habetur *in cap. cum quiſque* 23. *quæſt.* 4. ex eo fundamento, quia ex multis malis ratio naturalis dictat, vt minus eligatur. Ex quibus ſequitur ritus ſuperſtitioſos, nec malos intrinſecè, nec contrarios rationi naturali, faciliùs eſſe tolerandos.

De libris verò Iudæorum dicendum eſt illos, qui non fouent Iudaicam perfidiam contra Chriſti diuinitatem eſſe permittendos. Secus ſi confoueant Iudaicam perfidiam, & ad hunc effectum ſint compoſiti: illos autem, qui competunt Iudæis abſolutè, quales ſunt libri veteris Teſtamenti, & illorum commentatores, poſſe admitti conſtat, cum ipſi nihil contineant, niſi explicationem rituum, qui propter bonum fidei noſtræ ab Eccleſia tolerantur. Ita Caietan. 2.2. *quæſt.* 10. *art.* 11. & Aragon. *ibidem.*

Ex dictis ſequitur ſolutio argumentorum partis negantis, poſſe videlicet principes non recognoſcentes ſuperiorem permittere vt de facto permittunt, iuſtis de cauſis exercitium aliquorum peccatorum ad euitanda maiora mala, & conſequenter idem eſt dicendum de vſuris, de quarum exercitio meminit Nauarr. *tit. de vſuris, conſil.* 33. *num.* 3. *&* 4. vbi tradit *d. cap. poſt miſerabilem, de Iudæis,* ſolùm probare attento iure communi Iudæos eſſe reddituros vſuras à Chriſtianis extortas, non tamen probare non poſſe contrarium ſtatui de iure particulari, vt de facto decretum eſt in toto ſtatu Eccleſiaſtico, Romanóque, vbi compelluntur Catholici ad ſoluendas Iudæis vſuras. Contra verò Iudæi non compelluntur eas ſoluere Chriſtianis, additque Nauarr. idem fas eſſe cuicunque Regi ſupremo in ſuo regno, vbi Iudæi de licentia illius habitauerint, argumento, & exemplo Iudæorum habitantium in terris imperij annuente Imperatore, vbi permittitur exercitium illarum modo ſuprà dicto.

194. Quid de Paganis? Reſponde ritus eorum non eſſe ab Eccleſia tolerandos, ſi viuant inter fideles, cum nihil veritatis, aut commoditatis afferant, niſi fortè ad aliquod malum, ſeu ſcandalum, vel diſſidium vitandum, quod ex hoc poſſet prouenire: aut quia ſperatur eorum conuerſio, aut reductio ad fidem catholicam, propter quod non ſolùm Paganorum ritus, ſed etiam hæreticorum aliquando Eccleſia tolerauit, exemplo Dei Optimi Maximi, qui permittit aliqua mala fieri, quæ prohibere poſſet, vt maiora bona non tollantur, aut ne peiora ſequantur mala. Ita D.Thom. & *ibi* ſequaces illius *d. art.* 11. D.Gregor. *lib.* 1. *epiſt.* 34. vbi de hac re latè, & *lib.* 11. *epiſt.* 15. vbi expreſsè loquitur de Iudæis, eius tamen doctrina extendi poteſt ad Sarracenos, & ad alios infideles vnum verum Deum cognoſcentes, ac colentes, & ad omnes Paganos, dummodo ſit ſpes, quòd conuertantur. D.Thom. Caiet. & alij *ſuprà.* Simanch. *de inſtit. cathol. tit.* 35. addit in nonnullis prouinciis Iudæos permitti propter magna tributa, quæ pendent: quæ cauſa mihi non probatur, vt ſufficiens, vt permittantur, niſi ſimul interceedat ſpes conuerſionis ad fidem catholicam cùm ſint ab antiquo proditores Eccleſiæ catholicæ, & noſtro Regi catholico inſidiatores, cuius conſpirationis meminit idem Simanch. *vbi proximè.*

Teſtis eſt inſidiarum, quas Iudæi mouere ſolent contra principes fideles, ſeditio, ac rebellio,

 quam

quam moliti ſunt tempore Conſtantini Magni, & Helenæ matris anno 314. indigne ferentes Chriſtiano principi ſubeſſe, & chriſtianam proſperitatem odio habentes, ſed malo ſuo contigit; nam Conſtantinus amputatis illorum auriculis ac rebellionis ſigno impreſſo illorum corpori per omnia loca circumtulit, ſicut fugitiua mancipia, eo modo illos docens ne in poſterum ſeditiones molirentur. Ita Franciſcus Longi *in ſuo breuiario chronologico, in vita Syluestri Pontificis, fol.67. verſ.Iudæi hoc anno*, ſed de his §.*ſeq*.

---

## §. VI.

### *Vtrùm Princeps ſæcularis poſſit Iudæos è ſuo regno expellere, & an illorum communicatio ſit licita.*

EPITOME.

195 *Iudæi, & infideles, an poſſint compelli, vt exeant à regno fidelium.*

196 *Iudæi, & infideles pacificè viuentes, & ſine ſcandalo tolerari poſſunt inter fideles.*

197 *Iudæi quonam tempore fuerunt eiecti ex Francia, & Hiſpania.*

*Mauri Granatenſes à Philippo II. ex Hiſpania fuerunt eiecti, & quam ob cauſam, ibid.*

198.199 *In quibus caſibus licita, & illicita ſit communicatio cum Iudæis.*

200 *Communicare cum Iudæis an ſit mortale?*

201 *Familiaritas nimia cum hæreticis eſt illicita.*

202 *Eraſmus male audit propter amicitiam cum Luthero.*

203 *Ducere conſanguineam ſcienter, caret ſpe diſpenſationis.*

204 *Verbum* præſumo, *quid importet.*

205 *Comedere cum Iudæo quale ſit peccatum.*

206 *Vti medico Iudæo, aut medicamento illius, quando liceat.*

207 *Aſſiſtere conuiuijs Iudæorum non licet, neque contrahere cum illis in aliquibus*

*Fideles quando poſſunt contrahere cum illis, & inuiſere eorum ſynagogas, ibid.*

208 *Iudæis non licet habere nutrices fideles, neque in domo, neque extra domum, & quis poſſit in hoc diſpenſare.*

209 *Iudæis famulari catholicus non poteſt, neque ingredi cum eis in balnea, neque eos hæredes inſtituere, aut aliquid legare.*

210 *Iudæis an liceat vendere res indifferentes eo fine, vt eis abutantur.*

211 *Famuli, quæ obſequia debeant præſtare heris ſuis quando obſequia redolent peccata.*

212 *Captiui remigando contra Chriſtianos, vel arma porrigentes, an excuſentur à peccato, & à cenſura Bullæ Cœnæ.*

195. ATTEXAM quæſtionem an Principes fideles poſſint ex regno ſuo expellere Iudæos? Reſponde affirmatiuè intercedente cauſa iuſta, puta ne ſua perfidia, & corruptis moribus ſcandalum afferant Catholicis, illóſque inducant ad fidem catholicam deſerendam, vel ob aliquam aliam cauſam ſimilem. Ita Innocent. *in cap.quod ſuper his, de voto*, & Hoſt. *ibi*. Abſque verò vlla cauſa non ſunt expellendi, ſi pacificè, & ſine ſcandalo, damnóque fidelium inter eos commorentur: & à fortiori non debent ſuis bonis ſpoliari. Quia quamuis princeps ſit dominus quoad protectionem, non debet eos ſine iuſta cauſa ſuis bonis priuare, vt notatur à Zenone *in l.bene, C.de quadr.præſcript.* & Innocent. *de immunit. Eccleſ.cap.quia plerique.* Vnde ipſe Innocent. & Hoſtienſ. *in d.cap. quod ſuper his*, tradunt Summum Pontificem non debere eos ſine cauſa expellere, neque ſpoliare rebus ſuis; imò eos tolerare debere, ex traditis à D.Gregor. *in homil.Innocentum*, & ex *l.Chriſtianis, C.de Pagan.* vbi præcipitur nihil moleſtiæ paganis inferendum, ſi quietè viuant, & ex *cap.2.de Iudæis.* quod etiam tenet Franciſcus Aretin. *in cap. licet vniuerſis, in 1.notab.de teſtib.* dicens, non eſſe Iudæos moleſtandos, neque eiiciendos, ſine cauſa, text. *in l.nullus, C.de Iudæis*; nec illis eſt negandum, quod ius humanæ ſocietatis indulget, donec quietè apud nos viuunt. Felin. *in cap.conſuluit, in 2.notab.de Iudæis*, vbi probat Eccleſiam ex gratia illos pati, non tamen hæreticos.

Quam etiam partem docet tanquam probabiliorem Ioan. de Anania *in cap. & ſi Iudæos, verſ. extra gloſſam quæritur*, cùm ius naturale exigat, *quod tibi non vis, alteri ne facias*, maximè tuis ſeruis, ac tributariis. Habetur *in cap.dilecti, de maior.& obed.* Accedit ratio charitatis, quæ non agit perperam *1.ad Corinth.13.* ſed præceptum charitatis docet non expellere Iudæos abſque cauſa legitima, Oldrad. *conſ.264.* incipit, *Illa videtur probabilior ſententia.* Denique Iudæi, & pagani inter oues Chriſti numerantur ſecundùm illud Ioan.10. *alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili*, ſcilicet Eccleſiæ, *& illas oportet me adducere*; ideò ſine diſtinctione dictum fuit Petro, *paſce oues meas*, Ioan.vltim. Ergo quandiu pacificè viuunt, non debent expelli, Albert. *in rubr.de hæret. lib.6.quæſt.7.* Corcet. *de poteſtate regia, quæſt.84. in quinta & vltima parte illius tractatus, & n.11.* plenè probat. 196.

Iuſtè tamen, ac multis de cauſis fuerunt Iudæi expulſi omnes à Francorum regno anno 1182.& 1183. teſte Guilielmo Benedicto *in cap. Raynutius, de teſtament.in verb. duas habens filias, n.92.* & ex Hiſpania refert Didacus Perez *lib.8. tit.13. l.40.pag.79.in fine, & pag.80.poſt princ.* fuiſſe quadraginta millia Iudæorum expulſa anno Domini 1492.& 1499. cuius expulſionis Ioannes Picus Mirandul. *lib.5.aduerſus Aſtrologos, cap.12.* & Illeſcas 2.*part.lib.6.cap.20.* §.2. reddunt rationem, ſed veriorem refert Dom. Bañez 2.2.*q.10.art.10. col.611.verſ.ad ſecundum reſpondetur*, & Aragon. *ibid.art.8.pag.290.verſ.ad aliud de regibus.* Frater tamen Ferdinandus Caſtillo *lib.3. chronic. ſui ordinis cap.41.* ex tota Hiſpania in alias prouincias memorat ſecundùm quoſnam centum, & viginti quatuor familias Iudæorum prodiiſſe, ſicque ſupra ſexcenta eorum capita fuiſſe expulſa. conſonat Paramus *de origine ſancti Officij, lib.2. tit.2. cap.6.num.12.* cui ſubſcribit Fr. Franciſc. Longi *in ſuo breuiario chronologico Pontificum, fol.386. num.1494.verſ.ſub hoc Pontifice*, nempe Iulio II. 197.

Nec eſt omittendum egregium, ac regium factum Philippi III. Philippi II. filij, ac Hiſpaniarum regis, qui ſicut & regnorum, ita & virtutum tanti patris hæres factus eſt, qui præter multa tanto viro digna opera Mauros ad numerum ducentorum milium ex Hiſpania eiecit, maiores ſuos imitatus; nam Philippus II. Iudæos ex omni ditione 198.

ditione ſua expulit, & Ferdinandus Hiſpaniarum Rex cognomento Catholicus, nec dum Iudæos, ſed etiam Saracenos propulſauit ab omnibus ſuis regnis, vt dictus Fr. Franciſc. Longi *in d. ſuo Breuiario, fol. 456.* plenè memorat. De cauſis Fr. Dom. *in eorum expulſione, lib. 3. cap. 1*

In quibus tamen caſibus licita ſit cum Iudæis communicatio in rebus politicis, quæri poteſt hoc loco, vbi non agimus de communicatione in rebus ad infidelitatem pertinentibus. Illud tamen certum eſt poſſe Eccleſiam prohibere fidelibus communicationem cum infidelibus propter periculum ſubuerſionis ex illa prouenientis. Atque in primis non eſt interdicenda communicatio fidelibus, ſi nullum detur periculum peruerſionis, & detur ſpes vtilitatis, & conuerſionis infidelium ex eadem communicatione, quia ceſſante periculo, & data ſpe conuerſionis, ceſſat omnis prohibitio, Ita D. Thom. 2. 2. q. 10. *art.* 9. Caietan, & Aragon. & alij *ibid.* Fidelibus tamen parum firmis in fide interdicitur communicatio cum infidelibus ad cautelam, præſertim maxima familiaritas ad vitandam occaſionem ruinæ. Secundò, ne dignitas Chriſtiani nominis in aliquo minuatur propter conuerſationem, ac periculum alicuius mali. Quod ſi fideles præmiſſa monitione non deſiſtant a conuerſatione, ac familiaritate cum Iudæis, peccare mortaliter docent Syluester, *verbo, Iudæus, quæſt. 1. dicto 7.* & Tabien. *quæſt. 1. num. 2.*

Quod ſi fideles ſint probatæ virtutis in quibus nulla videtur occaſio, nec periculum ruinæ, non interdicitur illis nimia familiaritas cum Iudæis. Quin potius ex illa ſperatur conuerſio Iudæorum. Cæteris verò ob prædictum periculum interdicit Eccleſia conuerſationem aſſiduam & familiaritatem ſtrictam, vt in *cap. ſæpe, 27. quæſt. 1. cap. nullus, de Iudæis,* non tamen cenſetur interdicta ſocietas, & participatio ſimplex cum illis, *leg. quicumque, C. de Iudæis.* Sanch. *ſuprà a num. 2.* Farin. *tom. 1 tit. 4. quæſt. 29. num. 47.* vbi vult ſaluum conductum conceſſum alicui pro ſe, & ſociis ſeruandum eſſe, etiam quoad ſocios Iudæos poſt Angel. *in l. vtimur, num. 6. verſ. Item attende, quod ſi quis, ff. de ſepulchro violato,* vbi teſtatur ſic fuiſſe pronunciatum. Sequitur Boër. *deciſ. 179. num. 6.* Gigas *de crimine læſæ maieſt. lib. 1 tit. qualiter, & a quibus crimen læſæ maieſtatis committatur, q. 33. num. 11.* & Menoch. *de arbitr. lib. 2. caſu 336. num. 4.*

199. In aliquibus tamen caſibus interdictum eſt fidelibus communicare cum Iudæis. Primò non licet Catholicis habitare cum Iudæis ſub eodem tecto, vel in eadem domo, *cap. nullus, & cap. omnes, 28. quæſt. 1.* ob periculum ſubuerſionis ex ea habitatione, ac vicinia proueniens. Secundò, nefas eſt veſci azymis Iudæorum, etiamſi ſeparatim fideles azyma comedant, cum ſint cibi proprij Iudæorum, niſi neceſſitas extrema, vel grauis vrgeat, tunc enim non debent fideles azymis vti, tanquam communi cibo, vt notat Syluest. *verbo Iudæus, quæſt. 1. dicto 3.* Armil. *eodem verbo, num.* Sanch. *d. cap. 31. num. 4.* Tertiò, non integrum fidelibus ingredi in balneum ſimul cum Iudæis, neque ab eis medicamenta accipere, neque vt medicos quærere, vt habetur *in d. cap. nullus,* & refertur *in 6. Synodo, cap. 11.* Item non licet filios fidelium in domibus Iudæorum educare, *cap. ad hæc de Iudæis.* Neque ad Iudæorum conuiuia accedere, nec eos ad noſtra inuitare, vt dicitur in Concilio Agathenſi *cap. 40.* Poſſunt tamen Iudæi eſſe procuratores pro fideli, & interuenire pro eodem in iudicio, Alexand. *conſ. 99. viſa inquiſitione in fine, lib. 6. num. 15.* Tuſchus *verbo, Iudæus, conſ. 71. num. 6.* vbi *num. 5.* ait poſſe eos habere bona Eccleſiaſtica in emphyteuſim, nec poſſe ſine cauſa priuari, poſt Auchar. *conſ. 488. alias 1. de iud.*

200. Qualenam ſit peccatum in his caſibus communicare cum Iudæis? Reſpondeo peccare grauiter, niſi paruitas materiæ excuſet. Deducitur ex pœna propoſita *in dict. cap. nullus,* vbi præcipitur excommunicari laicum, & clericum deponi, ſi communicent cum Iudæis. Non tamen interdicitur Chriſtianis habere ſeruos Iudæos, nec Saracenos, vel alios infideles intra eandem domum, quod praxis vſu recepta concedit. Nihilominus praxis non extenditur ad Iudæus ſeruos, quia quamuis integrum ſit Catholico ſeruum Iudæum habere poſſe ex cap. *& ſi Iudæi de Iudæis,* non tamen conceditur domino Catholico intra propriam domum cum Iudæo ſeruo commorari, ne ita eum habeat familiarem, vt habetur *in cap. omnes, & cap. nullus, 28. quæſt. 1.* & docent Armil. *verbo, Iudæus, num. 7.* Tabien. *ibid. quæſt. 3. num. 4.* Ex eo fundamento, quia Iudæi difficiliùs fidem Catholicam amplectuntur, & ſunt proniores ad ſubuertendos Catholicos. Quare Catholici abſolutè poſſunt habere ſeruos quoſcumque infideles intra propriam domum; Iudæos verò ſeruos extra propriam domum. Sanchez *ſuprà.*

201. Porrò cum hæreticis eodem modo conuerſatio, & familiaritas interdicta eſt. Ita Antonius *p. 2. tit. 12. cap. 2. §. 3. rubr. de conuerſatione fidelium in principio.* Petr. Gregor. *ſyntagm. iuris, lib. 33. cap. 9. num. 3. verſ. prohibentur, & colloquia, conſortia cum hæreticis,* & Simanc. *de Cathol. inſtit. tit. 11. num. 1. & ſequentib.* & meritò, quia hæretici ſunt valdè pernicioſi Catholicis. Proinde fugiendam eſſe hæreticorum conſuetudinem, docet idem Simancas multis exemplis *ibid. num. 7.* Quin potiùs communicantes cum hæreticis ſuſpecti ſunt de hæreſi, & præſumuntur eſſe fautores illorum, & inſurgit contra eos vehemens ſuſpicio. Simanc. *ſuprà num. 9.* dicens propter vehementem familiaritatem debere abiurare. Quod ſi poſt abiurationem adhuc comitentur hæreticos, viſitent, excipiant, vel deducant, eo ipſo cenſendos eſſe relapſos. Poſſunt tamen cum eiſdem communicare Catholici propter bonum finem ad bonum animæ, & remoto omni periculo, occaſionéque alicuius mali. Ita Tabien. *in verbo, hæreticus, num. 9.* Farin. *de hæreſi, quæſt. 82. num. 179.* & Simanc. *d. tit. 11. num. 10.* ſubdens propter neceſſitatem licitam eſſe communicationem cum eiſdem, dummodo erroribus eorum nullus detur aſſenſus neque conſenſus, quia neceſſitas præualet, D. Thom. 2. 2. *quæſt. 10. art. 9.* Caſtro *lib. 1. de iuſta hæreticorum punitione, cap. 20.* quos ibi refert Simanc.

202. Interdicitur etiam cum hæreticis non ſolùm conuerſatio, & neceſſitudo, ſed etiam collocutio, tranſmiſſio, ſeu receptio literarum, & nuntij. Ita Antonin. 2. *p. in ſumma, tit. 12. cap. 2. §. 3. rubrica, de conuerſatione fidelium, in principio,* vbi agit de locutione prohibita cum hæreticis. Simanc. *d. tit. 11. num. 8.* dicens Eraſmum malè audire propter frequentes literas Miſſas ad Lutherum, poſtquam cognouerat hominem eſſe hoſtem Eccleſiæ. Idem ſentit Humbert. Locat. *in iudicial. Inquiſit. in verbo,*

*verbo, credentes*, vbi opinatur eſſe ſuſpectos de hæreſi recipientes literas ab eis, & *in verbo, ſuſpicio, num.* 25. Idem docet de mittente nuntios, vel literas ad hæreticos, Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 41. *num.* 12. *verſ.* 6. *ad hæreticos*, credens non eſſe ſcribendum ad hæreticos, neque eorum literas recipiendas, neque agendum cum illis in contractibus. Simanch. *vbi ſupra num.* 11. Farinac. *num.* 168. & Hoſtienſ. *in ſumma, de hæreticis, §. quæ pœna imponatur, num.* 13. vbi addit exercentes negotiationem cum hæreticis eſſe eo ipſo excommunicatos, & ſepultura priuari. Quod etiam credit Angel. *in verbo, hæreticus, num.* 4. Tabien. *in ſumma eodem verbo, & num.* Hæc tamen omnia quæ hoc loco retulimus, ex DD. de familiaritate cum hæreticis, intelligenda ſunt de iis prouinciis in quibus non ſunt permixti catholicis hæretici, in iis enim locis in quibus ad maiora mala vitanda, permixtio illa toleranda neceſſariò eſt, non tenentur catholici vitare hæreticos vllo iure Eccleſiaſtico, vt tradunt quoque DD. ſi verò ex alicuius conſuetudine immineat ſubuerſionis periculum, tenebitur illum ſicut & alium quemlibet peccatorem, à cuius conſortio infectio timeretur, vitare. Itáque à viris doctis & piis fieri omnino certum eſt. Quare nihil hoc loco dictum volumus contra Catholicos qui tuta conſcientia cum hæreticis conſueſcunt in Germania, Gallia, Polonia & aliis prouinciis hæreſi corruptis: vbi autem hæretici non tolerantur, & ſunt nominatim denunciati, atque nominatim excommunicati, nefas erit cum illis agere, atque ita ſunt intelligenda antiqua iura, *in cap. ſicut, extra, de hæreticis*: ibi, *aut negotiationem cum eis exercere præſumat*: vbi nota ad hanc pœnam incurrendam non ſufficere, quòd exerceat negotiationem ſimpliciter, ſed quod exercere præſumat. Quod verbum inducit contemptum quaſi ſpreto mandato data opera velit Catholicus cum eis negotiationem exercere.

203. Iuuat Concilium Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 5. ibi, *ſi quis intra gradus prohibitos ſcienter matrimonium contrahere præſumpſerit, ſeparetur, & ſpe diſpenſationis conſequendæ careat.* Vbi verbum *ſcienter*, & *præſumpſerit* important, ac ſignificant dolum, & temeritatem, vt docent Antonin. 3. *p. tit.* 24. *cap.* 54. *col.* 3. *verſ. quæris idem.* Syluest. *excommunicatio* 7. *caſu* 14. *dub.* 5. *num.* 34. Nauarr. *in ſumma cap.* 27. *num.* 155. & Caiet. *verbo, excommunicatio, cap.* 84. Quibus accedunt Roſel. *verbo, abſolutio* 1. *num.* 46. & Angel. *excommunicatio* 5. *caſu* 12. *n.* 15. Secus dicendum, quando non ſcienter, ſed ignoranter matrimonium velint contrahere ſimpliciter, remota omni præſumptione, quia quando lex aliqua, ſeu præceptum poſtulat aliquid ſcienter fieri, vt ſciens puniatur, quæcumque ignorantia etiam craſſa excuſat. Non enim dicitur ſcienter agere, qui ex ignorantia craſſa operatur, ſed dolus exigitur, ac ingens temeritas, vt benè tradit Bartol. *in l. ſi adulterium, in principio, num.* 11. *ff. ad l. Iul. de adult.* Anchar. *element. vnica de conſanguinit. col.* 3. & ibi Imola *num.* 4. *ſuper gloſſ. ſcienter.* Couar. 4. *decretal.* 2. *cap.* 6. §. 8. *num.* 21. & *in cap. alma mater* 1. *p.* §. 10. *num.* 13. *verſ. eadem ſanè ratione*, & Greg. Lop. *ſuper l. vlt. verbo, à ſabiendas, tit.* 18. *p.* 7. Dixi dolum, ſeu temeritatem excludere bonam fidem, nam de dolo conſtat ex dictis, de temeritate verò quando eſt adeò ingens, & ignorantia tam craſſa, vt æquipolleat ingenti temeritati, cenſetur dolus cum quibus non poteſt ſtare bona fides; atque ita quamuis à lege, ſeu à præcepto exigatur dolus ad incurrendam aliquam cenſuram, ſeu pœnam, extenditur talis cenſura, ſeu pœna, etiam ad ignorantes, ſi ignorantia ſit adeo craſſa, vel craſſiſſima, vt importet culpam latiſſimam, & dolo æquiparetur. Ita Antonin. *cap.* 2. *de conſtit. n.* 9. & Nauarr. *in manuali vulgari, cap.* 27. *num.* 54. per hæc verba, *no ſe comprehendaria el, que por oluido, o deſcuido, o por ignorancia alo menos no muy craſſa.* Ex quibus quamuis negotiatio 204.
cum hæreticis ſit prohibita Catholicis, vt conſtat ex *d. cap. ſicut. de hæreticis*, & ex Eymerico *ibi, in directorio* 2. *p. fol.* 180. *col.* 2. ſub excommunicatione latæ ſententiæ non incurritur niſi ab exercentibus per dolum, & ſcientibus talem prohibitionem. Secus verò ſi ignorent, neque præſumant eam exercere, niſi ignorantia in tantum ſit craſſa, vt importet latiſſimam culpam dolo æquipollentem. Ita Anton. & Nauarr. & alij ſuprà dicti.

Quæres an ſit mortale edere cum Iudæo? Roſel. *verbo, Iudæus,* 1. *num.* 1. Angel. *eodem verbo, n.* 8. & ibi Syluest. *quæſt.* 1. affirmant penſata grauitate pœnarum, quæ imponuntur communicantibus cum Iudæis in ſupradictis caſibus prohibitis, in quibus interdicitur inuitare Iudæos ad comedendum, ſeu ad eorum conuiuia accedere. Concordat Azor *tom.* 1. *lib.* 8. *inſtit. moral. cap.* 22. *quæſt.* 2. vbi vult eſſe graue peccatum communicare cum illis, niſi paruitas materiæ excuſet. Quæ ratio mihi probatur, quia non licet familiaritatem contrahere cum illis, etiamſi Iudæi cibos non diſcernant, quia non ſola diſcretio ciborum eſt ratio huius prohibitionis, ſed vitatio familiaritatis cum Iudæis, ex qua Catholicis occaſio peruerſionis oriri poteſt. Sanch. *lib.* 2. *cap.* 31. *num.* 12. & in ſpecie *num.* 26. vbi definit eſſe mortale communicationem in iis, quæ inducunt continuam conuerſationem, aut nimiam familiaritatem, aut derogationem noſtræ fidei. Cætera verò, ex quibus nec nimia conuerſatio, aut familiaritas, aut derogatio, nominis Chriſtiani proficiſcuntur, neque ſcandalum oritur, excuſátur a mortali, maximè intercedente bona cauſa. Ita Caiet. *in ſumma, verbo, Iudæorum conuerſatio*, & Armil. *verbo, Iudæus, num.* 3. Facit opinio Emanuelis de Sà *in ſumma, verbo, Iudæus, num.* 1. dicentis non eſſe mortale cum Iudæo conuerſari etiam intra eandem domum habitando, aut opera illius vtendo, ceſſante periculo ſubuerſionis, & abſque derogatione Chriſtiani nominis. Quod etiam addit Aragon. 2. 2. *quæſt.* 10. *art.* 9. 205.

Excuſantur Catholici a peccato ſi medicos Iudæos acceſſant ad medendum ægroti, quando non adeſt alius medicus, vel non tam ſufficiens, nec peritus, in quo euentu fas erit catholico medicum Iudæum vocare, vt Syluest. *vbi ſuprà q.* 1. *dicto, quartum.* Tabien. *verbo, Iudæus, quæſt.* 5. *n.* 6. quod limitat, *verbo, medicus, quæſt.* 16. *num.* 17. dicens fortè hoc habere locum, ſi medicus Iudæus ſit doctior notabili exceſſu medico catholico, quod mihi placet. Ideò ſi non excedat valdè, non debet vocari, niſi morbo grauiter vrgente, ac inualeſcente, egentéque multis medicis ægroto ad ſalutem. Tunc vocari poteſt medicus Iudæus, eſto non ſit notabiliter doctior, quia cenſentur medici catholici non ſufficere conſiderata morbi malitia. Ita Marquardus de Suſannis *in tract. de Iudæis, p.* 2. *cap.* 7. *num.* 10. vbi ait eſſe de ſe mortale exceptis cauſis ſupradictis committere ſe, ſuóſque curandos medicis Iudæis, niſi aliud ſuaderet 206.

qualitas

qualitas temporis, aut morbi, aut defectus medicorum, notat Felin. *in cap.* 1. *col.* 21. *de Iudæis*, & R pa *tract. de peſte, tit. de remediis ad curandam* ... *em, num.* 56.

... nterdicitur Catholicó emere medicamenta præparata a Iudæo. Syluest. *verb. Iudæus*, ... 1. *dicto, quartum.* Archid. *in cap. nullus*, 28. q. 1. & Azor *ſuprà cap.* 22. *lib.* 8. *tom.* 1. *quæſt.* 5. vbi volunt non interdici emptionem medicinæ, ſed acceptionem gratis oblatam, vel conceſſam, et eo quòd acceptio gratuita, ſeu oblatio gratioſa præſupponit familiaritatem nimiam, quæ interdicitur. Excipitur caſus neceſſitatis, in quo excuſatur etiam applicatio medicinæ per Iudæum Catholico, quando non adeſt, qui ſciat applicare Catholico niſi Iudæus. Fauet Armil. *verb. Iudæus, n.* 7. ob quam cauſam licet vocare Iudæum ad ſcindendam venam, vel ad aliquod medicamentum adhibendum Catholico. Similiter fas eſt Chriſtiano vendere Iudæo medicinam præparatam, non tamen illam applicare niſi vrgente neceſſitate, quando non reperitur, qui applicet, Archid. *in d. cap. nullus, num.* 2. Turrecremat. *num.* 6. Marquard. præallegatus *num.* 11.

207. Non interdicitur fideli incumbere menſæ cum Iudæo, ſi caſu reperiantur in diuerſorio, quia in *cap. omnes*, 28. *quæſt.* 1. prohibetur tantùm ne fideles cum Iudæis conuiuiis aſſiſtant, nec ad conuiuia mutua ſe inuitent. Philiarch. *de officio Sacerdotis, tom.* 1. *p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 12. *ad finem.* Non eſt tamen licitum ſecundum Turrecremat. *in d. cap. nullus*, comedere cum Iudæis, vel coram ipſis frequenter in eodem diuerſorio, quod procedit, quando hæc frequentia familiaritatem nimiam creauit, & cauſa illius ad comedendum accedunt; ſecus quando caſu accedunt. Eodem modo fas erit cum Iudæis comedere cauſa alicuius boni ſpiritualis, eóque fine cum iiſdem familiariter agere, vt eos a Iudaiſmo ad fidem Catholicam reuocent. Ita D. Chryſoſt. *homil.* 25. *ad cap.* 12. *ad Hebræos*, vbi dicitur integrum eſſe Catholicis menſis Paganorum aſſidere, quod etiam habetur *in cap. quam ſit, de Iudæis.*

Hinc ſequitur, fas eſſe Chriſtianis contrahere, & diſtrahere cum Iudæis, ac Saracenis regulariter in rebus tamen licitis, & legitimis. Ita Romanus *conſ.* 489. *hac doctrina.* Petr. Marquardus 1. *p. de Iudæis, cap.* 5. *num.* 1. & Abb. *in cap. poſt miſerabilem, in* 11. *notab. de vſur.* Nam ſolùm interdicitur nimia familiaritas, & conuerſatio cum illis, quamuis tutius ſit ab eis abſtinere. Quibus accedit fas eſſe inuiſere ſynagogas Iudæorum, & templa Paganorum, vbi tam Iudæi, quàm Pagani ſuperſtitioſa ſua ſacra, ac ſacrificia verè execranda peragunt, non verò quando celebrantur, ſed aliis temporibus ad ſpectandam ſtructuram, & archi... ornamenta, & artificium eorum: & à ... hoc enim licitum, ſi fiat cauſa irridendi ſu... quæ ibi reperiunt, & vt facilius Iu... confundantur, relinquántque ſua inania figmenta. Azor *tom.* 1. *inſtit. moral.* ... *quæſt.* 3. *ad fin.* Porrò extra hos caſus ... ingredi hæc templa ob ſcandalum, ſeu ... ſubuerſionis, ſi fortè ingredientibus ... quando Iudæi, ſeu Pagani ſacrificiis i... Sanch. *lib.* 2. *in præcepta, cap.* 31. *n.* 3... & 1... Azor *ſuprà lib.* 8. *cap.* 22. *quæſt.* 3. *ad finem*, ſequitur Roſel. *verb. Iudæus*, 1. *num.* 1. vbi carp... fidel... ad Iudæorum ſynagogas, vel ad eorum nuptias, ac ſolemnitates.

An verò nutrici Chriſtianæ alere ex lacte filios Iudæorum liceat? Aliqui affirmant, dummodo extra domum Iudæorum viuat, intra verò domum nullo modo. Ita Anton. de Butrio, Cardin. & communiter ſcribentes *in cap. & ſi Iudæos, de Iudæis, & in cap. ad hæc, eodem tit.* Ex eo quòd *in d. cap. ad hæc.* prohibetur ne intra domum Iudæorum nutrices filios illorum lactent, ob periculum ex nimia familiaritate ortum, & ob occaſionem peruerſionis. Sequitur Ioan. Andr. *in d. cap. & ſi Iudæos*, & circa hoc vt extra domum lactentur infantes, non eſt neceſſaria diſpenſatio Epiſcopi. Felin. *in cap. at ſi clerici*, 6. *de adulter. col. fin. de iud.* Euiſdem etiam ſententiæ eſt Marquard. *p.* 1. *tract. de Iudæis, cap.* 4. *n.* 18. vbi vult extra domum poſſe lactari à nutrice Chriſtiana filios Iudæorum, quando non reperiuntur aliæ nutrices infideles. Quæ ſententia eſt valde probabilis, cum *in cap. ad hæc, de Iudæis*, ſolùm interdicatur ad vitandam familiaritatem cum Iudæis, ne intra domum filij eorum nutriantur à nutricibus Chriſtianis, ergo poſſunt nutriri extra domum. 208.

Alij verò tanquam verius exiſtimant, neque extra, neque intra domos licitam eſſe nutritionem, quia iura excludunt hoc propter familiaritatem vitandam cum Iudæis, quæ neceſſariò debet contrahi cum nutricibus frequenter quæſitis videndi filios cauſa, & occaſione inuiſendi nutrices. Ita Azor *d. lib.* 8. *quæſt.* 9. poſt Angel. *verb. Iudæus, num.* 4. Syluest. *ibi, quæſt.* 2. *dict.* 3. Tabien. *q.* 4. *num.* 5. & Sanch. *d. cap.* 31. *num.* 19. vbi addit *in cap. ad hæc*, dictionem, ſeu verbum, *in eorundem domibus*, non fuiſſe poſitum ad reſtringendum, quaſi videatur concedi poſſe nutriri creaturas Iudæorum extra domos, ſed quia intra domos ex frequentiori viſu, ac colloquio parentes amore prolis capti faciliùs contrahunt cum nutrice familiaritatem. Propter quod poſita ſunt verba illa *in eorundem domibus*, non tamen fit facultas nutriendi extra domum, quia ob frequentes aditus ad domum nutricis cauſa videndi filios, & inuiſendi nutricem, adſtat occaſio creandi familiaritatem, quamuis non tam facilis; ſicque ſunt intelligenda verba, *in eorundem domibus.* Ioan. Andr. & Hoſtienſ. *in d. cap. ad hæc*, & Summiſtæ ſuprà ſcripti, *in verb. Iudæi, num. præcitatis.*

Vt verò poſſint nutriri intra domum, non poteſt Epiſcopus diſpenſare, cùm ſit contra ius commune, in quo niſi expreſsè, vel tacitè permittatur, nihil poteſt. Innocent. *in cap. dilectus, de tempor. ordin.* & Archid. *in cap. licet canon, de electio in* 6. & Io. de Anania *in d. cap. ad hæc.* vbi ſubdit, quòd ex eo, quòd dantur opiniones vtrùm de iure poſſint Iudæi habere nutrices extra domum fideles, vel non, non poſſe dici propriè diſpenſationem contra ius per ea, quæ notantur *in cap. vlt. de officio Archiepiſc.* & per Ioan. Andr. *in cap. fin. de appellation.* Atque ita vt nutritio fiat extra domum, non requiritur diſpenſatio Epiſcopi, vt per Felinum *ſuprà*; vt tamen fiat in domo nihil poteſt Epiſcopus, ſed Summus Pontifex ſecundùm communem doctrinam, *in d. cap. ad hæc*, vt benè notat Marquardus *part.* 1. *cap.* 3. *num.* 15. & *cap.* 4. *num.* 18. & 19.

Non tamen damnarem ſi nutrix extra domum ita remotè nutriret infantem, vt nec eſſet ſcandalum, nec familiaritas propter diſtantiam contraheretur cum parentibus infantis. In quam partem feruntur Angel. *verbo, Iudæus, num.* 4. Syluest.

&

& Tabien. citati, quamuis diſſentiat Azor. *d. quæſt.* 9. & tanquam probabilius oppoſitum abſolute putet non licere, nec intra domum, nec extra domum, tum vt familiaritas caueatur cum Iudæis, tum nec videatur nutrix Chriſtiana Iudæis famulari. Sed magis placet opinio Angeli, & Sylueſtri, & Tabienæ, remoto ſcandalo, & occaſione familiaritatis contrahendæ, quæ non tam vehemens contrahitur, quando nutrix diſtat, nec frequenter inuiſitur.

209 Huc pertinet non eſſe licitum Catholico famulari Iudæis, nec intra, nec extra domum, per text. *in cap. Iudæi*, & *ibi* Ioan. Andr. *& in cap. ad hæc, num.* 2. *de Iudæis*. Abb. & Felin. *ibidem*, reprobata opinione Hoſtienſ. & Ioan. de Anania, & deducitur ex 2. ad Corinth. cap. 6. *Nolite* (inquit) *iugum ducere cum infidelibus, quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate? aut quæ ſocietas lucis ad tenebras?* Fundamentum ne ex continuo famulatu familiaritas interdicta proueniat. Ceſſante verò familiaritate notabili opinatur Tabiena *verbo, Iudæus, quæſt.* 2. fas eſſe fideli famulari Iudæis extra domum: ſed melius docet Azor. *p.* 1. *lib.* 8. *c.* 22. illicitum eſſe ſeruire Iudæis tam extra quam intra domum, ne Iudæi videantur ſuperiores, ſi famulos habeant fideles; quæ ratio ponitur *in cap. & ſi Iudæos, eodem tit.* & procedit in Chriſtiano ſeruiente Iudæis tam in domo, quam extra. Marquardus 1. *part. cap.* 4. *num.* 14.

Excuſabitur fidelis mercede conductus ſi operas ſuas locet Iudæo, quando Iudæus eſt abſens, ſecus quando eſt præſens, eo quòd ex præſentia aſſidua poteſt oriri familiaritas, vel ſaltem cenſebitur Chriſtianus famulari Iudæo, vt notat Angel. *verb. Iudæus, num.* 2. Sylueſt. *quæſt.* 2. *dict.* 2. Tabien. *quæſt.* 2. *num.* 3. vbi volunt poſſe fideles operas ſuas locare Iudæo, & agros eius colere, Iudæo abſente: quibus accedit Azor. *lib.* 8. *cap.* 22. *quæſt.* 8. nomine veræ præſentiæ intelligitur aſſidua, ac frequens. Vnde ſi Iudæus rarò conueniat operarios, aut inuiſat, non videtur hoc interdictum, nec cenſetur moralis præſentia. Quare Chriſtianus, ſeu fidelis licitè poteſt eſſe colonus Iudæi, eiuſque agros colere, ſeu in domo propria Iudæi eo abſente opus extruere, & in operibus mechanicis ſeruire, vt in fabricando, & in ſimilibus, vt per Felin. *in d. cap. ad hæc*. Marquardus *d. cap.* 4. *num.* 14. *in fin*. Azor. Sylueſt. & Angel. ſuprà dicti. Quemadmodum non interdicitur Chriſtiano locare Iudæo currus ſuos, iumenta, nec commodare, dummodo commodatio non ſit frequens, ex qua generetur familiaritas, & conuerſatio nimia, ſicut olim in lege veteri interdictum erat Iudæis, ne aſſociarentur gentibus, quæ ſeducebant Iudæos, eoſque à verò Deo ad alienos Deos auocabant. *Deuter.* 7. Marquard. *ſuprà*.

Ob eam rationem interdictum eſt Chriſtiano, ne ſimul cum Iudæo ſe lauet in eodem balneo, ne inde familiaritas contrahatur; quod ſi contingat caſu, licitum erit. Suar. *de tripl. virtut. diſput.* 18. *ſect.* 6. *num.* 8. ſicut licet neceſſitate id poſtulante. Philiarch. *de officio ſacerdot. tom.* 1. *part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 12. vbi addit licere, eſto fiat ob recreationem, dummodo Catholicus non ingrediatur balneum ſimul cum Iudæo, nec propter illum, nec ſe illi exhibeat beneuolum. Quia hoc modo familiaritas nimia euitabitur inter vtrunque, quæ prohibetur *in d. cap. nullus* 28. *quæſt.* 1.

Eodem modo interdicitur fidelibus ne hæredes inſtituant, vel legatarios Iudæos. Patet ex *cap. ſanè* el 2. 24. *quæſt.* 2. *cap. ſi quis Epiſcopus, de hæreticis*, quod aliqui intelligunt loqui duntaxat, ne legata fiant vniuerſitati Iudæorum, aut eam hæredem inſtituant, non verò prohibere reſpectu ſingulorum. Cæterùm, quamuis de rigore iuris ita credatur, & videatur Syluestro, *verb. Iudæus, quæſt.* 1. *d.* 6. poſt alios, in fauorem tamen fidei, ac religionis noſtræ ad ſingulos Iudæos prohibitio extendenda eſt, maximè quia generaliter cauetur, ne fauores fiant Iudæis, vt habetur in Concilio Toletano 4. *cap.* 57. niſi occurrat neceſſitas extrema, vel ſaltem ſatis grauis ex charitate quæ obligat ſubuenire infidelibus, in quantum ſunt naturæ noſtræ participes, vt habetur *de pænitentia, diſt.* 2. *charitas, & diſt.* 42. *quieſcamus* 16. *q.* 1. *&* 86. *diſt. non ſatis*. Oldradus *conſ.* 87. & Alexand. *conſ.* 99. *viſa inquiſitione, col.* 3. *in principio, vol.* 7 quos ſequitur Marquardus *part.* 1. *cap.* 5. *n.* 7. vbi addit, ſi concurrat fidelis, & infidelis extremè, vel grauiter egens, præferendum eſſe fidelem infideli.

Extra verò hunc caſum extremæ, vel ſatis grauis neceſſitatis, nullo modo fas erit. Imò regulariter contra has prohibitiones aliquid moliri, erit mortale; ſicut Iudæos hæredes inſtituere, vel illis aliquid legare, cum ex genere ſuo ſint graues, tam ratione materiæ, quàm reſpectu finis, in quibus non poteſt diſpenſare Epiſcopus regulariter, cum prohibitio communicationis cum Iudæis ſit de iure communi. Ita Abbas *cap. ad hæc, de Iudæis*, & ibi Cardin. *in fine*. Sylueſter *vbi ſupra, q.* 1. *dict.* 4. & alij communiter, quibus accedit Tabien. *verb. infidelitas, quæſt.* 7. *num.* 8. & Suar. *d. ſect.* 6. *num.* 9. *ad finem*, vbi addit propter inſtantem neceſſitatem in aliquo caſu particulari, cum datur periculum in mora, difficiliſque aditus ad Summum Pontificem, poſſe Epiſcopum diſpenſare. Quare non ſolùm collegio, ſeu vniuerſitati Iudæorum prohibitum eſt à Chriſtiano aliquid relinqui, ſed etiam vni Iudæorum. Felin. *in cap. Iudæi*, 2. & gloſ. *ibi, de Iudæis*. Angel. *in l.* 1. *C. de Iudæis*, & Cyn. *in l.* 1. *in* 2. *oppoſit. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Salicet. tamen *d. l.* 1. *C. de Iudæis*, opinatur ſingulis de collegio Iudæorum poſſe aliquid legari, & Bald. *in l.* 1. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* Quibus accedit Marquardus *part.* 2. *de Iudæis, cap.* 5. *n.* 24. ſed in fauorem fidei oppoſitum eſt tenendum, vt dictum eſt.

* Pro coronide huius materiæ, quæritur an poſſit catholicus licitè vendere Iudæo agnos, & ramos, quibus ipſe ſecundum ritus ſuos eſt abuſurus? Aliqui opinantur eſſe illicitum, cum ſit occaſionem Iudæis præbere peccandi, & ritus ſuos colendi, quia videtur venditor conſentire in peccatum alterius, cooperarique cum eo, in quo peccat. Ita Sylueſt. *verb. ars, a num.* 3. D. Antonin. 2. *p. tit.* 1. *cap.* 23. §. 13. Alcocer *lib. de ludo, cap.* 60. *concluſ.* 2 Medin. *quæſt.* 30. *C. de reſtit. in primo, & tertio modo*, quomodo redditur illicita negociatio, ſicut videtur eſſe illicitum vendere venenum illi, qui eo eſt abuſurus ad occidendum.

Dicendum tamen eſt fas eſſe res indifferentes vendere, quamuis certum ſit Iudæum illis abuſurum, dummodo non habeat intentionem vendens cooperandi ad malum alterius vſum, quia poteſt Iudæus rebus illis vti benè vel abuti, nec Chriſtianus verbo, vel facto Iudæum inducit ad illis rebus malè vtendum. Probatur, quia huiuſmodi res ex ſe non ſunt malæ, neque inducunt per ſe vtentes ad occaſionem ruinæ ſpiritualis. 210

Azor.

Azot. 1. p. d. *lib. 8. cap. 22. §. ſextò queritur, verſ. an peccet Chriſtianus*, vbi tanquam probabilius defi- nit eſſe ſupradicta vendere Iudæo, adiungit- que non teneri Chriſtianum examinare ad quos vſus Iudæi tamuſculos, aut agnos emant, dum- modo adſit cauſa excuſans venditionem indiffe- rentem. Sanchez *lib. 1. in præcepta, cap. 7. num. 11. & num. 13.* poſt Valent. 2. 2. *diſp. 1. queſt. 10. punct. 5. ad fin.* Sylueſt. *verb. infidelitas, queſt. 4.* Eſſe verò cau- ſam iuſtam vendendi indifferentia illam credit Azot. *d. §. ſextò quæritur, & cap. 24. queſt. 14.* quæ non ex ſe proximè malum vſum reſpicit, itémque quoties venditor res ſuas, quas venales habet, mi- nimè venderet.

Ex quibus licitum eſt indifferentia vendere, ac obſequia indifferentia exhibere, eſto ſcias al- terum abuſurum, dummodo non habeas inten- tionem cooperandi cum malo alterius vſu, & intercedat cauſa proportionata excuſans. Lege Sylueſtrum, *verb. infidelitas, queſt. 4.* & Valent. 2. 2. *diſp. 1. queſt. 10. punct. 5.* & Sanch. *vbi ſupra à n. 8. & num. 21.* vbi reſoluit fas eſſe catholico captiuo geſtare caudam dominæ infidelis petentis tem- plum idoli, & genu flectere quando ipſa procum- bit in genua, & adorat idolum, dummodo ipſe idolum non adoret, nec ſimulet adorare, ſed vt obſequium præſtet dominæ, quod de ſe eſt indif- ferens, nec poteſt excuſari, proinde præſtari po- teſt dominæ infideli à famulo fideli.

Illicitum erit vendere indifferentia Iudæo ad eum finem, vt illis abutatur. Quia cum finis ſit improbus & intentio peſſima, non eſt licita ven- ditio; ſicut neſas eſt vendere Iudæis cæmenta, & reliqua neceſſaria ad extruendas ſynagogas, vel ad eas reficiendas eo fine. D. Thom. 2. 2. *queſt. 169. art. 2. ad quartum.* Caietan. *ibi*, & Molin. *de iuſtit. tom. 2. diſp. 340. col. penult. verſ. quando aliquid.* & conſequenter dicendum eſt non poſſe vendi ido- la, aut veſtes ſacerdotales ſuperſtitioſas infideli- bus, cùm ea ſint malo vſui deſtinata, & per ſe ad malum ordinentur. Vnde, teſte D. Thoma, fabri- cantes idola, vel alia ad cultum idololatriæ ſpe- ctantia, directè ad idololatriam cooperantur. Le- ge illum *d. queſt. 169. art. 2. ad quartum.* Quod Sylueſt. *verb. infidelitas, queſt... ad fin.* & Valentia *d. diſp. 1. queſt. 10. punct. 5.* declarant eſſe verum, quando ea intentio in vendente, donante, ſeu fa- bricante reperitur; tunc enim eſt cooperari dire- ctè ad idololatriam. Intentione verò ea deficien- te, non cenſebitur cooperatio directa. Non tamen excuſatur à culpa vendens, fabricans, aut donans, quamuis certò ſciant non deeſſe alios, qui hæc fa- ciant, vel ſuppeditent infidelibus, licet ipſi non faciant, nec ſuppeditent. Quia actiones illæ pro- ximè de ſe ad peccatum ordinantur, ſicut non ex- cuſatur à culpa inducens ad peccandum quem certò ſcit eſſe paratum ad furandum, vel forni- candum. Sanch. *d. cap. 7. num. 15.* Suar. *tom. 3. in tertiam partem, q. 65. art. 4. diſp. 18. ſect. 1. corol. 2,*
11. poſt Caiet. 2. 2. *queſt. 147. art. 4. ad finem.*

aliter dicendum eſt de famulis, qui he- rum comitantur, illiſque equos ſternunt, ſcientes eum ad concubinam inuiſendam. Quia hæc ob- ſequia non ſunt intrinſecè mala, ſed ſunt in- differentia, neque fiunt à famulis eo fine, aut in- tentione, ut peccato conniueant. Sic Nauar. *de pœnit. & remiſſ. in 1. edit. conſ. 6. fine, & in 2. edit. conſ. 5. fine.* Manuel Rodrig. *tom. 1. ſumma in 2. edit. cap. 205. num. 2.* Angles in floribus *1. p. queſt. 7. de ieiunio, difficult. 5.* Vnde non excuſantur à peccato

*Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.*

hæc obſequia præſtantes, qui non ſunt famuli comitantes non herum, ſi pergit ad fornicandum; niſi aliqua alia cauſa iuſta excuſentur. Quod ſi he- rus abſtineret à peccato ſi famulus deſinat illum comitari, aut nolit ſternere equum, tunc maior cauſa erit neceſſaria, vt famulus excuſetur à pec- cato, ſi herum comitetur, qualis erit, ſi famulum velit domo expellere, famulúſque nequeat alium herum tam facilè inuenire, ſicque accipienda eſt doctrina Nauarri *de pœnitent. & remiſſ. in 2. edit. conſ. 4. & ſequenti*, vbi vult famulos peccare mor- taliter, quando ipſis non comitantibus herus ad peccandum non pergeret, quod intelligitur, ſi commodè, & abſque detrimento poſſint famuli ab huiuſmodi obſequio ſe eximere.

Idem dicendum eſt de famulis, qui cibos con- diunt, miniſtrant menſis, lectúmque ſternunt concubinæ ſui domini, cum ſint obſequia indiſ- ferentia; excuſantur à peccato; nec non famulæ heram meretricem adornantes, & componentes, quia ornatus non proximè, ſed valde remotè, & per accidens ſe habet ad peccatum. Sic Azor. *tom. 2. lib. 12. cap. vltim. queſt. 8.* Emmanuel. de Sà, *verbo, peccatum, num. 9.* Nauar. *in ſumma La- tina noua, cap. 20. num. 16.* & Petrus de Ledeſma 2. *tom. ſumma, tract. 27. cap. 9. in fine.* Cùm fiant hæc obſequia a famulis non ſponte, ſed neceſſitate vr- gente, & ad vitandum damnum proprium inde imminens, ſi obſequia indifferentia heris dene- gentur, ita præcitati doctores, quibus accedit Em- man. Roder. *tom. 2. ſumma. cap. 76. n. 14.* Ob ean- dem cauſam vitandi damni proprium excuſantur catholici in triremibus Turcarum remigantes contra Chriſtianos, parantéſque illis arma, & of- ferentes petita; cùm hoc ſit ſe defendere cum ali- quo proximi detrimẽto, nec de hoc poſſunt Chri- ſtiani meritò conqueri de Chriſtianis captiuis re- migantibus, ſeu arma parantibus, quia neceſſitas conſeruandi vitam excuſat, Sà *d. n. 9. ad fin.* Leſſius *lib. 2. de iuſt. cap. 9. dub. 18. num. 122. & 123.* Azor. *tom. 1. lib. 2. cap. 17. queſt. 6.* Molin. *de iuſtit. tom. 1. diſp. 115. concluſ. 1.* eo quòd nemo tenetur ex cha- ritate vitam ſuam periculo exponere, quando pro- babiliter cognoſcit, ſe nihil, aut parum profu- turum. Item, quia remigatio non eſt formaliter cooperatio contra Chriſtianos, cùm non fiat in- tentione cooperandi ad victoriam, ſeu ad cædes, ſed ſolùm materialiter; neque propriè dici poteſt cooperatio, quia per ſe eſt indifferens, nec eſt voluntaria, ſed coacta, & metu mortis extorta. Et ob eam cauſam Cordub. *in ſum. q. 137. dub. 2.* Molin. Sà, & Azor. ſuprà ſcripti, excuſant captiuos ſuppe- ditantes Turcis tela, gladios, & cætera arma ab eis petita ad Chriſtianos occidendos, ſi graue damnũ non ſuppeditantes, nec porrigentes ſint ſubituri.

Ex quibus non placet Nauar. *in ſumma, cap. 27. num. 63. & in cap. ita quorundam, notab. 2. num. 10. & 11. de Iudæis*, dicens hos remiges contra Chri- ſtianos excuſari ab excommunicatione, non verò à culpa mortali, cuius opinionem ſequuntur To- letus, *in ſumma, in expoſitione Bullæ Cœnæ, ex- communicatio 5. ad fi. n* & Suar. *tom. 5. diſp. 21. ſect. 2. n. 60. & duobus ſeqq.* Sed vel dicendum eſt non ex- cuſari à pœna, quando nõ excuſantur à culpa, vel ſi excuſantur à pœna eſſe excuſandos à culpa, vt col- ligitur ex *c. ſacris, 5. de iis quæ vi*, vbi habetur eſſo excõmunicatum, qui propter metum communica- uit cum excommunicato his verbis, *quia*, inquit, *licet metus attenuet culpam, quia tamen eam non prorſus excludit (cum pro nullo metu debeat quis*

*mortale crimen incurrere)excommunicationis labe credimus inquinari.* Atque ita ſecundùm hunc textum dicendum eſt hos remiges non eſſe excommunicatos per Bullam Cœnæ,cùm verius ſit non peccare, quando flagellis,ac metu mortis ad id compelluntur. Probatur,quia,vt diximus, non peccant contra charitatem, nec etiam contra iuſtitiam , quia remigatio de ſe, ac directè non eſt actio pernicioſa Chriſtianis , niſi per accidens ex malitia Turcarum quæ cedit in perniciem Chriſtianorum.Quare remiges non cenſentur voluntariè cooperari ad damna Chriſtianorum , ſicut non cenſentur cooperari ad necem , qui timore mortis perterriti reddunt gladium depoſitum fu-
212. rioſo,quamuis furioſus occidat inimicum.Atque ita remigantes aduersùs Chriſtianos non peccant mortaliter communiter metu mortis remigando,neque excommunicatione inuoluuntur,vt vltra præallegatos docent Ludou. Lop.1.*part.inſtruct. cap.6. fine.* Petr.Nauar. *lib.3.de reſtitution. cap.4.dub.4.in nona edition.num.*52. Veiga 1.*tom. Summa, cap.*118. *caſu* 2. Quibus adhæret Sanch. *lib.9.de matrim.diſp.*31.*num.*6. contra Nauar. *vbi ſupra*,& Pedrazam *in ſumma,præcept.*7.§.26.Idem Sanch. *lib.1.in præcepta,cap.7.num.*18. vbi concludit alijs ibi relatis eos excuſari à culpa mortali remigãdo,&c. ab excommunicatione,cum remigare non ſit intrinſecè malum,ſed indifferens, & quamuis à captiuis ad finem Turcarum accommodate dirigatur,non tamen ab illis dirigitur ob eundem finem , ſed ne notabiliter damnum patiantur, qui finis cenſetur bonus.

Non excuſantur denique, neque excuſari poſſunt à mortali famuli,ſeu famulæ,qui,ſeu quæ de mandato heri quærunt illi aliquam fœminam, cum qua rem habeat , vel ad hoc illam inducunt, ſeu alliciunt: cùm hoc ſit de ſe non ſolùm peccato heri conſentire,ſed etiam cooperari.Sunt enim verè lenones , quia prauam heri intentionem iuuant,hæc miniſteria exhibentes. Secus dicendum de deferentibus internuncia,aut ſcripta,in quibus herus petit ab amaſia,vt tali,vel tali hora ad ſe veniat,quamuis ipſi deprehendant ad malum finem vocari, quòd hoc ſit quid indifferens, & ſolùm ad aduentum vocetur,& ordinetur ad malũ ex intentione heri.Hos autem famulos ratione famulatus liberant à peccato Azor.*p.2.lib.*12.*cap.vlt.quæſt.*8. & Nauar.*lib.5.conſ.tit.de pœnit.& remiſſ.in* 1.*editio.conſ.6.in fine, & in 2.conſ.3.eodem loco*, & Manuel Roder. *tom.*1.*ſumma,in* 2.*editione,cap.*205. *num.* 3. Quia ſolùm concurrunt famuli ad ſubſtantiam operis indifferentis , præſtántque hero, ſeu heræ obſequium ſuum debitum abſque mala alia intentione.

---

## §. VII.

### *Quantam ſolicitudinem debeant adhibere perſonæ publicæ in extirpandis vitiis contra fidem catholicam tendentibus.*

EPITOME.

213 *Imperia fide acquiruntur.*
214 *Perſonæ publicæ negligentes in perſequenda hæreſi dicuntur fautores hæreticorum.*
215 *Dubius in fide dicitur hæreticus.*
*Deus acriter punit fauentes hæreticis , & fauet hæreſim perſequentibus. ibid.*
216.& 220 *Perſonæ quas pœnas incurrant , ſi monita hæreſim non perſequantur.*
217 *Hæreticorum fautores qui dicantur.*
218 *Receptantes hæreticos quinam ſint.*
219 *Fauor, defenſio , ſeu receptatio hæreticorum poteſt eſſe poſitiua vel negatiua.*
221 *Quomodo ſit intelligendus ille fauor.*
222 *Perſona publica quando excuſantur a pœnis contra fautores hæreticorum.*
223 *Diui Pauli verba* 1. *ad Timoth.*6.cuſtodi depoſitum,& deuita profanas voces, *quomodo intelligantur.*
224 *Verba noua ſunt euitanda, & doctrina antiqua amplectenda , idem dic de opinionibus nouis.*
225 *Magiſtratus catholicus an poſſit cogere infideles non ſubditos vt obſeruent præcepta legis naturæ.*
226 *Infideles ſemel baptizati , ſi deficiant à fide, compelli poſſunt ad obſeruandam noſtram religionem.*
227 *Iudæi intra ſeptennium ſuſcipientes baptiſmum non poſſunt deficere à fide.*
228 *Iudæi , vel infideles ſuſcipientes baptiſmum nulliter ex defectu intentionis,vel ex aliquo alio,ſi poſtea deficiant,an ſint puniendi.*
229 *Catechumenus ſi deficiat a fide , an poſſit puniri tanquam hæreticus.*
230 *Baptizati coactè ſi deficiant a fide , quomodo ſint puniendi.*
231 *Princeps an poſſit infideles ſibi ſubditos ſubiugare , vt eo modo inſtruantur ad fidem ſuſcipiendam.*
232 *Chriſtus Dominus pertrahit homines ad ſuî cognitionem & ad virtutem interdum per calamitates, ac labores.*
233 *Fideles ad fidem catholicam deſerendam inducens, quas pœnas incurrat.*
234 *Infideles in quibus caſibus ſubijciantur Inquiſitoribus.*
235 *Inquiſitores quomodo poſſint, & quibus pœnis punire infideles,ſeu Iudæos non baptizatos.*
235 *Iudæi an ſint hæretici ſi errent circa fidem in iis, quæ ad ipſos dumtaxat pertinent.*

CERTI iuris eſt acquiri fide imperia, & fide retineri catholica , iiſdem enim artibus,quibus imperium comparatur, retinendum eſt. 213.
Hæc igitur eſt victoria, quæ vincit mundum fides noſtra, quod conſtat exemplo,cuius meminit ſacra pagina 2. *Paralip. cap.* 19. in hunc modum : *Impio præbes auxilium* (ſic Iehu ad Ioſaphat Regem Iudà loquitur)*& his,qui oderunt Dominum amicitia iungeris : idcirco iram quidem Domini merebaris. Sed bona opera inuenta ſunt in te,eo quòd abſtuleris lucos de terra Iuda.* Vnde ſequitur niſi abſtuliſſet lucos de terra Iuda,& idololatriam,facilè deiiciendum ab imperio. Conſonat illud *Reg.*1.*cap.*28.vbi habemus Saulem Regem ſceleſtiſſimum fuiſſe , & quamplurimos Sacerdotes de medio ſuſtuliſſe , fidémque fefelliſſe, & Dauidi iniurium fuiſſe ; nullius tamen horum ſcelerum mentionem fecit Samuel,quando illum certiorem fecit à regno fore expellendum,niſi negligentiæ , & inertiæ , qua vſus eſt in puniendo Amalech idololatra, ibi , *quia non obediſti voci Domini , neque feciſti iram furoris eius in Amalech ;*

lege, quaſi diceret ex eo quòd non fuiſti fidei, ac religionis zelator, abigam te de regno.

Ad hæc ſatis ſupérque accedit Imperator Theodoſius minor, qui iram Dei in variis ſupplicijs fuit expertus, eo quòd ſe mitem, ac benignum Neſtorio exhibuerit ferens illum familiaritate vti ſolere cum quibuſdam, qui fidei catholicæ erāt fideles. Sic Cæſar Baronius anno Chriſti 431. *tom.*5. Marcellinus *in Chronico*, Socrates *lib.*7. *cap.* 38. cum debuiſſet Neſtorium à toto Imperio omnino eiicere. Multò fortius regna, & imperia corruent, ſi perſonæ publicæ eò temeritatis, & audaciæ deueniant, ſi arbitrentur ad conſeruandam Rempublicam, & nutriendam pacem publicam de religione nihil eſſe curandum, ſed permittendum, vt vnuſquiſque prout voluerit, viuat, & ſequatur quidquid circa religionem magis ſibi conueniens iudicauerit.

Qui error cùm ſit pernicioſiſſimus, eſt omnino eradicandus, & nulla ratione permittendus à magiſtratu catholico, ſed maximè curandum vt fides catholica in ſua puritate ſeruetur, colatur, & totis viribus defendatur inuiolata, & omnia, quæ docet Sancta Mater Eccleſia Romana ex toto corde ſubditi ſequantur, iuxta illud *Pſalm.*2. ibi, *& nunc Reges intelligite, qui iudicatis terram, ſeruite Domino in timore.* Iuuant verba illa, quæ ciuitas Pariſiorum habet loco ſtemmatum ab antiquis temporibus in parietibus, tapetibus, ac locis publicis, ſcilicet. *Vnus Deus, vna fides, vnus Rex, vna lex.* Quibus verbis quanta mala ex libertate credendi, ac perfidis deliramentis, ac dæmonum commentis proficiſcantur, facile dictu non eſt.

Quare nulla ratione debent principes in ſuo regno, nec præſides in ſua prouincia permittere libertatem credendi, quandiu non vrgebuntur neceſſitate maiora mala patiendi ſi hanc libertatem tolerare nolint, cùm libertas credendi, ſit libertas errandi. Nam fides Catholica eſt vna, ad Epheſ.4. *Vna fides, vnum baptiſma.* Vnde permittere libertatem recedendi ab vna fide, eſt permittere libertatem errandi, quod non eſt ferendum in principe, ac magiſtratibus ſuperioribus, quibus incumbit ab omni malo regna, ac prouincias tueri, vt notatur Prouerb. 20. *Rex* (inquit) *qui ſedet in ſolio iudicij, diſſipat omne malum intuitu ſuo.* Qui-
213 bus verbis exprimitur non poſſe rempublicam à magiſtratibus ſuperioribus feliciter conſeruari niſi aberrantes à fide catholica ad obedientiam Sanctæ Sedis Apoſtolicæ reducantur, vt ad meliorem frugem ſe recipiant.

Coadiuuat illud præclarum axioma, cuius meminit Nauar. *tom.*1.*conſ.de foro comp.lib.*2.*conſ.*1. æternæ memoriæ Franciſci Regis Galliæ his verbis. *Franciſcus fortiſſimus, atque glorioſiſſimus Regum Francorum huius nominis primus reliquit teſtatum, Regnum Francorum Chriſtianiſſimum tandiu poſſe durare, quandiu in eo Chriſtianiſſimus catholica Eccleſia Sancta Romana ritus, ac fides catholica coleretur.* Atque ita omnes alios, qui hæreſibus fidem noſtram inficere conarentur, perduelles, & ſui regni violatores exiſtimauit.

Subſequitur illud *Deuter.* 17. vbi ex ſententia [illegible] præcipiebatur occidi, qui non obediebat [illegible], & *cap.*18. iubetur, pſeudoprophetas exterminari. Proinde debent principes eorúmque Magiſtratus, ac præſides non ſolùm libertatem credendi de medio tollere, ſi commodè valeant & ſine maiori alio malo, ſed etiam per-

*Frageſi Regim.Chriſt.Reipubl,*

ſequi capitali pœna omnes, qui ad illam aſpirant, tenentúrque & fidem catholicam ab hoſtibus iſtis protegere, & curare, vt regnum ſuum terrenum, ac prouinciæ ſubditæ cæleſti regno famulentur, vt ait D.Gregor. lib.2. epiſtol. 61. *Debes* (inquit) *Imperator incunctanter aduertere regiam poteſtatem tibi non ſolùm ad mundi regimen, ſed maximè ad Eccleſiæ præſidium eſſe collatam, vt auſus nefarios comprimendo, & quæ benè ſunt inſtituta defendas, & veram pacem his, quæ ſunt turbata, reſtituas.* Ex quibus deducitur libertatem credendi nullo modo permittendam à Principe catholico, cuius eſt officium fidem vnam inuiolabiliter, atque indiuiſam tueri, ac conſeruare. Ex 214
quo deducitur reſolutio ſequens. Principes, ac domini temporales, magiſtratúſque ſuperiores, ſi notabiliter ſint negligentes in extirpandis vitiis, ac erroribus hæreticorum, fautores, & defenſores illorum dicendi ſunt ſi commodè, & ſine graui damno ſuo, ſuorúmque prædictos errores poſſunt exterminare, & non exterminant. Quin etiam ſi permittant libertatem credendi Principes catholici, ac præſides prouinciarum omnibus indiſtinctè ibidem commorantibus, non ſolùm fautores hæreticorum in foro externo cenſendi ſunt, ſed tanquam hæretici puniri poſſunt, niſi aliqua iuſtiſſima cauſa excuſentur, quæ cogat ipſos inuitos pati eos errores, quos ipſi magnis animis radicitus euellere vellent, ſed id ſæpe nequeunt ſine totius regni, ac ſine etiam capitis periculo, quod Huguenotorum in Gallia rebelliones in regium caput catholicorum etiam Principum aliæ ſubſidiis docent, quod in aliis quoque prouinciis in quibus Principes piiſſimi graſſari hanc luem pati coguntur, contigiſſe certum eſt.

Prior pars probatur ex *cap.*2. *extra, de hæreticis.* Pegna *in addition.ad Eymeric.in director.Inquiſitor.p.*2.*comment.*2.*verſ.ſi de Epiſcopis, fol.*91. *&* 92. ex eo fundamento, quia ſi quis poteſt contradicendo actum impedire, cum poſſit commodè, ſi nō impediat, & taceat, vel diſſimulet, præſumitur conſentire. Bartol. *in l.quæ dotis, ff. de ſolut. matrim. num.*13. Capua *lib. deciſ.cap.*18.*num.*20. *verſ.qui habet iuriſdictionem*, & habetur *in cap. negligere*, 2.*quæſt.*7. *& cap. qui poteſt.* 23. *quæſt.*3. facit authent. *ſi verò, C.de hæreticis*, ex eo, *Qui poteſt corripere, & non corripit, ipſe committit, & error, cui non reſiſtitur, approbatur. cap. error, diſt.*83. Probatur ex loco *Numer.*25. vbi Dominus iratus præcepit Moyſi punire principes populi, quaſi conniuentes peccato populi, eo quòd non puniuerunt populum, *Tolle* (inquit) *cunctos principes populi, & ſuſpende eos contra ſolem in patibulis, vt auferatur furor meus ab Iſrael.* Vbi Origenes *homil.*20. ſuper Numer. *Populus* (inquit) *peccat, & principes ſuſpenduntur contra ſolem, vt arguantur a luce.* Ex quibus deducitur principes maximam culpam contrahere propter negligentiam in præcauendo populo ab aliquo malo. Ita Caſtr. *lib.*1. *de inſt.hær.punit.c.*17. *fol.*126. vbi refert ex Damaſo eum *qui poteſt obuiare improbis, & perturbare peruerſos, ſi non efficit, nihil aliud agere, quàm eorum impietati fauere, nec carere ſcrupulo impietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare.* Sic ille, nec immeritò, vt patet ex dictis.

Poſterior pars, nempe cenſeri hæreticos, qui libertatem omnibus indiſtinctè concedunt, prout quiſque voluerit, ex eo probatur, quia quando fit facultas ab aliquo, vt nouæ opiniones contra fi-

dem promulgentur, & doceantur, concedens iudicatur verè eſſe dubius in fide,& male ſentire de Eccleſiæ catholicæ Sacramentis, ac decretis, vel aliter de articulis fidei, quam Romana Eccleſia ſentit,credere.Ex quocumque autem horum fundamento faciens, ac permittens libertatem cre-
215. dendi,dicendus eſt hæreticus,quia dubius in fide dicitur hæreticus *cap.dubius,de hæretic.* Tenemur enim non dubitare de rebus fidei, ſed firmiter credere,quidquid proponitur ab Eccleſia credendum,*cap.1.in principio,de ſumma Trinit.*aliter ſalui eſſe non poterimus *cap. quando Episcopus 24. diſt.& 23 quæſt.1. cap.apertè*, vbi deciditur nullum debere in fide titubare.

Facit *cap. hæc fides 24. quæſt.* 1. vbi dicitur eſſe hæreticus,qui aliter ſentit de articulis fidei quam Eccleſia ſentit,& qui aliter de Eccleſiæ Sacramentis,quàm ipſa Eccleſia, *cap.ad abolendã, de hæreticis.* Ergo permittentes, concedentéſque ſuum facultatem liberam credendi,vel docendi publicè dogmata antiqua, nouaque contra fidem catholicam nihil curando de extirpanda hæreſi cum poſſint commodè, dicendi ſunt hæretici, cùm ex hoc manifeſtè pateat mens eorum eſſe,vt nomen Chriſtianum omnino maculetur. Quod curauit impius Iulianus, quando libertatem religionis conceſſit, teſte Auguſtino *epiſt.* 166. dicente putaſſe Iulianum Chriſtianum nomen poſſe perire, & exulare è terris,ſi vnitati Eccleſiæ,de qua lapſus fuerat inuideret, & ſacrilegas diſſenſiones liberas eſſe permitteret.

216. Quales verò exitus habuerint negligentes in purgandis regnis,ac prouinciis ſuis ab hæreſi, & erroribus hæreſim redolentibus, ex ſequentibus deprehenditur.Nam ex Græcorum hiſtoriis conſtat Imperatores Orientales ab eo tempore, quo propter diſſidium circa imagines ab Eccleſia Romana deflexerunt, ſemper in dies deteriùs fuiſſe, tandémque imperium omnino amiſiſſe; at verò in Occidente ex chronicis Latinorum deducitur expreſsè ſemper principes tanto magis vel minùs in rebus geſtis ac gerendis floruiſſe, quanto magis vel minùs Romanæ Eccleſiæ tanquam filij, vel non filij famulabantur. Quin etiam tempore Innocentij tertij in Gallia ab octo millibus Catholicorum,qui Romanæ Eccleſiæ fideliter addicti erant, cæſa fuerunt in vno prælio centum millia Albigenſium hæreticorum, teſte Æmilio *lib.6.hiſtoria Francorum.*

Nec eſt prætereundum, quod ait Euagrius *lib 4. hiſtor.cap.*16. vbi refert Iuſtinianum Seniorem, dum in gremium Eccleſiæ catholicæ receptus commorabatur, feliciſſimè clauum imperij tractauiſſe, ita vt non ſolùm Italiam, & Africam, ſed etiam alias multas prouincias ad Romanum Imperium reuocauerit. Contra verò vbi primùm in fide vacillans in hæreſim prolapſus eſt, repentina occubuit morte, & Eccleſiam magno metu ac timore occupatam fertur requieuiſſe depoſito penitus timore,Euagrius ſuprà *lib.eodem,cap.vlt.* Denique id probatur ex confeſſione Catholici Regis Ferdinandi,Theodoſij Magni,ac Conſtantini Magni, aſſerentium omnes ſuos proſperos ſucceſſus,ac victorias ex hoſtibus obtentas ex zelo,quo ipſi curabant fidem Catholicam propagare,fæliciter emanaſſe,vt refert F.Iacobus Bleda *in ſua defenſione fidei contra Moriſcos,pag.*266.

217. Quæſtionis eſſe poteſt, quinam dicantur fautores hæreticorum. Suar. *de triplici virtute, tract.*3.*diſp.*24.*ſect.*1.*n.*7.*&* 8. an fautores eſſe, qui defendunt, vel recipiunt hæreticum, dummodo id faciant cum aliqua relatione, ſeu habitudine ad hæreſim,hoc eſt vt illi faueant, vel eum recipiant, aut defendant qui hæreticus eſt; non requiritur tamen intentio formalis fauendi illi,aut illum defendendi, ſeu recipiendi, quia hæreticus eſt, ſed ſufficit præſtare fauorem homini, qui redundet contra negotium fidei,etiam ſi ex affectu humano,nempe ex amicitia,vel aliquo temporali caſu id procedat. In quam partem fertur Sayr. *tom.*1.*Theſauri,lib.*3.*cap.*5.*num.*3.Toletus *in ſumma lib.*1.*cap.*19.*§.oportet*, & ſequitur Vgulin. *de cenſur.verb. receptores in* 2.*p. cap.*1. *in principio, num.*2.*§.*1.*num.*3.*verſ.*6.*in fine.*

Nihilominus,vt aliquis verè fautor, defenſor, 218.
vel receptor hæretici dicatur,non ſufficit vt illum recipiat, defendat,aut illi fauorem præſtet, vt eſt hæreticus materialiter propter amicitiam,vel quia eſt conſanguineus,ſed neceſſe eſt,vt illi præſtetur fauor, aut defenſio, quia hæreticus eſt, non quia conſanguineus, neque amicus, ſed cauſa hæreſis. Ita Sanch. *lib.*2. *in præcepta Decalogi,cap.*10.*n.*5. vbi docet non incurri in excommunicationem Bullæ Cœnæ, qui fauet hæreticis, niſi formaliter habeat intentionem fauendi hæreſi, quod etiam ait Caietan.*in ſumma,verb.excommunicatio,cap.*1. Aragon.2.2.*quæſt.*11.*art.*3.vbi cenſet eſſe neceſſariam intentionem fauendi hæreſi,aliter enim non incurritur excommunicatio,niſi fauor,ſeu defenſio,præſtetur homini hæretico,qua hæreticus eſt. Concordat Sotus *in* 4. *diſt.*22. *quæſt.*2. *art.*3. *poſt concl.caſu* 1.Nauar.*in ſumma cap.*27.*n.*55.*& lib.*5. *conſ.de hæret.conſ.*11.*in* 1.*editione,& in* 2.*conſ.*14. vbi docet liberantes hæreticum, aut non capientes,vt tenebantur, tunc incidere in excommunicationem, quando adeſt intentio fauendi Petro hæretico, quia eſt hæreticus. Vnde colliges non eſſe propriè fautorem, defenſorem, aut receptorem hæreticorum,qui eis fauorem præſtet,quatenus eſt conſanguineus, vel amicus, qui eſt hæreſi addictus,ſed quia eſt hæreticus.Ideo fauor,defenſio, ſeu receptio non ex cauſa hæreſis, ſed ex alia cauſa non facit defenſores, receptatores, ſeu fautores hæretici. Sic Nauar.*in d.num.*55.*verſ.quarta,quod fautores.* Syluest. *verb.hæreticus,§.*1.*n.*10. *in fine, verſ. notandum eſt tamen.* Sanch. *lib.*2.*in præcepta, cap.*10. *num.*4. *& ſequentibus.* Graſ. *d. cap.*18.*num.*23. & Farinac. *de hæreſi,quæſt.*82.*§.*1. *num.*12. *verſ.limita ſecundo*, vbi volunt fauentes hæreticis ob cauſam miſerationis,paupertatis,ſeu conſanguinitatis, non incurrere excommunicationem Bullæ Cœnæ in foro conſcientiæ.

Idem dicendum eſt de receptante, quando id efficit, non ex cauſa hæreſis, ſed ex alia ex ſupra numeratis.Conſtat ex conſtit.Martin.Quinti,*Inter cunctas*,edita anno Domini 1418.cuius meminit Pegna poſt direct. Inquiſitor. *fol.mihi* 88. vbi ait, *verſ. receptatores*, illos nec fautores, nec defenſores hæreticorum eſſe dicendos, neque puniendos pœnis hæreticorum,quando fauent, defendunt aut recipiunt cauſa ab hæreſi diuerſa, licet in foro externo puniri poſſint in hoc caſu. Nauar. ſupra ſcriptus. Tolet. *in ſum.lib.*1.*cap.*19. *num.* 6. vbi loquitur de receptante, quod etiam repetit *lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 2. de receptante hæreticum, quia eſt infirmus, & quatenus talis, non verò quatenus eſt hæreticus. Sequitur Vgolinus *de cenſuris Papæ reſeruatis,vbi ſuprà,*2.*p.in gloſſa, receptatores,§.*2.*num.*1.*col.*1.vbi indiſtinctè tradit, recipientes ob aliam cauſam, quàm hæreſis,eua-

dere

dere excommunicationem Bullæ Cœnæ. Ratio, quia ceſſante cauſa non vrget prohibitio, nec datur [illegible] pœnæ. Inſinuat tamen ſi ex ea receptatione redundet aliquid in fauorem hæretici, non eſſe excuſandos receptatores à pœna excommunicationis, quamuis receptatio non fiat ex cauſa hæreſis. Cæterùm oppoſitum eſt dicendum non incurri excommunicationem, niſi quando motiuum fauoris, defenſionis, ac receptationis eſt ipſa hæreſis, cùm hæc non præſtentur hæretico, quatenus talis eſt, ſed ob aliam rationem, quam hæreſis. Quare ad hanc pœnam incurrendam neceſſaria eſt intentio fauendi hæreſi: nam ſicut excommunicatio fertur primariò contra hæreticos ratione hæreſis, ſic etiam deſcendit ad fautores, receptatores, & defenſores illorum ſecundùm habitudinem ad eandem hæreſim. Sic Caietan. *in ſumma, verbo, excommunicatio, cap. 5.* Aragon. 2. 2. *quæſt.* 11. *art.* 3. & alij quos ſequitur Sanch. *d. cap.* 10. *num.* 4. *&* 5. vbi diffiniunt non non incurrere hanc excommunicationem, qui non fauent hæreticis ratione hæreſis.

Ex quibus videas haberi poſſe cum hæreticis pacis ac belli ſocietatem abſque eo quòd quis ſit fautor aut defenſor hæreticorum, quando nimirum hæc ſocietas initur alia cauſa quàm hæreſis: ſi enim priuati poſſint fauere hæretico, illúmque defendere atque recipere, non quatenus hæreticus eſt, ſed alia rationabili de cauſa, atque ita non incurrunt pœnas aduersùs fautores hæreticorum ſtatutas, vti cōmunior ſaniórq; DD. ſententia fert, quidni & poterit iniri publica ſocietas à principe alia etiá de cauſa quàm hæreſis tutandæ aut propagandæ? Temerarij igitur ſunt qui principes catholicos quibus eſt aliquod cum hæreticis fœdus, ſtatim damnant vt hæreticos & hæreticis fauentes, cum aliæ longè cauſæ quam hæreſis quam perditam vellent, fauor ipſos ad eiuſmodi fœdera ſancienda inuitent, ac penè interdum cogant.

119. Quæres quibus modis fiat hic fauor, defenſio, ſeu receptatio? Reſpondeo poſſe fieri poſitiuè, hoc eſt per commiſſionem; ſeu negatiue, hoc eſt per
120. omiſſionem. Quando verò fit fauor, defenſio, aut receptatio poſitiuè, ſiue à perſonis priuatis, ſiue à publicis iuriſdictionémque habentibus, incurruntur pœnæ impoſitæ fautoribus hæreticorum, quæ variæ ſunt, inter quas præcipua eſt excommunicatio. Ita Pegna *in additionib. in director. part. 3. q. 122. comment.* 171. Vgolin. *tract. de cenſur. p. 2. in gloſſ. fautores. §. primum, per tot.* de quibus etiam latiſſime Farin. *de hæreſi, quæſt.* 82. *§.* 2. *à n.* 37.

[illegible] im ergo fautores hæreticorum, defenſoréſque poſitiue fiant verbis, facto, ſeu conſilio, teſte Menoch. *de arbitrar. quæſt. lib.* 2. *caſu* 548. *n.* 3. & Simanch. *Inſtit. Cathol. tit.* 13. *rubr. de credentib.* & Azor 1. *p. lib.* 8. *cap.* 15. *in rubr. de credent. receptatoribus*, vocari poſſunt fautores hæreticorum potiuè omnes, qui hæreticos defendunt, quia ne[illegible] tur fauere hæreticis, qui etiam eos non defendat. Simanch. *ſupra num.* 11. Pegna *in addit[illegible] ad Eymer. in director. Inquiſit. p.* 2. *quæſt.* 53. [illegible] *primo, & ſecundo, fol. mihi* 397. vbi voca[illegible] illos, qui hæreticis fauorem præſtant, [illegible] nibus, & per omnia defenſoribus æqui[illegible] ec fallitur, nam qui hæreticis fauorem [illegible] feriò, reuera eos defendunt. Quare omnia [illegible] in defenſoribus procedunt etiam in fauto[illegible] de Ananias *in cap. excommunicamus, [illegible] credentes, de hæreticis, num.* 15. & Vgolin. *de cenſur. Papæ reſeruatis in gloſſ. fautores*, Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.

*in principio, num.* 1. Graffis *lib.* 4. *deciſ. cap.* 18. *n.* 10. Item cenſentur fautores, qui dant auxilium, ſeu conſilium. ita Hoſtienſ. *in ſumma, de hæreticis, §. quæ pœna feriantur, num.* 10. *verſ. nec talibus dandum eſt conſilium, vel auxilium, & §. quæ pœna imponatur, num.* 13. Suntque conſulentes, & auxiliantes ipſo iure excommunicati, & carent ſepultura. Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 51. *num.* 46. & Calderin. *de hæreticis, rub. de pœnis receptatorum, num.* 2. Quibus Zanchin. *ſuprà de hæreticis, cap.* 5. *num.* 5. *&* 6. & Rupert *Inquiſitor. in verb. fautores, verſ. verbis autem*, vbi meminit de dantibus conſilium hæreticis, & alij adhærent.

Incurrunt etiam in excommunicationem Bullæ Cœnæ fautores hæretico mortuo, vt hæreticus eſt, quales ſunt, qui impediunt ne procedat Inquiſitores aduerſus hæreticum mortuum. Itémque qui vocari in teſtem delictú mortui hæretici negant in fauorem hæreſis: necnon ſepelientes hæreticum, vt hæreſi faueant. Sic Vgolin. *de cenſur. Papa reſeruatis, 2. p. cap. 1. verb. fautores, §. 1. n. 1. verſ. 3. num.* 18. Eodem modo laudantes hæreticos Angel. *in verb. hæreticus, n.* 24. *prope finem, verſ.* ex commiſſione; verò omnes dicuntur fautores Sylueſter *verb. hæreſis, num.* 10. *verſ. ex commiſſione.* Vgolin. *ſupra in principio gloſſa fautores, n.* 2. vbi docet ſic laudantes hæreticos eſſe fautores eorum, dummodo laudent feriò; ſequitur Graffis *lib.* 2. *deciſ. cap.* 9. *rub. de pœnis hæreticorum, n.* 15. Secus ſi laudent non ſeriò, ſed vel iocè, vel ex ſimplicitate credendo eos eſſe viros probos, non verò hæreticos. Idem ſi lubrico linguæ eos laudent, tunc enim excuſantur à cenſura. Archid. *in cap. quicumque, num.* 6. *verſ. ſi quis enim excuſat, de hæreticis, in* 6. & Farin. *de hæreſi, quæſt.* 82. *§.* 1. *n.* 4. *& ſequenti.*

Quid verò dicendum ſit, quando quis omnibus modis facit, vt defendat hæreticum, ſeu occultet, ne capiatur ab Inquiſitoribus, aut puniatur. Saur. *in claui, tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 4. ait eſſe valdè probabile incurri a defendente excommunicationem Bullæ Cœnæ, & iuris communis in defenſores latam, etiam effectu non ſequuto. Atque ita ſecundùm Saur. *ſi defendiſti hæreticum quantum interfuit, ne caperetur, non tamen obtinuiſti quia tandem captus eſt, excommunicationem incurriſti.* Sequitur Suar. tanquam probabilius, ac tutius, quia hoc magis fauet fidei, & deteſtatur hæreſim. Confirmatur, quia omnis defenſor eſt fautor, vt ait Farin. *d. quæſt.* 182. *§.* 1. *n.* 1. poſt Graf. *lib.* 4. *p. deciſ. cap.* 18. *num.* 20. vbi vult fautores hæreticorum eſſe omnes, qui ſubleuant hæreticos fauore, vel pecunia, vel qui procurant aliqua, vel ſubminiſtrant per quæ liberentur; ſed fautores incurrunt excommunicationem tam iuris, quàm Bullæ Cœnæ ſicut dantes conſilium hæreticis, vt euadant manus Inquiſitorum, ſeu auxilium. Zanchin. *d. cap.* 5. *num.* 5. *&* 6. & Decian. *in tract. criminal. lib.* 5. *cap.* 51. *d. num.* 46. Ergò defendentes hæreticos, ſeu occultantes ne capiantur, ſunt excommunicati effectu non ſequuto, quamuis minùs benè neget Sanch. *lib.* 2. *d. cap.* 10. *num.* 9. *verſ. at probabilius.* Ex eo, quia non denuncians hæreticum, quando tenetur, incurrit excommunicationem, quamuis alter denunciet, & conſequenter non denuncians non obtinuit effectum. Item incurrit, qui per teſtimonium falſum nixus eſt defendere hæreticum, non tamen liberauit illum, quia tandem fuit conuictus per alios teſtes. Sic in hoc caſu, ita Suar. *ſuprà.*

Negatiuè tamen, ſeu ex omiſſione dumtaxat perſonæ publicæ,vt iudices,& magiſtratus,& alij officio publico fungentes, ſi ſint negligentes in puniendis hæreticis, negligántque id facere, incurrunt in pœnas fautorum hæreticorum, & vt tales puniri poſſunt, ſaltémque ſuſpecti ſunt de hæreſi. Sic Zanchin. *in tract.de hæreticis,cap.13. num.3.in fine*,addens Epiſcopos,& cæteros Eccleſiarum Prælatos,ſi omittant eiicere hæreſes à ſua diœceſi eſſe ſuſpectos de hæreſi & præſumi hæreticos. Sequitur Lelius Zech. *in ſumma p.1 tit. de fide, cap.11 rub. de hæreſi,num.13.verſ.ſexta concluſio.* Quibus accedit Pegna in additionibus ſuprà dictis *p.2.commentar.2.ad cap.qui alios,extra, de hæreticis,verſ.ſi de Epiſcopis,fol.95.& quæſt.53. fol.396.*vbi oſtendit fungentes publica auctoritate,quonam modo per omiſſionem,& commiſſionem cenſeantur hæreticis fauere, *num.1. & 2. & num.5.*vbi meminit duodecim magnarum pœnarum,quas incurrunt huiuſmodi fautores, patétque ex *cap. excommunicatus, §. credentes, de hæreticis.*

Excuſantur tamen priuatæ perſonæ ab his pœnis,nec dicuntur fautores hæreticorum ſi ſint negligentes ex ſola omiſſione: vnde ſi hæreticos non capiant,vel non cuſtodiant,vel non puniant, non ſunt dicendi fautores. Eymeric.2 *p. director. quæſt.53.citat.num.3.* Quia ad hoc non tenentur. Ioan.de Ananias *in d.cap.excommunicamus, el 1. num.15.verſ.ſed priuata perſona.* Simanch.*de Catholicis inſtit.tit.15.rub. de credentibus.* Pegna *in additionibus ad director.p.2.quæſt.53.comment.78. litera F. col.2.verſ.1.& ſequentibus, fol.398.* quibus accedit Sanch. *d. lib.2. cap.10. num.* 15. poſt alios quos ibi ſequitur, & refert caſus, in quibus priuatæ perſonæ ad id tenentur.Eiuſdem ſententiæ ſunt Archid. *in d.cap.quicumque,num.6.verſ. priuata verò perſona*, & ibi Ioan.Andr. *num.5.eodem verſu*,& Geminian.*num.10.de hæreticis in 6.* Calderin. *in tract.de hæreticis credentibus,& eat. num.16.* & Sanch. *d.n.15.*vbi contra Sylueſtrum, *verb. hæreſis*, & Sayr. *d.lib.4.cap.5.num.7. in fine*, cenſet non incurrere excommunicationem priuatam perſonam ex ſola omiſſione dolosè facta. Quia dolus ille non facit, vt perſona priuata delinquat contra iuſtitiam, quod requiritur, vt dicatur fautor, atque ita non ſufficit omiſſio illa doloſa. quod etiam placet Farin. *ſupra n.27. fine.* Sufficiet tamen ſi requirantur ad præſtandum auxilium ad capiendum hæreticos, & nolunt. Itemque ſi habeant iuramentum de dicenda veritate in hæreticos, & illam celant,vel negant,vt faueant hæreſi,quia delinquunt contra iuſtitiam. Sanchez *in d. lib.2. in præcepta, cap.10. num.15.* poſt plures, & ex conſequenti incurrunt excommunicationem.

Vnde ſecundùm eundem *num.* 28. dicendum eſt id procedere, quando perſonæ priuatæ requiruntur ad capiendos hæreticos, adhuc enim non teneri ex negligentia in illis capiendis,vt volunt Eymericus ſuprà ſcriptus & ibi Pegna *d.commentar.78. litera B. verſ. priuati autem homines, fol.398.* ſed meliùs Simanch. *d.tit.11.num.13.* ait requiſitos ad præſtandum auxilium,& ad capiendos hæreticos etiam ſi ſint priuati homines, teneri, niſi ex cauſa id facere noluerint; & Pegna citatus *d.comment.78. verſ.ſed.* Nec illi ſunt immunes à crimine,qui habentes facultatem capiendi hæreticos,inuandíque capientes nequiter prætermittunt,præſertim ſi de hoc fuerint à capientibus ſeu capere volentibus requiſiti. Idem erit ſi quis omittat denunciare hæreticos, quando per edicta Inquiſitorum iubetur,ſi illa omiſſio fiat,vt faueat hæreſi. *Pegna d.comment.78.* & Zanchin. *de hæreticis, cap.5. num.4.* Secus ſi fiat ob aliam cauſam,nempe ob metum,aut alia grauia incommoda,quæ denuncianti poſſunt contingere. Sanchez *d.cap.10.num.15.* quia peccant contra iuſtitiam, ſi omiſſio fiat in fauorem hæreſis.

Hæc omnia quæ dicta ſunt de modis fauendi 221.
hæreſi ſiue poſitiuè, ſiue negatiuè, intelligenda ſunt, Primò de fauore præſtito hæreſi vt hæreſis eſt,quod iam monuimus. Secundò hic fauor hæreſis formaliter præſumi debet aut ſolet ex conſuetudine & aliis quæ cum hæreticis geruntur in prouinciis in quibus permixti ſunt Catholicis. Quare quæ ſolo hoc §.diſputauimus hactenus,& deinceps dicturi ſumus, valent tantùm in iis locis in quibus non eſt illa colluuies & permixtio, quibúſque fœliciora tempora id indulſerunt: aliarum enim prouinciarum etiamſi non diſpar fuerit pietas, non fuit par fœlicitas.

Excuſantur igitur principes, qui non ſolùm 222.
non permittunt infidelibus,vt ritus ſuos doceant, ſed valdè optant illis reſiſtere, non tamen audent propter potentiam,ac numeroſam multitudinem infidelium, vel ob aliam cauſam iuſtam. Tunc enim non poſſunt dici fautores, nec defenſores hæreticorum. Secus ſi propter auaritiam,aut pecuniam, quam ab infidelibus accipiunt: in quo euentu, ſi deſinant reſiſtere cum poſſint, pœnas non euadent,eos tamen excuſant Archid. *in cap. quicumque,de hæreticis,in 6.num.4. & ſequenti*,& Ioan.Andr.*num.etiam 4.& 5.* vbi volunt non dici defenſores hæreticorum principes, qui non corrigunt, nec puniunt hæreticos, quod non eſt abſolutè verum, niſi id intelligant, quando commodè id nequeunt facere. Farinac.*ſupra num.16. & 18.*

Non eſt omittenda illa difficultas,quæ aſſurgit 223.
ex verbis D.Pauli 1. *ad Timoth.* 6. præcipientis illi, vt cuſtodiat depoſitum, & deuitet profanas vocum nouitates. Quid enim Apoſtolus Timotheo præcipiat ambigitur,& ob quam cauſam ſit profana vocum nouitas fugienda. Nunquid,quia nouitas, teſte Bernardo *epiſt.*174.eſt mater temeritatis, ſoror ſuperſtitionis, filia leuitatis? Nunquid, quia commendatur *Eccleſiaſtici 39. num.1.* vt ſapientiam antiquorum exquirat ſapiens? Vbi non dicitur nouiorum,ſed antiquorum, quaſi dicat,ſapiens exquirat antiquiſſimas,certiſſimáſque opiniones,nouas verò, & malè audientes, ſeu olentes reſpuat? Quibus verbis oſtenditur non ſolùm principes ſæculares, ſed multò magis Eccleſiaſticos prælatos cauere debere,ne nouæ opiniones,ſeu profanæ vocum nouitates, circa fidei catholicæ materiam promulgentur, ac diſſeminentur, ſed antiqua doctrina doceatur, vt habetur *Prouerb.22.num.28.*ibi,*Ne transgrediaris terminos antiquos,quos poſuerunt patres tui.* Ex quibus colligitur ſapientes etiam in errorem labi poſſe, ſi ab antiqua patrum doctrina diſcedere voluerint.

Nomine verò depoſiti Timotheo traditi à D. 224
Paulo, intelligit D.Thom. *ibi 1.ad Timoth.6. lectio 4.* gregem fidelem; Haymon gratiam fidei, ſapientiam atque doctrinam ab ipſo Timotheo acceptam, fidelibus ſibi commiſſis prædicandam. Proinde dixit Apoſtolus, *O Timothee depoſitum cuſtodi deuitans profanas vocum nouitates*,hoc eſt doctrinam

doctrinam ſanctam teſte eodem Apoſtolo 1. *ad Timoth.*6. Timebat enim depoſitum ſyncerę veritatis,ac doctrinæ per abſentiam ipſius nouitatibus a perfidis introductis commaculari poſſe. Ideo *cap.*1. dixit ibi. *Quæ à me audiſti in fide, & in dilectione in Chriſto IESV bonum depoſitum cuſtodi.*& infrà *cap.*2.in hunc modum. *Quæ à me audiſti per multos teſtes , hæc commenda fidelibus hominibus , qui idonei erunt , & alios docere.* Ita Paulus;ex quo conſtat depoſitum eſſe doctrinam ſacram, & antiquam ; Epiſcopos verò eſſe cuſtodes illius , Principes verò ſæculares, protectores, ac defenſores.

Suffragatur expoſitio Chryſoſtomi *in d. cap.*6. ad Timoth.1. *Caue* (inquit) *ne minuas , non enim mea,ſed aliena ſunt* , hoc eſt Chriſti Domini præcepta , ſeu decreta , lege Chryſoſt. *homil.*18. ob quam cauſam Vincentius Lyrinenſis *lib.*1. *contra profanas nouitates* , *cap.*6. ſic loquitur. *Benè fundata antiquitas ſceleſta nouitate ſubruitur.*Et c.26. ſuper verbis , *deuitans profanas vocum nouitates. Non dixit* (inquit ) *antiquitates , non dixit vetuſtates , ſed è contrario. Nam ſi vitanda eſt nouitas, tenenda eſt antiquitas : imò ſi profana eſt nouitas, ſacrata eſt antiquitas.* Et infrà *cap.*27.cum Timotheo collocutus ſic proſequitur. *Quale eſt*(inquit) *depoſitum o Timothee ? quod tibi creditum eſt, non quod à te inuentum eſt : quod accepiſti , non quod excogitaſti,rem non ingenij,ſed doctrinæ : non vſurpationis priuatæ , ſed publicæ traditionis : rem ad te perductam,non à te prolatam. In qua non auctor debes eſſe , ſed cuſtos ; non inſtitutor, ſed ſectator; non ducens , ſed ſequens; aurum accepiſti , aurum redde. Nolo mihi pro alijs alia ſubijcias , nolo pro auro , aut imprudenter plumbum,aut fraudulenter æramenta ſupponas : nolo auri ſpeciem , ſed naturam. Eadem tamen,quæ didiciſti ita doce , vt cum dicas nouè , non dicas noua.* Hæc Vincentius,quæ ſunt appoſitè poſita ad oſtendendum , quàm ſit non ſolùm rerum , ſed etiam vocum nouitas fugienda,cum antiquiora ſint honorabiliora ex Ariſtotele 2.*Rhet. cap.*15. & antiquiſſima honorabiliſſima,teſte eodem 1. *metaph.cap.*3.

Vides rationem ob quam commendetur Timotheo,vt deuitet profanas vocum nouitates, ne ſcilicet ſe , ſuoſque exponat periculo ruendi in aliquem errorem. Quod etiam voluit Apoſtol.2. *ad Corinth.*11. vbi ſic ait. *Timeo, ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua, ita corrumpantur ſenſus veſtri,& excidant à ſimplicitate, quæ eſt in Chriſto IESV*. Quocirca oportet comedere vetuſtiſſima veterum *Leuitici* 26. *num.*10. hoc eſt adhærere antiquiſſimis opinionibus,ac certiſſimis, nouaſque veritati contrarias impugnare. Ex eo,quia hæreſes ſecundùm aliquos cenſentur opiniones, ſeu dogmata falſa catholicæ veritati contraria, & ſecundùm alios error voluntarius , & pertinax in materia fidei catholicæ contraria in homine, qui ſe Chriſtianum eſſe profitetur.Suar. *de triplici virt. diſp.*19.*ſect.*5.*num.*13.Bañes *ad Thom.*2.2. *quæſt.*1 .*art.*1. & Farinac.*de hæreſi* , *quæſt.*178. *à num.*1. *vſque ad* 7. Capua *in explicatione Bullæ Cœnæ*,*lib.*4. *deciſ.cap.*18. *num.*11. Requiritur tamen aliquis ſit hæreticus , vt detur error in intellectu hominis Chriſtiani fidei catholicæ contrarius cum pertinacia in voluntate , quæ eſt hæreſis complementum,vt ait Albert. *de agnoſcend. aſſertion. catholic. quæſt.*2. D.Thom.2.2. *quæſt.*11. *art.*1. Sed de his alibi.

Ad intentum ergo ne principes ſæculares rempublicam ſibi ſubditam , regnaque denorment, oportet , vt magna cura inuigilent, vt nouas , & falſas opiniones , nouaſque ſectas , peruerſáque dogmata,nemo gignat, vel ſequatur intra limites ſuæ ditionis. nam hæreticus eſt, qui alicuius temporalis commodi, & maximè gloriæ,principatuſque ſui gratia , falſas , vel nouas opiniones fidei contrarias inuenit,vel ſequitur, textus *in cap.hæreticus* 24. *quæſt.*3. Turrecremata *ibi,num.*1. *&* 2. Innocent.*in verſ.item qui confingit,in cap. firmiſſimè,de hæreticis*,& Hoſtienſ.*ibi,num.*1.*verſ.quintò qui nouam ſectam.* Sicut etiam ſunt hæretici, qui ſacram ſcripturam ſcienter aliter exponunt, & interpretantur , quàm interpretatur Eccleſia, gloſſ. *in d.cap.firmiſſimè,in verbo,hæreticum,verſ. item qui errat,de hæreticis*,& ibi Archidiac.*num.*2. *in fine,in verbo,quibuſcunque,& in verbo,hæretici, & in verbo,peiora*, & Calderin. *in tract.de hæret. rubrica de hæreticis credentibus* , *num.*1. Nec mirum cùm ſit hæreticus nouitatum amantiſſimus. Quod Lyrinenſis prædicens *in d.lib.contra profanas vocum nouitates* , ait , *Deuita profanas nouitates , quaſi viperam , quaſi ſcorpionem,quaſi baſiliſcum,ne te ſolum tactu , ſeu viſu,afflatuque percutiant.* Amplectere ergo ſanctam doctrinam,vetuſtámque ob antiquitatem , ſeu canitiem , quæ quandam habet reuerentiam , teſte Baſilio *in lib. de Spiritu Sancto, cap.*29. ſunt enim profanæ vocum nouitates , auctore Auguſtino *lib.*1. *contra Iulianum* , *cap.*2. *& lib.*2.*cap.*1. prauæ hæreticorum aſſertiones,iuxta illud *Ieremiæ* 6.*num.*16. ibi: *Interrogate de ſemitis antiquis , quæ ſit via bona, & ambulate in ea.* Quod probatur ex illo Ioan. 1. cap.2. *Chariſſimi* , inquit , *non mandatum nouum ſcribo vobis , ſed mandatum vetus , quod habuiſtis ab initio ; mandatum vetus eſt verbum , quod audiſtis*. Faciunt tradita à Philon. Alexandrin.*in lib. de ſacrificijs Abel,& Cain*, vbi multa de antiquæ ſapientiæ,antiquarumque opinionum laudibus.

Ex traditis benè ſequitur quanta ſit obligatio principum fidelium ad conſeruandam Rempublicam in puritate fidei catholicæ , & ad relegandas nouas opiniones à ſuo principatu. Ambigi tamen
poteſt , an poſſint infideles non ſubditos cogere, 225.
vt deſerant idololatriam , & obſeruent præcepta legis naturæ ? Poſſe principes cogere illos, tradit Syluest. *verb. Papa* , §.7. ex Archidiac. aſſerente Papam habere iuriſdictionem in paganos. Ex ſua tamen ſententia negat poſſe principes cogere infideles non ſubditos ad relinquendum ritus ſuos. Sequitur Caietan.3.*part.in quæſt.*66. *ad D.Thom. art.*8. Victor *in relect. num.*39. *de Indis* , *& n.*40. vbi addit, neque id poſſe quantumcunque infidelibus fides ſit ſufficienter annunciata,& noluerint eam recipere , non propterea fas eſſe infideles bello perſequi, & bonis ſuis ſpoliare. Imò neque auctoritate Papæ ſubdit poſſe principes coërcere barbaros à peccatis contra legem naturæ , nec ratione illorum eos punire. Ratio , quia Summus Pontifex non habet in illos iuriſdictionem ſpiritualem , nec principes ſæculares poſſunt bella mouere , niſi ad propulſandas iniurias ſibi illatas. Atqui infideles propter idololatriam , quamuis non obſeruent præcepta legis naturæ nullam iniuriam irrogant fidelibus. Ergo propter hoc non poſſunt principes illis bellum indicere.

Nec refert ſi dicas infideles eſſe Deo iniurioſos , quia non pertinet ad principes catholicos vlciſci omnes iniurias Deo illatas, niſi ſimul fidei catholicæ directè ſint iniurioſi. Couar. *in regula,*

*peccatum*, 2. *part.* §.10. Sotus *in* 4. *diſt.* 5. *art.*10. Maior *in* 2. *diſt.* 44. *quæſt.*3. & Aragon. 2.2. *q.*10. *art.*8. & Valent. *tom.*3. *diſput.*1. *quæſt.*10. *punct.*7. Probatur exemplo diuino *Numer.*20. vbi bellum factum ab Iſraelitis contra gentes in terra promiſſionis commorantes, non fuit motum propter idololatriam, ſed quia noluerunt concedere tranſitum filiis Iſrael per terras ſuas, teſte Auguſt. *quæſt.* 44. *in Numer.* & *quæſt.* 10. *Ioſue*. Cuius fit mentio *in cap.*2. & 3. 23. *quæſt.*2. Ex quibus conſtat non poſſe fieri bellum, nec iuſtam coactionem infidelibus non ſubditis, vt deſerant idololatriam, & vt obſeruent præcepta legis naturæ. Confirmatur ex Matth. 10. vbi Chriſtus Dominus poſuit modum diſcipulis obſeruandum in promulgando Euangelio, ibi. *Euntes prædicate, dicentes, quia appropinquauit regnum cælorum*, & infrà. *Quicumque non receperit vos, neque audierit ſermones veſtros, exeuntes foras de domo, vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus veſtris.* Quibus verbis docuit non vi, ſed ratione trahendos eſſe infideles non ſubditos ad gremium Eccleſiæ.

Suffragatur reſponſio Nicolai Papæ Bulgarorum interrogationibus per hæc verba ſatisfaciens. *De iis, qui idolis immolant, nihil aliud dicere poſſumus, niſi quod ratione potius, quam vi conuincendi ſunt.* Vbi ſimul oſtendit non eſſe in Eccleſia ſuper hos infideles iuriſdictionem, & conſequenter non poſſe cogi iuſtè nec puniri, ſine iuriſdictione. Addit D. Ambroſ. *in d. cap.* 10. *Matth.* propterea Chriſtum Dominum non permiſiſſe diſcipulis geſtare virgam, quòd ſit poteſtatis inſigne, & vlciſcendi inſtrumentum. Eos enim miſit ad fidem promulgandam, qui non cogerent, ſed docerent: nec vim poteſtatis exercerent, ſed doctrina humilitatis vterentur.

Obiicies cum D. Thom. 2. 2. *q.*10. *art.*8. & 11. & *quæſt.*94. *art.*3. hos infideles non ſubditos eſſe idolorum obſequio mancipatos, ſimulque blaſphemos; ergo poſſunt cogi vt à blaſphemiis deſiſtant, & deſerant ritus ſuos. Reſpondetur, idololatriam peiorem eſſe blaſphemia, non tamen propriè eſſe blaſphemiam, ſed virtualiter ita poſſe vocari: atque ita non poſſunt infideles non ſubditi ad deſerendos ritus ſuos cogi, eò quòd virtualiter blaſphement idola colendo, niſi conſtet eos blaſphemare in contemptum noſtræ religionis, quia ex hoc iam apparet titulus belli iuſti. Suar. *de triplici virt. tract.*1. *diſp.*18. *ſect.*4. *n.*4. vbi addit hoc eſſe certum per ſe loquendo, nam per accidens poſſunt cogi ad deſerendos errores etiam rationi naturali contrarios, nempe ad defendendos innocentes infantes, quos ipſi ſacrificant Diis ſuis, ſi commodè fieri poſſit, quia ad hoc vrget charitas.

Extra hos caſus infideles non poſſunt cogi ad recipiendam fidem, etiam ſufficienter promulgatam. D. Thom. 2. 2. *d. quæſt.*10. *art.*8. & 12. & ibi Caietan. Caſtro *lib.*2. *de iuſta hæretic. punit. c.*4. & Henriquez *lib.*2. *de baptiſmo, cap.*4. *num.*8. Nec obſtat illud *Lucæ* 14. Chriſti Domini dicentis, *compelle eos intrare ad Eccleſiam*, vt declarat Chryſoſt. *homil.*14. in hunc locum; per quæ verba Scot. *in* 4. *diſt.*4. *quæſt.* 6. & Gabriel *ibidem*, dicunt principes poſſe infideles cogere temporaliter ſubditos, vt recipiant fidem catholicam, non verò infideles non ſubditos. Sed nec ſubditos, nec non ſubditos infideles poſſe cogi à principibus ſecularibus, eſt communis inter Theologos. Quia eſt intrinſecè malum cogere non ſubditos infideles ad recipiendam fidem, cum Eccleſia non habeat poteſtatem circa hos infideles, neque conſtet à Chriſto Domino fuiſſe collatam principibus Eccleſiæ ad illos cogendum ad fidem audiendam, vt notat Salmeron *tom.*12. *tract.*38. & Valent. *tom.*3. *diſp.*1. *quæſt.*10. *punct.*6. & habetur in Concilio Trident. *ſeſſ.*14. *cap.* 2. *Eccleſia* (inquit) *in neminem iudicium exercet, qui priùs in ipſam per baptiſmum non fuerit ingreſſus.* Quinimò, dicente Apoſtolo 1. ad Corinth. 5. ibi. *Nam eos, qui foris ſunt, Dominus iudicabit*; ergo nec Eccleſia, nec principes ſæculares habent poteſtatem cogendi infideles non ſubditos, ad audiendam ſuſcipiendamque fidem: eritque à ratione naturali alienum, quòd quis exerceat actum coactionis in illum, qui non ſubeſt eius iuriſdictioni.

Iuuat D. Thom. 3. *part. quæſt.* 8. *art.* 3. & *quæſt.*39. *art.*4. vbi ait infideles actu non eſſe de Eccleſia, ſed in potentia. Nec diſſentit Auguſtin. *in lib. de verbis Domini*, imò potiùs conſentit *ſerm.*6. *de puer. centurion.* his verbis: *Fratres* (inquit) *ad nos pertinet vobis dicere, ad nos pertinet Chriſtianis loqui: quid enim mihi de iis, qui foris ſunt iudicare? illos ſcilicet paganos alloquimur, aliter tanquam infirmos blandiendum eſt illis, vt audiant veritatem: In vobis reſecanda putredo eſt.* Ex quo loquendi modo Auguſtinus aliter fideles, aliter infideles ad fidem audiendam, ſuſcipiendamque cogendos eſſe oſtendit.

Sit ergo reſolutio, infideles non ſubditos non poſſe cogi ad deſerendos ſuos errores etiam rationi naturali oppoſitos per ſe, ac directè, ſed per accidens etiam poſtquam fides eſt ſufficienter promulgata. Idem intellige de infidelibus ſubditis, quoad directam coactionem: quoad indirectam bene poſſe cogi ad ſuſcipiendam fidem ſufficienter promulgatam. Quin etiam directè poſſunt cogi infideles ſubditi à principe fideli ad fidem audiendam, vt notat Bañez, quamuis dubius 2.2. *quæſt.*10. *art.*8. & Suar. ſine dubio id expreſsè aſſerit *de tripl. virt. tract.*1. *diſp.*18. *ſect.*2. *n.*3. & conſtat ex vſu Romanæ Vrbis, vbi ſemel in hebdomada Iudæi compelluntur à Romano Pontifice intereſſe concioni vbi agitur de noſtra fide, pœna impoſita illis qui audire recuſant. Qua de re ſupereſt conſtitutio duplex, altera Nicolai III. *Vineam*, & altera Gregorij XIII. *Sancta mater Eccleſia*, quæ pœna non tanquam tributum illis imponitur, qui recuſant audire, ſed propter inobedientiam, & vltra hanc pœnam in recognitionem temporalis ſubiectionis alia tributa ſufficientia imponuntur. Non ſubditi verò infideles nullo modo poſſunt cogi ad fidem audiendam, quia principes Chriſtiani nullam habent poteſtatem, vel iuriſdictionem in hos infideles, neque Eccleſia eùm ſubdantur ſuis principibus, & ſint extra iuriſdictionem Eccleſiæ, Suar. *ſuprà, dict. ſect.*2. *num.*6.

Suſcepto tamen baptiſmo ab infidelibus, aut 226.
Iudæis, ſi fidem deſerant, & ad ritus ſuos priores redeant, compellendi ſunt ad obſeruantiam noſtræ religionis catholicæ, & ad deteſtandos ritus ſuos. Sic ſcribentes communiter *in cap. quidam, de Apoſtatis*, vbi habes hæc verba. *Quidam qui ad ſacri vndam baptiſmatis voluntarij acceſſerunt, reliquias priorus ritus retinentes cum Chriſtiana religionis decorem tali commixtione confundant, ſtatuimus, vt per prælatos Eccleſiarum talis ob-*

*ſeruantia*

*ſeruantia veteris ritus omnino compeſcatur, vt quos Chriſtianæ religioni libera voluntatis arbitrium obtulit, ſalutifera coactionis neceſſitas in eius obſeruatione conſeruet. Cum minus malum exiſtat viam Domini non agnoſcere, quam poſt agnitam retroire.* Ex quibus verbis pateſcit, tam Iudæos, quam infideles baptizatos, ſi retrocedant, ad obſeruantiam Chriſtianæ religionis, vt hæreticos pœnis contra eos ſtatutis eſſe compeſcendos. Ita Arnald. Albertin. *in rubric. de hereticis, in 6. q.* 11. *num.* 6. *verſ. tamen ad eam pertinet.* Pariſienſ. *conſ.*248. *lib.*4. Ioan. Andr. Ioan. de Anania, & Zabarel. *in d. cap. quidam de Apoſtatis*, & habetur *in cap. Chriſtianos, in* 6. vbi dicitur procedendum eſſe tanquam contra hæreticos, ſi qui ad ritus Iudæorum redierint poſt baptiſmum. Sequitur D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 10. *art.* 8. *in corpore, verſ. alij verò ſunt infideles*, ibi: *Hos*, Inquit, *corporaliter eſſe compellendos, vt adimpleant, quod promiſerint.* Poſt illum Aragon. *verſ. circa ſecundam concluſionem.* Simanch. *in Enchiridion, tit.* 17. *rubric. de Iudæis, num.* 2. *& de cathol. inſtit. tit.* 35. *in rubrica de Iudæis, num.* 12. Azor. *tom.* 1. *lib.* 8. *c.* 13. *poſt quæſt.* 8. *in vltima pœna hæreſis*, Sanch. *lib.* 2. *in præcept. cap.* 9. *num.* 1. poſt Valent. 2. 2. *diſp.* 1. *quæſt.* 11. *punct.* 3. definientes fide catholica tenendum eſſe iuſtiſſimè hæreticos ab Eccleſia puniri poſſe, ac compelli ad fidem in baptiſmo ſuſceptam retinendam.

227. Hæc poteſtas extenditur ad Iudæos, qui baptiſmum ſuſceperunt intra ſeptennium, qui ſi poſtea in adulta ætate à fide deficiant, & ad Iudaiſmum reuertantur, ſunt cogendi ad fidem ſuſceptam retinendam, & tanquam hæretici puniendi, nec excuſantur ab his pœnis, quòd ſint ignorantes, & infantes baptizati, per textum expreſſum *in d. cap. contra Chriſtianos, de hæreticis, in* 6. ibi, *etiam ſi huiuſmodi redeuntes dum erant infantes, aut mortis metu, non tamen abſolutè, aut præciſe coacti baptizati fuerint, procedendum eſt contra illos, tanquam contra hæreticos, ſi fuerint de hoc confeſſi, aut per Chriſtianos, ſeu Iudæos conuicti.* Et ibi gloſſa, *verbo, infantes*, idem confirmat, eſto ætas illa ignoret, quid fiat, quia ſuſcepto ſacramẽto baptiſmi obligantur etiam ignorantes in ætate infantili. Sylueſt. *in ſumma, verbo, hæreticus, §.* 2. *num.* 4. *verſ. ſecundum Archid. in eodem verbo, infantes*, vbi extendit obligationem tenendi fidem ad infantem vnius diei baptizatum. Pegna *in addit ad Eymer. in direct. Inquiſit. part.* 2. *quæſt.* 44. *comment.* 69. *verſ. iam quæ hac quæſtione dicuntur, fol.* 363. *col.* 1. vbi tradit mitiùs agendum cum infantibus baptizatis, ſi reiudaizarent, dum ſunt infantes, quàm cum adultis, quia ætati parcendum eſt per *l. ſi quis, C. ne ſanctum baptiſma iteretur, verſ. ſi tamen criminis capax eſt.*

228. Quod ſi Iudæus, ſeu infidelis, ſuſcipiat baptiſmum nulliter ex defectu intentionis requiſitæ in miniſtro, vel ex defectu legitimæ materiæ, & exiſtimans vterque eſſe fidelem ſatisfaciebat officio veri catholici, poſtea verò deficiens à fide in foro externo, tam Iudæus, quàm infidelis non debet puniri tanquam hæreticus, ſi de veritate conſtet, cùm non ſit ingreſſus in Eccleſiam per verum baptiſmum, neque incurrit in excommunicationem, & cæteras pœnas contra hæreticos ſtatutas, Sayr. *tom.* 1. *theſauri, lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 11. Vgolin. *de cenſur. Papæ reſeruatis*, 2. *cap.* 1. *§.* 1. *num.* 2. *fine.* Ratio potiſſima, quia hæreſis ſecundùm Theologos eſt error intellectus voluntarius contra aliquam fidei veritatem, cum pertinacia aſſertus ab eo, qui fidem recepit; ſed prædicti non fuerunt baptizati; ergo fidem catholicam non fuerunt profeſſi, & conſequenter non inciderunt in pœnas hæreticorum.

Dixi, ſi de veritate conſtet, quòd non fuerint baptizati verè, ac validè, quia in dubio, cùm ſe geſſerint tanquã baptizatos & ex parte ſua, atque intentione in animo retenta fidem ſint profeſſi, puto tanquam hæreticos eſſe puniendos, & in hoc euentu placet ſententia Gabrielis *in* 4. *diſt.* 13. *quæſt.* 2. *art.* 1. *notabil.* 3. Caſtr. *lib.* 1. *de iuſta hæreticor. punit. cap.* 8. *dub.* 3. quibus accedit Azor. *lib.* 8. *tom.* 1. *cap.* 9. *quæſt.* 3. qui dicunt abſolutè puniendos pœnis hæreticorum. Quod ſi conſtet de nullitate baptiſmi; quidquid ſit de illorum intentione ſuſcipiendi fidem, ſeu baptiſmum, nullo modo ſunt dicendi hæretici, cum non ingreſſi ſint in Eccleſiam: ſicut non contraxit matrimonium, qui verba protulit, & habuit intentionem contrahendi, non tamen ea protulit coram parocho, & teſtibus, quod requiritur ad validitatem ſacramenti matrimonij. Sunt tamen qui dicant hos deficientes à fide poſſe cogi de nouo ad illam ſuſcipiendam. Ita Sayr. *vbi ſuprà*, & Henriquez *lib.* 1. *de baptiſmo, cap.* 25. *num.* 6. poſt plures *littera H.* niſi probent ſe vi coactos baptizatos eſſe. Sed de hoc infra *num.* 230.

Huc accedit ſimilis difficultas de cathecume- 229.
no, ſi deficiat à fide, nolitque ſuſcipere baptiſmum, an ſit dicendus hæreticus, & puniendus tanquam talis? Pars affirmans ex eo probatur, quia animo, ac intentione fidem catholicam ſuſceperat etiam ante baptiſmum; ergo hanc fidem deſerens cenſendus eſt hæreticus verus. Suarez *tom.* 5. *de cenſuris, diſp.* 21. *ſect.* 2. *num.* 4. Caſtr. *lib.* 1. *de iuſta hæreticorum punit. cap.* 8. & videtur probabile, ſed oppoſitum mihi probabilius ex vltima particula poſita in definitione hæreſis, *vbi proximè*, nempe, *qui fidem recepit*, hoc eſt, qui fidem profeſſus eſt poſt baptiſmum ſuſceptum; ſed cathecumenus non ſuſcepit baptiſmum; igitur, ſi labatur in hæreſim, propriè hæreticus non cenſebitur in foro externo, neque tanquam talis puniendus eſt. Atque ita in foro iudiciali cùm non ſit ſacro baptiſmate ablutus, excuſabitur, vbi hominum cogitationes non iudicantur, ſicut in foro conſcientiæ, ſed hominum facta, idque veritate inſpecta, *l. cogitationis de pœnis, l. illicitas, §. veritas, ff. de officio præſidis.* Simanchas *de cathol. inſtit. tit.* 31. *num.* 6. Sayr. *d. lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 11. Vgolin. *de cenſur. Papæ reſeruatis*, 2. *part. cap.* 1. *§.* 1. *num.* 2. *&* 3. Aragon. 2. 2. *quæſt.* 11. *art.* 2. *dub.* 3. & Farinac. *de hæreſi, quæſt.* 178. *§.* 6. *num.* 131. *verſ. amplia* 1. vbi vult poſt Simanch. cathecumenum in hæreſim lapſum propriè non eſſe hæreticum cenſendum, neque vt hæreticum puniendum in foro externo, quamuis ſecus in foro conſcientiæ. Cum ergo per baptiſmum non ſit membrum Eccleſiæ cùm illum non ſuſceperit, non eſt puniendus vt hæreticus, quia Eccleſia in foro externo non habet iuriſdictionem ſpiritualem in non baptizatos.

An verò poſſit cathecumenus, qui baptiſmum poſtulauit, & poſtea pœnituit, cogi ad baptiſmum ſuſcipiendum? Felin. videtur affirmare *in cap. vlt. col. vlt. verſ. vltimò vide, de Iudæis*, per text. ibi, *Nec videatur illuſio, in fauorem fidei eſſe cogendum, vt fidem ſeruet, & baptiſmum recipiat.* Sed re benè penſata textus ille loquitur

do

de Iudæo baptizato per fictionem, vt compellatur ad obſeruantiam fidei. Is enim ſi retrogrediatur in foro externo, poteſt ab Eccleſia vt hæreticus puniri, & excommunicari. In foro tamen interno fictè baptizatus euadet excommunicationem cum reuera non ſit intra Eccleſiam, nec pœnis illius ſubdatur. Ita Sayr. *d. tom. 3. lib. 3. cap. 4. num. 11.*

Atque ita abſolutè negandum eſt, eſſe cogendum ad ſuſcipiendum baptiſmum, contra Felin. & Marquardum de Suſan. *part. 3. de Iudæis, cap. 3. num. 1.* oppoſitum ſentientes, Farinac. *de hæreſi, quæſt. 178. num. 135.* ita & Azor. *part. 1. lib. 8. c. 9. quæſt. 3.* Nec obſtat ratio eorum, nempe bona voluntas pro facto reputatur, *cap. 2. & 3. de voto,* vbi qui votum religionis emiſit, vel etiam propoſitum intrandi habuit, cogitur religionem intrare, *cap. conſuluit, de regularibus.* Faciunt notata *in l. Illud, C. de ſacroſ. Eccleſ.* Quo argumento Felin. & Marquardus ſuam tuentur opinionem, ſed minùs benè, quia id ſolùm oſtendit cathecumenum retrocedentem, & recuſantem baptizari in foro conſcientiæ defeciſſe, non verò in foro externo, vt Simanchas, & Farinac. *vbi proximè,* ſicut vouens religionem in foro conſcientiæ tenetur ingredi, non tamen poteſt cogi à prælato religionis ad ingrediendum, quia non ſubeſt illius iuriſdictioni, niſi per profeſſionem, & ante illam poteſt redire ad ſæculum. Nam votum Ingreſſus attenta forma iuris communis, quod annum probationis ad experiendum concedit, intelligitur, quando non conſtat de contraria intentione, obligate ad ingreſſum duntaxat, teſte D. Thom. 2. 2. *quæſt. vlt. art. 4.* quem omnes ſequuntur. Sanch. *lib. 1. de ſponſalib. diſp. 34. num. 17. & lib. 4. in præcepta Decalogi, cap. 16. num. 74. & 89. & 90.* ſatisfacitque voto ſi ingrediatur animo experiendi, & nouitiatus tempore exeat ex cauſa iuſta, vt Valent. 2. 2. *diſp. 6. quæſt. 6. punct. 4. quæſt. 4. verſ. vnde rectè.* Tolet. *lib. 4. ſumma, cap. 17. n. 12. & cap. 18. num. 1.* Paraſſell. *in priuilegijs minimorum, cap. 43.* Aragon. 2. 2. *quæſt. 88. art. 3. circa ſolutionem ad ſecundum,* & alij. Quibus accedit Sanchez *d. num. 90.* Quæ opinio eſt tutior, & excuſans à peccato.

Non tamen deſunt, qui docent egreſſum abſque iuſta cauſa, ſed ex leuitate, non peccare contra votum, nec teneri iterum ingredi, inter quos eſt Nauar. *lib. 3. conſil. tit. de voto, in 1. editione, conſ. 19. num. 1. & in 2. conſ. 25. num. 1.* Gandauus *quodlibet. 3. quæſt. 19. & quodlibet. 13. quæſt. 15.* Azor. *lib. 12. inſtit. moral. tom. 1. cap. 23. quæſt. 6, fine, & verſ. ſi quæras.* Angel. *verb. votum 3, n. 18.* Iuuat Abulenſ. *cap 30. Numer. quæſt. 95. ad 1. & quæſt. 99.* vbi ait, hoc votum obligare duntaxat ad introitum, illique ſatisfieri poſtea egrediendo. Quæ opinio eſt ſatis probabilis.

Ex quibus ſequitur votum ingrediendi intelligi ad experiendum eo modo, quo in iure conceditur annus probationis vt nouitius religionem experiatur cum libertate exeundi conceſſa *in cap. ad Apoſtolicam, de regularibus, & cap. 1. & 2. eodem tit. in 6.* Quæ iura libertatem concedunt pro ſolo foro iudiciali, ne detur actio contra nouitium exeuntem, oſtenduntque religionem non poſſe eum cogere ad perſeuerandum, neque in eo habere iuriſdictionem, niſi poſt profeſſionem. Surdus *deciſ. 103. num. 3.* & Caſtrenſ. *conſ. 211. num. 1. in duobus locis, volum. 2.* Iul. Clar. *§ teſtamentum, quæſt. 28, num. 6.* & ſcribentes cum gloſſ. *in Authen. ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccleſ.* vbi volunt bona ingreſſi acquiri monaſterio emiſſa profeſſione, & ante illam, neque in monacho, neque in eius bonis ius habere. Quod etiam tradit Bartol. *in Authen. ſi qua mulier, num. 20. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Sic dicendum eſt in noſtro caſu Iudæum, ſeu Infidelem, qui poſtulauit baptiſmum, non poſſe cogi ad illum ſuſcipiendum, quia inuitus ad fidem nemo debet compelli, ſed voluntarius debet admitti, *45. diſt. de Iudæis, cap. maiores, §. item quæritur de baptiſmo, cap. ſicut,* vbi per omnes de Iudæis. Quod in ſpecie de cathecumeno affirmant Farinac. & Azor. *ſuprà,* negantem fidem non eſſe hæreticum in foro externo, nec puniri poſſe vt hæreticum, cùm non ſit baptizatus. Idem ait Sanchez *lib. 2. in præcepta, cap. 7. num. 34.* & Tolet. *lib. 4. in ſumm. cap. 3. num. 5.*

Quid de infideli, ſeu Iudæo coacto ad baptiſ- 230.
mum ſuſcipiendum, non tamen coactione præciſa & abſoluta? Reſpondeo ſi retrocedat ad infidelitatem, ſeu Iudaiſmum, eſſe puniendum vt hæreticum. Secus ſi coactio fuit præciſa, ſeu inductus metu iuſto, *cap. contra Chriſtianos, de hæreticis, in 6.* ibi: *Etiamſi huiuſmodi redeuntes mortis metu non tamen abſolutè, aut præcisè coacti baptizati fuerint*; gloſſ. *verſ. aut iſte dum fuit baptizatus, & verſ. ſequenti, in verbo, abſolutè.* Archidiac. *in eodem cap. col. 1. in verbo, mortis metu, & in verbo, coacti.* Decian. *in tract. criminal. lib. 5. cap. 10. num. 21.* Idem dicendum eſt de infideli, qui baptizatus fuit, vt contraheret matrimonium cum fœmina fideli, nempe eſſe puniendum tanquam hæreticum, ſi ingrediatur ad infidelitatem. Pegna *in addition. ad Eymeric. in directׅ. part. 2. quæſt. 44. comment. 69. verſ. iam quæ in hac quæſt. dicuntur.* Marquardus *part. 3. de Iudæis, cap. 3. num. 8.* dummodo non baptizetur abſolutè coactus, aut iuſto metu compulſus, vt notat Bernard. *in Lucerna Inquiſit. verbo, Iudæi, §. 2.* Calderin. *in tract. de hæretic. rubric. de ijs qui condemnantur vt hæretici, num. 1.*

Quod ſi contingat per vim præciſam infidelem baptizari, & per longum tempus tacitus permaneat, nec reclamet, ſed per actus aliquos baptiſmum videatur approbare, & coactionem? Dicendum eſt characterem recepiſſe, præcedentemque coactionem per actus ſubſequentes fuiſſe purgatam. Sic Pariſ. *conſ. 11. & ſi eſſe Iudæum, col. 3. verſ. verum ſi poteſt dictam, vol. 4.* Boich. *in cap. maiores, verſ. propter quod, de baptiſmo.* Quod procedit niſi perpetuò duret eadem cauſa coactionis præcisè. Goffred. *in ſumma, tit. de ætate, qualit. & ordinat. præfic. col. 4. & ſequenti.*

Secus dicendum ſi præcisè coactus, reclamanſque aqua luſtrali ablueretur, tunc non recipit characterem, gloſſ. *in d. cap. contra Chriſtianos.* Reciperet tamen ſi baptizaretur per vim conditionatam; nam in baptiſmo coacta voluntas conditionata, voluntas eſt, *15. quæſt. 1. meritò.* Ideo non impedit ſacramentum baptiſmi, neque ſacramentum ordinis. Hoſtienſ. *in ſumma, tit. de baptiſmo, §. quæ ſit eius forma, verſ. ſi qui baptizantur inuiti.* Goffred. *in tit. de baptiſmo, col. final. verſ. item quæritur.* Vnde coactio, quæ fit per impoſitionem tributi, *ſeu collectarum infidelibus, vt inducantur ad fidem hoc modo, permittitur. Sic Abbas *in cap. maiores, §. item quæritur, de baptiſmo,* & gloſſ. & Præpoſit. *in cap. Iudæi, el 2. de Iudæis,* eſt enim coactio conditionata, quæ quamuis matrimonium non ratificet, quia in eo voluntas

luntas requiritur abſoluta, vt *in cap. cum locum, de ſponſ. ib.* & Abbas *in d. §. item quæritur.* Nihilominus eo modo baptizatus coactè recipit characterem. Goffred. & Hoſtienſ. ſuprà ſcripti, cùm non ſit violentia perſonæ abſoluta, ſed conditionata.

Illud tamen notandum eſt ex *cap. Iudæi*, 28. *quæſt.* 1. poſſe inuito altero parente communem prolem perduci ad baptiſmum, quando pater, vel mater ad fidem conuertitur ex infidelitate, per ipſumque communem ſobolē; tunc altero remanente in infidelitate proles aſſignatur conuerſo, baptizarique poteſt infideli repugnante. Conſtat etiam ex *cap. ex literis*, & ibi ſcribentes, & Abbas docent *col.* 11. *in fine, de conuerſ. infidel.* Quod decretum fuit in concilio Toletano 3. *canone* 14. vbi natus ex Iudæo, & Chriſtiana, inuitus debet baptizari. Henriquez ſuffragatur *cap.* 5. *de baptiſmo, num.* 1. vbi definit, nunquam licere pueros inuitis ambobus parentibus infidelibus, ſub quorum poteſtate, & cura manent, baptizare. Ergo altero conſentiente baptizari poſſunt.

Quin etiam ſi infantes ſint in periculo mortis irreparabili, vtroque parente infideli repugnante, poſſunt baptizari, quia in extrema neceſſitate maximè ſpirituali quilibet habet ius capiendi alienum inuito domino, vt ſubueniat proximo. Henriquez *de baptiſmo, cap.* 25. *num.* 2. *& de pœnitent. ſacramento, lib.* 3. *cap.* 4. *in ſcholys, litera B. verſ. at de paruulis iam morientibus*, vbi poſt alios docet eſſe de mente D. Thomæ 3. *part. quæſt.* 68. *art.* 10.

An verò ſerui Iudæorum poſſint baptizari dominis inuitis? Turrecremat. *in cap. generalis*, §. *hoc tunc, diſt.* 54. affirmat per text. *ibi*, vbi probat Iudæis inuitis poſſe eorum ſeruos ordinari, quia poſſunt baptizari, à fortiori ſi infideles parentes ſerui ſint hominis Chriſtiani, fas erit hero filios ſeruos à cura parentum ſeparare animo baptizandi illos, præſertim ſi filij ſint Saracenorum, cum quibus iuſtum bellum habemus; hos enim ſicut poſſumus eos captos in ſeruitutem redigere, quòd ſint hoſtes fidei catholicæ, ſic etiā eorum paruulos iuſtè poſſumus parentibus repugnantibus baptizare. Henriquez *d. cap.* 5. *& cap.* 25. *ad fin.* addique baptiſmum in paruulis etiam iniuſtè collatum parentibus inuitis eſſe validum, paruuloſque ad vſum rationis peruenientes ab Eccleſia compellendos eſſe ſeruare fidem. Sequitur Bellan. *de baptiſmo, quæſt.* 68. *art.* 10. *dub. vnico, à num.* 63. *ad num.* 87. vbi per quatuor concluſiones decidit omnia, quæ ad pueros, tam Iudæorum, quàm aliorum infidelium illis inuitis baptizandos ſpectant, poſt Suar. *tom.* 3. *in* 3. *part. diſp.* 25. *ſect.* 4. *concluſ.* 2. *& ſect.* 6. & Vaſquez *diſp.* 155. *cap.* 7.

231. Quæri poteſt an poſſint principes fideles ſub ſua ditione infideles ſubiugare, vt eo modo poſſint inſtrui, & informari ad fidem ſuſcipiendam? Reſpondeo non poſſe, ea intentione bello, armiſque eos ſubigi, nec in poteſtatem redigi; quia hoc medium magis eſt aptum ad nocendum, quàm ad medendum, nec poteſt prodeſſe prædicationi Euangelicæ; imò potius infideles ita ſubacti à fide ſuſcipienda arcebuntur, cùm miſteria magis percipiantur ſubiectione intellectus, quàm mediis naturalibus, teſte Apoſtolo, *captiuantes intellectum in obſequium fidei*, 2. *ad Corinth.* 10. *num.* 5. ſed ad intellectus ſubiectionem plus mouet pia affectio, quàm armorum ſtrepitus ac violentia, ergo &c. patet ex Matth. 10. vbi Chriſtus Dominus miſit diſcipulos ad prædicandum Euangelium inermes cum poteſtate curandi infirmos, non verò illos terrendo, ſed cunctis bene faciendo. Accedit eſſe contra diuinam, ac naturalem legem principes fideles cogere infideles, ſiue ſubiectos ſibi, ſiue non ſubiectos ad fidem ſuſcipiendam. D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 10. *art.* 8. & ibi Aragon.

Nec obſtat aliquando principes catholicos tuliſſe legem, vt Iudæi, ſiue infideles, qui nollent dare nomen fidei catholicæ, eamque profiteri, è ſuis regnis egrederentur, quia hoc non fuit cogere eos abſolutè ad ſuſcipiendam fidem, ſed ad conſulendum regnis ſuis, ac fidelibus proſpicere, ne ex vicinia, ac familiaritate infidelium inficerentur, & in errores inducerentur; quod eſt licitum regibus, & ex officio ad hoc tenentur præcauendo mala, eáque à ſuis longè arcendo. Quin etiam principes catholici Iudæos in ſeruitutem redegerunt meritiſſimò ob conſpirationem eorum contra regem factam, cuius meminit Concil. Toletan. 17. *cap.* 8. & Alexand. de Ales 2. *part. quæſt.* 179. & Simanc. *tit. de Iudæis* 35. *num.* 3.

Vnde cùm eſſent in ſeruitutem iuſtam Iudæi propter conſpirationem redacti; concedere illis regem facultatem exeundi à ſuis regnis, niſi Chriſtiani fierent, humanitatis, ac benignitatis regiæ magnum fuit argumentum. Non tamen inde ſequitur poſſe cogi in fideles coactione propria, & abſoluta ad fidem ſuſcipiendam, quia omnis coactio, ſeu metus iuſtus faciunt inuoluntarium, & non veram, ſed fictam, ac ſacrilegam fidei ſuſceptionem reddunt, vt ex dictis ſuprà patet. Pro quo faciunt tradita à Sanchez *lib.* 4. *de matrimonio, diſp.* 5. *num.* 4. *& ſequentib. & diſp.* 6. *num.* 2. Bellan. *de matrim. diſp.* 28. *dub.* 2. *per totum*; & Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 40. *dub.* 3. *num.* 17. *&* 18. vbi agunt quando facta per metum non ſuſtineantur.

232. Nec refert ſi dicas, Chriſtum Dominum traxiſſe, & trahere ad ſui cognitionem, & ad vitam emendandam multos interdum morbis, ac laboribus plurimis. Ergo principes poſſunt compellere infideles armis ad fidem recipiendam. Negatur ſimilitudo, & differentia inter Deum, & hominem, & inter metum ciuilem illatum à Deo, & illatum ab homine. Deus namque dum timore ſeruili animum hominis quatit potentia ſua, emolliendo cor paulatim interius diuina inſpiratione efficit, vt homo ille voluntarius fidem ſuſcipiat, voluntate iam mutata.

Secus dicendum eſt de homine coacto à metu cadente in conſtātem virum à principe Chriſtiano incuſſo. Is enim timore perculſus iuſto præciſóque non mouetur ad credendum verè, ſed fictè, quod non cernitur in Deo, qui huiuſmodi coactionibus, & laboribus non compellit voluntatem humanam, ſed immutat, & ex nolente facit volentem; quam vim vocat D. Auguſtin. felicem violentiam, dicens, *felix neceſſitas, quæ compellit ad meliora.* Vnde ſequitur hoc modo coactum à Deo, quin potiùs immutatum ſemper voluntarium fidei conſentire, Aragon. *vbi ſuprà, verſ. ad primum argumentum.*

233. Controuertitur in quas pœnas incurrant inducentes ad deſerendam fidem catholicam? Ioan. Andr. *in cap. contra Chriſtianos, de hæreticis, in* 6. *num.* 1. *verſ. in gloſſ.* 1. & Geminian. *ibi*, docent tanquam fautores receptatoreſque hæreticorum eſſe puniendos. Riminald. *conſ. crimin. diuerſ.* 83. *num.* 4

*num.* 4. pœna capitali eſſe plectendos infideles qui inducunt fideles ad Iudaiſmum ſequendum. Idem ait Vmbert. Locat. *in iudiciali Inquiſitorum, in verbo, Apoſtata, num.* 3. & 4. Burſat. tamen *conſ.* 9. horum crimina ait pertinere ad tribunal ſanctæ Inquiſitionis. Sequitur Gondiçalus *in tractat. de hæreticis, quæſt.* 9. *num.* 11. Pegna *in additionibus ad director. part.* 2. *quæſt.* 44. *comment.* 69. *fol.* 39: *verſ. ſalu inquam*, vbi volunt inducentes fideles ad fidem noſtram deſerendam, tanquam hæreticorum fautores pœnis illorum eſſe plectendos.

Quamuis propriè fautores hæreticorum dici nequeant, cùm in infideles non cadat hæreſis, nec conſequenter hæreſis fautoria, quia baptizati non ſunt; largo tamen modo nedum fautores, ſed etiam hæreticorum factores, ſeu veriùs Apoſtatarum vocari queunt, quod de mente Ioan. Andr. eſt *ſupra*. Item Iudæi, ſeu alij infideles ratione huiuſmodi delicti ſubiiciuntur foro Eccleſiæ, quamuis non ſint de Eccleſia. Zabarel. *in clement.* 2. §. *de hæreticis*. Cardinal. Alexandrin. *in cap. nulla, diſt.* 54. vbi apertè aſſerunt Iudæos in caſibus in quibus contrariantur fidelibus, vel eos inducunt ad ſequendos ritus ſuos, & deſerendam noſtram fidem iudicibus Eccleſiaſticis, ac iuri canonico ſubiici.

234. In quibus tamen caſibus Iudæi, & alij fideles ſubiiciantur Inquiſitoribus, docet Azot. *tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 22. *quæſt.* 12. *per totum*. Simanch. *de Iudæis, tit.* 35. *num.* 11. *de cathol. inſtit. verſ. tamen etſi non abnuerim ex Bulla Nicolai IV.* Quod clariùs expreſſit Gregorius XIII. in conſtitutione edita anno Domini 1581. incip. *antiqua Iudæorum*; cuius etiam meminit Azot. *verſ. duodecimò quæritur, & verſ. item communis eſt*, vbi etiam meminit conſtitutionis Innocent. IV. incipit, *impia Iudæorum perfidia*; qui concedunt poſſe Epiſcopos, & Inquiſitores inquirere de Iudæis, ſeu infidelibus, eoſque punire ſi contra fidem catholicam aliquod delictum commiſerint, maximè coram Chriſtianis, ob prauum exemplum, quo illis poſſunt nocere, & ad facinus aliquod impium inducere.

Quod ſi Iudæos deprehenderint Inquiſitores, ſeu prælati in aliquo delicto contra fidem, ac religionem, pro ratione culpæ poſſunt puniri flagellis, & ſupplicio remigandi perpetuo, bonorúmque publicatione, ac exilio iuxta qualitatem criminum. Quæ pœnæ ac ſupplicia *in d. conſtitut. Gregor. XIII.* continentur. Vide Azot. *vbi ſuprà, verſ. & ſubiungitur*, vbi addit Inquiſitores hæreticæ prauitatis liberè poſſe procedere contra Iudæos, ſeu infideles, negantes vnum eſſe Deum, & æternum, omnipotentem, creatorem omnium viſibilium, & inuiſibilium, vel prædicantes id, ſeu priuatim inſinuantes. Item ſi dæmones innocent, aut conſulant, aut eorum reſponſa accipiant, illiſve ſacrificent, aut alia quæuis impietatis obſequia offerant, aut præſtent. Similiter ſi negent Deiparam Virginem eſſe virginem, aſſerántque Chriſtum Dominum eſſe purum hominem, vel peccatorem fuiſſe, & alia huiuſmodi quæ per ſe hæretica dici ſolent. Azor. *ſuprà*. Farinac. *de hæreſ. quæſt.* 178. *num.* 133.

235. His proximum eſt, quomodo poſſint puniri Iudæi, & infideles ab integerrimis Inquiſitoribus, cum ſint extra Eccleſiam? Reſpondeo non poſſe puniri pœnis contra fautores hæreticorum propriè ſtatutis, quales ſunt pœnæ ſpirituales, vt cenſuræ. Non enim iis ligari poſſunt, cùm non ſint baptizati. Poſſunt tamen puniri pœnis temporalibus; quarum meminit conſtitutio Gregoriana. Pegna *d. commentar.* 69. poſt Zanchin. *tract. de hæreticis, cap.* 36. *num.* 4. *verſ. Zanchin.* Syluest. *in ſumma, verbo, Iudæus, quæſt.* 5. & Repertor. Inquiſit. *verbo, Iudæus, §. ſed circa prædicta*, vbi enumerant pœnas, quibus puniri poſſunt; nempe priuationem communionis cum Chriſtianis, pecuniariam, & verbera, vt deducitur ex *cap. ita quorundam ad finem, de Iudæis*.

Quin etiam ſi atrox ſit delictum ab Infideli contra fidem noſtram commiſſum, poteſt tradi delinquens iudici ſæculari, iudexque poteſt extendere ſupplicium ad capitale vſque, ex Decio *in cap. vſque ex literis, de conſtitutionibus, per gloſſ. communiter receptam, in §. in ſumma, verbo, extraordinaria, inſtit. de iniurijs.* Nota tamen in his caſibus ad fidem noſtram ſpectantibus, quando Iudæi, ſeu infideles ſunt puniendi, non poſſe Epiſcopum ſine Inquiſitoribus, neque Inquiſitores ſine Epiſcopo punire infideles delinquentes, aut Iudæos, vt cauetur *in clement.* 1. §. *duro tamen, de hæreticis*. Quæ reſolutio ſemper in praxi debet omnino obſeruari, Squilla *conſ. tract. de fide cathol. cap.* 46. *ad finem*, cui adhæret Pegna *ſuprà litera D.*

Non ſunt tamen Iudæi, ſeu delinquentes hæretici, vel de hæreſi ſuſpecti cenſendi, cùm non ſint baptiaati; ea tamen crimina apud Chriſtianos committendo inter quos viuunt eos ad malum inducendo, ſeu verbo, aut facto inficiendo, non ſunt puniendi in foro ſæculari, ſed in foro Eccleſiaſtico modo ſuprà ſcripto. Quia ratione delicti ſiunt de hoc foro. Ioan. Andr. & Geminian. præallegati, Imola *in clement. ex graui, de vſur. verſ. vlterius quæro, an Iudæi aſſerentes.*

Quod ſi delinquant contra mandata legis Moſaycæ, non poſſunt iudices Eccleſiaſtici Iudæos 236.
errantes punire. Simanc. *in enchirid. tit.* 27. *rubric. de Iudæis*, Zanchin. *de hæreticis, cap.* 36. *n.* 1. *& ſequentib.* & alij ab eiſdem citati, quibus accedit Farinac. *num.* 133. *ſuprà*. Quia quamuis errent Iudæi circa eorum fidem & in iis quæ ad ipſos duntaxat tanquam propria pertinent, non ſunt in hoc hæretici: dicuntur tamen hæretici apud ſemetipſos recedendo in ſua perfidia à priori maiorum ſuorum credentia. Sic Eymeric. 2. *p. direct. quæſt.* 46. *à num.* 2. & ibi Pegna *in additionibus, comment.* 71. Locatus *in ſuum opus iudiciale, verbo, inuocare, à num.* 2. *vſque ad fin.*

---

## §. VIII.

### *Vtrùm Iudæi, & deſcendentes ab his poſſint adminiſtrare officia publica, & obtinere beneficia Eccleſiaſtica?*

EPITOME.

237. *Iudæis honores, & dignitates, & officia publica ſunt interdicta.*
238. *Iudæus inter Chriſtianos non poteſt eſſe aduocatus, ſed procurator.*
239. *Iudæi non poſſunt eſſe notarij, ſeu tabelliones.*

240. Iudæi

240. *Iudæi non poſſunt eſſe tutores Chriſtianorum, ſed Iudaeorum.*

241. *Iudæi non poſſunt eſſe arbitri neceſſarij, nec iudices ordinarij, quamuis cauſa ſit inter Iudaeum, & Chriſtianum.*

242. *Neophiti aut infideles ad fidem conuerſi ſunt capaces officiorum, & beneficiorum, quamuis aliqui negent.*

243. *Iudæis, & Mauris ad fidem noſtram conuerſis clauduntur ex cauſa iuſta ingreſſus in aliquas congregationes, ſeu confraternitates.*

244. *Toletana ſtatuta, & collegia in varijs Academijs excludunt deſcendentes ex Iudæis.*

245 *Iudaeos an excludat Trident. Concil. à ſuſceptione ordinum.*

246. *Iudæi excluduntur à beneficijs curatis, & dignitatibus per conſtitutiones Clemẽtis VIII. & Pauli V. vſque ad ſeptimam generationem incluſinè.*

247. *Iudaeorum deſcendentes ſi obtineant beneficia contra conſtitutiones prædictas, non faciunt fructus ſuos.*

248 *Iudaeorum deſcendens à ſtirpe quid faciet quando dubius an ſit incapax, ſuſcepit beneficium contra conſtitutiones ſupra dictas Clement. VIII. & Pauli V.*

249. *Hebræi quando fuerunt eiecti ex Hiſpania, & ingreſſi in Luſitaniam.*

250. *Religioſi deſcendentes ex Hebræis poſſunt eſſe prælati in ſua religione, non tamen poſſunt eſſe vicarij animarum ſecularium.*

237. CERTI iuris eſt honores, & dignitates, & officia publica apud Chriſtianos Iudæis eſſe interdicta per *l. vltim. C. de Iudaeis*, ſcribent. *in cap. cum ſit nimis, eod. tit. & in c. nulla, diſt. 54.* Facit, *cap. conſtituit. 17. q. 4.* & notatur in Authen. *inſuper, quod præſt. ab his, in princip.* Abbas *ſicu. in d. c. cum ſit*, & Cardinal. *in clemen. 1. de iureiur.* Quod procedit quamuis ſit baptizatus per *d. cap. conſtituit*, adhuc enim Iudæus deputari non poteſt ad officium publicum, vt notat Bertachin. *de gabell. 3. p. tit. qui poſſint, vel non gabellas conducere, n. 11.* poſt Bartol. *in rubric. ff. de inſt. & iur.* vbi vult, Iudæum non poſſe habere iuriſdictionem temporalem, nec poſſe fungi imperatoria dignitate. Atque ita fuiſſe decisum in concilio Matiſcon. *can. 8.* non poſſe Iudæos habere aliquam dignitatem, aut officium publicum tradit Ioan. de Plat. *in l. probatorias, C. de diuer. offic. lib. 12. & in l. omnes, C. de decur. lib. 10.* Quod etiam probatur *in cap. venerabilem, de electione*, & traditur à Petro à Monte *in monarchia conſiliorum, tit. de Imperatoria maieſtatis* [illegible]*, § ſecundo quæro, num. 3. fine.*

238. Ambigi poteſt, an Iudæus poſſit eſſe aduocatus [illegible] Chriſtianos? Negat Bartol. *in l. vltim. C. de poſtulando.* Couar. *in clement. ſi furioſus 2. part. § 2. ad* [illegible] Menoch. *de arbitrar. caſu 360. n. 69.* Probat [illegible] *cap. quicunque de pœnit. diſt. 1.* Bertachin. [illegible] ſcriptus, & Cardoſ. *in praxi iudic. verbo,* [illegible]*, num. 51. & verb. procurator, n. 110.* Quibus [illegible] Cald. Pereira *quæſt. forenſ. conſ. 13. num. 7.* vbi [illegible] Iudæos eſſe infames, proinde non poſſe eſſe aduocatos. Quod etiam eſt extendendum ad illos, qui portant publicam crucis pœnitentiam, (vulgo *ſambenito*, nuncupatum) propter hæreſim. Sequitur Barboſ. *in remiſſionib. ad leges Luſitanas, lib. 1. tit. 8. § 25. num. 1. & duobus, ſequent.* Ratio potiſſima eſt, quia officium aduocationis reputatur dignitas, *l. laudabilis, C. de aduocat. diuerſ. iudicum*; Iudæi autem ſunt infames infamia canonica iuxta gloſſ. *in l. nemo la, 2. C. de Epiſcop. aud.* Ergo repelluntur ab hoc munere. Marquard. *de Iudæis, 2. part. cap. 7. num. 3.* addens *num. 4.* poſſe Iudæum in iudicio contra Chriſtianum pro Chriſtiano eſſe procuratorem, poſt Bald. *in l. ſpadonem, §. iam autem, ff. de excuſat. tutor.* nam officium procurationis eſt viliſſimum, teſte gloſſ. *in §. final. inſtit. de except.* Confirmat Bartolus *in l. ſi quis decurionem, C. de decurion. lib. 10.* & Alexand. *conſ. 99. viſa inquiſitione, col. vltim. ad finem, vol. 6. num. 14.* Quod intellige de procuratore priuati hominis, ideo aduocati nullo modo volunt eſſe procuratores, cùm illorum officium ſit vile niſi ſint procuratores principis,

Hi enim cenſentur nobiles, & habere dignitatem, *l. nemo præfectus, C. de dignitatibus, lib. 12.* & Bartol. *ſuprà.* Accedit Martins a Coſta *in ſuo ſtylo annotat. 17. per totam*, præſertim *num. 21.* vbi multa de aduocandi officio percurrit notatu digna. Quod munus valde commendat Matienç. *dialog. 1. part. cap. 9. num. 4.* vbi aduocatos tanquam in dignitate conſtitutos torqueri non debere tradit, cum ſint nobiles ex *l. prouidendum, in principio, C. de poſtulando*, & in honore conſtituti, per text. *in l. quiſquis, in fine*, ibi, *honori ſuo*, & gloſſ. *ibi, C. de poſtulat.* Hoſtienſ. & Ioan. Andr. Panorm. & Cardin. Florent. *in cap. eo libentius, in verbo, militia clericali, de ſeruis non ordin.* Quare cum infamibus claudantur portæ dignitatum, & officiorum, Iudæi non poſſunt eſſe aduocati.

Similiter non poſſunt Iudæi eſſe notarij, ſeu 239.
tabelliones. Angel. *in d. Authen. inſuꝛ. quod præſt. ab his.* Iaſon *in rubric. ff. de inſtit. & iur. col. 1. verſ. ſimiliter Iudæus.* Montal. *de reprobat. ſentent. Pilati in ſummario quod incipit, Vos iniqui, perfidi, num. 8.* Ratio, quia quamuis notarij non cenſeantur eſſe in dignitate, habent tamen officium publicum inductum à principibus propter vtilitatem Reipublicæ, & ab illis confirmatur. Montal. tamen *vbi ſuprà*, loquitur expreſsè de notario Papæ ſeu principis; hunc enim non poſſe eſſe Iudæum ait, cum habeat dignitatem per *l. 2. C. de mancipatione liberor.* bene tamen poſſe eſſe notarium alterius inferioris, vt voluit Ioann. de Anania *in rubric. de Iudæis*, quia officium notarij dicitur vile per text. *in l. vniuerſos, C. de decurionib. l. 10.*

Nihilominus, vt excludantur Iudæi ab hoc officio, ſatis eſt quòd notarij, ſeu tabelliones ſint officiales publici habentes iuriſdictionem voluntariam, dicantúrque iudices chartularij iuxta gloſſ. *in l. 1. in verbo, pro tribunali circa finem, ff. de iudic.* Innocent. *in cap. cum à nobis, de teſtibus.* Quin potiùs tabellionatus officium poteſt dici dignitas, vel ſaltem honor vocari, iuxta illud Eccleſiaſtici 10. ibi, *in manu Dei poteſtas hominis, & ſuper faciem ſcribæ imponet honorem ſuum.* Sequitur Lucas de pen. *in dict. l. vniuerſos*, vbi probat contra gloſſam eiuſdem legis multis officium tabellionatus non eſſe vile, ſed honorabile. Satiſque eſt quod ſit officium publicum, vt Iura expreſsè docent, cuius Iudæus eſt incapax; quidquid minùs

benè Ioan.de Anan.in contrarium velit, niſi voluerit Iudæum inter Iudæos poſſe tale officium exercere, per ea quæ tradit Calderin. *conſ.2. ſub tit.de conſuetud.& conſ.10.ſub tit.de conſt.* Accedit Panorm.poſt gloſſ. *in cap.conſuluit,fine,& in cap. ad hæc,de Iudæis,*vbi definit Iudæos propter mortem Chriſti Domini tranſiiſſe in ſeruitutemChriſtianorum, atque ita fuiſſe iudicatum à Chriſtianiſſimo Conſtantino Imperatore.Probaturque ex text. *in cap.& ſi Iudæos,* & ibi ſcribentes, *de Iudæis.*Ex quibus arguunt doctores cum Ioan.Andr. Iudæos non habere filios in poteſtate, quia cum ipſi ſub Chriſtianorum ſint poteſtate, non poſſunt alios in poteſtate habere. Confirmatur ex *l. ſic euenit,ff. de adulterijs*, vbi dicitur non videri habere in ſua poteſtate,qui ſuæ poteſtatis non eſt compos.

Ex quibus infero, cùm Iudæi ſint ſerui, nullo modo poſſe exercere officium publicum, *l. Barbarius,ff. de officio proconſul.* Nec poſſe eſſe tutores, ac curatores Chriſtianorum cùm ipſi ſerui ſint, & Chriſtiani domini. Ergo non poſſunt habere poteſtatem in dominos, quam haberent ſi poſſent eſſe tutores, *argumento textus in §.eſt autem, inſtitut. de tutelis.* Nec refert contraria opinio Fulgoſi *in rubric. de inſtit. & iure.* Ludouic. Roman. *in l.3. §. iurari,in vltim.col. ff.de iureiurand.* & aliorum, dicentium poſſe Iudæos eſſe tutores Chriſtianorum; quia hoc eſt onus,& priuatum,non verò officium publicum, neque honor; ſed noſtra opinio eſt verior, & ſalubriorem animæ vtilitatem concernit, per notata in Authen. *ſacramenta puberum, C.ſi aduerſ. vendit.* Ex eo fundamento, quoniam ſi tutor tutela priuatur propter diſſipationem bonorum pupilli temporalium, vt habetur in Authen. *vt hi qui oblig.* multo fortiùs repelletur propter animæ periculum quæ cæteris rebus eſt præferenda. *l. ſancimus,C.de ſacroſ. Eccleſ.* Quæ reſolutio eſt Socin. *conſ.70. col. final. in fine, volum.1.* Iaſon *in rubric. de inſtit. & iur.* poſt Bartol. & alios, quos ibi referens ſequitur. Nec obſtant *d. l. ſpadonem, & l.generaliter, §. final. ff.de decurionibus*, quæ pro contraria parte allegantur, quia ſunt correctæ per *l.vlt. C. de Iudæis.* Pro qua facit text. *in d. cap. & ſi Iudæos, eodem tit.* ibi, *ne filij liberæ filijs famulentur ancillæ.* Conuerſus tamen ad fidem bene poteſt eſſe tutor Chriſtiani. Marquard. *3. part.de Iudæis, cap.5. num.7.* Iaſon *in rubric.ff. de inſtit.& iur.col.1. in fine.*

Poſſunt etiam Iudæi eſſe tutores Iudæorum, & mater Iudæa tutrix filiorum,tenentúrque iurare iuxta formam *l. final.C. de admin. tutor.* Iurabuntque de more ſuo *cap.mouet te,22. quæſt.1.* & Specul. *in tit. de iuramento calum. §.reſtat. verſ. ſed pone Iudæos.* Bertachin. *ſuprà, n.22.* vbi idem confirmant ex *d.l.ſpadonem,§.iam autem,ff. de excuſ.tut.*vbi addit poſſe habere officium publicum Iudæum inter Iudæos, eſſeque medicum, non tamen Chriſtianorum, *28.quæſt.1.cap. nullus.* Sequitur Montal. ſuprà ſcriptus *num.9.* neque inter Chriſtianos poſſunt promoueri ad doctoratum cùm ſint incapaces dignitatum, quia doctoratus eſt dignitas, & ea dignitate nihil altius tradit Matth. de Afflict. *de iure Protomiſeos, in præfatione, num.3.* per notata *in l.1.C.de conſul.lib.12.* & per gradum doctoris habent poteſtatem legendi, fiuntque magiſtri ſaltem in habitu,& potentia, cenſenturque nobiliſſimi per text. *in l.2. §.final.ff. de excuſ. tutor.* vbi ſic appellantur ab Imperatore doctores, & amici *in l. diui fratres, ff. de iure patronatus,* ibi, *in verbo, Domitij amici noſtri.* Quorum titulorum Iudæi non poſſunt eſſe participes, niſi de licentia ſupremi principis, teſte Staphileo *de grat. & expect. in tit. de reſcriptis in forma breuium, num.41.* Sequitur Paramus *de origine ſancti officij, lib.3. quæſt.9. à num.7.*vbi vult Iudæos non ſolùm à publicis muneribus, ſed etiam à priuatis eſſe repellendos, in quibus poſſint Chriſtianis nocere. Quod extendit ad medicinam vſque, vt nec gradū in facultate medicinæ adipiſcantur. Faciunt tradita à Tiraquel. *de nobilitate,cap.29. num.13. & de iure primigen.quæſt.66.num.42.* vbi dignitatis, & honoris Iudæos incapaces proclamat per *l. vltim. citat.* & ibi ſcribentes, *C. de Iudæis*, non obſtante deciſ. *l.generaliter,§. vltim. ff. de decurionibus*, admittente ad honores Iudaicæ ſuperſtitionis participes, quia non intelligitur de Iudæis actualiter, ſed de Chriſtianis, qui Iudæos ritus reliquerunt. Additque *num. 43.* poſſe Iudæos primogenituræ iure gaudere; quoniam quamuis ſit dignitas iuxta gloſſ. *in cap. quam periculoſam 7. q.1.* non eſt tamen dignitas publica,ſed priuata Chriſtianis minimè nocens.

An verò poſſint eſſe Iudæi arbitri inter ipſos 241.
Iudæos? Affirmat Marquardus *d. part. 2. de Iudæis, cap.6.* per text. *in l. Iudæi Romano,C.de Iudæis.* Quod eſt verum de arbitris voluntariis, vt conſtat ex verbis ibi, *communi pactione,& in cauſis tantum ciuilibus, non tamen poſſunt eſſe arbitri neceſſarij ex forma alicuius ſtatuti, ſeu iuris.* Quia huiuſmodi arbitri habent iuriſdictionem ordinariam, ſuntque ordinarij, teſte Iaſone *in l. final. col.penult. C.de iud.& in l.duo iudices,col.2. & verſ.ſed arbitri qui eligunt.*Idem tradunt gloſſa, Caſtrenſ.& Angel.*in l. apertiſſimi,C.de iudic.* Nam Iuriſdictio à lege, vel ſtatuto attributa, ordinaria dicitur. Bartol. tamen docet *in l.final. C. de iudic.* arbitros habere iuriſdictionem delegatam, quem ſequitur ibi Bald.& Aretin. *in l.nemo poteſt, col. antepenult.ff.de legat.1.* & Hoſtienſ. *in cap. ſuſpicionis, de offic. delegat.* ſed prima opinio aſſerens ordinariam eſſe magis placet. Nec omnino diſplicet Bald. *in d. l. apertiſſimi*, vbi aſſerit arbitros habere iuriſdictionem intermediam inter ordinariam, & delegatam. in gloſſ. *in d.cap. ſuſpicionis*, in gloſſa magna, *verbo, media circa medium*, vbi vocat arbitrorum iuriſdictionem quaſi ordinariam;cuius etiam ſententiæ eſt Ioan. Andr. *in addit. ad Specul.in tit.de recuſat.§.final. verſ.ſed nunquid arbiter.* Siue ergo iuriſdictio ſit ordinaria vt puto, ſiue quaſi ordinaria, ſeu media inter vtranque, ſiue delegata, prout ait Bartol. bene ſequitur non poſſe Iudæos eſſe arbitros neceſſarios tanquam incapaces iuriſdictionis.

Conſequenter non poſſunt Iudæi eſſe iudices cùm non ſint capaces iuriſdictionis, per text. expreſſum *in d.l.final. C.de Iudæis*, vbi dicitur illos carere poteſtate iudicandi, & gloſſ. *in Authen. ius iuran. quod præſt. ab his, in verbo, Chriſtum.* vbi etiam Angel. & Bartol. *coll. 2.* Nam iudices ſunt honorandi propter ſuam eminentiam, ac dignitatem, *l.omnem honorem,C.quand. prouoc.non eſt neceſſe*; quod non cadit in Iudæos, cùm ſint deſtituti poſt mortem Chriſti Domini omni honore, ac dignitate *l. final. C. de Iudæis.* cùm ſint infames ſaltem infamia facti, *cap. cum nimis,extra,de Iudæis.*Ioan.Lecirier.*de primogenit. q.16.primi lib.n.4.& 9.* vbi docet Iudæos poſt aduentum

uentum Chriſti Domini perdidiſſe omnia priuilegia,& immunitates *l.iuſſio,C.de Iudæis*,& Montal. *ſupra in ſummario,incipit,nos inquam perfidi, n.4.& ſequent.* Tiraq.*de nobilit.c.29.n.13.& ſeq.*& eſt communis,eſſe odioſos, & infames,indignoſque nomine iudicis.

Quapropter ſi controuertatur cauſa inter Iudæum,& Chriſtianum,ſiue ciuiliter,ſiue criminaliter,ſiue Iudæus ſit actor, aut reus, decidenda eſt à iudice Chriſtiano,cum ſit reprobatum iudicium ſeniorum populi illius. Ita Salicet. *in l.ſi qua,C.de Iudæis*, per text ibi,*& l.1.C.eodem tit.* & notatur *in d.cap.Iudæi el 2.de Iudæis*.Quod extenditur ad cauſas inter ipſos Iudæos excitatas. Has,inquam, coram iudice Chriſtiano eſſe expediendas tradit Bartol. *in d.l.Iudæi,C.eodem tit.*per text. ibi. Ratio potiſſima, quia Iudæis omnes dignitates, & adminiſtrationes ſunt interdictæ à lege vltima,*C. de Iudæis*.Ioan.de Anan.*in d.cap.cum ſit.* Confirmatur argumento de *l.Iudæi*, vbi Iudæis conceditur in ſpecie poſſe eligere arbitros voluntarios inter eos.Ex quo ſequitur non poſſe eligere iudicem ordinarium argumento *l.cum prætor,ff. de iudicijs.*

Quid autem ſi dubia oriantur inter Iudæos, quæ ſpectent ad eorum ritus, ac ſuperſtitionem? Partita eſt quæſtio, Bartol. *in l. Iudæi Romano,C. de Iudæis*,videtur optari ſimilia dubia eſſe decidenda à ſenioribus illius populi per text. *in l. generaliter,§.final.de decurionibus*, qui videtur permittere, vt Iudæi adipiſcantur honores,& dignitates,& conſequenter poteſtatem iudicandi circa eorum ritus. Quod etiam Bald. expreſsè monet *conſ.428.incipit,inquiſitio,dicta col.2.ad fin.vol.5.* ſed ad hæc poteſt reſponderi,legem illam,*generaliter*,eſſe correctam per *l.vlt. C. de Iudæis*,vt expreſsè tenent ſcribentes *in cap. cum ſit de Iudæis*, &Io.de Platea *ſuprà,in l.omnes,C.de decurionibus, lib.*10.Nec obſtat *l.nemo exterus,& l.nemo Iudæorum,C.de Iudæis*,quia iura illa non agunt de officio iudicandi,quod eſt interdictum ſenioribus populi illius per *d.l.ſi qua*,ſed de aliis officiis.

Quin etiam quamuis concedatur officium ius dicendi ex l. veteri,datum eſſe Iudæis *Deut.16.& Paralip.11.c.19.* in eorum oppidis,& ciuitatibus poſt exitum Iſraël de Ægypto iuxta *Exod.*20.hoc tamen ceſſauit in terris,& oppidis Chriſtianorum, Accedit iura illa,quæ videntur permittere officia Iudæis, loqui de officiis oneroſis per quæ Iudæi à ſuperſtitionibus ſuis, & ceremoniis diſtraherentur,ac ſacrificiis, quæ erant exoſa Romanis iuxta *l.ex ſenatus conſulto,ff. de ſicarijs.* cùm legiſlator eſſet paganus,decreuit,vt non haberent officia iuriſdictionis,ſed oneris,vt vult Iaſon *in rubric.ff.de iuſt.& iure,col.2. verſ.ſecundo,& fortius.* Pro quo adducit Bart. *in l.omnes,la 3. C.de decurio.lib.*10. vbi ait decurionatum prout habet onus bene poſſe cadere in Iudæos, non tamen prout habet honorem. Ieuat ſub Tiberio Cæſare Iudaica, & Ægyptia facta ex decreto ſenatus ab vrbe fuiſſe relegata,teſte Cornelio Tacit *lib.*2. atque ita conſtat officia conceſſa *l.generaliter,ff.de decurionibus*,Iudæis à Seuero, & Antonino fuiſſe oneroſa vt vexarentur,non verò vt honorarentur in ſpretũ ſuperſtitionis eorum. Quæ omnia ſic habentur *in d.l.generaliter*, ibi. *Eis qui Iudaicam ſuperſtitionem ſequuntur,Diui Seuerus, & Antoninus honores adipiſci permiſerunt, ſed & neceſſitates eis poſuerunt, qui ſuperſtitionem eorum non læderent.* Quamuis,teſte Marquardo præcitato, ſecundùm aliam impreſſionem legatur ſic, *qui ſupeſtitionem*

*Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.*

*eorum læderent.*vide illum *d.c.6.n.18.* Qui intellectus vltimus nobis fauet, & placuit Marq.*d.n.*18. vbi *n.19.* addit in Iudæos officia oneroſa quadrare, quæ ſignificantur per verba illa *Pſalm.8.* ibi, *manus eius in cophino ſeruierunt.* Vbi Auguſtinus vult per cophinum ſignificari officia,& opera ſeruilia,mundare ſtercora,& terram portare, etiamſi Genebrard.*ibi* referat ad ea officia,quæ ab Iudæis exercebantur apud Ægyptios qui in corbibus lutum portabant ad conficiendas ollas, & non ſolùm ad lateres coquendos cogebantur, ſed etiam ad alia opera fictilia, iuxta illud Exod.1. *in luto, & lateribus,ac omni opere.*

Quare etiam dicendum eſt in controuerſiis quæ ſpectant ad ſuperſtitiones Iudæorum,ac ritus recurrendum eſſe ad iudices Chriſtianos, ibique Iudæos debere agere,& excipere ſecundùm leges imperiales per *l.Iudæi Romano, præcitatam,& l. Iudæos,C.eod.tit.*Probatur ex actuum Apoſtol.23. & 24. in quibus locis D. Paulus accuſatus fuit de quæſtionib.l.Iudæorum apud ordinarium Romani imperij, non autem apud ſeniores Iudæorum. Quin etiam à ſententia Feſti Paulus appellauit ad Cæſarem, quod Paulo licitum fuit cùm non habuiſſet Iudicem catholicum.Quæ appellatio etiam eſt licita, quando catholicus conuenit infidelem ſub iudice infideli, vel quando iudex à quo fidelis eſt ſub infideli;aliàs ſecus:tunc enim non eſt licita appellatio, quæ fit per catholicum ad infidelem magiſtratum, ſi adeſt iudex catholicus ad quem poteſt appellari,per text.*in c.cath.2.q.6.& 1. ad Corinth.6.*vbi Apoſtolus arguit catholicos qui ad iudices infideles recurrebant cùm poſſint habere iudices fideles,ibi: *neſcitis*, inquit, *quoniam Angelos iudicabimus quanto magis ſæcularia? ſæcularia igitur iudicia ſi habueritis, contemptibiles, qui ſunt in Eccleſia, illos conſtituite ad iudicandum.* Conducit *cap.relatum* 11.q.1. vbi dicitur in primitiua Eccleſia Apoſtolos cauſas etiam ſæcularium in Eccleſiis decidiſſe,ac terminaſſe.

Conſequens eſt dicere de neophitis,ſeu Iudæis ad fidem noſtram conuerſis,an ſint officiorum,aut beneficiorum capaces? Placet affirmare eſſe habiles ad officia,vel beneficia, ſiue deſcendant ex Iudæis,vel ex Mauris,dummodo ante rationis vſum baptiſmum ſuſcipiant. Sic Couar, *in clem. furioſus 1.p.§.2. n.8,concl.6.* Otal. *de nobilit.2.p. tertia partis principalis,c.7.*Salzed.*in pract.Berd. Diaz, c.22.n.8.*Eman.*1.tom.ſum.in 2.edit.c.160.n.1.& de regul.tom.1.q.24.art.7.* Nauar.*in ſum. c.27. n.105. verſ.3.*Sylu.*verb.neophitus.*Tuſchus *maiorum inſt. lib.5.tit.2. n.212.*Mandoſ.*de ſignatur.gratia,§. diſpenſatio cum neophitis*;& Burgaſ. *de irregul. p.5. cap.de neophitis*, & alij, quos referentes ſequuntur.Suar.*tom.5.in 3.part.diſp.43.ſect.3.n.8.* Sanch. *l.2.in precept. c.28.n.11.*& Spino *ſpecul. teſtamen. gloſſ.3.principal.n.48.*vbi omnes concordant poſſe admitti deſcendentes ex Mauris, ſeu Iudæis ad ordines,beneficia,& officia;niſi ſtatuto particulari excludantur, vt de facto in Eccleſia Toletana, Hiſpalenſi, & Legionenſi excluduntur. 242.

Quod extenditur etiam ad neophitos,quorum parentes adhuc in perfidia Mahometica, aut Iudaica perſiſtunt, vt addunt Couar. Suar. Spin. & Sanch.ſuprà ſcripti.Ratio,quia iura ſolos hæreticorum filios ad officia, ſeu beneficia reddunt incapaces,& irregulares, vt habetur expreſsè *in c.2, §.hæretici,de hæret.in 6.*vbi filij & nepotes per virilem ſexum deſcendentes, & per lineam fœmineam filij hæreticorum duntaxat exiſtunt inhabi-

les ad beneficia, & officia publica. Nomine verò officiorum veniunt Eccleſiaſtica etiam inter, quæ officia ordinum numerantur. Valent.*tom.4.diſp.7. quæſt.19. punct.3. in 3. ſpecie irregularitatis*. Suar. *ſupra,ſect.3.num.*1.Henriq.*lib.5.de irregularitate, cap.5.n.4.* Auil.*de cenſur.p.7. diſp.4.dub.3.* & alij. Quibus accedit Salzed.*in addit.ad Bernard.Dias, cap.22. num.22.* Faciunt tradita à Garcia *de beneficijs,part.11.cap.10.num.72.*

Cùm ergo hæc iura ſint pœnalia,quæ loquuntur de hæreticis,& de eorum filiis,non debent extendi ad neophitos , de quibus loquimur,cùm in pœnalibus non ſit facienda extenſio,vt aduertunt Villa Dieg.*de hæreticis,quæſt.*23.Couar. *lib.2.var. cap.8.num.4.*& Pegna *part.2.direct.comment.*163. Sanch.*d.cap.*28.*n.5.* vbi vult pœnas non eſſe extendendas vltra caſus expreſſos. Sayrus *in claui, lib.3.cap.8.de leg.pœnali,n.9.* Garcia *p.11. cap.10. §.1.n.205.& ſeqq.*& Suar.*de leg.lib.6.c.3.à n.4.vſque ad* 10. vbi concludit legem pœnalem vltra caſum,crimen, aut perſonam non habere locum.

Quod verò neophiti,ſeu Iudæi conuerſi ad fidem catholicam ſint incapaces beneficiorum , & officiorum publicorum, ex eo poteſt probari iuxta Apoſt. ad Timoth.1. cap.5. *oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe , non neophitum* , &c. Quæ qualitates ibi poſitæ ab Apoſtolo poſſunt extendi ad alios clericos , quamuis de Epiſcopo Apoſtolus tantùm loquatur,vt patet ex *cap.cognoſcamus, iuncta gloſſa,34.diſt.c.1.81.diſt.* & tradunt Maria. Socin. *in cap.ad audientiam poſt numerum* 62. *de homicid.* & Hoſtienſ.*in ſum. de temp.ord.§.& cui,* & ſcribit Greg.*lib.8. epiſtol.23. ad Fort.Neopolitan.Epiſcopum*,neminem ad fidem noſtram tranſlatum ante biennium eſſe ordinandum. Quod etiam deducitur ex concil. Arelaten.2.ſub Syluestro Papa I.celebrato,vbi ſtatuitur neophitos non eſſe promouẽdos ad diaconatum,ſeu ſacerdotium. Cùm ergo prohibeantur ad ordines aſcendere, bene ſequitur eſſe inhabiles ad beneficia Eccleſiaſtica obtinenda. Nam,vt ait Ioan.de Anania *in cap. cum ſit,col.vlt.de Iudæis*,& Felin.*conſ.*13.*habent legiſta,n.9.* paria ſunt eſſe Iudæum quoad ordines ſuſcipiendos , & beneficia adipiſcenda , ſeu neophitum nuper ad fidem noſtram conuerſum.

Eſſe verò ineptos ad officia ſæcularia neophitos,habetur *in cap. conſtituit,cum gloſſ.in verſ.qui ex Iudæis,17. quæſt.4.* Iaſon. *ſuper rubric.ff.de iuſt. & iur.col.1.* Lambert.*in tract.iuris patronat.lib.1. p.1.quæſt.7.art.3. n.31.fol. mihi 9.* Couar.*in Clem. ſi furioſus,part.1.§.2.n.7.de homicid.*Montal.*in l.2. tract.3.lib.4.fori*,vbi multis probat,concilium Toletanum tertium *cap.* 14. non eſſe intelligendum de illis,qui ex Iudæorum populo ad fidem catholicam tranſeunt,ſed de ipſiſmet Iudæis,qui catholicam fidem nunquam ſuſceperunt. Qui intellectus non placet,cùm ſtatutum ſit in concilio Tolet.4.*cap.*36.& habetur *in cap.conſtituit* 17.*q.*4.& in concilo Tolet.3. *cap.*14.quod continetur. *in c. nulla, 54. diſt.* neophitos nec ad ſacros ordines, nec ad publica officia eſſe admittendos. Sequitur Salz.*ad Bern.Dias,c.23.n.3.*multis ibi relatis.

Probatur , quoniam deſcendentes ex Iudaica, vel ex alia familia maculoſa plerumque ſunt inconſtantes io fide,& malis moribus affecti , item ſunt ambitioſi,ſeditioſi,ac factioſi,vocatique ſunt à Chriſto Domino Matth. 12. *progenies viperarum,generatio praua,& adultera.* Quibus probatur Iudæorum gentem perfidam eſſe, deſcendentéſque ex illis indignos honoribus , & dignitatibus minùs idoneos. Idem dicendum de originem trahentibus a Mahometanis, quibus inſidet perfidia pluſquam punica. Non ergo ſunt ad officia, ſeu beneficia Eccleſiaſtica,& ſecularia admittendi, text.*in l.2. C. vbi ſenatores,vel clariſſimi,l.2. & l. quoties,l.iudices,C.de dignitatibus,lib.12. cap.nobilis 2.q.5.cap.1.* vbi gloſſa,& ſcribentes,*de purgatione*. Facit illud Pauli *ad Romanos* 11. ibi,*ſi radix ſancta, & rami;*& infra,*ſi tu ex naturali exciſus oleaſtro , & contra naturam inſertus in bonam oliuam.* Cum ergo radix ſit infecta,& gens perfida, deſcendentes cenſentur infecti , ac maculoſi. Nam neophitus nouum germen dicitur , ſeu ramus quaſi nuper inſitus, nouitiúſque interpretatur,ſeu rudis io diſciplina religioſa vt vult magiſter ſententiarum *lib.4. diſt.6.ad finem.* Quare timeri poteſt neophitos deſcendentes ex Iudæis, ſeu Mauris oblata leui occaſione ad vitia ſuorum maiorum poſſe tanquam ad vomitum redire ; ſecundùm *c. Iudæi.4.diſt.*vbi habetur quòd Iudæorum perfidia multoties ad vomitum regreditur.

His tamen non obſtantibus,non ſolum deſcendentes ex Mauris , ſeu Iudæis, poſſunt admitti ad officia,ſeu beneficia Eccleſiaſtica,ſed etiam ad ſæcularia de iure , ſiue ante,ſiue poſt vſum rationis baptizati ſint cum iudicio Epiſcopi quoad beneficia,& officia Eccleſiaſtica, dummodo ſint moribus optimis ſatis inſtructi.Quia quamuis nouiter ſint conuerſi ad fidem,ſi tamen in Chriſtiana diſciplina ſatis verſati ſint , veterani Chriſtiani ex morum probitate , & vitæ integritate cenſentur, nec propriè irregulares ſunt dicendi , cùm non egeant pontificia diſpenſatione, vt promoueantur, ſed tantùm arbitrio,ac iudicio Epiſcopi relinquitur,vt bene notat Couar.poſt plures in Clement. *ſi furioſus,1.p.§.2.n.8.concl.3.* per text. ſingularem *in c.1.diſt.57.* & Auil.*p.7. diſp.4. dub.4. de cenſur.* Roman *ſingul.*416.Decius *in c.cam te,de reſcript. col.3.*& Salzed.*vbi ſuprà,num.7.& ſequentibus.*

Licitum tamen eſt originem à Iudæis,ſeu Mau- 243.
ris trahentes interueniente cauſa iuſta,ſeu voluntate,& auctoritate legitima alicuius congregationis repellere , & excludere non ſolùm à collegiis & capitulis,ſed etiã à confraternitatibus;eò quòd integrum eſt congregationibus,capitulis,& collegiis,ac communitatibus, vtilitatem , & honorem ſibi quærere,quæſitáque commoda,ac dignitatem conſeruare ac tueri,contrariaque incommoda reſpuere. Iuuat text.*in l.1.§.denique,ff.de aqua pluuia arcend.*tum quia huiuſmodi deſcendentes,hac generis labecula affecti,quamuis virtutibus, & literis polleant , vt plurimùm omnes interturbant; tum etiam,quia ambitione ac cupiditate imperandi vehementer rapiuntur,de quibus Apoſtolus videtur loqui *ad Titum,c.1.*ibi,*ſunt enim multi inobedientes,vaniloqui, & ſeductores, maximè qui de circumciſione ſunt , quos oportet redargui, qui vniuerſas domos ſubuertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia.* Ob quæ omnia , & alia quæ paſſim experimur, meritò repelluntur ab officiis, & beneficiis Eccleſiaſticis per ſtatuta, ac decreta particularia.Oportet tamen,vt illa ſint confirmata per Summum Pontificem,cùm derogent communi iuri;quòd ſi excludantur ab officiis ſæcularibus,requiritur ſæpe auctoritas principis ſæcularis, & interdum abſque illâ collegia in academiis & vniuerſitatibus à particularibus inſtituuntur. Ex quibus fundatores omnino excludunt deſcendentes ex ſtirpe infecta , vt videmus in acade-
demia Conimbricenſi excludi à collegio regio 244.
D.Pauli,

D. Pauli, & D. Petri,& in academia Eborenſi ex collegio purificationis Beatæ Mariæ à rege Henrico inſtituto deſcendentes ex Mauris,vel Iudæis, vel in quocunque gradu ab hæreticis; & apud Hiſpanos in Complutenſi academia, & Salmanticenſi, vbi varia collegia auctoritate Apoſtolica ſunt erecta, quorum conſtitutiones confirmantur per *l.22. tit.7. lib.1. ordin. noui*, in hunc modum: *porque en algunos collegios de las vniverſidades deſtos nueſtros reynos ay conſtituciones en que los dichos collegios no reciban por collegiales Chriſtianos nuevos,mandamos que ſobre ello ſe guarden las conſtituciones ſobre ello fechas por los fundadores de los dichos collegios.* Quod etiam eſt obſeruandum, quando fundatores alicuius maioratus, ſeu capellaniæ inſtituunt, vt huiuſmodi deſcendentes non admittantur, cùm poſſint inſtituere, ne admittantur etiam veteres Chriſtiani, niſi perueniant ad viginti quinque annos. Suarez *tom.1. in 3.part.diſp.43.ſect.3. n.8.* & Sanchez *lib.2. cap. 28. num.14.* & Salzed. *d. cap.23.num.14.*

Quo circa non eſt audiendus Montaluus,aliàs vir doctus *in l.2. verbo, Toraa dize,lib.4.for.leg.* vbi carpit Toletana ſtatuta priuilegiis Alfonſi regis præmunita quæ excludunt Iudæos, eorumque deſcendentes à publicis officiis; nec non Henricus Mauroij, Franciſcanus, qui inuehitur, non præfata venia, in Archiepiſcopum Toletanum, nimiſque licentiosè inermibus, ac temerariis argumentis procurat, non ſolùm impugnare, ſed etiam expugnare, & demoliri conſtitutiones Eccleſiæ Toletanæ excludentes à præbendis Eccleſiaſticis, ex infecta Iudæorum, Maurorúmque proſapia originem trahentes, qui ſimul cum Montaluo meritiſſimò reiicitur, cum ſtatua Toletana iuſtiſſimis de cauſis à Reuerendiſſimo, nec non illuſtriſſimo Domino Ioanne Martinez de Siliceo Toletano Archiepiſcopo fuerunt condita, auctoritatéque pontificia, ac regia perpetuò confirmata; ad quorum exemplum in tota Hiſpania nonnullæ cathedrales, & collegiales Eccleſiæ ſimilia ſtatuta in lucem ediderunt, & in omnibus id fieri Eccleſiis in vtilitatem Reipublicæ Chriſtianæ & obſequium, Otalora *de nobilitat.2. part. tertia partis, cap.7.n.26.* concupiſcit,*ex num.*24.commendatque iam facta.

245. Ex dictis deducitur intellectus ad Concil. Tridentinum *ſeſſ.23. cap.7. de reformatio.* vbi multi dicunt probari, non poſſe deſcendentes ex Mauris, vel Iudæis aſcendere ad ſacros ordines, per text. *in cap. quando,verſ. genus,24. diſt.* hodie innouatum ab eodem concilio *d.c.7. verſ. ordinandorum genus.* Sed meo iudicio falluntur, eò quòd quando præcipitur Epiſcopis, vt genus promouendorum, perſonam,ætatem,inſtitutionem,mores, & doctrinam diligenter inquirant, & fidem examinent; non creatur, nec creare voluit concilium, nouum impedimentum ad ordines, ſed præcepit, vt quæ antiquo iure præcepta ſunt, diligenter ſeruentur. Atque ita decreuit concilium, vt Epiſcopi inquirant, an promouendi deſcendant filiis, aut nepotibus hæreticorum, fautorum, defenſorum, & receptatorum,qui excluduntur à ſuſceptione ordinum per viam maſculinam ad ſecundum gradum vſque,vel per viam fœmininam vſque ad primum. Salzed. *in practica,ad Bernard. cap.83. num.22.* Aull. *de cenſur. part.7. diſp 4.dub.4.* Henriquez *lib.10. de ſacrament. ordinis.* Emanuel *tom.2. ſumma,in 2. edit. cap.160,* Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.

*num.2.& de regular, tom.1.queſt.24.art.7.*& Sanchez *ſupra,d.cap.28.num.15.* quibus accedit Barboſ.filius *in remiſſ. ad Concil. Trident. ſeſſ.23.c.7. in verbo, ordinandorum genus*, vbi ait verbum, *genus*,in concilio ſignificare quòd legitimus, vel liber ſit, non autem referri ad deſcendentes ex ſtirpe Hebræorum, quia illegitimi, & ſerui promoueri non poſſunt, vt probatur *in tit. de ſeruis non ordinand. cap.1. de filiis presbyterorum, in 6.* & ita omnes explicant d. caput,*quando, in verſ. genus.24. diſt.* ſic Turrecrem. & Archid. *ibidem, num.4.* & elicitur ex d. concilio *ſeſſ.22.de reform. cap.2. quicunque,in principio, & in ſeſſ.23. de reform.cap.5.* In quibus locis, loco verbi,*genus*,ponitur verbum, *natalibus*. Ex qua deciſione deducitur, non poſſe promoueri, niſi natos de legitimo matrimonio,nec beneficia poſſe obtinere *c.1. cum ſequentibus 54. diſt.* Spin. *de teſtam. gloſſ.3. num.49.* vbi addit excludi ſeruos ex ſeruis parentibus natos, vel ex matre ſerua,& ex patre ingenuo,non tamen ex parente ſeruo,& ex matre ingenua *cap.final.de ſeruis non ordinandis.*

Dubioſa valde quæſtio exoritur circa deſcendentes ex Hebræis ſaltem in regno Luſitaniæ poſt conſtitutionem Clement.VIII. editam anno Domini 1600.18.die Octobris, & poſt conſtitutionẽ Pauli V.qui eam extendit ad regularia etiam, & manualia beneficia;quarum ſumma hæc eſt; *fuitque edita poſterior conſtitutio anno Domini 1612. 10.Ianuarij ad inſtantiam cathol.regis Philippi III. vbi Clemens VIII.præcepit, vt ex tunc canonicatus,& præbendæ ac dignitates in cathedralibus, & dignitates principales in collegiatis Eccleſiis; nec non parochiales Eccleſiæ,& earum perpetuæ vicariæ,cateráque curam animarum habentia beneficia Eccleſiaſtica dictorum regnorum, quoties per ceſſum, vel deceſſum etiam ex cauſa permutationis, vel priuationem, aut quamuis aliam demiſſionem, vel amiſſionem vacare contigerit,alicui,ſeu aliquibus perſonis de genere, ſeu ſtirpe Hebræorum deſcendentibus ex paterna, & materna linea,vel earum altera vſque ad ſeptimum gradum incluſiuè à tempore conuerſionis illorum originem trahentibus conferre; taléſque perſonæ ad illa eligi, præſentari, vel alias aſſumi,aut in eis inſtitui, nullatenus,nulloue modo poſſent.* Sic ibi. 246.

Quæ omnia Paulus V. in d. ſua conſtitutione ad publicam dictorum regnorum Eccleſiarum quietem,& ſalutem ampliauit, ita vt etiam perſonæ,tam ſæculares,quàm regulares ex Hebræorum genere, ſeu ſtirpe deſcendentes non poſſent exercitium curæ animarum tam in ſæcularibus,quàm in cuiuſuis ordinis regularibus Eccleſiis vllo modo obtinere, ſi deſcendant ex illis vſque ad ſeptimum gradum incluſiuè.Quin etiam minimè poſſe munus vicarij exercentis curam animarum etiã amouibilis ſub quouis prætextu exerceri, neque ad eam exercendam admitti.Ibi etiam dicitur, *in ſæcularibus,vel cuiuſuis ordinis,aut militia regularibus Eccleſiis,diſtrictè præcipiendo locorum ordinarijs, ac monaſteriorum regularium dictorum regnorum prælatis, & alijs,ad quos ſpectat, ne contra præſentis noſtræ conſtitutionis tenorem perſonas ex Hebræorum prædictorum genere, ſeu ſtirpe deſcendentes vſque ad ſeptimum gradum incluſiuè ad exercendam curam animarum deputare audeant, ſeu præſumant.* Ita conſtitutio ſanctiſſimi Pauli V.

Ex quibus conſtat collationes huiuſmodi beneficiorum ac dignitatum factas Hebræis deſcendentibus ex illis,ſi ſunt intra ſeptimum gradum à

tempore conuerſionis eſſe omnino irritas, ac nullas ex conſtitutione Clement. VIII. ibi. *Eligi præſentari, aſſumi, aut in eis inſtitui nullatenus nullóve modo poſſent.* Et infrà, *decernentes quaſcunque collationes, prouiſiones, præſentationes, electiones, inſtitutiones &c. in fauorem prædictarum perſonarum ipſo iure nullas, & inualidas, nulliuſque roboris, & momenti fore ac eſſe ac pro nullis, & infectis haberi, nullumque per eas cuiquam ius acquiri, aut etiam coloratum titulum poſſidendi tribui, nullamque aliam gratiam eiſdem perſonis ſuffragari; ſed ad omnia ſuprà dicta omnino inhabiles & incapaces fore, ac eſſe.* ſic conſtitutio.

Probatur ex dictione, *nullatenus, nullove modo,* quæ inducit ipſo iure nullitatem actus per gloſſ. *in Authen. ſi qua mulier, verbo, nullatenus, C. ad Senatuſc. Velleian.* & Clement. vnica, *verbo, nullatenus, de ſequeſtra,* vbi Zenzelin. *num.* 10. Bartol. *in tract. minoritar. lib.* 1. *ex hered. ex teſtam. cap.* 2. Alberic. *in dictionar. verbo, nullatenus.* Tiraquel. alios referens *in l. ſi vnquam, verbo, reuertatur,*
247. *num.* 95. *C. de reuocand. donat.* Quibus accedit Sanch. *de matrimonio, lib.*6. *diſp.* 32. *num.*7. poſt Roland. *conſ.* 57. *num.* 51. *lib.* 2. & Menoch. *conſ.* 383. *vol.* 4. *num.* 14. vbi pro hac parte refert, ac ſequitur Decium *conſ.* 3. *num.* 7. Gozad. *conſ.* 71. *num.* 4. & Crauet. *conſ.* 201. *num.* 43. *per l. vltimam, C. de teſtam. milit.* quæ decidit dictionem, *nullatenus,* & dictionem, *nullóve modo,* negare omnes caſus, & omnem potentiam. Et ſic nihil in beneficiis acquiri tradit Sanchez *lib.* 2. *Decalogi, cap.* 28. *à num.* 28. 31. 33. vbi ait non poſſe inhabilem permutare beneficium acquiſitum, quod ſi permutet, permutatio eſt nulla. Flamin. *de reſignat. lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 8. multis ibi relatis.

Eodem modo ſic prouiſi non faciunt fructus ſuos beneficiorum, tenenturque reſtituere ita acceptos, *cap.* 2. *§. hæretici de hæret. in* 6. vbi decernitur inhabiles non poſſe admitti ad nullum officium publicum, aut beneficium; quod ſi ſecus actum fuerit, eſſe irritum, & inane; & ex ſequenti teneri reſtituere fructus tanquam iniquè perceptos, beneficiaque vacare, & poſſe impetrari. Pro quo faciunt tradita à Sanch. *lib. Decalog. c.* 26. *à num.* 4. *vſque ad num.* 12. vbi vult collationes beneficiorum factas hæreticis, receptatoribus, fautoribuſque ſeu defenſoribus eorum, eſſe omnino irritas, nec eos poſſe renunciare in fauorem tertij; quod ſi reſignent, nullum ius acquiri reſignatario. Bernard. Dias, Salzed. & Pegna relati ab eodem Sanchez *ſuprà, num.* 6. Cùm ergo deſcendentes ex Hebræis, ſi ſunt intra ſeptimum gradum, ſint inhabiles ad beneficia, nec titulum acquirant, nec poſſeſſione iuuentur, tenentur reſtituere fructus, ac dimittere beneficium, ſicut quando à principio non acquiritur dominium alicuius rei, eſt ſtatim reſtituenda. Ita Sanchez *d. lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 4. & expreſſiùs *num.* 10. Azor, *tom.* 1. *lib.* 5. *Inſtit. moral. cap.* 8. *quæſt.* 3. *verſ. dicendum tamen arbitror,* & Ludouic. Lopez *cap.* 1. *num.* 9. quia fructus beneficij ſine titulo non acquiruntur, cuius inhabiles ſunt incapaces.

248. Quæ doctrina eſt vera, quando conſtat poſſeſſorem beneficij deſcendere ex Hebræis, eſſeque intra ſeptimum gradum à tempore conuerſionis ſuorum maiorum, habetque rationes ad id cognoſcendum ſufficientes, quia cùm ſit incapax, non quæſiuit titulum, & ex defectu illius non facit fructus ſuos. Quod ſi prouiſus ſcit ſe eſſe Hebræum, & ignorat an ſit intra ſeptimum gradum à tempore conuerſionis ſuorum maiorum, neque de hoc habet certitudinem ſi bona fide accepit beneficium, ſeu dignitatem exiſtimans ſe eſſe capacem, & poſtea poſt poſſeſſionem dubitat de facto, adhibitáque morali diligentia, adhuc eſt dubius, poteſt retinere beneficium tuta conſcientia. Ita Vaſq. 1. 2. *quæſt.* 19. *art.* 6. *quæſt.* 66. *cap.* 7. *n.* 42. Salaz 1. 2. *quæſt.* 21. *tract.* 8. *diſp. vnica, quæſt.* 23. *num.* 231. quos ſequitur Sanchez *lib.* 2. *matrim. diſp.* 41. *à num.* 22. *& lib.* 1. *Decalog. cap.* 10. *num.* 9. Ratio, quia poſſeſſio tribuit ius bona fide incipienti ad retinendum. Secus ſi dubius an eſſet ex incapacibus ſuſcepit beneficium curatum, ſeu dignitatem, vel aliquod ex prohibitis, factáque morali diligentia, adhuc eſt dubius; tunc enim poſſeſſio nullum ius tribuit. Sanchez *d. diſp.* 41. *n.* 38. quia poſſeſſio eſt pro conſtitutionibus donec conſtet de veritate.

Quando verò bona fide ſuſcipiuntur beneficia ab exiſtimante ſe eſſe capacem, qui voluerit illum arguere, debet incapacitatem probare. Flamin. *de reſignat. lib.* 10. *quæſt.* 4. *num.* 1[illegible] per notata *in l. ab ea parte, ff. de probationib[illegible].* Cardin. Pariſ. *conſ.* 81. *num.* 6. *vol.* 4. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1373. *num.* 18. Curia Philippi 5. *part. de iuizio ciuil, §.* 17. *verbo, prueua, num.* 2. Gutier. *de iuramen. confirmat.* 1. *part. cap.* 1. *num.* 19. *& ſeq.* Gonçaluez *de menſib. gloſſ.* 4. *num.* 172. vbi ait quando poſſidens beneficium conuenitur tanquam reus, non ſolùm non teneri probare ſuam idoneitatem intrinſecam, vel extrinſecam, ſed neque verificare narratiuam ſuæ gratiæ Apoſtolicæ, quia commodum poſſeſſionis producit hunc effectum per text. *in §. commodum, inſtit. de interdictis,* traditque Maſcardus copiosè ſuprà *concluſ.* 1200. Præſumitur ſemper bona fides donec contrarium probetur. Cabed. 1. p[illegible] *[illegible]ſ.* 160. *n. fin.* Maſcard. *concluſ.* 131. *num.* 1.

Quod intellige quando p[illegible] habet titulum verum, vel putatiuum e[illegible] ex errore iniuſto, *l. igitur, §. poteſt ff. de liber[illegible]* Bart. *in l. Celſus, ff. de vſuc.* & eſt communis opinio, teſte Alciato *tract. de præſumptio, regul.* 1. *præſumpt.* 5. *n.* 1. Quod etiam eſt verum, quamuis poſſeſſor careat titulo, dummodo ius non contradicat. Probatur tamen bona fides per vnum teſtem, præſumitúrque ſtante titulo. Maſcard. *tom.* 1. *concluſ.* 232. *&* 228. Atque ita ſi quis arguat poſſidentem, ſeu obtinentem beneficium eſſe deſcendentem ex Hebræis, exiſteréque intra ſeptimam generationem, tenetur id probare, vt vltra præcitatos tradunt. Ludouic. Gom. *de trien. poſſeſſ. quæſt.* 39. *Maſcard. de probat. concluſ.* 1412. Nec poſſeſſor beneficiorum tenetur probare titulum. Innocent. Abbas, & alij *in cap. ordinarij, de officio ordinar. in* 6. *& in cap. licet Hell, de ſimonia,* & Rebuff. *in praxi beneficial. tit. de reſcript. ad benef. vacant. num.* 19.

Meritiſſimo tamen timeri poteſt in prædictis 249.
regnis, omnes qui poſt conſtitutiones prædictas beneficia obtinuerunt curata, canonicatus, & dignitates, nullo modo poſſe illa retinere niſi ſint à Summo Pontifice diſpenſati, quoniam omnes videntur eſſe intra ſeptimum gradum à tempore conuerſionis Hebræorum. Nam, vt conſtat ex hiſtoria Luſitani Regis Ioannis ſecundi *cap.* 162. *fol.* 96. ingreſſi ſunt in Luſitaniam expulſi ab Hiſpania per Reges catholicos Ferdinandum, & Eliſabetham Hebræi anno Domini 1492. Cauſa verò expulſionis ea fuit, quòd noluerint Hebræi fidem catholicam recipere. Idem ex eadem hiſt[illegible]ia *cap.* 168.

c. 168 ... 192. & ex annalibus Regis Emman. c. 10. compo... à Damiano de Goes *cap.* 10. vbi dicitur en... b Hiſpania, & ingreſſa fuiſſe in Luſitaniam ... uſquam viginti millia domorum, ſeu familiarum, & *cap.* 18. 20. 21. anno Domini 1496. fuiſſe electos Hebræos ab eodem Rege Emmanuele ex hoc ſuo regno, quod noluerint aquam luſtralem ſuſcipere, quæ omnia contigere abhinc centum, & viginti annos plus, minúſve, cùm hæc ſcribamus anno Domini 1618. Ex quo colligitur omnes, qui deſcendunt ex Hebræis, & commorantur in his regnis, eſſe intra limites ſeptimæ generationis à tempore conuerſionis ſuæ. Fateor tamen iam eo tempore ante Hebræorum ingreſſum, qui per ... s catholicos fuerunt eiecti, fuiſſe aliquos Iudæos in Luſitania, & Mauros, qui ſponte ſua albo Chriſti Domini nomen dedère. Lege Damianum, *in chronic. Regis Emmanuelis, cap.* 10. *& cap.* 20. *&* 21. Oſorium *lib.* 1. *de rebus ab Emmanuele geſtis*, Graciam de Rezende *cap.* 162. *fol.* 96. *de rebus Ioannis Regis ſecundi*, & *cap.* 178. vbi de his copiosè.

Pro chronicis illud adnota, fidem integram de iure illis eſſe habendam, quia plenè probant in quacumque cauſa quantumcumque ardua, per text. *in l.* 1. & ibi Bald. *ff. de officio quæſtor.* Gloſſ. *in cap. inter dilectos, in verbo, magis, de fid. inſtrum.* & in *cap. venerabilem, in verb. tranſtulit* 1. *de electio.* Bartol. *in l.* 1. *num.* 22. Iaſon *num.* 25. *ff. ſi certum pet.* Roland. *conſ.* 2. *num.* 60. *lib.* 1. vbi concludit libris chronicis tam in conſulendo, quàm in iudicando ſtandum eſſe, cùm in illis res geſtæ ſeruato temporum ordine digerantur, ac conſeruetur earum memoria, ideo faciunt plenam probationem, præſertim quando de mandato principis, vt apud Luſitanos in Archio publico vulgò *na Torre do tombo*, ad perpetuam rei memoriam huiuſmodi annales, vt de more fit, cuſtodiuntur ſecundùm Auth. *Ad hæc.* vbi Gloſſ. penult. & Bart. *C. de fid. inſtrum.* Valaſc. *de iure emphyt. quæſt.* 9. *num.* 26. & Gam. *deciſ.* 335. *num.* 7. Quin etiam certum eſt ex varijs regnis Regis teſtamenta propria ad hanc noſtram Turrem *do tombo* miſiſſe & alia ſuarum rerum inſtrumenta, vt ibi cuſtodita, ac conſeruata integram fidem apud omnes conſeruarent, & in omni tempore perfectam efficerent probationem, vt refertur in diplomate quodam Regis Emmanuelis, quod in eodem Archio publico ad id vſque tempus in principio libri ſecundi iurium regallum conſcriptum perſeuerat.

250. Quæſtionis eſt, an conſtitutio ſanctiſſ. Pauli V, interdicens Hebræos promoueri ad beneficia curata, extendatur ad ſuperiores, ſeu prælatos religionum? Reſpondemus negatiuè. Quare bene poſſunt eſſe deſcendentes ab Hebræis, ſeu Mauris, ſuperiores ſuarum religionum, quia non loquitur conſtitutio, niſi de beneficiis habentibus curam animarum, ſæcularibúſque quibus non poſſunt præfici deſcendentes ex Hebræis. Vnde religioſi trahentes originem ex Hebræis poſſunt eſſe prælati in ſua religione, non tamen poſſunt eſſe parochi, ſeu curati, aut vicarij etiam amouibiles ... rum in Eccleſiis monaſterio vniris, quæ ... ones ſæculares. Imò nec poſſunt in Eccleſiis monaſterio annexis præſentare deſcendentes ... atet ex verbis conſtitutionis Pauli V. ..., *cuiuſuis ordinis*, & motu Clement. VIII. ... *Tales perſonæ ad illa eligi, præſentari, vel alias aſſumi, aut in eis inſtitui nullatenus, nullóve modo poſſint.* Ita reſpondit Franciſc. Suar. conſultus, quem alij viri doctiſſimi Academiæ Conimbricenſis fidenter ſecuti ſunt.

Hactenus de deſcendentibus ex Iudæis, nunc ad Hebræos, & eorum filios gradum faciamus.

---

## §. IX.

### *An hæretici, & ab eis deſcendentes, ſint inhabiles ad honores, & dignitates ſæculares, & ad officia, ſeu beneficia Eccleſiaſtica.*

EPITOME.

251 *Hæretici, & eorum receptatores, fautores, & defenſores ſunt infames, & incapaces officiorum, & honorum.*

252 *Hæretici non poſſunt eſſe iudices, notarij, aduocati, & doctores.*

253 *Hæreticos, eorúmque fautores, &c. ante ſententiam eſſe infames aliqui affirmant, ſed alij meliùs negant.*

254 *Infamia pœna parentum extenditur ad filios, & nepotes per lineam paternam, per maternám verò vſque ad filios tantùm.*

255 *Filij hæreticorum, defenſorum, & receptatorum non ſunt infames ipſo iure, nec inhabiles in poſterum ad officia. Secùs de filiis reorum læſæ maieſtatis humanæ.*

256 *Hæretici ſunt ipſo iure irregulares, & filij eorum per lineam maternam: per paternam filij, & nepotes; idem de filiis fautorum, &c. Si parentes reſipiſcant, ceſſat irregularitas. ibid.*

257 *Epiſcopus an poſſit diſpenſare cum hæretico ſacerdote Eccleſiæ reconciliato in irregularitate, & quid de hæretico occulto.*

258 *Irregularitas contra hæreticos extenditur ad fautores, receptatores ac ſuſpectos de hæreſi vehementer.*

259 *Fictè negantes fidem, ſeu ſponte tormentorum metu interiùs eam retinendo, probabile eſt non incurrere irregularitatem; ſed verius eſt oppoſitum, non tamen incurrunt excommunicationem.*

260 *Filij reorum vtriuſque læſæ maieſtatis tam humanæ, quàm diuinæ, an ſint habiles ad beneficia iam obtenta, & in poſterum obtinenda.*

261 *Filij hæreticorum ſunt inhabiles ad beneficia in poſterum acquirenda, ac nepotes per lineam paternam.*

262 *Hæretici impœnitentes, ac pertinaces quinam ſint.*

263 *Hæreticus confeſſionem per metum factam reuocans, ſi reſipiſcat, an ſit admittendus ad veniam.*

264 *Probabile eſt filios natos ante hæreſim paternam eſſe priuatos ipſo iure beneficiis, ſed probabilius eſt oppoſitum.*

265 *Beneficia obtenta ad preces hæretici non poſſunt retineri.*
*Quid de clericis hæreticis ſi reſipiſcant? infrà n. 268. & 269.*

266 *Filij ſuſpectorum de hæreſi non priuantur beneficiis obtentis, nec ſunt inhabiles ad obtinenda*

*uenda in poſterum.*

267 *Fily, & nepotes hæretici combuſti in ſtatua, ſeu corporaliter, an incurrant pœnas hæreticorum.*

251. HÆRETICI vt conſtat ex dictis, & eorum receptatores, fautores, & defenſores ſunt infames, vt habetur in conſtitutione Innocent. IV. edita anno Domini 1252. incipit, *Ad extirpanda, in verſ. Quicumque vero fuerit deprehenſus*, cuius meminit Pegna inter literas Apoſtolicas, *fol.* 19. & in conſtitutione Clementis IV. anno Domini 1265. edita, quæ etiam incipit, *Ad extirpanda*, & Pauli IV. edita anno Domini 1558. incipit, *licet ex Apoſtolatus officio, verſ. & inſuper*, quam refert Pegna *ſuprà, fol. mihi* 157. Atque ita propterea prædicti omnes ſunt incapaces omnium officiorum publicorum; repelluntúrque ab omnibus honoribus, & dignitatibus per text. *in l. Quæ de Samaritis, in principio, C. de hæreticis*, per hæc verba ibi. *Neque vlla dignitate decorantur, neque publicam adipiſcuntur curam.* Pro qua deciſione confirmanda ſupereſt conſtitutio Martini V. edita anno Domini 1418. *Inter cunctas, verſ. Nec non præſentes*, relata à Pegna, inter literas Apoſtolicas, *fol.* 97. & altera Honorij IV. edita anno Domini 1286. Cuius etiam ſententiæ eſt Felin. *in cap. excommunicamus, el.* 1. *num.* 3. *col.* 3. *verſ. nota*, ibi, *infamis, de hæreticis*, per text. expreſſum *in cap. vt commiſſi, verſ. priuanda, de hæreticis in* 6. Decian. *in tract. criminal. lib.* 5. *cap.* 43. *num.* 8. Canter. *in quæſt. crimin. rubr. de hæret. cap.* 1. *num.* 10. vbi ſubdit hoc procedere in vero hæretico, ſecus in ſuſpecto tantùm. Quod non puto verum, quia fautores, & defenſores hæreticorum ſunt ſuſpecti de hæreſi, dummodo non defendant ſeu foueant eorum errores. Nihilominus priuantur omnibus officiis publicis, vt probat copioſè Farin. *de hæreſ. quæſt.* 182. §. 5. *num.* 44. *& quæſt.* 183. *num.* 44. multis ibi relatis.

252. Ex quibus conſtat non poſſe eſſe iudices, nec notarios, neque aduocatos, nec doctores, vt patet ex dicta conſtitutione Innocent. IV. & ex Auth. *credentes, §. quod ſi fortè*, quæ loquitur de credentibus, receptatoribus, fautoribus, & defenſoribus hæreticorum, *C. eodem*, vbi habetur hæreticum ſi iudex creetur, non poſſe validam ſententiam proferre etiam inter ignorantes. Sequitur ſumma Roſel. *in verb. hæreticus*, §. 1. *num.* 21. Sylueſt. *eodem verb.* §. 1. *num.* 16. Calderin. *in tract. de hæretic. §. quæ pœna imponatur, num.* 14. Repertor. Inquiſit. *in verb. credentes, verſ. quæ pœna*, & *in verb. Iudex, verſ. Item nota*, & *in verb. iuriſdictio, verſ. hæreticus in committendo delictum*, vbi vult hæreticum priuari iuriſdictione eo ipſo quòd in hæreſim inciderit; & *in verb. pœna, verſ. Item nec poſſunt creari iudices.* Vnde quidquid agitatur coram hæretico iudice eſſe nullum tradit Royas *ſingul.* 88. *& ſingul.* 119. *&* 178. addit hoc procedere quamuis hæreticus communiter reputetur fidelis. Quin etiam idem Roays *ſingul.* 80. addit non poſſe eſſe arbitrum, neque arbitratorem. Sequitur Vmbert. Locat. *in ind. Inquiſitor. in verb. pœna, num.* 11.

Quod ſi fiat tabellio, ſeu notarius, inſtrumenta per hæreticum facta nullius ſunt momenti. Idem extendatur ad fautores, defenſores, & receptatores hæretici, vt habet textus in authentica, *credentes, §. ſi tabellio, C. de hæreticis.* De quibus etiam loquitur cap. *excommunicamus, el* 1. §. *credentes, verſ. ſi tabellio de hæreticis*, cuius ſunt hæc verba, ibi: *ſi tabellio fuerit, inſtrumenta confecta per ipſum nullius ſint momenti: ſed cum auctore damnato damnentur.* vbi id Abbas antiquus *num.* 2. notat, *in verb. inſtrumenta*, non valere illa facta poſtea, non verò antea eſſe inualida. Sequitur Hoſtienſ. *num.* 19. *in verb. ſi tabellio, & in ſumma, rubr. de hæreticis, §. quæ pœna imponatur, verſ. nec inſtrumenta ab eo confecta aliquam obtinent firmitatem.* Concordat Royas *ſingul.* 115. *& ſingul.* 89. declarátque valere inſtrumenta rogata ab hæretico antequam laberetur in hæreſim. Quibus Scauia accedit *in tract. de iudicio cauſar. ciuil. criminal. & hæret. cap.* 98. *num.* 19. vbi eandem declarationem poſt plures relatos ampliat.

Similiter credentes, fautores, defenſores, & receptatores hæreticorum excluduntur ab officio aduocandi, text. *in l. quæ Samaritis, C. de hæreticis.* Authent. *credentes, §. ſi verò fuerit aduocatus, C. eodem*, ibi, *ſi verò fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur.* Quod etiam prohibetur de iure canonico in *d. cap. excommunicamus.* Calder. *vbi ſuprà rub. de pœnis, num.* 1. *&* 3. & *in rub. de pœnis receptatorum. num.* 1. *&* 2. Angel. *in ſumma, in verb. hæreticus, num.* 21. & Odofred, *in d. Auth. credentes, §. ſi verò fuerit aduocatus.* Repert. Inquiſit. *in verb. aduocatus, verſ. vtrum hæreticus poſſit eſſe aduocatus*, & *in verſ. Nota quod licet aduocatus*, vbi declarat non propterea ſententiam eſſe nullam hæretico aduocante, quia Authent. *credentes, §. ſi verò fuerit aduocatus*, ſolùm interdixit ne patrocinium hæretici admitteretur: at de valore ſententiæ nihil diſpoſuit.

Nihilominus cùm hæretici credentes, fautores, defenſores, & receptatores ſint infames, non ſolùm infamia facti, quia turpe factum committunt, ſed etiam infamia iuris, vt conſtat ex d. conſtitutione Innocent. IV. *Ad extirpanda.* relata à Pegna inter literas Apoſtolicas, *fol.* 15. & ex conſtitutione Clement. IV. *Ad extirpanda etiam*, & ex traditis à Farin. *de hæreſi, quæſt.* 182. §. 3. *n.* 43. facta ab huiuſmodi aduocato ſunt nullius momenti, eo quòd ſunt incapaces officiorum publicorum, & infames ante omnem iudicis ſententiam infamia ipſo iure illata, vt volunt Caſtr. *lib.* 2. *de iuſta hæret. punit. cap.* 9. Aragon. 2. 2. *q.* 11. *art.* 3. *fol.* 353. & Azebed. *lib.* 8. *recopilat. tit.* 3. *l.* 5. *num.* 52. Quia pœnæ hæ in priuatione conſiſtentes non egent iudicis ſententia, cùm non conſiſtant in actione, ſed in priuatione.

253. Cæterum dicendum eſt hæreticos, eorúmque defenſores, fautores, ac receptatores ante ſententiam ſaltem declaratoriam criminis eſſe infames ſolùm infamia facti: poſt ſententiam verò eſſe infames infamia iuris, & facti, ſicut etiam ſunt quando notoriè ſunt hæretici. Azor. *tom.* 1. *inſtit. lib.* 8. *cap.* 13. *poſt quæſt.* 8. *in ſeptima hæreticorum pœna.* Sanch. *lib.* 2. *in præcepta Decalogi, c.* 26. *num.* 1. *&* 2. Farin. *de hæreſi, quæſt.* 189. §. 4. *num.* 54. *&* 56. Conſequenter ante ſententiam ſeu ante notorietatem non repelluntur ab officiis, & honoribus publicis; ſic enim debet intelligi *l. quæ, de Samaritis, in principio, C. de hæreticis*, ibi, *neque vlla dignitate decorantur, neque publicam adipiſcuntur curam*; hoc eſt, non priuantur dignitatibus, neque officiis publicis, nec ſiunt inhabiles, donec eorum crimen declaretur per ſententiam iudicis declaratoriam. Eodem modo accipienda eſt Alexandri IV. conſtitutio, edita anno Domini 1258. incipit, *quod ſuper, verſ. frequenter etiam*, relatam per Pegnam inter literas Apoſtolicas *fol.* 30. Qua-

re

re minus bene videntur loqui Simanch. *tit.46. de catholicis inſtit. num.* 68. Royas *in ſingul.* 81. & Caſtrenſ. *lib.2.cap.*8.*&* 9. quos ſequitur Suar. *de triplic.diſp.*21.*ſect.*5.*num.*4. aſſerentes hos declarari infames per particulam legis ipſo iure, neque opus eſſe ſententia declaratoria, cùm ſit pœna in ſola priuatione conſiſtens, non indigens externa executione poſitiua, ſecundùm quos hæreticus occultus per accidens, ſicut incurrit excommunicationem, ſic etiam incidit in infamiam quoad effectus iuris, qui ſunt inhabilitates ad officia.

Sed contraria ſententia quam ſequitur Sanch. eſt verior, & in praxi ſequenda, ſecundùm quam dictum eſt hæreticum non affici hac pœna niſi poſt ſententiam iudicis declaratoriam, vel ſi crimen hæreſis fuerit notorium, euidentia facti. Tunc ante enim ſententiam eſt infamis infamia facti, & iuris, vt etiam vult Cantera *in q. crim. rubric. de hæretic. cap.*1.*num.*9. *verſ. ſed accipiendo.* Idem dicendum eſt de fautoribus, defenſoribus, receptatoribúſque hæreticorum, qui intra annum non reſipiſcunt: afficiuntur enim infamia ipſo iure per cap. *excommunicamus, el* 1. §. *credentes, de hæreticis*, quando fauent, defendunt, ſeu receptant hæreticos, illíſque hæc præſtant quatenus ſunt hæretici. Azor. *tom.*1. *lib.*8.*cap.*15. *quæſt.*2. *&* 3. Sà *verb. excommunicatio, in Bulla Cœnæ, num.*1. & alij, quibus adhæret Sanch. *lib.*2.*Decalog.cap.*10. *num.*4.*&* 5.*& cap.*26.*num.*2. *&* 3. Faciunt tradita à Burſat. *conſ.*14.*num.*18.*& ſequentibus, & n.*23.*& ſequent.* & ſub libro 1. vbi vult ſemper requiri declaratoriam ſententiam ad incurrendam infamiam, vel euidentiam facti, vel confeſſionem in iudicio.

254 Hæc autem pœna infamiæ protenditur ad filios vſque ad ſecundam generationem per lineam maternam: per paternam verò vſque ad filios dumtaxat, ſi parentes in perfidia pertinaces moriantur. Proinde priuantur publicis officiis, honoribus, & dignitatibus per textum expreſſum *in cap. quicumque, §. hæretici. de hæreticis, in* 6. Conſtitutio Innocent. IV. edita anno Domini 1252. relata per Pegnam inter literas Apoſtolicas *fol.* 10. *verſ. teneatur quoque poteſtas.* Et per conſtitutionem Federici Imperatoris, incipit, *commiſſi*, adducta ab eodem Pegna *fol.*16. *in verſ. ſi quando igitur.* Ioan. de Anania *in cap. vergentis, num.*12. *verſ. de crim. autem hæreſis, extra, de hæreticis*, Io. Andr. *in d. cap. quicumque, & in cap. vt commiſſi, num.*4. *col.*3. *ante medium, in verbo, priuandi*, & ibi Geminian. *num.*3. *de hæreticis.* Ioan. Calderin. *in tract. de hæreticis, rub. de pœnis hæreticor. filiorum, & nepotum, ſub num.*4.*& in rubric. de pœnis receptatorum, num.*3.*verſ. ſed etiam filij*, vbi ait, hæreticorum filios eſſe infames, & inhabiles ad officia publica, & ad honores, nec non filios receptatorum, defenſorum, fautorúmque. Conſentit Simanch. *de cathol. tit.*29.*num.*13. dicens in Hiſpania hos filios ad nulla officia etiam ſæcularia admitti; nec poſſe eſſe medicos, chirurgos, iudices, decuriones, aduocatos, executores, nec ad alias omnino publicas functiones promoueri. Faciunt tradita à Sà *in ſumma, verbo, hæreſis, num.*4.

255\. Præterea quia filij reorum læſæ maieſtatis humanæ ſunt infames, ex *l. quiſquis* 5. §. *filij verò, C. ad l. Iuliam maieſtatis*, ibi, *Infamia eos paterna ſemper comitetur.* Ergo filij reorum læſæ maieſtatis diuinæ debent eſſe infames. Nam argumentum à crimine læſæ maieſtatis humanæ ad diuinam valet. Sic Surdus *de aliment. tit.*7. *quæſt.*14. *num.* 21. vbi ait licitum eſſe arguere de crimine hoc ad illud per gloſſ. *in l. mutum, ff. de acquir. hæred. in l. Manichæos, in verb. debet, C. de hæreticis.* Salicet. *in Auth. Gazaros, C. eodem titul.* Quia ſi quid permittitur in crimine læſæ maieſtatis, multò fortiùs in crimine hæreſis licebit, cùm grauius ſit debitum in Deum, quam in principem. Propter quæ argumenta hanc partem probant Couar. *lib.*2.*var.cap.*8.*num.*2. Ant. Gomez *in lib.*40. *Tauri, num.*91.*verſ. tertio.* Surdus *conſ.*386.*num.*4. *&* 5. Caſtr. *de iuſta hæreticorum punit. lib.*2.*cap.*9. Graff. *lib.*2.*deciſ. cap.*11.*n.*16. Lel. Zecch. *in ſumma, p.*1.*tit. de fide, rub. de hæreſ. cap.*11. *num.*16. *verſ. ampliatur, vt prædicta pœna*; quibus accedit Molin. *tom.*3.*de inſtit. part.*1.*diſp.*658.*num.*25. extendens hanc infamiam ad nepotes patris hæretici, & Paramus *de origine Inquiſitionis, lib.*3.*q.*9. *num.*202. *&* 206. Azebed. *lib.*8.*recopilat. reg. tit.*3. *l.*1.*num.*171.*& l.*3.*num.*34.*& ſequent.* poſt Canteram *in quæſt. criminal. cap.*1.*num.*11.*& cap.*2.*num. etiam* 11. *tit. de quæſtionib. tangentib. punitionem delicti.*

Mihi tamen tanquam verius magis placet filios hæreticorum, fautorum, defenſorum, & receptatorum propter parentum hæreſim ac crimen, propter quod cenſentur fautores, defenſores, ſeu receptatores, non effici infames, neque priuari ipſo iure officiis publicis, ac dignitatibus, neque reddi inhabiles in poſterum, ad ea munera, ac priuilegia, quæ à maioribus etiam ſunt deriuata. Sic Simanch. *vbi ſuprà d. tit.*29.*num.*18. Menoch. *conſ.*808. *num.*44. *& ſequentib.* Suar. *tom.*5.*in* 3.*p. diſp.*48.*ſect.*3.*num.*12.& *de triplici, diſp.*24.*tract.*1. *num.*7.*verſ. Sed nihilominus.* Sanch. *d. cap.*28.*n.*5. & Farin. *de hæreſi, quæſt.*91.§.1.*num.*24. Probatur, quia nullo iure reperitur talis infamia impoſita; ergo non poteſt crimen parentum nocere filiis niſi in caſibus iure expreſſis, teſte Gregorio Lop. *l.*9.*verb. fueras ende, tit.*31.*part.*7.*& cap.*15.*qui. de ſententia excommunication. in* 6. Nec obſtat infamiam eſſe impoſitam filiis delinquentium contra læſam maieſtatem humanam; quia cùm pœnæ ſint odioſæ, & à regulis iuris communis valde exorbitent, non debent extendi extra caſus expreſſos. Nullæ ibi verò reperiuntur pœnæ impoſitæ contra filios hæreticorum infamiam irrogantes, ſed contra filios reorum læſæ maieſtatis humanæ. Igitur ad hos, non verò ad illos debent extendi. Nec vrget, ſi dicas iuſtiùs poſſe infligi has pœnas hæreticis, quàm reis læſæ maieſtatis humanæ. Quoniam in puniendis delictis attenditur ſemper, an pœna ſit à iure conſtituta; quòd ſi nõ ſit in iure expreſſa, non debet fieri interpretatio etiam in æquiparatis ad pœnæ extenſionem; vnde videmus vitam concedi pœnitentibus hæreticis non relapſis, non verò reis læſæ maieſtatis humanæ, quamuis pœniteant. Sanch. *de matr. lib.*3. *diſput.*44. *num.*2. *& lib.*2. *Decalog. cap.*28.*num.*4. *&* 5.

Non ſolùm hæretici ipſo iure ſunt irregulares 256.
per text. *in cap. nos*, 51. *diſt.* §. *idem*, Daniel 2.*q.*7. neque ab ea per pœnitentiam liberantur, donec abſoluantur, *cap. presbyter. de pœnit. diſt.*5. poſt alios, quos referens ſequitur Deciàn. *in tract. crimin. lib.*5.*cap.*54.*num.*17. *&* 18. ſed etiam filij, & nepotes via maſculina, & filij via fœminea ſolùm, tam hæreticorum, quàm fautorum, defenſorum, & receptatorum, per *cap.*2.§.*hæretici, de hæreticis, in* 6. vbi ſiunt inhabiles ad officia publica, tam ſæcularia, quàm Eccleſiaſtica, ac beneficia.

Ita Henriquez *de irregul, cap.5.num.4.* Valent.4. *tom diſp.7.quaſt.19.punct.3.in tertia ſpecie irregularitatis.* Auila *de cenſur. p.7. diſp.4. dub.3.* Suar. *in 3. p. tom.5. diſp.43. ſect.3.num.1. & de triplici, diſp.24.ſect.3.num.3.* poſt Simanch. *d.tit.29.n.17.* & Salzed. *ad Bernard.Dias,cap.22.num.22.* Fundamentum ſumitur ex *d. cap. 2. §. heretici,* & ex *cap.ſtatutum, el 2. de haret.in 6.* vbi prohibentur filij iſti & nepotes per lineam maſculinam,& per fœmineam filij ſolùm aſſumi ad officia publica, inter quæ clericorum officia comprehenduntur; dummodo ſint filij eorum, qui impœnitentes, & contumaces moriantur, Eccleſiæ minimè ſatisfacientes. Suar. *vbi ſupra,*

Ad incurrendam verò hæreticorum,fautorum, &c.irregularitatem,neceſſe eſt vt conſtet parentes eſſe hæreticos,vel eſſe fautores,defenſores,aut receptatores eorum per confeſſionem propriam in iudicio, vel per euidentiam facti, vel per ſententiam iudicis. Tunc enim filij,ac nepotes per viam maſculinam incurrunt irregularitatem, vt probatur ex *cap. ſtatutum*, ibi, *qui tales eſſe*, *vel tales etiam deceſſiſſe,el 2.de hæreticis,in 6.* vbi verbum, *probantur*,eſt verbum iuris,declarátque filios eorum eſſe irregulares, quando conſtat notoriè in hæreſi decetſſos obijſſe, vel per ſententiam iudicis,vel per euidentiam facti, vel per propriam in iudicio confeſſionem tales eſſe. Quod ſi non conſtet de hæreſi per aliquem ex his tribus modis non cenſentur irregulares filij. Azor. *tom.1.lib.8. cap.13. poſt quaſt. 8. in octaua pœna hæreticorum. verſ.Deinde quæres.* Sayr. *de cenſur. lib.6.cap.10. num.40.*Suar.*d.tom.5.diſp.43.num.42.& de triplici,diſp.24.ſect.3. num.5.* vbi addit ad hanc irregularitatem contrahendam non ſufficere crimen ſi eſt occultum,nec requiri condemnationem ſi eſt notorium.Itaque ex quo crimen eſt publicum,vel facto,vel iure,contrahitur irregularitas. Sequitur Sanch. *d.cap.27.num.28.* vbi ex Azor.addit ſufficere, ſi parentes conſtat eſſe tales in his locis, in quibus viuere aut vixiſſe certum eſt.

Sed quid dicendum ſi parentes reſipiſcant, & Eccleſiæ emendati reconcilientur? Reſpondet Sanch. quoad filios ceſſare irregularitatem *ſuprà num.26.* ceſſante enim cauſa, ceſſabit effectus ab ea dependens. Dixi *quoad filios*, quia parentes etiamſi reſipiſcant, ac reconcilientur Eccleſiæ, adhuc manent irregulares, donec cùm eiſdem diſpenſetur à Summo Pontifice dumtaxat cùm non inueniatur textus concedens facultatem diſpenſandi Epiſcopo. Ita Valent. *tom.4.diſp.7.quaſt.19. punct.3. in tertia ſpecie irregularitatis.* Auila *vbi ſuprà, dub.4. diſp.4. ad finem,* Nauar. *in ſumma, cap.27.num.205.* & Ledeſma *2.p.quarti,quaſt.26. art.2. fol. 364.* & Philiarch. *de officio Sacerdotis, tom.1.p.1.lib.4.cap.9.* Suar. *tom.1. in 3.p.diſp.43. ſect.1.num.6.* Syluest. *verb. irregularitas, quaſt.5. num.7.* Idem dicendum eſt de diſpenſatione irregularitatis fautorum, defenſorum, & receptatorum hæretici. Suar. *ſuprà ſect.2. num.5.* quem ſequitur Sanch. *d.lib.2.cap.25.num.13.* vbi concludit omnes hos eſſe irregulares, egeréque diſpenſatione Papali ad ordines ſuſcipiendos, ſi laici ſint, vel ad ſuperiores ordines,ſi ſint clerici.

357. Quæres an poſſit Epiſcopus diſpenſare cum hæretico ſacerdote Eccleſiæ iam reconciliato quoad vſum ſacrificandi in miniſterio altaris? Negat Suar.*ſuprà ſect.1.num.6.*Sed hoc eſſe reſeruatum Papæ, cùm ſit res grauiſſima, ibi ait. Probatur ex traditis à Pegna *in director. Inquiſit. in 3.p.quaſt.126.comm.175. verſ. reſcriptum verò Clementis.* vbi refert Pium Papam V. anno 1567. die 6.Septemb.pontificatus ſui anno 2.Didaco de Spinola generali Hiſpaniæ Inquiſitori inhibuiſſe ne poſſet huiuſmodi homines hæreticos reddere habiles ad aliqua beneficia, aut ſi clerici forent, aut ad ſuperiores ordines promouerentur, aut cum Presbyteris diſpenſare quoad vſum ſacerdotij in ſacrificio altaris. Concordant Nauar.*in manual. cap. 27. tit. de tertia ſpecie irregularitatis, num.205.* & Maiolus *lib.5. de irregularit.cap.46,* dicentes ſolum Papam diſpenſare in irregularitatibus prouenientibus ex defectu animæ per notata in *§. 1.cap.at ſi, de iudiciis.* Quod extendit Suar. *vbi proximè*, ad Epiſcopum hæreticum quoad vſum pontificalium ex ea ratione, quia Epiſcoporum cauſæ circa hæreſim reſeruantur Summo Pontifici,*cap. Inquiſitores de hæretic.in 6.* quibus accedit Fario. *de hæreſi, diſp.192.§.5.n.77. & ſequent.* Ex quibus colliges poſſe Epiſcopum diſpenſare quoad vſum ordinum iam ſuſceptorum ſacerdotio inferiorum. Suar. *diſp.43. ſect.2. num.6.*Sanch.*d.cap.25.num.3,& 14.* quos referens ſequitur Farin.*ſuprà num.78.*

Quod ſi hæreticus occultus per accidens, ſeu apoſtata etiam occultus omnino ſit, Maiolus ait non poſſe Epiſcopum diſpenſare in irregularitate proueniente ex hæreſi occulta per virtutem, *cap.6.ſeſſ.24.Concil.Trident.* Sed verius eſt poſſe, vt volunt Tolet. *in ſumma, lib.1. cap.96. num.3,* Sanch.*lib 2.ſuprà,cap.25.num.15.*Decian.*in tract. crimin.lib.5.cap.54.num.19.* addens non poſſe denegare Epiſcopum hanc diſpenſationem abſque iuſta cauſa,ſi hæreticus eſt emendatus;quibus accedit Farin.ſuprà ſcriptus,*num.79.*Quod puto verum, ſiue ſequamur opinionem aſſerentem per Bullam Cœnæ non eſſe ablatam Epiſcopis poteſtatem abſoluendi ab hæreſi conceſſam à Concil. Trident.*d.cap.6.ſeſſ.24.* vt volunt Nauar. *lib.conſil.tit. de conſtit.conſ.1. quaſt.vltima.* Simanch. *in Enchirid.iudic.cap.51. num.5. & de cathol. inſtit. tit.3.num.6.*Cordubenſ.*in ſumma,quaſt.8.punct.1.* Zauall. *in commun.opin.tom.3. quaſt.802.num.65,* Llamas *in methodo curation. 3. p. cap.1. §. vltim.* Henriquez *lib. 3. de pœnit. cap.14. num.7.* & alij quos refert Sanch. *in Decalogo,lib.2.cap.11.n.27. per tot.*ſiue contrariam dicentem facultatem Epiſcopis eſſe reuocatam. Quod tanquam verius ſequitur Suar. *de pœnit. diſp.30.ſect.2.num.9. & ſequent.*& Sanchez *d.cap.11.à num.26.* Guttier.*canonicar.lib.1.cap.13.ad fin.in 1.edit.* Azor. *tom.1, lib.8.cap.19.quaſt.3.& cap.10.quaſt.10.* Idem Nauarr. ſibi contrarius, *in ſumma nouiori, cap.27. num. 275. verſ.14.* dicens ſic fuiſſe declaratum à Pio V. & à Gregorio XIII. Confirmat Pegna *in director. Inquiſit.3.p.quaſt.92. comment.141.verſ. penult.* vbi ſic fuiſſe in ſupremo generalis Inquiſitionis Romæ prætorio ſæpe pronunciatum,refert, non poſſe Epiſcopos ab hæreſi occulta iam abſoluere.

Ratio,quia valde dubium eſt,an hæreſi irregularitas inſit, vel adhæreat, niſi poſtquam hæreticus, vel apoſtata à fide eſt notorius per facti euidentiam, vel propriam confeſſionem in iudicio, vel per ſententiam iudicis. Nam ante hæc non reperitur in iure irregularitas expreſſa,vt docet Perez *lib.8. ordin. tit.4.l.3.fol.96.ad fin.primæ partis tractatus hæreſis*, niſi de hæreſi notoria aliquo ex ſuprà dictis modis; tunc eſſe irregularem hæreticum docent Sà, *verb. irregularitas, tit. ex defectu*

*defectu animæ, num.* 2. Sayr. *in Theſauro caſuum, tom.*1.*lib.*7.*cap.*12. *num.*16. & Henriquez *lib.*14. *de irregularitate, cap.*4. *num.*6. & *cap.*5. *num.*2. quibus adiungitur Auila *de cenſ.p.*7. *diſp.*4.*dub.*2. In quo dubio poteſt Epiſcopus diſpenſare, ſeu iuxta quorundam probabilem opinionem declarare, non eſſe neceſſariam diſpenſationem. Sà *in ſumma, verb.diſpenſatio, num.*1. eo quod quando res non eſt verè dubia, ſed ſunt opiniones, quibuſdam aſſerentibus, poſſe diſpenſari, aliis verò negantibus; ſi opinio negans eſt probabilior, & affirmans probabilis: poteſt admitti probabilis aſſerens non eſſe neceſſariam diſpenſationem, vel ſaltem ad cautelam tantùm requiri. Puto tamen non eſſe vera diſpenſationem in hoc caſu. Sanch. *de matrimonio, lib.*8. *diſp.*6. *num.* 18. vbi definit quando res omnino eſt dubia, impedimentum necne, nulla opus eſſe diſpenſatione; quia in dubio inclinandum eſt pro libertate delinquentis, præſertim quia in re morali poteſt quis ſequi minùs probabilem ſententiam, quando verè probabilis eſt.

Quio etiam quamuis verius ſit reuocatam eſſe poteſtatem abſoluendi ab hæreſi oculta, virtute *cap.*6. verius videtur poſſe diſpenſari ab Epiſcopo in irregularitate proueniente ab hæreſi, ſeu apoſtaſia occulta non deducta ad forum contentioſum; ſic Vgolin. *de irregularitate, cap.*36. *in principio, num.*5. Sanch. *in Decalogo, lib.*2. *cap.*25. *à num.* 15. quos referens ſequitur Barboſ. filius *in remiſſ. ad Concil. Trident. ſeſſ.*24. *cap.*6. *num.*23. Suffragantur Viualdus *in candelabro in penult. edit.*2.*p.* vbi de irregularitate, *num.*70.89. & Henriquez *lib.*14.*de irregul.cap.*5.*num.*2. abſolutè dicentes poſſe Epiſcopum diſpenſare in hac irregularitate non obſtante controuerſia an poteſtas abſoluendi ab hæreſi adbuc perſiſtat, quam ſub iudice eſſe non ignorabant.

158. Non excuſantur ab hac irregularitate contra hæreticos prolata receptatores, defenſores, & fautores hæreticorum, ſiue notorij, ſiue occulti ſint. Tolet. *lib.*1.*ſumma, cap.*69. *num.*2. Valent. 4.*tom. diſp.*7.*quæſt.*19.*punct.*3. *in tertia ſpecie irregularitatis.* Suar. *tom.*5. *diſp.*43. *ſect.*2. *num.*5. Maiolus *lib.*5. *de irregularitate, cap.*46. *num.*4. & Sanch. *lib.*2.*Decalogi, cap.*25.*num.*7. Farin. *de hæreſ.q.*92. vbi extendit irregularitatem ad ſuſpectos de hæreſi, quando ſuſpicio proficiſcitur ex crimine includenti cooperationem ad hæreſim, puta ſi quis ſit fautor, receptator, aut defenſor hæretici: ſecus ſi oriatur ex alio crimine. Suar. *ſupra num.*8. & 9. & Henriquez *d.lib.*14. *de irregular.cap.*4.*num.*6. poſt Maiolum *lib.*3.*de irregul.cap.*17.*num.*2. Idem putat Azor. de hæreſi ſuſpectis, qui abiurarunt de vehementi, *tom.*1.*lib.*8.*c.*21.*quæſt.*8.*ad finem*, vbi vult hos eſſe irregulares ob vehementem ſuſpicionem de hæreſi notoriam quidem. Sed melius negat Nauarr. *lib.*5.*conſil.tit.de hæreticis in* 2.*edit. conſ.*5. & 6. & *in* 2. *conſ.*18. & 19. Sà, *verb.hæreſis, num.*5. & Henriquez *lib.*13.*de excommun.cap.*56. *num.*1. quem ſequitur Flamin. *de reſignat. lib.* 4. *quæſt.*1. *num.*17.

Quæ nullo modo ſunt irregulares, neque inhabiles ad officia, & beneficia, neque vacant per motum Pij V. ſtatuentis beneficia hæreticorum vacare, remanereque diſpoſitioni Sedis Apoſtolicæ cùm non ſint hæretici: atque ita non poſſunt puniri pœna hæreticorum ordinaria, quæ ponuntur confeſſi, vel conuicti. Suar. *de tripl. diſp.*24. *ſect.*2.*num.*5. & 6. vbi addit tantam poſſe eſſe ſuſpicionem, & tam vehementem, ac publicam, vt ſufficiat ad inducendam irregularitatem, & ad incurrendam inhabilitatem quæ irregularitatem conſequitur. Idem dico de vehementer ſuſpecto de hæreſi, ſi re vera interius hæreticus eſt, licèt de hæreſi conuinci non poſſit. Eſt enim in conſcientia innodatus pœnis hæreticorum, & non poteſt fieri exteriùs de hæreſi ſuſpectus vehementer, niſi per indicia, ſigna, vel per actus exteriores, qui de ſe hæreſim animo conceptam foras ſufficienter oſtendant, etiamſi non ſufficienter deprehendatur. Suar. *ſupra num.*3. Quia hic tanquam verus hæreticus cogendus eſt abiurare de vehementi ſatis: quamuis enim non probetur hæreſis plenè in foro externo; nihilominus extant præſumptiones maximè de hæreſi; cogitur ergo de vehementi abiurare, iurando ſe non incidiſſe in hæreſim, neque vnquam caſurum; & hoc modo purgat ſe ab illis indiciis, & ſuſpicionibus; nec damnatur in foro externo, vt hæreticus. At re vera in foro conſcientiæ eſt excommunicatus, & inhabilis ad officia, & beneficia donec abſoluatur ab excommunicatione, in quam incurrit per ſigna, & actiones externas de ſe ſufficientes ad oſtendendam hæreſim interiùs latentem. Purgabitur tamen per eam abiurationem, & conſequenter delebitur irregularitas, & incapacitas, ac infamia ex ſuſpicione hæreſis contracta, quando fuerunt maximæ præſumptiones, & indicia hæreſis; ſecus verò ſi non fuit hæreticus interiùs. Sanch. *d.cap.*25.*n.*12. & Suar. *num.* 6. *d. ſect.*2. Ideo per hæreſim internam nulla incurritur irregularitas. Nauar. *in ſumma, cap.*27.*num.*249. Suar. *tom.*5.*part.*3. *diſput.*43. *ſect.*1.*num.*3. Sanchez *d.cap.*25. *num.*4. *fine, verſ. quando tamen*, niſi per actum externum foras perducatur, licet actus ille minimè probetur. Tunc ſine diſpenſatione hæretici clerici abſtinere tenentur ab vſu ſacrorum ordinum ſuſceptorum, & laici promoueri non poſſunt eo modo, quo diximus ſuprà, ſiue notorij, ſiue occulti ſint. Farin. multis ibi de more relatis, *quæſt.*92. *de hæreſi*, §.5. *per tot.* Ex quibus omnibus ſequitur etiamſi contraheretur irregularitas ab hæretico occulto, eam tamen ab Epiſcopo, poſſe diſpenſari.

Rurſus dubitabis an fictè negans fidem, ſiue ſponte, ſiue per timorem incurrat irregularitatem ſpecialem, & propriam eius criminis: Negat Azor, *tom.*1.*lib.*8.*inſtit.moral.cap.*11.*quæſt.vltim.* Quod extendit ad fictum apoſtatam per timorē *d. lib.*8. *cap.*21.*quæſt.*8. & innuit Nauarr. *lib.*5.*conſil.tit.de hæreticis in* 1.*edit.conſ.*3. præſertim *in fine*, & *in* 1. *edit. conſ.*9. *per tot.* maximè *in fine.* Quod ſi hoc crimen ſit manifeſtum, incurrere aiunt irregularitatem generalem contractam propter crimen enorme notorium.

Verius tamen eſt, fictè negantes fidem, ſiue ſponte, ſiue per metum, incurrere irregularitatem ſpecialem, ac propriam illius criminis; non tamen incurrere pœnas, & cenſuras latas ſimpliciter contra hæreticos, vel apoſtatas. Ratio, quia cōſtitutio pœnalis eſt ſtricti iuris; nec habet locum niſi cōtra delictum perfectum, & conſummatum, quatenus per verba conſtitutionis exprimitur. Cum ergo fictè negantes fidem non ſint hæretici ſimpliciter, quia fidem retinent, nec ſint ſimpliciter apoſtatæ, cùm non recedant à fide catholica, non incurrunt pœnas latas contra ſimpliciter hæreticos, ſeu apoſtatas. Sic Azor. *tom.*1. *ſuprà, cap.*9. *quæſt.*9. 10. & 11. & *cap.* 21. *quæſt.*5. & 6. Tolet. *lib.*4.*ſumma, cap.*4.*num.*6. Suar. *tom.*5.*p.*3.*diſp.*43. *ſect.*2.

*ſect* 2. *num*.2. *& de tripl. tract*.1.*ſect*.6.*num*.14. *& diſp*.21.*ſect*.2.*num*.1. Maiolus *de irregul.lib*.5.*c*.34. *num*.2. quibus eſt comes Fatin. *d. quæſt*.192.*n*.73. poſt Sanch. *in Decalogo*,*lib*.2.*cap*.25.*num*.5.*&* 6. vbi concludit fictè negantes fidem, aut ab ea diſcedentea non incurrere propriam irregularitatem hæretici, vel apoſtatæ, ſed ſpecialem, & propriam eius criminis, vt probatur ex Concilio Ancyrano *cap*.1.*&* 2. & refertur in cap. *presbyteros*, *diſt*.50. qui textus de fictis apoſtatis apertè loquitur. Sequitur Maiol. *lib*.5.*de irregul.cap*.54.*num*.2.

259. Ex quo ſequitur fictè negantes noſtram fidem ſponte, vel metu tormentorum, exercentéſque actiones confeſſioni fidei contrarias nullam cenſuram ipſo facto incurrere; quia non inuenitur contra huiuſmodi homines vibrata ſpecialiter. Nec obſtat ad cautelam fictè negantes abſolui ab excommunicatione, quia id fit propter præſumptionem, & peccatum illud de ſe grauiſſimum. Quod de ſe non eſt Papæ reſeruatum, cùm non habeat cenſuram annexam. Datur tamen abſolutio ad cautelam propter fictam, ac ſimulatam apoſtaſiam, ſeu hæreſim, quæ timeri poteſt an fuerit vera, necne. Quamuis affirmet Caietan. 2.2. *quæſt*.12. *art*.1. *& quæſt*.94. *art*.3. ſic lapſos exterius ſine interna infidelitate ipſo facto incurrere in pœnas a iure hæreticis, & apoſtatis impoſitas, & in excommunicationem; ſed reiicitur, cum non ſint ſimpliciter hæretici, nec apoſtatæ, vt D. Thom. 2.2.*q*.12.*art*.1.*ad* 2. & rectè docet Alenſ. 2. *p.quæſt*.163.*membr*.2.

260. Dicendum reſtat de filiis reorum vtriuſque læſæ maieſtatis tam humanæ quàm diuinæ, & de filiis fautorum, receptatorum, ac defenſorum hæreticorum, vtrùm priuentur beneficiis Eccleſiaſticis obtentis ante parentum delictum, & ſint inhabiles in poſterum ad beneficia, vel officia publica obtinenda. Ratio dubitandi eſt deſumpta ex d.cap. *quicumque*, §.*hæretici*, *de hæreticis in* 6. vbi habes hæc verba · ibi. *Hæretici autem credentes, receptatores, defenſores, & fautores eorũ, ipſorúmq; filiorum vſque ad ſecundam generationem ad nullum Eccleſiaſticum beneficium, ſeu officium publicum admittantur. Quod ſi ſecus actum fuerit, decernimus irritum, & inane*. Et in cap. *ſtatutum*, el 2. ſic habetur, ibi, *hæretici, credentes, receptatores, defenſores, & fautores eorum, ipſorúmque filij vſque ad ſecundam generationem ad aliquod beneficium Eccleſiaſticum, ſeu publicum officium non admittantur: quod ſi ſecus actum fuerit, irritum, & inane. Primum & ſecundum gradum per paternam lineam comprehendere declaramus: per maternam verò ad primum dumtaxat volumus hoc extendi.* Ita in cap. *ſtatutum*, *de hæreticis in* 6.

Quare neſcio qua ratione ductus ſapientiſſimus Suar. *de tripl.diſp*.24.*ſect*.3.*num*.3. aſſeruerit filium ex filia non contrahere irregularitatem, niſi dicamus fuiſſe locutum ſecundùm diſpoſitionem dicti cap. *quicumque*, §.*hæretici*, vbi fit mentio de filiis, & nepotibus vſque ad ſecundam generationem, nempe per lineam maſculinam. Ad propoſitum ergo dubium dicendum eſt, filios reorum læſæ maieſtatis humanæ non amittere beneficia obtenta ante crimen paternum. Ita Angel. *de malefic.verb.& eius bona publicamus*, *verſ.quid ſi filiusfamilias*, *num*.27.*in fin*. Gigas *tract.de crimin.læſæ maieſtatis*, *lib*.3.*tit*.1.*de pœnis*, *quas incurrunt filij committentes id crimen*, *tota quæſt*.9. Abbas *cap. cùm laici*, *in fine*, *ac iure patronatus*, Francus *cap.vt commiſſi*, *num*.3.*notab*.7.*de hæreticis in* 6. Imol. *in l.in inſulam*, *ſine principij*, *ff.ſolut. matrim*. Roman. *ſingul*.693.*incip.ſeu*, *quod ex condemnatione*, *in fine*, & Turrecrem. *in cap.ſi quis* 6. *quæſt*.1. *num*.7. Quam etiam partem tenet gloſſ. *cap.ſatis peruerſum*, *in fine*, *diſt*.56. Ioan. Andr. *in cap.vergentis*, *num*.2.*de hæreticis*, & ibi Calderin. quem ſequitur ibi Ananias *num*.12.

Fundamentum eſt, quia filij huiuſmodi ante commiſſum parentum delictum habebant ius quæſitum in beneficiis, cùm eſſent clerici, nec lex ciuilis afficiens infamia filios reorum læſæ maieſtatis humanæ; puta lex, *quiſquis*, §.*filij verò*, *C.ad l.Iuliam maieſtatis*, comprehendit filios clericos. Quod procedit quando parentes ſunt rei læſæ maieſtatis humanæ contra principem ſæcularem; quod ſi crimen ſit patratum contra Cardinales, ſeu contra Summum Pontificem, eorum filij, & nepotes ſunt ipſo iure priuati beneficiis obtentis, & inhabiles in poſterum ad beneficia obtinenda, vt in ſpecie docent Gigas *ſuprà quæſt*.11. *n*.1. *&* 2. Decian. *practic. crimin.lib*.7. *cap*.41.*num*.1. Centulinus *addit. ad Fariu.deciſ*.62.*p*.1.*litera B*, & Turrecrem. *in d.cap.ſi quis* 6.*quæſt*.1.*num*.7. & Ruin. *conſ*.17.*num*.4.*vol*.5. definientes eſſe filios, & nepotes ne dum ipſo iure priuatos beneficiis obtentis, ſed inhabiles ad obtinenda, quando filij ſunt clerici, & parentes delinquunt contra Summum Pontificem, ſeu Cardinales. At verò quando princeps eſt ſæcularis, non eſſe horum reorum filios, neque nepotes per viam maſculinam inhabiles ad beneficia in poſterum obtinenda, ſi erant clerici, quando parentes delictum commiſere. Sic Cardin. *in d.cap.vergentis*, *in fine de hæreticis*, & ibi Ananias *num*.12. Gigas. & Decianus ſuprà ſcripti. Quibus accedit Hoieda *de incompatibilit. benefic.part*.1.*cap.penult. num*.93.*& ſequent*.

Quod ſi filij ſint laici tempore delicti parentum, & delictum læſæ maieſtatis ſit contra principem ſæcularem, non eſſe inhabiles ad beneficia in poſterum acquirenda, ſentit Cardinal. *in d.cap. vergentis*, *in fine*, & ibi Ananias *de hæreticis*, *n*.12. Ex ea ratione, quia lex ciuilis non poteſt reddere inhabiles ad beneficia Eccleſiaſtica, quemadmodum non poteſt quidquam circa cenſuras, & irregularitates inducere cùm ſint ſpirituales pœnæ. Sed meliùs multo reſpondent Gigas *ſupra*, *q*.9. *num*.3.*fine*, *& num*.4.*lib*.3.*tit.de pœnis*. Hoieda *de incompatibilit.benef*.1.*p.cap.penult.num*.93. *& ſequentibus*, dicentes, huiuſmodi filios eſſe inhabiles ad beneficia obtinenda, quia lex ciuilis poteſt indirectè, & per quandam conſequentiam punire hos filios pœna temporali, reddereque illos infames, infamiámque poſtea inhabilitas comitatur ex iuris canonici præſcripto, *cap. infames*, 6. *quæſt*.1.

Oportet tamen huiuſmodi filios eſſe laicos, quando pater declaratur per ſententiam incurriſſe crimen læſæ maieſtatis. Nam antequam declaretur pater reus, non redditur infamis, & conſequenter nec filij. A tempore verò declarationis criminis inuoluuntur filij huiuſmodi pœnis ſi laici ſunt. Quod ſi tempore declarationis ad clericatum ſunt promoti, quamuis tempore commiſſi delicti fuiſſent laici, euadent pœnas à lege ciuili ſtatutas, fiéntque capaces beneficiorum in poſterum. Conſtat ex traditis à Suar. *tom*.5. *in* 3. *p. diſp*.43. *num*. 2. *ſect*. 3. quem refert, ac ſequitur Sanch. *lib*.2. *Decalogi*, *cap*.27.*num*.28. *& cap*.28. *num*.24.*&* 31. & ex Simanch. *de cathol.tit*.29.*n*.2.

ac

ac Pegna *director.Inquiſit. 3.p.comment.163. col. penult verſ.*ego verò.

Dictum eſt filios, & nepotes committentes crimen læſæ maieſtatis humanæ eſſe infames de iure communi. Nam de filiis conſtat ex *lege quiſquis,§.filij verò,C.ad l.Iuliam maieſtatis*. De nepotibus patet ex conſtitutione Federici Imperatoris edita Paduæ anno Domini 1254. cuius meminit Pegna *in literis Apoſtolicis relatis pro officio Almæ Inquſitionis poſt Directorium, fol.45.* Quæ conſtitutio reſtringitur per d. caput *ſtatutum,el 2.de hæreticis,in* 6.ad deſcendentes per lineam maternam vſque ad primum gradum, & per paternam vſque ad ſecundum. Sequitur Couar.*2.variar.cap.8.num.2.* & Iul. Clar. *lib.5.receptatorum in praxi,§.læſa maieſtatis, num.13.* De iure tamen Hiſpano hæc infamia ſolos filios afficit, vt habetur in *lege regia,2.tit.part.7.* vbi ſolis filiis pœna infamiæ imponitur, ibi, *ſus fijos que ſean varones*, & ibi Greg.Lopez *quæſt.3.* Molin.*tom.3.de iuſtit.p.1.diſp.158.num.20.* vbi addit filias rei læſæ maieſtatis humanæ non affici hac infamia. Quamobrem dum lex regia *6.titul. 13. part.2.* decernit deſcendentes omnes ex reo læſæ maieſtatis humanæ affici infamia, loquitur de ſola facti infamia. Ob quam huiuſmodi deſcendentes parui æſtimantur, & minùs idonei iudicantur ad officia, & ad honores publicos. Molin.*d. num.20.* & Greg. *l. 6.verbo,e todo.*

261. Sed quid dicendum de filiis & nepotibus hæreticorum per lineam paternam, & de filiis per viam maternam, an ſint inhabiles ad beneficia propter hæreſim parentum?Prima propoſitio ſit. Filij hæreticorum clerici, ac nepotes per viam maſculinam, & filij per viam fœmineam ſunt inhabiles ad beneficia in poſterum acquirenda poſt incurſam paternam hæreſim. Gloſſ. *in cap. ſtatutum,1.in verb.volumus,verſ. & benefacit hæc litera, de hæreticis, in 6.* Idem accipe de filiis fautorum, receptatorum, & defenſorum, quia omnes hos filios comprehendit caput, *quicumque, §. hæretici,de hæreticis,in 6.* & caput *ſtatutum,el 2. eodem tit.* & habetur *in cap.vt commiſſi, & in cap. credentium, eodem titul. & lib.* Archidiac. *in cap. dixit Apoſtolus, numero 1. 24. quæſtion.3.* & extat conſtitutio Alexandri IV. edita anno 1258.incipit, *Quod ſuper, verſ. frequenter etiam*; quam refert Pegna inter literas Apoſtolicas poſt direct.Inquiſit. *fol.30.* Simanch. *de cathol.tit.29. num.13.* Farin. *de hæreſi,quæſt.191.num.47. & 48. & ſequent.*Sanch.*ſupra,cap.28.n.26.*Suar.*de tripl. diſp.24 ſect.3.n.3.*vbi addit eſſe incapaces ipſo iure non ſ[illegible] beneficij Eccleſiaſtici,ſed etia penſionis.

Nam quamuis ſententia priuatoria quorumcumque beneficiorum non comprehendat penſionem, hoc non procedit in materia hæreſis, qua in odium hæretici nomine beneficij venit penſio: quæ largo modo dicitur *beneficium* in fauorem fidei, per text. *in d.cap.quicumque,§.hæreticorum*, iuncta gloſſ.ibi,*in verb.beneficium, de hæretic. in 6.* & docet Gigas *de penſionibus, quæſt.34. num.6. & ſequent.* Oportet tamen vt hæc [illegible]ctas comprehendat filios hæreticorum, ac nepotes, quod eorum parentes impœnitentes moriantur,ſub quibus continentur omnes, qui pœna ignis afficiuntur,vt eſt communis ſententia.Quæ pœna comprehendit filios fautorum, defenſorum,& ſimilium, ſi parentes perſiſtant in contumacia,& abſque ſatisfactione facienda Eccleſiæ moriantur. Suar. *ſupra.*

*Fragoſi Regim.Chriſt.Reipubl.*

Sed quæres quinam ſint impœnitentes hæretici? Reſpondeo non ſolùm eſſe, qui viui comburuntur, ſed etiam qui traduntur impœnitentes, ſiue clerici,ſiue laici ſint,curiæ ſæculari,per text. *in cap.ad abolendam, §. præterea,extra de hæreticis.* Farin. *ſuprà quæſt.189.§.1. num.3.4. & duobus ſequentibus.* Item cenſetur hæreticus pertinax, & impœnitens dicitur, qui de hæreſi conuictus tenaciter errorem ſuum defendit, nec vult illum cognoſcere,vel deteſtari, & ad Eccleſiæ vnitatem redire; imò recuſat hæreſim abiurare. Tabien. *verb.hæreticus, num.6.verſ.pertinax autem, & ex num.26. verſ. Secundò quando*, vbi pertinax dicitur qui deprehenſus in erroribus non vult reſilire abiurando. Menoch. *conſ. 82. num.171. & ſequentibus, libr. 1.* vbi de proprietate pertinaciæ, concluditque non eſſe qui ſe paratum corrigi offert: eſſe tamen qui impudenter hæreticam propoſitionem profert, eámque defendere audet contra maiores ſuos contrarium docẽtes, nec ſuam ignorantiam vult emendare. Tolet. *in ſumma, lib.4. cap. 3. num. 3.* Sanchez *lib.2.cap.7.num.27.* Contra verò impœnitentes, ac pertinaces notoriè non eſſe neceſſarium proceſſum,ſed tantùm pronunciandum, vt curiæ ſæculari tradantur,vult Decian. *tract.crimin. lib.5. cap.55. num.15.* ſed tutius eſt, vt omnia conſtent ex actis, & degradentur impœnitentes, vt ſolent degradari reincidentes,& confeſſionem de hæreſi factam negantes,vel metu,aut alia cauſa factam affirmantes,& vti erroneam reuocantes;qui omnes traduntur ſæculari brachio, quaſi non verè, ſed fictè pœnitentes, & tanquam hæretici, ſunt puniendi.Royas *in tract.de hæret.p.2.n.255.& vltra,aſſertione 65.*& Dec.*in tract.crim.d.c.55.n.14.* 262.

Quod ſi hæreticus, qui confeſſionem propter metum factam reuocauit, antequam damnetur 263. reſipiſcens ad primam confeſſionem ſe remittat, illámque ratificet, erroréſque ſuos iterum fateatur, dignus eſt qui ad miſericordiam admittatur. Calder.*conſ.2.in fin.verſ.ad id,quod,tit.de hæretic.* & Repert.Inquiſit. *in verb.confeſſio,verſ.hunc videndum.* Qui verò per errorẽ falſum dixit,poteſt id reuocare,errore depoſito; tenetur tamen probare errorem, *l.non fatetur,ff.de confeſſ.l.de ætate, §.vlt.ff.de interrog.ad l.1.ſi quis vltro, ff.de quæſtionib.* Cœterum apud tribunal almæ Inquiſitionis quocumque tempore, & modo confeſſio reuocetur, admittitur ſiue pro eo, ſiue contra eum reuocatio; & fides vltimæ confeſſioni habetur, ac per illam reus impœnitens, ſeu pœnitens iudicatur.Simanch. *d,confeſſ.tit,13.n.13.*

His poſitis,ſunt qui dubitent,an filij huiuſmodi ſint priuati ipſo iure beneficiis Eccleſiaſticis per paternam hæreſim, ante illam tamen quæſitis?Iul,Clar. *lib.5.§.hæreſis,n.17.* docet pœnas ſtatutas contra filios hæreticorum indiſtinctè extendi ad omnes filios, tam natos ante,quàm poſt hæreſim; quam opinionem vocat communem, *ibi*; Simanch. verò *tit.29. de cathol. num.20.* tradit filios, & nepotes hæreticorum non eſſe priuandos beneficiis antea obtentis, niſi poſtquam parentes declarentur hæretici, quia id nullo iure cauetur *cap.ſiuis peruerſum,59.diſt.* Felin.*in cap. vergentis, de hæret.* Couarr. poſt plures relatos *2. var.cap.8.n.4.*

Sit ergo ſecunda propoſitio.Probabile eſt filios natos ante paternam hæreſim eſſe priuatos beneficiis iam obtentis.Conſtat ex capite,*Felicis,verſ. quod ſi quis,de pœnis,in 6.* vbi deciditur, filios, & 264.

nepores percutientes Cardinales ipſo iure priuari beneficiis ante delictum parentum quæſitis. Ratio, quia hoc decernitur vt parentes actiùs puniantur, vt de facto puniuntur in filiorum perſonis, & in ſpecie, docent Ioan. Andr. *in cap. vt commiſſi, num. 4. ante fin. col. 3. verſ. & per eundem modum*, & ibi etiam Gemin. *in verb. priuandi, num. 4. eodem verſ. & per eundem modum*. Romanus *ſingul. 693.* incipit, *ſcis quod ex condemnatione, in fine*. Guttierr. *in canonic. lib. 2. cap. vlt. num. 17.* vbi vocat hanc partem veriorem, & magis communem vſúque receptam, ac proinde tenendam. Sequitur Pariſ. *de reſignat. lib. 3. quæſt. 1. num. 34.* vbi vult non ſolùm hæreticos, ſed etiam filios eorum, & nepotes eſſe priuatos ipſo iure. Quod probat tanquam commune Ioan. Lup. *in tract. de regno Nauarra, in 5. p. quæſt. 8.* & Hoieda *de incompatibilit. p. 1. cap. penult. num. 100.* & amplexa fuit Rota in vna Conchen. penſionis coram Peregrino Veneris, 6. Martij, 1592. *verſ.* Non tamen Domini approbarunt.

Suffragatur conſtitutio Pauli III. in ordine vigeſima, ibi, *aliíſque Eccleſiaſticis beneficiis per eos quomodolibet obtentis priuatos, & ad alia in poſterum obtinenda inhabiles*. Ratio, quia ſunt infames infamia iuris, *cap. penult. 6. quæſt. 1.* ſed infames priuantur beneficiis, & officiis obtẽtis, regula *infamibus, 83. de regul. iuris, in 6.* gloſſ. *cap. querelam, verb. non neceſſitate, de iur. & l. 2. & l. quoties, 18. C. de dignitatib. lib. 12.* Ergo. Confirmat Graff. *lib. 2. deciſ. cap. 11. num. 21.* Quam pœnam extendit *ibi* ad filios, & nepotes hæretici illegitimos, ne plus faueamus luxuriæ, quàm caſtitati, cùm ea pœna inferatur filiis ratione ſanguinis hæretici, & quòd ſint partes corporis eiuſdem, gloſſ. notabilis, & ibi Archidiac. Anchar. & ſcribentes communiter in cap. *ſtatutum, el 1. de hæreticis, lib. 6.* Quod extende ad filios ſpurios, ac inceſtuoſos, ſeu natos ex quocumque alio coitu damnato, dummodo pater ſit certus. Cyn. *in l. quiſquis, quæſt. 4.* & Arbert. *quæſt. 8. C. ad l. Iul. maieſtatis*.

Tertia propoſitio. Verius eſt filios, & nepotes hæreticorum per virilem ſexum, & filios per fœmineum, non priuari beneficiis obtentis ante hæreſim paternam. Ratio, quia infames propter propriam culpam priuantur beneficiis obtentis, non verò infames ob culpam parentum. Hi enim ex gloſſ. *in Clement. 1. in verb. obtinenda, de pœnis*, & ex cap. 2. §. *hæretici, de hæreticis, in 6.* fiunt inhabiles ad beneficia, vel officia publica acquirenda, quæ indignitas obtentis minimè nocet, vt in ſpecie volunt Burt. in cap. *vergentis, n. 9.* & Abbas *n. 4. extra de hæreticis*. Lel. Zecch. *in ſumma, p. 1. tit. de fide, rubric. de hæreſi, cap. 11. num. 16. verſ. ampliatur, vt prædicta pœna*. Menoch. *conſ. 805. num. 33. & conſ. 808. num. 26. vol. 8.* Simanch. aliis relatis *de cathol. Inſtit. tit. 29. num. 19.* Carrer. *in tract. de hæretic. num. 141. verſ. intelligas tamen*. Pegna *in additionib. ad Eymeric. in director. quæſt. 114. comment. 163. verſ. anceps tamen*; vbi fatetur ſe priorem opinionem aliquando fuiſſe amplexum, ſed poſtea mutata in melius ſententia hanc veluti æquiorem, melioremque firmatam argumentis, vſúque receptam ſequi; cui adhæret Surdus *conſil. 386. num. 5.* Couarr. *lib. 2. variar. cap. 8. num. 4.* Paramus *de origine Sanctæ Inquiſit. lib. 3. quæſt. 8. num 203. & ſequentib.* Azot. *Inſtit. moral. p. 1. lib. 8. cap. 69. num. 4. verſ. notò pari ratione*; vbi teſtatur de communi opinione; quibus accedit Sanchez *lib. 2. Decalog. cap. 28. num. 28.* vbi alios plures refert concordantes, & *num. 30.* vbi addit filios hæreticorum non eſſe priuandos beneficiis quæſitis ante parentum hæreſim, ſed iis, dumtaxat, quæ poſt parentum condemnationem fuerunt obtenta, cùm nullo iure id decernatur, hos ſcilicet eſſe priuatos ipſo iure beneficiis obtentis ante parentum hæreſim. Farin. *de hæreſi, quæſt. 191. num. 58.* vbi ſubdit *num. 58.* dixiſſe Ioan. à Royas *ſingul. 24. in fine*, rem ita eſſe dubiam, vt Pontificis declaratione egeat.

265. Quarta propoſitio. Si beneficia filiorum fuerunt obtenta ad preces patris hæretici, ſcienter obtinentes illis priuantur. Conſtat ex *d. cap. 2. §. penult.* vbi deciditur priuatos eſſe habentes beneficia Eccleſiaſtica ad preces hæreticorum, & inhabiles fieri ad alia obtinenda, ſi ſcienter talia receperunt; ſic habetur *in d. cap. 2. de hæreticis, in 6.* paucis mutatis, non tamen quoad ſenſum; loquitúrque abſolutè de quibuſcumque viris Eccleſiaſticis; *qui per preces hæreticorum dignitates, perſonatus, & quæcumque alia beneficia Eccleſiaſtica ſunt adepti, ex nunc priuamus taliter acquiſitis*; vbi gloſſ. notat non referre per quem preces offerantur: ſed ſatis eſt, quòd recipientes ſciant offerentes preces, & intercedentes eſſe hæreticos, vt taliter acquiſitis perpetuò careant, & ad alia, vel ſimilia nequaquam in poſterum admittantur. Sequitur Petrus. Gregor. *in ſyntagmate iuris, p. 3. lib. 33. num. 4.* Montalu. *lib. 4. verb. dignidad. ad fin. tit. 26. p. 7.* Confirmatur ex Bulla 10. Innocent. IV. quæ loquitur expreſsè, & indiſtinctè de beneficiis obtentis ad preces hæreticorum. Sanchez *ſuprà num. 37. verſ. ad quartum*.

266. Quinta propoſitio. Filij hæreticorum, qui de hæreſi non ſunt omnino conuicti, aut confeſſi, ſed ſuſpecti dumtaxat, aut quomodolibet diffamari, non priuantur beneficiis obtentis, nec ad alia in poſterum obtinenda, excluduntur. Ita Pegna *in additionib. ad Eymericum in director. Inquiſitor. p. 3. quæſt. 115. comment. 164. verſ. nam filij ſuſpectorum*. Zanchin. *in tract. de hæreticis, cap. 28. num. 3. & 4.* Decian. *in tract. criminal. lib. 5. cap. 45. num. 5. verſ. limita decimò*. Farin. *quæſt. 189. n. 38. & num. 67.* quidquid affirmet Azot. *tom. 2. Inſtit. moral. lib. 6. cap. 4. quæſt. 3. verſ. ſi roges*, vbi vult filios eorum priuari beneficiis, & ad alia obtinenda inhabiles reddi, ſi conſtiterit parentes de hæreſi ſuſpectos, aut diffamatos obiiſſe: ſed meliùs Sanch. *ſuprà cap. 27. num. 29.* negat. Ex eo fundamento, quia caput *ſtatutum, el 2. de hæretic. in 6.* ſolùm loquitur de hæreticis, qui tales eſſe, vel tales etiam deceſſiſſe probantur. Non ergo hæc pœna debet extendi ad ſuſpectos.

Accedit, quia hæreticus de hæreſi plenè conuictus, vel confeſſus, ipſo iure beneficiis priuatur: ſecus hæreticus de hæreſi ſuſpectus, vel diffamatus. Nam huius beneficia non vacant ipſo iure, ſed ratione criminis poteſt puniri, vel priuari. Pegna *ſuprà p. 3. cõment. 162. ad quæſt. 113. verſ. beneficia verò*. Farin. *quæſt. 189. num. 86.* vbi infert ſuſpectum de hæreſi poſſe ante ſententiam in fauorem tertij beneficio renunciare; nec reſcindi renunciationem per ſecutam ſententiam. Sanchez *ſupra cap. 27. à num. 14. & duobus ſequentibus*; vbi *num. 16. & lib. 7. de matrimon. diſp. 42. num. 2.* pro regula generali ponit poſſe validè beneficiis renunciare in fauorem tertij delinquentem quoties beneficium ipſo iure non amittitur, ſed per ſententiam eſt auferendum.

Sexta

267. Sexta propoſito pro filiis, & nepotibus hæreticorum, quorum ſtatuæ comburuntur, eo quod vocati non comparent, vt ſe defendant ab hæreſi, de qua delati ſunt, dicendum eſt huiuſmodi filios, & nepotes incurrere pœnas hæreticorum perinde ac ſi parentes eorum eſſent in cineres redacti. Ratio, quia confeſſio ficta conſurgens ex contumacia in crimine hæreſis tranſmittit pœnas ad hæredes, vt cautum eſt in cap. *Secundùm leges, de hæreticis, in* 6. & ſentit Bartol. *in l.* 2.*§.ſi ut, ff. de bon.eorum.* Bald. *in lege, ut apud quem, prope finem, C. de edendo*, quos ſequitur Maſcard. *de probat. concluſ.* 348.*num.* 35. Royas *in ſingul.* 69.*num.vnico.* Molin. *tom.* 5.*de iuſtit.* 2.*p.diſp.* 659.*num.* 19. Pegna *in director. Inquiſit.* 3. *p. comment.* 164.*col.* 3 *verſ.at in caſu noſtro*; quod procedit quando conſtat plenè de contumacia illius, vt dicitur in cap. *cum contumacia, de hæreticis, in* 6. Secus ſi de illius contumacia verè non conſtet, vt Pegna *de comment.* 164. *verſ.æternum.* Puta ſi elapſo anno propter impedimentum aliquod non vult comparere coram Dominis Inquiſitoribus, debet tamen poſtea comparendo innocentiam ſuam probare, aut iuſtum impedimentum non comparendi intra annum oſtendere, vt conſtat ex *l.final, ff.de inquirend. reis*, ibi, *mandatis cauetur intra annum inquirendorum bona obſignare, vt ſi redierint, & ſe purgauerint, rem ſuam integram habeant. Si neque redierint, neque qui ſe defendant habuerint, tunc poſt annum bona in fiſcum cogantur.* Quam partem ſequitur Simanch. *de cathol.tit.* 2.*num.* 19. *& duobus ſequentibus*, vbi *num.* 21. addit, abſentes ſi intra annum præſententur, audiendos eſſe, ne bona ſua publicentur: poſt annum verò quamuis audiantur, bona eſſe publicanda niſi de innocentia eorum planè conſtiterit, aut intra annum ob impedimentum comparere nequiuerint, *l.* 2. *ff. ſi quis cautio, & l. qui commeatus, ff. de re milit.*

Septima propoſitio. Probabile eſt filios, & nepotes hæreticorum, qui comburuntur relapſi, & catholici obeunt, non incurrere pœnas iure ſtatutas; ita Dominic. in cap. *ſtatutum*, 2. *de hæreticis, in* 6. Simanch. *de cathol.tit.* 29.*num.* 17. Cantera *in quæſt. crimin. tit. de quæſtionibus tangentibus punitionem delicti, c.* 1, *num.* 13. Henriquez *lib.* 14. *de irregularit. cap.* 5. *num.* 4. Ex eo fundamento, quia cùm relapſi catholici moriantur abſoluendi ſunt à cenſura, per quam abſolutionem reincorporantur Eccleſiæ. Sequitur Tolet. *lib.* 1. *ſummæ, cap.* 63.*§.*7.*ex gloſſ.cap.ſtatutum*; vbi vult hanc partem nedum probabilem eſſe, ſed probabiliorem, & magis textui conformem, quia hi non moriuntur impœnitentes.

Verius tamen eſt, huiuſmodi filios, & nepotes modo ſuprà ſcripto non euadere pœnas. Conſtat ex dicto cap. *ſtatutum*, petente parentes hæreticos incorporari Eccleſiæ paratos ſubire pœnitentiam impoſitam per abſolutionem ſolemnem, ac iudicam, ſine qua reunionem, ſeu reincorporationem non conſequantur, nec mereantur. Item, quia traditi brachio ſæculari, præſumuntur mori hæretici, & ficte confiteri, ne viui comburantur; quare non abſoluuntur ſolemniter, nec iuridicè. Simanch. mutata priori ſententia *in Enchirid. iudic.tit.* 6. *num.* 7. Royas *tract. de hæretic.* 2.*part. num.* 33. Pegna *d.* 3.*p.comment.* 164. & ex noſtris Auil. *de cenſur. part.* 7.*diſp.* 4.*dub.* 3. Azor. *tom.* 1. *lib.* 8 *cap.* 13. *poſt quæſt.* 8. *in* S. *hæretic. pœna, verſ. quod autem*, & *tom.* 2. *lib.* 6. *quæſt.* 3. *cap.* 4. Suar.

Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.

*tom.* 5. *diſp.* 43. *num.* 4. vbi vult filios, & nepotes hæreticorum etiamſi non ſint relapſi, qui comburuntur, quales Hæreſiarchæ quibus non parcitur, quamuis ad fidem reuertantur, incurrere pœnas iure ſtatutas contra hæreticos. Sequitur Sanch. *in* 2. *Decalog.cap.* 27.*num.* 23.*& ſequentib.* cùm non admittantur ad ſolemnem reincorporationem. Fauet Molin. *d. diſp.* 658. *num.* 19. *pagin.* 1. *verſ. filij tamen*, vbi videtur ſentire horum filios quantumuis catholici moriantur parentes, reddi inhabiles ad omnia officia publica, & beneficia, niſi nati ſint ante patris hæreſim, aut in regione hæretica. Conſentit Sà *verbo, hæreſis, num.* 4. Henriquez *ſuprà d. cap.* 5. *num.* 4. Vide Sanchez *d.cap.* 27. *num.* 28. vbi definit nullas ante ſententiam pœnas hos filios incurrere, vel ante confeſſionem in iudicio, *l. notorietatem, ſeu declarationem criminis parentum hæreticorum*, aliis ibi relatis, poſt Suar. *ſuprà d.ſect.* 3. *num.* 2. Azor. *verſ. deinde quæres, in dict.* 8.*pœna hæreticorum*, & Sayrus *de cenſuris, lib.* 6. *cap.* 10. *num.* 4.

De clerico hæretico, ſummatim dico propter hæreſim beneficiis priuari. Conſtat ex cap. *ut commiſſi, §. priuandi, de hæreticis, in* 6. per hæc verba, *priuandi præterea, vel priuatos nunciandi dignitatibus, ac aliis beneficiis Eccleſiaſticis*, ita text. & ibi Ioan. Andr. *num.* 5. *col.* 3. *in verbo, priuandi*; & Geminianus *eodem verbo, num.* 4. Extat conſtitutio Nicolai III. edita anno Domini 1281. incipit, *nouerit vniuerſitas, verſ. ſi verò clericus*, cuius meminit Pegna inter literas Apoſtolicas *fol.* 67. ſequitur Roſell. *verb. hæreticus, ſub num.* 16.*verſ.ſi verò ſit clericus.* Sylueſt. *eodem verbo, §.* 1. *num.* 14. *verſ.quarta hæreticorum pœna, & §.* 2. *num.* 12. *verſ. priuandi, vel priuatos nunciandi.* Royas *ſingul.* 24. *num.* 2. Simanch. *de cathol. titul.* 46. *rubric. de pœnis, num.* 63. Azor. *part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 13.*rubric.de quarta hæreticorum pœna, quæſt.* 3. Facit Bulla Pij V. edita anno 1566. incipit, *Cum ex Apoſtolatus officio*, vbi cauetur collationem beneficiorum quibus clerici ſunt priuati propter hæreſim, reſeruatam eſſe Sedi Apoſtolicæ. Concordat conſtitutio Greg. XIII. edita anno Domini 1580. incipit *in Eccleſiis*; quam refert Pegna *ſuprà fol.* 178. Nec cenſentur conferri huiuſmodi beneficia, niſi fiat mentio quòd vacauerint propter hæreſim. 268.

Item per hæreſim clericus eſt inhabilis in poſterum ad alia beneficia obtinenda, vt cauetur expreſsè in cap. *ſtatutum* 1. & ibi ſcribentes, *de hæreticis in* 6. Tabien. *in ſumma, verbo, hæreticus, num.* 8. Royas & Simanch. ſuprà ſcripti, quibus accedunt Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquiſitor. in verbo, beneficium, num.* 1. & Zanchin. *in tractat. de hæretic. cap.* 18. *num.* 3. Ex quo ſequitur per collationem factam hæretico nullum ius acquiri, nec fructus poſſe retineri, ſed debere reſtitui. Caſtr. *de iuſta hæreticorum punit. lib.* 2. *cap.*... ſequitur Pegna *in additionib. ad Eymeric, part.* 3. *quæſt.* 113. *comment.* 162. *verſ. ad hæc collatio beneficij.* Sanchez *in* 2. *Decalogi, cap.* 26. *num.* 4. & Azor. *part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 13. *num.* 4. ſiue clericus ſit hæreticus notorius, ſiue etiam occultus, Carrera *in pract. crim. tract.* 4. *de hæreticis, §. nunc de pœnis, n.* 4.

Vtrùm verò ſit neceſſaria ſententia priuationis, vt clericus hæreticus excludatur à beneficiis, quibus ipſo iure priuatur? Videtur negandum opus eſſe. Ita Ioan. Andr. in dicto cap. *ut commiſſi*,

§. *priuandi*, per verba, *priuatos nunciandi*, quæ ſignificant priuationem ipſo iure incurrere. Quaſi dicat text. *Priuamus, priuatos denunciamus.* Pro quo facit textus in cap. *ad abolendam*, §. *ſi clericus, extra de hæret.* ibi, *ſpoliatos.* Quod importat executionem ipſo iure, vt notat Rebuff. *in praxi benefic. p. 3. rub. de modo amittendi beneficia, n.* 4. quam etiam partem tradunt Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſu* 316. *n.* 6. & Azor. *p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 17. *verſ. primò quæritur*, & Pegna *ſuprà* 3. *p. q.* 113. *com.* 162. *verſ. illa verò.*

Cæterùm, vt ſuprà tetigi, verius eſt ſemper requiri ſententiam declaratoriam, & ante illam clericum hæreticum retinere poſſeſſionem beneficij. Sic Azor. 1. *p. lib.* 8. *cap.* 13. *rub. de quarta hæreticor. pœna, q.* 3. *&* *q.* 8. Sanch. *d. cap.* 26. *n.* 5. *lib.* 2. *Decalog. & n.* 6. *& ſeqq.* Quia quamuis à die commiſſi criminis careat clericus hæreticus titulo beneficij antea obtenti, non priuatur poſſeſſione niſi per ſententiam, nec tenetur beneficium dimittere ante eam; ſicut à die commiſſi criminis priuatus ipſo iure bonis ſuis, non tenetur ſe illis ſpoliare, nec tradere ea fiſco ante ſententiam criminis declaratoriam, nec lex poteſt obligare ad ea tradenda. Sanch. *lib.* 2. *Decalog. cap.* 22. *n.* 7. *&* 8. vbi addit teneri non reſiſtere, & expectare, vt bona ab eo exigantur. Sequitur Couar. *in epitome*, 2. *p. cap.* 6. §. 8. *n.* 8. Azor. *tom.* 1. *lib.* 5. *Inſtit. moral. c.* 8. *q.* 4. Nauar. *in ſumma, cap.* 23. *n.* 66. Henriq. *lib.* 13. *de excommunic. cap.* 56. *n.* 2. *in comment. litera I.* Molin. *tom.* 1. *de iuſt. diſp.* 66. *col.* 3. *verſ. addit optimè*, & *diſp.* 95. *verſ. ad ſecundum principale.* Azeuedus *lib.* 2. *recopil. tit.* 1. *n.* 24. *in fin.* Matinez *lib.* 5. *recopil. n.* 8. *l.* 6. *gloſſ.* 8. poſt Menoch. *lib.* 1. *controuerſ. illuſtrium, cap.* 28.

Ratio, quia rigidum eſt quempiam eſſe ſui ipſius tortorem, pœnæque ſuæ executorem, vt notat Adrianus *quodlib.* 6. *art.* 1. *litera L, corol.* 4. & Simaneh. *de cathol. Inſtit. tit.* 9. *n.* 184. *&* 29. Sed ſatis eſt reum impoſitam ſibi pœnam perpeti, niſi expreſſis verbis exprimatur in ſententia, qualia non ſunt *Ipſo iure*, vel, *ipſo facto.* Erunt tamen, ſi Iudex in ſententia præcipiat, vt clericus hæreticus ita condemnatus illicò dimittat beneficium. Sanch. *d. cap.* 26. *n.* 8. *ad fin.* & Farin. *de hæreſi, q.* 89. §. 4. *n.* 77. Poſt latam verò ſententiam declaratoriam priuatur hæreticus clericus beneficio, & fructibus, à die commiſſi criminis perceptis. Molin. *d. diſp.* 96. *pag.* 590. *ad fin.* Henriq. *d. cap.* 56. *n.* 2. Couar. *d. n.* 8. Nec poteſt aliquid retinere pro miniſterio exhibito in beneficio, vt poteſt excommunicatus, & irregularis retinere pro ſeruitio exhibito, non obſtante peccato, quod contrahit ſic exhibendo miniſterium. Ita Henriquez *lib.* 13. *de excommunic. cap.* 3. *& cap.* 14. *n.* 3. *& cap.* 32. *n.* 3. *in comm. litera X.* & Nauar. *lib.* 2. *de reſtit. cap. in noua editione, p.* 2. *difficult.* 5. *n.* 243. quibus accedit Sanch. *lib.* 3. *de conſenſu clandeſtino, diſp.* 51. *n.* 12. *verſ. Tandem probatur.* At in noſtro caſu, quamuis hæreticus miniſterium debitum præſtiterit in beneficio, omnia illius bona poſt ſententiam publicantur, inter quæ intelliguntur fructus debiti illi miniſterio. Sanch. *ſupra n.* 11. *d. cap.* 26. & innuit Farin. *ſuprà quæſt.* 89. *n.* 79. indiſtinctè aſſerens clericum poſt dictam declaratoriam hæreſis priuari a die commiſſi criminis beneficij fructibus, non verò ante illam priuari.

Infertur ex dictis, poſſe beneficia clerici hæretici, eo non vocato, nec citato, ante ſententiam declaratoriam impetrari, & alteri conferri, cum careat iure illorum, & ipſa vacent. Poſſeſſio verò non poteſt tradi clerico non vocato. Ita Decian. *in praxi, lib.* 5. *cap.* 44. *num.* 26. Flamin. *de reſignat. lib.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 33. & deducitur ex cap. *licet Epiſcopus, de præbendis, in* 6. Poteſtque patronus non citato clerico præſentare ad beneficium, vt vult Lambertinus poſt alios, *de iure patronat.* 1. *p. lib.* 2. *quæſt.* 6. *art.* 9. *&* 10. & Azor. *tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 8. *quæſt.* 3. Farin. *ſuprà*, & Sanch. *num.* 12. Item ſecundò infertur, reſignationem à clerico hæretico factam in fauorem tertij ante declaratoriam ſuſtineri, donec crimen hæretici declaretur; eo verò declarato reſcinditur reſignatio, & aufertur beneficium reſignatario, cùm nullum ius ſit illi acquiſitum in cuius fauorem facta fuit. Azor. *tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 13. *quæſt.* 8. expreſsè Pegna 3. *p. director. quæſt.* 113. *comment.* 162. Salzed. *ad Bernard. in praxi, c.* 114. Sanch. *ſupra, num.* 9. Farin. *d. num.* 79. *ad finem.*

Tertiò infertur beneficia ſuſpectorum, aut diffamatorum de hæreſi non vacare ipſo iure, nec receptatorum, fautorum, & defenſorum hæretici. Quare poſſunt validè renunciare beneficiis in fauorem tertij ante ſententiam declaratoriam, nec poſt illam corruet renunciatio, vt cum gloſſ. *cap.* 2. *verb. finita, vt lite pendenti*, docent multis allegatis, Rebuff. *de pacificis poſſeſſoribus, num.* 161. Couar. in Clement. *ſi furioſus de homicidio.* 2. *p.* §. 3. *num.* 7. Flamin. *de reſignat. lib.* 3. *quæſt.* 16. *num.* 8. Henriquez *lib.* 13. *de excommunic. cap.* 56. *num.* 4. Felin. *in cap. Inquiſitionis de accuſationib.* Gomeſius *in regula, de annali poſſeſſore, quæſt.* 42. *num.* 3. & Caſſan. *conſ.* 44. *num.* 22. *per d. gloſſ. in d. cap.* 2. *vt lite pendenti, in* 6. Quibus accedit Zaual. *in commun. contra commun. quæſt.* 147. Sanch. *lib.* 7. *de matrimon. diſp.* 42. *num.* 2. vbi ponit pro regula priuatum ipſo iure beneficio, non poſſe in fauorem alicuius reſignare, cum nullum ius ſibi retineat in beneficio, ſed tantùm poſſeſſionem, quia ipſo iure vacat.

At verò ſi non vacat ipſo iure, poſſe ante ſententiam priuationis adhuc lite pendenti beneficio in fauorem tertij renunciare; quia donec priuetur, gaudet iure, ac poſſeſſione illius. Sequitur Farin. *ſupra, num.* 81. *ad finem*; nihilominus addit verius videri, clericos receptatores, defenſoréſque hæreticorum ipſo iure eſſe priuatos beneficiis vigore Bullæ Cœnæ Domini, de qua per Bernard. Dias *in praxi, in verbo, hæretici, cap.* 114. *in fine.* ſecundùm vltimam editionem; quamuis de iure, non ipſo iure, ſed per ſententiam ſint priuandi, vt habetur in cap. *excommunicamus*, *el* 1. §. *credentes de hæretic.* & tradit Couar. *lib.* 2. *var. cap.* 8. *num.* 4. non tamen omnino diſplicet intellectus Farinacij vigore Bullæ Cœnæ, qui poteſt admitti in odium hæreſis, & in fauorem fidei catholicæ.

Sed quid de clerico hæretico, qui verè pœni- 269
teat, & ex corde bono, & optimo errorem reſpuat, & ad fidem catholicam contritus redeat? Carrera *in praxi crimin. tract.* 4. *de hæretic.* §. *modò qualiter prædicta pœna.* Griland. *tract. de hæretic. quæſt.* 7. *ad finem.* Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 34. *num.* 8. tradunt hunc non priuari beneficio, nec ad alia in poſterum obtinenda inhabilem reddi, nec deponi, vt vult Geminianus *poſt num.* 6. *ad medium, verſ. tamen ſubdit, in cap. vt commiſſi, in fin. de hæret. in* 6. & *ibi* Archid. *num.* 4. Ratio, quia hæreticus pœnitens ad fidem conuerſus recuperat priuilegia ob infamiam amiſſa. Farin.

*tit. de hæreſ. quæſt.* 189. *n.* 45. *verſ. niſi pœnitentes, &* *quæſt.* 154. *n.* 71. vbi ait mulierem hæreticam ad fidem reuerſam recuperare priuilegia dotalia teſte Repert. Inquiſit. *in verb. priuilegia, verſ. ſecundo, &* Alberto Locat. *in iudicial. Inquiſit. in verb. mulier, num.* 5. Quæ opinio habet locum in pœnitente ex corde ante ſententiam. Grilandus *d. quæſt.* 7. *in fin.* & Carrera *ſuprà num.* 150. Decian. *num.* 17. *eod. lib.* 3. *cap.* 44. *& cap.* 54. *num.* 24. Idem ſentit Pegna *in addition. ad Eymeric. in director. Inquiſit. p.* 3. *comm.* 162. *ad quæſt.* 113. *verſ. penult. & vlt.* vbi hanc opinionem amplectitur in pœnitentibus hæreticis ſponte ad fidem redeuntibus.

Contraria ſententia eſt vera, quando hæreticus pœnitens reuertitur ad noſtram fidem poſt admonitiones multas, tunc beneficia obtenta amittunt, & ad alia obtinenda inhabiles redduntur. Itaque Pegna *vbi ſupra*. Lel. Zecch. *in ſumma. tit. de fide, rub. de hæreſ. cap.* 11. *n.* 16. *in duodecima pœna, verſ. quod ſi hæretici reuertantur*, vbi addit clericos pœnitentes tardiùs poſt admonitiones frequentes beneficia non recuperare, niſi ex diſpenſatione Papali. Pœnitentes verò ſponte ad fidem redeuntes poſſe ab Epiſcopo, & a Dominis Inquiſitoribus reſtitui ad beneficia.

---

## §. X.

### *De gladio Regio. Item de duello, eius pœnis, & qui poſſit duellantes abſoluere.*

#### EPITOME.

1 *Quid ſit gladius regius.*

2 *Gladius Imperatori traditur ad domandum rebelles.*

3 *Rex negligens in puniendo ſine cauſa gladium portat.*

4 *Regis ſceptrum indicat clementiam, gladius indicat iuſtitiam.*

5 *Mores peregrinos exterminare ad Regem pertinet.*

6 *Veſtis peregrina religionem peregrinam redolet.*

7 *Salomon propter fœminas peregrinas, idololatricam religionem admiſit.*

8 *Peregrinas vxores ducere prohibitum erat in lege veteri.*

9 *Principem decet ſeditiones extinguere.*

10 *Seditiones non de paruis rebus fiunt.*

11 *Seditiones inter magnates gladio regio reſecanda.*

12 *Duellum omni iure prohibitum.*

13 *Duellum quid ſit quando fit ad eruendam veritatem,*

14 *Duellum de ſe illicitum non poteſt fieri per conſuetudinem licitum.*

*Cum ſit omni iure prohibitum. Ibid.*

15 *Duellum de iure Luſitano, ac Caſtellano ex Concilio Tridentino prohibitum.*

16 *Duellum inuentum ad decidendas lites, & ad gloriam, ac vires oſtendendas,*

17 *Rex Dauid acceptando duellum non peccauit.*

18 *Duellantes exponuntur periculo vitæ, honoris, ac rerum.*

19 *Duellum poteſt acceptari ab innocente à iudice iniquè damnato, vt mortem ſubeat, vel in arenam deſcendat.*

20 *Duellum ad eruendam veritatem eſt intrinſecè malum.*

21 *Innocens poteſt iniuriam ſibi illatam cum incerto periculo mortis auertere.*

22 *Duellum acceptare ad vitam tuendam non eſt propriè duellum.*

23 *Princeps poteſt permittere duellum licitè in caſu aliquo extraordinario ad vitanda maiora mala.*

24 *Bellum non poſſe reſolui in duellum aliqui affirmant.*

25 *Milites vtriuſque partis non poſſe deſcendere in duellum cauſa voluptatis, vel ad vires oſtentandas eſt certum.*

26 *Bellum non poteſt indici ob cauſam vanam.*

27 *Duella ab hoſtibus oblata poſſunt iniri, & acceptari non propter vanum finem.*

28 *Duella poſſunt acceptari ab hoſtibus, ne minuatur bona fama exercitus.*

29 *Bellum poteſt reſolui in duellum, quando Rex habet bellum, ſed vires impares.*

30 *Bellum quando eſt iuſtum, conflictus particulares non ſunt duella, ſed partes belli.*

31 *Duella inter ſingulos milites vel paucos ex vtraque parte poſſunt ſuſcipi.*

32 *Conflictus particulares inter milites vtriuſque exercitus aliqui putant illicitos.*

33 *Conflictus particulares, & duella quomodo inter ſe differant.*

34 *Duello licito an poſſit adijci conditio, vt ſuccumbenti non ſubueniatur.*

35 *Bellum ſi reſoluatur in duellum, poteſt admittere conditionem, vt nemini ſubueniatur.*

36 *Fides publica, & priuata hoſti data eſt ſeruanda.*

37 *Nobilis an poſſit prouocare ad duellum alium nobilem.*

38 *Duellum non poteſt iniri pro defenſione honoris prouocati, nec iudici.*

39 *Prouocatus quomodo poſſit reſpondere prouocanti, ſeu diffidanti.*

40 *Inuaſus poteſt ſe defendere, ac vim repellere incontinenti, non autem ex interuallo.*

41 *Pugnantium neuter in duello eſt defenſor, ſed inuaſor.*

42 *Princeps Chriſtianus poteſt concedere duellum infidelibus.*

43 *Fideli verè, & infideli minimè.*

44 *Prouocatus ad duellum occidendo prouocantem ſecundùm aliquos nihil tenetur reſtituere.*

45 *Sed verius eſt teneri.*

46 *Inuitatus innocens ad duellum ſi aliter non poſſit euadere iniuſtam condemnationem, an poſſit occidere calumnioſum actorem.*

47 *Innocenti integrum eſt acceptare duellum, vel offerre, quando certò ſcit ſe per fraudes opprimendum.*

48 *Occiſio iuſta, vt aliquis ſe defendat, eſt licita defenſio.*

49 *Fas eſſe occidere occultè calumnioſum actorem, quando certum ſit, aliter non poſſe ſe tueri.*

50. & 51 *Duellum non poteſt acceptare prouocatus, vt infamiam vitet, neque eſt dedecus recuſare duellum.*

52. & 53 *Duellantem comparere in loco de ſe non eſt intrinſecè malum, non tamen poteſt comparere per decreta Eccleſiaſtica in tali loco.*

54 & 55 *Diſſidans non conatur ſpoliare honore diſſidatum, niſi per accidens, qui honor alia via poteſt recuperari.*

56 *Duellum an ſit quando quis iratus ait ſe velle Petrum alloqui ſeorſum.*

57 *Prouocatus non tenetur ſe domi continere tranſacto tempore, quo fuit prouocatus.*

58. 59. & 60 *Duellum eſt quando quis ait, exi, vel* veni ad talem locum, ibi te expectabo.

61. & 62 *Duellum non eſt quando quis in loco ſacro ait,* exi foras, *nullo loco deſignato. Secus ſi deſignat locum.*

63. & 64 *Duellantes quibus armis vti debeant, & quis debeat arma aſſignare.*

65. & 66 *Duellantes debent eſſe pares armis, ac membris.*

67 *Prouocans ad duellum an debeat prius percutere quam prouocatus.*

68. & 69 *Actori ſumendum eſt in principio, reo verò in fine.*

70. 71. & 72 *Diſſidans, & diſſidatus poſtquam ſunt in campo publico an poſſint pœnitere, ac deſiſtere.*

73. & 74 *Prouocans ad duellum an poſſit deſiſtere abſque pœna.*

75 *Duellantes poſt verbalem prouocationem iurant de calu, ac calumnia.*

76 *Duellantes in iudicio quando fit conteſtatio litis.*

77 *In duello percuſſiones habent vim probationum, & inſtrumentorum.*

78 *Pœna Turpiliana non habet locum in duello antequam duellantes litem conteſtentur.*

79 *Duellum quando eſt illicitum, non poteſt puniri recedens ab illo.*

*Adoleſcens minor 25. annis, & ſexagenarius prouocati in duello per ſe pugnare non tenentur, ſed per alium. Prouocans verò per ſe tenetur, num. 80. & 81. niſi prouocet ex neceſſitate, num 82.*

83. & 84 *Pugnare cum beſtiis animi gratia non licet.*

85 *Mortuus à beſtiis in conflictu debet carere Eccleſiaſtica ſepultura.*

86 *Mandantes tauros agitare, & agitantes ſunt excommunicati ipſo facto.*

87. & 88. *Taurorum agitationes quomodo poſſint licitè exerceri, & quibus diebus.*

89 & 90 *Dimicare cum beſtiis quando ſit mortale.*

91 *Mortuus in duello cum beſtiis quando poſſit ſepeliri in loco ſacro.*

*Clerici intereſſentes Tauricidiis de iure communi peccant mortaliter, num. 92. & 93. non tamen ſunt excommunicati, n. 94. & infrà n. 107.*

95. & 96 *Clerici intereſſentes Tauricidiis non ſunt irregulares, ſed peccant mortaliter per nudam aſſiſtentiam.*

*Religioſi laici peccant mortaliter ſi intereſſent Tauricidiis ex Gregoriana conſtitutione, n. 97. non tamen laici ordinum militarium, num. 98. & 109.*

99. 100. 101. 102. & 103 *Taurorum agitationes ex conſtitutione Clementis VIII. quomodo, & quando poſſint exerceri licitè.*

*Taurorum agitationes quoad clericos reduxit Clemens VIII. ad terminos iuris communis, interdixit tamen regularibus, ne illis intereſſent, ibidem.*

104. & 105 *Regulares an peccent ſi ex domibus ſuis interſint taurorum agitationibus.*

106. & 107 *Taurorum agitationes in regnis Hiſpaniarum dumtaxat conceduntur à Clem. VIII.*

108 *Canonici regulares non comprehenduntur in conſtitutione prohibente, ne Tauricidiis interſint ſecundum aliquos, ſed probabilius eſt comprehendi.*

109 *Milites profeſſi coniugati poſſunt intereſſe Tauricidiis; Secus de profeſſis in ſacris, num. eodem.*

110. & 111 *Moniales quando poſſint intereſſe, vel non intereſſe Tauricidiis.*

*Tauros agitandi votum an ſit validum ibid.*

112. 113. 114 & 115 *Pœna impoſita permittentibus duellum, & ſpectantibus.*

116. 117. 118. & 119 *Duellum publicè, vel priuatim committentes quas pœnas incurrant.*

120. & 121 *Duellorum ſcripta, chartula, ſeu libelli prouocatorij quibus pœnis puniantur.*

122. & 123 *Duellum ante conſtitutionem Clementis VIII. prohibitum non intelligebatur, niſi de ſolemni, ac publico.*

124. & 125 *Excommunicatio contra duellantes quas perſonas comprehendat ex Concilio Tridentino.*

126. 127. & 128 *Verbum* incurrat, *& verbum* teneatur, *importunt latam ſententiam, non verò ferendam.*

129 *Verbum* incurrat *additur ad certiorem demonſtrationem, & ad tollendam dubitationem.*

130. & 131 *Excommunicatio in Tridentino contra duellantes comprehendit omnes perſonas in eo contentas.*

132. & 133 *Excommunicatio contra duellantes an ſit Summo Pontifici reſeruata.*

134. 135. & 136 *Confeſſarij an poſſint abſoluere virtute Bullæ cruciatæ ab excommunicatione contra duellantes toties quoties.*

137 *Confeſſarij virtute Bullæ an poſſint abſoluere ab hæreſi.*

138. & 139 *Confeſſarij poſſunt abſoluere virtute Bullæ cruciatæ ſchiſmaticos, & fautores hæreticorum qui non ſunt hæretici.*

140 *Duellantes ab excommunicatione poſſunt abſolui virtute Bullæ, vel Iubilæi, & reliqua perſona in decreto Concilij contenta.*

*Duella ineuntes poſſunt excuſari ab excommunicatione propter ignorantiam illius, n. eod.*

141. & 142 *Spectatores duelli caſu illac tranſeuntes non incurrunt excommunicationem.*

143. 144. & 145 *Irati dicentes,* veni ad talem locum, vel, vade, & quære enſem, hoc loco te expecto, *an incurrant excommunicationem.*

146. & 147 *Duellantes, ſeu pugnantes nullo præcedente pacto, nec deſignato loco, ſed orta rixa incontinenti an incurrant pœnas duelli.*

148. & 149 *Sententia iudicis ad incurrendas pœnas duelli, an ſit neceſſaria.*

150 *Pœna inhabilitatis ad beneficia, an incurratur eo ipſo à clerico duellante. vſque ad num. 154.*

155 *Pœna priuatiua an egeant iudicis ſententia, vt incurrantur.*

156. ad 161 *Inceſtuoſus ex affinitate cum conſanguinea uxoris, an ſit eo ipſo priuatus iure petendi debitum.*

162 *Inhabilitas ex crimine duelli orta eget ſententia crimen declaranti ſecundùm aliquos.*

163. 164 & 165 *Scholaſtici inhabiles propter delictum poſſunt ferre ſuffragia, donec feratur ſententia.*

*Clericus prouocans ad duellum, vel illud acceptans,*

an

*an ſit ſuſpenſus ipſo iure,& quis poſſit abſoluere,n.1[illegible]6.vſque ad n.173.*

174 *Duellantes an poſſint abſolui toties quoties ab [illegible]copo,quando duellum eſt occultum.*

[illegible]6 *Occultum crimen, nec deductum ad forum contentioſum quid ſit. vſque ad num.181.*

*Publicum crimen quando dicatur eod.n.181.*

182. *Publicum delictum an poſſit eſſe occultum in alio loco. vſque ad num.186.*

187. ad 190 *Delictum deductum ad forum contentioſum an ſit publicum ex ſemiplena probatione. Sed oppoſitum eſt verius. n.191. vſque ad num.193.*

195. *Epiſcopus an poſſit abſoluere virtute decreti Concily in foro externo à delicto in eo foro iam punito. vſque ad 199.*

200. *Delictum vt ſit delatum ad forum contentioſum,requiris intimationem factam reo.*

1. ANTEQVAM de brachio regio agendum ſit, oportet vt dicamus quid gladij regij nomine contineatur. Atque in primis,illud certum eſt pro gladio ciuilem punitionem delictorum intelligi, *l.illicitas,§ qua vniuerſitas,ff.de officio præſidis,l. ſolent in principio,ff. de officio proconſulis,& legati.* Text. *in l.imperium,ff. de iuriſdict. omn. iudic.* vbi Iaſon. *num.* 1. tradit gladium non eſſe accipiendum pro gladio materiali ad feriendum, ſed pro gladio ciuili punitiuo

2. delictorum.Hac de cauſa Imperatori traditur gladius non ſolùm ad domandum rebelles ſibi,atque Eccleſiæ catholicæ infenſos, ſed etiam ad compeſcendos infideles, & hæreticos in aliorum perniciem debacchantes, 23. *quæſt.5. cap. qui malos:* vbi miniſtri Dei vocantur principes, qui ſunt in corrigendo diligentes.

3. Contra verò ſi negligentes ſunt in puniendis delictis, ſine cauſa gladium portant, ac ſine fructu, *ad Roman.*13. & iram Dei contra ſe maximè prouocant. Quamuis enim ſceptro vtantur ad exhibendam clementiam erga iuſtos, & inno-

4. centes inſtar Aſſueri virgam auream protendentes ad oſculandum ſummitatem eius ab iis, qui in conſpectu ſuo gratiam inueniebant, *Eſther, cap.*1[illegible]. nihilominus non eſt negandum regiam maieſtatem non ſolùm legibus, ſed etiam armis decoratam defendi,ac gubernari; ac proinde non ſolùm debere principes gladio ciuili maleficia commiſſa punire, ſed prouidere ne committantur, & ob id accipit Imperator gladium ab altari *cap. legitimus 93.dist.*teſte Guliel. Luiterano *in ſua arbore iuriſdictionum,in introductione,n.*8.

5. In primis ergo prouidere debet rex, vt amputentur ad puritatem fidei, ac religionis conſeruandam peregrini mores. Nam ſi introducantur peregrinæ veſtes, timendum eſt cum peregrina

6. veſte induci facilè peregrinos mores, peregrinum cultum,& religionem.Conſtat ex Sophon 1.*Viſitabit* [illegible] Dominus,*ſuper omnes qui induti ſunt veſte peregrina.* Quod ex Hebræo rectè expreſſerunt Septuaginta interpretes in hunc modum,ibi, *Qui induti ſunt veſtimentis alienis.* Cur ergo tam acerbè [illegible] reprehendit Iſraëlitas quòd peregrinas veſtes induerent? quia quando peregrinæ veſtes placent, mores,ac vitia peregrina non diſplicent;imò [illegible] religio diſplicebit. Quare oportet peregrinos mores peregrinaſque veſtes odio habere, ne ex peregrina veſte religionis contem-

7. ptus educatur. Quod accidit Salomoni quinquagenario,qui intra paucos annos fœminarum quas amabat veſte peregrina, peregrinam quoque, & idololatricam admiſit religionem 3. Regum 11. *Cum eſſet*, inquit, *ſenex, deprauatum eſt cor eius per mulieres, vt ſequeretur Deos alienos*; ac ſi diceret, qui ſecutus eſt, & amauit peregrinos mores,ac fœminas peregrinas, religionis peregrinitatem admiſit. Concordat illud Exod. 34. vbi ſic 8.
legitur. *Ne vxorem,*inquit,*de filiabus eorum*, hoc eſt alienigenarum, *accipies filys tuis,ne poſtquam ipſa fuerint fornicata, fornicari faciant, & filios tuos in Deos ſuos.* Vnde colliges quantum deceat peregrinos mores non admittere, nec vxores peregrinas ducere, quandoquidem cum veſte peregrina,& cum vxore peregrina mores, & vitia peregrina paulatim inducantur. Magalianus *lib.3.in canticum magnum Moyſis,ſect.3. annot.4.num.59. & ſequent.*

Prouidere etiam debent principes, ne ſeditio- 9.
nes incitentur inter magnates.Nam,teſte Ariſto- 10.
tele, *ſeditiones non de paruis rebus fiunt, ſed ex paruis orta ſeditione, de rebus magnis diſſidetur. Cæterum tunc potiſſimùm parua ſeditiones inualeſcunt, cum inter reipublica principes agitantur. Itaque talibus malis initio occurrere, & principum potentiumque diſcordias protinus dirimere oportet. Quare naſcenti in principio rei malo occurrendum eſt. Tunc enim paruum eſt id malum, & facilè tolli poteſt, antequam vlteriùs ſerpat; ſin autem inualuerit in alias partes diffuſum, difficulter curatur; ad ſummum nobilium diſſenſiones ſecum vniuerſam ciuitatem trahunt.* ſic ille. Ob id principibus eorúmque magiſtratibus prudentia, & auctoritate opus eſt,vt prouideant,ita diſcordias, diſſenſionéſque diluere, vt nullum earum veſti-
gium relinquatur. Simanch. *de republica, lib.*8. 11.
*cap.*26. Boërius *tract. de ſeditioſis, num.*1. *& ſequenti*, vbi commendat, ne noua inducantur ad vitæ rectitudinem minimè neceſſaria, quia hoc eſt inducere diſcordiam. Maſtrill. *de magiſtrat. lib.3. cap.4.num.*289.*& ſequentibus*, vbi vult ſeditiones maximè inter magnates eſſe omnino reſecandas regio gladio punitiuo, ac pœnis eradicandas.

Tertiò prouidere debent ne duella permittan- 12.
tur; nam duellum eſt prohibitum iure diuino; cum ſit actus per quem tentatur Deus. Nam in duello purgationis perquiritur aliquid contra naturam, quod non eſt productibile, niſi miraculo diuino. Atque ita iure diuino, & ſacris literis eſt prohibitum ex omnibus locis, quibus non ſolùm prohibemur Deum tentare.ſed etiam quibus prohibemur occidere. Ita Ioan. de Lign. *de duello, cap.7.num.*2. & Ioan. Lecirier. *lib.1. quæſt.25. de primogenitur. tit.* 39. Delrius *lib.4.diſquiſitionum magicarum, cap.4. quæſt.4. ſect.2. fol.114.col.2. in principio*, aliis ibi citatis. Quibus accedit Decius *conſ.*186. *num.*2. vbi tradit neminem poſſe duellum offerre, nec oblatum ſuſcipere, vt gloſſ. *in cap.1. in verbo, oblatum, de clericis pugnantibus in duello.* Quare potius quis debet omnia perpeti mala, quàm duello conſentire, 32. *quæſt.5. cap. itane*,cum ſit diuino iure prohibitum, & intrinſecè malum. Sanchez *lib.* 2. *Decalog. cap.* 39. *num.3.& 4.*

Probatur, quia duellum, Græcè *monomachia*, 13.
eſt ſingulare certamen duorum ad eruendam alicuius rei veritatem initum, vel ad purgationem inducendam. Ita Doctores præcitati; fuitque inuentum ad probationem veritatis. Hoſtienſ. *in*

*ſumma, de cleric. pugnant. in duello.* Bald. *in c.1. de pace tenenda, in verſ. porrò duellum.* Proinde quando conſtat de veritate, non eſt locus duello, quia duellum eſt experimentum innocentiæ, & ſolùm habebat locum in defectum aliarum probationum, teſte eodem Bald. *in l.1.C. de legat. libert. toll. circa finem,* & in *l. cum filius, §. final. ff. de legat. 2.* vbi ait *in 2. requiſit. ad duellum*, deueniri ad duellum, quando non poteſt probari per veras probationes id, de quo eſt contentio. Sequitur Andr. Siculus *in conſ. 62.* & Ioan. de Anan. *in rubric. de cleric. pugnant. in duello*; quos referens ſequitur Decius *conſ. 487. n. 7. & ſequent.* Sanch. *ſupra, n. 1.* vbi ait, duellum propriè non eſſe quodlibet duorum certamen, ſed quando illud ſuſcipitur ad veritatem indagandam, & vt per victoriam conſtet victorem eſſe innocentem, victumque eſſe reum de crimine conuictum, defeciſſeque in probatione. Quæ ſententia eſt communis ex Caiet. 2.2. *quæſt. 95. art. 8. circa ſolutionem ad 3. verſ. ad euidentiam huius.* Syluest. *verbo, duellum in principio.* & Ioan. de Lign. *de duello, cap. 2. n. 2.* Quibus accedit Matth. de Afflict. *in rubric. 31. de pugnis ſublatis, num. 2. verſ. tertiò nota.*

14\. Eſt etiam hoc duellum hoc modo ſumptum prohibitum iure naturali, nec poteſt per contrariam conſuetudinem fieri licitum. Ita Mirandulanus *in lib. ſuo contra Poſſeninum de expugnatione ſingular. certamin.* Menchac. *lib. 1. illuſtrium quæſt. cap. 12. & cap. 49.* Iul. Ferretus *conſ. 1. num. 3. & 6. conſ. 2. num. 4. & ſequentib. conſ. 8. num. 4. cum ſequentibus, conſ. 20. num. 10. & in tract. de duello.* Quia talis purgatio repugnat iuri naturæ; nec admittitur loco probationis offerre duellum, cùm legitima probatio per teſtes, vel instrumenta fiat Afflict. *ſuprà*, & Deltius præcitatus *ſect. 2. verſ. vt eſt*, vbi probat eſſe prohibitum omni iure, & nullo permiſſum; quod eſt etiam Ioannis de Lignano *in tract. de duello, c. 7. num. 2. & 3. & ſequenti.* Atque ita conſtat prohiberi etiam iure gentium, cum ſit actus inhibitus repugnanſque naturali æquitati, ſuper qua fundatum eſt ius gentium.

Nam æquitas dictat iure gentium criminoſos puniendos, innocentes verò abſoluendos; ſed in hoc duello quandóque contingit puniri innocentes, delinquenteſque abſolui; ergo eſt prohibitum iure gentium. Eſſe verò de iure canonico prohibitum, conſtat ex titulo *de purgat. vulg. & de pugnant. in duello per 11. quæſt. 5. c. conſuluiſti, vſque ad finem quæſtionis.* Decius *d. conſ. 686. in*

15\. *principio.* Lignanus *d. num. 2. & ſequentibus*, & apertiſſimè à Concilio Tridentino *ſeſſ. 25. cap. 19.* ibi, *Deteſtabilis duellorum vſus fabricante diabolo introductus, vt cruenta corporum morte, animarum etiam perniciem lucretur, ex Chriſtiano orbe penitus exterminetur. Imperator, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, & quocunque alio nomine Domini temporales, qui locum ad monomachiam in terris ſuis inter Chriſtianos conceſſerint, eo ipſo ſint excommunicati, ac iuriſdictione, & dominio ciuitatis, caſtri, aut loci, in quo, vel apud quem fieri permiſerint, quod ab Eccleſia obtinent, priuati intelligantur.* ſic Concilium.

Denique de iure ciuili etiam prohibitum eſt. Ioan. de Ligano *ſuprà, d. cap. 7. num. 4.* & in hoc ius ciuile ſubiicitur iuri canonico Vide *cap. Monomachiam 11. quæſt. 5. & ibi not.* Maſtrill. *de magiſtratibus, lib. 3. cap. 4. num. 451.* & latè Belluga *in ſpecul. principum, in rubric. 17. in verbo, pugna.*

Item de iure Luſitano *lib. 5. cap. 43.* vbi duellantes puniuntur pœna amiſſionis omnium ſuorum bonorum adiectis aliis pœnis tam prouocantibus ad duellum, quàm laceſſitis duellum acceptantibus, nec non Patrinis. Molina *de iuſtitia, tract. 3. diſp. 17. num. 5. in verbo, ou que acompanharem os ſobreditos, num. 1.* Conſonat lex Caſtellæ *lib. 8. nouæ collectionis*, vbi duella in aliquibus caſibus concedebantur; ſed hoc eſt abrogatum magna ex parte per legem 10. eiuſdem tituli latam à catholicis regibus Ferdinando, & Eliſabetha, quæ eſt vltima *tit. 9. lib. 8. ordinamenti.* Quæ ſic habet: *Ordenamos, y mandamos, que de aqui adelante perſona alguna de qualquier eſtado, y condicion, que ſea, no ſea oſado de hazer, ni embiar los tales carteles (nempe deſafio) a otro alguno, ni lo embie dezir por palabra, y qualquiera que lo contrario hiziere, que ſean dos, o muchos, cayan y incurran por ello en pena de aleue, y ayan perdido, y pierdan todos ſus bienes para la nueſtra camera, y el que recibiere el cartel, y aceptare la repueſta, aya perdido, y pierda todos ſus byenos para la camera, aun que trance, y pelea no vengan en effecto.* Vbi additur prouocanti ad duellum pœna capitalis, ſi fuerit ſuperſtes, & laceſſitus ſaltem vulneratus; quod ſi laceſſitus ſuperſtes manſerit, perpetuo exilio extra regnum relegetur, nec puniatur pœna mortis, quamuis interficiat prouocantem, ſeu inuitantem ad duellum. Molin. *d. num. 5. ad finem.*

Dixi de duello inuento ad veritatem indagandam, & vt victoria teſtetur victorem vacare culpa, vel habere ius in cauſa, ſeu controuerſia intenta, quod duellum eſt redactum ad inſtar iudicij contentioſi, vbi interſunt actor, reus, & iudex, & probationes; quibus cauſa inſtruitur, iudexque inſtructus vel reum abſoluit, vel condemnat. 16.
Sic etiam in duello, eſt actor prouocans, & prouocatus, & inſtrumenta, hoc eſt arma, quibus ſe inuicem percutiunt; eſt etiam iudex, qui vel innocentem, vel nocentem duellantem iudicat. Ioan. de Lignano *ſuprà, diſp. 16. per totum*, poſt Bartolum *in l. 1. C. de lite conteſt. col. 11.*

Sequitur dicendum de duello quod ſuſcipitur ad gloriam, & ad vires oſtendendas in publico ſpectaculo, idque ex condicto, ſeu pacto, tempore locóque pugnæ deſignato. Quod duellum fuiſſe introductum iure naturali ſumpto pro inſtinctu naturæ proueniente ex ſenſualitate, prout ſenſualis inclinatio proueniens à principiis naturalibus inducit ad experientiam virium corporalium, & gloriam ſolùm conſequendam, tradit Lignanus præcitatus *cap. 5. & cap. 6.* addit hoc duellum non ſolùm iure naturæ, ſed diuino eſſe inhibitum; necnon iure canonico, ac ciuili. Nam de iure canonico conſtat ex titulo de clericis pugnantib. in duello, & melius probat titulus de tormentis. Et de iure ciuili habetur lex vnica, *C. de gladiatorib.* Peccantque mortaliter duellantes ad vires oſtendendas, vel ob aliam cauſam præter neceſſitatem defenſionis vitæ, vel honoris, vel rerum in articulo temporis, quo inuaduntur. Ita Sayr. *in claui, lib. 7. cap. 13. de homicidio, num. 13. verſ. ſecunda cauſa.* Reginald. *lib. 21. in praxi, cap. 7. in rubric. de duello; num. 74.* & Molin. *d. diſp. 17. num. 2.*

Ex dictis ſequitur peccaſſe Goliam 1. *Regum* 17. prouocando Iſraëlitas ad ſingulare certamen, 17.
excuſari tamen Dauid duellum acceptantem, quia non deſcendit in arenam ob inanem gloriam, ſeu iram, vel ad virium oſtentationem, ſed vt obediret

ret Deo, eiuſque cauſam ageret. Sayr. *vbi ſuprà.* Molin. *tract.3. diſp.17. num.6.* vbi addit bellum gerentem iuſtum non ſolùm poſſe licitè acceptare tale duellum, ſed illud hoſtibus offerre, ſicut Dauid acceptauit. Quod Reginald. *ſupra*, *num.*80. probat in ſpecie, ac caſu ipſius Dauid.

Sequitur deinde triplex eſſe duellum omni iure prohibitum. Primum inuentum ad eruendam veritatem per victoriæ euentum damnatum ab Eccleſia, *cap. monomachiam*, 2 *quæſt.5. & cap.*1. & 1. *de purgat. vulgar.* Quod D. Thom. tanquam ſuperſtitioſum 2.2. *quæſt.95. art.8. ad* 3. & ibi Caietan. condemnat, cum aſſumatur in teſtimonium innocentiæ, id quod non eſt aptum ad eum finem. Secundò quando indicitur duellum, aut acceptatur ad terminandam litem ciuilem, aut criminalem in teſtimonium proprij iuris; & quamuis Lyra 1. *Regum, cap.*17. arbitretur propter tuendam vitam fas eſſe duellum indicere, & acceptare, vel propter res defendendas; certum eſt propter has cauſas duellum non eſſe licitum, cùm non ſit medium aptum ad decidendas lites duellum. Sanch. *d. cap.* 39. *num.*6. Tertium denique eſt duellum indictum, vel acceptatum ad oſtenſionem virium, vel propter inanem gloriam, cui accedit duellum ſpectaculi, & voluptatis gratia
18. indictum, & acceptatum; quæ omnia damnantur à Doctoribus, tanquam medium atrox, crudele, & ineptum ad finem: eo quòd ſemper duellantes exponantur grauiſſimo periculo vitæ, honoris, ac rerum. Valent. *tom.3. diſput.3. quæſt.17. punct.*1. Caietan. 2.2. *quæſt.95. art.*8. *ad* 3. & Aragon. *ibi*, nunquam licitum eſſe duellum indicere, cùm ſit de ſe, & per ſe, & ex obiecto malum, & illicitum. Sayr. *ſuprà, num.*14. Reginald. præcitat. *num.*75. Ioán. de Lign. *de duello*, *cap.* 2. poſt Iaſon *in l. ex hoc iure, num.*31. *& ſequentib.* vbi concludit nullum ex duellis prædictis eſſe licitum, maximè attento iure canonico.

19. An in aliquibus caſibus poſſit permitti à principe duellum? Sunt qui affirmant non licere innocenti à iudice iniquè damnato acceptare duellum, quando iudex profert ſententiam iniquam, vt vel mortem ſubeat, vel in arenam deſcendat, vt ſe ab obiecto crimine liberet. Ratio, quia duel-
20. lum ad eruendam veritatem eſt intrinſecè malum, nec eſt medium aptum ad purgationem inducendam. Nam purgatio legitima eſt per teſtes, vel inſtrumenta, & per alias legitimas probationes; de quibus per Bald. *in rubric. C. de probatio. col. penult.* ſed probatio per duellum eſt penitus reprobata, tam in cauſis ciuilibus, quàm in criminalibus. Afflict. *de pugnis ſublatis, d. rubric.*31. *num.*2. Ergo non licet acceptare duellum, quo ſe purget a crimine impoſito. Item quia innocens nullam accepit iniuriam ab eo, cum quo debet deſcendere in certamen; ſed ab iniuſto iudice iniquam ſententiam capitis proferente. Quare non debet acceptare duellum, nec poteſt vitam innocenti eripere, cum quo pugnaturus eſt. Ita Abulenſ. 1. *Regum cap.*17. *quæſt. vltim.* Henricus *quodlib. quæſt.*32. Armill. *verbo, duellum*, *n.*5. Sylueſt. *eodem verbo, quæſt.*2. Salon. 2.2. *quæſt.64. art.3. controuerſ.3. concluſ.*3.

Contraria tamen ſententia mihi placet; quando nulla alia via iniquè damnatus ab iniuſto iudice vitam ſuam tueri poteſt. Ratio, quia inno-
21. centi quando non poteſt aliter vitam, aut membra conſeruare, minus malum eſt iniuriam ſibi illatam iniuſtè auertere, cum incerto periculo mortis propriæ eligendo duellum, quàm non eligendo, mortem iniuſtam pati etiam cum tertij detrimento. Item quia habet ius repellendi vim vi, & ſe ipſum plus debet diligere, quàm illum, cum quo init certamen, qui ſumitur à iudice, vt inſtrumentum ad exequendam iniquam ſenten-
tiam. Tertiò, quia hoc non eſt proprium duellum, 22.
ſed eſt vera, ac propria defenſio, ac repulſio iniuriæ. Ita Lyranus *lib.*1. *Regum, cap.*17. Philiarc. *de officio ſacerdotis*, *part.2. lib. 4. cap.* 10. *in fine.* Petr. Nauar. *lib.2. de reſtitutione, cap.3. num.*289. Tolet. *in ſumma, lib.5. cap.6. in fine.* Angel. *verb. duellum*, *num.*2. Nauar. *cap.*11. *in manuali, n.*39. *& cap.15. num.9. & num.*28. Caietan. 2.2. *quæſt.95. art.8. circa ſolutionem ad* 3. Sà *in ſumma*, *verbo, duellum, num.*2. & Valent. *tom.3. diſp.3. quæſt.17.*
*punct.1. col.3. verſ. ponunt etiam.* Quibus accedunt 23.
Sayr. *ſuprà, num.*15. Sanchez *num.*4. & Reginald. *d. cap.* 7. *num.* 75. vbi definit ad vitanda maiora mala poſſe à principe permitti duellum in aliquo caſu extraordinario. Quod etiam docent Sanch. *num.*30. multis ibi relatis; quia Concilium Tridentinum non loquitur de permiſſione, ſed de conceſſione loci, & licentia ad pugnandum. Nec obſtat dixiſſe Gregorium XIII. in ſua conſtitutione anno Domini 1582. *Ad tollendam*, excommunicationem comprehendere dominos duella permittentes, aut non prohibentes; quia hoc eſt verum quando duellum permittitur illicitè, non verò licitè in caſu extraordinario ad præcauenda maiora mala, & ſcandala, cùm id permittat princeps inuitus. Exemplum ſit, ſi ciues debacchaturi ſint in mutuas cædes, ac pernicioſas factiones, niſi auctores diſſenſionum deſcendant in duellum. Reginald. *ſupra, num.*75.

Quæſtionis eſt, an poſſit reſolui bellum in 24.
duellum? Negat Sylueſter, *verbo, duellum, quæſt.*2. *verſ. adde tertiò.* Salon. *d. quæſt. q.64. art.3. controuerſ.3. concluſ.*3. abſolutéque docent, & indiſtinctè peccare mortaliter omnes acceptantes
duellum. Dicendum tamen eſt primò, ſi milites 25.
vtriuſque principis, ſeu ducis in conſenſu vtriuſque deſcendant in duellum voluptatis cauſa, vel ad vires oſtendendas, non eſſe licitum duellum ſuſcipere, propter finem ineptum, & vanum.
Fundamentum eſt, quia bellum non eſt iuſtum, 26.
quando indicitur ob cauſam vanam. Ita Nauarr. *in ſumma Latin. cap.15. ad finem*, Petrus Nauarra *lib.2. de reſtit. cap.3. in 2. part. dub.* 13. *in noua edit. num.*296. Valent. 2.2. *diſp.3. quæſt.17. punct.*1. *in cauſa 5. & 6.* Delrius *lib. 4. diſquiſit. magicarum*, *cap.4. quæſt.4. ſect.*2. Caietan. 2.2. *quæſt.95. art.8. circa ſolutionem ad* 3. *in 2. cauſa, & in ſumma, verbo, duellum*, & ibi Armil. *num.*1.

Dicendum ſecundò huiuſmodi conflictus par- 27.
ticulares, ſeu duella ab hoſtibus oblata, poſſe iniri, & acceptari, non propter vanum finem, ſed principaliter ob conſeruandam bonam famam, ac nomen apud exercitum hoſtilem, ſi ex eo quòd non acceptentur hæc certamina, ac duella, fiant audaciores hoſtes contra noſtros, exiſtimantes præ timore noſtros huiuſmodi conflictus non admittere, ita Doctores proximè præallegati. Quibus accedit Manuel 1. *tom. ſummæ*, *in 2. editione, cap.*73. *num.*2. Reginald. *num.*78. *verſ. ſecundò ſi ille*, & Sanchez *d. cap.39. num.*14. addens fas eſſe acceptare certamen oblatum propter hunc finem, quamuis hoſtes illud offerant ob cauſam ſolius ſpectaculi, & voluptatis.

Dicendum eſt tertiò, fas eſſe reſoluere bellum in

in duellum quotieſcumque Rex, vel dux certò
ſcit ſe habere iuſtum bellum, ſed vires impares,
ac proinde ſi collatis ſignis cum hoſte congre-
diatur, probabiliter putet, ſe ab hoſte ſuperan-
dum. Eodem modo ſi inter vnum, & vnum, vel
decem, & decem admittat particulares confli-
ctus, ac certamina, ſperet, vel victoriam aſſequu-
turum, vel ſaltem non ſuccumbere, licitè poteſt
acceptare hæc duella, ne totus pereat exercitus,
& ne ſui, ſuorúmque communem patiatur cla-
30. dem. Ratio, quia quando bellum eſt iuſtum, hu-
iuſmodi conflictus non ſunt duella, ſed partes
quædam iuſti belli ex parte noſtra, & transfertur
caſus dubius in ſpem victoriæ. Neque in eo caſu
gerens bellum iuſtum cooperatur peccato alio-
rum bellantium iniuſtè, cùm non ſolùm compa-
rentes in duello ex parte aduerſa, ſed reliqui om-
nes ſunt accincti ad inuadendum iniuſtè noſtros,
noſtráque perdendum. Quare acceptando duel-
lum princeps, ſeu dux viribus ac copiis impar ſibi
ſuiſque conſulit, eóſque à maiori malo curat auer-
tere, Sic Lyra *cap.17.lib.1 Regum* Nauarr. *in ma-
nual cap.11.num.39.& cap.15.num 9.* Petr. Na-
uarra *lib.2 de restitut cap.num.293.* Valent. *tom.3.
diſp.3.quæſt.17 punct.1.* Caietan. *d quæſt 95 art 8.
in fine, & in ſumm verb. duello* Philiarc. *de eff ſacer-
dot cap 2. lib 4 cap.10. in fine.* Sa *verbo, duellum,
num.2.* Faciunt tradita à Sanch. *d.cap.39.num 13.*
31. vbi vult, cùm hæc priuata duella inter ſingulos
paucos milites ex vtraque parte ſuſcipiuntur, eſſe
licita, quando fiunt ad debilitandas vires partis
aduerſæ, & animos eorum frangendos, ſi inde
ſpes victoriæ conſequendæ oriatur, quod etiam
tradunt Menoch. *in controuerſ.illuſtr.lib 1.cap.45.
num.18.* Sayr. *d.cap.13.num.16.* & Azeued. *lib.8.
re.apsl.tit.8.l.10.num 6.*

Nec refert timor Reginaldi *ſuprà d.c.7. n 78.*
vbi ait hos conflictus vt plurimùm eſſe illicitos;
32. ex eo quòd princeps, ſeu dux permittens illos,
offerat temerè bellatores milites periculo, quia
cùm ſint pares numero, timeri poteſt neutram
partem victricem fore, ſed potiùs mutuis vulne-
ribus confectam petire. Quod minùs bene di-
ctum puta, quia particulares conflictus in hoc ca-
ſu non ſunt duella propriè, ſed differunt ex parte
33. principis, fiúntque legitima auctoritate, vt fieri
ſolet bellum, duella verò non legitima, priuata
auctoritate indicuntur. Item differunt ex parte
finis, & ex parte effectus. Nam finis principalis
duelli, eſt vtilitas priuata; proximus autem eſt in-
terficere diffidantem, ſeu diffidatum; quorum nec
vterque nec alter poteſt iuſtè interfici. Finis verò
horum conflictuum particularium proximus eſt
non ſolùm aggredi reipublicæ hoſtes, ſed eos in-
terimere. Principalis autem eſt tueri rempubli-
cam, item effectus eorum eſt hoſtium vires pau-
latim debilitare, & de facto per illos contingit
debilitari; per duella verò reipublicæ vires, vt
plurimùm debilitantur, quatenus vterque duel-
lans eſt pars eiuſdem reipublicæ. Quare licitum
eſt bellum reſoluere in duellum ex condicto, pa-
ctóque inito inter principes, ac duces vtriuſque
partis, vt contentio dirimatur, decidatúrque cauſa
per paucos vtrinque pugnaturos, aut duos in ſin-
gulare certamen deſcendentes, ea lege, vt ille vi-
ctoria potiatur, cuius milites euaſerint victores.
Atque ita hæc duella, & particulares conflictus
belli iuſti rationem ſortiuntur. Sic Menchac. Aze-
ued. Sa, Delrius, & alij ſuprà ſcripti.
34. Huic affinis adſtat dubitatio, an liceat quando
duellum eſt licitum, adiicere legem, vt nemo ex
ſpectantibus poſſit auxiliari alicui impari viri-
bus, ac fortuna? Reſpondemus, quando innocens
eſt in duello propter defenſionem vitæ, ac rerum,
& aduerſarius illum cogit ad duellum iniuſtè,
nec vult deſiſtere à vexatione, fas eſſe conditio-
nem illam, ac legem acceptare; tunc intereſſen-
tes, & ſpectantes non poſſunt opem ferre vexanti
iniuſtè, ſi ſuccumbat; aliter enim in peccato in-
iuſtitiæ cum eodem participarent, illíque coope-
rarentur: ſecus ſi innocens periclitetur, aut ſuc-
cumbat, quia ex parte innocentis eſt lex ſeu con-
ditio illicita. Atque ita tenentur ſpectantes, & in-
tereſſentes innocenti in vitæ periculo exiſtenti
ſubuenire. Ita Nauarra *de reſtitut. lib.2. cap.3. in
2 part dub 13. in nona edit. num. vlt.*

Quòd ſi duella ſint ex vtraque parte illicita,
nullo modo licet eam legem ſeu conditionem
apponere, intereſſentéſque debent impedire.
Sanchez *ſupra num* 17. vbi ad finem addit, ſi bel-
lum reſoluatur in duellum, eam conditionem 35.
poſſe admitti, & quamuis non exprimatur ſemper
in eo pacto tacitè includi, cùm taciti, & expreſſi
eadem ſit virtus, *l. cum quid. ff ſi certum petatur,*
& ibi Iaſon *num.5.* Flamin. *de reſignat. lib 6.q.1.
num 8. & quæſt.3 num 31. & quæſt.13.n.13 & 14.
& lib.7.quæſt.3.num 4.* multis ibi allegatis. Atque
ita vtriuſque partis ſpectantes tenentur non ſuc-
currere ſuccumbenti, etiam quando ſuccumbens
eſt ex parte bellantium iuſtè, quia quamuis con-
ditio, & lex ſit iniuſta, ex parte iniuſtè bellantium,
fides tamen hoſtibus data propter bonum com-
mune eſt ſeruanda; *cap noli exiſtimare.* & ibi gloſſ.
*23 quæſt.1. cap. innocens 22.quæſt.4. cap Dominus
noſter,* & ibi etiam gloſſ. *23 quæſt.2.* Farinac. *tom.1.
tit.4. quæſt 29. num 7. & 8.* vbi tradit non ſolùm 36.
fidem publicam eſſe ſeruandam hoſti conceſſam
à perſona publica, ſed etiam data à perſona priua-
ta hoſti. Idem repetit, ac defendit *n.100 & 101.*
cum Decio tanquam verius, *in l. ea eſt natura ca-
uillationis, num 8. verſ. præterea illud dictum,* &
ibidem Cagnol. *num.20 ff de regulis iuris,* contra
Bartol. *in l conuentionum, ff. de pactis, & in l. §. non
fuit, ff eodem* vbi vult, ſed minùs benè, fidem da-
tam hoſti à priuato minimè ab eodem eſſe ſer-
uandam. Nam quamuis licitum ſit contra ho-
ſtem, vti dolo, ſolertia, & machinatione, fides ta-
men data etiam à priuata perſona non eſt fran-
genda, vt concludit Menoch. *conſ.100.num.221.
& ſeqq.* vbi id probat cum D.Thom. Auguſtin. &
Farinac. *d.n.8.*

Ex dictis obiicies aliquis, poſſe nobilem ad 37.
duellum prouocari tanquam ad rem licitam cau-
ſa honoris defendendi. Siquidem Bald. *in cap.1.
§ ſi ruſticus,* & ibi quoque Alua, & Cardin. *in ver-
ſic. ſimiles aduerſus, tit de pace tenend.* decidunt ad
pugnam non poſſe ignobilem prouocare nobi-
lem, quoniam pugna debet fieri inter æquales,
vt notat gloſſ. *in verbo præcedenti, eodem tit.* vt
aiunt Io. Ray. *in tractat. nobilitat. in quæſt.8.* Cæ-
pol. *tractat. de imper. militum delig. in 19 priuileg.
nobilit.* & Matth. Afflict. *in d § ſi ruſticus, ad fine.*
ergo ex illorum ſententia poteſt inter nobiles
ſuſtineri duellum tanquam licitum ob honorem
defendendum, quando aliter honori conſuli non
poteſt. Quod probat Bañez non ex ſua, ſed alio-
rum ſententia, vt ipſe refert *2.2. quæſt.64. art.7.
dub.13.* & Tiraquel. *de nobilit cap.20.num.61. &
ſeq. fol. mihi 113.*

Dicendum tamen eſt, non poſſe admitti duel- 38.
lum

lum ob defendendum honorem à prouocato, ne-
que propter eandem rationem fas eſſe duellum
indicere. Ratio, quia prouocatos ſatis conſulit
ſuo honori, ſi reſpondeat ſe paratum eſſe ad ſe de-
fendendum vbicumque Imperitus fuerit ac inua-
ſus: nolle tamen duellum acceptare, cùm ſit hu-
mano iure, atqoe diuino prohibitum; ſic Caie-
tan. 2. 2. *quæſt.* 95. *art.*8. *circa ſolutionem ad* 3. *in*
*caſu* 2. *& in ſumma, verbo, duellum,* & ibi Armil.
num. 1. Valent. 2. 2. *diſp.* 3. *quæſt.* 17. *punct.* 1. *in* 2.
*cauſa* Bañez 2. 2. *quæſt.* 40. *art.* 1. *in fine, & q.*64.
*art.* 7. *dub.* 3. *in ſolutione ad* 3. definientes vltimo
loco relati ſic eſſe reſpondendum prouocanti, ſeu
diffidanti ad duellum à prouocato. Reliqui verò
abſolutè negant eſſe licitum acceptare duellum
ad honorem defendendum. Quibus accedunt Ber-
nard. Græuæ *ad practicam cameræ imper. lib.* 2.
*concluſ.* 100. *conſideras* 1. Reginald. *d. lib.* 21. *c.* 7.
40. *num.* 80. *verſ. deinde*, vbi ſubdit, etiamſi liceat
defendere ſe ipſum vim vi repellendo, id poſſe
fieri incontinenti, non autem ex interuallo. Item,
quia in duello neuter pugnantium defenſor eſt,
41. ſed vterque inuaſor, vt colligitur ex *cap. de ſen-
tentia excommunicat.* vbi poſt interuallum tem-
poris nunquam cenſetur vera defenſio. Sequitur
vtramque partem Auguſt. Barboſ. *in remiſſ. ad con-
cilium, ſeſſ.* 25. *c.* 19. indiſtinctè aſſerendo pro defen-
ſione honoris nunquam eſſe licitum duellum, &
in ſpecie expreſsè in caſu propoſito docet Sanch.
*d. cap.* 39. *num.* 9. *&* 10. multis de more allegatis.
42. Sed quid ſi princeps concedat duobus infide-
libus in ſuo regno locum ad duellum? Delrius *d.
quæſt.* 4. *ſect.* 2. *fol. mihi* 16. *verſ. inter Chriſtianos,*
ait non prohiberi principem fidelem id concede-
re infidelibus, tum quia ſunt extra Eccleſiam, tum
quia concilium expreſsè dicit inter Chriſtianos.
Sequitur Sanch. *num.* 29. Auguſtin. Barboſ. *ſuprà,
num.* 6. ſecus tamen arbitrantur quando Chriſtia-
43. nus deſcendit in arenam cum infideli. Tunc enim
non eſt negandum à principe fideli deſtinari lo-
cum Chriſtiano duellanti. Quod conſtat ex con-
ſtitutione Clementis VIII. edita anno Domini
1591. incipit, *Illius vices,* cuius meminit Sayrus
*in Theſauro caſuum, tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 31. *num.* 21.
vbi Summus Pontifex excommunicationem pro-
nuntiat contra militem Chriſtianum, qui pro-
pter priuatum odium contra militem infidelem
cum eo in ſingulare certamen, ac duellum deſ-
cendit.
44. Quæſtionis eſſe poteſt, quando committitur
duellum propria vtriuſque ſponte, & vterque
mutuis vulneribus ſe confodiunt, quam obliga-
tionem damni illati vterque contrahat? Reſpon-
deo neutrum illorum teneri alteri reſtituere quic-
quam ex damno ſecuto propter pactum ſaltem
tacitum, quo vterque cenſetur mutuis damnis
renunciare; ſecus verò de prouocato ad tuendum
ſuum honorem ſi prouocantem occidat, aut vul-
neret, vt aliqui dicunt, non tenetur reſtitue-
re damnum illatum, quia id egit pro defenſione
ſui honoris, qui pluris æſtimatur, quàm bona ex-
45. terna, itemque non peccauit contra iuſtitiam, &
videtur inuitans condonare damna accepta ab in-
uitato, eo ipſo quòd prouocat, & inuitat. Dicen-
dum tamen eſt inuitatum teneri reſtituere damna
inuitanti in eo certamine illata, nec poſſe ab illis
excuſari, niſi quando expreſsè id in pactum fue-
rit conuentum, vt remittantur damna inde ſecu-
ta. Quapropter cùm diffidans, ſeu inuitans te-
neatur reſarcire diffidato, ſeu prouocato damna
in eo certamine data, eodem modo non excuſa-
tur diffidatus à reſtitutione damnorum, quæ ipſe
inuitanti intulerit, quia inuitatus nec licite acce-
ptat certamen, nec licitè inuitantem occidit. Mo-
lin. *tract.* 3. *diſp.* 82. *num.* 2. Excuſari tamen diffi-
datum docet Bañez *quæſt.* 62. *art.* 2. *dub.* 5. & mul-
ti recentiores, quibus accedit Leſſ. *ſupra, dub.* 21.
*num.* 133. addens prouocantes ſe viciſſim, & pa-
ri conſenſu pugnantes non teneri ad reſtitutio-
nem. Quod eſt ſatis probabile.
Quæres an poſſit inuitatus ad duellum præue- 46.
nire actorem ipſum iniuſtè procedentem in iudi-
cio per fraudem, & calumniam, acceptaréque
duellum ſciens ſuam innocentiam, & iniuſtam
condemnationem per teſtes falſos impetrandam
cognoſcens? Affirmant aliqui, fas eſſe præuenire
innocenti, duellumque acceptare quando cer-
tum eſt innocentem mori, ſeu mutilationi mem-
bri eſſe addicendum, cum minus malum ſit eli-
gendum. Valent. 2. 2. *diſp.* 3. *quæſt.* 17. *punct.* 1. *col.* 2.
*verſ. Eſt autem aſſertio.* Caietan. tamen id pro-
bat *d. quæſt.* 95. *art.* 8. *circa ſolutionem ad* 3. *in* 4.
*cauſa, & in ſumma, verbo, duellum,* dummodo
tale duellum ineatur de conſenſu, ſeu facultate re-
gis. Hæc ſententia eſt probabilis, & probabilior
mihi, quando nullum innocenti remedium eua-
dendi ſupereſt, quoniam tale duellum non eſt pro-
priè duellum, ſed eſt vera defenſio, poteſtque
fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ, & con-
ſequenter contra prouocantem, tanquam contra
inuaſorem eſt licita, non ſolùm pro defenſione,
ſed etiam pro honore, rebuſque conſeruandis in
notabili quantitate, quando certum eſt actorem
iniuſtè, & per fraudem, ac calumniam procede-
re, conſtatque innocentem vita, aut honore, aut
rebus eſſe ſpoliandum. Nauarra *lib.* 2. *de reſtitutio-
ne, cap.* 3. *in* 2. *part. dub.* 13. *in noua edit. num.* 289.
*&* 290. vbi reſpuit Caietani limitationem, ad-
dens non eſſe neceſſariam facultatem principis.
Emanuel Rodrig. *tom.* 1. *ſummæ, in* 2. *edit. cap.* 73.
*num.* 1. & Bañez *ſuprà, quæſt.* 64. *art.* 7. *dub.* 4. *in
corpore, & in ſolutione ad* 2. concludens in his 47.
caſibus integrum eſſe innocenti non ſolùm acce-
ptare, ſed etiam offerre duellum, quando certò
deprehendit ſe ab actore in iudicio per fraudes
opprimendum; imò poſſe addit, occultè actorem
illum calumnioſum occidi; cùm talis occiſio ſit
germana, ac licita defenſio. Quin etiam Nauar-
ra *vbi ſuprà, num.* 290. arbitratur innocentem, ſi 48.
poſſit occultè ſe, ſuáque illum occidendo tueri,
non poſſe acceptare duellum, neque offerre. Fa-
ciunt tradita à Mario Alterio *tom.* 2. *de cenſur. di-
ſput.* 15. *de ſuſpenſio, cap.* 6. *fol.* 255. *verſ. hoc conci-
lij decretum;* & expreſsè *in quæſt. propoſita:* par-
tem noſtram multis exemplis probat Leſſ. *lib.* 2.
*de iuſtit. cap.* 9. *dub.* 8. *num.* 47. *verſ. quintò, &
verſ. ſed hæc ſententia,* vbi tamen aduertit in pra-
xi non facilè eſſe admittendam, eo quod homi-
nes in cauſa propria facilè ſibi perſuadent, ſe per
calumniam accuſari, nec eſſe aliud refugium, ni-
ſi occidere accuſatorem. Ex quo multæ cædes in-
iuſtè ſequerentur. Sed quamuis interdum hoc poſ-
ſit contingere, nihilominus magis placet ſen-
tentia Bañez, & Nauarræ; quos ſequitur Sanch.
*d. cap.* 39. *num.* 7. *ad finem*, aſſerentium fas eſſe
occidere occultè calumnioſum actorem, quando
aliter innocens iacturam vitæ, ſeu honoris, ac 49.
magnarum rerum bonorumque in notabili quan-
titate euadere non poteſt.
Neque ex hoc ſequitur poſſe aliquem prouoca- 50.
tum

rum acceptare duellum,quamuis ex eo quòd non
acceptet, cenſeatur ignauus,& meticuloſus;quia
licet aliter ſuam famam tueri non poſſit, apud
homines inſipientes, nihilominus apud ſapien-
51. tes non eſt dedecus recuſare duellum, quia poteſt
reſpondere prouocatus, ſe paratum eſſe, ſi per
Eccleſiæ decreta licitum eſſet. Quod ſi dicas pro-
uocatum excludi, ſi non compareat in tali loco,
vel tempore, à conſecutione militiæ, ſeu digni-
tate militari, vt dicitur eſſe vſitatum in quibuſ-
52. dam principum aulis? Reſpondemus comparere
in loco condicto, & tempore deſignato, non eſſe
intrinſecè malum, cùm ſit de ſe indifferens,& ex
53. iuſta cauſa poſſe licitè fieri.

Cæterum cùm per decreta Eccleſiæ ob maxi-
ma mala, quæ inde ſequerentur, hoc ſit inhibi-
tum, nullo modo poteſt comparere in tali loco,
54. vel tempore; nec diffidans, ſeu prouocans cona-
tur prouocatum ſpoliare ſuo honore: ſed ſi ali-
55. quid honoris deperditur, hoc eſt per accidens,
& alia via, ac ratione recuperari poteſt, dicendo
ſe palam vagari per vrbem, neque opus eſſe in
occulto experiri fortunam. Ideo ſi ab aliquo quæ-
ratur, & inuadatur, poteſt licitè ſe tueri. Leſſius
*lib.2. cap.9. dub.12. num.83. & ſequent.* Sanchez
*d. num.*10. & Valent.*ſupra in ſecunda cauſa.*

56. Quid ſi quis accedat ad domum alicuius, ira-
tuſque dicat, ſe velle illum paucis verbis ſeorſum
alloqui? Poterit exire ſi apud ſe opinetur poſſe
iratum blandis verbis placari, & reduci ad amici-
tiam: ſecus ſi exiſtimet ſe vocari ad duellum;non
tamen tenetur domi ſe continere tranſacto illo
tempore, ſed poteſt egredi quoties ſibi viſum
57. fuerit ſpatiandi, ſeu negotiandi gratia. Bañez 2.2,
58. *q.64 art.7.dub.3.in ſolut.ad* 3. Erit tamen duellum
ſi quis dicat alteri animo pugnandi, *exi*,vel *veni
ad talem locum,ibi te expectabo*, ſeu *expecto*, quia
deſignatur tempus, & locus, nec deeſt pactum
59. initum, ſi poſtea ſequatur duellum. Idem dico,
ſi iniuria affectus ab aliquo, quem reperit abſque
enſe dicat illi, *quære enſem,& reuertere quampri-
60. mum; ego enim ſubſiſto, & te hic expecto.* Eodem
modo ſi quis in naui alteri dicat, aut in alio loco,
*egrediamur in terram*, vel,*in tali loco te expecta-
bo*,vel,*quæramus enſem*, in tali loco pugnaturi,&
tandem pugnant.

61. Secus dicendum, quando aliquis in loco ſa-
cro alteri dicit, *exi inde foras*, nullo deſignato
loco, ſed ob reuerentiam ſacri loci, tunc non eſt
duellum,ſed rixa,cùm non deſignetur locus, ſicut
eſt quando alter iratus ab altero petit, vt exeant
à platea, ſeu à loco publico, eò animo ne impe-
62. diantur à circumſtantibus, & ne in gratiam mu-
tuam confeſtim reuocentur, quia in eo loco non
poſſunt liberè contendere;tunc enim non eſt ne-
gandum ex condicto prouocari ad pugnam,& de-
ſignare locum extra plateam,& locum publicum.
Sanch. *ſuprà, num.*28. poſt Farinac. *conſ.9. ad fi-
nem,vol.1.* quos ſequitur Reginald. *cap. 7. præci-
tato,num.*75. & Molin. *de iuſt. tom.4. tract.3. di-
ſput.*17. *num.4. verſ. neſcio verò.*

63. Quæres quibus armis duellantes vti debeant
in duello licito? Ioan. de Lignan. *ſuprà, cap.*17.
reſpondet poſſe vti gladio, & fuſte, *l. ſi quis cum
altero, æqualiter quis, & l. mentio, de reſt.* vt in
Lombar. debentque hæc arma vtrique æqualia à
iudice præſtari. Cæterùm de iure Caſtellæ ex *l.2,
64. tit.4. part. 7.* Rex debet aſſignare arma, quibus
pugnetur in duello. Gregorius Lop. confirmat *in
gloſſ.1. in verbo,conque armas.* Non tamen diſpli-
cet Baldi opinio de pace tenenda *in principio,col.
vltim.* dicentis prouocatum debere eligere arma,
quibus melius ſe poſſit tueri à prouocante. Cui
fauet *l. petenda,C.de temp.in integ.*vbi refert pro- 65.
uocanti ſi habeat duos oculos, & prouocatus
vnum duntaxat, claudendum eſſe alterum ocu-
lum. Idem ſimiliter intelligit de brachio, ſeu ma- 66.
nu, debentque arma eſſe paria, *argum. l. proui-
dendum, C. de poſtuland.* Attamen in percutien- 67.
do prouocans debet eſſe prior, & prouocatus po-
ſterior; quia duellum aſſimilatur iudicio conten-
tioſo, in quo eſt actor, & reus, & actor incipit,
vt conſtat ex ordine iudiciali, vbi ab eo porrigi-
tur libellus, & poſtea reus contradicit, vt in Au-
then. *offeratur,C.de lit. conteſt. & cap.1.de libelli
oblat.* ergo prouocans debet primò prouocatum
percutere, nec refert ſi dicas prouocato ſicut reo
fauendum eſſe, vt *l. Arianus, ff.de act. & oblig.* 68.
quia id procedit in fine iudiciorum; tunc enim
fauendum eſt reo.At verò in principio fauendum
eſt actori, *l.ſi quis intentione ambigua.ff.de indic.* 69.
*& in l.inter ſtipulantem,§.1.ff.de verborum obliga-
tion.*niſi contraria extet conſuetudo. Afflict.*lib.2.
rubric.36. ad fin.*

An verò diffidans, & diffidatus poſtquam ſunt 70.
In publico campo in duello licito poſſint pœnite-
re, ac deſiſtere de communi conſenſu? Bald. *in
d.cap.1. in principio, col.4.de pace tenenda*, negat
poſſe,niſi de licentia ſuperioris, quia ex quo ſta-
tuerunt inter ſe pugnare, expedit bono publico
nocentum delicta apparere, *l. eum qui nocentem,* 71.
*in princip. ff. de iniurijs.* Concordat *dict. l.2.tit.4.
part.7,* ibi. *Del campo de que noan de ſalyr, ſi no
por mandado del Rey, o de los fyeles.* Confirmat
Lignanus *cap.*25. dicens de iure Lombardo poſſe
prouocantem ad duellum deſiſtere cum licentia
iudicis ad inſtat accuſantis, qui impetrat aboli-
tionem, *l. abolitio,ff. ad Turpilian. & l.ſi quis in-
teruenient e, & l. denunciamus,C. de abolitio.* De 72.
iure tamen communi, ſine abolitione poteſt,præ-
ſertim ex cauſa; ſed melius fiet deſiſtentia ex per-
miſſione iudicis.

Dubium eſt, an prouocans ad duellum poſſit 73.
deſiſtere abſque vlla pœna, & licentia ante litem
conteſtatam; & videtur poſſe. Nam ante litem
conteſtatam non dicitur quis agere,ſed agere vel- 74.
le, & deſiſtenti parcitur, *l. quamuis, ff. de in ius
vocand.* ſed contrarium conſtat ex *l.periurium,C.
de calum.& ex l.in ſenatus,§.qui poſt,ff.ad Turpil-
lian.* vbi text. probat deſiſtentem ab accuſatione
ante litem conteſtatam prolabi in Turpilian. Di-
cendum tamen eſt duellantes poſt verbalem pro-
uocationem, & contradictionem iurare de aſtu; 75.
ideo duellum incipere à verbali prouocatione,
fierique litis conteſtationem,cùm prouocans aſſe-
rit prouocatum commiſiſſe, & prouocatus negat:
tunc enim ſolet præſtari ſacramentum de calum-
nia, *l.2. C.de iuramento calumn.* Vnde non eſt ad-
mittendum aſſertū illorum, qui dicunt in iudicio
duellari,fieri conteſtationem litis poſt vnam per- 76.
cuſſionem actoris,hoc eſt,prouocantis,& alteram
percuſſionem rei, hoc eſt prouocati; quia per- 77
cuſſiones ſuccedunt loco probationum, quæ in
iudicio fiunt per teſtes, & inſtrumenta poſt litem
conteſtatam.

Atque ita quamuis gloſſ. *in l. miles, §. ſocer,ff.
de adult.* tradit pœnam Turpilianam non habere 78.
locum ante litis conteſtationem, id eſt,antequam
prouocans aſſeruerit crimen fuiſſe commiſſum à
prouocato, & ante negationem prouocati:Azor.
tamen

tamen contra docet *in l.3. C. ad Turpiliam.* ante
litem conteſtatam in pœnam incidere Turpilia-
nam. [illegible] placet Lignano *cap. vltim.ſupra,n.4.*
*per* [illegible]*natus,* 4. *qui poſt,ff. ad Turpilian. & per*
*Au*[illegible] *qui ſemel, C.quomodo,& quando iudex;*
addens accuſatorem poſſe pœnitere, ac deſi-
ſtere antequam prouocatus citatus comparear;
79. quando verò duellum eſt illicitum, non contra-
hitur pœna Turpiliana, nec poteſt puniri recedens
a duello, cum obediat legi, deſiſtendo,& proſe-
ſequendo faciat contra legem. Pœnæ enim ſunt
reſtringendæ, vt *l.cum quidam,ff.de lit.excep.& §.*
*pœna de pœnis, diſt.1.& reg.in pœnis, de reg.iur.in 6.*
80. Sed quid ſi in duello licito prouocetur adoleſ-
cens minor viginti quinque annis, vel ſexagena-
rius? Reſpondent Lignanus *cap.vltim.num.6.*Af-
flict.*ſupra,lib.2. de conſtitutionib.Neap.rubric.36.*
& alij quibus accedit Gregor. Lop. *gloſſ.1. in l.3.*
*tit.4.part.7.*poſt Baldum *in §.ſi ruſticus,*& ibi gloſ.
*de pace tenend.* hos per ſe pugnare non teneri, ſed
in defenſionem ſuam loco ſui poſſe ponere ſub-
81. ſtitutum, ſeu campionem. Prouocantem verò non
poſſe pro ſe præſtare campionem, niſi prouocatus,
ſeu reptatus voluerit, vt expreſsè habetur *in d.l.3.*
82. *tit.4.part.7.*Ex ea ratione, quia prouocauit volun-
tariè, nam ſi ex neceſſitate pro euitanda pœna, vel
ob aliam cauſam iuſtam prouocaret, poſſe pro ſe
præſtare campionem æqualem. Ita Greg. Lop.
83. His accedit quæſtio, an liceat pugnare cum
beſtiis,& cruenta ſpectacula permittere: Reſpon-
detur non licere principibus has pugnas & ſpe-
ctacula animi gratia inter ſubditos conſentire,
vt exerceantur; imò potiùs oportere vt extermi-
nentur, ac gladio punitiuo reſcindantur. Nam gla-
dius regius non eſt inſtrumentum ſæuitiæ, ſed iu-
ſtitiæ. permittere verò pugnare cum beſtiis re-
creationis cauſa, aut propter voluptatem cruenta
ſpectacula approbare, ea quibus homicidia, ac
84. ac mortes ſequuntur, de ſe eſt mortale, cùm vita
ſubditorum manifeſto periculo exponatur, quam
principes conſeruare tenentur. Ob quam cauſam,
Pius V. conſtitutionem edidit, incipit, *de ſalute*
*gregis*, anno Domini 1567. Calend. Nouembris.
cuius meminit Nauarrus *cap. 15. num. 19.* vbi
principibus omnibus Chriſtianis etiam Eccleſia-
ſticis, aut regia dignitate fulgentibus, & com-
munitatibus publicis interdixit, ne fieri permit-
terent ſpectacula, vbi taurorum, ferarumve agi-
85. tationes exercerentur, cum ſit hoc exercitium
quoddam genus duelli valdè periculoſum, addens
nullo modo licere militibus, ac cæteris perſonis
cum beſtijs in præfatis ſpectaculis congredi, nec
cum tauris pugnare. Ita vt ſi quis eorum ibi mo-
riatur, Eccleſiaſtica careat ſepultura, ſubdenſ-
que excommunicationis pœnam ipſo facto con-
86. tra mandantes tauros agitare, & contra agitan-
[illegible] & contra clericos his ſpectaculis intereſ-
ſentes
[illegible] quamuis poſtea ad inſtantiam Philippi II.
Hiſpaniarum regis excommunicationis cenſura
87. ſublata per conſtitutionem Gregorij XIII, in
[illegible] Pij V. conſtitutio ſuſtinetur, permitti-
túrque [illegible]orum agitatio, dummodo in diebus
feſtiuis non exerceatur, ſed fiat cum ea cautela,
vt exinde [illegible] alicuius quod fieri poſſit, non ſe-
88. quatur. Qui verò viribus, celeritate, curſu, inge-
gio, ſæpe cum beſtiis feliciter pugnauit, non pec-
cat mortaliter ſaltem, ſi cum tauro, vel vrſo di-
micaturus [illegible] arenam deſcendat, ſponte, vel pre-
89. tio ac mercede conductus. Quod ſi ſine arte, vel

ſine viribus temerè deſcendat, vt cum feris con-
grediatur, peccat mortaliter. Garcia *de expenſis,*
*cap.21. num.29.* cum non debeat vitam prodige-
re, ſed conſeruare. Gorier. *lib.1. canonicor. cap.7.*
*num. 9.* Sayrus *in claui lib.7. cap. 13. num. 19.* Et 90.
conſtat ex d. conſtitutione Pij V. prohibente ſub
graui pœna, ne cum eiſdem beſtiis audeant con-
gredi in circo, & careant Eccleſiaſtica ſepultura,
ſi ibi moriantur. Conſentiunt Nauarrus *in ma-*
*nuali cap.15. num.18.* Ludouicus Lop. *1.p. Inſtru-*
*ctory,cap.7.*& Nauarra *lib.2.de reſtit.cap.5.n.*300.
Quod ſi laicus ibi non moriatur ſtatim, ſed 91.
poſtea receptis pœnitentiæ atque Euchariſtiæ ſa-
cramentis, non propterea debet ſepeliri in loco
ſacro, quia cum ſit pœna habet etiã locum, etiam-
ſi decedat munitus ſacramentis per text.*in cap.1.*
*& 2. de torneamentis.* vbi eadem pœna decerni-
tur contra decedentes in torneamentis. Gutier.
*ſuprà, num.*11. Mihi tamen magis placet quando
receptis ſacramentis moriuntur, vel ſaltem ſi ali-
qua contritionis ſigna oſtendant, non debere
Eccleſiaſtica priuari ſepultura ex benignitate Ec-
cleſiæ, ac miſericordia. Spin. *gloſſa 2. principali,*
*num.29. verſ. quod autem,*& ſic praxis obſeruat, vt
ipſe teſtatur.
Quod attinet ad intereſſentes dicendum eſt 92.
clericos in ſacris, vel in minoribus beneficia Ec-
cleſiaſtica habentes peccare mortaliter dum in-
terſunt, cum iam illis iure communi ſit prohibi-
tum intereſſe, & deciſum in cap. *non oportet. de*
*conſecratione, diſt.5.* & habetur in Authen.*inter-*
*dicimus,C. de Epiſcopis,& clericis.* D. Thom.2.2. 93.
*quæſt.*127. Tacit *l.57.tit.5.part.*1.ibi. *No deuen yr*
*aver los iuegos an ſi como alancear lidiar toros, o*
*otras beſtias fyeras;*& ibi Greg.Lop.Ratio, quia in 94.
dicta bulla Pij V. interdicitur eiſdem huiuſmodi
aſſiſtentia ſub pœna excõmunicationis,& quam-
uis hodie non eam incurrant ipſo facto, veniunt
tamen excommunicandi per ſententiam iuxta de-
clarationem Gregorij XIII.& Siſti V. ad prædi-
ctum motum Pij V.Non erunt tamen irregulares, 95.
ſed non eſt dubium peccare mortaliter per nudam
aſſiſtentiam, argumento cap. *qui reſtit.11. quæſt.3.*
& facit gloſſ. ſingularis cap. *qui donatoribus,* 86.
*diſt.* ibi: *Cum quis pugnat in arena cum beſtia,&*
*ad hoc locat operas ſuas, qui eam exercet mortali-*
*ter peccat, & qui eam aſpicit.* Quod eſt intelli- 96.
gendum de pugnante inexperto, ac rudi, non ve-
rò de pugnatore feliciter ſæpe cum beſtiis dimi-
cante. At verò clericos intereſſentes his ſpectacu-
lis peccare mortaliter vltra præcitatos, tenent Ber-
nard, Dias *in praxi, cap.66. de publicis ſpectaculis,*
vbi id latè probat. Nauar.*ſuprà, num.*302. Sayrus
*d.cap.13.num.20.*& Gutier.*d.cap.7.* poſt quæſt. in
vtramque partem excuſſam *num.20.& num.21.*
Cæterùm religioſi laici ſi interſint huiuſmodi 97.
ſpectaculis, peccant mortaliter, vt deducitur ex
conſtitutione Gregoriana, vbi excipiuntur laici,
aut fratres militaris ordinis ſi in ſacris non ſint
conſtituti, nec habeant beneficia. Quæ exceptio
oſtendit in ſpecie aliarum religionum laicos, & 98.
reliquos clericos regulares etiam prima tonſura
initiatos ſub præfata Pij V. Bulla contineri. Sayr.
*vbi ſuprà, num.* 20. quoad religioſos, Gutier. *d.*
*cap.7.num.*16.vbi declarant Gregorium non fuiſ-
ſe moderatum conſtitutionem Pij V. in clericis 99.
ſed tantùm in laicis, militibuſque quarumcun-
que militiarum, qui non ſint in ſacris, nec benefi-
cia habeant. Nihilominus Clemẽs VIII.anno Do-
mini 1596.Pontificatus ſui anno 4.ad inſtantiam

Regis Hiſpaniarum in regnis Hiſpaniarum dun-
100. taxat conceſſit, aut taurorum agitationes huiuſ-
modi feſtis diebus non fiant, & in aliis diebus
cum ea cautela exerceantur; & per eos ad quos
ſpectat, prouideatur ne inde alicuius mors quoad
fieri poterit ſequatur. Clericos verò ſæculares in
ſacris ordinibus, ſeu in Eccleſiaſtica dignitate
101. conſtitutos, vel beneficia Eccleſiaſtica obtinen-
tes, in dictiſque Hiſpaniarum regnis exiſtentes,
monet, & hortatur Summus Pontifex, ne ſua pa-
terna, ac ſedis Apoſtolicæ begnitate abutantur,
ſed memores muneris, & vocationis ſuæ eam
vtriuſque rationem habeant, vt nihil quod à pro-
102. pria dignitate, & à ſua cæterorumque ſalute alie-
num exiſtimetur, vllo vnquam loco admiſiſſe ar-
guantur.

Non intendit tamen Summus Pontifex in ali-
quo derogare pœnis in iure communi contentis
contra clericos huiuſmodi ſpectaculis taurorum
intereſſentes, ſed conſtitutionem Pij V. ad termi-
nos iuris communis reducens auctoritate Apo-
103. ſtolica excommunicationes, cæteraſque pœnas in
eadem conſtitutione contentas, quoad omnes in
illa expreſſos in regnis Hiſpaniarum duntaxat,
monachis, & fratribus mendicantibus, cæteriſque
cuiuſcunque ordinis, & inſtituti regularibus, ex-
ceptis, tollit, & amouet. Cuius conſtitutionis me-
minit Gutier. *ſuprà, num.* 44.

104. Sed quid ſi religioſi, ſeu regulares, habeant mo-
105. naſteria, ſeu domum in foro, vel in circo, vbi tau-
rorum agitationes fiunt, & ſemel, atque iterum
vel pluries ex feneſtris caſu videant tauros agita-
ri? Reſpondetur non videri peccare mortaliter,
cùm non fiat ex propoſito id; neque cum mora,
ſed potiùs ex quadam negligentia, nec tenean-
tur oculos auertere, cùm vtantur iure ſuo,
quamuis melius ſit pro eo tempore ab eo loco
exire. Ita Gutierrez *num.* 42. Idem dicendum
eſt de clericis habitantibus, vel exiſtentibus extra
forum, vel circum, ſi contingat illac tauros tran-
ſire.

106. Ex quibus colliges in regnis Hiſpaniæ licitas
eſſe taurorum agitationes, dummodo fiant cum
debita cautela, ne homicidia, ac damna ex hoc
ludo eueniant. Non tamen licere clericis in ſacris
maximè ſacerdotibus tauricidiis intereſſe, cum in-
ficiari nemo poſſit actum illum eſſe inhumanum,
& antiquam redolere barbariem, in quo plures
exinde hominum ſequuntur mortes. Probatur ex
*cap. ſententiam ſanguinis, ne clerici, vel monachi*,
& ex Authen. *de ſanctiſſim. Epiſcop. §. interdici-
mus, collat.* 9. *& C. de Epiſcop. & clericis*, Authen.
107. *interdicimus*, Cardinalis in clement. *ne in agro, §.
porro, col.* 2. *de ſtat. monachor.* per text. in cap. *cle-
rici. de vita, & honeſt. clericor.* vbi interdicitur cle-
ricis non debere intereſſe ludis, duellis, execu-
tionibus damnatorum ad mortem, ſeu aliis inhu-
manis actibus laicorum. Quod etiam docent Sal-
zed. *in praxi, cap.* 72. *tit. de publicis ſpectaculis,
num.* 3. Gregor. Lop. *l.* 57. *tit.* 5. *part.* 1. *in gloſſ.* 1.
*&* 2. Bartol. Humadad. *l.* 57. *tit.* 5. *part.* 1. *in gloſſ.* 2.
*fol.* 54. Petr. Sanch. 2. *part. hiſtor. moral. tit. de la
vida de Caton, §.* 2. *verſ. e ſy a los ſacerdotes, ex
fol.* 102. Idem Humadad. *l.* 10. *titul.* 9. *part.* 1. *in
gloſſ.* 1. *num.* 8. *verſ. & ex eadem, & num.* 10.
*fol.* 88. & Paul. Fuſc. *de viſitatione, lib.* 2. *cap.* 21.
*num.* 46.

108. Pro canonicis regularibus ſunt, qui dicant eos
non comprehendi in conſtitutione Clemẽtis VIII.
cùm non ſint religioſi, nec monachi, quibus tan-
tùm interdicitur intereſſe tauricidiis; quia cum
ſit lex pœnalis, odioſaque, non debet extendi vltra
caſus expreſſos. Item, quia appellatione monachi,
ſeu religioſi, non venit canonicus regularis in
pœnalibus, & exorbitantibus, teſte Panorm. *in
cap. quòd Dei timorem, de ſtatu monachorum.* Pro-
fitetur enim ſicut clerici regulam, quæ appella-
tur regula clericorum. Monachi verò, quatenus
tales non ſunt clerici, *cap. alia, & cap. ſi cupis, cap.
legi*, 16. *quæſt.* 1. Verius tamen eſt comprehendi
canonicos regulares ſub conſtitutione Clemen-
tis VIII. quæ ſic ait: *Monachis, & fratribus men-
dicantibus, cæteriſque cuiuſcunque ordinis, & in-
ſtituti regularibus exceptis.* Quibus verbis voluit
Summus Pontifex omnes regulares nullo modo
aſſiſtere tauricidiis. Conſtat ex decreto in cap.
*Monach.* 2. 16. *quæſt.* 1. quod prohibet Mona-
chis poſtulare, comprehendi etiam canonicos re-
gulares, *c.* 2. *de poſtulatione prælator.* docétque Laſ.
in Authen. *ingreſſi, col.* 4. *verbo, capio.* Gloſſ. 1. *de
ſacroſ. Eccleſ.* vbi fatetur diſpoſitionem agentem
de monachis habere locum in canonicis regula-
ribus, non obſtante diſcrimine inter vtroſque, te-
ſte Panorm. quatenus ait ſupra, quando leges fun-
dantur in religione, quidquid diſponunt de mona-
chis, diſponere etiam de regularibus canonicis.
Sequitur Nauar. *lib.* 3. *conſil. de ſtat. monach. conſ.* 5.
*& in cap. non dicatis, num.* 12. *& lib.* 3. *conſil. tit. de
regularibus, conſ.* 68. *num.* 3. vbi addit canonicos
regulares admittentes fœminas, ſeu introducen-
tes in monaſteria incidere in pœnas conſtitutio-
nis Pij V. prohibentis ne religioſi in ſua mona-
ſteria admittere, aut introducere fœminas præ-
ſumant. Quod idem repetit *conſil. lib.* 5. *de verb.
ſignificat. conſ.* 7. *num.* 1. *&* 2. *& ſequenti.* Quibus
accedit Rodericus *tom.* 3. *de regular. quæſt.* 68.
*art.* 3.

Non tamen videntur contineri in d. conſtitu- 109.
tione Clementis VIII. milites profeſſi ordinum
militarium, qui contrahunt matrimonium. Quare
poſſunt intereſſe ſpectaculis taurorum, quãdo die-
bus non feſtiuis cum debita cautela in circo, vel
foro tauri agitantur. Secus de profeſſis in ſacris
ordinibus initiatis, cum religioſi dicantur, & af-
firmentur per verba expreſſa, ibi, *cæteri cuiuſcun-
que ordinis, & inſtituti regularibus*; ſed huiuſmodi
profeſſi in ſacris conſtituti ſunt à ſede Apoſtolica
inſtituti, & canonici approbati ſub certa regula;
ergo non poſſunt intereſſe tauricidiis. Roderic.
*ſuprà, art.* 4. Quod extenditur ad moniales, quæ 110
non poſſunt illis intereſſe. Auila *de cenſur. part.* 2.
*diſp.* 1. *cap.* 5. *dub.* 4. *verſ. dico* 6. niſi vt ipſe ait mo-
niales, ſeu religioſi ex loco diſtanti ita aſpiciant,
vt moraliter non cenſeantur intereſſe tauricidiis.
In quo euentu poſſe videre tauros abſque pecca-
cato concedit, ſecluſo tamen ſcandalo; nempe ſi
videant ex turre alta, & diſtanti à foro, ſeu circo,
vbi fiunt taurorum agitationes; quia non cenſen-
tur moraliter aſſiſtere huiuſmodi ſpectaculis.
Quam ſententiam tenent aliqui viri docti, ſed op-
poſitum puto verius, vel ſaltem tutius. Cùm hu-
iuſmodi ſpectacula interdicantur regularibus à
Summo Pontifice, ſintque adeò profana, vt vo-
tum agitandi tauros in ſanctorum honorem ſit 111.
omnino irritum, vt habetur in concilio vltim.
Toletano, *actio* 3. *decret.* 25. & in Bracharen-
ſi vltim. *actio* 5. *part.* 2. *cap.* 8. Quia hæc ſpe-
ctacula ad ſanctorum cultum minimè ſpectant, vt
benè notat Sanchez *in Decalog. lib.* 4. *cap.* 7.
*num.* 13.

Quæ

112. Quæ verò pœnæ immineant permittentibus duell. & ſpectantibus in foro Eccleſiaſtico; conſtat ex conſtitutione 31. Leonis X. & Pij IV. conſtitutione 21. aliàs 25. & ex Concilio Tridentino ſeſſ. 25. *cap.* 19. & ex Gregorij XIII. bulla edita anno Domini 1582. incipit, *Ad tollendam*,
113. & denique ex bulla Clementis VIII. incipit. *Illius vices*, anno Domini 1592. 16. Calend. Septemb. vbi ipſe Clemens renouat conſtitutionem Pij IV. contra quoſcumque principes, ac domicellos, ac alios omnes permittentes in ſuis dominiis, & terris duellum fieri, aut ſingularia certamina, aut diffidationes facientes, ac ad id irritantes, prouocantes, auxilium, conſilium, vel fauorem dantes, & intereſſentes: nec non chartas deſuper ſubſcribentes, vt publicantes, ſeu de illis ſe intromittentes. Qui omnes, & ſinguli Imperatore, ac Regibus inferiores (ſi laici fuerint) maioris excommunicationis; & ſi Eccleſiaſtici fuerint, vltra eam, etiam priuationis dignitatum, beneficiorum, & officiorum Eccleſiaſticorum, inhabilitatiſque ad illa, & alia in poſterum obtinenda pœnas eo ipſo incurrunt, à quibus non niſi à Romano Pontifice abſolui poſſunt. Hæc Pius IV. in ſua conſtitutione, quam renouat Clemens.

114. Deinde innouat decretum Concilij Tridentini *d. ſeſſ. 25. c. 19.* contra Imperatores, Reges, Duces, Principes, & cæteros Dominos temporales locum ad monomachiam concedentes in terris ſuis inter Chriſtianos, eſſéque eo ipſo excommunicatos, ac priuatos iuriſdictione, ac dominio ciuitatis, caſtri, aut loci quem ab Eccleſia obtinent, ſi feudi, in quo, vel apud quem duellum fieri permiſerint. Neenon innouat cæteras pœnas contra duel-
115. lantes, eorumque patrinos, quarum meminit idem Concilium in eodem decreto. Quæ omnia he multus ſim, ibi videri poſſunt. Conſtat igitur ex Concilio eſſe excommunicatos ipſo facto Imperatores, Reges, ac reliquos dominos temporales in terris ſuis inter Chriſtianos duellum concedentes, quos etiam priuat ab Eccleſia, & dominio directo ſi feudum ſit, atque ita ſi territorium ſit Eccleſiæ, in quo ſit duellum, ad Eccleſiam reuenit; ſi verò loca ſint feudalia, ad dominos directos. Item duellatores, & eorum ſpectatores, patrinos, & conſilium dantes, ſeu ad id aliqua ratione ſuadentes, excõmunicat, bonorũmque proſcriptione, ac perpetua infamia duellatores, ac patrinos punit, ac morientes in ipſo duello Eccleſiaſtica priuat ſepultura. Vbi ſacra congregatio interrogata de dubiis circa concilium Tridentinum ex citatis, reſpondiſſe fertur, *d. c.* 19, habere locum in priuatis duellis, quæ ſine alicuius principis auctoritate, conſenſuve abſque patrinis fiunt. Sic Molin. *tract. 3. de iuſt. diſp. 17. num. 4.* Farin. *conſ. 9. num. 34.*

116. Quod poſtea confirmatum eſt ex bulla Gregorij XIII. citata, editáque anno incarnationis Dominicæ 1582. Pontificatus eiuſdem anno 11. per hæc verba, *vbi dictas Concilij Tridentini pœnas extendit aduerſus omnes illos, qui vel publicè, vel priuatim ex condicto ſtatuto tempore, & in loco conuento monomachiam commiſerint, etiamſi nulli patrini, ſociique ad id vocati fuerint, nec loci ſecuritate habita, nullave prouocatoria litera, aut denunciationis chartula præceſſerint. Quas etiam pœnas extendit contra locorum dominos, ſi certamen*
117. *ex condicto permiſerint, aut quantum in ſe fuerit, non prohibuerint. Nec non contra eos omnes, qui duellũ huiuſmodi fieri mandauerint, inſtigauerint, auxilium, conſilium, vel fauorem dederint, aut e quos, arma, pecuniam, commeatum, & alia ſubſidia ſcienter ſubminiſtrauerint, aut compoſito ſpectatores, vel ſocios ſeſe quouis modo præbuerint, etiamſi illi qui ad locum deſtinatum, pugnaturi acceſſerunt, impediti pugnam non commiſerint, ſi per ipſos ſteterit, quominus illa committatur.* Sic bulla Gregorij XIII. quam refert Sayrus *de cenſur. lib. 3. num. 21.* Sanchez *lib. 2. cap. 39. num. 20.* Marius Alter. *tom. 2. de cenſur. diſput. 15. de ſuſpenſ. cap. 6. vſque ad medium.* Reginald. *d. cap. 21. num. 82. & 83.* Auguſtinus Barboſa *in additio. ad Concilium ſeſſ. 25. cap. 19. num. 2.* & Farin. *in paxi, queſt. 119. num. 25. ampliat. 4. & num. 24.*

Explicauit deinde Clemens in ſpecie expreſsè, quænam perſonæ incurrant prædictas pœnas, nempe quiliber miles qui in bello publico, & forſan iuſto indicto contra alterum in aduerſariorum exercitu militantem, ſiue aliàs in hoſtium caſtris, præſidiis, aut terris degentem, priuatas ſimultates atque inimicitias publicæ cauſæ intermiſcendo etiam ducum permiſſu, ex condicto ad ſingulare certamen deſcendat, aut illum prouocet. Item qui pactiones ineunt de dirimendo certamine, cum primum alteruter vulneratus fuerit, vel ſi conuenerint, vt non ſinguli cum ſingulis, ſed bini, terni aut plures hinc inde pugnent, eiſdem pœnis, decreto, & conſtitutionibus tenentur. Nec non locum tenentes, aut militum duces, & capitanei in caſtris, vel extra ea in alieno, vel hoſtili ſolo, qui cum militibus exercitus aduerſariorum monomachiam in quocunque caſu per præſentem, vel prædictas conſtitutiones prohibito permittunt, vel quantum in ipſis eſt, non prohibent, aut poſt admiſſum crimen veniam, & impunitatem concedunt. 118.

Item eiſdem pœnis ligantur ab eodem Clemente VIII. omnes, & ſinguli qui ſuo, vel alieno nomine aliis ad ſingulare certamen publicè, vel occultè ineundum, vel ad prouocandum aliquem ad pugnam, ſiue ad huius generis ſcripta, quæ manifeſta, ſeu fides vulgo appellantur, ſeu chartulæ prouocatoriæ dicuntur, ſcribenda, dictanda, mittenda, deferenda, diuulganda, auxilium, conſilium, operam, vel fauorem præſtiterint, ſiue id ſuaſerint, mandauerint, vel in prædictis, vel eorum aliquo ſe intromiſerint quomodolibet; quamuis ſcripta, ſeu chartulæ non exeant in publicum, ſi per ipſos non ſteterit, nec cuiquam ſint intimatæ, in eaſdem pœnas incurrunt, etſi publicatio, aut denunciatio, aut certamen, ſeu pugna non fuerint ſequuta, dum- 119.
modo, inquam, per ipſos non ſteterit. Scripta verò in hac bulla prohibita, ſunt omnia illa, quæ vel expreſsè prouocant ad duellum, vel ſunt quaſi quædam præparatoria ad chartulas, ſeu libellos prouocatorios, & ad duellum, illorumque veluti radices, aut ſemina, vt plurimum laceſſendi aliquem ad pugnam, & ſuſcitandæ ſimultatis, atque inimicitiæ materiam, & occaſionem præbent. Cætera vide in dicta conſtitutione, & apud Sayr. & 120.
Reginald. *ſuprà*, vbi Summus Pontifex declarat mentem ſuam eſſe per talem conſtitutionem, duellorum deteſtabilem vſum de medio tollere, & ab radicibus auellere, imponendo pœnas, non non ſolùm excommunicationis, ſed alias propter duellum, & ſcripta, quæ duellum antegredi ſolent. Nam ſi Papa in hac ſua conſtitutione ſemina, ac fibras duellorum conatur demoliri, atque de medio tollere, quanto magis omnia duellorum genera demolienda eradicandaque curabit? 121.
Ex dictis non habet locum dubium, verùm 122.

concilium procedat quando duellum ſuſcipitur
abſque patrinis, ſociiſve ad id vocatis in loco pri-
uato, & non tuto abſque prouocatoriis literis, &
apochis, atque etiam pugna non perfecta; cum
Gregor. XIII. & Clemens VIII. ad id priuata
duella extenderint. Nam ante hanc declarationem
de ſolo duello ſolenni, quod auctoritate publica,
& patrinis fiebat, concilium fuiſſe loquutum af-
firmant Bobadill. *in ſua Politica, lib. 2. cap. 14.*
*num. 41.* Sanchez *cap. 39. citato, num. 22.* Nauarra
*lib. 5. conſilior. in vtraque editione, tit. de purga-*
*tio. vulgar. conſ. 2. ad finem.* & Suar. *tom. 5. in 3. p.*
*diſp. 23. ſect. vltim. num. 11.* Quamuis de duello
in loco priuato commiſſo, & ſine ſolemnitate in-
telligunt Aloyſ. Riccius *in collect. deciſ. part. 3.*
*collect. 616.* Quarant. *in bullario, verbo, duellum,*
123. *verſ. nouiſſime.* Reginald. *lib. 21. num. 79.* Henriq.
*lib. 13. de excommunicat. cap. 39. num. 3. in com-*
*ment. litera T.* addens ſic fuiſſe declaratum à Car-
dinalibus. Sed, vt diximus, poſt conſtitutiones
Gregorij & Clementis pœnæ contra pugnantes
in duello publicè, vel priuatim, necnon contra
mittentes, & ſcribentes, aut diuulgantes chartu-
las, ſeu apochas prouocatorias, & ſcripta, quæ
dicuntur manifeſta, eorúmque fautores, & com-
plices, ſine dubio extenduntur.

124. Quæres an excommunicatio contra duellan-
tes in Tridentino pronunciata, comprehendat
omnes perſonas in eo decreto relatas? Emanuel
Roder. *tom. 1. ſummæ, in 2. editione, cap. 73. num. 3.*
& ante ipſum Nauarra *lib. 2. de reſtit. cap. 3. in 2.*
*part. dub. 13. in nona editione, num. 293.* opinan-
tur ſolos dominos concedentes loca ad duellum
eo ipſo eſſe excommunicatos: duellantes verò,
patrinos, conſulentes, & ſpectantes non eo ipſo
incurrere excommunicationem latam, ſed feren-
dam. Ratio, quia non additur in pœnis illorum
dictio, *eo ipſo*, ſicut additur quando loquitur de-
cretum aduerſus dominos locum ad duellum con-
cedentes. Item quia verba, *incurrant*, & *tenean-*
125. *tur*, ſunt imperatiui modi; atque ita non indu-
cunt excommunicationem latam, ſed ferendam.

126. Mihi tamen magis placent verba, *incurrant*,
& verba, *excommunicationis vinculo teneantur*,
importare ſententiam latam, non verò feren-
dam; quamuis ſint futuri temporis, quia non in-
feruntur ad iudicem, neque illius actionem ex-
127. poſcunt, ſed ad delinquentes diriguntur, qui per
efficax imperium eo ipſo ſententiam latam in-
currunt, vt probat Gloſſ. *in cap. vltim. verſ. pars*
*verbo, in verbo, incurrat, de officio delegati, lib. 6.*
& Gloſſ. *in cap. eos, de ſentent. excommunicat.*
dum inter caſus excommunicationis latæ ſenten-
tiæ refert *cap. 1. de relig. domi. eod. lib.* quæ eo
verbo, *incurrant*, vtuntur, nec aliquid vltra adii-
128. ciunt, quod importet latam ſententiam. Quibus
accedit Gloſſ. *in clement. 1. in verbo, excommuni-*
*cationis, de ſentent. excommunicat.* Cor. *conſ. 89.*
*viſo ſuprà ſcripto, col. penultim. verſ. poteſt etiam,*
*lib. 3.* & Coſin. *in pragmatic. ſanction. 6. quod ſi*
*aliter, in verb. incurrat*, & iterum in verbo, *red-*
*dantur, tit. de electio.* Nec obſtat quod aliquando
huic verbo *incurrant*, adiiciantur dictiones, *ipſo*
*iure, ipſo facto, eo ipſo*, & ſimiles, quæ impor-
tant latam ſententiam, tanquam id verbum per
ſe non habeat eam vim. Quia huiuſmodi dictio-
nes ad hoc verbum *incurrat*, ſeu *teneatur*, adduntur ad certiorem demonſtrationem ſignificatio-
nis, non quòd his verbis deſit vis illa latæ ſenten-
tiæ, ſed ad maiorem latæ illius ſententiæ decla-
rationem, teſte gloſſ. in re ſimili in cap. *licet ca-*
*non. in gloſſ. 1. de electio. lib. 6.* cùm dicit ibi, non 129.
eſſe hoc propterea ſuperfluum, cùm clariùs expri-
mat ac diſtinctiùs id, quod per ſe intelligitur. Se-
quitur Panorm. in cap. *ſolitæ, col. 2. verſ. in gloſſ.*
*in verbo, tanquam, extra de maior. & obedient.*
Nam verba adiiciuntur tollendæ dubitationis
cauſa, cùm tamen tacitè inſit, per *l. qui mutuam,*
*ff. mand.* Tiraquel. *in l. ſi vnquam, verbo, reuerta-*
*tur, C. de reuocand. donat.* Domin. & Phil. Franc.
*in d. cap. licet canon. de electio. lib. 6.*

Ex quibus ſecundùm veriorem ſententiam ex- 130.
communicatio in Tridentino comprehendit om-
nes perſonas in eo decreto contentas; éſtque ex-
communicatio latæ ſententiæ, non verò feren-
dæ. Ita Nauarr. *in ſumma, cap. 27. num. 150.* Toler.
*lib. 5. ſumma, cap. 6. num. 32.* Graff. *lib. 4. deciſio.*
*cap. 23. num. 23. verſ. duellum committentes, & eo-*
*rum patrini;* Sà *in ſumma, verbo, excommunicatio,*
vbi de excommunicationibus nulli reſeruatis,
*num. 14.* Delrius *lib. 4. diſquiſ. magic. cap. 4. quæſt. 4.*
*ſect. 2.* Suar. *tom. 5. in 3. part. diſp. 23. ſect. vltim.*
*num. 11.* & probatur ex motu proprio Gregorij 131.
XIII. citato, vbi in principio ait, Concilium
Tridentinum aduerſos omnes eas perſonas ex-
communicationem protuliſſe, eo ipſo, cùm æquè
contra omnes de excommunicatione fuerit locu-
tum. Quibus accedit Reginald. ſuprà ſcriptus,
*num. 76. & num. 82. & 83.* & Sanch. *d. c. 39. n. 26.*
& Barboſ. *ad ſeſſ. 25. cap. 19. num. 7.*

An verò hæc excommunicatio ſit reſeruata, 132.
ambigitur. Graff. & Delrius tenent non eſſe reſer-
uatam, nec Concilium Tridentinum eam reſer-
uat, nec Gregor. XIII. in ſuo motu proprio de
reſeruatione meminit. Salzed. tamen *in additio-*
*nibus ad Bernard. Diaz, in nouiſſima edit. cap. 110.*
*ad finem*, ait eſſe reſeruatam, & conſtat ex mo-
tu proprio Pij IV. edito anno 1560. vbi tamen
loquitur de duello ſolenni, non verò de priua-
to. Dicendum tamen eſt ex motu Clementis VIII.
relato eſſe reſeruatam hanc excommunicationem
incurſam in duellis tam priuatis, quàm ſolenni-
bus. Atque ita neminem poſſe virtute alicuius 133.
priuilegij abſoluere ab ea excommunicatione
etiamſi habeat omnes caſus Papæ reſeruatos, ita
Sanchez *vbi ſuprà, num. 27.* Poſſe tamen religio-
ſos virtute ſuorum priuilegiorum concedentium
caſus Papales ab ea abſoluere tradit Paulus Co-
mitol. *lib. 6. reſponſi. moral. quæſt. 17.* ſicque reſ-
pondiſſe ait Clementem VIII. quem refert, ac
ſequitur Reginald. *num. 83. ad finem, verſ. addit.*
*idem auctor*: quæ reſolutio placet.

Poſſunt etiam abſoluere confeſſarij ab ea ele- 134.
cti virtute bullæ cruciatæ bis, nempe ſemel in vi-
ta, & ſemel in articulo mortis. An verò poſſint
abſolui duellantes bis in vita virtute bullæ in eo-
dem anno durante bulla? Henriq. affirmat *lib. 6. de*
*pœnit. c. 16. n. 2. in ſimili.* dummodo duellantes ſu-
mant ſecundam bullam durante anno publicatio-
nis. Sequitur Auil. *de cenſ. 2. p. c. 7. diſp. 1. dub. 7. fol.*
*mihi 179. col. 2.* Non tamen poſſunt ſumere plures 135.
bullas in eodẽ anno, vt poſſint abſolui ab excom-
municatione reſeruata Papæ, ſed ſecundam dunta-
xat, teſte Manuel. Roder. *in explicat. bullæ cruciatæ,*
*§. 12. n. 2.* aſſerente Papam per ſpecialem conceſ-
ſionem indulſiſſe, quod duabus duntaxat bullis
poſſint frui ad hunc effectum durante anno: ſic
Auila, vbi addit ſemper eſſe excipiendam excom- 136.
municationem propter hæreſim incurſam. Sà
tamen *verbo, excommunicatio bullæ cœnæ. num. 18.*
ait

in conceſſis caſibus bullæ cœnæ, intelligi con-
ceſſum caſum hæreſis ſecundùm alios, ſecundùm
verò alios minimè. Attamen vtrumque probabi-
le. Sic ille.

137. Pars tamen negans intelligi caſum hæreſis mi-
hi placet, niſi de hæreſi fiat expreſſa mentio, nam
generalis conceſſio non extenditur ad illa quæ
indigent ſpeciali conceſſione *cap. in generali, de
reg. iur. in* 6. & conſtat ex motu proprio Gregorij
XIII. edito anno Domini 1576. die 22. Septemb.
à quo tempore ceſſauit controuerſia, cuius etiam
partis ſunt Henriquez ſuprà poſt alios, & alij qui-
bus adhæret Auila citatus, *verſ. ſecunda concluſ.*
Poſſunt tamen abſolui per bullam ſchiſmatici, &
fautores hæreticorum, qui non ſint hæretici.
Nam exceptio firmat regulam, contra Roderic.
138. *in explicatione bullæ*, §. 9. *num.* 71. ita Henriquez
*lib.* 3. *de pœnis. cap.* 16. *num.* 2. *in ſcholys, littera L.*
qui vtitur verbo, videtur abſolui poſſe, ſed ab-
ſolutè poſſe abſolui ſchiſmaticos merè tales, ſi re-
vera hæretici non ſunt virtute bullæ cruciatæ, &
fautores, defenſores, & receptatores hæretico-
rum, tradunt Azor. *tom.* 1. *lib.* 8. *inſtit. mor. cap.* 19.
*quæſt.* 2. Vega *tom.* 2. *ſumma, cap.* 125. *caſu* 12. San-
chez *lib.* 2. *Decalog. cap.* 12, *num.* 32. *& cap.* 36.
139. *num.* 17. vbi docent poſſe abſolui, quia hæretici
non ſunt, tam virtute bullæ cruciatæ ſemel in
vita, & ſemel in articulo mortis, quam virtute
iubilæi concedentis abſolutionem à caſibus bul-
læ cœnæ, ſolúmque caſum hæreſis excipi, nec
comprehendi ſub generali caſuum cœnæ conceſ-
ſione, quia hic caſus ſpeciali eget expreſſione.
Couar. *in cap. alma mater* 1. *part.* §. 11. *num.* 15.
Rojas *de hæreticis* 2. *part. aſſertione* 39. *num.* 321.
*& de priuileg. Inquiſitor. num.* 416. Simanc. *de
cathol. inſtit. tit.* 3, *num.* 2. Gutier. *canon. quæſt.
lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 26. Zaual. *in commun. opin. tom.* 5.
*quæſt.* 802. *num.* 67. Azor. ſuprà *cap.* 10. *quæſt.* 12,
*& cap.* 19. *quæſt.* 2. Auila 2. *part. cap.* 7. *diſp.* 1. *dub.* 7.
*concluſ.* 2. poſt Henriquez *d. cap.* 16. *numero* 2.
Ex quibus omnibus ſatis conſtat poſſe confeſſa-
rium modo ſuprà dicto virtute bullæ, aut iubilæi
140. electum abſoluere duellantes ab excommunica-
tione, & cæteras perſonas in decreto Concilij
Tridentini contentas. Sanchez *ſuprà*, *d. cap.* 39,
*num.* 17. vbi *ad fin*, addit poſſe excuſari ineuntes
duella priuata ab illa excommunicatione propter
ignorantiam illius.

141. Non incurrunt hanc excommunicationem ſpe-
ctatores duelli illac obiter tranſeuntes tempore
quo degladiantur duellantes, quia requiritur aſ-
picere ex propoſito, vt ait Gregor. XIII. in ſuo
motu proprio, in verbo, *ex propoſito*. Quare non
dicuntur propriè ſpectatores, qui caſu dum tran-
ſeunt, aſpiciunt. Quod ſi detineantur animo di-
uidendi duellantes, non incidunt, quia illos di-
uidere eſt opus charitatis, & aliquando ad id
obligantur ſi commodè, & abſque detrimento id
142. fieri poteſt. Similiter non incident, qui ex pro-
poſito aſſociant ineuntes duella, non animo iu-
uandi, ſed impediendi fugam. Secus ſi cauſa iu-
uandi aſſiſtentur, quamuis non deueniatur ad
certamen, quia ſatis eſt eos comitari, & efficere,
vt ineant pugna. Delrius *ſuprà*, *cap.* 4. *quæſt.* 4.
*ſect.* 1. Sanchez *ſuprà*, *num.* 31.

143. An verò incurrant hanc excommunicationem
dicentes irati, *veni ad talem locum, ibi te expe-
cto*, ſeu, *non habes enſem, vade, quære illum, hoc loco
te expecto*. Farinac. *conſ.* 9. *num.* 35. *verſ. verum
quia*, affirmat non incurrere, quia requiritur non

*Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.*

ſolùm calor rixæ, ſed etiam debet adeſſe præme-
ditatio, & deliberatio, ac etiam tractatio de duel-
lando; ergo quando quis non præmeditatè, ſed
in rixa alterum ad pugnam inuitat, non incurrit
pœnas duellantibus impoſitas, quia non ex com-
poſito, nec ex condicto, ſed in rixa ſe ad certamen
inuitant, quamuis præ calore iræ deueniatur ad
ad certum locum ad pugnandum; ſed Farinac. *d.
conſ.* 9. *per tot.* non loquitur de duello priuato, ſed
de duello ſolemni. Atque ita abſolutè dicendum 144.
eſt, ineuntes duellum, ſiue ſolemne, ſiue priuatum,
incidere in eandem excommunicationem latæ
ſententiæ, quando alter alterum inuitat ad pu-
gnam non in rixa, ſed præmeditatè, quia hoc eſt
inuitare ad duellum ex condicto; ita Sanch. *ſuprà*,
*num.* 28. aliis ibi citatis.

Secus, ſi in rixa alter alterum ad pugnã diffidat,
& poſt diffidationem ad pugnam deueniunt, tunc
non incurrunt in pœnas prædictarum conſtitu-
tionum, cùm non ex compoſito, ſeu ex condicto 145.
certamen ineant, ſed in rixa ſe ad pugnam inui-
tant. Sic Ioan. de Lignan. *in tract. de duello, pari-
ter in principio, verſ. circa primum, num.* 1. Plotus
in materia videndus *de in lit. iurand.* §. 42. *num.* 3.
*& ſequentibus*, & Iacob. de Caſtill. *in tract. de duel-
lo pariter in principio, num.* 4. *verſ. duellum eſt pu-
gna*. Atque ita quoties ante congreſſum non præ- 146.
cedit pactum de loco, & tempore duelli faciendi,
non eſt locus pœnis impoſitis contra duellantes,
vt etiam deducitur ex conſtitutione Clementis
VIII. *in verſ. quinimo de nouo etiam*. Sic Farin.
*d. conſ.* 9. *num.* 24. *& num.* 35. *& quæſt.* 119. *n.* 24.
vbi concludit non habere locum pœnam duelli
tam de iure communi, quàm pontificio, niſi quan-
do præcedit tractatus & deliberatio inter ineun-
tes pugnam. Quod ſi incontinenti inter duos ri- 147.
xa oriatur, & præ iracundia alter raptus ad duel-
lum alterum diffidat, & confeſtim ad aliquem
locum properantes congrediantur, pœna duelli
non procedit à conſtitutionibus impoſita. Sequi-
tur Ioſeph. *deciſ. Lucen.* 11. *num.* 10. *& ſequentib.*
ſicque in facto refert *ibi* Farinac. fuiſſe ſe patro-
no iudicatum, quod mihi ſatis probabile videtur.
Idem Farinac. *conſ.* 41. *num.* 2. *&* 3.

Quæres, an vt incurrantur pœnæ contra com- 148.
mittentes duella, concedentes locum, ſocios & pa-
trinos, ſit neceſſaria iudicis ſententia? Reſpondeo
non eſſe neceſſariam quoad excommunicationem,
& interdictum, cui ſubiacet locus in quo duellum
exercetur, ex dominorum licentia, vt conſtat ex
conſtitutione Clementis VIII. cum cenſuræ ex-
communicationis, ſuſpẽſionis, & interdicti, quan-
do eo ipſo incurruntur, ſecum trahant executio-
nem, ſicut vſu receptum eſt non eſſe neceſſariam
ſententiam iudicis ad incurrendam irregularita-
tem. Quoad cæteras pœnas, infamiæ, videlicet, 149.
proſcriptionis bonorum, amiſſionis loci, in quo
initur certamen, certum eſt, eas non incurri ante
ſententiam. Quoad inhabilitatem ad beneficia
obtenta, & obtinenda, Cord. *lib.* 1. *q.* 36. *ad finem
principij*, *& in ſolutione ad ſeptimum, verſ. ſecun-
dum etiam dictum, & verſ. ideo ad ſeptimum*, ait
requiri ſententiam iudicis ad inhabilitatem con-
trahendam. Sequitur Arag. 2. 2. *q.* 11. *col.* 2. *verſ. ad
aliud de ſtatutis*, poſt Sotum *lib.* 1. *de inſt. quæſt.* 6. 150.
*art.* 6. *poſt* 4. *concl. verſ. ex hac autem*. Salon. 2. 2.
*q.* 63. *art.* 4. *ad fin.* Med. 1. 2. *q.* 96. *art.* 4. *ad quartum*,
& Mexia *in taxa panis, concluſ.* 6. *num.* 108.

Ex eo quòd pœna inhabilitatis ad beneficia
obtenta, & in poſterum obtinenda eo ipſo incur-

ritur,& à ſolo Papa abſoluitur per conſtitutionem
151. Pij IV. edita anno 1560. cuius meminit Sanchez *lib.2. cap.39. num.19.* quorum ſententia eſt
vera, atque ita nulla deſideratur ſententia iudicis
152. ad inhabilitatem hanc contrahendam, dummodo nomine ſenteotiæ intelligas condemnantem,
non verò declaratotiam criminis. Nam ſententiam iudicis declarantis crimen ad incurrendam
153. inhabilitatem deſiderari tradunt Molin. *tom. 1. de iuſtit. diſputat. 96. fol. 590.* & Nauarrus *de datis, & promiſſis pro iuſtitia, vel gratia, num.44.*
Quod putat probabile ſatis Sanch. *d.cap.39.n.25. verſ. at ſatis probabile eſt*,& prius *cap.22.num.17.*
vbi probat ex *cap. cùm ſecundùm leges, de hæret. in 6.* per hæc verba ibi: *Confiſcationis executio non fiat, donec ſententia fuerit promulgata ſuper*
154. *crimine.* Ex quibus verbis colligir quando inhabilitas imponitur ipſo iure, *l. facto*, non exigi ſententiam condemnantem, ſed deſiderari ad eam incurrendam ſententiam criminis declaratoriam. Farinae. *conſ.5. num.24.* & notant omnes in *cap. Cùm ſecundùm, de hæreticis in 6.*
155. Nihilominus ſi hæc ſententia eſſet vera, ſequeretur in pœnis priuatiuis, quæ nullam actionem ad ſui executionem daſiderant, opus eſſe iudicis ſententia ad eas incurrendas, ſed hoc eſt falſum, ergo. Probatur in irregularitate, ſuſpenſione, & excommunicatione, quæ abſque iudicis ſententia
156. contrahuntur. Item priuatio petendi debiti incurritur ex affinitate conſurgenre abſque iudicis ſententia, & ſtatim priuatur coniux poteſtate debitum petendi, nec deſideratur ſententia iudicis condemnans, nec criminis declaratoria, vt tenet
157. Caſtr. *lib.2. de lege pœnali, cap.5. §. rurſus, argumento 5.* Caietan. *opuſcul. tom.1. tract.31. qui eſt 17. reſponſio, reſponſ.4. verſ. & quoniam*, vbi ait inceſtuoſum etiam occultum incidere in hanc pœnam, neque in foro conſcientiæ poſſe petere de-
158. bitum ante diſpenſationem; quod etiam docet Anglez *in floril. part.1. de matrim. quæſt. 14. de impedimento affinitatis, art.1. difficult.1. concluſ.3.* peccatque mortaliter, ſi abſque diſpenſatione petat debitum. Angel. *verbo, inceſtus, num.4.* Syluest. *verbo, luxuria, quæſt.4. d.1.* & probat Sanchez *de*
159. *matrim. lib.9. diſp.27. num.1. & 2. & 9.* vbi decidit inceſtuoſum coniugem cum cooſanguinea alterius coniugis non poſſe ab ea debitum petere, quia ſiue inceſtus ſit occultus, ſiue poblicus, ſemper ex eo oritur priuatio debiti abſque ſententia
160. iudicis. Quæ ſententia vſu, & praxi recepta tanquam veriſſima eſt; ergo pœna inhabilitatis ad officia obtenta, & obtioenda nulla indiget ſen-
161. tentia condemnanti, aut crimen declaranti, vt incurratur, ſicut aliæ pœnæ priuatæ.
Nihilominus quamuis ratio omnino conclu-
162. dens non inueniatur cùm inhabilitas ex crimine duelli orta, ſit valdè rigida, probabile eſt, vt incurratur, egere ſententia crimen declaranti, vt do-
163. cent Nauarr. Molin. & Sanch. *ſuprà*, quemadmodum inhabilitas ad ferendum ſuffragium ob aliquod delictum iocurſa, cùm ſit pœna priuatiua, exigit tamen iudicis ſententiam, reſte Soto 1. *de iuſt. quæſt.6. art.6. ad quartum, & lib.4. quæſt.6.*
164. *art.3. ad fin.* Ledeſma 2. *part. 4. quæſt.18. art.2. dub. vltim.* Molin. *diſp.96. tom.1. fol.591.* Sanch.
165. *vbi ſuprà, d. diſp.30. num.1. verſ. deinde inhabilitas.* Vnde ſcholaſtici inhabiles propter delictum ad ferendum ſuffragium, poſſunt illud ferre, donec feratur ſententia criminis declaratoria.
166. Quæſtionis eſt, an incurrat ſuſpenſionem ipſo iure clericus prouocans ad duellum, vel illud acceptans? Tabien. *verb. ſuſpenſio, caſu 10.* Angel. 167.
*eodem verbo, caſu 11.* & Syluest. *§.6. eodem verb. verſ. vndecimò ſuſpenſus eſt*, docent clericum ipſo
iure ſuſpenſum manere, dummodo mors, aut mu- 168.
tilatio membri non ſequatur, in eoque euentu poſſe Epiſcopum cum eo diſpenſare; ſed hæc ſuſpenſio non colligitur, vt ipſi aſſerunt, ex *cap.5. de*
*clerico pugnante in duello*, quia ſic dicitur ibi: *Por-* 169.
*rò ſi clericus alicui duellum ſponte obtulerit, vel oblatum ſuſceperit, ſiue victor, ſiue victus fuerit,*
*de rigore iuris, eſt merito deponendus*, &c. Quare 170.
dicendum eſt ſecundùm Nauarrum *in manuali, cap.22. num.156. verſ. quarta quæ eſt*, pœnam clerico duellanti, ſeu acceptanti duellum eſſe impo-
nendam per iudicem. Sequitur Henriquez *lib.1.* 171.
*de excommunicat. & ſuſpenſ. cap.39. §.3.* Dictum eſt, *dummodo mors, vel membri mutilatio ex ipſo duello non ſequatur*; nam tunc oritur irregulari-
tàs, in qua ſolus Papa diſpenſat. Vnde fit ſuſpen- 172.
ſionem, ſeo diſpoſitionem non eſſe imponendam
à iudice per *d. cap.1.* ob ſolam prooocationem 173.
duelli, ſeu acceptationem illius, niſi reuera pugna ineatur, vt conſtat ex verbiś illius cap. ibi, *ſiue victor, ſiue victus fuerit.*
An verò poſſit Epiſcopus abſoluere duellantes toties qooties incurſa fuerit excommunicatio ab eos virtute Tridentini Concilij, *ſeſſ.24. c.6.* ſi duel- 174.
lum ſit occultum, nec deductum ad forum cootentioſum? Affirmat Sanch. *lib.2. cap.39. num.27.* 175.
*verſ. ſi tamen delictum.* Ratio, quia conſtitutiones ſupra dictæ non abrogant Concilium Tridenti-
num nec de illo mentionem faciuot. Per deli- 176.
ctum verò occulnim, nec deductum ad forum contentioſum, intelligitur delictum quod in iudicium deferri non poteſt. Ita Gutier. *canon. quæſt. lib.1. cap.13. num.27.* Manuel *in additionibus ad*
*bullam cruciata, §.9. num.69. ad fin.* Cæterùm di- 177.
cendum eſt delictum occultum hoc loco Concilij Tridentini ſomi, vt diſtinguitur contra publicum. Ita Nauarrus *in manual. cap.27. in noua edit. num.255.* Henriquez *lib.14. de irregularitate, c.20.*
*num.4.* Vnde quamuis duellum ab aliquibus ſcia- 178.
tur, & probari poſſit, dicitur occultum. Ita Sanch. *de matrimonio, lib.2. diſp.37. num.11. & lib.8. di-* 179.
*ſput.34. num.55. & 56. & lib.2. Decalog. cap.11, num.19. & cap.39. num.27.* moltis ibi citatis.
Dicitur autem publicum, non verò occultum,
quando eſt publicum non ſolùm in oppido, ſed 180.
etiam in maioti parte viciniæ, vel collegij, monaſterij, vel parochiæ, dummodo ſaltem decem
inueniantur perſonæ in ea vicinia, collegio, pa- 181.
rochia, vel monaſterio, in quibus hoc publicum eſt. Sequitur Suar. *de cenſur. diſp.41. ſect.3. num.6.* & Sayrus *in theſaur. caſuum, tom.2. lib. 4. cap.17.*
*num.21. & lib.7. cap.13. num.12.* Quod ſi con- 182.
tingat duellum alicubi fuiſſe poblicum (quod intellige de quocunque alio delicto commiſſo) &
vbi petitur abſolutio, eſt occultum, Suar. *tom.4.* 183.
*de pænitent. diſp.30. ſect.2. num.2.* docet non poſſe virtute decreti Tridentini abſolui ab excom-
municatione duellantes; quia quod alicubi pu- 184.
blicum eſt, non poteſt eſſe occultum, cùm facilè ad alia loca deferatur, vel deferri poſſit. Quod
puto non eſſe omnino verum argumento publici 185.
in vno loco excommunicati; qui noo cenſetur publicus in alio loco ita diſtanti, ad quem non eſt ſpes, vt facilè fama perueniat. Ideo in eo loco,
vbi petitur diſpenſatio, delictum eſt occultum, 186.
ac proinde virtute eiuſdem decreti poteſt Epiſco-

pus

pus abſoluere delinquentem, cùm cenſeatur ibi crimen occultum. Sequitur Auila *de cenſur.p.2 cap.7.diſp.1.dub.11.concl.3.* Cuius ſententia mihi videtur ſatis probabilis.

187. Delictum verò deductum ad forum conten-
tioſum dicitur, quando deductum eſt ad illud fo-
rum, licet non probetur multis teſtibus, ſed vno
188. duntaxat. Ita Auila *ſuprà, & part.7.diſp.10.dub.6.*
*ad fin.* Quod ſi reus in foro externo abſoluatur,
maneт adhuc occultum, quamuis falſis teſtibus
189. reus ſe defenderit. Ita Sayr. *tom.1. lib.7. cap.7.*
*num.12.* Sà *verb. Epiſcopus, num.34.* Nec refert
ſententia Suarij *de cenſur.diſp.41.ſect.2.num.6.* di-
190. centis non manere delictum occultum, ſi in foro
externo ſemiplenè probatum fuit, quia generatur
publica notitia, ac fama ex ſemiplena probatione,
191. atque ita non eſſe occultum. Sed oppoſitum eſt
verius, nempe manere occultum, vt antea, ſiue ab-
ſoluatur delinquens per ſententiam diffinitiuam,
192. ſiue per interlocutoriam ab inſtantia, ſeu obſer-
uatione iudicij; quia per eam iudicium fuit fi-
nitum, quamuis ex nouis iudiciis, nouiſque pro-
193. bationibus poſſit res iterum in iudicium deduci.
Couarr. *lib.1.var.cap.1.num.8.* Sanch. *lib.2.Deca-*
*log.cap.11.num.21. & lib.8.diſp.34.num.57.& 58.*
194. Idem dicit de delicto deducto ad id forum, & in
195. eo iudicio punito. Auila *de cenſur.part.7.diſp.10.*
ad 199. *dub.* & Sanch. *num.21.* In quo euentu, ſicut in cæ-
teris ſuprà, poteſt Epiſcopus abſoluere, quia ſatis-
factum eſt per punitionem, reipublicæ, & iudex
fuit functus ſuo officio. Guttierr. *lib.1.canon.c.3.*
200. *ad fin.* Auila *part.7.diſp.20.dub.7.* & Sanch. *d.n.21.*
vbi addit, vt delictum ſit delatum ad forum con-
tentioſum requiri, vt reo ſit intimata delatio, qua-
ſi dicat, ante intimationem reo factam, ſi crimen
aliàs eſt occultum, poſſe abſolui ab Epiſcopo vir-
tute d.decreti Concil. *ſeſſ.24.cap.6.*

## DISPVTATIO III.

### *De brachio Regio circa leges condendas.*

### §. I.

*Quæ requirantur in eo, qui leges condere vult.*

EPITOME.

201 *Leges debent eſſe accommodatæ ad rempublicam, non reſpublica ad leges.*

202 *Quæ requirantur in condente legem, vt lex ſit rationi conſona.*

203 *Legiſlator debet eſſe homo communis, & non priuatus.*

204 *Principe ſupremo inferiores non poſſunt leges condere.*

205 *Leges condere an poſſint ciuitates alicuius regni.*

206 *Decuriones, correctores, conſules prouinciarum, an poſſint leges condere.*

207 *Decuriones ciuitatum poſſunt ſtatuta condere pro victualibus.*

*Non poſſunt tamen mittere in carcerem rebelles. ibid.*

208 *Officiales, ſeu rectores ciuitatis poſſunt facere ſtatuta, quæ durant pro tempore ſui officij.*

BRACHIO regio ad rempublicam guber- 201.
nandam addita eſt poteſtas ferendi leges, à quibus ipſa regatur; debent tamen leges omnes eſſe accommodatæ ad rempublicam, non autem reſpublica ad leges accommodanda eſt, teſte Ariſtotele *lib.4.Politic.cap.1.* Item lex nullo priuato commodo, ſed pro communi vtilitate ciuium, debet eſſe conſcripta, vt habetur in cap. *erit autem, diſt.4.* Vnde idem Philoſoph. *4. Politic. cap.10.* vocat tyrannicam dominationem, quæ ad propriam vtilitatem, non ad vtilitatem ſubditorum omnia ordinat. Conſentit D.Th. 1.2. *quæſt.9.art.2.* vbi concludit legem ſemper ordinari in bonum commune tam de facto, quàm de iure. Ideo eo ceſſante ratione boni communis, & eius vtilitate, ait ceſſare legem, & carere vi obligandi. Ex qua concluſione deducitur legem latam in priuatam vtilitatem, non eſſe legem, ſed iniquitatem.

Quibus poſitis, prima conditio, quæ requiritur 202.
in condente legem, ea eſt, vt non ſit homo priuatus, ſed homo communis. Probatur, quia poteſtas hæc non exiſtit in homine ſingulari, ſed in collectione hominum, hoc eſt in communitate, vel in homine communi, ſeu publico, hoc eſt principe, in quem communitas transfert eandem poteſtatem ferendi leges, vt habetur *in l.1. ff. de conſtit. princip. l.2. verſ. nouiſſimè, ff. de origine iuris.* Couar. *cap.1. in practic. concluſ.1.* Nauar. *in cap. nouit de iudic. notab.3. num.119.* ex D.Thom. 2.2. *quæſt.90. art.3. ad 2. quæſt.97. art.3. ad 3.* Ex eo fundamento, quia homo priuatus non habet iuriſdictionem politicam in alium, cùm lex principaliter ad bonum commune feratur: ordinare ergo aliquid ad ipſum bonum commune ſpectat ad totam communitatem, vel ad aliquem illius vices gerentem, qui totius multitudinis curam habeat, qualis eſt Rex, ſeu Princeps. Igitur non pertinet ad hominem priuatum, ſed ad publicum qualis eſt Rex, cuius actus principalis eſt leges ponere, vt ait D.Thom. 2.2. *quæſt.50. art.1. ad 3.* Proinde eam prudentiam, quam Ariſtoteles, *6. Ethic. cap.8.* vocauit legiſlatiuam, idem *3. Politic. cap.3.* propriam prudentiam principis, hoc eſt regnatiuam appellauit.

Secunda conditio ferentis legem eſt, quòd habeat iuriſdictionem neceſſariam. Ita Bartol. *in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iure, quæſt.1. in principio, & in l. imperium, ff. de iuriſdict. omn. iud. num.8.* vbi ait poteſtatem ferendi leges ad iuriſdictionem meri imperij, vel exiſtentis in gradu proximo ſpectare. Bald. *in l.1. ff. de iuſt. & iur. quæſt.1. art.3.* & conſtat ex Clementina Alexandri *lib.1. ſtromat. cap.15. ad finem,* aſſerente ſapientiam legum ferendarum eſſe imperatoriam, & maximè regiam. Non tamen ſufficit quæcumque iuriſdictio ordinaria, ſed principalis, ac ſuprema. Magiſtratus námque habent iuriſdictionem ordinariam, non tamen poſſunt leges condere, cùm hic actus ſit principalis regiminis, ex D.Thom. *d. art.1. ad 3.* ibi, *quod etſi conueniat aliis, non conuenit illis, niſi ſecundùm quod participant aliquid de regimine regis.* Idem placuit Platoni in Dialogo ciuili, aſſerenti legum lationem ad dignitatem regiam pertinere, quæ gaudet iuriſdictione ſuprema fe-

rendi leges pro ſuo territorio. Quod non latuit Chryſoſtom. *in Pſalm. 44. ver. finem*, vbi ait poteſtatem condendi leges regibus conceſſam non extendi extra fines eorum, hiſce verbis, *Romanorum Imperator Perſis non poſſet leges ferre Romanis.* A quo igitur accipiat communitas, & rex hanc poteſtatem, & iuriſdictionem politicam gubernandi, & quomodo, ferendique leges, diximus ſuprà, *p. 1. in proximo*, §. 2. *num.* 25.

203. Tertiò requiritur in eo, qui curam habet communitatis, vt ſit optimus legiſlator, quòd habeat prudentiam, & ſcientiam, auctore Ariſtotele, *lib. 10. Ethic. cap. vlt.* & Platone 12. *de legib.* dicente ibi, legiſlatorem debere eſſe virum diuinum, & clariſſimi ingenij, & bene. Quia legiſlator etiamſi aliquando polleat intellectu acutiſſimo, poteſt claudicare in voluntate, & conſequenter poteſt iniqua interdum imperare, non tamen per iniuſtas leges, poteſt obligare, quod iniqua lex non poteſt obligare contra legem naturalem, ſeu diuinam, quia non poteſt, inferior cum ſit, præcipere contra legem Dei prohibentis. Ideo quartò requiritur in legiſlatore, quòd ſit moribus integer, rectus, ac timens Deum, & in ſe exprimat ipſe primùm, quæ aliis facienda præſcribit, vt ait Plato 4. *de legibus*, quod vt bene gerere poſſet, doctiſſimorum, iuſtorúmque hominum conſilio in condendis legibus debet vti, vt habetur *in l. 1. ff. de legibus*, & Senatus Conſ. definiuitque ibi: *Lex eſt commune præceptum prudentum virorum conſultum.* Lege Ariſtotelem *lib. 3. Politic. cap. vltim. verſ. Eos qui priuatam vitam agunt.*

Sed quid ſi iudex temporalis ſtatutum faciat? Reſpondetur non vltra tempus, quo durat officium, perſeuerare; ſed officio exacto illud ſtatutum expirare, *l. fin. C. de officio præfecti vrbis, l. cum nauarchorum, C. de nauicular. lib.* 11. Si tamen id ſtatutum fiat de conſenſu, vel ſuffragio populi conuocati, non expirat etiam extincto, ſeu peracto officio, *l. 1. §. 1. ff. quod quiſque iuris, l. 1. & 2. ff. de decret. ab ordin. facien.* Bartol. *l. omnes populi, num* 8. *ff. de iuſt. & iure.* Nec obſtat, quòd populus per electionem non dat immediatè iuriſdictionem, quia reſpondetur ſufficere quòd tribuat ius procurandi illam, & petendi confirmationem illius: colliges hoc ex iis quæ tractat Staphileus de literis gratiæ, *titulo de formis mandati de prouidendo, 3. forma, num. 12. pag.* 57. Quod ſanè ius eſt in cauſa, vt duret iuriſdictio, etiam defuncto confirmante. Imò hæc iuriſdictio, quamuis videatur tribui à domino confirmante, Authen. *de defenſoribus ciuitatum, §. iuſiurandum verò, collat.* 3. & tradit in ſpecie Auendan. *lib. 1. de exequend. mand. cap. 19. num.* 21. poſt plures, non ideo extinguitur morte confirmantis, quia confirmatio præſupponit conſenſum, & electionem populi. Atque ita morte illius non extinguitur, cùm ius petendi confirmationem à populo electus accipiat, vt tradit Staphileus *vbi ſuprà*.

204. Difficultas eſt, quinam habeant poteſtatem condendi leges? Poſſe Reges, & Principes non recognoſcentes ſuperiorem pro ſuo regno, ſeu principatu eſt certum. Ita Bartol. *in l. vlt. C. de legibus*, Bald. *in cap. 1. de conſtit.* Nauar. *in cap. nouit, notab. 3. num.* 90. Confirmat Auguſt. *tract. 6. in Ioan.* dicens, *Diuinum ius in ſcripturis habemus, humanum ius in legibus Regum.* Idem dicendum de regina hærede regni, nempe poſſe leges ferre, ſicut rex poteſt pro eo tempore, quo nondum eſt nupta, & durabunt perpetuò, donec ab ipſa reuocentur. Probatur, quia eſt capax regina iuriſdictionis etiam regiæ, & imperatoriæ, quod tanquam certum ſupponit cap. *ex parte*, 2. *de priuilegiis*, & tradit Corſetus *de poteſtate Regis, part. vlt. q. 98, num.* 58. quem refert, ac ſequitur Suar. *lib. 3. de legib. cap. 9. num.* 8. Quod extendit etiam ad reginam hæredem regni iam nuptam. Conſentiunt Abbas, & Innocent. in cap. *dilecti, de arbitr.* vbi dicunt fœminam habentem regnum poſſe per ſe cognoſcere de cauſis ſuorum ſubditorum ſecundùm ſe, & per ſe, ſi voluerit, quia habet iuriſdictionem ſupremam; ergo poterit leges condere, neque per matrimonium remouit à ſe hanc poteſtatem, nec tranſtulit in maritum, quamuis ipſe maritus loco illius regnum adminiſtret. Ita Baldus in cap. *ſignificauit, de reſcriptis.* Greg. Lop. *in l. 1. gloſſ. 9. & in l. 9. gloſſ. 4. tit. 1. p.* 2. Accedit, quia regnum eſt officium, quod incumbit perſonæ habenti regnum, & non poteſt alienari ſine conſenſu regni. Igitur non poteſt Regina onus officij à ſe remouere, nec in alium tranſmittere, etiam quoad miniſtrationem, itaut non retineat penes ſe ipſam ſupremam poteſtatem totius regni. Poteſt tamen exercitium, & adminiſtrationem marito committere pro tempore vitæ ſuæ, ſeu prout voluerit, reſeruata ſibi proprietate. Vide Corſetum *d. part. vltim. de poteſtate regia, quæſt. 96. à num.* 58.

Pro reliquis Dynaſtis, Marchionibus, Ducibus, Comitibúſque dicendum eſt nullam habere poteſtatem ferendi leges, cum habeant ſuperiorem, nempe Regem, cui ſubditi ſunt, cuique poteſtas condendi leges eſt reſeruata; atque ita tam in Luſitania, quàm in Hiſpania Duces, & ſimiles Dynaſtæ, dominique terrarum non habent poteſtatem ferendi leges, quod praxi, & vſu receptum eſt. Azeued. *in leges Hiſpaniæ, lib. 2. c.* 1. D. Th. 1. 2. *q.* 9. *art.* 3. vbi ait ordinare aliquid in bonum commune eſſe, vel totius multitudinis vel alicuius gerentis vicem totius multitudinis, & ideo condere legem non pertinet ad perſonas priuatas, & ſubditas, quales ſunt, Duces, Marchiones, & Comites Luſitaniæ, & Hiſpaniæ, ſed ad Regem, cui ſubduntur. Diuum Thomam ſequuntur reliqui Theologi, ibi Bobad. *lib. 2. cap. 16. num.* 128. poſt plures.

Huic finitima eſt difficultas, quid poſſint ciuitates, ſeu communitates ſitæ intra terminos cuiúſque regni habentis regem? Dicendum eſt non poſſe condere leges aliquas, niſi prout illis fuerit conceſſum à legibus, per regem latis. Nec obſtat lex *omnes populi, ff. de iuſt. & iure.* Decernens vnumquemque populum poſſe ius ſibi conſtituere; nec lex 9. *ff. de legibus*, vbi dicitur. *Ita non ambigitur Senatum ius facere poſſe, quia hoc intelligitur iuxta ordinem conſtitutũ magiſtratibus, decurionibus, conſulibus, qui præficiuntur regimini cuiuſque ciuitatis, ſeu prouinciarum, quibus præſunt circa ea, quæ ad rerum vniuſcuiuſque ciuitatis, ſeu prouinciæ adminiſtrationem pertinent.* Et ad legem, *omnes populi*, & *l.* 9. dicendum eſt loqui de populis ſupremam iuriſdictionem habentibus, non verò de recognoſcentibus ſuperiorem, in quem populi tranſtulerunt poteſtatem condendi legem. 205.

Vnde ſequitur, ſi ciuitates velint condere ſtatuta ſibi particularia, & communia non aliis, opus eſſe, vt petant confirmationem à Principe ſuo ſupremo, alioquin non habebunt rationem legis, vt probatur ex *l. 3. C. de legibus*, his verbis. *Nec*

inquit,

inquit, *in qua ſpecialiter quibuſdam conceſſa ſunt ciuitatibus, vel prouinciis, vel corporibus.* Vbi lex ſupponit ciuitates imperio ſubditas egere venia Imperatoris ad condendas leges particulares, quibus regantur, vt etiam exprimitur *in §. conſtat. Inſtit. de iur. natur.* Quo in loco habemus plebiſcita incepiſſe habere vim legum per legem Hortenſiam, nimirum, quia approbante Senatu plebs obtinuit facultatem ad condenda ſtatuta.

206. Quoad magiſtratus, ſeu decuriones ciuitatum, ſeu correctores prouinciarum à lege, vel à rege cõſtitutos, nihil poſſunt quoad leges condendas, niſi quantum regimen ſui officij eiſdem concedit, vt conſtat ex legibus Luſitanis, quoad Luſitanos, *lib. 1. ordinat. tit. 66. num.* 28. vbi ad decuriones vulgò *vereadores* ſpectat ſtatuere de omnibus his, quæ conducunt ad bene viuendum, præſertim victualia, & opera mechanica. Atque ita habent limitatam iuriſdictionem pro victualibus, & pro aliis pertinentibus ad bonum commune, vt conſtat ex verbis, *e façam as poſturas de nouo que comprir ao prol, & bom regimento de terra.* Nihilominus in executione ſtatutorum non poſſunt cohibere rebelles, & inobedientes niſi per iudicem, vt habetur *ibid. tit. 66. num.* 31. vel per præſidem, ſicut etiam per correctorem prouinciæ, vnde abſque mandato illorum, aut alterius non poſſunt mittere rebelles in carcerem. Quod etiam dicendum eſt de magiſtratibus municipalibus, qui æqualem noſtris decurionibus videntur habere iuriſdictionem, limitatam tamen cùm habeant facultatem ſtatuendi, ſed nòn exequendi, niſi per iudicem, vel correctorem prouinciæ, ſicut non poſſunt iudicare niſi ſimul cum iudice. Cabed. 1. *p. deciſ. 73. & 74. per totum*, Barboſa Vimaranenſis *in remiſſ. ad tit. citatum*, §. 28. *n.* 1. *&* 2.

207. Dubium tamen eſt, an poſſint conſules ciuitatum, ſeu decuriones pro tempore, quo durant eorum officia, facere ſtatuta ad bonum commune pertinentia? Reſpondetur ſecundùm legem 2. *Tauri*, quæ hodie eſt lex 3. *tit.* 1. *lib.* 2. *recopilat.* affirmatiuè, aſſerentem eſſe obſeruandas ordinationes municipales eo modo, quo vſu, & praxi fuerint receptæ, dummodo non ſint contra leges regales. Iuuat *l. 14. tit. 6. lib. recopilat.* Auendan. *in c. 19. n. 3. verſ. Secunda concluſio*, & tradit Menchacas ab Azeued. *in d. l. 14. tit. 6. lib.* 3. quos ſequitur Guttier. *lib. 6. pract. q. 23. n.* 19. qui hoc eſſe licitum affirmant circa victualia, & circa pretia, & alia quæ ſingulo quoque anno mutantur; quæ omnia probantur ex traditis à Bartol. *in l. omnes populi, n. 8. in fine, C. de legibus*, Petrus Antibol. idem tenet *in tract. de muner. p. 3. § 4. n.* 196. Auil. *in c. 16. pretory*, gloſſ. *las bara, n.* 9. Bobad. *lib. 3. c.* 8. *n.* 17. *verſ. aunque*, addens poſſe cogere rebelles ad hæc obſeruanda pœnis propoſitis, neque hoc
208. eſt inconueniens, ſiquidem huiuſmodi ſtatuta non durant, niſi pro tempore, quo durant decuriones, ſeu correctores prouinciæ. Ita Roland. *conſ. 22. n. 4. & ſequentib. vol.* 2. Bald. *in l. pro gramm. C. communia de leg. & Greg. Lop. in l. 12. p. 1. tit. 1. gloſſ.* 2. ſequitur Barboſ. *in l. quia tale, 14. ff. ſolut. matrim. n. 94. verſ. pout in ſimili videmus, quod ſtatuta facta per iudicem temporalem non durant vltra tempus, quo durat officium, l. fin. C. de officio præfecti vrbis, & d. l. ſummarchorum, C. de naniculariis, l.* 11. Menoch. *conſ.* 382. *n.* 12. quibus accedit alter Barboſ. *in remiſſ. d. tit. 66. §. 28. num.* 4. Quia finito anno, ſeu tempore officij extinguitur imperium officialis.

## §. II.

### *Vtrùm Reges, & Principes ſupremi ſint ſupra ius ciuile poſitiuum?*

### EPITOME.

209 *Principes in terris ſunt loco Dei, non tamen poſſunt quidquam ſupra ius naturale, nec diuinum.*

210 *Principes non poſſunt abrogare ea, quæ ſunt iuris poſitiui, quando continent naturalem æquitatem.*

211 *Principes ſine rationabili cauſa non poſſunt vti plenitudine poteſtatis.*

212 *Princeps non poteſt tollere etiam de plenitudine poteſtatis citationem quæ reſpicit defenſionem.*

213 *Princeps non eſt ſolutus ſuis legibus quoad vim dirigentem, ſed quoad vim cogentem.*

214 *Quod quiſque iuris in alterum ſtatuit, ipſe eodem iure vti debet.*

215 *Princeps vendens cariùs vltra taxam peccat contra iuſtitiam.*

216 *Princeps videns legem conformat ſe intentioni diuinæ.*

217. & 218 *Princeps ad legem ſeruandam obligatur ex vi legis, quando lex ad omnes ſpectat.*

219. & 220 *Regina eſt legibus ſoluta: filios verò Reginæ probabilius eſt non eſſe.*

221 *Princeps an teneatur ſeruare leges municipales.*

222. 223. 224. 225. & 226 *Princeps leges abrogare, mutare, & in eis diſpenſare, conſuetudineſque tollere poteſt.*

227. 228. & 229 *Peregrini quando teneantur legibus locorum circa contractus, conſuetudines & circa teſtamenta.*

DISPVTARE de ſuprema principis poteſtate ſacrilegij inſtar videtur ex *l. 2. C. de crimin. ſacer.* vt ſentit Decius *conſ.* 588. 209.
*num.* 2. Socinus Iun. *conſ. 91. num. 6. & in conſ.* 140. *num. 42. lib.* 2. Crauet. *conſ. 241. num.* 3. Ex eo fundamento, quòd Princeps dicatur in terris vices Dei Optimi Maximi obtinere, Authent. *de armis, in principio*, & vt ait Ariſtoteles *lib. 3. Politicor. cap.* 9. Princeps eſt quaſi Deus inter homines. Imò, vt Plinius *in Traiani panegyr.* tradidit, nihil præſtabilius à Deo quidem hominibus datum, quàm caſtus, & ſapiens, ac Deo ſimillimus Princeps.

Sit ergo reſolutio prima. Princeps eſt ſupra ius poſitiuum, non autem ſupra ius naturale, & diuinũ quæ dicuntur eſſe immutabilia, §. *fin. Inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil. cap. ius naturale, 1. diſtinct.* Aymo *conſ. 266. in cauſa, in principio*, vbi ait in his quæ ſunt de iure ciuili poſitiuo, principem habere amplam poteſtatem. Lancell. *de attentatis, 1. p. in præfatione, n.* 66. Idem tenet, adeo vt non poſſit princeps nec de plenitudine poteſtatis aliquid ordinare contra iura naturalia, & gentium primæua, ac diuina, quibus ipſe ſubditus eſt, per gloſſ. *in §. Sed & naturalia, & §. fin. de iur. natur. gent. & ciuil.*

Quamuis idem Lancell. *num.* 69. addat poſſe

ptincipem,

principem, limitare, diſtinguere, & declarare ius naturale, & videtur ſeatus in Authen. *de conſul, ad finem.* Luc. de Pen. *num.22. C. de locat. prad. ciuil. lib.*11. Quod intelligi poteſt de iure naturali ſecundariò, non autem circa ius diuinum. Princeps enim quamuis ſit ſolutus ſuis legibus, *l. digna vox de legibus*; nihilominus eſt ligatus iure naturali gentium primæuo, & diuino. Ita Euerard. *in ſuo cent. in locis à plenitudine poteſtatis, verſ.* 1. *&* 2. Afflict. *decis.* 391. *num.* 2. *&* 4. dicens ſupra ius poſitiuum poſſe principem abſolutè, ita vt poſſit mutare ſubſtantiam legis ſecundùm *l. vnicam, C. de rei vxor. actio.* nec propterea poſſit reprehendi, *cur ita facis*, tamen non poteſt ſtatuere contra ius naturale gentium, & diuinum, Bald. *in l. ſi aquam, C. de ſeruit. & aqua.* & Laudenſ. *de princip. quæſt.*166.

‡10. Sed quid ſi adſit cauſa aliqua, & velit princeps vti plenitudine poteſtatis? Sunt qui putent principem non poſſe tollere ea, quæ ſunt iuris ciuilis poſitiui, quando comprehendunt ea, quæ in ſe continent naturalem æquitatem. Ita Aymo *conſ.*241. *num.*13. *lib.*2. dicens, *eſto princeps non poſſit quidquam ſupra ius diuinum, vel naturale, ea tamen quæ ſunt inducta per ius ciuile, ſi ratio naturalis ſit in contrarium, non poſſunt tolli à principe.*

Oppoſitum tamen ex cauſa iuſta fieri poſſe à principe de plenitudine poteſtatis tradit Grammat. *vot.*15. *& vot.*35. *in fine*, & probatur ex Bart. *in l. quæſtionis modum, ff. de quæſtionibus*, ne quiſquam ita fieri exiſtimet, prout ſola naturalis eius ratio iudicat abſque fine boni publici, neque omnis naturalis ratio eſt recta in hominibus omnibus, *l. quia diuerſitatem.* vbi gloſſ. *de conceſſ. præbend.* Sed illa tantùm quæ à Deo eſt per gloſſ. *in §. ſed naturalia, inſtit. de iuſt. & iur.*

Non tamen eſt negandum. Principem eſſe obnoxium dictamini rationis, cum ſit animal politicum. Sic Barbatius *in tract. de præſtan. Card. q.*4. *ante n.*16. tradens principem non eſſe dominum

‡11. morum, quamuis non ligetur ſuis legibus, peccaréque ſi vtatur plenitudine poteſtatis abſque rationabili cauſa. Ideo etiam peccabit, ſi concedat aliquid turpe, & inhoneſtum, textus *in l.*3. *de legibus.* Laudenſ. *de crimin. læſæ maieſtatis, quæſt.*8. *num.* 2. & ſecundùm leges viuere debet, licet ſit illis ſolutus, *l. digna vox, C. de legib.* & ſecundùm Theologos tenetur ſeruare leges, quas condidit, vt *in l. princeps, ff. de legib.* Laudenſ. *vbi ſuprà quæſt.* 54. & ob id non poteſt tollere citationes, quia pertinent ad reorum defenſiones, quia ſunt de iure diuino. Ita Marſil. *ſingul.*388. incipit, *defenſio, & in repet. l.*1. *C. de rapt. virg.* & ſcribentes

‡12. in cap. *ex part.* 2. *de officio de leg.* vbi dicunt citationem primam eſſe de iure diuino, cæteras verò intermedias eſſe de iure poſitiuo. Sed melius qui dicunt, primam, & ſecundam citationem reſpicere defenſionem, & vtramque eſſe de iure naturæ, & diuino, vltimam verò citationem, quæ fit ad audiendam ſententiam poſtquam proceſſus eſt concluſus, fortè eſſe de iure poſitiuo, vt deducitur ex cap. *ſerpens, de pœnit. diſt.*1. & ideo poteſt omitti; nec propterea tollitur defenſio, quia poſt concluſum poteſt reus ſe defendere. Ità Afflict. *decis.*283. *num.*6. nec diſſentit *decis.*31. *num.*6. Imò princeps de plenitudine poteſtatis, ex iuſta tamen cauſa, poteſt omittere citationem, ne ſub prætextu iuris, & naturalis obſeruantiæ iniquum ſortiatur effectum. Menochius *de arbitrar. quæſtion.*7. *num.*64. & Gabriel *de citat. concluſione* 1. *num.*13.

Nihilominus tutius eſt aſſerere, non poſſe principem tollere citationem, quæ reſpicit defenſionem, modum tamen, ſeu horam citandi poſſe tollere. Ita Afflict. *ſuper conſtitutiones regni, in verbo, Inquiſitione, § item, dura, num.*3. *lib.*1. & Decianus *conſ.*18. *num.*284. *vol.*2. Ea eo fundamento, quia principes circa ea, quæ non reſpiciunt ſubſtantiam cauſæ, ſed accidentia, poteſt minuere, vel ſupplere, qualis eſt modus, ſeu hora citandi. Sequitur Vantius *de nullit. ex defect. citat. num.*125. vbi diſcriminat ordinem ſubſtantialem ab ordine non ſubſtantiali, additque vitiari proceſſum, quando omittitur vnum de ſubſtantia; ſecus ſi omittatur quod non eſt de ſubſtantia, ſed de iuſtitia, ſeu de accidenti, quia hoc non vitiat: lege illum *tit. de nullitat. ex defectu proceſſus, num.*15. Quæ poſtrema cum poſſint abbreuiari, & non ſint omnino neceſſaria ad defenſionem reorum, ſintque à iure poſitiuo introducta, poſſunt omitti in procedendo ea cauſa, non tamen poſſunt tolli ea ſine quibus rei manent indefenſi, vt eſt citatio, & proferre ſententiam audita prius parte, & conuicta.

Ex dictis ſequitur, principem, & legumlatorem, per ſe, & directè eſſe ſolutos ſuis legibus, ‡13
non tamen omnino liberos eſſe à legum obſeruatione. Prior pars probatur, quia in foro externo quoad vim coactiuam non poſſunt ab aliquo cogi. Ratio, quia de iure par in parem, poteſtatem non habet, vt *in l. penult. ff. de arbitr.* Ergo multo minùs princeps & legumlatores habebunt poteſtatem in ſe ipſos. Cùm igitur neceſſariò requiratur diſcrimen, inter agentem, & patientem, non poſſunt principes, & legumlatores ſuis legibus obligari. Secundò probatur ex voluntate, & intentione eorundem qui nullo modo cenſentur ferre leges in ſe ipſos. Ita Doctores communiter, quos refert, ac ſequitur Suar. *lib.*3. *de legib. cap.*35. *num.*3. Azor. 1. *tom. lib.*5. *cap.*11. *verſ. Sed profectò*, Sayr. *in claui, lib.*3. *cap.*4. *num.*4. & alij.

Poſterior pars ex eo patet, quia quamuis quoad vim coactiuam ſuis legibus non ſubdantur in foro externo, ea iure tamen, & æquitate naturali, ac diuina tenentur ſubiici legibus ſuis in conſcientia quoad vim directiuam, quando materia legum tam ad ipſos, quàm ad ſubditos eſt communis. Ita D. Thom. 1. 2. *quæſt.*96. *art.*5. *ad* 3. Caietan. *ibidem.* Sotus *lib.*1. *de iuſt. quæſt.*6. *art.*7. Anton. 2. *p. tit.*17. *num.*5. Couar. in cap. *alma mater* 2. *p.* §. 1. *num.*5. Syluest. *verb. lex, quæſt.*14. Valent. *tom.*2. *diſput.*7. *quæſt.*9. *punct.*4. Nauar. in cap. *ſi quando, de reſcriptis, exceptio* 1. & in *Apolog. de reditib. Eccleſiaſt. quæſt.*1. *num.*32. *& conſ.*18. *de pœnit. & remiſſio.* Candelab. 4. *p. n.*57. Abbas in cap. *canonum ſtatuta, num.*1. & Anchar. *ibid. num. etiam* 1. *de conſtitutionibus*, & ibi Ferretus *num.*50. Ratio deducitur ex *l.*1. *ff. quod quiſque iuris in alterum*, ibi, *Quis enim aſpernabitur, idem ius ſibi dici, quod ipſe aliis dixerit?* & ex illo Iſidori *lib.*3. *ſententiarum, cap.*51. *Iuſtum*, inquit, *eſt, principem legibus obtemperare ſuis. Nam qui dicunt, & non faciunt, non poſſunt alios delicti arguere.*

Quod etiam confirmatur ex dicto Inocent. ‡14
in cap. *cum omnes, de conſtit.* vbi ſic ait: *Quod quiſque iuris in alterum ſtatuit, ipſe eodem iure vti debet.* Quibus accedit D. Thom. 1. 2. quæſt. 96. art. 5. ad 3. *Patere*, inquit, *legem quam ipſe tuleris.* Vnde conſtat licet princeps ſit legibus ſolutus ex æquitate quadam naturali legem ſuam debere obſeruare,

obſeruaſſe cum plus moueant exempla, & facta, quam [illegible] Proinde Bias philoſophus principem illum vehementer laudabat, qui patriis legibus [illegible] utiſque ſe ſubiecerit cùm primis. Et [illegible] hæc ſubiectio videatur oriri ex æquitate [illegible] anitalis, quod videtur obligare legiſla[illegible] parendum legibus ſuis quoad vim directiuam, dicendum eſt principem ad id teneri ex efficacia, & virtute ab eadem lege promanante. Ita D. Thom. *vbi ſupra*, & reliqui doctores, ex eo fundamento quia princeps violando legem ſuam peccat peccatum eiuſdem ſpeciei cum ſubditis violantibus eandem legem principis, vt conſtat argumento legis taxantis pretia frumenti vt vendantur certo pretio, & non vltra, ſubditi violando
215. legem peccant contra iuſtitiam; & eodem modo Rex ſi taxam tranſgrediatur, delinquit contra iuſtitiam, cum onere reſtituendi ſicut cæteri ſubditi violantes eandem legem; ergo ſignum eſt obligari principem ad ſeruandam legem ex vi, & efficacia eiuſdem legis.

216. Nec facit contra hanc doctrinam D. Th. 1. 2. *quæſt.96. art.5. ad* 3. dicens principem eſſe ſuis legibus ſolutum in eo, quod ſpectat ad pœnam legis ſubeundam, non tamen in eo quod pertinet ad vim legis directiuam, cùm princeps accepiſſet legiſlatiuam poteſtatem à Deo mediante republica, debet ſe conformare intentioni, ac poteſtati concedentis, ſecundùm quam comprehenditur ſub lege vniuerſali, eo quòd dum non adeſt cauſa eximens à lege principem, debet ipſe ſe legi ſubmittere, & ſecundum legem operari. Iuuat Ariſtoteles 3. *Politicor. cap. 7. ad finem*, docens legem in republica debere dominari; quibus verbis ſignificat ibi D. Thom. explicando Ariſtotelem, neminem eſſe eximendum à legis obſeruantia, etiamſi ſit princeps, niſi ex cauſa ſufficiente cùm ad illam obſeruandam ratio naturalis, obligatióque id expoſcat, iuxta Bald. *in l.2. C. de ſeruit. num.*40. vbi ait principem teneri ex diſcurſu rationis legi ſuæ ſubiici, & multis magis ad id obligari ex vi poſiti-
217. ua ipſius legis ab eadem lege profecta; quæ virtus ſeu obligatio abſolutè dicenda eſt humana, eáque de cauſa poteſt reſpectu principis abrogari, vt dicemus infrà. Conducit Caietan. *d. quæſt.*96. *art* 5. *prope medium*, dicens principem eo ipſo, quod promulgat legem, velle ſortiri vim legis ordinationem illam; atqui habere aliquam ordinationem vim legis, eſt ſortiri in foro conſcientiæ ab æterna lege vim dirigentem, à quo princeps [illegible] non poteſt eximi; igitur ex propria voluntate [illegible] ipis, & ex æterna lege lex promulgata [illegible] ſcientia habet vim obligandi, etiam ipſum [illegible] Confirmatur denique ex illo *ad Ro*[illegible] ibi. *Omnis anima poteſtatibus ſublimiori*[illegible]. Cum ergo lex humana à diuina, & dependeat teſte D. Thom. 1. 2. *quæſt.*93. [illegible] diuina naturaliſque coarguant impe[illegible] imperata aliis non exequuntur, bene [illegible] s ligari ſuis legibus, quæ ex [illegible] perinde atque ſubditos pertinent.

218. Quæ [illegible] ex æquo non ad omnes ſpectant, non [illegible] cipem, ſed ſubditos dumtaxat, quales [illegible] præſcribunt formam veſtibus, conuiuiis & [illegible] ibus, quæque prohibent deferre arma pr[illegible] & cætera. Ita Caiet. *d. quæſt.*96. *art.*5. & Medin. *ibidem*.

219. Quæſtio eſt, an ſicut princeps eſt ſolutus legibus eodem modo quo diximus, ſit etiam regina, & filij. Videtur dicendum, tam reginam, quàm filios ligari. Probatur, quia leges ligant ipſos legumlatores, vt tenent Iacobus Beluiſius, & Archidiac. quos refert Bald. in Authen. *in quibuſcumque, de ſacroſ. Eccleſ.* Secundò, quia maior eſt vnitas inter virum, & vxorem, quàm inter patrem, & filium, cum ſint duo in carne vna, cap. *gaudemus de diuortiis*, & contraxerunt ſocietatem in humana, ac diuina domo, *l. quamuis, C. ad l. Iuliam, de adulter.* Ergo ſi regina ligatur legibus à rege promulgatis, à fortiori ligabuntur, & filij; quod verò ligetur regina, conſtat ex *l. princeps, ff. de legibus*, & tradunt Roland. *conſ.*86. *n.*7. *lib.* 1. & Brunus *in in tract. quòd ſtantibus maſculis fœmina non ſuccedant, art.*6 *n.*67.

Dicendum tamen eſt, reginam legibus teneri, beneficio tamen principis legibus eſſe ſolutam, vt conſtat ex *d. l. princeps, ff. de legib.* vbi dicitur Principem reginæ hæc eadem priuilegia tribuere, quæ ipſe habet. Eſt communis. Idem de filiis dicendum, nempe eſſe omnino beneficio principis legibus ſolutos tam à patre, quàm à ciuibus conditis, non tamen eſſe ſolutos ex perſona propria, 220.
ſed ex perſona regis; ex ea ratione, quia liberato patre, & ſoluto, propter eius dignitatem, & excellentiam, filij etiam cenſentur ſoluti, *l. filij, §. penult. ff. ad municipia, & de incolis*, vbi gloſſ. Item quia datur maxima vnitas inter filium, & patrem, itaut omnes prærogatiuæ iuris ſiue ciuilis, ſiue naturalis conuenientes patri tranſeant ad filios, vt eiſdem conceſſæ. Ita probat text. *in l, adoptiuum, §. vltim. ff. de in ius vocand.* vbi prærogatiua patrono data ne à liberato vocetur in ius ſine venia, conuenit etiam filio patroni, etiam adhuc viuente patrono.

Fauet huic, quia perſona patris, & filij cenſetur eſſe vna, & eadem, *l. vltim. C. de impub. & aliis ſubſtit.* & pater, & filius dicitur vna caro, cap. *contradicimus, §. hac auctoritate*, 35. *quæſt.* 3. Pro quo etiam notatur quòd pater, & filius ſunt duo connexa, adeo, vt vnum conceſſum vni dicatur alteri conceſſum, ſicut priuilegium conceſſum Eccleſiæ cenſetur conceſſum cœmeterio eius cõnexo: pollutum enim cœmeterium dicitur, polluta Eccleſia, *c.* 1. *de conſecrat. Eccleſiæ, vel altaris, in* 6. Similiter conceſſum vni connexorum, dicitur conceſſum alteri, quod incluſum eſt in alio. Ita Decius *in l.* 1. *num.*6. *de bonor. poſſeſſor. contra tabul.* Ergo ſi pater princeps non conſtringitur legibus, neque eius filij conſtringuntur, cum gaudeant priuilegiis patris. Conducit *l.2. in fine, C. de Epiſcop. & cleric. & l.3. §.1.* vbi gloſſ. *C. de aduocat. diuerſor. iudic.* vbi filij gaudent priuilegiis, & prærogatiuis patrum. Accedit Aretin. *conſ.*130. *conſultiſſime domine*, vbi ait, ſicut vxor participat dignitatem viri, ita & filios patris dignitatem participare, per textum *in l. ſenatoris filium, ff. de ſenatoribus*, omniáque conceſſa patri ratione dignitatis ad filios peruenire, vt deciditur in *l. moris, §. iſta ferè, ad finem, ff. de pœnis.* Atque ita videtur probatum filios principis participare exemptionem legum ex perſona patris principis.

Nihilominus multò verius eſt filios non eſſe ſolutos legibus de iure, neque ex priuilegio patris, vt conſtat ex *d. l. princeps, ff. de legib.* decernente non eſſe legibus ſolutam Auguſtam, ſed ex perſona principis non ligari, quæ cùm ſola ſit excepta, & ſic de iure ſpeciali, non autem de iure generali, & nulla fiat mentio de filiis, ſequitur illos non eximi à lege, & ſolum principem ex ſola perſona fuiſſe exemptum, & vxorem ex perſona principis. 221.

principis, reliquos verò, ſiue filios, ſiue non filios iubeſſe regulæ generali, quæ omnes generaliter ligat. Item, quia princeps poteſt exarcere ſuam iuriſdictionem in filios, tanquam in filios, & tanquam in ſubditos, per textum in cap. *per venerabilem, qui filij ſint legitimi*, vbi Abbas *in 3. col. verſ. Item nota ſingulariter*, tradit principem tanquam principem poſſe diſpēſare cum filiis propriis, tanquā cum quibuſcumque aliis ſibi ſubditis. Ita Roland. *conſ. 86. n 51. & ſeq. lib. 1.* Tiraquel. *de leg. connubial. gloſſ. 2. num. 63.* tradit priuilegium datum regi non competere reginæ, nec filiis niſi id exprimatur. Quod ſequitur Decius *in l. quoties idem, ad finem, ff. de regul. iuris*: cum ergo filij non exprimantur, neque excipiantur in *d. l. princeps*, ſed regina duntaxat, ergo ipſa eſt legibus ſoluta eo modo, quo princeps. Ita Azor. *tom. 1. lib. 5. c. 11. verſ. ſextò quæritur.* Chaſſan. *p. 5. conſid. 39.* poſt plures *verſ. & eadem priuilegia.*

222. Non eſt omittenda illa quæſtiuncula an princeps teneatur ſeruare leges municipales ſuorum populorum, ſaltem quando commoratur apud illos? Pars negans ex eo probatur, quia huiuſmodi leges municipales conditæ ſunt ab inferiori poteſtate, ideo non poſſunt obligare habentem ſuperiorem iuriſdictionem, qualis eſt princeps. Dicendum tamen eſt principem teneri ſubdi ſtatutis, conſuetudinibúſque ſui regni, dummodo de illius conſenſu ſint condita, & promulgata, & naturali ratione innitantur, quia ius naturale fortius eſt quàm principatus, & nulla auctoritas poteſt principem abſoluere à ligamine legis naturæ, vel à dictamine rectæ rationis. Ita Bald. *in l. 3. col. 7. verſ. Item nota, quòd ſi Papa, C. de ſeruit. & aqua, & in cap. 1. §. vltim. col. 1. tit. qui feud. da. poſ.* & Mart. Laudenſ. in *tract. de princip. verſ. 305. bonæ, & naturales*, Roch. de Curt. in *repet. cap. vltim. quæſt. 9. in principio, de conſuetud.* Quæ reſolutio eſt communis teſte Socin. *conſ. 58.* Bald. in Authen. *omnes peregrini, verſ. conſuetudo feudorum, C. comm. de ſucceſſ.* Suar. tamen oppoſitum putat eſſe verum, *lib. 3. cap. 35. num. 14. de leg. human.* Nempe non teneri ſeruare leges municipales, quamuis ſint ab ipſo principe approbatæ. Ex eo fundamento, quia ſunt leges particulares, pro certo, & determinato loco promulgatæ, niſi locus ſit curia ipſius regis, vbi ipſe communiter habitat. Vtraque ſententia eſt probabilis, ſed poſterior eſt probabilior.

223. Diximus de poteſtate principis circa leges condendas. Sequitur dicamus de poteſtate abrogandi, ſeu diſpenſandi: & certi iuris eſt poſſe principem legem abrogare, & facere, vt nulla ratione leges vim habeant, intercedente tamen rationabili cauſa; quod ſi abſque cauſa fecerit, quamuis teneat abrogatio, vel relaxatio, nihilominus peccabit. Ita Nauar. in cap. *ſi quando de reſcript. exceptio. 8. num. 13.* Secundùm D. Thom. *d. art. 5. ad 3.* quamuis Roland. *lib. 2. conſ. 66. num. 13.* minùs benè tradat poſſe principem ſine cauſa tollere ius poſitiuum, ita vt poſſit contra illud habere factum pro infecto quoad omnem iuris effectum, proinde poſſe etiam derogare ſtatutis, eo quòd dicantur ius poſitiuum. Sed ibi textus iuncta gloſſa *in clement. 1.* eſt intelligendus de conſuetudine, quæ lato modo dicitur eius poſitiuum, quam conſuetudinem poteſt tollere princeps. Bald *conſil. 312. in princip. vol. 4.* quam ſequitur Crauet. *de antiquit. temp. 1. p. in princ. num. 41.* Semper tamen requiritur aliqua cauſa, vt princeps licitè deroget conſuetudini, ſeu ſtatutis; quod colligitur ex traditis à Suar. *lib. 6. de legib. cap. 25. à num. 4.* Et probatur ex Platone *7. de legib.* non longè à principio, dicente mutationem in rebus omnibus, præterquam in malis eſſe periculoſiſſimam, ideo conſuetudo quando eſt diuturna, & in bonum commune, non eſt ſine cauſa tollenda, quia ſicut lex propter bonum commune poſita, non poteſt auferri, ita nec conſuetudo vtilis ad bonum commune; ad vtrumque enim requiritur, vel neceſſitas, vel vtilitas, vt habetur in cap. *non debet, de conſanguin. & affinit. & in l. 2. ff. de conſtit. princip.* 224.

Eadem cauſa, ſeu cauſæ requiruntur in diſpenſatione circa leges, vt fiant abſque peccato. Eſt communis, quam docent D. Thom. 1. 2. *quæſt. 97. art. 4.* Caiet. *quæſt. 96. art. 5.* Medin. *ibid. quæſt. 97. art. 4.* Valent. *tom. 2. diſp. 7. quæſt. 5. punct. 9.* aliter ſi fiat diſpenſatio abſque rationabili cauſa diſpenſans argui poteſt peccati infidelitatis contra bonum commune, propter quod lex fuit condita, cui diſpenſans ſine iuſta cauſa non conſuluit, cum debuiſſet conſulere. Poteſtas enim diſpenſandi data eſt in ædificationem, non verò in deſtructionem; poteſt etiam argui imprudentiæ, quòd diſpenſauerit nondum cauſa explorata, neque ad lucernam perſpecta; nec meretur laudem patrisfamilias dicentis, *fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit Dominus*, &c. Quibus fauet Concilium Tridentinum *ſeſſ. 24. de reform. matr. cap. 5.* vbi circa aliam materiam commeodat, ne dentur diſpenſationes niſi tarò, idque ex cauſa, & gratis; & *ſeſſ. 25. cap. 18.* aſſignat cauſas ad diſpenſandum neceſſarias, quæ omnia etiam foro ſæculari, principique ſupremo competunt, oſtendúntque diſpenſationem non eſſe faciendam, niſi ex iuſta cauſa, & rebus benepenſatis, vt euitetur culpa, quæ non euitatur, quando alio modo diſpenſatur. Ita Caiet. *vbi ſuprà.* Nauar. *in manuali præludio 9. num. 13.* Couar. *in 2. part. epitome de ſponſalibus, cap. 6. §. 9.* Viuald. *in ſupplement. ad candelabrum, cap. 12. num. 22.* & alij. Pro quo facit D. Bernard. *lib. de diſpenſat. & præcept.* vbi vocat diſpenſatores ſine iuſta cauſa *diſſipatores.* 225.

Ex cauſa etiam lex humana, & ſemel à principe approbata pro ratione temporum poteſt ab eodem mutari, ſi poſtea princeps prouideat id expedire. Ita D. Auguſt. *lib. 1. de libero arbitrio, cap. 6.* & Ariſtoteles *lib. 2. Politic. cap. 6.* dicens quaſdam leges quandoque mutandas eſſe: *ſicut in aliis artibus, ſic etiam circa ciuilem conſtitutionem impoſſibile eſt ſingula ad minimum vſque ſcriptis comprehendere, neceſſe eſt enim vt generaliter ſcribantur: actiones autem circà ſingularia ſiunt. Ex his igitur concluditur quaſdam leges, & quandoque mutandas eſſe.* Sic ille. In legibus tamen mutandis neceſſaria eſt vrgens neceſſitas, vel euidentiſſima vtilitas; quod docet Vlpian. *in l. 2. ff. de conſtit. princip.* ibi: *In rebus nouis conſtituendis euidens eſſe debet vtilitas, vt rectè recedatur ab eo iure, quod diu æquum viſum eſt.* Quibus verbis habes legem mutari poſſe ex iuſta cauſa, ſine qua mutatio non carebit culpa. Ratio, quia lex humana ſicut ob bonum commune fertur, ſic pro bono communi mutari debet, Valent. *tom. 2. diſp. 7. q. 5. punct. 8.* poſt plures. 226

Ambigi poteſt, an forenſes, & aduenæ ligentur legibus, & ſtatutis, vbi commorantur, ſicut incolæ eorum locorum? Certum eſt ligari quando aliò diuertunt, animo ibi conſtituendi domicilium. Quando verò diuertunt per modum tranſitus ad 227.

huiuſmodi

huiuſmodi loca, ceſſante etiam ſcandalo, ſunt qui putent illos teneri, quia bonum communitatis publicum exigit, vt leges, ſeu conſuetudines cuiuſcumque oppidi ſeruentur, tam ab incolis, quàm à forenſibus, dum in eo loco ſunt. Ita Abbas cap. *conſilium, num.6. de obſeruatio. ieiun.* Felin in cap. *quod clericis, paulopoſt principium, de foro compet.* Cardin. *clement. 2. quæſt. 5. de celebrat. miſſar.* & deducitur ex cap. 2. *verſ. item de illis, de obſeruat. ieiun.* vbi dicitur ſeruandam eſſe conſuetudinem loci. Sequitur Couar. 4. *var. cap. 20. num. 8. verſ. fuit, & in dicto fine.* Henriquez *lib. 7. de indulgent. cap. 13. num. 8.* & Suar. *lib. 3. de lege humana, cap. 33. num. 3.* vbi concludit illos teneri leges territorij ſeruare, quandiu ibi commorantur in conſcientia, eodem modo, quo tenentur incolæ.

Alij verò quibus adhæreo, docent forenſes non ligari legibus, ſeu conſuetudinibus, & ſtatutis, locorum, per quæ tranſeunt, ceſſante ſcandalo, quando hæc non obligant, vt in ſuo domicilio. Ratio, quia viatores non ſortiuntur forum loci, per quem tranſeunt, ex *l. hæres abſens, 19. §. proinde, ff. de iudic.* nec dicitur in eo loco eſſe moraliter, qui tranſit, aut breui tempore diuertit ad illum locum; nec dicitur factum, quod non durat; gloſſ. in cap. *nam, & ego, de verbor. ſignificat.* dicens ſic; *non videtur fuiſſe, qui non durauit.* Probatur ex cap. *ad noſtram, de regularib.* vbi dicitur non fuiſſe regularem, nec habitum induiſſe, qui per triduum regularem habitum induit. Ergo tranſeuntes non dicuntur moraliter eſſe in eo loco, & ex conſequenti non debent ſeruare leges illius, vt in ſpecie tradunt Paludanus *in 4. diſtinct. 15. quæſt. 4. artic. 3. num. 24.* D. Antonin. *2. part. titul. 6. cap. 2. §. 2.* Palat. *in 4. diſtinct. 15. diſput. 8. poſt 6. concluſ. verſ. at verò.* Medin. *C. de ieiun. quæſtion. quando neceſſe eſt ieiunare, in principio.* Sanchez *lib. 3. de conſenſ. clandeſtin. diſput. 18. numer. 6.* poſt plures; quam Suar. *3. part. quæſt. 74. artic. 4. diſputat. 44. ſection. 3,* vocat probabilem, *§. illud verò.*

Excipiuntur tamen aliqui caſus, in quibus forenſes, & aduenæ ligantur legibus, & ſtatutis populorum vbi ſunt. Primus eſt ratione delicti, ob quod puniuntur eadem pœna, qua incolæ, *leg. quæſtiones, C. vbi de criminib. agi oporteat.* Secundus eſt ratione contractus, ſi ibi forenſes contrahant cum aliquo, textus *in leg. contraxiſſe, ff. de action. & obligation.* Nam ratione contractus, vnuſquiſque ſortitur forum loci, vbi contrahit, & ſubiicitur legibus regni, ſeu oppidi in quo contrahit per leg. *quod ſi nolit, §. quia aſſidua, ff. de ædil. edict. & l. ſi fundus, de euictionib.* Bartol. *in l. reus eſt, num. 15. ff. de duobus reis,* Molin. *tom. 2. de* [illegible] *diſp. 260. in princip.* dummodo fiat contra[illegible] abſolutè, ſine declaratione. Cenſentur enim [illegible] contractus ſecundùm leg. & ſtatuta loci, [illegible] celebrantur, excepto contractu dotis, qu[illegible] initus ſecundùm conſuetudinem loci, [illegible] habet domicilium, per leg. *exigere, ff. de iudic.* [illegible] *in l. 1. num. 17. C. de ſumma Trinitat.* & [illegible] *num. 60.* & Fulgoſ. *num. 18.* Tertius caſus eſt. Si forenſes triticum vendant, niſi eximantur à lege loci, tenentur ſoluere gabellas, & ſeruare taxam quia ſunt onus conſequens contractus. Bald. *in l. 1. num. 3. & ſequent. C. de contrahen. empt.* Medin. *C. de reſtitution. quæſt. 15. §. per non cum in his, verſ. per hæc patet,* vbi de gabellis ſoluendis, & *quæſt. 36. §. dubitaret aliquis, verſ. quod inde,* vbi de pragmatica ſeruanda. Mexia *pragmatica panis, concluſion. 5. num. 78.* quia pretium eſt pars contractus, & pretium rebus impoſitum, quando eſt iuſtum, eſt neceſſariò ſoluendum. Quartus caſus eſt illorum, qui nullibi habent certum domicilium, vt vagabundi; nam hi tenentur legibus, ſtatutis, & conſuetudinibus locorum, in quibus obiter repeteriuntur. Sotus *in 4. diſtinct. 18. quæſtion. 4. articul. 2. verſicul. eſt hic tamen.* Sanchez *ſuprà, num. 15.*

Ad argumenta pro priori opinione dicendum 228.
eſt, ea loqui de aduenis, ſeu forenſibus, qui vel habent ibi domicilium, vel quaſi domicilium. Dicuntur autem habere quaſi domicilium, qui habitant per maiorem partem anni, tunc non eſt dubiũ ligari legibus illius loci, in quo ſunt. Quod ſufficit ad conſtituendum domicilium, non ſimpliciter, ſed quaſi domicilium, puta ad ſacramenta neceſſaria, & ad ſacramenta voluntaria, excepto ordinis ſacramento, & vt obligentur legibus, quæ ex neceſſitate obligant. Qui verò accedũt ad aliquem locum animo ibi commorandi per maiorem partem anni, à prima die diſtinguuntur legibus, & conſuetudinibus illius loci. Syluester *verbo, domicilium, num. 2. & verbo, ieiunium, quæſtion. 2. dict. 1.* Paludanus *in 4. diſtinct. 15. quæſtion. 4. art. 3. num. 24.* & alij quos referens ſequitur Sanchez *ſuprà, diſp. 18. num. 9. per totum.*

Circa peregrinos in alieno regno teſtamenta 229.
conficientes, vt valeant, debent fieri ſecundùm leges regni, vbi fiunt, non verò ſecundum leges regni, in quo teſtator eſt incola, quamuis in proprio ſuo regno teſtamentum debeat executioni mandari. Sic Gomez *in l. 3. Tauri, num. 20.* quem ſequitur Molin. *tom. 1. tract. 2. diſp. 127. fol. 704. verſ. teſtamentum.* Valaſc. *tom. 2. conſultatio 182. num. 11. fol. 204.* verbi gratia, ſi Gallus ſit in Luſitania, vbi certa forma per legem eſt inducta, & certa ſolemnitas condendi teſtamentum, & velit ibi teſtari, tenetur ſeruare ſolemnitates, quæ à lege Luſitana præſcribuntur; Bartolus in leg. *cunctos populos, 3. quæſtion. in principio, C. de ſumma Trinitat. à num. 24. 32. & 41.* Ex eo fundamento, quia ſolemnitas actus, vt fiat validè, dependet ex territorio in quo agitur, *leg. 3. in fine, ff. teſtament. leg. 2. C. quemadmodum, teſtib. apert.* Sequitur Gozad. *conſil. 49. num. 15. & ſequentibus.* Nam ſemper attenditur locus in quo actus fit, dummodo ſolemnitas requiſita ſit omnibus propoſita, & ad omnes perſonas extendatur; quod ſi loquatur de certo genere perſonarum, vt de ruſticis; tunc non extenditur ad forenſes per text. *in leg. final. C. de teſt. mil.* Bartolus *in dicta leg. 1. & in leg. de quibus, ff. de legibus.* Gomez *dicta leg. 3. Tauri, numero 20. ad finem.* Vnde ſi Luſitanus inter infideles velit teſtari, & ibi nulla ſit ſolemnitas certa, poteſt teſtari in ſolemnitate iuris gentium, nempe coram duobus teſtibus: quæ ſolemnitas ſufficit, cum ius gentium commune ſit omnibus hominibus, *§. ſingulorum, Inſtitution. de rerum diuiſione.* Taléque teſtamentum, ſi poſtea deueniat in Luſitaniam, & conſtet fuiſſe factum coram duobus teſtibus, vel duo homines de hoc ferant teſtimonium, nullam in eo loco eſſe certam formam, nec legem circa teſtamenta conficienda, vel ſaltem

ſi qua eſſet, ignotabatur, erit validum apud nos tanquam ſolemniter conditum. Ita Gomez *vbi ſuprà, num.*22. Tellius *ibid.*2.*p.num.*4. & alij, quos Valaſc. *vbi ſuprà* referens ſequitur, *num.*11. non tamen poterit Luſitanus habens filios diſponere de bonis alio modo, quo leges Luſitanæ ſtatuunt, quia tantùm fit facultas teſtandi quoad ſolemnitates ſecundùm leges, vel conſuetudinem loci, in quo celebratur actus, non tamen, vt diſponat de bonis, niſi ſecundùm leges obligent ſubditos etiam alibi commorantes. Quocirca ſi Luſitanus apud infideles in teſtamento prætereat filios, vel illis debitam portionem non relinquat, corruet teſtamentum. Valaſcus præcitatus, *numero* 12. *&* 13.

---

## §. III.

### *Quæ culpa contrahatur à tranſgreſſoribus legum, quas ferunt principes ſæculares?*

### EPITOME.

230 *Legibus iuſtis principis eſt obediendum.*

231 *Violare legem ſæcularem ex contemptu eſt mortale, & abſque contemptu aliquando eſt mortale.*

233 *Legum tranſgreſſores à quibus colligatur peccare mortaliter.*

234 *Leges ciuiles an obligent in conſcientia ſub mortali.*

235 *Lex non eſt iniuſta, quamuis ſit lata propter malum finem, & in dubio præſumendum eſt pro principe.*

236 *Leges iniuſtæ non obligant in conſcientia ſublato ſcandalo.*

238 *Peccata non ſunt plura numero contra eandem virtutem.*

239 *Peccata diſtinguuntur ſpecie, ſi diuerſis præceptis aduerſentur.*

240 *Princeps an poſſit obligare ſub mortali, quando materia eſt leuis.*

*Prelati aliquando ſub mortali pro re minima obligant. ibid.*

241 *Princeps ciuilis an ex intentione poſſit obligare ſub mortali pro re leui.*

242 *Princeps vnde habeat poteſtatem obligandi ſub mortali per leges.*

243 *Leges humanæ deriuantur à lege diuina, & naturali.*

244 *Principes gentiles in condendis legibus nequeunt obligare conſcientias.*

245 *Parentes poſſunt imponere filiis præcepta obligantia ad mortale.*

246. & 247 *Princeps ſæcularis an poſſit obligare ſubditos in conſcientia per leges pœnales.*

248 *Lex pœnalis ſi nihil præcipiat ſecundùm probabilem opinionem non obligat ad culpam, quando pœna eſt leuis, ſecus ſi pœna eſt grauis.*

249 *Leges pœnales ſecundùm graues authores non obligant in conſcientia ad culpam.*

*Lex pœnalis habet rationem veræ legis. ibidem.*

250 *Verùm lex humana pœnalis obliget in conſcientia ad illam ſoluendam ante iudicis ſententiam.*

230. PRINCEPS ſæcularis ex iuſtitia ſummoperè commendatur, vt habetur *Iſaiæ* 31. ibi. *Ecce in iuſtitia regnabit Rex, & principes in iudicio præerunt.* Nec immeritò; nam acceptus eſt Deo quicumque iuſtitiam operatur, docet enim illa vnumquoque ſeruare ſuum ius. Ambigitur verò an ſubditi teneantur legibus à principe latis, iuſtiſque, obedire, ita vt peccent ſi illas tranſgrediantur? Reſpondeo legem humanam de materia graui; tam Eccleſiaſticam, quàm ciuilem obligare ad mortale regulariter. ita Bartol.Medin.1.2.*q.*96.*art.*4.*poſt medium.* Materia autem grauis hoc loco cenſebitur illa, quæ quamuis ex ſua natura nó ſit mala, ſed indifferens in ordine ad bonum commune reipublicæ, reputabitur grauis, ſi lege prohibeatur, & contra legem ſubditi in graue detrimentum reipublicæ, aut proximi delinquant. Puta, ſi in aliqua parte ſit penuria frumenti, vel periculum belli; & lege caueatur, ne frumentum, vel inſtrumenta bellica, arma, & equi extra regnum deportentur, grauis materia cenſebitur extrahere hæc omnia, delinquentéſque omnes in reatum mortalem extrahendo incident. Contra verò ſi lex prohibeat, ne quis induatur ſericis veſtibus, aut ne enſes longiores ſolito accingantur, non obligabit ad mortale hæc lex, niſi hoc cedat in notabile detrimentum reipublicæ. Sic præcitati.

231. Violare leges iuſtas, ſiue ciuiles, ſiue Eccleſiaſticas ex contemptu formali ſecundùm ſe eſt mortale. Ita Adrian.*quodl.*6.*art.*2.*litera D.* Bartol.Medin.1.2.*q.*96.*art.*4.*dub.*1.*regul.*5. Toler.*ſuprà*, *c.*19. Valentia *tom.*2. *diſp.*7.*q.*5.*punct.*6.*ante fin.* Caſtro *lib.*1.*de poteſt.leg.pœn.c.*5.*docum.*6. Quibus accedunt Couar.in cap. *alma mater*, 1.*p.*§.7.*num.*6. & in regul.*peccatum*, 2.*p.*§.5.*n.*3.*in fin.* Nauar *in ſum. c.*23.*n.*42. & alij quos referens ſequitur Suar.*lib.*3. *de leg.human.c.*28.*n.*2. vbi concludit cum eiſdem
tranſgreſſionem legis humanæ, ex contemptu fa- 232.
ctam eſſe peccatum mortale in materia minima; quibus ſubſcribit Sanch. *lib.*1.*Decalog.cap.*5.*n.*8. *verſ.ſecundus modus.*

Sed quæres quando committatur contra legem peccatum ex contemptu? Reſpondeo committi quando quis legem tranſgreditur, nec vult ſe ſubiicere ordinationi legis, aut regulæ, ſed legiſlatorem, aut præceptum parui æſtimat ex ſuperbia, ac tumore quodam animi, & ex hoc procedit ad agendum contra legem, vel regulam. Ratio eſt manifeſta, quia cum quis præceptum, ſeu legem violat, quia præceptum eſt, aut quia ipſi, aut ſuperiori præcipienti ſubiici non vult, contemptus tendit formaliter, & directè contra ſuperioritatem legis, ac legiſlatoris. Nam ſuperior lex eſt quædam animata, ideo nolle ſubiici legi, eſt nolle ſubiici ſuperiori. Atque ita is contemptus cernitur, quando quis agit contra legem, aut præceptum, vt ea parui æſtimet. Valent.1.2.*d.*7.*quæſt.*5.*punct.*6.*col.antepenult.caſ.*1.*&* 2.2.*diſp.*10.*quæſt.*4.*punct.*5.*col.antepenult.verſ.circa quartam circumſtantiam.* Leſſ.*lib.*2.*de iuſt.cap.*7.*dub.*1.*n.*2.*& n.*41.*dub.*9.*n.*76. Azor.*tom.*1.*inſtit.moral.lib.*4.*c.*9.*q.*15.

Nec diſcordat Suar. *d.cap.*28. *num.*12. dum ait tunc committi peccatum ex contemptu contra legem, aut præceptum; quando ipſa violatio exterior legis, aut præcepti ex imperio contemptus interioris procedit, ita vt illa viola-

rio

tio exterior ex vi talis imperij quidam fiat contemptus exterior. Sequitur Caiet. *in ſumma, verb. contemptus.* Vnde quia actus exterior ſumit malitiam formalem maximè extrinſecam, & accidentalem ab interiori actu, bene ſequitur malitiam mortalem ex contemptu prouenire, quia violatio legis in re parua, neque in actu externo, neque in voluntate, quæ illum reſpicit vt obiectum, de ſua natura habet malitiam mortalem. Quare, quia imperatur actus exterior à contemptu interiori habente malitiam mortalem, ideirco violatio illa legis, ſeu præcepti, dicitur ex contemptu orta, & ex conſequenti mortalis; quæ aliàs ſine illo leuis erat. Illud etiam non eſt omittendum quod notat D. Bernard. *lib. de precept. & diſpenſ. cap.* 11. & 12. ibi. *Non contemni ſine crimine*; & infrà. *Porrò contemptus in omni ſpecie mandatorum pari pondere grauis, & communiter damnabilis eſt*; & rurſus repètit de contemptu. *Conuertit*, inquit, *in crimen grauis rebellionis culpam leuis tranſgreſſionis.* Quaſi dicat, veniale ex genere ſuo tranſit in mortale ratione contemptus, quia etſi materia obligantis præcepti ſub veniali ſit leuis, contemptus tamen præcepti eſt grauis; quod omnes tradunt cum D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 186. *art.* 9. Sanchez *ſupra, d. num.* 8. Fauet idem Bernard. *ſupra, cap.* 12. indicãs contemptum eſſe actum ſuperbiæ; nec diſſentit D. Thom. *ſupra art. 9. ad* 3. vbi vult contemnere, eſſe nolle ſubiici legi, & peccare, ex contemptu eſſe peccare ex voluntate non ſe ſubiiciendi alteri. Quod eſt verum, quando contemptus eſt formalis, non verò ſecundùm quid.

Ex dictis ſequitur non dari contemptum, niſi forte interpretatiuè, quando quis violat legem ex conſuetudine praua, aut ex malitia, aut ira, aut ex alia cauſa particulari; puta quando facit contra legem, ſeu præceptum, quia ſibi videtur durum, aut moleſtum; tunc non dicitur peccare ex contemptu, nec interpretatiuus contemptus facit ex veniali mortalem culpam, ſed hoc eſt proprium contemptus formalis, nempe quando quis tranſgreditur præceptum, quia præceptum eſt, ſeu quia ipſi, aut ſuperiori præcipienti ſubiici non vult. Sayr. Sanch. & Valent. ſupra, Cordub. *in regulam Diui Franciſci, cap.* 10. *quæſt.* 3. *punct.* 2. *paulò poſt principium*, & Vaſquez 1. 2. *quæſt.* 96. *art.* 4. *diſp.* 158. *cap.* 4. *n.* 37.

Ex dictis infertur ſemper eſſe mortale tranſgredi legem, ſeu præceptum ex contemptu ſuperioris quatenus prælatus eſt, & quatenus à Deo authoritatem habet. Ita Syluest. *verb. contemptus, quæſt.* [illegible] Tabien. *eodem verbo, quæſt.* 2. & Angel. *n.* 1. Suar. *d. cap.* 18. *num.* 23. Sanch. *d. cap.* 5. *num.* 13. poſt Caſtr. *lib.* 1. *de lege pœnali, cap.* 1. *concluſ.* 1. dicentem ſemper eſſe mortale in hoc caſu, ſiue contemnatur, appretiando illum minùs quàm oportet, [illegible] aſcendo, aut conuitia iactando. Non tamen ſemper eſſe mortale, quando contemnitur [illegible] cauſam, puta, quia eſt imprudens, aut vir [illegible] ditionis, teſte eodem Caſtro *concl.* 2. [illegible] Leonard. *cap.* 46. *num. penult.* & Sanchez [illegible] addit non eſſe etiam mortale, quando contemnitur non abſolutè, vt prælatus, ſed quòd ſit [illegible] exiguæ, aut præceptum ſit de re leui. Tunc enim contēptus non eſt abſolutus. Ideo nõ eſt mortalis culpa, ſed eſt contēptus ſecundùm quid, nempe in re minima, proinde excuſat à mortali, ſicut etiã excuſat quotieſcumque præceptum non eſt valdè ſtrictum, aut non cum magna voluntatis intentione a ſuperiore impoſitum. Va- *Eragaſi Regim. Chriſt. Reipubl.*

lent. 2. 2. *diſp.* 7. *quæſt.* 3. *punct.* 3. *verſ. Cæterum ſicut accidit.*

Sed quid ſi tranſgrediaris legem, ſeu præceptum humanum ex contemptu eiuſdem ſuperioris non quatenus ſuperior eſt, ſed quatenus homo quidam eſt, qui habere poteſt aliquem defectum? Ex traditis à Caſtro, Leonardo, & Sancio *ſupra* conſtat eſſe veniale peccatum, & ex conſequenti contemptum eſſe ſecundùm quid, non verò abſolutum. Sequitur Suar. *vbi proximè, num.* 23. *in medio*, vbi docet aliud eſſe nolle ſubdi, aut formaliter nolle obedire, & aliud eſſe nolle conſolari ſuperiorem, & hoc vltimum poſſe eſſe peccatum veniale, quia inobedientia, & contemptus, non verſatur circa poteſtatem illius, ſed demonſtratur à ſubdito circa perſonam illius quædam amaritudo animi, & parua affectio. Cauendum tamen eſt ne ſimul cum hac amaritudine animi inuoluatur contemptus ſuperioritatis etiam circa minima. Tunc enim cum ſit contemptus & abſolutus & formalis prælati, culpa eſt mortalis, quatenus redundat in hominem vices gerentem Dei, iuxta illud Lucæ 10. ibi, *Qui vos audit, me audit, qui vos ſpernit, me ſpernit*, & Pauli *ad Rom.* 13. aſſerentis, *qui poteſtati reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt.* Sayr. *num.* 16. & Suar. *d. num.* 23. Leſſ. *d. cap.* 46. *num. penult. & vlt.* docens contemptum præcipientis eſſe mortale, quando præcipiens eſt Deus; quãdo præcipiens eſt homo, & nõ contemnitur poteſtas illius, ſed homo ipſe, quatenus eſt imprudens, aut ob aliam aliquam rationem, & non abſolutè, ſed in re parua, non eſt culpa grauis. Quod ſi contemptus non eſt præcipientis, ſed præcepti in re parua, & præceptum eſt humanum, non tamen abſolute deſpicitur, ſed ſecundùm quid, nempe quia eſt rei paruæ contemptus, non eſt mortalis culpa. Denique ſi præceptum eſt diuinum, & deſpicitur, tanquam inutile, ac vanum, contemptus eſt mortalem culpam redolens, imò continens veram tacitè blaſphemiam; ſi verò contemnatur, non quia vanum, ſed quia non obligat ad mortale, ac proinde facilè violatur, ſemper erit mortalis illius tranſgreſſio, eo quòd ita deſpicere præceptum diuinum, eſt deordinatio ſatis grauis; quidquid minus benè excuſet Leonard. tranſgreſſorem à mortali, quamuis ſubdubius. Quocumque ergo modo deſpiciatur præcipiens, vt homo eſt, & eius præceptum, etiam circa minima, deſpectus illius maximè eſt cauendus, ne ſimul actus, ſiue interior, ſiue exterior redundet in contemptum poteſtatis, ac ſuperioritatis illius.

Quæſtionis eſt an ſecluſo contemptu lex ſæcularis in conſcientia obliget? Affirmat Caſtro 233.
*lib.* 1. *de poteſtate legis pœnal. cap.* 5. *in principio*, & Valentia *d. diſp.* 7. *quæſt.* 5. *punct.* 6. *quæſtione.* 2. non omnem legem humanam obligare in conſcientia ad mortale, niſi quando lex contineat aliquod bonum commune, cuius tranſgreſſio cadet in magnum detrimentum reipublicæ, vt paulò antè diximus. Ex pœna ergo à lege impoſita contra tranſgreſſores colligi poteſt, quando delinquentes peccent mortaliter, veluti ſi tranſgreſſori imponatur pœna exilij perpetui, proſcriptionis bonorum, pœna capitis, aut alicuius alterius ſupplicij grauiſſimi. Nam in eo euentu voluiſſe legiſlator obligare ad mortale cenſetur, quia iniuſtus eſſet, ſi pro re leui tantam pœnam imponeret: cum debeat pœna reſpondere culpæ. Ioan. Medin. *C. de pœnit. in tract. de ieiun. quæſt.* 7. Caſtr. *ſuprà, cap.* 9.

*docum 4. ad fin.* Bartol. Medin. 1.2. *quæſt.* 96. *art.* 4. *dub.* 1. *regul.* 3. Salon. *tom.* 2. *quæſt.* 77. *art.* 1. *controuerſ.* 8. *regul.* 3. & Tolet. *in ſum. rub. de ſeptem peccat. mortalibus, cap.* 20.

234. Difficultas eſt, quando legiſlator fert legem, nec declarat verbo, aut ſigno quam habuerit intentionem obligandi in conſcientia? Sotus *lib.* 1. *de iuſt. quæſt.* 6. *art.* 4. *poſt medium*, ſenſit obligare ad peccatum pro ratione materiæ. In dubio inclinandum eſt, potiùs legem obligare ad venialem culpam, quàm ad mortalem, eo modo quo leges pœnales, quæ nihil declarant circa pœnam maiorem; vel minorem intelliguntur de minori. Philiarch. *de officio ſacerdot. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *in dicto* 5. Nauarr. *in ſumma, cap.* 23. *num.* 50. Cæterùm ex doctrina Tolet. *ſuprà, cap.* 20. *dub. vlt.* ita ſubditi abſtinere debent à tranſgreſſione legis, perinde ac ſi ad mortalem culpam obligaret; concinit Valentia *tom.* 2. *diſp.* 7. *quæſt.* 5. *punct.* 6. *dub.* 3. & alij.

Dictum eſt legem iuſtam in conſcientia, & ex genere ſuo obligare ſub mortali; Ex eo quòd detur ex parte legis efficacia, ſeu poteſtas ad obligandum intercedente voluntate legiſlatoris, vt eſt communis; nihilominus quando lex eſt iniuſta ſecluſo ſcandalo non habet vim obligandi, verbi gratia, ſi lex feratur non propter bonum cōmune, ſed propter priuatum, nempe propter cupiditatem, ſeu auaritiam, vt inde legiſlator ſibi theſaurizet ad ſumptus vanos, non peccat tranſgreſſor. Ita Sylueſt. *verb. lex, quæſt.* 5. Tabien. *eodem verbo, quæſt.* 24. Bald. *in l.* 2. *C. de iure aureor.* Bartol. *in l. vectigalia, ff. de publica, & vectigal.* ideo gabellæ impoſitæ propter priuatum commodum imponentis non debentur. Ita Doctores communiter in cap. *ſuper quibuſdam, de verbor ſignificat.* poſt Hoſtienſ. in cap. *innouamus de cenſibus.*

235. Non tamen inde colligas quemcumque malum finem habitum à legiſlatore reddere legem iniuſtam; ſi finis de ſe ſit indifferens erga bonum reipublicæ, & res quæ præcipitur, conducat ad bonum commune, quamuis legiſlator ea intentione legem ferat, vt ſibi inde acquirat aliquam vtilitatem, aut alicui noceat, non proinde lex eſt iniuſta, quamuis legiſlator propter finem peccet, verbi gratia ſi prohibeat immoderatum vſum veſtium, tam nobilibus, quàm ignobilibus ſub certa pœna pecuniaria ſibi in ſolidum applicanda, vel vt aliquem, ſeu aliquos Dynaſtas, quos odio habet, hoc modo vexare poſſit, cum lex ita lata bono communi proſpiciat. Ita Caſtr. *lib.* 1. *de poteſt. leg. pœnal. cap.* 5. *documento* 1.

Quando verò lex non apparet manifeſtè iniuſta, nec proſpicit bono communi ita clarè, ſi expreſsè communem vtilitatem ex aliquo capite non lædat, non eſt confeſtim reiicienda tanquam iniuſta, ſed præſumendum eſt pro principe, & pro intentione illius, & in dubio tenentur ſubditi obedire. Ita Victoria *in relectio. de poteſt. ciuil. n.* 22. quod intellige depoſito dubio. Ita D. Th. 1.2. *quæſt.* 96. *art.* 6. *in corpore, & ad* 2. Caiet. & Medin. *ibid.* Sotus *de ſecreto, membr.* 1. *quæſt.* 2. Probatur, quia princeps eſt in poſſeſſione ferendi leges, & non eſt ſpoliandus iure ſuo. Iuuat Leſſ. *lib.* 2. *de iuſt. cap.* 46. *dub.* 5. *n.* 30.

236. Dictum eſt ſupra leges iniuſtas non obligare in conſcientia ſublato ſcandalo, quia interdum eo ſequuto tenetur ſubditus parere legi iniuſtæ, ſeu præcepto, non tamen ſufficit quodcumque ſcandalum, ſed graue: tunc obediendum eſt legi iniuſtæ ad illud vitandum. Ita D. Antonin. 1. *p. tit.* 18. *cap. vnico,* §. 2. Caſtr. *lib.* 1. *de poteſt. leg. pœn. cap.* 5. *document.* 1, Sotus *lib.* 1. *de iuſt. quæſt.* 6. *art.* 4. *concluſ.* 3. Eodem modo, quo iniuſtè excommunicatus non tenetur obedire, neque abſtinere a communione humana, quando ſibi conſtat excommunicationem eſſe iniuſtam, niſi ex eo ſequatur graue ſcandalum, ſiue ſententia ſit nulla, ſeu data à non iudice, ſeu propter cauſam non extantem. Ita Adrian. *quodlibet.* 6. *art.* 1. *litera D.* & colligitur ex cap. *Si quis non recto,* 24. *quæſt.* 3. Sayr. *tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 8. poſt plures quos ibi ſequitur. Quod intellige in foro conſcientiæ, quando excommunicatio eſt iniuſta ex parte cauſæ, puta, quia excommunicatus eſt innocens. Secus, quando eſt iniuſta ex animo excommunicantis, vel ex ordine non ſeruato. Sayr. *ſupra d. cap.* 17. *n.* 2. 5. & 8. Similiter ſi quis iniuſtè priuetur per ſententiam bonis ſuis, & non poteſt propter ſcandalum reſilire à ſententia, cum non conuictus verè ſit, ſed falsò per teſtes tamen ſufficientes in foro externo; in conſcientia poterit damna ſibi illa reſarcire, quia ſententia eſt iniuſta, & ex ſola præſumptione ſuſtinetur. Idcirco ſecluſo ſcandalo non tenetur parere ſententiæ. Ita Alexandr. in leg. *nemo poteſt.* Iaſ. *in* 1. *lectio. & in* 2. *col.* 17. *de legat.* 1. & Hoſtienſ. in c. *quia plerique de immun. Eccleſiæ*, cùm verè in foro externo poſſit cogi ad parendum ſententiæ. Porrò victor ſi aliquando certus fuerit de iniuſtitia ſententiæ, tenetur ad reſtituendum in foro conſcientiæ, quidquid ex vi ſententiæ ſibi acquiſiuit. Ita Imol. *conſ.* 147. incipit. *In cauſa vertente.*

Quæſtio eſt quotnam peccata committat homicida, & fur, neceſſariò exprimenda in confeſ- 237.
ſione, cum furando, ſeu occidendo violet legem diuinam, & humanam, & vtraque vetet homicidium, & furtum? Videtur dicendum peccata diſtingui ſpecie penes diuerſa præcepta, quibus peccata contrariantur; atqui lex diuina præcipit ne occidatur, & leges humanæ etiam prohibent homicidium, ſicut etiam prohibetur à lege diuina, & humana, furtum, & adulterium; ergo homicida, fur, & adulter dum peccant committunt duplex peccatum. Dicendum tamen eſt vnum duntaxat peccatum in ſingulis his actionibus ſuſcipere, quamuis duplici præcepto, diuino, & humano prohibeatur. Proinde non erit niſi culpa vna, aut ſaltem non continebit circumſtantiam in confeſſione neceſſariò exprimendam, & tranſgreſſio non aduerſatur diuerſis virtutibus, ſed vni duntaxat. Ita D. Th. 1.2. *q.* 72. *art.* 6. *ad* 2. Medin. *ibid. q.* 71. *art.* 1. *& art.* 6. Ratio, quia ieiunium violans eo die, quo de præcepto duplex ieiunium indicitur, vnum tantùm peccatum admittit, quia quamuis ſit duplex præceptum ieiunandi, eſt tamen de eadem materia, & propter idem virtutis motiuum. Ita Azor. *tom.* 1. *lib.* 4. *conſtit. moral. c.* 2. *poſt* 6. *concl. diffic.* 2. Nauar. tamen *in ſum. c.* 11. *n.* 4. aliter reſpōdet, nempe duplex eſſe peccatum non ieiunare in vigilia, quæ occurrit in quadrageſima, credens in hoc caſu duplicem eſſe malitiam ex duplici præcepto, ſicut etiam exiſtimat, duplici peccato irretiri non audientem ſacrum die Dominica, in qua etiam agitur feſtum alicuius Sancti. Sed non eſt admittendus, quia non ſunt plura peccata diſtincta in vno actu contra eandem virtutem, niſi ob diuerſum eius motiuum; vel quando ad diuerſas pertinent virtutes. Sic præcitati, quibus adhæret Sanch. *de matrim. lib.* 9. *diſp.* 15. *num.* 5. & 6. & *in Decalog. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 9. Hinc fit, teneri furem

exprimere

exprimere in confeſſione furtum rei ſacræ ratione ſacrilegij; nec ſatisfacit dicendo ſe accepiſſe ſummam ſufficientem ad mortale propter malitiam annexam ex furto rei, quæ erat ſub cuſtodia Eccleſiæ. Fundamentum, quia lex diuina prohibet furtum ex vno motiuo; lex verò Eccleſiaſtica furtum rei ſacræ ex eodem motiuo juſtitiæ, inſuperque ex motiuo religionis vetat, ob quam cauſam furtum rei ſacræ aduerſatur iuſtitiæ, ac religioni; quoniam ex diuerſo motiuo lex Eccleſiaſtica eandem materiam ad aliam virtutem tranſtulit.

Ex dictis inferes non eſſe vndequaque verum, peccata diſtingui ſpecie penes diuerſa præcepta, quibus ſunt oppoſita, ſed opus eſſe, quòd vel ſint contra diuerſa præcepta diuerſarum virtutum, vel ſint contra diuerſa præcepta eiuſdem virtutis, ex diuerſo tamen motiuo, & obiecto: ſecus ſi præcepta ſint de eadem materia, & propter idem virtutis motiuum; tunc enim licet ſint præcepta multiplicata, & impoſita à lege naturali diuina, & humana, ſub eadem ratione formali obligant, & motiuo eiuſdem virtutis. Neque multiplicatio illa præceptorum, quæ violantur eſt circumſtantia neceſſariò exprimenda in confeſſione, vt bene notat Sà *in ſumma, verb. confeſſio, §. quidam putans*; & Vaſquez 1.2. *quæſt.., art. 6. diſp. 98. num.* 10. cum non ita notabiliter aggrauet, vt ſit de neceſſitate confeſſionis.

Prior pars illationis huius probatur exemplo omittentis horas canonicas ratione ordinis ſacri, & ratione beneficij, quòd habet. Is enim tenetur exprimere in confeſſione, ſe ex duplici capite omiſiſſe horas, quia ex duplici virtute ad recitandum obligatur, nempe ex religione: quatenus eſt in ſacris, & ex iuſtitia ratione beneficij. Vnde reiicitur Henriquez *lib. 5. de pœnit. cap. 5. num. 6.* dicens hunc vnius dumtaxat culpæ eſſe reum omittendo officium diuinum, ſicut etiam debet reiici ſapientiſſimus Sà, *verb. confeſſio, §. quidam putant*, dum ait coniugatum peccantem cum coniugata non teneri explicare ſe peccaſſe cum coniugata, ſed ſatisfacere dicendo ſe eſſe coniugatum dum fatetur; quod non placet, cum vni virtuti iuſtitiæ duplex malitia aduerſetur: ſicut non ſatisfacit occidens duos vno ictu, niſi dicat ſe occidiſſe duos. Ita Vaſquez *diſp. 98. num. 9.* & Lopez *p. 1. inſtruct. cap. 35.* quos ſequitur Sanch. *d. diſp. 15. n. 6.*

Poſterior pars illationis ex eo patet, non eſſe plura peccata numero per vnicum actum contra eandem virtutem, quando idem opus præcipitur multis præceptis ex eodem tamen motiuo, & intuitu eiuſdem obiecti; quoniam ratio, quæ mouet, non eſt diuerſa, ſed eadem in multis præceptis, &
238. præcepta ſunt de eadem materia, & actus eodem modo aduerſatur virtuti ex vno, vel pluribus præ[illegible] eundémque reſpectum contrarietatis ad [illegible] habet virtutem. Proinde ſi præcipiatur, vt audiatur ſacrum, & ex obligatione duplici duorum feſtorum in eodem die concurrentium ad [illegible] tenearis, omiſſio illa non eſt niſi vnum peccatum, quoniam ad id teneris ex eodem motiuo, quamuis duplici præcepto obſtrictus. Probatur, quia contrarietas ad virtutem eſt vna, conſequenter malitia eſt vna, quando præcepta non differunt, ergo non reperitur niſi vnum peccatum, cum vnica tantùm repetiatur malitia, ac contrarietas ad virtutem, quæ violatur. Quamobrem concluſio ſit, peccata diſtingui ſpecie, vel ex obiectis, vel ex diuerſitate præceptorum, quæ diuerſis virtutibus aduerſantur, circa quæ committuntur; vt docet D. Thom. 1.2. *quæſt. 72. art. 1.* & eius ſectatores *ibidem*, quibus adhæret Valentia *tom. 2. diſp. 6. q. 2. punct. 1.* Vnde ſi quis religioſus alienum furto auferat, ex lege iuſtitiæ tenetur illud reddere; quod ſi accedat præceptum ſuperioris, vt reſtituat, actus ille fertur ad virtutem obedientiæ; atque ita duplex peccatum committit, ſi non reſtituat; ſicut eſt duplex peccatum commiſſum ab habente votum contra ſextũ præceptum, alterũ contra caſtitatem, alterum contra religionem ratione voti. Similiter religioſus frangens ieiunium Eccleſiaſticum, & ſuæ religionis vno, eodémque die. Nam hæc tranſgreſſio continet duplex, peccatum contra diuerſas virtutes, alterum contra virtutem temperantiæ, alterum cõtra regulam, quam ex voto obedientiæ tenetur obſeruare. Ita Vaſq. *d. diſp. 98. n. 9.* at vero quando præceptum non ducit actum ad aliam virtutem, delinquens vnam tantùm admittit culpam, vt patet in homicidio prohibito à lege naturali, diuina, & humana, ex eodem motiuo, & reſpectu eiuſdem obiecti. Ita Sayt. *in claui*, poſt Bartol. Medin. quem ſequitur *lib. 2. c. 5. n. 10.*

239. Sed vt regrediamur ad poteſtatem legiſlatoris, ſequitur dubium an princeps per legem ſuam poſſit obligare ſub mortali, quando materia eſt leuis? Et videtur poſſe, quia ex intentione legiſlatoris pendet poſſe præceptum obligare ſub mortali; & probatur, quia ſuperiores religionum imponunt præcepta aliquando de rebus minimis ſub excommunicatione; quæ videntur obligare; ita indicant Caiet. *verb. præcepti tranſgreſſio*, vbi ſubdit inueniri quædam præcepta humana obligãtia ſub mortali, Cord. *in ſum. q. 118. p. 2. ratio. 1. 2. & 3.* Armil. *verb. lex, n. 4.* & Sylueſt. *verb. præceptũ, q. 3.* & alij aſſerentes intentionem ſufficere ad legem obligandam ſub mortali. Sed nihilominus dicendum intentionem non ſufficere pro libito, ſed neceſſariam eſſe materiam capacem mortalis culpæ, nec ſufficere materiam leuem, quæ genere ſuo eſt leuis, & ſecundùm circumſtantias illi coniunctas. Ita Caſtr. *lib. 1. de poteſtat. leg. pœnal. c. 5. docum. 2. & 4.* Valent. *tom. 2. diſp. 7. q. 5. punct. 6. q. 3.* Dried. *lib. 4. de lib. Chriſt. c. 3. ad 5.* Salon. *tom. 2. in q. 77. art. 1. controu. 8. poſt regulam primam*, & iuuat Cordub. *in d. q. 118. p. 1.* dum aſſerit nõ eſſe in manu ſuperioris obligare ſub mortali, aut veniali, ſed hoc eſſe iudicandum ſecundùm capacitatem materiæ. Ducuntur primò, quia videtur abs re, & abs ratione propter rem leuem obligare ad pœnam æternam; item quia lex naturalis, & diuina obligant ſub mortali, aut veniali per ordinem ad materiam; ergo à fortiori lex humana, ad mortale, non obligabit, niſi per reſpectum ad materiam, neque legiſlator, quamuis id intendat, poteſt facere, vt actus ſupergrediatur potentiam.

240. Nec obſtat prælatos aliquando imponere præcepta obedientiæ, & excommunicationem circa res minimas, quia ex hoc non ſequitur poſſe hoc validè, & iuſtè, quos ſuperiores reprehendendos eſſe cenſent, Caſtr. & Valentia, quod res leues præcipiant, ſub obedientia aut ſub cenſura, niſi accedat graue ſcandalum religionis, aut maxima occaſio tranſgrediendi regulas, aut vota religionis; quibus accedentibus fas erit prælato res illas minimas prohibere etiam ſub mortali, non quatenus minimæ ſunt, ſed quatenus circumſtantiæ graues, aut ſcandalum imminens; quæ omnia ſimul ſumpta reputantur res magni momenti,

& ideo eorum obſeruantia obligat ad mortale. Ita Bartol. Medin. 1. 2. *quæſt. 96. art. 4. in ſolutione, dub. 2.* contra regulas ab eo allatas.

Ad id verò quod dicitur intentionem legiſlatoris ſufficere, intelligendum eſt de intentione rationabili, & iuſta legiſlatoris; ex qua poteſt dici pendere quod præceptum obliget ſub mortali; quia tunc cum intentio à ratione iuſta, & recta gubernetur, commenſurabitur capacitati materiæ. Pro quo facit dictum legis, 1. *ff. de conſt. princip.* ibi: *Quod principi placuit, legis habet vigorem.* Quod verû eſt ſi placitum principis ſit iuſtum, & conſonum rationi. Ita Suar. *de leg. lib. 3. c. 25. n. 4.* aliter enim tam ſuperiores, quàm principes gubernabunt non tanquam patres, & domini, ſed tanquam aduenæ, & duri principes imponentes onera grauia, & importabilia. *Matth. 23.* & iuxta Ezechiel. 34. ibi: *cum auctoritate imperabis eis, & cum potentia.*

241. Quin potius ſi princeps ciuilis habeat intentionem obligandi ſub mortali pro re leui, in tali caſu non obligabitur delinquens ad eam culpam; quod eſt ſatis probabile. Ita Medin. 1. 2. *quæſt. 96. art. 4. dub. 1. in refutatione regulæ.* Caſtr. *lib. 1. de poteſt. leg. pœnal. cap. 5. docum. 2.* quod placet quoad leges ſæculares a principe ciuili impoſitas; & probatur, quia lex ciuilis ſi pœnam capitis imponat, vel exilij, vel triremium pro culpa leui eſſet iniuſta, & nulla; ergo a fortiori erit iniuſta lex humana ſi mortalem pœnam, æternámque pro materia leui imponat. Dixi *principem ciuilem*, quia ſi ſermo ſit de prælato Eccleſiæ, cum illi multo maior obedientia debeatur, non ita nudè loquendum eſt, quia ſi conſtat de intentione prælati, habemus quod quærimus; modò ſufficiens ſit materia ad mortale, vel ſecundùm ſe, vel ratione circumſtantiarum. Sayr. *in claui, lib. 3. cap. 7. num. 19. de cenſur. lib. 1. cap. 9. num. 4. & ſequent.* aliis ibi relatis; & Ioan. Medin. *C. de ieiun. quæſt. 7. dub. 2.* Ledeſma 2. *part. quæſt. 17. art. 2. dub. 6.* Quod ſi non conſtet de intentione Prælati, & lex, ſiue præceptum dicat, *præcipimus, iubemus in virtute obedientiæ*, videtur obligatio ad mortale; ſecus ſi proferatur per verba, *ſtatuimus, volumus, & ordinamus*, tunc obligat ad veniale. Lege Medin. & Ledeſm. *vbi ſupra.* Philiarch. *de officio ſacerdot. p. 2. lib. 3. cap. 2. concluſ. 3.* Caſtr. *lib. 1. de poteſt. leg. pœn. cap. 5. document. 4.* vbi cenſent circa leges canonicas eſſe culpã mortalem, quando decernunt aliquid per verbũ præcepti, aut adæquãs præceptũ, adiúntque verba importantia præceptum, eſſe, *præcipio, mando, iubeo, prohibeo, inhibeo, veto, interdico*; verba autem adæquantia præceptum, *debeant, teneantur neceſſariò, neceſſe eſt, non licet, non poteſt*, quæ omnia oſtendunt ex ſe importare obligationem ad mortale, ſuppoſita materia tantæ culpæ capace. Medin. & Ledeſm. *ſupra.* & Sayr.

242. Sed antequam hinc abeamus, quæri poteſt, vnde nam conueniat principibus ſæcularibus poteſtas condendi leges cum tam rigoroſa obligatione? Ratio dubitandi eſt, quia nulla poteſtas humana poteſt tranſgreſſores punire æterna pœna; ergo nec poterit obligare ad mortalem culpam, quæ æterna pœna punitur. Dicendum tamen eſt leges ciuiles poteſtatem hanc habere, vt conſtat ex Auguſt. *epiſt. 50. ad Bonifacium*, vbi ait, *Qui legibus imperatorum pro Dei voluntate obtemperare non vult, acquirit grande ſupplicium.* Quibus verbis oſtendit Auguſt. fideles eſſe ſubditos Regibus, eiſque debere obedientiam iuxta illud ad Roman. 13. *omnis*, inquit, *anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit*; & infrà, *qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit.* In quo vrget idem Apoſtolus ad Titum 3. *Admone illos principibus, & poteſtatibus ſubditos eſſe.* Quòd Petrus 1. *epiſt. cap. 2.* clariùs dixit; *ſubditi igitur eſtote humanæ omni creaturæ propter Deum, ſiue Regi qua-* 243.
*ſi præcellenti, ſiue Ducibus tanquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum, quia ſic eſt voluntas Dei.*

Quæ loca ſcripturæ loquuntur de poteſtate ciuili, cui debent ſubijci tam fideles, quam infideles, poſſéque principes ſæculares condere leges, quæ obligent in conſcientia ſub pœna peccati. Confirmatur, quia leges humanæ quando ſunt iuſtæ, deriuantur a lege æterna, ac diuina, ergo ab ea habent poteſtatem, & vim obligandi. Sicut ergo omnes tenentur legi diuinæ, & naturali obedire, ita etiam tenentur legi humanæ, quæ à diuina, & humana deriuatur, vt patet ex Prouerb. 8. *Per me reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt*: & ad Roman. 13. *Non eſt enim poteſtas, niſi à Deo, quæ autem ſunt, à Deo ordinata ſunt.* Ex quibus certum eſt poteſtatis originem ad condendas leges humanas dimanare a Deo, & a lege æterna; & quemadmodum cauſæ ſecundæ non agunt niſi dependenter à cauſa prima; ſic etiam leges ciuiles, & humanæ, quamuis non obligent niſi virtute legis diuinæ, & æternæ, verè tamen poteſtatem habent obligandi, & de facto obligant, cùm feruntur.

Nec refert, ſi dicas etiam Principes Ethnicos 244.
condidiſſe leges iuſtas, & rationi conformes, quæ hominum conſcientias aſtringere nequibant; ergo conſcientias hominum non obligant, ſi ferantur a principe fideli? Reſpondeo negatiuè, quia vt obligent, ſatis eſt leges eſſe iuſtas, & rationi conuenientes, & reipublicæ vtiles: & quamuis legiſlatores non eo animo, ac intentione leges tulerint, vt ſubditos obligarent ſub peccato ad illas obſeruandas: nihilominus ex hoc non ſequitur leges carere poteſtate alligandi conſcientias, cum eo ipſo, quòd iuſtæ, ac rectæ ſint, habent poteſtatem obligandi illas. Azor. *tom. 1. lib. 5. cap. 6. in rubric. de vi, & poteſtate legis human. verſ. tertiò quæritur.* His accedit authoritas parentum, qui poſſunt obligare filios ad aliquod opus peragendum ſub mortali culpa, & de facto peccant mortaliter, ſi non obediant parentibus in pertinentibus ad bonam morum inſtructionem, & ad ſalutem ani-
mæ, puta, non fugiendo ſodales vitioſos, ludos 245.
prohibitos, meretrices, & ſimilia, à quibus parentes eos cauere monent, vt bene tradunt Sylueſt. *verb. filius, quæſt. 22.* Tabien. *eodem verbo, §. 16.* Nauar. *in ſumma, cap. 14. num. 12.* Graff. *lib. 2. deciſ. cap. 56. n. 15.* & eſt communis. Sed principes ciuiles maiorem habent authoritatem erga ſubditos in rebus, quæ bono communi proſpiciunt, quàm parentes erga filios. Ergo ſi poteſtas patris habet vim obligandi filios, poteſtas politica principum, quæ multo præſtantior eſt quàm œconomica, cum bonum domeſticum, teſte Ariſtotele *lib. 1. Politicor. cap. 1.* ad reipublicæ bonum feratur; & à fortiori habebit vim ſuis legibus obligandi conſcientias, quam poteſtatem principes habent ex natura rei, eo ipſo quòd ſunt electi ab ipſa communitate ad gubernandam rempublicam; ſicut pater habet poteſtatem ad imperandum filio ex peculiari conceſſione, ſed eo ipſo quòd eſt pater, ſequitur ex vi dominij paterni poſſe cum opus fuerit,

fuerit imponere præceptum filio ſub mortali, poſtulante id aliquo caſu. Suar. *de lib.3. de legib. cap.24.* Azor. *præcitato loco.*

246. Quæſtionis eſt an princeps ſæcularis poſſit ferre legem pœnalem, quæ obliget ſimul in conſcientia imponendo certam pœnam tranſgreſſoribus? Reſpondeo poſſe, neque hoc excedere facultatem neque poteſtatem principis. Probatur, quia legiſlator ciuilis poteſt obligare in conſcientia per leges iuſtas, quando non imponit pœnam; ergo etiam ponendo pœnam. Item lex diuina, & naturalis de non committendo homicidio obligat abſolute; ſed princeps poteſt addere pœnam mortis temporalis homicidæ propter crimen contra legem naturalem, cùm ſit valde conueniens bono communi; ergo poteſt præcipere aliquid obligando in conſcientia, imponendoque pœnam ſimul. Ita Nauarr. *in cap. fraternitas, quæſt.1. num.22.* Fillinc. *de Decalog. tom.1. tract.21. cap.11. num.418.* Caſtro *lib.1. de leg. pœn. cap.* 8. Tolet. *de ſept. peccat. mort. cap.*20. Medin. *C. de reſtitutio. quæſt.12. aliàs 13. & quæſt.36. ad 6. & in C. de pœnitent. tract. de ieiun.* Couar. *in regula peccatum, 2. part. §. num.3.* & Sotus *de iuſt. lib.1. quæſt.6.*
247. *art.4. & 5.* Quia lex pœnalis inducit rationem veræ legis; ergo ſecundùm qualitatem materiæ habet vim obligandi in conſcientia ſub peccato, dummodo lex præceptum contineat, etiamſi pœnam adiiciat. Confirmatur, quia adiectio pœnæ non tollit obligationem in conſcientia, ſicut non tollit præceptum recitandi horas canonicas, quod obligat, & inſuper habet adiunctam pœnam reſtituendi impoſitam non recitandi penſum horarum.

248. Si tamen lex purè pœnalis nihil præcipiat, ſed pœnam duntaxat imponat iis, qui aliquid fecerint, probabile eſt nolle obligare ad culpam, quando pœna non eſt grauis: quod ſi pœna eſt triremium, amiſſionis bonorum, exilij perpetui, capitis pœna, & ſimiles, verius eſt obligare ad culpam. Prior pars confirmatur ex Nauar. *cap.23. num.55.* Caiet. 2. 2. *quæſt.* 187. *art.5.* Caſtr. *lib. de poteſt. leg. pœn. cap.9.* dicentibus legem pœnalem ad culpam non obligare in conſcientia, ſed tantùm purè pœnalem eſſe. Quod etiam plures alij docent leges quaſcumque pœnales tam purè pœnales, quàm mixtas, etiamſi contineant pœnas grauiſſimas, non obligare ad culpam grauem ex vi ac virtute ſua, niſi legiſlatores exprimant. Poſterior, quia ex pœna adeo graui colligitur mens legiſlatoris fuiſſe, quòd tranſgreſſor obligetur ad culpam. Item, quia grauis pœna non poteſt imponi, niſi pro graui culpa. Accedit quòd lex pœnalis, quæ dicitur mixta, quæque continet præceptum, vel prohibitionem propter pœnam, ſemper ad culpam
249. obligat. Diximus verius, quia non deſunt, qui abſolute defendant leges pœnales non obligare in conſcientia; quam ſententiam tanquam probabilem probat Azor. *tom.1. lib.5. cap.6. verſ. quarto vero,* & fauet Caiet. *verbo, præceptum, verſ. hinc fit.* Nihilominus ipſe Azor *ibi* partem noſtram probabiliorem putat, nempe leges humanas pœnam imponentes conſcientiam ligare. Nec obſtat, quòd leges delinquentes contra illas pœnis afficiant; quia ex hoc non ſequitur violatores legum culpam non contrahere, ſed propterea eos pœnis affici, vt terrore pœnarum homines in officio contineantur, non tamen eſſe omnino dãnandos, qui probabilem ſententiam fuerint ſequuti, nimirum leges pœnales non obligare in conſcientia; quam graues Teologi, & iuris canonici interpretes amplectuntur. Lege illum *ibidem,* Fillinc. *vbi ſuprà, num.420.* & Sayr. *d. cap.9. num.6.* Suar. *lib.5. de leg. cap.4. in principio.*

His accedit illa difficultas an lex pœnalis humana poſſit obligare in conſcientia delinquentes ad exequendam pœnam etiam grauem ante iudicis ſententiam? videtur illam affirmare Caſtr. *lib.2. de leg. pœn. per totum,* vbi tenet pœnam publicationis omnium bonorum incurri ipſo facto, tenerique delinquentem tradere omnia ſua bona fiſco, ante ſententiam declaratoriam criminis; ex eo fundamento, quia lex humana pro bono communi poteſt obligare ſubditos ad quæque difficillima.

Secunda ſententia idem negat, excipiendo duntaxat cenſuras. Ita Sotus *lib.1. de iuſt. quæſt.6. artic.6. & lib.4. quæſt.6. artic.4.* quia cenſuræ potiùs ſunt pœnæ medicinales, quàm vltrices alicuius criminis, & imponuntur per modum præcepti ſuperioris interdicentis hanc, vel illam actionem. Vnde non induunt primariò, ac principaliter rationem pœnarum: idcirco imponi poſſunt ipſo facto tam à lege, quàm ab homine; negat tamen circa cæteras pœnas poſſe legiſlatores humanos obligare ſibi ſubditos, ſi delinquant ante ſententiam in conſcientia ad exequendam pœnam irrogatam. Hanc etiam partem tradunt Adrian. *quodlibet.6. art.1. litera L. col.3.* Medin. *de reſtitut. quæſt.1. §. poſt rerum dominium, verſ. ad propoſitum igitur redeundo.* Cordub. *in ſuo quæſtionar. lib.1. quæſt.36. in prima opinione,* vbi dicit eſſe valde probabilem, & forte veram, & alij; ex eo fundamento, quia non videtur rationi conſentaneum, vt reus ſit ſuæ pœnæ proprius vltor, ac executor. Vnde niſi expreſsè per ſententiam feratur, ac præcipiatur, nemo tenebitur in conſcientia. Cantera *in ſuis quæſtionib. criminal. tit. de quæſtion. tangentibus punitionem delictor. cap.1. n.16. & 17.* & alij.

Tertia ſententia tradit poſſe per legem pœnam imponi, ad quam homo ante ſententiam obligetur in conſcientia, ſi pœna eius generis ſit, vt in nuda paſſione conſiſtat, neque neceſſaria ſit hominis executio. Secus quando pœna eius qualitatis ſit, vt ad eius executionem actio hominis exigatur. Quæ diſtinctio placet Simane. *de cathol. tit.9. num.* 31. & fauet Syluest. *verbo, aſſaſſinus, num.4.* Ratio, quia leges humanæ debent eſſe patibiles, & fragilitati humanæ poſſibiles. Igitur durum ſanè erit valde obligare hominem ad exequendam in ſe pœnam grauiſſimam.

Reſolutio ergo ſit, ſiue pœna ciuilis imponatur, vt reus illam patiatur, ſiue vt eam exequatur, hoc eſt, ſiue ſit pœna capitis, aut alia corporalis, quam debet pati, ſiue pœna exilij, aut triremium, aut ſolutio pecuniæ, quas debet exequi, non tenetur delinquens ad illam ſubeundam, niſi poſt ſententiam condemnatoriam criminis à iudice prolatam, itaut ſi debeat pati pœnam poſt condemnationem, expectet etiam miniſtrorum executionem; ſi verò ſit pœna, quam reus exequi debet, non tenetur exequi, niſi poſt condemnationem; quod intelligo etiamſi pœna ſit impoſita ipſo iure, ſeu ipſo facto, ſemper eſt neceſſaria condemnatoria criminis ſententia, & ante illam non obligatur. Ita Decius *cap.1. in prima, in nona editione, poſt 5. concluſ. num.73. de conſtit.* Roſell. *in ſumma, verbo, Aſſaſſinus, num.1.* Tablen. *eodem verbo, quæſt. vnica, num.2. & 3.* Padill. *in l. ſi quis*

*maiori, num.* 58. *C. de tranſactio.* & Villagut. *de extenſione legum, tit. de extenſ. legum pœn. inflictar. hæret. ad eorum filios, num.* 122. ſed de his infra *lib.* 5. *diſp.* 12. §. 11. vbi laté de his quæ ſunt liçata reo confeſſo, ac conuicto per totam.

Ex qua reſolutione ſequitur illum cui ſacerdos reliquit bona ſua, rogauitque vt ea traderet filio ſuo ſpurio, etiam promiſſione facta de reddendo, poſſe retinere ea bona, nec teneri ante ſententiam declaratoriam tradere ea fiſco, quamuis ipſo iure huiuſmodi bona ſint fiſco in eo caſu debita, per *l. penult. ff. de iur. fiſc. & l. prudenus,* 46. *ff. de petitio. hæredit.* quia eſt pœna, vt notat Couar. *de matrim. part.* 2. *cap.* 8. §. 4. *num.* 13. Vnde quamuis à iudice interrogetur de promiſſione non tenetur fateri, niſi præceſſerit infamia, teſte eodem Couar. *num.* 14. cum agatur de crimine occulto, cui à iure impoſita eſt pœna publicationis bonorum promittenti, eo quòd ſponte non reuelauerit, vt patet ex *l. vnica, C. de his qui ſe deferunt.* Nec promiſſio de reddendo bona illa ſpurio obligat, cum fuerit nulla, nempe contra legem; & conditio poſita à parte habetur pro non poſita in vltimis voluntatibus; habetur in *l. impoſſibilis,* 7. *ff. de verbor. obligat.* non tamen tenetur ante ſententiam condemnatoriam dimittere hæreditatem, ſed poteſt tanquam verus hæres eam retinere.

Conſequenter ſi quis habens beneficium incurrat pœnam amiſſionis ipſo facto, non tenetur illud deſerere, neque reſignare ante ſententiam in conſcientia, poteſt illud poſſidere cum fructibus, donec condemnetur, ac declaretur incurriſſe in eam pœnam per tale, vel tale delictum. Ita Nauar, *in ſumma, cap.* 23. *num.* 66. Sot. *de iuſt. lib.* 1. *quæſt.* 6. *art.* 6. & Caiet. 2. 2. *quæſt.* 62. *art.* 3. *ad* 1. Quod ſi Summus Pontifex addat, *qui hoc, vel illud fecerit, beneficium non retineat, vel priuatus exiſtat, nulla expectata ſententia, vel declaratione*; ſunt qui opinentur nullam exigi ſententiam tunc, vt in foro conſcientiæ ſint officia, ſeu beneficia relinquenda, tenerique poſſidentes officia, ſeu beneficia ante omnem ſententiam, & declarationem criminis dimittere. Ita Sylueſter *verbo, aſſaſſinus, in fine.* Filliuc. *tom.* 2. *tract.* 21. *cap.* 11. *fol.* 50. *n.* 424. Sed Sot. *lib.* 1. *de iuſt. quæſt.* 6. *art.* 6. *ad finem.* dubitat de opinione Syluestri an ſit vera? Azor. tamen *tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 7. *quæſt.* 6. ait, ſi lex ſolùm dicat pœnam contrahi ante ſententiam, non deberi niſi poſt ſententiam, quæ declaret delictum fuiſſe commiſſum. Si verò dicat ad pœnam contrahendam nullam requiri ſententiam, qua declaretur crimen eſſe patratum, vt dicitur in Extrauag. *Ambitioſa, de reb. Eccleſ. non alien.* opinatur in foro externo eſſe ſoluendam pœnam ante ſententiam declaratoriam criminis, quæ ſententia eſt etiam Armillæ, & Tabien. *verbo, aſſaſſinus.*

Nihilominus Couar. multo melius *in epitome,* 2. *part. cap.* 6. §. 8. *num.* 10. definit tunc pœnam non eſſe ſoluendam antequam per ſententiam iudicis crimen declaretur. Idem ait Lodouicus Lopez 1. *part. instructor. cap* 296. *fol.* 880. Sequitur Graff. 1. *part. deciſ. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 41. Mexia *in taxa panis, concluſ.* 6. *num* 136. vbi docent non obſtantibus his verbis adhuc eſſe neceſſarium iudicis actum ad pœnam incurrendam, hoc eſt ſententiam declaratoriam criminis. In quam ſententiam propendet Sot. *lib.* 1. *de iuſt. quæſt.* 6. *art.* 6. *ad finem*; & ad illa verba, quæ continentur in Paulina *Ambitioſa*, ibi: *abſque alia delaratione*: accipienda ſunt de ſola pœnæ declaratione. Quæ verba non excludunt omnino ſententiam criminis declaratoriam, quæ neceſſaria eſt ad incurrendam pœnam. Concordat Azeued. *in l.* 5. *tit.* 14. *lib.* 5. *num.* 1. gloſſ. 1. & Matienzo *eodem loco n.* 4. dicentes ſuper illa verba legis Caſtellæ, ibi: *Por eſſo miſmo echo ſin proceder a ello, o para ello otro conocimiento de cauſa, niſi otra ſentencia, ni declaracion alguna ayan perdido las mercadorias,* adhuc requiri declarationem criminis factam à iudice. Conſentit Molin. *de iuſtit. tom.* 1. *diſp.* 96. *col. penult. verſ. quoad dictum eſt*, niſi expreſſis verbis lex declaret, nullam eſſe neceſſariam iudicis declarationem. Quod ſi non adiiciatur hæc declaratio non obſtante rigore verborum, in quocunque crimine, ſemper neceſſaria eſt iudicis ſententia, teſte Honeſio *tom.* 3. *variar. cap.* 14. *num.* 3. poſt multos tradente reum non teneri in foro conſcientiæ ante ſententiam reſtituere pœnam. Idem ait Vaſquez 1. 2. *quæſt.* 95. *art.* 5. *diſp.* 170. *cap.* 4. *num.* 24. & 25. & colligitur expreſſè ex text. *in l. eius qui delatorem, ff. de iur. fiſc.* & ibi Bartol. & Doctores, & habetur clarius in cap. *cum ſecundum leges, verſ. final. de hæreticis, lib.* 6. cuius verba ſunt hæc. *Confiſcationis tamen huiuſmodi executio, vel bonorum ipſorum occupatio fieri non debet per principes, aut per alios dominos temporales iuxta Gregory Papæ prædeceſſoris noſtri declarationem, antequam per Epiſcopum loci, vel aliam perſonam Eccleſiaſticam, quæ ſuper hoc habeat poteſtatem, ſententia ſuper eodem crimine fuerit promulgata.* Sic ibi. Ergo ante illam declarationem, & ſententiam diffinitiuam non obligatur delinquens ad pœnam, lege Azeued. *lib.* 8. *tit.* 21. *l.* 1. *num.* 70. Gomez *vbi ſupra, num.* 3. *verſ. ſed his non obſtantibus ego teneo contrariam ſententiam.* De aliis pœnis Eccleſiaſticis, quibus illaqueantur ſimoniaci, & confidentiarij, dicemus 2. *p.* Deo duce.

---

## §. IV.

### *A quo tempore incipiant obligare leges ſæculares?*

#### EPITOME.

251 *Leges ciuiles vbi promulgantur, obligant, & ante promulgationem etiam data ſcientia non obligant.*

252 *Promulgatio debet eſſe publica, & non ſufficit quod ſit edita in concilio populi publico.*

253 *Promulgatio legis fieri debet in ſingulis prouincijs regni, ſeu impery, nec ſatis eſt quod fiat in curia.*

254 *Lex à die promulgationis poſt duos menſes integros obligat.*

255 *Leges obligare ſcientes ante duos menſes eſt probabile; probabilius tamen non obligare niſi poſt duos menſes.*

256 *Leges de iure Luſitano in curia promulgata in cancellaria obligant poſt octo dies, in partibus poſt tres menſes.*

257 *An debeat admitti iuramentum ad probandam ignorantiam legis promulgatæ?*

258 *Lex vt obliget vltra promulgationem, an egeat receptione; pars affirmans eſt probabilis, pars negans eſt probabilior*

259. Lex

259 *Lex quando dicatur ſimpliciter à populo recepta.*

260 *Lex quibus modis deſinet obligare.*

261 *Leges irritantes in curia promulgata ſtatim obligant. Secus dicendum de reuocantibus priuilegia.*

262 *Legem qui ſcit promulgandam de pretio minuendo pecuniæ, ſeu frumenti, an poſſit plus expendere de pecunijs, ſeu de frumento, quàm alioquin venditurus erat.*

263 *An magiſtratus poſſit excludere venditores mercium, vt ſic poſſit maiori pretio vendere ſuas.*

251. LEGES ciuiles non obligant niſi promulgentur etiam habita ſcientia, quòd ſint editæ. Authent. *vt facta noua conſtitutiones, collat.5. l. final. ff. de decretis, ab ordin. faciend. col. penult. circa finem, C. de decurionib. lib.12.* Autun. Gabriel *de legib. & conſtitutionib. concluſ.4.* Caputaquen. *deciſ.* 213. *num.1. part.3.* Gabriel Vaſquez 1.2. *tom.2. diſp.7. quæſt.5. punct.5.* Azor. *tom.1. lib.5. cap.3.* Nauar. *conſ.1. de conſtit. num.3. & 4.* Sayr. *in claui lib.3. cap.3. per totum,* Molin. *de iuſt. tom.2. diſp.395. verſ. id verò ſuaderi poteſt,* & Cabed. 1. *part. deciſ.*184. & alij communiter.

252. Requiritur ergo quòd promulgatio, ſeu denunciatio legis ſit publica, & licet non ſit neceſſarium legem ſingulis quibuſque intimare; oportet nihilominus quòd promulgatio ita publica fiat, vt notitia nouæ legis moraliter ad aures omniũ ciuium, incolarumque regni perueniat. An verò ſufficiat editio legis ſolenniter facta in publico populi conuentu abſque promulgatione? Abbas *in cap.1. de poſtulatio. prælator.* affirmat ex eo quòd *in eodem cap. 1.* dicitur, *conſtitutio eſt cum ſolenniter editur, aut publicè promulgatur,* credens legem egere promulgatione, quando ſine ſolennitate edita eſt; ſecus ſi ſolenniter fuit condita. Sed melius Nauar. *conſ.1. de conſtit. num.3.* poſt Decium *cap.1. de poſtulat. prælator. num.19.* negat, & Suar. *de legib. lib.3. cap.16. verſ. in quo,* dicentes promulgationem eſſe de eſſentia legis, eſto ſit facta in concilio etiam cum Papæ confirmatione, nec ante illam ligare, prius quàm ſit publicè promulgata. Azor. *tom.1. lib.5. cap.3. verſ. primò quæritur, vltra medium.*

253. At rogabitur quibus in locis facienda eſt promulgatio? Reſpondeo non ſufficere vnicam promulgationem factam in curia Principis, ſeu Imperatoris; ſed requiri quòd in aliis locis, ſeu prouinciis regni, aut imperij fiat publicè, vt expreſsè habetur in dicta Authent. *vt factæ nouæ conſtitutiones, collat.3.* Ioan. Andr. *ſuper gloſſ. data ſexti recept.* vbi ait eſſe communiter receptum, de lege imperatoris. Sot. *lib.1. de iuſtit. quæſt.1. art.4.* Syluest. *verbo, lex, quæſt.9. verſ. tertiò.* Ratio, quia lex vniuerſalis cum ad omnes pertineat, & ad gubernationem diuerſarum prouinciarum; non debet vno duntaxat loco, ſed in diuerſis promulgari, vt omnium notitiam deducatur. Ita Bartol. Medin. *1.2. quæſt.90. art.4. concluſ.2. dub. vltim. poſt concluſ. quintam.* Valent. *tom. 2. diſp.7. q.5. punct. quæſt.2.* & Sà *in ſumma, verbo, lex, num.9.* vbi ait legem Papæ, & Imperatoris non obligare niſi à promulgatione in prouincia, in qua quis eſt. Quod idem eſt intelligendum de catholico Rege Hiſpaniæ, & Galliæ, ac ſimilibus ex identitate rationis, cum habeant prouincias longè diſtantes, & regna ſibi ſubdita. Idcirco neceſſe eſt, vt in ſingulis prouinciis, & regnis leges promulgentur. Sayr. *vbi ſupra, d. lib.3. cap.5. num.9.* Suarez *de leg. lib.3. cap.16. à num.5. vſque ad* 8. Azor. *tom. 1. inſtit. moral. lib.5. cap.3. §. ſecundò quæritur,* vbi dicunt de iure ciuili promulgationem eſſe faciendam in ſingulis prouinciis. Limitat tamen Suarez *ibid.* & bene, leges inferiorum communitatum, & leges municipales ciuitatum particularium, ſeu leges vnius prouinciæ, aut alicuius modici regni habentis vnam duntaxat metropolim, ſeu ciuitatem præcipuam, vt obligent, ſatis eſſe, ſi in vna duntaxat ciuitate principali, vel curia regia promulgentur more ſolito, niſi in ipſis legibus aliud præſcribatur. Syluest, *verbo, lex, quæſt.6. verſ.3.* Sayr. poſt plures citatus, *num.7.* Quod procedit in foro exteriori, nam in interiori excuſat ignorantia inuincibilis: imò quoad pœnam ſpiritualem legis latæ ab Epiſcopo; etiam ignorantia vtcunque vincibilis excuſat ab excommunicatione ſubditum dummodo non ſit craſſa, & ſupina, prout declarauit Bonifacius VIII. in cap. *vt animarum, de conſtit. in 6.* Sayt. *tom.1. lib.1. cap.28. & in claui, part.1. lib.3. cap.5. n.7.* Nec eſt expectandum longum tempus poſt promulgationem, vt conſtitutiones ſynodales, & ſimiles leges in anguſta aliqua prouincia latæ obligent ex Ioan. Andr. in proœmio Clementinarum, *in verbo, de cætero,* & Panorm. in cap. *cognoſcentes, de conſtitutio. num.7.*

De iure tamen ciuili conſtat à die promulgationis poſt duos menſes integros leges promulgatas vim obligandi ſortiri, vt habetur in dicta Authent. *vt facta noua, collat.3.* ibi. *Vt factæ nouæ conſtitutiones poſt inſinuationes earum poſt duos menſes valeant.* Quod fit, vt leges probabiliter ad notitiam ſubditorum veniant; quæ reſolutio eſt communis. Bald. in *l. leges ſacratiſſimæ, C. de leg.* Panormit. in cap. *cognoſcentes, num.7. de conſtitutionib.* Valent. *tom.2. diſp.7. quæſt.5. punct.3. dub.3.* Marc. Anton. Cucchus *in lib.1. inſtit. maior. tit.3. num.16.* & alij; niſi princeps velit, quod à die publicæ promulgationis lex ſtatim valeat, idque iubeat ſimul, dum lex promulgatur, declarat à vel aliquo alio certo tempore. Ita Nauarrus *in ſumma, cap.23. num.44. & d. conſ.1. de conſtitutio. num.14. & 15.* Azor. *d. lib.5. cap.3. verſ. ſecundò quæritur ad finem,* poſt Felin. in dicto c. *cognoſcentes, de conſtitutionib.* Vnde ſemper ſtandum eſt intentioni legiſlatoris, vt cognoſcatur quando lex incipiat obligare à die ne promulgationis ſolenniter factæ, an ab aliquo alio termino, vt Doctores allegati notant. 254.

Difficultas tamen eſt, an quando dicitur quòd lex obliget poſt duos menſes, ſcientes, obligentur illi antequam labatur bimeſtre? Prima opinio docet ſcientes intra bimeſtre legem fuiſſe promulgatã, teneri ſtatim ad legis obſeruantiam, antequam exactum ſit bimeſtre. Ita Panorm. in dicto cap. *cognoſcentes, num.7. de conſtitut. & in cap.1. num.11. de poſtulat. prælat.* Ioan. de Lignano *in cap.2. de conſtit.* Bartol. *in l. omnes populi, ff. de iuſtit. & iur.* Barbat. *conſ.53.* & notat apertè Gloſſ. in c. *cum ſingula, in verbo, peruenerit, de præbend. in 6.* Marc. Anton. Cucchus *lib.1. maiorum inſtit. tit.3. num.21.* & alij. Fundamentum eſt, quia quando quis tenet fuiſſe legem promulgatam, non debet expectare lapſum temporis, cum non poſſit amplius certiorari, & fruſtra expectatur euentus, cuius nullus eſt effectus; ergo intra bimeſtre habentes 255.

bentes notitiam legis obligantur, & peccant contra eam operando ſaltem in foro conſcientiæ, vt notat Sot. *de inſt. lib. 1. quæſt. 1. art. 4.* Quæ reſolutio videtur deduci ex *cap. 1. de poſtulatio. prælator.* vbi ſic. *Sed id ſolum ſufficit, vt ad eius obſeruantiam teneatur, qui nouit eam ſolenniter editam, aut publicè promulgatam.* Quo loci Panorm. notat verbum, *ſufficit*; quaſi dicat ad obſeruandam legem, ſatis eſſe habere notitiam legis iam publicè promulgatæ. Hæc opinio apud me eſt probabilis.

Probabilior tamen eſt, quæ tradit leges non non obligare etiam ſcientes, niſi poſt duos menſes exactos, vt conſtat ex verbis dictæ Authent. *vt facta noua conſtitutiones*; quæ ſic loquitur. *Vt autem adhuc apertius cauſa declaretur, ſancimus ſi ſcripta fuerit huiuſmodi lex, hanc poſt duos menſes dati eius temporis valere.* Ex quibus verbis conſtat legem non valere, neque habere rationem perfectam legis antequam elabantur duo menſes; ſed eſſe ſuſpenſam virtutem, & efficaciam illius. Idem dicit verbum, *ſancimus*, hoc eſt, lex non eſt ſufficienter ſancita, niſi poſt bimeſtre omnino elapſum. Item quia non eſt rationi conſentaneum, vt alij ſtatim ligentur, alij verò poſt bimeſtre tempus; ſed ratio poſtulat, vt omnes vno, eodemque tempore obligentur ad obſeruantiam legis. Confirmatur, quia ſi princeps dicat, *nolo hanc legem habere vim obligandi, niſi a prima die menſis May*, clarum eſt etiam ſcientes non alligari, niſi ab eo die; ergo etiam cum dicitur, *poſt duos, vel poſt tres menſes non habebit lex vim obligandi, niſi ijs elapſis*; & ita hanc partem tanquam probabiliorem tenent Anton. *in cap. 2. de conſtitutio.* Nauarr. *in ſumma, cap. 23. num. 44. & conſ. 1. de conſtitut. num. 17.* poſt Decium quem refert, ac ſequitur Valentia *tom. 2. diſp. 7. quæſt. 5. punct. 5. dub. 3.* Medin. *1. 2. quæſt. 90. art. 4.* Probatur, quia, vt ſcientia legis non ligat donec promulgetur, ita ſcientia legis promulgatæ non debet obligare, donec elabatur tempus præfixum ad ligandum. Sequitur Andreas de Exea *in repet. in cap. cognoſcentes, num. 76. de conſtitutionib.* maximè quia tempus non præfigitur, vt lex ad omnium notitiam tantùm perueniat, ſed vt omnimodam vim obligandi à legiſlatoris intentione, & voluntate poſt illud tempus recipiat, à qua dependet, vt obliget.

256. De iure tamen Luſitano *lib. 1. ordination. tit. 2. §. 10.* leges noſtræ a publicatione facta in cancellaria maxima poſt lapſum trium menſium completum obligant, ibi. *E tanto que qualquer ley, ou ordenacaon for publicada na cancellaria, & paſſarem tres meſes depois da publicaçaon, mandamos que logo aya effeito, & vigor, & ſe guarde em tudo, poſto que naon ſeia publicada nas comarcas, nem em outra alguna parte, aindaque nas dias leys, & ordenaçoens ſe diga que mandamos que ſe publiquem nas comarcas.* Hoc eſt, *Vbi primùm quæcunque lex, vel ordinatio promulgata fuerit in cancellaria tranſactis tribus menſibus a publicatione, mandamus quòd ſtatim ſuum habeat effectum, ac vigorem, & quòd ſeruetur in omnibus, quamuis in partibus non ſit promulgata, neque in aliquo alio loco publicata, licet in dictis legibus, & ordinationibus dicatur, quod in partibus etiam publicentur.* Et infrà ibi: *Porem em noſſa Corte haueraon effecto, & vigor como paſſerem oito dias de pois da publicaçaon*, Id eſt: *attamen in noſtra curia tranſactis octo diebus à die publicationis leges vim obligandi obtinebunt.* Cabed. *tom. 1. deciſ. 184. num. 1.* Cardoſ. *in praxi iudic. verbo, lex, num. 14. ad finem,*

257. Ita elapſo termino octo dierum, ſeu trium menſium poſt promulgationem, nemo poteſt ſe in hoc regno tueri propter ignorantiam, niſi ea ſit talis, quæ hominem a culpa omnino excuſet, tunc admittetur ignorantiæ probatio. Ita Cabed. *vbi ſuprà, num. 5.* Nec non ſimul excuſabitur à pœnis legis contra tranſgreſſores ſtatutis; niſi forte lex ob rationabiles cauſas etiam ignorantes liget, vt probat Caſtr. *lib. 2. de leg. pœnal. cap. 14. poſt gloſſ. cap. 2. de conſtitutio.* Quod puto verum in foro externo, non verò in foro animæ, in quo nemo damnatur ſine culpa, lege enim naturæ excuſatur iuſtè legem ignorans fuiſſe publicatam, Nauar. *d. conſ. 1. num. 22.* niſi lex ſecum afferat decretum irritans, eo quòd in eo euentu ligat ignorantes propter naturam illius decreti; quæ tanta eſt, vt penitus ignorantes conſtringat text. *in cap. penult. de præbend. in 6.* Gloſſa recepta in Extrauag. *Execrabilis, verbo, irritum, §. inhibentes,* Ioan. XXII.

Porrò eſto verum ſit, quòd lex noua noſtra non ligat niſi poſt tres menſes, nihilominus ſtatim etiam obligat ignorantes, quando habet decretum irritans, vt etiam ſentit gloſſ. *in cap. 1. verbo, referri, de conceſſio. præbend. in 6.* Quod intelligas velim quoad actus nullitatem, non verò quoad pœnam, vt bene notat gloſſ. *in clemen. 1. verbo, ex nunc, de hæreticis,* & Felin. *in d. cap. 2. oppoſ. 7. de conſtitut. col. 5. & in cap. 1. de lite non conteſtat. col. 6. in principio,* Matt. *de iuriſdict. part. 4. caſu 94. num. 32.* Caldas Pereira *quæſtion. forenſ. lib. 1. q. 6. num. 30. & ſequent.* Ludouicus Gomez *de mandat. de prouidend. num. 28.* & Staphil. *de mandat. etiam de prouidend. fol. mihi 37. num. 9. in octaua forma,* Farinac. *in praxi delict. 7. part. in fragmentis, litera C. num. 672.* & in dubio præſumitur ſcientia legis, & ad probandam ignorantiam exigitur probatio ordinaria, nec ſufficit iuramentum ipſius partis. Cabed. *vbi ſuprà, num. 5.* Conſonat lex noſtra *lib. 3. ordinat. tit. 52. §. 2.* ibi: *E ſe o ſector naon he ſabedor da cauſa.*

Nihilominus verius puto poſſe admitti iuramentum ad probandam ignorantiam promulgatæ legis, quando allegans ignorantiam non eſt perſona vilis, nec turpis. Ita lex noſtra expreſsè *d. tit. 52. num. 2.* & tradit gloſſ. *in cap. qui diuinis, & humanis 12 quæſt. 2. & in cap. propoſuiſti, diſt. 82.* & affirmat Abbas *in d. cap. cognoſcentes, num. 9. de conſtit.* & ibi Decius *In prima lectura, num. 18.* Iaſon. *in l. 3. §. iurari, num. 13. de iur. iuran.* cùm ignorantia in mente hominis verſetur, ſolo iuramento probari poteſt allegantis illam ignorantiam, per gloſſ. *in §. alia inſtitut. de actionibus, & in cap. ſignificaſti, el 1. de homicidio*, vbi etiam traditur ſtandum eſſe noſtro iuramento in his, quæ ab animo noſtro dependent, niſi ex alia parte pro iure vehementer præſumptio ſubſiſtat contra allegantem ignorantiam. Ita Alexand. *conſ. 71. lib. 1.* Geminian. in cap. *eos, qui, de tempor. ordin.* præſertim ſi præiudicetur alicui tertio, tunc oportet, quòd non admittatur probatio iuramenti ad probandam ignorantiam promulgatæ legis. Ita Decius in dicto cap. *cognoſcentes prope finem*, & Felin. *ibidem, num. 14.* vbi etiam addunt probationem hanc non ſemper admitti; ſed ſolùm ex iudicis arbitrio in ſubſidium deficientibus aliis probationibus, cum ſit probatio priuilegiata, quæ habet ſuum locum, quando alia probatio

deeſt.

deeſt, *l.2.§.diuus ol 1. de iure fiſci.* Legitima ergo, & ordinaria probatio erit, ſi allegans ignorantiam probet ſe abſentem, vel aliam cauſam præſtet, quæ iuſtam igoorantiam demonſtret. Ita Felin. in *d. cap. cognoſcentes, num.19.* & Decius *ibidem, verſ. ſuccess. ne.* Item ſecundùm Baldum in *l. data opera, C. qui accuſar. non poſſ.* & Roman. *in conſ.125. incip. clariſſimè,* ſi probet ſe ciuem nouellum, qui breui tempore in hoc loco habitauit: is enim æquiparatur forenſi. Ita Andr. de Exea *in repet. cap. cognoſcentes, de conſtitut. num. 66. & 67.* Ioan. Crotus *in repetitio. cap.2. notab. tertio de conſtit.* Nauar. *d. conſ.1. à num.5. vſque ad 8.* & Saytus *in claui lib.3. cap.5. à num.5.* vbi meminit trium modorum, quibus ignorañtia legum probari poteſt.

158. Ad hæc accedit quæſtiuncula an vltra promulgationem ſolenniter factam requiratur ad eſſentiam legis, quòd à ſubditis recipiatur? duæ ſunt opiniones. Prima opinio dicit, niſi leges receptæ ſint à populo non habere vim obligandi. Probatur ex cap. *in iſtis, §. leges, diſt.4.* vbi ſic dicitur; *leges inſtituuntur, cum promulgantur; firmantur cum moribus vtentum approbantur,* & in *l. de quibus ff. de legib.* vbi Iuriſconſultus, *leges,* inquit, *nulla alia de cauſa nos tenent, quàm quòd iudicio populi receptæ ſunt.* Vnde colligitur leges non abſolutè, ſed conditionaliter ſaltem promulgari, nempe ſi à ſubditis populis recipiantur. Proinde neceſſaria ſemper eſt receptio, vt obligent. Ita Nauar. *d. cap.23. à num.39. & conſ.1. de conſtitut. num.23.* vbi ait, legem antequam recipiatur ſaltem per maiorem partem ciuitatis, cuius eſt pars tranſgreſſor, non habere vim obligandi; eo quod eius promulgatio non ſortitur effectum, niſi dependenter à receptione per maiorem partem ciuium. Ita Felin. *in cap.1. de Trenga, & pace, n.12. verſ. intellige quartò, & in num.13. conſ.2.* gloſſ. *in d. cap.1. in verbo, frangere, de Trenga,* & Panorm. *ibi, num.4.* & Marc. Anton. Cucch. *lib.1. inſtitut.* Maior *tit.3. num.31.* & alij dicentes eſſe maximum onus, velle repugnaotes homines legibus obligari ad præſtanduſo quod alioquio nulla lege humana, nec diuina agere tenentur.

Poteſtas namque ferendi leges ita videtur à populo in legiſlatorem tranſlata, vt quoad vim obligandi lex lata dependeat à receptiooe eiuſdem populi, aliter enim non legiſlaior prudens cenſeretur, ſed tyrannus princeps, qui abutens poteſtate ſibi commiſſa à populo vellet illum renitentem cogere ad legem politicam ſeruandam, quando nihil contineret ad legem diuinam, aut naturalem aliquo modo conducens. Ita Caſtr. *de poteſtate leg. pœnal. lib.1. cap.1.* Proinde præcitati Doctores firmant legem vſu non receptam vi carere; quibus accedit Couar. *lib.1. var. cap.16. num.6.* vbi plures citat, & ex Theologis Azor. *tom.1. lib.5. cap.4. in princip.* Dried. *lib.1. de libert. Chriſtian. cap. 9. document. 2.* Maior *in 4. diſt. quæſt.4. in argumentis contra ſecundam concluſionem.* Syluest. *verbo, lex, quæſt.6. d.4.* Armill. *eodem verbo, num.11.* Valentia *tom.2. diſp.7. q.5. puncto 5. lib.4.* Tolet. *in ſumma, tract. de ſept. peccat. mortal. cap.18.* Facit Ariſtoteles *lib. 2. Politicor. cap.6. ad fin.* vbi ait, *lex nullam vim obligandi habet, niſi ex more;* & illo probari poteſt, quia princeps legem condit pro bono communi tuendo, ac conſeruando: ergo quando populus apertè contradicit, non videtur lex lata bono communi vtilis, & præſumendum eſt de legiſlatore, qui eſt pater communis, quod nolit obligare, quando lex bono communi non eſt conueniens; idque eſt iudicandum, ſi lex non recipitur, & populus ſecundùm maiorem partem reſiſtit. Dried. *vbi ſuprà, cap.9. document.2.* Hæc ſententia eſt probabilis ſatis, & ſecundùm Saytum, & alios quos ſequitur, *d. lib. 3. cap. 5. num. 14. per totum, & num.15.*

Verior tamen eſt ſecunda ſententia, quæ tradit non eſſe neceſſariam acceptationem à populo, vt lex queat obligare, ſed de ſe habere abſque illa quòd obliget etiam inuitos, ac reoitentes, quamuis non recipiatur, quia acceptatio non eſt conditio requiſita ad obligandum, & ſatis eſt quod feratur lex abſolutè ab habente auctoritatem ad obligandum. Nam in principe eſt poteſtas condendi legem, nec deeſt voluntas: ergo lex lata etiamſi non recipiatur, habet vim obligandi, niſi expreſsè in aliquo regno limitata ſit poteſtas ferendi legem; de conſenſu tamen populi, ac dependenter ab èius receptione, & approbatione: tunc neceſſaria eſt populi approbatio, atque acceptatio; tunc enim populus eſt aſſeſſor legiſlatoris in legibus condendi; quod ſi de boc non conſtet abſque acceptariooe populari leges à Summo Pontifice ſancitæ ligant. Ita Turremat. *in §. ideo, diſt.4.* Medin. *C. de reſtitut. quæſt.36. ad 5.* ſi bene expendatur. Vnde ſi nolint ſubditi ſeruare leges rationi conueoientes, cogi poſſunt à Summo principe ad eas ſeruandas per cap. *de liguribus 23. quæſt.5.* Cardinalis *in proœmio clementin. in verſ. vniuerſitati,* Archidiac. *in §. leges, 4. diſt.* vbi addit, ſi populus noluerit parere legibus rationabilibus ſui principis, poſſe à Summo Pontifice cogi; quos referens ſequitur Gregor. Lopez *part.1. tit.1. lib.6. num.4.* Cabed. *1. part. deciſ.184. num.2.* dicens non eſſe neceſſariam ad eſſentiam legis, quòd recipiatur; & quamuis populus eam recipere nolit, inuito legiſlatore, obligatur, & pœnis in lege contentis quando eſt iuſta, iuſte poteſt coërceri. Ratio, quia populus abſolutè trãſtulit in ſupremum principem ſuam poteſtatem ad ferendas leges, & ad obligandum per eas, niſi ex conſuetudine & ex more contrario aliud conſtet. Quare hæc ſententia magis placet Suario *lib.3. de legib. cap.19. num.4. & ſequentib.* concludens acceptationem populi non requiri ad legis obligationem, ſeu perfectam inſtitutionem, ſed potiùs eſſe effectum; atque ita lex ſufficienter promulgata obligare incipit ſubditos niſi ſit iniuſta, vel nimiùm dura, & impatibilis, & talis communiter à populo iudicetur, tunc non videtur lata ad obligandum, ſed ad experiendum quomodo à populo recipiatur; in quibus caſibus non peccant non recipientes. Suar. *ſuprà, num.11.*

Ad Authent. *vt facta noua conſtitutiones,* dicendum eſt ex ea non conſtare neceſſariam eſſe acceptationem ad obligandum. Ad id quod dicitur leges inſtitui cum promulgantur, facit pro noſtra opinione; ſi enim leges inſtituuntur cum promulgantur, non opus eſt acceptatione, vt leges vim obligandi habeant. Nec facit quicquam quod dicitur, *firmantur leges cum moribus vtentium approbantur,* quoniam ex eo non ſequitur leges non habere vim ante acceptationem, ſed ſolùm oſtenditur habere tunc ſuam vim fortiùs radicatam, ac firmatam.

Quæres inſuper quando dicatur lex ſimpliciter à populo recepta? Reſpondeo quando à maiori parte populi, ſeu communitatis recipitur. 159.

Tunc

Tunc minor pars non recipiendo peccat; quod ſi maior pars non recepit, aut certum genus perſonarum ſit, in quo maior perſonarum pars non receperit legem, eſto minor pars popularis, & minor pars illius certi generis receperit, illam vim obligandi nihilominus non ſortitur lex; & quamuis illi reſiſtendo legi peccauerint, qui inceperunt contradicere ſine iuſta cauſa in principio, teſte Felin. *in cap. 2. de Trenga, & pace*, & Cucch. *lib. 1. inſtitut.* Maior *tit. 3. num.* 34. reliqui verò excuſabuntur ſi ad maiorem partem, quæ non ſeruat, adiunguntur. Ita Nauar. *d. conſ.* 1. *num.* 24. *verſ. tertiò quod dicunt*; vbi addit poſſe etiam excuſari à peccato priores non recipiendo ex ignorantia probabili, qua legem latam probabiliter ignorabant. Quod ſi populus ab initio voluit ſeruare legem, & contra eam ſciente legiſlatore, valenteque compellere plures actus exercuit contrarios, lex non obligat. Ita gloſſ. *in d. cap.* 1. *de de Trenga*, quia quamuis virtualiter in lege condita videatur ineſſe actus, vt poſt promulgationem ſequatur acceptatio, ſi tamen principe ſciente, & patiente, non recipiatur, perinde eſt, ac ſi non eſſet lata, ex eo quòd princeps diſſimulat. Ita Gregor. Lopez *vbi ſupra, num.* 4. ideo ſi in nihilo fuit recepta, ad nihilum obligabit: ſi verò in parte fuit recepta, obligabit ad partem, vt patet in Extrauag. *Ambitioſa, de reb. Eccleſ. non alien*, quæ ad partem obligat, non verò ad totum, eo quod quoad totum non fuit recepta, ſaltem quoad pœnas excommunicationis multis in locis, vt Nauar. *d. cap.* 23. *num.* 62. *& cap.* 27. *num.* 149 *verſ. quinquageſima ſecunda, & num.* 150. Hugolin. *de cenſur. tabul.* 1. §. 9. *cap.* 9. *à num.* 2. Seruaturque in locatione ad triennium, itaut vltra triennium ſit omnino nulla; quoad partem verò, quæ non fuit recepta, conſtitutio non ligat; quod etiam firmat Valentia *d. quæſt.* 5. *punct.* 5. *dub.* 4. & Caiet. *in ſumma, verbo, excommunicatio, cap.* 75.

Cæterum ſi non conſtat de ſcientia, ac patientia principis ad inducendam deſuetudinem legis non receptæ, vt deſinat omnino ligare, requiruntur decem anni, in quibus populus non voluit recipere legem. Ita Ioan. de Imol. & Card. *in d. c.* 1. *de Trenga, & pace.* Præpoſitus tamen *in d. § leges, diſt.* 4. *verſ. Præpoſitus*, ſubdit quòd vltra ſcientiam, & tolerantiam principis, quòd lex non recipitur, requiri aliquem actum, per quem præſumatur de beneplacito principis; quia patientia, & ſcientia non arguit conſenſum illius. Sed hoc videtur dictum minùs bene, cùm ſecundùm communem quando princeps ſcit legem ſuam non ſeruari, & tolerat, ſeu diſſimulat, cum poſſit reſiſtere, cogereque ad illam ſeruandam, nec facit, ſatis oſtendit velle, vt non ſeruetur. Ita Franciſcus de Aretio *conſ.* 11. incipit, *procedendum eſt breuiter, col.* 3. Anton. de Butrio in cap. *quia circa, de conſanguinitate, & affinitat.* Nam vbi princeps ſcit legem ſuam non ſeruari, & non contradicit, cum poſſit, approbat factum, per gloſſ. ſingularem in *l. quo enim, ff. rem ratam hab.* vbi ait Gloſſa quòd non improbare, ratificationi par ſit. Neque lex tunc deſinit obligare, quòd non fuerit recepta, ſed quia cenſetur reuocata de conſenſu tacito ipſius principis, vt bene notat Suarez *de legib. lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 10. Idem dici poteſt quando lex eſt nimis dura, & videtur excedere terminos humanitatis, quæ in principe requiritur; nullum erit peccatum ab initio legem non ſeruare, quia non videtur lex abſolutè lata animo, ac intentione obligandi, ſed tentandi an populus velit illam obſeruare, & in hoc caſu opinioni priori poteſt populus adhærere.

260. Huc properat alia difficultas quibus modis deſinet obligare lex? Primò, ſi ab initio maior pars populi non ſeruet legem. Nam quamuis priores peccauerint incipiendo non ſeruare, quique priores fuerunt imitati, cum res eo deuenit, vt maior pars eam legem tranſgrediatur, alij poſtea non peccant, & poſſunt ad reliquos accedere, etiamſi lex non ſit omnino reuocata. Suar. *lib.* 3. *de legib. cap.* 19. *num.* 13. poſt Nauar. *d. cap.* 23. *num.* 40. *&* 41. & diximus paulò antè. Secundò, ſi lex non obſeruetur ſciente legiſlatore, ac patiente, & contra illam fiant tot actus à maiori parte populi, ex quibus coniecturetur, ac cenſeatur reuocata. Suar. *lib.* 4. *de legib. cap.* 16. *num.* 10. Tertiò, interueniente ignorantia principis ab initio quòd lex non obſeruetur, ſufficit decennium vt lex non obliget, ſicut dictum eſt. Sic Felin. *in d. cap.* 1. *de Trenga, & pace.* Iaſon in *l. rem non nouam, ff. de iudic.* Quia vt lex dicatur non recepta, ſeu ſublata, ſufficit conſuetudo longi temporis. Panorm. in cap. *olim, de cleric. coniug. num.* 4. & eſt communiter receptum: tempus autem decem annorum dicitur longum tempus, vt probatur *in rubric. & in l. penult. & in l. final. C. de præſcriptio. long. tempor. l. fideicommiſſa*, §. *Ariſto. ff. qui, & à quibus.* Gloſſ. *in rubric. C. quæ ſit longa conſuetudo*, & in *l. ſi filius, C. de petit. hæret.* Valaſc. *de iur. Emphyteum. quæſt.* 29. *num.* 5. Ergo ſufficit quòd per decennium non fuerit obſeruata etiam ignorante principe.

261. Sed conſequens eſt dicere de legibus irritantibus, quæ eo ipſo quòd ſunt promulgatæ in curia principis habentes decretum irritans ſtatim obligant etiam ignorantes, itaut ſi deinceps contractus celebrent, ſint omnino nulli, ſi fiant contra legis formam; excuſabuntur tamen ignorantes, à culpa, & à pœna, ſi omnino legis promulgationem neſciebant. Ita Syluest. *verbo, lex, quæſt.* 6. *verſ.* 3. Valentia *tom.* 2. *diſp.* 5. *punct.* 5. *dub.* 2. Bartol. Medin. 1. 2. *quæſt.* 90. *art.* 4. *ante concluſ.* 4. Panorm. in dicto cap. *cognoſcentes, num.* 7. *in principio de conſtitution.* Vnde ſi lex lata ſit de vendendis mercibus pro certo pretio, & aliquis inuincibiliter ignorans legem, vendiderit maiori pretio, excuſatur à culpa, & à pœna, non tamen excuſatur à reſtituendo id, quod vltra taxatum pretium recepit. Ita Medin. *loco citato.*

Secus dicendum eſt, quando princeps condidit legem reuocantem priuilegia à ſe, vel à ſuis prædeceſſoribus conceſſa; hæc autem lex vt ſortiatur effectum, opus eſt, vt promulgetur non ſolùm in ſingulis quibuſque prouinciis, ſed etiam in ciuitatibus, & parochiis, & ante has ſingulares promulgationes, poteſt quis vti ſuo priuilegio, etiamſi tale ſit vt per illud poſſit eligere confeſſarium, vt à reſeruatis abſoluatur. Ita Gregor. Lopez Valent. *diſp.* 7. *quæſt.* 5. *punct.* 5. *dub.* 2. vbi addit poſſe illo vti valide quouſque ſciret ibi eſſe ademptum per nouam conſtitutionem; quod etiam dixit Sotus *de iuſt. lib.* 1. *quæſt.* 1 *art.* 4.

262. Ex ſuprà dictis venit in dubium an ſciens factam eſſe legem de mutando pretio mercium, ſeu valore pecuniæ poſſit ante promulgationem properare ad vendendas merces pro pretio currente, nempe, pro maiore, & ad expendendas pecunias, quarum valor minuitur per legem? Affirmant aliqui poſſe vendere pretio currente non obſtante

obſtante ſuperuentura lege de minuendo pretio, non tamen poſſe plus vendere, neque plus pecuniarum expendere, quàm alioquin erat venditurus, aut detracturus, ſecluſa notitia legis. Prior pars eſt contra Medin. *de reſtitution. quæſt.* 35. vbi ait neque pretio currente poſſe vendere mercatorem triticum, qui ſcit breui ſuperuenturam magnam copiam tritici; peccaréque contra iuſtitiam cum onere reſtituendi exceſſum præſentis pretij accepti. Sed refellitur omnino Medin. quia ignorantes ſuperuenturum ſtatim triticum in abundantia poſſunt vendere eodem pretio currente; ergo etiam ſcientes licitè poſſunt. Item, quia pretium præſens eſt iuſtum ſecundùm communem hominum æſtimationem; ergo nulla committitur iniuſtitia, neque contrahitur obligatio reſtituendi, quamuis non diminuat de præſenti pretio. Probatur ex D.Thom. 2.2. *quæſt.* 77. *art.* 3. *ad* 4. vbi ait cumulatioris virtutis eſſe ſi ſuperuenturas merces detegat, vel ſi de pretio minuat. Ergo de rigore non tenetur, nec illicitum eſt vendere. Ita Couar. *in regula, peccatum, part.* 2. §. 4. *num.* 6. *verſ. ſed & inquiſitione*, Syluest. *verbo, emptio, quæſt.* 15. Caiet. 2.2. *quæſt.* 77. *art.* 3. *ad* 4. quos ſequitur Molin. *d. tom.* 2. *de iuſt. diſp.* 354.

Poſterior pars docens non poſſe plus vendere quàm eſſet venditurus alioquin abſque illa notitia; ex eo patet, quia eſt illicitum cum aliorum iactura diteſcere, & emptoribus fit iniuria, quando quis vtitur ſcientia rei, hoc eſt legis, quæ debet eſſe omnibus communis, & æqualis. Ita Bartol. *in l. quæro, ff. de actio. empt.* Vnde ſi cariùs vendat ſciens de lege ſuperuentura de minuendo pretio peccat contra iuſtitiam, & tenetur reſtituere, vel minuere pretium ſecundùm quod poſtea lex decreuerit. Sequitur Bald. *in l.* 2. *C. de pericul. rei vend.* Roman. *ſingul.* 282. & Hippol. *de fideiuſſ. num.* 88. *& in l. ſtatu liber. num.* 17. *ff. de quæſtionib.* Nam qui ſcit ordinationem futuram de frumento viliùs vendendo, vel de diminuendo pecuniæ valore, dicitur in dolo eſſe, niſi exprimat; dummodo intra breue tempus lex ſit publicanda; tunc cenſetur fraus, vt bene notat Hippol. Contra dicẽdum eſt ſi promulgetur poſt aliquod tempus longius, probat Pinel. 3. *part. l.* 2. *cap.* 2. *n.* 22. indiſtinctè tamen propter ſcientiam illius legis promulgandæ non poſſe plus frumenti vendere, quam alioquin eſſet venditurus, nec plus pecuniæ expendere, quàm eſſet expenſurus, ſi eam ſcientiam non haberet. Ita Molin. *d. diſp.* 354. Valaſc. *conſult.* 64. *ad finem, num.* 8. & alij præcitati, Rebell. *de obligat. iuſt.* 2. *part. lib.* 9. *quæſt.* 6. dicentes teneri ad reſtitutionem, etiamſi non ſit rex, nec de conſilio regis, ſi per occaſionem, & notitiam legis plus tritici vendant pretio currente, vel monetæ plus diſtrahant, quàm alioquin eſſent vendituri, vel diſtracturi. Sequitur Afflict. *deciſ.* 399. *num.* 9. poſt Bald. *in l.* 2. *C. quando liceat ab emptione diſcedere.* Gulielm. *in l. fraus, & in l. contra legem, ff. de legib.* & Bartol. *in l. quæro, ff. de actio. empt.* vbi decidunt venditorem frumenti ſcientem taxationem futuram de frumento vilius vendendo, ſi non præmoneat emptorem, dici eſſe in dolo, ſi non exprimat pragmaticam futuram.

Verius tamen puto, non eſſe contra iuſtitiam ſi præhabita notitia legis de taxando pretio minore, vel de monetæ valore diminuendo, quis plus vendat ex mercibus, vel plus ex pecuniis expendat quàm alioquin erat facturus abſque illa notitia pragmaticæ futuræ. Ratio potiſſima, quia lex non obligat antequam promulgetur; ergo pretium nondum eſt abrogatum; durat namque pretium durante lege; ideo fas eſt vti illo etiamſi occaſione notitiæ de lege promulganda properet quis ad vendendum merces, & ad expendendum pecunias. Secundò, quia iniuſtitia non committitur, niſi vbi non ſeruatur æqualitas inter rem, & pretium: ſed inter rem venditam, & pretium ante promulgationem legis datur æqualitas: ergo poteſt vendere quantum voluerit. Probatur, quia, ignorans pragmaticam futuram licitè vendit pretio currente, quia ſeruat æqualitatem; igitur & vendens occaſione ſcientiæ, quia priuata ſcientia venditoris non mutat communem æſtimationem. Alioquin ſi emptor ſciens pretium eſſe augendum, non poſſet pretio currente emere, quod eſt falſum. Ita Couar. *ad regulam peccatum*, 2. *part.* §. 4. *num.* 5. *&* 6. Salaz *tract. de emptio, dub.* 32. *num.* 8. Et à fortiori qui ſciuerit poſt breue tempus eſſe augendum pretium frumenti, non poterit plus emere occaſione ſcientiæ pretio currente; quod eſt etiam falſum, exemplo Ioſephi *Geneſ.* 41. qui ſciens maximam famem futuram pretio currente omne frumentum Ægypti emit. Tertiò oſtenditur, quia nulla lex prohibet tibi homini priuato vti ſcientia illius legis, cum tibi non competat ex iuſtitia bono communi conſulere. Ita Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 21. *dub.* 5. *num.* 48. Petr. Nauar. *lib.* 3. *de reſtit. dub.* 8. Salas *d. dub.* 32. *num.* 7. *&* 8. vbi dicunt nullo modo eſſe iniuſtum ita vendere, & expendere; & Leſſ. *num.* 43. Secus ſi emptores alliciantur fraudibus, & mendaciis ad emendum, tunc ratione fraudum tenebuntur reſtituere exceſſum pretij accepti allicientes.

Dictum eſt licitum eſſe homini priuato vti no- 263.
titia legis promulgandæ abſque onere reſtituendi, quia ſi fuerit princeps, vel eius conſiliarius, vel magiſtratus, tenentur ad reſtitutionem, ſi propter ſcientiam legis promulgandæ aliquid detrimenti venerit in præiudicium populi, cum illud declinare teneantur ex officio. Ita Leſſ. *vbi ſuprà*, cui adhæret Salas citatus. Quod ſi priuatus homo principem, vel magiſtratum muneribus corrumpat, vt ſibi pragmaticam ante promulgationem communicet, vt ſic valeat merces ſuas cum damno populi pretio currente vendere, tenetur ad reſtitutionem. Ita Leſſ. & Salas *vbi ſuprà*, lege Leſſiam *num.* 49. *fol.* 279. Zerol. *part.* 1. *verbo, pragmatica, verſ. ſecundò.*

Nec refert ſi dicas ſcientem internam bonitatem mercium breui tempore perituram, peccare contra iuſtitiam niſi præmoneat emptorem, vel de pretio minuat, vt æquitas poſtulat, quia quamuis ad id teneatur ex *l. ſi vina, ff. de actio. empt.* vbi decernitur venditorem teneri de damno, niſi præmoneat vinum breui duraturum. Nihilominus hæc ratio quoad noſtrum caſum non eſt efficax, quia vinum videlicet breui daturum, ſi ſtatim non conſumatur, reuera minus valet ad vſus humanos, proinde pretium debet minui, quamuis venditor duntaxat vitium vini cognoſcat; ſecus de ſuperuenturis mercibus, vel de futuro valore pecuniarum, quia non redduntur hæc minus accommodata in ordine ad humanos vſus, nec propterea quandiu ſunt in occulto, mutant communem æſtimationem, nec valorem, atque ita poteſt quis diſtrahere merces ſuas, vt antea diſtrahebat, etiamſi habeat notitiam copiæ ſuperuen-

tutæ, promulgationis legis. Secus ſi paſſim nota ſit abundantia futura, & ſciatur lex promulganda propediem, tunc minuitur pretium, non verò quando communiter ignoratur. Vnde etiamſi merces ſint in portu, ſi id vulgo neſciatur, non decreſcit pretium, poſſuntque adhuc mercatores, vt antea conſueto pretio merces ſuas vendere. Sic Petr. Nauar. *d. lib.3.de reſtit.dub.*8. Arag.2.2.q.77. *art.*3.& 4.*dub.*2.& Leſſ.*d.cap.*21.*dub.*5.

His non obſtantibus inferunt aliqui eſſe vſuram ſi habeas pecuniam, timeaſque in futurum minùs valituram; quod probabiliter credis, lege principis eius valorem eſſe minuendum, eámque cum hac ſcientia mutues mercatori, ea lege, vt etiam tibi reddat in eo pretio, quo tunc æſtimabitur. Ita Syluest. *verbo, vſura*, 1.*quaeſt.*15. Gabriel *in* 4. *diſt.* 15. *quaeſt.* 11. *art.*3. ac Tabien. *eodem verbo, vſura, quaeſt.*9. & Angel. §.76. dummodo pecuniam ſis ſeruaturus vſque ad tempus talis diminutionis. Contra verò ſi decreueras pecuniam diſtrahere antequam pretium decreſceret. Cæterum parum conſequenter doctores hi loquuntur, & meo iudicio, falsò; eo quia quamuis pecunia illa eſſet ſeruanda vſque ad tempus talis diminutionis, fas erit tibi cum ea obligatione, & pacto mutuare, quandoquidem ſecundùm tempus præſens ex communi æſtimatione, ſeu ex lege principis tantundem valorem habet. Ita Cordub. *in quaeſtionar. quaeſt.*14. Aragon.*d.quaeſt.*77. *art.*3.*verſ. infero ſecundò, ad finem articuli*; quibus conſentit Salas *d.dub.*32. *ad finem.*

Dubij tamen eſt, an ſaltem qui ſcit merces quamprimùm in pretio minuendas, peccet contra charitatem ſi eas vendat pretio currente. Et videtur concluſio affirmatiua vera, ſi quidem tenemur bono proximi conſulere, ſi fieri poteſt abſque noſtro detrimento. Ita Aragon. *vbi ſuprà, verſ. quarta concluſio*, ſi inde emptor in maximam paupertatem incideret; & probatur, quia venditor poterat merces ſuas vendere pluribus diuiſim. Cæterùm, regulariter loquendo, non puto peccare contra charitatem, neque contra aliam virtutem, qui ita vendiderit merces ſuas, vt ait D. Thom. *d. art.* 3. *ad* 4. dicens abundantioris fore virtutis, ſi pretium deprimat, & futuram abundantiam declaret. Ita Bañez, & Leſſ. *ſuprà*, quos refert, ac ſequitur Salas *ſuprà, dub.*33.*num.*1. Dixi, regulariter non eſſe contra charitatem, quia ſi ex eo quod ita vendat emptor incidat in grauem vel in extremam indigentiam, vt ait Aragon. Rebell. 2. *part. lib.* 9. *quaeſt.* 6. Leſſ. & Bañez præcitati, tunc enim charitas poſtulat, vt proximo ſuccurratur, & à fortiori ne inducatur, niſi ex non vendendo venditor in eandem, vel ſimilem miſeriam incurrat, quia tunc non tenetur futurum detegere, nec peccat contra charitatem, nec contra iuſtitiam merces ſuas in eo euentu diſtrahens, eo quòd nemo tenetur proximo ſuccurrere cum tanta iactura propria ſuorum bonorum. Ita præallegati. Iuuat maximè Menoch. *doctrina de arbit. iud. lib.*2.*centur.*2.*caſu* 185.*num.*21.*verſ. ego hoc vno*, vbi pro hac noſtra ſententia multa congerit.

LIBER

*LIBER SECVNDVS,*

# DE BRACHIO REGIO circa condendas leges de ſpirituali, ſeu quaſi ſpirituali materia.

## DISPVTATIO IV.

### *An princeps politicus poßit aliquid ſtatuere, quod præiudicet rebus ſpiritualibus, ſeu pijs.*

EPITOME.

264 *Pontifex non ſe immiſcet negotijs, quibus præeſt princeps politicus in ſuo regno.*
265 *Princeps politicus ex defectu iuriſdictionis per leges non ligat circa alia.*
266 *Princeps politicus non poteſt diſponere de iure decimarum.*
267 *Leges politicæ contra res Eccleſiaſticas non obligant.*
268 *Poteſtas ſpiritualis ad paſtores Eccleſiaſticos pertinet.*
269 *Dignitas Eccleſiaſtica excedit politicam, vt ſpiritus excedit corpus.*

CERTVM eſt neminem poſſe ſe immiſcere rebus ad alium ſpectantibus, *l. conſulta diualia, C. de teſtam.* cùm vitio tribuatur in meſſem alienam falcem mittere, per text. *in l. culpa ff. de reg. iuris.* & notatur *in c. quoniam, diſt. 10.*
264. vbi cauetur ne Pontifices negotiis ſæcularibus implicentur, quibus princeps politicus præeſt; ſicuti idem princeps ciuilis non debet ſe rebus diuinis inuoluere, quibus Pontifices, & ſacerdotes præficiuntur. Confert *c. imperialium, ead. diſt. 10. ibi. Interium ſuis Reipublicæ quotidianis adminiſtrationibus debet eſſe contentum, nec vſurpare quæ ſacerdotibus Domini ſolùm conueniunt.* Quam decisionem amat text. *in Authen. quomodo oporteat Epiſcopos, in princip.* vbi *illud*, ait, *quidem miniſtrans diuinis, hoc autem humanis præſidens, & diligentiam adhibens*; quod etiam notauit gloſſ. *ibi. diuinis verbo, conferens.* additque neque Papam extra caſus qui ibi competunt in temporalibus, neque Imperatorem in ſpiritualibus debere ſe intromittere, Suar. *lib. 3. de primatu, cap. 7. à n. 3.* Fundamentum huius doctrinæ eſt illa vulgaris regula, cuius meminit D. Thom. *lib. 4. de regimine principum, cap. 23* vbi ſic ait his verbis. *Tunc eſt perfecta ciuium congregatio, quando quilibet in ſuo ſtatu debitam habet diſpoſitionem, & operationem. Sicut enim ædificium eſt ſtabile quando partes eius ſunt bene ſitæ, ſic de politica contingit, quæ firmitatem habet, & perpetuitatem, quando vnuſquiſque in ſuo gradu, ſiue officialis, ſiue ſubditus, debitè operatur, vt ſuæ conditionis requirit actio.* Concinit illud Oſorij, Epiſcopi Algarbienſis *lib. 1. de principis inſtitutione*, dicentis, omnis Reipublicæ perniciem, & interitum in munerum perturbatione conſiſtere; dum enim quilibet ſuum negotium non facit, ſed alienum officium atque munus vſurpat, nihil rectè, nihil ornatè fieri poteſt, ſed omnia perturbari, & commiſceri neceſſe eſt; ex quibus bene ſequitur, non poſſe reges, & principes ſæculares conſiderata eorum dignitate, & poteſtate, ſe intromittere in rebus ſpiritualibus, ſeu Eccleſiaſticis decidendis, ſeu adminiſtrandis, cùm hoc pertineat ad Summum Pontificem.

Hinc fit, vt leges principis politici ex defectu 265.
poteſtatis non comprehendant res Eccleſiæ, *cap. bene quidem, diſt. 96.* quod verius puto, quando indirectè nocent Eccleſiæ. Ita Gramm. *deciſ. 100. à n. 7. vſque ad 9. & 10.* qui *n. 11.* addit, *etiamſi pro bono publico leges conditæ ſint, tunc adhuc non poteſt ligari Eccleſia etiam propter hanc cauſam huiuſmodi legibus, cùm ſint nullæ ipſo iure.* Ita Ruinus 175. *conſ. ad finem, lib. 1.* & Bellon. *conſ. 43. n. 2.*

Ex cuius iuriſdictionis etiam defectu princeps 266.
laicus non poteſt diſponere de iure decimarum ſpiritualium, niſi accedat indultum expreſſum Summi Pontificis, cum non ſit ſubiectum ſuæ poteſtati, & ſolus Pontifex ius decimandi poteſt concedere laico, Bero *conſ. 21. n. 4. lib. 1.* poſt alios, Rebuff. *in tract. de decimis, q. 13. n. 71. & ſeqq.* Neque Epiſcopus poteſt concedere perpetuò hoc ius decimandi, cùm non ſit in poteſtate illius efficere laicos capaces rerum ſpiritualium. Ita Abbas *in c. ſacroſ. de elect.* & habetur *in c. 2. de iudicijs*, neque ab iiſdem præſcribitur *c. cauſam quæ, de præſcript.* Ita Rebuff. *de decimis, q. 13. n. 64.* Raphael Comenſis *conſ. 64.* Gemin. *in c. 2. § ſanè de decimis, in 6.* ex eo fundamento, quia eſt ius ſpirituale, cuius poſſeſſio non poteſt eſſe penes laicum, *c. Maſſana, de elect.* Nec præſcriptio per tempus immemoriale poteſt prodeſſe laico in hoc iure decimandi, niſi ſimul fama vagetur tale ius fuiſſe conceſſum ex indulto Apoſtolico, quod eſt probandum, atque ita laicus vt poſſit præſcribere hoc ius, tenetur probare tempus, cuius initij memoria non extet, & famam priuilegij. Ita Rebuff. *vbi ſupra, d. q. 13. n. 69.* & Immol. *in cap. cum Apoſtolica de his quæ à prælato ſine conſenſu capituli.* Mitto alia exempla hic de re de quibus infrà.

Ex quibus liquidò conſtat, non poſſe principem 267.
politicum legem condere in contrarium, cùm hoc ſit contra immunitatem rerum ſpiritualium, *cap.*

*Eccleſia S.Mariæ,de conſtit.cap.fin.de conſuetud.* Ratio eſt in promptu, quia condere leges,ſeu ſtatuta eſt actus iuriſdictionis,ergò cùm princeps illa careat circa ſpiritualia, ſitque omnino incapax illius,nihil poteſt ſtatuere. Bald. *in lec.ff.de iuriſd. omn.iudic.* Bart. *in l. omnes populi,ff.de iuſt.& iure,* ſcribentes *in cap.vt animarum de conſtit.in ſexto.* Innoc. *in cap.cum veniſſent,de conſtit.* Idem Bald. in Auth. *quibus modis,C.de ſacroſ.Eccleſ.*aſſerentes hoc eſſe contra limites poteſtatis ſæcularis, cùm principes temporales ratione ſuæ iuriſdictionis ſupremæ in ſuo politico principatu nullam habeant poteſtatem circa ſpiritualia ſeu Eccleſiaſtica, propter quam rationem Gratian.*diſt.63.c.1.* retulit ex Adriano Papa ibi, *vt laici principes,vel potentes non interſint Eccleſiaſticis electionibus, quia in Eccleſiaſticis rebus nullam habent poteſtatem.*

Iuuat auctoritas D.Thom. 1. 2. *quæſt.99. art.3.* dicentis, legem diuinam principaliter institui ad ordinandum hominem ad Deum, legem autem humanam principaliter ad ordinandum homines adinuicem;ergo princeps politicus non poteſt aliquid ſtatuere circa ſpiritualia, ac diuina, cùm eius poteſtas ex ſe, & ex ſuo non feratur in felicitatem vitæ futuræ, vt in finem vltimum.
268. Imò nec in hac vita præſenti per ſe poteſt intendere propriam ſpiritualem hominum felicitatem, & conſequenter nihil poteſt diſponere de materia ſpirituali, ſed tantùm de temporali materia legis ciuilis. Poteſtas namque ſpiritualis ad paſtores ſpirituales præſertim ad Summum Pontificem ſpectat, ideo res ſpirituales, & Eccleſiaſticæ immunes omnino ſunt à iuriſdictione ciuili, nec poſſunt tractari,ac definiri, niſi ab habente ſpiritualem iuriſdictionem. Conſtat ex verbis Ioan. Papæ *cap.Imperator,diſt.96.* ibi,*Imperator catholicus eſt,filius eſt, non præſul Eccleſiæ;* & infrà. *Vt Dei beneficijs non ingratus contra diſpoſitionem cæleſtis ordinis nihil vſurpet, ad ſacerdotes enim voluit Deus, quæ Eccleſiæ diſponenda ſunt, pertinere, non autem ad ſæculi poteſtates.* Idcircò rex ratione ſui muneris non habet ius conuocandi Epiſcopos quatenus tales, ſed tanquam regni proceres,ac principes vnà cum alijs propter communem regni ſalutem, niſi ad id habeat priuilegium à ſede Apoſtolica. Ita Azor. 1.*part. mor.inſt. lib.5.cap.14. verſ. item non video :* quod ſi hac de re velint aliquid ſtatuere ſine indulto Apoſtolico,ſtatuta erunt irrita,*cap. bene quidem,diſt.96.& d.cap. Eccleſia ſancta Maria,de conſtit. & c.cum laicis,de rebus Eccleſiaſt.non alien.* Azor.*vbi proximè,& 2.p. lib 8. cap.9. ad finem,*& probatur ex verbis Gregorij VII. *lib.8. Epiſtol.21.* ibi, *Quis,* inquit, *dubitet ſacerdotes Chriſti regum, & principum, omniumque fidelium patres & magiſtros cenſeri? nonne miſerabilis inſania eſſe cognoſcitur, ſi filius patrem, diſcipulus magiſtrum ſibi conetur ſubiugare, & iniquis obligationibus illum poteſtati ſuæ ſubijcere, à quo credit non ſolum in terra,ſed etiam in cælis ſe poſſe ligari, ac ſolui?* Quo loco de Epiſcopis præſertim loquitur. Fauet Concil. Trident. *ſeſſ.25.cap.20. de reformat.* vbi ita loquens ait,Eccleſiæ, & Eccleſiaſticarum perſonarum immunitatem diuina ordinatione, & Eccleſiaſticis ſanctionibus eſſe conſtitutam; & infrà pergens adhortatur Imperatorem, & Reges, & cæt. vt quo largius bonis temporalibus, atque in alios poteſtate ſunt ornati, eo ſanctius, quæ Eccleſiaſtici iuris ſunt, tanquam Dei præcipua, eiuſque patrocinio tecta, venerentur: nec ab vllis Baronibus, Domicellis, Rectoribus, aliiſve Dominis temporalibus, ſeu magiſtratibus,maximéque miniſtris ipſorum principum lædi patiantur, ſed ſeuerè in eos, qui illius libertatem, immunitatem, atque iuriſdictionem impediunt, animaduertant: quibus ipſimet etiam exemplo ad pietatem, religionem, Eccleſiarumque protectionem exiſtant, imitantes anteriores optimos, religioſiſſimoſque principes, qui res Eccleſiæ ſua in primis auctoritate, ac munificentia auxerunt, nedum ab aliorum iniuria vindicarunt. Adeoque ea in re quiſque officium ſuum ſedulò præſtet, quo cultus diuinus deuotè exerceri, & prælati, cæterique clerici in reſidentiis, & officiis ſuis quieti, & ſine impedimentis, cum fructu, & ædificatione populi permanere valeant. Hactenus eo loco,ex quo deducitur Epiſcopos qua tales non poſſe conuocari à principe politico,neque à reſidentia in proprijs Eccleſijs remoueri,quatenus tales.

Ratio potiſſima,quia dignitas eorum tantò eſt ſuperior,quantò ſpiritus nobilior eſt corpore,*cap. inter corporalia, extra de tranſlat.Epiſcopi*; ideo quantò ſpiritus nobilior eſt corpore, tantò pontificalis, & Epiſcopalis, ſeu ſacerdotalis dignitas nobilior eſt quacunque alia : proinde *Eccleſ.7.* ad honorem harum dignitatum adhortatur ſapiens dicendo, *in tota anima tua time Deum, & ſacerdotes illius ſanctifica. Honora Deum ex tota anima tua, & ſacerdotes illius honorifica.* Confirmatur ex illo Domini 1. *Regum* 8. dicentis ad ſacerdotem Samuelem,*audi vocem illorum*, nempe petentium ſibi regem,*& conſtitues ſuper eos regem,* quaſi dicat,ſpiritualem poteſtatem decere, vt inſtituat poteſtatem terreſtrem, illamque iudicare. Iuuat illud 1.adCorinth.6.*neſcitis,*inquit,*quoniam Angelos iudicabimus, quantò magis ſæcularia?* Quod Petrus *ſua in* 1.*cap.2.*maximè commendauit,dum ait,*vos eſtis genus electum,regale ſacerdotium,gens ſancta, populus acquiſitionis,vt virtutes annuncietis eius,qui vos vocauit in admirabile lumen ſuum Chriſtus Ieſus de tenebris.* Atque ita non eſt dubium Epiſcopalem,ſeu ſacerdotalem dignitatem ſummopere eſſe colendam à quocunque principe quantumcunque maximus ſit,vt habetur *in cap.ſolitæ*, & ibi Abbas *de maioritate, & obedientia,*deberque princeps Epiſcopis reuerentiam in aſſurgendo in aduentu ipſorum,vt docent Abbas,& Ioan. Andr. *in d. c.ſolitæ,*& Corſet.*in tract. de poteſtate regia, q.77.* ſubdens,*quod ſi contingat accuſari Epiſcopos, eos decet ſedere, & non ſtare.* Confert valde ad probandam excellentiam,& dignitatem ſpiritualem, ſupra temporalem, quod egit Conſtantinus magnus in concilio Niceno, vbi non primum locum tenuit, nec inter presbyteros auſus eſt ſedere; ſed nouiſſimum locum tenuit,teſte Policrato *in lib. de nugis Curialium, & veſtigijs Philoſophorum, lib.4. cap.3.* Quin potius Auctore Platina *in vita Sylueſtri,*& habetur *in c. Conſtantinus, diſt.96.* & refert Anaſtas. Germon. *lib.de ſacror.immun.cap.9. num.7.pag.81.* aſſerens eundem Conſtantinum donaſſe beato Sylueſtro de conſenſu populi Romani vrbem ipſam,& ſucceſſoribus illius, quam donationem confirmauit poſtea Lud. pius Rex Galliæ Caroli magni filius *c.Ego Lud. diſt.63.* Ad hæc idem Conſtantinus in honorem Beati Sylueſtri pedibus ipſe incedens, equum quo Sylueſter vehebatur, habenis deduxit,vt conſtat ex *d.cap. Conſtantinus,* ex vita eiuſdem Sylueſt. 269.

§. I.

## §. I.

*Utrùm donationes, quæ indigent de iure inſinuatione, vt valeant, intelligantur de rebus pijs, aut iuramento firmatis?*

### EPITOME.

270 *Donationes vltra ſummam à iure taxatam egent inſinuatione vt valeant quoad exceſſum.*

271 *Donationes minutatim facta eidem perſona ſi ſimul ſumpta excedant quantitatem taxatam, egent inſinuatione, niſi fiant Eccleſiis, ſeu rebus pijs.*

272 *Donatio non eget inſinnatione, ſi iuramentum interponatur de iure communi, ſecus de iure Luſitano.*

273 *Leges irritantes contractus quibus apponitur iuramentum.*

274 *Leges ciuiles poſſe impedire obligationem iuramenti praſtandi eſt verius.*

275 *Leges ciuiles quonam pacto impedire poſſint vim iuramenti praſtandi.*

276 *Leges circa irritantes contractus etiam iuratos opinio Suarij.*

277 *Leges quoſnam contractus irritare valeant.*

278 *Iuramenti iam praſtiti obligationem vtraque poteſtas tam laica, quàm Eccleſiaſtica, an relaxare poſſit.*

279 *Donatio omnium bonorum etiam futurorum facta Eccleſia an valeat, pars affirmans eſt certa.*

280 *Donatio omnium bonorum etiam futurorum non eſt contra bonos mores iuris naturalis, ſeu canonici.*

281 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, an ſuſtineatur iuramento? pars negans de iure noſtro eſt verior quàm affirmãs.*

270 DE iure communi ex lege *data, & l. ſancimus, & l. penult. C. de donationibus*, ſi donatio excedat ſummam quingentorum aureorum, eſt nullius momenti niſi ſit actis inſinuata, quod etiam procedit de iure Luſitano, *lib. 4. ordinationis regiæ, tit. 62.* ibi, *todas as doaçoens que paſſarem de treſentos cruſados ou ſua valia, ſeraon inſinuadas, enaon ſendo inſinuadas naon valeraon, ſaluo ate aquantia de treſentos cruzados, & quanto em mais que paſſar naon valeraon, nem teraon vigor; como ſe nunca foſſem feitas.* Hoc eſt, donationes excedentes ſummam tercentorum aureorum, aut illorum æſtimationem, niſi ſint inſinuatæ non valebunt niſi quoad ſummã 300. aureorum, & quoad exceſſum nullius ſunt valoris, ac momenti perinde ac ſi nunquam factæ fuiſſent. Quod intelligit ordinatio regia de donatione facta a viro: quòd ſi fiat à fœmina ſoluta, ſeu vidua, & excedat quantitatem centum, & quinquaginta aureorum, non valebit abſque inſinuatione, niſi quoad prædictam ſummam, exceſſuſque nullius erit roboris, ac valoris, quaſi donatio facta non fuerit. Hæc ibi.

Idem apud Hiſpanos habetur *in l. 8. cum ſeqq. tit. 4. p. 5.* Molin. *de iuſt. tract. 2. diſp. 278. cum ſeqq.* Gom. *1. var. c. 4. n. 6.* Iul. Clar. *§. donatio, q. 15. & 16.* Rebell *de oblig. iuſtitia 2. p. lib. 18. q. 6. & 7.* quod Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.

intelligitur etiam de pluribus rebus donatis eidem perſonæ eodem tempore, ſi ſimul acceptæ excedant quantitatem ſuprà dictam, quamuis quælibet ſecundùm ſe ſumpta non excedat illam ſummam; nec obſtabit ſi in ſcriptura donationis adiiciatur clauſula, *quod ſi donatio exceſſerit ſummam taxatam tot ſint donationes, quot ſumma*; quia ſi donatio excedat, nihil valebit quoad exceſſum ſine inſinuatione, non obſtante prædicta clauſula, quę fuit interpoſita in fraudem inſinuationis. Ideo nihil proderit. Ita Bart. *in l. Modeſtinus, n. 10. de donat.* Cuius opinio eſt communis, teſte Padil. *in l. 2. n. 8. ff. de legatis 2.* Cardoſ. *in praxi iudic. verbo, donatio, n. 10. per totum*, & alij communiter. 271

Hæc tamen doctrina non procedit in donationibus factis Eccleſiæ ſeu rebus piis, quantuncunque excedant ſummam taxatam; quoniam ſemper valent abſque inſinuatione. Bart. *in l. illud, C. de ſacroſanctis.* Ioan. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de inſtrument. edit. §. porro, ſuper verb. illa lex.* Rebuf. *tom. 2. ad leges Galliæ, tit. de donat. inſinn. vnd. art. 1.* Gloſſ. *1. n. 37.* Barboſ. *in l. 1. p. 7. n. 41. ff. ſoluto matr.* Ant. Gom. *tom. 2. var. c. 4. n. 10.* Molin. *de iuſt. diſp. 296. verſ. his tamen.* Leſſ. *de iuſt. lib. 2. c. 18. dub. 13. n. 102.* Azor. *3. p. lib. 11. de donat. c. 6. q. 7.* Cald. Pereira *conſ. 28. n. 2. & 3.* Rebel. *p. 2. lib. 18. q. 7.* Ratio, quia inſinuatio de iure ciuili fuit inducta ad præcauandas fraudes, quæ non præſumuntur in donationibus ad cauſas pias. Idcirco ſi lege aliqua caueatur ne laici donent res ſuas locis piis, aut Eccleſiis, lex ipſa non ſuſtinebitur. Ita Panorm. *in c. relatum 1. de teſtam.* & notatur *in l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſiis.* Etenim quæ donantur Eccleſiis, videntur donata pro ſalute animarum illorum, qui donant, Textus *in c. requiſiſti, extra de teſtam. l. annua, §. 1. ff. de annuis legatis*, vbi donatio facta intuitu propriæ ſalutis, quamuis ſit exceſſiua, eſt irreuocabilis, & ſubſiſtit: ſicque affirmat Panorm. ſe reſpondiſſe *d. n. 4. in c. relatum* 1. Vnde quamuis de iure ciuili requirantur quinque, vel ſeptem teſtes pro ſolennitate, & firmitate teſtamenti, *l. hac conſultiſſima, in princ. C. de teſtamentis, §. ſed cum paulatim inſtituta, eod.* Iul. Clar. *§. teſtamentum, q. 55. & 56.* Craſſ. *§. teſtamentum, q. 44.* Cardoſo *in praxi, verbo, teſtamentum, n. 16.* & Ordinatio Luſitana *lib. 4. tit. 80. in princ.* ibi, *vnco teſte munhas*, Mol. *de inſt. tract. 2. diſp. 125. verſ. & ſolennitas.*

Nihilominus ad pias cauſas teſtamentum poteſt fieri cum duobus, vel tribus teſtibus, ſiue fœminis, ſiue maſculis; ſatiſque eſt ſolennitas requiſita de iure naturali, ac de iure gentium, vt habetur *in d. c. relatum.* præcitato *de teſtamen.* Ita Mol. *diſp. 134. de inſt. n. 4.* Leſſ. *eod. tract. lib. 2. c. 19. dub. 2.* Mench. *de ſucceſſ. §. 21. n. 3. §. 22. n. 38.* Gam. *deciſ. 46. n. 4.* Negreiras *in introduct. vltim. voluntatum, c. 14. n. 23.* Valaſc. *conſult. 74. n. 13.* Cardoſ. *in praxi iudic. verbo, teſtamentum, n. 43. verſ. teſtamentum ad pias cauſas.* Idem dicunt de legatis ad pia, pro quorum ſolemnitate ſufficiunt duo, vel tres teſtes, ſicut de iure gentium introductum eſt, valentque legata abſque inſinuatione in quantauis magna, quicquid in contrarium leges ciuiles diſponant. Ita Panorm. *in d. cap. relatum, vbi ſuprà*, & plures, quos refert, ac ſequitur Cened. *ad decretales collect. 159. num. 1. & 3.*

Iuuat hanc partem Bart. *in repetitione legis 1. col. 14. num. 66. C. de ſacroſ. Eccleſiis*, dicens relicta ad cauſas pias firmiter ſubſiſtere, etiam hæreditate non adita, quod in non piis, ſeu profanis non procedit. Sequitur Dec. *in l. ſi nemo, n. 3. de reg. iur.*

Couar.in cap. *Rainald.* §.3. *num.*11. *in principio, & in verſ.*8. *caſus de teſtamen.* vbi ait eſſe communem, poſt Barbatiam *conſ.*8. *num.* 14. *vol.*1. Quibus accedit Tiraquel. *de priuilegijs cauſa pia, priuileg.*33. vbi pro hac parte plura refert, *& priuileg.*34. cum tamen de iurè communi legata peti non poſſint ante aditionem hæreditatis per legem, *eam quam, C.de fidei commiſſis, & l.ſi quis omiſſa, ff.ſi quis omiſſa cauſa teſtam, cum ſi*; addens competere duplicem actionem legatario, perſonalem videlicet, & hypothecariam, quæ competunt legatariis ex teſtamento, vt habetur in *l.cum filius, §. varijs, ff. de legatis* 2. etiam non adita hæreditate, vt vult Roman. in Authent. *ſimiliter, in nono ſpeciali circa vltimas voluntates, per text. in l,*1. *C.communia, de legatis*, maximè cum talia ſunt deſtinata piis actibus, pro quo etiam facit lex *vltim. C. de ſacroſanctis Eccleſiis*, atque ita legata ad pias cauſas competunt etiam antequam adeatur hæreditas. Vide Ægidium *l.*1.*C.de ſacroſanct. Eccleſiis, part.*3.§.2.*num.*14.*verſ.ſed Bartol.* Quæ omnia intelligenda ſunt niſi alicubi lex contraria ſit in vſum inducta, nam etiam in donationibus piis poſſunt timeri fraudes, quæ vt caueantur, requiritur inſinuatio, neque enim propterea prohibetur ne fiat donatio Eccleſiæ, ſed ne fiant fraudes ea in parte, & ne deinde illi quorum intereſt non fieri eas donationes, non poſſent iure conqueri malis artibus fuiſſe quæſitas. Itaque lex inſinuationis non nocet Eccleſiæ ſed potius illi fauet. Vnde & illæ ſapienter in Gallia vſurpantur.

272. Fallit etiam doctrina communis circa donationem excedentem taxatam ſummam egentem inſinuatione quando talis donatio firmatur iuramento, tunc non eget inſinuatione quantumcunque ſit exceſſiua. Ita Alexand. *in l. nemo poteſt, de legatis* 1. & alij quos congerit Riminald. *conſ.*195. *num.*60. Iulius Clarus §. *donatio, quæſt.*18. vbi ait non eſſe recedendum ab hac ſententia tam in conſulendo, quàm in iudicando. Quibus addo Emanuelem Suar. *in theſauro receptarum ſententiarum, in verbo, donatio, num.*169. & Ludouic. *in decis.* Peruſin. *in deciſio* 66. *num.* 6. *in* 2. *part.* quia iuramentum aufert inſinuationem, vt bene notat Tiraq. *in l.ſi vnquam in præfatione, n.*143. *C. de reuocand.donatione*, Roland. Auall. *conſ.*19. *ad fin. & conſ.* 39. *num.* 1. Alciat. *reſponſione* 54. *num.*2. *&* 3. Idem Alexand. *conſ.*31. *col. penult. & conſ.*66. *& conſ.*185. *col. etiam penult. vol.*6. vbi ait, iuramentum vim habere, vt ex ſtipulatione alteri facta, alteri acquiratur abſenti, quamuis nemo ſit, qui pro eo capiat ſtipulationem per gloſſam in *c.quoties cordis oculus* 7. *quæſt.*1. Conſentit Roman. *conſ.*76. vbi ait iuramentum operari tranſlationem actionis ſine ceſſione, cum habeat iuramentum vim iudicij, *l.nam & poſtea, §.ſi is, qui pro temporali, de iure iurando.*

Ergo interpoſitum in donatione excedente excludit inſinuationem, vt bene Menoch. *conſ.*1. *num.*377. poſt alios Molin. *de iuſtit. diſput.* x78. *fol.*156. *verſ. dubium etiam eſt*, vbi concludit donationem excedentem celebratam iuramento eſſe validam, quia iuramentum ſupplet defectum inſinuationis, quæ de iure communi requiritur; non quòd donatio excedens ſit malum aliquod, ſed ideo redditur irrita propter bonum commune, quandò non eſt inſinuata. Probatur a ſimili, quia fundus dotalis ſi à marito etiam de conſenſu vxoris alienetur, alienatio eſt nulla, *l.vnica. §. cum, & cum lex, C.de rei vxoria actio.* cum communi doctorum; attamen ſi vxor abſque vi, & dolo alienationem confirmauerit iuramento, & promiſerit non contrauenire, nec repetere, alienatio eſt valida ſecundùm cap. *cum contingat de iureiurando*, & cap. *licet mulieres etiam, de iur. iuran.lib.*6. & eſt communis; ergo quamuis donatio excedens ſummam ſit ipſo iure nulla, nihilominus ratione iuramenti ſubſiſtet, ſicut pactum de non ſuccedendo non valet per text. *in l. pactum, C.de collat.* & notatur in *l. pactum quod dotali, & l.*1. *& l.final.C.de pactis, & l.de fideicommiſſo, C. de tranſactionibus*, quia facultas ſuccedendi cum ſit de iure publico, vt *l.final.ff. de ſuis, & legit. hæredib.* priuatorum pacto, non poteſt tolli tale ius, vt *l. ius publicum, ff. de pactis*: attamen ſi tale pactum de non ſuccedendo ſit iuramento firmatum, habet vim, ac robur per text. in cap. *quamuis, de pactis, lib.*6. vbi dicitur, *ſi filia quando nuptui traditur paternis bonis cum iuramento renunciauerit, omnino ex vi iuramenti excluditur a paterna ſucceſſione.* Ita Panorm. in cap. *cum ſæculum de iure patronatus.*

De iure tamen Luſitano *lib.* 4. *ordinationis, tit.*73. non firmatur iuramento ordinatio in hoc regno, imò iuramentum eſt irritum, quo confirmatur talis donatio etiam quoad quantitatem taxatam; ita Molin. *de iuſt. diſp.* 149. *& diſp.*278. *fol.*157. quia non poteſt apponi iuramentum non ſolùm in donatione, ſed etiam in quocunque alio contractu, niſi de licentia regis, qui omnes contractus, ſeu quaſi contractus ſunt omnino nulli, vt ibi dicitur, verbo, *que os taes contratos*, non tamen prohibetur quodcunque iuramentum, ſed tantùm iuramentum promiſſorium, niſi de licentia regis iuramentum interponatur. Barboſa Vimaranenſ. *in remiſſionib. ad tit.*73.*lib.*4. *ordinationis regiæ, num.*5.

Difficultas tamen eſt ſatis dubia, an huiuſmo- 273.
di leges Luſitanæ, & Hiſpanæ, 11. *&* 12. *tit.*1. *lib.* 4. *nouæ recopilationis*, irritantes contractus quoſdam iuramento firmatos, ſint valida? Pars negans probatur ex eo, quia princeps ſæcularis non poteſt directè aliquid ſtatuere ſuper iuramento iam præſtito, cum iuramentum ſit de iure diuino, vt notat Gloſſa in cap. *quanto, de iur.iuran.* & in cap. *cum ſit generale, de foro compet.* & habetur in cap. *& ſi Chriſtus*, & cap. *debitores, eodem tit.* Ex quibus conſtat eſſe ſpirituale iuramentum, cum per illud teneantur præſtantes iuramenta reuerentiam, & fidem Deo præſtare; ergo ſæculares, ſeu politici non poſſunt validè, directéque ſuper iuramento leges condere, nec tales leges ligare poſſunt ex defectu iuriſdictionis cap. *Eccleſia S. Mariæ*, quamuis ſint latæ in fauorem Eccleſiæ, ita Barbarius *conſ.*15. *Clementiſſimè, colum.* 4. *volum.* 4. Hoſtienſ. in cap. *tuam ſuper gloſſa de ordine, cognit.* Imol. in cap. *quamuis de pactis, lib.*6. Bartol. *in l. omnes populi, in* 8. *quæſt. princip. ff. de iuſtit. & iur.* quam opinionem vocat veriorem Cuman. *l.ſi quis pro eo, ff. de fideiuſſor.* & contrariam, Paulus Caſtr. in Authen. *ſacramenta puberum, num.*11. ait eſſe falſam, concordat Iaſon. *in l.final. ff. qui ſatiſd.cog.* & Alexand. *conſ.*59. *vol.*1.

Probatur ſecundò, quia princeps politicus non poteſt prohibere iuramentum interponi in contractibus ſubditorum, hoc eſt non poteſt ſtatuere ſuper iuramento præſtando, vt bene probat Alexand. *d. conſ.*59. *col.*2. *vol.*1. Et iterum *conſ.*125. *col.*3.

*vol.3. vol.1.* Ratio, qoia leges impugnantes iuramentum,non tenent,cum pertineat ad Eccleſiam *cap. venerabilem, de electione*. Et conſequenter ſæcularis non poteſt ſuper iuramentum diſponere, *cap.decernimus,de iudiciis*, nec prohibere notariis, ne iuramentum apponant in contractibus. Ita Bellamer. *in cap. cum laicus, num.19. de foro competenti*. Benedict. *in cap.Raynut.in 1.p.verbo, duas habens filias, num.247. verſ. nec poteſt index ſæcularis,aut princeps prohibere notariis ſuis ne in tali contractu apponant iuramentum*. Vbi aſt ita fuiſſe declararum Pariſiis. Item, quia tales leges inducerent peccatum periurij, ideo non debent ſubſiſtere *l.pactum, C.de collat.l.1.§.cum lex,C.de rei vxor. action*. Cùm ergo iuramentum ſit de iure diuino iuxta illud, *reddite iuramenta veſtra Deo, d. cap. Et ſi Chriſtus*, non poſſunt fieri leges contra illud à ſæculari principe; ne aperiatur via periuriis,*l.1.C.ſi aduerſ.vendit.*quam ſententiam tenent Dec. *in conſ.639. col.final*. Ruin. *conſil.132.num.6.vol.4.* Curt.Iun. *conſ.47. num.6. & conſ.118.* & Socin.Iun. *conſ.3. num.24. vol.2.* qui omnes fatentur iuramentum eſſe quid ſpirituale ad Eccleſiam ſpectans,*cap.nouit.de iudiciis*. Felin. & Decius *in cap. Eccleſia S. Mariæ, de conſtitutionibus*,quam communem eſſet docet Bero. *conſil.37.num.22.vol.1.* & Curt.Sen.*conſil.68.col.19.* & alij.

Probatur tertiò, quia vbi lex ciuilis præſumit aliquid circa rem ſpiritualem, & ius canonicum contradicit,ſeruatur ius canonicum. Idem,quamuis non contradicat. Ratio, qoia ſicut lex ciuilis non poteſt quicquam ſtatuere de tali iuramento; ſic etiam non poteſt præſumere. Quin potiùs addit Innocent. in cap. *cum inter de renunciatione*, & Archidiac. in cap. *auctoritatem 15.quæſt.6.* nec ius canonicum poſſe diſponere, vt iuramentum in caſu licito non adimpleatur, quod deducitur expreſsè ex cap. *ſi verò, de iureiurando*, vbi air Summus Pontifex ſe nolle eſſe auctorem periurij.

Nec obſtat ſi dicas principes politicos non eſſe contra iuramentum, cum adhuc non ſit præſtitum, & ante productionem non habere qualitatem pertinentem ad Eccleſiam; quia non eſt negandum iuramentum ſemper eſſe de iure diuino, & res ſpirituales etiam in habitu non poſſunt impediri, ne producantur in actu, ſempérque eſt princeps ita diſponens ſuper re ſpirituali in habitu contra libertatem Eccleſiæ,quod non poteſt laicus, nec debet in hoc admitti diſtinctio de iuramento præſtito,& præſtādo;quia prohibens iuramentum, prohibet rem ſpiritualem, & contradicit libertati Eccleſiæ; & ideo non valent contra res Eccleſiæ leges prohibentes matrimonia contrahenda inter perſonas de iure canonico habiles,vt dicemus infrà. Et defendit Felin. *in dicto cap. Eccleſia S. Mariæ,num.96.* Sicut etiam non valet lex diſponens de acquirendis Eccleſiæ, & Decius ibid.*num.185.*Nec princeps poteſt ſtatuere,ne quis Romam vadat ad impetrandum beneficium, nec capiat illius poſſeſſionem ſine beneplacito principis.Ita Boſſ.*in tit.de principe,n.218.* imò tam ſtatuens,quàm ſeruans tale ſtatutum incurrunt in pœnam cap. *nouerint*, & cap.*graue, de ſententia excommunicationis*. Ita Abbas *in conſil.82.præſens dubium,verſ.quin imò ſtatuentes.*

Nec refert ſi dicatur principem non diſponere principaliter,& primariò ſuper iuramento,ſed ſuper actu, ſeu contractu ſuorum ſubditorum temporali, quod poteſt facere impugnando tales actus, quamuis ſint iurati;quia talis diſpoſitio eſt contra rem ſpiritualem ſaltem indirectè, ita expreſsè tenet Bartol. *l.omnes populi, ff. de inſtit. & iur. num.25.* dicens, non valere hanc diſpoſitionem; ſequitur Barbat. *conſ.15.vol.3.* poſt plures. Alexand. *conſ.59.num.4.vol.1.* Et confirmatur ex relatis à Couar. *1.p. relectionis de pactis,§.3.n.7. verſ. contrarium planè colligitur, & 2.p. eiuſdem relectionis,num.7.concl.4.§.1.*quibus omnibus bene penſatis hæc ſententia videtur vera,& rationi ſatis conſona, quia re vera iuramentum eſt quid ſpirituale, & non eſt in manu principis politici impedire obligationem ex eo manantem, per ſe, vel per leges ciuiles antequam præſtetur.

Verius tamen eſt, poſſe principem ſæcularem 274.
impedire obligationem iuramenti præſtandi, iuramentúmque ipſum eſſe irritum,ſi apponatur in contractibus contra ſuam prohibitionem,cum in ea prohibitione procuret dumtaxat,ne minuatur iuriſdictio regia,quæ re vera minuitur ratione iuramenti deducentis res laicas in forum Eccleſiaſticum. Ita Couarr. *in cap. quamuis de pactis,1.p.§.3.num.8.* Molin. *de iuſtit. tom.1. diſp.149.verſ. quod ad poteſtates verò laicas*.Guttier.in Authen. *Sacramenta puberum,à num.46.C.ſi aduerſus venditorem*.Valaſc.*conſult.99.à num.3.*ſiſdens has,& ſimiles leges diſponentes de rebus Eccleſiaſticis procedere ex fama priuilegij conceſſi à Summo Pontifice principibus tam Hiſpaniæ, quàm Luſitaniæ ad condendas huiuſmodi leges, quamuis Barboſ.*1.p.l.1.à num.73. vſque ad num.75.ff.ſolut. matrim.* abſolutè tradat eas leges Hiſpanas videlicet, & Luſitanas conditas fuiſſe non ad impediendam iuriſdictioné Eccleſiaſticá,ſed ad defendendam iuriſdictionem ſæcularem. Quamobrem poteſt princeps politicus obligare ſubditos ne prorogent iuriſdictionem alienam, & ſuam propriam minuant. Ita Auendan.*lib.2.de exequendis mandatis,cap.27.num.14.verſ.ſed qualiter.* Pinel. *l.2.C.de reſcind.vend. pag.128. num.12.* Quibus accedit Azeued. *l.11. à num.2.tit.1.lib.4.nouæ recopilationis*, & Petrus de Ledeſma *2.tom.ſummæ, tract.11.cap.4.dub.2.* Idem probat Bald. *in l.2.fin. C.de indict.viduit.tol.* quam gloſſ. putat ſingularem,& alibi non reperiri. Idem Bald.*cap.2.col.penult.de probat.* & in *l.omnes populi,col.9.ff.de inſt. & iur.* Quo loco tenet ſtatutum ſubſiſtere decernens iuramentum minoris non ſuſtineri, ſi fiat abſque curatoris auctoritate, additque legem ciuilem poſſe reprobare iuramentum ex cauſa, & in hoc habere vim Apoſtolici, proindéque poſſe inualidare contractum quantumcumque iuratum, *l.non dub.C.de legib.l.ſi quis inquilinos,§.final.* & ibi Bald.*ff. de legat. 1.* cum habeat lex vim Apoſtolici,quoad remiſſionem iuramenti,ita Anchart.*conſ.338.ad fin.*& habetur in *l.adigere,*& ibi gloſſ.*§.final. ff. de iurepatronatus.* Quam ſententiam probat Belluga *in ſpecul. princip. 6.quedam, rub.12. num. 77.* Carpanus *ſuper ſtatuto Mediolan.1.p.ca.463.num.191.& 106.* vbi cenſent poſſe leges ciuiles ſuper iuramento præſtando,ac futuro prouidere, ne valeat.

Non tamen concordant Doctores, quomodo 275.
lex ciuilis impediat vim iuramenti præſtandi in futurum. Barboſa *l.1.p.1.num.70. & 71.ff.ſolut. matrim.* exiſtimat ius ciuile ſolum efficere ne contractus, ſeu quaſi contractus ſtabiliantur iuramento; at verò ſi iuramentum interponatur eſſe obſeruandum donec obtineatur relaxatio, quia legiſlator humanus non poteſt infringere

obligationem iuramenti Deo factam, *cap. cum inferior. de maioritate, & obedientia*, ac proinde eſt obſeruandum. Conſentit Benedict. *in dicto cap. Raynut. verb. duas habens filias, à num.* 258. quia non poteſt princeps inferior intercludere aditum directè, vel indirectè ad ſuperiorem, *cap. veniens, de iureiurando*; & cap. *ex inſinuatione, de appellationib.* ſubſcribit Alexand. *conſ.* 59. *num.* 4. *lib.* 18. quos ſequitur Couar. *in cap. quamuis, de pactis,* 2. *p.* §. 1. *num.* 8. quia obligatio iuramenti eſt ſpiritualis, & non poteſt tolli a principe, Item, quia quamuis lex vetet iuramentum addi contractui, nihilominus ſi quod iuratur eſt licitum, tenetur iurans ſtare iuramento, quamuis peccet iurando contra principis præceptum, cùm nullum committat peccatum adimplendo illud. Ita Panorm. *cap.* 2. *num.* 8. *de arbitr.*

Alij verò inter quos eſt Mench. *de ſucceſſionum creatione, lib.* 5. §. 28. *num.* 30. dicunt leges ciuiles, dum prohibent apponi contractui iuramentum, ſolum decernere ne talis contractus valleat authoritate iuris ciuilis, ſed tantùm gaudeat, ac potiatur iuris gẽtium, & canonici firmitate, Barboſa verò *vbi ſupra, num.* 74. *verſ. cæterum*, addit, cùm lex non poſſit irritare iuramentum interpoſitum, poſſe illum cui iuratum eſt, adire iudicem Eccleſiaſticum iuxta *cap. final. de foro competenti, in* 6. & ab eo exigere vt cogat iurantem obſeruate iuramentum. Nihilominus Molin. *tom.* 1. *de inſtit. diſp.* 149. *verſ. ex his colligo, & verſ. quoad poteſtates vero Laicas, & diſp.* 271. *verſ. hoc tamen modo, & verſ. addimus præterea*, alia via incedẽs credit poſſe principẽ leges condere, quibus reddantur irrita iuramenta ſibi ſubditorum apposita in contractibus ad forum ſæculare pertinentibus, impediendo vim iuramentorum prius quam præſtentur, caſſando obligationem ex illis promanantem; quod fieri poſſe putat quoties id bono reipublicæ, ac ſuæ iuriſdictioni expedire iudicauerit, ſicut Eccleſia poteſt directè irritare iuramentum, niſi de licentia Epiſcopi præſtetur, vt conſtat ex Concilio Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 16. vbi reddit irritas omnes renunciationes, alienationéſque, & obligationes ad pias cauſas etiam factas à nouitiis ante poſſeſſionem, quamuis ſint iuratæ, niſi fiant de licentia Epiſcopi, aut eius vicarij intra bimeſtre ante profeſſionem. In quibus locis fatetur iure humano poſſe fieri non ſolùm contractus irritos, ſed etiam iuramentum illis appoſitum. Sequitur Sanch. *lib.* 3. *in præcepta Decalogi, cap.* 22. *num.* 10. Matien. *lib.* 5. *recopil. tit.* 2. *l.* 1. *n.* 7. & 12.

Addit ibi Sanch. quòd quamuis poteſtas ſæcularis non poſſit directè per legem iuramentum præſtandum irritare, cum ſit vinculum ſpirituale, & extra illius potentiam; poſſe tamen irritum reddere contractum antequam fiat, eóque deſtructo, & irrito, iuramentum etiam redditur irritum indirectè, quod quidem *in l. Luſitana* citata *dict. tit.* 73. videtur voluiſſe legiſlator, dum dixit, *nenhuam peſſoa faça contrato, nem conuença em que ponha iuramento, & fazendo o contrario, os taes contratos, ou diſtratos naon valhaon*, hoc eſt, nullius ſint momenti. Vbi vides deſtructum fundamentum, ſeu contractum humanum, eóque deſtructo manet conſequenter iuramentum ipſi contractui innitens omnino irritum. Ita Molin. *d. verſ. addidimus ad fin.* cui adhæret Sanch. *vbi ſuprà, num.* 11. quod putat probabile. Suar. *de iuramento promiſſorio, lib.* 2. *cap.* 38. *num.* 12. dicens, iuramenti irritationem poſſe fieri à poteſtate humana data mutatione ex parte materiæ, quamuis non illi placeat exemplum, ſeu iuramentum nouitiorum iuxta Concilium Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 16. irritans iuramentum, quia Concilium irritando iuramentum, videtur remiſiſſe vinculum iuramenti per poteſtatem ſuperiorem, taléque iuramentum ſuppoſita prohibitione eſſe contra bonos mores, conſequentérque non poſſe obligare, eſſéque irritum: ſecus cogitari poſſe de l. Luſitana, & Hiſpana irritantibus contractus, ſimúlque iuramentum illi innitens, cum nullum ſit verbum in his legibus de irritatione iuramenti.

Cùm ergo non poſſit fieri irritatio, ſeu relaxatio iuramenti per poteſtatem ciuilem, cum ſit extra eius limites, opinatur Suar. præcitatus, ex contractibus ciuilibus etiam iuramento firmatis nullam oriri obligationem, ratione illarum legum; iuramentum tamen eſſe ſeruandum, cum leges illæ ſaltem videantur conditæ aduerſus libertatem Eccleſiæ, non directè, ſed indirectè. Proinde quamuis leges Luſitanæ & Hiſpanæ ex intentione legiſlatoris abrogent contractus iuramento confirmatos, decidantque nullius eſſe momenti, hoc intelligitur de iiſdem contractibus, non verò de iuramento, cum huiuſmodi leges, & ſtatuta videantur ſancita in fraudem iuris canonici; quod placet Azori hac de re ſatis dubio, *p.* 3. *Inſtitutio. moral. lib.* 10. *cap.* 7. *verſ. hac ætes, quibuſdam, & verſ. quicquid ſit ad fin.*

Mihi tamen magis placet opinio Molin. cui adhæret Sanchez citatus, quia principes prohibentes ne addatur iuramentum contractibus, id facere licitè poſſunt, cùm tales contractus ſecluſo iuramento ſint ſui fori, & in fraudem iuriſdictionis ciuilis præſtari ſoleant. Itémque, quia ſecundùm legem, & regulam ordinariam, quando poteſtas ciuilis non ſolùm irritat contractum, ſed etiam propriè prohibet, ſi contra legem quis vadat, nec illi obediat, talis inobedientia, cùm lex procedit iuſtè, eſt contra bonos mores, atque ita iuramentum additum contractui, non firmat illum, nec obligat. Ita Gomez 2. *var. cap.* 14. §. *item quæro*, quem ſequitur Rebellus 2. *p. lib.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 2. Probatur ex regul. iuris in 6. ibi, *Non eſt obligatorium contra bonos mores præſtitum iuramentum.* Quod ſi ita eſt, vt videtur, non oportet relaxationem iuramenti petere à prælata, niſi forte ob ſcandalum, vel ad cautelam.

Dubium tamen eſt adhuc ſpinoſum, de quibus 276.
nam contractibus leges tam Hiſpanæ, quàm Luſitanæ loquantur? Sanchez tradit non prohiberi à legibus regiis præſtari iuramentum in contractibus, qui iuramentum exigunt ad ſui firmitatem, quales ſunt contractus alioqui nulli de ſe, & contractus minorum, & alij ſimiles, vt videre eſt apud illum *vbi ſuprà, num.* 12. referens pro hac parte Barboſ. *l.* 1. *p.* 1. *num.* 78. & 79. *ff. ſolut. matrim.* Gutier. Authen. *ſacramenta puberum, num.* 156. *C. ſi aduerſus venditionem, & de iuramento, p.* 3. *cap.* 12. *num.* 9. Gomez *tom.* 2. *var. cap.* 14. *num.* 22. *ad fin.* vbi ait, *quamuis leges valeant circa iuramentum apponendum in contractibus habentibus vim ſine iuramento; ſecus in contractibus qui non valent ſine iuramento*; quia tunc bene poteſt poni iuramentum non obſtante lege, vt notat Segur. *in repetitione legis,* 1. §. *ſi vir vxori, ff. de acquir. poſſeſſ. col.* 50. Molin. *diſp.* 149. *verſ. de iure verò huius Luſitaniæ, ad fin.*

Dicendum tamen eſt de iure Luſitano atque etiam de iure Caſtellæ, *d. l.* 5. *aliàs* 6. *tit.* 1. *lib.* 3.

*ordinamenti,*

*iuramenti*, ſecundùm mentem earum legum, quoſcumque contractus etiam de ſe inualidos non firmari iuramento, quia ratio, quæ per Doctores [illegible]atur, illuc tendit, ne prætextu iuramenti [illegible] ad forum Eccleſiaſticum pertrahantur, & minuatur iuriſdictio regia. Ita Pinel. *l. 2. C. de* [illegible] *rendit. p. 3. cap. 1. verſ. contra verò magis*, quem ſequitur Valaſc. *conſult. 6. num. 14.* dicens opinionem Hiſpanorum, apud tribunalia non ſeruari cùm ſit contra mentem legis nolentis contractus inualidos iuramento confirmari, ſicut etiam non confirmantur contractus validi, ne prætextu iuramenti recurrant laici contrahentes ad forum non ſuum. Cuius eſt etiam opinionis Alex. *conſ. 63. in princ. num. 1.*

177. Sed quid dicendum de iuramento iam præſtito à laico ſi conſtat de iuſtitia illius? Molin. opinatur *tom. 1. de iuſt. diſp. 149. verſ. dixi deinde*, tam poteſtatem Eccleſiaſticam quàm laicam poſſe relaxare obligationem iuramenti præſtiti inter laicos, quando res ſuper quam cadit iuramentum eſt intra fines poteſtatis politicæ, in quo caſu ſubiacet iuramentum poteſtati tam laicæ, quàm Eccleſiaſticæ, & cauſa illius eſt mixti fori. Sanchez verò melius reſpondet, hoc eſſe verum, ſi ſermo ſit de condonatione, ſeu remiſſione obligationis conceſſa ab eo, cui pars ipſa ſe obligauit, ratione, ſeu virtute iuramenti; at verò ſi loquamur de propria, ac vera iuramenti relaxatione non poſſe poteſtatem ſæcularem, ſed ſpiritualem relaxationem concedere fatetur, & ſic intelligendus eſt Couar. *de pactis, 1. p. §. num. 3.* Gutierr. in Authent. *ſacramenta puberum, num. 46. C. ſi aduerſus venditionem.* Barboſa *l. 1. p. 3. num. 77. ff. ſolut. matrim.* dum dicūt ad poteſtatem Eccleſiaſticam pertinere huius iuramenti præſtiti relaxationem, cum ſit quid ſpirituale obligatio iuramenti, cùm remiſſio, hoc eſt, vera relaxatio ad Eccleſiam pertinet. Remiſſio verò propria, ac condonatio iuramenti ſæcularis etiam poteſtatis non excedit fines. Probatur, quia quando pars tenetur remittere iuramentum per metum, ſeu vim extortum, ſi ipſa renuat, poteſtas ſæcularis partis nomine, etiam repugnantis obligationem iuramenti remittere poteſt. Ita Sà *verb. iuramentum, num. 29.* Eodem modo ſi quis iuret ſe non interfuturum electioni magiſtratuum, poteſt princeps obligationem remittere, vt poſſit intereſſe pro bono publico, cogetéque vt accipiat magiſtratum, quia iuramentum intelligitur, niſi princeps aliud iuſſerit. Ita Couar. *de pactis, p. 1. §. 3. num.* [illegible] *verſ. principaliter quartò*, aliter enim iuramentum foret vinculum iniquitatis, ſi non ex[illegible] ſub eo ſuperioris auctoritas, quaſi conditio.

178. [illegible]gi etiam poteſt an donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum facta Eccleſiæ ſubſiſtat? Negat Anchar. *conſ. 231. de primo dubio*, [illegible]t. ſibi contrarius *conſ. 48.* Auguſtinus [illegible] Roman. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta*, [illegible] *verborum obligationibus, col. 22.* & ibi Alexander. Idem Romanus in Authent. *ſi quamuis lier*, [illegible] *tiali circa contractus, C. de ſacroſanctis E*[illegible] Angel. *conſ. 170. verſ. prædictus inſtrumentum*, [illegible] *ei* & *ex prædictis infero.* Et rurſus *conſ.* [illegible] *quadam domina retulit.* Fundamentum e[illegible] quia ex vi huius donationis adimitur donanti libera facultas teſtandi, quod eſt contra bonos mores: conſtat ex *l. ſtipulatio hoc modo concepta præcitata*, ſed id quod bonis moribus aduerſatur non poteſt ſuſtineri; ergo donatio ſupradicta, quamuis fiat Eccleſiæ, non poteſt ſubſiſtere.

Secundò, quia bona temporalia quamuis Eccleſiaſtica legibus principis ſæcularis gubernantur; ſed huiuſmodi donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum per leges ſæculares damnatur; ergo quamuis facta ſit Eccleſiæ, ſeu loco pio, nullo modo eſt probanda, nec admittenda ab Eccleſia, quæ eſt cultrix, & auctrix iuſtitiæ; ideo neque in ſe, neque in alium debet admittere aliquam iniuſtitiam contra leges regias, *cap. ſi clientulus, §. ſed diuerſum, de alien. feud.* Quo argumento vtitur Ludouic. Roman. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, num. 41. ff. de verborum obligationibus.*

Tertiò, quia talis donatio ex parte recipientis directè aduerſatur charitati, cum recipiens patiatur donantem conſtitui per eam donationem in perpetua paupertate; ergo Eccleſia recipiens hoc non debet admittere, ne videatur bonis alienis inhiare, cùm magis teneatur in cæleſtibus acquirendis inſudare, *cap. ex parte, in fine, de cenſibus.* Item, quia quod ſæcularibus non congruit, multo magis Eccleſiaſticis eſt fugiendum, *§. cogitandum, in Authent. de Monachis.*

Vltimò probatur, quia profeſſio in religione approbata eſt de ſe actus meritorius, & quamuis tunc religioſus religioni omnia bona ſua præſentia, & futura, tradat cum perſona, actus ille eſt licitus, cum per illum mutet vitam in melius, ſed donatio omnium bonorum manente donatore in ſeculo non eſt actus licitus, cum ſit contra bonos mores per *l. ſtipulatio hoc modo concepta*, quæ lex ſupponitur eſſe recepta, vt notatur *in cap. 1. de oper. nou. nunc.* cum à iure canonico non ſit correpta quoad perſonas Eccleſiaſticas; ergo talis donatio Eccleſiæ facta, non poteſt eſſe firma.

Oppoſitum tamen eſt multo verius, & commūni Doctorum ſententia receptum, probatur ex *l. iubemus nulli, poſt principium, C. de ſacroſ. Eccleſ.* Ita Molin. *tom. 2. de inſtit. diſp. 280. verſ. noſtrum.* Gomez *in l. 69. Tauri, num. 6.* Iulius Clarus §. *donatio, quæſt. 20. num. 3.* poſt Bartol. Panormit. quos ibi refert, ac ſequitur. Idem tradit Felin. Pariſius, & alij, *in cap. in præſentia, de probationibus.* Gutier. *de iuramento confirmatiuo, part. 1. cap. 11. num. 7.* Gam. *deciſ. 185. num. 2.* & alij, quos refert, ac ſequitur Couar. *in rub. de teſtam. p. 2. num. 5. argumento, d. l. iubemus*, vbi donatio totius patrimonij facta Eccleſiæ decernitur valere. Concordat *cap. vlt. de ſucceſſione ab inteſtato*: Sequitur Dicenn. *in regula 219. in 1. limitatione*, ex ea ratione, quia ciuile ius, vel ſtipulatio hoc modo concepta nullatenus poteſt nocere donationibus, aut vltimis voluntatibus ad pias cauſas, quæ eſt ratio, qua vtitur Molin. *vbi ſuprà.*

Secundò probatur ex Bartol. *in l. vlt. C. de pactis*, dicente teſtamenti factionem, quæ pendet ex libera hominis voluntate iuxta *l. ſi quis in principio teſtamenti, ff. de legatis tertio*, amitti per profeſſionem religionis, Authent. *ingreſſi de ſacroſ. Eccleſ.* cum profeſſus non poſſit teſtari, *cap. nolo*, & *cap. non dicatis, quæſt. 1.* ergo nullum eſt inconueniens ſi quis priuetur libertate teſtandi poſt factam donationem omnium bonorum etiam futurorum, Eccleſiæ, ſeu locis piis, eo quia facilius permittitur, vt quis ſpolietur bonis ſuis pro ſalute animæ, quæ cunctis rebus anteponitur, *l. ſancimus de ſacroſ. Eccleſ.* & *§. ſi quis de prædictis in fine, in Authent. vt cum, de appell. cognoſc.* quàm

libero

libero arbitrio vt expreſsè tenet Ruin. *conſ.182. num.12.lib.1.* Accedit valere argumentum ceſſante fauore animæ; at verò per donationem factam Eccleſiæ fauor animæ augetur, nec regulis iuris communis pia ſubiiciuntur, *cap. duæ ſunt leges, 19. quæſt.2.* & cap. *licet de regularibus*, teſte *l. ſi fideiuſſor. §. quædam, ff. mandati*. ex qua deducitur, cum agitur de ſalute animæ, de apicibus iuris non eſſe diſputandum. Confert maximè reſponſio Chriſti Domini, Marci 10. *Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia quæ habes, & ſequere me*, & Luc. 14. *Niſi quis renunciauerit omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus*.

279. Ex quibus conſtat donationem ſuprà dictam quamuis videatur contra bonos mores iuris ciuilis, non eſſe tamen contra bonos mores iuris naturalis, aut iuris canonici, quæ longè excellunt. Ideo ceſſante fauore animæ, libertas arbitrij non poteſt auferri, *l. cum precario, ff. de precario, cap. vlt. & ibi not. de procuratorib. lib. 6.* eo verò regnante ſi adimatur poteſtas teſtandi, nullum eſt inconueniens, cùm ſit contra ius ciuile, nec in hoc caſu eſt iniuſtum, cùm attendatur ius naturale, & diuinum, & Eccleſiaſticum, quod imperiali iudicio non diſcutitur, *cap. 1. Imperatorum, §. 1. diſt. 10.* Item, quia bona temporalia quamuis ſint ſubiecta legibus Imperatorum, hoc procedit, quando leges ciuiles non aduerſantur decretis canonicis, quibus non poſſunt præiudicare, *cap. non licet, diſt. 10.* quibus rationibus Iulius Clarus *ſupra*, non audet ab hac opinione propter fauorem Eccleſiæ, & animarum recedere tam in iudicando, quàm in conſulendo.

Nec obſtant in contrarium dicta, quia non eſt contra charitatem hæc donatio fieri Eccleſiæ, quia donatarius tenetur ad antidora maximè ſi eſt Eccleſia, quia ſi poſtea donator egeat, debet illi ſubuenire. Ita Gloſſ. *in l. vlt. C. de reuocat. donat.* Imola *in l. Titia, §. Imperator, de legat. 2.* Crauet, *conſ. 51. in fine.* Gomez *in d. l. 69.* poſt Panormit. *num. 6.* dicentes teneri Eccleſiam alere donatorem de iiſdem bonis, quod limitat Molin. *dict. diſp. 280. §. noſtram, ad finem*, quoad id, quod ei defuerit, dummodo donator ſuam induſtriam adhibeat pro qualitate ſuæ perſonæ.

Suprà dicta limitantur, quando effectus donationis principaliter ad Eccleſiam, vel ad aliam piam cauſam dirigitur. Secus ſi principalis effectus tendit primariò in hominem priuatum, puta ſi quis donet omnia bona ſua præſentia, & futura cum eo onere Titio, vt teneatur facere eleemoſynas; tunc non valet donatio, quia principaliter fertur in vtilitatem priuatam, & in conſequentiam in commodum cauſæ piæ. Ita Panorm. *conſil. 48. num. 3. verſ. non obſtat ſecundum, lib. 2.*

Et quamuis ex ſuprà dictis conſtet, quid dicendum ſit ad rationes pro priore ſententia adductas, ſummatim accipe ſolutionem illarum. Primò libertas teſtandi quæ aufertur per talem donationem, & videtur eſſe contra bonos mores, non eſt talis inſpecto iure canonico. Ita Imola *in cap. cum contingat, col. 18. de iureiurando*, Bald. *in l. pactum dotale, quæſt. 29. C. de collat.* cum multa ſint de iure ciuili probata, & contra bonos mores ciuiles, non tamen ſunt de iure canonico. Nec obſtat dictum aduerſæ partis dicentis *l. iubemus nulli*, loqui de ſimplici donatione facta, quæ intelligitur de bonis præſentibus tantùm, proindéque videtur valere, quia cum patrimonium donatum ſit in ea per verbum vniuerſale, extendenda eſt donatio etiam ad futura bona. Ita Bartol. *in l. ſi ita num. 4. de auro, & argento legato*, & Crot. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, num. 62. ff. de verborum obligationib.* Vltimò probatur ex ingrediente religionem, cui ſe dedicat, & bona ſua tam præſentia, quam futura validè tradit, quamuis in conſequentiam, etiamſi non efficiatur Monachus, vt volt Gloſſa *in cap. vt lex continentiæ, in verb. profeſſi, 27. quæſt. 1.* & habetur *in cap. vlt. iuncta gloſſ. 1. de ſucceſſione ab inteſtato*, ergo multò facilius poterit donare omnia ſua bona non donando ſeipſum per *cap. qui licet, de regulis iuris, in 6.*

Huc etiam ſpectare videtur non intempeſtiua quæſtio, an donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum ſubſiſtat, ſi firmetur iuramento? Videtur negandum ex vulgari ratione, quòd auferat poteſtatem teſtandi, & ſit contra bonos mores per *l. ſtipulatio hoc modo concepta, de verborum obligationib.* quo potius etiam negandum tale iuramentum ſuperimpoſitum eſſe firmum. Ita Bartol. *in d. l. ſtipulatio, num. 9. verſ. nec valet peccatum*, Corn. *conſ. 60. num. 9. & 10. conſ. 176. n. 23. & ſequentib. lib. 2.* Decius *conſ. 30. in principio, & conſ. 48. col. 1.* Roland. *conſ. 39. num. 1. & conſ. 65. num. 2. lib. 1.* Quibus accedit Gomez *in l. 96. Tauri, num. 4.* Iulius Clarus *§. donatio, quæſt. 20. num. 1.* Gutier. *1. p. de iuramento confirm. cap. 11. num. 11.* Quod etiam eſt verum de iure Luſitano *lib. 4. ordinationis regiæ, tit. 70. §. 3. verſ. doaçam entre viuos de todos ſeus bens moueis, & de raiz, de reitos, auçoens, auidos, & por auer, naon reſeruando delles para ſi couſa alguaon*, & infrà, *porque taes contratos ſaon aſi illicitos, & per direito reprobados, que naon podem por iuramento ſer confirmados*, hoc eſt, donatio inter viuos omnium bonorum, mobilium, & immobilium, iurium, & actionum, præſentium, & futurorum eſt de iure reprobata, ita vt non poſſit iuramento interpoſito confirmari, Molin. *de Iuſtitia, diſputatione 289. verſ. antequam*, vbi ait huiuſmodi donationem ex communi Doctorum eſſe inualidam, quando fit rebus non piis cùm per eam auferatur libera poteſtas teſtandi. Ideo etſi ſit iurata, non valet. Gam *deciſ. 386. n. 2.* 280.

Pars tamen, quæ affirmat hanc donationem iuratam eſſe veram, ac firmam, placet. Couar. *p. 2. rub. de teſtam. num. 5. & 6.* Mench. *de ſucceſſion. creatione, §. 18. num. 167.* Molin. *tom. 1. de Iuſtit. diſp. 151. & tom. 2. diſp. 218. verſ. antequam.* Leſſius *lib. 2. cap. 18. num. 96.* addenti ibi rationem horum Doctorum eſſe debilem, quia non eſt donatio omnium bonorum, ita contra bonos mores, vt ſit illicita, ſed quia conuenit reipublicæ eſſe liberum arbitrium ad teſtandum; idcirco cum poſſit quis ſine peccato facere donationem omnium bonorum ſuorum ſi iuret, ſe non reuocaturum, valida erit talis donatio, per textum *in cap. quamuis pactum, de pactis, in 6.* taléque iuramentum erit ſeruandum, cùm poſſit ſine periculo ſalutis æternæ; cùm non aduerſetur bonis moribus ſecundùm ius naturale, vel canonicum, ſed ad ſummum contra bonos mores iuris ciuilis dumtaxat, cuius transgreſſio non eſt pernicioſa ſaluti æternæ. Item Bald. explicat regulam, *non eſt obligatorium, de regulis iuris. in 6. in l. pacta, quæ contra, num. 1. C. de pactis, & in l. iura gentium. §. & generaliter, num. 2. ff. eodem.* Imola *in cap. cum contingat, num. 13.* & Abbas *num. 5. de iureiur.* & in facti contingentia hoc fuit ſequutus *in conſ. 18. verſ. plus dico, lib. 1.* Paul. de Caſtr. *etiam in l. pacta, quæ contra, num. 3. & 4. C. de pact.*

Vtrque

Vtraque tamen pars eſt ſatis probabilis,& hæc ſecunda ſecluſo iure Luſitano *lib.4.tit.70. num.3. verſ.doação entre vivos ſob certa pœna,& tit.73. nenhuma peſſoa,* in principio, eſt vera propter rationes ſuprà dictas, cum non auferat poteſtatem teſtandi, nec inducat votum captandi mortem omnino,cum facilè ſit obtinere relaxationem iuramenti;at verò de iure Luſitano *vbi ſupra* verius eſt oppoſitum, cùm talis donatio, ſicut cæteri contractus, ſit omnino irrita,ac prohibita ſub certa pœna,ne fiat omnino. Cùm ergo ſit de iure reprobata, & ius illi reſiſtat ſicut reſiſtit aliis contractibus, dicendum eſt non firmari iuramento, cum ſit contra bonos mores, quos in republica bene inſtituta eſſe decet; itémque, quia ratione iuramenti minuitur regia iuriſdictio, propter quam cauſam, iuſtè, ac licitè ad defendendam ſuam iuriſdictionem poteſt prohibere,ne addatur iuramentum contractibus,& eo appoſito contractus declarare eos eſſe irritos; nec facit contra donationem excedentem,vt diximus ſuprà, poſſe firmari iuramento,quia huic quamuis ius non aſſiſtat,non tamen reſiſtit, & licet ſecundùm ius ſit inualida quoad exceſſum, per interpoſitum iuramentum redditur valida in foro tam externo, quàm interno abſque inſinuatione. Ita Rebell. 2. *p.de obligation.iuſtitia,lib.*18.*quæſt.*8.*n.*3.*verſ. Secundò excedens donatio,& verſ.vlt.donatio excedens*, etiam ſi adhærendo tenaciter iuri Luſitano, *d.tit.*73.*verbo,os taes contratos*,nempe,quibus apponitur iuramentum, ſunt omnino nulli, quod placuit Mol. *diſp.*149.*tom.*1.*&* 2.*diſp.*278.*fol.*157. *verſ.conſulto autem*,niſi de facultate regis tale iuramentum adhibeatur. Vide ſuprà *num.*280.*verſ. Quod eſt verum de iure Luſitano,*

---

## §. II.

### *Vtrùm princeps poſſit aliquid ſtatuere circa matrimonia ſuorum ſubditorum?*

#### EPITOME.

281 *Princeps ſæcularis non poteſt diſponere per legem circa matrimonia.*
282 *Principem poſſe circa matrimonij accidentia diſponere,eſt probabilius.*
283 *Contractus matrimonij quatenus ciuilis eſt, ſubeſt iuriſdictioni politicæ.*
284 *Lex ciuiles punientes filias nubentes ſine conſenſu patris, ſunt iuſtæ.*
285 *Legitima non debetur filiis de iure naturali, ſed de iure ciuili poſt mortem parentum.*
286 *Lex Luſitana exhæredans filias nubentes ſine conſenſu patris ante 25.annum,eſt valida.*
287 *Filia ante 25.annum nubens digniori quàm à patre poſſit accipere, exhæredatur de iure Luſitano quoad dimidium legitimæ.*
288 *Filia nubens digno ante 25. annum de iure canonico non exhæredatur, de iure ciuili maximè ſi nubat indigno.*
289 *Pœna exhæredationis non contrahitur à filio nubente ſine conſenſu patris.*
290 *An exhæredationis pœna exigat annum 25. completum?*
291 *Filia de iure Luſitano ſi nubat digno ante 25.annum,ex eo ipſo eſt exhæredata.*
292 *An exhæredari filia poſſit nubens digniſſimo ante 25. annum inconſulto patre?*
293 *Nuptiæ quæ cenſeantur indignæ.*
294 *Filia peccans ſemel in corpus ſuum ante 25. annum an ſit exhæredata ipſo iure.*
*Quod amplia ad filias etiam naturales. ibid.*
295.*&* 296 *Et quid de legatis ſub conditione, ſi caſtè viuant.*
297 *Quid ſi filia peccet & emendetur.*
298 *Quid ſi non emendetur, an ſint illi alimenta neganda.*

HAc in re partita eſt quæſtio.Prima opinio docet principem ſæcularem non poſſe diſponere, vel ſtatuere quicquam circa matrimonia,vel alia ſpiritualia,argumento textus *in cap.cum inferior de maiorit. & obedientia,* vbi deciditur legem ſuperioris non poſſe limitari ab inferiori,nec ſolui. Item,quia omnis conditio ſeu pactum, quo aliquo modo matrimonium impeditur, eſt reiiciendum *l.Titia, §.* 1. *de verbor. obligat.* & ibi omnes; imò potius ſtatutum matrimonium impediens nòn ſuſtinetur, ita Decius *in l.nuptias,num.*12. *de regul.iuris.* Neuizà *lib.*4. *Sylua nuptialis,num.*120.Socin.Sen.*conſ.*35.*col.*1. *lib.*1. Abbas *in cap.*1.*n.*7. *&* 8. *de ſponſalibus*, vbi ait, leges ciuiles hac de re diſponentes corrigi à iure canonico, quæ opinio eſt communior, teſte Couar.*in epitome de ſponſalibus,*2.*p.cap.*3.*§.*8.*n.*6. Ant.Gomez *in l.*49.*Tauri,n.*2. dicens nihil poſſe principem per leges ciuiles diſponere circa matrimonia, nec tales leges eſſe ſeruandas. Quam partem etiam Greg.Lopez *in l.final. tit.*3.*part.*4. *in gloſſ. mag. paulò poſt principium*, fatetur communem;ſequitur Gutier. *in practicis,lib.*2.*quæſt.*2. *num.*6. Victoria *de matrim. in* 1. *relectione, n.*12. *verſ. in contrarium eſt*, Iul. Clar. *lib.* 5. *§. final. quæſt.*82.*verſ.ſtatutum tertium, num.*2. vbi ait ſtatutum prohibens matrimonium contrahi, cum forenſi, & contrahenti pœnam imponens vitiari in totum tam quoad prohibitionem matrimonij,quàm quoad pœnam appoſitam contrahenti; quod etiam tradit Cabed. 2.*p. deciſ.*31. *à num.*6. *verſ. niſi talis conditio repugnet libertati matrimonij*, vnde cum matrimonium debeat eſſe liberum, exigátque omnimodam libertatem, vt ait Concilium Trident.*ſeſſ.*24.*cap.*9. non poteſt validè princeps ſæcularis aliquid ſtatuere, quod violet, vel impediat matrimonij libertatem, & ideo conſequenter dicendum eſt diſpoſitionem ordinationis Luſitanæ, *lib.*2. *tit.*37. quatenus decernit habentes bona coronæ, non poſſe contrahere matrimonium inconſulto Rege, eſſe omnino inualidam; quam opinionem vocat Sanchez *lib.* 4. *de matrimon. diſput.*25. *num.*2. probabiliorem. 281.

Secunda tenet,poſſe principem diſponere circa matrimonia, & circa res ad illa ſpectantes condendo leges,quæ coadiuuent leges canonicas addendo etiam,& ampliando aliqua ad meliorem obſeruantiam eorum, de quibus ius diuinum, ſeu canonicum diſponit. Fundamentum eſt,quia leges ciuiles iuſtæ proximè, vel remotè omnem ſuam trahunt originem à principiis diuinæ legis, & aliquando à præceptis Decalogi. Ita Marta *de iuriſdictione, part.* 4. *caſu* 93. *num.* 28. *& ſequentibus.* Neque dicitur lex diuina mutari, aut canonica per additionem, quam aliquando oportet fieri à principe laico ad præcauendam malitiam humanam, & ad fraudes abolendas. 282.

Probatur

Probatur ex lege diuina ſtatuente, *vt in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum*; ea non obſtante lex ciuilis, vt obuiaret fraudibus, adhibuit plures teſtes in quibuſdam actibus, nempe in teſtamentis, vbi de iure communi adſunt ſeptem teſtes, *l. hac conſultiſſima, C. de teſtament. §. ſed cum paulatim, inſtit. eod.* quod etiam ſeruari de iure Caſtellæ teſtatur Negreiras *in introduction. vltimar. voluntat. lib. 3. cap. 2. num. 9. & 10.* imò de iure noſtro *lib. 4. tit. 80. in principio*, quinque exiguntur præter notarium, cum de iure naturali, diuino, ac gentium duo, vel ad ſummum tres ſufficiant teſtes; ergo pari ratione poterit princeps diſponere, aliquidque ſtatuere abſque detrimento iuris canonici, illique addendo in iis, quæ ſunt ab ipſo prohibita, & punita, vt maiori reuerentia obſeruentur, quæ ab ipſo præcipiuntur, argumento text. *in cap. 1. & in cap. ſuper eo, de cognat. ſpiritual.* & expreſsè tradit Gloſſ. *in verbo, certóque caſu; in cap. cùm ſecundùm leges de heret. in 6.* Conducit Bald. *in rub. de conſtitutionib. in fine*, docens valere ſtatuta laicorum circa accidentia matrimonij, non tamen quæ attingunt ſubſtantiam illius.

283. Item, quia matrimonium ea ratione, qua contractus ciuilis, & humanus eſt, ſubeſt iuriſdictioni principis politici; ergo poteſt ipſe propoſitis pœnis coërcere abuſus contrahentium propter bonum publicum; nec in hoc aduerſatur libertati Eccleſiaſticæ, cùm principaliter per leges ciuiles procuret reſtringere inordinatum contrahentium modum, quod non eſt prohibitum, cùm tales leges ex natura ſua, non contradicant Eccleſiæ, quod requiritur, vt cenſeantur contradicere ſecùndum Caiet. *in ſumma, verbo, excommunicatio, caſu 31. & 37.* & Nauar. *in ſumma, cap. 27. n. 220.* ſicut non eſt contra Eccleſiam ſtatuere, ne in nuptiis aut in miſſis prioribus fiant ſumptus immoderati; quia quamuis ex hac prohibitione contrahentes matrimonia, & clerici ſacra facientes, aliquod detrimentum capiant; non tamen hoc ex natura ſua, nec per ſe tendit contra libertatem Eccleſiæ, cum principalis intentio ſit ponere modum expenſis faciendis. Ita Anton. de Butr. *in cap. 1. de ſponſalibus*, quem refert ibi Præpoſitus, & Iul. Clar. *lib. 5. §. final. quæſt. 82. tit. ſtatutum tertium, num. 3. in principio, & num. 5.* vbi ait ſtatuta laicorum, quæ priuant dote filias indigno nubentes ſine conſenſu patris, eſſe firmiſſima, neque de iure canonico reperiri vitiata.

Eodem modo ſecundùm hanc partem leges imponentes pœnam nubentibus abſque conſenſu parentum poſſunt ſuſtineri, cum non diſponant circa ſubſtantiam matrimonij, ſed procedunt adiuuando ius canonicum, vt meliùs obſeruetur, quod ab ipſo diſponitur. Gutier. *lib. 2. pract. quæſt. 1. à num. 13.* quamuis ex ea punitione in conſequentiam veniat aliquid iuri canonico repugnans. Ideo huiuſmodi leges punientes filios, ſeu filias, qui, vel quæ contrahunt ſine conſenſu parentum valent, quantumcumque per indirectum videantur reſiſtere libertati requiſitæ ad contrahendas legitimas nuptias, quia hoc eſt per accidens, vt notat Bald. *l. omnem ad fin. C. ad Tertull.* & Felin. *conſ. 26. num. 20.* Nec princeps ſæcularis principaliter diſponit, niſi de re pertinente ad politicum gubernium, & per accidens videtur aliquid reſultare, quod repugnet iuri canonico, quod non venit in conſiderationem. Nauar. *in manual. cap. 27. num. 120.* Caiet. *in ſumma, verbo, excommunicatio, cap. 31. verſ. 6.* & conſtat ex *l. ſi quis ne cauſam, ff. ſi certum petat.* & cap. *quia diuerſitatem de præbend.* Nec leges ciuiles puniunt niſi modum inordinatum filiarum nubentium abſque conſenſu patrum, ad quos pertinet collocare filias in matrimonio, *cap. honorantur, 32. quæſt. 1. c. noſtrates, 30. quæſt. 1. & cap. 1. de diſpenſatio. impub.* ergo leges filias aliter nubentes poſſunt punire ob iniuriam patri illatam, & offenſam patriæ poteſtati irrogatam. Pereira *de manu regia, p. 2. l. 73. num. 8. & deciſ. 10. num. 4.*

Nec obſtat Concilium Trident. non requirere conſenſum patrum ad matrimonia filiarum, quia quamuis non requirat conſenſum eorum, non reiicit tamen conſilium, vt tradit Menoch. *conſ. 69. à num. 20.* potéſtque puniri filia propter modum inordinatum, vt docet Cuiacius *lib. 3. obſeruatio. cap. 5.* & Paul. iureconſultus *lib. 2. receptar. ſententia. cap. 19.* dicens, matrimonium inconſulto patre contractum ſubſiſtere; poſſe nihilominus ob illud ita initum filiam caſtigari, cum ius canonicum illud ita celebratum non laudet, imò improbet. Conſequenter lex ciuilis puniens filias ita nubentes pœna exhæredationis non eſt iniuſta, vt in ſpecie ait Gloſſ. *cap. de raptorib. verb. excuſata, 36. quæſt. 1.* Alciat. *l. 2. §. quod ſi in patris, n. 28. ff. de inoffic. teſt.* Syluan *conſ. 2. num. 41.* Duaren. *tract. de nuptiis, cap. 2. ad finem*, & Paul. *in l. ſi filiam, num. 2. C. de inofficioſ. teſta.* 284 & expreſsè habetur de iure Luſitano *lib. 4. tit. 88. num. 1.* ibi, *ſi aliqua filia ante vigeſimum quintum annum rem habuerit cum aliquo, aut nupſerit inconſulto patre, aut matre, ſi patre careat, ipſo facto exheredabitur, & excludetur ab omnibus bonis patris, aut matris quamuis ab eiſdem non ſit expreſsè exheredata.* Quas leges de rigore iuris non videri iniuſtas tradit Rebell. *lib. 2. p. 2. quæſt. 14. ſect. vlt. concl. 5. fol. 296.* etiamſi extendatur ad filias nubentes tam dignis, quàm indignis, quia matrimonium quatenus contractus ciuilis, non manet extra prouidentiam principis politici.

Nec refert principem politicum eſſe inferiorem, & ideo non poſſe præiudicare mandato ſuperioris diſponentis circa matrimonium, quia ad id reſpondetur matrimonium quatenus ſacramentum pertinere ad forum Eccleſiaſticum, at verò quatenus eſt contractus ciuilis ſubeſſe principi politico, ideo poſſe principem leges condere, pœnáſque ſtatuere nubentibus contra iuriſdictionem, vt meliùs obſeruetur diſpoſitio iuris canonici. Ita Felin. *in cap. 10. num. 13. ad fin. de ſponſalibus.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. centur. 4. caſu 398. num. 46.* Matienſ. poſt plures *lib. 5. recopil. tit. 1. l. 1. gloſſ. 7. num. 4.* Veracrux *3. p. ſpecul. art. 20. concl. 1. & 5. dixi ſecundum ſe*, & Couar. multis ibi citatis in epitome *2. p. cap. 6. in princ. num. 18. & 19.* Ex quibus conſtat poſſe principem ferre leges, contra contrahentes inordinatè, ſicut poteſt coërcere pœnis periuros, & vſurarios, & ſimiles delinquentes, quamuis delicta eorum ad iudicium Eccleſiaſticum ſpectent, vt tradunt Perez *lib. 5. ordinat. tit. 1. l. 1. in princ.* Spino *in ſpeculo, gloſſ. 15. n. 74.* Salzedo *in additionibus ad regulam 198. Bernardi Dias*, Molin. *lib. 2. de primog. cap. 16. num. 10.* Barboſa *l. 1. part. 4. num. 38. ff. ſolut. matrim.* Sotus *in 4. diſt. 29. quæſt. 1. art. 4. ad 4. verſ. Dico ergo*, & alij.

Neque refragatur etiam ſi quis dicat has leges exhæredantes filias eſſe iniuſtas, quia per eas aufertur libertas ſufficiens ad validè contrahendum, quia id negatur cùm modus celebrandi matrimonium

trimonium

trimonium tantummodo ordinetur à principe politico, & vt ritè, ac rectè ineatur contractus ciuilis, poteſt pœnis impoſitis forma celebrandi ab illo conſtitui, atque ita fuiſſe iudicatum tradit Phebos *deciſ.45.a principio, & num.14.* vnde conſtat leges exhæredantes filias inuitis parentibus nubentes eſſe validas, vt vltra Doctores iam allegatos tradunt Mench. *de ſucceſſio. creatio. part.1. lib.1.§.10.num.628.* Molin. *tom.1.de iuſt.diſp.176. fol.1043.verſ.contrariā ſententiā,* Veiga *lib.5.ſum. caſu 559.* quia per eas leges non aufertur ſufficiens libertas ad validè cōtrahēdū ſed tēperātur filię, ne ab imperio paterno ſe eximant, ac pacē perturbēt.

285. Quod ſi dicas legitimam eſſe filiabus debitam, proinde patres non poſſe nocere illis excludendo eas ab hæreditate debita, maximè quòd legitima debeatur naturali iure, vel ſaltem inſtinctu quodam naturæ, vt deducitur ex §. *cum itaque. in Authent. de hered. & falc. in princip.* & docent Bald. *in l.2. circa finem, de libor. prater. & in l. quanquam, C. ad l. falcid.* Tiraq. *in l. ſi vnquam, in verb. ſuſceperit liberos, n.114. C. de reuoc. don.* & in ea filius, ſeu filia æquiparatur vero creditori, vt tradit Dec. *conſ.276.n.6.* Bart. *in l. ſi quis legatū, ff. de cond. & demōſt.* idē Dec. & Cagn. *in l. iure ſang. ff. de reg. iur.* Bellon. *conſ.13.* Cùm ergo legitima ſit quoddam æs alienum ad patrem non poſſunt filiæ exhæredari per leges. Reſpondemus legitimam deberi filiis per leges ciuiles, atque ita per eaſdem poſſe tolli ex cauſa in totum. Ita Dyn. *in cap. indultum de regul. iuris, in 6.* Cyn. *in l. ſancimus, C. de nupt.* Bartol. *in l. Titio centum, §. Titio genero, col. penult. ff. de conditio. & demonſtrat.* quæ opinio eſt communis, teſte Alex. interueniente cauſa *in l. quod de bonis, §. final. in fin. ff. ad l. falc.* & Campeg. *de ſtatu excluſ. fœmin. quaſt.4. num.33.* exceptis alimentis præciſe ad vitam neceſſariis, Couar. *2.p. epitome, cap.8.§.6.n.5.* poſt plures. Valaſc. *de partic. c.17.n.26.* quia ſunt alimenta de iure naturæ. Ideo nec lege, nec principis reſcripto tolli poſſunt. Eſt communis concordia inter has opiniones. Molin. *de primog. lib.2. cap.1, num.15.* Mantic. *de coniect. lib.7. cap.8. num.7.*

Ego tamen aliter reſpondendum puto, legitimā videlicet non eſſe propriè debitam filiis, ſed quaſi debitā viuente patre. Quod probatur ex eo quòd filius viuente patre delinqnens nō punitur in legitima, nec pater pro eo aliquid ſoluit ex legitima, ſi filius debeat; ergo nō eſt debita filio, niſi defunctis parentibus. Cum igitur in priuatione legitimæ agatur nō de lucro quæſito, ſed de acquirēdo, bene poteſt ius ciuile punire filias inuitis parētib. nubētes pœna exhæredationis, vt poſt alios ſentit Salon. *2.2.q.62. tract. de dominio, q.5. art.5. dub. de hac re particulari,* cum legitima non ſit debita. Ita Tiraq. *d. verb. ſuſceperit liberos, à n.113. & 114.* cùm non ... lucrū quæſitum, ſed quærendū. Ita Bart. ... alij *in l. ſi emancipata ad fin. C. de iur. & facti ignor.* quos ſequitur ibi Padill. *n.32.* & Io. Lup. ... *per veſtras de don. inter vir. & vxor. not.3.§.21.*

286. Recta verò hac ſecunda ſententia tanquam veriore, dicendū eſt validā eſſe conditionē poſitā in ordinatione regia *lib.2. tit.37.* à rege in donationib. factis fœminæ habenti bona regiæ coronæ, de nubendo præfata venia ab ipſo rege. Quod etiam ſtatutū fuit a rege Philippo III. anno Domini 1616. vbi interdictū fuit omnibus perſonis cuiuſcūque conditionis bona regiæ coronæ poſſidentibus ne contrahere poſſint abſque venia regia, præſentata prius patris, ſeu curatoris licētia; quod ſi præſtare noluerint, recurrendū eſſe ad Senatores aulicos,

*Franciſ. Regim. Chriſt. Reipubl.*

vt de eorū interuentu rex certior fiat. Quod ſi aliter contrahatur matrimonium, tam contrahentes, quàm eorū deſcendentes fiāt incapaces ad ſuccedendū in prædictis bonis. Ratio eſt, quia princeps politicus poteſt interdicere quibuſcūque ſuis ſubditis habētibus bona regiæ coronæ ne matrimoniū contrahant abſque licentia regis, ne fortè cōtingat bona regalia deuolui ad vaſſallos principi inuiſos, ſeu forenſes, cum vnuſquiſque poſſit etiā rebus ſuis conditiones apponere. Ita Cabed. *2.p. deciſ.31.n.1. per l. in traditionibus, ff. de pactis,* ideo ſeruanda eſt talis conditio, quia poteſt reſtringi libertas matrimonij, nō metu pœnæ, ſed amiſſioſione lucri, vt in terminis ait Coſta *in l. cum tale, §. ſi arbitratio, 2. limitat.* & Aymon, *conſ.664. lib.4. n.221.* ideo talis conditio eſt licita, cùm non lædatur libertas matrimonij, per text. *in l. Titio centū, §.1. ff. de cond. & demonſtr.* ſicut ſi quis donet aliquid fœminæ ea lege, & conditione, ne contrahat abſque arbitratu patris; ſi aliter nubat, non conſequetur lucrum, cum potuerit adire patrem, & eo renuente adire iudicem, qui poteſt ſupplere conſenſum, vt conſtat ex noſtro iure *lib.4. ordinat. regia, tit.48.§.2. lib.3. tit.47.* vbi negante marito cōſenſum vxori, vel vxore marito ad litigandū ſuper bonis immobilibus, poteſt iudex præſtare conſenſum, ſi non adſit aliqua cauſa iuſta denegandi illum. Vide Cald. Pereira *de reſol. emphyt. c.11.n.7.* Gonzal. *ad regul.8. cancell. gloſſ.47.n.39. & 43.* nec in hoc per moram interiectam fit iniuria contrahentibus, quia per ipſos ſtat, ſi nō adire velint iudicem, nec matrimoniū contrahatur, cùm rex cōditionem imponens, tantùm vult, vt illā ducturus in vxorē eā non ducat abſque licentia ipſius, quæ conditio poni poteſt à principe donāte bona ſua, non verò à quocūque priuato. Non tamen valebit conditio, ſi princeps debet nominare perſonā, cū qua celebrandū eſt matrimoniū, itaut totū videatur pendere ab ipſo principe, quia hoc modo tollitur libertas eligendi. ita Couar. *de ſponſ.2.p.c.3. §.5.n.9. ex c. cū terra, de elect.* & ibi Panor. *in princ.* & Rom. *ſing.290.* poſt Bald. *in l.1. ad fin.* vbi ait nō eſſe validā teſtatoris voluntatē, quando præcipit executori teſtamenti, vt collocet filiā in matrimonio, cū per hoc minuatur libera voluntas filiæ. ita Nata *lib.2. conſ.355. ad finem.*

Quando verò filia ante 25. annū nupſit honorabilius quàm pater illā alteri poterat collocare; tunc non excludetur ab omni ſubſtantia bonorū parentū, ſed tantùm à dimidietate, ſi parentes voluerint; quod ſi noluerint eā exhæredare pro dimidia, cōſequetur legitimam in totū, ſiue mortis tēpore filios alios habeat, aut filias, ſeu nepotes, ſiue non habeat? De iure tamen cōmuni cum filia non poſſet nubere ſine conſenſu patris in principio inſtit. de nuptiis, poterat exhæredari, vt communiter DD. & tradit Suar. *tit. de los caſamientos, n.29.* conſequēter pater poterat ei dotē denegare, ita Bald. communiter receptus *in l. fin. n.11. C. de dotis probibit.* Nihilominus de iure canonico permittente poſſe filias nubere abſque arbitratu patris, vt notat *gloſſ.1. in c. vlt. 32.q.2.* & habetur *in c. ſufficiat, 27.q.2.* quia pœnam non meretur, qui aliquid agit lege permittente, *l. Gracchus, C. ad l. Iul. de adult.* non poteſt filia exhæredari nubens ſine conſenſu patris, quia ius canonicum voluit matrimonia eſſe omnino libera, teſte Nicolao Papa *in cap. ſufficiat, 27. quaſt.2.* quo loco habes ibi hæc verba. *Sufficiat ſolus ſecundùm leges conſenſus eorum de quorum coniunctione agitur: qui ſolus ſi defuerit, cætera etiam cum ipſo celebrata fru-*

*ſtramur*, & ſcribunt Decius *in l. nuptias, num. 11. de reg. iur.* & Theologi omnes *in 4. ſent. diſt. 28. q. 1. art. 1.* inter quos optimè Dominicus Sot. quorum ſententia eſt recepta, *in l. 2. §. quod ſi in patre, n. 29. ff ſolut. matr.* & ibi Crott. Alciat. *in l. nuptias, & in l. 1. n. 57. & 92. ff ſolut. matr.* Boër. *deciſ. 130. n. 8* & clarius probatur ex *cap. cum cauſa, de raptor.* & hodie ex Concil. Trid. *ſeſſ. 24. c. 1.* hoc diffinitum eſt, & conſtat ex *d. cap. ſufficiat*, vbi ſolus conſenſus contrahentium requiritur, dictióque taxatiua excludit conſenſus aliorum; vnde conſiderato iure canonico pater poteſt cogi ad dotandam filiam nubentem ſine eius conſenſu ante 25. annum, ex *gloſſ. 1 in cap. fin. 32. q. 2.* & docet Alex. *conſ. 71. n. 7. lib. 2* & tradit Claudius *in l. 1 ff. ſol. matrim. col. 4.*

287. Non poterit tamen conſiderato iure canonico filia exhæredari ſi nubat ante 25. annum inconſulto patre, marito tamen digno, quia tunc non poteſt pater fateri ſibi iniuriam fuiſſe inuſtam, nec filia meretur pœnam, cùm permittente iure canonico nupta fuerit; cæterum de iure ciuili ſi nubat indigno, poteſt exhæredari cùm ex eo matrimonio ob indignitatem pater exiterit iniuria vſtulatus *l. 3. §. ſi emancipatus 1 ff de bon. poſſ. contr. tabul* non obſtante quòd valeat matrimonium ex permiſſione iuris canonici. Nihilominus ſecundùm ius ciuile ad delendam iniuriam poteſt pater filiam exhæredare, vt expreſse arguit Gloſſa *verb. excuſata, in fin. in cap. de raptorib 86. q. 1* & ibi Archid. quod putat probabilius Ripa *in d. l. 1. n. 59. ff. ſol matr* Guliel. *in cap. Raynut. n. 33.* Corraſ. *in l. qui liber, n. 100. ff de ritu nupt.* De iure tamen Luſitano etiamſi filia nubat digno, hoc eſt æquali viro, reputatur nubere indigno, quia pater honorabilius poterat eam alteri tradere in matrimonium, & ob id poterat exhæredari, ſi pater digniori eam poterat tradere, vt colligitur ex dicta ordinatione regia, *lib. 4. tit. 88. § 3.* Ita Barboſ. *4. p. n. 48. verſ quaſi ſi æquè digno. ff. ſolut matr.* Cald. Pereira *lib 1. quæſt forenſ. q. 18. n. 8* quia ex eo quòd nupſerit æquali inconſulto patre cenſetur nubere indigno; vbi nota ad incurrendã pœnam requiri, quòd matrimonium ſit copula perfectum. Vnde ſi pater ante conſummationem præſter conſenſum, eludetur pœna, teſte Suar. *tit de los caſamientos, n. 34.* poſt Anchar. *conſ 21. n. 5.* quæ pœna non procedit in filio contrahente matrimonium inuitis parentibus, etiamſi contrahat ante 25. annum; ita Barboſ. *vbi ſupr. p. 4, n. 33. verſ. nec obſtat quod filius.* Ratio, quia Authent. *vt cum de appell. cognoſcitur, §. aliud quoque*, & l. Luſitana *vbi ſupra*, & l. Caſtellæ *5. tit. 7. p. 6* non agunt de filio, ſed de filia, & cum res ſit odioſa, non debet comprehendere filios, vt in terminis tradunt gloſſ. *cap. Quintanallis, deſnreuur. verb. exhæredare*, Sylueſt. *hæreditas 2. q. 2.* & Alex. de Neuo *cap. 1. n. 9. de deſponſ. impub.* Menoch. *conſ 69. n 9* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verb. læſis, n. 32. & quæſt. forenſ. lib. 1. q. 18. n. 8. verſ. diſponit filium*, poſt Decium, & alios, quos refert, ac ſequitur ibi.

Dictum eſt filiam incurrere hanc pœnam exhæredationis quando nubit ante 25. annum, in quo caſu excuſatur pater à filia dotanda, vt bene Phebos *deciſ. 45. à princ. & n. 14* ſubdens hanc exhæredationem filiæ nubentis ante tempus nocere etiam nepotibus. Ambigi tamen poteſt, an requiratur quòd ſit annus 25. completus, ne, an
288. inchoatus? Placet eſſe completos ex Authent. *ſed ſi poſt, C. de inoff. teſtam.* ibi, *ſed ſi poſt vigeſimum quintum annum*, quæ verba complementum declarant, ita Franc. Aretin. *in l. ſi cui legetur, in princ. n. 1. de legat. 1.* Molin. *de iuſtit tom. 1. diſp. 176.* & conſtat ex *l. 1. tit. 7. p 6* ibi, *de manera que ella paſſaſſe de edad de 25. años*, & ex *l. noſtra, d. tit. 88. n. 1.* ibi, *ante vigeſimum quintum annum.* Conſentit Ægidius *in repet. l. Titia, p. 3. à n. 32. verſ. l. igitur*, ideo vt incurratur hæc pœna à nubente, ſeu peccante, exhæredaríque poſſit, exigitur, vt non habeat 25. annum completum, nec ſufficit inceptum habere, adeo, quod ſi deficiat dies vnus, incurritur pœna, quia nondũ compleuit 25. annum, Molin. *tom. 1. diſp. 176. verſ. obſerua tertiò*, & patet ex Authent, *ſed ſi poſt, C. de inoff. teſtam* ibi, *ſed ſi poſt viginti quinque annos*, Sanch. *lib 4. diſp 24 n. 9.* ideo ſemper incurret pœnam ſi nupſerit nondum exacto anno, vel ſi peccauerit in corpus ſuum.

Quæri poteſt adhuc, an exhæredari poſſit filia 289.
nubendo ante completum 25. annum viro ſatis digno, ſeu digniſſimo inconſulto patre? Reſpondetur ex *l. noſtra, d. tit. 88. n. 3.* poſſe exhæredari quoad dimidium legitimæ duntaxat, ſi nubit notoriè digniori, ac nobiliori, quã de patris ordine, vel matris nuberet; ideò ſi nubat digniſſimo, ſeu ſatis digno, ita vt pater poſſet illã etiam digniſſimo collocare, & eo amplius; dicendũ eſt poſſe à patre exhæredari, quoad totam legitimam; quia lex noſtra excuſat à pœna totius legitimæ, quando ipſa nobiliori nupſit, quam à patre nuberet, non tamen excuſat à pœna quoad dimidium legitimæ. Ergo quando illa nubit digniſſimo, & non amplius, patérque eam poterat tradere digniſſimo, cenſetur nubere æquè digno, & poteſt exhæredari ſine conſenſu patris nubens. Imò eſt ipſo iure exhæredata per legem regiam, eo quòd vt non ſit ipſo iure exhæredata, neceſſe eſt vt copuletur viro digniori, quàm pater ei poſſet dare, quaſi ſi nubat æquè digno, ipſo iure incidat in pœnam exhæredationis. Ita Barboſ. *in d. l. 1. 4 p. n. 48. verſ. & expendens.* Cald. Pereira *d. cap. 18. lib. 1. quæſt, forenſ. n 8. verſ. ponderandáque*, vbi reputatur indignus maritus filiæ, quando nubit æquali, ſempérque iudicatur dignior electus à patre.

Sed quæres, quæ nuptiæ reputentur indignæ? 290.
Reſpondemus illas, quæ non poſſunt celebrari ſine aliquo dedecore, ſeu infamia alterius contrahentis. Nempe, ſi ſponſus ſit aliqua infamia conſperſus, aut notatus turpitudine: vel ſit moribus corruptus, *l. ſed ex ea, ff. de ſponſal.* ibi, *indignum moribus, & turpem ſponſum*, & *l. nuptia, C. de nuptiis*, ibi, *Et ſi pares ſint genere, & moribus.* Vnde Bald. vocat perſonam indignam *in l. penult. C. de ſponſalibus*, cum qua non permittitur nuptias cõtrahere, qualis eſt perſona quæ habet impedimentum dirimens, quia nuptiæ debent eſſe conuenientes, de iure, & de facto, vt docet *gloſſ. ſingular. in l. ſi rogatus, §. matrimonij, in verbo, matrimonio, ff. de manumiſſ. vindict.* Sequitur Ioannes Lupus *in cap. per veſtras, de donation. inter vir. & vxor. notab. 3. §. 7. n. 4.* Item etiam dicitur indignus ſuſceptus ex patre ciuili, & mechanico reſpectu vxóris nobilis. Ideo ſi nobilis contrahat cum famulo, vel eius filio, copulatur indignè: ſicut diues ſi contrahat cum paupere, quia perſona indigna iudicatur ex bonis fortunæ, ex *l. iam dementia, C. de Epiſc. audien.* ibi, *qui ex genere eorum nobiliores.* Lege hac de rè Menoch. *lib. 4. præſ. 189. à n. 85.*

Huc accedit intelligentia legis noſtræ *d. tit. 88.* 291.
*in princ.* dicentis ſi filia nondũ completo 25. anno rem habuerit cũ homine, ipſo facto eſſe exhæredatam, & excluſam à ſubſtantia bonorũ parentũ. Quæſtio eſt, an ad hoc ſufficiat vnus dũtaxat congreſſus? Videtur negandum ex Auth. *vt cum de appell.*

prü. cognoſt. ibi, *luxurioſam degere vitã elegerit*, &
ex l. 5 tit. 7. p. 6. ibi. *Si ella biſiere vida de mala
muger, en puteria*, vbi tã Auth. quàm lex Caſtellæ
ex eadẽ deprompta loquuntur de filia exhæredã-
da, quæ vt poſſet exhæredari opus eſt, vt luxurio-
ſè viuat; ergo non ſufficit vnicus actus ad hanc
pœnam contrahendam, ſed neceſſe eſt vt ante 25.
annum degat vitam inhoneſtam. Ita Molin. *tom.* 1.
*tract.* 2. *de iuſt. diſp.* 176. *fol.* 1038. *ad fin.* Couar. *in c.
Raynut. de teſt. in initio, n.* 15. Greg. Lop. *in d. l.* 5.
*tit.* 7 *p.* 6. Nam, vt quis dicatur viuere luxurioſè,
oportet quòd habeat perſeuerantiam, & habitum
malè viuendi; vt notat Fabian. *in Auth. nouiſſima,
n.* 158. *C. de inoff. teſt.* & Mẽch. *de ſucceſſ. creat.* §. 20.
*à n.* 152. Confirmatur, quia non dicitur quis mer-
cator ex vnica negotiatione, ita Abbas *c.* 1. *de iud.
n.* 38. Anc. *c. vnico, de vit. & honeſt. cleric. in* 6. *n.* 1.
*poſt* 4. *notab. verſ. quæritur etiã*; & conſtat ex *l.* 1. §. 1.
*ff. de trib.* Accedit doctrina Lop. *p.* 1. *inſtruct. c.* 293.
dicentis legatum relictum ſub conditione viuendi
caſtè non deperdi per vnicum, vel alterum actum
tactuum impudicorum, ſed per frequentiam eo-
rum actuum, ita vt arbitrio boni viri fœmina re-
putetur impudica.

Dicendum eſt rationes propoſitas adhoc pro-
cedere ſecundùm mentem, & caſum Auth. *ſuperiùs
dicta.* & iuxta *l. Caſtellæ*; at verò in noſtro caſu de
iure Luſitano ſufficere ante 25. annum ſemel filiã
habuiſſe rem cũ viro, vt poſſit exhæredari. Ita Co-
ſta *in* §. *& quid ſi tantum, p.* 3. *n.* 112. *&* 142. Rebel.
*p.* 2. *lib.* 2. *q.* 14. *ſect.* 2. *n.* 17. Barb. 4. *p. l.* 1. *n.* 44. *verſ. per
contrariũ.* Ægid. *in repet. l. Titia, p.* 3. *n.* 42. *ff. de con-
dit. & demonſtr. & in tract. de iur. & priuil. honeſt.
art.* 7. *n.* 8. & deducitur ex Molin. *tract.* 2. *de iuſt.
diſp.* 176. *verſ. obſerua deinde*, de iure communi.
Conducit Bald. *in l. Titius, ff. de excuſ. tutor.* dicens,
ſi teſtator legatum relinquat vt caſtè viuat, ſemel
ſi inhoneſte agat, priuari legato, neque illud poſſe
repetere, ſi deinceps honeſtã degat vitam. Sequi-
tur Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 188. *n.* 12. quia non di-
citur caſtè viuere fœmina committens vnicam
fornicationem, per quam re ipſa violauit legem,
ſicut violatur votũ caſtitatis vnico actu cõtrario.

Accedit, quia vidua ſemel fornicans intra annũ
luctus amittit ſibi relicta à viro liberaliter, vt be-
ne probat Sanch. *lib.* 7. *de matr. diſp.* 90. *n.* 2. *verſ. at
re vera*, cũ multis ibi citatis, & Mantic. *de cõiect.
vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 19. *n.* 35. vbi ait, fœminam nõ
caſtè viuere, quæ non in vita ſtuprum cõmiſerit,
*l. ſtupr. ff. de ritu nupt.* addítq; nullo modo mulierẽ
propter ſtuprũ poſſe conſequi legatum relictũ ſub
cõditione ſi caſtè viuat, ſubdens nõ eſſe dubiũ etiã
amittere legatum ſub eadem conditione relictũ, ſi
pudicè, & honeſtè viuat, ſi patiatur tactus impudi-
cos ſponte ſua, quia per hos actus inhoneſtè viuit,
quamuis non luxurietur, nec turpitudine actuali
maculetur; & ſatis eſt, vt perdat legatum, ſi patia-
tur oſculari, vel turpiter tangi, cũ hæc ſint prælu-
dia ſtupri, ſeu fornicationis. Ita Bart. *in l.* 1. *cũ gloſſ.
ff. de extraord. crim.* Sequitur Paul. *in l. Titia*, §. *Ti-
tia cũ nubetet, n.* 142. *in verſ. quod autẽ de legatis.* 2.
Ex quibus conſtat filiam ante 25. annum ſemel
peccantem in corpus ſuũ eſſe ipſo iure exhæreda-
tã iure Luſitano *vbi ſuprà* conſiderato. Quæ di-
ximus hactenus de filiabus legitimis, quæ nubunt
ante 25. annũ, vel peccant in corpus ſuũ, poſſe ſci-
licet exhæredari à parentibus, intelligenda etiam
ſunt de filiabus naturalibus hominũ populariũ in
Luſitania, vbi ſuccedunt parentibus, habéntque
legitimas portiones, vt legitimi filij, quia hæc pœ-

*Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.*

na nõ imponitur filiabus legitimis ratione patriæ
poteſtatis, ſed ratione honeſtatis. Ita Barb. 4. *p. l.* 1.
*ff. ſol. matr. à n.* 42. & in ſpecie docet aliis *ibi* relatis.
Barboſ. Vimatan. *in remiſſ. ad l. reg. lib.* 4. *tit.* 88. §. 1.
*n.* 2. *in text. Alguam filhia.*

Non tamen inde inferas regulã generalẽ circa 292.
omnia legata relicta ſub cõditione viuẽdi caſtè ni-
mirũ, amitti per vnicũ actũ fornicationis. Nam in
primis ſi vxor legauit marito ſub ea cõditione viuẽ-
di caſtè, & ſemel inhoneſtè ſe egerit, nõ propterea
legato erit priuãdus, niſi per multiplices actus ar-
bitrio boni viri cẽſeatur vitã impudicã agere, quia
nec vxor ſpeciali nota, ſeu iniuria cõmaculabitur
ex vnico, vel ex raro actu impudicè cõmiſſo à viro,
niſi ex intentione vxoris legantis aliter expreſsè
conſtiterit. Secus ſi vir vxori leget ſub eadẽ cõdi- 293.
tione, quia ob vnicã fornicationẽ ſatis, ſupérque
maritus dehonoratur. Eodẽ modo ſi extraneus re-
linquat alicui fœminæ legatũ ſub cõditione viuẽ-
di caſtè, & pudicè, requiritur frequentia actuũ im-
pudicorũ, vt amittat legatũ, cũ nõ fiat tanta iniu-
ria leganti per vnicã, vel alteram fornicationem,
quanta fit marito, filiis, & conſanguineis, ſi fortè
ipſi legent, ſub ea conditione vxori, matri, vel cõ-
ſanguineis intra quartũ gradũ, Nauar. *in ſum. c.* 23.
*n.* 62. *in princ. & in ſumm. Hiſp. c.* 28. *addit ad n.* 67.
*c.* 23. & Henr. *lib.* 13. *de excom. c.* 56. *n.* 2. *in ſcholiis,
litera V.* Idcirco deperditur legatũ per vnicũ actũ
contra caſtitatẽ ab vxore admiſſum. Ita Couar. 2.
*p. epitome, c.* 6. §. 8. *n.* 17. *verſ. vndecimò.* vbi ait tene-
ri illã ad reſtituendũ. idem Nauar. *c.* 25. *n.* 65. quod
admittunt in vtroque foro, Bart. *in proœmio, ff. ve-
teris, n.* 10. Coſta *in c. ſi pater, de teſt. in* 6. *p.* 1. *verb.
legauit, n.* 39. Ratio, quia in his legatis attẽdẽda sũt
verba ſecũdũ proprietatẽ germanã, itẽq; cõſiderã-
da eſt qualitas perſonę legãtis, & perſonę legatarij.

Controuerti poteſt an filia ſemel peccãs in cor- 294.
pus ſuũ, vel legataria ſi redeant ad meliorẽ frugẽ,
excuſentur à pœna à lege, vel ab homine impoſi-
ta? Dico primò de iure cõmuni ſi filia poſtea emẽ-
detur nõ poſſe à patre exhæredari. Ita Ripa *in l.* 1.
*n.* 71. *ff. ſol. matr.* Corraſ. *in l. qui liberos, n.* 101. *ff. de
ritu nupt.* imò ſi voluerit nubere poſtea, pater te-
netur eã dotare, ne defectu dotis matrimoniũ im-
pediatur, fauet *c. inter opera. de ſponſ.* ita Bened. *in
c. Raynut. in verb. dotem quam ei dederat, n.* 40. Si-
militer non poteſt exhæredari ſi patri reconcilie-
tur ante exhæredationem. Ita Claud. *in l.* 1. *col.* 5. *ff.
ſol. matr.* poſt Bart. *in l.* 3. *fin. ff. de adimend. legatis.*

De iure tamen noſtro hoc non procedit cũ fi-
lia eo ipſo ſit exhæredata, & ſẽper emendatio, ſeu
reconciliatio ſi fiant, euenient poſt exhæredatio-
nẽ, & non antea; proinde etiã de iure cõmuni, ſi
emendatio, ſeu reconciliatio veniant poſt exhære-
dationẽ iam factã nihil proderunt. Ita Couar. *in c.
Rayn. n.* 17. Secundũ quod ius patet etiãſi filia pœ-
niteat, nõ tenetur eã dotare, ſicut tenetur in termi-
nis iuris cõmunis, quamuis minorẽ dotem pater
debeat conſtituere, cùm eius conditio ſit diminu-
ta, ſcribit Alex. *l.* 1. *n.* 33. *ff. ſol. matr.* Abb. *in conſ.* 115.
*in princ. verſ. attamen duo, lib.* 2. quos refert, ac ſe-
quitur Mãtic. *de tacit. & ambig. lib.* 12. *tit.* 16. *n.* 14.
cùm non ſit ipſo iure communi exhæredata, ſed
exhæredanda, at de iure noſtro non prodeſt illi
pœnitentia, Rebell. *d. ſect.* 2. *num.* 17. *&* 22.

Quoad legatariam etiã placet non recuperare
legatum amiſſum propter fornicationem contra
cõditionem in legato additam, quamuis deinceps
caſtè viuat. Ratio, quia extinctum fuit legatum
deficiente conditione caſtè viuendi. Ita Menoch.

*de præſumpt.lib.4.præſumpt.*188.*n.*12. Et probatur ex legato relicto vxori, dum fuerit vidua, quod extinguitur ea nubente, itaut non reuiuiſcat legatum mortuo hoc marito nouo, vt tradit Bertachin. *in ſuo repert.litera V.verb.vxor vſufructuaria, verſ.vxor vſufructuaria, donec caſtè*, quibus accedit Bero.*conſ.*30.*n.*2.*lib.*2.Bald.*in d.l.Titius,ff.de excuſ.tutor.*Alberic.*in l.vlt.n.*2.*C.de indicta vidu. tollend.* & Caſtr.*ibi n.*3. quia intelligitur legatum relictum mulieri perſeueranti in caſtitate, ſeu viduitate reſpectiuè, ideo ea nubente ceſſat legatũ; ſicut quando relinquitur vxori, dum caſtè vixerit, ita Ruin.reſpondet poſt Bald.*conſ.*170.*n.*6.*lib.*3.

295. Hoc loco placet addere, an liceat filiabus nubẽtibus ante 25. annum inconſulto patre, vel peccãtibus in corpus ſuum negare alimenta? Pars negatiua ex eo probatur, quia alimenta ad congruam ſuſtentationẽ debita non tolluntur ex quacumque cauſa, cum debeantur de iure naturæ, niſi cauſa talis ſit ex qua filia necari potuiſſet, ſed cauſa nubendi non eſt adeo grauis; ergo non eſt tanta pœna filia nubendo punienda, cùm ex ſentẽtia multorum poſſit ſine metu pœnæ nubere, vt tradit Barboſ.4.*p.l.*1.*n.*38. Sanch. *de matr. diſp.*26.*n.*16. *lib.*4. dicens, ſi nubat ſine conſenſu patris digno, teneri patrem dotare, quia rem patris vtiliter geſſit; ergo licet in modo nubendi deliquerit, non excuſatur pater ab ea dotanda, & conſequenter à præſtatione alimentorum; cum valeat argumentum a dote ad alimenta.

Pars tamen affirmans non deberi alimenta ad congruam ſuſtentationem, ſed ad vitam præciſè neceſſaria, eſt multo probabilior, & in praxi admittenda, tam in iudicando, quàm conſulendo, quia exhæredandi poteſtas facit facultatem priuandi filiam legitima, quæ legi humanæ ſubeſt, & à lege poteſt auferri, vt tradit Mench. *de ſucceſſ. creat.*§.20.*lib.*2.*n.*296. non tamen poteſt hæc poteſtas tollere alimenta, quæ ad præciſam neceſſitatem conſeruandæ vitæ pertinent, cùm priuatio horum alimentorum adæquet capitalem pœnam, Vide Zeual.*q.*11.Barboſ.*n.*45.*vbi ſuprà*, & Couar. *in epitome*, 2.*p.c.*8.§.6.*n.*17. cùm non ſit conueniẽs obligare parentes, niſi ad alimenta præciſè neceſſaria, propter æquitatem naturalem. Ita Gutier.2. *pract.q.*1.*n.*5. Veractuz 3.*p.ſpeculi, art.*20.Lud.Lopez 1.*p.inſtruct.in nou.edit.c.*294.§.*ſequitur, & alia quæſtio*, & alij, quos ſequitur Sanch.*d.diſp.*26.*n.*19. *lib.*4. atque ita fuiſſe iudicatum in ſupremo Senatu Luſitano tradit Gabr.Pereira *deciſ.*10.*n.*11. De hac re dixi, *p.*3.*lib.*1.*diſp.*2.§.1.*n.*113.*&* 114.

## EPITOME.

296 *Vtrùm parentes viuendo luxurioſè poſſint exhæredare filias peccantes in corpus ſuum, vel nubentes ante* 25.*annum.*

297 *Vtrùm filiæ viduæ nubentes ſine conſenſu patrum, vel poſt* 25. *annum incurrant in aliquam pœnam.*

298 *Vtrùm leges ciuiles prohibentes matrimonia clandeſtina ſint valida.*

299 *An principes ſæculares tam fideles, quam infideles poſſint impedimenta dirimentia matrimonium ſtatuere.*

300 *Principes ſæculares vtrùm poſſint cogere ad matrimonium ſuos ſubditos, & ſupplere eorum conſenſum.*

296. NOn abs re ſequitur quæſtio an parentes viuẽdo luxurioſè poſſint exhæredare filias nubentes ante 25. annum inconſulto patre, aut peccãtes in corpus ſuum? Dicendum eſt patrem poſſe filiam exhæredare, quia nõ vituperatur ita viuere in viro, ſicut in fœmina. Ita Molin.*tom.*1.*tract.*2. *diſp.*176.*fol.*1039.*verſ.Couar.* quam partem etiam tradit idẽ Couar.*in c.Raynus.de teſt.in initio, n.*15. Tiraq.*in l.*1.*connubial.n.*45. vbi id exẽplis probat; ſequitur Iaſ.*l.in arenam, C.de inoff.teſt.* Mench. *de ſucceſſ.creat.p.*1.*lib.*1.§.10.*n.*10. & alij. Nã quamuis pater ſit impudicus, non propterea priuatur poteſtate exhæredandi, nec filia deſinit inferre iniuriã patri, ſicut non licet vxori eſſe impudicam, etiãſi maritus ſit inhoneſtus, quo non obſtante poteſt occidi impunè à marito vel ſaltem accuſari, ſi deprehendatur in adulterio, ex *l.ſi vxor*, §. *ſi index, iuncta gloſſ.ff.de adult.* cum impudicitia ſit turpior multo in muliere, quàm in viro.

Secus dicendum eſt de matre meretrice, & impudica, hæc enim filiam impudicam non poteſt exhæredare, ita ſcribentes *in l.arenã, per text.* ibi, *C.de inoff.teſt.* & Bald.*in l.ſi filiam, eod.tit.* quia ſexus fœmineus impenſiùs, quàm maſculus debet colere caſtitatem. Tiraq. *vbi ſuprà, n.*45.6.*hoc idẽ, verſ.propterea*, Fernand.Arias *in l.*47.*Tauri, n.*58. Fabian.*in Auth.nouiſſima, vbi ſupra, n.*157. Couar. *in c.Raynus.eod.n.*15.*de teſt.* niſi mater ſit iã emendata, & ad meliorem frugem reducta, tunc poterit exhæredare filiam. Ita Bald.*in l.ſi filiam, C.de inoff. teſt.* Hippol.*in l.vni.C.de rapt.virg.* Mench.*de ſucceſſ.creat.*§.10.*n.*610. Ratio, quia iam nõ eſt mater in pari turpitudinis cauſa, Cald.Pereira *in comm. ad* §.*ſoror, n.*31.*inſt.de inoff.teſt.* & Ægid.*in repet.l. Titia, p.*3.*n.*38.*&* 41.*& de iur.& priuil.bon.art.*7. *n.*11. ex Mench.*d.*§.10.*n.*600. vbi reſtringunt matrem poſſe exhæredare, dummodo ſit iam correcta. Sãch.*de matr.lib.*4.*diſp.*24.*n.*8. vbi docet ſatis eſſe ad exhæredandam filiam matrem eſſe emendatam tempore quo condidit teſtamentum, poſt Mench.*vbi ſuprà, n.*611. contra communẽ aſſerentẽ ſatis eſſe tempore mortis, eſſe correctã; neque hoc diſplicet multis, cùm ſemper attendendum ſit ad vltimũ ſtatũ perſonę, ita Greg.Lop.*l.*5.*verb.deſheredar, tit.*7.*p.*6. poſt alios quos ibi referẽs ſequitur.

Huic affinis ſequitur dubitatio an vidua nondũ ad 25. annum perfectè perueniens poſſit exhæredari, ſi ſtuprum committat, vel ſecundo nubat inconſulto patre, ſeu matre? Inclinant Barb.4.*p.l.*1. *n.*42.*ad fin.verſ.quare etiam, ff.ſol.matr.* quia eſto filia vidua ſit emancipata de iure Luſitano, per primũ matrimoniũ, *lib.*1.*tit.*87.*n.*5.*& lib.*4.*tit.*97. *n.*19. Nihilominus æquũ eſt, vt vidua non tranſeat ad ſecundas nuptias ſine conſenſu parentũ, per *l. vidua, l. in coniunct.C. de nupt.* ſequitur expreſsè Ægid.*tract. de iur. & priuil. bon.art.*7. *n.*9. *&* 10. aſſerens legem Luſitanam etiam ad viduas minores 25. annis eſſe extendendam, ſi ſtuprum committant, vel nubant renitentibus parentibus. 297.

Ego tamen oppoſitũ puto, ſi nubat vidua digno, vel ſtuprũ ſit occultũ, & nõ poſſit probari in foro externo, quia tunc non ſit iniuria digna tam graui pœna id faciendo inconſultis parentib. Ita Rebel. *p.de inſtit. lib.*2. *quæſt.*14. *num.*30. *verſ. tertiò notandum.* Ratio, quia cùm lex Luſitana ſit pœnalis, non eſt extendenda, ſecundùm meliorem ſententiam, extra caſum proprium; cùm ergo non loquatur lex niſi de primis nuptiis, vel de ſtupro ante 25. annum, & non loquatur de ſecundis nuptiis, nec de ſtupro à vidua commiſſo, pœna odioſa non eſt imponenda, vbi in iure expreſsè non eſt, *cap.*

in

in 6. Sayr. *in claui, lib. 8. cap. 3. de l. pœn. à num. 9. fol. 171.* Garcia *de beneficiis verbo, conſtitutio pœnalis, 9. cap. 10. §. 2. num. 205. & 206.* & colligitur aperte ex traditis à Suario *de legib. lib. 6. cap. 3. num. 4. vſque ad* 10. & expreſsè Sanch. *in præcepta Decalogi, lib. 2. cap. 28. num. 4. & 5.* vbi tradit non eſſe extendendas pœnas exorbitantes à regulis iuris communis extra caſus expreſſos. Ideo cum lex Luſitana de ſupradictis caſibus non faciat mentionem, non eſt exhæredanda filia vidua propter crimina ſuprà dicta, etiamſi ſtuprum eſſet probabile in foro externo. Ratio, quia, vt dixi, pœna priuationis non inducitur niſi in caſibus iure expreſſis, vt eſt text. *in Authent. de non eligendo ſecundo nubentes, §. cum igitur, collat. 1.* Tiraquel. *in l. ſi vnquam, C. de reuocand. donatio. verbo, reuertatur, num. 207.* Roland. *conſ. 27. n. 14. vol. 1.* & tradit Peralta *in l. 3. §. fideicommiſſam, ff. de hæred. inſtit. num. 87.* quibus poſt multos adhæret Sanch. *lib. 10. diſp. 4. num. 12.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. centuria 3. caſu 276. per tot.*

Ex dictis ſequitur filiam peccantem in corpus ſuum, vel nubentem poſt 25. annum inconſulto patre non poſſe exhæredari, ſiue digno, ſiue indigno nubat, tam de iure Cæſareo, quàm Luſitano. Probatur ex Authent. *Sed ſi poſt, C. de inofficioſ. teſtam.* Imò poteſt cogere patrem in pœnam differendi nuptias tanto tempore, vt ſibi congruam dotem conſtituat, quantumcumque nupſerit eo inconſulto. Ita Campegius 1. *p. de dote, quæſt. 13.* Benedict. *in cap. Raynut. verſ. dotem, quam ei dederat, num. 34.* Gloſſ. & ibi Atchid. *in cap. de raptorib.* Rebell. *d. quæſt. 14. ſect. 14. num. 2.* Cald. Pereira *in quæſtionib. forenſ. quæſt. 18. n. 7.* & alij, quos refert, ac ſequitur Vimaranenſ. *in remiſſ. ad tit. 88. lib. 4. §. 1. n. 1. in text.* ibi, *antes de terminte, & ſinco annos*; ſi tamen nubat ſeruo ſine patris conſenſu poſt 25. annum, exhæredari poteſt propter ſpecialem iniuriam parentibus, & cognatis ex eo matrimonio illatam, vt conſtat ex d. Authent. & tradit Barboſa *d. 4. l. 1. ff. ſolut. matrim. n. 32.* per verbum præfatæ Authen. ibi, *libero*; ergo à contrario ſi nubat mancipio exhæredabitur, quidquid in contrarium affirmet Palat. *in repet. cap. per veſtras, 3. notab. §. 16. n. 2. pag. 207.* Nam quamuis hodie matrimonium cum ſeruo validè celebrari poſſit, *cap. propoſuit, de coniugio ſeruorum*, nihilominus propter iniuriam irrogatam parentibus nubens ita poteſt exhæredari.

138. Sed quid dicendum ad *l. 49. Tauri*, quæ eſt prima *tit. 1. lib. 5. ordinam. in regno Caſtellæ*, vbi contra contrahentes matrimonia clandeſtina, & contra mediatores, & teſtes, imponitur pœna confiſcationis bonorum ipſo iure, atque exilij perpetui, itemque pœna exhæredationis, quam parentes poſſunt exercere in filiam clandeſtinè nubentem? Dico primò matrimonium clandeſtinum vno de tribus modis poſſe contrahi. Primo coram parocho vel alio ſacerdote de illius licentia ſine teſtibus. Secundo coram teſtibus ſine parocho, nec alio ſacerdote de illius licentia. Tertio coram parocho, & teſtibus, non facta priùs ſolemni denunciatione in Eccleſia parochiali per presbyterum vtriuſque contrahentis.

His poſitis Panorm. & alij *in c. 3. de ſponſ. 2. col. 7. & 8.* placet leges ciuiles de matrimonio diſponentes nullius eſſe momenti. Sequitur Roder. Suar. *in l. 1. tit. 1. lib. 5. ordin. fol. 63. col. 2. q. 1.* & Alexand. *in l. Seius Angerius, ff. ad l. falc. col. 2. n. 4.* Veracruz *3. p. ſpeculi, art. 20. concl. 3.* dicens expreſsè Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl. huiuſmodi leges eſſe inualidas, de quibus etiam, earúmque valore Couar. *in epitome, 2. p. c. 6. initio, n. 20. & 21.* maximè dubitat. Nihilominus eſſe validas eſt probabilius, non ſolùm de iure ciuili, ſed etiam de iure canonico. Ita Ant. Gom. *in d. l. 49. n. 2. verſ. Sed his non obſtantibus*, vbi id copiosè probat ex communi ratione, quia lex ciuilis nihil decidit circa ſubſtantiam matrimonij, ſed procedit coadiuuando, vt meliùs ſeruetur ius canonicũ. Cum ergo Eccleſia maximè abhorreat matrimonia clandeſtina, eáque puniat grauiter, bene poteſt princeps validè condere leges, quibus etiam plectantur præuaricatores. In quam etiam ſententiam inclinat Greg. Lop. *l. 10. verbo, puede, ad finem, tit. 1. p. 4.* Menoch. *de arbitr.* expreſsè tradit *lib. 2. cent. 4. caſu 398. n. 47.* Burgoſ. de Pax *conſ. 20. n. 11.* vbi ait ſe vidiſſe huiuſmodi leges obſeruatas in ſupremo, & in Pinciano Concilio. Eiuſdem ſententiæ ſunt Marienzo, *lib. 5. recopil. tit. 1. l. 1. gloſſ. 7. n. 4.* Salzedo *addit. ad reg. 198. Bern. Diaz*, Barb. *l. 1. l. 1. p. 4. n. 38. ff. ſol. matr.* Henriq. *lib. 11. de matr. c. 6. n. 2. ad fin.* Rebel. *q. 14. vbi ſuprà, ſect. 2. n. 20. verſ. quarta concluſio*, dicens habere locum etiam contra filias clandeſtinè nubentes vltra 25. annos, auctore Soto *in 4. diſt. 29. q. 1. art. 4. ad 4.* Ergo dicendum eſt poſſe principes ſæculares condere leges punientes matrimonia clandeſtina adiuuando leges Eccleſiaſticas, cum id faciant pariter pro reipublicæ gubernatione, nec ſe intromittant circa ſubſtantialia matrimonij, ſed circa incommoda, & propter damna vitanda, quæ ex matrimonio clandeſtino oriuntur.

Factioſa tamen quæſtio eſt, an hodie habeant locum pœnæ ſuprà dictæ, quando matrimonium clandeſtinum nulliter contrahitur, vt in Trident. Conc. *ſeſſ. 24. c. 1. de matr.* quidam affirmant pœnas eſſe in viridi obſeruantia etiam quando clandeſtinum eſt nullum, quia grauiùs peccant hodie contrahentes clandeſtinè, quàm priſcis temporibus, cum olim clandeſtinum erat validum, quamuis vetitum, hodie verò vetitum, & inualidum; ideo quamuis ſit nullũ quoad commodum contrahentium, pœnæ ſtabũt quoad eorum incommodum, *l. peto, §. fratrè, ff. de leg. 2. l. pater, §. fili, & §. ſeq. ff. de leg. 3.* Bart. *in l. non dubium, col. 3. verſ. oppo. quod ſecundum, C. de leg.* proinde contrahentes etiam nulliter pro eo facto debent puniri *c. ſi relig. in princ. de elect. lib. 6.* Tiraq. *de retr. §. 1. gloſſ. 9. n. 42.*

Eò, quia factum, & animum iniquum eam pœnam conſtat mereri propter damna ex matrimonio clandeſtino ſequuta, quamuis iuris effectus ſit irritus, idem Tiraq. *§. 26. gloſſ. 2. n. 8. per text. in d. l. peto, & in d. l. pater*, quos expendit Corn. *conſ. 243. circa primum, col. 1. lib. 3.* Domin. *in dicto c. ſi relig. in vlt. notab.* Probatur exemplo clerici in minoribus habentis beneficium, qui ſi contrahat matrimonium, quod poſtea nullum reperiatur ex impedimento dirimente, non poteſt regredi ad ſuum beneficium propter factum, vt ait Io. And. *in c. 1. extra, de cler. coniug.* & *in cap. Ioãnes, eo. tit.* Anch. *conſ. 34. in hac cauſa, col. 3. verſ. nam, & alibi*, ſicut punitur renuncians beneficio ſimoniacè, quod quãuis fiat nulliter ex *c. ſuper hoc de renunc.* valet tamen in detrimentũ renunciantis per gloſſ. *in c. ſuper hoc*, citato, *in verb. pecunia*, & notat Panorm. *in c. cum vniuerſorum, de rerum permutatione*; ergo delictũ contrahentium clandeſtinè, quamuis nulliter, pœna legali puniri poteſt, vt tradit Mol. *lib. 2. de prim. c. 16. n. 18. & 19.* Gut. *2. pract. q. 4. n. 7. verſ. Quid tenẽdũ*, vbi ait In pũcto iuris videri hāc

partem veriorem; addens poſt Concilium Tridentinum contrahentes clandeſtinè incidere in excommunicationem ſynodalem, quod etiam docet Nauar. *in ſumma Hiſpana, cap. 28. additione* 1. *ad num. 70. cap. 22.* quæ incipit, *perguntan ſi ſeran deſcomulgados.* Veiga *lib. 6. ſumma, caſu* 104. Henriquez *lib. 11. de matrim. cap. 5. num. 6.* vbi ait, incurri excommunicationem ſynodalem, quem ſequitur Manuel 1. *tom. ſumma, 2. editione, cap. 221. num.* 1. vbi de excommunicatione fatetur, quia quamuis non teneat matrimonium, tenent tamen pœnæ, vt notat Fulgoſ. *in l. non dubium, col.* 10. *C. de legib.* Paul. *ibi num.* 9. Iaſon etiam *num.* 9. quam Flamin. vocat communem, *de reſignatione, lib. 7. quæſt. 1. num. 23.*

Alij tamen probabiliùs negant ob matrimonium clandeſtinum nulliter contractum incurri pœnam aliquam, ſed poſſe delinquentes puniri pœna extraordinaria. Probant ex Concilio Tridentino *ſeſſ. 24. cap. 1. præcipiente,* vt clandeſtinè nulliter contrahentes arbitrio iudicis puniantur, ex quo loco colligunt ceſſaſſe pœnas olim impoſitas clandeſtinis nuptiis. Item, quia huiuſmodi pœnæ antiquæ poſitæ erant matrimonio clandeſtino vetito, attamen valido. Nunc verò tale matrimonium eſt omnino nullum; ergo pœnæ antiquæ non procedunt erga illud, nec matrimonium clandeſtinum illud, hodie eſt matrimonium. Cùm igitur atroces pœnæ non habeant locum niſi in caſibus iure expreſſis, vt dictum eſt ſuprà, pœnæ non habebunt locum, niſi cum nuptiæ clandeſtinæ ſuſtinentur; atque ita *d. l. 49. Tauri,* non procedit in matrimonio clandeſtino nulliter contracto, neque pœnæ ibi contentæ habent locum, cùm actus ſit nullus quoad factum, & iuris effectum: & quod nullum eſt, nullum producit effectum, *l. 1. §. condemnatum, ff. de ſentent. & re iudicata.* Quod probat Tiraquell. variis exemplis *gloſſ. 8. poſt leges connubiales, num. 205.* argumento mulieris vendentis emphyteuſim, ſine conſenſu mariti, quam excuſat a caducitate, quia verbum *vendendi* complectitur validam venditionem ad effectum contrahendi caducitatem, non verò comprehendit venditionem nullam ex defectu ſolemnitatis, ſicut iudex ferens ſententiam nullam, non facit litem ſuam, vt notat gloſſ. *in l. vltim. in principio, ff. de var. & extraordinar. cognit.* Eodem etiam modo minor ſi vendat ſine decreto iudicis feudum, non propterea perdit ipſum, cùm venditio fuerit nulla. Ita Bald. *conſ. 9.* Factum tale eſt, anno Domini, *col. penult. lib. 2.* idem Bald. *in l. ea quidem. in 2. notab. C. ſi mancip. ita fuerit alien. ne vaneat.* quia fruſtatorium factum pœnam efficaciter non committit, cum ex nihilo nihil ſequatur. Item, quia verba ſtatuti aliquid ſub pœna præcipientis, vt comprehendant delinquentes debent intelligi cum effectu, *l. 1. §. hæc verba, ff. quod quis iur.* Bald. *in l. vltim. §. in computatione, C. de iure delib.* vbi docet ſtatutum eſſe intelligendum de inſtrumentis efficacibus, non verò de nullis per *l. ſi quis aliquid, §. teſtamentum, ff. de pœnis.* Subdens id, quod caret effectu, nomine etiam carere ſecundùm text. *in l. cum precibus, C. de probationibus.*

Ex quibus manet probata pars, negans habere locùm legem 49. *Tauri,* circa pœnas impoſitas contrahentibus clandeſtinè nulliter, ſed dumtaxat quando clandeſtinum eſt validum. Ita Molin. *tom. 1. tract. 2. diſp. 176. fol. 1040. verſ. obſerua,* & expreſsè Spino *in ſuo ſpeculo, gloſſ. 15, num. 74.* dicens conſiderato Concilio Tridentino ſi matrimonium contrahatur validè, omiſſis tamen renunciationibus reputari clandeſtinum, & in eo caſu habere pœnas dictæ legis, quod etiam tradunt Couar. *in epitome, p. 2. cap. 6. in principio, num. 17. & in cap. Raynus. num. 20. de teſtamentis.* Sotus *in 4. diſt. 29. quæſt. 1. art. 4. col. 5.* Barboſa *d. l. 1. p. 4. à num. 39. ff. ſolut. matrim. verſ. quod ſi tantùm.* Gutier. *practic. quæſt. 4. num. 8. & 9.* vbi ait matrimonium eſſe clandeſtinum celebratum coram parocho, & teſtibus, omiſſis tamen denunciationibus publicè fiendis in Eccleſia inter miſſarum ſolemnia. In quo matrimonio clandeſtino addit habere locum pœnas dictæ legis regiæ, non verò quando eſt clandeſtinum omnino nullum, lege illum, *vbi ſuprà, verſ. his tamen non obſtantibus,* quia cùm clandeſtinum nulliter contractum, quamuis ſit grauius delictum, quod ibi committitur; attamen cum ſit inualidum, pœnæ impoſitæ ab ipſa lege non illud attingunt, quod etiam exprimunt Manuel *tom. 1. 2. editione, cap* 221. *n.* 1. Henriquez *vbi ſupra, num. 6.* Ludou. Lopez *p. 2. inſtructory, de matrim. cap. 39. §. præterea, & c. 34. ante ſolutionem, ad 1. & cap. 294. §. ſequitur & alia quæſtio, 1. p. inſtructory in 2. editione,* dicentes contrahentes clandeſtinè, nulliter tamen, ligari excommunicatione ſynodali, non tamen poſſe exhæredari, iuxta traditionem Baldi *in l. 2. C. de Epiſcopali audientia,* quam ſequitur Tiraquell. *in l. bones, §. hoc ſermone, 1. limitatio, ff. de verbor. ſignificatione.*

299. Huc etiam vergit illa dubitatio, an poſſit princeps ſæcularis ſuis ſubditis impedimenta in contractu matrimoniali introducere? Dicendum eſt principes infideles poſſe; quia cum non ſint ſubiecti conſtitutionibus Eccleſiaſticis, & matrimonium, vt contractus ciuilis purè ſubſit iuriſdictioni eorum, bene poteſt infidelis princeps leges condere, quibus obliget ſub certa ſolemnitate ſubditos contractum matrimoniale celebrare, impedimentáque imponere, vt ſi aliter copulentur, irrita ſint matrimonia. Ita Nauar. *in man. cap. 22. num. 48. argumento, cap. final. de diuortiis, & cap. de infidelibus, de conſanguinitate, & affinitate,* idem Nauar. *conſ. 2. num. 5. de conuerſione infidelium, lib. 3. in 2. editione.* Henriquez *lib. 12. de matrim. cap. 1. n. 5.* Sotus *in 4. diſt. 39. art. 1. quæſt. 1* & Sà *in ſumma, verbo, matrim.* vbi de impedimentis dirimentibus, *num. 18.* Veracruz *p. 1. ſpecul. art. 32. improb. 2. 8. concl.* Lud. Lop. *2. p. inſtructory, cap. 52. de matr. col. 3. notab. 1.*

Eodem modo princeps ſæcularis fidelis ſubditis ſibi infidelibus poterit inducere impedimenta, quæ dirimant matrimonia. Ratio, quia matrimonium infidelium eſt contractus merè ciuilis, & ſicut infidelis princeps poteſt impedimenta indicere, ſic etiam poteſt princeps fidelis reſpectu infidelium. Ita Ledeſma *2. p. 4. quæſt. 161. art. 2. col. 3.* Probatur, quia inter paganos matrimonia celebrata cum ſint tantummodo contractus iure naturali initi, humaníque, poſſunt auctoritate principis celebrari; quin imò eadem auctoritate ſi cauſa iuſta ſubſiſtat, mutari, & variari. Ita Azor. *1. p. inſtructor. moral. lib. 6. cap. 1. §. quartò quæritur, verſ. quæres deinde, & 2. p. lib. 5. cap. 2. §. item obiicies,* dicens matrimonium quando non eſt ſacramentum, ſed contractus, nempe inter paganos ſubeſſe legibus principis ſæcularis, qui poteſt inducere impedimenta, vt de facto inducta fuerunt, quod conſtat ex *l. 1. C. de interdicto matrimonio,*

&

*& l. ſenatum, ff. de ritu nuptiarum, & l. Papia, ff. eo-*
*dem, & l. ſi libertam, C. de nuptijs*, vbi Senatus con-
ſulti auctoritate matrimoniũ prohibebatur inter
pupillam, & filium tutoris, & inter ſenatores, vel
eorum liberos, & libertas, aut alias abiectæ con-
ditionis fœminas. Henriquez *vbi ſuprà, lib.12.*
*cap.1. num.5. verſ. princeps infidelium*; addit poſ-
ſe ſimilia impedimenta ſtatuere, ne matrimonia
contrahantur, niſi ſub certa forma, ac ſolennitate;
quod ſi aliter celebrentur, ſint irrita, vt cæteri
contractus irritantur, niſi ſeruetur forma à lege
conſtituta. Vide D. Thom. *lib.3. de regimine prin-*
*cipu, cap.14.* & Victor. *relectio. de matrim. part.2.*
*num.12.*

Inter catholicos princeps fidelis conſiderata
rei natura, poteſtateque ipſius, poteſt ſtatuere
impedimenta matrimonij prout eſt contractus ex
cauſa iuſta. Ita Azor. *d. cap.1. num.5. & in com-*
*memo littera T. & cap.13.* §.1. vbi ait, principem
infidelem ex genere, & natura ſuæ poteſtatis poſ-
ſe ſuis legis imponere impedimenta, quæ iure na-
turæ dirimant matrimonia, ſicut poteſt alios con-
tractus dirimere, atque in illis diſpenſare; ergo
quod infidelis poteſt inter ſuos, non negandum
principi fideli, cùm illius poteſtatis ad bonum
regimen totius Reipublicæ, & ad ſocietatem ſuo-
rum in pace, ac tranquilitate conſeruandam ſit
inſtituta. Eiuſdem ſententiæ ſunt Victoria *vbi ſu-*
*prà, n.12.* vbi plenè de hoc Bellarm. *lib.1. de matr.*
*cap.32. ad fin.* Petr. de Soto *lect.4. ad fin. de ma-*
*trimonio*, & alij dicentes poſſe principem fide-
lem reddere perſonas habiles, vel inhabiles ad
contrahendum matrimonium, prout eſt contra-
ctus ciuilis, & conſequenter reddere nullum, ſi
non celebretur ſeruata forma ab eo conſtituta.

Nihilominus auctoritate Eccleſiæ interdictum
eſt principi fideli ne legibus ſuis ſimilia impedi-
menta ſtatuat, quia matrimonium ita eſt con-
tractus, vt inter fideles pariter ſit ſacramentum;
proinde Eccleſia id prohibet, reſeruatque ſibi
exercitium huius poteſtatis temporalis, quæ eſt
ſubdita ſpirituali, ideo leges contrarium deci-
dentes erunt irritæ, ac nullius momenti. Ita Vi-
ctoria, & Belarm. *locis citatis*, & Azor. *d. lib.5.*
*cap.1. verſ. item obycies.* Neque fas eſt principi
ſimiles leges condere poſt hanc reſeruationem,
cùm matrimonium fidelium ſit ſacramentum, &
illius cauſæ ad Eccleſiam pertineant, vt proba-
tur ex *cap. tuam de ordine cognit.* ita etiam nota-
tur in gloſſa *final. cap. ſi quis ingenuus 29. quæſt.2.*
Hoſtienſ. *in ſumma, tit. de ſecundis nuptys, ad fin.*
Turrecrem. *cap.130. quæſt.3. art.6. in ſolut. ad 1.*
*num.17.* & Couar. *4. decretal.2. part. cap.6.* §.10.
*num.6.* & alij negantes poſſe principem ſæcula-
rem ſtatuere impedimenta matrimonij.

300. Ex dictis ſequitur matrimonium eſſe nullum,
ſi contrahatur ſub forma, & ſolemnitate à princi-
pe inducta, non ſeruata ſolennitate Eccleſiæ;
poſſit tamen princeps cùm bono communi, cu-
ius est cultos, valde conducat, compellere ſub-
ditum, vt nubat alicui fœminæ, non tamen id
facere poſſit abſque expreſſo, & libero ipſius
conſenſu. Ita Henriquez *lib.11. de matrim. cap.1.*
*p.3. ad finem, & cap.6. num.7.* & Sanchez *l.2. de*
*matrim. diſp.27. num.3.* non tamen poteſt, nec
princeps, nec Eccleſia in matrimonio ſupplere
conſenſum, ſicut aliquando in aliis contractibus
ſupplere poteſt, quia matrimonium eſt de ſe per-
petuum, proinde diſſolui de ſe non poteſt, vbi
primum contrahitur, & multo fortiùs vbi pri-
mum conſummatur, ergo nec fieri abſque con-
ſenſu, nec ſuppleri repugnante contrahente, nec
coniuges mutuo conſenſu, matrimonium ſemel
contractum poſſunt diſſoluere; cum cæteri con-
tractus ex mutuo conſenſu diſſoluantur, ex eo
quia res per quas naſcitur cauſas, per eaſdem diſ-
ſoluitur, §. *final. Inſtituta quibus modis obligatio*
*tollitur*, quod fallit in matrimonio. Vnde quam-
uis princeps fidelis aliquando pro bono commu-
ni, & ex iuſta cauſa, poſſit impedire matrimonia,
non poteſt tamen cogere ad ea ſubditos, vt notat
Rebel. *2. part. lib.2. quæſt.14. num.19. verſ. vnde*
*cautè*; quod non prohibetur à Concil. Tridentino
*ſeſſ.24. cap.1.* præcipiente, vt fiant denuntiationes, 301.
ne contrahatur matrimonium, ſi ſubſint impedi-
menta; & *cap.9.* prohibuit principibus *eadem*
*ſeſſ.* ſub excommunicatione ipſo facto incurren-
da, ne directè, vel indirectè ſubditos ſuos cogant,
quominus liberè matrimonia contrahant, non
tamen eam incurrunt, ſi à matrimonio etiam
abſque cauſa retrahant. Ita Henriquez *lib. 11.*
*cap.6. num.5. verſ. magiſtratus*, Menoch. *conſ.69.*
*num.41.* vbi probat fas eſſe parentibus ſuaſioni-
nibus impedire filium, ne aliquam in vxorem du-
cat, vel ducat hanc potiùs, quàm illam, ſi cauſa
iuſta impediendi exiſtat. D. Thom. *3. part. in ad-*
*ditionib. quæſt.47. art. vltim. in reſponſione*, quem
ſequitur D. Sot. *in 4. diſt.19. quæſt. 1. art.4.* Dixi,
*ex cauſa*, quia, ea exiſtente, poteſt matrimonium
nondum inchoatum, verùm etiam iam cæptum
impediri, vt probatur ex *cap. requiſiuit*, & *ibi*
Gloſſ. & Abbas *num 4. de ſponſalib.* cùm poſſint
diſſolui ſponſalia ſubexiſtente cauſa rationabili,
etiam quando ſunt iurata, non obſtante, quòd
ſint initia matrimonij. Menoch. *vbi ſuprà, n.43.*
*& 44.*

---

## §. III.

### *Utrùm leges ſæculares comprehendant perſonas Eccleſiaſticas, & earum bona.*

EPITOME.

302 *Certum eſt in cauſis ſpiritualibus, ac merè Eccleſiaſticis clericos iure diuino non ſubeſſe iuriſdictioni laicæ.*

303 & 304 *An clerici in temporalibus ſint immunes à principe laico.*

305 *Perſonæ Eccleſiaſticæ non ſunt exemptæ ab obligatione legum ciuilium directiua, ideo tenentur ſeruare illas circa pretium rerum venalium.*

306 *Clerici tenentur ſub mortali ſeruare legem ne deferantur arma, ſeu frumẽtum extra regnũ.*

307. *Clerici deferentes arma prohibita, ſeu non prohibita, vetitis temporibus poſſunt illis ſpoliari à miniſtro laico.*

308 *Clericos eſſe immunes à principe laico probabile eſt iure diuino in cauſis temporalibus, probabilius tamen eſt priuilegio Summi Pontificis.*

309 *Clerici an comprehendantur lege principis condita circa gabellas.*

301 *Clerici in ſacris, Eccleſiaſticaque perſonæ ſunt immunes à gabellas, vrgente tamen neceſſi-*

 *tate,*

*tate, deficientibuſque laicis poſſunt contribuere conſulto Romano Pontifice.*

311 *Perſona Eccleſiaſtica de iure Luſitano, Monaſteria, Eccleſiæ, & Eremitæ ſunt immunes a gabellis.*

312 *Clerici negotiantes tenentur ſoluere gabellas, non tamen ſi ſemel, atque iterum negotientur.*

313 *Clerici ex cauſa neceſſitatis poſſunt negotiari etiam per ſe ipſos, per alios verò negotiari non prohibetur, non tamen decet.*

314 *Clericus non eſt negotiator vendens fructus ex ſuis bonis receptos, nec colendo agros proprios, vt fructus vendat.*

315 *Clerici non poſſunt emere arietes, & ſues, vt eos pinguiores reuendant, pullos equinos, vt eos cicuratos, & manſuetos vendant.*

316 *Clerici negotiantes non amittunt immunitatem à gabella ſoluenda antequam ter moneantur, quidquid aliqui contradicant.*

317 *Clerici defuncti bona ſi vendantur, an ſint obnoxia gabellis.*

318 *Clerici contrahentes ſocietatem cum laico an ſint exempti a gabellis pro rata.*

319 *Clerici deportantes merces an teneantur manifeſtare gabellarys ſub pœna commiſſi.*

320 *Gabellas indebitè imponentes clericis, eaſque ab eiſdem exigentes, incurrunt excommunicationem Bullæ Cœnæ.*

321 *Gabellæ non poſſunt præſcribi, nec introduci ius exigendi ab Eccleſiaſticis.*

322 *Clerici etiam parochi tenentur ſoluere decimas de bonis patrimonialibus ſitis in aliena parochia.*

323 *Bona affecta onere reali antequam deueniant ad Eccleſiam, tranſlata cum onere durant.*

324 *Gabella quando eſt onus impoſitum perſonæ ratione bonorum, an tranſeat ad clericos maximè, ſi ea bona fraudulenter transferantur in eos.*

325 *Clerici an teneantur in Luſitania ſoluere tributum iugationis.*

326 *Conductores fructuum Eccleſiarum an teneantur ſoluere gabellam de fructibus illis.*

327 *Emens à fiſco an gaudeat priuilegio immunitatis à gabellis ſoluendis.*

302. CONCORS eſt omnium ſententia in cauſis ſpiritualibus, ac merè Eccleſiaſticis clericos de iure diuino non ſubeſſe iuriſdictioni, ac poteſtati principis politici. Ratio, quia princeps ciuilis non habet iuriſdictionem ſpiritualem; ſed ea eſt penes principes, ac præſides Eccleſiaſticos, præſertim penes Summum Pontificem, nec poteſtas ſpiritualis eſt ſubordinata iuriſdictioni politicæ, imò hæc politica ſubiicitur ſpirituali poteſtati. Probatur, quia non reperitur Chriſtum Dominum dediſſe principatui politico iuriſdictionem ſpiritualem in Eccleſia; at conſtat dediſſe principibus, ac paſtoribus Eccleſiaſticis ex illo Matth. 21. *paſce oues meas*, & 16. *quodcunque ligaueris*. Atqui paſcere, & ligare, ac ſoluere, ſunt actus iuriſdictionis; ergo principes, & paſtores Eccleſiaſtici habent poteſtatem in clericos in cauſis ſpiritualibus, ac merè Eccleſiaſticis, non verò princeps laicus: quod Chryſoſtomus *homil. 4. & 5. de verbis Iſaiæ*, notat his verbis: *Quanquam admirandus videtur Thronus Regius, tamen rerũ terrenarum adminiſtrationem eſt ſortitus, nec præter poteſtatem hanc præterea quidquam habet authoritatis.* & homil. 88. in Matth. *ad Diaconum maiorẽ*, inquit, *ille principe*, nempe ſæculari; *authoritatem habes*. Pro quo facit optimè illa Damaſceni ſententia orat. 1. de imagin. *Neque enim*, ait, *piorum eſt regum Eccleſiaſtica ſtatuta conuellere*; & iterum. *His de rebus ſtatuere, atque decernere non ad reges pertinet.* & orat. 2. *Regum*, inquit, *partes non ſunt, vt Eccleſiæ leges præſcribant.* Quibus adſtipulatur Athanaſius referens verba Hoſij ad Conſtantinum in Epiſtol. ad ſolitariam vitam agentes. *Deſine*, ait, *quæſo, & memineris te mortalem eſſe, ne te miſceas Eccleſiaſticis, neque nobis in hoc genere præcipe, ſed potius ea a nobis diſce. Tibi Deus imperium commiſit, nobis quæ ſunt Eccleſiæ, concredidit.* Vnde colligitur reſolutionem eſſe omnino certam de iure diuino, Ita Molin. *tom. 1. tract. 2. diſp. 31. verſ. ſecunda concluſio.* Gloſſa *in cap. ſi imperator, verbo, & diſcenti, diſt. 96.* dicens expreſsè conſtitutiones Eccleſiæ eximentes clericos à foro ſæculari eſſe declarationes iuris diuini, eo quòd ea immunitas clericis fuit inducta ante omnem conſtitutionem Eccleſiæ. Quam etiam partem tradit Abbas *in c. Eccleſia S. Mariæ. de conſtitutionibus, in 6.* & ibi Felin. *num. 6.* ſubdens eſſe contra rationem naturalem, vt clerici à laico iudice iudicentur; quod etiam tradit Nauar. *in cap. nouit, de iudic. notab. 6. num. 30.* Bellarm. *in lib. 1. de cleric. cap. 28. propoſ. 5. & cap. 29.* Rebuff. *in concordat. in rubric. de protectione*, Roch. *de conſuetud. cap. vlt. fol. 51. col. 4.* Alciat. *in cap. cum non ab homine, num 2. de iud.* Couar. *in pract. quæſt. 31. num. 1.* Driedo de libertate Chriſtiana, *fol. 109.* & probatur ex eo areſto Chriſti Domini *Matth. 17.* cum exactum fuit tributum illud, quando Petrum interrogauit, *à quibus reges terræ accipiunt tributum a filys ne ſuis, an ab alienis?* Petrus reſpondit ab alienis; concluſit; *ergo filij liberi ſunt*. Ex qua concluſione ſequitur clericos à Chriſto Domino fuiſſe immunes à poteſtate principis ciuilis, qui filij eius dicuntur, ex quo deducitur, & ex *cap. quanquam de cenſibus, in 6.* vbi deciditur clericos, & eorum res iure diuino eſſe immunes à principibus ſæcularibus, & ab eorum cenſibus. Conducit ad hoc magis probandum teſtimonium Conſtantini magni dum præſideret in ſancta Synodo apud Nicæam coacta, vbi oblatis libellis à quibuſdam clericorum contra alios reſpondiſſe fertur. *Vos à nemine iudicari poteſtis, qui ad Dei ſolius iudicium reſeruamini*, teſte Gratiano *in cap. continua 11. quæſt. 1.*

Ergo concluſio aſſerens in rebus ſpiritualibus, ac propriè Eccleſiaſticis clericos eſſe exemptos à iuriſdictione, ac poteſtate laica iure diuino eſt omnino vera, quia talis iuriſdictio non fuit à Deo tradita principi laico, ſed Petro tanquam capiti, & Apoſtolis, eorúmque ſucceſſoribus. An 303. verò in aliis cauſis temporalibus clericorum, quæ ſpiritualia non tangunt, clerici eorúmque res, ac facultates ſint iure diuino immunes à iuriſdictione principis politici; an potiùs lege humana, quæſtio inuidioſa eſt; ſatis fuerit hoc loco, quid in 304. ſingulis caſibus ſentiendum fuerit aperire, quidquid ſit de vniuerſaliore illa quæſtione, & variis diuerſarum prouinciarum moribus ac priuilegiis, de quibus noſtrum non eſt agere, quare DD. qui conſulti reſponderint, ius ſuum priuatum callere debent.

His itaque omiſſis; quæritur an perſonæ Eccleſiaſticæ teneantur ſeruare ſtatuta laicorum

libertati

libertati Eccleſiaſticæ non repugnantia? Dicendum eſt perſonas Eccleſiaſticas non eſſe exemptas ab obligatione legum ciuilium directiua, quæ non repugnant iuri canonico, neque àduerſantur officio clericali, ſeu Eccleſiaſtico. Ratio, quia perſonæ Eccleſiaſticæ ſunt membra Reipublicæ politicæ; ergo leges conducentes ad bonum commune Reipublicæ, cuius partes ſunt clerici, ſunt ab eis ſeruandæ. Ita Sotus *lib.1. de inſtit. quæſt.6. art.7. concluſ.1. ad finem, & in 4. diſt.25. quæſt.2. art.1. concluſ.4.* Valent. *tom.4. diſp.9. q.5. punct.4.* Molin. *vbi ſuprà, concluſ.6.* Sylueſt. *verb. lex, quæſt.11.* Caſtro *lib.1. de poteſtate legis pœnalis, cap.vlt. ante finem,* Victoria *in relect.1. de poteſtate Eccleſiæ, quæſt. vlt.* Bellarm. *tom.2. controuerſ. tract. de clericis, lib.1. cap.28. concluſ.2.* Dried. *lib.1. de libertate Chriſtiana, cap.2. part.3.* Nauar. *in manuali, cap.23. num.88.* eſſet enim maxima confuſio, & perturbatio Reipublicæ, ſi clerici, ſeu perſonæ Eccleſiaſticæ non obedirent legibus ciuilibus iuſtis, quæ libertati Eccleſiaſticæ non repugnant, quæque in commune Reipublicæ bonum ſunt à principe politico inſtitutæ.

Hinc ſequitur ſtatuente Republica pretia frumento, oleo, & cæteris rebus venalibus, taxámque iuſtam imponente, clericos, ſeu perſonas Eccleſiaſticas, vltra pretium taxatum, iuſtum tamen, vendentes, peccare mortaliter, tenerique ad reſtituendum totum id, quod vltra taxam receperunt, punirique poſſe à iudice Eccleſiaſtico. Ita Molin. *vbi ſupra, concluſ.6. & tom.2. diſp.364. fol.677. & ſequenti.* Nauar. *in manual. Latin. c.23. num.88.* quamuis in Hiſpano, *eodem cap. num.84.* dubius exceperit clericos a vendendo ſecundùm pretium taxatum in Luſitania, ea ratione commotus, quia exteri, ſiue forenſes, poſſunt ibi vendere triticum prout voluerint, nnn obſtante lege taxationis, ſed poſtea quoad clericos mutauit ſententiam, quia lex taxans pretium conſulit bono communi, proinde tam clerici quàm laici parere tenentur legi, cum non repugnet libertati Eccleſiaſticæ, pretiumque eſt iuſtum, & lex etiam naturalis, & diuina prohibet, ne vltra iuſtum pretium res vendantur. Sayrus *in claui lib.3. cap.4. n.17.*

306. Similiter ſi lex ciuilis ſtatuat propter bonum commune, ne quis deferat tempore ingruentis belli arma, equos, aut frumentum extra regnum, tenentur clerici Eccleſiaſtici ſeruare dictam legem ſub mortali. Ita Sotus *lib.1. de iuſtit. quæſt.6. art.4. concluſ.2.* Zerola *in praxi tom.1. in verbo, pragmatica, dub.2.* quidquid contradicat Nauarr. *conſ.3. de conſtitutionib. in 2. editione num. vltim.* dicat, nimis bene legem ſimilem prohibentem abducere in non ſubditum, non comprehendere clericos, vnde ſi clerici de regno ad regnum transferant eo tempore frumentum, equos, atque arma, peccant mortaliter, & tenentur etiam ad pœnam propter id impoſitam poſt iudicis ſententiam, quia tenentur obedire legibus, quæ communem Reipublicæ commoditatem reſpiciunt, nec repugnant ſtatui, ac libertati Eccleſiaſticæ.

307. Sed ... lex ciuilis prohibeat arma deferri laicis an extendatur ad clericos, poſſintque illis ſpoliari, ſi inueniantur à miniſtro ſæculari cum illis, prohibitis temporibus? Pars negans ex eo poteſt probari, quia clerici, ne coram iudice laico conueniantur, habent ex iure diuino, ex gloſſa *in cap. ſi imperator, diſt.96.* & videtur eſſe pro hac parte textus *in cap. Syluest.11. quæſt.1.* ibi, *contra leges diuinas,* & eſt communis ſecundùm Flamin. *lib.8. de reſignatio. quæſt.9. num.5.* vbi ait eſſe ſine contradictore; ſequitur Anton. Schapus *de iure non ſcripto, lib.1. cap.2. num.1.* Azeued. *in l.5. lib.3. n.6. lib.1. recopilat.* ergo clericus inuentus cum armis extra tempus non poteſt illis ſpoliari à miniſtro ſæculari, cum priuilegium clericale eximens clericos à iuriſdictione laica ſit de iure diuino, non verò de iure humano, teſte Belluga *in ſpeculo, rubric.11. §. videndum, in litera G. & in eius additionibus,* Camill. Borel. Roland. *conſ.4. ex num.7. vol.1.* Didac. perez *lib.3. tit.1. l.2. verſ. quæro vtrùm Papa, pag.466. iuxta finem*; & in terminis non poſſe clericos à laica poteſtate ſuis armis ſpoliari tradit Placa *in praxi lib.1. cap.8. num.24. verſ. quidem, fol.137.* Panorm. *in cap. cum non ab homine, de iudic.* vbi duntaxat admittit poſſe clericum ita inuentum deferri ad ſuum iudicem debita cum reuerentia, vnde conſtat non poſſe legem ſæcularem priuare illum armis.

Pars tamen affirmans eſt certa per text. *in c.1. §. ſi clericus de pace tenenda,* vbi dicitur non poſſe arma illa deferre; quod ſi deferat, poſſe illis ſpoliari per miniſtrum laicum, vt notat Ioan. de Plat. *in §. item, l. Iulia. inſtit. de publ. iud. col.4.* & Ioan. Lup. *in c. per veſtras, de donat. inter vir. & vxor. 2. notab. §.1. num.13.* ſubdens poſſe priuari ſine metu cadendi in excommunicationem; nec cogi poteſt magiſtratus ciuilis à iudice Eccleſiaſtico ad reſtituenda arma clerico. Aliter enim ſi clerici non poſſent ſpoliari armis, præberetur occaſio liberè vagandi tota nocte. Ita Couar. *practicar. cap.33. §.7. verſ. vtcunque,* ſiquidem leges ciuiles arma prohibere poterant, quæ prohibitio clericos comprehenderet; neque eſt aliqua lex diuina, quæ oppoſitum decernat, imò conſuetudo auferendi arma, eſt optima legum interpres, quæ ſeruatur inter catholicos, maximè, quia lex ciuilis prohibens arma adiuuat iuris canonici prohibitiones, vt ſingulariter tradit Barboſ. *4. part. l.1. num.37. ff. ſolut. matrim.* Gutier. *lib.2. practicar. cap.1. num.16.* & conſtat ex *l. addictos, C. de Epiſcopali audien.* vbi habetur ſtatuta generaliter lata propter publicam vtilitatem comprehendere clericos, traditque Gutier. *d. lib.1. cap.12. n.4.* Bobadill. *lib.2. politica, cap.18. num.66.* Cum igitur armorum vſus ſit interdictus certis temporibus tam clericis, quàm laicis ex *l.1. C. vt armorum vſus, lib.11. & ex cap. clerici, de vita, & honeſtate clericorum,* non eſt dubium poſſe armis ſpoliari à iudice ſæculari, non tamen condemnari in pœna pecuniaria à lege ſæculari appoſita arma geſtantibus prohibita, vel non permiſſo tempore, niſi à iudice competenti, apud quem pœna peti poteſt. Ita Platea *in d. §. item, l. Iulia. inſt. de public. indic.* Gutier. *practic. lib.1. cap.3. num.11. & cap.12. num.7.* & Couar. *cap.33. n.7.* ideo non ſunt admittendi opinantes poſſe hanc pœnam pecuniariam exigi apud iudicem ſæcularem, quos refert Bobadill. *d. cap.18. num.9. litera B.*

De iure tamen Luſitano *lib.2. tit.1. §.26.* conſtat poſſe clericos armis ſpoliari, ſi inueniantur tempore, quo laicis ſunt prohibita, vel ſi aliquem illis læſerint, non tamen incurrent in pœnas laicis à lege impoſitas; & *lib.5. tit.80. §.11.* excipit caſus, quibus ſit facultas clericis deferendi arma, nimirum dum eunt ad matutinas preces recitandas, vel quando redeunt, vel iter agunt extra loca vbi degunt, & toto tempore, quo ibi commorati fuerint vſque ad reditum in propriam

domum;

domum: tunc enim poſſunt cum armis incedere ad propriam defenſionem. Ita Azeued. *in l.1.n.6. tit.6. lib.6.* Eodem modo cauſa defenſionis poſſunt arma deferre, nimirum ſi tranſeant per loca periculoſa, vel ſi timeant ab aliquo iniuſtè inuadi, quia permiſſum eſt vnicuique ſe defendere, *cap.delecto*, & ibi ſcribentes. *de ſententia excommunicationis,in 6.* Gloſſ. *in cap. clerici,de vita,& honeſtate clericorum*, & ibi Abbas *num.*8.

Extra hos caſus ſi clerici cum armis reperiantur dato ſigno nolæ ſeu campanæ ad ſæculares ſe recipiendum, poſſunt ſpoliari armis, & attento iure communi quocunque tempore, ſiue interdiu, ſiue noctu incedentes armati, poſſunt etiam armis priuari, non tamen ſemper à miniſtro ſæculari, niſi horis prohibitis, nempe poſt ſignum nolæ, †ſeu campanæ datum, quia lex regia *lib.1. tit.65. §.14.* & apud Hiſpanos, *l.5.tit.6.lib.6.noua recop.* certis temporibus præcipiunt dare ſignum campanæ ad omnes ſe recipiendum. Bobadill. *lib.1. politica, cap.13. num.52.* & Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.161. num. 13.* aliis verò temporibus ſi cum armis inueniantur, ſeu extra delictum flagrans non poſſunt armis ſpoliari, niſi à miniſtro Eccleſiaſtico. Quæ omnia conſtant ex concordia regis Ioan. hoc nomine primi, *art.11. 12. & 13. num.185. & in art.15. & 20. num.103.* vbi ſtatutum fuit clericos prohibitis horis cum armis inuentos poſſe illis ſpoliari, imò & deprehendi, ac deferri ad ſuum iudicem; quod ſi clerici deferant arma per leges ſæculares prohibita quocunque tempore, ſi reperiantur, poſſunt capi à miniſtro ſæculari; armis ſpoliari, & ad iudicem Eccleſiaſticum remitti, vt eos puniat. Couarr. *lib.2. variar. cap.fin.* Farinac. poſt plures *tom.1. de inquiſit. quæſt.8.num.96.* Sigiſmund. *lib.1.c.76. de indic.num.5.* vbi poſt alios concludit clericum ſic inuentum à iudice laico poſſe capi, & ſpoliari armis, nec ea illi reſtituere teneri. Sequitur Menoch. *de arbitrar. cent.4. lib.2. caſu 394. num.31.* Couar. *2.var. cap.20. num.final.& in pract.cap.33. num.7.* Placa *in praxi lib.1.cap.8.num.24.* Decian. *in tract. crimin. tom.1. lib.4.cap.9. num.140.* Salzed. *in additionibus ad Bernard.Dias, cap.55. litera A. verſ.pro quo etiam*, & Iulius Clar. *in practica, §. final. quæſt.36. num.26.* & hanc eſſe conſuetudinem apud Gallos ex Romanorum Pontificum priuilegio teſtatur Chaſſan. *in conſuetud. Burgund.rubric.1.§.5.num.8.* vbi ait, magiſtratus laicos apud Gallos eſſe in poſſeſſione contra clericos importantes arma prohibita à tempore immemoriali, concurrente ſimul fama priuilegij. Sequitur Benedict. *In cap. Rayn.de teſtamentis,in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam, deciſ.2, num.144.* idem tradit Auffret. *in prima regula 13. fallentia*, pro quo videtur textus ſecundùm Ioan, Fabrum *in l.adiectos,iuncta gloſſ. in verbo, vindicetur, C. de Epiſcopali audientia.* Cuius ordinationis etiam meminit Auffret. *in tit.de accuſationibus,cap.pro parte.*& Ioan.Redin.*in tract.de maieſt.principis,in §.non armis ſolùm decoratam,in 2. part. num.164.*

308. Ad illud verò quod proponebatur, clericos non poſſe conueniri coram iudice laico iure diuino, dicendum eſt quamuis ſit valde probabile, vt tradit Ceuallos *quæſt.150.* Cabed.*2. part. deciſ.83. num.10.* poſt plures ab eiſdem ibi citatos; nihilominus, extra cauſas ſpirituales, ac merè Eccleſiaſticas probabilius eſt clericos exemptos ſolo priuilegio Romani Pontificis, vt tradit Innocent. *in cap.2. de maior. & obedient.* & ſcribentes *in c. nullus de foro competenti*, Chaſſ. *in conſuetud. Burgund. rubric.1. §.5. num.46.* Gutier. *in l.nemo poteſt,de legat.1. num.107.* poſt plures, Gracia *de nobilitate, gloſſ.9. num.1.* vbi pro vtraque parte quæſtionem excutit, & alij, pro qua etiam pugnat Mench. *lib.1. quæſt. illuſt. cap.22. num.8.* Roland. *conſ.23. num. 6. vol.2.* & Mexia *ad pragmaticam regiam, concluſ.5. num.55. per text. in cap. omnis anima, de cenſibus.* Quibus placet extra cauſas ſpirituales, & merè Eccleſiaſticas, clericos eſſe immunes iure humano, à iuriſdictione ſæculari.

Huc accedit an clerici teneantur lege principis condita generaliter circa gabellas ſoluendas nulla facta mentione eorum? Pars affirmans probari poteſt, ex eo, quòd leges pro bono publico conditæ etiam à principe politico cuius boni clerici ſunt participes, obligant clericos, non ſecus quàm laicos. Ita Anchar. *conſ.96.& in cap.de immunitate Eccleſiaſtica, lib.6.verſ.ſed vlterius circa hoc quæro*, vbi ait, quòd quando agitur de communi bono clericorum, & laicorum, clericos teneri pro expenſis factis ad communem vtilitatem Reipublicæ, nec in hoc caſu ſeruandam eſſe immunitatem clericorum; ſequitur Andreas *in cap.1.verbo, illicitas, num.36. de pace iuramento firman.* Turrecremata in can. *placet, 16. quæſt.2.* dicens teneri clericos ad extraordinaria onera, quando agitur de eorum vtilitate, Lucas de Pen. *in l.fin.in fine, C. de exactoribus tributorum, lib.10.* addit teneri contribuere, quando excauantur flumina, reparantur pontes, cum ſit communis vtilitas, Bartol. *in l. nullus, C. de curſu public.lib.12.* Alberic. *in rubric. ff. de muneribus, & honoribus, num.86.* Bald. *in titul. de pace conſtantiæ,num.29.* idem ſentiunt, quando opera ſunt communia, cum hoc redundet in communem vtilitatem clericorum, & laicorum; quibus accedit Ripa *reſponſione 1.ſub titul. de munerib. & honoribus*, vbi docet hanc doctrinam eſſe communem; & Alexander *conſ.221.*viſa facti narratione, & ſtatutis, *num.2. vol.2.* Bertrand. *conſ.122.* incipit, *ponitur in facto*, Auendaño *in tract. de exequendis mandatis, part.1. cap.14. num.30.* Vaſquez *de ſucceſſion. creatio. lib.1. §.10. num.648. verſ. & Hiſpana vſus venit*, Menoch. *conſ.*800. Lopez *in additionibus ad practicam Bernardi Dias, cap.55. verſ. ſed vt liberè dicam, fol.171.* qui omnes cenſent clericos ligari legibus ſæcularium principum diſponentibus de communi vtilitate, ſeu publica annona. Ducuntur, quia clerici cenſentur ciues, & Eccleſia eſt de corpore ciuitatis, Bald. *in cap.1. de vaſſallo qui arma bellica depoſuit.* Surd. *conſ.1. num.7. vol. 3.* Bartol. *l.1. num.11. ff. ad municip.* ſuntque clerici de territorio, ſeu diſtricto principum ſæcularium, vt probat text. *in cap. vlt. de officio delegat. lib.6.* virtute cuius Ioan. Andreas opinatur ibi clericos venire nomine diſtrictualium; concordat Tiraquel. *de primog. quæſt.44. num.9.* vbi tradit per text. *in cap. dilecti. de foro competenti*, indultum, conceſſum hominibus alicuius loci, extendi ad clericos: igitur onera impoſita laicis ſimpliciter ad clericos extendentur, ſi reſpiciant bonum commune. Ducuntur ſecundò, quia ratio naturalis à qua lex ciuilis deſcendit, poſtulat, vt tam laici, quàm clerici concurrant ad bonum publicum, ſaltem per vim directiuam; ergo clerici ligantur lege ciuili, vel ſaltem naturali iuſtitia, à qua nemo poteſt abduci. Ita Menoch. 309.

videtur

videtur annuere *conſ.1000. n.27. verſ.& præterea ſatis nobis ſufficit.*

Pars negans clericos legibus huiuſmodi ligari etiam propter publicam vtilitatem probatur Ioan. An[illegible]rea *in cap. non minus, col. final. de immunitate E[illegible]iæ*, dicenti non poſſe clericos, leg. digeſtorum ſeu codicis, ſeu authenticorum, cogi ad [illegible] ſ[illegible]ndas, niſi Summus Pontifex leges [illegible]. Sequitur Abbas *in dicto cap. non minus*, B[illegible] *[illegible] inſtructiones, C. ad ſacroſ. Eccleſ.* Guhelm. de Cun. *ibi, & in l. neminem, eodem titulo*, vbi docent non teneri clericos contribuere, niſi onus eſſet reale, impoſitum alicui prædio de conſenſu principis; ad quod ſoluendum constringuntur Eccleſiaſtici, etiam de iure canonico, *cap. tributum*, 11. *quæſt.*1. Nec obſtat eſſe bonum publicum, ſeu communem vtilitatem, vt clerici teneantur ſoluere tributa, quia omnes leges, vt obligent, & ſuſtineantur, oportet quòd publicam vtilitatem reſpiciant, vt notat Garcia *in tract. de vltim. fine vtriuſque iuris, a num.*3. Molin. *de iuſt. tract.*1. *diſp.*1. *col.*2. Et probatur *in cap. erit autem lex, diſt.* 4. *& l.*1. *&* 2. *ff. de legib.* ergo non ligantur clerici ex eo quòd ſit bonum publicum, quia ſi hoc eſſet fundamentum, ligarentur omnibus legibus ciuilibus, ex eo quòd omnes bono communi attendunt.

Fundamentum igitur eſt non ligari ex defectu iuriſdictionis, quam princeps ciuilis non habet, quæ requiritur ad ſubſtantiam legis, & ſine qua lex corruit, *l. nec nullam, §. ſi abſentis*, & *ibi* Angel. *ff. de petit. hæred.* ideo deficiente iuriſdictione, quamuis concurrat vtilitas publica, actus non poteſt ſuſtineri, ſicut vitiatur alienatio facta de re immobili à marito abſque conſenſu expreſſo vxoris ſuæ. Molin. *tract.*2. *diſp.*274. *& diſp.*343. *verſ. de iure*, præterea, *& diſp.*437. *verſ. de iure communi*, Cald. Pereira *de emptio. cap.*8. *num.*6.7.12. *&* 22. *&* 32. Barboſ. *in l.*1. *part.*5. *ff. ſolut. matrim.* & habetur *in l. Luſitan. lib.*4. *tit.*48. *in principio*, quod etiam dicitur de alienatione facta de re Eccleſiaſtica, quæ ſi fit à non habente poteſtatem, eſt irrita quantumcunque ex ea redundet vtilitas in Eccleſiam. Ita Surdus *conſ.*1. *num.*25. *vol.*3. & ſcribentes *in cap.* 2. *de rebus Eccleſiaſticis non alien. in* 6.

310. Ego tamen duabus propoſitionibus quid ſentiam [illegible]licabo. Prima. Clerici in ſacris, Eccleſiæ, Eccleſiaſticæque perſonæ, ac res earum, ſunt immunes ab omnibus tributis, gabellis, decimis, pedagiis, & ſimilibus, ſiue ſint regalia, ſiue perſona[illegible], ſiue mixta. Ita habetur *in cap. quanquam, de cenſibus, in* 6. *& cap. non minus de immunitate Eccleſiæ, cap. clericus, §.*1. *eodem tit. lib.*6. *l. placet*, & [illegible] competentes Authen. *nulla communitas, & in corpor. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Roland. *conſ.*71. *lib.*4. [illegible], *& de iure ciuili, l. presbyteros, C. de Epiſ[illegible] & clericis.* Bobadill. *lib.*2. *cap.*18. *n.*252. [illegible] *inſtit. lib.* 9. *quæſt.*4. vbi omnes vnanimes [illegible] perſonas Eccleſiaſticas eſſe ab omnibus [illegible] exempta iam à principio, vt conſtat ex [illegible] *q.*3. *& cap.*8. & ex 3. Reg. *cap.*8. & ex Geneſ. *cap.* [illegible] Æſdræ 1. *c.*7. & ex ſcribentibus ſuper eiſdem. Quibus accedunt Bartol. *in l. vnica, num.*32. *C. qui loco muli, lib.*10. Bald. *l.*2. *C. de Epiſcopis, & clericis*, vbi tradit clericos de bonis beneficiorum ſuorum, quæ vendunt, non teneri tributum aliquod ſoluere, nec decimam prædiorum ſuorum, quamuis ratione iuris hæreditarij aliter in praxi ſeruari ſolet conſuetudo, vt dicetur infrà; hæc de iure communi. Conſulenda ſunt tamen variarum prouinciarum priuilegia. Vnde ſit

Secunda propoſitio. Eccleſiæ, Eccleſiaſticæque perſonæ, quando facultates laicorum non ſufficiunt, & vtilitas publica exiſtit, vrgetque neceſſitas, tenentur in ſubſidium contribuere conſulto priùs Romano Pontifice. Prior pars huius propoſitionis probatur ex *dicto cap. non minus de immunitate Eccleſiæ*, vbi dicitur in verſ. *iſti verò onera ſua*, laicos imponere ferè hæc onera Eccleſiis, vbi oſtenditur ſoluere tributa ob publicam vtilitatem, ſeu neceſſitatem, non eſſe Eccleſiarum, ſeu clericorum, ſed laicorum. Idem deducitur ex *cap. aduerſus, eodem tit.* vbi Summus Pontifex ait ſua intereſſe proſpicere communibus vtilitatibus. Poſterior probatur ex deciſione ſanctiſſimi Papæ Clementis VIII. anno Domini 1600. in cauſa, quæ agebatur coram nuncio Florentino de reparando Arni flumine ad communem vtilitatem laicorum, & clericorum, cum non ſufficerent facultates laicæ, decreuit Eccleſias, & Eccleſiaſticos teneri in ſubſidium contribuere.

Non diſcordat ab hac doctrina lex Hiſpana, 11. *tit.*3. *lib.*1. *nouæ collect. regiæ*, ibi, *que en los pechos, que ſon para bien commun de todos*, vbi decernitur clericos teneri contribuere pro reparatione eorum, quæ ſunt vtilia ad commune bonum, tam eorum, quàm laicorum, quando bona laicorum non ſufficiunt. Non tamen conſiderato iure canonico poſſunt cogi clerici per miniſtros ſæculares, ſed per Eccleſiaſticos conſulto priùs Romano Pontifice, niſi tanta ſit neceſſitas, vel periculum, vt non poſſit haberi recurſus ad Summum Pontificem, ita Gutier. *lib.*1. *practic. quæſt.*3. *num.*1. *&* 2. *&* 6. Gregor. Lopez *l. ſi, tit.*6. *part.*1. *in gloſſ. pechar*, Auilez *d. cap.*23. *in gloſſ. de ordin. num.*7. & Azeued. *in d. l.*11. *num.*6. *&* 7. vbi tenet cum communi deficientibus facultatibus laicorum teneri clericos ad contributionem.

De iure Luſitano *lib.*2. *tit.*11. *per totum*, clerici, ſeu perſonæ Eccleſiaſticæ ſunt immunes ab huiuſmodi tributis, vel exactionibus à laicis impoſitis; ſimiliter Eccleſiæ, & earum bona, & monaſteria tam virorum, quàm fœminarum; item Eremitæ emittentes profeſſionem, ſunt exempti à gabella, portorio vel decima de iis quæ vendunt ex fructibus ſuorum redituum, ſeu de bonis patrimonialibus; itemque de his, quæ emerint pro ſuo, ſuorumque quotidiano victu, niſi emant per modum, ſeu viam negotiationis. Ita habetur *in d. l.* & tradit Cabed. 1. *part. deciſ.*186. Aluarus Vas *conſult.*131. *à num.* 1. *vſque ad* 12. Cabedus 2. *p. areſto* 45. Nomine clericorum veniunt clerici in ſacris, vt ibi expreſsè habetur, & beneficiarij, quamuis non ſint in ſacris, dummodo viuant in habitu, & tonſura clericali; & ſint in poſſeſſione actuali beneficiorum, ita Azeued. *l.*1. *num.*5. *tit.*18. *lib.*5. *recopil.* Lazarte *de decimis vendition. c.*19. *à num.*18. Flores de Mena *lib.*2. *variar. quæſt.*21. *num.*199. ſubdens, vt fruantur hac exemptione clerici in minoribus, non ſufficere habere penſionem, niſi habeant eam in titulum beneficij, vel ex reſignatione alicuius beneficij. 311.

Ex quibus conſtat clericos in minoribus non eſſe immunes à tributis, gabellis, & exactionibus ſoluendi per d. l. Luſitanam, ibi, *os clerigos de ordens ſacras*, quos de facto eximit à gabellis, non verò in minoribus duntaxat, niſi ſint beneficiati, & incedant clericaliter; quod etiam decernitur à lege

Hiſpana *2. tit. 4. lib. 1. recopil.* Idem dicendum eſt de clerico coniugato, etiam incedente in habitu, & tonſura, nempe non eſſe immunem à gabellis, & muneribus ſæcularibus; quinimò inſtar meri laici teneri ad omnia hæc onera, per gloſſ. *in cap. vnico, verbo, in cæteris*, & ibi ſcribentes, *de clerico coniugato in 6.* Azor. *lib. 13. inſtit. moral. p. 1. cap. vltim. quæſt. final.* Couar. *in practicis, cap. 31.* vbi addit clericum coniugatum excepto priuilegio canonis, & fori eſſe merè laicum in reliquis omnibus, vt habetur expreſsè *in d. cap. vnico. de clerico coniugato*, ibi: *in cæteris autem eos gaudere volumus priuilegio clericali.* Quod etiam tradunt Ioan. Andr. *ibi, num. 2.* Anton. *in cap. Ioannes, num. 16. de clerico coniugato*, & Flam. *de reſignatio. lib. 4. quæſt. 2. num. 100. verſ. vt laicus reputatur.* Leſſius *lib. 2. cap. 33. dub. 5. num. 40.* Azor. etiam, *3. part. lib. 5. cap. 19. §. quartò quæritur.*

Sed quid dicendum de Eremitis profeſſionem non facientibus, nec habentibus certam viuendi formam ob Eccleſia approbatam? Reſpondeo non eſſe immunes à gabellis. Ita Flores *d. quæſt. 21. à num. 195. & 204.* Gutier. *de gabellis, quæſt. 95. à num. 7.* Manuel Rodriguez *tom. 3. quæſt. regular. quæſt. 74. art. 11.* imò nec gaudent priuilegio canonis, ita Graff. *lib. 2. deciſ. cap. 49. num. 27.* Suar. *de cenſur. tom. 5. diſp. 22. ſect. 1. num. 11.* Molin. *de iuſtit. tract. 3. tom. 4. diſp. 50. num. 4* niſi ſub obedientia viuant alicuius prælati, ac congregationis, quæ eodem priuilegio gaudeat, tunc gaudebunt priuilegio canonis tanquam conuerſi illius congregationis, aliter non gaudebunt. Ita Syluest. *verbo, excommunicatio 6. num. 3. & verbo, Eccleſia 1. verſus finem*, & Nauar. *in manuali, cap. 27. num. 79.*

De Tertiariis ordinis ſanctiſſimi Franciſci dicunt aliqui non gaudere priuilegio exemptionis à tributis, quia non ſunt exempti à poteſtate ſæculari. Ita Maſcard. *de probationib. concluſ. 957. num 6.* Ceuall. *in tract. de cognitione per viam violentiæ, part. 2. quæſt. 33. num. 3. & quæſt. 61. per totam.* Quod puto verum de fratribus tertiariis ſiue coniugatis, ſiue non, qui viuunt in ſæculo in domibus ſuis. Secus de his qui viuunt in congregatione, emittuntque profeſſionem, qui gaudent priuilegiis ordinis Franciſcani. De quibus intelligendi ſunt Tuſchus *tom. 4. litera F. concluſ. 470.* Capiſtran. *in ſuo defenſorio tertiq ordinis D. Franciſci*, & Manuel Rodriguez *de regularibus, tom. 2. quæſt. 65. art. 4.* Vnde quando lex apud Hiſpanos *19. tit. 4. lib. 4. & l. 2. tit. 14. lib. 6. noua recopil.* tradunt Tertiarios non eſſe exemptos à gabellis, ſeu tributis, debent intelligi de illis, qui viuunt in ſæculo, nec ſunt exempti à poteſtate ſæculari, non verò de illis, qui viuunt ſub obedientia, & emittunt profeſſionem. Ita Molin. *tract. 3. diſp. 50. num. 4. verſ. de ijs, qui ſunt de tertio ordine.*

312. Occurrit hoc loco difficilis dubitatio circa clericos negotiatores, quos lex Luſitana *d. tit. 11.* obligat ad ſoluendas gabellas, ibi, *porem ſe qualquer das ditas peſſoas*, hoc eſt Eccleſiæ, ſeu Eccleſ. perſonæ, ſeu clerici in ſacris, monachi, moniales, eremitæ, emittentes vota, ſeu beneficiarij, *comprar, ou vender quaeſquer couſas per trato de mercadoria ou per via de negoceacaon, pagara ſiza como ſe fora leigo.* Quæritur ergo an clerici, ſeu perſonæ Eccleſiaſticæ ſupradictæ peccent negotiando, & ex vi huius legis teneantur ad ſoluenda tributa? Ratio dubitandi eſt, quia omnes hi ſunt exempti à ſoluendis gabellis, vt tradit communis ſententia teſte Couar. *in practicis, cap. 31. à num. 5.* Nihilominus negotiatio merè lucratiua, qua aliquid emitur, vt immutatum cariùs vendatur, eſt clericis illicita, atque prohibita, non tamen eſt irrita ſi per ipſos exerceatur. Eſt prohibita propter indecentiam ratione ſtatus, vt tradit Molin. *tom. 2. diſp. 339.* Pœna negotiantibus clericis impoſita habetur *in c. ſecundum, ne clerici, vel mon.* nimirum excommunicationis non latæ ſententiæ, ſed ferendæ. Inſuper pœna ſuſpenſionis, ac depoſitionis habetur *cap. conſequens, 88. diſt. & cap. penult. diſt. 91. cap. ſed nec clerici, vel monachi*, vbi dicitur religioſos negotiationi ſtudentes grauius adhuc eſſe plectendos. Porrò nullæ harum pœnarum ſunt latæ ſententiæ.

Vt verò clariùs procedatur, negotiator, ſeu mercator dicitur qui rem emit, & eam vendit non mutata forma, vt aliquid inde lucretur, text. *in cap. eyciens, & in cap. quid eſt aliud, 88. diſt.* Archidiacon. *in cap. quanquam de cenſibus, in 6.* Roman. *in l. ſi publicanus, ff. de publ. §. 1.* Bertran. *conſ. 214.* Dicitur autem negotiator, qui plures mercaturas, ſeu negotiationes exercet, non verò dicitur mercator, ſeu negotiator per vnicum, vel alterum actum negotiationis, quia nemo dicitur negotiator ex vno actu negotiationis, text. *in l. 1. §. 1.* & ibi gloſſ. & Bald. *ff. de tributar. actio.* & clariùs *in l. procuratores, §. quæritur, eodem tit.* Anchar. *in repetit. canonum ſtatuta in decima quarta, quæſt. principali*, & plures alij quos refert, ac ſequitur Tiraquel. *de pœnis, temper. aut remittendis, cauſa 51. num. 161.* & ſcribentes de hac re *in l. legatus ſeruus*, vbi reſolutiuè docent neminem appellari mercatorem per vnicum actum negotiationis, cum vnus actus negotiatio non ſit; ideo vt cenſeatur negotiator, ſeu mercator, plures actus debet exercere; Rebuff. *in tract. de mercat. miſſu. art. 1.* gloſſ. *1. num 10.* & alij.

His poſitis cenſet Caiet. *in ſumma, verbo, clericus*, & Ludouic. Lopez *lib. 1. inſtruct. negotiantium, cap. 10.* ſublato ſcandalo, aut temeritate, & contumacia, aut contemptu iuris, non eſſe mortale negotiari clericos in ſacris; quam doctrinam putant probabilem, & ſequuntur Vega *in ſumma, lib. 2. cap. 116. & 117.* Rodriguez *in ſumma, tom. 2. cap. 1. concluſ. 2.* ex eo fundamento, quia præcepta legis naturalis, vel diuinæ, vel humanæ, non obligant ad mortale, niſi eorum tranſgreſſio notabiliter charitatem Dei, aut proximi offendere inueniatur. Item, quia non quæcunque pœna excommunicationis, arguit obligationem ad culpam mortalem, niſi latæ ſententiæ; nam quamuis apponantur pœnæ graues, ſeu grauiſſimæ, excepta excommunicatione latæ ſententiæ, ſi tales ſint, quæ non ex ſe opponant ſeſe contra charitatem notabiliter, ſine mortali culpa poſſunt incurri; quia verò exigunt monitionem, vt non ferantur, niſi in contumacem; ante eam, & ante monitionem, non inducunt reatum culpæ mortalis in tranſgreſſorem; nec obſtat quod citatur, *verbo, prohibemus*, vt ſit mortale. Ita Lopius *vbi ſuprà*, poſt Victoriam, quanquam vt ſit mortale, conſideranda eſt materia præcepti; & ſequentia, & præcedentia, Caiet. *verbo, clericus*, idem tradit; ideo ſi deeſt temeritas, contumacia, aut contemptus, non erit peccatum mortale ex vi præcepti poſitiui, cùm non omnia præcepta obligent ad mortale, niſi tranſgreſſio eorum ſit contra charitatem.

Dicendum tamen eſt peccare mortaliter clerico-

co-

cos in ſacris per ſe ipſos negotiationem exercentes. Ita Doctores colligunt ex pœnis impoſitis. Ita Nauar. in ſum. cap. 25. num. 111. §. 34. Syluest. verb. cleric. 3. q. 3. Medin. de reſtit. quæſt. 35. ad fin. art. 2. Conra de contract. quæſt. 2. concl. 4. Ratio, quia clericis eſt negotiatio interdicta, vt conſtat ex cap. ſecundum ſtatuta, ne clerici, vel monachi; vbi præcipitur ſub interminatione anathematis, ne monachi, vel clerici lucri gratia negotientur. Ex his patet eſſe peccatũ mortale, & ex c. conſequens, diſt. 88. & ex cap. fin. de vita, & honeſtate cleric. Sequitur Leſſ. lib. 2. cap. 21. de empt. & vend. dub. 1. n. 4. ſi multum dent operæ negotiationi, modò ſint in ſacris. Imò religioſi, eſto non ſint in ſacris, peccant mortaliter, non verò clerici in minoribus; quod ſi ſint beneficiati in minoribus etiam non peccant negotiando per ſe, vt multi apud Mol. Theol. 2. tom. de iuſt. q. 342. inclinant, quos ipſe ibi ſequitur. At Syluest. d. quæſt. 3. dubitat. Vide Molinam vbi proximè. Capua tamen lib. 2. deciſ. cap. 119. tenet beneficiatos peccare mortaliter.

Requiritur verò vt negotiationem non ſemel, ſed pluries exerceat; verbum enim exerceat, dicit exercitium continuum, quod eſt neceſſarium ad incurrendas pœnas negotiatoribus impoſitas, l. licet, & ibi gloſſ. in verbo, omne ff. de tribut. & in proœmio, inſtit. §. cúmque hoc Deo, l. ſemper, §. D. Adrianus cum l. ſequenti ff. de iure immun. Bartol. in l. maritum, §. qui quæſtum, ff. de adult. Rebuff. in tract. de mercat. minu. art. 1. Gloſſ. 1. num. 10. conſt. Franc. Sequitur Gregor. Lopez 1. l. tit. 5. part. 5. in verbo, mercadores, Salzed. in additionib. ad Bernard. Dias, cap. 55. vt huius capitis pœnis locus ſit, nec ſufficit negotiari ſemel, aut iterum. Ita etiam Ceuallos quæſt. 810. num. 117. Mol. in emporio iuris, part. 1. tit. 19. quæſt. 10. nec tunc peccare mort. ait Salas de emption. dub. 2. num. 4.

313. Sed quid dicendum, ſi clerici non per ſe ipſos, ſed per alios negotientur? Reſpondemus poſſe per alios, idque illis videtur concedere clement. 1. de vita, & honeſt. cleric. vbi clericis interdicitur officium tabernarij, aut macellarij perſonaliter exercere, quod dictum eſt, vt conſtet clericos poſſe per alios agere, & probat Alberic. in l. humilem, C. de inceſtis nuptiis, dicens clericos per alios tabernas exercentes non amiſiſſe priuilegia clericalia, ac proinde poſſunt habere tabernas, in quibus per alios faciant in domo ſua vendere vinum. Sic Ioan. Andr. Dominic. & Philippus Franc. in cap. vnico, de vita, & honeſtate clericor. in 6. refert, ac ſequitur Lambert. de iure patron. 2. part. 1. quæſt. 9. art. 26. num. 4. fol. 100. in medio, Salzed. d. cap. 55. & Gutier. lib. 2. canonicar. quæſt. cap. 4. n. 73. pœna verò clericis exercentibus tabernas eſt, vt deponantur per text. in clement. 1. de [illegible] honeſt. clericor. Bertach. de Epiſcopo 2. [illegible] materiali, de grad. n. 20. vol. 2. Ingredi [illegible] frequenter, niſi cauſa itineris, vel [illegible], ſi moniti non deſiſtant, pœna [illegible] deponantur. Sic Felin. in c. ſi conſtiterit, n. 2. de accuſat. non inuenio tamen textum, vbi talis pœna ingredientibus tabernas imponatur, ſed habentibus tabernas, eaſque per ſe exercentibus, quod etiam Bernard. Dias in praxi, cap. 71. n. 3. tradit contra Felin. & Bertachin.

Similiter clericis conceditur cauſa neceſſitatis, neceſſaria ad vitam, victúmque quærere ex aliquo honeſto munere, vt patet ex cap. vlt. de vita, & honeſt. cleric. Nauar. lib. 3. conſilior. conſ. 3. num. 3. tit. de ſucceſſionibus ab inteſtato, vbi tradit poſſe clericum exercere negotiationẽ aliàs honeſtam ad ſe, ſuoſque honeſtè ſuſtentandum iuxta gloſſ. in cap. peruenit, diſt. 87. Salzed. cum aliis vbi ſuprà, ob quam neceſſitatem poſſunt locare animalia, nempe oues, boues, iumenta, & ſimilia ad certum pretium, ſeu fructum per contractum aliàs licitum, imò poſſunt emere aliquid, vt melioratum cariùs vendant. Item animalia poſſunt emere, vt in propriis agris nutriant, & cum creuerint, partúſque ediderint, ea fructuſque eorum reuendant. Ita Molin. diſp. 342. concl. 5. Item emere lanas, & ſimiles materias, vt ex illis aliquid conficiant, quod vendant, quia non eſt hoc negotiari, ſed eſt artificium. Ita Graff. lib. 2. deciſ. cap. 125. num. 24. poſt Gemin. quem refert, ac ſequitur, & Abbas conſ. 6. vol. 5. Leſſ. lib. 2. c. 21. dub. 1. num. 6. Molin. citat. diſp. 342. verſ. quinta concluſio.

Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.

Item non eſt negotiator clericus vendens frumentum, vinum, & ſimilia ex ſuis prædiis recepta. 314.
Ita Doctores communiter, & docet Bald. in l. 1. ſuper gloſſ. ibi, ff. de tributar. actio. Tiraq. de pœn. temper. cauſa 51. num. 161. Auendan. de exequen. mandatis, cap. 19. num. 31. ſiue illa vendant minutatim, ſiue ad groſſum, non obſtante quacunque prohibitione, id faciant, non debent gabellas, neque tributum vulgò impoſitionem, quod imponitur vendentibus minutatim vinum, vt fuit iudicatum à ſenatu Braccarenſi in cauſa Abbatis de Creſpus anno Domini 1622. Nec dicitur negotiari clericus emens neceſſaria, ſibi ſuiſque, quamuis poſtea reuendat etiam maiori pretio, quod ſupereſt de iis, quæ emit. ita Nauar. in man. cap. 23. n. 110. ideo nec puniri poteſt ob illam reuenditionem, nec gabellam debet. Sic reſpondit Salzed. rogatus à gabellariis; ſequitur Sà verbo, gabella, num. 13. atque ita iudicatum fuit Madriti à ſupremo concilio regali, anno Domini 1598. teſte Gutier. de gabell. lib. 7. quæſt. 94. num. 16. & ſequentibus.

Quin de iure Luſitano fas eſt clericis abſque metu gabellæ vendere fructus de bonis patrimonialibus collectos. Imò ipſa bona, tam mobilia, quàm immobilia poſſunt vendere, vt conſtat ex d. l. 2. tit. 11. in princ. ibi, & rendas de ſeus beneficios, & bens patrimoniaes, vbi videtur iſta lex contra ius commune ſecundùm quod, ſi exerceatur negotiatio de patrimonialibus, non ſunt immunes à gabellis ſoluendis; ideo ius noſtrum in hoc amplius priuilegium concedit clericis, circa venditionem bonorum ſuorum, quàm ius commune, vt expreſſè tradit Valaſc. conſult. 131. n. 9. quod priùs dixit Marta p. 4. de iuriſd. caſu 10. n. 16. & caſu 18. n. 26. & 27. Did. Perez in l. 1. lib. 1. tit. 3. lib. 1. ord. col. 90. & 91. Marienſ. in l. 11. gloſſ. 4. per tot. tit. 10. lib. 5. noua coll. regia, fol. 312. & ſeqq. & alij dicentes bona patrimonialia clericorum, non ſubeſſe iuriſdictioni alicuius principis ſæcularis, ſed gaudere priuilegio, ſeu priuilegiis, quibus gaudet Eccleſia, vt bene probat Marta d. 4. p. caſu 6. per tot. & probatur ex l. 12. Hiſpana, tit. 4. lib. 4. ordin. ibi, que quando algunos hyos dalgo compraren bienes de pechero non paſſe con ſu carga de pecho. Ratio, quia ratione mutationis in aliam perſonam priuilegiatã onus inhærens rei ratione perſonæ non priuilegiatæ, non transfertur in perſonam exemptam, vt habetur in l. Paul. per procuratorẽ, & ibi Bart. n. 3. ff. de acq. hered. Quibus rationibus probatur bona poſſeſſa à clericis ante ordines ſacros ſuſceptos eſſe exempta à ſolutione tributorũ, gauderéque priuilegio clericali. An verò iudex ſæcularis poſſit cognoſcere contra clericũ circa bona patrimonialia

res eſt dubia, negantque aliqui non contemnendæ auctoritatis apud Tiraquel. *de retract. lign.* §. 32. *gloſſ. vnica, num.* 80 ſed hoc, § *ſequenti.*

Poſſunt etiam clerici abſque ſolutione gabellæ agros proprios colere, vt fructus vendant, non tamen agros alienos, & ita quæſtum exercere, quia quamuis hoc non ſit negotiatio; eſt tamen prohibitum 21. *quæſt.* 3. *c.* 1. 2 & 3. ſecus ſi id faciant pro ſua neceſſaria ſuſtentatione, tunc ex permiſſu ſacrorum canonum excuſantur ab onere ſoluendi gabellam, quamuis fructus eorum vendant; habetur *in c. dilecti. de decimis*, Laſſertes *c.* 19. *num.* 78. Parlad. *lib.* 1. *c.* 3. §. 1. *n.* 10. *cap. peruenit, diſt.* 86. Ratio, quia licet ſit prohibitum clericis conducere aliena prædia, *cap.* 2. *diſt.* 88. attamen propter paupertatem conceditur. Ita Abbas *in c.* 1. *ne clerici, vel monachi*, tunc enim gaudent ſua immunitate; nec dicitur negotiari gloſſ. *verbo, conductiones, in cap. peruenit, diſt.* 86. Non excuſantur quando conducunt prædia aliena, & fructus ex ſuo ſemine, opera ſua, ac ſuorum, ac cultura collectos vendunt lucri cauſa; ſicut etiam debent ſi de facto conducant fructus decimales alicuius Eccleſiæ, eoſque poſtea vendant cum ſit negotiatio. Laſſertes *de venditione, c.* 19. *n.* 69. Gutier. *de gabellis, lib.* 7. *q.* 93. *n.* 66. 72. 75. ſicut etiam ſi conducant agrum cum fructibus pendentibus, eoſque reuendant lucri gratia, idem Gutier. *quæſt.* 93. *n.* 68. 71. & *ſeqq.*

315. Eodem modo cenſebitur negotiatio, ſi clerici conducant fructus ouium eoſque opera, & induſtria, famulorum, vel aliorum lucri cauſa vendant, vel permutent; quia, quod ex conductione conquiſitum fuit, venditum eſt. Nec excuſat à gabellis induſtria clericos, quia induſtria excuſans eſt perſonalis, quæ ſcilicet à propria perſona adhibetur, non verò ea, quæ præſtatur à perſonis conductis, ſeu ſtipendiariis. Ita Laſſertes *d. cap.* 19. *num.* 57. & 76. per text. *in l. legatis ſeruis* 65. *in princip. ff. de legatis* 3. quemadmodum ſerui ad locandum, & conducendum deputati negotiatores etiam dicuntur, ſicut qui præfecti ſunt ad emendum, & vendendum. Laſſert. *de vend. cap.* 19. *n.* 65. quòd ſi arietes, & ſues emāt, vt eos pinguiores efficiant, eoſque reuendant lucri gratia, ac negotiationis, debetur gabella; quia in hoc non artifices, ſed negotiatores cenſentur, nec mutata forma eos vendunt, ſed in eadem integra, qua fuerunt empti licèt pinguiores, ac pretioſiores, in quo re ipſa negotiatio apparet. Hæc opinio eſt ſatis tuta, quod attinet ad arietes, ſues, & ſimilia animalia: attamen puto hæc poſſe fieri, nec teneri clericos ſoluere gabellam ex huiuſmodi emptione, & venditione. Ita Molin. *diſp.* 342. §. *quinta concluſ.* Leſſius *lib.* 2. *c.* 21. *dub.* 1. *num.* 5. & Medin. *C. de reſtit. q.* 30. *cauſa*, 2. cùm hæc omnia ſint fructus, & quaſi fructus, Parlad. *de quotidianis, lib.* 1. *cap.* 3. §. 1. *n.* 9. dum ait poſſe clericum vnum, aut alterum pullum equinum emere, vt cicuratum poſtea vendat; quæ ſententia hodie in praxi admittitur, cum non tam negotientur, quàm artem exerceant emendo rudem, & indomitum, vt cultiorem, & mitiorē vendant, quia hoc ad artificium pertinet: ſicut habentes paſcua poſſunt emere animalia ad paſcendum, & poſtea illa vendere ad ſuam ſuorúmque ſuſtentationem. Ita Sylueſt. *verbo, clericus*, 3. *quæſt.* 1. Capua *lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 14. & 16. quia negotiatio eſt prohibita, non autem artificium, *diſt.* 91. *c. clericus de conſecratione*, & *cap. nunquam, diſt.* 5.

316. Ex dictis conſtat perſonas Eccleſiaſticas, de quibus hactenus, debere gabellam de venditionibus, & emptionibus factis negotiationis, ac lucri cauſa; ambigitur tamen ſatis, an gabella debeatur in conſcientia ante trinam monitionem factam clericis, vt abſtineant à negotiatione? Greg. Lop. *in l.* 49. *tit.* 6. *part,* 1. opinatur non requiri trinam monitionem, ſed ſtatim deberi gabellam à clericis exercentibus negotiationē, priuilegiumque amitti non ſoluendi gabellam etiam ante monitionem. Laſſertes *d. cap.* 19. *num.* 79. Molin. *d. diſp.* 442. *verſ. ſunt verò nonnulla*, Gironda *de gabellis* 7 *p. num.* 9. & 10. quos ſequitur Thom. *alleg.* 28. *n.* 28. Oppoſitum tamen eſt verius per *cap. vltim. de vita, & honeſtate clericor.* Ratio, quia vt ibi habetur, requiritur, vt priuilegia clericalia deperdantur, teneanturque clerici ſoluere tributa, quod ſint admoniti ab habente iuriſdictionem Epiſcopalem, vt ſe abdicant à negotiatione; quod ſi non obediant, debent gabellas, & tributa, ſicut cæteri laici, non tamen amittunt priuilegium canonis, & fori, quamuis negotiationi ſtudeant, ac vacent. Ita Parlad. *vbi ſupra, cap.* 3. §. 1. *num.* 4. Anton. *in d. cap. vlt. de vit. & honeſt. clericor.* expreſsè dicens non teneri in conſcientia tributa reddere, niſi poſt trinam monitionem, adhuc negotietur, Vega *lib.* 5. *caſu* 656. Salzed. *in practica, cap.* 55. §. *ſed an hoc caſu*, non obſtante quod decernitur *in l. Hiſpana* 7. *tit.* 14. *part.* 7. vbi decernitur clericos, & Eccleſias vendentes negotiationis cauſa, non eſſe immunes à gabella ſoluenda, quia priuilegium non ſoluendi de iure canonico introductum eſt; ideo ad Summum Pontificem pertinet declarare, limitare, vel adimere priuilegium, non verò ad principem ſæcularem. Cum *in c. ex literis, de vit. & honeſt. clericor.* dicatur quòd clericus qui tertiò monitus à negotiationibus non abſtinet, interim perdat quoad bona ſua priuilegium clericale non ſoluendi gabellam. Vbi Gloſſ. addit ex hac decretali vſque ad tertiam monitionem priuilegio hoc gaudere, ideo in conſcientia non debere vectigalia ante trinam monitionem, neque bona eorum ſtatutis patriæ ſubiacere. Ita Lud. Lop. *lib.* 1. *inſtruct. cap.* 10. vbi de clericis negotiantibus, & Parlad. *vbi ſuprà, num.* 4. ſic explicat l. Hiſpanam 49. *tit.* 6. *p.* 1. & *l.* 7. *tit.* 18. *lib.* 9. *recop.* non priuari clericos dantes operam mercimoniis continuo hoc priuilegio, ſed poſtquam à ſuo Epiſcopo ter moniti non deſiſtunt à tali negotiatione.

Idem dicendum eſt de l. Luſitana *d. tit.* 11. *n.* 1. *lib.* 2. nempe non debere gabellam, antequam ter moneantur clerici, ſi non abſtineant. Ita Azor. *p.* 3. *lib.* 5. *cap.* 19. §. *quinto quæritur*, vbi ait ex *cap. literis de vit. & honeſt. clericor.* non amitti clericalem immunitatem, niſi poſtquam fuerint ter moniti, quia eo ipſo quòd lex ciuilis non meminit trium monitionum, interpretatio pertinet ad ius canonicum, vt habetur *in cap. nouit, de iudic.* docetque Salzed. *in d.* §. *ſed an hoc*, extra verò caſum negotiationis ſi res clerici ſimul admiſceantur cum rebus laici, ſoluenda eſt gabella de ea parte venditionis, quæ pertinet ad laicum. ita Perez *lib.* 3. *tit.* 1. *fol.* 748. *ad l. ordinem.* Azeued. *in l.* 6. *tit.* 18. *num.* 9. *lib.* 8. *noua collect.* Couar. *in practicis, cap.* 34. *num.* 2. Laſſert. *de decima venditionis, c.* 10. *num.* 16. Secus ſi de ſua parte clericus ſoluet gabellam pro rata.

317. Præcedenti dubio proximum eſt ſequens, an debeatur gabella de bonis clericis defuncti ſi vendantur, quia hereditas iacens refert perſonam defuncti. Nihilominus debetur, quia priuilegium conceſſum clericis de non ſoluenda gabella eſt

perſonale,

perſonale,& extinguitur cum perſona,§. *final. inſtit. de vſufructu.* Quod procedit ſi hæres clerici ſit laicus,quia attenditur ad hæredem ex *l.1.§.præterea*,cum gloſſ. ibi, *verbo,mixta, de ſeparatione.* Secus ſi hæres ſit clericus, eo quòd ſit exemptus, Laſarte *d. cap.19.num.40.* addo etiam deberi gabellam de bonis clerici defuncti,ſic hęreditate iacente,vel repudiata ad inſtantiam creditorum, vt ſoluatur æs alienum illius, quia priuilegium immunitatis cum defuncto expirauit. Vide Laſarte *d.cap.19. num.38.* & Gironda *de gabellis,11.part. num.8.* Nec obſtat hæreditatem iacentem repreſentare perſonam defuncti clerici;eo quia repreſentatio ita eſt ficta, ideoque priuilegium clericale non conſeruat,nec illud ad hæreditatem tranſmittit.

Maius dubium eſt, quando clericus dixit in teſtamento ita,*mando quod meum prædium,quod habeo in tali loco vendatur Titio pro centum aureis*, an debeatur gabella? Videtur quòd non, quia conditio fuit celebrata ab ipſo clerico certo iam pretio conſtituto. Placet tamen deberi, quia præceptum clerici eſt voluntas vltima, non verò contractus ex defectu conſenſus emptoris,nec poteſt eſſe contractus, niſi concurrente ſimul conſenſu vtriuſque partis:atqui defunctus clericus non poteſt iam præſtare conſenſum,neque clerico viuente emptor conſenſum præbuit, ergo, Item, quia durante vita teſtatoris poterat ab eodem reuocari,& quamuis non reuocauerit,Titius de præſenti non contrahit cum defuncto, ſed cum hærede defuncti, accedente mutuo vtriuſque partis placito; Gutier. *de gabellis, lib.7. quæſt.88. num.20.* igitur non debetur gabella.

318. Illud obiter nota, ſi clericus contrahat ſocietatem de rebus ſui patrimonij, vel de re quacunque alia ſua cum Titio, illique dimidiam,vel tertiam partem ſuorum redituum concedat, vel celebret contractum locationis, illique aſſignet decem,vel centum modios frumenti, tunc de parte fructuum, qui pertinent ad clericum, quamuis præcipiat vendi,non debetur gabella impoſita per iudicem ſæcularem.Geminian.de mente Feder. *de cenſibus,in 6.* cum vendantur tanquam res clerici; & pars Titij cùm ſit ſubiecta iuriſdictioni ciuili, non eſt immunis a collecta.Ita Sylueſt. *verbo,excommunicatio 9. num.48. §.ſextò nota*, Molin. *diſpu. 3 num.9.fol.139.*

Quod ſi bona laicorum miſceantur doloſè cum rebus clericorum, a fortiori debetur gabella de rebus [illegible]s. Ita Platea *in l.fin. C. de ann.& tribu.* [illegible] 10.Firman.*de gabellis,part.7. n.18.* Clerici verò,cùm ſint immunes,tenentur manifeſtare res emptas gabellario; quod ſi non manifeſtent, [illegible] commiſſum, reſque ipſas à gabellis exem-
319. ptas amittunt. Ita lex Luſitana *lib.2.tit.11.§.2.ibi,* [illegible] *que as ditas peſſoas*;& probatur ex *l.fin.§. [illegible] de publican.& vectigal.* vbi Bartol.& Albericus, [illegible] fuit iudicatum, contra canonicum [illegible] deferentem bona defuncti clerici ex G[illegible] in Luſitaniam, eo quòd ea bona non manifeſtauerit in oppido de Chaues, vbi erat Baſilica regia, [illegible]deſque bona interceperunt, & duxerunt ad iudicem Baſilicæ, qui ſententiam protulit contra canonicum, quæ poſtea in ſenatu Portenſi fuit confirmata. Illud etiam addit lex Luſitana *d. tit. 11. §.5.* teneri clericum iurare ſe deducere res emptas ſibi,ſuiſque neceſſarias,& illius iuramento ſtandum eſſe ex gloſſ.etiam,*in clement præſenti.de cenſibus*,& ibi Imola *num.10.* niſi

Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.

gabellarius velit probare contrarium, vel ſit aliqua præſumptio vehemens. ita Valaſc. *conſ. 131. num.11.* vbi addit delato iuramento fidem eſſe habendam clerico, nec poſſe gabellarium admitti poſtea ad querelam de periurio, ſi forte peieret, quia hac in re ſtatur iuramento clerici, imò & nunciorum,niſi qualitas perſonarum ſit in contrarium. Ita Cardin. *in element.præſenti.de cenſibus.* Franciſco Marc. *deciſ.41.p.1.& deciſ.268.p.2.*

Nec obſtat aliquando merces per muliones eſſe deductas, nec manifeſtas miniſtris baſilicarum regiarum ſeu gabellariis,vt non poſſint confiſcari,quia regulariter merces,quæ intercipiuntur per muliones,ſeu alias perſonas ſolent deferri. Quod ſi culpa eorum fuerunt interceptæ ex defectu manifeſtationis, tenentur ipſi domino mercium de damno ſecuto.Ita Marta *p.4.caſu 83.* ſiquidem eorum culpa merces ceciderunt in commiſſum; & probatur ex traditis à Leſſio *lib.2, c.13.dub.10. à num.71.* Molin.*tom.2.de iuſt.diſp.506.verſ.ſi damnum famulus*,quod eſt de ſe notiſſimum.

Quæres quas pœnas incurrant imponentes indebite gabellas Eccleſiis, ſeu perſonis Eccleſiaſticis? Reſpondeo *ex cap.quanquam,de cenſibus, in 6.* incurrere excommunicationem latæ ſententiæ cum onere reſtituendi, idem ex clement.*præſenti. eodem tit.*Cardin.*conſ.12.*Roland.*conſ.71.num.13. vol.4.* quin etiam conſtat incurrere in excommunicationem Bullæ Cœnæ 18. vbi imponitur quibuſcunque decimas, ſeu collectas imponentibus, & alia ſimilia onera Eccleſiis Eccleſiaſticiſque perſonis,earumque bonis, Vnde ſequitur incurrere eandem pœnam, etiam exigentes quæcunque onera, & recipientes ab eiſdem, etiam quando ſponte ſoluunt. 320.

Similiter excommunicantur exequentes, procurantes, auxilium, conſilium,vel fauorem præſtantes,& hoc per ſe, vel per alios directè,vel indirectè cum bona clericorum, Eccleſiarúmque ſicut perſonæ ipſæ, ſint exempta ab omni vectigali ſoluendo,tam reali,quàm perſonali.Ita Sayro *de cenſuris, lib.3. cap.22.* maximè *à num.9.* Capua *lib. 4. deciſ. cap.18. a num. 82. vſque à num.86.* vbi excipit non incurri per tributa omnino realia,quæ debentur ratione ſuorum bonorum, nec propter realia extraordinaria, quæ pertinent ad eorum bona,nempe ad reficiendum iter ante prædium,vel domum ſuam,exceptiſque iis,quæ à negotiatoribus,ſeu mercatoribus clericis debentur. cùm ſint exemptæ res clericorum,argumento *cap. Eccleſiarum, ſerner 12. quæſt.2. cap.ſimiliter*; & ibi Gloſſ. *in verbo, Eccleſia 16.q.1.* Tabien.*verb, excomm.5. caſu 18.* Hoſtienſ. *in ſumma, tit.de immun. Eccleſ. §. à quibus verbis*, tradentes priuilegium hoc ad bona Eccleſiaſtica ipſorum,& patrimonialia extendi. Sequitur Marius *de cenſ.tom.1. diſp.19. de excomm. Bullæ Cœnæ,lib.5.c.1. & 2.vſque ad cap.6.* vbi de hac excommunicatione Bullæ Cœnæ agit *a fo.724.vſque ad fol.744.* vbi addit *d.cap.6. §. quarta dubitatio*, eſſe valde probabile ligari eadem excommunicatione Bullæ Cœnæ decuriones, ſeu rectores ciuitatum imponentes gabellas, ſeu impoſitionem ſuper carnibus, vino, vel ſimilibus ad eximendam rem publicam ære alieno preſſam, vnde Eccleſiaſtici damnum patiantur, eo quòd obligantur cariùs emere, quod procedit etiam quando debita fuerunt contracta ob communem vtilitatem, tam clericorum,quàm laicorum. Quod ſi fuerint contracta propter commodum laicorum,vel propter culpam

rectorum, ſeu decurionum, non eſt dubium imponentes, ſeu exigentes excommunicationem incurrere.

321. Vltimò petitur an conſuetudine legitima præſcripta poſſit introduci ius exigendi gabellas, ſeu pedagia, vel alia onera ab Eccleſiaſticis abſque periculo huiuſmodi cenſuræ? Reſpondeo contra laicos poſſe, contra Eccleſiaſticos non poſſe: contra laicos traditur ab Anch. *in c. quanquam, n.3. de cenſibus, lib.6.* & alij contra clericos non poſſe habetur *in d. cap. quanquam*, ibi, *contraria conſuetudine quorumcunque, quæ dicenda eſt corruptela verius*, Anchar. *vbi ſupra*, & Franciſcus *ibi, num.21.* Ratio, quia conſuetudo, quæ grauat Eccleſias, & Eccleſiaſticos, eſt iniqua, & conſequenter non eſt ſeruanda; debet enim potiùs illis fauere, vt habetur *in cap. de conſuetudine*, tradit etiam Abbas *in d. cap. non minus, de immunit. Eccleſ. num.17. ad fin. verſ. non tamen valebit conſuetudo*; idcirco non obſtante conſuetudine tam imponentes, quàm exigentes erunt excommunicati.

322. Vt nihil relinquatur, quæritur an clerici rectores alicuius parochialis teneantur de bonis patrimonialibus exiſtentibus in aliena parochia ſoluere decimas? Reſpondetur affirmatiuè. Ita Sot. *lib.9. de iuſtit. quæſt.4. art.4.* & eſt commune per *cap. nouum genus de decimis*, D. Thom. 2.2. q.87. *art.4.* quem refert, ac ſequitur Couar. *lib.1. var. cap.17. num.8. verſ. otro ſi mandamos, tit.5. lib.1. noua recopil.* ex eo fundamento, quia prædia ſita intra limites alicuius Eccleſiæ parochialis tenentur ſoluere eidem Eccleſiæ decimas, ſecundùm Abbatem *in d. cap. nouum genus*, poſt Innocent. Nihilominus ab hac obligatione poſſunt eximi clerici conſuetudine, vel præſcriptione ex gloſſà *in cap. quibuſdam de decimis, verbo, conſuetudine; & in cap. quia cognonimus, 10. quæſt.3.* quamuis ſint parochi, quod etiam tradit Bald. *de præſcriptionib. 1. part. 5. partis in principio, quæſt.7. num.3.* Couar. *vbi ſupra, d. num.8. & 10.* Gutier. *in canonicis, lib.2. cap.21. num.52. & ſequentib. verſ. ſecus tamen.* Rebuff. *de decimis, quæſt.13. num.60.* vbi tenet à clericis id fieri non poſſe, nec rectores ipſos Eccleſiarum conſuetudine, vel præſcriptione eximi poſſe à ſolutione decimarum, per gloſſam *d. cap. in quibuſd.* Sed hoc minus bene dictum puta, cùm clerici etiam non parochi, ſint capaces huius exemptionis, vt notum eſt; ideo Andr. Hiſpanus *in tract. de decimis, verſ. decima eſt, num. 16. & 17.* Rebuff. adhærens mihi reprobatur.

323. Non tamen inde colligas bona aliquo onere reali affecta antequam veniſſent ad Eccleſiaſticos manere exempta ab eo onere, ſi poſtea transferantur ad eos, nam licet bonis ad Eccleſiaſticos tranſlatis non poſſint onera imponi, nondum tranſlatis poſſunt; quos tamen tranſlata ſequuntur cum ſuo onere; text. *in cap. Abbates, de decimis, cap. tributum 23. quæſt.8.* Authen. *item prædium, C. de ſacroſ. Eccleſ. l. de his, C. de Epiſcopis, & clericis*, Ioan. Andr. *in cap. 1. de cenſibus*, & Imol. *in cap.1. de immunit. Eccleſ. lib. 6.* Bartol. in Authen. *item nulla communitas, C. de Epiſcop. & cler.* & clariùs *in l. reſcripto, §. ſciendum, verſ. ſed quæro vtrum, ff. de muner. & honor.* Bald. *conſ. 280.* præmiſſo ſtatuto, *lib.2.* niſi priuilegio, aut ſtatuto excipiantur ab eo onere, vt bene notat Otalora *in tract. nobilit. 2. part. cap.1. num.9. & ſequent.* Molin. *de primog. lib. 1. cap. 27. num.8.* Tiraquel. etiam *de primog. quæſt.49. num.9. per l.*

*hactenus*, ibi, *quoniam alia onera agnoſcit*; & infra, *ſtipendium, vel tributum, ff. de vſufructu*, & per *l. neque ſtipendium, ff. de impenſis in rebus dotal. factis*, ibi, *onus enim fructus hæc impendia ſunt*; quod etiam Pinel. exornat *in l.1. C. de bonis mater. 2. part. num.72.*

Ideo ſi Eccleſia obtinuit res aliquas onere aliquo reali affectas, non eximitur ab eo onere ſoluendo. Innoc. *in ſumma, de iur. immunit. §. à quibus ad fin.* quia in hoc non conſideratur perſona, ſed res affecta eo tributo, Valaſc. *de iur. emphyt. quæſt.17. n.7.* & ibi Molin. *tom.2. de iuſt. diſp.385. verſ. ex his.* Gregor. Lopez *l.55. verbo, clerigos, tit.6. part.1.* & conſtat ex l. Hiſpana, *2. lib.1. tit.3. ordin.* ibi, *& otro ſi que la heredaon, que fuere tributaria en que ſea el tributo apropriado a la heredad qualquier clerigo, que la tal heredad comparare tributaria que peche aquel tributo, que es apropriado, y annexo a la tal heredad.* Concordat Gutier. *lib.1. practic. quæſt.3. num.15. verſ. vltimo aduerto.* dicens ſi fundus ſit affectus aliquo onere antequam migraret ad Eccleſiam, ſeu clericos, cum eo deinceps perſeuerare; ſecus ſi imponatur onus poſt tranſlationem fundo, cùm clerici ſint exempti à tributis. Quod procedit quando onus annexum fundo ante tranſlationem eſt reale, quia hoc rebus impoſitum cum eiſdem tranſit ad clericos.

Dubium eſt quando onus eſt mixtum impoſitum propter res perſonæ? Videntur ab hoc onere eſſe immunes clerici, quia mutata perſona, videtur mutata rei conditio. Ita Bartol. *in conſ.180. part.1.* Bald. *in l. placet, C. de ſacroſ. Eccleſ. & in conſ.280. præmiſſo, vol.2.* Felin. *cap. Eccleſia S. Mariæ, n.70. de conſt.* Belon. *conſ.40.* Cardin. Alban. *in tract. de immunit. Eccleſiaſt. per totum*, quam partem vocant veriorem, ipſe Felin. & Syluan. *conſ.32. num.1. & 14.* & ex text. *in cap. ſancitum in fine, 23.* vbi legitur tributa exigi ſolita exigenda non eſſe, poſtquam prædia tributaria ad Eccleſiam fuerunt traducta, atque ita reſpondit Ripa *reſponſ.4. num.7. ſub tit. de iure gentium*; & confirmatur ex l. Hiſpana *lib.11. tit.1. lib.5. noua collect. regia*, vbi dicitur, *porque el derecho preſume que lo hizo cauteloſamente à fin de no pechar, ni contribuir, que la tal donacion, e traſpaſſamiento ſea ninguno de derecho*; vbi loquitur lex de transferentibus fraudulenter bona tributaria in perſonas immunes à ſoluendis tributis, vt ſic defraudent principem ſuis muneribus; ergo ſi tranſlatio bonorum fiat ſine fraude, non debentur tributa, quia mutatione perſonæ mutatur onus, & deſinit obligare; ſicut bona ante ſacerdotium poſſeſſa, ſecuto ſacerdotio gaudent priuilegio clericali, vt notat Marienſ. *in l.11. gloſſ.4. per tot. tit.10. lib.5. noua coll. à fol.312.* Otalora *de nobilit. 2. part. cap.1. num.10. fol.23.* 324.

Contraria pars ex eo probatur, quia bona reſpectu quorum impoſitum eſt onus perſonæ, erant affecta eo onere, quando ſub dominio laicorum perſeuerabant, ergo non debent transferri in clericos abſque ea obligatione. Ita Riminald. Iun. *conſ.25. num.13. vol.1.* Barbatia *conſ.1. vol.3.* ſed hi doctores non loquuntur, vt videtur in puncto iuris, quia fundamentum huius partis eſt, quod nemo poteſt maius ius in alium tranſmittere, quàm ipſe poſſideat, ſecundum *cap. nemo plus iuris, de regulis iuris in 6. l. traditio, ff. de acquirendo rerum dominio*, præſertim quia nemo poteſt in fraudem derogare iuri alterius, *l. quoties, §. qui dolo, ff. de probationib. l. dolum, C.*

de

*de dolo*, & tradit Petrus Antibol. *de munerib.§.4. n.69. vſque ad n.73.* quem ſequitur doctiſſimus Gab. Pereira 2.*p.manus regia,cap.70.num.6.*vnde cum illa bona eſſent affecta eo tributo tempore quo erant in poteſtate laicorum, cum eodem deberent transferri in dominium clericorum,per text. *in cap.literis.de dolo,& contum.* ne fraus videatur patrocinari transferenti ea bona in clericos, *cap. ſedes, & cap. ex tenore,de reſcript.* at patrocinaretur, ſi bona tranſirent ſine illo onere.

Placet tamen mihi prima opinio. Ratio, quia illud onus, quod erat penes laicos in bonis eorum, non adhærebat rei ratione rei, ſed ratione perſonæ, *l.reſcripto,§.final.ff. de muneribus,& honor.* Item, quia quando princeps ſuis legibus aliquid decernit attendens in perſonam certæ conditionis, ceſſante perſona, ceſſat obligatio reſpiciens perſonam,per text.*in l.1. §.permittitur,ff. de aqua quotid. & æſtiu.* Et probatur exemplo rerum fiſci,quæ apud ipſum ſunt immunes à tributo,tráſlatæ verò in hominem priuatum ſunt obnoxiæ tributo,quia obligatio non ſoluendi non erat realis,nec perpetua, ſed temporalis,nempe pro tempore,quo erat apud fiſcum; mutata ergo perſona, ſeu cauſa priuilegij,ceſſat priuilegium, *l.imperator,ff. de poſtul.* & expreſſius *in l.Titia Seio,§.vſuras,*vbi Bartol.*ff. de legat.2.* Peregrin.*de iure fiſci, tit.4. num.45.& 46.* eodem modo,quo ius patronatus tranſlatum à laico in aliquam Eccleſiam vtitur priuilegio præſentandi,quo vtitur Eccleſia relicto priuilegio, quo laicus vtebatur, nempe quadrimeſtri tempore, vt notat Gonçal. *in reg.8. gloſſ.5.§.7.& 8.* Garc.*de benef.part.12.cap.2. n.10. & num.17.*& expreſſiùs Lambert.*de iur.patronat. lib.1.art.8.quæſt.1.in princ.per text.in cap.vnico,de iur.patron.in 6.* quem ſequitur Cabed, *de patron. cap.5.num.3.& ſequentib.* Vnde ſi pater donet filio bona ſua vt in ſacris initietur in titulum patrimonij,bona manent exempta à tributo.Ita Vaſquius *de ſucceſſ.creatio. §.10 num.953.& ſequentib.ſuper l. quoniam in prioribus*, C. *de inofficioſo teſtam.*Præpoſ. *in cap.ſi tributum,11.quæſt.1.* Alexand. de Ales *in 3. ſententiarum*, quem ſequitur Card. *in d. cap.ſi tributum;*quod idem procedit ſi bona transferantur laica in Eccleſiam, cùm non ſit maior ratio in vno, quàm in alio, mutatúrque qualitas in fauorem Eccleſiarum, & ratione priuilegij Eccleſiis conceſſi, ius augetur à proprio priuilegio, non verò à transferente bona, vt conſtat ex *l.cum quidam, §. ſi debitores, ff. de vſuris.*

Nec obſtat ſi dicas ex Bartol. *in d. l. reſcripto, §.fin.ff.de muner. & honor.* dicente, quòd ſtante lege, vt omnia bona laicorum ſoluant certa tributa, & ſic huic oneri obnoxia, ſi transferantur in Eccleſiaſticos, manerent apud illos tributaria, quia in hoc caſu magis commoniter probatur Bartoli conſilium,habeturque huiuſmodi lex contra liberratem Eccleſiaſticam, vt notat contra Bartol.Bald. *in l.neminem,C.de ſacroſ. Eccleſ.* Felin. *in cap. Eccleſia S.Mariæ, num.76. de conſtitutionib.* Ioannes Andreas & Geminian. *in cap.1. de vit. & honeſt. clericor.* quia cùm res mutentur à laicis in Eccleſiaſticos, qui non poſſunt onerari tributis, libera manent bona,mutato ſtatu.

Nec refert ſi dicatur in fraudem fuiſſe factam in Eccleſiam tranſlationem bonorum, vt defraudetur fiſcus, quia ſi tranſlatio, ſeu donatio bonorum verè facta fuit, quamuis animo fraudandi, vel ex odio, in fiſco bona libera manent ab onere antiquo, nec dicitur donator commiſiſſe fraudem,quia vtitur iure ſuo, text. *in l.3. paulo poſt principium, verſ. ſi tamen, ff. de libero homin. exhib.* ibi, *dolo malo non videtur habere, qui iure ſuo vtitur.* Quo argumento probatur contrahentem matrimonium in articulo mortis licitè; & abſque fraude legitimare filios in fraudem ſubſtituti, nec poſſe appellari fraudem illicitam, cùm contrahendo hoc modo vtatur iure ſuo, nec bona, vel mala intentio deſtruit contractum, nec illum impedit. Ita Sanchez poſt plures *lib.3. de matrim. diſp.* 18. Si tamen contingat donationem ex alio capite fuiſſe irritam, tunc bona donata manent affecta ſuo onere, tenetúrque transferens, ſeu donans ad ſoluendum tributum fiſco, poteſtque iudex cogere illum ſi habeat præſumptionem vehementem iurare de veritate dicenda, quam ſi fateatur, tenebitur contribuere. Ita Antibol. *vbi ſupra à num. 69.* vbi meminit rationum, ex quibus præſumatur fraus.

De tributo tamen iugarioois ſummatim dico 325.
apud noſtrates in hoc regno clericos non eſſe immunes ab hoc tributo, niſi ſpeciali priuilegio ab eo ſoluendo eximantur, vt habetur in l.2.Luſitana *tit. 33.* Vnde conſtat hoc tributum non eſſe perſonis impoſitum, ſed rebus, proindéque reale,vt teſtatur eſſe Cabed.1.*part.deciſ.*188. *num.4. verſ.quia iugatio*, & probatur ex *l.2. ordin. tit.33.num.8. verſ. e portanto*, ibi, *Sunt aliquæ Eccleſiæ, & monaſteria, & priuatæ perſonæ, quibus eſt conceſſum priuilegium non ſoluendi iugationis tributum.* Item *num.15.* repetitur,aliquas eſſe Eccleſias,& monaſteria exempta ab hoc onere, & *num.25.* additur, clericos in ſacris, ſeu beneficiatos, qui habuerint prædia Eccleſiarum,ſeu monaſteriorum, eaque excoluerint, ſeu acceperint per contractum emphyteuticum, ſeu locationis pro certa quota fructuum, dummodo ea excolant propriis expenſis non eſſe ſubiectos oneri huic iugationis. Secus ſi eadem prædia fuerint peditum, ſeu perſonarum, quæ non ſint priuilegiatæ; tunc erunt obnoxij clerici iugationis tributo,ſiue acceperint prædia pro certa quota fructuum, ſeu pro certa penſione, niſi in clericos vtile dominium in perpetuum, vel ſaltem ad vitam eorum transferatur. Ex quibus locis patet clericos, qua tales, non eſſe immunes à tributo iugarionis, neque eaſdem Eccleſias, vel monaſteria habere hanc exemptionem de ſe, niſi ex ſpeciali priuilegio, cùm ſit onus reale terris ipſis inhærens.

Probatur idem ex areſto 74.Cabed.2.*part.contento.* vbi iudicatum fuit quendam Ioannem clericum, & beneficiatum non fuiſſe exemptum à ſolutione iugationis,quia clericus,qua talis, non eſt exemptus ab eo, vt etiam colligitur ex *lib.2. eiuſdem ordin. tit.57. §.1.* vbi ſupponitur clericos non eſſe immunes, niſi ex ſpeciali indulto; & clariùs *tit.18. §.6.* ibi, *& bona*, quæ ſcilicet clerici emerint, *non ſint regalenga, aut onere iugationis obſtricta*; quod ſi emerint de noſtra licentia, teneantur nobis aut concilio,à quo ea emerunt, ſoluere onera, quæ antea ſoluebantur; atque ita indubitabile puto clericos, qua tales, non eſſe immunes ab hoc tributo, quamuis in contrariam partem inclinet Cabed. *deciſ. 64. 2. part. num. 7. & 16.* quod minus bene dictum credo.

326. Sed hæc aliis illa difficultas adiicitur, an conductores redituum Eccleſiaſticorum ratione contractus celebrati cum domino redituum debeant gabellas? Parti affirmatiuæ ſuæ adſunt rationes. Prima, quia emptores à fiſco, ſeu conductores non eximuntur pro ſua parte a ſolutione gabellæ: cùm fiſcus ea ſit exemptus, *l. licitatio, §. vlt. ff. de public. & vectigal.* ergo conductores redituum Eccleſiæ, etiam ad ſoluendum obligantur, non obſtante immunitate Eccleſiaſticorum. Secundò, quia priuilegium conceſſum clericis eſt perſonale, ergo non tranſit ad conductores, vt habetur *in l. quia tale, & l. maritum, ff. ſolut. matrim.* mutata enim perſona, mutatur priuilegium. Bart. *in l. Paulus reſpondit per procuratorem, ff. de acquirenda hered.* Anchar. *conſ.* 110. *num.* 2. Ripa *lib.* 2. *reſponſionum, cap.* 22. *num.* 17. *& in tract. de peſte. de remedijs ad conſeruandam vbert. num.* 127. multis ibi relatis, Tiraquel. *de retract.*
327. *conſang. §. 1. gloſſ.* 13 *num.* 11. *&* 12. dicentes quamuis Eccleſia ſit immunis à gabellis, conductores ipſius, ſeu colonos non frui eodem priuilegio, quod etiam tradunt Franc. *in cap. quanquam de cenſib.* Gemin. *ibi.* Federic. de Sen. *conſ.* 111. *num.* 10. *quæſt. tales eſt.* Parlad. *lib.* 1. *rer. quotid. cap.* 3. *num.* 14. *§.* 1. *verſ. illud quoque meminiſſe debemus.*

Secunda ſuffragatur, quòd fructus beneficiorum à ſolo ſeparati non pertinent iam ad Eccleſiam, ſed ad colonum, ſeu conductorem Eccleſiæ; ideo ſunt addicti oneri gabellarum, *l.* 1. & ibi Bartol. *C. de agricol. & cenſit. lib.* 11. proinde conductor debet pendere gabellam propter fructus, cum iam non ſint ſub dominio Eccleſiaſtico, ſed ſub laico, vt bene probat Bartol. de Firmo *in tract. de gabellis, in 6. part. quæſt.* 8. Socc. *conſ.* 72. *verſ. circa ſecundam dubitationem,* Graff. *lib.* 2. *deciſ. cap.* 125. *num.* 28. *verſ. an locatores,* vbi limitat quando priuilegium eſt perſonale; ſecus ſi ſit datum bonis ipſis, Azor. 3. *part. lib.* 5. *cap.* 20. quibus accedit Valaſc. *conſult.* 131.

328. Contraria ſententia, quæ mihi non diſplicet, affirmat non teneri conductores fructuum beneficiorum, ſeu Eccleſiarum ſoluere gabellam ex contractu celebrato cum beneficiato, ſeu Eccleſia. Ratio, quia venditor, & emptor ſunt correlatiua, ergo priuilegium conceſſum Eccleſiæ vendenti, cenſetur conceſſum conductori, ſeu emptori, argumento ſtatuti prohibentis, ne vxor aliquid relinquat marito, conſequenter prohibet, ne maritus quidquam relinquat vxori, vt bene notat Curt. Sen. *conſ.* 11. *ſtatuto Parmenſi,* quem ſequitur Crotus *in l. omnes populi, num.* 185. *ff. de iuſtit. & iur.* Ripa *in rubric. de acquir. poſſeſſ. num.* 7. Iaſon. *in l. vltim. num.* 15. *C. de indict. viduit. tollen.* vbi ait, ſe ita conſuluiſſe ſuper ſtatuto Parmæ, & repetit *conſ.* 112. *lib.* 1. qua ratione ductus Comenſis *in l. non tantum, ff. de re iudicata,* fatetur ſtatutum concedens vxori immunitatem ſoluendi gabellas, eandem concedere marito, quod ſequitur Decius *in l.* 1. *num.* 5. *C. de in ius vocan.*

Secundò ſequeretur ex obligatione ſoluendi gabellam ex tali contractu minui libertatem Eccleſiæ per indirectum, quia res onerata minus valet, quàm libera, *l. ſi venditor. in fine, ff. de ſeruis exportan.* Et eſt communis ſententia, nam & tantum minus Eccleſia vendet fructus ſuos, quantum eſt illud onus ſoluendi tributa. Item ſtatutum imponens id onus conductoribus eſt nullum, quia grauando conductores directè, grauat Eccleſias indirectè, cum res minus valeat. vnde Bald. *conſ.* 31. *ſtatuto ciuitatis Aſtenſis, vol.* 3. conſuluit, hoc non poſſe fieri in contractu celebrato cum ipſa Eccleſia ex regul. quòd ea quæ directò prohibentur fieri, per indirectum etiam prohibentur, *l. ſcire oportet, §. ſi mater, ff. de tutor. & curator. dat. ab his, & cap. cum quid, de fructibus, ſeu bonis Eccleſiarum & clericorum;* ergo per indirectum prohibentur exigere gabellam à conductoribus, ſeu emptoribus eorundem fructuum. Quod idem dixit Bald. *conſ.* 496. *punctus talis, vol.* 4. quia alioqui priuilegium Eccleſiæ eidem conceſſum noceret, ideo ne videatur nocere, immunitas illius ad emptorem debet extendi, vt tradit Gemin. *in cap.* 1. *de tempor. ordinand. in* 6. vbi priuilegium conceſſum monaſterio, ait, eo ipſo eximere, dum fructus ſuos vendit, emptores à ſoluenda gabella; ſequitur *ibi* Imola, & & Decius *l.* 1. *num.* 7. *C. de in ius vocan. & conſ.* 48. *vol.* 2. *verſ. tertio principaliter.*

Confert id, quod dicitur in cauſa communi minori cum maiori, minori ex priuilegio reſtitutione conceſſa, cenſeri conceſſam etiam maiori. Afflict. *deciſ.* 213. Iaſon. *conſ.* 238. *ad finem, lib.* 2. Marſil. *in ſign.* 182. quod etiam contingit in cauſa communi, & indiuidua inter ſocios, quorum vnus gaudet priuilegio fori: tota cauſa eſt excutienda coram iudice priuilegiati, quamuis ſocij non ſint tales. Ita Aret. *conſ.* 25. *col.* 2. Bald. *in l. præcipimus, C. de appellationib. §. eadem obſeruando,* Couar. *in practicis, cap.* 34. *num.* 2. Tiraquel. *de retract. conſang. §.* 26. *in gloſſ.* 1. *num.* 31. *§. & hanc quoque ſententiam,* ſubdens ſocios omnium bonorum gaudere immunitate ex perſona ſocij exempti. Conſentit Alexand. *conſ.* 122. *viſo puncto, col.* 4. *verſ. ad hoc etiam lib.* 4. & Nata *conſ.* 1. *num.* 10. *lib.* 1. aliis etiam ibi citatis; conſtatque ex gloſſ. *in l. vltim. C. de munerib. & honor. lib.* 10. ergo in noſtro caſu idem dicendum eſt, cum Eccleſia vendens, & conductores ementes habeant ius connexum, & à damno conductorum etiam patitur detrimentum; proinde eius priuilegium non ſoluendi gabellam, vt damnum euitetur, debet eſſe commune conductoribus cum ſint correlatiua emptor, & venditor, locator, & conductor.

Neque obſtant quæ pro priori ſententia deducuntur ex *l. licitatio, §. vlt. ff. de publican. & vectigal.* vbi Pompon. ſcribit de fiſco immuni ab omni ſolutione gabellæ, non tamen ementes ab eo, quia *l. licitatio,* loquitur in actu ſeparato, & remoto, non autem in actu immediato, & coniuncto, vt bene notat Bald. *d. conſ.* 31. incipit, *ſtatutum ciuitatis, col.* 1. *verſ. ſolutio, lib.* 1. Ratio, quia quando emptor emit immediatè à venditore, & conductor conducit immediatè à locante, contractu ita inter eos immediatè celebrato, ſi alter eorum, nempe Eccleſia ſit immunis ab onere, alter fruitur eodem priuilegio exemptionis à gabellis. Aliter enim vno læſo fieri non poteſt quin Eccleſia lædatur, dum cogitur viliùs ſua bona diſtrahere propter gabellam ab emptore ſoluendam, quod etiam Bald. deducit ex *l. ſi venditor, §. vltim. ff. de ſer. exportan.* 329

Dixi, quando onus gabellæ apponitur actui coniuncto, ſeu contractui immediatè celebrato ab Eccleſia cum conductore, hoc non poſſe fieri; quia ſi conductor, ſeu emptor aliò poſtea fructus conductos, ſeu emptos exportet, ac traducat ad vendendum, cum actus iſte ſit ſeparatus, ac diſtinctus

ſtinctus

ſtinctus à priori contractu, celebrato cum Eccleſia, ſeu beneficiato, fatendum eſt ſoluendam eſſe gabellam ex cauſa traductionis in loco, vbi fructus venduntur, neque in hoc grauatur Eccleſia, neque eius conductores; ſiquidem ſolutio vectigalis non fit immediatè propter contractum, ſed propter actum exportationis, quia actus nihil habet commune cum Eccleſia. ita Bald. *loco citato*, dicens in hoc caſu loqui *dictam legem, licitatio, §. vlt.* Sequitur Speculat. *tit. de immunit.* & cum eo alij plures ita debent intelligi, dum tenent emptores fructuum Eccleſiæ non gaudere immunitate non ſoluendi gabellam, ſicut Eccleſia, & clerici gaudent; proinde dicendum conductores pro priori contractu, ſeu priori conductione cum Eccleſia, ſeu clericis celebrata nihil debere. Hanc etiam partem cum Speculatore amplectuntur Cardin. & Imola *in clement. vlt.* & ibi Gloſſ. *in verbo, non negotiandi, de cenſib.* Gemin. Archid. & Franc. *in cap. quanquam, de cenſib. lib. 6.* Molin. *diſp. 663. num. 8.* vbi addit conductorem ſi poſtea fructus vendat debere gabellam, non ex contractu celebrato immediatè cum Eccleſia, ſeu beneficiato, ſed propter actum vendendi poſtea ex conductione mercium ad alium locum, qui eſt actus ſeparatus. Vide Barboſa *in l. quia tale*, vbi de hoc *num. 42. & ſequenti, ff. de ſolut. matr.*

Nec aduerſatur huic doctrinę reſponſio Federici de Senis *conſ. 111.* quia loquitur de colonis partiariis, qui tenentur ſoluere de portione fructuũ, quæ ad illos ſpectat propter laborem ſuum: eò quia illa portio nihil commune habet cum fructibus clerici, ſeu Eccleſiæ, ſed eſt quid ſeparatum. Quibus rationibus non habent vim argumenta contrariæ partis, ſi intelligantur de primo contractu celebrato inter clericum, & conductorem, quia hic contractus ex vtraque parte eſt immunis à gabella: quod ſi loquantur de contractu ſeparato, conſentiunt nobiſcum, & conſentire videtur Gutier. *de gabellis, lib. 7. quæſt. 44.* vbi ait, conductores decimarum Eccleſiæ ex venditione fructuum gabellam debere, vbi nota non dixiſſe ex exemptione ab Eccleſia, ſed ex venditione facta à conductoribus; quo etiam modo loquendi vtitur Parlador. *lib. 1. quotid. cap. 3. §. 1. num. 14.* Suffragatur item praxis, qua vtuntur conductores fructuum Epiſcopatuum Sede vacante apud Hiſpanos, qui publicas literas à collectore generali obtinent, quibus tanquam adminiſtratores nomine Cameræ Apoſtolicæ fructus colligunt, ac vendunt, nec gabellam ſoluunt, quod nulla ratione collector fieri pateretur, ſi crederet gabellam deberi; cuius praxis meminit Gutier. præcitatus *num. 12.* pro qua faciunt tradita à Menoch. *tom. 2. conſ. 136. num. 24. & 25.* vbi hac de re doctè egit.

---

## §. IV.

### *Vtrum in quibus caſibus Eccleſiaſtici debeant conueniri, teneantur reſpondere coram indice laico?*

EPITOME.

330 *Clericus negotiator conueniri poteſt coram iudice laico ſuper gabella.*

331 *Oppoſitum ſuos habet auctores.*

332 *Clerici dum tenentur contribuere ad opera publica per quem iudicem ſint cogendi.*

333 *Clerici vrgente neceſſitate poſſunt cogi ad tribuendam per laicam poteſtatem, dum non poteſt eſſe aditus ad Summum Pontificem.*

334 *Clericos teneri contribuere deficientibus facultatibus laicorum ad opera communia, oſtenditur ex ſacra pagina.*

335 *Principes laici ſi vrgente neceſſitate auferant ab Eccleſiis aurum, & argentum, tenentur poſtea reſtituere.*

336 *Clerici pro pœnis pecuniariis, & damno illato à propriis animalibus, poſſunt conueniri coram iudice ſæculari.*

337 *Iudex poteſt incidenter cognoſcere, an ipſe ſit iudex.*

338 *Clerici quando ex conſuetudine poſſunt obligari ad reſpondendum coram iudice laico.*

339 *Papa non poteſt concedere laico poteſtatem vniuerſalem ſuper clericis.*

340 *Conſuetudine non poteſt induci, vt clerici conueniantur coram iudice ſæculari.*

341 *Lex, quæ diſponit ſuper calumniis ſalarióque famulorum ſoluendo, eſt iuſta.*

342 *Papa poteſt diſpenſare in priuilegio fori, eſto ſit de iure diuino.*

343 *Leges communes laicis, & clericis ab vtriſque ſunt ſeruandæ.*

344 *Clericus an ſit conueniendus coram iudice ſæculari pro pœna pecuniaria impoſita pro calumniis, & pro iactura damni dati.*

345 *Papa poteſt diſpenſare in priuilegio fori clericorum quamuis ſit de iure diuino, & in omnibus etiam contra ius diuinum.*

346 *Leges ſæculares præcipientes, quòd animalia clericorum ſoluant pœnas impoſitas pro damno dato, valent.*

347 *Clerici excedentes taxam frumenti, ſeu vini à decurionibus ſtatutam, an ſint conueniendi coram ſuo iudice.*

348 *Clericus falsò teſtificans coram iudice ſæculari, an ſit puniendus ab ipſo.*

349 *Clericus conueniens laicum coram ſæculari iudice poteſt ibi reconueniri, quamuis non deſint qui contrarium putent.*

350 *Clericus an poſſit deſiſtere à conuentione ne reconueniatur a laico, & vt poſſit remitti ad iudicem Eccleſiaſticum.*

351 *Clericus non ſolùm poteſt reconueniri in iudicio ſæculari ſuper eadem re, ſed etiam ſuper diuerſa, imò & de crimine ciuiliter.*

352 *Clericus denunciatus à laico emptore ſuper re à clerico empta, an teneatur comparere coram iudice laico ad defendendum emptorem? Pars affirmans eſt verior.*

353 *Fiſcus laudatus in auctorem an teneatur comparere coram iudice emptoris laudantis.*

354 *Fiſcus, & Eccleſia æquiparantur, non tamen clerici gaudent priuilegiis Eccleſiæ niſi in caſibus iure expreſſis.*

355 *Clericus colono ſuo conuento an teneatur comparere coram iudice coloni.*

356 *Clericus hæres laici an poſſit conueniri coram iudice defuncti lite cum eo incepta.*

357 *Clericus ante clericatum citatus in cauſa ciuili coram iudice laico, an teneatur reſpondere coram eodem iudice, quamuis in fraudem promotus ſit.*

358 *Laicus factus monachus an teneatur reſpondere corã iudice ſuper crimine in ſæculo commiſſo.*

359 *Clericus, & laicus ſimul delinquentes coram quo iudice ſunt conueniendi.*

360. 361. & 362 *Iudex laicus an ſit competens, quando decimæ pertinent ad dominos temporales, & an poſſit cognoſcere tam de iure, quam de facto, de poſſeſſorio decimarum.*

363 *Clericus in cauſa ſpolij, ſiue actor, ſiue reus in re beneficiaria coram quo iudice debet reſpondere.*

364. & 365 *Iudex regius in cauſa patronatus regiæ coronæ, & in cauſa feudi, & bonorum regalium, quæ poſſident clerici, eſt competens.*

## §. IV. MEMBRVM I.

### *Quando teneantur clerici contribuere ad opera laica, & per quem iudicem debent cogi?*

330. PRIMVS caſus, in quo poteſt clericus conueniri coram iudice laico, eſt, quando ipſe negotiatur, quia gabella eſt tributum regale ad cuius exactionem ſæcularis miniſter eſt iudex competens. ita Bald. *in cap. cum veniſſent, col. 3. de eo qui mit. in poſſeſſ.* Auffter. *in repet. clem. 1. de offic. ordin. in 4. fal. 2.* Regul. Bened, *in cap. Raynut. in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam, num. 70.* & alij apud Tiraquel. *de retract. conſang. §. 32. gloſſ. vnica, num.* 80. vbi ait id ſeruari ex conſuetudine Franciæ, quod ſequitur Franciſc.
331. Marc. *deciſ.* 286. *num. 3 p. 1.* & quamuis non deſint etiam in hoc caſu, qui doceant coram iudice Eccleſiaſtico clericos debere conueniri, nec Eccleſiaſticum ad gabellam ſoluendam eſſe cogendum à miniſtro laico, quod tanquam verius tradunt Auiles Prætor *cap. 23. gloſſ. deuorden.* Humada *in ſcholiis, l. 54. gloſſ. 2. num. 2. & 16. tit. 6. p. 2.* & Greg. Lop. *verbo, Pechar. in l. 51. tit. 6. p. 1. & l. 52. verbo, el obiſpo,* dicentes opera Epiſcopi, atque mandato etiam quando vrget maximum periculum, atque neceſſitas, clericos eſſe compellendos non tamen à iudice ſæculari.

Nihilominus In noſtro caſu de Iure Luſitano, & ex communi conſuetudine ſatis antiqua, & à Summo Pontifice, iam à tempore Regis Dionyſij tolerata, & approbata, clerici coram iudice ſæculari conueniuntur, & poteſt fieri executio in eorum bonis per exactores gabellarum. ita Mexia *in tract. taxa panis, concl. 5. num.* 23. Gutier. *de gabellis, lib. 7. quæſt. 94. à num. 5. vſque ad ſeptimum,* & Bobadill, *lib. 2. politicæ, cap.* 18. *à num.* 123. vbi dicunt clericos negotiantes debere gabellam eorúmque bona quoad illam eſſe ſubiecta iuriſdictioni legum ciuilium; conſtátque ex *cap. final.* ibi, *de ſuis facultatibus, de vita & honeſt. cleric.* & ex *cap. recolentes de ſtat. monach.* ibi, *quia dignum eſt eos qui ſimilem cum aliis vitam ſuſcipiunt, ſimilem ſentire in legibus diſciplinam.* Concinit Nouell. Valentiniani Imperat. *tit. 12. de Epiſcop. iudic.* ibi, *Clerici nihil prorſus negotiationis exerceant, ſi velint negotiari, ſciant ſe iudicibus ſubditos, clericorum priuilegio non muniri.* Fauet idem Gutier. *in pract. lib. 1. quæſt. 4. num. 1. verſ. ſi verò agatur;* & expreſse tradit Vimaranenſis *in remiſſ. ad lib. 2. tit. 11. ad §. 1. num. 3.* ibi, *pagara ſiza,* hoc eſt clericus negotiator, perinde ac ſi eſſet laicus, & quoad hoc amittitur priuilegium clericale quoad forum. Sequitur Bobadill. *vbi ſuprà, dicto num. 123. & 124.* poſt Gironda *de gabellis, 7. p. in principio, a num. 20. vſque ad* 28. vbi plures citat, dicentémque ita fuiſſe iudicatum à Senatu Granatenſi, nempe ad exigendas gabellas à clericis negotiantibus eſſe iudicem competentem laicum.

Dubium eſt, an ſint cogendi clerici ad contri- 332.
buendum per iudicem laicum, quando tenentur contribuere deficientibus facultatibus laicorum ad neceſſitates tam laicis, quàm clericis communes? Pars negans eſt communis, ideo cogendi ſunt per iudicem Eccleſiaſticum. ita doctè reſoluit Gutier. *d. quæſt. 3. à num.* 10. cùm id ſit expreſsè prohibitum *in cap. non minus, de immunit. Eccleſiæ.* & expreſsè habetur *in lege regia Hiſpana, 11. tit. 3. lib. noua collect.* ibi, *aſſi como nos queremos,* & infrà, *mandamos que nueſtros iuezes no embargen la iuridicion Eccleſiaſtica;* ergo iudices ſæculares, non poſſunt cogere Eccleſias, vel clericos ad contribuendum. Quod etiam eſſe de iure communi patet ex *cap. clericus,* & *cap. decernimus, de iudic.* ex ea ratione, quia laicus non babet iuriſdictionem in perſonas Eccleſiaſticas, nec poteſt negligentiam earum compeſcere, *cap. qualiter, de iud.* quod etiam docet Speculator eſſe ſeruandum vrgente neceſſitate, *tit. de clerico coniugato,* quem ſequitur Remigius *de charitat. ſubſidio. quæſt. 57. num. 6. & 8.* Olanus *in Antynom. verb. clerici, pagin. 59. & in epilog. leg. part. correctarum, pag. 251, num. 3,* Gigas *de penſionib. quæſt. 90. num. 3.* Germon. *de ſacrorum immunit. lib. 3, cap. 17. num. 53.* Guerrer. *in Theſaur. Chriſt. relig. cap. 35. num. 29.* dicentes, ſi Eccleſiaſtici recuſent abſque iuſta cauſa contribuere poſſe laicam poteſtatem recurrere ad Epiſcopum ſaltem, vt compellat eos ad ſubſidium exoluendum, neque per laicos fieri poſſe ſine Epiſcopi, vel alterius ſuperioris licentia, vt ſcribentes *in l. ad inſtructiones, C. de ſacroſ. Eccleſ.* & in *d. cap. non minus, de immunit. Eccleſ.* vbi Abbas *col. 6. in verſ. dicit tamen,* ſed fieri debere per Eccleſiaſticum ſuperiorem, vel eius miniſtros de illius licentia, quæ ſententia attento iure communi, & particulari eſt vera, & in praxi ſequenda.

Nec obſtat ſi dicant iudices ſæculares, ſe tantùm exigere hoc ſubſidium à bonis clericorum temporalibus, neque perſonis eorum iniuriam irrogare, quia bona eorum etiam ſunt exempta, & gaudent exemptione clericorum, vt tradidit Abbas *in cap. 2. col. 2. in fin. de immunit. Eccleſ.* Nicolaus Balbi *in conſ. poſito poſt deciſ. Octauiani Pedem. 68. num.* 2. quod priuilegium extenditur ad bona etiam patrimonialia, tam quæſita, quàm quærenda. ita Lucas de Penna *in l. 2. verſ. hic faciunt, C. de nauibus non excuſ. lib.* 11. Queſada *cap. 4. diuerſarum, quæſt. num. 3.* Humad. *in additio. ad Greg. Lopez in l. 54. tit. 6. part. 1. gloſſ. 2. num. 7.* & Perez *in l. 1. tit. 3. lib. 1. ordinament. col. 113. verſ. clericus.* Cùm ergo bona clericorum gaudeant priuilegio fori teſte Felin. & Abbate *in cap. Eccleſia S. Mariæ, num. 7. de conſtitut.* Humad. *in d. gloſſ. 2. à num. 5.* poſt Oldrad. *conſil. 74.* non poſſunt in hoc caſu apprehendi per miniſtrum laicum.

Certum tamen videtur ſi vrgeat neceſſitas re- 333.
ſpiciens æqualiter commodum tam clericorum, quàm laicorum, & ſuperior Eccleſiaſticus nolit ſubuenire, vel differat, ſítque periculum in mora, poſſe authoritate laica bona, ſeu fructus clericorum

tum apprehendi pro rata eorum, ad quæ Eccleſia tenetur contribuere. Ratio, quia de Iure naturali à quo nemo eximitur, omnes tenentur etiam clerici ſubuenire extremè indigentibus, etiamſi exigatur ſubſidium à miniſtro ſæculari, quia neceſſitas non obedit legi permiſſiuæ, prohibitiuæ, nec conſiſtoriæ, ideo non attenditur in vrgentiſſima neceſſitate per quam manum fiat ſubſidium, dummodo neceſſitati ſubueniatur; non enim iudicatur fieri ſubuentio per laicos, ſed lege neceſſitatis, ne reſpublica omnino intereat. ita Benedict. *in dicto cap. Raynus in verbo, & vxorem, num. 472.* & quod de ſe videbatur illicitum, in extrema neceſſitate eſt licitum, *cap. quod non eſt licitum, de regul. iur. l. nemine, ff. de religioſis, & ſumpt. fune.* Tiraquel. *de retract. conſang. §. 1. gloſſ. 9. & §. 26. gloſſ. 1. num. 19.* vbi ſcribit grauem neceſſitatem omnibus dominari, vt quæ vniuerſæ naturæ præualeat: quod priùs dixit Thales Mileſius apud Plutarchum, *lib. 1. de placitis philoſophorum, c. 25.* & Diogenem Laertium *in vita ipſius*, dicit validiſſimum, ſiue fortiſſimum telum quidem neceſſitatem eſſe, adeo vt inculpabile iudicetur, quod neceſſitas intulit, vt *cap. ad limina 30. quæſt. 1.* quod expreſſè neceſſitatis robur extulit Liuius *lib. ab vrbe condita 9.* cùm dixit, *pareatur neceſſitati*, quàm nec dij quidem ſuperant; igitur neceſſitate vrgente differentéque Epiſcopo ſubſidium non ſunt damnandi miniſtri laici ſi in ſubſidium vſurpent Eccleſiaſticorum bona.

334 Limitationem hanc exemplis ſacra pagina excuſat *lib. 3. Regum, cap. 15.* vbi Aſa Rex Iuda, vt ſe ſuóſque tueretur a Baaſa Rege Iſraël, omne aurum, & argentum repoſitum in theſauro domus Dei ab ea reportauit, & 4. *Regum, cap. 18.* legitur de Ezechia Rege Iuda, qui vt ſe liberaret de manu regis Aſſyriorum omne argentum, quod repoſitum erat in domo domini, eidem regi dono miſit. Probatur etiam ex traditis à Cyno *in l. neminem, C. de ſacroſ. Eccleſ.* vbi dicitur poſſe regem occaſione belli vrgentiſſimi repentinique, etiam inconſulto Papa, apprehendere calices, & cruces, & cætera bona Eccleſiæ pro ſubſidio, dummodo ceſſante bello reſtituat. Sequitur Chaſſan. *in conſuetudine Burgund. in rubr. 1. §. 5. in verbis, ilu, à grace, num. 15.* & Ioan. de Anibalis *in l. nemo poteſt, num. 51. ff. de legat. 1.* quo remedio reges Catholici Fernandus, & Iſabella vſi ſunt contra regem Alphonſum huius nominis V. quando bellum mouerunt ad recuperandam Tauri ciuitatem, de quo Illeſcas *in hiſtoria Pontif. 2. p. fol. 129.* aſſumentes omne aurum, & argentum Eccleſiarum ad alendum exercitum. Conſentit Afflict. *deciſ. 24.* quem refert, ac ſequitur Boba... *cap. 18. num. 320.*

335 Sed meo iudicio Bobad. non loquitur in noſtro ... vt apud illum videri poteſt. Nihilominus vrgente neceſſitate non dubito quando eſt periculum in mora, nec poteſt adiri Summus Pontifex, & Epiſcopi renuunt, vel differunt ſubſidium, id poſſe fieri licitè à principibus ſæcularibus, dummodo poſtea reſarciant Eccleſiis omnia, quæ abſtulerunt. Neque hoc eſt quod tradit Bald. *in cap. vlt. circa finem, de appellationib. & in Authent. ſed periculum, col. final. verſ. & ſi dicatur, C. ſine cenſu, vel relig.* poſſe aliquando non directè, ſed indirectè principes laicos cogere perſonas Eccleſiaſticas ad aliquid agendum capiendo earum bona, vt ſibi in aliquo caſu iuſto obedientiam præſtent, nam hoc extra caſum vrgentiſſimum, quando non datur recurſus ad Summum Pontificem, non eſt indirectè, ſed directè grauare libertatem Eccleſiaſticam: in caſu verò vrgentiſſimo, vt diximus, nec directè, nec indirectè grauatur, neque incurritur cenſura aliqua. ita Lucas de Penna *in l. 2. & 3. C. de quibus muneribus vel præſtationib. nemin. ſe excuſ.* quia non peccant mortaliter principes, tunc exigendo, ſeu apprehendendo bona clericorum. ita Nauar. *in ſumm. cap. 27. num. 115. verſ. ſi quidem.* Viuald. *2. p. candelabri in explicatione Bullæ Cœnæ*; Peñam ſequitur Auilez *in cap. 23. prætor. gloſſ. de norden, num. 9. ad fin. & n. 11.* vbi ait hanc opinionem eſſe certiſſimam.

Secundus caſus de iure Luſitano *lib. 2. ordinament. tit. 1. §. 20.* in quo clerici poſſunt conueniri coram iudice ſæculari, eſt pro pœna pecuniaria, & damno illato ab animalibus clericorum, ibi, *item nos feitos de coimas que pertencem à almotaceria, os clerigos, & peſſoas Eccleſiaſticas podem, & deuem ſer citados per ante os almotaces, & ahi demandos neque toca a pena ciuil.* Cui legi eſt alia ſimilis apud Hiſpanos *lib. 1. tit. 13. l. 12.* vbi idem fermè dicitur, nempe, *ſi fuere allado que hazen dano las beſtias, & ganados de los clerigos loque an ſi fuere ordenado todos an ſi clerigos como legos lo pagen.* Quo tamen loci non exprimitur coram quo iudice debeant clerici conueniri: at in lege Luſitana ed declaratur nimirum ſuper calumniis vulgò *coimas* clericos poſſe, ac debere conueniri coram iudice ſæculari. 337.

Sed contra has leges ſtat ius commune, *cap. at ſi clerici. de iudic. cap. ſi diligenti, de foro compet.* Item Authen. *ſtatuimus*, & Auth. *cleric. C. de Epiſcop. & clericis*, vbi deciditur clericos neque criminaliter, neque ciuiliter, etiam in actione reali per iudicem laicum iudicari poſſe, quam deciſionem prædicant Socin. *conſ. 12. num. 13. & 30. vol. 4.* per text, *in cap. qualiter, de iudic.* & ibi Ioan. And. vbi reſoluit clericos coram iudice ſæculari non poſſe trahi, ſiue agatur reali actione, ſiue perſonali, ſiue poſſeſſorio, ſiue petitorio, ſiue iudicium ſit ſummarium, ſiue ordinarium, eo quòd iura abhorrent laicum exercere iuriſdictionem, vel aliquo modo procedere contra clericos, nec principaliter, neque incidenter poſſe mulctari à iudice ſæculari. Pro quo aſſurgit textus *in cap. ſi iudex laicus de ſentent. excommunicationis in 6.* Ex quo colligitur quòd aliquando poſſit iudex incidenter cognoſcere ſaltim an ipſe ſit iudex, eſto non habeat poteſtatem in cauſa principali ſecundùm *caput ſuper literis, de reſcriptis.*

Hoc tamen fallit in iudice laico aduerſus clericos, vt etiam habetur *in dicto cap. ſi iudex*, ex eo fundamento, quia cum agatur de condemnatione animalium clericorum, & pœna ſit ſoluenda à clericis, conſequenter agitur de condemnatione, & de clericis, & de re Eccleſiaſtica. Item, quia perſona exempta à foro ſæculari facit etiam res ſuas exemptas ab eodem foro. ita Abbas *in dicto cap. qualiter, num. 8. de iudiciis*, & Archidiac. *in cap. 1. de clerico coniugato.* Sequitur Bald. in Auth. *clericus, C. de Epiſcop. & cleric.* quæ opinio eſt communis auctore Alberic. in Auth. *ſtatuimus, C. de Epiſcop. & cleric.* Sicque fuit deciſum in Rota Romana *deciſ. 5. de foro compet. in antiquis*; ideo clerici in actione reali retinent priuilegium ſuum fori, debéntque conueniri coram iudice Eccleſiaſtico, reſpectu bonorum ſuorum etiam patrimonialium, vt notat Innoc. *cap. 1. de Apoſtatis*, 338.

Iaſon

Iaſon *in l. filiæ licet, col. 2. C. de collat.* nec refert dictum Bartoli, & aliorum dicentium perſonas clericorum eſſe de foro Eccleſiaſtico, res autem eorum eſſe de foro laico, quia oppoſitum conſtat ex Auth. *presbyteros, C. de Epiſcop. & cleric. in verſ. res quomodolibet*, ibi, *ad eorum*, hoc eſt clericorum, *dominium venientes habere ſub ſua poteſtate præcipimus*. Accedit, quòd bona peruenienda ad dominium clericorum mutata conditione perſonæ laicæ, induant conditionem, ac forum Eccleſiaſticum Eccleſiaſticarúmque perſonarum. Etenim magis dignum ad ſe minus dignum ſolet trahere, *cap. quod in dubiis, de conſecratione Eccleſ. vel altar.* Facit *l. quæ religioſis, ff. de rei vend.* vbi ea quæ religioſis adhærent, religioſa fiunt.

Nec obſtat poſſe conſuetudine introduci, quòd
338. clerici conueniantur in bonis ſuis coram iudice laico, vt tradit Aufrer. *in repet. clem. 7. de offic. ord. n. 87.* & Boër. *deciſ. 69. n. 22.* quia talis conſuetudo nihil præualere poteſt contra iuriſdictionē clericorū, quæ ſecūdum aliquos graues vtriuſque iuris patres eſt de iure diuino per quod exēpti ſunt clerici à iuriſdictione principum ſæcularium, inter quos eſt Felin. *in cap. Eccleſia S. Mariæ, de conſtitut. & in cap. 2. in principio de maiorit. & obedient.* Decius *in d. cap. Eccleſia, num. 14. & 16.* vbi ait nec Summum Pontificem poſſe ſuper iuriſdictione clericorum vniuerſaliter diſponere. Eiuſdem ſententiæ eſt Cardin. *in cap. perpendimus, verſ. & primò ſtias, de ſentent. excommunication.* dicens priuilegium canonis *ſi quis ſuadente 17. quæſt. 14.* eſſe de iure poſitiuo, priuilegium verò fori eſſe de iure diuino, ideo neque à Papa poſſe tolli. Conſentit Rebuff. *in concordatis Franciæ, tit. de protectione concordatorum*, vbi probat multis hanc reſolutionem eſſe veriſſimam, & Oldrad. *conſ. 83. num. 5.* Iaſon *in l. eſt receptum, num. 3. ff. de iuriſd. omn. iudic.* vbi addit nec Papam poſſe ſubmittere clericos poteſtatibus laicis cum habeant priuilegium à Deo, propterea tradit Grammatic. non ſolùm clericorum perſonas, ſed eorum bona eſſe exempta à iuriſdictione ſæcularis, quod iure diuino cautum eſt, vt habetur *in dicto cap. quanquam, de cenſib. lib. 6.* Ioannes Oroſcius *in l. de quibus, num. 144. ff. de legib.*

339. Et quamuis Summus Pontifex poſſit concedere vni laico poteſtatem conferendi beneficia, Gloſſ. *fin. in cap. Imperium, diſt. 10. & in cap. in ſumm. 15. quæſt. 7.* Ioan. And. *in addition. ad Specul. in tit. de legat. § nunc tractemus, verſ. nunquid delegatus*; non tamen poteſt per viam ordinariæ iuriſdictionis conferre poteſtatem vniuerſalem laico principi ſuper clericis, quia hoc cederet in præiudicium vniuerſale Eccleſiæ, quod non ſequitur ſi ex aliqua cauſa iuſta in aliquo caſu particulari id fiat à Papa. ita Felin. *in d. cap. 2. de maior. & obedien.* Abbas *in cap. ſignificaſti, num. 4. de elect. & in cap. cum veniſſent, de iudic.* cum hoc priuilegium ſit de iure diuino morali, non cæremoniali contra quod Papa non diſpenſat, vt habetur *in cap. ſunt quidam*, & ibi tenet Archidiac. *25. quæſt. 1.* Couar. *in epitome de ſponſalib. 2. p. cap. 6. § 9.* Nec refert, ſi inſtes Papam poſſe diſpenſare etiam in iure diuino, vt probat Marta *p. 4. caſu 93. à num. 14.* quia tamen nequit diſpenſare in iis, quæ vniuerſo Eccleſiæ ſtatui aduerſantur. ita Ioan. Oroſcius *in l. eſt receptum, num. 12. ff. de iuriſd. omn. iud.* & probatur ex *cap. literas*, & ibi gloſſa *in verbo, non poteſt. de reſtit. ſpoliat.* eo quòd principatus Eccleſiaſticus perturbaretur, ſi Summus Pontifex poſſet cum tanto præiudicio totius Eccleſiæ ſpirituales cauſas omnes ſubiicere iuriſdictioni principis laici. Quin imò etiam illi qui docent priuilegium fori eſſe de iure poſitiuo aſſerunt non poſſe Summum Pontificem omnia ſpiritualia, ac Eccleſiaſtica negotia ſubmittere principi laico; eſſet enim hæc ſubmiſſio valde oneroſa ordini clericali, & ſtatui Eccleſiaſtico, Couar. *in pract. cap. 31. num. 4.*

Ex quibus ſequitur conſuetudine non poſſe 340.
induci, vt clerici conueniantur coram laico, neque ordinariam iuriſdictionem poſſe conſuetudine præſcribi, nec tempore aliquo conualeſcere per text. *in cap. fin. de conſuetudine*, Innoc. *in cap. poſtulaſti, de foro compet.* Gloſſ. *in cap. clerici, verſ. de conſuetudine, de iudiciis.* Archid. *in cap. 1. n. 2. gloſſ. de foro compet. lib. 6.* nec ſufficere immemorialem præſcriptionem, quia princeps laicus eſt incapax illius iuriſdictionis, tollitúrque præſcriptio per Bullam Cœnæ Domini, quæ ſingulo quoque anno ſolet Romæ legi.

Item nec valet talis conſuetudo, quòd clericus poſſit conueniri coram laico, *cap. 1. 23. & 11. q. 1.* tenetur namque actor ſequi forum rei, *cap. experientia, & in cap. ſi quiſque cad. quæſt. cap. cum non ab homine. de iudic. cap. 2. de foro compet.* Decius *in cap. cum ordinem, num. 5. de reſcript.* ideo non valet ea conſuetudo, Abbas *in cap. clerici de iudic.* & Decius *num. 18.* Alexand. *conſ. 8. col. 1. vol. 1.* Ripa *reſponſ. 13. col. 1. in 1. p. c. cum contingat; & cap. ex tranſmiſſa, & cap. verum, de foro compet.* quia eſt contra libertatem Eccleſiaſticam, nec clericus poteſt conſentire in iudicem laicum, neque illum conſtituere etiam ratione tributi ſoluendi ex ſuis bonis, perditque cauſam illum conſtituendo, *cap. qualiter, de iud. & cap. ſi diligenti de foro competenti*; & leges quæ contra diſponunt, ſunt correctæ per Authent. *ſtatuimus, C. de Epiſcop. & cleric.* Imò laicus trahens clericum coram iudice laico, ſiue in cauſa ciuili, ſiue criminali, cadit cauſa, perditque ius, quod in ea habebat ex d. Authen. *ſtatuimus*, & Abbas *in cap. ſignificantibus, num. 2. de libell. oblat.*

## §. IV. Membrvm II.

*Verùm lex Luſitana iuſtè ſuper clericis poſſit aliquid ſtatuere?*

EX poſitis tamen ſuprà dicendum eſt legem 341.
Luſitanam diſponentem *d. § 20.* poſſe clericos conueniri ſuper calumniis coram iudice laico, & ſuper ſalario, ac ſeruitio famulorum eſſe iuſtam, vſuque receptam, vt conſtat ex concordia habita cum Rege Ioanne I. *art. 86. num. 259.* & cum Rege Petro *art. 16. num. 156.* de qua doctiſſimus Gabriel Pereira meminit *2. p. manus, cap. 39. in principio.* Ratio, quia, quamuis Summus Pontifex non poſſit omnia Eccleſiaſtica negotia ſubmittere cognitioni alicuius principis ſæcularis, bene tamen poteſt aliquas cauſas committere ipſi, eiúſque miniſtris, quia in hoc non videtur concedere, vt ſint ordinarij iudices, ſed delegati, quæ iuriſdictio ab eo, laico concedi poteſt in aliquo caſu, ſeu caſibus. ita Marta *p. 2. de iuriſdict. cap. 6. num. 32. & ſequentibus*, vbi ait, in hoc caſu iudices laicos non iudicare ex propria auctoritate clericos, ſed auctoritate delegantis, ſicut poteſt concedere laico poteſtatem conferendi beneficia, vt diximus ſuprà. Probatur, quia ſecundùm aliquorum ſententiam

tiam poteſt Summus Pontifex diſpenſare in pri-
uilegio fori,quamuis ſit de iure diuino,& in om-
nibus etiam contra ius diuinum , præter quàm
contra articulos fidei , & contra ſacramenta , &
contra vniuerſalem ſtatum Eccleſiæ, intercéden-
te cauſa iuſta,Hoſtienſ.*in cap.rurſus,col.2.circa fi-*
342. *nem,qui clerici,vel vouentes,*Abbas *in cap.non eſt.*
*de voto.* Felin. *in cap. quæ in Eccleſiarum, de con-*
*ſtitutionib.num.*19.dicentes poſſe Papam ex cauſa
diſpenſare in iure diuino. Pro quo facit Gloſſ. *in*
*cap.propoſuit, in verbo,diſpenſare, de conceſſ.præ-*
*bend.*& *cap.literas,*& ibi Gloſſ.*& in verbo,non po-*
*teſt.de reſtit.ſpoliat.* Et de facto diſpenſauit Xi-
ſtus V. cum illuſtriſſimo Equite Sancti Ioan.Hie-
roſolymitani, vt vxorem duceret ne ipſius fami-
lia omnino periret, Iuliúſque Papa II. diſpenſa-
uit cum rege Angliæ, vt duceret in vxorem reli-
ctam fratris abſque liberis , ex quibus conſtat
quanta ſit Summi Pontificis poteſtas,poſſeque in
aliquibus cauſas clericorum ſubmittere laicis di-
ſpenſando etiam contra ius diuinum,quidquid in
contrarium ex auctoritate Theologorum con-
tendat probare Couar. *in 4. lib. decretal. in 2. p.*
*cap.6.§. 9. num.4.* non tamen poterit clericorum
cauſas omnes committere , quia perturbaretur
vniuerſalis Eccleſiæ ſtatus , vt notat Benedict. *in*
*cap.Raynus.in verbo,& vxorem,deciſ.2.num.136.*
*& 137.*& ſcribentes *in d.cap.propoſuit de conceſſ.*
*prebend.*

343. Confirmatur ex dictis ſuprà §.305.vbi diximus
leges ciuiles,ſeu ſtatuta, quæ tendunt ad bonum
commune, tam laicorum, quàm clericorum,eſſe
ſeruandas à clericis, cùm ſint membra, & partes
ipſius reipublicæ;ideo cùm lex, quæ paſcuis con-
ſulit, prouidétque ne prædia laicorum , clerico-
rúmque ab animalibus vaſtentur, non poſſit dici
contra libertatem Eccleſiaſticam, etiamſi aliquid
diſponat, circa eorum animalia , vt tollatur anſa
depaſcendi agros alienos, compeſcatúrque liber-
tas eorum,quas leges,quæ laicis competunt, cle-
rici debent obſeruare, vt præter Doctores præci-
tatos, ibi aiunt, Salzed. *ad Bernard. cap.55.* Ma-
tienzo *in l.1.tit.25.gloſſ.1.num.1. & gloſſ.9.num.1.*
*lib.5.recopil.*Auendan. *de exequend.mand.cap.13.*
*num.7.*Perez *in l.2.tit.14.lib.2.ordin.verſ.ocioſi,&*
*in l.1.tit.1, lib. 4. col.1333. & col. 118. verbo,*
*fatnos.*

Vnde patet , quòd lex attendens alicui in bo-
num commune comprehendat ſtatutum laicum,
& Eccleſiaſticum,debeátque ab vtroque obſerua-
ri dictante id ratione naturali,veluti,hæc lex,quæ
paſcuis ſeruandis conſulit , & lex prohibens ve-
nationem,ac piſcationem certis temporibus,quæ
bono communi conſulunt , de quibus ordinatio
Luſitana *lib.5.tit.*88.vt probari poteſt,ex eo quòd
ſint hæ pro bono publico,ideo obligare clericos
non minus,quàm laicos ex traditis à Remigio De-
goes in *tract. de charitatiuo ſubſidio , quæſt.63.*
*num.31.* Ideo minùs bene videtur dixiſſe Marta
*de iuriſdict.p.4. caſu 57.à num.17. vſque ad n.23.*
principem ſæcularem interdicentem venationem
ſtatuto non poſſe clericos comprehendere ex de-
fectu iuriſdictionis. Ergo lex noſtra regia paſcuis
conſulens debet à clericis obſeruari,& tranſgreſ-
ſores coram iudice laico poſſunt conueniri.

344. Hactenus dicta videntur iuxta legem regiam
conſtringi *d.§.19.lib.2.tit.1,*ad pœnam ibi impo-
ſitam applicandam ciuitati,vel oppido ob calum-
nias,hoc eſt *coimas;*quod verò ad pœnam noxiæ,
quæ imponitur *lib.5. ordin, tit.81.* ibi, *bum anno*
*para Africa , & mais por cada ves pagaraon o da-*
*no, que fizerem, & coimas, ſegundo as poſturas da*
*Camera ;* quæritur an clericus ſit conueniendus
pro pœna illati damni coram ædilibus?Pars affir-
mans videtur probata ex verbis appoſitis *in dicto*
§.26.ibi,*noque toça à pena ciuil.* Cum ergo pœna
illati damni ſit etiam ciuilis,poteſt conueniri pro
vtraq; pœna clericus corã ipſo ædili,quamuis di-
uerſa ſit à pœna,quæ applicatur ciuitati,cum hæc
applicetur parti læſæ. Placet tamen quoad hanc
pœnam ratione damni dati,& quoad pœnam cri-
minalem de qua *in d.lib.5.tit.87.in principio,*con-
ueniendum eſſe clericum coram ſuo iudice,& ſic
ſæpe fuit iudicatum in Senatu Luſitano ; quia
cum hoc non expreſsè declaretur,& res ſit odioſa
limitanda eſt, *nos feitos de coimas,*vt ibi duntaxat
exprimitur.Concordat Gutier.*pract.lib.1.quæſt.4.*
*num. 1.* vbi pro hac parte non leuia argumenta
vibrat,Lucas de Penna *in l.iubemus,C.de nauibus*
*non excuſand. lib.11.col.1. verſ.hac faciunt ;* quo-
niam cùm ibi agatur , etiam de pœna criminali,
perſonalíque ſimul , petendum eſt vtrumque co-
ram iudice ſuo competente , qualis eſt Eccleſia-
ſticus. Conſonat lex noſtra Regia *lib.3. ordinat.*
*tit.11.§. 6.* vbi dicitur clericum ratione rei ſitæ
non poſſe conueniri niſi coram ſuo iudice , ex
quo ſequitur, quòd cùm citetur ad reſarciendum
damnum rei, non poſſit reſpondere , niſi coram
ſuo iudice, etiamſi conueniatur intra annum,Vi-
maranenſ. *in remiſſ.eiuſdem §.6.*

Hinc infertur primò eſſe validum ſtatutum 345.
populorum , aut principum ſæcularium , quòd
animalia clericorum arceantur à priuatorum paſ-
cuis,& inuenta per laicos expellantur, ne paſcua
renitentibus dominis depaſcant , & ſoluant pœ-
nam à ſtatuto impoſitam , & quoad hæc , bona
clericorum ſubdita ſunt principi politico , vt ha-
betur *in cap.quo iure,8.diſt.*quamuis domini ani-
malium non ſint de iuriſdictione principis. ita
Innoc. & Hoſtienſ. *in cap.poſtulaſti, de foro com-*
*pet.*Archid.*in cap.1.de priuil.lib.6.*quoniam nullo
iure cauetur poſſe animalia clericorum depaſce-
re alienos agros, inconſulto domino.

Quin potius fas eſt vnicuique pro defenſione
ſui ſuorumque abſque metu excommunicationis
clericis vim inferre, *cap. olim el,1.de reſtitut. ſpo-*
*liat.* Item animalia eorum damnum inferentia
ſunt de foro ſæculari , poſſúntque capi pro dam-
no,donec reſarciatur, vt habetur *in tit.de noxali.*
*actio.Inſtit. & ff.ſi quadrup. pauper. feciſſe dicat.*
Gandin. quem refert, ac ſequitur Gregor. Lopez
*in l.24.gloſſ.final.tit.15.p.7.*Auendan.*in cap.4.præ-*
*tor.verſ.item in propoſito à num.30.*Gutier.*vbi ſu-*
*prà , num.2. & ſequentib.* cum ipſa animalia ſint,
quæ damnum dederint,Benedict. *in cap. Raynut.*
*in verbo,& vxorem,deciſ.2.num.36.*Emanuel Ro-
driguez *de regul. tom.1. quæſt.64. art.14.* Auilez
*cap.17. prætor. in gloſſ.buenas, num.12.* Bobadill.
*lib.2.cap.18.caſu 126.num.243.* dicentes animalia
eſſe de foro ſæculari,poſſéque circa ea,ſeu contra
ea dum vagantur in alienis agris, procedere iudi-
cem laicum,non verò contra ipſos clericos.

Quod ſi damnum ipſum petatur à clericis,de-
bent conueniri coram ſuo iudice.ita Salzedo *in*
*additionib.ad Bernard.cap.55.§.ſeptimo :* his ſub-
dens, quando pœna exigitur de plano, quod fieri
ſolet ſine ſtrepitu iudiciali, poſſe iudicem ſæcula-
rem præcipere , vt ea ex bonis clericorum ſolua-
tur etiam ſuſceptis pinguioribus , ſi opus fuerit ;
itémque poſſe paſtores cogi ad damnum reſar-
ciendum

ciendum ob malam adminiſtrationem, vt euitetur excommunicatio. Sequitur Auendan. *in cap. praetor. 1. p. cap. 4. num. 30. verſ. item propoſito*, & Aceued. *in l. 12. tit. 3. lib. 3. recopilat.* idem Bobadill. poſt alios *vbi ſuprà, num. 244.* quod intellige quando ea de re per ius ſpeciale non fuerit contrarium deciſum.

346. Dubium eſt an attenta lege Luſitana, *d. §. 20. nos feitos das coimas*, clerici excedentes taxam panis, ſeu vini à decurionibus, ſeu ædilibus ſtatutam, ſint conueniendi coram ſuo iudice? Meſſia *de taxa panis, concl. 5. num. 71.* & Redin *de maieſt. princip. verbo, non armis ſolùm, num. 166.* tradunt poſſe conueniri in foro ſæculari, Salzed. *d. cap. 55. fol. 170. verſ. ſecundo*, negat per ſæcularem poteſtatem eſſe puniendos; idem dixit priùs Menoch. *lib. 1. de ſucceſſ. creatio. §. 10. num. 648.* quem ſequitur Bobad. *lib. 2. cap. 18.* concedens tamen poſſe capi à ſæculari poteſtate frumentum, & vinum, ſi vltra pœnam pecuniariam impoſitam pro non ſeruato pretio taxæ addita fuit ſimul pœna amittendi frumenti, aut vini; & ex his duabus poſterior eſt verior, & in praxi tuta. Ita Molin, *tom. 2. de iuſt. diſp. 364. §. dubium eſt num clerici, verſ. tametſi*, & Rebell. *2. p. lib. 9. quaeſt. 2. ſect. 2. num. 9. verſ. concluſio nihilominus*, vbi ait clericos cum ſint partes reipublicæ teneri ad obſeruandas leges ciuiles, quæ laicis, ac clericis ſunt communes, dummodo Eccleſiaſtico ſtatui non repugnent, quales ſunt leges de celebrandis contractibus, de armis non geſtandis tempore certo, ac de rerum pretiis; ideo trangreſſores taxæ peccare mortaliter, non poſſe tamen propter tranſgreſſionem puniri à iudice non ſuo, vt bene Sayr. *in claui. lib. 3. cap. 4. num. 16. & 17.* cum multis notat Suar. *lib. 3. de leg. cap. 34. num. 17. & 26.*

347. Sicut non poteſt clericus falsò teſtificans coram iudice laico ab eo puniri, vt contra Gloſſ. aſſerunt communiter ſcribentes *in l. nullum, C. de teſtib.* ſed remittendus eſt ad iudicem Eccleſiaſticum, & voluit Hoſtienſ. *in cap. verum, de foro compet.* & ibi Ioan. And. *& in cap. at ſi clerici, de iudic.* per dictam Authen. *ſtatuimus*, Angel. de Aret. *de maleſic. in verbo, falſario, in verſ. quaero, teſtis dixit.* Felin. *in dicto cap. at ſi clerici, col. 8. in fine, verſ. fortifico*, Anchar. *in repet. cap. ea, quae, quaeſt. 18. de regul. iuris in 6.* & eſt communis, teſte Felin. *in d. cap. verum, de foro compet. col. 3. verſ. contra clericum*, & Afflict. *deciſ. 230. col. 2. in principio.* Tiraq. in retract. *fol. 327. num. 10.* Salzedo *in additio. ad Bernard cap. 93. in principio, num. 2.* dicens neque principaliter, neque incidenter propter teſtimonium falſum prolatum coram iudice laico, poſſe

348. ab eo puniri, adeo quòd nec de mandato Epiſcopi poſſit clericum torquere, ſed capere illum dumtaxat, & remittere ad ſuum iudicem, vt docet Ioan. And. *in cap... col. 2. in fin. de crimin. falſ.*

## §. IV. MEMBRVM III.

*Vtrùm clericus conueniens laicum poſſit ab eo reconueniri.*

349. PRo hac quæſtione ſit tertius caſus. Quando clericus conuenit laicum coram iudice ſæculari, poteſt ibi reconueniri ab ipſo laico. ita lex Luſitana *lib. 3. tit. 1. §. 1.* quod etiam habetur apud Hiſpanos *l. 57. tit. 6. p. 1.* & ibi Gregor. Lop. *verbo, ali dene, & l. 4. tit. 3. p. 3.* quæ diuiſio eſt vniuerſalis, & remedium generale per quod conſulitur reo coram eodemmet iudice ſiue ordinario, ſiue delegato ad inſtantiam actoris dumtaxat. ita Bartol. *in Authen. & conſequenter, C. de ſentent. & interlocut.* Mendes à Caſtro *in praxi Luſitana, lib. 3. c. 8.* tenetúrque clericus ibi reconuentus reſpondere per gloſſam, *in c. at ſi clerici, verſ. non tenet. de indic.* & *in cap. ſumma 11. quaeſt. 1.* Bald. *in l. 2. §. ſed ſi negant, ff. de iudic. & in Authen. clericus, C. de Epiſcop. & cleric. & in d. Authen. conſequenter.* Specul. *in tit. de reconuentione, §. nunc dicamus, verſ. ſed pone clericus*, per gloſſ. *in cap. 1. verſ. ſuper ſuis. de mutuis petit, & in l. cum Papianus, C. de ſent. & interlocut. omn. iud.* quam opinionem Felin. *in cap. at ſi clerici, num. 8. de iudic.* vocat communem, ſequitur Farin. *in pract. criminal. p. 1. q. 8. à num. 99.* & Cald. Per. *in quaeſt. forenſ. lib. 1. q. 25. num. 26. & lib. 2. quaeſt. 23. num. 2.* Vaz *in alleg. tom. 1. allegat. 16. num. 6.* & alij.

Non deſunt tamen qui putent clericum actorem non poſſe reconueniri coram iudice laico, nec ſuperiorem doctrinam procedere, niſi vbi eſt conſuetudine inductum. ita Decius *in dicto cap. at ſi clerici, à num. 165. cum ſequentibus*, vbi probat eſſe validam talem conſuetudinem. Abbas ibi *in dicto cap at ſi clerici, & in d. cap. 1. de mutuis petit*, ſeclusâ verò conſuetudine tutius eſſe reconueniri clericum actorem coram ſuo iudice. ita Cardin. in Clem. *ſtatutum de electio.* Geminian. *in cap. cum in agendo 3. quaeſt. 8.* vbi pro hac allegat caſum *in cap. fin. de iudic.* & ita fuiſſe reſolutum in Capella Toloſana *deciſ. 95.* proinde Siculus *in dicto cap. at ſi clerici*, remittit ſe ad conſuetudinem, de quo non videtur dubium, quia quamuis conſuetudo non poſſit auferre hanc exemptionem clericorum, nec ita arctare, vt ex eo clericis, & ordini Eccleſiaſtico maximum creetur præiudicium; in aliquibus tamen cauſis ac caſibus poteſt ex conſuetudine legitimè præſcripta priuilegium fori limitari, ac reſtringi, cùm hæc exemptio ſecundùm communem ſententiam ſit iuris poſitiui, & humani, quia hæc conſuetudo tunc cenſetur introducta ex tacito placito clericorum, & laicorum, Couar. *in pract. cap. 31. num. 5.* quod & in caſu dubio conſuetudo eſt optima legum interpres. Vnde tradit Afflict. *deciſ. 173.* ſi adſit conſuetudo vt clericus agens in cauſa merè ciuili coram laico iudice contra laicum reconueniatur, poſſe id fieri, quod eſt conſuetum Neapoli in magna curia, & in aliis tribunalibus.

Sed quid dicendum ſi clericus reconuentus 350
dicat, *ego deſiſto à mea conuentione, & nolo pergere vlterius contra laicum in hoc negotio, ideo ſi vis me conuenire, ſiat conuentio, ſeu reconuentio coram meo iudice.* Reſpondeo poſſe adhuc clericum reconueniri coram iudice ſæculari, vbi laicum conuenit non obſtante ea renunciatione, ac deſiſtentia. ita Bald. *in d. Authen. & conſequenter*, poſt Speculatorem *in tit. de reconuentione argumento c. 2. de ordine cognit.* à contrario ſenſo, quia lite conteſtata reo ius quæſitum eſt, nec licitum eſt actori deſiſtere, vt habetur *in Authen. qui ſemel, C. quomodo, & quando iud.* & habetur *in l. poſtquam liti, C. de pac. not.* Marant. *de ordin. iudic. diſt. 6. num. 66.* Vincent. de Franch. Neapol. *deciſ. 193. num. 4.* poſt Ioan. And. *in cap. 1. de reſcript. lib. 6.* & Iacob. de Aret. *in l. ex perſona, ff. de fideiuſ.* Vnde non datur clerico agenti deſiſtere à conuento ea intentione ne reconueniatur coram laico, & tenetur progredi vſque ad finem. Reconuentio tamen debet fieri

ante

ante litem conteſtatam, nam poſtea non habet locum ita gloſſ. *in clem. ſæpe, §. verum, in verſ. ex ordin. de verbor. ſignific.* Poſt litem conteſtatam non recipitur reconuentio contradicente clerico, Menin. *vbi ſupra, diſt. 6. n. 6.*

In hac altercatione dicendum eſt de iure noſtro per *tit. 1. §. 1. lib. 2. legis regiæ*, clericum actorem in cauſa merè ciuili poſſe reconueniri in iudicio laico attenta concordia facta cum Rege Alphonſo II. Portugalliæ, & poſtea cum Rege Dionyſio in tertia concordia *art. 11.* atque ita hoc procedit remota omni conſuetudine, & eſt verum ſecundum ius, quia in reconuentione nulla conceditur immunitas in cauſa merè ciuili, non obſtante eorum immunitate, Authent. *vt clerici apud proprios Epiſcopos, §. ſi verò, col. 6.* non tamen reconuentio procedet contra clericum in cauſa ſpirituali, vel annexa, quia in hoc caſu ſpirituali coram iudice Eccleſiaſtico agendum eſt, *cap. ſuam. de ordin. cognit. lator, qui filij ſint legitimi*, & Abbas *in cap. at ſi clerici, num. 20.* Sed dumtaxat in cauſa merè ciuili. Cabed. *p. 1. deciſ. 32. à num. 6. vſque ad* 8. Ceuallos per viam violentiæ *p. 2. quæſt. 23. num. 22.* & alij.

351. Hinc infertur non ſolùm poſſe clericum reconueniri in iudicio ſæculari ſuper eadem re, ſed etiam ſuper omnino diuerſa. ita Viuius Neapol. *deciſ. 49. num. 5.* in qua conuentione, & reconuentione clericus neceſſariò in eo iudicio ſtabit legibus ſæcularibus. ita Mench. *in quæſt. illuſt. cap. 5. num. 19. & 20.* non admittetur tamen reconuentio laici contra clericum, ſi conſtet de fraude à laico inuentata, ne fraus laico patrocinetur, *cap. relatum, §. ad hoc. de iur. patronat.* Ita Speculator *tit. de reconuentione, § 1. verſ. quid ſi laicus*, Abbas *in cap. dilectus, col. 3. de arbitr.* & Farin. *in tit. de inquiſitione, quæſt. 8. num. 101.* multis ibi citatis. Gregor. Lopez, quem ſequitur Vimaranenſ. *in remiſſ. ad d. tit. 1. §. 1. num. 8.*

352. Sed quid dicendum, quando emens fundum ab aliquo clerico & poſtea ſuper re empta conuentus ab aliquo laico, an teneatur clericus denunciatus comparere coram laico iudice ad defendendum emptorem? Aliqui affirmant denunciationem, ſeu citationem eſſe faciendam coram iudice Eccleſiaſtico, vt emptores intiment litem contra ſe motam venditoribus clericis. ita Card. Zabare. *in clemen. cauſam, §. fin. de elect.* & Ca[illegible] *l. in l. venditor, col. 2. ff. de iudiciis.* Quod ſi denunciatio ab emptoribus non fiat venditoribus coram iudice Eccleſiaſtico, ipſo iure vitiari, per text. *in cap. cum cauſam*, & ibi Abbas, *num. 3.* & [illegible] *ruralam, num. 6. de officio delegat.* Vantius *de nullit. tit. de nullitate ex defectu citationis, n. 27. & ſequentibus.* Ratio, quia Eccleſiaſtici non poſſunt trahi ad iudicium ſæculare, ſiue agatur contra eos reali, ſeu perſonali, ſiue petitorio, ſiue poſſeſſorio, ſiue in iudicio ſũmario, ſiue ordinario. Io. Socin. *conſ. 13. incipit, Inſignis Doctor. in cauſa* [illegible] *col. 4.* Ioan. Andr. *in cap. qualiter, & in cap.* [illegible] *de iudiciis*, de quo eſt caſus *in cap. Eccleſia* [illegible] *præcedente.*

Nihilominus clerici venditores ſeruata forma iuris, ſi denuncientur coram iudice Eccleſiaſtico poſſunt obtenta licentia apud iudicem laicum defendere ſæcularem emptorem, ita Archidiac. *in cap. clericum nullus, 11. quæſt. 1.* & ibi Gloſſ. *in verbo, ſæcularem, verſ. licet ei præſtet authoritatem*, ad quod duo ſunt neceſſaria, nempe clericum velle, & habere licentiam ſui Epiſcopi; *Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.* ſiquidem abſque ea comparitio fieri non poteſt, ſicut nec teſtimonium ferri coram iudice laico, Gloſſ. *in cap. quanquam 14. quæſt. 2.* Turrecremata *in d. cap. clericum nullus, 11. quæſt. 1. in principio.*

In puncto iuris verius eſt clericum nominatum actorem teneri ſequi forum nominantis ad ſui defenſionem, nec poſſe prouocare ad ſuum iudicem ita Gloſſ. *in cap. clericum nullus 11. q. 1.* quæ eſt in vſu apud Hiſpanos teſte Couar. *practicar. cap. 8. num. 3.* & apud noſtros iuxta ordinationem *lib. 2. tit. 1. §. 11.* Burgenſ. *in cap. final, de empt. & vend.* Cald. Per. *de empt. & vendit. cap. 31. num. 82.* per multos, quibus accedit Ceuallos *in tract. de cognit. per viam violentiæ in cauſis Eccleſiaſticis p. 2. quæſt. 23. n. 24.* & nouiſſimè Mendea à Caſtro in praxi ſæculari Luſitaniæ, *lib 3. c. 5. §. 1. verſ. ſecundò amplia*; proinde clericum laudatum, ſeu nominatum non poſſe declinare forum nominantis, habetur *in l. venditor. ff. de re iudic.* vbi venditor fuit denuntiatus ad emptorem defendendum, & allegans fori priuilegium non fuit auditus decidente prætore venditorem forum emptoris nominantis ſubiturum. Probatur ex Fulgoſio *in d. l. venditor*, vbi pro hac parte refert textum, *l. filiusfamilias. §. veterani, ff. de procurat.* vbi quamuis miles tanquam procurator, nequeat ſtare in iudicio, tanquam defenſor neceſſarius poteſt.

Ergo ſimiliter dicendum eſt in clerico, qui eſto nequeat vocari in iudicium apud iudicem laicum, neque teneatur comparere tanquam reus, poteſt tamen vti defenſor comparere, & aſſiſtere, vt reum defendat. Florian. *in l. fin. n. 4. ff. de noualibus actionib.* Capitius *deciſ. 197. n. 7.* Lancelot. Decius *in d. l. venditor. col. penult.* Azeued. *l. 5. n. 2. tit. 4. lib. 5. noua recopilat.*

Nam in hoc caſu clericus etiamſi actio perſonalis exiſtat, forum emptoris declinare non poteſt, quoniam forum, quod defenſus non poteſt declinare, non poteſt à defenſore declinari, per *l. 1. C. vbi rem actio exerceri debeat, & per l. venditor, ff. de re iudic.* vbi idem ſentit Bald. & *in Authen. clericus, C. de Epiſcop. & cleric.* & conſuetudo generalis, etiam non extante lege, id eſt interpretata, cum in eo caſu clericus non aſſiſtat, non pro ſe, ſed tanquam procurator, ac defenſor emptoris laici. Concordat *l. 1. C. vbi in rem actio*, vbi ſimiliter venditor diuerſæ prouinciæ voluit declinare forum emptoris, & paſſus eſt repulſam.

Fundamentum, quia iudicium ibi debet finiri, vbi cœptum eſt; *l. vbi eſt cœptum, ff. de iudic.* Item, quia clericus accedens ad iudicium defenſionem præſtat, ideo non habet facultatem, ad mutandum forum. ita Gloſſ. recepta, *in d. l. venditor.* Panormit. *in cap. fin. de emption. & vendition. num. 8.* vbi firmat hanc opinionem eſſe gloſſæ *in d. cap. clericum nullus, 11. quæſt. 1.* & probatur ex *d. l. 1. C. vbi in rem actio. & in d. l. venditor.* Idem ſecundùm ius Hiſpanum *l. 57. tit. 6. p. 1.* & apud noſtrum *lib. 3. tit. 45.* ſiue denunciatio fiat ante litem conteſtatam, ſiue non; dummodo fiat ante publicationem teſtium *dicto titul. 45. §. 2. in text.* ibi, *antes da inquiriçoens abertas*; doctiſſimus Gabriel 2. *part. manus regiæ, cap. 32. num. 10.* & ſapientiſſimus pater illius *de emptione, cap. 31. num. 31.* quamuis de iure communi poſſit fieri, etiam in gradu appellationis, teſte Couarruuia *lib. 3. variar. cap. 17. num. 2.* laudatio fieri poſſit ex *l. ſi rem, ff. de executionib.* quod puto verum,

quando ſententia fuit producta contra abſentem, & ipſe indefenſus appellet, & comparens à lege, quæ in prima inſtantia non allegauit, tunc poteſt laudare venditorem, vt eum defendat nominatio, quæ eſt recipienda. ita Bartolus *in l. aut qui aliter, ff. de vi*, & Gloſſ. *in l. ſi rem, ff. de euict.* modò denunciatio fiat tempore proficuo. Gloſſ. vltim. *in d. l. ſi rem*, Gomez *variar. lib. 2. cap. 2. num. 38. & 39.* Confirmat Ægidius *ad l. ex hoc iure, cap. 8. de empt. & vend. n. 82.*

## §. IV. Membrvm IV.

### *Quid de fiſco dicendum?*

RESpondeo ſuprà dicta non procedere in Rege, ac fiſco regio, qui denunciatus in actorem remitti debet ad iudicem regalis patrimonij. Peregrin. *de iure fiſci, lib. 6. tit. 4. num. 39.* Steph. Gratian. *de diſceptatio. foreuſ. cap. 175. num. 33.* Mendes à Caſtro *in praxi, lib. 3. cap. 5. §. 1. verſ. tertiò limita.* Martin. Laudenſ. *de fiſco, quæſt. 27.* & conſtat expreſſim ex *ex l. noſtra, lib. 3. tit. 45. §. 11. verſ. houue de nos*, & ibi Vimaranenſ. *in remiſſion.* quod eſt indubitabile in iure noſtro; ſi laudetur fiſcus, cauſa eſt remittenda ad iudicem patrimonij regij.

353. De iure tamen communi ambigi poteſt an fiſcus laudatus in actorem debeat comparere coram iudice emptoris laudantis? Pars negans eſt multorum; affirmans non eſt ſuis deſtituta actoribus, *in l. vnica ad fin. in gloſſ. C. de venditio. rerum fiſcal.* ibi, *Emptorem igitur prædiorum, de quibus libellum dediſti, apud ſuum iudicem conueni vſurum defenſionibus ſi qua ſibi competunt.* idem Rebuff. *tom. 3. ad leges Galliæ, tit. de dilation. art. 4. gloſſ. vnica*, dicens ibi in fiſco idem eſſe debere, cum non ſit magis priuilegatus quàm clericus. Pro qua parte multa tradit Capitius, *quæſt. 197. num. 7. ad finem*, & ſequitur Angel. *in rubric. de exemption. quæ faciunt hanc quæſtionem ſatis dubiam.*

Quibus penſatis Gloſſ. in *d. l. 3. C. de iure fiſci, lib. 10.* notat cauſam eſſe remittendam ad fiſcalem iudicem, ſi ibi fiſcus velit defendere emptorem, quod etiam opinatur Platea ibi, ſubdens idem eſſe reſpondendũ in Eccleſiaſticis, & aliis priuilegiatis. Contra verò Bald. reiicit hanc gloſſ. *d. l. 3. C. de iure fiſci, lib. 10.* quatenus ait fiſcum comparentem in iudicio poſſe mutare forum, ſequitur Aretin. *inſtit. de exceptio. in rubric. num. 17.* Socin. *conſ. 91. vol. 3.* Anton. de Burgos, *in cap. final. num. 18. de emption. & vendition.* quia hoc non conſtat ex iure niſi fortè impugnetur venditio facta à fiſco de nullitate: in quo euentu cum factum fiſci arguatur, ex quo fructus debeant reſtitui; tunc temporis res debet expediri apud iudicem fiſcalem ex *l. 1. C. de fide inſtrum. lib. 10. l. ad fiſcum, C. vbi cauſa fiſcalis.*

Vnde ob cauſam nullitatis in aliis fiſcus emptori aſſiſtens cenſetur priuatus eodem modo quo Eccleſia; eo quia fiſcus, & Eccleſia pari paſſu gradiuntur, *l. final. C. de ſacroſ. Eccleſ.* & notat Gloſſ. *in l. ſi procurator, §. 1. ff. de iure fiſci.* Ergo ſi Eccleſia vendens laudata in actorem per priuatum emptorem non poteſt mutare forum, ſed neceſſariò debet illum defendere in iudicio priuato: idem dicendum eſt de fiſco, quod tradit Caballin. *in tract. de euictione, §. 3. num. 124.* poſt Bartol. *in l. vnica, C. de venditione rerum fiſcal. poſt principium.* Porrò cùm negetur clericis laudatis in actores mutare forum, negandum eſt fiſco; tradit Burgenſ. *in d. cap. final. de emptione, & vendition. col. antepenult.* Lancell. Decius *in d. l. venditor, col. etiam penult.* Rebuff. *tom. 3. ad ll. Galliæ, tit. de dilation. art. 4. num. 9. pag. 342.* quibus videtur fauere lex regia *lib. 4. tit. 45. §. final.* determinans ibi fiſcum non gaudere ſuo priuilegio, niſi quando res agitur ſuper re non titulo venditionis, ſed donationis à principe obtenta: qua in cauſa fiſcus debet aſſiſtere ad defendendum reum conuentum.

Cæterum quamuis concedamus Eccleſiam, & fiſcum æquiparari, & fiſci priuilegiis gaudere, vt conſtat ex *l. ſi procurator*, & ibi gloſſ. *ff. de iure fiſci*, & ſcribentes *in cap. 2. de precario.* Atque ita ſicut fiſcus poteſt mutare forum, ſic etiam Eccleſiam mutare poſſe, ſi velit defendere emptorem; non tamen conceditur in hoc caſu clericos gaudere priuilegiis Eccleſiæ, neque fiſci, niſi in caſibus in iure expreſſis, vt notant ſcribentes *in cap. ſi diligenti, de præſcript.* poſt gloſſ. *ibi*, nec poſſe clericos opponere exceptionem declinatoriam fori, niſi quando contra eos principaliter iudicium mouetur, teſte Socin. *conſ. 91. num. final. verſ. non obſtat, lib. 3.* 354.

Quinimò ſi fiſci non intereſt, & lis moueatur inter priuatos, iudex communis competens erit, nec poterit mutare forum fiſcus, *l. vnica, C. de vendition. rerum fiſcal. lib. 10.* ibi, *apud ſuum iudicem*, & gloſſ. *ibi*, & Bartol. *in l. 2. C. ſi aduerſus fiſcum*, addit Queſada *in ſuis quæſtion. c. 4. num. 8.* & Curtius iun. *in l. hæres abſens, num. 12. ff. de iudiciis*, pro qua eſt text. *in l. fiſcus, cum in priuat. ff. de iure fiſci*, inſtantiam cœptam cum homine priuato, cui fiſcus poſtea ſucceſſit, non tranſire in fiſcum, ita vt fiſcus poſſit mutare forum, ſed debere cauſam proſequi coram iudice priuati.

Sed in hac cauſa & in aliis probabilius eſt poſſe fiſcum cum de re ſua agitur deferre cauſam ad ſuum iudicem, ac forum. ita Marta *4. p. caſu 34. num. 18.* poſt Borgin. *deciſ. 8. num. 13. p. 1.* non enim transfertur inſtantia in fiſcum ſucceſſorem, vt Cagnol. *in l. 2. num. 252. C. de pactis inter emptorem ex priuilegio fiſci*, Bartol. *in l. ſi conſtante, §. final. num. 4. ff. ſolut. matrim.* cum fiſcus habeat certum forum, & ſpeciale iudicium, vbi cauſæ de fiſco excutiantur, *l. 2. & 3. C. ſi aduerſus fiſcum.* Quare pereunte inſtantia cœpta, de nouo mouenda eſt cauſa coram iudice fiſci. ita Bartol. *in l. cum hominem, num. 1. ff. de fideiuſſor.* Bald. *in l. 1. ad fin. C. ſi pendent. appellat.* Couar. *practicar. cap. 8. num. 3. ad fin.* Boſſius *in praxi crimin. tit. de publicat. bonor. num. 24.* quibus accedit Barboſa *in l. ſi conſtante, §. fin. num. 16. vſque ad 19.* quam partem, tanquam veriorem ſequitur Sanch. *lib. 2. in Decalogo, cap. 22. num. 82.* eo quòd fiſcus ſuccedens non ſit propriè hæres.

Quod ſi petas quid dicendum, ſi colonus conueniatur, an teneatur denunciare domino? Reſpondeo, ſi denunciatio fiat à colono, vel ab aliquo, qui poſſidet nomine clerici ſtatim extingui actionem contra colonum, & denunciatus clericus comparens, & exceptionem declinatoriam fori ſi allegat, vt de facto allegare debet, cauſam remittendam eſſe ad forum Eccleſiæ, non tenetur clericus comparere in iudicio laico, neque ibi allegare exceptionem fori, ſed actor abſoluto colono ab inſtantia, conueniat clericum coram iudice ſuo, vt conſtat ex *l. noſtra, lib. 3. tit. 45. §. 10.* ibi, *per ante o Iuiz de ſeu foro.* ita Mend. à Caſtro *in praxi Luſitana*, 355.

Luſitana, lib.3.cap.5.in fine; vbi addit ita fuiſſe deciſum à Senatu Luſitano. Secus ſi reus ſit emphyteuta, is enim poteſt nominare clericum ad ſui defenſionem, quando agitur de totali iure rei emphyteuticæ, tunc denunciatus clericus ſi velit defendere, tenetur proſequi litem coram iudice rei emphyteuticæ, quia ſimul inuoluitur ius proprietatis cum iure vti. ita Gama deciſ.265. ex gloſſ. l. venditor, ff. de iudiciis, & in l.2. C. vbi in rem actio & deciſ.332. vbi ſic pronunciatum fuiſſe teſtatur. Secus ſi agatur cum emphyteuta de dominio vtili, tunc non tenetur comparere clericus, nec nocebit domino ſententia lata contra emphyteutam, Gama ibi.

## §. IV. Membrvm V.

*Quid de clerico hærede laici conuento, aut de laico delinquente, qui poſtea fit clericus, vel religioſus, nunquid debeat reſpondere coram laico iudice?*

356. PRo quo ſit tibi quartus caſus, in quo clerici tenentur comparere coram iudice laico, quando nempe ſunt hæredes laici defuncti, ſi lis cum defuncto iam erat inchoata. Eſt communis de iure noſtro lib.2.tit.1.§.8. verſ. ſe o clerigo for erdeiro; & probatur ex l.1.C. vbi in rem actio exerceri debeat, vbi qui tenetur de euictione, non poteſt declinare iudicium, ſed cauſam tueri coram iudice ſæculari. Imola in l. ſi cùm hominem, ff. de fideiuſſor. aliàs de fideicomm. Boët. deciſ.69.n.32. Gullielm. in cap. Raynus. verbo, vxorem, el 2.n.124. aliàs, a num.417. de teſtamentis. Item, quia vbi cœptum fuit iudicium, ibi terminari debet, l. vbi cœptum, ff. de iudic. Barboſ. in l. ſi conſtante, §. final. num.28. verſ. in regno, ff. ſolut. matrim. dicens hæredem clericum poſſe conueniri coram iudice ſæculari, ſi defunctus laicus ante mortem citatus fuit, vbi ſufficit citatio, vt dicatur lis cœpta, quæ eſt ſententia Bartoli in l. ſi eum in 2. additione in fine, ff. de fideiuſſ. Molin. lib.4. de primog. cap.8.num.6. in fine. Nec obſtat, quòd hæres clericus, vt aſſiſtat de nouo citetur, quia non fit citatio de nouo, ſed vt reſpondeat ad litem iam motam cum defuncto; atque ita vt dicatur iam cœpta, ſufficit ſimplex citatio, vel ſecundùm Baldum, ſola libelli oblatio, in l.1. num.2. C. ſi pendente appellat. mors interueniat; quidquid videatur ſubdubius contra ſeotire Angel. in l. tam ex contractibus, num.4. ff. de iudic. Qui tamen abſque dubio adhæret Baldo in l. ſeruus, verſ. in aliis autem, ff. de his qui notantur infamia.

De iure tamen Hiſpano l.15.tit.4.lib.5. recopilat. teſte Parlador. lib.2. rerum quotidian. cap. final. §4.1.num.8. hæres clericus laici apud ſæcularem iudicem conueniri debet, quamuis inſtantia non ſit incœpta cum defuncto, quod etiam apertè decidiitur in l.57. tit.6. part.1. quam etiam partem ſequitur Alberic. in l. hæres abſens, ff. de iudic. & Auileſius in cap. correctorum 10. numer.66.

Quod tamen negant, quando lis cœpta non eſt cum defuncto, Gregorius Lopez d. l.57. tit.6. part.1. Couar. practic. cap.8. num.4. Auendan. in cap. correctorum, 1. part. cap.1. num.33. & probatur ex gloſſ. in cap. clericum nullus, 11. quæſt. 1. quam ſequuntur Bartol. & Paulus in l. hæres abſens, ff. de indic. Didacus Perez in l.3. tit.13. lib.3. ordin. contra Olanum in antinomia iuris, litera C. num.26. dicentem tenaciter in quocumque caſu clericum hæredem laici eſſe conueniendum in iudicio ſæculari. Quod negant, quando res integra eſt, Doctores communiter, quibus adhæret Mench. de ſucceſſio. creatio. §.22. num.70. & 72. Spino in ſuo ſpeculo de teſtament. gloſſ.33. num.75. & Paz in ſua praxi tom.2. præludio 2. a num.41. vbi ait legem 57. citatam in praxi non ſeruari, quem refert, ac ſequitur Ceuall. in practic. com. contra com. quæſt.36. n.1. ac 4. cum ſequentib. Idem etiam docent Barboſ. in l. ſi conſtante citata, & in l. hæres abſens, n.129. ff. de iudice. Gregor. Lopez d. l.57. verbo, demanda, tit.6. part.1. Melchior Phœbus deciſ.70. num.14. Spino d. gloſſ.33. n.72. & 76. In his tamen omnibus ſeruandæ ſunt receptæ prouinciarum ſingulares leges.

(Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.)

Hinc ſequitur quintus caſus, ſcilicet, ſi laicus citatus ſit coram laico iudice antequam promoueatur ad ordines, tenetur in cauſa ciuili iam cœpta per citationem reſpondere coram eodem iudice, qui de cauſa cognoſcebat. ita de iure noſtro lib.2. tit.1. §.13. & de iure Hiſpano l.10. & 12. tit.7. p.7. Barboſ. in l. ſi quis poſteaquam, ff. de iudic. num.199. Dixi, ſi fuit citatus, quia per citationem perpetuatur iuriſdictio, & fit præuentio illius, cap. propoſuiſti. de foro compretenti, vbi Gloſſ. & Abbas iuxta legem ſi quis poſteaquam, præcitatam, & Alexand. in l. ſi pluribus, vbi Iaſon col.6. ff. de legat.1. Dummodo citatio ſit valida, quia per nullam nulla fit præuentio, Gloſſ. in l. accuſat. C. de accuſat. quam ſequitur Bald. in cap. quoniam contra col.6. de probatio. & in cap. in nomine, in 4. nota. de teſtibus, Gloſſ. in l. ſi pater, C. ne pro ſtatu defunct. niſi poſt citationem nulliter factam, citatus compareat, & proſequatur iudicium, text. in l.1. & Gloſſ. ibi, & Bartol. §.1. ff. de feriis.

In cauſa tamen criminali ex lib.2. tit.1. §.21. verſ. E ſe alguam peſſoa, cauetur, ſi clericus, vel beneficiatus, antequam ad ordines ſacros aſcenderet, vel beneficium obtineret, crimen aliquod commiſiſſet, ſi a iudice ſæculari perquiſitus fuerit, tenetur de beneficio, aut de ordinibus ſacris docere coram eodem iudice, quibus cognitis debet remitti ad iudicem Eccleſiaſticum, nec refert de iure Luſitano an per fraudem, ſeu dolum ordines ſuſceperit, vel beneficium obtinuerit, quod conſideratur à iure communi, in quo receptiſſimum eſt non liberari clericum ſic promotum, ſeu beneficiatum poſt crimen commiſſum à ſæculari foro, ſi id fecerit dolo, vel fraude, vt ab eo fugiat. Ita Oldrad. conſil.4. Ioan. Andr. in cap.1. de obligation. ad ratiocinia. Couar. in practic. cap.32. num.4. verſ. ſecunda concluſio: & probatur l. hos accuſare, verſ. dum non retractandæ cauſa, ff. de accuſation. & ex leg. vltim. ff. de re militari, Bartol. in leg. 1. §. de pœnis, Boſſius, & Viuius, quos refert, ac ſequitur Emanuel Xuar. in lib. recept. ſentent. in verbo, clericus patratum: quorum opinio tanquam communis vbertim laudatur à Lambertino in cap.1. de hæreticis in 6. quæſt.13. Ita hoc à iure communi expenditur, vt ſi abſque fraude ordines ſuſcipiantur ſacri, aut beneficium acquiratur poſt delictum commiſſum, à iuriſdictione ſæculari ceoſeantur omnino liberi, ſecus ſi id agant fraude, & dolo, vt probatur ex dict. leg. vltim. ff. de re militari, & ex leg. 1. Cod. qui militar. non poſſ. lib.12.

quod etiam docent idem Ioan. Andr. *in cap. 1. de obligation. ad ratiocinia*, & Hippolyt. *in ſingul. 514.*

Quod ſi conſtet ordines fuiſſe ſuſceptos, & beneficium acquiſitum ad declinandum forum ſæculare, adhuc cauſa eſt agenda coram iudice ſæculari, non poterit tamen hos delinquentes punire corporaliter, ſed tantùm multare pœna ciuili, ſeu amiſſione bonorum. Imola *conſ. 118. in caſu præmiſſo, & in conſ. 119. ad 1. quæſitum*, ibi, *non tamen poterit iudex punire in perſona, ſed ſolùm in bonis, ſeu pecuniaria pœna.* Ita Farinacius *de inquiſitione, quæſt. 8. num.* 107. quæ opinio eſt communis, teſte Boſſio, *in titul. de pœnis, num. 38.* Aufret. *in regular. 1. fallent. 11. num. 19.* & Iulius Clarus *in practic. crimin. quæſt. 36. verſ. ſæpenumero contingit*, non tamen præſumitur quis fieri monachus ex fraude, ideo per ingreſſum religionis, ſi conueniatur pro delicto commiſſo ante ingreſſum, debet fieri conuentio coram iudice Eccleſiaſtico, quia non poteſt puniri per ſæcularem. Ita Baldus *in l. 1. C. an ſeruus ex facto ſuo*, quem ſequitur Iaſon, cum quædam puella, *num. 11. ff. de iuriſdictio. omn. iudic.* & Marſil. *ſingul. 534.*

Proinde cum ratione monachatus exeat quoad perſonam à iuriſdictione ſæculari, non poteſt puniri in perſona, nec ſimiliter in bonis, quia per ingreſſum religionis habet ius monaſterium ſuper bonis ipſius ingreſſi, ita vt ſi infra annum profeſſionis decedat inteſtatus, monaſterium ſuccedat excluſis agnatis, ſeu cognatis venientibus ab inteſtato, vt firmant Ancharranus *conſ. 69. vt in cap. cum cauſam, de electión. & in cap. 1. in 5. not. de teſtament.* Brutio *in cap. In præſentia, verſ. quæro an ſi monachus, de probation.* & ibi Decius, Bartol. *in Auth. ſi qua mulier in fine, C. de ſacroſ. Eccleſ.* Decius *in Authen. ingreſſi, C. eodem num. 4.* & ibi Cyn. *in 2. quæſt.* & eſt text. *in d. Authen. ſi qua mulier. in verſ. monaſterium intrauerit*, monaſterio quod intrauit res eius competere: vnde arguunt bona etiam mutare naturam, & non poſſe puniri in bonis à iudice ſæculari, quia quando perſona, in quam tranſmutantur, eſt priuilegiata, augetur ius ab ipſo priuilegio; ſed priuilegium monaſterij eſt, ne conueniatur coram iudice ſæculari; ergo quamuis à principio inquiſitio, & accuſatio præceſſerint contra monachum, antequam ingrederetur religionem, etiam reſpectu bonorum, non poterit iudex ſæcularis progredi vlterius contra monachum, nec eum multare in bonis, ita fuiſſe iudicatum refert Burgin. Caualcan. à Senatu Mediolanenſi *in 5. part. verſ. ſecundò principaliter, ſuarum deciſionum, in deciſ. 11. fol. 51. in magnis*; quod probatur ex traditis à Sanchez *tom. 2. in præcepta, lib. 6. cap. 10. num. 15. & 16.* vbi ait, nouitios eſſe immunes à ſolutione gabellarum de bonis ſuis, quia ſunt perſonæ religioſæ, & bona Eccleſiaſtica, quod etiam tradit Mena *in ſuis varijs, lib. 2. quæſt. 21. num, 108.* Molin. *tom. 3. de inſtit. diſp. 671. num. 2.* ergo nouitius pro crimine ante ingreſſum commiſſo non poteſt mulctari in perſona, neque in bonis à iudice ſæculari.

358. Potiſſima ratio huius doctrinæ eſt, quia nouitius licet non perfectè, & omnino religioſus ſit, gaudet priuilegio fori cum ſit pars religionis, ideo dum eſt in nouitiatu, non poteſt conueniri coram iudice ſæculari, ſed coram iudice Ecclesiaſtico, Item, quia ea quæ adhærent religioſis ſunt religioſa, *l. qua religioſis, ff. de rei vendicatio.* Nauarr. *in ſumma, cap. 12. num. 65. & lib. 3. conſiliorum in 1. edit. tit. de regul. conſil. 58. & in 2. edit, lib. 2. tit. de foro compet. conſ. 6. num. 4.* Cordubà *in quæſt. lib. 1. quæſt. 30. opin. 1. in 4. probat. verſ. ſed nec iſta ratio in 2. opin. probat. 6.* Ioan. Lupus *rubric. de donat. §. 38. num. 7.* Gloſſ. *in cap. beneficium, verbo, conferendum, de regul. in 6.* Bobadill. *lib. 2. politic. cap. 18. num. 86.* Spino *ſpecul. teſtament. gloſſa 12. principali, num. 60.* Molin. *tom. 1. de inſtit. diſput. 139. col. 4. §. nouity ante ingreſſi, & col. antepenultim. §. ad id vnde, & tom. 3. diſput. 671. num. 2.* Girond. *de gabell. part. 7. in principio, num. 46.* Mena *in ſuis quæſt. varijs, lib. 2. quæſt. vltim. num. 198.* & Azor. *lib. 12. inſtitut. moral. part. quæſt. 11. in cap. 2.* & Farinac. *in practic. crimin. tom. 1. in 3. edition. titul. de inquiſition. quæſtion. 8. num. 46. ampliat. 16.*

Quinimò addit Azor *vbi ſuprà*, ſi exigatur à nouitio debitum ciuile, exigendum eſſe coram ſuperiore religionis, non verò coram Eccleſiaſtico iudice, neque coram eo eſſe puniendum, ſed coram prælato religionis, cùm gaudeant priuilegio, & fauore profeſſorum, ſintque à ciuili poteſtate & ab Epiſcopali iuriſdictione exempti ſicut profeſſi. ita Nauarr. *lib. 3. conſiliorum, citato, conſ. 58. de regul. num. 4. & d. conſ. 6. num. etiam 4.* Molin. *tom. 3. de inſtit. diſp. 671. num. 2.* & expreſsè Sarmient. *lib. 1. ſelect. cap. 5. num. 9. verſ. ex prædictis*, quatenus ait nouitium puniendum eſſe ſicut religioſum, eo quòd ſubeſt prælato religionis, vt tradit Azor. *vbi ſuprà*, atque ita non placet doctrina Nauarri *conſ. 5. num. 2. de foro competent. in 2. edit.* dum ait poſſe nouitium propter delictum plecti à iudice Eccleſiaſtico, vel à ſuo prælato.

Similiter non probatur quod tradit Henriquez *lib. 6. de pœnit. cap. 16. num. 3. & in ſcholi litera S.* vbi ait nouitium non poſſe excommunicari, niſi à proprio Epiſcopo, non verò à prælato religionis, quod non poteſt ſubſiſtere, ſuppoſito quòd nouitius exemptus à iuriſdictione Epiſcopali, & ſubſit prælato religionis, præſertim ſi prælatus imponat illi aliquam pœnam, vt caueant ab aliquo crimine, tunc enim ſi incurrat, poteſt obligare ſub excommunicatione latæ ſententiæ illum ad ſubeundam pœnam.

## §. IV. Membrum VI.

### *Quid ſentire debes de clerico delinquente cum laico, nunquid laicus iudex cognoſcet de clerico?*

PEtis, ſi clericus, & laicus aliquod crimen 359.
committant ſimul, an iudex laicus poſſit cognoſcere ſaltem incidenter de clerico delinquente? Reſpondetur, clericum eſſe remittendum ad ſuum forum, quia quamuis ratione ſocietatis laicus poſſit eſſe arbiter de cauſa ſpirituali, ſimul cum clerico, hæc ratio non eſt ad rem in noſtro caſu, ſed clericus delinquens ſimul cum laico, laicus ad ſuum iudicem ſæcularem, clericus verò ad Eccleſiaſticum debet remitti. Quod innuitur *lib. 2. tit. 1. §. 24. noſtræ ordinationis*, ibi, *e naon no que tocar à outras peſſoas*; ex quo loco arguitur laicum ad forum laicum,

&

ad clericum Eccleſiaſticum eſſe remittendum. Sed contrà ſtat continentiam cauſæ non eſſe diuidendam ex *l. nulli, C. de iudic.* proinde delinquente clerico, & laico, vterque debet conueniri coram iudice Eccleſiaſtico, ne variæ ſententiæ, ſeu diuerſæ ſuper vno eodémque crimine pronuncientur per *l. quod eſt abſurdum, argum. text. in l. 1. & 2. ff. de quibus rebus ad eundem iudicem eatur.*

Secundò, quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum, *c. quanto. de iudic.* & eſt text. *in cap. ſacris de ſepult. & in l. ſi alieni, ff. de ſolut. & in l. ſi communem, ff. quemadmodum ſeruit. amittatur,* Bartol. *in l. præcipimus, §. eodem obſeruando, C. de appel.* Cùm ergo clericus trahitur ad forum Eccleſiaſticum, debet trahere ſecum laicum, minùs dignum, quæ regula eſt communis, teſte Boſſio *tit. de foro compet. num. 116. in fine,* & in praxi vſu receptam firmat Socin. *in l. cum Senatus, in fine, de rebus dubiis.* Tertiò pro hac parte facit caput, *per tuas, verſ. quod autem, de arbitr.* vbi Socin. vtitur priuilegio ſocij ratione indiuidui. Item, quia quando duo iudices concurrunt in cauſa clerici, & laici, ſi ex illis appelletur, ad Eccleſiaſticum iudicem ratione clerici, non verò ad laicum prouocandum eſt, teſte Cardin. *in cap. ſuper quæſt. §. ſi verò duo, verſ. quartò pono, de officio deleg.* quam opinionem commendat Anton. de Prato veteri *in l. 1. in fine, ff. quæ ſentent. ſin. appell. re. reſ.* Felin. *in cap. 1. de præſcript. col. 4.*

Cæterum prima reſolutio eſt verior, à qua non eſt recedendum, nec in iudicando, nec in conſulendo; & ita in praxi ſeruari in Gallia tradit Rebuff. *tom. 1. ad ll. Galliæ, in proœmio conſtitut. gloſſ. 5. num. 117.* Bobad. *lib. 2. politic. cap. 17. num. 90. & 91,* vbi ait hanc opinionem eſſe magis vſu receptam, quàm oppoſitam. Sequitur Gutier. *pract. lib. 1. quæſt. 6. num. 7.* Anton. Gomez *de delictis, tom. 3. cap. 10. num. 6. verſ. ſed his non obſtantibus,* docens laicum ſocium criminis cum clerico non potiri priuilegio clerici, ſed quemlibet eorum poſſe puniri à ſuo iudice, quod etiam aſſerunt Federic. de Senis *conſ. 16.* Angel. *de maleſic. in p. che me ay, num. 46.* Iul. Clar. *in praxi crimin. §. final. quæſt. 36. num. 46.* & probatur ex *l. ſi quis vxori, in principio, ff. de fur.* vbi in delictis ſocius criminis nequaquam gaudet priuilegio ſocij. Secundò fauet *l. ſi quis perferendum, §. vlt. ff. de furt.* vbi habetur, quando duo delinquunt, & in alio reperitur qualitas augendi ſupplicium, in altero verò non, pœnam non eſſe augendam in vtroque, ſed in vno tantùm, in quo reperitur qualitas, ergo ſeparari debet iudicium, & quilibet eorum ad ſuum iudicem remittendus.

Ad fundamentum alterius partis dicendum eſt, hanc non eſſe indiuiduam, ſed diuiduam, & delictum à multis ſociis commiſſum eſſe proprium ſingulorum, vt conſtat ex *l. ſi plures, ff. de iniuriis, l. ſi plures ſerui aliquem occiderint, aut alicui iniuriam fecerint, ſingulorum proprium eſt maleficium, & tanto maior iniuria, quanto à pluribus admiſſa eſt.* Imò etiam iniuriæ tot ſunt, quot & perſonæ iniuriam facientes. ita *l. concordat, l. ſi quis id quod, ff. de iuriſdict. omn. iudic.* in quibus liquet cauſam eſſe diuiduam, & agendum eſſe de quolibet delinquentium coram ſuo iudice; imò aliquando diuerſo modo puniri poſſe prout diſponit lex, *qui ſeruo, §. item placuit,* & lex *ſi quis vxori, ff. de furt.* vnde ſi laici & clerici ſocij fuerint in furto, laici poſſunt ſuſpendi, clerici verò ad

*Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.*

ſuum iudicem remiſſi alia pœna ſunt puniendi. Rebuff. *de priuilegio Scholaſticorum, priuileg. 106. verſ. 4.* Rupellan. *in forenſ. inſtit. lib. 3. cap. 11.* & alij, quos refert, ac ſequitur Farin. *in praxi crimin. quæſt. 8. num. 151.*

Quod ſi contingat cauſam eſſe indiuiduam omnino, nec poſſe diuidi inter ſocios; agenda eſt coram iudice ſocij priuilegiati, & omnes ſocij non priuilegiati ibi debent reſpondere. ita Maranta *de ordine iudic. 4. p. diſt. 11. num. 24.* Azeued. *in l. 10. num. 25. tit. 1. lib. 4. noua recopilat.* Matiſſilan. *ſingul. 144.* dicentes rem eſſe indubitabilem. Ex quo ſequitur non procedere legem noſtram *lib. 2. tit. 1. §. 14.* quatenus imponit pœnam triginta aureorum laico conuenienti laicum coram iudice Eccleſiaſtico, quia lex intelligitur, quando cauſa competens contra clericum, & laicum ſimul fuerit diuidua, non verò quando eſt indiuidua. ita Vimaranenſis *ad d. §. 14. num. 2. in ſuis remiſſ.* Vaz *allegat. 18. num. 9.* additque Vimaranen. *ibid. num. 3. verbo, tanto que conteſtar,* poſſe euitari pœnam triginta aureorum à trahente laicum ad forum vetitum, ſi ante litis conteſtationem reſipuerit, ac facti pœnituerit; quod prius dixit Gloſſa *verbo, perdant, in cap. ſi diligenti, de foro compet.* & ſequitur Camill. Borrell. *in ſumma deciſ. 43. de foro compet.* non tamen excuſatur laicus à tributo ſoluendo pro rata, etiamſi ſit ſocius clerici cum quo poſſidet prædium indiuiſum, ſeu indiuiſibile, ex quo debeatur tributum, à quo clericus eſt immunis. ita Decius *in l. ſi emancipati, col. 4. C. de collat.* & alij quos referens ſequitur Cabed. *2. p. deciſ. 64. num. 9.*

Cæterum quod pertinet ad varia clericorum delicta, an aliquando à iudice laico puniri poſſint, & quando, inuidioſa quæſtio eſt, quam non placet fuſiùs exponere, variæ diuerſarum prouinciarum leges & priuilegia conſulenda ſunt, & niſi cum iure naturali, aut diuino pugnent, vtpote quæ iuri merè poſitiuo, & Eccleſiaſtico derogarint, vel longo vſu, vel ex Eccleſiaſtico indulto; neque quid ſingulis prouinciis fuerit conceſſum, nos noſſe poſſumus.

## §. IV. Membrum VII.

### *Quiſnam debeat eſſe iudex competens in cauſa decimarum, ſpolij, & patronatus Regij.*

Digna illa occurrit dubitatio, qui caſus ordine 360.
eſt ſextus. Quiſnam debeat eſſe iudex competens quando decimæ ad Reges, aut ad dominos temporales ex iure beneficiali, ſeu feudali, vel ex indulto à Sede Apoſtolica conceſſo pertinent? Poſſe verò iuſtis de cauſis decimas Regibus concedi à Summo Pontifice non eſt dubium, vt tradit Abbas *in cap. continebatur de his, quæ fiunt à prælat.* Capella Toloſa. *quæſt. 439.* & ibi Aufrer. Couar. *lib. 1. variar. cap. 17. verſ. olim ſanè, & practic. cap. 35. num. 2. verſ. 3.* Chaſſanæus *in conſuetud. Burgund. §. 6. rub. 1. verſ. Des iuſtices, num. 35.* & alij communiter. Ad quæſtionem ergo videtur dicendum iudicem laicum non poſſe cognoſcere de contentione orta inter hos dominos ſuper iure decimarum. Ratio, quia, quando cauſa decimalis tangit ius, non poteſt laicus de iure cognoſcere, ſed priuatiuè ad iudicem Eccleſiaſticum cognitio pertinet, cùm ſit cauſa Eccleſiaſtica. ita

Rebuff. *de decimis, quæſt.* 10. *num.* 3. Matanta *de ordin. iud.* 4. *p. diſt.* 11. *num.* 8. *cap. parochianos, cap. ad hæc de decimis*, Gloſſa *in cap. placuit. In* 2. §. *ſic etiam* 16. *quæſt.* 3. quod procedit ſiue talis quæſtio occurrat principaliter, ſiue emergenter, ſemper illius cognitio ſpectat ad Eccleſiaſticum. Ita Barboſ. *in l. Titia, num.* 27. *ff. ſolut. matrim. & in l. quoties, C. de iudic.* Valaſc. *conſult.* 159. Gama *deciſ.* 193. & habetur *in cap. tuam, de ordin. cognition.* atque ita fuit iudicatum in Senatu Portugallenſi, quia iudex ſæcularis eſt incapax, ideo nec de quæſtione incidente ſpirituali poteſt cognoſcere. Felin. *cap. cum ſit in fine, de foro compet.* Decius *cap.* 2. *num.* 24. *de iudic.* etiam quando laicus iudex ex commiſſione ſuperioris Eccleſiaſtici in aliquo negotio temporali, non poteſt cognoſcere de re ſpirituali incidenter, quia commiſſio ad illum non extenditur cum ſit omnino incapax iuriſdictionis ſpiritualis. Couar. *de ſponſal.* 2. *p. cap.* 8. quod procedit, quando quæſtio eſt de iure decimarum; ſecus ſi quæſtio ſit de facto; tunc cauſa contra laicum pertinet ad iudicem ſæcularem, iuxta tradita per Nauarrum *cap. cum contingat, primo remedio, pag.* 149. *de reſcriptis.* Couar. *practic. cap.* 35. *num.* 2. quos ſequitur Barboſ. *in l. Titia, num.* 27. *ff. ſolut. matrim.*

Quidquid ſit de iure decimarum, quod Couar. negat 1. *var. cap.* 17. *num.* 5. fuiſſe conceſſum laico principi, ſed tantùm decimarum fructus, vt eos nomine, & titulo Eccleſiæ conſequatur, vſu, & praxi receptum eſt in Hiſpania iudicem ſæcularem cognoſcere de cauſis decimarum, quas Summus Pontifex principi, aliiſque dominis temporalibus, earúmque fructus conceſſit; quia quamuis laici ſint incapaces iuris decimandi, decimas verò, ac fructus poſſunt percipere ex conceſſione papali, Gloſſ. *in cap. peruenit.* 1. *quæſt.* 3. *verbo, laicalibus, & in cap. quamuis, de decimis*, Abbas *in cap. ad hanc. de decimis*, D. Thomas *quodl.* 2. *art.* 8.

Ex quibus conſtat poſſe iudicem ſæcularem cognoſcere de decimis, quæ pertinent ad principes, ſeu dominos temporales. ita Beliuga *in ſuo ſpeculo principum, rubr.* 13 *de decimis*, §. *reſtat*, idémque ſeruatur in regno Franciæ, teſte Couar. *vbi ſuprà num.* 2. Gutier. *in practic. quæſt.* 14. *num.* 2. Ioan. Rupellan. *lib.* 1. *forenſ. inſtitut. cap.* 25. Rebuff. *vbi ſupra, num.* 1. dicens coram iudice regio agendum eſſe de decim. feudalib. ſiue agatur de poſſeſſorio, ſiue de petitorio, quamuis de iure Eccleſiaſticus iudex debeat cognoſcere, ſicut quando non ſunt feudales. Lege illum *n.* 5. Bobad. *lib.* 2. *politic. c.* 18. *n.* 146. *& in commento litera B.* vbi plures referens ſequitur, *& in n.* 147. *per tot.* Garcia *de expenſis, cap.* 9. *à num.* 92. *vſque ad* 96. vbi ait huiuſmodi decimas, hoc eſt fructus laicos percipere, non verò ius decimandi retinere poſſe. Ideò quaſi beneficia patrimonialia à nobilibus venduntur, permutantur, in dotem dantur, item quæ veniunt in iudicio familiæ herciſcundæ & Reges Hiſpaniæ, & Luſitaniæ in vaſſallos benemeritos transferunt, ſúntque iam bona regalia in vtroque regno, vt reſoluunt Couar. *vbi ſuprà*, & Cabed. 2. *p. deciſ.* 63. *num.* 3. poſt plures *ibi* relatos.

361. Quæres, an iudices ſæculares in hac cauſa poſſint cognoſcere, tam de iure, quàm de facto de decimis? Pro maiori declaratione aduerte quæſtionem de iure eſſe, quando actor petit decimam ſibi ſolui, atque præſtari, & reus citatus negat ſe teneri decimam præſtare, quia eſt priuilegiatus, vel quia tenetur alteri eam potiùs præſtare, quàm ipſi actori petenti: vel quia affirmat ſe eſſe exemptum ex contractu, ſeu conuentione cum ſuperiore, ne decimam ſoluat; vel quia de aliquibus rebus actor petit decimas, de quibus reus negat decimam debere. In his caſibus quæſtio eſt de iure, quod iudicium alio nomine vocatur proprietatis, ſeu petitorium, in quo caſu abſolutè negatur poſſe iudicem ſæcularem de hoc iudicio cognoſcere, quando ius decimarum ad Eccleſiam, Eccleſiaſticóſque pertinet, cùm ſit cauſa ſpiritualis. ita Fulgoſius *conſ.* 166. Federic. de Senis *conſil.* 245. *Domino Andrea, col.* 2. *verſ. ſine præiudicio veritatis.* Suar. de Pax *in praxi, tom.* 2. *præludio* 3. *num.* 22. Secus ſi cauſa ſit de facto, nempe de furto decimarum, vel de ſola facti quæſtione, vel executione, quia quamuis ex facto oriatur ius, non tamen oritur ius ſpirituale. ita Iaſon *in l. quoties, C. de iudic. num.* 7. Valaſc. *conſult.* 159. *num.* 10. Belluga *in ſpeculo principum, rub. de decimis*, §. *reſtat, num.* 4. Idem dicitur ſi agatur de fructibus. Felin. *in cap. cauſam in fine, de præſcript.* tunc enim iudex laicus eſt competens, ſicut etiam ſuper poſſeſſorio. Gomez *in cap. ſi annum, n.* 15. *de iud. in* 6. & Geminian. *in cap. vlt. in fine de foro compet.*

His poſitis dicendum eſt in quæſtione de decimis feudalibus conceſſíſque à Summo Pontifice, & aliis Dynaſtis, præſertim in regnis, quæ reges ſuis ſumptibus eruerunt ex Saracenis, ac Maurorum tyrannide, iúdices laicos poſſe cognoſcere tam de iure, quàm de facto quomodocumque cauſa tractetur: adeo vt ad eos pertineat huius cauſæ cognitio priuatiuè. ita Couar. *practicar. cap.* 35. *num.* 2. *verſ.* 3. Gutier. *in practic. quæſt.* 14. *num.* 4. quidquid ſit quando decimæ pertinent ad Eccleſias, quod ſeruatur etiam in Francia, teſte Molin. *in conſuetud. Pariſienſ. tit.* 1. *rub. &* §. 46. *quæſt.* 4. Henriquez *in ſumma, lib.* 7. *de indulgent. cap.* 27. *num.* 2. *in commento, litera L.* de quo non eſt dubium noſtris temporibus, extántque Areſta hac de re Senatus Luſitani apud Cabed. 2. *p. deciſ.* 63. *num.* 4. *verſ. tamen quoties, & num.* 6. *per totum.* Barboſa *in d. l. Titia, à num.* 39. *vſque ad* 44.

Vndenam harum decimarum priuilegia traxerint originem, non omnino conſtat. Illud tamen eſt certum paſſim olim ante Concilium Lateranenſe fuiſſe datas decimas laicis iuſta de cauſa in feudum perpetuum, & in illis permanſiſſe ſi prædicto anno ante d. Concilium completa fuit præſcriptio. Imò ante idem Concilium decimas has fuiſſe conceſſas Regibus Hiſpaniæ tradit Iacob. Puteus à Summo Pontifice, *deciſ.* 319. *num.* 1. *lib.* 3. & Ioan. Diac. Cardin. refert Carolo V. Imperatori conceſſiſſe Clementem VII. & multo ante Alexandrum VI. Gregor. VII. Vrban. II. Regi Aragonum, & ſucceſſoribus. Henriq. *vbi ſupra litera M. & N.* & ſatis diffusè Cabed. citat. *à num.* 1. Gutier. *d. num.* 4. Rebuff. *d. quæſt.* 10. quos vide, & Barboſ. *vbi ſuprà.*

Omiſſis priuilegiis, ac conceſſionibus de quibus hactenus, iudex laicus poteſt cognoſcere de quolibet poſſeſſorio clericorum etiam cauſæ ſpiritualis. Cæterum cùm poſſeſſorium ſit triplex, adipiſcendæ, retinendæ, & recuperandæ, §. *ſequens diuiſio, inſtit. de interdictis*, ſi iudicium cauſæ decimalis eſt poſſeſſorij adipiſcendæ, nempe quando quis poſtulat à iudice, vt illum mittat in poſſeſſionem decimas exigendi; tale iudicium ad iudicem Eccleſiaſticum ſpectat. Ratio, quia hoc iudicium ſimul habet cauſam proprietatis annexam,

nam, debetque iudex cognoſcere an petens mitti in poſſeſſionem habeat titulum verum, quo poſſit mitti, ac debeat in poſſeſſionem. Ita Crauet. *in conſ.104. n.17. verſ. non obſtat*, & ante eum Guido Papæ, *quæſt.1. col.1. verſ. de poſſeſſorio autem.* Menoch. *in tract. de recuperand. poſſeſſio. remed.15. num.235.* Couar. *pract. cap.35. num.1. concluſ.1.* ex eodem fundamento, quia poſſeſſorium illud iudicium non poteſt vocari temporale propter annexam cognitionem iuris ſpiritualis, cùm iudex ad iuſtificandam poſſeſſionem neceſſariò debeat efficere ſummatim probationem alicuius tituli, nec aliter poſſit mitti clericus in poſſeſſionem. Gloſſ. *in element. vnica, de cauſa poſſeſſ. & propr.* quod fieri debet, & examinari per iudicem Eccleſiaſticum ratione iuris ſpiritualis annexi, *c. cuam, de ordin. cognitionis.* Beroe. *in rubr. de iudic, num.51.* Nec obſtat lex noſtra *lib.2. tit.1. §.2.* ibi, *& podera o clerigo ſer citado por ante o iuiz leigo por qualquer força noua que o clerigo faça, &c.* & infrà, *o qual iuiz leigo podera diſſo conhecer para desfazer a força, & reſtituir o forçado em todo o que eſtiuer esbulhado, & mais naon*; vbi apertè loquitur de recuperanda poſſeſſione, non verò de adipiſcenda; ſicut iudex laicus non eſt competens, quando eſt quæſtio de valore tituli clericatus; ſecus quando non vertitur quæſtio de valore tituli, nempe an habeat literas, vel probationem clericatus. Ita Nauar. *in cap. nouit, notab. 6. num. 41. de iudiciis.* Barboſ. *in d. l. Titia, num.28. verſ. ex præmiſſo reſpondetur clarè*, vbi ait non poſſe cognoſcere niſi iudicem Eccleſiaſticum, quoties mixtim interuenit quæſtio facti, & iuris, ne continentia cauſæ diuidatur.

362. Quando verò poſſeſſorium eſt retinendæ, ſeu recuperandæ ſuper decimis, iudicium pertinet ad iudicem laicum, ſcilicet cum actor petit, vt reſtituatur ad ſuam poſſeſſionem, ex qua deturbatus, & ſpoliatus fuit, vel quando petit ſe non turbari, moleſtiave affici à reo conuento, quia in vtroque caſu non eſt quæſtio ſuper titulo decimarum cum ſatis ſit actorem eſſe in poſſeſſione exigendi decimas, à qua, vel eſt ſpoliatus, vel debet deturbari. Ita in terminis Baptiſta Ferret. *in conſ.1. n.11. & 12.* Aufrer. *in tract. de poteſtate ſæculari ſuper perſonas Eccleſiaſticas, regul. 2. fallent. 24.* Menoch. *in tract. de recuperanda, remed.15. num.211.* Crauet. *conſ.258. col.1.* Garcia *de nobilitate, gloſſ.1. num.17. & gloſſ. 9. à num. 46.* Oſaſcus *deciſ. 116. num.1.* Ceuall. *in commun. contra commun. q.504.* poſt multos ibi citatos, vbi ait ſic fuiſſe iudicatum in regali Cancellaria, ex communi ratione, quia cauſa poſſeſſionis ſuper re ſpirituali, quæ in facto conſiſtit, temporalis eſt, & profana, Mendes à Caſtro *lib.2. praxis, §.1. cap.4. num.14.* Azeued. *lib.1. noua recopil. tit.6. cap.2.* Mieres *de maioratu 3. part. quæſt.11. num.11.* quæ ſolutio procedit tam in iudicibus ſupremis, quàm in inferioribus ex Hiſpania *l.1. tit.18. lib.8. ordin.* Bobadill. *cap.18. lib.2. num.145.* multis *ibi* de more citatis. Sanz de Pax, *in praxi, tom.2. à n.22.* quibus accedit Benedict. *in d. cap. Rayn. deciſ. verbo, & vxorem, num.38.* quæ praxis in Luſitania eſt in vſu, itemque in Hiſpania, & Gallia, ſeruarique in curia Neapolitana refert Afflict. *deciſ.58. num.59.* Rebuff. *tom.1. ad ll. Galliæ, tit. de ſentent. execut. art.1. 1. gloſ.11.* & in ſenatu Burdigalenſi *deciſ. 69. ſub num.23.* & in ſenatu Pedemontano, Menoch. *remed.15. recup. num. 211.* & apud Venetos *ibidem, remed. 15. num. 120.* & in ſenatu Galleco, Gaſp. Roderic. *de annuis reditib. lib.1. quæſt. 17. ex num.58.* Vnde res eſt indubitabilis in poſſeſſorio retinendæ, vel recuperandæ, non autem adipiſcendæ ſecundùm Cardin. *in clemen.2. de iudic.* proinde meritiſſimò reiicitur Ioannes Igneus *in l. neceſſarios, §. non alias, 2. part. num.2. vſque ad num. 5.* oppoſitum tradens, & Vimaranenſ. *in remiſſ. lib.2. ordin. tit. 1. ad §. 2. num.3.* vbi addit non ſolùm poſſeſſorium retinendæ, ſed etiam adipiſcendæ poſſe coram iudice ſæculari tractari.

Ampliatur etiam quando violentia infertur noua à commendatariis Sancti Ioan. poſſunt trahi ad ſæculare iudicium regium. Ita fuiſſe iudicatum refert Mendes à Caſtro *in praxi, lib.2. cap.1. §.8. num.19. verſ. quamuis in cauſa Michaelis da praça cum procuratore prædictæ religionis*, & tradit latiſſimè Salzed. *cap.102. in verb. inferre ſolent. verſ. qua quidem.* Faciunt tradita à Valaſco *conſult.93.* & probatur, quia conſeruatores non poſſunt ſe intromittere, niſi quando manifeſta eſt violentia, quæ priuilegiatis ſecundùm *cap.1. de officio delegat. lib.6.*

Huc etiam ſpectat ſequens difficultas, quiſnam 363.
ſit competens iudex, laicus ne an Eccleſiaſticus, quando ſpoliator, & ſpoliatus ſunt clerici, vel quando reus tantùm eſt clericus, & ſpolium eſt de re beneficiaria? Ratio dubitandi, quia lex Luſitana *lib. 2. tit. 1. §.2.* loquitur quando clericus eſt ſpoliator, non verò quando clericus eſt ſpoliatus; nec quando vterque eſt clericus, in quo caſu videtur dicendum non poſſe iudicem laicum cognoſcere de cauſa poſſeſſoria beneficij inter clericos, vel quando reus eſt clericus; ratio, quia actor tenetur ſequi iudicium rei *cap.51. clericus laicum, & cap. cum ſit generale. de foro compet.* ideo cauſa eſt remittenda ad iudicium Eccleſiaſticum, quamuis poſſeſſorium nihil adnexum habeat proprietati, & ſit totum omnino temporale. Item, quia oppoſitum ſentientes non affirmant ſuam ſententiam authoritate iuris communis; ſed ex indulto à Romano Pontifice regibus conceſſo.

Item, quia clericus trahens clericum coram iudice laico debet rem perdere quam petit, niſi ſuper hoc ſatisfacere velit per text. *in cap. ſi diligenti de foro compet.* quod procedit etiamſi conuentus clericus conſentiat voluntarius per text. *in c. inolita 11. quæſt.1.* cùm iudex laicus non ſit competens. Accedit, quia vt plurimum cauſa poſſeſſoria beneficialis habet adiunctam proprietatis rationem, quæ eſt ſpiritualis, & conſequenter non poteſt laicus cognoſcere de cauſa poſſeſſoria beneficij cõſiderato rigore iuris; cùm ſemper debeat apparere, ac præcedere aliqua tituli iuſtificatio, nec aliter poſſit mitti in poſſeſſionem. Ita Abbas *in c. literas, de iuram. calumn.* & Bero *in rubr. de iudic. n.51.* quos ſequitur Couar. *pract. c.35. n.5. concluſ.1.* dicens cauſam poſſeſſoriam rei ſpiritualis non poſſe examinari per iudicem ſæcularem, ſed per Eccleſiaſticum, quod etiam dixit multo ante Imola *in cap. final. n.9. de iudic.* Menoch. *de recup. remed.15. n.458.* Guilielm. *cap. Rayn. verb. & vxorem, n.331.* & affirmat communem Aufrer. *in capella Toloſan. deciſ.470.* quam etiam opinionem ita propoſitam tanquam veriorem amplectuntur Crauet. *conſ.258. n.8.* Ant. Gabriel *de reſt. ſpoliat. concl.1. n.121.* Gutier. *lib. 1. canonicar. cap.34. à num. 23. vſque ad num. 27.* vbi reſpondet ad argumenta partis aduerſæ. Valaſc. *conſult.93. à n.1. vſque ad 4.*

O 4 Nihilo

Nihilominus praxis Luſitana eſt contra, & ita ſæpiſſimè in toto regno iudicatum fuit, poſſe ſcilicet iudicem ſæcularem de causa ſpolij inter clericos, vel quando clericus eſt reus, rem definire. Ita Cabed. 1. *part. deciſ.* 82. *à num.*2. vbi ait, ſic fuiſſe concordatum à tempore regis Ioannis I. ibique refert verba concordatæ, cuius etiam meminit nouiſſimè doctiſſimus Gabriel Per. 2. *part. manu regia*, ſequitur Valáſc. *conſult.*93. vbi pro vtraque parte excurit quæſtionem, tandemque adhæret praxi *num.* 5. ſecundùm quam iudicatum in toto regno refert; ex ea ratione, quòd poſſeſſorium rei ſpiritualis cenſetur prophanum ex Gloſſ. *in d. cap. literas, de iuram. calum.* qua opinione retenta non videtur lex noſtra contra ius commune, imò conformis eidem, quamuis Cenedo *collect.*5. ad decretum inclinet, hanc praxim, & aliam ſimilem procedere ex priuilegio a Sede Apoſtolica conceſſo. Eadem de re Gutier. *canonic. lib.*1. *cap.*34. *à num.*16. vbi pro vtraque parte re diſcuſſa licet de iure negatiuam probet, de praxi tamen affirmantem non improbat, neque ex conſuetudine, quæ inualuit, & eſt immemorialis, poteſtque tribuere iuriſdictionem; ideo inuiolabiliter eſt obſeruanda, vt reuera obſeruatur à primordiis huius regni Hiſpaniæ intercedente præſertim concordia, & conceſſione Apoſtolica, vt colligitur ex Oldrado *conſ.*300. & ex traditis à Couar. *pract. cap.*35. *num.*3. vbi ſatis de hac re ac de praxi *vſque ad num.*5.

364. Octauus caſus, in quo iudex regius erit competens, eſt, quando inter prælatum donatarium patronatus coronæ, & Regem, Regiſque procuratorem ſuper donatione hac orta fuerit contentio, ſeu cum alio donatario, ita compoſitum fuit anno Domini 1578. inter regem, & prælatos; & patet ex concordatis, §.3. Conſonat ordinatio *lib.*2. *tit.*1. §.7. ibi, *& auendo demanda*; de iure tamen aliter dicendum eſt, cùm cauſa iuris patronatus ſit annexa rei ſpirituali, ideo pertinet ad iudicem Eccleſiaſticum, nec obſtat contraria conſuetudo, ita conſtat ex *cap. quando*, & ex *cap. decernimus, de iudic.* Coſta *in c. ſi pater*, 2. *part. verſ. Trebellianica, num.*7. *verſ.* 4. Molin. *de primog. lib.*1. *cap.*24. *num.*26. Roch. *de iur. patronat. verbo, ius, in principio.* quod procedit etiam quando agitur incidenter de validitate iuris patronatus, nec tunc poteſt iudex laicus de ſpiritualibus, nec de illis, quæ iis adnexa ſunt cognoſcere etiam incidenter, ſi quæſtio ſit de validitate actus. Secus ſi agatur de facto per *l.*1. *&* 2. *C. de ordin. indic. & l.* 1. *verſ. ſi ea, ff. de ventre in poſſeſſionem mitten.*

Nec lex Luſitana ab hac doctrina *d. tit.*1. §. 7. diſcordat in principio, dicens orta contentione ſuper iure patronatus, cognitionem pertinere ad iudicem Eccleſiaſticum, quamuis patronatus ſit regiæ coronæ. Quæ ſententia eſt communis, vt tradit Cabed. *de patronatibus, cap.*49. *à num.*1. *vſque ad* 4. Barboſ. *d.* §.7. *num.*1. Cald. Per. *quaſt. forenſ. conſ.*5. *num.*6. *&* 7. Concordat lex Hiſpana *part.*1. *tit.*6. *l.*56. *d.* Gabriel Per. *cap.*29. 2. *p.* Quando verò quæſtio eſt magis facti quàm iuris, nempe an ius patronatus ſit natum, vel promiſſum, cum agatur de contractibus, qui in facto conſiſtunt, cognitio ad laicum iudicem deuoluitur. ita Bartol. *in l. Titia, ff. de ſolut. matrim.* quamuis quæſtio facti ſit adnexa rei ſpirituali. ita Ater. *conſ.*6. Roch. *de iure patronatus, verbo, ius, num.*5. & probatur ex Rebuff. *tract. in quibus caſibus iudices ſeculares, num.*21. Eodem modo pertinebit ad ſæcularem, quando contentio inter donatarios ipſos regiæ coronæ eſt, ſeu inter perſonas ab ipſis donatariis ius habentes, dummodo partes conueniant, & alter ſibi conceſſum affirmat, alter verò negat; ratio, quia patronatus regij tanquam bona alia regiæ coronæ regulantur, Cabed. 2. *p. deciſ.*65. *per totum*, atque ita non præſcribuntur aduerſus Regem ſicut nec iura, quæ pertinent ad regiam coronam, Cabed. *vbi ſuprà, num.*10. *& de patronatibus, cap.*4. *num.*6. *pag.*18. *& cap.*12. *num.*6. *pag.*47. nec etiam per tempus immemoriale. Idem *cap.*34. *num.*3. eo quòd excipiuntur, quamuis allegetur poſſeſſio, ſeu præſcriptio ducentenaria. ita Valaſc. *de iure emphyteutico, quaſt.*9. *num.*26. *verſ. rurſus cum dico.* Poteſt tamen laicus contra laicum præſcribere ius patronatus. At verò contra Regem bona coronæ, & iura regalia non præſcribuntur. Vide Couar. *in regul. poſſeſſor.* 2. *p.* §. 10. *num.*20. vbi ait laicum contra laicum poſſe præſcribere, non poſſe verò iura regalia, repetit, Cabed: *citatus, cap.*7. *num.*2. quod etiam in regno Caſtellæ ſeruatur, Couar. *in pract. cap.*1. 2. *&* 3. Auendan. *de exequend. mandatis, lib.*1. *cap.*4. & in Regno Franciæ, Rebuff. *ad ll. Galliæ, tom.*3. *tit. de mater. poſſeſſ. art.*2. *gloſſ.*2. *num.*26.

## §. IV. Membrum VIII.

*Quis debeat eſſe iudex, quando clericus habet feudum?*

CAſus nonus, in quo iudex ſæcularis eſt competens, eſt; quando cauſa mouetur ſuper feudo, tenetur conueniri vaſſallus coram iudice temporali. eſt communis. ita Marta *de iuriſdictio. cap.*4. *caſu* 102. *num.*16. Marant. *de ordine iudic. p.*4. *diſt.*11. *num.*65. Cenedo *ad decretum, collect.*37. *num.*5. Azebed. *l.*6. *tit.*1 *lib.*4. *noua recopilat.* Camill. Borrell. *ad Petrum Bellug. in ſpeculo principis, rubr.*11. §. *videndum, verbo, perdunt, & de regis Cathol. praſt. cap.*71. *à num.*73. *& in ſumma, deciſ. tit.*34. *de feudis, num.*159. & ex Antiquioribus Abbas *in cap. cæterum, de iudic. num.*6. *& in cap. verum, num.*13. *de foro compet.* Anton. Scap. *de iur. non ſcripto, lib.*1. *cap.*6. Felin. *in d. cap. cæterum, num.*1. Paris de Puteo *de Syndic. verbo, clericus, num.*1. *fol.*158. quamuis reus ſit clericus. Ratio, quia in fauorem feudorum ita in iure cauetur, *cap. ex tranſmiſſa, & cap. verum, de foro compet.* Item, quia quæ in feudum conceduntur ab initio ſub hac penſione, ſeu conditione concedebantur.

Ex dictis ſequitur ratio potiſſima, ob quam clericus habens patrimonialia bona à rege teneatur reſpondere coram iudice laico pro cenſibus & tributis ipſorũ, quia bona illa cenſentur ſub hac conditione. Imò ſi ſub ea lege fuerunt data Eccleſiis à principio, ſemper ſub illo foro manebunt bona illa, ſub quo antequam concederentur exiſtebant; nam ea conditio de ſe non eſt iniuſta, nec de ſe mala, cùm cadat ſuper bona, & ſponte tam à dante, quàm à recipiente apponitur, & ſub eo pacto, quod eſt ſeruandum, probatúrque ex *d. cap. verum, de conditionibus appoſit.* vt expreſsè Hoſtienſ. & Ioan. Andr. *in d. cap. verum, de foro compet.* Conſtátque ex *d. tit.*1 *legis noſtra*, §. 17. *&* 18. vbi expreſsè deciditur verſ. *e ſe o clerigo tiuer de nos alguns bens patrimoniaes*, & infrà verſ. *eo*

*clerigo*

*clerigo que laurar alguans poſſeſſoens fiſcaes, ou reguengas*, poterit conueniri coram iudice ſæculari, concordat lex Caſtellæ *6. tit. 1. lib. 4. recopilat. & l. 10. tit. 7. lib. 9. recopilat.* Confirmatur ex regula illa quam communiter Iuriſperiti probant, nimirum quando aliqua bona clericis, ſeu Eccleſiæ conferuntur ſub aliquo onere, conditione, ſeu pacto non illicito, ſeruanda eſt. Ita Anchar. *conſ. 223. & ... in cap. Eccleſia S. Mariæ, de conſtitut.* Itemque, quia in hoc caſu, quamuis non conueniuntur clerici, & trahantur coram iudice laico, potius videntur conueniri bona eorum, non verò perſonæ ipſorum, vt tradit Bald. *in l. his, C. de Epiſcop. & cler.* quatenus ait bona illa pertinere ad forum ſæculare, poſſéque iudicem ſæcularem mittere ad bona ipſa pro tributo eiſdem impoſito, & inde illud recipere cùm ſint de ſua iuriſdictione. Concordat Curia Phil. *1. p. iudicij ciuilis, §. 1. num. 12.* vbi addit Eccleſias, ſeu clericos habentes à rege aliqua bona, debere conueniri coram iudice ſæculari, non verò coram Eccleſiaſtico ſub pœna amittendi bona illa. Quod extendit ad ſtipendia quæ ſoluuntur ex bonis regiis, parochis, ſeu beneficiariis apud Indos. Ratio poteſt eſſe, qua beneficiarij cùm in exigendo ſtipendio, ſeu ſalario ſint actores, & bona ex quibus ſoluuntur ſint regalia, neceſſariò duabus de cauſis debent petere coram iudice laico.

## §. IV. Membrvm IX.

*Coram quo iudice ſit petendum ſtipendium pro Miſſis ſolui conſuetum, & an liceat paciſci ſuper eo?*

### EPITOME.

366 *Index laicus non eſt competens inter laicum, & clericum ſuper ſtipendio debito pro Miſſis tam pro viuis, quàm defunctis.*
*An liceat ſacerdoti exigere ſtipendium pro Miſſis ex pacto inito. ibid.*
*Sacerdos obligatur ex iuſtitia ad ſacrificandũ pro ſtipẽdio. ibid. verſ. Quare ſi ſacerdos.*

366. Dictum eſt modò beneficiarios apud Indos exigere debita ſtipendia ex bonis regiis apud iudicem laicum. Ego tamen circa extenſionẽ ſtipendij beneficiarorum, ſeu parochorum apud Indos, quibus commendatur cura animarum, aliter dicendum puto, cum ſint verè parochi, ſtipendiaque illis aſſignata ab Epiſcopo ſint bona Eccleſiaſtica, ſuper quibus iudices laici non debent ſe intromittere; ergo coram iudice Eccleſiaſtico conueniri, & conuenire debent parochi ſiue apud Indos, ſiue apud Luſitanos, vbi ſtipendia fuerint ab Epiſcopo aſſignata. Probatur etiam, quia de bonis patrimonialibus clericorum aduerſus laicum cognoſcit iudex Eccleſiaſticus, cùm gaudeant priuilegio bonorum Eccleſiæ, gloſſ. 3. *cap. Eccleſia conſtitut.* & gloſſ. final. *cap. final. de vit. & honeſt. cleric.* Item, quia iudex Eccleſiaſticus poteſt cognoſcere contra laicos confratres alicuius confratriæ, in iis, quæ pertinent ad diuinum obſequium, vt Alexand. *conſ. 12. vol. 7.* Barbat. *conſ. 1. vol. 4.* quos ſequitur Rebuff. *in tract. quando ſæculares, num. 81.* Secus quando laicus laicum conuenit ſuper bona ſæcularia alicuius capellæ, quia hoc non tangit diuinum obſequium.

Conſequenter etiam clerici quando petunt ſtipendium, ſeu eleemoſynam à laicis pro Miſſis, ſeu officio funerali, & ipſi recuſant ſoluere (quidquid Henriq. contra teneat de ſacrificio Miſſæ *lib. 9. cap. 22. num. 2.*) coram iudice Eccleſiaſtico debent petere. Ratio, quia taxatio ſtipendij huiuſmodi pertinet ad Eccleſiam, ergo ad illam pertinet iudicium, cùm ipſa habeat poteſtatem decernendi quid miniſtris ſpiritualibus ſit conferendum pro ſua congrua ſuſtentatione, non verò ad laicos quibus ſacerdotes miniſtrando ſeruiunt. Accedit, quia primitiarum, decimarum, & oblationum cauſæ deciduntur in foro Eccleſiaſtico, & ſuppoſita voluntaria conſuetudine fidelium in offerendis oblationibus, vult Eccleſia, vt hæc conſuetudo laudabilis conferat ius miniſtris ad illas exigendas coram Eccleſiaſtico; vt colligitur ex *cap. ad Apoſtolicam. de ſimonia*, vbi Hoſtienſ. & Panorm. intelligunt poſſe cogi fideles per Epiſcopum, vt conſuetudo offerendi oblationes obſeruetur: ergo in noſtro caſu conſuetudo dandi ſtipendium pro Miſſis faciendis, & pro exequiis per Epiſcopum executioni mandanda eſt. Faciunt tradita à Suario *tom. 1. de relig. cap. 5. de oblationibus*, & probatur ex *cap. ad audientiam, de ſimonia*, ibi, *Sed per Epiſcopum loci veritate cognita compeſcantur, qui malitioſè nituntur laudabilem conſuetudinem immutare.* Cuius ſententiæ eſt Rebuff. *vbi ſupra, n. 6.* vbi fatetur ius canonicum præcipere, vt nihil exigatur pro ſepultura *cap. abolendæ. de ſepulturis*, velle tamen, vt laudabilis laicorum conſuetudo obſeruetur *d. cap. & ad Apoſtolicam.* Ergo laici poſſunt compelli ad ſeruandam conſuetudinem de ſoluendo ſtipendio, ſeu de eleemoſyna tribuenda à iudice Eccleſiaſtico, ſicut fuiſſe iudicatum refert ibidem pro hac conſuetudine, quia hoc eſt Eccleſiaſticum, monetque conueniendos eſſe laicos, non vt ſoluant ſalarium debitum pro ſepultura, pro Miſſis, pro funeralibus, ſed vt obſeruetur hac de re conſuetudo laudabilis, quia ſimiles conſuetudines ſunt Eccleſiaſticæ.

Sequitur etiam ex dictis fas eſſe ſacerdoti exigere illud ſtipendium etiam ex pacto conſuetum, modò illud exigat, non pro pretio, nec pro labore, temporeque in eo ſacrificio conſumpto, ſed pro ſubſidio honeſtæ ſuſtentationis. Ita Suar. *de religio. lib. 4. de ſimonia, cap. 21. num. 17. per totum, & cap. 46. num. 4. cum ſequentib.* & probatur ex gloſſ. *in cap. ſignificatum, de præbend.* gloſſ. *in cap. vltim. 21. quæſt. 2. per text. ibi*, vbi ſupponitur clericos poſſe ad munia ſpiritualia miniſtranda conduci, Redoan. *de ſimonia, part. 2. c. 27.* & Panorm. *in d. cap. ſignificatum, de præbend. num. 8.* Idem Suar. *tom. 3. in 3. part. diſp. 87.* Henriq. *lib. 9. de Miſſa, cap. 22. in principio, ad num. 2.* dummodo aliàs non teneatur ex officio, vel miniſtrare, vel ſacrificare, cum pactum formaliter cadat ſuper ſtipendium quatenus neceſſarium ad alimoniam perſonæ, non verò vt pretium, & conſequenter per illud pactum non venditur ſpirituale pro temporali, nec ratio ſtipendij induit formalem rationem pretij: ac proinde non intercedit ſimonia. Quod tamen ſtipendium debetur miniſtranti, ſeu ſacrificanti de iuſtitia, quia nemo tenetur ſuis ſtipendiis militare. Quare ſi ſacerdos ex coniunctione, aut ratione ſtipendij obligatur ex iuſtitia ad ſacrificandum, ſeu ſeruiendum Eccleſiæ, ita quiſque fidelis petens à ſacerdote, vt faciat ſacrum, vel aliquid ſimile, tenetur ex eodem

vinculo

vinculo iuſtitiæ dare ſtipendium; quod ſupponit D.Thom. *quodlibet.*10.*art.*6. Scot. *quodlib.*20. Cordub. poſt alios *lib.* 1. *quæſt.*4. *quæſt. dub.*2. quos ſequitur Suar. *in d. lib.*4. *de ſimonia, cap.*46. *per totum, præſertim num.*10. Vnde ſacerdos accipiens eleemoſynam ſub onere ſacrificandi ſi non celebret per ſe, vel per alium, peccat contra iuſtitiam, teneturque reddere eleemoſynam ſub eo onere, & intentione datam, ita Henriquez *d. cap.*22, *num.*2.

## §. IV. Membrvm X.

*De clerico degradato.*

### EPITOME.

367 *Clericus degradatus an torqueri poſſit per laicum.*

*Degradatio ſolennis an requiratur ad puniendum clericum aſſaſſinum, num. eod.*

*Clericus degradatus verbaliter an amittat priuilegia clericalia, num. eod.*

367. CAſus decimus eſt, an clericus degradatus poſſit torqueri per laicum, id enim negat gloſ. *in c. final. diſt.*35. & ibi Præpoſit. imò torquens clericum per laicum excommunicatus eſt, vt notat gloſſ. *in ſumma, diſt.*45. quia ſemper in clerico remanet character; ita ſi de facto celebret, de facto conficiet verum corpus Chriſti, vt ait Ioan. Andr. *in nouell.* & ibi Abbas *in cap.*1. *num.*11. *qui clerici, vel vouentes, matrim. contrah. poſſ.* & eſt communis Theologorum, teſte Abbate *d. cap.*1. *ad finem.* D.Thom. 3. *part. quæſt.*83. *art.*8. vbi ait poteſtatem conſecrandi corpus, & ſanguinem Chriſti Domini ad characterem ſacerdotalis ordinis pertinere. Quæ opinio eſt vera. Ergo percutiens degradatum actualiter incurrit in cenſuram, *cap. ſi quis ſuadente diabolo*, cum ſemper retineat ordines, & remaneat character indelebilis, eſto ſit degradatus actualiter, Ita gloſſ. & ſcribentes *in cap.*2. *de pœnis lib.*6. Gloſſ. *in c. accedens, diſt.*50, *& cap. dictum, diſt.*81. Bertachin. *in tract. de Epiſcop. part.*4. *tit. de cauſa finali, & effectu degradationis*, quod procedit etiamſi torqueatur clericus de licentia Epiſcopi à laico, nec conſuetudo in contrarium excuſat à cenſura percutientem, cum ſit irrationabilis. Ita Dias *in praxi, cap.*126. *verſ. nota tamen*, Salzedo *in additione, verſ. torqueri per laicum*, poſt plures; & Syluest. *verbo, excommunicatio* 6. quod etiam tradit Decius *in cap. dilect. in principio de appellationib.* Anchar. *in cap. vt famæ. de ſententia excommunicationis*, & Ioan. de Anan. *in cap. ſuper eo, col.*2. *in fine de crimin. falſi.*

Hæc tamen omnia debent intelligi de degradato verbaliter, non verò degradato actualiter, quia is eſt priuatus omni priuilegio clericali, ille verò minimè, proinde percutiens illum excommunicatus eſt iuxta *cap. ſi quis ſuadente* 17. *q.*4. Gloſſ. *in cap. degradatio, in verbo, priuilegio clericali. de pœnis, lib.*6. Panorm. *in cap. ad abolenda, num.*11. *de hæretic. & in cap. nominis, num.*2. *de verbor. ſignificatio.* Nauar. *d. cap.*27. *num.*81. Valent. *tom.*4. *diſp.*7. *quæſt.*19. *punct.*4. Innocent. *in cap. ex parte de clerico coniugato*, dummodo clericaliter viuat ſecundùm *cap. dictum eſt nobis*, & ibi gloſſ. *in verbo, ſæculariter, diſt.*81. & Angel, *verbo, degradatio, num.*1. Henriq. *lib.*13. *cap.*53. *quamuis ſit incorrigibilis*, cùm adhuc ſit de iuriſdictione Eccleſiæ, ex ipſo Panorm. *in d. cap. ex parte, num.*13. *de clerico coniugato.* Cæterum degradatus actualiter vtroque priuilegio eſt priuatus, vnde quamuis percutiatur, non propterea incurritur in aliquam cenſuram, cùm ſit fori ſæcularis, Auila *vbi ſupra, §. tertiò ſequitur*, & Sayro *d. c.*20, *num.*16. *ad finem, & lib.*3. *cap.*26. *num.*9. poſt plures ibi à ſe relatos; tenetur tamen degradatus actualiter, ſi eſt in ſacris, recitare officium diuinum. Ita Nauar. *de oratione, cap.*7. *num.*17. *& in cap.*21. *eiuſdem tractatus, num.*17. Syluest. *verb. degradatio, quæſt.*8. Angel. *ibidem num.*4. Tabien. *§.*2. *quamuis ſit excommunicatus*, non tamen cum ſocio quandiu eſt excommunicatus, Illud verò addam, non in gratiam degradati verbaliter, ſiue incorrigibilis clerici, qui à ſuperiore detruditur, ad remigandum in triremibus, non incurrere in excommunicationem canonis, *ſi quis ſuadente*, ſi illum miniſter triremis percutiat, ſicut reliquos remigantes dum actualiter remigant, prout de more fit, quia eo ipſo quod de mandato ſuperioris damnatus eſt ad triremes, damnatus etiam eſt ad ſupplicium triremium, magiſterque illum puniendo id agit tanquam executor prælati ipſius; extra hunc caſum, ſi percutiatur ab aliquo, percutiens cenſuram non euadet. Secus ſi percuſſus ſit actualiter, & realiter degradatus cum ſit de foro ſæculari.

## § IV. Membrvm XI.

*Quid de clerico crimino ſo, cuius bona publicantur? & quid de clerico minore?*

### EPITOME.

368 *Clerici quorum bona publicantur an ſint puniendi pœna publicationis in foro Eccleſiaſtico.*

*Clerici in minoribus & coniugati pro ea pœna debeant ne reſpondere in foro laico. ibid.* verſ. Suprà dicta.

*Bona publicata an debeant applicari fiſco Eccleſiæ. ibid.* verſ. Difficultas eſt.

*Bona publicata viuente clerico ſunt applicanda fiſco Eccleſiaſtico. ibid.* verſ. Sed quæres.

*Clericus habens feudum per crimen priuatur vſufructu, & moriens transfert feudum ad ſucceſſores. num. eodem* verſ. Nihilominus, *niſi oppoſitum prohibeatur. num. eodem*, verſ. Sed quid ſi inſtitutor.

*Clericus habens emphyteuſim amittit illam fiſco Eccleſiæ, num. eodem*, verſ. Sed vt vlteriùs.

*Clerico minori dandus eſt curator ad litem à iudice laico. Sicut emancipatio facienda eſt coram iudice laico. num. eodem.*

369 *Clerico pupillo dandus eſt tutor per iudicem Eccleſiaſticum ſecundum aliquos.* verſ. Non deſunt.

CAſus vndecimus. Quæſtio eſſe poteſt an clerici crimina facientes per quæ bona laicorum de iure ciuili publicantur, ſint ea pœna af- 368.
ficiendi

ſciendi in foro Eccleſiaſtico ? Reſpondeo negatiue, ratio, quia leges ciuiles non ligant clericos *cap. quæ in Eccleſiarum, cap. Eccleſia S. Maria,* vbi Gloſſ. *de conſtitutionib.* Item quia leges inferiorum non extenduntur ad ſuperiores, §. *plebiſcitum, inſtit. de iur. natur.* Nec inferior poteſt iudicare ſuperiorem *cap. cum inferior, de maioritate, & obedientia*; atqui clerici ſunt maiores quàm laici, ergo non ligantur laicorum legibus. Neuiſan. *conſ.39. num.3.* & conſequenter propter delicta, quæ merentur publicationem bonorum non ſunt afficiendi in foro laico, neque Eccleſiaſtico pœna a laico principe impoſita. Accedit communis ſententia iuris canonici prudentum, ſentientium leges ciuiles circa Eccleſiaſtica decernentes eſſe ipſo iure nullas; quamuis fauorem Eccleſiaſticorum redoleant, ex eo fundamento, quia latæ ſunt à non habente iuriſdictionem in Eccleſiaſtico. Ita Decius *in d. cap. Eccleſia S. Maria, de conſtitut. num. 24.* Alexand. *conſ. 111. num.2. vol.2.* Item quia in dubio in ſua diſpoſitione non præſumitur velle comprehendere eos, qui ſunt de aliena iuriſdictione. Ita Abbas *in cap. conſtitutus, num.4. verſ. ſecus de in integrum reſtit.* Gozadin. *conſ.76. num.12.* Bald. *in l. omnes populi, ff. de inſt. & iur.* ergo leges ſtatuentes publicationem bonorum ob certa crimina, non extenduntur ad Eccleſiaſticos delinquentes, cum laici ipſos non poſſint iudicare, cùm ſint alterius fori, *cap. cum ad verum, diſt.96.* Cum igitur ſint alterius fori, non ligantur niſi legibus ſui fori, Archidiac. *in cap. quo iure, diſt.90.*

Suprà dicta habent locum non ſolùm in clericis in ſacris, ſed etiam in minoribus, cum ſint de foro Eccleſiæ *cap. 2. de foro compet.* imò debent extendi ad clericos coniugatos in caſibus, in quibus habent priuilegium fori, *cap. de clerico coniugato, lib.6.* & ad hoc ſatis eſt, vt habeat immunitatem ab Eccleſia, quòd ſit clericus primæ tonſuræ, Gloſſ. *in cap. nullus, in verbo, tonſura, de tempor. ordin. lib.6.* & ratio eſt in promptu, vt diximus, quia non ſunt ſubditi, nec dicuntur committere crimen publicatione bonorum dignum reſpectu principis ſæcularis; ergo non comprehenduntur ſub publicatione bonorum facienda per iudicem laicum propter crimen commiſſum, & conſequenter non debet fieri publicatio in gratiam fiſci regalis, ſed fiſci Eccleſiaſtici, cui applicanda ſunt bona publicata, Bernard. Dias *in pract. criminali, cap.135. verſ. vltimo autem.* Franciſc. Lucan. *in tract. de fiſco, part.2. cap. de publicat. bonorum, num.6.* Item, quia fiſcus eſt penes Eccleſiam à vt ait gloſſ. *in cap. quia diuerſitatem,* & ibi Anton. de Butrio *de conceſſione prabend.* Cardin. *in clem. 1. §.1. de hæretic.* Abbas *in cap.2. de ſucceſſ. ab inteſtat.* Felin. *in cap. irrefragabile, §. cæterum, verſ. warta concluſio. de officio ordinar.* Quin potius de iure Eccleſia ſuper bonis clerici delinquentis præferenda eſt fiſco regio, *l. ſi quis presbyter de Epiſcop. & cler. §. interdicimus. in Authent. item de Neſtorianis. C. de hæretic.* vbi in bonis publicatis in crimine hæreſis fiſcus Eccleſiæ antefertur fiſco regio.

Difficultas eſt, quando clericus committit crimen dignum bonorum confiſcatione, an omnia bona ſint publicanda, & applicanda fiſco Eccleſiæ; Reſpondeo publicari omnia bona de quibus clericus teſtari poterat, ſeu quæ poſſunt tranſire ad quoſcunque clerici hæredes. Ita Couar. *cap.1. num.11. de teſtament. & 2 variar. cap.9. num.12.* Simanch. *de cathol. inſtit. tit.9. num.92.* Vnde infertur etiam poſſe publicari bona clericorum ratione beneficij Eccleſiaſtici acquiſita, vbi de his poteſt clericus libere teſtari, & ea bona ſuis hæredibus relinquere. De iure tamen communi, nihil ex his bonis poteſt publicari per text. *in cap. excommunicamus, el 1. §. damnati verò, de hæretic.* ibi, *bona huiuſmodi damnatorum ſi laici fuerint confiſcentur, ſi verò clerici, applicentur Eccleſiis à quibus ſtipendia receperunt*; quo laici manifeſtè bonorum, quæ clericis quæruntur ex beneficio Eccleſiaſtico, publicatio prohibetur. Imò gloſſ. *in d. cap. in verbo, ſtipendia,* addit ſi plura ſtipendia habuerit, eſſe diuidenda inter Eccleſias pro rata, ex quibus ſtipendia percipiebat. Ratio, quia de his bonis Eccleſiaſticis non poteſt clericus liberè teſtari, ſed per obitum clerici cedunt Eccleſiis, ergo non cadunt hæc bona per crimen clerici in fiſcum, cùm non poſſint tranſire ad ſucceſſores clerici.

A fortiori non conueniunt ad fiſcum, quia ſi in eos, qui propriè hæredes ſunt clerici nequeunt tranſire, multo minus tranſibunt in fiſcum qui nun eſt propriè hæres, nec repræſentat clerici damnati perſonam, ſed habetur loco hæredis. ita Bartol. *in l. eum qui, ſtatim in principio, ff. de interdict. & relegat.* Et probatur, quia fiſcus clerico damnato ſuccedit in vita, at viuens hæredem habere non poteſt. ita Peregrin. *de iure fiſci, lib.5. tit.1. num.60.* vbi vſque ad *num.67.* refert caſus in quibus diſtinguitur fiſcus ab hærede, non tamen à ſucceſſore vniuerſali bonorum, vt bene notat Barboſ. *in l. ſi conſtante, §. final. num. 7. ff. ſolut. matrim.*

Sed quæres ſi clericus habeat bona feudalia, & delinquat in crimine Eccleſiaſtico, recognoſcatque ratione feudi principem laicum ? Reſpondeo viuente clerico bona eſſe applicanda fiſco Eccleſiaſtico, quia quamuis ex communi ſententia bona feudalia non tranſeant ad fiſcum per generalem publicationem bonorum, ſed redeant ad dominum directum, vel ad ſucceſſores de iure; nihilominus durante vita clerici damnati feudum poſſidentis fiſcus Eccleſiaſticus percipiet feudi vſumfructum, ſeu commoditatem, & per mortem clerici transferetur feudum ad ſucceſſores de iure. Ita Thom. de Marinis *in tract. de feudo, tit. de feudo ex pacto, & prouidentia antiquo, num.88.* Loffred. *in conſ.1. num.143.* Crauet. *conſ.859.* idem concedit Molin. *de primog. lib.4. cap.11. num.11. & 12.* vbi ait vſum fructum bonorum maioratus poſſe in fiſcum tranſire viuente condemnato poſſeſſore per *l. Statius Florus, §. Conelio Felici, ff. de iure fiſci,* vbi ſcribentes id in re fideicommiſſo ſubiecta concedunt, quando maioratus inſtituitur, ſine expreſſa prohibitione alienandi. At verò quando prohibitio alienandi eſt oppoſita maioratui, ſeu fideicommiſſo durante vita poſſeſſoris in fiſcum, nec vſumfructum poſſe tranſire, communis eſt opinio, quod colligitur ex doctrina Bartoli *in l. Imperator, num.1. ff. de fideicommiſſ. libertat.* & Alexand. *conſ.23. num.3. lib.1.* & in terminis, Segura *in repetit. legis cohæredi, §. cum filia, ff. de vulgar. col.89. & 90.* Anton. Rub. *conſ.154. num.2.* Iul. Clar. *in pract. crimin. §. vltim. quæſt.78. verſ. Item quæro.*

Nihilominus commoditates rei etiam expreſsè prohibitas alienari, non eſt dubium tranſire in fiſcum durante vita poſſeſſoris damnati, quia non eſt nouum penes aliquem manere ius vſusfructus,

&

& penes alium facultatem percipiendi fructus. Ita Oldrad. *conſ.*102. & conſtat ex *l. vſufructu, ff. ſoluc. matrim. & l. vſuſfructus, ff. de iure dot.* quia in fiſcum non tranſit ius vſusfructus, ſed facultas quædam percipiendi commoditates ex rebus fidei commiſſi, ſeu maioratus per tempus vitæ criminoſi poſſeſſoris, non obſtante expreſſa alienandi prohibitione, vt ait Tiraq. multis citatis *de retractu linager*, §. 1. *gloſſ.* 7. *num.* 47. Pinel. *in l. 1. C. de bon. mater 3, part. num.* 70. *ad finem.*

Sed quid ſi inſtitutor expreſsè prohibeat, ne iſta facultas percipiendi fructus, commoditateſque durante vita delinquentis transferatur in fiſcum? Reſpondeo adhuc fiſcum poſſe habere facultatem percipieudi, quia maioratus inſtitutor non poteſt hanc conditionem adiicere, ne fiſcus poſſit percipere tales fructus durante vita delinquentis, cum hoc fiat in fraudem fiſci, nec inſtitutori hoc datum eſt, *text. In l. filiusfamilias*, §. *diui*, ibi, *nec fiſco fraudi eſſe*, *ff. de legat.* 1. cùm ex hoc non ſequatur bonorum fideicommiſſi, ſeu maioratus alienario, neque præiudicium illi inferatur, cùm ea conditio Introducta fuerit in beneficium poſſeſſoris. Nihilominus ſi inſtitutor fidei commiſſi adiiciat clauſulam quòd commoditates, fructuſque bonorum ex delicto poſſeſſoris non tranſeant ad fiſcum durante vita illius, ſed eo ipſo quòd delictum fuerit patratum, confeſtim non ſolùm ius, ſed etiam fructus, & commoditates maioratus transferantur in ſequentem ſucceſſorem, nihil fiſcus acquitit, quia agitur de familia conſeruanda, non verò de ſolo fauore poſſeſſoris, cùm ab eo ratione delicti auferat omne ius etiam ad commoditates percipiendas, quod fieri poſſe demonſtrat Gomez *in l. 40. Tauri, a num.* 91, *verſ. quod tamen ſingulariter limita, & intellige*, probatque ex diſpoſitione *l. imperator, ff. de fidei commiſſ. libert.* vbi habes, ſi teſtator leget alicui certos ſeruos ſuos ea conditione, ne ſeruiant alicui alij, ſed continuo ſint in obſequio legatarij, & Ipſe legatarius incidat in crimen, ratione cuius bona publicentur, non eſſe publicandos ſeruos illos per vitam delinquentis, ſed ſtatim obtinuiſſe libertatem. Sic ille.

Sed vt vlteriùs progrediamur, regrediamurque ad clericum delinquentem habentem bona emphyteutica, quorum laicus ſit dominus directus, dicendum eſt bona publicata applicanda eſſe fiſco Eccleſiæ, ſicut bona feudalia conceſſa cum facultate tranſeundi ad hæredes extraneos, quia eo ipſo, quòd talis facultas conceditur, tranſit feudum in fiſcum, vt probat Gigas *in tract. de crimin. læſæ maieſtatis*, *tit. de pœnis committentium tale crimen*, *quæſt.* 5. *num.* 6. Dixi eſſe applicanda fiſco Eccleſiæ, non verò ſæculari, quia emphyteuſis priuatorum de ſua natura tranſit ad hæredes extraneos, cum omnibus poſſit concedi, qui ſpecialiter non prohibentur *l. in re mandata, C. mand. & l. ab ea parte, ff. de probationib.* & intra contrahentes priuatos id actum videtur, vt hæredibus conſulatur, *l. ſi pactum, ff. de probationib. & l. tale pactum*, §. *pater*, & ibi notat in ſpecie Paulus Caſtrenſ. *num.* 3. *ff. de pactis*, Salycet. *in l.* 2. *num.* 3. *verſ. ſed priuati de iure emphyteutico.* Iulius Clarus §. *emphyteuſis, num.* 5. *verſ. ſecundus eſt caſus.*

Ergo ſi poteſt tranſire ad extraneos feudum, vel emphyteuſis, poteſt tranſire etiam in fiſcum; probatur etiam, quia vtile dominium, quod habet clericus, induit qualitatem perſonæ, ſequiturque eius conditionem, & conſequenter eſt merè Eccleſiaſticum, ac legibus Eccleſiaſticis ſubiectum; quare ſi publicetur, eſt applicandum fiſco Eccleſiaſtico. Confirmatur ex traditis à Valaſco *de iure emphyteutico*, *quæſt.* 17. dicente dominium vtile laicorum emphyteutarum Eccleſiæ eſſe merè laicum, & prophanum, ac proinde ſubiectum legibus ſæcularibus, vt probat Anch. *cap. ea, quæ col.* 17. *de regul. iuris, & conſ.* 125. *viſis*, ergo dominium vtile à clerico poſſeſſum eſt Eccleſiaſticum, & publicatum applicandum fiſco Eccleſiæ, hæc de iure, cæterùm de conſuetudine ac praxi Hiſpanica bona clericorum publicata, ſicut & laicorum applicantur fiſco ſæculari, vt tradit Couar. 2. *variar. cap.* 9. *num.* 12. *verſ. ſaltem in Hiſpania*; quam praxim etiam eſſe conformem iuri ait, quod notandum eſt. Quare quæ hoc toto numero fusè diſputata ſunt, ex iure communi ſunt dicta, cui variorum regnorum conſuetudines ac iura recepta derogant. Neque nos hac communi doctrina tradita quidquam illi detractum volumus, ius tamen commune explicamus, quia ſingulorum iura præcipua noſſe, aut proſequi, ingentis foret operæ, quam nemo prudens à nobis poſtulabit opinor.

Caſus duodecimus. Quid ſi clericus minor moueat litem coram iudice ſæculari, quis daturus eſt illi curatorem ad litem? Reſpondeo ipſum iudicem laicum coram quo litigat. ita Bald. *in l. final. C. de adm. tut. text. in cap. final. de iudic.* & eſt deciſio Rotæ 207. in antiquis, Bobadill. *lib.* 2. *c.* 18. *num.* 184. Marant. 4. *part. de ordin. iudic. diſt.* 11. *num.* 64. cæterum curatorem generalem ad lites non laicus, ſed Eccleſiaſticus clerico minori dare debet. ita doctores citati quibus accedit Gregor. Lopez *in l.* 1. *gloſſ.* 1. *tit.* 16. *part.* 6. dicens à iudico Eccleſiaſtico dandum eſſe tutorem, ac curatorem clerico minori, ac bonis illius. Quod verò poſſit iudex laicus dare curatorem clerico minori, docet Cardoſ. *verb. curator, num.* 5. *&* 6. 369.

Patet ex textu claro *in l. final.* §. 1. *C. de adminiſt. tutel.* quæ loquitur de curatore ad litem, quæ vertitur coram iudice laico, quod eſt certum, probaturque ex caſu ſpeciali *cap. final. de iud. in* 6. vbi dicitur poſſe Papæ delegatum conſtituere curatorem ad litem in cauſa, quæ coram eo mouetur; ergo iudex laicus poteſt dare curatorem ad litem pupillo clerico, qui in iudicio ſæculari litigat, Cabed. 1. *part. deciſ.* 80. *num.* 3. ſicut clerico filio per patrem coram iudice laico emancipatio eſt habenda. Ita Decius *conſ.* 150. quem ſequitur Cabed. *vbi ſuprà, num.* 4. Ergo ab eodem iudice clerico minori curator eſt dandus ad litem, dummodo bona ſint temporalia, non verò Eccleſiaſtica, ſuper quibus lis controuertitur, tunc Eccleſiaſticus debet dare curatorem ad litem, cum bona Eccleſiaſtica non ſubſint iuriſdictioni laicæ, text. *in cap. ſi annum, de iudic. in* 6. & conſtat ex *cap. Eccleſia S. Mariæ, de conſtit.* quæ eſt ratio, ob quam non poſſit dari curator generalis à laico ad lites pupilli clerici, ratione bonorum Eccleſiæ, & rerum ſpiritualium. Ideo talis curator generalis datur à iudice Eccleſiaſtico, vt vltra citatos volunt Salycet. *in l. final.* §. 1. *C. de adminiſt. tutel.* & Specul. *titul. de curatore*, §. 1. & Ioan. Andr. *ibi in additionibus.*

Non deſunt alij aliter ſentientes, nam Bartol. *in l.* 1. *ff. de tutor. & curator. datis ab his*, cenſet curatorem eſſe dandum clerico minori auctoritate iudicis Eccleſiaſtici. Alberic. *in Authen. presbyter.* 3. *de Epiſcop. & cleric.* ait vt datio curatoris, aut

tutoris,

tutoris valeat, ſecurius eſſe vt iodex Eccleſiaſtici, & laicus concurrant. Dicendum eſt excepto caſu curatoris ad litem ſpecialem, in reliquis tutorem ſeu curatorem dandum eſſe clerico pupillo per iudicem Eccleſiaſticum. Ita Bart. citatus, & Faber. *in §. vlt. inſtit. de Atcliano tutore.* Bacc. *vbi ſupra,* Chaſſan. *de conſuetudine Burgundia,* Angel. *in §. datur autem, inſtit. de curator.* Idem dicendum de clerico mente capto cui dandus eſt curator per indicem Eccleſiaſticum; quare minùs bene reſoluit Aufrer. *in clem.* 1. *de officio ordin. reg.* 4. *fallen.* 15. praxim eſſe contra Bartol. nec refert ſi dicat Placa *in rubr.* §. 39. *num.* 11. bona patrimonialia clerici ſubeſſe legibus laicorum, quia bona clerici ſequuntur perſonam principaliter, & tutor datur perſonæ, & conſequenter bonis. Sicque iudicatum refert Cabed. *d. deciſ.* 80. quia ratione perſonæ clericalis, bona gaudent priuilegio clericali, ſicut prophana res ſolita collectari veniens ad Eccleſiam efficitur libera, Roland. *conſ.* 61 *n.* 7. *& ſequenti.* Vnde ſi clericus moritur relicto hærede laico, ſiue filius clerici ſit, ſiue non, inuentarium conficitur per miniſtrum ſæcularem, ſeu iudicem pupillorum bonorum, Guido Papæus *deciſ.* 261. Cephalus *conſ.* 57. *num.* 52. & priuilegium clerici cum ſit perſonale non egreditur perſonam, cui fuit conceſſum *l. quia perſonale,* vbi ſcribentes, *ff. ſolut. matrim.* Cabed. 1. *p. deciſ.* 81. *per totam.*

## § IV. Membrvm XII.

### *Quid poßit iudex laicus contra ſuſpectos de hæreſi.*

### Epitome.

370 *Iudex laicus poteſt inquirerè de ſuſpectis de de hæreſi, & illos capere.*

*Iudex laicus non poteſt cognoſcere de ſententia lata contra ſuſpectos de hæreſi. ibid.*

*Hæretici in Luſitania, & Hiſpania ſtatim morti traduntur, ibid.* verſ. Quod probatur.

*Executio debet remitti ad iudicium ſæculare ibid.* verſ. Executio.

*Apoſtaſiæ cognitio ad ſæcularem iudicem videtur pertinere. ibid.* verſ. Quæſtio eſt. *Sed oppoſitum eſt verius,* verſ. Cæterum.

370. CAſus decimuſtertius petit, an Iodex laicus poſſit carcerare ſupectos de hæreſi, ac de fuga, & inquirere plenè de illis, non vt procedat, ſed vt acta remittat ad dominos Inquiſitores? Hæc quæſtio locum habet duntaxat in iis prouinciis in quibus malignitate temporum domini temporales non coguntur pati nothæ ſuperſtitionis & hæreſum infandos ritus & eos ſinere perire, eos, quibus perire certum eſt. Reſpondeo poſſe: quamuis enim punitio hæreſis ad Eccleſiaſticum pertineat priuatiuè, & ſæcularis iudex nequeat ſe intromittere ad puniendum hæreticos antequam tradantur brachio ſæculari, nec poſt traditionem poſſit cognoſcere de hæreſi, nec pœnam à iure impoſitam in aliam commutare, bene tamen poteſt detinere ſuſpectos de hæreſi, & curare, vt tradantur iudici competenti.

Eo quia iudex competens in hac cauſa de iure ſunt Epiſcopi, ac domini Inquiſitores, & poſſunt vterique eorum procedere ſimul, & diuiſim. In cõdemnando autem hæretico vterque debet concurrere, neque condemnat quiſque eorum ad pœnam ignis, ſed tantummodo declarat reum fuiſſe

*Fragoſ. Regim. Chriſt. Reipubl.*

hæreticum, & remittitur reus de hæreſi condemnatus ad ſenatum ſæcularem vt ibi puniatur. Boſſ. *tit. de foro compet. n.* 62. atque ita iudex ſæcularis tenetur ſtatim hæreticum ſibi ab Eccleſiaſtico traditum comburere. Quin etiam ad hoc poteſt cogi per Eccleſiaſticas cenſuras, quamuis opponat tanquam indubitabile eſſe hæreticum illum iniuſtè condemnatum.

Probatur ex *cap. vt Inquiſitionis,* §. *prohibemus, in verb. ſine mora,* & ibi gloſſ. *de hæreticis, in* 6. conſuetudo tamen prouinciarũ eſt ſeruanda. Nam in Luſitania, & Hiſpania, ſtatim morti traduntur. In Italia verò poſt tres, vel quatuor dies ex Bulla Innocentij IV. vel poſt ſex dies ex reſcripto Innocentij VIII. vt tradit Farinac. *in praxi crimin. quæſt.* 97. *num.* 105. *& ſequentib. & de hæreſi, quæſt.* 186. *num.* 162. neque poteſt aliquo modo cognoſcere de ſententia lata, nec de proceſſu, aut iudicis competentia, cùm ad Eccleſiam cognitio huius criminis ſpectet, *cap. quoties* 24. *quæſt.* 1. & interdicatur iuriſdictioni ſæculari, *cap. Inquiſitionis,* §. *prohibemus, de hæreticis, lib.* 6. Alciat. *in c.* 1. *de officio ordin.* Roland. *conſ.* 8. *n.* 5. *vol.* 3. *& conſ.* 2. *num.* 10. *vol. etiam* 3. Simanch. *in enchirid. iudic. vol. relict. tit.* 6. *&* 66. Clarus §. *hæreſis, n.* 5.

Ergo nullo modo poteſt cognoſcere ſæcularis de hoc caſu, neque de ſententia lata, an iuſta, vel iniuſta ſit contra illum, ſed ſibi remiſſum tenetur punire. Bald. *in Authen. clericus, in fin. C. de Epiſcopis, & cleric.* Angel. *in l. diuus, ff. de cuſtodib. reorum.* Abbas *in cap.* 1. *num.* 12. *de officio, ordin. & ibi* Ioan. de Imola, & Anchar. quia punitio hæreſis pertinet ad Eccleſiam, eſtque tale delictum merè Eccleſiaſticum, vt etiam fatetur ordinatio Luſitana *lib.* 5. *tit.* 1. *in principio de hæret. lib.* 6. ibi, *O conhecimento de crime da hæreſia pertence principalmente a os iuizes Eccleſiaſticos.*

Executio tamen debet remitti ad iudicem ſæcularem, vt etiam ibi dicitur *d. lib.* 5. *tit.* 1. *in principio,* ibi, *Deuem remeter,* hoc eſt iudices Eccleſiaſtici, *os condemnados com as ſentenças que contra elles derem para os noſſos deſembargadores as verem, aos quaes mandamos que as cumpram puniendo os hereges condemnados como per direito deuem.* Ex quo conſtat iudicem ſæcularem traditum ſibi hæreticum ab Eccleſiaſtico iudice ſtatim punire teneri pœna capitali, nec poſſe facere acta de nouo, vt ex illis hæreticum condemnet, ſed poſſe tantùm videre ſententiam latam in foro Eccleſiaſtico, antequam eam mandet executioni, quamuis Bartol. *in l. diuus, num.* 3. *& in l. non dubium, ff. de cuſtodia reorum,* doceat poſſe ſæcularem iudicem procedere de nouo contra reum, nec teneri clauſis oculis omnino credere, nec ſtare ſententiæ ab Eccleſiaſtico contra hæreticum pronunciatæ, ſed hodie theorica Bartoli non admittitur in praxi.

Quæſtio eſt, an poſſit ſæcularis cognoſcere de laico Chriſtiano, qui deſeruit fidem catholicam, & ad Iudaiſmum, ſeu ad ſectam Mahoëmaticam rediit? Ordinatio Luſitana *d. lib.* 5. *tit.* 1. §. *vlt.* affirmat cognitionem apoſtaſiæ ad ſæcularem pertinere, probatamque apoſtaſiam ibi eſſe puniendam. Quæ ordinatio videtur loqui de apoſtata notorio, ac impœnitente, quia cum in hoc caſu nulla ſit quæſtio iuris, vel facti, manet iudex ſæcularis quaſi executor pontificij iuris, poteſtque illum punire capitali pœna; ſicut ſi quis ſit hæreticus manifeſtus, palamque aſſerat, ſe nolle deſerere hæreſim, neque ingredi ad gre-

mium fidei orthodoxæ, poteſt iudex ſæcularis eum tradere carceri, ac morti. ita Afflict. *lib.1. conſtit.rubr.3.num.12.* Quod ſi hæreticus, ſeu apoſtata facti pœniteant dicantque, ſe velle reuerti ad meliorem frugem, tunc debent remitti ad Eccleſiaſticum forum, vt diſponit ordinatio *ſuprà dicta, §.4. ad finem*, ibi, *Et ſe tal caſo for que ello ſe torne a ſe, àhi fica aos iuizes Eccleſiaſticos daremlhe ſuas pœnitenſias ſpirituaes.*

Cæterùm hæc ordinatio non videtur in vſu, neque ſæcularis poteſt de hæretico manifeſto, nec de apoſtata notorio cognoſcere. Ratio, quia dictum *cap.vt Inquiſitionis, verſ. prohibemus, de hæretic.lib.6.* non facit ſæculari facultatem iudicandi, nec puniendi apoſtatas, vel hæreticos, niſi poſt traditionem, ſeu remiſſionem ab Eccleſiaſtico ad ſæcularem factam. Probatur ex *cap. contra Chriſtianos, de hæretic. in 6.* vbi habetur apoſtatas, tanquam hæreticos eſſe puniendos, quia apoſtaſia eſt ſpecies hæreſis, ſub nominéque hæretici apoſtata continetur, & apoſtaſia ſub nomine hæreſis quaſi ſub nomine generis intelligitur. Ita Paludan. *in 4.diſt.13.quæſt.3. art.3.* Caſtro *lib.1. aduerſus hæreſes, cap.9.col.4. & lib.1. de iuſta hæreticorum punitione, cap.7. & cap.23.* vbi tenet apoſtatas tanquam hæreticos puniendos, contineríque ſub diſpoſitione *d. §.prohibemus*, vnde ante remiſſionem ſeu traditionem non poteſt ſæcularis punire apoſtatam. Ita Caſtro *vbi ſupra, d. cap.23.* & Afflict. idem cenſet *lib.1. conſtitut. rubric.1. num.35. & num. 51.* ideo poſt condemnationem factam poteſt illum punire, non tamen poterit ſe intromittere, nec cognoſcere, quia obſtat exceptio rei iudicatæ, *cap.final.de exceptionib. in 6.* & notat Albertin. *in aſſertion. cath.q.25.n.65.*

Hæc pro Hiſpania, & Luſitania, Rebuff. tamen *de exceptionibus, num.211.* tradit iudices ſæculares laicos hæreticos abſque vlla cognitione Eccleſiaſtici iudicis condemnare, ex priuilegio, ſeu prætextu Bullæ Clement. VII. qui hoc permittit, vbi adhortatur omnes, vt ab hæreſibus velis, remíſque aufugiant, aliàs eos relapſos declarat, de quibus laicus iudex inquirit, ac cognoſcit per *cap.ad abolendam, de hæretic.*

## §. IV. Membrvm XIII.

*Coram quo iudice ſint conueniendi laici fideiuſſores clerici, & laici percutientes clericos, & an Eccleſiaſtici poſſint punire laicos iam punitos in ſæculari foro?*

### EPITOME.

371 *Laicus fideiuſſor clerici debet conueniri coram iudice laico, & quid ſi laicus fideiuſſor fiat clericus.*

*Clericus an poſſit eſſe fideiuſſor pro aliquo. n. eod.* verſ. His adde.

372 *Laicus percutiens clericum poteſt conueniri coram laico iudice, vel clericali.*

373 *An laicus ſemel punitus propter clericum in foro laico poſſit iterum puniri a iudice Eccleſiaſtico.*

*Princeps poteſt punire clericos, qui in foro Eccleſiaſtico non fuerunt dignè puniti. n.eod.* verſ. Pro quo facit.

371. Caſus decimusquartus eſt de laico fideiuſſore clerici, qui non debet conueniri niſi coram iudice laico, quia priuilegium clerici eſt perſonale, ideo non tranſit ad fideiuſſorem laicum, neque egreditur perſonam clerici, *reg. l.quia tale, ff.ſolut. matr.* & habetur *in l.3.fine, & l.forma, §.quanquam, ff.de cenſibus*, vbi indiſtinctè decernitur priuilegiũ perſonale ad alios non tranſire. Argumento fideiuſſoris minoris, qui non gaudet priuilegio reſtitutionis in integrum quo gaudet minor *l.ſi pupillus, ff.de recept.arbit.* Duenn. *reg.300.* neque fideiuſſor clerici poterit prorogare iuriſdictionem coram iudice Eccleſiaſtico, Gloſſ. communiter recepta *in cap. imperator, §. præterea de prohibitione feudi alien.* Bellug. *in ſpeculo principis, rubric.15. §.ſed quid dices.*

Ratio potiſſima reſpondens directè caſui, eſt exceptio declinatoria fori, quæ competit principali, non autem competit fideiuſſori. Ita Vtcill. *in in addit.ad Afflict.in deciſ.74. & deciſ.206. & 208.* Bald. *in l fin.C.de priuil. dotis*, Vulpell. *in tract.de libert.Eccleſ.p.3.n.28.* Aufrer. *in tract.de poteſt.ſæculari, in Eccleſiaſtica, reg.4.fallen.22.* & deducitur ex *l.ſed & ſi reſtituatur, §.1.ff.de iud.* ergo fideiuſſor nequit declinare iuriſdictionem fori ſæcularis, Cagnol. *in l. venditor. n.10. ff.de iudic.* Guido Papæ *deciſ.562.n.6.* cum non ſit principalis.

Sed quid ſi laicus fideiubeat ſoluere iudicatum pro clerico ſuper quo litigabat coram iudice ſæculari, & poſt ſententiam contrariam laicus fideiuſſor apparuit clericus? Reſpondemus iuxta leg. Luſitanam *lib.2.tit.1.§.3.* adhuc poſſe vlteriùs cõueniri coram iudice laico per text. ibi, *ſendo algum leigo citado*, & poſtea fiat clericus cõueniri *quanto ao ciuil ſomente*, vt ibi dicitur, Valaſc. *conſult.49. n.7.* Mart. *de iuriſd.p.2.c.3.n.6. & 10.* Cabed. *1.p.deciſ.142.n.1. & 4.* quia iuriſdictio iudicis laici contra fideiuſſorem perpetuatur. Nihilominus dicendum eſt caſum præſentem eſſe omnino diuerſum, quia ſententia lata à iudice laico contra principalem, eſt nulla, nec poteſt mandari executioni *l.2.§. fin.ff.de pœnis*, & ibi gloſſ. *in verb.cauſa*, ex defectu iuriſdictionis contra clericum principalem debitorem, & conſequenter contra eius fideiuſſorem laicum, niſi quando ſẽtẽtia eſt valida, ſicque fuiſſe iudicatũ in Prętorio Neapolitano refert Franch. *deciſ.400.* Similiter ſi laicus fideiubeat de præſentando aliquem de crimine infamatum, non poteſt cogi poſtea, vt illum præſentet, ſi fiat fideiuſſor poſtea clericus. Ita Abb. *in conſ.900.circa primum, & p.1.* Franciſc. Marc. *deciſ.1067.* nec propter hanc cauſam poteſt fideiuſſor factus clericus moleſtari, vel tangi. Ita Lambertin. *in c.1.de hæret.lib.6.q.13.* Couar. *pract.c.32.n.4.verſ.3.concl.* Card. in clem. 1. *q.9.de cenſibus.* vbi ait fideiuſſionem laici per clericatum extingui, quando ipſe fideiuſſit de ſiſtendo in d. iudicio, quia mutato ſtatu mutauit forum, neque per iudicem laicum poteſt cogi ad ſiſtendũ in iudicio, ita Iacob. Butr. *in l.ſi quis, per text. ibi, C. de Epiſc. & cler.* eodem etiam modo quo quis ex vi contractus poteſt conueniri in loco, vbi contraxit; & quamuis mutet domicilium, ſi tamen mutet domicilium, & ſtatum perſonę laicæ in Eccleſiaſticam, coram Eccleſiaſtico iudice tenetur reſpondere. Ita Marſil. *in rubr.ff. de fideiuſſor, à n. 132. vſque ad 138.* & Bald. *in Auth. cauſa, quæ fit cum monacho, C.de Epiſcop. & cler.* & Iaſon *in l. cum quadam puella, ff.de iuriſdict.omn.iud.*

His adde quid dicendum quando clericus fideiubet pro aliquo ſiue laico, ſiue clerico? Reſpondeo poſſe obligari ad ſatisfaciendum: ita habetur *in c.2. de fideiuſſor.* vbi præcipitur clericos

fide

fideiuſſores debere ſatisfacere, non obſtante prohibitione, ne fideiubeant, quæ continetur *in cap. te quidem* 11. *quæſt.* 1. Quod ſi fideiubeant ſine facultate Epiſcopi peccant, teſte Innocent. *in d. cap. 1. de fideiuſſor.* tenentur tamen ſatisfacere, debentque conueniri coram iudice Eccleſiaſtico ex obligatione ſua, *l. Græcè.* §. *etiam, verſ. & ſi cum debitore, ff. de pignorib.* Vnde quamuis condemnetur principalis, non eſt eo ipſo clericus fideiuſſor condemnatus, ita *c. cum ſuper, de re iudicata, & cap. inter dilectos, de fide inſtrumentor.*

Quod probatur ex gloſſ. & Anchar. *in cap. 1. de iniurijs*: nec obſtat ſi dicas qualitatem obligationis principalis poſſe repeti in fideiuſſore ad voluntatem creditoris, teſte Bartolo, & cæteris ſcribentib. *in l. ſi ita ſtipulatus, C. Chryſogonus, ff. de verbor. obligationib. & in l. hi, qui acceſſionis, ff. de fideiuſſor.* quia hoc procedit, quando lex non prohibet, nec ius reſiſtit, vt apparet *in cap. ſi diligenti, de foro compet.* in quo interdicitur clericis, ne ſe ſubiiciant iuriſdictioni laicæ. Cum ergo contra ſtet prohibitio expreſſa, non poteſt repeti qualitas fori tacitè, niſi coram iudice Eccleſiaſtico, quamuis fideiuſſio facta fuerit coram iudice laico. Ita Anchartan. *in d. cap. 1. de iniurijs, lib. 6. n. 26. verſ. contrarium nota,* & habetur *in cap. penult. de foro compet. & in cap. diſpendia,* §. *reus quoque, de reſcriptis.* Hinc deducitur executionem aduersùs clericum fideiuſſorem fieri debere coram iudice Eccleſiaſtico. Ita Bertachin. *in tract. de Epiſcop. lib. 4. part. 1. num. 3. & part. 5. num. 97.*

372. Caſus decimuſquintus petit quando laicus afficit iniuria clericum, ad quem pertineat cognitio? Reſpondeo crimen eſſe mixti fori. ita Lucas de Peña *in l. nihil, C. de prolat. ſacra largit. lib.* 12. Rebuf. *in tract. de exceptionib. num.* 239. *& in tract. in quibus cauſis ſæculares cognoſcere poſſint, n.* 43. Azeued. *l. 4. num. 4. tit. 1. lib. 4. noua recopilat.* & conſtat ex ordinatione Luſitana *lib. 2. tit. 9.* §. 3. ibi, *& ſendo algum clerigo de ordens ſacras eſpancado, ou iniuriado*; proinde poteſt vterque iudex de eo delicto cognoſcere, & inter illos datur locus præuentioni, Authen. *item nulla, C. de Epiſcop. & cleric. cap. cum ſit generale, de foro compet.* Curia Philip. 3. *part. iuizo criminal.* §. 2. *num.* 6. idem Rebuff. *in tract. quando ſæculares, num.* 32. Vnde iudex, qui priùs procedit præfertur alteri, quæ praxis eſt vſu recepta, non tamen quibuſdam ſecundùm hanc placet, quod placuit Iul. Claro, poſſe vtrunque iudicem in hoc caſu contra laicum iniuriantem clericum procedere, nempe Epiſcopum ad pœnas ſpirituales, iudicem verò ſæcularem ad pœnas fiſco applicandas, cùm pœna ſpiritualis non auferat temporalem, nec vice verſa.

Alij tamen tanquam communem opinionem tradunt delinquentem contra clericum, ſemel punitum à iudice laico, non poſſe poſtea iterum puniri à iudice Eccleſiaſtico, nec ab eo moleſtari. Contra verò ſi puniatur à iudice Eccleſiaſtico, poſſe per iudicem laicum pro eodem delicto grauiùs rurſus puniri. Ita Couar. 2. *var. cap.* 10. *poſt num.* 6. Anton. Gomez *de delict. cap.* 1. *num.* 40. *concluſ.* 1. & alij, quos ſequitur Iulius Clarus §. *final. quæſt.* 57. *n.* 64. *verſ. ſed quæro,* cum iuriſdictio Eccleſiaſtica, & laica altera ab altera ſit omnino ſeparata; adeo quod ſi quis de aliquo crimine ſit accuſatus apud iudicem Eccleſiaſticum, & ab eo ſecundùm allegata, & probata abſoluatur, adhuc probationibus hinc inde poſitis apud iudicem laicum, & ab eo cauſa cognita de eodem crimine accuſatus poteſt puniri non obſtante abſolutione in foro Eccleſiaſtico impetrata, nec ex vi illius naſcitur exceptio rei iudicatæ. ita Baldus *conſ.* 260. *lib.* 5. & Couarruuias *d. cap.* 10. *num.* 6. quæ tamen doctrina placet Iulio *d. quæſt.* 57. *n.* 11. ſubdenti *num.* 15. tantam poſſe eſſe delicti fœditatem, & immanitatem, vt non obſtante punitione ab vno iudice inflicta, poſſit iterum per iudicem alterius fori puniri, vt colligitur ex *cap. ad falſariorum, de crimin. falſi, l. Gomez vbi ſupra, num. 40. concluſ. 1. ad finem.*

Ego tamen ſuprà dicta ita intelligo, vt delicta ab vno iudice ſemel punita non poſſint ab altero iterum puniri, niſi quando à iudice pœna condigna delicto non fuit impoſita. Ita Auendan. *in cap. prætor. 2. part. cap. 5. num.* 18. Couar. *lib. 2. cap.* 10. *num.* 6. Aleiat. *cap.* 1. *num.* 128. *de officio ordin.* Iul. *vbi ſupra, num.* 14. multis ibi relatis. Bobadill. *lib. 2. cap. 17. num. 18. & cap. 18. num.* 232. Mendes à Caſtro *in praxi, lib. 2. cap. 4.* §. 2. *num.* 17. & ſic eſt intelligendus text. *in cap. felicis,* §. *per hoc. de pœnis. in* 6. Suar. de Paz *in praxi, tom. 2. prælud. 2. num.* 49. D. Gabriel Per. 2. *part. manus regiæ, cap. 48. num. 1. &* 2. Curia Philip. 3. *part.* §. 2. *num.* 33. Nec obſtat text. *in d. cap. felicis,* vbi ponuntur à iudice Eccleſiaſtico grauiſſimæ pœnæ, quibus non obſtantibus adhuc puniri poteſt delinquens à ſæculari poteſtate, vt colligitur ex §. *per hoc d. cap. felicis,* eo quòd pœnæ non ſunt condignæ tanto crimine, cùm debeat eſſe pœna ſanguinis, per text. *in l. quiſquis, C. ad l. Iuliam maieſtatis,* quæ pœna non imponitur ab Eccleſiaſtico iudice *cap. fin. ne clerici, vel monachi, in* 6. 373.

Nec refert, quòd quando duplex pœna imponitur ad vindictam, vna aufertur per aliam, *l. prætor edixit,* §. *ſi dicatur, ff. de iniurijs,* quia hoc procedit niſi prior pœna, quæ imponitur, non poſſit eſſe maior propter qualitatem iudicis imponentis, qui maiorem non poteſt infligere, quia hoc illi eſt prohibitum, in quo euentu abſolutus, ſeu caſtigatus minori pœna, adhuc puniri poteſt ab alio iudice de eodem crimine per text. *in cap. admonere 33. quæſt. 2. verſ. quanto maior.* Couar. *d. cap.* 10. *num.* 3. ideo abſolutus à crimine per pœnitentiam publicam, & ſolemnem in pœnitentiali iterum poteſt accuſari, & puniri in foro externo. Ita Decius *in cap. quia diligentia, de electione, num.* 6. Panorm. *in cap. tua, de procuratorib.*

Pro quo facit lex Luſitana *lib. 2. tit.* 3. vbi rex punit eos delinquentes etiam in ſacris conſtitutos, vel beneficium habentes, qui in Eccleſiaſtico foro condignè non fuerunt puniti, quamuis hoc exerceat non tanquam iudex per viam iuriſdictionis, ſed tanquam œconomicus gubernator ad arcendos à ſe, & à ſua domo, & à regno flagitioſos non ſufficienter punitos, quamuis ex conſtitutione, vel ex breui Iulij III. in fauorem legis canonicæ obtento procedat tanquam iudex eos iterum puniendo in ſuo foro ſæculari, quos reperit non fuiſſe condignè punitos in foro Eccleſiaſtico; quod breue habetur *lib. 2. breuium Archiui publici, fol.* 118. cuius verba ſunt ibi. *Niſi de criminibus, & delictis primò, & ſecundò per eum perpetratis prædictum debitè per iudicem Eccleſiaſticum punitum ipſi iudices ſæculares repererint, ad eundem forum Eccleſiaſticum vlterius recurſum habere non poſſit, ſed per eoſdem iudices ſæculares puniri, corrigi, & caſtigari va-*

*leat, & debeat*. Hactenus Breue; ex quo colligitur ordo in puniendo ſeruandus. Denique modum puniendi ſeruati ſolitum à noſtro rege *in d. tit. 3. lib. 2. ordinat.* probat Guilielm. *in cap. Rayn. decis. 2. verbo, & vxorem, num. 160. de teſtamen.* Vide illum.

## §. IV. Membrvm XV.

*Coram quo iudice peti debeant alimenta, & tutores, & quis punire poßit exceſſus clericorum, & qui reuelant ſecreta regum?*

### EPITOME.

374 *Alimenta peti poſſunt interdum coram iudice Eccleſiaſtico.*
375 *Iudex laicus an poſſit dare clerico tutorem.*
*Clericus tutor laici an teneatur reſpondere coram iudice pupillorum? eod. num.* verſ. Sed quid ſi delinquat.
*Clerici exercentes officia ſacularia ſi delinquant, puniri poſſunt a laico, num. eod.*

374. CAſus decimusſextus petit coram quo iudice alimenta petantur? Reſponde ſiue reus laicus ſit, ſiue actor, poſſe peti coram iudice Eccleſiaſtico. Bartolus *in l. ſolent. ff. de aliment. & cibar. legat.* Couar. *de ſponſal. 2. part. cap. 8. §. 6. n. 6.* Ratio, quia Ius canonicum excluſo iure ciuili *in cap. cum haberet, in fin. de eo qui duxit in matrim.* conſtituit ſpuriis alimenta præſtari poſſe; ſequitur Aret. *conſ. 48. col. 2.* Burçat. *conſ. 62. num. 11. lib. 1.* Nihilominus hæc reſolutio non placet, niſi cauſa alimentorum veniat incidenter in cauſam ſpiritualem, & de ea principaliter tractetur. Tunc enim Eccleſiaſticus agens principaliter de ſpirituali, incidenter poterit cognoſcere de alimentis, vt notat Abbas receptus communiter *in cap. de prudentia, de donat. inter vir. & vxor.*

Dicendum tamen eſt poſſe peti alimenta homini relicta coram iudice laico, aut Eccleſiaſtico prout maluerit ſpurius, ſeu legatarius. Ita Lara *in l. ſi quis à liber. §. idem reſcript. num. 78. de liber. agnoſcend.* & Baptiſta *in l. frater à fratre, num. 87. de condict. indebit.* & alij relati ab ipſo Lara, Gutierrez *lib. 1. practic. quæſt. 44. num. 1.* quod etiam præcipit lex Luſitana *l. 4. tit. 99. num. 1.* & innuit lex *5. tit. 19. part. 4.* & ibi Gregor. quos ſequitur Barboſ. *4. part. l. 1. ff. ſolut. matrim. num. 82.* quæ tamen alimenta regulariter ſunt petenda, atque præſtanda officio iudicis. Ita Bartol. & gloſſ. ibi *in l. ſi quis à liber. in principio, & in §. vtrùm, ff. vbi pupillus educari debeat*; idem Bartol. *in tract. de aliment. num. 8.* Abbas, & doctores communiter *in cap. cum de eo, qui duxit in matrim.* quod ſi alimenta petantur quaſi debita loco legitimæ, tunc non iudicis officio, ſed iure actionis ſunt præſtanda, quod mente tene pro intelligentia eorum, quæ ſcribentes notant *in l. diuortio, ff. ſolut. matrim. & in l. de aliment. C. de tranſactionib.*

375. Caſus decimusſeptimus petit, an iudex laicus poſſit dare clericum tutorem pupillo laico? Negant Ioan. Andr. & Geminian. *in cap. 1. §. in cæterus, col. 1. de clerico coniugato, lib. 6.* Anton. Piago *in tract. de tutor. & curat. quæſt. 3. in principio*, imò videtur mortaliter peccare ex pœna appoſita *in cap. neque apud, diſt. 88.* priuatur enim propter hoc Eccleſiaſtica ſepultura; & docet Hoſtienſ. *in ſumm. de ſepult. verſ. quibus interdicatur Eccleſiaſtica ſepultura, num. 4.*

Poteſt tamen clericus ſi velit ſuſcipere tutelam legitimam. ita gloſſ. *diſt. 86.* quando proximior eſt pupillo in gradu, non tamen tenetur, Authen. *de ſanctiſſ. Epiſcop §. Deo autem amabiles*, Authen. *presbytero, 3. C. de Epiſcop. & cleric.* nequit tamen clericus eſſe tutor teſtamentarius, vel datiuus, legitimus tamen poteſt eſſe: imò cogi ad id à ſuperiore Eccleſiaſtico. Ita d. Authen. *presbyter.* Speculator *in tit. de tutor. § generaliter, verſ. item opponitur contra tutorem*, & ibi Ioan. Andr. *in addit.* Molin. *tom. 1. de iuſt. diſp. 221. verſ. clerici in ſacris.* Porrò corã iudice laico clericus, ſeu curator tenetur reddere rationẽ de tutela adminiſtrata ratione officij ſuſcepti. Ita Guilielm. *In c. Rayn. decis. 2. verb. & vxorem. de teſtam.* poſt Aufrer. *vbi ſuprà, fallent. 28.* vbi abſolutè ait cum eodem Aufrer. *num. 128. fol. 78.* poſſe ſæcularem clericis tutorem dare, qui tamen non habebit poteſtatem in beneficialibus, ſeu Eccleſiaſticis negotiis.

Sed quid ſi delinquat clericus tutor in adminiſtratione tutelæ? Reſpondeo ſecundùm aliquos non poſſe clericum etiam in minoribus ob officium ſæculare puniri à iudice pupilli. Ita Couar. *pract. cap. 33.* Nihilominus verius eſt poſſe puniri clericos delinquentes in officio ſæculari. Ita Aufrer. *in clemen. 1. de officio ordin. regul. 1. fallen. 17.* quod multis probat Guilielm. *vbi ſuprà, num. 128.* ex eo fundamento, quia, cùm teſtamenta non poſſint inſinuari, neque exequi niſi coram ſæculari, vt per *l. conſulta diualia, C. eodem, & l. repetita, C. de Epiſcop. & cleric.* eodem etiam modo tutela, & cura minorum imponitur eiſdem clericis per eundem iudicem ſæcularem. Cùm ergo ſe poſſent excuſare ab eo onere, & noluerunt, ſibi imputatur, nec poſſunt legitimè conqueri ſi trahantur pro adminiſtratione ſui officij, ibique puniantur à iudice laico. Ita doctores citati, quibus accedit Caſtill. Bobadill. *d. lib. 2. cap. 17. num. 98.* & expreſſè *cap. 18. num. 226.* vbi addit poſſe cogi ad legitimam tutelam clericum concurrente vtroque iudice laico ſcilicet, & Eccleſiaſtico, *& in commento* refert plures prout ſolet de more *littera A. & littera B.* quod ſi arguatur de mala adminiſtratione, tenetur ſe defendere coram iudice ſæculari; ſequitur Vas *allegat. 21. num. 16.* contra Martam *part. 4. caſu 148.* exiſtimantem nec pro tutela, neque pro executione teſtamenti poſſe clericum conueniri coram iudice laico ad hoc deputato, quod minùs bene dictum puta.

376. Caſus decimusoctauus quærit in quibus caſibus poſſit iudex ſæcularis procedere contra clericos, & cognoſcere de eorum exceſſibus, eoſque punire. De iis iam ſuprà egimus, quos vide apud Farinacium *in praxi criminali, part. 1. quæſt. 8. num. 98.* Bobadill. *lib. 2. cap. 18. num. 99. & num. 232. & cap. 19. à num. 9.* vbi ait omnes exercentes officia ſæcularia, quamuis ſint clerici, ſeu præceptores, militares, profeſſique, ſi in officio exercendo excedant, teneri reſpondere coram iudice ſæculari, vt propriè tractat Auendan. *in c. 26. prætor. num. 11. ad finem, 2. part.* Didacus Perez *l. 1. titul. 1. lib. 4. ordinat. col. 1319.* Quod puto verum in his caſibus, in quibus equites, ſeu præceptores, ſeu religioſi militares non gaudent priuilegio ſui fori, quia ſicut in aliis caſibus non conueniuntur coram iudice à proprio magiſtro

illis

illis conſtituto, ſic de exceſſibus in officio commiſſis debent conueniri coram eodem, & ad illum debent remitti, ſi ipſi id expoſcant. Quibus non obſtantibus verius puto ſiue clericos, ſiue milites etiam profeſſos ex quocunque ordine militari etiam S.Ioan. in cauſis tamen criminalibus,ſeu ciuilibus ex crimine deſcendentibus gaudere priuilegio ſui fori; at verò ſi delinquant in officio ſeculari pro eo crimine, poſſe puniri in foro ſeculari. Ita Azeued. *l.14. tit. 5. lib.3. noua recopilat.* Curia Philip. *part.3.§.1.num.13.* vbi id extendit ad equites S.Michaëlis in Francia, & ad commendatores Chriſti Domini in hoc regno. Concordat Caſtill. *lib. 2. cap. 19. à num. 9. vſque ad 17. & priùs, cap.18. num.233.* & inſinuat Guilhelm. *in cap. Rayn. deciſ.2.in verbo, & vxorem,a num.41.*

Aduertit tamen D. Gabriel Pereira, *2.part. manum reg.cap.48. num.15.* declinantes forum prouocando ad ordines cum effectu, lata ſuper exceptione ſententia, quòd remittantur ad iudicem Eccleſiaſticum, amittere officia, quæ à rege habebant, non extendi hanc pœnam ad commendatores, ſeu præceptores militiarum, quia ipſi non poſſunt alium iudicem habere, nec in alium conſentire ſecundùm *cap.ſignificaſti,de foro compet.* præſertim quia lex Luſitana *lib.2. tit.12. §.1.* eiſdem iudicem priuatiuum conſtituit. Nec eſt omittenda opinio Caſtilli *d. cap. 18. num. 233.* credentis equites quoruncuoque ordioum militarium ſi delinquant in officio ducum (cum officium ſit proprium eorum ordinum militarium, quorum reſpectu, & ratione ipſi ſunt exempti, gaudentque priuilegio fori) non eſſe conueniendos, nec puniendos niſi coram iudice proprio. Faciunt pro hac quæſtione tradita à D. Gabriel,Per. *in deciſ.58.* in cauſa Illuſtrimi Comitis da Vedigeira vice-Regis Indiæ Orientalis.

## §. V.

### *Quid poſſint leges ciuiles circa caſus mixti fori.*

### EPITOME.

1 *Qui ſint caſus mixti fori de iure communi, ac Luſitano.*
2 *An requiratur preuentio in caſibus mixti fori, & quomodo detur preuentio.*
3 *Quotuplex ſit blaſphemia,& quomodo deſcribatur.*
4 *Blaſphemia hæreticalis deſcriptio.*
5 *Blaſphemia hæreticales quæ non ſint.*
6 *Inquiſitores cognoſcunt de blaſphemus hæreticalibus priuatiuè reſpectu iudicis ſæcularis.*
7 *Iudex laicus cognoſcit de blaſphemo Iudæo.*
8 *Iudex ſæcularis ſi fuerit negligens in puniendo Iudæo blaſphemo, punietur a iudice Eccleſiaſtico.*
9 *Blaſphemia reliqua non hæreticales ſunt fori communis.*
10 *Sortileg. crimen an ſit caſus mixti fori.*
11 *Periurium cuiuſnam fori ſit.*
12 *Iudex laicus non tenetur obedire Eccleſiaſtico,quando conſtat de nullitate ſententiæ,* Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.
13 *Creditor citari debet, quando petitur relaxatio iuramenti.*
14 *Iurans non petere relaxationem iuramenti tenetur id exprimere in ſupplicatione.*
15 *Petens abſolutionem iuramenti poteſt coram eodem litigare de tota cauſa; & quæ ſit ſententia auctoris.*
16 *Cognitio contractus, an ſit validus, pertinet ad iudicem laicum.*
17 *Poſſeſſorij cauſa in feudo eſt iudicis ordinarij, petitorium verò pertinet ad dominum feudi.*
18 *Data abſolutione iuramenti contractus debet reſcindi coram iudice laico.*
19. 20. & 21. *Quænam ſint pœna contra blaſphemos,ſeu periuros,tam de iure canonico,quàm de iure Luſitano.*
22 *Vtrùm periurus ſit infamis.*
23 *Clericus ſi ſit periurus an amittat beneficium ipſo iure.*
24 *Clerici condemnati de periurio, an fiant inhabiles ad beneficia obtinenda.*
25 *Infamis infamia facti, declaratus periurus, non poteſt beneficia obtinere.*

CRIMINA cùm alia ſint Eccleſiaſtica merè, & alia ſint planè laica, dantur quædam tertij generis quæ pertinent ad 1.
laicum, & Eccleſiaſticum tribunal, eaque dicuntur communis, ſeu mixti fori, qualia ſunt crimen blaſphemiæ, ſortilegij, ac periurij, & reliqua, de quibus Ordinatio Luſitana *lib.2. tit.9. in principio*, videlicet concubinatus, & adulterium publicum, lenocinium, inceſtus, veneficium, ſacrilegium, crimen vſurarum, Simoniæ, & eorum quorum domus publicè patent aleatoribus. Nam quamuis aliqui dubitent an hoc crimen ſit fori communis, conſtat eſſe ex l. Luſitana *d. tit.9.* & ex traditis à Menoch. *de arbitr.iud.lib.2.caſu 399. num.5.* de quibus omnibus ſingulatim nobis eſt agendum hoc loco, mutato tamen ordine, & pro reliquis poterit quiſque conſulere Iul. Clar. *§.final.quæſt.37.* Marta *de iuriſdictione,part.2.cap.19.* Suar. de Paz *tom.1.part.5.cap.3.num.70. vſque ad finem.* Azor.*part.2. inſtit. moral. lib.3.cap.53.q.2. verſ. crimen mixti fori.* Antun. Gomez *l.80.Tauri, num.47. verſ. vnum tamen eſt*, quibus accedit P.Sanch. ſed non planè *lib.10. de matrim. diſp.8. à num.15.* apud quos lector diligens, quæ hoc loco omittuntur, videre poterit.

In his tamen caſibus neceſſaria eſt præuentio, vt iudex tam Eccleſiaſticus, quàm laicus poſ- 2.
ſint de illis cognoſcere. Præocupatur ergo, ſeu præuenitur iuriſdictio in caſibus mixti fori, per citationem, vt tradit Cabedo *1. part. deciſ.142. num.1.& 4.& ſequentib.* Bernard. Græuæ *ad practicam Cameræ imperialis, lib.1. concluſ. 29. conſid.2. num. 1.* & Barboſ. *in l. ſi quis poſteaquam, num.13.cum ſeqq.ff. de iudicijs.* Hoc tamen accipe de iure communi. De iure autem Luſitano *d.tit.9. §.3.* præuenitur iuriſdictio etiam quando à iudice ſæculari fit inquiſitio de aliquo crimine mixti fori, vt illud puniatur. Itemque fit præuentio per capturam perſonæ in flagranti delicto, ex Cabed. *d. 1.part.deciſ.142.num.vltim.* Non tamen inducitur præuentio ſi fiat inquiſitio ad informationem tantùm, vt reſoluit Barboſ. *vbi proximè*; quem ſequitur alter Barboſ. Vimaranenſ. *in remiſſionib.ad ordinat.Regiam Luſitan.d. lib.2.tit.9. §.3.num.2.*

3. Prima igitur quæſtio petit, an Iudex ſæcularis poſſit cognoſcere de blaſphemia: Sed antequam res decidatur, non erit ab re attingere quale ſit peccatum *blaſphemare*, & quotuplex ſit *blaſphemia*. Dic ergo eſſe peccatum grauiſſimum, quo aliquid de diuinæ bonitatis excellentia diminuitur dicendo falsò aliquid Deo ineſſe, quod non ineſt, vel negando ineſſe, quod ineſt: ſeu, *blaſphemia*, eſt locutio falſa contra Deum per modum conuitij: quando verò aliquis loquitur falſa contra ſanctos per modum conuitij, cum hoc in Deum refundatur, induit hæc locutio rationem blaſphemiæ. D. Thom. 2. 2. *quæſt*. 13. *art*. 1. Valent. *eadem quæſt. diſp*. 1. *punct*. 1. *in principio*. Bañez *ibidem d. quæſt*. 13. *art*. 1. *notab*. 2. Couar. *in cap. quamuis pactum*, 1. *part*. §. 7. *num*. 8. *de pactis*, *lib*. 6. Iul. Clar. *lib*. 5. §. *blaſphemia*, *num*. 1. vbi concludit omne conuitium, contumeliam, vel maledictum prolatum in Deum, aut Sanctos eſſe blaſphemiam, ſequitur Marta cum multis *de iuriſdict. part*. 2. *cap*. 13. *num*. 1. & 2.

4. Eſt autem blaſphemia duplex; hæreticalis altera, altera tamen non hæreticalis. Hæreticalis eſt illa, quæ ſignificat, & continet errorem contra fidem: puta, quando per verbum indicatiui modi aſſeritur aliquid fieri contrarium, videlicet ſi affirmetur Deum eſſe iniuſtum, vel non eſſe omnipotentem; vel ſi dicatur, *Non credo in Deum*, vulgariter *deſcreo de Deos: renego Deum*, ſeu *fidem*, ſeu *puritatem ſanctiſſimæ Virginis*. Quia hæc verba, vel ſimilia oſtendunt per modum indicatiui infidelitatem in proferente. Suar. *tom*. 1. *de religione*, *tract*. 3. *lib*. 1. *cap*. 5. *num*. 7. *ad* 8. Rojas *de hæret*. 2. *part. aſſert*. 12. *à num*. 170. & *ſeqq*. & Marta ſupra ſcriptus *d. cap*. 13. *num*. 9.

5. Blaſphemia non hæreticalis eſt, quæ licèt ſignificet errorem contra fidem, non tamen proferens ſecundùm ſe contra fidem aliquid aſſerit. Ita Bañez *d. quæſt*. 13. *num*. 1. & Vgolin. *de Papa reſeruatis*, 2. *part. cap*. 1. §. 3. *num*. 1. Verbi gratia, ſi quis dicat, *maledictus ſit Deus*, vel proferat aliquod verbum contumelioſum in Deum, vel in Sanctos, vel maledicere creaturis rationis expertibus, quatenus creaturæ Dei ſunt, quia maledicere illis ſub ea ratione eſt maledicere creatori.

Item ſi quis dicat *a pezar de Deos*, quòd latinè dicitur *tædeat Deum*, vel *Deo diſpliceat*, non ſunt blaſphemiæ hæreticales, ſicut, *Deus eſt malè prouidus*, *non curat de nobis*, & ſimilia, quæ duo ab aliquibus vocantur hæreticales blaſphemiæ. Non tamen ſi quis dicat, *velit nolit Deus, hoc ſum facturus*, quia detrahitur de potentia diuina, Tolet. *in ſumm. lib*. 4. *cap*. 13. *à num*. 11. Pro his, & ſimilibus, quæ proferri ſolent in contumeliam etiam Sanctorum, lege Caiet. 2. 2. *quæſt*. 13. *art*. 1. *in ſolut. ad* 2. vbi ait eſſe blaſphemiam *pæniteat D. Petrum*, vulgo *a pezar de S. Pedro*, iurare etiam per Sanctorum vitam eſſe blaſphemiam, ſicut iurare per Dei vitam, Alcocer *in ſumm. cap*. 15. Sotus *de iuran. abuſu*, *cap*. 6. & *lib*. 8. *de iuſt. quæſt*. 2. *art*. 6. *col*. 6. Azeued. *lib. tit*. 4. *lib*. 8. *num*. 36. Couar. *de pact*. 1. *part*. §. 7. *num*. 9. *verſ*. 6. Ludouic. Lopez 1 *part. inſtructor. cap*. 282. *verſ. poſtquam de malitia*; quia quando iuratur per vitam Dei ſeu Sanctorum, iuramentum eſt execratorium, cuius ſenſus eſt, *amittat Deus vitam*, ſeu *Sancti*, *ſi res ita ſe non habet*, & ex modo iurandi falsò tribuitur Deo, ac Sanctis poſſe vitam amittere. Sanchez cum multis *lib*. 2. *in præcepta*, *cap*. 32. *num*. 24. & 25.

6. His poſitis, Reſpondeo primò, Inquiſitores cognoſcere de blaſphemiis hæreticalibus priuatiuè reſpectu iudicis ſæcularis, inhibendoque illum, ne de illis poſſit cognoſcere. Ita Eymeric. *in director. Inquiſitor. quæſt*. 41. *num*. 2. & 3. & ibi Pegna *commento* 66. Marta *num*. 10. *d. cap*. 13. vbi ſi per iudices fidei deprehenſi ſint huiuſmodi blaſphemi, pertinaceſque ſint, nec pæniteant, hæretici ſunt habendi, & tanquam tales curiæ ſæculari tradendi, per text. *in cap. ad abolendam*, §. *præſenti. de hæretic*. Decianus *in tract. criminali*, *tom*. 2. *lib*. 6. *tit. de blaſphemia*, *cap*. 4. *num*. 4. Carrer. *tract. de hæretic. num*. 93. *verſ. Item procedere poſſunt*. Simanch. *de catholicis inſtitut. titul*. 8. *num*. 6.

7. Dummodo blaſphemus non ſit Iudæus, quia de eo blaſphemante ſolus iudex laicus cognoſcit, non verò Eccleſiaſticus. ita Iul. Clar. §. *blaſphemia*, *num*. 6. poſt Alexand. quem refert, ac ſequitur Gloſſ. *in verbo*, *princip. in clement*. 1. *de Iudæis*: vbi habetur quòd pro quocumque crimine in contumeliam noſtræ fidei patrato à Iudæis, ſeu infidelibus, ſunt puniendi ipſi à poteſtate ſæculari. Ananias *in rubric. de Iudæis*, *num*. 9. & colligitur ex *clement*. 1. *de Iudæis*, & ex traditis ibi per ſcribentes: idem Iul. §. *final. lib*. 5. *quæſt*. 35. *num*. 25. *verſ. modo quæro*. Gregorius tamen XIII. in ſua Bulla, cuius nos meminimus *diſp*. 2. §. 7. *num*. 234. Iudæos peccantes contra religionem noſtram tradit Inquiſitoribus puniendos. Quare hoc ius nouum eſt, DD. autem citati, qui puniri volunt à ſolo iudice laico loquuti ſunt ex veteri iure, quod etiam ſeruandum erit vbi ea Gregorij conſtitutio recepta non eſt.

8. Attamen ſi ſæcularis Iudex fuerit negligens in puniendo blaſphemo Iudæo, poterit Iudex Eccleſiaſticus cognoſcere de hoc caſu. Ita Oldrad. *conſ*. 36. Socin. *conſ*. 119. *vol*. 4. Iulius Clarus *vbi ſupra*, §. *blaſphemia*, *num*. 6. vnde deuoluitur cognitio blaſphemi Iudæi ad Eccleſiaſticum in caſu negligentiæ iudicis ſæcularis duntaxat, cum Iudæi regulariter degentes inter catholicos non ſubiiciantur Eccleſiæ, ſed principibus laicis, ſub quibus viuunt, ita Ioan. Andr. & gloſſ. citata *in d. clement*. 1.

9. Reſpondeo ſecundò cæteras blaſphemias eſſe mixti fori, poſſeque de illis cognoſcere tam iudicem ſæcularem, quàm Eccleſiaſticum, darique locum præuentioni ad cognoſcendum de illis inter vtrunque iudicem, ita vt qui primus blaſphemum, ſeu maledicum deprehenderit, & ceperit, ipſe de illo poſſit cognoſcere, eúmque pro meritis cauſæ punire. Conſtat ex *cap*. 2. *de maledicis*, vbi Abbas *num*. 9. Roias *de hæretic*. 2. *part. aſſertion*. 12. *num*. 71. & 172. Azor. 1. *part. lib*. 9. *cap*. 28. *quæſt*. 5. Auendan. *de exequend. mandat. part*. 2. *cap*. 5. *num*. 11. & 12. Azeued. *in rubric. tit*. 4. *lib*. 8. *recopilat*. Couar. *de pact*. 1. *part*. §. 7. *num*. 12. *verſ. crimen autem*. Simanch. *de cathol. inſtitut. tit*. 8. *num*. 6. Bobadill. *lib*. 2. *polit. cap*. 17. *num*. 77. *caſu* 42. Curia Phil. *part*. 3. §. 2. *num*. 14. Salzed. *in praxi criminal. cap*. 110. *per totum*, vbi *fol*. 374. *pag*. 2. *verſ. eſt equidem*, addit ſi iudex Eccleſiaſticus cognita cauſa leuiter caſtigauerit blaſphemum, poſſe ſæcularem de hac cauſa iudicare, ſupplereque vſque ad condignam condemnationem, quam partem probat Bald. *in Authen. clericos*, *col*. 2. *C. de Epiſcop. & cleric*. & Afflict. *in conſtit. regn. Sciciliæ*, *tit. de Patarenis*, quam opinionem dicit veriſſimam, non tamen eam vidiſſe in forenſibus actionibus exerceri, neque ſupplemen-

tur

tum pœnæ à iudice laico vſque ad condignam vltionem imponi. Sed quidquid ſit, Salzedum non vidiſſe, ratio,& ius id poſtulat, quando pœna non eſt menſurata delicto. Ita Simanch. *tit.8. citato, num.9.* Auendan. *in cap. prætorum 2.part. cap.* *num.18.* Couar. *lib.2. variar.cap.10.num.6.* & vt diximus *§.præcedenti,caſu 14. n.387.*

Sed quid de ſacrilegij crimine? Reſponde ſi
10. Dæmon inuocetur ad ſciendum futura, hoc ſapere hæreſim manifeſtam; quia tribuitur Dæmoni, quod eſt proprium Dei. Puta, ventura præſcire. Tunc enim cognitio pertinet ad Inquiſitores, Iul. Clar. *in pract. lib.5.§.hæreſis,num.25.* Suar. *tom.1. de relig. lib.2. de ſuperſtitio,cap.19. num.11.* Sanchez *in præcepta Decalog. lib.2. cap. 38. num.92.* quod procedit, quoties in ſuperſtitionibus eſt ſuſpicio hæreſis, propter expreſſum cum dæmone pactum, vel ob alias circunſtantias hæreſim redolentes. In aliis verò in quibus non eſt hæreſis ſuſpicio, nempe quando inuocatur Dæmon ad tentandam pudicitiam fœminæ, cùm Dæmon ſit animarum tentator, cognitio eſt fori communis, & vterque iudex procedere poteſt & datur præuentio. Vt tradit Iul. Suarez & Sanch. ſuprà ſcripti, & Farinac. *de hæreſi, quæſt. 181. à num.1. vſque ad 17.*

11. Quid de periurio dicendum eſt? Romanus *conſ.512. quoad primam, in 3. dub. num.4.* ait, crimen periurij non eſſe ita Eccleſiaſticum, vt ſæcularis Iudex non poſſit etiam cognoſcere de illo per viam iuriſdictionis punitiuæ. Abbas tamen *in cap.cum ſit generale, num.21.verſ.quandoque conſtat. de foro compet.* abſolutè docet eſſe mixti fori; & *in cap. teſtimonium de teſtibus.* dicunt ibi ſcribentes communiter, Suar. de Paz *in praxi, tom.2. prælud.2.num.35.* Mart. *de iuriſdict. part.2.cap.9. num.25.* & Mendez à Caſtr. *in praxi, Eccleſiaſt. lib.2. cap.4. num.4.* aſſerentes eſſe mixti fori, & conſtat ex noſtra ordinatione *lib.1.tit.9. verbo, periuros,* quamuis ordinatio debeat intelligi, ita vt Iudex ſęcularis queat animaduertere in laicos periuros, cogereque laicum, cui indebitè iuratum eſt, vt iuramentum remittat, Federic. *conſ.272.* Roman. *ſingul.492.* Guido Papæ *conſ.209. ad finem,* & Suar. de Paz *ſuprà.*

Ratio, quia ſicut Iudex ſæcularis habet poteſtatem cogendi laicum ad ſeruandum iuramentum honeſtum ſeu licitum *cap. licet de iureiurand in 6.* ſic etiam poteſt compellere laicum, cui præſtitum eſt, vt iuramentum remittat, quando illud eſt illicitum ex parte eius. ita Couar. *1. variar.cap.4.num.5. verſ.verum vt res iſta,* quem ſequitur Mendez à Caſtro *in praxi, lib.2. cap.4. num.4.* & conſtat ex *cap. licet mulieres, de iureiur. in 6.* Imò ſecundùm Anchar. *conſ.382.n.6.* poteſt ſæcularis iudex videre, vtrùm relaxatio iuramenti facta ab Epiſcopo ad partis inſtantiam ſit nulla, quando obiicitur à creditore contra abſolutum, quod etiam tenet Felin. *in cap. cum ſit. de* [illegible] *compet.verſ.limita quintò*; & multò priùs Innoc. *in cap.cum in iure, de officio delegat. & in cap. de officio ordinar.* docens iudicem laicum non teneri mandare executioni ſententiam latam ab Eccleſiaſtico, quando ſcit eſſe iniuſtam, vel id ſuſpicetur ex ſufficienti coniectura.

12. Ideo laicus iudex non tenetur obedire Eccleſiaſtico, quando illi conſtat de nullitate ſententiæ, poteſtque cognoſcere de abſolutione iuramenti, an ſit ſubreptitia. Afflict. *deciſ.220.* Nec obſtant dicta *§.præcedenti, caſu 14.num.384.* contra Bartol. *in l.Diuus, ff. de cuſtod.reor.* quia caſus erat de hæreſi pertinens omnino ad iudicem Eccleſiaſticum, nunc verò loquimur de incidenti, quod proficiſcitur ex cauſa mixti fori, de quo laicus inter laicos poteſt cognoſcere, Ceuallos *commun.contra commun.tom.4.quæſt.897.num.986.* & nouiſſimè *in tract. de cognitione per viam violentiæ in cauſis Eccleſiaſticis, p.2. quæſt.31.num.8. & quæſt.67. num.10.*

An verò quando petitur relaxatio iuramenti 13.
indebitè, ſeu illicitè præſtiti, ſiue illud ſit præſtitum à maioribus, vel minoribus, ſeu mulieribus, debeat citari creditor? Reſpondeo affirmatiuè, ſiue iuramentum ſit turpe, ſeu illicitum ex *cap. 1. de iureiur. cap. tuæ. de vſuris.* Menoch. *conſ.24. à num.11.* Couar. *lib.1.variar.cap.4.num.5. verſ. id verò.* Corneus *conſ.45. vol.2.* Ratio, quia nihil debet decerni parte inaudita, vt *in cap.1.de cauſa poſſeſſ.* & propriè Alciat. *in cap. cum contingat, num. 127. de iureiur.* & Didac. Perez *in l.1. tit.2. lib.3. ordinam.gloſſ.1.quæſt.16.* & prædicta relaxatio non ſolet negari etiam inuita parte aduerſa. Afflict. *deciſ.220.num.10.& 11.* quia iuramentum cenſetur temerarium maximè, ſi in contractu additum fuit alterum iuramentum de non petenda relaxatione iuramenti, neque de vtenda relaxatione obtenta, etiamſi motu proprio concedatur.

Eo quòd per tale iuramentum detrahitur iuri ſuperioris, cuius auctoritas in quolibet iuramento cenſetur excepta per text. *in cap. venientes. de iureiur.* ita Sotus *lib.8.de iuſt.quæſt.1.art.9.col.penult.* Staphilæus *de literis gratia, pag.168.* Felin. *in*
*cap.conſtitutus, num.9.de reſcriptis.* Suar.de Paz 2, 14.
*prælud. tom.2.num.39.* multis ibi relatis, ſubdens teneri impetrantem facere mentionem de iuramento, itémque quod iurauit ſe non petiturum relaxationem, nec ea vſurum etiam motu proprio conceſſa, alioqui aliter præſtita ſubreptitia erit. ita Afflict. *deciſ.citata,num.11.* Mendez à Caſtro *d.cap.4.n.7.& 8.* vbi notat in eodem libello, vbi petitur relaxatio iuramenti ad effectum agendi peti poſſe ſimul, quòd ipſe iudex Eccleſiaſticus conceſſa relaxatione contractum diſſoluat, cum
ad hoc ſit competens iudex, ex Baldo *in l. ordi-* 15.
*nar.C.de rei vendicatione,* vbi ait, ſi quis petat abſolutionem à iuramento coram iudice Eccleſiaſtico, poſſe coram eodem iudice de tota cauſa litigare. Fundamentum eſt, quia iudex cauſæ præparantis, & ſic abſolutionis à iuramento, erit etiam iudex cauſæ præparatæ, Baldum ſequitur Iaſon, & eum referens Matant. 4. *part. princip. in 11. diſt. num.14. fol.217.* & Auſrer. *de poteſtate Eccleſiæ ſuper laicos, num.15.vol.14.fol.402.* Pro qua ſententia eſt noſtra ordinatio *lib.4.tit.73.§.1.* prohibens tabellionibus, ne in contractibus de ſe validis inter laicos initis iuramentum apponant, quia ratione iuramenti laici, ſunt de foro Eccleſiaſtico, & iuriſdictio ſæcularis patitur detrimentum.

Nihilominus ego puto præſtita abſolutione à iuramento ad effectum agendi, ſi partes velint reſcindere contractum, agendum eſſe coram iudice rei, ſi eſt laicus, quia cognitio contractus an ſit validus, non pertinet ad iudicem Eccleſiaſticum, cuius iudicium laicus poteſt declinare, tanquam alienum, niſi contractus redoleat vſuram, vel ſimoniam, ſeu aliud vitium, cuius examen ſpectet ad Eccleſiaſticum. Quare fundamentum Baldi *in d. l. ordinary,* non eſt omnino verum, quia in ea lege iudex non conſequitur iuriſdictionem, ex eo ſolo, quòd ſit iudex cauſæ præpa-

 rantis,

rantis,ſed ex eo quòd habebat iuriſdictionem ſu-
per principali, & conſequenter habebat ſuper
præparatorio.

Quod aliter apparet in noſtro caſu in quo iu-
dex Eccleſiaſticus non habet iuriſdictionem ſu-
per principali, nempe ſuper contractu inter lai-
cos celebrato, cùm ſit res merè laica, vnde dici
non poteſt, quòd Eccleſiaſticus ex eo ſolo acqui-
ſiuit iuriſdictionem ſuper principali, quòd illam
habuerit ſuper præparatorio, cùm cauſæ præpa-
rantis poſſit eſſe iudex alter, & alter cauſæ præ-
paratæ, vt habetur *in l.1. C. de exhibend.* vt bene
notat ibi Salicet. ad hoc quod acturus rei vendi-
catione coram vno iudice, mouet actionem ad
exhibendum apud alium iudicem diuerſum; quæ
actio ad exhibendum eſt præparatoria ad rei
vendicationem, vt ipſemet Bald. *in d.l.1.C.ad ex-
hibend.* fatetur, Paul. de Caſtro, Bartol. *ibidem.*
Gloſſ. *in d.l. ordinary, in verbo, exhibitu, C. de rei
vendicatione.*

Quod ponderans Decius *rubric. de indic. col.3.
verſ. Sed tamen diligenter*, ait opinionem Baldi
*in d.l. ordinary*, non videri veram, quia ex traditis
ab ipſo Baldo *in §. propterea, cl. 2. de prohib. feud.
alien.* conſtat delegatum in cauſa poſſeſſorij non
eſſe delegatum in cauſa petitorij, & tamen poſſeſ-
ſorium reſpectu petitorij eſt præparatorium; con-
17. firmat Gloſſ. *in cap. cæterum, de iudic.* vbi cauſa
poſſeſſorij in feudo eſt iudicis ordinarij, petito-
rium verò pertinet ad dominum feudi, qui de eo
cognoſcit; ideo præſtita abſolutione iuramẽti co-
gnitio reſciſſionis contractus debet remitti ad
18. forum ſæculare, vt expreſsè tenet deciſum *in cap.
ex tenore, de foro compet.* ne fiat iniuria iudici ſæ-
culari; quam opinionem tenet Couar. *lib.1. var.
cap.4. num.8.* Gutier. *de iuramento confirmatorio, 3.
part. cap. 12. num. 6.* contra quam Suar. de Paz
quamuis communem *d. prelud.2. num.38. & 39.*
addit ſemel, atque iterum practicare feciſſe, no-
ſtram verò firmat Gutier. *d. num. 6.* vbi ait ſe vi-
diſſe communiter practicari, impetratáque abſo-
lutione à iuramento contractui appoſito impe-
trantem coram iudice laico de reſciſſione con-
tractus ſolere agere, quod etiam conſulit Suarez
ipſo *vbi ſuprà*, & Palac. *in cap. per veſtras, not.2.
num.24. de donat.* vt coram laico agatur.

19. Videamus ergo quænam ſit pœna contra blaſ-
phemos, ſeu periuros impoſita? De iure diuino
*Leuit. 24.* pœna mortis imponebatur; ſolebant
enim blaſphemi obrui lapidibus. Idem *lib.5. q.68.*
firmat Iul. Clar. *num.19.* variis exemplis, & habe-
tur de iure ciuili *in Auth. vt non lux contra na. in
fine*, nihilominus hæc pœna, ex lege diuina, &
humana conſtituta, non eſt in vſu. ita Luc. de Pen.
*in l. omnes, col.3. verſ. Secundò quæritur, C. de legat.
lib.10.* Bald. *in l.2. circa finem, C. de rebus cred.* quos
refert, ac ſequitur Clar. *§. blaſphemia, num.3.* Boër.
*deciſ.301.* refert fuiſſe linguam blaſphemo priùs
perforatam, poſtea damnatum ipſum ad ignem,
alium verò decapitatum; aliis verò in locis ait
Afflict. *3. p. conſtit. regni, rub.54. num.7.* ſe vidiſſe
aliquando blaſphemis linguam perforari ferro
tranſuerſo.

De iure tamen canonico cogitur blaſphemus
ſtare ante fores Eccleſiæ, exutis pedibus, & aper-
to capite, tempore quo fit ſacrum, vt præcipitur
*in cap.2. de maledicis*, à qua pœna excuſantur cle-
20. rici; ne vileſcat clericatus auctoritas. Simaneh. *de
hæretic. cap.8. num.12.* poſt alios, vide Farinac. *de
delict. p.1. lib.1. tit.3. quæſt.20. num.68.* Salzedo *in
praxi, cap.110. fol.374.* poſt Couar. *in cap. quamuis
pactum, 1. p. §.7. num.8. cum ſequenti, de pactis, lib.6.*
Thezaurus de Pedem. *deciſ. 243.* vbi contra blaſ-
phemantes variæ fuerunt impoſitæ pœnæ. Barbo-
ſa *lib.5. ordin. tit.2. in remiſſ. num.2. & 3. præſertim,
& num.8.* ex Farin. *in praxi criminal. quæſt.98. à
num.42. & de hæreſi, quæſt.179. §.2. num.11. & §.3.*
ex eodem Farin. *quæſt.20. in praxi, num.39. & de
hæreſi, q.178. n.176.* vbi reſoluit poſſe Inquiſitores
procedere contra conſuetum blaſphemare, ſi mo-
nitus non reſipiſcat, quamuis blaſphemiæ non
ſint hæreticales.

De iure tamen Luſitano *lib.5. tit.2.* imponun- 21.
tur blaſphemis contra Deum & Sanctos pœna
pecuniaria, & pœna exilij, quibus ſi non reſipiſ-
cant, augetur pœna vtraque. Vide Leſſium *lib.2.
cap.45. dub.5. per totum*, maximè *num.34.* pro quo
ex Concilio Lateranenſi ſub Leone X. *ſect.9. § ad
abolendam*, adhortatur, vt blaſphemi non abſol-
uantur in foro conſcientiæ, niſi impoſita grauiſſi-
ma pœna, ad quod magna prudentia opus eſt,
attenta conditione, ac capacitate perſonarum.

Contra periuros etiã de iure noſtro *lib.5. tit.54.*
imponitur pœna mortis, & publicatio omnium
bonorũ, quam etiam pœnam ſubibunt inducentes
teſtes, & pecunia corrumpentes ad proferendum
teſtimonium falſum in crimine capitali, ſiue ad
abſoluendum, ſiue ad condemnandum. Nihilomi-
nus ſi fuerit ad abſoluendum, non fiet executio
antequam certioretur rex declarata eidem cauſa,
ob quam fuit motus ad teſtificandum. In aliis ta-
men delictis pœnam capitalem non merentibus,
& in ciuilibus pœna exilij delinquentes perpe-
tui ad Braſilicam regionem plectentur. Inſuper &
publicatione bonorum coronæ regiæ, ſi legiti-
mos aſcendentes, ſeu deſcendentes non habue-
rint. Hæc de iure noſtro. Cætera vide ibi per to-
tum tit. ne multus ſim; concordat apud Hiſpanos
*l.26. titul.11. part.3. & l.4. & 7. tit.17. lib.8. nouæ
recopilat.*

Dubitari poteſt, an periurus ſit infamis? Re- 22.
ſpondeo affirmatiuè de iure pontificio ex *can. in-
fames 6. quæſt.1.* & ex *can. quicumque eadem cau-
ſa, & quæſt.* Couar. *in cap. quamuis pactum, p.1. §.7.
num.4. de pactis, in ſexto.* Syluеſt. *verbo, periurium,
quæſt.6.* Tabien. eodem verbo, *num.6. verſ.5.* Idem
habetur *in l. ſi quis maior, C. de tranſactionib.* &
Gloſſ. *In cap. querelam, in verbo, crimine deiurcitur.*
Addit tamen Sotus *lib.8. de iuſt. quæſt.2. art.3. in
reſponſione ad ſecundum principale*, non incurrere
infamiam periurum niſi ſolemniter iurando pe-
ieret, & poſtea ſit condemnatus publicè in foro
contentioſo de periurio; tunc deinceps tanquam
infamis à teſtimonio ferendo repellitur. Con-
ſentit D. Thom. *2.2. quæſtion. 98. artic. 3. ad 3.*
quod adeo verum putat Sotus, vt credat hæreti-
cum quandiu non eſt de hæreſi damnatus, non
eſſe iure infamem.

Item ſi ſit clericus, iure Pontificio plectitur
pœna depoſitionis ab ordine. Ita cap. *cum non
ab homine*, & ſcribentes ibi *de iudic.* Couar. *in cap.
quamuis, p.1. §.7. num.3. de pactis in 6.* & vltra de-
poſitionem traditur in monaſterium ad agendam
pœnitentiam. ita Panorm. *cap.1. de crimine falſi*,
modò falſum teſtimonium dixerit in iudicio; ſi
verò ſit laicus, & crimen ſit capitale, falſum teſti-
monium proferens contra reum eadem pœna pu-
niendus erit, qua puniretur reus, ſi de eo crimine
eſſet conuictus, Bartol. *per text. ibi, l.1. §.1. ff. de ſi-
car.* Couar. *vbi ſuprà, num.6.*

Contte

Controuerti ſolet an periurus ſeu infamis ſi
23. clericus ſit, amittat beneficia quæ habet? Rebuff. credit *in tract. de pacificis poſſeſſ. num.* 218. ipſo iure priuari beneficiis Eccleſiaſticis, quæ tempore periurij obtinebat. Eiuſdem ſententiæ eſt Bartol. *in cap. cum non ab homine, de iudic.* Panorm. tamen *in cap.* 2. *de reſcript.* Decius, & Felin. ibi tradunt non eſſe ipſo iure priuatum, ſed priuandum; quæ ſententia eſt communis ſecundùm Gloſſ. *in cap. querelam, in verbo, remouentes, in fine, de iureiur.* Selua *tract. de iureiur. quæſt. vlt. & de benefic. p.* 3. *quæſt.* 2. *num.* 7. Cæſar Lambertin. *de iurepatronatus, p.* 7. *lib.* 2. *quæſt.* 9. *art.* 15.

Proinde ante ſententiam facit fructus ſuos, poſſéque conſequenter dicendum eſt renunciare beneficio, renunciationémque eſſe validam. ita Salzed. *in additionib. ad Bernard. Dias, cap.* 92. *num.* 3. vbi addit excuſari clericum ab huiuſmodi pœnis, ſi probet periurium fuiſſe patratum abſque dolo, quod prius dixit Ioan. *in l. videamus, in principio, ff. de in litem iurando.* Auendan. *de exequend. mandat.* 2. *p. cap.* 27. *num.* 10. atque ita antequam feratur ſententia, non eſt priuatus ſuo beneficio, potéſtque de illo diſponere, ſicut clericus homicida, & quouſque priuetur, iure illud retinet; facit Gloſſ. *celebris, in cap.* 2. *in verbo, vt lite pendente,* quam ſequuntur Doctores, ibi, Felin. *in cap. Inquiſitores de accuſationib.* Gom. *in regul. de anna. poſſeſſ. quæſt.* 42. *num.* 3. & alij quos referens ſequitur Salzedo *vbi ſuprà, cap.* 94. *verſ. qua ratione,* concludentes poſſe clericum pendente lite, & accuſatione beneficio renunciare, antequam condemnetur.

Porrò an ſit collatio beneficij facta periuris, nulla ipſo iure? Negat Simanch. *de Cathol. inſtit. tit.* 29. *num.* 20. quatenus docet filios hæreticorum non eſſe ipſo iure priuatos beneficiis obtentis
24 poſt parentum condemnationem. Nihilominus cùm ſint infames poſt condemnationem redduntur inhabiles ad beneficia obtinenda. ita Panorm. & ſcribentes *in cap. querelam, de iureiur.* Aufrer. *in Capella Toloſana, quæſt.* 17. ſequitur Couar. *in cap. quamuis, part.* 1. §. 7. *num.* 3. *de pactis in* 6. Felin. *in cap.* 2. *de reſcript. col.* 3. Bernard. Dias *in practica, cap.* 86. & Salzedo *cap.* 92. Sanch. *lib.* 2. *in præcept. Decalogi, cap.* 28. *num.* 31. *& ſequenti, & n.* 35. Ratio potiſſima eſt, quia periuri ſunt infames, *l. ſi quis maior, C. de tranſact.*

Proinde collatio beneficij facta infami nullo iure poteſt ſuſtineri, *regul. infamibus, de regul. iur. in* 6. Imò ſunt inhabiles infames etiam ad permutandum beneficia, quia in permutatione includitur reſignario proprij beneficij, & acquiſitio alterius, cuius eſt incapax infamis, & eſt eo ipſo nulla permutatio. ita Flamin. *de reſignat. beneficiorum, lib.* 4. *quæſt.* 3. *num.* 10. *ex cap. querelam,* ibi, *non mereatur Eccleſias regere, qui in crimine periurij ſunt irretiti, de iureiur. cap. conſtitutus,* 2. *appellationum, cap. cum noſtris, de conceſſ. præbend.* Decius *in cap. illiſi, col.* 1. *de except.* Eiúſque inſtitutionem eſſe nullam eſt communis opinio, cum periurus ſit infamis, teſte Cald. *conſ.* 5. *an periurus*; quod tradunt præfati authores de eo qui eſt infamis notorius infamia iuris, tunc collatio eſt nulla ipſo iure. ita Panorm. *in cap. ſuper eo, ad finem, de electione.* Couar. prædictatus, cùm ſit incapax non ſolùm beneficij, ſed etiam penſionis, vt Nauar. notat *lib.* 8. *conſ. in* 1. *editione, tit. de temporalibus ordinandorum, conſ.* 11. *n.* 2. Gigas *de penſion. quæſt.* 94. *num.* 7. *& conſ.* 142. *num. etiam* 7. quia in odium periurij verbum, *beneficium,* largè accipitur, ita vt penſionem comprehendat, quæ laro modo beneficium vocatur. ita Gigas *vbi ſupra, & quæſt.* 28. *de penſionib.* quos ſequitur Sanch. *d. cap.* 28. poſt plures *num.* 36.

De infami autem, qui eſt infamis infamia fa- 25.
cti, vbi primùm per ſententiam fuerit declaratus periurus, & poſtea obtineat beneficium, nulliter percipit illud. Secus ſi ante ſententiam, & declarationem conferatur beneficium. ita Nauar. *in cap. ſi quando, except.* 17. *num.* 9. *verſ.* 3. *de reſcript.* Salzed. *d. cap.* 92. Couar. *in cap. quamuis, citat.* Quare periurus, ſeu infamis tam infamia iuris, quam infamia facti poſt ſententiam, & condemnationem, ac declarationem eſt omnino inhabilis ad quodcumque beneficium.

---

## §. VI.

### *Veneficorum, ſeu maleficarum, ac ſagarum delicta, an ſint mixtæ cognitionis, & quid in foro conſcientiæ?*

### EPITOME.

26 *Cognitio de crimine veneficorum, maleficarum, incantatorum, ac augurum, & ſimilium eſt mixti fori.*

27 *Veneficia quando habent aliquid hæreſis admixtum, pertinent ad Inquiſitores.*

28 *Aſtrologorum, Mathematicorum, & aliorum crimina, pertinent ad Ordinarios locorum, & Inquiſitores ex motu Sixti V.*

29 *Philtra, ſeu pocula amatoria propinare an habeant de ſe vim ad conciliandum amorem.*

30 *Dæmonum induſtria pocula amatoria ad amorem, ſeu ad odium proſunt, & interdum ad furorem, ſeu interitum valent.*

31 *Pœna maleficorum quæ ſit de iure communi Hiſpano, ac Luſitano, & quæ ſortilegij.*

32 *Sortilegus clericus in foro contentioſo qua pœna ſit puniendus.*

33 *Malefici ac diuinatores an teneantur reſtituere pretium pro maleficiis, ſeu diuinationibus.*

34 *Maleficio vti nunquam licet propter bonum finem.*

35 *A malefico parato ad maleficia facienda nunquam eſt licitum petere, vt maleficia maleficiis deſtruat.*

36 *An iudices peccent faciendo, vt malefici coram ſe aliquod veneficium faciant.*

37 *Nefas eſt petere à venefico, ſeu venefica, vt deſtruat maleficium modo licito, quando certum eſt modum ignorari ab eo, ſeu ab ea.*

38 *Maleficus non poteſt cogi à iudice ad ſignum deſtruendum, vel ad contrarium apponendum, & quomodo cognoſcantur ſigna bona.*

39 *Maleficus ſciens licitè, & illicitè ſoluere maleficium cogi poteſt ad ſoluendum, niſi ſciat illum non licitè, ſed illicitè deſtructurum qui cogit.*

40 *Veneficia facere, aut illis vti, quale peccatum ſit, & an habeat annexam excommunicationem, & inuocatio dæmonis vnde cognoſcatur.*

41 *An alligantes Dæmonem, aut eum inuocantes, aut adorantes ſint excommunicati.*

42 *An iudex laicus poſſit cognoſcere de hæreſis facto.*

43 *Vtrùm fas ſit diuinare bonam, vel malam fortunam ex corporum diſpoſitione, aut per lineas, vt ſolent Ægyptianæ.*

26. De iure Luſitano veneficia, ſeu maleficia ſunt mixtæ cognitionis, habetur *in lib. 2. tit. 9. in princip.* ibi, *Feiticeiros, ac de conſuetud.* Bobad. *in ſua polit. lib. 2. c. 18. n. 238.* Zerol. *in praxi, part. 1. in verbo, caſus, in quibus locorum ordinary poſſunt procedere, verſ. maleficia per capillos, & verſ. ſortilegi, & malefici.* Martin. del Rio *lib. 5. Magicar. diſquiſit. ſect. 1. col. 1.* Nomine autem veneficorum veniunt ſortilegi, incantatores, ſagæ, arioli, augures, lamiæ, ſtriges, & aliæ id generis, quamuis lex Luſitana *d. tit. 9.* meminerit duntaxat de veneficis, vbi ait eorum crimina eſſe mixti fori; quod intellige niſi ſimul habeant ali-
27. quid admixtum hæreſis, vel illam ſapiant. Quia in hoc euentu priuatiuè pertinent ad iuriſdictionem Eccleſiaſticam. Iul. Clar. *in praxi, § hæreſis, num. 25.* Bobadill. *ſuprà, cap. 17. num. 70. & 71.* Marta *de iuriſdict. part 2. cap. 12. num. 10.* vbi vult quando ſapiunt hæreſim manifeſtam, pertinere ad Inquiſitores.

Si autem non ſapiunt hæreſim, eſſe mixti fori docent Abbas *in cap. cum ſit generale, num. 26. de foro compet.* & Farin. *cum multis, quæſt. 20. de delict. & pœn. num. 88.* In dubio tamen, an ſapiant hæreſim, vel non, addit Marta, arbitros de fide Cathol. non debere ſe ingerere, ſed debere cauſam ad ſuos iudices remittere. Quod puto verum, quando re diligenter excuſſa per eoſdem conſtiterit delicta nihil hæreſis continere; & hoc modo intelligenda eſt Gloſſ. *in cap. accuſat. § ſane, verbo, manifeſtè. de hæreticis, lib. 6.* Ioan. Monachus *d. § ſanè.* Menoch. *de arbitr. iudic. caſu 388. à num. 4.* & Altamiran. *in verbis à Metropolit. de viſitatio. num. 124. & 125. fol. 87.*

28. Sed quid de diuinatoribus, quando miſcent aliquid hæreſis prænunciando ventura? Conſtat ex *cap. accuſatus, § licet, de hæretic. in 6.* Inquiſitores attento iure antiquo ſolùm procedere contra illos. Conſiderato tamen motu Sixti V. contra aſtrologos, mathematicos, ac iudiciarios, & Ordinarij, & Inquiſitores inquirere poſſunt, ac punire non ſolùm illos, qui ſe exercent in diuinandi arte, eámque alios docent, ſed etiam illos, qui diuinationibus vanis vtuntur. Cuius quidem motus hæc ſunt verba:

*Apoſtolica*, inquit, *authoritate ſtatuimus, & mandamus, vt tam contra aſtrologos, mathematicos, & alios quoſcumque dicta iudiciaria aſtrologiæ artem, præter quam agriculturam, nauigationem, & rem medicam in poſterum exercentes, aut facientes iudicia, & natiuitates hominum, quibus de futuris contingentibus, ſucceſſibus, fortuitiſque caſibus, aut actionibus ab humana voluntate pendentibus, aliquid euenturum affirmare audent, etiamſi id ſe non certò affirmare aſſerant, aut proteſtentur, quàm contra alios vtriuſque ſexus, qui ſuprà dictas damnatas, vanas, fallaces, & pernicioſas diuinandi artes, ſiue ſcientias exercent, profitentur, aut docent, aut diſcunt, quive huiuſmodi illicitas diuinationes, ſortilegia, ſuperſtitiones, veneficia, incantationes, ac præmiſſa deteſtanda delicta, vt præfertur, faciunt, aut in eis ſe quomodolibet intromittunt, cuiuſcumque dignitatis, gradus & conditionis exiſtant, tam Epiſcopi, & Prælati ſuperiores, & alij Ordinarij, quam Inquiſitores hæreticæ prauitatis vbique gentium deputati, etiamſi in pleriſque ex his caſibus, antea non procedebant, aut procedere non valebant, atque in eos ſeueriùs canonicis pœnis, & aliis eorum arbitrio animaduertebant.* Hæc ibi.

De porrigentibus autem pocula amatoria credit Vmbert. Locat. *in iudic. Inquiſitor. verbo, pocula,* & Farin. *deciſ. 90. & de hæreſi, quæſt. 181. n. 82.* 29. præbentem poculum amatorium, Græcè *philtrum*, non eſſe hæreticum; puniendus tamen eſt, ſicut ſortilegia faciens amore alicuius correptus fœminæ plecti debet, teſte eod. *de hæreſi, quæſt. 98. in praxi, num. 81. & ſequent.* Vnde ergo poculum amatorium vires capit ad alliciendum hominem ad amandum? Dic ex Azor *lib. 1. inſtitut. moral. lib. 9. cap. 26. quæſ. 1. verſ. de huiuſmodi philtris,* cum Ariſtotele, Galeno, ac Plinio & reliquis, qui de ea parte medicinæ agunt, quæ verſatur in ſimplicium rerum conſideratione multam vim in rebus, ac lapidibus à natura ineſſe, quæ valdè excitant, & incendunt concupiſcentiam ad amandum, vel odio perſequendum, non tamen ineſſe in rebus naturalibus vim aliquam, quæ Titium incendat, & inflammet ad Sempronium nominatim, vel amandum, vel perſequendum. Ex quibus conſtat poſſe aliquem excitari ad odium, vel amorem indeterminatè per vires epoti poculi, vel aſſumpti cibi, vt ait Medina *de recta in Deum fide, lib. 1. cap. 7.* & Azor *ſuprà.* Non tamen ad amorem, aut odium alicuius certi hominis, quia naturaliter non reperitur ea vis in rebus, quæ eduntur, aut potantur; ſed id prouenit ex Dæmonis facultate, & induſtria excitantis hominem iam procliuem ad amandum, vt potiùs hunc, quàm illum amet, permiſcendo rerum imagines, eaſque memoriæ imprimendo, & hoc modo repræſentata, & obiecta imagine certæ fœminæ homini iam ad amandum inclinato trahitur ad amandum ipſo Dæmone ſe ad id intromittere, facientéque, vt frequens occurrat memoriæ imago, ac recordatio huius fœminæ ſeu hominis, & non alterius.

Atque ita pocula amatoria nihil valere ad 30. animos alliciendos ſecundùm ſe probatum eſt. Conſonat Ariſtoteles *lib. 8. de natura animalium, cap. 24.* dicens pocula amatoria non prodeſſe ad inducendum amorem, eſſéque figmenta mulierculárum. Firmat conſtitutio illa Siciliæ, incipit, *pocula amatoria*, vbi decidit tanquam friuolum, & fabuloſum poſſe philtra amorem generare.

Quin imò ſunt qui putent, & fortè veriùs experientia duce philtra de ſe potiùs idonea ad furorem, quàm ad amorem inducendum: & plerúmque interitum contingere per hauſtum philtri: cuius rei meminit Plinius *lib. 25. cap. 13. ad finem,* vbi refert Lucium Lucullum Imperatorem clariſſimum amatorio poculo à Calliſthene propinato primùm aduerſa valitudine mentis interceptum, deinde interemptum. Confert Caius Caligula ab vxore potionatus, Cæſonea, amatorio quidem medicamento in furorem tandem redactus, vt Ioſephus ſcribit *in lib. antiquitatum vndeuigeſimo,* & Sueton. Tranquil. *in eius vita.* Vides quanto ſupplicio digni ſint, qui philtris vtuntur, quanta mala inde oriantur, quandoquidem philtris potionati inſtar piſcium medicamentis ineſcatorum, quanto faciliùs capiuntur, tanto

breuiùs

breuiùs veneno corrupti, vel attoniti, ac dementes vitam agunt, vel in furorem rapiuntur. Plutarchus ita in admonitionibus connubialibus. Neque hoc latuit Ouidium *lib.2.de arte amandi*, cùm dixit:

*Nec data profuerint pallentia philtra puellis,*
*Philtra nocent animus, vimque furoris habent.*

In his ergo, & ſimilibus opus eſt aduertant iudices æquiſſimi, an fortè miſceantur in poculis amatoriis res ſacramentales, aut aliter ſacræ, reliquiæ Sanctorum, corporalia, & alia id generis, & multò magis ſi admiſceantur ſacramenta, hoc eſt corpus Chriſti Domini ſacratiſſimum, aut ſanguis ſanctiſſimus; tunc enim miſcentes fiunt ſuſpecti de hæreſi. Sic Alphonſus de Caſtro *de iuſta hæreticorum punitione, cap.15.verſus finem*. Idcircò debent miſcentes interrogari à cenſoribus fidei diligenter, quid de his cenſeant, ac ſentiant: qui ſi dixerint hæc pocula poſſe flectere liberum arbitrium, ac cogere voluntatem humanam, exiſtimandi ſunt verè hæretici, niſi ex ignorantia iuſta, vel aliter ab hoc crimine excuſentur.

31. Pœna autem maleficorum conſtat ex *cap.22. Exodi*, ibi, *maleficos non patieris viuere ſuper terram, non habitent in terra tua, ne fortè peccare te faciant*. hæc ibi, dicuntúrque malefici hoſtes humanæ ſalutis, & humani generis inimici, *l.excepta.C.de maleficis*, ibi, *& ſi homines magi in quacumque ſint parte terrarum, humani generis inimici credendi ſunt*; & infrà, *ſi verò conuictus fuerit, & ad proprium facinus detegentibus repugnauerit pernegando: ſit equuleo deditus, vngulíſque ſulcantibus latera perferat pœnas dignas proprio facinore.* De aliis pœnis agit Malleus maleficarum, *1.p.quæſt.14.fol.123*. Lex noſtra *lib.5.titul.3.* diſponit, vt omnes inuocantes ſpiritus diabolicos, ſeu qui dederint alicui perſonæ quicquã, vel ad edendum, vel ad bibendum, ad odium, vel amorem excitandum, moriantur, puniantúrque capitali pœna. Neque venefici, quamuis nobiles ſint, excuſantur à pœna vili ſecundùm legem Luſitanam, *lib.5.tit.159.§.2.ad fin.* ibi, *Feiticeira*, neque eiſdem veneficia facientibus, aut dantibus venia indulgetur, vt conſtat de regimine Senatorum Palatinorum, quod eſt in *lib.1.ordin.fol.283.§.18.* quia in veneficiis, & aliis ſimilibus delictis non habetur ratio nobilitatis. Aloyſ.Riccius *deciſ.35. in Curia Archiepiſc.Neapol.*

De iure Caſtellano imponitur etiam pœna mortis *in l.3.tit.23.p.7.& in l.1.tit.4. lib.8. ordin. & in l.6.tit.3.lib.8.collection.noua*, ibi, *ſob pena que ſiendoles probado por teſtigos, o por confeſſion de los miſmos, que les matem por ello, &c. los que les incubrieren en ſus caſas, à ſabiendas que ſò han echadas de la tierra para ſiempre.* De iure communi in *l.nemo.C.de maleficis*, ibi, *nemo aruſpicem conſulat, nemo ariolum; etenim ſupplicium capitis feret gladio vltore, proſtratus, quicumque noſtris iuſſis obſequium denegauerit.* Hæc lex; quo ſupplicio etiam ſubiiciuntur receptatores ſcientes eos de crimine deconuictos, *l. vltima, C. de pagan.* & Azeued. *in l.6.tit.3.lib.8.noua collect.n.4.*

In foro Eccleſiaſtico ſortilegi quadraginta dierum pœnitentia puniebantur, *cap.1.de ſortilegiis*, nihilominus poſtea cum pœnitentiæ ſint iniungendæ pro arbitrio prudentis confeſſarij, arbitrariæ erunt pro criminis menſura, quam con-
32. feſſarius iuſtam iudicauerit. ita Menoch. *dicto caſu 388.num.6.* Suar. *de religione, lib.2.cap.18.n.13.* In foro contentioſo iuris canonici ſortilegus, ſi eſt clericus, ſuſpenditur à diuinis, & arcetur à miniſterio altaris iuxta arbitrium iudicis penſata facinoris turpitudine. ita Grill. *tract. de ſortileg. quæſt.11.num.3.& 10.* & conſtat ex *cap.2.de ſortileg.* Farin. *in praxi, 1.tom.quæſt.20. à n.90.* Quod intellige, quando clericus abſque dolo ductus bono zelo ſortilegium commiſit. Quod ſi conſtet clericum feciſſe dolo impio, tunc deponitur perpetuò ab omni ordine ſacro, priuatúrque beneficio, & detruditur in monaſterium perpetuò, *cap. ſi quis Epiſcopus*, vbi gloſſ.*26. quæſt.5.* Quæ conſtitutio declaratur à Grillando *d.tract.de ſortileg. quæſt.14.* imò incluſio in monaſterium perpetua ad arbitrium iudicis mutari poteſt in pœnam carceris ad tempus, vt ait Bernard. *in praxi canonica, cap.100.*

Quod ſi ſortilegus ſit laicus, punitur verberibus, ſi vilis perſona ſit ignominioſè mitratus, dum cæditur verberibus. ita Salzedo *ad Bernard.Dias, cap.108.de ſortilegiis*, poſt Abbatem *in cap.1.n.2. de ſortileg.* quod ſi non ſit vilis, eſt delegandus, vel tradendus perpetuo carceri, vt probat text. *in cap. contra Idolorum, 26. quæſt.5.* quem Romanus *ſingul.667.* valdè probat. Incantatores laici, ſeu potiùs præſtigiatores ex Iul.Clar.*§.hæreſis, num final.* fuſtibus cæſi in exilium, vel ad triremes damnari ſolent, & hæ pœnæ non auferunt alias de iure communi, eo quia in criminibus mixtæ cognitionis condemnatus per iudicem Eccleſiaſticum, poteſt puniri à ſæculari iudice ex traditis à Iul. Clar. *in praxi criminal.§.vltimò, quæſt.57.num.11. & 14.* Couar. *lib.2. variar. cap.10. num.6.* & alij, quos refert, ac ſequitur Gutier. *lib. canonic. quæſtionum, quæſt.12.num.12.* Sed hæc quomodo ſint intelligenda, diximus ſuprà.

Petes an diuinatores teneantur reſtituere pretium acceptum pro diuinatione? Reſponde aſtrologos, ſeu mathematicos nihil teneri reſtituere pro diuinandis rebus naturalibus, quas ex ſua arte licitè euenturas deprehendunt, puta ſi pluuias, & tempeſtates prænuntient, ac eclypſim, ſiue poſtea hæc eueniant, ſiue non. Nauarr. *de reſtitutio. lib.2.cap.2.part.1.dub.7.in noua editione, num.161. & 162.* Si autem aſtrologus, ſeu maleficus conſultus, vt prænunciet quis furtum fecerit, & ob eam ſpem accepit pecuniam, & inſuper fuit in cauſa, vt fierent aliqui ſumptus: in hoc caſu cum ea ſciri non poſſint per aſtrologiæ, aut mathematicæ vires, tenetur reſtituere pecuniam, inſupérque expenſas, ac damna illata reſarcire. Nauarra *ſuprà. num.162.& 163.* 33.

Sed meliùs dic, pretium eſſe reſtituendum, quando maleficus, ſeu aſtrologus nullam operam, & laborem appoſuit, vt arte diabolica hoc cognoſceret; tunc enim pecunia debet danti reſtitui, ſiue effectus ſequeretur, ſiue non ſequeretur. Quia pecunia oblata, & accepta fuit à mago propter laborem ab eo impendendum in gratiam conſulentis. Vnde non placet deciſio capitis, *qui habetis, 14. quæſt.5.* vbi Gratianus vult pecuniam pauperibus eſſe diſtribuendam, non verò danti, quod puto verum, quando in foro externo per ſententiam pauperibus pecunia fuerit adiudicata; at verò ante ſententiam danti debet reddi, argumento medici prorſus ignari, qui nihil, aut inutilia medicamenta ægro adhibuit, tenetur acceptam pecuniam reſtituere, etiamſi ægrotus caſu, vel miraculosè, è morbo euaſiſſet.

Cæterùm ſi magus, ſeu maleficus conſultus dedit operam, vt arte Dæmonis furtum ſciretur

vbi

vbi eſſet, & res habuit optatum exitum, poteſt pretium retineri, nec eſt reddendum danti; Imò etiam ſi res non eueniat, vt conſulens cupiebat, non eſt reſtituendum acceptum, nec expenſæ, ac damna conſulenti, vt putat Salas 1. 2. *quæſt.9. art.1. tract.5. diſp.2. ſect.8. num.79. in fine*, quod non puto verum, niſi quando maleficus, ſeu magus nihil omnino fecit, vel quando conſultus diabolicæ ſcientiæ erat prorſus inſcius. Quia tunc tenetur damna, & expenſas reſtituere propter deceptionem, aut propter quod nullam operam, & induſtriam appoſuit.

34 Quæſtionis eſt, an propter aliquem bonum finem liceat maleficum conſulere? Pars affirmans probatur ex *l. eorum, 4. C. de maleficiis*, & ex *l. Caſtella, 3. tit. 23. part. 3.* & docet Azened. *in ſumma, tit. de maleficiis*, excuſari exercentes maleficia ob bonum finem, videlicet, ne fructus terræ frigore, vi ventorum, ac grandine conterantur, & pereant; quod etiam alij relati à Martino Delrio *diſquiſit. magicar. lib.6. c.2. ſect.6. quæſt.2. in princ. litera E*, docent licere remedia petere, ad curandos morbos à maleficis, eóſque ea de cauſa adire, ac conſulere, & ad repellendas tempeſtates; & ſimilia.

Pars tamen negans eſt vera, certa, & omnino ſequenda, ex illo vulgari proloquio, *Non ſunt facienda mala, vt veniant bona*, ad Roman. 3. *verſ.8.* Neque enim licitum eſt, vti magicis artibus, vel aliis quibuſcumque ſuperſtitionibus à Deo, & Eccleſia prohibitis, pro quocumque bono fine. Eſt enim intrinſecè malum, Dæmonis auxilium per veneficia implorare. Probatur ex D. Auguſt. *in cap. qui ſine ſaluatore, 26. quæſt.2.* Cuius hæc ſunt verba, ibi, *Omnis curatio, quæ a diuinis, vel magis, vel ab ipſis dæmoniis in idolorum cultura expetitur, mors potius eſt, quàm vita, & qui ea ſectantur, ſi ſe non correxerint, ad æternam perditionem tendunt.*

Idem refertur ex D. Auguſt. *in cap. admoneant, & in cap. non obſeruetis, 26. quæſt.7. & cap. illos 26 quæſt.2.* ob quam rationem iure optimo hoc loco placet inſerere determinationem quandam circa hanc quæſtionem, factam per Almam facultatem Theologicam Pariſienſ. anno Domini 1398. cuius meminit Directorium Inquiſitorum, *part.3. quæſt.42. fol.869. & 370. art.5. & 7.* vbi decisum fuit, aſſerere licitum eſſe, vti magicis artibus & aliis quibuſcumque ſuperſtitionibus ad bonum finem, & cum aliquo diſpenſare poſſe in quocumque caſu, vt talibus licitè vtatur, eſſe erroneum, cum id ſit intrinſecè malum, ex præcepto à Deo Iſraëlitis impoſito Leuitici 19. *Non*, inquit, *declinetis ad magos, neque ab ariolis aliquid ſciſcitemini*, & cap. 20. ibi: *Anima quæ declinauerit ad ariolos, & magos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam.* & Deuteron. 18. verſ. 18. ibi. *Nec inueniatur in te qui luſtret filium ſuum, aut filiam ducens per ignem, aut qui ariolos ſciſcitetur, & obſeruet ſomnia, atque auguria.* Ex quibus patet graue ſatis eſſe peccatum mala facere ob bonum finem, vt multis probat Delrius *ſuprà, d. quæſt.2. fol.937. col.1. & 2.* & Sanchez *de matrim. lib.7. diſp.95. n.1. & lib.2. in præcept. cap.41. num.3.* Suar. *tom.1. de relig. lib.2. cap.24. num.14.*

Ad *l. eorum, 4. C. de maleficiis, & ad l. Caſtella*, dic exercentes maleficia, ne fructus terræ vi ventorum pereant, quamuis in foro ciuili careant pœna, in foro tamen conſcientiæ non excuſari à culpa cùm ſit omnino illicitum. Sic Bartol. *in d. l. eorum, num. vnic.* & ibi Salicet. Gregor. Lopez *in d. l. 3. tit. 23. part. 7. in verbo, Razon*, & de iure canonico diximus iſtas malitias, nec ad finem bonum eſſe patibiles *cap. ex tuarum, & c. fin. de ſortileg.* licebit ergo per preces ſacrorum verborum procurare, ne fructus temporales vi tempeſtatum, aut locuſtarum abſumantur, dummodo habeatur ratio ad ſacra, & ad virtutem diuinam. Sic Alberic. *in d. l. eorum*, & Bald. *l. fin. in princip. col.1. C. communia de legat.* non autem ad maleficia facta etiam ad bonum finem. Quia tunc id contineret errorem impatibilem, reſte eodem Sanch. *d. c.41. num.3. ad finem.*

Imò qui hoc eſſe licitum affirmaret, iudicio Inquiſitorum maneret obnoxius, quamuis enim Academiæ Pariſienſis, Bononienſis, & Salmanticenſis, non habeant facultatem iudicandi certò, & infallibiliter de fide Catholica, ita vt eorum deciſionibus, ac diffinitionibus omnino ſtandum ſit, ac prorſus omnibus parendum, & quamuis non iudicanda ſit, & habenda pro hæretica, aliqua propoſitio, quæ directè, & ex diametro deciſioni alicuius inſignis Vniuerſitatis ſe opponit, attamen ſuſpectus de hæreſi haberi poteſt qui ſe oppoſuerit reſolutioni circa materiam de fide alicuius inſignis Academiæ. ita Alphonſ. à Caſtro *lib.1. cap.5. de iuſta hæreticor. punitione.*

Porrò ſas eſſe petere à malefico parato, vt maleficium maleficio tollat, cenſet Petr. Aureolus *in 4. ſent. d.34. quæſt.2.* & Angel. *verbo, ſuperſtitio, §.13.* ex eo fundamento, quia qui petit, nullo modo inducit maleficum ad peccatum, ſed ad ſanitatem, puta conſequendam, vtitur illius peccato, ſicut qui petit ab infideli parato ad iurandum per Idola vt iuret in cauſa petentis, non peccat, nec qui à parato fœnerari iſt accipit ſub vſuris. Nec denique à parato ſacerdote in mortali conſtituto conferre ſacramenta, petere. Hæc tamen ſententia Aureoli, & Angeli eſt erronea, & cauſa multorum peccatorum. Nec licet vllo modo, neque à parato, neque ab imparato petere, vt maleficium maleficio auferat. Nec fas eſt peccato alterius conſenſum dare. Nam quamuis paratus ſit peccare, non tamen hîc, & nunc peccaret niſi inductus. Item, quia ſicut nemo licitè poteſt facere actum de ſe malum intrinſecè, ſic etiam nec ad illum faciendum poteſt induci, vel excitari, qui enim inducit, cooperatur peccato inducti: dum paratus ſic inductus actu complet actum petitum, & ideo vterque irretitus, petit. Eodem etiam modo, quo meretrix parata ad omnem horam non excuſatur à peccato illo, quod ad inſtantiam partis commiſit, nec Titius cum hîc, & nunc fuit cauſa, vt ipſa in particulari peccaret peccatum ab eo inducta. 35

Idcircò pro regula certiſſima ſit, nullo modo licitum eſſe etiam pro bono communi petere à parato malefico, vt maleficiis maleficia ſoluat. Sic, ex Theologis, Dux eorum D. Thom. *in 4. diſt.34. quæſt.1. art.3.* Bonauent. *in 2. diſt.7. art.2. quæſt.1.* Albert. Magn. *in 4. diſt.34. art.9.* & ibi Sotus *quæſt. vnic. art.3. col.5. verſ. Eſt tamen citra dubium*, & Maior *in 4. diſt.34. quæſt.2.* Caietan. *tom.2. opuſc.12. de malefic. & in ſumma, verbo, maleficium.* Tolet. *in ſumma, lib.4. cap.16.* Alphonſ. à Caſtro *lib.1. de iuſt. hæreticor. punition. cap.15.* Abulenſ. *cap.19. Matth. quæſt.90.* Bañes *2.2. quæſt.78. art.4. dub.2. in ſolutione ad 4.* Ludou. Lopez *2. p. inſtruct.* vbi *de matrim. cap.52. col.2. verſ. præterea quæritur.* Henriquez *lib. 5. de pænitent. cap.6. ad fin. & lib. de matrim.*

*matrim. cap.8. fine*, Sanchez *de matrim. lib.7. & diſput. 95. num.7.* cum multis, *& dicto lib.2. in præcepta, cap.41. num...* & Martin. Delrio *magicar. diſquiſit. lib... cap. 2. ſect. 1. quæſt. 2. fol.938. col.2. littera* C, & Sayr. *in claui regia, lib.4.cap.6. num. 26. & 27.* & ex Canoniſtis Turrectemata *cap. 33. quæſt.1. art. 3. num.3.* Couarr. *in cap. quamuis pactum, 1. part. §.1.num. 10.* Nauarr. *in ſumma, cap.11. num.29. verſ. vndecimò.* Tabien. *verbo, impedimentum, 12. impediment. quæſt. 9. num.10.* Sylueſt. *verbo, maleficium, quæſt.8.* & ibi Armilla *num. 12.*

Ad argumenta de vſurario parato, dicendum eſt non peccare petentem ſub vſuris, ſed licitum eſſe vti alterius malo ad bonum noſtrum, quando quod petitur ab illo fœneratore parato, poteſt ab illo fieri ſine peccato, ita vt ex malitia ſua proueniat ſic fœnerari; nec enim petens cooperatur peccato illius, ſed vtitur malo fœnerantis, quando aliter mutuum non vult concedere, quod ſine peccato concedere poſſet. Idem dic de idololatra, qui poteſt per Deum verum iurare, ſi voluerit, & non per idolum ſuum: petens autem mutuum ab vſurario, & iuramentum ab idololatra, petit opus bonum, quæ duo poſſunt ſine peccato concedi. Ita Doctores ſuprà ſcripti; quibus accedit Delrius, & Sayrus *locis citatis*. Secus de petente à malefico parato, quia non petit opus, quod maleficus præſtare valeat ſine culpa mortali; nam quamuis paratus ſit, ad maleficia maleficiis ſoluenda, non tamen hoc particulare maleficium feciſſet, niſi illud à petente fuiſſet tunc petitum in particulari.

36 Hinc fit, vt iudices nullo modo excuſentur à peccato, quando propter aliquem bonum finem, vel ob curioſitatem dant operam, vt magi, aut malefici faciant aliquam maleficij ſpeciem in eorum conſpectu; Sanchez *lib. 2. in præcepta, cap.41. num. 4.* quia eſt hoc intrinſece malum.

37. Neque etiam licet petere à malefico, vt deſtruat modo licito maleficium, quando petenti conſtat modum licitum malefico penitus eſſe ignotum, quia parum, aut nihil refert modum eſſe licitum, quia reſpectu huius malefici eſt modus impoſſibilis, cum ſit illi incognitus: atque ita qui hoc modo petit, vt maleficium deſtruatur, licitè ſaltem virtualiter petit vt maleficio ad hoc ſoluendum vtatur. Ita Suarius *lib. 3. de iuramento, cap. 13. numero 5.* vbi id expreſsè docet, ac probat exemplo idololatræ, à quo petitur iuramentum in aliquo negotio, atque non poſſe peti ab eo, ſi ipſe omnino ignorat eſſe verum Deum & modum iurandi per ipſum, non poteſt idololatra debito modo iurare, neque qui petit, vt iuret, poteſt petere licitè, ſic in noſtro caſu ſequitur Sanchez *in dicto cap.41. num.6.* addit tamen Suarius, quia impoſſibile eſt gentilem illum non fuiſſe aſſecutum ſaltem famam alterius Dei, quem colit fidelis, cum quo contrahit, id ſufficere, vt excuſetur fidelis ab infideli petendo iuramentum. Secus in noſtro caſu, quando modus licitus ſoluendi maleficium eſt prorſus incognitus à malefico, à quo petitur vt deſtruatur. Ideo petens non excuſatur à culpa mortali, quando certus eſt de malefici ignorantia.

Quinimò etiam peccat, quando dubitat, an maleficus nouerit medium licitum, quo poſſit ſoluere maleficium, quia præſumitur contra maleficium non tenere communiter, niſi ſuperſtitioſa media, vel ſaltem ex ea præſumptione debet petens inquirere de malefico, quæ media, ſeu remedia habeat ad maleficium tollendum, quia ſi repugnet explicare, præſumptio eſt vehemens, quòd neſciat medium licitum, & perſiſtente dubio nefas eſt ſolutionem à maleficis petere. Ita Martin. Delrio *lib. 6. diſquiſition. magicar. cap. 1. ſection. 1. quæſtione 2. pag. penult.* Suar. *tom. 1. de Relig. lib 2. de ſuperſtitio. cap. 18. num. 68. ad fin.* Leſſius *de iuſtit. lib. 2. cap 44. dub. 6. num. 46.*

Cæterum maleficum poſſe cogi à iudice ad ſignum diſſoluendum, vel contrarium apponendum, tradit Remigius *l.3. de Monol. cap 3.* ſubdens ad id verberibus poſſe adigi, quia talis coactio dæmoni eſt iniurioſa nimis, & eſt expers omnis pacti ex conſequentia licita; ſed oppoſitum eſt tenendum, cùm illa coactio cedat in offenſam, ac iniuriam Dei, quia cogit alium peccare, & honorat dæmonem cogendo maleficum dæmonis auxilium implorare, nec maleficus hoc poteſt peragere niſi virtute pacti cum dæmone celebrati. Vnde coactio non eſt pacti expers, ſed ex vi illius coactus ſoluere maleficium diabolo honorem tribuit. Hinc fit vt nullatenus fas ſit iudici cogere maleficum tollere maleficium benedictione quadam: nam hæc benedictio malefici eſt formula quædam, qua dæmon ex pacto pollicitus eſt ſe à vexando hominem abſtenturum. Sic Delrius *d. quæſt. 2. col 3 ad fin.* Sanch. *d. quæſt. 95. num. 9. & 10. & in præcepta Decalogi, lib. 2. capit. 41. num. 9.* & Suar. *tom 1. de religione, lib 2. de ſuperſtitio. cap* 18. *num. 7.* Ideo tam maleficus deſtruendo maleficium, quàm cogens peccant mortaliter, cùm hoc ſit intrinſecè malum, & de hoc poteſt iudex tam laicus, quàm Eccleſiaſticus cognoſcere cùm ſit cooperari peccato ipſius malefici, de quo ſecundùm legem noſtram *lib. 2. titul. 9. in principio*, vterque iudex inquirere, ac cognoſcere poteſt, ſi hoc ſit publicum. 38.

Secus tamen procedere puto, quando magus poteſt tollere maleficium ſine maleficio, ſed modo aliquo licito ſine ope, & opera dæmonis, in hoc caſu licèt illum minis, ac leuibus verberibus cogere, vt maleficium tollat, ſi credas, probabiliter illum ſine maleficio, ſed modo licito id facere poſſe. Idem dic quandocumque non es moraliter certus quod vtatur modo illicito, quia vteris iure tuo, inducendo maleficum ad id quod facere debet, quodque ſine peccato poteſt, nec per hoc conſentis pacto inito cum dæmone à mago; & hoc modo hæc reſolutio eſt communis, eámque docet Caietan. *in ſumma, verbo, maleficium, & in opuſculo 12. tom. 2.* Gabriel *in 2. diſt. 28. art. 4. dub. 2.* & alij quibus accedit Delrius *dicto lib. 5. cap. 2. ſect. 1. quæſt. 2. verſic. dico igitur quintò, folio 941. pagina 2.* Nec per iſtam coactionem inferunt læſi iniuriam mago, ſed illatam repellunt, monet tamen *dicto opuſculo 12.* vt fiat proteſtatio ab eo; qui petit, vel cogit, vt fiat modo licito deſtructio maleficij, ſe nihil per hoc velle habere cum diabolo; Delrius tamen *ſuprà folio 942.* ait, hanc proteſtationem fortè non eſſe neceſſariam, quando petitur ab eo malefico,

qui nocuit, ſed ab eo qui maleficium non intulit.

Quæ autem media ſint licita ad tollendum maleficium, cognoſces ex hoc areſto. Quando media ſunt auctoritate Eccleſiæ inſtituta, aut probata, ſicut ſunt exorciſmi, opera pœnitentiæ, Sacramentorum frequentia, & receptio, cum aliis, quæ de ſe tendunt ad Deum placandum, & inclinandum, vt nobis miſericorditer, ac benignè ſuccurrat, ne dæmones nobis inſultent, ac inſidientur, licita ſunt, ac valdè proficua ad hunc finem comparandum. Quod ſi quod efficitur ad maleficium tollendum, vel ad bonum aliquod aſſequendum, aut malum vitandum, nullam habet virtutem naturalem, vanum remedium, ac medium eſt, & ſuperſtitioſum. Quare qualis effectus, ſiue bonus, ſiue malus proueniat ex huiuſmodi maleficio; dæmonis induſtriæ, ac vitio tribuatur, ac occultæ operationi, ac vitio vertatur. Nam ea media ſunt omnino vana, ac ſuperſtitioſa, quæ ad finem conſequendum non valent, nec in illum influunt de ſe; cùm ergo non adhibeantur vt ſigna diuina, cùm non ſint ſacramenta, nec res ſacramentales, nec vim habeant ad illum effectum, nec vis manifeſta eiſdem naturaliter inſit, cenſenda ſunt ſigna vana pacti initi cum dæmone, quibus dæmon delectatur, Deus autem minimè. Sic D. Auguſtin. *lib.* 21. *de Ciuit. Dei*, quem ſequitur D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 96. *art.* 1.

Idem eſto iudicium, quando res quæ fiunt, habent aliquam vim ad illum effectum producendum, ſed ex parte malefici admiſcentur ſimul conditiones vanæ, tanquam neceſſariæ *ſine quibus non*, nihil tamen ad rem conducentes, in quo euentu effectus ſequutus dæmoni tribuitur, teſte Caietan. *in ſumma, verbo, incantatio per totum*, vbi vult dignoſci ex conditionibus ſuperſtitioſis admixtis rebus ſacris veluti neceſſariis ad tacitam dæmonis inuocationem, & Nauarrus *in ſumma, cap.* 11. *num.* 25. veluti ſi quis iubeatur ſecum ducere verba quædam ſacra, ſcripta tamen in membrana hædina, aut pelle ouina; aut ſi præcipiatur dicere *Pater noſter*, & *Aue*, alta voce, vel ad aures ægroti. Quin addit Delrius *in dicto lib.* 6. *magicarum diſquiſit. cap.* 2. *ſect.* 1. *quæſt.* 1. *fol.* 938. *col.* 2. reſtringere rem ad certum numerum Miſſarum permixtis aliquibus vanis conditionibus nihil ad rem conferentibus, non carere ſuperſtitione aliqua, quia media illa adiuncta tanquam neceſſariò permiſcenda, ac ſimul, vel coniunctim, vel ſeparatim facienda, ſunt vana.

39\. Ambigi tamen poteſt, an quando ſcio maleficium poſſe deſtrui licitè, & illicitè à malefico, poſſim petere, vt maleficium cum effectu tollat? Reſpondeo primò ab eo malefico qui non fuit auctor maleficij illius, rariſſimè poſſe petere remedium maleficio, niſi edoctus ſit de loco, ac modo ipſius maleficij, vel ab ipſo auctore, vel ab aliquo alio, eo quòd ipſe cùm non fuerit auctor, nullo modo poterit tollere maleficium, niſi conſulto hac de re dæmone priùs, & intercedente noua dæmonis cooperatione. Delrius *dicto lib.* 5. *cap.* 2. *ſect.* 1. *quæſt.* 1. *verſ. dico quartò, ad finem.*

Reſpondeo ſecundò, quando magus habet media quædam licita, & illicita alia, licitum eſſe ab eo indiſtinctè petere, vt tollat maleficium, quamuis conſtet ipſi petenti magum medio illicito illud eſſe deſtructurum, nec in hoc petentem vt tollatur maleficium, peccare; ſicut non peccat petens mutuum à fæneratore, nec iuramentum ab infideli, quando petens eget: neque tenetur exponere huic aut illi, vt modo licito id præſtent, quamuis ſciat hunc ſub vſuris, & non aliter mutuaturum, & illum per falſos Deos iuraturum. Sic in noſtro caſu eo quòd magus non poteſt licitè tollere maleficium, & culpa ſua vtitur medio illicito. Neque in hoc cernitur cooperatio aliqua peccato malefici ex parte petentis, ſed vſus dumtaxat peccati illius, vt ſibi conſulat. Hæc reſponſio eſt contra Henriquez *lib.* 2. *de matrimon. cap.* 8. *numero* 2. *&* 3. *in fine.* Ledeſma, quos referens ſequitur Delrius *dicto quæſtion.* 2. *verſ. dico quartò, col.* 2. *folio* 941. dicentes ſi petenti moraliter conſtet maleficium, & ſi poſſit tolli ſine maleficio, non tamen auferendum, niſi cum maleficio, certum eſſe non eſſe licitum petere, vt tollatur; nihilominus placet mihi poſſe peti à malefico, abſolutè, vt tollat, quia hic, qui eſt auctor maleficij, curare poteſt ſine maleficio alio, & ſine noua cooperatione dæmonis, & ſua culpa vtitur medio illicito, ita Suar. *de religione, tom.* 1. *lib.* 2. *de ſuperſtitione, cap.* 18. *numero* 9. Leſſius *lib.* 2. *de iuſtitia, cap.* 44. *dub.* 6. *numero* 46. & Sanchez *dicto lib.* 7. *diſputat.* 95. *num.* 12. *& in præcept. lib.* 2. *cap.* 41. *num.* 13. vbi eos referens ſequitur.

Imò ſi magus nollet maleficium auferre modo licito ſibi cognito, poteſt acceptari, vt alio maleficio tollatur, ſicut petens mutuum ſecundùm communem ſententiam, poteſt acceptare mutuum ſub expreſſa conditione ſoluendi vſuras, quando aliter mutuum concedere non vult fænerator, Sanchez *dicto cap.* 41. *num.* 14. quia non eſt cooperari peccato alterius, ſed vti illo ad ſibi in eo articulo neceſſitatis poſito medendum: & ſicut nec ſub ea conditione ſoluendi vſuras acceptans mutuum approbat vſuras, ſed inuitus permittit; ſic etiam quando maleficus, qui poteſt ſoluere modo licito, illicito ſoluit modo, petenti cognito acceptanti ita fieri, vrgente neceſſitate, non eſt mens, nec intentio illius approbare conditionem, ſed illam permittere, quando aliud non poteſt conſequi. Nec in hoc repugnat Suar. *tom.* 2. *de religione, lib.* 3. *de iuramento, cap.* 9. *num.* 11. dum ait apparere in caſu malefici exteriùs quandam probationem poſterioris maleficij contrariam externæ profeſſioni fidei, quæ approbatio videtur includi in modo petendi, ſibique perſuadens maleficium non aliter, niſi maleficio à mago ſoluendum fore, quia hoc non eſt approbare poſterius maleficium, nec conſentire, nec cooperari facto malefici, ſed permittere, non quia placeat, ſed quia aliter nequeat obtineri. Sic Suar. ibi addens ad finem non eſſe æquiparandos caſus mutui iuramenti, ac maleficij ſoluendi regulariter ratione ſcandali, ne detur nimia licentia in materia ſpectante ad debitum modum colendi Deum. Non tamen negat in omnibus eandem rationem militare, vrgentéque neceſſitate licere in ſenſu permiſſiuo, vel oſtenſiuo prompti animi, non quia placeat, ſed quia aliter non poſſit obtineri. Sic Suarius, & Sanchez *vbi proxime.*

Hinc deduci poteſt ſi ſcias maleficium factum conſiſtere in aliquibus ligaturis, licitum eſſe maleficum adire, rogaréque vt ligaturas tollat, pecunia etiam data, ſi aliter noluerit; aut vt eas defoſſas eruat, aut occultè ſuſpenſas, vel in loco humido conſeruatas, comburat, aut inde amoueat, quia in hoc nulla interuenit operatio dæmonis, ſed actio intercedit humana, quam quilibet, qui cognouerit vbi ſint ligaturæ conſepultæ, vel ſuſpenſæ, poterit licitè peragere. Imò eſt actus licitus, ac meritorius erga proximum, cui hæc nocent, deſtruere maleficium factum. ita Nauar. *in manuali*, *cap.* 11. *num.* 29. Philiarch. *de officio ſacerdot. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 11. *in fin.* Syluester *verbo, maleficium, quæſt.* 8. *verſic. his præmiſſis.* Caietan. *in ſumma, verbo, maleficium, in fin.* Tolet. *lib.* 4. *cap.* 16. & alij quibus hæret Sayrus *in claui*, *lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 27. *ad finem*, & Sanchez *lib.* 7. *de matrim. diſput.* 96. *num.* 3. qui contrariis ſatisfacit *num.* 6. Suar. *de religione, tom.* 1. *lib.* 2. *de ſuperſtitione*, *cap.* 17. *à num.* 9. & Leſſius *lib.* 2. *de iuſtitia*, *cap.* 44. *dub.* 6. *à num.* 36. *vſque ad num.* 44. vbi omnes concordant licitum eſſe deſtruere ſignum, quo poſito dæmon nocet. Nam per hoc deſtruitur pactum initum cum dæmone.

Iam verò maleficus ipſe tenetur de iuſtitia deſtruere ſigna, cùm teneatur ad damna illata reficienda, tanquam cauſa ſolicitans dæmonem, quamuis dæmon damnum irrogauerit, Suar. *dicto cap.* 17. *num.* 13. *& cap.* 14. *n.* 12. Idem dicitur de miniſtro iuſtitiæ, ſi poteſt commodè deſtruere, & compellere maleficum ad deſtruendum; imò de iuſtitia tenetur compellere, cum ex officio teneatur impedire, ne damna inferantur, & damna illata compenſentur. Suar. *dicto lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 7. Quilibet autem lege charitatis ſi commodè potuerit, tenebitur efficere; vt diſſoluantur ſigna. Suar. *dicto cap.* 17. *num.* 13.

40. Quale autem ſit peccatum maleficia facere, aut maleficiis vti, conſtat ex verbis Cypriani *lib. de duplici martyrio*, per hæc verba ibi: *Qui magicis artibus vtuntur* (*à quo malo nos Dominus miſericorditer liberauit, ſicut à cæteris omnibus, quibus iuxta veterem hominem quondam ambulantes tenebamur*) *tacitè Chriſtum abnegant, dum cum dæmonibus habent fœdus.* & D. Auguſtin. *de ciuitate Dei*, *lib.* 18. *cap.* 19. ait magicas artes, maleficia peſtifera; & ſcelerata, & humano generi pernicioſa. Nam veneficia facientes, vel exercentes, poſitiuè auxilium dæmonis inuocant, opémque illius, & illi cultum, atque honorem deferunt virtute pacti antecedentis cum illo celebrati. Ideo eſt grauiſſimum peccatum contra primum præceptum Decalogi & contra virtutem religionis dicitur maleficus proditor. D. Thom. *in* 4. *diſt.* 34. *art.* 3. *ad* Nauar. *in ſumma Latina*, *cap.* 11. *num.* 11. *& num.* 29 Couar. *in cap. quamuis pactum*, 1. *part.* §. *num.* 10. quia honor Deo debitus dæmoni Dei hoſti tribuitur. Suar. *tom.* 1. *de religione*, *lib.* 2. *de ſuperſtit. cap.* 18. *num.* 3.

In aliquibus tamen diœceſibus, vt in hac Bracharenſi, maleficia, ſeu veneficia facere, aut illis vti, eſt caſus reſeruatus Ordinario, habens annexam excommunicationem. Patet ex *tit.* 3. *conſtitut. conſtit.* 6. vbi dicitur fol. 9. *feiticeiros, ou feiticeiras* eſſe caſum reſeruatum, *& tit.* 28. *conſtit.* 1. incipit, *defendemos*, fol. 72. ibi, *nem inuoque ſpiritos diabolicos, nem vſe de nenhuam ſpecie de feiticeira de qualquer ſorte, & maneira que ſeia. Et o que o contrario fizer pomos em elle ſentença de excomunham mayor*, hoc eſt, nemo inuocet ſpiritus diabolicos, nec vtatur aliqua maleficiorum ſpecie; quod ſi inuocet ſpiritus diabolicos, aut vtatur aliquo medio, ſpeciéve maleficij alicuius, ſit eo ipſo excommunicatus excommunicatione latæ ſententiæ.

Idem dicendum eſt de incantationibus, quia, quamuis fiant variis modis, teſte Caiet. *in ſumma, in verbo, incantatio*, omnis incantatio in genere ſuo peccatum eſt mortale, quia ſemper in ea eſt dæmonis tacita, vel expreſſa inuocatio ex aliqua ſuperſtitione adinuenta ad aliquem dæmonis cultum, & honorem, niſi excuſetur ob ignorantiam, quæ ſolùm poterit habere locum in idiotis, quandiu non monentur, quando incantatio, ſeu inuocatio fuerit tacita, niſi ignorantia fuerit affectata, aut nimis craſſa. ita Caiet. 2. 2. *quæſt.* 95. *verſ. ad euidentiam huius*, Sayr. *in claui regia*, *lib.* 4. *cap.* 5. *num. vlt.* Leonard. *lib.* 2. *de iuſtit. cap.* 43. *dub.* 10. *num.* 64. quia tunc non excuſantur, quia patens eſt malitia illius; ſecus quando ignorantia non eſt nimis craſſa, nec affectata, tunc poſt monitionem ceſſat bona fides, quia patet malitia illius. Sic Armil. *verbo, incantatio, num.* 1. & præmiſſa monitione, ſi non deſiſtat, incurrit in reſeruatum, & in excommunicationem latæ ſententiæ ex conſtitutionibus Bracharenſibus, quia Iam non excuſatur à mortali ratione ignorantiæ, vt de diuinatione, in qua eſt ſolum pactum tacitum cum dæmone, eſſe ex genere ſuo mortale, nec excuſari ex paruitate materiæ tradunt Valent. 2. 2. *diſp.* 6. *quæſt.* 12. *punct.* 4. & Delriua *lib.* 4. *diſquiſit. magicar. cap.* 2. *quæſt.* 4. & multo fortiùs, & apertiùs incurritur reſeruatio, & excommunicatio, quando incantatio eſt expreſſa, & pactum expreſſum.

Sed petes ex quibus poſſit cognoſci inuocationem dæmonis interfuiſſe? Reſpondet Armill. *verbo, incantatio, num.* 2. dæmonis inuocationem dignoſci ex aliqua conditione vana adiuncta, tanquam neceſſaria, vt cum dicitur quòd oportet talia verba eſſe ſcripta in pelle caprina, vel hædina, vel manu ſiniſtra, vel à viro coniugato, vel à puella virgine exarata, & huiuſmodi. Idem, quando ſcribuntur characteres non ſignificatiui, quos dæmon intelligit, vel nomina omnino incognita, aut quando ad prolationem alicuius verbi ſancti mouetur annulus, quia Deus non operatur ad huiuſmodi vana. Sunt enim hæc omnia ſuperſtitioſa, ſub quibus latet pactum, ſaltem tacitum cum dæmone, & inuocatio illius. Expreſſum autem dabitur, ſicut ea incantatio expreſſa cum hoc modo fit cum dæmone: *Inuocabis me, & facies mihi cultum, & ego adero tibi, & fauebo ad bonum, vel ad malum euentum, & indicabo tibi, quod à me quæſieris, ac reuelabo occulta*; & hoc ſine dubio eſt peccatum reſeruatum ſub nomine veneficij, ac maleficij reſeruati comprehenſum, annexam habens excommunicationem, ex dictis conſtitutionibus Bracharenſibus citatis.

Attento tamen iure communi, dubium eſt an lata ſit excommunicatio aduerſùs incantatores, veneficos, & diuinatores, & alios quoſcumque dæmones inuocantes, & adorantes, aut eos alligantes in pyxide ſeu annulo? Pars affirmans probatur ex *cap. ſi quis*, 26. *quæſt.* 5. vbi ex decretis Gregorij III. dicitur, *ſi quis Ariolos, Aruſpices*, 41.

*vel incantatores obſeruauerit, aut phylacteriis eorum vſus fuerit, anathema ſit*. Conſentit cap. *aliquanti, 26. quaeſt. 1.* quod ait ſic: *Ab Eccleſia habeatur extraneus*, & idem innuitur *in cap. Sortes, d. 26. quaeſt. 5.* vbi Leo IV. prohibet ſortes diuinatorias ſub anathematis interdicto; & propter hæc capita, Martin. Delrius *lib. 4. diſquiſition. magicar. cap. 2. quaeſt. 7. ſect. 4.* putat hanc partem eſſe vetam; & Suar. *tom. 1. de religione, lib. 3. de ſuperſtitione, cap. 19. num. 5.* credit non eſſe improbabilem, quia hæc verba *anathema ſit*, aut *excommunicatus ſit*, continent ſententiam latam, & non ferendam, quod Felin. *in cap. Rodulphus, num. 33. de reſcriptis* ſentit; de verbo *anathema ſit*, Gloſſ. *in l. amiſſione, §. qui deficiunt, in verbo, relegati, in fin. ff. de capit. minut. & in cap. ſi quis ex clericis*, & ibi etiam Innocent. & clariùs Imol. *extra. de vita & honeſt. cler.* Bald. *in l. 1. col. 1.* ibi, *infamis*, & ibi Decius *col. 3. num. 5. C. de ſecund. nupt.* Idem Bald. *in l. ſi qua mulier*, per illum textum in verbo, *ſit infamis, C. ad ſen. Tertull.* verbo, *excommunicatus*, quòd importet latam ſententiam tradit ex vi propria, ac natura *in cap. 2. de fore compet.* Panorm. & Imol. & Felin. *in d. cap. Rodulph. verſ. ſit excommunicatus, de reſcript.* niſi ex ſubiecta materia, aut ex aliis iuribus appareat eſſe ſententiæ ferendæ verbum illud, ex quibus hæc ſententia fit probabilis.

Sed verius eſt non eſſe excommunicationem iſtam per verba *anathema ſit*, aut *excommunicatus ſit*, latæ, ſed ferendæ ſententiæ. Nam quamuis dicat, *ſit anathema, ſit excommunicatus*, debet intelligi per ſententiam. Sic ex noſtris Sanch. *de matrim. lib. 7. diſput. 12. num. 2. & in præcepta Decalogi, lib. 2. cap. 38. num. 91.* Suar. *d. tom. 1. de religion. lib. 2. de ſuperſtitio. cap. 19. num. 4.* Leſſius *lib. 2. de iuſtit. cap. 43. de ſuperſtition. dub. 5. num. 29. fol. 636. col. 1.* & Azor *tom. 1. Inſtitut. moral. lib. 9. cap. 26. quaeſ. 3.* qui omnes docent hos eſſe excommunicandos per text. *in cap. 2. & 3. & cap. non oportet, 26. quaeſ. 5.* vbi declaratur verbum, *anathema ſit, & excommunicatus ſit*, non eſſe latæ, ſed ferendæ ſententiæ. Nec obſtat cap. *aliquanti.* Quia cum vtatur verbi futuri temporis, nempe *habeatur*, continet ſententiam ferendam. Idem tradit Nauar. *in ſumma Latina, cap. 27. n. 12.* quamuis in Hiſpana *n. eodem*, oppoſitum docuerit, ex eo fundamento, quòd verbum, *ſit*, eſt futuri temporis, aut fortaſſis eſt dubium, an ſit optatiui modi, & præſentis ſubiunctiui, & in hac perplexitate mitior pars, ac benignior eſt amplectenda; ſequitur Alenſis *2. part. quaeſt. 164. membro 5.* & Syluest. *verbo, ſuperſtition. quaeſt. vltima.*

Nec obſtat canon, *ſi quis ariolos*, quia *anathema ſit* non ſemper ſignificat excommunicationem propriè dictam, ſed denotat id, quod eſt valdè execrabile, qualis eſt ſententia ferenda, ſicut verbum, *ſit exul, ſit extorris*, idem ſonat, atque *eyciatur in exilium per ſententiam*, vel *poſt ſententiam*, argumento raptoris, qui pœna excommunicationis punitur *in cap. ſi quis virginem, 36. quaeſt. 2.* quod eſt Gregor. II. *in Synod. Roman.* ibi, *ſi quis virginem, vel viduam (niſi deſponſauerit) rapuerit, cum ſibi fauentibus anathema ſit.* vbi hoc vltimum verbum, *anathema ſit*, explicatur raptores eſſe excommunicatos per ſententiam, non verò ante illam. Bald. *cap. Etſi clerici, num. 20. de iudiciis.* Gloſſ. *cap. 2. de foro compet.* vbi dum dicitur, *ſit ſequeſtratus*, addit, *per ſententiam*, in quo ſentit ſine dubio verbum *anathema ſit* ſententiam exigere. Sicut ergo raptor per cap. *ſi quis virginem*, & per cap. *de puellis, 26. quaeſt. 2.* non obſtante verbo, *anathematiſentur*, quo vtitur, non eſt excommunicatus, ſed excommunicandus, quia illud verbum *anathematiſentur*, eſt futuri temporis, quod non ſonat latam, ſed ferendam ſententiam, vt docet Caietan. *2. 2. quaeſt. 154. art. 7. in ſolutione ad 3. dubium*, explicans verbum illud *anathema ſit*, idem ſignificare, atque *anathema fiat*, hoc eſt non importare latam ſententiam, vel ferendam. Conſentiunt Ioan. Maiol. *in 4. ſent. diſt. 29. quaeſt. 2. ad finem*, & Petr. de Ledeſma *de matrim. quaeſt. 50. art. vnic. dub. 2.* Sic in noſtro caſu verba illa, *anathema ſit, excommunicatus ſit*, deſiderant ſententiam, & patet ex traditis à Turrecrem. *in cap. 1. ad finem, diſt. 3.* vbi dicitur, *anathema ſit*, dicente contentos in illo capite eſſe excommunicatos, quia ſunt hæretici; ex qua reſolutione deducitur niſi eſſent hæretici non incurriſſe ſententiam latam, ſed ferendam. Sequitur Tiraquell. *in l. ſi vnquam, in verbo, reuertatur, num. 39. & ſeqq. C. de reuocand. donation.* vbi hoc cum multis teſtatur. Non eſt tamen negandum verbum, *anathema ſit*, poſitum in decretis Conciliorum decidentibus res, ac propoſitiones ad fidem pertinentes declarare eſſe hæreticum, qui ſentiret contra illas determinationes. Sanchez *dicto lib. 2. cap. 38. num. 91. ad medium*, ſubdens *num. 92.* quando in his criminibus eſt ſuſpicio hæreſis, ob expreſſum cum dæmone pactum, vel propter alias circumſtantias eorum cognitionem pertinere ad Inquiſitores; at verò quando abeſt hæreſis ſuſpicio, eſſe mixtæ cognitionis Eccleſiaſticæ ſcilicet, & laicæ, & dari præuentionem, vt cum aliis ſentit Iul. Clar. *§. hæreſis, num. 25.* & Suar. *de religione, lib. 2. de ſuperſtition. cap. 19. num. 11.* Faciunt tradita à doctiſſimo Valle de Moura *de incantationib. ſect. 3. cap. 5. num. 2.*

Cæterum negat Sanchez *dicto lib. 2. in Decalog. cap. 38. num. 9.* ineuntes pactum cum dæmone, vel illum ſecum alligatum ferentes, vel reſponſa ab eo petentes, eſſe ſuſpenſos, vel irregulares, ſi non concipiant hæreſim in intellectu. Idem Sanchez *dicto lib. 2. cap. 25. num. 11.* vbi expreſsè tenet non innodari peculiari irregularitate aliqua horum criminum propria. Nihilominus, quia huiuſmodi crimina inducunt hæreſis ſuſpicionem, quando ſunt notoria, inducunt irregularitatem peculiarem. Sequitur hanc partem Suarius *tom. 5. in 3. part. diſp. 43. ſection. 2. ad finem*, & Farinacius *quaeſt. 192.* De hac verò irregularitate quam contrahunt hæretici, & eorum fautores, ſeu defenſores, dixi *ſupra, diſp. 2. §. 9. à num. 251. vſque ad 259.*

Quæres an dæmones poſſint ab homine compelli ad ingrediendum, & habitandum alligati in annulis, vaſculis, aut in pyxide vitrea ad reddenda inde reſponſa? Reſponde negatiuè, cum ſint ſpiritus potentiſſimi; nec poſſunt compelli ad hoc ſignis, herbis, aut aliquibus characteribus, vt probatur ex loco Iobi *cap. 41.* dicentis ibi: *non eſt ſuper terram poteſtas, quæ comparetur ei.* Quod ſi aliquando videantur compelli ad intrandum aliquibus ſignis, aut verbis, non eſt ita, ſed dæmones fingunt compelli, vt credentes decipiant.

Dici etiam poteſt, cogi dæmones inferiores à ſuperioribus, ſeu potentioribus dæmonibus ad

intrandum

inırandum, & ad ibi habitandum alligatos, ſicut poſſunt cogi ad exeundum à corporibus humanis, non ſolùm à Deo, ſed ab Angelis, & Sanctis viris, quin etiam & à potentioribus dæmonibus. D.Thom. 3. *part.quæſt.43.art.2.ad 3. & de anim. quæſt.*, neque hæc incluſio in huiuſmodi annulis, ſeu vaſculis, fit per artem aliquam, ſed per pactum, ſeu conuentionem initam inter dæmones, & homines nefarios, per quam pacti ſunt, vt quoties homines hæc, vel illa ſigna fecerint, vel hæc, aut illa verba protulerint, dæmon accedat ad annulos, & pyxidem, ſeu vaſcula, & ex illis reſponſa reddat. ita Auguſtin. *de Ciuitate Dei, lib.21.cap.6.* & Henriquex de Aſia *ſuper Geneſim*, his verbis; *Non ergo*, inquit, *cum negromantice, vel magicè compellis, ò homo dæmonem, vt putas tenes in vinculis: hoc certum habe, quod ipſe ſimulat ſe captum vt te capiat, ſe victum, vt te vincat, ſe tuo imperio ſubditum fingit, vt te ſibi ſubdat, à te incluſum, vt te finaliter concludat: fingit ſe tua arte, vel lapidi, vel imagini alligatum, vt te funibus peccatorum alligatum ad infernum perducat.* Sic ille.

Communis tamen ſententia tradit hanc incluſionem, ſeu obligationem ad reſpondendum ex annulis, ſeu vaſculis fieri per conuentionem tacitam, vel expreſſam inter dæmones, & homines, quod fieri poſſe docet Victoria *in relection. de magica arte, num.* 3. dicénſque etiam dæmones habere inter ſe prælationem, & principatus ex nequitia eorum, ac concordia ad nocendum, vt etiam vult D.Thom.1.*p.quæſt.*109.*art.*2.*&* 3.*part. quæſt.*43. *art.*2. *ad* 3. ſubdens interdum dæmones ſuperiores poſſe cogere inferiores, & ſua naturali virtute ex loco, vbi ſunt, per operationem expellere. Victoria *ſupra*, ex D.Auguſtin. *dicto lib.*21. *cap.* 6.

Non tamen putes dæmones ita eſſe alligatos lapidi, annulo, ſeu imagini, vnde reſpondent, vt non poſſint inde exire. Exeunt enim prout volunt, nec ſemper ſunt præſentes, ſed dicuntur alligati; quia vocati à poſſeſſore lapidis, annuli, vel imaginis, ſemper veniunt, nec indigent tempore longo ad redeundum ex eo loco, vbi ſunt. Victoria *ſupra num.* 28. vbi reſpondet dæmones poſſe cogi à magis ex pacto, non vt ſemper adſint in annulis, ſeu vaſculis, ſed vt vocati redeant tempore imperceptibili à poſſeſſore annuli, ſeu vaſculi ad reſpondendum. Simanch. *de Cathol. inſtit. tit.*63. *num.*30. *&* 31. poſt Barthol. Sybillam, *lib. peregrinar. quæſtion. decadis* 3. *cap.*8. *quæſt.* 1. & Pegna *in director. Inquiſitor. part.*2. *commentar.*68, *fol.*368. *col.* 2. vbi agunt quomodo dæmones poſſint cogi ad ingrediendum, vel egrediendum ex locis vbi commorantur.

Hæreticale præterea eſt à dæmone ligato in annulo, vel vaſculo vitreo, reſponſa quærere, cum non fiat, vt dixi; niſi ea pactione cum ipſo dæmone inita, quæ ſuperſtitio eſt hæreticalis, habetur in conſtitutione Ioan. XXII. incipit, *ſuper illius ſpecula*, Campegius *in additionibus ad Zanchinum in tract. de hæretic. cap.*22. *litera*, in verbo, *Inquiſitor*, *verſ. Tertiam concluſionem.* Eymeric. *in director. Inquiſitor.part.*2. *quæſt.* 43. vbi meminit d. conſtitutionis Ioann. XXII. promulgatæ contra conficientes annulos, phialas, & pyxides ad dæmones ibi concludendos, & colligandos, vt ab illis reſponſa petant, & recipiant. Pegna *ibi in additionibus litera V. in verbo, annulum, vel ſpeculum, & verſ. ſit ſecunda, & poſtrema concluſio, fol. mihi* 368. *col.*2. *& ante num.*9. *fol.* 364. Simanch. *de Cathol. inſtitut. tit.* 63. *rubric. de ſuperſtition. num.* 29. *cum ſequentib.*

Vnde conſtat contra hos delinquentes poſſe Inquiſitores procedere, quod expreſsè tradit Sixtus V. in conſtitutione ſua in ordine 21. Sequitur Graffis *lib.*2. *deciſion.cap.*5.*num.*16. longa ſerie enumerans fabricantes, vel fabricari facientes, vel procurantes annulos, ſpeculum, imagines, phialas, ad dæmones ibi alligandos, aut addiſcentes vel docentes huiuſmodi artem, aut denique habentes libros hac de re agentes, nec illos comburentes, eſſe ipſo facto excommunicatos; & quamuis ipſi dæmones fingant ſe ab hominibus in annulo, ſeu vaſculis vitreis ligari, vt illos decipiant, falſum eſt ab homine poſſe compelli ad ibi ſtandum, cùm hominibus non ſit ea vis naturalis, Delrius *diſquiſit. magicar. lib.*2. *quæſt.*30. *ſect.*1. *poſt principium*, *& ſect.*3. *pariter in princip.* Graffis *ſupra dicto cap.*5. *num.*17. vbi concludit nullo modo poſſe dæmones ab homine cogi ad inhabitandum ea vaſcula corporea, ſed ſi contingat aliquando verbis, ſignis, aut characteribus videri illos ingredi ea loca, hoc fieri vel à Deo, vel à bonis Angelis, vel fortè à dæmonibus ſuperioribus, aut potentioribus, cùm quibus pactum eſt initum, vt inferiores includant, & alligent, vel ipſos ſponte ſua venire, ac fingere ſe non vltro, ſed inuitos coactóſque ibi morari. Ideo pro certo, ac vero dicendum eſt artem concludendi dæmones in rebus corporeis non eſſe artem, ſed fœdus tacitum, vel expreſſum, inter ipſos dæmones, & viros perditiſſimos celebratum, quo ſe dæmones obligant hominibus, vt quoties homines hæc, aut illa ſigna, vel verba facient, ipſi quamprimum aduolent ad illas res corporeas, & ex eiſdem reſponſa reddant. Auguſtin. *de Ciuitate Dei, lib.*21. *cap.*6. & alij, quibus accedit Farin. *de hæreſi, quæſt.*181.*num.*29.

Nec omitti debet, an quæſtio facti circa hæ- 42.
reſim poſſit cognoſci à iudice laico? Negat Simanch. *de Cathol. inſtit. cap.* 36. *in principio*, dicens in quacumque parte iudicij ſæcularis quæſtio incideret, remittendam eſſe ad iudicem Eccleſiaſticum, poſſéque iudicem inhiberi ab Eccleſiaſtico, ſi velit progredi, per text. *in cap. vt inquiſitionis*, §. *prohibemus*, *de hæreticis*, *lib.*6. Barboſa *in l.Titia, ff. ſolut. matrim. num.*54. *verſ. his ita explicatis ad complementum eorum*, vbi ait non poſſe laicum ſe intromittere in facti quæſtione circa hæreſim, ibique refert pro hac parte Alexandr. *in dicta lege Titia*, *numero* 22.

Probabilius tamen eſt poſſe iudicem laicum cognoſcere de facto hæreſis, ſicut poteſt de quæſtionibus facti circa cæteras cauſas ſpirituales capere cognitionem, putà circa cauſam beneficialem, ſeu matrimonialem, ſiquidem *in d.* §. *prohibemus*, ſolùm prohibetur modus cognoſcendi de quæſtione iuris, ſiue principaliter, ſiue incidenter, non verò de quæſtione facti, de quibus laicus cognoſcit, per text. *in l. tuam*, *de ordin. cognitionum*, & vult Syculus *in cap.*1. *numero* 75. *de officio ordin.* Sequitur ſapientiſſimus D.Gabriel Pereira *in* 3. *part. manus regiæ*, *cap.*74. *n.*4. *verſ. tamen verius videtur.*

Quærere ex Ægyptiana de tua bona, vel mala 43.
fortuna, non eſt dubium eſſe mortale, ſi eam

conſulas animo credendi firmiter reſponſo illius. Secus ſi interroges ob leuitatem vel curioſitatem, animo ludendi, & iocandi; tunc non erit plus quàm veniale, niſi ex hoc graue ſequatur ſcandalum, puta ſi vir religioſus id interrogaret etiam ob curioſitatem. Sic Alcocer. *d. cap.14. in ſumma, fol.46.* & Ludou. Lopez 1. *p. inſtructory, cap.41.* Nauarr. *in ſumma Latina, & Hiſpana, cap.11. num. 31.* & multo fortius eſt ſuperſtitioſum per quancumque diuinationem inquirere res occultas, & inueſtigare furta, videlicet, aut theſaurum, quia hæc non poſſunt deprehendi ſine dæmonum auxilio, etiamſi cum inſpectione aſtrolabij ſine dæmonis inuocatione quærere furta facta, non ſapere hæreſim ſentiat Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquiſitorum, verbo, diuinationis, num.2.* quem ſequitur Eymeric. *in direct. Inquiſitorum, part.2. quæſt.42. num.2. in fine.* Farinacius *de hæreſi, quæſt.181. num.14.* Secus ſit cum dæmonis inuocatione, tunc enim ſapere hæreſim ait.

44. Et quamuis abſit animus inuocandi dæmonem, non proinde excuſabitur à peccato mortali, qui per aſtrolabium curauerit occulta furta, ſeu furem occultum cognoſcere, vt habetur *in cap.2. de ſortilegiis*, ita Salas 1. 2. *quæſt.9. art.5. diſp.2. ſect.8. num.79. in fine.* Nauar. *in ſumma Latina, & Hiſpana, cap.11. num.30.* Sotus *de iuſtit. lib.8. quæſt.3. art.3. circa ſolutionem ad 3. verſ. in his autem aſtrologis*; & in theſauro in ſpecie loquitur Nauar. *in ſumma Latina, d. cap.11. num.28. & in Hiſpana, num.27.* dicens eſſe mortale conſulere magos, vt ſibi declaretur vbi ſit theſaurus, neque hoc ſciri poteſt à magis, aut ab aſtrologis, niſi dæmone id reuelante, & prohibetur in ſpecie à lege Luſitana, *lib.5. ordinat. tit.3. §.2.* ibi, *outro ſi naon ſeja peſſoa alguam ouſada que para adeuinhar lance ſortes, nem varas para achar Theſouros, nem veja em agoa, criſtal, eſpelho, ſpada, ou em outra qualquer couſa luſente*; qui caſus per hanc legem ſunt mixti fori, niſi manifeſtè ſapiant hæreſim, de quibus modis diuinandi egit Azor 1. *p. inſtructorum moral. lib.9. cap.14. verſ. ſolum igitur*, vbi damnat hydromantiam, artem vaticinandi per aquam; & lecanomantiam cum ex pelui, & aqua immiſſa dæmon conſulitur; catopromantiam, quæ diuinat ex ſpeculis nitidiſſimis; cryſtallomantiam, quæ vaticinat exterſo, & poſito cryſtallo, & alia, quæ apud ipſum, lector ſtudioſiſſime videre poteris.

## §. VII.

### *Utrùm licita ſit chiromantia, phyſiognomia, & aſtrologia; & cuius fori ſit cognoſcere de his?*

#### EPITOME.

45 *Chiromantia naturalis eſt licita.*
46 *Chiromantia aſtrologica eſt illicita.*
47 *Phyſiognomia naturalis officium quale ſit.*
48 *Phyſiognomia naturalis an ſit prohibita.*
49 *Oculi non nictantes indicant iratum animum.*
50 *Vultus exterior index eſt animi.*
51 *Delinquens deformiori vultu notatus inter plures criminoſos prius eſt torquendus.*
52 *Phyſiognomia aſtrologica eſt prohibita.*
53 *Phyſiognomi aſpectus corporis partibus non poſſunt prædiuinare hunc de facto eſſe furem, vel caſtum.*
54 *Aſtrologia iudiciaria arte dæmonis exercetur, & de illa cognoſcunt Inquiſitores.*
55.56. & 57 *Aſtrologiam etiam quando prædicit probabiliter prohiberi in Bulla Sixti V. tam in foro externo, quàm in interno, eſt probabilius multo.*
58 *Bulla Sixti V. contra aſtrologos non comprehendit iudicantes de agricultura, de nauigatione, ac re medica.*
59 *Aſtrologis olim licebat prædicere euentura ex aſtris per cognitionem coniecturalem ex aſtris prouenientem, nunc nullo modo permittitur per Bullam Sixti V.*

QVid de chiromantia naturali, prout eſt pars phyſiognomiæ naturalis? Reſpondeo eſſe licitam, dum per lineas manuum conſiderat probabiliter corporis humani temperamentum, & ex eo inueſtigat, & prædicit probabiliter animi affectiones, & propenſiones, quam artem probat Ariſtoteles, *lib.1. hiſtoria animalium, c.5.30. & 34. probl. ſect.10.* quam chiromantiam phyſicam probat ſatis Conrad. Vvimpinal. *de ſignis, cap.10. & duobus ſequentibus.* Vnde qui non diſtinguunt inter chiromantiam phyſicam, & aſtrologicam, abſolutè ſolent damnare chiromantiam. Martin. Delrio *diſquiſit. magicar. lib.4. quæſt.5. concl.1.* Sanch. *d. lib.2. in Decalogo, cap.38. num.47.* 45.

Chiromantia verò aſtrologica eſt illicita, & omnino ſuperſtitioſa, ſicut & phyſiognomia aſtrologica, & vtraque omni iure damnata eſt, quia vtraque multa falſa, & vana permiſcet, & in ſpecie à Sixto V. in prædicto motu interdicitur. Quare bonam, vel malam fortunam alicui prænunciare inſpectis lineis manuum, eſt ſuperſtitioſum. Sic Simanch. *de Inſtit. Cathol. titul. 21. num.18.* Ciruelo *de ſuperſtition. 2. part. cap.4.* Nauar. *in ſumma Latina, cap.11. num.31.* Delrius *d. quæſt.5. concluſ.2.* Alcocer *in ſumma, cap.14. fol.46.* & Nauar. *lib.2. de reſtitut. part.1. dub.6. in noua editione, num.159. & duobus ſequentibus*, qui tamen non eſt audiendus, dum ait non poſſe cognoſci per lineas manuum complexionem, neque aptitudinem naturalem, quod eſt falſum, vt bene probat Delrius *d. quæſt. 5. concluſ. 1.* quia ex eo quòd per manuum lineas, & partes corporis conſiderat corporis temperiem, ex temperie corporis poteſt rimari propenſiones animæ. Sanchez *dicto cap.38. num.47. ad finem*, poſt Ciruelo *d. cap.4.* 46.

Quod ſi chiromanti ex lineis manuum non probabiliter, ſed certò prænuncient de vita actuali, & ſtatu hominis, puta hunc eſſe talem, vel talem, putat Farin. *de hær. q.181. n.56.* illos cadere ſub titulo diuinatorum, vel ſortilegorum, non autem ſub titulo de hæreſi, niſi ſimul inuocent dæmones, nec hoc caret ſuſpicione vehementi, vt colligitur ex traditis ab Eymerico *in director. Inquiſitor. part.2. quæſt.42. num.2.* & ibi Peña *commentario 67. fol. mihi 359. col. 1. litera Q.* Vgolinus tamen *in tract. de cenſuris Pontifici reſeruatis, p.2. §.2. num.10.* opinatur chiromantos ex manuum conſpectione aliquid futurum neceſſariò prænunciantes eſſe hæreticos, & ex conſequenti ſubiacere

cere iudicio ſanctæ Inquiſitionis, ſecus ſi dicant id fieri poſſe, tunc non eſſe hæreticos. Farinac. *ſupra d. num.56.* adhuc tamen hoc ſubiacere Inquiſitoribus conſtat ex d. motu Sixti V. vbi expreſſè damnantur iudicia ex chiromantia & ex necromantia,& ex geomantia, & ex hydromantia, quòd huiuſmodi artes non ſolent exerceri, niſi per occultam ſocietatem cum dæmone, atque ita contra hos omnes Inquiſitores poſſunt procedere ex vi Bullæ citatæ, vbi de his omnibus ſpecialis fit mentio, quod etiam tradit Lœlius Zech. *in ſumm. part.1. tit. de fide, rubr. de ſuperſtitione diuinatiua, num.6. in fine.*

47. Hoc etiam pertinet phyſiognomia naturalis, cuius officium verſatur in obſeruatione partium corporis humani coniectando ex illius habitu, & diſpoſitione probabiliter non ſolùm eius temperamentum, vires, firmam, vel debilem valetudinem; ſed quod magis eſt, naturales animi affectiones, non certò, ſed cum formidine partis oppoſitæ prædicere. Nec hoc eſt prohibitum per leges ciuiles, vel canonicas coniectare probabiliter, ex præceptis phyſiognomiæ, prout eſt pars Philoſophiæ naturalis.

Ratio, quia ex corporis diſpoſitione, & ex membrorum habitudine, ac proportione, non ſolùm corporis temperies, ſed vires, & ingenium, ac animi affectus probabiliter ſciri poſſunt. Ita Delrius *magicar. diſquiſit. lib.4. cap.3. quæſt.4. in principio,* vbi vult phyſiognomum præciſiuè con-
48. ſiderare frontem, ac faciem hominis, in qua ſicut in ſpeculo eminenter virtutes intellectuales reluceant, & tunc hæc metopoſcopia vocatur, addens infrà *verſ. ſi concluſio.* phyſiognomicam coniectationem, ac prænotionem eſſe licitam, habereque aliquid probabilitatis, ex eo quòd illius fundamenta, quædam ſunt probabilia, quædam minùs, quædam ampliùs Sayr. *in claui, lib.4. cap.7. num.9.* Aliqui tamen phyſiognomiam confundunt cum chiromantia, ſed minùs bene, quia illa propriè conſiderat manuum lineamenta: hæc autem quia conſiderat etiam reliqua membra totiuſque corporis habitum phyſiognomica prænotio vocatur. Delrius *d. quæſt. 4.* vbi de hac egit optimè.

49. Hinc elicitur illud Hippocratis, *oculi non nictantes ſunt iracundi*, quoniam irati fixis, & immotis oculis intuentur. Et prouerbiorum 6. Salomon *num.12.* ſic ait. *Homo apoſtata vir inutilis, graditur ore peruerſo, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum.* &
50. Iſaias cap.3. num.9. *Agnitio vultus eorum reſpondet eis*, id eſt, vultus exterior eorum ſecreta cordis patefacit. Hinc etiam fit, vt quando plures de aliquo crimine ſunt accuſati, & capti, ille priùs debeat torqueri, qui facie deformiori notatus fuerit: talis enim animus, qualis facies reputatur; & diſpoſitiones exteriores interiores referunt, aliiſque præeunt, non cogendo, nec pertra-
51. hendo, ſed fortè inclinando, & ſenſim ſine certitudine, ſed probabiliter de inclinatione, ac propenſione arbitrium ferendo. Azor. *tom.1. inſtit. moral.* [illegible] *cap.16. ad fin. verſ. ſciendum,* Leſſius *de iuſtit.* [illegible] *cap.43. dub.7. n.45. verſ. huc etiam pertinens coniectura,* & Sanchez *d. lib.2. in Decalog. cap.38. num.44.* Longè aliter ſi hæc certò prænuncientur, ac prædicantur, vt Doctores citati volunt.

52. Secus de phyſiognomia aſtrologica prohibita, quæ multa ſuperſtitioſa inuoluit, & multa vana continet, necnon ex conſideratione partium humani corporis proſperos, aut infelices hominibus prædicit caſus, aut euentus, qui nullò modo ex conſideratis partibus humanis ſciri poſſunt. Ideo non poſſunt ſcire phyſiognomi aſpectis hu-
mani corporis partibus hunc de facto eſſe furem; 53.
illum verò caſtum, ſeu impurum, nec cognoſcere de reliquis, quæ pendent ex humano arbitrio, ac voluntate, nec iudicare de vita actuali, aut ſtatu hominis, Azor. *ſuprà*, Delrius *d. cap.3. q.4.*

Nam per bullam Sixti V. 21. in ordine, in eius 54.
Bullario *part. 1. fol. mihi 52.* expreſsè damnatur aſtrologia iudiciaria, ex eo quòd huiuſmodi ars non exercetur, niſi intercedente occulta dæmonum ſocietate. Vnde Inquiſitores poſſe procedere contra hos aſtrologos in dicta Bulla decernitur. Faciunt tradita à D. Thom. 2. 2. *q.95. art.5.* vbi concludit ea, quæ futuros euentus reſpiciunt, præcognoſci nullo modo poſſe. Sequitur Simanc. *de cathol. inſtit. tit.21. in rubr. de diuinatione, & reuelatione, num.14.* dicens aſtrologos, & eos, qui ſyderum, & natalium dierum inſpectione diuinare curant, quæ homini ſunt cognitu impoſſibilia, ſuſpectos eſſe de familiaritate expreſſa, vel tacita cum dæmone. Quam ob cauſam poſſe carcerari, & puniri ab Inquiſitoribus, iterum repetit idem Simanc. *ſuprà, num.29.* tanquam pſeudoprophetas, eo quòd decepti à dæmonibus perſæpe mentiuntur, & *tit.63. num.7.*

An verò bulla Sixti V. prohibeat aſtrologiam 55.
iudiciariam, quando aſtrologi aliquid prædicunt non de neceſſitate euenturum, ſed tanquam poſſibile, & per coniecturas? Sunt qui negent id eſſe prohibitum ex vi illius bullæ. Sed oppoſitum tanquam omnino verum eſt tenendum ex tenore eiuſdem bullæ, quæ expreſsè inuehitur contra facientes iudicia, & natiuitates hominum, & contra omnes, qui aſſerere audent de futuris contingentibus, ſucceſſibus, caſibuſque fortuitis, aut de actionibus ex voluntate humana pendentibus aliquid, quamuis affirment, ſe id non certò aſſerere. Quare de omnibus caſibus aſtrologiæ iudiciariæ conſtitutio Sixti V. meminiſſe videtur præterquam circa agriculturam, & nauigationem, & rem medicam. Ita Graffis *lib.2. deciſ. c.5. num.19. verſ. ſexta,* & Farinac. *de hæreſi, quæſt.181. num.59. verſ. & quod attinet.*

Circa ea tamen, quæ aſtrologi non affirmant 56.
pro certo, ſed probabiliter, putat Valent. 2. 2. *diſp.6. quæſt.12. punct.3. col.2. verſ. ſi autem*, bullam non habere locum contra illos in foro conſcientiæ, ſed in foro externo. Idem videntur ſentire Suarez *tom.1. de relig. lib.2. de ſuperſtitione, cap.11. num.30.* & Delrius *lib.4. diſquiſit. magicar. cap.29.43.* Sed oppoſitum eſt verius. Ideo tam in foro externo, quàm in foro conſcientiæ bulla Sixti V. procedit, quia hic modus prædicendi futura, etiamſi ea ſe non certò affirmare aſſerant, eſt valde conuictui, ac reipublicæ pernicioſus. Item, quia abſolutè interdicitur iudicium circa caſus futuros, & circa ea, quæ pendent ex libero arbitrio etiam cum eo dubio, excipiturque iudicium circa agriculturam, nauigationem, ac rem medicam, de quibus etiam conſtat, non poſſe ferri certum, ſed valde dubium. Igitur dicendum eſt bullam Sixti V. loqui de vtroque foro, cum indiſtinctè ſic loquatur, ibi: *Statuimus, vt contra facientes iudicia, & natiuitates hominum, quibus de futuris contingentibus, ſucceſſibus, fortuitiſque*
*caſibus, aut actionibus ex humana voluntate pen-* 57.

*dentibus, aliquid euenturum affirmare audent, etiamſi id ſe non certò affirmare aſſerant, aut proteſtentur, &c. inquirant, & procedant, & in eos ſenerint canonicus pœnis, & alijs eorum arbitrio animaduertant.*

58. Ex quibus verbis conſtat facientes contra in vtroque foro, interdici ex vi illius bullæ. Ita Graſſis *d. lib.2. cap.5. num.19.* vbi vult, etiamſi hodie aſtrologi proteſtentur, & aſſeuerent id ſe non certò affirmare, tamen omnia genera diuinationum eſſe prohibita per conſtitutionem Sixti V. neque aliquod diſcrimen inducit inter vtrumque forum, & in ſpecie loquitur Salas 1.2. *q.9. art.5. tract.5. diſp.2. ſect.3. num.36.* dicens in vtroque foro per Motum illum diuinationem interdici. Sequitur Sanchez *lib.2. in Decalog. cap.38. num.34.* & Farinac. *d. quaſt.* 181. *num.59.* vbi concludunt prohibitionem bullæ etiam in foro conſcientiæ habere locum, peccaréque mortaliter contra facientes, extendique bullam contra non certò affirmantes. Vide etiam Farinacium *in tit. de delictis, & pœnis, quaſt.20. num.111. & ſeqq.*

59. Ex dictis habes ante motum Sixti V. non fuiſſe ſuperſtitionem prædici ab aſtrologis peritis ex aſtris euentura ea ſola tenuiſſima coniectura, & certitudine, qua ſciri poſſunt per aſtra, quia coniecturalis cognitio eorum, quæ pendent ex libero arbitrio, poteſt haberi ex aſtris. Ita videtur ſentire D. Thom. 2.2. *quaſt.95. art.5. in fine corporis,* & Abbas *in cap.2. num.7. de ſortilegys.* Secus verò ſi aſtrologi euentura abſolutè prænuntiarent, vel maiori firmitate, quàm ex aſtris haberi poteſt, verbi gratia, ſi dicerent hoc eſſe probabile, tunc eſſet ſuperſtitio. Sic Suarez *tom. 1. de relig. lib.2. de ſuperſtitione, cap.11. num.31.* Leſſius *d. lib.2. cap.43. dub.6. num.42.* & Delrius *eod. lib.4. cap.2. quaſt. 3.* Nunc autem per bullam Sixti V. id omne interdicitur, etiamſi aſtrologi hæc non vt certò prænuncient euentura, niſi fortè com non ex aſtris ſolùm, ſed ex aliis cauſis ſingularibus, & circumſtantiis, puta ex temperamento perſonæ, hæc coniectura probabilis caperetur, quia non eſſe hanc obſeruationem diuinationem, ſed prouidentiam, volt Suar. *d. num.31.* & Leſſius, quanquam non tam apertè, quibus accedit Sanchez *d. cap.38. num.33. ad fin.* Conſonat lex Luſitana *lib.5. ordinat. tit.3. §.3.* vbi poſtquam damnauit varios diuinandi abuſus, addit, *Et iſto naon auera lugar nas peſſoas que per aſtronomia vendo primeiro as naſcenſas das peſſoas differem alguam couſa ſegundo ſeu iuizo, & regra da dita ſcientia,*

---

## §. VIII.

### *Vtrùm caſus, & cauſæ ſtrigum, ſeu lamiarum, & illuſiones earum ſint mixti fori?*

#### EPITOME.

60 *Striges vnde nomen accipiant, & cur fœminæ potius, quàm maſculi hanc artem nouerint.*
61 *Striges vt plurimùm ſunt apoſtatæ abnegantes Chriſtum Dominum, & Eccleſiaſtica ſacramenta.*
62 *Strigum cauſæ ad Inquiſitores ſpectant.*
63 *Conuentus lamiarum nocturni ſiunt in imaginatione per eluſionem.*
64 *Striges habent rem cum dæmone.*
65 *Dæmones ſuccubos eſſe, & ſuccubas.*
66. & 67 *Succubi, & incubi dæmones, an poſſint generare.*
68 *Circuli ſagarum, quibus ipſæ ſe armant ſapiunt hæreſim.*
69 *Striges arte dæmonis in figuras variorum animalium ſe transformant.*
70 *Striges an penetrent parietes.*
71 *Dæmones in figuras animalium ſe induunt.*
72 *Corporea forma ſub quibus ſtriges deliteſcunt, ex qua materia fiant.*
73 *Vxor Loth, an verè in ſtatuam ſalis fuerit conuerſa.*
74 *Pythoniſſa an ſuſcitauerit animam Samuelis.*
75 *Dæmones nequeunt inuocare, nec cogere animam alicuius ſancti ad aliquid agendum.*
76 *Dæmoniaco dicenti ſe eſſe animam defuncti alicuius, non eſt credendum.*
77. 78 *Signa, ex quibus conijci poteſt apparitiones eſſe bonas vel malas.*
79 *Dæmonibus, nec ſuadentibus bona, eſt fides habenda.*

STRIX eſt auis nocturna, & importuna, à ſtridore vocis ſic dicta, Buboni ſimilis, & ab hac ſtriges, ſeu lamiæ, vulgo *Bruxas*, nomen acceperunt, qui noctu præcipuè verſantur in maleficiis, infantium ſanguinem ſugunt, ipſoſque ſuffocant, magiſque ſe addicunt huic diabolico officio exercitioque mulieres, quàm viri, ſunt enim fœminæ propenſiores ad maleficia, faciliúſque credunt, ac decipiuntur, ex defectu iudicij. Inſuper huius artis ſcopus eſt voluptas carnis, cui huiuſmodi fœminæ perditiſſimæ, ſunt deditiſſimæ. Ideo nunquam deerunt huius ſectæ profeſſores. 60.

Sunt etiam ſtriges, ſeu lamiæ vt plurimùm apoſtatæ à fide catholica, & coram dæmone abnegant Chriſtum Dominum, & Eccleſiæ ſacramenta, & promittunt obedientiam ipſi dæmoni. Sic Syluest. *verbo, hæreſis 3. quaſt.8. iuncta quaſt.1. & 4.* Graſſis *lib.2. deciſ. cap.5. num.18. verſ. quinta.* Rojas *ſingular. quaſt.8. num.6.* Simanc. *de cathol. inſtit. tit.37. rubr. de lamys, num.13.* vbi ait lamias pro initio ſuorum ſcelerum fidem catholicam abnegare, dæmones adorare, cum illis pacta impiiſſima inire. Ex quibus ſequitur hæreticas eſſe, & apoſtatas, vel ſaltem vehementer de hæreſi ſuſpectas. 61.

Atque ita non eſt dubium cauſas ſtrigum, & lamiarum ad Inquiſitores ſpectare. Sic Spene *in tract. de ſtrigibus, cap. 5.* vbi vult ex Innocentio VIII. & ex Iulio II. & ex Clement. VII. huiuſmodi cauſas Inquiſitoribus competere. Accedit Caſtr. *de iuſt. hæreticor. punition. lib.1. c.16.* Alciat. *lib.8. Parergon. cap.22.* Eymeric. *in direct. Inquiſitor. part.2. quaſt.43. num.8. verſ. ex his apparet, quòd prædicta, fol. mihi* 363. qui volunt has mulieres à fide deuiare, eſſeque hæreticas. Confert Martin. Delrio *diſquiſit. magicar. lib.5. ſect.16. in princip.* quatenus aut ſtriges eſſe de hæreſi ſuſpectas, & rarò hanc ſuſpicionem falli, cum opera ſtrigum fermè ſapiant hæreſim manifeſtam, cui adhæret Valle à Moura *opuſc. 1. de incantation. ſect.3. cap.5. num.13.* vbi allegat P. Molin. *de correctione iudiciaria, diſp.6. §. de lamys,* in priuatis ſcholiis in hæc verba, ibi: *Idem dico de quocumque* 62.

*que alio, qui pactum haberet cum dæmone, eique ſe traderet, tales enim cum minimum valde ſuſpecti ſunt in fide, & regulariter ſolent à fide apoſtatare, & dæmonem in ſuum dominum aſſumere, eique adorationem, & cultum tribuere*, &c. Ex quibus ſanè verbis apertè probatur cauſarum cognitioné circa [illegible] competere Inquiſitoribus. Ita Zerola idem *in praxi* 1. *part. verbo, caſus, verſ. ſtriga.*

63. Quid de conuentibus nocturnis lamiarum? Sunt qui opinentur lamias non transferri corporaliter à dæmone de loco ad locum, ſed per illuſionem, & phantaſias in imaginationé, ac cogitatione illis conuentibus intereſſe, conuentuſque illos eſſe omnino imaginarios cum ipſæ eo tempore à ſenſibus alienatæ, & in terram inſtar corporum demortuorum iaceant. Ita Baptiſta à Porta *lib.2. quæſt.16. in princip.* Cæterum quamuis lamiæ, ſæpe ſola imaginatione, & diabolica illuſione deferri ſoleant, concedunt tamen regulariter alij verè lamias corporaliter à dæmone per aërem transferri de loco ad locum ad ſuos conuentus. Sic Petrus Binsfeldius *de confeſſ. malefic. poſt preludia, concluſ.12. & concluſ.13.* addit, non tamen ſemper corporaliter tranſportari, ſed quandoque à dæmone in forma hirci apparente, vel ſub forma alterius animalis. Sequitur Delrius *lib.2. diſquiſit. magicar. quæſt.16.* Valent. 2. 2. *diſput.6. quæſt 12. punct.2.* Azor. *tom.1. inſtit. moral lib.9. cap.25. quæſ.3.*

64. Non eſt ergo negandum illas interdum verè à dæmone ferri corporaliter, quod etiam tradit Suar. *tom.1. de relig. lib.2. de ſuperſt. c.16. num.24. cum ſequent.* Azor. *tom.1. inſtit. moral. lib.9. cap.25. quæſ.3.* Leſſius *lib.2. de iuſtit. cap.44. dub.3. n.15. & 16.* Sanchez *d. lib.2. cap.40. num.6.* ibique rem veneream habere cum dæmone addunt Petrus Binsfeldius *in d. tract. de confeſſ. malef. poſt preludia, concluſ.5.* & Graffis *lib.2. deciſ. cap.5. n.18. verſ. quinta.* Farinac. *de hereſi, quæſt.181. n.47.*

Iuuat Delrius *diſquiſit. magic. lib. 2. quæſt.15.* vbi in ſpecie agit, an verum ſit dæmones eſſe incubos, & ſuccubas, & an ex tali coniunctione
65. poſſit naſci proles? Cui quæſtioni ipſe reſpondet affirmatiuè, dicens prolis conceptæ verum parentem non fore dæmonem, ſed illum hominem, cuius ſemine dæmon fuerit abuſus, & quamuis de hoc ambigat noſter Benedictus Pereira *lib.8. in Geneſ. diſp.3.* eſt communiter recepta hæc reſolutio. Abulenſ. *in Geneſ. cap.6. in princip. verſ. de incubu*, Sunt, *inquit*, dæmones incubi, & ſuccubi, qui à gentilibus Fauni, & Syluani vocantur, hos [illegible] *Druſios* vocant, fœminas improba vexant [illegible]dine appetentes, & virilem peragentes concubitum, ſemen ab aliis ſuſceptum fundunt corpore [illegible] figurato. Vide cætera apud illum. Se[illegible] Simanc. *de cathol. inſtit. tit.37. num.5. rubr. de Lam[illegible]* vbi ait incubos, & ſuccubas dæmones [illegible], nec de hoc poſſe ambigi Syluest. [illegible] *de ſtrigimagarum, & dæmonum mirandis.* [illegible] Spin. *lib. de ſtrigibus, cap.6.* Bartholom. [illegible] *peregrinar. quæſtion. decadis 3. cap.* [illegible] *de imaginibus, c.14.* quin etiam addit [illegible] *d. quæſt.15. verſ. item quæri ſcio*, poſt Syluest. [illegible] Ananiam *lib.4. de natur. dæmon.* Dæmones [illegible] cum ſagis habere libidinem præpoſteram.

66. Quod [illegible] prolis ſuſceptæ verus parens ſit ille cuius erat ſemen à dæmone aſſumptum, docuit vltra proximè citatos multo priùs D.Thom *quodlib.6. art.* [illegible] *ad 6.* quem ſequitur noſter Molin. *1. part. quæſt.50. art.1.* & alij complures ſcriptores, diuerſarum gentium, quos referens ſequitur Delr. *d. quæſt.15. verſ. dicimus ergo, ad finem.* Nec refert argumentum ſatis futile contra allatum, nempe, dæmon, & homo ſpecie differunt. Igitur ex hoc congreſſu nequit proles naſci, quaſi ex animalibus ſpecie differentibus, vt ex aſina, & equo non naſcatur mulus, tum etiam quia generatio iſta non imputatur dæmoni, ſed tribuitur homini, cuius erat ſemen. Igitur ex dæmone incubo, & ex fœmina ſuccuba naſci prolem eſt indubitabile. Chieza *cap.27. part.2. hiſtoria Peruſ.* Scribit in Hiſpaniola ſolitum dæmonem rem habere cum fœminis, & ex eo natos bicornes naſci.

Secus autem ex viro incubo, & dæmone ſuccuba non poſſe naſci prolem credit Martio. Delrio *ſuprà, verſ. quid igitur.* cùm multo plura requirantur hîc ad prolis generationem, & ex parte matris plura ſuppeditentur; éſtque temporis tractus neceſſarius, vt ex ſemine corpuſculum effingatur, & ſecreta illa corporis humani fabrica perfectè abſoluatur, & alia multa, quæ à dæmone ſuccuba fieri nullo modo poſſunt. Quod ſi dicas omnia hæc, quæ neceſſaria ſunt, vſque ad perfectam corpuſculi humani architecturam præſtari poſſe à ſuccuba dæmone, de quo valde dubitat idem Delrius, tunc etſi vix probabile dici poteſt, multo probabilius negandum eſt, & ortos ex ſuccuba dæmone potiùs furto aliunde ablatos, illique ſuppoſitos, non verè natos fuiſſe arbitror. 67.

Sed huic obſtat idem Delrius *d. lib.2. quæſt.15. fol.163. col.1.* de nobili quodam Bauaro narrans ægrè ferente mortem vxoris, cui ipſa cum quadam nocte rediiſſet, dixit ſe reſuſcitatam, deinceps marito conuiuens ex eo liberos ſuſcepit, marito tamen à conuitiis, & blaſphemiis non ceſſante veſte mulicbri penes illum relicta, diſparuit.

Conſonat hiſtoria de Aſture nobiliſſimo, qui dum per ſaltus inuios venationi vacaret, inuenit puellam forma, ac pulchritudine inſignem ſuper rupe ſedentem, mirabili tamen vocis inflexione modulantem, accedente illo, rogantéque ab illa cuias eſſet, & qua ex familia? Ex genere altiſſimo & nobiliſſimo ſe ortam dixit, de nuptiis cum ea egit celebrandis, annuit illa, dummodo ille nunquam coram illa crucis ſigno ſe præmuniturum, pollicetur, ea conditione celebratis nuptiis, filium, & filiam ex illa genuit, & ſic per aliquot annos conuixerunt. Contigit denique vt quadam dam die, dum menſæ accumberent, proiectis ex menſa offulis oſſeis Moloſſo, ac Vertago qui fortè aderant, tam acriter ipſi ſuper offulis inter ſe rixati ſunt, vt Vertagus Moloſſo multo viribus inferior illi præualuerit, illumque tãdem occiderit. Quo facto obſtupefactus Aſtur immemor pacti ſubitò cruce ante faciem manu facta ſe ſignauit. Quo viſo, vxor relicto parenti filio, filiam raptim ſecum educens euanuit, & ad ſaltus, vbi fuerat à marito inuenta, ſe recepit. Cuius hiſtoriæ exemplar vidi, ac manibus tenui, eiuſque prototypus, ſeu archetypus in Archiuo huius regni Vliſipone aſſeruatur, ex quo coniugio, vt refertur ibi, familia Guerrarum ortum habuit.

Quid de circulis illis à ſagis in terra factis, 68.
quos aliquibus ſignis armant, & muniunt, ſéque vel puerum in medio ponunt, & dæmonem inuocant? Campegius *in additionib. ad Zanchinum, in tract. de heret. cap.27. littera C. in verbo, Inquiſitor. verſ. tertiam concluſionem*, reſpondet, eſſe

hæreti

hæreticale; quod puto verum, quando fit à mago, ſeu ſtrige, aut ſaga; ſecus ſi fiat ab aliquo alio non ſe dæmoni ſubiicienti, vel ex curioſitate ſemel, aut bis; tunc enim ſolùm ſapit hæreſim, & grauiter peccat, & ſubiicitur ſanctæ Inquiſitionis tribunali, ex vi bullæ Sixti V. Conſonat Læl. Zechius *in ſumm. part. 1. tit. de fide, cap. 15. rubr. de ſuperſtit. diuinatiua, num. 5. verſ. tertius modus*, vbi vult hos circulos præſertim ſemel, aut bis ex curioſitate conficientem ſapere hæreſim, non tamen manifeſta hæreſi eſſe innodatum ſi dæmoni ſe non ſubdat.

69. De transformantibus ſe, & alios in figuras variorum animalium, etiam Inquiſitores cognoſcunt. Cum hæ transformationes, & apparitiones regulariter non fiant, niſi arte dæmonum, & hoc modo ſtriges interdum arte dæmonum aſſumunt figuram, & formam anſerum, noctuarum, & catorum; non tamen exuunt, nec amittunt formam propriam, nec verè tranſmutantur in membra, vel lineamenta, horum animalium, ſeu volucrum, ſed apparent ſub ſpecie, aut effigie externa eorum ſenſibus alienis obiecta: atque ita ſtriges, ſeu lamiæ transformatæ, ſibi eſſe videntur. Sicut tales ſibi videri poſſunt dum ſunt graui ſomno oppreſſæ. Et quamuis hoc fiat aliquando, à dæmone deluſoriè ſola imaginatione, interdū tamen accidit etiam per realem, & extrinſecam apparentiam. Quod experimento compertum eſt. Nam ſæpe ſtriges, ſeu lamiæ ſub forma volucrum, & catorum repertæ, dum volunt maleficiare, pueros, & eorum ſanguinem ſugere, vulneratæ fuerunt, exutaque poſtea illa phantaſtica ſpecie cum vulneribus in eiſdem locis correſpondentibus comparuerunt, vt notat Malleus maleficarum *part. 2. quæſt. 1. cap. 9.* Sayrus *in claui, lib. 4. cap. 6. num. 18.*

70. Dic etiam ſtriges nullo modo arte dæmonum poſſe penetrare parietes, neque ianuis clauſis ingredi in interiores domos ad malefaciendum infantibus, ſed ingredi domos dæmone domos aperiente, & repagula remouente, vel introducente ſtriges per aërem, vel per tecta remotis tegulis ex domate, ſeu tecto. Tolet. *lib. 4. cap. 16. ad fin.* Delrius *d. lib. 2. diſquiſit. magicar. quæſt. 17. verſ. ſed ſolummodo dæmon*; vbi ſentit lamias non poſſe arte diabolica parietes penetrare. Sanchez *d. lib. 2. in Decalog. cap. 40. num. 7.* ſed quando feruntur ad pueros interficiendos non penetrando parietes, ſed dæmone domos aperiente, huic malo perficiendo incumbunt.

71. Dæmones etiam non ſolùm ſe induunt in formam iumentorum, ſed etiam homines, & mulieres transformant, faciuntque vt ita tranſmutati in figuram iumentorum portent onera, vt aſini, muli, aut equi; non tamen propriam formam amittunt, ſed ſicut dæmones ſeſe abſcundunt ſub aëre condenſato, & ſic ſub diuerſis animalium figuris apparent: ſic per actiuorum applicationem condenſando aërem efficiunt ipſi dæmones, vel malefici eorum vi, & arte effingunt formas variarum beſtiarum, ſub quibus viri, & fœminæ deliteſcentes onera transferunt; quæ onera, ſi vera corpora ſunt, verè ab ipſis dæmonibus portantur, quorum exempla tradit D. Auguſtin. *de ciuitate Dei, lib. 18. cap. 18.* Malleus malefic. *part. 2. quæſt. 2. cap 4.* Philiarc. *de officio ſacerdot. part. 2. lib. 3. cap. 8.* vbi etiam harum transformationum exempla narrat.

72. Sed quæres quomodo fiant hæ formæ corporeæ, ſub quibus ſtriges latent, & oculis hominum mutatæ apparent: Reſpondet D. Thom. 1. *part. q. 64. art. 1. ad 5.* magnam dæmoni ineſſe ſcientiam naturalem, nec illi fuiſſe diminutam per peccatum. Nec minor illi eſt potentia, & omnia corpora inferiora quoad motum localem ei obediunt, ſaluo naturæ ordine. Vnde facere poteſt, quæ per motum localem, aut per applicationem virtutum actiuarum naturalium fieri poſſunt; ſi à Deo permittantur hæc fieri. Portare homines tempore imperceptibili ad loca valde diſtantia, pluuias, & tempeſtates facere, aërem condenſare, & ex eo formam virilem, ſeu fœmineam figurare, & ſub illis figuris ſe oſtendere. Non poteſt tamen dæmon nouam ſpeciem, ſeu phantaſma imprimere in ſenſu interiori, & multo minus in anima, quæ antea in illa non extiterit. Sicut non poteſt nouas formas in materiam corpoream inducere, multo minus id poterit influere in imaginationem, in qua nihil recipitur ſine corporali organo. Quare non poteſt facere, vt cæcus à natiuitate colores, & ſurdus ſonos imaginari poſſit. Poſſunt tamen ex aëre condenſato varias formas ſibi, & aliis figurare, vt ſtrigibus, & lamiis affingunt, vt hoc modo noceant hominibus, formantque voces animalium, ſub quorum ſpecie ſe exhibent, & efficere, vt tanquam volucres volent, & inſtar iumentorum onera portent. Sayrus *in claui regia, cap. 6. num. 16. 17. & 18.* non tamen poterit mouere totam terram, aut aliud elementum, quia hoc eſſet ordinem naturæ euertere. D. Thom. *in tract. de malo, quæſt. 16. art. 9. ad 2. & 3.* vbi vult non poſſe dæmones homines transformare in beſtias, etiam quoad figuram ſecundùm rei veritatem, niſi per phantaſticam apparentiam. Sequitur Sayr. ſuprà *d. c. 6. num. 16.*

Nec refert, ſi dicas vxorem Loth fuiſſe muta- 73
tam in ſtatuam ſalis mediantibus dæmonibus: quia ſi hoc factum fuit opera dæmonum, non potuit fieri, niſi virtute diuina, vt vult D. Thom. *de malo, d. quæſt. 16. art. 9. ad 3.* Nam quamuis poſſint dæmones producere verè effectus naturales, mediantibus agentibus naturalibus, vt tradit D. Thom. 1. *part. quæſt. 114. art. 4. ad 2. & q. 115. art. 5. ad 1. & quæſt. 117. art. 3. & de malo, quæſt. 16. art. 9. ad 1.* nullam formam poſſunt influere, nec infundere in materiam, niſi mediante agente naturali, quia id reſeruatum eſt Deo. 1. *part. quæſt. 91. art. 2. in corpore, & quæſt. 105. art. 1. ad 1.* Vnde non poſſunt producere effectus, qui non ſunt in poteſtate alicuius virtutis naturalis actiuæ, puta ſuſcitare mortuum, & ſimilia, niſi illudendo in præſtigio. D. Thom. *d. quæſt. 91. art. 2. ad 1. & d. quæſt. 114. art. 4. in corpore, & ad 2.*

Sed contra hoc videtur obſtare maga illa Py- 74
thoniſſa, quæ ſuſcitauit Samuelem 1. *Regum* 28. Cui reſponderi poteſt primò, dæmones fingere ſe eſſe animas defunctorum, vt inducant in errorem, vt ex Auguſtino *de ciuitate Dei, lib. 10.* & ex Chryſoſtomo *ſuper Matth.* refert D. Thom. *d. quæſt. 114. art. 4. ad 2.* licèt non ſit negandum ex diuina diſpenſatione interdum animas defunctorum apparuiſſe. Reſponderi etiam ſecundò poteſt, non eſſe abs re credere ex diſpenſatione fuiſſe permiſſum, vt non dominante arte magica, ſed per ordinem Pythoniſſæ, & Sauli incognitum, ſe ſpiritus iuſti Samuelis oſtenderet eidem regi, aut illi prænuntiaret diuinæ ſententiæ decretum.

Neque obſtat, quòd arte dæmonum hoc dica- 75
tur factum, quia quamuis magi arte ſua nequeant

euocare,

euocare, neque cogere animam alicuius ad aliquid agendum, bene tamen hoc fieri poteſt per diuinam virtutem, vt dum magus dæmonem conſulit Deus per ſuum nuntium veritatem prædicat. Quia etiam tertiò reſponderi poteſt non fuiſſe euocatam è ſinu Abrahæ Samuëlis animam, ſed dæmonem ex perſona Samuëlis fuiſſe locutum: D.Thom. 2.2. *quæſt.* 174. *art.* 5. *ad* 4. vbi concludit non verè ſpiritum Samuëlis à requie ſua fuiſſe excitatum, ſed aliquod phantaſma, & illuſionem imaginariam dæmonis fallaciâ, & aſtutia factam, quam ſacra pagina Samuelem vocat, quod Auguſtin. *ad Simplicianum*, vt probabile tradit, nempe non fuiſſe veram illam ſuſcitationem, ſed aliquod phantaſma, ope, & opera dæmonis effictum.

76. At quamuis aliquando dæmon appareat, dicatque ſe eſſe animam alicuius defuncti, non eſt illi fides habenda, quia hoc modo curat videntes decipere, Soto *lib.* 8. *de iuſtit. quæſt.* 3. *art.* 2. *col.* 4. *verſ. ſed rogas.* Syluest. *verbo*, *maleficium*, *quæſt.* 4. *dict.* 2. Victoria *de magia*, *quæſt.* 4. *num.* 17. Ceruelo *de ſuperſtitione*, *part.* 3. *cap.* 8. & Martin. Delrio *lib.* 2. *diſquiſit. magic. quæſt.* 26. *ſect.* 7. Nec contra hæc facit, ſi bona conſulat, petatque vt fiant tot ſacrificia pro ſua intentione, & vt reſtituantur Titio, verbi gratia, decem aurei. Id enim addit dæmon, vt faciliùs videntes decipiat, vt notat Pedraza *in ſumm. in primo præcepto*, §. 10. & Thyræus *de ſpirituum apparition. cap.* 16. *n.* 9. & plerumque huiuſmodi viſiones ſunt illuſiones imaginariæ, & Victoria *ſuprà*, *verſ. ſed remanet vnum dubium*, *num.* 17. *per totum*, vbi vult animas defunctorum nunquam ſe immiſcere operibus magorum, qui ſi ſunt in igne purgante, exire è loco illo nequeunt; quod ſi ex peculiari gratia aliquando veniunt, hoc fit potiùs ad petendum ſuffragia à viuis, quàm ad ſe miſcendum operibus magorum. Si autem animæ ſunt in inferorum ſedibus, non poſſunt etiam dæmonibus adiuuantibus inde exire, niſi ex ſpeciali Dei mandato, nec eſt credendum hanc facultatem exeundi obtinuiſſe à Deo, maximè ſi conſideremus verba hiſtoriæ de diuite auaro *Lucæ* 16. qui neque ad fratres ſuos liberandos à pœnis æternis potuit obtinere facultatem redeundi ad vitam. Quare regulariter tenendum eſt huiuſmodi apparitiones eſſe falſas, ideóque ab illis cauendum. D.Thom. 1. *part. quæſt.* 117. *art.* 4. *ad* 2. Signa autem quibus decerni poteſt, an huiuſmodi apparitiones ſint boni, aut mali Angeli, tradit Delrius *d. quæſt.* 26. *ſect.* 3.

77. Signa autem, ex quibus conijci poteſt apertè non eſſe huiuſmodi apparitiones bonas, hæc ſunt. Si ſignum Crucis, nomen IESV, & MARIÆ, vel aliorum Sanctorum, aquam luſtralem, panem, aut ſalem benedictum, & agni Dei ceream ima[illegible] reliquias ſanctiſſimæ Crucis, & Sancto[illegible] deteſtentur, & abominentur, ſunt ex dæmone [illegible]. Item ſi aliquid petant, puta fieri ſa[illegible] reſtitutiones, & illis peractis adhuc appareant fruſtra rurſus, & ſint importuniores, e[illegible] cenſentur eſſe dæmoniacæ, niſi ad agendum gratias ſemel redeant. Item ſi dicat, ſe eſſe animam alicuius defuncti damnati, nulli credere, etiamſi addat ſe coactum redire, ad reuelandum venturã parum neceſſaria, & vana. His & aliis ſimilibus concurrentibus ex dæmone eſſe huiuſmodi apparitiones cenſentur. Vide cætera apud eundem Delrium *d. ſect.* 3. & Sanch. *d. lib.* 2. *in Decalog. cap.* 8. *num.* 24.

Illud etiam non contemnendum ſignum ad diſcernendum dæmonis fallacias, quod D. Antonius ſuis propoſuit his verbis: *Non eſt*, inquit, *difficilis bonorum, malorumque ſpirituum diſcretio: Si enim poſt timorem ſucceſſerit gaudium, à Domino ſciamus veniſſe auxilium: Si autem incuſſa formido permanſerit, hoſtis eſt qui videtur.* Cuius exempli meminit D. Thom. 3. *part. quæſt.* 30. *art.* 3. *ad* 3. vt oſtenderet viſionem Angeli in annuntiatione Beatæ Mariæ Virginis pauorem intuliſſe, ſed non permanſiſſe dicente Angelo, *Ne timeas Maria*, confeſtim pauore excuſſo Virgo reſponſum dedit. Neque enim, vt aliqui dicunt, turbata fuit Domina in viſione Angeli, cum eſſet aſſueta viſionibus Angelorum, ſed in admiratione eorum, quæ ab Angelo eidem dicebantur. Concordat Euangeliſta dicens non fuiſſe turbatam in viſione Angeli; ſed *in ſermone eius.* Sic D. Thom. 78.

Nec diſplicet mens ſapientiſſimi Patris noſtræ Societatis Petri Thyræi *de apparitionibus ſpirituum*, *cap.* 15. *num.* 20. dicentis dæmonibus nec bona ſuadentibus fidem eſſe habendam, quia ſi quæ bona conſulunt, animo nocendi moliuntur, & in hominum perniciem; quod ſi aliquando videatur exequendum, quod conſulunt, quia eſt opus de ſe bonum, tunc docet poſſe fieri, non quia diabolus dixit, ſed quia eſt opus bonum. Sequitur Delrius *lib* 6. *diſquiſit. magicar. in anacephalæoſi*, *monitione* 10. ſimpliciter eſſe dæmonem, quando in dæmoniaco dæmon ait ſe animam defuncti cuiuſdam eſſe cùm non poſſit anima defuncti in alienum corpus ingredi, vt bene id ex Abulenſi *cap.* 8. *Matthæi*, *quæſt.* 124. *ad* 1. tradit. Quod ſi aliquid fieri præſcribat, non eſſe faciendum Salius opinatur, niſi id alias eſſe faciendum obligetur ex præcepto. 79.

---

## §. IX.

### *Vtrùm arte dæmonis poſſint fieri miracula vera, ac veræ conuerſiones; & quinam debeant cognoſcere de illis?*

#### EPITOME.

80 *Miracula vera non fiunt arte dæmonis.*
81 *Inquiſitores cognoſcunt de conuerſionibus arte dæmonum factis.*
82 *Conuerſiones arte dæmonum quomodo fiant.*

QVID dicendum ſi quis verè arte dæmonis videatur facere miracula vtpote penetrare parietem? Dic poſſe Inquiſitores de hoc cognoſcere, quia hoc non eſt in manu dæmonis, nec facere poteſt vera miracula, eſto poſſit facere mira, quæ miracula videantur. Non enim verè ſunt miracula, etiamſi humana virtus id non aſſequatur. Idcirco cenſentur mira, ſed opera ipſius naturæ dæmonum induſtria affabrè facta, non tamen ſunt miracula, cum fiant per applicationem actiuorum paſſiuis, vt docet Paul. Grilland. *de ſortilegijs*, *lib.* 2. §. *ſeptimò quæro*, *n.* 12. nec ſuperent vires agentium naturalium, Victor. *de magia*, *quæſt.* 13. *num.* 18. *verſ. ſed miracula propriè dicuntur.* Salmeron. *tom.* 6. *ſuorum operum*, *tract.* 1. 80.

*tract.*1 *verſ.Neque obſtat*,& Delrius *lib.*2. *diſquiſit.magicar.quæſt.*7.

81. Conſequenter ergo dicendum eſt,Inquiſitores poſſe cognoſcere, de conuerſionibus, quæ fiunt, à maleficis, dum conuertunt arte ſua virgas in dracones, vt factum fuit *Exodi* 7.coram Pharaone à magis, ibi; *Vocauit autem Pharao ſapientes, & maleficos, & fecerunt etiam ipſi per incantationes Ægyptias, & arcana quædam ſimiliter, proiecerunt que ſinguli virgas ſuas, quæ verſæ ſunt in dracones.* Quæ conuerſio in veros dracones dicitur fuiſſe facta, teſte Auguſtin.*lib.*3. *de Trinitate, cap.*7.*&* 8. *& lib.*83. *quæſtion. quæſt.*79. & videtur conſtare ex ſcriptura *d.cap.*7.*Exodi*,dicente Aaronem conuertiſſe virgam in ſerpentem,& poſt hoc addit, magos feciſſe ſimiliter. Quod etiam ſentit Origenes *ſuper Marcum homilia* 13. & D. Thom. *de potentia, quæſt.*6. *art.*5. *ad* 8. Caiet. *d. cap.*7.*Exodi*, dicens virgas magorum verè in ſerpentes fuiſſe verſas, ſicut verè mutata eſt aqua in ſanguinem,& verè fuerunt productæ ranæ;quamuis Reychlinus *de verbo, mirifico*, contrarium opinetur.

82. Neque hoc à dæmone eſt factu difficile, ſiquidem ipſe cognoſcit rebus corporeis ineſſe per omnia elementa mundi quaſdam occultas rationes ſeminarias, quæ oblata opportunitate temporali, & cauſali exeunt in ſpecies ſuis modis, ac finibus conuenientes. Poteſt ergo dæmon inuiſibiliter has occultas ſeminarias rationes diſponere, & ex illis diſpoſitis applicando actiua paſſiuis efficere, vt huiuſmodi compoſitiones,& conuerſiones reſultent: & licet interdum aliqua opera à magis effingantur per illuſionem, & per ſenſuum ludificationem, ac præſtigias intuentium oculis illudant, nonnulla tamen verè faciunt applicando actiua paſſiuis,vt multis exemplis docet Paul. Gril. *de ſortileg. lib.*2. *§.ſeptimò quæro,n.*22. vbi in ſpecie loquitur de conuerſionibus virgarum magorum Pharaonis in veros dracones per aliquas virtutes naturales, vel per ſemina collecta habentia virtutem putrefaciendi ligneas virgas magorum, & conuertendi illas in lubricam draconum ſpeciem.Sequitur Sanchez *lib.*2.*in Decalog.cap.*40 *num.*4. *verſ.ſic cauſæ naturales*, vbi de his, & de aliis illuſionibus à dæmone effictis mirabiliter,vt aſſolet, agit.

---

## §. X.

### *Vtrùm animalia poſſint incantari.*

### EPITOME.

83 *Aſpides obturant aures ſuas,ne incantentur.*
84 *Baſiliſcus non domatur incantationibus.*
85 *Serpentes carminibus deponunt venenum.*
86 *Incantatores ſubduntur iudicio Inquiſitorum.*
87 *Hæreticale non eſt petere à dæmone, abſque pacto,vt animalia incantet.*
88 *Incantatio fieri non poteſt à mago niſi ope dæmonis.*
89 *Taurum ferociſſimum verbis magus compeſcuit.*
90 *Dracones verbis manſueſiunt, & mercatores illis, vt equis vtuntur, & ad Ægyptios deferunt, ac vendunt.*

QVÆSTIO eſt ad quem pertineat cognoſ- 83.
cere de incantantibus ſerpentes, & animalia carminibus? Ex dicendis in hac quæſtione id patebit, nam in primis conſtat ex *Pſal.*57. Aſpides obturare aures ſuas, ne incantentur verbis venefici ſapientis, & *Ieremiæ* 8.habetur tanquam ſpeciale quid regulum, hoc eſt
baſiliſcum non deliniri incantationibus. Vbi ſen- 84.
ſus Prophetæ eſt, dabo ſerpentes regulos,ea aſtutia præditos, vt nullo modo ſe ſinant incantari aures obturantes. Vnde non eſt dubium aſpidem incantari carminibus, ſiue ea vis naturaliter carminibus ſit indita, ſiue à dæmone inferatur. D. Hieronymus *in d. Pſal.*57.D.Thom.2.2.*quæſt* 96. *art.*4. *ad* 2. & D.Bernard.*in Pſalm.*14. ad illa verba,*ſuper aſpidem*, & ad *d. Pſalm.*57. idem ſuppo-
nunt Gloſſ. ordinaria, & Vatablus, vbi volunt 85.
carminibus cogi ſerpentes, vt virus euomant, & manſueſcant. Sopiuntur ergo ſerpentes carminibus, & protrahuntur è cauernis,& nihil mali inferunt.Delrius *diſquiſit.magicar. lib.*2.*quæſt.*13.*§. viderint in medio*, vbi hac de re exempla aliqua refert.

De incantantibus ſerpentes per verba aliqua ex 86.
pacto cum dæmone prolata,non eſt dubium poſſe Inquiſitores inquirere, & cognoſcere. Nam ſub nomine ſortilegij continentur incantatores. Farinac. *de hæreſ. quæſt.*181. *num.*3. cum Zanchino *in tract. de hæret. cap.*22. *num.*1. *& ſeqq.* Nihilominus ſecluſo pacto ſi quis petat à dæmone, vt incantet animalia, aut ſerpentes compeſcat, hoc non eſt hæreticale, nec ſapit hæreſim, cum petatur à dæmone id, quod dæmon per ſe poteſt
efficere, ſecundùm Geminianum *in cap. accuſatus, §.ſanè, num.*6. *de hæretic. in* 6. Repertor. In- 87.
quiſitor. *in verbo, hæreſis,rubr.ſapere hæreſim manifeſtè*. Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquiſitor. in verb. Apoſtata,num.*10. Secus ſi petatur à dæmone, quod non eſt in illius poteſtate, vtpote vt mortuum reſuſcitet, futura contingentia prædicat, reuelet intima cordis humani arcana, ac ſecreta, quia hoc eſt hæreticale cùm ſit ſupra vires naturales. Ioan. de Anania, *in rubr. extra. de hæretic. num.*8. vel ſaltem manifeſtam ſapit hæreſim. Felin.*in ead.rubr. in verſ. de ſecunda prob.*ad Ioan. Monach.. *in cap. accuſatus, §. ſacerdotes, num.*11. *verſ. alia eſt dæmonum inuocat. de hæret. in* 6. Syluest.*verb.hæreticus,§.*2.*num.*5.*verſ.tertia, ſi nullus honor*. Simanc. *de cathol. inſtit.tit.*21.*n.*4. cùm annunciare ventura ſit opus duntaxat Dei noſtri,Iſaiæ cap.41. *Annunciate quæ ventura ſunt, & ſciemus quia Dij eſtis vos.*

Incantatio ergo ſerpentum nullo modo poteſt 88.
fieri à mago, niſi ope dæmonis, & pacto ſaltem tacito cum dæmone. Conſtat ex traditis à Paulo
Grillando *de ſortileg.lib.*2.*quæſt.*8.*num.*3. vbi nar- 89.
rat ſe vidiſſe ſuo tempore magum Græcum cùm eſſet auditor in vrbe criminalium cauſarum, qui taurum ferociſſimum verbis quibuſdam compeſcuit & in funiculo tenuiſſimo,ad tria,vel quatuor milliaria depoſita omni feracitate pertraxit. Sequitur Martin. Delrio *lib.*2. *diſquiſit. magicar. quæſt.*16. Quod etiam liquet ex Pſalm.57. *Sicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas, quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis ſapienter.* Sed clariùs hoc habetur apud Ieremiam *cap.* 8. *verſ.*17. ibi. *Ego mittam vobis ſerpentes regulos, quibus non eſt incantatio*, hoc eſt qui non poterunt incantari. Ergo cæteri poſſunt,excepto baſiliſco.Carminibus ergo ſerpentes
manſue

manſueſcunt, virúſque deponunt, vt multi docent, de quibus Emanuel de Valle *in opuſcul. 1. de incantantibus, ſect. 1. cap. 1. num. 13. & 14.* vbi addit et Holcot. *ſect. 178. fol. 264. verſ. ſic meminit* Mercatores quibuſdam carminibus dracones ad tempus manſuefaecere, quibus inſidentes, frenatos ferunt ad Æthyopiam, ibique eos vendere, eſt enim eorum caro frigidiſſima, ideo in ea feruida regione habitantes illam in cibatum admittunt, vt veſcentes infrigidet, excuſſo priùs artificioſè natiuo veneno, quo inficiuntur omnino, vel cauda, in qua dicitur deliteſcere, obtruncata radicitus.

---

## §. XI.

*Quis debet cognoſcere de hominibus acus, clauos, & gladios ex ore euomentibus, & de ijs, qui ſubtus terram, aquas, & demortua corpora vident?*

### EPITOME.

91 *Euomere acus, & clauos per os, an fieri poſſit ſine auxilio dæmonis?*

92 *Aquileges an videant ſubtus terram, aquas, & apoſtemata, & vlcera latentia in viſceribus humanis?*

93 *Aſſerere dies eſſe infauſtos, & fauſtos ſuperſtitioſum eſt.*

94 *Aquileges ad certos dies reſponſa reſtringentes habent pactum cum dæmone.*

91. EVOMARE acus, clauos, gladios, pilos, oſſa, & plumas per guttur artificioſè contextas, ſi hæc fiant ſecundùm apparentiam per illuſionem, & luſitationem, quibus oculi intuentium decipiuntur, mirabili manuum celeritate, ac dexteritate, vt ſolent aliquando præſtigiatores efficere, ſinè dæmonis inuocatione, ac pacto, non eſt vllo iure probibitum; ſecus ſi hoc fiat per inuocationem dæmonis, etiam ſecundùm apparentiam, & multo fortius, ſi ſecundùm veritatem hæc à dæmone perficiantur, vt vult Petrus Beinsfeld. *in commentarijs, ad l. eorum, C. de malefic. & mathematicis, q. 7.* Campegius *in addit. ad Zanchin. in tract. de heret. cap. 22. litera D. in verb. dæmonis præſtare*, & Delrius *lib. 3. diſquiſit. magic. quæ. 4. ſect. 6.* vbi agit de ægro eiiciente per os vel imum guttur ſpinas, oſſa, ligna, ſaxa, & fruſta vitrea, & ſimilia arte dæmonis In ventrem ægri immiſſa, quæ per commiſtionem, vel aliter in ipſius corpus immitti, creditu videtur omnino difficile, variáque ibi hac de re exempla narrat, quibus accedit Sayr. *in claui, lib. 4. cap. 6. num. 19.* vbi concludit hæc fieri poſſe per illuſionem, vt videantur quæ reuera non ſunt, vel dæmonem facere illa apparere, figurato ex aëre corpore, aut ſi rea re ipſa vera ſint, à dæmone inuiſibiliter in ſtomachum immiſſas, & inde viſibiliter eductas, non obſtante magnitudine tanta rerum, quas poteſt diuidere, & reunire prout voluerit tanta celeritate, vt non percipiatur oculis diuiſio, nec conglutinatio, ſeu reunio, vt circulatores manuum celeritate, ac dexteritate luſitantes facere conſueſcunt. Coſmus Philoarcus *p. 4. lib. 3. cap. 8.* vbi hac de re exemplum mirabile narrat ex Surio *tom. 3. in vita Sancti Petri Archiepiſcopi Tarantaſis*, Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl. *cap. 23. fol. 165. verſ. Sancti Symphoriani*. Quod ſanè exemplum libuit hoc loco adiicere. Ex quo coniicies apertè nec hæc, nec ſimilia poſſe fieri ſine opera dæmonis.

Caſus autem hoc modo contigit, & appatet, ex notabili maleficio per nequitiam inuidæ ſocrus à malefica contra nurum ſuam confecto, in caſtro Sancti Symphoriani Lugdunenſis Eccleſiæ; ex quo nurus ipſa paulatim deſperato languore contabeſcebat. Cognita morbi cauſa genitrix ægræ fœminæ muliebri affectione perſuaſa, Satanam Satana eiicere conſtituit, vocatóque peritiſſimo malefico rem aperuit. Magus adeſt, explorat, mulierem aſſerit inferratam, terit arborum cortices, verbis, & herbis, pocula infecta eidem propinat, mordet miſeræ iuuenculæ brachium dentibus propriis. Res inaudita. Conualuit ab illo languore, ſed aliquando procedere acus quaſi ex corde ſentiebat tendentes ad morſuram, non verò ſine dolore tendentes; donec per morſuram brachij vi occulta exire acus incipiunt, & plures quàm triginta per temporum interualla prodierunt; quarum quædam foramina admittendis filis idonea præferebant. Nec res habuit exitum. Nam poſt acus, cœperunt ligni ſudes paruuli ex quercino robore, ſeu fraxineo pro ferreis acubus egredi, ſpinis craſſiores & parum longiores, & intra anni, & paucorum menſium ſpatium ligna ſexdecim ex miſera muliere prodierunt. Ad hæc tandem affuit ſanctiſſimus Petrus Archiepiſcopus Tarantaſius, ſacrificanti inter Miſſarum ſolemnia offertur mulier ex mandato ipſius. Eadem hora ex mulierè decimum ſeptimum lignum per morſuram brachij egredi cœpit, quod ſub oculis omnium Sacellanus extraxit. Confeſſà denique de peccatis apud ipſum Archiepiſcopum, & ab eo abſoluta, & ſacra ſynaxi mirificè refecta, ab omnibus præſtigiis deinceps fuit liberata.

Sed quid ſentiendum de aquilègibus, quibus tanta ineſt oculorum acies, ac virtus, vt non obſtante terræ craſſitudine, nec aliquo alio interiecto obſtaculo, videre ſubtus terram aquarum, & metallorum venas, & corpora humana veſtitu nihil impediente dicantur penetrare viſu? Sunt qui affirment id poſſe fieri naturaliter, ex eo quòd tribuitur à natura Lyncibus, ex Ceruariorum genere animantibus intenſiſſima oculorum acies. Plinius *lib. 28. c. 8. ad finem, & lib. 7. cap. 21.* mira de viſu intenſiſſimo exempla refert. Nec omittas Lynceum vnum ex argonautis ea oculorum acie præditum, vt diceretur vel parietem viſu tranſire, & vt ex hiſtoricis aliqui referunt, nouiſſimam lunam, primamque eodem die in ſigno arietis conſpicere. Hinc Valer. lib. 1. argonaut. *Solus tranſigit nubila Lynceus.* Huic & nomen M. Varro reddidit Strabonem vocatum. Solitum autem punico bello à Lilybæo Siciliæ promontorio exeuntem è Carthagine claſſem numerumque nauium notare. Plinius *d. cap. 21.* Idem cenſent Ludouicus, Cælius Rhodiginius *lib. 16. antiquarum lectionum cap. 2.* Vairus *lib. 3. de faſcino, c. 4.* vbi volunt poſſe hominem naturaliter ſubtus terram aquarum venas, & intra corpus humanum apoſtemata, & vlcera latentia intueri. Alij verò id negant fieri poſſe, ſed ſolùm imaginari ſe videre ea, quæ re ipſa videri non poſſunt. Quamuis Veracruz *lib. 2. de anima, ſpeculatione 2. ad fin.* dicat ſe non audere partem affirmantem damnare, præſertim ſi affirmantes ſe videre ſint viri honeſtæ vitæ. Dicendum ergo eſt 92.

poſſe naturaliter homines coniectare, imò aſſe- rere, venas aquarum ſubeſſe ex vaporibus manè è terra ſurſum aſcendentibus ex aliquo certo loco, & non ex aliquo alio, vel ex aliquibus herbis, quæ naſci ſolent in locis paluſtribus. Similiter ſubeſſe hoc, vel illud minerale in terræ viſceribus ex quodam herbæ, vel arbuſti genere, naſci ſolito ſupra vbi eſt hoc, aut illud metallum; et verò aſſerere ſe ſubtus terram viſu oculorum conſpicere riuulos aquarum, aut argenti, ſeu ſtagni venas, eſt omnino impoſſibile. Sic Martin. Delrio *lib. 1. diſquiſit. magicar. cap. 3. quæſt. 4. verſ. Adyciam hic*. Cui adhæret meritò Sanchez *lib. 2. in Decalog. cap. 38. num. 37.* præſertim, quia iſti aquileges iſtam facultatem videndi ſolent ad certos dies, feriam vtpote tertiam, & ſextam limitare, quod eſt magnum indicium pactionis cum dæmone initæ. ideo concludit Sanchez non eſſe liberandos à mortali eos, qui hos aquileges adeunt circa ea, quæ nequeunt ſciri, niſi opera, & adiumento dæmonum.

93. Probatur etiam, quia obſeruare dies, quaſi quidam ſint infauſti, quidam verò fauſti, ac felices, eſt ſuperſtitio, vt habetur *in cap. non obſeruetis* 26. *quæſt.* 7. & tradit D. Thom. 2. 2. *q.* 96. *art.* 3. *in corpore*. Nolléque iter aſſumere die Martis, nec aliud opus incipere certò credendo ſibi non fœliciter ſucceſſurum, eſt mortale ſecundùm Nauarrum *in ſumm. Latina, cap.* 11. *num.* 38. *& in Hiſpana, num.* 37. Ciruelo *de ſuperſtitionib.* 3. *part. cap.* 6. & Alcocer *in ſumm. cap.* 14. *ad fin.* Secus ſi id omittat, ex ſolo quodam timore, vt communiter fieri ſolet, tunc erit veniale. Item ſtultum eſt res ferre ad tempora, cum in noſtra manu ſit vel bonum diem nobis facere, vel malum. Ideo ſuperſtitioſum eſt credere alios dies eſſe fortunatos, alios infelices, cum Deus eodem modo fecerit omnes dies. Simanc. *de cathol. inſtit. tit.* 63. *rubr. de ſuperſtition. num.* 6. Sequitur Petrus Binsfeldius *de confeſſ. malef. in* 15. *præludio, cauſa* 3. *verſ. qui obſeruant dies, & verſ. qui quoſdam dies*; vbi in ſpecie agunt de ſuperſtitione ex obſeruatione dierum, menſium, & annorum. Quibus ſocij ſunt Martin. Delrio *diſquiſit. magicar. lib.* 3. *part.* 2. *quæſt.* 4 *ſect.* 6. *verſ. octaua ſuperſtitio*. Sanchez *d. lib.* 2. *cap.* 40. *num.* 16. *verſ. atque huius*. Vbi addit ſuperſtitioſum eſſe certis diebus tangere olera ſcopis, ne à vermibus, aut erucis rodantur. Item nolle die veneris vngues

94. præſecare. Vide Farinacium *de hæreſi, quæſt.* 181. *num.* 41. vbi de his egit, addens *num.* 42. non omnes ſuperſtitiones hæreſim ſapere, ſed illas duntaxat, quæ mala intentione creduntur. Verbi gratia, ſi plus tempori, numero, loco, perſonis ac ceremoniis tribuimus, quàm Deo, credentes firmiter, aliter quàm cùm illis ceremoniis & ſuperſtitionibus non poſſe obtineri, quod quiſquis habet in votis, per tradita ex Deciano *in tract. criminal. lib.* 5. *cap.* 18. *verſ.* 45. Ex quibus apertè conijcitur aquileges ad certos dies reſponſa reſtringentes habere pactum cum dæmone, & ex conſequenti eſſe mortale ea de re conſulere. Sanchez *dict. lib.* 2. *capit.* 38. *num.* 37.

* * *

§. XII.

*Utrùm ſit caſus mixti fori benedicere ſiue animalia, ſiue homines, & curare vulnera, ſiue morbos certis verbis, ac ſignis ad ſanandum minimè naturalem vim habentibus.*

EPITOME.

95 *Vti benedictionibus, ac ſignis vanis ad ſanandum, eſt caſus mixti fori.*

96 *Incantationes ad bonum finem non ſunt prohibitæ de iure ciuili.*

97 *Enſalmatores, carminatrices, & ſalutatores plerumque vtuntur ſuperſtitionibus.*
*Curandi modus per verba, aut ſigna, quibus eſt permittendus, & quibus interdicendus.* ibid.

98. & 99 *Caſus enſalmatorum, & ſalutatorum, eſt mixti fori niſi quando ſapit hæreſim.*

100 *Enſalmi ſapientes hæreſim pertinent ad inquiſitores priuatiuè.*

101. & 102 *Blaſphemiæ ſimplices ſunt mixti fori de iure Luſitano, ſecus ſi ſunt hæreticales. Et quæ blaſphemiæ ſint ſimplices, & quæ non?* ibid.

103 *Enſalmi quinam ſint, & quomodo fiant, & an differant ab incantationibus?*

104 *Salutatores in Hiſpania inueniuntur, & quomodo ſanent ægrotos?*

105 *Enſalmorũ alij ſũt inuocatiui, alij conſtitutiui.*

106 *Fas eſt vti enſalmis, ac benedictionibus purè inuocatiuis, ſed magis laudabile erit ab illis abſtinere.*

107 *Enſalmis à quibus ſit cauendum.*

108 *Reliquias ſanctorum, ac breuia geſtare ſuſpenſa è collo quando licitum ſit, & quando non.*

109. & 110. *Enſalmis in dubio an ſit vtendum ſub conditione, & facta proteſtatione?*

111 *Enſalmi conſtitutiui nihil vanum continentes an ſint liciti.*

112 *Enſalmi conſtitutiui promittentes effectum ex vi operis etiam fallibiliter non licent.*

113 *Enſalmus, in quo ineſt aliquid falſi, vel peccatum, vel aliquid indifferens tanquam neceſſarium, non eſt à Deo.*

114 *Benedictio per verba ignota, aut nihil ſignificantia ſi quid operetur, non eſt à Deo.*

115 *Salutatores curantes per halitum, tactum, & ſaliuam, an ſint permittendi.*

116 *Sanandi gratia an poſſit prouenire ex naturali complexione corporis humani.*

117 *Humani corporis partibus mirabiles tribuuntur effectus.*

118. & 119 *Salutatores habere vim ſanandi eſt probabile. Sed oppoſitum eſt probabilius.*

120 *Salutatores ex quibus poſſit cognoſci, an operentur ex gratia gratis data.*

121 *Gratia gratis data ad bonum commune interdũ datur viris peccatoribus.* verſ. Sed contra.

122 *Salutator dicens ſe non poſſe ſalutare coram alio ſalutatore, non eſt à Deo.*

123 *Salutator, qui eget nimio vini potu ad ſanandũ alios, non videtur habere gratiã ſanandi.*

124 *Salutatori dicenti ſe habere gratiam ſanandi, ſub hac, vel illa verborum forma dependentem, an ſit credendum?*

*Panis*

125 *Paſſis à ſalutatoribus morſus prodeſt morſis a cane rabioſo.*

126 *Salutator curans vulnera lethalia per hæc verba, In nomine Patris, &c. an ſit permittendus.*

128 *[illegible]us ſanandi aliquando hæret perſona, ita vt ſit propria illius, nec alteri communicatur, non videtur damnanda.*

129 *Salutatores infideles, vel hæretici non admittuntur.*

13[illegible] *Salutatores, qui ab alijs diſcunt eundem curandi modum.*

95. De iure Luſitano *lib. 2. tit. 9. in princip.* per text. ibi, *benzedeiros*, eſt caſus mixtæ cognitionis vti benedictionibus, ac ſignis ad ſanandum. Idem prohibetur *lib. 5. tit. 4.* ſiue mares, ſiue fœminæ ſint, qui ad hoc ſuperſtitioſis ceremoniis, ac rebus vanis vtuntur, nullam applicantes medicinam naturalem, efficacem, ad illius morbi ſanitatem inducendam; credentes verba illa ſimpliciter prolata ſufficere ad ſalutem morbi adipiſcendam. Ratio, quoniam ea verba, aut ſigna habere virtutem naturalem ad effectum impertiendum ſanitatem ex aliquo capite nobis non conſtat, etiamſi applicantes dicant ſe Deum, & ſanctos inuocare; hoc enim ſapit idololatriam. Sic Chryſoſt. in *Epiſtola Pauli ad Coloſſenſ.* vbi ait ſuperſtitioſa remedia nihil prodeſſe, ſed eſſe ſuperſtitioſum ludibrium, & idololatriam. Et *in homil. 21. ad populum Antiochenum.* idem repetit, vbi loquitur de his, qui ex ipſis morbis curandis quæſtum faciunt. Sequitur Simanc. *de cathol. inſtit. tit. 63. num. 19.* Petr. Binsfeld. *de confeſſ. malef. concluſ. 8. poſt prælud.* Qui enim per verba huiuſmodi curant, ac ſanant infirmitates, & quæſtum faciunt, per hoc etiam incurrunt in ſuſpectionem ſiniſtram, quòd operentur per inuocationem, & auxilium dæmonum, quia Chriſtus Dominus Apoſtolis miraculosè ſanaturis infirmos, præcepit omnimodam paupertatem, *gratis accepiſtis, gratis date*, Matth. 10. *nolite poſſidere aurum, neque zonam.*

96. De iure tamen ciuili non ſunt prohibitæ incantationes, quæ fiunt ad bonum finem, vtpote ad ſa[illegible]n infirmum, teſte eodem, *in commentar. ad leg*[illegible]*rum, C. de maleſic. & mathem. quæſt. 5. 1. & 2.* [illegible]*concluſ.* Et *ibi* Bartol. Sequitur Paracelſus *lib.* [illegible]*o, & de morbo caduco, & lib. de cœleſti me*[illegible]*, cuius meminit Maiolus ridens meritò, ac* [illegible]*um, tom. 2. dierum, colloquio 3. ſaga in. 2.* [illegible] *de Iudæis, fol. 616.* concludenſque nihil ob[illegible] an Angelus bonus, aut malus ægrotum ad[illegible], dummodo æger ſanitatem conſequatur.

[illegible] aliter de iure canonico, & in foro con[illegible]. Quin addit Pegna *in additionib. ad Ey*[illegible] *director. Inquiſitor. part. 2. quæſt. 43. verſ.* [illegible] *, fol. mihi 370. col. 1. in princip.* [illegible], eſſe errorem hæreticum credere li[illegible] magicis artibus, vel aliis quibuſcunque [illegible]ionibus à Deo, & Eccleſia prohibitis [illegible] finem, Farinac. *d. q. 181. num. 33.* Sanch. [illegible]39. vbi concludit ſalutatores, ſeu carminantes non eſſe permittendas, niſi forte ſint perſonæ boni nominis, aut vitæ probatæ, & orationibus duntaxat licitis abſque vlla ſuperſtitione vtantur, ſupplicantes Deo per paſſionem Chriſti, vel per mortem illius, vt proſint medicinæ naturales, quas ægris admonent, quia pium eſt, & ſanctum id petere à Deo piis orationibus. Sic *Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.* Nauar. *in ſum. Latina, & Hiſpana, cap. 11. num. 36.* Lud. Lop. *1. p. inſtruct. c. 41. col. penult. verſ. mulieres orationibus*, & Ciruelo *de ſuperſt. p. 3. cap. 3.*

97. D. tamen Anton. *2. p. tit. 12. c. 1. §. 11.* Ang. *verb. ſuperſt. n. 9.* & Nauar. vbi ſupra, aiunt pleruſque has carminatrices, ſeu ſalutatores eſſe ſuperſtitioſos, & perſæpe vana miſcere, & ideo has perſonas nullo modo eſſe permittendas, niſi ſint perſonæ honeſtæ, de quibus nulla ſit ſiniſtra opinio in oppido. Imò quamuis ſint bonæ exiſtimationis, adhuc non ſunt permittendæ, ſi timeatur earum exemplo, aliàs non ita probatæ vitæ, nec opinionis ſimilibus ſuperſtitioſis obſeruationibus vſuras fore. Quin etiã idem Anton. & Syluest. *verb. ſuperſtitio, q. 10. d. 4.* ſubdunt hunc curandi modum quibuſcumque ſiue viris, ſiue fœminis eſſe omnino interdicendum, niſi fortè viris religioſis, ſacerdotibus, aut laicis vitæ probatiſſimæ, ſecluſo omni ſcandalo, ac periculo accipiendi inde occaſionem viles perſonas vtendi ſuperſtitionibus in curandis ſuperſtitioſè infirmitatibus. Cum ergo tot, & tam graues doctores ita strictè, & cautè hac de re loquantur, ſatius omnino puto inter hæc periculo abutendi ſuperſtitionibus loco ſalutarium medicinarum, nunquam hoc genus curandi eſſe permittendum.

98. Quid ſentiendum de enſalmis? Reſponde de iure Luſitano *lib. 2. ord. tit. 9. in princ.* Enſalmorum caſum eſſe mixti fori, niſi hæreſim ſapiat manifeſtè. Valent. tamen in commentariis ad D. Thom. *diſp. 6. q. 13. pun. 4. in princ. verſ. & quidem ſeſtetur*, & ante illum Malleus Maleficar. *in 3. part. in princ.* cenſent iudices laicos poſſe cognoſcere de crimine ſortilegij, etiam quando hæreſim continet, quod vſu, ac conſuetudine receptum docent. Sed verius eſt & magis receptum non poſſe cognoſcere laicos de ſuperſtitionibus hæreſim continentibus: quod ex vigore Apoſtolicarum conſtitutionum, præſertim Sixti V. contra aſtrologos hodie tanquam omnino certum concludit Azor. *1. p. inſt. mor. lib. 9. c. 26. q. 4.* & Sanch. *lib. 2. in præcept. Decal. lib. 2. c. 38. n. 92.* pertinere ad Inquiſitores, necnon cognitionem aliarum ſuperſtitionum, in quibus eſt ſuſpicio hæreſis.

99. Ex quibus deducitur de enſalmatoribus prout vtuntur ſimplicibus ſuperſtitionibus in curandis morbis, non cognoſcere ſanctæ Inquiſitionis Tribunal, ſed eſſe caſum mixti fori, videlicet iudicis Eccleſiaſtici, & laici, & dari præuentionem, vt conſtat ex traditis à Iulio Claro *lib. 5. receptarum, §. hæreſis, n. 25.* Suar. *tom. 1. de relig. lib. 2. c. 19. n. 11.* Sanch. *d. c. 38. n. 92.* Farin. *de hæreſi, q. 181. n. 101. ad fin.* vbi ait ſanctum officium non ſe immiſcere in ſuperſtitionibus ſimplicibus puniendis. Sed eſſe caſum mixti fori conſtat ex noſtra ordinatione *lib. 5. tit. 4. per tot.* Imponitur pœna abuſibus benedicentium animalia, abſque principis, aut prælati auctoritate, ibi, *Sem primeiro auer noſſa auctoridade on do prelado.* Quin etiam addi poteſt eſſe caſum mixti fori, etiam quando enſalmi ſapiunt hæreſim per *d. l. noſtram, d. lib. 5. tit. 2. §. 1. & 2.* ibi, *qualquer que arrenegar, deſcrer, ou pezar de Deos*, vbi etiam hunc caſum à ſæculari iudice iubet pronunciandum, ac puniendum, & confirmari poteſt ex *cap. vt inquiſit. §. prohibemus, de hæret.* prohibente iudicibus ſæcularibus, ne ſe intromittant in iudicando crimine hæreſis, quia eſt Eccleſiaſticũ omnino. Ergo videtur ſupponi veneficorum, & enſalmorũ crimina ſpectare ad iudicium laicale, prout ſunt reipublicæ in temporalibus damnoſa.

100. Dicendum tamen eſt, enſalmos manifeſtè ſapientes hæreſim pertinere ad Inquiſitores, priuatiue ad iudicem ſæcularem. Quoad primum patet ex *d. cap. accuſatus, de heret. in 6.* in quo hæc reſeruantur Inquiſitoribus, & notat ipſe Malleus *in quæſt. 1. 3. part. §. præterea, fol. 477.* Quod autem ad Inquiſitores hæc pertineant, priuatiuè ad iudices ſæculares, non verò accumulatiuè, demonſtratur ex *cap. vt officium, de heretic. in 6. §. prohibemus,* vbi interdicitur magiſtratibus ſæcularibus, ne ſe intromittant, nedum de hæreticis, ſed nec etiam de quibuſuis ſuſpectis de hæreſi, aut de aliis dictis, aut factis ſapientibus hæreſim, cognoſcere. Patet ex traditis à Simanca *de cathol. inſtit. tit 62.* & apertè ſequitur Eymeric. *in director. Inquiſitor. part. 2. quæſt. 46. num 5. verſ. quod autem ita ſit, & num. 10. verſ. reſpondetur.* Et tradit Iul. Clar. *lib. 5. receptar. §. hæreſis, num. 4.* vbi de cauſa hæreſis loquitur cum aliis, & *num. 25.* idem ſupponit tanquam indubitatum de ſortilegiis manifeſtè ſapientibus hæreſim.

101. Nec refert, ſi dicas legem Luſitanam ſtatuere *d. lib. 5. tit. 2.* cognitionem blaſphemorum, & renegantium de Deo, & de fide catholica pertinere ad iudicium magiſtratuum ſæcularium, quia hoc eſt intelligendum quando blaſphemiæ non ſapiunt hæreſim, ſed quando prædicta verba verbo tenus proferuntur. Secus ſi hæreſim indicant. Ita colligitur ex *eod. lib. 5. tit. 1.* vbi lex noſtra declarat caſum hæreſis eſſe mere Eccleſiaſticum, quæ lex fuit deſumpta ex *cap. vt Inquiſitionis, verſ. prohibemus, de heret. lib. 6.* Barboſ. *in remiſſ. ad d. lib. 5. titul. 1. ad principium ordinationis regiæ, num. 1, per text.* ibi, *o Conhecimento do crime de heregia,* multis eo loco relatis. Quia quando blaſphemiæ ſunt hæreticales, hoc eſt quando ſignificant, & continent errorem contra fidem, aut quando per verbum aliquod indicatiui modi aliquid fidei contrarium aſſeritur, earum cognitio pertinet ad Inquiſitores. Simanc. *de cathol. inſtit. tit. 8. num. 6. & in inſtructione Hiſpalenſi, cap. 4.*

102. Vnde ſi quis dicat Deum eſſe iniuſtum, acceptorem perſonarum, non eſſe omnipotentem, aut ſi dicat, *non credo in Deum, renego fidem, Deum, chriſma, puritatem Beatæ Virginis Mariæ*, ſubditur iudicio ſancti officij. Eymeric. *in director. Inquiſitor. 2. part. quæſt. 41. num. 1. & 2.* & ibi Pegua *comment. 66. in princip. fol. 350. col. 1. & 2.* Quod ſi quis dicat verba, per quæ Deo, vel Sanctis aliquid mali imprecetur, vel conuitia inferantur, vel dicatur, *maledictus ſit Deus,* & cætera, per quæ prauus tantùm affectus demonſtratur erga Deum, ac Sanctos a blaſphemante, ſunt blaſphemiæ non hæreticales, & mixto foro ſubiiciuntur, datúrque præuentio ad cognoſcendum de illis inter Eccleſiaſticos, ac laicos magiſtratus. Abbas *in cap. 2. de maledicis, num. 9.* Couar. *de pactis 1. part. §. 7. n. 12. verſ. crimen autem*, Pegua *vbi proxime,* Royas *de heret. 2. part. aſſert. 12. à num. 571.* Azor. *tom. 1. inſtit. moral. lib. 9. cap. 28. quæſt. 5.* & alij, quibus adhæret Sanchez *in Decalog. lib. 2. cap. 32. à num. 6. vſque ad num. 37.*

103. Enſalmi ergo ſunt quædam benedictiones, ſiue imprecationes, ex certa verborum præſertim ſacrorum formula conflatæ, & interdum fiunt ex rebus, puta vino, aut oleo, aut ex certis panniculis lineis certo numero partium complicatis, quibus enſalmatores ad ſananda vulnera, alioſque morbos curandos vtuntur, & ad repellenda mala, ac bona conſequenda, quos parum, aut nihil differre ab incantatoribus ait Malleus Maleficar. *p. 2. q. 1. cap. 16. &. pro ſecundis, fol. 379.* qui ſuam artem peragunt verbis, in quibus dicunt fore ſupernaturalem quodammodo poteſtatem, quam exercent. Concinit Frater Hieronym. Llamas *in ſua methodo curationis, p. 3. cap. 3. verſ. reducuntur, fol. 370. & 171. & §. incantatores qui dicantur, fol. 172.* vbi agit de variis modis curandi per enſalmos, eoſque damnat, & abhorret, tanquam nihil habentes ordinis, aut cauſalitatis ſupernaturalis, vel naturalis ad effectum ſanitatis, vel alicuius fortunati euentus conſequendum.

Porrò Martin. Delrio *lib. 1. diſquiſit. magicar. cap. 3. quæſt. 4. fol. 28. verſ. Eſt in Hiſpania genus hominum,* meminit ſalutatorum, & enſalmatorum, dicens enſalmatores ſanare vi orationum, quas conceptis verbis proferunt; ſalutatores verò vi ſaliuæ, & halitus, quem inſpirant in ægrum: neutros tamen in vniuerſum damnat, ac reprobat ex eo fundamento, quia poſſunt aliqui habere donum ſanitatis. Nauar. *in manuali cap. 11. num. 36.* vbi ait licitè poſſe hoc ſalutatores ſuo munere perfungi, quoniam gratia illa gratis data, huiuſmodi hominibus à ſolo Deo conceditur ad vtilitatem aliorum. Verùm hoc ſic generaliter dictum non eſt admittendum, quia non eſt tam facilè credendum viris perditiſſimus hanc gratiam à Deo tributam. Similiter de curatione illa adhibita per panniculos duplicatos, aut certo modo complicatos, audacter addit Delrius *ſupra, verſ. de militari illa*; niti opere & opera dæmonis ex pacto, & ex ſuo genere eſſe peccatum mortale. Quin etiam ſubdit, ſanatos ab enſalmatoribus & ſalutatoribus poſtea in ſæuiores morbos, ac dolores grauiſſimos relabi, & vt plurimum triſtiſſimum vitæ exitum ſortiri, quod multorum exitu comprobare facile erat, quorum nominibus de induſtria ignoſcit. 104

Enſalmorum alij ſunt inuocatiui, alij conſtitutiui. Inuocatiui conſtant ex certis verbis, & orationibus formaliter deprecatiuis ad petendum à Deo certa quoque, & limitata beneficia. Conſtitutiui conſtantur ex cæremoniis conſtitutiuis, quæ ex vi operis obtineant à Deo, aut illum obligent ad operandum. Vnde enſalmi inuocatiui, & publica, & priuata auctoritate confici poſſunt adhibitis verbis certis, per quæ ſanitas vulnerum, & tempeſtatis ſedatio à Domino poſtuletur cum ſpe, quòd Deus infallibiliter concedat, quod petitur, ſi conditiones ad orationem neceſſariæ concurrant, & placitum fuerit ordinationi diuinæ. Probatur, quia cuilibet priuato licèt orare vocaliter, prout voluerit, nec tenetur pro ſe, aut pro aliis vti certa, ac limitata orandi forma, ſiue à ſe, ſiue ab alio ordinata. Suarez *tom. 2. de religion. lib. 1. cap. 13. per totum, & lib. 4. cap. 2. à num. 1. vſque ad 7.* dicens integrum eſſe etiam cuilibet priuato orare vocaliter, prout voluerit non limitata certa forma (ſicut eſt limitata miniſtro publico) non ſolùm pro ſe, ſed etiam pro amico cum ſpe obtinendi ſibi, vel amico ſanitatem corporalem, ac proinde licitum ſanè eſt, & laude dignum orare Deum, & eidem allegare, quæ potuerit ad illum flectendum, ſiue id quod poſtulet, impetret, ſiue non; Sayr. *in claui, lib. 4. cap. 6. num. 8. §. 6.* Delrius *lib. 5. quæſt. vnic. ſect. 16. §. incantatores.* Farinac. *quæſt. 20. num. 110. in pract. crimin* & alij apud Vallem à Moura *de enſalmis, ſect. 2. cap. 14. num. 5. & ſeqq.* 105

106. Ex dictis ſequitur fas eſſe vti enſalmis, ac benedictionibus merè inuocatiuis, quando enſalmatores orationibus duntaxat licitis & adiurationibus [illegible], remota omni vana circumſtantia [illegible], ſupplicantes adeo per vulnera, vel per paſſionem Christi Domini, vt remedia naturalia morboſo applicata proſint. Eſſe autem hoc licitum docent Syluest. *verbo*, *ſuperſtitio.q.* 10. *d.*4. Angel.*eod.verb.num.*9. Ludouic.Lop.1.*p.Inſtruct. cap.*41 *col. penult.* & alij quos referens ſequitur Sanchez *in decalog. lib.*2.*cap.*40. *num.*39. addens quando verba, aut ſigna, aut adiurationes, quæ adhibentur, nullam habent vim ad ſanandum illum morboſum, ſed applicantes credunt illis ſignis, aut verbis ſanitatem eſſe conſequendam, talia verba, aut ſigna tanquam ſuperſtitioſa, eſſe omnino damnanda, eo quòd naturali virtute ad illum effectum obtinendum ſunt deſtituta. Quod ſi aliquando proſint ægrotis, ſine dubio hoc fit per dæmonis aſſiſtentiam. Victoria *de magia, num.*18. & Ciruelo *de ſuperſtit.par.*3.*c.*3.

Cæterum, quia enſalmi inuocatiui regulariter non ſunt omnino liberi à vanitate aliqua, vel ab vmbra ſuperſtitionis, vt tradit D.Thom.2.2. *q.*96. *art* 4. vbi ponit quatuor conditiones ad hoc cognoſcendum, quas refert Azor *tom.* 1. *Inſtitut. moral. lib.* 9. *cap.* 26. *verſ. ſextò quæritur*, & approbat. Cautè in his approbandis eſt ambulandum, prout bene docet Incarnatus *in Seminio Sacerdotali tract.* 6.1. *p. fol.* 101. §. *item contra*, eo quia multæ fiunt deceptiones ſub ſpecie deuotionis, laudabilius erit ab inuocatiuis enſalmis etiam abſtinere, ſic D. Thom. 2.2.*q.*96.*art.*4. *in corpore.* Vall. *ſuprà ſect.* 2.*c.*14. *num.* 14. cum aliis. Quoniam etiamſi non inuoluantur obſeruantiis vanis apertè, occultè timeri poteſt, quòd implicentur. Quod ſi nec occultè vanitates præ ſe ferant, & ſint omnino puri ab omni vmbra ſuperſtitionis, regulariter aptiſſimi ad ſcandalum inducendum, & perſuadendum mulierculis, ac vilibus perſonis, vt immemores ſuæ conſcientiæ, ac timoris Dei, ſe conferant exemplo bonorum ad exercendum enſalmos plenos obſeruationibus ſuperſtitioſis. Nec enim plerumque illis vti ſolent, niſi perſonæ viles aut vitæ malæ, & ignotæ, vt notat Sanchez *d. lib.*2.*cap.*40. *num.*39. vbi ex D.Antonino 1.*p.tit.*12.*cap.*1.§.11. & ex Syloeſtro, *verbo*, *ſuperſtitio*, *quæſt.*10. *dicto* 4. addit non eſſe permittendum vſum enſalmorum, niſi fortè ſacerdotibus, aut religioſis, aut laicis vitæ, ac famæ probatiſſimæ, ceſſante prædicto ſcandalo, ac periculo; eſſe tamen peccatum mortale vti enſalmis inuo[illegible], ſi ab Eccleſiaſtico magiſtratu vſus eorum prohibeatur.

107. [illegible] verò per exempla particularia doceamur à quibus enſalmis inuocatiuis cauendum ſit, attendere oportet iis, quæ D.Thom. tradit *d.q.*96.*art.*4. ad [illegible] proferre diuina verba, aut diuinum [illegible] animus, & intentio tendant ad Dei reuerentiam, à qua expectatur effectus, licitum eſſe: ſi autem habetur reſpectus ad aliquid vanè, aut ſuperſtitioſè obſeruatū, eſſe illicitum. Secundò, ſi qui in [illegible]s ſerpētibus, vel aliis animalibus [illegible]tatur verbis ſacris, & habeatur reſpectus ad ea verba ſacra ſolum, & ad diuinam virtutem, non peccat: ſecus ſi huiuſmodi incantationes habeant illicitas obſeruantias. Idem dicendum eſt ſi cum verbis ſacris contineantur aliqua vana, aut ſi quis habeat fiduciam in modo ſcribendi aliquot characteres, D.Th.*ſuprà d.art.*4.*in corpore*, *& ad* 1.*&* 2.*&* 3. Eodem modo non eſt licitum habere reſpectum ad verba ſacra, dummodo proferantur tali die, & tali hora, vel ſcripta ſint in tali charta, vel talibus characteribus.

Idem eſto iudicium ſecundùm D. Thom. ſuprà ad 3. de portatione reliquiarum, ſi enim deportentur de fiducia Dei, & ſanctorum, quorum ſunt reliquiæ, non erit illicitum, imò licitum, & ſanctum: Secus verò ſi circa hoc habeatur reſpectus, quòd reliquiæ afferantur in certo aliquo vaſe huius, vel illius figuræ, quod non refertur ad Dei reuerentiam, eſt illicitum. Sequitur D. Anton. 2.*part tit.*12.*cap.*1.§.13. Delrius *lib.*3.*diſquiſit. magic.part.*2.*quæſt.*4.*ſect.*3. Sayr.*in claui lib.*4. *cap.*6. *num.* 6. Ciruel. *de ſuperſtit. part.* 3. *cap.*4. Suar. *tom.*1. *de relig. lib.*2. *de ſuperſtition.cap.*15. *num.*11. & in ſpecie de reliquiis ſanctorum, quòd earum geſtatio ad collum ſit licita. Probatur ex traditis a Martino Delrio *lib.*3. *diſquiſit.magicar. part.*1. *quæſt.* 4.*ſect.* 3. & ex Suar. *tom.*1. *de relig. lib.*2.*de ſuperſtitio.cap.*15.*num.*11.*& ſeq.&* 1.*tom. in* 3.*part.quæſt.*25.*art.*6.*diſp.*55.*ad fin.* quia geſtare reliquias è collo ſuſpenſas abſque vlla vanitatis ſpecie ex ſuprà citatis, non eſt prohibitum de iure naturali, cum nihil mali contineat, nec interdicitur à iure Eccleſiaſtico. Ideo poſſunt geſtari. Nauar. *in manual.cap.*11.*num.*35.*verſ.Vigeſimoquinto*, vbi ait religioſum eſſe cum decenti reuerentia reliquias geſtare ſuſpenſas è collo ſecundùm D. Thom. *d. art.*4. Quod etiam cenſet Vaſq. *de adoratione imaginum. lib.*3. *diſp.*3.*cap.*8. *num.*115. & Sayr. *in claui lib.*4. *cap.* 6. *num.*6. *verſ. quarta eſt obſeruantia.* Secùs ſi aliqua ſuperſtitioſa vanitate admixta geſtentur, tunc eſt illicita illa geſtatio, ſicut nefas eſt geſtare breuia, vulgo nominas, ignota nomina continentes, vel aliquos characteres inſcriptos, præter ſignum Crucis. 108.

Iam verò ſi addatur, *Qui hæc verba portauerit, vel has orationes recitauerit, vel ſecum adduxerit, tale, vel tale malum, vel talem morbum euadet, vel non morietur in aqua, vel morte inopina, vel ſanctitatem conſequetur*, manifeſta erit ſuperſtitio; ex ea ratione, quia Deus nulli orationi, aut verbis infallibilem effectum temporalem eſt pollicitus: cùm hæc temporalia aliquando nobis ſint nociua. Vnde cùm à Deo petantur, ea conditione ſunt petenda, quatenus ad Dei gloriam, & honorem ſint, & quatenus ſaluti animarum, & commodo ſpirituali proſint. Quin potiùs ſi quis recitet orationem Dominicam, & ſalutationem angelicam, cum hac firma fiducia, quòd ipſi non nocebunt latrones, nec inimici, & quod illi reuelabitur hora ſuæ mortis, & alia ſimilia, eſt ſuperſtitioſum. Sayr.*d.lib.*4. *cap.*6.*num.*8.*verſ.ſexto ne.* Concinit Sanch.*lib.*2.*in Decalog.cap.*40.*num.*26. vbi de his ſuperſtitioſis obſeruantiis latè multis ibi relatis etiam *num.* 27. *&* 28. 109.

Quid de enſalmis in dubio, an dæmon ſit eorum auctor, poterit ne eſſe vſus illorum licitus, ſub conditione, & proteſtatione, ſi dæmon illis non aſſiſtit? Partem negatiuam tradit Emanuel à Valle *in ſuo opuſc. de enſalmis, ſect.*2. *cap.*18.*n.*9. *& ſeqq.* Pars tamen affirmans eſt tenenda cum Leſſio *lib.*2. *de iuſtitia*, *cap.*44. *dub.*6.*fin.num.*40. *fol.* 657. dicente non eſſe licitum vti remedio de quo dubitatur, an dæmonis habeat inuocationem tacitam, quia per id exponitur manifeſto periculo in ſuperſtitionem ruendi, niſi fortè id fiat cum expreſſa voluntatis 110.

contrariæ proteſtatione. Sequitur Sanchez *in Decalog. lib.2. cap.40. num.25. ad fin. & de matrim. lib.2. diſp.95. num.4. verſ. Nam tunc hæc cautela prodeſt*, & Philiatc. *de officio ſacerdot. tom.1. p.2. lib.3. cap.11. concluſ.4.* Idem à Valle *ſuprà, a n.1. vſque ad 7.* argumento baptiſmi dubij, qui ſub conditione iterari poteſt, vt per eam tollatur periculum inferendi iniuriam ſacramento, *de conſecratione, d.4. cap. placuit, & cap.2. de baptiſmo, & eius effectu*, in quo declaratur præceptum de adhibenda conditione. D. Thom. *in 3. part. q.66. art.9. ad 4.* Sotus *in 4. d. 3. q. vnic. art.9. ad 4.* Toletus *lib.1. inſtruct. cap.64. §. quinto*, & Sà *verbo, baptiſmus, num.3.* dicentes in dubio an verus baptiſmus fuerit, ſub conditione, *ſi non eſt verè baptizatus*, iterandum eſſe; ergo ſimiliter enſalmator, & recipiens enſalmum poterunt interpoſita conditione, ac proteſtatione euitare periculum cooperandi cum dæmone, ſi forte ſubſit. Sicut excluditur periculum adorandi dæmonem, quando ipſe in Angelum lucis transfiguratus alicui exhibenit, & adoratur ſub conditione, *ſi verè Angelus lucis eſt.* Suar. *in 3. part. tom.1. diſp.55. ſect.2. §. ad exemplum.*

111. Confirmatur, quia etſi lex diuina obliget, vt abſtineatur ab omni opere, cui dæmon aſſiſtit, quandiu tamen dubium ſubeſt, an dæmon aſſiſtat, non eſt obligatio abſtinendi ab eo, puta ab enſalmo. Siquidem in graui neceſſitate licet adhibere materiam dubiam, ſaltem ſub conditione pro collatione ſacramentorum, per quam conditionem formaliter eliminatur periculum faciendi iniuriam ſacramento, teſte Suarez *de pœnitent. diſp.26. ſect.6. §.2. verſ. in caſu ergo.* Igitur concurrente graui neceſſitate, & poſita prædicta conditione, licitum eſt in dubio vti prædictis enſalmis, & applicare prædictas benedictiones inuocatiuas, & orationes, ſeu benedictiones etiam conſtitutiuas. Emanuel de Valle *in prædict. opuſc. ſect.1. cap.5. num.27. & num.28.* Quod ſi conſtet mirabiles effectus ex rebus vanis produci, nefas erit rebus illis vanis vti etiam præmiſſa proteſtatione, dicendo, ſibi in animo eſſe non vti illis, quatenus res vanæ ſunt, nec velle conſequi effectum ex pacto cum dæmone inito, ſed prout res ſunt licitæ, & à Deo proueniunt velle illis vti, niſi id fiat non experiendi cauſa, ſed ad conuincendam diabolicam inuentionem, dicendo ſe dicere verba illa ſacra ad Dei honorem, & in eo ſenſu, in quo fuerunt dicta à Propheta.

112. Sed quid tenendum, quando enſalmus conſtitutiuus non continet vana, nec circumſtantiam aliquam extrinſecam malam, nec operatur virtute cauſæ naturalis, nec conuincitur habere virtutem diuinam, per quam agat, nec etiam conſtat operari interuentu dæmonis, nunquid in hac perplexitate debeat approbari, aut condemnari? Caiet. *in ſumm. verbo, incantatio.* Victoria *de magia, num.18.* & alij communiter docent, ſi poſitiuè concludatur rem adhibitam non habere vim ſufficientem ad operandum effectum optatum, nec cauſa rationabilis ſuppetit, ob quam Deo, aut angelis bonis effectus adſcribatur, ad dæmoniacam magiam pertinere, enſalmumque nullo modo eſſe admittendum in hoc dubio. Si verò dubium ſit, an effectus producatur à cauſa naturali, poſſe admitti licitè, vult Sanchez *lib.2. in Decalog. cap.40. num.44. verſ. cæterum*, eo quòd vires cauſarum naturalium nos lateant, neque abſque neceſſitate tribuendus ſit effectus miraculo, vel boni, aut mali angeli operationi. Quod ſi conſtet effectus ex enſalmo prouenientes ſuperare vires cauſarum naturalium, cenſet in dubio eſſe ſuperſtitioſos, & à dæmone productos, niſi enſalmator ſit vir notabilis ſanctitatis, aut niſi dentur aliqua indicia vehementiſſima, quæ ſuadeant effectus Deo, aut angelo bono, non verò dæmoni eſſe adſcribendos, & ante illum Delrius *lib.2. diſquiſit. magicar. quæſt.5. litera A. verſ. ad dæmoniacam*, ait tribuendam eſſe magiæ, ſi poſitiuè concludatur, rem adhibitam non habere vim efficacem ad producendum illum effectum. Similiter ſi conſtet effectum excedere vires naturæ, nec conſtet ex ſacra pagina, aut ex Eccleſiæ traditione effectum eſſe ſupernaturalem, tribuendum eſſe dæmoni; vide illum *lib.3. part.2. quæſt.4. ſect.1.* vbi de his, *& ead. quæſt. 4. ſect.8.* vbi vult non eſſe credendum, allegantí reuelationem diuinam ſanari morbos per hæc, aut illa verba ſacra, quia per illam reuelationem quandiu de illa non conſtat per legitimas probationes, non fit ſufficiens teſtimonium, atque ita abſtinendum eſſe ait ab vſu horum enſalmorum interim dum legitimè non conſtiterit de ea reuelatione, ſed res adhuc fuerit in dubio.

Hinc infertur primò, quoties enſalmus profertur, vel operatur effectum, etiam fallibiliter ex vi operis, vel ex vſu certorum verborum ſub certa formula prolatorum, ſiue formula ſit per modum deprecationis, ſiue non; nullo modo eſſe admittendum, imò abſtinendum prorſus ab illius vſu. Ratio, quia, cùm conſtet ab ea ceremonia, & obſeruantia non poſſe naturaliter effectum illum produci, neque ab Eccleſia ad talem effectum cauſandum fuiſſe inſtitutam, cenſenda eſt operari illa ceremonia dæmonis, vi & pacto illius, ſaltem implicito, etiamſi nihil vanum in ea ceremonia reluceat. Hæc illatio eſt ex D. Auguſtin. *lib.21. de ciuitate Dei, cap.6.* quem ſequitur D. Thom. *2.2. quæſt.96. artic.2. & opuſc.25. cap. vlt. & 4. contra gentes cap.104. & 105.* 113.

Quin etiam addo pertinere ad dæmonem, quando adhibentur res naturales, quæ habent virtutem ad illos effectus cauſandos, ſi ſimul adhibetur aliquid vanum, putà characteres aliqui, vel nomina aliqua, vel aliæ vanæ obſeruationes non habentes vim naturalem ad illos effectus producendum, adhuc eſſe ſuperſtitioſum, D. Thom. *d. art.2. ad 1. & 2.* Nauar. *in manu al. cap.11. num.25.* Sanchez *de matrim. lib.7. diſp.96. num.5.* & Farinac. *in praxi crimin. quæſt.20. n.96. verſ. decima ſit concluſio.* vbi probat de iure canonico ſortilegia ad ſanandum, & alium finem eſſe damnanda, etiamſi in illis miſceantur aliquæ orationes ſanctæ. Probatur ex *cap. admoneant 26. quæſt.7. ex cap. nec mirum, §. ad hæc autem 26. q.5.* & ibi ſcribentes, quibus accedit Grilland. *in tract. de ſortil. quæſt.2. num.4. & 5. & quæſt.11. num.14. & 15. & num.27.* quoniam non licet inuocare dæmonem pro ſanitate mille corporum, & tolerabilius eſt, vt pereant mille corpora, quàm pereat anima vna.

Infertur ſecundò, enſalmum ad ſanandum non eſſe à Deo inſtitutum, ſiue ſit inuocatiuus, ſiue 11.
conſtitutiuus, ſi in eo aliquid falſum, vel peccatum, vel aliquid omnino indifferens moraliter tanquam neceſſarium ad illum effectum inueniatur. Ratio, quia, ſi in eo contineatur falſum, ſiue in naturalibus, ſiue in ſupernaturalibus, Deus non poteſt eſſe teſtis falſitatis, & multo magis

non

non erit à Deo, ſi peccatum aliquod, ſiue mortale, ſiue enale inueniatur. Hæc patent, neque egent probatione. Quod verò non ſit à Deo ſi miſceantur ... indifferentes, hoc eſt res vanæ, ſuperfluæ, & ... tioſæ, deducitur ex eo, quòd res indifferentes non ſunt Deo gratæ; ergo non ſunt idoneæ ad mouendum Deum, vt operetur miraculum, neque indifferentes poſſunt eſſe obiectum ... ſtitionis ad hunc effectum, quamuis non ſint Deo ingratæ, non tamen poſſunt eſſe gratæ. Dicitur autem hoc loco res indifferens ea, quæ nec eſt ratione obiecti, nec ratione alicuius circumſtantiæ extrinſecæ, puta finis, temporis, aut loci vtilis, nec poteſt ſpiritualiter prodeſſe. Secus ſi vtilis ſit propter aliquid ex numeratis, quia tunc cum poſſit eſſe Deo grata, ſimiliter poterit mouere Deum ad concurrendum miraculosè, vt ex traditis à Sanchez patet *lib. 4. in præcept. Decalogi, cap. 7. num. 2. & 5.* vbi de voto, cuius materia eſt indifferens. Suar. *tom. 2. de religione, lib. 2. de iurament. cap. 16. a num. 4. & cap. 17. num. 3.*

115. Infertur tertiò, quando benedictio, ſiue conſtitutiua, ſiue inuocatiua, habet aliqua verba, ſiue nomina ignota, aut nihil ſignificantia, ſi quid operetur, non eſſe à Deo, ſed à dæmone; nam eo ipſo, quòd prædicta verba adiiciuntur, redditur enſalmus dubius, ac ſuſpectus de malo, & ſigna ſunt de concurſu diabolico. Patet hæc illatio ex traditis à D. Thom. 2. 2. *quæſt. 96. art. 4.* Suar. *tom. 1. de relig. lib. 2. cap. 15. num. 13. & 14.* Azor 1. *part. Inſtitut. moral. lib. 9. cap. 26. §. penult.* Farin. *in praxi, q. 20. num. 98. & duobus ſequentibus*, vbi vult cauendum eſſe, ne ſint in enſalmis verba ignota, & ne ſub illis lateat aliquid vanitatis, & ne ponatur ſpes in aliqua vanitate, quæ non competat diuinæ reuerentiæ. Item cauendum, ne in verbis ſacris, quæ a collo ſuſpenſa geſtantur, interſit aliquid pertinens ad diabolicam inuocationem, quia per hæc, & alia vana, & ſuperſtitioſa, totum fit illicitum, & malum, *cap. non licet 26. quæſt. 5.* ibi, *vt in collectione herbarum.* Grilland. *de ſortileg. quæſt. 5. 1. num 8. & quæſt. 14. num. 3.* Nauar. *in manuali, cap. 11. num. 35.* & Caietan. *verbo, incantatio*, ...

116. Quid de ſalutatoribus, qui non medentur cæremoniis factis, per certa verba, vt enſalmatores, ... per virtutem ipſis propriam, puta halitu, tactu, impoſitione manus, aut ſaliua? Ciruel. 3. *part. cap. 7.* non damnat ſalutatores virtute inſignes, ſed viros viles, qui per orbem vagantur, ... aſſuetos, & vino, ac gulæ deditiſſimos. Se... And. Laurentius primarius Medicus Henrici ... Galliæ Regis *in tract. de mirabili virtute ... ſtrumas, cap. 5.* quatenus regulariter ab... nes ſalutatores, fateturque aliquos eſſe, ... t virtutem ſanandi, non quidem naturalem ... orum corporibus profluentem, ſed ſu... ..., hoc eſt gratiam gratis datam à ... onat Fragoſo Regis Philippi II. me... chirurgus inſignis in ſua chirurgia ad ... *gloſſ. editio 6. anno* 1596. dum ait rarò Deum nunquam ſuppeditare homini pecca... ſanandi, gratis datam; ſequitur Delrius ... *r. magicar. cap. 3. quæſt. 4. §. Dico ſecundò*, ... *Rareque*, ait, *ſicuti vtuntur, licitè vtuntur.* Q... etiam vult Suar. *tom. 1. de relig. lib. 2. de ſuperſtit. cap. 15. num. 5.*

117. Nihil ... nus hanc gratiam ſanandi tributam ſ... tatori ... poſſe prouenire ex viribus naturalibus, hoc eſt, à naturali complexione, ſiue à conſtellatione, ſunt, qui aſſerant ex traditis à Plinio *lib. 28. cap. 2.* vbi ait incertum eſſe habeant ne verba, & incantamenta carminum virtutem ad medendum; ſed *cap. 1. eiuſdem libri*, dente hominis vi interempti gingiuas in dolore ſcarificari, & oculorũ ſuffuſiones felle hominis ſanari, & caluaria interfecti, neque cremati, propinatam aquam è fonte noctu, comitialibus morbis prodeſſe, & hominis laqueo occiſi catapotia contra canis rabioſi morſus valere. *Sed piacula ſunt*, inquit, *iſta; non auxilia, & remedia.* Idem *cap. 3.* addit fuiſſe in Africa *Pſillos*, & in Italia *Marſos*, ex quorum familiis, qui trahebant originem, tales fuiſſe, vt eorum corpora tactu ipſo, ſuctuque modico leuauerint percuſſos à ſerpentibus; & manu impoſita, veneno corpora affecta liberauerint. Alios etiam fuiſſe inuentos, quorum corpora ſolo aſpectu ſerpentibus terrorem incutiebant; & quoudam in dolium coniectum experimenti cauſa circummulcentibus linguis illæſum penitus extitiſſe. Necnon alios fuiſſe, quorum ſaliua percuſſis à ſerpentibus medebatur, & ſudor contra periculoſos morbos valebat.

Idem Plinius *lib. 7. cap. 2.* meminit aliquando ad aliqua mirabiles naſci humani corporis partes, vt fertur de Pyrrho Rege, cuius pollex in dextro pede tactus lienoſos leuabat, & in Faliſcorum agro familias eſſe paucas, quæ ſacrificio annuo, quod fiebat ad montem Soracte Apollini ſuper ambuſtam, & ardentem lignorum ſtruem inambulantes non adurebantur, flammis vim amittentibus. Cuius rei Solinus etiam meminit *cap. 8.* Quod Varro non tribuit miraculo, ſed ait Hyrpinos ambulaturos per ignes certo quodam medicamento plantas pedum imbuere. Hæc ex Plinio, & ex Solino aliqua. Confirmatur, quia, ſicut teſte Plinio *eodem lib. 7. cap. 2.* in Africa ſunt quidam ex certis familiis originem ducentes effaſcinantes, quorum laudatione interirent probata, creſcerent arbores, emorerentur infantes; & in Triballis, & Illyriis ait eſſe homines viſu quoque effaſcinantes, & interimentes eos, quos diutius intuerentur iratis præſertim oculis, quòd eorum malum faciliùs ſentirent puberes. Sic etiam concedi poteſt hominibus facultas ad medendum halitu, ſaliua, & contactu. Accedit, quod Plinius narrat in Æthiopia fuiſſe genus hominum, quorum ſudor contactis corporibus tabem inferebat, & fœminas omnes vbique viſu nocere, quæ duplices pupillas habent. Iuuat illud, quod Conimbricæ ſæpe audiui fuiſſe iuuenem, qui ſiniſtro oculo, quem diutiù sintuebatur interimebat, & ideo neminem fixis oculis conſultò conſpiciebat, & è ponte Mondam fluuium tranſeuntem, anſerem in fluuio pernatantem fixo obtutu, quaſi ſagitta traiectum occidit coram amico, qui metuens, ne ipſum aliquando iratis oculis intueretur, & occideret, ſibi, & aliis conſulens, oculum gladio illi effodit. 118.

Confert, quod refert Emmanuel de Valle *in ſuo opuſc. de enſalmis, ſect. 2. cap. 9. num. 5.* de quodam Monacho ſibi ſanguine coniuncto, cuius corpus cimices mordentes morſu ipſo perinde ac ſi venenum deglutirent confeſtim expirant; vbi etiam narrat Salmanticæ fuiſſe quendam ea qualitate, ſeu humore viroſo affectum, vt è lecto, in quo iacebat, cimices omnes, & pulices breuiſſimo à decubitu tranſacto ſpatio exire cogeret, & non ſolùm lectum, ſed etiam cubiculum beſtiolæ illæ deſererent. Ergo non videtur eſſe ab re, ſi 119.

aſſeras poſſe ſalutatoribus ineſſe vim naturalem ad medendum, & ſanandum, ſiue à naturali complexione, ſiue à conſtellatione manantem; ſiquidem ex naturali complexione, aut conſtellatione quidam valdè nocent, vt de faſcinantibus patet, ac de herbis, & lapidibus certum eſt, teſte experientia, habere vim ſanandi & animantia quædam prodeſſe ad medendum. Igitur virtus ſanandi ex eiſdem cauſis poteſt ſalutatoribus ſubminiſtrari. Vt in ſpecie volunt Caſtannega *lib. de ſuperſtit. cap.* 12. Veracruz *lib.* 2. *de anima, ſpeculat.* 2. & idem tanquam probabile probant Victoria *de magia, quæſt.* 4. *num.* 15. *verſ. quinta concluſio*, & Margarita confeſſorum *quæſtionib. moral. fol.* 185. Quibus accedit Sanch. *lib.* 2. *in præcepta Decalogi, cap.* 40. *num.* 48. *ad fin.*

Nec diſſentire videtur Leſſius *de iuſtit. lib.* 2. *cap.* 43. *num.* 63. §. *ſolum, fol.* 645. *col.* 1. vbi loquitur de inhalatione ſuper vulnus, quatenus ait inhalationem non eſſe omnino damnandam, quia poteſt habere virtutem ſpecialem, etiam naturalem ratione temperamenti perſonæ, aut occultæ proprietatis, quibuſdam diuino munere inſitæ. Innat, quod traditur à Byſſio *lib.* 1. *de ſignis, cap.* 5. §. *Refert, fol.* 9. ex multis referente ſerpentes hominis ieiuni ſaliua excruciari, & enecari vi naturali à Deo indita. Quod ſi fauces, & os quibus a Dæmone formata eſt vox ad Euam decipiendam, ſaliua attigerit, mirabilius ſerpentes enecantur. Valle *de enſalmis, ſect.* 2. *cap.* 8. *num.* 16.

120. Probabilius tamen eſt virtutem ſanandi naturaliter non poſſe conuenire contactui, oſculo, viſioni, voci, aut halitui, ſeu ſaliuæ alicuius hominis; ſed ſi quis hanc vim ſanandi habeat, eſſe à Deo gratis datam. Ita Nauar. *in ſumma Latina, & Hiſpana, cap.* 11. *num.* 36. Palat. *in ſumma verbo, incantationes.* Delrius *lib.* 1. *diſquiſit. magicar. cap.* 3. *quæſt.* 4. vbi multis concluſionibus negat ad ſanandum eſſe vim voci tribuendam, nec viſioni, oſculo, afflatui, cõtactui aut applicationi lintei ad vulnera, vel ad alios morbos. Concordat Azor 1. *part. Inſtitut. moral. lib.* 9. *cap.* 25. *quæſt.* 2. Ergo effectus ſanitatis procedit à gratia gratis data per virtutem ſupernaturalem. Nec repugnat Deum per gratiam gratis datam operari modo altiori, mediante cauſa naturali eundem effectum, quem vel ars quoad ſubſtantiam poterat efficere. Sic D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 177. *art.* 1. *ad primum.* Quare probabilius eſt effectus, quos ſalutatores operantur, non poſſe dimanare ab halitu, tactu, ſeu oſculo, aut voce, & ſimilibus, vt à cauſis merè naturalibus, ſed à gratia gratis data per virtutem ſupernaturalem, eo quòd gratia gratis data non conceditur dependenter à verbis, aut ſignis, ſed datur perſonæ prout vult Deus, quæ velut gratia ex opere operato conſtitutiuè effectum operatur. Sanch. *dicto cap.* 40. *num.* 47. §. *octauum*, & alij quos referens ſequitur à Valle de Moura *de enſalmis, ſect.* 2. *cap.* 8. *num.* 1.

121. Ex quibus ergo circumſtantiis poſſit cognoſci verùm ſalutator operetur ex gratia gratis data, an ex ope dæmonis? Primò Delrius *lib.* 4. *diſquiſit. magicar. cap.* 1. *quæſt.* 3. *ſect.* 2. §. 3. *fol.* 263. cum aliis coniicit operari ex dæmone, quando ſalutator eſt vitæ perditæ, præſertim ſi vitio carnis ſit addictus, quia hoc vitium impedit gratias gratis datas. Sic Farfan. *de fornicat. ſimplici, lib.* 2. *cap.* 25. §. *de loqual, fol.* 416. vbi refert ex D. Gregorio III. *Dialog. cap.* 25. de quodam Epiſcopo, qui cum aliis præciſa lingua contra infideles prædicaſſet miraculosè fidem noſtram, per delictum carnis quod commiſit, eam gratiam amiſiſſe.

Sed contra videtur ſtare gratiam gratis datam poſſe dari impiis ob bonum commune, vt obiter notat Sanchez *lib.* 2. *cap.* 40. *num.* 45. Sed id facile ſoluit idem *num.* 47. *prope fin. verſ. quia licet,* dicens interdum Deum conferre gratiam aliquam gratis datam peccatori, non tamen habitualiter, & permanenter concedere, nec quaſi ad eius arbitrium, ſed ad aliquem actum ſpecialem, ob aliquam fidei catholicæ vtilitatem, vt ex D. Thom. probat Victoria *de arte magica num.* 14. *verſ. Tertia propoſitio.*

Secundò coniice non eſſe opus à Deo, neque à cauſa naturali, ſi vnus ſalutator dicat ſe coram alio ſalutatore maiori vi prædito non poſſe ſanare. Ratio, quia præſentia alterius ſalutatoris non poteſt impedire virtutem, ſiue naturalem, ſiue diuinam. Delrius *diſquiſit. magic. lib.* 1. *cap.* 3. *quæſt.* 4. *fol.* 28. *verſ. Tertio dicunt*, vbi ait hoc eſſe abſurdum. Sequitur Sanch. *d. lib.* 2. *cap.* 40. *num.* 47. *verſ. Tertium eſt. fol.* 577. *col.* 2. 122.

Tertiò coniicitur non habere gratiam gratis datam, ad ſanandum, ſalutatores, qui dicunt ſe nimio vini potu ad vſum hunc ſanandi egere. Sed Veracruz *lib.* 2. *de anima, ſpeculatione* 2. hunc modum ſanandi non tribuit gratiæ gratis datæ, ſed virtuti prouenienti à cœli conſtellatione, ſeu à complexione naturali, & ex conſequenti ait poſt vinum epotum hanc vim ſanandi poſſe eſſe vehementiorem, & vtiliorem ægrotis, vt faciliùs ſanentur. At hoc damnat Delrius *ſuprà verſ. accedunt*, & Sanch. citatus hoc credit fabuloſum, *verſ. ſed verius eſt mihi*, vbi ſubdit Deum gratiam gratis datam, vt operetur, non alligare nimio vini potui, ac periculo ebrietatis. Item ſuſpicio vehemens eſt, hoc remedium eſſe a Dæmone, qui ebrietate gaudet. Niſi dicas ſalutatorem tunc ſanare virtute naturali, procedente ex complexione naturali, & hanc fieri fortiorem ex nimio vini potu, quod quamuis Sanchio videatur probabile, non tamen id admittit abſque ſuſpicione, quòd ſit potius à dæmone, quàm à virtute naturali. Item quia vini potus non poteſt prodeſſe ad curandos morbos contrarios, quia ſi proſit frigidis, non poterit prodeſſe calidis; quod ſi proſit calidis, videtur ſuſpicio periculoſa ex ope Dæmonis prouenire. Delrius *d. verſ. accedunt.* 123.

Mihi tamen videtur hunc ſalutatorem non eſſe reiiciendum omnino, nec alios ſimiles, quando dicunt hanc gratiam ſanandi ſibi à Deo datam eſſe dependenter ab his, vel illis rebus naturalibus, aut moraliter indifferentibus, niſi priùs conuincantur iuſtè. Nam non repugnat, vt tradit Azor *tom.* 1. *Inſtit. moral. lib.* 9. *cap.* 25. *quæſt.* 2. quibuſdam hominibus, imò familiis certis ex gratuito Dei munere concedi gratiam ad ſanandum operante Deo ſanitatem per tactum, halitum, vocem, aſpectum, aut ſudorem illorum hominum, quaſi per inſtrumenta illius effectus. Quod videtur ſatis conſonum Doctrinæ D. Thom. 2. 2. *q.* 178. *art.* 1. *ad* 1. vbi loquendo de gratiis gratis datis ſic ait ibi. *Deus principaliter operatur, qui vtitur inſtrumentaliter vel interiori motu hominis, vel eius locutione, vel etiam aliquo exteriori actu, vel aliquo contactu corporali corporis etiam mortui.* Vnde *Ioſue* 10. cum Ioſue dixiſſet quaſi ex poteſtate, *Sol, contra Gabaon ne mouearis*; Subditur poſtea: *non fuit ante, & poſtea tam longa dies,* 124.

*dies, obediente Deo voci hominis.* Ita D. Thom. Conſentit Sanch. *d. lib. 2. cap. 40. num. 47. in princip.* dicens non eſſe in vniuerſum damnandos, neque in vniuerſum approbandos, cum fieri poſſit, vt habeant gratiam gratis datam. Nec repugnat eam habere poſſe ex gratuito Dei beneficio, quæ operetur ſanitatem interueniente ſalutatorum voce, odore, ſudore, tactu, aſpectu, vel inſufflatione, dependentérque etiam à benedictione, ſeu ſalutatione panis. Sequitur Emman. de Valle *ſect. 2. cap 8. num. 11.* ex Delrio *d. cap. 3. quæſt. 4. litera F, verſ. Dico tertiò*, vbi tamen vterque vult diligentiſſimo examine opus eſſe, antequam ſalutatoribus fiat facultas fungendi hoc munere; nec rejici debere, donec ratio conuincens occurrat. Sanchez *d. num. 47.* ex eo, quòd hoc officium approbent abſolute Nauar. *in manuali, cap. 11. num. 36.* Caſtannega *de ſuperſtit. cap. 12.* & Azor. *d. tom. 1. lib. 9. cap. 25. quæſ. 2.* Ideo cautè contra illos procedendum eſt.

125. Huc etiam pertinet panis à ſalutatoribus morſus, qui prodeſt morſis à cane rabioſo. Sanchez *d. num. 47. verſ. Secundum eſt*, ſiue ea virtus ſanandi ſit naturalis, quæ non repugnat poſſe reperiri in dentium tactu ſalutatoris, eo modo, quo ineſt manuum tactui, & inſufflationi; ſiue ea vis ſit ſupernaturalis, hoc eſt gratia gratis à Deo data, vt credit Azor cit. poſſe concedi mediante halitu, aut tactu ſalutatoris. Non videtur ergo ab re concedi poſſe eam vim contra morſos à cane rabioſo, pani morſo dentibus ſalutatoris. Quod etiam dicendum videtur de pane ab eodem ſalutatore ſalutato ad arcendum venenum dentibus canis rabioſi inditum, eo quòd ea vis ineſſe poteſt ſalutatoribus ex gratuito Dei beneficio, Sanch. *vbi proximè.*

126. Quid de ſalutatore curante grauiter vulneratos hoc modo? Primò facit tres cruces, & vulgari ſermone addit *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*, cum quadam inhalatione in fine: deinde effuſo vino, & oleo ait eodem idiomate. *In nomine ſanctiſſimæ natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, Beata Virgo ſalua virginitate peperit Dominum noſtrum. Per myſterium iſtud altiſſimum ſupplico diuinæ maieſtati, vt hoc oleum, & vinum benedicere dignetur ad vulnerum curationem, per iſtorum ſanctiſſimorum verborum virtutem.* Deinde applicabat vulneri, & poſt breue tempus curatio ſuum ſortiebatur felicem effectum.

127. Reſpondeo, ſi dicat ſalutator virtutem hanc curandi eſſe annexam iſti verborum formulæ, itavt à quocumque proferatur adhibeatúrque, effectum optatum pariat, nullo modo hoc genus curationis eſſe admittendum, cum ſit ſuperſtitioſum, quia non habet hanc virtutem curandi à natura, nec etiam à Deo, quoniam præter ſacramenta nec [illegible] ſigna Deus inſtituit per ſe efficacia, ſacramenta [illegible] tamen non ad curanda corpora infallibiliter [illegible] ad animarum curationem ſunt inſtituta; nec denique Eccleſia talem modum curandi inſtituit [illegible] imò nec potuit inſtituere, præſertim ad eff[illegible] ſanandi corpora. Ergo hic modos curandi eſt ad[illegible] one, qui ſcit quomodo breuiori tempore poſſint vulnera ſanari, quàm ſanari ſolent à medicis extrahendo ſcilicet ex rebus medicinalibus quintam, quam vocant eſſentiam, eámque nemine aduertente vulneribus applicando. Nec refert ſi dicat ſalutator id ſe habere ex gratia gratis data, quia hæc non hæret verbis, aut ſignis, itavt à quocumque hæc proferantur, & fiant, ſeu apponantur, eundem habeant effectum, ſed communicatur perſonæ, quæ eam non poteſt in alium tranſmittere. Attamen Deus illam dat prout vult, & cui vult. Multo minùs dicendum eſt eam vim eſſe naturalem, quia ſi perſonalis eſt, cenſetur eſſe indiuidualis procedens ex indiuiduali complexione, & corporis temperie ſpeciali, ac proinde non adhæret verbis à quocumque proferantur, nec poſſidens poteſt hanc complexionem particularem, & indiuidualem temperiem alteri communicare. ita Suar. *tom. 1. de religione, lib. 1. de ſuperſtit. cap. 15. num. 25.* vbi definit hos eſſe ſuſpectos, quia dicunt ſe hoc modo hanc virtutem habere. Leſſius *de iuſtit. lib. 2. cap. 43. num. 63. verſ. Sed difficultas eſt*, & Sanchez *dicto cap. 40. num. 47. folio 578. verſicul. Octauum eſt.*

128. Reſpondeo ſecundò, ſi virtus illa curandi hæret perſonæ, ita vt verba illa ſancta ab aliis eodem modo prolata, & adhibita nihil operentur, & adhibita ab illa perſona ſpeciali effectum ſanandi habeant, non puto illum curationis modum eſſe condemnandum, præſertim quando habuit bonum principium & ſalutator eſt honeſtæ vitæ, & à Deo effectum illum ſpetat, honeſtéque illa gratia vtitur. ita Suar. *vbi ſuprà*, Leſſius *dicto cap. 43. num. 63. verſ. ſi verò ſecundo modo*, & Sanch. *dicto num. 47. verſ. at ſi virtus ſit perſonalis.* Ex eo fundamento, quia vis curandi arte dæmonis inſtituta, immediatè dependet à ſignis, quæ dæmon inſtituit ea conditione, vt à quocumque applicentur, habeant eundem effectum ex pacto dummodo applicatio fiat cum tali animo, & intentione; ſi autem ſigna illa à dæmone ordinata non habeant effectum, id poteſt contingere, vel quia ſigna non fuerunt adhibita, nec applicata ſeruato modo à dæmone inſtituto, vel quia applicanti defuit animus, aut aliqua conditio, quæ foret adhibenda, ex præſcripto, vel ex pacto dæmonis. Sanchez citat. Contra verò dicendum eſt de virtute annexa perſonæ, itavt ab aliis eodem modo adhibita nihil omnino vnquam operetur, quia tunc præſumitur eſſe gratia illi perſonæ à Deo communicata, etiam ſi contingat non eſſe vitæ honeſtæ, nec in vſu illius reperiatur aliquid apertè ſuperſtitioſum. Vt in hoc caſu, in quo nulla ſuperſtitio videtur contineri. Eo quia inuocatio Sanctiſſimæ Trinitatis, confeſſio natiuitatis Chriſti Domini ex Beata Maria Virgine, & imploratio diuinæ virtutis per myſterium ſanctiſſimæ natiuitatis Domini ſuper oleum, & vinum ad curanda vulnera, quæ omnia nihil omnino ſuperſtitionis continent; & multo minùs quod additur ſignum ſanctiſſimæ crucis, nec verba per virtutem iſtorum ſanctiſſimorum verborum, quæ poſtremo loco proferuntur, ſunt ſuſpecta, ſi intelligantur de virtute rei ſignificatæ, non autem de virtute ſono verborum annexa; ergo quandiu nòn conſtiterit apertè aliquid ſuperſtitioſum in vſu huiuſmodi curationis deprehendi, non eſt talis modus curandi damnandus. Suar. Leſſ. & Sanch. *ſuprà allegati.*

129. Quid de ſalutatore infideli, aut hæretico? Nullo modo eſſe hunc admittendum tradit Valle à Moura *de enſalmis ſect. 2. cap. 9. num. 12.* ex Delrio, probatúrque ex illo Marci vltimo ibi: *Signa autem eos, qui crediderint*, &c. Requiritur enim fides ad habendam gratiam gratis datam. Boſſius *de ſignis Eccleſiæ, tom. 1. lib. 8. cap. 1. ſigno 32. verſ. an hoc hæreticis, & ibidem, lib. 23. cap. 1. fol. 503.* ex profeſſo docet gratiam eiiciendi dæmones ſolis fidelibus

fidelibus communicari, negari verò hæreticis; quod etiam confirmat ex 19. *Actorum*, vbi quidam Iudæi voluerunt eiicere dæmonem in nomine Ieſu, qui non ſolùm non fuit expulſus, ſed in illos ingreſſos eſt. Ex quo Bellarm. *tom.1. lib.4. de not. Eccleſ. cap. 14.* affirmat in faciente miracula requiri aliquam fidem. Idem Boſſius *tom. 1. lib.9. cap.9. ſigu.39. § interiora*, refert ex Germano Patriarcha Conſtantin. in Piſidia Aſiæ regione fuiſſe Beatiſſimæ Virginis matris Imaginem, cuius manu diffluebat vbertim pretioſum vnguentum ſanandis omnibus morbis proficuum ſummoperè, quod ex quo hæreſes regionem illam infeſtarunt, ſtetit, nec ampliùs effluxit, & miraculum deſecit.

130. Denique ſi ſalutatores alij ab aliis diſcant, non ſunt admittendi, vt colligitur ex traditis à D.Th. 2. 2. *q.96. art.1. in corpore.* Valle à Moura *ſect.2. cap.9. n.43. fin.* Item in dubio æquali, an ſalutator operetur virtute diuina, vel dæmoniaca, contra ipſum præſumendum eſt, vti diabolica virtute, niſi probet ſe diuina vti, niſi ſit vitæ probatiſſimæ, ac moribus integer, inſupèr que oſtendat ſe nihil inuoluere ſuperſtitioſum, vt concludit Valle à Moura *de enſalmis, ſect.2. cap.9. num.14. & 15.* Eodem modo non eſt ſalutator à Deo, ſi dicit vim ſanandi hærere ſeptimo cuique ſalutatoris filio, ſi omnes ſeptem editi ſunt vnus poſt alterum, nullo fœmineo partu maſculinum ordinem interrumpente, quod eſſe ridiculum, & omni prorſus fundamento deſtitutum, tradit Sanch. ex Delrio *lib.1. cap.40. num. 47. verſ. Sextum eſt*; ſequitur Valle à Moura *d. ſect.2. cap.9. num.13. ad fin.* ſubdens non eſſe a Deo curationem, quæ fit à ſalutatore quæſtus gratia, vt dictum eſt.

## §. XIII.

### *Vtrùm adulterium ſit caſus mixti fori.*

### EPITOME.

131 *Adulteria publica ſunt caſus mixti fori.*

132 *Quando agitur de adulterio ciuiliter ad ſeparationem tori, & ad amiſſionem dotte, cognitio competit iudici Eccleſiaſtico.*

133 *Quando cauſa principalis eſt de dote, competit iudici ſæculari.*

134 *Cauſa de adulterio ad pœnam ſanguinis pertinet ad iudicem laicum.*

135 *Adulterium commiſſum à clerico cum coniugata, eſt caſus mixti fori.*

136 *Accuſans criminaliter vxorem de adulterio, an poſſit eam accuſare ciuiliter ad amiſſionem dotis.*

137 *Vno iudicio finito poteſt alterum intentari, ſi dentur diuerſi fines.*

138 *Iudicio criminali principaliter intentato, bene poteſt deinde incidenter intentari iudicium ciuile.*

139 *Iudex quiſnam ſit competens de matrimonio infidelium, ac de diuortio inter illos.*

140 *Iudex quis poterit compellere ad cohabitandum coniuges, de communi conſenſu ſeparatos, ſi alter fiat incontinens.*

141 *Iudex laicus quando agitur de matrimonio, prout eſt contractus ciuilis, poteſt cogere coniuges ad ſeruandam mutuam fidem.*

142 *Iudex vterque tam laicus, quam Eccleſiaſticus poſſunt procedere contra impedientes coniuges ne cohabitent, præſertim quando ſunt detentores vxoris alienæ.*

CONTROVERTI poteſt, an adulterium ſit crimen mixti fori, ita vt pro eo puniendo poſſit procedere vterque iudex, tam ſæcularis, quàm Eccleſiaſticus? Negat Innocent. *in cap. tua. de procuratorib.* Alciat. *in cap. de offic. ordin.* quia hoc crimen ex ſe eſt ſæculare, tam ratione materiæ, quàm perſonarum. Placet tamen cognitionem adulterij eſſe mixti fori, ſecundùm Ius noſtrum *lib.2. tit.9. in princip.* dummodo adulterium ſit publicum, per text. ibi contra publicos adulteros, Barboſ. tamen *in l.2. in princip. part. num.139. in fin. & num.40. ff. ſolut. matrim.* concludit adulterium eſſe mixti fori, & in eo locum eſſe præuentioni, quando agitur de puniendo criminaliter, ſiue illud ſit notorium, ſiue non ſit notorium per text. *in cap. cùm Rex debet 23. quæſt. 1.* & Turrecremata, Ioan. Andr. *in cap. fin. de adulterio*, Paul. *de irregularit. tit. de adult. num.1.* Gregor. Lopez *part.1. tit.6. l.58. quæſt.65.* Ratio, quia adulterium, vt ait imperator *in l. quamuis, C. de adult.* continet in ſe ſacrilegium, quatenus vocat adulteros ſacrilegos nuptiarum. Sequitur Iul. Clar. *in praxi, §. final. quæſt.37. verſ. quæro nunquid*; ideo propter adulterium poteſt Epiſcopus punire etiam laicos, eóſque excommunicare, in monaſteriúmque detrudere, Abbas *in cap. intelleximus, num. 1. de adulter.* & eſt communis opinio apud Iuris canonici profeſſores *in cap. gaudemus de conuerſione coniugatorum, & in cap. cum ſit generale per gloſſ. vltimam*, ibi *de foro compet.* & apud iuris ciuilis Doctores *in l. quamuis, C. de adulter,* Couar. *in 2. part. de ſponſal. cap.7. §.7. num.20.* Curia Philip. *3. part. §.2. num.20.* Suar. de Paz *tom.2. prælud.2. num.31.* 131.

Quando verò agitur de adulterio ciuiliter ad ſeparationem tori, & ad amiſſionem dotis, ſolus iudex Eccleſiaſticus habet locum, quia agitur de adulterio, vt ratione illius celebretur diuortium per text. *in cap. tua. de procuratorib.* cùm agatur de iuribus matrimonij diſſoluendis, quod eſt ſacramentum. Sequitur Panorm. & eſt communis *in cap.1. de officio ordin.* Couar. *de ſponſalib. 2. part. cap.7. §. 6. num.8.* Henriquez *lib.11. de matrim. cap.17. num.1. ad fin. & in comment. litera G.* Barboſa multis ibi relatis *d. l. 2. part.1. in principio, num.140.* proinde diſplicet Decius *conſ.212. n.2.* exiſtimans ſæcularem eſſe iudicem competentem, ſi agatur ſimul de diuortio, & amiſſione dotis, cùm videatur in eo caſu cognitio eſſe mixti fori, cùm tamen ſit ſolùm Eccleſiaſtici; Imò quamuis de ſola ſeparatione ad tempus agatur propter morbum contagioſum, ſolus Eccleſiaſticus debet procedere. Ita Couar. *d. num.8. §.6.* Suar. de Paz *d. num.31.* Facit Concil. Trident. ſummoperè *ſeſſ.24. de reformation. cap.8.* vbi præſcribitur ordo Epiſcopis procedendi contra reos huius criminis. 132.

Quin etiam quando agitur de diuortio coram iudice Eccleſiaſtico, quæſtio dotis amittendæ, & alimentorum, tanquam rei acceſſoriæ competit eidem iudici. Nam de dote loquitur *cap. de prudentia. de donat. inter vir. & vxor.* & Gloſſ. ibi, loquens de dote, *verbo, acceſſorie*, & de dote, & alimentis 133.

menteis tradit Sanch. *de matrim. lib.*10. *diſput.*8. *num.*13. *verſ. & de dote*, vbi addit quando cauſa principalis eſt de dote, competere iudici ſæculari, ſecundùm communem, & veriorem, quam docet Gloſſ *in dicto cap. de prudentia, verbo, acceſſoria*, quam ſequitur Molin. *de primog. lib.*2.*cap.*15. *num.*76. Barboſa *l.*1.*part.*1.*num.*46.*ff. ſolut. matrim.* & Gomez *l.*50. *Tauri, num.*53.

134 Quando verò agitur de adulterio ad pœnam ſanguinis, ſæcularis iudex ſolus procedit, quia Eccleſiaſticus ad hanc pœnam infligendam nihil poteſt, *cap. ſententiam ſanguinis ne clerici, vel monachi*, Suar. de Paz *vbi ſuprà*, Abbas *in cap. tua. num.*2.*de procuratorib. num* 6. & *ibi* Imola *num.*10. Quoad cæteras pœnas eſt mixtæ cognitionis, & datur locus præuentioni, eſt communis. Barboſa alios referens *d.l.*1.*part.*1.*in princ. num.*139.*& ſequentibus, ff. ſolut. matrim.* & Sanch. *de matrimon. lib.*10.*diſp.*8.*num.*16. De iure canonico imponitur pœna detruſionis in monaſterium, de qua agitur *in cap. gaudemus, de conuerſione coniugatorum*, & *in cap. fraternitatis, diſt.*34. quæ pœna hodie de iure ciuili imponitur. Authen. *ſed hodie*, *C. de adulter. & §. ſi verò quando in Authen. vt nulli iud.* & vterque iudex poteſt concurrere ad hanc pœnam imponendam, eiſque locus præuentioni. Impoſita verò pœna à laico executio ad Eccleſiaſticum pertinebit, cuius iuriſdictionis fuerint monaſteria *leg. inter pœnas*, *C. de interdict. & relegat.*

135. Sed quid dicendum, ſi adulterium committatur a clerico cum coniugata? Reſpondeo caſum eſſe mixtæ cognitionis, poſſeque Epiſcopum punire mulierem laicam non obſtante ſtatu eius, *argum. cap. quidam, diſt.*81. vbi ordinarius punit mulierem ſolutam cum clerico rem habentem; ergo a fortiori puniet coniugatam, Gloſſ. *in cap. placuit, in verbo, melius* 37.*quæſt.*6. Quod ſi præuenit laicus iudex, poterit punire fœminam, clericum verò delinquentem remittet ad ſuum iudicem, qui clericum deponet ab officio, & trudet in monaſterium *cap. ſi quis clericus, diſt.*81.*gloſſ.*1. *cap. lator* 2.*quæſt.*7. & ibi Archidiac. Abbas *in cap. vt clericor. de vit. & honeſt. clericor.* & ibi Io. And. quos ibi ſequitur Dias *in praxi crimin. cap.*79. *in verbo, adulterij*, & alij ex Concil. Trident. *ſeſſ.*25. *de reformat. cap.*14. Clerici luxurioſè viuentes admonitione prima facta, ſi perſiſtant, debent priuari prima parte fructuum, ſi fortè habeant beneficium; ſecunda verò monitione facta, ſi adhuc inſiſtant, ad arbitrium ordinarij, ab officio, & ab adminiſtratione beneficij ſuſpendi poſſunt, amiſſa etiam tota portione fructuum pro eodem tempore. Quod ſi adhuc inſordeſcant in eodem crimine, nec velint diſcedere ab ea conſuetudine, excommunicandi ſunt, & aliis pœnis afficiendi, ac [illegible], vt ab eo errore abducantur. Lege Hoſtienſ. *in ſumma, de cohabitatione clericorum, & mulierum, qualiter imponatur, ad fin.*

136. Quæ hoc eſſe poteſt, an vir, qui accuſat vxorem adu[l]terij criminaliter in iudicio ſæculari, poſſit poſtea eam, eo iudicio finito, accuſare ciuiliter ad dotis, & aliquorum bonorum amiſſionem? Placet negare. Idem dico ſi à iudicio ciuili vir incipiat, non poſſe tranſire ad criminale, quia vtrumque iudicium, tam criminale, quàm ciuile rapitur ad eundem finem, puta ad pœnam adulterij imponendam. Ita Sotus *in* 4.*diſt.*37.*quæſt. vnica, art.*8. *ad fin. corporis, verſ. colligitur ergo.* Abbas *in dicto cap. sua de procuratorib. num.*5. Barboſa 2. *part. legis ſecunda, num.*238. *& ſequentib. in princ. ad d. legis*, quos referens ſequitur Sanch. *lib.*10. *de matrim. diſp.*8. *num.*19. quia vtrumque iudicium conſtat tendere ad vindictam, & pœnam.

Accedit ad hoc actionem de adulterio ad diuortium tendentem appellari criminalem ex *cap. sua de procuratorib.* vbi adulterij actio vocatur quaſi mixta ex criminali, & ciuili, & Anton. *in d. cap. sua, num.*23. docet actionem adulterij appellari ciuilem, quatenus tendit in amiſſionem dotis, criminalem verò dici inquantum imponitur diuortium in pœnam violatæ fidei coniugalis. Ita Sanch. ex eo fundamento, quia quando eligitur vna actio, non poteſt actor ad aliam tranſire, ſiue obtineat, ſiue ſuccumbat, *l. prætor edixit, §. ſi dicatur, ff. de iniuriis*, Panorm. *in cap. de his, num.*6. *de accuſationib.* Bartol *in l.*2.*§. fin. num.*3. *ff. vi bonorum raptorum.* Bald. *in l. edita in* 1. *repetition. num.*52. *C. de edendo*, in quo euentu, cum vtraque pœna ciuilis, & criminalis procedant ad vindictam, tunc ſi actum eſt ciuiliter, agi non poteſt poſtea criminaliter, pro quo eſt text. optimus *in l. quod Senatus, ff. de iniur.* Boer. *deciſ.*289.*n.*6. & eſt communiter receptum, teſte Couar. *lib.*2.*var. c.*10.*n.*1. *verſ. id tamen verũ eſt niſi vtraque pœna.* Ideo ſi in altero iudicio petatur ſeparatio tori, & habitationis propter adulterium, & in altero pœna criminalis, non proinde fas erit extincto iam vno iudicio aliud intentare, iuxta Sotum, Barboſam, *vbi ſuprà*, & Ludou. Lopez 1.*part. inſtructor. cap.*265.*§. penult. & 2. part. de matrim. cap.*54 *paulò poſt principium, notab.*2. quia vtraque actio fertur ad vindictam, & pœnam. Sequitur Iul. Clar. *§. vltimo, quæſt.*2.*num.*7.

137. Dixi, quando vtrumque iudicium tendit ad eundem finem, quia ſi feratur ad diuerſos fines, nempe alterum ad ſatisfactionem; alterum verò ad vindictam, tunc finito vno iudicio poteſt aliud intentari, etiam ex eadem cauſa conſurgens, ſicque intelligenda eſt *l. vnica, C. quando ciuilis actio criminali præiudicet*: quo in euentu vnum iudicium intentatum, altero non tollitur, cùm finis ſit diuerſus; ſi quis tamen intentet principaliter iudicium criminale, & iudicium ciuile, non poſſunt hæc duo remedia in eodem libello ſimul ſuſtineri, quia cauſa criminalis eſt maior ciuili. Et vna vbi eſt maior, quàm altera non poſſunt ſimul duæ actiones intentari, per tradita à Doctoribus *in l. edita, C. de edendo.*

138. Bene tamen poteſt intentari principaliter iudicium criminale, & deinde ciuile incidenter; verbi gratia, accuſans criminaliter de furto, poteſt deinde incidenter petere, vt ſibi reſtituatur, quod ſibi furto fuit ſublatum, & in eo caſu talis petitio habet locum. Ita Bartol. *in l. interdum, §. qui furem, num.*5. *ff. de furt.* vbi inquit, quòd quamuis latrunculator non poſſit cognoſcere regulariter de cauſa ciuili, *l. ſolemnus, § latrunculator, ff. de iudic.* hoc tamen fallit incidenter, atque ita iudex principaliter cognoſcens de delicto ad vindictam, poteſt iure optimo obligare furem ad reſtituendam rem ablatam, ſeu ad emendam damni paſſi. Idem Bartol. *in l. medicus, ff. de var. & extraordinar. criminibus, & in l. penult. ff. de calumn.* Bald. *in not. ſuis in verbo, iudex maleficior. & in verbo, iudex in proceſſu in l.* 1. *C. ſi a non competente iudice, & conſil.*2?3.*vol.*1. Ratio vulgaris, quia licet de eodem crimine non poſſit agi ſimul eodem tempore criminaliter, & ciuiliter, per *d. l. interdum, ff. de public. iudic. & l.* 2. *§.* 2. *de vi bonorum raptorum,*

bene

bene poteſt criminaliter cauſa principaliter tractari, & incidenter ciuiliter cumulari iudicium. Quam partem etiam tenet Ruin. *conſ.87. col.11. vol.4.* & ita obſeruat conſuetudo *in l. data opera,* teſte Bald. *num.6. ad fin. C. qui accuſar. non poſſint.*

139. Ambigi meritò poteſt, quis iudex ſit competens, quando in terris principis fidelis agitur de iuribus matrimonij infidelium ibi morantium, aut de diuortio inter eos, aut quando alter eſt iam fidelis? Reſpondeo id competere iudici ſæculari, quia is contractus eſt merè temporalis, quando vterque coniux eſt infidelis, ideo iudex debet eſſe ſæcularis, cùm infideles non ſubſint iuriſdictioni Eccleſiaſticæ. Quod ſi flexu temporis alter coniux albo fidei Orthodoxæ ſe ſubmiſerit, actor debet ſequi forum rei; proinde ſi infidelis petat diuortium, vel agat de annullando matrimonio, debet conuenire fidelem, apud iudicem Eccleſiaſticum, qui in cauſa matrimoniali eſt iudex competens fidelium: ſecus ſi fidelis coniux ſit actor, tunc debet conueniri infidelis coram iudice ſæculari, quia is eſt iudex competens infidelium, ex vulgari regula, Actor ſequitur forum rei, *cap. ſi clericus, & cap. cum ſit generale, de foro compet.* Si tamen nec coniux fidelis, nec infidelis agat, ſed tertius quidam denunciet matrimonium, inter eos initum, non eſſe validum, opinor hac de re non poſſe cognoſcere iudicem laicum, ſed Eccleſiaſticum, ex regula illa, Magis dignum ad ſe trahit minùs dignum, *l. qua religioſis, ff. de rei vend. cap. non æſtimemus 13. quæſt. 2.*

140. Sed quid, ſi coniuges, mutuo conſenſu ſeparati quoad torum, & cohabitationem viuant, & alter patiatur incontinentiæ periculum? Reſpondeo iudicem Eccleſiaſticum nullo modo poſſe permittere, vt viuant ſeparati, propter incontinentiæ periculum, poſſéque ex officio compellere ad cohabitandum. Abbas *in cap. 1. num. 7. de coniug. leproſ.* & ibi Alexand. de Neuo *num.* 6. Idem Abbas *in cap. ad id, quod, num. 3. de ſponſ.* Quin etiam iudice ad id non cogente, charitas cogit alterum coniugem ad alteri in eo periculo poſito ſuccurrendum. Atque ita non ſolùm iudex Eccleſiaſticus, poterit cenſuris compellere coniuges, vt cohabitent, ſed etiam inuocato ſæcularis iudicis brachio per vim adducere coniugem cohabitationi repugnantem. Couar. *in 4. decret. 2. part. cap. 7. in princip. num. 1.* Henriquez *lib. 11. de matrim. cap. 16. num. 3. ad fin.* Matienz. *lib. 5. recopil. tit. 1. rubr. gloſſ. 1. num.* 90. & deducitur manifeſtè ex *cap. literas, in fin. de reſtitution. ſpoliat.* vbi ſic ad reſtitutionem plenariam debet Eccleſiaſtica cenſura compelli. Idem tradunt Brunell. *de ſponſalib. concluſ. 1. num.* 8. Ludou. Lopez *1. part. inſtructory de matrim. cap. 54. ad fin.* & Anton. Cucl. *l. 5. Inſtit. maior. tit. 11. num.* 126. vbi ait idem dicendum eſſe, ſi alter coniux recuſet accumbere eidem menſæ, & in eodem lecto decumbere.

141. Idem poteſt iudex laicus facere, & ad id cogere, quia quamuis nihil poſſit, quando agitur de valore matrimonij prout eſt ſacramentum, attamen prout eſt contractus ciuilis, poteſt iudex ſæcularis maritum, & vxorem compellere ad ſeruandam fidem ex vtraque parte promiſſam; Couar. *ſuprà d. cap. 7. in princip. num.* 3. & Matienz. loco citato *num.* 92. Idem vult Burſat. *conſil.* 207. *ad fin. vol.* 2.

142. Porrò iudex Eccleſiaſticus poteſt procedere contra laicum impedientem coniuges, ne cohabitent, aut ne conueniant, quamuis de matrimonij valore non agatur, & multo fortiùs procedet, ſi eandem vxorem detineat, vt patet ex *cap. non eſt, de ſponſalibus,* poteritque per cenſuras cogere laicum, etiamſi ſit Rex, vt vxorem alienam marito ſuo reſtituat, quia hoc pertinet ad iudicem Eccleſiaſticum, propter ſpiritualitatem, quæ reperitur in matrimonio, prout eſt ſacramentum, vt declarant Abb. *in d. c. non eſt, n. 3.* & Alex. de Neuo *n.* 8. Quin addit Abb. ex *cap. ex publico, de conuerſ. coniug. n. 3.* poſſe iudicem Eccleſiaſticum, & ſæcularem, quando conſtiterit matrimonium eſſe validum, ac certum, cogere coniuges, vt debitum ſibi reddant.

---

## §. XIV.

### *Utrùm concubinatus ſit caſus mixti fori?*

EPITOME.

143 *Quid ſit concubinatus, & quot peccata committat clericus concubinarius, & an leges ciuiles punientes concubinas clericorum ſint validæ.*

*De proceſſu contra laicos, & clericos, ibid.*

144 *Concubinatus de iure Luſitano eſt caſus mixti fori.*

145 *Clericorum honor non dehoneſtatur ex proceſſu contra publicas concubinas.*

146 *Concubinatus eſt etiam de iure canonico damnatus.*

147 *Concubinæ clericorum, an ſiant de illorum foro.*

148 *Clericus, & laicus ſimul delinquentes ab eodem iudice ſunt iudicandi.*

149 *Concubinatus quando dicatur publicus.*

150 *Concubinarius publicus eſt ipſo iure ſuſpenſus, & irregularis, ſecundùm Nauarrum, ſed oppoſitum eſt verius.*

151 *Concubinarius quibus pœnis ſit afficiendus, ſi non emendetur.*

152 *Audire ſacrum à concubinario ante denunciationem, vel ante publicationem ſententiæ, non eſt prohibitum.*

153 *Concubinarius notorius non eſt ſuſpenſus à canone, neque à iure, ſed à Deo.*

154 *Concubinario ſi beneficium conferatur, collatio ſuſtinetur.*

155 *Concubinarius non priuatur fructibus, niſi poſt trinam monitionem.*

156 *Simplex incontinentia ſine qualitate concubinatus non punitur pœna concubinatus.*

CONCUBINATUS graue peccatum eſt ex Concilio Tridentino *ſeſſ. 24. cap. 8. de reformat.* poteſtque ita definiri: *Concubinatus eſt commercium carnis, aſſiduum, & continuatum, cum certa, ac determinata fœmina, ſiue domi, ſiue alibi retenta, perinde ac ſi vxor illius eſſet:* & quamuis omnis coitus, præter quam matrimonialis, ſit illicitus de iure diuino, & reprobatus, ideóque committatur peccatum mortale, vt habetur *Deuteronomy cap. 5.* ibi, *neque mœchaberis,* & in *cap. nemo 32. quæſt. 4.* concubinatus eſt peccatum periculoſiſſimum, cùm concubinarius perſeueret in ſtatu, & propoſito peccandi. Ideo nullo modo eſt abſoluendus, niſi prius concubinam dimittat, cum 143.

cum propoſito non redeundi, etiamſi domi eam non habeat, niſi priùs de eius propoſito, ac continentia per aliquod tempus experimentum fiat. Tolet. *in ſumma, lib. 5. cap.* 10. Lopez 1. *part. inſtructory, cap.* 78. Nauar. *in manuali, cap.* 3. *num.* 19. *& cap.* 16. *num.* 20. Quia non poteſt verè pœnitere non eiiciendo occaſionem, & opportunitatem peccandi. Idem Nauar. *in cap. ſatisfactio. de pœnit. diſt.* 3. D. Antonin. 3. *part. tit.* 14. *cap.* 26. & Syluestr. *verb. confeſſio, quæſt.* 25.

Iam verò ſi concubinarius ſit ſacerdos, nemo non videt, quàm graue, quamque periculoſum ſit hoc viuendi genus, cùm ſacerdos non vnum duntaxat, ſed plura fornicando peccata committat. Nam in primis dicitur committere adulterium ex eo, quod in ſuſceptione ordinis ſacri ſumpſerit in ſponſam Eccleſiam, cui ſaltem implicitè pollicitus eſt ſeruare fidem, ac inuiolabilitatem caſtitatem, §. *ſancimus, verbo, ſi vxorem, aut concubinam, in Auth. de Monachis.* Secundò dicitur committere ſacrilegium contra votum; ſic Bernondus Choueronius *in tractatione de publico concubinario in princip. num.* 23. *verſ. apparet ex præmiſſis,* & apertè Gloſſ. *in l.* 2. *in verbo, filij, C. de Epiſcop. & cleric.* dicit mulierem, quæ commiſcetur cum clerico ſacris initiato prolabi in inceſtum, & *ibi* Bald. *num.* 3. Menoch. *de arbitr. caſu* 418. *num.* 7. *& ſequent.* Hanc tamen gloſſam reprobant communiter alij exiſtimantes non inceſtum, ſed ſimplicem fornicationem committere ſacerdotem, prout volunt Zabatell. *in clement. ad noſtrum. de hæretic. verſ.* 7. *num.* 3. & *ibi* Imol. *in fine,* & Decius *in cap. at ſi clerici, in princ. num.* 37. *de iudic.* quod non eſt verum, cùm non ſit ſimplex fornicatio talis coitus, neque inceſtus propriè, ſed ſacrilegium, ac ſpirituale adulterium. Ita Abbas *in cap. vt clericor, num.* 6. *de vit. & honeſt. cleric.* Sarmient. *lib.* 1. *ſelect. cap.* 5. *num.* 9. Salzed. *in addition. ad practic. crimin.* Bernard. Dias *can.* 79. *verb. audire diuina,* & Sayr. *in claui regia, lib.* 8. *cap.* 1. *ad fin.*

Modus autem procedendi contra concubinarios laicos traditur à Concilio Trident. *ſeſſ.* 24. *de reformat. matrim. cap.* 8. incipit, *Graue peccatum eſt,* vbi præcipit ſi concubinarij poſt tres admonitiones concubinas non eiecerint, excommunicatione feriendos eſſe à qua non abſoluantur, donec re ipſa admonitioni factæ paruerint. Quoad clericos verò *ſeſſ.* 25. *de reformat. cap.* 14. prohibet ſancta Synodus quibuſcumque clericis, ne concubinas audeant habere in domo, vel extra, vel alias fœminas, de quibus poſſit haberi ſuſpicio. Quod ſi moniti non deſiſtant, tertia parte, ſi ſecundæ monitioni non paruerint, omnibus fructibus eo ipſo priuentur, & à beneficiorum adminiſtratione arbitrio Ordinarij ſuſpendantur. Vide cæteras pœnas apud Concilium, Sayr. *lib.* 8. *cap.* 2. Nomine verò fructuum, quibus priuantur, veniunt diſtributiones etiam quotidianæ, Sa[illegible] *in ſuis decis. ſub tit. de verbor. ſignific. decis.* 7. Ricc. *in collect. deciſ. part.* 4. *collect.* 821. *verſ. Amplia ſecundo,* & Monet. *de diſtrib. quotid. part.* 3. *quæſt.* [illegible] *num.* [illegible]

144. Ex lege noſtra *lib.* 2. *ordinat. titul.* 9. *in principio,* concubinatus eſt caſus mixti fori, ibi: *Barrigeiros, & concubinarios.* Gregorius Lopez *leg.* 58. *verbo, eſtos, tit.* 6. *part.* 5. Bobadill. *in ſua politic. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 53. Suar. de Paz *tom.* 2. *prælud.* 2. *num.* 31. *ad finem,* dicentes hoc crimen poſſe etiam puniri per iudices ſæculares. Quod etiam tradunt Anton. Gomez *in l.* 80. *Tauri, a num.* 19. *vſque ad* 22. Salzed. *ad Bernard. Dias, in praxi, cap.* 79. Nec obſtat, quòd lex ſæcularis non poſſit diſponere quidquam, contra perſonas Eccleſiaſticas, ſecundùm text. *in cap.* 1. *de immunitate Eccleſiarum, lib.* 6. *& in cap. tantis, diſtinct.* 81. Ex quo colligi videtur non poſſe laicum 145.
procedere contra concubinas clericorum, nec eas punire, quia reſpondetur leges eſſe iuſtas, neque ex proceſſu contra publicas concubinas clericorum dehoneſtari honorem Eccleſiaſticum, ſed potiùs defendi. Item, quia de iure canonico eſt illicita, & reprobata præſertim in Eccleſiaſticis omnis fornicatio ex *cap. nemo,* 32. *quæſt.* 4. ergo lex ciuilis poteſt accedere ad coadiuuandum, & puniendum concubinas clericorum, ſicut iudex Eccleſiaſticus procedere poteſt contra laicos concubinarios, vt dicitur in Concilio Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 8. *de reformat.* Sed hoc non tollit non poſſe etiam procedere contra eoſdem laicos iudicem laicum, cùm ſit mixti fori, vt vltra citatos docent Auendan. 2. *part. cap.* 26. *prætor. num.* 2. Azeued. *in l.* 4. *num.* 4. *tit.* 1. *lib.* 4. *nouæ collection.* & alij, quos refert Curia Philip. 3. *part.* §. 2. *num.* 21. & Anaſtaſ. Germon. *de ſacrorum immunit. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 58. *&* 65. & alij, quos refert, ac ſequitur Farinac. *in praxi criminal. quæſtion.* 8. *numero* 131.

146. Probatur, quia concubinatus eſt vtroque iure damnatus 28. *diſt. per totam, & l. omnia priuilegia, C. de ſacroſ. Eccleſ.* Item de iure Luſitano, *lib.* 5. *ordinat. tit.* 28. *in principio,* ibi, *todo o homem cazado que tiuer barregam, teuda, & mantenda, ſeia degradado pola primeira ves por tres annos para Africa.* vbi per totum titulum variæ pœnæ apponuntur, & *tit.* 30. *eiuſdem libri,* habentur variæ pœnæ contra concubinas clericorum, & Eccleſiaſticorum, qui vel ſint in ſacris, vel religioſi, vel beneficium Eccleſiaſticum habeant. Vnde ſi non habeant beneficia, & ſint tantummodo clerici in minoribus, eorum concubinæ non punientur pœnis contentis in lege tam Luſitana, quàm Caſtellana, vt probat Auendan. *ad leg. prætor. verbo, clerigo, num.* 3. quos refert, ac ſequitur Valaſc. *allegat.* 34. *num.* 6.

Item concubinatus prohibetur per conſtitutiones Synodales omnium Epiſcopatuum huius regni, non ſolùm inter laicos, ſed etiam inter clericos, vt conſtat ex conſtitutionibus Bracarenſibus *titul.* 10. *conſtitution.* 15. & Conimbricenſibus *titul.* 15. *conſtitution.* 2. *& titul.* 33. *conſtitution.* 4. *& in conſtitution.* 16. *titul.* 10. *& conſtitution.* 1. *titul.* 25. *Archiepiſcopatus Eborenſis.* Circa etiam pœnas clericorum concubinariorum lege Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 24. *in decret. de reformation. cap.* 8. incipit, *Graue, & ſeſſ.* 25. *in decret. de reformation. cap.* 14. Ex quibus conſtat concubinatum eſſe vtriuſque fori, punitíque poſſe ab vtroque iudice, tam laico, quàm Eccleſiaſtico, quando concubinatus eſt publicus, & notorius.

Nec obſtat, ſi dicas concubinam clerici fieri de foro ipſius clerici, vt opinatur Feder. de Senis *conſ.* 167. incipit, *mulier accuſata,* pro quo facit Gloſſ. *in l. fin. verbo, fratribus, C. de munerib. & honorib. lib.* 10. & *in cap. nolite, verbo, triticum, prope fin.* 11. *quæſt.* 3. ex ea ratione; quia ſi duo ſocij ſint omnium bonorum ſocij, & alter ſit priuilegiatus, alter verò non, iſte gaudebit priuilegio ſocij, quod probat Iaſon *in l.* 1. *num.* 2. *C. de tranſaction.* Sequi- 147.

tur Anton. de Prato veter. *in l.1. in fine, ff. quæ ſententia ſine appellatione reſcindantur*. Quam partem ſequuntur, tanquam communem multi relati a Couarr. *practic. cap. 34. num. 1.* & in terminis noſtris Menoch. *de arbitrar. caſu 371. num. 13.* vbi ait clericum, & laicum ſimul delinquentes ab vno iudice eſſe iudicandos, puta ab Eccleſiaſtico, qui eſt dignior laico, ſicque fuiſſe deciſum re-
148. fert Chaſſanæus *in conſuetudine Burgund. rubric. 1. §. verſ. Archid. num. 70.* Quam opinionem ſequitur Marant. *de ordin. iudiciar. part. 4. diſt. 11. num. 22.*

Ad quam obiectionem in noſtro caſu reſpondetur, concubinas clericorum non gaudere priuilegio fori Eccleſiaſtici, itavt non poſſint in foro laico puniri. Nam delictum nullam debet tribuere immunitatem. Ideo poſſunt puniri in vtroque foro tam Eccleſiaſtico, quàm laico, ita Auilez *cap. 47. prætor. in gloſſ. ſacrilego, col. 2.* Illúdque argumentum Federici eſt falſum; cùm conſtet concubinatum eſſe prohibitum, per leges Caſtellæ, & Luſitaniæ, vt probatum eſt, quamuis eſſe de foro Eccleſiaſtico dumtaxat concubinatum doceat Michaël Agia, *de exhibend. auxil. in cap. de crimine concubinatus*; Sed praxis eſt contra in viridi obſeruantia in tota Hiſpania. Nec vrget gloſſ. *in d. l. fin. verb. fratribus, C. de muner. & honor.* quia teſte Bartolo *ibi* non eſt in vſu illa gloſſ. præterquam in indiuiduis cauſis. Sequitur Padill. *in l. 1. num. 5. C. de diuerſ. reſcript.* Conſentit idem Menoch. *vbi ſupra dicto numero 13. verſ. Verùm ab hac opinione*, vbi citat pro parte noſtra Crauet. *conſil. 232. col. 1.* & alios. Anton. Gomez *de delict. cap. 10. numero 6. verſ. Sed hic.*

149. Diximus concubinatum eſſe mixti fori, quando eſt publicus. Videamus ergo quando ſit publicus. Reſpondeo quando delictum eſt notum per confeſſionem factam in iudicio, aut per ſententiam, aut quando per facti euidentiam, ita publicum eſt, vt nulla tergiuerſatione celari queat. Ita deducitur ex *cap. vltim. de cohabitatione clericor. & mulier.* Abbas *in cap. veſtra, numero 7. eodem titulo.* Proinde dicetur publicus, ſi concubinam habeat domi, eámque tanquam vxorem tractet, publicè nutriendo filios ex ea genitos. Notorium enim non eget probatione. Bella Comb. *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 9. numero 265. pagin. 505.* Surdus *deciſion. 259. numero 14. & deciſ. 326. num. 82.* Farinac. *quæſtion. 21. num. 80. & ſequent.* Mendez à Caſtro *in praxi Luſit. lib. 3. cap. 3. num. 33.* & Palac. *in repetition. cap. per veſtras, notab. 3. §. 21. à num. 15. vſque ad* 20.

An verò clericus concubinarius publicus modo explicato ſit ipſo iure ſuſpenſus, quæſtio eſt? Affirmant aliqui ducti argumento *cap. vltim. de cohabitatione clericor. & mulier.* vbi Gregorius IX. rogatus reſpondit his verbis, ibi: *quia quantum ad alios, etiam in caſu propoſito ſuſpenſus non eſt, niſi peccatum huiuſmodi ſit notorium per ſententiam ſeu per confeſſionem factam in iure, aut per euidentiam rei, quæ tergiuerſatione aliqua celari non poſſit*; hæc ille. Ergo eſt ſuſpenſus quoad ſe, & quoad alios. Et probatur ex *cap. nullus*, & ex *cap. præter. diſt. 32.* ibi, *nullus*, inquit, *Miſſam audiat presbyteri, quem ſcit concubinam indubitanter habere*; propter quod opinantur Nauarr. *cap. 25. numero 73. & cap. 27. num. 154.* Syluester *verbo, concubinarius, §. 4. & verbo, ſuſpenſio. §. 6. verſ. quartò ſuſpenſi ſunt, & in verbo, clericus, 2. §. 4. verſ. quæritur ſecundo*, Bernard. Dias *in praxi, cap. 79. num. 2.* eſſe omnino ſuſpenſum ab officio, & beneficio, ita vt ſi celebret, incurrat irregularitatem.

Couarruuias tamen *in clement. ſi furioſus, 1. part. §. 1. num. 5.* concedit eſſe ſuſpenſum, non 150.
verò irregularem celebrando. At Nauarr. *dicto cap. 25. num. 77. & conſil. 17. de clerico excommunic. miniſtr.* ait concubinarium notorium non ſolùm ipſo iure eſſe ſuſpenſum, ſed etiam irregularem irregularitate nata ex publico concubinatu. Vnde ſi poſt pœnitentiam factam antequam diſpenſetur in irregularitate ſacrificet, peccare quidem grauiter, non tamen incidiſſe in nouam irregularitatem. Inſinuat tamen *dicto cap. 27. num. 154.* concubinarium notorium eſſe dumtaxat ſuſpenſum propter hoc crimen, ſuſpenſionémque tolli per pœnitentiam ab eo factam; non verò irregularitatem tolli per pœnitentiam, ſed per diſpenſationem; quod etiam reperit *dicto conſ. 17. num. 2.* pro qua parte citat gloſſ. pragmat. Sanctio. Gallican. *tit. de concubinariis, §. & nihil, verbo, inhabiles.* Sicut irregularitas orta ex celebratione publici furnicarij non aufertur ipſo iure per pœnitentiam, ſed eget diſpenſatione. Quæ doctrina Nauar. deſtruitur ab eodem Nauarr. *conſ. 70. in 1. edition. verſ. contrariam autem partem*, de ſententia excommunicationis, dicente, neque irregularitatem incurri ipſo iure, niſi in caſibus in iure expreſſis *cap. is, qui, de ſententia excommunicationis in 6.* nec ſimiliter ſuſpenſionem, quæ eſt priuatio iuris, quod quis habet, eſſe inducendam ipſo iure, niſi quando exprimitur in iure, vt habetur in gloſſ. *in cap. fin. gloſſ. penult. de iurepatronatus.* & Romanus *conſ. 325.* quem refert, ac ſequitur Nauar. Cùm ergo per Concilium Tridentinum infra citandum concubinarius non ſit ipſo iure ſuſpenſus, conſequenter dicendum eſt non eſſe irregularem.

Pro ſolutione tamen concluſio ſit, concubi- 151.
narium publicum poſſe ſuſpendi, non tamen eſſe ipſo iure ſuſpenſum. Ita Innocent. *in cap. ſi celebrat, num. 1. de clerico excommunic. depoſ. miniſtr.* Anchart. *in cap. 1. de ſentent. & re iudic. lib. 6.* Ioann. Imol. *in cap. ſicut, de cohabitatione clericor. & mulier. col. 1. ad fin.* Speculat. *de diſpenſat. §. iuxta propoſitionis. num. 20.* Archidiacon. *in cap. præter, §. ad hæc verò, 32. diſtinct.* & ex recentioribus Sot. *in 4. diſtinct. 1. quæſtion. 5. art. 6. verſ. in contrarium autem militare videtur*, Henriquez *de excommunic. lib. 13. cap. 5. litera S, & cap. 36. litera E.* Salzed. *in additionibus ad Bernard. cap. 79. verbo, irregularis.* Medin. *in ſumma, lib. 1. cap. 11. §. 8.* cuius ſententiæ videtur eſſe Couarruuias licèt conſular, quòd obtineatur à Summo Pontifice diſpenſatio.

Ideo ſi concubinarius celebret, non propterea eſt irregularis, cùm non ſit ſuſpenſus ante nouam iudicij monitionem, vera ſuſpenſionis cenſura, dicitur tamen ſuſpenſus quoad alios, quia alij prohibentur ab eo audire diuina. Barboſ. *in 3. decretal. tit. 2. in cap. quæſitum, verſ. quia quantum ad alios de cohabit. cleric.* niſi ſit Epiſcopus eo vitio notatus. Is enim abſolutè à Concilio Tridentino ſuſpenditur, *ſeſſ. 21. de reform. cap. 6. & ſeſſ. 25. de reform. cap. 14.* ſi admonitus à Synodo prouinciali non ſe emendet; ſuſpenditur enim à iuriſdictione

te ſpirituali, ac collatione beneficij,& electione.
Syluest. *verb. ſuſpenſio*, §. 5. de mente Innocent.
Henriquez *d.cap.36.in comment.litera F,G,&H*,
& conſequenter videtur in hoc caſu Epiſcopus
ſuſpenſus ab ordine ex traditis à Panorm. *in cap.*
*cum dilectus,de conſuetud.num.*20.dicente,*ſuſpen-*
*dendo te ab officio, videor te ſuſpendere nedum ab*
*ordine,ſed ab omni officio clericali.*Idem tradit Ta-
bien.*verbo,ſuſpenſio,num.4.ad fin.*& à pontificali-
bus; quod ſi celebret,eſt irregularis. Idem Panor-
mit.*in cap.ſi celebret de clerico excommun.miniſtr.*
*num.*4. Felin. *cap. Apoſtolica, de exceptionibus,*
*num.*16.Nauar.*lib.1.conſil.de tempor.ordinat.con-*
*ſil.*23.proinde nec poterit excommunicare,neque
indulgentias concedere. Ratio,quia ſuſpenſus ab
officio abſolutè ſine reſtrictione, eſt ſuſpenſus ab
omni officio,tam ordinis,quàm iuriſdictionis; ſic
Syluest.*verb.ſuſpenſ.quæſt.*5.& Tabien.*num.*4. Sal-
zed. *in praxi ad Bern. cap.*79. *verbo, audire, fol.*
*mihi* 261.

Ad *cap.* verò vltimum *de cohabit.cleric.& mu-*
*lier.& ad can.ſi qui ſunt,diſt.*81. ex quibus colli-
gebatur clericos concubinarios eſſe eo ipſo ſu-
ſpenſos, dicendum eſt,ea iura eſſe per contrariam
conſuetudinem abrogata,vt bene notat Sot. *in 4.*
*diſt.13.quæſt.2.art.9. ad fin.* Gutier. *lib.1. canonic.*
*cap.1.num.45.verſ.qua in hoc corriguntur,*& Hen-
riquez *d.lib.13.cap.5.num.3.ad fin.* Vnde licèt per
iura antiqua non licebat intereſſe ſacro celebra-
to a clerico notoriè concubinario, nec recipere
ſacramenta,& hoc ad ipſius emendam per text.*in*
*cap.veſtra, & in cap.vnico de cohabit. clericor. &*
*mulier.* hodie tamen poſt Concilium Conſtan-
tienſe fideles poſſunt intereſſe ſacro celebrato ab
illo,atque recipere ſacramenta, niſi ſit denuncia-
tus nominatim publicè, vel ſuſpenſus, nec ſuffi-
cit,quòd ſit notorius per ſententiam,vel per con-
feſſionem factam in iudicio,quod ſatis erat quon-
dam per ius antiquum, modò verò requiritur,
152. quòd ſententia ſuſpenſionis ſit publicata. Ideo
ante denunciationem nominatim factam,vel an-
te publicationem ſententiæ, non eſt prohibitum
audire Miſſam ab huiuſmodi ſacerdote, neque ab
eo ſacramenta ſuſcipere, ex Extrauagant. *ad eui-*
*tanda ſcandala*, quam refert Felin. *in cap.Rodul-*
*phus,de reſcript.num.*39. Couar. *in cap.alma ma-*
*ter 1.part.* §. 2. *num.* 7. Suar. de Paz *in praxi*, 1.
*tom.* *tempore, n.*72. Sayr. *de cenſur.lib.2.cap.*12.
*num.*6. Suar. *de cenſur.tom.5.diſp.9.ſect.*2. & Gu-
tier. *canonic.quæſt.lib.1. cap.1. in princip.* quæ eſt
omnino ſeruanda, teſte eodem Gutier. *d.num.*45.
& *d.cap.7.num.*85.Sayr.*d.cap.12.num.*20.Aze-
ued.*in l.1.tit.15.lib.*8. *recopil*, & Ludou.Lopez 2.
*tom.inſtruct.conſc.cap.*78.

Huic reſolutioni aduerſatur text. *in cap. præ-*
*ter, diſt.*32. *& cap. veſtra, de cohabit. clericor. &*
*mulier.* vbi dicitur concubinarios notorios eſſe
ſuſpenſos; quam ſuſpenſionem extendit Abbas
*in cap. num.*8. ad ſuſpenſionem ab officio,& be-
neficio per verba, ibi: *neque partem ab Eccleſia*
*ſuſcipiat*; & gloſſ. idem confirmat, quaſi dicat
eſſe ſuſpenſos in pœnam delicti etiam à benefi-
153. cio. Ad hoc reſpondet Innoc.*in cap.fin.de clerico*
*excommunic.miniſtr.num.* 3.notorium concubina-
rium non eſſe ſuſpenſum à canone, neque à iure,
ſed a Deo,eo quod vbi primum verè pœnitet,ſta-
tim auferetur ſuſpenſio, & licitè celebrat, & per
canonem imponitur, quod ab aliis euitetur. Ideo
non eſſe ſuſpenſos ſuſpenſione vera indicta in
odium criminis, & in vindictam illius, ſed alia,



quæ non eſt vera cenſura, ſed ratione cuiuſdam
honeſtatis ab ipſo canone imponitur, ob hone-
ſtatem potius, quàm in directam vltionem deli-
cti. Ita Ioan. Gutier. *d. cap.7. num.*85. & Ioan. à
Vela *de pœnis delicti, cap.6. verſ. Sed eorum ſen-*
*tentiam.* Quod ſi adhuc inſtet Ludouic. Lopez
citat. hanc ſuſpenſionem eſſe veram cenſuram,
impoſitamque non ſolùm ob honeſtatem, ſed
etiam in pœnam delicti, cùm Congregationis
declaratio Concil. Trident. *ſeſſ.25. cap.14. de re-*
*format.* ſic dicat ibi, *clerici concubinarij notorij*
*ſunt etiam hodie ipſo iure à diuinis ſuſpenſi, prout*
*in veteri iure ſunt.* Reſponderi poteſt ad Ludoui-
cum, etiamſi talis ſuſpenſio eſſet vera cenſura de
iure, non tamen hodie eſſe in vſu, neque in praxi
ſeruari. Ita Medina *in ſumma, lib.1. cap.*11. §. 8.
Valent. 4 *tom. diſp.3. quæſt.5. punct.3. & diſp. 6.*
*quæſt.10. punct.*5. vbi ait prohibitionem, nequis
audiat Miſſam à concubinariis notoriis eſſe con-
ſuetudine ſublatam.Manuel Rodriguez *in ſumm.*
*tom.2.cap.67. num.*1. poſt Sot. *in 4.diſt.1.quæſt.5.*
*art.6.& diſt.13.quæſt.1.art.9.circa fin.* Nec obſtat 154.
dicere congregationem concubinarios eſſe ho-
die de iure ſuſpenſos,quia hoc non derogat con-
ſuetudini vbi ea fuerit in contrarium per lon-
gum tempus. Ex quibus colliges, quòd cùm non
ſint ſuſpenſi concubinarij per ſuſpenſionem verã,
ſaltem ex vſu, ac conſuetudine, ſi illis conferatur
aliquod beneficium, collatio ſuſtinebitur, quo-
niam ex conſtitutione Leonis X. incipit, *ſuperne,*
edita in Concilio Lateranenſi,& tradit Bermo *in*
*comment. ad ipſam conſtitutionem*, & probatur ex
*d.cap.6.ſeſſ.21.Concil.Trid.*concubinarium ſi poſt
monitionem non ſe emendet, priuandum eſſe.
Sequitur Flamin.*de reſignat.lib.5.quæſt.6.num.*63.
pro quo etiam faciunt tradita à Graſſis *lib.2. de-*
*ciſ.cap.76. num.5. & lib.4.cap.27.num.*36. vbi ait
non eſſe ſuſpenſum in foro externo.

Attento etiam Concilio Tridentino *ſeſſ.* 25. 155.
*cap.* 14. ad incidendum in pœnas contra clericos
concubinarios latas monitione ſpeciali opus eſt
in ipſa perſona quæ requiritur pro forma, nec
ſuffragatur monitio generalis facta in Synodo,
quamuis obtineat trinæ monitionis vim, Aloyſius
Riccius *in praxi fori Eccleſiaſtici, deciſ.359.in 1.*
*edition. & reſolut.307. num.3. in 2.edition. & nu-*
*mero* 4. addit ſemper exigi monitiones ſpeciales
in clerico concubinario, etiam notorio. Abſque
enim monitionibus ſuprà dictis priuari non po-
teſt beneficiis, niſi poſt legitimas monitiones in-
durato animo perſeuerot in concubinatu. Farin.
*lib.1. conſ.*80.

Et quamuis Nauar. *conſ.4. de adulteriis in an-* 156.
*tiquis, alias 1. hoc tit. in nouis*, & Sayr. *in flor.de-*
*ciſ.*ſub illo titul.*de adult.deciſ.*4. exiſtiment Con-
cil. Trident. *d.ſeſſ.25. cap.*14. extendi ad ſimpli-
cem incontinentiam abſque qualitate concubi-
natus,oppoſitum cenſuit ſacra congregatio,Con-
cilium eo in loco non procedere, vt aſſerit Gar-
cia *de benefic. part.11. cap.10. num.*186. Armen-
dar. *in additionib. ad recopilat. legum Nauarra,*
*lib.4. titul.5 de ſtupro, l.vnic. num.*4. Aloyſ.Ricc.
*in praxi fori Eccleſiaſtici, deciſ.361. in fin. in 1.*
*edition.& reſolut.307.num.5. in 2. edition.* quibus
accedit Farinac. poſt plures ibi relatos *in praxi*
*criminal. part. 5. quæſtion.* 138. *num.* 12. & 74.
Requiritur ergo, vt vltra ſimplicem inconti-
nentiam adſit qualitas concubinatus, qui ſup-
ponit aſſiduam conſuetudinem, quia tunc Con-
cilio eſt locus. Opinio tamen Nauarr. eſt

probabilis, cui adhæret idem Aloyſ. *in collect. deciſ. part. 4. collect. 811. in fin.* ſed contraria eſt probabilior, vt docet etiam Petr. de Ledeſm. *part. 2. ſum. tract. 27. cap. 18. difficult. 3.*

---

## §. XV.

### *An lenonum, lenarum, ac luparum crimina ſint caſus mixti fori?*

### EPITOME.

157 *Lenocinij crimen, eiúſque ſpecies ſunt mixti fori.*
*Et qui propriè ſint lenones. ibid.*
158 *Pœna impoſita contra lenones de iure Luſitano.*
159 *Lenones non gaudent nobilitate, puniuntúrque pœna vili, excepto patre, quando eſt leno filiæ.*
160 *Lenones participantes de lucro luparum, quomodo puniantur de iure communi.*
161 *Meretricum, ſeu luparum querelas, qui magiſtratus excipiant in curia.*
162 *Filius natus ex concubina ſoluta, & ex curiali ſoluto, an ſuccedat parentibus.*
163 *Epiſcopus poteſt prohibere fœminis, ne vtantur veſtibus excitantibus ad libidinem.*
164 *Meretrices omnibus expoſitæ ſunt infames. Secus ſi non omnibus.*
165 *Meretrici vim inferens non incurrit pœnam, niſi ceſſet ab officio per triennium.*
166 *Meretrices an teneantur reſtituere, quæ blanditiis, ſeu fraudibus ab amaſiis extorquent.*
167 *Meretrix in foro conſcientiæ mercedem petere poteſt, ac retinere.*
168 *An filiafamilias, ſeu vxores, pretium acceptum pro turpidine teneantur reſtituere patribus, ſeu maritis.*
169 *Quiſnam fuerit, qui primò inſtituit lupanaria, & an reſpublica poſſit cogere meretrices, vt omnibus ſe exponant.*
170 *An meretricibus domos elocare, & lupanaria deputare ſit peccatum.*
171 *Et quid de earum patronis.*
172 *An meretrices ſibi data in pretium corporis ab iis, qui dare non poſſunt, teneantur reſtituere.*
173 *An meretrices poſſint eleemoſynas facere de acquiſitis ex meretricio.*
174 *Et quid de earum confeſſionibus.*

157. SEQVITVR crimen lenocinij quod eſt caſus mixti fori per legem regiam, *lib. 2. tit. 9. in princ.* ibi, *alcouiteiros, & oſque conſentem as molheres fazer mal de ſi em ſuas caſas*; éſtque hoc crimen grauius homicidio ob fraudes, quibus decipiuntur puellæ, & fœminæ, vt vult Beluiſ. *in pract. lib. 1. cap. 9. in verbo, lenonum, à n. 12.* Iodoc. *in pract. crim. cap. 91. rub. de lenocinio, num. 3.* Farin. *in praxi crim. quæſt. 143. n. 1. & 2.* vbi addit ex gloſſ. *in verbo, non minus, in l. palam, ff. de ritu nupt.* magis delinquere lenonem, quàm meretricem. Lege illum de lenocinij grauitate, & §§. *ſeqq.* Quot verò ſint ſpecies huius criminis, tradit Azeued. *l. 1. tit. 19. lib. 8. & in tit. 22. part. 7.* de quo etiam agit *in l. 4. tit. 11. lib. 8. n. 1. & 2.* nec ſolum nomine lenonum comprehenduntur omnes allicientes quaſi ex officio fœminas ad peccandum cum aliis in domibus ſuis, ſiue ſolutas, ſiue coniugatas, ſed etiam mariti conſentientes vxores ſe proſtituere, & adulterium committere, ſiue ex eo pretium recipiant, ſiue non, & ij, qui tacent, & ſimulant. Item patres, qui filiabus, vel ancillis peccandi neceſſitatem imponunt, ex *l. ſi lenones, C. de Epiſcop. aud.* de quibus poteſt cognoſci à iudice Eccleſiaſtico, ſiue ſæculari. Barboſ. *in remiſſ. ad d. lib. 2. tit. 9. num. 5.* Valaſc. *allegat. 13. num. 121.* Dicitur autem leno ab alliciendo, eo quod ad ſtupra, & adulteria alliciat. Menoch. *de arbitr. lib. 2. caſu 534. num. 3. centur. 6.* Quod ſi per vim, & non blandis verbis fœminas trahant ad ſtuprum lenones tenentur pœna raptus. Beluiſ. *ſuprà, num. 13. verſ. vel intellige.*

Leno tamen non dicitur, nec lenocinij pœna punitur, qui ſemel tantùm lenocinium fecit, requiritur enim conſuetudo ſaltem per tres actus, Beluiſ. *ſupra d. num. 12.* Menoch. *d. caſu 534. n. 49. centur. 6.* Farin. *d. quæſt. 153. num. 35.* hoc tamen non habet locum in marito, qui per vnicum actum incurrit pœnam lenonis, ſi de ſua vxore ſemel quæſtum fecit. Menoch. *d. caſu 534. centur. 6.* Farin. *ſuprà, num. 36.* quamuis ad imponendam pœnã mortis de qua in conſtitutione Sixti V. non creditur ſatis eſſe concedere ſemel vxorem, ſeu filiam, ſed requiri plures actus, vt conſtat ex d. conſtitutione de temeraria tori ſeparatione, quæ eſt in ordine 47. ibi, *palam exerceat;* quæ verba important vſum, & conſuetudinem. Pro reliquis de hac materia, vide Farinac. *d. quæſt. 144. num. 29.* vbi de recipiente lenones in domo ſua, & *numero* 50. de accommodante, & de ſtabulariis *d. num. 29.*

Pœnæ verò contra lenones impoſitæ habentur *lib. 5. tit. 32. ordinat. reg.* In primis conſentientibus mulieres coniugatas in domibus ſuis adulteria committere, imponitur pœna mortis, & confiſcatio omnium bonorum ſuorum; conſentientibus verò virgines, ac viduas honeſtas in domibus ſuis ſui corporis copiam facere, imponitur verberum, & exilij perpetui pœna extra locũ pro prima vice, pro ſecundâ pœna deportationis ad Braſilicam regionem. Quæ pœnæ à iudice Eccleſiaſtico poſſunt imponi. Maritus conſentiendo vxorem ſe proſtituere ex lege noſtra *lib. 5. tit. 25. §. 9.* tam ipſe, quàm ipſa publicè verberentur, & in Braſilicam regionem deportentur, & adulter relegetur in Africam perpetuò, quamuis maritus illi velit ignoſcere: & licet maritus ob adulterium ſolus poſſit accuſare vxorem, & non alius ex lege noſtra, *lib. 5. tit. 25. §. 3.* & ex *l. Caſtel. 2. tit. 17. part. 7.* vbi gloſſ. 1. & 2. Auilez *ad l. prætor, cap. 47. gloſſ. mancebas, num. 2.* Gama *de ſacrament. præſtando, cap. 4. num. 9.* Gomez *in l. Tauri*, 80. *num.* 20. & Padil. *in l. tranſigere, num. 92. C. de tranſactionibus.* Attamen ſi ipſa commiſit adulterium conſulto marito, poterit quilibet extraneus illam accuſare. Auilez *dicto verbo, mancebas, num. 3.* Gomez *citat. num. 49.* poſt Baptiſtam de Sancto Seuerino *de debitore fugitiuo, col. 13. quæſt. 5. num. 24.* & priuatur priuilegio à Iuſtiniano conceſſo fœminis *in §. neceſſarium, in Authent. vt nulli iudic.* quæ eſt in Nouella 134. ne pro debito carcerari poſſint; illo tamen non gaudet vxor, quæ viro ſciente meretricatur. Menoch. *de arbitrar. quæſtion. 88. num. 14. & 18.* Fauet lex Luſitana *lib. 4. tit. 76. §. 6.* Bobadill. *lib. 3. cap. 15. num. 30. in principio.* 158.

Ex

Ex *l. 2. in fin. titul. 22. part. 7.* marito vxoris ſuæ lenoni imponitur pœna mortis. Antonius Gomez *d. l. 80. Tauri, num. 73. verſ. Sed certè.* Eadem pœna punietur committens idem crimen contra aliquam fœminam coniugatam, virginem, viduam, vel monialem, per text. *in l. qui donum, ff. de adulter. & in l. mariti, §. plectitur, ff. eodem,* ibi, *plectitur, & qui pretium pro comperto ſtupro acceperit,* & clariùs in Authen. *de lenonibus, §. præconizamus,* ibi, *omnia nouiſſima ſuſtinere ſupplicia, collat. 3.* Chaſſan. *de conſuetud. Burgund. rubric. 5. num. 66.*

159. Neque lenones gaudent priuilegio nobilitatis, poſſúntque puniri, tanquam viles perſonæ, ſúntque infames, per *cap. ſi tu abſtines, 27. quæſt. 2.* Menoch. *à num. 15. vſque ad 18.* videtur tamen eximi à pœna vili pater nobilis, qui conſentit filiam rem cum aliquo habere, vt colligitur ex lege Luſitana *lib. 5. tit. 32. §. 4.* vbi agendo de pœna conſentientis filiam peccare in corpus ſuum decernit, quòd ſuſpenſo ad collum fune, præeuntéque præcone verberetur, & ad Braſilicam regionem publicatis ſimul omnibus ſuis bonis, perpetuò deportetur. Quod ſi eius conditionis ſit, vt non poſſit verberibus affici, deportationis pœnam ad partes Braſilicas omnino ſubeat. Confirmatur ex traditis à Iul. Clar. *in praxi, quæſt. 68. §. 23.* dicente, de iure *in d. Authen. de lenoc.* lenones puniri pœna mortis, ſed de conſuetudine flagellari cum mitra, mittíque in exilium. Ioan. à Vella *in tract. de pœnis, cap. 20. §. regio verò iure.* Pro reliquis conſule legem noſtram *lib. 5. d. tit. 32. per totum,* vbi ſingulis lenocinij caſibus ſingulares pœnæ imponuntur.

160. Sed quid dicendum de lenonibus de iure communi, qui publicas habent meretrices, & earum habent curam, & participant de lucro ipſarum? Reſpondeo eſſe puniendos pœna exilij extra illud oppidum, conſentaneè ad Authenticam *de lenonibus, §. ſancimus, & §. præconizamus,* meretricéſque ſub eorum obedientia viuentes in ſimile exilium eſſe amandandas, quod expreſsè confirmatur *in l. 2. tit. 22. part. 7. & lib. 8. ordinam. titul. 14. l. 13.* vbi expreſsè de lenonibus puniendis agitur: quod ſi lenones mulieres caſtè viuentes conquirant, eaſque pactionibus cum illis initis ad fornicandum hominibus tradant, ſecundùm Authent. citatam, morte puniebantur. Denique qui quouis modo cooperantur, vt fœminæ cum aliquo fornicentur, ad idque ſuadent, atque inducunt, ſunt ipſo iure infames, etiam antequam aduerſus illos ſententia proferatur. Ita *l. 1. ff. de iis qui notantur infamia, & l. palam. §. lenocinium, ff. de ritu nupt.* Molin. *tract. 3. diſp. 97. num. 11. & ſequentib.* mittens verò lenonem, ſeu lenam ad fœminam aliquam alliciendam, quamuis res non ſortiatur effectum, puniri poteſt pœna arbitraria maiori, vel minori, ſecundùm qualitatem fœminæ, quam leno, ſeu lena allicere, ac perdere nitebatur, habetur in [illegible] *iuncto princip. ff. de extraordinariis deli*[illegible] *§. omnem, verbo, ad infamiam cum pudicitia attentatur, ff. de iniuriis, & §. iniuriarum in fin. inſtit. eodem tit.* Anton. Gomez *in l. 80. Tauri, num. 74. verſ. quod tamen limita:*

161. Quæres ad quos magiſtratus pertineat ſuſcipere querelas meretricum, ſeu concubinarum Curiæ, & vrbis Olyſiponenſis? Reſpondet lex noſtra *lib. 1. tit. 7. num. 33.* ſpectare ad prætores curiales cauſarum criminalium, & illis exceptis, nullus alius poterit has querelas ſuſcipere, vt ibi de-

*Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.*

cernitur. Nec poterunt ſuſcipere querelam de meretrice, quæ palam, & pluribus ſe proſtituit, vt declarat dicta ordinario præcitato §. 33. ibi, *por ſerem amancebadas.* Vnde conſtat poſſe cognoſcere prætores curiales cauſarum criminalium, non de quibuſcumque meretricibus, ſed de concubinis dumtaxat eorum, quibus pœnæ ſecundùm ius regium ſunt impoſitæ *lib. 5. tit. 27. in princip. & §. 5.* Reſoluitur tamen, vt incurratur pœna impoſita, non ſatis eſſe hominem ſolitum in curia reſidere, habere concubinam in curia, vt hac lege Luſitana, & pœnis illius comprehendatur, ſed neceſſe eſſe, vt domicilium in curia habeat, vel ſi aliunde habet, in curia verſari ſolitus ſit, tanquam curialis. Vnde ſi veniat ad curiam alicuius negotij cauſa, & in ea commoretur per multum tempus, tanquam negotiator non incurret pœnas curialibus concubinariis impoſitas. Ita Ægid Luſit. *de iure, & priuilegio honeſtatis. art. 8. num. 5.* Ioan. Martinus à Coſta *in ſuo ſtylo domus ſupplicationis, annotat. 6. num. 22.* Barboſa *in remiſſ. ad 5. lib. ordinat. regiæ, titul. 27.* 162.
*in principio,* addítque §. 1. filios natos ex concubina ſoluta, & ſoluto curiali in curia retenta domi, ſiue extra, non ſuccedere parentibus ex regula *in l. ſi qua illuſtriſſ. C. ad Orfician.* vbi natus ex coitu per legem aliquam punibili non ſuccedit matri, cuius meminit Gama *deciſ. 136. in principio.* Cùm ergo curiales concubinarij per *dictam l. tit. 27* puniantur pœna pecuniaria, atque exilio, nati ex illis nequeunt ſuccedere parentibus: quod puto verum de iure communi, non verò de iure Luſitano, cùm ſint naturales, qui parentibus plebeiis ſuccedunt, ex ea *d. l. lib. 4. tit. 92. verbo, huma ſomanceba, & verbo, iuram a ſua herança com os filhos legitimos;* quod ſi curialis ſit nobilis, nec habuerit aſcendentes, nec deſcendentes legitimos, poterit inſtituere hæredem filium naturalem.

Vnum adhuc eſt, de quo poteſt dubitari, an 163.
poſſit Epiſcopus ſub pœna excommunicationis prohibere, ne mulieres vtantur veſtibus inſolitis, & ornamentis ſumptuoſis, pretioſiſque excitantibus ad libinem? Affirmat Bald. *in proœmio Gregoriano, col. 5. in verbo, violentos.* Gulielm. *in cap. Raynut. verbo, cuidam Petro, de teſtament. num. 33.* per *l. cùm ſuprà, de re militar. lib. 12.* quod etiam reprehendit Philoſophus *lib. 7. Ethicor.* Sequitur Tiraquell. *in 3. l. concubin. num. 14.* dicens poſſe Epiſcopos condere ſtatuta, quæ conducant honeſtati ſeruandæ, nempe quòd mulieres non vtantur veſtibus ſuperuacuis nimiſque ſumptuoſis, ſiue prouocantibus ad malum, nec ſibi minium, ac ceruſſam imponant, fucóque depingant. Faciunt tradita à Doctoribus *in l. nemini, C. de Epiſcop. audien,* vbi decernunt meretricibus etiam prohiberi poſſe, ne vtantur veſtibus, quibus communiter vtuntur honeſtæ fœminæ, nec detur confuſio inter vtraſque, ſicut non decet honeſtas fœminas ad inſtar meretricum inhoneſto cultu ornari, ne ſcorta putentur, ſeu exiſtimentur, *l. item apud Labeonem, §. ſi quis virgines, ff. de iniur.* & fauet Gloſſ. *in l. ſi qua, per calumniam, in fine, C. de Epiſcop. & cleric.* Gullielm. *in dicto cap. Raynut. verb. Raynutius de clera, numero 65.* Ob quam cauſam Zaleucus Locrorum legiſlator ſuis legibus decreuit, ne fœminis fas eſſet aureis ornamentis exornari, neque indumento filis ſericis contexto, artéque elaboratis venuſtari,

niſi cùm vellent meretriciam vitam aucupari, ſibique amaſios moliri ſtuderent. Bobad. *lib.2.c.17. num.149. in politica.*

164. Sintne autem infames meretrices cōtentio aliquando fuit, nunc verò non eſt dubiū, ſi palam ſui corporis quæſtum faciant. Ita à Coſta *in c. ſi pater 1.part.verb.legauit, num.40.* Surdus *de alimentis, tit.7.quæſt.4.num.34.* Stephan. Gratian. *tom.1. diſcept. forenſ. cap.135.num.5.8. & 9.* Vnde non dicentur infames, quæ vni tantùm, vel alteri ſe tradunt, vel quæ ſine quæſtu in occulto id peragunt; dicentur tamen turpes, teſte Surdo *num.35.* & alij *vbi proximè.* Quod ſi luxuriosè vixerint, & per triennium caſtè, atque honeſtè ab eo commercio, ac viuendi genere emendatæ vitam agant pudicam, non iam turpes, ſed honeſtæ poſſunt ap-
165. pellari, quia per triennium ceſſat præſumptio, teſte Alciato *in cap.cum non ab homine, num.37. de iudic.* Hyppolit. *in rub.de fideiuſſor.quæſt.22. & in l.1.in princ.num.77.ff.de quæſtionib.* Ideo ſi quis illi velit vim inferre, aut eam rapere, & de facto vim inferat, aut rapiat cum effectu, incurret in pœnam Ordinationis regiæ *lib.5. tit.18. §.3.* Ita Cabed. *tom.1.deciſ.55.num.3.* Anton. Gom. *in l.80. Tauri, num.45.ad fin.* vbi ait, rapientem, vel per vim carnaliter cognoſcentem meretricem nulla pœna puniri per text. *in l.verum, verſ.1.ff.de furtis*, niſi iam meretrix ceſſauerit meretricari, & honeſtè vixerit. Sequitur Molin. *tractat. 3. diſput.105.num.15.* dicens in Hiſpania puniri hunc delinquentem pœna arbitraria infra mortem, at verò de iure communi incurrere in pœnam legis vnicæ, *C. de raptu virginis*, ſi tempore raptus ad meliorem frugem ſe receperat, & honeſtè viuebat, quamuis antea inhoneſtè vixiſſet. Conferunt tradita à Iul. Clar. *§.raptus, num.5.* & à Cardoſ. *eodem verbo, num.7. &* 8. multis ibi citatis, quos refert Cened. *ad decretales, collectan.92.num.8.* Maſcard. *in ſpecie de probationib.concl.1255.à num.13.* ait poſſe puniri pœna raptus huiuſmodi delinquentes.

166. Quæritur deinde, an meretrices teneantur reſtituere amaſiis, quæ ab eiſdem, blanditiis, & fraudibus extorſerunt? Caietan. *2.2.quæſt.32. art.7.ad fin. & in ſumma, verbo, reſtitut. poſt cap.8.tit.reſtitutionis caſus quaſi infiniti ſunt, verſ.ſunt duæ radices*, & *ibi* Armill. *num.58.* aſſerunt teneri meretricem reſtituere, quæ blanditiis extorſit, & illectamentis. Probatur, quia accepta propter importunas preces, ac ſolicitationes extorta debent reſtitui, cùm non ſint ſponte, ſed per vim donata, & preces importunæ metui æquiparantur, *l.1.iuncta gloſſ.verbo, extorta, C.ne filius pro patre*, vbi dicitur extortum, quod obtinetur ſuaſionibus. Item, quia ſi quis alterum vi trahens ad ludum, ſeu nimia importunitate, ac prece alliciens, tenetur reſtituere in eo ludo acquiſita colludenti, vt tradit Innocent. *in cap.quia plerique, num.4.de immunit. Eccleſiæ*, Palac. *rub.in repetit.rubrica de donat.inter vir.& vxor.§.81, num.6.* Couar. multis ibi allegatis *in regul.peccatum, de regul.iuris in 6.part.2. §.4.num.7.* Medin. *de reſtitut.quæſt.20.* & alij. Ergo blanditiis extorta, quæ etiam æquipollent metui, ſunt reſtituenda.

Dicendum tamen eſt non teneri lupas reſtituere, quæ blanditiis, & illectamentis vltra ſuum ſtipendium ab amaſiis accipiunt. Ratio, quia blanditiæ, & illectamenta, verbáque adulatoria non efficiunt inuoluntarium, imò voluntatem adaugent. Confirmatur argumento mariti, blanditiis vxorem allicientis, vt eum hæredem relinquat in teſtamento, quod poſſe fieri habet *l.vltim. iuncta gloſſ. verb maritalii ſermone, C.ſi quis aliquem teſtar. probib.* & probat Antonin. *3.part.ſummæ, titul.10.cap.1.§.2.* Sanch. *lib.4. de matrim. diſp.11. num. 2.* Ergo blanditiis acquiſita, ac facetiis poſſunt retinere. Ita Molin. *tract.2.diſput.94.fol.569. verſ.ſi fornicaria.* Nauar. *lib.2.de reſtit.in noua editon. cap.3. part.4. dub.2.num.430.& lib.4.cap.2. dub.12. num. 97.* Henriquez *lib.11. de matrimon. cap.9.num.5.in comment.litera B.* Salon *2.2.q.62. art.5.controuerſ.4.poſt 3. concluſ.* Quibus adhæret Sanch. *vbi ſuprà*, ſubditque *lib.1.de ſponſalib. diſput.14.* etiam habere locum ſuprà dicta, quamuis prodigè donent amaſij. Quia executio non eſt prodiga, quamuis promiſſio prodiga eſſe poſſit, & cum peccato veniali. Molin. *tract.2. diſput. 271. tom.2.fol.112. verſ. quidam exemplum adhibent*, vbi aiunt donatarium non teneri reſtituere receptum ex eo capite, quòd ei prodigè ſit donatum.

Quod ſi meretrices fraudibus plus iuſto extorqueant, puta aſſerendo ſe eſſe virgines, vel non, niſi à magnatibus ſemel atque iterum fuiſſe cognitas, tenentur reſtituere ſic recepta vltra iuſtum ſtipendium. Molin. *diſp.64.* Gutier. *lib.canonic.cap.37.num.19.& ſequentib.* Salon citat. Bannez *2.2.quæſt.62. art.5.dub.5. concluſ.2.* & Capua *lib.2.deciſ.cap.124.num.10.ad fin.* Ratio, quia non cenſentur ſponte, ac voluntariè donare, vt cum Sancto Thoma intelligit Sot. *lib.4.de iuſt.quæſt.7. art.1.ad 2.verſ.adieci tamen, pag.350. ad finem*; Non dicentur tamen meretrices vti fraudibus, ſi dicant fornicatoribus ſe deperditè illos adamare, nec ſic accepta, & extorta debent reſtituere, cùm neminem, niſi ſtultum poſſit latere, has eſſe luparum, meretricúmque technas, atque illecebras, quibus ſtulti, & inſani amatores capiuntur, Gutier. & Sot. præcitati, & Lopius *1.part.inſtructorij, cap.96.§.accedo quoque.*

Hinc ſequitur meretrices in foro conſcientiæ 167.
poſſe licitè retinere, quod ſibi datum eſt in pretium moderatum ſuæ proſtitutionis, nec teneri reddere, quia quamuis turpiter faciant meretricando, non turpiter faciunt recipiendo datum *l.4.§.ſed quod meretrici, ff.de conditione ob turpem cauſam, l.53.tit.14.part.5.* & ibi Greg. Lop. Quod ſi nolint meretricibus ſoluere, datur illis actio, ſecundùm Menchacam optimè eas defendentem *lib.1.controuerſ.illuſt.cap.48.num.5.* contra aliquos, quos etiam ſequitur Gregor. Lopez *in d.l.53.* & Zauall. *in commun. contra commun. quæſt.587. ad finem*, & multo ante Anton. Gom. *in l.62.Tauri, per text.in d.l.4.§.ſed quid meretrici, de condic.ob turpem cauſam*, & *ibi* Bartol. *& in l.affectio, ff. de donationib.& in l.non dubium, C.de legibus*, & alij, quos referens ſequitur ibi Gomeſius, ampliátque non ſolùm poſſe meretricem retinere, ac petere in foro conſcientiæ ſibi data, & promiſſa, vt etiam ait Abbas *in dicto cap. quia plerique de immunit. Eccleſiæ, col.4. quæſt.3.* ſed etiam in foro contentioſo.

Controuerſatur inter auctores, an filiafamilias 168.
turpiter viuendo acquirat patri, & coniugata marito? Sot. *lib.4.de iuſtit. quæſt.7. art.1. ad 2. verſ. vtrùm autem maritata*, affirmat vtramque teneri ſic acquiſita illi reddere, ſicut aliter laborando filiafamilias acquirit patri, & vxor marito. Sotum ſequitur Reginald. *in ſumm.part.1. lib.10. cap.13. ſect.4. num.192.* Idem ait Molin. *d. diſp. 94. verſ. vtrùm verò coniugata*; quod extendit ad monialem,

lem, ſi aliqoid recepit pro copia ſui corporis facta, teneri nempe reddere monaſterio. Quod ſi illis eſſet promiſſum, ac debitum, ſecuta turpitudine, neque eſſet ſolutum, teneri debitores, non filiæfamilias, nec coniugatæ, nec moniali, ſed patri, marito, aut monaſterio pretium reddere, ſi timeatur probabiliter illas pretiũ non illis reddituras. Hoc tamen limitat Capua *lib.2.deciſ.cap.*124. *num.*9. tam coniugatam clam marito, quàm filiamfamilias clam patre poſſe quæſita ex turpitudine patrata in ſuos vſus conuertere, nec teneri marito, ac patri quicquam reddere, niſi forte ampla rerum copia, eo modo fuiſſet comparata, quod etiam probat Sotus *de iuſtit. lib.*4. *quæſt.*7. *art.*1. quibus adhæreo in iis, quæ ad filiamfamilias, & ad monialem pertinent, non verò quoad coniugatam, quam puto nihil teneri reſtituere marito ſocio, præſertim in Luſitania, ex acquiſitis per adulterium. Quia quamuis ſecundùm legem Luſitanam *lib.*4. *tit.*95. §.4. & clariùs *tit.* 46. *in princip.* & §.1. per matrimonium conſummatum bona communicentur, nihilominus, quæ ex turpi quæſtu acquiruntur inter ſocios, non communicantur. Ita Molin. *de inſtit. diſp.*412. *verſ.ſocietas alia eſt.* Mantic. *de tacit.& ambig.lib.*6.*tit.*15.*n.*22. & *tit.*19.*num.*18. vbi ait omnia acquiſita quacunque ratione cum ſocio omnium bonorum communicari debere, niſi ex cauſa illicita ſint acquiſita Delictorum namque turpis, ac fœda communio eſt, *l.quod autem, ex furto, ff. pro ſocio.* Vnde conſtat à ſocio illicitè acquiſita, alteri ſocio non acquiri, etiam ſi ſocietas ſit vniuerſorum bonorum. Concordat apud Hiſpanos *l.*2. *tit.*10.*part.*5. Sequitur Barboſa *in remiſſ.ad d.tit.*44.*Ordinat.regiæ*, §.3. Nobiſcumque conſentiunt Rebell. *de obligat. part.*2. *lib.*12. *quæſt.*4.*ſect.*2. *num.* 8. *verſ. deinde quia*, vbi ex aliquorum ſententia ait vxorem non teneri pretium ſui corporis, ſi quid ab adultero acquirat, de iuſtitia viro ſuo reſtituere; quod etiam ait Palac.5.*de contract.lib.c.*8.*pag.*483. & *ſequentib.& in* 4.*diſtinct.*15. Filliucius *tract.*37. *cap.*7. *num.*128. quod putat valde probabile Salas *tract. de ludo, dub.*18.*num.*3.*ad fin.* Vide Saytum *in clavi lib* 10.*tract.*5.*cap.*3.*num.*44.

169. Sequitur dicendum, quiſnam fuerit inſtitutor publicarum meretricum? Auctore Philemone, Solon Athenienſis. Refertque Alciat. *in l. Maſſurius, num* 4. *ff. de verbor. ſignificat.* hunc fuiſſe inuentorem, ne iuuenes petulantes fœminas honeſtas ſolicitarent; quam ob cauſam iure antiquo Romanorum permiſſus erat concubinatus inter ſolutos, dummodo concubina eſſet vnica domi retenta, vt conſtat ex toto tit. *de concubinis, l.item legat*, §.*parui refert, de legat.*3. *l. eum qui duas, C. ad* [illegible]*liam de adulter.gloſſ.fin.in princip.inſtit. de* [illegible]*ria poteſtate*, quæ permiſſio fiebat, vt maiora mala vitarentur, conſiderata concupiſcentiæ malitia, *argumento capitis, quia ſanctitas.diſt.*50. vbi text. docet paucos eſſe, qui ab huiuſmodi carnis incendio expediantur, *cap.qui ſit* 33.*quæſt.*5. Quæ eſt cauſa ob quam ab Eccleſia aliquando toleratur minus malum præſens, vt euitetur maius malum futurum, quod veriſimilibus coniecturis ſperatur, vt oſtenditur *in cap. requiſiuit. de ſponſalibus.* Cuius textum commendat Ioan. Lup. *in cap. per veſtras*, §.18.*num.*16. Coadiuuat *cap.inter opera, de ſponſalib.* vbi Eccleſia tolerat meretrices, ad euitandum turpiſſimos congreſſus, promiſcuamque luxuriam in republica. Cum meretrices eſſe, & eis vti mortale peccatum ſit, *cap. meretrices* 32. *quæſt.* 4. fornicatioque ſimplex eſt mortale, iuréque naturali prohibita. D.Thom. *in* 4.*diſt.*33.*quæſt.*1.*art.*3. Maior *in* 3.*ſentent. diſt.*27. Medin. *de reſtitut. quæſt.* 19. ob quam etiam rationem reſpublica permittit loca publica, & lupanaria per ciuitates, *cap. duo mala, cap. nerui, diſt.*13. Ioan. Corras *lib.*1. *miſcellanea, cap.*3.*n.*32. Couar. 1.*part. epitome cap.*4.*num.*8. *ad* 9. Probatur ex Ariſtotele *lib.*5.*Ethicor.cap.*3. quo loci, inquit, minus malum boni vicem habere, ſi maiori malo comparetur. Cened. *collectan.* 140 *ad Decretales, num.*2 & Capua *lib.*2. *cap.*75. *num.*3. vbi refert ex D.Auguſtin. illud proloquium, *Tolle meretrices de mundo, & Sodomia totus erit repletus.*

Non tamen inde colligas cum Decio *in l. inuitus, num.*7. *ff.de regul.iur.* & cum Antonio Scap. *de iur.non ſcripto, lib.*1. *cap.*54. *num.*4. poſſe rempublicam cogere meretrices ad fornicandum cum quocunque, cùm ex officio publico lupanari ſe exhibuerint, & proſtituerint ob iuſtam mercedem, quod eſt apertè falſum, & nullo modo dicendum, vt probat Cened. *in cap. ſi peccatum* 22. *quæſt.*1. *collectan.* 26. *ad decretum, num.*1. Adrianus *in quodlibet.* 9. *col.*2. *in princip.* Menoch. *de arbitrar. caſu* 291. *num.*5. Couar. *lib.*3. *var. c.*14. *num.*2. Capua *lib.*2. *deciſ.cap.*75.*num.*4. Ex ea ratione, quia quamuis meretrix publica profiteatur meretriciam vitam ex officio, non tenetur tamen cum quolibet fornicari; ergo non poteſt cogi à republica. Quin addo non ſolùm eſſe mortale illam coactionem, ſed etiam inductionem ad fornicandum, Capua *vbi ſuprà, num.*6. & 7. Couar. *vbi proximè.*

Nec obſtat gloſſ. *in l.vnica, C.de rapt. virg.* & 170.
§.*item lex, Iul. inſtit. de public. iud.* quæ expreſsè tradit raptum, & vim factam publicæ meretrici non puniri pœnis à iure impoſitis, contra raptores, & vim inferentes. Quod etiam docet Hypolitus *in d. l.vnica, num.*19.& *in ſingulari* 150. quia id ſolum probat non poſſe meretrices imperitas propter libidinem, actione iniuriarum agere contra raptores, & violentiam inferentes, propter vilem earum æſtimationem. Sed ex hoc non ſequitur poſſe fornicarios vim inferentes euadere impunitos, cum pœna extraordinaria ſint puniendi, quamuis euadant pœnam conſtitutionis vnicæ. Ita Bald. *in l. vltim.ff.de rer. diuiſ.* & Mathes *notab.* 102. Eodem modo, qui fores meretricis cauſa libidinis fregerit, licèt non teneatur actione furti, ex ea fractione ab aliis patrati, iuxta legem, *qui iniuria, ff. de furtis*, eo quod voluntas frangenti fores non fuit furari. Nihilominus alia actione debet cogi ſatisfacere damno ſecuto, ex furto meretrici. Ita Angel. *in l.nunquam plura, col. vltim. ff. de priuatis delictis.* Decius *in cap. nam concupiſcentiam.de conſtitutionib.* quod etiam confirmatur ex eo, quòd qui eſt in cauſa inferendi damnum tertio, tenetur ad reſtitutionem ipſius damni, quando culpa lata illatum fuit, Leſſius *lib.*2. *cap.*9.*dub.*17.*num.*115. Ergo. Ex quibus rectè penſatis deducitur, ſemper fieri iniuriam meretrici volenti conſentire cum fornicario, nec poſſe cogi à publica poteſtate ad coitum, vt vltra doctores citatos tradit Afflictus *in conſtitutionib. Neapolitanis, rubr.*20.*de violentia meretricibus illata*, & Andr. Iſernia, quos refert, ac ſequitur Capua *vbi ſuprà.* Did. Perez *lib.*2. *tit.*33.*l.*2.*pag.*434. *verſ.faciunt dicta*, & alij.

Non eſt omittenda illa difficultas, an fas ſit locare domos meretricibus? Negat Nauarr. *in*

*manuali*, *cap.* 16. *num.* 15. *verſ. decimonono*, & *cap.*17. *num.*195. ſi locaus ſciat, vel probabilitet credat, eas habitantes turpem quæſtum facturas, cenſetur locans peccato conſentire, & ad illud auxilium præſtare, conſequenterque peccare, *argument. cap. vltim. de iniur.* & *cap.* 1. *de officio delegat.* Probatur, quia non licet locare domum vſurario ad exercendum vſuras *cap.*1. *de vſuris*, *lib.* 6. ſicut non licet locare eo fine, vt peccent; atqui huiuſmodi fœminæ eo fine conducunt, vt peccent, & vt meretricium profiteantur. Ergo nefas eſt cooperari cùm earum intentione. Concordat Benedict. *in dict. cap. Raynutius in principio*, *num.*63. Dicendum tamen eſt fas eſſe locare domos, non eo fine principali, ſeu minùs principali, vt ex meritricio alantur, ſed ad viuendum tantùm, reiecta omni complacentia vitæ illarum, dummodo iuſto pretio domus locentur, nec illis cariùs, quàm honeſtis fœminis. Ita Capua *lib.*2. *cap.*124. *num.*4. neque ab eo diſcordat Nauar. *cap.*17. *d. n.*195. *verſ. reſpondimus ſecundo.* Probatur ex conſuetudine, quæ ſeruatur in alma vrbe, vbi ſciente, & patiente Summo Pontifice locantur domus meretricibus, cùm non fiat locatio eo fine principali, vel minùs principali, vt meretricentur, quod videtur defendi *in d. cap.*1. *de vſuris*, *lib.*6. quatenus vetat locari domos vſurariis ad fœnus exercendum, non tamen vetat ad viuendum. Ita Ioan. Maior *in* 4. *ſentent. diſt.*35. *quæſt.*3. Beia 1. *part. reſponſ. c.*27. quia locare domos ex ſui natura eſt de ſe indifferens, nec ſcientia vſus mali efficit locantem cooperari cum vſu malo directè, nec indirectè, cum nullo modo ſit voluntarius, imò nec tenetur impedire meretrices à ſuo meretricio, vt quæ ad illud exercendum ſunt paratiſſimæ, atque ex hoc viuant. Accedit non eſſe lethale indigenis vſurariis, neque vetitum domos locare. Roſell. *verb. reſtitutio* 9. §. 34. Franc. de Aret. *conſ.*158. Ergo nec meretricibus erit mortale locare domos cùm de ſe non ſit malum, nec fiat malo fine. Ita Adrian. *quodlibet.*3. Caiet. 2. 2. *quæſt.*169. *art.*2. quos refert, ac ſequitur Beia *verſ. tandem omne peccatum.* Conſentit Valent. 2. 2. *diſp.*5. *quæſt.*20. *punct.*5. *col.*3. *verſ. ex hoc autem*, & melius *quæſt.*21. *punct.* 4. *col. penult.* Azor. *tom.*2. *inſtit. moral. lib.*12. *cap. vlt. quæſ.*3. opinantes etiam nulla cauſa iuſta excuſante poſſe locari meretrici, vel vſurario publico domos, dummodo non ſit alienigena propter prohibitionem, *d. cap.*1. *de vſur. in* 6. à quibus non diſcordat Sanchez *lib.*1. *in præcepta Decalogi*, *cap.*7. quia locare eſt indifferens, nec fit, vt prauæ intentioni meretricum conſenſus detur, neque locantis mens eſt deſeruire eiſdem, ſed vtilitati, ac commodo ſuo attendere, locando ad viuendum, non verò ad malè vtendum.

171. Sed quid dicendum de patronis meretricum, qui parentes luparum vocantur? Nauar. *d. cap.*17. *num.*195. credit nefas eſſe permittere lupanaria, conſtituendo patronos meretricibus, recipiendoque aliquam turpis lucri partem. Quia eſt participatio quædam lucri venientis ex peccato, quod non eſt licitum; quia quamuis permittere lupanaria ad cauenda maiora mala liceat, illicita tamen eſt permiſſio peccati, cum participatione lucri præcedentis, vt ait Caiet. 2. 2. *quæſt.*100. *art.*2. quem ſequitur Nauar. *citat.* Ideo cum res ſit valde ſcrupuloſa, non poſſumus ſine ſcrupuloſo loqui de patronis huiuſmodi; nam quamuis hoc munus peragere poſſint licitè eo fine, vt meretrices à vexationibus defendant, ſeruentque incolumes, ne tabe contagioſa aliqua, ac morbo inficiantur, vt tradit Roder. *tom.*1. *ſummæ*, *in* 2. *edit. cap.*205. *num.*2. & Petr. de Ledeſma *tom.*2. *ſummæ*, *tract.*27. *cap.*9. *fol.*1458. Nihilominus tot, tantaque accumulant, adduntque ſuo officio, vt excuſari vix poſſint à peccato; nam eas ad nundinas euntes comitantur, & quamuis eas comitari liceat non ob malum finem, ſed vt eas cuſtodiant, nec ſit de ſe malum, quia tamen iter illud in fœminis eſt occaſio augendi peccata, & ordinatur, vt maiori quæſtu à fœminis conquiſito, ipſi ſuum ſtipendium faciliùs obtineant, eaſque non ſolùm in lupanari, ſed etiam in nundinis ſummoperè laudant, iniuſtumque pretium pro veſtibus pretioſis conductis, imò, & pro cibis ab eiſdem exigunt, quæ omnia non video quomodo à prauo fine ſeiungi poſſint. Ideo caueant etiam ſapientiſſimi confeſſarij, ne in expediendis eorum confeſſionibus decipiantur, cum difficillimo negotio, etiam poſt diligentiam adhibitam non mediocrem, vt caueant, ſint abſoluendi. Sanchez *d. cap.*7. *num.*32. Gutier. *lib.*2. *à num.*26. *vſque ad* 29. *in cap.*7.

Quibus poteſt addere meretrices non ſolùm 172.
teneri reſtituere pretium valde excedens pro turpitudine acceptum, vt expreſsè Couar. *in reg. peccatum*, *part.*2. § *num* 2. *in fine.* Sotus *lib.*4. *de iuſtit. quæſt.* 7. *artic.*1. Neque promittens pretium, debet ſoluere exceſſum illum ſi ſit valde ingens. Ita Lop. 1. *part. inſtructor. cap.* 105. & *cap.* 107. *quæſt.*3. Immò ſi promiſſioni addatur iuramentum, eſt adimplenda, quando prodigalitas eſſet mortalis. Quia iuramentum promiſſorium quando eſt de re illicita, venialiter, vel mortaliter non obligat. Ita Bañes *vbi ſupra*, & Emanuel Roder. *in* 2. *part. ſummæ*, *cap.*40. *concl.*4. Sayrus *lib.*10. *tract.*5. *cap.*33. *num.*38. contra Michaëlem Salon, exiſtimantem promittentem ratione iuramenti debere ſtare promiſſis, quamuis prodigalitas ſit mortalis, quod minùs benè dictum puta.

Tenentur prætetea meretrices reſtituere monaſterio accepta à religioſo pro quæſtu ſui corporis, niſi monaſterium ex cauſa nolit accipere, putà propter paupertatem accipientis, quæ conſumpſit, vel vt conſulat honori religioſi. Quod extenditur etiamſi religioſus ſit ſuperior, quia nec ſubditus, nec ſuperior habentes facultatem diſponendi de re aliqua, intelliguntur ad eum finem eam habere; quia eſſet iniqua talis facultas. Molin. *tract.* 2. *diſp.* 94. *verſ. ſi quid fornicaria*, *diſput.*140. *verſ. ſi aliquid teſtamento.* Syluest. *verbo, religio*, 6. *quæſt.*7. *pronunciato* 2. Leſſius *lib.*2. *cap.*18. *dub.* 11. *num.* 85. vbi ait hoc modo acceptum eſſe reſtituendum; neque ob turpem cauſam illius poſſe transferri dominium, neque ad hoc prodeſſe conſenſum ſuperiorum. Quod ſi moderatum pretium huiuſmodi fœminæ pro turpi quæſtu accipiant ab aliis qui non ſunt ſui iuris, non tenentur reſtituere. Quia poteſt præſumi de eorum curam habentibus, quòd habeant ratos ſimiles ſumptus in ea quantitate. Ita Sotus *lib.*4. *quæſt.*7. *art.*1. Capua *vbi ſuprà. cap.*124. *n.*10.

Non prohibetur tamen meretricibus eleemo- 173
ſynas facere de acquiſitis ex meretricio. Ita D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 32. *art.* 7. quamuis Eccleſia talem oblationem non recipiat, Azor. *part.*2. *inſtit. moral. lib.*12. *cap.* 12. *quæſ.*7. ſicut ex bonis vſura comparatis vſurarius poteſt facere eleemoſynam, modò non ſit res, quæ in ſpecie reſtitui debet

&

& tantundem habeat, & eo amplius quantum debet reſtituere. Azorem ſequitur Mench. *lib.*1. *controuerſ. illuſtr. cap.*48. *num.*5.& Zauall.*in commun. contra commun. q.*587. *n.*2. Ex eo quòd meretrices acquirant dominium rerum ex meretricio quæſitarum, ac proinde poſſunt diſponere ad libitum de eo quæſtu, & multo fortiùs eleemoſynam facere, vt deducitur ex traditis à Cooar. *in regul. peccatum* 2.*part.*§.2.*num.*4. & ex Gomezio *l.*62. *Tauri*, *ad fin.* & ex aliis, quos referens ſequitur idem Zauall. *vbi ſuprà*, poſt Syluest. *verb. eleemoſyna*, *num.*5. vbi concludit meretricem in eo, quod accipit, neque iniuſtè, neque contra legem agere, vnde acceptum poſſe retinere indeque facere eleemoſynam: ſed non oblationem publicam ad altare. Quod probatur ex *cap. non ſanè*, deducto ex epiſtola 54. D. Auguſtini ad Macedonium 14. *quæſt.*5. teſte eodem Sylueſtro.

Quid dicendum de meretricibus non ſatisfacientibus præcepto confeſſionis, & Euchariſtiæ ſemel in anno ſecundùm *cap. omnis vtriuſque ſexus*, vbi præcipitur, vt non ſatisfacientes, arceantur ab ingreſſu Eccleſiæ, & morientes careant Eccleſiaſtica ſepultura: ſed hæc pœna non eſt ipſo facto impoſita, ſed exigit ſententiam iudicis. Dicendum ergo eſt, quamuis per conſtitutiones ſynodales, qui non confitentur in quadrageſima, vel qui non recipiunt ſacram Euchariſtiam, ipſo facto incurrant excommunicationem, etiam quando delictum eſt occultum, meretrices non incidere in hanc pœnam, quia nunquam ſolent publicari pro excommunicatis; neque ab earum communione aliqui fugiunt. Ita Viualdus *in ſuo candelabro de confeſſione*, *num.* 60. eſto non confiteantur per decem, vel viginti annos, quia non ſunt dignæ laqueis legum per text. *in l. qua adulterium, C. de adulterijs.* Sequitur Capua *lib.*1. *deciſ. cap.*9. *num.*8. *&* 9. ſubdens excommunicationem eſſe pœnam medicinalem ex intentione illam ferentis ſecundùm *cap.*1. *de ſententijs excommun. lib.*6. Ergo quando iudex cognoſcit, vel probabiliter aduertit cenſuras non vitam, ſed mortem fidelibus eſſe allaturas, debet ab eiſdem deſiſtere, cum videat id non proficere teſte Hoſtienſ. *in cap. Roman. de ſentent. excomm.* Proinde cum prælati ſciant meretrices non ſatisfacere præcepto confeſſionis, & communionis per plures annos, nec ſoleant propter id pœnas, ac cenſuras aggrauare, præſumitur non eſſe mentem illorum eaſdem comprehendere.

Non deſunt tamen qui credant meretrices comprehendi ſtatutis ſynodalibus ferientibus gladio excommunicationis non confitentes, aut non ſumentes ſacram ſynaxim in Paſcha, quamuis nunquam denuncientur, inter quos eſt Emanuel de Sà in *ſumma, verbo, confeſſio, num.*43. Cordub. *in ſumm. quæſt.*15. Suar. *de pœnitent. diſp.*36. *ſect.*2. Nihilominus ex conſuetudine in ciuitatibus populoſis communiter recepta, quòd non ſolent denunciari, multo probabilius eſt eas non comprehendi ſynodalibus conſtitutionibus, & multo fortiùs ſi accedant ad confeſſarios in quadrageſima declarando vitæ genus, animoque non mutandi illud confiteantur, per text. *in cap. quod quidam, de pœnit. & remiſſ.* vbi dicitur eſſe recipiendas confeſſiones eorum, qui publici peccatores ſunt, & nolunt reſipiſcere, quamuis abſolui non debeant. Quia cùm Eccleſia tantùm poſſit præcipere actum externum, & publici peccatores accedendo ad confeſſionem exteriùs faciant, quod Eccleſia iubet, euadent pœnas ſynodicas, cùm impleant eò modo præceptum Eccleſiæ præcipientis confeſſionem. Idcirco quamuis ita confiteantur, & nequeant abſolui ex defectu doloris, ac propoſiti mutandi vitam, ſatisfaciunt præcepto confeſſionis. Ita Gabriel *in* 4. *diſt.*17. *quæſt.*1. *art.*3. *dub. fin.* Paludan. *ibidem*, *quæſt.*7. Sylueſt. *verb. confeſſor* 4. *quæſt.*2. *ad fin.* Ledeſm. 2, *part.*4. *quæſt.*8. *art.*2. Alenſ. 4. *part. quæſt.*77. *membro* 5. *art.*7. Victor. *de confeſſione, num.*163. *ad fin.* Canon. *relect. de pœnit. part.*5. *in fin.* Quibus accedit Canus *in d.*5. *relect. de pœnit. fol.*125. §. *ad tertium dico*, & Nauar. *in ſumm. Hiſpana, cap.*27. *num.*269. *verſ. lo ſegundo*, vbi cum Medin. *in C. de confeſſione, tit. de confeſſione ſine pœnitentia cordis facta*, ait, quamuis per huiuſmodi confeſſiones pœnitentes non adimpleant præceptum diuinum, ſeu Eccleſiaſticum, euadere tamen pœnas, non ſolùm Concilij, ſeu capitis, *omnis, de pœnitentijs, ſeu remiſſionibus*, ſed etiam conſtitutionum ſynodalium.

Ex dictis infertur confitentes non integrè, ſiue defectus ſit doloris, ſiue integritatis, quamuis euadant pœnas ſecundùm probabiliorem ſententiam, non ſatisfacere præcepto diuino, & Eccleſiaſtico confeſſionis; niſi per veram ſuſceptionem Sacramenti pœnitentiæ. Ita Medin. *q.*24. *de confeſſione ficta iteranda*, *ſub finem.* Adrian. *quæſt.*5. *de confeſſione*, *dub.* 4. Henriq. *vbi ſuprà.* Suar. *d. ſect.*7. *num.*3. Ægidius Belan. *diſp.*5. *de neceſſitate confeſſionis, dub.*9. Nauar. *in ſumm. cap.*10. *num.*4. Sotus *in* 4. *diſt.*18. *quæſt* 3. *art.*3. *concluſ.*1. *&* 2. Vaſq. *d. art.*3. *dub.*5. *num.*5. *&* 6. Vnde qui ita confitentur, non ſolùm tenentur reiterare confeſſionem, ſed etiam eodem anno confiteri, cùm reuera Sacramentum non receperint. Ratio, quia nunquam huic præcepto ſatisfit, donec omnia peccata mortalia commiſſa in confeſſione aperiantur, & ab iis ſacramentaliter, & directè pœnitentes abſoluantur. Eſt certa, & probabilior, quàm quæ tenet ſufficere ad implendum hoc præceptum accedere ad confeſſionem, eſto non abſoluatur, vt ſentit Alenſ. Sylueſt. Gabriel, Paludan. Victor. & Ledeſma *vbi ſuprà.*

Vnde ad *cap. quod quidam*, *de pœnitentijs*, *& remiſſionib.* vbi dicitur recipiendas eſſe confeſſiones peccatorum publicorum, qui emendari nolunt, quamuis non debeant abſolui, dicendum ibi non præcipi, vt eorum confeſſiones admittantur, quaſi ſufficientes ad implendum præceptum confeſſionis, ſed præcipi, vt recipiantur, vt ſic admoniti, boniſque conſiliis adiuti à via mala, qua pergunt, deſiſtant, & ad meliorem frugem ſe recipiant: quin etiam addi poteſt dictum *c. quod quidam*, antiquius eſſe *cap. Omnis vtriuſque ſexus*, ideo non poteſt explicari per illud deciſio, ſeu lex *in cap. omnis vtriuſque ſexus*, contenta. Neque refert, quod dicitur Eccleſiam non poſſe præcipere actum internum, ſed externum duntaxat, qualis eſt confeſſio. Quia quamuis contritio, vel attritio, vt eſt actus quidam interior, nequeat per ſe præcipi; nihilominus vt eſt veluti forma actus exterioris, poteſt præcipi ab Eccleſia, eo ipſo, quòd præcipit ſacramentum confeſſionis, & ad illud obligat, quemadmodum obligando ſacerdotes ad fundendas preces, & orationem vocalem, obligat ad deuotè, & attentè recitandum, quæ attentio, quamuis interior, poteſt præcipi, quatenus eſt forma orationis exterioris, Ita Suar. *d. ſect.*7. & alij communiter.

§. XVI.

## §. XVI.

*An lenones vxorum ſuarum poſſint eas repudiare, & accuſare, ſicut poteſt fidelis accuſare, ac repudiare, hoc eſt non recipere vxorem adulteram, vel hæreticam?*

### EPITOME.

175 *Libellum repudij ex cauſa adulterij an dare hodie ſit licitum.*

176 *Matrimonij vinculum, non diſſoluitur propter adulterium.*

177 *Repudium Iudæis conceſſum diſſoluebat matrimonium, eratque licitum, diſpenſante Domino in lege naturali ſecundum probabiliorem ſententiam.*

178 *Repudium gentilibus conceſſum per leges an eſſet licitum, & leges imperiales an ſint licita, permittentes repudium.*

179 *Lenones vxorum ſuarum, an poſſint eas dimittere, vel accuſare.*

180 *Coniux adulter poteſt alterum etiam adulterum accuſare ciuiliter.*

181 *Leno vxoris propriæ, nec ab ea diuertere, nec eam accuſare poteſt.*

182 *Vir qui dedit cauſam remotam vxori adulterandi, poteſt eam accuſare, & ab ea diuertere.*

183 *Lenones, lenæ, meretrices, & fœmina impudica poſſunt expelli à vicinia, & rixoſi, ac contumelioſi, quietemque perturbantes.*

184 *Domini domorum propter turpitudinem poſſunt expelli à proprijs domibus, niſi domus ſint ad turpia deputata.*

185 *Fœmina clam impudica, maximè ſi eſt coniugata, non poteſt expelli à vicinia.*

186 *Coniux innocens, an teneatur recipere coniugem hæreticum emendatum? Pars negans eſt probabilior, pars affirmans probabilis.*

187 *Diuertere à viro hæretico coniux innocens poteſt, poſt iudicium Eccleſiæ.*

188 *Adulteram carnaliter, quamuis emendatam non tenetur innocens recipere, ſic nec virum qui fuit hæreticus, quamuis emendatus.*

189 *Diuortij lex non fuit inducta in correctionem hæretici præcipuè, ſed in fauorem innocentis.*

190 *An detur mutua compenſatio inter adulterum carnaliter, & inter adulteram ſpiritualiter.*

191 *Diuortium quibus modis licitè poſſit fieri inter coniuges ad tempus, vel perpetuò.*

175. PRo explicatione diſcuti poteſt primo loco, an hodie ex cauſa adulterij fas ſit dare libellum repudij adulteræ, & aliam ducere? Tertullian. *lib.* 4. *aduerſus Marcion.* Caietan. in illud Matthæi 19. *Quicunque dimiſerit*, & Eraſmus *in annotationibus ad* 1. *Cor.* 7. exiſtimarunt permitti poſſe nuptias vxoribus, propter adulteria maritorum. Quem errorem profitentur Anabaptiſtæ, Luterani, & Caluiniſtæ hæretici, eo ducti argumento ex verbis Chriſti Domini *Matth.* 19. deſumpto, ibi, *quicunque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur, & qui dimiſſam duxerit, mœchatur.* Ex quibus verbis colligunt propter fornicationem licere coniugi innocenti ad alias nuptias tranſire, matrimoniumque diſſolui ex cauſa fornicationis priùs initum. Qui error fuit etiam Martini Buceri *in cap.* 19. *Matth.* exiſtimantis matrimonium ſolui poſſe quoad vinculum, & aliud iniri, quoties ob quamcunque cauſam vir, & vxor ſibi inuicem diſplicerent, quæ eſt maxima huius viri impudentia, maiorque illa, quam docet Philippus Melanchthon *in locis theologicis, tit. de coniugio*, vbi vult diſſolui matrimonium, ſi alter coniugum polluatur adulterio, vel iniuſtè coniugem deſerat, tunc fas eſſe innocenti inire ſecundas nuptias. Mitto cæteros apud Bellarmin. *de matrim. lib.* 1. *cap.* 15. vbi *ad fin.* ait Eraſmum, & Caietan. *vbi ſuprà*, & Ambroſium Catharinum *lib.* 5. *annotatio. contra Caietan. in fine*, quamuis opinati fuerint diſſolui matrimonium quoad vinculum, propter fornicationem, ſe diſertis verbis ſubmiſiſſe iudicio ſanctæ matris Eccleſiæ.

Dicendum tamen eſt, nequaquam diſſolui ma- 176.
trimonij vinculum propter adulterium, neutrique coniugum fas eſſe aliud inire matrimonium, dum alter viuit. Ratio, quia matrimonium fidelium ſignum eſt vnionis, ac coniunctionis Chriſti Domini, cum Eccleſia, teſte Paulo *ad Epheſ.* 5. ſed coniunctio illa eſt innodabilis, atque indiſſolubilis, ergo vnio matrimonialis diſſolui non poteſt. Item, quia ſi fas eſſet viuente altero coniuge ſecundas nuptias inire, aperiretur via ad adulteria committenda, & adultero commodum ex ſuo adulterio accederet, deditaque opera adulterium patraret coniux, qui vellet aliud matrimonium cum altera contrahere. Pro qua veritate habemus Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 24. *canon.* 6. & 7. vbi dicitur, *Si quis dixerit Eccleſiam errare, cum docuit, & docet propter adulterium alterius coniugum matrimonij vinculum non poſſe diſſolui, & vtrumque vel etiam innocentem, qui cauſam adulterio non dedit, non poſſe altero coniuge viuente; aliud matrimonium contrahere, mœcharique eum, qui dimiſſa adultera aliam duxerit, eamque dimiſſo adultero, alij nupſerit, anathema ſit.* Quæ deciſio ſemper in Eccleſia fuit recepta. Ita Bellarmin. ſuprà ſcriptus *cap.* 16. *per totum*, ex illo Pauli 1. *ad Cor.* 7. ibi, *ijs autem, qui matrimonio iuncti ſunt, præcipio, non ego, ſed Dominus, vxorem à viro non diſcedere. Quod ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari*, hæc ille. Qui *ad Roman. cap.* 7. id ipſum confirmat his verbis. *An, inquit, ignoratis fratres, (ſcientibus enim legem loquor) quia lex in homine dominatur, quanto tempore viuit? Nam quæ ſub viro eſt mulier, viuente viro alligata eſt legi, ſi autem mortuus fuerit vir eius, ſoluta eſt à lege viri.* Igitur viuente viro vocabitur adultera, ſi fuerit cum alio viro, ſi autem mortuus fuerit vir eius, liberata eſt à lege viri, vt non ſit adultera, ſi fuerit cum alio viro. Quibus verbis Apoſtolus decidit per adulterium non diſſolui matrimonium, ſed per mortem alterius coniugis, neque per diuortium, quacunque de cauſa contingens. Quod ſequitur D. Auguſtinus *lib.* 2. *de adulterinis coniugijs, cap.* 4. per hæc verba, ibi, *nullius viri poſterioris mulier eſſe incipit, niſi prioris eſſe deſierit, eſſe autem deſinet vxor prioris, ſi moriatur vir eius, non ſi fornicetur.* Vnde patet vſque ad mortem durare matrimonium,

&

& per eam ſolui, per fornicationem verò manente vinculo, diuortium licitè fieri poſſe.

177. Sed peres, an repudium Iudæis conceſſum ob duritiam cordis fuerit permiſſum, vt minus malum, an vt licitum? Ricard. Bonauent. & Sotus, poſt Magiſtrum *in 4. ſentent. diſt.* 33. tradunt permiſſum fuiſſe Iudæis repudiare vxores & alias nuptias inire ad maiora mala euitanda. Confirmatur ex verbis Chriſti Domini *Matth.* 19. ibi, *Quoniam Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras: ab initio autem non fuit ſic.* Ergo non tanquam licitum, ſed tanquam minus malum ad maiora præcauenda, permiſſum fuit dimittere vxores, & alias ducere; quam partem vltra præcitatos docent Ludouic. Lopez *2. part. inſtructor. de matrim. cap.* 56. *ad fin.* vbi de libello repudij *quæſt.* 3. Paul. de Caſtro *lib.* 2. *de leg. pœnal. cap.* 11. in tertio principali argumento. Couar. *in epitome 2. part. cap.* 7. *§.* 4. *n.* 4. poſt Innocent. *in cap. gaudemus, num.* 1. *de diuortys*, & Nauar. *lib.* 2. *conſilior. in 2. edition. tit. de conuerſ. infidel. conſ.* 3. *ad fin.* quæ ſententia eſt valde probabilis, ex illo Deuteronomij 24. vbi dicitur mulierem repudiatam, ſi alteri nupſerit coram Domino pollutam fieri, ac abominabilem, ergo repudium non erat licitum.

Probabile tamen eſt repudium Hebræis conceſſum fuiſſe licitum, diſpenſante Domino in lege naturali. Probatur, quia, nec Moyſes, neque alius propheta reprehendebat matrimonia inita poſt libellum repudij conceſſum, imò iubente Deo Abrahám repudiauit Agar vxorem ſuam. Item, quia indiſſolubilitas matrimonij, non eſt de iure naturæ, cùm diſſoluatur ratum matrimonium per profeſſionem religionis, quin etiam conſummatum infidelium matrimonium per conuerſionem alterius ad fidem, ſi alter noluerit cum altero viuere ſine contumelia Creatoris. Sed eſt indiſſolubilitas illa de iure diuino, eo quod Chriſtus Dominus, matrimonium euexit ad ſignificādam vnionem indiſſolubilem Chriſti cum Eccleſia per carnem aſſumptam, vt probat Sanch. *lib.* 2. *de ſponſalib. diſp.* 13. *num.* 7. *& num.* 8. vbi hanc inſeparabilitatem omnimodam ait nō competere matrimonio conſummato, niſi ex diuino præcepto poſitiuo impoſito, ac Chriſti inſtitutione, quod etiam tradunt D. Thom. *in 4. diſt.* 33. *quæſt.* 1. *art.* 1. *ad* 2. Metina *lib.* 5. *de ſacrorum homin. conſcientia, cap.* 89. & alij. Ergo non eſt mirum, ſi Deus in lege veteri, quando matrimonium non erat eleuatum ad hanc repræſentationem, neque ad ſignificandam illam inſeparabilem vnionem Chriſti cum Eccleſia per carnem aſſumptam, diſpenſauerit, quod matrimonium ſolueretur ex cauſis aliquibus propter repudium. Ita Petr. Sotus *lection.* 13. *de matrim. difficult.* 2. Metina vbi proxime, *lib.* 4. *controuerſ. c. cap.* 10. Maldonat. in cap 19. *Matth. num.* 8. *quæſt.* 2. Sà *ibidem, num.* 3. *cap.* 5. *num.* 31. Durandus *in 4. diſt.* 33. *quæſt.* 3. *art.* 1. *num.* 7. Bellarm. aliis ibi relatis *lib.* 1. *de matrim. cap.* 15. *fol.* 1054. *&* 1055.

178. An verò apud gentiles fuerit licitum repudium, quod à legibus eorum permittebatur? Tertullian. *in Apologet. cap.* 6. ſcribit per ſexcentos annos Romæ ab vrbe condita nullum extitiſſe repudium, poſtea verò ruente diſciplina morum repudia irrepſiſſe. Nihilominus certum eſt non fuiſſe licitum. Conſtat, cùm ſit indiſſolubile matrimonium iure diuino vti diximus, proinde ſine diſpenſatione non poterat eo dirimi matrimonium, ſicut certum eſt poſt legem Euangelicam, nec Iudæis, nec gentibus fas eſſe dare vxoribus libellum repudij, cùm matrimonium ſit indiſſolubile, eſſeque mortale repudium concedere, cùm ſit contra ius diuinum. Ita Barboſ. 2. *part. rubric. num.* 10. *ſolut. matrim.* ſubdens vix poſſe excuſari Imperatores Chriſtianos repudia ſuis legibus permittentes contra diuinam doctrinam. Cæterùm eas excuſat Lara *l. ſi quis a liberis, §. ſi quis ex his, num.* 68. *ff. de liber. agnoſcend.* Horoſcius *in l. omnes populi, num.* 82. *ff. de inſtit. & iure*, quos ſequitur idem Barboſ. dicentes Imperatores fideles permittere, non tamen approbare repudium ad præcauenda maiora mala. Nam, teſte Chryſoſtomo *homil.* 32. *ſuper cap.* 19. *Matth.* dici ſolet, *permittimus, quod nolentes indulgemus, quia prauam hominum voluntatem omnino prohibere non poſſumus*; ſicut ab Imperatoribus non permittũtur vſuræ, quaſi licitæ, ſed in foro externo impunitæ relinquuntur ob maiora mala euitanda, vt inquit D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 78. *art.* 1. *ad* 3. Ideo matrimonium ad tempus reprobatur, ſicut & repudium, illudque vocat ad Thalac, Caccialup. *in l. ſi qua illuſtris, col.* 3. *C. ad S.C. Orphic.* quem ſequitur Bap. Lup. *de illeg. comm.* 1. *§.* 1. *num.* 18.

An verò leno vxoris propriæ poſſit eam dimittere, vel accuſare. Panorm. *in cap. diſcreto, de eo, qui cognouit conſanguineam*, propendet in partem negantem, ſi vir adulterandi cauſam dedit vxori propinquam, nempe quando expreſsè, vel tacitè facultatem adulterandi conceſſit; quod conſtat ex *d. cap. diſcreto*, & ſequitur Rebell. 2. *part. lib.* 2. *quæſt.* 17. *num.* 5. vnde ſi vir apponat adulteræ adulterium, & ipſa probet cauſam dediſſe, repelli poteſt ab accuſatione, tam adulteri, quàm adulteræ. Ita Caualcan. *de brachio regio, part.* 1. *num.* 282. *verſ.* 6. *litera N.* & Perez *l.* 2. *prope fin. tit.* 14. *lib.* 8. *ordin. pag.* 276. Imò ſi ipſe adulterium commiſit, non poteſt eam de adulterio accuſare. Matienz *lib.* 5. *recollect. titul.* 1. *in gloſſ.* 1. *rubrio. num.* 102. Benedict. *in repetitio. cap. Rayn. in verbo, cuidam Petro tradiderunt, num.* 112. Couar. *in epitome 2. part. cap.* 7. *§.* 6. & Queſada *diuerſarum quæſtio. cap.* 18. *verſ. quintus ſi ipſe, ſecus quando vir non dedit cauſam.* 179.

Hoc tamen Abbas *in cap. cum dilectus, num.* 28. *de ordine cognit.* & Iul. Clar. *§. adulterium*, quos ſequitur Cenedus *collectan.* 166. *ad decretales*, intelligunt quando alter coniux ciuiliter accuſat, hoc eſt vxor maritum ſuum adulterum ad ſeparationem tori, & dotem recuperandam. Tunc enim delicta poſſunt tolli mutua compenſatione, & ipſa accuſata de adulterio ad amiſſionem dotis poteſt contra virum excipere de adulterio, cùm ob viri adulterium lucretur donationem propter nuptias *l. conſenſu, §. ſi vero, C. de repud.* Barboſ. aliis ibi citatis *l.* 2. *part.* 1. *in principio, num.* 98. Sanchez *lib.* 10. *diſp.* 8. *num.* 1 c. Farinac. *in praxi crimin, quæſt.* 142. *num.* 35. *& num.* 39. Cald. Per. *in quæſt. forenſ. in comment. ad l. vnicam, C. ex delictis defuncti, pag.* 2. *num.* 54. & alij apud Barboſ. *in remiſſion. lib.* 5. *tit.* 25. *& §.* 6. *num.* 6. At verò Ægidius Luſitanus *de iure & priuileg. honeſtat. art.* 6. *num.* 19. *&* 21. cum Barboſ. *l.* 2. *part.* 1. *n.* 100. *ff. ſolut. matrim.* contra alios concludit poſſe mulierem oppoſita exceptione ab accuſatione criminali maritum adulterum repellere. Quod non procedit in noſtro caſu, quando maritus eſt leno vxoris propriæ, quia quamuis Barboſ. *d. num.* 100. *verſ. quinimò*, tradat in regno Caſtellæ, & Luſitanio 180.

taniæ exceptione lenocinij, non repelli maritum ab accuſatione, cùm in prædictis regnis nemo poſſit accuſare adulterum, niſi maritus, & ſi excluderetur, maneret adulterium impunitum, cùm vterque tam leno, quàm vxor ipſius amiſerint actionem ſe adinuicem accuſandi, per *l. ſi vxor 13. §. index, ff. de adulter.* & per *l. cum mulier 49. ff. eodem*, non inde ſequitur adulterium commiſſum manere impunibile, cùm poſſit accuſari, quoties eſt commiſſum de conſenſu mariti à quocunque de populo, vt vult Gomez *in l. 80. Tauri, n. 20.* & Hippol. *in l. vnica, num. 31. C. de raptu virgin.* Menoch. *de arbitr. quæſt. 88. num. 14.* quibus accedit Vax *alleg. 13. num. 114.*

181. Ex dictis ſequitur non ſolùm lenonem vxoris propriæ, non poſſe eam accuſare, ſed nec ab ea diuertere, etſi ea non emendetur, nec ad meliorem frugem redeat. Prior pars probatur ex dictis. Poſterior habetur *in cap. ſignificaſti. de diuortijs, cap. intelleximus, & cap. final. de adulterijs, l. viro, atque vxore, ff. ſolut. matrim.* Ratio, quia nihil iniquius eſt, quàm fornicationis cauſa dimittere vxorem, ſi & ipſe conuincitur fornicari, *cap. 1. 32. quæſt. 6.* ſed hi textus loquuntur propriè, quando vterque coniux commiſit adulterium, tunc alter ab altero non poteſt diuertere. Attamen quando vir proſtituit vxorem, affirmat gloſſ. ſi vxor fuit inuita, *in cap. diſcretionem, de eo, qui cognouit conſanguineam, verbo, præſertim*, non poſſe maritum ab ea diſcedere. Cæterùm ſiue inuita, ſiue voluntaria, proſtituta fuit à viro, rea eſt adulterij, nec licet vtrique coniugi celebrare diuortium; habetur *in cap. diſcretionem, cit.* Nam iniuria illa viro propter adulterium præbet cauſam faciendi diuortium, quæ extinguitur marito præbente conſenſum. Queſada *in quæſtionib. iur. ciuil. cap. 8. num. vnico*, Cantera *in quæſtionib. criminalib. tangentibus punitionem delicti, cap. 4. num. 42.* Nauar. *lib. 4. conſ. in 1. edit. tit. de ſponſalib. conſ. 19. num. 3. & in 2. edit. lib. 3. tit. de conuerſ. coniug. conſ. 4. ad fin.* Caſtr. *lib. 2. de leg. pœnal. cap. 4. paulo ante, §. vt igitur.* Bellarmin. *lib. 1. de matrim. cap. 14. §. tertium eſt.* Lancelot. *inſtit. iuris canonici, lib. 2. tit. de diuortijs, §. multum autem intereſt, verbo, non compellitur*, quia ſcienti, & volenti nulla fit iniuria, regul. *ſcienti, de regul. iur. in 6.*

182. Secus ſi præbeat cauſam remotam, & indirectam occaſionem adulterandi vxori, nempe negando debitum coniugale. Tunc enim ſi vxor fornicetur, dimitti poteſt. Ita Sylueſt. *verb. diuortium, quæſt. 9. in fine.* Graff. *2. part. deciſ. lib. 1. cap. 1. num. 87.* Veracruz *3. part. ſpeculi, art. 1. concluſ. 5. caſu 2.* D. Anton. *3. part. tit. 1. cap. 21. §. 6. caſu 7.* & alij, quæ reſolutio eſt certa. Quamuis non permitti viro diuortium in hoc caſu teneant fortè probabiliter Barthol. à Ledeſma *dub. 5. de matrim. ad fin. §. alij addunt*; & Ludouic Lopez *2. part. inſtructorij, cap. 54.* vbi de diuortio quoad habitationem, *col. 4. verſ. præterea aliud*, & fauet Guilielm. Borrillog. *4. diſt. 35. quæſt. vnica, art. 2. propoſit. 8.* vbi tradit diuortium viro qui noluit viuere cum vxore, negandum eſſe ſi vxor adulterium committat ob eam cauſam. Sed oppoſitum nobis placet, quia cùm hoc potius ſit occaſio adulterandi, & cauſa remota, non verò propinqua, neque eò tendens, vt fornicetur, ſicut non tendit, quando vir præ iracundia domo vxorem iniuſtè expellit, aut ei alimenta neceſſaria denegat, in quo euentu ſi ipſa fornicetur, nullo modo tenetur vir illam admittere; ſed poteſt dimittere. habetur *in cap. ſignificaſti, de diuortijs*, gloſſ. ibi, *verbo, materiam*, rationem reddens ait vxorem nulla ratione moueri poſſe ad fornicandum; nec prætextu paupertatis parcendum eſt turpiter viuenti, niſi vxor probet virum eo animo domo eam eieciſſe, vel ei alimenta negaſſe, vt ipſa adulteraretur; tunc ſicut vxor non poteſt priuari dote, neque alimentis, propter adulterium, ſic nec dimitti poteſt. Ita Paludan. Sotus, Vega, & alij quos ſequitur Sanchez *lib. 10. diſp. 5. num. 5. & 10. & diſp. 8. num. 26.*

An verò lenones, lenæ, meretrices, & fœminæ impudicæ, aliæque perturbantes vicinias, poſſint expelli à vicinia, ſiue domus ſint propriæ, ſiue conductæ? Reſolutio eſt affirmatiua. Prior pars probatur ex *lib. 4. ordin. tit. 24. in princip. per text. ibi, podera o ſenhor das caſas lançar fora, quando o alugador vza mal das cazas*; & eſt communis. Ita Leſſius *lib. 2. cap. 24. dub. 7. num. 34. verſ. quarta eſt.* Rebell. *de obligationib. inſtit. lib. 14. quæſt. 10. num. 10.* Molin. *tract. 2. diſp. 499. verſ. quartus*, & alij quos refert Barboſ. *in remiſſionib. ad d. tit. 24. in princip.* Martinus à Coſta *in ſuo ſtylo, annotat. 6. num. 28.* Gotuez *in 62. Tauri, num. 3.* Valaſc. *de iur. emphyteut. quæſt. 23. num. 1.* Menoch. *de arbitr. caſu 78. num. 9.* qui omnes docent poſſe expelli, quoties honeſtas locatoris, vel fama periclitaretur, vel honeſtæ viciniæ quies perturbaretur, detrimentumque timeretur. Secunda pars ex eo patet, quia praxis communiter obſeruat expellendo à vicinia fœminas rixas frequenter excitantes, facienteſque iniurias vicinis, præmiſſa tamen correctionis comminatione cum requiſitione, teſte Phæbo inter areſta criminalia, *areſt. 161.* cuius meminit Martinus à Coſta *annotat. 20. num. 11.* Nam vicini tenentur cum vicinis modeſtè ſe habere, *l. Imperatores, ibi, ſine iniuria alterius, ff. de ſeruitut. ruſtic. prædior.* & Cæpol. *de ſeruit. vrban. prædior. cap. 5.* ergo poſſunt expelli rixoſi pacis perturbatores, & contumelioſi; quin imò domorum domini propter vitæ turpitudinem poſſunt expelli à domo propria, ac à vicinia. Ita Menoch. *caſu 535. num. 17.* Ægidius *de iur. & priuileg. honeſtat. art. 9. num. 10.* & multo fortiùs id procedit in conductoribus turpiter viuentibus, niſi domus ſit iuxta lupanar, vel ad turpia deputata; tunc quamuis conductor in eam recipiat fœminas impudicas, non poteſt expelli. Molin. *diſp. 499. n. 12.* & Ægidius *d. art. 9. num. 8.* 183.

Sicut nec fœmina, quæ copiam ſui facit non propter quæſtum, ſed amore capta poteſt expelli à vicinia, cùm non ſit vocanda meretrix, nec turpis perſona, teſte Fabro *in §. ſoror, inſtit. de inofficioſ. teſtam.* quia coacta ab amore dicitur ſe proſtituere. Quare nec infamis, nec meretrix vocatur ex *l. fœdiſſimam*, & ibi Bald. *C. de adulter.* quod etiam probatur ab Abbate *lib. 1. conſ. 4.* vbi negat fœminam ſe proſtituentem alicui ob amorem non dici meretricem. Sequitur Menoch. *de arbitrar. iud. caſu 328. num. 3.* vbi concludit amore vehementi captam ſui copiam amanti facientem non eſſe infamem, & ob id poſſe inſtitui à teſtatore relicto fratre, vel ſorore, ex *d. §. ſoror*, quia meretrix illa propriè dicitur, quæ quæſtum meretur, vt habetur *in l. Athletas, §. ait Prætor, de his, qui not. infam.* Archidiac. *in cap. vidua, 34. diſt.* Alciat. *in l. Maſſurius, in fine, de verbor. ſignificat.* atque ita meretrix non dicitur, quæ amore capta ſe proſtituit, & conſequenter non poteſt ſicut meretrix è vicinia expelli, teſte Ripa *in tractat. de* 184

*peſte*,

*peſte, tit. de remed. præſertim contra peſtem, n.*164. Alciat. *vbi ſuprà*, & Menoch. *num.*14. vbi addit non poſſe pro debito priuato carcerari, ſicut meretrix poteſt. Quod latiùs *lib.*1. *q.*88. *n.*13. etiam docuit.

185. Quod etiam fortiùs procedit, ſi eſt coniugata, quæ minimè carcerari poteſt, vt eſt communis opinio, Bald. *in tract. de carcerib. c.*1. *n.*3. Boër. *de.* 149. *n.*11. Iaſon. *in l. ad egregias, n.*9. *de iureiur.* Ioan. Marian. Monticell. *in pract. crimin. regul.*12. *ſub n.*31. Barba. *in cap. later, n.*1. *de pignor.* Placha *in epit delictorum, cap.*34. *n.*13. *fol. mihi* 606. & Socin. *in reg.*259. *in* 3. *fallent.* quod eſt verum, quando maritus ignorat vxorem eſſe meretricem, & inhoneſtam, ſecus ſi eſt ſocius, & particeps turpitudinis vxoris ſuæ. Sic Alex. *conſ.*99. *n.*9. *lib.*6. & Baptiſta de Sancto Seuerino *in tract. de debitor. ſuſpect. & fugit. quæſt.*5. *n.*13. Quibus accedunt Decius *in c. paſtoralis, n.*28. *extra de iud.* & Placha *ſupra, num.*13. *in fine.* Tunc enim ceſſat priuilegium à iure conceſſum, ne fœminæ carcerari poſſint ob mariti reuerentiam, quia leno vxoris ſuæ vir honeſtus dici non poteſt, imò tanquam vilis, & infamis eſt plectendus, *cap. ſi tu abſtines*, 27. *quæſt.*2.

186. Faciunt tradita à lege Luſitana *lib.*4. *tit.*76. §. *vltim. n.*6. ibi, *porem as molheres naon ſeraon prezas por diuidas ciueis, ſaluo ſendo molheres ſolteiras publicas, porque eſtas taes poderam ſer prezas*; & quamuis non loquatur de coniugatis, ſi tamen ipſæ ſcientibus, & conſentientibus maritis meretriciam vitam agant, carcerari poſſunt, quidquid Benedict. Ægid. contra aſſerat de iure, & priuilegio honeſtat. *art.* 3. *num.*2. *de exemption. carceris honeſtat. cauſa*, Vide Barboſ. *in remiſſion. ad d. tit.*76. §. *vltim. verſ. ſendo molheres ſolteiras.*

Difficultas eſt, an coniux innocens teneatur recipere coniugem hæreticum reſipiſcentem? Affirmant aliqui, alij verò probabiliùs negant ſi per Eccleſiam hæreſis fuit damnatus, vel probata hæreſi ad petitionem innocentis factum fuit diuortium. Sed hoc plenè infra *diſp.*12. §.9. *à n.*322.

187. *vſque ad n.*328. vbi ad argumenta contrariæ partis ſati factum eſt. An verò lex diuortij lata ſit in correctionem hæretici præcipuè, vel in fauorem innocentis, & in eius libertatem? Reſpondetur fuiſſe latam in fauorem innocentis, & in eius libertatem, & in pœnam hæretici, vt ex dictis *dict.*

188. §.9. *num.*328. conſtat, vbi etiam *n.*332. deciditur, an detur compenſatio, quando alter coniux eſt adulter carnalis, & alter adulter ſpiritualis, hoc eſt

189. hæreticus, ſicut quando vterque coniux eſt adulter carnalis permittitur compenſatio; idcirco hoc loco hæc conſultò omittimus.

190. Quibus verò modis licitè poſſit fieri diuortium, non eſt huius loci hoc plenè tractare, ſummatim tamen accipe integrum eſſe fœminæ diuertere, quando à marito ad peccandum inducitur, & timet ſibi ſalutis æternæ periculum. Probatur, quia fœmina non tenetur cohabitare cum viro leproſo, quando ex cohabitatione timet ſibi graue periculum corporalis ſalutis, vt notant Hoſtienſis *in c. de coniug. lepros.* Innoc. *n. vnic. ſuper verbo ſequatur.* Roſell. *verb. leproſus, n.*1. vbi Angel. *n.*2. Aleſ. *in ſum.*2. *p. lib.*8. *tit.*10. *art.*3. *quæſt.*1. & Syl. *verb. lepra*, *q.*3. aſſerentes non teneri coniugem ſanum in eodem lecto dormire, nec in eadem domo cohabitare cum leproſo; quibus adhæret poſt plures ibi relatos Sanch. *lib.*9. *diſp.*24.

191. *n.*17. *& num.*19. Ergo ſimiliter poterit diuertere, quando timet ſibi animæ ruinam, idem Sanchez *lib.*10. *diſp.*17. *n.*5. vbi *n.*7. *& ſeqq.* addit licitum eſſe vxori diuertere à viro, qui rebus ex furto acquiſitis eam alit, quando ipſa ſumptuoſiùs viuit, quàm eius ſtatum decet. Secus ſi vxor neceſſitate oppreſſa illis bonis vtatur. Palud. *in* 4. *diſt.*15. *q.*2. *art.*2. *ad fin.* & ibi Gabriel *q.*11. *art.*3. *dub.*16. Syluest. *verb. vſura*, 8. *q.*2. *d.*3. Tabien. *eod. verb.*8. *q.*4. neque ad hoc diuortium requiritur ſententia iudicis, cùm non ſit perpetuum, ſed ad tempus. Idem Sanch. *n.*10. *& n.*14. Item poteſt coniux diuertere propter ſæuitiam, ſi eſt tanta, vt non poſſit cum viro habitare ſine graui damni periculo. Patet ex *cap. literas, in fine, de reſt. ſpoliat.* donec ſufficientem cautionem ſecuritatis præſtet vir ſæuiens. Gutier. *lib.*1. *canonicar. cap.*24. *n.*8. Sanch. *ſuprà, diſp.*18. *n.*2. *& ſeqq.* quod poteſt fieri propria authoritate. Idem dicito de marito, quando timet ſibi ab vxore inſidias parari. Idem Sanch. *num.*8. quem conſule toto libro 10. pro reliquis cauſis diuertendi.



## §. XVII.

### *Utrùm inceſtus ſit caſus mixti fori.*

EPITOME.

192 *Inceſtus eſt caſus mixti fori.*

193 *Inceſtus diffinitio propriè, & impropriè.*

194 *Inceſtus proprius, quot modis committatur.*

195 *Inceſtus impropriè inter quas perſonas reperiatur.*

196 *Nuptiæ ſunt prohibitæ inter cognatos legaliter coniunctos.*

197 *Copula inter cognatos legaliter, non eſt propriè inceſtus, eſt tamen circumſtantia neceſſariò confitenda.*

198 *Inceſtus, an ſit inter coniunctos cognatione ſpirituali, & qui ſint iſti.*

199 *Circumſtantia inceſtus inter coniunctos cognatione ſpirituali eſt de neceſſitate confeſſionis.*

200 *Copula carnalis cum filia parochiæ, aut cum filia confeſſionis, an habeat circumſtantiam neceſſariò exprimendam in confeſſione.*

201 *Cognitio carnalis inter cognatos cognatione ſpirituali coniunctos facit inceſtum ſine velamine matrimonij, at verò ſub velamine facit inceſtas nuptias.*

202 *Inceſtus commiſſus cum commatre ſpectat ad forum Eccleſiaſticum.*

203 *Epiſcopus poteſt excommunicare laicos inceſtuoſos, & præcipere, vt in carcerẽ deijciãtur.*

204 *Executor, vel nudum miniſterium habens poteſt omnia, ſine quibus inutilis redderetur eius commiſſio.*

205 *Inceſtus quibus pœnis puniatur de iure noſtro, ac communi.*

206 *Inceſtus pœna de iure ciuili impoſita extenditur ad inceſtum de iure canonico.*

207. 208. 209 *Ignorantia, quæ excuſat ab inceſtu, excuſat à pœna illius, & quæ debeat eſſe hæc ignorantia.*

210 *Ignorans pœnam inceſtui impoſitam, an eã incurrat, ſi habeat ſcientiam iuris & facti.*

*Ignorantia ſententijs non ligatur, quomodo explicandum eſt ibid.*

211 *Pœna ordinaria cognita, vel debita cognoſci, incurritur ſine præcognitione.*

212 *Statuta pœnalia, quando cõprehendãt foreñſes.*

213 *Nuptias inceſtas ſcienter contrahens quas pœnas incurrat.*

214 *Filij geniti ex inceſtis nuptijs ſunt inhabiles ad ſuccedendum in bonis parentum.*

215 *Matrimonium diſſoluitur, quando damur inceſtæ nuptiæ, etiam per cognationem ſpiritualem.*

216 *Minor ætas excuſat contrahentes inceſtas nuptias à pœna ordinaria, non tamen ab omni.*

217 *Inceſtas nuptias contrahentes, non poſſunt cum alijs contrahere matrimonium, ſi nuptias contraxerunt ſcienter.*

218 *Ignorantia inuincibilis facti excuſat à pœna inceſtarum nuptiarum.*

219 *Ignorantia inuincibilis excuſat contrahentes inceſtuosè à pœna corporali, & a bonorum amiſſione, non tamen caret hæc concluſio contradictoribus.*

220 *Ignorantia iuris, vel facti, an excuſet contrahentes à pœna amiſſionis bonorum, quando eſt craſſa.*

221 *Excommunicatio an incurratur ob mortale, quando delinquens ignorabat illam.*

222 *Ignorantia quando cadit ſuper legem nouam, an excuſet ignorantem, ſi peragat actum prohibitum.*

223 *Ignorantiam inuincibilem excuſari à pœna excommunicationis pro delicto lege diuina interdicto eſt probabilius.*

224 *Ignorantia excuſat à ſententia excommunicationis lata à prælatis inferioribus, ſiue actus de ſe ſit licitus, ſiue illicitus.*

225 *Ignorantes inuincibiliter excommunicationem latam in ſtatuto, vel in ſynodo excuſantur ab illa.*

*An ignorantia vincibilis, & culpabilis venialiter, vel mortaliter excuſet ab excommunicatione, ſi fertur per inferiores prælatos? num. eod.*

192. DE iure Luſitano *lib. 2. tit. 9. in princip.* eſt caſus mixti fori inceſtus dummodo ſit publicus; quod etiam tradunt Azeued. *in l. 7. a num. 80. vſque ad 90. tit. 20. lib. 8. recopilat.* Curia Philippic. 3. *part. iudicis criminalis, §. 2 fuero Eccleſiaſtico, num.* 18. Farinac. *in pract. crimin. quæſt. 149. num* 117. vbi loquuntur de inceſtu proprie dicto, Anton. Cuchus *inſtit. maior lib. 2. tit. 6. num.* 100. & 111. Ideo contra laicos inceſtuoſos, poteſt procedere iudex Eccleſiaſticus, & laicus, quamuis non deſint qui dicant crimen inceſtus eſſe merè ſæculare, teſte D. Gabriele Pet. 2. *part. manu regia, cap. 56. num.* 18. aliis tamen aſſerentibus eſſe merè Eccleſiaſticum, Bald. *in l. contra, n. 3. C. de eeſtam.* ſequitur Aufrer. *in tract. de poteſt. ſeculari in Eccleſiaſt. num. 6. ad finem.* dicens Epiſcopum poſſe inhibere iudici laico ſub pœna excommunicat. ne ſe intromittat iudicare de inceſtu. Sed hoc intelligitur de caſibus in quibus de iure ciuili non proceditur, putà quando inceſtos ſub velamine matrimonij committitur. Nam tunc ob iniuriam ſacramento matrimonij illatam ſolus Eccleſiaſticus cognoſcit. Item quando quis cognouit carnaliter commatrem. Nata *in additionib. ad Alexand. ad conſ. 157. vol. 5.* ſed de hoc paulò poſt. Similiter ſi agatur de matrimonio, & illius ſeparatione ob inceſtum, cognitio indiſtinctè ſpectat ad Eccleſiaſticum, ſi verò de punitione, ad iudicem temporalem. Farinac. *in practic. quæſt. 149. num.* 117.

Quando igitur inceſtus eſt caſus mixti fori, ita vt ſit locus præuentioni, ſumitur in ſuo formali
ſignificatu, propriè, ac verè, vt diffinitur eſſe acceſſus, & abuſus carnalis inter conſanguineos, &
affines. Text. *in cap. lex illa, §. cum ergo. 36. quæſt. 1.* 193
Petr. Caball. *reſol. crimin. caſu* 200. *num. 2. paulo
ante medium.* Couar. *in 4. de ſponſalibus, 2. p. c. 6.
§. 8. n. 1.* ex qua diffinitione ſequitur eſſe inceſtum
ſi quis cognoſcat nurum, ſocrum, aut nouercam,
vt patet *ex cap. æqualiter 35. quæſt. 2. & 3. & d. cap.
lex illa, §. cum ergo, verbo, inceſtus, 36. quæſt. 1. & ex
l. nemine, C. de nuptijs & in §. affinitatis, inſtit. de
nupt.* Bermond. *de concub. public. rubric. de inceſtu,
num. 2.* Foller. *in pract. crim. canon. p. 6. fol. 376. col. 1.
verſ. inceſtus.* Committitur etiam inceſtus propriè inter collaterales, vſque ad certos gradus in
quibus prohibitæ ſunt nuptiæ, Gomez *in l. 80.
Tauri, num.* 15. Sanch. *lib. 7. de matrim. diſp. 52. per
totam*, & Farin. *in praxi, quæſt. 149. n.* 40. ſuntque
inceſtuoſi, qui ſine diſcrimine accedũt ad conſanguineas, & affines, quàm ſimillimi brutis animantibus, quibus non eſt intellectus, violantibus debitam obſeruantiam, cum hoc crimen peius ſit
adulterio. Text. *in cap. adulterij 33. q. 7. & in l. ſi
adulterium cum inceſtu, §. ſtuprum, ff. ad l. Iul. de
adulter.* Bermond. *de public. concub rubr. de inceſtu, ſub num. 5.*

Inceſtus autem verus, ac propriùs committitur 194
duobus modis. Primo, ſine velamine, ac ſpecie
matrimonij. Secundo, cum velamine, ſeu ſub figura matrimonij, & in hoc ſecundo modo contrahentes inceſtas nuptias ſunt excommunicati,
*cap. clerici, de exceſſibus prælator. clem. 1. de conſanguinit. & affinit. cap. de his qui inceſtum 35. q. 3.
c. ſi quis cum matre 33. q. 2.* Foller. *in pract. crim. p. 6.
fol. 376. col. 1. verſ. committens ergo nefarium coitum, & col. 378. verſ. laicus verò.* Clar. *in pract. §.
inceſtus, n. 7. verſ. præterea.* & Menoch. *de arbitrar.
quæſt. lib. 2. caſu 502. num. 100. & 104.* quibus ſocius eſt Farin. *in praxi d. quæſt. 149. num. 36.*

Inceſtus impropriè, ac reductiuè eſt acceſſus 195.
carnalis inter perſonas quæ non ſunt inter ſe conſanguinitatis, aut affinitatis vinculo coniunctæ,
non tamen poteſt inter eas validè, nec licitè celebrari matrimonium; reductitiè hic acceſſus deuoluitur ad inceſtum, Ghil. *de pœnis omnifar. coitus,
q. 3. num. 1.* & Foller. *in pract. crimin. p. 6. fol. 378.*
vbi enumerant inter quos matrimonium ſit interdictum, nec tamen in omnibus illis poteſt reperiri inceſtus propriè, ſi habeatur copula carnalis, putà inter cognatos legaliter, & ſpiritualiter
coniunctos.

Sed quid de coitu inter cognatos cognationis 196.
legalis, quæ conſtituitur per adoptionem, vel arrogationem? Videtur committi inceſtus, eo quòd
nuptiæ ſunt prohibitæ inter eos, nimirum inter
adoptantem, & adoptatum, filios, nepótes, & alios
deſcendentes adoptati, & inter adoptatum, & filios adoptantis. Item intèr vxorem adoptantis, &
adoptatum, & inter vxorem adoptati, & adoptantem, cùm adoptio ſit imitatrix naturæ *l. adoptiuus,
l. per adoptionem, & l. quin etiam, ff. de ritu nupt.*
Gloſſ. *in Auth. inceſtas nuptias, in gloſſ. 1. C. de inceſtis nupt. §. item amitam, inſt. de nupt.* Conrad. *rubr.
de inceſtuoſis, num. 7.* & Petr. Caball. *reſolut. crimin.
caſu 200. num. 55.* cum multis ibi relatis.

Verius tamen eſt hanc copulam inter illos 197.
non eſſe propriè inceſtum, ſed impropriè. Ita
Petr. Caball. *vbi proxime, d. caſu 200. ſub num. 56.
& ſequentib.* & probatur ex gloſſ. *in l. inceſta, ff.
de ritu nupt.* & ex gloſſ. 1. *C. de inceſt. nupt.* vnde
copula hæc inter hos cognatos cognationis legalis

lis non pœna ordinaria, ſed initiori puniri debet, quia hic inceſtus de iure ciuili] eſt prohibitus; ideo arbitrio iudicis mitiùs extra ordinem puniendus eſt; præſumitur enim à delinquentibus in hoc caſu iuris ciuilis ignorantia, quæ excuſet pœna ordinaria debita inceſtuoſis, non tamen excuſat ab arbitraria. Et quamuis hoc cognationis impedimentum ſit ſufficiens ad dirimendum matrimonium, ignorantia tamen iuris ciuilis in hoc inceſtu commiſſo excuſat contrahentem inceſtas nuptias. Anchar. *conſ.391.§.Videtur prima facie dicendum, num.5.* non tamen excuſat in totum, ſed ſolum releuat in aliqua parte, & facit, vt delinquentes mitiùs puniantur, ſecundùm gloſſ. *in l.ſi adult. cum inceſtu,§. fratres in verbo, propter ætatem, verſ. ciuilis,ff. ad l. Iul. de adult.* Anchar. nunc paulò ante citatus *di. conſ.391. num.4.* vbi vult in prohibitis à iure poſitiuo ignorantiam excuſare ad euadendas pœnas corporales, & quoad bona, in quo tacite videtur aſſerere non excuſari à pœnis mitioribus.

Non excuſabitur tamen habens rem cum cognatis legalibus à confitendo malitiam ſpecificam copulæ, quæ reducitur ad inceſtum, ita Martin. de magiſtr. *de temperant. quæſt. 9. concluſ.7.*
198. Sanch. *de matrim. lib.7. diſp.5. num.10.* Quid dicendum de coitu inter cognatos cognatione ſpirituali per ſacramentum baptiſmatis, vel chriſmatis? Reſponde videri inceſtum *argument. c.1. de cognatione ſpirituali, in 6. cap. ſi quis filiarum trigeſima, quæſt.2. l.ſi quis alumnam, C. de nupt. cap. omnes,& cap. ſequent.30. quæſt.1.* & tradunt Bermond. *de public. concub. rubric. inceſt. num.2. ad fin. verſ. & iſta deciſio, & num.3.* Petr. Gregor. *in ſyntagmate iuris, lib.9. cap.11. num.18.* vbi de hac cognatione ſpirituali alia refert exempla; Petr. Caball. *reſolut. crimin. caſu* 200. *num.* 67. Foller. *in practic. crimin. part.6. fol.378. col.1.n.8.* & Menoch. *de arbitrar.quæſt.lib.2. caſu 502.n.27. & num.* 28. Confirmatur, quia ſicut cognatio ſanguinis impedit, ac dirimit matrimonium, etiam contractum ab ignorantibus, vt eſt communis Bartol. *in l.ſi adulterium, num.11. ff. ad l. Iul. de adulter.* Ghril. *de pœnis omnifar. coitus, quæſt.3. num 4. verſ. ſi vero ignoranter*, ſic etiam diſſoluitur matrimonium propter cognationem ſpiritualem; ergo cognitio carnalis inter hos ſpiritualiter coniunctos, ſi abſque matrimonio habeatur, efficit inceſtum; ſi vero cum matrimonio, producit inceſtas nuptias, eodem modo quo [illegible] carnalis inter conſanguineos ſine ma[illegible]nio creat inceſtum: cum matrimonio ve[illegible] nuptias inceſtas, & earum pœnas ſe[illegible] deducit. Ghrilland. *vbi proximè, quæſt. 3. num. [illegible] iuncto verſ. eaſdem quoque pœnas.* Ergo [illegible] negandum carnalem cognitionem in[illegible]tos cognatione ſpirituali eſſe verè in[illegible]

[illegible] tamen eſt, non eſſe propriè, ſed impropriè inceſtum, vt probatur ex D. Thom. 2.2. *quæſt. [illegible] art.10. ad* 2. D. Antonin. 2. *part. tit.5. cap.2.* [illegible] Syluestro *verbo, luxuria*, vbi vocant hanc ſpeciem fornicationis ſacrilegium, ad modum inceſtus, imò idem Antonin. *d. tit.5.cap.5. §.1. verſ.in cognatione verò*, ait eſſe inceſtum ſpiritualem, vnde & ſacrilegium. Confert Nauar. *in manuali cap. 16. num.3.* dicens eſſe reductiuè inceſtum & ſacrilegium; ſed Caietan. 2. 2. *quæſt.* 154 *artic.* 10. *ad* 2. §. *vltim.* vult eſſe ſacrilegium, quia propter reuerentiam ſacramenti, ea copula prohibetur, habere tamen modum inceſtus, eo quod aſſimilatur violationi conſanguinitatis. Conſonat Sanchez *de matrim. lib.7. diſp.5.num.9.ad fin.*

*Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.*

Non excuſabitur tamen inceſtuoſus is in confeſſione ab explicanda hac circunſtantia luxuriæ diuerſa ſpecie, quia violatur reuerentia debita ſacramento, ex quo cognatio ſpiritualis ortum duxit. D.Thom.2. 2. *quæſt.* 154. *d. art.*10. *ad* 2. & ibi Caiet. *§.vltim.* Sà *in ſumm. verbo, luxuria, n.2.* Syluester *eodem verbo, quæſt.8.* & Nauar. *ſuprà, cap. 16. num.* 3. Extenditur autem hoc impedimentum ex cognatione ſpirituali ex diſpoſitione Concilij Trident. *ſeſſ.24. de reformatio. cap.2.* in baptiſmate, ſeu chriſmate tantùm ad ſuſcipientem, & ſuſceptum ipſum illiuſque patrem, & matrem, necnon baptizantem, & baptizatum & ipſius baptizati parentes, hoc eſt patrem, & matrem. 199.

Hinc oritur dubium, an acceſſus carnalis parochi ad filiam ſpiritualem parochiæ ſit circumſtantia notabiliter aggrauans, & neceſſariò explicanda in confeſſione? Placet negare, quia non mutat ſpeciem hic acceſſus, vt patet; nec eſt circumſtantia nobiliter aggrauans. Nam ſi mutaret ſpeciem coitus cum filia parochiæ, vel eſſet inceſtus propriè, vel impropriè, vel ſacrilegium; neutrum eſt dicendum; ergo non mutat ſpeciem. Quòd verò non ſit circumſtantia notabiliter aggrauans, probatur, quia, vt ſuppono, parochus nunquam audiuit parochianam hanc ex confeſſione, ergo cùm non ſit filia confeſſionis, ſed tantùm parochiæ, non datur circumſtantia inceſtuoſa, vel ſacrilega, quæ notabiliter aggrauet, & quæ ſit de neceſſitate confeſſionis. Confirmatur ex opinione illorum, qui docent circumſtãtiam copulæ cum filia confeſſionis non eſſe de neceſſitate confeſſionis, cùm non mutet ſpeciem, vt volunt Ledeſma *de matrim. quæſt.36. artic.* 2. & Vaſquez *tom. de pœnitent. quæſt.* 91. *art.1. dub.2. num.* 20. vbi aiunt non mutare ſpeciem, ſed ſolùm aggrauare. Quod etiam docet Ioannes Sanchez *in ſelectis diſputation. diſp.11. num.3.* ergo multo minus erit de neceſſitate confeſſionis exprimere circumſtantiam copulæ habitæ cum filia parochiæ. Quam partem puto veram, ſecus de copula cum filia confeſſionis, nam hæc neceſſariò eſt exprimenda cùm ſit contra reuerentiam ſacramento debitam, vt in ſpecie docent Tabiena *verbo, circumſtantia, in fin.* Viuald. *in ſuo candelabro* 1. *part.* vbi de confeſſione *num.*50. Armill. *verbo, circumſtantia, num.*12. Ludouic. Lopez 1. *part.inſtruct. cap.3.col.4.§. ſecundò reſpondendo.* Barthol. à Ledeſm. *de ſacramento pœnit.* vbi de confeſſione *dub.* 10. *col. penult.* addens eſſe ſpeciale peccatum quod ad inceſtum, vel ſacrilegium reducitur. Quibus accedunt Sanchez *de matrim. lib.7. diſp.55. num.4. §.fateor,*& Sà *verbo, confeſſio, num.*26. negans eſſe inceſtum, fatetur tamen eſſe circumſtantiam notabiliter aggrauantem in confeſſione neceſſariò exprimendam. 200.

Quando ergo cognatio hæc ſpiritualis eſt impedimentum matrimonium dirimens, ſi violetur coitu, ex eo oritur inceſtus impropriè, & ſubiicitur pœnis inceſtus; ſi verò committatur ſub velamine matrimonij, facit inceſtas nuptias. Ghrilland. *de pœnis omnifar. coitus, quæſt.3.num.5. iuncto verſ. eaſdem quoque pœnas*, vbi videtur ſentire 201.

rite eſſe pœnam mortis illi, qui cognouit carnaliter commatrem ſuam, Boër. *deciſ.* 318. *num.* 3. vbi refert & ſequitur Ghrillandum præallegatum, & multo fortiùs, quando vltra inceſtum cum cognata ſpirituali reperiatur commiſſum adulterium, & in iſto caſu tam fœminam, quam virum feriendos eſſe pœna capitali, affirmat Franc. Marc. *part.* 2. *deciſ.* 152. & Petr. Caball. *reſol. crimin. caſu* 200. *ſub num.* 68.

202. Sed petes, ſi quidem inceſtus eſt mixti fori, ad quem iudicem ſpectet inceſtus commiſſus cum commatre? Theſaur. *deciſ. Pedemont. deciſ.* 100. *num.* 6. opinatur hoc crimen eſſe merè Eccleſiaſticum, nec poſſe iudicem laicum pœnam imponere, niſi ſimul concurrat adulterium, vel ſtuprum. Sequitur Marta *de iuriſdict. part.* 2. *cap.* 20. *à num.* 19. Remoto verò adulterio, vel ſtupro iudex laicus non poteſt pœnam imponere propter inceſtum commiſſum cum commatre; ſequitur Paris de Puteo *in tract. de ſyndicatu*, §. *adulterium*, *num.* 8. nam cùm propter compaternitatem matrimonium ab Eccleſia interdicatur, de ſui natura caſus pertinet ad iudicem Eccleſiaſticum, eo quòd crimen dicitur canonicum. Idem dicitur, quando crimen eſt commiſſum à perſona Eccleſiaſtica, cui iudex Eccleſiaſticus imponit pœnam depoſitionis, & laico pœnam excommunicationis, & alias pœnas canonicas. Menochius *de arbitrar. quæſt. lib.* 2. *caſu* 502. *num.* 107. & Petr. Caball. *reſolut. crimin caſu* 200. *num.* 70. & *num.* 154. vbi meminit de inceſtu commiſſo cum commatre.

203. Quin imò Epiſcopus non ſolùm poteſt procedere cum cenſuris contra laicos inceſtuoſos, ſed etiam poteſt præcipere eos in carcerem detrudi, & aliis pœnis puniri, quamuis hoc neget Clar. cum aliis *in practic. quæſt.* 37. ſed meo iudicio fallitur, ex eo fundamento, quia iuriſdictione conceſſa omnia ad illam comparandam neceſſaria conceduntur. *l.* 2. *ff. de iuriſdict. omn. iudic.* ibi, *cui iuriſdictio data eſt, ea quoque conceſſa videntur, ſine quibus iuriſdictio explicari non potuit.* Idem habetur *in cap. præterea, de officio delegati, ad fin. his verbis*, ibi, *ex eo quod cauſa ſibi committitur, ſuper omnibus quæ ad cauſam ipſam ſpectare noſcuntur, plenariam recipit poteſtatem.* Iuuat gloſſ. *cap. ſuper quæſtio. verbo, executorem, & cap. ex literis, verbo, ſi ſubdelegatus, & cap. fin. verbo, commiſſum, de offic. iudicis delegati*; vbi dicitur habentem nudum miniſterium, poſſe excommunicare, & procedere ad vlteriora contra impedientes ſuam commiſſionem, ne alias reddatur commiſſio inutilis *cap. paſtoralis, de officio delegati.*

204. Cùm ergo in caſibus mixti fori Epiſcopus quando opus eſt, poteſt excommunicare, ſi ad vlteriora progreſſus delinquentes non obediant, poterit præcipere, vt in carcerem deiiciantur cùm illi cenſeantur conceſſa omnia ſine quibus iuriſdictio inanis fieret. Sic Foller. *in praxi crimin. canon. ver. aut inquiſitione formata.* Couar. *in practic. quæſt.* 10. Aufrer. *in tract. de poteſtat. Eccleſiaſtica ſuper laicos, ad principium*, quibus adhæret in ſpecie Marc. Anton. Cucch. *inſtit. maior. lib.* 2. *de Epiſcopis, tit.* 6. *num.* 112. vbi teſtatur ſe vidiſſe variis in locis laicos à pontificia familia captos, & carceri mancipatos laicis iudicibus id videntibus, nec repugnantibus, maximè ſi laici in flagranti delicto reperiantur, in caſibus, ac criminibus mixti fori. Sanchez *lib.* 3. *de matrim. diſp.* 19. *num.* 5. & *lib.* 7. *diſp.* 33. *num.* 22. & 23. poſt alios.

205. De pœnis autem contra committentes inceſtum cum conſanguineis, vel affinibus, diſponitur à iure noſtro *lib.* 5. *tit.* 17. *in princip.* vbi pœna ignis imponitur habentibus rem cum filia, aut cum aliqua alia ex deſcendentibus, aut cum propria matre, vel cum aliqua alia ex aſcendentibus per lineam rectam. ibi: *Seiam queimados, & ella tambem, & ambos por fogo feitos em pò.* In aliis tamen regnis pœna tantùm capitis puniuntur. Baiardus ad Clarum §. *inceſtus*, *num.* 4. Perez *l.* 4. *tit.* 15. *lib.* 8. *ordinamen.* quam etiam capitis pœnam pro inceſtuoſis dixerunt in ſpecie Albert. *in l. ſi adulterium*, §. *ſtuprum*, *num.* 5. *ff. ad l. Iuliam, de adulter.* Ghril. *de pœnis omnifar. coitus, quæſt.* 2. *num.* 9. *verſ. ſecundo verò caſu, & quæſt.* 3. *num.* 5. vbi teſtatur de communi, Bermon. *de public. concub. rubr. de inceſtu, num.* 14. *verſ. ſi verò quæratur, & verſ. reportetis ergo.* Foller. *in practic. crimin. canon. cap.* 4. *num.* 92. & Menoch. *d. lib.* 2. *caſu* 502. *à num.* 34. Romæque ab ſtatuto *in lib.* 2. *cap.* 50. inceſtus etiam ſine adulterio commiſſus vſque ad ſecundum gradum incluſiuè punitur pœna mortis, tam in fœmina, quàm in maſculo.

De eodem iure Luſitano *d. lib.* 5. *tit.* 17. §. 1. ſi quis rem habuerit cum ſorore ſua, nuru, aut nouerca, quamuis ſint viduæ, aut cum priuigna, licet mater eius ſit iam defuncta, aut cum ſocru ſua, etiamſi iam filia ſit mortua, pœna capitis vterque plectatur. Qui verò carnaliter cognouerit aliquam conſanguineam, ſeu affinem in gradibus aliis, hoc loco non nominatis, exilio puniatur maiori, vel minori, ſecundùm gradus conſanguinitatis, ſeu affinitatis; putà ſi inceſtus fuerit cum amita, aut matertera, vel affine vxore fratris ſui, decennali exilio multentur delinquentes, *ibidem*, §. 2. & 3. Vltra has pœnas, bona eorum publicabuntur, niſi committens inceſtum filios habeat ex alio legitimò matrimonio natos, ſeu nepotes; tunc enim bona inceſtuoſi non applicabuntur fiſco, ſed filiis aut nepotibus, qui patrem, ſeu auum alere tenebantur, prout vult d. Auth. *inceſtas nuptias, in fin. cap. de inceſtis nupt.* & in Auth. *de inceſt. nupt.* §. *ſancimus*, & §. *ſi verò contigerit, eodem tit. de inceſt.* & vtrobique gloſſ. & ſcribentes, Peregrin. *de iure fiſci, lib.* 4. *tit.* 5. *num.* 16. Couar. *in epit. de ſponſalib. part.* 2. *cap.* 6. §. 8. *num.* 5. & Bermond. *de public. concub. rubr. de inceſt. num.* 12. *verſ. & quòd contrahens inceſtas nuptias.*

De iure tamen communi pœna inceſtus puri non eſt pœna capitalis, ſed deportationis, & ſic mitior per text. *in l. ſi quis viduam, ff. de quæſtionib.* Alexand. *conſ.* 229. *num.* 15. *lib.* 6. Foller. *in practic. crimin. part.* 6. *fol.* 379. *col.* 1. *verſ. Aduertendum tamen eſt.* Idem Foller. *conſ. crimin. diuerſ.* 79. *num.* 1. *poſt med. lib.* 2. & teſtatur de communi Baiard. ad Clarum *in* §. *inceſtus, num.* 11. dicens hanc eſſe probabiliorem, & æquiorem, quam ſequitur Vincent. de Franc. *deciſ.* 378. *part.* 2. & Theſaur. *deciſ. Pedemont.* 100. *num.* 2. *verſ. tertio, per l. ſi quis viduam, & num.* 3. & *ſequenti, ff. de quæſtionib.* vbi relatis hinc inde rationibus, ob quas pœna inceſtus videatur eſſe capitalis, concludit negatiuè.

Cæterùm cùm hodie deportatio non ſit in vſu, ſequitur pœnam inceſtus eſſe arbitrariam. Petr. Caball. *d. caſu* 200. *num.* 23. poſt Bald. *conſ.* 429.

in fine, lib.5. niſi inceſtus committatur cum aſcendentibus, vel deſcendentibus: tunc enim pœna mor[illegible] dignus eſt inceſtus. Gloſſ. in l. quamuis 2. in fin. C. de Adulter. Cuman. conſ. 154. col. 2. in fine, verſ. & ſic diceretur. Iodoc. in pract. crimin. cap. 94. rubr. de Inceſt. num. 4. Conſentit Boër. deciſ. 318. vbi fatetur coitum cum aſcendentibus, vel deſcendentibus capitali pœna dignum eſſe: annuunt Petr. Caball. d. caſu 200. num. 10. & Theſaur. d. deciſ. 100. num. 4. quibus accedit Farinac. d. q. 149. in pract. num. 14.

Quamuis enim regulariter pro inceſtu non debeatur pœna mortis ſecundùm veriorem, & æquiorem ſententiam, pro inceſtu tamen cum aſcendentib. vel deſcendentibus mortis pœna imponi debet. Farin. d. n. 14. quin Boſſ. in tit. de coitu damnato, & punibili, num. 6. fatetur ex decreto ſenatus parentes rem habentes cum filiabus fuiſſe igne aſſumptos, & interdum reſti ſuſpenſos, Iul. Clar. in pract. §. inceſtus, n. 3. ſub verſ. ſed quæro. & ibi Baiar. num. 40. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. centur. 6. caſu 502. num. 36. vbi refert Bononiæ quendam fuiſſe laqueo ſuſpenſum, eo quòd propriam filiam violauerat, cùm ſimilis coitus, & inceſtuoſus valde, ac nefarius vocetur. Sic doctores communiter, Couar. in epitome 2. part. de ſponſalibus, cap. 6. §. 8. num. 1. verſ. has tamen nuptias.

Quid de coitu cum nouerca, priuigna? Reſpondeo eſſe inceſtum, nam nouerca habetur loco matris, priuigna loco filiæ, lege, non facilè, §. affines, verſ. nomina verò, & verſ. hos itaque, ff. de gradibus affinitatis, l. ſi adulterium cum inceſtu, in principio. ff. ad l. Iul. de adulterijs, Menoch. d. caſu 502. num. 1. & num. 6. Idem dicendum eſt de coitu ſoceri cum nuru, & generi cum ſocru, §. ſocrum quoque, inſtit. de nupt. hos tamen ſi delinquant eſſe puniendos pœna capitali tradunt Ghirl. de pœnis, omniſar. coitus, quæſt. 3. num. 5. quem ſequitur Boër. deciſ. 318. num. 3. ad fin. verſ. eadem quoque pœna. Bermond. de public. concub. rubr. de inceſt. n. 14. verſ. reportetis ergo, & Petr. Caball. reſol. caſu, 200. num. 8. & num. 9. Mihi tamen magis placet pœna arbitraria, illos eſſe puniendos, non verò pœna mortis, niſi ex ſpeciali lege, aut ſtatuto alicuius regni capitalis pœna ſit impoſita. Idem placet [illegible]aro in d. §. inceſtus, num. 3. ſub verſu, ſed q[illegible] quæ ſit pœna, vbi ait quandóque fuiſſe impoſitam pœnam verberum; aliquando pecuniariam [illegible] ſtatuti: quandóque pœnam triremium, quandoq[illegible] capitalem, ſequitur Menoch. d. caſu 502. [illegible] 38. & num. ſequenti, & Petr. Caball. reſol. [illegible]imin. caſu 200. num. 34.

[illegible]rit tamen poteſt, qua pœna ſit plectendus, quando cum inceſtu miſcetur adulterium, vel ſtu[illegible] Plecti pœna mortis delinquentem vult [illegible] l. ſi adulterium cum inceſtu, in verbo, adul[illegible] ad l. Iul. de adulter. ſed oppoſitum proba[illegible] quis viduam. ff. de quæſt. vbi dicitur ſatis [illegible] deportationis, quæ cùm non ſit in [illegible] ſufficere arbitrariam; quod exemplis o[illegible] in d. §. inceſtu, verſ. ſed quæro quæ pœna, & verſ. ego vid. Exempla refert Menoch. præcitatus dict. caſu 502. num. 39. niſi inceſtus commiſſus ſit inter deſcendentes, vel aſcendentes, [illegible] niſi ex peculiari ſtatuto locali puniatur inceſtus cum adulterio pœna mortis.

Nihil tamen magis placet indiſtinctè opinio Gloſſæ in d. l. ſi adulterium, dicentis imponendam eſſe pœnam mortis inceſtui cum adulterio, quam Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl. opinionem docet Franc. Marc. 2. part. deciſ. 152. num. 2. Corneus, conſ. 19. num. 2. lib. 4. Clarus in dict. §. inceſtus, num. 1. ex Ghirlando in dict. l. ſi adulterium cum inceſtu, in princip. gloſſ. 1. vbi ait hanc eſſe communem. Menoch. num. 40. Quin Clarus ſupra addit eſſe puniendum inceſtum commiſſum cum ſtupro pœna mortis, quamuis non interueniat adulterium, quod etiam volunt Syntagma commun. opinion. tom. 3. loco 8. cap. 10. ſub verſ. inceſtus pœna, & Petr. Caball. reſolut. crimin. caſu 200. num. 99. in fine & num. 100. verſ. Sextò præmitto.

Quando verò inceſtus committitur ſine adulterio, aut ſine ſtupro, nimirum cum conſanguinea ſoluta, & corrupta, quæ non ſit ex aſcendentibus, vel deſcendentibus, non procedit noſtra reſolutio. Ideo puniri poteſt delinquens pœna arbitraria, ac mitiori, quæ eſt Carrerij in practic. in tract. de homicidio, & aſſaſſin. §. 9. excuſatur num. 40. cui adhæret Conrad. rubr. de inceſtuoſis, num. 15. ad medium, & rubr. de adulter. num. 26. Caccialup. in repetit. l. ſi qua illuſtris, num. 20. C. ad Orphicianum, & Boſſ. in tit. de coitu damnato, & punibili, num. 2. quatenus volunt pœnam mortis procedere in inceſtu commiſſo ſimul cum adulterio, pœnam autem arbitrariam habere locum in inceſtu patrato ſine adulterio. Quæ diſtinctio tribuitur Angelo, de maleſic. in verbo, que hai adulterato la mia donna, num. 44. verſ. ſi autem eſſet adulterium cum inceſtu; quem ſequitur Franc. Marc. in d. deciſ. 152. num. 3. part. 2. & Petr. Caball. d. caſu 200. num. 98. qui omnes loquuntur de inceſtu vero, ac germano, & in ſuo proprio ſignificatu accepto; non verò de inceſtu prohibito à ſolo iure ciuili, putà reperto inter non coniunctos ſanguine.

Dubioſa tamen eſt difficultas, an pœna inceſtus impoſita de iure ciuili habeat locum in inceſtu de iure canonico commiſſo? Pars negans placet Calderino referenti Geminianum 206.
conſ. 5. rubr. de conſanguinit. & affinit. vbi pro vtraque parte diſputans negatiuam amplectitur, ſequitur Anchar. conſ. 39. per totum. Ioan. Faber in §. ſi aduerſus, Inſtit. de nupt. Curtius Iunior in l. ſi auia, colum. 1. Cod. de ſucceſſor. edicti, Foller. in practic. crimin. part. 6. fol. 379. colum. 1. verſ. Item eſt aduertendum. Decius in l. 1. num. 20. in fin. Cod. de ſecundis nupt. Alexand. conſil. 329. num. 6. lib. 6. Alciat. in cap. cum contingat num. 53. de iureiur. in 6. Quin imò idem Foller. in practic. crimin. canon. cap. 5. teſtatur n. 92. relatis, & reprobatis fundamentis contrariis, hanc eſſe probabiliorem, & magis communem, quam docet etiam Clarus in dict. §. inceſtus, num. 5. verſ. quæro numquid, ex ea ratione quòd ſit opinio mitior, ac benignior, niſi de contraria conſuetudine in aliquo loco oppoſita ſeruetur, quia in pœnis extenſio prohibetur diſtinct. 1. de pœnitent. in cap. pœna: quare pœnæ impoſitæ per Authen. Inceſtas, C. de Inceſt. nuptijs. non debent extendi ad nuptias inceſtas ſecundùm ius canonicum.

Confirmatur, quia pœna iuris ciuilis non cogitauit de prohibitione ſecundùm canones, ergo non comprehendit inceſtum commiſſum de iure canonico. Confert Cyprian, de Cyprianis de Florentia, & Iacob. de Rauen. in dict. Authent. Inceſtas, prout volunt illam habere locum in nuptiis propriè inceſtis ratione conſanguinitatis,

non verò in nuptiis largo modo inceſtis. Idcirco cum Auth. ſit pœnalis, debet ſtrictè interpretari, nec ampliari, nec trahi ad nuptias inceſtas de iure canonico extra terminos proprios: ſic Salicet. & Bald. *ibi*, idem Bald. *in l.1. C. qui bonis, ceder. poſſ.* vbi addit ius ciuile ſecundùm leges ciuiles, ius canonicum ſecundùm canones, eſſe interpretandum. Iuuat quod etiam ait *in l. nondum, C. de furtis, circa fin. verſ. ſi dubitatur*, ſtatutum faciens mentionem de ſacrilegio, intelligi de ſacrilegio, prout accipitur de iure ciuili, quia ſtatuta ciuitatis ſunt de iure ciuili. Contra verò ſi conſtitutio eſſet Epiſcopalis, debet intelligi ſecundùm ius canonicum, ex eodem Bald. *in l. ſi quando, in princip. C. de inoſſicioſ. teſtam. & in cap. cùm veniſſent, de eo qui mitt. in poſſeſſ.* Igitur pœna iuris ciuilis contra inceſtuoſos, aut contra contrahentes inceſtas nuptias, non debet trahi contra eaſdem nuptias inceſtas de iure canonico. Hæc opinio eſt valde probabilis, & quia mitior in praxi admittenda.

Nihilominus contraria eſt verior, quia quando quis contrahit contra canones, contrahit contra leges, ex quo leges appellantur canones, & quia canones dicuntur leges 31. *diſt. cap. Nicena.* Item, quia quando diſponitur de delicto, ex quadam conſequentia diſponitur de eius pœna, *l.1. §.1. ff. ad Turpilianum*; ergo pœna inceſtus a iure ciuili impoſita procedit in inceſtu de iure canonico, prout in ſpecie tradunt Abbas *in cap. & ſi neceſſe. circa fin.* & ibi Cardinalis, & Præpoſit. *de donat. inter vir. & vxor.* Dec. *in conſ.158. per totum*, vbi dicit hanc opinionem eſſe veriorem, & reſpondet contrariis Couar. *in epit. de ſponſalib. part.2. cap.6. §.8. num.18.* vbi teſtatur de veriori, Anton. Roſell. *in tract. de ſucceſſorib. ab inteſt. num.105.* Menoch. *de arbitrar. caſu 502. à num.66. vſque ad num.78.* vbi reprobatis contrariis argumentis noſtram opinionem tanquam veriorem, & probabiliorem probat, & ſecundùm eandem fuiſſe iudicatum refert Petr. Caball. *reſol. crimin. cap.200. num.4. & ſeqq.*

Atque ita dicendum eſt, quando ius Pontificium interdicit inceſtum & inceſtas nuptias, ex conſequenti voluiſſe, quod habuerit locum pœna à iure ciuili impoſita. Nam diſponendo de inceſtis nuptiis, quòd ſint tales, cenſetur ſimul diſpoſuiſſe, quod contra tales nuptias, vel inceſtum vim haberent omnia iura, quæ de inceſtis nuptiis agerent. Item, quia verbum illud, *inceſtas nuptias*, quamuis à iure ciuili proferatur, debet intelligi ſecundùm ius canonicum, ſiquidem canones in materia matrimoniali conſiderantur, & Auth. *inceſtas*, loquitur in materia matrimoniali, circa quam canones attenduntur. Quo argumento ferme vſus eſt Ioan. Andr. *in additiou. ad Speculatorem, in tit. ſucceſſ. ab inteſt. §.1. verſ. & quia de gradibus.* vbi refert diſputationem Iacobi Butrij *in quæſtione*, incipit, *ſtatuto ciuitatis ſenatum*, dicentis in ea fuiſſe deciſum, quoties ſtatutum ciuitatis decernit pœnas aliquas contra celebrantes matrimonium in tertio, vel quarto gradu conſanguinitatis, intelligendum eſſe ſtatutum de gradibus ſecundùm ius canonicum. Similiter ergo in noſtro caſu dicendum eſt, quia text. *in d. Auth. inceſtas*, quamuis ſit de iure ciuili dum loquitur de inceſtis nuptiis, intelligi debet de inceſtis nuptiis ſecundùm diſpoſitionem canonum, ac proinde pœna, quæ ibi imponitur, habebit locum in hoc euentu, prout in terminis tradit Dias *in pract. crimin. canon. cap.84. num.3.* vbi relatis contrariis hanc amplectitur, cui adhærent Petr. Lorior. *tract. de gradibus affinitatis, axiomate 8.* & Villalobos *in commun. opinion. littera N. num.48.*

Quid ſi laicus committat inceſtum purum? 207.
Reſponde quando committitur ſine velamine matrimonij priuari perpetuò, ſi eſt coniugatus, ne poſſit ab vxore debitum petere, ſi cognouit conſanguineam vxoris. Inſuperque vxore defuncta non poſſe ampliùs cum alia matrimonium contrahere. habetur *in cap.1. & 2. cap. transmiſſa, cap. ſi quis cum matre 30. quæſt.2.* & vltra has pœnas poterit à iudice Eccleſiaſtico excommunicari. Salzed. *in addit. ad Bernard. Diaz, cap.84. verbo, abuſus, verſ. ſecundo autem, fol. mihi 288. in princip.* Nec quamuis iuuenis ſit inceſtuoſus, licebit petere coniugale debitum, nec vxore mortua cum alia de nouo contrahere, ſine diſpenſatione, quamuis ætas iuuenis cauſa ſit, ad eam faciliùs impetrandam, ex gloſſ. communiter recepta *in c.1. verbo, ex diſpenſatione, de eo qui cognouit conſang. vxor. ſuæ.* Syluest. *verbo, matrimonium 7. in vltimo impedimento, num.6. & verbo, luxuria, verſ. quintum.* Couar. *in epit. de ſponſalib. 2. part. cap.7. §.2. num.5.* aduerſus gloſſ. *in cap. in adoleſcentia, 33. quæſt.2.*

Et quamuis Veracruz *in ſuo ſpeculo coniugali, 3. part. art.17. ad finem*, credat non peccare mortaliter inceſtuoſum petendo debitum ſecluſo cōtemptu abſque diſpenſatione; Contrarium eſt tenendum, ſecundùm communem, vt docent Abulenſ. *ſuper Matth.5. quæſt.200.* quem ſequitur Caſtro *de poteſt. leg. pœnal. lib.2. cap.5. in verſ. verum*, quod intellige, quando ſcienter admiſſus eſt inceſtus, *cap. ſi quis, de eo qui cognouit conſang. vxor. ſuæ, in verbo, ſcienter*, tunc enim impedit, & petere debitum, & contrahere de nouo matrimonium, quamuis ſi contrahat ſciens peccet mortaliter, matrimonium tamen tenet, vt *in cap.1. & in cap. veniens, & in cap. transmiſſa, & in cap. diſcretionem, de eo qui cognouit conſang. vxor. ſuæ, num.2. verſ. probat hic text.*

Dictum eſt *ſcienter*, quia cum ignorantia à culpa inceſtus excuſet, excuſabit quoque ab eius pœna. Ita Doctores communiter. Vnde ignorantia iuris ſtatuentis hanc pœnam priuationis debiti eximit ab ea coniugem, qui conſcius conſanguinitatis contraxit affinitatem, aut cognationem. Nec obſtat ſi dicas copulam illam cum conſanguinea eſſe iure naturali interdictam, cum ſit fornicaria, quia reſpondetur quatenus eſt inceſtuoſa, ſolo iure poſitiuo Eccleſiaſtico eſſe prohibitam, quod affinitatem inde oriri voluit; quo iure excluſo in eo acceſſu nulla alia culpa reperiebatur, excepta ea, quæ ad aliam non conſanguineam reperitur. Quare qui ignorat copulam iure poſitiuo ſpeciali eſſe interdictam, ſicut excuſatur ab ea inceſtus circumſtantia, ſic etiam immunis erit à pœna ratione ignorantiæ iuris humani. Henriquez *lib.3. de confirmationis ſacramento, cap. fin. in commento litera S. & lib.2. de baptiſmo, cap.18. in fin. & lib.11. de matrim. cap.15.* Item, quia *d. cap. ſi quis de eo qui cognouit conſang. in verbo, ſciens*, exigit ſcientiam, hoc eſt, ſcienter id fieri, quod cùm pœnale ſit, ſtrictè accipi debet. Sanchez *de matrim. lib.9. diſput. 32. num.49. ad finem.* 208.

Eodem etiam modo liber erit à pœna inceſtus, & à pœna priuationis debiti, quando coniux illud ius ſciebat, ſed ignorabat conſanguinitatis

gradum

109. gradum fœminæ, aut viri, cum quibus rem habuit, in quo euentu non eſt dubium quando data fuit ignorantia inuincibilis facti, ex ea ratione quia pœna illa eſt propter culpam commiſſam in contrahenda ea affinitate, aut cognatione & in inceſtu commiſſo; Aſt vbi interuenit ignorantia facti inuincibilis, non datur culpa, nec inceſtus committitur; ergo nec pœna habet locum. Ita Sot. *in 4. diſt. 37. quæſt. vnica, art. 2. verſ. debet autem pœna.* Corduba *in quæſtionar. lib. 1. quæſt. 12. paulò poſt princip. verſ. dictum eſt quòd ſcienter.* Gutier. *in quæſtionib. canonicis, lib. 1. c. 13. num. 9.* & alij, vbi in ſpecie agunt de affinitate per ignorantiam contracta, deciduntque excuſari coniugem, ſi quando inceſtus per ignorantiam inuincibilem facti, hoc eſt conſanguinitatis fuit admiſſus, nec priuari iure petendi. Confirmatur ex *dicto cap. 1. de eo qui cognouit conſanguineam vxor. ſuæ*, ibi, *ſi quis cum filiaſtra ſua ſcienter fornicatus fuerit, nec a matre debitum petere, nec filiam vnquam habere poteſt vxorem*, vbi apertè petitur ſcientia ad incurrendam priuationem petendi debitum.

Idem dicunt de cognatione excuſare ignorantiam inuincibilem, Palud. *in 4. diſt. 42. quæſt. 1. artic. 1. concl. 7. num. 15.* vbi ſupplement. Gabrielis *quæſt. 1. art. 2. concl. 4.* Sot. *in 4. diſt. 4. quæſt. vnic. art. 5. ad fin.* & probatur ex *cap. ſi vir de cognatione ſpirit.* ibi, *ſi ex ignorantia id factum eſt, eos ignorantia excuſare videtur*: quod in ſpecie voluit Præpoſ. *in eod. cap. ſi vir, num. 4.* Iuuant Syluеſt. *verb. matrimonium, 8. quæſt. 7. diſt. 1.* Armill. *verb. eod.* & Tabien. *verb. impedimentum, impediment. 5. num. 1.* quatenus de cognatione agunt, traduntque excuſari à priuatione petendi coniugem inſcium, ſi diligentiam adhibuit.

Quod ſi ignorantia facti non ſit affectata, quantumcumque craſſa ſit, modò non ſit tam craſſa, vt ſit ingens temeritas id ignorare, excuſabit coniugem à priuatione debiti, qui affinitatem, aut ſpiritualem cognationem contraxit cum ſuo coniuge. Ratio, quia priuatio petendi debitum eſt pœna culpæ, affinitatis, aut cognationis, quæ illicitè fuit contracta ſcienter, vt ex *dict. cap. 1. de eo qui cognouit conſanguin. vxor. ſuæ*, ibi, *cum filiaſtra ſua ſcienter*, & ex *cap. ſi vir. de cognatione ſpiritual.* ibi, *ſi ex ignorantia id factum ſit, eos ignorantia excuſare videtur*; ergo quando vis imponi pœnam facienti aliquid ſcienter, bene ſequitur non illaqueari illa, qui cum quacumque ignorantia etiam craſſa, id quod interdicitur, fecerit, modò non fuerit affectata, nec ingens temeritas ſit, id ignorare. Henriquez *lib. 11. de matrim. cap. 15. num. 11.* vbi loquitur de affinitate, dicens pœnam illam imponi inceſtui formaliter, & voluntario qui admitti non poteſt, niſi ſcienter. Sanchez *de matrim. lib. 7. diſp. 32. num. 47.*

[illegible] incurretur etiam pœna debiti petendi, qui [illegible] Bertam eſſe conſanguineam vxoris ſuæ a[illegible] accedit, exiſtimans eam eſſe in tertio g[illegible] non eſt niſi in ſecundo, quia idem eſt quòd [illegible] pœnam euadendam neſcire conſanguinitatem, ac neſcire eius gradum, cui pœna imponitur. Sanch. *d. diſp. 32. num. 48.* Nec obſtat hunc inceſtuoſum non omnino ignorare factum, quoniam ad non incurrendam hanc pœnam ſatis eſt quòd ſit ignarus talis conſanguinitatis in particulari gradu.

10. Dubiæ quæſtionis tamen eſt, quando quis habet ſcientiam iuris, & facti, ſed ignorat pœnam delicto à iure ipſo ſtatutam, an excuſetur ab illa? Reſponde primò, quando pœna eſt excommunicationis, ad incurrendam illam exigit ſcientiam iuris prohibentis, & ſcientiam ipſius pœnæ excommunicationis, vt in eam pœnam incidatur. Probatur ex *cap. 2. de conſtitut. in 6.* vbi deciditur ad cauenda pericula animarum ignorantes ſententiis non ligari. Quod cùm inuoluat fauorem, & abſolutè, & indiſtinctè loquatur de ignorantia, ample eſt accipiendum de vtraque ignorantia, tam iuris, quàm pœnæ. Item quia excommunicatio ex parte habet effectum medicinæ, & ex parte eſt pœna: non eſſet autem medicina, ſi ignorata incurreretur, & ex eo quòd eſt grauiſſima pœna, exigit magnam contumaciam, & ſupponit contemptum, & ſine contemptu & contumacia non fertur excommunicatio; ergo exigitur, vt incurratur, iuris, & ipſius pœnæ ſcientia. Ita Nauar. *in ſumma, cap. 27. num. 16. & in noua edition. eod. cap. 27. num. 2-4.* Syluеſt. *excommunicatio vltimò, quæſt. 3. §. 4.* Henriquez *lib. 13. de excommunicat. cap. 21. num. 1. & cap. 23. num. 2.* Suar. *5. tom. in 3. part. diſp. 4. ſect. 9. num. 19.* Graffis *1. part. deciſ. lib. 4. cap. 9. num. 17. & 18.* Angel. *excommunic. 7. cenſu vltim. num. 3.* Philiarch. *de offic. ſacerdot. tom. 1. part. 1. lib. 3. cap. 4. concluſ. 4.* & Bartholom. à Ledeſm. *de excommunic. dub. 5. col. 996. ad fin. illius duby.* Iuuat idem Nauar. *in ſumma, cap. 23. Hiſp. num. 45. Latin. num. 47. verſ. addo hic.* Dicens ignorantiam pœnæ non à ſola excommunicatione excuſare, ſed ab alia qualibet pœna communiter non ſtatuta. Quæ doctrina maximè in materia cenſurarum, & irregularitatis, pleriſque tanquam benigna placet, quam probat Manuel, *1. part. ſum. in 2. edit. cap. 195. num. 3.* & Syluеſt. idem, *excommunic. 2. notab. 3. §. 6. & excommunic. 10. §. 3. & verbo, ignorantia quæſt. 8. diſt. 3.* vbi voluit vniuerſaliter ignorantiam à pœna legis eximere delinquentem, quamuis actus ſit illicitus contra ius naturale. Reſponde ſecundò, in aliis pœnis quæ non ſunt cenſuræ, neque irregularitates, neque ſunt pœnæ extraordinariæ, vt incurrantur, non eſſe neceſſariam ſcientiam illarum, ſatiſque eſſe ſcientiam iuris, & facti, & quamuis adſit ignorantia, non ideo à pœna ſunt immunes delinquentes. Probatur ex eo, quia qui vult antecedens, vult conſequens, quod cognoſcit, aut cognoſcere debet ex illo ſubſequi. Item, quia obligatio delinquentis ad pœnam cognitam, vel debitam cognoſci, & delicto proportionatam, eſt naturalis, non conſurgens ex delinquentis conſenſu, ſed ex vi legis imponentis. Vnde qui voluit delictum committere, ſeſe voluit pœnæ ſubmittere, & quamuis pœna in ſe ſit inuoluntaria, in cauſa tamen eſt voluntaria; ſecus quando pœna eſt inſolita, & extraordinaria, prout ſunt cenſuræ, & irregularitates. Vt enim hæ incurrantur, oportet illarum notitiam præmitti, vt diximus, & tradunt vltra præallegatos, Sot. *in 4. diſt. 2. quæſt. vnic. art. 9. ad fin.* Lud. Lopez *2. part. inſtructor.* vbi de excommunic. *c. 13. in ſolut. ad 3.* Ledeſm. *1. p. quarti, q. 7. art. 9. dub. 2. ad fin. & 2. part. quarti, quæſt. 24. art. 6. ad fin.* & Suar. *tom. 3. in 3. part. diſput. 31. ſect. 6. & tom. 1. diſp. 40. ſect. 5. num. 9.* vbi idem tenet de irregularitate, & Decius *in cap. 2. de conſtitut. in 1. lectura, num. 31.* & eius additionator ſuper gloſſ. *verior*, limitans, niſi valdè exceſſiua ſit pœna.

Quando verò pœna eſt ordinaria cognita, vel 111.
debita cognoſci, ac delicto commenſurata, abſquo

præcognitione incurritur. Bald. *in cap. 2, num. 1. ad fin. de conſtitutionib.* vbi ait delinquentem, qui nec in delicto, nec eius qualitate errauit, ſed in genere pœnæ, ab illa non excuſari. Gandin. *tit. de pœn. reorum, num.* 16. Henric. Botæus *de ſynodo*, 3. *part. art. 2. num.* 17. Portius *inſtit. de iur. natur. §. Sed, & quod principi, num.* 9. Clarus *in pract. 4. fin. quæſt. 85. verſ. Secundus eſt caſus.* Fauet Bartol. *in l. num. 21. C. de ſum. Trinit.* & *ibi* Cyn. *verſ. quidam alii*, & Bald. *ibi, num.* 22. Anchar. *ſuper cap. poſtulaſti, num. 39. in fin. de foro compet.* Cardin. *in cap. à nobis, el 1. num. 2. verſ. ad quod oppono, in fine, de ſententia excommunic.* docentes vniuerſaliter incidere in pœnas ſtatuti, qui rem illo prohibitam facit, ſtatuti ignarus, ſi rem alio iure interdictam cognouerat. Idem volunt expreſsè, ſcilicet ad pœnam incurrendam, non requiri ſcientiam ipſius, ſed ſufficere ſcientiam iuris poſitiui rem illam prohibentis. Driedo 2. *de libert. Chriſt. cap. 9. ad fin. & cap. 10. paulo poſt princip. §. 4. dubitat, verſ. ad primam dubitationem.* Cordub. *in ſuo quæſtion. lib. 2. quæſt. 25. in princip.* & Couar. *in cap. alma mater, 1. part. §. 10. num.* 9. vbi addit oppoſitum eſſe manifeſtum errorem, quo iuris vtriuſque Doctores vtuntur, quando cenſent non poſſe puniri pœna legis, vel ſtatuti illum, qui huius pœnæ ignarus ſit. Quod nullo modo eſt aſſerendum, aliter enim fatebuntur non eſſe puniendos pœna legis communis ſpecialem pœnam adulteris conſtituentis, aut inceſtis, aut furibus, qui adulterium, inceſtum, aut furtum commiſerunt, ſcientes ſe id ſcelus agere, ignari tamen ignorantia probabili pœnæ ſtatutæ; ſed hoc nequeunt negare, imò fatentur ruſticos etiam poſſe hac pœna iuris communis puniri. Igitur vt puniantur illa pœna, ſufficit quòd actus ſit alioqui iure diuino, vel humano vetitus, quod quis ſcire debet, nec requiritur, quòd ipſe delinquens ſciat hanc, vel illam pœnam contra tale crimen admittentes, eſſe conſtitutam. ita Couar. præallegatus, quibus accedunt Martin. à Ledeſm. 2. *part. 4. quæſt. 24. art. 6. ad fin.* & Medin. 1. 2. *quæſt. 76. art. 3. fin.* Sed ſatis eſſe ſcientiam prohibitionis, alioqui ſolùm viri docti qui ſcientiam pœnarum haberent, non verò ignari, ac ruſtici, & fœminæ incurrent, cùm hos, & alios pleroſque plerumque pœnæ lateant.

212. Ad hæc adde, quando magiſtratus procedit contra forenſes, qui delinquunt in ſuo diſtrictu, ſi ſtatuta localia in pœnis non deuiant à iure communi, forenſes eſſe puniendos ſecundùm diſpoſitionem iuris communis, & in hoc nemo dubitat. Quod ſi ſtatuta loci imponant pro eo delicto aliam pœnam, ſunt, qui putent poſſe forenſes, non ſolùm iuxta ius commune, ſed etiam iuxta ſtatuta puniri. Ita Felin *in cap. à nobis, 1. num. 1. de ſentent. excommunic.* & eſſe communem tradit Abbas *in cap. fin. de foro compet.* Felin. *ibi num.* 24. & ſeruari hanc opinionem vbique dixit Alber. in 3. *part. ſtat. quæſt.* 1. ſed melius alij ſic diſtinguendum putant: Aut delictum eſt etiam per ius commune interdictum, aut non eſt interdictum de iure communi, ſed ex ſtatuto dumtaxat illius loci, vbi committitur; ſi primo modo eſt prohibitum, tunc delinquens cùm non ſit de iuriſdictione iudicis, non poteſt puniri pœnis ſtatuti illius loci, niſi habuiſſet ſcientiam illius pœnæ, vel fuiſſet in ignorantia ſupina, aut affectata. ita Bartol. *in l. cunctos populos, num. 21. C. de ſum. Trinitat.* quam Iaſon ibi tanquam communem tuetur *in 1. lectura, num.* 30.

Ego verò abſolutè dico contra Bartol. *in d. l. cunctos populos*, forenſes & alios probabiliter ignorantes pœnas locales vltra pœnas a iure communi ſtatutas debere nihilominus ſubmitti pœnis ab ſtatuto loci, in quo delictum admiſerunt, impoſitis; ex quo intendunt delinquere, & committunt delictum per ius commune vetitum. Gandin. *in tit. de pœn. reor. num.* 16. & Marian. *in cap. poſtulaſti, num. 6. de foro compet.* vbi teſtantur de communi. Bartoli tamen opinionem dixit communem, & æquiorem Marcill. *in l. fin. n. 81. ff. de iuriſdict. omn. iud.* non tamen illam puto veriorem in pœnis ſæcularibus. Non enim eſt neceſſarium, quòd delinquens habeat ſcientiam pœnæ impoſitæ per legem aliquam, vel ſtatutum, vt ipſam incurrat, quando peragit actum alioqui reprobatum; ſed ſatis eſt quòd ſciat, vel ſcire teneatur actum eſſe illicitum. Ita Anton. Abbas, & Felin. *in d. cap. à nobis*, quos refert, ac ſequitur Couar. *in d. cap. Alma mater, 1. part. §. 10. num. 8. de ſentent. excommunic. in 6.* Secus in ſpiritualibus pœnis, de quibus proximè diximus, & paulò infrà dicemus.

Aduersùs contrahentes inceſtas nuptias extat excommunic. ipſo facto, nulli tamen reſeruata, *in clem. vnica, de conſanguinit. & affinit.* Quoad perſonas eſt vniuerſalis: debet tamen matrimonium contrahi ſcienter in gradu prohibito cum conſanguinea, vel affine. Ideo non ligantur ignorantes probabiliter, vel inuincibiliter; ſecus ſi ignorantia eſt affectata. Gloſſ. *in d. clem. in verb. ſcienter.* Antonin. *part. 3. tit. 25. cap.* 34. Caiet. *verb. excommunicatio, cap.* 47. Tabien. *eodem verb. 5. caſu 49. num. 3. §. 2.* Syluest. *eod. verb. 9. num. 76. §. quadrageſima prima, verſ. prima*, quod habet locum de ignorantia facti probabili, & non affectata. Nauar. tamen *in manuali, cap. 27. num. 141. §. quadrageſima, verſ. 4.* opinatur in conſcientia excuſari etiam ab excommunicatione habentes craſſam ignorantiam, quæ dicitur eſſe hoc loco illa, qua quis ignorat id quod communiter omnes, ſui ordinis ſciunt, & quod ipſe ſcire debet, & poteſt. Atque ita ait ſe conſuluiſſe in ſacro Pœnitentiariæ prætorio. Quod ſi contrahentes ignorent ius; verbi gratia, neſcientes quartum gradum eſſe prohibitum, iam diximus *num.* 210. quid ſentiendum ſit. 213.

Quoad ignorantiam facti quæ datur, quando ignoratur opus aliquod eſſe factum, puta quando quis ignorat nuptias inter perſonas iſtas eſſe contractas, vel eſſe ſententiam excommunicationis latam contra contrahentes inceſtas nuptias, ſi vnus contrahat ſcienter, & alter ignoranter, ſciens ligatur cenſura, niſi contraxerit nuptias per vim, vel per metum cadentem in conſtantem virum; in hoc enim euentu non incurritur hæc pœna. Syluest. *verbo, excommunicatio, 9. num. 78. verſ. quintò.* poſt Gloſſ. *in d. clem. in verbo, matrimonialiter.* Tabien. *excommunicatio 5. caſu 49. num. 3. §. tertiò*, & Nauar. *in manuali, cap. 27. n. 141. §. quadrageſima, verſ. Octaua.*

Quod ſi quis contraxerit ignoranter inceſtas nuptias, quamuis poſtea cognoſcat gradum vetitum, non ligatur excommunicatione, niſi de nouo nuptias contrahat; ſi enim non contraxerit de nouo, etiamſi cohabitet deinceps, nec ſeparetur, excuſabitur ab excommunicatione licet commercium carnis habeat. Ratio eſt, quia excommunicatio non fertur in inceſtuoſos, ſed in contrahentes ſcienter inceſtas nuptias. Item quoniam

tales

tales nequeunt ſeparati per mutuum conſenſum, quoad cohabitationem ſine iudicio Eccleſiæ, quidquid Caietano videatur. ita Angel. *verb. excommunic.7.caſu 41 num.*1. Syluest.ſuprà ſcriptus *num.* . *verſ.Secundo.* Nauar. *d.cap.*27.*num.*141. *ver. Sexta*, & Diuus Antonin. *part.* 3. *tit.* 25. *cap.*34. Clar. *in pract.§.inceſtus,num.*9. & conſtat ex gloſſ.*in d.clem.vnica,in verbo,ſcienter, de conſanguinit. & affinit.* quæ eſt communiter recepta. Couar.*in epitome* 2.*part.*6.§.8.*num.*19.

Non etiam ligantur excommunicatione contrahentes ſponſalia de futuro cum conſanguinea, vel affine inter gradum prohibitum, ex eo, quòd hæc clement. *de conſanguinit.& affinit.* ſit pœnalis: ideo non debet extendi ex gloſſ.*ibi,in verbo, contrahere.* Ita Caiet.*d.cap.*47. Nauar.*verſ.quinta,* & Syluest. *verb. excommunicatio* 9. *num.*78.*verſ. Sextò,vbi proximè*; nec ſufficit copula,vt incurratur cenſura, quia cenſura imponitur contractui matrimoniali,non verò copulæ,niſi ſequatur poſt matrimonium. Vnde ſatis eſt ad contrahendam pœnam contractus ſcienter etiam ſine copula, Caietan. *ſupra*, quidquid alij minùs bene innuant.

Quid de pœnis corporalibus contrahentibus inceſtas nuptias impoſitis? Reſponde non eſſe puniendos pœna mortis,ſed eſſe pœnam exilij, aut verberum,ſi fuerint perſonæ viles per text.*in Authent.inceſtas nuptias,C.eod.tit.*gloſſ.*in § ſi aduerſus, in fin. in verbo,alias pœnas, inſtit. de nuptiis.* Couar.*d.*2.*part.cap.*6.§.8. *num.*5. Foller. *in pract. crimin. part.*6.*fol.*376. *vol.*2. *in princip.* Theſaur. *deciſ. Pedemont.*100. *num.*3. & Menoch. *lib.*2. *de arbitr. quæſt.centur.*6. *caſu* 502. *num.*55. quod extende etiam ſi quis contraxerit inceſtas nuptias prohibitas à iure gentium cum conſanguinea, adhuc contrahens non eſt puniendus pœna capitali. Ratio eſt, quia ſi inceſtus ſine matrimonio ſecundùm veriorem non punitur pœna mortis, ſed minori; pari ratione non debet puniri pœna capitali inceſtus ſub velamine matrimonij commiſſus. Vnde caue ab Alber.*in l.ſi adulterium cum inceſtu.* §. *ſtuprum, num.*4.*verſ.primo caſu, & iterum infra in verſ. alij tamen dicunt, ff. ad Iul. de adulter.* exiſtimante pœnam inceſtarum nuptiarum eſſe capitalem. Nam quamuis maior videatur pœna inceſtus ſcienter commiſſi ſub figura matrimonij, quàm puri inceſtus abſque matrimonio, eo quòd qualitas matrimonij videtur aggrauare inceſtum, & contemptum ipſius ſacramenti inuoluere; nihilominus adhuc pœna mortis non eſt exequenda, ſed mitiùs delinquentes debent puniri. Quin imò meo iudicio in foro externo quando quis accedit ad conſanguineam ſub colore matrimonij, datur aliqua excuſatio: Secus quando accedit ad illam ſine figura matrimonij, quæ declaratio probatur ex text. *in l.fin.ff.de condict.ſine cauſa,* ibi, *non enim ſtupri, ſed matrimonij gratia datam eſſe.* Quam ſententiam probat Anton. in l.80.*Tauri,num.*15.*verſ.iura autem ſuperiora,* Petr.Gregor. *in ſyntagmate iuris, lib.*9. *cap.*1 *num.*4. *& lib.* 36. *cap.*7. *num.* 2. *in fin.* & Practica Monteleonis *part.* 4. *folio* 137. *numero* 128.

Vltra pœnas corporales contrahentibus impoſitas filij eorum geniti ex inceſtis nuptiis non poſſunt legitimari. Bermond. *de public. concub. rubr. de inceſtu, num.* 8. *in fin.* Neque per ſubſequens matrimonium. Farin. *in pract. criminal. quæſt.*149. *n.*141. Neque per reſcriptum ſupremi principis, niſi in eo expreſsè ponatur clauſula derogatoria. Item filij ipſi ſunt inhabiles ad conſequendum bona parentum,tam ab inteſtato,quàm ex teſtamento,ſed omnia fiſco applicantur, Auth. *ex complexu, C. de inceſtis nuptiis, §. ſi aduerſus, inſtit. de nupt.* Eo quòd dicuntur non habere patrem, Bermond.*de public.concubin.rub.de inceſtu, num.*7. Ghriland. *de pœn. omnifar.coitus, quæſt.*2. *num.*8. & Menoch. *dicto caſu* 502. *num.*60. *cum ſequentib.*

Pœna autem hæc confiſcandi bona non habet locum in inceſtu ſimplici, ſed in eo tantùm qui committitur ſub ſpecie matrimonij. Duen.tamen *in regul.*150.*in* 1.*ampliat.* cum aliis non admittit hanc diſtinctionem, ſed illam probat Iacob. de Aret.*in d. Auth.inceſtas,* quem ſequitur Peregrin. *de iure fiſci,lib.*5.*tit.*1 *num.*17.& ex antiquioribus eam docent Cyn. & Bald. *in d. Auth. inceſtas.* Afflict. *in cap.*1. *in gloſſ. bona contrahentium, n.*3. *&* 5. *in tit. quæ ſint regalia.* & Marian. Socin. ſenior *conſ.*12.*num.*23.*lib.*1. ideo contrahentes inceſtas nuptias dominio rerum ſuarum priuantur, non verò ſimplices inceſtuoſi, §. *ſancimus*, & ibi gloſſ. *in verbo, imminuere,in Auth.de inceſt.nupt.* Iul.Clar.§.*inceſtus, num.*2. *verſ. & ſcias,* vbi concludit contrahentes hoc modo ipſo iure amittere dominium ſuorum bonorum,neque exigi ſententiam,aut declarationem aliquam ſecundùm gloſſ. *in d. Auth. inceſtas, verb. Mox,* & eſt communis teſte Bermond. *de concubin. rubric. de inceſt. num.*11.

Verius tamen eſt ſemper requiri ſententiam ſaltem criminis declaratoriam. ita Sanch. *in præcepta Decalogi,lib.*2.*cap.*22.*num.*3. & clariùs *n.*7. *&* 14. vbi concludit poſt alios exigi ſententiam ad ea bona reſtituenda fiſco,quia quamuis lex humana poſſet imponere pœnam ipſo facto adimplendam in foro conſcientiæ ante ſententiam; nihilominus id poterit procedere in pœnis leuibus, & ordinariis, non verò in pœnis extraordinariis, qualis eſt pœna priuationis omnium bonorum. Nec enim eſt rationi conſonum, vt delinquens ſit ante ſententiam iudicis ſuæ extraordinariæ pœnæ metus exequutor, ſed ſatis eſt, quòd ipſe illam per iudicem patiatur. Sic Alex. *in l. ſi quis maior, num.*13. *C. de tranſact.* & ibi Padill. *num.*58. Decius *in cap.*2. *in* 1.*lectura,in noua editione, poſt* 5. *concluſionem, num.*73. *de conſtit.* niſi manifeſtiſſimis verbis legiſlator exprimat ſtatim ante vllam ſententiam reum eſſe pœnæ impoſitæ obnoxium, qualia verba non ſunt ipſo iure, aut ipſo facto, quam opinionem ex noſtris ſequuntur Molin.*de iuſt.tom.*1.*diſp.*65.*col.*7. *verſ.contrariam ſententiam.* Valent.1.2.*diſp.*7.*quæſt.*5.*punct.*6. *quæſt.*3. *col.*16. *verſ. ex quo deinde, &* 2.2. *diſp.*2. *quæſt.*12.*punct.*2. *ad fin.* Vaſq. 1. 2. *quæſt.*96. *art.*5. *diſp.*170. *toto cap.*3. Sà *in ſumma, verb. fiſcus,n.*4. Azor. *tom.*1. *Inſtit, moral.lib.*5.*cap.*7.*quæſ.*1.*&* 3. *& lib.*8. *cap.*12.*quæſ.*3. Gomez 3.*var.cap.vlt.n.*3. Azeued.*lib.*2.*recopil.tit.*1.*rubrica,num.*24.*& lib.*8. *tit.*3.*l.*1 *num.*186. Matienz. *lib.*1.*recopil.tit.*2.*l.*2. *gloſſ.*5 *n.*4. *& tit.*8.*l.*6. *gloſſ.*8. *num.*8. *& tit.*9.*l.*10. *gloſſ.*3. *num.*2.

Quin imò addunt Matienz. *d.lib.*5.*recopil.l.*6. *num.*8.*gloſſ.num.*8. & Azeued. *d.lib.*3.*tit.*1.*rub.*24. *num.ad fin.* etiam poſt ſententiam declaratoriam, & condemnatoriam non teneri priuatos bonis ſuis tradere illa fiſco, ſed ſolùm teneri non reſiſtere, quãdo ſententiæ executio...cum ipſi non teneantur ſententiam exequi. Molin. *ſuprà, diſp.*66.

col.3.verſ.addit optimè, & diſp.95. verſ.ad ſecundum principale. Henriquez lib. 13. de excommunic. cap.56. num.3. in comment.litera I. Couat. in epitome,2.part.cap.6.§.8. n.10. coroll.2. Simanch. de Cathol.Inſtit.tit.9.num.184. & num.209. Azor ſupra,lib.5.cap.8.quæſt.4. & lib.8. cap.12. quæſt.4. & Fernand. Vaſq. lib.1. controuerſ. illuſtr. cap.28. num.14.quod intellige quando iudex condemnat reum ad pœnam dumtaxat. Secus ſi reum condemnet ad certam pecuniæ ſummam ſoluendam. Molin. d.diſp.95.ad fin. Nauar. in ſumma,cap.23. num.66.& Simanch.præallegatus.Sed de hac materia diximus ſupra, diſp.2.§.4. a num.166. vſque ad 172. & dicemus infra, §.ſequenti, num. 249. cum mentio fiet de reis præpoſteræ turpitudinis.

214. Sed petes quid dicendum de filiis contrahentium inceſtas nuptias ignoranter? Reſponde filios genitos ex eo matrimonio putatiuo ſuccedere parentibus, ſicut legitimi ſuccedunt. Ruin. conſil.100.num.1.& ſequent.in primo dubio,lib.3.conſil.68. num.2.eod.lib. vbi addit hoc procedere ſiue adſit ignorantia iuris, ſiue facti error. Sequitur Duenn. regul.150. in 2. limitat. Decius conſ.153. col.2.Curt.Ion.conſ.27.col.3.verſ.Sed quid fortius, vbi decidunt hoc eſſe verum, ſiue vterque, ſiue alter coniux ignorauerit impedimentum. Sunt enim filij nati in figura matrimonij. Ideo de iure communi ſuccedunt parenti & aliis patri coniunctis. Roland. conſ.93.n.18. vol.3. Imò ex Bald. in cap.1.§.naturales,col.3. ſi de feud. fuer.controuerſ. inter domin. & agn. hi filij ex matrimonio putatiuo ſuſcepti ſuccedunt in feudo, & poſſunt ad ordines aſcendere veluti legitimi per gloſſ. & ſcribentes in cap. ex tenore, qui fily ſint legitimi. Iaſon conſ.156.col.1.vol.4. Decius conſ.153.col.2. cum aliis,ex ea ratione,quia quando agitur de fauore filiorum,leges tantum, quantum poſſunt filiis fauent, vt in dubio cenſeantur legitimi, Bald. in l.filium,col.fin.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iuris, & conſtat ex l. miles, §. defuncto, ff. de adulter.

An verò pater contrahens inceſtas nuptias mala fide poſſit filiis ſuccedere, ſicut filij patri, vide quæ ſunt infra lib.3.diſp.6.§.6.num.95.

215. Portò quando dantur inceſtæ nuptiæ, matrimonium diſſolui certi iuris eſt, vt conſtat ex clement.1.& ibi ſcribentibus de conſanguinit.& affinit. & ex cap.ſæculares 33. quæſt.2. cap.1. & 2. & cap. non debet. de conſanguinit. & affinit. Dias in practic.crimin.cap.84. in verbo, inceſtus,num.3.in fin.& ibi Salzed. litera R, in verb.deponatur,verſ. laicus verò, & Gregorius in ſyntagm.iuris, lib.36. cap.7.num.2.in fine,& lib.9.cap.12.num.4.vbi ſubdit hoc habere locum cauſa cognita, & interpoſito decreto Epiſcopi, non verò auctoritate propria, Menoch. de arbitr. quæſt..lib.2. d.caſu 502. num. 48. non tamen eſt neceſſaria auctoritas publica ad ſeparationem tori; imò ipſi tenentur omnino abſtinere in poſterum ab inceſtu committendo; quod etiam habet vim, & obligat quando nuptiæ ſunt contractæ inter perſonas cognatione ſpirituali copulatas, quia carnalis cognitio inter illas facit inceſtas nuptias, eo modo de quo ſuprà, & earum pœnas ſecum trahit teſte Ghril. de pœnis omnifar.coitus,quæſt.3.num.5.iuncto verſ.eaſdem quoque pœnas.

Vnde propter cognationem ſpiritualem etiam matrimonium contractum diſſoluitur ex traditis à Bermond. de public.concubin.rub.de inceſt.n.2.in fin. & probat text. in cap.veniens, extra de cognatione ſpirituali. Farin. in pract. quæſt.149.num.48. & 145.vbi num.146. addit etiamſi contractæ ſint nuptiæ ab ignorantibus, & quod magis eſt, putat Boër. habentem acceſſum deciſ. 318. num.3.ad commatrem ſuam puniendum eſſe pœna capitali. Sed oppoſitum puto verius, quando inceſtus contigit cum commatre ſub figura matrimonij. Ideo poſſe puniri pœna mitiori arbitrio iudicis docet Belon.conſ.84.num.6. Iul.Clar. num.4.verſ. item quæro,& Petr.Caball.reſolut.crimin.caſu 200. num.6.ad fin.& num.68.& 69.

216. Quid de minoribus contrahentibus inceſtas nuptias? Reſponde minorem ætatem excuſare à pœna ordinaria, non verò à pœna mitiori. Gloſſ. in d.l.ſi adulterium cum inceſtu,in princip.in figur. caſus, verſ. item parcitur minori ætati, & ibidem in §.inceſtum autem in verbo,vel ætate. & Bartol. in d.l.ſi adulterium cum inceſtu, in princip.ff.ad l. Iul. de adulter. eo quòd in minori præſumitur ignorantia,idem Bart. ibi num.9. & 10. Sequitur Ruin.conſ.100.num.4.& conſ.108.lib.3. vbi declarat in minore præſumi iuris ignorantiam, quæ minorem excuſat,ſecundùm etiam Cyrill.in ſumma crimin. part.2.rub.de public.iudic.§.4.poſt n.6. verſ. vnde ſi iam fœmina, etiamſi inceſtus commiſſus ſit prohibitus de iure gentium, Angel. de malef.in verb.che hai adulterato la mia donna, num.67.verſ.ſi erat maſculus, & Bermond. de public.concub.rub.de inceſtu,num.14. verſ.vel ſi contrahentes erant minores; præſertim ſi minores facti maiores ab inceſtis nuptiis abſtinuerunt, à pœnis excuſantur: ſecus ſi non receſſerunt per l.qui contra,C.de inceſtis nupt. prout vult Practic. Conrad.rub.de inceſt.num.17.& Menoch.de arbitrar.quæſt..lib.2.d.caſu 502.num.8.

Cæterùm quamuis gloſſ. in d. l. ſi adulterium cum inceſtu,§.fratres,in verb.propter ætatem, verſ. item minor ætas, & ibi Albet. §. ſtuprum, num.2. verſ.ſi autem ignorat ius gentium. Minores excuſent in totum à pœnis inceſtarum nuptiarum, ſi contrahant matrimonium, verius eſt illos non in totum excuſari, ſed mitius puniendos eſſe, quod etiam eſt de mente ipſius gloſſæ intellectæ, vt conſtat ex aduerbio, modicè, quod non excuſat in totum à pœnis,ſed debere puniri modicè,hoc eſt pœna mitiori,ſiue matrimonium ſit interdictum de iure ciuili,ſiue de iure gentium. Sic Bermond. de public.concub. rub. de inceſtu, num.15. & Menoch.cum aliis d.caſu 502.num.45.

217. Additur cæteris pœnis adhuc alia contrahentibus inceſtas nuptias,nempe illos non poſſe cum aliis contrahere matrimonium cap.1.& 2. & cap. transmiſſa. extra de eo qui cognouit conſang.vxor. ſuæ, & cap. qui propinquam.35. quæſt.3. Salzed. in additionib. ad Bernard. in practic. crimin. canon. cap.84.litera B,in verb.deponatur,verſ.laicus verò,in fin.Gregor.in ſyntagm.iuris,lib.9.cap.11.n.4. verſ. Sed iure eodem, & Menoch. d. caſu 502. num.89.& 106. Quod intellige ſi ſcientes impedimentum contraxerint; ſecus ſi ignorabant, ſe eſſe conſanguineos, vel affines,vel aliqua alia cognatione coniunctos; quia cum hæc reſolutio, quoad hanc partem, ſit pœnalis, ſtrictè eſt accipienda.Probatur ex cap.2.de conſtitution.in 6. vbi deciditur ignorantes non ligari ſententiis, quod decretum, cùm generaliter loquatur de ignorantibus,verbum,ignorantes,latè eſt accipiendum,ita vt extendatur, non ſolùm ad ignorantiam iuris, ſeu facti,ſed etiam ad ignorantiam pœnæ. Quod probat & admittit Sanch,lib.9.de matrim.diſp.32. num.13.

*n.13.* quando pœna eſt excommunicationis, poſt Angel. *excommunicatio,7.caſu vlt.num.3.*& Henriquez *lib.13.de excommun.cap.21.n.1.cap.23.n.2.* Nauar. tamen *in ſumma,cap.23.Hiſpan.num.45.& in Latin. num.47. verſ. addo his*, ait ignorantiam pœnæ non a ſola excommunicatione liberare,ſed ab ea qualibet pœna regulariter eximere delinquentem.

218. Nec eſt dubium ignorantiam facti inuincibilem,ſeu vt loquuntur Iuriſtæ,probabilem,excuſare à pœna inceſtarum nuptiarum *cap.qui propinquam,in fin.in verbis,niſi ignorantia excuſentur,& cap.quidam fornicatus eſt,34.quæſt.2.* Gloſſ.& Bartol.*in d. ſi adulterium, §.ſtuprum, in verb.errore iuris, num.6. & 7. verſ.ſolutio,id fecit ſcienter, & num.9.ff.ad l.Iul.de adult.* Idem dico de ignorantia iuris inuincibili, Bart.*ſuprà, num.11.verſ.aut fuit ſciens.* Duenn.*regul.150. in 2. limitat.* & alij communiter.

219. Quæſtionis tamen eſt, an ſufficiat ad euadendam pœnam corporalem & bonorum amiſſionem contrahentibus inceſtas nuptias impoſitam quæcumque ignorantia etiam iniuſta,& quęcumque ratio ſiue iuſta, ſiue iniuſta,ob quam contrahentes moti fuerunt ad contrahendum. Bartol. *vbi proximè* affirmat *d.verſ.aut fuit ſciens.*& Anchar. *conſ.391.* videtur prima facie dicendum *num.5.* quibus accedit Angel. *de maleſic.in verb. che hai adulterato la mia donna,num.67.* vbi volunt contrahentes inceſtas nuptias non puniri in perſona, neque in bonis, niſi quando ſcienter, & fraudulenter contrahunt,atque ita quamcumque ignorantiam ab illa pœna excuſare. Sequitur Imol.*in d.clem.de conſanguin.& affinit.*& Couar. *in epitome, part.2.cap.6.§.8.num.21. verſ. quartò*, quatenus ait pœnam amiſſionis omnium bonorũ, quæ infertur contrahentibus inceſtas nuptias iure authenticorum non habere locum, data in ipſis contrahentibus ignorantia iuris, vel facti, etiam craſſa,& quæ ex lata culpa contingat. Nam quando dolus expreſſè ad pœnam requiritur, lata culpa non ſufficit,*l.igitur,§.& generaliter,ff.de liber. cauſ.*& Bartol. *in l.1.§.1.ff.ſi quis teſt.liber.eſſe iuſſerit*, & notant Abbas,& Felin.*in cap.2.de conſtitut.* Iul.Clar. *in pract.§.inceſtus,num.8.verſ.excuſatur inceſtum committens*,vbi teſtatur de communi nō procedere pœnam amiſſionis bonorum, quando datur ignorantia in ipſis contrahentibus iuris,vel facti,etiam ex craſſa,& lata culpa. Quæ opinio cùm ſit mitior, non poteſt non placere mihi. Mihi autem non diſplicet quantumcumque craſſa ſit, dummodo non ſit tam craſſa ignorantia, vt ſit ingens temeritas id ignorare,vt diximus *ſupra, num.211. verſic. quod ſi ignorantia ſolit.*

Non tamen caret hæc ſententia ſuis contradictoribus, qui moti à lege *qui contra, C. de inceſt. nupt.* illis verbis, *aut errore acerrimo non affectato inſimulatorio, neque ex vili cauſa decepti ſunt*, docent non excuſare à pœnis ignorantiam iniuſtam,& non inuincibilem contrahentes hoc modo, eo quod requiritur error iuſtus, & ignorantia probabilis. Quam partem tenet Bermond. *de publ. concub.rubr.de inceſt.num.14.* Cyrill. *in ſumma crimin.part.2.rubr.de public.iudic.§.4.poſt num.6.verſ.vnde ſi tam fœmina*,& Ghril.*de pœnis omnifar.coitus,quæſt.2. num.6. verſ. dummodo non ſit ignorantia craſſa,& affectata*,qui omnes,vt excuſent contrahentes, exigunt ignorantiam, tam facti,quam iuris probabilem,ſeu inuincibilem.

Alij aliter reſpondent in nuptiis inceſtis de iure ciuili excuſari contrahentes ab ignorantia etiam craſſa, & à qualibet credulitate etiam iniuſta; longè aliter quando nuptiæ inceſtæ prohibentur de iure gentium, aut naturali. In quo euentu ob ignorantiam iniuſtam non excuſantur contrahentes à pœnis. Azor *in ſumma, C. ad l.Iul. de adulter. num.24. verſ.ſi committatur a fœmina.* Hoſtienſ. *in eadem ſumma, de adulter. num.13. verſ. Sed ſi committatur à fœmina*;& multò minus excuſat ignorantia in nuptiis vetitis de iure diuino. Angel. *de maleſic. in verb. che hai adulterato la mia donna,num.66.verſ. Sin autem à fœmina.* Roman.*conſ.506.num.6.verſ.Ita igitur*, & Menoch. *lib.2. d.caſu 502.num.91.* ſiue contrahentes ſint maſculi, ſiue fœminæ, quæ diſtinctio videtur eſſe de mente Couar. *d. 2. part, cap.6.§.8. num 22. verſ. Secundo communis opinio procedit, quoad pœnam, non tamen in ignorantia craſſa, & quæ in ipſo iure gentium verſatur*, per *l. fin.ff.de ritu nupt.* vbi iuriſconſultus ſcribit in coniunctione matrimoniali, quæ prohibetur de iure gentium,non excuſare ignorantiam, quod etiam placet Bartolo *in d. l.ſi adulterium,§.1.* quem refert,ac ſequitur ipſe Couar. 220.

Non tamen hinc ſequitur, ſicut ignorantia in ipſis contrahentibus iuris, vel facti etiam craſſa, & quæ ex lata culpa prouenit,excuſat contrahentes à pœna amiſſionis omnium bonorum,non ligari ignorantes ex ignorantia etiam craſſa, & ex lata culpa excommunicationis pœna *d.clem. de conſanguin. & affinit.* vt ibi notat Imol.vt tradunt Aſtenſ.2.*part.lib.7.tit.1.caſu* 81. D.Antonin.3.*p. tit.24.c.34.* & Tabien. *in verb.excommunicatio 5. caſu 49.§.2.* qui putant ſolùm excuſari ab excommunicatione,quando datur inuincibilis ignorantia, non verò quando datur ignorantia craſſa, vel ſupina facti, aut iuris, tunc ignorantia non excuſat à cenſura, ex eo fundamento,quia contrahentes hoc modo peccant mortaliter, & pro peccato excommunicatione ligantur, etiam ignoranter, cùm ea ignorantia ſit craſſa, & ex lata culpa proueniat. Quibus accedit Sayr. *de cenſur. lib. 1. cap.18.num.23.* quorum ſententia eſt probabilior. Illa verò quam tenet Couar. *d.num.21.* dum aſſerit data ignorantia in ipſis contrahentibus iuris, vel facti etiam craſſa,& ex lata culpa prouenientе,excuſare à publicatione omnium bonorum, & ex conſequenti à pœna excommunicationis, videtur probabilis, vix tamen in praxi admitti debet ob periculum incurrendi illam, non tamen omnino reiicienda eſt propter auctoritatem ipſius Couar. & aliorum,quibus ipſe adhæret *dicto num.21. ad fin. verſ. Ex quibus infertur.*

His adde dubitationem, quæ ſolet excitari, 221.
quando quis committit peccatum mortale, cui annexa eſt excommunicatio, & inuincibiliter ignoratur eſſe impoſita, an incurratur à delinquente? Reſpondeo primò, quando excommunicatio fertur à canone, aut ſtatuto, aut à mandato ſpeciali pro actu iure diuino minimè prohibito, ſed ſolo iure poſitiuo, excuſari delinquentem à peccato, & à pœna excommunicationis data ignorantia inuincibili canonis, aut ſtatuti, aut mandati excommunicationem imponẽtis. Quod procedit ſiue canones ſint editi ab Epiſcopo,ſiue a Summo Pontifice. Ratio,quia excommunicatio non fertur niſi pro peccato, & contumacia; hæc autem non dantur vbi reperitur ignorantia inuincibilis. Item, quia ſententia,& lex non afficit

igno-

ignorantes *cap. ignorantia, de regul. iuris in 6.* & gloſſ. *in cap. a nobis, 1. in verbo, non niſi ſubditi,* & Abbas *ibi num 9. de ſentent. excommunic.* Henriquez *lib. 13. de excommunic. cap. 23. num. 2.* Suar. *tom. 5. in 3. part. diſp. 4. ſect. 8. num. 2.* Sanch. *de matrim. lib. 9. diſp. 32. num. 8. per totum*, & Auila *de cenſur. 2. part. cap. 5. dub. 7. verſ. tertia ſententia, folio 87. col. 2. ad fin.* Suffragatur cap. *cognoſcentes de conſtit.* vbi dicitur legem latam de nouo non ligare illos, qui ante promulgationem illius deliquerunt, eo quòd ignorabant legem; ſed qui ignorat inuincibiliter latam eſſe legem ita ſe habent, ac ſi lex lata non ſit. Igitur non ligantur pœnis in lege contentis. Item, quia nemo debet puniri ab eo quem non læſit, ſed iſte ignorans cenſuram ab Eccleſia latam propter ignorantiam Eccleſiæ non paruit, nec eam formaliter offendit, igitur non meretur, quòd puniatur.

222. Reſponde ſecundò, quando aliquis actus eſt prohibitus iure diuino, vel naturali, & poſtea interdicitur lege aliqua noua ſub excommunicatione latæ ſententiæ, ignarum legis nouæ, conſcium tamen præcepti antiqui ſecundùm aliquos incurrere in cenſuram, ſi peragat actum prohibitum, ſiue cenſura lata ſit iure communi, ſiue conſtitutione alicuius prælati inferioris, ex ea ratione, quia ignorantia facti non verò iuris excuſat, ſecundùm *l. iuris, & l. error, ff. de iuris, & facti ignorantia.* Probat text. *in d. cap. ignorantia de regul. iuris in 6.* vbi habes ignorantiam facti excuſare, non autem iuris; in quo loco Pontifex loquitur de ignorantia inuincibili iuris. Nam ſi de vincibili ſermo eſſet, ignorantia facti non excuſaret. Item, quia obligatio ad pœnam eſt naturalis. Ergo qui furatur etiamſi ignoret pœnam furantibus impoſitam, laqueo finit vitam. Sic in noſtro caſu de excommunicatione, aliàs infidelis pœnas inferni peccato mortali debitas ignorando, ab inferno eximeretur, quod non eſt dicendum. Ob quas rationes amplectuntur hanc partem Gloſſ. *in cap. a nobis, 1. verbo, non niſi ſententia excommunicationis.* Couar. *in cap. Alma mater, 1. part §. 10. à num. 9. vſque ad* 12. vbi ait hanc eſſe probabilem, Sot. *in 4. diſt. 22. quæſt. 1. art. 2. ad fin. ante quartam concluſionem.* Barthol. à Ledeſma *de pœnis.* vbi de excommun. *dub. 5.* Facit etiam, quod pœna habet de ſui natura, quòd ſit inooluntaria; ergo quamuis ignoretur, non euaditur, ſicut in foro ſæculari homicida, & adulter de lege noſtra ſuſpenduntur, etiam ſi pœnam ignorent. Hæc ſententia eſt probabilis, quoad eam partem, quæ id docet de iure communi.

223. Probabilior tamen eſt ignorantiam inuincibilem excuſare à pœna excommunicationis latæ pro delicto alioquin lege diuina interdicto. Vnde quamuis delinquens ſciat actum de ſe malum, & reprobatum, ſi tamen inuincibiliter ignoret pœnam excommunicationis, non incurret illam. Ita D. Thom. *in quodlibet. 1. art. 19.* vbi vult, quòd ille qui ignorat inuincibiliter, & agit contra conſtitutionem Papalem, non peccat, ergo non ligabitur cenſura, eo quòd ad excommunicationem exigitur contumacia, & inobedientia contra præceptum Eccleſiæ, *Matth. 18.* ibi, *Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi tanquam Ethnicus, & Publicanus,* Qui verò ignarus eſt præcepti Eccleſiaſtici, nec contumax, nec rebellis vocari poteſt, non ergo ligabitur excommunicationis pœna. Sequitur Ioan. Andr. *in d. cap. vt animarum,* & Gemin. *ibi, de conſtitution. lib. 6.* Hoſtienſ. *in d. cap. a nobis, de ſent. excommunic. verſ. ad quod diximus,* vbi Anton. *num. 8. & 9.* Abbas *num. 9.* Felin. *num.* [illegible] hanc ſententiam probant; quibus adhærent Sayr. *de cenſur. lib. 1. cap. 18. num. 31. verſ. Sexta propoſitio.* Canned. *in ſumma ſacram. vbi de excommunicat. cap. 13. num. 15.* Henriquez *de excommunic. lib. 13. cap. 23. num. 2.* Auila *de cenſur. vbi proximè, fol. 87.* Suar. *tom. 5. in 3 part. diſp. 4. ſect. 8. num. 2.* & Sanch. *de matrim. lib. 9. diſp. 32. num. 9.* quia ignorans ſolùm ius naturale, & diuinum, offendit cùm illud ſciret, non autem ius poſitiuum, quod ignorabat inuincibiliter; ergo ſolùm ligabitur ignorans pœnis iuris prioris naturalis ſcilicet, & diuini.

Reſponde tertiò, multo fortiùs excuſari à ſententia excommunicationis lata à prælatis inferioribus, quamuis cadat ſuper actu iure diuino naturali prohibito, eo quòd hic ignorans, ſolum ius naturale, & diuinum offendit contra quod ſe ire ſciebat, non autem ius poſitiuum, quod inuincibiliter, ſeu probabiliter neſciebat. Conſtat ex *cap. propoſuiſti, diſt. 82.* quod eſt Innocent. I. item ex illo axiomate, *ignorantes non ligantur ſententiis,* & quamuis ius indicens nouam pœnam imponat rei antea vetitæ, eſt prorſus ius nouum quoad pœnam additam, vnde ſicut inuincibiliter ignorantes ius nouum excuſantur à tranſgreſſione illius, ſic etiam excuſantur à pœna in vtroque foro. Non ergo ligabuntur tranſgreſſores excommunicationis vinculo vt vltra præcitatos docent Nauar. *in ſumma, cap. 27. num. 59. & in cap. cum contingat, cauſa 14. nullitatis, remed. 2. num. 7. & cap. accepta, de reſtit. ſpoliator. oppoſitione 8. collat. 9. num. 35.* quia deficit contemptus in hoc ignorante inuincibiliter, qui requiritur ad ipſam cenſuram incurrendam, Domin. *in cap. ſi qui, §. ſi vero, num. 1. de ſentent. excommunic. in 6.* quia ea eſt pœna contemptus, & contumaciæ, Abbas *in cap. paſtoralis, §. verùm ſi, de appellationib.* vt bene docet Franc. *in cap. 2. num. 8. de conſtitut. in 6.* & in ſpecie ſequitur Sanch. *d. diſp. 32. num. 9.* 224.

Sed quid dicendum de excommunic. lata quando actus de ſe non eſt malus, ſed tantùm malus quia prohibitus? Reſponde ignorantiam inuincibilem huius legis prohibentis talem actum excuſare delinquentem, puta quando ignorans inuincibiliter legem prohibentem ingredi monaſteria monialium, ſeu religioſorum ſub excommunicatione latæ ſententiæ non ligabitur ignorans, Syluest. *verbo, ignorantia, num. 12.* Nauar. *cap. 27. num. 16.* Couar. *in cap. Alma mater, 1. part. §. 10. num. 12. verſ. Secundò principaliter, de ſent. excommunicat. in 6.* Henriquez *lib. 13. dict. cap. 23. §. 2.* Auila *ſupra dict. fol. 87. col. 1 in princip.*

Hinc deducitur ſi inferiores prælati ſub excommunicatione latæ ſententiæ tam in ſtatuto, quàm in ſynodo prohibeant, ne fiant in templo, ſeu in Eccleſia choreæ, ignorantes inuincibiliter contra facientes excuſari à tali cenſura. Idem dicitur de parocho, cui præcipitur, ne matrimonio coniungat contrahentes nuptias tali, vel tali die, ſi parochus probabiliter ignoret tale mandatum, quia res de ſe non eſt mala, nec contra faciendo peccat mortaliter. Ratio, quoniam excommunicatio lata per ſtatutum alicuius Epiſcopi, ſeu mandatum, eſt quid facti prout eſt ius priuatum alicuius loci, *diſt. 9. cap. Catholica,* & cùm reſpiciat certum locum, non poteſt dici ſtatutum ius vniuerſale, cuius præſumitur ignorantia ſolùm. Quod intellige in ſtatutis alterius loci, vel 225.

ciuitatis;

tatis, tuoc enim dicuntur ſtatuta eſſe quid fa- & ideo in ei cadit probabilis, vel inuincibi- ... tantia, *cap.1 de conſtitution. lib.6.* Contra ... in ſtatutis eiuſdem loci, aut ciuita- ... otaris. Tunc enim ſtatuta reſpectu mo- ... ibi dicuntur eſſe iuris communis, quoad ... os, & quilibet præſumitur ſcire ſtatuta, B... *in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur.* Quod pu... m, quando ſtatuta, quoad ſubditos fue- run... itimè, ac publicè promulgata, aut in eo loco pu-lico lecta, aut affixa, ita vt nullus poſſit al...are ignorantiam, quia tum temporis ligant ignorantes, *cap. 1. de poſtulat. prælator.* Gloſſ. *in cap pr... umitur, de regul. iuris in 6.* Excuſabitur tamen ab excommunicatione ſubditus de nouo adu...iens ad locum ſtatuti, quando ſtatutum non eſſet ...um communiter, eo quia poſſet habere inui...lem ignorantiam, prout notat Franc. *in cap. ...e conſtit. lib.6.*

Qu...i poteſt quando datur ignorantia vinci- bilis, & culpabilis venialiter? Reſponde quartò, & vltimò d...inquentem excuſari ab excommu- ...icatione maiori, ſiue a iure particulari lata, ſiue ...iure communi, & multò fortiùs quando datur igno...ntia alicuius iuris ſubtilis, & obſcuri; Na- par. *c...nſ. ... de ſentent. excommunic.* poſt Felin. *in cap. ... de re iud. limit. 7.* Auil. 2. *part. diſp. 5. dub. 8. f... 9. col. 1. ad fin. & 2. in princip.* vbi addit igno- rantiam culpabilem mortaliter, ſed non craſſam excuſare ab excommunicatione lata per inferio- res prælatos, non tamen à lata per Summum Pontificem, vel ius commune. Quod probat ex aliorum ſententia qui tenent, vt diximus ſuprà, ad cenſuras incurrendas requiri dolum, & nomi- ne ordinariorum intelligit inferiores Papa, non tamen hanc partem tanquam certam, ſed quia clementior eſt, ſequitur. Vide tamen quæ diximus *ſupra, num. 210.*

---

## §. XVIII.

### *Utrùm præpoſtera turpitudo ſit caſus mixti fori?*

### EPITOME.

226 *Sodomiæ crimen eſt mixti fori.*
*...domiæ crimen dicitur contra naturam. Alio nomine nefandum, & cur. ibid.*
*...hiloſophi Ethnici hoc vitio laborarunt ali- qui, non tamen Plato, vt illi ab aliquibus imponitur.*
*...odomitæ omnes in natalitiis Domini noſtri ...hriſti fuerunt extincti, inter quos nu- meratur Virgilius.*
*...omiæ crimen an ex ſuo genere ſit grauius, ...homicidium, aut furtum? aliqui affir- ...ant, ſed alij meliùs negant.*
231 *...eruntſit dæmones fugere à committenti- ... crimen infandum, vt dici ſolet.*
232 *Sodomiæ crimen pertinet ad Inquiſitores, priuatiue ad alios iudices Eccleſiaſticos, cumulatiue verò ad ſæculares.*
233 *Sodomiæ crimen ſapere hæreſim aliqui affir- mant, ſed negatur.*
234 *Sodomiæ crimini ſeptem pœnæ, & eo amplius imponuntur, & quæ illæ ſint.*
235 *Pœnæ Sodomiæ de iure Luſitano quot ſint.*
Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.
236 *Sodomiæ crimen an turpius ſit committi cum fœmina, quam cum maſculo.*
237 *Fœmina viri officio fungens, & commiſcens ſe cum alia fœmina contra naturam, qua pœna puniatur.*
238 *Teſtes quot ſufficiant ad probandum hoc cri- men de iure noſtro, ac Caſtellano.*
239 *Sodomitæ aſſerentes fuiſſe violatos ab aliquo, an fidem faciant aliquam.*
240 *Affinitas non oritur ex coitu Sodomitico, nec creat impedimentum matrimonio celebrãdo.*
241 *Crimen contra naturam punitur pœna ordi- naria, ſi deueniatur ad actus proximos, ſed oppoſitum eſt probabilius.*
242 *Attentator huius criminis nefandi, an poſſit licitè occidi ab aggreſſo.*
243 *Homicidium quando liceat ad arcendam iu- iuriam ſtupri illatam.*
244 *An liceat in flagranti delicto occidere ſtu- pratorem animo ...leſcendi.*
245. & 246 *Clericus criminis nefandi reus, an in- currat irregularitatem, ſeu ſuſpenſionem, quando eſt occultus. Pars affirmans placet aliquibus, ſed oppoſita eſt verior.*
247. 248. 249. & 25... *Clerici Sodomitæ an pri- uentur ipſo iure, an per ſententiam bonis ſuis, ... priuilegiis ac beneficiis, & a quo tempore.*
251 *Pœna Sodomitis impoſita exigunt delictum completum.*
252 *Pœnæ Sodomitis impoſitæ de iure communi quæ ſint, & in quo foro habeat vim conſti- tutio Pij V.*
253 *Clericus an per vnicum actum incurrat pœ- nas conſtitutionis Pij V.*

CRIMEN Sodomiæ eſt mixti fori, de eóque olim iudex Eccleſiaſticus, & ſæcularis cognoſcebant, & erat locus præuentioni. Iul. Clar. *lib. 5. §. Sodomia, num. 3. & quæſt. 37. §. fin. num. 5. verſ. Item quæro,* Azeued. *in l. 1. tit. 21. lib. 8. recopil. num. 25.* iuxta text. *cap. clerici, de exceſſ. prælator.* & communiter omnes docent, Suarez de Paz *in praxi, tom. 1. prælud. 2. num. 33.* Anton. Cucchus *inſtit. maior. lib. 2. tit. 6. num. 105.* Curia Philip. *in 3. part. iudicij criminalis, §. 2. verbo, fuero Eccleſiaſtico, num. 19.* & nouiſſimè Emmanuel de Valle *in opuſc. de enſalm. ſect. 3. cap. 4. num. 2.* vbi omnes concludunt eſſe mixti fori. Ideo pote- ſtate ſæculari hodie præueniente, delicti cogni- tionem non poteſt ſacrum Tribunal Inquiſitio- nis admittere. Vnde ſi per laicos, vel Eccle- ſiaſticos hoc delictum deferatur iudici ſæcula- ri, ceſſat obligatio deferendi illud ad ſacrum Tribunal Inquiſitionis; neque illud plectebatur ab illo, niſi poſtquam à Summo Pontifice in ſpe- cie fuit delegatum. 226.

Dicitur autem hoc crimen contra naturam per antonomaſiam, eo quòd non ſolùm eſt contra na- naturam hominum, ſed etiam contra naturam ge- neticam, referente Otero *in expoſitione cap. fin. de conſuetud. num. 18.* éſtque adeo graue, vt in ſa- cra pagina *Geneſ. 37.* peſſimum appelletur, & *cap. 18.* ita dicitur, *& peccatum eorum aggraua- tum eſt nimis.* Alio nomine nefandum appella- tur, eo quòd de eo non licet fari. Deſcribitur *con- cubitus ad ſexum non debitum*, vt maſculi cum maſculo, vel fœminæ cum fœmina, vel maſculi cum fœmina vaſe indebito; Eſtque peccatum valde abominabile, & iræ diuinæ prouocatiuum 227.

fuiſſéque inter alia cauſam diluuij vniuerſalis, teſtatur ex D. Auton. *part.2.tit.5.cap.4.§.1.* Methodius Martyr. Imperator autem in Auth. *vt non luxurientur contra naturam, coll.n.6.* vult propter hoc vitium à Deo famem immitti, peſtem, bella, & terræ motus; facit *l. cum vir, C. de adulter.* Tantáque eſt huius criminis fœditas, & grauitas, vt *Geneſ.*18. dixerit Deus, ibi, *Deſcendam, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint, an non, ita vt ſciam*: quaſi dicat, Vix credi poteſt tantum ſcelus in homine reperiri. Quantum etiam ſit exoſum, patet ex D. Paul. *ad Romanos* 1. & ex grauiſſimis pœnis à iure ciuili inductis, *in d. l. cum vir, C. de adult.*

228. Nec ab hac nefanda turpitudine Ethnici Philoſophi aliqui longe abfuerunt, vt de Solone in eius vita Plutarch. & de Platone, Diogenes Laert. ſcriptum reliquerunt, & ob eam cauſam dum leges ferrent, non auſi ſunt huius ſceleris reos pœnis afficere. Menoch. *de arbitrar. iudic. lib.2. centur.3. caſu 286. num.24. & ſequentibus.* Sed contra hoc obſtat, quod poſt D. Auguſtin. ſcribit D. Thom. 2.2. *quæſt.*152. *art.*2. *ad* 3. his verbis: *Hoc autem rarum erat apud antiquos, vt aliquis amore veritatis contemplandæ ab omni delectatione venerea abſtineret, quod ſolus Plato legitur feciſſe: pro quo ſacrificauit.* Quamuis D. Thom. addat, non quaſi reputans hoc ſacrificium eſſe pro peccato, ſed cedens errori ciuium: vt *ibidem* Auguſtin. *lib. de vera religione* dicit. Credebant enim veteres virtutem caſtitatis, ita in medio conſiſtere, vt qui omnino à Venere abſtinerent, illam offenderent. Ex quibus probabile ſatis eſt falsò Platonem fuiſſe huius criminis infamatum, prout tradit D. Thom. cui adhærent Emmanuel de Valle *de enſalm ſect.* 3. *cap.* 4. *num.*26. & Auguſtin. Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcopi, part.*1. *alleg.*44. *num.*3. *fol.*402. *col.*2.

229. Nec eſt omittendum quod narrat Magiſter hiſtoriarum Eccleſiaſticarum, & tribuitur D. Hieronymo ſuper Iſaiam *cap* 9. in illa verba: *Habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta eſt eis*; in nocte illa celeberrima, in qua Chriſtus Dominus de vtero Virginis Matris natus eſt, omnes hoc vitio laborantes fuiſſe extinctos, ne natura, quam Chriſtus Dominus aſſumpſerat, tanta immunditia fœdaretur, inter quos fuit Virgilius extinctus, vt ex Bonacos *in ſuis quæſtion. crimin. verbo, Sodomia,* & ex Bermond. *de public. concub. n.*40. *fol.*127. refert Ceuall. *in commun. contra commun. quæſt.*247. *n.*10. Cuius etiam caſus meminit Azeued. *in l.*1. *num.*12. *tit.*21. *lib.*8. *recopil.* Sayr. *in claui, lib.*8. *cap.*5. *num.*16. & nouiſſimè Barboſ. *ſuprà, d.*1. *part. allegat.*44. *num.*1. *fol.*402. *col.*2.

230. Sed petes, an Sodomiæ peccatum ſit grauius, quàm peccatum quodlibet contra iuſtitiam. Affirmandum videtur ex traditis ab vtroque Hugone, tam Cardinali, quàm Victorino, aſſerentibus grauitatem ſceleris nefandi tantam eſſe, vt Dæmones ipſi illud abominentur, eiuſque conſummationem ferre nequeant, imò illico aufugiant, vbi primùm vident nefandos ſe ad turpe opus accingere. Probatur ex verbis Hieronymi in illud Ezechielis 16. *verſ.*27. ibi: *Dabo te in animas odientium te, filiarum Palæſtinarum, quæ erubeſcunt in via tua ſcelerata,* vbi ſic, *Tantáque,* inquit, *erit miſera Hieruſalem correptio, atque ignorantia, vt erubeſcant etiam ipſa aduerſaria poteſtates ſuper noſtrorum magnitudinem peccatorum.* Quibus verbis Hugo Cardinalis ſubiunxit verba hæc; *Cum,* inquit, *inueniuntur Dæmones ... vbi ... ſecubi, nunquam inueniuntur, vt incubi ... ſuc... in forma humana contra naturam.* Hugo de Sancto Victor. ſic loquitur: *Angeli, ... propter nobilitatem ſui, in qua creati ſunt, abominantur ... de vilibus peccatis, vt de Sodomia, vel etiam de fornicatione ſimplici: neque ad hominem quando fornicatum eſt accedunt, maximè prima die, vel ſecunda, propter peccati recentiam.* Vnde Ezechiel. 16. *Multiplicaſti fornicationem ad irritandum me, &c. Dabo te in animas odientium te,* id eſt Dæmonum, qui erubeſcunt in via tua. Concinit Auguſtin. Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop. part.*1. *allegat.*44. *n.*31. ex D. Auguſtino *in ſermone de vitio Sodomitico.*

Dicendum tamen eſt peccata luxuriæ contra naturam, etiamſi magis turpia appareant, & maiori nota infamiæ digna ſint, ex genere tamen ſuo minora eſſe, quàm peccatum furti, eo quod furtum iuſtitiæ opponitur, peccata autem caſtitati contrariantur. Sic Vaſq. 1.2. *quæſt.* ... *art.*4. *in comment. §. vlt.* Quin etiam §. *Nonnulli,* præcedenti, addit iuxta ſententiam quam d... antecedenti ſequutus fuerat, peccatum ex obiecto minus graue non poſſe ex circumſtantiis ſpe... ita excreſcere in malitia, vt ſuperet in ea, aut adæquet peccatum, quod ex ſuo genere, aut ex obiecto grauius eſt; puta quia virtuti excellentiori opponitur. Ob quam rationem ſentit furtum ex obiecto, & ex genere ſuo in ea quantitate, quæ ſufficit ad mortale, & fortè minus, cum eidem virtuti opponatur, nunquam in malitia adæquari poſſe, & multò minùs ſuperari à quocumque peccato luxuriæ contra naturam commiſſo etiam cum beſtiis, quantumcumque ex circumſtantiis in malitia adaugeantur, & fiant deformia.

Ad auctores ergo nefandi criminis malitiam 231 exaggerantes, addentéſque nec dæmones intereſſe poſſe, nec velle, quando nefandum crimen patratur, dicendum eſt hoc potius inſeruiſſe exaggerationibus concionatorum ad deteſtandam tanti ſceleris turpitudinem, quàm Theologis, qui ſecundùm Theologiæ regulas loqui ſolent. In quo ſenſu accipienda ſunt verba D. Thom. *opuſcul.*64. quæ ſic habent ibi: *Recede ergo,* inquit, *ò mulier fera peſſima de finibus meis, quia dæmones nequeunt tuam præſentiam ſuſtinere*: eſt enim exaggeratio, ſicut illa, quæ ex verbis Hugonis de Sancto Victore conijcitur, dum ait, dæmones non tentare de peccatis luxuriæ: quod ſic abſolutè dictum de omnibus dæmonibus, & de omnibus delictis carnis, eſt exaggeratio falſa. Ita Valle à Mouta *de enſalm. ſection.*3. *cap.*4. *numero* 4.

Quæri poteſt, an hoc crimen pertineat ad arbitros fidei priuatiuè ad alios iudices Eccleſiaſticos. Reſpondeo affirmatiuè in Luſitania; cumulatiuè verò ad ſæculares poteſtates, vt conſtat tam ex conſtitutione Pij IV. quàm ex altera à Gregorio XIII. edita ad inſtantiam Regis Sebaſtiani eum eſſet generalis Inquiſitor patruus eius, ac poſtea in regno ſucceſſor Cardinalis Henricus. Verba autem conſtitutionis Gregorianæ ſic habent. *Tibi ac pro tempore exiſtentibus generalibus Inquiſitoribus, vt contra omnes, & ſingulas perſonas ſæculares, vel cuiuſcumque, etiam exempti, & Apoſtolicæ Sedi immediatè ſubiecti, etiam militarum ordinum regulares, aut clericos, etiam in ſacris, etiam presbyteratus ordinibus conſtitutos, cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, vel* 232

conditionis

[illegible] *dictionis exiſtant, quos huius horrendi criminis* [illegible] *etiam de præterito forſan, aut ſi carcerati re*[illegible]*ur, ſiue per denunciationem, accuſationem,* [illegible]*onem, aut ex mero officio, ſeu procuratoris* [illegible] *quem ad id duxerint deputandum, aut cu*[illegible] *alterius inſtantia eis eſſe conſtiterint, eiſdem* [illegible]*, & forma ſeruatis, quibus in cauſis hæreſis* [illegible] *onſueuit, procedere, eoſdemque reos con*[illegible]*, aut confeſſos debita animaduerſione, etiam in* [illegible] *l*[illegible]*es ſæculares eorum regnorum, punire, & caſtigare* [illegible] *en curia tradere ſæculari liberè, & licite valeant, licentiam, & facultatem circumſpectioni tuæ, de cuius ſumma prudentia maximam in Domino fiduciam habemus, vel iuxta prædicti Sebaſtiani Regis nobis porrectam ſupplicationem prædictam, vel alias ſi, & prout tibi videbitur expedire, prouideas, per præſentes auctoritate Apoſtolica concedimus.* Hactenus Gregoriana. Ex quibus patet, quàm ampla ſacro Inquiſitionis tribunali aduerſus Sodomiæ reos poteſtas concedatur, vt hæc lues penitus abſumatur, & ab illa perditi homines longiſſimè arceantur.

233. Ex hoc inferes peccatum Sodomiæ fortè hæreſim ſapere, vel de immortalitate animæ, vel de prouidentia, & iuſtitia diuina, vel denique de grauitate pœnarum inferni; neque videtur abs re id aſſerere ex peſſima huius criminis malitia, & ex enormitate. Sapor enim hæreſis ex parte operis eſt opus malum illis circumſtantiis vallatum, vt producat rationem ſuſpicandi illud opus ex errore mentis prouenire. Sic Henriq. *lib. 13. de excommun. cap. 24. n. 1. in ſcholiis litera P*, vbi inter peccata de quibus Inquiſitores cognoſcunt, eo quòd ſapiunt hæreſim, refert in Aragonia eſſe Sodomiæ delictum; quaſi huius delicti rei præſumantur non bene, ſed potiùs malè ſentire de diuina prouidentia in hoc mundo per iuſtitiam punitiuam iuxta illud Pſalmi 52. *Dixit inſipiens in corde ſuo, Non eſt Deus; corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt*, hoc eſt, Dixit inſipiens in corde ſuo, Non eſt Elohim, hoc eſt non eſt iudex & vl[illegible], quaſi dicat, viuamus prout quiſque volu[illegible], quia nullas pro criminibus commiſſis pœnas [illegible]bit. Vnde ſequitur, quòd atrocitas, & e[illegible]rmitas in carnis delictis efficat præſumptionem [illegible]oris ſaltem circa iuſtitiam punitiuam & [illegible] pœnas inferni. Conſonat idem à Valle de [illegible] *de eadem ſection. 3. cap. 4. à numero 11.* [illegible] vbi reſoluit omnes Sodomitas malè ſen[illegible] de articulorum prouidentiæ diuinæ. [illegible]s tamen eſt, Sodomiæ delictum non ſa[illegible] hæreſim, quia non abiurant, nec de leui [illegible] ſuſpicione, vt obſeruat Hiſpaniarum [illegible] meritiſſimus, ac reuerendiſſimus Do[illegible] Rodericus à Cunha *in tract. de confeſſa*[illegible]*tantibus, quæſt. 2. num. 19.* Iuuat edictum [illegible] bi [illegible] præcipitur ſub mortali ab Inquiſitori[illegible] denuncietur apud illud ſacrum Tri[illegible] de committentibus hoc crimen; nihilo[illegible] denunciantibus de illo nulla imponi[illegible] communicatio, atque ita vſus fert. Aliis tamen criminibus atrocibus, & enormibus commiſſi[illegible]entibus, & non denunciantibus de illis imponitur ſententia excommunicationis, quod eſt euidens argumentum, hoc crimen Sodomiæ non ſapere hæreſim.

4. Sequitur dicamus de pœnis huic crimini impoſitis. Prima de iure communi eſt gladij per *l. cum vir, C. de adulter.* De conſuetudine eſt pœna ignis, Gomez *in l. 80. Tauri, num. 32. ad fin.* Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl, Clarus §. *Sodomia, num. 2.* Azor *Inſtitut. moral. part. 3. lib. 3. cap. 19. in principio.* Menoch. *de arbitrar. quæſtionibus, caſu 286. à num...* Aloyſius *in praxi fori Eccleſiaſtici, reſolut. 302. num. 1.* Modernus *de iuriſdiction. part. 2. cap. 2. à num. 15.* quod etiam conſtat de lege noſtra *lib. 5. ordinat. tit. 13. in principio*, ibi, *ſeia queimado*, & in Hiſpania *l. 1. tit. 21. lib. 8. noua recopil.* Quod intellige poſt mortem igne concremandum. Vnde non ſunt audiendi qui dicunt viuum igne Sodomiticum comburendum, Farinac. *de delict. carnis, quæſt. 148. num. 7. & 8.* quem vide hac de re.

Secunda pœna huic crimini impoſita, eſt infamia, quam incurrunt Sodomitici ipſo iure, etiam antequam ſint accuſati, & damnati, text. *in dicta l. cum vir*, ibi, *exquiſitis pœnis ſubdantur infames, qui ſunt, vel qui futuri ſunt, C. ad l. Iul. de adulter.* & ibi gloſſ. *in verbo, infames*, Odofred. *in verbo, hoc nota*, text. *in l. 1. §. remouet, ff. de poſtulando*, vbi interdicitur ei, qui in corpore paſſus eſt muliebria poſtulare, & ibi gloſſ. *in verbo, paſſus*, & de iure canonico text. *in cap. infames, 3. quæſtion. 9.* Plot. *de in lit. iurand. §. 6. num. 44.* Menoch. *de arbitrar. quæſtion. lib. 2. caſu 286. numero 8.* Anaſtaſius Platus inter conſilia Barbatiæ *conſil. vltim. col. 3. verſ. Septimò probatur, & verſ. Octauò probatur.* Filij autem Sodomitæ non ſunt infames, poſſuntque ſuccedere in maioratu, quia nullo iure cautum eſt, quòd Sodomitæ filij ſint infames, nec inhabiles ac ſuccedendum. Molin. *de primogen. lib. 4. cap. vltim. numero 51.* quem refert, ac ſequitur Sanchez *lib. 2. in præcepta Decalogi, cap. 30. numero 1.*

Tertia pœna Sodomitis impoſita interdicit eiſdem habere aduocatum & procuratorem in ſuam defenſionem. Ita Bermond. *de public. concubin. rubr. de peccato Sodomiæ, num. 15.* Ignatius Lopez *in additionib. ad Bernard. Diaz in practic. crimin. canonic. cap. 86. litera A, in verbo, deteſtando, verſ. Vide in tanti criminis deteſtationem*; ſequitur Menoch. *dict. lib. 2. caſu 286. num. 34.* quod fit in odium huius criminis, vt ex Bald. *in Authent. Sed nouo iure, C. de ſeruis fugitiu.* ait idem Barbat. *conſil. penultim. col. 2. in fin. lib. 1.* quod intellige, quando hoc crimen eſt probatum, & non antea. Farinac. *dicta quæſtion. 148. num. 20. & duobus ſequentibus.*

Quarta pœna de iure canonico eſt excommunicatio contra laicum huius criminis reum, & ſeparatio à cœtu fidelium, text. *in cap. clerici*, & ibi ſcribentes *extra de exceſſ. prælator.* Ioan. de Platea *in §. item l. Iulian. col. fin. verſ. Sed pro ſtupro commiſſo in puerum, inſtitut. de public. iudic.* Bermond. *de public. concubin. rubr. de peccato Sodomitico, num. 27. verſ. Si verò Sodomita ſit laicus.* Practic. Monteleon. *part. 4. folio 199. num. 486. verſ. Et ſi ſunt laici.* Idem Salzed. *in additionibus ad Bernard. Diaz, in practicar. capit. 86. litera R*, vbi teſtatur de communi, quem ſequitur Maſcard. *de probationibus, lib. 3. concluſion. 1313. numero 1. in fin.* & Menoch. *dicto caſu 286. numero 1. etiam ad fin.*

Quinta pœna impoſita Sodomiticis, eſt, non poſſe teſtari, hoc eſt condere teſtamentum; Decius *in l. 1. num. 8. C. de ſecund. nupt.* Gullielm. *in cap. Raynut. de teſtam. in verb. mortuo, num. 159.*

Plot. *vbi ſuprà, de in lit. iurand.* §. 6. *num.* 44. Anendan. *ad l. 4. Tauri, gloſſ. 7. num.* 16. Farin. *ſuprà, numero* 16. Ideo teſtamentum factum poſt eius mortem annullatur, cum ſint inteſtabiles, etiam antequam accuſentur, & damnentur, prout aſſerit idem Farin. *in praxi crim. p. 1. q. 10. n.* 44. & Franc. Marq. *deciſ.* 894. *p.* 1. quem ſequitur Aloyſ. *p. 1. reſol. 184. in fin.* ex Campan. *in diuerſ. iuris can. rub.* 11. *cap. 22. n.* 4. ex ea ratione, quia ipſo iure priuantur dominio rerum ſuarum, vt dicemus infrà, & tradit Farin. *d. quæſt.* 148. *num.* 12. & 16.

Sexta pœna eſt, poſſe reos huius criminis accuſari à quolibet priuato, & debet admitti ad accuſandum. ita Gregor. Lopez *in l. 2. tit. 21. part.* 7. Poteſtque reus puniri etiamſi non conſtet de corpore delicti. Plot. *conſ.* 132. *num.* 22. *vol.* 1. *inter conſilia criminalia.* Baiat. *ad Clarum,* §. *Sodomia, num.* 12. quos refert, ac ſequitur Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ, lib. 2. tit. 21. l. vnica, num.* 31.

Septima pœna in regno Caſtellæ ex *l. regia,* 1. *tit.* 21. *lib.* 8. *recopil.* eſt confiſcatio bonorum, ibi, *Aſſi miſmò aya perdido por eſſe miſmo echo y derecho, y ſin otra declaracion alguna todos ſus bienes;* & pro hac parte eſt Syluest. *verb. Aſſaſſinus, in fin.* & ibi Tabien. *quæſt. vnica, num.* 3. Axor *tom.* 1. *inſtit. moral. lib.* 5. *cap.* 7. *quæſt.* 6. qui vult quando lex ita loquitur bona eſſe dimittenda in foro conſcientiæ; ſed in hoc non placet, cùm probabilius ſit non teneri niſi poſt ſententiam, & quamuis Azeued. *in l. 5. tit. 11. lib. 5. recopil.* dicat merces eo ipſo deperditas eſſe abſque alia declaratoria ſententia, addit ibi ſemper deſiderari ſententiam, quia lex non omnem iudicis declarationem excludit: ſed de his diximus §. *præcedenti, num.* 213. quod etiam ſequitur Molin. *tom.* 1. *de inſtit. diſp.* 96. *col. penult. verſ. Quod dictum eſt;* & in hoc ſenſu accipiendi ſunt Doctores qui dicunt (quos refert ac ſequitur Farinac. *ſuprà à num.* 12.) Sodomitam eſſe priuatum ipſo iure dominio omnium ſuorum bonorum, hoc eſt poſt iudicis ſententiam. Quare vt bona eorum tradantur fiſco, exigitur ſententia iudicis, non obſtantibus verbis etiam ampliſſimis, vt bene docet Sanch. *lib. 2. in præcepta Decal. cap. 22. num. 20. per tot.*

235. De iure tamen noſtro *d. lib. 5. tit. 13. in princip.* vltra pœnam ignis Sodomitis impoſitam, ſiue maſculi cùm maſculis, ſiue fœminæ cum fœminis, quæ committunt peccata contra naturam inter ſe, incurrunt omnes in pœnam confiſcationis omniũ ſuorum bonorum, etiamſi deſcendentes habeant, & filij eorum, ac nepotes eo ipſo fiunt inhabiles, & infames, ſicut remanent filij, ac nepotes eorum, qui læſæ maieſtatis crimine innodantur. Et quamuis lex noſtra ibi loquatur generaliter, & abſolutè, quoad omnem perſonam, ibi: *Toda à peſſoa,* excipiuntur minores, qui iudicis arbitrio ſunt puniendi iuxta *l. auxilium,* §. 1. *ff. de minorib.* M[illegible]h. *de arbitr. quæſt. caſu* 286. *num.* 19. & *caſu* 329. [illegible] Socin. Iun. *conſ. 7. in fin. lib.* 3. Farin. *d. quæſt.* 148. *num.* 76. Maiores tamen maſculi, ſiue hoc committant peccatum cum maſculis ſiue cum fœminis contra naturam pœna ordinaria ignis puniendi ſunt de iure noſtro ſuprà, & patet ex *l. cum vir nubit in fœminam, C. ad l. Iul. de adulter.* ex qua lex noſtra fuit deſumpta. Idem tradit Iacob. Butrig. *in d. l. cum vir,* & Cyn. *in l. fœdiſſimam, in princ. verſ. vno modo, C. ad l. Iul. de adult.* Decius *in l. ſi qua mulier, n. 9. C. de ſecund. nupt.* vbi reiicit Socin. oppoſitam ſententiam defendentem.

236 Quin imò Quaranta *in ſumma Bullarum in verbo, Sodomia, in addition. in prima ampliatione,* vbi Bullam Pij V. ſuper hoc crimine ampliat, tradit grauius eſſe hoc crimen exercere præpoſterè cum fœmina quàm cum maſculo, vnde pœna ordinaria ſunt puniendi, non verò arbitraria, prout volunt aliqui in hoc caſu non debere imponi pœnam ordinariam; ſed falluntur, vt bene docet Gomez *in l. 80. Tauri, num.* 33. ſiue acceſſus præpoſterè ſit ad propriam vxorem, ſiue non, poſt alios ex Couar. *in epitome, 2. part. cap.* 7. §. 5. *num.* 7. quod intelligunt, quando hoc nefandum crimen committitur à viro cum fœmina, eo modo, quo cum viris ſolet à Sodomitis perpetrari; cum hoc modo ſit vera Sodomia, ac turpitudo præpoſtera. Farin. *d. quæſt.* 184. *num.* 35.

237. Quod ſi fœmina viri officio fungens contra naturam cum alia fœmina ſe commiſceat, non præpoſterè, ſed modo naturali acceſſu inter virum, & fœminam conſueto ex lege noſtra *d. titul.* 13. §. 1. videtur dicendum pœnam arbitrariam eſſe imponendam, cùm à lege imponatur pœna ordinaria ignis fœminis, ſicut, & viris, qui præpoſtera Venere vtuntur: ſed quando fœmina viri partes agit cum alia fœmina, non datur vera Sodomia, nec libido præpoſtera: ergo pœna arbitraria, non verò ordinaria, eſt imponenda, vt bene Couar. *ſuprà,* & Gomez *d. l. 80. num. 34. verſ. Sed ego dicerem,* vbi firmat pœnam arbitrariam, non verò ordinariam habere locum in hoc caſu; quod ſi fœmina cum alia fœmina mediante aliquo inſtrumento ſe commiſceret, vt de facto contigiſſe fatetur, pœna ordinaria imponi poteſt.

238. Ex noſtra denique lege *d.* §. 7. ad probandum hoc crimen ſufficiunt duo teſtes, etiamſi teſtificentur de actibus differentibus. Iuuat Farin. *de teſtib. quæſt.* 99. *num.* 197. & *quæſt.* 136. *num.* 4. & *in praxi crimin. quæſt.* 148. *num.* 67. Confert Calcan. *in conſil.* 110. in diſcurſu. Vt autem in hoc caſu liberiùs teſtes deponant, diſponitur *in d.* §. 7. vt teſtium atteſtationes in proceſſu non publicentur, procedatúrque non deductis, nec publicatis atteſtationibus, nec nomina eorum reis aperiantur. Vide tamen ibi limitationem.

De iure tamen Hiſpano ex pragmatica anni 1598. edita Matriti teſtibus ſingularibus deponentibus contra Sodomitas ex actibus ſingularibus proceditur ad pœnam ordinariam, ſi accedant alia adminicula, & indicia, ſic Ignat. *de vil. in ſylua reſponſorum, reſponſ. 9. num.* 40. Cuius meminit Barboſ. *d. allegat.* 44. *n.* 20. vbi *n.* 19. addit in eodem crimine recipi poſſe teſtes abſque citatione partis ex Suar. de Paz *in praxi, tom. 1. tempore* 8. *n.* 55. Salzed. *ad Bernard. Dias, cap.* 88. *alias* 89. incipit, *nefandi criminis, verſ. Et in Sodomia.*

239. His addi poteſt, an ſit credendum vxori aſſerenti ſe de hoc crimine fuiſſe à marito violatam? Negatiuè reſpondetur. Ita Caualc. *de brachio regio, p. 1. n.* 182. *verſ. in ſum.* Idem dicendum eſt de puero aliquo affirmante ſe fuiſſe corruptum. Caualc. *conſ.* 109. Grammat. *deciſ.* 40. *n.* 14. Imò nec dictum minoris aſſerentis ſe fuiſſe attentatum de hoc crimine contra naturam, facit fidem, nec indicium contra attentatorem, niſi concurrant aliæ coniecturæ, ſeu præſumptiones. Marc. Ant. Gen. *in pract. Archiepiſcopali, cap. 67. n.* 2. & Marta Piſan. *dec.* 134. & multo minùs credendum eſt meretrici dicenti ſe hoc crimen fuiſſe paſſã, Armend. *in add. ad recop. legum Nauar. lib. 2. tit. 21. l. vn. n. 28. in fin.*

poſt

poſt Decianum *conſ.83.per totum*, quem refert, ac ſequitur Barboſ. Vimaranenſis *in remiſſ. ad leges regias, lib.5.tit.13.§.1.& ſequentib.*

240. Illud etiam certum eſt ex coitu Sodomitico non aſſurgere affinitatem. ita D.Bonauent. *in 4. art vnico, quæſt.1.* Durand. *ibi quæſt. 7.* Riccard. *art.1. q.1. in corpore*, quia ex eo coitu non poteſt ſequi generatio. Caiet. *in ſumma, verb. matrimonium, cap.1. impedim.11.* Syluest. *verb.matrimonium, quæſt.15. dicto 1.* Tabien. *verb. impedimentum, impedim.4.quæſt.2.num.3.* Azeued.*lib.8.recopil.tit.2.c.l.7. num.20.* & Tolet. *lib.7.ſum. cap.11. num.3.* Ideo ex eo coitu nullum propter enormitatem oritur impedimentum impediens matrimonium cum conſanguineis illius cum quo habitus. Nam hoc impedimentum nullibi exprimitur in iure; imò ex *cap. ordinaria, 35.quæſt.3.* colligitur contrarium, quatenus ibi dicitur pollutionem eſſe impedimento matrimonio celebrando cum conſanguineis alterius, quando recipitur ſemen in vaſe fœminæ naturali. Ergo aliter dicendum, quando recipitur in vaſe præpoſtero, quod in ſpecie docet Petr.Ledeſm.*de matrim.quæſt.55. art.2.dub.1. in corol. quod infert ex 2.concluſione*, quidquid contra ſenſerit Couar. *in addition. ad Abbatem, in cap. literas, de ſponſalib. impub. litera B.* quem reiicit Farin. *in praxi, quæſt. 148. num. 54.*

241. In odium huius criminis contra naturam crimen hoc punitur etiamſi nondum ſit conſummatum, ſi deueniatur ad actus propinquos, hoc eſt ad oſcula, & amplexus, & tactus inhoneſtos in pudendis, ita vt attentauerit, & per ipſum non ſteterit quin perfeciſſet, niſi fuiſſet ab aliquo ſuperueniente impeditus. Qua verò pœna is ſit puniendus qui attentauit, & non perfecit, Barbat. *conſil 64. num.10. & ſequent. lib. 1.* opinatur pœna mortis eſſe plectendum; ſequitur Andr. Gayllius *de pace publica, lib.1. cap.14. num. 26.* Menoch. *de arbitr. quæſt.caſu 360. n.60.* vbi vult debere puniri pœna extraordinaria conatum, quando actus non eſt omnino proximus, ordinaria autem, quando actus eſt multùm proximus, puta quia omnes vires adhibuit, & ad rem peruenit ſed non potuit perficere. Iuuat Quaranta *in ſumma Bullarum, in verb.Sodomia, in addit.in 3.limit.* vbi id probat etiam in clerico huius criminis reo, qui attentauit, & non perfecit, imò fecit quantum potuit, vt perficeret, perfeciſſet autem, niſi f[uiſſ]et impeditus à ſuperuenientibus. Probatur ex [tr]aditis à Roland. *conſ.7. num.4. & 37. lib.1.* vbi ait habentem [...]rem cum beſtia puniri pœna mortis, etiamſi non conſummetur actus, quia in crimine beſtialitatis ſufficit affectus manifeſtus, [eti]amſi non ſequatur effectus. Sic in noſtro caſu, ſi [...]ſter de actu multùm proximo, quam partem [...] veriorem, propter enormitatem criminis. [...] conſuetudine contraria ſententia eſt probab[...], & in praxi recepta, ſecundùm quam pœ[na] mitiori eſt puniendus affectus, quantumcumque manifeſtus ſit, & valdè actui huic proximus, ſi effectus non fuit ſecutus, etiamſi polluatur extra vas præpoſterum, per text.clarum.*in l.1. §.fin.de extraordinar. crimin.*ibi. *Perfecto flagitio punitur capite, imperfecto in inſulam deportatur.* Item per text. *in cap. ſolicitatores, §. qui puero, 33. quæſt.3.* Per quæ iura in hanc ſententiam iuerunt Iul.Clar. *§. Sodomia, num. 8. verſ. quæro nunquid.* Menoch. *de arbitrar. quæſt. cap.286.numero 7. & 16. & caſu 360. num. 59.* Sequitur

Fragoſi Regim. Chriſt.Reipubl.

Anton. Gomez *in l.80. Tauri, num.34.* vbi ponit pœnam verberum volenti accedere ad fœminam cum aliquo inſtrumento materiali, non tamen conſummanti, nec perficienti actum. Conſonat Clar. *in practic. §. Sodomia, num.8.* vbi proximè, dicens eſſe puniendum affectum non ſecuto effectu, tam de iure, quàm de conſuetudine, pœna capitis ordinaria; Mediolani tamen, quando actus non perficitur, non eſſe in vſu puniri hoc crimen pœna ordinaria. Iuuat Petr. Caball. *reſolut. crimin. caſu 16. num.11. ante finem*, vbi vult de generali conſuetudine in delictis enormibus minùs puniri deuenientem ad actum propinquum, ſi non peruenit, quàm qui peruenit omnino. Faciunt tradita ab eodem Farin. *in praxi crimin. quæſt.142.num.158.* vbi vult puniendum pœna deportationis in viro, qui puerum libidinis cauſa deoſculatur, per *l. 1. §. qui puero, ff. de extraordinar. criminib.* vbi lex loquitur generaliter de omni actu impudico cum puero patrato. Cùm ergo pœna deportationis iam non ſit in vſu, puniendus eſt, quia ad actum non peruenit omnino, pœna mitiori, ſiue ſit exilij, ſiue alia quacumque citra ordinariam.

Dubitari poteſt, an poſſit licitè occidi qui alterum tentauerit violare venere præpoſtera? Reſpondetur affirmatiuè, ſi aliter ſe nõ poteſt defendere attentatus, argumento raptorum, qui comprehenſi à parentibus raptæ in flagranti delicto poſſunt occidi impunè; quod extenditur ad tutores, ſeu curatores patronos, vel dominos ipſius puellæ *l.1.§.ne igitur, C.de rapt.virgin.* & ibi gloſſ. *verb.conuicti*, Cyn. *ibidem, num.1. in 1. notab.*Bald.*in ſumma, & num.5.in 5.notab.* Alber. *num.1. verſ.Item nota, conſ.2. & num.12.* vbi poſt Cyn. concludunt raptores, ſiue mulierum, ſiue maſculorum poſſe impunè occidi; ſequitur Farin. *in practic. crimin. quæſt. 145. num. 13.* Ergo idem dicendum eſt poſſe occidi impunè, & licitè cum moderamine inculpatæ tutelæ attentatorem de Sodomia ab attentato, vt in ſpecie tradit Baiar. *ad Clarum, in §. Sodomia, num. 15.* Anton. Scapa *de iur. non ſcripto, lib.5. cap.143. num.12.* vbi id probat exemplo, quod contigit Bononiæ, vbi liberatus fuit famulus quidam qui attentatorem de hoc crimine interfecit. Cuius caſus meminit etiam Petr. Gregor. *in ſyntagmate iuris, lib.36. cap.10. rubr. de præpoſtera libidine, num.2. in fine*, vbi reſoluit attentatorem occidi poſſe ab attentatis adoleſcentibus, quia magis odioſum eſt ſtuprum eiſdem, quàm mors ipſa, Text. *in l. iſti quidem, ff. quod metus cauſa.* Quibus accedit Farin.*ſuprà, quæſt.148.num.18.* 242.

Suffragatur ex eo, quòd pro defenſione ſui honoris fas eſt ſtupratorem occidere, prout vult Bald. *in l.vt vim, num. 9. verſ. Sed pone quidam, ff. de iuſtit. & iure*, & ibi Decius *poſt num. 32.* vbi generaliter dicitur permitti homicidium ad arcendam iniuriam ſtupri illatam ſibi, vel ſuis. Confert text. *in l.1.item Diuus, ff. ad l.Cornel.de ſicar.* vbi ſic dicitur ibi: *Item Diuus Adrian. reſcripſit eum qui ſtuprum ſibi, vel ſuis per vim inferentem occidit, dimittendum*; & ibi gloſſ. *in verbo, dimittendum*, ex prædicta ratione, quia plus eſt ſtuprum quàm mors, & maior eſt timor ſtupri, quàm mortis. Quin addit Vgolin. *de cenſur. part.2. cap.11. §. Propoſuimus, num.7.* pro tuenda pudicitia poſſe attentatum clerico attentatori necem inferre, quando aliter non poteſt clerico impudico reſiſtere. 243.

244. Accedit Alber. *in l.1.num.57. verſ. Si perſona, C. vnde vi*, dicens vim caſtitati inferendam non ſolùm poſſe propulſari, ne fiat, ſed etiam inferentem vim in flagranti delicto licitè occidi animo vleiſcendi. Grammat. *deciſ.5. per totam*, vbi loquitur de quodam, qui alium occidit, quòd minatus fuit ſeriò, ſe violaturum ſororem occiſoris: ſed hoc ita abſolutè factum propter minas dumtaxat iactatas non placet, nec excuſat à peccato occiſorem, niſi qui minas protulit, ſit vir ſolitus huiuſmodi minas opere adimplere; & occiſor non potuerit aliter honorem, ac pudicitiam ſororis ſuæ tueri. Quod ſi minator ſit his rebus aſſuetus, illi actualiter eunti ad violandum, non ſolùm poterit frater puellæ reſiſtere ſtupratori, ſed etiam illum occidere, ſi aliter ſtuprum non potuit euitari; & multò magis ſi eum reperiat in flagranti, poterit ſe vindicare propter violatam caſtitatem ſororis, Bald. *in d.l. vt vim, num.9.* Farin. *de homicidio in practic. crimin. quæſt.125. num.44.* dum ait in hoc caſu ſtupratorem poſſe occidi impunè, quia eſt caſus *in d.l. vt vim*, expreſſus. Quod etiam docet Iacob. Aiter. *in tract. de homicid. neceſſario, part.1. num 121. vſque ad* 140. Ego tamen crederem homicidium ita permiſſum ad propulſandam iniuriam ſtupri, ſibi, vel ſuis illatam, ſi contingat occidi ſtupratorem poſt peractam turpitudinem etiam in continenti in foro externo non eſſe ex omni parte impunibile, ſed tantùm ex parte excuſabile. In foro autem conſcientiæ eſſe illicitum, ſecus ſi fiat in flagranti, vel paulò ante, eo animo, ne delictum perficiatur, vel vt impediatur, tunc excuſabitur à peccato, cùm fiat in defenſionem ſuam, vel ſororis ſuæ ad arcendam vim, ſeu iniuriam ſibi, & ſorori illatam, quam aliter euitare non poteſt.

245. Quid de clerico huius nefandi criminis reo? Couar. *in clem. ſi furioſus, p.1. §.1. n.6. de homic.* opinatur propter hoc crimen etiam occultum induci irregularitatẽ, eſſéque reum ſuſpenſum etiam poſt peractam pœnitentiam, ab executione ordinum, & ideo ſi celebret, fieri irregularem ex ea irregularitate, quæ eget Papali diſpenſatione. Quam partem tuetur Speculat. *in tit. de diſpenſat. §. iuxta, num.17. verſ. Octauò Sodomita*, Bellenzin. *in apoſtillis ad Abbatem, in cap. cleric. de exceſſ. prælat.* Anton. *in cap. niſi cum pridem, circa fin. de renunciat.* In eandem ſententiam eunt alij apud Couar. & Lambertin. *in tract. de iurepatronat. 1. part. lib.2. quæſt.9. art.18. num.4.* & probari poteſt ex *d. cap. niſi cum pridem*, ſed ibi non agitur de crimine Sodomiæ in ſpecie, ſed in genere de cauſis propter quas Epiſcopus poteſt renunciare Epiſcopatui.

Hæc tamen ſententia probatur, primò ex eo, quòd ipſo iure omne peccatum irrogans infamiam poſt peractam pœnitentiam adhuc impedit executionem ordinis, *cap. infames, §. porro, 3. quæſt.7.* & notat Gloſſ. *in eodem cap. niſi cum pridem, verſ. Sed dumtaxat, in fine, de renunciat.* & Abbas *ibi num.7.* Item, quia peccatum, & culpa aufertur per pœnitentiam veram; infamia autem non aboletur *cap. Euphemium, §. hinc colligitur, 2. quæſt.3.* Sed crimen nefandum maximam infamiam irrogat, vt habetur in ſpecie *in Authen. non luxurientur, §. quoniam*, & tradit Archidiacon. *in cap. infames, §. porrò, 3. quæſt.7.* Igitur reus propter hoc vitium ipſo iure manet ſuſpenſus. Secundò probatur auctoritate clariſſimorum Doctorum hoc quidem aſſerentium, quales ſunt Archidiac. Dominic. & Præpoſit. *in cap. de his, 2. diſtinct.50.* Marian. Socin. *in cap. ad audient. num.27. de homicid.* Iul. Clar. *in practic. crimin. §. Sodomia, verſ. Item clericus.* Salzed. *in addition. ad Bernard. Dias, in practic. canon. cap.86. verſ. Illud tamen huic loco*; concludentes reos huius vitij incurriſſe ſuſpenſionem ipſo facto, & irregularitatem, ſi durante ſuſpenſione celebrent. Quod etiam ſequitur Max. Alter. *tom.2. diſp.15. cap. 3. per totum.* Farinac. *de delict. carnis, quæſtion.* 148. *num.*27.

246. Oppoſita ſententia docet quando crimen hoc eſt occultum non incurri pœnam ſuſpenſionis, quia talis pœna non reperitur in iure expreſſa, Nauar. *in manuali, cap.27. num.249.* Valent. *tom.4. diſp.7. quæſt.19. punct.3. §.5. in fin.* Nec refert hoc crimen eſſe grauiſſimum, quia multo grauius eſt delictum hæreſis mentalis, & odium Dei, & nulla ex illis prouenit irregularitas, nec depoſitio, ergo nullo modo ſunt clerici huiuſmodi criminoſi ipſo iure ſuſpenſi aut irregulares, non ſolùm quando crimen eſt occultum, ſed etiam quando eſt publicum ex illo communi prologuio Doctorum, irregularitatem non incurri, neque ſuſpenſionem ipſo iure, niſi in iure ſit expreſſum, Nauarr. *in cap.27. num.249.* Ludouic. Lopez *2. tom. cap.25.* Petr. Ledeſma *2. part. ſumma, tract. 27. cap.15. circa 3. concluſ.* Henriquez *in ſumma, lib.13. de excommunic. cap.36. & lib.14. de irregularit. cap.5. §.1. in text. & in gloſſ.* Tolet. *lib.1. in ſumma, cap.74. num.3.* Auila *de cenſur. 3. part. diſp.5. dub.3. & part.7. diſp.4. dub.7.* Ex his duabus ſententiis ſecunda eſt probabilior.

247. Extat tamen contra clericos hoc vitium exercentes Bulla Pij V. in ordine quinta, & altera eiuſdem Pontificis in ordine 70. anno Domini 1568. 3. Calend. Septembr. edita, Pontificatus ſui anno 3. qua decretum eſt omnes clericos, tam dirum nefas exercentes omni priuilegio clericali, omnique officio, dignitate, & beneficio Eccleſiaſtico præſentis canonis auctoritate priuari. Ita quòd per iudicem Eccleſiaſticum degradati poteſtati ſtatim ſæculari tradantur. Verba autem conſtitutionis ſunt hæc: *Omnes, & quoſcumque presbyteros, & alios clericos ſæculares, & regulares cuiuſcumque gradus, & dignitatis, tam dirum nefas exercentes omni priuilegio clericali, omnique officio, dignitate, & beneficio Eccleſiaſtico præſentis canonis auctoritate priuamus. Ita quod per iudicem Eccleſiaſticum degradati poteſtati ſtatim ſæculari tradantur.* Hoc poſito,

248. Quæritur primò, an huiuſmodi clerici per hoc crimen priuentur dominio ſuorum bonorum ipſo iure, ſicut, & laici? Placet affirmare, ſicut affirmauimus de clerico hæretico, & conſtat ex traditis à Farinac. *in practic. criminal. quæſtion.* 148. *à num.*13. *vſque ad num.*28. Vt verò eorum bona publicentur, & tradantur fiſco, exigitur ſententia iudicis declarantis crimen. Conſonat Sanchez *de matrimon. lib.7. diſp.46. num.20.* Ratio, quia hæc publicatio, ſeu priuatio bonorum, imponitur in pœnam delicti, ergo exigitur ſententia, quia quamuis priuentur dominio ſuorum bonorum ipſo iure; attamen adminiſtratione, & poſſeſſione non deſtituuntur, nec priuantur, niſi poſt ſententiam iudicis.

249. Quæritur ſecundò, quænam bona ſint publicanda? Reſpondent aliqui eſſe reſtituenda omnia bona acquiſita, tam à laico, quàm à clerico, vſque ad ſententiam; acquiſita verò poſt ſenten-

tiam

tium non publicati, text. *in l. cius qui, §. 1. ff. de teſtam.* vbi habes expreſsè confiſcari bona quæ reus habet donec damnetur. Ita Boſſ. *in ſua practic. tit. de bonor publicatio. num.* 80. & Azeued. nulla tamentatione id oſtendens *lib. 5. recopil. tit. 9. l. 10. num. 15.* Azot. *tom. 1. inſtit. moral. lib. 5. cap. 7. quæ. 8.* vbi volunt ſola ea bona eſſe publicanda, quæ hæreticus habuit dum damnaretur; ergo idem dicendum eſt in delicto nefando. Quam partem in vtroque delicto tuetur Vaſquez *1. 2. quæſt. 96. art. 5. diſp. 169. cap. 1. num. 8.* Idem videtur firmare Simanch. *de cathol. inſtit. titul. 9. num. 61.*

250. Dicendum tamen eſt moltò probabilius ſola bona eſſe publicanda, quæ reus huius criminis habebat tempore commiſſi delicti. Probatur ex *l. 1. ff. de pæn.* ibi, *ſi eo tempore eſſet ſententiam paſſus, cum deliquiſſet.* Vnde conſtat ádæquari ſenteotiam articulo temporis delicti commiſſi. Atque ita iudex cum fert ſententiam, nihil aliud efficit, quàm prononciare pœnam incurriſſe, quando ſcelus patrauit. Ideo ea ſola bona, quæ ad tempus delicti acquiſiuit, reus per delictum amiſit. Quæ opinio placet Salzedo *in addition. ad practicam Bernardi, in noua edit. cap. 86. verſ. illud autem*, vbi loquitur de Sodomia. Auendan. iuu. *l. 4. Tauri, gloſſ. 7. num. 17.* Item quia eodem modo, & eadem ratione confiſcantur bona Sodomitæ ipſo iure, ac hæretici. Igitur ſicut dictum eſt de hæretico, ita de Sodoιoita; ſed hæretici bona ad bonam frugem ſe recipientis non publicantur ex tunc acquiſita, ſed quæ ante hæreſim acquiſiuit, ita dicendum eſt de Sodomita, cuius peccatum tranſit, & in ſpecie decidit Angel. *in l. quoties 14. fin. ff. de neuat. per hec verba:* Quoties confiſcari debent bona delinquentis, intelligitur de illis, quæ habet tempore delicti, nam qualitas iuncta verbo iotelligitur iuxta tempus verbi, *l. in delict. §. ſi extraneus, ff. de noxal.* Inclinat Tellus *l. 4. Tauri, num. 48. in caſu Sodomiæ*, quamuis hoc neget in hæreſi, quia hæreſis perſeuerat. Nos autem loquimur quando hæreſis non perſiſtit, in dubio tamen an hæreſis perſeueret, inclinat mens hæreſim perſiſtere, ex regul. *ſemel malus ſemper præſumitur malus in eodem genere mali*; de regul. iuris in 6.

251. Quæritur tertiò an requiratur ad incurrendas pœnas in conſtitutione citata, quòd peccatum Sodomiticum conſummetur? Reſponde affirmatiue; quia cùm ſit pœna, exigitur delictum in illa ſpecie ſimpliciter, & abſolutè perfectum intra vas præpoſterum. Nauar. *in manual. cap. 27. n. 250. ver. quintò dico.* Salzed. *apud Bernard. in pract. canon. cap. 86. in fin.* & colligitur ex *cap. fin. de ſponſalib.* vbi dicitur non perfici copulam niſi intra vas naturale ſemen effundatur. Confirmatur ex verbis eiuſdem conſtitutionis Pij V. quibus exprimit deformitatem, & turpitudinem huius vitij contra naturam, ibi: *Horrendum illud, inquit, ſcelus, quo pollutæ, fœdataque ciuitates a tremendo Dei iudicio conflagrarunt.* Vnde liquidò conſtat loqui Summum Pontificem de copula completa intra vas ordinarium illius delicti, quia ibi perficitur tale delictum. D. Thom. *2. 2. q. 154. art. 11.*

252. Porrò contra clericos nefandum exercentes de iure communi extat cap. *clerici de exceſſ. prælator.* vbi à clero eiiciuntur, vel ad agendam pœnitentiam in monaſterium detruduntur. Bernard. & Salzed. *in pract. cap. 88.* & Iul. Clar. *in §. Sodomia, num. 5.* Ex conſtitutione autem Pij acrioribus pœnis clerici puniuntur, quia omni priuilegio clericali, officio, dignitate, & beneficio Eccleſiaſtico priuantur; quamuis enim aliqui putent illam habere locum in foro interiore, & in occulto, vt tradit Garcia *de benefic. part. 11. § 2. num. 197.* verius eſt conſtitutionem eſſe intelligendam, quando delictum eſt notorium in foro externo, quia dictum cap. *clerici, de exceſſ. prælator.* procedebat, & nunc etiam procedit in foro externo duntaxat. Ergo conſtitutio Pij V. ne videatur exorbitare à iure antiquo, eodem modo debet procedere, & intelligi, quo dict. cap. *clerici*, intelligebatur. Probatur ex verbis eiuſdem conſtitutionis, vbi Summos Pontifex poſtquam omnes, & quoſcumque clericos hoc vitio laborantes priuauit omni priuilegio clericali, & omni officio, beneficio, ac dignitate, eoſdem poteſtati ſæculari per iudicem Eccleſiaſticum degradatos tradi iubet. Ex quo deducitur conſtitorionem ad forum externum pertinere.

Accedit ad id probandum hanc conſtitutionem eſſe pœnalem: igitur eſt reſtringenda, & ex conſequenti non debet intelligi in vtroque foro, ſed in externo tantùm. Iuuat regul. quæ firmat ex proœmio diſpoſitionis colligi cauſam finalem, & intentionem principalem diſponentis, vt vult Nauar. *lib. 5. tit. de ſimonia, conſ. 16. num. 4.* ſed in proœmio conſtitutionis huius Papa ait ſe voluiſſe addere pœnas in dicto cap. *clerici*, contentas; ergo Summus Pontifex loquitur de eiſdem pœnis, de quibus fit mentio in dicto cap. *clerici*, & ex conſeqoenti loquitur de foro exteriori. Fauent verba poſita in vltima parte eiuſdem conſtitotionis, quæ ſic habent ibi: *Itaque per iudicem Eccleſiaſticum*, &c. quæ apertè oſtendunt forum externum; ideo ad illud reſtringi debet conſtitutio, & nullo modo ad forum internum ampliari, maximè quando per eius ampliationem exhiberetur occaſio, & cauſa maioris mali. Nam ſi conſtitutio ligaret huius criminis reos in foro interno, non ſequeretur animarum ſalus, quæ eſt finis, quem legum latores Eccleſiaſtici in condendis legibus reſpiciunt: pauciſſimi enim obtemperarent conſtitutioni, nec ſe detegerent, quia tunc ſe infamarent, & cogerentur dimittere officia, ſeu beneficia, dignitatibuſque renonciare, quod ſanè rigidum eſſet. Quare ad tollendum hæc incommoda, placet dicere habere in foro tantùm exteriori conſtitutionem locum.

Quin addendum eſt opus eſſe ſententia contra Nauar. *in manual. cap. 27. num. 249.* vbi ait non eſſe neceſſariam ſententiam in foro externo, quia oppoſitum eſt verius in hoc caſu. Nec obſtat verbum, *priuamus*, poſitum in conſtitutione, quia illo non obſtante ad clericos priuandos exigitur ſententia ſaltem iudicis declarantis crimen, eo quòd priuatio inducitur in pœnam delicti, vt in ſpecie in hoc caſu Sodomiæ teſtantur Henriquez *lib. 14. cap. 5. num. 1. in commentar. litera F.* Graff. *1. part. deciſ. lib. 2. cap. 90. num. 5.* Manuel Rodrig. *tom. 1. ſumm. in 2. edit. cap. 210. num. 2.* Vega *2. tom. ſumma, cap. 10. caſu 2. ad fin.* Facit Sotus *lib. 1. de iuſtit. quæſt. 6. art. 6. col. 2.* dicens legem priuantem priuilegiis eo ipſo non obligare ante ſententiam, quando priuatio fit in pœnam delicti: quod etiam Sanchez in hoc crimine in terminis amplectitur *lib. 7. de matrim. diſput. 46. num. 18. & 29.*

Quod ſi adhuc inſtes Nauar. ſuprà dixiſſe, *verſ. quarto dico*, Gregorium XIII. viuæ vocis oraculo protuliſſe conſtitutionem hanc Pij V. vtrumque forum reſpicere, cùm non fundetur ſuper præſumptione, neque diſcriminet vtrumque forum, eo quia conſtat de intentione Papæ, quæ debet attendi per text. *in cap. fin. de prebend. & in cap. ſuper literis, ſub fine, de reſcriptis.* Nam ad hoc facilis eſt reſponſio, ſi dicas dictum vnius quamuis ſit viri magnæ auctoritatis, non facere fidem per textum ſingularem *in cap. cum à nobis de teſtibus, l. iureiurandi, C. de teſtib.* & ſcribentes *in cap. conſtitutus, de appellationib.* Text. & gloſſ. *ibi, in cap. Ego ſolis, diſt. 9.* Felin. *in cap. ad audient. de ſentent. excommunicat.* & Abbas *in cap. cum in Eccleſiis. de maiorit. & obedient.* ideo quamuis Nauar. aſſerat Gregorium XIII. ità ſibi reſpondiſſe, cùm id voce tenus dictum ſit, nec aliter ex ſcriptis appareat, & ex altera parte verba conſtitutionis demonſtrent mentem Pij V. illam reſpicere forum externum, & eſſe adeo clara, vt non egeant interpretationis, illis ſtandum eſt.

Illud etiam notandum eſt ex vi illius conſtitutionis abſolutè loquentis non ligari quoſcumque Sodomitas ſed clericos duntaxat, ſiue hoc crimen committant cum maſculis, ſiue cum fœminis, quidquid contradicat Azor. 3. *part. cap. 19. quæſ. 3.* exiſtimant hanc conſtitutionem non comprehendere clericum fœmina tetro abutentem, ex eo fundamento, quia copula Sodomitica eſt coitus in quo non ſeruatur debitus ſexus, & ex conſequenti, tunc datur Sodomia, quando congreſſus eſt perſonarum eiuſdem ſexus, ſcilicet maris cum mare, ſeu fœminæ cum fœmina, in vaſe contra naturam. Quam etiam partem tradit Ioan. Baptiſta Contad. *in ſuis reſponſis caſuum conſcientiæ, quæſit. 29. part. 1.* & non eſſe improbabilem vult Barboſ. Luſitan. *in 5. decretal. tit. 31. in d. cap. 4. clerici, num. 10. de exceſſ. prælator.* Sed verius eſt oppoſitum, quia datur verè Sodomia inter perſonas diuerſi ſexus, vt probat Cardinalis *in clement. 2. de conſanguinit. & affinit. quæſt. 13.* Sequitur Afflict. *in commentar. ad conſtitutiones regni, lib. 3. rubr. 42.* Decius *in l. 1. num. 9. C. de ſecund. nupt.* Hieronym. Paul. Barchionenſis *in practic. cancellaria, pag. 153.* & Cotta *in memorabilib. in verb. pædicones*, aſſerentes communiter committi Sodomiam ab eo, qui fœmina abutitur tetro in vaſe naturali illius delicti contra naturam.

253. Vltimò quæritur an clericus incurrat pœnas conſtitutionis ſi ſemel, bis aut ter crimine hoc commaculetur? Salzed. *in pract. cap. 88. alias 89. in nouiſſima edit. litera D.* Doctor Ioan. Vel. *c. 33. de punitio. delictor.* & Ceuall. *in commun. contra commun. quæſt. 227. num. 4.* docent per vnicum actum contra naturam incurri pœnas impoſitas à Pio V. in ſua conſtitutione. Dicendum tamen eſt requiri vſum continuatum ad incurrendas pœnas, vt probatur ex verbo conſtitutionis, ibi, *omnes, & quoſcumque presbyteros*, &c. tam dirum nefas exercentes. Quod verbum *exercentes*, exigit iteratas vices, & frequentiam ex vſu quaſi continuato, ſicut in ſpecie de qua agimus, voluit Imperator *in §. item lex Iulia. de adulter. inſtit. de public. iudic.* ibi, *Item lex Iulia. de adulter.* quæ non tantùm alieni tori violatores punit gladio, ſed & illos qui cum maribus præpoſteram libidinem exercere audent, vbi verbum, *exercere*, dicit frequentiam, & quaſi conſuetudinem ex vſu, & excludit vnicum, vel alterum actum. Sic Aloyſius Riccius *in praxi fori Eccleſiaſtici, reſolut. 302. limitat. 2.* Henriquez *in ſumm. lib. 13. n. 36. in commentar. litera N. & lib. 14. de irregularit. cap. 5. in comment. litera F.* Bonacina *de matrim. quæſt. 4. punct. 11. num. 2. verſ. Aduertendum eſt primò.* Aldret. *de tuenda religioſa diſciplina, lib. 2. cap. 15. num. 26. §. 5.* Suarez *tom. 5. in 3. part. diſput. 31. ſect. 4. n. 22.* Auil. *de cenſur. part. 3. diſp. 4. dub. 7.* Sayrus *de cenſur. lib. 7. cap. 12. num. 23.* Garcia *de benefic. part. 11. cap. 10. num. 198.* Quibus accedit Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi c. 67.* & Barboſ. *d. lib. 5. decretal. in cap. clerici, in verbo, eyciantur, num 4. de exceſſ. prælator.* & Farin. *in praxi crimin. quæſt. 148. ſub num. 36.* cum aliis & eſt hæc opinio communiſſima, neque ab illa tam in conſulendo, quàm in iudicando recedendum eſt.

---

## §. XIX.

### *Vtrùm ſacrilegium ſit caſus mixti fori.*

#### EPITOME.

254 *Quid ſit ſacrilegium.*
255 *Sacrilegium eſt caſus mixti fori, de iure Luſitano.*
256 *Sacrilegium quibus in rebus committatur.*
257 *Sacrilegium quando cum eo incurritur excommunicatio, pertinet ad Eccleſiaſticum.*
258 *Si clericus excommunicatus percutiatur a laico, an ſit ſacrilegium.*
259 *Sacri loci appellatione quid intelligatur.*
260 *Camera, ſeu cauerna ſeu cellula facta ſub Eccleſia, non eſt locus ſacer.*
261 *Cellulæ adhærentes Eccleſiæ non facientes corpus vnum cum illa, non pertinent ad Eccleſiam.*
262 *Chorus, ſiue Oedeum, ſiue in loco edito, ſiue non, eſt pars Eccleſiæ.*
263 *Oratoria priuata hoſpitalium, aut eremitoriorum, quando ſint loca ſacra.*
264 *Monaſteria, & eorum dormitoria an ſint loca ſacra.*
265 *Sacrarum rerum appellatione quid veniat.*
266 *Sacrilegium an ſit furari rem ſacram de loco non ſacro.*
267 *Sacrilegium quando committatur de iure canonico, & ciuili.*
268 *Sacrilegi quibus pœnis afficiantur.*
269 *Clericos capere, aut percutere, quæ pœna ſit.*
270 *An ſit ſacrilegium in Eccleſia deſtructa effuſio ſeminis, aut ſanguinis.*
271 *Cogitationes, aſpectus, & tactus turpes habere in Eccleſia quale peccatum ſit.*

SACRILEGIVM eſt læſio rei ſacræ, ſeu ſacri lædium. Bald. *in l. 1. in princip. ff. ad l. Iul. maieſt.* Lancelot. Conrad. *in ſuo templo omnium iudic. lib. 1. cap. 1. quæſt. 5. num. 7.* Zerol. *verbo, ſacrilegium 1. part.* eſtque caſus mixti fori ex lege noſtra *lib. 2. tit. 9. in princ.* & datur locus præuentioni *cap. cum ſit generale*, vbi gloſſ. *verb. malefactores*, & ibi Abbas *num. 1. de foro compet.* Iul. Clar. *lib. 5. §. fin. quæſt. 37. num. 6.* Salzed. *in praxi cap. 87. verſ. alij verò cenſent.* Ghrill. 254

*de pœn. omnifar. coitus, quæſt.* 1. *num.* 2. Couar. [illegible] .2. *variar.cap.*2 . *num. fin.* Cutia Phil.*d.part.*3. §. *num.*7. Et conſtat ex *l.*58.*gloſſ.*6.*tit.*6.*& tit.*18. p[illegible] 1. Gregor. Lopez *ibi.* Et eſt communis, vt poſt multos tradit Cardoſ. *in praxi, verb. forum,* §. [illegible] *verb.ſacrilegium, num.*15. reiectis aliis ali[illegible] ſentientibus, & in praxi ſeruatur. Quam opi[illegible] docet Barboſ. *in l. Titia, num.*51.*ff. ſolut. matrim.* Probatur, quia prohibitum eſt de iure ci[illegible] *l. ſi quis in hoc genus, C. de Epiſcop. &* [illegible] *aut facta,* §. *locus, ff. de pœnis,* vbi impo[illegible] ſacrilegio pœna mortis. Quod ſequitur Ba[illegible] *ſacrilegij pœnam, ff. ad l. Iul. pecul.* Bo[illegible] .354. Boſſ. *tit.de ſacrilegio, num.*6. Iul. Clar. § *ſacrilegium, num.*3. quæ opinio eſt communi[illegible] Aliquando tamen ſacrilegus mulctatur pœna arbitraria, vt notat Menoch. *de arbitrar. caſu* 389. De iure canonico interdum eſt pœna excommunicationis, vt *in cap. ſi quis ſuadente* 17. *quæſt.* 4. quæ incurritur ipſo iure, & per conſtitutiones Pontificum Bullæ Cœnæ in quocumque caſu inuaſionis perſonarum, rerum, & locorum ſacrorum incurritur ipſo iure excommunicatio. Extra hos caſus in cæteris excommunicandi ſunt delinquentes, ſecundùm caput, *attendendum, eſt* 17. *quæſt.*4.

256. Quæres quibus in rebus committatur ſacrilegium? Reſpondeo tribus modis poſſe committi, vel in perſonas ſacras, vel in res ſacras, vel in loca ſacra. Ita D.Thom. 2.2. *quæſt.*99. *art.*3. Turrecrem. *in cap.*3. 17. *quæſt.*4. *num.*5. *&* 6. D. Anton.2.*part.tit.*1. *cap.*21. Ghril.*in tract.de pœn. omnifar. coitus in princip. & quæſt.*1.*num.*5. Proinde ſacrilegium dicitur rei ſacræ violatio, ſeu eiuſdem vſurpatio, ſecundùm D. Thom. *vbi ſupra.* Innocent. *in cap. cum pro cauſa, de ſentent. excommunic.* Bald.*in l.*3.*num* 4. *C. de furtis, & habetur in cap. ſi quis contumax,* §. *ſacrilegium,* & gloſſ. *ibi,* 17. *quæſt.*4. Perſona ſacra dicitur, quæ miniſtrat in rebus ſacris, & continentur hæ perſonæ ab oſtiario, vſque ad Epiſcopum, & inter has clerici primæ tonſuræ numerantur per *cap. ſi quis ſua-*
257. *dente, citat.* Nec non moniales, ac reliqui religioſi, eſto non ſint prima tonſura initiati; gaudent enim hoc priuilegio, niſi illud propria culpa amittant, ideo manus iniicientes in aliquam ex his perſonis, ſeu detinentes in carcere publico [illegible] priuato, vel in aliqua domo cum violen[illegible] ita vt ex illa retentione detenti patiantur verecundiam, incurrunt excommunicationem latæ [illegible] ſententiæ, *cap. ſi quis ſuadente,* vbi nota, quòd [illegible] ſacrilegio incurritur excommunica[illegible] ſolus iudex Eccleſiaſticus cognoſcit, & [illegible] ad condemnationem impoſitæ pœnæ pro ta[illegible] [illegible]o cum excommunicatione, vt habetur in [illegible]onibus Braccharenſibus, *tit.*33. §.2. & [illegible]mbricenſibus, *tit.*37. Nec non in Portugal[illegible] *tit.*27. §.1.

258. [illegible] eſt, an ſi clericus ſit excommunicatus, & [illegible] à laico, an committatur ſacrilegi[illegible] negandum, quia excommunicatus [illegible] *cap. multi* 2. *quæſt.*1. *cap. gaudemus, de diuort.* [illegible] eſt membrum diaboli, *cap. omnis Ch*[illegible] *quæſt.*3. Hoſtienſ. tamen *in cap. ſi vero ſententia excommunicationis,* vſus diſtinctione, ait percutientem clericum perſiſtentem per annum in excommunicatione non ligari cenſura, q[illegible] mora per annum in excommunicati[illegible] priuilegium clericale. Quod ſi non [illegible] per annum, percutiens erit excommunicatus. Sequitur Innoc. *in d.cap.ſi verò.* Ego tamen puto ſiue clericus ſtet, ſiue non ſtet in excommunicatione per annum, percutientem illum incurrere in excommunicationem, quia retinet ordinem, gaudetque priuilegio, donec per ſententiam deponatur, & ante depoſitionem actualem non amittit priuilegium. Si verò inquiritur, an ſteterit per annum, quæſtio eſt facti, poteſtque ſæcularis cognoſcere.

Dubitatur quid intelligendum ſit appellatione 259.
loci ſacri? Reſpondeo ius ciuile intelligere, non ſolùm Eccleſias, ſed etiam circuitum earum per triginta paſſus circum circa. Ita Albert. *in l. ſi quis in hoc genus, col.*2. *verſ. quis dicatur locus Eccleſiæ, C. de Epiſcop. & cleric.* Oppoſitum tamen eſt dicendum, niſi circuitus ſit deputatus eidem Eccleſiæ, quaſi pars illius; aliter committens ibi delictum, non committit ſacrilegium. Item, quia locus ſacer, vt gaudeat priuilegio, debet eſſe publicè ad rem peragendam diuinam conſecratus. Ita Bartol. *in l. ſacrilegium, ff. ad l. Iul. repet.* Vnde oratoria, quæ nobiles habent in ſuis domibus, non ſunt loca ſacra, de quibus loquimur, ſed ſunt loca ſacra priuata pro ſe tantùm, & non ad vſum publicum, ideo crimen ibi commiſſum non eſt propriè ſacrilegium, ſed impropriè. Ita Ghril. *in tract. de pœn. omnifar. coitus in* 1. *quæſt. verſ. poſt hac,* Bartol. *in l. ſacrilegi, cap. ff. ad l. Iul.* quos ſequitur Menoch. *de arbitrar. cap.*389. *num.*9. Quocirca crimen commiſſum in Eccleſia benedicta, ſeu conſecrata, eſt ſacrilegium; ante verò conſecrationem, ſeu benedictionem, ſeu deputationem ad officium diuinum, aut ad fidelium ſepulturas, non erit ſacrilegium. Ita Nauar. *cap.* 16. *à num.*3. Capua *lib.*1. *deciſ. cap.*20. *num.*28. *& lib.*2. *cap.*48. *à num.*19. Angel. *in florib. part.*1. *de matr. quæſt.*6. *de ſoluend. debito, ad fin.* Sà *in ſumm. verb. Eccleſia,* §. *polluitur Eccleſia,* & Henriq. *lib.*9. *de miſſa, cap.*27. *num.*5. *& lib.*5. *de pœnit. cap.*6. *num.*9. *& in ſchol. litera H.*

Non tamen venit appellatione loci ſacri, vt ibi 260.
dicatur committi ſacrilegium occidendo, vel rei venereæ vocando, camera, ſeu cauerna, ſeu cellula ſtructa ſub Eccleſia, ſeu ſub pauimento Eccleſiæ, quia eſt locus extra Eccleſiam. Ita Manuel Rodrig. 1. *tom. ſumm. in* 2. *edition. cap.*153. *n.*10. *concluſ.*9. Graffis & Sà *vbi ſuprà,* Syluest. *conſecratio* 2. *quæſt.* 5. *caſu* 1. Tabien. *eodem verbo* 2. *quæſt.*5. §.6. niſi ſit ſpelunca concaua deputata ad ſepulturam fidelium, quia dicitur pars Eccleſiæ, ſicut eſt cæmeterium, quod eſt pars exterior, tunc eo violato eſt ſacrilegium, ſi eſt ab Epiſcopo benedictum. Polluitur enim ſanguine, vel ſemine, hoc eſt iniurioſa ſanguinis effuſione, aut ſeminis, vel copula in eo habita, ſicut & Eccleſia, nec poteſt in eo aliquis ſepeliri, donec reconcilietur, eodem modo quo Eccleſia polluitur ſemine, aut ſanguine illicitè effuſo, vt probatur ex *cap. vnic. de conſecratione Eccleſiæ, in* 6. & ibi gloſſ. *verbo, polluto,* Angel. *verbo, conſecratio cæmeterij, n.*1.

Non tamen ad hunc effectum eſt locus ſacer 261.
cellulæ adhærentes Eccleſiæ, cum non faciant vnum corpus cum Eccleſia, nec ſint cultui diuino deputatæ. Ita Manuel Rodrig. *vbi ſuprà, c.*153. *num.*10. *concluſ.*9. *& cap.* 243. *num.*19. Suarez 3. *part. quæſt.*83. *art.*3. *diſp.*81. *ſect.*4. §. *tertiò violatur.* Henriq. *lib.* 5. *de pœnit. cap.* 6. *num.*5. *& in ſchol. litera H.* vbi addit idem eſſe dicendum de turri, ſeu turribus, vbi cymbala ſunt conſtituta, quia non eſt locus ſacer, quod etiam tradit Sot.

*in 4. diſt.33. quæſt.unic. art.3.* Angl. *in 1. part. de matrim. quæſt.6. citat.* & Suarez *vbi ſupra.* Vnde capellæ cum ſint partes Eccleſiæ, & ad idem munus deputatæ, dicuntur loca ſacra. Idem dicendum puto de ſacriſtia ad veſtium ſacrarum cuſtodiam deputata, quando pariete duntaxat interiecto diuiditur, cùm ſit pars Eccleſiæ, illique immediatè adhæreat, quidquid aliqui contradicant, de qua *infra §. ſequenti.*

262. Idem dic de cellulis ad recipiendas confeſſiones extructis intra concauum parietis Eccleſiæ. Probatur, quia paries ille eſt pars Eccleſiæ, & eſt intra clauſuram eiuſdem: & ſicut eſt ſacrilegium quod committitur intra Eccleſiæ limen, & intra lineam, quam valuæ attingunt in liminibus; ita erit ſacrilegium, ſi fiat intra cellulas in concauo parietis deputatas ad excipiendas confeſſiones mulierum, quia intra Eccleſiam fieri dicitur, quod non fit extra eam, nec extra limina, & clauſuram eiuſdem. Vnde puto eſſe locum ſacrum ad hunc effectum, vt dicatur commiſſum ſacrilegium, quod committitur in ſacriſtia, quæ non diuiditur ab Eccleſia, niſi per parietem intermedium, pateteque aditus, ſeu porta ab Eccleſia ad illam, & ab illa ad Eccleſiam, etiamſi ſacriſtia non ſit intra limites cæmeterij vt poteſt contingere in Eccleſia, quæ non eſt parochia, quia vbi eſt intra limites cæmeterij, non eſt dubium, quòd gaudeat priuilegio Eccleſiæ, cùm ſit intra ambitum, in quo defuncti ſepeliuntur. Ratio, quia cenſetur ſacriſtia ſecundùm ſe pars Eccleſię, facitque vnum corpus cum Eccleſia, nec reputatur Eccleſia perfectè conſtructa, quæ illa careat.

Idem dicendum eſt de choro, quem conſtat eſſe partem Eccleſiæ ſiue ſit in loco edito, ſiue non, cùm ſit deſtinatus ad diuina officia. Ita videtur ſentire D. Anton. 2. *part. tit.1. cap.21. §.1. circa medium*, & Sanchez *de matrim. lib.9. diſp.15. num.33.* idem credit, additque eandem eſſe rationem de loco organorum conſtituto in quadam chori parte ex eo quòd ſonus organorum eſt cantus, & pars quædam diuini cultus. Idem cenſeo de cellulis ex aduerſo, ſeu ad latus aræ maximæ, ſeu capellæ maioris ad ſacrum audiendum extructis, vulgo *tribunai*, ſi non fuerint, niſi ad ſacra audienda, vel ad organa, ſeu officia cantanda deputatæ, quales ſunt illæ, quæ in domo profeſſa noſtra Olyſiponenſi, & in collegio Eborenſi extant, cum intra parietes eiuſdem Eccleſiæ extimas contineantur, nec ad alios vſus profanos deputentur, ſed vt inde ſacrificij rebuſque diuinis interſint, & vt conciones audiantur, cultuique ſacro ſeruiatur.

263. Ex dictis ſequitur, non eſſe loca ſacra ad hunc effectum, vt cenſeantur violata per ſanguinis, vel ſeminis effuſionem, oratoria priuata hoſpitalium, aut eremitoriorum ſine licentia Epiſcopi erecta, & alia in domibus priuatis extructa. Ita Iul. Clar. *lib.5. in praxi, §. fin. num.7. verſ. ſed quid dicendum, quæſt.30.* Gregor. Lopez *l.4. verbo, a la Eccleſia, tit.11. part.1.* Suar. de Paz *tom.1. in praxi, part.5. cap.3. §.3. num.30.* Syluest. *verb. loca religioſa, q.2. & verb. interdictum 6. quæſt.5. & verb. immunitas primò, quæſt.1. ad fin.* & ex antiquioribus Abbas *in cap. fin. num.4. de cenſibus, & cap. parentibus, num.3. de priuileg.* Remig. *de immunit. Eccleſiæ, fol.26. num.10.* etiamſi in eiſdem ſacrificetur de poteſtate Epiſcopi, quia poſſunt ad libitum dominorũ ad vſus prophanos cõuerti. Ita doctores citati; nec gaudent immunitate Eccleſiæ.

Idem dicendum eſt de monaſteriis, eorúmque dormitoriis, & multominus de prædiis religioſorum, quoad hunc effectum ſacrilegij. Ita Nauar. *in manual. cap.16. num.3. verſ. interrogatus,* Graff. *lib.1. deciſ. cap.20. num.28.* & alij, quos ibi refert, ac ſequitur. Secus dicendum eſt de Eccleſiis hoſpitalium atque eremitoriorum, quæ auctoritate Ordinarij eriguntur, & ad cultum diuinum deputantur, quia quamuis non ſint benedictæ, nihilominus non poſſunt redire ad vſus profanos ſine licentia Epiſcopi, & eo ipſo, quo fuerunt extructæ, ac deputatæ ad cultum diuinum auctoritate Epiſcopi, ipſa deputatio habetur loco benedictionis, & eſt quaſi conſecratio quædam; colligitur ex *cap. adhæc, de religioſis domibus.* Accedit huiuſmodi Eccleſias immunitate Eccleſiæ gaudere quoad alia. Ita Couar. 2. *variar. cap.20. num.4.* Suarez de Paz *tom.1. part. 5. cap.3. §.3. à num.27. ad 30. vſque.* Quamuis Sà *in ſumm. verb. Eccleſia, §. polluitur Eccleſia,* ibi: *Non polluitur autem per ſententiam ſanguinis ibi latam, aut ſi locus non ſit ſacer per benedictionem, etiamſi in eo ſoleat Miſſa celebrari, vt ſolet in Oratorio per Epiſcopum deſignato.* hæc ille *num.13.* cuius ſententiæ tenax eſt Henriq. *lib.5. de pœnit. cap.6. n.5. in comment. litera H. & lib.9. de Miſſa, cap.27. n.3.* quæ ſententia non omnino diſplicet. 264

Sed oppoſita tanquam vera magis placet: ſi ibi publice fiat ſacrum, omnéſque ad diuina audienda ſine diſcrimine admittantur, præſertim ſi iam ex longo tempore ibi ſacra peragantur. Quod maximè conducit ad præſumendum ſimilia loca fuiſſe auctoritate Epiſcopi erecta, & ad diuina officia deputata, etiam in dubio, an ſaltem per decennium ibi fuerint celebrata diuina. Archidiac. *in cap. nemo. de conſecratione, diſt.1.* Alexand. *conſ.135. num.16. lib.5. & conſ. 219. vol.4. lib.6.* Iaſon *in l. ſciendum, num.17. de verbor. obligation. & in l. ſi certis annis, num.10. C. de pact.* Affiict. *deciſ.368. num. 14.* Rochus *de iure patronat. in verb. ex eo quòd de diœceſani, quæſt.* & alij, quos refert, ac ſequitur Brun. *in tract. de forma, & ſolemnitate, tit. de probatio. & præſumptio. formæ, & ſolennit. col.10. verſ. ſecundò facit.* Lege Maſcard. *de probationib. concluſ. 869. num. 1. 2. 3. & 4.*

Petes quid ſit res ſacra, & quid veniat appellatione illius? Reſpondeo inter res ſacras primum locum conſequi ſacramenta, & inter ſacramenta præcipuum eſt Euchariſtiæ ſacramentum. Ideo ſacrilegium commiſſum contra hoc ſacramentum, eſt omnium grauiſſimum. Secundo loco nomine rei ſacræ veniunt vaſa ſacra, imagines ſacræ, & reliquiæ ſanctorum, in quibus ſanctorum perſonas, ipſoſque veneramur; denique reliqua ornamenta, veſteſque, ac reliqua, quæ ad ornatum, tam Eccleſiæ quàm miniſtrorum, vſumque eorum pertinent. Quicunque ergo contra quodcumque prædictorum peccat, ſacrilegium committit tantum, vel tantum, quanto maior eſt ſanctitas rei ſacræ. Ita D. Thom. 2.2. *quæſt.99. art.3.* & Syluest. *in verbo, ſacrilegium.* 265

Difficultas eſt, an ſit ſacrilegium furari rem ſacram de loco non ſacro, vel rem non ſacram de loco ſacro? Reſpondeo furari rem ſacram de loco non ſacro de iure ciuili non eſſe ſacrilegium, 2
quia requiritur, vt res ſacra ſubtrahatur de loco ſacro. Ita Bartol. *in l. diuino 1. ff. ad l. Iul. peccul.* & Boër. *deciſ.254. in princ.* Secundùm tamen ius ciuile pro loco ſacro non intelligitur ſolùm Eccleſia

[illegible] ſia ad effectum ſacrilegij, ſed etiam circuitus [illegible] ix per [illegible] ginta paſſus. Proinde ſi res ſacra [illegible] fuerit ſublata de aliqua domo, quæ in cir[illegible] Eccleſiæ eſt circa triginta paſſus, dicitur [illegible] ilegium, quia cenſetur ſublata de Eccle[illegible] itque Bartol. etiam requiri ad ſacrilegium, q[illegible] locus ſacer ſit publicè conſecratus, hoc eſt ad [illegible] um publicum, non verò ſi ſit locus priuatum ſacer, vt oratoria, & loca ſacra priuata, quæ habentur in priuatis domibus, quæque habent ſodaliti[illegible], ac confraternitates pro ſuo vſu tantùm, non verò ad vſum publicum. Ita Bartol. *in l. ſacrilegium 1. ff. citato.* Ex quo ſequitur ſecundùm Bart[illegible]lu[illegible] eſſe ſacrilegium capere rem ſacram de loco [illegible] ſacro: ſurripere verò rem ſacram de loco p[illegible]uatim ſacro eſſe quaſi ſacrilegium. Quod etiam ſequitur Ghril. *in tract. de pœnis omnifar. coitus in* [illegible]9. *verſ. poſt hac*; ſequitur Menoch. *de arbitrar. caſu* 389. vbi ait ſacrilegum furantem rem ſacram de oratoriis priuatis eſſe puniendum pœna furti maiori, quàm puniri ſolet furtum ſimplex, non tamen pœna veri ſacrilegij.

267. De iure tamen canonico committitur ſacrilegium, quando tollitur res ſacra de ſacro, vel de non ſacro, vel quando aufertur res non ſacra de loco [illegible]acro. Ita Boër. *deciſ. citat. in princip.* Gloſſ. *in cap 3. 17. quæſt. 4.* & conſtat ex *cap. quiſquis, §. ſacrilegium 17. quæſt.* 4. Bartol. *in l. ſacrilegij capite* [illegible] *ad l. Iul. pecul.* dummodo res non ſacra ſit depoſita, tanquam in aſylo in loco ſacro, ſeu ſub cuſtodia rei ſacræ. Ita exponit Leſſ. *de iuſt. lib.* 2. *cap.* 12. *dub.* 1. *num.* 7. Vnde ſequitur de iure ciuilitem non ſacram e loco ſacro ſurripere, non eſſe ſacrilegium, ſecus de iure pontificio; & probatur ex illo Ciceronis *lib.* 2. *de legib.* vbi ſic ait: *Sacrilego pœna eſt, neque ei ſoli, qui ſacrum abſtulerit, ſed etiam ei, qui ſacro commendatum ſurripuerit.* De illo verò qui rem non ſacram, verbi [illegible]ana, marſupium, vel aliud ſimile abſtulit in [illegible] ſacro, dubium eſt an ſit ſacrilegium. Boër. *dec*[illegible] 54. *num.* 1. & 2. placuit eſſe ſacrilegium, & v[illegible] probari ex *cap. quiſquis, in fin.* 17. *quæſt.* 4. & ex [illegible]ſſ. *in cap. ſacrilegium, eadem* 17. *q.* 4.

Dicendum tamen eſt de iure ciuili non eſſe ſa[illegible]m, quia datur ſolum, quando aufertur re[illegible] de loco ſacro, vt diximus ſuprà: ſecundum quod quando aufertur ſacrum de non ſacro datur [illegible]o furti, non verò ſacrilegij; & à for[illegible]m aufertur non ſacrum de ſacro. De iure [illegible]anonico verius eſt non eſſe ſacrilegium, [illegible]ando aufertur non ſacrum de ſacro, quod [illegible]peciali cuſtodia Eccleſiæ, & Dei. Vnde [illegible]umenam audientis miſſam in Eccleſia [illegible]ac[illegible]egium, ita Henriq. *lib.* 2. *de pœnit.* [illegible]*m.* 5. *in comment. litteræ N.* poſt alios, & [illegible]unis opinio, à qua non eſt recedendum [illegible]do, & conſulendo. Sequitur Ceuall. [illegible]ultis ibi citatis.

[illegible] omnes ſacrilegi incurrunt pœnam e[illegible]onis latæ ſententiæ, ſed aliqui tan[illegible]pe percuſſores clerici, *cap. ſi quis ſuad*[illegible] *quæſt.* 4. Item incendiarij, qui Eccleſias, v[illegible] ſacra incendunt, per *cap. conqueſti. de ſent. excommunic.* vbi etiam excommuni[illegible] [illegible]ctores, & ſpoliatores Eccleſiarum. [illegible] *de cenſur. diſput.* 22. *ſect.* 2. *num.* 6. quem ſequitur Leſſius *lib.* 2. *cap.* 45. *dub.* 4. *à n.* 22. vbi ad[illegible]t duo eſſe neceſſaria, vt incurratur hæc ex[illegible]mmunicatio nempe effringere inſuper, & ſpoliare Eccleſias, ſeu aliqua loca pia, quaſi alterum eorum duntaxat non ſufficiat, ex Caietan. *cap.* 21. *verb. excommunicatio*, & ex Nauar. *in ſum. cap.* 27. *num.* 94. quibus ipſe adhæret, & Saytus *de cenſur. lib.* 3. *cap.* 29. *num.* 16. Vnde ſi quis aperiat Eccleſiam, vt ſpoliet, vel frangat, ſed non ſpoliet, non incurrit hanc excommunicationem, ſed oportet, quòd vtrumque faciat, vnde ſi aperiat claue, & ſpoliet, etiam euadet. Nauar. *in manual. cap.* 27. *num.* 94. *§. octaua*, & Sayr. Nomine verò Eccleſiarum veniunt monaſteria, & cætera loca pia; ratio, quia hæc pœna lata eſt in fauorem Eccleſiarum, ideo latè accipienda ſunt.

Petes iterum quibus deinde pœnis ſacrilegi 268.
afficiantur ipſo iure? Reſpondeo ſi clerici ſint, fieri infames, *cap. infames* 6. *quæſt.* 1. impediréque ne vlterius promoueantur, *cap. venerabilem, verſ. nunquid enim*, & ibi gloſſ. *verbo, ſacrilegium. de electione.* Rebuff. *in prax. benefic.* 2. *part. tit. de modo amittend. benefic. num.* 56. *pag.* 472. Corras 3. *part. cap. vltim. num.* 25. Salzed. *ad Bernard. c.* 87. *addit.* 1. vbi notat, quod quando cum ſacrilegio incurritur excommunicatio, ſolus iudex Eccleſiaſticus cognoſcit, Barboſ. *in remiſſ. lib.* 2. *tit.* 9. *in princip. num. etiam* 9. *in text. ſacrilegos*; quamuis diſtinguant aliter aliqui, nempe ſi laicus offendat clericum, Epiſcopum procedere poſſe contra illum ad pœnas ſpirituales, iudicem verò ſæcularem ad pœnas fiſco applicandas, cùm pœna ſpiritualis non auferat temporalem. Iul. Clar. *in praxi, §. vlt. quæſt.* 36. *num.* 47. ex quo ſi ſacrilegus ſit clericus, & ex ſacrilegio incurratur excommunicatio, vel etiam ſit laicus, & detur præuentio, ratione excommunicationis, Eccleſiaſticus, etiam de laico cognoſcet, quoad vtramque pœnam. Curia Philip. 3. *part. §.* 2. *num.* 6. & 7. poteritque clericus laicos ſibi iniuriam inferentes coram vtroque iudice accuſare, at ſuprà dictum eſt, & tradit Rebuff. *in tract. exceptionum, n.* 239.

Quid de percutientibus, aut capientibus cle 269.
ricos? Reſpondeo non eſſe priuatos, nec regulariter priuandos beneficiis, ſed incurrere excommunicationem per *d. cap. ſi quis ſuadente* 17. *q.* 1. Si autem percutiant, ſeu capiant Epiſcopum, ſunt ipſo iure priuati beneficiis, *clem.* 1. *de pœn.* Rebuff. *in praxi, tit. de mod. amittend. benefic. num.* 40. Garcia *de benefic. part.* 11. *cap.* 10. *num.* 173. De occupantibus verò, ſeu vſurpantibus bona Eccleſiæ, vel eam moleſtantibus, ac perturbantibus in ſua poſſeſſione, quique occupant per vim, vel timorem iuriſdictionem, bona, ſeu iura, aut emolumenta alicuius Eccleſiæ regularis, ſiue ſæcularis, & in proprios vſus conuertere præſumpſerint, aut impedierint, ne ab eis percipiantur, ad quos de iure ſpectant, dicendum eſt eſſe excommunicatos, donec vſurpata, & occupata reſtituant, & à Papa abſoluantur. Quòd ſi non per vim, nec per metum iniurioſum bona illa occupauerint, aut vſurpauerint, non ſunt ipſo iure excommunicati; ſed poſſunt excommunicari. text. *in cap. conqueſtus*, & ibi ſcribentes *de foro compet.* Abbas poſt Innocent. & Ioan. Andr. *in cap. conqueſti. de ſentent. excommunic.* & ibi gloſſ.

Porrò ſi vſurpans, vel occupans fuerit patronus eiuſdem Eccleſiæ, eius patronatu etiam eo ipſo priuatus exiſtet vltra excommunicationem. Clerici verò, quia participes fuerint huiuſmodi vſurpationis, ſeu conſentientes, ſubdantur eiſdem pœnis, & beneficiis quibuſcumque priuati ſunt, inhabileſque in poſterum ad quæcumque alia beneficia. Præterea ab executione ordinum ad

ad arbitrium Epiſcopi etiam facta ſatisfactione plene, & obtenta abſolutione ſuſpendantur. Concilium Trident. *ſeſſ. 22. cap. 11. de reformat.* Illud pro patrono laico adde, non poſſe illum abſque ſpeciali facultate Sedis Apoſtolicæ poſſidere Eccleſiaſtica bona, ſeu Eccleſias, quamuis iuris patronatus proprij ſint, non obſtante quacumque poſſeſſione. Sic habetur in declarationib. Concil. Trident. *d. cap. 11. verſ. quid ſi eiuſdem Eccleſia patronus fuerit.*

270. Quid ſi percutiatur quis vel habeatur copula in Eccleſia deſtructa? Reſponde non eſſe ſacrilegium ſi Eccleſia auctoritate Epiſcopi ſit deſtructa. Colligitur ex *cap. Abbate. ad finem de verbor. ſignificat* & ex *cap. hoc diximus 16. quæſt. 7.* & Gloſſ. *in d. cap. Abbate, & cap. 2. verb. principale, de noui oper. nunciat.* Ex quibus educitur Eccleſiam ita deſtructam non frui immunitatibus Eccleſiæ conceſſis. Et ex conſequenti criminoſi confugientes ad Eccleſiam deſtructam poſſunt inde extrahi. Iul. Clar. *in practic. crimin. §. fin. quæſt. 30. num. 6. verſ. maius eſt dubium.* Suar. de Paz *in practic. tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 3. num. 38.* Farin. *in ſua praxi, quæſt. 28. num. 70.* Secus ſi fuit deſtructa auctoritate Epiſcopi, vt iterum ædificetur in eodem loco, Armill. *verb. ciuitas, num. 3.* Iaſon *in l. inter ſtipulantem, §. ſacramenta, num. 30. ff. de verbor. obligationib.* Additionator ad Bart. *in edit. antiqua.* Felin. *cap. cum dilecta, num. 21. de reſcriptis.*

Multò fortiùs non erit ſacrilegium in Eccleſia diruta habere tactus turpes, quando non fuit diruta auctoritate ſuperioris, & abſque ſpe reædificationis. Quin imò tactus quocumque modo turpes habiti in quocumque loco ſacro, ſeu Eccleſia conſecrata, ſeu benedicta abſque periculo pollutionis, non ſunt ſacrilegi, nec habent circumſtantiam neceſſariò aperiendam in confeſſione. Ratio, quia quod aduerſatur conſecrationi, & ſanctitati loci, & illum polluit, eſt effuſio ſeminis humani, ſed in hoc euentu, nec eſt pollutio, nec periculum pollutionis; ergo non violatur illis tactibus Eccleſia, & ex conſequenti non impediuntur officia diuina, aut mortuorum ſepultura, quæ per ſacrilegium impediuntur. Ideo cùm tactus illi non conſtituant ſacrilegium, non efficiunt circumſtantiam ſacrilegij aperiendam neceſſariò in confeſſione. Alcocer. *in ſumm. cap. 20. fol. 74. col. 2. §. los tocamentos.* Quod ſi dicas in huiuſmodi tactibus interuenire aliquam irreuerentiam; Reſpondeo aliquam eſſe irreuerentiam, venialem tamen; & ideo non eſt hæc circumſtantia neceſſariò exprimenda in confeſſione.

271. Hinc ſequitur concupiſcentes in Eccleſia fœminam, quam vident, niſi expreſſe concupiſcant in Eccleſia rem habere cum illa, non committere ſacrilegium, quo polluatur Eccleſia: deſideratur enim conſummatio delicti in Eccleſia, vt perficiatur ſacrilegium. Idcirco non eſt ſacrilegus, nec contrahit circumſtantiam in confeſſione neceſſariò aperiendam, qui deſiderat in Eccleſia fœminam, non tamen deſiderat eam cognoſcere carnaliter, niſi extra Eccleſiam, nam per deſiderium copulæ non violatur Eccleſia, ſed per copulam in Eccleſia, ſeu in loco ſacro habitam. Item, quia actus internus, & externus non ſunt eiuſdem ſpeciei, niſi quando feruntur in idem obiectum ſub eiſdem omnino circumſtantiis, ſecus quando ſub diuerſis, puta ſi quis concupiſcat monialem, ſub expreſſa conditione *ſi non eſſet monialis, ſed ſi eſſet ſoluta*, quia tunc non eſſet deſiderium ſacrilegum, etiamſi actus externus copulæ eſſet ſacrilegus. Eo quòd actus internus, non tendit in externum ſub eadem circumſtantia; atque ita affectus ille internus non eſt particeps malitiæ ſacrilegij, quæ in effectu externo datur. Cæterùm admitteret ſacrilegium, qui deſiderat extra locum ſacrum habere rem cum fœmina in loco ſacro, quia attenditur locus non deſiderij, ſed locus ſacer, vbi concupiſcit habere copulam. Ita Nauar. *in cap. conſideret. in princip. num. 21. de pœnit. d. 5. & in ſumm. cap. 6. num. 1.* Alcoc. *in ſumm. cap. 20. fol. 74. col. 2.* Petr. Ledeſm. *ſum. Sacram. de pœnit. cap. 19.* circa loci circumſtantiam *§. acerca deſta concluſion*, & alij, quibus accedit Sanchez *de matrim. lib. 9. diſp. 15. & n. 18 vſque ad 21.*

---

## §. XX.

### *Falſantes literas Apoſtolicas, ſeu regias, in quo iudicio ſint puniendi?*

EPITOME.

272 *Falſantes literas Papæ, & defenſores illorum ſunt excommunicati, & priuantur ipſo iure beneficijs.*

273 *Laici vtentes literis Apoſtolicis falſis excommunicantur, & quid de clericis.*

274 *Quæ literæ veniant nomine literarum Apoſtolicarum.*

275 *Falſificans ſignum Regis, ſubſcriptionem, aut ſigillum per ſe, vel per alium, vel aliquid addens, vel detrahens, quomodo puniatur.*

276 *Falſum an dicatur committere, qui mutat verbum aliquod, vel literam vnicam in literis Apoſtolicis, vel abradit, aut delet.*

277 *An incurrat in cenſuram Bullæ Cœnæ fabricans falſas literas, vel illis vtendo.*

278 *Clericus committens falſitatem circa literas Apoſtolicas, vel reſcripta, punitur pœna mortis.*

279 *Clericus in ſacris falſans ſigillum Regis punitur pœna deportationis, vel exilij perpetui.*

280 *Quæ pœna de iure noſtro imponantur falſantibus literas Regis, & officialium.*

281 *Falſantes inſtrumenta, & alta cauſa cadunt a cauſa.*

282 *Generali in remiſſione non venit crimen falſi.*

CIRCA pœnas falſantibus impoſitas dicendum eſt ex *cap. ad falſariorum, de crimine falſi*, falſarios literarum Papæ, qui per ſe, vel per alios eas falſant, eſſe excommunicatos cum ſuis fautoribus, ac defenſoribus, priuatoſque ipſo iure beneficiis. Ita Rebuff. *in praxi, tit. de mod. amittend. benefic. num. 43. & de pacific. poſſeſſ. num. 265. verſ. 7.* vbi citat text. *in cap. in quibuſdam*, ibi, *beneficiati beneficium prorſus amittant, de pœn.* Azor. *2. part. lib. 7. cap. 1[illegible]* *quintum crimen.* Garcia *de benefic. part 11. cap.* [illegible] *num. 170.* quod procedit etiamſi falſificent literas aliàs nullas, falſificantes debent puniri, ac ſi falſificaſſent literas validas. Ita Abbas per text. *ibi in cap. olim, num. 6. de reſcript.* vbi Anton. de Butr. Iaſon *in l. vbi pactum, ſub num. 25. verſ. quartò facit,* 272.

*facit, C. de tranſ*[illegible]. ſicut notarius conficiens in[illegible]mentum fal[illegible]um, aliàs nullum ex defectu ſo[illegible]tatis, punitur perinde ac ſi eſſet validum. B[illegible] *in l. ſi quis legatum, num.2. ff. ad l. Corn.* d[illegible]*s*, Iaſon *in d.* [illegible] *i pactum, n.26. l. de tranſ*[illegible]. Felin *in cap. ex tenore ſub num.9. de reſ*[illegible]robatur exemplo clerici beneficiati in mi[illegible]ontrahentis nulliter matrimonium, pu[illegible]p[illegible]re amiſſione beneficij, eodem modo [illegible]io priuatur quando validè contraxit, quia mag[illegible] conſideratur affectus, quàm factum. Ita Rom[illegible] *conſ.483. incipit, dubitatur primò, num.5.* & [illegible]ciſc. Pauin *in tract. de offic. & poteſt. capitu i,* [illegible]*ltimo præludio, verſ. ſeptimò per matrimonium* & alij, quos ſequitur Gonzal. *de menſibus gl.* [illegible]*15. in princip. num.44.* ob quam etiam cauſ[illegible] teſtis deponens falſum in iudicio nullo p[illegible]itur eadem pœna, ac ſi deponeret in iudicio vero.

273. Inſuper laici vtentes ſcienter literis Apoſtolicis fal[illegible]is excommunicantur ipſo facto per *d. cap. ad falſariorum*, & *ibi* Panorm. *num.6.* Angel. *verbo, excommunicatio quinto, caſu 3. num.2.* Tabien. *eodem verbo, quinto, caſu 5. §.2.* Nauarr. *cap.27. num.62. verſ. quarta*, Tolet. *in bulla cœnæ, num.4. cap.23. dub.1.* Cæterùm clerici vtentes non ſunt excommunicati, quidquid contra teneat Hoſtienſ. ſunt tamen ipſo iure priuati officiis, & beneficiis, cum text. faciat diſcrimen inter clericos, & laicos, teſte Panorm. & reliquis præcitatis. Impetrantes [illegible]ero fal[illegible]as literas Apoſtolicas excommunicantur, ſiue laici, ſiue clerici per *d. cap. ad falſariorum.* Non ſunt tamen excommunicati impetrantes literas papales, ſuppreſſa veritate, vel oppoſita falſitate. Ita Tolet. *d. num.4. verſ.* [illegible]*rtiò impetrantes*, Caiet. *verbo* [illegible]*xcommunicatio. cap.26.* quia literæ in ſe veræ ſunt, [illegible]a Summo Pontifice conceduntur, & *d. cap. f*[illegible]*rum*, [illegible]um comprehendit illos, qui literas Apoſtolicas falſas impetrant, aut falſificant, aut [illegible] ſcienter literis Apoſtolicis falſis; ſicut no[illegible]urrunt impetrantes eaſdem literas, pro ſe [illegible]ne alieno, eiſque impetratis vtuntur. Ita [illegible]*.verſ. tertiò impetrantes*, & Sayr. *de cenſur. lib.* [illegible] *cap.10. num.5.* ex quibus ſequitur diſcrimen [illegible]enſuram cap. *ad falſariorum*, & bullæ cœnæ [illegible] cenſura bullæ cœnæ eſt reſeruata Sum[illegible]fici, altera verò Ordinario, neque exten[illegible] bulla cœnæ ad vtente, impetrantes, defen[illegible]tes falſarios, neque ad falſificantes per alios, [illegible] falſarios literarum Apoſtolicarum, neque [illegible]antes falſificari, quos omnes comprehendit [illegible]c. *ad falſariorum*, ita Graff. *lib.4. deciſ. c.18.* [illegible]*. ad n.95.* Tolet. *lib.1. de bulla cœnæ, cap.23.* [illegible]*impetrantes*, & Sayr. *de cenſur. lib.3. c.10. n.7.*

274. [illegible]ne verò literarum Apoſtolicarum ve[illegible]ræ expeditæ ſub nomine ſedis Apoſto[illegible] Summi Pontificis, ſiue ſint plumbatæ, [illegible]bea, annulóque piſcatoris ſignatæ, quæ *breuia*, ſiue *ſupplicationes*, hoc eſt peti[illegible]ptis, quæ Summo Pontifici, vel eius [illegible]o, vel eorum vices gerentibus of[illegible] primùm ab aliquo eorum ſignantur [illegible]tur, *fiat*, vocantur ſignaturæ. Ita Graff. *num.* [illegible] Tolet. *num.1.* & Sayrus *num.9.* qui vero [illegible] has literas, breuia, ſeu ſupplicationes, gr[illegible]eu iuſtitiam concernentes, incurrit in ce[illegible]n bullæ cœnæ, & in cæteras pœnas rel[illegible] f[illegible]an[illegible]bus impoſitas. A quibus ſunt im[illegible] fa[illegible]antes literas legatorum, pœnitentiariorum Papæ, nunciorum ſeu inferiorum præ-latorum, quia non ſunt literæ Apoſtolicæ, ſed commiſſarij Papæ, viuæ vocis oraculo conſtituti. Ita Graff. & Saytus *vbi ſupra, verſ. qui falſificaret literas pœnitentiariæ*, Nauarrus *d. cap.27. num. 62. verſ. tertia.* Similiter non ſunt falſarij falſificantes literas cuiuſcumque legati etiam à latere, neque literas quarumcumque congregationum etiam Cardinalium in vrbe exiſtentium, cùm non ſint literæ Apoſtolicæ, neque per hoc crimen incurritur excommunicatio dicti cap. *ad falſariorum*, ex Nauar. *d. verſ. tertia*, & Sayrus *num.9. ad finem*; poſſunt tamen ſupradicti falſarij ſuſpendi ab officio, & beneficio, donec mereantur conſequi abſolutionem à ſede Apoſtolica. Pro reliquis pœnis vide Abbatem *in cap. cum olim. de reſcript.* & Gloſſ. *in cap. ad falſariorum, in verb. legitimus, de crimin. falſ.* Boer. *deciſ.82.* neque hodie iam eſt in vſu detruſio in monaſterium, teſte Salzed. *cap.128. in addition.* & Iul. Clar. *§. fin. q.70.* quibus adhæret Cardoſ. *verbo, falſarius, num.9. & ſequentibus.*

Porrò falſificans ſignum Regis, ſeu ſubſcriptionem, aut ſigillum, per ſe, vel per alium, ſi laicus ſit, aut in literis Regis aliquid addiderit, vel detraxerit, per quod literarum ſubſtantia, ſeu ſenſus varietur, aut intentio Regis mutetur, pœna capitali punitur, inſuper & confiſcatio omnium bonorum incurritur, ſi deſcendentes, vel aſcendentes non habuerit. Ita ius Luſitanum *lib.5. ordin. tit.52.* Quæ pœna eſt in vſu in regno Neapolitano, Afflict. *deciſ.21. n.1. & 9.* Menoch. *de arbitr. caſu 306. num.9.* quod crimen adeo enorme eſt, vt ſi princeps concedat generaliter in aliquo caſu remiſſionem omnium criminum, non cenſeatur remittere hoc crimen, & quod maius eſt, etiamſi in ſpecie obtineat remiſſionem tanquam ſubreptitia habeatur; nec effectum ſortiri debet ex iure Luſitano *d. tit.52. n.2.* Bartol. *in l. Lucius, in fine. ff. ad Senatuſconſ. Turpil.* Marſil. *in rubric. ff. de falſ. num.12.* Nec damnatus ad mortem liberabitur ab ea, etiamſi ei [illegible]obuius Cardinalis, qui poteſt alios liberare. Ita Cened. *collect.26. ad decretales, num.2.* Tiraq. *de pœn. temper. caſu 31. num.24.* 275.

[illegible]bium tamen eſt an dicatur committere crimen falſi, qui mutant aliquod verbum, vel literam in literis Apoſtolicis, & incurrant excommunicationem bullæ cœnæ propter hanc leuem mutationem? Affirmat Anton. *3. part. tit.24. c.16.* & Felin. *in cap. ex parte, §. ſtylus, num.20. de reſcript.* Idem tenet Ricard. *in 4. diſt.18. art.12. q.4.* & Hoſtienſ. *in ſumm. de crimin. falſ. §. porrò, verſ. ſed hodie*, quem ſequitur Abbas *num.3. de fide inſtrum.* dicentes incurrere ipſo facto excommunicationem bullæ cœnæ, qui in reſcripto bullato mutauerit, abraſerit, deleuerit, vel minuerit aliquam partem, vel literam, vel etiam dimidiam, exceptis officialibus, quibus hæc cura commiſſa eſt. Item excepto impetrante, ſi integram bullam lacerauerit, eaque noluerit vti, volueritque ſuo iure renunciare. Ita Sylueſt. *in ſum. excomm.7. §.8. verſ. corrigentes autem literas papales*; nec ab eo diſſert Afflict. *deciſ.404. n.11.* Partem negantem, nempe non incurrere hanc excommunicationem mutantes in literis Apoſtolicis punctum, vel corrigentes litterarum aliquam, non mutantem ſenſum, nec ſubſtantiam bullæ, tradit Nauarr. *cap.27. num. 62. verſ. ſexta*, quod non ſatis eſt, quia poteſt fieri id recta intentione, & ſine dolo, putà ſi error grammaticalis corrigatur, & ex hoc 276.

nulla ſequatur mutatio ſenſus, quæ culpa, ad ſummum, videtur venialis, Caiet. *in ſumm. verb. falſarius*; ſequitur Tolerus *lib. 1. inſtruction. cap. xx. verſ. aliud dubium eſt*, quatenus ait excommunicationem habere, ſi ex mutatione alicuius literæ, ita variatur ſenſus literarum Apoſtolicarum, vt de inualidis fiant validæ, vel de validis fiant validiores. Abſolutè tamen Bernard. Dias *in praxi, cap. 117.* in vtroque foro credit non incurrere in excommunicationem hanc, qui mutat literam, vel punctum, quia talis falſitas nemini nocet, quando non mutatur ſenſus ſcripturæ. Pro quo faciunt tradita à Bartolo, & Iaſon. *num. 10. in l. ſi ex falſis, C. de tranſact.* Quæ doctrina mihi placet, quando non variatur ſenſus ex correctione literarum, nec voluntas Summi Pontificis ex tali mutatione, quia tunc non poteſt dici iure falſarius. Secus ſi varietur ſenſus literarum, & ex tali mutatione affirmetur aliquid, vel negetur; quod Papa non intendit concedere. Ita Graffis *lib. 4. deciſ. cap. 18. num. 92. & ſequentib.* Suarez *de cenſur. diſput. 21. ſect. 2. num. 45. & 46.* & alij dicentes non incurri cenſuram ſaltem in foro conſcientiæ.

277. Sed quid dicendum de fabricantibus falſas literas, vel illis vtentibus? Reſpondeo ſi in bulla cœnæ non ſolùm fit mentio de falſantibus literas Apoſtolicas, ſed etiam de fabricantibus eaſdem, vt expreſſe ſiebat in bulla Sanctiſſimi Domini Pauli V. tam falſantes, quàm fabricantes falsò, non euadere cenſuram bullæ cœnæ. Ita Nauar. *dict. num. 62.* Graff. *citat. num. 89.* Suarez *num. 48.* vbi addit non ligari cenſura vtentes huiuſmodi literis falſis, quia nulla fit mentio vtentium in bulla cœnæ, nec de fautoribus, ſicut non fit de falſantibus literas per alios; ideo in rigore comprehenduntur duntaxat, qui per ſe ipſos hæc faciunt. Incurrunt tamen cenſuram contentam, *in cap. ad falſariorum. de crimine falſi*, non ſolùm qui per ſe, vel per alios hæc faciunt, ſed etiam fauentes, ac defendentes, & cooperantes, quæ excommunicatio non eſt reſeruata. Excuſantur tamen impetrantes literas ſubreptitias, & obreptitias, & vtentes illis, quia non ſunt literæ falſæ. Ita Nauar. *in cap. ad audient. 1. de* [illegible] *ript.* *& d. cap. 27 num. 62.* Suarez *num. 50.* & Graff. *n. 88. vſque ad num. 95. & 97.* ſubdens etiam excuſari ab excommunicatione bullæ mutantes illa, quæ priùs in ſupplicatione erant expreſſa, & ex errore notarij, vel copiſtæ variata fuerint, quia in hoc non datur culpa mortalis. Exemplum ponit in eo, qui obtinuit diſpenſationem in tertio gradu conſanguinitatis, notarius verò loco *conſanguinitatis*, poſuit in bulla *affinitatis*, non incidit in cenſuram, qui mutauit verbum *affinitatis*, & loco ipſius ſcripſit verbum *conſanguinitatis*, quod erat in ſupplicatione.

278. An verò clericus committens falſitatem circa literas Apoſtolicas, vel reſcripta Papæ, ſit puniendus pœna mortis naturalis? Reſpondetur ex *dict. cap. falſariorum. de crimine falſi.* affirmatiuè; ideo priuatus primò officiis, & beneficiis Eccleſiaſticis per iudicem Eccleſiaſticum, degradatuſque tradendus eſt poteſtati ſæculari. Ita doctores communiter, ſiue hoc crimen committat per ſe, ſiue per alios. Ita gloſſ. *in cap. ad falſariorum, verbo, legitimæ*, & Abbas *ibi num. 8. ad fin. de crimine falſi*. Bernard. Dias *in praxi, cap. 117. num. 1.* Quod extende etiamſi talis falſitas nemini damnum irrogauerit, nempe quia non fuit vſus huiuſmodi literis, aut reſcripto. Probatur ex *l. ſi falſos, C. de falſ.* vbi decernitur falſificantes propter tale delictum, etiam remoto omni vſu puniri pœna falſi. Accedit, quia huiuſmodi criminoſi, falſantes literas Apoſtolicas eo ipſo, quamuis illis non vtantur, ſunt excommunicati: ergo ſunt puniendi pœna mortis, vt docet Ioan. And. *in cap. ex literis, de fide inſtrum.* Confirmatur ex *l. quicumque. ff. ad l. Cornel. de falſ.* vbi adulterans monetam Papæ, ſeu Principis punitur pœna mortis, quamuis pecunia falſa non vteretur. Sequitur Abbas *in cap. quanto, num. 4. & ſequentib. de iureiur.* Bald. *in l. ſi falſos, C. ad l. Cornel. de falſ.* vbi ait teneri de falſo falſarium, quamuis ex ſuo facto nemini nocuerit. Fauet Iul. Clar. *§. falſum, num. 31. & quæſt. 36. verſ. ſcias etiam.*

Secus dicendum eſt de clerico in ſacris, qui falſauerit ſigillum Regis, ſeu Imperatoris; is enim pœna deportationis, ſeu exilij perpetui, non verò pœna capitali mortis naturalis puniendus eſt, quod eſt ſpeciale in falſante literas Domini Papæ, vt habetur *in dict. cap. ad falſariorum*, non verò, in falſificante ſigillum regis habet locum; Ita expreſsè Afflict. *deciſ. vlt. quæſt. 404. num. 21* vbi id probat exempló clerici falſificantis ſigillum Regis Franciæ, qui non fuit punitus pœna mortis naturalis, ſed alia pœna diuerſa, ſecundùm diſpoſitionem cap. *ad audient. de crimin. falſ.* & pro hac ſententia adducit Card. Alex. *in cap. in memoriam 19. diſtinct.* Puto tamen c[illegible]cum in minoribus in caſibus, in quibus exuitur omni priuilegio clericali, ſi crime[illegible]mmittat, vltimo ſupplicio dignum eſſe t[illegible]dum poteſtati ſæculari abſque vlla degradatione. Ita Couarruuias *practicar. cap. 3x. num.* [illegible]. Sequitur Suarez de Paz *tom. 2. in praxi, prælud. 2.* & alij quos refert ac ſequitur ipſe Couarruuias *vbi ſupra, & in cap. quia nos, num. 4. de teſtam.* vbi [illegible]t in clericis in minoribus atrociter delinquentibus degradationem non eſſe in vſu. Quod etiam tenet Salzed. *in addition. ad Bernad. cap. 140. ad fin.* Ideo ſi falſauerit ſigillum principis, pœna capitali abſque degradatione puniri poteſt à poteſtate ſæculari, quamuis renuat Bernard. Dias *cap. 140. num. 3.* poſt Anton. *in cap. at ſi clerici, de iudic.* 279.

De iure Luſitano *lib. 5. tit. 52. in principio*, quicumque falſauerit, per ſe, vel per alium, ſignum Regis, aut ſigillum, aut diplomati regio iam ſignato aliquid addiderit, mutauerit, vel ab eo aliquid detraxerit, per quod in aliqua parte mutetur ſubſtantia, aut intentio eiuſdem diplomatis, aut ſchedulæ Regis perfectæ, capitali pœna puniatur, & ſuis bonis priuetur, ſi deſcendentes, aut aſcendentes legitimos non habuerit. Conſonat apud Hiſpanos *l. 2. tit. 6. lib. 8. ordin.* vbi Perez, & *l. 3. tit. 17. lib. 8. nona recopilat.* vbi Azeued. quod ſi falſet per ſe, vel per alium, ſignum, ſeu ſubſcriptionem alicuius ſenatoris, in eo quod ad eius officium ſpectauerit, vel ſignum alicuius ciuitatis, villæ, aut concilij, aut cuiuſuis alterius ſigillum authenticum, aut illi aliquid addiderit, mutauerit, aut detraxerit modo ſuprà dicto, aut alicuius iudicis ſignum adulterauerit in eo, quod ad eius officium pertinuerit, ad Braſilicam regionem decennali exilio, aut ad Africam eadem pœna decennali amandetur. Vide Menoch. *de arbitrar. quæſt. caſu 306. num. 6. & ſequent.* 280.

Sed quid ſi falſet acta cauſæ? Certi iuris eſt 281.

falſan

falſantem à cauſa cadere, text. *in l. fraudem*, §. *quotiens, ff. de iure fiſci*, quod procedit poſt latam ſententiam, non autem ipſo iure, Bald. *in cap. cum olim de reſcript.* Ratio, quia verbum, *cadat*, indicat ferendam ſententiam, quod eſt verius, prout vult Tiraq. *in cap. ſi vnquam, verbo, reuertatur, num.* 188. *C. de reuocand. donation.* Et quamuis gloſſ. *in l. vlt. in verbo, cadat*, & ibi Salicet. *col. penult. C. de iur. emphyteut.* dicant verbum, *cadat*, eſſe latæ ſententiæ, contrarium eſt omnino tenendum, vt optimè probat Tiraq. ſuprà *num.* 178 & *num.* 188.

Idem dicendum eſt de falſante inſtrumenta, vel teſtes, nempe cadere à cauſa, vt probat bene Caſtillo *in l.* 83. *Tauri*, & Gomez *ibi, num.* 3. Gregor. Lopez *in l. 6. tit. 7. part. 7. in verbo, deſterrado*, Menoch. *de arbitrar. caſu* 306. *num.* 4. & eſt communis prout tradit Cardin. *in cap. olim* 12. *notab. de reſcript.* Requiritur tamen dolus ad incurrendam pœnam falſi, & abſque illo non cenſetur falſitas, *l. neque exemplum, C. de accuſation.* Nam teſte Baldo, vbi habetur mens bona, & intentio, non reperitur falſitas, Gregor. *in l. 1. tit. 7. part. 7. verbo, mudamiento de verdad.*

282 Illud etiam in odium huius criminis nota, multa quæ concedi ſolent in aliis criminibus, in hoc crimine falſi denegari; nam generalis venia, & remiſſio principis, quæ omnia crimina extinguit, non ſolet concedere huic veniam, Bart. *in l. Lucius, § fin. ff. ad Senatuſconſult. Turpil.* Marſil. *in rubr. ff. de falſ. num.* 12. vbi ſubdit ductum ad ſupplicium capitale, ſi eunti obuius fiat Cardinalis, liberari, falſarium tamen non liberari. Conſonat l. noſtra *d. lib. 5. tit.* 52. §. 2. ibi, *en eſtos caſos poſto que de nos aram perdaon naon lhe ſera guardado, por que o auemos por ſubreptitio.* vbi loquitur de falſantibus ſignum regium, ſenatorum, & aliorum officialium in iis, quæ ad officia eorum ſpectant. Quin addunt communiter Doctores falſum, quod nemini nocet, non puniri, intelligi pœna ordinaria; at verò arbitraria pœna falſantem etiam in hoc caſu eſſe puniendum, nemo ambigit, vt docet Menoch. *de arbitr. caſu* 306. *num.* 20.

---

## §. XXI.

### *Vtrùm vſura crimen ſit caſus mixti fori.*

EPITOME.

- 283 *Vſura crimen eſt caſus mixti fori.*
- 284 *Vſura crimen eſſe mere Eccleſiaſticum aliqui cenſent; ſed verius eſt eſſe mixti fori.*
- *Vſura crimen eſt puniendum in vtroque foro tam ſæculari, quàm Eccleſiaſtico.*
- *Vſura quo iure ſit prohibita diuino ne an poſitiuo?*
- 28[illegible] *Vſurary in quas pœnas incurrant.*
- 288 *Vſurary de iure noſtro, ſiue clerici, ſiue laici, quibus pœnis afficiantur? Et quid de iure Hiſpano, eod. num.*
- 289 *Vſurarius non poteſt condere teſtamentum, & priuatur Eucharistia, & Eccleſiaſtica ſepultura.*
- 290 *Vſurary manifeſti qui dicantur.*
- 291 *Vſurarius domi exercens vſuras an ſit manifeſtus.*
- 292 *Vſurarius an ſit ipſo iure infamis.*
- 293 *Vſurarius an incurrat infamiam ante ſententiam.*

Vsvræ crimen eſt caſus mixti fori ex lege noſtra *lib. 2. tit. 9.* Couar. *lib. 3. variar. cap. 3. num. 1. verſ. ego*, vt liberè idem tradit, atque ita laicum iudicem inter laicos poſſe de hoc crimine iudicare, & Eccleſiaſticum inter Eccleſiaſticos ſuper vſuris iura dicere eodem modo, quo laicus iudex de homicidio & furto inter ſæculares cognoſcit, & Eccleſiaſticus inter clericos de eiſdem criminibus ſolet iudicare, ſiue quæſtio ſit iuris, ſiue facti, ſemper hoc crimen eſſe mixti fori. Sequitur Suarez de Paz *tom. 2. in praxi, prælud. 2. num.* 26. Nauar. *in cap. nouit. notab. 6. num. 44. illation. 2. de iudic.* & patet ex *l. 4. tit. 6. lib. 3. recopil.* Curia Philip. 3. *part.* §. 2. *n.* 27. & ex antiquioribus Abbas *in cap. poſt miſerabilem, num. 2. de vſur.* & gloſſ. *in cap. cum ſit generale, in verb. malefactores, de foro compet.* Cæterùm Iul. *§. vlt. quæſt. 37. num. 2. verſ. tu vero*, breuiter decidit, quando proceditur criminaliter, poſſe vtrumque iudicem contra delinquentem criminaliter procedere, & ita receptum eſſe in praxi, teſte Couar. *d. cap. 3. poſt num. 1. verſ. quartò non eſt*, qui addit etiamſi crimen vſuræ admittatur eſſe merè Eccleſiaſticum, poſſe nihilominùs pœnis à lege ſæculari ſtatutis puniri, quam opinionem ipſe tuetur *in epitom. de ſponſal. lib. 4. 2. p. cap. 6. num.* 19. 283.

Quod verò ſit crimen vſuræ merè Eccleſiaſticum, nec poſſe laicum iudicem de eo omnino cognoſcere, tradit gloſſ. *in ſumm. 11. quæſt. 1.* & gloſſ. *c. 1. de offic. ordin.* & gloſſ. *in clement. 2. verbo, vſuris, de iudic.* ſecundùm quam laicus non eſt iudex competens, nec diſſentit Iul. *d. quæſt. 37. n. 2. verſ. quæro igitur*, præſertim quando eſt quæſtio iuris ſuper vſura, puta quando quæritur ſit ne contractus vſurarius, licet quando vſuræ repetuntur, credat laicum eſſe iudicem competentem iuxta Bald. *in l. quoties, circa fin. C. de iudic.* quam partem eſſe communem tenet Couar. *in d. cap. 3. circa princip.* quamuis abſolute Bald. ſibi parum conſtans dicat *in dict. l. quoties, col. 1. verſ. tu dic*, eſſe hoc crimen vſuræ merè Eccleſiaſticum, & *in conſ. 443. in fine, vol. 3.* Bartol. *in l. Titia, n. 7. ff. ſolut. matrim.* Corn. *conſ. 227. viſo proceſſu, vol. 3.* Laurent. de Rodulf. *tract. de vſur. quæſt.* 114. & ſecundùm hanc partem non poteſt iudex laicus de hoc crimine inquirere, ſecundùm Ioan. Andr. *in cap. peccatum, col. 8. & 9. de regul. iur. lib. 6.* Bald. *in l. improbum, verſ. credo gloſſam verum dicere, C. ex quib. cauſ. infam. irrogetur.* Conſentit Molin. *tom. 2. de iuſt. diſp.* 333. licèt dicat ſecundùm ſe hoc crimen eſſe ſæculare, & ad ſæculare iudicium illius cognitionem pertinere, & ante illum dixit Cardin. *in cap. in ciuitate, col. fin. de vſur.* nimirum hoc crimen eſſe Eccleſiaſticum, non ſui natura, ſed per accidens, Salicet. *in cap. cos, n. 8. de vſur.* & indiſtinctè eſſe ſæculare tradit Barbat. *in d. cap. cum ſit generale, de foro compet.* quibus accedit Azeued. *in l. 1. tit. 6. lib. 8. num.* 87. 284

Reſolutio tamen ſit, hoc crimen eſſe mixti fori, vt dixi in principio, vt vltra præcitatos docent Archidiac. *in cap. quod dicam 14. quæſt. 4.* Anchar. *conſ.* 236. poſt Ioannem Monach. *in cap. 1. de vſur.* Vnde abſolutè poteſt negari eſſe merè Eccleſiaſticum, ſeu ſpirituale, cùm ſit contra naturalem rationem, & ex magis recepta ſententia mixtæ cognitionis, præſertim vbi eſt quæſtio 285.

facti. Ita Senat. Pedemontani *deciſ.137.num.* 14. Ideò non placet Barboſ. *in l. Titia, à num.* 52. *ff. ſolut. matrim.* dum ait pœnas impoſitas à lege ciuili, ſeu municipali; cenſeri impoſitas in fauorem iuris canonici, perſiſtente hoc crimine in ſuo priſtino ſtatu, vt ſit mere Eccleſiaſticum, ſeu ſpirituale, ſicut etiam diſplicet, quatenus ait hoc crimen non eſſe in totum mixtæ cognitionis, ſed quoad quæſtionem facti duntaxat; at in his, quæ iuris ſunt, eſſe iudicij Eccleſiaſtici. Neque eſſe locum præuentioni niſi in his, quæ ſunt facti, cum negemus crimen vſuræ eſſe merè Eccleſiaſticum.

Proinde adhærendo legi noſtræ *d. lib.2. tit.9.* & penſatis pœnis impoſitis ab eadem *lib.4. titul.67.* aduerſus vſurarios dicendum, vindictam huius criminis ad vtrumque iudicem pertinere, non ſolùm quando quæſtio eſt facti, ſed quando quæſtio eſt iuris: atque ob id dicitur hoc crimen eſſe mixtæ cognitionis, vt de illo plenè cognoſcatur in iudicio tam Eccleſiaſtico, quàm ſæculari, detúrque locus præuenienti ad vindictam vſurarij, ita Farinac. *in praxi, lib.1. tit.1. quæſt.8. verſ. ego in hac controuerſia*, & alij quos refert, ac ſequitur D. Gabriel Per. *cap.56. 2. part. manus regiæ, à num.41. vſque ad num.45.* vbi notat iudicem Eccleſiaſticum poſſe præuenire quando hoc crimen eſt publicum iuxta l. regiam *lib.. tit.9.* ibi, *publicos adulteros, concubinarios, & vſurarios*, quaſi dicat quòd lex noſtra ad vindictam vſurarij in foro Eccleſiaſtico non poſſet procedere, niſi ſit huius criminis infamatus, & ante infamiam à ſæculari iudice poſſe puniri, nec dari præuentionem, niſi poſt citationem, quando agitur ciuiliter iuxta l. noſtram *lib.1. tit.62. ibi §.4. citando primeiro*: at verò quando agitur criminaliter in inquiſitione inducitur præuentio *dict. titul.9.§.3.*

286. Sed quæres, quo iure ſit prohibita vſura? Reſpondeo eſſe prohibitam in primis de iure naturali, quia eſt contra ius naturæ vendi idem bis, ſeu duplici pretio, item repugnat iuri naturæ, vt vendatur res, quæ non eſt vendentis. Probatur, quia, accipere vſuram, vel accipere eam pro principali, pro eadem re, accipitur duplex pretium, videlicet accipitur ſumma, quæ reſpondet ſorti, & accipitur inſuper vſura pro ſortis vſu, ex quo conſtat vſurarium vendere alteri vſum rei non ſuæ, ſed ipſius accipientis, cum per mutuum, dominium, quod erat in mutuante, transferatur in mutuatarium, & per conſequentiam vſus mutui ſequitur naturam principalis, & tranſit in mutuatarium ſimul, vnde non poteſt pro vſu rei, & pro ſubſtantia rei duplex pretium diſtinctum recipi, cum non diſtinguatur vſus rei mutuatæ, ab ipſa ſubſtantia eiuſdem rei, ex quo patet vſuram eſſe prohibitam de iure naturali.

Eſt etiam prohibita iure diuino, vt conſtat ex Pſalmo 14. vbi dicitur eum, qui pecuniam ſuam non dederit ad vſuram, habitaturum in monte ſancto Domini. Probatur ex illo Lucæ . *benefacite, & mutuum date, nihil inde ſperantes*, hoc eſt vltra ſortem. Eſt etiam prohibita de iure humano canonico, vt videre eſt in toto tit. *de vſur. In decretalibus, tam extra, quam in 6.* & *ex decreto, cauſa 14. quæſt.3. &* 4. *& ex clem. de vſur.* Couarr. *lib.3. reſolut. cap.1. num.5. & ſequentib.* vbi ait de iure naturali, diuino & canonico eſſe prohibitam: ſequitur Clar. *lib. .§. vſura, num.3.* & *num.4.* addit etiam de iure ciuili per ius Authenticor. quam partem, tanquam communem ibi tradit. Sequitur Imol. *in clem.1. num.8. de vſur.* Auanius *in cap. quia in omnibus, num.16. ead. tit.* Abbas *in cap. cum ſit generale. de foro compet.* Iaſon. *in §. omnes, num.34. inſtit. de actionib. & in l. cunctos populos, num.45. C. de ſumma Trinit. & de fide catholica*, quod adeo verum eſt, vt nec Iudæis de iure communi licitè concedatur vſuras exercere. Ita Curt. Iun. *in l. eius, qui in prouincia, poſt num.5. ff. ſi certum petatur*; & eſt communis inter Theologos, & iuris Pontificij interpretes, teſte Alexand. de Neuo *conſ.100. num.1.9. & 13.*

Rogabis quaſnam pœnas incurrant vſurarij? 28
Reſpondeo, ſi eſt clericus, eſt deponendus ab officio, & beneficio, text. *cap.1. de vſur. & in cap. clerici 14. quæſt.4.* ibi, *mox à clericalibus officiis.* Facit text. *cap. ſi quis oblitus 14. quæſt.4. & in cap. ſi quis clericorum, diſt. 47.* nec facit contra cap. *præterea de vſur.* vbi duntaxat imponitur pœna ſuſpenſionis, ibi, *ab officio, & beneficio ſuſpendatur*: quia textus ille loquitur, quando clericus prima vice exercuit vſuras, tunc enim erit ſuſpendendus per cap. *miniſtri 14. quæſt.4.* inſuper & excommunicandus; quod ſi toſtet, ſeu perſeueret, tunc ſequitur pœna depoſitionis ab officio, & beneficio, quia clerico eſt prohibita fœneratio, & vſura in Concilio Laodicenſi *in canone* 5. & in Concilio Carthaginenſi primo *in canone* 13. Pro quo crimine clericus vſurarius ab officio, beneficioque ſuſpenditur, & perſiſtens degradandus eſt, vt *in d. cap.1. & 14. quæſt. 4. cap. canon. & cap. ſi quis oblitus, citatis.* Ita intelligit Couarr. iura ſuprà citata *lib.3. variar. cap.3. num.3.* Suar. de Paz *cap. vnico 8. partis, tom.1. num.26.* Bernard. Dias *in praxi, cap.88. num.1. & 2.* dicens, ſi clericus reſipiſcat, deſiſtátque à crimine vſurarum, degradationis pœnam non mereri. Vnde ordo ſeruandus à iudice eſt, vt primò ſuſpendat clericum, ſecundò deponat ab officio, & beneficio, denique ſi perſeueret, procedat ad degradationem.

Incurrit etiam in pœnam infamiæ vſurarius, *cap. quanquam. de vſur. in 6. l. improbum, C. ex quib. cauſ. infam. irrogetur*, quæ infamia irrogatur ipſo iure, vt eſt communis opinio teſte Iul. Clar. *in §. vſura, verſ. punitur etiam vſurarius*, Couar. *vbi ſuprà num.2.* Salzed. *ad Bernard. d. cap.88. litera A. verbo*, quòd eſt infamis. Propter quod delictum, nec poteſt vſurarius ſacris initiari *cap. maritum diſt.33. cap. ſi diſtionarios, diſt.46.* nec poteſt reſignare beneficium. Ita Rebuff. *tract. de pacif. poſſeſſ. num.281.* Sequitur Flamin. *de reſignatio. lib.4. quæſt.3. num.26. & ſequenti.* Imò nec poteſt eligi, ſeu præſentari ad Eccleſiaſticum beneficium *cap. de Petro, diſt.47.* Lambertin. *de iure patronat. lib.2.1. partis princip. artic.21. quæſt.9.* ratio, quia ſunt infames, & inhabiles ad beneficia.

Petes an poſſit diſpenſare Epiſcopus cum clerico vſurario poſt pœnitentiam ab eo peractam ad effectum obtinendi beneficia? Affirmat gloſſ. *in cap. præterea de vſur.* negat tamen Couarr. *3. variar. d. cap.3. num.3.* quoad beneficia in poſterum obtinenda; concedit tamen quoad beneficia obtenta. Placet tamen mihi quoad beneficia etiam obtinenda poſſe Epiſcopum poſt pœnitentiam ritè peractam, infamiam tollere. Ita Felin. *in cap.1. col.12. verſ. limita octauò, de probationib.* Matth. *ſingular.196.* Quod etiam priùs cenſuit Bald. *in l. Cum, ad ſ n ff. de ſen.* & alij.

Sunt

188. Sunt quàm plurimæ aliæ pœnæ contra vſurarios, tam clericos, quàm laicos, de quibus lex noſtra *lib.2. ordin. tit.9. & lib.4. tit.67.* apud Hiſpanos *l.4. tit.6. part.7.* ibi, *otro ſi ſon infamados los vſureros*, & *l. fin. tit.6. lib.8. recopil.* ibi, *y de mas que tal vſurario, o logrero quede & ſicque inhabil, e infame perpetuamente.* Quæ etiam pœnæ clarius conſtant ex *l.4. & 5. tit.6. lib.8. recopil.* ibi, *porende mandamos, que qualquier Chriſtiano, o Chriſtiana, que diere a vſuras, que pierda todo loque diere, o preſtare, y pague otrotanto*, & infrà *fuere allado que dio otra vez a logro pierda la mitad de ſus bienes*, & pro tertio actu omnibus vſurarius priuetur, ibi, *y ſi deſpues que fuere condemnado en eſta pena ſegunda, fuere allado, que dio otra vez a logro, que pierda todos ſus bienes.* Vide d. l.5. ibi, *qualquier Chriſtiano*; pro quibus conſule Gaſpar. Rodrig. 3. *lib. de annuis redditibus q.4. à num.116. vſque ad num.122.* Menoch. *de arbitrar. iudic. lib.2. caſu 232. & caſu 398.* Molin. *de inſtit. tom.2. diſputat.333. & 334.* vbi vnuſquiſque de hac re ſatis.

289. Illud non eſt omittendum vſurarios in pœna huius criminis priuari ſacratiſſima Euchariſtia, Eccleſiaſticáque ſepultura, ex *cap. quia in omnibus, de vſur.* Nec poteſt vſurarius condere teſtamentum, niſi præſtita cautione de reſtituendis vſuris. Ita Iul. Clar. §. *teſtamentum, quæſt.26.* quæ cautio eſt præſtanda, ſecundùm quod præcipitur *in cap. quanquam de vſur. in 6.* Nec ſufficit nuda cautio, ſed opus eſt pignoratitia, vel ſaltem fideiuſſoria. Ita gloſſ. *in dict. cap. quanquam, in verbo, idonea*, quæ eſt communiter recepta, Ita Couar. *d. lib.3. cap.3. num.6.* quem ſequitur Iul. Clar. *vbi ſuprà num.2. & verbo, vſura, num.15.* vbi addit *num.14.* nec etiam poſſe donare cauſa mortis vſurarium. Quod priùs dixit *in §. donatio, quæſt.7.* multis ibi relatis pro hac parte. Menoch. idem tenet quoad teſtamentum, dicens eſſe infirmum non reſtitutis primùm vſuris extortis, vel ſaltem præſtita cautione, antequam fiat teſtamentum, quia ſi præſtetur cautio poſt teſtamentum conditum, dubium eſt, an teſtamentum de ſe nullum reconualeſcat data cautione ex pòſt facto, & in fauorem teſtamenti, puto eſſe pronunciandum, ita Alexand, *in l. Gallus, §. [illegible] caſus, num.8. ff. de liber. & poſthum.* Couar. *in [illegible] cap.3. poſt num.9. verſ.12. hoc*, poſt Felin. *in cap. [illegible]um dilectus, num.3. de accuſat.* Adde ſæpe[illegible]res manifeſtos vſurarios ſcienter incurrere [illegible]am excommunicationis ipſo facto, nec ea poſſe abſolui, niſi priùs ſecundùm arbitrium [illegible]pi ſatisfaciant competenter, vt habetur *in [illegible] 1. de ſepultur.* neque ab ea excuſantur [illegible]endo illos de mandato prælati, Ita Cardin. [illegible] *m. quæſt.3*

290 [illegible]o eſt quinam ſint dicendi vſurarij ma[illegible] Abbas *in cap. quia in omnibus in fin. de [illegible]* [illegible]an. Andreas *ibi*, dicunt manifeſtum vſu[illegible] illum, qui eſt notorius de iure, ne[illegible] pe[illegible] fuit conuictus, & condemnatus de vſuris, [illegible] iudicis condemnatio efficit notorium per t[illegible] *in cap. vlt. de cohabitatia. clericor. & mulier.* Gloſſ. [illegible] hoc communiter recepta *in cap.1. de vſur. lib.6.* Bald. tamen *in conſ.17. factum ſuper quo, in fin. lib.1. & melius conſ.447. Ad euidentiam præmittendum eſt, col.1. lib.5.* docet vſurarium manifeſtum eſſe qui manifeſtè, palam, ac publicè vſuras exercuit. Idem tradit *in cap. in præſentia num 8. in fin.* & ibi, Felin. *num.13. de probationib.* nec ſatis eſſe, quod quis fateatur, ſe vſuras extorſiſſe, vt conſtet eſſe manifeſtum vſurarium, ſed requiri omnino, quòd fateatur ſe publicè hoc feciſſe. Conſentit Iul. Clar. §. *vſura, num.15.* dicens opus eſſe vt publicè vſuras exerceat, itavt excuſari non poſſit præ ipſa facti euidentia, poſt Bartol. *in l. fur. eſt manifeſtus, num.3. ff. de fur.* Nec ſufficit, ſi ſemel, aut bis ſub vſuris probatum ſit mutuò dediſſe pecunias; ſed probandum eſt illum eſſe paratum omnibus eas dare mutuò, ſub fœnore; ideo neceſſaria eſt frequentia, & exercitium, Ioan. Andr. *in cap. quia in omnibus, colum. de vſur.* Couartuuias *lib. 3. variar. cap. 3. num. 4.* Item manifeſtus erit ex gloſſ. *in cap.1. verſ. manifeſtus, de vſur. in 6.* ſi fateatur in iudicio ſe eſſe vſurarium: ſicut gloſſ. *in cap. quanquam, verb. manifeſti, de vſur. in 6.* vocat vſurarium manifeſtum, qui fatetur coram ſacerdote, & teſtibus ſe eſſe vſurarium, mandátque reſtitui vſuras. Concordat Socin. *conſ.127. num.1. lib.3.*

Sed quid ſi exerceat vſuras domi, dicetur ne vſurarius manifeſtus? Bartol. *in l.2. ff. de de furt.* 291.
affirmat, ſi ipſe frequenter vſuras exerceat; ſequitur Angel. *ibi, & diſp. ſupra dicta, col.2. verſ. nec obſtat, quòd deprehenſus.* Bald. *d. conſ.359. viſa petitione, lib.4.* Menoch. *de arbitrar. caſu 234. num.9. & num.16.* Item ſi quis extra iudicium fateatur ſe eſſe vſurarium palam coram pluribus, erit etiam manifeſtus. Ita Couar. *dict. cap.3. n 4. verſ. tertiò licet*, poſt plures, ſecus ſi id fateatur ſecretò. Bald. *conſ. 17. in fin. lib.1.* Iulius Clarus *dict. §. vſura, num. 15.* tunc enim ex ea confeſſione extraiudiciali non fit manifeſtus vſurarius, ſicut non eſt, quando fatetur coram iudice incompetente, dummodo non ſit coram teſtibus, & palam, Angel. *in d. diſp.* Aſtenſ. Miles. *col.2. verſ. idem dico*, lege illum, etiam *in diſp. quæſtio diſputanda, col.2.*

Ambigi poteſt cùm vſurarij ſint ipſo iure in- 292.
fames, an incurrant hanc pœnam ante ſententiam? Molin. *diſput. 334. de pœnis vſurariorum, tom.2. de iuſtit.* opinatur notorios vſurarios eam incurrere, non tamen non notorios, ſed ad hos, qui non ſunt manifeſti, ac notorij, neceſſariam eſſe ſententiam. Probabilius eſt etiam, ſi teſtibus, aut aliis probationibus ab aliquo particulari fuerit conuictus, non incurrere hanc maculam, niſi poſtquam à iudice fuerit per ſententiam condemnatus. Ita Abbas *conſ.34. lib.1. & conſ.2. lib.2. & in cap. cum in diœceſi, de vſur.* Ratio, quia iudicis condemnatio efficit notorium, gloſſ. *in cap.1. de vſur. lib.6.* Federic. *de ſen. conſ.62. in fin.* Couarr. *dict. cap.3. num. 4. verſ. quartò etiam*, multis ibi citatis, quos refert, ac ſequitur Menoch. *dict. caſu 235. num. vltim.* vnde ante ſententiam non dicitur quis vſurarius manifeſtus, vt poſt alios Iaſon, *in l. licet Imperator ff. de legat.1.* Probatur exemplo hæreticorum, qui ſunt ipſo iure infames, quæ pœna in priuatione conſiſtit, & non in actione; & quamuis Caſtro *lib.2. de iuſtit. hæret. punit. cap.9.* & Azeued. *lib.8. recopilat. tit.13. l.3. num. 33.* opinentur ante omnem ſententiam hæreticos eſſe ipſo iure infames, multo verius eſt non contrahere hanc pœnam, niſi poſt iudicis ſententiam declaratoriam. Ita videtur Simanch. *de cathol. inſt. tit. 9. n.25.* vbi ait ſuſtineri poſſe hæreticos non eſſe arcendos à beneficio Eccleſiaſtico, ratione infamiæ, donec declarentur per ſententiam, quod expreſsè docet

Azor. 1. *part. inſtit. moral. lib. 8. cap. 13. quæſ. 8. verſ. ſed verius eſt*, dicens infamiam iuris non incurri, niſi poſt condemnationem criminis, vt colligitur ex *l. 1. ff. de ijs, qui notant. infam.* Quod aperte tradunt Dyn. *in cap. infamibus, de regul. iur. in 6.* & Abbas *in cap. teſtimonium, de teſtib.* Confirmat Caſtro *lib. 2. de lege pœn. cap. 15.* docens hæreticum occultum non incurrere infamiam iuris, vel facti. Non tamen inde colligas notorios eſſe ipſo iure infames infamia iuris, quia ſemper ad hoc requiritur iudicis ſententia, non vt iudex condemnet reum, vt infamem, ſed tantùm vt crimen declaret. Ita Azor præcit. vbi addit quando crimen eſt notorium per euidentiam facti, hæreticum incidere in infamiam facti, non tamen affici infamia iuris vſque ad ſententiam. Infamia tamen facti per contrarium factum extinguitur, non tamen infamia iuris, Azor. citat.

293. Confirmatur hæc doctrina ex traditis à Sanch. *lib. 2. cap. 39. num. 32.* vbi ait tanquam valde probabile non incurri inhabilitatem, quæ incurritur ipſo iure ad beneficia ante ſententiam, quamuis Sot. *lib. 1. de iuſt. quæſt. 6. art. 6. poſt 4. concluſ. verſ. In hac autem.* & Medin. 1. 2. *quæſt 96. art. 4. ad 4.* & alij, quos ibi refert, affirment ad hanc inhabilitatem incurrendam ad beneficia obtinenda, quando imponitur ipſo iure, nullam deſiderari ſententiam; ſed ſententia Sanch. tanquam ſatis probabilis poteſt admitti in praxi, quia dictio, *ipſo iure*, id tantùm oſtendit, vt non deſideretur ſententia condemnans, ſed exigatur ſententia declaratoria criminis. Neque enim omnes pœnæ priuatiuæ incurruntur abſque ſententia aliqua, ſed id peculiare eſt in cenſuris, quæ ſecum important executionem, in reliquis verò regulariter exigitur ſententia, vt bene notat Molin. *tom. 1. de iuſtit. diſp. 96. pag. 590.* poſt alios, quos ibi refert, ac ſequitur, tam ipſe, quàm Sanch. citat. dicentes pœnam amiſſionis beneficij ipſo iure, aut ipſo facto, quæ paſſim habetur in iure, & pœnam inhabilitatis ad beneficia, & officia obtinenda, non habere vim ante latam ſententiam, cum ſint pœnæ admodum acerbæ. Quod etiam Nauar. voluit *in opuſc. de datis, & promiſſ. pro iuſtitia, corol. 31. num. 41. & ſeqq.* Ergo idem dicendum eſt de vſurariis, & de pœnis propter vſuras impoſitis, quamuis ſint ipſo iure, non incurri ante ſententiam, ſaltem declaratoriam criminis, exceptis, quæ executionem ſecum portant, quales ſunt cenſuræ, & irregularitas, quæ nullam iudicis executionem exigunt, & ſine ſententia incurruntur, vbi ipſo iure, ſeu ipſo facto imponuntur.

---

## §. XXII.

### *Vtrùm habere domum patentem omnibus ad ludendum aleis, aut taxillis ſit caſus mixti fori.*

EPITOME.

294 *Ludentibus exponere menſas in domo propria eſt caſus mixti fori de iure Luſitano, & de conſtitutionibus ſynodalibus multis in locis.*

295 *Ludentibus menſas exponere, quibus pœnis ſit puniendum.*

296 *Clericis quinam ludi ſint prohibiti.*

297 *Ludo vetito acquiſita eſſe reſtituenda aliqui affirmant, ſed melius alij negant.*

298 *Ludentes an teneantur reſtituere, quæ lucrantur, vbi primum perdentes repetunt extra iudicium, vel in iudicio ante ſententiam, pars negans placet.*

299 *Ludens lucrando ſi minus, aut fraudibus impediat, ne victus repetat in iudicio, poteſt victus vti compenſatione.*

300 *Ludens pro deſiſtentia iuris repetendi deperditam pecuniam, poteſt aliquid accipere à victore, quamuis non habeat animum repetendi in iudicio.*

301 *Ludens negando ante iudicem, ſe nihil fuiſſe lucratum, an teneatur in conſcientia reſtituere quod amiſit.*

302 *Ludens ad creditum perdendo non tenetur ſoluere de iure Caſtellæ, nec de iure Luſitano.*

303 *Lege Luſitana de ludo, ac de cætera, quoad reſtitutionem nihil ſtatuente, recurrendum eſt ad ius ciuile, ſeu ad leges regni viciniores.*

304 *Ludens ſub fide præſtita, ac iuramento ſoluendi tenetur ſoluere.*

305 *Ludens renunciando beneficio repetendi deperdita in ludo, adhuc poteſt repetere.*

306 *Ludens an poſſit petere relaxationem iuramenti de ſoluendo, quod perdidit ad creditum.*

307 *Iuramentum de ſoluendo, ac non repetendo non poteſt relaxari ab Epiſcopo ſine conſenſu illius, cui præſtitum eſt.*

308 *Iuramentum continens turpitudinem contrarium iuri naturali, ſeu canonico, poteſt relaxari ab Epiſcopo, inuito eo, cui factum eſt. Secus ſi aduerſetur iuri ciuili.*

309 *Ludens ad creditum, ſolutum lucrum poteſt retinere ſecundum probabiliorem, quamuis probabile ſit, non poſſe.*

310 *Lucrans pecuniam ad creditum, ſi poſtea illi ſoluatur, hodie non ſolet reſtituere, neque à confeſſarijs ad eam reſtituendam obligatur, quia ex præſcriptione leges Caſtellæ videntur abrogatæ.*

VERTITVR etiam in dubium, an ſit caſus mixti fori concedere menſam in domo propria omnibus ad ludendum. 294 Ratio dubitandi eſt, quia non hoc ita conſtat ex iure canonico; & ex iure ciuili, videtur pertinere ad forum laicum, ex *l. 2. 3. & 4. ff. de alea & aleatoribus*, & ex *l. alearum vſus, C. de relig. & ſumpt. funer.* vbi legimus verba ſequentia, *Nulli liceat in publicis, vel priuatis domibus, vel locis ludere, neque in genere, neque in ſpecie, & ſi contra factum fuerit, nulla ſequatur condemnatio*, id eſt, *victus non cogatur ſoluere, ſed ſolutum reddatur, & competentibus actionibus repetatur ab ijs, qui dederint, vel eorum hæredibus, aut ijs negligentibus, à patre, vel defenſoribus illius ciuitatis, vel recipiat fiſcus, non obſtante quinquaginta annorum præſcriptione*; vnde videtur eſſe duntaxat iudicij ſæcularis.

Nihilominus dicendum eſt eſſe mixti fori exponere [1] menſam publicè ad ludendum. ita lex 295. noſtra *lib. 2. tit. 9. in princip.* & conſtat ex Bracarenſibus conſtitutionibus ſynodalibus *tit. 10. conſtit. 7.* Menoch. *de arbitr. caſu 399.* cum ſit hoc prohibitum de iure canonico, quod etiam tradunt Angel. Aret. *tract. maleſic. in verb. mentitore de falſidati,*

*ſidari,num.*12. Paris Puteus *tract. de ludo,num.*43. vbi dicunt eſſe mixti iudicij. Nec videntur eſſe excuſandi a mortali habentes expoſitas menſas ad ludendum, aut recipientes ad id homines, ſi pœna flagellorum illis ſtatuta eſſet in vſu in Luſitania *lib.5.tit.82.num.4.* ibi, *pague cincoenta cruzados,* hoc eſt, *oſque daon tabolagem,& ſejaon degradados dez annos para o Braſil, & ſendo piaon, alem diſſo ſeia açoutado,* & ex lege alearum, *C. de religioſ. & ſumpt. funer.* domus, vbi datur publica tabula ad ludendum, eſt confiſcanda. Ita Molin. *tom.2. de iuſtit. diſp.521. §. quod attinet ad habentes,* [illegible]. 707.

Dicitur autem domum paratam habere, qui ſæpe ſæpiùs, ac ſæpiſſimè publice expoſitas menſas habet ad ludendum; neque aliter incurret in pœnas ſuprà dictas. Ita Menoch. *d.caſu* 399.*n.*23. *&* 18. *prius.* Paris de Put. *in tract. de ludo,n.*40. Io. de Vela *tract. de pœn.delict. & cap.22.verſ.Secus autem* & qui domum dat, vbi notant ſi inferatur aliqua iniuria menſam paratam ludo habenti, recipientique ludentes non vendicari. Ita lex noſtra *d.tit.82.num.5.* quamuis iniuria ſit atrox, & conſtat ex *l.* [illegible] *§.item notandum,ff.de alea vſu,& alearum,* vbi percuſſor ſuſceptoris aleatorum non punitur, teſte Paride de Puteo, *d.num.46. de ludo,* ſequitur Caccialup *tract.de ludo,num.*65. Nec dabitur actio recipienti ludentibus, ſi ſibi aliquid ſublatum fuerit, ita lex noſtra, vbi ſuprà, ibi, *mandamos, que ſeaoqu: da tabolagem em ſua caza, algum dos jugadores, que nella jogaon, ou outra qualquer peſſoa, que a ella vai ancr jugar, em quanto ſe na caza jogu lhefizer algum furto, ou damno, naon poſſa pella peſſoa, que da a tabolagem ſer demandado, aindaque a iniuria ſeia atroz, & de lhe poer as maons, ſaluo ſe o mataſſe, ou feriſſe, porque em tal cazo ſera o delinquente caſtigado,* hoc eſt, præcipimus, vt in ſua domo menſam exponenti publicam ad ludum aliquis ex aleatoribus, aut quicumque alius accedens ad videndum, aliquid furto abſtulerit, vel iniuriam, aut damnum intulerit, non poſſit ab eo conueniri, niſi ſit occiſus, aut vulnere aliquo affectus; tunc enim dabitur actio contra homicidam ſeu percuſſorem, ita Bartol. *in l.1. de aleator.* Cæpol. *cautela* 55. & Menoch. *d.caſu* 399. *num.* [illegible]5. ex quibus ſequitur eſſe dumtaxat caſum mi[illegible]ri concedere publicam tabulam ludi in domo propria, non verò ludere, nec recipere, ludentes ſemel, atque iterum, contra quos non po[illegible]ocedere iudex Eccleſiaſticus, ſed ſæcularis [illegible]it. Ita Farinac. *in praxi, part.3.quæſt.*109. [illegible] *pag.*614. Salzed. *ad Bernard.cap.70.verſ. clericus.*

296. [illegible]n clericis ſit prohibitum ludere ad aleas, [illegible]? Affirmatiue diſponitur *in cap.clerici,* [illegible] *honeſt.cleric.* Ita D. Antonin. 2. *part.ſum.* [illegible]*ap.23.§.6.col.1. & ſequentib.* vbi ait tot [illegible] crimina, quot ſunt notæ intra illis; ſe[illegible]natez *in ſuo Alphab.aureo, verb.ludus.* [illegible] clericis aleatoribus impoſita, ſi ſunt [illegible] repellantur à beneficio obtinendo, [illegible]erit nulla ex *cap.1.34.diſt.* Ita ſcribentes in [illegible]*r dilectos. de exceſſ. prælator.* tanquam [illegible]gno. Ita Abbas *in d.cap.inter dilectos* Qu[illegible] ſint beneficiati, & aleis valdè ſtudeant, minore pœna ſunt puniendi ſi moniti deſiſtant, ita Paris de Put. *d.tract.de ludo,num.*44. & colligitur ex *cap. inter dilectos,* ideo ſi non deſiſtant, priu[illegible]ri poſſunt *cap.1.diſt.35.* Gloſſ. *verb. ad aleas in d.cap.clerici de vit. & honeſt.cleric.* Præpoſitus *in d.cap.1. diſt.*35. Sed hæc, & alia relinquamus decidenda ad ſecundam partem, vbi de iis ſingulatim agendum eſt, qui ad ſcaccos poſſunt ludere, & ad alios non prohibitos. Quæ eſt communis ſententia, quam ſequitur Iul. Clar. multis *ibi* citatis, *§.ludus,num.*3. Leſſ. *lib.2.de iuſt. cap.26.dub.1.num.5.* & alij.

Accedamus ad difficultatem, an ludo vetito acquiſita ſint omnino reſtituenda? Affirmat Bonauent. *in 4.diſt.15.num.*67. D. Thom. *eadem diſt.q.2. art.4.quæſtiunc,vlt.ad ſecundum.* Richard. *eadem diſt.in fin.* Ratio, quia per talem ludum non acquiritur dominium, ſicut per contractum lege ciuili inualidum. Ita Palud. *ead.diſt.15.q.3,art.5.concl.2. in fin.* quod etiam docuit Panorm. *in cap.clerici, de vit.& honeſt.cleric.num.*14. & probatur ex Auth. *alearum, C.de religioſ. & ſumpt.funer.* vbi prohibitus eſt ludus alearum, tam in publico, quàm in occulto, & ſi oppoſitum fiat, nulla detur condemnatio, & ſolutum reddatur, & competentibus actionibus repetatur, vbi datur tempus repetendi, etiam intra 50. annos; quæ lex cum ſit iuſta, & in bonum Reipublicæ promulgata, obligat in conſcientia. Probatur ex gloſſ. *in l.fin.in gloſſ.fin.ff. de alea,* dicente vincentem, ſeu lucrantem in ludo vetito, ſeu reprobato, teneri lucrum reddere victo, quam gloſſam Doctores probant, teſte Auguſtino *ad Angelum, de malefic. num.*23. quam etiam vocat communem opinionem Caccialup. *de ludo,num.*40. Accedit text. *in d.l.alearum, C.de religioſ. & ſumpt. funer.* vbi irrita redditur omnis cautio ſuper ludo aleæ, ergo etiam contractus ludi eſt omnino irritus. 297.

Oppoſita ſententia eſt verior, nempe victorem perdente in ludo prohibito ante ſententiam iudicis non teneri reſtituere; ratio, quia verè dominium acquiſiuit, quod intellige remota omni fraude, ac violentia. Eſt communis opinio, vt tradit Barbat. *conſ.65. n.7. lib.3.* quem refert Roch, *de conſuetudine, fol.23. num.6.* dummodo ludens poſſit alienare id, quod ludit. Ita Couar. *in regul. peccatum, part.2.§.4.num.8. de regul.iur.in* 6. Salon. 2.2. *quæſt.5. de dominio, art.6.dub.*2. Ioan. de Salas *tract.de ludo, dub.5.num.*2. Caſtro 2. *de lege pœnali, cap.2.concl.1.corol.*3. Molin. *tom.2.de iuſt, diſp.514.in princip.& diſp.513.verſ.Contraria tamen ſententia,* Leſſ. 2. *part.cap.26.dub.*6. Sà *verb. ludus, num.*6. Valent. 2.2. *diſp.5. quæſt.6. punct.5. quæſt.*8. Rebell. *de obligationib. part.2.lib.22.q.*2. Azor *tom.3. lib.5.cap.24.lectur.*4. Ratio, quia de iure naturali, aut diuino non impeditur tranſlatio dominij per ludum, & ludentes validè poſſunt transferre dominium ludendo, ergo vincens poteſt retinere per ludum acquiſita de iure naturali, ac diuino. Item leges humanæ, etiamſi prohibeant ludum, concedunt tantùm actionem ad repetendum amiſſa apud iudicem, non tamen irritant contractum. Ita Sayr. *in claui, lib.11.cap.13.num.9. & ſequentibus.* Salas *vbi ſuprà, num.*3. quod intelligunt, quando luditur præſenti pecunia, ſectatores huius partis. Vnde ad argumenta prioris ſententiæ dicendum eſt leges prohibentes, niſi progrediantur irritando contractum, non impedire dominij tranſlationem per ludum acquiſiti, atque progrediuntur concedendo perdenti actionem repetendi in iudicio; ergo ſignum eſt leges ciuiles non irritare ludi contractum, poſſeque victores retinere acquiſita in ludo. Ita Leſſius *dicto cap. 26. dub. 3. num.* 19. Salas, Sayr. & Molin. præcitati.

295. Quæres, an victor teneatur restituere statim acquisita per ludum, vbi primum victus priuatim repetit à victore extra iudicium, vel in iudicio ante sententiam? Placet negare, siue dicas leges iubentes solutum reddi, esse pœnales, siue dispositiuas modi, quo deperdita recuperari possint. Neutro modo victor tenetur reddere lucrum ante iudicis sententiam. Ita Couar. *d. cap. 2. §. 4. n. 8.* Castro *de potest. leg. pœnal. lib. 2. cap. 2.* Med. *C. de restitut. quæst. 22.* Salas *de ludo, dub. 5. num. 6.* Less. *dub. 5. num. 19.* Nam lex illa in pœnam fuit lata, vt perdens valeat repetere, & victor teneatur reddere solutam pecuniam, ergo ante sententiam non tenetur lucrans reddere. Sotus tamen opinatur *lib. 4. de iust. quæst. 5. art. 2. in fin.* tanquam probabile, non teneri lucrantem reddere perdenti, nisi in iudicio petat, quasi si petitio fiat extra iudicium non teneatur lucrans reddere perdenti quod lucratus fuit, etiam ante sententiam.

Sed verior est opinio contraria, quam Doctores hic citati tuentur. Quibus accedunt Bann. *2. 2. quæst. 32. art. 7. dub. 4. concl. 4.* Michael Salon. *2. 2. quæst. 5. de dominio, art. 6. dub. 2. concl. 4.* ita vt ante sententiam iudicis non teneatur victor in conscientia perdenti restituere lucrum solutum. Quod procedit de iure Cæsareo. Secus si in aliquo regno pro bono communi statutum sit, vt ludentes aleis, seu taxillis nullum acquirant dominium super rebus per lucrum acquisitis, tunc ante sententiam, imò ante repetitionem lucrans in foro conscientiæ tenebitur restituere per ludum acquisita impediente lege translationem dominij, quam ius Cæsareum non impedit, cum Auth. *alearum vsus, C. de relig. & sumpt. fun.* concessit repetitionem ibi, *sed solutum reddatur, & competentibus actionibus petatur ab his, qui dederit.* Quibus verbis demonstratur competentes actiones non esse extraiudiciales, sed quæ fiunt in iudicio, teste Accurs. *in l. 1. §. quibus ff. quod cuiusque vniuersitatis.*

299. Quod si contingat lucrantem impedire minis, seu fraudibus, ne victus repetat in iudicio, quod amisit, poterit victus vti compensatione? Respondeo affirmanter. Quia impediens per iniuriam, seu fraudem, ne Petrus suum assequatur, tenetur satisfacere Petro, & Petrus potest vti compensatione, sed leges ciuiles concedunt perdenti actionem ad recuperandum quod amisit, ergo impediens per vim, aut fraudem tenetur illi satisfacere, & consequenter potest impeditus vti compensatione.

Secus si perdens rem eam non vult repetere in iudicio, vel ex timore non à lucrante incusso, vel ex pudore, non potest propria auctoritate vti compensatione, quidquid affirmet Adrian. *in 4. tit. de restit. quæst. 15.* incipit, *Sed oritur.* Ita Castr. *dict. col. 3.* Michael Salon *2. 2. quæst. 5. de dominio, art. 6. dub. 3. conclus. vltim.* Valent. *tom. 2. disp. 3. quæst. 6. punct. 5. dub. 8. in fin.* Ludouic. Carbo. *quæst. 43. de restit. dub. 4.* Less. *d. dub. 3. cap. 16. num. 22.* Sayr. *d. cap. 13. num. 16 vers. Secunda est.* Molin. *disp. 514. vers. Ex dictis.* Rebell. *2. part. lib. 12. quæst. 2. num. 8. ad fin.* Ratio, quia perdens habet ius recuperandi suum in iudicio per competentes actiones, ergo antequam per iudicis sententiam res sibi adiudicetur, non poterit propria auctoritate rem amissam recuperare, poterit tamen paciscí cum victore, vt partem sibi concedat, ne totum in iudicio repetat, quia pro iure quod habet ad actionem intendendam, potest aliquid accipere, vt ab ea desistat, dummodo, ait Molin. animum habeat repetendi in iudicio; quod si non habeat, & fallacia, aut mendaciis vsus recuperauerit, cùm de iure Cæsareo lucrans verè erat dominus rei per ludum acquisitæ, non potest perdens retinere, quod lucrans[1], seductus restituit, cùm non haberet animum vtendi legis remedio ad recuperandum.

300 Ego tamen Molinæ additionem non puto veram, idem siue habeat siue non habeat animum repetendi, potest retinere, quod lucrans reddiderit. Nec refert, quòd fallacia, seu dolus non sit iniustus, imò iustus, quia perdens poterat iustè comminari accusationem, siue repetitionem, siue haberet in animo, siue non, actionem intentare; proinde pro illa desistentia, seu pro illo iure, quod habebat, potest perdens retinere, quidquid sibi à lucrante datum fuerit, quia iustè poterat repetere in iudicio, & iure repetendi cedit. Ita Nauarr. *in summa Latina, cap. 17. num. 15. Hispan. eod. cap. num. 14. & cap. 28. addit. ad eum, num. 14.* Capua *lib. 2. decis. cap. 17. num. 15.* Syluest. *verbo, metus, quæst. 6.* Cordub. *in summa, quæst. 77.* & Less. *lib. 2. cap. 17. dub. 6. num. 42.* post Sanch. *lib. 4. de matrim. disp. 9. num. 9.*

301 Sed quid erit, quando lucrans impedit, ne victus vtatur repetitionis remedio, quod leges concedunt, non tamen per vim, aut fraudem, sed negando se quidquam per ludum comparasse, eo quòd res fuit in occulto, neque qui repetit habet testem vllum ad probandum? Molin. *disp. 514.* negat teneri lucrantem fateri veritatem, quamuis sub iuramento interrogetur, antequam per vnum testem semiplenè probetur id; quia ante semiplenam probationem, nemo tenetur fateri verum in suum damnum proprium. Item quoniam hæc restitutio in pœnam est imposita à lege in odium ludi prohibiti; ergo antequam feratur sententia, non tenetur restituere, quod lucratus est. Hanc opinionem Less. *cap. 26. dub. 3. n. 21.* putat probabilem. Sayr. tamen *in claui, lib. 11. c. 23. n. etiam 13.* vocat falsam, ex eo quod in casu proposito reus interrogatus ad instantiam partis quamuis res sit occulta, tenetur fateri verum, maximè si à iudice præstetur iuramentum, cum ex hac negatione præiudicetur tertio.

Ex his duabus prior est probabilis, posterior verò est verior, quia ius Cæsareum concedit actionem perdenti ad repetendum; ergo quamuis non adsit testis omni exceptione maior, & perdens habeat ius ad repetitionem, tenetur fateri veritatem, præsertim si rogetur, sub iuramento ad instantiam partis, in quo casu iudex iuridicè interrogat. Item, quia lex concedens repetitionem non est omnino pœnalis, sed etiam est dispositiua boni, & æqui, concedens actionem ad recuperandam pecuniam ludo deperditam, & lucrans conuenitur non criminaliter, sed ciuiliter, quia ex criminali actione nihil commodi victus consequitur. Ita Less. & Sayr. *vbi proximè.* Aduertit tamen Rebell. *d. q. 2. num. 6.* ne deperdens in Lusitania vtatur beneficio repetendi, nisi post quatuor menses, ne fortè pœna legis regiæ contenta *lib. 5. tit. 82.* puniatur, quia actio criminalis per quatuor menses durat, & illis elapsis extinguitur, ciuili verò actione deinceps locum habente.

Pro ludentibus ad creditum, seu sub fide præstita, partita est quæstio attento iure Authent. *alearum vsus, C. de relig. & sumpt. fun.* Prima docet teneri perdentem sub fide præstita soluere pecuniam ad creditum perditam. Quia lex ciuilis 3

non

non deobligat a ſoluendo ludentes, ſed tantùm facit facultatem repetendi pecuniam amiſſam. Item promiſſio ſoluendi eſt de re licita, & iure naturali obligat, ergo debet ſeruari, cum lex ciuilis non irritet contractum. Probatur, quia ludentes præſenti pecunia, qui perdit ſoluere tenetur, ergo etiam qui data fide. Ita Caſtr. *lib.* 2. *de poteſt. leg. pœnal. cap.* 2. *corol.* 3. Medin. *de reſtitution. quæſtion.* 22. *corollar.* 2. Bann. 2. 2. *quæſt.* 32. *art.* 9. *dub. antepenult.* & Valent. *tom.* 3. *disp.* 5. *quæſt.* 6. *punct.* 5. *dub.* 8. & alij. Secunda negat perdentem ſub fide teneri ſoluere. Ita Nauarr. *in manuali, cap.* 20. *num.* 17. *verſ. ad quintum.* Couar. *in regul. peccatum, part.* 2. §. 4. *n.* 8. *de regul. iur. in* 6. Ludouic. Lopez 2. *part. inſtruct. cap.* 34. *concl.* 1. *&* *lib.* 2. *de contractib. cap.* 12. Fundamentum eſt, quoniam datur actio de iure communi repetendi in iudicio pecuniam ſolutam victori, ergo de iure ciuili non videtur obligandus ad ſoluendum reus, ſiquidem poſtea poteſt repetere, cum habeat exceptionem is, qui habet actionem; ergo non tenetur ſoluere. Ita expreſsè Molin. poſt plures *d. diſp.* 515. *verſ. Quarta concluſio*, & Aragon. 2. 2. *quæſt.* 32. *art.* 7. *ad* 2. & Gutier. *de iuram. confirm. cap.* 3. *n.* 1. *part.* 1. Adrian. *in* 4. *de reſtit. quæſt.* 12. quæ incipit, *ſed oritur.* Angles *in florib. part.* 2. *de ludi reſtit. dub.* 6. Medin. *lib.* 1. *conſtruct. confeſſ. cap.* 14. §. 29. *regul.* 2. qui omnes de iure communi tradunt perdentem ad creditum in conſcientia non teneri ſoluere, cum illi detur actio repetendi pecuniam ſolutam; ergo non eſt obligandus ad ſoluendum, neque ad implendum actum ſtatim reſcindendum. Quæ opinio magis placet.

De iure Caſtellæ idem dicendum eſt per legem Caroli V. 8. *tit.* 7. *lib.* 8. *noua collect.* vbi præcipitur quidquid fuerit acquiſitum ſub fide præſtita ludo etiam alias licito, nulla ratione eſſe ſoluendum, nec in foro externo, nec in foro conſcientiæ, ibi, *ninguna perſona pueda jogar, ni jogo à credito, o fiado, aunque ſea jogo de pelota*, & inf[...] *damos por ningunas qualeſquier obligationes* [...] *ipturas, o promeſſas, que las tales perſonas circ*[...] *ello hizierem.* Ex qua lege conſtat non obli[...] uentes ad ſoluendum pecuniam creditam a[...]am, imò recipientem non poſſe eam retinere [...] foro conſcientiæ. Ita Sor. 4. *de inſt. art.* 2. *q*[...] *in verſ. vnum autem non eſt hic, fol.* 307. [...] refert poſt plures, ac ſequitur Gutier. *dicto* [...] 3. *num.* 1.

303 [...]quid de iure Luſitano cùm *lib.* 5. *tit.* 82. [...]etur actio accuſandi ludentes in ludis [...] intra quatuor menſes, & apponatur [...] dimidium pecuniæ, & alterum dimi[...] applicetur, nec concedatur actio repe[...] terum dicendum eſt quidquid contra[...]n. *d. diſp.* 515. *verſ. Secunda concluſio*, [...]modo, quo de iure Cæſareo, ac Caſtella[...]ntes credito non teneri ſoluere, ſic [...] Luſitanos. Ratio, quia lex Luſitana [...] *titul.* 64. ſtatuit deficiente lege re[...] eſſe pro deciſione illius ad le[...] illis ſtandum, quando ius Luſi[...] l diſpoſuerit. Ita Rebell. 2. *part. de obl*[...] *quæſt.* 2. *fol.* 724. *verſ. Secunda concluſio.* [...]ciente autem iure Cæſareo in caſu dubi[...]omiſſo in eo decidendo poſſumus vti legibus regni [...]cinioris; & ſecundùm illas iudicandum, vt notat Boët. *deciſ.* 263. *num.* 9. Cabed. *part.* 1. [...] 211. *num.* 8. Valaſc. *de partitionib. cap.* 19. *num.* 11. Gutier. *pract. lib.* 3. *quæſt.* 17. *n.* 215. Rebuff. *l.* 124. *in fin. ff. de verbor. ſignific. pag.* 455. Gonçalues *ad regul.* 8. *Cancellariæ, gloſſ.* 5. §. 7. *num.* 119. & alij dicentes eſſe recurrendum deficiente iure communi ad leges vicinioris regni; ergo Luſitani poſſunt vti in ludo actione repetendi, & remedio excipiendi etiam quando ludunt præſenti pecunia, nec tenentur ſoluere ludendo ſub fide præſtita, quamuis ea de re ius Luſitanum nihil agat, dummodò non vtantur remedio repetendi, niſi poſt quatuor menſes, alioquin exponunt ſe periculo incidendi in pœnas contra ludentes ludis prohibitis *in eodem tit.* 82. impoſitas.

Quid ſi ludens ſub fide præſtita promittat cum iuramento ſoluere, quod perdiderit? Dic teneri ſoluere. Quia iuramentum confirmauit promiſſionem de ſe nullam, & à iure contractum reprobatum roborat per text. *in Auth. ſacramenta puber. C. ſi aduerſus vend.* non obſtante dicta lege 8. *tit.* 7. *lib.* 8. *noua collect.* annullante huiuſmodi promiſſiones, & contractus inter ludentes initos, quia procedit lex, quando non accedit iuramentum. Ita Sot. *de inſt. lib.* 4. *art.* 2. *quæſt.* 5. *verſ. Vnum autem.* Med. *C. de reſtit. cap. de rebus reſtituend. quæſt.* 12. *col.* 14. *ad fin. fol.* 71. *verſ. Corollaria.* Sequitur Nauarr. *in manuali, cap.* 20. *num.* 17. *verſ.* 6. Ludouic. Carbo. *quæſt.* 42. *de reſtitut. concl.* 2. Salon. 2. 2. *quæſt.* 5. *de dominio, art.* 6. *dub.* 3. *notab.* 1. Gutier *de iuram. conf. part.* 1. *cap.* 52. *num.* 6. *&* 7. Sayr. præcitat. *d. cap.* 13. *num.* 20. poterit tamen adhuc repetere, quia ſolum iurauit ſoluere, argumento iurantis ſoluere vſuras, qui ob iuramentum tenetur ſoluere, ſolutas tamen poteſt repetere, vt habetur *in cap. debitores, de iureiur.* dummodo antequam ſoluat, non obtineat abſolutionem à iuramento; quod ſi eam aſſequatur, excuſatur à ſoluendo ex *cap. de iureiur.* Nec recipiens virtute iuramenti pecuniam, eam poteſt licitè retinere, ſed debet reſtituere, vt notat Gutier. *d. num.* 7. ante repetitionem in foro conſcientiæ, quod eſt probabile, vt infra. 304.

Si verò renuncient beneficio legis colludentes ſimpliciter, ſine vllo iuramento, tunc qui perdiderit poteſt repetere, imò potiùs non ſoluere, quod ad creditum perdidit, cum non potuerit abdicare à ſe priuilegium à lege conceſſum in vtilitatem, ac fauorem boni communis, Leſſ. *d. cap.* 26. *dub.* 4. *num.* 26. Quod ſi renunciauit beneficio legis cum iuramento, tunc æquipollet hæc renunciatio iurata promiſſioni ſub iuramento ſoluendi, ac non repetendi, quod eſt ſeruandum, cùm obliget iuramentum, quando ſine interitu ſalutis æternæ ſeruari poteſt. Salon *art.* 6. *dub.* 3. Sayr. *verſ. Denuum verò, num.* 20. 305.

Gutier. tamen opinatur *num.* 9. poſſe perdentem in hoc caſu obtinere iuramenti vtrinſque ab Epiſcopo relaxationem, antequam ſoluat, quia tale iuramentum videtur factum, abſque iudicio requiſito præ nimio calore, & affectu ludendi, neque propter tale iuramentum excuſatur recipiens in conſcientia à reſtitutione acquiſiti per ludum, vt ipſe ait poſt Sot. *in* 4. *de inſt. quæſt.* 5. *art.* 2. Alcocer *lib. de ludo, cap.* 30. Med. *lib.* 1. *ſumma, cap.* 14. §. 29. Ludouic. Lòpez *lib.* 2. *de contractib. cap.* 22. *fol.* 787. ex ea ratione, quia ſi quis promittat ſoluere, promiſſio illa eſt irrita, nec per eam transfertur dominium, ergo recipiens pecuniam creditò perditam tenetur reſtituere, vt in ſimili probat Molin. *tom.* 2. *de inſt. diſp.* 167. *fol.* 97. argumento illius, qui errore motus ſoluit, quod metu coactus 306.

fuit

fuit pollicitus, credens ſe illud debere ex ea promiſſione, in quo euentu recipiens tenetur reſtituere, cùm promiſſio fuerit irrita nec per eam recipiens, dominium acquiſiuerit ſibi. Quod verò in caſu ludi ad creditum ſit promiſſio nullius momenti, probat dicta lex Caroli V. 8. & 9. *tit. 7. lib. 8. noua collect.* ibi, *damos por ningunas qualeſquier obligaciones, ſcripturas, o promeſſas, que las tales perſonas cerca deſto hizieren.* Ergo ex vi huius legis promiſſio eſt irrita, & per eam recipiens non acquirit dominium, & conſequenter perdens ne ſoluat, poteſt impetrare abſolutionem vtriuſque iuramenti ab Epiſcopo, ſicut impetratur relaxatio iuramenti de ſoluendis vſuris.

307. Credo tamen ſi iuramentum ſit de ſoluendo, paritérque de non repetendo, non poſſe relaxari ab Epiſcopo abſque conſenſu illius, cui factum fuit, cum factum ſit in vtilitatem illius, abſque vi, & fraude, ac per illud habeat ius quæſitum, à quo non poteſt remoueri, niſi ſponte. Quamuis alij abſolute tale iuramentum opinentur poſſe relaxari ab Epiſcopis, etiam repugnante illo, cui factum fuit, ſicut iuramentum de ſoluendis vſuris, eſt probabilius non poſſe, quando iuramentum eſt ſoluendi, & non repetendi ſaltem virtualiter. Quamuis id non ſit expreſſum, atque ita non eſt relaxandum contradicente parte, cui factum fuit, niſi de vi, aut fraude à parte illata. Molin. *vbi ſupra, diſp. 515. verſ. Si vero mens iurantis*, Leſſius *lib. 2. cap. 26. dub. 4. num. 27.* Quæ limitatio de vi & fraude,

Probatur, quia ex parte recipientis reperitur turpitudo, ac violentia, nec per iuramentum eo modo extortum acquiritur ius, ſicut de iuramento ſoluendi vſuras tradunt Innocent. *in cap. debitores, in princip. de iureiur.* & Abbas *in cap. 1. num. 6. eod. tit.* Similiter quoties accedit fraus, atque iniuria, etiam datur turpitudo ex parte facientis fraudem, aut inferentis vim. Proinde poſſunt Epiſcopi his non vocatis, quibus præſtitum eſt iuramentum, relaxare illud. Couar. *de pact. 2. part. §. 3. num. 2. in principio.* Aragon. 2. 2. *quæſt. 89. art. 7. circa ſolutionem ad tertium, concl. vlt.* & Henriquez *lib. 7. de indulgent. cap. 35. num. 6. & in comment. litera G.* Vnde remota vi, aut fraude iuramentum ſoluendi, nec repetendi, non poſſe Epiſcopum relaxare illud, abſque conſenſu illius, cui præſtitum eſt, cenſetur probabilius.

Nec obſtat, quòd tale iuramentum ſaltem ſit contra diſpoſitionem legum Caſtellæ 8. & 9. irritantium omnes promiſſiones, & obligationes factas à colludentibus ad creditum, in quo iuramento, ſaltem de iure humano ciuili, continetur turpitudo; Quia reſpondetur eſſe neceſſariam turpitudinem iuri naturali, ac diuino contrariam, vel ſaltem iuri canonico aduerſam, ad relaxandum iuramentum, quod bene notat Gutier. *de iuram. confirm. 1. part. cap. 40. num. 5. verſ. Non obſtat.*

308. Hæc enim turpitudo naturalis non firmatur iuramento; ſicut non firmatur contractus, in quo quis iurat ſoluere vſuras, eo quòd iuri naturali aduerſatur; proindéque eſt nullus. Secus quando dumtaxat contractus eſt nullus iure humano ciuili; tunc firmatur iuramento, atque obligat; neque eſt ſufficiens turpitudo, quæ inuenitur in recipiente, vt concedatur relaxatio, cùm non ſit ſaltem iuri canonico contraria.

309. Ex dictis tamen probabile eſt iuramentum ſoluendi pecuniam deperditam in ludo ad creditum, poſſe ab Epiſcopo relaxari, impleríque momentanea ſolutione, ac perdenti fieri facultatem repetendi poſtea pecuniam ſolutam, nec lucrantem in regno Caſtellæ poſſe retinere pecuniam ſibi ſolutam, ſed reſtituere teneri ſoluenti, cum leges 8. & 9. in eo regno abſolutè ſimiles promiſſiones ſoluendi lucrum reſcindant, neque recipiens ex vi iuramenti dominium acquirat. Ita Sot. Alcocer, Ludou. Lopez, & Medin. *vbi ſupra ſcripti.* Secundùm verò probabiliorem partem, quæ tenet non poſſe Epiſcopum iuramentum relaxare, nec perdentem ſatisfacere ſolutione momentanea, nec habere facultatem repetendi, dicendum eſt, promiſſiones factas à colludentibus de ſoluendo, ac non repetendo firmari iuramento, poſſéque recipientem retinere lucrum pecunia credita acquiſitum, nec teneri reſtituere, niſi poſt ſententiam.

Probatur quia leges Caſtellæ ſolùm irritant promiſſiones inter colludentes de ſoluendo, non tamen priuant recipientes dominio ſolutæ pecuniæ, neque eos reddunt inhabiles ad acquirendam pecuniam ſolutam, eo quòd illæ leges, cùm ſint pœnales, non debent intelligi vltra id, quod in eiſdem exprimitur. Quare, cùm ſolùm faciant facultatem, vt perdens non teneatur ſoluere, non debent extendi vlteriùs, cum non reddant inhabiles recipientes ad retinendam pecuniam ſibi ſolutam. Ita in ſpecie Molin. *diſp. 515. §. quoad ſecundum, verſ. Contrarium mihi.* Henriquez *lib. 7. de indulgent. cap. 35.* Perez *lib. 4. ordin. tit. 4. l. 9. verſ. Sea tenido*, Salon 2. 2. *quæſt. 62. quæſt. de dominio, art. 6. fol. 560.* & Azeued. *lib. 8. recopil. tit. 7. l. 8. num. 8.* Ratio, quia nulla reperitur turpitudo in recipiente, nec refert turpitudo de iure ciuili, cuius vitium, & imbecillitas iuramentum ſupplet, vt conſtat ex *cap. quamuis pactum, de pact. in 6.* Anton. *in cap. cum contingat, de iureiur. n. 8. ad medium.* Bald. *in l. non dubium, num. 26. C. de legib.*

Accedit, quia quamuis leges ſupra citatæ impedirent tranſlationem dominij in accipientes, hodie tamen præſcriptum eſt contra eas leges. 310 Quia nemo ſolet reſtituere, quod credito lucratus fuit, ſi poſtea ei ſoluatur, neque confeſſarij ad reſtituendum ita ſolutum obligant lucrantes; quæ conſuetudo eſt optima legum expoſitio, quæ ſolùm auferunt obligationem ſoluendi à perdente credito, nec cogunt reſtituere lucranti, niſi intentata repetitione, ac pronunciata ſententia. Suffragatur, quia ludus aleatum, & ſimilium, etiam quando ſunt liciti, non prohibentur principaliter, quoad executionem, propter bonum commune, quia Reipublicæ non intereſt magis hunc, quàm illum pecuniis abundare, ſed propter priuatam vtilitatem; in quo caſu ſemper firmatur iuramento contractus, nec poteſt peti relaxatio, quando iuramentum eſt de non repetendo, per quod ius tertio eſt quæſitum, eo non vocato. Secus quando actus eſt principaliter prohibitus in fauorem publicum, tunc enim non firmatur iuramento ex *cap. diligenti, de foro compet.* neque opus eſt relaxatione, cum inualidus omnino ſit, lædátque bonum commune. Sicut non eget relaxatione, quando ſit in præiudicium tertij *cap. cum contingat de iureiur.* Igitur à fortiori non erit neceſſaria, quando derogat bono communi. Abbas *in cap. cum contingat, num. 22. verſ. Octauus caſus, de iureiur.* & Alexand. de Neuo *ibidem num. 27.* & alij.

§ XXIII.

## §. XXIII.

*Vtrùm Simoniæ crimen ſit caſus mixti fori.*

### EPITOME.

311 *Simonia eſt voluntas ſtudioſa emendi, vel vendendi aliquid ſpirituale, vel annexum ſpirituali pro temporali.*
312 *Quotuplex ſit Simonia.*
313 *Simonia de iure noſtro eſt crimen mixti fori.*
314 *Simoniæ cognitio pertinet ad iudicem Eccleſiaſticum.*
315 *Punitio Simoniæ pertinet ad vtrumque forum.*
316 *Simoniacis pœnæ ſunt ab Eccleſia impoſitæ.*
317 *Inhabilitas an incurratur a Simoniaco in foro conſcientiæ.*
318 *Simoniaci confidentiarij ſunt ipſo iure priuati beneficiis obtentis, & obtinendis.*
319 *Simoniaci confidentiarij tenentur in conſcientia dimittere beneficia per confidentiam acquiſita, & non acquiſit antea.*
320 *Verbum* priuamus *inducit priuationem ante ſententiam.*

311. SIMONIÆ crimen eſt voluntas ſtudioſa emendi, vel vendendi aliquid ſpirituale, vel ſpirituali annexum pro temporali. Ita D.Thom.2.2.*quæſt*.100.*art*.1. *in princ*. & *in* 4. *di*[illegible].25.*art*.2.*per totum*. Caiet. *in ſumma, verb.Simonia, verſ.Ex eo autem*. Nauar.*in ſumma Latina, cap*. 3.*num*.1 [illegible] *in princ*. Eſtque Simonia crimen grauiſſimum, comparatur idololatriæ *cap.citò*, & *cap. eos*, 1. *quæſt*.1. Ita æquiparatur crimini læſæ maieſtatis, vt vult Bald. *in l.ſi quemquam in* 1. *notab*. [illegible] *piſcop*.& *cleric*. Dias *practic.crimin.canon* [illegible] 5.*in princ*. Vocatur interdum crimen Simoniæ hæreſis *cap.quoties, de Simonia*, vel ſaltem æqu[illegible]atur ipſi hæreſis ſceleri, notat Gloſſ.*vlt.in cap*.1. *de teſtib.in* 6. Rebuff. *in praxi benef.tit.de Simonia in reſignat.num*.12. Menoch.*conſ*.67.*n*.3, [illegible]card.*concl*.861. Flamin.*de reſign.lib*.14. *quæ*[illegible] & *quæſt*.8.*num*.8.& *lib*.[illegible].*quæſt*.2.*n*.6.

312. [illegible]nia alia eſt *conuentionalis*, alia *realis*; alia [illegible]*onalis confidentialis*, alia *confidentialis* [illegible]nuentionalis eſt ſimonia conuenta ex[illegible]tarite, nondum tamen ab vtraque par[illegible]ta. Cardin.Pariſ. *conſ*.29.& 30.*vol*.4. & [illegible]monia conuentionali loquitur caput, [illegible], *cap.pactiones de pactis*; *cap.ſuper eo* [illegible] *cap.cum eſſent.de ſimonia*, teſte Caſſad. *conſtitut*.

[illegible]m eſt duplex, quædam ex neutra par[illegible] & hæc propriè eſt conuentionalis, [illegible] terminos nudæ conuentionis, & [illegible] traditio rei, & temporalis datio[illegible] *de pact.cap.quam pio*, 1.*quæſt*.2.*cap*. [illegible]*ia*. Felin. *ibid*. Abbas *in cap.veniens*. Quædam ex vna tantùm parte iam exeq[illegible]no fit realis ſecundùm aliquos, non tam[illegible] ideo non deſinit eſſe conuentionalis, [illegible] *iuſt*. & *iur.quæſt*.8.*art*.1. non tamen e[illegible] omnino [illegible]ealis, niſi quando ab vtraque parte compl[illegible], & mandatur executioni. Nauar. *cap*.23 *num*.1[illegible]3.*ve*[illegible]. *Dixi ab vtraque parte*, & [illegible]4. *num*.1.*de Simonia*.

Quando verò ex vtraque parte eſt completa conuentio, & promiſſio perfectè adimpletur, habet annexam excommunicationem; quia Simonia eſt realis, & datur priuatio ipſo iure, Extrauagant. Paul.II. *cum deteſtabile*. Caſſad. *deciſ*.5.*de conſtit*. Nauar. *conſ*.42. *de Simonia*. Caputaq. *deciſ*.238. *part*.3. Item realis ſimoniacus triennalis defendi non poteſt, vt fuit deciſum in vna Lunen. Sarzanen. coram Martino Spinola, teſte Sarnen.*de triennali, quæſt*.12. nec poteſt agere ſpolio, vt fuit reſolutum in vna Taurinenſ. Abbatiſſatus coram Caſſad. teſte *eod.deciſ*.1.*de Simonia*.

Simonia confidentialis definitur à Nauar.*c*.23. *num*.209.*verſ.Tum quia*, in hunc modum: *Eſt illa qua quis confidit, quòd collator conferet beneficium mediante pretio, pacto, modo, vel conditione expreſſa, vel tacita, indigno, vel digno*. Hæc tamen non eſt plena definitio, quia non comprehendit renunciationem beneficij factam per confidentiam, & ſolùm loquitur de conferente cum confidentia, & non de reſignante; ideo cum non comprehendat omnes ſpecies, non placet cum ſit manca. Plenè autem ſic poteſt deſcribi: *Confidentia eſt ſpes quædam, quòd collator conferat, eligens eligat, patronus præſentet, aut quis accipiat, vel renunciet beneficium pacto, modo, vel conditione, expreſſa, vel tacita ſibi, vel alteri*. Quæ cùm habeat genus, differentias, & contineat omnes caſus conuertatúrque cum ſuo diffinito, nihil deeſt illi, vt ſit bona. Bartol.*in l*.1.§.*dolum, ff.de dolo*, & *in l*.1.*ff.de teſtib*. & colligitur ex conſtitutione Pij V. de hac materia *in* §.*ſi itidem ordinarius*.

Vnde colliges diſtinctionem inter conuentionalem realem, & inter confidentialem conuentionalem; nam hæc confidentialis per ſolam promiſſionem & ſic per interpoſitionem fidei incurritur abſque vlla datione. Conuentionalis autem non fit realis niſi per dationem actualiter, & receptionem rei, ſufficitque quòd ex vna parte ſit completa in totum, & ex altera in parte, vt incurratur in pœnas. Nauar.*conſ*.40.*num*.1.*de Simonia*. Flamin.*de confident.quæſt*.1.*num*.142. Mandoſ.*conſil*.64. non tamen committitur Simonia per promiſſionem fictam, & ex conſequenti contrahens non incurrit pœnas ſimoniaco impoſitas, cùm ſimonia fuit apparens. Caiet. *de Simonia, quæſt*.2. *opuſc*.9. Sot. *lib*.9.*de iuſtit.quæſt*.5.*art*.1. *verſ.Dubium hinc autem*. Petr.Nauar. *lib*.2.*de reſtit.cap*.2. *n*.410. concordat Nauar. *in ſumma, cap*.23.*n*.106. ex alio fundamento.

Hoc poſito quæritur, an hoc crimen ſit mixti 313.
fori: lex noſtra *d.lib*.2.*tit*.9. abſolutè affirmat. Probatur ex gloſſ.*verb.intra Eccleſiam, in cap.principes ſæculi* 23.*quæſt*.5. allegans *cap.ſi quis pecuniam, diſt*.79. ex qua colligitur poſſe laicum iudicem de Simonia clerici cognoſcere. Cæterùm eius cognitio pertinet dumtaxat ad iudicium Eccleſiaſticum, quamuis de iure ciuili ſit vetitum ex *l.ſi*
*quemquam, C.de Epiſc.& cler*. Cuius etiam crimi- 314.
nis meminit Bartol. *in l*.1.*ff.ad l. Iul. de ambitu*. Ideo nullo modo crimen Simoniæ ſpectabit ad laicum, ſed Eccleſiaſticum iudicium. Ita Bonacoſſa *verb.Simonia*, 1.*tom.commun.lib*.1.*tit*.5.*num*.4. per gloſſ.*in cap.cùm ſit, in ſcholio vltimo, de foro comp*. cui adhærent Iul.Clar. *n*.7.§.*Simonia*. Farin.*lib*.1. *crimin.praxis, quæſt*.8.*num*.128. Curia Philip.*p*.3. *i dic. crimin*.§.2.*num*.9. dicentes iudicem Eccleſiaſticum cognoſcere etiam contra laicos admittentes Simoniæ crimen, ex eo quòd ſit cauſa merè Eccleſiaſtica, de qua laicus non poteſt cognoſcere,

ecte, vt conſtat ex *l.58 gloſſ.2.tit.6.part.1.* ibi, *todo home que fueſſe accuſado de hereſia, & aquel contra quien moueſſe pleito, por razon de vſuras, o Simonia, o de periuro*, & infra, *todos eſtos pleitos ſobre ditos, que nacem deſtos peccados, ſe deben iuzgar por iuizio de Santa Igleſia.* Vbi vides non pertinere ad iudicium ſæculare. Quod etiam dicendum eſt, quando committitur confidentia in beneficiis ex traditis à Tiberio. Decian. *cap.80.n.4. tom.1. crimin. lib.5.*

315. Ad legem ergo noſtram *vbi ſupra* dum ait hoc crimen eſſe mixti fori, dicendum eſt loqui illam de punitione, non verò de cognitione, procedetéque circa factum, non verò circa ius. Ita Suar. *tom.2. in proœmio, num.10. in ſua praxi*, & ſic eſt intelligendus Parlador. *de differ. quotid. different.9.* Ita D. Gabriel Pereira *2. part manus, cap.56.n.46.* cum hoc crimen ſit merè ſpirituale, de quo laicus

316. nullatenus poteſt cognoſcere. Quod etiam apparet ex pœnis appoſitis in ſimoniaco, quæ omnes ſunt ab Eccleſia inflictæ in primis ex conſtitutione Pij V incipiente, *cum primum, verſ. & vt ſimoniaca*, ibi, *Qui dignitates Eccleſiaſticas ſimoniacè acquiſiuerit, illis ſit ipſo iure priuatus, & in futurum inhabilis ad eas, & quaſcumque alias obtinendas. Qui beneficium, aut officium ſimoniacè Eccleſiaſticum adeptus fuerit, illo ſimiliter ſit ipſo iure priuatus, & ad fructuum omnium, quos perceperit, reſtitutionem teneatur, & perpetuo ſit inhabilis ad ea, & quæcumque alia beneficia Eccleſiaſtica obtinenda.* Hactenus Pius. Sequitur Nauar. *conſil.92. de Simonia.* Vnde vides eſſe inhabilem ipſo facto, qui ſimoniacè beneficium, ſeu officium Eccleſiaſticum acquiſiuerit, quod etiam tradit Vgolin. *tabul.4. cap.6.§.6 num.2.* vbi nota ex conſtitutione requiri quòd Simonia ſit ſaltem exequuta quoad ſpirituale.

317. Difficultas tamen eſt, an incurratur hæc inhabilitas in foro conſcientiæ ante ſententiam? Negat Nauar. *d. conſ.92* & Manuel de Sa. Oppoſitum tamen eſt dicendum conſideratis verbis ipſius conſtitutionis. Ita Vgolin. Suar. tamen *lib.4.c.58. num.10.* credit dictam pœnam non eſſe vſu receptam, atque ita poteſt in praxi admitti opinio Nauar. vt ipſe ait *d. lib.4. cap.61. num.11.* quamuis in *cap.58. num.10. citat.* oppoſitum abſolute tradat; non dicetur tamen ex eo ſimoniacus, irregularis propriè dictus, quamuis ipſo iure priuetur obtentis, & inhabilis fiat ad obtinenda. Confirmatur opinio Nauar. ex eo, quòd confidentiarij non ſunt ipſo iure priuati ante ſententiam, ſed eſſe priuandos docet Caputaq. *deciſ.201. part.1.* ductus, quia crimen confidentiæ eſt Simonia conuentionalis: atqui propter Simoniam conuentionalem non imponitur pœna ipſo facto, vt ait Caſſad. *deciſ.5. de conſtit.* & eſt communis opinio, teſte Card. Pariſ. *conſ.29. & 30. volum.4.* Ergo ante ſententiam non eſt inhabilis, nec priuatur ipſo iure ſimoniacus.

318. Cæterùm contra confidentiarios ſtat ipſa veritas, eoſque eſſe priuatos omnino obtentis, & obtinendis beneficiis, inhabiléſque ad omnia conſtat ex conſtitutione Pij IV. 108. vbi dicitur, *a die confidentia conſummata vacauiſſe, & vacare omnia beneficia quæcumque alia Eccleſiaſtica obtenta*; & ex conſtitutione Pij V. 87. *in princip.* ibi, *ipſo iure vacarent Eccleſia, monaſteria, cateráque beneficia Eccleſiaſtica in confidentiam, a quibuſcumque etiam Sancta Eccleſia Romana Cardinalibus, &c.* Quæ doctrina colligitur ex Nauar. *conſ.51. de Simonia*, moto ex ea ratione, vt homines magis abſtineant ab hoc péſſimo crimine Simoniæ: & in hoc nulla eſt differentia inter Simoniam realem conſummatam ex vtraque parte & inter Simoniam confidentialem, quia ſimoniacus realis priuatur ipſo iure per d. Extrauag. Pauli II. *cum deteſtabile, de Simonia*, vt eſt communis doctrina, & eſt excommunicatus: eodem modo ſimoniacus confidentialis conuentionalis eſt excommunicatus, etiam ante implementum, quod promiſit, & collatio, ſeu reſignatio eſt omnino nulla, & tenetur ad reſtitutionem fructuum, à die receptionis, quos percepit. Nauar. *in manuali, cap.23. num.110. verſ. Secundò, quod Simonia.*

Item confidentiarius tenetur etiam in foro conſcientiæ relinquere beneficium, cùm ſit ille 319. priuatus ipſo iure. Felin. *in cap.1. col.13. verſ. Incipit, de conſtitut* Ruin. *conſ.4. num.11. col.5.* Decius *conſ.136. col.3.* & alij quos congerit Oged. *de incompatibil. benefic. part.1. cap.13. num.61. & 62.* ex eo, quia ſimoniacus confidentialis nullum habet titulum acquiſitum in eo beneficio. Vnde non ſolùm tenetur relinquere beneficium, quæſitum per confidentiam in conſcientia, ſed etiam beneficia licite ante acquiſita, Abbas *in cap. cum eſſent in 2. notab. de Simonia.* Felin. *in cap. tua nos, in gloſſ.2. 1. de Simonia*, quia ſimoniacus confidentialis æquiparatur ſimoniaco reali, teſte Bald. *in cap. de reſtib. lib.6.* ſicque fuiſſe iudicatum refert Florentiæ. Facit expreſsè conſtitutio Pij citat. *in §. ſed ne quiſquam*, ibi, *& quidquid tale admiſerint in futurum etiam omnibus, & ſingulis aliis Eccleſiis, monaſteriis, dignitatibus, adminiſtrationibus, officiis, & beneficiis obtentis, qua pariter ſub dicta reſeruatione comprehendere volumus.* Vbi vides loqui de obtentis abſque Simonia ante, ſicuti de obtentis per confidentiam, & omnia comprehendit ſub reſeruatione, vt apparet ex dictione, *aliis*, poſita in conſtitutione, & ex verbis *in d. §. Sed ne quiſquam*, ibi: *præſentium auctoritate priuamus*, vbi nota verbum, *priuamus*, eſſe præſentis temporis, & inducere priuationem ipſo iure, nulla expectata ſententia, Abbas *in cap. nouit, n.8. de his qua fiunt a Prælato, ſine conſenſu capituli.* Nam verba futuri 320. temporis non operantur confeſtim, ſed exigunt ſententiam. Franc. *in cap.1. num.5. de vit. & honeſt. cleric.* Felin. *in cap. de regul. de Simonia*, & Abbas *in cap. in quibuſdam, num.7. de pœnis.*

Quare dicendum eſt committentes confidentiam priuari ipſo iure beneficiis ſuper quibus confidentia committitur, & aliis antea rite obtentis, eſſéque inhabiles ad alia obtinenda in futurum, vt etiam conſtat ex conſtitutione Pij V. ibi, *præſentium auctoritate priuamus, & ad futura inhabiles decernimus*; quod in terminis tenuit Caputaquenſis *deciſ.201. part.1. & part 3. deciſ.138.* Sequitur Nauar. *in manuali, cap.23. n.111. verſ.11.* Flamin. *de confidentiis, quæſt.58. num.37. & 38.* Matthezil. *ſingul.112.* incipit *nota*, & alij ab eo relati. Ex quibus pœnis ſimoniaco impoſitis ſatis conſtat hoc crimen pertinere ad iudicem, & forum Eccleſiaſticum.

*LIBER TERTIVS*

# DE OBLIGATIONIBVS Moderatorum Reipublicæ.

## DISPVTATIO V.

*De Regalibus, ac reſeruatis Principi non recognoſcenti ſuperiorem.*

### §. I.

*Quæ ſint Regalia, ac reſeruata Principi ſupremo.*

#### EPITOME.

1 *Quæ ſint Regalia, ac reſeruata ſummo Principi remiſſiuè, & an bellum indicere ſibi competat.*

2 *Principi competit poteſtas creandi magiſtratus, & officiales ad iuſtitiam adminiſtrandam, & erigendi nouas dignitates; inferioribus autem dominis nihil horum competit.*

3 *Inter regalia ius armorum, & vſus eorum competit ſoli Principi deſignare, nemóque poteſt eo inconſulto arma ferre, neque habere, exceptis magiſtratibus, atque eorum familiaribus.*

4 *Poteſtas cudendi pecuniam competit Principi, & aliis de eius licentia, poteſtque augere eius valorem, ac minuere ex cauſa.*

5 *Quæ ſint neceſſaria, vt pecunia non ſit falſa, & an ſit cudenda expenſis publicis.*

6 *Regale etiam eſt poſſe Principem, pro ſe, & pro filiabus maritandis exigere ſubuentionem à populo.*

7 *P[illegible]ſe, & pro filio redimendo poteſt princeps [illegible]diunde non habeat, talliare ſubditos.*

8 *Princeps vectigalia, impoſitiones etiam extraordinarias ex cauſa, ſiue collectas imponere poteſt.*

9 *[illegible]galia ſunt ſeruire Principi ad bellum eunti, ſubminiſtraréque plauſtra, & nauigia ad vehendum neceſſaria exercitui, pontéſque con[illegible] ad tranſitum exercitus.*

10 *Va[illegible] quando teneantur ſequi Principem ad bellum expenſis propriis.*

11 *Clerici quando licitè poſſint pugnare in bello, & quando teneantur.*

12 *Domini terrarum non poſſunt cogere vaſſallos, vt eos comitentur ad bellum.*

13 *Regale, eſt portus, ripatica, flumina, nauigabilia, & ius piſcationis atque via publica.*

14 *An balenæ, & cæteri piſces vaſta mole præditi ad littora eiecti, ſint de regalibus, & quid de ambaro in littore inuento.*

QVæ ſint Regalia, habes in lege Luſitana *lib.2. ordin. tit.26.* & *in cap.1.* quæ ſint regalia in vſibus feudorum. Nos verò non omnia, ſed præcipua numerabimus, quæ ad Regem pertinent, illique tanquam ſupremo Principi competunt, atque in ſignum ſubiectionis, ac ſuperioritatis reſeruantur, teſte Aluatoto *ſuper vſib. feudorum.* Competit ergo Principi ſupremo duces, mati, terráque creare, quibus concedit ius militare in milites per *l.2.§.10.ff. de origine iuris*, Iaſon *in l.Barbarius, num.48.ff.de offic.prætor.* Peregrin. *de iure fiſci, lib.1. tit.1.§.14.* Principi conſequenter competit poteſtas bellum indicendi, *l.vnica, C. vt armor. vſus inſcio Principe interdictus ſit, lib.11.* & *cap. quid culpatur, 23.quæſt.1.* ibi, *Ordo*, inquit, *ille naturalis mortalium paci accommodatus, hoc poſcit, vt ſuſcipiendi belli auctoritas, atque conſilium penes Principes ſit*, & gloſſ. ibi, *in verbo, principes.* Molin. *tom.1. de iuſt.diſp.*100. 1.

Competit etiam Principi in ſuo regno creare magiſtratus, officiales, ac tabelliones, reliquóſque miniſtros adminiſtrandæ iuſtitiæ neceſſarios, nemóque aſſumitur ad dignitates, ſeu officia, ſine mandato Principis, *l.probatorias, C. de diuerſis officiis, lib.12.* Alexand. *conſ.107. vol.7.* Item à Principe, vt à fonte deriuantur omnia munera, *cap. ita Dominus, 19. diſtinct. cap. fundamenta, §. 1. de electiõ. in 6.* omniſque poteſtas ab illius poteſtate emanat, Lucas de Penna *in leg. contra, verſicul.67. C. de re militar. lib.12.* 2.

Item poteſt creare in ſuo regno dignitatem nouam, Lucas de Penna *in leg. vnica, C. de Metropolit.* Berito *lib. etiam 12.* Andr. de Iſern. *in cap.1. §. ſi quis de mano, col. penultim. tit. ſi de inueſtitura feudi controuerſia*, Chaſſan. *in conſuetudin. Burgund. in rubric. des iuſtices, circa finem, verſ. Vnde nemo*, vbi probat erigere magiſtratus, & officia noua pertinere ad Principem, tanquam vnum ex regalibus; probatúrque ex Authent. *de defenſ. ciuil. per totum, & de pace iuramenti. firmand. in §. indices, cum ibi not. in gloſſ. & de pace tenend. in §. index, in conſtitut. feudor.* quæ poteſtas à populo quondam in Reges tranſlata eſt, *l.1.ff.de ambitu*, Menoch. *conſ.302. n.29. verſ. Decimoquintò.* Auendan. *de exequend. mandat. principis, lib.1. cap.10. in principio.*

Reliqui verò domini terrarum ſupremo Principi inferiores, nõ poſſunt in ſuis terris magiſtratus creare, neque officia noua erigere, niſi id habeant expreſsè à Principe conceſſum, vel ex cõſuetudine

legitimè præſcripta, ita Suar. de Paz *in vlt. annot. in praxi à num.* 13. Cardoſ. *verb. Tabellio, num.* 4. multis *ibi* citatis, quod etiam decernitur à noſtra lege regia *d. lib.* 2. *tit.* 45. *num.* 25. *ad fin.* & habetur *in l.* 3. *tit.* 19. *p.* 3. Montal. *in l.* 1. *tit.* 8. *lib.* 1. *Fori, verbo, ꝑ otreno,* & Curia Philip. *part.* 1. §. 2. *num.* 4.

3. Enumeratur etiam inter regalia Armañia, hoc eſt ius armorum, ſeu armamentariorum, vt placet Iacobo Cuiacio, & Franciſco Hotomano *in cap.* 1. *quæ ſint regalia, in vſib. feudor.* & fit mentio tertio loco apud legem noſtram *d. tit.* 26. *num.* 2. vbi declarat ius faciendi arma quæcumque ſoli Principi competere. Ideo nec ferre arma, niſi a Principe deſignata ſubditis competit. Ita Crauetta, *conſil.* 314. imò nec domi ea habere poterant inconſulto Principe, *l.* 1. *ff. ad l. Iuliam de vi publica.* Habere námque arma domi, vel ea ſecum deferre mali animi in habente, ſeu ferente eſt præſumptio, teſte Bartolo *in d. l.* 1. & *ibi* Alexand. & *in conſ.* 103. *col.* 3. *lib.* 1. Cæpol. *conſ.* 2. *col.* 2. & Iaſon §. *ex maleficiis, num.* 81 *Inſtit. de actionib.* Propter quam cauſam, ne homines ſeditioſi fierent, Theodoſius *titul. vt armorum vſus, lib.* 11. *Codicis*, in hæc verba prohibuit vſum armorum. *Nulli*, inquit, *prorſus nobis inſciis, atque inconſultis quorumlibet armorum mouendorum copia tribuatur.* Poſtea verò Iuſtinianus *in Authen. de armis*, decreuit, non eſſe datum cuiquam priuatim arma conficere, aut confecta in domo habere. Regium ſiquidem munus hoc eſt.

Quo circa dicendum eſt poſſe Regem prohibere ne quis arma conficiat, nec eis fabricatis vtatur, vt ex ſententia Crauetæ *d. conſ.* 314. tradit Menoch. *de arbitrariis iudicum, lib.* 2. *caſu* 394. *num.* 25. vbi hoc extendit ad dominos feudorum, quibus ait fas eſſe anferre arma vaſſallis ſuis, & ſubditis, quod intellige ſi id habeant a ſupremo Principe. Magiſtratibus tamen, & eorum familiaribus conceditur poteſtas ferendi arma, & habere, *l. nam, & ſalutem,* §. *vltim. ff. de offic. præfect. vig.* vbi Bald. quod extenditur ad officiales Epiſcopi, & Legati a latere. Idem ait Dec. *in cap. ſignificaſti, col.* 2. *de offic. delegati, & c. cùm non ab homine, n.* 9. *de iudic.* & videtur conceſſum ab omnibus officialibus, quibus competit ius dicere, ſeu adminiſtrare, per gloſſ. *in clement.* 2. *de hæretic.* § *vlt.* per quam Inquiſitoribus, ac fidei defenſoribus, atque eorum miniſtris arma etiam aliis prohibita indulgetur habere, ac ſecum deferre, Placa *lib.* 1. *epitome delictorum, cap.* 8. *num.* 10. & 17.

4. Connumeratur inter regalia etiam de iure Luſitano *d. tit.* 26. *num.* 3. ius, ſeu poteſtas cudendi monetam, quod competit ſummo Principi, & nulli alteri inferiori, niſi de eius licentia; quod etiam conſtat, *ex d. cap.* 1. *quæ ſint regalia,* & gloſſ. ibi, *verbo, cudendæ*, Hugo *in tract. de officio quatuor prælator. tit. de excuſatione munerum, num.* 8. *verſ. Monetaria,* vbi ponit hoc eſſe vnum de regalibus *c. quanto, de iureiur.* & *l.* 1. *ff. de contrahend. emptione,* Panorm. *in d. cap. quanto, iuxta gloſſ. receptam in rubric. C. de iure Reipublicæ,* & *l. final. C. de falſa moneta,* Pinell. 1. *part. rubrica, cap.* 3. *n.* 4. *C. de reſcindenda venditione.* Menoch. *conſ.* 258. *num.* 15. vbi ait ad Principem pertinere augere, vel minuere valorem, ſeu pondus monetæ, quod etiam tradit Ioan. Faber *in Authen. hoc niſi debitor, C. de ſolutionib.* & *inſtitut. quibus modis tollitur obligatio, in principio.* Boër. *quæſt.* 327. *num.* 6. Cornel. *conſ.* 135. *ad euidentiam, vol.* 3. etiam abſque conſenſu populi, quæ eſt communis teſte Boër. *n.* 7. quidquid minus bene neget Imol. *in d. cap. quanto, verbo, iure, viſito,* & Angel. *in ſumma, verbo, falſarius ſub* §. 6. nempe poſſe Principem mutare valorem monetæ abſque conſenſu populi.

Sed oppoſitum eſt probabilius, dummodo intercedat cauſa iuſta, & abſit populi præiudicium. Ita Couar. *tract. numiſmatum, cap.* 7. *num.* 6. Nam ſi fiat mutatio monetæ de conſenſu populi, eſto fiat præiudicium; fas eſt, cum conſentienti nulla fiat iniuria, *l. quamuis, ff. de in ius vocand. l. cum donationis,* & ibi Iaſon *C. de tranſactionibus,* Albert. Brun. *in tract. de augmento, concluſ. vltim. col.* 2. imò etiamſi fiat præiudicium populo abſque eius conſenſu, modò rationabilis cauſa intercedat poſſe licitè de nouo Principem pecuniam adaucto valore cudere ſupra valorem materiæ, vel iam cuſæ valorem augere, etiam ſuper expenſarum æſtimationem, quæ in ea cudenda factæ ſunt, opinatur bene Couarr. *lib. citato, & loco, num.* 6. quod etiam eſt de mente D. Thomæ *lib.* 2. *de regimine principum, cap.* 13. vbi monet Principes, ne valorem pecuniæ pro libidine mutent; illicitum tamen erit id agere abſque rationabili cauſa. Ita Hoſtienſ. & Panorm. *in d. cap. quanto.*

Fas etiam erit propter inſtantem neceſſitatem regni, ſeu Principis, cui populus tenetur ſuccurrere, augere valorem pecuniæ, vel detrahere de pondere illius, vt ex eo augmento, vel detractione princeps, ſeu reſpublica ſibi ſubueniat. Ita Gabriel *in* 4. *diſt.* 15. *quæſt.* 8. *col. penult.* Couar. *vbi ſuprà num.* 5. Pinell. *num.* 8. & Rebell. 2. *part. lib.* 11. *de valore pecuniæ, quæſt.* 2. *num.* 11. *verſ. Reſpondendum tamen eſt.*

An verò Princeps poſſit facere facultatem cudendi pecuniam alicui homini priuato? Negat Benedict. Ægidius ad *l. ex hoc iure, ff. de inſtit. & iure, cap.* 8. *de empt. & vendit. num.* 7. additque non valere eam facultatem, ſi concedatur: ſequi videtur Barboſ. *in remiſſ. ad tit.* 26. *citat. ad* §. 5. 5.

Oppoſitum tamen eſt verum, vt conſtat ex *d. tit.* 26. *num.* 3. vbi non denegatur poteſtas hæc Principi, imò conceditur illi, *lib.* 5. *tit.* 12. *in princip.* ibi, *moeda falſa he toda aquella que naom he feita por mandado do Rei,* hoc eſt de mandato illius quæ non fuerit fabricata; ergo poteſt princeps concedere facultatem cudendi pecuniam; & conſtat ex ſcribentibus *in d. cap.* 1. *quæ ſint regalia,* & ex *l. quamuis,* §. *penult. ff. de auro, & argento legato,* tradúntque Hugo *de munerum excuſatione, num.* 8. vbi ait poſſe inferiores principe ex auctoritate illius, vel ex priuilegio, cudere pecunias, & Menoch. *d. conſ.* 302. *num.* 28. *verſ. Sextò poteſtas.*

Tria tamen debet pecunia continere, ne cenſeatur falſa, materiam videlicet, legitimum pondus, & formam publicam, vt deducitur ex *cap. quanto, de iureiur. in verbis, monetam, aut falſam, aut legitimam eſſe credebas*, & conſtat ex *l.* 1. *ff. de contrahenda emption.* & ſequitur Bald. *d. cap. quanto,* dicens quantitatem exigi ad ſubſtantiam, formam verò ad auctoritatem, Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 20. *n.* 13. & 14. vbi ſubdit vt moneta ſit proba, debere eſſe vſualem, & expendibilem. Materia tamen debet eſſe tanta in pondere, quantus eſt valor in forma. Ita Rebel. *vbi ſuprà,* Tiraq. *d. n.* 13. Cabed. 2. *p. deciſ.* 45. *num.* 2. & 3. vbi ait tanquam verius poſſe à Principe deduci de valore, ſeu pondere materiæ expenſas factas in pecunia cudenda, cum ex iure non conſtet teneri Principem propriis expenſis pecunias cudere.

Sequitur

Sequitur Rebell. *num.* 11. *ad finem*. Couar. *in d. tract. numiſmatum, cap.* 7. *in princip. num.* 5 Pro pœna verò appoſitis cudentibus pecunias ſine autoritate principis, conſule leges noſtras *lib.* 5. tit. Barboſ. *ad hunc titulum in remiſſ.* Molinam *conſ.* 702. *per tot.* & alios ab eo citatos.

6. Numeratur inter regalia ex lege noſtra *d. tit.* §. 4. poſſe Principem exigere ſubuentionem à vaſſallis, quando ducit vxorem, vel locat filiam matrimonio. Ex quo loci colligitur non teneri vaſſallos præſtare ſubuentionem, quando filius Principis matrimonium contrahit, ex eo, quia ex coniugio filij recipit dotem, at verò nubenti filiæ dotem præſtat. Ita Boër *deciſ.* 130. *n.* 14. Barboſ. 4. *part. l.* 1. *ff. ſoluto matrimonio, num.* 14. *verſ. E...* Lex tamen Luſitana procedit, quando princeps eſt preſſus egeſtate, non verò quando abundat diuitiis. Probatur ex Bartol. *in l.* 1. *C. de excuſatione munerum*, *lib.* 10. dicente non poſſe Principem pro filia elocanda in matrimonio ſubditos collectare; ſequitur Bald. & Paul. *in l. neminem Angariar. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Idem Bald. *in l. ex hoc iure, verſ. Decimò quaritur, ff. de iuſtit. & iur.* Luc. de Penn. *in l.* 1. *C. de ſuperindicto, lib.* 10. ex regula generali, *Principes non talliare ſubditos, niſi premente neceſſitate*, ita Guido Papæ *in ſingul.* 13. *incipit, quod Imperator*, & Petr. Rauen. *in ſuo iuris compendio, fol.* 101. *verſ. Dum eſſem in partibus.*

Vnde ſequitur vrgente neceſſitate poſſe Principem cogere ſtipem, & ſubuentionem, pro ſe redimendo. Ita Bartol. *in Authent. res, quæ, in fine*, Angel *in l. Marcellus, §. res quæ*, & *ibi* Socin. *col.* 3. *verſ. Vel tertia concluſ. ff. ad Senatuſconſ. Trebell.* quibus adhæret Boër. *quæſt.* 126. *n.* 8. & 13. vbi ait poſſe principé pro ſe redimendo à captiuis collectare populos ſibi ſubditos, ſi non habeat aliunde.

8. Eſt etiam ex regalibus imponere mulctam, hoc eſt pœnam pecuniariam, quæ facultas competit Principi ſoli, vt conſtat ex *l.* 5. *C. de modo mulcta.* Item facultas imponendi vectigalia, ſeu gabellas ad Principem pertinet, vt habetur *in d. cap.* 1. *quæ ſint regalia, verſ. vectigalia*, Menoch. *d. conſ. n.* 302. *verſ. Quintò vectigalia.* Nauar. *in manuali, cap.* 25. *num.* 6. Roland. *conſ.* 1. *num.* 62. *lib.* 2. Molin. *tract.* 2. *di.* 6. ſub quorum nomine veniunt etiam collectæ extraordinariæ, ſeu impoſitiones, quæ vocantur *Angaria*, ſeu *Perangaria*, vt patet ex *l. ne... de curſu publico.* Eſſéque de regalibus tradit ... *conſ.* 185. *num.* 4. *lib.* 1. Roland. *vbi proximè*, ... 6. vbi de hac re multa, ſed de his dicemus ... quæſtione ſpeciali.

9. ...cenſentur etiam inter regalia poſſe obligari ... Principem ad bellum euntem, commearum ...caria deferre, exhibere plauſtra nauéſque, & pro expeditione bellica mari, terráque ...nilat ex *d. tit.* 26. §. 5. ibi, *ſeruilo ...tempo de guerra, & leuar mantimentos ao ...em carros, como em beſtas, barcas, na ...qualquer outra maneira, que neceſſario for*, ... *in d. cap.* 1. *quæ ſint regalia*, vbi pro re... plauſtrorum, & nauium præſtatio. Sicut ... regale cum tranſit exercitus Princips per ...am regionem, teneri ſubditos, præſtar. neceſſaria ad tranſitum, etiam conficiendo pontes, ... colligitur ex *l. ſi pendentes, ff. de vſufructu*, & ex lege noſtra conſtat *d. tit.* 26. §. 7. Menoch. *num.* 29. *verſ.* 12.

10. An verò vaſſalli teneantur ſequi ad bellum euntem ſuis ſumptibus, eſt quæſtio? Negat Ol. *Frageſi Regim. Chriſt. Reipubl.* drad. *conſ.* 32. quia non tenetur eſſe in pugna cum domino niſi contineatur in feudo, quod etiam ait Io. Andr. *in addition. ad Specular. de præſcript. in fine.* Cephal. *conſ.* 151. *num.* 24. *cum ſequent.* concludens non teneri comitari Principem euntem ad præliandum.

Dicendum tamen eſt teneri ſequi. Nam *cap.* 1. *de noua forma fidelitatis, & cap. de forma,* 22. *q.* 5. obligat vaſſallos propriis ſumptibus ſequi Principem, quod intellige de habentibus feuda, quorum fructus ſufficiant ad expenſas in bello faciendas. Ita Bartol. *in l. Mania, §. final. num.* 5. *ff. de annuis legatis*, Auilez *prætor. cap.* 3. *n.* 2. *pag.* 106. *in verbo, non leuando.* Idem dicendum de vaſſallis habentibus bona regiæ coronæ, quorum dominium ſaltem vtile eſt penes illos; hi enim tenentur comitari Principem ſuſcipientem bellum in vtilitatem Reipublicæ. Ita Lucas de Penn. *in l.* 2. *col. antepenult. C. ne ruſticani.* Menchac. *illuſt. quæſt. cap.* 6. *num.* 4. Auilez *vbi ſupra, cap.* 10. *verſ. Sacar, pag.* 295. Alites amittunt bona regiæ coronæ, ſeu feuda, *cap.* 1. §. *firmiter, de prohibita feudi alien.* quamuis bellum moueatur contra hoſtes extra regnum. Ita Andr. Sicul. *conſ.* 11. *col.* 2. *lib.* 1. dummodo fructus feudorum, ſeu bonorum valeant huiuſmodi onera ſuſtinere. Ita Bartol. *d. num.* 5. & Auilez *d. verbo, non leuando, pag. citata.* Sequitur Natta *conſ.* 600. *num.* 39. dicens teneri vaſſallum præſtare auxilium domino ad belligerandum cum hoſte, & ſic intelligenda eſſe iura feudorum, *cap.* 1. §. *final.* de pace tenenda, quam ſententiam defendit Roland. *conſ.* 41. *num.* 30. *lib.* 4.

Reliqui verò, qui ſunt vaſſalli, neque poſſident feuda, neque bona coronæ regiæ, non tenentur propriis ſumptibus ſequi Principem. Panorm. *in cap. ſicut* 2. *num.* 19. *de iureiur.* Syluest. *verbo, bellum,* 1. *num.* 6. *quæſt.* 5. Imò qui de ſuo viuunt, quamuis ſubditi Principi, non poſſunt ab eo cogi ad ſequendum in bellum. Colligitur ex *lib.* 5. *ordin. tit.* 96. *verſ. mandamos*, vbi obligat princeps eos ſolùm, qui ab eo aliquid commodi capiunt. Quod procedit, niſi inſurgat aliqua bellica expeditio repentina contra regnum; tunc propriis expenſis tenentur ſubditi comitari Principem: ſicut etiam debent, quando princeps non eſt potens, nec publicæ opes ſufficiunt, Syluest. *verbo, bellum,* 1. *num.* 7. *concluſ.* 11. Lucas de Penn. *in l.* 2. *col.* 5. *in* 2. *quæſt. C. ne ruſticani ad vllum. lib.* 11. Auilez *vbi ſuprà in gloſſ. Sacar la gente.* Nam inuadentibus regnum hoſtibus, ſeu regiis facultatibus exhauſtis, propriis ſumptibus omnes militare tenentur, imò mori pro patriæ defenſione, amore illius id petente. Panorm. & Syluest. *vbi proximè.*

In qua neceſſitate vrgente clerici in ſacris poſſunt licitè pugnare, quando illis non pugnantibus regnum occupari, ciuitatem deſtrui, aut patriam capi, probabiliter creditur. Tunc non ſolùm licitè, ſed de iure naturali ad id obligantur. Molin. poſt Caiet. 2. 2. *quæſt.* 40. *art.* 2. reſoluit *tom.* 1. *de iuſtit. quæſt.* 108. *verſ. Sunt verò aliqui caſus, fol.* 640. 11.

Cæteri verò domini terrarum non poſſunt cogere vaſſallos, vt eos ſequantur ad bellum proficiſcentes, cum hæc poteſtas ſoli principi competat, neque propter hanc cauſam, poſſunt grauare vaſſallos, *l.* 1. *C. vectigal. non impon. non poſſ.* cum regalia non conueniant niſi Principi, vel de eius ſpeciali conceſſione. Guido *conſ.* 1. *n.* 13. Addo nec dominos poſſe mittere loco ſui, ſubuaſſallos, niſi de conſenſu Regis, quia ſeruitia perſonalia non præſtantur per ſubſtitutũ, Bart. *in l. vn. §. ne autem,* 12.

*C. de caduc. tollend.* Natta *conſ.600. num.3.& 13.* Ideo fœmina,nec monaſterium,nec clericus ſuccedunt in ſeudo, quod debet præſtare ſeruitium perſonale. Secus,quando ſeruitium eſt reale. Roland.de hoc late *conſ.41.per totum.*

13. Eſt etiam ex regalibus, portus, & ripatica, hoc eſt portoria, Menoch. *conſ.302. num.27.*quæ ſoluuntur ex nauibus, & earum mercibus, quæ ad portum ex aliis locis accedunt,Aud.de Iſern.*d.c.t. quæ ſint regalia*, Hugo *de officio quatuor prælator. de excuſat. muner. num.7.* Sunt etiam ripatica de regalibus, quatenus ſunt ſub protectione Principis,& quatenus tranſeuntes de ripa ad ripam fluminis pro eo tranſitu pendunt portoria. Suar. *allegat.17.in princip.* Faciunt tradita per Baldum *in l.cum proponas, col. final. C. de nautico fœnore*, vbi ex illo textu notat, quòd pedagia, ita ſoluuntur in mari,ſicut in terra,quem referens ſequitur Afflict. *tit.quæ ſint regalia,verb.vectigalia*, & habentur *in d.cap.1.verſ.Flumina nauigabilia, & §. flumina,inſtituta,de rerum diuiſ.* quod traditur in lege noſtra *d.tit.26.§.8.* ibi, *Eos rios naueganeis*, ex quibus aqua duci non poteſt, niſi princeps concedat *l.quominus, ff.de fluminibus*, quod nauigabilia non ſunt, aqua duci poteſt, niſi princeps vetet, *d.lex.quominus.*

Ex cuius verbis colligitur flumina nauigabilia eſſe de regalibus.Et ideo nemo poteſt ea impedire ſine facultate principis; quibus accedit piſcationum redditus *d.cap.1.quæ ſint regalia*;Menoch. citatus *verſ.18.* Nam,cum piſcationes ſint omnibus communes, & in flumine, ſeu mari publico, cuilibet competat ius piſcandi *l.2.ff.ne quid in loco publico, & §. flumina, inſtituta, de rerum diuiſ.* nemo prohibere poteſt.

Nihilominus earum iuriſdictio,ac tutela competit principi, ac piſcationum vectigal conſuetum exigitur à fiſco. Ita Hugo citatus *num.14.* & expreſſe habetur in lege Luſitana *d. tit.26. §.14.* ibi, *as rendas das peſcarias, que os Reis per vſo de longo tempo coſtumaon de auer, & leuar naſidas que fazem no mar, como nos rios.* Conſentit Molin. *tom.1.de iuſtit.diſp.46. verſ. Deinde princeps*, vbi decidit fas eſſe principi ſibi vendicare ius venandi,ſeu piſcandi ſaltem certum piſcium genus, non poſſe tamen communes alias piſcationes vetare; item poſſe vendere certam piſcariam alicui magnati in certo loco,ſeu tali flumine, & ita poteſt intelligi caput 1. *in verſ. piſcationum redditus in tit. quæ ſint regalia*, vt etiam habetur *lib.7. commun. opin. tit.1. de acquirend. num.213. limita 3.* Ex quibus colligitur ius piſcationis eſſe de regalibus, teſte Alciat. *in l.inter publica in fine ff. de verbor.ſignific.* & Chaſſan.*in Cathol.glor.mundi,part.5.conſid.24.priuileg.58.* & Roderic. Suar. *allegat.17.* Cabed. *2.part. deciſ.81. num.2. verſ. Idem in piſcariis.*

Habentur etiam pro regalibus viæ publicæ, hoc eſt, *as eſtradas, & ruas publicas.* Patet ex *d. cap.1.quæ ſint regalia, verſ.via publica.* & ex lege noſtra *d.tit.26.§.8.* Nec obſtat quòd communis vſus viarum ſit omnibus communis, ac publicus, cùm via nihil aliud ſit,quàm ius eundi,agendi,& ambulandi, *l.1.§.1 ff.de ſeruit.ruſtic.præd.* Cæpol. *cap.3.de ſeruit.via,in princip.*qua vehiculo iri poteſt. Viarum publicarum regalium duplex eſt genus, quædam intra ciuitatem, & quædam extra, *l.final.ff.de ſeruit.vrban.præd. & l.2.§.hoc interdictum, ff.ne quid in loco publico*, Gullielm.Cun. *de muner. num.24.* Petr. de Vbald. *in tract.collectar. num.37.verſ.Alia aſtius*,vbi ait refectionem viarum intra ciuitatem competere vicinis prout via concernit frontem cuiuſque domus,per text. *in l. ædiles curules,§.conſtruant, ff. de via publica.* R… fectionem verò viarum publicarum pertinere extra ciuitatem non ſolùm ad habentes prædia conuicina, ſed etiam ad omnes habentes in illo territorio poſſeſſiones, per text. notabilem *in Authen.de Eccleſ.tit.§.ad hæc ſcimus, collat.9.* Ita Guilhelm.& Petr.de Vbald.citati.

Porrò dominium harum viarum publicarum, ſicut fluminum publicorum,quamuis vſus ſit ſingulorum priuatorum, pertinet ad Principem ſupremum, proinde neque exteris ſine cauſa poteſt tranſitus interdici per illas ad alia loca, cum ſint regalia. Non tamen hæc ad Principem ſpectant, ex natura rei,quia ea conſiderata, & de iure gentium pertinent quoad dominium ad communitates perfectas, potius quàm ad Principem.

At verò eo ipſo quòd communitates,ſeu reſ… blicæ in Principem tranſtulerunt iuriſdictio… dominium, quod penes ſe retinebant, confeſtim tranſlatum eſt dominium omnium, quæ communitati,ſeu reipublicæ competebant.Vnde P… pis ſupremi eſt, defendere vias publicas ab in… ſionibus,& à graſſatoribus,& cognoſcere de … ctis in eis commiſſis pertinet ad regios miniſtros, Chaſſan.*d.conſid.24.priuilegio 2.* Neque viæ publicæ alienari, aut conuerti in alios vſus, aut deſtrui poſſunt inconſulto ſupremo Principe, eóque irrequiſito, ſi quid actum fuerit, nullius eſt momenti.

Imò ſi ex rebus priuatis, ciuitas faciat vias publicas, non poterit poſt factum eas alienare, aut conuertere in alium priuatum vſum, abſque Principis facultate, ſaltem tacita, ex eo quòd poſtquam factæ ſunt baſilicæ, hoc eſt viæ publicæ, connumerantur inter regalia Principis quoad dominium, quod deducitur ex *l.continuus, §. cum quis,iuncta gloſ.ibi, ff. de verbor.obligationib.* vbi dicitur baſilicas, ſeu vias publicas non poſſe inconſulto Principe alienari, nec mutari. Franciſc. Marc. *tom.1. quæſt.592. num.2.* & traditur *in l.excelſus. ff.de contrahend. empt.* Cæpol. *in d. tract. ſeruit.tit.de ſeruit.via,in 1.quæſt.*& ibi etiam *in 7 quæſt.* Franc. Marc. *d.tom.1. quæſt.595. num.2. & quæſt.595.* ſubdit nihil poſſe occupari de via publica, niſi de Principis licentia.

Vnde nec fieri ſcalam etiam in ſuo tradit, quando nocet in via publica, per *d.l.2.§.ſi quis …ſuo*,& ibi Bartol.*ff. ne quid in loco publico.* I… ex facto patiatur graue damnum, poterit a… ritate propria illud tollere, *l.ſi alius, §. b… mè, & §.ſi ad ianuam, ff. quod vi, aut clam*, & *ibi* gloſſ. Alex. de Imola *in l.1. §. nuntiatio, ff. de oper.noui nuntiat.*& patet ex *l.quamuis, ff. de acquirendo rerum dominio*, & Innocent. *in cap. olim, el 1. de reſtitution. ſpoliatorum.* Secundùm verò Cæpol. *vbi ſuprà, quæſtion. 13 14. & 15.* Non debet damnum patiens propria auctoritate illud demoliri, ſed debet vti interdicto, ne quid in loco publico, per text. *in dict. leg. 2. §. prætor ait, ff ne quid in loco publico.*

Quod puto verum, quando quis non patitur enorme damnum, tunc enim poteſt vim ſibi illatam propria auctoritate propulſare. Paul. de Caſtro *in l.1.§.Nuntio,ff.de non.oper.nuntiat.*regulariter verò non licet propria auctoritate ius ſibi dicere.

[illegible] *nullus*, *C de Iud.* vt etiam decernit lex [illegible] in hoc caſu *lib.* 1. *ordinat. tit.* 8. §. 30. ibi, *[illegible]dera peſſoa por eſcada na rua direito de [illegible] de ſeu vizinho*, & §. 31. ibi, *Et naon ſe pode[illegible] [illegible] ſcada, nem ramada, nem alpendre, nem [illegible] alguma, que faça impedimento à ſor[illegible] ita rua, & ſe o fizerem, naon lhe ſera [illegible], & os Almotaces, lho mandaraon do ru[illegible]* [illegible] orſequenter nemo poteſt ſupra viam [illegible] pontem erigere, Afflict. *in cap.* 1. §. *via*, [illegible] 94. *quæ ſint regalia*, *lib.* 3. *l.* 8. *tit.* 7. *lib.* 7. [illegible] *l. Caſtellane.* Sequitur Auend. *de exeq. mandat. art.* 1. *cap.* 19. *num.* 39. cùm viæ publicæ [illegible] tum non poſſint obſtrui, neque exitus via[illegible] [illegible] ti, ſi obſtructio, ſeu occupatio ſit perpetua [illegible] ad breue tempus; aliter enim poſſu[illegible] ædificia erecta in loco publico, etiam quan[illegible] gantur ab Eccleſiaſticis, Auendan. *ap.* [illegible] *tor num.* 10. & priùs *cap.* 12. *num.* 17. *in princi[illegible]*, *verſ. & tales*, *l.* 2. *&* 3 *ff. de via publica*, [illegible] ert poſſe etiam repugnante communitate Bobad[illegible] l. *lib.* 3. *polit. cap.* 5. *num.* 30. multis hac ve[illegible] tate citatis *litera A*, *& B.* Idem *lib.* 2. *num.* [illegible] vbi reſoluit cum Angel. *in l. quanquam*, [illegible] *e aqu. plu. arc.* & Auilez *in cap.* 18. *prætor* [illegible] *final. ad finem*, ædificia a Religioſis in [illegible] o ſolo extructa poſſe dirui auctoritate iudi[illegible].

Ex dictis infertur ædificata in bonis regni, ſeu loco, [illegible] ve eſſe ipſius Regis, *argum. l.* 46. *Tauri*, quæ hodie eſt *l.* 6. *tit.* 7. *lib.* 5. *in nona collectione*, vbi deciditur ædificia erecta in ſolo maioratus cedere bonis eiuſdem maioratus, ita vt nec hæredibus, nec fil[illegible]s, nec vxori poſſeſſoris maioratus l[illegible] o expenſarum, ac ſumptuum, ſit aliquid reſtituendum. Cum ergo regnum ſortiatur naturam primogen[illegible], quæ maioratui beneficio legis con[illegible], [illegible] gno tanquam capiti primogeniorum ſu[illegible] denda. Ita Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* [illegible] *num.* 27 Probatur quoad primam partem, æd[illegible] nempe, cenſeri regium, ſicut ſolum in quo [illegible] uctum, ex illo vulgari proloquio, *q[illegible] plantatur*, [illegible] *ve, aut ædificatur omne* [illegible] x notatis *in §. cum in ſuo Inſtit. de re[illegible] [illegible] ione.* Vnde Bald. *in l.* 2. *verſ. quæro an præ[illegible]*, *de rei vendic.* decidit, ſi emphyteuta [illegible] ædificium in re emphyteutica, cedere [illegible] o domini.

[illegible] ir vxori aream donet, ipſáque in ea [illegible] lam, ædificium marito acquiri; quia [illegible] nium ſolo cedit, *l. adeò*, §. *cum in ſuo ex diuer ſo*, *ff. de acquirend. rerum domi*[illegible] at ex lege, *ſed ſi vir lana*, §. *ſi vir*, *ff. de* [illegible] *ter vir. & vxor.* Tenetur tam emphy[illegible] nus, quàm mulieri vir præſtare expen[illegible] factas. Ita Mantica *de tacitis*, *&* [illegible] 1 *lib.* 11. *tit.* 31. *num.* 20. & clariùs [illegible] *tit.* 1. *num.* 14. & eſt communis teſte [illegible] *e emphyteutico*, *quæſt.* 25. *per totum*, [illegible] *enſis*, *cap.* 6. *& cap.* 23. *num.* 22. poſt [illegible] 5. *à num.* 1.

14. [illegible] poteſt, quinam piſces numeren[illegible] ſu[illegible] Ratio dubitandi eſt, quia, iuxta regim[illegible] m regalium *cap.* 94. aliqui piſce[illegible] les, & vt habetur in forali Ciuibæ [illegible] *incipit*, *decretum fuit*, fit mentio balenæ, & [illegible] orum piſcium ſimilium, ex quo inn[illegible] uetudine in regno Luſitaniæ, & [illegible] locis maritimis huic regno ſubditis, hi pi[illegible] s pertinent ad Regem, ſiue in mari capiantur, ſiue eos mare caſu aliquo ad littus euomat, & conſequenter ambarum in ventre balenæ repertum ad Regem pertinebit, tanquam pars ipſius balenæ, ſecus de ambaro reperto in littore, hoc enim non ad Regem, ſed ad inuentorem pertinere fuiſſe iudicatum refert Cabed. neque quidquam deberi ex eo Regi, 2. *par. deciſ.* 48.

*Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.*

## §. II.

### *An bona vacantia, & ea quæcunque ſint, cuius dominus penitus ignoratur, ad Regem pertineant?*

EPITOME.

15 *Quæ ſint bona vacantia.*

16 *An bona quæ inueniuntur in littore, ſiue ſint naufragantium, ſiue non, dicantur bona vacantia.*

*Et quid ſi incurratur cenſura. ibid.*

17 *Bona inuenta, ſiue ſint mobilia, ſiue ſe mouentia, quorum dominus ignoratur, an pertineant ad inuentorem, & poſſint numerari inter regalia.*

18 *An ſalina natura effecta ad littus maris pertineant ad Principem.*

19 *An gemmæ in littore inuentæ ſint bona vacantia, & quid de venis metallorum, ſeu theſauris.*

BONA vacantia ſunt illa, quæ carent domino certo, & ſunt inter regalia de iure communi *d. cap.* 1. *quæ ſint regalia*, pertinentque ad fiſcum regium, *l.* 1. *C. de bonis vacantibus*; concordat lex Luſitana *lib.* 2. *tit.* 26. *num.* 17. Hæc verò iure gentium ſunt primò occupantis, vt habetur *in §. feræ, Inſtit. de rerum diuiſione*, vbi, *Quod*, inquit, *ante nullius eſt, id naturali ratione occupanti conceditur*, *l.* 3. *ff. de acquirend. rer. dominio*, *& l.* 1. *ff. de acquirend. poſſeſſione*; & niſi ex lege aliqua oppoſitum ſit cautum, vt de facto oſtendimus de iure ciuili, ac de noſtro conſtitutum eſſe, huiuſmodi bona ſiue ſint ex iis, quæ nunquam dominum habuerunt, ſiue ex iis, quæ quondam habuerunt; nunc verò domino earent omnino, qualia ſunt, quæ in profundo mari, ratione naufragij continentur, dicuntur bona vacantia, Molin. *tom.* 1. *diſp.* 53. *in princ. & diſp.* 55. eſſéque primò occupantis; concordat §. *lapillorum*, *Inſtit. de rer. diuiſ. Lapilli*, inquit, *& gemmæ, & cætera, quæ in littore maris inueniuntur, iure naturali, hoc eſt gentium, inuentoris ſunt.* Idem dicendum eſt de inſulis, quæ in mari inueniuntur, cùm non non ſint in dominio alicuius, vt habetur *in §. inſula, inſt. de rer. diuiſ.* Quæ tamen de iure noſtro *d. tit.* 26. *n.* 10. ibi, *item as ilhas adiacentes, mais chegadas ao Reino.* Molin. *vbi ſuprà*, *diſp.* 55. Barboſ. *in annotat. ad d. §.* 10. inter regalia recenſentur. quòd etiam tradit Sayr. *in claui*, *lib.* 9. *n.* 4. vbi ait, res illas, quæ antea nullius erant, iure gentium, & naturali eſſe primò occupantis, niſi aliud iure alicuius regni, aut iure ciuili cautum ſit. 15.

Dicuntur etiam bona vacantia eorum bona, qui ſine teſtamento, & ſine legitimo hærede moriuntur *l.* 4. *& l. vacantia*, *C. de bonis vacantibus*,

*lib.*10. Nam bona ſine hærede, dicuntur eſſe ſine domino, & conſequenter bona vacantia cenſentur. Ita Azor 2. *part. lib.* 11. *cap.* 4. *fol.* 1219. *verſ. bona vacantia.* De iure tamen Luſitano idem intelligitur *lib.* 4 *tit.* 94. quando quis decedit nullo relicto hærede ex teſtamento, vel ab inteſtato intra decimum gradum numeratum, ſecundùm ius ciuile; tunc ſuccedit fiſcus ſecundum *l.* 1. *ff. de iure fiſci, & l.* 1. *C. de bonis vacantibus, lib.* 10.

Quod eſt verum, quando erat vir ſolutus: ſecus ſi ſit coniugatus, quia ſuperſtes maritus ſuccedit in bonis vxoris præmorientis, & vxor in bonis mariti decedentis ſine hærede, vel conſanguineo vſque ad decimum gradum. Quod etiam procedit de iure Caſtellano, *l.* 3. *titul.* 3. *ad finem, partis.* 6. probatúrque ex *l.* 12. *tit.* 8. *lib.* 5. *noua collect.* ibi, *que los bienes, & herencia del que muere abinteſtado no dexando deſcendentes, ni aſcendentes, ni tranſuerſales, ſon del Rey.* Idem lex noſtra citata, ibi, *falecendo o homem caſado abinteſtado,* &c. Molin. *tom.* 1. *diſp.* 164. *concl.* 11. Gomez *l.* 8. *Tauri, num.* 26. Matienz *in d. l.* 12. *gloſſ.* 1. quos ſequitur Valaſc. *de partitionib. cap.* 26. *in principio,* vbi ait vxorem non eſſe hæredem mariti, nec è contra, niſi poſt decimum gradum, vt *in l.* 1. *& toto tit. C. & ff. vnde vir, & vxor.* Cald. Per. *de nominat. quæſt.* 13. *num.* 23. & Cabed. *part.* 2. *deciſ.* 51. *num.* 8. Ex quibus conſtat bona ſoluti, ſeu ſolutæ decedentium ab inteſtato non relictis conſanguineis vſque ad decimum gradum, pertinere ad fiſcum Regis, tam ex lege Caſtellana, quàm ex Luſitana, & ſecundùm Doctores citatos.

Sed quid dicendum, quando vir, ſeu fœmina ſunt coniugati, ſed facto diuortio non cohabitant ſimul, vtrùm poſſit alter alteri ſuccedere ab inteſtato deficiente hærede præmorienti vſque ad decimum gradum? Ratio dubitandi eſt, quia lex Luſitana ita loquitur, *ficando ſua molher viua, a qual iuntamente com elle eſtaua, & viuia em caza teuda, em manteuda, como molher com ſeu marido, ella ſera vniuerſal herdeira.* Ego ſi factum ſit diuortium, quoad cohabitationem, non poſſunt ſibi inuicem ſuccedere, & ita fuit iudicatum à doctiſſimo Gama *deciſ.* 97. vbi excluſit à beneficio legis vxorem, ne remaneret in poſſeſſione bonorum mariti, ſiquidem non viuebat *em caza teuda, & manteuda*, quæ eſt conditio requiſita à iure noſtro *lib.* 4. *tit.* 95.

Nihilominus oppoſitum puto dicendum ſi diuortium factum ſit ex culpa mariti, tunc non eſſe priuandam vxorem beneficio manendi in poſſeſſione bonorum mariti, etiamſi non cohabitet cum illo, & conſequenter poſſe ſuccedere marito præmorienti, non relicto hærede, vſque ad decimum gradum. Secus ſi culpa vxoris factum fuit diuortium; & ratio, quia non debet puniri innocens, qui non dedit cauſam ſeparationi, & iuris interpretatione cenſetur cohabitare, qui culpam non admiſit, *l. Mænia in princip. ff. de annuis legat.* Ideo non debet priuari prærogatiua ſuccedendi marito ab inteſtato præmorienti. Ita Barboſ. 2. *p. rubric. num.* 58. Valaſc. *de partition. cap.* 6. *num.* 54. & ſequitur alter Barboſ. *in annotationib. ad tit.* 94. *lib.* 4. *in text.* ibi, *em caza teuda*, & probatur ex traditis à Couar. *de ſponſalib.* 2. *part. cap.* 7. §. 1. *n.* 6. dicente ſatis bene, vxorem à marito ſeparatam, ob culpam mariti non priuari medietate lucri à viro acquiſito poſt ſeparationem, quam eſſet lucratura, ſi non fieret diuortium, quod priùs tenuit Anton. Gomez *in l.* 50. *Tauri, num.* 71. *&* 72.

& ante eum Palac. Rub. *in rubr. de donat. inter vir. & vxor.* §. 64. *num.* 1. quibus adhæret [illegible] *deciſ.* 97. & *deciſ.* [illegible] vbi refert ſic fuiſſe [illegible] Luſitano approbatum. Item confirmatur ex [illegible] *duobus,* §. *quidam ſagariam, in fine,* ibi, *quod non culpa ſoci contingit, ff. pro ſocio,* vbi probatur ex culpoſo ſocio non eſſe damnum ſocio innocenti imputandum; ergo vxor à viro ſeparata propter culpam viri non debet excludi à ſucceſſione mariti decedentis ab inteſtato nullo hærede relicto. Faciunt tradita per Gutier *lib.* 1. *canonicar. quæſt.* 24. *à num.* 14. *vſque ad* 18.

Quibus accedit dubitatio de clerico decedente ab inteſtato ſine hærede vſque ad decimum gradum, cuius bona, ſi fuerit clericus in minoribus ſine beneficio, quamuis vſus fuerit ha[illegible] & tonſura, pertinent tanquam vacantia ad [illegible] regium, cum non habuerit adhuc viuens, niſi priuilegium canonis, & fori in criminalibus, non verò in ciuilibus; cauſa verò ſuccedendi in [illegible] bonis eſt merè ciuilis, hæreditáſque ac bona [illegible] dum iacent referunt perſonam defuncti, [illegible] ſecundùm legem *heres, & hereditas, ff. de vſu*[illegible] ſuccedit fiſcus regius.

Quod ſi non conſtet, an fuerit clericus i[illegible] eris, & fiſcus Eccleſiaſticus ſe opponat fi[illegible] dicendo defunctum ex habitu clericali quo i[illegible] debat indutus, præſumi clericum in ſacris, vel [illegible] tem eſſe beneficiatum? Reſpondetur incumbere fiſco Eccleſiaſtico id probare, quod tenuit Alciat. *in tract. de præſumpt. reg.* 2. *præſ.* 4. *n.* 2. negans male petere fiſcum Eccleſiaſticum, nec teneri probare, cum clericus ex habitu clericali ſit in poſſeſſione clericatus. Quod eſt verum, quando clericus fuit in poſſeſſione clericatus, in beneficióque ſaltem ſimplici per longum tempus, ſi tunc excluſo fiſco regio ſuccedit fiſcus Eccleſiaſticus, quia præſumitur clericus, & habet intentionem ſuam fundatam. Ita Bald. *in l. ſine poſſidetis in* 4. *oppoſ. C. de probationib.* Abbas *in cap. illud, de præſumpt. & in cap. ſicut, de re iudic. & ibidem* Felin. *num.* 2. Lapus *allegat.* 89. & Cranet *conſ.* 134. *num.* 44.

Quod verò tunc ſuccedat fiſcus Eccleſiaſticus, quando eſt beneficiatus, vel in ſacris, conſtat ex *cap.* 1. *de ſucceſſionib. ab inteſtato, & ibi* Abbas, & Guilielm. *in cap. Raynut. verb. & vxorem nomine Adelaſiam, num.* 271. *tit. de ſucceſſionib. ab inteſtato.* Probatúrque ex *cap. final.* 12. *quæſt.* 5. vbi decidıtur Eccleſiaſticum decedentem ſine teſtamento, & ſine cognatione, habere pro hærede Eccleſiam, vbi deſeruiuit, quo loco Archidiac. & [illegible] rectem. pro hærede, ſeu cognatione inte[illegible] vſque ad ſeptimum gradum, non verò vſque ad decimum.

Quod ſi clericus non habuit Eccleſiam [illegible] ed tantùm bona patrimonialia, & alia quæſita ſua induſtria, tunc nullo relicto hærede ſuccedit E[illegible]copus, qui bona relicta in pios vſus, non ver[illegible] in proprios debet conuertere. Ita Azeued. *in l.* [illegible] *tit.* 8. *lib.* 5. *noua collect.* Abbas *in cap.* 1. *ad finem, de ſucceſſionib. ab inteſtato.* Perez *in l.* 1 [illegible] *tit.* 1 [illegible] *lib.* 8. *ordin. pag.* 372. *col.* 1. Conſentit Molin. *d. diſp.* [illegible] 4. *verſ. vndecima concl.* vbi tradit defuncto clerico nullo relicto hærede ab inteſtato ſuccedente modò ſuprà dicto ſuccedere fiſcum, hoc eſt Eccleſiam, in bonis intuitu Eccleſiæ comparatis, cui clericus inſeruiuit. In patrimonialibus autem ſuccedere Epiſcopum, quod probat Innoc. *in c. inſinuante, qui clerici, vel vouentes,* & Afflict. *in c. vnico,* § *vacantia, n.* 6. *quæ ſint regalia in feudis.* Concordant conſtitutiones

ſt. uniones Conimbricenſes *tit.26. conſtit.7. §.11.* vbi decidunt poſſe clericos diſponere de rebus m in teſtamento, quam extra; quod ſi moriantur ſine teſtamento, & ſine conſanguineis ad decimum gradum computatum iuxta uile, bona eorum deuuluantur ad Eccleſiam, e habuit; quod ſi non habuit, ad Epiſco, qui debita lerici defuncti, & exequias ſu- pei oluet, & reliqua, quæ ſuperfuerint in opera pia expendet. In quo conſtitutiones recedunt ab opinione Archidiac. & Turrecremat. *in d. c. ... lrim. 12. quæſt. 5.* ſuccedere Eccleſiam, ſeu E um opinantium, quando clericus decedit ab inteſtato, nullo relicto conſanguineo vſque ad ſeptimum gradum, quorum opinio mihi proba- , quando aliter conſtitutiones particulares non fue contra.

Ruſum quæri poteſt, an bona peregrini in xenodochio, ſeu hoſpitali defuncti ab inteſtato d edentis nullo relicto hærede vſque ad decimum gradum pertineant ad regem, quaſi bona acantia. Videtur negandum ex *Authent. omnes per rini, C. communia de ſucceſſionibus.* Vbi decern tur defuncti bona eſſe diſtribuenda in pias cau s, quod eſt verum, non relicta vxore. Ita Mo in. *d. diſp. 164. concluſ. 12.* niſi aliud caueatur in quolibet particulari regno, vt de facto ſtatuitur *in l. 5. tit. 12. lib. 1. noua collect. Caſtella,* ibi, *ſi el peregrino muriere ſin hazer teſtamiento.* Vbi præcipitur miniſtris illius oppidi, vt recipiant bona def ncti, conſumptiſque neceſſariis ad exequias, & offi ia pro illius anima, reliqua reſeruent, donec princeps certior fiat, & de eius mandato, prout ſibi viſum fuerit, expendantur. Idem expreſſe tradit Azor. *2. part. lib. 2. cap. 17. verſ. ſeptimò quæritur,* & Guilielm. *in d. cap. Raynu. verb. & vxorem nomine Adelaſiam, tit. ſucceſſio ab inteſtato, n m. 56. & num. 57.* vbi tradit fiſcum excludi ab h ſp tali in bonis filiorum apud hoſpitale expoſi orum, quando expoſiti decedunt abſque teſtam , & bona illorum vacant, parenteſque eorum, ac conſanguinei penitus ignorantur; tunc ſu dere hoſpitale, non verò fiſcum ſecundùm Ba dum *in l. ſi qua illuſtris, C. ad Orfic.* Addo ſe- um hanc doctrinam Rempublicam, ſeu com- iatem excludere fiſcum, quando propriis us infantes expoſitos educauit.

quid dicendum de capellis inſtitutis à ſæ- de bonis profanis, ſine auctoritate or- , quando extinguitur parentela à teſtatore nata? Reſpondeo ad regem pertinere bas , tanquam bona vacantia, poſſeque proui- nibtueréque eorum adminiſtratorem, ita *dec* 188. & Cabed. *2. part. deciſ. 51. & 52.* principem teneri nominare adminiſtrato- ntes qualitates à teſtatore, quia bona va- ue vacent propter delictum, ſiue abſque nt cum ſuo onere. Ita Bald. *in l. cum,* *.2. C. de fideicommiſſis,* Ceuallos *in qua- n contra commun. quæſt. 144.*

ceps poteſt quicquam mutare, ſeu diſ- conditiones à teſtatore aſſignatas Iolin. *de primog. lib. 2. cap. 7. num. 28.* *a num.* 8. Intercedente verò iuſta cauſa mutare voluntatem circa perſonas, aut adminiſtrationis, cum teſtatores lai- ſint principi, & in conſequentiam eorum poſitiones, iudicio principis ſubdantur d ultum, regimen, prout reſoluit Couarr. *lib. 3 variar. cap. 6. col. 4.* quem ſequitur Valaſc. *deciſ. 105. num. 28.* quamuis ipſe Couar. tanquam verius *num. 5.* exiſtimet, non poſſe principem derogare teſtamentis priuatorum, neque eorum leges, ac conditiones mutare: quod intellige abſque cauſa, ea verò interpoſita, non eſt dubium poſſe principem per text. *in clement. quia contingit. de religioſis domibus, & in l. legatum,* vbi Bart. *ff. de vſufructu legato.* Probatur, quia princeps poteſt derogare his, quæ non ſunt contra ius naturale, ſeu diuinum, quamuis ſint contra ius humanum, vt habetur *in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtitut. per text. in l. teſtandi cauſa, C. de teſtament. & in c. propoſuit, de conceſſ. præbend.* Confirmatur, quia princeps non obſtante incapacitate ſpuriorum, poteſt eos reddere habiles ad ſuccedendum parentibus, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato; ergo etiam in noſtro caſu ex cauſa iuſta poterit mutare leges, & conditiones, à teſtature appoſitas, imò tollere, ac reuocare, per text. & *ibi* Innoc. *in cap. in noſtra, de iniuriys,* Felin. & Decius *in cap. nouit, de iudic.* & Angel. *in l. Antiochenſium, ff. de priuileg. cred.*

Vlterius quæro de bonis inuentis in littore, an ſint bona vacantia, & pertineant ad principem? Reſpondemus res in littore inuentas quæ nunquam fuerunt in dominio alicuius, nec ſunt de reſeruatis ſummo Principi, eſſe primò occupantis, modò nulla iniuria intercedat. Ita Medin. *C. de rebus reſtituend. quæſt. 12. dub. 2.* Syluest. *verbo, inuentum, quæſt. 1. verſ. 3.* & eſt communis inter Summiſtas. Quando verò res ſunt ex numero earum, quæ fuerunt ſub alterius dominio, & nullius modò ſunt, etiam fiunt primò occupantis, ſi habentur pro derelicto, niſi peculiari lege alicuius regni oppoſitum cautum ſit. Eſt communis. 16.

Nihilominus oportet ſcire, quæ habeantur pro derelictis, proiecta è naui, repertaque in littore, quod ex coniecturis colligi poteſt; in dubio tamen, ſemper in fauorem domini pronunciandum eſt, non eſſe habenda pro derelictis bona vi tempeſtatis ad mare proiecta, aut ex naufragio in littore inuenta. Ita Molin. *de iuſtit. tom. 1. diſp. 55.* Salon. *2. 2. quæſt. 66. art. 5. controuerſ. 1. ad finem,* Couar. *in regul. peccatum, part. 3. §. 1. num. 5. ff. de regul. iuris in 6.* Grabilo *in 4. diſt. 15. quæſt. 3. art. 3. dub. 6. & 7.* Nauar. *in manual. cap. 27. num. 60.* qui omnes tradunt, tam proiecta, quàm deperdita, ex cauſa naufragij eſſe ſub dominio ſuorum dominorum, nec poſſe poſſideri tanquam bona vacantia, ſed eſſe ſeruanda propriis dominis, nec habenda pro derelictis, vt deducitur apertè ex *l. nauigia, ff. de furtis, & l. qui lauanda, ff. ad l. Rhodiam, l. qua ratione, §. vltimò, ff. de acquirendo rerum dominio,* quod etiam docet Rebuff. *in proœmio ad ll. regias, gloſſ. 5. num. 74. per text. in l. falſus, §. ſi iactam, ff. de furtis.*

Quo circa non reſtituentes ea bona propriis dominis incurrunt excommunicationem quartam, quæ incurritur, vbi primùm quis rapit illa bona ex naufragio in littore inuenta, animo non reddendi ea domino comparenti. Ita Sayrus *de cenſuris, lib. 3. cap. 8.* vbi ſubdit *num. 4.* ſuſcipientem, ac retinentem huiuſmodi bona ad ſolum vſum, ad tempus, quamdiu dominus ignoratur, aut quandiu abſens fuerit, & illum non quæſierit, ſeu repetiuerit, non incurrere hanc cenſuram, dummodo paratus ſit ea bona reddere domino, & ſatisfacere damnum ex aliquo vſu ſequutum. Ita Nauar. *in manuali cap. 27. num. 118.* & Caiet. *verbo, excommunicatio, cap. 23.* ſentire opinatur

Saytus *d. num.*4. Nam is non dicitur ſurripere, qui capit animo reddendi domino cum primùm nouerit, & occaſio ſe obtulerit. Ita Tolet, *in ſum. cap.*12.*in bulla cœnæ, num.*4. ſecus de illo, qui animo non reſtituendi ea bona capit.

Non eſt tamen omittendum, quod notant doctores ad incurrendam hanc cenſuram, requiri quòd bona, quæ ſurripiuntur, ſint fidelium, non verò infidelium naufragantium; item quòd accipiantur ad vſum per tempus notabile, & à fortiori quoad dominium; argumento *l.*1.*ff. de furtis*: limitant tamen non incurrere, quando accipientes ſibi perſuaderent, illa bona eſſe derelicta, vel prō derelictis habita. Ita Sotus *lib.*5. *de iuſtit. quæſt.*3.*art.*3. ſicut non incurrunt ſurripientes bona in nauibus extra naufragium, etiamſi poſtea contingat fieri naufragium. Ita Capua *in bulla cœnæ, lib.*4.*cap.*18. *num.*74. *& ſeqq.*

Nec obſtat quòd in naufragio proiiciens merces ad mare, videatur eas pro derelictis habere, & ſic nullius hominis eſſe, poſſéque à primo occupante poſſideri, quia proiiciens, ſaltem virtuali intentione, eas pro derelictis non habet, ſi omnino non deſperet, ſe eas poſſe reinuenire. Oppoſitum habet locum, quando dominus ea intentione ſua bona proiicit, vt nolit ea eſſe ampliùs in ſuis bonis, vt habetur *in* §.*final. inſt. de rerum diuiſ.* ſicut quando ad mare proiiciuntur res ſtatim perituræ, vt ſacci ſaccharo pleni, vel quando proiiciuntur extra periculum grauis tempeſtatis. Præſumitur enim in his caſibus dominos proieciſſe animo derelinquendi. Saytus *vbi ſupra, n.*8. *iuncto num.*9 & Capua citatus *a num.*74.

Quamuis ſuprà dicta mihi probentur, addam his alios excuſari à cenſura bullæ cœnæ, videlicet accipientes bona fide huiuſmodi bona, vel ignorando eſſe naufragantium, vel capiendo à principio animo conſeruandi, reddendique domino proprio, vbi primùm comparuerit; vtroſque tamen incurrere in cenſuram bullæ cœnæ, ſi cognito domino voluntatem mutent, incipiantque retinere ſibi, nolintque reſtituere. Ratio, quia quamuis non accipiant de præſenti ea bona, cùm iam diu apud ſe habeant, tunc dicuntur ſurripere, & ſibi vſurpare, cum incipiunt ea retinere apud ſe animo non reſtituendi. Suar. his conſonat *diſp.*21. *de cenſur. ſect.*2. *num.*31.

Inſuper ambigi poteſt, an ſint iuſtæ leges, ſi alicubi fuerint, quibus decernatur bona naufragantium competere regalibus, ſeu fiſco. Negat Nauar. *in manuali cap.* 27. vbi ait eſſe iniquiſſimas, cùm non ſit afflictis addenda afflictio, lege illum *num.*118.*ad finem*, ſequitur Couar. *in regul. peccatum* 3. *part.* § 1. *num.*5. Gutier. *lib.*2. *canonicar, cap.*10. *num.*20. quia non decet fiſcum diteſcere calamitatibus naufragantium. Idem tradit Azor. *d.*2.*part. lib.*11. *cap.* 6. *de regum vitiis, & peccatis. verſ. præterea iniquæ ſunt*, & probatur ex *l.*1. quam ibi refert, *C. de naufragiis, lib.*11. vbi ſtatuitur quando nauis patitur naufragium, & ad littus eiicitur, non habere locum fiſcum regium. Quod ſi ſtatutum principis caueatur, fiſco regio eſſe locum, ſi tranſacto naufragio nauis nihil viuum contineat, quaſi bona vacantia reputetur? Reſpondet Azor. *verſ. de hac excommunicat.* non eſſe nauem illam vacuam bonum vacans, ac proinde pertinere ad illum, qui paſſus eſt naufragium.

Limita tamen niſi nauis, ſeu bona ad littus eiecta ſint infidelium, inimicorúmque fidei orthodoxæ, aut aliorum, contra quos bellum gerimus, aut piratarum, qui in mari piraticam exercent, tunc enim tam naues, quam eorum bona efficiuntur capientium. Ita l. Luſitana *lib.*2 *tit.*3 §.1. ibi, *E quando os nauios que ſe perderem ſorem de infieis, ou forem de outras peſſoas, com quem tenhamos guerra, ou de coſſairos, que andarem a toda a roupa, as couſas aſſi perdidas, ſeraon du quelles, que as primeiro occuparem.* Conſonat Cabed. *deciſ.*34. *num.*16.*part.*2.*& num.*17. vbi probat ex *l. hoc iure ff. de iuſtit. & iur.* ea quæ ſunt in bello capta, fieri capientium; ſimiliter capta ex illis cum quibus, nec hoſpitium, nec amicitiam, nec fœdus amicitiæ cauſa factum habemus, etiam capientis ſunt, per text. *in l. poſtliminium,* §. *in pace ff. de capt. & poſtlimin. reuerſ.* Barboſ. *in annotat. ad d. tit.*52. *ordin. reg* §.1.

Huc accedit illa quæſtio, verùm bona ab hoſtibus ablata Chriſtianis ſint reſtituenda ab eis, qui de manu hoſtium ea recuperarunt? Duplex eſt opinio. Prima docet ſi bona fuerunt ablata Hiſpanis, ſeu Luſitanis à Mauris cum quibus Chriſtiani bellum iuſtum habent, teneri Hiſpanos, ſeu Luſitanos recuperando ea bona, reddere propriis dominis, quia Mauri non comparatunt verum dominium in iiſdem bonis. Ita Couar. *in regul. peccatum, part.*2. §.11. *de regul iuris in* 6. ſicut Chriſtiani à Mauris capti in dominium Maurorum non veniunt. Probatur per *l.*2. *ff. de capt.* vbi decernitur myoparones, triremes, & naues onerarias ab hoſtibus captas, ſi à noſtris recuperentur, gaudere priuilegio poſtliminij, eſſeque reſtituendas propriis dominis; quo etiam priuilegio gaudent equi, & equæ fræna patientes, hominesque modò redeant animo non reuertendi ad hoſtes, *l. eos, qui, l. poſtliminij, ff de capt. & poſtlimin. reuerſ.*

Secunda opinio probat oppoſitum, nimirum bona capta à Mauris per Chriſtianos, quæ, ...quam, bona fuerunt etiam Chriſtianorum aliorum, non eſſe illis reddenda, ſed fieri eorum, qui ea à Mauris abſtulerunt, dummodo per noctem, vel diem Mauri ea poſſediſſent. Ita Partita 2. *tit.* 26. *l.*26. ibi, *deueſe tornar à ſus dueños la preſa tomada, pero no ſe entiende de aquello, que ouieſſen traſnochado en ſu poder vna noche, o dia metido en pos de muro, de alguna ſu fortaleza, o dentro en hueſte*; & ibi Gregor. Lopez *verbo, en pos de muro,* vbi ait, quòd milites recuperantes prædam reſtituere debent illam prioribus dominis, quando in continenti præda recuperatur, quia fingitur nunquam fuiſſe apud hoſtes, ex ſubita recuperatione.

Secus ſi præda recuperetur ex interuallo, tunc cum ſemel perfectè facta ſit hoſtium, non debet reſtitui: non dicitur autem perfectè fuiſſe hoſtium, niſi poſtquam pernoctauit in dominio eorum. Aduerte tamen, quod dicitur *in l.*13. *tit. part.*5. vbi vult piratas, dum ſunt in mari cum præda, non efficere eam perfectè ſuam, antequam deueniant in locum tutum, vnde non ſufficit pernoctare in mari, cum præda, ſed diſponere videtur de pernoctatione in præda terreſtri, quod etiam notat Angel. *in l. ab hoſtib. C. de capt.* Sequitur Molin. *de iuſtit. diſp.*118. §. *dicendum, & ſequentib.* Vnde, quamuis non deducta ſit præda terreſtris ad caſtra, nec ad locum tutum, eſt capientis, ſi pernoctet in poteſtate illius, ſaltem ſemel. & a fortiori cenſebitur capientis, ſi perducta fuit intra præſidia, ſeu locum tutum, antequam pernoctet. Contra verò ſi præda ſit extracta

de

de poteſtate piratarum, antequam perducatur in [illegible] ad [illegible] tutum, non fiunt piratæ perfectè domini [illegible], neque acquirunt dominium per noctem [illegible]. Ita l. 13. *partis. 5. tit. 9.* niſi ceſſet [illegible] ab inſequendo. Salicet. *in l. ab hoſtibus,* [illegible]

[illegible] conſuetudine tamen, atque vſu receptum [illegible] mobilia in bello facto contra infideles, [illegible] capta eſſe capientium, ſiue terra, ſiue [illegible]ntur. Ita Couar. *in regul. peccatum, de* [illegible] *lib 6. part. 2. §. 11. num. 1.* Valent. 2. 2 [illegible] *quæſt. 16. punct. 3.* Adrian. *in 4. tit. de reſtit.* [illegible] *caſus ſpeciales*; nec teneti reſtituere [illegible] dominis cenſent hi Doctores, quibus [illegible] Victoria de iure belli, *num. 51.* Caſtro [illegible] *de iuſta hæreticor. punit. cap. 14.* & Syueſt. *verbo bellum, quæſt. 1.* quod procedit, ſiue bellum ſit iuſtum, ſiue iniuſtum, dummodo auctoritate principis ſit publicatum. Item quia videtur vſu probatum, non redire res mobiles ad proprios do[illegible], quocumque modo recuperentur, ſeu re[illegible]tur ab hoſtibus, ſiue per dies tres ab iiſdem fuerint poſſeſſæ. Accedit tacita, ſeu interpreta[illegible] eunctium ad bellum, qui videntur habere pro derelictis bona, quæ deferunt ſecum, atque ita non eſt dubium fieri capientium. Immobilia tamen, quæ hoſtes occupant, ſi poſtea ex parte aduerſa recuperentur, ad proprios dominos reuertuntur per text. *in l. ſi capt. §. hoſtibus, ff. de captiuis* Suarez *alleg 8. num. 1. & ſequent.* F[illegible] text. *in cap. paſtoralis 7. quæſt. 1. & cap. redimtur* [illegible] *3 quæſt. 1.* & notat Ripa *in l. 1. num. 5* [illegible] *ibi* Alciat. *num. 11. ff. de acquirend. poſſeſſione*; vnde ſi contingat parochiam occupari ab infidelibus, & poſtea recuperari a fidelibus, re[illegible] ad Epiſcopatum cuius fuerat, cum bonis [illegible], vt deciſum fuit à concilio Hiſpalenſi, & habe[illegible] *in cap. prima actione 16. quæſt. 3.* Ioannes A[illegible] *in ſpecul. in rubr. de raptorib.* & Alex. *in l. ff. de acquirenda poſſeſſione.*

A[illegible] notum de triremibus, & reliquis nauibus ad vſum belli extructis, dicendum eſt gaudere priuilegio poſtliminij; ideo etiamſi perducantur ab hoſtibus in locum tutum, & infra [illegible] poſtea a noſtris recuperentur, ad pro[illegible]nos rediturus eſſe. Ita Gregor. Lopez [illegible] *part. 5.* quo etiam priuilegio vtun[illegible] equæ, & vt tradit Salicet. *in d. l. ab* [illegible] *2.* fruuntur etiam currus, quadri[illegible] quibus arma portantur. Item bom[illegible]ſtæ, & cæteræ machinæ vſui bellico [illegible] necnon boues, & cætera animalia, [illegible] ſunt neceſſaria ad victum pro mi[illegible] omnia, ſi recuperentur à noſtris, ſunt propriis dominis.

[illegible]cendum de rebus emptis ab hoſti[illegible] ſtum habentibus, verbi gratia ſi [illegible] in bello captum à Mauris, qui [illegible]llum iniuſtum nobiſcum habent? [illegible]igore eſſe reſtituendum proprio [illegible] dominium ſerui perſeuerat apud [illegible] apud Maurum venditorem.

N[illegible] ſi veroſimile eſt ſeruum num[illegible] poteſtatem proprij domini, [illegible]m emere, etiam vili pretio, ea [illegible] proprius dominus comparuerit, [illegible]io accipiat, interimque poteſt emptor [illegible] Quod intellige etiam de reliquis [illegible] venditis, quod fieri poſſe licitè docet Molin. *diſp. 118. col. vlt.* addens teneri dominum comparentem ſi velit rem ſuam, ſoluere pretium pro ea ſolutum in vtroque foro, cum emptor vili pretio res redimendo, vtiliter geſſerit negotium proprij domini; quod etiam puto verum ex traditis ſuprà, etiamſi iuſto pretio ſeruus, & cætera ſpolia in bello capta de manu hoſtium redimantur. Ita Vincent. de Franch. *deciſ. 268.* Ayala *in tract. de iure, & officio belli, lib. 1. cap. 5. num. 37.* ex eo fundamento, quia ea, quæ hoſtes noſtris abſtulerunt, & intra præſidia propria deduxerunt, ſi poſtea à noſtris recuperentur, non tenentur recuperatores reddere dominis propriis, ergo nec qui ea redemerunt de manu hoſtium tenebuntur, niſi reddito ſibi priùs pretio, quo illa emerunt.

Non tamen inde infertur capta à latronibus, ſiue graſſatoribus viarum, ſeu piratis, cum quibus non eſt bellum, ſi poſtea à noſtris recuperentur, fugatis latronibus, non eſſe reddenda veris dominis, quia cùm huiuſmodi latrones, numquam verum dominium harum rerum obtinuerint, non eſt dubium teneri recuperatores illa reddere propriis dominis, deductis tamen ſumptibus, ſi quos egerunt in iis recuperandis. Couar. *in regul. peccatum 2. part. §. 11. num. 8. verſ. ipſe denique*, vbi hac de re, ac materia *a num. 7.* ſatis agit.

Sequitur de inuentis, quorum dominus ignoratur, de quibus partita eſt quæſtio in duas ſententias. Prima docet bona inuenta poſſe retineri tutâ conſcientiâ ab inuentore poſt factam ſufficientem diligentiam, ſi adhuc dominus ignoretur, non obſtante iure poſitiuo aliquo diſponente, quod pauperibus ſimilia bona erogentur. Ita Sotus *lib. 5. de iuſtit. quæſt. 3. art. 3.* Petr. Nauarr. *de reſtit. lib. 4. cap. 2. num 75.* Ledeſma *2. part. q. 18. art. 5. fol. 266. col. 1.* Bañez 2. 2. & Aragon *ibidem, quæſt. 66. art. 5. ſacramento ſexto electar. cap. 10.* Ludouic. Lopez *1. part. inſtructor. cap. 2.* Rodrig. *part. 2. ſumm. cap. 41. concluſ. 3.* Michaël Salon. 2. 2. *quæſt. 66. art. 5. controuerſ. 1.* Barthol. Medin. *lib. 1. inſtruct. cap. 14. §. 33. verſ. quartum caput*, Vega *lib. 2. ſylue, caſu 416.* Sà *verbo, theſaurus, num. 4.* quibus accedit Leſſius *lib. 2. cap. 14. dub. 7. n. 48. ad finem*, quorum aliqui tanquam probabiliorem ſententiam referunt, ſecundùm quam bona inuenta iure naturæ fiunt occupantis, domino non comparente, poſt diligentem inquiſitionem. Item quia à Summo Pontifice pro huiuſmodi inuentis nunquam fuit bulla compoſitionis conceſſa, teſte Nauarra *d. lib. 4. de reſtitutione, cap. 2. dub. 9. n. 78. ad finem*: quod non eſt leue ſignum, ſed magnum, quòd talia bona pauperibus eroganda non ſint. Ideo ex doctoribus citatis vno, vel altero excepto non ſolùm probabilem, ſed etiam probabiliorem exiſtimant hanc partem, & concedunt inuentori horum bonorum vſum, donec dominus compareat, excuſántque à reſtitutione facienda pauperibus. 17.

Alij verò tenent huiuſmodi bona poſt ſedulam inquiſitionem, eſſe reſtituenda moderatori illius loci, vt ea diuidat in pios vſus, vel in bonum commune reipublicæ, negantque inuentorem ea poſſe ſibi aſſumere. Ita Palud. *in 4. diſt. 15. art. 5. quæſt.* [illegible]. Palud. *ibidem quæſt. 2. art. 2. concl. 5.* Pro quo faciunt *l. 6. & 7. lib. 6. tit. 13. nouæ collect.* vbi deciditur inuenta tranſacto anno, & duobus menſibus, præcedente diligente inquiſitione, tradenda eſſe fiſco regio, ex quo ordine ſequitur non eſſe ea bona diuidenda inter

paupe

pauperes. Auend. *cap 7. prætor. num. 5. lib.1.*

Secunda ſententia tradit, pauperibus, & aliis piis operibus res inuentas quorum dominus ignoratur eſſe reſtituendas. Ita Caiet. *in ſumma, verb. furtum, ad finem, & 2.2. quæſt.66. art.5. ad ſecundum,* Couar. *ad regul. peccatum 3.part.§.1.num.1,* Syluest. *verbo, inuentum, num.2.* vbi ait eſſe hanc partem de mente omnium canoniſtarum. Sequitur Nauar. *cap.17. num.171.* Mercat. *tract. de restitut. cap.15. verſ. el quanto.* Valent. *tom.3. diſp.5. quæſt.10. punct.3.* Angles 2. *part. quæſt. de reſtitut. difficult.16.* & Antonin.2. *part. tit.1. cap.15.* dicentes non poſſe inuentorem ſibi retinere res inuentas, quamuis ſit pauper, ſed eſſe reddendas pauperibus, de conſilio tamen confeſſarij poſſe ſibi quando eſt pauper, partem, aut totum applicare.

Fateor tamen in praxi eſſe tutam hanc ſententiam, cum faueat pietati, & videatur regulari ſecundùm conjecturatam voluntatem veri domini, accederéque ad diſpoſitionem iuris communis indicetur *in Authen. omnes peregrini, C. communia, de ſucceſſione,* vbi decernitur bona peregrini non habentis hæredes per manus Epiſcopi loci in cauſas pias eſſe expendenda, nihil ex illis perueniendum ad hoſpitem. Quæ deciſio magis fauet pietati, quam ea, quæ iubet tradere bona fiſco, quam non probat Couar. *d.part.3.§.1.num.1.*

Ex his tamen opinionibus priorem magis probo, poſſe nempe inuentorem ſibi retinere bona inuenta poſt præuiam diligentem inquiſitionem, non ſolùm, quando eſt pauper, ſed etiam, quando eſt diues. Probatur primò, quia hæc bona habentur pro derelictis a vero domino; ergo in nullius bonis numerantur; atque ita, qui primò ea occupauit, poteſt abſque iniuſtitia ſibi aſſumere. Probatur ſecundò, quia nulla eſt lex humana, quæ obliget huiuſmodi bona diſtribui inter pauperes; ergo poteſt inuentor illis vti: ſecus ſi lex aliter diſponat. Nam ex lege diuina non conſtat talis obligatio, vt hæc inuenta pauperibus applicentur. Nec obſtat Authen. *omnes peregrini,* quia non loquitur in noſtro caſu, ſed in caſu ſucceſſionis, quæ iuri ciuili ſubditur, cuius eſt poſſe mentem morientis interpretari, & bona decedentis ab inteſtato, nullo relicto hærede, piis vſibus applicare.

Nec vrget ratio coniecturatæ voluntatis veri domini non comparentis, vt diſtribuantur pauperibus, quia hoc ſolùm procedit in rebus malè acquiſitis, quarum non poteſt eſſe verus dominus iniuſtus poſſeſſor, ſicut poteſt iuſtus inuentor. Ita Aragon.2. 2. *quæſt.66. art.5.pag.37. verſ. cæterum mihi.* Petrus Nauarra *vbi ſupra, num.75. fol.405.* poſt Scotum, Mercatum, Ledeſinam, & Medin. locis præcitatis, quibus accedit nouiſſimè Sayrus *in claui, lib.10. tract.5. cap.2. num.28. & ſeqq.*

Nec obſtat caput illud, *ſi quid inueniſti 14. quæſt.5.* vbi dicitur, *ſi quid inueniſti, & non reddidiſti, rapuiſti;* quia loquitur de retinentibus bona inuenta nulla priùs facta diligenti inquiſitione pro inueniendo vero domino. Hi enim non reſtituendo ſunt veri fures, de quibus loquitur lex *falſus ff. de furtis,* & caput, *cum tu. de vſuris,* quæ iura expreſſe loquuntur de debitis iniuſtè contractis, puta per vſuram, vel ſimoniam, quorum dominium verè non acquiritur à poſſidentibus. Accedit tanquam tradita à D.Thom.2. 2. *quæſt.66. art.5. ad ſecundum,* quem pro ſecunda opinione alij tradunt, vbi agens de bonis inuentis nullam facit mentionem de eorum reſtitutione, ſed ait, *ſi pro derelictis habeantur, & hoc credat inuentor, licet ſibi ea retineat, non committit furtum.* hæc ille. Ex quo ſequitur non teneri reſtituere pauperibus, quando poſt factam diligentem inquiſitionem, dominus verus non comparet, & inuentor bona fide pro derelictis ea habet, meritoque cenſentur, ac ſi eſſent ſine domino, vbi obiter nota de huiuſmodi inuentis, non poſſe fieri compoſitionem per bullam cruciatæ, ſed de rebus malè acquiſitis. Ita Nauarrus & Sayrus *d. cap.2. num.3.*

Sed quid dicendum, quando huiuſmodi bona inuenta iuxta ſecundam opinionem poſt factam diligentiam diſtribuuntur inter pauperes, ſeu in pios vſus expenduntur, & poſtea dominus comparet? Reſpondent doctores huius partis nihil eſſe reddendum domino. Ita Syluest. *verbo, reſtitutio 8. quæſt.4.* ideo diſtributor excuſatur, pauperes etiam iuxta Sotum 4. *de iuſtit. quæſt. 7. art. ad 3.* cùm verum dominium ſint aſſequuti, nihil tenentur reddere. Sequitur Henriquez *lib. 7. de indulgen. cap.34.* Secus ſi non fiat ſufficiens diligentia in quærendo domino. Abulenſ. tamen *ad cap.6. Matth. quæſt.42. in fine,* reſpondit, ſi adhuc bona extent, & a domino repetantur, eſſe reddenda. Quæ opinio, non diſplicet, cum dicantur bona ex voluntate non vera, ſed præſumpta domini in pauperes diſtributa.

Secundùm verò opinionem, quam ſequimur, comparenti domino intra tempus non ſufficiens ad præſcribendum bona inuenta, ſunt illi reddenda, eo verò tranſacto minimè. Ratio, quia per illud tempus poſſedit illa bona titulo inuentionis, & bona fide, quæ cum iuſto titulo ſufficit ad præſcribendum. Ita Bañez, Salon, & Petr. Nauar. præcitati, quibus adhæret Sayr. *d. cap.2. num. 32.* & à fortiori hæc doctrina procedit in ſecunda opinione, ſi elapſum eſt tempus ſufficiens ad præſcribendum quando dominus comparuit, & bona iam erant diſtributa, nec dominus poterit repetere bona, quæ extant apud pauperes: quod ſi nondum bona ſint diſtributa, & nondum elapſum ſit tempus ad præſcribendum neceſſarium, exiſtimo id quod non eſt diſtributum, eſſe reſtituendum vero domino comparenti, quamuis pro eo inueniendo, præceſſerit diligentiſſima inquiſitio, quod etiam poteſt extendi ad bona malè acquiſita, quorum dominus ignoratur, ſu[...] bus per bullam facta fuit compoſitio, & [...] apud detentorem aliquid eſſet reſiduum, non ſtante compoſitione facta cum commiſſario, ac ſatisfactione, vero domino eſt reſtituendum.

Ratio, quia Summus Pontifex non præſumitur voluiſſe concedere compoſitionem, ni[ſi] poſito, quòd verus dominus nunquam comparuiſſet. Ita Aragon.2.2. *quæſt.62. art.5. fol.18[...] ad finem, & fol. 188. verſ. ſed dubitabit aliquis,* & Bañez *ibidem art.5. num.8.* Petr. Nauar. *de reſtit. lib.3. cap.2. poſt dubium 7. num.57.* ſubdens rem adhuc extantem nondum facta diſtributione, facta tamen diligenti inquiſitione reddendam eſſe vero domino, etiamſi poſt multum tempus compareat. Quibus adiici poteſt quod notat Gutier. *lib.1. citato, cap.9. num.15.* comparenti domino poſt factam compoſitionem, cum commiſſario pretio in diplomate taxato, reſeruari actionem, ſeu ius petendi bona ſua in foro iudiciali, quia non videtur eſſe de mente Summi Pontificis liberare

[illegible] facientes compoſitionem à ſoluendo de[illegible] in foro externo, quando dominus compa[illegible] probet illa bona eſſe ſua; pro qua ſententia [illegible], & ſequitur Sotum *in 4. diſt. 15. quæſt. 2.* [illegible] & Corduben. *in quæſtionib. lib. 5. de indul[illegible] quæſt. 45. in 1. dub.* poſt prædictas ſecundas [illegible] poſitas, vbi ait ex ſententia illorum [illegible] dectores reddere vero domino quæ adhuc [illegible] forma, ſeu ſubſtantia exiſtunt, quantum[illegible] [illegible] bonorum incertorum facti ſunt di[illegible], non autem cætera.

[illegible] tamen aduerte in ſynodalibus conſtitu[illegible] [illegible] Epiſcopatuum huius regni, eſſe pecca[illegible] [illegible] ptælatis inuenire, retinereque bona [illegible] non reſtituendi, quorum dominus ign[illegible], ſi ad certam quantitatem notabilem in [illegible] conſtitutionibus præfixam perueniant. Præcipiturque, vt ea tradantur viſitatoribus Eccleſiaſticis, quibus incumbit, facta prius ſedula inq[illegible]ne, pro domino inueniendo, partiri ea inter pauperes, domino non comparente. Vnde infertur inuenientem decem aureos, quorum dominus ignoratur, ſi non peccauit accipiendo, aut retinendo, puta, quia ſemper habuit animum reſtituendi proprio domino, vel pauperibus, eo non inuento, non habere caſum reſeruatum, neque eſſe negandam illi abſolutionem, cum ſolo animo reſtituendi, quin etiam in ſententia, quam retulimus, abſoluendus erit, ſi ſtatuat ea bona ſibi retinere pro caſu, quo poſt ſufficientem diligentiam verus dominus non compareat. Imò quantumcunque mortalis culpa præceſſiſſet, ſi velit ante abſolutionem ſatisfacere, & à fortiori, ſi iam ſatisfecit diſtribuendo inter pauperes, eſt abſoluendus, cum nihil iam debeat, poſt [illegible] actionem bona fide factam.

Cæterum ſi adhuc non ſatisfecit, ſed de præſenti [illegible] ſatisfacere, vt abſoluatur, tenetur de mandato confeſſarij conijcere debitum in arcam, quæ [illegible] ſpitur collocari in certis Eccleſiis hoc [illegible] [illegible] habito, *Arca reſtitutionum, quarum domini ignorantur.* Quòd ſi noluerit modum hunc, quem [illegible] ponunt conſtitutiones, obſeruare, non debet [illegible], ſicut non eſt abſoluendus, quando [illegible] ſit à confeſſario, vt pro abſolutione obtinenda ſatisfaciat, & nullo modo voluit, cum [illegible] [illegible] poſtea animo, voluntateque mutata [illegible] [illegible] facere. Quo circa, placet reſolutio [illegible] P. Rebelli *1. part. lib. 2. quæſt. 12 ſect. 4.* [illegible] [illegible] licentis etiamſi pœnitens tenuit tradere [illegible] [illegible] ma, iuxta modum conſtitutionum ſy[illegible], nolitque acquieſcere præcepto con[illegible] ſi poſtea domino non inuento diſtribuat [illegible], ceſſare reſeruationem, poſſéque ab[illegible] [illegible] legitimo confeſſario, licet videatur [illegible] determinationes ſynodales Eborenſes. Sed [illegible] Nauar. *in manual. cap. 17. num. 92.* [illegible] *part. 2. inſtructor. cap. 137.* dicen[illegible] [illegible] Epiſcopum prohibere inuentori, vt [illegible] non reſtituat, neque exoneret ſuam [illegible] quos ſequitur Sayr *d. lib. 10. tract. 5.* [illegible] *ad finem*, ſecundùm quos eſt ſatis [illegible] poſſe inuentorem reſtituendo [illegible] [illegible] n ſeruet formam conſtitutio[illegible] [illegible].

[illegible] deperdita, hoc eſt, animalia erranta, [illegible] dominus ignoratur, quæ vocantur apud [illegible] *ordin. tit. 94.* bona de inuento, & [illegible] [illegible] abulo *de vento*, decernitur ibi, vt inuentores tranſactis quinque diebus publicano ad hoc munus præfixo teneantur denunciare. Huic ex officio competit per ſpatium quatuor menſium in locis publicis diligentiam ſedulam adhibere, voceque præconis omnibus patefacere, animalia deperdita, vt ſic in notitiam veri domini res deueniat. Domino tamen non comparente per id tempus, errantia animalia per iudicis ſententiam traduntur publicano, qui ea ſibi aſſumit, nec tenetur poſtea reſtituere domino, quamuis velit probare eſſe ſua, neque ad hoc probandum à iudice poteſt admitti. Vnde colligitur huiuſmodi bona poſt factam diligentiam, tanquam bona vacantia ad fiſcum pertinere.

De iure Caſtellano *l. 6. tit. 3. lib. 6.* hæc bona pertinent ad fiſcum regium, ibi, *toda la coſa, que fuere allada en qualquiera manera moſtrenca deſamparada, deue ſer entregada a la iuſticia del lugar de la iuriſdicion que fuere allada, & deue ſer gardada vn anno, i ſi ducuno no pareciere, deue ſer dada para nueſtra camara.* Et *l. 7. eodem tit. & lib.* addit, ibi, *le tenga*, hoc eſt habeatur *por vn anno, & dos meſes*, in quo tempore publicè fiat inquiſitio veri domini debitis in locis, eoque finito tempore domino non comparente fiſco applicabitur.

Chaſſanæus tamen *in conſuetudine Burgundiæ, in rubr. 1. §. 1. & ſeqq.* & apud Aurelianenſes, *tit. de fugitiuis, & errantibus*, tradit de conſuetudine ſemper locum eſſe domino comparenti, etiam poſt tempus tranſactum, & poſt dicta præconia ad petendum animalia deperdita, antequam publicano fiſcali ſint per ſententiam iudicis adiudicata. Conſentit Ioan. Faber. *in §. examen, inſtit. de rerum diuiſ.* Guilielm. verò Benedict. *in cap. Raynu. in d. verbo, & vxorem nomine Adelaſiam, in 5. deciſ. num. 370.* minimè in ſuo regno conſuetudinem probans, ait hæc animalia & cætera mobilia ſic errantia à dominis terrarum occupari de facto. Hoc tamen non licet in Hiſpania dominis terrarum capere animalia ſic errantia ſibi, cum competant cameræ regali etiam in foro conſcientiæ, niſi ex priuilegio, vel ex conſuetudine legitimè præſcripta aliud ſit introductum. Ita Auendan. *d. cap. 7. prætor. num. 5. lib. 1.* Gutier. *d. cap. 9. num. 17. ad finem.* Concordat Petr. Nauar. *lib. 4. cap. 2. num. 83.* aitque bona perdita *moſtrenca*, ſic vulgo dicta, Hiſpanicè, Græcè verò *adeſpota*, hoc eſt deſerta, & abſque domino, probabiliter in conſcientia regi deberi, quaſi leges, quæ de his agunt, in conſcientia loquantur. Quibus non omnino conſentit Couar. *in regul. peccatum, 3. part. §. 2. num. 5. verſ. de legibus verò*, cùm non appareat ſufficiens ratio ad priuandum dominum verum dominio in hiſce rebus inuentis: proinde ſi forte æquitas harum legum defendi in animæ iudicio poteſt, opinatur hoc modo defendi poſſe, ſi domino etiam poſt præconia, & ſententiam iudicis comparenti ius repetendi, probatis probandis, concedatur, bonaque reſtituantur. Aliter enim de iuſtitia harum legum cum Chaſſaneo *in conſuetudine Burgundiæ, ſub rubrica 1. §. 1.* innuit dubitandum; de quibus tamen, earúmque iuſtitia non puto ambigendum, dummodo ſeruentur fideliter ſolennia, & abſque vlla fraude, quæ à rege in legibus præcipiuntur obſeruari, & fiat diligentiſſima inquiſitio, tam ex parte publicani de inueniendo, quàm ex parte iudicis ferentis ſententiam. Ita Rebell. *vbi ſuprà, d. quæſt. 12. ſect. 1. num. 7.* vbi ait publicanos non rectè ſuo officio fungentes, vt leges præcipiant, peccare

morta

mortaliter, cum onore reſtituendi non ſolùm animalia, ſed etiam damna inde emergentia, & lucrum ceſſans.

18. Quæres, an ſalinæ annumerentur inter regalia? Reſpondeo primò, ex cap. *quæ ſint regalia* 1. de vſibus feudorum non conſtare ſalinas ipſas eſſe ius regale, ſed tantùm redditus ſalinarum eſſe ius regale. Ita Afflict. ibi, & *deciſ.* 321. *num.* 4. Cabed. 2. *part. deciſ.* 53. *num.* 1. & *deciſ.* 81. *num.* 2. Barboſ. *in l. diuortio, §. ſi vir, num.* 29. *fol.* 1081. probatur ex *l. inter publica* 17. §. 1. *ff. de verbor. ſignificat.* Gama *deciſ.* 31. Capola *in d. l. inter publica.* Facit text. *in cap. ſuper quibuſdam*, §. *præterea de verbor. ſignificatio.* Confirmatur, quia ſalina priuatorum non cenſetur eſſe regale, ſed vectigal, quod ſoluitur fiſco ratione ſalinarum, dicitur ius regale. Sic habetur in lege noſtra *lib.* 2. *titul.* 26. §. 15. ibi, *as rendas que antigamente coſtumaraon leuar das marinhas, en que ſe fas o ſal no mar, ou em qualquer outra parte.* Vbi vides non recenſeri inter regalia ſalinas ipſas, in quibus ſal efformatur, ſed redditus, ac vectigal, quod ex illis penditur. Concordant *l.* 11. *tit.* 28. *part.* 3. vbi Gregor. *verbo, de las ſalinas*, numerat inter regalia, redditus, qui ex illis, regi, ſeu fiſco percipiuntur. Eiuſdem ſententiæ etiam eſt Decius *conſ.* 291. *incipit, pro tenui*, & Socinus Iunior *conſ.* 80. *num.* 42. *lib.* 3.

Sed contra ſtant Paulus *conſ.* 63. *incipit, quod redditum ad finem, lib* 1. Azor. 2. *part. lib.* 11. *cap.* 4. *verſ. piſcationum, fol.* 1217. & deducitur ex gloſſ. *Auth. de ſanctiſſimis Epiſcopis*, §. 1. *verbo, cauſis, collat.* 9. Cuiacius *lib.* 5. *obſeruationum, cap.* 31. *in principio*, aſſerentes ſalinas eſſe ius regale, & regi competere. Corroboratur ex reuocatione facta de donationibus ſalinarum à prudentiſſimo rege Philippo ſecundo *l.* 19. *tit.* 8. *lib.* 9. *ordinam* Ex quo ſequitur ſalinas tanquam ius regale alienari non poſſe. Nec videtur obſtare hoc eſſe intelligendum de ſalinis inuentis in locis publicis, ſeu fiſcalibus.

Nihilominus mihi magis placet non ſalinas, ſed earum redditus eſſe ius regale eo modo quo diximus. Ita Menoch. *conſ.* 302. *verſ.* 19. Alciat. *in reſponſo* 493. *num.* 4. & 5. vbi ait ius ſalis inter regalia habere locum. Ruin. *conſ.* 90. *num.* 14. *lib.* 1. Hugo *de officio quatuor prælatorum, tit. de muner. excuſatione, num.* 14. vbi ait ſalinarum, ex quibus debet ſolui publicum vectigal, pertinere ius ad regem. Cabed. *d. deciſ.* 53. *num.* 3. addens in ſalinis priuatis principem nullum ius habere, itavt poſſint fieri abſque licentia principis, & in totum, & omni iure ſint eius qui eas in loco priuato efficit, per *l. magis puto, verſ. ſed & ſi ſalinas ff. de rebus eorum.* Sequitur Franciſc. Marc. *part.* 2. *q.* 39. dicens ſalinas repertas in aliquo fundo priuato, quoad proprietatem pertinere ad dominum fundi, per *l. forma*, §. *ſalinas, ff. de cenſibus*, Iacobin. *de feudis, verbo, cum argenti ſalinas, num.* 2. *pag.* 27. quod ſi reperiantur in fundo, ſeu loco publico, tunc ait eſſe principis, & dici de regalibus. Alberic. his accedit *in d. l. forma*, Cæpol. *in d. lege inter publica*, & alij, quos refert Barboſ. *in d. l. diuortio, §. ſi vir, num.* 27. ex quibus conſtat ſalinas non eſſe ius regale, niſi quando reperiuntur in locis fiſcalibus, non verò ſalinas priuatorum; in quibus priuati habent dominium directum, & vtile ſimul. Ideo redditus omnium ſalinarum dicuntur eſſe ius regale, vt probat lex noſtra citata, & *l.* 11. *tit.* 29. *part.* 3. vt placet Suar. *allegat.* 17. *n.* 11.

Quod ſi obiicias ſalinas indiſtinctè eſſe ius regale, ex eo quod reges ſoleant locare eas publicanis, ſeu conductoribus, ea lege, ac priuilegio, vt nemo poſſit ſaltem vendere præter ipſos, iuxta *l. ſed & hi in princip. ff. de publicanis*, & ſi aliquis ſalem vendat ſine facultate horum conductorum, grauiter puniatur. Reſpondeo poſſe dici ius regale ex alio capite, quia rex poteſt ſibi reſeruare venditionem, puta ſaponis, quæ venditio ex ſe venit in liberum hominum commercium, vt refert fuiſſe iudicatum Cabed. 2. *part. Areſto* 8. contra Gamam, *deciſ.* 31. quem probat Flores *ibi, in annotationibus ſuis ad finem*, quod monopolium teſte Barboſ. in principibus eſt antiquiſſimum, adeoque inualuit, vt ipſe refert *vbi ſupra, n.* 29. vt nec priuati factores ſalem, poſſint vendere niſi principi pro certo pretio, quod obſeruatur variis in prouinciis, teſte Royas *in epitom. de ſucceſſionib. ab inteſtato, cap.* 34. *num.* 31. & quamuis de iure communi vnicuique conceſſum ſit rem ſuam vendere cui velit, *l. dudum, C. de contrahenda emptione*, non tamen eſt contra iuſtitiam cogere principem, vt ſibi potiùs, quàm aliis res vendatur, dummodo pretium ſit iuſtum, & non ſit infra iuſtum infimum, quia venditores habent ius vendendi pro pretio iuſto, quo bona fide, arbitrio prudentis res vendita æſtimatur. Vnde quando rex concedit priuilegium alicui, vt ei ſoli liceat ſalem, vel ſaponem vendere, id debet fieri ex cauſa iuſta, & pretio ab eodem principe taxato, vel prudentum iudicio taxando, nec pretium arbitrio vendentis eſt relinquendum, cum detur illi occaſio vendendi pretio iniuſto cum notabili detrimento boni communis, cui ex officio princeps tenetur conſulere, teſte Nauarro *cap.* 23. *num.* 92.

Quid ſi mercatores ſiue ex priuilegio, ſiue abſque illo, coëmant maximam copiam mercium, quando vili pretio venduntur, vt poſtea pro ſuo arbitratu reuendant tempore, quo pluris æſtimantur præ inopia earum? Sunt qui putent peccare contra iuſtitiam cum onere reſtituendi ex iniuria facta bono communi, ex coëmptione, & retentione mercium, ratione cuius inducta fuit caritas. Ita Ioan. Medin. *C. de reſtitut. quæſt.* [illegible] Gabriel *in* 4. *diſt.* 15. *quæſt.* 10. *art.* 5. *dub.* 2 [illegible] ueſt *verbo, emptio, quæſt.* 19. Nauar. *in manua. num.* 91. Dicendum tamen puto non peccare [illegible] tra iuſtitiam ementes animo cariùs vender[illegible] iuſto pretio emant, & poſtea iuſto pretio ve[illegible] dummodo non ſint impedimento priuatis ne[illegible] ceſſaria ſibi emere tempore abundantiæ, nec etiam ſint cauſa emendo tantam copiam, vt pretia rerum accreſcant. Quod ſi priuatis fuerunt impedimento augendo rerum pretia, ne [illegible] rent neceſſaria, & induxerunt caritatem [illegible] mo peccaſſe contra charitatem, poſſe [illegible] tempore, quo merces deficiunt, vt ver[illegible] liùs, quæ emerunt in detrimentum b[illegible] munis; non tamen tenentur reſtituere. Ita Molin. *de iuſtit. tom.* 2. *diſput.* 345. *ad finem*, Leſſius *lib* 2. *cap.* 21. *dub.* 21. *num.* 150. & 151. Vbi putant opinionem Medinæ, & aliorum *vbi ſupra*, tanquam probabilem defendi poſſe.

Conſequens eſt dicere de gemmis, & lapillis, 19
& venis metallorum, an ſint inter regalia, ac reſeruata principi? Quoad gemmas conſtat ex inſtituta *de rerum diuiſione*, §. *item lapilli*, eſſe primò occupantis. Quoad venas metallorum, quæſtio eſt anceps, de iure tamen communi *cap.* 5. *quæ ſunt*

*ſu regalia* probatur venas metallorum eſſe [illegible], Lucas de Penna *l. quicunque deſertum* [illegible] *pium, C. de omni agro deſerto, lib. 11.* [illegible] potius, & auri fodinas pertinere ad principem [illegible] ſuſtinendis oneribus Reipublicæ, idem Menoch. [illegible] *ſ. 302. num. 29. in fine, verſ. 16.* Quod [illegible] Crauetta *conſ. 209.* Alciat. *reſponſ. 105.* [illegible] *conſ.* [illegible] *0. num 14 lib. 1.* Azor. *2. part. lib. 11.* [illegible] *pſcationum reddimus*, dicens ad regem [illegible] venas auri, argenti, æris, ferri, & cuiuſlibet alterius metalli; proinde non poſſe à rege [illegible] tanquam regalia. Concordat lex Caſtellæ [illegible] *part 2.* & clariùs lex *2 & 4. titul. 13. lib. 6. ordin.* vbi habetur venas metallorum vbicunque inueniantur, principi competere. Quod etiam traditur apud noſtrates *lib. 2. tit. 26. iurium regal.* [illegible] *num. 1*[illegible]*. item os veeiros minas de ouro, ou prata, ou qualquer outro metal.* Idem dicitur in regimine *da fazenda, cap. 237.* Cuius meminit Cabed. *2. part. decis. 55. num. 1.* vbi tradit arreſtum *num. 2.* qui probat venas metallorum eſſe ius regale. Vnde venæ metallorum non videntur numerandæ inter bona, quæ domino carent, cùm iure [illegible] ad principem pertineant, quamuis attente [illegible] gentium quoad dominium competant his, quorum ſunt fundi, in quibus inueniuntur, cum [illegible] illorum, Molin. *tom. 1. diſp. 54.* [illegible] iure communi, vel ſpeciali cuiuſque regni addicuntur princi[illegible] ſeu reipublicæ ad onera publica ſuſti[illegible]nenda, Re[illegible] *l. inter publica, col 8. ad finem* [illegible] *ff. de verbor. ſignificat. pag. 159* & conſe[illegible]quenter erunt illius, cui princeps ea conceſſerit. Amon *conſ. 209. poſt principium, & ad finem.*

Alij addunt quòd vena inuenta in fundo particulari quoad dominium erit illius, cuius eſt fundus, [illegible] ſolueique fiſco decimam partem tanquam ius regale ſecundum diſpoſitionem *l. cuncti, C. de metallar.* & per text. *in l. inter publica, §. final.* & [illegible] *ibi, ff. de verbor. ſignificat.* Item domino fundi priuati ratione loci ſoluetur altera decima, teſte Afflicto *decis. 311. n. 5.* & Greg. Lop. *l. 5. ti*[illegible] *part. 2. in gloſſ. vltim.* ſi verò inueniatur in loco [illegible]blico vena, duplex decima ſoluenda fiſco, [illegible]ne loci publici, vbi erat; altera ratio[illegible] regalis per *d. l. cuncti*, & *ibi* Platea in [illegible] vbi poſt principium reſoluit deci[illegible] ſoluendam ex metallo iam purificato.

[illegible]tante tamen l. noſtra, *tit. 26. num. 16.* [illegible] venas metallorum principi competere, [illegible] regale; conceditur tamen ab eadem [illegible] *lib. 2. tit.* [illegible]*4.* facultas cuilibet inqui[illegible] [illegible] in alieno fundo inuito do[illegible] [illegible] prædia ad priuatos pertineant, ſeu [illegible], excepta tamen regione tranſ[illegible] [illegible] ſemper regi quinta parte, ideo [illegible] in agro alieno repererit aliquam [illegible], non tenetur quidquam do[illegible] [illegible], excepta ſatisfactione damni, [illegible] agro domino intulerit, ita [illegible] *l. cuncti, citata*, ita Barboſ. *in dict.* [illegible] *vir, num. 22.* vbi ait quintam partem [illegible] exemptam ab omni impen[illegible] [illegible] verò totum eſſe inuentoris [illegible] Rebell. *d. part. 1. lib. 1. quæſt. 15. ſect. 2. num. 1*[illegible] *d. diſp. 54. in princip. ad finem*, Azored. [illegible] *tit. 13. lib. 5. noua collect.* In regno tamen Caſt[illegible] decernitur, vt deductis expenſis tertia pars metallorum pertineat ad inuentorem, duæ verò partes competant regi ab expenſa exem-

ptæ, Molin. *vbi ſuprà, verſ. in regno Caſtellæ*, alter verò Molin. *de primog. lib. 1. cap. 23. num. 8.* inſinuat *verſ. nam quod*, ex metallis erutis partem domino fundi competere, partem principi, inuentori denique partem, nulla lege pro hac partitione adducta, quod non probo, quia ſemper in eo regno duæ partes regi competunt, Gomez *in l. 45. Tauri, num. 52. in principio, verſ. prima concluſio.* Barboſ. *in annotationib. ad tit. 34. citatum, lib. 2. §. 4.* in quo tit. docet ſi aliquis tentet in fundo alieno perquirere venam metalli, ſi dominus fundi id ſciat, velitque eam perquirere, eſſe præferendum. Item conceſſa facultate perquirendi venas eſſe præferendum in fundo alieno, qui prius præoccupauit; Barboſ. *in l. diuortio, §. ſi vir, num. 24.* qui cenſetur ille, qui priùs adaptauit neceſſaria ad venam inueniendam; & conſequenter priùs præoccupauit, qui fuit priùs ad quærendam venam, & incepit prius laborare. Lege vtramque Barboſam vtrobique citat. & *d. d. tit. 24. per totum lib. 2 ordin.*

Quæſtio tamen implicita ſatis, an theſauri pertineant ad regalia? Menochius *dict. conſ. 201. num. 31. verſ. vigeſimo.* reponit inter regalia portionem theſauri inuenti iuxta *cap. 1. quæ ſint regalia*, & ibidem interpretes, Gomez *in d. l. 45. num. 51.* Couarruuias *in regul. peccatum, 3. part. §. vltim.* Valaſcus *de iure emphyteutico, quæſt. 15.* quos ſequitur Cabed. *2. part. decis. 56.* vbi refert aliqua areſta, quibus probat ſine dubio portionem theſauri inter regalia annumerari, & de conſuetudine in Luſitania ita obſeruatur, ſicut aliis in locis regibus acquiri theſauros teſtatur Paludanus *in 4. diſtinct. 15. quæſt. 3.* Couarruuias *citat. §. 2.*

Nec obſtat leges Luſitanas non expreſſiſſe *dict. tit. 26. §. 16.* theſaurum proprio nomine, ſed venas metallorum, quia ſub earum nomine veniunt theſauri, & quamuis non contineantur ſub earum appellatione, ſtandum eſt conſuetudini, quamuis eam improbet Syluest. *verbo, inuentum, §. 6.* Sed minus bene. Ita Rebell. *de iuſtit. 2. part. lib. 9. quæſt. 5. num. 1.* ex eo, quia rex poteſt theſaurum ſicut alia bona vacantia applicare ſibi in totum, vel in partem, & de facto. Cabed. *dict. decis. 56. areſto 4.* refert in hoc regno fuiſſe adiudicatum dimidium theſauri inuenti domino regi, & ita videtur praxis procedere diſcedens à lege antiqua Dionyſij regis manu ſcripta, cuius meminit Barboſ. *l. diuortio, §. ſi fundum, num. 51.* vbi theſauri inuenti in proprio agro duæ partes concedebantur inuentori, & tertia applicabatur fiſco; contra verò ſi theſaurus reperiebatur in loco regali, ſeu publico, inuentori dabatur vna tantùm pars, duæ verò competebant fiſco. Quod ſi theſaurus erat in loco alieno, ſolebat partiri æqualiter inter dominum agri, & fiſcum, & inuentorem.

Attamen cum hæc lex non fuerit pronunciata à rege, nec lex Luſitana expreſsè loquatur *d. tit. 26. dos direitos reaes de theſauro.* Idem Barboſ. *loco citato*, inclinat cum Molin. *de iuſt. tom. 1. diſput. 56. colum penultim. in principio*, in Luſitania, circa theſaurum inuentum ſtandum eſſe iuris communis diſpoſitioni, quibus conſentire videtur Rebell. *1. part. lib. 1. q. 15. ſect. 2. num. 15.* dicens ex conſuetudine in Luſitania theſauros ad regem pertinere; verùm cùm ea conſuetudo non ſit adeo certa, ait non audere condemnare inuentorem, ſi fiſco non reddat, cùm theſauri non videantur

ſub bonorum vacantium appellatione continetur. Pro qua re confirmanda accedunt Sotus *de iuſtit. lib. 5. quæſt. 3. art. 3. col. 4.* & Tabien. *verbo, reſtitutio, num. 27. ad finem*, dicentes eam conſuetudinem eſſe inualidam, nec obligare, cum fuerit inducta per violentiam, & a vaſallis non ſponte admiſſa, quæ requiruntur, vt conſuetudo obtineat rationem legis, ſecundùm quod deducitur ex *cap. final. de conſuetudine*, contra quam ex aduerſo ſtat ratio naturalis, concedens inuentori theſaurum, §. *theſauros, inſtitut. de rerum diuiſ.* Ergo non eſt admittenda, conſuetudo naturali rationi obuia.

Nec obſtat ſi dicas dominia rerum ex iure gentium fuiſſe partita, quia eſto fateamur ita eſſe per §. *ſingulorum, inſtitut. de rerum diuiſ.* negamus tamen omnia fuiſſe diuiſa, vt conſtat ex definitione theſauri, qui iuxta *l. nemo, C. de theſauris, & §. theſauros, inſtitut. de rerum diuiſ.* nihil aliud eſt, quàm *vetus quædam depoſitio pecuniæ, vel mobilium, vt de eorum dominio, aut occultatione nulla ſit memoria.* Ideo fit totus illius, qui inuenit, eò quòd non alterius ſit, cum ſit de numero omnium, quæ iure gentium non fuerunt diuiſa, & fiunt primò occupantis, auctore D. Thom. 2. 2. *quæſt. 66. art. 5. ad ſecundum*, dicente gemmas inuentas in littore, non eſſe in bonis alicuius, & occupanti concedi, & idem eſſe de theſauris antiquo tempore, ſub terra occultatis. Quo circa ſicut principi hodie non conceditur gemmas, & lapillos, quæ in littore inueniuntur, ſibi applicare, cum ſint inuentoris; ita non poterit auferre theſaurum inuenienti, cum remanſerit iure gentium indiuiſus, & occupanti concedatur. Ita vltra D. Thom. tradit Anton. 2. *p. tit. 1. c. 15. §. 2.* Syluest. *verbo, inuentum, n. 5.* & Barboſ. *d. § ſi fundum, à num. 49.*

Vt verò ſumma huius rei compleatur, ſit prima propoſitio. Theſaurus inuentus in fundo proprio ab ipſo domino, totus eſt inuenientis. Si inueniatur in fundo alieno non de induſtria, ſed caſu, dimidium theſauri conceditur inuenienti, & alterum dimidium domino fundi. Si verò fundus pertinet ad fiſcum, vel ad ciuitatem, etiam caſu inuentus theſaurus diuiditur æqualiter inter inuentorem, & inter dominum fundi. Eſt communis. Ita Molin. *d. diſp. 56. verſ. quod ſi theſaurus*, Rebell. *d. quæſt. 15. num. 12.*

Secunda propoſitio. Theſaurus caſu inuentus in loco ſacro, aut Eccleſiaſtico à proprio inuentore prælato, ſeu domino loci, totus fit inuenientis, in quo caſu, §. *theſauros, inſt. de rerum diuiſ.* habet locum, dum ait indiſtinctè totum eſſe inuenientis; quod ſi inuentor ſit extraneus, dimidium competit inuentori, & alterum dimidium prælato, qui fuerit dominus, ſeu adminiſtrator illius loci. Ita Couar. *reg. peccatum, p. 3. §. 2. n. 3.* Anton. Gom. *l. 4. Tauri, n. 52. verſ. ſed contraria*, vbi id expreſſe probat per *l. 3. §. final. de iure fiſci*, & reprobat textum *in d. §. theſauros.* Vnde colligitur theſaurum inuentum caſu in loco ſacro, vel religioſo, totum eſſe inuentoris, quod negat Bartol. *in d. l. 3.* & Nauar. *in manual. cap. 17. num. 175.*

Tertia propoſitio. Theſaurus de induſtria inuentus in agro alieno, totus acquiritur domino agri, ſiue ſit perſona priuata, ſiue publica dominus illius. Ita Nauar. *citat.* & Caiet. 2. 2. *quæſt. 66. art. 5. ad ſecundum*, & habetur *in l. ſi is, qui, ff. de acquir. rer. domin. & d. § theſauros, & d. l. 3. §. in locis ff. de iure fiſci*, ſecundùm quos debet inuentor in conſcientia ante latam ſententiam totum reſtituere; ſicut caſu inueniens tenetur in conſcientia reſtituere dimidium domino agri.

Quarta propoſitio. Theſaurus inuentus arte magica, vel alio modo illicito, pertinet ad fiſcum, *l. vnic. C. de theſau.* & iuxta aliquos in conſcientia ante ſententiam. Couar. *reg. peccatum, part. 3. §. 2. num. 4.* Molin. *diſp. 56.* Sed probabilius non deberi niſi poſt ſententiam, ita Nauar. *d. n. 175.* Leſſius *lib. 2. dub. 17. n. 65. cap. 5.* vbi *num. 66.* addit inuentum hoc modo in loco alieno dimidium theſauri deberi domino loci, nec priuandum ob maleficium inuentoris.

Quinta propoſitio. Vbi per conſuetudinem legitimam vel legem pars aliqua theſauri applicatur fiſco, in conſcientia illi debetur ante ſententiam. Ita Rebell. *p. 1. lib. 1. quæſt. 5. num. 14.* Quando verò inuenitur in loco emphyteutico, & emphyteuta inuenit, illi competit dimidium ratione inuentionis, & altera pars, quatenus habet dominium vtile; & domino directo ratione proprietatis competit quarta pars theſauri inuenti. Dominus verò directus ſi inueniat in agro proprio, cuius alter habeat vſumfructum, totum ſibi acquirit, nihil verò vſufructuario reſtituit. Rebell. *citat. num. 16. per totum*, & Mol. *d. diſp. verſ. in hac re credo.*

---

## §. III.

### *Quænam bona propter delictum à vaſallis commiſſum fiſco regio applicentur.*

#### EPITOME.

20 *Verùm bona in teſtamento relicta, vel extra, ſub tacita fide, vt reſtituantur incapaci, applicentur fiſco.*

21 *Verùm fidem tacitam accommodans de reſtituendo incapaci amittat totam hæreditatem ſibi relictam, an partem duntaxat quam reſtituit.*

22 *Accommodare fidem per ſimplicem pollicitationem, ſufficit, vt fiſcus habeat ius ad relicta incapaci.*

23 *Qua coniectura ad cognoſcendum fidem tacitam reſtituendi bona incapaci.*

24 *Pater habens filium ſpurium, ſi inſtituat [illegible] dem, & hic hæres moriendo relinquat [illegible] dem ſpurium, non præſumitur inſtitutio [illegible] cta in fraudem.*

25 *Bona damnatorum ad capitalem pœnam [illegible] ad mortem ciuilem, an ſint applic[illegible] co, & quibus obligationibus ſucce[illegible]*

26 *Ad quem pertineant bona contrahe[illegible] ceſtas nuptias.*

27 *Reuiſiones ſententiarum, an ſint de reſeruatis ſummo principi, & eas petens quid amittat ſi ſuccumbat, & quando debeant peti, ac negari, vbi latè de reuiſione.*

28 *An princeps poſſit aliquo modo ſibi reſeruata concedere in præiudicium ſucceſſorum, & quid conceſſo mero, & mixto imperio.*

29 *An regalia poſſint præſcribi centenaria præſcriptione, vel tempore immemoriali de iure communi, & quid de iure particulari.*

30 An

19 *An ſupremum ſuprema poteſtatis regia poſſit præſcribi.*

20. [illegible] etiam ex regalibus, vt habetur in lege noſtra *d. tit.* 26. *num.* 23. quidquid relinquitur in teſtamento ſub tacita fide de [illegible] incapaci, in quo euentu ſuccedit fiſcus [illegible] fidem accommodans, hæreditate, ſiue legato priuatur *l. ex facto, §. Iulianus, verſ. reſpondi,* [illegible] *gari, & pupill.* Text. *in l. cum quidam, §. dum* [illegible]*, verſ. tacito, ff. de vſuris,* text. *in l.* [illegible] *in lege falcidia, ff. ad l. falcidiam.* Boſſius *de* [illegible] *de his a quibus, vt indign. num.* 12. *per l.* [illegible] *iure fiſci,* & habetur *in l.* 13. *ad finem, tit.* 7. Gomez *in l.* 9. *Tauri, num.* 21. Peregrin. *de iure fiſci lib.* [illegible] *num.* 1. Quod variis probat; non tamen qui fidem accommodauit, priuabitur omnibus ſibi relictis in teſtamento, ſed iis duntaxat, in quibus accommodauit fidem, & hæc deferet fiſcus, vt decernitur *in l. hæres, qui tacitam, ff. de his quib. vt indign.* & Bartol. *ibi*, & eſt communis doctorum, & Alexand. *in d. l. ex facto*, & conſtat ex lege noſtra *d. num.* 23. ibi, *Aquilloque aſſi he deixado tacitamente.*

Vnde non venit ad fiſcum, quando pater inſtituit ſuum ſpurium palam, & apertè, quia tunc non veniet ſpurio relictum, ſed ad cohæredes ſi pater eos etiam inſtituit, vel ad ſuccedentes ab inteſtato, quando pater ſpurium incapacem inſtituit duntaxat, eo quod nulliter inſtituit, per *l. aufertur ff. de iure fiſci*, & eſt communis opinio, & cenſetur deceſſiſſe ab inteſtato. Secus quando hæres ſcriptus fidem accommodauit de reſtituendo certum quid ſpurio, id duntaxat rapiet fiſcus. Ideo reiicitur Baldi doctrina credentis *in l.* 3. *C. ad l.*

21. *falc. d.* fiſco competere, non ſolum id, quod fuit relictum ſub tacita fide, ſed omnem hæreditatem, quod eſt falſum; neque procedit, niſi quando inſtitutus fidem accommodauit de reſtituenda tota hæreditate. Ita Anton. Peregrin. *lib.* 3. *de iur.* [illegible] *tit.* 19. *num.* 10. Gomez citatur *num.* 22. [illegible] *in d. l. ex facto*, & *ibi*, Iaſon *num.* 2. [illegible] ſequitur. Non enim quis debet puniri [illegible] a menſuram delicti, *l. reſcriptum, ff. de his, quo* [illegible] *indign.* Quin imò etiamſi nó reſtituat [illegible] accommodans ſpurio, ſed penes ſe retinebit [illegible] debentur relicta ſub ea fide fiſco per text. [illegible] *in d. l.* 3. *C. ad falcid.* dicentem non [illegible] andum eſſe relictum quando ſit reſti[illegible], ſed quando hæres rogatus à teſtatore [illegible] conſenſit teſtatori tacitè. ita expo[illegible]

22. [illegible] *l.* 3. & Salic. *ibi.*

[illegible] an ſufficiat ad incurrendam hanc pœnam [illegible] accommodare hæredem tacitam fidem per [illegible] em ſimplicem? Reſpondeo eſſe du[illegible] quando hæres rogatus promiſit, & fidem [illegible] Peregrin. *d. lib.* 3. *tit.* 19. *num.* 14 at [illegible] ponit an ſufficiat ſimplex pollici[illegible] ſufficere ex eo patet, quia vbi pol[illegible] pollicitatio, verè ſ[illegible] ratio[illegible] fit duorum in idem placitum. Quæ eſt definitio pacti, vt ait Vlpianus [illegible] *princip. ff. de pactis, & l.* 3. *ff. de pollicitat.* [illegible] *inquit*, eſt duorum conſenſus, [illegible] Ergo ante acceptationem, tam [illegible] quàm ſimplex pollicitatio non eſt pa[illegible] offerentis promiſſum, poſt acceptationem iam eſt pactum, teſte Panorm. *in cap.* [illegible] *de pact.* quod ſufficit vt hæreditas applicetur fiſco, ſi probetur præceſſiſſe pollicitationem acceptam inter hæredem rogatum, & defunctum de reſtituenda hæreditate incapaci, Bart. *in l. tacitus, ff. de legat.* 1. Gomez *d. l.* 9. *num.* 21.

*Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.*

Non tamen erit ſufficiens probatio ad demonſtrandum, hæredem fidem accómodaſſe defuncto, ſi poſtea moriens inſtituat hæredem ſpurium teſtatoris in bonis ſibi ab eius patre relictis, quia ex hac coniectura non poteſt plenè probari fraus interueniſſe. Ita Iul. Clarus *lib.* 3. *in §. teſtamentum, quæſt.* 51. *verſ. ſed pone.* Niſi hæres paſſus fuerit, dum viueret, ſpurium bona patris adminiſtrare. Ita Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib.* 10 *tit.* 4. *a num.* 9. quia in hoc caſu poterit fiſcus auferre bona ab ſpurio, & hæres inſtitutus ad petitionem fiſci poteſt interrogari à iudice an tacitam fidem defuncto accommodauerit de reſtituenda hæreditate, teneturque reſpondere huic poſitioni. Ita Ludouic Bologn. *in conſ.* 24. *num.* 5 & Mandel. Alba *in conſ.* 42. poſt Bartol. *in l. vlt.* *num.* 10. *ff. de his, quibus vt indign.* cùm ſit ſuffi- 23.
ciens coniectura ad præſumendum interpoſitam fuiſſe tacitam fidé reſtituendi filio teſtatoris, ſicut eſt coniectura ſufficiens ad cogitandum de tacita fide, quando teſtator in teſtamento nihil reliquit ſuis ſpuriis, cùm ſaltem loco alimentorum poſſet aliquid legare, cùm iure naturali, nemo filios ſuos odio habere ſoleat, *cap. non exiſtimemus,* 15. *quæſt.* 1. Vnde ex hac obliuione suboritur maxima fraudis ſuſpicio, quamuis non ſit ſufficiens, vt hæreditas applicetur fiſco, niſi aliæ coniecturæ accedant. Bartol. *in l. Lucius Titius, §. in teſtamento, num.* 1 *ff. de legat.* 1.

24. Quando verò pater habens filias ſpurias, ſeu filios, inſtituit hæredem extraneum, & is moriendo inſtituat hæredes filias ſpurias teſtatoris, non eſt coniectura ſufficiens, quòd hæres accommodauerit tacitè fidem reſtituendi. Ita Bartol. *in d. l. Lucius Titius,* & Bald. *conſ.* 91. *in princip. vol.* 1. niſi aliunde probetur. Proinde poſſunt filiæ retinere ſibi relicta ab hærede patris, qui non cenſetur promiſiſſe, nec fuiſſe tacitus rogatus. Imò quamuis rogatus promiſiſſet reſtituere, non tenetur ſtare promiſſis in foro conſcientiæ, vt contra Bartol. *in l. vltim. num.* 9 *ff. de his, quibus, vt indign.* reſoluit Couar. *in epitom.* 1. *part. cap.* 8. *§.* 5. *num.* 5. quia promiſſio à lege reprobatur, & non obligat ſecundum legem, *non dubium, C. de legibus, & l. iuriſgentium, §. prætor ait, & §. generaliter, ff. de pactis.* Item, quia in pœnam hæreditas applicatur fiſco *l.* 1. *C. de his, quibus, vt indign.* Pœna verò non procedit in foro conſcientiæ ante ſententiam, ergo poteſt retinere hæres ſecundùm gloſſam *in cap. fraternitas, in verbo, cum augmento, ad finem* 12. *quæſt.* 2 quam magni æſtimant ſcribentes *cap.* 1. *de conſtitutionib.* Abbas *ibi, num* 10. & Felin. *num.* 52. Sequitur Bernard. Dias *in praxi, cap.* 58. cùm ſit verè hæres; & interim dominium habet donec priuetur per ſententiam, pro quo conſideratur text. *l. ſi Titio, & ei, qui capere non poteſt ff. de legat.* 2. iuxta mentem Bartoli, qui loquitur non de incapaci, ſed de indigno, qui de facto ſibi non capit, ſed fiſco; & quamuis ex Soto *lib.* 4. *de iuſtit. quæſt.* 5. *art.* 1. *col. final.* accommodans fidem, teneatur in conſcientia reſtituere venientibus ab inteſtato, quod etiam tradit Rojas *in epit. d. c.* 20. *num.* 151. Oppoſitum eſt verius, non teneri ſcilicet donec priuetur per ſententiam. Qua de re agimus *part.* 3. *Oeconomia, lib.* 1. *diſp.* 1 *§.* 4. *a n.* 147. *vſque ad num.* 155. *§.* 5.

Cuinam fiſco quæres ſint applicanda bona, quando fidem accommodans tacitam eſt clericus? Reſpondeo eſſe reddenda fiſco Eccleſiaſtico, ſiue teſtator ſit laicus, ſiue Eccleſiaſticus, quia conſideratur perſona, quæ præſtitit fidem tacitam reſtituendi. Secus dicendum ſi rogatus ſit laicus, tunc bona debent applicari fiſco regali. Ratio, quia hæc culpa eſt commiſſa ab hærede accommodante fidem, ſed hæres eſt puniendus in ſuo foro, ergo pœna eſt applicanda fiſco ſuæ iuriſdictionis; ideo ſi eſt clericus, fiſco Eccleſiaſtico competit mulcta clerico impoſita, ſæculari verò fiſco mulcta in pœnam commiſſi delicti ſtatuta; cùm delinquens ſit ſæcularis, ita Ancharranus *regul. ea quæ, num 26. de regulis iuris in 6.* Gregorius Lopez *in l. 13. tit. 2. part. 6. gloſſ. vltim. ad finem,* Nauar. *conſ. 8. lib. 3. de teſtament.* Text. *in Authen. de Eccleſiaſt. titul. §. interdicimus, collat. 9.* Anton. Gomez *in l. 9. Tauri, num. 29.*

Idem dicendum eſt de clericis in minoribus, incedentibus in habitu, & tonſura iuxta formam Concilij Tridentini *ſeſſ. 23. cap. 6. de reformat.* & à fortiori ſi ſit beneficiatus, quia gaudent omnes vtroque priuilegio tam canonis, quam fori, vt conſtat ex l. Luſiana *lib. 2. tit. 1. §. 4. verſ. ſaluo nos caſos crimes,* & apud Caſtellanos *in l. 2. tit. 4. lib. 1. noua collect.* vbi habetur hos clericos vti priuilegio fori in cauſis criminalibus, ſiue criminaliter, ſiue ciuiliter intententur; quod etiam eſt de iure validum, teſte Couar. *practic. cap. 32. num. 1.* Gonçal. Suarez *in ſua praxi 2. tom. prælud. 2. num. 7.* & alij, quos refert Boſſius *de delictis, tit. de foro compet. num. 134.* Cùm ergo clerici, ſeu beneficiati tacitam fidem accommodantes criminaliter delinquant, & criminaliter conueniantur a fiſco, bona competunt fiſco Eccleſiaſtico, quia cauſa criminalis eſt ſecundùm gloſſ. *verb. certum, in l. 3. ff. de ſepulchro violat.* Idem Suarez *in praxi, in annot. 1. de iudicio.*

Secus ſi ſint clerici in minoribus duntaxat, nec deferant habitum clericalem, nec tonſuram tempore datæ fidei, & ſucceſſionis delatæ, quia tunc ſuccedet fiſcus ſæcularis in iis bonis, quamuis poſtea mutato habitu ſæculari aſſumant veſtes clericales, & tonſuram, cùm attendatur ad tempus fidei accommodatæ, & ſucceſſionis delatæ, quo tempore fuit commiſſum delictum. Ita Farinac. *lib. 1. quæſt. 8 num. 108* poſt Bartol. *in l. 1. ff. de pœnis.*

Diximus ſuprà relicta ſpurio à patre clerico, ſub tacita fide præſtita deuolui ad fiſcum Eccleſiaſticum. Quæritur modò, an nomine fiſci Eccleſiaſtici veniat fiſcus ſedis Apoſtolicæ. Reſpondeo ex conſtitutione Pij V. incipit, *quæ ordini,* edita Calend. Februar. anno 1571. cuius meminit Nauar. *de ſpol. clericor. §. vltim. num. 6. ad finem, notab. 4.* pertinere hoc modo relicta ſpuriis, exceptis bonis feudalibus, vel emphyteuticis, ad Cameram Sedis Apoſtolicæ, & quamuis Nauar. & Molin. *d. diſp. 169. verſ. dubium. quid ſi duo.* dicant non eſſe hanc conſtitutionem in praxi receptam, etiam in Hiſpania, ſecundùm illam fuit iudicatum in hoc regno in cauſa coram Decio Carrafa Collectore, ac Nuntio Apoſtolico ventilata, contra Decanum, & alterum canonicum hæredes Gondiſali do Rocha Archidiaconi de Oliueira, & ſimul canonici in Eccleſia Portugalenſi, qui probata fraude condemnati ſunt in priuatione bonorum ab Archidiacono, Decano, & canonico relictorum, & de facto fiſcus ſedis Apoſtolicæ ea bona occupauit, teſte D. Thom. *alleg. 33. n. 14.*

Pete an pertineant ad regalia, ſeu fiſcum regium bona damnatorum? Reſpondeo pertinere 15
aliquando, vt conſtat ex *cap. 1. quæ ſint regalia. in l. vltim. C. de bonis damnatorum,* & in Nouella 134. *de vicariis, ſeu locum tenentibus.* Sequitur Iaſon *conſ. 46. col. 2. lib. 3.* & traditur in l. noſtra *d. tit. 26.* ibi, *bona damnatorum, tam mobilia, quam immobilia, in quibus criminoſi condemnantur, etiam quamuis fiſco non ſint adiudicata, dummodo alicui loco non applicentur;* & §. 19. vbi bona, quæ auferuntur ab indigno, addicuntur regalibus. Item bona delinquentium contra diuinam, ſeu humanam maieſtatem, quorum meminit lex noſtra citata §. 21. Denique §. 28. applicantur regalibus bona damnatorum, vel ad pœnam capitalem, vel ad amiſſionem ſtatus, ſeu libertatis, dummodo careant aſcendentibus, ſeu deſcendentibus vſque ad tertium gradum.

Dubitatur, an fiſcus ſuccedens in bonis damnati ad mortem, & confiſcationem bonorum habeat locum in quæſitis poſt condemnationem. Pars negans placet, quia damnatus ad mortem cùm ſit ſeruus pœnæ, reputatur mortuus, & eſt ſeruus fiſci, ideo non poteſt acquirere teſtamento. Proinde pro ſcripto non habetur, ſi quid illi relinquatur, vt traditur *in l. in metallum, ff. his, quæ pro non ſcript. habent.* cùm damnati inſtitutio, ſeu ſucceſſio ſit caduca, & inanis, per text. *in l. quidam ſunt ſerui, ff. de pœnis,* ibi, *ſi quid eis teſtamento datum fuerit, pro non ſcripto eſt, quaſi non Cæſaris ſeruo datum, ſed pœnæ,* & ibi DD. & ſcribentes communiter. Ita Ciſuentes *in l. … Tauri,* quem refert Gomez *ibi, num. 6. ad finem.* Vnde talia ſic relicta remeabunt ad reliquos cohæredes teſtatoris, vel ad eius coniunctos, ſuccedentes ab inteſtato, vt *in l. vnica, §. in primo, itaque … §. ſecundo, C. de caduc. tollend.* quod procedit quando legatum fuit relictum, vel poſt condemnationem, vel ante condemnationem, defuncto tamen teſtatore poſt eam, in quibus euentibus damnato pro non ſcriptis cenſentur, ac caduca putantur, vt habetur *in d. l. vnic. §. ea etenim.*

Vnde tanquam certum tenendum eſt quando bona ipſo iure publicantur alicuius damnati ſola præſentia, non verò futura compre… di. Ita Iaſon *in l. ſi ſtipulatus fuerim, §. cum … pulamur, num. 7. ff. de verbor. obligationib.* … lius Clarus *§. final. lib. 5. quæſt. 78. num. 24.* … bed. *2. part. deciſion. 57. num. 4. & num.* … confiſcatis bonis filij, deinde patre poſte… ſtato decedente, non poſſe fiſcum occupare … na paterna; ſicque fuiſſe iudicatum in fauorem filiorum condemnatorum anno 1583. a … Luſitano. Quod conſtat ex *l. ſi mandauero … eius, ff. mandati,* ibi, *publicatis bonis quæ … ſtea acquiruntur, non ſequitur fiſcum,* & traditur … *eius, qui 8 §. 1. ff. de teſtamentis,* quæ ſic ait, *bona … que, quæ tunc habuit, cum damnaretur, publicabuntur.*

Sed quid dicendum, an ſint publicanda bona relicta a teſtatore ſub conditione damnato, ſi tempore condemnationis nondum extabat conditio? Negant aliqui, quia non confiſcantur niſi præſentia bona condemnati, conditionalia verò, quando impletur conditio poſt publicationem, non dicuntur præſentia, ſed futura, ita Nellus *de bannit. 1 part. … temporis, num. 31* Bald. *in l. qualiter, §. ſed in fine ff. de donat.* & ibi Angel. *num. 4.* quod eſt certum ſine dubio

quando

[illegible] quod rel[illegible] nquitur ſub conditione, ve- [illegible] ma v[illegible] ntate, vbi non attenditur tem- [illegible] na ſunt relicta, ſed quando imple- [illegible] atque poſt condemnationem con- [illegible] eſt effectum; ergo non eſt locus fiſ- [illegible] modi bonis, cum reputentur bona [illegible] Azor *tom. 1. lib. 5. cap. 7. quæſt. 8. verſ. iura conditionalia*, Farinacius *in ſua pra-* [illegible] *edi ion. tom. 1. part. 1. tit. de delictis, &* [illegible] *5. num. 143. & ſequentib.* Peregrinus *lib. 5 tit. 1. num. 132.* Simanc. *de ca-* [illegible] *tit 9. num* 2. dicentes iura conditio- [illegible] tima voluntate pendentia, ſi condi- [illegible] ur poſt condemnationem, ad fiſcum non pertinere. per *l 1. § ſunt autem aliqui, C. de caduc.* [illegible] *l. 1. § ſerui, ff. ad Syllan. in l. ſi cum* [illegible] *quando dies legati, l. intercidit. ff. de* [illegible] *demonſtrat.* Quemada *in ſuis quæſtionib.* [illegible] *, quæſt. 1* . Anton. Gomez *in l. 4. Tauri,* [illegible] id de more ſuo variis iuribus probat. [illegible] ccedunt Barboſ. *in l. ſi conſtante, §. final.* [illegible] *nu. maxim.* Vaſquez *1. 2. quæſt. 96. art. 5.* [illegible] *ap 1. num. 7.* Menoch. *conſ. 1*[illegible] *num. 25.* & [illegible] *ſ. 18. num. 337. vol. 1.*

[illegible] ſequitur omnia bona ante condem- [illegible] tem acquiſita ſequi fiſcum, quando condi- [illegible] enit ante condemnationem, vnde hæreti- [illegible], cuius bona ipſo iure publicantur, ſi ali- [illegible] ſt tuit hæredem ſub conditione, & con- [illegible] tirit ante ſententiam, bona relicta tranſ- [illegible] ad fiſcum, quia in teſtamento conditio con- [illegible] atur quoad acquirendum ſecundum tem- [illegible] quo ipſa fuit impleta. Secus ſi eueniat poſt condemnationem, tunc non publicantur bona, [illegible] m cenſeantur futura.

Quin potius ſecundùm probabiliorem ſenten- [illegible], bona hæretici, ea ſolum publicantur, quæ [illegible] hæreſim habuit, & quæ in ea perſeuerans [illegible] t, non tamen acquiſita, poſtquam de- [illegible] ſtauit, [illegible] poſtquam hæreticus ad fidem [illegible] rea iam hæreſi. Quod de Sodomita tra- [illegible] Ferrand. *in l. 4. Tauri, num. 48.* poſſe [illegible] *ere* poſt delictum & acquiſita vſque [illegible] nationem non eſſe publicanda, cum [illegible] futura, nec veniant in confiſcationem; Pelaes *de maiorata 1. part. quæſt. 1. n. 107. in* [illegible] *noua editione, cap. 86. verſ. illud au-* [illegible] de hæretico docent Mariengo *lib. 5. re-* [illegible] *l. 1 gloſſ. 7. num. 6.* & Baiardus *addi-* *ad Iul. Clar. in praxi lib. 5. §. hæreſis, n. 19.* [illegible] *num. 212.* tum vtriuſque bona ipſo [illegible] centur.

[illegible] donec hæreticus reſipiſcat, acquiſita fiſ- [illegible] ſeceſſe poſtea acquiſita etiam ante ſen- [illegible] nis declaratoriam, vbi primum hæ- [illegible] t, vt bene notat Angel. *in l. quoties de* [illegible] per hæc verba, *quoties, in-* [illegible] *bent bona delinquentis, intelligi-* [illegible] *habebat tempore delicti.* Ex quo le- [illegible] ſſe [illegible] tempus iam delicti, quando hæ- [illegible] ſtit, ſed iam abolita eſt, & conſe- [illegible] acquiſita cenſeri bona futura. Ita [illegible] *maieſtatis, quæſt.* [illegible] *ad finem,* [illegible] *d. ſua praxi, d. tit. de delictis, &* [illegible] *quæſt. 25. num. 144.* Sanchez *lib. 2.* [illegible] *4. num. 1*[illegible] *& num. 4*[illegible] vbi ait etiam [illegible] ientiæ hæreticum eſſe capacem ac- [illegible], quo reſipuit & ad fidem rediit, [illegible] rps acquiſita pertinere ad fiſcum, [illegible] hæreticus. Secus ſi ſit apoſtata [illegible] *goſi Regim Chriſt. Reipubl,* per *l. 5. tit. 25. part. 7.* & ibi Gregor. Lopez *verbo, ſe arrepienta,* vbi ait apoſtatam etiamſi reſipiſcat, & hæreſim fateatur, adhuc eſſe incapacem ac- quirendi, donec ad reconciliationem admitta- tur per dominos Inquiſitores, cum apoſtatæ cri- men ſit longè grauius, quàm hæretici ſimplicis. Hæc ille.

Quoad bona Indignorum dicendum eſt ea ab iis ablata regulariter applicari fiſco de iure com- muni, numerarique inter regalia *d. tit. 26. iuris noſtri, §. 19.* Nomine verò indignorum veniunt committentes crimen, tam in vita, quàm poſt mortem contra teſtatorem inſtituentem eos hæ- redes, ſeu lacerantes eius famam. Item occiden- tes vxorem, aut liberos teſtatoris, per *l. his con- ſequenter, §. 1. ff. famil. erciſc.* iuxta Nicol. de Mate, & reliqui comprehenſi in toto titulo, *ff. de his, quibus, vt indign.*

Indignitatem tamen nemo poteſt opponere iuri fiſcus, quia opponeret de iure tertij. Gloſſ. ſingularis *in d. l. his conſequenter, §. 1. in verbo, non pertinere,* Bartol. *in l. vltim. ff. pro hered.* Aucha- ranus *conſ. 275. circa finem, verſ. ex quo ſequitur.* Bald. *in l. ex facto, §.* *Luc. Longinus, de vulgar. & pupill. ſubſtit*; & alij, quos ſequitur Couar. *de ſpon- ſal. in 2. part. cap. 6. §. 8. num. 28.*

Non præſumitur tamen quis indignus, niſi probetur, *l. cum pater, §. rogo, de legat. 2. l. ab ea parte, ff. de probatio.* Roman. *conſ. 185. num. 7.* Bald. *in l 1 C. de hered. inſtit.* Vnde indigni ex- cluduntur à beneficio teſtatoris, vt notatur *in l. fideicommiſſum de fideicommiſſis*, & tradit Bald. *in l. id, quod pauperibus, C. de Epiſcop. & cle- ric. num. 34.* Vnde omnis qui offendit teſtato- rem, ſiue ante, ſiue poſt mortem, ſi hæres fiat, hæreditate eſt indignus, nempe maritus qui mor- tem necatæ vxoris non defendit, priuatur dote, *l. ei qui, ff. de his, quibus, vt indign. & l. 1. ff. eodem*; ſecundum quam efficitur indignus hæ- reditate hæres occiſi, cuius mortem non vin- dicat.

Sicut etiam fit indignus, qui aliquem prohi- buit teſtari, vel coëgit per vim, aut metum te- ſtamentum factum mutare, text. *in l. 1. ff. ſi quis aliquem teſtari prohibuit*; is enim cenſetur indi- gnus, vt capiat ex teſtamento, vel ſuccedat ab inteſtato, & quidquid hoc modo acquirit, com- petit fiſco per *d. l. 1. §. ſi quis aliquem teſtari pro- hibuit*, qui textus loquitur de capiente ex teſta- mento, cum gloſſ. *in l. hereditas, C. de his, qui- bus vt indign.* & expreſſiùs textus *in l. Lucius, ff. de iure fiſci*; & de inteſtato agit gloſſ. & *ibi* tex- tus *in d. l. 1. ff. ſi quis aliquem tacita.* Imò ſi lega- tarius ſurripiat teſtamentum, tanquam indignus legato excluditur *l. ſi legatarius*, & *ibi* Paulus Caſtrenſ. *in ſumm. C. de legat.* quem ſequitur Man- tica *de coniectur. vltim. volunt. lib. 12. tit. 5. num. vltim.* Vide pro hac materia Benedictum *in cap. Raynut. verbo, condidit 2. fol. 145. à num. 13. vſque ad num. 26.*

Ex dictis infertur ſi quis inſtituat maioriam cum clauſula, quòd ſi ſucceſſor in ea crimen committat propter quod ſit dignus priuatione il- lius, confeſtim in foro conſcientiæ non poſſit eam retinere, ſed tranſeat ad ſequentem ſucceſ- ſorem, habere locum, ſi frater inſtituentis ha- beat rem cum vxore ipſiuſmet inſtituentis. Ita notatur *in l. fideicommiſſum, ff. de fideicommiſſis*: vbi excluditur, tanquam indignus, à beneficio teſtatoris, propter iniuriam inſtitutori ab eiuſdem

maioratus ſucceſſore illatam, textus expreſſus *in l.1. ff. de his, quibus vt indign.* vbi cum patronum ſuum poſt mortem, quaſi illicitæ mercis negotiatorem detulerat. Idem probat text. *in l. hæreditatem, ff. eodem, & in l.1. & in l. ſi ea quæſtio, C. eod.* vbi probatur perdere legatum, qui fuit ingratus, contra legantem etiam poſt mortem illius. Idem ipſum probat Guilielm. *in cap. Raym. verbo, condidit, el 2. de teſtam. num.* 13. Barbat. *conſ.* 20. *ſcribitur præclare, lib.*1. dicens rodentem famam teſtatoris, qui illum fecit hæredem, tanquam indignum ab hæreditate eſſe excludendum. Mantica *de coniectur. vltim. lib.*6. *tit.*10. *num.*8. id extendit ad habentem rem cum matre, vel ſorore ipſius teſtatoris; ſequitur ex gloſſ. *in l. ſororem, C. de his, quibus vt indign. verbo, indignum,* tradente, ſi legatarius, ſeu fideicommiſſarius iniuriam turpem defuncto irroget, perdere legatum, fiſcoque eſſe locum, quam gloſſ. probat Bartol. *ibi, & in l. fideicommiſſ.* vbi gloſſ. *C. de fideicommiſſ.* Molin. *lib.*1. *de primog. cap.* 9. *num.*43. *vſque ad num.*49. vbi multis iuribus doctoribuſque citatis hanc ſententiam tuetur.

Nec refert ſi dicas delinquentem contra fratrem fuiſſe inſtitutum ſucceſſorem in maioria, & ſimul hæredem in teſtamento, hæredisque inſtitutionem non reuocari ex cauſa ingratitudinis ſuperueniente, *l. ex parte, ff. de adimendis legatis*; gloſſ. *in l.*3. *§. fin. in verbo, nuda, ff. eodem.* quia ex Bartolo oppoſitum eſt verius, *in d. l. ex parte*, dicente reuocari inſtitutionem ex inimicitiis culpa hæredis procedentibus. Item quia hæres inſtitutus, etiam excludi poteſt, quando cauſa ſuperueniens reddit indignum hæredem, qualis eſt in noſtro caſu, in quo hæreditas, & ſucceſſio, tanquam ab indigno poteſt auferri, text. *in Authent. ſi captiui, C. de Epiſcop. & cleric. & in Authen. liberi, C. de Epiſcopali audien.* Guilielm. *vbi ſupra, num.*10. Ripa *in l. final. C. de reuocand. donat. quæſt.*46. *num.*155. Molin. *vbi ſupra, num.*24.

Similiter ſi pater occidat teſtatorem, qui filios eius hæredes inſtituerat, filij non ſuccedunt occiſo, nec poſſunt hæreditatem capere per *l. cum ratio, §. final. ff. de bonis damnatorum*; ſequitur Ruin. *conſ.* 129. *num.* 1. *lib.* 2. ſed fiſcus auferet, Alberic. *in tract. ſtatuto, lib.* 3. *quæſt.* 28. & eſt communis teſte Boërio *deciſ.*25. *num.*8. *& n.*17. atque ita ait fuiſſe iudicatum; ſequitur Iul. Clarus *lib.*5. *§. homicidium, num.*22. contra Bald. *in l. ſi quis inceſti, num.*4. *C. de inceſtis nupt.* dicentem ſi filius occidat patrem, nepotes, qui ſunt filij occiſoris, auo poſſe ſuccedere. Sed in contrarium eſt magis communis Iulij opinio negans poſſe auo ſuccedere, *d. num.* 22. ſubſcribunt Palat. *in repet. rubric. §.*70. *num.*16. & Anton. Gomez *tom.*3. *de delictis, cap.* 3. *num.*52. *ver. ſimiliter iſte caſus*, vbi ait filios occiſoris non poſſe ſuccedere occiſo, ſicut non poteſt occiſor ſuccedere, ne per indirectum hæreditas acquiratur homicidæ, quod reſoluit Gandin. *in tract. malef. in rubric. de multis quæſtio. extrauagantibus, col. vlt.* poſt Hypolitum *conſ.*93. *num.* 1. & alios quibus adhæret Gomez.

Hæc opinio eſt ſatis probabilis, ſecundùm quam occiſor non poteſt ſuccedere hæredi occiſi in iis bonis, quæ venerunt ad hæredem ex perſona defuncti; ſed ea bona fiſcus auferet. Ita Gomez *d. num.*52. & alij relati per Pelaez *de maioratu* 2. *part. quæſt.* 4. *illat.* 1. *num.* 18. & Guilielm. *in cap. Raym. verbo, mortuo itaque,* 1. *num.* 33 ex eo, quia ſuccedens hæredi defuncti iudicatur ſuccedere defuncto. Quod etiam probat Gomez, tanquam probabile *in l.* 11. *Tauri, a num.*13. per text. *in l. Lucius, ff. de iure fiſci, in gloſſ. final. in fine*, quam Bartol. *ibi* effert, Lege Gomez *num.* 4. quia quamuis bona defuncti poſtquam perueniunt ad manus hæredis, non cenſeantur bona defuncti, ſed hæredis inſtituti; nihilominus tanquam ab indigno ſucceſſione fiſcus aufert.

Probabilius tamen puto occiſorem non occiſo, ſed bene hæredi occiſi poſſe ſuccedere, etiam in bonis, quæ à defuncto occiſo ſine culpa hæredis ad hæredem peruenerunt, per *l. qui Titij, de his, quibus vt indign.* probatur ex *l. final. in principio, ff. de legat.*3. vbi filius à patre ex cauſa iuſta exhæredatus, eſt capax ſuccedendi hæredi patris etiam in bonis, quæ procedunt ab patre, quia ea bona, poſtquam poſſidentur a [illegible]tre, cui exhæredatus ſuccedit, non cenſentur [illegible]na patris defuncti, ſed bona filiorum, quibus ſuccedit ex teſtamento, vel ab inteſtato exh[illegible]datus, per text. *in l. eius, qui in prouincia, ff. ſi certum petatur, & l. final. C. de inoffic. teſtamento*, pro quo facit *l. penult. §. ſi hæres eodem.*

Confirmatur argumento ſpurij ſuſcepti ex copula nefaria, qui non poteſt ſuccedere patri, non tamen prohibetur ſuccedere fratribus, ſeu extraneis, penes quos manet hæreditas paterna, *l. vnum ex familia, in principio, num.*28. *ff. de legat.*2. Anton. Gomez *in l.*9. *Tauri, num.*28. & *in l.* 22. *num.* 13 *verſ. quia bene poterit.* Viuente tamen filio occiſoris hærede inſtituto, & ſub patria poteſtate exiſtente, pater non ſuccedit in vſufructum bonorum aduentitiorum filij inculpati, ſed ex[illegible]piet, ſecundùm aliquos, bona aduentitia, quoad proprietatem, & quod vſumfructum, vt colligitur ex *l. poſt legatum* 5. *§. ſi pater, ff. de his, quibus, vt indign.* nec tenetur accuſare patrem occiſorem, argumento *l. ſi adulterium, §. liberto, ff. ad l. Iul. de adulterijs.* Albericus *in rubric. ad finem, C. de quibus vt indign.* Iaſon *in l.*1. *num.*4. *Cod. eod.* Boër. *deciſ.*25. *num.*3. & à fortiori ſuccedunt filij occiſoris ſecundùm hanc partem ſi pater renunciet iuri fruendi vſufructu, quod poteſt facere *l. cum oportet, §. ſin autem res, C. de bonis, quæ liber.* Idem ſi pater ſit mortuus, vel filius emancipatus ſeu coniugatus, tunc poteſt ſuccedere in bonis occiſi à patre abſque culpa propria. Ita Angel. *in l. adoptiuum, §. patronum, ff. de in ius vocand. num.* quem ſequitur Gomez *in dict. cap.*3. *num.*5[illegible] *finem.*

Quæ doctrina placet, quando filius eſt innocens, & teſtator eo iudicio fuit occiſus, præſertim in foro conſcientiæ, in quo poteſt filius retinere bona ſibi relicta ab occiſo, donec ſibi auferantur per ſententiam. nec obſtat Antonius Roſella *de ſucceſſionib. num.*179. *apud* 8. *tom. Oceani iuris, ex antiquis, folio* 245. *§. ſed ſi pater interfeciſſet.* probans latè non poſſe filium ſuccedere occiſo à patre, ne ex delicto patris filius fiat ditior, *l. cum ratio, in fine, ff. de bonis damnatorum*, quia, *l. cum ratio, ff. de bonis damnatorum*, & ſimiles, *ff. quibus, vt indign.* ſunt pœnales, & non habent locum in foro conſcientiæ ante ſententiam, niſi lex manifeſtiſſimis verbis hoc declaret, quod poteſt facere; non tamen ſunt verba declaratoria ſufficientia ipſo iure, vel ipſo facto. Ideo ante iudicis

[illegible] ntiam [illegible] non tenentur teſtituere
[illegible] qu bus p[illegible]antur ipſo iure. Ita Caie
[illegible] 2. art 3. ad finem, Victoria relect. 1.
[illegible] num 14. Couar. in 4. decretal. 2.
[illegible] 8. num. 1[illegible], Sotus lib. 1. de iuſt. quæſt. 6.
[illegible] 1. Azor tom. 1. lib. 5. cap. [illegible] quæſ. 1. & 3.
[illegible] ap. 12. quæſ. 3. Henriquez lib. 13. de ex-
[illegible] tone, ap. 36. num. 1. & alij quos ſequi-
[illegible] lib. 2. Decalogi, cap. 22. num. 7. vbi, hanc
[illegible] ur, tanquam multò probabiliorem,
[illegible] etiam poſt ſententiam non teneri
[illegible] bona offerre fiſco, ſed tantùm pati,
[illegible], vt bona exigantur. Leſſius lib. 2.
cap. [illegible] num. 61. & Spino gloſſ. 16. num. 48.
[illegible] poteſt, an quando occiſus decedit in-
[illegible] ſor eſt proximior in gradu occiſo?
[illegible] hæreditatem applicari fiſco per text.
in l. [illegible] is, §. vlt. ff. de bonis damnatorum; & ibi
Ba[illegible] nal. ff. [illegible] quis aliquem teſtari prohib.
P[illegible] C[illegible]m in l. ſi ab hoſtibus, §. 1. ff. ſolut. ma-
tri[illegible] R[illegible] an [illegible]. § ſi quis aliquem teſtar. prohib.
[illegible] in l. [illegible]m quam, C. de fideicommiſſ. [illegible], col. 3.
[illegible] hæreditas, C. de his, quibus vt in-
d[illegible] Qu[illegible] ſint alij cohæredes æquales in co-
d[illegible] nt qui dicant portionem occiſo-
[illegible] applicandam fiſco, ſed accreſcere aliis
[illegible] ab inteſtato ſuccedentibus, quia de-
[illegible] hæredi non debet nocere ains co-
[illegible] gitimi. Ita Bartol. in l. final. §. final. ff.
[illegible] damnatorum, & ibi Alberic. Guillielm. in
p. R[illegible] ae. in verbo, condidit, 2. de teſtamentis,
4. [illegible] in [illegible] editas, C. de his, quibus
[illegible] & ibi Sali[illegible] opinantur portionem oc-
[illegible] applicandam eſſe [illegible] co, ſiue cohæredes ſint
[illegible] radu, aut diſpari; ratio, quia indignitas
[illegible] reddit illum incapacem ſuccedendi, &
no[illegible] debet remanere impunita. Punitur et-
[illegible] a eiuſdem portione fiſco. Sequitur
[illegible] a. hæreditas. col. [illegible]. quam ſententiam,
[illegible] iorem tradit Gomez tom. 3. cap. 3. de
[illegible] 1. dummodo te vera ſit occiſus.
[illegible] icendum, quando fuit vulneratus, &
[illegible] s conficiendi teſtamentum, ſeu mu-
[illegible] ctum [illegible] nec tamen fecit, nec mutauit,
[illegible] eodem vulnere occubuit? Gomez
proxime [illegible] docet occiſorem non priuari
[illegible] ſententia Baldi, & Saliceti, in d. l. ha-
bes, quibus vt indign. quibus adhæret
[illegible] cap. per veſtras, de donat. inter vir. &

[illegible] tamen eſt, occiſorem non poſſe ca-
[illegible] ſi [illegible] niſi aliunde expreſſa voluntas
[illegible], per l. Lucius, ff. de iure fiſci, & l. ſi
[illegible] quibus vt indign. quæ abſolutè oc-
[illegible] hæredi[illegible] te, tanquam indignum; &
[illegible] quòd ex eo vulnere occubuerit.
[illegible] pie, quam iuſtè Bald. in d. hære-
[illegible] l. ſi [illegible] ab hoſtibus, § [illegible] ſolut. ma-
[illegible] tene[illegible] ant occiſore[illegible] ſuccedere, ſi
[illegible] & [illegible] poſtea, occiſus habuit tem-
[illegible] men[illegible], nec mutauit [illegible] quibus
[illegible] le delict[illegible]. ap. 3. num. 51. ad fi-
[illegible] c iuſtiùs Cabed. [illegible] part. deciſ. 58.
[illegible] l. [illegible] num. ff. de his, quibus vt
[illegible] ære [illegible] tate eſt indignum, non
[illegible] t potuerit reuocare teſtamen-
[illegible] tus [illegible] neque alterum condidit,
[illegible] nu[illegible] ex quo obiit, vt maritus pri-
[illegible] qua hæres erat inſtitutus, &
[illegible] hæreditas relicta, cui reſolutio-
ni eſt contrarius Benedict. in cap. Raynut. verbo, condidit, 2. num. 12. ex quo non reperitur exhæredatus, nec teſtamentum mutauit, ſed adhuc puto auferendam hæreditatem, tanquam ab indigno, per gloſſ. in l. ſororem, C. de his, quibus, vt indign. & gloſſ. in l. fideicommiſſum, C. de fideicommiſſ. niſi aliunde conſtet noluiſſe vxorem mutare voluntatem, Cabed. ſuprà.

Ad hæc quæri etiam poteſt, quando fiſcus ſuccedit in bonis relictis alicui incapaci, teneatur ſoluere onera à teſtatore impoſita? Negat Caſtrenſ. in l. eam, quam, & ibi Iaſon num. 13. C. de fideicommiſſ. ex eo fundamento, quòd fiſcus non ſuccedat tanquam hæres. Pars tamen affirmans eſt certa, quam Bald. & Alberic. tenent in d. l. eam, quam, per text. in l. quidam teſtamento, §. quoties delegat. 1. Corneus in l. vnica, §. fin. C. de cadue. tollend. Quod procedit, quando fiſcus ſuccedit in bonis vniuerſaliter; contra tamen, quando ſuccedit particulariter in aliqua parte, nimirum ſi ſuccedat in parte relicta, ſub tacita fide de reſtituendo ſpurio incapaci; quia æs alienum non obligat particularem, ſed vniuerſalem ſucceſſorem. Bartol. in l. res, quæ, §. eos, quæ ff. de iure fiſci, per l. 1. §. ſi hæres, ff. ad Trebell. Bald. & Angel. in l. ſi conſtante, §. final. ff. ſolut. matrimon. Idem dicas, quando fiſcus ſuccedit in bonis vacantibus, etiam ſi non ſuccedat vt hæres; dummodo ſuccedat vniuerſaliter, tenetur ad onera per teſtatorem relicta, vt poſt alios tradit Spino in ſpeculo, gloſſ. 33. num. 15. Quod ſi incapax non adiuit hæreditatem, credit Bartol. in d. l. eam, quam, non valere legata; ſequitur Angel. in l. recuſare, §. ſi fiſco, ff. ad Trebell. Sed meliùs Bald. cum Gloſſ. C. de fideicommiſſ. credit valere: quæ ſententia placet in fauorem legatariorum, quia quamuis fiſcus non ſit propriè hæres, nec repræſentet perſonam condemnati, habetur tamen loco hæredis, & eſt propriè vniuerſalis bonorum condemnati ſucceſſor. Ita Barboſ. l. ſi conſtante, §. final. num. [illegible] ff. ſolut. matrim. & Boſſius in praxi, tit. de bonorum publicatione, num. 13. Ergo tenetur præſtare omnia, & ſoluere debita, ſicut damnatus, vt etiam expreſsè habetur in l. ſi tutor Reipublicæ, ad finem, ff. de tutelis, & rationibus diſtrahend. in qua probatur, fiſcum teneri reddere rationem, & reliqua ſubire, ſi tutor, ſeu curator fuerint confiſcati Simanch. de bonis hæreticor. tit. 9. num. 123. Vaſquez 1. 2. quæſt. 96. art. 5. diſp. 169. cap. 2. num. 21. Quod adeo verum eſt, vt publicatis bonis alicuius delinquentis, & in fiſcum tranſlatis, onera omnia ita ſequantur fiſcum, vt nulla actio deinceps ſit penes creditores contra ipſum delinquentem, ſed contra fiſcum, nec damnatus poſtea diues effectus tenetur ſatisfacere, niſi fortè partem bonorum, quibus fuerat priuatus, recuperet. Ita Simanch. vbi ſupra, num. 122. Quemada quæſt. 20. ad finem, Farinac. in praxi in noua editione, tom. 1. part. 3. tit. de delictis, & pœnis, quæſt. 25. num. 177. poſt alios ibi relatos; tunc pro rata ſoluet.

Rurſus quæres, an fiſcus ſuccedens in bonis damnatorum, teneatur conficere inuentarium, & teneatur legibus obtemperare, præcipientibus ſub pœna graui eius confectionem? Guido in tract. de forma conficiendi, num. 3. ait fiſcum hæredem inſtitutum, inuentario non confecto, non incurrere in pœnas contra hæredes non conficientes, de quibus l. final. C. de iure liber. Ideo quamuis hæres non conficiendo teneatur vltra vires hæreditatis ſoluere debita, l. qua dotis, ff. ſo-

*Iur. matrim.* fiſcus tamen non tenetur. Idem reperit Guido *deciſ.* 333. *& deciſ.* 571. *num.* 3. *verſ. An fiſcus*, Bartol. *in l.* 1. §. *an bona*, *ff. de acquirend. hereditate.*

Bertachin. tamen de poteſtate Epiſcopi in temporal. *part.* 4. *num.* 40. ex Bald. *in l. final.* 4. *quæſt. C. de iur. deliber.* negat teneri fiſcum conficere inuentarium, ſiue ſuccedat ex delicto, ſiue in bonis vacantibus. Secus ſi ſuccedat vt hæres, quod poteſt contingere; in quo euentu, ſi omittat confectionem inuentarij, ait non poſſe fiſcum tollere falcidiam, tenerique ad præſtanda omnia onera defuncti per text. & *ibi* Angel. cum Gloſſ. *in Authent. de hered. & falcid.* §. *final. collat.* 1. Quæ ſententia eſt ſatis probabilis, quando ſuccedit vt hæres propriè. Nec obſtat lex 1. §. *an bona*, & lex, *non poſſunt*, *ff. de iur. fiſci*, excuſantes fiſcum à ſoluendo vltra vires hæreditatis, quia videntur loqui, quando ſuccedit non tanquam hæres propriè, ſed tanquam vniuerſalis ſucceſſor. Prior tamen ſententia eſt verior, ex Bartolo, & Guidone, quia abſolute de fiſco dicitur non teneri ſatisfacere voluntati teſtatoris, vltra vires hæreditatis, quia non tenetur conficere inuentarium; fruſtra enim fieret ſi non tenetur abſque eo vltra vires onera ſubire, argumento Eccleſiæ, quæ non tenetur, etiam eo non confecto, præſtare legata ſecundùm Bald. *in Authen. ſicut alienatio, C. de ſacroſ. Eccleſ.* vltra vires hæreditatis, quod etiam tradit Bertachin. citatus *num.* 41.

At verò de Eccleſia verius eſt, quòd teneatur vltra vires ſubire onera, ſi ſuccedat vt hæres propriè, & non conficiat inuentarium. Ita Guido *de form. conficiendi*, *num.* 13. poſt Iacob. de Beluiſ. ſecus de fiſco traditor, quod etiam ſequitur indiſtinctè Iul. Clar. *in praxi, lib.* 5. *quæſt.* 78. *num.* 30. Farinac. *n. quæſt.* 25. *num.* 13. *& ſequent.* poſt Guillelm. *in d. cap. Raynut. deciſ.* 5. *num.* 228. *in verbo, & vxorem.* Quæ omnia ſunt intelligenda quoad forum externum. Nam ſiue quis teneatur conficere inuentarium, ſiue non, in foro tamen conſcientiæ non tenetur vltra vires hæreditatis ſubire onera illius, cuius ſunt bona publicata, vel relicta. Ita Bartol. *ſuper rubric. ff. de acquirend. hereditate, & in repetitione l.* 1. *C. de ſacroſ. Eccleſ. & in l. final.* §. *& ſi præfatam*, & *ibi* Bald. *C. de iur. deliber.* Martin. Laudenſ. *in ſuo tract. de pœnitent.* quibus accedit Guido *d. deciſ.* 571. *num. vlt.* Couar. 2. *part. epitome*, *cap.* 6. §. 8. *numero* 10. *verſ. Attenta quorundam.*

Non eſt omittendum tempus intra quod fiſcus habet ius petendi ab hæredibus condemnati bona illius, vel à quouis alio tertio poſſeſſore, in quem fuerunt alienata; Laudenſ. *de fiſco*, *q.* 243. ait fiſcum non eſſe admittendum ad petenda bona vacantia poſt præſcriptionem quadriennem per legem 1. *C. de quadrienn. præſcript.* ſicut fiſcus ſe tuetur ab actione vtili, qua conuenitur ſuper re, quam vendidit vt ſuam, excuſaturque à reſtituendo quadrienni præſcriptione: quo etiam modo, & tempore præſcribit emens bona fide de bonis vacantibus, fiſco nondum denunciatis. Ita Rogerius *in compendio de præſcriptionib. cap.* 1. *num.* 11. quæ reſolutio eſt vera circa bona vacantia, in quibus ſuccedit fiſcus per leg. 1. *C. de quadrienn. præſcript.*

Secus dicendum de bonis damnatorum in quibus ratione delicti ſuccedit, atque ita ſecundùm legem *in omnibus*, *ff. de diuerſ. tempor. præſ.* exceptis caſibus, quibus minus tempus conſtituitur infra viginti annos, fiſcus poteſt petere ea bona à die condemnationis vel declarationis, vt notat Gloſſ. & Bartol. *in d. l. in omnibus*, ſecundùm quam bona non poſſunt vendicari poſt viginti annos. Imò ſi bona condemnentur pro crimine Eccleſiaſtico, poſſunt vendicari intra quadraginta annos ſi bona applicantur fiſco Eccleſiæ. Ita Panorm. *in cap. cum nobis. de præſcription. col.* 3. *n.* [illegible] & *ibi* Felin. *col. etiam* 3. *ad fin. verſ. Item in quantum.*

Probatur ex *cap. vltim. verſ. ſi poſt mortem de præſcriptionib.* ibi, *Spatio quadraginta annorum fuerint bona fide poſſeſſa: ſancimus eos ſuper bonis huiuſmodi non eſſe vlterius moleſtandos.* Vbi nota in crimine Eccleſiaſtico, quale eſt hæreſis ſeu apoſtaſia, quando bona publicantur fiſco Eccleſiaſtico, ſiue ſæculari ex indulto Summi Pontificis, ſtandum eſſe diſpoſitioni huius capitis [illegible] etiamſi bona fiſco ſæculari ex priuilegio concedantur, atque ita contra fiſcum non præſcribitur, niſi per tempus quadragenarium. Ita Villa [illegible] *de hæreticis*, *quæſt.* 22. *num.* 3. Anton. Gomez [illegible] contrarius *tom.* 3. *variar. cap.* 1. *num.* 81. Simanch. *de Cathol. tit.* 18. *num.* 14. *& tit.* 9. *num.* 153. per [illegible] & *ibidem* Gloſſ. & Bartol. *C. de apoſtatis* [illegible] *tom.* 1. *inſtit. lib.* 5. *cap.* 7. *ad finem*, *& lib.* 8. [illegible] *quæſt.* 16. Addit tamen Simanch. *d. num.* 14. poſſe hæreticum defunctum accuſari poſt quinquennium; ſed oppoſitum eſt verius, adeo [illegible] poſt quadraginta annos adhuc poſſit accuſari atque damnari, quod ipſe tanquam v[illegible] probat.

Diximus infra viginti annos fiſcum poſſe petere bona damnatorum, at hodie præſcribuntur quinquennio, ſi applicentur fiſco ſæculari ratione criminis, hoc eſt, quando crimen non eſt Eccleſiaſticum. Ita Gomez *tom.* 3. *de deli*[illegible] *cap.* 14. *num.* 5. poſt Bartol. *in l. commiſſa, in fine, ff. de publie. & vectig.* & tenet Gloſſ. & *ibi* Doctores *in l. Manichæos, C. de hæreticis*, Quemada *in ſuis quæſtion. fiſcalib. quæſt.* 16. *concl.* 2. *&* 3. Sanch. *d. cap.* 14. *num.* 39. quod intellige in crimine laico, ad [illegible] ſemper tempus ad præſcriptionem comp[illegible] dum eſſe ab obitu damnati, quod puto ver[illegible] caſu hæreſis, apoſtaſiæ, & cæterorum Eccle[illegible] corum, propter quæ bona ſolent publicari [illegible] conſtat ex *d. cap. final. de præſcript. in* 6. *verſ. ibi, poſt mortem hæreticorum.*

At verò quando crimen eſt merè ſæculare [illegible] crimen læſæ maieſtatis humanæ, Sodomiæ [illegible] nullum quinquennium ad præſcribendum [illegible] pit currere à die condemnationis, vel decla[illegible] nis, vt probat text. notabilis *in l.* 2. *C. de v*[illegible] *commiſſ.* non tamen poſſunt vendicari à fiſco [illegible] quinquennium exactum. Ita Bartol. *ibi*, & [illegible] *commiſſa, vbi ſupra, de public. & vectig.* q[illegible] quitur Gomez *d. num.* 5. *verſ. Sed his non* [illegible] *bus.* Nec damnati lequuta ſententia de-cl[illegible] tenentur bona offerre fiſco, niſi petantur. It[illegible] Menchac. *illuſt. lib.* 1. *cap.* 28. *num.* 14. Matienz. *l.* [illegible] *num.* 8. *tit.* 8. *lib.* [illegible] *nouæ recopil.* Molin. *tom.* [illegible] *ſput.* 66. *verſ. Addit optime, & diſp.* 95. *ver*[illegible] *cundum principale*, & Sanch. *in præcept. Decalog. lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 8. & alij.

Quæro an pertineant ad fiſcum bona contrahentium inceſtas nuptias? Placet affirmare e[illegible] nostro *lib.* 2. *tit.* 26. §. 22. ibi, *os bens daquelle que caſam, ou bam aiuntamento carnal com ſuas parentas, ou affins aſcendentes en qualquer grao que ſeia, ou com ſuas parentas affins, ou cunhadas tranſuerſaes até*

[illegible] *ſeundo grao incluſiue, ſegundo o direito ca-* [illegible] *naõ emendo deſcendentes lidimos de* [illegible] *matrimonio.* Conſtat idem ex *cap. quæ ſint* [illegible] *de* [illegible] *bus feudorum, verſ. & bona contra-* [illegible] *ince* [illegible] Menoch. *conſ.* 302. *num* 22. *verſ.* [illegible] vbi ait eorum bona fiſco deferri, per *l. ſi* [illegible] *lis nupt.* Peregrin. *de iure fiſci, lib.* 5. [illegible] *atio bonorum, num.* 12. quod proce- [illegible] p[o]ſtea obtineatur diſpenſatio à Summo [illegible] Gama *deciſ.* 180. vbi propter diſpen- [illegible] ſeri finiſſe contrahentes abſolutos à [illegible] niſſi delicti, quamuis hanc quæſtio- [illegible] am reliquit idem Gama *deciſ.* 352. vbi in partem contrariam inclinat. Sed meliu[s] concordat Rebuff. *cum dict. deciſ.* 180. [illegible] *ad leges Galliæ in proœmio, gloſſ.* 5. *nu-* *me* [illegible]

N[on] habebit tamen fiſcus deficientibus deſ- cendentibus locum, ſi matrimonium non fuit copulatum, quia pœnæ intelliguntur impoſitæ no[n] [illegible] imperfecto, ſed perfecto, & copula con- [illegible] mato. Ita Peregrin. *d. tit.* 1. *num.* 18. quidquid contra innuat Barboſ. *In l. ſi cum dotem, §. final a num.* 25. & probatur ex verbis iuris noſtri, ibi, *os be*[*ns*] *deſque caſam, ou bam ainnamento carnal.* Qu[i]bus [i]nnuitur non imponi pœnam confiſca- [tion]is niſi contrahentibus, & conſummantibus matrim[o]nium de facto, cum de iure non valeat. Item non procedit fiſcus ſi interueniat ignoran- [tia] in vtroque coniuge, quia ſi vterque ſciuit im- pedimentum, tunc fiſco erit locus, Barboſ. *d. n.* 25. Gomez in *l. Tauri*, 50. *num.* 7. *verſ. Si vero vterque erat ſciens*, per text. *in l. qui contra, C. de inceſtis nuptiis*, & *ibi* gloſſ. & communiter ſcribentes, Couar. 2. *part. epitome, cap.* 6. §. 8. *num.* 21. vbi pro- b[at] pœnam confiſcationis bonorum ipſo iure in- ductam, *in Authen. de inceſtis nuptiis, in principio, & Authen. inceſtas, C. eodem*, non incurri data in ipſis contrahentibus ignorantia iuris, vel facti [non] craſſa, quæ ex lata culpa contingat, quod [illegible] receptiſſimum ibi tradit, & *num.* 22. ſiue [illegible] ſit iuris, ſiue facti.

[illegible] Iul. Clar. *lib.* 5. §. *inceſtus, num.* 8. poſt [illegible] relatos, addens tanquam commune con- [illegible] nuptias inceſtas bona fide ſi poſtea de- [illegible] conſanguinitas, eaque detecta perſeue- [illegible] incurrere in pœnas impoſitas his, qui [illegible] ptias contraxerunt, per gloſſ. *in clem.* [*v*]*erbo, ſcienter, de conſanguinitate*, quam [illegible] *cap. examinata, col.* 4. *de iudic.* & *cap. decreuit, de hæretic. in* 6. Idem Couar. *num.* 19. Quæ pœnæ non habent locum [illegible] ibus ſponſalia de futuro, quia te- [illegible] ſit matrimonium copula conſum- [illegible] Clar. *vbi ſupra, num.* [illegible]. Couar. *num.* 20. *in* [*c*]*ap. & ſi neceſſe, de donat. inter vir. &* [illegible] ſtas non committitur, niſi interue- [illegible]

[illegible] tamen ius noſtrum *d. tit.* 26. §. 12. [illegible] ſponſalia de futuro, némque tem [illegible] conſanguinea, ſeu affini incurrunt [illegible] ntibus inceſtas nuptias impoſi- [illegible] e copula, qua committitur ince- [illegible] *os bens deſque caſam, ou bam* [illegible] *arnal com ſuas parentas, ou affins.* [illegible] et non ſolum pœnas comprehen- [illegible] es inceſtas nuptias ſcienter, ſed [illegible] rahentes, dummodo rem habeant [illegible] is, ſeu affinibus de facto, ita vt [illegible] inceſtus, non tamen incurrent excom- municationem ipſo facto impoſitam *in clement. eos, de conſanguinitate, & affinitate.* omnes rem habentes cum conſanguineis, ſed contrahentes ſcienter inceſtas nuptias dumtaxat. Ideò ab ea erunt immunes contrahentes ſponſalia de futu- ro, eo quòd in odioſis appellatione matrimonij non veniunt ſponſalia, teſte Sanch. *lib.* 1. *de ſpon- ſalib. diſp.* 1. *num.* 2. *& diſp.* 12. *num. etiam* 2. per gloſſ. *in d. clement. de conſanguinitate, verbo, con- trahere*, quæ eſt communiter recepta à Caietan. *verbo, excommunicatio, cap.* 47. Couar. *vbi ſupra, cap.* 6. *in princip. num.* 22. Salzed. *in praxi, cap.* 73. *verſ.* 9. & alij, quos refert, ac ſequitur Spino *in ſuo teſtam. ſpecul gloſſ.* 15. *num.* 84.

Sequitur 20 in de reſeruatis ſummo Principi concedere reuiſionem, hoc eſt ad reuidendos proceſſus poſt latas ſententias facultatem, quan- do iam non datur via alia ordinaria per viam ap- pellationis ad emendandam aliquam iniuſtitiam, in iiſdem ſententiis prolatis contentam: Reſpon- demus affirmantes, ex eo, quia cùm per reuiſio- nem agatur de præiudicio tertij, quod acquiſiuit poſt vltimam ſententiam latam, nemo poteſt niſi princeps concedere remedium reuiſionis. Ita Gonçal. Suarez *in praxi ciuili* 7. *part* 1. *tom. cap. vnico, num.* 121. *ex l.* 1. *tit.* 20. *lib.* 4. *recopil.* ibi, *pue- da ſupplicar para nos*, & *in l.* 2. *eiuſdem tit. & lib.* & ex lege noſtra, *lib.* 3. *tit.* 95. *in princip. ad finem*, ibi, *aqual reuiſta mandamos, que ſe naon faça em nenhum dos ditos caſos, ſem noſſo ſpecial manda- do.* Ex quibus conſtat concedere reuiſionem ſoli Principi competere. Ita Valaſc. *tom.* 1. *conſult.* 32. *num.* 5. vbi ait hoc remedium eſſe de prohibitis, eſſéque regulariter odioſum, cùm ſit contra fi- nem, quem ius maximè optat in litibus, ne in infi- nitum prorogentur, ſique iniuria notoria iudici- bus, à quorum ſententiis reuiſio poſtulatur. Eiuſ- dem ſententiæ ſunt Cabed. 1. *part. deciſ.* 12. & 2. *part. deciſ.* 67. *num.* 2. vbi id late probat poſt Inno- cent. *in cap. ex literis*, vbi Abbas *num.* 10. *de in in- tegrum reſtitut.* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 52. *num.* 4. Sequitur Rebuff. *tit. de ſupplicat. in prim. num.* 94. Thomas Vaz *allegat.* 90. *num.* 5. *& ſeqq.* Qui omnes concludunt competere Principi non recognoſcenti ſuperiorem in temporalibus, atque ita fuiſſe iudicatum refert Cabed. *in d. deciſ.* 67. *num.* 5. vbi habetur tenor prouiſionis regiæ. 27.

Petes quæ ſint neceſſaria ad concedendam re- uiſionem, & à quo tempore poſt ſententiam ſit petenda reuiſio? Ante omnia ſupplicationem fa- ciens, vt ſibi concedatur reuiſio, debet reponere apud receptorem cancellariæ ſexaginta aureos, quam cautionem in totum, vel in partem amittit, reuiſionem impetrans, ſi cadat à cauſa in toto, vel in parte; quòd ſi victor exiſtat omnino, totam cautionem recuperabit. Quando verò ſuccumbit impetrans, cautio depoſita pertinet ad Senatores, qui fuerunt iudices huius reuiſionis, iuxta diſpo- ſitionem legum noſtrarum, *lib.* 3. *tit.* 95. §. 2. vbi, ad finem circa hanc cautionem deponendam, vel re- mittendam habetur ratio paupertatis, quod etiam attenditur apud Hiſpanos ex Azeued. *in l.* 1. *ti- tul.* 20. *lib.* 4. *num.* 11. per quam legem primam mil- le, & quingentæ duplæ, loco cautionis deponi ſo- lent, ſicut apud Gallos deponitur cautio ducen- tas, & quinquaginta libras continens, teſte Re- buff. *in tract. de ſupplicat. in præfatione, num.* 58. *&* 69. *quæſt.* 17. vbi *art.* 5. *gloſſ. vnica, verſ. quæro pone*, docet ſemper circa cautionem hanc ponendam, ſeu remittendam eſſe locum paupertati, Suarez de

de Paz 7.*part.* 1.*tom.cap.vnico,num.*95.addens reuiſionem potiùs eſſe admittendam in fauorem pauperum, quàm in fauorem diuitum, pauperéſque non eſſe cogendos ad aliam cautionem, quam iuratoriam præſtandam de ſoluenda pœna intra viginti dies, ſi fortè ſuccumbant.

An verò princeps abſque vlla cauſa poſſit concedere poſt tres ſententias conformes reuiſionem, anceps eſt quæſtio? Affirmant aliqui poſſe Principem ad libitum diſponere contra ius poſitiuum, cùm non legibus aſtringatur, *l.digna vox, C.de legib.* Item quia poteſt ex toto, vel ex parte, tollere legem nulla cauſa intercedente. Probatur, quia Summus Pontifex in gradu non valdè propinquo, diſpenſat abſque cauſa cum conſanguineis ad contrahendum matrimonium; ergo princeps ſæcularis abſque vlla cauſa poterit concedere reuiſionem non obſtante triplici ſententia conformi, quam ſententiam videntur tueri Bartol. *in l.relegati, num.*4. *ff. de pœnis*, Innocent, *cap.cùm ad monaſterium, num.*3. *& 4.de ſtatu Monachor.* & *ibi* Anton. *num.fin.* Anchar. *num.*25. Abbas *in cap. diuerſis, num.* 3. *de clerico coniugato*, Bald. *l.reſcripta, num.*12. *C.de precib. Imperatori offer.* Menoch. *de arbitr.lib.*2. *centur.*5. *caſu* 425. *num.*19. Limitat hoc, quando diſpenſatio in lege conceditur ex gratia, non verò ex iuſtitia; reliqui verò indiſtinctè tradunt poſſe Principem ſupremum in legibus ad libitum diſponere, ſuamque voluntatem eſſe cauſam legitimam ad diſpenſandum. Quibus accedunt Bermond. *de public.concubinar.§.ſtatuimus, num.*28. Royas *epitome ſucceſſionum, cap.*23.*num* 12. quia ſi cauſa eſſet neceſſaria, non videretur princeps diſpenſare in lege, neque vti voluntate ſua tanquam dominus, inducens, ac tollens obligationem, quam leges habent.

Cæterum dicendum eſt nullo modo poſſe Principem concedere reuiſionem, abſque cauſa iuſta contra tres ſententias conformes, dicente lege noſtra *lib.*3.*tit.*95.§.8.ibi, *E aſſi ſenaon concedera reuiſta auendo tres ſentenças conformes.* Ergo princeps concedendo abſque legitima cauſa contra propriam legem reuiſionem, reus eſt culpæ. Ratio, quia hæc conceſſio cadit in iniuriam, & præiudicium habentis ius quæſitum per illas tres ſententias. Item in iniuriam Senatorum ſuorum, qui illas tres ſententias conformes pronunciarunt. Item quia poteſtas Principi conceſſa, non in deſtructionem, ſed in ædificationem data fuit 2. *ad Corinth.*10. Accedit lex *Lucius, ff. de euiction.* & lex *quod ſemel, ff. de decret. ab ordin. faciend.* vbi habetur ius quæſitum alicui non poſſe à Principe ſine cauſa auferri. Imò potiùs nec cum cauſa, niſi facta priùs compenſatione. Ita Felin. *in cap. quæ in Eccleſiar. num.* 33. *de conſtitutionib.* Bartol. *in l. Antiochenſium, ff. de priuileg.creditor.* & in *l.totius*, §.1.*ff.de pollicitat.* & habetur in *l.*1. *C.qui ex cau. ſerui, & l.*2.*tit.*8. *part.*2.*l.*31.*tit.*18. *part.*3. Aymon Crauetta *conſ.*135.*num.*17. *& conſil.*241. *à num.*12. *vſque ad* 20. Iaſon *in l.Barbarius ſuper gloſſ.in verbo, multò magis, col.*6.*ff.de offic.prætor.*

Nec obſtat ſi dicas Principem fuiſſe cauſam legis condendæ; ergo ſine cauſa poteſt tollere id, cuius ipſe cauſa fuit, vt tertius ius quæreret, vt innuunt Caſtrenſ. *in l.reſcripta, C.de precib.imperat. offer.* & Angel. *in d.l.Lucius*, vbi addit poſſe Principem auferre à tertio rem acquiſitam ex præſcriptione, cum lex præſcriptionis, ſeu modus acquirendi per illam ab ipſo Principe emanauerit; quia reſponſio in promptu eſt, nempe poſſe Principem auferre modum, quem poſuit ad acquirendum dominium abſque cauſa, antequam dominium acquiratur; non verò poſtquam dominium eſt iam quæſitum, virtute, & auxilio modi à Principe inuenti; hoc autem nequit tollere ſine cauſa, poſtquam modus acquirendi ſortitus eſt ſuum effectum. Ratio, quia modus acquirendi eſt de iure ciuili; at verò dominium, quod quis iam acquiſiuit, eſt de iure gentium, *l. ex hoc iure ff.de iuſt.& iur.*

Ex quibus ſatis liquet non poſſe Principem ſine cauſa concedere dictam reuiſionem contra legem expreſſam, quin etiam peccare concedendo abſque iuſta cauſa mortaliter, ſi detur ſcandalum, ac notabile damnum tertij. Ita Nauar. *in manual.prælud.*9.*num.*14. *& cap.*25.*num.*5. Valent. 1.2. *diſp* 7.*quæſt.*5.*punct.*9.*ad finem*, Philiarc. *de offitio ſacerdot.tom.*1.*part.*2.*lib.*3.*cap.*4.*verſ. Altera difficultas*; & Ludou. Lopez 1.*part. inſtruct.cap.*4. *col.*2.*verſ.Sexto ſuperaddimus.* Sublato verò ſcandalo, remotóque notabili damno tertij diſpenſare in propria lege abſque iuſta cauſa puto eſſe veniale, ſecundùm Doctores citatos, quamuis Couar. *in epitom.*2.*part.cap.*6.§.9. dicat ita diſpenſare fortaſſe, & plerumque eſſe culpam mortalem; quod etiam tradunt Vcigà *tom.*2. *ſummæ, cap. caſu* 14. Petr. de Ledeſm. *de matrim. cap.*27. *poſt quartam concluſionem, dub.*1. quia eſt actus à ratione valdè alienus ita diſpenſare occaſionem ſcandali ſubditis præbendo, omnibúſque oſtendendo ſe inæqualem in re magni momenti; quorum ſententia eſt valdè probabilis; atque ita non poſſe reuiſionem concedi niſi ex cauſa iuſta, tradunt Cabed. 1.*part, deciſ.*12. *num.*9. Mendez à Caſtro *in praxi, lib.*3.*cap.*20. *num.*15. Martinus à Coſta *de ſtylo domus ſupplicationis, annotat.* 10. *num.* 12. Cauſa verò intercedente peccaret princeps, ſi denegaret reuiſionem, cùm ad illum ſpectet facere iudicium, & iuſtitiam, ex *cap. regum*, 23.*quæſt.*5. Bald. *in l.princeps, ff.de leg.* Zabare. *clement. paſtoral. de re iudicata*, & ſcribens *cap.conſultation.* & Chaſſanæus *catalog.cap.*5 *ſider.*24. *num.*103.

Sed quid dicendum de conceſſione, ſeu diſpenſatione à Principe ſine cauſa data, contra ius humanum, quoad validitatem actus? Negat ſuſtineri actum in foro interiore. Fortun. *in l.Gallus*, §. *& quid ſi tantum, ff. deliber. & poſthum. col.* 1. quod puto minus benè dictum, quia conceſſio, ſeu reuiſio hoc modo data, quoad vtrumque forum, quidquid ſit de peccato valet, & actus virtute illius peractus ſuſtinetur. Ita Caiet. 1. 2. *quæſt art.*5.*ad finem*, Sylueſt. *verb. Papa, quæſt.*15. Innoc. *in cap.cum ad monaſterium de ſtat. Monach.* & Abbas *in cap.cùm non eſt de voto.* Ideo impetrans reuiſionem abſque cauſa, eſt tutus in conſcientia. Ita Gigas *de penſionib.quæſt.*6.*num.*13. Couar tamen *in epitome* 2.*part.cap.*6.§.9.*num.*11. *ad finem.* hoc putat eſſe falſum contra Gigantem. Sed aliter, quia aliud eſt concedere Principem aliquid cum peccato, & aliud actum eſſe irritum, aut validum. Nam in his, quæ ſunt de iure poſitiuo diſpenſatus à Principe ſine cauſa in vtroque foro eſt tutus, quoad Deum; quod etiam docet Felin *in cap.ad audientiam, col.*3.*verſ.* & puto hoc procedere de reſcriptis, & à fortiori, quando petens reuiſionem offert cauſas minùs iuſtas Principi, quia Principis eſt iudicare, quæ cauſæ ſint legiti

mæ

ar. In Philiarch. 1. *tom. part. 2. lib. 5. cap. 4. verſ.* [illegible] *difficultas*, & Petr. de Ledeſm. *de matrim.* [illegible] *poſt quartam concluſ. dub. 1.*

[illegible] F[illegible] doctrinam dicendum eſt habere [illegible], quando inferiores Principe ex commiſ[illegible] ſuperioris concedunt reuiſionem, tunc ſi [illegible] abſque iuſta cauſa, conceſſio, ſeu di[illegible] in lege ſuperioris eſt irrita, in vtroque [illegible] quia mandatum, ſeu commiſſio ad aliquid [illegible]edendum, intelligitur regulari, ſecundùm re[illegible], non verò ſecundùm poteſtatem con[illegible]. Ita Turrecrem. *cap. 1. art. 4. num. 14. di*[illegible] Bald. *in l. Barbarius, num. 7. ff. de offic. prætor.* Felin. *in cap. final. num. 8. verſ. 2. limita de ſimonia.* Gutier. *canonicar. quæſt. lib. 1. cap. 19. num. 5.* quia nunquam tribuitur à Principe magiſtratibus inferioribus poteſtas concedendi, ſeu diſpenſandi contra ius ciuile niſi cauſa cognita. Ita Menoch. [illegible] *ſ. 13. num. 15.* poſt Abbatem *in cap. ſignificaſti, de electione.* Quin etiam hoc procedit, quamuis inferiores habeant plenitudinem poteſtatis à Principe indultam, quia illa plena facultas [illegible] igitur conceſſa, vt ſecundùm iura reuiſionem concedant; ius autem petit, vt cognita [illegible], & pleno iudicio conceſſio fiat: proinde ſine cauſa facta ab inferiore eſt irrita. Ita Felin. *in cap. p[illegible]ulaſti, num. 13. caſu 4. de reſcript.* Gambara *de auctoritate legati, lib. 10. num. 207. & 295.* Nauar. *in ſumma Lat. prælud. 9. num. 15. & cap. final. num. 4. de ſimonia.* Borgaſios *de irregular. part. 7. cap.* [illegible]*le, num. 21.* & Rebuff. *in tit. de diſpenſationib. ad plura beneficia, num. 12.*

Conſequens eſt dicere à quo tempore ſit petenda reuiſio poſt vltimam ſententiam? De iure communi intra decem dies ex authent. *vt ſponſa*[illegible] *largitas, §. aliud, collat. 9.* ex quo deſumpta eſt [illegible] *Quæ ſupplicatio, C. de precib. Imper. offer.* Probatur, quia ſicut appellatio, ita reuiſio debet fieri intra decem dies, hoc eſt ſupplicatio, & querela [illegible]pi offerenda ad impetrandam reuiſionẽ, per te[illegible] & *ibi* ſcribentes in authent. *Quæ ſuppli*[illegible] proximè, & habetur *in gloſſ. in cap. ſignificauit* [illegible] *in verbo, Decem dies, de teſtibus.* Lan[illegible] *cap. 12. de attent. limitation. 50.* à [illegible] De iure Caſtellæ poteſt offerri ſupplica[illegible] quadraginta dies. Ita Suar. de Paz *d. cap.* [illegible] *num. 96.* Perez *ad l. 42. lib. 2. ordinam. tit. 4.* [illegible] *ſupplicaut.* Auend. *de ſupplicationib.*

[illegible] Gallos conceditur biennium ad ſuppli[illegible] Ita [illegible] Guilielm. *in cap. Raynut. in verbo,* [illegible] *teſtatore, 1. num. 273.* quod biennium [illegible] tempore probationis arcti, iuxta legem [illegible] Regis II. publicatam anno Do[illegible]

[illegible] Afferenda eſt ſupplicatio in Senatu [illegible] enſes à publicatione ſententiæ alle[illegible] [illegible]ita, & ab aduocato curiali [illegible] *lib.* [illegible] *tit. 95. §. 3.* Mendez à Caſtro *in* [illegible] *20. num. 5.* Thomas Vas *allegat. 90.* [illegible] *annotation. ad tit. 95. d. §. 3. n. 1.* ibi, [illegible] *dous meſes*, vbi loquitur dicta lex de [illegible]ibus, quæ ex gratia ſpeciali re[illegible] quorum [illegible] impedita vltima ſententia aliqua [illegible], quia tunc duo menſes incipiunt ab [illegible] quo ſententia fuerit ab omnibus obiect[illegible] expedita.

[illegible] ſententiis tamen latis à Senatoribus rebus Indiarum expediendis aſſignatis, biennium conceditur ad ſupplicandum, quod ſi intra hoc tempus, nihil ſupplicatum ſit, neque partes aliquid allegauerint coram Aulicis Senatoribus, nullo modo ſupplicationes admittentur. Alter Valaſc. *conſult. 51. num. 32.* vbi ait poſt bimeſtre ſi non labatur tempus longum, poſſe admitti ſupplicationes, quod etiam innuit Mendez à Caſtro *in praxi, lib. 3. cap. 20. num. 5.* maximè ſi eſt minor; ſicque fuiſſe iudicatum aliquoties, ibi refert, ſemel pro Antonio Atayde, ſemel pro Epiſcopo Portugallenſi, qui ex iuſta cauſa poſt lapſum tempus ad petendam reuiſionem fuerunt admiſſi ex beneficio reſtitutionis, vt multis pro hac parte allegatis probat Azeued. *ad l. 3. num. 10. tit. 20. lib. 4.* Suar. de Paz *d. cap. vnico, num. 125.* vbi ait aduerſus lapſum tempus ſupplicantem ex cauſa poſſe in integrum reſtitui, nempe ſi longè abſit à curia, vel ſi propter peſtem, vel ob aliquem inopinatum euentum, non potuit ſe Regi præſentare, concinit Valaſc. *d. conſ. 51. num. 32. ad finem,* & Alter Valaſc. *d. allegat. 90. num. 14.* poſt Didac. Perez *in l. 8. tit. 4. lib. 2. ordinam.* Gloſſ. *verbo, dentro dentro de mitte dias, fol. 394.* contra Auendan. *in tract. de ſecunda ſupplicatione, num. 19.* oppoſitum ſentientem, ſed non bene.

Probatur primò, quia quamuis non liceat tertio prouocare per *C. ne liceat tertio prouocare;* nihilominus minori conceditur reſtitutio contra tres ſententias conformes, cùm non petatur reſtitutio regulariter propter iniuſtitiam, ſed ſub prætextu erroris à minore commiſſi. Ideo contra errorem debet reſtitui, vt rurſus agat aduerſus illas tres ſententias: quòd ipſe petit reſtitutionem ſub prætextu Iniuſtitiæ, debet docere Principem de iniuſtitia trium ſententiarum conformium, vel ſaltem de aliqua ex illis, alias non debet audiri, Innoc. ita *in cap. cum ex literis, de reſtitutione in integrum.* Bellam. *deciſ. 38. in fine.* Rebuff. *in tract. reſtitutionis in integrum, gloſſ. 1. num. 22.* Aufrer. *in addit. ad cap. Thol. deciſ. 390. & in addit. deciſ. 54.* ſatiſque eſt exprimere ſummatim iniuſtitiam, & nouam cauſam reſeruare pleniori diſcuſſioni, ad ipſam reuiſionem, Sfortia *de reſtit. in integ. 2. part. quæſt. 72. art. 4. num. 74.* Beliamera *deciſione 409.* per legem, *minor autem, ff. de minoribus in 1. reſponſ.* Idem Sfortia *1. part. quæſt. 52. art. 3. num. 33. & 35. & quæſt. 36. art. 3. & 10.*

Quadrienniũ tamen debet currere à die ſententiæ latæ, vel ſaltem à die ſcientiæ. Sic Felin. *col. vltim. in cap. 1. de præſcriptionib.* vbi Abbas, Boër. *quæſt. 39. num. 4.* & in terminis Natta *conſ. 524. num. 8. lib. 3.* Aufrer. *in addition. ad Capell. Tholoſ. deciſ. 55. num. 4. verſ. Quod dictum eſt*, & alij relati à Menoch. *conſ. 100. num. 292.*

An verò in reuiſione, tam gratiæ, quàm iuſtitiæ idem modus ſit ſeruandus? Negant communiter Doctores, cùm Senatores deputati ad reuidendum proceſſum reuiſionis ex gratia conceſſæ debeant procedere ex iiſdem actis, & ſententiam proferre nulla admiſſa probatione exteriùs, ſed per id, quod ex actis conſtat, exceptis allegationibus iuris, quę etiam, vbi reuiſio eſt gratioſa, poſſunt admitti, vt conſtat ex lege noſtra *d. tit. 95. § 7.* ibi, *Saluo ſe forem allegaçoens de direito*, Rebuff. *in d. præfatione, num. 80.* Azeued. *l. 2. tit. 20. lib. 4.* Mendez à Caſtro *d. cap. 20. num. 7.* Thomas Vas *d. allegat. 90.* poſt alios *num. 17.* Barboſ. *in annotation. ad d. tit. 95. §. 7.* vbi ait in reuiſione gratiæ, non admitti nec libellum, neque petitionem, neque probationem, niſi tantùm allegationes iuris. Cæterùm ſi fortè de nouo reperiantur ſcripturæ,

ſeu

ſeu inſtrumenta, quæ ad cauſam conducant, ex diplomate regio impetrato poſſunt admitti, vt factum fuiſſe refert Cabed. *areſto 39. part. 1.* Idem tradunt Barboſ. & Mendes a Caſtro *vbi ſuprà*; ratio enim petit, ne iuſta litigantium cauſa repertis
7 de nouo probationibus, per quas de veritate, ac iuſtitia conſtat, omnino pereat.

Quando verò conceditur reuiſio ex iuſtitia poſſunt partes probare cauſas adductas, vt conceditur *in d. tit. 95. §. vltimo, & quanto as outras reuiſtas, que naõ ſaon per eſpecial graça poderã as partes allegar, & prouar as cauſas, porque lhe foi concedida*, nempè ſi ſententiæ fuerint latæ ex falſis teſtibus, vel ex falſis inſtrumentis, & ſimilibus, ſeu à iudice, ſeu iudicibus ſubornatis, ac pecunia corruptis, propter quæ in ſupplicatione allegata reuiſio fuit à Principe conceſſa, quamuis huiuſmodi ſententiæ ex falſa probatione, tam teſtium, quàm inſtrumentorum, vel a iudice corrupto pronunciatæ, ſint omnino irritæ, nec tranſeant in rem iudicatam, & contra ipſas omni tempore per viam nullitatis allegare poſſint ſuccumbentes, vt conſtat ex lege noſtra *lib. 3. tit. 75. per totum*. Attamen eſto ſint nullæ, poſſunt recurrere ad Principem, vt iterum proceſſus reuideatur per *d. tit. 95. in princip.* Quod etiam eſt de iure communi per *l. Diuus Adrian. ff. de re indicat.* atque ita, vt ſententiæ tres reuocentur, poteſt concurrere remedium reuiſionis, cum remedio ordinario nullitatis. Valaſc. *d. conſult. 51. num. 11.* Mendes à Caſtro *d. cap. 20. num. 8.*

Quæri poteſt in quibus caſibus non ſit concedenda reuiſio? In primis de iure noſtro in cauſa criminali. *d. tit. 95. §. 11. & lib. 1. in fine, tit. dos deſembargadores do paco*, Valaſc. *d. conſult. 51. n. 52.* Alter Valaſc. *num. 19.* Cabed. *2. part. deciſ. 67. n. 3.* niſi ſimul cum pœna criminali adiiciatur pœna bonorum; tunc enim ratione bonorum, ſi excedat ſummam à lege taxatam in eodem §. 11. poteſt admitti reuiſio. Ita Cabed citat, & Mendes a Caſtro *d. cap. 20. num. 9.* poſt Baldum *in l. ſi ex cauſa, §. nunc videndum, ff. de minoribus*. Boſſius *in praxi criminal. tit. de appellationibus, num. 11.* quæ reſolutio concinit noſtræ legi, decernenti, in eo caſu poſſe admitti ſupplicationem, in iis quæ pertinent ad bona dumtaxat, non verò in iis, quæ pertinent ad crimen. Teſte tamen Cabed. *2. part. areſto 42.* ex cauſa, conceſſa fuit reuiſio à Principe in aliquibus caſibus criminalibus, quorum ipſe ibi meminit.

Item non ſolet admitti reuiſio à ſententia interlocutoria, Valaſc. *conſult. 51. num. 51.* Ratio, quia non habet interlocutoria vim diffinitiuæ, Mendes à Caſtro addit etiam non admitti, quando interlocutoria habet vim diffinitiuæ. Lege illum *vbi ſuprà, num. 12.* vbi pro hac parte refert Rebuff. *de ſupplicationib. num. 60.* & Gayl. *obſeru. 155. num. 6.* quibus adhæret Barboſ. *in annotation. ad tit. 95. ad §. 12.* A quibus diſcordo cum Valaſco *d. n. 51.* & cum Cabed. *2. part. deciſ. 67. num. 4.* opinantibus hoc non habere locum in interlocutoriis habentibus vim diffinitiuæ, maximè ſi contineant damnum irreparabile; proinde ſicut in diffinitiuis admittitur ſupplicatio, ita etiam in interlocutoriis habentibus vim diffinitiuæ, cùm eadem videatur eſſe ratio in vtriſque.

Similiter de iure noſtro non admittitur in diffinitiuis ſupplicatio in Senatu Portugallenſi, quando ibi proferuntur, deferuntúrque illuc de prima inſtantia proceſſus, & inde ad Senatum ſupplicationis per grauamen fuerunt deuoluti, & ab eodem fuerunt iudicati, niſi cauſa excedat quantitatem centum millium nummorum regalium in bonis ſtabilibus, & in bonis mobilibus quantitatem centum quinquaginta, quamuis allegent pariter pro ſe habuiſſe aliqua ſuffragia, quia præſumitur cauſa fuiſſe diligenti examine a iudicibus in tribus inſtantiis ventilata, rectèque ac rectè iudicata. Ita habetur expreſsè *d. tit. 95. §. 8.* vbi additur poſſe admitti ſupplicationes, ſi intra duos menſes offerantur, quando reuiſio excedat ſuprà dictam quantitatem, dummodo æſtimatio bonorum conſiderari debeat, potiùs tempore, quo actio fuit intentata, quam tempore quo cauſa fuit iudicata. Ita Barboſ. *in annotationib. ad d. §. 8.* etiamſi tempore ſententiæ bonorum æſtimatio fuerit adaucta, quod prius notatum fuit à Suar. de Paz *7. part. 1. tom. cap. vnico, poſt num. 4.* cum Baldo, & Angel. *in l. ſi idem cum eodem, §. final. ff. de iuriſdictione omn. iudic.* & ibi Iaſon *in princip. num. 6.* Valaſc. *d. conſ. 51. num. 39.* quos refert, ac ſequitur Auendan. *in tract. de ſuppli. at. num.* & Mendes à Caſtro, *num. 11.*

Eodem modo non conceditur reuiſio poſtquam ſemel fuit petita, & denegata, quod contingit, quando Senatores ad reuidendum deputati ſupplicationem conſiderant, & maturo iudicio cenſent caſum propoſitum non eſſe reuiſione dignum, & à fortiori, quando primo aſpectu viſa ſupplicatione, & tenore ipſius indicatur pars nullaque vlla ratione petere reuiſionem, nec reperiunt quid poſſit corrigi, imò videtur velle precibus importunis cauſam facere immortalem, quæ prorogatio in infinitum eſt omnino relecanda per text. *in l. fideicommiſſa, § ſi quis decem, ff. de legat. 3.* Ob quam cautam tradit Rebuff. *in tract. de ſupplicationib. in præfatione, num. 69.* apud Gallos, vltra quàm ſemel non admitti ſupplicationem, ſeu reuiſionem, ne in infinitum lites protendantur. Faciunt pro hac parte tradita a Cabed. *deciſ. 11. à n. 8.* vbi probat de poteſtate ordinaria non eſſe concedendam ſæpiùs reuiſionem, quia cum non licet à ſententia lata in cauſa reclamationis iterum reclamare, nec ſecunda reclamatio admittitur; ita in noſtro caſu exploſa priori ſupplicatione, nôn debet poſterior admitti, per text. *in l. 1. C. ne liceat in vna, eademque cauſa tertio prouocare.* Pro reliquis verò caſibus, in quibus debet negari reuiſio, lege Cabedum *vbi ſuprà deciſ. 190.* Mendes à Caſtro *à n. 11. vſque ad* Valaſc. *d. conſult. 51. a num. 53.* & alter Valaſc. *allegat. 90. num. 19.* & Rebuff. *d. præfat. à num. 45* vbi de hac materia ſatis, ſupérque inuenies.

Sequitur an princeps poſſit ſibi reſeruata concedere, ſeu alienare in præiudicium ſucceſſorum? Pars negans placet multis, non poſſe Principem, neque per contractum, neque quouis alio modo, ſibi reſeruata alienare, vel concedere in præiudicium notabile ſucceſſorum, eo quia, ſicut non poteſt alienare iura imperij ſui, ſic etiam non poteſt reſeruata, quibus ſtatus regius conſeruatur, quibus ſine illis, vel corruet, vel ſaltem graue patietur damnum, *l. ſi optio, ff. qui & à quibus*, Socin. *conſ. ſuper quæſtione, num. 6. lib. 3.* Natta *conſ. 454. quod ſereniſſimus, num. 17. & conſ. 636. mul. ea. num. 2.* Ratio, quia ſimiles conceſſiones tendunt in magnum detrimentum ſucceſſorum. Ita Iaſon *conſ. 1. num. 6. part. 1.* & probatur ex *cap. 1. quæ ſint regalia in vſibus feudor.* Ideo hæ conceſſiones, quæ regnis valdè nocent ſucceſſoribus non ſuſtinentur

ſed

*[illegible]* ratur, Bald. *in locum de quibus in verbo, regalia, cedi non poſſunt*, & Rebuff. *in concordatis, tit. de collat.* niſi forte ſint regalia modica, ex quorum conceſſione regnum grauiter non lædatur, vt Cardino Alex. *in proœm. ad feudor. col. 10. circa principium.* Iaſon *conſ. 10. col. final. vol. 3.* Bald. *qui ſuperem, col. penult. verſ. Item in conceſſis, C. vnde liber.* Felin. *col. 7. in cap. nouit. de iudic.* & alij apud Oldrad. *conſ. 94.* dicentes regibus fas eſſe donare, dummodo ex donationibus notabiliter, non minuatur regius ſtatus, talêſque donationes tamen ſucceſſorem ratas habere per text. *in cap. Abbate ſane, de ſentent. & re iudic. lib. 6.* & notatur *in cap. intellecto de iureiur.* Aliter enim eſſet miſerrima conditio regum, ac ſeruilis, ſi neque in vita donare poſſent. Ita Alberic. *in proœmio, ff. in §. diſcipuli, col. 4. verſ. Et ex prædictis ſolutio*, atque ita fuiſſe iudicatum refert. Sequitur Bald. *in cap. vltim. ante finem, de ſent. & re iudic.* vbi ait poſſe regem res ad regnum pertinentes alienare, & circa eas ſucceſſorem obligare, quod intelligit de rebus non reſeruatis regiæ maieſtati, & abſque enormi læſione ipſius regni.

Ego tamen his accedo, qui tradunt principes non poſſe donare, neque alienare, in magnum præiudicium regiæ coronæ, poſt Bartol. *in l. 4. §. planè, ff. quod vi, aut clam*, Boſſius *de regal. n. 34.* Iſernia *cap. 1. num. 33. de prohibita feudi alienatione*, per Frider. Menoch. *illuſt. quæſt. cap. 3. num. 8. & cap. 4. num. 1. & 4. cap. 5. num. 3.* Couar. *in cap. quamuis pactum, 2. part. §. 2. num. 4.* per text. *in d. cap. intellecto, de iureiur.* Tum quia rex ex iuramento ſuſcepto debet bona regni illæſa conſeruare, vt probat Coſmas *in pragm. in gloſſ. proœm. Super verbo, deperdam, column. 4.* Item, quia princeps ratione reipublicæ tenetur bona illa conſeruare, quaſi bona dotalia, quæ accepit ab ipſa republica per contractum. Ergo non poteſt illa alienare in præiudicium notabile ipſius reipublicæ, cum illi cura regni, non autem dilapidatio ſit commiſſa. Ioan Igne. *in l. donationes, C. de donationib. inter vir. & vxorem, num. 13.* dicens poſſe principem contrahere, & donare de rebus regni, dummodo contractus non veniat in magnum regni diſpendium, quod voluit Lucas de Penna *in l. quicumque, §. ad finem, C. de omn. ag. deſer. lib. 11.* [illegible] præſumeretur contra debitam rationem [illegible] Roland. *conſ. 2. num. 116. volum. 2.* Valaſc. [illegible] 132. *num. 2.* Molin. *de primogen. lib. 2. num. 18.* quæ reſolutio eſt magis com[illegible]

[illegible] quæ ſequitur ſi quid concedatur. quod tendit in maximum diſpendium iuriſdictionis regnorumque coronæ, ſiue gratis, ſiue ex [illegible] poſſe de iuſtitia reuocari. Bald. *in conſ.* [illegible] *vol. 2.* & *in dict. cap. intellecto de iureiur.* Afflict. *in constitutione regni, in 3. lib.* & alij apud Roland. *vbi proximè* [illegible]

[illegible] quid intelligatur conceſſum, quando [illegible] concedit totam iuriſdictionem, tam ciuilem, quam criminalem, cum mero, ac mixto imperio [illegible] Reſpondeo concedere ea duntaxat, quæ ſpecialiter in conceſſione exprimuntur, ac declarantur, non verò ea, quæ ſibi competunt ex plenitudine poteſtatis, & non conueniunt aliis inferioribus à principe, vnde cætera omiſſa cenſetur princeps ſibi reſeruare. Ita Lucas de Penna *in l. 1. C. de priuileg. ſcholar.* Paris de Puteo *in tract.* Fragoſ. Regim. Chriſt. Reipubl. *de ſyndicatu, fol. 11. num. 8.* Molin. *de iuriſdict. tract. 5. diſput. 6. in princip. verſ. Illud obſeruandum eſt, num. 3.* Gomez *in l. 40. Tauri, num. 16.* Afflict. *in tit. quæ ſint regalia, in verbo, & bona committentium, num 21. & 22.* Cacher. *deciſ. 29. n. 5. & deciſ. 101. n. 12.* dicentes in ſimplici conceſſione cum mero ac mixto imperio non venire illa, quæ pertinent ad principem propter ſuam ſupremam poteſtatem, nec cenſeri conceſſa, quæ competunt primæ prærogatiuæ, tam meri, quàm mixti imperij, niſi ſufficienter exprimantur iuxta notata *in cap. quod tranſlationem, de officio legati.* Sequitur Flores *in additionib. ad Gam. deciſ. 31.* addens hoc procedere etiam quando explicitè per verba generalia conceduntur regalia iura, non cenſeri conceſſa regalia ſuperiora, nempe monetam cudere, & ſimilia, niſi in indiuiduo exprimantur, vel id conſtet ex verbis admodum duplicatis, aut ex aliis euidentiſſimis coniecturis. In dubio tamen ſemper cenſentur reſeruata in ſignum ſupremum ſupremæ poteſtatis, nec tranſeunt in vicem gerentes principis, quamuis generale habeant mandatum. Felinus *in cap. quæ in Eccleſiarum, verſ. ſed hanc declarationem, de conſtitutionibus.* Caſtrenſ. *conſ. 225. lib. 2.* Sequitur Menoch. *conſ. 284.*

Ex quibus ſequitur inferiores principe, quibus conceditur tota iuriſdictio, criminalis videlicet, ac ciuilis cum mero, ac mixto imperio, etiamſi addatur, *eodem modo, quo ipſe rex ea poſſidet*, non poſſe adhuc exercere regalia in ſuo diſtrictu, nimirum leges concedere, reſtituere famæ, aut natalibus ſubditos ſuos, concedere veniam ætatis, ſiue ius emancipationis, concedere remiſſiones, interponere auctoritatem in adoptionibus, ſeu arrogationibus minorum, cudere monetam, & ſimilia, quæ ſoli principi non recognoſcenti ſuperiorem competunt: qualia etiam ſunt vectigalia, ſeu tributa imponere, & publicare bona delinquentium, & alia de quibus Cabed. *2. part. deciſion. 42. per totum*, & lex noſtra *lib. 2. tit. 26. per totum*, & D. Gabriel Pereira *2. part. de manu regia, cap. 37. num. 14. cum ſequentibus, vſque ad num. 38.* Sed de his infra aliter *diſp. 7. §. 7. per totum*, vbi de iuriſdictione Braccarenſi, vbi agitur de contractu oneroſo, non verò de donatione, vt hoc loco agimus.

Sed quid ſi princeps vendat aliquod caſtrum, ſeu oppidum alicui comiti, cum omni iuriſdictione, ac pertinentiis ſuis, nunquid in venditione regalia cenſeantur venire? Reſpondeo minimè, niſi id exprimatur, vel ex coniecturis manifeſtè deprehendatur, ideo non venit ius in ea venditione exigendi portoria, ſeu gabellas aliquas. Ita Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 4. titul. 9 numero 14.* & conſuluit Romanus *conſil. 271. numero 4.* Sequitur Decian. *conſ. 124. numero 42. lib. 3.* Probatur, quia iuriſdictionalia, quæ ſunt principi reſeruata per leges noſtras *lib. 2. titul. 45.* non cenſentur conceſſa, ſicut nec reſeruata alia in donatione, ſeu alienatione, niſi ſpecialiter exprimantur. Boſſius *titul. de regalibus, numero 24.* Valaſc. *1. part. de iure emphyteutico, quæſtion. 8. numero 35.* et ita fuit iudicatum non ſemel in hoc regno.

Quin potiùs quando rex concedit oppidum cum iuriſdictione ſimpliciter, non cenſetur in dubio concedere iuriſdictionem priuatiuè, ſed cumulatiuè reſpectu ſuorum officialium, niſi id

declaret expreſsè. Ita Auendan. *de exequend. mandat. 1. part. cap. 1. n. 31. & cap. 19. in princip.* præſertim ſi domini terrarum ſint negligentes in prouidendis officiis, nec ſufficiunt verba generalia, vt eſt gloſſ. *verbo, expreſsè, cap. Inquiſitores, de heretic. lib. 6. & in clement. 2. verſ. Expreſsè de prebend.* quia in caſu regalium non cenſetur conceſſum, quod non eſt expreſſum, vt conſtat ex lege noſtra *tit. 45. verſ.* ibi, *expreſſamente lhe for outorgado*, & infrà §. 8. 9. & 10. ibi, *e quanto emque expreſſamente for declarado.* Ex quo apparet, quandocumque lex exigit ſpecialem mentionem non ſatis eſſe, ſi exprimatur per verba generalia, ita Afflict. *deciſ. 44. num. 12.* Angel. *in authent. de heredib & falcid. §. ſi verò expreſſim*, iuncta gloſſ. *in verbo, expreſsè, d. cap. Inquiſitores.* In conceſſione tamen facta à principe alicui magnati de iuriſdictione in aliquo oppido, in dubio cenſetur conceſſa in prima inſtantia priuatiuè, cum prouocatione ad regem concedentem, & cum auocatione actorum in caſibus curiæ, & ita iudicatum fuit, poſséque fieri tradit Auendan. *de exequend. cap. 1. num. 19.*

Ex quibus deducitur dominos terrarum non poſſe vti iuriſdictione vltra caſus in ſuis donationibus expreſſos. Cabed. 2. *part. deciſ. 14. num. 4.* lex noſtra *lib. 2. tit. 45. num. 6.* ibi, *naon paſſaraon oſtermos das ditas doaçoens.* Imò quantumcumque donationes videantur ampliſſimæ, ſemper princeps ſibi reſeruat ſuperioritatem ſupremam ſuper vaſſallis, quæ regio diademati, atque oſſibus ipſius regis ſemper adhæret, ita vt nulla pactione, nullóque iure poſſit auelli ab ipſo regali ſolio. Ita Ioan. And. apud Speculat. *tit. de iuriſdict. omn. iudic. in gloſſ. magna.* Decius *conſ. 307. col. 3.* Bald. *in l. 1. §. in initio, ff. de officio præfecti vrbis*, Lucas de Penna *in l. 1. C. de priuileg. ſcholar. lib. 12.* Couar. *in regul. poſſeſſ. 2. part. §. 2. num. 7.* & Corcet. *de poteſtate regia, 1. part. quæſt. 4.* & Boër. *deciſ. 50. num. 12.* dicentes non poſſe regem à ſe abdicare ſuperioritatem illam ſupremam, cum nullus inferior ſit illius capax.

Proinde non admittitur opinio Aymo. *de antiquitate, §. materiam*, poſt Iſerniam *in rubric. quæ ſint regalia*, & ibi Afflict. *col. 8. verſ. Ad ſextam*, vbi aiunt concedentem regem alicui regalia, vel imperialia in aliquo caſtro, ſimul conceſſiſſe reliqua, quæ regi adhærent. Secus ſi quædam certa regalia conceſſiſſet, quia quamuis princeps velit à ſe abdicare regalia omnia, eáque vaſſallis committere, non tamen conſequenter committit iuriſdictionem ſupremam, ita vt deinceps nequeat illam exercere, cum non priuatiuè illa conceſſerit, ſed accumulatiuè, vt benè probat Roland. *conſ. 1. à num. 129. vol. 2.* multis ibi citatis, cùm Princeps, ſeu Summus Pontifex non poſſint alteri iuriſdictionem, ſeu poteſtatem concedere, quin penes ipſos non remaneat maior iuriſdictio, ac poteſtas, quàm ſit in alios tranſlata, vt patet ex *cap. dudum, §. nos igitur, de prebend. in 6.*

Non eſt tamen negandum poſſe regem in vita, & pro vita ſua concedere regalia priuatis, non tamen in perpetuum pro ſe, & hæredibus; tunc enim cùm diminuatur principatus, non valet donatio, ſicut non poteſt principatum alteri commodare *cap. 2. de vſu pal.* Lucas de Penna *in l. contra publicam, col. 6. verſ. vel die huiuſmodi, C. de re milit. lib. 12.* eſſet enim talis alienatio in præiudicium præeminentiæ regalis. Sequitur Afflict. *in rubric. quæ ſint regalia, num. 72. verſ. Item ſecundum Andream*, vbi ait, hoc fieri ad vitam illorum, quibus conceduntur, patibile eſſe; at verò pro ſe, & hæredibus eſſe impatibile, niſi ex magna, & vrgentiſſima cauſa nempe meritorum, ſeu operum in gratiam regni egregiè factorum, Cabed. 2. *part. deciſ. 11. n. 3.* abſque verò iis meritis egregiis illa concedere in perpetuum, eſſet euiſcerare viſcera imperij, teſte Baldo *in cap. licet cauſam col. 3. in fine verſ. item non poteſt, de probationib.* cenſebitúrque princeps homicida ſuæ dignitatis *l. ſi fundum, §. cum inter. ff. de vſucap. pro empt.* Octauian. *deciſ. 101. num. 2.* Menchac. *illuſt. cap. 5. num. 5.* quos ſequitur Cabed. *deciſ. 40. num. 18.* ſubdens *num. 19.* de conſuetudine tamen regalia apud Gallos, Hiſpanos, & Luſitanos non ſolùm ad vitam, ſed etiam perpetuò donari.

An verò regalia poſſint præſcribi, quæſtio eſt. 29
Reſpondetur primò de iure communi ex regula tradita à Paulo *in l. imperium, col. vlt. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* regalia, quæ indigent vt poſſideantur ſpeciali priuilegio, non præſcribi, niſi tempore immemoriali. Ita Lucas de Penna *in l. 1. de limitroph. lib. 11.* Panormitan. *in cap. peruenit, de cenſibus*, Text. *in cap. ſuper quibuſdam, §. præterea, de verbor. ſignificat.* Aretin. *in l. moreſ, col. 5. de acquirend. hæred.* Iſernia, & Afflict. *in cap. 1. §. præterea de probib. feud. alien.* per Feder. aſſerentes contra imperium non currere præſcriptionem centenariam, ſed immemorialem; quibus accedit Bald. *tract. de præſcriptionibus, 2. part. quartæ partis principalis, quæſt. 1.* & Roland. *conſ. 3. numero 82. vol. 1.* De iure tamen huius regni non præſcribuntur, nec per tempus immemoriale, quia lex noſtra ſine poſſeſſione non admittit præſcriptionem, imò excludit poſſeſſionem in regalibus, ſeu iuriſdictionalibus, abſque donatione, & titulo, ideo præſcriptio non procedit, vt probatur ex *ordination. lib. 2. tit. 45. §. 10.* vbi damnatur prædictorum poſſeſſio, Valaſc. *de iure emphyteutico, quæſt. 8. num. 22. & 36.* & conſultat. *num. 10.* Cabed. 2. *part. deciſ. 9. num. 6. & dec.* *num. 8. & deciſ. 65. num. 7. & num. 9.* Con Menoch. *de ſucceſſ. creatione, 1. part. lib. 1. §. 10. num. 22. & §. 26. num. 140. lib. 3.* quibus in locis tradit poſſe principem damnare poſſeſſionem abſque titulo, ſequitur Lara. *de decim. venditionis, cap. 19. num. 5.* Barboſ. *in annotationib. ad d. tit. 45. §. 10. num. 1.* cum reſeruata principi non cenſeantur conceſſa, niſi ſpecialiter concedantur, vt diximus poſt Valaſc. *dict. quæſt. 8. numero 25.* Phœbos 1. *part. deciſ. 28. numero 7.* Ergo non comparente titulo, bene poteſt damnari poſſeſſio.

Extra verò hoc regnum reſeruata ſummo Principi in ſignum poteſtatis poſſe præſcribi centenaria præſcriptione, tradit Gregor. Lopez *l. 5. verbo contra ſeu borio, tit. 2. part. 1.* Menoch. *conſ. 2. num. 71. & 72.* Maſcard. *de probation. concluſ. 1050.* neque apud Hiſpanos *l. 6. tit. 13. lib. 3. ordinam.* eſt neceſſaria ad præſcribendum ſcientia, & patientia principis, quia præſumitur per tempus centum annorum, neque ex hac præſcriptione emergit notabile præiudicium, cùm penes regem perſeueret iuriſdictio adhuc in ſuo regno, nec cenſeatur rex alienare à ſe iuriſdictionem priuatiuè, ſed cumulatiuè per tradita à Chaſſanæo *in conſuetudin. Burgundiæ, rubrica 3. §. 1. in gloſſa finali, numero 30.* 30

Vbique

Vbique tamen iura regalia particularibus conceſſa poſſunt præſcribi per vnum donatarium contra alium, *cap. 1. de præſcriptionib. lib. 6.* ſicque ſæpe iudicatum refert Cabed. 2. *part. deciſ. 65.* num. 10.

At verò contra Reges abſolutè ſupremum ſupremæ poteſtatis regiæ eſt impræſcriptibile, *l. comperit*, iuxta Bald. *C. de præſcriptionib. 30. vel 40. annorum, & in cap. cum nobis & in cap. ad audientiam, de præſcriptionib.* Balb. *eodem tit. 2. part quæſt. 1.* Sequitur Valaſc. *de iure emphyteutico, quæſt. 8. num. 19.* Couar. *practicar. cap. 4. num. 1.* vbi ait, ſupremam iuriſdictionem, quæ alio nomine vocant *maioria*, nullo modo poſſe auelli à Rege, & alij, quos ſequitur Cabed. *dict. deciſ. 41. numero 5.* adeo, quòd neque ipſe princeps poſſit alijs concedere iuriſdictionem abſolutam in aliqua ciuitate, ita ne ad eum appelletur, Couar. *vbi proximè*, Auilez *prætor. cap. 38. num. 2.* Gullielm. *in cap. Raynut. verbo, & vxorem, deciſ. 1. num. 24.* Auendan. *lib. 1. de exequend. mandat. cap. 5. num. 2.* Neque poteſt acquiri præſcriptio per quodcumque tempus, ne ad principem procedatur omnino, ſicut vaſſallus non poteſt per vllum tempus ſe eximere à ditione ſui Regis, ſi fateatur ſe ſubditum: poteſt tamen princeps concedere in aliquibus caſibus, ne ad eum appelletur, in quibus etiam habebit locum ſupplicatio, ſeu querela vt diximus ſuprà, quia ſemper poteſt princeps cognoſcere de ſententiis per viam ſupplicationis ſimplicis, ſeu querelæ. Auendan. *lib. 1. de exequend. mandat. cap. 6. num. 2.* & ſatis id probat Cabed. 2. *part. deciſ. 40. à num. 12. & deciſ. 41. num. 5. & ſequentib.* Couar. *in regul. poſſeſſor, 2. part. §. 2. num. 8. verſ. Ex his verò*, quos vide, facit lex noſtra *lib. 3. tit. 71. num. 2. & 3.*

---

## §. IV.

### *Quænam ſint, quæ Principes non poſſunt facere; nec iam facta reuocare?*

### EPITOME.

*Princeps cenſetur viuere ſecundùm leges, quamuis ſit ſolutus legibus.*

*Princeps non poteſt reuocare donationes abſque legitima cauſa factas in præiudicium reipublicæ, & ſimiliter priuilegia.*

*Ex cauſa tamen poteſt.*

*Princeps an poſſit mutare diſpoſitiones inſtitutionum primogeniorum.*

*Libertas teſtandi hominibus conceſſa eſt de iure gentium, ideo non poteſt princeps teſtatorum voluntates, ſeu conditiones peruertere.*

*Princeps an poſſit concedere officium, quod alteri iam conceſſerat per diploma generale.*

36 *Princeps an poſſit concedere feudum familiæ extraneis.*

37 *In dubio non præſumitur velle præiudicare princeps habenti ius ad eam.*

38 *Princeps an poſſit reddere habiles fœminas excluſas ab inſtitutione.*

39 *Acquiſitum iure ciuili ſtipulatione, vel aliqua alia conuentione non poteſt princeps auferre.*

40 *Princeps an poſſit reualidare ſcripturam nullam ex defectu ſolemnitatis per quam iam eſt ius quæſitum tertio.*

41 *Princeps an poſſit validare teſtamentum, factum ab impubere, pubertati tamen proximo.*

42 *Princeps an poſſit pro libito auferre officia ſubditis conceſſa.*

43 *Quæ officia expirent morte concedentis, & quæ non.*

44 *Officia conceſſa ad beneplacitum Papæ an morte illius expirent.*

45 *Officia conceſſa ab inferioribus principe quando expirant.*

46 *Quas donationes poteſt princeps à ſe ipſo, & à prædeceſſoribus factas reuocare, quaſque poſſit facere in perpetuum.*

47 *Donationes à rege moderatè factas ſub nomine dignitatis non poteſt ſucceſſor reuocare.*

48 *Priuilegia, ac facultates indefinite conceſſas ob pretium, ſeu bene merita non poteſt princeps reuocare.*

49 *Priuilegium iuriſdictionis alicui conceſſum abſque vlla cauſa poteſt concedens tollere.*

50 *Facultates conceſſæ ab Ordinario mendicantibus prælatis ad approbandum ſubditos ad expediendas confeſſiones poſſunt ab eodem reuocari.*

51 *Facultates religioſis conceſſæ ſine limitatione temporis durant donec reuocentur.*

REx, quamuis in temporalibus ſit princeps, & monarcha in regno ſecundùm 31.
gloſſ. *verbo, cæleſte, in l. iubemus, 1. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Andr. Iſern. *in l. 1. C. de prohib. alien. feud.* Afflictis *deciſ. 120.* ſitque legibus ſolutus, vt diximus 1. *part. lib. 1. diſput. 1. §. 1. num. 100. & diſp. 3. §. 2. num. 213.* Nihilominus eſt ligatus ratione, condendóque leges iuſtas ſecundùm illas viuere debet, vt ſubditos obliget ad earum obſeruationem, teſte Ariſtotele, 1. *politicor. cap. 3.* dicente, dominum ad ſeruum ſe habere, vt anima ſe habet ad corpus; & 5. *Ethic. cap. 6.* Dominari, *inquit*, non permittimus hominem, ſed rationem, & legem; quaſi dicat, Principem ratione ac lege ligatum dominari debere. Nam ſi homo duntaxat abſque ratione, & lege dominari permittatur, ſua vtilitate illud aget, & fiet tyrannus. Hactenus Ariſtotel. Concordat Cicero *in 1. Philippica*, vbi vocat legem, rationem à diuino lumine procedentem: idcircò Antiochus III. ſummoperè commendatur, quòd miſſis ad ſingulas ciuitates literis dixiſſet, *Meis non obtemperetis mandatis, ſi quid forſan contra leges reſcripſero*, quaſi ſe inſcio miſſum, ſcriptúmve ſit. Regale ſanè verbum, cum iuſtitia ſit legum finis. Atque ita prima propoſitio ſit, Principem nec viuere, neque agere debere niſi ſecundùm leges à ſe, vel à ſuis maioribus promulgatis. Menochius *conſ. 158. num. 14.* Cabed. 2. *part. deciſ. 78. numero 1.*

Secunda propoſitio. Non poteſt princeps abſ- 32.
que cauſa iuſta, & rationabili contractus à ſe initos, vel à ſuis maioribus cum ſubditis, reuocare. Ita Bald. *in cap. 1. §. ad hæc, & ibi gloſſ. de pace iuram. firm.* Paulus *in l. digna vox, C. de legibus*, quod intelligunt etiam de plenitudine poteſtatis, quia id cederet in graue detrimentum reipublicæ, & boni communis, & in dedecus fidei regiæ,

Similiter non poteſt princeps facere donationes in graue præiudicium coronæ regiæ, factaſque bene poteſt reuocare, quamuis eas firmaret iuramento. Colligitur ex *cap. intellecto, de iureiur.* Bartol. *in l. prohibere, §. plane, ff. quod vi, aut clam*; ſunt enim bona regalia, quaſi quodam vinculo colligata, réxque eſt reſpectu illorum veluti administrator, ab ipſa republica ad eorum conſeruationem electus, atque ita abſque legitima cauſa non poteſt ea alienare; quod ſi alienet in præiudicium reipublicæ, vel ſucceſſorum, non ſuſtinebuntur ſimiles donationes, niſi durante vita concedentis, eiúſque morte extinguentur, & vlteriùs non procedent. Ita Felin. *in cap. ad audient. num. 4. de præſcriptionib.* & apertè deducitur ex *l. peto, §. prædium, ff. de legat. 1.* Eodem modo non poteſt princeps inter filios diuidere regna neque prouincias, aſſignando vni hanc prouinciam, ſeu regnum, & alteri alterum. Denique nec poteſt nominare ad regnum alium neglecto proximiore, cui ſucceſſio competat, vt patet ex *cap. vnico, de ſucceſſ. feud.* Abbas *in cap. intellecto citato*, Molin. *lib. 3. cap. 6. de primog. num. 13.* Pelaez *de maioratu, 4. part. quæſt. 1. num. 46.* Corcetus *de poteſtate regia, 2. part. quæſt. 8. num. 6.* Ancharran. *in cap. grandi. de ſupplenda negligentia prælator. lib. 6.*

Ex cauſa tamen ſuperueniente, poteſt princeps reuocare contractus, ſeu priuilegia conceſſa. Ita Felin. *in cap. 1. col. 5. num. 6. de donation.* Aretin. *in cap. nouit, num. 28. de iudic.* & à fortiori poterit alterare, ſeu limitare, Molin. *de primog. lib. 4. cap. 3. num. 17.* poſt Felin. *in cap. 1. de probationib. num. 6.* Brun. inter eadem conſilia feudalia, *conſil. 97. num. 8.* Anton. Gabriel. *comm. opinion. lib. 3. de iure quæſito non tollend. concluſ. 3. num. 14.* Idem procedit, quando priuilegium, ſeu contractus ex pòſt facto incepit nocere regi, aut bono publico eſt nociuum. Felin. *in d. cap. nouit, col. 7.* Bald. *in l. penult. C. de donat. inter vir. & vxor.* & Roman. *in l. final. §. de viro, fallent. 24. ff. ſolut. matrim. & conſil. 67. & 350.* Probatur, quia ſicut donationes ex eo articulo, quo incipiunt præiudicare bono publico, poſſunt à principe reuocari, ex Bartol. *in d. l. prohibere, §. planè,* & ex Speculat. *tit. de inſtrument. edit. §. nunc autem, n. 11.* Duen. *regul. 193. limitat. 4.* Sic etiam priuilegia reuocari poſſunt, ex ea ratione, quia ius publicum commodúmque ſemper eſt præferendum commodo, ac iuri priuato. Ita ſcribentes *in l. final. C. ſi contra ius, vel vtilitatem publicam.* Item quia ſi princeps ex cauſa poteſt venire contra ſuum contractum, vt notant Doctores *in d. l. final.* & Socin. *conſ. 4. ſuper quæſtione, col. 3. verſ. Taliter.* Anton. & Imola *in cap. cum M. fer. de conſtit.* & alij, quos refert, ac ſequitur Tiraq. *de pœn. temper. in præfation. cur. num. 41.* non poterit auferre priuilegia ex cauſa ſuperueniente damnoſa bono publico.

Accedit, quia poteſtas poteſt ex cauſa ſuperueniente recedere ab ſtatuto, etiam per eam iurato, vt notat Barbat. *conſ. 1. lib. 1. & conſ. 76. eodem lib.* Felin. *in cap. 1. de conſtitut.* Sequitur Angel. *in tract. de ſyndicatu, notabili 183.* dicens ſi aliquid ex euidente vtilitate republicæ contra ſtatuta agatur, non teneri agentem in ſyndicatu. Confirmatur ex traditis à Bartolo *in proœmio, ff. col. 3. verſ. Item quæro quid de ciuitate, & in l. quicumque, C. de fid. inſtrument. lib. 10.* & ex Ioan. Andr. *in nouella, in cap. in noſtra, de iniuriis*, docentibus non ſolum fas eſſe id principi ex cauſa facere, ſed etiam reipublicæ, & communitati. Pro quo etiam facit principem non poſſe ius, aut rem alterius auferre, vt notatur *in l. quoties, C. de precib. Imper. offer.* poſſe tamen ex cauſa *per gloſ. in l. Barbarius, in verbo, multo magis, ad finem, ff. de officio prætor.* Menoch. *conſ. 1. num. 381. & conſ. 158. num. 36.* poſt alios ibi relatos, *& conſ. 156. num. 48.* & Roland. *conſ. 66. num. 24. & prius, num. 22. vol. 2.* vbi concludit ex cauſa contractus omnes poſſe reuocare, etiamſi ſint oneroſi, & priuilegiis ſubditos priuare. Bald. *in cap. 1. de mil. vaſſall. qui contu. eſt.*

An verò poſſit princeps abſque vlla cauſa per legem generalem auferre bona priuatorum, ſeu priuilegia conceſſa? Reſpondeo negatiuè, quia principes non poſſunt priuare ſine cauſa ſubditos iure ſuo, etiam de plenitudine poteſtatis. Ita Crauet. *conſ. 5. num. 10. conſ. 7. num. 10. conſ. 109. num. 3.* ex eo fundamento, quòd quamuis modus acquirendi dominium ſit de iure ciuili, dominium verò eſt iure gentium, quod non poteſt tolli à principe, idem Crauet. *à conſ. 135. num. 10. & conſ. 241. num. 12. verſ. Aduertendum.* Vnde non videtur bene reſpondiſſe Cabed. *2. part. deciſ. 75. num. 13.* poſſe auferri ius priuatorum per ſtatuta generalia; nec Iaſon, *conſ. 56. col. 2. & col. vltim. lib. 1.* poſſe reuocari conceſſiones à principe factas per modum contractus, quod falſum eſſe, niſi adſit cauſa, tradit idem Crauet. *de antiquitate temporum, partition. 2. part. 1. n. 38.* Ideo ſi princeps per legem generalem bona priuatorum ſibi aufert, vel alteri concedit abſque cauſa, debet ſatisfacere, & recompenſare. Ita Bald. *in l. Barbarius, ff. de officio prætor.* & alij, quos refert, ac ſequitur Iaſon *ibidem à num. 36.* Alexand. *conſ. 190. numero 5. & 17. lib. 2.* Idem Iaſon *conſ. 213. col. 5. verſ. Alibi tenet, lib. 2.* Item, quia quamuis princeps ſit ſupra ius poſitiuum, ſi tamen illud fundatur in ratione, & æquitate naturali, non poteſt abrogari à principe; atqui repugnat iuri naturali, ac dictamini rationis ſine cauſa, per legem generalem priuare principem priuatos rebus ſuis; ergo non poteſt fieri niſi [illegible] to bono cambio, vt tradit Decius *in cap. [illegible] col. 3. verſ. Et ampliatur iſta, de conſtitutione [illegible]* tol. *in l. vltim. §. 1. num. 1. ff. de pig. actione.*

Confert maximè auctoritas ſcribentium non poſſe principem abſque cauſa auferre ius alterius, etiam quando conſiſtit in ſola ſpe, probabili tamen. Ita Decius *conſ. 405. numero 4. in fin. & conſ. 157. num. 6.* Alexand. *conſil. 217.* Curtius Iun. *conſil. 1. in 2. dub.* & Socin. Iun. *conſ. 95. numero 30. & 33. lib. 3.* vbi addit non eſſe licitum principi auferre agnatis ſpem ſuccedendi in feudo; ergo à fortiori non poterit princeps per legem à ſe latam, etiam quando eſt generalis, auferre bona priuatis, niſi perſoluat pretium, vel alia via rependat damnum. Ita expreſſe Rochus Curtius *de conſuetudine, num. 449.* Iaſon in *dicta leg. Barbarius, num. 44. in fine, ff. de officio prætor.* Afflictis *deciſion. 321. num. 16. & 17.* vbi concludit, quando per legem generalem tolluntur bona priuatorum pretium priuatis eſſe ſoluendum, per text. *in leg. venditor, §. ſi conſtat, ff. comm. prædior.* Idem dicendum eſt quoties princeps, vel ciuitas propter publicam vtilitatem per legem, ſeu ſtatutum aufert alicui certæ perſonæ ius, quod habet in re aliqua. Ita Ruin. *conſ. 60. num. 6. lib. 5.* & Alexand. *conſil. 190. numero 17. lib. 2.* vbi aiunt non eſſe rem auferendam, niſi perſoluto pretio. Ergo.

Quod

Quod attinet ad priuilegia, dicendum eſt per legem generalem reuocari priuilegia, quia cenſentur ita fuiſſe lata a Principe ex cauſa, & motu proprio. Secus quando apponitur clauſula, *non obſtantibus priuilegijs*, non conſtituendo legem vniuerſalem, *de reuocando*, tunc non abolentur priuilegia inſerta in corpore iuris, nec quæ conceduntur ob vtilitatem publicam, neque alia priuilegia, quæ indigent ſpeciali reuocatione, qualia ſunt, quæ conceduntur pro immunitate pauperum, vel in fauorem cauſæ piæ, teſte Cabed. 2. *part. deciſ. 94. per totum*. Nec ſufficit derogatio generalis, vbi neceſſaria eſt ſpecialis mentio. Ita Felin. *in cap. audientiam, de reſcriptis*. Idem Cabed. *deciſ. 93. num. vlt. 2. part.*

Aduerte tamen doctrinam hanc eſſe intelligendam, niſi priuilegia ſint conceſſa per contractum, in quo euentu Princeps tenetur ſeruare contractus cum ſubditis initos ex naturali iuſtitia, quæ Principem ligat; quod ſi non obſtante contractu Princeps ex cauſa tollat priuilegium, debet ſubdito recompenſationem facere pro priuilegio ſublato, cum Princeps non ſit dominus abſolutus rerum ſubditorum; ideo non poteſt auferre priuilegium ſine bono cambio, vt conſtat ex l. 1. *tit. 10. part. 2.* & ex *l. 31. tit. 18. part. 3.* & *ibi* Gregor. Lop. Paulo de Caſtro *lib. 1. conſ. 229. in fine*. Matienz. *l. 7. tit. 10. gloſſ. 1. num. 13. lib. 5. recopil.* quia non tenetur gratis ſubditus priuilegiatus abdicare à ſe vſum priuilegij abſque recompenſatione, nec Princeps etiam propter vrgentem cauſam poteſt abſque remuneratione ius per contractum acquiſitum auferre, quamuis poſſit reſcindere ex cauſa contractus.

Quibus poſitis, claritatis gratia, ſit tertia propoſitio. Per legem vniuerſalem, quæ non derogat priuilegia expreſſè, non derogantur tacitè priuilegia conceſſa particularibus, neque ea, quæ non ſunt in corpore iuris comprehenſa. Ratio, quia hæc priuilegia ſunt quaſi ius particulare, quod præſumitur ignorari à Principe. Imò nec per ſpeciale reſcriptum Principis tollitur priuilegium tacite, niſi quando apponitur in ipſo reſcripto expreſſa clauſula derogationis. Prior pars probatur ex *cap. 1. de conſtit. in 6.* Poſterior ex *cap. cum ordinem, de reſcriptis*, & ex *gloſſ. vlt. in cap. 1. de reſcriptis*. Accedit quia reſcriptum particulare, ſeu mandatum hominis contra communem legem, nullius momenti, per *l. reſcripta, C. de precib. Imperat. offer.* niſi illius mentionem faciat. Ergo à fortiori requiruntur, vt expreſſè reuocentur priuilegia.

Quarta propoſitio. Priuilegia conceſſa non ... & ab iiſdem acceptata, non poſſunt re... Principe concedente, quia Princeps non ... non ſubditos rebus ſuis legitimè ... ſicut non poteſt tollere ab iiſdem ac... contractus. Eſt communis. Hoſtienſ. ... § Sed nec ille, tit. de immunitate Eccleſiarum. Matienz. Lib. 5. recopilat. tit. 10. l. 7. gloſſ. 1. ... Innocent. in cap. nouit, de iudic. verbo, Theodoſius, & ibi Felin. num. 8. & 10. Proinde quamuis Princeps per legem generalem velit tollere priuilegia conceſſa, non derogat priuilegijs conceſſis ſubditis, eo quia priuilegia non ſubditis data poſtquam fuerunt acceptata, tranſierunt in contractum, Anton. Gabriel. *lib. 3. tit. de iur. quæſito non tollendo, concluſ. 6. numero 10.* & Dried. *lib. 1. de libertat. Chriſtiana, cap. 9.* Quin potius ſimilia priuilegia non poſſunt reuocari à Principe ſucceſſore, cum ſucceſſor teneatur ſeruare contractus a ſuo prædeceſſore initos, quando ſunt iuſti, & cum non ſubditis celebrantur, niſi ſint de rebus, quæ à Principe alienari nequeunt, ſeu de rebus notabiliter præiudicantibus ſucceſſoribus, ſeu bono publico reipublicæ, quia in hoc euentu poſſunt reuocari ex conditione tacita, ſi voluerit ſucceſſor, quæ conditio ſubintelligitur in conceſſione. Ita DD. communiter *vbi ſuprà*.

*Frazoſi Regim. Chriſt. Reipubl.*

Quinta propoſitio. Priuilegia per contractum onceroſum, ſeu lucratiuum non tolluntur per legem generalem, imò nec per ſpecialem. Prior pars probatur, quia Princeps tenetur ſtare contractibus factis cum ſubditis, nec poteſt ab illis reſilire, cum teneatur ex naturali iuſtitia, a cuius vinculo non eſt exemptus. Ita Anton. Gabriel *ſupra concluſ. 5. & 6.* Ideo ſi ob cauſam publicam tollantur priuilegia, debetur ſubdictis ſatisfactio ex *d. l. 2. tit. 10. part. 2.* & ex *l. 31. tit. 18. part. 3.* vbi Gregor. Lop. Idem dicendum eſt, ſi tollantur priuilegia ob cauſam remunerationis, ſi remuneratio ſit ex debito iuſtitiæ, ex eo quia accedunt priuilegia hæc ad obtenta per contractum, proindeque ſunt irreuocabilia ob bene merita conceſſa, per *l. ſi pater, §. vltim. iuncta gloſſ. in verbo, irreuocabiles, ff. de donationib.* vbi donatio remuneratoria non amittitur propter ingratitudinem, quam legem commendant Angel. & Alberic. Sequitur Panormit. *in cap. vltim. col. vlt. de donat.* & *conſ. 3. vitæ in præſenti, col. antepenult. lib. 2.* Suffragatur Romanus *in l. ſi vero, §. de viro, in 24. fal. ff. ſolut. matrim.* & *conſ. 436.* Alciat. *in lib. 1. de verbor. ſignificat.* Bald. *in l. ſi cum mihi, ff. de dol.* vbi aiunt in ſpecie priuilegia conceſſa propter remunerationem eſſe irreuocabilia, quia tranſeunt in contractum. Proinde ſi ex cauſa auferantur, neceſſaria eſt recompenſatio.

Sexta propoſitio. Priuilegia conceſſa, quæ conſiſtunt in facultate operandi aliquid præter ius commune; item quæ conceduntur omnino liberaliter ſubditis ex cauſa moraliter neceſſaria, & ad bonum commune ſpectante, ſiue per legem generalem, ſiue per reſcriptum particulare, poſſunt à Principe auferri abſque vlla ſatisfactione, etiamſi videantur perpetuò conceſſa, cùm procedant ex mera liberalitate; eo quòd ſi à principio cauſa, quæ poſtea ſuperuenit, extitiſſet, vel non conceſſiſſet, vel conditionem addidiſſet, *ſi res ſemper in eodem ſtatu eſſent*. Ita Decius *in cap. nouit, num. 7. verb. Quarto fallit, de iudic.* Tiraquell. *in l. ſi vnquam, in verbo, donatione largitus, num. 279.* ex *cap. ſuggeſtum, de decimis*, vbi noua cauſa ſuperueniens aufert priuilegium, Bald. *in l. 2. ad finem, C. ſi in fraud. patris*, & Angel. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantùm, ff. de liber. & poſthum.* Idem Tiraq. *eodem verbo, num. 43.* vbi ait ex cauſa poſſe Principem rem vnius alteri donare, poſt Bartol. *in l. quicumque, in fine, C. de iur. fiſci, lib. 10.* Bald. *in l. reſcripta, col. vltim. verſ. Tertiò quæritur, C. ſi contra ius, vel vtil. public.* & alij quos ibi refert, ac ſequitur; ergo à fortiori ex cauſa legitima poterit priuilegia gratuita ſine recompenſatione auferre, ſiue ſint præter, ſiue contra ius commune, quia ſimilia priuilegia poſſidentur dependenter ex voluntate concedentis.

Hoc ſpectat an Princeps poſſit quidquam di- 33.
ſponere, vel mutare circa primogeniorum conditiones, vel modum ſuccedendi ab inſtitutore ſelectum? Reſpondeo poſſe ex cauſa publica,

ſiue primogenia ſint inſtituta auctoritate Principis, ſiue non. Probatur, quia princeps poteſt reuocare humanam legem ex cauſa; ergo poteſt diſponere, vel mutare conditiones, & onera, impoſita à defuncto inſtitutore. Ita Molin. *de primog. lib. 1. cap. 8. num. 31. & lib. 4. cap. 3. num. 10.* abſque verò cauſa publica verius eſt non poſſe quidquam mutare circa leges, ac conditiones inſtituentium. Idem Molin. & alter Molin. *tom. 1. diſput. 249. verſ. Verùm autem*, vbi ait Principi ſupremo fas eſſe rationabili ex cauſa vltimas voluntates commutare, *l. legatum, iuncta l. 5. eiuſdem tituli, ff. de adminiſtratione rerum ad ciuit. pertinent.* Confirmatur ex eo quòd princeps ex cauſa poteſt contractus alterare, prout habet Felin. *in cap. 1. de probat. num. 6.* Alexand. *conſ. 216. num. 20. cum ſequent. lib. 2.*

Neque obſtat diſtinctio qua vtitur Couar. *lib. 3. variar. cap. 6. num. 1.* opinans mortuo teſtatore poſſe Principem mutare leges, & conditiones in maiora de licentia illius inſtituta, cùm poſſit ipſe priuilegium ſubditis à ſe ipſo conceſſum limitare, moderari, aut abrogare per text. & *ibi* Innocent. *in cap. in noſtra, de iniuriis*, gloſſ. *in regul. decet. de regul. iuris in 6.* Quam opinionem ibi communiter receptam ait, dummodo accedat auctoritas poſſeſſoris primogenij de præſenti, neque præiudicium illi fiat in iure quæſito. Secus verò dicendum putat idem Couar. quando primogenia ſunt inſtituta ſine auctoritate Principis; quod probat ex *l. ſi teſtamentum, C. de teſtam.* ibi, *Si teſtamentum iure factum ſit, & heres ſit capax, auctoritate reſcripti noſtri reſcindi non oportet.* Præterea, quia princeps non poteſt dominium priuatum tollere, niſi ex cauſa vtili reipublicæ, *l. item ſi verberatum, §. 1. ff. de rei vendic.* Bartol. *in l. vltim. C. ſi contra ius, vel vtil. public.* Ergo princeps nequit auferre à priuato liberam teſtandi licentiam de rebus ſuis, nec formam diſponendi mutare, vel alterare, niſi ob publicam vtilitatem. Accedit argumentum commune, Principem videlicet non poſſe immutare inueſtituram feudi inter conſanguineos eiuſdem agnationis, & familiæ, quia non eſt recedendum ab antiquis inueſtituris, niſi ex conuentione partium. Ita Bald. *in l. vnica, quando non petent partes, & in cap. 1. §. ſi vero, in fine, de ſucceſſione frat. vel grad. ſucced. in feud.* Caſtrenſ. *conſ. 61. Videtur dicendum, lib. 1.* Decius *conſ. 185. num. 3. verſ. Non quod in alia.* Bran. *conſ. 15. in fine*, egregiè, & copioſè. Ergo non licebit Principi mutare, vel alterare leges, ſeu conditiones, niſi quando primogenia ſunt auctoritate ipſius inſtituta.

34 Nihilominus multo veriùs eſt non poſſe Principem in quacumque maioria, ſiue de eius licentia creata, ſiue non, aliquid mutare, vel adiicere, niſi ex cauſa publica. Ita Molin. vterque, *vbi ſuprà*, ex eo, quia vnicuique de rebus ſuis datum eſt diſponere pro libito, & libertas teſtandi hominibus eſt conceſſa de iure gentium, ac de iure naturali, Bartol. *in l. interdum, num. 7. ff. de condictio. indeb.* & *ibi* Iaſon *num. 4.* Corneus *in d. l. ſi teſtamentum, C. de teſtam.* ergo non licet ſine cauſa derogare conditionibus ab inſtituente adiectis, ſicut nun poteſt teſtatoris voluntati præiudicare, vt tanquam veriſſimum tuetur Mantica *de coniectur. vlt. volunt. lib. 11. tit. 12. num. 35.* poſt Decium *conſ. 557. à num. 4.* & Socin. Iun. *conſ. 65. num. 3. vol. 2.* & alios, addens, dato quòd poſſet Princeps de plenitudine poteſtatis alterare ſine cauſa conditiones teſtatoris, neceſſariam eſſe clauſulam ſpecialem, nec ſufficere verba generalia. Sequitur Ruin. *conſ. 80. à n. 7. & conſ. 95. num. 7. & ſequent. vol. 3.* Atque ita remota cauſa publica non poſſe Principem id agere, tradunt Archidiac. *in cap. Epiſcopus, diſt. 88.* Romanus, & Fulgoſus *in d. l. ſi teſtamentum*, quos refert Couar. *d. cap. 6. num. 7.* neque verò propter priuatum commodum docet Decius in prædictis reſponſis ex Bartol. *in proœmio ff. & in l. vlt. col. 1. C. ſi contra ius, vel vtil. public.* Abbas, & alij *in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtitut.*

Sed quid ſi relinquatur aliquid ciuitati, ſeu communitati? Reſpondeo ex cauſa poſſe Principem mutare, ſeu alterare teſtatoris diſpoſitionem, quando eius voluntas adimpleri non poteſt, cum princeps ſit adminiſtrator reipublicæ; in quo euentu ſi relinquatur reipublicæ, vel ciuitati aliquid ad opus publicum, poteſt ab eodem in aliud opus publicum commutari, vt habetur *in l. legatum, ff. de adminiſtratione rerum ad ciuitat. pertinent.* Sicut Summus Pontifex eſt rerum Eccleſiaſticarum rector; proinde ex cauſa ad vſus pios relicta, etiam certos poteſt in alia opera conuertere ex clement. *quia contingit. de religioſis domibus*, his verbis, ibi, *cuncta, quæ ad certum vſum largitione ſunt deſtinata fidelium, ad illum debeant, non ad alium (ſalua Sedis Apoſtolicæ auctoritate) conuerti.* Dixi, ex cauſa rationabili, quia conſtat ex Concilio Tridentino hoc ipſum *ſeſſ. 22. cap. 6. de reformat.* neque hoc fieri debere, niſi accedente legitima cauſa. Vnde infertur neque Epiſcopos, neque inferiores ſupremo Principe ſæculari poſſe de rebus ſuprà dictis ad certum vſum relictis quidquam diſponere, neque in alia opera commutare. Ideo non ſunt admittendi Syluest. *verbo, legatum, 4. quæſt. 12.* quem refert, ac ſequitur Beia *reſponſ. caſuum conſc. part. 4. caſu 22.* & alij, quatenus dicunt, quamuis legatum ad certum vſum relictum poſſit de facto, ac de iure adimpleri, poſſe Epiſcopum ex cauſa, quæ ſibi videatur iuſta, in alium vſum commutare. Quod ex dictis fieri non poſſe, etiamſi res integra adhuc ſit, tradit Couar. *in cap. tua nobis, num. 7. de teſtam.* multis ibi relatis poſt Panorm. *in d. cap. tua, n. 4.* quos ſequitur Molin. *d. diſp. 249. verſ. Verùm verò, ad fin.*

His adde, an Princeps conceſſa priùs prouiſione generali pro primo officio va- poſſit officium, non obſtante hoc diplomat- Paulo, vbi primùm vacauerit, appoſita clauſula, *non obſtante quacumque alia priori conceſſione, ſine præiudicio alicuius?* Pars negans ex eo probatur, quia princeps non poteſt à priuato auferre dominium rei ſuæ, niſi ex cauſa vtili reipublicæ, vt ſuprà diximus, Fortun. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſthum.* Couar. *lib. 3. variar. cap. 6. num. 6.* Item, quia decet Principem eſſe veracem, & ſtare promiſſis. Ita Menoch. *conſ. 24. num. 16. & 52.* vbi ait non debere frangere fidem, nec fas eſſe illi venire contra factum proprium, cùm debeat profiteri illud, quod dicitur Pſalm. 61. *Semel loquutus eſt Deus*, & illud, *Quæ proceſſerunt de labiis meis, non faciam irrita*; eſtque vinculo rationis naturalis obſtrictus, quæ docet promiſſa eſſe ſeruanda *l. 1. ff. de pactis*, & quaſi polus in cœlo debet eſſe immobilis, & ſicut lapis angularis, vt notat Tiraquellus poſt alios, *de nobilitate, cap. 20. num. 24.* & Decius *conſil. 689. num. 14.*

Confirmatur, quia promiſſio de beneficio vacaturo, ſiue fiat à patrono, ſiue à collatore, eſt nulla, *cap. fin. de conceſſione prabend.* & Abbas *in eiuſdem rub. & cap. 2. & cap. conſtitutus, eodem tit.* vbi interdicitur præſentatio, ſeu promiſſio de beneficio, cum vacauerit, Roland. *conſ. 47. à num. 53.* [illegible] C bel. *de patronatib. cap. 14. & cap. 15.* vbi [illegible] 6. nullum prælatum Summo Pontifice inferiorem poſſe concedere expectatiuas ad beneficia vacatura, eſſéque nullas ſi concedantur, ſiue generaliter, ſiue ſpecialiter per *d. cap. 2. de conceſſ. prabend. in 6.* Sequitur Rocha de Curt. *de iure patronatus, in verbo, honorificum, num. 77.* poſt Decium *in l. final. col. 2. in princip. C. de pactis*, dicentem ibi non poſſe promitti hæreditatem viuentis; ergo nec beneficium. Nec obſtat ſi dicas Summum Pontificem poſſe concedere expectatiuas ad beneficia vacatura, quia Papa eſt ſuper concilium generale Tridentinum, quod eas prohibet *ſeſſ. 24. cap. 19.* ibi, *decernit ſancta Synodus mandata de prouidendo, & gratias, qua expectatiua dicuntur, nemini amplius concedi, neque hactenus conceſſis cuiquam vti licere.* Eſſe verò ſuper Concilium patet ex *cap. ſignificaſti. de electione*, ibi ante finem, *quaſi Romana Eccleſia legem concilijs vlla praſixerint, cùm omnia concilia per Romana Eccleſia auctoritatem, & facta ſint, robur acceperint, & in eorum ſtatutis Romani Pontificis patenter excipiatur auctoritas.* Quod in *d. c. ſignificaſti*, tradit Abbas *num. 3.* Geminian. *conſ. 44. num. 1.* & alij, quos refert, ac ſequitur Gonzales *regul. 8. in proœmio, §. 3. à num. 60.* Ergo Summo Pontifice excepto, nemo poteſt promittere, nec concedere expectatiuas de beneficio nondum vacante, & conſequenter nec princeps poteſt quatenus patronatus concedere expectatiuas de beneficio, ſeu commenda, quæ nondum vacat, neque de officiis eorum, qui adhuc viuunt, per Decium *in d. l. final. col. 2. in princ. C. de pactis.*

Vltimò huc confert non poſſe principem concedere feudum iis, qui non ſunt de familia, nec [illegible] admittere ad extraneos, quando illud eſt familiare, vel conceſſum pro conſanguineis. Aluarot. *in cap. 1. §. notandum, verſ. ex qua gloſſa infertur* [illegible] *de* [illegible], *qui feudum dare poſſunt.* Socin. *conſ. 76. num. 13. vol. 1.* non ex alio capite, [illegible] familiares, ſeu conſanguinei habent ius ad feudum. Ergo non poteſt princeps concedere officium Paulo, & excludere Titium, vt [illegible] de primo officio vacaturo conceſſa [illegible] eodem cùm habuiſſet iam ius [illegible] *in l. 2. ff. de natalibus reſtituen.* [illegible] *deciſ. 77. num. 10. & 11.* vbi pro[illegible] principem, nec licere præiudica[illegible] ſito abſque cauſa eo repugnan[illegible] poſſe eo conſentiente. Ergo in[illegible]

[illegible] obſtantibus ſit ſeptima pro[illegible] non obſtante conceſſione, ſeu [illegible] officio vacaturo, facta Titio ex [illegible] videatur iuſta, bene poteſt offi[illegible] dere ex ea ratione, quia per ex[illegible] acquiſitum fuit ius ad rem Titio, [illegible] dicitur, *non obſtante præiudicio*, [illegible] concedentem velle præiudicare in [illegible], quale eſt ius ad rem, gloſſ. [illegible] *in l. ſed cum ab herede, ff.* [illegible] *ſeruientes, §. publica, ff. de ſeruitut.* [illegible] *quoties, num. 4. de precib. Imper. offer.* Quod procedit quando conſtat de voluntate principis, ſiue ſecularis, ſiue Eccleſiaſtici, qualis eſt Summus Pontifex, velle ſcilicet præiudicare in illo modico iure ad rem, nam tunc conceſſio ſecunda, per quam obtinetur officium, ſeu beneficium, valet, præſertim ſi eſt ſpecialis ſecunda, & prior generalis, vt habetur *in cap. 1. de reſcript.* In dubio tamen non cenſebitur princeps per 37.
ſecundam conceſſionem præiudicare voluiſſe, neque in magno, neque in paruo iure ad rem, neque in iure in re, Gloſſ. *in cap. cum olim. de re iudicata*, Decius *conſ. 407. & conſ. 606.* Lodouicus Gomez *in regul. de non tollendo, quaſt. 1. fol. 28.* atque ita conceſſio ſecunda in dubio iudicabitur nulla.

Suffragatur id quod traditur à Molin. *de primog. lib. 1. cap 8. num. 28.* poſſe principem ſubſtitutiones, & vocationes maioratus de poteſtate abſoluta mutare, & alterare in præiudicium ſucceſſorum, quando ius non eſt quæſitum, ſed quæcedidum: ſed poſſe fieri abſque vlla cauſa colligit Molin ex Bartolo *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſth.* Tiraquel. *de primog. quaſt. 22. num. 1 & 2.* Gregor. Lopez *in l. 3. tit. 13. part. 6. in gloſſ. verbo, mugeres, col. 8. & 9.* vbi addit ſibi videri hanc opinionem de iure veriorem, quam ipſe Molin. etiam probat ex cauſa legitima, non tamen ſine ea, ſiue ante delatam maioratus ſucceſſionem, ſiue poſt, vt ſuprà probauimus, quia eſſet abſurdum ſine cauſa in bonis ſubditis reſtitutioni ius fideicommiſſario ſubſtituto tolli ſaltem in ſpe quæſitum à principe. Idem probat Pinell. *in part. 1. rubric. 4. C. de reſcindend. vendit. c. 2. num. 19.* argumento primogenij, quod competit filio ſeniori, ſi rex abſque vlla cauſa viuente patre maioratum ſeniori debitum, filio iuniori concederet contra conditiones ab inſtituente adiectas, quod improbat Couar. *lib. 3. variar. cap. 6. in nouiſſima editione, num. 7. & 8. & num. vltim.* concludens neque id fieri poſſe ex plenitudine poteſtatis, reiecta etiam ea differentia, qua vſus eſt in maioratu ex facultate regia creato, & abſque ea inſtituto; ſequitur Molin. *lib. 1. cap. 8. num. 31.* Neque enim præſumitur velle principem abſque iuſta iuſta tollere ius alterius *l. 2. § merito, & §. ſi quis à principe, ff. ne quid loco publico*, & tradunt Alciat. *in tract. de præſumptionib. regul. 3. præſumpt. 11.* & Ripa *lib. 1. reſponſ. cap. 2. num. 16.* Ergo in dubio præſumendum eſt noluiſſe principem derogare conceſſioni Titio factæ, & excludere illum, niſi de prouiſione illius facta ſit mentio in ſecunda prouiſione, prout decidit Rota *deciſ. 4. in titul. de rerum permutatione in antiquis.* Felin. *in cap. noſtra, num. 23. verſ. vigeſimum ſeptimum corollarium, de reſcript.* & Ioannes de Selua *in tractat. de beneficio, part. 3. quaſt. 11. num. 76.*

Pro quo etiam facit, non poſſe principem ad- 38.
mittere ad ſuccedendum fœminas, quando excluduntur ab inſtituente maioratum, niſi ob cauſam publicam, prout ait Decius *conſ. 468. num. 27. & 498. num. 18.* Couar. *lib. 3. variar. cap.* [illegible] *num. 7.* Mench. *de ſucceſſio. creatio. lib. 1. §. 1. num. 30.* Iul. Clarus *§. feudum, quaſt.* [illegible]. Igitur niſi conſtet ſaltem ex coniecturis, velle principem præiudicare iuri ad rem quæſito per ſecundam prouiſionem, ſemper prouiſus primo loco per conceſſionem etiam generalem de primo beneficio vacaturo eſt præferendus, vt poſt alios ait Decius *conſ. 587. num. 18. viſo.*

Ad argumenta dicendum eſt de iure non poſſe

patronum quamuis rex ſit, concedere præſentationem, nec promiſſionem de primo beneficio vacaturo, vt probant text. & Doctores ſuprà citati; de conſuetudine tamen ſeruari ſolita in hoc regno poſſunt reges concedere expectatiuas; quæ conſuetudo, cùm ſit immemorialis, habet vim priuilegij, *l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. aqua quotidiana, & æſtiua*. Cabed. *d. cap. 14. de patronatib.* Idem dicendum eſt de militüs, ſeu præceptoriis Eccleſiaſticis, quia eadem ratio militat in illis atque in beneficiis. Ita Cabed. *cap. 15. n. 13.* quamuis ſecundùm aliquos huiuſmodi præceptoriæ ſunt res profanæ, nihil habentes commune cum rebus ſpiritualibus, atque ita non comprehenduntur ſub prohibitione de expectatiuis, de quibus agitur *in cap. 2. de præbend. in 6.* Cabed. *c. 15. num. 15. & ſequentibus*, eo quòd eriguntur præceptoriæ ex bonis temporalibus, non verò ex Eccleſiaſticis, quæ bona temporalia conceduntur commendatariis, & beneficia Eccleſiaſtica, quæ ordines militares poſſident, à clericis ſui ordinis reguntur. Abbas *in cap. quamuis, num. 3. de decim.* Hac de re

39. Ambigi poteſt, an acquiſitum iure ciuili, ſtipulatione, vel aliqua alia conuentione celebrata inter priuatos, poſſit princeps auferre? Reſpondeo minimè poſſe, neque dominium, neque ius quæſitum tollere, ex eo quoniam leges ciuiles, & ius gentium omnino tollerentur: in primis abrogaretur regula, Id quod noſtrum eſt, *ff. de regul. iuris*. Secundò obſtat regula, Ne dicatur fieri poſſe niſi quod iuſte, *l. filius quid, ff. de condit. inſtitut.* Tertiò obſtat id, quod dicitur, Principis reſcriptum dicitur irritum, & non ſeruandum, quando alicui præiudicat, damnoſumque eſt, *l. reſcripta, C. de precib. imper. offer. l. fin. C. ſi contra ius, vel vtil. public.* Nec refert dictum Baldi *in l. final. num. 9. C. ſentent. reſcin. non poſſ.* reſoluentis poſſe principem liberè tollere dominium quæſitum iure ciuili, quia contra Baldum ſtat Imperator *in l. ſi quando, C. de inofficioſ. teſtam.* ibi, *Nec credendum eſt Romanum Imperatorem, qui iura tuetur*, &c. Item quia quæſitum iure ciuili dicitur ſemper de iure gentium, ita Bartol. *in l. 1. ff. de acquirend. rer. domin.* & gloſſ. *ibi*, quam probat Iaſon *in §. omnium, inſtitut. de actionib. num. 72.* Aretin. *in l. 3. col. final. ff. de teſtam.* At verò conſtat non poſſe principem tollere ea, quæ ſunt de iure gentium, *§. ſed naturalia, in inſtitut. de iure natur. gentium, & ciuili*. Menoch. *conſ. 298. num. 20. & n. 22.* Iacobin. *in inueſtitur. feudali, in verbo, & cum piſcationib. num. 2.* & Boſſius *in tract. cauſar. crimin. in tit. de aquis, & fluminib. num. 19.* & alij.

Nec vinces dicendo, Princeps poteſt auferre ius poſitiuum, vel ſaltem corrigere, ergo poterit nocere contrahentibus in acquiſitis ex iure poſitiuo, quia non eſt par ratio; quia quamuis poſſit leges abrogare, & nouas leges condere, non tamen poteſt, quod eſt iam acquiſitum per eaſdem leges abſque vlla cauſa abrogare, & vſurpare, cùm ſint effectus ex legibus ante abrogationem perfectè deducti; Couar. *in d. cap. 6. lib. 3. num. 9. paulo ante finem*, Molin. *de primog. lib. 4. cap. 3. num. 12.* Bartol. *in l. fin. C. ſi contra ius*, quia ſicut requiritur cauſa ſatis bona, vt auferatur quæſitum ex iure gentium, ſic etiam exigitur, vt tollatur, quæſitum ex vſucapione. Quod tanquam certum docet Rebuff. *in 2. tom. ad ll. Gall. tract. de reſtitut. art. 2. gloſſ. 4. in principio, pag. 131.* Menoch. *conſ. 251. num 80.* poſt alios Ex quibus octaua ſit concluſio. Acquiſita à ſubditis iure ciuili, ſtipulatione, vel aliqua alia conuentione non poteſt princeps auferre ſine legitima cauſa, neque etiam ea abrogare, quod ſi fecerit, etiam ex cauſa, tenetur contrahentibus in vtroque foro damna inde ſequuta ſatisfacere. Innocent. *in cap. niſi iam pridem, col. 1. verſ. nos dicimus, de renunc.* & habetur *in l. 2. partit. 2. tit. 1.* & ibi Lup. Pin. *C. de reſcind. part. 1. ru. num. 14.*

Ruſus quæri poteſt, an princeps queat ſcripturam nullam ex defectu ſolennitatis, per quam tertius ius quæſiuit, reualidare? Pars affirmans ex eo probatur, quod princeps poteſt ratum habere proceſſum nullum ex defectu iuris poſitiui, vt quotidie fit in curia Romana, quando conſtat cauſam rectè inſtructam eſſe, ſecundùm merita ipſius, vt ſentit Abbas *in cap. cum olim, de re iudicata*, Text. cum ibi notatis fauet *in cap. 1. de tranſactionib.* Iuuat, quia id poteſt facere princeps ex certa ſcientia, quæ quidem requiritur ad confirmandum actum nullũ, prout ait Aym. *concl. 196.* & gloſſ. *in cap per diuerſitatem, in verbo, communi, de conceſſione præbend.* Bartol. *in l. ſi conſtat, ff. de appellationib.* quod procedit, quando actus nullus confirmatur in forma ſpecifica, quæ ſit ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione. Secus dicendum ſi fiat in forma communi, quia tunc non fit validus actus nullus quoad tertij præiudicium. Alexand. *conſ. 223. lib. 4. à num. 18.* Anchar. *conſ. 389. viſis*, & alij. Probatur poſſe fieri de iure noſtro *lib. 3. tit. 63. § 2.* ibi, *os iuizes ſuprirauno tal erro, ſem por elle os actos atè ly proceſſados ſerem auidos por nenhuns*. Faciunt tradita à Cabed. *1. part. deciſ. 36. num. vltim.* vbi ait, quando ſententia annullatur, non ideo debere annullari etiam acta ſimul cum ſententia, quod ſe vidiſſe affirmat, ne partes ſumptibus, & dilationibus fatigentur, quidquid Gam. *deciſ. 219.* contradicat minùs bene; ſequitur Barboſ. *in addition. ad d. §. 2.* idem Cabed. *deciſ. 159. num. 2.* vbi ait, hanc eſſe praxim in ſenatu, quod in proceſſu nullo ex cauſa iudicis incompetentis, ſententiam ſolùm annullari, acta verò reualidari. Ergo ſi hoc eſt in poteſtate iudicis inferioris, multo fortius id poterit efficere ſupremus Princeps. 40.

Cæterùm pars negans, non poſſe ſcilicet reualidari ſcripturam nullam cum præiudicio tertij, eſt vera, eámque ſequuntur Felin. & I[illegible] *cap. 1. de fide inſtrum.* Abbas *ibidem*, ex eo f[illegible]mento, quia ex nullitate illa quæſitum e[illegible] tertio, quod à principe auferri non poteſt, cui competit agere ſine iniuria alicuius, *l. nec auus, C. de emancip. liber. l. 2. §. ſi quis à principe, ff. ne quid in loco publico*, Afflict. *deciſ. 286.* poſt Andr. *in l. Imperialem, in fin. princ. de probib. feud. ali.* per Feder. dicentes non valere conſenſum principis, quando agitur de præiudicio alterius, neque confirmationem in tali caſu quidquam operari in præiudicium tertij, *cap. inter dilectos. de fide inſtrum.* Confirmatur, quia princeps non poteſt facere, quod fides habeatur ſcripturæ non ſolenni per text. *in d. cap. 1. de fide inſtrum.* ibi, *non poſſumus*, cum aliis traditis a Couar. *in pract. cap. 21. num. 2.* Menſius *in l. 2. C. de diuerſ. reſcrip.* maximè quando agitur de priuando aliquem ſuo dominio, vt ſatis probat Panorm. *in d. cap. 5. num 5.* Corraſ. *in l. fin. ff. de ſeruitut. poſt n. 11.* quod princeps nequit efficere, *l. fin. C. ſi contra ius.* Pinell. *in l. 2. de reſcind. vend. 2. part. cap. 2. num. 13.* poſt

Innoc.

*Innoc. in cap. peruenit, in princip. de fideiuſſ. & in cap. quæ in Eccleſiarum de conſtitutionib.* Ergo princeps non poteſt reualidare ſententiam nullam, cum præiudicio tertij.

Ex iuſta tamen cauſa poteſt princeps validare talem ſcripturam, Couar. *vbi ſuprà, d. cap. 11. n. 2.* per tex. *in d. cap. de fide inſtrum.* ibi, *non poſſumus*, quod inducit neceſſitatem, Pinell. *citat. n. 14. fol. 19.* compenſato tamen damno ſequuto alteri ex partibus, ſic intelligitur Felin. *in d. cap. quæ in Eccleſiarum*, Alexand. *conſ. 151. num. 5. volum. 6.* etiamſi princeps reualidet ſcripturam ex cauſa iuſtiſſima, quia hoc non tollit onus recompenſandi per text. *in l. venditor, §. ſi conſtat, ff. comm. prædior.* ibi, *non aliter hoc faciat, niſi prius ſolitum ſalarium domino præſtet.* textus etiam *in l. item ſi verberatum, §. 1. ff. de rei vend.* vbi Vlpianus ſubdit loquendo de ſatisfactione, hæc verba, *modico poſſeſſori dato.* Quæ verba Bald. & Alberic. ibi exponunt modicam ſatisfactionem eſſe domino reddendam à principe, quando illi res aufertur ex cauſa iuſtiſſima: ſed falluntur, quia cauſa iuſtiſſima facit facultatem principi, vt ſine peccato poſſit dominum re ſua priuare, non tamen excuſat à congrua ſatisfactione, vnde verbum, *modicum*, idem valet, atque moderatum pretium, ſeu minus iuſtum, ſeu, vt alij malunt, cum res à domino inuito aufertur, ſemper illi ſatisfactio pro re ablata videtur modica. ita Bald. *in d. l. item ſi verberatum*, poſt Cyn. quem refert, declarat illud verbum, *modicum*. Probatur ex cauſa poſſe principem validare ſcripturam, ſicut poteſt confirmare donationem, factam abſque inſinuatione, repugnantibus filiis donantis, de conſenſo tamen illius, teſte Reboff. *2. tom. pag. 374. num. 38* Faciunt tradita à Paulo *in l. nec damnoſa, in fine, C. de precib. Imper. offer.* & à Xaut. *alleg. at. 28. pag. 7.* dicentibus circa ſolemnia teſtamenti poſſe principem faciliùs diſpenſare, cùm non agatur principaliter de damno tertij. Proinde, quæ dicta ſunt pro parte affirmatiua, accipienda ſunt, quando cauſa iuſta intercedit, & à contrario pars negans fulcitur, quando nulla cauſa reperitur.

Non tamen ex dictis inferas poſſe principem ſupplere defectum naturalem, puta reualidare actum nulliter factum ab iis, qui carent iudicio. Hi enim non poſſunt eſſe iudices, in quos non cadit cognitio iuſtitiæ, cùm ſit operatio intellectus, quo ipſi deſtituti ſunt, vt magiſtraliter docet text. in *l. cum prætor. §. non omnes, ff. de iudic. & in cap. 1. §. quæ ſit* [illegible]. Horum autem facta non poterit princeps etiam ſupremus facere valida, ex ea ratione, quia non licet illi auferre ea, quæ ſunt de iure naturali, prout habetur *in clement. paſtoralis, verſ. cæterum, de re iudicata*, cùm ea, quæ ſunt de iure naturali nullo modo poſſint mutari, *§. ſed naturalia* [illegible] *de iur. natur. gent. & ciuil. & §. fin.* [illegible] *eod. lib.* atque ſententia ita ſemper nulla ab incapacibus lata, etiam parte non opponente, quia licet [illegible] idem ex parte non dependet, nec [illegible] refarciri poteſt, nec haberi pro bona [illegible] valida, ita tradit Innocent. communiter receptus, & probatus *in cap. ſicut* [illegible] Felin. [illegible] poſt alios *verſ. limitatur iſta opinio de re iud.*

Sed contra eſt Alexand. Trentacinque *variar. lib. 2. tit. de procurat. reſolut. 2.* quem ſequitur Barboſa [illegible] *ad tit. 63. lib. 3. §. 5.* vbi ait, tam minorem, quàm maiorem poſſe ratificare ſententiam latam pro ſe, quàm contra ſe. Ergo etiam princeps poterit ſupplere defectum ſententiæ ab incapacibus latæ, ob magnitudinem poteſtatis; accedit, quia poteſt habere non factum, pro facto, vt videmus in cauſa dotis, vbi fingit ſtipulationem de facto fuiſſe interpoſitam, quamuis non interuenerit lex *1. C. de rei vxor. actio. & §. fuerat, inſtitut. de actio.* & è contra habet verè factum, pro non facto, Gloſſ. *verbo, pro infectis, in clement. 1. de immun. Eccleſ.* Guiliel. *in cap. Raym. verbo, & vxorem, tit. de ſucceſſionib. ab inteſtato. num. 498.*

Nam ad factum minoris reſpondetur ſemper illi concedi reſtitutionem, niſi contrarium ſit expreſſum, Bald. *in l. mater, C. ne de ſtatu defunctt.* Decius *conſ. 566. num. 8.* Item quia minor non poteſt facere ratam ſententiam, ſine debitis ſolennitatibus, Menoch. *conſ. 110. num. 58.* iis verò intercedentibus bene poteſt. Ad factum verò principis reſpondetur eſſe extra noſtrum caſum, in quo non poteſt quidquam princeps, quia licet poſſit tollere ea, quæ ſunt iuris ciuilis, non tamen poteſt, ſi naturalem habeant æquitatem. Ita Abbas *in cap. per tuas, col. 11. verſ. non obſtat, quod dicatur de arbitris*, Curt. ſen. *conſ. 49.* & alij, quos refert, ac ſequitur Matienz. *in dialogo 4. part. cap. 12. num. 8.* At reualidare ſcripturam, cum præiudicio tertij, eſt contra rectam rationem, ac naturalem æquitatem, ex cauſa tamen fieri poteſt; ſupplere verò defectum ſententiæ à demente latæ, nullo modo, niſi ex plenitudine poteſtatis.

Vlterius quæri poteſt, validare teſtamentum 41.
an poſſit princeps factum ab impubere, pubertati tamen proximo? Dicitur autem proximus pubertati puer, quando excedit decimum & dimidium annum, fœmina verò nonum, & dimidium. Ita gloſſ. *§. pupillus, verbo, infantia, inſtit. de inut. ſtipul.* & Bartol. *in l. 1. num. 6.* & ibi gloſſ. *ff. de vocationib.* Cald. *in l. ſi curatorem, §. minorib. n. 7. & 8. C. de in integrum reſtitutio.* Sanch. *de matrim. lib. 1. diſp. 51. num. 24. & lib. 6. diſp. 38. num. 2.* & ante hanc ætatem dicitur maſculus infantiæ proximus, & puella infantiæ proxima, ita ſuprà ſcripſi. Partem negantem tradit Bald. *in l. vnic. num. 85. verſ. quæro quæ ſint exempla, C. de confeſſ.* Decius *in l. fin. C. de teſtamen. milit.*, ex eo, quia non poteſt princeps ſupplere defectum naturalem, qui in pupillo, & pupilla reperitur, propter quem defectum impuberes teſtari nequeunt, *l. qua ætate, ff. de teſtam. l. fin. C. de teſtam. milit. §. præterea, inſtit. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum*, vbi dicitur impuberes non poſſe teſtari. Ordinatio noſtra *lib. 4. tit. 81. in principio*, ibi, *menor de quatorze annos*, nec etiam ad pias cauſas, Bartol. *in l. 1. col. 4. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Iaſo. *in l. reſcripta, n. 11. C. de precib. Imper. offer.* Iul. Clar. *§. teſtamentum, quæſt. 5. num. 3.* Gomez *in l. 3. Tauri, num. 2. ad finem*, Molin. *tom. 1. diſp. 136. col. 531. ad finem.* Eſto impuberes ſint ſagaciſſimi, & prudentia quadragenario pares, malitia ætatem ſupplente, ſecundum Bald. *in l. humanitatis, col. 7. verſ. octaua differentia, C. de impuberib.* & Benedict. Pinell. *ſelect. iuris interpret. lib. 2. cap. 54. num. 59.* quia hominibus conceſſum fuit non iure, ſed priuilegio legis condere teſtamentum, lex verò impuberes excluſit generaliter ab hoc priuilegio ex defectu iudicij. Ergo princeps non poteſt ratificare teſtamentum ab impubere conditum, etiamſi ſit doli capax.

Nihilominus verius eſt poſſe principem reualidare illud teſtamentum, concederéque impuberibus

ribus pubertati proximis facultatem teſtandi. Probatur ex l. *fin. C. de teſtam. milit.* vbi olim fiebat facultas condendi teſtamentum militi puberi. Ergo etiam hodie poterit princeps eandem licentiam tribuere, quia tempus conceſſum, ætaſque ad condenda teſtamenta eſt de iure poſitiuo, & in manu principis eſt condere leges, & aſſignare ætatem condentibus teſtamentum. Ita Bart. *in l. ſi quæramus. ff. de teſtam. n.* 6. Caſtr. *in l. reſcripta, C. de precib. Imper. offer.* Angel. de Peruſ. *in d. l. fin. C. de teſtam.* & ibi Alex. & Iaſo quos ſequitur Gom. *in d. l.* 3. *Tauri num.* 3. & 4. Michael Craſſ. *in lib. receptar. §. teſtamentum, quæſt.* 17. *num.* 6. & *quæſt.* 20. *num.* 3. vbi etiam contrariam ſententiam refert communem ex Viuio *lib.* 1. *commun. opinion. verbo, pupillus.* Sed noſtra eſt communior. Idem Molin. *d. diſp.* 136. *ad finem*, & alij, quos refert, ac ſequitur Luſitan. Ægid. *in l.* 1. *p.* 1. §. 1. *C. de ſacroſ. Eccleſ. num.* 6. & Barboſ. *in annotationib. ad l. noſtram lib.* 4. *tit.* 81 *in principio num.* 1. *ad finem.* vbi vterque docet ſtatuto, lege, conſuetudine, vel principis priuilegio induci poſſe, vt impuberes pubertati proximi poſſint valide teſtari. Probatur etiam, quia ſaltem naturaliter impuberes poſſunt ſe obligare per contractum; item ex delicto obligantur, quia iam pollent intellectu, & ſenſu quaſi perfecto, & integro, quoniam ſunt proximi pubertati. Ergo valebit teſtamentum conditum ab iis de licentia principis ſupremi intercedente rationabili cauſa, maximè cùm ſint impuberes, qui iudicio, & intellectu excellunt quamplurimis puberibus.

Dubitandum adhuc reſtat, an princeps pubertati proximus poſſit condere teſtamentum? Ægid. *vbi ſuprà, num.* 7. hinc inde dubitando *ad finem*, concludit poſſe teſtari de licentia gubernatoris regni concedentis cæteris pupillis facultatem teſtandi, cui totius regni cura, ac gubernatio demandata eſt. Lege illum *d. num.* 7. *verſ. & ſane ſi de rege.* Nihilominus dicendum eſt poſſe principem ſupremum in ætate pupillari, quamuis loco ſui gubernator totum regnum moderetur, abſque auctoritate gubernatoris condere teſtamentum; ratio, quia penes eundem principem manet eadem poteſtas, etiam multo maior, quam ſit penes gubernatorem, poteſtque ipſe concedere facultatem aliis pupillis pubertati proximis teſtandi; ergo etiam poteſt vti eademmet facultate, ſicut Summus Pontifex poteſt ſecum diſpenſare in omnibus, in quibus poteſt cum ſubditis, vt probat *lib.* 3. *de matrimonio. diſp.* 3. *num* 6. & *lib.* 4. *decalogi, cap.* 37 *num.* 39. *cum ſequentib. vſque ad num.* 46. Idem affirmat de ſupremo principe ſæculari *d. diſp.* 3. *num.* 7. *verſ. ſecunda concluſio*, poſſe ſcilicet ſecum diſpenſare in iis omnibus temporalibus, in quibus poteſt erga ſubditos ex *cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi*, vbi habes fas eſſe principi ſupremo ſpurium proprium legitimare ad ſucceſſionem, & dignitates temporales, quo in caſu ſecum etiam diſpenſat.

Confirmatur ex eo quod conceditur Epiſcopis, & prælatis regularibus, ſiue generalibus, ſiue prouincialibus, ſiue rectoribus localibus, quibus omnibus integrum eſt poſſe vti diſpenſatione ſecum in omnibus caſibus, in quibus poſſunt cum ſubditis diſpenſare, aliàs eſſent peioris conditionis. Nec huic repugnat iuri naturæ, neque ciuili, neque Eccleſiaſtico. Ita Molin. *tom.* 1. *diſp.* 147. Syluеſt. *verbo, lex. quæſt.* 34. *ad finem*, vbi abſolutè tradit poſſe principem ſæcularem ſecum diſpenſare, Azor. *lib.* 7. *inſtitution. moralium, p.* 1. *cap.* 29. *quæſt.* 6. Sa *verbo, religioſus, num.* 47. *verſ. prælati in religione*, dicentes prælatos regulares, & eorum abſentium vicem gerentes, puta, vicerectores, vicepriores, in omnibus poſſe erga ſe, in quibus poſſunt erga ſubditos. Ex quibus ſatis conſtat poſſe principem impuberem teſtari independenter à voluntate tutoris, ac gubernatoris, & vel diſpenſatione ſecum, qua poteſt vel erga ſubditos impuberes, etiam ſequendo illam opinionem, quæ tradit principem non eſſe legibus ſolutum, quæ ad omnes ſpectant. Couar. *in cap. alma,* 1. *p. num.* 5. Suarez *de legib. lib.* 3. *cap.* 35. *num.* 4. multis ibi relatis.

41. Sequitur difficultas, pro qua fit contentio inter doctores, an princeps poſſit auferre officia ſubditis conceſſa, ſine rationabili cauſa? Reſpondeo conceſſa ad certum tempus, nempe ad vitam, vel ad annum, non poſſe abſque cauſa. Ita Pinell. *p.* 1 *rubric. cap.* 2. *num* 31. *C. de reſcin. vend. ex l. Thais, §. ſororem. ff. de fideicommiſſar. libertatibus*, text. *in l.* 5. *C. de reuocand. donationib.* Felin. *cap. quæ in Eccleſiar. de conſtitut. reg.* quod ſemel placuit, non poteſt diſplicere ſine cauſa, *de regul. iuris in* 6. ideo ſi capitulum ſanciuit, non poteſt ſine cauſa abrogare, *l. ſicut ab initio, C. de action. & obligation. l. quod ſemel, ff. de decreto ab ordin. faciend.* Probatur argumento beneficij, ad quod qui eſt electus, non poteſt ab eo abſque cauſa ſufficienti remoueri *l. vt gradatim,* 11. §. *quoties, verſ. reprobari, ff. de muner. & honorib. l. ſed & reprobari* 7. *ff. de excuſ. tutor. cap. hortandus* 32. *quæſt.* 1. *cap inuentum* 16. *quæſt.* 7. quia nemo eſt priuandus officio ſine graui culpa, vel ſaltem ſine cauſa, quando culpa abeſt, *reg. ſine culpa, de regul. iuris in* 6. & gloſſ. *in cap. ad ſupplicationem de renunciatione*, quæ ſententia eſt communis, Innocent. *in cap. niſi cum pridem, de renunciation. verſ. nos dicimus*, Roman. *conſ.* 345. Gomez *in regul. de non tollend. iure quæſit.* vbi ſentiunt officia, ſeu beneficia tolli non poſſe abſque cauſa, & bono cambio, Franciſc. Mar. 1. *part. deciſ.* 383. quatenus credit principem extinguentem officium ſine culpa poſſidentis, quamuis faciat propter cauſam publicam, debere bono cambio officium ſublatum compenſare; facit *l. venditor. §. ſi conſtat, ff. commun. prædior.* Sotus *de iuſt. lib.* 3. *quæſt.* 6. *art.* 2. Bobadill. *politica, lib.* 1. *c*[illegible] *num.* 23. & 35. addens nec prætorem, ſe[illegible] rectorem poſſe remouere ab officio ſin[illegible] cum tenentem, quamuis in mandatis hab[illegible] poſſit illum remouere, quoties ſeruitio regio, vel iuſtitiæ expediuerit, quia ſemper intelligitur intercedente iuſta cauſa, cuius cauſæ cognitio ad regium ſenatum ſpectabit, qui iudicaturus eſt, an conueniat illum remoueri? Azebed. poſt alios *in l.* 10. & 11. *num.* 5. & 6. *tit.* 5. *lib.* 3. *recopil.* Gregor. Lop. *in l.* 23. *tit.* 7. *part.* 1. vbi tradit officia ſæcularia ob maiores cauſas, quam regularia eſſe auferenda, etiamſi regularia non poſſint tolli ſine iuſta cauſa; Idem Bobadill. *ſuprà ſcriptus, num.* 29.

Idem procedit in officialibus creatis ad beneplacitum principis, quia cenſentur perpetui. Bartol. *in l. iuris peritos, ff. de excuſat. tutor.* Gloſſ. *verbo, electionem. in clemens. & ſi principalis, de reſcriptis, lib.* 6. *l. præſidis, ff. ſi certum petatur*, vbi officiales creati ad voluntatem creantis iudicantur perpetui, nec poſſunt remoueri ſine culpa, vel ſaltem ſine cauſa. Guiliel. *in cap. Raynut. de teſtam. num.* 36. *in verbo, duas habens filias*, Chaſſanæus

in

*in tradat. p. 7. conſiderat. 33. verſ. olim verò*, dicens officiales creatos quandiu regi placuerit, non poſſe reuocari. Quod ſi remoueantur ob delictum, priuſquam eucantur, debent audiri, & poſſunt iuuari remedio iuris ordinario etiam poſſeſſorio, ſecundum *cap. ex tenore de reſtitut. ſpolia.* ex quo vides non eſſe remouendos ſine cauſa, cum debeant audiri.

Idem intelligo, etſi officia ſint conceſſa à principe ob benemerita, hoc enim non obſtante ſi intercedat cauſa iuſta, poteſt princeps quaſcunque donationes reuocare, quod eſt contra Bald. *in l. ſi certo mihi, ff. de dolo*, Capicius *deciſ. 121. num. 35. cum ſequentib. & deciſ. 166. num. 3.* & alij ſed noſtram reſolutionem fatentur veriorem, ſicque iudicatum fuiſſe apud Luſitanos teſtatur Pinell. *3. p. l. 1. de bonis matern. num. 62. illat. 16. § ego autem verius*, & tradunt doctores relati à Palac. *rub. in rubric. de donation. §. 69.* per text. *in cap. ſuggeſtum, de decim.* quoniam intercedente vrgente cauſa, reuocantur leges, ac decreta, & alia quæ regulariter ſunt irreuocabilia, *l. quod ſemel ff. de decret. ab ordinar. faciend.* ibi, *Niſi ex cauſa.* Alex. & Additio. *conſ. 201. num. 7. lib. 1.* & Ruin. *conſ. 229. cap. fin. lib. 1.* Addo quando officium auferetur poſſidenti abſque culpa, ob cauſam tamen iuſtam, faciendam eſſe ſatisfactionem. Innocent. *in d. cap. niſi cum pridem de renunciatio. ex l. venditor, § ſi conſtat, ff. commun. prædior.* Menoch. *de arbitrar. quæſt. 48. num. 9. & 10.* Afflict. *in prælud. conſtitut. quæſt. 4. num. 7.* & Iaſo. *in d. l. fin. C. ſi contra ius, vel vtil. public.* Non tamen tenetur princeps ſatisfacere, ſi ex eo talis vtilitas ad tertium ſpectet; ſed is in cuius vtilitatem poſſeſſoris recidit, debet illud damnum reſarcire per text. *in l. 1. C. communi ſeruo manumiſſo, in § & ſi plures, & in l. ſi ſeruus communis.* Quod ſi commodum vergat ad rem publicam, compenſabitur damnum tertij ex bonis fiſci, ſecundum *l. mulier, in op. ff. capitinis*, Aret. *in l. ſi ſeruum quis, num. 2. in 2. notab. ff. ac quirend. hæred.* ſecus ſi commodum priuato competat, quia ad ipſum onus compenſandi ſpectabit, habetur *in l. ei qui in poteſtate, § fin. ibi, quia abſurdum eſt illum commoda hæreditatis habere, alium verò onera ſuſtinere in præſtando legato, ff. de legat. præſtand.* Decius *in l. ſecundum naturam, ff. de regul. iuris*, & Cabed. *2. part. deciſ. 20. num. 5.*

Sed quid dicendum de officialibus in terris dominorum ſupremo Principe inferiorum? Auendaño *in cap. 5. prætor. num. 12.* Azeued. *in l. 45. n. 4. tit. 4. lib.* [illegible] *recopil.* Couar. *practicar. cap. 9. num. 4.* R[illegible] *de poſſe* [illegible]*ſtræ. de remedijs ad conſeruandam* [illegible] *num. 193.* per *cap. 1. de officio cuſtod.* docent non poſſe remoueri ſine maxima cauſa officiales, qui à populo electi, & ab ipſis dominis confirmati fuerunt, neque poſſe impediri ab iiſdem officiales ordinarij ad cognoſcendum de cauſis populi. Proinde domini terrarum cauſas inceptas coram iiſdem non poſſunt à ſe auocare, nec cognoſcere ante appellationem, *in* [illegible] *de defenſoribus ciuitat. § nulla, & § ſuſ*[illegible] *l. & romano, C. de iuriſdictio. omn. iudic.* E contra autem ſi domini terrarum eligant officiales, & confirment independenter ab electione populi, ex cauſa iuſta, ac rationabili ſufficienter probata, poſſunt ſic electos remouere, quia cum accipiant à dominis terrarum iuriſdictionem, ab eiſdem ex iuſta cauſa poſſunt priuari, per *l. iudicium ſoluitur, ff. de iudic.* Bobadill. *lib. 2. in ſua polit. cap. 16. num. 156. ad fin.* & ab eiſdem poſſunt domini terrarum cauſas ad ſe auocare liberè, & abſque vlla iniuria eorum, cùm ipſi ſolùm eos conſtituerint, eiſque commiſerint iuriſdictionem. ita Ioan. Montagna *tract. de auctoritate concilij*, & ibi Boer. *num. 258.* Angel. *in d. l. iudicium ſoluitur, de iudic.* Rebuff. *in tract. de auocationib. quæſt. 5. in princip.* Couar. *vbi ſuprà, d. cap. 9. num. 4.* ſemper tamen datur locus appellationi ad ſupremum Principem, ſi officiales ſenſerint ſe grauatos; quia nunquam tollitur remedium appellationis, quæ regulariter in omni caſu eſt permiſſa, niſi reperiatur expreſsè prohibita, ex *l. & in maioribus, C. de appellationibus*, Gloſſ. *in l. reſtituere, in fine, ff. de rei vendicatio.* & conſtat ex lege noſtra *lib. 3. tit. 70.* ibi, *appellara*, Phœbos *areſto 61.* Non defertur tamen appellationi in caſibus contentis *in l. 13. tit. 23. part. 3. & in l. 16. tit. 10. part. etiam 3.* leges tamen prohibentes appellationem ſunt ſtrictè interpretandæ, tanquam odioſæ, vt notat Surdus *conſ. 101. num. 2.* & Phœbos *areſto citato 62. ad fin.*

43. Controuertiantur etiam auctores inter ſe, quatenus officia conceſſa expirent morte concedentis, reſoluantque, conceſſa cum clauſula, donec reuocentur, non expirare morte concedentis, eo quòd reuocatio exigit voluntatem contrariam, vel pœnitentiam in concedente, & mortuus caret vtroque; durabunt igitur, quouſque reuocentur, aut quouſque pœniteat concedentem, *l. 2. de precario, & l. quæſitum eſt, § quod à Titio, ff. de precario.* Couar. *3. variar. cap. 15. à num. 1. cum ſequent.* Sequitur Valaſc. *de iur. emphyt. quæſt. 34. num. 2. & 3.* Molin. *de iuſtit. tom. 2. diſp. 298. fol. 301. § precarium, & §. illud.* Idem eſt quando conceduntur, quouſque reuocentur, vel interim dum non reuocantur, aut interim dum ea non reuocauerimus, quia non expirant mortuo concedente. Opus eſt enim, vt expirent reuocatione, vt traditur *in cap. ſi delegatus, §. 1. de officio delegati, lib. 6.*

Item conceſſio facta dignitati in abſtracto non extinguitur *cap. ſi gratioſe de reſcriptis in 6.* In concreto autem facta quatenus cohæret perſonæ, extinguitur morte concedentis. Dicitur autem facta in concreto, quando exprimitur nomen proprium habentis dignitatem, tùc dignitas conſideratur in concreto, ideo conceſſio finitur mortuo concedente. Bartol. *l. 1. num. 9. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Secùs verò, quando exprimitur dignitatis duntaxat nomen, tunc perſeuerat conceſſio facta in abſtracto, quæ ita fit nulla facta mentione de perſona. Barboſ. *in l. quia tale, ff. ſolut. matrim. fol. 346. num. 81.* poſt multos ibi allegatos. Ratio, quia propterea iuriſdictio delegata morte concedentis expirat, quòd cenſeatur facta ratione iuriſdictionis exiſtentis in concreto penes delegantem. Secus de ordinaria, quia nomine dignitatis in abſtracto, conceditur dignitati, ſeu magiſtratui à principe, vt eam habeat nomine proprio, & tanquam miniſter ipſius. Ideo non expirat morte concedentis. Curt. Iunior *l. 1. num. 100. ff. de iuriſdict. omn. iudic. cap. ſi gratioſe, de reſcriptis in 6.* expirat tamen morte concedentis ſeu delegantis cauſam dignitati, ſeu officiali nomine dignitatis in concreto, quatenus cohæret perſonæ particulari illam dignitatem habenti, re tamen integra. Panorm. *cap. relatum num. 3. de officio delegat.* Iaſo *ad l. more num. 5.* & Decius *num. 14. ff. de iuriſdict. omn. iudic.*

Item

Item non expirant officia, quæ habent iuriſdictionem ordinariam annexam, morte principis. Idem Barboſ. *citat. num.* 84. ſecundùm quem, non eſt neceſſaria noua confirmatio à principe ſucceſſore. Neque refragantur Rebuff. *tract. de nominat. quæſt.* 12. *num.* 36. & Iacob. de Belloviſ. *in practic. tit. de ſentent. criminal. ad finem*, dicentes poſſe ordinarium vti ſua iuriſdictione, donec à nouo rege confirmetur. Volunt enim dicere poſſe officiales vti ſuis officiis, niſi à rege ſuccedente ea auferantur, & hoc modo non expirant officia tabellionum, & ſcribarum morte principis, quamuis non habeant annexam iuriſdictionem ordinariam ipſi tabelliones propriè teſte Dominico *in cap.* 1. *num.* 5. *de officio vicarij*, *in* 6. ex eo, quia habent poteſtatem ordinariam ſcribendi ea, quæ pertinent ad iuriſdictionem ordinariam, *l. in fraudem*, §. *quoties ff. de iur. fiſci*, Bald. *in rubric. num.* 2. *C. de fide inſtrument.* Neque ſimilia officia indigent confirmatione à rege nouo, vt officiales eis vtantur, Gama *deciſ.* 353. quamuis ſint à rege conceſſa, cum clauſula, *vſque ad beneplacitum regis*, cùm non expirent morte concedentis. Sunt enim conceſſa ſub nomine dignitatis ſumptæ in abſtracto, *cap. ſi gratioſè, de reſcript. in* 6. Bald. *in l. meminiſſe, num.* 2. *de officio proconſulis*, Molin. *lib.* 1. *de primog. cap.* 25. *num.* 5. Franciſc. Marc. 1. *part. deciſ.* 624. *num.* 3. ac Gregor. Lop. *l.* 10. *tit.* 13. *part.* 2. *in gloſſ. de los officias.*

Quin etiam de ſtylo Curiæ Romanæ omnia officia ſunt ſuſpenſa durante Sede vacante, exceptis iis de quibus in clementina, *ne Romani*, §. *eo autem prouiſo, de elect.* Franciſc. Marc. *deciſ.* 780. 1. *part.* Electo verò Summo Pontifice continuò officiales vtuntur officiis, ſine noua confirmatione. Memineris tamen gratias regulariter conceſſas non extingui morte concedentis, *cap.* 5. *ſuper gratia, de officio delegati, in* 6. Attamen ſi concedantur *vſque ad beneplacitum noſtrum*, mortuo concedente finiuntur. Barboſ. *vbi ſupra, n.* 85. *& ſequent.* Peruſin. *in d. cap. ſi gratioſe, num.* 1. *& num.* 11. ex ea ratione, quia cenſendum eſt in dubio gratiam fuiſſe datam in ordine ad dignitatis beneplacitum in concreto cohærens perſonæ; porrò in conceſſione officij habentis annexam iuriſdictionem ordinariam, habetur ratio dignitatis in abſtracto, ideo non expirat officium morte concedentis, teſte Barboſ. *ibidem.*

44 Quin hoc amplius dico, non expirare officia conceſſa, vſque ad beneplacitum ſedis Apoſtolicæ, aut interim dum ipſa voluerit, quamuis moriatur concedens, cum huiuſmodi clauſulis, quia requiritur, vt expirent, expreſſa reuocatio, eo quòd ſedes Apoſtolica eiuſque beneplacitum eſt immortale, *cap. ſi gratioſè, verſ. ſecus autem, de reſcript. in* 6. Gonzales *in proœmiali*, §. 5. *num.* 10. & gloſſ. 12. *num.* 7. Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *q.* 68. *num.* 20. *& de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 121. *num.* 3. Molin. *tom.* 2. *de inſtit. diſp.* 298. Valaſc. *de iure emphyt. quæſt.* 34. Secus ſi concedantur ad beneplacitum Papæ, ſeu Regis, expreſſo ſolùm nomine dignitatis, eo, quia gratia perſonalis eſt, gloſſ. *in d. cap. ſi gratioſè, in verba, ſua*, & ibi Archidiac. & Anchar. & Valaſc. *num.* 7.

Ego tamen ſentio non extingui conceſſa officia, vſque ad beneplacitum Papæ, vel Principis, quia beneplacitum potiùs concernit dignitatem, quàm perſonam. Nam niſi quid addatur, per quod beneplacitum referatur ad perſonam, de ſe Romanus Pontifex, vel rex Luſitaniæ, eius nomine non expreſſo indiuiduo, denotat pontificatum, ſeu regnum non verò perſonam Papæ, neque regis Portugaliæ. Pro hac ſententia citatur Lapus, & Abbas *in dict. cap. ſi gratioſè, num.* 1. Sequitur Maſcard. *de probationib. concluſ.* 186. *num.* 1. *cum ſequentib.* Ratio, quia in dubio præſumitur beneplacitum fuiſſe poſitum, magis ratione dignitatis, quàm perſonæ. Nam in dubio interpretandum eſt pro ſede Apoſtolica, hoc eſt pro dignitate, vt docet Collect. Simonet. *quæſt.* 47. *num. vltim. de reſeruation.*

Probatur ex Bartol. *in l. centeſimis*, §. *fin. num.* 9. *ff. de verbor. obligation.* dicente, quòd conceſſum ad arbitrium, ſeu ad beneplacitum iudicis præſumitur perſiſtere, non ſolùm dum iudex eſt ſuperſtes, ſed etiam, donec reuocetur à ſucceſſore; quod etiam tradit idem *in l. more maiorum, num.* 7. *ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Decius *in cap. ex literis, ad fin. de conſtitut.* Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *quæſt.* 69. *num.* 7. cum aliis ibi allegatis, quibus accedit Capicius *deciſ.* 136. *num.* 5. & Iul. Clar. *lib.* 5. *de ſentent.* §. *vltim. quæſt.* 71. *num. vltim.* vbi ait condemnationem factam à iudice, tanquam à perſona publica, & ſub nomine officij tale arbitrium, ſeu beneplacitum tranſmitti ad ſucceſſorem, & non extingui obitu iudicis. Quod etiam atteſtatur Follet. *in practica criminali canonica, fol.* 1. *in princip.*

Confert doctrina Antonij Gom. *tom.* 3. *cap. de delictis, num.* 5. §. *ſed his non obſtantibus*, dicentis exilium interpoſitum per iudicem ad beneplacitum, & voluntatem ſuam, non finiri morte iudicis, neque eo ab officio remoto, ſed durare, donec reuocetur à ſucceſſore in officio, quia cenſetur idem tribunal, & iudicium, quod expirat per mortem alicuius iudicis. Eodem modo dico in noſtro caſu in conceſſione facta vſque ad beneplacitum Romani Pontificis, vel Principis, non extingui morte concedentis, ſed tranſire, donec reuocetur à ſucceſſore in officio, text. in *cap. quoniam*, Abbas *in materia de offic. delegat. & in l. annua*, §. *a Titio ff. de annuis legatis.* Etenim in dubio, ſemper actus præſumitur factus ſecundùm qualitatem perſonæ proferentis, & non aliàs, vt communiter doctores tenent in *l. plenum*, §. *æquity ff. de vſu, & habitation.* & ibi Gloſſ. ordinaria argumento legati relicti Epiſcopo, ſeu Principi ſi legatarius decedat, antequam dies cedat, debetur Epiſcopo, ſeu Principi, [illegible] tempore mortis legantis, vt bene prob[illegible] Bald. & Caſtrum Menoch. *de præſumpt. lib.* [illegible] *ſumpt.* 121. *ex num.* 1. *& præſumpt.* 122. *num.* 13. quo loci Titius nondum habens vxorem, legauit centum vxori, & poſtea contraxit cum Berta, eaque decedente contraxit cum Caia, ad quam legatum delatū eſt poſt mortem Titij, quia legauit vxori ſuæ ſub nomine appellatiuo, Felin. *in cap.* 2. *col.* 3. *de treuga, & pace.* Secus quando Titius legauit vxori expreſſo proprio eius nomine, tunc non debetur vxori ſecundæ, quia expreſſio proprij nominis reſtringit legatum. Picus *in l. Titia*, §. *Titia ff. de legat.* 2. *num.* 109. Quod ſi contingat ducere vxorem ſecundò eiuſdem nominis, ſeu cui impoſitum idem nomen primæ vxoris, tunc cum ſecunda ſubrogata ſit loco primæ, obtinebit legatum priori relictum. Ita Picus *in d.* §. *Titia, in fine, num.* 109. Tiraquel. *de legib. connubial. in l.* 5. *num.* 24. Quos ſequitur Menoch. *d. præſumpt.* 122. *num. vltim.*

Suprà dictis accedis quid dicendum, quando

princeps

princeps ait, *concedo tibi hoc priuilegium, vſque ad beneplacitum noſtrum*, ſeu *meum*? Aliqui affirmant conceſſionem eſſe perſonalem, & extingui morte concedentis; nam illud pronomen *meum, tuum, ſuum, noſtrum*, cohærent perſonæ, non verò dignitati. E diuerſo, quando non apponuntur iſta pronomina. Ita Ioan. de Lignan. poſt Lapum, & Geminian. *in d. cap. ſi gratioſe, num 55. de reſcript. in 6.* Capicius *deciſ.* 136. *à num* 1. nempe quando fit conceſſio, vſque ad beneplacitum regium, vel Papæ, ſicque fuit iudicatum à Senatu Neapolitano in caſu ducis Grauinæ habentis priuilegium à rege Ferdinando I. vtendi territorio Garigliani ad regium beneplacitum; quo loci iudicauit illud priuilegium non extingui morte mandantis.

Nec non addunt aliqui non improbabiliter, quamuis priuilegium ſit conceſſum, aut exilium impoſitum à rege, ſeu à iudice *vſque ad beneplacitum noſtrum*, ſeu *ſuum*, non expirare morte concedentis, ſeu mandantis, ſi concedens, ſeu præcipiens ſit perſona publica, & vt talis id concedat, ſeu præcipiat. Quod non diſplicet, ratio, quia tam princeps, quam iudex condemnans id faciunt, non tanquam priuati; ſed tanquam publicæ perſonæ. Vantius *de nullitatib. ex defectu iuriſdictionis delegatæ, num.* 104. vbi ait, ſi creetur à principe iudex ordinarius vſque ad ſuum beneplacitum, non expirare morte creantis, ſed durare, donec à ſucceſſore reuocetur. Concordat Anton. Gomez *tom. 3. de delictis, cap. 8. num.* [illegible]. dicens iudicem imponentem pœnam exilij ad beneplacitum, & voluntatem ſuam, non impoſuiſſe ad ſuam propriam, tanquam priuatam perſonam, ſed tanquam publicam iudicis.

Eodem modo in dubio mandatum perſonæ publicæ, debet intelligi ſecundùm qualitatem perſonæ mandantis, & non aliter, prout habetur *in l. plenum. §. equitium, ff. de vſu, & habitation.* & ibi gloſ. Idem ſiue conceſſio, ſiue præceptum *ad beneplacitum noſtrum*, ſeu *ſuum*, debet tranſire in iudicem ſucceſſorem in officio, ſeu in regno, argumento *l. mortuo iudice, ff. de iudicijs*, quia in materia publica cenſetur durare voluntas principis, ſeu iudicis, proinde nec iudex creatus à principe ad beneplacitum ſuum deſinet eſſe iudex, donec per ſucceſſorem reuocetur, §. *ſuper hoc. in Authent.* [illegible] & tradit Bald. *in l. meminiſſe, ff. de offi.* [illegible] Vantius *ſuprà ſcriptus*, Menoch. [illegible] *quæſt. 68. num. 1. & ſeqq.* vbi loquitur [illegible] ordinario. Secus de iudice delegato, [illegible] iuriſdictio eſt odioſa. Bartol. *in l. more ma.* [illegible] *num. 7. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* & ibi Iaſ. Menoch. *citato loco, num.* 4. Eſſe verò [illegible] iuriſdictionem delegatam ſentit gloſſ. *in clem. 2. de officio ordinar.* & ibi Cardin.

Si conceſſio fiat in hac forma, *cum quan*[illegible] est, *dum nos voluerimus*? Reſ[illegible] *lib. 398. tom. 2.* & Valaſc. *de iu*[illegible] [illegible] extingui beneficium, ſeu officium. [illegible] *dum nos voluerimus, & contra*[illegible], tunc non expiraſſe mortuo [illegible]. Quibus accedit Barboſ. *in l. quia ta*[illegible] *ff. ſoluto matrimon. num.* 86. niſi expreſſa ſequatur reuocatio, *cap. ſi delegatum, de officio delegati in 6.* Bartol. *in d. lege more maiorum, num.* 17. Couar. [illegible] *citato, lib. 3. variar. num.* 5. Quod [illegible] procedit in officiis ad ſeruitium regis deſtinatis, hoc eſt in officiis domus regiæ circa perſo[illegible] *Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.* nam regiam, teſte Gam *deciſ.* 353. Nam hæc officia morte principis finiuntur, ſicut deputata ad officium delegati cenſentur extincta, eo defuncto, vel amoto ab officio *l. diem defuncto, ff. de officio aſſeſſor.* & ibi Bald. & Alex. *num.* 2. Molin *lib. 1. de primog. cap. 25. num.* 12.

Sed dubitari etiam ſolet de conceſſione facta Titio à Rege cuius ſcriptura incipit. *Ego Rex*? Capicius *in deciſ.* 136 *num.* 6. decidit eſſe perſonalem conceſſionem, quamuis ſcriptura ad finem ſubſcribatur *Rex*, quod eſt nomen dignitatis, quia magis conſideratur perſona, quàm dignitas in abſtracto, neque per ſubſcriptionem *Rex*, mutatur ſubſtantia diſpoſitionis, argum. *clem. 1. de præbend.* ſed ego de hoc valde dubito, quia nomen *Rex*, *Imperator*, *Summus Pontifex*, ſunt nomina, quæ concernunt dignitatem & non propriam perſonam. Illud certum exiſtimo ſi conceſſio fiat Titio pro ſe, & ſucceſſoribus, vel cum clauſula, *vt perpetuò duret*, non extingui morte concedentis, ſed oſtenditur eſſe facta ſub nomine dignitatis. Bartol. *in l. antepenult. num 2. in fine, ff. de ſtipul. ſeruorum.* Barboſ. *citat. num.* 92.

Quod ſi Rex dicat, *concedo tibi iuriſdictionem ad hoc, & ad illud, donec illam reuocem*? Reſpondeo non reuocari morte concedentis, per text. *in cap. ſi delegatum. de officio delegat. in 6.* Bartol *in d. l. more maiorum, ff. de iuriſdict. omn. iudic. num.* 6. Alex. *num* 12. Menoch. *lib. 1. de arbitrar. quæſt. 69. num.* 26. fallit hoc. In vicario Epiſcopi etiam quando ita fuerit creatus ſub hac eadem forma expirat eius iuriſdictio mortuo Epiſcopo. Ratio eſt, quia iuriſdictio vicarij eſt eadem omnino cum iuriſdictione Epiſcopi, & nihil differt ab ea; igitur extincto Epiſcopo ceſſat iuriſdictio vicarij, atque ita extinguitur etiam quoad negotia iam inchoata, Gloſſ. *clem. fin. verbo, inteſtata. de procuratorib.* Item quia iuriſdictio vicarij eſt veluti quid acceſſorium iuriſdictioni Epiſcopali; extincto ergo principali, periiſſe neceſſe eſt acceſſorium. Regula, *cùm principalis, de regul. iuris.* Franciſc. Marc. *deciſ. 780. num. 4. in 1. part.* Couar. *pract. cap. 4. num.* 4.

Idem currit in auditoribus dominorum terrarum, morte dominorum expirat eorum iuriſdictio, cùm ſit eadem cum illa, quam habent ipſi Dynaſtæ. Couar. *lib. 3. variar. cap. vltim. num.* 4. & Molin. *lib. 1. de primog. cap. 15. num.* 12. niſi ſint confirmati à principe. Ita Guido *deciſ.* 234. Nihilominus oppoſitum dicimus in delegato etiam ad vniuerſalitatem cauſarum, ſi cauſam vnius cognitionis inchoauit, poteſt vlterius progredi in omnibus contentis in eadem delegatione, nec per mortem delegantis, de eius delegata iuriſdictione quicquam detractum eſt. Bartol. *in d. l. more, n.* 14. quia eſt diuerſa iuriſdictio delegata à iuriſdictione delegantis, & ita non extinguitur, ſicut mandatum re non integra non expirat, *l. & quia in fine, ff. de iuriſdict. omn. iud.* & ibi Iaſon *num.* 1. Baptiſta *num.* 4. & alij, quamuis iuriſdictio veniat nomine delegantis, *l. 1 §. fin. ff. de officio eius.*

De officiis verò conceſſis à rege Luſitano, vt eſt magiſter militarium ordinum Chriſti Domini, & Diui Benedicti, ac Diui Iacobi, opinatur Gama *deciſ. 351. ad fin.* non expirare mortuo ipſo magiſtro. Eo quod rex iam poſſidet hanc dignitatem, quaſi adnexam regno, vt inſeparabilem à bonis coronæ. Sed meliùs dic, expirare ea officia mortuo magiſtro; quia officia harum militiarum

ſunt officia Eccleſiaſtica iuriſdictionem Eccleſiaſticam habentia, & nullo modo vocanda ſunt ſæcularia. Porrò magiſter ea concedendo vtitur poteſtate Eccleſiaſtica, ſicut vtebantur veteres magiſtri, antequam magiſtralis dignitas vnita eſſet maieſtati regiæ. Sic Nauar. *in propugnaculo apologia, num.* 14. quém ſequitur Barboſ. *vbi ſupra, num.* 95. Secundò, quia res Eccleſiaſtica ſi vniatur profanæ dignitati, non tranſit ad profanam, quamuis vna Eccleſia vnita alteri Eccleſiæ in illius naturam ſe transferat, *cap.* 1. *ne ſede vacante.* At verò Eccleſiaſtica non transferuntur in naturam laicam, argumento capitis *quod ſemel*, cum gloſſ. *de regul. iuris in* 6. Gama *deciſ.* [illegible] *num.* [illegible].

Item confirmari poteſt, quia Epiſcopi non poſſunt concedere iuriſdictionem ordinariam perpetuò. Abbas *in cap. relatum de offic. delegat.* Item Epiſcopi habent iuriſdictionem ordinariam in concreto, hoc eſt cohærentem perſonæ, vt apparet in officio Vicarij. Innocent. & ſcribentes, *in cap. ad hoc, & in cap. penult. de officio vicarij;* & conſtat quia iuriſdictio, mortuo Epiſcopo, deuoluitur ad capitulum, *cap. cum olim de maior. & obedient.* Ergo idem dicendum eſt de officiis conceſſis à magiſtro, cum magiſter ſecundùm ſe ſit principe ſupremo inferior: neque eſt dominus, ſed vſufructuarius, finitoque vſufructu conſequens eſt vt officia conſtituta ad commoditatem vſusfructus expirent, vt notat Bald. & Salycet. *in dict. l. mandati, ff. mandati*, & conducit text. *in clem. vlt. de procurator.* Barboſ. *num. vlt. ad fin. vbi ſupra*, per text. *in cap. à collatione, de appellat. in* 6. vbi habes, ſi Epiſcopus tanquam canonicus aſſiſtat capitulo, non habere locum Epiſcopi, ſed canonici, ergo intentum.

Ex dictis ſequitur proreges, & alios gubernatores temporales non poſſe concedere officia, niſi pro tempore ſuæ gubernationis, & non vltra, vt teſtatur Capicius *deciſ.* 136. Cabed. 2. *part. deciſ.* 21. Molin. *lib.* 1. *de primog. cap.* 25. *à num.* 4. argumento Epiſcoporum habentium iuriſdictionem temporalem, qui pro ſuo tempore duntaxat poſſunt prouidere de officiis, & iis defunctis, vel officio relicto, ſucceſſores de officiis poſſunt diſponere, quia expirant eadem officia. Afflict. *deciſ.* 101. Gama 353. *num.* 2. niſi ſint officiales creati ab Epiſcopis de conſenſu capituli, quoniam in hoc euentu ſuſtinentur officiales, nec remoueri poſſunt ab officio, ex interuentu capituli, cuius iuriſdictio adhuc durat. Idem Afflict. *ead. deciſ.* 101. *num.* 2. & 3. dicens tunc Eccleſiam ipſam videri contrahere, quæ nunquam moritur 12. *quæſt.* 2. *cap. liberti;* atque ita fuiſſe iudicatum ibi refert à ſacro Concilio Molin. *d. cap.* 25. *n.* 16.

Similiter per mortem concedẽtis Epiſcopi non expirant officiales iuſtitiæ ſæcularis, quos ipſe creat ex donatione regali, ſunt namque hi perpetui, & cenſentur creati ab ipſo Rege concedente eam poteſtatem Epiſcopis, atque ita non expirant mortuis illis, imò potius neque morte ipſius Regis, vt bene notat Boër. *deciſ.* 149. *n.* 11. & 12. *cum ſequentib.* Molin. *lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 5. *verſ. in magiſtratibus autem.* Ita habetur in lege noſtra, *lib.* 2. *ordinat. tit.* 45. *num.* 23. *§. E mandamos*, vbi decernitur non poſſe amoueri ab officiis ita prouiſos, niſi ita fuerit iudicatum, cùm prædicta officia ex donatione regali conceſſa cenſeantur à rege concedente fuiſſe donata, *l. vnum ex familia*, & quæ ibi notantur.

Pari modo inferes, poſſeſſorem maioratus poſſe præfectum arcis ad vitam conſtituere, vel ſimile concedere officium, & ad libitum reuocare, etiam ſine cauſa, *l. ſi ita, §. dominus*, & Bald. & Alberic. *ibi, num.* 2. *ff. de vſu, & habitatio.* poſt alios, etiam ſequitur Boer. *deciſ.* 149. Si verò concedens voluerit reuocare eo defuncto præfectum arcis, vel ſimilia officia; omnia iſta expirabunt auctore Molin. *d. cap.* 25. *num.* 19. & ſucceſſor poterit cui voluerit illa concedere, vt poſt Bald. *in Extrauag. de pace Conſtantia, verbo, amplius, num.* 2. tradit Gregorius Lopez *de præfectis arcium, & ſimilium, l.* 2. *tit.* 15. *verbo, fino el hyo.* Additque Bald. non poſſe inferiorem principe concedere caſtellanias perpetuas, ex eo, quòd ſuapte natura ſint amouibiles ad nutum, per legem *ſi ita, §. dominus, citat.* & ibi Bald. & Alberic. quos ſequitur Barboſ. *in dict. l. quia tale, num.* 89. 13 etenim inferiores ſunt quaſi vſufructuarij, qui non poſſunt quicquam facere in præiudicium ſucceſſorum. Igitur caſtellanias per eos conceſſas poſſunt reuocare ſucceſſores.

Similiter ſi poſſeſſor maioratus diſponat de rebus pro ſuo tempore vacantibus, ſucceſſor non poterit contrariare, nec reuocare. Verbi gratia, ſi conceſſit in emphyteuſim bona ſolita emphyteuticari, ſucceſſor tenetur ſtare conceſſioni emphyteuſis, ſecus ſi res non erat ſolita tradi in emphyteuſim, tunc enim non valebit emphyteuſis, niſi pro vita concedentis, Pinell. *leg.* 1. *C. de bonis mater.* 3. *part. num.* 65. ſimiliter non poterit nec concedens, nec ſucceſſor reuocare officia conceſſa ad vitam accipientis, Greg. Lop. *l.* 6. *tit.* 4. *part.* 3. *verbo, acabarem*, Burgos de pace *conſ.* 21. Azebed. *l.* 2. *tit.* 3. *lib.* 2. *ordin. num.* 4. quia ex ea conceſſione nullum ſequitur præiudicium ſucceſſori. Ita Gregor. Lopez *citat. l.* 2. *tit.* 15. *part.* 2. *col.* 5. *verſ. & nota, quòd ſucceſſor*, Gama *dict. deciſ.* 353. *num.* 5. & diſponit de rebus præſentibus, de quibus poteſt diſponere ſecundùm præſentem ſtatum, niſi officia ea ſint, quæ de ſe non ſunt perpetua, ſed ſolita ſunt concedi ad tempus, vel ſecundùm ſe, vel ſecundùm conſuetudinem regionis. Hæc enim, quamuis à poſſeſſore maioratus concedantur pro tota vita accipientis, poſſunt reuocari à ſucceſſore; ex eo, quoniam non poteſt poſſeſſor præiudicare ſucceſſori, in his, quæ fiunt contra ſtatum, & naturam rerum, vel ſaltem contra conſuetudinem prouinciæ in quâ ſunt, ita Bartol. *in Authen. qui rem, in fin. C. de ſacroſ. Eccleſ.* & Burgos de pace *d. conſ.* 21.

Vnde non poteſt ſucceſſor in maioratu, neque Epiſcopus Petro concedere, vt officium, quod poſſidet, nominet tempore mortis in aliquem ex ſuis filiis, ſi quando nominauit ſucceſſor in maioratu, ſeu Epiſcopus, erant iam defuncti. ita deciſum fuit in caſu Petri Videira anno Domini 1612. ſcriba Franciſco de Almeida Pereira. Ratio, quia huiuſmodi ſucceſſor, & prælatus nequeunt concedere prouiſiones de officiis vulgo *aluaras de lembrança*, ex regul. *cap. ſi gratioſè, de reſcript. in* 6. *l. in tempus, ff. de heredib. inſt.* reſoluto namque iure dantis reſoluitur ius accipientis, *l. vectigalis, ff. de pignorib. cap. nuper. de donationib. inter vir. & vxor.* Redoanus *tract. de rebus Eccleſiaſt. non alienand. quæſtion.* 51. *num.* 68. & Barboſa *in l. quia tale, num.* 86. *ff. ſolut. matrimon. ad fin.* cùm non habeant facultatem diſponendi niſi pro vita ſua, non verò circa futura, Innocentius *in cap.* 3. *de maiorit. & obedient.*

Anton,

Anton. Gabriel *lib. 3. communn. opinion. de iure quæſito non tollendo, concluſ. 5. num. 4.* vide Cabed. *part. 2. deciſ. 21.* Phæbos 1. *part. deciſ. 27.*

46. Ex dictis colliges diſcrimen inter principem, & inter poſſeſſorem maioratus. Nam is nullo modo poteſt alienare bona maioratus, nec donare quantumcunque minima; princeps autem poteſt donare de bonis regni, dummodo ingens læſio non ſequatur. Oldrad. *conſ. 94.* Bald. *conſ. 159. num. 3. lib. 3.* Felin. *in cap. ad audient. de reſcript.* Couar. *in cap. quamuis pactum 2. part. §. 2. num. 4. de pact.* Imò poteſt etiam repugnantibus ciuibus donare ciuitatem alicui vaſſallo, ſi non redundet graue damnum in bona coronæ. Angel. *in l. prohibere, §. planè, ff. quod vi, aut clam*, & Bium. *conſ. 45.* quæ conſuetudo eſt ſatis antiqua apud Luſitanos, faciens ius non ſcriptum, vt notatur *in rubrica, C. quæ ſit longa conſuetudo, & in § ex non ſcripto, inſtitut. de iur. natur. gent. & ciuil.* Quin potiùs ſpectato iure communi bene poteſt hoc fieri a principe irrequiſito ciuium conſenſu, quando ea ex alienatione non daretur enormis læſio, qualis fieret, ſi donata ciuitate, rea de ſe ipſo ſepararet totum ius regium. Iaſon *conſ. 10. vol. 3.* Gregor. Lopez 22. *tit. 13. partit. 2.* quibus accedit Azebed. *l. 1. tit. 10. num. 13. lib. 5. nouæ collect.*

Ea cauſa tamen poteſt princeps adhibere modum donationibus a ſe factis, imò & reuocare eas, ſicut etiam priuilegia à ſe conceſſa, vel à prædeceſſoribus, præſertim, quando bona donata, ſeu priuilegia conceſſa nocent regi, aut bono publico. Ita Felin. *in cap. nouit. de iudic. col. 7. & 10.* Aretin. *ibidem. num. 25.* quemadmodum poteſt ex cauſa reuocare contractum à ſe initum, prout habet Bald. *in vltim. in princip. ff de ſenat.* per text. *in l. qui fundo, C. de omn. agro deſert. lib. 11.* Anton. & Imol. *in cap. cum M. fer. de conſtitutionib.* Probatur, quia princeps debet incumbere adminiſtrationi regni, vt ex facto ſuo regno non præiudicet; quod ſi aliquid ordinet in eius præiudicium, talis ordinatio iuſt, vt latè probat Roland. *conſ. 1. a num. 112. vſque ad num. 127. vol. 2.* Cabed. & alij 2. *part. deciſ. 19. per totum.*

47. Addo poſſe reges facere donationes moderatè tamen, itavt non poſſint reuocari à ſucceſſoribus, ſi donent ſub nomine dignitatis. Ita Capicius ſupra ſcriptus, *deciſ. 121. num. 6.* Quia id, quod fit ſub nomine dignitatis, obligat ſucceſſores, teſte Decio *in cap. 1. de prabend.* per text. *in cap. quoniam.* Abbas *de officio delegati*, & ibi notata. Quando verò conceſſio fiat ſub nomine dignitatis, variant doctores. Abbas *in d. cap. quoniam*, Abbas opinatur non fieri quando conceſſio incipit, *Rex Philippus*, ex eo, quia quamuis Rex ſit nomen appellatiuum, Philippus eſt nomen proprium. Capicius tamen *deciſ. 121. num. 6.* credit hoc modo factam conceſſionem eſſe ſub dignitate, proindeque perpetuò durare, nec poſſe reuocari a ſucceſſoribus; tunc enim conceſſum eſt à rege in dignitate conſtituto, & in ſubſcriptione apponit duntaxat, *Rex*, quod eſt nomen dignitatis; ſequitur Cabed. 2. *part. deciſ. 19. num. 6.* aliter enim nulla conſtitutio edita à Summo Pontifice diceretur tribui ſub nomine dignitatis, quod non eſt dicendum cum incipiat, *Clemens Papa.*

48. Hinc infertur conceſſiones, ſeu priuilegia, ac facultates indefinitè conceſſas ob pretium, ſeu ob benemerita eſſe de ſe perpetuas, nec poſſe reuocari niſi ex cauſa ne dum à concedente, ſed etiam à ſucceſſore, eò quòd induunt virtutem contractus; ideo non poſſe deſtrui ad libitum, ſed ex cauſa iuſta, cùm iam ſit quæſitum ius tertio, quod non amittitur ſine cauſa. Ita Afflict. *deciſ. 128.* nemo enim ſine cauſa debet ſuo iure priuari, *cap. diſcretionem, ad fin. de eo, qui cognouit conſanguineam*; cauſa verò intercedente reuocari poſſunt, Matienz. *eodem lib. 5. vbi ſuprà, num. 9. & 10.* poſt plures. Alexand. *conſ. 101. num. 3. vol. 1.* & Sanch. *de matrim. lib. 8. diſp. 33. concluſ. 2.* vbi *num. 4.* docet propter remunerationem meritorum factam non poſſe reuocari, quamuis remuneratio non ſit debita, niſi ea gratitudine duntaxat: cum priuilegium eo modo cenſeatur non gratis, ſed ea quaſi contractu conceſſum. Ita Felin. *in d. cap. nouit. de iudic. num. 12.* licet *num. 8.* dubitet cum Aretin. allegato.

Secus dicendum eſt de priuilegio conceſſo de iuriſdictione, quia tunc princeps ſæcularis, ſiue 49.
Eccleſiaſticus concedens iuriſdictionem alicui gratis, & abſque vlla cauſa, ſiue iuriſdictio ſit ordinaria, ſiue delegata, poteſt etiam abſque cauſa tollere. Ita Angel. *in l. Lucius ff. de euictione*, quia poteſt iuriſdictionem reuocare ſine cauſa, & in conceſſione iuriſdictionis ſemper excipitur concedentis auctoritas, Bald. *in l. qui ſe patris, num. 24. C. de bon. poſſeſſ. unde liber.* Peregrin. *de iure fiſci, lib. 1. tit. 3. num. 31.* quia vtitur iure ſuo. Concludit Afflict. *d. deciſ. 128. a num. 10.* vbi ait acquiſita facto principis, poſſe ab eo tolli ſine cauſa, Andreas *in cap. 1. de vaſſallo decrepita ætatis*, & Innocent. *in d. cap. nouit. de indic. & not. in l. qui fundos, C. de omn. agro deſerto, lib. 11.* Idcirco ſuperior, qui delegauit poteſtatem abſoluendi à reſeruatis, poteſt eam abſque cauſa reuocare validè, ac licitè ſecundùm ſe: nulli enim fit iniuria.

Superior tamen ipſius delegantis, non poteſt priuare ordinarium delegantem iure ſubdelegandi abſque cauſa: erit enim reuocatio non ſolùm iniuſta, imò videtur nulla, quoniam ordinarius de ſe, & de iure habet poteſtatem delegandi, qua non poteſt priuari abſque cauſa per ſuperiorem. Suar. *tom 4. in 3. part. diſp. 26. ſect. 3. num. 3.* quem ſequitur Sanch. *lib. 8. de matrim. diſp. 33. num. 7.* ſicut poteſt priuari priuilegio gratis conceſſo ſine cauſa à concedente, & ab eius ſucceſſore, eo quòd pendet conceſſio illius à mera voluntate concedentis. Ita Matienzo ſuprà ſcriptus, *lib 5 recopil. tit. 10. l. 6. gloſſ. 5.* Sanch. *lib. 3. de clandeſtin. diſp. 36. num. 9. ad fin.*

Infertur ſecundò, facultates conceſſas ab Epiſ- 50.
copo alicui ſuperiori monachorum ad approbandum ſuos monachos, ad excipiédas confeſſiones, ſeu ad concionandum poſſe ab eodem reuocari, vel ab eius ſucceſſore; non tamen poterit has facultates ab Epiſcopis conceſſas religioſis capitulum, ſede vacante reuocare. Ita Sylueſt. *verb. confeſſor ſecundo, num. 4. ad fin.* Roderic. *tom. 1. Bullarum, fol. 36.* quod priuilegium eſt conceſſum à Clemente IV. anno Domini 1265. Originaliter habetur in conuentu D. Franciſci Salmanticæ, prout habetur in priuilegiis Dominiacis *fol. 55. pag. 2.* & in Franciſcanis in Monum. *fol. 113. conceſſ. 144.* & in priuilegiis Societatis *tit. ſede vacante, fol. 138.* Vnde quamuis poſſint huiuſmodi facultates pro libito reuocari, certum eſt non expirare morte concedentis, durareque donec viduatis Eccleſiis prouiſum fuerit de paſtore, à quo poſſunt reuocari.

Sicut etiam non expirat poteſtas diſpenſandi etiam re integra morte Epiſcopi concedentis, quando conceditur ad diſpenſandum cum perſonis incertis, ac indeterminatis. Confert cap. *ſi cui nulla. de prabend. in 6.* Item, quia cùm ſit facultas ad iuriſdictionem, non contentioſam exercendam, inter gratiam computatur, quæ re integra non expirat. Ita Gambat. *de auctoritate legat. lib.*10. *num.*191. Angel. *verbo, gratia, num.*2 & ibi Roſell. *num.*1. Syluest. *quaſt.*2. Tabien. *quaſt.*5. *num.*6. Armillus *num.* 5. Sà *verbo, diſpenſatio, num.*6. Idem eſto iudicium de diſpenſatione conceſſa in fauorem diſpenſantis, & diſpenſati, aut vtriuſque ſimul, Dominicus *in cap. ſi cui nulla, num.*7. *verſ. quid ſi Papa in forma, de prabend. in* 6. & ibi Francus *num.* 3. *notab. vlt.* Sanch. de hac re *d. lib.*8. *diſp.*18. *à num.*80. *&* 81.

51. Infertur tertiò facultates à ſuperioribus quibuſcumque conceſſas, quando conceduntur indefinitè, & ſine limitatione temporis, licet poſſint reuocari pro libito, eſſe perpetuas, duratéque, donec reuocentur à concedente, ſeu à ſucceſſore, quia ſunt gratiæ factæ. Ita Cardin. *in clemen. vlt. num.* 9. *quaſt.* 5. Angel. *verbo, Indulgentia, num.*7. & ibi Syluest. *quaſt.*5. *dicto ſeptimo, n* 16. Nauar. §. *in Leuiticum, notab.*31. *num.*27. Graff. 1. *part. deciſ. lib.*4. *cap.*2. *num.*28. contra quos videtur eſſe gloſſ. *cap. penultim. verbo, licentia, de clericis non reſidentib.* dicens ſi hæ facultates præiudicent tertio, expirare morte concedentis.

Sed oppoſitum eſt probabilius non expirare, cùm ſit gratia facta, gloſſ. *in cap. cum ex eo, verbo, ſeptennium, de electione in 6.* Gutier. *lib.*2. *canonicar. cap.* 17. *num.* 7. Henriq. *lib.* 7. *de indulgen. cap.*21. *num.*6. Sayro *tract. de pœnit. cap.*22. *& in theſauro caſuum, tom.*1. *lib.*7. *cap.*14. *num.*7. Expirabit tamen licentia conceſſa confeſſario, audiendi Petrum de confeſſione, ſi licentia fuit data in fauorem Petri, & res ſit integra mortuo concedente, vel amoto ab officio, eo quòd tunc non eſt gratia facta, ſed facienda, Sanch, *lib.*8. *de matrim. diſp.*28. *à num.* 81. *& num.*89. vbi addit non ſine ratione facultatem diſpenſandi alicui conceſſam in perſonis determinatis in fauorem duntaxat earum, expirare morte concedentis.

Longè aliter ſi poteſtas eſt conceſſa in fauorem diſpenſantis, tunc enim re integra non expirat. Idem Sanch. *num.*86. *&* 87. vbi ponit diſcrimen inter gratiam iam factam, & faciendam. Obiter nota, vt iuriſdictio reuocata cenſeatur, requiri intimationem factam parti per nuntium ad id deſtinatum, & ante intimationem, quæcumque peracta ſint valere, dummodo error ſit communis, licet habens iuriſdictionem aliunde ſciat reuocationem, quidquid contradicat Roland. *conſ.*46. *n.*28. *&* 29. *vol.*1. Ita Boer. *deciſ.*347. *à num.*14. Flamin. *lib.*7. *de reſident. quaſt.*14. *num.* 41. Sanchez *de matr. lib.*1. *diſ.*6. *num.*18.

## §. V.

### *Vtrùm vtilius ſit Reipublicæ habere magiſtratus, & officiales ad nutum Principis amouibiles, an perpetuos?*

EPITOME

52 *Decet principem officiales rectos non mutare.*

53 *Officialium mutatio affert reipublicæ multa incommoda.*

54 *Officiales periti, ac practici, maxime proſunt reipublicæ.*

55 *Officiales non debent mutari ſine culpa, vel ſaltem ſine cauſa.*

56 *Officia ſi auferantur ſine cauſa, compenſentur.*

57 *Legum frequens mutatio nocet reipublicæ.*

58 *Beneficia Eccleſiaſtica de ſe ſunt perpetua.*

59 *Officiales ex Ariſtotele non debent eſſe perpetui.*

60 *Officiales de iure communi non ſunt perpetui.*

61 *Officiales in Hiſpania, & Luſitania ſunt temporales.*

62 *Officiales ex conſuetudine triennio exacto ſyndicantur, non tamen eo durante de leuibus accuſantur.*

63 *Officiales perpetui in ſuperbiam prolabuntur.*

64 *Magiſtratus in Luſitania ſunt trienues, nam ex diuturno imperio multa mala oriuntur. Officiales tamen iuriſdictione carentes, vt notarij, cuſtodes ciuitatis, apparitores, & ſimiles poſſunt eſſe perpetui. ibid.*

CONTROVERSVM eſt an vtilius ſit reipublicæ magiſtratus eſſe perpetuos, an ad tempus breue? Quod debeant eſſe perpetui, ſuaderi poteſt ex Diodoro Siculo *lib.*1. dicente principes dum regnare cœpiſſent, nõ mutaſſe officiales, quos in officiis reperiebant, ſed illis ſalaria adauxiſſe, ea de cauſa ſumma cum pace, atque otio regnaſſe. Nam qui ſuo officio diligentiſſimè funguntur, non ſolùm verbis, ſed etiam beneficiis ſunt commẽdandi, & extollendi; ingenia enim hominum fauore creſcunt, teſte Seneca *declamatio. lib.*10. & officiales de republica benemeriti, quamuis magnis muneribus affecti, maioribus adhuc, & auctioribus honoribus digni exiſtunt, maximè quando ab auaritia valde alieni, incorruptique reperiuntur. 52.

Decet ergo rempublicam habere officiales perpetuos, vt videtur voluiſſe Iſocrates in Nicocle *orat.*3. ſic dicens: *Qui annui magiſtratus gerendi prouinciam ſubiere, antea plebei exiſtunt, quàm ſentiant quidquam, experientiam ve adipiſcantur earum rerum, quæ ad vrbem attinent. At qui eiſdem negotijs ſunt præfecti, etſi natura debiliore ducantur, longè alijs præeminent.* Item quia beneficia principis non debent, nec paſſim, neque ad nutum tolli, prout habetur *in cap. decet, de reg. iur. lib.*6. mutaréque officiales, cadit in publicum detrimentum boni communis, gloſſ. *in cap. hinc eſt,* 16. *quaſt.*1. Guiliel. *in cap. Raynu. verbo, duas habens filias, de teſtament. num.*44. vbi ait in regno Franciæ decretum fuiſſe à Ludou. XI,

vt officia eſſent perpetua, eo quia ex mutatione
53. officialium magna ſequuntur incommoda. Confirmat Tiberius Imperator, cuius meminit idem Guilielm. *num.* 41. quem fertur reſpondiſſe quibuſdam ſuadentibus mutationem officialium, *Vidi*, inquit, *quendam muſcas vlceribus agroti inſidentes fugare, quem agrotus inculpauit, dicens venturas fore alias ſitibundas vt fugans, iſtas verò cum eſſent iam ſaturata, vix ego ſentiebam.* Quo argumento demonſtrauit Imperator vtilius eſſe reipublicæ retinere officiales diuites, quàm eos amouere, & loco illorum alios de nouo exiles, ac fame enectos ſubſtituere, qui inſtar hirudinum rempublicam ſugant, pauperéſque excoriant. Ideo Suetonius *lib.* 11. *de duodecim Caſaribus*, optimi principis eſſe ducebat non frequenter mutare; & Alexander ſuperato Dario officiales eiuſdem Darij adaucto ſtipendio confirmauit Quo viſo dicebant officiales, *Tu ò Alexander Deus es, ea nam qua dijs placent operaris.*

54. Suffragatur vtilitati reipublicæ peritia, & practica veterum officialium, qua pollent in expediendis negotiis, contra verò nouorum imperitia, & inſcitia, quæ maximè nocet reipublicæ. Perpetui enim certiorem habebunt negotiorum, & cauſarum delectum, & maiorem longo vſu experientiam conſequentur, quæ in annuis officiis obtineri nequit, & diuturnus rerum vſus pro gubernanda republica neceſſarius officiales in ſuo officio magiſtros reddet peritiſſimos.

Proinde officia non debent mutari, niſi quando vacant, morte nempe naturali, ſeu ciuili, ſeu renunciatione, vel ex delicto, in quo vltimo ad-
55. huc debent audiri, neque expelli, niſi cauſa cognita, probatáque, *cap. ex tenore. de reſtitutione ſpoliator.* Nec ſine cauſa placere debet principi mutatio officialium, vt ſuprà diximus, tradítque Guilel. ſuprà ſcriptus *num.* 38. Zauallos *commun. contra commun quaſt.* 425. *num.* 14. cùm officia de ſe ſint perpetua, nec poſſint auferri ſine culpa, vel ſaltem ſine cauſa, & à fortiori quando fuerunt conceſſa pro pecunia; tunc ſi auferantur abſque culpa, ex cauſa tamen, vel debet prouideri de alio ſimili, vel condigna ſatisfactione compenſari, per text. *in l. venditor, §. ſi conſtat, ff. commun. prædior.* & ibi Bartol. & alij, quos ſequitur Menoch. *de arbitrar. quaſt.* 48. *num.* 9. & 10 & in ſpecie Pinell. *in l.* 1. *C. de bonis ma-*
56. *ter.* 3. *pare num.* 62. Phœbos *tom.* 1. *deciſ.* 94. Valaſc. *conſult.* 72. *num.* 5. idem Guiliel. *num.* 36. cùm beneficium, aut priuilegium accepta pecunia conceſſum, ſit irreuocabile, & concedentes ex contractu ſint obnoxij ad fidem ſeruandam, ex Bal. *in l. qui ſe patris, C. unde liberi.*

57. Accedit pro hac ſententia, quia ſicut ex mutatione frequenti perturbatur accedentibus aliis legibus nouis ſtatus reipublicæ, ita etiam magiſtratus ſi de facili mutentur. Igitur debent eſſe perpetui, imò quamuis officiales ſint in aliquo officio ad beneplacitum ipſius principis, adhuc tamen cenſentur perpetui, propter vtilitatem reipublicæ. Bald. Alberic. & Ludouic. Bolognius *in interpretation. in l. iuris peritos in principio, ff. de excuſat. tut.* vbi allegat Bologn. pro hac parte gloſſam ita tenere *in cap. fin. in verbo, perpetuas, & in cap. ſi gratioſè, in verbo, perpetuo, de reſcriptis*; ergo vtilius eſt reipublicæ officiales habere perpetuos, quàm remouibiles, Boer. *deciſ.* 149. *in principio.*

Item, quia ſemel approbatos in vno officio, non poteſt in eodem, vel ſimili reprobari, Abbas Sicul. *in cap. cùm venerabilis*, & ibi Imol. *de exceptio.* Text. cum gloſſ. *in cap. accepimus de atate, & qualitate*, Anchar. *in clem.* 1. *de conceſſ. prabend.* & Ioan. de Anan. *in cap. nulli, de accuſationib.* Probatur exemplo beneficiorum ſæcularium, quæ de ſui natura ſunt perpetua, *cap. pra-*
*cepta deſtinet* 55. *cap. ſatis peruerſum, diſt.* 56. 58.
*& cap. vnico, de capellis monachor. in* 6. & ibi gloſſ. *verbo, perpetui*, Abbas *in cap.* 2. *de arbitr.* Flamin. *lib.* 11. *de reſignat, quaſt.* 3. *num.* 92. Gonzales *de menſib. gloſſ.* § 6. *num.* 7. quod procedit, vt non poſſint fieri temporalia, ſeu ad tempus concedi, per inferiorem Summo Pontifice, *cap. ſi gratioſe, de reſcriptis in* 6. & ibi ſcribentes, Felin. *in cap. in noſtra, num.* 9. *de reſcriptis, & in cap. fin. de iudic. num.* 6. Ergo officia non debent eſſe ad nutum amouibilia, ſed perpetua. Accedit Ariſtoteles 2. *politicor. in cap.* 1. vbi ait melius eſſe magiſtratum geri ab vno, quàm viciſſim.

Pro parte contraria oſtenditur magis expedire 59.
reipublicæ officiales non eſſe perpetuos, ſed precarios, ac temporarios, ex eodem Ariſtotele 5. *politicor. cap.* 6. dicente magis vtile eſſe reipublicæ breuioris temporis magiſtratus. Ratio illius, quia *in tempore breui non eſt ſimiliter machinari*, quaſi dicat, antiquos officiales, diuque commorantes in officio machinationibus ſtruendis aſſueſcere. Ideo damnati fuerunt Cretenſium magiſtratus, quòd propter poteſtatem diuturnitatem, omnia non ratione, ſed arbitratu ſuo neglectis legibus peragebant, & ex magiſtratibus tyranni quodammodo efficiebantur, prout etiam opinatur D. Thom. *de regimine Principis, lib.* 4. *&* 12. *&* 18. & ob eam cauſam Athenienſes legibus cauebant, vt magiſtratus annui eſſent, vt ex Plutarcho, & Libanio docuit Pardulphus Prateius *in iuriſprudentia veteri, lib.* 2. *l.* 56.

Confirmat idem Philoſophus 2. *politic. cap.* 3. *littera G.* vbi ait periculoſum eſſe, & cauſam ſeditionis etiam apud illos, qui excellentes ſunt, ſi iidem magiſtratum ſemper gerant. Probat *l.* 1. *de muneribus, & honoribus non continuandis à patre in filios in eadem domo, lib.* 10. *C. titul.* 40.
Item ab honoribus ad honores eoſdem quinquen- 60.
nij dabatur olim vacatio, triennij verò ad alios. Legatione autem perfunctis biennij vacatio concedebatur, ex quibus vides officia non debere perpetuò permanere penes eoſdem. Accedit lex *honor municipalis* 14. § *gerendorum, de muneribus*, vbi volentes continuare, vel repetere honores temporarios non poſſe, aliter incurrent in *l. Iul. de ambitu*, vt habetur *in l. vni. ad l. Iul. de ambitu, lib.* 9. *C. tit.* 24. niſi neceſſitas, vel penuria hominum aliud expoſcat. Ita Petrus Gregor. *p.* 2. *ſyntagm. iuris, tit. de perſonis, lib.* 18. *cap.* 13. *à num.* 28. vbi addit honores non ordinationibus, ſed potioribus dandos, neque maioribus honoribus functos ad minores deſcendere, niſi deſit copia aliorum ciuium, qui minoribus officiis fungi nequeant.

Suffragatur vniuerſa totius Hiſpaniæ, ac Lu- 61.
ſitaniæ conſuetudo, vbi præſides prouinciarum vulgò correctores, proreges, gubernatores, & reliqui magiſtratus inferiores, qui aſſident, tam in prouinciis, quàm oppidis iuri dicundo ſunt temporarij, nec perpetuò huiuſmodi muneribus fungantur, ſicut nec decuriones ciuitatum ſunt perpetui, ſed ſecundùm leges municipales ſin-

gulo quoque anno eliguntur, vt conſtat ex lege noſtra *lib. 1. tit. 66. & 67. per totum.* Quòd ſi electio non ſit ritè facta de officialibus temporariis ad ſeruiendum reipublicæ, poteſt quilibet de populo electionem impugnare, *l. nam, & intereſt, ff. de munen. & honor.* Matienz. *l. 1 gloſſ. 8. tit. 14. lib. 5 noua recopil.* Cabed. *part. 1. deciſ. 112. & part. 2 deciſ. 84. num.* 16. Auendan. *de exequend. mandat lib. 1. cap. 19. num. 27.* & Caſtill. *in ſua politica, lib. 3. cap. 8. num. 17.*

Concordat Rebuff. in concordatis Franciæ *in titul. de electio. derogat. §. & cum ex electionibus, in verbo, regum aduocatum, verſ. ſextum*, dicens magiſtratus eſſe biennales de iuris diſpoſitione. Quod etiam Romani multo antea experti habuerunt, putà conſules etiam annuos, vt narrat Lucius *lib. 1. infra*, & magiſtratus etiam annuos Romæ fuiſſe tradit Tranquill. *in Cæſare, cap. 23.* Quandoque tamen conſulum munus dum conſules in prouincias proficiſcebantur protogabatur, vel ſi bella contra hoſtes mouebantur, durante bello, donec à ſenatu reuocabantur, & in hoc euentu proconſules dicebantur, teſte Alexandro ab Alexandro *dierum genial. lib. 3.* Cuius rei rationem reddit Caſſiodorus *var. lib. 7. cap. 2.* qui ſapienter, prudenterque antiquas perſpexit dignitates prouinciarum annua ſucceſſione reparari, vt ſic nec diuturna poteſtate, ac potentia vnus ſuperbiret, & vt multorum prouectus gaudia reperirent, ſi promouerentur. Addo Dictatores Romæ eſſe ſemeſtres, Liuius *lib. 2.* Cenſores aliquando quinquennales, poſtea verò annales, & ſemeſtres refert Plutarch. *in politica*, fuiſſe.

62. Confert conſuetudo ſeruari ſolita, tertióque anno exacto, in quo officiales ſyndicantur, neque durante eorum officio ſolent regulariter accuſari, ſed expectatur tempus ſyndicatus, niſi crimen tale ſit, quod mereatur pœnam priuationis; tunc poſſunt accuſari, & condemnari, etiam durante tempore officij. Ita Boſſ. *tit. de offic. cor. pe. n. 24.* Amad. *de ſyndicat. num. 43.* & Iul. Clar. *in praxi, §. fin. quæſt. 16. num. 6.* De negligentia verò leui, vel leuiſſima, durante officio non ſolent accuſari, imò nec ſyndicantur teſte eodem Amad. *de ſyndicat. num. 247.* Angel. *eodem tit. num. 8.* ſecus de culpa lata, & dolo proxima, nam de hac ſyndicantur, vt obſeruat conſuetudo & præſertim de furtis, & illicitis extorſionibus. Boſſ. *n. 26.* Amad. *num. 136. in fine*, accedit Iul. Clar. *quæſt. 73. n. 3.* addens officiales ſubtrahentes publicos prouentus puniri pœna capitis, *§. item, l. Iul. peculatus, inſtitut. de public. iud.* Quod ſi durante officio multa acquirant, niſi liquidò conſtet ea fuiſſe acquiſita de bonis fiſci, in dubio licitè acquiſiuiſſe præſumitur. Ideo non eſt admittenda gloſſ. *in l. 1. defenſionis facultas, in gloſſ. fin. C. de iure fiſci, lib. 10.* præſumens ea bona fuiſſe acquiſita illicitè, cùm oppoſitum doceat opinio communis, teſte Baldo *in cap. 1. in vltimis verbis de clerico, qui inueſtituram facit in vſib. feud.* vbi damnatur illa gloſſ. Iul. Clar. *d. quæſt. 68. num. 30.* vbi plura refert, ac ſequitur. Ex quibus deducitur officia, officialeſque non eſſe perpetuos, vtilius eſſe reipublicæ.

63. Quæ ſententia magis placet propter illud Ariſtotelis, & aliorum dicentium officiales ſine temporali termino conſtitutos in inſolentiam, & tyrannidem incidere, multaque contra æquabilitatem iuris committere. Ariſtoteles *2. politicor.* Ægid. *de regimine principum, lib. 3. 1. part. cap. 3* Bieſſius *de republica, lib. 4. tit. 11. fol. 198. & in fine libri 2.* Cornelius Tacitus, vbi ſolitus fuiſſe fertur dicere, *ſi homines annua magiſtratus deſignatione ſuperbiunt, quid ſi honores per quinquennium agitent? quid ſi per omnem vitam?* quaſi dicat, ſatius eſſe magiſtratus annuis vicibus mutari, quàm per multos annos iuri dicundo præeſſe. Probatur ex Cicerone *in prima Philippica.* ſic dicente, *quæ*, inquit, *lex melior vtiliorque etiam reipublica ſæpius flagitata, quam ne prætoria prouincia pluſquam annum, neue pluſquam biennium conſulares obtinerentur?*

Concordat lex Hiſpana 4. *tit. 5. lib. 8. recopil.* ibi, *mandamos, que los corregedores no ſe prouean mas de por tiempo de vn anno*; & infrà, *ſy conueniene que eſte mas tiempo: en eſte caſo no entendemos hazer prorogation mas de por otro anno.* Quod eſt iuxta ius commune, ſecundùm quod 64
bienoio magiſtratus durabat. Bartol. *in §. audiens in authent. de defenſor. ciuit.* & apud Luſitanos correctores, auditoreſque triennio commorantur, vt conſtat ex *lib. 1. tit. 60. in principio*, ibi, *os tres annos de ſua correicaon ouuidoria, ou iudicatura.* Quibus finitis ſolent ſyndicari, cuius ſtyli meminit Suarez de Paz *tom. 1. in praxi octaua partis, num. 6.* dicens creari a principe ſyndicatores, coram quibus magiſtratus reddunt rationem ſuæ adminiſtrationis, non ſolùm de geſtis ab iiſdem, tanquam iudicibus ordinariis, ſed etiam de ſibi delegatis, ac commiſſis.

Facit denique pro hac parte Titus Liuius *lib. 3. ab vrbe condita, & lib. 4.* vbi ait libertati populi Romani conſulendum, maximam tamen eius cuſtodiam eſſe, ſi magna imperia diuturna non ſunt, & temporis modus imponitur. quibus iuris non poteſt. Quibus verbis ſignificatur diuturna imperia non placere, mutationeſque officialium vtiles, ne perſeuerantia in officio corrumpat animos, alioqui corruptos, nam ex continuatione amicitiæ contrahuntur, comeſſationes, & conuiuia exercentur, tam à magiſtratibus, quàm ab eorum ſubditis, ex quibus langueſcit amor iuſtitiæ, & vitia, magiſtratibus etiam videntibus, accreſcunt, nec corriguntur; nec ſolùm mitiores fiunt, ſed negligentiores in puniendis vitiis magis, ac magis redduntur. Ideo, vt hæc euitentur, officiales decet non eſſe perpetuos, vt pro vtraque parte diſputans Maſtrillus de magiſtr. *lib. 1. cap. 23. num. 34* concludit, & Camill. Borrellus de magiſtratib. *lib. 1. cap. 12.* vbi per totum de hoc plenè agit, & hanc partem, vt probabiliorem commendat. Secus de officialibus dicendum puto. qui officiis reipub funguntur, quæ iuriſdictione carent, vt notarij, & tabelliones, & cuſtodes ciuitatis, quibus magiſtratus vtuntur ad capiendos delinquentes, & ad mandata exequenda, & alij ſimiles.

* * *

DISPVT

# DISPVTATIO VI.

## *Quid ſit legitimatio, & in quo differat à diſpenſatione; quidque poſſit Princeps ſæcularis, erga ſubditos, circa legitimationes, ac diſpenſationes.*

### EPITOME.

1 *Quid ſit legitimatio.*
2 *Legitimatus ſecundum veritatem dicitur legitimus, ſecundum fictionem legitimè natus.*
3 *In legitimatione requiritur cauſa iuſta: voluntas principis ſupremi habetur pro cauſa.*
4 *Legitimatio requirit legitimati conſenſum.*
5 *Abſens, qui non præſtat conſenſum, nec ratam habet legitimationem, neque infans legitimari poſſunt.*
6 *Princeps poteſt legitimare infantem, cum auctoritate, & ſine auctoritate tutoris, ſed maior factus infans debet eam ratam habere.*
7 *Diſpenſatio eſt iuris relaxatio facta cum cauſæ cognitione ab eo, qui poteſt relaxare.*
8 *Diſpenſatio, quando eſt latè, aut ſtrictè accipienda.*
9 *Diſpenſatio quomodo differt à legitimatione.*
10 *Poteſtas diſpenſandi eſt latè interpretanda.*
11 *Potens legitimare adulterinos, & inceſtuoſos, an poſſit ſi legitimandus, ſit infectus vtraque macula.*
12 *Diſpenſatus in aliquibus caſibus non cenſetur legitimatus.*
13 *Diſpenſandus ad ſuccedendum, an debeat citare agnatos.*
14 *Poteſtas legitimandi eſt de reſeruatis ſummo Principi.*
15 *Legitimatus gaudet priuilegiis legitimorum.*
16 *Legitimatus an poſſit gaudere priuilegiis legitimorum extra iuriſdictionem principis legitimantis.*
17 *Princeps an poſſit legitimare ſibi non ſubditum abſolutè.*
18 *Legitimati an æquiparentur legitimis filiis.*

1. LEGITIMATIO teſte Couar. 2. *part. epitom. cap.* 8. §. 8. *num.* 1. eſt quædam natalium reſtitutio, quæ abſque coniugio citra cauſam ingenuitatis conceditur. Vnde legitimare eſt efficere inhabilem habilem ad ea, quæ ſunt de iure ciuili, & quoad hæc eſt verè legitimus. Nata in *repetit. l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, num.* 92. & 93. vocat legitimatum ſe-
2. cundum veritatem legitimum, ſecundum fictionem eſſe legitimè natum, Menoch. *conſ.* 266.
3. *num.* 12. Vt ſit legitimatio requiritur cauſa iuſta, quæ debet eſſe, vel neceſſitas, vel vtilitas, vel prærogatiua perſonæ, *cap. per venerabilem*, §. 1. & *ibi* Præpoſitus *in* 4. *notab. qui filij ſint legitimi*, & Brunus illum ſecutus *conſ.* 15. *num.* 16. additur etiam pro cauſa iuſta, ſola principis voluntas. Ita Iaſon *conſ.* 84. *col.* 2. *lib.* 2. Gozad. *conſ.* 6. *num.* 2. & 56. *conſ.* 35. *num.* 18. Ruin. *conſ.* 96. *num.* 11. *lib.* 3. Quod intelligo de principe ſupremo in ſuo regno. Secus de inferiore ab eo ad legitimandũ deputato, tũc iuſta omnino cauſa requiritur. ita Curt. Iun. *conſ.* 75. *n.* 4. Ruin. *d. conſ.* 96. *num.* 11 *lib.* 3. Gallianl. *in l. Gallus*, §. & *quid ſi tantum, num.* 88. *in fine, ff. de liber. & poſthum.* Socin. Iun. *conſ.* 97. *n.* 38. *lib.* 2. Roland. *conſ.* 89. *num.* 51. *lib.* 1. Roſell. *tract. de legitimat. in cap. de cauſa materiali, verſ. Sed hic dubitatur*; aliter erit nulla legitimatio. Decius *conſ.* 264. *col.* 2. *conſ.* 292. *col.* 3. & *conſ.* 579. *col.* 1. dicentes Imperatorem & Reges ſupremos poſſe ſine cauſa legitimare, propter ſupremam eorum potentiam. Ideo pro cauſa ſufficit ſola voluntas. Longè aliter dicendum de inferioribus, quibus negatur poſſe legitimare abſque cauſa, *cap. cum noſtris*, §. *nos vero, de conceſſ. prabend.*

Præterea legitimatio requirit legitimati con- 4.
ſenſum prout habetur *in* §. *generaliter, in authent. quib. mod. natur. effic. iante ſui*. Nam per legitimationem filius eſt in ſacris patris, hoc eſt in patria poteſtate, a qua erat exemptus, & per legitimationem propriam amittit libertatem, quæ inæſtimabilis eſt, *l. libertas, de regul. iuris*, reſpectu cuius amiſſionis eſt legitimatio damnoſa filio, Brunus *conſ.* 15. *num.* 5. Boër. *quæſt.* 160. *num.* 3. Socin. Sen. *conſ.* 295. *col. penult. ad finem, lib.* 2. Ruin. *conſ.* 70.
*num.* 5 *lib.* 5. Vnde abſens non præſtando conſen- 5.
ſum nequit legitimari, Boër. *d. quæſt.* 160. *num.* 4. Item, quia legitimatio eſt principis beneficium, §. *ſi vero quis ſolummodo in authen. quib. mod. natur. efficiant. ſui*, & *l. nuper in fine, C. de natur. liber.* Requiritur ergo acceptatio, vt ſortiatur effectum, ac conſenſus legitimati, per text. *in l. qui abſenti, ff. de donat.*

Infans tamen poteſt legitimari à principe, & ſuppleri defectus conſenſus *l.* 1. §. *infans, C. de falſ. monet.* vbi habetur non poſſe præſtari conſenſum ab infante, valebit tamen legitimatio, præſertim
ſi infanti fuerit lucroſa, ſicut valere poteſt ſi fiat 6.
auctoritate tutoris, Fulgoſ. *in l. iubemus, C. de emancip. liber.* Iaſon *conſ.* 125. *col. vltim. verſ.* 4. *in iſta, lib.* 4. Curt. Sen. *conſ.* 19. *incipit, viſo priuilegio, col.* 2. *verſ. cum ergo infans*, & Roman. *conſil.* 194. *num.* 4. debet tamen infans maior factus ratificare expreſsè legitimationem, vel tacitè, quod putatur fieri, quando ipſe ſcit, & tacet, neque contradicit. Ita Menoch. *conſ.* 20. *num.* 18. & *ſeqq.*

Diſpenſatio verò differt à legitimatione cùm 7.
ſit iuris relaxatio facta à principe ad id habente poteſtatem cum cauſæ cognitone. Archidiacon. *in cap. licet canon, num.* 2. *de elect. in* 6. Innocent. *in cap. dilectus, num.* 4. *de tempor. ordin.* & *ibi* Ioan. And. *in* 6. Imola *in l. quidam conſulebat, num.* 8. *ff. de re iudicata.* Differt diſpenſatio à legitimatione, quia per legitimationem reducitur legitimatus ad legitima natalium iura, & reſtituitur naturæ, & antiquæ ingenuitati, abolentur omnis macula genituræ; conſtituiturque legitimus, & ad omnes ſucceſſiones tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato habilitatur; etiamſi legitimatio minus concedatur, quàm natis ex legitimo matrimonio.

Per diſpenſationem verò remouetur obſtantia, 8.
ſiue obſtaculum defectus, vt poſſit ſuccedere non obſtante defectu natalium. Ita Butr. *in cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi.* Abbas *conſ.* 7. *n.* 4. Socin. Iun. *conſ.* 93. *num.* 40. *vol.* 3. Sequitur Roland. *conſ.* 61. *num.* 52. *vol.* 1. & *conſ.* 96. *n.* 23. *vol.* 3.
habétque diſpenſatio ſtrictam interpretationem, 9.
Anchar. *conſ.* 242. *incipit, ex tenore priuilegij, in princip.* Bero. *conſ.* 163. Menoch. *de arbitr. caſu* 201.

 *num.*

*num.*157.*& conſ.*72. *num.*11. vbi ait diſpenſatum ad id,quod eſt maius,non eſſe diſpenſatum ad id, quod eſt minus; qualis eſt diſpenſatus ad beneficium,non propterea cenſetur diſpenſatus ad penſionem, neque in hoc caſu valet argumentum de de maiore ad minus, Gigas *de penſion. quaſt.* 18. *num.*6.quia diſpenſatio eſt ſtricti iuris, & de facto reſtringitur ſuper defectu natalium,*cap.lator, in* 1.*gloſſ.qui filij ſint legitimi*,& *ibidem* Ioan.And. Ea namque quæ ſunt introducta contra rationem legis, ſtrictiſſimæ interpretationis ſunt, *leg. quod vero,ff.de legib.* Ioan. And. *in cap. mandato, col.*1.*de Simonia.* Matth.de Afflict *in cap.naturales, ſi de feud. fuer. contr. inter domin. & agnat. verſ.*11.*not.num.*26.Decius *in cap.quia in tantum, num.* 6. *de prabend.* atque ita non eſt amplianda diſpenſatio vltra id,quod in ea continetur *cap.*1. §. *ille vero, de filiis presbyt. in* 6. quia exorbitat à iure communi.

Nec obſtat ſi dicas diſpenſationem eſſe principis beneficium, atque ita latiſſimè interpretandum,quia id intelligitur de beneficio principis nihil concedentis contra ius,ſed ſolum præter illud. Secus quando conceditur aliquid contra ius commune; tunc cùm ſit vera diſpenſatio, eſt ſtrictè intelligenda,ita gloſſ.fin.*in l.beneficium ff.de con-*
10. *ſtit. princip.* Proinde quando princeps concedit aliquid de iis, quæ ſibi competunt, puta poteſtatem diſpenſandi ſeu legitimandi cùm hoc non ſit contra ius propriè, ſed præter ius, nec ad hoc concedendum exigatur cauſa, huiuſmodi poteſtas eſt latiſſimè interpretanda, Speculat.*tit.de diſpenſat.* §. *vltim. num.*2. *verſ Quod ſi diſpenſatum eſt cum aliquo.* Archidiac. *in cap. nos conſuetudinem. in fine, diſtinct.*12. Valaſc, *conſult.* 60. *numero* 3. *volum.*1.

Quare diſpenſatio regulariter cùm ſit odioſa, eſt ſtrictè accipienda,*reg.quæ à iure*; poteſtas verò diſpenſandi eſt latè interpretanda, tanquam fauorabilis, vt conſtat ex *cap.fin.de Simonia*, vbi deciditur mandatum commiſſum Epiſcopo ad diſpēſandum cum monachis, ſeu religioſis ſimoniacè receptis extendi ad diſpenſandum cum ſuperioribus, qui religioſos in religionem ſimoniacè admiſerunt, in quo euentu beneficium principis in ea poteſtate concedenda principaliter reperitur fauore plenum erga eos,quibus conceditur,& nemini præiudicium ea conceſſio infert; quod ſi inferret damnum tertio,talis conceſſio poteſtatis eſſet odioſa, & conſequenter reſtringenda, Felin. *cap.poſtulaſti,num.*11.*caſu* 2.*de reſcript.* Alexand. de Neuo *num.*15. *&* 23. *in cap. at ſi clerici*, §. *de adulteriis.de iudic.*Aretin.*in l.*2.*In princip.num.*1. *ad fin. ff. de verbor. obligationib.* Valaſc. *conſ.*60. *vol.*1.*num.*3.poſt alios, & Couar.*in epitom.*2.*part. cap.*8.§ 8.*num.*9. Ex quibus colliges diſpenſationem regulariter eſſe ſtrictè accipiendam reſpectu illorum, cum quibus diſpenſatur. Vnde diſpenſatus, vt poſſit tranſire ad Archiepiſcopatum, nequit tranſire ad Epiſcopatum,text.*tit.cap.fin.de tranſlat.prælat.* nec diſpenſatus ad certum actum, poteſt habere locum in alio actu, Iaſon. *conſ.*127. *dubitabitur in occurrente, col. fin. num.*9. *vol.*4. Quo circa diſpenſatus monachus ad beneficium curatum non poteſt vigore huius diſpenſationis beneficium ſimplex obtinere. Ioan. And. *in cap. quæ à iure communi in Mercuri.* Sed reſpectu illius cui datur poteſtas diſpenſandi, eſt latè interpretanda, quia eſt beneficium principis, maximè quando conceditur vt cum incertis perſonis diſpenſetur, eo quòd in gratiam diſpenſaturi conceditur.Secus,quando exprimuntur perſonæ,cum quibus eſt diſpenſandum; tunc enim potius eſt diſpenſatio in eſſe producta, quàm facultas diſpenſandi, cuius executio diſpenſaturo committitur, dumtaxat. Ita Galliaul. *In l.*2.*ff de verbor. obligationib.num.*11. & *ibi* Alciatus *num.*50.*verſ. fallit ſecundò.* Angel.*verbo diſpenſatio*, & *ibi* Sylueſt.*quaſt.*5 *num.*9. Couar. *vbi ſuprà*, §.8.*num.vltim.*& Gambat.*de auctoritate legati,l.*10,*num.*100. & alij.

Sed petes an habens facultatem diſpenſandi cum inceſtuoſis & adulterinis,poſſit cum habentibus vtramque maculam ſimul? Pars negans ex eo probatur, quia poteſtas legitimandi ex priuilegio alicui conceſſa, eſt odioſa, & nullo modo fauorabilis, etiam quando exercetur à ſupremo principe, vt deducitur ex §. *final. authent. quib. mod.natur. efficiant. ſui*, vbi princeps proteſtatur, ſe nolle vti beneficio legitimandi vtroque vitio laborātes, ne faciliùs aditus criminoſis præſtetur ad delinquendum; ergo quando poteſtas delegatur legitimandi, cum omnibus ſuis qualitatibus delegato committitur,atque ita poteſtas delegati erit ſtrictè accipienda, *l. Pomponius*, §. *cum quo adminiculo, ff.de acquirend. poſſeſſ.* Secundò probatur, quia poteſtas legitimandi ſoli principi competit, pertinétque ad illum dumtaxat ex *l* 1. *C.de iur aureor. annulor & ex l.quaſi, ff.de natalib.reſtituend.* Paul.de Caſtro *conſ.*227. *vol.*2.Alexand.*conſ.*2.*vol.*1. 11.

Quin etiam de iure noſtro Luſitano *lib.*1.*ordinat.tit.*3. §.1. hæc poteſtas eſt de reſeruatis ſummo Principi, ſolique Regi competit,non officialibus ab eo deputatis,ibi: *Item cartas de legitimaçoens.* Cabed.2.*part. deciſ.*66.*num.*1. *& deciſ.* 9. *num.etiam* 1. atqui in generali conceſſione reſeruatorum ſummo Principi non veniunt grauiora ex reſeruatis, niſi exprimantur, prout habetur in clemen.*non poteſt,de procuratoribus*, & deducitur ex *capite, quod tranſlationem, de officio delegati*; ergo delegatus cum poteſtate legitimandi adulterinos,& inceſtuoſos non poterit legitimare ex adulterio,& inceſtu ſimul procreatum. Vltimò,quia ſub ſimplicibus non continetur mixtum, *l. cum poſſam.* §. *præſcriptione, ff. de adulter.l. ſi ita ſcriptum,ff.de liber.& poſthum.* Quod intelligo de rigore iuris,teſte Ioan.Andr. *in addit. ad Specul in tit. qui filij ſint legitimi, verſ. huic quaſtioni.* Menoch. *de arbitrar. caſu* 203. poſt alios, quatenus ait,vbi plura obſtant impedimenta, reſcripta neganda,vel difficiliùs concedenda,ex *cap.poſtulaſti, de reſcriptis*, Felin.*in cap. ſuper literis,num.*8. *eodem titul.* Quæ opinio eſt vera,quando agitur de magno præiudicio tertij, & conſtat ex gloſſ. *l.*11. *C.de in ius vocand.*Anton.de Roſell.*de cauſa materiali legitimationis, num.* 10. *verſ.ſed iuxta.* Sequitur Couar.*in epitome* 2.*part. cap.*8.§.8. *num.*8. *&* 9. *verſ. Sed communem ſequuntur*, Zauall. *in practic.quaſt.*103.*num.*1. *&* 2. quod eſt valdè probabile.

Probabilius tamen eſt, habentem poteſtatem legitimandi poſſe legitimare vtroque vitio laborantes,quia in materia fauorabili qualis eſt poteſtas ita conceſſa,ſub ſimplicibus continetur mixtū. Ita Bart.*in l.Gallus* §.*& quid ſi tantum,n.*3 *ff.de liber.& poſth.* ita exponēs *l.vim paſſā*,§ *præſcriptione ff.ad l.Iul.de adult.*in materia fauorabili,longè aliter in materia odioſa, ex Bartol.*in d.l.Gallus*,§. *& quid ſi tantum,ff.de liber.& poſthum* vbi ait ſub ſimplici

ſimplici non intelligi mixtum in materia odioſa; at verò in materia fauorabili maximè. Atqui poteſtas legitimandi in gratiam legitimaturi conceſſa, eſt materia fauorabilis, cùm ſit principis beneficium. Ergo eſt admittenda latiſſima explicatio. Ita Galliaul. *in l.2. num.14. ff. de verbor. oblig.* Bald. *in l. ſi ita, in fine princip. ff. de liber. & poſth.* Decius *in cap. at ſi clerici, §. de adulter. in noua editione, num.120. de iudic.* Bartol. Socin. *conſ.3. num.14. vol.3.* & alij, quos refert, ac ſequitur Zauall. *citat. verſ. Sed contrariam opinionem, a num.3.* quibus adhæret Spano *in ſpecul. gloſſ.16. num.147.* Henriquez *lib.14. de irregular. cap.8. num.10.* S. *in ſumma, verbo, diſpenſatio, num.7.*

Quæ opinio placet, niſi adſtet contradictor ex ea legitimatione notabile damnum recipiens. Ita Anton. de Roſell. *vbi ſupra.* Gambar. *de auctoritate legati, l.10. num.202.* Couar. *d. num.9.* Mench. *de ſucceſſ. creat. lib.3. §.22. num.51.* vbi ait hanc ſecundam opinionem eſſe veriorem, æquiorem, & receptiorem, per text. *in l. ſi ita ſcriptum, ff. de liber. & poſthum.* vbi conceſſio facta in caſibus ſeparatis, ac diuiſis, extenditur ad eoſdem caſus ſimul concurrentes; at verò quando ſequitur damnum tertij, & aſſurgit contradictor, veriſſimum eſt non poſſe ſuſtineri legitimationem hanc in præiudicium tertij ita factam, ſed debet tunc poteſtas legitimandi, & diſpenſandi, tanquam odioſa reſtringi. Ita Felin. *in d. cap. at ſi clerici,* Milis *in repertor. litera F, num.12. verbo, filius, qui eſt ſpurius,* Angel. *inſtitut. de donationib. §.1. num.3.* & idem Felin. *in cap. poſtulaſti, verſ. Secundus caſus eſt, de reſcriptis, num.11.*

Nam tunc cùm ſequatur tertij præiudicium, materia non dicitur fauorabilis, & mixtum ſub illis ſimplicibus comprehenſum, non ſolùm eſt odioſum, ſed odioſius ſimplicibus ſeorſum ſumptis. Sicut etiam dicitur poteſtas legitimandi odioſa, quando conceditur in gratiam legitimandi, non verò in gratiam legitimaturi. Ita Iacob. de Puteo *in ſuis deciſion. deciſ.39. num.2.* Nam quando conceſſio legitimandi loquitur de ſpuriis, ſub genere quælibet ſpecies clauditur, *l. ſi quid earum, §. interemptum, ff. delegat.3.* Secus, quando princeps commiſit poteſtatem alicui legitimandi adulterinos, tunc non poteſt legitimari adulterinus, qui ſimul eſt inceſtuoſus. Ita Couar. *d. §.8. num.9. ad finem.*

12. Sed quid dicendum de diſpenſato ad ſuccedendum in certis caſibus expreſſis? Reſpondetur quoad illos caſus duntaxat cenſeri habilem, quo ad reliquos cenſeri inhabilem, quia non abſolutè legitimatus, ſed diſpenſatus. Ita Paulus de Caſtro *in l. adoptiuum, §. patronum, el 2. ff. de in ius vocand. & in l. pactum quod dotali, circa finem, C. de collationib. & in l.1. C. de iur. aureor. annulor. in verſ. ... dubitari vidi, & in l. nulla, ff. de legib.* quem refert, ac ſequitur Decius *conſ.52. verſ. Secunda iſta concluſio, & conſ.263. num.2. ad fin.* Faciunt tradita à Cabed. *2. part. deciſ.69. a num.7.* poſt alios, & expreſsè idem Decius *conſ.610. n.5.* dicens diſpenſationem factam ad vnum effectum, ad alium non extendi, poſt Bartol. *in leg. cum propter, ff. delegat. præſtan.* Molin. *tom.1. diſput.175. fol.979. verſ. Hoc autem.*

13. Vtrùm in hac limitata legitimatione quæ eſt diſpenſatio, teſte Alexand. *conſ.25. num.5. vol.1.* neceſſaria ſit cauſæ cognitio? Affirmant Iaſon *conſ.41. col. penult. lib.3.* Ruin. *conſ.96. num.7. & conſ.109. num.19. & ſequent. lib.3.* Socin. iun. *conſil.93. num.4. & 48. lib.3.* Menoch. *conſ.181. n.29.* maximè quando conceditur ab eo, qui de principis conceſſione legitimat, ſeu diſpenſat. Confert Ruin. *d. conſ.109. col.7. in principio,* dicens eo ipſo, quòd in diſpenſatione inferioris à principe, cauſæ cognitio, quæ neceſſaria eſt ad actum, pro forma requiritur, *l. cum hi. §. ſi prætor, ff. de tranſactionibus,* formam eſſe adimplendam, & per cognitionem, & inquiſitionem in ſpecie, nec ſufficere cognitionem in genere, Roland. *conſ.89. num.57. vol.1.* Probatur ex *cap. multa, de præbend.* Vnde ſi omittatur cauſæ cognitio, non valet diſpenſatio facta ab inferiore, *cap. requiritur, §. rigor. quæſt.7.* Alexand. *conſ.188. col.2. vol.2.* & ſcribentes *in d. cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi.* Qua de cauſa Ioan. Monachus *in cap. vnico, de ætate, & qualitate,* tradit principe inferiorem ſine cauſa non poſſe diſpenſare, ſed diſſipare. Conſequenter dicendum eſt requiri citationem eorum, quorum intereſt. Sic Curt. ſen. *conſ.74. ſuper memorata, col.15. & ſequent.* Decius *conſ.396. num.5. & conſil.107. num.9. lib.3.* quæ locum habent, quòd per talem legitimationem fit præiudicium alicui, ſeu aliquibus, Anton. de Roſell. *de legit. lib.2. in princip. num.9.* poſt Iacob. de Aren. *in l. fin. ff. de natal. reſtitut.*

Mathesſilian. tamen *de ſucceſſ. ab inteſtat. memb. primi art. num.10.* addit, quando legitimatio petitur à patre, vel ab ipſo filio de conſenſu patris, non requiri citationem agnatorum; ſicut non requiritur quando pater diſponit in teſtamento, quòd filius legitimetur. Facit text. *in authen. Item ſi quis, C. de natur. liber.* Secus ſi patre defuncto, nihilque de legitimando filio poſt mortem diſponente filius procuret legitimari, neceſſariò vocandi ſunt agnati; prout vult Bartol. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum,* & ibi Bald. Socin. & Iaſon, *ff. de liber. & poſthum.* Anton. de Roſell. citat. *cap.3. de cauſa formali, num.14.* Caſtrenſ. *conſ.180. in princip. & conſ.125. part.2.* Cuman. *conſ.148. vol.1.* & Abbas *conſ.84. vol.1.* niſi princeps legitimet de plenitudine poteſtatis, tunc omittitur citatio, Felin. *in cap. cum olim, de re iud.* vel quando princeps declarat ſe velle agere inaudita parte, vel ea non citata, Pariſ. *conſ.1. vol.2.*

Ratio cur citandi ſint agnati, quando procuratus à filio legitimatio poſt mortem patris, ea eſt, quia agnatis quæſitum eſt ius iam à die mortis defuncti decedentis ab inteſtato, & legitimatio corruet non vocatis, quorum intereſt. Bartol. *in d. l. Gallus.* Eodem modo requiritur citatio filiorum legitimorum, ſi ſpurius legitimetur ad emphyteuſim. Ruin. *conſ.72. vol.2. & conſ.105. vol.3.* Necnon exigitur citatio ſubſtituti in legitimatione filij naturalis petita à patre ad excludendum ſubſtitutum. Ruin. *d. conſ.79. vol.3. & conſ.99. eodem lib.* Pariſ. *conſ.1. num.37. vol.1.* Alexand. *conſ.67. vol.1. à num.4.* Decius *conſ.85. num.7.* Ex eo quòd ſubſtitutus habebat ius quæſitum, ſaltem in ſpecie, nempe ſi inſtitutus decederet ſine filiis legitimis, & naturalibus, nec poteſt ius fideicommiſſi ſubuerti per legitimationem inaudito, ac non vocato ſubſtituto, quod procedit, quando pater non poterat præiudicare ſubſtituto.

Secus ſi ex inſtitutione poſſet illi nocere, tunc non debet vocari ſubſtitutus. Gozad. *conſ.29. n.23.* Pariſ. *conſ.9. num.31. vol.2.* & Socin. *conſ.166.* Imò etiam quando non poteſt præiudicare pater ſubſtituto, legitimatio corruet omnino, ſubſtituto non

non vocato, præter quàm quoad bona ipſius patris offerentis legitimationis preces; Alexand. citatus *d. conſ. 67. num. 4. vol. 1.* probabile tamen eſt valdè, ſubſtitutum non eſſe citandum, quandiu conditio ſubſtitutionis pendet, quia dum viuit inſtitutus, non eſt apertum ius ſuccedendi ſubſtituto, quamuis habeat aliquam ſpem, non tamen probabilem, nec proximam; ergo non eſt citandus, *l. 1. §. denunciari, ff. de ventre inſpiciendo.* Vbi habes denunciationem, quam debet facere vxor grauida defuncto viro ſuo ante partum, eſſe faciendam primo loco hæredi ſcripto, cui iam hæreditatis bona ſunt delata, non verò ſubſtituto, cui nondum competit hæreditas, niſi repudiante hæreditatem hærede inſtituto. Ex quo patet denunciationem eſſe faciendam habentibus ſpem conſequendi hæreditatem ex iure de præſenti; attento præſenti rerum ſtatu. Alexand. *conſ. 2. tom. 1. num. 15.* ergo non eſt cur citetur ſubſtitutus, cum viuo adhuc inſtituto pendeat conditio ſubſtitutionis habentis dumtaxat ſpem probabilem ad ſummum, ſed remotam.

14. Ex his poteſt vocari in controuerſiam, an princeps de plenitudine poteſtatis poſſit legitimare illegitimum in præiudicium eorum, quibus ius iam delatum eſt? Multis placet affirmare, etiam vocatis ius habentibus, quia legitimandi ius, ac poteſtas eſt de reſeruatis ſummo Principi per *l. 1, C. de iur. aureor. annulor. & ex §. illud, in authen. quib. mod. natur. efficiant. ſui.* Secundò mouentur, quia diſputare de ſuprema principis poteſtate, ſacrilegij inſtar eſt, *l. 2. C. de crimin. ſacrilegii.* Socin. ion. abundè *conſ. 68. num. 5. lib. 3.* & Decius *conſ. 588. num. 2.* poſt Bald. *in l. fin. C. de ſentent. reſcind. non poſſe.* Nam princeps nulli formæ aſtringitur, neque ab eo exquirenda eſt ratio, *cur ita facis?* cùm in illo ſit pro ratione voluntas. Tertiò, quod princeps poteſt ſine cauſa auferre ius tertio, etiam ſuo facto quæſitum, *l. Lucius,* vbi Angel. *ff. de euict.* Iaſon *conſ. 136. col. 2. verſ. Pro eadem parte, lib. 2.* vbi reſoluit principem ſine cauſa poſſe auferre à vaſſallo feudum, & alteri concedere, etiam vaſſallo non citato, de cuius intereſſe agitur. Quia cum poſſit præiudicare vaſſallo, poteſt eo non vocato omnia exequi. Ita Hoſtienſ. & Butr. *in cap. ſicut in iure, de exceſſib. prælator,* quæ habent locum quando princeps agit de plenitudine poteſtatis. Gozadin. *conſ. 9. num. 62.*

Vltimò probatur ab Alexandro *conſ. 2. lib. 1. num. 14.* dicente poſt Bald. *in cap. Domino Guerram, in principio, in col. pen. in tit. hic finitur lex,* poſſe principem poſt mortem patris in præiudicium agnatorum, quibus hæreditas defertur legitimare filium illius antequam eam adeant: imò & poſt aditam cauſa ſubſiſtente. Quod etiam docuit Caſtrenſ. *in d. §. & quid ſi tantum,* vbi addit poſſe principem ſine cauſa id agere nondum adita hæreditate, non obſtante præiudicio agnatorum, quia ius adeundi eſt de iure ciuili, per *l. lege obuenire, ff. de verbor. ſignificat.* gloſſ. & Bartol. *in l. ex hoc, ff. de iuſtitia, & iur.* poſt aditam hæreditatem, cùm iam ſit ius quæſitum, quod eſt de iure gentium, non poſſe auferri ſine cauſa. Quin imò idem Caſtrenſ. *conſ. 34. lib. 2. ſuper primo dubio videtur dicendum,* & pleniùs *in l. ad teſtium, ff. de teſtib.* & *in l. cum hæredes in principio, ff. de acquirenda poſſeſſ.* ait, poſſe principem hoc agere, quamuis peccet, ſi faciat ſine cauſa, nemine citato, poſt aditam hæreditatem, ſi nondum erat apprehenſa poſſeſſio. Quia per aditionem acquiritur dominium de iure ciuili, Gloſſ. *in l. 1. cum ſi, ff. de acquirenda hæred.* quod princeps poteſt auferre, ſed dominium de iure gentium acquiritur per apprehenſionem poſſeſſionis. *Inſtit. de rerum diuiſ. §. per traditionem, & l. 1. in principio, ff. de acquirend. poſſeſſ.* Quare ſine cauſa auferre poteſt, quæ ſunt de iure ciuili.

Dicendum tamen eſt, non poſſe principem poſt aditam hæreditatem legitimare illegitimum, vt in eis bonis ſuccedat, imò neque ante aditionem licitam eſſe, nec validam talem legitimationem, quia quæſitum eſt ius plenum agnatis poſt mortem defuncti, plenúmque dominium poſt aditam hæreditatem ante vllam bonorum apprehenſionem, vt optimè probat Molin. *tract. 1. diſp. 2. & 3. & tract. 2. diſp. 174. fol. 1004.* quod ſi faciat, iniuſtitiam committet contra ſeptimum præceptum aduerſùs hæredem priuando eum dominio iure ciuili quæſito, falſúmque eſt poſſe principem, derogare iis, quæ ſunt iuris ciuilis, Quibus omnibus conſenſit Couar. *d. cap. 8. §. 9. num. 9.* & Fortun. *in d. §. & quid ſi tantum,* negantes poſſe principem mortuo patre inteſtato eius filium legitimare in præiudicium agnatorum, ad quos delata eſt hæreditas inteſtati. Ex quibus patet quid dicendum ad argumenta contrariæ partis, quia princeps etiam quando ob publicam auctoritatem rem ab aliquo aufert, debet rem recompenſare, vt poſt multos docet Menoch. *conſil. 103. num. 26. & 67.* nec poteſt ius quæſitum mediante iure illo poſitiuo tollere, vt ex multorum ſententia tenet Ciaueta *conſ. 7. num. 5. & conſil. 103. & in tract. de antiquitate tempor. part. 1. num. 49.* Menoch. *vbi ſupra, num. 55.* quo in conſilio reſpondet *a num. 51.* cæteris obiectis à parte contraria.

Quæres an ius commune æquiparet legitimatos legitimè natis? Affirmatiue reſpondetur, *§. quoniam variè, §. reliqui, §. illud, § ſi quis igitur, & §. adoptiuos, in authen. quibus mod. natur. efficiant. ſui, & §. liceat,* ibi, *nihil a legitimis differentes;* 15.
Quæ dictio, *nihil,* cùm ſit vniuerſalis negatiua, docet nullum eſſe diſcrimen inter legitimatos, ac legitimè natos. Vnde nomine filiorum legitimorum veniunt legitimè nati, quia eſſe filium legitimum non eſt à natura, ſed a iure communi poſitiuo, *d. §. liceat in authen. quib. mod. natur. efficiant. legitimi.* Ergo legitimatus, ac verè legitimus, nihil differunt, *§. quoniam,* ibi. *Nihil diſſimiles à legitimis, maximè quoad ſucceſſionem.* Ripa *in leg. ex facto, §. ſi quis rogatus, num. 44. ff. ad Trebell.*

Nec obſtat, quòd aliquando Doctores loquendo de legitimatis vtantur verbis *perinde,* ſeu *quaſi,* quia in hoc ſolùm oſtenditur legitimos pendere à iure, ſicut & legitimatos. Ita reſpondet Curt. iun. *conſ. 27. vol. 4 in princip.* Roland. *conſ. 83. num. 18. vol. 3.* poſt alios ex Baldo *in l. manumiſſio, ff. de iuſt. & iur.* dicente ſpurium legitimatum dici legitimum, non factum, ſed detectum; & quamuis ponamus legitimatum non eſſe verè legitimum, ſed fictè, adhuc dicendum eſt gaudere prærogatiuis legitimorum, ex eo, quia quando caſus verus, & fictus æquiparantur per modum regulæ, quidquid competit vero, conceditur etiam ficto, *cap. ad audientiam, de clericis non reſidentibus,* & in ſpecie Curt. iun. *conſ. 152. col. 4. in principio,* & communiter ſcribentes *in cap. cum dilectus, de clericis non reſidentibus, & in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſthum.*

Non

16. Non tamen poterit ita legitimatus ex vi legitimationis obtinere aliquas poſſeſſiones extra iuriſdictionem principis legitimantis ſitas, Anchar. *conſ.* 380. Folg. 62. *Cuman.* 168. Decius *conſ.* 206. ex eo fundamento, quòd legitimatio non extenditur extra ditionem legitimantis. Item, quia legitimatio videtur reſpicere perſonam dumtaxat, ergo non extenditur extra territorium, cùm ſit beneficium perſonæ adhærens, Couar. *in epitome, 2. part. cap. 8. §. 8 num. 14.* & probat regula, *l. extra territorium, ff. de iuriſdict. omn. iudic. & cap. vt animarum, de conſtit. lib. 6.* Vnde Imperator non poteſt legitimare in terris Eccleſiæ, *element. paſtoralis, de re iudicata,* Anchar. *conſ.* 310. Bartol. per *cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi,* & expreſſius Innocent. *ibidem,* vbi aiunt legitimatum ab vno principe in vna ciuitate non poſſe conſequi poſſeſſiones, quæ ſunt in alia ciuitate, vel in alio territorio ſub alio dominio ſitæ; intelligitur enim facta legitimatio quo ad omnia, niſi ex ea præiudicium aliorum proueniat, & à fortiori, ſi tam perſona per reſcriptum principis legitimata, quàm bona ſint extra iuriſdictionem principis legitimantis, Cabed. 2. *part. deciſ. 69. num. 19.* poſt alios ibi citatos.

17. Nec refert, ſi dicas legitimationem eſſe actum voluntariæ iuriſdictionis ex Authen. *quib. mod. natur. efficiant. ſui, §. & generaliter, & de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris, l. vltim.* Ideo poſſe fieri ab Imperatore etiam in terris Eccleſiæ per notata *in l. 11. de officio proconſulis,* ex qua colligitur auctoritatem iuriſdictionis voluntariæ in omni loco fieri poſſe, quod etiam videtur decidi *in l. mancipari, in principio, & §. 2. ff. de adoptionibus,* quia reſpondetur ad ius, & proprietatem ipſius Eccleſiæ pleniſſime pertinere, ne quis princeps ſæcularis iuriſdictionem aliquam in terris illius per ſe, vel per alium exerceat, vt bene probat clementina, *Romani, de iureiur. §. porrò.* vbi dicitur, nec iuriſdictionem quancumque poſſe ibi exerceri, cum pleniſſime ad Eccleſiam pertineat. Nomine verò cuiuſcumque iuriſdictionis non ſolùm intelligitur iuriſdictio contentioſa, ſed etiam voluntaria, & vtraque eſt interdicta Imperatori, & Summo Pontifici reſeruata.

Quòd ſi vrgeas Imperatorem poſſe exercere iuriſdictionem in illis, qui volunt ſe ſubmittere ſuæ iuriſdictioni; atqui pater, & filius in ea legitimatione poſſunt ſe ſubmittere Imperatori petendo legitimationem; ergo poteſt Imperatoris iuriſdictio prorogari, cùm regulare ſit hoc in habente iuriſdictionem, per text. *in l. 1. ff. de iud. & in l. eſt receptum, de iuriſdict. omn. iudic.* Reſpondetur, poteſtatem legitimandi in terris Eccleſiæ eſſe vnum de reſeruatis Summo Pontifici, atque ita pertinere ad illum priuatiuè, nec poteſt prorogari ab aliquo, vnde reſtituere ſubditum alienum antiquis natalibus, vel in alieno territorio, eſt contra leges, & canones, cùm talia tangant alios, quàm patrem ſpurij, nimirum Summum Pontificem, & eius ſubditos, cuius iuriſdictio eſt omnino ſeparata à iuriſdictione Imperatoris, vt conſtat ex *cap. ſolitæ, de maior. & obedient. & ex cap. cum ad verum, diſt. 96.*

Nec Conſtantinus aliique Imperatores ſibi retinuerunt aliquam iuriſdictionem, nec habitu, nec actu, dum ampliſſimas donationes validè Eccleſiæ fecerunt, vt probatur ex cap. *fundamenta, & ibi* Doctores *de elect. lib. 6.* & ex *d. clement. Romani,* vbi interdicitur Imperatori exercere iuriſdictionem quancumque, additurque ad Papam pleniſſimè pertinere, vbi nota dictionem *quancumque, & pleniſſimè,* quæ duo, ſiue copulatiuè, ſiue disiunctiuè, ſiue coniunctim, ſiue ſeparatim omnes gradus iuriſdictionis comprehendunt. Ita Anchar. ſuprà ſcriptus, Bartol. *in l. qua in prouincia, §. Diuus, ff. de ritu nuptiarum,* Anton. de Butr. *in d. cap. per venerabilem.* Anton. Roſell. *in tract. de legitimation. in 2. lib.* ex regula, quæ habetur *in d. l. fin. de iuriſdict. omn. iudic.* dicens iuriſdictionem exerceri non poſſe, procedere etiam in iuriſdictione voluntaria, fierique debere actum illius coram iudice competenti, *l. fin. C. de emancip. liber.* Principeſque non poſſe vti beneficio legitimandi, quoad temporalia niſi inter ſubditos, Bald. *in l. 1. C. de iur. aureor. annulor.* nec habere locum prorogationem in reſeruatis principi, vt notat Anton. de Butr. *in cap. P, & G, de officio delegati.* Quibus poſt alios adhæret Decius *conſil.* 206. & in ſpecie *conſ.* 557. *a n.* 10. *vſque ad* 14. vbi de hac re plenè.

Ex dictis infertur non poſſe principem legitimare ſibi non ſubditum, quoad bona, quæ habet extra ſuam iuriſdictionem, quamuis conſentiant ij, quibus poteſt inferri præiudicium per *cap. per venerabilem, verſ. Inſuper, qui filij ſint legitimi,* cùm iuriſdictio voluntaria exerceri non poſſit extra territorium, niſi inter ſubditos, vel eos, qui poſſunt prorogare iuriſdictionem per mutuum conſenſum; quæ reſolutio eſt vera, quamuis Crotus *in d. §. & quid ſi tantum, fol. vlt.* tradat tanquam commune, poſſe principem legitimare non ſubditos, etiam quoad bona extra legitimantis territorium exiſtentia de conſenſu illorum, quibus legitimatio nocere poteſt, quod non videtur improbabile; ſed oppoſitum eſt ſequendum, quia in reſeruatis prorogatio fieri non poteſt, nec per patrem, nec per filium conſentientes; & legitimatio eſt actus ſuperioris legitimationem facientis, vt notat Bartol. *in l. Gallus, §. forſitan, ff. de liber. & poſthum.* ideo legitimatio extra territorium facta non ſuſtinetur ex defectu poteſtatis, licèt non ſubditi conſentiant. Ita Decius *d. conſ.* 557. *à num.* 10.

Infertur ſecundò legitimatos, & legitimos æquiparari, nec inter ſe differre, quando legitimantur, quoad ea bona, quæ ſunt intra prouinciam, ſeu regnum ipſius legitimantis. Quo circa, ſi lex admittat legitimos ad recuperandum res alienatas ab agnatis, admittit etiam legitimatos, vt notat Afflict. *in tract. Protomiſeos, verſ. Item quæro an conſanguineus.* Roland. *conſ.* 83. *num.* 13. *vol.* 3. Vaſquius *in l. ſi quando, num.* 70. *C. de inofficioſ. teſtamento,* quamuis Decius *conſ.* 275. *incipit, in cauſa, quæ Lucæ agitur,* oppoſitum exiſtimet; quod puto minus bene dictum, quia nomine legitimorum veniunt legitimati. Contra Decium ſunt moderni in conſuetudine Pariſien. *tit.* 1. §. 8. *gloſſ.* 1. reiiciunt Tiraquel. *lib.* 1. *de retract. in gloſſ.* 8. *num.* 12. exiſtimantem legitimatum in ſtatutis non venire aliquo modo ſub legitimis, ſed fallitur. Ita Couar. 2. *part. cap.* 8. §. 10. *num.* 3. Menoch. *conſ.* 266. *num.* 10. Fundamentum, quia legitimatus per reſcriptum eſt verè legitimus, vt per Bartol. *in l. ſi is, qui pro emptore, in 3. quæſt. ff. de vſucap.* & idem eſt in iure eſſe talem, vel haberi pro tali.

Vnde ſi lex, vel ſtatutum dicat, quòd filia nupta cenſeatur eſſe ſui iuris, verè, ac propriè eſt extra patris poteſtatem, & manet ſui iuris, ita lex noſtra *lib.* 4. *tit.* 87. *num.* 6. Bald. *in l. nuper in fin. C.*

*de*

*de natur. liber.* Alexand. *conſ. 2. col. 4. vol. 1.* Decius *conſ. 316. col. fin.* Item legitimati æque ſuccedunt cum verè legitimis. Gomez *in l. 12. Tauri, num. 66.* vbi ait habere ſoceſſionem, quam habent ab initiò legitimi, illiſque deberi legitimam: ſi verò prætereantur, competere illis ius dicendi teſtamentum eſſe nullum, nec poſſe exhæredari, niſi ex cauſa, rumpíque teſtamentum paternum per natiuitatem illorum, ſicut rumpitur natiuitate legitimorum, Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib. 11. tit. 10. num. 29.* Tiraquel. *in l. ſi vnquam, verbo, ſuſceperis filios, num. 81.* & Zauall. *in practic. contra commun, quæſt. 2. num. 22.* poſt alios, vbi conceditur legitimatis, quidquid datum eſt legitimis, quod probat latè Gutier. *in §. ſui, num. 175. inſtit. de ſuis, & legitimis hæredibus.* Paril. *conſ. 7. col. 1. in fine, & in principio ſequentis, vol. 2. & conſ. 55. col. 1. vol. 3.* adiiciens legitimatum per reſcriptum non poſſe grauari in legitima, quod ſi grauetur, onus eſſe nullum.

Nec obſtat, ſi dicas ex Decio *conſ. 316. col. 4. verſ. Sed tamen prædictus,* filium legitimatum non poſſe conſeruare agnationem, & familiam, quia oppoſitum eſt verius ex Alexand. *conſ. 2. num. 12. lib. 1.* Cyn. & alij *in l. 1. C. de adulter.* quibus accedit Tiraquel. *in commentar. conſuetud. tit. 20. §. 17. in gloſſ. 1. verſ. 3. incipit, cuiuſmodi ſtatutorum, & in d. l. ſi vnquam, verbo, ſuſceperis filios, num. 83. C. de renocand. donation.* vbi latè probat agnationem, atque familiam, tam per legitimos, quam per legitimatos æquè bene conſeruari.

Ex quibus conſtat legitimatum ex diſpoſitione legis eſſe verè legitimum, conſiderata legitimitate, prout eſt actus iuris ciuilis, reddens legitimatum capacem eorum, quæ ſunt de iure ciuili, vt declarat Natta *in l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, num. 92. & 93. C. de teſtament.* quod poteſt facere princeps, nullo habito reſpectu ad primordia naturæ, neque ad legitimitatem originariam, quæ deſcendit ex matrimonio, quam princeps, vel lex ſupplere non poſſunt, neque efficere, quòd legitimatus ſit procreatus ex legitimo matrimonio, ſed poteſt princeps efficere, quòd ſit verè legitimus, & capax eorum, quæ ſunt de iure ciuili, Menoch. *conſ. 268. n. 50. & ſeqq.* vbi ait legitimatum non eſſe verè legitimum originaria legitimitate, quæ deſcẽdit ex matrimonio, ſed eſſe verè legitimum reſpectu legitimitatis, quæ deſcendit ex actu iuris ciuilis, quæ eſt opinio communis,

EPITOME.

19 *Quot modis poſſit Summus Pontifex legitimare.*

20 *Papa poteſt legitimare habilitando ius ad perſonam, vel perſonam ad ius.*

21 *Princeps ſæcularis ſibi ſubditos poteſt legitimare interdum quoad bona exiſtentia extra territorium.*

22 *Rex an poſſit legitimare proprios filios ſpurios.*

23 *An habens facultatem legitimandi ſpurios alienos à ſupremo Principe poſſit legitimare ſuos proprios.*

24 *Habens facultatem legitimandi ſpurios filios non poteſt legitimare filias ſpurias ſecundum alios, ſed oppoſitum eſt probabilius.*

25 *Qui habet poteſtatem legitimandi, non habet poteſtatem diſpenſandi.*

26 *An habens poteſtatem commutandi vota, ſeu iuramenta, poſſit etiam in iiſdem diſpenſare.*

27 *An Papa poſſit diſpenſare in matrimonio irrito, & legitimare filios iam genitos ad temporalia.*

28 *Papa non poteſt legitimare, quando matrimonium eſt irritum ex impedimento iuris diuini; ſeu naturalis, ſicut non poteſt exiſtente matrimonio nullo ex defectu conſenſus.*

QVot modis poſſit Papa legitimare? Pro reſolutione, duplex eſt legitimatio, *Propria* videlicet, quæ dicitur *vera*; & *Impropria*, quæ dicitur *indulgentia*, ſiue *diſpenſatio*, vt per Iacobum de Sancto Georgio *in l. ad quorum, §. patrem, n. 9. ff. de in ius vocand.* Vtraque ergo legitimatio eſt actus iuriſdictionis voluntariæ, quia non exercetur, niſi inter volentes, vt patet *in authen. quib. mod. natur. efficiant. ſui, §. generaliter.* Nam contentioſa iuriſdictio redditur in inuitum, *ff. de verbor. obligat. l. inter ſtipulantem, §. 1.* His poſitis, Dico poſſe Papam legitimare quoad ſpiritualia etiam non ſubditum vbilibet ſuæ iuriſdictioni temporali, *cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi*, quia omnes pertinent ad iuriſdictionem Summi Pontificis, quoad ſpiritualia, *cap. extra, inter corporalia de tranſlat.* 19

Duobus ergo modis poteſt Papa legitimare. 20
Primò, habilitando ius ad perſonam, & ſic fit diſpenſatio, quæ eſt prouida iuris relaxatio, *1. q. 5. §. niſi rigor, & q. 4. ſequenti.* Verbi gratia, ſpurius de iure communi non poteſt eſſe clericus; quod ſi Papa concedat, vt non obſtante illa macula, fiat, reddit illud ius habile ad perſonam, qui caſus exprimitur *in cap. Michael. de filiis presbyter. lib. 6.* quòd ſi relaxatio fit à Papa, quoad ſpiritualia, tenet relaxatio vbique, *cap. nouit, de iudic.* Si verò fiat quoad rem temporalem, valet dumtaxat intra ſuum territorium temporale, non verò extra, *cap. ſi duobus, de appellationibus. & cap. lator. qui filij ſint legitimi*, nec extra caſum expreſſum diſpenſatio porrigitur, cùm ſit iuris correctiua, & proinde odioſa, vt *l. 1. & 2. ff. de legib.* ideo reſtringenda eſt, *cap. quod dilecto, de conſanguin. & affinit. & l. ex facto ff. de vulg. & pupill.* Secundo modo fit legitimatio ſi Papa habilitet perſonam ad ius, & tunc propriè dicitur legitimatio.

Ex dictis colliges Papam habere in ſuis terris vtramque iuriſdictionem; eſſéque abſolutum, *cap. 1. qui filij ſint legitimi, cap. ſi duobus, de appellationibus, & d. cap. per venerabilem, verſ. Romanus*, vbi dicitur Papam habere plenam poteſtatem, quia Imperator Conſtantinus eam de conſenſu populi in Papam tranſtulit in temporalibus, eo modo, quo ipſe Conſtantinus illam poſſidebat, *cap. fundamenta, de elect. in 6.* quia cùm Conſtantinus poteſtatem illam in temporalibus à populo habuerit *l. 2. §. nouiſſimè, ff. de origine iur.* ipſo populo conſentiente à ſe potuit abdicare, vt gloſſ. *de officio præſid. l. legatus.* Quam poteſtatem Summus Pontifex exercet modò, non tanquam delegatus, ſed tanquam ordinarius, vt conſtat ex *d. cap. per venerabilem, verſ. Romanus*, habétque non ſolùm poteſtatis exercitium, ſed etiam ius pleniſſimum in terris Sedi Apoſtolicæ à Conſtantino conceſſum, & teſte eodem Imperatore *in clemen. Romani, §. porrò, de iureiurando.*

Quæres, ſi princeps ſit extra limites ſui regni, poterit ne ibi legitimare ſibi ſubditos quoad temporalia? Placet affirmare fidenter, ſi nemo ſit vocandus, vel quando qui vocandi ſunt annuunt legitimationi. Quod procedit etiam, quoad bona 21
ſita

ſita intra territorium alterius principis, ſi ex legitimatione nihil detrimenti veniat ſubditis illius. Fundamentum eſt, quia perſona principaliter legitimatur, eamque primariò afficit beneficium legitimationis, perſonamque ter ipſæ comitantur vbicumque, ſeu quocumque loco exiſtant. Ita Couar. *in d. cap. 8. §. 8. num. 17. verſ. Sexta concluſio.* Poſt Romanum *conſ. 39.* Ludou. Gomez *in cap. fin. §. fin. de conſtitut. num. 61.* Decius *conſil. 206. incipit, pulchrum eſt dubium,* vbi ait legitimationem extendi extra territorium, quod probat optimè poſt multos, quos refert, ac ſequitur, concludens ibi diſpenſatum à legato de latere ad beneficia, poſſe ex vi illius diſpenſationis obtinere beneficium ſibi oblatum extra prouinciam illius legationis, quia in hoc, nec per hoc agitur de præiudicio collatoris, cui adhuc poſſit beneficium, cui voluerit conferre, & confirmatur ex traditis per Bartol. *in l. legitimos, ff. de legit. tut.* dicentem decretum interpoſitum in aliquo actu voluntario, interponi à iudice poſſe, ſub cuius poteſtate eſt illa perſona, imò tale decretum porrigi poſſe ad bona vbicumque exiſtentia, ſi contradictorem non habeant.

Secus verò dicendum, ſi contradictor reperiatur, Bartol. *in d. l. legitimos*, quia tunc requiritur auctoritas iudicis ſub quo ſunt bona, *l. cum unus, §. penult. ff. de bon. autho. iudic. poſ.* quæ ſanè diſtinctio à Bartol. interpoſita de contradictore, vel non contradictore apertè oſtendit eſſe habendam rationem de præiudicio, quo ſublato habilitatio perſonæ extenditur etiam ad bona ſita extra iuriſdictionem legitimantis, ſeu diſpenſantis, Decius *vbi ſupra, num. 8.* poſt Innocent. *in d. cap. per venerabilem.* Et confirmatur ex decreto, quod reſpicit perſonam, id namque trahitur in conſequentiam ad bona exiſtentia extra territorium, & ſatis eſt, quòd perſona legitimata, quæ principaliter habilitatur, ſit ſubdita principi legitimanti; & hæc habilitatio, quando non agitur de præiudicio, extenditur vltra limites territorij, vt Bald. *in proæmio C. verſiculo, iuxta hoc quæro*, Paulo de Caſtro *conſ. 221. viſa quadam diſpenſatione, & conſil. 30. dubitatur primò.* Faciunt tradita à Gama *deciſ. 307. num. 5.* Ergo.

22. Sed & huc pertinet, an Princeps poſſit natalibus reſtituere filium ſuum illegitimum, ſicut poteſt filios alienos? Negat Iaſon *in l. qui iuriſdictioni, ff. de iuriſdict. omn. iudic.* quod probat gloſſ. *in d. cap. per venerabilem, in verbo, regi gratiam,* aſſerens poſſe regem filios legitimos facere, vt alteri ſuccedant, ſed non ſibi. Dicendum tamen eſt eſt principem ſuperiorem non habentem in temporalibus, poſſe filium ſuum legitimare, & omnem maculam ab eo remouere, non vt filium, ſed vt ſibi ſubditum. Probatur, quia ij principes poſſunt eſſe iudices in cauſa propria, vt habetur *in l. & hoc ita, ff. de hered. inſtitut.* Innocent. *in cap. ex parte, de verborum ſignificatione.* Ergo poterit legitimare proprium filium, vt colligitur ex text. *in cap. per venerabilem, §. inſuper,* quem *ibi* Panorm. dicit ſingularem. In qua ſententia eſt Anton. de Roſell. *tract. de legitimat. §. de cauſa materiali legitimationis, num. 12.* quem ſequitur Couar. *2. part. de ſponſalib. cap. 8. §. 8. num. 20.* Sanch. *lib. 8. de matrim. diſp. 3. num. 7.* Molin. Theolog. *tom. 1. de inſtit. diſp. 173 §. princeps,* vbi addit, id non habere locum, ſi ab ipſa republica fuit à principio naſcentis regni inſtitutum, vt in regno non ſuccederent niſi legitimi, in

*Fragoſo Regim. Chriſt. Reipubl.*

hoc caſu legitimatus filius proprius à principe non poteſt clauum regni obtinere. Atque hæc limitatio omnino tenenda eſt, quidquid alij in contrarium opponant, ipſaque praxis quotidiana illam ſatis confirmat.

Ideóque addi poteſt an inferior principe ab eo habens poteſtatem legitimandi filios alienos, poſſit proprios legitimare? Negat Anchar. *conſil. 32.* Ananias *conſ. 29.* poſt alios relatos à Decio *in l. qui iuriſdictioni, ff. de iuriſdict. omn. indic.* Ratio eſt, quia eſt ſimilis legitimatio adoptioni filij proprij, quæ non valet de filio proprio naturali, vel ſpurio, vt Romanus *ſingul. 621.* Bald. *in l. ſi poſt mortem, §. vlt. de adoptionib. & in l. nec abſens, ff. eodem tit.* His tamen non obſtantibus, dicendum eſt inferiorem principe poſſe legitimare filios proprios, in caſu in quo actus eſt voluntariæ iuriſdictionis, quia in his poteſt quis tanquam priuatus auctorari, & legitimare filium proprium. Ita lex, *magiſtratum, ff. de adoptionib.* 23.

Secus dicendum eſt in caſu, in quo actus eſt iuriſdictionis contentioſæ, quia in his contentioſis non poteſt pater auctorari filiũ, ipſumque legitimum efficere in facto proprio, *l. ille a quo, §. tempeſtiuum, ad Trebell.* ſequitur Anton. de Roſel. *vbi ſupra, num. 13.* vbi etiam tenet non poſſe naturalem habentem poteſtatem legitimandi ſe ipſum legitimare in caſu iuriſdictionis contentioſæ, longè aliter in caſu iuriſdictionis voluntariæ, fauet *l. ſi conſul, ff. de adoptionib.* & quæ ibi notant ſcribentes; porrò Couar. ſuprà ſcriptus *num. 21. verſ. Decima concluſio,* abſolutè negat poſſe inferiorem principe proprium filium legitimare abſque licentia ad id ſpecialiter impetrata, quod eſt intelligendum, quando cauſæ eget cognitione. Secus ſi non ſit neceſſaria, vt deducitur ex *l. qui iuriſdictioni, ff. de iuriſdict. omn. iudic.* vbi Iaſon *numero 22.* componit has opiniones, creditque Baldum aſſerentem *in l. ſi conſul. tiſſ. num. 8. ff. de adoptionib.* poſſe legitimare, fuiſſe loquutum, quando non requiritur cauſæ cognitio, negare verò, quando requiritur, quod Alexand. *conſ. 188. numero 1. lib. 5.* videtur confirmare, ſententiam Baldi ſecutus, ſecundùm quos inferior principe non poterit legitimare proprium ſpurium extantibus filiis legitimis non conſentientibus. Secus in alijs ab inteſtato venientibus, quoniam illis poteſt legitimando præiudicare, quamuis non deſint, qui contradicant; ſed minus bene, vt notat Bald. *in 1. conſtit. C. in quæſt. an comes imperialis,* quem ſequitur Ant. de Roſell. alleg. ſuprà *tit. de cauſa materiali, num. 13. ad fin.*

Dubitatur, an poſſit legitimare filias ſpurias, qui habet facultatem à principe legitimandi filios ſpurios? Negat Signorolus *conſil. 184. in quæſt. vertente inter Durantem, quod incipit, ſecundum nouam formam,* eandem ſententiam tenet *in conſ. 209. incipit, factum ſic ſe habet.* Sequitur Decius *conſ 453. numero 2.* Franciſc. de Curt. *conſ. 9. incipit, Ticinenſi ſtatuto,* Iaſon *in l. 2. in princip. ff. de verbor. obligat.* quos ibi refert, ac ſequitur Decius, ex eo fundamento, quod ex priuilegio conceſſo filio nepoti ex fratribus, non continentur filiæ, quia maſculinũ non comprehendit fœmininum propriè, ſed interpretatiuè, & priuilegium debet intelligi conceptis verbis, nec debet extendi extra proprietatem verborum, per regulam, *quod alicui gratioſè, de regul. iuris in 6.* Conſentit Bald. *in cap. ad audient. de reſcriptis primò,* vbi ait remoto vſu in priuilegiis 24.

maſculinum non continere fœmininum. Item quia in poteſtate legitimandi conceſſa continetur priuilegium contrarium iuri communi, ergo non debet latè interpretari ſed ſtrictè intelligi. Bald. *in l. 1. circa finem, C. de iuris, & facti ignorantia.* & Abbas *in cap. olim de verbor. ſignificat. ad fin.*

Nec refert ſi dicas poteſtatem legitimandi continere fauorem, ergo debere intelligi latè, atque extendi ad filias ſpurias, quoniam beneficium principis debet ampliari, *l. vlt. ff. de conſtit. princ.* Quibus ſatisfit ex differentia inter beneficium, & priuilegium, nam beneficium, quod non eſt contra ius commune, in quo nulli irrogatur præiudicium niſi concedenti, eſt latè intelligendum, priuilegia tamen contra ius commune ſtrictè accipiuntur; atqui in poteſtate legitimandi agitur de priuilegio contra ius commune, ergo non debet extendi ad filias, cùm ſit materia odioſa, & inuoluat præiudicium tertij, tunc enim reſtringitur, vt notat gloſſ. *in d. l. fin.* & *ibi* Bartol. *ff. de conſtit. princip. in tertia oppoſitione, per l. 2. §. merito, & §. ſi quis à principe, ff. ne quid in loco publico,* vbi deciditur beneficia principis de ſui natura ampliando, non habere locum, quando agitur de de præiudicio tertij; igitur qui poteſt ſpurios filios legitimare, non poteſt filias ſpurias.

Dicendum tamen eſt probabilius eſſe, poſſe legitimare filias, qui poteſt filios, quia in priuilegiis maſculinum continet fœmininum, auctore Baldo *in d. cap. ad audiem. el 1. verſ. Quæro nunquid in priuilegiis, de reſcript.* idem tradit poſt Archidiac. Domin. *In cap. generali, verſ. tertio caſu, de elect. lib. 6.* Ioan. And. *in cap. vlt. de Simonia,* & Oldrad. *conſ. 152. factum tale,* quatenus aiunt hi duo, poteſtatem legitimandi ex parte illius, cui conceditur, eſſe fauorabilem, & latè intelligendam, per text. *in cap. ſi cui, de præbend.* Idem in terminis tradit Couar. *in epitome 2. part. 8. §. 8. num. 7.* dicens facultatem legitimandi à principe conceſſam non eſſe priuilegium dicendum, ſed beneficium, igitur non ſtrictè, ſed latè interpretandum.

Secus dicendum de habente facultatem legitimandi ex commiſſione principis, quia hic non poteſt diſpenſare cum illegitimo ad aliquem actum, cùm diſpenſatio ſit magis odioſa, quam legitimatio, idcircò non eſt extendenda. Ita Couar. *num. 10.* poſt Alexand. *conſ. vlt. vol. 5.* & Cæpolam *cautela* 114. Vnde infert habentem poteſtatem legitimandi à principe, non poſſe legitimare filios ſpurios, ſed naturales dumtaxat, quia legitimatio ſpuriorum, potiùs eſt diſpenſatio, quàm legitimatio; ideo ſi aliunde non conſtiterit de voluntate concedentis, non poterit legitimare ſpurios, cùm diſpenſatio ſit odioſa de ſe, & conſequenter debet reſtringi, per text. *in cap. 1. & vlt. de filiis presbyteror. in 6.*

35. Quamuis ergo diſpenſatio ſtrictè accipiatur, poteſtas tamen diſpenſandi alicui conceſſa latè accipitur, cùm non præiudicet conceſſio niſi concedenti reſpectu cuius dicitur beneficium principis, maximè, quando eſt præter ius, & ſolius principis præiudicium. Longè aliter, quando conceditur in aliorum præiudicium graue, tunc ſtrictè accipitur. ita Iaſon *ad l. beneficium, n. 10 & 22. de conſtit. principum,* Innocent. *in cap. quòd dilectio, de conſanguinitate,* & *ibi* Alexand. de Neuo *n. 5.* & Syueſt. *verb. priuilegium, quæſt. 3.* Armill. *n. 4. & 5.* Tabien. *quæſt. 3. num. 4.*

Debet tamen poteſtas non ad quoſcumque caſus extendi, ſed ad caſus aliquo modo ſimiles, adaptabileſque caſibus in poteſtate diſpenſandi contentis. Ita Felin. *in cap. vlt. num. 8. limitatio 1. de Simonia,* Gambar. *de auctoritate legati, lib. 10. num.* 203. non tamen extenditur poteſtas diſpenſandi, ſeu legitimandi ad caſum mixtum, ſi ex ea diſpenſatione, ſeu legitimatione inferatur tertio damnum. Ita Gambar. *vbi ſupra, num.* 169. Couar. *vbi ſupra, num. 9.* Valaſc. *conſult. 60. num. 3.* Vnde non poterit Epiſcopus diſpenſare cum electo ad beneficium, ſi eſt criminoſus, aut aliàs incapax in præiudicium alterius, qui nullo vitio laborat, & ſimul cum criminoſo fuit electus. Ita Archidiac. *in cap. ſi quis de miniſteriis, in fine, diſt. 50.* & Innocent. *in cap. dudum, el 2. de elect.* In dubio tamen, an diſpenſatio extendatur ad aliquem caſum? Negamus extendi: quando verò dubium incidit, an poteſtas protrahatur ad aliquem caſum, vt virtute illius poſſit in eo caſu concedi diſpenſatio, affirmandum eſt extendi, quia poteſtas amplè, diſpenſatio ſtrictè accipitur. Ita Stunica *de voto, quæſt. 6. num. 57.* poſt Hippolyt. *in cap. at ſi clerici, §. de adulter. num. 91. de iudic.*

Hinc ſequitur in odioſis ſub ſimplicibus non contineri caſum mixtum; teſte Bartol. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, num. 3. ff. de liber. & poſthum.* Sanch. *de matrim. lib. 8. d. 2. num.* 28. Proinde diſpenſatio conceſſa in aliquo conſanguinitatis gradu, non extenditur, ſi coniunctio eſt duplex ex vtroque parente; requiritur enim expreſſa mentio huius multiplicitatis eiuſdem gradus, vel diuerſi, putà in conſanguinitate, vel affinitate, quia conſanguinitas, vel affinitas duplicata eſt caſus mixtus, & in odioſis caſus ſimplex non comprehenditur ſub mixto; aliter poteſtas diſpenſandi conceſſa in aliquo caſu ſimplici comprehendit gradum duplicatum, & ad illum extenditur. Ita Alexand. de Neuo *in cap. quod dilectio, ad finem, de conſanguinitat.* & *ibi* Præpoſitus *num. 8. verſ. Quæro Papa,* Gambat. ſuprà ſcriptus *lib. 7. tit. de diſpenſat. legator. circa matrimonia, à num. 46.* non extenditur tamen poteſtas diſpenſandi in ſecundo gradu, ſi huic adiungatur alius gradus inferior, nempe tertius, quia ſecundus gradus non eſt genus ad ſecundum, & tertium gradum. Nec refert ſi dicas poſſe diſpenſare in tertio, qui poteſt diſpenſare in ſecundo. Nihilominus negandum eſt id poſſe fieri, quando vterque gradus in eodem ſubiecto reperitur. Nam poteſtas eſt illi conceſſa ad diſpenſandum in certo gradu, nempe in ſecundo, nec tertius continetur in ſecundo tanquam ſub genere; at verò ſecundus eſt veluti genus ad ſecundum duplicatum; non verò ad ſecundum, & tertium. Sanch. *d. lib. 8. diſp. 24. num. 10.*

Quod ſi quis ex priuilegio habeat poteſtatem diſpenſandi in ſecundo, & tertio gradu conſanguinitatis, vel in ſecundo conſanguinitatis, & ſecundo affinitatis, probabile eſt non poſſe, quando vterque gradus in eodem ſubiecto reperitur; quia quod mixtum eſt, diuerſam per ſe facit ſpeciem, per text. *in l. adeo, verſ. cum quis, ff. de acquirend. rer. domin.* Neque in conceſſione minoris venit id, quod eſt maius, *cap. porrò. de priuileg.* Neque veniunt maiora expreſſis, vt bene notant per clem. *de procurator.* Fortun. *in d. l. Gallus,* Sarmient. *lib. 5. ſelectar. in ead. l. num.* 38. Gallego *de cognatione ſpirit. cap. 24. num.* 13. idem Sarmient. *in l. in ſuis, §. de liber. & poſthum. num.* 14. dicens quando licet quod maius eſt, licere quod minus eſt, verbi gratia, cui occidere licet,

contumelia

contumelia afficere licebit, non tamen vice verſa; ergo quamuis habeat poteſtatem diſpenſandi in vnoquoque eorum, non poterit in vtroque, ſi pariter concurrant, quod eſt valdè probabile. Sed probabilius eſt poſſe, quia in materia fauorabili ſub ſimplicibus continetur caſus mixtus, qualis eſt poteſtas diſpenſandi. Ita Sanch. poſt longam diſcuſſionem *lib. 8. diſp. 2. num. 28. & diſp. 24. num. 10.*

36. Sequitur an habens poteſtatem diſpenſandi in votis, ſeu iuramentis, habeat etiam circa commutationem eorundem? Reſpondemus primò affirmatiuè, ſi ſermo ſit de viris poteſtatem ordinariã habentibus. Quando verò quis habet poteſtatem delegatam diſpenſandi in votis, ſeu iuramentis, negant aliqui extendi hanc poteſtatem ad vota, & iuramenta commutanda. Ita Azor *tom. 1. inſtitut. moral. lib. 11. cap. 10. quæſt. 4. & cap. 18. quæſt. 7.* Beia *in ſuis reſponſ. 2. p. caſu 9. in ordine,* qui eſt primus ex propoſitis in congregatione habita feria 3. die 29. maij, habetur fol. 81. *in 3. notabili.* Sanchez *lib 8. de matrim. diſp. 2. num. 15. & in decalogo lib 4. cap. 53. num. 4.* Pars tamen affirmans facultatem diſpenſandi in votis extendi ad ea commutanda, mihi placet, tanquam probabilior; ratio, quia potens remittere totum debitum, poteſt etiam remittere partem illius; ſed potens diſpenſare in voto ex priuilegio, poteſt cauſa intercedente eximere ligatum voto ab eo vinculo omnino; ergo poterit commutando, vt in alia æquali ſpecie ſoluat, eximere illum, vt non ſoluat promiſſionem in materia promiſſa, ſed in alia diuerſa, æquali tamen.

Accedit, quia, cui licet, quod eſt plus, integrum eſt etiam illi, quod eſt minus, per regul. *cui licet 53. de regul. iuris in 6.* Sarmient. *in l. in ſuis, ff. de liber. & poſthum. num. 14. verſ. ſed ad hæc poſſumus,* maximè quando plus, & minus ſunt eiuſdem ſpeciei, & minus ſub maiori comprehenditur, nempe cui occidere liceat, contumelia afficere licebit, cùm nemo poſſit occidi ſine contumelia. Item quando patri licet vendere filium, licet etiam pignorare, quia vendere eſt genus. Ergo idem in caſu noſtro eſt dicendum, quia commutatio voti venit in diſpenſatione, & ſub ea concluditur, tanquam pars in ſuo toto. Ita hanc partem tradunt Suar. *tom. 2. de religione, tract. de voto, lib. 6. cap. 12. à num. 10. vſque in finem,* vbi vocat hanc partem certam. Leſſius *lib. 2. de iuſtit. cap. 42. dub. 12. num. 59.* D. Thom. videtur conſentire *2. 2. quæſt. 88. art. 10.* dicens minus eſſe votum commutare, quàm in voto diſpenſare.

Nec vrget Valent. *tom. 3. diſp. 6. quæſt. 6. punct. 7.* Ludou. Lopez *part. 1. inſtructor. conſcientiæ,* dicentes regulam, *Cui licet plus, licere minus,* procedere in his, quæ ſunt eiuſdem rationis, commutare autem, & diſpenſare eſſe diuerſæ rationis, quod eſt aperte falſum, quoad præſentem materiam, quia commutatio eſt ſpecies quædam diſpenſationis, & quodammodo pars illius, nempe quando fit in minus, vel æquale bonum, ſed commodius. Vnde ſunt multi concedentes abſolutè potentes diſpenſare in voto, poſſe etiam illud commutare, quales ſunt Aragon. *2. 2. quæſt. 88. art. 12.* Tolet. *in ſumma, lib. 1. cap. 18. in fin.* Philiarch. *de officio ſacerdot. part. 2. lib. 3. & cap. 22. in fine.* Sà *in ſumma, verbo, votum, num. 2.* Sotus *de iuſtit. lib. 7. quæſt. 4. art. 3.* & alij quos refert, ac ſequitur Sayr. *in claui, lib. 6. cap. 11. num. 116. & ſequentib. & cap. 12. num. 15. verſ. Secundum dubium,* probans regulam, *qui poteſt quod maius eſt, poteſt quoque, quod eſt minus,* verificari in caſu propoſito, cùm commutatio, tanquam pars in toto, aut ſpecies in genere, in diſpenſandi poteſtate contineatur.

Sed quid dicendum de habente poteſtatem delegatam in votis diſpenſandi, ſeu commutandi, an habeat idem priuilegium circa iuramenta ſoli Deo facta? Suar. *tract. de voto, lib. 6. cap. 14. à n. 19. vſque ad finem,* tradit ſimilem facultatem habentem, ad votorum commutationem, ſeu diſpenſationem, habere etiam illam ad diſpenſationem, ſeu commutationem votorum, quæ iuramento confirmantur; ſequitur Manuel de Sa *in ſumma, verbo, votum,* vbi de voti irritatione *n. 16.* indiſtinctè ita loquitur ibi: *qui vota commutare poteſt, poteſt etiam cum ſunt iurata: poteſt & iuramenta, quæ non ſunt in fauorem tertij, quale eſt ſi quis dicat,* Voueo Deo me tibi tale quid daturum. Ex quo conſtat excepto voto in fauorem tertij emiſſo cætera poſſe etiam iurata diſpenſari, vel commutari ab eo qui habet poteſtatem delegatam ad commutationem, aut diſpenſationem votorum. Ratio, quia poteſt ſemel, atque iterum diſpenſare, vel commutare eum eadem perſona circa obligationem religionis erga Deum per vota, vel iuramẽta ſoli Deo præſtita, ergo diſpenſato voto, aut commutato poteſt per diſpenſationem tollere iuramentum, quæ eſt ratio Suarij, & hoc modo duo vincula, etiam diuerſa ſpecie auferuntur, quamuis in ordine ad diſpenſandum, aut commutandum cenſeatur veluti vnum, & idem, & eiuſdem rationis, cùm iuramentum non addat voto nouam grauitatem, intenſiuam, neque onus nouum, ſed extenſiuum duntaxat, hoc eſt plura vincula.

Et à fortiori res patebit, ſi dicamus iuramentum eſſe voto acceſſorium, ſublato enim principali per diſpenſationem, vel commutationem vnius, auferetur materia, ſuper quam alterum vinculum cadebat, quam partem Leonard. *lib. 2. de iuſtit. cap. 42. dub. 12. num. 59. in fine,* putat probabilem, cum huiuſmodi iuramenta ſint etiam vota; igitur qui poteſt auferre ligamen voti, poterit etiam auferre ligamen iuramenti; fauent Syluest. *iurament. 5. quæſt. 3.* Fumus *eod. verbo, num. 19.* & Sotus *lib. 8. de iuſtit. quæſt. 1. art. 9.* dum aiunt indiſtinctè idem eſſe iudicium de abſolutione à voto, atque de abſolutione à iuramento, neque inter vtrumque ponunt diſcrimen recentiores quamplurimi, quibus accedunt Viuald. *cap. 14. de voto, quæſt. 8.* & Didac. Lopez etiam *de voto, quæſt. 5. num. 41.* dicentes, qui ex priuilegio commutant vota, poſſe etiam commutare iuramenta.

Alij exiſtimant ſi iuramentum fiat animo ſe obligandi Deo & votum ſub eo includatur, vel fiat in confirmationem voti emiſſi, poſſe priuilegium habentes commutandi, ſeu diſpenſandi circa vota, diſpenſare etiam in iuramentis, ac ea commutare. Quod ſi iuramentum fiat per ſe independenter à voto, nec in illius confirmationem, ſed ſolùm firmando ſe in bono propoſito, vel ſi addatur voto principaliter, non verò acceſſoriè, tunc habens facultatem diſpenſandi, vel commutandi erga votum duntaxat, nihil poterit circa votum, & iuramentum, ſi ſimul concurrant. Ratio, quia in primo caſu iuramentum reſpectu voti eſt quid acceſſorium, neque eget ſpeciali diſpenſatione, ſeu commutatione, ſed voto ſublato per diſpenſationem, ſeu commutationem, tollitur vinculum iuramenti; in poſteriori euentu, cum vinculum

iuramenti diſtinguatur ſpecie à ligamine voti, & tam iuramentum, quàm votum emiſſa ſint independenter ab alio, non poteſt priuilegium habens commutandi, ſeu diſpenſandi in votis, quidquam circa iuramenta, niſi ad id peculiarem habeat facultatem. Ita Leſſ. *d. cap. 42. dub. 12. num. 69. verſ. Sed dicendum videtur.* quem ſequitur Sanch. *lib. 8. diſp. 2. num. 23. & in Decalog. lib. 4. cap. 57. num. 20.* dicens ſententiam Suarij, & aliorum eſſe valdè probabilem, ac tutam, ſed hanc, quæ negat priuilegium diſpenſandi in votis, eáque commutandi, non extendi ad iuramenta, & vota independenter, aut æquè principaliter emiſſa, multo eſſe probabiliorem.

Faciunt pro illa facultates à Paulo III. Societati Ieſu conceſſæ circa vota commutanda, quas poſtea Gregor. XIII. extendit ad vota iuramento firmata, vt conſtat ex compendio priuilegior. *verbo, commutatio, §. 1.* ibi, *poſſunt confeſſarij Societatis commutare omnia vota, exceptis vltramarinis, & Petri, & Pauli, de vrbe, S. Iacobi in Compoſtella, caſtitatis, & religionis Pauli III. quam facultatem cum eadem exceptione extendit Gregor. XIII. ad vota iurata, dummodo commutatio non fiat in præiudicium tertij.* hæc ibi. Vnde colliges requiri expreſſam facultatem delegatam, ad commutandum votum, & iuramentum eiuſdem rei, quando vtrumque fit expreſsè, & alterum ab altero independenter, quia ſunt duo vincula expreſſa, & fortiùs ligant vnico vinculo. Sic Henriquez *lib. 7. de indulgentia, cap. 50. num. 5.* Azor *lib. 11. inſtitut. moral. cap. 10. quæſt. 2. & cap. 19. quæſt. 19* Sayr. *in claui regia, lib. 5. cap. 8 num. 9. verſ. Dixi abſque priuilegio,* indiſtinctè tenet poſſe diſpenſare in iuramentis de eadem re, qui poteſt in votis. Sed magis placet opinio Sanchez ſub ea diſtinctione, quamuis prima ſententia ſit ſatis tuta, & in praxi ſecura.

27. Sequitur illa difficultas, an Papa poſſit legitimare, quoad ſæcularia, & temporalia filios genitos ex matrimonio irrito? Hac de re egimus ſuprà *hoc libro, diſp. 4. à num. 273. vſque ad 277.* Ideo breuiter reſpondeo ſecundùm aliquos negatiuè, inter quos eſt Nauar. *lib. 4. conſilior. in 2. editione, tit. qui filij ſint legitimi, conſ. 2.* vbi ait Gregorium XIII. anno Domini, 1584. noluiſſe diſpenſare dicendo, ſe non poſſe legitimare filios ſuſceptos ex matrimonio irrito, ſicut non poteſt diſpenſare quoad ſæcularia cum ſpurijs ſuſceptis abſque matrimonio. Eiuſdem opinionis memini dixiſſe Molin. *tom. 3. de iuſtit. tract. 2 diſp. 624. num. 3.* & Ceruantes *l. 12. Tauri, num. 106.*

Secundùm tamen veriorem ſententiam dicendum eſt poſſe, quia poteſt ſuam legem Eccleſiaſticam reuocare, quoad effectus iure humano ex ea ſecutos, atque etiam incurſos tollere, perinde ac ſi nunquam ea lex ſancita eſſet, vt conſtat ex *clement. vnica, de immunitate Eccleſ.* ibi, *quidquid ex eis ſecutum eſt, vel ob eas penitus reuocamus, & eas habere volumus pro infectis.* Nec circa hoc poteſt eſſe dubium, cum iis, quæ ſunt de iure poſitiuo ampla ſit illius poteſtas. Item, quia diſpenſando in radice matrimonij, reuocandóque impedimentum, retrotrahitur ad principium matrimonij diſpenſatio illa, remanéntque filij ſuſcepti ex eo matrimonio, perinde ac ſi nati ſint ex eo ab initio valido, vt cum multis ibi oſtendimus, præter quos id etiam tenent Ludouic. Lopez *2. part. inſtruct. vbi de matrim. cap. vlt. col. 2. concl. 3.* Borges *de irregular. 2. part. tit. de interpretat. extenſione, & reſtrictione diſpenſationis, num. 19.* Conar. *in epitome, 2. part. cap. 8. §. 8. num. 13.* Anaſtaſ. Germon. *de ſacror. immunitatib. lib. 3. cap. 11. num. 105.* Royas *in epitome ſucceſſionum, cap. 23. num. 113.* & alij dicentes poſſe Summum Pontificem indirectè, & per quandam conſequentiam legitimare, & habilitare ad tẽporalia diſpenſando in ipſa matrimonij irriti radice, delendo, reuocandóque omnia damna ex eo matrimonio incurſa, reſtituendóque prolem natalibus, quæ haberet, ſi ex matrimonio valido naſceretur.

Nec obſtat, ſi dicas poſſe Papam diſpenſare in iis, quæ ſunt iuris Eccleſiaſtici, accedente nouo conſenſu, vt matrimonium ſubſiſtat, non tamen poſſe contraire damnis ex iure ciuili ſecutis; quia fatemur, non poſſe in illis diſpenſare directè, ſed indirectè, reuocando legem ſuam Eccleſiaſticam, ex qua omnia pendebant, quæque prius matrimonium irritabat. Quod adeò verum eſt, vt poſſit Pontifex ad hunc effectum, etiam mortuis parentibus diſpenſare in radice matrimonij; quòd diſpenſatio hæc non innitatur in ablatione prioris impedimenti dirimentis, vt validè de nouo contrahatur matrimonium, quod fieri non poteſt, ſed tantum innititur reuocationi Pontificiæ legis; qua poſita extinguuntur effectus ex matrimonio irrito prouenientes, ita Nauarr. *lib. 4. conſ. in 1. editione, tit. de ſponſ. lib. 4. conſ. 3. à n. 1. & penult. in 2. edit. tit. Qui filij ſint legitimi, conſ. 2. à n. 10.* Syluest. *verbo, Papa, ad finem.* Anchar. *conſ. 409. col. 2.* Ant. de Roſell. *de legit. lib. 2. in principio, n. 22.* quos ſequitur Molin. *de primog.* poſt alios *ibi* relatos *lib. 3. c. 2. n. 12. verſ. Si verò impedimentum ex ſolo iure canonico procedebat,* dicens poſſe filium in primogenio, atque in cæteris bonis temporalibus remouente Summo Pontifice ab eo matrimonio, in quo conſenſus interuenit, impedimentum, validúmque matrimonium declarãte.

Non poterit tamen legitimare prolem ex ma- 28.
trimonio irrito, propter impedimentum iuris diuini naturalis ſuſceptam, cum non poſſit impedimentum auferre. Ita Molin. *lib. 3. d. num. 12.* & Royas *citat.* Felin. *in c. quæ in Eccleſiar. de conſtitutionib. num. 21,* & Angel. *verbo, Papa, num. 4.* ſicut poteſt, quando matrimonium fuit nullum ex defectu conſenſus, ſi de hoc conſtat. Secus ſi dubitatur, quia in dubio poteſt in radice matrimonij diſpenſare. Sic Anton. de Roſell. *lib. 2. in principio, num. 16.* Anton. *in d. cap. per venerabilem, num. 10. in fine,* qui filij ſint legitimi, quia nemo eſt ſpoliandus ſua poſſeſſione, quando non conſtat de defectu conſenſus in vtraque, vel in altero coniuge. Secus quando conſtat. Sic Nicolaus de Vbaldis *de ſucceſſ. ab inteſtato, 1. p. n. 106.* Brunellus *de ſponſ. concl. 24. n. 2.* & Chaſſan. *cor. 43. num. 17.* Cætera vide *d. diſp. 4. de legib. ſæcularib. à num. 274. circa res ſpirituales.*

---

## §. I.

### *De legitimatione per ſubſequens matrimonium, & an ſit maior, quàm legitimatio per reſcriptum.*

EPITOME.

29 *Legitimatio per ſubſequens matrimonium, eſt potentior quauis altera.*

30 *Legiti*

30 *Legitimatio ſpurÿ ſubſequens matrimonium in articulo mortis, an valeat.*

31 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium venit ſub inueſtitura conceſſa pro filÿs legitimè natis.*

32 *Legitimatus habet omnes prærogatiuas, quibus gaudent ex matrimonio vero nati.*

33 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium, an excludat ſubſtitutum ſub conditione*, ſi ſine filiis deceſſerit.

34 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium, an excludat ſecundo loco genitum, & rumpat teſtamentum.*

35 *Legitimatus per matrimonium, an admittatur ad ordines, & honores, tam Eccleſiaſticos, quam ſæculares.*

36 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium venit appellatione legitimorum in ſtatutis, legitimatus verò per reſcriptum, minimè.*

29. EX legitimationibus receptum eſt potentiorem, atque efficaciorem quauis altera eſſe legitimationem per ſubſequens matrimonium. Ita Oſaſcus *deciſ.154.num.11.* Hieronym. Gabriel *conſ.27.num.3.& 21.* Bald. *in cap. per tuas, de maiorat, & obed.* vbi ait eſſe pinguiorem quauis alia, Ioan. Lecirier. *de primogenitura, quæſtion 14. primi lib. num.2.* Tiraq. *de iure primogen. quæſt.34. num.53.* Ratio, quòd legitimatus per ſubſequens matrimonium dicitur natus de proprio & ex vero, & legitimo matrimonio. Sic Butrius *in cap. per venerabilem, qui filÿ ſint legitimi*, Roland. *conſ.100. num.15. & ſequentib. vol.2.* Natta *in conſ.124. num.28. lib.3.* & alij, quos refert, ac ſequitur Angulola *conſ.74. num.9.*

30. Vnde ſequitur legitimatum per ſubſequens matrimonium abſque dolo, & fraude in articulo mortis excludere ſubſtitutum ſub conditione, ſi inſtitutus decedat ſine filiis natis ex legitimo matrimonio. Ita Bald. *conſ.319.* incipit, *matrimonium in articulo mortis, in principio, lib.4.* Alexand. *in l. ſi quis poſthum. col.1. verſ. Communem tamen, ff. de liber. & poſth.* vbi ait hanc eſſe magis receptam opinionem, quam ſecutus eſt Iaſon *in l. ſed, & eſt quæſitum, num.11. ff. eodem tit.* & Socin. *ibidem, verſ. Quarto limita*, dicentes matrimonium eſſe validum, & per illud excludi ſubſtitutum, quod puto verum, quando factum fuit, abſque dolo, & nullo habito reſpectu, nec intuitu in præiudicium ſubſtituti.

Dixi *abſque dolo*, quia præſumitur legitimatio facta de filio illegitimo, quando pater eſt proximus morti, in fraudem fieri cæterorum filiorum legitimorum Menoch. *conſ.108. num.15. & 21.* vbi ait legitimationem per ſubſequens matrimonium, in articulo mortis contractum non reddere filios legitimos quoad ſucceſſionem, vt bona à cæteris debentibus ſuccedere eripiantur, quod prius dixit Ioan. And. *in cap. ſine culpa, de regul. iuris in 6.* Sequitur Ruin. *conſ.163. num.7. lib.5. & conſ.46. num.8. lib.2.* Tiraquell. *in l. ſi vnquam, in verbo, ſuſceperit liberos, num.74.* multis ibi de more ſuo citatis, *C. de reuoc. donat.* Confert quod tradit Alexand. *in l. ſi filio, §. ſi vir in quinquennium, ff. ſolut. matrim.* docens locationem fundi dotalis a marito factam in quinquennium vxore exiſtente in periculo vitæ, eſſe nullam, tanquam in fraudem factam, quod aliis exemplis oſtendit Tiraquell. *de retract. conuention. §.4. gloſſ. 1. num.19.*

Suffragantur tradita ab Angelo *in l. nuper, C. de naturalib. liber. & in l. ſed & eſt quæſitum, citata*, dicente non valere legitimationem per matrimonium celebratum in articulo mortis factam. Quia cenſetur facta in fraudem legitimorum, quod idem tradunt Celſus Hugo *conſ.73. num.32. verſ. Et licet iſta*, Alciat. *reſponſion.656. num.4. verſ. Nec ab eo.* & Mantica *conſ.38. num.14. lib.2.* Huc facit text. *in leg. Titius, ff. ad Senatuſconſultum Trebellianum*, vbi Papinianus reſpondet ſi hæres fuit inſtitutus cum onere reſtituendi bona inuenta mortis tempore, poſſe bona illa alienare propter facultatem ſibi conceſſam per illa verba, *cum onere reſtituendi inuenta tempore mortis*, ſatisfacereque reſtituendo quidquid inuentum fuerit, non tamen poſſe alienare bona in fraudem animo, videlicet, minuendi fideicommiſſum; quam ſententiam minuit Ruinus *conſil.109. num.11. & conſ.112. num.19. lib.2.* Caſtrenſ. *in d. l. Titius* & alij. Facit gloſſ. *in cap.1. § ſed etiam rei, in titul. per quos fiat inueſtitura, in verbo, in fraudem*, declarans vaſſallum non poſſe alterum ſubinueſtire in fraudem agnati, qui in feudum ſuccedere debet. Confirmat Alberic. *in l. filia mea, ff. ſolut. matrimon. num.2.* quatenus ait non valere repudiationem feudi paterni, quod vaſſallus habet, & deſtitutus filiis repudiauit domino, nè tranſiret ad agnatos, quia quamuis poſſit repudiari, non poteſt tamen in fraudem agnatorum.

His tamen non obſtantibus, Dico primò validum eſſe matrimonium contractum in mortis articulo. Ita Couar. *2. part. epitom. cap.8. §.2. numero 11.* Tiraquell. poſt plures *in l. ſi vnquam, in verbo, ſuſceperit liberos, num.73. & 74. C. de reuocand. donat.* Abbas *in cap.2. de frigidis*, vbi gloſſ. aſſerit à ſene matrimonium poſſe contrahi, *l. penult.* & ibi gloſſ. *C. de nupt.* quemadmodum & ab infirmo contrahi poteſt, de quo hodie nullum eſt dubium, ex vſu, & praxi ab Eccleſia vbique recepta.

Dico ſecundò, matrimonium in mortis articulo contractum, de facto legitimare prolem naturalem antea ſuſceptam. Hæc eſt contra Bald. *in l. eam, quam, num.27. C. de fideicommiſſis*, vbi fatetur matrimonium valere in eo articulo temporis contractum. Negat tamen per illud legitimari prolem antè habitam, in quo fallitur, cùm ſit verum matrimonium habens potentiam, ad legitimandam prolem. Sic vnanimes aiunt Tiraquell. citat. Royas *in epitom. ſucceſſ. cap.2. num.21.* Cifuentes *l.12. Tauri, dub.9. numero 13.* & ibi Caſtillo *numero 23.* Ludouic. de Sardis, *de naturalibus liber. 2. part. tit. de legitim. per verum matrimon. quæſt.1. num.3.* & conſtat ex cap. *tanta, qui filÿ ſint legitimi*, quo loci ea tribuitur legitimandi virtus vero matrimonio, quale eſt hoc. Idem tradit Couarr. citat. *numero 10.* Montaluus *l.2. verbo, ſean herederos, titul.6. de las mandas, lib.3. fori*, Bald. ſibi contrarius, *cap. Innotuit, numero 11. verſ. Ex prædictis, de electione.* & alij, quos refert, ac ſequitur Couarruuias *dicto numero 10.* concludens, Hoc coniugium eſt validum? ergo eius cauſa proles ſuſcepta erit legitima.

Dico tertiò, ex eo quòd in articulo mortis contractum ſit matrimonium, non inde ſequi fuiſſe celebratum in fraudem, niſi ex alio ſuſpicio, ſeu indicia appareant. Ratio, quia in dubio quando fit actus à iure probatus, non præſumitur fraus,

niſi clara demonſtrentur indicia. Ita Bald. *conſil.319.num.1.vol.4.* Ripa *in l.ex facto,§.ſi quis rogatus,num 48.ff.ad S.C.Trebell.* Felin. *cap.in præſentia,num.36.de probationib.* Nec præſumitur qui eſt in mortis articulo feciſſe in fraudem, neque eſſe immemorem ſalutis æternæ. Potius enim præſumitur voluiſſe animæ ſuæ conſulere principaliter,& vtilitati filiorum, ſempérque attenditur principalis intentio facientis, *l.ſi quis ne cauſam, ff.ſi certum petatur, & l. 1. ff. de auctoritate tutor.*

Dico quartò ſi conſtet matrimonium fuiſſe initum in fraudem alicuius qui ſuccedere debebat,communem eſſe opinionem non excludi debentem ſuccedere. Probatur ex *l.2.ff.de aqua pluuia arcenda.§.idem Labeo* el 2. vbi habes auertentem flumen non teneri de dolo, quamuis vicino ſuo noceat, dummodo non animo nocendi auertat, ſed ne ſibi noceat. Ex quibus verbis deducitur poſſe licitè,& validè aliquid fieri, dummodo non fiat animo nocendi alteri, quamuis fiat ne ſibi noceat. Ita expreſſe tradunt Molin. *de primog. cap.5.num.27.* vbi ait ſi matrimonium contrahens expreſsè dixerit, vel minatus fuerit ſubſtituto ſe contracturum in eius fraudem, atque ad eius excluſionem, quamuis matrimonium ſit validum; filios tamen per illud legitimatos non excludere ſubſtitutum. Anton. Gomez plura referens *in l.9. Tauri,num.58.& 59.* Ripa *in l.ex facto,à num.48.* Ant. de Roſell. *de legitimat. lib.1.tit.de cauſa materiali legitimation. num.31.* Menoch. *de præſumptionib.lib.4.præſumpt.83.num.78.* Mantica *de coniectur.vlt.volunt.lib.11.tit.13.* poſt Angelum *in l. ſed & eſt quæſitum, ff. de liber. & poſthum.in l.nuper,num.3.ff.de naturalib.liber.* Quia talis legitimatio fuit fraudulenta, nec debet filiis naturalibus prodeſſe,& aliis nocere, vt etiam notat Ruin. *conſ.211,num.7.vol.1.*

Hinc ingreſſus monaſterij factus in fraudem ſubſtituti non ſuſtinetur, Abbas, Imol. & Decius *in cap.in præſentia,de probationib.* Sicut actus factus per infirmum in præiudicium tertij non præiudicat, Afflict. *deciſ.168.* Menoch. *conſ.39. num 44.& 68.vol.1.* Maſcard. *de probationib.concluſ.1074.* Quibus accedit Flamin. *de reſignatione, lib.12.quæſt.1. à num.7.vſque ad 16.* Quibus ſatis probatur hæc pars exemplo monaſterij excludentis ſubſtitutum, cùm habeatur loco filij, etiam ſi profeſſio fiat ab exiſtente in articulo mortis, vt probant Molin. & Flamin. ſuprà ſcripti, niſi probetur talem ingreſſum religionis fuiſſe factum in fraudem; tunc enim non excluderur ſubſtitutus, cum conſtet profeſſionem fuiſſe emiſſam validè, doloſè tamen, & fraudulenter in præiudicium tertij. ita Panorm. referens Abbatem antiquum *in d.cap. in præſentia, de probationib. n.45. & 46.* quem ſequuntur *ibi* Decius *num.56.*& Bero. *num.500.* Quæ opinio eſt probabilis ſaltem in foro externo.

Dico tamen quintò in vtroque foro probabilius eſſe legitimatum per ſequens matrimonium in articulo mortis celebratum excludere ſubſtitutum, quamuis animo fraudandi initum fuerit ad illum excludendum. Ita Couar. *d.§.2.num.10. verſ. Nec videtur*, dicens huiuſmodi matrimonium non videri fuiſſe factum in fraudem, neque aliam iniuriam ſuccedere debenti fuiſſe irrogatam ab eo, qui in contrahendo matrimonio, ſuo iure vſus fuit. Quare legitimatus ob prædictum matrimonium excludit ſubſtitutum, ſub ea conditione inſtitutum, ſi ſine liberis deceſſerit legitimis. Concordat Spino *in ſuo ſpeculo, gloſſ.15. num.107.* addens non obſtante comminatione de contrahendo matrimonio ſubſtituti cauſa facta à contrahente adhuc legitimos per illud excludere ſubſti[...]um [...]a ratione, quia intentio contrahentis fuit principaliter ducere vxorem, & conſulere animæ ſuæ, recedendo à concubinatu, filióſque per matrimonium legitimare. Ita Sarmient. *in l.ſed eſt quæſitum,ff.de liber.& poſthum.* Molin. *tom.1.de iuſt.tract.2.diſp.172.* Menoch. *in controuerſ. vſu frequentibus, lib.3. cap.4. num.5.* Idem Sarmient. *lib.2.ſelect.cap.6. num.8.* & Bald. *rubric.C.de priuileg.dotis, num.2. & cap.cum Eccleſia Vulterana de election.* vbi docet quod quando aliquis facit actum ſibi vtilem, quamuis conſtet fuiſſe factum intentione lædendi alterum, non debere actum manere vacuum ſuo effectu. Fundamentum, quia quando actus de ſui natura non aduerſatur iuſtitiæ commutatiuæ, parum refert bono, aut malo animo fiat, cùm ex illo reſtituendi obligatio non oriatur. Vnde ſequitur malam intentionem patris nullatenus nocere filio legitimato per ſubſequens matrimonium, neque illum inhabilem poſſe reddere, ad excludendum debentem ſuccedere.

Accedit, quia concubinarius dum eſſet bona valetudine confirmatus, poterat inire matrimonium, etiam animo excludendi ſubſtitutum, & in odium illius. In quo caſo ſi filios ex vxore procreaſſet, non eſt dubium à prole ſic ſuſcepta poſt matrimonium excludi ſubſtitutum. Pari ergo modo filius per ſubſequens matrimonium legitimatus, ſiue ſit initum in articulo mortis, ſiue multo ante, quidquid ſit de odio, ſubſtitutum excludet. Ita Molin. *vbi ſuprà, verſ. Adde*, vbi probat odium aduersùs ſubſtitutum poſſe eſſe cauſam impulſiuam ad contrahendum cum concubina, non verò finalem, aut principalem, neque eſſe textum, neque legem contra hanc reſolutionem; nam caput vltimum, *20.quæſt.3.* ex Concilio Maguntino, eſt pœnale, neque illius pœna eſt ad alios caſus extendenda. vt eſt communis ſententia, quam docent Suar. *lib.6.de legib.cap.3.* vbi ait, legem pœnalem non extendi vltra caſum, crimen, aut perſonam. Sa *verbo, lex, num.10.* Sanch. *in Decalogo, lib.2.cap.28.n.4. & 5.* & Sayr. *in claui, lib.3.cap.8. de leg.pœnali, à num.9.* quamuis in aliis criminibus, & caſibus eadem ratione inueniatur; quos ſequitur Garcia *de benefic.part.10. cap. 10.§.2 à num.205.*

Ad argumenta, quæ dicunt non legitimari prolem per matrimonium contractum in articulo mortis in fraudem ſubſtituti. Reſpondetur contrarium eſſe verius; nam matrimonium quomodocumque ineatur, ſemper producit ſuos effectus, quorum vnus eſt efficere, vt ceſſet ſubſtitutio. Neque dici poſſe contrahentem fraudem committere, quando iure ſibi permiſſo vtitur, etiam ſi ex eo ſubſtitutio impediatur, iuxta regul. *nemo damnum facit, de regul.iuris,& l.nullus, ff.eodem.* Non enim in fraudem dicitur fieri, quod fit permittente lege; ergo nec pater facit fraudem, dando operam, vt à ſe nati, ac procreati ſuccedant in caſibus à lege ſtatutis, Text. *in l.quæſitum, ff. de conditionib.& demonſtrationib.* ibi: *Sapienter faciet heres, ſi impedierit eum*, Igitur non fraudulenter faciet pater contrahendo in articulo mortis, ne ſuccedat ſubſtitutus.

Accedit, quia excluſio ſubſtituti prouenit ex voluntate

volontate teſtatoris volentis, vt ſubſtitutus ſuccedat, deficiente prole legitima. Vnde animus defraudandi in parte, nihil damni filio auferre poteſt. Quin imò poteſt pater contrahere, vel non contrahere matrimonium propter pecuniam, per text. *in l. filium, § ſed cum exhæredatio. ff. de bon. poſſ. ff. contra tabulas*, vbi dicitur hæredem ſcriptum pecunia poſſe gratificari, vel adeundo hæreditatem, vel repudiando, quoniam in vtroque, iure ſuo vtitur. Verba autem legis ſunt huiuſmodi. *Erit ergo vendere beneficium ſcripti hæredis extranei, vt cum ipſe iure hæreditatis nihil ſit conſecuturus adeundo repellat filium in poteſtate relictum.* Ex quibus verbis integrum eſt etiam contrahenti accepta pecunia excludere ſucceſſurum, abſque labe ſimoniæ, licet matrimonium ſit ſacramentum, & gratiam conferat, vt per omnes poſt Magiſtrum *in 4. ſent. diſt. 26. cap. placuit, 32. diſt. num. 6.* quia tamen eſt contractus humanus, poteſt quatenus habet rationem contractus ciuilis, admittere omnia illa, quæ ab alijs contractibus humanis admittuntur.

Proinde non eſt ſimonia dare, vel accipere pro matrimonio pecuniam. Ita D. Thom. 2. 2. *quæſt. 100. art. 2. ad 6.* in quantum eſt naturæ officium. Sarmient. *d. cap. 6. num. 9. & lib. 4. in d. l. ſed eſt quæſitum, ff. de liber. & poſthu.* Suarez *lib. 4. de ſimonia, cap. 10. num. 8.* & præſertim *num. 10. & 11* addens *num. 12.* licet matrimonium ſit perfectiſſimum ſacramentum, non propterea amittere rationem contractus. Vnde in eo contrahendo fas eſſe procurare conſenſum alterius pecunia. Quia id immediatè ad contractum, & officium naturę dirigitur abſque vlla ſimonia. Quod etiamſi fiat de induſtria ad excludendum ſubſtitutum, licitè fieri poteſt, nec præſumitur fraus, quamuis in conſequentiam alij lædantur, teſte Menoch. *conſ. 226. num. 58. & num. 78.*

31. Ex dictis ſequitur legitimatum per ſubſequens matrimonium quocunque modo, & tempore contractum contineri ſub inueſtitura conceſſa pro ſe, & filiis legitimè natis, vel ex legitimo matrimonio procreatis. Bald. *in cap. 1. de cognitione feudi*, Lofredus *conſ. 1. num. 50.* Iſernia *in cap. 1. § naturales, col. penult. num. 8.* ſi de feudo fuerit controuerſia inter dominum & vaſſallum. Ratio, quia per illud matrimonium ſequens omnis macula deleta fuit, factuſque eſt legitimus, quoad omnia, de quibus *in cap. tanta, qui filij ſint legitimi.* Ita Menoch. *conſ. 227. à num. 13. vſque ad num. 17. & num. 56.*

Nec obſtat ſi dicatur in inueſtitura, quòd ſuccedant filij de vel ex legitimo matrimonio nati, quæ dictiones ſupponunt filios eo tempore, quo naſcuntur, naſci de legitimo matrimonio, iam contracto. Atque ita legitimati per ſubſequens matrimonium, non videntur contineri ſub ea diſpoſitione, nec gaudere prærogatiuis, quibus gaudent procreati, ſeu nati immediatè ex matrimonio legitimo, iam contracto. Quia verba in potentiori ſignificatu accipienda, veniunt *l. filiusfamilias, §. final. ff. de donationib.* Decius *conſ. 262.*

Quibus reſpondetur dictiones *de*, & *ex*, interdum ſignificare, ſeu denotare cauſam proximam, & immediatam *l. 1. § fin. ff de incen. rui nau.* & ſic denotare tempus natiuitatis, & legitimi matrimonij. In noſtro verò caſo, ſignificant cauſam mediatam, & remotam, vt Bartol. ait de dictione *de*, in *l. ſi ſolea, §. deinde, ff. de dam. infec.* Iaſon *in l. non dubium, num. 24. C. de legibus.* Dictionem vero, *ex*, pariter ſignificare cauſam mediatam, tradunt Tiraq. *in tract. de ceſſante cauſa, limitation. 20. num. 30.* & Ruin. *conſ. 106. num. 8. lib. 1.* Alexand. *in l. ſed & ſi plures, § in arrogato, num. 9. ff. de vulgar. & pupillari ſubſtit.*

Vnde, quamuis ſtatutum, ſeu teſtator vocet filios natos de legitimo matrimonio, & videatur immediatè attendere tempus procreationis, & natiuitatis, ſemper ſub huiuſmodi diſpoſitionibus venit legitimatus, per ſubſequens matrimonium. Ita expreſsè vult Imola *in cap. innotuit, col. 2. verſ. & nota ex hac gloſſ. de electio.* Decius *in cap. cum in cunctis, num. 12. eodem tit.* Ripa *in rubric. ff. ſi certum petatur.* Cæphalus *conſ. 541. num. 21. lib. 4.* & alij, quos referens ſequitur Menoch. *conſ. 127. num. 13. & num. 63.* vbi ait legitimatum hoc modo dici immediatè natum ex legitimo matrimonio, per euentumque conditionis, hoc eſt per matrimonium ſubſequens, actum reſurgere purum, conditionémque retrotrahi, & cenſeri matrimonium contractum ab initio procreationis, ac natiuitatis. Quod probatur ex mente, & intentione *d. cap. tanta*, vbi dicitur legitimationem naturam imitari, & tradit gloſſ. *in § filium, in Authen. quib. mod. natur. efficiant. col. 7.* Zaoall. *commun. contra commun. q. 606. num. 21. & ſequentibus.* Fortun. Garcia *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, num. 226. ff de liber. & poſthu.* dicens ex vi matrimonij legitimitatem cauſatam trahi retro ad tempus natiuitatis. Quos ſequitur Couar. *in epit. d. cap. 8. §. 2. num. 16.* prout vult filios per matrimonium ſubſequens non eſſe fictè, ſed verè legitimos; & conſtat ex text. *in d. cap. tanta*, ibi: *legitimi habeantur.* Quod verbum in his, quæ vera ſunt, demonſtrat veritatem; in his verò quæ non exiſtunt, fictionem. Ita Bald. *in cap. licèt ad euitanda, de electione.* Sequitur Iaſon *in l. ſi Ruffinus, C. de teſtamento m. tar.*

32. Hinc apparet nullum eſſe diſcrimen inter natos ex matrimonio contracto legitime, & inter legitimatos per ſubſequens matrimonium, contineríque in diſpoſitione, & materia ſtrictè intelligenda. Butrius *in cap. innotuit, de electio.* vbi Imol. *num. 13. & in l. quod dicitur, col. antepenult. de verbor. obligationib.* Roland. *conſ. 100. à num. 12. vſque num. 37. vol. 2.* vbi de hoc plenè. Infertur etiam gaudere omnibus prærogatiuis, quibus gaudent legitimè nati ex vero matrimonio, poſſéque ad ſacros ordines promoueri, vt *in d. cap. tanta, qui filij ſint legitimi*, & gloſſ. *in cap. innotuit.* gloſſ. *in cap. cum inhibitio, de clandeſtina diſpenſatione.* Quod extenditur ad Epiſcopatum, & ad dignitates abſque vlla diſpenſatione. Boër. *deciſ. 159.* Decius *in d. cap. cum in cunctis, de elect.* Couar. *de ſponſalib. vbi ſupra, §. 2. num. 24.* Menoch. *d. cap. 217. num. 14.* Denique in omnibus ita legitimati æquiparantur legitimè natis, niſi expreſsè excludantur, vt notat idem Menoch. poſt plures ibi relatos, quos ſequitur à *num. 18.*

Infertur tertiò, legitimatum per matrimonium ſubſequens eſſe nobilem, teſte Tiraq. *de nobilitat. cap. 15. num. 21. & 22.* Rayn. *in tract. de nobilitat.* quem ibi ſequitur poſt alios, *& quæſt. 34. de primog.* poſſéque admitti ad honores, & dignitates, vt probat Ludouic. de Sardis *de legitimation. tit. legitimationis effectus, num. 5. § ſexto quæritur*, excluderéque ſubſtitutum ſub hac conditione, *ſi quis deceſſerit ſine liberis, vel ſine filijs legitimis,*

*& naturalibus*. Ita Felin. *in cap. præſentia, num.* 39. *de probationib.* Decius *conſ.* 154. *num.* 3. *& ſequentib.* incipit, *diligenter*, Iaſon *in l. ſed eſt quæſitum, lib.* 11. *de liber. & poſthu.* Sequitur Syluan. *conſ.* 3. *num.* 22. & Alciat. *reſponſ.* 501. *in fine*, Burſatus *conſ.* 10. *num.* 6. *conſ.* 18. *num.* 13. qui omnes docent legitimatum excludere ſubſtitutum ſub conditione, ſi decedat etiam ſine filiis natis ex legitimo matrimonio.

33. Sed quid dicendum quando teſtator dixit, *ſi decedat ſine liberis de legitimo matrimonio procreatis, vel legitimè natis?* Ratio dubitandi eſt, quia conſideranda eſt voluntas teſtatoris, atque ab ea non eſt recedendum, ſecundum quam poteſt dici per matrimonium legitimatum probabiliter adhuc excludere ſubſtitutum, quia is poteſt eligi ad Epiſcopatum, vt diximus ex gloſſ. *in d. cap. innotuit, in verbo, contingat*; ergo cenſetur natus de legitimo matrimonio. Contraria ſententia videtur magis probari ex ipſa voluntate teſtatoris, quæ colligitur ex propria verborum ſignificatione ſecundùm legem in principio *de legat.* 3. ergo ſecundùm mentem teſtatoris non poteſt excludere ſubſtitutum, quia quando natus eſt, non proprie ex matrimonio, vel de matrimonio natus fuit, atque ita eſt intelligenda prior concluſio *num.* 31. dum diximus legitimatum per ſubſequens matrimonium excludere ſubſtitutum, niſi videlicet aliud ferat intentio teſtatoris, qui illam per expreſſa verba ſignificet, vt quando nominat liberos de legitimo matrimonio procreatos, aut legitimè natos, vt in hoc noſtro caſu.

Confirmatur, quia inſtitutio ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, intelligi debet ſecundum tempus verbi, *l. Titius ff. de milit. teſtam.* Bartol. *in l. ex facto in principio ff. de & vulgar. & pupillar. ſubſtitut.* Atqui legitimatus, quamuis ſit legitimus, non tamen proprie dicitur legitimè natus, neque de legitimo matrimonio productus. Ergo non poteſt excludere ſubſtitutum, cùm matrimonium, quod ſubſequitur, reuera non potuerit præceſſiſſe, & verba teſtatoris ſignificent matrimonium, tanquam cauſam legitimitatis præcedere debere, ſed in caſu propoſito matrimonium ſubſequitur, & effectus præcurrit cauſam, vt vult Bald. *in cap. innotuit, num.* 11. *in fine, de electio.* Quare ex voluntate teſtatoris non excluditur ſubſtitutus à legitimato, ex vi matrimonij ſubſequuti. Non enim dixit teſtator ſimpliciter, *ſi deceſſerit ſine filijs vel ſine legitimis filijs*, ſed expreſſis verbis inſtituit, *ſi ſine filijs legitimè natis, vel de legitimo matrimonio procreatis*. Quibus naturam potiùs, ac ſubſtantiam conſiderauit, non verò accidens, voluitque excludere quoſcunque illegitimè natos, etiamſi poſtea legitimentur, cùm ſemper apud homines, & ſecundùm ſe decus familiæ obſeruetur, iuxta *l.* 1. *§. penult. de ventre inſpiciendo.*

Cui reſolutioni ſuffragatur Bald. *in l. Gallus, §. ſi eius. in fine, ff. de liber. & poſthu.* & ibi Imol. *in fine*. Idem Bald. *conſ.* 492. *vol.* 4. *&* 367. *vol.* 5. *& conſ.* 206. *verſ. præterea, vol.* 2. vbi exponit conditionem, *ſi deceſſerit ſine filijs legitimè natis*, eſſe accipiendam de legitimis tempore, quo naſcuntur, & conſiderandum eſſe tempus originis, hoc eſt conceptionis, ſeu natiuitatis, aliàs non poteſt legitimè naſci, quòd hæc verba, *legitimè naſci*, æquipollent procreatis ex legitimo matrimonio, vt deducitur ex traditis ab eod. Bald. *in d. cap. innotuit, num.* 12. Alexand. *conſ.* 5. *vol.* 7. Alciatus *conſ.* 187. *num.* 2. *lib.* 9. & Roland. *d. conſ. vlt. vol.* 2. *num.* 27. vbi addit qualitatem adiectam verbo, debere intelligi ſecundùm tempus verbi, initiumque eſſe ſpectandum, vt verbum ſonat, per text. *in l. quid ergo, in principio, ff. de infam.* Bald. *in d. cap. innotuit, verſ. & nota*, vbi ait, qui moritur cum filiis legitimatis, non decedere cum filiis legitimè natis. Quia legitimatio eſt ordo præpoſterus faciens legitimum ex pòſt facto. Ordo enim naturæ eſt, vt cauſa præcedat effectum ſuum, *l. moribus, §. prius ff. de vulgar. & pupillar.*

Accedit, quia hæc conditio a teſtatore impoſita eſt voluntaria, ſi ſine liberis deceſſerit, ergo debet adimpleri in forma ſpecifica, non verò per æquipollentiam. Igitur non ſatisfit voluntati teſtatoris, per legitimatum ex vi matrimonij ſubſequentis, cùm tempore natiuitatis non fuerit legitimus. Alexand. *d. conſ.* 5. *col.* 2. *in principio, vol.* 7. Confirmatur exemplo opinantium legitimum per ſequens matrimonium non ſuccedere in feudo conceſſo pro ſe, & filiis ex legitimo matrimonio procreatis; quia verba conceſſionis non ſunt extendenda vltra id, quod in ſcriptura continetur, *l. contractus, C. de fidei inſtrum.* Atqui verba teſtatoris, ſeu conceſſionis reſpiciunt tempus genituræ conceptionis, vel natiuitatis prout expedit filiis, *l. Imperator, C. de natural. liber.* Bald. & Aluarot. *ibi*. Ergo ſicut in feudo pro filiis ex legitimo matrimonio procreatis, non ſuccedunt legitimati per ſubſequens matrimonium, ſic non excludent ſubſtitutum in diſpoſitione hominis inſtituentis ſub conditione, *ſi deceſſerit ſine filijs legitimè natis, vel ex legitimo matrimonio procreatis*. Quæ opinio eſt multo probabilior, quàm oppoſita.

Ad obiecta contrariæ partis dicentis nomine legitimè natorum, vel procreatorum ex legitimo matrimonio, venire legitimatos ex vi ſequentis matrimonij. Reſpondendum eſt hoc procedere ex diſpoſitione legis, non verò ex diſpoſitione hominis, ſic Alexand. *conſ.* 5. *col.* 2. *in princip. vol.* 7. Ruin. *conſ.* 92. *num.* 14. *vol.* 3. Butr. *in d. cap. per venerabilem, col.* 19. *verſ. quod ſi dixeris*, & ibi Præpoſitus *in §. quod autem, num.* 40. *qui filij ſint legitimi*. Nam lex faciliùs limitat, aut ampliat ſuam diſpoſitionem, quàm homo, vt conſtat ex gloſſ. magna *in l. aſſiduis, C. qui pot. impig. hab.* & mitiùs agitur cum diſpoſitione legis quàm cum diſpoſitione hominis, *l. Celſus, in principio ff. de arbitr.* & Butr. *in d. cap. per venerabilem.* Cæphal. *conſ.* 82. *col. penult. in princip. & conſ.* 112. *col.* 5. *verſ. non obſtat igitur primum, circa finem.* Ergo legitimatus per ſequens matrimonium non venit in diſpoſitione hominis inſtituẽtis ſub cõditione, *ſi deceſſerit ſine filijs legitimè natis, ſeu procreatis ex legitimo matrimonio*. Quod etiam procedit in ſtatuto facto contra ius commune loquente de legitimè natis. Non enim debet extendi ad legitimatum per ſequens matrimonium, quia vt dicatur natus de legitimo matrimonio, opus eſt quòd tempore natiuitatis matrimonium ſit contractum in facie Eccleſiæ, ſub ſolennitatibus ab Eccleſia inſtitutis.

Nec refert, quòd legitimatus per ſubſequens matrimonium habeatur pro legitimè nato, quia illud eſt improprie, & fictè, quando agitur de diſpoſitione hominis; & quamuis matrimonium ſequens, faciat illum retro legitimum, non tamen efficit, vt legitimè natum; pro quo facit gloſſ. *in d. cap. innotuit, & in cap. tanta*, loquens

de

de conſtitutionibus iuris communis, comprehendenſque caſum fictum; nos verò loquimur de diſpoſitione hominis, ſeu de ſtatuto corrigente ius commune, quæ duo comprehendunt caſum verum, ſecundùm propriam ſignificationem, ideo non extenduntur ad legitimatum per ſequens matrimonium. Ludouic. de Sardis *in tract. naturalium liberor. legitim. ac ſucceſſ. de effectu legit. n. 3. verſ. tertiò quæritur*, poſt Bartol. *in l. omnes populi*, quem ibi refert, ac ſequitur Anton. de Roſell. *in tract. de legitimation. verſ. vltimò eſt videndum, num 4.* Quibus poſitis ab hac ſententia non eſt recedendum, tam in iudicando, quam in conſulendo, cùm melioribus rationibus fulciatur. Roland. *conſ. 100. vol. 2. ad finem*, Mauric. *citat. tit. 12. num. 25.*

34. Quæri, & diſceptari poteſt, an legitimatus per ſubſequens matrimonium excludat ſecundo loco genitum? Duplex eſt ſententia, quando diſceptatur de primogenio. Prima tenet ſine dubio maiorem natu, ita legitimatum, excludere ſecundo loco natum poſt matrimonium contractum, ex eo, quòd legitimatus, nihil differat à legitimis. Authen. *quib. mod. natur. efficiant. legitimi, §. vltiò qui*, ibi: *Semel eos efficientes legitimos, damus habere ſucceſſiones illas, quas habent hi, qui ab initio legitimi ſunt*; & in §. illud, ibi: *Nihil a legitimis ſiiys differentes.* Secundò probatur, quia legitimitas ex vi matrimonij ſequentis retrotrahitur ad tempus natiuitatis, quoad omnes effectus per text. *in l. potior, ff. qui potiores in pignor. habeantur, l. neceſſario, §. quod ſi pendentes, ff. de periculo, & commodo rei vendito.* Ergo debet præferri ſecundo loco nato. Tertiò, quia ius primogenituræ, defertur ad filium maiorem, & proximiorem tempore ſucceſſionis; ergo illi debetur primogenium, ex *l. conſanguineos, §. 2. ff. de ſuis, & legitimis hæredibus.* Item maior natu tempore, quo ſucceditur, hoc eſt tempore mortis patris, eſt legitimus; ergo debet ſuccedere primogenitus excluſo filio ſecundo. Quod verò ſit inſpiciendum tempus mortis, non verò natiuitatis conſtat, ex *l. 1. ff. vnde legitimi, §. proximus*, & ex *l. in fraudem, §. 2. ff. de his, quibus vt indignis*, & ex *l. non intelligitur, quando, ff. de iure fiſci.* Cùm ergo tempore, quo ſucceditur, filius legitimatus ſit maior, ac verè legitimus, neceſſariò debet præcedere, quandoquidem viuente patre filij non habebant ius quæſitum.

Vltimò confert pro hac parte lex 1. *tit. 13. p. 4.* ibi, *ſean legitimos.* Ergo cùm legitimati per ſubſequens matrimonium ſint verè legitimi, maior natu ita legitimatus obtinebit primogenium, quod putat verum, ſaltem in Hiſpania, Garcia *de nobilitate, gloſſ. 21. num 62. in fine*, Molin. *de primog. cap. 11. lib. num. 23.* dicens legitimatum per reſcriptum principis non ſuccedere in iure primogenituræ, poſt multos, quos ibi referens ſequitur.

Secus verò quando eſt legitimatus per ſubſequens matrimonium, vt probat Tiraquel. *de primog. quæſt. 34. num. 2.* & apertè ſequitur Couar. *2. part. epitom. cap. 8. §. 2. num. 58. verſ. verum hæc*, Felin. *in cap. prudentiam, col. 3. de officio delegati*, Abbas *in d. cap. tanta, qui filij ſint legitimi*, Ripa *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, num. 47. ff. ad Trebell.* Ioan. Andr. *in cap. ſine culpa 1. quæſt. 2. quæſtionum principalis, de regul. iuris in 6.* Salycet. *in l. quoties, num. 9. C. de rei vendicatione.* Anton. de Roſell. *tract. de legitimatio. lib. 11. col. 15. verſ. vltimò eſt videndum.* Menoch. *de ſucceſſ. progreſſa, lib. 1. §. 2. num. 89.* & ſatis, ſuperque *in lib. 3. cap. 42. per totum*, Florian *in l. in delictis, §. ſi extraneus, ff. de noxalibus*, Boër. *deciſ. 159. in fine.* Idem Molin. *lib. 3. de primog. cap. 1. num. 6. & 7.* vbi concludit ſecundo loco genitum eſſe excludendum à maioratu, eique præferendum legitimatum per ſubſequens matrimonium, quando vterque natus eſt ex eadem matre, cùm maior natu ex ſequenti matrimonio verè legitimus efficiatur. In quam ſententiam iuerunt Ioan. Lecirier. *de primog. lib. 1. quæſt. 14. num. 19.* Gregor. Lopez *in l. 2. tit. 15. part. 2. in gloſſ. verbo ſino el hijo mayor, col. 3. ad finem.* Tiraquel *vbi ſuprà, quæſt. 34. num. 47.*

Secunda ſententia priori contraria docet ſecundò natum eſſe præferendum priori loco nato. Ducitur primò per text. *in cap. tanta, qui filij ſint legitimi*, dicens filium legitimatum per contractum matrimonij eſſe verè legitimum: ergo antea verè legitimus non eſt, & conſequenter ſecundo loco natus debet præcedere, eo quòd prius habuit ius quæſitum, ad maioratum, à quo non debet ſpoliari. Ducitur ſecundò, quia ſecundò genitus à die conceptionis fuit verè legitimus, & à die natiuitatis. At verò legitimatus non eſt legitimus, nec à die conceptionis, nec à die natiuitatis, ſed à die, quo matrimonium fuit initum per quandam retrotractionem, quæ non operatur in præiudicium alicuius, §. *liceat, in Authen. quib. mod. natur. efficiant legitimi, & l. 2. & 4. ff. de natalibus reſtituendis, l. ſi mulier diuerterit, ff. ſolut. matrim.*

Tertiò ducitur, quia quando aliqua qualitas pro certo eſt neceſſaria, nihil virium, ac roboris acquirit, ſi tempore tranſacto ſuperueniat, vt probat lex *matrem, C. de probationib. & l. his verbis, §. interdum*, & ibi Angel. *ff. de hæred. inſtit.* Cùm ergo qualitas legitimitatis requireretur tempore natiuitatis, vt poſſit ſuccedere in maioratu, & defuiſſet, quamuis poſtea per contractum matrimonium ſuperuenerit, nihil potuit operari in damnum tertij, *l. obligari, §. tutor, ff. de auctoritate tutor.* Nec retrotrahi poteſt: alias fictio excederet veritati, contra legem *filium, quem pater, ff. de liber. & poſthu.* ibi, *Ne imagine natura veritas obumbretur.* Atque ita non poteſt hæc legitimatio fictione quadam ad natalia reduci in præiudicium iuris à ſecundo filio legitimè nato probabili ſpe acquiſiti, iuxta *cap. quamuis de reſcriptis, in 6.* Quam ſententiam ex antiquioribus tradunt Iaſon *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, num. 89.* & ibi Alex. *col. vlt.* Galiaul. *num. 80. ff. de liber. & poſth.* Curtius iunior *conſ. 27. num. 6. & conſ. 64.* Curt. ſen. *conſ. 73.* Ioan. Andr. & Ricard. Malumb. *in regul. ſine culpa, de regul. iuris lib. 6.* & ex iunioribus ſequuntur tanquam communem, Gomez *in l. 12. Tauri, num. 64.* Molin. *lib. 3. cap. 1. num. 7.* Ciſuentes *in l. 4. Tauri, in princip.* Matienz. *in l. 50. tit. 8. lib. 5. recopilat. gloſſ. 3. num. 12.* vbi Azeued. *num. 25.* Spino *in ſpeculo teſtam. gloſſ. 15. num. 126.* Quam ſententiam eſſe veriſſimam refert Royas ex pluribus *in epitome ſucceſſionum, cap. 51. n. 16.*

Vtraque ſententia mihi videtur vera, modò intelligatur prior, quando legitimatus per ſubſequens matrimonium natu maior, & filius ſecundò genitus, legitimè natus, ſunt ſuſcepti ex eadem matre & ex eodem patre. Poſterior verò quando maior natu fuit ſuſceptus ex concubina, & pater illius relicta concubina contraxit matrimonium

monium cum altera ex qua procteauit filiū m, eaque mottua concubinam duxit in vxotem, in quo euentu legitimatus fuit per hoc matrimonium maior natu. Nihilominus natus ex priori vxore maiori natu eſt præferendus. Ratio, quia natu maior non eſt legitime natus, ſecundo verò loco genitus maximè. Vnde diſpoſitio teſtatoris, quæ meminit de filiis legitimè natis, ſeu de legitimo matrimonio natis in ordine ad ſuccedendum in maioratu eſt intelligenda de filiis ſuſceptis ex eadem matre nullo matrimonio inter medio cum altera inito. Ita Molin. *d. lib. 3. cap. 1. num. 6.* per text. *in l. cum quis, C. de natural. liber, & in cap. tanta, qui filij ſint legitimi*, vbi dicitur ex matrimonio ſubſequenti filius eſſe verè legitimus, & probatur ex *l. 1. tit. 13. part. 4.* Felio. idem tenuit in noſtro caſu, *d. cap. prudentiam, in principio, num. 9. de officio delegati.* Zauall. *quæſt. 606. num. 24. & num. 37.* Spino *vbi ſuprà, num. 136.* Idem Molin. *vbi proximè, num. 7. verſ. ſi verò filij aliud*, vbi ait, ſi aliud matrimonium medium fuerit contractum, ex quo filius legitimus natus ſit, hunc non excludi a primogenito legitimato, per ſequens matrimonium, eo quòd filius ſecundò genitus habet ius in maioratu, à quo non poteſt priuari. Quam opinionem Molinæ tenent ſine dubio tanquam veram Ioan. And. *in d. cap. tanta*, Tancredus *in ſuis quæſtionib. quæſt. 9.* Martin. Lauden. *de primog. col. 8. verſ. quæro propoſita conſuetudine* Ciſuentes *in d. l. 40. Tauri.* Palat. Rub. *in l. 12. Tauri, num. 28 &* & Ioan. Leciriet *d. quæſt. 14. concluſ. 2. num. 20. & concluſ. 3. num. 27.* Tiraquel. citat. *quæſt. 34. num. 6.*

Hinc fit, vt ſi quis habeat filios ex eadem concubina, cum qua poſtea contraxit, maiorem natu primogenium obtenturum; quod ſi filij habiti ſunt ex diuerſis concubinis, & pater contrahat cum ea, ex qua habet filium iuniorem, hunc conſequuturum primogenium, quamuis priori vxore mortua pater contrahat matrimonium cum matre filij ſenioris, quod conſtat ex rationibus ſuprà dictis. Ita Carolus Molineus *in conſuetud. Pariſ. lib. 1. §. 8. gloſ. 1. num. 37.* Ioan. Lecirier. *de primog. lib. 1. quæſt. 14. num. 27. & ſequentib.* quos referens ſequitur idem Molin. *vbi ſupra num. 7. ad fin.* Spino citat. *verſ. quæ ſententia vſque adeo vera eſt.* Confirmatur ex regul. *ſemel excluſus, ſemper manet excluſus*, vt in cap. 1. de natura ſucceſſionis feudi. Sequitur Couar. *in practicis cap. 38. num. 6.* & Molin. citat. *cap. 4. num. 13. cap. 6. per totum.* Nec legitimatio ex pòſt facto trahitur retro in præiudicium alterius, vt multis iuribus, ac rationibus probat latè Gomez *in dict. l. 12. Tauri, num. 64. & 65.*

Ad id verò quod dicitur legitimatum per ſubſequens matrimonium nihil differre à filio legitimo, dicendum eſt id procedere in bonis hæreditariis; ſecus verò in bonis maioratus, in præiudicium filij legitimi habentis iam ius quæſitum, quod ab eo etiam ex cauſa ſuperueniente auferri nequit, cum potior ſit ille, cuius ius eſt quæſitum, *cap. ſi pro te, de reſcriptis, lib. 6.* cùm natus ſit legitimè ante purificatam conditionem legitimati ex vi ſequentis matrimonij. Tiraquel. *d. quæſt. 34. num. 6. & ſequenti, & in l. ſi vnquam, verbo, donatione largitus, n. 230. & verbo, ſuſceperis liberos, n. 155.* cum multis, quibus adhæret referens illos Zauall. *dict. quæſt. 106. num. vltim.* & Gomez *in dict. l. 12. n. 66. verſ. quibus præſuppoſitis*, vbi ait legitimatum per matrimonium, vel per reſcriptum principis haberi in omnibus, & per omnia pro legitimo, quoad bona parentum, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, multis ibi relatis, haberéque iura ſuitatis, & omnis ejus effectus, iúſque dicendi nullum teſtamentum, ſi prætereatur, per text. *in Authen. de inceſtis nupt. §. dubitatum, in fine, col. 2.* non ſolùm quando eſt legitimatus, ſed etiam ſi legitimetur poſtea, quia poſtea rumpitur teſtamentum ipſo iure, ſicut rumpitur natiuitate noui hæredis. Quod etiam tradit Antonin. Theſaur. Foſſanenſ. *in deciſ. Senatus Pedamontani, deciſ. 84.*

Quæ opinio crebriori Doctorum calculo eſt recepta; ideo poteſt ad ſacros Ordines ſic legitimatus per matrimonium promoueri, *d. cap. tanta.* 35.
Boer. *deciſ. 159.* Gaudétque nobilitate patris, teſte Gutier. *in §. ſui, num. 187.* Zauall. *vbi ſupra, q. 2. num. 45.* poſt Matienz. *in rubric. de matrimonio, gloſ. 1. num. 128.* & conſtat ex *l. 4. 6. & 9. tit. 15. part. 4.* ibi, *& han todas las honras, e los proes, que han los hyos, que nacem de caſamiento derecho* Vbi Gregor. Lopez *verbo, todas las honras*, & declarat Garcia *de nobilitate, gloſſ. 21. num. 32. & 33. & de expenſis, cap. 2. num. 25.* Fauet apertè lex 11. *Tauri*, prout ait filium naturalem abſque alia legitimatione principis ſuccedere in nobilitate paterna, quod apud Hiſpanos, vſu, & praxi receptum eſt, teſte Garcia, *gloſſ. 20. num. 36.* Gregor. Lopez *in d. l. 1. tit. 6. part. 4.* dicens filium naturalem gaudere nobilitate paterna, ex diſpoſitione legis vndecimæ *Tauri.* Ergo à fortiori legitimatus ex matrimonio. Sardis *legitim. effect. num. 5.*

Vt verò nullus ſit ambigendi locus, quæri poteſt an legitimatus ex vi matrimonij veniat appellatione legitimorum, in ſtatutis? Reſpondemus affirmatiuè. Secus de legitimato per reſcriptum principis, quia iſte non eſt legitimus de iure communi, ſed de iure ſpeciali, de quo non præſumitur ſtatuta cogitaſſe, maxime ad alios excludendos. Pro quo facit lex Iul. *ff. qui, & a quibus.* Proinde multa conceduntur legitimatis per matrimonium ſecutum quæ denegantur legitimatis ex reſcripto principis. Ita Paul. de Caſtr. *conſ. 221. circa finem.* 36.

Nam legitimatus per reſcriptum regulariter ad feudi ſucceſſionem non admittitur *cap. 1. §. naturales*, ſi de feudo fuerit controuerſ. inter dom. & agnat. vaſall. At verò legitimus ex ſubſequenti matrimonio non repellitur à ſucceſſione feudi. Quæ opinio eſt vera, teſte Curt. iun. *conſ. 136. num. 1.* & tanquam communem ſequitur Tiraquel. *de iur. primog. quæſt. 34. num. 53.* eſtque abſque dubio nobilis, teſte eodem de nobilitate *cap. 15. num. 21.* & propriè legitimus, *§. 1. in Authen. quib. mod. natur. efficiant. legitimi*, niſi fortè feudum ſit conceſſum pro ſe, & filiis legitimè natis, vel ex legitimo matrimonio procreatis. Ita Bald. *in d. cap. 1. §. naturales, num. 5.* Alex. *conſ. 5. num. 3. in fine, vol. 3.* Lucas de Penna *in l. eos, col. 9. verſ. præterea dominus, qui locauit, C. de his, qui ſpont. muner. publ. ſub. lib. 1.* & Roland. *conſ. vltim. num. 39. vol. 2.* & ex dicendis infrà clarius apparebit.

* * *

§. II.

## §. II.

*Vtrum de iure ciuili, & canonico ſint ne-neceſſaria inſtrumenta dotalia, vt detur legitimatio per ſequens matrimonium.*

### EPITOME.

37 *An neceſſaria ſit retentio domi vxoris illius, cum qua poſtea contraxit, & ex qua filios genuerat.*

38 *Legitimatio de iure ciuili non fit, ſine inſtrumentis nuptialibus, & dotalibus.*

39 *Per matrimonium contractum cum meretrice na legitimetur filius ante ſuſceptus.*

40 *Legitimatio an fiat per matrimonium clandeſtinum.*

41 *Filij ſuſcepti ex matrimonio clandeſtino inualido, bona tamen fide inito, & ab Eccleſia tanquam valido approbato, an ſint verè legitimi?*

EX iure ciuili, vt filij legitimentur ex vi matrimonij ſecuti, requiritur, quòd poſſint contrahere parentes inter ſe, vel tempore conceptionis, vel tempore natiuitatis filiorum, & ſic nati dicuntur naturales, vt diximus *part. 3. lib. 1. diſp. 2. §. 4. num. 135.* & habetur *in l. nuper, de naturalibus liberis, §. vltim. inſtitut. de nupt. § tribus, in Authen. quib. mod. natur. efficiant. legitimi*; quod etiam de iure canonico traditur *in d. cap. tanta, qui filij ſint legitimi.* Ex quo capite, *tanta*, non requiritur, quòd filij legitimandi per ſequens matrimonium ſint ſuſcepti ex concubina domi retenta loco vxoris, vt habetur de iure ciuili eſſe neceſſarium, & conſtat ex *§. tribus, in Authen. quib. mod. natur. efficiant. legitimi*, & ex *§. vltim. inſtitut. de nupt. & hered. qua ab inteſtat. defertur.* Bartol. *in l. vltim. ad finem ff. de concubin.*

37. Hæc reſolutio conſiderato iure ciuili, quamuis videatur, communis teſte Gabriele, *de legitimation. num. 48. in 1. concluſ.* vbi plures refert, ac ſequitur. Attento tamen iure canonico in fauorem legitimationis, & matrimonij, non requiritur, quòd ſit domi retenta in figura concubinatus, ſed ſatis eſt, quòd ſit ſoluta, cum qua poſſit contrahi legitime, vel tempore conceptionis, vel tempore natiuitatis filiorum. Ita Abbas *in cap. innotuit, de election. num. 17.* & ibi Ioan. Andreas. Idem Abbas *in d. cap. tanta, num. 14.* Quæ opinio de iure canonico eſt veriſſima, nec ab ea eſt recedendum. Ripa *in l. ſi vnquam, num. 55. de reuocand. donation.* Quam ſequitur Ordinatio Luſitana *lib. 4. tit. 92. in principio*, ibi: *ſaon auidos por naturais*, & §. 1. ibi, *nacerem.* Attenditur enim tempus vel conceptionis, vel natiuitatis, quod ipſis filijs fauorabile eſt.

Vnde dicitur filius naturalis, conceptus ex conſanguinea ante obtentam diſpenſationem, ſi poſt eam expeditam natus eſt, & per conſequens matrimonium legitimatur quoad omnia, iuxta *cap. tanta. qui filij ſint legitimi*, & tradunt Gregor. Lop. *l. 2. tit. 15. verbo, ſine el hijo, quaſt. 9. verſ. ſed pene, in fine, part. 2.* Molin. *tom. 1. de iuſtit. diſp. 172. col. 2. verſ. filius naturalis.* Quia tempore, quo is filius natus eſt, iam impedimentum erat extinctum ob præuiam diſpenſationem, poteratque inter eos celebrari matrimonium, abſque alia diſpenſatione, cùm iam expedita eſſet diſpenſatio ab ordinario, filiúſque cenſebitur per ſequens matrimonium legitimatus, tam quoad ſpiritualia, quàm quoad temporalia in foro externo.

Secus ſi diſpenſatio petatur pro foro conſcientiæ, & filius naſcatur poſt diſpenſationem a confeſſario in foro conſcientiæ expeditam, quia in eo euentu cùm ſit naturalis tantùm in foro conſcientiæ, in eodem foro fiet legitimus, & quoad munia ſpiritualia, & quoad temporalia per ſubſequens matrimonium. In foro tamen externo quoad ſpiritualia, & quoad temporalia cenſebitur illegitimus. Circa primum punctum plura refert, ac ſequitur Sanchez *lib. 8. de matrimonio, diſp. 7. num. 19.* Barboſ. *ad Ordin. regiam, lib. 4. tit. 92. §. 1. num. 1.* Circa verò ſecundum idem Sanchez *lib. 4. diſput. 34. num. 47. & 49.* vbi addit *num. 50.* id procedere quando vterque coniux fuit conſcius illius impedimenti, cum quo virtute diſpenſationis contraxit. Quia ſi alter bona fide contraxit, ignorans impedimentum, proles in vtroque foro, quoad omnia cenſetur legitima, ex virtute, ac ratione bonæ fidei alterius parentis, vt habetur *in cap. ex tenore* & ex *cap. cum inter, qui filij ſint legitimi.* A Coſta *in cap. ſi pater 1. p.* 38
*verbo, vxorem, n. 2. de teſtamentis, lib. 6.* Matienz. *lib. 5. recopil. tit. 1. rubr. gloſſ. 1. num. 116.* & apertè deciditur a lege regia *3. tit. 3. part. etiam 4.*

Controuerti poteſt, an filius debeat ſuccedere parenti conſcio impedimenti, tempore quo contractum eſt matrimonium? Reſpondeo affirmatiue. Ducor, quia filius eſt legitimus quoad vtrunque parentem, vt modò dixi; ergo non excludetur à ſucceſſione paterna. Parens verò non gaudebit iure legitimi parentis, propter malam fidem in qua conſtitutus contraxit, ac propterea filio non poterit ſuccedere. Ita à Coſta ſupra ſcriptus, *verbo, vxorem, num. 21.* Barboſ. *in l. ſi cum dotem 23. § final. ff. ſolut. matrim. num. 18. verſ. tertiò limita.* Ex eo fundamento, ne ex ſua malitia commodum reportet contra regul. *l. ſine hereditaria, ff. de neg. geſt.* & quia lex non ſolet doloſis fauorem concedere *l. fœminis, C. ad Velleianum.* Ergo ſciens impedimentum non habebit iura parentis legitimi in ſucceſſione talis filij, argumento capitis primi *de donation. inter vir. & vxor.*

Hæc opinio valde conſona rationi, quamuis ſit contra regulam mutuæ ſucceſſionis parentum reſpectu filiorum, & filiorum reſpectu parentum, quæ in hoc caſu claudicat, nec poteſt parens ob malam fidem ſuccedere filio, niſi tanquam pater ſpurius ſuccedere ſolet, exigendo videlicet ſi non habeat aliunde à filio, vel ab illius bonis. Nihilominus eſt valde probabile parentem impedimenti conſcium, non obſtante mala fide poſſe ſuccedere proli, ſicut alter parens legitimus, qui ignorauit impedimentum, ſuccedit. Moueor ex deciſione legis ſextæ *Tauri in principio*, vbi ait aſcendentes legitimos per ordinem, & lineam rectam ſuccedere ex teſtamento, & ab inteſtato, ſuis decedentibus, eſſéque eorum legitimos hæredes eodem modo, quo deſcendentes aſcendentibus ſuccedunt. Cum ergo nulla lex diſponat, quòd parens conſcius impedimenti excludatur à ſucceſſione filij, & ſucceſſio ſit reciproca, ita vt in caſibus, in quibus filius ſuccedit patri, pater ſuccedat, & è conuerſo, quam regulam probat Bartol. *in l. final. num. 15. ff. de his quibus vt indignis.*

Roya

Royas *de ſucceſſionibus ab inteſtato*, *cap.* 30. *n.* 3. bene ſequitur parentem hunc poſſe ſuccedere proli ſic habitæ, vt in ſpecie contra Tellum Ferdaudes in *l.* 6. *Tauri*, *num.* 7. docet Royas *in epitome ſucceſſionum*, *cap.* 30. *num.* 38. Valaſc. de Auendan. *in d. l.* 6. *gloſſ.* 1. quos ſequitur Gutier. *practic. quæſt.* 2. *part. lib.* 3. *quæſt.* 74. Zauall. *quæſtio. practicar. quæſt.* 697. addens iniuſtum eſſe ſine lege contrarium diſponere, priuatéque patrem ſucceſſione filij.

Hæc igitur reſolutio non ſolùm eſt valde probabilis, vt credit Sanchez *d. diſp.* 34. *num.* 46. ſed vera mihi videtur, maximè cùm ſit regula iuris abſque contradictore, quod ſucceſſio affirmatiuè, & negatiuè ſit reciproca, teſte Azore *in ſumma*, *C. de legitimis hæredib.* & Paleoto *de noth. & ſpuriis*, *quæſt* 59. dum ergo pater habet intentionem fundatam in iure, & pro ſe regulam iuris, quòd pater ſit filio legitimus ſucceſſor, iuxta *dict. l.* 6. *Tauri*, non debet ſine lege contrarium diſponente à ſucceſſione filij repelli. Ratio vltima, quia pro regula iuris præſumitur, donec exceptio probetur, *gloſſ. in l. omnis definitio*, *ff. de regul. iuris*, *text. in cap.* 11. *in fine*, *de coniug. lepros.* Bartol. *in l. quoties*, *ff. ſi quis caut.* Quibus adhæret Couar. multis ibi citatis, 2. *variar. cap.* 12. *num.* 4.

38. Ex dictis ſequitur an filius natus ex vna concubina domi retenta legitimetur per ſequens matrimonium? Reſpondeo de iure ciuili legitimari, eò quia id requiritur de eo iure, quòd ſit vnica concubina detenta domi loco vxoris, *§. tribus*, *in authen. quib. mod. natur. efficiant. legitimi*, & *§. ſi quis*, *authen. quib. mod. natur. efficiant ſui.* Bartol. *in d. l. vltim.* Et eſt communis, conſiderato iure ciuili, ſecundùm quod ſi quis habeat plures concubinas, quamuis poſſit contrahere matrimonium legitime cum qualibet earum, filij ſuſcepti ante matrimonium non legitimantur ex eo ſecuto, quia non cenſentur filij naturales, ſed ſpurij: ſicut etiam hodie de iure ciuili, non legitimantur filij antea ſuſcepti per matrimonium ſequens, ſi non fuerunt confecta dotalia, vel ſaltem nuptialia inſtrumenta, gloſſ. communiter recepta *in §. quia verò in authen. vt liceat matri, & auiæ*, *in authen. maximus de nuptiis*; ſufficiuntque, conſiderato iure ciuili, inſtrumenta de contracto matrimonio fieri, quamuis nulla dos ſit data aut promiſſa, gloſſ. & ſcribentes *in auth. ſed nouo iure*, & *in l. cum quis de naturalib. liber.* Bartol. *in d. §. tribus*, *in authen. quib. mod. natur. efficiant. legitimi.* Neque concubina iure ciuili vxor fit abſque inſtrumentis nuptialibus.

Legitimantur tamen de iure canonico per matrimonium ſequens, vbi tanta eſt vis matrimonij, vt ſine inſtrumentis dotalibus, vel nuptialibus inter ſolutum, & ſolutam, quicunque contrahentes ſint, ſolo conſenſu ſubſtantia matrimonij perficiatur. Eſt communis ſententia Theologorum, & canoniſtarum, cum conſenſus ſit de de intrinſeca ratione contractus, & per nullam potentiam poſſit contractus humanus abſque mutuo conſenſu conſiſtere, quod eſt indubitatum; vnde conſenſus eſt de eſſentia matrimonij. Ideo non poteſt res abſque ſua eſſentia conſiſtere per vllam potentiam, vt docet probabilius Sanch. *de matrim.* poſt alios *lib.* 2. *diſp.* 26. *num.* 5. & in ſpecie Couar. 2. *part. epitome*, *cap.* 8. *§.* 2. *n.* 8. vbi docet ad eſſentiam matrimonij, & vt valeat, non eſſe neceſſaria vt filij antea ſuſcepti legitimentur, nuptialia inſtrumenta, quamuis de iure ciuili exigantur, quia ſtandum eſt iuri pontificio, quod ea non exigit. Decius *conſ.* 155. *col.* 2. Angel. *in §. final. inſtitut. de nuptijs.* Idem aſſerit Præpoſitus *col.* 5. *in d. cap. tanta*, & alij, quos refert Couar. *vbi ſuprà*, & Mantica *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 12. *num.* 7.

Dubitatur tamen an ſit legitimatus de iure canonico per matrimonium ſequens ſuſceptus ex patre habente plures concubinas ſi matrem illius in vxorem duxit ſine inſtrumentis dotalibus? De iure ciuili reſpondimus negatiuè. Imò quod maius eſt, non poteſt patri ſuccedere in locis imperiali ditioni ſubiectis. Ita Bald. *in l. ſi qua illuſtris*, *C. ad Orfic. verſ. item nota*, quod prius dixit Angel. Peruſinus *conſ.* 29. Socin. iun. *conſ.* 52. *col.* 2. *vol.* 1. Ioan. à Platea *in §. vltim. inſtitut. de nuptijs.* Alexand. *in d. cap. tanta*, *in* 10. *quæſt. col.* 27. *verſ. deſcendo ad tertium.* Oppoſitum tamen puto probabilius, quia ratione matrimonij filij cenſentur legitimi etiam in foro Cæſaris: at matrimonium iure pontificio iudicatur, non ciuili; ergo vbique tanquam legitimi debent ſuccedere cum per vniuerſam terram in materia matrimonij iuri canonico ſtetur, ſoluſque Papa, & Eccleſia de matrimonio, & de iis, quæ ex eo conſequūtur, diſponere queat. Ideo reprobatur Angeli opinio ab Alexandro *in l. ex facto. §. ſi quis rogatus*, *num.* 19. *ff. ad Trebell.* & ab Antonio de Butrio *in cap. per venerabilem*, *num.* 11. *de electione.* Neque de hoc eſſe dubitandum, tradunt Gabriel *conſ.* 21. *num.* 14. Couar. *vbi ſuprà*, *num.* 8. *ad fin.* & Mantica *num.* etiam 8. *verſ. ſed contrariam*, poſt alios, qui omnes docent huiuſmodi legitimatos tanquam legitimos ſuccedere, à quibus non eſt recedendum, teſte Ruino *conſ.* 211. *num.* 4. *vol.* 1. & Pariſio copioſè *conſ.* 13. *num.* 49. & *ſequentib. vol.* 2.

Contra hanc reſolutionem videtur eſſe ordinatio Luſitana *lib.* 4. *tit.* 92. vbi ait, filium ſuſceptum ex ſoluto, & vnica concubina, cum qua validè poſſit contrahere matrimonium, filium ſic ſuſceptum eſſe naturalem, patrique pediti cum cæteris legitimis poſſe ſuccedere, ibi, *huan ſo manceba.* Ergo à contrario ſenſu ſi habuerit plures filios natos ex duabus, vel tribus concubinis, non erunt filij naturales, & conſequenter non ſuccedent patri. Ita exiſtimat Caldas Pereira *de nominatione emphyteutica*, *quæſt.* 21. *num.* 7. vbi vocat hos filios ſpurios, non verò naturales, ex Angelo *in §. illud inſtitut. de nuptijs poſt principium*, Bartol. *de ſucceſſione ab inteſtato*, *num.* 5. & ex aliis, quos ibi refert, ac ſequitur, concludens per d. legem Luſitanam natos ex pluribus concubinis patri non ſuccedere, ſicque fuiſſe iudicatum ab eodem Cald. Pereira, & ab eius collega Franciſco Carneiro, ſcriba Manuele Peſſoa, refert Emanuel Barboſa in ſenatu Portugalenſi anno 1586. *in ſuis remiſſionib. ad d. tit.* 92. *lib.* 4. *in principio num.* 17.

Hoc tamen ſalua pace tantorum virorum mihi non placet; quia ſatis eſt, vt ſit filius naturalis iure canonico, quòd procreetur ex illis, qui poſſunt contrahere validè matrimonium, ex quo ſecuto filij legitimantur non ſolùm quoad ſpiritualia; ſed etiam quoad temporalia, gaudentque priuilegio paterno, ac nobilitate; Mendes à Caſtro *in praxi*, *lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 65. quamuis maxima ſit diſparitas inter coniuges. Idem Mendes à Caſtro *lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 11. Couar. *vbi ſupra num.* 9 Mantica ſuprà ſcriptus *num.* 12. quia ad hoc vt legitimentur per ſequens matrimonium, nihil refert

fert an ſint ſuſcepti ex matre vili, & abiecta. Nicolaus de Vbaldis *in tract. de ſucceſsione ab inteſtato*, *col.* 16. Lupus *in cap. per veſtras, de donat. inter vir. & vxor. notabili tertio*, §. 21. *num.* 17. Hieronym. Gabriel *in d. conſ.* 21. *num.* 5. & 6. vbi ait filios legitimari ex vi matrimonij ſequentis contracti cum meretrice, dummodo pater ſit certus. Sequitur Cæphalus *conſ.* 433. *num.* 100. dicent de iure canonico hanc partem eſſe veriorem, quibus adſtipulatur Menoch. *conſ.* 18. *n.* 14. *ad finem, & num.* 19.

39. Ex dictis proximè filius vulgo conceptus, hoc eſt genitus ex patre incerto, non poteſt legitimari per ſequens matrimonium. Ita Iaſon *conſ.* 134. *in fine*, Ruin. *conſ.* 103. *num.* 16. *verſ. & propterea*, *vol.* 3. Bald. *in l. ſi qua illuſtris*, *num.* 3. *C. ad Orfic.* Couar. *num.* 9. *citat.* Limitat tamen Bald. niſi per aſſertionem parentum filius habeat patrem certum, quod aſſerit *in l. eam quam*, *num.* 25. *de fideicommiſſis*, & probatur ex §. *ad hoc*, *in authen. vt liceat matri*, *& auiæ*, vbi fides habetur patri aſſerenti hunc puerum eſſe filium ex Berta, verbi gratia, procreatum, per quam aſſertionem addit ibi text. hunc filium eſſe legitimum, nullaque alia probatione ad id egere, poſſeque frui omni iure, quod filiis legitimis conceditur, parentibus illum filium vocantibus; puto tamen hanc aſſertionem parentum poſſe eſſe vtilem filio, quoad bona vtriuſque parentis hæreditaria accipienda, non verò vt accipiat fideicommiſſa ſubſtituta, niſi omnino conſtet de veritate, remotaque omni ſuſpicione fraudis, quia quamuis mater fuerit meretrix per matrimonium, filius fit legitimus. Ad quod etiam ſciendum, prodeſſe poteſt iuramentum matris, ne filius videatur vulgo conceptus, Boerius *deciſ. an.* 24. *num.* 16.

40. Sequitur an legitimatio fiat per matrimonium clandeſtinum? Pro quo aduerte matrimonium clandeſtinum dici, in quo aut teſtes deficiunt, & proinde clam omnino celebratur, aut denuntiationes ab Eccleſia requiſitæ deſiderantur ad perfectam, matrimonij manifeſtationem. ita Caietano *in ſumm. verbo, matrimonium, tit. contractum matrimonij, poteſt ſeptem capitibus reddi vitioſum, & §. ſcito peccatum eſſe, verſ. tertium caput*, Capua *lib.* 2. *deciſ. cap.* 85. *num.* 1. Veracrux 1. *part. ſpecul, art.* 10. *in princip.* Gutier. 2. *practic. quæſt.* 4. *num.* 13. Sotus *in* 4. *diſt.* 28. *quæſt* 8. *art.* 1. *paulo poſt principium, verſ. clandeſtinum*, qui omnes has duas tantùm ponunt ſpecies matrimonij clandeſtini, & de prima ſine teſtibus loquitur caput, *nullus* 30. *quæſt.* 3. & *cap.* 1. & 2. *de clandeſtina deſponſatione*. De ſecunda verò ſpecie, quando nempe matrimonium contrahitur coram teſtibus omiſſis denuntiationibus agitur *in cap. final. de clandeſtina deſponſatione apertè*, & Spino *in ſpecul. gloſſ.* 13. *n.* 22. poſt plures ibi relatos. Ex quibus tertia ſpecies [illegible] exploditur, hoc eſt quando celebratur, abſque conſanguineorum notitia, quam eſſe neceſſariam dixit *cap. aliter* 30. *quæſt.* 3. dicetur tamen abſque illa ſolemnitate matrimonium minus ſolemne, non tamen clandeſtinum. Sanch. *lib.* 3 *de conſenſu clandeſtino, diſp.* 1. *num.* 3.

His poſitis, ſunt qui negent legitimari filium ſuſceptum ante matrimonium, per illud ſubſequens, quando celebratur validè, omiſſis tamen denunciationibus, & hoc in odium clandeſtini. Ita expreſsè Guid Papæ *deciſ.* 482. *num.* 3. Duen. *regul.* 350. *limitation.* 12. Anton. Cuccus *lib.* 5. Pragoſi Regim. Chriſt. Reipubl. *inſtit.* Maior *tit.* 11. *num.* 69. & 74. ſed nituntur leuibus fundamentis. Quibus accedit per tranſennam Menoch. *lib.* 3. *de præſumption. præſumpt.* 2. *num.* 100. Oppoſita ſententia eſt vera, cum matrimonium ita celebratum, ſit verum, ac validum, neque reperitur textus in oppoſitum. Nam caput *final.* §. *ſi quis, de clandeſtina deſponſatione*, loquitur, quando matrimonium fuit nullum ex impedimento ignorato à parentibus.

Nec obſtat text. ciuilis authenticæ, *quib. mod. natur. efficiant. legitimi*, §. *illud quoque*, quia ſi aliquid probaret, adhuc non eſt ſtandum diſpoſitioni iuris ciuilis, ſed pontificij, quod non requirit ſolennitates, neque inſtrumenta dotalia, & nuptialia, quæ ſut ciuile in illa Authentica expoſcit. Ideo, cùm matrimonium ſit validum de iure canonico indiſtinctè, & abſolutè, dicendum eſt per illud ſubſequens prolem antea ſuſceptam legitimari, qui fauor procedit ex valore ipſius matrimonij, vt conſtat ex *cap. tanta, qui filij ſint legitimi*, & ibi Hoſtienſ. *in princip.* Panorm. *num.* 2. Anchar. *num.* 4. vbi aiunt legitimationem prolis antea ſuſceptæ habere ſuam vim ex virtute, ac valore matrimonij, trahique retro ad diem conceptionis, vt notat Mantica *vbi ſupra*, *tit.* 12. *num* 7. addens ad legitimationem ſatis eſſe ſolam ſubſtantiam veri matrimonij, & in ſpecie *num.* 13. Ancharanus *in d. cap. tanta*, *num.* 4. dicens matrimonium ſolùm ponderari ad legitimationem prolis ante illud ſuſceptæ. Sequuntur Matienz. *lib.* 5. *recopil. titul.* 8. *l.* 10. *gloſſ.* 3. *num.* 5. & alij, quos ſequitur Sanchez *d. lib.* 3. *diſp.* 44. *num.* 2.

Quòd ſi matrimonium ſit clandeſtinum, nempe celebratum abſque parocho, & teſtibus, proles antea ſuſcepta nullo modo per illud ſubſequent legitimatur; ratio eſt manifeſta, quia legitimatio dependet ab ipſius matrimonij valore, vt ait Præpoſ. *in d. cap. tanta*, & deciſ. Pedemontana, 154. *num.* 10. Boër. *d. deciſ.* 240. *n.* 16. ergo quando matrimonium eſt nullum, legitimatio omnino nulla erit. Item quamuis filij ſuſcepti ex matrimonio nullo, durante bona fide in vtroque, vel in altero parente ignorante impedimentum, ſint legitimi ex *cap. ex tenore*, *qui filij ſint legitimi*, ſi tamen parentes contraxerunt clandeſtinè, filij non efficiuntur legitimi. Igitur à fortiori filij antea ſuſcepti non legitimabuntur per illud matrimonium. 41.
Quod adeo verum eſt, vt ſi matrimonium contrahatur clandeſtinè ſecundo modo, hoc eſt, omiſſis denunciationibus, & matrimonium reperiatur nullum, ex impedimento ignorato, filij cenſeantur illegitimi, quia parentes denunciationes omittentes, præſumuntur affectaſſe ignorantiam, caruiſſeque bona fide, perinde ac ſi contraxiſſent conſcij impedimenti. Ita gloſſ. *cap. final. de clandeſtina deſponſatione*, *verbo*, *clandeſtina el* 2. Henriquez *lib.* 11. *de matrimonio*, *cap.* 20. *num.* 1. Igitur ſi filij ex hoc matrimonio ſuſcepti ſubiiciuntur pœnis matrimonio clandeſtino impoſitis, ſiuntque illegitimi, multo fortiùs antea ſuſcepti non conſequentur legitimationis beneficium.

Sed quæres, quæ ſit cauſa, ob quam nati ex fornicatione ex vi ſequentis matrimonij bona fide contracti, in quo erat impedimentum, ignoratum tamen, legitimentur, quod eſt valde probabile, vt tradit Duenn. multis ibi relatis, *reg.* 30. *amplíat.* 9. nati tamen ex matrimonio putatiuo clandeſtino non fiant legitimi? Dicendum eſt

id procedere ex offenſa illa Eccleſiæ à contrahentibus clandeſtine; non enim merentur fauorem ab Eccleſia accipere contemnentes eius præcepta, *cap. final. de immunitate Eccleſiæ*. Reſpondetur ſecundò id prouenire ex delicto commiſſo, cum legitimatio proficiſcatur ex matrimonio contracto cum bona fide, & abſque culpa, à qua non carent clandeſtinè contrahentes: ergo non eſt mirum ſi filij ſint legitimi per matrimonium bona fide, ac iuxta Eccleſiæ decreta celebratum. Secus deficiente bona fide, & omiſſis deounciationibus. Vnde Bartol. *in l. final. in principio, ff. de ritu nuptiarum, & l. poſt contractum, num. 7. ff. de donationib.* fidenter dixit, actum prohibitum, qui palam fecit, excuſari ſub prætextu ignorantiæ. Secus ſi clam faciat; & probatur ex *cap. final. §. ſi quis verò, de clandeſtina deſponſatione*, cuius ſunt hæc verba. *Si quis clandeſtina coniugia inire præſumpſerit, in gradu prohibito etiam ignoranter, ſoboles de tali coniunctione ſuſcepta prorſus illegitima cenſeatur.* Ex quibus verbis palam fit clandeſtinè contrahentes, cauſam eſſe, ne per matrimonium ita factum nulliter, filij antea ſuſcepti legitimentur, ſicut nec poſtea nati legitimi exiſtunt; cùm ita contrahere redoleat contemptum Eccleſiæ, in quem fornicatio non tendit. Nec ita gignit ſcandalum, vt matrimonium clandeſtinum, vt monuit Hoſtienſ. *in ſumma, tit. qui filij ſint legitimi, num. 3. 4. 2.*

Dubitabis vltimò, an filij nati ex matrimonio clandeſtino inualido propter impedimentum ignoratum fiant legitimi, ſi poſtea publicetur, approbeturque ab Eccleſia? Omiſſis hinc inde opinionibus, verior eſt ſententia docens filios natos antequam de impedimento conſtaret, quamuis nati ſint ante approbationem, fieri legitimos, vbi primum matrimonium fuerit publicatum, & comprobatum, tanquam validum; eſto poſtea impedimentum manifeſtetur. Ratio, quia approbatio, & auctoritas Eccleſiæ eliminat omnem maculam matrimonij clandeſtini. Ita Couar. *in epitome 2. part. cap. 8. §. 2. num. 16. verſ. duodecimò*, poſt plures ibi relatos, inter quos refert Anton. Roſell. *tract. de legitimatione, part. 1. cap. penult.* vbi ait hanc eſſe communem, Syluestr. *verbo, filij, quæſt. 8. §. 10.* Armil. *eodem verbo, n. 14.* Sanch. *lib. 3. de conſenſu clandeſtino, diſp. 43. n. 4.* vbi concludit filios natos ante approbationem Eccleſiæ ex nuptiis clandeſtinis fieri legitimos, ſi matrimonium fuerit ab Eccleſia approbatum, etiamſi nulliter fuerit contractum, cauſa impedimenti. Quod priùs dixere Ioan. Andr. *in cap. quod nobis, num. 4. qui filij ſint legitimi.* Anchar. *ibi, num. 6.* & Præpoſ. *num. 4.* Quamuis in natis ante approbationem oppoſitum aſſerant Hoſtienſ. & Abbas *in d. cap. quod nobis*, & Ioan. Brunel. *in tract. de ſponſat. concluſ. 11. ampliation. 3.* Quorum meminit Couar. *vbi ſupra, verſ. licet in natis, num. 16.*

---

## §. III.

### *Vtrùm legitimati per ſubſequens matrimonium ſuccedant in feudo.*

EPITOME.

42 *Filij legitimati per ſequens matrimonium non admittuntur, quando conceditur pro filijs legitimè natis.*

43 *Filij legitimati ſuccedunt in feudo Eccleſiaſtico, quamuis matrimonium celebretur ſine ſolennitatibus iure ciuili requiſitis.*

44 *Legitimati per ſubſequens matrimonium quando ſuccedunt ſi aliud matrimonium interceſſit?*

45 *Filij nati ex matrimonio putatiuo, an admittantur ad feuda?*

QVÆRITVR primò, an filiis naturalibus 42
fas ſit admitti ad feuda? Pars negans probatur ex *cap. 1. § naturales, ſi de feud. fuer. controu. inter Dom. & agnat.* vbi dicitur, etiam ſi poſtea legitimè fiant naturales non poſſe ſuccedere in feudo. Quod eſſe extendendum ad eos quamuis fiant legitimi per ſubſequens matrimonium, Romanus putat *conſ. 367. num. 9.* & Afflict. *in dict. §. naturales.* Sed contraria ſententia eſt certa, Bald. *conſ. 129. num. 1. & 3. lib. 3.* Butr. *in cap. lator. num. 9. verſ. item infert, qui filij ſint legitimi*, Alexand. *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, num. 19.* & Ripa *num. 84. ff. ad Trebell.* Cardinalis Alexand. *in d. cap. lator. num. 13.* Tiraquel. *de iure primog. quæſt. 34. num. 53.* & hanc eſſe magis communem opinionem teſtatur Anton. Gabriel *concluſ. 1. num. 25. de legitimatione, lib. 6.* & alij, quos refert, ac ſequitur Couar. *dict. §. 2. num. 27.* dicentes ſic legitimatos abſque dubio ad feuda eſſe admittendos.

Limitant aliqui hanc doctrinam, quando verba inueſtituræ attendunt ad initium natiuitatis, & originis, nempe ſi ibi dicatur, *pro te, & filijs ex te legitime deſcendentibus.* Tunc enim legitimati ex vi ſequentis matrimonij non admittuntur ad feudum, eò quia princeps concedens feudum reſpexit principium natiuitatis & originis, nempe quòd filij ſint legitimè nati, quod equidem verè, ac propriè eſt accipiendum. Ita Decius *conſ. 276. num. 9.* Cæphalus *conſ. 82. num. 12. lib. 1.* & Caſtrenſ. *in l. vltim. C. de his qui veniam ætatis impetrant.* Quod ſi legitimatus non poteſt dici verè, & propriè legitime natus, ſed tantum fictè, bona eſt limitatio, & ſine controuerſia procedere poteſt.

Quod ſi dicas cum Couar. *d. §. 2. num. 26.* ſecundum caput *tanta, qui filij ſint legitimi*, legitimatos per ſequens matrimonium dici fictè legitimos à die natiuitatis vſque ad diem contracti matrimonij; at verò à die contracti matrimonij, & vltra, verè cenſeri legitimos, non verò fictè, quia facilè conceditur illos cenſeri legitimos, non tamen legitimè natos, nec verè legitimos, quando natiuitas ſpectatur, vt hoc loco, neque Couar. cit. neque Fortun. *in d. §. & quid ſi tantum l. gallus, ff. de liber. & poſthum.* id negant. Quæ opinio eſt magis recepta, ex eo, quod vbi de naturalibus quærimus, initium ſpectare debemus. Bald. *in cap. innotuit, num. 11. verſ. item, vbi de electio.* Secus quando feudum eſt conceſſum pro ſe, & filiis legitimis, quia tunc legitimatus ex vi matrimonij ſequentis eſt verè legitimus. Roland. *conſ. vltim. num. 28. & ſequentib. vol. 2.* Bald. adhæret per text. *in l. quid ergo, in princip. ff. de infam.* vbi dicitur quòd qui moritur cum filiis legitimatis ex ſequenti matrimonio, non moritur cum filiis legitimè natis.

Non obſtante tamen hac limitatioœ ſatis pro- 43
babili, dicendum eſt in conceſſione feudi, quæ ſtrictæ eſt interpretationis, teſte Baldo, & Aluaroto *in cap. 1. de cognitio. feudi ſub diſpoſitione*

pro

*pro filijs legitimè natis, vel legitimè deſcendentibus*, legitimatos per ſubſequens matrimonium ad feuda admitti. Ita And. de Iſernia *in cap. 1. §. naturales, col. penult. num. 8. ſi de feud. fuer. contr. inter. Dom. & vaſall.* Cuius ſunt hæc verba. *Verius videtur, quod ſic, quia matrimonium ſubſequens omnem maculam purgavit & eſt factus legitimus, quantum ad omnia dicti capitis, tanta*, qui filij ſint legitimi, *& tempore nativitatis non erat obſtans illegitimum, impurgabile, cum de ſoluto, & ſoluta eſſent nati. Erat purgabilis macula, ſi deſponſaretur, ea præcedente, quia deſponſatur, perinde eſt ac ſi nunquam macula contracta fuiſſet*, ff. de ædilitio edicto, l. quod ita. *Nam videtur tacitè ineſſe, quando filij nati ſunt, vt ſint legitimi ſi mater deſponſaretur. Sicuti tacitè ineſt tempus & conditio, etiamſi non verbis exprimitur.* Hactenus Iſernia. Ex quo verborum tenore in hunc modum, *Inveſtio te, & ex corpore tuo legitime deſcendentes*, non excluditur à ſucceſſione feudi legitimatus per ſubſequens matrimonium. Sequitur Matt. Laudenſ. *ibidem*, Abbas, & Præpoſ. *in cap. lator. num. 14. qui filij ſint legitimi.* Et eſt communis ſententia auctore Alciato *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, num. 2. lectura, num. 30. & 31. ff. de liber. & poſthum. & in l. ex facto, num. 14. ff. ad Trebell.* Decian. *conſ. 5. num 87. lib. 1.* Menoch. *conſ. 127. num. 16. & ſequenti.* Afflict. *d. §. naturales, in 5. & vltim. notab. num. 2. & num. 23.* dicens ſibi placere opinionem Iſerniæ, niſi expreſſè dicatur in inveſtitura, quòd legitimatus per ſubſequens matrimonium non ſuccedat, & 68. addit hanc eſſe communem opinionem, quia lex præſumit legitimatum iſtum, a principio fuiſſe legitimatum, cùm præſumat a principio fuiſſe maritalem affectionem.

Suffragatur auctoritas eorum, qui dicunt legitimatum per reſcriptum principis ſuccedere in fideicommiſſo relicto filiis, & deſcendentibus, natis, & procreatis ex legitimo matrimonio, teſte Mantuan. *in conſ. 191. lib. 1.* ergo legitimatus per ſubſequens matrimonium ſuccedet in feudo, quamuis diſpoſitio loquatur de filiis natis, & procreatis ex legitimo matrimonio. Item, quia in emphyteuſi Eccleſiaſtica non admittuntur niſi legitimè nati. Nihilominus in ea ſuccedunt legitimati per ſubſequens matrimonium. Anchar. *conſ. 242. col. penult.* Paloor. *de noth. & ſpur. cap. 32. num 3.* vbi ait etiam in materia ſtrictè intelligenda ſub appellatione legitimè nati venire legitimatum etiam per ſubſequens matrimonium. Subſcripſere Butr. *in cap. innotuit, de electio.* Crotus *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, num. 82. de liber. & poſthum* & Ripa *in l. ſi vnquam, num. 36. C. de reu. cand. donat.* Confirmatur reſponſo Sylua[illegible] *conſ. 3. num. 55.* dicentis legitimatum per ſequens matrimonium excludere ſubſtitutum, quamuis [illegible]poſitio ſit ſub conditione *ſi deceſſerit ſine* [illegible] *natu ex legitimo matrimonio*, quem ſequi[illegible] ſatus *conſ. 10. num. 6, conſ 18. num. 3.* vbi a[illegible] diſpoſitione ſtrictè interpretanda. Ergo [illegible] vnum addam per ſequens matrimonium non excludere ſubſtitutum, quando verba ſunt expreſſa *ſi deceſſerit, &c.* per modum conditionis voluntariæ, quia tunc debet impleri diſpoſitio in forma ſpecifica, nec licet extendi ad caſum non expreſſum, per text. *in l. qui hæredi. in principio, & l. Manius, de conditionibus, & demonſtrationibus*, Bartolus *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, num. 3. ff. de liber. & poſthum.* At in noſtro caſu cùm verba ſint poſita in materia fauorabili, qualis eſt feudorum, non per modum conditionis voluntariæ, ſed per modum diſpoſitionis, non debet adimpleri in forma ſpecifica, ſed poteſt extendi, ac debet ad caſum non expreſſum.

Quare feudum conceſſum pro filiis legitimè natis poteſt extendi ad legitimatos ex vi ſequentis matrimonij, eo quòd conceſſio per modum diſpoſitionis in materia fauorabili facta, faciliori negotio extenditur, quàm quæ fit per modum conditionis voluntariæ. Ita Bartol. *in dict. l. Gallus, d. num. 3.* & ibi ſcribentes, vbi aiunt diſpoſitionem latius interpretari, quàm conditionem, iuncta ſimul *l. in animalib. C. de legat.* Proinde non ſufficit ciuiliter factum, ad implendam conditionem, quod tamen ſufficit ad implendam diſpoſitionem in re fauorabili, in qua ſumus. Quod adeo verum eſt, vt feudum conceſſum pro filijs intelligatur etiam pro nepotibus. Imò conceſſum ſimpliciter, extenditur ad filios, & deſcendentes maſculos per lineam virilem, vt late probat Mantica *de tacitis, & ambig. lib. 13. tit. 10. à num. 12 & tit. 11. num. 4. & ſequenti, & de conject. vltimar. volunt. lib. 8. tit. 18. num. 31. ad finem*, Menoch. *vbi ſupra, num. 51.* & Couar. *d. cap. 8. §. 1. num. vltim. per totum.*

Sed quid dicendum, quando matrimonium ſubſequens fuit contractum abſque dotalibus inſtrumentis, numquid filij antea ſuſcepti poſſint legitimari, ſuccederéque in feudo Eccleſiaſtico? Non admitti ad feudum ſæculare tradit Cardin. Alexander *in cap. tanta, qui filij ſint legitimi, num. 20.* Angel. *conſ. 29. incipit, Titius exiſtens de nobili progenie, num. 4. verſ. deſcendo ad tertium.*

Nihilominus ſiue feudum ſit Eccleſiaſticum, ſiue ſæculare, quamuis matrimonium non ſit contractum præcedentibus dotalibus, aut nuptialibus ſcripturis, legitimati ex vi ſequentis matrimonij, ſuccedent in vtroque feudo, cùm ſint verè legitimi per matrimonium, atque ita etiam in terris principis ſæcularis legitimi cenſeri debent. Ita Decius *conſ. 154. incipit, diligenter, n. 1. & ſeqq.* Mantic. *de coniectur. vlt. volunt. lib. 11. tit. 12. num 7. ad finem*, Purpur. *conſ. 95. num. 17. cum ſeqq.* Couar. *d. §. 2. num. 8. cap. 8.* dicentes legitimatos abſque dotalibus inſtrumentis poſſe ſuccedere ex vi ſequentis matrimonij in feudo principis ſæcularis etiam. Quod etiam tenet Anton. de Butr. *in d. cap. tanta, qui filij ſint legitimi.*

Quia de iure canonico filij legitimantur, per ſequens matrimonium, quod prævalet, ac præfertur iuri ciuili ſecundùm quod talia inſtrumenta dotalia non requiruntur, ſicut non requiritur, quòd ſint nati ita legitimandi ex concubina retenta in domo in ſchemate concubinæ, quæ exigit ius ciuile, *in §. ſi quis autem, in authen. quib. mod. natur. effic. iam. ſui*, vbi requiritur, quòd ſit concubina domi retenta. Quod etiam tradit Bart. poſt gloſſ. *in l. penult. incipit, concubinam, ff. de concubin. & §. final. inſtit. de nupt.* & gloſſ. ibi, *in verbo, inſtrumentis, & in §. 1.* vbi gloſſ. *verbo, ſuſtulerit, inſtit. de hæred. quæ ab inteſtat.* requiruntur inſtrumenta dotalia, quæ inquam omnia non ſunt neceſſaria ſecundùm canones. Ideo ex matrimonio ſimpliciter contracto filij legitimantur, etiam in terris imperij, & ſtandum eſt iuri canonico, ſecundùm quod eſt iudicandum. Ita Angelus Aretin. in *§. final. inſtitut. de nupt.*

*verſ. prædicta procedunt*, & Petr. de Vbald. *in tract. de ſucceſſio. ab inteſtato.* Ex quibus omnibus patet, hanc opinionem eſſe communem, & ab ea non eſſe recedendum, in iudicando, ac conſulendo, teſte Decio *num. 1. ad finem.*

44. Ampliatur hæc doctrina, etiam ſi aliud matrimonium intercedat, ita Zas *in epitom. feudi, p. 8. num. 76.* dummodo ſuſceptus ſit ex muliere, cum qua poterat contrahere licitè, ac validè, quia ſi non poterat, nempe quia erat coniugatus, vel ipſa coniugata, & ipſe ſolutus, quamuis poſtea poſt mortem vxoris, vel poſt mortem mariti contrahant, non legitimatur proles per matrimonium ſubſequens, cùm fuerit ſpuria, & conſequenter ad feudorum ſucceſſionem non poteſt admitti, vt conſtat ex *cap. 1. §. naturales, ſi de feud. fuer. contro.* Iul. Clar. § *feudum, quæſt 82. n. 1. & 2.* Secùs quando vterque erat ſolutus tempore, quo proles fuit nata, quia vt filij ſint legitimi, conſideratur tempus conceptionis, atque contracti matrimonij, nec habetur ratio temporis intermedij, in quo alterum matrimonium fuit celebratum, nec poterant extrema coniungi, ſed matrimonio eo finito, extrema ſunt habilia, & tunc ſi matrimonio copulentur, proles antea ſuſcepta per illud legitimata, habilis erit ad feudum obtinendum. Cald. Pet. *de nominatione, quæſt. 13. num 53.*

45. Similiter ſi feudum concedatur pro filiis ex matrimonio, non eſt dubium eſſe ad illud admittendos, qui nati fuerint ex matrimonio putatiuo bona fide contracto, cum ſint nati in figura matrimonij, cenſeanturque verè legitimi, vt conſtat ex *cap. 2.* & ex *cap. ex tenore, qui filij ſint legitimi.* Decius *conſ. 153. caſus, de quo quæritur, num. 2.* Bald. *in d. cap. 1. §. naturales, num. 11.* Quod intellige ſi matrimonium fuit celebratum, ſecundùm ſanctiones Eccleſiæ catholicæ, aut decreta Concilij Trident. vbi illud eſt receptum *ſeſſ. 24. cap. 1. de reform.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 11. ad finem*, aliis ibi relatis.

---

## §. IV.

### *Quæ ſit differentia inter legitimatos per ſubſequens matrimonium, ac per reſcriptum Principis?*

EPITOME.

46 *Legitimatio per ſequens matrimonium eſt potentior, quam legitimatio per reſcriptum.*

47 *Legitimatio reuocatur facta per reſcriptum, non verò per ſubſequens matrimonium.*

48 *Donatio reuocatur natiuitate filij legitimati per ſequens matrimonium, non tamen per reſcriptum principis.*

49 *Legitimatus per reſcriptum non ſuccedit in feudo.*

50 *Legitimatus per reſcriptum ad feuda non obtinet feudum adhærens dignitati.*

51 *Filij illegitimi ex reſcripto legitimati, an admittantur ad feudum maternum.*

52 *Legitimatus ad feudum per reſcriptum, non ſuccedit in feudo antiquo.*

53 *Legitimatum per reſcriptum principis, an excludat ſubſtitutum, ſicut legitimatus per ſubſequens matrimonium.*

VT diximus, legitimatio per ſequens matrimonium eſt multo potentior, ac efficacior, quam ea, quæ fit beneficio principis, Menoch. *conſ. 16. n. 4. & 5.* Roland. *conſ. 100. n. 6. vol. 2.* cùm proueniat a iure diuino, vt probat text. *in c. tanta, qui filij ſint legitimi.* Pariſ. *conſ. 13. n. 40. & conſ. 15. col. 2. vol. 2.* Tiraq. *de primog. q. 34. n. 53.* Quibus accedunt Oſaſeus *deciſ. 254. n. 11.* Hieronym. Gabr. *conſ. 21. n. 3. & num. 21.* Probatur, quia legitimatio per ſubſequẽs matrimonium non reuocatur per natiuitatem liberorum legitimorum. Ita Bald. *in l. 1. in fine, C. de inofficioſ. donatio.* Roland. *d. conſ. vlt. n. 9.* legitimatio verò à principe facta reuocatur per natiuitatem liberorum legitimorum, Tiraq. *de primog. q. 34 num. 53.* 46. 47.

Secus ait Bald. *de legitimatione ex vi ſequentis matrimonij, qua non abolerur, in l. cum quis, C. de naturalib. liber.* per text. *ibi*, decidentem ſic legitimatos ſuccedere cum legitimis poſtea natis. Item quia legitimatus ex matrimonio habet querelam inofficioſæ donationis, non verò ex reſcripto, Idem Tiraq. *in l. ſi vnquam, verbo, ſuſceperit, liberos, num. 71. C. de reuocand. donation.* Accedit Salycet. *in l. ſi totas, C de inofficioſ. donation.* docens donationem, quæ reuocatur per natiuitatem filiorum ex legitimo matrimonio prouenientium, habere locum, ſi fuerint legitimati ex matrimonio ſubſecuto Quia quamuis à principio non fuerint legitimi, per ſequens matrimonium legitimantur, & legitimatio retrotrahitur ſecundùm omnes poſt gloſſ. *in d. cap. tanta, qui filij ſint legitimi.* 48.

Differt etiam legitimatus à principe à legitimato ex matrimonio ſecuto, quia legitimatus per reſcriptum, eſto dicatur verè legitimus, non tamen cenſetur talis ex intentione ſtatuti, vel teſtatoris, ita Paul. de Caſtro *in l. final. C. de his qui veniam ætatis impetrant.* Sequitur Decius *in cap. cum in cunctis, n. 11. de electio.* Secus de legitimato per ſubſequens matrimonium, is enim comprehenditur ſub verbis ſtatuti, vel teſtatoris, Roland *n. 5.* vbi ait ſtatutũ loquẽs de legitimè natis intelligi de legitimatis per ſequens matrimonium, Abbas *in cap. tanta, in 3. notab. qui filij ſint legitimi*, & Butr. *in cap. per venerabile, col. 19. verſ. quid ſi dixeris, eod. tit.* Hinc fit vt conceſſio facta alicui de 49. feudo pro filiis legitimis non extendatur ad legitimatos per reſcriptum, quamuis ad feuda fuerint legitimati, quia pro filiis intelliguntur legitimi, quales non ſunt legitimati per reſcriptum.

Nec obſtat legitimatos per matrimonium ſequens non eſſe propriè, ac verè legitimè natos, cùm ſint verè legitimi, quamuis ciuiliter legitimè nati, quod ſufficit, Alex. *conſ. 128. n. 8. verſ. beneficiat, lib. 5.* Hier. Gabriel *conſ. 30. n. 13. & 24.* Quibus accedit Mantica *de tacit. lib. 23. tit. 12. num. 16.* concludens conceſſa pro filiis legitimis non intelligi de legitimatis per reſcriptum. Conſentit Iul. Clar. *lib. 4. §. feudum, quæſt. 82.* niſi legitimentur à principe expreſsè ad feuda; tunc enim ſuccedent in feudo, & excludent cæteros agnatos remotiores, vt ait gloſſ. *in d. § naturales, verbo, legitimi*, quæ eſt communiter recepta teſte eodem Claro citato loco, multis ibi etiã citatis, vbi addit ſatis eſſe ſi princeps legitimet ad feuda in genere.

Ambigitur tamen an legitimatus per reſcriptum principis ad feudi ſucceſſionem, poſſit adipiſci feudum annexam habens dignitatem? Reſpondemus negatiuè. Ita Bald. *in l. eam quam, n. 42, C. de fideicommiſſo*, Boër. *quæſt. 125. num. 5.* Cæphalus

lus *conſ.23.n.45.lib.* vbi pro hac ſententia plures refert, quia non videtur princeps cogitaſſe, neque ſenſiſſe de tali feudo, niſi ſpecialiter id dixerit, Anchar. *conſ.308.n.6. verſ. tertio monet me*, quod etiam tradit Caſtrenſ. *conſ.4(.1.n.5.ibi.* Nam non ideo dicitur *lib.1.* & expreſſe Socin iun *conſ.95.n.92.lib.3.* Menoch. *conſ.16.num* 8. Mantic. *vbi ſupra, n.16.* & quamuis videantur loqui de legitimato per principem, idem dicendum putant de legitimato per ſequens matrimonium, eo quia Bald. & cæteri vtuntur ratione, quæ legitimationi per ſequens matrimonium eſt valde contraria; inquit enim Bald. requiri ad feuda dignitatum etiam iam ex ipſo matris vtero legitimationẽ, quæ non reperitur in ipſo legitimato per ſequens matrimonium.

50. Limitant hanc doctrinam Martin. de Laudenſ. *in d. §. naturales, ſi de feud. fuer. contro.* Idem Bald. *in d. l. eam quam*, Curt. iun. *in tract. feudor. in 3. part. quæſt.7.* Iul. Clar. *cit. ar. q.81.* eſſe intelligendam, quando feuda maximis dignitatibus adhærent, eo quòd in illis quocunque modo legitimati non ſuccedunt, niſi de illis facta ſit ſpecialis mentio. Quod etiam ſequitur Ruland. *conſ.49. num.5. vol.4.* & alij, quos ibi allegat.

Ratio, quia ſicut qualitas beneficij debet exprimi ab impetrante, & eius dignitas, vt notat Abbas *in cap. ad aures, num.1. de reſcriptis*, Decius *ibi, num.2. per text. ibi, & in cap. multa. de prabend.* ſimiliter in noſtro caſu non cenſetur legitimatus ad feudum habens maximam dignitatem, niſi de hoc ſpecialis mentio fiat, argumento impetrantis beneficium, qui tenetur exprimere ſtatum, & qualitatem illius in impetratione. Ita ſcribentes *in cap. in noſtra. de reſcriptis*, Felin. *ibi corol.10.* maximè ſi eſt curatum.

Nam appellatione beneficij non venit curatum, niſi de eo in ſpecie fiat mentio *cap. cum in illis* vbi Anchar. *de prabend. in 6.* accedit, quia diſpenſatus ad beneficium, intelligitur diſpenſatus ad beneficium curatum. Ripa *in d. cap. ad aures, num.10. de reſcriptis*, poſt Abbatem *in cap. vlt. de clerico pugnante in duello.* Nec diſpenſatus ad dignitatem intelligitur ad dignitatem curatam, vt habetur *in clement.1 de prabend.* Ergo idem dicendum eſt de legitimato ad feuda non intelligi quoad feuda habentia maximam dignitatem non tamen requiritur quòd fiat mentio de feudo nobili, niſi adiunctam habeat dignitatem, quia in his princeps reddit ſe difficiliorem in concedendo, vt expreſſè Paolus de Caſtro [illegible]nſuluit *in d. conſ. 461 num.5. lib. 1.* Ex quo conſtat Cephalum virum doctiſſimum non bene [illegible]uluiſſe *in conſ. 23. num. 41. & num. 8.* & [illegible] dum aſſeruit legitimatum ad feudi ſucceſſ[illegible] non poſſe in feudo nobili ſuccedere, niſi [illegible] hoc fuerit expreſſe legitimatus, cum poſſit [illegible] in feudo nobili, dummodo non ha[illegible] nam dignitatem annexam. Paulus de [illegible] *ſuprà*, dicens feudum poſſe eſſe no[illegible]us careat dignitate. Neque Bald. *in l. eam* [illegible] eutus eſt de feudo nobili ſimpliciter [illegible] de feudo dignitatis. Vnde legitimatus ad feuda poteſt ſuccedere in quocunque feudo nobili etiam dignitatem habente, dummodo non ſit [illegible] maximis.

E[illegible] conſtat legitimatos ex reſcripto principi[illegible] abſolute non admitti ad feuda, per *d. cap.1. §. naturale*[illegible] ex legitimatione id expreſſè dicatur, quòd poſſint ſuccedere in feudis. Non facta verò hac mentione nullo modo admittuntur,

quamuis eſſent legitimati, quando facta fuit inueſtitura, nec eo tempore ſuperſunt filij legitimi. Imò licet feudum ſit maternum, non propterea admittentur. Ita Curt. iun. *1. p. 3. p. principali num.3. in fine, de feud.* & Afflict. *in cap. 1. §. mulier, tit. ſi de feud. contr. fuer. num. 14.* 51.

Ratio, quia text. *d. cap. 1.* loquitur abſolutè, & per verba generalia, ergo ſine diſtinctione debet accipi, lex 1. §. *generaliter, de legat. præſt.* Sequitur Aluar. *in cap. 1. an marito ſuccedat vxor*, & Curt. iun. *de feud. vbi ſupra 1. part. 3. part. 4. num. 3.* Iac. de Ardizo *in ſumma, tit. de ſucceſſ. feud. ſub rubr. an natural. ſuccedant in feud.* Atque ita filium illegitimum ex principis reſcripto legitimatum patri non poſſe ſuccedere in feudo etiam materno, niſi ſit hæreditarium, id eſt, conceſſum pro hæredibus quibuſcumque. Ripa *reſponſ. 23. num. 13. de iure emphyteutico & feudor.* In alijs tamen bonis non feudalibus poſſe ſuccedere matri, *§. nouiſſimè, conſtit. de S. C. Orfic. & l. ſi qua illuſtris, C. eod. tit.*

Requiritur ergo, quòd expreſſè legitimetur ad feuda, nec ſufficit dicere non obſtante aliqua lege, ſed oportet, quod addatur, non obſtante *cap. 1. §. naturales, ſi de feud. fuer. contro.* maximè, quando adſunt alij filij legitimi, ex legitimis nuptijs ſuſcepti. Nam tunc eos legitimatio non offendit, niſi ipſi legitimationi conſentiant, Ruin *conſ.99. num.2. lib.3.* Alexand. *conſ.60. num.1. & 2. vol.2.* vbi ait etiam requiri conſenſum domini feudi, argumento *cap. ſuper. de donationib. inter vir. & vxor.* cum quo tranſit, Anton. de Butr. *in cap. per venerabilem, in 16. col. parum ante verſ. venio ad ſecundum, qui filij ſint legitimi.*

Quemadmodum ſimpliciter legitimatus ad feuda non cenſetur legitimari ad feudum antiquum, niſi in precibus id ſit expreſſum. Ratio, quia difficilius id impetratur regulariter, quàm ſi feudum ſit nouum. Ita Roland. *conſ.22. num.12. lib.3. & conſ.49. num.55. lib.4.* poſt Ruin. *conſ.36. n.13. verſ. de ſubrept. vol. 1.* Signor. *conſ.258. num.10. verſ. præterea cum ipſe*, dicens, exiſtente feudo antiquo principem aut non legitimaſſe ſi ſciret, vel non tam facilè in præiudicium agnatorum, qui in ſpe conſiderabili iam habebant ius quæſitum ex antiquis inueſtituris. Ita Gonzad. *conſ.26. num.41. verſ. duodecimo*, & Cald. *conſ.1. tit. de feud.* ex quibus, quando quis legitimatur ad feudum antiquum, & in precibus id tacetur, legitimatio redditur obreptitia ex taciturnitate. Ita Signor. de Homod. *in conſ.218. num.9.* Iul. Ferret. *in tract. de obedient. & pace*, Ruin. *conſ.36. num.13. vbi ſuprà*, Aluar. *in d. cap. 1. §. naturales*, & Afflict. *in 2. notab. ſi de feud. fuer. controu.* Quibus accedit Socin. iun. *conſ.95. n.18. vol.3. & conſ.24. num.3. vol.2.* & alij, quos referens ſequitur Roland. vtrobique, & Mantica *de tacit. & ambig. d. lib.23. tit.12.* & ſequentibus. 52.

Huic accedit affinis quæſtio, vtrùm legitimatus per reſcriptum principis excludat ſubſtitutum? Videtur negandum, ſi teſtator dicat, *ſi deceſſeris ſine filijs legitimis, & naturalibus*, quia nomine filiorum veniunt duntaxat filij ex legitimis nuptijs procreati, qualis non eſt legitimatus per reſcriptum, qui dicitur filius impropriè legitimus, & quod eſt per fictionem tale, non eſt propriè tale. Ita *l. Cornel. in fine, ff. de teſtament.* Ergo non poteſt excludere ſubſtitutum exiſtente voluntate teſtatoris, ſi deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus. Nec princeps 53.

poteſt facere de ſpurio non ſpurium, cùm veritas naturæ legis auctoritate mutari non poſſit *l. 2. §. 1. ff. de vſufructu ear. rer. quæ vſu conſumuntur, & l. in rebus, C. de iure dotium.*

Secundò probatur, quia ad implendam voluntatem teſtatoris apponentis hanc clauſulam non ſufficit ciuiliter factum, per *l. fideicommiſſum, de conditionib. & demonſtrationib. & l. vltim. ff. de his, qui veniam ætatis impetrant.* Ergo quamuis decedat cum filiis adoptiuis, vel putatis legitimatis, cùm ſint filij ciuiliter, non ex legitimis nuptiis, non excluditur ſubſtitutus, ita in ſpecie docent Richard. Malumb. & Oldrad. teſte Rapho Fulg. *conſ. 62. num. 3.* Andr. Barbat. *conſ. 27. col. 19. vol. 2.* vbi vocat hanc opinionem communem. Idem Bald. *in l. Lucius, la 2. ff. de hæred. inſtit. & in l. ſi ita quis, §. his autem, de legat. 2. & in l. ſi quis poſthumos, ff. de liber. & poſthum.* Alexand. *conſ. 67. num. 3. vol. 1.* Neque imago, vt dici ſolet, repræſentata, eſt eſſentialiter ipſa res, quam repræſentat, *l. ſi idem, C. de codicillis,* & vera loquendo, aliud eſt quem eſſe legitimum, & aliud eſſe legitimatum. Salycet. *in l. etiam, C. de appellation.*

Contraria ſententia magis placet, nempe excludi ſubſtitutum a legitimato ex reſcripto principis, etiam quando teſtator ait, *ſi deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus.* Ratio prima, quia legitimatus eſt verè, & propriè legitimus, vt deducitur ex Authen. *quib. mod. natur. efficiant. ſui, in principio,* dum ait, *legitimi fierent,* & infra *ex naturalibus ad legitimos eleuari,* & ibi, *ad ius legitimum,* quæ verba legis ſunt propriè, non verò fictè accipienda, *l. 3. §. hæc verba, ff. de negot. geſt. l. ſi vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pactis.* Secunda ratio, quia legitimatus ſimpliciter quoad omnia continetur appellatione legitimorum, Bald. *in l. ſi ita quis, §. fin. in fine, ff. de legat. 2. in rubric. C. de iure aureor. annulor.* Iaſon *in l. cum acutiſſimi, col. 2. verſ. breuiter, C. de fideicommiſſ.* vbi ait ſe ita conſuluiſſe bis, & iudicatum fuiſſe. Tertia, quia eſſe legitimum, vel non eſſe, dependet a iure, & in his, quæ ſunt iuris, verba, quæ alioqui fictionem denotant, & improprietatem, ſignificant veritatem. Ita Bartol. *in l. ſi ut pro emptore, in 3. quæſt. ff. de vſucapio.* Sequuntur Curt. iun. *conſ. 64. num. 12. & 27. col. 4. in princip. & conſ. 153. n. 10.* vbi ait hanc eſſe communem opinionem. Idem Bartol. *in l. maritus, ff. de adulter.*

Quarta ratio ex eo, quia caſus fictus, & verus, quando æquiparantur per modum regulæ, diſpoſitum in caſo vero cenſetur diſpoſitum in caſu ficto, per text. *in cap. cum dilectus, & in cap. ad audient. de clericis non reſidentibus,* & ſcribentes communiter *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, de liber. & poſthum.* Atqui conſtat ex *§. ſi igitur licentia, in authen. quib. mod. natur. efficiant. legitimi,* nullum eſſe diſcrimen inter legitimatos, & legitimos, ac naturales, per verba hæc ibi; *nihil à legitimis differentes.* quod etiam habetur *in §. quoniam varia,* ibi, *nihil diſſimiles à legitimis. quib. mod. natur. efficiant. ſui.* Ergo ſicut legitimi excludunt ſubſtitutum, ſic etiam legitimati per reſcriptum principis, præſertim, quia dictio *nihil differentes,* vel *nihil diſſimiles, a legitimis,* eſt vniuerſalis negatiua, quæ potentius negat, quam affirmatiua affirmat, ex *l. hoc genus de conditionib. & demonſtrationib.* Crauet. *conſ. 294. num.* [illegible]

Atque ita oſtendit dictio *nihil* nullam eſſe differentiam inter legitimatos, & legitimos, ac naturales, vt notatur *in §. reliqui,* ibi, *illas ſucceſſiones, quas habent hi, qui ab initio ſunt legitimi,* Butr. *in cap. per venerabilem, col.* [illegible] *legitimi,* vbi ait legitimatum per reſcriptum principis contineri in ſtatutis mentionem facientibus de filiis legitimis, ſi legitimatio fuerit reſtitutiua ad primæuam naturam, ita vt nihil differat à vere legitimis, cenſeaturque verè legitimus, quaſi eſſet natus ex iuſtis nuptiis. Cuius ſententiæ eſt Iacob. de Aret. *in diſp.* cuius meminit Ioan. Andr. eum ſequutus *in additionib. Spec. in tit. de ſucceſſ. ab inteſta. §. vltim.* Paul. de Caſtro *conſ.* [illegible] *num. 12. vol. 1.* Aret. *in l. ex facto, in principio, ſub num. 9. & 12. ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtitutione.* Alexand. *conſ. 2. num. 22. & ſequentib. vol.* [illegible] *& in l. generaliter, §. cum autem, num. 2. ff. de inſtitut. & ſubſtitut.* Natta *conſ. 614. num. 8.* Decian. *conſ. 42. num. 15. lib. 1.* & alij quos refert, ac ſequitur Roland. *conſ. 67. num. 16. vol. 3. & conſ. 83. num. 19. verſ. non obſtat quoque, eodem vol.* Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib. 11. tit.* [illegible] *a num. 9.* Burſat. *conſ. 76. num. 51. lib. 1. & conſ. 8*[illegible] *num. 19.* vbi magis communem, & veriorem hanc partem vocat, *conſ. etiam 1. num. 3. lib. 1.* quem referens ſequitur Sanz *de diuiſione bonorum, lib. 4. cap. 6. num. 31.* Ergo legitimati debent excludere ſubſtitutum, ſicut excludunt vere legitimi, quia teſtator ſubſtituendo ſub hac conditione, ſi ſine filiis legitimis, & naturalibus deceſſerit, videtur habuiſſe eandem affectionem erga legitimatum, quam habuit ad vltimum inſtitutum, cuius filius eſt legitimatus. Socin. ſen. *conſ. 116. num. 7. vol. 2.*

Sed contra ſuprà dicta ſtat definitio [illegible] *definimus, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris,* quæ nomine filiorum intelligit eos, quos iuſtæ nuptiæ demonſtrant, quales non ſunt legitimati, neque illis competit definitio. Bald. *in l. quiſquis, C. ad l. Iul. maieſt.* Angel. *in l. iubemus, in princip. C. ad Trebell.* & patet ex *§. filium, in authen. quib. mod. natur. efficiant. ſui,* vbi vocat legitimatum, velut ex quadam machinatione cognatum. *§. generaliter, eodem tit.* ibi: *Siue per aliam quamlibet machinationem,* & ſic per fictionem, & non verè *l. qua in prouincia, §. Diuus, ad fin. ff. de ritu nupt.* nec legitimatus dicitur legitimus, ſed tanquam legitimus, quæ dictio *tanquam* denotat improprietatem, non verò veritatem, imò potius fictionem, per *l. meminimus, C. de legit. hæred. l. poſth. ff. de iniuſt. rupt. teſtam.* Cui obiectio[illegible] tis facies primò dicendo, eſto non conueniat definitio filij filio legitimato, ſufficere patrem eſſe filiorum legitimorum, & legitimatorum conditionem, *l. 1. ff. de leg. 1. l. 1. & 2.* & ibi ſcribentes [illegible] *communia de legat.*

Secundò reſponderi poteſt *l. filium,* loqui ſecundùm tempora, in quibus non extabat alia legitimatio, excepta ea, quæ fiebat per matrimonium, quamuis princeps aliquando ius liberorum confirmaret, vt ait text. *in l. qua in prouincia, §. Diuus, de ritu nupt.* poſtea verò legiſlator iuſtis de cauſis animaduertens ad naturalem concupiſcentiam, ex qua naturales tantummodo filij naſcuntur, prouidit de pluribus modis legitimandi. habetur *in authen. quib. mod. natur. efficiant. ſui, §. legitimi, § ſi quis ergo, & in authen. quib. mod. natur. efficiant. legitimi §. licet.* Ex quo poſtea ortum eſt, vt legitimati à iure dicerentur filij legitimi, ac naturales. Ita Alex. *conſ. 2. num. 1*[illegible] quem ſequutus Roland. *conſ. 83. num. 19. vol.* [illegible]

&

& Mantic. ſupra allegatus *num. 12. verſ. Neque huic ſtat* [illegible].

N[illegible] e refert, quòd nomen filiorum ſit poſitum [illegible] conditione [illegible] in forma ſpecifica debeat [illegible]. Quia ſufficit, quòd adimpleatur per [illegible]; *C. de ſubſtit. & inſtit.* & confirmatur, qu[illegible] eſſe legitimum, vel illegitimum pe[illegible] iuris cenſuram, *l. legitima, ff. de pactis.* N[illegible] ab ip[illegible] natura hoc fuit inuentum, *§. licet* [illegible], *in Authen. quib. mod. natur. efficiant. legiti-mi.* & *§.* [illegible] *ergo filios, quib. mod. natur. efficiant. ſui.* Ergo lex diſponens circa ea, quæ ſunt iuris, inducit veritatem, & proprietatem, non verò fictionem, *d. l. ſi unus, §. pactum ne peteret de pactis,* faciunt tradita à Menoch. *conſil. 266. num. 46.*

Reſponderi tertiò etiam poteſt ex iure naturæ omnes homines naſci legitimos, vt habetur *in §. ſi quis ergo filios. Authen. quib. mod. mod. natur. efficiant. sui.* De iure tamen ciuili illegitimitatem fuiſſe introductam, proinde per legitimationem non imprimi nouam formam, ſed antiquam reduci, & legitimum non fieri proprie per principis reſcriptum, ſed detegi. Ita Bald. *in l. manumiſ.* [illegible] *ff. de iuſt. & iur.* Roland. *d. conſ. 83. num. 18.* Mantic. *de coniectur. ult. volunt. lib. 11. tit. 10. n. 9. verſ. Vnde per legitimationem,* quia legitimitas ex iure naturæ omnibus inſit, remota labecula, quæ hominem facit illegitimum, manet legitimus.

Vnde legitimatus ſecundùm veritatem eſt legitimus, ſecundùm fictionem eſt legitime natus. Paul. de Caſtro, *in l. ult. num. 5. ff. de his, qui veniam ætatis impetrant,* & Bald. *in l. nuper in fine, C. de nupt.* Tiraquell. *in l. ſi unquam, in verbo, ſuſceperit liberos, num. 57. de reuocand. donat.* vbi ait legitimatum renaſci fictione iuris, eo quòd remota labecula illegitimitatis reſtituitur natalibus legitimis ſitque iure legitimus, naturaliter ſcilicet, & ciuiliter, potiturque vtroque iure, naturali, & ciuili, quamuis fatendum ſit, legitimatum non eſſe verè legitimũ originali legitimitate, quæ in ſpecie deſcendit ex matrimonio, & ita loquitur text. *in l. quæ in prouincia, §. Diuus, ff. de ritu nupt.* quia lex non poteſt efficere, quòd legitimatus ſit legitimus ex coniunctione matrimoniali, quando quis non ita fuit procreatus. Eſſe tamen verè legitimum ex diſpoſitione legis habentis legitimatum pr[illegible] legitimo conſiderata legitimitate, prout eſt [illegible] iuris ciuilis, reddens illum capacem eorum, quæ ſunt de iure ciuili, quod poteſt facere [illegible] N[illegible] ita *in l. hac conſultiſſima, §. ex imper-* [illegible] *num. 92. & 93. C. de teſtam.*

[illegible]que poſſunt conciliari opiniones inter ſe [illegible] dicentes legitimatum non eſſe verè, & [illegible] legitimum, quod eſt verum ſi ſermo ſit de [illegible] legitimitate in ſpecie, quæ prouenit ex [illegible]nio. Secus ſi ſermo fiat de legitimatione [illegible] procedente à iure ciuili. Quod impedi[illegible] princeps poteſt tollere, ſicut poteſt fa[illegible] adoptiuum verè legitimum, abſque [illegible] primordio, Natta *vbi ſupra,* & Me[illegible] 6. per plura, ibi, *a num. 47. vſque ad* [illegible]

[illegible] ergo legitimatus per reſcriptum pri[illegible] ſecundùm magis probabilem ſententiam [illegible] excludere ſubſtitutum, non puto eam [illegible] verè veram, ſed in aliquibus caſibus [illegible]. Primò, quando legitimatus fuit [illegible] nobili ſuſceptus, & teſtator fuit in aliqua [illegible] conſtitutus, vel ſaltem ex nobili familia deſcendens, tunc legitimatus non excludet ſubſtitutum. Ratio, quia non videtur teſtator ſenſiſſe, niſi de filiis ex legitimis nuptiis procreatis. Ita Alexand. *in l. generaliter, §. cum autem, num. 3. verſ. Limitat etiam, de inſtitut. & ſubſtitut. & conſil. 2. num. 5. vol. 1.* ex Angelo in ſua diſputatione, quæ incipit *nobilis quidam genere, in 2. dubio;* & ex Ant. de Butr. *in cap. per venerabilem poſt medium, in verſ. alius eſt effectus, quia ſi patrui, &c. extra, qui filij ſint legitimi,* dicentibus in hoc caſu non excludere ſubſtitutum. Idem ſcribit Bald. *conſ. 2[illegible]3. num. 1. vol. 5. & conſ. 463. eod. vol.* Decius *conſ. 283. num. 10. verſ. Secundo communis opinio, & conſ. 425. num. 12. verſ. In caſu iſto tertio,* quam limitationem ſequitur Tiraquell. *in tract. de nobilit. cap. 29. num. 15.* Riminald. ſen. *conſ. 129. num. 6.* & Decian. *in conſ. 38. n. 41. lib. 3.* & Paris. *conſ. 12. num. 149. vol. 2.*

Quod procedit etiam ſi teſtator non ſit eximiæ nobilitatis, ſed ſufficit, quòd ſit honeſtæ familiæ, ita vt exiſtimet habere ſucceſſores legitimatos ſibi eſſe ignominioſum, vt expreſſe tradit Decius *conſ. 283. viſo puncto, num. 10.* poſt Imolam *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad Trebell.* Idem Alexand. *conſ. 25. num. 4. vol. 1.* Nam tunc ſicut filius naturalis non excludit ſubſtitutum, vt conſtat ex *d. §. ſi quis rogatus,* cùm ibi notatis, quia non præſumitur teſtator de naturali ſenſiſſe, quia naturales magis dedecori ſunt, quam honori, nec per tales nobilitas patria ſeruatur, *l. lex naturæ, ff. de ſtatu homin.* cenſenturque illegitimi infames infamia facti. Azor. *in ſumma, C. de infam. circa principium.*

Sic etiam quando teſtator eſt nobilis, vel ſaltem ex honeſta familia, credendum eſt non cogitaſſe de legitimatis, & conſequenter eos non excludere ſubſtitutum, niſi parentes eorum ſint nobiles, præſertim ſi legitimati ſpecialiter ſint reſtituti ad honores, & dignitates. Ita Roland. *conſil. 67. num. 39. vol. 3.* Alexand. *conſ. 2. num. 19. vol. 1. verſ. Denique,* & nouiſſimè Tiber. Decian. *conſ. 3. num. 89. verſ. Tertio, vol. 1.* quæ limitatio non caret contradictore, nempe Ruino ſibi contrario *conſilio 77. num. 10. vol. 3.* negante, cùm eam probauerit optimè, *conſ. 76. num. 13. & conſ. 104. num. 14. verſ. Non obſtat inſuper, vol. 3.* a.

Secundò limitatur etiam quando teſtator expreſſis verbis dixerit, *ſi deceſſerit ſine filiis ex legitimo matrimonio procreatis,* tunc legitimati per reſcriptum principis non excludunt ſubſtitutum, quia non ſunt nati ex legitimo matrimonio, quamuis verè poſſit dici. Ita Alexand. *conſuluit, conſ. 172. num. 2. vol. 7.* & reſpondet Socin. ſen. *conſil. 63. num. 17. in fine, & num. 18. vol. 3.* quam opinionem in hoc ſenſu communiorem putat Couar. *in epitome 2. part. cap. 8. §. 2. in fine,* & ſequitur Tiber. Decian. *conſ. 28. vol. 2.* etiam quando eſt legitimatus ad dignitates, & honores, addita clauſula, quòd ſit, & cenſeatur legitimus, & de legitimo matrimonio ſuſceptus: adhuc enim opinatur non poſſe hunc excludere ſubſtitutum, quando facta eſt inſtitutio ſub conditione, *ſi quis deceſſerit ſine filiis legitimis, & naturalibus, ac de legitimo matrimonio procreatis,* concludens *num. 11.* eſſe hanc limitationem communiter receptam, ſicque fuiſſe iudicatum à ſapientiſſimo Senatu Mediolanenſi. Sequitur Rimin. iun. *conſ. 46. n. 47.* Nam ob id legitimati per reſcriptum, non ſiunt habiles ad ſuccedendum, eo quòd non poteſt derogari legitimationi, ſeu conditioni factæ à voluntate teſtatoris. Ripa *l. ex facto, §. ſi quis rogatus,*

*num.46. ff. ad S.C. Trebell.* neque enim conceditur legitimatio repugnante illo de cuius agitur ſucceſſione, iuxta legem, *nec filio ff. de natal. reſtit.* Ita Menoch. *conſ.20. num.18. & conſ.173. n.70. & 71.* multis in vtroque loco pro hac parte citatis. Vbi addit rationem, quia dictio, *de legitimo matrimonio*, ſignificat cauſam proximam, & immediatam, *l.1. §. emancipati*, vbi Bartul. *ff. de coniug. cum emancip. liber.* Item, quia teſtatoris intentio non verificatur per legitimatum ex reſcripto, ſed per legitimum de legitimo matrimonio natum, cum habuerit rationem ipſius originis, & natiuitatis, quam legitimam voluit eſſe, ne decor, & ſplendor gentilitius ſuæ familiæ obſcuretur, vt multis probat Curt. ſen. *conſ.74. col.25.*

Tertiò limitatur etiam non excludi ſubſtitutum, quando legitimatus, & is de cuius ſucceſſione agitur, non fuerint ſubiecti ipſi legitimanti, quia legitimatio non valet, niſi ex vi prorogatæ iuriſdictionis. Ergo non poteſt iuriſdictionem prorogans præiudicium alicui non conſentienti irrogare, ex ea ratione, quòd legitimatio ſecundùm communiorem ſententiam extra territorium legitimantis effectum non habeat. Ita Alexand. *in cap. per venerabilem, §. quod autem, qui filij ſint legitimi, & conſ.67. num.5. & ſequentib.* Angel. *conſ.350. num. 10. verſ. Eadem ratione dico.* Cui accedit Curt. ſen. *conſ.65. num.15. in verſ. Secundò concludit*, quibus conſentiunt quotquot opinantur legitimationem factam à principe extra ſuum territorium, effectum non ſortiri, quæ ſanè opinio verior eſt, teſte Paolo de Caſtro, *conſil.180. col.1. in fine, vol.1. & conſ.143. num.1. & ſequentib. & conſ.467. num.5.6. & 7. vol.2.* Decius *conſ.55. num.3.* Crauet. *conſ.277. col.2. in principio.* Sed cùm de hoc egerimus iam ſuprà, in hac diſputatione ſubſiſto, ne crambe repetita noceat. Vide tamen Couar. *d. cap.8. §.8. num.14.* & Roland. *conſ.88. vol.1. à num.25.*

A fortiori legitimatus non excludet ſubſtitutum, quando natus eſt ex matrimonio interdicto ab Eccleſia, quia princeps ſæcularis, quamuis poſſit facere capacem ad ſuccedendum, non tamen poteſt facere eum legitimum. Ita Angel. *conſ.150. ad finem.* Ratio eſt in promptu, quia impedimentum eſt canonicum, nec poteſt à principe tolli. Ideo non eſt verè legitimus, nec reſtitutus ad priſtinum ius naturæ.

## EPITOME.

54 *Legitimati per reſcriptum, in nihilo differunt à legitimis in ſucceſſionibus.*

55 *Filij legitimati an ſuccedant cum legitimis poſt legitimationem natis.*

56 *Legitimati ſuccedunt cum legitimis iam natis tempore legitimationis, imò & cum naſcituris poſtea.*

57 *Filij legitimati an ſuccedant in bonis agnatorum, & aūo in bonis.*

58 *Legitimatus an excludat ſubſtitutum, ſi ſubſtitutus fuit citatus tempore quo legitimatio fuit petita.*

54 CErti iuris eſt legitimatos per reſcriptum principis in nihilo differre a legitimis quoad ſucceſſionem. Conſtat ex *§. ſit igitur licentia, Authen. quib. mod. natur. efficiant. legitimi, & §. autem eod. tit. l.4. tit.1. part.4.* proinde ab inteſtato ſuccedunt ſimul cum legitimis æqualiter. Couarr. *de ſponſalib. 2. part. cap.8. §.8. num.1. & §.10. num.1.* Paul. de Caſtro *conſ.34. num.12. col.2.* Bar[...] & Bald. *in l. communium, C. de natur. liber.* Vaſquius *in l. ſi quando, num.65. cum ſequentibus, C. de inoffic. teſtam.* adeo vt rumpat teſtamentum patris agnatione ſui. Abbas *conſ.86. col.1. vol.1.* Idem Vaſquius *de ſucceſſione, part.1. lib.2. §.20. num.3. requiſit.29. & part.2. lib.1. § 6. à num.3. & §.7. in principio*, vbi de communi teſtatur, teſtamentúmque fit nullum eo præterito, ſecundum communem. Molin. *diſp.173. tom.1.*

An verò plenè legitimati ſuccedant cum legitimis poſt legitimationem natis? Respondemus negatiuè de iure Caſtellæ, quando eſt naturalis, per *l.12. Tauri, quæ eſt 10. tit.8. lib.5. & l.7. verbo, otros parientes, tit.15. part.4.* & Gregor. Lopez ib. 5
Proinde quoad effectum ſuccedendi aſcendentibus vnà cum legitimis, ea legitimatio eſt irrita. Ratio, quia ſi à legitimante in precibus peteretur vt apponat clauſulam, vt ſuccederet legitimatus cum legitimis poſtea naſcituris, ſine dubio retraheretur a concedenda legitimatione; ergo non præſumendum legitimantem id concedere, niſi petatur, & exprimatur. Confirmatur ex eo, quòd donatio præcedens natiuitatem filiorum reuocatur natiuitate ſuperuenienti, quia non præſumitur non voluiſſe patrem facere donationem, in eo caſu. Ergo ſimiliter ratione natiuitatis filij legitimi cenſebitur irrita legitimatio filij naturalis quoad effectum, vt cum legitimis filiis ſuccedat deſcendentibus. Ita Tauriſtæ *in d. l.12.* poſt Dinum, & alios, quos Anton. Gomez refert *in l. Tauri, num 68.* Pro quo facit *l. ex facto, ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtit.* Molin. *tom.1. de iuſtit. diſput.* [...]. *verſus finem, verſ. Controuerterunt Doctores*, & Sanchez *de diuiſ. bonorum, lib.4. cap.* [...] *num.37.*

De iure tamen Luſitano reſpondet Molin. *vbi ſupra, verſ. Licet poſterior*, talem legitimationem fortè, nun non reuocari per natiuitatem filij legitimi, quoad effectum ſuccedendi, cùm fuerit perfecta, & conſummata, vt expreſsè tradit Panorm. *in cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi*, text. notabilis *in l. ſi te parens, C. de ſuis & legitimis liberis*, & tenet Bartol. *in l. ex facto, ff. de vulgar. & pupill.* Anton. de Roſell. *in tract. de legitim. fol.* [...] *verſ. Vltimo quæro, num.25.* quia actus legitimationis fuit conſummatus tempore habili, vnde non potuit poſtea irritari.

Ego tamen de iure Luſitano puto veram omnino ſententiam Molinæ, cum ſit communis, & communior, quam docent Iaſon *in d. l. ex facto col.4. num.15.* Alexand. *col.3. num.20.* Neque G[...] Accurſij eſt in contrarium. Cùm ergo lex Luſi[...] *lib.3. tit.64.* præcipiat caſum iudicari ſecund[...] ges imperiales, illiſque deficientibus ſe[...] gloſſas Accurſij, & in eius defectu ſecundum [...] tuli opinionem, niſi ſit omnino reprobata & [...] hoc caſu pro illo habeamus textum notabilem *in d. l. ſi te parens*, per quem ita ibi dicit Bald. & Bartol. *in l. ex facto citata*, placet opinio, quæ [...] non reuocari legitimationem præcedentem, perfectéque conſummatam in tempore habili, natiuitate filij legitimi. Extra verò Luſitaniam, & C[...]ſtellam credo ſatis probabilem eſſe ſententiam Dini, & aliorum, quos refert Molin. *d. verſ. Controuerterunt*, & Gomez *in l.12. Tauri, verſ. Con[...]matur*, & infra contrarium expreſsè *num.*[...]8. [...]centium legitimationem eſſe irritam, quoad ſucceſſionem per natiuitatem filiorum, nec p[...]

cum

cum illis legitimatum ſuccedere, eſſe tamen validam quoad honores, & dignitates, & ſimiliter quoad ſuccedendum agnatis, & cognatis non obſtante opinione Bartoli, & aliorum. Vide Gomez nuper citat.

56 Quod ſi legitimatio fiat exiſtentibus iam filiis legitimis de conſenſu patris, legitimatus cum legitimis ſuccedet. Ita *l. vltim.* & *ibi* Gregor. Lopez *tit. 15. part. 4.* quod extendit, quando expreſſe fit legitimatio, vt ſuccedat legitimatus cum filiis natis, & naſcituris. Ita Bartol. *in l. commoniam, C. de natural. liber.* Gregor. *vbi ſupra in gloſſ. fin.* Sanc. *lib. 4. cap. 6. num. 39. de diuiſ. bonor.* Quin etiam ſuccedet in bonis agnatorum, quæ legitimo, & naturali ab inteſtato obueniunt. Molin. *dict. diſput. 175. ad finem, verſ. Item legitimatus reſcripto principis,* vbi ait ad ſuccedendum non eſſe neceſſarium conſenſum agnatorum. Faciunt Authen. *quib. mod. natur. efficiant. ſui, §. ſi quis ergo filios,* & *l. Tauri, 12.* & *l. 7. tit. 15. part. 4.* & eſt textus *in §. & quoniam varie, eodem tit.*

Neque obſtat textus *in Authen. quib. mod. natur. efficiant. ſui, §. filium,* vbi legitur, filium per huiuſmodi cauſam factum legitimum ipſi ſoli genitori legitimum facimus, non etiam extraneæ cognationi patris. hæc ibi. quoniam eo loco loquitur text. de legitimatis per oblationem curiæ, quæ hodie fermè non eſt in vſu. Nos verò loquimur de legitimatione ex reſcripto principis, cuius virtute legitimatus omnibus agnatis, & cognatis indifferenter tam patris, quam matris ſuccedit, & ipſi ſuccedunt illi ab inteſtato, & ex teſtamento, per text. *in Authen. quib. mod. natur. efficiant. ſui, §. reliqui, collat. 7.* Bart. *in eadem Authen. §. tribus, collat. 7.* & *in Authen. de inceſt. nupt. §. dubitatum, collat. 2.* Molin. *vbi ſupra* ſcriptus, Gomez *in d. l. 15. Tauri, num. 69.* Couar. *dicto cap. 8. §. 10. num. 2.*

57. Vnde reiicitur ſententia Iacobi de Beluiſ. *in d. §. filium,* Angeli, & Baldi, *in l. penult. in princip. col. 1. C. de adopt.* dicentium legitimatum non ſuccedere agnatis, neque cognatis, niſi princeps id exprimat in legitimatione, vel niſi ipſi agnati, & cognati conſentiant legitimationi, cum contraria ſit ſequenda tanquam vera, cùm illi videantur loqui de legitimato per oblationem curiæ, non de legitimato per reſcriptum principis, prout iam diximus, & tradunt Specul. *tit. de ſucceſſ. ab inteſt. verſ. Quid de legitimatis,* & clariùs Ioan. And. *in addit. magna, in verſ. Item ſuas in addit.* quæ incipit, Gofredus eſt, *in penult. col. addit. eiuſdem tituli* Decius *conſ. 307. col. fin. & conſ. 316. col. etiam fin.* vbi multos ibi idem ſentientes enumerat. Roder. Suar. *in l. quoniam in prioribus, fol. 89.* pol. Paul. de Caſtro *conſ. 342.* incipit, *ſuper proprio* [illegible] eſt communis opinio. Qui omnes com[illegible] et concedunt legitimatum ita ſuccedere agnatis, & cognatis.

[illegible] erò ſuccedat auo ſic legitimatus, quæſtio [illegible] Negat Angel. *in d. §. filium,* dicens idem in auo [illegible] in cæteris agnatis, credens neque agnati[illegible] que cognatis legitimatum ſuccedere, ſed ſol[illegible] Roder. Suar. *in commento, d. l. quoniam in prioribus,* tenet ſuccedere. Angeli tamen opinio in hoc caſu eſt verior, quam ſequitur Bartol. *in l. commoniam, tit. Cod. de natur. liber.* Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rub. 18. §. 3. gloſſ. ab inteſt. n. 4.* Caſtillan *d. l. 12. Tauri,* quibus accedit Greg. Lopez *in d. l. 7. in verbo, otros parientes, ad fin. tit. 15. part. 4.* Niſi auus expreſsè conſentiat legitimationi vel in ea id exprimat princeps. Ratio verò ob quam legitimatus ſuccedat agnatis, ſeu cognatis, non verò auo, ea eſt, quam affert Ioan. Andr. *in d. addit.* quia videlicet agnati non poſſunt cogi ad relinquendum bona ſua legitimato, neque ad id tenentur ex aliqua lege, at verò aſcendentes in quorum bonis eſt legitima debita deſcendentibus *l. in ſuis, ff. de liber. & poſthum. & cap. ius naturale, diſt. 1.* eo ipſo, quòd annuunt legitimationi nepotis illegitimi, de neceſſitate tenentur ei relinquere ſuam legitimam portionem, ergo debent conſentire, ne illis inuitis ſuus hæres agnaſcatur.

Difficultas eſt, quando mortuo filio naturali, ex quo nepos legitimus, & naturalis remanſit, qui non poteſt ſuccedere auo ab inteſtato de iure communi, nec habet iura legitimi, quoad ipſum auum, vt *in l. fin. C. de natural. liber.* an ſi auus contrahat matrimonium cum auia eiuſdem nepotis, ex qua ſuſcepit patrem nepotis, fiat nepos legitimus per matrimonium aui ſubſequens; quoad ipſum auum? Duplex eſt opinio. Prima negat, nepotem fieri legitimum poſt mortem patris quoad ipſum auum, per text. *in l. 1. §. certum, ff. de acquirend. poſſeſſ.* vbi habetur inhabilitatem medij, per quod fit tranſitus de vna perſona ad aliam, impedire iuris effectum, & acquiſitionem. Sed filius naturalis, ſuſceptus ex concubina dum vixit, fuit illegitimus, & medium inhabile; ergo nepos non poteſt fieri legitimus ex vi ſequentis matrimonij, quandoquidem medium inhabile obſtat, ne extrema coniungantur, per text. *in leg. tria prædia, & in leg. qui ſella, §. vltim. ff. de ſeruitut. ruſt. præd.*

Secundò, quia, vt nepos legitimetur ex vi ſequentis matrimonij, oportebat patrem ipſius eſſe priùs legitimum, vt ex eo tranſitus fieret ad nepotem; ſed filius pater nepotis erat mortuus, quando auus contraxit cum concubina; ergo ſicut filius non fuit legitimatus per tale matrimonium, ſic etiam neque nepos. Ob quæ argumenta ſequuntur hanc opinionem Anton. *in cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi, col. 13. ad fin. verſ. Requiritur tertiò.* Platea *in §. final. inſtit. de nupt. col. 2. circa medium,* Ludouic. de Sardis *in tract. de legitimat. in parte, & rubric. de legitimatione, per verum matrimonium in quinta quæſtione principali.* Alexand. *in l. Gallus, §. ſi eius, col. penult. n. 9. ff. de liber. & poſthum.* & Anton. de Roſell. *in tract. legitimationis fol. 3. num. 31.* Quæ opinio eſt probabilis.

Secunda opinio, cui adhæreo, eſt multo probabilior, quæ affirmat, nepotes patribus non exiſtentibus legitimari per ſubſequens matrimonium contractum cum auia concubina. Ratio potiſſima, quia legitimatio principaliter dependet ex ipſo matrimonio, vt conſtat ex cap. *tanta, qui filij ſint legitimi, in principio,* ibi, *tanta eſt vis matrimonij*; ſecundariò autem, & minus principaliter in fauorem filiorum, ergo quocumque tempore contrahatur matrimonium, virtute ipſius deſcendentes gaudebunt effectu ipſius. Probatur argumento adoptionis ad legitimationem, quod valet ex gloſſ. *fin. in princip. ff. ad municipales,* & ex gloſſ. *in l. cum in adoptiuis, verſ. Et ideo ſancimus, C. de adopt.* quam notat Bald. *in l. cum in adoptiuis, col. 2. num. 6. eod. tit.* Atqui poteſt aliquis adoptare aliquem in nepotem, quamuis non habuerit filium, vel ſi habuit, non eſt ſuperſtes, vt probat textus, *in l. adoptiones non ſolum,* & *in l. adoptare, ff. de adoptionibus.* Igitur quamuis filius ſit defunctus,

bene

bene poteſt per contractum matrimonij ab auo cum concubina celebratum nepos legitimari, quam ſententiam in ſpecie docent Alciat. *in tractat. praſumpt. in 1. part. col. 20.* & ibi eius additionator, Socin. *in l. Gallus, §. ſi eius, col. 2. circa medium, ff. de liber. & poſthum.* Bartol. *in d. l. Gallus, §. nunc de lege*, vbi ait bene poſſe legitimari ab auo nepotem ſpurium poſt mortem patris per reſcriptum principis. Quod etiam tradit Anton. de Roſell. *in tract. citato, fol. 96. verſ. Modo viſo de cauſa, col. 2. num. 9.* Ergo pari modo ex matrimonio aui legitimabitur nepos filij defuncti.

Ex qua reſolutione ſine dubio nepos naturalis, & legitimus cenſebitur ipſi auo legitimus, quando pater ipſius viuente auo per reſcriptum principis fuit legitimatus. Probatur, quia nepos ex radice infecta, hoc eſt ex illegitimitate patris, prohibetur auo ſuccedere; ergo ſi radix non ſit infecta, maculáque ſit abolita, beneficio legitimationis in parte, nepos poterit auo ſuccedere. Item, quia fortior eſt legitimatio, quàm adoptio, Auth. *quib. mod. natur. efficiant. ſui, §. tribus.* Bald. *in l. neque abſens, ff. de adoptionibus.* Sed quando pater adoptatur, ſeu arrogatur ex reſcripto principis, cenſentur adoptati nepotes, ſecundùm *l. 2. §. vlt. ff. de adoptionibus.* Ergo ſimili modo, idem erit iudicandum in legitimatione. Ita Molin. *tom. 1. diſp. 173. col. penult.* Couar. *d. §. 10. num. 5.* Gama *deciſ. 317. n. 3.* quia eſt materia fauorabilis, & non odioſa.

58. Obiter quæri poteſt an legitimatus per reſcriptum principis excludat ſubſtitutum, quando ſubſtitutus citatur, cùm fit legitimatio? Atque in in primis videtur dicendum ſubſtitutum citari debere ſine dubio, quia ex omiſſa citatione ſequitur damnum ſubſtituto, per text. *in l. nam ita Diuus, ff. de adoptionib.* Item, quia hæres grauatus non poteſt alienare in præiudicium ſucceſſoris, ex Auth. *res quæ communia. de legatis*, ſed legitimare, eſt alienare, & legitimatio, alienatio, teſte Socin. iun. *in conſ. 95. num 40. lib. 3.* Hieron. Gabriel *conſ. 30. num. 11.* quos ſequitur Menoch. *conſil. 318. num. 20.* Ergo non poteſt legitimari illegitimus ſubſtituto non citato.

Contrarium ab aliis defenditur dicentibus non eſſe citandos habentes ſpem etiam probabilem, non tamen proximam, ſed remotam, per text. *in l. 1. §. denunciari, de ventr. inſpic.* per quam motus eſt Bald. hanc ſequi partem *in l. vlt. num. 2. ff. quib. res ind. non noceat.* Cùm ergo ſubſtitutus habeat ſpem probabilem remotam, non debet neceſſariò citari, quod etiam tenuit Socin. ſen. *conſil. 226. num. 7. in princip. vol. 2.* & probatur argumento donationis factæ inter viuos, quo vtitur Socin. dicens illam ſpurij filij legitimatione reuocari per *l. ſi vnquam, C. de reuocand. donat.* etiamſi donatarius non fuerit citatus, cui iam erat ius quæſitum; igitur ſubſtitutus fideicommiſſarius multo minus debet citari eo quod legitimatio facta fuit pendente adhuc conditione fideicommiſſi, quia ſolùm habet ius in ſpe, quæ facilè poteſt extingui ſucceſſore decedente, viuo adhuc poſſeſſore fideicommiſſi, per *l. interdicis, & l. dies incertus, de condit. & demonſtr.*

Vnde non eſt neceſſaria citatio ſubſtituti, cum non habeat ius certum, *l. nam ita Diuus, ff. de adoptionib.* Vbi deciditur debere citari, qui poteſt lædi, ſubſtitutus verò non poteſt lædi, cum adhuc non habeat ius conſiderabile, ſed in ſpecie remotam, cui poteſt præiudicare princeps etiam ſine cauſa, vt eſt communiter receptum, traditque Pariſ. *conſ. 1. num. 51. vol. 2. & num. 64. & 65.* Quæ ſententia eſt indubitabilis, quando legitimatio fit à principe habente ſupremam poteſtatem. Secus quando fit ab inferiore habente à ſupremo principe facultatem etiam cum præiudicio alterius legitimandi. Is enim non poteſt legitimare, niſi cauſa cognita, atque citatis his, quorum intereſt. Ita Decius *conſ. 423. in caſu, num. 5.* poſt Bald. *in l. ſi teſtamentum, verſ. Item poteſt, C. de teſtamentis, & in rubric. in 3. quæſt. in fine, C. de precib. imper. offer.* & tradit Alexand. *conſ. 94. conſiderato, lib. 1.* Ant. de Roſell. *tract. de legitimat. tit. de cauſa formali, verſ. Sed dubitatur*, quos ibi referens ſequitur Decius.

Quibus poſitis, dicendum eſt legitimatum excludere ſubſtitutum, quando ſubſtitutus fuit citatus, non tamen citationem ſemper eſſe neceſſariam, niſi quando legitimatio conceditur ab inferiore, qui habet poteſtatem legitimandi, debet enim citari ſubſtitutus, de cuius præiudicio agitur ſaltem in ſpe, prout in ſpecie. Sequitur Anchar. *conſ. 428. circa primum in 2. dubio.* Alexand. *conſ. 67. conſiderata his, lib. 2. & conſ. 25. circa primum, lib. 1. & conſ. 93. conſiderata, in verſ. Item ſexto confirmo, eodem lib.* vbi loquitur de Comite Palatino. Quibus accedit Decius, vbi nuper. Contendit Ruin. *conſ. 79. num. 9. vol. 3.* dicens poteſtatem legitimandi eſſe de reſeruatis ſummo Principi. Neque regulariter concedi, niſi vt exerceatur ſubſiſtente iuſta, & legitima cauſa. Neque poteſt cauſæ cognitio adhiberi, ſi omittatur citatio, *l. hac cauſa, §. cauſa cognita, ff. de minorib.* An verò princeps poſſit concedere facultatem legitimandi alteri, abſque cauſæ cognitione, & omiſſa citatione, anceps eſt quæſtio? Ex eo fundamento, quia ſicut diſpenſatio non ſolet concedi ſine cauſa, imò abſque ea eſt nulla, *cap. requiſitis, 1. niſi rigor, & cap. vali coniugio*, & ibi notatur 1. *quæſt. 7.* cum adductis per Ruin. *in conſ. 109. num. 19. vol. 3.* Sed cauſæ cognitio adhiberi non poteſt ſine citatione; ergo poteſtas legitimandi inferiori concedi non poteſt à principe, vt eam exerceat abſque citatione, & cauſæ cognitione.

Quid verò in diſpenſatione hæc requirantur, quando expeditur ab inferiore, eſt communis opinio, vt ſcribit Decius *conſ. 393. num. 11.* & notatur *in cap. multa, de prabend.* Paul. de Caſtro *conſ. 115. primo notandum eſt, quòd adulterium, in verſ. Præterea diſpenſatio.* Anchar. *conſ. 252.* Ergo cum inferior non poſſit legitimare ſine cauſa, teſte Anton. de Roſell. *in tract. de legitimat. in cap. de cauſa materiali, verſ. Sed id dubitatur*, dicente in ſummo Principe propter ſupremam poteſtatem, voluntatem poſſe haberi pro cauſa, *cap. cum noſtris, §. nos verò, de conceſſ. prabend.* non videtur poſſe concedi inferiori, vt legitimet abſque cauſæ cognitione, & ſine præuia citatione, quando agitur de præiudicio tertij.

Dicendum tamen eſt poſſe principem ſupremum hanc facultatem concedere inferiori, vt legitimet validè, non obſtante defectu citationis, in his caſibus, in quibus ipſe princeps poteſt legitimare in præiudicium ſubſtituti, quod princeps poteſt facere illo inuito. Sequitur Ruin. *conſ. 76. num. 9. cum ſequentibus. & conſ. 104. num. 11. vol. 3.* quo argumento vſi Bald. *in l. cum filius, ff. de teſtamento militar.* & Paul. de Caſtro *conſ. 223. ſuper eo, quod primò quæritur in antiqua, & in noua in conſ. 180. n. 2. verſ. Secunda ratio, lib. 2.* conſuluerūt

poſſe Comitem Palatinum ex facultate imperiali legitimandi ſibi conceſſa ſubſtitutis nocere, quia princeps poteſt hoc facere; ergo poteſt eandem poteſtatem in Comitem Palatinum tranſmittere. Idem in terminis tradit Roland. *conſ.67. num.56. vol.3.* ex eo, quia poteſt facere actum abſente, & ignorante ſubſtituto, poteſt illud etiam facere eo non citato, argumento legis, *qui poteſt, de regul. iuris.* Item, quia non requiritur citatio, quando actus poteſt expediri, tertio inuito.

Nec obſtat, quòd citatio non poſſit auferri ex clemen. *paſtoralis, de re iudicata*, quia hoc non procedit in iure quærendo de iure ciuili, quod princeps inuito ſubdito poteſt etiam ſine cauſa tollere. Ita communiter ſcribentes *in l. vltim. ff. ſi contra ius, vel vtil. public.* Paul. de Caſtro *conſ.34.* incipit *ſuper primò dubio, videtur dicendum, lib.2.* & pleniùs, *in l. ad teſtium, ff. de teſtibus, & in l. hæredes in princip. ff. de acquirend. poſſeſſ.* vbi ait poſſe principem ſine cauſa per legitimationem præiudicare illis, qui adeunt hæreditatem, ſine apprehenſione, quia per eam acquiritur dominium de iure ciuili, quod etiam tradit Alexand. *conſ.2. num.14. per totum*, & Imola, *in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit.* Ergo poteſt idem concedere inferiori ex certa ſcientia, ac de plenitudine poteſtatis, vt legitimet, ſubſtituto etiam non citato, vt concludit Ruin. *d. conſ.67. num.18. vol.3.* & Roland. *conſ. etiam 67. num.63.* vbi id ſatis probat. Sed an licitè poſſit princeps adita hæreditate præiudicare, diximus *ſupra num...*

---

## §. V.

### *Quæ ſint qualitates, quibus non expreſſis diſpenſationes, vel legitimationes ſubreptitiæ reddantur?*

EPITOME.

59 *Principi legitimanti ſeu diſpenſanti, aperienda ſunt omnia, quæ illum retrahere poſſunt à legitimatione concedenda.*

60 *Sunt aperienda omnia in iure expreſſa.*

61 *Qualitates iure non expreſſæ, ſed ex ſtylo curiæ, vel ex conſuetudine etiam debent narrari, alioqui legitimatio, ſeu diſpenſatio erit nulla.*

62 *Qualitates, quæ non ſunt in iure expreſſæ, nec de ſtylo curiæ, an poſſint omitti.*

63 *Diſpenſatio tacita copula, an ſit ſubreptitia.*

64 *Legitimati qualitas oportet quod exprimatur.*

65 *Non ſufficit exprimere filium eſſe ſpurium in genere.*

66 *Oportet exprimere in petitione, an parentes ſint copulati matrimonio.*

67 *Legitimatio vt valeat extantibus filiis legitimis, & naturalibus, requiritur quod hoc expreſsè dicatur in priuilegio.*

68 *Legitimatio facta de conſenſu patris, requirit citationem aliorum filiorum, alias non nocet illis, qui non fuerunt vocati.*

69 *Legitimatio vt valeat mortuo patre, neceſſaria eſt citatio venientium ab inteſtato, quibus iam ius delatum eſt, ſecus quando fit viuente patre.*

70 *An ſatis ſit exprimere in legitimatione, quòd ſit conceptus ex duplici adulterio.*

71 *Quid ſi princeps dicat*, legitimo te qualitercumque, & ex quocumque coitu natus ſis.

72 *Legitimatio cum clauſula*, ex certa ſcientia, *vel* de plenitudine poteſtatis; *vel* ſupplentes omnem defectum, *quid operentur.*

73 *Verum eſt per has clauſulas non tolli defectus ex natiuitate procedentes.*

74 *Non opus eſt exprimere, quòd ſit natus ex ſacerdote, vel ex filia ſpirituali, neque ex patre Comite, vel Duce.*

75 *Verum ſit neceſſarium exprimere, quòd ſit natus ex fœmina a nobili, vel ex Epiſcopo, vel ex Monacho, aut Monacha.*

76 *In diſpenſatione petenda neceſſarium eſt exprimere qualitatem diſpenſandi.*

77 *Diſpenſatio facta circa vnum defectum, ad alium non porrigitur.*

78 *Legitimatio an ſit diſpenſatio dumtaxat, quandò non potuit eſſe matrimonium inter parentes? & an poſſit fieri ſine cauſa ab inferiori.*

79 *An impetrans ſecundam diſpenſationem, teneatur exprimere, ſe iam obtinuiſſe primam.*

80 *Potens ex commiſſione diſpenſare cum Monacho ad obtinendum beneficium curatum, non poterit Monachus ex vi diſpenſationis, obtinere beneficium ſine cura.*

IVXTA interpretes iuris omnia illa ſunt exprimenda in precibus, quæ poſſunt amouere principem, vel à non concedendo, vel ſaltem à difficiliùs diſpenſationem, legitimationémque concedendo, aliàs erit ſubreptitia diſpenſatio, ſeu legitimatio, textus *in cap. dudum, de electione, & in cap. poſtulaſti, & in cap. ſuper literis, de reſcriptis.* Iaſon *in l.1. num.2. C. ſi contra ius, vel vtilitatem public.* Petr. Rebuff. *in praxi beneficiali, in rubr. de forma ſignat. ſimplic. prouiſ. in §. Magalonem, pag.137.* Gozad. *conſ.6. num.6.* Cardin. *conſ.96. ad fin.* vbi aiunt ſubreptionem induci ab iis, quæ vel ratione iuris tertij, vel propter ius commune contrarium poſſunt inducere, ad non concedendum. Quod colligitur ex *cap. vlt. de filiis presbyter. lib.6.* Ita Couar. *in epitome 2. part. cap.8. §.9. num.1.* Gutier. *lib.1. canon. quæſt. cap.15. n.12.* & *lib.2. cap. etiam 15. à num.27.* Menoch. *de arbitr. caſu 201. n.24.* Molin. *de iuſtit. tom.1. diſp.173. fol.985. verſ. Vt item legitimatio.* 59.

Contra hanc doctrinam eſt gloſſ. *in clemen.1. in verbo, alteri, circa medium, de præbend.* vbi dicitur in precibus tunc principi offerendis eas qualitates dumtaxat eſſe exprimendas, quas ius exprimi iubet. Quæ ſententia eſt Felin. *in cap. ſuper literis, prope medium, num.2. & in cap. noſtra, num.19. ad finem de reſcriptis*, Campegius inter conſilia Bruni *conſ.2. num.50.* Selua *de benefic. p.3. quæſt.11. num.6. & quæſt.12. num.39.* Nauar. *in extrauagant. de datis & promiſ. pro literis gratia notabil.32. num.48. corol.4. verſ. Nec obſtat reſolutio, & in ſumma, cap.22. num.86. & lib.3. tit. de feud. conſ.1. num.4. & libro, 1. tit. de conſtitutionib. conſ.1. quæſt.11. num.50. & de conſanguinitate, conſ.8. n.2. & conſ.9. num. etiam 2.* Bellam. *deciſ.698.* incipit, *concluſio vltra Rotam*, & deciſ. Rotæ, *32. de reſcriptis in nouis*, vbi habetur, non eſſe in impetratione exprimenda, niſi ea, de quibus iura iubent fieri 60.

mentionem;

mentionem; etiamſi talia ſint, quibus expreſſis princeps difficilius legitimaret, vel diſpenſaret, quod etiam multo ante dixerunt Caſſiodorus, *deciſ. 2. num. 5. de reſcriptis*, & Curt. iun. *conſ. 27. col. vlt. verſ. Confirmantur, & conſ. 32. verſus finem.* Henriquez *lib. 12. de matrimonio, cap. 2. num. 6. cap. 3. num. 7. & lib. 13. de excommunicat. cap. 30. num. 2.* Sa *in ſumma, verbo, diſpenſatio, num. 10.* Gregor. Lopez *l. 36. verbo, encubriendo, tit. 18. part. 3.* Vbi omnes reſoluunt, non ex omni veritate ſuppreſſa vitiari reſcriptum, ſeu diſpenſationem, etiam quando veritate cognita nullo modo princeps voluiſſet concedere; ſed vitiari duntaxat, quando tacetur qualitas, quam iura præcipiunt exprimi, ex eo fundamento, quia præſumitur talis eſſe intentio principis, qualis eſt legis, vt *in l. ex facto, in princ.* vbi Bald. *ff. de vulgar. & pupill.* per Decium *conſ. 33. num. 5.*

Nec obſtat, quòd poſſit qualitas expreſſa monere principem, ne concedat, quia non eſt exiſtimandum reddi difficiliorem principem, ex eo, quòd in iure non habetur, alioquin dices eſſe narranda ea omnia, quæ ad propoſitam materiam nihil faciunt nempe homicidia, ſeu adulteria occulta ab ipſo impetrante, quæ cognita à principe difficillimum redderent ad diſpenſandum, quod nemo dixerit. Ita expreſsè Sarmient. *lib. 1. ſelectar. cap. 9. num. 1. verſ. Nec obſtat*, & Mandoſ. *de ſignat. gratia, & verbo, abſolutio ab hæreſi, verſ. Diſpenſatum fuerat*, vbi concludit, ea ſolùm eſſe narranda neceſſariò, de quibus in iure cautum eſt, vt narrari, ſeu exprimi debeant, ſicque fuiſſe iudicatum refert in Rota. Quæ ſanè opinio eſt ſatis probabilis, & rationi conſona; pro qua etiam citari poteſt Bellam. *deciſ. 333.* cuius meminit Mandoſ. *ibi.* Calder. *conſ. 6. ad finem, verſ. Per prædicta, & conſ. 1. num. 3. de filiis presbyteror.* & Manuel Roder. *tom. 2. in quæſtionib. regularib. quæſt. 46. art. 6.* Accedit, quia omnis receſſus à iure communi eſt odioſus, diſpoſitióque a iure exorbitans ſtrictè, atque tenaciter eſt interpretanda, vt ex pluribus probat Tiraquell. *de retract. in præfatione, num. 62.* Igitur non eſt exprimendum in precibus, niſi quod in iure cautum eſt.

Probabilius tamen eſt eſſe exprimenda in precibus neceſſariò, quæ de ſtylo curiæ, vbi legitimatio petitur, ſolent exprimi, quia ſtylus curiæ facit ius, & conſuetudo ſeruanda circa has qualitates exprimendas, quamuis in iure non reperiantur expreſſæ, *l. minime, C. de legib. cap. quam graui, de crimine falſ.* probatur ex eo, quòd conſuetudo pro lege obſeruatur, neque arbitrarium dicitur, quod ſtylo, & conſuetudine deciſum eſt, nec ab ea eſt recedendum, cenſetúrque à lege diffinita. Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæſt. 14. num. 5. & ſequentibus.* Proinde, quæ de iure non exprimuntur, de ſtylo curiæ, vel conſuetudine ſunt narranda. Ita Lapus *alleg. 89.* alioqui legitimatio, ſeu diſpenſatio corruunt. Decius *in cap. ſuper literis, num. 9. de reſcriptis*, Sanch. *de matrim. lib. 8. diſp. 21.* per plura, *num. 16.* vbi *num. 17.* addit, quando neque ex ſtylo curiæ, neque ex iure qualitates tacitæ ſunt exprimendæ, non ſuſtineri reſcripta ex taciturni-
62. tate alicuius qualitatis, ſi princeps comperta veritate illa negaret omnino, vel non abſolutè, ſed cum grano ſalis concederet. Secus quando tandem concederet, licet multo difficiliùs. Sed in hac reſolutione non video, vbi tutò pes defigatur, incertus quò fata ferant. Proinde quando qualitas non eſt expreſſa, neque ex conſuetudine, neque ex ſtylo narrari ſolet, arbitror reſcripta non vitiari ex taciturnitate illius. Pro quo faciunt *clement. 1. in verbo, alteri, de præbend.* & omnes ſuprà citati, qui illam ſecuti ſunt. Nec placet Menoch. *d. caſu 201. num. 29.* vbi ait conſiderata perſona concedentis poſſe reſcriptum reddi nullum, ſi tempore, quo princeps conceſſit, cognouiſſet omnia illa, quæ poſtea cognouit; ſatis eſt enim, vt reſcriptum ſuſtineatur, quod nihil tacitum ſit, quod de iure, vel de ſtylo, ſeu conſuetudine, foret exprimendum; ad quæ duo capita reducenda ſunt, quæ diximus *ſuprà, numero 59.* neceſſariò eſſe exprimenda in precibus, quæ ſi expreſſa fuiſſent, vel non conceſſiſſet, vel ſaltem difficiliùs conceſſiſſet.

Ex dictis ſequitur deciſio illius quæſtionis, an vitietur diſpenſatio, in qua tacita fuit copula, quæ 63.
ſi expreſſa fuiſſet, vel Summus Pontifex non conceſſiſſet, vel ſaltem difficiliùs? Affirmat Sanchez *lib. 3. de conſenſu clandeſtino, diſp. 14. num. 3.* Gutier. *lib. 1. canon. quæſt. cap. 15. num. 23.* Emanuel Rodrig. *de ordine iudiciario, cap. 10. concl. 4. num. 4. ad finem.* Ex eo fundamento, quòd inceſtus cum propria conſanguinea eſt impedimentum; ergo eſt exprimendum. Quam opinionem tenet gloſſ. *in cap. de inceſtu, 35. quæſt. 3.* gloſſ. fin. *in cap. ſi quis viduam, 32. quæſt. 7.* Hoſtienſ. & Abbas *in cap. 1. de eo, qui cognouit conſanguineam vxoris.* Angel. *in ſumma, verbo, inceſtus, §. vltim.* Anton. Cuchus *lib. 5. maior. inſtit. tit. 12. num. 27. & 28.* text. *in cap. quia circa, de conſanguinitate, & affinitate*, vbi decernitur faciendam eſſe mentionem Summo Pontifici de omni eo, quod illum reddat difficiliorem ad diſpenſandum, ſequitur Iaſon *in l. 1. num. 2. C. ſi contra ius, vel vtil. public.* ex traditis *in cap. dudum, de elect. & cap. ſuper literis, & cap. poſtulaſti, de reſcriptis.* Curt. iun. *conſ. 27. in fine, conſil. 32. in fine, conſ. 83. præſupponitur in facto, num. 9.* Crauet. *conſ. 296. col. 4. & reſponſ. pro republica.* Sauth. *num. 124.* Decius *conſ. 541. num. 20.* Gozadin. *conſ. 6. num. 6.* vbi dicitur, quòd ſurreptio inducitur, quando, vel ratione iuris tertij, vel ob ius commune, non fit mentio alicuius, quod poteſt inducere principem ad non concedendum.

Accedit contrahentes teneri explicare occultum impedimentum quamuis ſit infamatorium, vel recedere à matrimonio contrahendo. Abbas *in cap. continebatur, de deſponſat. impuber. num. 8.* & Præpoſ. *ibi, num. 6.* dicentes occurrente periculo animæ, & conſcientiæ diſcrimine, poſſe iudicem exigere à reo iuramentum, actore nihil probante; ergo tenentur contrahentes exprimere copulam. Alioquin negabis poſſe officialem Epiſcopi interrogare contrahentes præuio iuramento, an præceſſerit copula, quod eſt falſum; vt probatur ex Panorm. *in cap. 1. de poſtulat. prælator. num. 34.* vbi ait poſſe fieri inquiſitionem contra promotum abſque infamia, ne indignus promoueatur, ad quod non eſt opus, quòd præcedat infamia, ſed quando fit inquiſitio, vt puniatur. Cùm igitur Iudex interroget de copula, non vt puniat, ſed ne celebretur matrimonium nulliter, quamuis copula ſit occulta, & nulla præcedat infamia, tenentur contrahentes fateri verum, vel deſiſtere à contrahendo matrimonio, cùm diſpenſatio ſit nulla ex taciturnitate veritatis, quæ neceſſariò erat exprimenda in precibus. Ita Sanch. vbi putat hanc partem eſſe veriorem *d. n. 3. ad fin. & lib. 8. de matrim. diſp. 25. num. 8.*

Suffragantur reſponſa à ſacra Congregatione, quorum meminit Gutier. *lib. 1. canon. cap. 15. n. 24.* & Frater Petr. de Ledeſm. *de matr. in addit. ad 3. p. q. 56. art. 4. mihi fol. 558. vol. 2. concl. 4.* ibi, *Congregatio Concilij cenſuit diſpenſationes factas, non expreſſa copula habita inter cognatos, vel affines etiam poſt commiſſionem Romani Pontificis factam Ordinario de diſpenſando, antequam ab ipſo diſpenſetur, ſurrepititias eſſe & nullas.* Similiter reſolutionem refert Garcia *de benef. p. 8. cap. 5. n. 66. & 70.* vbi ſic ait. *Congregatio Cardinalium Concilij cenſuit, diſpenſationem ſurrepititiam, ſi inter conſanguineos, vel affines, vel ſpirituali cognatione coniunctos carnalis copula praeceſſiſſet, cuius mentionem in ſupplicatione non feciſſet, propterea, quod tales conſanguinei, affines, & agnati ſpirituales per hanc carnalem copulam redditi ſunt inhabiles ad contrahendum matrimonium, ex eo, quod dicuntur commiſiſſe inceſtum, qui impedit inceſtuoſos contrahere matrimonium, ideo pro validitate diſpenſationis ſuper gradu prohibito neceſſariam eſſe ait de iure expreſſionem copulæ carnalis, prout ſtylus curiæ obſeruat.* Idem Garcia ſuper hoc alteram reſponſionem ſacræ Congregationis in eodem loco adducit, quæ ſic ait. *Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini cenſuit, diſpenſationem reddi nullam ex copula praecedente diſpenſationem, ſi de ea non fuerit facta mentio in ſupplicatione; copulam vero ſuperuenientem, poſt diſpenſationẽ ab Ordinario factam non impedire matrimonij validitatem.*

Ex quibus, & aliis veram eſſe ſententiam, quæ vul. vitiari diſpenſationem tacita copula, docent vltra citatos Reginald. *in praxi fori pœnitentia, lib. 31. n. 200. verſ. Simulque,* Comitol. *reſponſ. moral. lib. 1. q. 104.* Pater Rebell. *de obligat. iuſt. lib. 3. quæſt. 5. n. 24.* Ludou. Lopez *in inſtructor. conſcientiæ, tom. 1. cap. 296.* Nicol. Garcia *d. p. 8. cap. 5. n. 58. cum ſequent.* Quibus accedit Emanuel Roder. ſibi contrarius, *de ordine iudiciario, cap. 10. num. 4. ad finem,* dicens rem eſſe ſine dubio ob Cardinalium declarationem, & propter ſtylum curiæ, qui obtinuit, vt inceſtus declaretur. Ideo, quæ ſtylus, & conſuetudo ſeruant, ſunt neceſſariò explicanda in diſpenſatione, vt multis citatis probat Maſcard. *de probation. concluſ. 1517. num. 51.* & Sanch. *d. num. 8. & priùs, diſp. 21. lib. 8. num. 16. verſ. Secunda concluſio.*

Hi[s] tamen non obſtantibus dicendum eſt non eſſe [ſ]urreptitiam ex taciturnitate copulæ diſpenſationem. Ratio, quia inceſtus non eſt impedimentum habitus cum conſanguinea, ſecundum ve[rio]rem opinionem, teſte Sanch. *de matrimon. [lib.] 7. diſp. 15. num. 16. & lib. 8. diſp. 25. num. 8.* Ergo ſi non eſt impedimentum, non eſt declarandum. [illegible] autem cum affinibus licet præſtet impedi[me]ntum, eſt tamen abrogatum, ob contrariam [illegible]nem, neque vlla eget diſpenſatione, vt p[illegible] Sanch. *d. lib. 7. diſp. 17.* vbi *num. 9. & praece[de]ntem de hoc latè.* Quod verò inceſtus cum prop[ria c]onſanguinea nullum ſit impedimentum, [illegible]ur, quia non eſt impedimentum proueni[ens ex] iure naturæ, neque ex iure diuino poſitiuo, nec denique ex iure humano inductum. Igitur nec i[m]pedit, nec dirimit, nec eſt exprimendum in precibus, cùm nullo modo ſit impedi[me]ntum inceſtus cum propria conſanguinea, vt do[c]et Couar. *in epitome, 2. part. cap. 6. numero 4. ver. Quæ in re,* Veracruz *in ſpeculo, 1. part. art. 15.* Hoſtienſ. *in 3. part. tit. 1. cap. 16. §. 4.* Caſtro *lib. 1. de poteſtate leg. pœnal. cap. 7.* vbi dicunt hanc eſſe Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.

communem, ſequitur Cordub. *in quæſtion. lib. 1. quæſt. 12.* Ledeſma *de matrim. in 7. quarti, quæſt. 60. art. 4.* Matienz. *in rubric. tit. 1. lib. 5. nouæ collect. gloſſ. 1. num. 138.* Ergo non eſt facienda mentio copulæ cum propria conſanguinea, & ſine expreſſione illius valet diſpenſatio, vt tradit Nauar. *in ſumma, cap. 22. num. 65.* docens ſe nunquam vidiſſe inceſtuoſos petere diſpenſationem, ad contrahendas nuptias.

Valet ergo diſpenſatio ſuppreſſa copula in precibus oblatis vel ſupplicatione, vt etiam affirmat idem Nauar. *conſ. 8. & duobus ſequentibus, in 2. edit. tit. de conſanguinit. & de affinit.* cùm non ſint narranda, niſi quæ iura præcipiunt, quamuis illius conditionis ſint, vt illis expreſſis difficiliùs Papa diſpenſaret. At nullo iure cauetur quod exprimatur copula inceſtuoſa, quod etiam tradit Felin. *in cap. poſtulaſti de reſcript.* Deciſio Rotæ 52. *in nouis, eodem tit.* Item Iquez *lib. 1. de matrim. cap. 2. §. 5. & 6. & cap. 4.* Emanuel Roder. *in ſumma, verbo matrimonium, cap. 219.* Manuel de Sà *verb. diſpenſatio, n. 10. & verbo, impedimenta matrimonij dirimentia, n. 19.* Ceuall. *commun. contra commun. quæſt. 757.* Lel. Zecchius *de republica Eccleſiaſtica, cap. 28. de parocho, pag. 367.* Petr. de Ledeſm. *de matrim. quæſt. 56. art. 5. & in ſumma de matr. cap. 7. difficult. 5. concl. 1.* Salaced. *in addit. cap. 126. §. Vnde meritò exterminanda.* Doctiſſimus Franciſcus Pereira præceptor meus *in primatis ſcholis,* quorum ſententia placet, & in praxi eſt admittenda, cùm nullo iure caueatur, vt in petitione talis copula exprimatur.

Confirmatur, quia non debet fieri mentio in ſupplicatione oblata principi de criminibus. Ita Felin. *in d. cap. poſtulaſti, de reſcript. n. 2.* Sarmient. plures allegans *lib. 1. ſelectar. cap. 9. n. 2. & 3.* & Ceuall. ſuprà ſcriptus *a n. 9.* eſſe autem inceſtum graue crimen nemo dubitat; ergo ſupprimi poteſt maximè quando ex illius manifeſtatione, ſi copula eſt occulta, ſequitur ſcandalum, & infamia, nemóque tenetur ſe prodere de iure. Item quia ſi quis teneretur exprimere copulam cum conſanguinea, teneretur etiam exprimere adulteriũ admiſſum cum eadem, quando erat coniugata, quia duplex crimen, inceſtus nempe, & adulterij, redderent principem difficiliorem ad diſpenſandum: quod negat Sarmient. *d. cap. 9. n. 1.* ex ea ratione, quòd adulterium non eſt impedimentum, niſi præcedente machinatione mortis coniugis, vel fide data de contrahendo matrimonium cum illa marito adhuc viuente, vnde non eſt facienda mentio in precibus copulæ, dum petitur facultas ad contrahendum, niſi copula habita ſit ſpe faciliùs conſequendi diſpenſationem. Ita Gutier. *lib. 1. canon. cap. 15. num. 10.* Sa *in ſumma, verbo, diſpenſatio, num. 10.* vbi docet ex taciturnitate fraudis factæ vitiari diſpenſationem, quando fraus fit ad eam faciliùs impetrandam, & colligitur ex Nauar. *in ſumma Hiſpana, cap. 22. num. 72. & Latina, cap. 22. num. 18.* Ratio, quia ſtylus curiæ habet, vt in diſpenſatione explicata copula adiiciatur clauſula conditionalis hæc: *dummodo copula non procedat* animo conſequendi faciliùs diſpenſationem, quaſi non ſit mens Pontificis diſpenſare, niſi id exprimatur: Debet tamen ſpes conſequendi eſſe concepta ex parte vtriuſque, quod ſi ex parte vnius ſit dumtaxat ſpes, non credit Sanch. *d. diſp. 25. num. 31.* neceſſe eſſe fieri illius ſpei mentionem in precibus, quia cùm ſit pœna, requirit vtriuſque culpam, ne puniatur innocens propter

delictum alterius. Henriquez tamen *vbi ſuprà, cap.3.num.8.* & Nauar. *conſ.5.num.5.de conſanguinit. in 1. edit.* & Petr. de Ledeſm. *de matrim. q.56. art. vltim. dub.2. difficult.3. poſt 3. concluſ. corol.2.* opinantur non eſſe exprimendam hanc ſpem, ſeu intentionem faciliùs conſequendi diſpenſationem, quando copula inceſtuoſa habita fuit, cùm non reperiatur hoc in iure cautum, nec Concilium Trident. *ſeſſ.24. de matrim. cap.5.* loquitur in hoc caſu, quorum ſententia poteſt admitti, tanquam probabilis, ſaltem in foro conſcientiæ, dum Summus Pontifex ſuam intentionem expreſsè non declarat eſſe non diſpenſandi in hoc caſu.

Ambigi poteſt, an noſtra reſolutio procedat, quando inceſtus tacitus eſt publicus. Nauar. *loco citato*, Ouandus *in 4.d.41. diſp. vnica*, immediatè antè duodecimam propoſitionem. Zauall. *d. quæſtion.737. à num.7.* Manuel *tom.1. ſum. in 2. edition. cap.238. num.5.* & Veiga *2. tom. cap.34. caſu 97. verſ. Nota porque viene*, Sa *verbo, diſpenſatio, n.10.* indiſtinctè loquentes de inceſtu cum conſanguineis, ſeu affinibus, ſiue is accidat ante, vel poſt diſpenſationem à Summo Pontifice conceſſam, ſine limitatione ſentiunt de inceſtu, ſiue publico, ſiue occulto. Cæterum Salzed. *in additionib. ad Bern. cap.156. col.17. in noua edit. verſ. Vnde meritò.* Sà *in ſumma, verbo, matrimonium*, vbi de impedimentis dirimentibus *n.4. ad fin.* & Henriquez *lib.12. de matrim. cap.2. n.4.5. & 6.* loquuntur, quando inceſtus eſt occultus. Prior tamen pars in foro externo eſt probabilis, & in praxi tuta, cum pro ſe tot, ac tam graues habeat auctores. Poſterior, quando caſus eſt occultus in vtroque foro, eſt probabiliſſima, vt conſtat ex rationibus ſuprà ſcriptis, & neutram negat omnino Sanch. *lib.8. de matrim. diſp.25. num.6. in fine.*

Ad argumenta contrariæ opinionis dicendum eſt primò, inceſtum cum conſanguinea ſecundùm veriorem, non eſſe impedimentum; cum affine, licet fuerit impedimentum olim, hodie per non vſum eſſe omnino ſublatum. Ad reſolutiones ſacræ Congregationis reſpondent Henriq. & Sa, ac Lel. Zequius, & alij *vbi ſupra*, procedere quando inceſtus fuit publicus; ſecus quando eſt occultus, tunc enim non eſt ſurreptitia diſpenſatio etiamſi dolosè occultetur inceſtus. Henriq. *d. cap.2. n.2. litera E, & n.6. §. cæterum.*

Quin etiam addit Sà, *verb. diſpenſatio, num.10.* quamuis dicatur ordinario in diſpenſatione, vt diſpenſet, niſi copula præceſſerit, velle Summum Pontificem, vt non diſpenſetur, ſi conſtet legitimè copulam non eſſe occultam in foro exteriori, vbi reus non tenetur dicere verum, niſi iuridicè interrogetur poſt ſufficientia indicia. Vnde non habent reſponſiones ſacræ congregationis locum in foro conſcientiæ, quando copula inceſtuoſa eſt occulta, ſed in foro exteriori, quando occulta non eſt.

Neque vrget argumentum de ſtylo curiæ, quod magni pendit Menoch. *conſ.316. num.12.* dicens tunc vitiari gratiam, quando ſupprimuntur, vel falsò narrantur qualitates, quæ ſecundùm claram iuris diſpoſitionem, vel ſecundùm ſtylum curiæ narrandæ ſunt. Ad quod reſpondet Zauall. *q.737. n.19.* Nauarrum, qui diu Romæ fuit, ibique ætatis ſuæ centeſimum impleuit annum, de tali curiæ ſtylo, an fortè eſſet, non depoſuiſſe, neque illius Henriquez, & Sà, qui Romæ ſcripſerunt, mentionem faciunt, & pro noſtra pugnant opinione. Maximè, quia, auctore Ferreto *con.48. n.19.* & Azeued. *in l.2. tit.10. n.11. lib.4. recopil.* Iudex in partibus non debet iudicare iuxta ſtylum curiæ, quando non eſt ſcriptus in corpore iuris, & mutari ſolet ad mutationem Summorum Pontificum, & auditorum. Mandoſ. *in regul. cancellar. 33. q.8. n.5.* Folin. *in cap. Rodulphus, n.12. de reſcript.* Lapus *allegat.51.* & Rebuff. *in tract. de conſuet. art.2. gloſſ.3. n.54.* vbi ait ſtylum curiæ, vt ſeruari poſſit, debere eſſe ſcriptum, & in publico prolatum, & à Summo Pontifice approbatum, aliàs ordinarij, quibus committitur poteſtas diſpenſandi, non tenentur ſe accommodare ſtylo, quem neſciunt, Zauall *vbi ſupra*, poſt Lapum *alleg. n.52. col.1.* & Caſſiodorum *deciſ.13. verſus finem, in tit. de præbend.* quia cùm ſtylus ſit quid facti, non præſumitur, niſi probetur, vt ait Gigas *conſ.38. n.70.* & Caſſiodor. *tit. de reſtit. ſpoliat. deciſ.9. n.17.* atque ita potius in iudicando iuri ſcripto, quàm ſtylo curiæ adhærendum eſt, prout Gig. & Caſſiodor. nuper citati docent. Quibus accedit Zauall. *n.26.* vbi refert non ſemel pro hac parte fuiſſe iudicatum.

Huic difficultati affinis adnecti poteſt quæſtiuncula, quæ petit, an diſpenſatio obtenta ſuper impedimento publicæ honeſtatis, ſeu cognationis ſpiritualis ſuſtineatur tacita copula habita inter impetrantes: Negant Gallego *de cognatione ſpirituali, cap.24. n.3.* Gutier. *d. lib.1. cap.23. n.15.* Matienz. *in rub. tit.1. gloſſ.1. n.197. lib.5. nouæ recopil.* Menoch. *de arbitr. centuria 6. caſu 502. d. n.1. & ſeq. ad 30.* quos referens ſequitur Garcia *de benef. p.8. c.3. n.64.* dicentes, eſſe nullam, ſi taceatur inceſtus commiſſus, non ſolùm cum conſanguineis, & affinibus, ſed etiam cum cognatis cognatione ſpirituali, & publica honeſtate.

Sed meliùs affirmant alij, quia non oritur impedimentum ex copula cum cognata legali, vel ſpirituali, cùm non ſit propriè inceſtus, nec ſit textus impedimentum inducens, niſi quando eſt copula cum conſanguineis, ſeu affinibus, *32. q.7. cap.1.* Conſtat autem cognatos ſpiritualiter tantùm, non eſſe nec conſanguineos, neque affines, vt habetur expreſsè *in cap.1. 30. quæſt.3.* Ideo non quæcumque veri taciturnitas vitiat diſpenſationem, ſed illa, quam iura præcipiunt exprimi. Cùm ergò copula inter cognatos ſpirituales non ſit verus inceſtus, non eſt cur eius taciturnitas reddat gratiam ſurreptitiam. Ita Nauar. *lib.4. conſ. in 2. edit. conſ.8. n.8. & 9.* Palac. *in 4. d.34. diſp.2. col.11. verſ. Cæterum fortè.* Caiet. *2.2. q.154. art.9. col.2.* Sanch. *lib.7. diſp.15. n.8.* adeo, quòd etiam quando inceſtus cum conſanguinea eſt impedimentum, oportet, quòd copula ſit perfecta effuſo ſeminis intra vas.

Vnde ſi vas penetratur abſque ſeminis effuſione, non ſit inceſtus verus, ſed inſtar cuiuſdam tactus impudici, quia cùm hæc ſint pœnalia, ſtrictè ſunt accipienda: quare in ea opinione, quæ tenet reddi gratiam ſurreptitiam tacita copula habita ab impetrantibus, non habet locum, quando inceſtus non fuit verè conſummatus cum aliis circumſtantiis requiſitis in affinitate; vt etiam vult Viuald. *de matrim. n.69.* & Sanch. *lib.7. de matrim. diſp.15. n.11. & lib.8. diſp.25. n.10.* vbi addit non eſſe copulam narrandam, quando fuit inceſtuoſa ex parte alterius tantùm, nempe quando alter ignorabat conſanguinitatis, ſeu affinitatis nexum, quia requiritur, quòd ſit ex vtraque parte coitus inceſtuoſus, vt incurratur pœna. Quod minus benè negat Garcia vbi ſuprà ſcriptus *numero 98.* dicens ad contrahen-

dum

dum impedimentum inceſtus cum conſanguinea ſufficere penetrare vas, abſque ſeminatione, quia talis verè eſt copula inceſtuoſa: ſed fallitur, quia requiritur ſeminatio ex parte viri. Quin addit Sanch. *lib. 2. de matr. diſp. 21. n. 6.* non conſummari matrimonium fœmina ſeminante, ſi vir vas penetret abſque ſeminatione, quod etiam vult Syluest. *matrimonium*, 8. *q. 15. d. 2.* & Sotus *in 4. d. 27. q. 1. art. 4. verſ. Cauſa dirimendi*, & *verſ. Hoc autem perplexum*, ergo non datur inceſtus, niſi vir ſeminet, & conſequenter non debet narrari in precibus. Nec proinde erit ſurreptitia diſpenſatio, ex taciturnitate illius.

64. Nec hinc longè abeſt, an ſit exprimenda in ſpecie, ſeu in indiuiduo qualitas legitimandi, ſeu diſpenſandi? Affirmat Anton. *in d. c. per venerabilem, col. 15. verſ. Nunc venio ad ſecundum*, non vitiari legitimationem, quamuis impetrans non expreſſerit qualitatem legitimati in ſpecie, ſeu in indiuiduo; ſed ſatis eſſe, quòd exprimat in genere eſſe illegitimum, quamuis non dicat eſſe inceſtuoſum, vel adulterinum. Bald. *in l. ſi qua illuſtris, C. ad Orfic.* & *in c. naturalee, ſi de feud. defunct. fuer. contro. inter dom. & agn.* Io. And. *in addit. ad Specul. in tit. qui filij ſint legitimi, verſ. Quæro ſi natus ex vxorato.* Felin. *cap. poſtulaſti, col. 4. in princ. de reſcript.* Alex. *conſ. 129. lib. 6. in princ.* vbi ait non oportere deſcendere ad ſpeciem ſpeciei, quando clauſula non obſtante inſeritur, de qua *in Auth. quib. mod. natur. efficiant. ſui, §. vlt.* cum gloſſ. quia hæc ſupplet omnia. Item, quia genus includit omnem ſuã ſpeciem, maximè in fauorabilibus, *l. ſi duo, ff. de admit. in l. omnes, C. de præſcr. triginta annor.* Idẽ Alex. *conſ. 95. lib. 2. etiam in princ.* pro qua facit Hoſtiẽſ. & idem Io. And. *in c. vlt. de filiis presbyter.* vbi volunt in diſpenſatione facta cum illegitimè natis, non opus eſſe exprimere circumſtantias parentum, quos ſequitur Cabed. *2. p. deciſ. 69. num. 17.*

65. His tamen prætermiſſis verius eſt legitimationem eſſe ſurreptitiam, quando non exprimitur qualitas legitimati in ſpecie, ſiue in indiuiduo, vt princeps aſſequatur omnia, quæ poſſunt ipſum inducere ad concedendum, vel retrahere à conceſſione: quare exprimi debet qualitas, an ſit naturalis, qui petit legitimari, vel ſpurius, vel inceſtus, vel adulterinus; quia difficiliùs diſpenſatur cum ſpurio, vel inceſtuoſo, quàm cum naturali. Ita Oldrad. *conſ. 147. factum tale eſt.* Roman. *conſ. 326. in præſenti conſultatione, in verſ. Quartò probatur.* Decius *conſ. 579. n. 4.* Alexand. *d. conſ. 195.* Aſſiuuo *in conſultatione, n. 5. verſ. Sed his non obſtantibus, lib. 2.* & *conſ. 119. lib. 6. num. 3.* vbi ait hanc partem eſſe veriorem. Sequitur Couar. *in epitome, 2. p. c. 8. §. 9.* multis ibi citatis *n. 1. & 2.* Molin. *de iuſt. diſp. 173. pag. 985. col. 1.* & Valaſc. *conſult. 80. n. 1. verſ. Sed* [illegible] *cceptius videtur*; vbi ait primam opinionem ſu[illegible]eri poſſe, quando legitimandus eſt naturalis dumtaxat, quia tunc non oportet exprimere ſpeciem [illegible]egitimitatis, putà, ex ſerua, vel concubina. Longe aliter in legitimatione ſpurij neceſſe eſt exprimere qualitatem ſpurietatis, aliàs corruet legitimatio. Bald. *in l. præſcriptione, C. ſi contra ius, vel vtil. publ.* vbi dixit, *ſi quis impetranit legitimari à principe, narrauitque ſe natum ex adulterio non ſuſtineri legitimationem, ſi procreatus fuit ex alio congreſſu*, allegatque *l. 1. ff. de natal. reſtit.* quibus adhærent Buet. *in d. cap. per venerabilem, col. 45. verſ. Nunc deſcendi, qui filij ſint legitimi*, & Ludouic. de Sardis *in tract. legitimation. fol. 23. col. 4.* & eſt opinio communis, à qua non eſt recedendum. Neque defectus legitimationis, quando qualitas in ſingulari tacetur, ſuppletur per clauſulas, ſeu clauſulam, de plenitudine poteſtatis, vel ex certa ſcientia, vel non obſtante, vt dicemus infrà *num. 72. & ſequent.*

Quæri poteſt, an quando petitur legitimatio pro filio naturali debeat exprimi, poſſe parentes inter ſe contrahere validè matrimonium. Reſpondemus affirmatiuè: tunc ſi princeps legitimet, hoc non obſtante, valet legitimatio. Ita text. *in Auth. quib. mod. natur. efficiant. legitimi.* Iaſon *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, num. 107. ff. de liber. & poſthum.* Cæpol. *caut. 221.* & deducitur ex *§. ſi igitur licentia*, vbi gloſſ. cuius meminit Bald. *in cap. per tuas. de maiorit. & obedient.* & quam magni facit Hippol. *ſingul. 150.* quibus adhæret Couar. *d. §. 9. num. 5.* quamuis contradicat Ludou. de Sardis *in tract. legitimation. tit. de legitimis per reſcriptum, q. 6.* & clariùs *in tit. requiſita in legitimatione impetranda, verſ. Quartò quæritur, n. 3. & ſequenti*, vbi docet Ludouic. non poſſe legitimari filium, quando per matrimonium ſubſequens poteſt legitimari, quod probat ex *§. liceat, & § illud tamen, in Auth. quib. mod. natur. efficiant. legitim.* & *quib. mod. natur. efficiant. ſui*, vbi exprimuntur caſus, in quibus poteſt fieri legitimatio per reſcriptum principis, non obſtante, quòd naturalis poſſit legitimari per ſubſequens matrimonium, nimirum quando mater eſt mortua, vel quia effecta fuit monacha, vel quando eſt omnino occulta, vel ex aliquo caſu humano eſt impedita, ne poſſit eſſe vxor; extra quos caſus docet Ludouic. vitiari legitimationem, niſi ſpecialiter inſeratur precibus, & dictis, *§. liceat*, & *§. illud tamen derogetur*, addens non poſſe fieri legitimationem per reſcriptum, quando pater eſt nobilis, & mater fortè eſt famula ipſius patris, inter quos celebrari poteſt matrimonium. 66.

Sed contrarium eſt multo verius, quia non dicitur poſſe fieri, quod non poteſt fieri honeſtè, *l. ſi ita legatum, ff. de condit. & demonſtr.* Gloſſ. *in d. verſ. Si igitur licentia, in verſ. Non permittimus*, & probatur *in Auth. quib. mod. natur. efficiant. ſui, §. illud tamen*, ex quo habes paria eſſe, duci non poſſe in vxorem, atque eſſe indignam matrimonio. Neque obſtat, quòd non poſſit duci honeſtè, quia licitè poteſt duci, atque vt legitimetur per reſcriptum ſatis eſt, quòd dedecori ſit viro vxorẽ tam imparem ducere, vt notat gloſſ. *in l. ſi rogatum, §. matrimonij, ff. de matr.* vt placet Bartolo in quodam conſil. teſte eodem Ludouic. de Sardis, *vbi proximè, num. 4. & 5. verſ. Quintò quæritur.*

Sed hic quæri poteſt, an quando legitimatio fit ab inferiori ex commiſſione principis, vt valeat, exiſtentibus filiis legitimis, & naturalibus neceſſe ſit, quòd hoc ſit expreſſum in priuilegio inferioris? Placet affirmare. Ita Bald. *in l. cum filium, ff. de teſtam. milit.* & notat Paul. de Caſtro *in conſ. 223. ſuper eo & in conſ. 227. quia tali caſu*, quos refert, ac ſequitur Decius *conſ. 592. quæritur an filia legitima, num. 4. & conſ. ſequenti, conſului ſuperioribus diebus, num. 8.* Ratio, quia portiones legitimorum filiorum minuuntur, & legitima tolli non poteſt: ergo vt tollatur, & minuatur filiis legitimis exiſtentibus, neceſſe eſt, vt inferior habeat ad id expreſſim facultatem. Hinc fit, vt in legitimatione filij ſpurij debeat fieri mentio de filiis legitimis, eo quòd per legitimationem detrahitur eis debita legitima. Bald. *in l. nam ita Diuus, ff. de adoptionib.* quia habent filij adhuc patre ſuperſtite ſpem pro- 67.

babilem in eius bonis, *l. in ſuis ff. de liber. & poſth.* alioqui legitimatio omnino corruet. Ita Couar. *vbi ſupra, num. 7. verſ. Ex quo infertur.* Barboſ. *in l. poſt dotem, num. 8. verſ. Sed quoad effectum, ff. ſoluto matrimonio.*

68. Vnde ſequitur legitimationem factam de conſenſu patris filios legitimos non habentis ſubſiſtere in præiudicium agnatorum abſque eorum citatione, quia pater poteſt diſponere de bonis ſuis prout ſibi viſum fuerit. Bartol. communiter receptus *in l. Gallus, §. & quid ſi tantùm, ff. de liber. & poſthum. col. vltim.* Tiraq. *in l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. verbo, ſuſceperit filios, num. 53.* Decius *conſ. 367. viſo punctlo ad me tranſmiſſo, num. 7.* quia non agitur de præiudicio, niſi ipſius patris. Cùm ergo legitimatio ad inſtantiam patris fiat, aliorum citatio non requiritur. Ita Bald. *in l. fin. C. qui res iud. non no. & in conſ. 133. Titulus principis, lib. 3.* quos ſequitur Couar. *d. num. 7.*

Secus ſi pater habeat filios legitimos, & velit legitimare illegitimum, quia tunc requiritur citatio aliorum filiorum. Bald. *in Authen. præterea, C. de natural. liber. & in l. nam ita Diuus, ff. de adoptionib. in princip.* Anchar. *conſ. 242. ex tenore priuilegij, in verſ. Secundo pro hoc facit.* Bartol. *in leg. ex facto ff. de vulgar & pupillar.* Quare legitimatio illegitimi non nocet filiis legitimis, qui citati non ſunt. Ita Decius poſt alios *dict. conſ. 393. num. 7.* quin imò, erit ſurreptitia ex taciturnitate filiorum legitimorum, & naturalium. Tiraquell. *vbi ſuprà, verbo, libertis, num. 310.* poſt Ripam, ibi, *quæſt. 23.* & Roland. a Valle *conſ. 89. num. 33. vol. 1.* Couar. *d. §. 9. num. 7. verſ. Hæc tamen*

69. *concluſio.* Mortuo tamen patre non poſſunt filij legitimari à principe, non vocatis ſucceſſoribus ipſius patris, ſi ipſe ab inteſtato mortuus fuit, eo quia iam delatum ſit ius ſuccedendi agnatis parentis, Bartol. *in d. §. & quid ſi tantùm, ad fin.* & Abbas *in d. cap. per venerabilem, num. 29. qui filij ſint legitimi,* & Couar. *d. §. 9. num 9.*

70. Huc pertinet illa dubitatio, an ſit in precibus explicanda qualitas geminata ſpurij, nempe ſi ſuſceptus ſit ex coniugato, & coniugata, ſeu ex ſacerdote, & moniali? Concluſio eſt affirmatiua, cum duplex vinculum difficiliùs rumpatur, quam ſimplex, *l. penult. C. de adoption.* Oldrad. *conſ. 247. verſ. Ad ſecundum,* quem ſequitur Romanus *conſil. 326. verſ. Quartò probatur.* Roland. *conſ. 89. num. 42.* quia ſi mentio fiat de duplicato impedimento, non tam facilè princeps legitimationem conceſſiſſet, ſicut non concederet, ſi ſuſceptus eſſet ex monacha, & ex presbytero, prout vult Decius *conſ. 579. num. 4.* ideo ſi aliqua qualitas omittatur, legitimatio redditur nulla, cum ſit valdè odioſa ex traditis à gloſſ. *in cap. virginibus, 27. quæſt. 2.* dicente commiſiſſe habentem rem cum moniali, inceſtum, adulterium, & ſacrilegium. Quod etiam notat Abbas *in cap. monaſteria. de vit. & honeſt. clericor.* faciunt tradita à Sanch. *lib 8. de matrim. diſp. 24. num 3. 4. & 5.* vbi reſoluit neceſſariam eſſe expreſſam mentionem duplicati adulterij, alioqnin legitimatio erit irrita, niſi vtriuſque parentis adulterium in ſupplicatione exprimatur. Molin. *tom. 1. de iuſtit. diſp. 173. col. 8. verſ. Hinc colligitur.* Couar. *vbi ſuprà, §. 9. num. 3.* multis ibi citatis. Quidquid neget Angel. vtrumque eſſe neceſſariò explicandum ab impetrante, ſed ſufficere exprimere eſſe adulterinum, quamuis ſit ex coniugato, & ex coniugata natus. Lege Angel. *conſ. 204.* cuius ſententia reiicitur.

Sed quid ſi natus ſit ex coniugato, & ex vidua ſecundum publicam æſtimationem, ac famam? Valaſc. *d. conſult. 8. n. 10.* ait non eſſe ſurreptitiam diſpenſationem, in qua quis dixit ſe eſſe natum ex coniugato, & ex vidua cum eſſet coniugata, ſed ſecundùm communem errorem, & famam reputabitur vidua. Conſentit Molin. *tom. 1. de iuſt. tract. 2. diſp. 173. col. 9. verſ. Quando qualitas.* Ratio eorum eſt, quòd ad valorem actus, opinio quandoque præfertur veritati, *§. ſed cum aliquis inſtit. de teſt. ord. l. Barbarius,* & *ibi* Iaſon ex *num. 22. ff. de offic. prætor.*

Nihilominus oppoſitum eſt dicendum, nempe eſſe ſurreptitiam, quia error communis excuſat à peccato, non tamen reddit actum validum, nec facit, vt diſpenſatio trahatur ad caſum in quo diſpenſatum non eſt, nec confert *l. Barbarius,* quæ ſupplet defectum in iudice compertum, quando defectus iuriſdictionis eſt occultus. Non tamen poteſt extendi caſus legis ad alium caſum diuerſum, quocirca non poteſt diſponere, vt conceſſum in vno caſu, propter communem ignorantiam, ad alium diuerſum protrahatur. Sanch. *de matrim. lib. 8. diſp. 24. num. 20.* Valeret tamen diſpenſatio, ſi impetrans dixiſſet, ſe eſſe ſpurium, nempe genitum ex coniugato, & ſoluta, cum vterque parens eſſet ſolutus, eo quia, quamuis diſpenſatio non fuiſſet conceſſa pro filio naturali in indiuiduo: attamen fuit conceſſa ſimpliciter pro illegitimitate, multo maiore, & multo faciliùs concederetur, ſi exprimeretur, ſe eſſe naturalem, & conſtat *l. falſa, ff. de condit. & demonſtr. & ex cap. tua, de ſponſal.* ex quibus patet falſam demonſtrationem non nocere, ſicut non vitiatur diſpenſatio, quando quis impetrat beneficium narrando eſſe curatum, cùm ſit ſimplex.

Accedit, quia qualitas adiecta gratiâ demonſtrationis, non coarctat gratiam, ſecus quando adiicitur cauſa taxationis, tunc non poteſt gratia conceſſa pro beneficio maiori extendi ad beneficium minoris valoris, per text. *in cap. cui de non ſacerdot. de præbend. in 6.* & *in cap. ſuſceptum, de reſcriptis, eod. lib.* eo quòd qualitas fuit adiuncta non cauſa demonſtrationis, ſed taxationis, tunc non trahitur gratia ad beneficium ea qualitate orbatum, quamuis princeps ea qualitate expreſſa faciliùs concederet. Ita Abbas *in cap. ſuper literis, n. 3.* & *ibi* Felin. *n. 3. limit. 4. de reſcript.* Gutier. *q. canon. lib. 2. c. 15. n. 83. & 84.* Sanch. *lib. 8. diſp. 21. n. 35.* vbi *n. 36.* addit modum cognoſcendi, quando adiicitur qualitas, cauſa demonſtrationis, & quando cauſa taxationis. Ergo.

Non eſt flocci facienda dubitatio, an ſit diſpenſatio ſurreptitia in qua princeps dixit, *legitimo te qualitercumque, & ex quocumque coitu natus ſis,* ſi 71.
fortè impetrans natus ſit ex ſorore, vel ex filia, vel ex matre. Couar. arbitratur neceſſariò eſſe exprimendas has qualitates in precibus, cùm ex iis moueri poſſit princeps, ad negandū has legitimationes, & pro ſe citat Nicol. de Vbald. *in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. fol. 17. d. §. 9. n. 4. per tot.* addens hanc ſententiam non eſſe tutam nec ſequendam, quando vitium fuit atrox, nempe cum matre, filia, ſorore, ſeu cum moniali; proinde conſulit omnia eſſe declaranda principi in ſingulari. Valaſc. *vbi ſupra, concluſ. 4.* affirmat per talem cauſam exprimi omnes defectus natiuitatis, & illegitimitatis etiamſi princeps eos ignoret, quia ſatis eſt velle principem legitimare non obſtante quocumque defectu; noſter verò Molin. in

hanc partem inclinat. ſimpliciter, niſi qualitas ſit tam atrox, de q[illegible] præſumi poteſt, quòd princeps nu[illegible]modo le[illegible]marer ſi exprimeretur.

Eg[illegible] amen puto ſurrepritiam legitimationem, non obſtante prædicta clauſula, quando impetrans e[illegible] [illegible]ceptus ex parentibus conſanguineis, in primo gradu, tam conſanguinitatis, quam affinitatis ex regula illa, quia *in conceſſione generali, non [illegible]niunt ea, de quibus ſi concedens in ſingulari interr[illegible]garetur, nequaquam id concederet*. Atqui in noſtro caſu qualitas illegitimitatis procedens ex inceſtu cum conſanguinea in primo gradu affinita[illegible], vel conſanguinitatis, eſt valde atrox; ergo debet exprimi, vt diſpenſatio, ſeu legitimatio valeat, alioqui non erit tutus impetrans, vt bene notat Couar. *vbi ſupra, num. 4. ad fin.* nec diſcordat Molin. *d. diſp. 175. §. hinc colligitur, fol. 985.* Addens, niſi qualitas ſit talis, de qua præſumi poteſt, quod ſi in ſingulari exprimatur, omnino legitimatio, aut diſpenſatio negaretur; in dubio autem, an gratiam conceſſiſſet, iudicandam eſſe ſurrepritiam; ergo a fortiori, ſi ex coniecturis ſufficientibus appareret, principem negaturum.

72. Controuerti etiam poteſt, an vitietur legitimatio in qua tacetur qualitas, ſed in conceſſione ait princeps ſe conceſſiſſe de plenitudine poteſtatis, aut ex certa ſcientia, aut ſupplendo omnem defectum. Molin. *diſp. 175. vbi ſupra, § hinc c[illegible]pr*, Valaſc. *d. conſult. 8. num.* [illegible] cenſent has clau[illegible]as de plenitudine poteſtatis, vt ſupplentes omnem defectum non efficere legitimationem [illegible]dam quando tacetur qualitas neceſſario exp[illegible] in pr[illegible]cib[illegible]. Idem ex antiquis aiunt Old[illegible]. [illegible] 241. *incipit, factum tale eſt*, Alexand. *c[illegible]. 195. [illegible] num. 1[illegible]. & ſequentibus.* Ioan. And. *per text. in clement. paſtoralis, in princip. vbi ſupra*, & [illegible] apud Decium, *conſ. 341.* dicentes huiuſmodi [illegible] ſolùm auferre defectum ſolemnium iuri[illegible], vero defectum natalium, nempe auferre neceſſit[illegible]em citationis, quæ requirit interdum i[illegible]imando. Ita Innoc. *in cap. niſi cum pridem, num. [illegible] de renunciatione.* Abbas *in cap. cum olim, [illegible] de re iudic.* Gama *deciſ. 278. num. 1. &* a aliis [illegible] 2.

Idem eſto iudicium de clauſula, *ſupplentes omn[illegible]*. Pariſ. *conſ. 1[illegible]. num. 4. lib. 4.* quem ſeq[illegible] Valaſc. *concluſ. 5. & concluſ. 8.* poſt Ale[illegible] & alios, quos ibi ſequitur, ſicut etiam non [illegible] defectus natiuitatis per clauſulam, non obſt[illegible] conditionibus, & ordinationibus, & [illegible]ntraris, quando defectus ſunt multo odi[illegible] quare non valet legitimatio tacita qualitate [illegible] ſit natus ex religioſo, vel moniali, vel ex [illegible] nec ſimiles cauſæ ſuprà dictæ poſſunt [illegible]re, tam odioſos defectus; proinde requi[illegible]cialis mentio ſimilium qualitatum, Bald. [illegible] *quam, C. de fideicommiſſis, à num. 36.* [illegible] *d. conſ. 195. num. 7.*

[illegible]ula verò, *ex certa ſcientia*, ait Valaſc. *vbi [illegible] num. [illegible]. verſ. Sexta concluſio*, eam tollere [illegible] legitimationis. Idem tradit Nicol. de Vba[illegible] *de ſucceſſ. ab inteſt.* quem habes *in 5. vol. oceani iuris ex antiquis fol. 25. num. 11. [illegible] quid autem de habentibus, num. 1[illegible]. verſ. Et idem videtur mihi ſi gratia eſſet conceſſa ex certa ſcientia*, per notata *in cap. porrecta, de confirmatione vtil. vel inut.* Probabilius tamen mihi eſt dictam clauſulam, *ex certa ſcientia*, in legitimatione poſitam, non ſupplere defectus naturales, neque ſubſtantiales. It[illegible] Ruin. *conſ. 175. vol. 1.* Rota *in nouis deciſ. 250.* Felin. *in cap. ex parte el 1. de reſcriptis.* Ruin. *conſ. 109. vol. 4. num. 15.* vbi tenent per iſtam clauſulam non tolli defectus ſubſtantiales, neque defectus naturales. Ita Alexand. *conſ. 111. num. 6. vol. 4.* & Felin. *in cap. cum inter. de except.* Quod confirmatur ex eo maximè fundamento, quòd ſi cum clauſula *ex certa ſcientia*, coniungatur clauſula, *ſupplentes omnes, & ſingulos defectus*, non tamen tollerentur defectus naturales, quales ſunt defectus ex natiuitate procedentes. Ita Bald. & Alexand. *in l. ſi filius a patre, §. fin. ff. de liber. & poſthum.* Rebuff. *in praxi in tit. de diſpenſat. n. 13.* quia hæc non extenditur ad defectum iuris diuini, vel naturalis, *clem. paſtoralis, de re iudic.* Speculat. *in tit. de legib. §. nunc oſtendendum. verſ. 18.* Idem Rebuff. *in praxi, tit. de reſcripto, etiam, & perinde valere, fol. 109. num 56.* quia hæ clauſulæ ſimul poſitæ, teſte Innoc. *in cap. ſi ſ[illegible] de reſcriptis*, non ſe extendunt ad defectus naturales, quod etiam docet Bald. *in l. Barbarius, col. 12. ff. de offic. prætor.* Iaſon *in l. reſcripta in prin. C. de precib. Imper. offer.* & probatur, quia bene poſſunt hæ clauſulæ apponi à Papa factum ignorante, ideóque non videtur diſpenſatum ſuper illo facto ignorato. Allegatur cap. *ex reſcripto de iureiurando.* Ita Rebuff. *vbi ſupra, fol. 259. d. num. 12.* Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 20.* poſt Bald. *in l. imperialia, col. 3. C. ſent. reſcind. non poſſe.* Lege illum *à num. 4. vſque ad 6. num. 37. & 38.* Idem Menoch. *tom. 4. conſilior. 378. num. 26.* quibus in locis oſtendit clauſulam, *ex certa ſcientia*, ſolùm operari circa ſubſtantiam gratiæ, ſuppoſita perſonæ habilitate, & circa verè ignorata clauſulam *ex certa ſcientia*, nihil operari. Felin. *in cap. cum inter, num. 5. verſ. Intellige, de except.* Quibus adhæret Sanch. *de matrim. lib. 8. diſp. 4. num. 6. verſ. Imò nec ſufficit.*

Ex quibus inferes per iſtas clauſulas, non tolli defectum perſonæ, vt ait Ruin. *d. conſ. 175.* & alij 73.
vbi proximè, niſi expreſsè conſtet principem habuiſſe ſcientiam, ſiue notitiam de eo defectu ſubſtantiali, ſiue naturali, vt ait Rebuff. *d. n. 13.* Felin. *in cap. ex parte, el 1. verſ. Iſtis adde, de reſcriptis.* Brun. *in c. 87. verſ. Tertiò non poteſt.* Ruin. *conſ. 60. n. 5. vol. 1.* Quod ex eo probatur, quod clauſula *ex certa ſcientia*, nihil operatur in ignoratis, vt ſentit Paul. de Caſtr. *conſ. 84. vol. 2. & conſ. 125. eod. vol.* Sicut etiam non habet locum in iis de quibus præſumitur non habuiſſe principem ſcientiam, ſed ignorantiam. Ita Decius *conſ. 198.* Socin. *conſ. 164. verſ. 2. reſpondeo*, Gozad. *conſ. 5. n. 15.* & Felin. *in c. cum inter. de except.* quæ omnia tradit Ant. Gabr. Roman. *lib. 6. tit. de clauſulis, concl. 1. à n. 40. vſque ad 45.* quod eſt in vol. 3. commu. opin. *fol. 395. pag. 1.*

Sed quid dicendum, quando princeps ait, ſe legitimare, ſeu diſpenſare motu proprio, an valeat legitimatio conceſſa ex narratione cauſæ falſæ? Negandum eſt, quia præſumitur noluiſſe principem gratiam concedere, nec ſurreptio tollitur per clauſulam, *Motu proprio*. Ita Abbas *in c. quia circa n. 7. de conſang.* Selua *de benef. 3. p. q. 12. n. 25.* Rebuff. *in concord. tit. de forma mandati Apoſtolici, in clauſula*, Motu proprio, *n. 25c. in 2. effectu, quem non operatur ea clauſula.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. caſu 201. num. 83.* vbi ait non tolli per hanc clauſulam vitium falſæ narrationis, dicens principem faciliùs adduci poſſe ad concedendum, quando verum ſubiicitur, quàm quando falſum narratur, quod intellige, quando falſitas expreſſa eſt cauſa finalis, ſecus ſi non ſit.

Tunc non eſt gratia ſubreptitia, licet princeps ea expreſſa difficiliùs annuiſſet. Nam falſitas, quæ contingit in cauſa finali, vitiat reſcriptum. Nauar. *cap. 17. in ſumma, num. 107.* Medin. *C. de reſtitut. quæſt. 24. in ſolutione ad 4. & 5.* Adriao. *in 4. quæſt. quæ incipit, conſequenter quæro vtrum indiſtinctè.* Sanch. *d. lib. 8. quæſt. 21. num. 11.* per plura ibi, & *num. 32.*

Quando verò tacetur veritas, ſeu negatur principi in precibus, princeps verò concedit gratiam addita clauſula, *Motu proprio*, ſuppletur vitiū per illam ſurreptionis ex taciturnitate veri, quod erat explicandum. Probatur ex gloſſ. *cap. motu proprio. de præbend. in 6.* & ex *clem. ſi Romanus, eod. tit. in verbo, validam*, vbi dicitur reſcriptum eſſe validum, non obſtaoie vitio ſurreptionis. Quod eſt verum, tam ex *d. cap.* quàm ex *d. clem.* niſi taceatur vitium, propter quod eſt inhabilis ipſe diſpenſandus; verbi gratia, ſi vltra ſpurietatem eſt demens, ſeu furioſus, & incapax ad ſuccedendum in feudo, vel maioria. Item ſi eſt irregularis, & vult diſpenſare ad ordines, ſeu beneficium, tunc clauſula, *Motu proprio*, non ſupplet hos defectus. Ita Pariſ. *conſ. 1. num. 78. lib. 1. & conſ. 74. num. 37. lib. 4.* Decius *conſ. 407. num. 21.* quos referens ſequitur Menoch. *d. caſu 201. à num. 80.* Hinc Rota *in antiquis, deciſ. 71. de reſcriptis*, decidit Motum proprium non abolere maculam illegitimitatis, neque inhabilitatem perſonæ. Sequitur Corraſius *tract. de ſacerdotiis, part. 4. cap. 5. num. 30.* Motus autem proprius tunc dicitur, quando princeps ſua ſponte mouetur ad aliquid concedendum. Ita Bald. *in cap. niſi ſpecialis, num. 4. de officio legati*, Quod ſi concedatur ad inſtantiam impetrantis, & apponatur clauſula, *Motu proprio*, negat Socin. iun. *conſ. 77. num. 98. lib. 1.* gratiam eſſe conceſſam, motu proprio, ſed meliùs multo affirmat Decius *in l. 3. in princ. num. 3. ff. quod quiſque iuris*, Gomez *in regul. cancellariæ de annali poſſeſſore, quæſt. 10.* eſſe gratiam motu proprio conceſſam, quia quamuis ita fuerit petitum, hoc non obſtante dicitur motu proprio, quia ita venit in mentem principi, vt concederet, ſicut petitum fuit, vt declarat Cagnol. *in l. qui cum alio, in fine, de regul. iuris*, & Curt. ſen. *conſ. 66.* incipit, *ſuper præmiſſa, verſ. Confirmatur, col. 6.*

74. Non infertur tamen ex dictis eſſe neceſſarium explicare in legitimatione, quòd ſit natus ex ſacerdote, & ex matre, cui ſacerdos ſacramenta miniſtrauit: quia hæc qualitas, quamuis ſit aggrauans, non tamen mutat naturam illegitimitatis, ſicut non mutat, quando quis ſuſcipitur ex ſacerdote, & ex filia ſpirituali ipſius à confeſſione. Eo quod hæc commixtio licet ſit grauior, non mutat tamen naturam delicti reſpectu legitimationis. Quare ſi taceantur huiuſmodi qualitates, legitimatio non vitiatur. Ita Felin. *in cap. poſtulaſti, verſ. Tertia declaratio. de reſcriptis*, vbi addit idem intelligendum eſſe ſi ſit genitus ex ſacerdote, & ex fœmina commatre ipſius ſacerdotis. Ex Rota, quam doctrinam tradit Sarmient. *lib. 1. ſelectar. cap. 9. num. 4.* & patet ex eadem Rota *in antiquis 845.* incipit, *Papa mandauit, ſub rub. de filiis presbyteror.* Sunt enim qualitates extrinſecæ, quæ licet crimen grauius reddant, & in confeſſione ſacramentali ſint neceſſariò explicandæ, per text. *in cap. omnes, 30. quæſt. 1.* ibi, *omnes, qui in pœnitentia accepimus, ita filij noſtri ſunt, vt in baptiſmate ſuſcepti.* Ex quibus verbis colliges peccatum cum filia confeſſionis habere ſacrilegij malitiam neceſſariò intendam, vt per plura probat Sanch. *lib. 7. de matrim. diſp. 55. à num. 3.* Nihilominus non mutant ſubſtantiam ſpurietatis, neque ex tali crimine contrahitur cognatio ſpiritualis, ideo non ſunt explicandæ in ſupplicatione. Exprimendum tamen eſt in precibus, quando legitimandus fuit natus ex ſacerdote, & ex fœmina, quam eleuauit de ſacro fonte, vel quam baptizauit. Quia contraxit cum illa nouam affinitatem. Ita Hoſtienſ. *in ſumma de cognatione ſpirituali, §. & an aliquis in fine.* Faciunt tradita à Sanch. *de matrim. lib. 8. diſp. 19. num. 7. & diſp. 24. num. 15. verſ. Quinta concluſio*, vbi ait eſſe indecentiſſimum inter patres, ac filios ſpirituales hoc crimen reperiri, & multo indecentius cum filio, aut filia ſpirituali contrahere, quàm cum compatre, vel cum commatre.

Sed quid ſi legitimandus ſit natus ex Epiſcopo, 75
& ex fœmina ſoluta, vel coniugata, an neceſſario ſit exprimenda qualitas Epiſcopi, an ſatis ſit dicere ſe natum ex ſacerdote? Molin. *vbi ſupra, diſput. 173. verſ. Qualitates*, opinatur debere exprimi eſſe natum ex Epiſcopo, quoniam ſtatus Epiſcopi eſt perfectior ſtatu religioſo; atqui ſuſceptus ex religioſo, ſeu moniali debet id explicare principi in precibus; ergo genitus ex Epiſcopo etiam debet exprimi. Probatur, quia Epiſcopus præpoſitus eſt populo, vt virtutum exemplar, atque ita Matth. 5. appellatur, *Sal terræ, & lux mundi*, & eius ſtatus eſt perfectior religioſo ſecundùm Doctores 22. *quæſt. 184. art. 7.* cui videtur iure diuino, & eſſentialiter caſtitas eſſe annexa, quæ omnia ſimul ſumpta, videntur mutare naturam concubitus. Valaſc. *tamen d. conſult. 8. num. 4. verſ. Tertia concluſio*, abſolutè tenet oppoſitum, dicens qualitatem aggrauantem vitia parentum, non verò mutantem naturam coitus, eſto omittatur in ſupplicatione, non reddere ſurreptitiam gratiam. Cùm ergo in Epiſcopo crimen hoc non mutet naturam abſolutè, non tenetur impetrans exprimere ſe genitum eſſe ex Epiſcopo.

Hæc autem opinio verior videtur, quia Epiſcopus non tenetur in confeſſione fateri circumſtantiam Epiſcopatus, & ſatis eſt dicere ſe eſſe ſacerdotem. Ita Henriquez *de pœnitentia, lib. 5. c. 5. num. 6. commento, litera G, in fine.* Sanch. *lib. 7. diſput. 25. num. 33.* vbi addit Epiſcopo conſecrato ſatis eſſe fateri contra votum caſtitatis ſe peccaſſe: ergo non debet exprimi qualitas Epiſcopi. Accedit, quia genitus ex prælato alicuius religionis non tenetur id exprimere, & ſatisfacit dicens ſe ſuſceptum ex religioſo. Ergo quamuis videatur circumſtantia notabiliter aggrauans, non tamen eſt talis, vt ſit neceſſariò exprimenda, neque in confeſſione, neque in legitimatione.

Ad id verò in contrarium adductum dicendum eſt ſolo iure Eccleſiaſtico caſtitatem eſſe annexam Epiſcopo, ratione ordinis ſacri, non verò ratione Epiſcopatus, ſecundùm illud Pauli 1. Timoth. 3. & ad Titum 1. *oportet Epiſcopum eſſe vxoris vnius virum*, conſtátque Dionyſium Areopagitam in Epiſcopum fuiſſe electum, fuiſſéque coniugatum. Patet ex *cap. 17. Actuum Apoſtolorum*, & Turonica Synodus 2. *canon. 13. & 14.* vocat vxorem Epiſcopi Epiſcopam.

Similiter non eſt explicandum in precibus quòd ſit genitus ex patre Comite, vel Duce, vel in dignitate conſtituto, prout habet ſtylus curiæ & probant Hoſtienſ. & Ioan. And. *in cap. fin. de filiis presbyter.* Sed ſufficit generalis mentio. Notant

tamen

tamen exprimendam eſſe qualitatem matris, quando eſt nobilis, quia ex *l. ſi qua illuſtris, C. ad Orfit.* 76. ſpurius non ſuccedit matri illuſtri exiſtente prole legitima. Felin. *in d. c. poſtulaſti de reſcript.* Valaſc. *d. conſult 8. concluſ. 1. num. 2.* Molin. *d. diſp. 173. verſ. qualitates.* Quod ſi quis ſit genitus ex religioſo, & ſoluta, debet exprimere qualitatem patris, ſicut quando mater eſt monialis, & pater eſt ſolutus, narrandum eſt principi vitium matris. Couar. *d. cap. 8. §. 9. num. 4.* Roland. *conſ. 89. num. 45. vol. 1.* dum aiunt vitiari gratiam, ſi non fiat mentio, quod ſit genitus ex moniali. Molin. idem tradit vbi proximè §. *hinc colligitur*, dicens eſſe explicandum quando impetrans eſt filius religioſi.

Ego tamen opinor ſaltem probabiliter non eſſe ſurrepticiam gratiam, in qua impetrans dixit ſe eſſe genitum ex viro in ſacris conſtituto, ſeu ex ſacerdote, cum eſſet ex religioſo, quia ſpurietas hæc non differt ſpecie, nec mutat naturam concubitus, cum procedat ex viro caſtitatis voto obſtricto, & ſicut tam ſacerdos, quàm religioſus ſatisfaciunt confeſſioni dicentes ſe deliquiſſe contra votum caſtitatis ſolemne, confeſſioque eſt valida: ita etiam ſuſtinebitur legitimatio, in qua dicitur impetrans eſſe genitus ex ſoluta, & ex viro in ſacris conſtituto, tacita circumſtantia, quòd ſit genitus ex religioſo, ſeu monacho profeſſo.

77. Sed quid, quando diſpenſatur cum aliquo quoad vnum defectum, an cenſeatur diſpenſatus quoad alium diuerſum? Certum eſt non eſſe, vt notat Bartol. *in l. cum propter, ff. de legat. præſtand.* Anchar. *in cap. quia diligentia, in 3. notab. de electio.* Quando verò ſunt plures defectus in eodem ſubiecto, de omnibus, ac ſingulis facienda eſt mentio, nec ſufficit vti clauſula generali, teſte Baldo *in l. 1. in verſ. vnum etiam ſcias, C. de ſer.* vbi notat ſic diſpenſatum non poſſe dici legitimatum, neque habilem ad omnia ad quæ de iure canonico, vel ciuili, erat inhabilis, ſed ad aliqua duntaxat, quamuis princeps dicat, *legitimo te ad hunc, vel ad illum effectum*, quia non poteſt eſſe quis legitimus in parte, & illegitimus in alia parte. Quare vocabitur diſpenſatio & non legitimatio, & conſequenter odioſa, cùm legitimatio ſit fauorabilis, Decius *conſ. 610.* Molin. *diſp. 173. fol. 979. verſ. hoc autem diſcrimen.*

78. Sed & huc reſpicit controuerſia, an legitimatio etiam ampla & ſine limitatione facta à ſupremo principe, ſit dicenda legitimatio, an diſpenſatio? E[illegible] diſpenſationem traduxit Paul. de Caſtr. *conſ. 21[illegible] ſuper puncto iſto, verſ. item certum eſt*, vbi refert collegium ita conſuluiſſe Franc. de Curt. *con[illegible]3 ſuper memorata in 7. charta, in verſ. ve[illegible]us ad ſecundam dubitationem*, quod affirmant de quacunque legitimatione facta filio, cuius pare[illegible]es non poterant copulari matrimonio, ad[illegible]que eſſe odioſam, & ſtrictè interpretandam. [illegible] Anchar. *conſ. 242. ex tenore priuilegij in princip[illegible] conſ. 328. circa primum quæſitum, in princip[illegible] conſ. 337. num. 3. & 4. & conſ. 393. n. 10. & [illegible]ſ. 579. num. 1.* in qua legitimatione, quæ ita [illegible] dicitur diſpenſatio, requiritur cauſa, ſine qua [diſ]penſatio fieri non debet, vt notatur *in 7. quæſt. 1. in §. niſi rigor & in cap. de multa de præbend.* Idem Paul. de Caſtr. *conſ. 155. primò notandum eſt, quod adulterium, in verſ. præterea diſpenſatio.* Quæ [t]amen habent locum in legitimatione ex facultate principis ſupremi, is enim non poteſt legitimare ſine cauſa, vt docet cum communi Anton. de Roſell. *de legitimatione, in cap. de cauſa materiali, verſ. ſed hic dubitatur*, concludens ſupremos principes poſſe ſine cauſa legitimare, propter ſupremam poteſtatem, quia voluntas habetur pro cauſa, *cap. cum noſtris, §. nos verò, de conceſſ. præbend.* Inferiores verò principe nullo modo poſſe legitimare niſi ex cauſa, quæ appareat; quod etiam voluit Bald. *in l. reſcripta, in 3. quæſt. C. de precib. Imper. offer.* Anton. de Butr. *in cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi*, & Alexand. *conſ. 94. conſideratis his, lib. 1. num. 8.* quæ cauſa requiritur in inferiore, quòd ſit probabilis, vt notat idem Bald. *in d. l. reſcripta, in verſ. tertiò quærunt doctores.* Pro qua reſolutione faciunt tradita à Molin. *de primog. lib. 3. cap. 3. n. 36. verſ. ex qua concluſione.*

Mihi tamen magis placet ſententia Couar. *in epitom. part. 2. cap. 8. num. 4. §. 8. in poſtrema editione*, aſſerentis hanc legitimationem conceſſam ſpurio ſine reſtrictione eſſe veram legitimationem quoad ea, quæ princeps, tam ſæcularis, quàm Eccleſiaſticus poſſunt concedere. Sequitur Molin. *d. diſp. 173. in princip. verſ. quamplurimi*, vbi fatetur eſſe legitimationem ſimpliciter, non tamen parem legitimationi filiorum naturalium, quæ fit per ſequens matrimonium. Conducit alter Molin. *citat. num. 38. verſ. ſed quamuis*, vbi ait eſſe veram legitimationem, quæ integrè conceditur, reſpectu perſonæ, quamuis aliqua ex parte reſtringatur. Alioqui legitimatus ad ſpiritualia à Summo Pontifice non diceretur verè legitimatus, cùm non legitimetur ad temporalia, & ſæcularia, quamuis vitium originis ab eodem principe tolli non poſſit. Vide Couar. *vbi proximè.* Sequitur Azor. *tom. 2. lib. 2. cap. 14. quæſt. 4.*

Dubitatur, an quando quis petit ſecundam diſpenſationem neceſſe ſit exprimere ſe iam obtinuiſſe alteram diſpenſationem ſuper eodem caſu? Decius *conſ. 542. num. 7.* tenet quando in eadem perſona concurrunt plures diſpenſationes, poſteriorem in qua non fit mentio de priori, eſſe nullam, probatque id ex *cap. 2. de filijs presbyter. in 6. cap. 2. §. 1. de decimis in 6.* reſcriptaque, ſeu priuilegia non valere, quando continent plura ſpecialia, vt notat Bald. *in l. 1. per text. ibi, C. de dotis promiſſione*, Cabed. tamen *2. part. deciſ. 69. num. 18.* ait non eſſe neceſſe obtenta iam priori legitimatione fieri de illa mentionem, quia quamuis non faciat, ſuſtinetur legitimatio, & poteſt quis ſe tueri duabus legitimationibus, ſeu diſpenſationibus, neque altera per alteram poteſt impediri. Secus verò ſi primo loco poſtularet diſpenſationem, & ſecundo legitimationem, tunc ait opus eſſe exprimi diſpenſationem in legitimatione; pro qua parte refert Bald. *conſ. 131. lib. 3.* Felin. *in cap. veniens, column. 2. de præſcription.* & alios. 79.

Nihilominus prior ſententia eſt vera, quam communiter doctores docent ex *cap. 2. de filijs presbyter. in 6.* vbi dicitur eſſe gratiam ſubreptitiam, ſi diſpenſatus illegitimus ad vnum beneficium obtinuit diſpenſationem alteram ad plura beneficia nulla facta mentione de priore diſpenſatione. Fundamentum eſt, quia ſi pontifex aſſequeretur illegitimum iam fuiſſe diſpenſatum ad vnum beneficium, nullo modo poſtea diſpenſaret cum eodem. Probatur ex *l. 3. C. de Epiſcopali audient. ibi*, remiſſionem veniæ crimina niſi ſemel commiſſa non habeant. Præſumitur doloſè feciſſe, ac malo animo, ſi iteratò delinquant. Ex quo loco elicuit Bald. & Paul. de Caſtr. *ibidem*,

ſi quis à principe veniam obtinuit de vno homicidio, poſteáque alterum commiſit, eſſe ſubrepititiam gratiam ſi primi non fiat mentio. Sequitur Roman. *in l. de pupillo, §. ſi in pluribus*, vbi hoc reputat notabile, & ibi Iaſon *col. penult. ad fin. ff. de oper. non. nunciat.* Ergo ſimiliter erit gratia ſuper eodem caſu obtenta ſubreptitia, niſi de priori mentio fiat. Barbat. *in cap. ſuper literis de reſcriptis.* Rebuff. *in praxi benefic. tit. de diſpenſationibus, num. 24. & 25* vbi addit non ſufficere, ſi dicatur, non obſtante priori diſpenſatione, vel priori gratia, niſi illius mentio habeatur, vt deducitur, ex *clem. 1. §. 1. de elect.* Sequitur Menoch. *de arbitrar. lib. 2. cent. 5. caſu* 201. *num.* 39. vbi ait impetrantem narrare debere alias diſpenſationes, ſi aliquoties fuit diſpenſatus cauſa aliquorum defectuum, *& caſu* 203. *num.* 33. idem repetit, confirmatque auctoritate Decij *in conſ.* 695. *num.* 34. & Ruin. *conſ.* 37. *lib.* 1. *num.* 4. & Innoc. *in cap. veniens*, & ibi Felin. *num.* 2. *de praeſcription.* vbi dicunt impetrato priuilegio cum reſtrictione non valere impetrationem ſecundi priuilegij non expreſſo priuilegio priori. Concordant Couar. *lib.* 1. *variar. cap.* 20. *num.* 8. Gutier. *in canon. quaeſt. lib.* 2. *cap.* 13. *num* 91. vbi pro hac parte referens, ſequitur Ioan. Andr. & Dominic. *in d. cap.* 2. *de filijs presbyter.* Henriq. tamen *de indulg. lib.* 7. *cap.* 17. *num.* 5. eandem firmat concluſionem pro foro externo, quaſi pro foro conſcientiae id non eſſe neceſſarium ſentiat.

Fallit haec doctrina, quando diſpenſationes ſunt ſuper rebus diuerſis, ac ſeparatis. Tunc ſuſtinetur poſterior, tacita mentione de priori, cum ad diuerſum finem tendunt. Probatur exemplo ſubdiaconi, cum quo diſpenſatum fuit ad ducendum vxorem, poſtea verò obtinuit diſpenſationem ad contrahendum cum conſanguinea, quae ſecunda eſt valida abſque mentione primae, vt volunt Nauar. *conſ.* 8. *num.* 7. *in edition.* 2. *de conſanguinit. & affinit. & lib.* 1. *tit. de reſcriptis, conſ.* 6. *num.* 2. Petr. de Ledeſm. *in ſum. ſacram. vbi de matrim. cap.* 27. *poſt* 7. *concluſ. dub.* 3. & Vega *tom.* 1. *ſumm. cap.* 88. *caſu* 3. ex eo quòd hae diſpenſationes ſunt res ſeparatae, nec vna auget alteram, neque iure aliquo conſtringimur vnius in altera meminiſſe, ſicut homicida diſpenſatus, vel alter inhabilis, vt poſſit aſſequi beneficium, ſi poſtea illud impetret, non facta prioris diſpenſationis mentione, non proinde vitiatur gratia poſterior, vt bene notat Ioan. Andr. Peruſ. & alij, *in d. cap.* 2. *de filijs presbyter, in* 6. quia poſterior eſt veluti executio prioris diſpenſationis, Rebuff. ſuprà ſcriptus *num.* 26. Idem cenſet Sanchez *de diſpenſatione irrita*, non eſſe neceſſariam mentionem illius in poſteriori ſuper eodem crimine, ac impedimento. Secus ſi ex diſtincto crimine impedimentum conſurgat. At verò quando vtraque diſpenſatio eſt ſuper eodem caſu, & cum eadem moderatione, valet ſecunda abſque mentione prioris, praeſertim quando eſt irrita prior. Lege illum *lib.* 8. *diſp.* 22. *à num.* 11. *& ſequent.*

Fallit ſecundò, quando ſecunda diſpenſatio petitur ex noua cauſa ſuperuenienti, talique vt meritiſſimo praeſumi poſſit principem conceſſurum ſecundam gratiam abſolutè, & abſque vlla reſtrictione, eſto memor ſit primae diſpenſationis cum limitatione conceſſae, tunc ſecunda valet, etiamſi in ea non fiat mentio de priori Sic Molin. *de primog. cap.* 3. *num.* 41. *lib.* 4. Secus quando ſecunda fuit conceſſa ex eadem cauſa, ex qua prima conceſſa erat, tunc neceſſe eſt, vt princeps de prima certioretur, alias nulla erit diſpenſatio poſterior. Sequitur Gutier. *d. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 93. Ac Molin. Theolog. *tom* 3. *diſput.* 650. *num* 4. ex eo quòd diſpenſatio ſtricti iuris ſit. At verò quando eſt in noua cauſa, valet ſecunda, etiam quando tacetur prima principi, iuxta hos Doctores.

Vnde qui petiuit diſpenſationem ad contrahendum cum conſanguinea, eaque mortua, iterum aliam obtinuit ad contrahendum cum altera, valet ſecunda, priori tacita, cùm hae diſpenſationes ſint circa diuerſa matrimonia, & non habeant inter ſe connexionem, nec prior augeſcit per poſteriorem, vt in ſimili notat Nauarrus *lib.* 4. *conſ. in* 1. *editione, conſ.* 5. *tit. de conſang. in in fin. num.* 2. *& conſ.* 8. *ad finem.* Quod porro verum, non ſolùm quando durat defectus dotis, qui fuit cauſa prioris coniugij & in poſteriore adhuc cenſetur cauſa de nouo ad diſpenſandum, ſed etiam quando petitur diſpenſatio, & nulla offertur cauſa, ſed confertur maior compoſitio pecuniaria ad vſus publicos, & opera pia; quamuis Sanch. *lib.* 4. *Decalog. cap.* 45. *num.* 17. non putet eſſe iuſtam cauſam diſpenſandi in votis congerere magnam pecuniae ſummam ad pia opera. Attamen *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 19. *num.* 35. credit exiſtente impedimento conſanguinitatis in gradu aliquantulum remoto copioſiorem pecuniariam compoſitionem ſufficere pro cauſa ad ſumptus publicos, nulla alia allegata; ſicut Indulgentiae; vt concedantur, exigunt iuſtam cauſam, qualis cenſetur eleemoſyna contributa ab accipientibus diplomata, quae conceditur in ſubſidium fidelium contra infideles bellum gerentium.

Illud tamen notandum eſt, quando poſterior diſpenſatio eſt ſubreptitia, eo quod non facta fuerit mentio prioris cum moderamine conceſſae, hanc priorem non vitiari, ſed ſubſiſtere, ſi poſterior fuit petita ad corroborandam priorem, quam ex ſcrupulis impetrans mutari credebat, ac de eius valore dubitabat. Porrò quando poſterior fuit obtenta ad ampliandam, vel augendam priorem cum reſtrictione indultam, & non fit mentio de priori, arbitror ſolùm poſteriorem vitiari, priorémque valere adhuc, quia mens impetrantis non fuit renunciare priori, niſi poſterior firma eſſet, per text. expreſſum *in l. ſi iure, ff. de legat.* 3. cuius ſunt haec quae ſequuntur verba ibi: *Sed vix id obtinere poteſt; fortaſſis ideo quod eo demum à priori teſtamento recedere velit, ſi poſterius validum ſit.* Sic textus, & probat Bald. *in cap. penult. de praeſcription. num.* 12. Cum ergo poſterior non ſuſtineatur, noluit impetrans dimittere priorem, ſed eam retinuit.

Probatur à ſimili exemplo petentis commutationem voti in rem aequalem, ſeu meliorem, qui ſecundùm probabiliorem ſententiam, etiam poſt acceptatam commutationem, poteſt licitè redire ad priorem materiam promiſſam, vt bene putat Sanch. *lib.* 4. *in Decalog. cap.* 55. *num.* 26. quia commutatio facta fuit in fauorem ipſius vouentis; igitur cum prior diſpenſatio etiam facta ſit in fauorem impetrantis, ſemper habebit locum, quando poſterior non ſortita eſt effectum, ſed corruit ex taciturnitate prioris; cùm eſſet vtraque circa eandem rem, & inter vtranque eſſet diſſonantia, & partialis quaedam diuerſitas priore petita, & obtenta cum quadam limitatione; poſteriore verò abſolutè, & ſine reſtrictione nulla indulta, quae cùm ſit ſubreptitia, non habet vim derogandi priori.

priori, cùm mentio illius fuerit omiſſa; neque princeps intendit tollere ius quæſitum per primam diſpenſationem, prout cenſent Bald. *in d. cap. penult. de præſcriptio. num.* 13. & Hoſtienſ. *num.* 12. *in princip.* & Bellamer. *num.* 6. poſt Innoc. *num.* 5. & Ioan. Andr. *num.* 16. *in eod. cap.*

Siue ergo poſterior ſit obtenta ad corroborandam priorem, ſiue ad illam amplificandam, & augendam, prior ſemper ſubſiſtet in ſuo genere, poſteriorque corruet, nedum quoad augmentum, & ampliationem, ſed etiam in totum ex traditis à Mandoſio *reg.* 33. *cancell. quæſt.* 9. *num.* 10. Gutier. *in quæſt. canon. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 29. Sanch. *lib.* 4. *Decalog. cap.* 47. *num.* 12. & 13. vbi volunt corruere gratiam, tacita veritate, qua cognita, princeps non conceſſiſſet; quod intelligo quando id, quod arcet principem à concedendo eſt conſorme iuri, proceditque ex cauſa iuſta, non verò ex affectu, aut ex alia ratione ad diſpenſandum minime conuenienti. Quæ qualitates arbitrio prudentis menſurari debent, quando non deducuntur ex iure, aut ex conſuetudine, neque ex ſtylo curiæ. Ita Couar. 1. *variar. cap. vlt. num.* 5. *verſ. falſitas.* Menoch. *lib.* 2. *de arbitrar. centur.* 3. *caſu* 201. *num.* 29. & in ſpecie ita videtur ſentire Rota *deciſ.* 21. incipit, *ſuppoſito facto*, *num.* 5. *de præben. in nouis*, & Nauar. *in cap. ſi quando exceptio* 3. *num.* 3. *de reſcript.* proinde quando reſcriptum contra aliquem fuit conceſſum, poterit obiicere eſſe ſubreptitium, ac nullius vigoris, cùm non fuerit in eo expreſſa qualitas, quæ de iure, vel de ſtylo curiæ, aut de conſuetudine narranda erat. Quin etiam obiicere poterit defuiſſe qualitatem, quæ expreſſa veroſimiliter remoueret principem à conceſſione. Menoch. *d. caſu* 201. *citat. num.* 32. vbi longam ſeriem qualitatum facit, quibus expreſſis, gratiæ, ac diſpenſationes vitiari ſolent. Sanch. *vbi ſuprà, num.* 18. & *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 21. *num.* 19. multos referens, vbi ait, id arbitrio prudentis relinquendum, quod idem tradit Suar. *de religione tom* 2. *tract. de voto, lib.* 6. *cap. vlt. num.* 15.

Ex hac ſententia ſequitur, cùm diſpenſatio ſit odioſa, & reſtringenda per *cap.* 1. & 2. *de filijs presbyteror. in* 6. & per regul. *quæ à iure lib. etiam* 6.
80. monachum diſpenſatum ad ſæculare beneficium curatum non poſſe conſequi ſimplex. Sic Ioannes Andr. *in mercurial.* Nauar. *lib.* 3. *conſilior. de celebratio. Miſſ. conſ.* 21. *num.* 1. Neque obſtat cap. *cui licet, de regul. iuris in* 6. & *l. non debet ff.* eo, quia hæc non procedunt in diſpenſationibus iam factis, in quibus habet locum extenſio de caſu ad caſum, etiam concurrente maiore ratione. Vt vult Hoſtienſ. *in cap. poſtulaſti, de reſcriptis.* Idem vo- Abbas *in cap. at ſi clerici*, §. *de adulterijs, de iud.* Telio. *in cap. poſtulaſti, de reſcriptis, col.* 11. & probatur ex cap. *fin. de translat. prælat.* vbi habes [illegible] nſatum ad archiepiſcopatum, non poſſe [illegible] Epiſcopatum, ex eo quòd diſpenſatio ſit [illegible], ob quam cauſam diſpenſatus ad obtinendam vnam integram præbendam in vna Eccleſia [illegible] poteſt vigore illius gratiæ conſequi dimidiam præbendam in eadem Eccleſia.

Ex quo decidit Anton. Butr. *in cap. cùm venerabil. de exception. col.* 2. habentem licentiam permutandi beneficium ſuum, cum alio beneficio, [illegible] valere illud permutare cum duobus. Probatur ex text. *in cap. quamuis el.* 1. *de præbend. in* 6. vbi is, cui commiſſum eſt, vt prouideatur de beneficio, nequit virtute illius prouidere de penſione, Molin. *de primog. cap.* 4. *lib.* 2. *num.* 48. & 49. Gigas *de penſ. quæſt.* 18. *num.* 3. & *ſeqq.* Quamuis Decius minus bene *in d. l.* non bene probare nitatur diſpenſationem ex maioritate rationis poſſe extendi de caſu ad caſum. Imò habens commiſſionem diſpenſandi in ſecundo gradu conſanguinitatis, ſi in eodem reperiatur alter gradus inferior ſimul, quamuis qui poteſt diſpenſare in 2. gradu, poſſit etiam in 3. non tamen poterit, quando ſimul concurrunt, vt iam dixi ex Sanchez *d. lib.* 8. *diſp.* 24. *num.* 10. quia non valet argumentum de maiori ad minus in diſpenſationibus iam factis, neque ex identitate, vel maioritate rationis. Gigas *vbi proximè, num.* 8.

Conſequenter dicendum eſt illegitimè natum etiam religionem profeſſum poſſe promoueri ad ordines ſacros, per *cap.* 1. *de filijs presbyter.* & hoc ſine noua indulgentia ſuperiorum, cùm hæc concedatur à iure. Anton. de Roſell. *de legitimat. lib.* 3. canones citatos tradit ſolùm promouendi ad ordines ſacros beneficium conceſſiſſe filiis naturalibus, non verò ſpuriis: ſed fallitur omnino, cùm ius indiſtinctè loquatur in hunc modum *d. cap.* 1. ibi, *vt filij presbyterorum, & cæteri ex fornicatione nati ad ſacros ordines non promoueantur, niſi aut monachi fiant, vel in congregatione canonicè regulariter viuentes, prælationem verò nullatenus habeant.* Imò nec beneficium ſimplex, ſiue ſæculare, ſiue regulare, poſſunt obtinere, ſine noua diſpenſatione, cùm ea iure ad ordines duntaxat queunt promoueri, & à cæteris muneribus, & officiis monaſticis, & adminiſtrationibus in ordine repelluntur. Ita Azor. 2. *part. lib.* 6. *cap.* 3. *verſ. cæterùm ſimpliciter*, quem etiam puto falli, quia text. eos ſolùm excutit à prælatione. Ideo poſſunt ad reliqua admitti excepta prælatura, & ita praxis, & conſuetudo obſeruant.

Non tamen poterit diſpenſatus à Summo Pontifice ad ſacros ordines ex vigore huius diſpenſationis conſequi beneficium, ſiue curatum, ſiue ſimplex. Ita Nauar. *conſ.* 3. *quæſt.* 5. *de filijs presbyter.* Abbas *in cap. litteras eodem tit. num.* 3. vbi *num.* 6. poſt Ioan. Andr. addit ſi Paulus è clericorum ordine degradetur, & poſtea ad ordines reſtituatur, non propterea reſtitutum cenſeri ad beneficia conſequenda. Sicut diſpenſatus ab eodem ad beneficia curata, non poteſt eo ipſo aſſumi ad dignitates, vt opinatur Geminian. *in cap. vlt. de filijs presbyterorum in* 6. Nam in materia ſtricta, nomine beneficij non intelliguntur curata, nec dignitates. Patet ex *cap. fin. de præbend. cap. cum illis, eodem tit.* Cottas 1. *part. de benefic. cap.* 5. *num.* 4. Gigas *de penſion. quæſt.* 18. *num.* 9. neque appellatione quorumcumque beneficiorum veniunt canonicatus, & dignitates, teſte Cæſare de Graſſis *deciſ.* 13. *num.* 4. quod non placet, quia dictio *quorumcumque*, eſt exuberans, & includit omnia beneficia. Creſcen. *deciſ.* 1. *num.* 5. *de priuileg.* Felin. *in d. cap. poſtulaſti, num.* 4. & 8. *de reſcriptis.* Ferretus *conſ.* 220. *num.* 11. & 12. quibus accedit Garcia *de benefic.* 1. *part. cap.* 6. *num.* 65. licet teneat Rebuff. *in praxi. tit. de diſpenſat. ratione ætatis, verbo, in cathedralibus.*

Non venit tamen appellatione quorumcumque beneficiorum Epiſcopatus, cum ſit beneficium cæteris eminens, & caput dignitatum, nec nomine dignitatum includitur Epiſcopalis. Ita Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 23. *num.* 8. poſt Abbatem *in cap. dilectus de conceſſ. præbend. num.* 1. Vnde habilitatus ad quaſcunque dignitates, non

cenſetur

cenſetur habilitatus ad Epiſcopatum, gloſſ. *in cap. 2. in verbo, dignitatum, de præbend. lib. 6.* Oldrad. *conſ.* 14 Romanus *conſ.* 338. Panorm. *in cap. cum Vintunienſis, n.* 8. *de electio.* Syluest. *verbo, legitimus, quæſt.* 7. *verſ. quartum*, quidquid minus bene opinetur Henriquez *lib. 4. cap. 8. §. 10.* Quin addo habilitatum ad Epiſcopatum, ad Archiepiſcopatum aſcendere non poſſe. Panor. *in d. cap. cum Vintonienſis, num.* 8. *& in d. cap. dilectus filius, num. 1. de conceſſ. preb.* Sayr. *de cenſur. lib. 6. cap. 11. num. 29.*

Adhuc ſcrupulus reſtat euellendus, an diſpenſatus ad quæcunque beneficia poſſit prætextu huius gratiæ obtinere penſionem? Pars affirmans videtur vera ex traditis à Felin. *in cap. poſtulaſti, col. 10. verſ. quarta declaratio, de reſcriptis*, vbi ait nomine quorumcũque beneficiorum venire penſionem. Sequitur Caccialupus *in ſuo tract. de penſio. quæſt. vlt.* Nam dictio *quæcunque* denotat omnimodam generalitatem; ſequitur Barbatia *in cap. ad audientiam, ſecundo de reſcriptis*, vbi ait penſionem eſſe beneficium, Paul. Roman. *tract. de penſio. cap. 6. num. 34. & cap. 7. num. 16.*

Contraria ſententia eſt vera, nimirum, nomine beneficij non intelligi penſionem, atque ita diſpenſatus ad quæcunque beneficia virtute huius indulti non poteſt frui penſione. Quod verò non ſit penſio beneficium, tradunt Nauar. *conſ. 11. de conſtitutio. num. 8. & conſ. 8. de iure patronat. n. 9. & conſ. 66. de ſimonia, num. 30.* Couar. *pract. cap. 36. num. 10. verſ. 4. quoties*, Laſſerte *de decima venditionis, cap. 19. num. 24.* Azeued. *lib. 1. tit. 1. recopil. num. 5.* Flamin. *de reſignat. lib. 1. quæſt. 10. num. 69. & lib. 2. quæſt. 15. a num. 11. & lib. 11. quæſt. 4. num. 31.* & Suarez *de cenſur. diſp. 15. ſect. 1. num. 7.* Gonzalez *ad regul. menſium, gloſſ. 1. §. 5.* & Quintanaduennas *Eccleſiaſticon. lib. 1. cap. 3. num. 13.*

Quòd verò diſpenſatus ad quæcunque beneficia non poſſit aſſequi penſionem, probatur, quia quando iura exigunt ſpecialem mentionem alicuius, non ſatisfit iuri per verba generalia, & aliud quodcunque niſi expreſſè id dicatur, habetur *in cap. cum in illis, in princ. de preb. in 6.* vbi deciditur, quod habens mandatum, vt ſibi prouideatur de aliqua Eccleſia, perſonatu, dignitate, vel alio beneficio quocunque, non intelligitur de beneficio, cui inſit animarum cura, niſi in ſpecie id exprimatur, ergo quamuis mandetur quis prouideri de beneficiis quibuſcunque, non intelligitur ſub nomine quorumcunque beneficiorum, quòd prouideatur de penſione, niſi in ſingulari id declaretur, vt bene notat gloſſ. *in cap. Inquiſitores, in verbo, expreſſè, de hæret. in 6. & in clem. 2. in verbo, ſpecialis, de officio ordin.* & eſt text. *in cap. quamuis, col. 1. de præbend. in 6.* ibi, *niſi de penſione in noſtris literis mentio habeatur.*

Vnde quantumcunque addantur verba generalia, non veniunt ſub illis ea, quæ exigunt ſpecialem mentionem, inter quæ eſt penſio. Ideo poteſtas conferendi quæcunque beneficia, quomodocunque vacauerint, non extenditur ad beneficia reſeruata. Ita Franc. *in cap. cui nulla. in fin. de præbend. in 6.* & Dominicus *in fin. ibidem*; ſicut quando dicitur in mandato, quod alicui prouideatur de beneficio cuiuſcunque ſit præſentationis, non intelligitur de beneficio ſpectante ad patronos laicos. Ita Dominicus *in cap. cum illis, §. 1. col. vlt. de præbend. in 6.* Anton. de Butr. *in cap. dilectus, col. 4. de officio delegati*, quæ ſententia eſt omnino certa, teſte Felin. *in tract. ſuo quando liter. Apoſtolica præiud parti. Eccleſ. col. 3. verſus finem*; cum hæc ſint ſtrictè accipienda. Ex quibus patet reſponſio ad ſententiam Caccialupi, & aliorum dicentium nomine beneficij venire penſionem, quod non eſt verum, quando priùs ponuntur beneficia curata, & non curata, & poſtea adiicitur, & alia quæcunque beneficia. Quia illa geminatio, quæcunque beneficia, adnexa dictioni, *alius, alia, aliud*, ad ſimilia duntaxat extenditur. Ita Socin. *conſ. 104. in caſu conuentionis, col. 1. verſ. primum probatur. vol. 3. & conſ. 86. col. vlt. vol. 4.* Poteſt etiam reſponderi Felinum, & Caccialupum loqui de penſione non ſimplici, ſed de ea, quæ aſſignatur ſacerdoti, ſeu clerico iuxta gloſſ. *in clem. 2. in verbo, quodcunque. de vita, & honeſt. clericor. in titulum.*

---

## §. VI.

### *De legitimatione, & legitimatis pro noſtro regno Luſitaniæ, & quibus priuilegijs gaudeant.*

#### EPITOME.

81 *In Luſitania legitimati non ſuccedunt abſolutè parentibus.*

82 *Pater filio legitimato non cogitur relinquere l[e]gitimam.*

83 *Clauſula, ſine præiudicio venientium ab inteſtato, quid operetur in Luſitania.*

84 *Legitimatio limitata filio conceſſa, an rumpat teſtamentum, ſi filius prætereatur?*

85 *Legitimatio cum limitatione an dici poſſit vera legitimatio.*

86 *Legitimati in hoc regno, an teneantur conferre, quæ à parentibus accipiunt.*

87 *Legitimati æquiparantur in hoc regno nepotibus filijs ſpuriorum.*

88 *Nepos ſuſceptus ex filio naturali, vel legitimato ſuccedit auo ſicut pater.*

89 *Inſtitutio facta nepoti filio ſpurij ab auo contemplatione patris eſt nulla.*

90 *Pater an poſſit grauare filium legitimatum in bonis relictis.*

91 *Legitimatus inſtitutus cum onere reſtituendi fidei commiſſum, an poſſit deducere Trebellianicam.*

92 *Legitimatus iuxta formam regni ſuccedit ab inteſtato patri.*

93 *Frater legitimatus non poteſt venire contra teſtamentum fratris inſtituentis aliquam turpem perſonam.*

94 *Mater non ſupplicans principi filium legitimari an ſuccedat filio.*

95 *Pater contrahens mala fide matrimonium non ſuccedit filio, filius tamen illi ſuccedit: ſed probabile eſt dari reciprocam ſucceſſionem*

96 *Princeps non intendit legitimando præiudicare filijs legitimis niſi id exprimat.*

97 *Legitimatio ſecundum formam regni nihil operatur in præiudicium tertij.*

98 *Legitimatio apud noſtrates non requirit fieri mentionem legitimorum hæredum.*

99 *Legitimatus in ijs, quæ pater voluerit, an excludat ſubſtitutum, ſi inſtitutus decedat ſine filijs legitimis.*

100 *Legitimatus ad feuda, & maioratum, non poteſt habere bona coronæ, niſi ad ea expreſſè legitimetur, poterit tamen, ſi fuerit legitimatus per ſequens matrimonium.*

101 *Legitimatus ad bona coronæ non ſuccedit, ſi tempore mortis poſſeſſoris reperiatur filius legitimus.*

81. Licet legitimati in forma huius regni ſuccedunt parentibus ab inteſtato, vel ex teſtamento, non tamen admittuntur contra teſtamentum, qui non legitimantur in totum. Valaſc. *conſultat.* 165. *num.* 6. & 7. Cabed. 2. *part. deciſ.* 69. *num.* 3. Barboſ. *in l. quæ dotis, ff. ſolut. matr. n.* 165. Cald. Per. *in l. ſi curatorem, verbo, ſine curatore, num.* 52. Molin. *tom.* 1. *de iuſtit. tract.* 2. *diſp.* 175. *verſ. vnde nequaquam*, Gama *deciſ.* 114. & 383. *num.* 5. dicunturque hæ legitimationes, potiùs diſpenſationes, cùm non reſtituantur ita legitimati natalibus in totum. Item quia ſuccedunt ab inteſtato in iis bonis, in quibus non eſt ius quæſitum tertio, & ſic ſine præiudicio tertij. Valaſc. *vbi ſupra*, nec tranſeunt in poteſtatem patris legitimantis, teſte Barboſ. *vbi ſupra*, & Cald.
82. *d. num.* 51. *ad finem*. Nec cogitur pater illis relinquere legitimas, vt in ſimili tradit Alciatus *in rubr. de liber. & poſthum. num.* 40. Sanch. *conſ.* 212. *lib.* 2. quod etiam colligitur ex traditis à Coſta *in cap. ſi pater* 1. *part. verbo, ſi abſque liberis, num.* 51. *de teſtam. in* 6.

83. Sed quid dicendum de clauſula apponi ſoluta in multis legitimationibus, *abſque præiudicio venientium ab inteſtato?* Aliqui credunt hanc clauſulam eſſe inutilem, cum regulariter nemo ſine hærede ab inteſtato moriatur. Ideo illam intelligunt de ſolis aſcendentibus, vel deſcendentibus, non verò de tranſuerſalibus, quia ſi aliter intelligatur legitimatus per quemcunque agnatum, vel cognatum, quantumcunque remotiſſimum excluderetur: imò per fiſcum, qui eſt vltimus ſucceſſor ab inteſtato *l.* 1. *C. vnde vir, & vxor. l. fin. ff. de ſucceſſ. edic.* Ideo non debet hæc clauſula ita interpretari, vt bene probatur *in l. ex facto, §. fin. cum gloſſ. ff. ad Trebell.* quia inanis, & eluſoria erit hæc clauſula.

Sed veriùs eſt accipienda eſſe verba illa generaliter, de quibuſcunque venientibus ab inteſtato, adeo vt illis exiſtentibus legitimatus ſemper excludatur ab inteſtato. Ita Decius *conſ.* 610. *n.* 1. & 2. Operatur tamen, vt pater illi habilitato poſſit relinquere ex teſtamento. Paulus de Caſtro *conſ.* 26. *incipit, videndum eſt primò, in verſ. quarto videndum eſt*, Couar. 2. *part. epitom. cap.* 8. §. 10. *num.* [illegible] vbi ait plenè legitimatum etiam addita hac clauſula concurrere cum legitimis, ac naturalibus, non tamen auferri ſucceſſoribus inteſtati [illegible] hæreditatem ante legitimationem eis [illegible]. Sed melius infra ſic explicat, ita legitimatum ex teſtamento admitti poſſe: decedente verò [illegible] ab inteſtato excludi ab agnatis, & cognatis [illegible] quartum gradum, cæteros verò deinde, [illegible] uxorem, & fiſcum ab eo legitimato excludi. Sequitur Cald. *vbi ſupra, num.* 57. *verſ. quare ad reſtrin...* quæ ſententia etiam eſt Nicolai de Vbaldis *in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. fol.* 12. *col.* 3. & 4. Decius *conſ.* 138. *col.* 2. & *conſ.* 393. *conſului, col.* 1. & Corn. *conſ.* 5. *in* 1. *vol.* vbi hanc partem dicit communem.

De forma tamen legitimationum huius regni non habet locum hæc clauſula, cum pater legitimato, non extantibus filiis legitimis, & iis exiſtentibus, ſi de eorum conſenſu fuit legitimatus, poſſit relinquere ad libitum, ſicut cæteris intra quantitatem legitimæ debitæ, at verò ab inteſtato decedens excludet omnes tranſuerſales. Ita Cabed. *diſp.* 69. *num.* 3. vbi ait in hoc regno non dici legitimatum, ſed diſpenſatum: poſſeque ſuccedere patri, vel matri ab inteſtato, non obſtantibus agnatis, & cognatis, quod de iure receptius tradit Gama *deciſ.* 278. & *deciſ.* 126. Vide tamen Flores *in addit. Gama, deciſ.* 279. *hac deciſione, & deciſ.* 11. & *deciſ.* 2.

Non tamen ſic legitimatus admittetur contra teſtamentum, vt patet ex forma legitimationum, tenebitur tamen adimplere relicta in teſtamento, quamuis ſit nullum, ſi adiiciatur clauſula codicillaris, propter quam hæredes ab inteſtato ſuccedentes, tanquam grauati tenentur ſatisfacere voluntati parentis circa diſpoſita in teſtamento. Iul. Clar. *verbo, teſtamentum, quæſt.* 46. & à fortiori non rumpet teſtamentum, cum ſuccedat ſecundùm voluntatem patris, debetque vti legitimatione limitata cum ſuo addito, & clauſula, argumento legis *Pomponius, §. cum quis, ff. de acquirend. poſſeſſ.* Aleſand. *in d. rubr. num.* 3. & Alciatus
84. *num.* 31. Iaſon *num.* 14. *ff. de liber. & poſthum.* Cùm igitur ex prædicta clauſula legitimatio conſtringatur, & legitimatus non ſuccedat, niſi ex voluntate patris, non eſt illi integrum rumpere teſtamentum paternum. Sic Cald. Per. *num* 51. Cabed. *deciſ.* 69. *num.* 3. ſupra allegati, & Valaſc. *de partitionib. cap.* 12. *num.* 41.

85. An verò legitimationes ita temperatæ, quoad ſuccedendi formam in hoc regno, ſint potiùs diſpenſationes, quam legitimationes, contentio eſt. Luſitani affirmant eſſe diſpenſationes. Valaſc. *conſult.* 163. *num.* 6. & *in partitionibus, cap.* 12. *num.* 42. Gama *deciſ.* 383. *num.* 5. Idem ex aliis tradunt Goſadin. *conſ.* 29. *num.* 9. Pariſ. *conſ.* 14. *num.* 45. *lib.* 2. Anton. de Butrig. *in cap. per venerabilem, verſ. nunc vltimò videamus, qui filij ſint legitimi.* Anchar. *conſ.* 242. *ex tenore*, Paul. Caſtrenſ. *in rubr. C. de iure aureor. annulor. & in l. ſi ab eo, C. de legitimis hæredib.* Roman. *in l. qui ſuperſtites, limitatio.* 8. *ff. de acquiren. hæredit.* Bartol. *in l. quæſitum, ff. de adoptionibus, quibus Hiſpani doctores adhærent*, inter quos Gomez *in l.* 12. *Tauri, num. vlt, verſ. ſed his non obſtantibus*, & Tellus Fernand. *in eadem l. num.* 21. Ex eo fundamento, quia legitimatio propriè dicta habilitat ad omnia: quæ verò quoad quædam habilitat, & quoad quædam non, diſpenſatio eſt, argumento text. *in cap.* 1. *de filijs natis ex matrimonio ad morganiticam contracto, in vſibus feudorum*, & text. *in l. cum ex oratione, ff. de excuſat. tutor.*

Cæterùm ego potiùs huiuſmodi habilitationem reſtrictam dixerim veram legitimationem, quàm diſpenſationem. Ideo ita legitimati verè legitimati cenſendi ſunt, licet modus, & forma ſuccedendi reſtringatur. Fundamentum, eſt quia diſpenſatio, vt rectè fiat, requirit cognitionem cauſæ, ea verò cognitione omiſſa dicitur diſſipatio. Ita Gloſſ. *in cap. requiritis, §. niſi rigor.* 1. *q.* 7. & ita neceſſaria eſt vocatio eorum quorum intereſt, *in l. cauſâ* 1. §. *cauſa autem cognita, ff. de minorib. & l. nam ita Diuus, ff. de adoptionib.*

Nihilominus in hoc Luſitano regno pro cauſa in legitimatione ſatis eſt voluntas paterna; ſi dum pater viuit, legitimatio petatur, & concedatur, neque vocatio agnatorum fit, quia viuente patre agnati,

agnati, ſeu conſanguinei, nullum ius in bonis patris habere poſſunt, *l. qui ſuperſtitu, ff. de acquirend. heredit.*

Addo nec requiri citationem filiorum legitimorum, quamuis eorum in ſupplicatione fieri mentionem oporteat, ne gratia reddatur nulla, & ſurreptitia ex traditis per Bald. *in authen. præterea, vnde vir, & uxor.* quia gratia principis ex certa ſcientia conceſſa non eget omnino partis citatione; vt traditur à Socin. *conſ. 93. num. 53. & ſequentib. lib. 3.* Coſta *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, num. 157.* Igitur nullo modo ſimiles habilitationes ad munera ciuilia, & honores cum ea reſtrictione, & forma ſuccedendi in hoc regno conceſſæ non ſunt diſpenſationes, ſed veræ legitimationes. Ita Coſta *vbi ſupra, num. 152* Couar. *2. p. cap. 8. §. 8. num. 1.* Cald. Pereira *d. verbo, ſine curatore, n. 54. verſ. ſed hæc opinio*, vbi exiſtimat hanc opinionem veriorem, Pariſ. *vol. 2. conſ. 17. num. 15. & ſequentib.* Tiraq. *in l. ſi vnquam, verbo, donatione, num. 157.* & Gozadin. *conſ. 6. num. 3.* Idcirco ita legitimati dicendi ſunt abſolutè legitimati, quia per eam legitimationem plenariè tales reputantur, quamuis quoad modum ſuccedendi coarctetur legitimatio, argumento *l. ſi ab eo, C. de legitim. hæred. & d. § ſed ne articulum.*

Quæ ſanè plena legitimatio apparet quoad perſonam clarius ex clauſula apponi ſolita in legitimationibus huius noſtri regni, quæ ita habet. *Etho abilito, & legitimo, & quero que elle aja, & poſſa auer todas as honras, priuilegios, liberdades, dignidades, officios aſſi publicos, como particulares, aſſi como de legitimo matrimonio nacido foſſe:* Hoc eſt, eum habilito, & legitimo, & volo vt habeat, & habere poſſit omnes honores, & priuilegia, immunitates, & dignitates, officia, tam publica, quàm priuata, perinde ac ſi de legitimo matrimonio eſſet natus; ex qua clauſula conſtat liquidò eos poſſe habere omnes honores, perinde ac ſi eſſent nati ex legitimo matrimonio, non obſtante infamia illegitimitatis oppoſita. Ita Rebuff. *in praxi beneficiali, fol. 592. ex num. 25* conſequunturque plenam patris nobilitatem. Ita Pariſ. *conſ. 58. num. 45. lib. 4.* Couar. *de ſponſalibus 2. p. cap. 8. §. 10. num. 4.* Socin. *conſ. 65. num. vlt. lib. 2.* non eſt tamen negandum eos non gerere ſtemmata, vulgo, *armas*, gentilitia directa, ſed obliqua, teſte Guilielm. Benedict. *in cap. Raynut. in princip. num. 31. de teſtam.* Tiraquel. *de nobilit. cap. 15. n. 25.* Concordant leges noſtræ *lib. 5. tit. 92. §. 4.* quæ diſponunt, quòd legitimati, ne vtantur hac gentilitia prærogatiua, *Dom*, quæ apud homines nobilitatis eſt inſigne non vulgare, quod ſane facit, vt opinemur nunquam eos accipere per legitimationem nobilitatem omnino puram, ſed maculoſam, auctore Ruino *conſ. 77. num. 12. lib. 3.* Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rubr. 8. §. 3. gloſſ. ab inteſtato.*

86. Conſequens etiam eſt dicere an legitimati ſecundùm formam noſtri regni teneantur accepta à parentibus conferre? Pars affirmans ex eo videtur vera, quia legitimati in forma iuris communis tenentur conferre. Ita Gomez *in l. 27. Taurl, num. 6 verſ. ſeptimò infero*, & Arias *ibidem, n. 10.* Couar. *de ſponſalibus 2. part. cap. 8. §. 8. num. 2.* vbi aiunt ſecundùm ius commune deberi legitimam ex authentic. *quibus modis natural. efficiant. ſui.*

Reſolutio tamen contraria nullo modo, ſcilicet legitimatos in forma Luſitana conſueta teneri conferre, eſt ſequenda; quia reſpectu parentum non ſunt hæredes neceſſarij; ſed voluntarij, dependentque à voluntate eorum, quoad ſucceſſionem, neque illis ex neceſſitate debetur legitima, & conſequenter non poſſunt cogi. nec cogere alios fratres ad collationem. Bald. *in l. ſi emancipati, num. 8. in fine, C. de collationib.* & ibi Alexan. *num. 7.* Iaſon *num. 27.* quod eſt in praxi receptum in hoc regno. Ita Cald. Per. *in l. ſi curatorem, in verbo, ſi curatore, num. 55.* & Valaſc. *de partitionib. cap. 12. num. 40. verſ. ſed hoc apud me, & num. ſequentib.* quia non eſt lex, quæ obliget illos ad conferendum ſibi donata in vita à parentibus; item quia quando exiſtunt filij legitimi, non habent locum legitimationes Luſitanæ ob clauſulas communiter apponi ſolitas, in Luſitanis legitimationibus, quæ ſic habent, *ſine præiudicio venientium ab inteſtato*, ſeu *ſine præiudicio legitimorum hæredum.* Quæ ſecundùm interpretationem traditam à Valaſco vbi proximè intelliguntur de filiis duntaxat, quibus deficientibus non eſt neceſſaria collatio, iis verò exiſtentibus non ſuſtinentur huiuſmodi legitimationes. Vt verò poſſint cogi ad conferendum, vel debent legitimari per ſubſequens matrimonium, iuxta tenorem capitis, *tanta, qui filij ſint legitimi*, vel ſecundum formam iuris communis, non tamen intelliguntur hæ clauſulæ de iis, qui expreſſè conſenſum præſtiterunt in legitimatione impetrata. Quia volenti, & conſentienti nullum præiudicium irrogatum eſt, ſi ab inteſtato excludantur admiſſo filio legitimato, iuxta *regul. l. cum donationis, C. de tranſactionib.* & Alexand. *conſ. 7. num. 9. lib. 5.* vbi docet non legitimationem, ſed conſenſum præſtitum illis præiudicaſſe, *l. ſi debitor. §. 1. & l. ſi conſenſit ff. quib. mod. pign. vel hyp. ſol.*

Ad argumenta ex dictis colliges, ea loqui de legitimato ſimpliciter, non verò de legitimato ſecundùm quid tantum, vt fieri ſolet in Luſitania, vbi legitimatur dependenter à voluntate patris. Neque obſtat text. *in authen. quib. mod. natur. efficiant. ſui. §. illud*, vbi proceditur circa legitimatum, in omnibus, & ſimpliciter, non verò in eo qui non legitimatur in totum, vt bene docet Gama *deciſ. 134. num. 1. & 2.* & ibi Flores eius additionator, vbi aiunt in legitimatis ſecundum morem noſtrum ceſſare collationem, cum non ſuccedant, niſi ab inteſtato, vel in eo, quod parentes eis volunt relinquere. Atque ita à Senatu Bracarenſi fuit iudicatum, in cauſa filij clerici à patre legitimati, cui pater in vita donationem fecit, eaque non obſtante ſucceſſit cum aliis fratribus legitimatis, nec contulit donationem in vita patris factam, eo quòd pater tempore donationis nihil diſpoſuerit circa collationem, argumento *penult. in fine, C. de collationib.* Secus de legitimatis plenè, ac ſimpliciter, ſecundùm ius commune, quibus ius concedit legitimam, itemque poteſtatem ſuccedendi, querelandi, ac contribulandi. Hi enim cogi poſſunt, ac cogere ſimul conferre accepta à parentibus, tam in vita, quàm in morte. Valaſc. *d. cap. 12. num. 39.* Gama, & Flores multis ibi relatis, quibus conſentit Cald. ſuprà ſcriptus, *num. 55.*

Facit ad ſuperiora legitimatos in hoc regno 87.
æquiparari nepotibus filiis ſpuriorum in eo, quia nepotes ex filia ſpuria, poſſunt inſtitui ab auo, ſicut legitimati à patre, nulla extante prole legitima. Ita gloſſ. & doctores per illum textum *in l. fin. C. de naturalibus liber.* ibi, *nulla legitima*

ſube.t

*ſobole exiſtente.* Decius *conſ.* 462. *viſa legitimatione.* Gama *deciſ.* 136. *num.* 4. vbi ait filium legitimum filij ſacerdotis, non poſſe ſuccedere auiæ maternæ ab inteſtato, neque auo ſuo. Ita Odofred. & Cyn. *per text. in d. l. fin.* Auus tamen ex teſtamento, & auia poſſunt inſtituere talem nepotem legitimum ex filia ſpuria ſuſceptum. Eſt communis opinio ſecundùm Decium *conſ.* 462. *n.* 17. quod etiam dicendum eſt poſſe inſtitui nepotem ab auo, ſi auus non habeat ſobolem legitimã, quamuis nepos ſit ſpurius, ſeu illegitimè natus. Ita Iaſon *in l. hereditas, n.* 6. *C. de his quib. vt indign.*

Idem dicas de nepote procreato ex filio legitimato, poterit is auo eo modo, quo pater ſuccedit, in noſtro regno ſuccedere; verbi gratia ab inteſtato, vel ex teſtamento dependenter à voluntate aui, ſicut filius legitimatus, neque habebit maiorem prærogatiuam, quàm pater legitimatus. Probatur ex traditis per Couar. 2. *p. c.* 8. §. 10. *n.* 5. vbi id tenet. Item, quia de iure Luſitano naturalis filius ſuccedit patri plebeio. Ita nepos ſuccedit auo, ſicut pater, ex §. *cum filius. inſt. de hered. quæ ab inteſtato defert. & l. ſi auus tuus, C. de liber. præt.* Gama 317. *num.* 2. & 3.

Inſuper propria legitimatio vera ex reſcripto regio reddit legitimatum legitimum, non ſolum erga patrem, ſed etiam erga omnes ipſius parentis agnatos, etiam quoad ſucceſſionem nullo requiſito conſenſu eorum, text. *in auth. quib. mod. natur. efficiant ſui,* §. *quapropter,* Bart. & Bald. *in l. communium, C. de naturalib. liber.* Decius *conſ.* 365. *num.* 5. Iaſon *in l. ſi is, qui pro emptore, ff. de vſucapio. n.* 241. Igitur legitimatio ex parte reddet filios, & nepotes legitimos patri, & auo etiam ex parte, & non in totum, intrabitque nepos reſpectu aui locum patris ſui ſimili modo legitimati per *d. l. ſi auus tuus, l. Gallus, & nunc de lege, ff. de liber. & poſth.* Cou. *vbi ſupra d. n.* 5. & cõfirmatur, quia ſicut adoptatus reſcripto principis, vbi quis eſt, nepotes cenſentur adoptati, *l.* 1. §. *fin. ff. de adopt.* ita legitimatio auctoritate regiâ obtenta extendetur ad nepotes, cùm fortior ſit, quam adoptio, auth. *quib. mod. natur. efficiant. ſui,* Bald. *in l. neque abſens, C. de adopt.*

88. Denique concludes nepotem ſiue ſit ſuſceptus ex filio naturali, ſiue ex filio legitimato, ſuccedere auo, in omnibus, in quibus pater naturalis, ſeu legitimatus, patri poteſt ſuccedere. Ita Dyn. de ſucceſſione ab inteſtato *n.* 6. Azor. *in ſum. tit. de natur. n.* 5. Gom. *in l.* 9. *Tauri, n.* 6. Suar. *in leg. fori, tit.* 6. *l.* 1. ſequutus Corn. *conſ.* 2. *lib.* 3. quod in ſpecie de nepote ex filio legitimato ex reſcripto principis, quod ſuccedat auo, tradit Præpoſit. *in d. c. per venerabilem, n.* 10 & probat Couar. *vbi ſupra, num.* 5. Sequitur Cabed. 1. *p. deciſ.* 100. *n.* 9. vbi nota nepotes poſſe rumpere teſtamentum, ſi prætereantur ab auis, quoties cunque patres rumpunt, ſi etiam prætereuntur, Oldrad. *conſ.* 40. Cabed. *cit. n.* 13. & eſt communis, quia nepos ſuccedit in locum patris ſubducto patre reſpectu eiuſdem aui, teſte Bart. *in l.* 2. *C. de liber. præterit.* & ibi Bald. & Iaſon. Denique aduertendum eſt, quod quotieſcunque ſobole legitima ſuperſtite admittitur ad ſuccedendum pater, ſiue naturalis, ſiue legitimatus, patre deficiente admittendi ſunt nepotes, quia legitimationes plenariæ planè, ſemiplenariæ ſemiplenè complectuntur filios, & ſimiliter nepotes per ordinem ad auos, non extenſiuè tantùm, ſed magis comprehenſiuè, vt patet ex gloſſ. *cap.* 2. *de tempor. ordin. lib.* 6. *in verbo, Italia.*

Quæſtionis tamen eſt an valeat inſtitutio facta nepoti filio ſpurij ab auo contemplatione patris ſpurij etiam ſobole legitima non exiſtente? 89.
Integrum eſt negare ex Bartolo *in l. Gallus,* §. *quod ſi is, ff. de liber. & poſthum. in conſ.* 119. Odofredus Cornet. Abbas *in l. fin. in fin. C. de naturalib. liber.* Decius *conſ.* 462. *à num.* 17. quia ſicut pater non poteſt directè filio ſpurio patri ipſius nepotis aliquid relinquere, ita nec per indirectum relinquere nepoti contemplatione patris ſpurij, *l. quod conditionis, ff. de donatione cauſ. mort. l. ſi is qui, ff. de vulgar. & pupillar.* Sequitur Angel. *in d. l. fin. C. de naturalib. liber. in verſ. tertium membrum eſt.* Suſtinebitur tamen inſtitutio facta nepoti ab auo contemplatione ipſius nepotis, quia ratio prohibitionis, ne ſpurij inſtituantur, ceſſat in nepotibus, proinde poteſt inſtitui nepos. Ita Iac. de Bel. Bart. & alij *vbi ſupra,* cùm non ſit lex id prohibens, teſte Decio *vbi ſuprà, num.* 19. poſt Cor. Peruſ. *conſ.* 25. *in præſenti conſul. per totum, lib.* 1. dicentem hanc partem eſſe communem, & à fortiori procedet concluſio, ſi auus inſtituat nepotem exiſtentem in patria poteſtate, ea lege, & conditione, vt relicta bona cum vſufructu, ac proprietatem maneant penes nepotem. Gama *deciſ.* 136. *num.* 4. & Matienzo *in l.* 7. *gloſſ.* 8. *num.* 4. *titul.* 8. *lib.* 5. *recopilat. & in l.* 9. *gloſſ.* 1. *in fin. dict. titul.* 8. & alij quos ſequitur Flores in additionib. *ad deciſ.* 23. *Gamæ, verſ. tertius caſus,* vbi addit nepotem ſpurium poſſe hæredem inſtitui ab auo, dummodo non ſit natus ex coitu damnato, nepotem verò legitimum ex filio ſpurio poſſe inſtitui, dummodo inſtitutio fiat contemplatione nepotis, non verò contemplatione filij, quæ reſolutio eſt communior, ac verior. Dicitur verò coitus damnatus in his regnis, quando mater contraxit crimen morte naturali dignum. Ita Flores *verſ. quintus caſus.*

Eodem pertinet illa dubitatio, an pater in hoc regno poſſit grauare filium legitimatum in bonis relictis? Ratio dubitandi, quia filiis legitimis grauamen imponi non poteſt in legitima, *l. quoniam in prioribus, C. de inofficioſ. teſtam.* Nihilominus hæc lex procedit de filiis legitimis agendo, ſecus ſub hac conditione, & forma ſolita apponi in legitimationibus, quòd non teneatur pater aliquid relinquere, niſi quod voluerit, vel vt ſuccedat ab inteſtato. Nam in hoc euentu poteſt pater imponere grauamen legitimato, in legitima, quam reliquit; nempe poterit prohibere, ne alienet ea bona, vel vt in illis ſuccedat, ſemper filius, vel deſcendens maior, cum non teneretur illi quidquam relinquere, ergo poterit illum grauare, in eo quod reliquit, *l. ſcimus,* §. *cum autem C. de inofficioſ. teſtam. & l. ab eo, C. de fideicommiſſis,* vt in ſpecie tradit Roder. Suar. *in d. l. quoniam in prioribus, limitat.* 22. *verſ. & præſuppoſita hac opinione,* quem ſequitur Cald. Per. *vbi ſuprà, num.* 53. *verſ. ſecundo infero.* 90.

Illud quoque quæri poteſt, an legitimatus inſtitutus cum onere reſtituendi fideicommiſſum in hoc regno poſſit ſibi deducere legitimam ſibi relictam, pariterque trebellianicam? Affirmat Decius *conſ.* 256. *num.* 2. Ratio, quia clauſula apponi ſolita, non loquitur de retentione contra voluntatem patris, ideo poteſt permitti retentio. Item, quia reſpectu ſucceſſionis ſubintelligitur conditio, in eo quod pater voluerit: at verò vbi pater voluit relinquere, impleta eſt conditio, & in cæteris filius plenariè fuit legitimatus 91.

licet reſpectu ſucceſſionis ſemiplenè; quæ ſententia eſt probabilis, quòd poſſit retinere legitimam ac trebellianicam, quemadmodum filius legitimus poteſt. Ita Alciat. *in l. nemo poteſt, n.* 34. *ff. de legat.* 1.

Probabilior eſt quæ docet non poſſe, cùm non fuerit legitimatus ſimpliciter, neque bona relicta ſint abſolutè, ſed cum certo grauamine ex voluntate patris impoſito. Ideo adimpleri debet modus qualificatus. Item quia trebellianica ſi deducatur, eſt contra voluntatem patris, *l. ſi ſponſus, §. fin. ff. de donationib. inter vir. & vxor.* vel ſi dicas eſſe præter voluntatem, vt Paulus Caſtr. *conſ.* 224. *incipit, dubia, & in Authen. contra rogatus, C. ad trebell.* & Angel. *in §. ſi non expreſſum, in Authen. de hered. & falc. in principio,* ſignificant neutro modo legitimatum ad ea duntaxat, quæ pater illi voluerit relinquere, poſſe retinere trebellianicam, ſed ſolùm portionem ſibi relictam, tenetúrque fideicommiſſum reſtituere. Ita Alciatus *vbi ſuprà, d. num.* 34. *& in d. rubric. de liber. & poſthum. num. etiam* 34. Faciunt tradita ab Anchatrano *conſ.* 151. *plura ſunt dubia, verſ. ego dico.* Vbi ait approbantem teſtamentum defuncti hæredem non poſſe deducere trebellianicam; ergo legitimatus portione ſibi relicta contentus, non poteſt illam contrahere. Quod etiam à fortiori docent Molin. *tract.* 2. *diſput.* 187. *verſ. licet conueniant doctores, vſque ad verſ.* Emanuel a Coſta, & Gomez *in l.* 5. *Tauri à num.* 80. *vſque a num.* 85. Vbi *verſ. quartò facit textus,* concludit ex ſententia multorum non poſſe filium grauatum detrahere duas quartas, ſed vnam duntaxat, ſibi relictam, & aſſignatam, iudicio teſtatoris, quibus concinit Cald. Per. *in d. verbo, ſine curatore, num.* 54. vbi hanc partem veriorem vocat.

92. Rurſus quæri poteſt, quam vim habeant apud noſtrates, clauſulæ, illa, & alia, quæ apponuntur in legitimationibus, quarum prima ſic habet, *& outro ſi que elle poſſa auer, & erdar nos bens de ſeu pai, ou de quaeſquer outras peſſoas, que lhos derem, ou deixarem, & que outro ſi poſſa ſucceder ab inteſtado, ſomente a ſeu pai,* hoc eſt, quod poſſit conſequi, & hæredem fieri in paternis bonis, aut quorumcunque aliorum, qui ei donauerint, aut reliquerint. Itemque quod poſſit patri ſuccedere ab inteſtato duntaxat. Secunda verò clauſola ſic loquitur, *Empero naon he do minha tencaon, que por eſta legitimacion ſeia feito algum preiuizo a alguns erdeiros lidimos, ſe os hi ha, ou a quaeſquer peſſoas, que algum direito aiam nos ditos bens,* Id eſt. Porrò non eſt mea intentio, nec voluntas, vt per hanc legitimationem, aliquod præiudicium legitimis hæredibus, ſi fortè adſint fiat; neque aliis aliquod ius ad prædicta bona habentibus. Ex quibus verbis planè liquet nolle principem, neque in minimis cuiquam præiudicare.

93. Circa ergo priorem clauſulam notandum eſt primò fratrem legitimatum non poſſe venire contra teſtamentum fratris inſtituentis etiam turpem perſonam, quia frater tantùm patri eſt agnatus, & non aliis. Ita Iaſon *l. fratres, C. de inoffic. teſtam. num.* 6. quæ ſententia Iaſonis non videtur accipienda conſiderato iure communi ex traditis à Couar. *cap.* 8. *§.* 10. *num.* 2. iuxta tamen modum legitimationis apud noſtrates practicanda eſt.

Dico ſecundò ex prædicta clauſula legitimatum non poſſe recuperare ius agnationis, ideo cæteri fratres cum eo ſunt admittendi iuxta Ordinat. *lib.* 4. *tit.* 93. Atque ita coniunctus per lineam maternam cum coniuncto per vtrumque latus ſuccedet pariter. Ita Iaſon *in l. cum proponas, in ſecunda, num.* 2. *C. de pactis.* Crottus *in l. filiusfamil. §. diui, ff. de legat.* 1.

94. Dico tertiò, ſi filius legitimetur cum clauſula, vt parentibus ſuccedat, ſi mater non ſupplicauit principi filium legitimari, non poſſe ſuccedere filio ex virtute legitimationis, etiam quando filius ei ſuccedit cum huius ſucceſſionis nulla facta ſit mentio in legitimatione. Fulgoſ. *conſ.* 82. *at verò filius matri ſuccedet.* Ita Crot. *in d. §. & quid ſi cantum, in l. Gallus, ff. de liber. & poſthum. num.* . Pater verò filio ſuccedet, quamuis neget Felin. *in cap. poſtulaſti, num.* 9. *verſ. ſecundo conſiderat, de reſcriptis.* Sed fallitur, quia concurrente, & conſentiente patre, & filio in legitimatione, non eſt negandum patrem ſuccedere filio, filiumque patri, cùm ſucceſſio ſit reciproca, teſte Bartolo *in l. fin. num.* 5. *de his quib. vt indig.* vt conſtat lege Caſtellæ 8. *in fine, tit.* 13. vt docent multis citatis, Couar. *vbi ſupra* 2. *part. cap.* 8. *§.* 5. *num.* 17. Anton. Gomez *in l.* 9. *Tauri, num.* 45. & ibi Tellos *num.* 24. *& l.* 6. *num.* 9. Matienz. *lib.* 5. *recopilat. tit.* 3. *l.* 6. *gloſſ.* 4. *num.* 11. *& l.* 8. *gloſſ.* 1. *n.* 30. Quibus nouiſſimè accedit Sanch. *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 34. *num.* 46. At verò in matre hoc fallit, quæ non conſenſit, & filio non ſuccedet, teſte Fulgoſ. citato.

95. Probatur exemplo parentis, qui mala fide contraxit matrimonium, ex quo ſuſcepit filium. Is enim filius habet ius legitimitatis erga patrem, illique ſuccedet, cùm ſit verè legitimus, quoad vtrumque parentem ex bona fide alterius, vt conſtat ex cap. *ex tenore, & cap. cum inter, & cap. peruenit, qui filii ſint legitimi,* ex l. regia 3. *tit.* 3. *part.* 4. & à Coſta *cap. ſi pater,* 1. *part. verbo, vxorem, num.* 2. *de teſtamentis in* 6. Pater tamen cenſetur ſpurius ex mala fide, cum qua contraxit reſpectu filij, & conſequenter quamuis filius ſuccedat, ille filio non ſuccedit, vt docet à Coſta *vbi ſupra, num.* 11. & Barboſ. *in l. ſi cum dotem, §. fin. num.* 11. *ff. ſolut. matrim.* ſecundùm quos eodem modo, quo filius ſpurius capit à patre, ſic pater ſpurius capiet à filio, quod citato Bartolo tradit Tellus Fernandez *lib.* 6. *Tauri, num.* 7.

Quibus tamen non obſtantibus in vtroque caſu puto valde probabile eſſe veram regulam iuris affirmatiuè, & negatiuè ſucceſſionem ſemper eſſe reciprocam, itavt in caſibus, in quibus filij ſuccedant parentibus, ſuccedant parentes filiis, & vice verſa negatiuè, vt tradit Azot. *in ſumm. C. de legitimis hæredibus,* quam partem contra Tellum Fernand. tradunt Royas *in epitom. ſucceſſion. cap.* 30. *num.* 38. Atendan. *in l.* 6. *Tauri, gloſſ.* 1. Gutier. *lib.* 3. *practicar. quæſt.* 74. quos referens ſequitur Zaualos *contra communes, quæſt.* 697. *num.* 17. *&* 18. & Sanchez *vbi ſuprà, d. num.* 46. *ad finem.*

96. Circa ſecundam clauſulam, non eſt intentio principis inferre præiudicium aliquibus legitimis hæredibus, hoc eſt filiis, ſecundùm Socinum *conſ.* 95. *num.* 36. *& ſequentib. lib.* 3 qui vocantur proles legitima, *l. officiales, C. de Epiſcop. & cleric.* quæ interpretatio conſona eſt iuri communi decidenti non eſſe concedendam legitimationem cum præiudicio filiorum, vt conſtat ex Authen. *quibus modis natural. effici ſui, §. illud, & §. ſi quis igitur.* Gama *decis.* 2- *num.* 2, *ad fin.* quæ clauſula non facit agnatum

ſed

ſed legitimis deſcendentibus duntaxat, vt notat Galaſſius *l. Gallus, §. & quid ſi tantum, num. 9. ff. de liber. & poſthum.* Vnde excluduntur ex vi clauſulæ venientes ab inteſtato, quia nomine legitimorum hæredum hoc loco ſumuntur, qui ſunt legitimi in potiori ſignificatu, quales ſunt liberi; neque legitimatus per hanc clauſulam poteſt ſuccedere ab inteſtato cum fratribus legitimis, eo quòd ſuccedendo præiudicium illis creat. Ita Alciat. *in d. rubric. num. 28.* Deficientibus tamen fratribus legitimis ſuccedit legitimatus ab inteſtato, excluſis agnatis, & tranſuerſalibus. Felin. *in cap. cum olim, num. 27. de re iudicata.*

97. Ex parte vltima poſterioris clauſulæ conſtat principem noluiſſe præiudicare illis, quibus competit aliquod ius, ſiue quæſitum, ſiue quærendum, in bonis patris, qui legitimationem à principe impetrauit pro filio, etiamſi ius ſit quid minimum, ſecundum legem *ſi vnquam, verbo, omnia, & partem*, & ibi Tiraquel. *ex num. 14. verſ. monentur, C. de reuocan. donat.* Ex quo etiam conſtat nihil operari apud nos in præiudicium tertij poſt hanc legitimationem ita temperatam, ſi iam ſit quæſitum ius tertio, vt communiter intelliguntur reſcripta omnia conceſſa à principe, nempe vt non poſſit ſuccedere, neque ex teſtamento, neque ab inteſtato in iis bonis, in quibus habeat aliquis ius quæſitum, vt notat Valaſc. *conſult. 165. num. 13 & 14.* & eſt Angel. *conſ. 264. num. 1.* quem ſequitur Carol. Ruin. *conſ. 106. num. 8. lib. 3.*

Ex teſtamento tamen poterit pater illis relinquere, ſeruata tamen filiis legitimis integra legitima. Ita Alciat. ſuprà ſcriptus *num. 19.* Decius *conſ. 610. num. 1. & 2.* poſt Paulum de Caſtro *conſ. 226.* proléque legitima deficiente in totum poterit eum hæredem iuſtituere excluſis venientibus ab inteſtato. Quæ concluſio de plano procedit, teſte eodem Decio *conſ. 393. num. 4.* Neque in hac legitimatione requiritur conſenſus cæterorum filiorum, cum pater non poſſit præiudicare filiis in legitima, vt eſt communis. Neque oportet mentionem fieri de filiis legitimis, quod requiritur, quando legitimatio fit ad conſequenda iura omnia filij legitimi, & naturalis, & vt ſimul legitimatus ſuccedat patri cum legitimis, & naturalibus, minuiturque legitima portio cuiuſque filiorum ex ea legitimatione, vt notat Couar. *2. part. epit. cap. 8. §. 9. num. 7. & lib. 1. variar. cap. 10. num. vltim.*

Secus in noſtro caſu, vbi legitimatus, vt accipiat à patre, quidquid pater relinquat abſque præiudicio filiorum, & cuiuſque alterius tertij. Pro reliquis harum clauſularum vide Cabed. *2. part. decis. 69. num. 69. num. 4. & num. 10. & ſequentib.*

98. Nec propterea legitimatio in forma regni facta comuet, nulla facta mentione filiorum, vt in ſpecie ait Rebuff. *in praxi beneficiali, tit. de reſcripto legitimationis mixto, verſ. nec poterit, n. 17. fol. mihi* 94. cùm ſemper apponatur clauſula *ſine præiudicio legitimorum hæredum*, nec legitimatus capiat ex patre, niſi quod relinquitur, ſalua ſemper legitima filiorum. Sequitur Capic. *decis. 22.* Ruin. *conſ. 157. lib. 1.* ac fauet Couar. *vbi proxime, d. cap. 10. num. vlt. prope fin.*

99. An legitimatus ad ſuccedendum cum reſtrictione in iis, quæ pater voluerit ſine præiudicio venientium ab inteſtato, vel cum aliqua alia reſtrictione ſucceſſionis, excludat ſubſtitutum ſub conditione, *quando inſtitutus ſine filijs legitimus deceſſerit?* Reſponſio negatiua eſt certa, cùm non ſit ad omnia iura ſucceſſionis, ſed ad certa legimatus duntaxat. Ita Molin. *de primog. lib. 3. cap. 3. num. 36. & ſequent.*

Quin addo legitimatum ex reſcripto principis ad ſuccedendum in feudo, & maioratu non extendi ad bona coronæ, niſi in legitimatione expreſsè id declaretur, non obſtante defectu natalium, ac lege id prohibente, prout præcipitur *in lib. 2. Ordinat. tit. 35. num. 12. verbo, expreſſamente foſſe declarado que os pudeſſe herdar, & auer.* Et tradit Cabed. *2. part. decis. 27. num. 4.* Sicque fuiſſe iudicatum ibi refert anno Domini 1583. Sequitur Barboſ. *in remiſſ. ad d. tit. 35. § 12. num 5. & 6.* Quod ſi ſit ſuſceptus ex parentibus ſolutis non habentibus inter ſe impedimentum dirimens ad contrahendum, & de facto per ſubſequens matrimonium legitimetur ad bona coronæ, poteſt admitti ad reliqua omnia, ad quæ ſoli legitimi admittuntur, vt expreſſe deciditur *in dict. tit. 35. num. 12. & in cap. tanta, qui filij ſint legitimi, & gloſſ. notabilis, in cap. innotuit de electione. in verbo, coniugatus, & l. 4. & fin. tit. 35. part. 4.* quia tales filij verè, & propriè ſunt legitimi iudicandi in omnibus, & per omnia. Mantic. *de coniectur. vltimar. volunt. lib. 11. tit. 12. & de tacit. & ambig. lib. 3. tit. vndecimo, num. 2. & num. 7.* Zauall. *contra communes, quæſt. 2. num. 60.* Tiraq. *de nobilitat. quæſt. 34. à num. 35. cum ſequent.* & Couar. *2. part. epit. cap. 8. §. 2. per totum.* 100.

Sed quid dicendum de legitimato ex reſcripto principis, cum clauſula expreſſa, quòd poſſit ſuccedere in bonis coronæ, & ea retinere? Reſpondeo poſſe, niſi tempore mortis poſſeſſoris, ſuperſtes ſit filius legitimè natus eiuſdem poſſeſſoris. Ratio, quia in legitimatione hac ſubintelligitur clauſula apud nos apponi conſueta, ſine præiudicio hæredum legitimorum. Ita declaratur *in dict. tit. 35. num 13.* Cabed. *2. part. decis. 69. num. 10,* quia dicta clauſula comprehendit omnes legitimos hæredes nedum extantes tempore, quo facta fuit legitimatio, ſed etiam poſtea naſcituros. Ex quibus non ſunt audiendi Alexand. *conſ. 188. lib. 5.* & Iaſon *in l. ex facto, colum. 5. ff. de vulgar. & pupillar.* opinantes clauſulam ſolum habere locum in filiis tempore legitimationis conceſſæ iam natis, neque extendi ad poſtea naſcituros, ſed ad actu exiſtentes. 101.

## §. VII.

### *De arrogationibus, & adoptionibus, & quis poſſit arrogare, & adoptare.*

EPITOME.

102 *Arrogare, ſeu adoptare eſt de reſeruatis ſupremo principi.*
103 *Confirmationes arrogationum, & adoptionum raræ ſunt apud noſtros.*
104 *Quid ſit adoptio, & quotuplex.*
105 *Adoptio, & arrogatio quomodo differunt.*
106 *Arrogator, & adoptans, quam ætatem debent habere.*

107 *Adoptio fuit inuenta ad ſolatium eorum, qui prole carent.*

108 *Adoptare, & arrogare qui non poſſint.*

109 *Adoptans debet eſſe ſui iuris, & maior viginti quinque annis.*

110 *Frigidi, & impotentes omnino ex natura, non verò ex accidẽtali caſu non poſſunt adoptare.*

111 *Fœmina non poſſunt adoptare, niſi ex beneficio principis.*

112 *Tutores, & curatores non poſſunt adoptare eos, quorum habent curam, niſi ex priuilegio principis, vel poſtquam arrogandi ſint 25. annorum.*

113 *Adoptio, & arrogatio quibus modis finiantur.*

114 *Adoptionum effectus eſt cognatio legalis, quæ eſt impedimentum matrimonij.*

115 *An cognatio legalis inter adoptantem, & adoptatum protrahitur in infinitum, aut terminetur certo gradu.*

116 *Adoptans poteſt contrahere matrimonium cum filijs illegitimis filij ſui adoptiui, & cum filia legitime filie adoptiua.*

117 *Cognatio legalis quid ſit, & quotuplex.*

118 *Cognationis legalis tres ſunt ſpecies, prima in recta linea, & producitur in infinitum.*

119 *Secunda ſpecies reperitur inter adrogantem, vxorem adrogati, & tertia in linea tranſuerſali, inter filios carnales vtriuſque.*

120 *Cognationes legales an perpetuò dirimant matrimonia, & quandiu durent.*

121 *Cognatio legalis non contrahitur inter adoptantes, & parentes filij adoptiui.*

122 *Fratres adoptiui inter ſe poſſunt contrahere.*

123 *Cognatio legalis oritur ex adoptione tam imperfecta, quàm perfecta.*

124 *Criminis impedimentum contrahitur ex adulterio, & ex occiſione peracta ab altero tantùm.*

125 *Criminis impedimentum non contrahitur ſecundum aliquos, ſi vxor occidat virum ad contrahendum cum adultero.*

126 *Cognatio legalis qui fieri poteſt impedimentum dirimens matrimonium, cùm ſit inuentum à principe ſæculari.*

127 *Cognationis ſpecies in linea recta, & tranſuerſa, ſunt approbata ab Eccleſia, affinitas verò legalis eſt recepta, de conſuetudine Eccleſiaſtica.*

128 *Princeps ſæcularis ex vi poteſtatis poteſt creare impedimenta dirimentia contractum matrimonij niſi reſeruatum eſſet Summo Pontifici.*

129 *Cognatio legalis ſuperueniens matrimonio non eſt impedimentum.*

130 *Adoptio vt deſinat eſſe impedimentum, debet ſolui auctoritate magiſtratus.*

102. ARROGARE, ſeu adoptare eſt de reſeruatis ſummo Principi, ad illúmque pertinet, neque alteri competit, niſi de ipſius delegatione, per ſpeciale reſcriptum, vt habetur *in §. Imperatoris auctoritate, iuncta gloſſ. ibi, inſtit. de adoption. l. 2. l. arrogationes, & l. in adoptionem, C. eodem tit.* Conſtat etiam ex *l. 7. tit. 7. &*
103. *l. 1. tit. 16. part. 4. & l. Luſitana, lib. 1. tit. 3. §. 1.* vbi Barboſ. additionator *num. 5.* notat ad regem pertinere, ſeu ad officiales ab eo ad id deſtinatos confirmare adoptiones, & arrogationes, additque apud Luſitanos fermè non eſſe in vſu confirmationes huiuſmodi; quod etiam tradit Cabed. *a. p. deciſ. 70. per totum, maximè, n. 4.* Mendes à Caſtro idem repetit in repertorio legum huius regni ex ſtylo in margine, *verbo, perfilhamentos, num. 5.*

Dicam ergo primò de iure communi, quid hac de re apud iuris augures, & Theologos certum ſit. Duplex ergo eſt adoptio. Altera dicitur adoptio ſimplex; altera adoptio perfecta, quæ dicitur arrogatio. Adoptio ſimplex ſic deſcribitur. Adoptio eſt actus legitimus, per quem fit tranſitus de poteſtate vnius in poteſtatem alterius naturali vinculo concurrente, penè naturam imitans. Quæ deſcriptio competit, quando filius, qui eſt in poteſtate patris, traditur per adoptionem coniunctæ perſonæ, putà auo, aut proauo, & tunc manet ſub poteſtate patris adoptiui. Quæ adoptio æquiparatur fermè arrogationi. At verò quando non datur per adoptionem coniunctæ perſonæ, dicitur adoptio imperfecta valde, & adoptio ſimpliciter ſimplex vocatur, eſtque actio legitima, per quam qui eſt alieni iuris traditur per adoptionem in filium perſonæ extraneæ, inter quas adoptiones eſt differentia, quia per primam adoptionem cùm fiat, quando adoptans eſt ex aſcendentibus, & concurrat naturale vinculum ſanguinis, tranſit adoptatus in patris adoptiui poteſtatem. Quando verò adoptans eſt extranea perſona, & deficit vinculum naturale, non tranſit in poteſtatem patris adoptiui adoptatus, ſed manet in poteſtate patris naturalis *l. 1. & 2. ff. de adoption.* 104.

Arrogatio autem, ſeu adoptio perfecta, eſt actus legitimus, per quem homo ſui iuris principis auctoritate tranſit in alterius poteſtatem, cum perſona, & cum familia, ac omnibus rebus ſuis, nempe in poteſtatem adrogatoris. *Inſt. de adoption.* & ibi Angel. *§. cum autem, & l. 1. & 2. de adoption.* Regin. *tom. 2. tract. 31. cap. 2. ſect. 4. num. 158.* Henriq. *de matrim. lib. 12. cap. 12. fol. 1095.*

Differunt adoptio, & arrogatio primò. Quia adoptio fit auctoritate magiſtratus cuioſlibet, hoc eſt iudicis ordinarij, *§. 1. inſtit. de adoption.* Arrogatio verò non fit niſi ex reſcripto principis, aut illius, cui ipſe expreſsè commiſerit, neque cenſetur talis poteſtas conceſſa in generali commiſſione. Ita Bald. *in l. penult. §. fin. C. de adoption.* Nam arrogatio differt valde ab adoptione ſimplici. Quia arrogatio dicitur actus, per quem homo liber, ac ſui iuris principis auctoritate in alterius ingreditur poteſtatem, nempe in poteſtatem adrogatoris, & bona ſua omnia ſecum tradit eidem patri, non poteſt aliquid ſibi reſeruare, quod ſi reſeruet, nulla eſt reſeruatio, *l. paterfamil. in princip. ff. de adoption. l. ſi adoptauero*, vbi gloſſ. Bartol. & ſcribentes *ff. de precario.* ex quibus conſtat & quoad dominium, & quoad poſſeſſionem, omnia bona filij arrogati manere ſub poteſtate patris arrogatoris. 105.

Ex illa apparet diſcrimen alterum, nam arrogandus debet eſſe homo ſui iuris, adoptandus debet eſſe filiusfamilias, & alieni iuris. Item in arrogatione requiritur expreſſus conſenſus, tam in adrogato, quàm in adrogatore. In adoptione verò ſatis eſt tacitus conſenſus ex parte adoptati, qui præſumitur conſentire quoties ſciens non contradixit, vt habetur *in l. vltim. ff. de adoption.* & ibi Gloſſ. & ſcribentes, vbi Bald. limitat, niſi taceat metu, vel nimia reuerentia filius, *d. l. 1. tit. 16. p. 4.* & ibi Greg. Lop *in princip.* At verò ſi fuerit adoptandus infans, ſatis eſt expreſſus conſenſus patris, pro filio, quia poteſt ſtipulari pro illo, text. *in l. etiam infantem ff. de adoptionibus.*

Adrogator

106. Adrogator vt poſſit arrogare validè, debet eſſe quadraginta annorum, *inſtit.de adoption.* Syluest. *verbo, adoptio, quæſt.* . tenetúrque ſatiſdare de reſtituendis bonis adrogati illis perſonis, ad quas de iure bona eſſent peruentura, ſi adrogatus in ſuo ſtatu manſiſſet, *l. nec ei, §.fin. ff de adoption.* Quod intellige de impubere, ſi ante pubertatem è vita decedat, qui vbi primùm factus eſt pubes adrogatus, ſtatim obligatio fideiuſſorum ceſſat, vt colligitur ex *inſtit. de adoption. §. cum autem impubes*, & Gloſſ. & lex *nec ei, in fin. & ſeqq. ff. de adoption.* quod Gloſſ. affirmat. Item in arrogatione facienda Rex inquiſitione diligenter præmiſſa, quærit ab adrogante, an aſſumat in filium, verbi gratia, Titium hunc, & adrogans reſpondet, *aſſumo*, ruſus ait adrogato, *vis ne hunc in patrem?* & reſpondere debet, *volo*. Quibus dictis Rex imponens ſuam auctoritatem factum probat. Vnde infans, qui adoptari poteſt, nequit adrogari, *l. in adoption. ff. eod tit. & l. etiam infantem, iuncta gloſſ. ibi, ff. de adoption.* Bene tamen poteſt adrogari impubes ſeptennio maior ex reſcripto principis, & præmiſſo diligenti examine, & ſolennitatibus rite factis ante arrogationem.

107. Inducta fuit adoptio, tam perfecta, quàm imperfecta ad ſolatium eorum præſertim, qui prole carent. Vnde qui non habet filios naturales, poteſt ſibi per adoptionem filios legales, ſiue ciuiles aſſumere, qui legitimi tantùm vocantur, hoc eſt beneficio legum procreati, quales ſunt iſti adoptati, ſeu arrogati; hæc autem filiatio dicitur ciuilis, quia actu ciuili contrahitur, nempe per adoptionem affiliantur; quando verò adrogandus eſt impubes, debet fieri arrogatio coram parentibus, & de eorum conſenſu, cùm de eorum agatur præiudicio. Nam per eam arrogationem perſona, & bona pupilli ingrediuntur poteſtatem adrogatoris, & ad hoc legitimè agendum debet præcedere cauſæ cognitio multiplicatis de iure ſolennitatibus, de quibus *in §. cum autem impubes, inſtit. de adoptionib.* & Bartol. ibi, & ſcribentes *in d.l. ſi pater, §. in arrogationibus, & l. nec ei permittitur, ff. de adoptionib.* cognita verò cauſa maturè conceditur à Rege, vel negatur facultas adrogandi.

108. At dicamus, oportet, qui non poſſint adoptare? Reſpondeo eos non poſſe qui caſtrati, hoc eſt caſtè nati ſunt, quibus verò genitalia ſunt abciſſa cultello, vel aliquo alio modo, poſſe: quia ex accidenti generare non poſſunt. Ideo hi poſſunt adoptare, ſeu adrogare, *l. generalis, ff. de adoptionib.* Adoptans debet eſſe ſui iuris, & maior viginti quinque annis. Nam minor viginti quinque annis non poteſt ſua bona adminiſtrare; debetque ſaltem adoptans ætate excedere adoptandum

109. anni decem ſupra octo. Azor. *part. 1. inſtit. moralib. lib. 2. cap. 18. de filijs adoptiuis.* Brunell. *de ſponſ. concluſ. 27.* Henriq. *de matrim. lib. 2. cap. 12.* Roland. *in flore teſtamentor. rubr. 16. de legitimis* [illegible] *bera, num 6.* Nam minor natu maiorem adoptare non poteſt. Quia adoptio imitatur naturam. Vnde abs re erit, & contra naturam, vt filius adoptatus ſenior ſit, quam pater adoptanus; proinde pater debet eſſe maior natu, *§. minorem, inſtit. de adoptionibus.*

110. Item frigidi non poſſunt adoptare, cùm ſint impotentes ex natura, non verò ex accidentali caſu, *l. 2. ff de adoption.* Maleficiati tamen arrogare, & adoptare poſſunt, *§. ſed & illud inſtit. de adopt. l. 1. verſ. illud vtriuſque ff. eod.* ſicut etiam ſacris initiari, quia quamuis ex voto caſtitatis impediantur, non tamen a natura impediti ſunt generare. Ita Syluest. *verbo, adoptio, q. 3.* Armil. *num. 9.* Roſel. *verbo, impedimentum, imped. 7. n. 2.* & multo prius Hoſt. *cap. vnic. n. 4. de cognat. legal.* & ibi Abb. *n. 4.*

Sed quid dicendum de fœminis? Conſtat ex lib. Exodi *cap. 2.* filiam Pharaonis adoptaſſe Moyſem in filium. Ex quo apparet antiquam ſatis eſſe harum adoptionum originem. Quod etiam conſtat ex Aulo Gellio *noctium Atticarum lib. 5. tit. 19.* vbi tradit adoptiones fuiſſe apud Romanos, & ex Plutarcho fuiſſe apud Græcos, & apud Iudæos *lib. Eſther. cap. 2.* vbi Mardochæus ſibi adoptauit in filiam Eſther. 111.

Nihilominus dicendum eſt, fœminas non poſſe adoptare, quia non poſſunt habere filios in ſua poteſtate, niſi ex priuilegio, & reſcripto principis, nec filiis adrogati, ſeu adoptati à fœminis ex indulto principis tranſeunt in ipſarum poteſtatem, *§. fæmina, inſt. leg. nam & fæmina, ff. eod.* & gloſſ. *in l. mulierem, & in d. §. fæmina,* cum nec proprios filios legitimos habeant in poteſtate, *§. fæmina,* & ibi Angel. Guiliel. *in cap. Rayn. de teſt. 1. p. verb. & vxorem nomine, Adelaſiam, diſt. 5. n. 183.* Syluest. *verbo, adoptio, n. 5.* Rebel. *de obligat. iuſt. 2. p. lib. 3. q. 7. num 3.* Mol. *tract. 2. diſp. 227. verſ. adoptari, & arrogari.* Quibus accedit Sanch. *lib. 7. de matrim. diſp. 63. num. 3.* qui omnes concludunt regulariter non poſſe fœminam filios adoptare, licet adoptari ipſa poſſit, & rationem differentiæ tradunt ſcribentes *in d. §. fæmina, inſt. de adoptionib.* & Panor. *in cap. veniens, de cognatione ſpirituali.* Quod ſi aliquando ex indulgentia principis concedatur fœminæ adoptare filium, hoc fit in ſolatium liberorum amiſſorum in acie, aut ob vtilitatem, & commodum publicum, *l. mulierem, & §. fæmina, eod. tit. de adoptionib. & l. 8. tit. 16. part. 4.*

Excluduntur etiam à beneficio adoptandi tutores, & curatores: hi enim, neque adoptant, neque arrogãt illos, quorum habent curam, ſeu quorum habent adminiſtrationem in bonis, niſi ex indulgentia principis, vel poſtquam arrogandi ſint viginti quinque annorum, *l. non vnquam, ff. de adoptionib. & l. 6. tit. 6. p. 4.* Ratio forſitan erit, quam tradit Ioan. Brunel. *de ſponſalib. concl. 27. n. 4. verſ. ita non permittitur,* ne adrogator cogatur reddere rationem bonorum adrogati. Addunt etiam non poſſe adrogari, neque adoptari libertum alienum *l. paterfamilias, §. vlt. ad fin. ff. de adoption.* libertus tamen proprius à domino poteſt adoptari, & eo ipſo, quòd ſit adoptatus, cenſetur libertate donatus. Item abſentes, neque adoptari, neque adoptare poſſunt. Quare non poteſt hoc fieri per procuratorem *l. neque, & l. poſt mortem, § neque ff. de adoptionib.* Syluest. *verbo, adoptio, q. 2. & 6.* 112.

Diſſoluitur autem adoptio per mortem naturalem, ſeu ciuilem adoptantis, ſeu adrogãtis; deinde ſi damnetur adoptans ad metalla perpetuò. Tertiò ſi fiat patritius, ſeu Epiſcopus. Quartò per emancipationem, & per inceſtas nuptias ſcienter contractas. Ita Armil. *verbo, adoptio.* Rebell. *vbi ſuprà, lib. 3. de matrim. quæſt. 7. de cognatio. legal. num 4.* Sanch. *d. diſp. 63. n. 4.* Quod ſi adoptio diſſoluatur per emancipationem, neceſſaria eſt ſolennitas, quæ fuit inducta ad eam conſtituendam; alioqui non tollitur patria poteſtas, neque aufertur impedimentum dirimens matrimonium ortum ex cognatione legali; quia omnis res per quas cauſas ortum habet, per eaſdem diſſoluitur, *cap. omnis res. de regul. iuris.* Quamobrem ſi non 113.

ſeruetur forma, tam in conſtituenda, quàm in diſſoluenda adoptione, quando actus emancipationis fit, durat, vel non durat adoptio. Ita Alex. de Neuo *in cap. vnico ad fin. cognatio legal.* & ibi, Ioan. Andr. Quibus adde, quando adoptans non eſt de aſcendentibus adoptandi, fas eſſe illi quocumque tempore voluerit diſſoluere adoptionem, quia adoptatus manet in poteſtate patris naturalis, qui in adoptionem illum dedit, non verò in poteſtatem adoptantis, Molin. *tract. 2. diſp. 227. verſ. quando is qui.*

114. Sequitur dicendum de effectu harum adoptionum, hoc eſt de cognatione legali, quæ eſt impedimentum matrimonij, atque imprimis illa ſeſe offert dubitatio ea ipſa adoptione proueniens, inter adoptantem, & adoptatum, vtrùm ſcilicet cognatio legalis inter illos, & eius deſcendentes protrahatur in infinitú, an termineturr certo gradu, nimirum quarto? Placet aliquibus terminari quarto gradu, per cap. *non debet, de conſanguin.* Pro qua ſententia dimicat Valent. 4. *part. diſp. 10. q. 5. punct. 3. vbi de impediment. cognation. col. 2.* Sequitur Tolet. *lib. 7. in ſumm. cap. 4. num. 7.* Sa *verbo, matrimonij impedimenta, num. 29. verſ. cognatio legalis*, & Rebell. *dict. lib. 3. de matrim. impediment. quæſt. 7. num. 6.* quandiu adoptatus, non eſt emancipatus.

115. Aliis multo magis placet, quibus accedo, impedimentum cognationis legalis inter adoptantem, & adoptatum, eiuſque deſcendentes extendi in infinitum, qui tempore, quo facta fuit adoptio, erant ſub poteſtate adoptati, atque ita ſecundùm hanc ſententiam, non poteſt adoptans celebrare matrimonium cum filiis ſuis adoptiuis, neque cum deſcendentibus eorum, qui erant in poteſtate eorundem, dum fuerunt adoptati. Cum filiis tamen, vel quibuſcumque deſcendentibus filiorum adoptiuorum, qui non erant in poteſtate, quando adoptio facta fuit, poterit adoptans iuſtas nuptias contrahere. Ita Greg. Lop. *l. 7. verbo, nunquam, & l. 8. ad fin. tit. 7. part. 4. per text. inſtit. de nupt. §. ergo non omnes, verſ. & hæc adeo*, vbi dicitur non poſſe contrahi matrimonium inter aſcendentes, & deſcendentes, vſque in infinitum. Vnde cùm impedimentum legalis cognationis, ſit iure ciuili inuentum, & iure canonico approbatum *cap. ita diligere 30. quæſt. 3.* dicendum eſt extendi vltra quartum gradum. Cuius ſententiæ eſt Soacelus 2. *part. de ſponſalib. ſuper inſtit. de nupt. §. ergo non omnes, num. 12.* Syluest. *verbo, matrimonium 8. quæſt. 8. dicto 2.* Barth. à Ledeſm. *dub. 47. de matr. concl. 2.* & Vgolin. *de ſacramentis, vbi de matrim. cap. 19. num. 3.* Ex ea ratione, quia adoptata aliqua perſona, cenſentur adoptati omnes filij, nepotes, & reliqui deſcendentes, qui ſunt in poteſtate perſonæ adoptatæ, quando facta fuit adoptio, vt habetur *in l. ſi paterfamilias. in princip. ff. de adoptionib.* Ergo ſi nuptiæ ratione adoptionis interdicuntur adoptanti, & adoptato, conſequenter cenſentur prohibitæ reliquis deſcendentibus. Conſonat D. Thom. *in 4. diſt. 42. quæſt. 2. art. 3. ad 4.* vbi ait adoptato filio adoptari etiam nepotes in poteſtate filij adoptiui conſtitutos. Quod etiam do-
116. cuit Armilln. 3. *part. tit. 1. cap. 13. poſt princip.* vnde ſequitur poſſe fieri iuſtas nuptias inter adoptantem, & inter filias illegitimas, ſeu filios filij adoptiui, cùm non ſint in poteſtate adoptati, *§ vlt. inſtit. de nupt.* cum nulla contrahatur cognatio inter eos, & & inter patrem adoptantem.

Similiter poterit inire matrimonium pater adoptans cum filia filiæ adoptiuæ, quia mulier non habet filiam in ſua poteſtate, *§. fœmina, inſtit. de adoptionib.* cum filia filiæ adoptatæ non transferatur in poteſtatem adoptantis, & ſic non cenſeatur adoptata, vt bene notat Syluest. ſuprà ſcriptus, *dicto 5.* vbi pro hac ſententia refert Aſtenſem *in ſum. 2. part. lib. 8. tit. 19. art. 2. quæſt. 9.* dicens filium naturalem arrogantis contrahere poſſe cum filia filiæ arrogatæ, quia cùm fœmina neminem habeat ſub ſua poteſtate, filia arrogatæ mulieris non poteſt transferri in poteſtatem arrogantis naturam; ideo nulla contrahitur cognatio inter arrogantem, & filiam arrogatæ. Non poterit tamen filius naturalis adrogatoris ducere filiam viri adrogati, a ſuo patre, ſi quando fuit adrogatus, habebat filiam in ſua poteſtate. Syluest. *ibidem*, poſt Hoſtienſem, quem referens ſequitur.

Ex dictis hîc admoneor, vt dicam, quid ſit cognatio legalis, & quotuplex. Cognatio legalis eſt propinquitas ex adoptione proueniens, quæ eſt effectus adoptionis, ex eaque proficiſcitur. Vnde propriè adoptio non eſt impedimentum dirimés, vt tradit Rebell. minùs bene *d. ſect. 7. num. 5.* alioqui doctiſſimus, ſed cognatio legalis ex adoptione promanans eſt impedimentum dirimens. Dicitur propinquitas ad oſtendendam conuenientiam, quam habet cum cognatione carnali. Adoptio verò eſt cauſa illius. 117.

Sunt autem tres ſpecies cognationis legalis. 118.
Prima eſt in recta linea inter adoptantem, & adoptatum, & inter adoptantes, & filios, & deſcendentes adoptati, vt viſum eſt: ſemperque eſt impedimentum dirimens, nec clauditur quarto gradu, ſed ducitur in infinitum, ex *d. §. non omnes, verſ. & hæc adeo*, vbi dicitur non poſſe hos inter ſe matrimonio iungi. Quocirca non eſt audiendus Henriq. *lib. 12. de matrim. cap. 12. num. 3.* vbi vult ad ſimilitudinem affinitatis ex copula fornicaria reſtringi cognationem legalem ad ſecundum gradum & vltra illum non dirimere, quod non eſt dicendum: Ita Rebell. *d. quæſt. 7. num. 11.* ex eo quòd legalis cognatio publica ſit, & affinitas ex copula fornicaria occulta eſſe ſoleat, ideo extenditur ad omnes deſcendentes, qui tempore adoptionis erát ſub poteſtate adoptati. Sanchez *d. diſput. 63. num. 31.* multis ibi citatis. Secunda ſpecies cognationis legalis reperitur inter adrogatorem, & vxorem arrogati, itemque inter vxorem arrogátis, & arrogatum, vt habetur *in l. adoptiuus, ff. de ritu nupt. & l. regia 8. tit. 7. part. 4.* & traditur à D. Thom. *in 4. diſt. 42. quæſt. 2. art. 3.* Sanch. *num. 6.* Reginald. *tom. 2. lib. 31. ſect. 4. num. 162.* Rebell. *vbi ſupra, num. 6.* Tertia ſpecies cognationis reperitur 119.
in linea tranſuerſali, nempe inter filios carnales adoptantis & inter filios eiuſdem adoptiuos. Ita habetur *in l. per adoptionem 17. ff. de ritu nupt. & in cap. vnico, de cognatione legali*, & noſtri vbi proximè allegati.

Quæſtio eſt, an hæ tres cognationes legales, 120.
perpetuò dirimant matrimonium, & ad quas perſonas, & ad quem gradum extendantur? Omiſſis hinc inde opinionibus, dicendum eſt cognationem legalem in recta linea perpetuò impedire, ac dirimere matrimonium, etiáſi omnino ceſſet, ac ſoluatur adoptio. Idem dicendum eſt de ſecunda cognatione, atque ita, nunquam poterunt contrahere, etiam poſt ſolutam adoptionem, adoptatus cum adoptante, eiuſve vxore, neque adoptans cum adoptatis, vel cum vxoribus illorum. De prima ſpecie loquitur lex *quin etiam, ff. de ritu nupt.*

&

*& inſtit. de nupt.* De ſecunda loquitur lex, *adoptiuum, ff. de ritu nupt.* Rebell. *d. ſect. 7. a num. 6.* Syluest. *verbo, matrimonium, 8. n. 8. quæſt. 8.* vbi aiunt impedimentum in his duabus ſpeciebus perpetuò durare etiam poſt emancipationem, per dictam legem *adoptiuum, ff. de ritu nupt.* quod extendunt adhuc poſt mortem patris, quamuis ante mortem illos fuiſſet emancipatus.

Contenti in tertia ſpecie cognationis in linea tranſuerſali, nempe filij carnales adoptantis, & filij adoptiui eiuſdem non poſſunt validè matrimonio coniungi durante adoptione, ſeu quandiu ſunt in poteſtate patris, ſeu quandiu non accedit emancipatio. Ita Rebell. *vbi ſupra, num. 8. ex cap. per adoptionem, 30. quæſt. 3.* Vnde non datur impedimentum inter adoptatum, & filios illegitimos adoptantis. Reginald. *vbi ſupra, num. 163.* Sanch. *num. 30.* Vbi tamen ait probabile etiam eſſe, non poſſe conſiſtere matrimonium inter filiam illegitimam adoptantis, & filium adoptatum:

At multo probabilius eſſe eos poſſe matrimonio coniungi, cum inter eos nulla ſit cognatio, neque illegitimi ſint in ſacris patris, hoc eſt in poteſtate patris. Et quamuis filius illegitimus ſit filius carnalis, nihilominus non contrahunt cognationem legalem, niſi filij carnales legitimi, de quibus ſentit Gloſſ. 30. *quæſt. 3. in ſumma, verbo, quod autem, & cap. vnico, verbo, quandiu de cognatione legali,* Henriquez *lib. 12. de matrim. cap. 12. num. 3.* Tolet. adhæret Matienzo *lib. 5. recopil. tit. 1. rubric. gloſſ. 1. num. 172.* Quare ſecunda ſpecies, hoc eſt in ea comprehenſi non perpetuo impedimento conſtringuntur, duratque impedimentum durante adoptione, eáque ſoluta tollitur, mortuóque adoptante inter huius filios legitimos, & adoptatum, nullum eſt impedimentum, atque ita quando dirimit inter hos matrimonium ſubſiſtit in primo gradu. Sà *matrimonij impedimenta, num 30.* Couar. *vbi ſupra,* Rebell. *n. 8. verſ. Tertia inter filios,* addens terminari primo
121. gradu, quoad dirimendum & eſt communis. Vnde nulla contrahitur cognatio, inter adoptantem, & parentes filij adoptiui, atque ita poteſt adoptans iuſtas nuptias contrahere, cum matre filij adoptiui. Ita Gregor. Lopez *l. 7. verbo, nunquam, tit. 7. p. 4.* Tolet. *citat. cap. 4. ad fin.* Philiarch. *de officio ſacerdotis, tom. 1. part. 2. lib. 2. cap. 11, in fine,* Nauar. *in ſumma, cap. 22. num. 45.* & Syluest. *matr. 8. quæſt. 8, dicto 2.* quia nullo iure cautum inter eos contrahi cognationem.

122. Receptum item eſt, nullum reperiri impedimentum inter ipſos fratres adoptiuos, niſi aliúde habeant, vt non poſſint contrahere inter ſe, Gloſſ. *in cap. vnico, de cognatione legali,* Sà *vbi ſupra, num. 42.* Rebell. *num. 12.* & eſt communis, vno excepto Hoſtienſe, teſte Couar. *ibid.* Quin addit D. Thom. *adoptantes, d. diſt. 42. art. 3. ad 1.* contrahere poſſe cum parentibus adoptati, vt dictum eſt, filiiſque legitimos, cum adoptiuis ceſſante adoptione, cùm conſtet iure naturæ adoptionem non fuiſſe inductam, neque ex ea cognationem matrimonio obſtantem conſurgere, ſed eſſe ſolo iure humano impedimentum inuentum.

123. Difficilis hic occurrit dubitatio, an ex adoptione imperfecta, quæ eſt adoptio ſimplex, proueniat cognatio legalis, ſufficiens ad dirimendum matrimonium? Pars negans ex eo probatur, quòd adoptio ſimplex, eſt via, ac diſpoſitio per quam fit tranſitus ad adoptionem perfectam, qualis eſt arrogatio, ſeu adoptio perfecta, per quam datur in filium alicui ex aſcendentibus conſanguineo, & per vtramque tranſit adoptiuus in poteſtatem adoptantis. Atqui per ſimplicem adoptionem, factã extraneæ perſonæ, adoptatus non tranſit in poteſtatẽ adoptantis, ergo non videtur impedimentum dirimens cognatio legalis, proueniens ex adoptione imperfecta, qualis eſt ſimplex adoptiò, ſed cognatio, quæ procedit ex arrogatione, ſeu adoptione perfecta, per quam adoptiuus tranſit in poteſtatem adoptantis. Huius ſententiæ eſt Syluest. *verb. matrimonium, 8. quæſt. 8. dicto 4.* Innocent. *in cap. vnico, num. vnico, de cognatione legali.* Sotus ſubdubius tamen, cum dicat fortaſſe ſic eſſe *in 4. diſt. 42. art. 2. ad fin.* Quibus adhærent Henriquez *lib. 12. de matrim. cap. 12. num. 3.* Sanch. *d. quæſt. 63. num. 9.* & Reginald. *dicto lib. 31. ſection. 4. numero 161.*

Probabilior eſt pars affirmãs, ex vtraque adoptione, tam perfecta, quam imperfecta oriri cognationem legalem impedientem, ac dirimentem matrimonium, per text. *in §. ergò non omnes, inſtit. de nupt. & §. inter eas inſtit. eod. tit. & l. quin etiam, ff. de ritu nupt. & l. 7. tit. 7. part. 4.* Item *l. adoptiuus, ff. de ritu nupt.* qui omnes text. abſolute, & abſque omni diſcrimine loquuntur de vtraque adoptione, ergo non eſt opus vti diſtinctione, vbi textus non diſtinguunt, vt affirmat Couar. *2. part. epitome, cap. 6. §. 5. num. 2.* dicens quoad vim dirimen. ll. nihil differre adoptionem ab arrogatione; imò in vtroque caſu idem eſſe dicendum, per gloſſ. & text. *in cap. 1. de cognat. legal.* quam ibi Doctores communiter ſequuntur; additque Couar. *ibid. num. 3.* hanc partem eſſe veriorem, ac receptiorem, quam ex antiquis iuriſperitis ſequuntur Hoſtienſ. *in d. cap. vnico, ad fin. de cognat. legal.* & Anchar. *ibi, n. 8.* Alexand. de Neuo, *num 11.* Aſtenſ. *2. part. ſum. l. 8. tit. 19. art. 2. quæſt. 8.* Gregor. Lopez *in l. 7. tit. 7. part. 4 verb. Que porfijaron.* Eandem ſententiam ex Theologis ſequuntur Richard. *in 4. diſt. 42. art. 2. quæſt. 2. ad 2.* Paludan. *quæſt. 1. art. 2. concluſ. 7. num. 25.* Petr. de Soto *lect. 11. de matrim. §. de cognat. legal.* Tolet. *lib. 7. ſum. cap. 4. num.* Angl. *in florib. 1. part. vbi de matrim. quæſt. vltim. art. 2. concl. 2.* D. Antonin. *3. part. cap. 3. tit. 2.* Ludou. Lopez *2. part. inſtructor. vbi de matrimon. cap. 51. ad fin.* Sà *verbo, impedimentum matrimonij, num. 29.* Quibus nouiſſimè acceſſit Rebell. *2. part. lib. 3. ſect. 7. num. 15.* vbi ait cognationem legalem, profectam ex vtraque adoptione perfecta, & imperfecta, obſtare matrimonio contrahendo, ac contracto, cum eadem ratio militet in vtraque.

Confirmatur exemplo criminis, quod eſt im- 124.
pedimentum dirimens, non ſolùm quando vir, & fœminæ machinati ſunt mortem alterius coniugis, eo fine, vt copularentur matrimonio, occiſione ſecuta, vt conſtat ex *cap. ſi quis viuente, 31. quæſt. 1. & ex cap. laudabilem de conuerſ. infidel.* Docentque Caiet. *verbo, matrimonium, cap. 1. impediment. 5.* Tolet. *lib. 7. ſum. cap. 6. num. 2.* Bellarm. *lib. 1. de matrim. cap. 22.* & Henriquez *lib. 12. de matr. cap. 14.* quos refert, ac ſequitur Sanch. *lib. 7. de matrim. diſp. 78. num. 9.* Sed etiam quando alter poſt commiſſum adulterium coniugem ſuum, vel alterius complicis interemit, vt cum adultero ineat matrimonium, tale crimen eſt etiam impedimentum. Rebell. *vbi ſuprà, quæſt. 8. num. 3.* addens non eſſe opus, vt ambo adulteri concurrant ad homicidium, ſed ſatis eſſe vnum eorum concurrere; er-
go non opus eſt vt adoptio ſit perfecta, vt ex ea 125.

[illegible] dum eſt matrimonium, cum id adhuc non ſit in iure cautum, vt viſum eſt. Probatur ex traditis a Sanch. *vbi proximè, num.* 8. vbi ex aliorum ſententia refert, ſi vxor virum occidat ad contrahendum cum adultero, nullum incurri impedimentum dirimens matrimonium, ex ea ratione, quia text. *cap.* 1. *& cap. ſuper hoc*, *& cap. ſignificaſti. de eo, qui duxit eam*, &c. non loquuntur, niſi de occiſione vxoris, atque ita non eſſe extendendum ad occiſionem viri, vt expreſsè tradunt Victoria *in ſum. tit. de matrim. num.* 192. Ledeſm. 2. *part.* 4. *quæſt.* 62. *art.* 2. *poſt tertiam propoſitionem*. Canned. *in ſum. ſacrament. tit. de matrim. cap.* 5. *ad finem, in comment. num.* 32. dicentes non eſſe impedimentum occidere virum, quia text. non loquuntur, niſi de occiſione vxoris. Cùm igitur text. *de cognat. legal.* loquuti nihil diſtinguant inter adoptionem perfectam, & imperfectam, concluſio ſit, cognationem legalem ortam ex quacumque adoptione eſſe impedimentum dirimens, vt præter Doctores citatos aſſerunt Vgolin. *de ſacrament. tit. de matrim. cap.* 19. *num.* 3. Monald. *in ſum. tract. de matrim.* vbi de impedimento cognationis legalis. Anton. Cuccus *lib.* 5. *inſtit. maior. tit.* 14. *num.* 28. Goffred. *in ſum. tit. de cognat. legat. ad fin.* Angel. *verb. matrimonium*, 3. *impediment.* 8. *n.* 4. Tabien. *impedim.* 6. *quæſt.* 1. *num.* 2. & Gaeta *repetit. cap. ad limina* 30. *quæſt.* 1. §. 4. *quæſtion.* 115. *n.* 424. à quibus non eſſe tutum recedere arbitror.

126. Sed qui fieri poteſt vt ex agnatione legali, quæ legibus ciuilibus eſt inducta, oriatur impedimentum dirimens matrimonium? Cum principi ſæculari ſit interdictum aliquid diſponere circa matrimonia fidelium impedienda, aut irritanda; & probatur, quia contractus matrimonialis limites naturæ iam excedit, ac poteſtatis humanæ cùm ſit ſacramentum, *cap. Tuam, de ordin. cognit.* vbi deciditur cauſas matrimoniales ad Eccleſiaſticos, non verò ad ſæculares pertinere: imò ad ſolos Epiſcopos, & non ad inferiores, *cap. multorum*, 35. *q.* 6. & *cap. accedentibus, de exceſſ. prælator.* Ergo cognatio legalis nullo modo poteſt eſſe impedimentum dirimens, cùm ſit inuentum à principe politico ſæculari, qui circa impedimenta matrimonij, nihil poteſt ſtatuere pro fidelibus ſibi ſubditis, vt notat D. Thom. *in* 4. *diſt.* 42. *art.* 2. *ad* 4. vbi Richard. *art.* 2. *quæſt.* 2. *in fine corpor.* Cañed. *in ſum. ſacrament. de matrim. cap.* 6. *fine*, & Sot. *in* 4. *quæſt.* 2. *art.* 2. *ad* 2. Couar. *in epitom.* 2. *part. cap.* 6. §. 10. *num.* 16. Sylueſt. *matrim.* 8. *quæſt.* 8. *dicto* 1. & Pegoera *quæſt. crim. cap.* 42.

127. Dicendum tamen eſt huiuſmodi leges ciuiles ſtatuentes cognationem legalem à iure canonico fuiſſe approbatas, vt expreſsè habetur in cap. *Ita diligere*, 30. *quæſt.* 3. vbi prima ſpecies cognationis legalis in linea aſcendentium approbatur. Impedimentum verò cognationis legalis in linea tranſuerſa confirmatur *in cap. vnico, de cognat. legal. & in cap. per adoptionem*, 30. *q.* 3. nec refert, ſi dicas non reperiri approbatam ſpeciem affinitatis legalis in iure canonico, quia ſatis eſt, quòd ſint hæ omnes tres ſpecies à conſuetudine Eccleſiaſtica receptæ, nullo Summo Pontifice contradicente. Ita D. Thom. præcit. *quæſt.* 1. *art.* 2. *corp. & ad* 4. Paludan. *ibi q.* 1. *art.* 2. *concl.* 7. *n.* 25. Sylueſt. *vbi proximè*. Lancell. *inſtit. iuris canonici, l.* 2. *tit. de triplici cognatione, vbi de legali, §. legalis cogn. verb. proueniens*, & Greg. Lop. *l.* 7. *verb. porque, tit.* 7. *p.* 4. & Gallego *cap.* 3. *num.* 56.

Neque negandum eſt poſſe principem iudicere ſibi ſubditis impedimenta, quæ dirimant contractum matrimonij, ſicut irritat contractus alios ab eis initos ſine certis ſolemnitatibus, vt patet in contractu minorum, ſine auctoritate tutorum inito, & alienatio bonorum immobilium facta à marito ſine expreſſo conſenſu vxoris eſt omnino nulla ex lege Luſitana *lib.* 4. *tit.* 48. & *ibi* Barboſ. *in remiſſ. in princip.* poſt multos ibi relatos, & Sanch. *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 4. *à num.* 4. *& lib.* 7. *diſp.* 3. *num.* 7. vbi ait poſſe principem ex genere ac natura ſuæ poteſtatis huiuſmodi impedimenta matrimonij creare, cuius materia eſt contractus ciuilis, ideo poteſt illud ex cauſa iuſta irritare, reddendo perſonas inhabiles ad contrahendum, & ſic redditur contractus inualidus, vt tradunt Henriquez *lib.* 12. *de matrim. cap.* 1. *num.* 4. Bellarm. *l.* 1. *de matrim. cap.* 32. *ad fin.* Victor. *in relect. de matrim.* 1. *p.* 2. *p. num.* 12. quos ſequitur Barto. à Ledeſm. *dub.* 29. *de matrim. concluſ.* 1. *in fin.* Quibus non obſtantibus fatendum eſt, hodie id principibus ab Eccleſia eſſe interdictum, ita vt ſi principes hac de re legem tuliſſent, eſſent prorſus irritæ, cùm hoc ſit reſeruatum Eccleſiæ, cui poteſtas temporalis ſubiicitur in ordine ad finem ſpiritualem, ac ſupernaturalem. Ex quo non licet principibus circa matrimonium fidelium impediendum, ac diſſoluendum aliquid ſtatuere: cùm hoc ſit de reſeruatis Summo Pontifici. Ob quam rem aliqui abſolutè affirmant principes nihil omnino poſſe. Quod intellige ſuppoſita hac reſeruatione, non verò quòd non ſit penes illos poteſtas. Henriq. & Bart. à Ledeſm. præcitati. Sed de his diximus *ſuprà, lib.* 2. *diſp.* 4. §. 2. *num.* 290. *& ſequent. &* 310. 128.

An verò cognatio legalis matrimonio iam contracto ſuperueniens impediat petere debitum coniugi, qui eam contraxit? Affirmare videtur Syluest. *verbo, matrimonium*, 8. *quæſt.* 7. *dicto* 2. quia impedimentum, quod dirimit, ſi poſt matrimonium contrahitur, impedit vſum matrimonij, ne delinquens poſſit petere licitè. Sed meliùs cum aliis negat Petr. à Ledeſm. *de matrim. quæſt.* 57. *art.* 1. *ad fin.* cùm non ſit hoc iure aliquo cautum. Sequitur Sanch. *lib.* 7. *diſp.* 63. *num.* 19. 129.

Denique illud eſt notandum, quòd ſicut adoptio non poteſt fieri ſine auctoritate magiſtratus, penes quem ſit merum, & mixtum imperium, ſic etiam adoptionem non poſſe diſſolui, niſi auctoritate magiſtratus, vt impedimentum auferatur; alioqui ſi fiat diſſolutio, non ſeruata forma, non tollitur impedimentum. Ita Alexand. de Neuo *in d. cap. vnico, num.* 8. poſt Hoſtienſem *ibi ad fin. de cognat. legal.* Non tamen requiritur hæc ſolemnitas, ſi pater adoptans moriatur, nam eo ipſo extincta fuit adoptio, ac poteſtas patria, & cognatio tranſuerſa, hoc eſt, filij legitimi adoptantis patris, & filij adoptiui eiuſdem poſſunt licitè matrimonium contrahere, poſt emancipationem, quoniam diſſoluta patria poteſtate, ceſſat impedimentum, vt habetur *in cap. vnico, de cogn. legal. & l. per adoptionem, ff. de ritu nupt.* 130.

* * *

§. VIII.

## §. VIII.

### *Principi ſupremo integrum eſt ſibi ſubditos nobilitare.*

### EPITOME.

131 *Nobilitas extrinſeca quid ſit.*
132 *Principes poſſunt conferre nobilitatem ſubditis.*
133 *Inferiores Principe poſſunt nobilitare ſubditos de licentia Regis.*
134 *Nobilitas quando inceperit, & an viris ſanctis competat.*
135 *Quotuplex ſit nobilitas, & quæ ex illis præferenda aliis.*
136 *Nobiles tam in dignitate ſæculari, quam in Eccleſiaſtica ſunt præferendi ignobilibus.*
137 *Quis fuerit primus princeps, qui nobiles creauit.*
138 *Nobiles à principe dicuntur datiui, alij verò ſunt natiui.*
139 *An ſint nobiles nati ex altero parente tantum nobili.*
140 *Deſcendentes ex fœmina nobili, an gaudeant priuilegiis nobilium.*
141 *Nobilitas ex parte matris, in quibus caſibus ſit conſideranda.*
142 *Nobilitati a principe, an gaudeant priuilegiis, quæ habebant, quando erant populares.*
143 *Princeps an poſſit creare Doctores, ita vt habeant priuilegia, ſicut cæteri.*
144 *Doctorum priuilegia, an extendantur ad milites armata militia, & ad magiſtratos artium.*
145 *Milites equeſtres, confirmati, Doctores, & fidalgi, quibus gaudeant priuilegiis.*
146 *Milites equeſtres ſimplices, & fidalgi de cota darmas, quænam habeant priuilegia.*
147 *Milites equeſtres ſimplices poſſunt facere procuras manu propria, ſicut Duces ſignifери, & ſargenti.*
148 *Nobiles non poſſunt carcerari niſi in certis caſibus.*
149 *Nobiles, imò nobiliſſimos ſcientia creat.*
150 *Doctoratus eſt dignitas, doctoréſque gaudent priuilegiis nobilium.*
151 *Doctores nobiles, milites equeſtres confirmati, non poſſunt torqueri, nec pro debito ciuili carcerari, non deſcendente ex delicto.*
152 *Doctores, & nobiles in quibus caſibus poſſint torqueri, & amittant nobilitatem.*
153 *Nobiles, qui non poſſunt torqueri, an poſſint terreri verbis ſaltem.*
154 *Nobilitatis priuilegio an poſſit quis renunciare? Pars negans eſt vera, pars affirmans eſt probabilis.*
155 *Ceſſionis bonorum beneficio an poſſit quis renunciare, vt perpetuò carceretur.*
156 *Nobilem ſe eſſe negans dum contrahit, non gaudet priuilegio nobilitatis.*

131. NOBILITAS extrinſeca eſt qualitas illata, per principatum poſſidentem, qua quis acceptus oſtenditur, vltra honeſtos plebeios. Ita Ioan. Rayn. *in tract. nobilitatis, in 1. quæſt. princip.* Panorm. *in cap. 2. col. 2. de purg. canon.* & Guid. Papæ *deciſ. 196. nobilis, col. 2.* & Imol. *in c. de multa, ad fin. de præbend.* Secundùm quam definitionem oſtenditur regi cõpetere nobilitare ſubditos, Bart. *in l. 1. num. 12. C. de dignitatib. lib. 12.* & Bald. *in l. ſacrilegij, C. de diuerſ. reſcript.* Facit text. *in cap. cum redemptor 12. quæſt. 2. & l. 2. & vlt. de natal. reſtituend.* Chaſſan. *in catalog. glor. mund. 8. part. conſiderat. 17.* Secundùm verò Ariſtotel. nobilitas eſt virtus, & antiquæ diuitiæ 4. *Politicor. cap. 8.* Necnon eſt quædam claritas maiorum 2. *Rhetor. cap. 15.* Cuius etiam meminit Caſtill. *lib. 1. politicor. cap. 4. num. 1.* Sed de his poſtea, nunc de nobilitate à principe ſupremo inducta, non ſolùm expreſsè, ſed etiam tacitè conceſſa, quæ maior eſt, ac longè excellit nobilitati, quam inferiores domini ſolent concedere. 132.

133. Quod verò inferiores principe ſupremo poſſint nobilitare, tradit Ioan. Rayn. *in tract. de nobilitat. in 3. quæſt. 3. q. principalis,* & ante eum Andr. Iſern. *in cap. §. vlt.* & *ibi* Cardin. Alexand. *col. 2. tit. quis dic. dux, com. marc. per text. in l. 2. ff. de alb. ſcrib.* Nihilominus ſemper à ſupremo principe creati hos nobiles excedunt Luc. de Penn. *in l. 1. C. de agat. dign. lib. 12.* vbi ſubdit aliam eſſe claritatem ſolis, aliam ſtellarum, quod diſcrimen inducit inter nobilitatem à ſupremo principe, & ab inferiore creatam. Nam quamuis ab inferiore principe creatus nobilis, ſit multo antiquior nobili à Rege creato, ſemper creatus à Rege præferendus eſt nobili ab alio inferiore creato. Ita Alexand. *in l. 2. § ſi prius, ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtitut.* Felin. *in cap. per tuas, de maiorit. & obedient.* & Panorm. *in cap. poſtulaſti, de conceſſ. præbend.* quibus accedit Chaſſan. *in catalog. glor. mund. part. 20. conſiderat. 31.* & Afflict. *in conſtitut. Siciliæ, incipit, conſtitutione præſenti, in 2. notab.*

Ab hac regula excipiuntur inferiores ſupremo principe, qui ab eo habent priuilegium; quòd eo ipſo quòd creent aliquem nobilem in domo ſua cenſeatur fidalgus, in libris regiis deſcriptus, prout habet excellentiſſimus Brigantinus. Atque ita ab eo creati nobiles, & deſcripti in eius libris, habent omnes prærogatiuas, quibus gaudent nobiles, vulgò *fidalgi* nuncupati, deſcriptique in libris regiis, cum pro iiſdem habeantur ab eo die, quo ab excellentiſſimo Duce creantur nobiles. Neque inter illos ſic nobilitate inſignitos eſt aliquod diſcrimen, cum iiſdem priuilegiis vtrique fruantur.

Generis nobilitas eſt qualitas, ſiue dignitas promanans ex ſplendore clari ſanguinis à parentibus trahens originem, & in filios naturales, ac legitimè natos per carnem continuata. Hæc verò ſemper ſemper in honore eſt apud omnes, nec deſunt qui opinentur nobilitatem ab orbis conditi exordio principium habuiſſe, aut certè paulò poſt, nimirum ab Abel, quandiu vixerit, ipſumque nobilitatem retinuiſſe. Bart. *in l. 1. col. 4. verſ. Si ergo aliquis, C. de dignit. lib. 12.* quam amiſit Cain patrato fratricidio, & Cham deridens patrem nudum, ac ebrium, dicente ſcriptura Geneſ. 9. *Maledictus Chanaan, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis.* Quibus verbis ſignificatur nobilitatem maiorum amiſiſſe, & in miſeriam ſeruitutis fuiſſe prolapſum, reliquos verò duos fratres, Sem, & Iaphet nobilitatem maiorum retinuiſſe, & ad poſteros propagaſſe. Vnde Ariſtotel. 3. *politicor. cap. 8.* ait nobilitatem eſſe virtutem generis, quia conſentaneum eſt rationi ex melioribus meliores naſci. 134.

Idcircò

Idcircò viri ſanctiſſimi à nobilitate commendantur, quaſi nobiles teneantur ab inſita nobilitate maiorum non eſſe degeneres. Quod non latuit Euangeliſtam Lucam in exordio ſui Euangelij, vbi nobilitatem parentum ſanctiſſimi Baptiſtæ commemorat. Cuius etiam meminit ibi Ambroſ. his verbis; *Plena eſt laudatio, quæ genus, mores, officium, factum, iudicium comprehendit, & meritò; ſicut enim nobilitas laudi, honorique eſt virtute præditis, ſic etiam nobilitas dedecori eſt flagitioſis.* Cyn. *in leg. prouidendum, C. de poſtuland.* Proinde qui à progenitorum virtute, ac ſanctitate degenerant, tantò plus habent dedecoris, quantò genus eſt illuſtrius, teſte Chryſoſtomo *homil. 5.* in Matth. docente nobilitatem, vel bonitatem cognatorum non valere, niſi fuerimus nos ipſi boni. Accedit ſententia Saluſtij in Iugurtha, ibi, *quanto vita maiorum præclarior eſt, tanto poſterorum ſocordia flagitioſior.* Vnde colliges nobilitatem generis nullius eſſe momenti, niſi virtutibus decoretur, vt probat Bald. *in l. nobiliores, C. de*
135. *commer. & mercat.* Vbi tradit nobilitatem eſſe in triplici differentia; primam ex ſtirpe prouenire, quam vulgus amat; ſecundam ex virtute, quam Philoſophus probat; tertiam ex genere, & virtute, quæ eſt vera nobilitas. Nam quo magis nobiliores verſantur in omnium intuentium oculis, eò egregiis eos decet virtutibus eſſe informatos. Quod ſi contrà ſe gerant, incident in vulgarem adagij antiqui notam vocantis nobiles flagitioſos, *ſimias purpuratas.* Ex quibus conſtat nobilitatem ex genere, & ſtirpe regulariter magni faciendam, nobilitatem verò à te procedentem tibi plus cordi eſſe debere, vt ait Caſſiodor. *in quadam epiſtola.*

Ambigi poteſt an inter plures ſcientia, ac ſapientia pares, nobiles ſint præferendi? Pars negans ex eo probatur, quòd nobiles ex genere, vt plurimum ſunt ambitioſi ac ſuperbi, teſte Ariſtotele *Rhetor. ad Theodectem, lib. 2. cap. 11.* Ideo cum opuleſcere incipiunt, in dies optant fieri opulentiores; & qui honorantur, exoptant magis, ac magis fieri honorabiliores, & conſequenter ambitioſiores. Concordat Bald. *in l. per adoptionem in 1. lect. ff. de adoptionib.* vbi vocat nobiles plerumque ſuperbos, & vitioſos. Imò ab aliquibus vt plurimùm dicuntur ingrati, & illiberales, ac libidini dediti; quæ vitia ſunt maximè deteſtanda in iis, qui Reipublicæ adminiſtrandæ præeſſe debent. Ergo, cæteris paribus, nobilibus præferendi ſunt minùs nobiles, ſeu plebeij.

Pars affirmans ex eo videtur vera, quòd plebeij, ſeu minùs nobiles, non poſſunt deligi ad dignitates, ſeu honores publicos, ſed nobiles. Bart. *in l. 1. C. de dignitatib. lib. 12. num. 46.* Authen. *præſides, in princ.* ibi, *nobiliores ciuitatum, C. de Epiſcop. aud.* Text. *in §. 1. in princ. in verb. viri obſcuri,* & iterum *in verſ. Interim, in verb. vniuerſi nobiliores,* & ruſſus *in §. vlt.* ibi, *vnumquemque nobilium,* in Auth. *de defenſ. ciuit.* vbi gloſſ. obſeruat *in verb. nobiliores,* deberi aſſumi nobiliores ad magiſtratus, & honores, potiùs quàm ignobiles; Anton. Roſell. *in tract. de poteſt. Imper. & Papæ in vltim. quæſt. verſ. Hanc dignitatem non eſſe deſcribendam,* & Io. Rayner. *in tract. de nobilit. in 7. quæſt. princip.* vbi volunt nobiliores eligi debere in præſides magiſtratus. facit text. *in cap. grandi. de ſupplen. negligen. prælator. lib. 6.* Ex quo colligunt in dandis dignitatibus ſæcularibus pluris faciendam nobilitatem. Hæc ſecunda pars verior eſt.

Quod intellige cæteris per omnia paribus, 136.
nam ſi quis ſit virtute præditus, & alter nobilis dumtaxat, certum eſt virtuti potiorem locum eſſe. Ioan. And. *in cap. conſtitutus, 2. de appellationib.* Anchar. *conſ. 339. pro maiori,* Hoſtienſ. *in cap. 1. de de conſanguinit. & affinit. & in cap. penult. de præbend.* Conſtat, quia ſi nobilis careat virtute, & ſcientia; nemo dicet eſſe præferendum viro ſancto, aliàs idoneo ad honores, & magiſtratus. Quod procedit, non ſolùm in magiſtratibus ſæcularibus, ſed etiam in dignitatibus, ac beneficiis Eccleſiaſticis. Cabed. *2. part. decis. 73. num. 7. & 8.* Tiraquell. *de nobilit. cap. 20. num. 9. & 17.* Sicque intelligendi ſunt Doctores apud Cabedum *1. part. deciſ. 2. num. 1. & 2. part. deciſ. 84.* dum aiunt nobiliores eſſe eligendos ad honores, & ad officia publica, multis ibi relatis.

Sed quid dicendum, quando concurrunt tres nobiles? Primus nobilis ex ſapientia. Secundus nobilis ex virtutibus, ac bonis moribus. Tertius ex genere, & diuitiis? Cyn. *in l. prouidendum, C. de poſtulando,* teſtatur nobilem moribus, ac virtute anteponendum eſſe nobili genere tantùm. Contrà verò ſi quis moribus ſit nobilis, & pariter genere, præferendum eſſe nobili ex moribus ſolùm, cum habeat duplicem dignitatem, alteram ex virtute propria, alteram à maioribus prouenientem. Sequitur Bald *in l. cum plures, §. 1 ff. de admi. tutor.* Vnde in aſſumendis ad dignitates tam ſæculares, quàm Eccleſiaſticas, præferendus eſt nobilis, & literatus ſimul, literato dumtaxat. Salicet. *in l. ſocietates, ff. pro ſocio,* & Bald *in l. ſed, & ſimiles, in princip. ff. de excuſ. tutor.* Ex quo deducitur præfulgentem dignitate Comitis, ac Baronis ſimul, præferendum Comiti dumtaxat ſimplici, ſicut debet præferri nobilitas ex ſapientia, ſcientia, & virtute, cùm ſit ſpiritualis, nobilitati ex genere & diuitiis, ſeu loco, aut priuilegio ortæ, quæ non eſt ſpiritualis, ſed terreſtris, Luc. de Penn. *in l. mulieres, col. 4. in princip. C. de dignitatib. lib. 12.* magiſque nobiles dicuntur, qui ex virtute ſunt nobiles, quam qui ſunt ex genere. Cæpol. *in ſuo tractat. de Imper. milit. eligend. in verbo, pro Imperatore, col. 11.* Chaſſan. *in catalog. part. 8. conſider. 7. & conſiderat. 20. & 28.* vbi concludit ſi inueniatur nobilitate animi dumtaxat munitus, magis idoneum ad regendam rempublicam hunc cæteris quantumcumque nobilioribus genere eſſe præferendum; argumento Saulis moribus nobilis in regem electi à Samuele, iubente Deo, in quo non nobilitas ex genere, ſed ex moribus præfulſit, vt notat Ioſephus *lib. 6. antiquitatum, cap. 4.* ſubdens Dauidem ex fratribus minimum, qui poſt fœtantes in agro morabatur, in regem Hebræorum fuiſſe eleuatum, quod virtus in eo ſplendeſcens, non generis nobilitas excogitauit.

Ad obiecta dicendum eſt ex Ariſt. *lib. 2. polit. c. 8.* nobiles & ingenuos honores ſibi rationabiliter arrogare, & natura ſua eſſe magnanimos; quæ res eſt in cauſa ne in alios contumelioſi exiſtãt, vt iniuriarũ obliuiſcantur, & imbecillibus fortiter reſiſtant. Luc. de Penn. *l. vnica, C. de theſaur. lib. 10. & in l. vlt. C. vt ruſtici ad nullum obſequium,* quod procedit vt plurimùm cùm nobilitati omnes penè virtutes famulentur, maximè magnanimitas, & magnificentia, docilitas, & affabilitas; teſte Zoderico Zamorenſ. *in ſpeculo humanæ vitæ, lib. 1. cap. 7.* atque ita nobiles vt plurimùm alios honorant, nec deſpiciunt, quod ſecus eſt in ruſticis, qui ſunt rudes, ac ſylueſtres & quocumque inanis auræ

ſtatu

ſtra intumeſcunt. Luc. de Penn. *in d. l. 2. C. vt ruſtici ad nullum obſequium.* Chaſſan. *d. 8. part. conſil. 12.* Manenz. *in dialogo tertia part. cap. 2. a n. 8.* Nobiles verò politici, & vrbani, ac bene morati, & Reipublicæ valdè proſpiciunt; ex quo decidit text. in lege, *omnia*, *C. de conditis in publicis, lib. 10.* officia pro vtilitate Reipublicæ nobili eſſe tradenda, nec ſine ratione, quia in his, quæ ad nobilitatem ſpectant, non deſunt, nec prudentia, ac induſtria illis deeſt, vt in dicta lege, *omnia*, notat Luc. de Pen.

137. Sed quiſnam fuerit primus princeps, qui ignobiles fecit nobiles, penitus ignoratur; iuxta tamen opinionem, quæ tradit nobilitatem ortum habuiſſe ab Angelis, conſtat Regem Regum Deum maximum Angelos Angelis nobiliores, atque excellentiores creaſſe, & quamuis in cælo omnes ſint nobiles, ac nobiliſſimi, non eſt dubium alios aliis eſſe longè ſuperiores. Quanta verò inter hos cæleſtes ciues ſit diſtinctio, oſtenditur, *de pænit. diſt. 11. cap. principium, § nouem.* Quorum collectio in triplicem hierarchiam partitur, & quælibet hierarchia in tres ordines diuiditur, auctore Gregor. *in homil. 34. in Euangel. ante med.* Vbi nouem Angelorum ordines eſſe teſtante ſacro eloquio fatetur. Cuius nobilitatis meminit Chaſſan. *in catalog. 3. part. conſiderat. 5.* Tiraquell. *de nobilit. cap. 37. num. 157.* quos ſequitur Azeued. *lib. 6. tit. 2. De los hyos dalgo, num. 2.*

Cæterum hæc ad nobilitatem terreſtrem, politicam tamen, ac ciuilem parum iuuant, quæ à Regibus terrenis fuit inducta. Cuius initium neſcitur, niſi adhæreamus Chronico ætatum mundi, vbi refertur, *fol. 20,* tempore Regis Ragau, qui regnauit anno ab origine mundi 2773. in quo tempore incepiſſe fertur regnum Amazonum fœminarum inter Scythas, & Albanos, & ab iiſdem temporibus in orbem fuiſſe introductam nobilitatem electis viris bonis cæteris multo prudentioribus, qui Reipublicæ præeſſent, illámque à nefariis, ac facinoroſis malorum incurſionibus tuerentur. Dictique ſunt nobiles, quaſi præ aliis in virtutibus, ac rebus benè geſtis notabiles. Azeued. *vbi ſuprà, a num. 10.* poſt Otalor. *de nobilit. 2. part. cap. 4. num. 2.* Ex quo conſtat ab antiquiſſimis temporibus nobilitatem magni fieri, nobiléſque virtute, ac rebus bene geſtis fuiſſe à Regibus prælatos cæteris, ac negotiis præfectos. Conſtat ex ſacra pagina *Eſther 6.* Mardochæum fuiſſe à Rege Aſſuero nobilem creatum, & *Machab. 1.* Antiochum Regem negotiis ſuis Lyſiam nobilem virum præfeciſſe. Ex quibus manifeſtum eſt principis eſſe nobiles efficere, eóſque conſeruare: Quod probatur ex *l. 2. & vlt. ff. de natal. reſtit.* & ex *l. Imperatores, in princip. ff. de decurionib.* Vbi Alberic. per illum textum, & Paul. de Caſtr. *in leg. quoties in fine, C. vbi ſena.* vel clariùs docent propriè dici nobiles, quos princeps nobilitat. Concordat *l. 6. tit. De los galardones, part. 2.* vbi dicitur *que los Reyes engalardon, y merced, puedon dar nobleza, y honra*, quod procedit de Principe ſupremo, ſeu de Republica non recognoſcente ſuperiorem, ſeu habente poteſtatem ferendi leges.

138. Sed quæres ſit ne aliquod diſcrimen inter nobilitatem à principe conceſſam, quæ vocatur à Doctoribus *datiua*, & inter nobilitatem ſanguinis, quæ dicitur *natiua*? Reſpondetur vtrumque nobilem gaudere iiſdem prærogatiuis, niſi aliud exprimatur. Ratio, quia qualitas per naturam, vel priuilegium, non differunt. Ita Gregor. Lop. *in l. 3. tit. 21. part. 2. verſ. Contrarium tamen*, poſt Bald. *in l. cum ex oratione, ff. de excuſat. tutor.* Garcia *de nobilit. gloſſ. 35. num. 3. ad fin. & num. 48. & gloſſ. 1. § 1. num. 50.* Pelaez *de maiorat. part. 1. quæſt. 51. n. 32. & 33.* nec dubium eſſe poteſt, quando princeps vltra priuilegium immunitatis abſolutè eum creauit nobilem; quia immunitas eſt de numero bonorum honorabilium.

Illud etiam eſt abſque controuerſia, nobilitatem filij ex nobilitate patris prouenire, Sapient. 3. *gloria hominis ex honore patris ſui, & contumelia filij pater ſine honore.* Ideo procreatus ex patre nobili ſine alia dignitate fit nobilis. Proinde ex parte patris, non verò ex parte matris conſiderari nobilitatem credit Bartol. *in l. 1. col. verſ. Videndum eſt vtrum, C. de dignitatib.* Concinit Ciceronis ſententia in ſuis officiis, vbi ait optimam hæreditatem à patribus tradi filiis, omnique patrimonio præſtantiorem gloriam virtutis, rerúmque geſtarum. Nam talis præſumitur filius, qualis pater eius. Ideo ex melioribus meliores procreari probabile eſt, vt multis relatis probat Simanch. *tit. 50. de Cathol. inſtit. a num. 10.* Bartol. ſequitur Chaſſan. *in catal. glor. part. 8. conſiderat. 8.* Ioan. de Platea *in l. exemplo*, per text. ibi, *C. de decurionib.* & Bald. *in l. fin. ad finem, C. de ſeru. fugit.* vbi definiunt ex nobilitate patris, non verò matris filium eſſe iudicandum, nec valere ſtatutum, quòd filius dicatur nobilis, vel ignobilis ex progenie materna. Sequitur Gregor. Lopez *in d. l. 3. tit. 21. part. 2. in verſ. El padre fidalgo*, & patet ex d. l. dicente; *mas ſi naciesſe de fyo dalgo, y de villano no tuuieron por derecho, que fueſſe contrado por fyo dalgo.* 139.

Vnde non valeret reſcriptum principis exprimens, quòd filius ſequatur conditionem matris; nec talis conſuetudo ſuſtinebitur: ſed contrarium eſt probabilius, quòd poſſit filius ex ſtatuto, ſeu conſuetudine ſequi conditionem matris, eo quia nobilitas eſt de iure poſitiuo. Ergo poteſt induci per conſuetudinem, aut ſtatutum. Otalor. alios allegans *de nobilit. 2. part. cap. 2. num. 7.* Decius *in cap. nouit. de iudic. col. 3. in noua edit. num. 39. verſ. Et ad prædicta*, Burgoſ. de Paz poſt plures, paucos referens *in proœmio legis Tauri, num. 116.* vbi volunt nobilitatem per ſtatutum, aut conſuetudinem induci poſſe, vt filius quoad nobilitatem matris qualitatem ſequatur, ſed abſque ſtatuto, & conſuetudine filius non cenſetur nobilis ex proſapia materna. Curt. *in cap. fin. col. 26. verſ. Septimò infertur. de conſuet.*

Probatur ex traditis à Sarmiento *lib. 1. ſelect. cap. vlt. num. 5.* Tiraq. *de nobilit. a num. 20.* & ex *l. 2. tit. 21.* ibi, *& porende fyos dalgo deuen ſer eſcogidos, que vengan de derecho linagen de padre, o de Abuelo faſta el quarto grado excluſiue, a que llaman biſabuelos*, & ibi Gregor. Lopez. Non tamen eſt negandum valdè conducere filiis maternam nobilitatem. Chaſſan. *d. part. 8. conſiderat. 8.* & Sarmient. *vbi ſuprà.* vbi probant nobilitatem maternam notabilem ſplendorem filiorum natalibus creare.

Nihilominus tam in Hiſpania, quàm in Luſitania attenditur nobilitas paterna dumtaxat, vt aliquis fidalgus vocetur, quod etiam de iure communi obſeruatur, & probatur *l. exemplo, C. de decurionib.* gloſſ. *ibid.* cum filius accipiat à patre, tanquam principio nobiliori ſuum eſſe. Vnde, qui ex patre fidalgo, & ex matre ignobili eſt ſuſceptus, eſt fidalgus, non tamen dicitur nobilis, niſi natus ſit

ex

ex vtroque parente nobili. Saneb. *lib. 7. de impediment. diſp. 24. num. 1. & 2.* & Gregor. Lopez *d. l. 3. tit. 21. part. 2. verſ. Mas no por noble, & in principio*, addens filium quoad honores, & dignitates ſequi conditionem patris, dicique nobilem, quando naſcitur ex vtroque parente nobili. Ex matre verò generoſa, & ex patre plebeio, ſequitur conditionem patris, nec poteſt dici fidalgus, neque generoſus. Sequitur Sarmient. *vbi ſupra, num. 5. & ſequentib.* & Tiraquell. *de nobilit. cap. 18. maximè à num. 20. vſque ad 35.*

140. Ex quibus infertur deſcendentes ex fœmina etiam nobili non gaudere immunitate conceſſa deſcendentibus. Ratio, quia fœmina nobilis retinet immunitatem ſi nubat nobili, eamque perdit, ſi plebeiis nuptiis copuletur, text. *in l. fœmina, ff. de ſenatorib.* Facit text. *in l. 1. ff. eod.* ibi, *maior eſt dignitas in ſexu virili*; ideo mater ſi nubat ignobili fit ignobilis, & deſcendentes ex ea non potiuntur priuilegio nobilitatis. Rebuff. *de nominat. quaſt. 12. à num. 6. & ſequenti.* Quod extendit Alphonſ. Soto gloſſator antiquus *in gloſſ. ad regul. de prærogatiuis expectantium*, quæ eſt in fine regularum, *verſ. & dubia eſſent*, vbi gloſſator definiuit, neminem reputari, etiam in beneficialibus, & ſpiritualibus nobilem ex origine materna, quando qualitas beneficiorum id expoſcit, per text. *in l. 1. §. 1. ff. de iur. immunitat.* ex eo fundamento, quia inſpecto iure communi, filius ſequitur originē patris, non verò matris, per text. *in l. aſſumptio, §. filius, ff. ad municipalem.* Neque refert ſi apponatur conſuetudo, ſecundùm quam, vt dictum eſt, acquiritur origo ex parte matris; prout volunt Curt. & Decius ſupra ſcripti, & refert Mandoſ. *in regul. 19. quaſt. 15. n. 21.* & Gonzalez *ſuper reg. 8. gloſſ. 9. §. 1. num. 100.* quia reſpondetur, conſuetudinem contra ius commune non poſſe extendi ad aliam prouinciam, ſeu locum, vbi non viget, vt bene notat Rimínald. *conſ. 9. num. 27. lib. 1.* & Paul. de Caſtr. *conſ. 310. num. 2. lib. 1.*

141. Nihilominus circa beneficialia & ſpiritualia, quando requiritur prærogatiua nobilitatis, non eſſe valde conſiderandam differentiam perſonarum requirentium beneficia, an ſint nobiles ex patre, vel ex matre, decreuit Rota, teſte eodem Gonzal. *vbi proximè, n. 102.* & Bartol. *in l. vlt. q. vlt. ſub num. 2. verſ. Quædam ſunt qualitates, ff. ad municipalem*, reſoluente eſſe quaſdam qualitates, quæ indifferenter poſſunt competere patri, ac matri, de quarum numero in iſtis beneficialibus, & ſpiritualibus ſunt hæ nobilitates ibi requiſitæ. Concinit Auth. *de inceſt. nupt. §. 1. in verb. generi*, & Angel. ibi, *obſeruat. collat. 5.*

Non excludit tamen omnino lex noſtra *lib. 5. tit. 92. §. 4. ad fin.* originem matris nobilis, ibi, *& ſe quizerem tomar ſomente eſtremes as armas de ſuas mains podello am fazer.* Ex quo patet originem matris, ac conditionem poſſe filios retinere, ac ſequi, cum illis ſiat facultas in hoc regno portandi arma familiæ maternæ: quod de iure non conceditur, niſi vt deferantur arma paternæ ſtirpis, vt tradit Hoſtienſ. Ioan. And. Panorm. & alij *in cap. Raynut. poſt princip. de teſtament.* quos ſequitur Tiraquell. *de nobilit. cap. 18. num. 21. & 29.* Quoniam mater quoad dignitatem cedit viro, *l. mulieres, C. de dignitatib.* Sequitur Bald. *in l. 2. col. 1. C. de iur. emphyteutic.* per text. *ibi*, & *in l. liberos, ff. de ſenatorib.* vbi carpit milites, qui ſuperbo faſtu cognomina matrum ſibi aſciſcunt, quando ſunt patribus matres nobiliores.

Nec eſt negandum nobilitatem patris, quam filij acquirunt, reddi ſplendidiorem, & illuſtriorem accedente nobilitate materna, cum omne compoſitum participet de forma, & materia; quamuis quis non dicatur nobilis reſpectu generis materni, ſed paterni ſimpliciter, ſed ſecundùm quid. Ita Bald. *in l. vltim. C. de ſeru. fugit.* Quod minus bene dictum puto, quia ex nobilibus matribus procreati, de nobilitate earum ſemper participant. Ita Corcet. *in cap. grandi, col. 3. de ſupplend. neglig. prælator. lib. 6.* Bonus Curtil. *de nobil. 4. part. col. 6.* & in ſpecie Ioan. Lup. de Palac. *in rubric. de donat. inter vir. & uxor. verſ. Sed propter illa.* Quin potius priſcis temporibus, apud Delphos, Ponticos, Xanthios, & Lycios teſte Plutarcho *in libro de claris mulieribus, cap. 9.* Heraclyde *in politicis*, Herodoto, *lib. 1.* filij matris originem ſequebantur, & conſtat ex Polybio Megalopolitano *lib. hiſtoriar. 12.* Nec non apud Romanos, vt habetur *in l. vlt. C. de agr. & cenſ. lib. 11. & in l. nati, C. de decurionib. lib. 10.* in aliquibus caſibus ſatis erat illis conditionem matris ſequi; quemadmodum integrum eſt Luſitanis in caſu de portandis armis familiæ originem matris ſectari *d. tit. 92. §. 4.* Quod probat Cabed. *2. part. deciſ. 74.* vbi vult nobilitatem ex parte matris eſſe conſiderandam.

His adde ſequens dubium, an nobilitati à principe amittant priuilegia, quibus gaudent populares, ita vt non poſſit quis admitti tanquam popularis ad ea munia, quibus antea ſeruire poterat? 142. Bart. affirmat non obſtante nobilitate quæſita adhuc poſſe admitti *in l. Alexandrinus, C. de decurionib. lib. 10.* Sequitur Paul. de Caſtro *in l. nulla, ff. de legib.* Iaſon *l. legata inutiliter, col. 2. verſ. Adde quod ſimiliter, ff. de legat. 1.* Ratio, quia per gratiam de nouo conceſſam non debet popularis excludi à commodo, & fauoribus popularium. Conceſſum namque in fauorem, non debet in damnum conuerti, *l. non tantùm, §. ſi emancipatus, cl 1. ff. de bon. poſſeſſ. contra tabulam.* Vnde Bartol. *ibi*, colligit ſi ſtatutum dicat ſcholaſticos tractandos eſſe, tanquam ciues in omnibus, non eſſe priuandos priuilegiis, ſi quæ habebant antequam eſſent ciues. Idem probatur *in l. ſi Ruffinus, C. de teſtam. milit.* & *ibi* Bald. & Angel. Idem Bald. *in l. ea lege, C. de conditionib. ob cauſam, & in proœmio digeſtorum, §. fin. in 6. quaſt.* & Angel. & Ioan. de Imol. *in l. talem, §. 1.* per text. *ibi, ff. de hered. inſtit.*

Suffragatur, quia priuilegium ſuperueniens, quamuis augeat ſtatum, non mutat conditionem priorem, vt decernitur *in l. falſa, §. ſed ſi cui, ff. de conditionib. & demonſtrationib.* per quam Bald. *ibi* confirmat, quòd tabellio elatus ad doctoratum, non propterea deſinit eſſe tabellio, proinde poterit adhuc conficere inſtrumenta. Facit lex penultim. *ff. de ſenatorib.* vbi quis factus ſenator, & ſi ratione dignitatis cenſeatur in vrbe Romana habere domicilium quoad honores; non tamen excluditur ab iis, quibus poteſt gaudere ratione originis, vt patet *in l. municeps deſinit, ff. ad municipalem*, vt latè oſtendit Alexand. *conſ. 32. per totum* & Felin. *in cap. dilectus col. 2. cl. 5. verſ. Quarto facit, de reſcript.* Tiraquell. *de nobilit. cap. 6. n. 50. & duobus ſequentibus*, vbi *num. 53.* plenè probat nullo modo nobiles factos, ſi poſtea fiant populares, priuari ea nobilitate; imò potiùs beneficia popularibus conceſſa inſuper conſequi, ex ea ratione, quia priuilegium nemini debet eſſe nociuum. Alex. *d. conſ. 32. col. 5. lib. 2.* multis ibi relatis, & Angel. *in l. Diuus, ff. de teſtamen. militar.* Non

excuſabitur

excuſab[illegible] tamen a muneribus, ſeu oneribus, ad quæ [illegible]bile[illegible] ac populares tenentur, quia res quæſi[illegible] cum [illegible] ourte Paul. de Caſtr. *in l. ſi duo ad pu[illegible] de acq. hær.* Bart. & Imol. *in l. quidam cum filium. ff. de verb. oblig.*

143. An princeps poſſit creare Doctores abſque aliqua ſolemnit[illegible]te, ſed verbo dumtaxat vocãdo illos Doctore[illegible] [illegible]lacet affirmare, quandoq; mens illius eſt create i[illegible]los. Secus ſi ad alium finem vocet hominem doctorem. Ita Iaſon *in l. ſi vo in aliena. §. interdum [illegible] 11 ff. de acquir. hæred.* & colligitur ex *clemen. vnic. de probat.* Sicut poteſt nouas dignitates conſtituere, non ſolùm Summus Pontifex, & Imperator [illegible] ſed etiam ſupremus Princeps in ſuo regno *l. 1 C. de metro. Berg. lib. 11.* Tiraq. *de nobil. c. 7. q. 5* Cardoſ. *in praxi, verb. dignitas, n. 6 & 7* vbi tenet vx[illegible]rem doctoris, etiam verbo tãtùm creati; vel vxorem militis, ſeu armatæ militiæ, vel ſenatoris poſſe dominam vocari, vulgò *Dom* ſeu *Dona* poſt Bart. *in l. ſi poſt mortem, § fin. ff. contra tabul.* Abbas *in c. ex parte. de foro compet. n. 1* ſalnuito tamen marito non poſſunt iſtæ vxores eò vti priuilegio, vt poſt Bart. & Abbatem, & Decium *in l. fœmina. n. 7 ff. de regul. iur.* Sequitur Cardoſ. *vbi proxime. & verb. mulier, n. 28.* Quod priuilegiũ pari ratione extendendum eſt ad vxores magiſtrorum artium, qui in ea facultate ſunt doctores, illorumque priuilegiis potiuntur, vt fuit deciſum in Senatu ſupp[illegible]icationis, teſte Io. Martin. a Coſta *in additionib. ad formam libellorum Camacho, anot. 53. à n. 7.* & refert Barboſ. *in remiſſ. ad 3 lib. ord. tit. 19 in princip. n. 1 & lib. 3. tit. 59 §. 15 n. 4.*

144. Dictum eſt priuilegium doctorum extendi ad milites armata militiæ, quod affirmat Bartol. *in l. miles. [illegible] verb. [illegible]acere,* per gloſſ. *ibi* communiter receptam. [illegible] *de re iud.* Quod intellige de militibus, qui q[illegible] t[illegible]nque opus fuerit, ſunt expediti, paratique a[illegible]l bellum ineundum, quamuis in caſtris nõ cõmorentur actu. Ita Gama *deciſ. 365 n. 2.* vbi eos vocat [illegible] ſtatus, qui ſunt ſtipendiarij, & conti[illegible] [illegible] ſtunt ad bellum, & ad regni defenſi[illegible]m, non verò qui militiã tanquam dignitatẽ ſem[illegible] ſuſceperunt, & [illegible]acant otio. In aliquibus tamẽ mi[illegible]tes confirmati, vulgò *Caualleiros confirmados*, & Doctores ſunt pares in priuilegiis, vt conſtat ex *l. 3 ord. tit. 59 §. [illegible]5* vbi æquales facit *Caualle[illegible] [illegible]firmados* & Doctores cuiuſcumque fa[illegible]u[illegible]tat[illegible], dummodo creentur in ſtudio vniuerſali. T[illegible] Vaz *alleg. 72. n. [illegible]5 & ſeqq.* Barboſ. *in remiſſ.* [illegible] *t. 5[illegible]. §. [illegible]5 n. 4.* vbi id extendit ad magiſtros a[illegible] gaudent priuilegiis doctorum per tra[illegible] [illegible] Io. Martin. a Coſta *in annot. 53 à n. [illegible].* Quibus [illegible] [illegible]iis gaudent doctores, & magiſtri artium A[illegible]demia Eboreñ creati, vt iudicatum fuit in [illegible]n Olyſiponenſi [illegible] in fauorem magiſtrorum [illegible] Academiæ, cùm lex noſtra *d. tit. 59* loquatur [illegible] *n. 15.* ibi, *ſenos doctores em ſtudo vniuerſal [illegible] exame*, quod [illegible] repetit expreſſis verbis *lib. 4.* [illegible] § [illegible] & *ibi* Barb. *n. 2 in te. [illegible] ſtit, em doutores.*

145. [illegible] eſſa equitibus, ſeu militib. [illegible] doc[illegible]ribus, ſunt ea, quibus etiam [illegible] i. Abbates Benedictini, & fidalgi in [illegible] deſcripti, videlicet, vt ſcript[illegible] per eos [illegible] propria, & ſub[illegible] a ea[illegible] habe[illegible] quam habent ſoſtrum[illegible] publica per [illegible] [illegible]pta & ſu[illegible]ſcripta. Dub[illegible]um tamen [illegible] [illegible] ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, [illegible] Ducibus, Marchionibus, ac Comitibus, [illegible] ſufficiunt fieri per ſuos ſcribas, & per [illegible] ſcribas. Secus ſi per alios fiunt ſcribas. Tiraq. *Pegas Regim. Chriſt. Reipubl.*

enim oportet, quòd ſcribantur, & ſubſcribantur per eoſdem, vt fidẽ faciant. [illegible]ontra [illegible] verò ſcripturæ priuatæ per inferiores fidalgos, milites confirmatos, & doctores confectæ, vt auctoritatẽ habeant ad inſtar ſcripturarum publicarum, exigitur, quòd fiant, & ſubſcribantur manu propria per eoſdem, nec ſufficit eſſe ſcriptas apochas illas ſine ſubſcriptione, nec ſubſcriptas tantú, cùm vtrumque copulatiuè exigatur; & concurſus copulæ requirit, quòd vtrumque verificetur, ex *l. ſi hæredes plures, ff. de condit. & demonſtr.* & *ibi* Bart. & hoc modo, *huiuſmodi ſcriptura, ſeu apocha fidẽ faciunt contra ipſos,* vt cõſtat ex *d. §.* ibi, *Serão cõtra elles liures feyta dada ca'a ſe como eſcripturas publicas;* quæ verba ſub hac limitatione poſita, continẽt caſum, in quo agitur de facienda probatione contra ipſos, & nõ agitur de alio caſu, in quo facienda eſt probatio cõtra alios, qui caſus cùm ſit omiſſus, & exceptus, manet ſub diſpoſitione iuris, ex *l. ſi cum eod. ff. ſol. matr.* Thom. Vaz *n. 89.* & Barboſ. *ad § 15 n. 7.*

Poſſunt etiam doctores, & milites, ſeu equites confirmati per ſcripturã priuatã manibus ſuis factam, & ſubſcriptam cõtractus celebrare in omni quantitate, quæ ſuſtinebitur tanquam publica, habetur *in d. lib. 3 tit. 59* quo priuilegio non gaudebunt licentiati, neque bachalaurei in quacumque facultate, quia quibus in fauorabilib. ſub nomine doctorum veniant licentiati, vt ait Bald. *in l. 5. §. dotis n. 9. ad fin. ff. ſol. matr.* & teſtatur eſſe cõmunẽ opinionem. Alex. *in l. mulier. § non eſt dubitandũ, n. 1 ff. ad Trebell.* Attamẽ cùm lex expreſſe loquatur de doctorib. & hoc priuilegiũ concedatur ratione doctoratus, non extenditur ad [illegible]icentiatos, & multò minus ad bachalaureos, vt bene probat in ſimili Sanch. *lib. 8 diſp. 24. n. 9.* aliis *ibi* relatis.

Similiter non gaudent hoc priuilegiu equites, ſeu milites ſimplices, neque equites, ſeu fidalgi dè cota de armas, neque alij, qui eorũ priuilegiis vtũtur, cũ de his ordinatio noſtra nihil diſponat, iuxta *l. ſi ſeruum, § præter ait, ff. de acq. hær.* & Bart. *in l. cũ ſeruo. ff. de contrah. empt.* Vnde equites de cota de armas, & equites ſimplices, quales ſunt qui habẽt blaſonem armorũ expeditum à regis miniſtro, qui Portugalenſis Rex armorũ dicitur, Luſitanè, *Porò Rei darmas*, apochas priuatas manibus eorũ ſcriptas, & ſubſcriptas poſſunt efficere, non tamẽ habeut vim ſcripturæ publicæ, nec poſſunt contrahere per ſcripturã priuatã in omni quantitate, niſi infra ſexaginta millia numorũ regaliũ noſtræ monetæ in mobilibus, & in immobilib. infra 4. millia numorũ regaliũ; & nõ vltra, poſſuntque in carcerẽ detrudi, neque homenagio obtinebunt, ſicut doctores, & equites, ſeu milites confirmati qui nõ poſſunt carcerari, niſi pro delictis capitali pœna dignis, vt habetur in lege Luſitana *lib. 5 tit. 120.* & extra delictu capitali pœna dignũ habent homenagium, neque illis eſt denegandum per text. ibi, *Serão preſos ſobre ſuas homenagens*, hoc eſt detinebuntur in libera cuſtodia, cum facultate ſpatiãdi, vel per vrbẽ, vel per caſtrũ iuxta qualitatẽ criminis. Th. Vaz *alleg. 13. à n. 4 vſq. ad 11* Barboſ. *in remiſſ. ad d. tit. 120 per tot.* Vbi addit detentũ in libera cuſtodia, ſi crimine capitali pœna digno, propter quod nõ poteſt homenagio gaudere, illigetur, poſſe impetrare literas ſecuritatis, homicidij v. g. cõmiſſi, dummodo pars non cõtradicat, & hæ in literis mẽtio capturæ. Secus ſi pars cõtradicat, quia in dubio princeps nõ ſolet cõcedere beneficiũ in præiudicium tertij *l. 1 §. merito. ff. ne quid in loco publico*, dareturque occaſio fugiendi criminoſo, & afficitur

146. (margin, beside "Similiter non gaudent")

iniuria cõpenſationẽ non poſſet obtinere. Quamobrem in partem negantẽ inclinat poſt Cabed. 2. p. deciſ. 5. per tot. Idem Barboſ. ſupra n. 12. & ſeqq.

147. Poterunt tamen equites, ſeu milites ſimplices facere procuras manu propria ex lege noſtra *lib. 3. tit. 29.* quibus habenda eſt fides, perinde ac ſi eſſẽt factæ per tabellionem, quibus poterũt vti, tam in cauſis proprijs, quàm in alienis, in quibus fuerint procuratores. Eodẽ priuilegio gaudebunt Duces, Anteſignani, & militum ordinatores, vulgò ſargentos, etiãſi equites ſimplices nõ exiſtant, vt habetur in regimine *das companhias, § 45. ibi. E i por bem, que cadahũ dos ditos officiaes goze, & vze do priuilegio de Caualleiro, poſtoque o naon ſeja.* Non tamen gaudebũt hi officiales prærogatiuis equitũ confirmatorũ; prout vult Th. Vaz *alleg. 13. n. 246.* vbi eſt diſcrimẽ inter equites cõfirmatos, & equites ſimplices, non poteſt eſſe eadẽ diſpoſitio, cùm deficiat qualitas diſpoſitionis, ceſſat ipſa diſpoſitio, gloſſ. legis, *mancipia, verb. auocandũ, C. de ſeru. fugit.* Bart. *l. 1. § 1. ff. ne quid in flumine publico.* Atqui lex noſtra, cũ loquitur de priuilegijs certis cõceſſis fidalgis *de ſolar*, & alijs, qui ſunt in libris regijs deſcripti, & militibus, ſeu equitib. cõfirmatis, procedit per exceptionẽ, & de ſimplicibus equitibus, neque de iis, qui eorũ priuilegijs vtuntur meminit. Ergo priuilegia illis conceſſa, non debent extendi ad equites ſimplices, neque ad officiales cohortiũ memoratos. Proinde non habebunt homenagium in delictis, nec facient ſcripturã manu propria in celebrandis contractibus maioris quãtitatis, quàm a lege ſaxetur. Quia has prærogatiuas concedit lex noſtra *d. tit. 59.* equitib. nõ ſimplicib. ſed confirmatis, vulgò *Caualleiros cõfirmados.*

148. Quod ſi contingat aliquẽ ex perſonis exceptis *lib. 5. ord. tit. 120.* quæ non debent carcerari ob delicta in carcere publico, committere delictũ cõtra aliũ nobilẽ, vel equeſtrẽ militẽ non ſimplicẽ, ſed altioris ordinis, vel fidalgum, quamuis nobilitate imparẽ delinquẽti, ſtatuit ibi lex noſtra, vt in illo caſu, in quo alter inferioris conditionis debuiſſet detrudi in vincula publica, fidalgus delinquẽs, aut equeſtris miles cõfirmatus detineatur ſub homenagio in caſtello ciuitatis, aut oppidi, vbi delinquẽs debet reſpondere, aut in alia honeſta domo, ſi ibi caſtellũ non exiſtat, prout iudici viſũ fuerit. Non poterit tamen iudex in eo caſu ciuitatẽ pro carcere delinquenti aſſignare, cũ lex aliter diſponat, debet tamen honeſtè delinquens, in caſtello, ſeu domo, caſtello deficiente detineri, quod iudex arbitrabitur, per *l. 1. ff. de cuſtod. Reor.* Tiraq. *de nobil. c. 20. à n. 29.* Homenagium tamen, ſeu libera cuſtodia poſtquam ſemel fuerit conceſſa, non poteſt extendi à iudice, niſi ſit iudex à quo non detur appellatio, vel grauamẽ ad iudicẽ ſuperiorẽ, vt habetur *in d. tit. 120. ord. noſtræ. § 5. ibi, & mãdamos, que nenhuũ julgador deſque huũ vez tomar à homenagẽ à algũa peſſoa, lha naon allarge mais, ſaluo ſe delle naon ouuer appellaçaon, nem agrauo na quelle caſo.* De conſuetudine tamẽ in Senatu Portugal. delinquentes nobiles ſub homenagio conſtituti de licentia gubernatoris per ciuitatẽ aliquibus diebus ſpatiantur in hebdomada cauſa negotiandi, cum aduocatis, & iudice vel audiẽdi factũ, & his reb. peractis recta via ad locũ homenagij ſe recipiũt, neq; aliquis ſenator poteſt ſimilem facultatẽ cõcedere.

149. Ad hæc quæri poteſt, an ſciẽtia ex ſe faciat ignobiles nobiles? Ariſt. *in 1. de anim.* tradit ſcientiã eſſe de numero honorabiliũ bonorũ; ideo viros habẽtes ſcientiã eſſe sũmopere laudandos. Idẽ repetit *lib. 4. polit. c. 4.* Probatur etiã ex lege *prouidẽdũ, C. de po. iul.* vbi dicitur meritũ ſcientiæ ipſos ite peritos reddere nobiliſſimos, & ex ea Vlpianus vocatus eſt nobilis, *l. 2. § fin. in fin. de excuſ. tut.* imò nobiliſſimus, vt habetur *in l. diximus, in fin. ff. eod.* 150
Accedit teſtimoniũ ſacræ paginæ Sap. *7. Venerunt* inquit, *mihi omnia bona pariter cũ illa, & innumerabiles honeſtas per manus illius.* Sequitur Luc. de Pen. *in l. proximos, C. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 12.* eaque de cauſa nemo eſt qui ſcientiam non appetat, & principes eã colunt, ac reuerẽtur, *l. quidquid, C. de adiloc. diuerſ. iud.* Cicero in Paradox. *nullus, aut à doctrina, aut ignobilis eſſe poteſt, niſi forte tiro à vero abro fuerit inſectus.* Ideo Caſſiod. *1. var. Epiſt.* tradit in mundo nullã eſſe fortunã, quã non augeat literarũ notitia; imò nobiles etiã nobilitat, teſte Sap. 7. ibi, *omnibus enim nobilibus nobilior eſt ſapientia.* Atque ita Comitiſſa nubens Doctori, nõ nubit indigno, nec perdit nobilitatem. Salic. *in l. prouidendũ*, & Cap. *in tr. dotis, 1. p. q. 13.* Doctor namque dicitur nobilis ex ſola ratione dignitatis doctoratus. Alex. *cõſ. 94. col. 1. vol. 4.* Chaſſ. *in cata. glor. mundi, p. 8. conſid. 10.* vbi hac de re plene, & Azeu. *l. 1. lib. 16. tit. 1. n. 20.* vbi *in rub. tit. 2. lib. 6. n. 8.* addit doctorẽ dici nobiliorẽ, quam quis eſt nobilis genere, poſſeque admitti ad prærogatiuas, & officia nobiliũ. Ita Iaſ. Garc. *de nobil. gloſſ. 35. n. 4. cum ſeqq.* Ideo non tenetur hoſpites recipere, neque ad cuſtodiã publicarũ portarũ, neque ad alia onera, tam realia, quam perſonalia de iure, vt ibidẽ ait Garcia, quem alijs relatis ſequitur Azeued. *lib. 8. tit. 10. de las iniurias, l. 2. à num. 109. cum ſeqq.*

Illud etiã certũ eſt doctores in quacũque facultate cõſtitutos, ſicut etiã nobiles, & milites equeſtres confirmatos, ſi delinquant, regulariter non poſſe torqueri, neque carcerari pro debito ciuili, nõ deſcendente ex delicto, Auil. *in proœm. prætor. n. 21.* Azeu. *vbi proximè*, quo priuilegio etiã gaudẽt de iure Luſitano *lib. 5. tit. 134. § vlt.* Quod extẽditur ad magiſtros artiũ, ex traditis a Io. Mart. a Coſta *in annot. 53. ad tract. libellorũ, à n.* imò ad iudices, & decuriones alicuius ciuitatis, vulgò *vereadores.* Et de doctoribus expreſſe Iul. Clar. *lib. 5. § fin. q. 64. n. 16.* Leſſ. *de iuſt. lib. 2. c. 29. n. 154.* qua etiã prærogatiua gaudẽt viri illuſtres, & in dignitate conſtituti, & eorum filij, & milites. Conueniunt Ghirl. *de quæſt. & tortura in 6. q. principali, n. 3.* Boſſ. *in tit. de indicijs, n. 104.* quãuis contra delinquẽtes ſit ſemiplena probatio. Nomine verò militum intelligũtur milites equeſtres, & cõſequenter militũ ductores; ſecus de militibus priuatis, qui quotidie torquẽtur, Boſſ. *vbi ſup. n. 108.* Gom. *de delict. c. 13. n.* 151

Dictũ eſt regulariter ſuprà dictos non torqueri, quia in caſu læſæ maieſtatis, tã diuinæ, quã humanæ, & in crimine proditionis, falſitatis, monetæ falſæ, ſimoniæ, teſtimonij falſi, furti, & ſimiliũ, delinquentes priuilegiũ nobilitatis deperdunt. Eſt cõmonis; in cæteris verò caſib. ſi contingat torqueri, & fateantur, non poſſunt condẽnari etiam poſtridie ratificata confeſſione, cũ tã cõfeſſio, quã ratificatio, ſit nulla, puta, per iniuriã extorta, & cõtra iuris ordinẽ, ac diſpoſitionem; ideo ratificatio nullũ præiudiciũ infert, cũ confeſſio fuerit irrita, & quidquid ſequitur ex ea, text. *in l. 3. § Sceuo, de minor. & in l. 1. § Diu. Anton. ff. de quæſt.* & docẽt Bald. *in l. Imperat. la 2. ff. de ſtat. hom. 1. col. n. 3.* Hipp. *in ſua pract. § expedita, col. 6. n. 46.* Probatur ex *l. 1. ſe. nult. ff. de quæſtionib.* vbi habetur confeſſionem factam in tormentis non præcedentibus indicijs eſſe nullam, quamuis ſequatur ratificatio.

Quin

Quin potiùs addimus non poſſe ex huiuſmodi confeſſione facta in tormentis iniuſtè, cùm ſit irrita, formari inquiſitionem, vt bene notat. Nauar. *in rubric. de iudic. num. 86.* ſequitur Leſſius *n. 155.*

153. Sed quid dicendum, ſi perſonæ priuilegiatæ, quæ non poſſunt torqueri, terreantur verbis acriter prolatis, vel minis immoderatis? Videtur dicendum confeſſionem ſic extortam eſſe irritam, quia in iure paria ſunt torquere, ac terrere. Gom. *vbi ſuprà, n. 4. verſ. Et in tantum eſt verum.* Cæterũ ibi ſequitur poſſe terreri verbis, valetéque confeſſionem, tanquam ſponte factam, ſi comminatio torturæ, eſt verbalis duntaxat; ſecus quando comminatio fuit non leuis, quæ cenſebitur, ſi reus ligetur, vel denudetur prope tormentũ; tum ſi prætextu huius terroris confiteatur, non valebit confeſſio, nec poteſt damnari, cùm dicatur facta, propter metũ torturæ. Ita Bart. *in l. 1. §. Diuus Seuerus, ff. de quæſt. col. 1. n. 2.* E contrario autem ſi comminatio fuit leuis, ac verbalis, vt colligitur ex *l. item apud Labeonem, §. quæſtionẽ ff. de iniur.* Cuius verba ſunt hæc, *quæſtionem intelligere debemus & tormenta, & corporis dolorẽ ad eruendam veritatem;* nuda ergo interrogatio, vel leuis territio, non pertinet ad hoc edictum, & ibi gloſſ. & text. *in l. metũ la 2. ff. quod metus cauſa.* Verumtamen ſi moraliter conſtet reum ex circumſtantiis per metum fuiſſe confeſſum, & metum fuiſſe cauſam illius confeſſionis, non poteſt licitè condemnari, niſi poſtea liberè confeſſionem ratificet. Leſſius *vbi ſuprà.*

154. Quæſtio eſſe poteſt, an poſſit quis renunciare priuilegio nobilitatis, vt poſſit incarcerari, vel aſſerere, ſe non eſſe nobilem, quando iniit contractum? Quoad primum reſpondet Gomez *in l. 79. Tauri, n. 3.* non poſſe, etiamſi renunciatio fiat cum iuramento; ex eo quòd eſt remedium reuerentiale toti generi nobilitatis, cui derogari non poteſt per ſingularem perſonam, argum. text. *in l. alia, §. eleganter, ff. ſol. matr.* & eſt communis opinio. Probatur, quia clericus ſi renúciet, etiam cum iuramẽto priuilegio fori, nihil facit, *c. ſi diligenti, de foro cõp.* quia fit iniuria toti ordini clericali; nam iuramẽtum non confirmat contractum factum, in præiudiciũ, & in iniuriam alterius, vt in iure diſponitur de muliere, quæ iurat contractum à ſe factum inconſulto marito, per *l. 55. Tauri, & ibi* Palac. Rub. *n. 18.* Gom. Arias *n. 48.* Auend. *in dictio. verb. otorgamiẽto,* Cou. *in 4. 2. p. c. 7. § 1. n. 3.* Azeu. *in l. 3. tit. 3. n. 87. lib. 5. recop.* & *in l. 4. & 5. tit. 2. lib. 6. n. 19.* vbi definit non poſſe nobilem detrudi in carcerẽ publicum, etſi iuret renunciationem, quia non obſtante iuramento, gaudebit nobilis ſuo priuilegio. Ita Gom. *in d. l. 79. Tauri, n. 3.* quem ſequitur Didac. Per. *in l. 1. tit. 2. lib. 8. ord. col. 1363. cum ſeqq.* Burgos de Paz *conſ. 10. n. 7. & 17.* atque ita non obſtante renunciatione poteſt nobilis allegare ſuam nobilitatem, eáque ſummariè probata, tenetur iudex eũ è carcere liberare. Ciſuentes *in d. l. 79. Tauri, verſ. Quartò quæro,* & *ibi* Ant. Gom. *n. 3. & tom. 2. var. c. 11. n. 54.* Otalor. *de nobil. 3. p. princ. c. 6. n. 3.* vbi ait eſſe communem, & tanquam veriorem probat Gutier. *de iuram. confirm. 1. p. cap. 16. à n. 74.*

Poſſe tamen nobilem renunciare priuilegio ſuæ nobilitatis, quod habet, vt pro debito ciuili non carceretur, tradunt Greg. Lop. *in l. 34. tit. vlt. p. 6. verb. de ſãgre,* & Caſtil. *in l. 79. Tauri, in princ.* Cou. *in c. quamuis pactum, de pact. 2. p. n. 5.* vbi refert ita fuiſſe deciſum in Senatu Granat. Parlad. *lib. 2. rerũ quotid. p. 5. § 6. n. 12.* Garc. *de nobil. gl. 6. n. 18. & 19. in princ.* vbi loquitur ſub diſtinctione nobilitatis, negans poſſe renunciari nobilitati, eius tamẽ priuilegio, & effectui affirmans. Hæc tamẽ diſtinctio mihi nõ probatur, quia ſolũ agitur de priuilegio, ſeu effectu nobilitatis, an poſſit renunciari, vt in carcerẽ coniiciatur pro delicto ciuili, nõ verò agitur de ipſa nobilitate, ſiue datiua, ſiue natiua. Cuius etiam diſtinctionis minùs bene meminit Gutier. *d. n. 74.* docens nobilẽ ex ſanguine non poſſe renunciare nobilitati; ex priuilegio tamen factum nobilem poſſe. Sed noſtra quæſtio eſt de priuilegio, ſeu de effectu ipſius nobilitatis, nõ verò de nobilitate, & priuilegium poſſe renunciari vltra præcitatos tradit Azeu. *in l. 4. & 5.* contra Garciã *tit. 2. lib. 6. nou. recop. n. 14.* Pelaez *de maior. 1. p. q. 38. n. 2. fol. 147.* & pro hac ſententia in Senatu Pinciano ait Otal. *de nobil. 2. p. § 9. n. 8.* fuiſſe pronunciatũ. Idem reperis Horozius *in l. ius agnationis, n. 12. ff. de pact.*

Non eſt negandum quæſtionem eſſe ſatis dubiam, propter authoritatẽ tantorum doctorũ; mihi 155.
tamen omiſſa diſtinctione Io. Garc. *d. n. 19.* placet, indiſtinctè non poſſe renunciari huic priuilegio, ſeu effectui nobilitatis, cùm ipſa nobilitas nõ poſſit renunciari; ergo nec effectus renunciari poteſt, retenta nobilitate, cui effectus, ſeu priuilegiũ inſeparabiliter adhæret. Neque ſatisfacit opinio Gutier. dicentis opinionem affirmantem procedere de nobilitate ex priuilegio; negatiuam verò loqui de nobilitate ex ſanguine. Quia quamuis nobilis ex priuilegio poſſit nobilitati renunciare, teſte Baëza *de inope debit. cap. 16. num. 97.* Nobilis verò ex ſanguine minime, non tamen placet concordia, quia non poteſt quis renunciare beneficio ceſſionis bonorum, eo quia hoc eſſet mancipare ſe carceri perpetuo, quod eſſet perpetua ſeruitus, cui homo liber ſe mancipare non poteſt ex *l. 2. ff. de legib. homin. exh.* Ergo ſi nobilis poſſit renunciare prærogatiuæ nobilitatis, & ſic pro debito in vincula publica mitteretur, manciparet ſe carceri perpetuo, cùm ceſſio bonorum à nobili nullo modo eſſet facienda, eo quòd ceſſio cederet in opprobrium nobilitatis. Igitur non poteſt nobilis renunciare priuilegio ſuæ nobilitatis. Itẽ quia nobilis non poteſt renunciare nobilitatis priuilegio ad effectũ, vt poſſit torqueri, vt habetur *in l. liber homo, ff. ad l. Aquiliam,* cùm nõ ſit dominus ſuorum membrorum. Gom. *in d. l. 79. Tauri, ad fin.* Ergo non poteſt renunciare nobilitati ad effectum, vt carceretur, quia eſt quædam ſpecies ſeruitutis, cui nemo ſe poteſt obligare, vt *in l. Titio centum, §. Titio centũ el 2. ff. de condit. & demonſtr.* & carcer de iure vocatur mala manſio vt habetur *in l. Item apud, §. quæſtionis ff. de iniur.* in illóque naturalis libertas conſtringitur. Vnde ſicut non poteſt renunciari nobilitas ad effectũ, vt torqueatur, ſic etiã non poteſt, vt incarceretur pro debito ciuili, præſertim quia iuri publico cõpetit priuilegia nobilitatis conſeruare per text. ex *l. 1. tit. 2. lib. 6. nona recopil.* & ait Burgos de Paz *conſ. 10. num. 17.* & Gama *deciſ. 386. num. 11.*

Quæ pars eſt admittenda etiamſi renunciatio firmetur iuramento, adhuc enim non valet teſte Gomez *vbi ſuprà, & 2. var. c. 14. n. 24.* Perez *d. l. 3. tit. 2. lib. 4. pag. 1367.* & Burgos de Paz *conſ. 10. n. 7.* eo quod eſt priuilegium toti generi nobilitatis competens, cui derogari non poteſt. Pro quo facit Guido *q. 211.* renunciationem iuratam ceſſionis non valere, & ſic fuiſſe pronunciatum in parlamento refert Couar. *lib. 2. var. cap. 1. n. 7.* quos ſequitur Azeued *lib. 6. tit. 2. l. 4. & 5. nona recop. n. 20. & ſequentib.* vbi vult poſſe carcerari nobilem, ſi

*Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.*

non allegei de ſua nobilitate pro debito ciuili; eo quòd nobilitas non præſumitur, niſi prebetur per opponentem eam, cùm ſit res aduentitia, habens principium ex accidenti, neque proueniat ex natura ſua Bald. *in l. non ignorat, C. qui accuſ. non poſſ.* Maſcard. *de probat. concl.* 1095. *ex n.* 1. Tiraq. *de nobil. c.* 10. *n.* 13. & Cou. *lib.* 1. *var. c.* 16. *n.* 1. *verſ. In quo eſt aduertendum*, quibus relatis accedit Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 10. *n.* 35. Cum nobilitas naturaliter non inſit homini, ſed ſit aduentitia.

156. Ad dubium de negante ſe eſſe nobilem tempore contractus, & obligationis, communis eſt opinio nõ gaudere priuilegio nobilitatis, ſed poſſe detrudi in carcerẽ pro debito ex tali contractu prouenienie. Ratio, quia negans qualitatẽ ſuæ perſonæ, ex qua ibi reſultat aliqua immunitas, deperdit illã. Text. & ibi gloſſ. & ſcribentes *in l.* 1. *C. ad Maced.* Text. *in l. quid enim, ff. de dolo*, Text. *in l.* 1. *&* 2. *C. ſi minor ſe maiorẽ dixerit*, Text. *in l. qui cũ ſe, ff. de re iud.* Text. *in l. vlt. C. de edict.* Baëz. *de debitore inope, c.* 16. *n.* 93. *& ſeq.* Gom. *d. l.* 79. *n.* 2. *&* 4. *c.* 11. *n.* 54. Quod ſublimitat ibi habere locum, quando is, cũ quo contractus fuit celebratus, ignorabat illũ eſſe nobilem; ſecus ſi ſciebat. Sequitur Baeza *numero præcitatis, & n.* 96 & in dubio ignorantia eſt præſumenda, cùm ſit in facto alieno. Sequitur Gutier. *de iuram. confirm.* 1. *p. c.* 16. *n.* 25. & Azeu. *vbi ſuprà ſcriptus, n.* 29. Si verò nobilis ignorabat ſe eſſe nobilem, tunc non perdit eius priuilegium, argum. *text. in c.* 1. *§. vaſſallos el* 1. *ſi de feud. defunct. contẽtio ſit inter do. & agn. in* 2. *lib. feud.* & *ibi* Bald. & communiter Feudiſtæ. Azeued. & Gom. *vbi ſuprà.*

## §. IX.

### *Ex quibus caſibus nobilitas, & priuilegia illius acquirantur, & amittantur?*

EPITOME.

157 *Nobilitas acquiritur à principe, à ſcientia, & à virtute.*

158 *Nobilitas quibus modis tacitè à principe concedatur.*

159 *Nobilitas acquiritur, ſi princeps arma gentilitia concedat.*

160 *Nobilitas acquiritur à principe extra territorium, vel ſi feudum concedat.*

161 *Coquus principis, & reliqui officiales etiam minimi, ſint ne nobiles.*

162 *Mechanici an gaudeant priuilegio nobilitatis, ſi non exerceant actus illius.*

163 *Nobilitas an deperdatur, ſi nobilis mercaturam exerceat.*

164 *Nobilitas deperditur, quando nobilis bona ſua abſcondit, ne in illis fiat executio.*

165 *Nobilis dum non conſtet de nobilitate, poteſt detineri in carcere, donec fiat ſummaria informatio.*

166 *Nobiles ſi conducant tributa regalia, poſſunt mitti in carcerem, ſi non ſoluant. Secus ſi conducant decimam.*

167 *Lex pœnalis quoad pœnam non extenditur ad diuerſa delicta quamuis grauiora.*

168 *Mercatores an amittant priuilegia nobilitatis quoad omnia de iure communi*

169 *Mercatores decocti, vulgò* alçados, *ſiu* quebrados, *non gaudent priuilegio nobilitatis.*

170 *Latrones publici non gaudent immunitate Eccleſiæ, neque eorũ bona, & eorum fautores grauiter puniuntur, poſtquã ſunt interpellati.*

171 *Mercatores decocti non ſatisfacient creditoribus cedendo bonis. Secus ſi decoctio non ſit doloſa, ſed caſu fortuito, & gaudent immunitate Eccleſiæ.*

172 *Conductores redituum regalium de iure Luſitano non ſoluentes, vel pignora non reddentes poſt decem dies carcerari poſſunt.*

173 *Nobilitas quibus in caſibus de iure Luſitano amitti poſſit.*

174 *Nobiles, ſeu* fidalgos de ſolar, *de quibus lex Luſitana* lib. 3. tit 59. num. 15. *qui dicantur.*

175 *Crimina ob quæ deperditur nobilitas, tam de iure cõmuni, quam particulari, ſunt vtriuſque maieſtatis læſæ, tam diuina quam humana*

176 *Peierare, inducere falſos teſtes, cudere monetam falſam, Sodomia, non gaudent priuilegio nobilitatis.*

Diximus nobilitatem acquiri à principe, quia pro iure ſuo aliquos eximit ab oneribus, quibus grauantur populares. Secũdo à ſcientia, & virtute cauſari, ſub quibus tribus principiis aliæ cauſæ à doctoribus relatæ veniũt, teſte Otal. *de nobil.* 2. *p. c.* 3. *n.* 8. & Azeu. *lib.* 6. *nouæ recop. tit.* 2. *de los hijos dalgo, n.* 46. *vſque ad* 82. *inclusiue.* Vbi plene agit, ex quibus cauſis, titulis, & modis, nobilitas acquiratur, & *à n.* 83. quomodo probetur nobilitas latè oſtendit multis *ibi* relatis. 157.

Ambigi poteſt quibus modis tacitè nobilitas à principe concedatur: Tiraq. *de nobil. c.* 6. *n.* 10. reſpondet poſt plures, ſi quis lateri principis ipſius permiſſu adhæreat, eſſe nobilẽ, potirlq; priuilegio nobilitatis tacitè à principe conceſſæ. Angel. idẽ prædixit *in l. omnium, col.* 1. & *ibi* Aret. & Iaſ. *C. qui teſtam. facere poſſunt*, per text. notabilem *in l.* 1. ibi, *Quos noſtri lateris comitatus illuſtrat, C. de prepoſ. lib.* 12. Quod etiam tradit Io. de Platea *in l.* 1. *C. de domeſt. & protect. eod. lib.* Confirmatur ex *l. vlt. C. de excuſ. tut.* ibi, *circa latus noſtrum militantes.* Secundò, ſi aliquem nobilem appellet, vt dictum eſt, ſecundùm Caſtrenſ. *conſ.* 107. *lib.* 2. vel ſi in ſenatorem, vel cõſiliarium aliquẽ eligat. Text. *in l. ſi quis, verb. illuſtrium, C. ad l. Iul. maieſt.* Laud. *de cõſiliar. q.* 17. & Decian. *reſp.* 66. *n.* 74. *vol.* 3. Item ſi alicuius originem nobilitet, erit nobilis tacitè. Bartol. *in l. vlt. C. de incol. lib.* 6. 158.

Eodem modo erit nobilis, cui princeps arma, ſeu inſignia gentilitia conceſſerit, quia ignobilib. interdictum eſt huiuſmodi arma præferre. Tiraq. *de nobil. c.* 6. *n.* 13. *& ſeqq.* Io. Rayn. *in tract. de nobil. in* 1. *q.* 3. *principali*, quem ſequitur Tiraq. *d. c.* 6. *de nobil. n.* 12. *& ſeqq.* Azeued. *lib.* 6. *tit.* 2. *de los hijos dalgo, n.* 51. *& ſeq.* Poteſtque princeps extra territorium nobilitare ſubditos, cùm ſit actus iuriſdictionis voluntariæ, vt eſt communis opinio. Cabed. 2. *p. dec.* 73. *n.* 4. *qui* 1. *p. areſto* 48. iudicatũ fuiſſe refert puerum ſeu famulum à calcaribus regis nõ eſſe nobilẽ, & Gam. *dec.* 322. *n.* 4. & *ibi* Flor. *in addit. ad decis.* 325. *in principio*, quod minus bene deciſum puto ex dicendis, §. *ſequent. de coquo.* Item erit nobilis tacitè, ſi princeps feudum concedat, præſertim, ſi feudum habeat vaſſallos, & iuriſdictionem. Prior pars placet Deciano *reſp.* 66. *vol.* 3 Nattæ *conſ.* 562. *n.* 9. poſterior Tiraquello *de nobilit. cap.* 7. *in princ. & n.* 6. vbi meminit feudi ſimpliciter nobilis, & feudi minus nobilis, vtrumque tamen refert eſſe nobile. 159. 160.

Dubi-

161. Dubitationis eſt, an ſit nobilis coquus princi-
pis? Chaſſan. 1. part. conſid. 56. & 6. part. conſid. 27.
& part. 8. conſid. 19. indiſtinctè tenet omnes fa-
molantes principi eſſe nobiles, cùm habeant di-
gnitatem, & nobilitas, & dignitas idem ſint, teſte
Bartolo in l. 1. C. de dignitatib. lib. 12. Angel. in §.
fin. col. 1. Inſtit. de exceptionib. per text. in l. vnica, C.
de mandat. principum, & Purpurat. in l. 1. col. 18. ff.
de officio eius, cui mandata eſt iuriſdictio; & ex eo
fundamento, quòd adhærentes, ſeu aſſiſtentes ſer-
uitio, & obſequio principis, etiam in quocumque
minimo officio nobilitantur, per text. in l. vnica,
C. de mandatis principum. Iaſon poſt Angel. in l.
notabil. C. de teſtam. ex quibus non ſolùm cubicu-
larij principis, & ſecretarij ſunt nobiles, & in di-
gnitate conſtituti, vt tradit Bartol. in l. 1. C. de mu-
lier. & in quo loco, lib. 12. & Barbat. in tract. de præ-
ſtant. Cardinalium, quæſt. 3. col. 22. & Felin. in cap.
fraternitatis, col. 11. de hæretic. Sed etiam coquus,
& quicumque alij in quocumque officio ſeruien-
tes, gaudéntque priuilegio nobilitatis, dummodo
exerceant actus nobilitatis, & non aliàs. Vnde ſi
arti mœchanicæ incumbant, priuilegio nobilita-
162. tis non gaudebunt. Quæ deciſio non diſplicet, il-
lamque tradit Chaſſan. 8. part. 17. conſiderat. poſt
medium. Pro quo faciunt milites, qui priuilegiis
militum non gaudebunt, ſi militiam non exer-
cent, prout volunt Salicet. in l. non prohibentur, C.
qui accuſar. non poſſ. Anton. de Butr. in cap. cum de-
ſideras, de ſent. excommun. Nec obſtat ſi dicas illos
eſſe deſcriptos in catalogo nobilium, vt benè no-
tat Bonus de Curtili de nobil. part. 3. num. 87. cum
163. ſequentibus.
Pluribus tamen modis amittitur nobilitas,
quàm acquiritur. In primis ſi nobilis exerceat
mercaturam, amittit priuilegium nobilitatis. Ita
habetur in l. 3. C. de commercio, & mercatoribus,
ibi, Honorum luce conſpicuos mercimonium exer-
cere prohibemus. Ciſfuentes in l. 79. Tauri, verſ.
Septimo fallit, dummodo per ſe ipſum exerceat
mercimonium. Secus ſi per famulos, recuperat ta-
men nobilitatem, ſi deſerat mercaturam. Gutier.
lib. 1. practic. quæſt. 137. num. 8. & 11. addit exer-
centem tabernam miniſtrando cibum, & potum,
etiam amittere priuilegium nobilitatis, propter
publicum decorem ipſius dignitatis. Nam offi-
cium vile nullam habet affinitatem cum nobili-
tate, l. nequit, ff. de dignitatib. lib. 12. facit text. in
Auth. de ſanctis Epiſc. §. poſt ordinationem, vbi ſit
iniuria nobilitati, quando ad eam viles efferun-
tur. Confirmatur ex traditis a Tiraq. de nobil. c. 27.
a princ. Valaſc. allegat. 13. n. 22. vbi definiunt no-
biles exercentes mercaturam per ſe ipſos, & offi-
cium mechanicum non potiri priuilegio nobili-
tatis. Tiraq. de nobil. c. 33. a princ. vbi probat exer-
centes artes mechanicas, nempe mercaturam, non
poſſe eſſe nobiles ex Cæpol. in tract. de imperator.
milit. deligendo in 18. opinion. probátque etiam in
locis, vbi nobiles ex ſtatuto, vel conſuetudine
mercaturæ ſtudent, eorum nobilitati propter id
derogari niſi mos regionis aliud ſuadeat; quoniam
attenditur regionis conſuetudo ex Bartol. in l. 1.
C. de dignit. n. 97. lib. 12. & ex Innoc. in c. multa de
præbend. Barboſ. in remiſſ. lib. 4. tit. 16. in princ. n. 3.
164. Mariena. dial. 3. part. cap. 2. n. 15.
Deperditur item nobilitas, quando nobiles bo-
na ſua abſcondunt in fraudem creditorum, ne in
illis fiat executio, & nobilitate non obſtante, ſi
probetur occultatio bonorum, ne capiantur pro
debito, poſſunt capi, & in carcerem detrudi. Ita
Fragoſ. Regim. Chriſt. Reipubl.

Gutier. de iuram. confirmat. 1. p. c. 16. n. 14. & ſeqq.
Baeza de inope debitore, c. 16. n. 19. & Azeued. l. 19. 165.
n. 70. tit. 21. lib. 4. vbi addit interim dum tractatur
de homenagio, & notoriè non conſtat de nobili-
tate, neque de occultatione, poſſe detineri in car-
cere, donec fiat ſummaria informatio. Similiter 166.
non conceditur nobilibus immunitas, ſi fuerint
conductores, ſeu collectores tributorum regaliũ,
quia eo ipſo deperdunt nobilitatem, poſſúntque
carcerari, ſi non ſoluant; & quoad hunc effectum
carcerandi non gaudent priuilegio. Azeued. l. 4.
tit. 3. n. 26. lib. 6. nouæ recop. fol. mihi 59. cum in ſor-
didorum hominũ genere hæc collectio, ſeu exactio
tributorum verſari ſoleat, vt ſcribentes in leg. 79.
Tauri, & Auend. in dictio. verb. cauallero, verſ. Ter-
tium priuilegium, & iterum in verſ. ſit ergo conclu-
ſio, tradunt. Contra ſunt Gutier. de iuram. confirm. 1. p.
c. 16. n. 18. quod Azeued. vbi ſupra, extendit ſubdu-
bius in eodem loco ad conductorem decimarum,
cùm valeat argumentum de tributis ad decimas,
& è contra, teſte Euerard. in centuria locorum inc.
de tributo ad decimas. Quod puto probabile, quã-
uis non reperiatur caſus expreſsè deciſus. Ideo
probabilius non poſſe videtur, cum lex pœnalis
extra caſus proprios non ſit extendenda. Ant. cap.
fin. 58. de conſuetud. Caſtro lib. 1. de lege pœn. cap. 7. 167.
docum. 3. ex ea ratione, quia lex pœnalis quoad
pœnam non omnino pendet à ratione, ſicut aliæ
leges non pœnales, ſed etiam ex voluntate legiſla-
toris eam pœnam imponentis. Vnde fit non vale-
re argumentum a ſimili in pœnis, gloſſ. regula in
pœnis, 49. verb. in pœnis, ff. de reg. iur. in 6. Sequitur
Molin. tom. 1. de iuſt. tract. 2. diſp. 176. §. quartò, &
euerrit, vbi vult pœnas tantùm extendi ad delicta,
quorum reſpectu fuerunt indictæ, non autem ad
alia delicta quamuis grauiora.
Sed quæres an nobiles exercentes mercaturam 168.
amittant priuilegium nobilitatis quoad omnia?
Reſpondemus de iure communi quoties mercator
ante mercaturam obtinuit nobilitatem, ſi poſtea
fiat mercator, perdere nobilitatem omnino, vt ap-
paret ex l. nobiliores, C. de commerc. & merc. Tab.
l. falſo, C. de diuerſ. reſ. & probatur ex legib. 2. & 3.
lib. 7. tit. 1. nou. recop. Azeued. lib. 5. tit. 12. n. 3. & 4.
Si verò ſint nobiles ſanguine, & ex parentibus no-
bilibus nati exercendo mercaturam, ſeu artem
mechanicam, Guid. Pap. opinatur, q. 196. & 391. quę
refert, ac ſequitur Rebuff. tom. 2. conſtit. Fran. tit.
de merc. minut. ven. art. 1. gloſſ. 1. n. 21. amittere no-
bilitatem, hoc eſt, pro eo tempore, quo exercent
mercaturam, ſeu officium mechanicum, & pro
tunc teneri ad collectas, ſicut plebeij tenentur.
Sed verius eſt non teneri; quia durante officio
mechanico, ſeu mercatura durat nobilitas ſangui-
nis. Ita Rebuff. & Chaſſan. in conſuet. Burgund. tit.
des droicts, rub. 4. §. 19. entre gens nobles, n. 32. Imò
reddunt nobiles negotiationem nobilem, & de-
corem illi largiuntur, vt apud multas nationes eſt
in vſu receptum, Tiraq. de nobil. c. 33. Atque ita
apud Hiſpanos, nobiles ab antiquo genere non
amittunt nobilitatem, quamuis in arte mechani-
ca ſe exerceant, vt notant Auend. in dictior. verb.
cauallero, priuil. 5. Gutier. lib. 1. practic. q. 137. n. 21.
Couar. in pract. c. 19. vbi ait n. 7. nobiles in Hiſpa-
nia minimè cogi ad ſolutionem tributorũ quam-
uis officio mechanico fungantur; non debere ta-
men priuilegiis aliquibus fungi, quæ conceduntur
nutibus, vel iure nobilibus. Non tamen refert
quænam ſint illa priuilegia. Concordat Otal. de
nobil. 2. p. cap. 3. n. 7. & 4. p. principali, n. 7. circa fin.

& 5. part. princip. cap. 2. num. 2. quibus accedit Didacus Perez lib. 2. ordinam. col. 598. cum ſequent. & lib. 4. col. 1357. Idcirco in Hiſpania non habet locum ſententia Chaſſan. conſ. 64. col. penult. & Tiraquell. de nobilit. d. cap. 30. num. 3. dicentium exercentes officium tabellionis, ſeu procuratoris extra curiam Regis cogendos eſſe ad ſolutionem ſubſidiorum regalium, priuarique nobilitatis indulto, quod intelligitur quandiu durat illud officium. Eo namque relicto, ſeu mercatura, recuperatur priuilegium nobilitatis. Aymon Crauet. conſ. 163. num. 2. & Tiraq. cap. 27. num. 5.

169. Porrò mercatores decocti, & falliti vulgò *alçados*, ou *quebrados*, quia pluribus bona, ac merces, & res alias acceperunt in creditum, & pretio non ſoluto bona ſiue ſua, ſiue aliena occultant in fraudem, non gaudebunt priuilegio nobilitatis ex l. 4. tit. 19 lib. 5. noua recopil. reg. ibi. *Mandamos, que deaqui adelante nengun mercader, que ſe alcar pueda gozar, ni goze del priuilegio de la hidalgia para excuſarſe de la pena der dicho delito, ni para otro caſo, ni coſa alguna.* Vnde colliges mercatores, ſi ſe dumtaxat occultent, non verò bona ſua, vel aliena, non puniri legibus decoctorũ, poſſe tamen incarcerari, teſte Auendan. in tract. de las exceptiones, num. 57. verſ. Et auertit, quamuis ex noua lege in comitiis de Madrid, edita anno 1570. cap. 20. qui ita fugiunt, habeneúrque tanquam decoctores, vulgò *alçados*, & occultatores bonorum, quod procedit quoad contenta in d. cap. 20. vt videre eſt, ne multus ſim, apud Azeued. lib. 5. tit. 19. in princip. l. 1. & in ipſa lege, num. 1. & 3. vbi mercatores publicos derogatores, quales ſunt qui conſulto aufugiunt, vel ſe occultant, cum bonis ſuis, & alienis, fingendo ſe inhabiles ad ſoluendum, cum reuera ſoluendo ſint, tanquam prædones publicos, ait, eſſe puniendos. Quod prædixit Benuenutus in tract. de mercatura, tit. de decoctoribus, 2. part. num. 3. neque gaudere immunitate Eccleſiæ, ſicut gaudent mercatores, qui abſque vlla fraude, ſed caſu fregerunt.

170. Probatur, quia talis mercator fallitus, vulgò *alçado* cenſetur tanquam publicus latro per l. 1. præcitatam, vbi proximè. & per text. in l. 13. lib. 1. tit. 2. noua recopil. & ibi Azeued. num. 7. fol. mihi 36. col. 2. in princip. atqui publicus latro non gaudet immunitate Eccleſiæ, cap. inter alia, vbi Abbas num. 20. & reliqui de immunit. Eccleſia, & l. 1. & 2. C. quando liceat vnicuique, & cap. ſicut antiquitus, 17. quæſt. 4. & Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 30. n. 9. & eſt communis, teſte Couar. 2. variar. cap. 20. num. 13. verſ. 19. Ergo inuentum. Quod verò mercatores falliti ſeu fracti cenſeantur latrones publici, conſtat de iure Caſtellæ ex l. 1. & 2. tit. 19. lib. 5. noua recopil. & ibi Azeued. & lex Luſitana lib. 5. ordin. tit. 66. incipit, *por quanto alguns mercadores quebraon de ſeus tratos, leuantan do ſe com mercadorias, que lhe foraon fiadas, &c. Sejaon auidos por publicos ladroens roubadores, & caſtigados com as meſmas penas, que por noſſas ordenaçoens, & direito ciuil os ladroens publicos ſe caſtigaon, & perçaon a nobreza, & liberdades que tiuerem para naon hauer tempena vil*; igitur non gaudent immunitate Eccleſiæ, poſſúntque extrahi ſi ad eam confugiant, quidquid Nauar. contradicat in manual. cap. 25. num. 19. & Caſtill. in politica, lib. 2 cap. 14. num. 70. ad fin. diſtinguat non gaudere, ſi extrahatur ad ſatisfaciendum ciuiliter, gaudere verò ſi extrahatur ad puniendum corporaliter; quod non puto bene dictum; atque ita poteſt extrahi, tanquam latro publicus, vt conſtat ex ordin. Luſitan. lib. 2. tit. 5. §. 3. & in ſpecie Remig. de immunitat. Eccleſ. fol. 38. Duennas in regul. 389. num. 18. poſt Boer. deciſ. 215. Gonçal. Suar. in praxi, 1. tom. part. 5. cap. 3. §. 3. num. 156. Azeued. in d. l. 13. tit. 2. lib. 1. & l. 1. num. 3. tit. 19. lib. 5. Decian. tom. 2. crimin. lib. 6. cap. 27. num. vltim. & Foller. ad Marant. de ordine iudiciar. 4. part. diſt. 9. num. 130. Quibus accedit Farin. in praxi, lib. 1. quæſt. 26. n. 33. & Benuenut. in tit. de mercator. tit. de decoctor. 3. p. num. 41. & ſequent. Quibus concinit Io. Matienz. latè de ſtylo cancellariæ, proœm. 22. c. 1. §. 3. gloſſ. 10. num. 2. & ſequent. & in l. 1. gloſſ. 2. num. 8. tit. 19. lib. 5. noua collect. reg. relatis Gutier. lib. 1. pract. 94. num. 16. quos ſequitur Thomas Vax allegat. 13. num. 191. qui omnes definiunt non gaudere immunitate Eccleſiæ, neque eorum bona, ſi in loca pia transferantur, eóſque torqueri poſſe, vt bona indicent. Pariſ. de ſyndic. in cap. an in cauſa pecuniaria in princip. & Hippolyt. in l. Diuus, num. 6. ff. de quæſtion. Quin & fautores, & conſilium, ſeu auxilium ferentes decoctoribus, ſeu eorum rebus ex decreto legis noſtræ lib. 5. tit. 66. §. 5. & 6. puniuntur grauiter, poſſéntque cogi ad ſoluenda debita creditoribus, quæ mercatores decocti, ſeu falliti dolosè contraxerunt. Quæ pœnæ procedunt à tempore, quo receptores fallitorum, ſeu fautores ſunt interpellati, ex d. §. 5. ibi, *quando pera iſſo forem requiridos*, teſte Azeued. in d. l. 1. Caſtellæ, n. 12. verſ. Requirido.

Nec prædicti decoctores ſatisfaciunt creditoribus cedendo bonis ſuis ex lege Luſitan. tit. 66. §. 2. Farin. in praxi, quæſt. 26. num. 26. Barboſ. in l. alia, §. & eleganter, num. 54. ff. ſolut. matrim. Baëza de inope debitor. cap. 16. num. 22. Brun. de ceſſionib. bonor. part. 4. princ. quæſt. 28. Secus ſi decoctio perfecta fuit ex caſu fortuito, vel occaſione fortunæ, tunc non punitur, poteſtque bonorum ceſſionem facere ſic fallitus, ac ruptus. Stracha de mercat. 5. part. num. 2. verſ. Si igitur quæramus, & n. 3. verſ. Dic igitur diſtinguendo, & n. 21. & Azeued. d. l. 5. num. 1. tit. 19. lib. 5. gaudétque immunitate Eccleſiæ fugiendo ad illam. Gamb. Curt. de immun. Eccleſia, lib. 4. cap. 12. num. 2. poſt Abbatem in cap. inter alia, num. 22. de immun. Eccleſ. quam partem vocat communem Couar. lib. 2. variar. cap. 20. num. 14. & veriorem ipſe Gamb. Curt. Ratio, quia confugiens ad Eccleſiam cuiuſcumque conditionis ſit, debet gaudere Eccleſiaſtica immunitate, niſi in ſpecie ea priuetur, l. præſenti, in princ. C. de his, qui ad Eccleſiam; Ergo debitor ex cauſa ciuili cum non ſit de exceptis, non debet extrahi. Fauet Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 20. vbi decernit, ac præcipit ſacros canones, Apoſtolicas ſanctiones, nec non concilia generalia in fauorem libertatis Eccleſiaſticæ, & contra eius violatores edita, etiam ab omnibus exactè obſeruanda: Quare quotieſcumque conſtiterit mercatorem caſu, vel fortuna fallitum, non abſcondentem, ſeu aſportantem bona ſua ſecum ad Eccleſiam ne caperetur, fugere, non poſſe extrahi ab illa, ſicut non poſſunt extrahi debitores ex cauſa ciuili ad eam confugientes. Quam partem vltra præcitatos tradit Gutier. poſt plures text. ibi relatos, d. lib. 1. pract. q. 1. n. 13. & 14. 171.

De iure etiam Luſitano lib. 2. tit. 53. in princip. conductores redituum regalium non ſoluentes, nec reddentes pignora ex auro, vel argento, quæ adæquent ſummã debitã poſt dies decẽ à die ſolutioni præfixo in carcerem detrudãtur, & ex carcere fiat executio in bonis illorũ, & eorum fideiuſſorũ, 172.

ſub

ſub quo decreto, cùm ſit generale, comprehenduntur, tam nobiles, quàm ignobiles, *l.1. §. & generaliter ff. de lege praeſt. l. de pretio, ff. de publica in rem actione*, & de ſtylo regni omnes etiam nobiles, qui regi ex quocunque caſu debent, carcerantur, niſi pro debito decimarum ex ſententiis condemnatoriis, per l. noſtram *lib. 4. tit. 66. §. 4.* ibi, *quando a diuida for noſſa, aindaque deſcenda de cauſa ciuil, podera o deuedor ſer preſo, ateque pagada cadea, & neſte caſo naon ſera ſolto, poſtoque faça ceſſam dos bens, & iſto ſe naon entendera nos que deuerem dizimas das ſentenças, porque eſtes naon ſeraon preſos por ellas.* Idem habetur *lib. 2. tit. 53. ordin. in princip.* ibi, *ſeiaon logo preſos, & da priſaon ſe faça execuçaon.* Confirmatur ex traditis à Bernardo Greuæ *ad practicam Cameræ imperialis, lib. 1. concluſ. 16. num. 15. cum ſequent.* vbi *num. 17.* concludit ſenes in iure valde priuilegiatos pro debito regio carcerari poſſe, quem ſequitur Barboſ. *in remiſſ. ad d. tit. 76. §. 4. & 53. in princip.* Quo priuilegio non gaudent conductores etiam populi, ſeu communitatis in exigendis eorum debitis, Greg. Lop. *l. 52. verb. los corregedores, tit. 5. p. 5.* & Goido Pap. *quaeſt. 208. num. 1.*

173. Quibus etiam modis amittatur nobilitas, & in quibus caſibus, fit mentio apud noſtrates *lib. 5. tit. 134. §. vlt.* etiamſi *fidalgi de ſolar* exiſtant, & habetur in ordinatione antiqua Luſitana *eodem lib. 5. tit. 64. §. vlt.* ibi, *& ſendo fidalgo de ſolar*, quod nomen, ſeu cognomen *de ſolar* in nouis demptum fuit. Quis verò ſit *nobilis de ſolar*, non omnino conſtat. Nam Garcia *de nobilit. gloſſ. 18. n. 1. cum ſequent.* diſſerit, quænam dicatur domus ſolariega, *& num. 10. & ſeqq.* definit domum ſolarem, nihil aliud eſſe in Hiſpania, niſi domum domini ha-

174. bentis vaſſallos intra territorium, ac ſolarium eiuſdem domus ſolariegæ. Hæc tamen deciſio non placet Alfonſo Azeued. *lib. 6. tit. 2. de los hyos dalgo, num. 195. cum ſequent.* dicenti *nobiles de ſolar conocido*, eſſe nobiles notorios habentes domum, & ſolarium notorium, & cognitum ſuæ originis. Necnon omnes nobiles procedentes à primis nobilibus, nobilitatémque omnibus notam, & in omnibus trahentes. Talis enim nobilitas vocatur *fidalguia de ſolar*, ad ſimilitudinem ſolarij, quod omnibus eſt notum, & in publico conſtitutum, & ſic nobilis quaſi magis notus alios nobiles antecedit, itaut eius nobilitas nulla inficiatione celari, aut negari poſſit. Id enim dicitur notorium, quod ſui notitiam omnibus exhibet *l. 1. C. quando & cui quarta pars debeatur.* Bald. *cap. tua nos, de cohabitatione clericor.* De quibus etiam nobilibus *de ſolar*, agit Marta *de iuriſdict. p. 1. c. 26. à num. 4.* & Gutiér. *practic. lib. 3. quaeſt. 13. num. 1. cum ſequent. & à num. 19.* ſed nemo meliùs quàm Garcia *vbi ſuprà, & num. 12.* vbi ait domum ſolarium eſſe domum, ſeu dominum habentem ſub ſe territorium, ac vaſſallos. Quod multis legibus, & hiſtoriis ibi probat, & expreſsè habetur in lege Luſitana *lib. 5. tit. 92. num. 9.*

Primus ergo caſus, in quo deperditur nobilitas ſecundum leges noſtras, eſt crimen læſæ maieſtatis humanæ; in quo euentu delinquens non excuſatur à pœna vili, imò ſubiicitur, & probatur ex lege *nullus, C. ad l. Iul. maieſtatis*, ibi, *excepta tantùm maieſtatis cauſa, in qua ſola omnibus æqua conditio eſt*, vbi Bart. Angel. & Salyc. idem probant. Otalor. *de nobilit. 5. part. §. vlt. num. 4.* Petr. Greg. *lib. 32. ſyntagmatis iuris vniuerſi, cap. 1.* Farin. *lib. 1. tit. 5. quaeſt. 41. num. 100.* poſt Iul. Clar. *§. læſæ maieſtatis crimen.* Concordat lex Caſtellæ *2. tit. 7. ord. lib. 8. & l. 2. tit. 18. lib. 8. nona collection.* & ibi Azeued. *num. 1.* Et notandum eſt incurri pœnam mor-

175. tis propter hoc crimen læſæ maieſtatis. Ita Decian. *tract. crimin. lib. 7. cap. 39. num. 15.* & Boſſ. *in tract. de crimin. læſæ maieſt. num. 131. verſ. ſed quoad pœnam naturalem*, & habetur in lege noſtra *lib. 5. tit. 6. §. 9.* ibi, *ſendo o commettedor conuencido, ſera condenado que morra morte natural cruelmente, & todos ſeus bens ſeraon confiſcados a Coroa do Reino.*

Non tamen tenetur offerre bona fiſco poſt ſententiam declaratoriam, niſi petantur, ita Molin. *de iuſtit. tract. 2. diſp. 66. verſ. addit optime, & diſput. 95. verſ. ad ſecundum principale*, Menchac. *illuſtrium, lib. 1. cap. 18. num. 14.* Matienz. *l. 6. gloſſ. 8. num. 8. tit. 8. lib. 5. nouæ collect.* Quia ſententia non condemnat, vt iſti delinquentes tradant bona fiſco, ſed concedit fiſco actionem occupandi, ac capiendi. Vnde colliges minùs benè dixiſſe Vaſq. *1. 2. quaeſt. 96. art. 5. diſp. 172. c. 2. num. 11.* aſſerentem teneri illos omnia bona detegere, quod non eſt dicendum, niſi interrogentur. Ita Sanch. *lib. 2. Decalog. cap. 22.* multis relatis *num. 8.* & Barboſ. poſt plures *in remiſſ. ad lib. 5. tit. 6. §. 10. num. 3.*

Idem eſto iudicium in crimine læſæ maieſtatis diuinæ, in quo maiore cum ratione non prodeſt nobilitas crimino ſo, etiam nobiliſſimo, eo quia propter hæreſim fit infamis, ac vilis, puniríque poteſt quacunque pœna vili. Simanc. *de cathol. inſtit. tit. 46. num. 66. & tit. 65. num. 44.* vbi probat nobiles quantalibet prærogatiua excellentes propter hæreſim torqueri poſſe. Sequitur Royas *in ſingul. fidei, ſingul. 209.* cùm longè grauius ſit æternam, quam temporalem offendere maieſtatem, quod eſt luce meridiana clarius, & habetur in Auth. *Gazaros, C. de hæretic. & Manich.* & cap. *vergentis, & eod. tit.* Ludouic. Carrer. *de hæretic. num. 117.* Decian. *in 1. tom. tract. crimin. lib. 5. c. 19.* Ghirll. *de quaeſt. & tortur. quaeſt. 6.* & Couar. *lib. 2. lib. 2. variar. cap. 9.* & Iodoc. *in ſua praxi, cap. 61. num. 1.* & plenè *num. 50. cum ſeqq.*

176. Incurrit etiam omnes pœnas viles, tanquam plebeius inducens falſos teſtes, ad proferendum falſum teſtimonium, ſicut ipſe deponens falſum. Conſtat expreſsè ex lege noſtra *lib. 5. hodie tit. 139. §. vlt.* nam in antiqua ordinatione inducenti falſos teſtes nulla erat pœna indicta. Nunc verò expreſsè indicitur, ibi, *teſte munho falſo, ou por induzir teſtemunhas falſas, &c. porque a eſtas taes naon ſera recebida alguan excecçaon de abonaçaon, antes ſeraon executados, como qualquer peſſoa vil*; hoc eſt, ratio nobilitatis non habebitur quoad pœnas infligendas, punietúrque inducens, ſicut deponens falſum, ex lege Cornel. *§. penult. ff. ad l. Cornel. de falſ.* cuius ſunt hæc verba. *Item qui in falſas atteſtationes faciendas, teſtimonia falſa inuicem dicenda dolo malo coierint*, hoc eſt conuenerint, ſeu concurrerint; & ſequitur Gregor. Lop. *in l. 4. tit. 7. part. 7. gloſſ. 3.* ex quo, quòd cenſeatur falſarius, qui mandat fieri falſum, Alber. *in l. Cornel. la 1. in princip. ff. eodem, num. 2.*

De iure etiam communi priuari nobilitate committentem crimen falſi teſtimonij tradunt Afflict. *deciſ. 404. num. 13. per gloſſ. in c. ſingula, 89. diſt.* Imò Angel. id confirmans in Auth. *de nupt. §. minorem*, adiicit crimen falſi teſtimonij eſſe deteſtabilius veneno, & homicidio, deueniſſéque hominem per crimen falſi ad nihilum inter homines, cum dicatur periurus, homo ſine fide, &

ſine conſcientia. Cyn *in l. tranſigere, C. de tranſaction* atque ita non eſt dubium priuilegium nobilitatis deperdi ex periurio, & falſo teſtimonio, vt obſeruat Luc. de Pen. *in l. mulieres, 3. col. C. de dig. lib. 12.* Quod crimen non includitur in generali indulto, Bart. *in l. Lucius, ff. ad Turpil.* Anchatan *in cap. 1. col. 1. de conſtitution.* & Matſil. *in ſingul. ſuo, 163. incipit, crimen falſi.*

Eodem modo deperditur nobilitas, eiuſque priuilegium ab eo, qui cuderit monetam falſam ex lege noſtra *lib. 5. tit. 12. §. 2.* ibi, *& neſte crime de moeda falſa, ningem, gozara de priuilegio peſſoal, que tenha de fidalgo, caualeiro, ou cidadam, porque ſem embargo delle ſera atormentado, & punido, como cadahum do pouo.* Conſentiunt Azeued. *in l. 4. tit. 3. lib. 6. n. 37. verſ. nono crimine,* & Perez *ad l. 4. tit. 2. lib. 4 ordinam. pag. 1371. ad fin.* & Gregor. Lop. *tit. 7. l. 4. part. 7. gloſſ. 2. & l. 9. eod. tit. & par.* quæ pœna extenditur non ſolùm ad monetam facientes, ſed etiam ad conſilium, aut auxilium præſtantes, qui omnes flammis exuuntur, tam ex iure Luſitano *d. tit. 12. in princ.* quàm Caſtellano, ex *l. 9. cit.* & ex *l. 5. tit. 17. lib. 8. noua collection.* & Azeued. *ibi, à num. 14.* Nec non & conſcij, qui non reuelant fabricantes falſam monetam Afflict. *lib. 1 conſtit. rubr. 40. in princip. num. 8.* & Bart. *in l. lege ff. ad l. Cornel. de falſ.* & exprimitur in d. lege noſtra *tit. 12. in princip.* ibi, *todo aquelle, que moeda falſa fizer, ou a iſſo der fauor, ajuda, ou conſelho, ou for dello ſabedor, & o naon deſcobrir; morra morte natural de fogo, & todos ſeus bens ſejaon confiſcados para a coroa do reino.* Quod intellige ſi de induſtria eos abſconderit.

Nomine verò falſæ monetæ intelligitur ea, quæ fit à non habente poteſtatem cudendi. Conſtat ex *d. l. 9. tit. 7. part. 7.* & tradit Ioan. de Platea *in l. 1. C. de muril. lib. 11.* Dicitur etiam moneta falſa, ratione formæ, quando falſificatur forma tradita à principe cudendi poteſtatem habente. Quare licet materia ſit bona, & pondus iuſtum, moneta dicitur adulterina ratione formæ falſificatæ inconſulto ſuperiore, Angel. *in l. 1. C. de falſa moneta.* Ratione materiæ, quando eſt contaminata, nec eſt ſimplex, eſt etiam adulterina, putà, ſi ex auro contaminetur argento, vel argentea inficiatur ære, vel ſi omnino fiat ex falſa materia, de foris tamen aureo, vel argenteo colore ſuffuſa, ſeu fucata, vt habetur *in l. quicunque nummos, ff. de falſ.* In quibus omnibus caſibus comprehenſi eadem pœna puniuntur ex *d. l. 9.* & ibi Greg. *gloſſ. 2.* excuſabitur tamen ſi fuerit moneta exigui valoris ab huiuſmodi pœnis, Decius *in cap. de appellation. extra de appellation.* & in cap. *maiorib. col. 1. de prebend.* quem ſequitur Tiraq. *tract. de iudicio in rebus exiguis, num. 89. verſ. octogeſimo per id, fol. mihi 459.* poſt Alexand. quem etiam refert, ac ſequitur, *& in addition. ad Bart. in l. eleganter, §. qui reprobos, in fine magnæ additionis, ff. de pign. action. & conſ. 104. ſtatutum loquens, in fine, lib. 1.* vbi tradit ſtatutum puniens cudentem m[illegible] falſam non habere locum in falſificante vil[illegible]ſſimam, [illegible] minimam monetam, neque in falſitate bagatinorum, & ſimilium nummorum, niſi de illis minimis monetis fiat expreſſa mentio. Sic Alexand. *d. conſ. 104. num. 7. ad fin.* Similiter excuſabitur à pœnis, qui falſam monetam fecerit alia effigie, ſeu facie, quam effigie, ſeu facie principis inſignitam. Ita Decian. *tract. crimin. lib. 7. cap. 27 num. 12.* vbi *num. 7.* excuſat cudere volentem, ſi pœnitentia ductus non perficiat.

Cæteri verò caſus in quibus delinquentes non gaudent priuilegio nobilitatis, recenſentur *lib. 5. ordin. noſtro tit. 134 §. vlt.* ibi, *feitiçaria, Sodomia, alcouitaria, & furto.* Nam de furto conſtat etiam ex l. 1. vbi Salic. *C. quando liceat ſine iudice ſe vindicare, lib. 12.* Azeued. *ad l. 4. num. 37. verſ. octauò fallit in viro nobili, tit. 2. lib. 6* Iul. Clar. *in practic. §. vlt. quæſt. 60. num. 24. ad finem, & verbo, furtum, num. 15.* & alij, quos refert Barboſ. *in remiſſ. ad tit. 39. num. vlt.* & Thom. Vaz *allegat. 13. & n. 80.* Idem dicendum eſt de crimine Sodomiæ per l. noſtram *vbi ſupra, d. tit. 139. ad fin. & eodem lib. 5. tit. 13. in princip.* & ibi poſt plures Barboſ. vbi de hoc ignominioſo, ac nefando crimine multa congerit, de quo etiam apud Hiſpanos *l. 1. tit. 21. lib. 9. noua collection.* ibi, *por el qual nobleza ſe pierde*; nec gaudet immunitate Eccleſiæ, Salzed. *in addition ad Bernard. cap. 86. gloſſ. 1. verb. nec Sodomita,* Humada ad Gregor. Lop. *l. 4. tit. 21. p. 1. gloſſ. 8. num. 4.*

Ratio deducitur ex ſententia Chriſti Domini Matth. 21. dicentis, *Domus mea domus orationis eſt, vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum.* Ex quibus verbis Auendan. *in cap. 22. prætor. n. 9.* Ioan. Faber. *in §. item lex Cornelia, inſtit. de publicis iud.* Couar. *lib. 2. variar. cap. 20. num. 8. verſ. deinde, & ſequenti* & Petr. de Bella Pertica *in l. 2. C. de his, qui ad Eccleſiam confugiunt,* ſtatuunt in delictis enormibus, ac grauiſſimis delinquentes nullibi eſſe defendendos, poſſeque in quacunque parte deprehendi, & conſequenter non gaudere immunitate Eccleſiæ, ſicut nec Sodomita gaudet, vt vltra citatos tradunt Thomas Serdam *de viſita de carcere, cap. 11. num. 13. verſ. hereges,* & Bobadil. *in ſua politic. lib. 2. cap. 14. num. 19. & ſeqq.* Eſſe infamem ipſo iure, ex *l. cum vir.* vbi gloſſ. *verb. infames, C. ad l. Iul. de adulter.* niſi per vim patiatur, *l. 1. §. remouet,* vbi gloſſ. *verb. paſſus, ff. de poſtuland. & filij,* ac nepotes illius ſiunt inhabiles, ac infames ex lege noſtra, ſicut filij & nepotes delinquentium in crimine læſæ maieſtatis humanæ, ibi. *E pello meſmo caſo ſeus filhos, & netos, ficaraon inhabiles, & infames, aſſi como os de aquelles, que commettem crime de leſa mageſtade*; hæc ibi *d. tit. 13. in princ.*

---

§. X.

*Vtrùm priuilegia, & immunitates nobilium ad vxores, ac filios eorum extendantur.*

EPITOME.

177 *Priuilegium quid ſit, & in quo differat à lege.*
178 *Priuilegium vni conceſſum non extenditur ad aliam perſonam ex identitate rationis.*
179 *Priuilegium conceſſum marito, probabilius eſt extendi ad vxorem, eo mortuo.*
180 *Priuilegium conceſſum patri quando tranſeat ad filios.*
181 *Vxores ſenatorum quandiu viuunt honeſtè, mortuis maritis gaudent priuilegio illorum.*
182 *Viduarum honeſtas poteſt probari per teſtes ſingulares, ac debet, vt gaudeant priuilegio conueniendi coram iudice nouarum actionum.*

*Primi*

183 *Priuilegium conceſſum vxori cenſetur conceſ-ſum marito.*
184 *Mulier nobilis nubens plebeio an amittat nobilitatem natiuam omnino.*
185 *Priuilegium conceſſum patri, & filÿs, non extinguitur morte patris.*
186 *Nati ex fœmina an ſint de familia.*
187 *Filia nupta ſunt de familia aliena, & ſequuntur conditionem maritorum. Nihilominus quoad priuilegia ſunt de familia.*
188 *Priuilegium principis, & beneficium, quomodo inter ſe differant.*
189 *Priuilegia patri conceſſa propter merita, an tranſeant ad filios.*
190 *Priuilegia conceſſa in remunerationem non poſſunt renocari.*
191 *Priuilegia Regibus cõceſſa non competere Reginæ, eſt probabile, ſed oppoſitum eſt verius.*
192 *Conſpirans in Regem, Reginam, & adhærentes lateri vtriuſque, committit crimen læſæ maieſtatis.*
193 *Regina nubens viro non habenti regnum, non facit illum regem de iure, vocatur tamen rex de conſuetudine.*
194 *Duciſſa, Marchioniſſa, vel Comitiſſa nubentes, non faciunt viros [illegible], Marchiones, & Comites, niſi d[illegible] has dignitates in dotem.*
195 *Priuilegia conceſſa in cauſam filiorum illegitimi, an de iure, ſeu conſuetudine conſequantur.*
196 *Spurÿ legitimati non gaudent priuilegÿs nobilitatis.*
197 *Filÿ reorum læſæ maieſtatis vtriuſque an gaudeant nobilitate, & priuilegÿs parentum.*

177. PRo intelligentia præſentis materiæ, priuilegium eſt lex ad priuatos homines, ſingulosque pertinens, ſeu eſt priuata lex aliquid ſpeciale concedens priuatis perſonis, contra generalem iuris communis diſpoſitionem. Habeturque in cap. *priuilegium, diſt. 3. cap. vlt. 25. quæſt. 1. l. ſingulare, ff. de legib.* Rebuff. *in praxi, tit. differentia inter priuilegium, num. 3. & ſequent. l. 2. tit. 18. part. 3.* Gregor. Lop. *ibi* Gonzalez *ſuper regul. 8. de menſib. gloſſ. 35. num. 5.* & Syluest. *verbo, priuilegium, in princip.*

Non tamen priuilegium habet ſemper omnimodam rationem legis, quæ de ſua natura eſt perpetua, & reſpicit communitatem, quod non habet priuilegium, cùm interdum concedatur ad tempus, & perſonis particularibus, vel communitati; nec etiam eſt de ſubſtantia priuilegij quod res conceſſa ſit ſemper contra ius commune, niſi quando ſtrictè priuilegium accipitur, ſed vt dicatur tale ſatis eſt, quòd ſit ſpecialis conceſſio contra, vel præter ius commune, vt probat cap. vltim. *vt lite pendente*, vbi Gloſſ. *verb. indulgentiam*, ponit priuilegium, & indulgentiam pro eodem. Confirmatur ex cap. *dudum de priuilegÿs, & per cap. ex ore, eodem tit.*

178. His poſitis priuilegium conceſſum vni perſonæ, non extenditur ad aliam perſonam, ex identitate rationis. Eò quia, quod conceditur Titio de iure ſpeciali, non cenſetur aliis conceſſum, propter identitatem rationis, niſi in conceſſione id exprimatur. Ita Decius *conſ. 48. in princip.* Anchar. *conſ. 109. prima facie*, & Bald. *in l. non tantùm, §. non omnia, ff. de excuſ. tut.* Ratio Baldi, & aliorum eſt, quia priuilegium eſt perſonale; ergo non poteſt ad alios extendi, & quamuis de iure communi conceſſum, ad omnes trahitur, *cap. denique diſtinct. 4. & cap. ad eius verò, diſt. 5.* Secus dicendum eſt, quando aliquid conceditur de iure ſpeciali; tunc enim non intelligitur conceſſum, niſi iis, de quibus in conceſſione ſit mentio, *cap. hinc eſt 16. quæſt. 1.* Angel. *conſ. 171. quando dictum priuilegium*, & Geminian. *in cap. ne aliquis de priuilegÿs, lib. 6.*

Hinc fit vt priuilegium conceſſum marito, eo viuo non pertineat ad vxorem regulariter ex *l. ſemper, §. immunitati, ff. de iure immunit.* niſi contrarium exprimatur, *l. quæ principi, & ſequens, ff. de legat. 2.* & tenet Alber. *l. 2. num. 9. C. de Epiſcop. & cleric.* & Aretin. *in l. maritum, col. penult. ff. eodem.* Quod intellige, quando conceditur priuilegium, nec fit mentio de vxore, cùm ſit priuilegium perſonale. Verius tamen eſt, priuilegia, quæ conueniunt marito, ratione nobilitatis innatæ prouenientis ex ſtirpe, vel ratione dignitatis per accidens acquiſitæ tranſire in vxorem, per text. *in authent. de nupt. §. non autem permittimus, collation. 4.* Quo etiam modo tranſit forus mariti ad vxorem per *l. fœmina, ff. de ſenatorib. l. mulieres, C. de dignitatib. lib. 12.* & text. notab. *in l. fin. C. de incolis, lib. 10.* Bart. *in d. l. fœmina.* Ideo quandiu manent in viduitate vxores vtuntur priuilegiis maritorum, *l. cum te,* & ibi Bald. *C. de nupt. cap. 15. qui, §. mulier, de ſepultur. lib. 6.* & vult gloſſ. *in clemen. ne Romani, §. ſanè, in verb. vacare, de electione.* Paul. de Caſtro & Angel. *in l. cum quædam puella, ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Ratio, quia viduæ cenſentur ſtare in ipſo matrimonio, quandiu retinent viduitatem, per text. *in l. de emancipatis, ibi, priorem torum ſeruauerit, C. de leg. hær. & §. 1. in auth. de elig. ſecun. nuben. §. non ſolum, in auth. de nupt.* Bald. *in l. voluntas poſt princip. C. de fideicommiſſ.* vbi vult viduas viuere ſecundùm leges mariti, quandiu in viduitate exiſtunt. Sequitur Salic. *in l. vlt. C. de verbor. ſignif.* Roman. *in l. 1. C. vnde vir, & vxor.* 179.

Amplia in priuilegiis exorbitantibus, etiam contra ius commune conceſſis per text. *in l. vlt. in princip.* & ibi Bart. & Ioan. à Platea *C. de priuileg. ſcholar. lib. 12.* Alex. *conſ. 207. ponderatis, col. 2. verſ. quinto, quia dato, & col. 5. verſ. non obſtante, lib. 6.* quod intelligo circa priuilegia introducta ab ipſo iure communi contra regulas iuris communis; quia hæc tranſeunt ad vxores, non tamen priuilegia ſtatutorum contra ipſum ius commune. Quibus accedit Tiraq. *de nobilit. c. 18. num. 8.* Cabed. *1. part. deciſ. 98. per totam.* Ex quo refert *num. 5.* iudicatum fuiſſe viduam commendatarij cuiuſdam militiæ Chriſti Domini non gaudere priuilegio non ſoluendi gabellam, quo fruebatur maritus, quia non eſt priuilegium conceſſum ratione dignitatis innatæ, ſed ab extra commendatario datum; ideo non tranſibat ad vxorem. Eodem modo ſi maritus fungatur officio publico habente annexam dignitatem, vel honorem, vxor, eo viuente, gaudebit priuilegio mariti, & filij, eo tamen mortuo minimè, eo quòd officium præcipuè conſideratur, nec priuilegium reſpicit dignitatem annexam. Quare ad vxorem, & liberos priuilegium non extenditur, ſed marito viuo duntaxat, argumento *c. ſuper eo, de præbend. in 6.* & eſt text. in lege *ſordidorum, C. de excuſat. muner. lib. 10. & l. 2. cum gloſſ. penult. C. de Epiſcop. & cleric.* Secus quando priuilegium eius naturæ eſt, vt inhæreat dignitati ſecundùm ſe abſque ordine ad officium, ſeu adminiſtrationem Reipublicæ,

publicæ, facitque differre habentem illam à viris
popularibus. Bart. *in l.1.num.46. C. de dignitatib.
lib.12.* Barboſ. *in l.quia tale,ff.ſolut. matrim. n.24.
& ſequent. & num.* 31. multis ibi relatis. Funda-
mentum eſt, quia dignitas,ſeu nobilitas inhærens
marito non extinguitur per mortem mariti, ſed
tranſit ad vxorem,& deſcendentes, Bald. *in l.cum
antiquior. num.8.de iure deliberandi,* officium ve-
rò, & dignitas officio annexa morte mariti expi-
rat, & ceſſante cauſa immunitatis, debet ipſum
priuilegium ceſſare, cap. *cum ceſſante. de appella-
tion.l.adigere,§. quamuis,ff. de iure patronat.* Ro-
land. *conſ.52. num.40.lib.2.*

180. Hinc infertur pari ratione priuilegium con-
ceſſum patri ratione alicuius qualitatis,quæ patri
adhæret, non tranſire ad filios,ita Luc.de Pen. *in
l.s. C.de priuil.eorum,qui &c.*Guliel.*in cap.Rayn.
verb. & vxorem nomine Adelaſiam, num.616.* &
Iaſon *in l. hæc poteſt, col.2. ff. de acquirend. hered.*
Gama *deciſ.174 num.25.* vbi addit priuilegia ſe-
natoribus conceſſa ad filios tranſmeare,cum fue-
rint conceſſa propter qualitatem officij, quod
morte finitur & ſequitur Barboſ. *l. quia tale,ff.ſo-
181. lut. matrim. num. 29.* Vxores tamen ſenatorum
gaudent.Cabed.1.*part deciſ.98. & deciſ.213.n.16.*
Cardoſ. *in praxi, verb. dignitas,num.4.* Barboſ. *in
remiſſ. ad lib.2.ordin.tit.39 §.13.* per text. ibi, *que
as molheres, que foram dos ditos deſembargadores
em quanto viuuas forem, & honeſtamente vive-
rem aiam,& tenhaon todos os priuilegios,& liber-
dades, que ſeus maridos por razaon de ſeus officios
tinhaon, &c.* Non tamen poterunt ſi velint liti-
gare cum viduis, vel aliis perſonis miſerabilibus,
eas conuenire coram prætore curiali, vel iudice
nouarum actionum,niſi in caſibus,in quibus aliis
viduis hoc concedit ordinatio Luſitana *lib.3.tit.5.
§.3.* dummodo honeſtè viuant. Secus ſi luxurio-
sè, & inhoneſtè,Azeued. *l.8 num.11. & 12.tit.3.
lib.4.* Curia Philip.*part.1.§.9. n.13.* Couar. *pract.
cap.7. num.1.* & conſtat ex *d.§.3.in text.vidua ho-
182. neſta*; quæ qualitas honeſtatis non præſumitur,
niſi probetur ab eiſdem, probari tamen poteſt
per teſtes ſingulares. Azeued.*l.4.n.19. tit.1. lib.3.
nouæ recopil.*Baiard.*ad Iul.Clar.§.ſtuprum,num.29.*
ſufficitque vt inhoneſta dicatur, ſi probetur in
abſcondito inhoneſtè viuere,tunc non gaudet il-
lo priuilegio viduæ honeſtæ trahendi coram præ-
ſide actionum nouarum eos, cum quibus vult
contendere.

183. Quæri poteſt, an priuilegium conceſſum vxo-
ri cenſeatur conceſſum etiam marito? Placet af-
firmare ex regul.correlatiuorum *in l.vlt. C.de in-
dicta viduitate,& l. Iul. tolend.* vbi Bart. 1. *notab.*
Iaſon *eodem loco.* Idem Bart.*in l.1.C. de cupreſſis,
lib.11.* & *l.non tantum in fin.* vbi ſcribentes, *ff.de
re iudic.* Cabed.1.*part.deciſ.114. num.5.* Sed con-
tra hanc reſolutionem eſt,quia ignobilis non no-
bilitatur ex nobilitate vxoris, nec gaudet priuile-
gio nobilitatis. Imò vxor marito plebeio nubens,
quamuis ſit nobilis, retinet conditionem mariti,
teneturque contribuere ſubſidiis, quibus plebeij
tenentur. Ita Guido Pap *deciſ.349. incipit,in hac
curia parlamenti,& in deciſ.381. incipit, ſed quid
de muliere*, quod intellige etiam mortuo marito
quandiu in viduitate permanſerit;quod ſi poſtea
nubat viro nobili, recuperat ſuam nobilitatem
innatam. Ioan. Rayner. *in tract. nobilitatis, in 6.
quæſt.princip.* quem ſequitur Tiraquel. *de nobilit.
cap.19. num.39. & ſequent.* vbi vult non omnino
184. mulierem nuptam plebeio amittere nobilitatem
ſuam natiuam, quam antea habebat, ſemperque
eſſe habendam rationem illius in filiis,qui naturā
ipſam ſequuntur, Bald. *in l. cum quædam puella,
col.1.verſ.ſed quid dicemus,ff.de iuriſdict.omn.iu-
dic.in 3.lect.*ideo non punietur pœna ignobilium.
Nec eſt negandum ex vxoris nobilitate virum
quodammodo illuſtrari, maximè,ſi nobilitas vxo-
ris fuerit data in dotem, quod apud nos non pu-
to ſatis firmum, niſi miles duxerit Comitiſſam,
vel aliam fœminam illuſtriſſimam, quæ retenta
ſua nobilitate maritum efficit nobilem, teſte Ti-
raq. *vbi ſupra, num.4.* in quibus caſibus videtur
dicendum maritum participare priuilegia vxoris
ex regul. correlatiuorum ſecundum Iaſon *in d. l.
vlt. C. de indicta viduit. & in l.non tantùm, ff. de
re iudic.* ea ratione,quòd diſpoſita in vxore, cen-
ſentur diſpoſita in viro, & vice verſà; vt notat
Gabriel *commun. opin. lib.6. tit.de legib.concluſ.3.
num.2.*poſt Bart.*in l.1.in fin.principij, ff. quod me-
tus cauſa.*

Quoad priuilegium conceſſum patri, & filiis, 185.
non extinguitur morte patris. Natta *conſ. 242.
num. 2. lib. 2.* poſſuntque filij frui eo priuilegio
poſt mortem patris, ſicut eo viuente gaudebant.
Quod ſi dicatur in priuilegio conceſſionem fieri
alicui,& poſteris, non intelligitur de deſcenden-
tibus per fœminas, quia nati ex filiabus non ſunt
de familia aui materni, *§.ſunt autem, inſtit.de le-* 186.
*gitim.agnat.tutela, l.pronunciatio,§.final.ff.de ver-
bor. ſignificat. l. liberos, ff. de ſenatorib.* & expreſ-
sè tradunt Paul. *in l.1. de conditionib. inſertis*, &
Pinel.*l.3.C.de bon.matre, n.32. verſ ſed non pror-
ſus*, & Mantic.*de coniectur vltimar. lib.8. tit.18.
num.37. ad fin.* Ex eo fundamento, quia quando
agitur de re honorifica, non conſeruatur honor,
niſi per poſteros deſcendentes per lineam viri-
lem, quæ repræſentat nomen, & familiam illius,
cui honor,ſeu immunitas conceditur,quæ repræ-
ſentatio non apparet per deſcendentes ex fœmi-
nis. Atque ita intelligendus eſt text. *in l. vocatio,
13. ff. de munerib. & honor.* vbi iuriſconſultus lo-
quendo de vocatione, priuilegio conceſſo alicui,
& liberis, aut poſteris, intelligit filios duntaxat,
qui ſint illius familiæ, non verò admittit filios
diuerſæ familiæ,quales cenſentur deſcendentes ex
fœmina.Pinel. *vbi ſuprà.*

Ex dictis infertur non excludi à priuilegiis,pa- 187.
tri,& filiis conceſſis filias etiam nuptas, quia ad-
huc ſunt de familia patris, ſecundùm legem *vo-
luntas, C. de fideicommiſſ.* Sequitur Barboſ. ſuprà
ſcriptus *num.39. in princip.* per text.*in l.s. §. fin.ff.
de iure immunit.* vbi excluduntur deſcendentes
per fœminas; ergo filiæ etiam nuptæ priuilegium
poſſunt communicare. Probabilius eſt priuile-
gium non concedi fœminis nuptis, eſto conce-
datur patri,& liberis.Fundamentum eſt,quoniam
per matrimonium fiunt filiæ nuptæ de aliena fa-
milia & ſequuntur conditionem maritorum. Ita
Bart.*in l. quoties,C.de priuileg. ſcholar.* Angel. &
Ioan.Platea *in d.l. quoties.* Romanus, & Iaſon *in
l. cum quædam, ff. de iuriſdict. omn.iudic.* Gozad.
*conſ.24. num.15.* Martinus Laudenſ. *de priuileg.
art.82.* Tiraq. *in l.1. connub. 34.* Natta *conſ.139.
num. 22.* Quibus accedunt Panorm. *in cap. præ-
ſentia, col.6. de probation.* & Felin. *in cap.de mo-
nialib.paulo ante fin.de ſent.excomm.* Pro qua par-
te fuiſſe de facto obtentum refert Brix. *in ſuo re-
pertorio, in verbo,poſteri.* Secundùm quos docto-
res,hæc ſententia eſt crebrior,ac communior, te-
ſte Socino Nep.*conſ.168.num.57.lib.2.*

Mihi

Mihi tamen magis placet ſententia affirmans priuilegium patri, & filiis eo modo conceſſum filiabus nuptis eſſe communicandum. Moueor ex traditis a Bart. *in l.* [illegible] *.4. idem reſponderunt, verſ. vl*[illegible] *quaro, ff. ad municip.* vbi vult mulierem coniugatam non deſinere eſſe ciuem ciuitatis ſuæ originis, quoad priuilegia, commoda, & fauores [illegible] per hæc non abducatur ab obſequio mariti. Secundò moueor ex text. *in l.2. ff. de iur. immunit.* vbi excluduntur deſcendentes a fœmina [illegible] tamen indiſtinctè admittit, nulla [illegible] facta mentione de nuptis, vel innuptis. Pro [illegible] etiam ſuffragatur lex *voluntas, C. de fideicommiſſ.* vbi abſolute filiæ, & ſorores dicuntur de familia, ob quam reſolutionem conſulit Dec. *conſ. 286. incipit, In ciuitate Placentia,* alienationem neceſſariò faciendam inter aliquos de familia poſſe pariter fieri inter filias etiã nuptas, quia filiæ ſunt de familia per d. legem, *pronunciatio.* Ideo priuilegium non debet negari nuptis, vt tradunt idem Decius in *cap. nonit de iudic. col. 3 num 4. & in l.2. num 17. C. vnde vir, & uxor. & in d. l. cum quandam, num.6.* & ibi Alexand. *num.14.* Chaſſ. *in conſuetud. Burgund. rubr.4.§.1 n.4.* Socin. *conſ. 227. num.4. lib.2.* Corn. ſibi contrarius *conſ. 177.* circa quod eſt primò videndum, *col. vlt. lib.4.* & Felin. ſibi etiam contrarius *in cap. nouit. col.1. de iudic. & in cap. ſuper eo, col. 5. de teſtib.* & alij quos referunt, ac ſequuntur Tiraq. *vbi ſupra, num.37.* & Pinell. *num.34.* accedit Benedict. *in cap. Raynut. in verbo, qui cum alia matrimonium contrahens, num 167.* definiens ex Bart. *in l. quoties, C. de priuileg. ſcholar. lib.12.* priuilegium alicui, & ſuis liberis etiam fœminis conceſſum ad filias viduas extendi, niſi expreſsè excipiantur.

Nec obſtant rationes in contrarium, nempe filias non eſſe de familia, quia oppoſitum conſtat ex d. lege *pronunciatio.* Nec faciunt tradita per Bart. *in d. l. quoties,* quia verius eſt commentarios Bart. *in d. l. quoties,* non eſſe Bartoli, ſed cuiuſdam Conſulis Peruſini. Ita Angel. *in l.1. C. de peri. eo qui pro mag. lib. 11.* dixiſſe refert Tiraq. *in d. l.1. connubial. num.34.* [illegible] *15.* quod etiam affirmat Alexand. *conſ. 125.* [illegible] *col. 11. lib.7.* Cum ergo maxima ſit differentia inter Bartolum ſapientiſſimum, & inter Conſilium illum nullius propemodum auctoritatis virum, bene ſequitur [illegible] iam partem eſſe multo crebriorem, & in praxi [illegible] admittendam, nempe filias eſſe de familia, gaudereque priuilegio patri, ac filiis conceſſo, non tamen eo gaudere deſcendentes ex fœminis, [illegible] conceditur generi, & poſteris, niſi id expreſſim declaretur per *l.2.§. vlt. ff. de iur. immunit.*
188. Q[illegible] nati ex fœmina non ſunt de familia, neque [illegible] e. Dictum eſt non gaudere priuilegio. [illegible] puta dicendum de beneficio conceſſo à [illegible] Alexand. *in l. quia perſonale, ff. ſolut.* [illegible] *incipit, viſo themate poſt medium,* ibi [illegible] ficium principis in natos ex fœmini[illegible] Ratio, quia priuilegia conceſſa, circa ea [illegible] contra ius commune, ſunt ſtrictè accip[illegible] Beneficium verò eſt quando aliquid præter i[illegible] commune conceditur, vt quando aliquid d[illegible] Bart. *in l. ſi quando in princ. ff. de inoffic. teſtam. & in l. vlt.* & ibi Cyn. *ff. de conſtit. princi*[illegible] *cap. in verb. noſcatur, de conſtitut.* in[illegible] Ioan. Andreas *in cap. olim tibi, de verbor. ſig*[illegible] eſt latiſſimè interpretandum, contra concedentem, & in fauorem illius cui conceditur. Alexand. *vbi ſupra,* Sanch. multis ibi relatis *lib. de matrim. diſp.2. num.4.* & conſequenter debet tranſmitti ad deſcendentes ex fœmina.

Priuilegia vero patri conceſſa propter benemerita non tranſire ad filios, videtur eſſe de mente Bartoli *in l. qua dote, num.14.* & ibi Iaſon *n.* [illegible] *1. ff. de legat. 1.* & probatur ex *l. ſi vero non remunerandi, §. idem Papinian. ff. mandati, iuncta l. ſi* [illegible] *dum per fideicommiſſum, ff. de legat. 1.* Ratio, quia conceſſio in hoc caſu eſt perſonalis, *l.4. ad fin. ff. de conſtit. princip.* Item eſt temporalis conceſſio, non verò perpetua, igitur extinguitur morte patris, vt conſuluit Alexand. *conſ. 86. num.2. lib.1.* dicens, non obſtante dictione, perpetuo, adhuc conceſſionem eſſe perſonalem, ſi talis dictio refeatur ad perſonam. Ego tamen puto priuilegium in remunerationem conceſſum, & propter merita non eſſe perſonale, ſed reale, & conſequenter tranſire ad deſcendentes. Ducor, quia quando quis obtinet priuilegium propter aliquod præclare geſtum in obſequio principis, vel reipublicæ, non eſt negandum principem, vel rempublicam accepiſſe rem digniſſimam remuneratione, teneriqve beneficium acceptum compenſare. Ergo priuilegium conceſſum, cùm datum ſit in remunerationem, tranſit in naturam contractus, habetque vim deſcendendi ad deſcendentes. Bald. *conſ. 355. præmittendum eſt, lib 1. conſ. 98. quæritur, lib.3.* Socin. ſen. *conſ. 59. col. 2. lib.1. & conſ. 84. col. penult. n. 11. in fin. lib.3.* Anchar. *conſ. 327. num. 3.* Quibus adhæret Tiraq. *in l. ſi vnquam, verbo, donatione largitus, num.48. C. de reuocand. donation.* maxime, ſi remuneratio inducat naturam beneficij, potius quàm priuilegij rationem. Præſumitur enim conceſſio realis, Bald. *in l. apud Iulianum, §. ſi quis alicui, ff. de legat. 1.* & eſt de mente Bartoli *in l. vlt. num.4. ff. de ſeruitut. legat.* Imol, & Alexand. *in l. quia tale, num.2 ff. ſolut. matrim.* ex quo ſequitur, tale priuilegium in remunerationem datum eſſe reale, ac tranſitorium ad deſcendentes, quaſi principis beneficium, ac late interpretandum per *d. l. vlt. alias, penult, de conſtit. princip.*

190. Nec refert, quod habetur *in l. 1. ff. de conſtit. princip.* quia ibi lex loquitur in remiſſione pœnæ, propter aliqua præclarè geſta, & in remunerationem excuſatur delinquens a pœna ſupplicio condigna, quæ remiſſio non tranſmeat ad deſcendentes. Secus quando conceditur priuilegium propter præclarè geſta, tunc enim immunitas eſt realis, vt vltra præcitatos docens Andr. Siculus *conſ 44. num. 84. lib. 2.* Fulgoſ. *conſ. 225. incipit, ſi conſulitur,* Bald. *in l. qui ſe patris, C. vnde liberi,* quin addunt eam conceſſionem ſapere contractum, qui tranſit vlterius ad hæredes, *l. ſi pactum, ff. de probationib. l. veteris, C. de contrahend. & committend. ſtipul.* Quibus adhæret Menoch. *de præſumpt. lib.3. præſumpt. 103. num. 13. & 20.* Nec tale priuilegium conceſſum propter merita poteſt reuocari a concedente, cum ipſa merita loco pretij accepta, æſtimentur. Bald. *in d. l. qui patris,* Afflict. *deciſ. 128. ad fin.* poſt Alexand. *conſ. 192. col.4. vol.2.* & Anchar. *in cap. quoniam, de conceſſ. præbend. in 6.* Menoch. *conſ. 2. num. 136.* & latiſſime Tiraq. *in d. verbo, donatione largitus,* poſt plures ibi *num. 24.* Cabe[illegible] *2. part. deciſ. 86. num. 5.* poſt Roland. & alios ab eo citatos *conſ. 76. num. 14. vol. 2.* vbi concludit priuilegia conceſſa ob remunerationem laborum, quos aliquis patitur propter bonum commune, reuocari non poſſe, tranſeunt enim in contractum, ideo fieri irreuocabilia

Quid

191. Quid de priuilegiis Regi conceſſis? Dominic. *in cap. ne aliqui in 4. notab. de priuileg. lib. 6.* docet non competere Reginæ, nec filiis, niſi exprimatur in conceſſione. Sequitur Bald. *in l. ſpadonem, §. iam autem, ff. de excuſat. tutor.* & in ſpecie Decius *in l. quoties idem, ad fin. ff. de regul. iuris.* Probatur, quia ſicut iniuria illata Reginæ, non eſt illata Regi, ſed ad illum pertinet ex conſequentiam per text. expreſſum *in l. cum qui. §. vlt. ff. de iniur.* neque dicitur offendens Reginam commiſiſſe crimen læſæ maieſtatis, ſic etiam priuilegia conceſſa Regi, dicendum eſt, non conuenire Reginæ, prout voluit etiam Tiraq. *in l. connub. gloſſ. 2. num. 63. verſ. adde, & ita.*

Oppoſitum eſt verius ex lege *princeps ff. de legib.* ex eo, quòd mulier coruſcat nobilitate, & dignitate viri, per text. *in l. fiſcus, § fin. ff. de iur. fiſci,* vbi priuilegiis Regis gaudet Regina, text. *in § non tantum permittitur, in authen. de nupt. l. fœmina, ff. de ſenat.* Calefat. *de equeſtri dignit. num. 136.* quia addimus Regem facere Reginam, atque nõ vocari eo mortuo. Cortiet. *de poteſt. reg. part. 3. num. 48. & ſequentib.* Ioan. Lup. *in rubr. de donat. inter vir. & vxor. quæſt. 31.* & Tabien. *de ann. conſ. 108. num. 9. & ſequent.* Vnde colliges ſolutionem ad contraria, nempe iniuriam illatam Reginæ redundare in perſonam Regis. Nam illa dicitur propria offenſa, ex qua Regi competit actio iniuriarum proprio nomine, per §. *pariter, inſtit. de iniur. &*
192. *l. iniuriarum, C. de iniur.* Iunat, vbi maritus in iniuria vxoris propriam iniuriam pati intelligitur. Atque ita fatendum eſt conſpirantem contra Reginam, incidiſſe in crimen læſæ maieſtatis, ex traditis ab Hugone *de offic. quatuor prælator. tit. de munerum excuſat. num. 15.* & à Boer. *in tract. de ſeditioſis, §. præſuppono etiam ſexto,* vbi definiũt crimen læſæ maieſtatis, non ſolùm patrari contra Principem, ſeu Regem, ſed etiam contra eos, qui ad latus eius commorantur.

193. Quòd ſi Regina nubat viro non habenti regnum, in hoc euentu maritus non fit Rex per text. *in l. fœminæ, ff. de ſenat.* vbi habetur fœminam coruſcare mariti radiis, non verò maritum radiis vxoris nobilitari. Ita Aulez *in proœmio, cap. prætorie, in princip. num. 11.* poſt Bald. *in cap. ſignificauit, de reſcriptis.* Confirmatur, quia fœmina reſpectu viri eſt quid acceſſorium, & vir eſt caput mulieris, *l. quod principi, ff. de legat. 2.* & conſequenter eſt principale, per text. *in cap. cum caput 33. quæſt. 1.* ſed principale non ſequitur acceſſorium, ſed è contra. Ergo mulier Regina non facit virum Regem. Accedit quòd regnum non poteſt dari in dotem marito à Regina, teſte Bald. *vbi ſupra, in prælud. feudor. col. 9.* vbi addit Imperatorem non poſſe ſibi facere parem, vel ſuperiorem. Sequitur Gregor. Lopez *tit. 1. l. 1. gloſſ. 9. p. 2. & l. 9. gloſſ. 4.* Quare Regina erit domina regni, eiuſque adminiſtratio non pertinebit ad virum, niſi quatenus Regina permiſerit, quia de iure Reginæ competit. Gregor. Lop. *vtrobique.* Adminiſtrabit tamen Regina regnum de conſilio mariti. Gregor. Lop. *in l. 3. tit. 15. part. 6.* Azeued. *in l. 5. num. 1. tit. 3. lib. 2. noua collect. regia,* & Gutier. *de tutel. 1. part. cap. 18. num. 32.* habebitur denique maritus pro rege à populo, non tamen erit verus Rex, vt notat Marchio de Pont. *in tract. de poteſt. proregis, tit. de diuerſ. prouiſ. §. 1. num. 18. & ſeqq.* nec fidelitas iurabitur marito, ſed Reginæ, teſte Neuis *conſ. 40. num. 2.* Hæc ſententia de iure eſt vera, & fortè verior, quàm oppoſita.

De conſuetudine tamen vocatur Rex, & nominatur, cui Regina nubit, quando ipſa eſt domina regni. Montalb. *in l. 9. tit. 1. part. 2. ex l. [illegible] la tercera razon es por caſamiento, quando alguno caſa con dueña, que es heredera del reino, [illegible] deſſe llamar Rei deſpues, que fuere caſado con ella.* Ob quam legem non ſolùm de conſuetudine, ſed etiam de iure poteſt nominari Rex maritus Reginæ, ſicut opinatur Bald. *in d. cap. ſignificauit [illegible] verſ. porrò vide reſcript.* quem ſequitur Gutier. ſupra ſcriptis *num. 40.* ſubdens de conſuetudine etiam Comites, Duces, & Marchiones, maritos Comitiſſæ, Marchioniſſæ, vel Ducíſſæ, ita vocari, ac nominari reſpectu earum, coruſcaréque radiis vxorum, etiamſi milites eſſent, antequam eas duxerent in vxores, ac propterea, tanquam Duces,
Marchiones, & Comites in ſeſſionibus, & [illegible] 194
actibus, ac comitiis regiis vtuntur huiuſmodi dignitatibus, etiamſi ab vxoribus hæ dignitates non ſint illis in dotem datæ, quia ſi dentur, eſt dubium eſſe verè Duces, Marchiones, & Comites, teſte Tiraq. *de nobilit. cap. 18. num. 4.* Poſt Ioan. Raynu. *in tract. de nobilit. 56. quæſt. 5. [illegible] princip.* & Hoſtienſ. *in ſum. Raym. in verbo, de clerico, de teſtam.* vbi ait quandoque de facto, & de conſuetudine maritum vxoris radiis ſplendere, nempe cùm ſimplex miles duxit in vxorem Comitiſſam. Ex quibus colliges id magis facti eſſe, & conſuetudinis, quàm iuris. Quod probat Marchio de Pont. *in tract. de poteſt. proregis, [illegible] tit. de diuerſ. prouiſ. §. 1. num. 21.* Camill. de Curt. *de feud. 1. part. verſ. ſed vnde digreſſ. num. 24. & ſequent. ad fin.*

Illud etiam non eſt omittendum, de iure mortua Regina, Ducíſſa, Marchioniſſa, ſeu Comitiſſa, maritos earum non poſſe nominari Reges, Duces, Marchiones, ſeu Comites, niſi fortè hæ dignitates, excepta Regia, illis fuerint in dotem datæ, quia mortuis vxoribus priuilegium fuit extinctum. Bald. *in l. 2. C. de Epiſcop. & cler.* & Tiraquel. *tract. ceſſante cauſa, num. 108.* Surdus *conſ. 307. n. 6. & conſ. 395. num. 11. vol. 3.* & Marchio de P[illegible] *d. §. 1. num. 30.* Ex eo fundamento, quòd quæ dignitas cohæret perſonæ, nec de vxore transfertur in virum, ſed vir ea vtitur dignitate, illuſtratus ſplendore vxoris, cuius eſt dignitas, vxore mortua, non gaudet vir eo priuilegio. Boſſ. *de princip. num. 343.* poſt Ioan. Andr. *in d. cap. ne aliqui, de priuileg. in 6.* quod pro regula ſequitur Iaſon *in l. non tantùm, ff. de re iudic.* Quibus accedit Barboſ. *in l. quia tale, num. 22. ff. ſolut. matrim.* Cum ergo dignitates in perſona vxorum reſederunt, illis mortuis ceſſauit priuilegium. Secus dicendum de vidua Regis, quæ retinet dignitatem, mortuoque marito vocatur Regina, ſicut [illegible] marito vocabatur, vt ſenſit gloſſ. *in cap. [illegible], 27. quæſt. 2.* & gloſſ. *in cap. ex parte, in fin. de foro compet.* Sequitur Tiraq. *de nobilit. cap. 18. num. 7. & ſequentib.* quod intellige quandiu vidua eſt, cenſetur enim viuere lege mariti, & eſſe in [illegible] tu illius, ideo gaudet priuilegio illius matrimonij, per *l. vlt.* & ibi gloſſ. Bald. & Caſtrenſ. *C. de bon. mater.* Idem Bald. *conſ. 459. quidam inſtituto herede, lib. 1.* & Roman. *in l. ſi conuenerit, colum. 2. verſ. nunc examinemus, ff. de iuriſd. omn. iudic.*

De priuilegiis conceſſis alicui in cauſam filio- 195
rum, Bald. *in l. plenum, ff. de his, qui ſui, vel alieni iur. in 2. lectur.* ait non poſſe baſtardos illos vti per *l. 2. ff. de excuſ. tut.* Sequitur Benedict. *in*

cap

*cap. Royn. in verbo, de clera. num.*40. quod non puto verum ſi nomine baſtardorum intelligantur naturales concepti a parentibus, inter quos poterat exiſtere matrimonium. Hi enim gaudent priuilegio, dignitate, & nobilitate patris, quamuis pater ſit illuſtris, & mater ignobilis *l.*1.*tit.*11. *part.* 7. *l.* 9. *titul.*8. *lib.*5. *recopilat.* Otalor. *de nobilit.*2.*part.tertia part.cap.*3.*num.*3. Couar. *in epitom.*2.*part. cap.*8. §.4. *num.*2. Auendan. *in ſuo repertorio, verb hyo natural*, quia ſi pater eſt nobilis, eſto mater ſit ignobilis, denominatur nobilis à potentiori cauſa, per text. *in l. nobiliores, C. de commerc.& mercator.* & ibi ſcribentes, & *in l.fin. C. de ſeruis fugit.*& ibi Bald. Nam hoc ius, & priuilegium nobilitatis deſcendit a ſanguine, & ius ſanguinis in naturalibus filiis reperitur. Ergo ad eos tranſit nobilitas, & eius priuilegium. Bart. *in termino, in l. fin. C. de verbor. ſignific.* & ibi communiter doctores; deduciturque à lege 1. *tit.*21 *part.*7. & ſequitur Spino *gloſſ.* 16. *num.*23. Chaſſ. *in catalog.glor.mund.part.*8.*conſider.*8.multis ibi relatis; quibus accedit Gom. *in l.*79. *Tauri, num* 6.*& in l.*9.*num.*54. Valaſc. *de part.cap.*18. *num.*172.

Vtraque pars, & opinio concordari poteſt ſi dicas priuilegia patri conceſſa ab extra, ſeu à iure, non deſcendere ad filios naturales, at verò priuilegia, quæ deſcendunt à iure ſanguinis ex antiquo, ac priuilegiato ſtipite maximè, quia iura ſanguinis, & naturalia, in naturalibus reperiuntur, & ſequuntur conditionem patris, ob quam rationem nedum ſpurij, ſed etiam naturales, non dicuntur de familia, nec de domo, nec agnatione, ſeu cognatione patrum, cùm hæc nomina ſint iuris poſitiui, non verò ſolius naturæ. Ideo filiis naturalibus, ſeu baſtardis à fortiori ſpuriis non communicantur. Bart. *in l. tutelas, in princip.ff. de cap.diminut.* & *in l.pronunciatio, §.familia, ff. de verb. ſignif.num.*1. Tiraq. poſt plures *de nobilit. cap.*15. *num.*12. & *ſequent.* Nec poſſunt naturales de iure deferre inſignia nobilium, ſecundùm Bart. *de inſig.& arm.* & Bald. *in l. cum legitima, ff. de ſtat. hom.* Dynus *in l. cum pater, §. mater, ff. de legat.*2. Beſlug. *in proemio princip. tit. de princ. prohib. militem guerrificare, col.*5 & Benedict. *vbi ſupra*, quos referunt, ac ſequuntur Molin. *de primog. lib.*1. *cap.*4. *num.*46. & Gutier. *lib.* 2. *pract. quæſt.*55. *num.*1.

De conſuetudine tamen conceditur naturalibus deferre nobilium inſignia, ſeu arma ſuorum [illegible]um, teſte Guido Pap. *quæſt.*580. *Incipit, an baſtardus*, poſt Nicolaum de Vbald. *in tract. ſuc*[illegible]*.p.*1.*col.*29. & *ſequenti*, Benedict. *d. num.*31. Gu[illegible]er. *vbi proxime, verſ ſecundo*, niſi alias ſe haberet communis vſus, vbi docet de generali con[illegible]dine, naturales deferre arma domus, & vo[illegible] cognomine ſui generis, non tamen poſſe [illegible]e arma plana, ſed tranſuerſam barram, ſeu [illegible] per ſcutum armorum, quæ incipit à finiſt[illegible] dextram ſecundum Nicolaum de Vbald[illegible] ſcriptum. Nam ſi inciperet barra, ſeu l[illegible] dexteris ad ſiniſtram, non oſtenderet genus illud infectum, ſed eſſe de matrice domo legitimè forte collateraliter proceſſum. Sic Benedict.

35. Porrò ſpurij nec de iure communi, neque de Hiſpano, habent nobilitatem deſcendentem ex iure ſanguinis per *l.*1. *tit.* 11. *part.* 7. & ibi Gregorius & habetur *in l. liberos, ff. de ſenat.* vbi Baldus & Garcia *de nobilitat. gloſſ.*1. §.1.*num.*61. Frigoſi Regim. Chriſt. Reipubl. *verſ. y la verdad eſt, pag.* 55. nec ſunt de domo, ſeu agnatione, nec de familia parentum. Tiraquellus *de nobilit. cap.*15. *num.*25. Didac. Perez *lib.*1. *titul.*2. *l.*1. *ordinam. verſ. ſecunda concluſio.* Nec ſecundùm Bart. *in tract. de inſign. & arm.* poſſunt portare inſignia parentum, neque arma familiæ paternæ. Tiraquellus *de nobilitat. cap.* 15. *num.* 13. Quod ſi contingat deferro alia arma, vt fit in aliquibus regnis, neceſſariò in clypeo armorum lineam nigram tranſuerſam in ſignum ſuæ ſpurietatis geſtare ſolent, vt notat Otalor. *de nobilit.*2. *part.*3.*part. cap.*3. *num.*3. Quin addo nõ poſſe ſpurios ſepeliri in ſepulchro ſuorum maiorum, in quo ſepeliuntur duntaxat, qui deſcendunt ex ea familia, ſiue hæredes ſint, ſiue non, per text. *in l.ius ſepulchri, & in l.ſi ſepulchrum, C. de religioſ.& ſumptib. funer.*& in ſpecie tradit Syluelt. *in verb.ſepultura, quæſt.*8.*diſt.*4. Ratio eſt, quia non dicuntur de familia ſpurij, neque de agnatione parentum, Alex. *in l.ex facto, §.ſi quis rogatus, num.*56. ad Trebel. & Bart. *in l. quod mutuatio, §.familia, ff.de verbor.ſignif.* Igitur ius ſepeliendi ſpuriis minimè competit, Garcia *de expenſ. d. cap.*3. *num.*11. quibus concinit Spino *d. gloſſ.* 16. *num.* 28. addens non poſſe ſpurios retractu vti, etiam quando conceditur conſanguineis, vt poſſint intra certum tempus pro eodem pretio oblato coram iudice rem conſanguinei ab extraneo emptam retrahere, cum non ſint de familia, vel cognatione, atque ita non poteſt competere hoc ius retractus ſpuriis. Sequitur Couar. *in epitom.*2. *part. cap.*8. §.10. *num.*2. poſt Tiraq. *de vtroque retract.* §.1.*gloſſ.*8.*in princip.n.*6. & §.26.*in princip.*

Ex quibus conſtat perperam definiuiſſe Palac. Rub. *in l.*9. *Tauri, num* 12. poſt Montal. *in l.*13. *tit.*10. *lib.*3.*fori, in gloſſ. verb. cambiar*, dum docuit ſpurios admitti ad huiuſmodi retractum, in bonis paternis, quod eſt falſum, ſecundùm Ioannem Roy *in epitom. ſucceſſ. cap.*20. *num.*104. Poteſt tamen hæc ſententia admitti in bonis maternis, quando res, quæ venditur, ſpectat ad matrem, vel ad agnatos illius. In quo euentu ſpurius iure retractus poterit rem liberare, & extrahere, cùm dicatur de genere, ac cognatione matris. Tiraquel. *in d. retract. à matre linea prouenienſe, de vtroque retract.* §.26. *in princip.* Secus in bonis paternis, tam ad patrem, quàm ad conſanguineos illius pertinentibus, cum non ſint ſpurij de familia, domo & agnatione patris, nec mereantur appellari filij, text. *in authen. ex complexu, C. de inceſtuoſ. nupt.* ibi, *Liberi neque naturales ſunt nominandi*, eadem ratione, neque in feudo ſuccedere poſſunt, text. *in cap.*1. §. *naturales, ſi de feud. fuer. contro. inter domin. & agnat.* vbi Bald. & ſcribentes. Neque vocantur ad maioratum niſi ſpecialiter, & expreſſe nominentur. Gregorius Lopez *in l.* 2. *tit.*15. *part.*2. *in gloſſ. verb. ſino el hyo maior*, cum ſint legibus odioſi, vt habetur in authentic. *de triente. & ſemiſſ.* §. *ſi autem, collation.*3. ibi, *odibilis quidem eſt nobis.* Sequitur Felinus *in cap.*1. *in præſentia, de probation. num.* 21. & Bartolus *in l.*2. *num.* 4. *ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.* Imò nec poſſunt ſuccedere in feudo matri, quamuis in aliis bonis ſuccedant. §. *nouiſſimè, inſtitut. de Senatuſ.conſ. Orfic.* & *l. ſi qua illuſtris, C. eod. tit.* Mantic. *de tacit.& ambig.lib.*23. *tit* 12. *num.*6.

Sed quid, ſi filius ſpurius legitimetur per reſ-

criptum principis, gaudebit ne priuilegiis Hiſpanæ nobilitatis? Negat Matienz. *l.10.tit.8.de ſucceſſ.lib.5. nona recopil.gloſſ.8.num.2. & 3.* & habetur *in l.20.tit. de los alcaldes de los hijos dalgo, lib. 2. nona collect.* Suffragatur lex *3.tit.15.p.4.* vbi ſic ait, *gran daño viene a los fijos por no ſer legitimos primeramente, que no han las honras de los padres, &c.* nec eximuntur à tributorum contributionibus, vt decſum fuit per ll. citatas, imò nec ſepelietur in ſepulchro patris, etiamſi legitimetur viuente patre ad petitionem patris, quia ſpurius non venit appellatione filij, vt *in authen. quib. mod. natur. efficiant. ſui*, in fine. Facit cap. *cum haberet, de eo, qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ.* Ego tamen puto probabilem cum Petro de Vbald. *de canonica Epiſcopali, cap.9. num.13.* ita legitimatum poſſe ſepeliri in ſepulchro matris. Idem de cæteris filiis vulgo quæſitis dicendam eſt, cùm non habeant aliam originem, niſi matris, illique ſuccedant, *inſtit. de ſucceſſion. cognat. §. quod vulgo, & l. ſi ſpurius, ff. vnde cognati*: quod procedit de iure communi, niſi mater ſit illuſtris, vt *l. ſi qua illuſtris, Cod. ad Orfic.*

Notandum tamen eſt pro ſpurio non vulgo quæſito, ſed habente patrem certum, quamuis non ſit legitimatus, poſſe creari executorem teſtamenti paterni, ſecundùm Bald. *in l. cum quam, quaſi.15.C. fideicommiſſ.in lectur. antiqua, & in l.ſi quis ad declina. col.vlt.C.de Epiſcop.& cler.* Non poterit tamen Epiſcopus hæreditatem diſtribuendam pauperibus dare ſpurio teſtatoris, nec adhuc pro alimentis, ſecundùm Bald. *in l.id, quod pauperibus, col. penult. & vlt. verſ. vltimo quæritur, & verſ. quæro vlterius, C.de Epiſcop. & cler.* vbi id tradit. Quod ſi Epiſcopus ſpurio concedat hæreditatem, non poſſe fiſcum eam illi adimere, tanquam ab indigno, ipſum verò Epiſcopum maximè, vt Bald. *vbi ſupra, per not. per Innoc. in cap. literis de officio deleg.* Eſt tamen valde probabile, ſaltem in foro conſcientiæ poſſe Epiſcopum, vel executorem teſtamentarium, quando hæreditas eſt diuidenda, ſeu reſtituenda inter pauperes, poſſe filio ſpurio teſtatoris illam tradere, non tanquam filio, ſed vt pauperi; imò tanquam filio loco alimentorum, ſi pater nihil reliquit. Ita Bertachin. *de Epiſcop. part.6. num. 39.* & multo fortiùs poterit filio teſtatoris legitimo id præſtare, ſi eſt pauper, ſecus, ſi ſit diues, Bald. *in cap.1. §. iniuria, colum. 4. de pace iuram. firm. in vſib. feudor.*

Difficultas tamen eſt an filij committentium crimen læſæ maieſtatis, tam humanæ, quàm diuinæ, priuentur priuilegiis nobilitatis, ſicut ipſi parentes? Otalor. *de nobilit. part. 3. princip. in part. 2. cap. 7. num. 17.* affirmat omnes deſcen-
157. dentes ex his criminoſis priuari omni nobilitate, tam ſanguinis, quàm iuris poſitiui, vſque ad nepotes incluſiuè, vt ſe declarat *4.part.princ.cap.9. à num.2. vſque ad 5.* ſecundùm receptiorem ſententiam. Sequitur Cantera indiſtinctè *in quæſt. crimin.tit.de quæſtion. tangentibus punitionem delicti, cap.2.num.11.*

Dicendum tamen eſt primò filios horum reorum non priuari priuilegio ob propria ſeruitia comparato, ſi ipſi ſint concepti ante parentum delictum, & obtentum fuit priuilegium ante condemnationem eorum, vel delicti notorietatem. Quod ſi ſint concepta poſt parentum delicta, & condemnationem, ac delicti notorietatem, & omnia hæc tacita ſunt in ſupplicatione facta Regi ob ignorantiam, vel ob malitiam, priuilegium filiis conceſſum, nec ipſis, nec eorum deſcendentibus quidquam prodeſt, ſiue ſit nobilitatis, ſiue exemptionis, ſiue cuiuſuis alterius honoris. Vtraque pars placet Otalor. *4.part.princip.de nobilis. cap.9. num. 9. & 10.* & Menochio *conſ.805. num.8. vol.9. & conſ.808. num.14. eod. vol.* Conſtat ex traditis à Sanch. *lib. 8. de matrim. diſp.21. num. 56.* vbi probat eſſe ſubreptitium priuilegium, ſic obtentum, ex taciturnitate infamiæ parentum, quamuis clauſulam *ex certa ſcientia, & ex plenitudine poteſtatis*, habeat conceſſio, ſeu priuilegium; quia non præſumitur concedens habere certam ſcientiam, niſi de iis, quæ in iure conſiſtunt, non verò de conſiſtentibus in facto, qualis eſt infamia. Ratio potiſſima, quia filij horum reorum, non ſunt incapaces ipſo iure, neque infames poſt parentum crimen, ante condemnationem eorum. Ita Petrus Ledeſm. *2. tom. ſum.tract.1.cap.6. poſt 17. concluſ. difficult.2.* Suarez *5. tom. in tertiam part. diſp.43. ſect.3. num. ad finem.* & Penn. *director. Inquiſitor.3.part. comment.163. column. penult. verſ. ego verò*; quamuis teneat oppoſitum *in lib. de pæn. hæretic.* Nihilominus Simanch. *de cathol. inſtit. tit.29. num 2. & in Enchiridion iudicum, tit.63. num.9.* expreſsè ante condemnationem parentum docet, non eſſe filios infames, nec inhabiles ad honores obtinendos; cùm ergo priuilegium comparauerint ante condemnationem, ſeu notorietatem parentum, & ſint concepti antea, non ſunt priuandi priuilegio, etiamſi Ledeſm. *vbi ſupra*, contra aſſerat, filios nempe amittere priuilegium poſt parentum condemnationem, comparatum poſt eorum crimen. Cuius deciſionem probat Sanchez *lib.2. in Decalog. cap.28. num.21.* quando priuilegium eo tempore, quo parentes erant notorij criminoſi, fuit acquiſitum, quia tunc filij incurrerant pœnas priuationis, ob notorietatem, erantque infames, & inhabiles ad honores acquirendos.

Dicendum eſt ſecundò filios reorum læſæ maieſtatis vtriuſque non amittere nobilitatem ſanguinis propter delicta huiuſmodi parentum. Ratio, quia nobilitas naturalis non habetur à parentibus eorum criminum reis, ſed ab antiquiſſimis aſcendentibus, neque reperiuntur aliqua lege nobilitate iſta deſtituti. Ita Simanchas *de catholic. titul.29. num.18.* & Azened. *l.3. num.20. titul. 3. lib.8. recopilat.* ex eo, quia nobilitas naturalis, & iura ſanguinis, ſicut cætera naturalia, nequaquam mutari poſſunt, *§ ſed naturalia, inſtit. de iure naturali, & regul. iura ſanguinis, ff. de regul. iur.* Cum ergo non accipiant nobilitatem à patre, ſed à genere, ſemper nobilitas incolumis conſeruabitur penes filios, per text. *in l. 3. ff. de interdictis, & relegatis*, ibi, *quæ vero non a patre, ſed à genere, à ciuitate, à rerum natura imbuerentur, ea incolumia remanere.* Confirmatur ex Alberico *in proœmio, ff. §. diſcipuli, colum. 1.* dicente non poſſe patrem regem auferre filio regnum, quod habet ab aſcendentibus. Sequitur Tiraquellus *de nobilitat. cap. 35. num. 4. ad fin.* addens *num. 5.* nobilitatem conceſſam à principe, Titio, & ſuis liberis non auferri eiſdem liberis ob culpam patris cùm illam non habeant à patre, ſed à principe liberaliter concedente. Imò nec pater

poteſt

poteſt renunciare huiuſmodi nobilitati in præiudicium filiorum, quibus princeps eam conceſſit, vt notant Dyn. Salyc. Caſtr. & Alex. in l. apud Iulianum, § ſi quis alicui, ff. de legatis, 1.

Ex quo infertur minùs bene reſpondiſſe Crauet. conſ. 165. num. 4. incipit, videndum eſt, parentes poſſe præiudicare filiis quando nobilitatem propter ſimilia crimina deperdunt, atque ita non poſſe tranſmitti ad poſteros; quod nititur probare ex regula in l. traditio, ff. de acquirend. rer. domin. quæ ſic habet, nemo dat, quod non habet. Cum ergo perſona patris ſit proxima, ſemper debet attendi. Ideo pater nobilitate deſtitutus non poteſt eam tranſmittere ad poſteros. Quæ rationes non vrgent, cùm filij nobilitatem naturalem, & conceſſam patri, & filiis, non habeant ex perſona patris, ſed ex perſona aui, & aliorum maiorum, & alteram nobilitatem à principe, vt bene notat Tiraq. vbi ſuprà, & Azeued. l. 3. a. 29. tit. 3. lib. 8. recop. quos ſequitur Sanch. d. lib. 2. c. 29. n. 4. & Simanch. de filiis & minoribus, tit. 29. n. 19. probans ibi patrem hæreticum non præiudicare filio catholico in ſucceſſione aui paterni l. cum pater, § hæreditatem, ff. de legat. 2. poſt Abbatem, & Ioan. Imolam in c. excommunicamus, § credentes, de hæreticis, & alios ibi relatos, quem vide.

Dicendum eſt tertiò parentem horum criminum reum, non eſſe priuatum nobilitate naturali, ſeu ſanguinis, cum illa ſit immutabilis; priuari tamen nobilitate conceſſa ex priuilegio eidem accidentario; cum per ea crimina factus ſit inhabilis ad omnes honores, ac dignitates. Probatur ex l. regia 2. tit. 2. p. 7. ibi: *y demas deſto ſus fijos que ſean varones deben quedar por infamados para ſiempre, que no puedan auer honra de cauallería, ni de dignidad.* Ex quibus apparet nobilitatem ex priuilegio accidentario ipſi parenti conceſſam deperdi ab eodem, ſi committat alterum ex his duobus crimen. De qua nobilitate ſeu honoribus accidentariis loquitur d. l. 2. & deducitur ex traditis à Simanch. d. tit. 29. n. 58. & ab Otalora 4. p. princip. c. 9. ad. n. 2. vbi notat eadem nobilitate accidentaria parenti duntaxat conceſſa reo filios, ac nepotes omnino priuari, cum ea à patre reo dimanauerit, per text. in d. l. citat. eum qui, ff. de interdict. & relegatis. cuius verba ſunt hæc. *Eum qui ciuitatem amiſit, nihil aliud iuris adimere liberis, niſi quod ab ipſo peruenturum eſſet ad eos*, &c. Ex quibus conſtat tam patrem reum, quàm eius filios, & poſteritatem priuari poſſe, de factóque priuari propter hæc delicta priuilegiis à principe conceſſis parenti duntaxat, vt bene docent Tiraq. & Otalor. vbi ſupra, & part. 3. principali, p. 2. cap. 7. n. 17.

---

## §. XI.

### *An parentes gaudeant nobilitate, ac priuilegijs filiorum, ac nepotum.*

EPITOME.

198 *Parentes an gaudeant priuilegijs filiorum.*
199 *Filij ad honores euecti parentes ad ſummos extulerunt.*
200 *Filij ex aſcendentibus capiunt legitimas, & aſcendentes ex deſcendentibus.*
201 *Filius à patre grauatus fideicommiſſo, an poſſit deducere duas quartas. & quid de patre grauato ab ipſo filio.*
202 *Pater qui poteſt filiam adulteram occidere, an poſſit id committere filio.*
203 *Filius an poſſit vti legatione loco patris.*
204 *Filiorum honores non deſcendere ad parentes, eſt multo verius.*
205 *Pater, & filius non conueniunt in omnibus, quamuis ſint correlatiua.*
206 *Filius de iure communi licet poſſit deducere duas quartas, pater tamen non poteſt.*
207 *Priuilegia Eccleſiæ vnita, an extendantur ad Eccleſiam, cui vnitur.*
208 *Suburbia, cœmeterium, & capellæ, an gaudeant priuilegio ciuitatis, ſeu Eccleſiarum.*
209 *Interdicta ciuitate, an ſuburbia ſint interdicta, & quid de Eccleſia polluta, ac cœmeterio contiguo.*

PARS quæ affirmat, deduci poteſt ex l. in ſacris la 3. in princ. & ibi gloſſ. C. de prox. ſacro. ſcrin. lib. 12. vbi dicitur priuilegia honorum filiorum competere ſuperioribus. Idem colligitur ex l. vlt. in princ. C. de priuileg. ſchol. eod. lib. & ex l. vlt. verſ. hac autem priuilegia, vbi etiam gloſſ. C. de caſtrenſ. miniſt. eodem lib. 12. & ex conſequenti nobilitatem filiorum ad parentes per filios, iuuat § hac itaque. verſ. ſi vero non copulatus, in authen. de conſulib. quo loco gloſſ. vult honores aſcendere ad ſuperiores, hoc eſt ad matrem per filium. Conducit text. in l. moris, § parentes, ff. de pœnis, vbi ſicut decuriones in pœnis habent priuilegium, ſic etiam eorum parentes. Quæ omnia demonſtrant priuilegia, ſeu nobilitatem filiis conceſſam, ad parentes aſcendere, eo modo quo ſeruorum nobilitas, ac priuilegia tranſeunt ad dominos l. 2. C. de q. vbi non poteſt ſeruus contra mentem domini torqueri, neque contra ipſum dominum. Ex quo Cyn. & Salycet. ibi inferunt priuilegia inferiorum extendi ad ſuperiores; quod prædixit Seneca lib. 3. de beneficijs, addens non eſſe negandum filios nobiles gloriam, ac honores ſuorum maiorum adaugere, fuiſſe quàm plurimos, qui aſcendentes ſuos, ex infimo ad ſummum extulerunt, & ex infima plebe nullo vnquam tempore tacendos futuris temporibus dederunt. Quod etiam ſacra pagina Eccleſiaſtici 3. 198.
num. 1. ſic ibi, *Deus enim honorauit patrem in filijs.* Sequitur § generaliter, dum ſic ait, *dignitas filij, eſt gloria, ac laus patris*; quod etiam habes in gloſſ. cap. ſuper eo 2. de teſtibus, & in cap. requiritur 2. quæſt. 7. ob quas rationes hanc partem tradit Luc. de Pen. in l. mulieres, col. 11. C. de dign. lib. 12. & Boër. addition. in tract. de auto. mag. conſilij, num. 100. & num. 101. 199.

Probatur ex illa regula, quæ aſſerit in correlatiuis diſpoſitum in vno, in altero cenſeri diſpoſitum, l. fin. C. de indicta viduitate tollenda, l. cum emptor, ff. de reſcind. vendit. l. 1. C. de cupreſſis, lib. 11. l. in ſuis, ff. de liber. & poſthum. Sed pater & filius ſunt correlatiua teſte communi opinione. Iaſon in authen. nouiſſima, col. 11. verſ. & pro iſta, C. de inofficioſo teſtam. Roland. conſ. 39. num. 3. vol. 3. Zarall. in commun. contra commun. quæſt. 665. num. 1. Ergo ſicut nobilitas, ac gloria parentum deſcendunt ad filios, vt diximus ex l. ſenatoris filium, ff. de ſenator. & ex l. 1. vbi Bartol. & l. ſenator. & ex l. ſi ſenator. C. de dignit. Tiraq. de nobilit. c. 15. per totum, multis ibi de more allegatis, & Cabed. 2. p. deciſ. 36. n. 14. ſic etiam gloria, ac nobilitas à filiis quæſita ad aſcendentes aſcendent

200. Suffragatur, quia filiis debetur legitima de bonis aſcendentium poſt mortem, vt *in l.1. §.ſi impuber ff.de collat. bonor.* Auth. nouiſſima, & Auth. *vna ſi parens, C. de inofficioſo teſtam.* & aſcendentes in bonis filiorum etiam habent poſt mortem illorum ſuam legitimam, vt poſt plures cum communi *ind.authen. nouiſſima*, tradunt Salycet. *col.2. in fin.* Paul. *in authen. ex cauſa, num.11. C. de liber. prateritis*, Coſta *in cap. ſi pater 3.p. verbo, priuare, num.35. de teſt. in 6.* Royas *de ſucceſſion. ab inteſtato, cap 29.* Valasc. *de partion. cap.21. n.5.* Accedit
201. quia filius a patre grauatus fideicommiſſo, poteſt deducere duas quartas, legitimam videlicet, & trebellianicam, ſicut & pater grauatus a filio onere fideicommiſſi conditionalis duas quartas deducit, cum ſint correlatiua, vt latè Roland. *d. l. conſ.39. vol.3. a num.8.* Ergò honores, ac nobilitas filiorum ad parentes aſcendent, ſicut parentum ad filios deſcendunt, quæ reſolutio eſt ſatis probabilis cùm pater, & filius cenſeantur eadem perſona, *l. cum ſcimus, C. de agricol. & cenſ. lib.11. l. vlt. C. de impub. & alit. ſubſt.* & *§. ei qui tuo, inſtit.*
202. *de inutil. ſtipulatione.* Adeo hoc procedit, vt ſtatutum concedens patri, vt occidat filiam ſuam adulteram, non poſſit committere alteri, vt filiam occidat, vt docet Bald. *in accuſation. C. quod metus cauſa*, Paul. *in l. ſi cum dotem, §. tranſgrediamur ff. ſolut. matrim* niſi filiis, iis autem poteſt hoc mandare. Bart. *in l. non ſolum, § ſi mandato ff. de iniurys.* Salycet. *in l. Gracchus, C. ad l. Iuliam de adult.* cùm filius cenſeatur eadem perſona offenſa cum patre, per text *in d. l. Gracchus*, quem ita intelligit Bald. & Rom. *in l.1. ff. in ius vocat. vt eant, & conſ.484. incipit, hoc quod vicinus, verſ. quartò idem probatur.* Belluga *in ſpeculo principis, tit. de principe prohibente militem gerriſicare, §.1. col.9. verſ. ad ſecundum eſt videre.*

Pro qua ſententia facit, vt etiam quando induſtria perſonæ eligitur, non poſſit alter eius loco ſubſtitui, vt habetur *in cap. vlt. de offic. delegat.* n. ſi fuerit filius, quem pater cum legatione miſſus, ſi ægrotauerit, loco ſui poterit conſtituere, vt notat Bald. *in rubric. extra de procurat. col. vltim. verſ. nunquid Ambaſiator*, & Roman. *in d. l.1. ff. in*
203. *ius. vocat. vt eant.* Non poterit tamen filius iure proprio vti legatione, niſi pater eum conſtituat, ac deleget, vt Roman. & Bald. notant. Sicut nec filius poterit occidere ſororem adulterantem iure ſuo, ſed de mandato parentis. Sicque eſt intelligendus Bald. *conſ.171. incipit, in ciuitate clerici, col.x. lib.3.* vbi motus per gloſſ. *in l. cum fundum, ff. de vi, & vi armata*, ait quòd ſtatutum concedens vindictam ſumere offenſo, debet accipi de illo, qui corporaliter fuit affectus iniuria, non verò de illo qui iuris fictione illam paſſus fuit. Vnde filius non poterit niſi de iuſſu patris ſororem occidere. Sic Bernard. Diaz regul. 534. poſt alios, quibus accedit Felin. *in cap. ſi vero, el 1. col.1. verſ. limita, de ſent. excom.* & Salzed. *in annot. ad eandem reg. ad finem*, quamuis Couar. *2.p. epit. cap.7. §.7. num.5.* hanc opinionem tanquam falſam reprobet, poſt Fortun. *in tract. de vlt. fine. illation. vndecima, col.7. verſ. quintò infertur*, eo quòd putat iniuſtas leges facientes facultatem occidendi maritis, ac patri adulteros, quod eſt falſum, vt conſtat ex ſupra dictis: atque ita ſecundùm communem poteſt filio committi vindicta, quando lex facit facultatem vindicandi ſe alicui propria manu in aliquo caſu, vt dicemos *part.3. diſp.1. §.1. num.3.* & fuſius *num.7.* Ex quibus fit ſatis probabile honores ſicut deſcendunt ad filios, ſi quærantur à parentibus, ſic à filiis quæſitos aſcendere ad parentes, & pro hac parte bis fuiſſe iudicatum à ſenatu Luſitano refert Phœb. *tom.2. Areſt.76.* vbi oſtendit parentes ratione nobilitatis filiorum fuiſſe exemptos a pœna ignobilibus debita.

Contraria tamen pars, quæ tenet honores, no- 204
bilitatem, ac priuilegia filiorum ab illis quæſita, ſeu conceſſa, non aſcendere ad parentes, eſt de iure multo probabilior, per text. notabilem, *in l.1. ff. de ſenat.* vbi gloſſ. & Bart. id docent. Anchar. *in cap.1. in 2. notabil. in fin. de cognat. ſpirit.* Probatur: quia nobilitas, ſeu priuilegium a filiis quæſitum, eſt quid perſonale & non egreditur à filio ad parentes, *l. quia perſonale*, vbi ſcribentes, *ff. ſolut. mat.* Ergo conceſſa deſcendentibus non aſcendunt ad aſcendentes. Sunt enim ſtrictè accipienda per *l. filiusfamil. ff. ad l. falcid.* Alex. *in addition. ad Bart. in l. iubemus, C. ad trebell.* idem Alex. *in pater ſiliam, num.48. ff. de inofficioſo teſtam.* Zauall. *in commun. contra commun. quæſt 665. num.8.* Roland. *conſ.39. num.10. vol.3.* & Tiraq. *de nobilit. cap.16. num.2. verſ. in tamen*; qui omnes tradunt filiorum honores, ac priuilegia regulariter non tranſire ad parentes.

Ad argumenta verò partis affirmantis, dicen- 205.
dum eſt, quamuis pater, & filius ſint correlatiua, non in omnibus omnino conuenire, niſi quando in vtroque reperitur eadem ratio, quæ non militat in noſtro caſu; ideo non ſemper conueniunt, vt videre eſt in patre concedente teſtamentum inter liberos, cui ſufficiunt duo teſtes. Bald. & Salyc. *in l. fin. C. famil. erciſcund.* Picus, *in l. Titia, §. Titia cum nuberet, num.57. verſ. quartò facit ff. de legat.2.* & habetur expreſſe *in l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto*, & ibi Alex. *ff. de teſt.* & Gozadin. *in l. qui ſe patris, num.196. C. unde liberi*, vbi addit hanc partem eſſe communem. At verò filius ſi condat teſtamentum nulliter condet, ſi duobus teſtibus vtatur, vt doctores citati docent.

Item non conueniunt pater & filius, quia filius ſuccedendo parentibus, tenetur conferre, non tamen pater ſuccedendo filio. Gozadin. *citat. num.193.* Alex. *d. §. ex imperfecto*, poſt Bald. *in l. ſi emancipati, C. de collat.* Similiter ſi relinquatur fideicommiſſum filio reſtituendum poſt mortem, intelligitur conditio, ſi decedat abſque liberis. Secus ſi iniungatur parentibus poſt mortem à filiis; tunc enim non intelligitur conditio, ſi moriantur abſque liberis. Gozadin. *in d. l. qui ſe patris, n.197.* Socin. *in l. cum auus, col.3. & 4. verſ. eandem partem ff. de conditio. & demonſtrat.* Quibus adhæret Iaſon *in l. generaliter, §. cum autem, C. de inſtit. & ſubſtit.* Quod verò debeat intelligi conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, quando fideicommiſſum iniungatur filio à parentibus, habes *in l. cum acutiſſimi, C. de fideicommiſſ. & in d. l. auus.*

Ad argumentum verò quod grauatus pater à filio fideicommiſſo conditionali poſſit deducere duas quartas, legitimam nimirum, ac trebellianicam, ſicut poteſt filius grauatus à patre, negandum eſt fidenter poſſe id efficere patrem, filium verò poſſe, affirmandum. Prior pars eſt Baldi *in l. ſi à milite, §. fin. ff. de milit. teſt.* quem ſequitur Alex. *in l. in ratione, §. quod vulgo, col.8. verſ. poteſt dubitari, ff. ad l. falcid.* Iaſon *in auth. nouiſſima, num.39. C. de inoffic. teſt. & in l. generaliter, § cũ autem, C. de inſt.* Galiaul. *in l. cent. n.4. ff. de vulg.* Zaual. *in commun. contr. q.665. num.7.* Roland. *d. conſ.39. vol.3. n.9.* & alij, vbi volunt parentem ita oneratum, non poſſe, niſi

... vnam quartam detraheret, ex eo fundamento, quod in materia ſtricta priuilegium conceſſum deſcendentibus, non extenditur ad aſcendentes per *l. ſi mulier animi ff. ad l. falcid.* etiam ex identitate rationis per ea, quæ notantur *in auth. quas rationes C. de ſacroſ. Eccleſ.* & cap *Raym. & Raynald.* ſunt iura correctoria iuris ciuilis. Poſterior pars patet ex gloſſ. *in l. Papinianus, §. meminiſſe, verbo, ſalſidia, ff. de inoffic. teſtam. gloſſ. fin. in l. quamquam, C. ad l. falcid. gloſſ. verbo, legitima, in c. Raym. de teſtam.* per text. *ibi*, & per text. *in cap. Raynald, eod. tit.* Couar. *in d. c. Raym. §. 11. n. 7.* quorum opinio communis eſt ſecundùm Alex. *in l. in ratione, § quod vulgo, num. 1. ff. ad l. falcid.* Bernard. Diaz *regul. 290.* qui plures pro hac parte allegat.

206. De conſuetudine tamen, & de iure hodie neque pater, neque filius in regno Caſtellæ poſſunt detrahere, niſi vnicam quartam, cùm vniuerſum patrimonium (excepto quinto bonorum) in Hiſpania ſit legitima, vt habetur *in l. 9. tit. de legat. lib. 3. fori leg.* & probat *l. 1. tit. 15. p. 6.* ibi. *Mas ſi los herederos fueſſen de los que deſcenden, o ſuben por linea derecha del fazedo del teſtamento, entonces debe auer ſu parte legitima a que ſe llaman en latim*, debitum iure naturæ. Sequitur Greg. Lop. *ibi, verbo ſu parte legitima.* Ex quo neque filium, neque patrem grauatum reſtituere, poſſe detrahere duas quartas demonſtratur. Vt notat Greg. *in l. 12. tit. 5. part. 6. verbo, Todos los otros bienes*, & tradunt Salzed. *in additionib. ad Bernard. Diaz in regul. 296. limitat. 6.* Anton. Gomez *in l. 3. Tauri, num 8. & ſeqq.* vbi *num. 84. ad finem*, concludit, filium grauatum poſſe detrahere tantùm vnam quartam, hoc eſt legitimam, & reſtituere tenetur totum quintum, nulla quarta parte ex eo detracta, quæ opinio probatur de iure canonico, & de conſuetudine. Atque ita in vtroque foro habebit locum, eò quod, quando aliquid eſt dubium de iure ciuili, & conſtat ex deciſione iuris canonici, vt in hoc conſtat ex c. *Raym.* & ex c. *Raynald. de teſt.* illius deciſioni vtroque in foro ſtãdum eſt. Conſentit Paulad. *3. p. rer. quotid. c. 21. n. 3. 4. & 5.*

207. Obiter tamen notandum eſt, priuilegium Eccleſiæ vnitæ, quæ cenſetur filia Eccleſiæ collegiatæ, ſeu parochialis, quæ dicitur mater, tranſire ad Eccleſiam matrem, cui fit vnio, quando tale priuilegium eſt multo melius, & humanius, quàm illud, quo gaudet Eccleſia mater, cui facta fuit vnio. Ita gloſſ. *in cap. 1. ne ſede vacante*, & Petr. de Perus. *de vnio. Eccleſiarum, cap. 1. n. 2. & c. 2. n. 14.* Sicut priuilegia Eccleſiæ principalis competunt Eccleſiis vnitis, *cap. recolentes de ſtat. monachor.* & [illegible] *in d. cap. 1. ne ſede vacante.* Bald. *in l. 1.* [illegible] facit textus *in l. 2. C. communia, de leg. 2.* [illegible] *de legit. §. ſed non vſque.* Auth. *in ſucceſſione, C. de ſuis & legit.* dummodo non ſit facta [illegible] æquè principaliter. Tunc enim quælibet [illegible] retinebit naturam ſuam, nec priuilegia [illegible] nicabunt ſecundum gloſſ. *in clem. per litteras* [illegible] Gloſſ. *in d. cap. 1. ne ſede vacante*, & [illegible] *in cap. & temporis. 16. q. 1.* quibus accedit Cæcialup. *de vnionib. art. 8. num. 5. & ſeqq.* Quia [illegible] quamuis vnus, & idem ſit adminiſtrator bonorum vtriuſque Eccleſiæ vnitæ: bona vnius Eccleſiæ non propterea tranſibunt in dominium alterius Eccleſiæ. Feriet. *conſ. 242. num. 13.* & Petr. de Perus. *de vnionib. cap. 1. num. 12.* Quia [illegible] Eccleſiæ [illegible] ſunt ad inuicem, & [illegible] iura cuilibet integra perſeuerant. Man[illegible] *conſ.* [illegible] *per totum*; & vnaquæque ſuis legi-

bus gubernabitur, conſeruabitque priuilegia, ac iura ſua, vt regnum Luſitaniæ vnitum Hiſpaniæ ſecundùm ſuas leges, & conſuetudines antiquas gubernatur, vt priùs Gonçaluez *gloſſ. 5. §. 7. n. 120. & ſequentibus*, poſt Azeued. *in rubr. tit. 2. num. 315. lib. 6. recop.* Quod multo priùs retulit Greg. Lop. *in l. 27. verb. viniessem en aquella pobreza, tit.* [illegible] *p.* [illegible].

Ex quibus ſequitur illa difficultas: an ſuburbia gaudeant priuilegiis ciuitatum ſuarum? Pars affirmans probatur, quia ſaluus conductus Titio conceſſus extenditur ad ſeruos illius. Vnde qui offendit ſeruos habentis ſaluum conductum incidit in pœnas, in quas incidit offendens dominum. Angel. *in l. Papinianus, §. ſi quis*, [illegible]. Nam priuilegia conceſſa perſonæ, intelliguntur data familiaribus. Decius *in l. in omnibus id obſeruatur, num 8. de regul. iuris*, & Menoch. *de arbitr. iudic. caſu 156. à n. 8.* poſt Capicium *deciſ. 12.* & Boër. *deci. 313. num. 6. & ſequentibus*, vbi volunt immunitatem conceſſam domino comprehendere familiam ipſius. Ergo priuilegia conceſſa ciuitatibus communicabuntur ſuburbiis illarum. 208.

Sed contra obiici poteſt: cœmeterium non habet immunitatem ipſius Eccleſiæ: ergo nec ſuburbia habebunt priuilegia ciuitatum. Nam iura quæ agunt de immunitate Eccleſiaſtica, de Eccleſiis duntaxat loquuntur, & de cœmeteriis illarum nullo modo. Quare non debet extendi hoc priuilegium ad cœmeteria ſecundùm regulam, de qua in cap. *ſane, in priuilegiis.* Dueñas *reg. 286.* Item quia contra regulas iuris, ſunt odioſa, c. *quamuis, de præbendis, lib. 6.* ſunt ergo reſtringenda. Sed oppoſitum eſt verius, nempe cœmeterium, ſiue coniunctum, ſiue ſeparatum ab Eccleſia, gaudere priuilegio illius, & immunitate. Ita Suar. *tom. 1. de relig. lib. 3. cap. 8. num 3.* Valaſc. *tom. 1. conſult. 81.* poſt Abbatem *in cap. cum Eccleſia, in 2. notabili de immunitate Eccleſia*, per text. *in d. cap. cum Eccleſia*, & Gloſſ. communiter recepta, *in cap. conſuluiſti, de conſecratione Eccleſia, in verbo, cœmeterium.* Gancha Curtal *lib. 3. cap. 1. num. 2. de immunitate*, & Gemon *de ſacrorum immunitatibus, lib. 1. c. 16. n. 13.* vbi ait hanc eſſe communem poſt plures. Faciunt tradita communiter à doctoribus, qui volunt, interdicta Eccleſia, includi & cœmeterium, & ſacellum, ſeu capellas coniunctas, & interdicta ciuitate, etiam ſuburbia ei non ſubiecta comprehendi. Sa *verb. interdictum, num. 12.* Eodem modo, quo polluta Eccleſia, intelligitur pollutum cœmeterium contiguum, contiguum verò dicitur cuius extrema ſe contingunt. Polluto tamen cœmeterio, non intelligitur Eccleſia polluta *cap. vnico, de conſecratione Eccleſiæ, lib. 6.* 209.

Conſtat ergo priuilegia conceſſa ciuitati comprehendere ſuburbia, quando ſunt beneficia principum, ſicut iuriſdictio ciuitati indulta cenſetur conceſſa in continentibus, *l. 1. §. cum vrbem. ff. de officio præfecti vrbis.* Abb. *in cap. Rodulphus, num. 4.* & ibi Felin. *num. 6. verſ. limita dupliciter, de reſcriptis*, quos referens ſequitur Menoch. *de arbitr. quæſt. 99. num. 12. & ſequent.* Iuuat habens reſcriptum in certa Eccleſia de beneficio ibi vacaturo poſſe accipere beneficium vacans in cœmeterij ambitu, vel capellis ipſi Eccleſiæ coniunctis, quia ſunt partes ipſius Eccleſiæ. Graſſ. poſt alios *lib. 2. deciſ. cap. 48. num. 10.*

Secus ſi capella, vel beneficium ſit extra ſepta monaſterij, vel Eccleſiæ erectum, quamuis capellanus, ſeu ſacellanus, vt rector illius capellæ, aut beneficij reſideret in Eccleſia. Graſſis *ſuprà*,

*d. num.* 30. Eodem modo priuilegio ciuitati indulto non gaudent caſtra, aut villæ, vt notat Felin. *in cap. Rodulphus, num.* 1 *de reſcriptis.* Chirſ. *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 2. *tit.* 25. *n.* 14. *pag.* 345. quod intellige quando caſtra, ſeu villæ non continentur intra ciuitatem, aut intra ſuburbia illius; eo quoniam ciuitas proprie loquendo, ea dicitur, quæ muris, & ſuburbiis comprehenditur, vt vult Girond. *de priuilegior. explicat. num.* 55. Sequitur Auguſt. Barboſ. *in proœmio decretal. num.* 38. *in gloſſ. Bononia, ibi, ita non in caſtris.*

## DISPVTATIO VII.

### *De poteſtate Dominorum particularium in terris ſuis.*

#### EPITOME.

1 *Domini terrarum in ſuo territorio non habent intentionem fundatam.*
2 *Princeps poteſt cogere vaſſallos, vt oſtendant titulos.*
3 *Iura regalia apud Luſitanos, & iuriſdictio, quomodo preſcribantur.*
4 *Iuriſdictionem ſine titulo exercens, cenſetur poſſeſſor malæ fidei.*
5 *Iuriſdictio in Caſtella à dominis terrarum quomodo praſcribatur.*
6 *Poſſeſſio quæcunque in iuriſdictione regia à tertio habita nihil prodeſt.*
7 *Domini inferiores non ſunt iudices in cauſa propria.*
8 *Domini inferiores regulariter non legitimant, neque veniam ætatis concedunt, neque dilationem.*
9. & 10 *Domini inferiores non reuocant ſententias definitiuas, nec veniam remittunt, neque præcipiunt officialibus, vt de plano procedant.*
11 *Domini inferiores nequeunt formam iudicij ordinarij mutare.*
12 *Domini terrarum an poſſint iubere, ſyndicare officiales ſuos.*
13. & 14 *Domini terrarum habentes vtrumque imperium an poſſint aliquid ſtatuere contra ius commune. Et an præter ius commune.*
15 *Princeps normam ab inferioribus contra leges traditam nullo modo probat.*
16 *Iuriſdictio contra dominos inferiores quanto tempore preſcribatur.*
17 *Ius exigendi vectigal competens priuato, praſcribitur tempore ordinario.*
18 *Delinquentes confugiendo ad principem, eiuſque ſtatuam, gaudent immunitate, non tamen confugiendo ad dominos inferiores.*
19 *Confugientes ad palatia inferiorum, non gaudent immunitate, ſicut ad palatia Principis, & ad domos Ambaſiatorum.*
20 *Confugientes ad palatia Epiſcopi, non gaudere immunitate aliqui docent, ſed oppoſitum eſt probabilius.*
21 *Princeps poteſt ius venandi ſibi reſeruare in loco publico, vel priuato, inferiores autem minimè.*
22 *Principes inferiores in proprijs fundis probabiliter eſt poſſe interdicere ius venandi.*
23 *Domini inferiores ex conſuetudine habentes dominium in aquis caſtri an habeant dominium in terris incultis, & eremis ſuis terris.*

AN domini terrarum habeant intentionem fundatam in iuriſdictionalibus quoad omnia ſita intra fines ſuarum terrarum? Concluſio negans eſt certa, niſi oſtendant titulum, aut ſententias à ſupremo ſenatu latas iuriſdictionum, ac priuilegiorum, quæ competere affirmant. Ita Cabed. 2. *part. deciſ.* ... *num.* 9. Valaſc. *de iure emphyteut. quæſt.* ... *num.* 2. Ratio, quia nemo poteſt exercere iuriſdictionem in regno, niſi expreſſam conceſſionem, ſeu donationem regis oſtendat. Ita Couar. *cap.* 1. *practicar. num.* 10. Chaſſan. *de conſuet. Burgund. rubric.* 1. *num.* 1 ... 2. *& rubr.* 3. §. 4. *num.* 14. Azeued. ... *num.* 1. *tit.* 1. *lib.* 4 *recopil.* Quod adeo verum eſt, vt poſſit cogere magnates, ac dominos terrarum vt exhibeant titulos ſuos, ac donationes, alioquin poſſunt priuari, donec de titulis conſtet. Vide *ſuprà, num.* 21. Cabed. *deciſ.* 15. *num.* 3. Barboſ. *in remiſſ. ad l. regiam, lib.* 2. *tit.* 45. §. 1. *in verbo, expreſſamente lhes for outorgnado,* §. 2. *num.* ... *as terras que de nos tiuerem.* Facit ordinatio illa *d. tit.* 45. §. 1. *ibi, vſarão della,* hoc eſt iuriſdictione. *Como per ſuas doaçoens per nos conmadas expreſſamente lhes for outorgnado.* Quod etiam repetitur *in eodem tit.* §. 10. *verb.* ... iura regalia, & iuriſdictiones non poſſunt præſcribi tempore immemoriali, quia poſſeſſio bonorum damnatur ibi, vt tradunt Cabed. *d.* 2. *part. deciſ.* ... *num.* 6. *& deciſ.* 41. *num.* 8. & Valaſc. *dict. quæſt.* ... *num.* 22. *& num.* 36. *& conſult.* 141. *num.* 10. ... quos duos caſus apud noſtros ius commune ſeruandum eſſe tradit Barboſ. *ad l. quominus, ff. de fluminib. num.* 30. ſecundùm quod prædicta duo immemoriali tempore præſcribuntur *cap. ſuper quibuſdam, § præterea. de verbor. ſignif.* Quod amplia, ſiue donatarius eas terras poſſideat per liberalem donationem principis, ſiue per contractum, cum dicta lex §. 10. *citato,* loquatur per verba generalia hoc modo. *Ou palauras quanto quer que ſeiaon largas, & geraes;* atqui ita iudicatum ſimile refert Cabed. *part.* 2. *deciſ.* 38 ... *num.* 8. tradit dominos terrarum vtentes iuriſdictione, qua carent, ſuſpendi, ſecundum pœnas appoſitas *in d.* §. 10. *tit.* 45. *&* §. 13. *&* 56. *eiuſdem tit.* ſed de his infrà § 5. *num.* 1... 

Quæſtionis eſt an domini terrarum iuriſdictionalia exercentes abſque titulo, cenſeantur poſſeſſores malæ fidei: Reſpondet Valaſc. *d.* ... *num.* 25. affirmatiuè in Luſitania, ex eo quod afficiantur pœnis vtentes iuriſdictione abſque titulo, neque poſſeſſio malæ fidei quemquam defendit, ex regul. *poſſeſſor. lib.* 6. Quamuis ſit immemorialis, Gloſſ. & ibi Franc. *col. fin. in cap.* ... *verb. niſi de præſcriptionib.* & licet titulus ex antiquitate temporis, in cuius contrarium memoria non exiſtit præſumatur, hoc procedit, niſi probetur de mala fide. Afflictis *deciſ.* 368. *num.* 1... Quin addit Capella Tholoſ. *quæſt.* 4. quam refert ac ſequitur Cabed. 2. *part. deciſ.* 38 *ad fin.* vtentes iuriſdictione, ſeu officio, quibus carent committere crimen, vel læſæ maieſtatis, ... §. *ff. ad l. Iul. maieſt.* vel ſaltem crimen falſi ... *l. qui nomine. & l. eos, C. de falſ.* quia rex in regno ſuo habet fundatam intentionem, in concernentibus iuriſdictionem quoad omnia contenta intra

terræ ſuos

terminos regni Luſitaniæ, ita vt nulla poſſeſſione etiam immemoriali in contrarium poſſit abſque titulo priuari, vt dictum eſt, & docet Cabed. 2. *part. deciſ.* 9. & 11 *num.* 3. & *deciſ* 12. *n.* 8. & *vltim.*

5\. In regno tamen Caſtellæ, quamuis non præſumatur dominos terrarum habere fundatam intentionem circa concernentia iuriſdictionem intra fines ſui territorij; nihilominus ad præſcribendam iuriſdictionem in eo regno, ſatis eſt tempus centenarium. Ita Couar. *in regul. poſſeſſ.* 2. *part* §. 1. aut etiam quadraginta annorum præſcriptione, titulo tamen præmiſſo, ex eo, quòd merum imperium, aut iuriſdictio ſunt de pertinentibus ſpeciali iure ad principem, ita propriè, vt nulli alij conueniant, nec conuenire poſſint niſi eiſdem [illegible] *tit* 1 *lib ordinam.* Confirmatur ex *d. cap.* [illegible] *de præſcriptionib in* 6. deducitúrque ex nouella Iuſtiniani in Auth. *quas actiones. C. de ſacroſan. Eccleſ.* vbi decernitur non eſſe admittendam aduerſus Eccleſiam Romanam minorem præſcriptionem quàm centum annorum. Sequitur Valaſc. *in* 8. *quæſt.* 8. *n.* 25. *verſ. Sed in regno Caſtellæ.* A fortiori dicendum eſt in eodem regno iuriſdictionalia & cætera principi reſeruata in [illegible] ſignitatis poſſe præſcribi per tempus, cuius initium memoriam hominis excedat. Ita Paul. de Caſt. *in l. imperium, col. vltim. ff. de iuriſdictione omn. iud.* Bald. *in eodem loco, num.* 3 vbi vult contra principem nihil acquiri, altèr, quam immemoriali præſcriptione; quam concluſionem vocat communem Curt. iun. *conſ.* 147. *num.* 16. Secùs in regno Luſitaniæ, vbi nec præſcriptione immemoriali, nec poſſeſſione centenaria contra principem acquiritur, niſi expreſſo titulo, aut priuilegio, aut ſententia, circa iuriſdictionalia lata id oſtendatur. Valaſc. *vbi ſupra*, & Cabed. *d. deciſ.* 41. *num.* [illegible] & 8. Nec refert, quod Valaſc. *conſul.* 141. *num* [illegible] & *ſequentibus*, dixerit tempus immemoriale habere vim tituli conſtituti; imò vim legis, ſufficeréque ad præſcribendum quodcumque ius regale, ſiue affirmatiuè, ſiue negatiuè. Quia ibi videtur loqui more conſulentium, qui partibus nolunt omnino diſplicere, cùm conſtet oppoſitum eſſe dicendum, vt de facto ait lex Luſitan. *d.*

6\. *tit* 45 *num.* 10. damnans circa iuriſdictionem quamcumque poſſeſſionem, ſeu conſuetudinem, [illegible] immemorialem habitam à dominis terrarum, quam volumus nihil illis poſſe proficere [illegible].

7\. [illegible] ritur an domini terrarum poſſint eſſe iu[illegible] in [illegible] ſa propria, ſicut poteſt princeps, non [illegible] cens ſuperiorem? Reſpondeo negatiuè [illegible] *ff. de his, quæ in teſtamento delentur*, & [illegible] *tum ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Bald. *in l. re*[illegible] *num.* 6. *C. de precib. Imper. offer.* Auendan. [illegible] *prætor, num.* 4. *verſ. Si verò iudex*, & *n.* [illegible] aret lex [illegible] *tit.* 4 *part.* 2. & lex vlt. *tit.* 24. [illegible] de conſuetudine id eſſet introductum. [illegible] *n. vbi proximè*, Anton. de Trem. *in præ*[illegible] *tionib. tit. quib. mod. examen iudic. de*[illegible] *in* [illegible] *cauſa propria*, quibus accedit Anton. [illegible] *in l.* 4[illegible]. *Tauri, num.* [illegible]. *verſ. Vnde imò*, vbi [illegible] concerit, quibus principes ſupremi [illegible] v[illegible] am de plenitudine poteſtatis, quam [illegible] quæ magnatibus, atque aliis dominis [illegible] denegatur.

8\. [illegible] hæc ſint [illegible] paucis accipe; in primis non [illegible] domini terrarum ex vi ſuæ poteſtatis le[illegible] timationes concedere. Ita Greg. Lop. *l.* 12. *tit.* 1. *p.* 2. Paul. de Caſtr. *conſ.* 34. *per tot. vol.* 2. Gom. ſuprà ſcriptus, Bobad. *in ſua politic. part.* 2. *cap.* 16. *num.* 165. Item non poſſunt reſtituere famam, ſicut poteſt ſolus princeps, text. *in l.* 1. §. *de quæſt. ff. de poſtul.* neque veniam ætatis minoribus concedere, per text. *in l.* 1. & 2. *C. de his, qui veniam ætatis impetrant*, lex Luſitana, *d. tit.* 45. §. 40. vbi id expreſsè illis denegatur. Sicut nequeunt temporalem dilationem debitoribus concedere, quod eſt proprium Principis, *l. quoties. C. de precib. Imper.*

9\. *offer.* Similiter nequeunt ſententiam diffinitiuam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, reuocare, quamuis conſtet innocentem damnari iniuſtè, quod poteſt princeps, per text. *in l.* 1. §. *ſi quis vltro ff. de quæſtionib.* qui non ſolum ſententiam reuocare, ſed etiam pœnam remittere, veniámque concedere poteſt, vt habetur *in l. ſeruos, C. ad l. Iul. de vi*, & Bald. ibi, *modo adſit pars, quæ accuſet*, quod intellige de reo iuſtè damnato. Nam tunc non poteſt illi pœnam delicti remittere, nec veniam concedere parte repugnante. Ita D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 67. *art.* 4.

10\. Ad hæc Reges, ſeu Principes poſſunt imperare iudicibus, vt in aliquo negotio procedant de plano ſola veritate cognita, abſque figura, & ſtrepitu iudicij, vt probat Chaſſan. *in catalog. glor. mundi, part.* 5 *conſider.* 24. *num.* 132. poſt Bald. *in l.* 1 *in vlt. col. l. quomodo, & quando iudex*, vbi Martin. Laudenſ. *in tract. de principibus, art.* 405. aduertit principem cauere debere, ne aliquod negotium iniuſtum ſic pronunciari officiali ſuo mandet; quam poteſtatem non habent domini terrarum, cum teneantur legibus obedire, nec poſſint formam, atque ordinem iudicialem, à legibus præſcriptum alterare, quod intellige, niſi delictum atrox, atque manifeſtum ſit, ita vt moram non patiatur, & princeps longè diſtet, quod probatur ex Vlpiano

11\. Iuriſconſulto *in l ſi quis filio*, §. *hi autem, ver.* [illegible] *Moram non recipiat ff. de iniuſt. rupt.* 4. *verſ. Niſi fortè latro ſit manifeſtus, vel ſeditio prærumpens factio que cruenta, vel alia iuſta cauſa, quam mox præſes literis excuſauerit, moram non recipiat, non pœna feſtinatione, ſed præueniendi periculi cauſa; tunc enim punire permittitur, deinde ſcribere*, hactenus Vlpian. *in d.* §. *hi autem*, Concordat gloſſ. *in l. hodie ff. de pœn. verb. rationem*, & gloſſ. *in clemen. ne Romani de elect.* ex quibus verbis liquidò conſtat caſibus, *in* §. *hi autem*, contentis, & ſimilibus fas eſſe dominis terrarum præcipere iudici, vt ſummariè, ac de plano procedat, ſola veritate cognita, poſtea verò ad principem de facto reſcribat. Ita Bobad. *lib* 2. *cap.* 16. *num.* 179. extra quos caſus non licebit formam iudicij alterare, aut mutare, vt tradit idem Bobad. *d. lib.* 1. *cap.* 1[illegible] *num.* 109. & *cap.* 2 [illegible]. *num.* 136, *verſ. los Señores de vaſſallos.* Imò potiùs in hoc vltimo loco addit hos, & ſimiles caſus de ſe eſſe ſummarios, poſſéque veritate cognita iudicari, etiamſi non ſeruetur ordo, ac forma iudicij ordinarij, quia de ſe negotium eſt ſummarium. Puteus *de ſyndic. verb. ſententia, cap.* 3. & Auend. *in cap.* 5. *prætor* 1. *part. num.* 7.

12\. An domini terrarum poſſint iubere ſyndicare officiales ſuos finito triennio, ſicut rex ſolet iubere? Affirmat Bobad. *d. cap.* 16. *num.* 10. & *lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 41. Oppoſitum tamen in Luſitania ſeruatur, tanquam reſeruatum principi, qui id iubere ſolet, neque cenſetur dominis terrarum, ac donatariis coronæ permiſſum, vt conſtat ex *lib.* 1 *ordinat. tit.* 6. *in princip.* vbi rex auditoribus dominis terrarum iubet, vt antequam finiatur trien-

nium per menſem vnum, aut duos ſibi reſeruarit, vt eos ſyndicari iubeat. Ex quo conſtat inferiorem principe, non poſſe vti poteſtate ſyndicandi, ſicque fuiſſe iudicatum refert Cabed. *part. 2. decis.* 68. contra auditorem Braccarenſem, anno Domini, 1578. quod etiam decretum fuit contra alios iudices, & auditores donatariorũ coronæ, quamuis habeant ipſi donatarij iuriſdictionem ciuilem, & criminalem, merũmque, ac mixtum imperium, quorum officiales de mandato ipſius regis debent ſyndicari, non verò iuſſu dominorum terrarum. Quia cum id in donatione, ſeu contractu, non appareat ſpecialiter conceſſum à rege, non cenſetur donatariis permiſſum iuxta regulam eiuſdem ordinationis Luſitanæ *lib. 2. tit. 45. §. 8.* vbi dicitur eſſe ſupremæ auctoritati reſeruatum, Cabed. vbi ſupra, & Barboſ. *in remiſſ. ad lib. 1. ordin. tit. 60. in princip. num. 3. ad fin.* ſed de auditore Braccarenſi infra oppoſitum dicemus §. 6. *num.* 21.

13\. An verò domini, qui habent vtrumque imperium in terris ſuis poſſint ibi aliquid ordinare, contra ius commune? Negat Bald. *in l. omnes populi, ff. de iuſtit. & iur.* & *ibi* Iaſon *in 1. lectur. in pen. col. & in 2. lectur. col. 3.* Idem Bald. *in l. nec quicquam, § fin. de offic. procõſ. & legat.* Felin tamen *in cap. de reſcript.* ait inferiorem à principe ſæculari poſſe ſtatuere contra ius commune. Secus ſi fuerit inferior à principe Eccleſiaſtico, cui adhæret Boſſ. *in tit. de pæn. num. 26 in tit. de principe, n. 287. & in tit. de regalib. num. 19.* Alij verò hanc partem affirmantem admittunt dumtaxat, quando inferes à principe aliquid ſtatuunt ex cauſa tendente ad publicam vtilitatem; tunc concedunt poſſe inferiores in terris ſuis aliqua ſtatuere contra ius commune. Nam tunc illa ſtatuta eſſe valida placuit Boſſ. *in d. tit. de principe, num.* 287. Socin. iun. *conſ. 76. num. 27. verſ. Item etiam, vol. 3.* vbi ait ſtatutum à communitate factum, ne bona ſtabilia extra ſuos limites alienentur in non ſubditos, eſſe validum, quamuis ſit contra ius commune; ex ea ratione, quod publicæ vtilitati, ac bono communi conſulat.

14\. Cæterùm dicendum opinor, dominos habentes iuriſdictionem ordinariam in terris ſuis poſſe cõdere ſtatuta licita, & honeſta, quæ non ſint contra legem ſuperioris, nec contra ius commune, ſed præter. Sic Afflict. *in conſtitutionib. regni, quæſt. 6.* quam deciſionem etiã probat Alex. *in l. 1. col. pen.* & *ibi* Decius *ff. quod quiſque iur.* Alex. *in l. nemo poteſt, col. 1. ff. de legat. 1.* Sequitur Ruin. *conſ. 109. num. 10. vol. 4. & conſ. 187. in princip. vol. 2.* addens *ibi* non poſſe ſtatuere inferiores contra ius commune, nec legibus derogare, neque conſuetudinem introducere, nec ſimiliter poſſe vti clauſula, *non obſtante*, per gloſſ. *in verb. figura, in cap. fin. de heretic. in 6.* Bald. *d. l. reſcripta, C. de precib. Imper. offer.* Bobad. *in d. cap. 16. num. 185.* poſt alios, neque clauſula, *ex certa ſcientia*, ibidem tradit ex *cap. innotuit*, & *ibi* Innocent. & alij *de election.* Vital. *de clauſul. fol. 20. & 23 num. 1.* cum ſint de reſeruatis principi ſupremo. Ideo cùm ſint ſubditi, interdictum eſt illis reſeruatis vti, ſicut non poſſunt vti clauſula *de plenitudine poteſtatis*, quia princeps non poteſt abdicare à ſe plenitudinem poteſtatis, & eam in alium transferre, per *l. nequicquam, ff. de offic. proconſ. in fin.* Bald. *in dicta l. reſcripta, numero 6. C. de precib. Imperat. offer.* Angel. & Imol. *in leg. nemo poteſt. in principio, ff. de legat. 1.*

Conducunt quæ tradit Roland. *conſ. 4. num. 32. vol. 1* & Rebuff. *in praxi, tit. requiſita in literis collationum, num. 26.* quatenus ait inferiores non poſſe ſuperiorum iuri derogare. Clement. *ne Romani, de elect.* Bartol. *in l. ſi quis in princip. ff. de legat. 3.* Ex quo fit in Hiſpania, ac Luſitania abſolutè aſſerendum, nullum dominum inferiorem poſſe ſtatuta condere in terris ſuis, niſi ex priuilegio ſpeciali ad hoc ſibi à rege conceſſo, per *l. 12. tit. 1. part. 2.* vbi dicitur expreſſe ſubditos regis non poſſe leges ferre. Quod eſt valdè conſonum legi naturali, ac iuri gentium, placétque D. Thom. *1. 2. quæſt. 90. art. 3.* aſſerenti legem condere, pertinere ad totam multitudinem, vel ad perſonam publicam, quæ totius multitudinis loco præeſt, hoc eſt ad principem vicem multitudinis gerentem. Addit tamen in reſponſione ad tertium, præſidem familiæ poſſe aliqua præcepta facere, vel ſtatuta, quæ nullo modo propriè rationem legis habeant. Coordinatur ordinatio Luſitana *lib. 1. tit. 75. §. 1.* quæ ait regem eſſe legem animatam poſſéque legem condere, & reuocare, prout ſibi viſum fuerit magis expedire. Sequitur Suar. *lib. de lege humana, & ciuili, cap. 9. num. 5. & 31. ad fin.* & diximus *ſupra in hac part. 1. lib. 1. diſp. 3. c. 1. num. 204. & ſequent.* Caſtil. *d. cap. 16. num. 128. in princip.*

Ex qua reſolutione deducit Camill. Borrel. *in ſumma, deciſ. tit. 1. § num. 6.* præfata tamen prius venia, erraſſe ſapientiſſimum Accurſium, *in l. normam, C. de offic. præfect. prætor. Orient.* cum dixit ex dicta lege, *normam*, potuiſſe præfectum prætorio condere legem, cùm lex dicat normam, ſiue formam à præfecto prætorio datam eſſe ſeruandam, niſi legibus, & conſtitutionibus aduerſetur; vel niſi ex principis mandato, ſeu auctoritate lex condita ſit. Vnde tantum abeſt, quod poſſint principe inferiores leges ferre, vt nec etiam normam ab eiſdem contra leges traditam princeps probet. 15.

Diſcuti poteſt quantum temporis ſufficiat ad præſcribendum iuriſdictionem, contra dominos inferiores principe eam habentes? Nam contra principem ſupremum non recognoſcentem ſuperiorem, requiritur tempus de iure commun, cuius initium excedat hominum memoriam, *cap. ſuper quibuſdam, §. præterea de verbor. ſignific.* & dictum eſt in principio huius quæſtionis, vel 40 annorum ſpatium præmiſſo titulo, text. *in cap. 1. de præſcript. lib. 6.* Dicendum ergo eſt contra priuatos homines exigi tempus decem annor. inter præſentes, & viginti inter abſentes ad præſcribendum iuriſdictionem, inſupérque requiri ſcientiam, & patientiã illius cõtra quem præſcribitur, quæ habet vim tituli per *l. 2. C. de ſeruit. & aqua*, & tradit Io. Lup. *de palat. rubr. in repet. cap. per veſtras de donat. inter vir. & vxor. fol. 19. col. 3. cum ſequentib.* Couar. *in regul. poſſeſſ. 2. part. § 3 num.* vbi pluribus relatis teſtatur communem, quem ſequitur Bernard. Diaz *in regul.* 397. & ibi, *in annotation.* Salzed. ſemel atque iterum. Neque video maiorem rationem, ob quam aduersùs priuatos non præſcribatur iuriſdictio eodem tempore, quo præſcribuntur cæteræ res, ac iura incorporalia, proinde non requiritur maius tempus in iuriſdictione aduerſus priuatos præſcribenda, quam in aliis rebus, vt bene docet Anchar. *conſ. 142. numero 12, incipit clarior, & breuior,* & Alex. *conſ. 16. num. 27. lib. 5.* per ea, quæ habentur *in cap. ad audientiam. & in cap. auditis. de præſumption. & in cap. 1* 16.

ai iurepatr in 6. vbi concludit contra inferiores dominos prætendentes iuriſdictionem in caſtro ſufficere præſcriptionem communis temporis. Idem tradit Auend. in cap.1. prætor.lib.1.num.21. verſ. Sexti deducitur, vbi notat tranſlatam iuriſdictionem à principe in priuatam perſonam exuere quantum ad præſcribendum prærogatiuam iuriſdictionis regiæ; quod prius docuit Iaſon.in l. fin.num.21.C.de ſacroſ. Eccleſ. ſemper tamen debet ſequi poſſeſſorem bona fides, & titulus, vt aduertit Auendan. vbi ſupra ſecundùm cap. fin. de præſcript.

17. Suffragatur Boër. deciſ.246. num 4. dicens ius exigendi vectigal, quando competit fiſco, vel reipublicæ, immunitatem illud non ſoluendi quadraginta annorum curſu præſcribi; ſi verò competit priuato ex priuilegio, præſcribi contra illum curſu decem annorum; quod prædixit Bartol.in l. licitatio.§.earum rerum, & ibi Angel. & Paul. de Caſtr. ff. de public. ex eo quòd res ſumant conditionem, & honorem à perſonis, & non è contrario, lege, iuſtiſſimè, ff. de edil.edict. Faciunt etiam tradita à Bobad.in politic.lib.2. cap.16. num.218. verſ. Y porque, & Cabed. 2.part. deciſ.17.num.6. vbi concludit vaſſalium contra vaſſallum poſſe præſcribere ea, quæ ſunt regalia tempore ordinario.

18. His accedit quæſtiuncula, an delinquentes confugiendo ad dominos inferiores gaudeant immunitate? Nam certum eſt gaudere illâ confugientes ad principem, prout voluit Remigius de Gon. tract. de immunit. Eccleſ. quæſt.1. ampliat.24. Caſtald. Peruſ. in tract. de Imperatore, q.96.fol.166. Chaſſan.in conſuetud Burgund.fol.57.col.3.verſ.8. Imò confugientes ad ſtatuam principis non poſſunt inde auelli, per l.2.§.ideoque, ibi, ad ſtatuam confugerunt, ff de his, qui ſunt ſui, vel alien.iur.text. in §.nam Anton & in §.vlt.Inſtit.eod.tit.vbi quoad hanc immunitatem ædes ſacra, & ſtatua principis non differunt, vt notat Cardin. in cap. vltim. de imunit.Eccleſ. Remigius ſuprà allegatus, ampl.23. per text.in l.vnica, C. de his qui ad ſtatuas confugiunt. Niſi ex conſuetudine contrarium conſtet Guillielm.de Monte Lauduno in clement.1.de pœnis.& remiſſ.per l.1.ff.de offic.præfect.vrbis, in princip. vbi dicitur confugientem ad ſtatuam principis gaudere immunitate. Quam etiam concedi palatio regio tradit Bobad. lib.2.cap.16.num.208. à quo delinquentes non poſſunt extrahi, niſi iubente rege, vel ſi crimen ſit læſæ maieſtatis. Ita Remig. ampliat.25. Camil. Borrel. in ſumma, deciſsit.3. num.20. & Suar. de Paz in praxi, tom.1. quinta part. cap.3. §.3. num.50.& duobus ſequentibus.

19. Ad quæſtionem ergo dicendum eſt dominos inferiores principe non gaudere illa immunitate, cùm ſit hoc proprium perſonæ principis. Similiter nec palatia eorum habere illam ſecuritatem, ad ſeruandum indemnes delinquentes, niſi de conſuetudine, vel priuilegio immunitas ſit conceſſa. Socin.in l.plerique, ff.de in ius vocando, & ibi Bald. & Alexand. Bobad. in politic, cap. 16. num.218. ſuprà citato. Ratio, quia domus dominorum inferiorum, non poteſt vocari palatium. Caſtil.d.cap.16,num.93. Secus de palatio principum, qui non recognoſcunt ſuperiorem, de quorum immunitate ſcribit Montaluus in gloſſ.ſua in l.fori, lib.1.tit.5.in fin.gloſſ.penult. Villadiego in tract. de immunit. ampliat. 25. & habetur in l.29. tit.9. part.2.& lib.2.tit.17.part, etiam 2. tit.5. in princ. num.12.verſ. Amplia nonò, vbi aiunt palatia principum non habentium ſuperiorem, habere immunitatem, & ne inde extrahantur delinquentes, qui ad ea confugiunt; cætera verò dominorum inferiorum ea immunitate minimè gaudere. Quin etiam addunt Caſtil.d.lib.2.cap.14.num.89. & Curia Philip.num.5. damnatum ad mortem, ſi regem videt quando defertur ad ſupplicium, liberari ab ea pœna, militémque delinquentem in caſtris confugiendo ad regale vexillum, non poſſe carcerari, neque inde extrahi. Cæterum apud Nauarros palatia Infançonum fruuntur hac immunitate, teſte Remig. præcitato ampliat.22. quem refert, ac ſequitur Suar. de Paz d.§.3. num.54.& Curia Philip.num.5. Qua etiàm potiuntur domus ambaſiatorum regum, ac principum. Ita Caſtil. n.11. & Curia Philip. cæterorum verò nobilium, niſi ex ſpeciali priuilegio immunitatem habeant, ea non gaudent.

Sed quid dicendum de palatio Epiſcopi habentis vtramque iuriſdictionem, temporalem ſcilicet, & ſpiritualem? Dicendum eſt gaudere hac immunitate, nec poſſe inde extrahi delinquentes, ſi palatium ſit intra quadraginta paſſus Eccleſiæ matricis, vt tradit Camil. ad Bellug.in ſpec.principū, rubr. vndecima, §.ſed quia loquimur, in verb. donum, vbi alios refert. Oldrad.conſ.55. Remig. vbi ſupra, ampl.15. Syluest. in ſumma, § immunitas, 3. num.1.& Anton.Scappus de iure non ſcripto, lib.1. cap.26.num.4. Qui docent intra ambitum paſſuum gaudere illa immunitate, & non aliàs. Quod tanquam probabilius ſequitur Couar. lib.2.var.c.20. num.5.ad fin.& Iul.Clar.lib.5.§.fin.quæſt.30.num.3. verſ.Scias tamen. 20.

Nihilominus abſolutè dicendum eſt quando palatium diſtat ab Eccleſia pluſquam quadraginta paſſus, adhuc gaudere illa immunitate, ſiue habeat oratorium, ſiue non. Prior pars probatur ex cap. id conſtituimus, 17.quæſt.4.ſecundum gloſſ.ibi, Nauar.in manual.cap.25.num.18.& in ſpecie Gamba Curt. de immunit. lib.4. cap.3.num.5. & 7. Suar. cap.25. lib.3. cap.10.num 9. quæ opinio eſt communis, teſte Couar. vbi ſuprà, num.5.& Remig.d. ampliat.15. vbi addit gaudere dicta immunitate, quamuis nullum conſtructum ſit in eo oratorium. Idem tenet Anaſtaſ.Germon. de ſacror.immunit.lib.3.cap.15.num.50. pag.256. & nouiſſimè Farin. tom.1. criminal. tit.de carceribus, quæſt.28. num.38. quos refert Caſtil.d.cap.14.num.84. quibus accedit Ludouic. Correa 2.part.relectionis ad cap. inter alia, de immunit.Eccleſiar.num.19. vbi ſubdit, oppoſitum eſſe contra iura expreſſa, declaratque Epiſcopo duo palatia habente illud dumtaxat immunitate gaudere, in quo Epiſcopus de facto habitat. 21.

Sequitur controuerſia, an domini temporales poſſint in ſuis propriis, & priuatis ſyluis, & dumis prohibere venationem? Certi iuris eſt principes non habentes ſuperiorem ex cauſa rationabili poſſe prohibere ſubditis venationem. Ita Couar. in regul.peccatum, 2.part.§.8.num.1. de regul.iur. in 6.Boër.in conſuet. Bituricenſ.tit.de conſuet.prædior.§.5. Caietan. in tract.17.quæſt.cap.12. Syluest. verb.venatio, & in verb.reſtitutio, 2.§.16. & 17. & reſtitutio 3.quæſt.3.in fin.& reſtitutio 7.quæſt.2. Nauar.in manual. Latin.cap.17.num.120.& Petr.Nauar.lib.3. de reſtit.cap.1.num.278. dicentes venationem poſſe prohiberi ex iuſta cauſa in locis publicis, ex gloſſ. in cap.qui venationib.86. diſtinct. & ibi Turrecremat. deducitúrque ex cap.1.§.nemo retia,

*retia, de pace tenenda, & eius violat. in vſibus feudorum.*

Sed contra viſum eſt principem non poſſe tollere ea, quæ ſunt de iure gentiū, & naturali; text. *in §. Sed naturalia quidem, inſtit. de iure natural. gent. & ciuil.* Atqui libertas venandi, eſt de iure naturali, & gentium omnibus conceſſa; Ergo non poteſt à principe interdici. Probatur minor ex *§. fera. inſtit. de rer. diuiſ.* & ex *l. 1.* & *l. quod in littore, ff. de acquirend. rer. domin.* Ex quibus vides in rebus, quæ nullius ſunt, dominium eſſe primi occupantis, quales ſunt feræ, volucres, piſces, & ſimilia his; ex quo quia vnumquodque fit capientis, & natura ſua ſunt communia, non poſſunt prohiberi. Ita Hoſtienſ. & Ioan. And. *in cap. non eſt, de decim.* Benedict. *in cap. Raynut. de teſtam, in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam, num. 306.* Quibus accedunt Rebuff. *in l. vnica, C. de venat. ferar. lib. 11.* & Iaſon *conſ. 119. lib. 4.* & Tiraquell. *de nobilit. cap. 37. num. 140.* Sed his omnibus ſatisfit dicendo ex cauſa iuſta integrum eſſe principi venationem prohibere. Nec obſtat iure naturæ omnia eſſe communia. Quia à republica, & à principe poſſunt diſpenſari ex cauſa ea, quæ in nullius bonis ſunt, & concedi priuatis, ita vt deinceps non iam communia, ſed priuata cenſeantur, vt conſtat ex *l. 1. ff. de acquir. rer. domin.* & ex *§ ſingulorum, inſtit. de rer. diuiſ.* vnde ex cauſa occupatio rerum communium poteſt prohiberi priuatis. Accedit feras, volucres, & cætera animantia non eſſe communia poſitiuè, & affirmatiuè de iure naturæ, ſed negatiuè, quia ſunt nullius, & nulli applicata, & addita iure naturæ; atque ita teſte D. Th. 1. 2. *quæſt. 94. art. 5.* & Caiet. *d. opuſcul. 17. cap. 12.* poteſt princeps communia negatiuè potius vni, quam alteri ex cauſa rationabili impertiri. Sequitur Molin. *de iuſtit. tom. 1. tract. 2. diſp. 46.* Leſſius *lib. 2. cap. 5. dub. 7. à num 33.* Sayr. *in claui, lib. 11. cap. 9. num. 10.* Caſtil. *d. lib. 2. politic cap. 16. num. 158.* vbi aiunt poſſe principem ſupremum prohibere venationem, ſeu captionem animalium, etiam ad ſolam recreationem, non ſolùm de conſenſu populi, ſed etiam abſque eo, & ius venandi in quibuſdam locis ſibi reſeruare. Sot. *lib. 4. de iuſtit. quæſt. 6. art. 4.* Medin. *C. de reſtit. quæſt 12.* quibus accedit Cabed. *1. part. deciſ. 95. num. 1. & 2. part. deciſ. 89. per totam,* maxime *num. 5.* & conſtat ex lege regia Luſitan. *lib. 5. ordination. tit. 91.* vbi rex ſub grauibus pœnis interdixit, ne quis poſſit prohibere venationem, ac piſcationem, cum hoc ius ſibi reſeruet.

Ex hac reſolutione conſtat magnates, ac dominos principe ſupremo inferiores non poſſe in hoc regno prohibere regulariter ſubditis piſcari, ſeu venari, nec facere in locis publicis ſine principis licentia, quoad ſuum vſum tantùm prohibitiones, vulgò *coutadas*, etiamſi conſentiant incolæ, quibus ex illo præiudicium fit: adhuc enim neceſſaria eſt licentia principis. Ita Afflict. *in ſpecie, lib. 1. conſtit. rub. 85. num. 6.* Cabed. *d. deciſ 89. n. 1.* Argumento textus *in l. fin. C. de iure emphyt.* Valaſc. *de iure emphyt. quæſt. 8. num. 43. verſ. Ex prædictis*, vbi ait non poſſe magnates in agris communibus ponere prohibitionem paſcendi, venandi, ſeu piſcandi, vulgò *coutadas*. Pro quo confirmando refert, ac ſequitur Bertrandum *conſ. 1. lib. 3. & conſ. 57. lib. 1.* Auendan. *in cap. 12. prætor. num. 11. & 12. lib. 1.* vltra quos idem aſſerunt Didac. Per. *in l. 1. tit. 22. col. 693. verſ. Poſſet etiam, lib 12 ordinam, & verſ. Aduertendum, & verſ. negandum.* Caſtil. *vbi ſupra d. num. 158.* Cald. Per. *de empt. c. 21. n. 11.* Rebell. *de obligat. iuſt. part. 1. lib. 1. quæſt. 14. ſect. 2. num. 7. & 8.* & habetur expreſsè in ordinatione Luſitana *d. tit. 91. in principio*, his verbis, *Mandamos que peſſoa alguam de qualquer eſtado, dignidade, & condiçaom que ſeja naon faça coutadas, nem defezas, aſſi nos montes, & terras de porcos monteses, veados, coelhos, perdizes, como nos rios, & lagoas de peixes, & aues.* Quibus verbis auffertur dominis terrarum facultas faciendi prohibitiones, ac poteſtas reſeruandi ſibi in quibuſdam locis ius venandi, ac piſcandi.

Quæſtio eſt, an lex Luſitana interdicat dominis terrarum, ne in terris propriis, ſuiſque tam quoad dominium directum, quàm vtile, faciant huiuſmodi prohibitiones, tam venandi, quàm piſcandi? Videtur affirmandum ex lege Luſitana præcipiente indiſtinctè dominis terrarum, & quibuſcumque aliis, ne piſcationem aut venationem interdicant, probarique poteſt ex traditis ab Auend. *de exequend. mandat. lib. 1. cap. 4. num. 31.* vbi hoc indicat fieri non poſſe, etiam in propriis agris, in quibus habent proprietatem, & vtilitatem; quod etiam affirmat Valaſc. *de iure emphyt. d. verſ. Ex prædictis ad fin.* nemini licere etiam in propriis terris ius piſcandi, ſeu venandi ſibi reſeruare, & aliis interdicere. Limitat tamen Rebell. *vbi ſuprà num. 7.* hoc in inferiore à principe habente iuriſdictionem temporalem, quod poſſit ad tempus, puta, tempore fœturæ ex iuſta cauſa per edictum prohibere venationem, ac piſcationem, reliquos verò magnates iuriſdictione temporali carentes, neque in propriis prædiis, ac fundis poſſe efficere has prohibitiones apud Luſitanos, niſi ex immemoriali conſuetudine, vel ex ſpeciali priuilegio principis, vel ex populi conſenſu ius habeant quæſitum. 32.

Mihi tamen magis placet poſſe magnates iuriſdictionem habentes temporalem, in locis priuatis, quoad vtrumque dominium, tam directum, quam vtile ſibi propriis, piſcationem, ſeu venationem interdicere, quia lex noſtra non loquitur de rebus priuatis, ac propriis cuiuſcumque. Vnde cum ſit lex pœnalis, non eſt intelligenda, niſi de locis publicis ad publicam vtilitatem deſtinatis; ergo non eſt interdicendum hoc magnatibus, per legem, niſi aliunde hoc cedat in magnum populi detrimentum. Probatur ex *l. Diuus Pius, ff. de ſeruit. ruſt. præd. & l. 3. verſ. Planè, ff. de acquirend. rer. domin.* Accedit, quia quiſque poteſt de re ſua diſponere ad libitum *leg. iniuriam, §. fin. ff. de iniur.* Igitur poteſt in fundo proprio ſibi reſeruare ius venandi ſeu piſcandi, & aliis prohibere, ne ibi venentur, vt habemus in *§. fera, inſtit. de rer. diuiſion.* Quin addit Aretin. *in l. 3. §. neruæ, 5. notab. ff. de acquir. poſſeſſ.* & Decius *conſ. 196.* In caſu inquiſitionis formatæ poſſe priuatum quemcumque prohibere in agro ſuo venari, fecereque fieri generale proclama, ne quis in ſuo venetur. Sequitur Leſſ. *lib. 2. cap. 5. dub. 8. num. 39.* Sayr. *d. cap. 9. num. 14. verſ. 7.* Cabed. *2. part. deciſ. 89. num 3.* Molin. *diſput. 45. in princ.* qui paulò infrà limitat, modò fundus proprius ſeptus ſit, quaſi dicat non poſſe dominum terrarum prohibere venationem in fundo proprio, niſi ſit vndique ſeptus, atque concluſus.

Quod ſi dominus inferior habeat ex contractu cum rege initio omne regale dominium tranſlatum cum mero, ac mixto imperio, & cum alta, & infima iuriſdictione, non poterit proptereà terras 33.

facultas

incultas iuxta territorium illius ciuitatis contentas ſibi reſeruare, prohiberéque incolas ibi venari. Ratio, quia huiuſmodi loca eremа, atque inculta, quando exiſtunt in territorio alicuius ciuitatis non pertinent ad regem, cum quo contractus fuit initus, ſed ad ciuitatem, ſeu caſtrum in cuius territorio exiſtūt, fuerúntque deputata, pro communi vſu, & commodo omnium incolarum. Ita Bertrand. *lib.1.conſ.57.& conſ.49. num.4. & lib.3. conſ.1.num.9.* Auend. *de exequend. mandat. cap.4.* Gregor. Lopez *in l.1.tit.20.part.3.* Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rub.9.§ 4.num.4.* & conſtat ex lege Luſitana *lib.4.tit.43.§.15.* his verbis, *& por quanto os taes maninhos ſaon geralmente para paſtos, & criaçoens, & logramento dos moradores dos lugares onde eſtiverem naon deuem delles ſer tirados*, hoc eſt, quia huiuſmodi loca deſerta, terræque incultæ, & eremæ generaliter, paſtibus, & alendis pecoribus, vſuique incolarum, ſunt deputatæ, ab eis non debent amoueri. Cùm ergo ex contractu in dominum terrarum, cum mero, & mixto imperio aliquod caſtrum, ſeu oppidum tranſlatum fuit a rege, non potuit rex transferre in illum ea, quæ peculiari titulo oppidum, ſeu caſtrum poſſidebat ab initio, ac proinde tranſlatio iuriſdictionis, non ſecum detulit per contractum iam donata caſtro. Ita Hieronym. de Monte, *de finibus, cap.84.num.2.& ſequentibus.* Sequitur Cald. Per. aliis relatis, *de emptione, cap.21. num.6.* poſt Curt. iun. *conſ.158. num.40.* & probatur neruoſa ratione, quia quando princeps aliquid transfert in alterum, ſubintelligitur donatio fieri, ſaluo ſemper iure tertij priùs alij conceſſo. Valaſc. *de iure emphyt. quæſt.8. n.40.* vbi ſequitur Baldum *in cap.1. de capitan. qui curiam vendidit*, per text. *ibi*, neque in dubio videtur donari, niſi ius, quod habet in re tantùm, *l. vxor patris, C. de legat. l. ſi domus, §. fin. ff. de legat. 1.*

Ex quibus infertur niſi caſtrum, ſeu ciuitas cedat ſuo iure ſponte, & abſque vlla coactione, & metu, non poſſe inferiores dominos, etiam in hoc caſu, ſine facultate regia in hoc regno ius venandi ſibi reſeruare, neque aliis prohibere, eſſéque adhuc integrum ciuitati, ſeu caſtro ibi venari, ſuoſq; se illuc mittere lignatum, atque pabulatum, ſi non conſtet de facultate regia, nec de conſenſu liberaliter ciuitatis eidem conceſſo. Neque obſtat inferiores dominos pœnis propoſitis id interdicere populo. Quia non poſſunt hac de re aliquid ſtatuere, contra ius commune Luſitanum, vt aperte con[illegible] ex *tit.91. citato*, vbi id expreſſe cauetur; imò tenentur in conſcientia reſarcire damna pri[illegible] [illegible] ex prohibitione lignandi, venandi, atque p[illegible]cendi. Molin. *tract.2. diſp.46.* Caiet. *opuſcul.* [illegible] *eſſionſ. 12. dub.5.* Valent. *tom.3. diſp.5. quæ[illegible] puncti 5. dub.6.* Cordub. *in ſummam, quæſt.119.* Sa[illegible] *ap.9. num.12.* Ludou. Carbo *tract. de re-* [illegible] *34. concluſ.7.* addúntque Ludou. Lopez *pa[illegible] inſtruct. cap.151.* & Roder. *part.1. ſumma, cap* [illegible] *ſ.6.* etiam quando domini inferiores iuſte [illegible] venari; ſi adeo excre[illegible] copia ferarum, vt ſubditi circa ſata, ſegetes, poſſeſſiones, ac vin[illegible] damna patiantur, non ſolùm teneri damna a f[illegible] illata compenſare, ſed etiam facere facultatem liberè venandi, occidendique feras illas, [illegible] Molin. *vbi ſupra*, & Nauar. *in manual. cap.17. num.155.* & eundem Molin. *diſp.47. verſ.* [illegible] *autem propoſito intelligendu eſt communis D[illegible]torum ſententia aſſerentium.* Quibus adhæret Gutier. *lib.2. canon. cap.28. num.15.* ſubdens damna illata ab illis feris in alienis agris teneri dominos temporales ante ſententiam reficere, ſiue iuſte, ſiue iniuſtè venationem prohibeant, cùm non ſit pœna, ſed damnum, ſeu intereſſe. Quæ reſolutio eſt communis.

---

## §. I.

### *An poſſint Principes ſupremi ferre legem ne non nobiles, ſed nobiles tantùm venari poſſint?*

#### EPITOME.

24 *Principes ex cauſa iuſta poſſunt prohibere venationem hominibus non nobilibus.*
25 *Agricultorum priuilegia, & laudes.*
26 *Princeps non poteſt omnino venationem nobilibus interdicere.*
27 *Princeps in certo loco, & pro aliquo tempore poteſt prohibere venationem, & ne fiat hoc, vel illo modo.*
28 *Clerici cauſa recreationis poſſunt vti venatione, etiam per conſtitutiones ſynodales, excepto tempore, ac loco vetito.*
29 *Piſcari, ſeu venari inſtrumentis, ac temporibus vetitis de ſe eſt peccatum mortale, non tamen animalia ſeu piſces ſunt reſtituenda, nec capta in alieno fundo, vel in loco communi.*
30 *Animalia capta in alieno fundo, vndique circumſepto, & piſces in piſcina aliena ſunt reſtituenda proprio domino.*
31 *Inferiores domini extra hoc regnum, an poſſint interdicere licitè ius venandi, ſeu piſcandi, aut præſcribere.*

PRINCIPES ex cauſa iuſta poſſunt venationem interdicere hominibus non nobilibus, puta agricolis, & artificibus, qui manu, ac labore ſibi victum quærunt, ne diuertantur, & reuocentur ab agricultura, atque ab officiis, ex quibus Reſpublica commodum capit. Probatur ex *l.1. in princip. ff. de tigno iniuncto*, vbi commendatur, ne turbetur, neque interrumpatur agricultura, ratione cuius agricolæ gaudent immunitate, cum agricultura cedat in publicam vtilitatem teſte Diodoro Siculo *lib.3. cap.10.* vbi memorat apud cæteras gentes tyrannico more viuentes bellorum tempore ab hoſtibus ſata ſpoliari, vaſtaríque, neque permitti agros coli. Apud Indos verò ratione vtentes agricolas tempore belli in tranquillitate ac pace in campis agriculturam exercere, neque victores agricolis nocere, tanquam miniſtris communis vtilitatis. Probatúrque ex facto Naburzardan, principis militiæ Nabuchodonozor, qui capto rege Sedecia, trucidatíſque eius filiis, vrbe, ac templo Domini ſpoliatis, pepercit vinitoribus, & agricolis, eóſque in pace pro communi vtilitate reliquit. Hierem. *cap. vltim.* 24.

Nec mirum, quia pro publico bono augendo, conſeruandoque agricultores, eorúmque inſtrumenta habent priuilegia, ne pro bello imminenti poſſint occupari, à quo non excuſantur alterius conditionis homines infimæ ſortis, pro tranſuehendo exercitum, *l. iubemus nullam, C. de ſacroſ. Eccleſ.* 25.

*Eccleſ. & l. iubemus, C. de naui. non excuſ. lib. 11.* Item nec animalia, neque cætera eorum inſtrumenta aratoria pro aliquo debito capi poſſunt, etiam pro executione ſententiæ, aduersùs agricolas prolatæ, *l. executores, & l. & Auth. C. quæres pigno. oblig. non poſſ.* Pro reliquis priuilegiis vide Tiraquell. *cap. 32. de nobilit. per totum*, vbi *num. 4.* refert Cyrum Iuniorem Perſarum Regem gloriari ſolitum ſe manibus propriis agros conſerere, arboréſque in quincuncem diſpoſitas habere. De quorum etiam priuilegiis agit lex regia, *lib. 2. titul. 58. & 59.* Cabed. *part. 1. deciſ. 213. num. 12.* Melchior Phœbus *deciſ. 32. part. 1. per totam.*

16. An verò poſſit princeps præcipere, ne omnino nobiles venentur, eſt ſatis dubium. Ratio, quia exercere venationem reddit homines robuſtiores, & bello aptiores, cùm in ea equitent, atroces feras excipiant, occidantque, æſtum, frigúſque perferant. Damnatur otium, deſidia, & ignauia corpori, animóque pernicioſa abigitur. Itẽ ex venatione modica alia promanant commoda, de quibus Xenophon *in ſuo lib. de venatione*, & Oppianus Cilix, qui de eadem libros quinque edidit, venationémque veriſſimam meditationem rerum bellicarum videri tradunt, voluntque eſſe propriam, ac peculiarem Regum, Principum, ac Nobilium exercitationem. Nam eam exercuiſſe Chironem, Æſculapium, Melanionem, Hippolytum, Caſtorem, Pollucem, Æneam, & Achillem fama fert, ex Æliano *lib. 9. de varia hiſtoria*, quibus Menelaum, & Leomatum addit. Itaque ſic eam commendat Xenophon, vt ei nuncupatim librum dedicauerit, in cuius principio venationem dixit Deorum inuentionem eſſe, Appollinis nempe, & Dianæ.

Quibus poſitis, dicendum eſt, non poſſe Principem interdicere omnino nobilibus venationem toto anni tempore de iure, niſi conſuetudo, vel cauſa aliqua magni ponderis, ac momenti hoc ius faciendi ei tribuat. Ita Benedict. *in cap. Raynut. de teſtam. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, numero 337.* vbi pœnalem hanc inhibitionem factam nobilibus à Ludouico XI. Rege de non venando, teſtatur fuiſſe vnam de cauſis coniurandi contra illum, in cuius rei confirmationem *numero 159.* adducit auctoritatem Ioan. Fabri *in §. flumina, Inſtit. de rer. diuiſ.* quem ſequitur Guid. Pap. *quæſt. 514.* vbi id affirmant ex eo fundamento, quòd aues, & cæteræ feræ beſtiæ, nec non piſces in mari & fluminibus exiſtentes in nullius bonis ſunt, tanquam res vacantes, atque ita non plus competunt fiſco, quàm cæterorum hominum cætui. Ergo niſi conſuetudo, ac poſſeſſio pacifica hoc ius principi impartiatur, aut aliqua cauſa valdè vrgens præponderet, non poterit in perpetuum venationem nobilibus impedire.

17. Dictum eſt, *in perpetuum, & in omni loco, & tempore*, quia poteſt in quibuſdam locis hoc ius ſibi reſeruare. Ita Sot. & Molin. & Couar. *vbi ſuprà*; nec poteſt populum ſine cauſa ab omnibus locis publicis excludere, reſeruata ſibi tota venatione, cùm hoc ſit contra rationem naturalem, & ab æquitate valdè alienum, niſi ob hanc prohibitionem remittat aliquid de tributis ſibi debitis vel alia via compenſet. Aliter enim ſapiet inhumanitatem. Ita Molin. *vbi ſuprà*, Leſſius *d. dubit. 7. num. 35. in fin.* Sayr. *dicto cap. 9. num. 10.* aliis ibi relatis.

Propter bonum commune exigens ne aues, feræ, ac piſces omnino tollantur, quod facilè contingeret, ſi fas eſſet omnibus quocumque anni tempore, & loco ſine delectu venari, ac piſcari, integrum eſt principi quibuſdam anni temporibus, nempe temporè fœturæ, vel tempore niuium, venationem interdicere, ac piſcationem, vel ob alias cauſas rationabiles, ſicut poteſt, ne venatio fiat, aut piſcatio, cum certis quibuſdam inſtrumentis, ſiue medicamentis, quibus minutiſſimè etiam piſces capiuntur, ſeu moriuntur. Ita Sayr. *vbi ſuprà, num. 8. & 9.* poſt alios Gutier. *d. cap. 28. num. 5.* Nauar. *in ſumma, cap. 17. num. 142.* & Angel. *in florib. in quæſtion. de reſtit. propter venationem, concluſ. vltim.* vbi volunt fas eſſe præcipere, vt abſtineant à venatione certis temporibus, & à quibuſdam inſtrumentis, ac modis decipiendi aues, ac piſces, & de facto prohibetur in hoc regno *in lib. 5. tit. 88.* & apud Caſtellanos *in l. 2. tit. 8. lib. 7 nouæ collect.* quæ leges ſunt licitæ, vt tradunt Mexia *de taxa panis, concluſ. 4. num. 19.* Perez *ad leg. ordinam. in l. 5 tit. 22. lib. 2. col. 694. verſ. At his non obſtantibus*, & Sebaſt. de Medic. *1. part. de piſcat. quæſtion. 10 & 11. num. 2.* Quin etiam addit Azeued. *in l. 2. tit. 8. lib. 7. num. 2. nouæ collect.* huiuſmodi leges cùm bono publico attendant, extendi ad perſonas Eccleſiaſticas. Ideo ſi tempore prohibito, vel cum inſtrumentis vetitis venentur, aut piſcentur, poſſunt puniri, à iudice tamen Eccleſiaſtico. Salzed. *ad Bernard. Diaz, cap. 67. gloſſ. 1. ſed quia ſi clerici, verſ. Non tamen*, quod etiam probat lex noſtra *d. tit. 88. §. 16.* vbi ſic ait: *Eos Iuizes, que as de vaſo tirarem ſe acharem culpadas alguas peſſoas Eccleſiaſticas, mandaraon o treſlado das ſuas culpas aos prelados, ou á ſeus vigairos, com ſuas cartas requiſitorias, peraque procedam contra elles*; poſſe tamen clericis auferre à miniſtris laicis inſtrumenta vetita, auéſque, ac canes, quando reperiuntur exercendo venationem, aut piſcationem prohibitam, ait Salzed. citatus *verſ. Illud autem noue* cui accedit Azeued. *in leg. 2. dict. tit. 8. lib. 7. numero 2. & 3.*

Sed contra hanc doctrinam obſtat Abbas *in cap. 1. de clericor. venator.* Syluest. *verb. venatio, num. 2. ad fin.* Graffis *2. part. lib. 3. cap. 2. num. 9.* & Bernard. *d. cap. 67. num. 8.* & *ibi* eius Additionator, quatenus dicunt venationem clamoroſam, quæ eſt interdicta clericis in ſacris, ſeu beneficiatis, poſſe tamen ab eiſdem exerceri cauſa recreationis, & in dubio præſumendum eſt ita fieri, non verò in contemptum legis, neque ad voluptatem capiendam. Quam facultatem venandi recreationis cauſa concedunt conſtitutiones Eborenſes *tit. 10. conſtit. 8.* Conimbricenſes, *tit. 14. conſtit. 14.* Braccarenſes *tit. etiam 10. conſtit. 8.* Olyſiponenſes *tit. 19. conſtit. 9.* ergo non ſunt ſpoliandi clerici à miniſtris ſæcularibus, dum reperiuntur in venatione, neque leges ſæculares prohibentes venationem comprehendunt perſonas Eccleſiaſticas, vt notat Marta *de iuriſdictione, part. 4. centur. 1. caſu 57. à num. 17.* addens etiam de iure canonico *in d. cap. 1. de cleric. venator.* non eſſe regulariter prohibitos clericos venari, ſed tantùm ſi ad voluptatem venati fuerint, ſæpe, ac ſæpiùs, & iis ex detenti à ſuo officio clericali abſtineant, præ ſtudio, ac voluptate venandi. Barboſ. *in remiſſ. ad lib. 5. titul. 88. num. 3.* Rebell. *1. part. lib. 1. quæſt. 14. num. 9 & 10. ſect. 2.* & Cened. *collectan. 56. ad decret. num. 8.* vbi reſoluit venationem eſſe interdictam clericis, niſi fiat cauſa recreationis honeſtæ, vel ex neceſſitate, vt ſuam ſanitatem defendant, vel ob alium honeſtum finem; tunc enim pluribus relatis 18.

poſſe

poſſe fieri docet cum retibus, laqueis, atque etiam canibus, ſi cum modeſtia, ac ſilentio fiat.

Fatemur ergo venationem clericis non eſſe omnino interdictam, poſſe tamen prohiberi, tam clericis, quam laicis, ne certo tempore, ac loco, ac certis inſtrumentis venationem exerceant ob bonum commune, vt contra Martam citatum diximus *ſupra, diſp. 4. §. 2. num. 318.* vbi probatum eſt poſſe clericos à miniſtris laicis armis ſpoliari; & latius *n. 35.* §. 4. leges cõmunes, tam laicis, quàm clericis ab vtriſque eſſe ſeruandas. Cum ergo lex Luſitana *d. tit.* 88. & Caſtellana interdicant venationem omnibus indiſtinctè, ne fiat certis temporibus, ac certis inſtrumentis; certum eſt comprehendere etiam perſonas Eccleſiaſticas. Neque refert non eſſe clericis interdictum de iure canonico piſcari, cuius rei reddit vndecim rationes Sebaſt. Medic. *de venat. part. 1. quæſt. cum ſequentib.* & Menoch. *de arbitr. caſu* 413. *n.* 20. & Natta *conſil.* 604. *n.* 3. quam piſcatio fit cum quiete, & abſque clamoribus. Item, quia Chriſtus Dominus *Luc.* 10. & *vlt.* piſcatores vocauit Apoſtolos, eiſque iuſſit retia laxare in capturam. Cardin. *in cap. qui venatoribus n.* 86. *diſt.* 3. & Salzed *d. cap.* 67. *verb. ſuſpenditur, verſ. Piſcatio.*

29. Venari autem, & piſcari tẽporibus, ac inſtrumẽtis vetitis opinatur Padill. *in leg. per agrũ, n.* 8. *C. de ſeruit. & aqua,* eſſe peccatum mortale. Quod putat verum Rebell. *d. p.* 2. *lib.* 1. *q.* 14. *ſect.* 3 *n.* 33. Leſſ. *lib.* 2. *c.* 5. *dub.* 9 *n.* 43. quando venatio, aut piſcatio, interdicitur propter vtilitatẽ publicã, & ex modo piſcãdi notabile damnũ in Rempublicam redundat, nempe ſi ſiobules ferina, notabili ex parte pereat, vel per res venenatas in lacus, ſeu flumina cõiectas piſces interficiantur, aut pecora bibendo moriantur; in quo euentu non excuſabitur delinquens à mortali, & à dãno illato reficiendo, vt notat Rebell. *ibid.* poſt Sot. Med. Couar. & Cord. quos referens ſequitur; probatúrque, quia ſemper id ſolet ſub graui pœna prohiberi, vt videre eſt in lege noſtra *lib.* 5. *tit.* 88. *à n.* 5. Reſtitutio autem fiet Reipublicæ, quæ habeat ius piſcandi, cuique ſpes lucri, & oblectationis fuit eo modo oblata, vel proprio domino, cuius pecora aquas veneno infectas potando interierunt. Secluſo verò hoc notabili damno, non erit mortale venari, aut piſcari, temporibus, ſeu inſtrumentis prohibitis, ſed veniale, neque animalia, ſeu piſces etiam inſtrumentis, ac menſibus prohibitis capta reſtituẽda ſunt in foro conſcientiæ: cum leges ſolùm prohibeant vſum, & modum piſcandi, ac venandi, non vero acquiſitionem ferarum, ac dominium impediunt. Cùm nec feræ, nec piſces ſint in dominio Reipublicæ, ſed ſiunt capientis, cum ſint in ſua libertate, nec alicui apponantur. Leſſ. & Rebell. poſt [illegible] *ad regul. peccatum, 2. p. §.* 8. *n.* 2. Gutier. *d. cap.* 18. *n.* 48. Medin. *de reſtit. q.* 12. Per. Nauar. [illegible] *it. c.* 2 *n.* 291. Mol. *tom.* 1. *diſp.* 51. Valent. [illegible] *punct.* 5. *dub.* 6. Sot. *lib.* 4. *de iuſt. q.* 6. *art.* 4. [illegible] *reſtit. q.* 35. *concl.* 1. & Tolet. *in ſum. lib.* 5. [illegible] non tenentur illa ſic capta reſtituere, nec pœnam à lege ſtatutam, niſi poſt ſententiam. E[illegible]tus neminem teneri reſtituere capta in alie[illegible] fundo inuito domino, peccabit tamen ratione iniuriæ, ac damni illati, habet enim d[illegible] fundi ius, vt nullus eo repugnante ibi venetur, *l. item ſi fundi. q.* §. *aucupiorum, ff. de vſufruct.* cuius verba ſunt hæc: Reditus aucupiorum, ſicut & venationum ad fructum agri pertinere, nec eſſe rationabile in agro alieno quemquam nolente domino occupari, animantia verò non ſunt fructus agrorum, vel fluuiorum; ideo non debent reſtitui; quod ſi dominus vult venari, & probabiliter eſt capturus feras aliquas, vel vult elocare aliis ius venandi, & ne hoc emolumento gaudeat, impeditur, tenetur impediens, quantum hoc valeat in ſpecie reddere domino defraudato; ſecus ſi nec domino venari, nec alteri ius venãdi elocare mẽs erat. Idem dicas de venante in loco publico venationi reſeruato, vel principi, vel inferiori domino, peccare ſcilicet venialiter, niſi notabilem ſtragem faciat; tunc eſt mortale cum onere compenſandi damnum illatum; reddere autem animalia capta non tenetur, quamuis arte magica intra, vel extra locum publicum feras capiat, quia modus capiendi non eſt contra iuſtitiã. Couar. *d.* §. 8. *n.* 14. Leſſ. *dub.* 9. *n.* 45. *& ſequentib.* quia cùm feræ ſint in ſua libertate, iure gentiũ ſiunt capientis. Quod amplia, etiam quando locus eſt vndique circumſeptus, attamen ſpatioſus, ita vt in eo feræ difficulter ſoleant capi. Couar. *num.* 15.

Quando verò locus eſt alicuius domini temporalis ita concluſus, vt exire nequeant, vel ſi egrediantur de more regrediantur, vt viuaria, piſcinæ, alucaria, ſeu leporaria, aut ſylua non ampla, & circumdata, non ſolùm de genere ſuo eſt mortale ibi venari, aut piſcari, ſed tenetur delinquens reſtituere domino animalia, ſiue intra, ſiue extra capiantur, cum ſint ſub dominio domini temporalis. Ad iudicandum verò quanti circuitus debeat eſſe ſylua, vt feræ ibi concluſæ cenſeantur frui libertate, exiſtimo, ſi tantus ſit circuitus, quantus communiter requiritur ad euadendum extra ſyluam, canes inſequentes. Vnde ſi intra ſyluam non ſine magno labore inſequentiũ capiuntur, non dicitur ſylua exigua, & conſequenter non cenſentur animalia eſſe ſub dominio domini illius, ſed fieri capientis. Couar. *vbi ſupra, d. n.* 15. quidquid contra tradant Sot. 4 *q.* 6. *art.* 5. & Medin *de reſtit.* 2. *q.* 12. Addo omnes venatores, quicumque illi ſint, teneri ad reſtituẽdum damnum illatum, ſegetibus, agris, ac vineis, dum inſequendis animalibus perſiſtunt. Petr. Nauar. *de reſt. lib.* 3. *c.* 1. *n* 297. Cordub. *in ſum. q.* 112. *n.* 6 *verſ. empero quando.* Mol. *de iuſt tract.* 2. *diſp.* 51. Rebell. *d. diſp.* 14. *ſect.* 3. *n.* 19. Gutier. *canon. lib.* 2. *c.* 28. *n.* 40. Sayr. *in claui, lib.* 11. *cap.* 9 *n.* 18. 30.

An inferiores principe poſſint extra hoc regnũ interdicere in terris ſuis venationem ſibi ſubditis per proclamata propoſitis etiam pœnis? Videtur negandum ex *l.* 1. 2. *&* 3. *ff. de acq. rer. dom.* vbi probatur ius venandi eſſe de iure gentium, imò nec princeps id tollere poteſt per notata per Bart. *in l. fin. C. ſi contra ius vel vtil. public.* Sequitur Decius *conſ.* 196. *in caſu inquiſitionis formatæ.* Vnde ſi fiat prohibitio à dominis inferioribus, infertur vaſſallis violentia, niſi intercedat conſenſus eorum, quorum intereſt, nempe populi, & conſequenter prohibitio eſt illicita, & contra venientes non debent timere, quamuis de facto cogantur ſoluere pœnã contra venantes latam. Concordat Iac. de S. Georg. *in inueſt. ſua in verb. & cum venat. col.* 1. & Afflict. *in conſt. regni, in cõſt. ſcire debemus, ad fin.* & Iaſ. *conſ.* 119. *vol.* 1. *col.* 4 vbi ponit hãc concluſionẽ, tanquam communiter receptam. Sayr. *d. c.* 9. *n.* 11. 31.

Cæterum ſi ſubditi non contradicant, & ob talia proclamata deſinant venari, domini terrarum ſi per longum tempus ſubditi acquieſcant, erunt in quaſi poſſeſſione prohibendi, præſcribẽntque ius prohibendi. Ita Ripa *in l. quominus, n.* 133. *ff. de fluminib.* gloſſ. & ſcribentes *in l. qui luminibus, ff. de*

*ſeruit.ruſtic.præd.* modò ſubditi deſinant venari, & aquieſcant per tempus triginta annorum. Ita Bald. *in l.lapilli in 3. quæſt. ff. de rer.diuiſ.* gloſſ. & ſcribentes *in d.l. qui luminibus*, quos ſequitur Roland. *conſ.9. num.13.vol.3.* Quæ ſententia non eſt tuta in foro conſcientiæ, cum illa poſſeſſio, ſeu quaſi poſſeſſio prohibendi, ſit violenta, nec conſenſu populi probata, proclamatáque ſint contra ius gentium, cui contrauenire non poſſunt domini inferiores, ſolúmque principi ſit reſeruatum prohibere ſub pœna, teſte Afflict. *in præcipit.conſtit. Scire demus, in fine*, ne qui in domino, vel defenſa eorum venari audeant. Quare requiritur vt acquiratur ius prohibendi venationem in locis publicis per principem inferiorem, præſcriptio immemorialis, aut priuilegium, aut conſenſus communitatis ſinè vi, aut metu, & ſponte datus, ſecundùm Couar. *in regul. peccatum, 2.p.§.8. num.10 verſ.7.* cui accedit Gutier. *d.cap.28 n.45. & n.46.* addit poſſe competere ius piſcādi, aut venandi in aliquo dioarticulo alicuius fluminis publici, vel in aliquo certo loco defenſæ publicæ, ex præſcriptione temporis, cuius initium ſit ſupra hominum memoriam. Tunc enim poterit aliis piſcationem, ſeu venationem interdicere, per text. *in l.ſi quiſquam, ff. de diuerſ.& tempore præſcript.* Bartol. *in rubr. ff de rer.diuiſ.col.1.* & alij, quos ibi refert, ac ſequitur Couar. *d.num.10.* vbi fatetur principes concedere ſolere, non ſolùm magnatibus, ſed etiam religioſis, vt poſſint in certo loco maris, ſeu fluminis publici, ſeu ſyluæ communis piſcari, aut venari dumtaxat, & aliis prohibere, quem ſequitur Gutier. *d. num.46.* non tenebitur tamen in foro conſcientiæ ad reſtitutionem piſcium, ſeu animalium, quæ ibi venator, ſeu piſcator, contra dominorum voluntatem occupauerit. Ita præcitati Doctores.

## *Quid poſſint domini terrarum in terris, quarum ſunt domini circa paſcua?*

### EPITOME.

32 *Bona vacantia, ac deſerta, quæ domino carent, pertinent ad Regem.*
33 *Oppida, ciuitates, & caſtra habentia territoria circumſcripta habent intentionem fundatam in paſcuis illorum limitum.*
34 *Princeps concedens oppidum alicui domino, cenſetur conceſſiſſe iuriſdictionem, non verò paſcua, quæ ſunt communitatis.*
35 *Dominus terrarum non poteſt ſibi reſeruare, nec aliis interdicere vſum paſcuorum.*
36 *Apud Caſtellanos domini terrarum poſſunt mittere ad paſcua publica pecora in duplo, quàm quilibet incola, ſed in Luſitania nihil poſſunt omnino.*
37 *Domini inferiores depaſcentes loca publica, damnúmque notabile inferentes tenentur reſtituere.*
38 *Reſpublica poteſt prohibere in nemore communi lignorum ſectionem, & paſcua.*
39 *Ligna cædentes in loco publico non tenentur reſtituere, nec pœnas ſoluere ante condēnationē.*
40 *Prohibitio lignandi ſi eſt iniuſta, non obligat.*
41 *Ligna cædere in loco priuato, vel communi alterius Reipublicæ, ex ſuo genere eſt mortale.*
42 *Ligna cædere, & deferre ex fundis alienis ad vſus quotidianos an liceat.*
43 *Vicus ſeparatus a ciuitate, & à territorio illius, adhuc retinet ius lignandi, & pabulandi in territorio ciuitatis.*

PRo intelligentia ſequentium nota primò bona vacantia, & erema, ac deſerta, quæ domino carent certo, inter limina alicuius regni pertinere ad Regem de iure communi, *cap.1.quæ ſint regalia, l.1.de bonis vacant.lib.10.& in tit.6.de omni agro deſerto, lib.11.& de iure Luſit. lib.2. ordin. tit.26.§.17.* ibi, *& todos os bens vagos aque naon he achado ſenhor certo*, & *lib.4.tit.43.§.15.* Circa 32.
quæ bona Rex habet fundatam intentionem, dominiúmque eorum penes Regem, eiúſque coronam permanet ab eo tempore, quo reges Luſitani a Sarracenorum poteſtate regnum cæpuerunt, vt patet ex annalibus noſtris. Quare domini temporales, qui terras has eremas ſpeciali titulo a Rege non habuerint, non poſſunt eas occupare, vt expreſſe deciditur *in eod.lib.4.tit.43 §.15.* ibi, *terras que ficarem hermas, ſenaon forem ſuas em particular por titulo que dellas tehaon, as naon tornem*, id eſt, nó occupent. Quod ſi eas occupauerint non facient ſuas. Bald. *in rubr.de præſcript.n.6* Auend. *de exequend mandat.cap 4.fol.42. verſ.hodie verò.*

Nota ſecundò, oppida, ciuitates, ſeu caſtra quæ 33.
habent certum territorium circum circa per ſuos limites deſcriptum, habere intentionem fundatam circa paſcua exiſtentia intra limites ſui territorij, proindéque illa exiſtere ſub dominio earum communitatum, iuxta *l.omne territorium, C. de cenſib.* Molin. *de iuſt. tract.2. diſp.59. verſ.Tertia concluſio.* Couar. *practicar.cap.37.col.2.* Val. *c.de iur.emphyt. quæſt.8. num.42.* Sayr. *in claui, lib 11. cap 11.num.3.verſ.Tertia propoſitio.* Vnde in conceſſione principis facta alicui domino de aliquo caſtro, ſeu oppido, cum ſuo territorio, non veniunt loca, ſeu paſcua ipſius communitatis, neque erema inculta, ac deſerta à nemine vnquam poſſeſſa reperta intra limites ipſius termini. Quia ex prima 34.
cōceſſione, ſeu donatione facta à Rege eidē oppido, ſeu caſtro cum ſuo termino a principio, cenſetur poſtea voluiſſe principem domino concedere iuriſdictionem, exceptis iis, quæ caſtro, ſiue oppido iam conceſſit. Ideo nullum dominium ex hoc iure in paſcuis publicis illius territorij habere dominum temporalem tradunt vltra præcitatos Lopez *1.p.inſtructor.cap.150.* Cordub. *q.118.i* & alij aſſerentes non eſſe vaſſallo donatum, quod prius alteri reperitur conceſſum, iuxta Bald. *in c.1. de capita, qui curiam vendi.* & Arez. *conſ.15.col.3.*

His præmiſſis, concluſio ſit, dominum tempo- 35
ralem habentem iuriſdictionem ciuilem ſeu criminalem, vel vtramque, non eſſe dominum communium paſcuorum illius oppidi ſeu caſtri, cuius habet iuriſdictionem, neque poſſe vſum illorum ſibi reſeruare, & aliis interdicere, neque quicquam de illis diſponere. Ita Socin *in cap.veniens de accuſat.poſt num.4.* Bobad. *lib.2.cap.16.num.198.* Burgos de Paz *in l.3. Tauri, num.478.* Auend. *de exequend. mand. cap.4.n.31. verſ.Item nota.* Couar *vbi proximè, & in regul.peccatū, p.2.§.1.n.8.* Cald. Per. *de empt.cap.25.n.9.* Qui omnes concedunt ex conceſſione iuriſdictionis nihil inferri ad proprietatem paſcuorum. Poſſe tamen dominum temporalem vti paſcuis, ſicut poteſt quilibet alter incola illius oppidi, & aliquid amplius illi eſſe deferendum ſignificant, propter ſuperioritatem, atque excellentiam, quam habet. Ita Burgenſ. 36.
in

in l. 3. *Tauri, num.* 410. quamuis in oppido non reſideat. Molin. *d. conſ. l.* 5. Couar. qui receptum eſſe apud tribunalia Caſtellæ aſſerit, vt queat dominus temporalis paſcere pecora in duplo. Quod non eſt alienum à ratione. Hodie tamen apud Luſitanos hæc quæſtio ceſſat per legem 32. in comitiis, editam anno Domini 1525. habitis in oppido Turrium nouarum, & ruſſus Eboræ anno 1535. vbi decretum fuit, ne præfectus alicuius arcis, ſeu oppidi, vulgò *Alcaides mores*, ſeu eorum vicem tenentes in oppido, ſeu caſtro, vbi præſunt, nec etiam milites alicuius ordinis militaris habentes præceptorias poſſint mittere pecora ſua ad paſcua communia, ſed ad paſcua propria, ſi fortè ea habeant in terris propriis ſuarum præceptoriarum, in quibus etiam terris non quotquot voluerint, ſed præmiſſa taxatione præſidis prouinciæ, quod ſane cautum fuit, ne pecora dominorum depopularentur aliena paſcua, & ſubditis frequenter damna inferrent, quæ lex ex paritate rationis & vſu regni ad dominos etiam extenditur. Ita Molin. Valaſc. & Cald. Pereir præallegati.

Extra hoc regnum domini temporales vbi non reſident, non fruuntur priuilegio mittendi in paſcua publica, tot animalia, quot licet mittere duobus incolis illius oppidi. Bertrand. *conſ.* 1. *lib* 1. *col.* 2. *&* 5. *& conſ.* 87. *etiam lib.* 1. *& conſ.* 75. *n.* 13. *lib.* 2. Quia quamuis cenſeantur vicini, ſi ibi non reſideant, ſeu habeant domicilium, nihil priuilegium prodeſt illis. Ita Auendan. *in cap.* 4. *prætor. num.* 24. *verſ. Terminorum, cum ſequentib.* per text. *in l. Ciues, C. de incolis, lib.* 10. Greg. Lopez *in gloſſ. l.* [illegible] *tit.* 28. *part.* 3. *in verb. Como alos ricos. verſ. Et ita credo verum.* Sed oppoſitum iudicatum fuit apud cancellarias Caſtellæ, ſcilicet quòd domini terrarum etiamſi non reſideant, mittere ad paſcua publica animalia in duplo, quàm ſinguli, poſſint. Molin. citat. & Couar. *in pract. d. cap.* 37. ſed non puto bene iudicatum, cum dicta lex 9. hoc priuilegium neget non reſidentibus.

37. Similiter ſi domini inferiores depaſcant loca publica, damnúmque notabile inferant, tenentur damnum illatum in conſcientia reſtituere, ſicut quilibet de populo. Molin. *d. diſp.* 59. Neque ab hoc onere excuſantur, quod communitas non expoſcat, quia non audet, neque ſufficit quæcumque remiſſio, ſed libera omnino, ac ſpontanea. Quin addit Bobad. *d. cap.* 16. *num.* 194. non eſſe integrum eiſdem dominis, in propriis pratis prohibitionem paſcendi ponere, poſt collectos fructus, dum vacant à ſemine, quod etiam probat Couar. *d. c.* 37. & Valaſc. *d. quæſt.* 8. *num.* 45. poſt Burgos de Paz *in l.* [illegible] *Tauri, num* 478. & conſtat ex *l.* 13. *&* 14. *tit.* 17. [illegible] *recopil.* quos ſequitur idem Caſtillo ſuprà [illegible] *in comment. litera D.*

38. [illegible]d quid dicendum de cædentibus ligna in nemore [illegible]mmuni, prohibito tamen? Concluſio ſit, [illegible]m eſſe reipublicæ propter bonum com[illegible] nemore communi prohibere lignorum [illegible], ſicut, & paſcua in fundo communi, C[illegible] *d.* [illegible] *ap.* 37. Sot. 4. *de iuſt. quæſt.* 6. *art.* 4. Si tamen [illegible] nemore ſic prohibito à communitate, cuius eſt [illegible] ligna cædas, non teneris reſtituere, nec [illegible] ſoluere pœnas, ante condemnationem, quia lex [illegible]

39. pœnalis, nec teneris reſtituere communitati, niſi forte damnum ſit notabile, & extraordinarium, attentis circumſtantiis concurrentibus ac[illegible] h[illegible] coitis. Illata enim notabili ſtrage erit [illegible] Rebell. *d. lib.* 1. *q.* 15. *n.* 1. Molin. *tract.* 2. *diſp.* 18. *verſ. Hoc ita conſtituto,* poſt Sot. Sayr. *lib.* 11. Fragoſ. Regim. Chriſt. Reipubl. *citat. cap.* 11. poſt Cordub *q.* 158. *in fin.* & Lopiũ, 1. *p. instruct. cap.* 150. additúrque nec dominum populi in interdicto nemore poſſe lignari, tenerique ad reſtituendum damnum notabile datum, niſi prohibitio eſſet iniuſta, & irrationabilis, videlicet, quia non relinquitur incolis illius populi locus, aut ſylua, vbi poſſint ligna cædere ad vſus quoti- 40.
dianos neceſſaria. Molin. & Sayr. *vbi ſupra.*

Cædere verò ligna in nemore priuato alieno, vel communi alterius reipublicæ, niſi conſuetudo contraria excuſet, peccatum eſt mortale, ex ſuo genere cum obligatione reſtituendi, maior tamen damni quantitas in re communi exigitur ad culpam mortalem, onúſque ſub mortali reſtituendi quam in priuato nemore. Rebell. & Molin. poſt 41.
Sot. *loco citato,* & Medin. *de reb. reſtituend. q.* 12. *verſ. fin.* Reſtitutio verò facienda eſt quanti æſtimarentur ligna in ipſo nemore antequã ſcinderentur.

Difficultas eſt an cædentes, & aſportantes li- 42.
gna ex fundis alienis ad vſus tantũ neceſſarios, & quotidianos teneantur actione furti, & ad pœnas cõtra eos ſtatutas? Pars negãs ex eo probatur, quia attento iure communi furtum non committitur à ſcindente arbores ſylueſtres, etiamſi ligna deferat, ſed tantum tenetur lege Aquilia, ſecundum Fabrũ *in §. liberum, inſtit. de lege Aquilia, n.* 1. Proinde ita ſcindens, & [illegible] portans ligna poſt condemnationem, æſtimationem damni compenſabit, per text. *in l. ſi ſeruum ſeruum, §. ſi alienam, verſ. Idem & in ſyluas cæduas, ff. ad l. Aquiliam.* Item, quia arbores, ſeu virgulta, quæ ſine hominum induſtria naſcuntur, iure gentium omnibus debent eſſe communia, cum homines ſine quotidiano lignorum, atque ignis vſu viuere non poſſint. Vnde Sot. 4. *de iuſt. q.* 6. *art.* 4. *verſ. Nonnulla, pag.* 343. *col.* 2. ſubdit, ſi acerba animaduerſione domini terrarum ſubditos à nemoribus excludant, fortè ſine mortali poſſe homines ligna ſubfurari quotidianis vſibus neceſſaria, quem ſequitur Salon *de iuſt.* 2. 2. *q.* 62. *art.* 3. *concl.* 4. *&* 5 *col.* 748. *cum ſequentibus,* vbi loquitur de ſylua, vel prato omnibus peruio, nec muro ſepto, & Angles *in florib. quæſt. de cædentibus ligna, concl.* 3. vbi concludit ante condemnationẽ non teneri ſcindentes ligna quidquam reſtituere. Quia ſicut aues, & piſces ſunt communes, nemóque poteſt præſcribere dominium illorum, ita vt capiens teneatur in conſcientia illos reſtituere, ſic etiam dicendum neminem poſſe præſcribere, quòd ante condemnationem ſibi fiat reſtitutio à ligna ſcindentibus. Faciunt tradita à Nauar. *in comment. cap. fraternitas,* 12. *quæſt.* 2. *num.* 33. dicente poſſe induci conſuetudinem, de factóque eſſe iam, vt poſſit quis cædere ligna, herbaſque nulla induſtria humana naſcentes, cæſionémque illorum, atque depaſtum herbarum in proprios vſus licitè conuertere. Secus de arboribus, atque herbis humana induſtria plantatis, ſatiſque.

Nihilominus dicendum eſt, tam ſcindentes ligna ex arboribus ſylueſtribus, ſponte natis, quàm ex induſtria hominum plantatis, & depaſcentes aliena paſcua ex fundo priuato dominis inuitis, teneri ad reſtituenda damna veris dominis nulla expectata ſententia, ſed etiam teneri ad pœnam lege, vel ſtatuto impoſitam, contra ſimilia facientes poſt condemnationem. Ratio, quia dominus habet verum dominium, tam in arboribus, quam in paſcuis, ergo damnificantes tenentur ſatisfacere damno illato, contra domini voluntatem, cùm iam dominia rerum iure gentium ſint diſtincta, & vnicuique rei ſuæ dominium

priuatiuè ab aliis competat. Conar. *in regul. peccatum, 2. part. §. 8. num. 1. verſ. Nam licet iure natura omnia ſint re ipſa communia.* Conrad. *in lib. de contract.* & alij *quaeſt.* 111. *& ſequent.* Sayr. *d. cap.* 11. *verſ. Prima propoſitio,* & Molin. *diſp.* 59. *concluſ.* 6. cùm eadem ſit ratio in pratis, atque in ſyluis; ideo ſi notabilem quantitatem multones colligant herbæ ex alieno prato, & lignorum, peccant mortaliter cum onere reſtituendi. Sayr. *vbi ſupra,* & Molin. ſi domini ea ſuis vſibus, atque pecoribus reſeruabant, & probat latè Conar. *in pract. cap.* 37. maximè *num.* 3. *& ſequentib.* Gutier. *lib.* 3. *canonic. cap.* 27. *num.* 13. poſt Auendan. *lib.* 1. *cap.* 4. *praetor. num.* 28. *verſ. Sed mihi aliter,* & Cordubenſ. *in ſua ſum. de caſos de conſcientia, quaeſt.* 71. quorum alij loquuntur nuncupatim in lignis, & paſcuis, alij verò in paſcuis dumtaxat. Ex quibus conſtat, quid dicendum ſit ad argumenta partis negantis. Quia quidquid naſcitur in agro priuato, etiam abſque labore, & induſtria domini, ad ipſum pertinet ex *l. vnica, ff. de glande legen.* Sicut aqua in meo agro ſcaturiens mea eſſe dicitur *l. in concedendo, & l. ſequenti, ff. de aqua pluuia arcenda.*

43. Sed quid dicendum, ſi princeps eximat vicum, ſeu pagum ab aliqua ciuitate, illúmque tradat alicui domino temporali, nunquid retinebit vicus ius lignãdi, aut paſcendi, quod habebat in territorio ciuitatis, antequam eximeretur à iuriſdictione? Negat Paul. de Caſtro *conſ.* 37. *col. vlt.* vicum exemptum à ciuitate, retinere iura, ac priuilegia ciuitatis, quæ non poteſt in ea exercere, & quibus non poteſt vti, ſine præiudicio eiuſdem, à qua fuit ſeparatus, cuiuſque onera, ſicut antea, modò non ſubit. Atque ita non poterunt vicani admitti ad officiorum, ſeu magiſtratuum electionem; at verò ad paſcua, & ad communem vſum lignandi adhuc vicanos vult manere ſocios, quod etiam tradit Bartol. *in l. hoſtes, col. 2. ff. de captiu.* Sequitur Curt. iun. *conſ.* 10. *num.* 12. & Alexand. *conſil.* 151. *lib.* 2. *num.* 5. Vbi probat vicum exemptum ac ſeparatum ab omni iuriſdictione, & obedientia ciuitatis, quando non eſt vnitus alteri territorio acceſſoriè, adhuc retinere ſtatuta, & priuilegia, quæ antea habebat, argumentò legis *quoniam adduci, C. de appellationib.* & notatur *in cap.* 1. *de Sede vacante.* Ergo adhuc vicus exemptus admittetur ad conſuetudinem, & priuilegia lignandi, & paſcendi, quamuis non admittatur ad ſtatuta ciuitatis, quæ habent vim à iuriſdictione ſtatuentium, & in hoc ſenſu placet opinio Caſtrenſ. perſeueratque communio inter vicum, & ciuitatem, non ſolùm quoad vſum paſcendi, ac lignandi, ſed etiam quoad alios publicos vſus, ac communes. Ratio, quia hos vſus publicos habebat ac ius illud, antequàm ſepararetur à ciuitate, nec potuit ab illis priuari, ſine proprio conſenſu populi ſeparati. Atque ita debet ſubire vicus ea onera, ſi quæ ciues ſubeunt ratione communium paſcuorum; cætera verò, quæ alia ratione ciues ſubeunt, vicani non debent ſubire. Quod intelligo ſiue vicus fuerit ſeparatus à ciuitate, nemine exemptionem petente, ſed Rege mandante, ſiue populo petente, eo quòd exemptio fuit ſolùm conceſſa, quoad iuriſdictionem ciuitatis, à qua vicus manſit exemptus, non verò quoad vſum, commodum, & vtilitatem lignandi, ac pabulandi. Couar. *d. cap.* 37. *a num.* 5. Ideo non dicetur deinceps eſſe territorij ciuitatis, cum habeat iuriſdictionem ſeparatam; nec ſubſit in aliquo ciuitati, Cabed. 2. *part. deciſ.* 10. *num.* 2. *& 3.*

*Quid poſſint domini terrarum in terris ſuis circa magiſtratus creandos; & circa ordinem iudicialem?*

EPITOME.

44 *Officia creare in hoc regno regulariter ad Regem pertinet.*
45 *Domini temporales regulariter non habent Parlamentum, ſeu Relationem, quæ ſententias profer ant per acordam, nec ſenatores clericos.*
46 *Domini inferiores contra Regem non præſcribunt iuriſdictionalia.*
47 *Auditores dominorum non concedunt chartas ſecurationis.*
48 *Appellari ad Regem eſt ſuprema ſuperioritatis.*
49 *Domini Eccleſiaſtici temporalem habentes iuriſdictionem poſſunt conſtituere magiſtratum laicos, qui de cauſis criminalibus cognoſcant.*
50 *Domini temporales prohibentes, ne vendant Eccleſiaſticis cibaria, ligantur excommunicatione, & altera, ſi cogant tempore interdicti celebrare diuina.*
51 *Domini temporales quos officiales poſſint ponere in terris ſuis.*
52 *Epiſcopi remouentes officiales ex cauſa, vel ſine culpa, tenentur ſatisfacere, præſertim ſi officia fuerunt empta.*
53 *Epiſcopi an poſſint vendere officia ſæcularia.*
54 *Domini inferiores non concedunt Tutelas regulariter, nec reuiſiones, neq; donationes inſinuant, nec legitimant, nec ætatis veniam concedunt.*
*Domini inferiores nequeunt emancipare. ibid.*

IN hoc regno ius creandi officia publica regulariter loquendo pertinet ad Regem dumtaxat, 44
Innoc. *in c. cum P. Tabell.* & *ibi* ſcribentes *de fide inſtrum.* Auend. *d. exeq. mand. lib.* 1. *c.* 1. Socin. *in l. imperium, n.* 16. Iaſ. *n.* 24. Dec. *n.* 4. *ff. de iuriſd. omn. iud.* Tell. *in l.* 19. *Tauri, n.* 10. Cabed. *p.* 2. *deciſ.* 13. *n.* 1. & expreſſe conſtat ex lege noſtra *lib.* 2. *tit.* 26. *§.* 1. *& tit.* 43. *§.* 15. ibi, *crear de nouo tabelliados,* & in vtraque loco Barboſ. *in remiſſ. ad ordin. regiam.* Eſt enim de reſeruatis ſũmo principi officia creare: nec cenſetur hæc poteſtas cõceſſa, niſi expreſſe concedatur à Rege donatariis in terris ſuis. Corn. *conſ.* 62. *lib.* 1. Purpur. *in l.* 1. *ff. de officio eius, n.* 262. Nam domini terrarum in iuriſdictionalibus non habent in terris ſuis intentionem fundatã. Cabed. 2. *p. deciſ.* 9. *ad fin. & deciſ.* 13. *n.* 3. Azeu. *l.* 2. *n.* 1. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* ideo nõ poſſunt vti, niſi iis, quæ a principe expreſſe ſunt conceſſa, vt habetur *in d. tit.* 45. *§.* 1. ibi, *expreſſamente lhes for outorguado.*

Quare nemo poteſt vti in terris ſuis, niſi ea iuriſdictione, quã habuerit ex priuilegio, donatione, aut ex contractu, aut ea ſententia in ſupremo Senatu lata, circa iuriſdictionem, quam ſibi competere nititur, cum Rex in noſtro regno contra omnes iuriſdictionem prætendentes fundatam habeat intentionem, poſſitque cogere dominos titulares, vt exhibeant titulos, ſiue domini ſint ſæculares, ſiue Eccleſiaſtici. Cabed. 2. *p. deciſ.* 9. *per tot.* Valaſc. *de iur. emphyt. q.* 8. *n.* 12. Gab. Per. 2. *p. manu regia, c.* 17. *n.* 11. Probatur ex leg. noſtra *lib.* 2. *tit.* 4. *§.* 6. Quod ſi aliter vtantur domini inferiores iuriſdictione, quam ibi eſt conſtitutum, poſſunt expelli, vel ſuſpendi, vt patet ex *dict. tit.* 45. *§.*

Cabed,

Cabed. *d. deciſ. 9. num.* 8. Barboſ. *ſupra in d. §. 7.* poſt alios, quos ibi refert, & Gabriel *d. cap. 37. num.* 11. & ſequitur.

Conſtat igitur in Luſitania ex *d. tit.* 45. regulariter nullum dominum inferiorem poſſe habere in terris ſuis, niſi ex ſpeciali conceſſione Parlamentum, vt vocant Galli; ſeu Chancellariam, vt vocant Hiſpani, aut Relationem, vel Domum ſupplicationis, vt nuncupatur à Luſitanis, quod eſt ſuperioritatis regiæ, teſte Cabed. 1. *part. deciſ.* 85. *num.* 1. Barboſ. *vbi proximè, d. lib.* 2. *tit.* 45. §. 4. Bobad. *in ſua politic. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 93. Martin. à Coſta *in ſuo ſtylo, annotat.* 1. *num.* 16. Challan. *in catalog. glor. mundi, part.* 7. *conſid.* 9. & Carol. de Graſſal. *de regalib. regni Franciæ, fol.* 111.

Ex eodemmet *tit.* 45. §. 4. habemus non poſſe dominos temporales habere iudices, qui proferant ſententias, ſiue definitiuas, ſiue interlocutorias per *acordamos do deſembargo, nem acordamos em os do noſſo deſembargo, nem per acordam ſimpliciter*; Quia hoc competit ſenatoribus domus ſupplicationis Olyſiponenſis, & Portuenſis, quod prohibetur ſub pœnis ibi contentis. Imò, vt conſtat ex *d. tit.* 45. §. 44. nullus dominus temporalis inferior poteſt habere iudices, ſeu ſenatores clericos, ad decidendas cauſas laicorum, additórque ibi, quidquid per dictos iudices clericos deciſum fuerit, eſſe nullius momenti, Cabed. *dict. deciſ.* 85. *n.* 2. Gabriel Per. 2. *part. manu regia, cap.* 37. *n.* 21. Gregor. Lopez *in l.* 48. *verb. en lo temporal, tit.* 6. *part.* 1. quem refert, ac ſequitur Bobadill. *lib.* 2. *cap.* 17. *num* 194.

Ratio, quia non competit implicari negotiis ſæcularibus, qui diuino obſequio ſunt addicti, niſi forte ex Regis commiſſione, vel ex cauſa compromiſſi, vel ex defectu iudicis ſæcularis: alioquin non conuenit. Concordat *cap.* 1. & cap. *Sed neque, ne clerici, vel monachi*; cap. *Sacerdotibus diſtinct.* 31 *l. non diſtinguemus, §. ſacerdotio, ff. arbitris.* Luc. de Pen. *in l. milites, C. de re mil. lib.* 12. *col.* 2. *ad fin.* Accedit, quia iudices de rebus ciuilib. inter laicos iudicantes debent eſſe de iuriſdictione Regis. Cabed. *vbi ſupra.* Quod eſt intelligendum, teſte Bobad citato, quando domini temporales etiam ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, ſiue in prima, ſiue in ſecunda inſtantia, & multo fortiùs ad decidendas cauſas criminales, quia tenentur obſeruare leges regias. Quod ſi circa hæc, & alia domini temporales etiam Eccleſiaſtici vltra quod ſibi conceſſum eſt, deficiant, poſſunt conueniri coram iudice regio. Gabriel Per. *vbi ſupra.* Fauet Cabed. 2. *part. deciſ.* 38. *num.* 8. *vſque ad fin.* & expreſsè habetur *lib.* [illegible] *ordinat. tit.* 1 § 17. & *ibi* Barboſ. *in remiſſ.* remiſſi, ſed in ſpecie tradit Cabed. 2 *part. areſto* 4. [illegible] tamen doctrina ſuas patitur exceptiones, [illegible] bimus, cùm egerimus de iuriſdictione, [illegible] competit Hiſpaniarum Primati in ſua ciuita[illegible] rtenſi, & eius cauto, ſeu aſylo, quique [illegible] tione poteſt conueniri ſuper dubio aliquo circa [illegible] iuriſdictionem excitato coram iudice regio [illegible] coram Archiepiſcopo Compoſtellano, aut [illegible] no, & illis deficientibus, coram dua[illegible] [illegible] talibus illius Eccleſiæ, vt conſtat ex contractu [illegible] to, vt infrà dicemus: ob quam cauſam non [illegible] m non mirari virum ſapientiſſimum Gab[illegible] a natum Braccaræ ſic indiſtinctè fuiſſe [illegible] tum.

Ex [illegible] ſequitur regulariter auditores cæterorum dominorum temporalium, niſi alias illis ſit conceſſum, non poſſe dicere in proferendis ſententiis, ſe nomine donatarij ſententiam pronunciare, Cabed. 1. *part. deciſ.* 12. & debetur *dicto tit.* 45. legis noſtræ *num* 51. vbi *num.* 52. addit appellationes, & grauamina, quæ exeunt ab auditoribus, non eſſe deferenda nec mittenda ad dominos temporales, quibus etiam prohibetur, ne de his cognoſcant; ſed eſſe deferenda ad ſenatores officiales, quibus id competit, quod procedit, niſi domini inferiores ex ſpeciali indulto ad id conceſſo hoc habeant. Vide §. 50. & duos ſequentes eiuſdem tituli.

Dubioſa ſanè ſequitur difficultas, de qua ſuprà hoc *lib.* 3. *diſp.* 5. §. 3. *num* 22. nun nihil diximus, ſed occaſione iuriſdictionis, qua vtuntur domini temporales, tam ſæculares, quàm 45.
Eccleſiaſtici, ſeu alterum vel ex præſcriptione immemoriali in hoc regno, quæri poteſt an poſſint ſe illa iuuare? Negat Valaſc. *de iur. emphyt. quæſt.* 8. *num.* 14 *& ſequen.* Cui adhæret Cabed. 2 *part. deciſ.* 65. *num.* 7. *& deciſ.* 109. *num.* 5. vbi ait Iura regalia neminem poſſe prætendere in hoc regno abſque titulo, vel ſententia lata in iudicio competenti, nullámque præſcriptionem etiam immemorialem illi prodeſſe, & conſtat ex lege regia; *lib.* 2. *tit.* 45. §. 10 quæ ſic ait. *Sem embargo de qualquer poſſe noua, ou antiga como os ſenhores das terras, eſtem, ou a diante eſtiuerem*, & infra, *ainda que ſeja immemorial, por quanto auemos por damnado o tal coſtume, & poſſe, poſtoque ſeja immemorial.* Vbi vides damnari abordinatione quacumque poſſeſſionem immemorialem in prætendente iuriſdictionem, ſeu aliud ius regale per donationem, abſque titulo, ſeu ſententia. Poſſe autem à rege hanc poſſeſſionem immemorialem damnari tradit Menoch. *de ſucceſſ. creat.* 1. *p. lib* 1. §. 10. *num* 21 *&* §. 26. *n.* 140. *lib.* 3. Lacatt. *de decima vendit. cap.* 19 *n.* 5. vbi aiunt non procedere præſcriptionem quantumuis longiſſimam, & immemorialem, quando expreſsè prohibetur per legem regni. Cum ergo lex noſtra prohibeat, ac damnet poſſeſſionem immemorialé, in iuriſdictionalibus, non ſufficit ſubdito allegere ſe habere donation. & cum poſſeſſione immemoriali, niſi oſtendat titulum, vel ſententiam latam in iudicio, ſicut non non procedit præſcriptio longinqua iuris exigendi gabellas, vel non ſoluendi illas in regno Caſtellæ, vbi *l.* [illegible] *tit.* 15 *lib.* 4. *recop.* talem conſuetudinem, & præſcriptionem tanquam iniquam reprobat Lacatt. *vbi ſupra.*

Valaſc. tamen *conſult.* 141. quaſi ſibi contrarius de more conſulentium videtur affirmare poſſe præſcribi iuriſdictionalia de iure regio intercedente poſſeſſione, cuius principium excedat hominum memoriam. Cui accedit D. Gab. Per. *dicto cap.* 57. *num.* 13. dicens de iure regio non excludi, quòd tempore immemoriali iura regalia acquiri poſſint, cùm habeat poſſeſſio hæc vim priuilegij iuxta *l.* 3. §. *ductus aquæ, ff. aqua quotidiana, & æſtiua, l. fin. ff. de aqua pluu. arcend.* Imò vim tituli conſtituti, vt tradit Ant. Gabr. *tit. de præſcript. concl.* 1. & videtur de mente capitis *ſuper quibuſdam*, §. *præterea de verb. ſignif.* Faciunt tradita à Bartol. *in l. quo minus, quæſt.* 2. *ff. de fluminib.* vbi ait impræſcriptibilia natura ſui, per tempus immemoriale poſſe acquiri.

Nihilominus abſolutè dicendum eſt, ſalua pace tantorum patrum, præſcriptionem, ſiue prætеritam, ſiue futuram introductam poſt legem regiam, quæ illam reprobat, ac damnat, nihil prodeſſe, vt benè probat Conar. *lib.* 3. *variarum*

*cap.* 13. *num.* 4. dicens præteritam, & futuram conſuetudinem a lege reprobatã, non eſſe admittendam, pro qua etiam parte ex antiquioribus ſtat Innocent. *in cap. ex parte, verſ. Sed diſtingue, de conſuetudine*, Abbas *in cap* 11. *num.* 7. *de probationibus*. Quia non poteſt induci conſuetudo, quoties ius ipſum conſuetudini reſiſtit. Atqui lex noſtra *d.* §. 1 . *verſ. Et todo o ſobre dito*, aliu reſiſtit poſſeſſioni, ſeu conſuetudini etiam immemoriali dominorum inferiorum, damnatque talem conſuetudinem, ſeu poſſeſſionem; Ergo, &c.

Neque obſtat poſſeſſionem immemorialem habere vim conſtituti tituli, ſeu priuilegij, quia non omne priuilegium ſufficit in hac materia, niſi in libris regiis ſcriptum reperiatur, vel exhibeatur titulus, vel ſententia, vt in ſimili tradit Auendan. *de exequend. mandat.* 2. *part. cap.* 4 *n.* 27. *vſque in fin.* Lacarr. *vbi ſupra, num.* 6. Probatúrque ex dicta lege noſtra *tit.* 45. §. 11. vbi Rex addit donationes promulgatas, & iuxta leges poſtea factas eſſe intelligendas. Vnde niſi id eſſet à lege noſtra explicatum, ſecundùm intellectum *d.* §. 10. circa iuriſdictionalia, in cæteris iudicandum eſſet. Proinde quia *lib.* 1. *tit.* 75 § 3 decernitur poſſe concilia eligere appaitores, ſi de iis eligendis fuerint in poſſeſſione, non habet locum *regu. d.* §. 10. Imò poteſt addi hoc loco concilia non iuuari ad eligendos appaitores ex poſſeſſione immemoriali dumtaxat, ſed ex poſſeſſione ſuppoſito forali, vt innuunt verba *in d.* §. 3. quæ ſic habent, *& nos lugares onde por foral o alcaide ſe ha de por pello conſelho, aſsim do dito foral, como ſempre vſaraon*, & infrà, *Porque onde os conſelhos eſtaon em poſſe de o aſsi fazer, mandamos, que aſsi ſe faça.* Quo loci priùs ſit mentio de forali, & poſtea accedit poſſeſſio, quaſi forale ſine poſſeſſione non prodeſſet. Conducit legem, ſeu ſtatuta in creatione officialium, à communitate eſſe ſeruanda iuxta legem *ſuper creandis, C. de iure fiſci, lib.* 10. & Perez *l.* 23. *in princip. tit.* 2. *lib.* 7. *ordinat. pag.* 413. Ex quibus poteſt etiam dici communitatem poſſe acquirere creationem officialium ex poſſeſſione immemoriali, cùm ex communitate in principem ſit tranſlata poteſtas eligendi, ac gubernandi, non verò à ſingularibus. Molin. *tom.* 1. *diſp.* 21. §. *Habemus deinde*, & *diſp.* 22. §. *victoria*. Couar. *in practic. cap.* 1. *concluſ.* 6. *verſ. Hæc tamen intelligenda ſunt.*

Nec refert iuxta illos, qui hanc partem tuentur, quod ait Valaſc. *conſult.* 141. legem noſtram *lib.* 2. *tit.* 45. §. 53. damnantem immemorialem poſſeſſionem loqui de præſcriptione, quæ ſtat intra fines meros præſcriptionis immemorialis, ſeu conſuetudinis, non verò de illa poſſeſſione, ſeu præſcriptione, quæ de ſe non affertur ſolùm ad acquiſitionem, ſed allegatur ſimul ea de re fuiſſe factam conceſſionem, ſeu priuilegium, vel famam tituli, ſeu priuilegij ea de re emanaſſe, cùmque nec donatio, nec priuilegium, cuius fama percrebuit, non appareat, vt hæc probentur extitiſſe; poſſeſſio immemorialis pro teſtimonio, & fama vulgi adducitur. Quia reſpondent hoc poſſe habere locum in iis perſonis, ſeu conciliis, quæ tempore, quo foralia facta, ſeu reformata fuerunt, habebant poſſeſſionem, ſeu conſuetudinem immemorialem aliquid recipiendi ſeu faciendi, proinde quoties cumque lex noſtra loquitur, quod poſſint domini terrarum, ſeu concilia, ſeu loca aliqua iuuari, aut defendi poſſeſſione immemoriali, debet intelligi de iis, qui poſſeſſione immemoriali gaudebant, eo tempore, quo foralia facta, ſeu reformata fuerunt. Ex quo non ſequitur poſſe deinceps aliquem iuuari, poſſeſſione immemoriali, cum lex *d. tit.* 45 §. 10. & 53. expreſſe prohibeat, damnetque, ac reprobet quancunque conſuetudinem, etiam immemorialem; declaratque, §. vltra pœnas ibi contentas vſum & conſuetudinem eſſe nullius momenti, nec poſſe per tempus aliquod ius acquiri, ibi, *por quanto ene mos por danado tal coſtume, & poſſe poſtoque ſeja immemorial.* Cabed. *d. decis.* 65. *a num.* 5. *& decis.* 41. *num.* 8. *& decis.* 100. *num.* 5. Vnde ſequitur illum qui prætendit vltra ſibi conceſſa in ſuo forali, donatione, ſeu contractu aliquid amplius, etiam per mille annos, non poſſe præſcribere, cùm poſſideat mala fide, nec dari poteſt poſſeſſio immemorialis, ex titulo appareat principium poſſeſſionis. Bald. *de præſcript.* 1. *part.* 3. *princip. quæſt.* 1 *num.* Cabed. *decis.* 109. 2. *part. num.* 4. D. Gabriel Per. 2. *part. manu regia, cap.* 17. *num.* 14. Barboſ. *in rem. ad l. reg. lib.* 2. *tit.* 27. vbi probat hanc opinionem, §. 1. & 3.

Quæritur an auditores dominorum ſæcularium, aut Eccleſiaſticorum, queant concedere chartas ſecurationis: Negat lex noſtra *l.* 2. *tit.* 45. abſolutè in caſu aliquo eos poſſe illas concedere, excepto tamen auditore Braccarenſi de quo infra, cæteri autem auditores ex ſententiis appellationem, vel grauamen partibus ad relationem regiam concedunt, vt decernitur *in d.* §. 45. A quo decreto auditor Braccatenſis non excuſatur in caſu criminali dumtaxat, vt patet ex dicto tractu, vbi Rex induiſit primati omne regale dominium, merum, mixtúmque imperium cum alta, & infima iuriſdictione in ciuitate Braccarenſi, eiúſque territorio excepto crimine, & hoc per appellationem, & grauamen dumtaxat, de quo infra, cùm dicetur de contractu Braccarenſi. 47.

Certi iuris eſt appellare ad Regem ſupremæ ſuperioritatis, Bald. *in Auth. quas actione. num* 14. *in fine, C. de ſacroſ. Eccleſ. & in l.* 1 *quæſt.* 4. *ff. de rer. diuiſ.* Crauet. *conſ.* 109. *num* 9. *vol* 2. Roland. *conſ.* 4. *num* 40. *vol.* 3. & Auendan. *de exequend. mandat. lib* 1. *cap.* 5. *&* 6. quod regulariter procedit, niſi ex aliquo peculiari indulto oppoſitum concedatur. Pars prima huius aſſertu probatur ex *lib.* 2. *ordin. tit.* 45 §. 49. ibi, *& as appellaçoens dos feitos crimes, que os ſenhores de terras, ou ſeus ouuidores ſentencearem, iraon aos ouuidores de cada huma das Relaçoens, a que pertencer*, & infra §. 52. *einſd. tit.* prohibetur, ne appellationes, aut grauamina deferantur ad dominos terrarum, ſed ad ſenatores, & officiales, quibus competit eorum cognitio. Confirmatur, quia ſubditus quatenus ſubditus eſt Regis, non poteſt præſcribere hanc exemptionem ab huiuſmodi ſuperioritate regia, puta ne ab eo ad Regem appelletur, neque poteſt acquiri ſimilis exemptio immemoriali præſcriptione provt vult dict. lex noſtra *lib.* 2. *d. tit.* 45 §. 8. *&* 56. Cabed. 2. *part. deci.* 41. *num.* 5. inſtit. ... citatis. Valaſc. *de iur. emphyt. quæſt.* 8. *num.* 29. Eo quia Rex habet intentionem ſuam fundatam in regno ſuo, quoad ſupremam poteſtatem ius reddendi, & iuſtitiam exequendi, nemoque poteſt præſcribere intra limitem regni, ne ad Regem appelletur, cùm hoc competat ſupremæ iuriſdictioni regali. 48.

Item nec ſufficit habere amplam conceſſionem, per clauſulas etiam ampliſſimas, & generales, quoniam cenſetur ſemper ibi reſeruata ſuperioritatem, ac regiam dominium, quod habet, ſuper

omne

omnes ſubditos intra fines ſui regni commorantes. Ita Velaſc. & [illegible] bed. citati, & D. Gabriel. Per. d. [illegible] circa hanc quæſtionem aliqua areſta refert.

Secunda pars probatur, quia niſi expreſsè ius non [illegible] concedatur, non cenſetur conceſſum, A[illegible] .1. §. *qui mandatum in fine, ff. de offic. eius [illegible]*. Purpurat. *in l. Imperium, num. 75.* [illegible] *di 7. num. in tit.* Couar. *practic. cap. 4. num. 4.* Auend. *de exequen. d. cap. 5. num. 2* Auil. *cap. 18. prætor. num. 2.* quia cenſetur conceſſa ſolùm iuriſdictio illa, quæ cohæret territorio, Bartol. *in l. 1. ff. de iuriſdict. omn. iud.* Brun. *conſ. [illegible] 2. num. 1.* & N[illegible] *conſ. 405. n. 1.* etiamſi conceſſio facta fuiſſet cum omnimoda iuriſdictione. Roland. *d. conſ. [illegible]. num. [illegible] .13. num. 19. vol. 3.* Maſtril. *de magiſtrat. lib. 3. cap. 8. num. 11.* vbi *num. 12.* ait [illegible] nem eſſe, quia ſermo ſimpliciter prolatus intelligitur de primo actu, non verò de ſucceſſiuis.

Dubitari poteſt an Eccleſiaſtici temporalem iuriſdictionem habentes poſſint conſtituere magiſtratus, abſque metu irregularitatis, qui delicta, & cauſas ſanguinis capitali pœna dignas puniant? Pla[illegible] affirmare, ſic Couar. *in clem. ſi furioſus, part. 2. §. 2. num. 8. de homicid.* Henriq. *lib. 14. c. [illegible] 9. [illegible] irregularit.* Aſtenſ. *part. 2. lib. 6. tit. 14. art. 4. quæſt. 3.* Anton. *2. part. tit. 29. de irregularit. cap. 2. §.* Maiol. *lib. 2. cap. 6. num. 12.* & probatur ex cap. *vlt. ne clerici, vel monachi ſecularibus negotijs ſe immiſceant, in 6.* vbi dicitur Epiſcopum, vel clericum iuriſdictionem temporalem habentem, ſi deputet iudicem homicidijs, aut maleficiis, vt ſuper illis de veritate inquirat, eaque comperta debita pœna puniat, etiam quando opus fuerit capitali, non fieri propterea irregularem, quia quamuis non ſit integram clerici cauſas ſanguinis expedire, poſſunt nihilominus quando temporalem habent iuriſdictionem eas depoſito metu irregularitatis aliis delegare, præcipereque, vt faciunt vnicuique iuſtitiam. Ita præcitati, quibus accedit Philiarc. *lib. 4. cap. 11. §. 4. & §. [illegible]* Syluest. *verb. homicidium 3. quæſt. 5. verſ. primum, &* Tabien. *verb. irregularitas, 2. §. 4.* & Cardoſ. *in praxi, verbo, Epiſcopus, num. 41.* Azor *2. part. lib. [illegible] cap. 32. § nonò quæritur*, & patet ex cap. *ex literis de exceſſ. prælat.*

Quod etiam procedit quando Epiſcopus iuriſdictionem temporalem habens conſtituit iudicem ſuper homicidio ſpecialiter commiſſo, tunc [illegible] a veritate ſuſpendatur delinquens, non propterea eſt irregularis, ſecundùm doctores [illegible] atos. & gloſſ. *in cap. vlt. ne clerici, vel monachi, in [illegible]* quamuis neget Henriq. hoc fieri poſſe [illegible] po in ſpeciali caſu abſque irregularitate [illegible] §. [illegible] *verſ. nec debet Epiſcopus.* Sed hoc [illegible] bene [illegible] dictam puta, & pro ſe allegat Nauar. [illegible] *conſ. [illegible] ior. conſ. vlt. num. 2. de homicid.* [illegible] uar. non loquitur in noſtro caſu, ſed [illegible] ſſe Epiſcopum commendare generaliter [illegible] criminalem iuriſdictionem, negat tamen [illegible] bene, poſſe dicere iudici poſt p[illegible] latam contra reum, *mane ſuſpende eum*, [illegible] [illegible] irregularis, cùm ſit in cauſa, vt c[illegible] [illegible] imò neque erit irregularis, ſecundum [illegible] *in cap. officia 23. quæſt. 5.* Syluest. *verb. homicidium 3. quæſt. 7. ve[illegible] 9.* & Anton. *3. part. [illegible] 3. § 1 [illegible] fin.* ſi prælatus temporalem iuriſdictionem [illegible] ex ſpeciali commiſſione legem [illegible] ſub [illegible] mortis prohibentem certa crimina; quamuis poſtea ea lege ductus iudex occidat delinquentem contra legem a prælato factam peccantem. Ex ea ratione, quia lex non fuit pronunciata [illegible] contra perſonam certam, ac determinatam, neque homo tunc infert pœnam [illegible] exequitur, ſed lex ipſa, vnde non fit irregularis legulator.

Sed quid dicendum; quando domini temporales ſubditis ſuis prohibent, ne quid perſonis Eccleſiaſticis vendant, vel ab eis emant, præſertim cibaria? Reſponde prohibentes ligari excommunicatione, ſed illam nulli eſſe reſeruatam. Habetur *in cap. eos qui de immunitat. Eccleſ.* Qui talia in derogationem libertatis Eccleſiaſticæ præſumuntur. Porro hæc pœna non cadit niſi in habentes dominium temporale duntaxat, prohibentes prædicta ſubditis ſuis; ideo non habet locum in eos, qui non ſunt domini temporales, neque comprehendit [illegible] ſos dominos, ſi hæc prohibeant aliis non ſibi ſubditis. Incurrunt tamen iidem domini temporales quamuis [illegible] prælati excommunicationem Papæ reſeruatam, ſi in terris, vel locis ſuis interdicto ſuppoſitis aliquem quomodolibet cogant diuina officia celebrare. Habetur *in clement. grauis, de ſentent. excommunic.* & gloſſ. ibi, *in verbo, temporales,* Suar. *de cenſur. lib. 5. cap. 29. num. 42.* vbi de hoc plenè. 50.

Huic accedit illa quæſtio, an domini temporales poſſint ponere in terris ſuis officiales, puta, apparitores, viatores, tabelliones, & reliquos miniſtros Reipublicæ adminiſtrandæ, ac bono publico cuſtodiendo neceſſarios? Affirmat gloſſ. Innoc. & al[illegible]. *in cap. cum P. Tabellio, de fid. inſtrumen.* Montal. *in l. 3. tit. 19. part. 3.* Couar. *in c. 19. part. verſ. auctoritas. in fine, num. 9.* Auendan. *in tract. de exequen. mandat. cap. 10.* Burgoſ. de Paz *in l. 3. Tauri, num. 107. fol. 312.* poſt Bald. *in l. reſcripta, num. [illegible] C. de precib. Imper. offer.* qui omnes indiſtinctè tradunt, poſſe hos dominos, ſiue Eccleſiaſticos, ſiue ſæculares, eligere, & nominare in terris ſuis tabelliones, & notarios, qui poſſint acta iudicialia, ſeu ſcripturas extraiudiciales conficere, veluti contractus, & teſtamenta, & ſimilia, necnon iudices ordinarios, ſeu delegatos, & apparitores. Abbas *in cap. cæterum, de iudic. col. 5.* Bald. *in l. 1. quæſt. 6. de offic. conſul. & in l. fin. C. de offic. præfect. vig.* Maranț. *de ordin. iudic. p. 4. diſt. 5. num. 10.* Gregor. Lop. *in l. 2. tit. 4. gloſſ. 1. p. 3. & l. 1[illegible] tit. 1. part. 2* Petr. Greg. *de ſyntagm. iur. 3. p. lib. 47. cap. 40. num. 17. ad finem.* 51.

Imò poſſunt cogere electos, ad hæc officia, vt adminiſtrationem eorum capiant, per *l. ſi quis magiſtratus, ff. de muner. & honor.* Petr. Antib. *in tract. de muner. §. 4. num. 8.* non tamen poſſunt domini ſupplere defectum ætatis, neque examinare, an habeant ſufficientiam, & cætera requiſita. Quia hoc pertinet ad ſupremam poteſtatem. Couar. *d. cap. 19. num. 5.* vbi tradit qualitates in tabellione requiſitas. Luc. de Pen. *in l. contra publicam, col. 8. in princip. quare examinati, C. de re milit. lib. 12.* & deducitur *in l. 12. & 5. tit. 25. lib. 4 recopil.* de quorum examine eſt etiam *l. 47. tit. 4. lib. 2. recopil.* Proinde caueant domini temporales, ne ſint faciles in eligendis huiuſmodi officialibus, ſed maturo iudicio, ac cana prudentia eorum electioni attendant, quibus committitur Reipublicæ ſalus, & adminiſtratio. Alioquì ſunt maximam Deo rationem reddituri, teſte D. Hieronymo *ſuper Epiſtol. Paul. ad Philemon.* & *in cap. ſi quis hominem, cum anteced. & ſequent. 11. quæſt. 3.* vbi tradit iram diuinam inconſideratè eligentibus

gentibus hos officiales grauia ſupplicia minitari, Vnde non abs re, imò ad rem erit, ſi ſtatuantur, vt dominorum auditores, ac Iudices eas habeant qualitates, prudentiam, nimirum, ſcientiam, morúmque excellentiam, ac cætera requiſita ad reddendum vnicuique ius ſuum, vt conſulit Caſtill. *in ſua politic. lib. 1. cap. 12. num. 16.*

De iure tamen Luſitano domini temporales non poſſunt ponere officiales in terris ſuis, niſi ſecundùm formam in donationibus, ſeu contractibus præſcriptam, habetur *lib. 2. tit. 45. §. 1. & 2. & vſque ad finem totius tituli*, vbi quomodo tam domini, quàm eorum officiales ſe habere debeant in vſu ſuæ iuriſdictionis, ad vnguem eiſdem ordo, ac forma proponitur. Et in primis §. 3. prohibetur eiſdem dominis, ne in terris ſuis ponant iudices forenſes, ſub pœna ibi contenta, nec conſtituant apparitores, § *ſequenti*, ſed eorum electionem relinquant concilijs ſecundùm formam ibi deſignatam. Additurque §. 15. neminem poſſe de nouo creare tabelliones, ſiue notarum, ſiue publici iudicij, quia hoc pertinet ad Regem duntaxat, quod interdicitur ſub priuatione totius poteſtatis, & priuilegij, quod habuerit ad præſentandum tabelliones. Quod verò creatio tabellionum, & cæterorum officialium, qui ad Reipublicæ adminiſtrationem deputantur, pertineat ad Regem, conſtat ex dicto *lib. 2. tit. 26. §. 1.* & diximus ſuprà, cum egimus de regalibus Cabed. 2. *p. decis.* 43. & quamuis ex longa conſuetudine in aliquibus locis fiat electio à decurionibus ſcribæ camerarij, & ſcribæ orphanorum, vel iudicis eorum, hoc non tollit, quod poſſit Rex prouidere, quando ſibi viſum fuerit. Eo, quia in hoc regno nemo poteſt acquirere per præſcriptionem, ius creandi officia, cum ſint de regalib. & tradit Bald. *de præſcription. 2. part. 5. principal. fol.* 111. *& 4. part. quæſt.* 115. Guid. Papæ *quæſt* 416. & ibi eius Addition. Cabed. *p. 2. decis.* 33. Atque ita teſte eod. *num. 4. & 5.* fuit iudicatum pro rege, cum ea electio non competeret decurionib. ſeu officialibus in illis locis priuatiuè, ſed cumulatiuè ad ſuperiorem. Item Cabed *decis* 91. *num.* 3. Barboſ. *in remiſſ. ad d. tit. 26. §. 1. in text. Tabelliaens.*

52. Porrò domini temporales, etiam quando poſſunt ponere officiales in terris ſuis, non poſſunt eos remouere ad libitum abſque vlla cauſa, *l. Titius, § ſororem, ff. de fid. commiſſ. libertatib.* Gloſſ. *verb. electionem in clemen. & ſi principalis de reſcript. l. præſidis ff. ſi certum petatur*, vbi officiales etiam creati ad voluntatem creantis ſunt perpetui, taleſque cenſentur. Quin imò etiamſi fiat facultas amouendi illos, non poſſunt amoueri ſine cauſa legitima ab officiis, nec ſine culpa, text. *in auth. de referendar. collat. 2. cap. 1. de natur. feud. cap. 3. de capell. monachor. lib. 6.* Sic fuiſſe iudicatum tradit Boër. *decis.* 149. *num.* 18. & Burg. de Paz *conſ.* 21. *num.* 3. Ratio quoniam nemo debet priuari, niſi priùs audiatur, cap. *ex tenore, de reſtit. ſpoliat.* Item quia decet beneficium à principe conceſſum manſurum, cap. *decet, de regul. iur. lib. 6.* Ergo non poſſunt remoueri, niſi ex culpa, vel ſaltem ex cauſa legitima, etiam quando poſiti ſunt officiales ad beneplacitum Epiſcopi, Gregor. Lop. *verb. mantenerle, in l. 2. tit. 10. p. 2. & in l. 4. tit. 4. part. 3. verb. acabar nel ſu tiempo*, Cabed. 1. *part. decis* 132. *n* 1. *& 2. part. decis.* 20. *fol.* 59. vbi ait valere argumentum de beneficiis ad officia, & è conuerſo. Sed beneficia non poſſunt auferri, niſi ob crimina, & ſeruato ordine iuris. Ergo nec officia. Bartol *in l. 2. §. data, ff. de option. legat.* Palat. *in repet. cap. per veſtras, in introductione, rubr* Rebuff. *tom. 2. ad l. gall. 34. vt benefic. ante vacatio.* Glo. 2 *pag.* 343. & Azor. *p. 2. lib. 3. cap. 58 verſ. vndecimo quæritur.* Zau. *l. in commun. contra commun. quæſt* 425. *à num. 15. vſque ad num.* 18. vbi probat non poſſe remoueri officiales, niſi ſeruato ordine iuris, tolerabiliuſque eſſe ſemel creatos retinere, quam nouos creare. Quibus accedit nouiſſime D. Gabriel Per. 2 *p manus regia, cap.* 61. dicens non poſſe officia à principe auferri ſine iuſta cauſa, vel propter errores in officio commiſſos, vbi *num* 3. *& ſequentib.* pro hac parte refert, ac ſequitur alios, ſubditque teneri principem de bono cambio, ſi priuet officialem officio ſine culpa, quia infert illi iniuriam, præſertim ſi officia fuerint... ne illa ob pecuniam, ſeu propter merita. Benedict. *in c. Raynutius verbo, duas habens filias, num* 36. *& ſequentib.* Valaſc. *de iur. emphyteut quæſt.* 34. *num.* 6 Cabed. 2. *part. decis.* 20. *à num.* 3. Eo quod ex contractu, ſeu quaſi, videntur officia acquiſita, à quo non poteſt recedere, vt dictum eſt ſuprà, traditque Afflict. *decis.* 128. *num* 10. vbi vult ex traditis à Bald. *in l. qui ſe patris, C. vnde liber.* & Andreas de Iſern. *in conſt. reg.* Et aquæ ad decus; priuilegium 53
conceſſum mediante pretio, vel ob ſeruitia, & ſic in vim contractus non poſſe reuocari, quibus probatur Epiſcopum non poſſe tollere officia ſine culpa, quod ſi auferat ob legitimam cauſam debet factum compenſare. Vide quæ diximus ſuprà *hoc lib. diſp. 5. §. 4. num. 42. & ſequenti.* An verò poſſit Epiſcopus vendere officia ſæcularia, diximus ſuprà *lib. 1 diſp. 2. §. 2. num. 122. & num.* 134.

Pro ſequenti dubio, dico non poſſe hos dominos, quamuis ampliſſimam habeant poteſtatem, in oppidis ſuis habere ea, quæ ſupremam decent dignitatem, Cabed. 2. *part. decis.* 66. *per totam.* 54
Ideo non poſſunt concedere tenſiones, nec chartas tuitionis, idem Cabed. *decis.* 67. D Gabriel Per. 2. *part. manus regia, cap.* 57. *& 1. part. ad ordinationem, tit. do regimento do paço. §.* 116. *& dict. cap.* 57. *num.* 57. nec poſſunt legitimare, neque emancipare, neque inſinuare donationes, vt ibidem aſſerit, ac congerit à *num.* 27. *vſque ad fin. capitis*, poſt Cabed. *decis.* 69. *num.* 1. vbi ait legitimare ſupremo principi competere, literas emancipationis, & ætatis veniam per alium, quàm per principem concedi non poſſe, vel per ſenatores deputatos, iuxta ordinationem *lib* 1. §. 7. & ibi Barboſ. *in remiſſ. num.* 1. Cabed. *decis.* 72. *num. part. 2. & num.* 4. Idem ait veniam ætatis à ſolo principe concedendam. Barboſ. *vbi ſuprà, num.* 3. Vide Valaſc. *conſult.* 79. *num.* 2. Cabed. 1. *part. decis.* 76. *& 2. decis.* 71. *num.* 1. & Barboſ. *vbi proxime*, vbi aduertunt ad Regem pertinere oppreſſos iniuſtè cum moderamine inculpatæ tutelæ ſibi ſubditos defendere, chartaſque tuitiuas concedere, ne Reſpublica, ac bonum commune violentiam, ac detrimentum iniuſtè patiantur. Denique prædicti domini non poſſunt exilium remittere, Roland. *conſ.* 4. *num.* 52. *vol.* 3 & conſtat ex *l. relegati, ff. de pœn.* vbi dicitur hanc indulgentiam non poſſe concedi à domino recognoſcente ſuperiorem, niſi ſpecialiter per ipſum concedatur, per text. *in l. 1. in §. fin. ff. de quæſt. & in l. Diui fratres, ff. de pœn.* quod tradit Salicet. *in l. cum indulgentiam, C. de ſent. paſ.* Acebed. *l.* 15. *tit. 5. lib. 2 pag.* 16 *& lib. 8. noua recopil. l. 1. num* 7. *tit.* 25. Bart. addit. *in d. l. relegati*, neminem poſſe relegato in exilium

facere

facere facultatem reuertendi ab eo, in patriam, niſi ſolum principem, & non alium.

## *Quid poſſint domini terrarum inferiores, & communitates circa tributa imponenda, & exigenda?*

EPITOME.

55 *Domini inferiores non poſſunt vectigalia exigere, niſi fuerit à principe id conceſſum.*

56 *Domini inferiores an præſcribant ius imponendi, vel exigendi gabellas.*

57 *Tributa quænam præſcribant domini inferiores in Hiſpania.*

58 *Tributa ab vno donatario contra alium præſcribuntur.*

59 *Domini inferiores ex cauſa præſtationis poſſunt recipere à vaſſallis ſi iuſta ſint.*

60 *Seruitia exorbitantia contra vaſſallos non præſcribuntur.*

61 *Domini terrarum an poſſint cogere vaſſallos ad molendum frumentum, & coquendum panem in molendinis, ſeu furnis ſuis.*

62 *Communitas inferior an poſſit cogere ciues ad molendum in ſuis molendinis.*

63 *Communitas vendens ius exigendi gabellas, an teneatur ex venditionibus ſoluere gabellam.*

64 *Fiſcus regius non debet gabellam ex venditione.*

65 *Gabellam non debere ex venditione dominos temporales credit minus bene Laſartes.*

66 *Domini temporales gabellas imponendo in quas pœnas incidant.*

67 *Pedagia, & gabellas imponentes, & augentes, non vero alia onera, non incidunt in cenſuras.*

68 *Collectas, & Taleas imponentes non incurrunt cenſuras.*

55. QVid de iure exigendi gabellas an competat dominis oppidorum? Cabed. 2. *part. deciſion.* 44. *num.* 10. negat eos poſſe noua vectigalia imponere, per text. *in l.* 1. *C. vectigal. nou. impon. non poſſe*; & conſtat ex lege Luſitan. *lib.* 2. *ordin. tit.* 45. *num.* 34. vbi expreſsè prohibetur, & rurſus *tit.* 49. per text. ibi, *lançar pedidos, peitas, empreſtimos, pertençe ſomente ao Rei.* Probatur ex l. 1. ibi, *inconſultis principibus, C. vectigal. nou.* Vnde aperte liquet non poſſe imponi à [illegible] inferioribus. Sequitur Molin. *de iuſtit.* [illegible] *diſp.* 666. Auendan. *de exequen. mandat.* [illegible] *cap.* 14. *num.* 1. & Farin. *in praxi, crimin.* [illegible], *quæſt.* 192. *num.* 69. & 70. Poteſt tamen [illegible] ceps concedere his dominis ius exigendi [illegible], titulo donationis, vel cauſa remune[illegible] poterunt tamen hoc ius alienare, [illegible] abſque licentia concedentis. Bartol. [illegible] tamen *in l. diem in fin. num.* 1. *ff. de aqua pluu. arc.* [illegible] ed reſolutio eſt firma: Ita Grond. *de gabell.* [illegible] 2. *num.* 61. *cum ſeqq.* Bertach. *de gabell.* 1. *part. q.* 14. *num.* 39. *& ſeqq.*

Quod ſi princeps concedat ciuitatem, vel caſtrum coronæ regiæ, vel vendat ex cauſa iuſta domino temporali, niſi ius exigendi vectigalia in conceſſione exprimatur, cenſetur illud ius exceptum. Couar. plures referens *in cap. quamuis pactum* 2. *part.* §. 2. *ſub num.* 4. *de pact. in* 6. *verſ. ſic etiam*, vbi de noſtro caſu. Socin. *conſ.* [illegible] *vol.* [illegible], quando verò conceſſum fuerit hoc ius alicui domino pro ſe, vel quocumque voluerit illud concedere, vel pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque poterit dominus illud vendere, irrequiſito principe, teſte Bertach. *d. quæſt.* 14. *à num.* 40. Non tamen poteſt illud relinquere filio non hæredi, nec filiæ excluſæ, per legem, à ſucceſſione, cùm non ſit conceſſum pro filiis, ſed pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque. Bertach. *vbi ſupra*, poſt Feder. de Senis *conſ.* 139.

Cæterùm ſi domini vaſſallorum non habeant titulum legitimum percipiendi vectigalia, non præſcribent illud ius, etſi habeant immemorialem poſſeſſionem. Conſtat ex *l.* 2. *tit.* 15. *de las preſcripciones, lib.* 4. *noua collect. Caſtellæ*, vbi damnatur conſuetudo immemorialis per hæc verba, ibi. *Por ſer como es [illegible] la coſtumbre immemorial.* Quare domini in eo regno coacti ſunt exhibere titulum. Qui verò illum non exhibuerint, damnati ſunt, ita Azebed. *in d. l.* 2 *in princip.* & Auendan. *lib.* 1. *cap.* 1 *prætor. à num.* 29. & Parlador. *lib.* 2 *rerum quotidian. cap.* 3 *num.* 15. Confirmatur ex *l.* 1. *in fin. tit.* 15. *lib.* 4. *noua collect. Regia*, his verbis, *y aſſi miſmo lo que la leys dizen que las coſas del Rei no ſe puedan ganar por tiempo*, hoc eſt immemoriali, neque alio, *ſe entienda de los pechos, y tributos a nos debidos.* Per quę verba præſcriptio immemorialis cenſetur interrupta contra gabellas, ſeu alcaualas, & cætera tributa, (quæ regi debentur apud Hiſpanos in ſignum vniuerſalis recognitionis dominij) nempe monetam, vulgo forꝺam, nuncupatam. Quæ de ſeptennio in ſeptennium Regi ſolet pendi, & gabellas, ſeu clauſulas, quæ expreſsè in *d. l.* 2. *tit.* 15. *lib.* 4. continentur, contra quæ nulla præſcriptio vim habet, Couar. *in regul. poſſeſſor*, 2. *part.* §. 2. *ſub num.* 7. *verſ. ſecunda rerum ſpecies, de regul. iur. in* 6. iuxta Bald. *annotat. C. de præſcriptione* 30. *vel* 40. *annorum*, Balb. *de præſcriptionib.* 2. *part. quæſt.* 1. & Abbas *de præſcriptionib. in cap. cum nobis, & in cap. ad audient. eod. tit.* Vnde tributa, & cenſus, quæ principi debentur in ſignum, & recognitionem ſupremæ poteſtatis, ac ſubiectionis, præſcribi non poſſunt.

Infertur ex dictis tributa quædam apud Hiſpanos nuncupata *Portaſgos, peagos, rodas, & caſtellerias*, in eo regno præſcribi poſſe à dominis inferioribus tempore immemoriali. Quia non ſolent pendi Regi in ſignum ſupremæ poteſtatis, ac recognitionis. Ita Azebod. *in l.* 1. *tit.* 11 *lib.* 6. *noua collect. regia*, per text. *ibi* & *in l.* 19. *tit.* 6. *lib.* 4. *eiuſdem noua collection. regia*, ibi, *Portazgos, & almoxarifazgos, y eſtancos.* Quod idem cenſeo de pedagiis per *d. l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 6. *noua collect.* nempe poſſe præſcribi tempore immemoriali, quidquid minus bene contradicat Azeb. *in d. l.* 1. *tit.* 15. *num.* 41. Cùm ſecundùm eandem legem primam *tit.* 11. pedagia tempore immemoriali acquiri poſſunt, vt expreſsè deciditur *in c. ſuper quibuſdam*, §. *præterea, de verbor. ſignificat.* 57.

Multo fortiùs dicendum eſt poſſe hoc ius præſcribi per vnum donatarium aduerſus alium, cap. *de præſcriptionib. lib.* 6. Hoſti. *in cap.* 1. §. *præterea Ducatus, num.* 116. *de prohibit. feud. alien.* per Feder. Quod procedit etiam quando iura regalia aduerſus regem non præſcribuntur, atque ita fuiſſe iudicatum contra Ducem de Aueiro anno Domini 1572. refert Cabed. 2. *part. deciſ.* 65 *num.* 10. 58.

Apud

Apud Luſitanos tamen tributa, & cenſus, quæ Regi debentur in ſignum ſupremæ dignitatis, nullo tempore, etiam immemoriali præſcribuntur. Ita Bald. *in cap. cum nobis de præſcriptionib.* Balb. *eod. tit. 2. part. quæſt. 1.* & habetur expreſsè in noſtra ordinatione *lib. 2. tit. 45. §. 56.* vbi declarat conſuetudinem, & poſſeſſionem recipiendi tributa, ac cenſus vltra contenta in foralibus, & ſententiis eſſe nullius momenti, ibi. *Por quanto havemos por danado tal coſtume, & poſſe poſto que ſeia immemorial.* Sequitur Cabed. 2. *part. deciſ. 66. num. 2.*

59. Sed quid de præſtationib. factis à vaſallis, dominis inferioribus, de licentia ſupremi principis, ex aliqua cauſa? Reſpondeo ſufficere decem annos, vt titulus præſumatur, & vaſſalli obligentur in futurum ad ſoluendum præſtationes, Bald. *in l. ſi certis annis, num. 8. C. de pact.* Mench. *de controuerſ. illuſtr. lib. 2. cap. 84. num. 16.* & priùs *num. 2* vbi vult non poſſe ſe defendere vaſſallos a dominis oppidorum in diuinis exactionibus, ſi titulum domini allegent. Eiuſdem ſententiæ eſt Couar. *in regul. poſſeſſ. 2. part. §. 4. num. 2.* plures referens, & Burgoſ. de Paz *conſ. 15. num. 10.* Ceſſabit tamen obligatio ſoluendi, ceſſante cauſa, *cap. cum ceſſante, de appellationib.* cum ſit præſtatio huiuſmodi reſpectiua, ideo dum cauſa ſubeſt, à vaſſallo præſtatio ſoluetur, *l. numerum, §. præterea habens quadam, de muner. & honor.* & Auendan. 2. *part. cap. 4. num. 19.*

Quando verò præſtatio fuerit iniuſta, vel ſine cauſa iuſta impoſita in iis, quæ non debentur dominis oppidorum à vaſſallis; poſſunt de facto non obedire, imò reſiſtere. Ita Auendan *d. 2. part. cap. 4. num. 28.* ſi nolunt ad principem recurrere, vt eos liberet ab iniuſta violentia eis à domino illata. Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rubr. 1. §. 4. num. 15* An verò poſſint domini oppidorum hanc iniuſtam exactionem contra vaſſallos præſcriptione longiſſima ſibi acquirere? Bald. *in l. male agitur, C. de præſcriptionib. 30 vel 40. annorum,* Bart. *in l. ſolent, §. in fine, de officio proconſul. & legat.* Balb. *in tract. de præſcription. in prima particula tertia partis principalis, quæſt. 10. num. 34. & in quarta particula quarta partis principalis, q. 9. & quæſt. 11. num. 3.* Couar. *in regul. poſſeſſ. part. 2. §. 4. num. 3. & 5.* Maſcard. *de probation. lib. 3. concluſ. 1372. num. 113.* affirmat ad præſcribendam huiuſmodi exactionem ſufficere tempus 30. vel 40. annorum, etiam ratione futuri temporis, nec eſſe neceſſarium titulum in præſcriptione, horum annorum, vnde ſi quis ſeruiit domino oppidi, tanquam eius vaſſallus per tempus 30. vel 40. annorum tenebitur in futurum. Quin potiùs ſi dominus probet præſtationes factas à vaſſallis, operas, & ſeruitia recepta per tempus decem annorum, & alleget titulum, credit Alex. *conſ. 124. lib. 4. num. 1. & 2.* poſſe compelli vaſſallos ad præſtandum dominis oppidorum, ea ſeruitia, quæ longo tempore præſtiterunt, quorum ſententia videtur probabilis.

60. Probabilior eſt ſententia negans contra vaſſallos ſeruitia inſolita, & exorbitantia per id tempus longiſſimum à dominis poſſe præſcribi. Ratio, quia eſt manifeſta præſumptio, ac vehemens coniectura contra dominos pro ſubditorum exemptione, ac libertate. Ergo præſcriptio longiſſimi temporis, ſine titulo non tuebitur dominos contra vaſſallos. Sic Meneſius *in l. ſi aquam, C. de ſeruitut. num. 37.* Monzab. *l. 2. tit. 12. lib. 2. fori,* gloſſ. *O forçada.* Couar. *in d. regul. poſſeſſor, d. §. 4. num. 5. verſ. quæ quidem reſolutio, quoad dominos.* Cum igitur ſit vehemens præſumptio violentiæ contra vaſſallos huiuſmodi ſeruitia, & præſtationes, ac tributa per metum dominorum ac potentiorum fuiſſe extorta ab eiſdem; ſequitur non poſſe currere contra eos præſcriptionem ex *cap. nullus, 1. quæſt. 1. & cap. quia cognouimus 1. q. 3.* Faber. *§. æquè ſi agat de actionibus, num. 24. verſ. illud nota,* vbi vult præſumi violentiam, quando potens aliquid exercet contra non potentem, & imparem. Sequitur Alex. *in d. conſ. 124. lib. 4. n. 1. in addition.* Pariſ. Moder. *in conſuet. Pariſ. tit. 2. §. 53. num. 16.* dicens male conſuluiſſe Alexand. pro dominis vaſſallorum; eo quia, ſi non conſtat de iuſto titulo, præſumitur violentia dominorum, atque extortio. Idem tradunt Auilea *in cap. 14. prætor gloſſ. 1. num 26.* & Gregor. *l. 6. tit. 25. part. 4. depen los ſeruir, col. 1. ad medium, litera G. verſ. neque in iſtorum* [illegible]; vbi concludit dominos contra vaſſallos non iuuari conſuetudine, quæ præſumitur introducta per violentiam, & vaſſalli potiùs præſtant ex timore, quàm ex debito. Neque obſtat, quòd aliquando taceant vaſſalli, nec interrumpant expreſſe. Quia qui tacet, non affirmat, quando reclamare non poteſt, ſine diſcrimine. & ſatis eſt tacita murmuratio vaſſallorum, ad interrumpendam præſcriptionem apud Regem Lege Gregor. *ibi.*

Quid ſi domini temporales probent immemorialem poſſeſſionem exigendi ſeruitia, & exactiones, à ſubditis, non probato titulo? Verum putat Couar. *in d. regul. poſſeſſ. part. 2. §. 4. num. 4.* & Luc de Pen. *in l. hac lex, col. 2. C. de aqua duct. lib. 11.* per tempus immemoriale acquiri iuſtum titulum, cum certum ſit, quæ non poſſunt acquiri abſque titulo per tempus, immemoriali præſcriptione comparari, *cap. 1. de præſcript. in 6.* Garcia *de expenſ. cap. 9. num. 23.* Nihilominus Gregor. Lop. *in d. l. 6. tit. 25. part. 4.* opinatur in gloſſ. magna ibi.; quod ſi domini terrarum ſe tempore immemoriali defendentes, non exhibeant in articulis, ac probent vaſſallos ſine vlla vi ſeruitia, & exactiones præſtitiſſe à tempore immemoriali, non poſſint euadere victores. Quia in dubio præſumendum eſt pro ſubditis contra dominos, quod per vim ſeruitia præſtitiſſent, præſertim ſi domini pro ſe habentes poſſeſſionem immemorialem fateantur ſe, maioreſque ſuos nunquam habuiſſe titulum, ſed præſcriptione immemoriali vſos duntaxat fuiſſe. Nam tunc quanto per tempus longius exigerent illa ſeruitia, tanto grauiore culpa obſtricti eſſent, neque dominis faueret præſumptio iuris, & de iure; eo quòd confeſſio partis in contrarium præſumptionem dilueret, Gloſſ. *in authen. ſed iam neceſſe, C. de donation. ante nuptias*; eiuſdem factionis eſt Meneſ. *in d. l. ſi aquam, C. de ſeruitut. num. 38.* vbi vult ex ſola præſcriptione immemoriali non eſſe pro dominis contra ſubditos pronunciandum, niſi titulus, & aliqua vmbra illius probetur. Eo quòd violentiæ, ac metus præſumptio contra dominos ingruit, ex Innoc. & Hoſtienſ. *in cap. quod latenter, de verbor. ſignif.* Quæ ſententia non omnino diſplicet, ſed prior magis placet, & eſt de mente *l. 8. tit. 15. lib. 4. recopil.* ibi, *prouaren la immemorial coſtumbre por la manera, y con las qualidades, y circunſtancias, que por derecho, y leys deſtos Reynos ſe deue prouar, ſea auida en lugar de titulo baſtante.* Coadiuuat lex *2. tit. 3. lib. 6. recop. ibi.*

*ibi. Ley ſea guardado el vſo, y coſtumbre, que ouieſſen en eſta razon de tanto tiempo aca, que memoria de hombres no ſea en contrario.*

Sed his legibus reſponſio non deeſt, nempe eas eſſe intelligendas, quando conſuetudo exigendi proceſſit bona fide, & poſſeſſio non eſt iniuſta, ac violenta, tunc enim habet locum prior opinio, quando ſolutio ſine vi, ac grauamine tot annis reiterata omnem penitus præſumptionem violentiæ, & coactionis excludit. Nec præſumitur poſt hanc præſcriptionem immemorialem, violentiam inferri à dominis, ſi ad præſtanda ſeruitia ſubditi rebelles iudicialiter compellantur, quamuis ea de re in iudicio inſtrumenta confecta exhibeantur. Quia non eſt violentia exigere in iudicio, quod mihi debetur, *l. extat, ff. de eo quod metus cauſa.* Imò qui dixit in iudicio ſe violentiam perpeti, cogitur probare, quia non præſumitur. Dec. *in cap. fin. num. 1. verſ. & ſubijcit hic, de appellat.* & Boër. *deciſ. 125. num. 5. verſ. vnde hoc*, poſt Bart. *in l. de pupil. §. ſi quis ipſi prætori, num. 14. de oper. nou. nunciat.* His addo etiam ſufficere contra ſubditos ad acquirenda ſeruitia, & exactiones quadragenariam conſuetudinem cum titulo, & bona fide. Nam etiamſi non ſufficiat titulus per ſe, attamen titulus cum poſſeſſione 40. annorum, & bona fide, habet eandem virtutem, quam præſcriptio immemorialis, iuxta deciſionem text. *in cap. 1. de præſcriptionib. in 6.* & caput *cum perſonæ, §. quod ſi tales, de priuileg. in 6.* Balb. *de præſcriptionib. 2. particula tertia part. quæſt. 6. n. 11.* Matienz. *l. 1. tit. 10. lib. 5. recopil.* gloſſ. 19 *num. 4. & 5.* Burgoſ. de Paz *conſ. 33. n. 26.* Decian. *conſ. 24. num. 119. lib. 1.* Auendan. *de exequen. mand. 1. p. cap. 1. num. 21. verſ. imo vltra.* Couar. *lib. 1. var. cap. 17. num. 7.* & clarius *in regul. poſſeſſ. 2. part. §. 2. num. 8. verſ. nec minorus, & in §. 4. num. 5. verſ. quibus duo.*

61. Venit etiam in dubium hoc loco, an poſſint cogi ſubditi, à dominis oppidorum, vt ad eorum molendina accedant ad frumentum molendum, & ad furnos ad panes coquendos, ſoluto ſtipendio conſueto? Couar. *d. 2 part. §. 4. num. 6.* abſolutè negat poſſe dominos id facere, niſi legitimè probetur hac in re præſcriptio immemorialis, ex eo fundamento, quia ex talibus actibus voluntariis, non quæritur poſſeſſio, *l. Proculus, ff. de damno infecto.* Boër. *deciſ. 125. num. 5.* Cæpol. *in tract. de ſeruit. vrb. prædior.* Roland. *conſ. 22. n. 21. vol. 2. & conſ. 52. num. 31. vol. 3. & conſ. 80. n. 38. & 3 ... ead. vol.* Sicut amicus ex mera facultate hoſpitatus apud amicum per longiſſimum tempus non acquirit ius in futurum, Crauet. *de antiquit. temper. in 4. part. in ſect. materia iſta, num. 98. & 99.*

Vnde aliqui inferunt nullimè poſſe acquiri per immemorialem præſcriptionem, ea quæ procedunt ex mera voluntate, ſeu à iure familiaritatis, ... ſpecie docent Innoc. *in cap. cum Eccleſia ... de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Panorm. *in cap. ſignificaſti, de appellat.* Bart. & Alex. *in l. qui iure familiaritatis*, per text. *ibi, ff. de acquir. poſſeſſ.* & eſt communis. Poſſunt tamen domini ius acquirere, ſi prohibeant ſubditos, ne ad alia molendina, ſeu furnos accedant, & prohibiti per longiſſimum tempus ad præſcriptionem complendam ſufficiens prohibitioni acquieuiſſent. Tunc acquiritur ius prohibendi, ne in futurum aliò diuertant ſubditi ad coquendum, & molendum. Ita Abbas *in d. cap. ſignificanti, de appellat. & in cap. fin. de reſtit. ſpoliat.* Gloſſ. *in cap. Abbate ſancti Syluani, de verbor. ſignificat.* Ampliat etiam, quando prohibitio facta ſit extraiudicialiter, & ſubditi acquieſcant pro bono pacis, & deinceps ad molendina, & furnos dominorum accedant ad molendum, & coquendum, Balb. *vbi ſupra in quarta particula quinta partis principalis, in 5. quæſt. col. 2. verſ. hanc concluſionem limita*, vbi ait hanc eſſe communem opinionem.

Alij alia incedentes via exiſtimant, ſi probetur vſus temporis immemorialis, non opus eſſe, quòd ſubditi, quibus facta fuit prohibitio, ne ad alia molendina pergerent ad molendum, ad domini molendina acceſſerint. Quod probat Couar. ſi pariter vltra immemoriale tempus, probetur interdictum ſubditis fuiſſe ſemel, & rurſus, atque iterum in ipſius temporis tractu, quamuis non probetur prohibitio tam antiqua, vt ipſa immemorialis, quaſi poſſeſſio ab ea prohibitione ortum habuerit. hæc ille, *d. 2. part. regul. poſſeſſor, §. 4. num. 6. verſ. Ego ſanè.*

Non tamen ex hoc inferas poſſe dominos inferiores habentes iuriſdictionem cogere ſubditos, iure communi, vel per ſtatutum proprium, aut populi, vt ad furnos ſeu ad molendina propria, & non ad alia frumentum, ſeu panem deducant. Quia vnuſquiſque poteſt pro libito de iure communi diſponere de re ſua, *l. in re mandata, C. mandati*, eſtque contra ius naturale, & contra ius commune, cogere ſubditos habentes liberum arbitrium, quod non poteſt coarctari, *l. ludum, C. de contrahend. emption.* vbi excluditur conſuetudo; quod cogatur vicinus vendere vicino bona ſua. Ita Socinus *in conſ. 172. col. 3. verſ. quartò*, quem ſequitur Brun. *conſ. 56. col. 1.* Ergo domini inferiores non poſſunt impedire ſubditos, ne aliò deferant frumentum ad molendum, cùm hoc cedat in graue præiudicium ſubditorum, quibus licitum eſt aliò diuertere. Ita Ripa *lib. 1. reſponſor. cap. 11.* Boer. *deciſ. 125.* Ancharran. *in cap. canonum ſtatuta, de conſtit. quæſt. 12.* Baptiſt. de Sancto Seuerino *in l. omnes populi, ff. de iuſtit. & iure, col. 36.* præſertim, quia hæc prohibitio, ſeu ſtatutum dominorum fundatur in radice cupiditatis, & vtilitatis propriæ, atque fieri non poteſt ordinario prohibitoria, quæ deuiat à vero, & iuſto, & reſpicit patrimonium eorum, nec valet per text. *in l. ambitioſa, ff. de decreto ab Ordinario faciendo.*

Quæſtionis eſt, an communitas aliqua ſuperiorem recognoſcens poſſit condere ſtatutum, per quod directè, vel indirectè, cogat conciues ire ad molendina ipſius communitatis, non verò ad particularia, propter vtilitatem ipſius Reipublicæ? 62. Videntur affirmare Iacob. *in tract. de feud. verb. & cum molendis, quæſt. 1.* Aymon. *4. part. de antiquit. tempor. cap. circa præmiſſa, num. 3. & 4.* quos ſequitur Rol. *conſ. 22. num. 5. vol. 2.* poſt Boer. *in d. cap. in deciſ. 125.* vbi dicunt valere ſtatutum, quando tendit in publicam neceſſitatem.

Placet tamen affirmare nihil valere tale ſtatutum, niſi fiat auctoritate ſupremi principis, cauſa cognita, & neceſſitate probata. Quia cùm fiat in præiudicium grande ſubditorum, & damnum libertatis, quæ iure communi cuique conceditur, nullo modo tale ſtatutum ſuſtineri poteſt, *cap. cum omnes, de conſtit.* nec debet Reſpublica propriis vtilitatibus inhiando in præiudicium particulare condere ſtatutum. Ita in ſpecie Anchar. *conſ. 398.* quem ſequitur Socin. *conſ. 172. col. 4.* vbi

probans

probant ſtatutum communitatis cogens ſobditos deferre frumentum ad molendina eiuſdem, relictis particularibus molendinis, non valere, maxime quando obligat ſub certa pœna. Quibus accedit Ripa *in reſponſ.* 11. & Couar. *d.* §.4. *num.*7. vbi addit nullo modo eſſe admittendum; neque iuſtam eſſe rationem condendi illud, quod lucrum inde acquirẽdum, ſit conuertendum in vtilitatem publicam, cum reſpublica de publico publicis oneribus debeat ſubuenire · ſubditque dato, & non conceſſo, quòd validum ſit ſtatutum in præiudicium laicorum, nullo modo poſſe ſubſiſtere in præiudicium Eccleſiarum, quoad earum molendina. Ripa *lib.*1.*reſponſor. cap.*11. Baptiſt. *in d l. omnes populi, col.*36. Facit deciſ. *cap. vlt. de Immunit. Eccleſ.* vbi feriuntur excommunicatione laici interdicentes ſubditis ne contrahant cum perſonis Eccleſiaſticis, eò quod cum auferant ab Eccleſia, ſeu perſonis Eccleſiaſticis ea, quæ de iure communi omnibus liberè conceduntur, cenſetur conſtitutio libertati Eccleſiaſticæ aduerſari. Ita Rochus *in cap. vlt. de conſuet. col.*2 *fol. mihi* 47. & Felinus *num.*29. *in cap. Eccleſia, de conſtitut.* & alij.

63. Quæro etiam, an communitas habens facultatem exigendi gabellas ab ementibus, ſeu vendentibus certum genus mercium, ſi locet ius exigendi, an teneatur ſi poſtea emat, aut vendat merces illas ſoluere gabellam conductoribus: Negat Bernard. Diaz de Lugo *in regul.* 307. & eius additionator Salzed. Quia communitas non locauit ius immunitatis, quod habet, nec ius exigendi contra ſe, quod ſequitur Afflict. *deciſ.*319.*n.*8. Bald. *in l. ſi emptor, C. de hered. vel act. vend.* & Bart. *in l. licitatio, §. fiſcus ff. de public.* argumento de defendendo, quod non intelligitur contra ſe ipſum, vt dicit Bald *in cap. omnes.* Hic finitur *l. Corr.* & habetur *in l. frater a fratre, ff. de condition. indebit.* quem ſequitur Afflict. *d. deciſ. n.*9. quam partem negatiuam ſequitur etiam Girond. *de gabell.* 2. *part.* 6.2. *num.*34. Boer. *deciſ.*213. *n.*1. & 2. vocat veriorem. Confirmaturque quia lex, vel fiſcus gabellis locatis, non ſolent conductoribus vendendo vectigal pendere, *ex l. licitatio, §. fiſcus ff. de public. & vectig. & ex l.*3. *tit* 18 *lib.*9. *ordinand.* vbi cauetur fiſcum, vel Regem eſſe immunem à præſtatione vectigalium.

His tamen non obſtantibus dicendum eſt communitatem locantem gabellas, ſi ſe non exceperit à contractu ab illarum exemptione, teneri poſtea conductoribus gabellam ſoluere ex venditione. Quod etiam amplia ad magnates, ſeu dominos terrarum, ſi ſibi non caueant; dum vectigalia locant, & declarant conductoribus, ſe non eſſe ea ſoluturos. Ita Bart. ſibi contrarius *in l.*1. *C. de nauicul. lib.*11. Parlador. *lib.*1. *rer. quotidian. cap.*3. §.1. *num.*33. Probatur ex *l. in contrahend. emption. ff. de regul. iur.* vbi dicitur in contrahenda emptione ambiguam conuentionem contra venditionem eſſe interpretandam. Iuuat expreſſè *l. veteribus, ff. de pact.* vbi deciditur conuentionem obſcuram, & ancipitem, tam venditori, quàm locatori, in quorum poteſtate fuit clarius contrahere, præiudicare. Quare cùm communitas, vel domini terrarum in locandis gabellis, ſe non exceperint, ac cauerint, non eſt negandum teneri conductoribus vectigal ſoluere, cum fiſcum non habeant. Teſte D. Simanc. *de inſtitut. catholic. tit.*9. *num.*128. & Parlad. *vbi ſuprà, n.*37. vbi addit idem eſſe iudicandum de publicano maiori alteri minori vectigalia locante, & de clerico, qui locauit ſui beneficij fructus alteri, teneri ſoluere conductori decimam. Quia vectigal, ſeu decima niſi excipiatur, debetur & tam venditor, quàm locator de euictione emptori, vel conductori tenetur: vt conſtat ex *tit. de contrahend. empt. & locato, & conducto.*

64. Excipitur fiſcus Regius, qui in quacumque regni parte, ſiue in proprio, ſiue in alieno, hoc eſt alicuius domini particularis gabellam non debet. Quia ius iſtud Regibus debetur à ſubditis, non verò ab ipſiſmet Regibus, ne ſibi ipſi, aut alijs aliquo modo ſint vectigales, aut tributarij. Eſſet enim abſurdum ſubdi Reges illis iuribus, quæ propter Reges fuerunt inuenta, argumento text. *in l. in pecudum, ff. de vſufructu*, Laſſarte *de decima vendition. cap.*19. *num.*8. Vnde deducitur minus bene dixiſſe Parlad. *d.* §.1. *num.*31. *& ſequenti.* Regem ex priuilegio eſſe immunem, & malè dixiſſe Petr. Loper. da ayala *in Chronica Regis Petri anno ſecundo ſui Regni, cap.*18. gabellam debere Regem ipſum Idem Laſſart *vbi ſupra, num* 8. ex diſpoſitione *l. verum, ff. de vſufructu* in qua fundatur *l.*3. *tit.*18 *lib.*9. *recopil.* non verò in aliqua fiſci vtilitate, ſeu priuilegio, ratione cuius principes inferiores eximuntur, non verò fiſcus regius.

65. Vnde non placet Laſſartem æquiparare magnates habentes in ſuo territorio gabellas fiſco regio, dicentem *d. cap.*18. *de decima venditionis, num.*94 illos, quamuis non caueant de ſolutione gabellæ cum conductoribus non debere gabellam, ſi poſtea vendant Eo quia, eo ipſo cenſentur liberari à gabella ſoluenda, cùm in ſuo territorio iuris illius domini ſint pro ſe, non verò contra ſe. Quod non eſt dicendum, nec intelligendum, niſi ſit verus dominus illius iuris iure proprietatis, per text. *in cap. ſuper quibuſdam, de verbor. ſignif.* & in hoc ſenſu videtur loqui Bald *in l. emptor, C. de hered. vel act. vend.* Bart. Bernard. Diaz *vbi ſupra*, ſcripſi, cum deobligant dominos abſque cautela locantes gabellas conductoribus a ſolutione earum; ideo niſi conſtet ex donationibus a Rege factis dominos inferiores habere eas iure proprietatis, eſſeque veros dominos, non ſolùm vtiles, ſed directos, quoad eas, dum eas locant, tenentur ſoluere eas conductoribus ex venditione, ſi non caueant ſibi, aut excipiant. Quod etiam accipe, pro quocumque alio, qui non ſit verus dominus illius iuris ſiue ſit communitas, ſiue non, recognoſcens tamen ſuperiorem, quæ eſt opinio Parl. & Bart. *d conſ* 226. & Gutier. *lib.*7. *pract. quæſt.*81, *num.*6. *vſque ad* 10. per plures ibi relatos.

66. Rogabis forte in quas pœnas incidant domini temporales, imponendo nouas gabellas, vel augendo veteres, abſque legitima facultate Suar. *de cenſur. reſeruatis in Bulla Cœnæ Domini tom.*5. *diſp.*21 *ſect.*2. *num* 35. ait incurrere in excommunicationem Bullæ Cœnæ imponentes in terris ſuis noua tributa, præterquam in caſibus ſibi à iure priuilegio ſpeciali Sedis Apoſtolicæ permiſſis. Idem tradit Capua *lib.*2. *deciſ. cap.*25. *num.*12. addens in eandem cenſuram incidere confeſſarios, ſi contra dictam Bullam abſoluere præſumant, & Syluest. *verb. gabella* 3. *num.* 7. Tolet. *in ſumm. lib.*5. *cap.*37. & alij communiter. Dubium tamen eſt an eadem cenſura ligentur domini augentes tributa iam impoſita? Verius eſſe non ligari augentes vetera pedagia, ſeu gabellas, tenent

Roſell.

Roſell. & Armil. quos refert idem Tolet. *vbi ſupra*. Quia non ſit mentio in bulla, niſi de imponentibus noua, non verò de augentibus vetera vectigalia. Capua vero *vbi ſupra*, & ipſe Tolet. §.3. *dub.* 3. credit, & forte melius, ligari augentes, quia in recentioribus bullis additum eſt, *vel augent ea pedagia, ſeu augeri prohibita exigunt*, quam partem amplectuntur Sylueſt. *verb. excommunicatio ſeptima, n.* 54. *excomm.* 19. & Tabien. *in verb. pedagia, n.* 7. §.6. Sebaſtian. Medices *in ſum. de peccat. capitalib. tit.* 9. *q.* 78. *n.* 86. Quorum ſententiam ſequitur tanquam multo veriorem, & ſine dubio aliquo Sayr. *de cenſur.* cui adhæreo, *lib.* 9. *c.* 9. *n.* 3. ex eo fundamento, quia tam iniuſtum eſt noua pedagia ſine facultate imponere, quàm vetera augere, cum vtroque modo ſubditorum pecunia, & bona à dominis iniuſtè exhauriantur, & augmentum gabellæ fieri non poteſt, ſine noua impoſitione, & illud, quod additur nouum tributum dici poſſe, meminit Suar. *d. ſect.* 2. poſt Nauar. Syluest. & alios, *n.* 42.

67. Iuxta tamen verba, quæ continentur in Bulla Cœnæ, non videtur incurrere cenſuram Bullæ, niſi qui pedagia, ſeu gabellam nouam imponit, vel auget. Quia his duabus vocibus bulla vtitur. Nam pedagium eſt tributum ſpeciale, quod ſoluitur à tranſeuntibus per certa loca à principe ſtatuta, vel ab eo auctoritatem habente; ex gloſſ. *in cap. ſuper quibuſdam, verb. pedagia, de verb. ſignif.* Syluest. *verb. gabella, n.* 3. *verſ. quarto*. Tolet. *vbi proximè*, §.3. *dub.* 1. impropriè tamen ſumitur pro quocumque tributo, quod penditur pro tranſitu viarum, aut pro mercibus inuectis; applicarique ſolet fabricæ pontium aut nauium. Gabella verò propriè accipitur pro quocumque tributo impoſito pro tranſitu viarum, aut pro mercibus inuectis, quæ in ciuitate emuntur, & venduntur. Sayr. *d. cap.* 9. *num.* 4. Tolet. *num.* 10. largè verò nomine gabellæ comprehenduntur quodlibet tributi genus, & omnes exactiones publicæ. Suar. *in eod. loco n.* 41. & Gutier. *de gabellis, quæſt.* 1. *num.* 12. poſt plures, quos ibi referens ſequitur.

68. Vnde infert Caiet. *in ſum. verb. excommunicatio, cap.* 71. imponentes nouas collectas, ſeu taxas, & alia onera, quæ non ſint propriè pedagia, nec gabellæ, non incurrere excommunicationem quintam Bullæ Cœnæ. Sequitur Sayr. *num.* 10 ex ea ratione, quia pœnæ non debent extendi vltra proprios caſus, argumento capitis, *odia. de reg. iur. in* 6. Accedit diuerſa eſſe pedagium, & gabellas, à taliis, præſtatoriis, collectis, taxis, & impoſitionibus, teſte Panorm. *in cap. innouamus, de cenſib.* Syluest. *in verb. gabella*, & Hoſtienſ. *lib.* 3. *tit. de cenſib.* §. *ex quibus cauſis*. Alij putant probabilius incurrere in hanc cenſuram imponentes cætera alia onera, aut augentes, & exigentes de nouo, vltra pedagia, vel gabellas, Suar. *vbi ſuprà*, & alij apud Sayr. *num.* 10. *in princip.* Quia quamuis nomine pedagij, ſeu gabellæ, certa ſpecies [illegible] ſignificetur; ex vſu tamen ad quodlibet tributi [illegible] nus generaliter extenditur. Concordat Capua [illegible] *explicatione Bullæ Cœnæ, cap.* 18. *lib.* 4. *fol.* 41 *num.* 79. *verſ. pedagia*; vbi per pedagia, & gabellas ait intelligi etiam portoria, & alia vectigalia ex mente legiſlatoris ex identitate rationis, & latitudine vulgari ſignificationis eorum. Nec obſtat, quòd ſit lex pœnalis, quia debet extendi, quando per extenſionem pericula animarum euitantur, homineſque à contractibus illicitis gabellarum compeſcuntur. Sic ille, quem lege, vbi pro ſe adducit Abbatem *in c. ex tenore, qui filij ſint legitimi, num.* 5. *&* 6. Ego autem cenſeo abſolutè in hoc caſu non incurri excommunicationem, & dixi 2. p. in *Bul. Cœnæ, diſp.* 3. §. 5. *n.* 122.

# DISPVTATIO VIII.

## *De gabellis.*

### §. I.

### *Ad quos ſpectet imponere vectigalia, & gabellas, & quibus de cauſis licitè poſſint imponi?*

EPITOME.

1. & 2 *Imponere gabellas ad Principem pertinet, & qui veniant nomine principis.*
3 *Dux Florentiæ, & alij ſimiles ex cauſa iuſta, poſſunt vectigalia noua imponere, & communitates.*
4 *Pœna impoſita ab officialibus iuſtitiæ, non applicantur ad eorum arbitrium.*
5 *Camerarij officiales aliquando ex ſuo regimine poſſunt populum collectare.*
6 *Collecta de iure Luſitano, non poſſunt imponi niſi de Regis licentia.*
7 *Ius collectandi apud Hiſpanos limitatum tamen conceditur communitatibus.*
8. & 9 *Tributa vt ſint iuſta, quot requirantur.*
10. & 11 *Tributum vt ſit iuſtum, non debet pauperes plus grauare, quàm diuites.*
12 *Tributa ſunt iniuſta, ſi imponantur ad expenſas inutiles, ſeu particulares.*
13 *Collectandi conſuetudo æquè pauperes, ac diuites tanquam corruptela eſt reijcienda.*
14 *Vectigalia noua imponere, & vetera augere abſque cauſa iuſta, eſt mortale cum onere reſtituendi.*
15 *Tributa immoderata, vltra id, quod cauſa petit, ſapiunt tyrannidem, nec debentur quoad exceſſum, nec cauſa ceſſante.*
16 *Princeps exhauriens patrimonium, an poſſit tributa imponere, vt ſibi ſubueniat.*
17 *Vectigalia an ſint odioſa, aut fauorabilia.*

INDVBIALE eſt vectigalia, & gabellas imponere, principi non recognoſcenti ſuperiorem competere, eo quod vectigalia inter regalia recenſentur, *cap.* 1. *quæ ſint regalia, verſ. vectigalia*, nec de hoc poteſt eſſe quæſtio, cùm ſit certum, dummodo neceſſaria interueniant. Molin. *tract.* 2. *diſp.* 666 *in princip.* Menoch. *conſ.* 302. *num.* 1. *verſ.* 1. Boſſ. *in pract. tit. vectigalia qui paſſint imponere, & tit. de principe, num.* 95. Thuſc. *litera V, concluſ.* 32. Salon 2. 2. *tom.* 2. *quæſt. de vectigalib. art.* 3. *controuerſ.* 1. Cabed. 2. *part. deciſ.* 49. *num.* 4 Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 33. *dub.* 2. *num.* 9. Colligitur ex cap. *ſuper quibuſdam*, §. *præterea, de verbor. ſignificatione.* & ex cap. *innouamus, de cenſib.* conſtatque de iure Luſitano *lib.* 2. *tit.* 26. §. 12. & 13. 1.

Appellatione Principis non recognoſcentis 2. ſuperiorem, venit in primis Summus Pontifex,

qui in locis ſibi ſubditis in temporalibus poteſt vectigalia imponere & ea aliis concedere; extra verò hæc loca nequit, cum vectigalia deputata ſint, ac debita principibus ſecularibus, pro oneribus regiminis eorum coniunctis.

3. Eadem poteſtate gaudent Imperatores, & Reges hodie non recognoſcentes in temporalibus ſuperiorem. Nec non Reſpublicæ liberæ ſuperiorem ſimiliter non habentes, quales ſunt Venetorum, Genuenſium, & aliæ ſimiles ciuitates. Vnde Dux Florentiæ, & alij tale imperium habentes, ſeruatis ſeruandis, gabellas nouas poſſunt imponere abſque metu excommunicationis Bullæ Cœnæ. Molin. Leſſ. præcitat & Sayr. *d. cap. 9. num. 19. & ſequenti*. Quod Molin. extendit ad ciuitates Regibus ſubiectas, quæ ab eiſdem ſolent habere facultatem imponendi collectas, ad ea, quæ ſunt neceſſaria ad ſumptus publicos, ſi aliunde non habent redditus ſufficientes ad ſimilia opera. Caiet. *verb. vectigalia*. Eandem denique facultatem habere ſolent cætera oppida, teſte eodem Molin. vbi ait id cum regimine ipſorum eſſe coniunctum. Conſentit Cabed 2. *p. deciſ. 60. n. 6*. quatenus addit decuriones poſſe facere ſtatuta, & pœnas in illis ponere ad bonum publicum oppidorum, & ciuitatum, ſeu concilij. Quæ tamen in hoc regno non debent applicari captiuis in damnum publicum ciuitatum, cùm non ſint decuriones officiales iuſtitiæ, ſed dicantur officiales *das Cameras*, ex ordinat. *lib. 1. tit. 66. §. 28*. Pœnæ verò impoſitæ ab officialibus iuſtitiæ, qui nomine regio exercent iuriſdictionem, non ſunt ad eorum arbitrium applicandæ, ex ordinat. *lib. 5. tit. 137. & tit. 45. lib. 2. §. 53*.

4. At verò in pœnis ſtatutorum oppidorum, & ciuitatum, non aſſignatur pars captiuis, ſecundum praxim noſtri regni, ſicque fuit iudicatum, propter diploma regium, quod fuit pronunciatum anno Domini milleſimo ſexcenteſimo ſeptimo, die verò tertia Decembris, vbi cautum fuit, ibi: *que as Cameras deſte reino que ficerem poſturas naon apliquem parte a os captiuos*. Ex quibus verbis deducitur in aliis pœnis poſitis ab officialibus iuſtitiæ, partem captiuis eſſe aſſignandam, Cabed. *d. deciſ. 60. ad fin. verſ. & in toto regno*.

Hoc tamen non tollit quin collecta, & talias imponere, ſit de regalibus, & ad principem pertineat; cum contrarium ſit certum, *l. vna, C. de ſuperindictis, lib. 10. & cap. 1. quæ ſint regalia*. Ideo ſubintelligitur facultas ſaltem tacita à principe conceſſa oppidis, & cameris ad imponendas collectas, vulgo, *fintas*. Sic Menoch. *conſ. 28. num. 34. & conſ. 32. n. 30*, Azebed. *l. 1. tit. 6. lib. 7. nouæ recop*. Garcia *de expenſis, cap. 12. à num. 63*. & Phœbus Luſit. *tom. 1. deciſ. 34. n. 12*. dicentes non eſſe integrum

5. cuilibet etiam Vniuerſitati, ſeu communitati ſine facultate principis aut legis, ſeu regiminis ſui collectare, aut taliare populum, Phœbus tamen *n. 13*. limitat poſſe vrgente neceſſitate, ſaltem graui, concilium ciuitatis, cameram, & decuriones collectam imponere, ſi ex ærario concilij non ſuppetant pecuniæ. Quia debet vniuerſitas, ſeu communitas ante omnia proprias pecunias impendere, & illis deficientibus, ſubſidium à populo exigere. Ita interrogatus Alciatus conſuluit, *reſponſ. 181. n. 12*. pro Duce Ferrariæ aduerſus Paulum III. Pontificem maximum. Sic etiam reſpondit Socin. iun. *conſ. 98. num. 10. lib. 3*. Surd. *de aliment. tit. 7. q. 22. num. 7*. Cabed. *deciſ. 49. part. 2. n. 3*. Menoch. *de arbitr. lib. 2. caſu 178. num. 13. & 14*.

Veruntamen de iure Luſitano *lib. 1. tit. 66. §. 40*. non poſſunt collectæ, hoc eſt *fintas* imponi, niſi de licentia Regis, ibi, *& achando que ſe deue conceder, nolo eſcreuera para com ſua carta nos mandaremos officiaes da Camera requerer licença para a dita finta*, hoc eſt præſes prouinciæ, ſi inuenerit, quòd collecta debeat concedi, nobis ſcribet, vt decuriones, officialeſque camerarij facultatem collectandi à nobis obtineant. Ex quibus verbis conſtat non poſſe apud noſtrates hæc iura imponi irrequiſito principe, neque abſque informatione præſidis prouinciæ, deficiente, imò exhauſto concilij ærario, vt habetur *in d. §. 40. tit. fintas*, ibi: *E naon auuer para elles dinheiro do concelho*. Confirmatur ex traditis à Cardinale *in clement. 1. col. 3. de exceſſ. prælat*. dicente, quando prælatus ſubſidium charitatiuum ab Eccleſiaſticis, ſeu Eccleſiis expoſcit, priùs debere expendere ſuas pecunias, quas habet, & poſtea ſubſidium requirere, quod etiam volunt Boët. *quæſt. 134. n. 9*. & Franciſc. de Marchis *quæſt. 472. num. 4*. 6.

7. De iure tamen Hiſpano ius collectandi conceditur communitati pro neceſſitate præſenti, limitatum tamen vſque ad quantitatem trium millium morapetinorum, qui adæquant dragmas argenteas Romanas octuaginta octo, plus minuſve, vt habetur *in l. 16. tit. 1. lib. 7. ordin*. quæ eſt *l. 25. tit. 16. lib. 5. in noua recopilation*. Quas verò collectas domini inferiores, duces nempe, & comites, ac ſimiles etiam ex poſſeſſione immemoriali, non poſſunt imponere ſuis ſubditis in Hiſpania, etiamſi habeant merum imperium, & omnimodam iuriſdictionem, neque ad reparandos muros aut pontes, neque cauſa famis expellendæ, aut peſtis exterminandæ, vt deciditur *in l. 24. in capitulo correctiorum*, vbi poſſeſſio, ſeu conſuetudo immemorialis, tanquam iniuſta reprobatur, ac damnatur, extra verò Hiſpaniam, ac Luſitaniam indiſtinctè communis opinio. Nullus inferior etiam habens merum imperium, & omnimodam iuriſdictionem poteſt collectas, ſeu talias ſubditis imponere. Paul. *conſ. 25. num. 2. lib. 1*. Salycet. *in l. 3. poſt num. verſ. & ex his, C. vectigalia noua inſtitui non poſſ*. Quos ſequitur Iul. Clar. *lib. 4. §. feudum, q. 29*. Cùm impoſitio collectarum, & taliarũ ſit de regalibus ac de reſeruatis ſummo principi, addit que, niſi id habeant ex pacto, vel conſuetudine illius loci, in ſpecie. Vide quæ diximus *ſupra, quæſt. præcedenti, §. vlt*. & Menoch. *conſ. 32. à n. 30*. & Mul. *diſp. 666. §. ciuitates*, & Sà *verb. gabella, num. 1. ad finem*, & Garcia *de expenſ. cap. 12. num. 63*.

8. Multa exiguntur, vt principes tributa iuſta imponant. Primum eſt, quod vectigal imponens habeat ad hoc legitimam auctoritatem, & perſonæ, quibus imponitur, ſint ſubditæ imponenti. Secundum ex parte materiæ, ſeu rei, ob quam vectigal imponitur. Ideo fas eſt imponere, ſuper rebus, quæ cauſa mercaturæ, aut negotiationis deferuntur, habetur *in l. omnium, C. de vectigal*. Leſſius *cap. 33. dub. 2. num. 5. & 6*. Sayr. *num. 6*. 9.

10. Tertium quod requiritur, vt tributum ſit iuſtum, & in foro conſcientiæ debeatur, eſt, vt commenſuretur cum cauſa, ob quam imponitur, itavt non excedat neceſſitatem præſentem, & ſeruetur in eo æqualitas inter perſonas tributo grauandas, ne pauperes tantum tribuant, quantum potentes, niſi tributum ſit modicum, & in minima quantitate exigendum pro bono publico, æque ad omnes pertinere. Quod ſi bonum propter quod imponitur ad aliquos præcipuè, puta mercatores, ac diuites, vtile ſit ipſis

præcipue

præcipuè competit concurrere, hac grauari. In hac deciſione conueniunt Tolet. *d. cap. 73. num. 8. lib. 5.* Molin. *diſp. 668.* poſt Caiet. *in ſum. verb. vectigal*, Caſtrum *1. de leg. pœn. cap. 1. & cap. 10.* Sotum *lib. 3. de iuſtit. quæſt. vlt. art. vlt.* & alios, quibus adhæret Leſſ. *d. dub. 1. num. 7.*

11. Quartum, & vltimum, quod requiritur, eſt, quòd ſit neceſſitas, vel magna vtilitas boni publici, quibus alia ratione ſubueniri non poſſit, nec tributum ſic impoſitum debet durare ceſſante cauſa, neque extendi vltra neceſſitatem. Hæ igitur quatuor conditiones debent concurrere, vt vectigalia ſint iuſta. Prima eſt vt author habeat poteſtatem ad imponenda vectigalia: Secunda vt imponantur ſuper materia capace: Tertia vt imponantur, ſeruata æqualitate, & proportione, pro ratione bonorum, quæ quis habet, & pro conditione contractuum inter ciues initorũ, ita vt non maiora onera reſpectiuè inopes, quàm diuites, & non mercatores, quàm mercatores ſubeant. Quarta denique, vt cauſa ſit non vtilitas priuata, vel neceſſitas non boni publici, ſiue cupiditas exhauriendi pecuniam ſubditorum; ſed neceſſitas publica, ſiue aliquid, quod ad bonum publicum valde conducat, aut vtilitas etiam publica, ſi aliæ gabellæ non ſufficiant. Ita Sylueſt. *verb. gabella, 3. quæſt. 5.* Nauar. *cap. 17. num. 101.* Filliuc. *part. 2. tract. 28. cap. 7. num. 115.* Reginald. *tom. 1. lib. 10. cap. 25. à num. 377.*

12. Ex quibus ſequitur vectigalia eſſe iniuſta, quando imponuntur à principe, vt expendantur in vanos vſus, putà, in conuiuia, & largitiones immenſas, & prodigas, ſiue in expenſas inutiles ſiue priuatas, ſiue publicas; quibus populus non tenetur ſubuenire. Ita Caiet. *verbo, vectigalia iniqua*, Petrus Nauar. *lib. 3. de reſtit. cap. 1. num. 255.* Sa *verbo, gabella, num. 4.* & alij.

13. Iniuſtum quoque eſt tributum, quoties non ſeruatur proportio, & ſine cauſa aliqui illo onerantur, alij eximuntur, pauperes v. g. illo premuntur, non diuites; debet enim ſeruari proportio in oneribus iſtis diuidendis.

14. Sequitur etiam principes imponentes noua vectigalia abſque iuſta cauſa, peccare mortaliter, tenerique ad reſtitutionem, cùm debeant eſſe contenti ſuis iuribus, & ſtipendiis, committuntque rapinam, & exactores, qui hæc ſcientes exigunt; eſt enim contra ius gentium auferre à transeuntibus bona ipſorum ob nouum vectigal ſine cauſa iuſta indictum, de quo iure gentium ſunt dominia *l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iure*; neque poſſunt tollere dominium rerum abſque cauſa *l. final. C. ſi contra ius, vel vtilitatem publicam.* Confert text. *in cap. cum ab omni, de vit. & honeſtate clericorum*, vbi redditus inſtituuntur, & aſſignantur principibus, vt ex illis onera regalia ſubleuentur & abducantur ab ſpoliis ſubditorum. Decitur *in §. illud el 2. in fine, verſ. nos autem, in auth. vt ſine quo ſuffrag.* Vbi ait Imperator, ibi. *N[illegible] em imperio ſufficientem quæſtum putamus, vt collatores ſola fiſcalia tributa conferant, & nihil aliud extrinſecus quæratur.* Quo in loco notanter dictum eſt, dictio *ſola*, & *nihil aliud*, quaſi decretum ſit, principes non teneri de ſubſtantia ſubditorum, ſed de tributis licitis viuere, vt expendit Lucas de Pen. *in l. 1. col. 6. circa finem, C. vt ruſt. ad nullum obſequium deuo. lib. 11.* Concordat Hoſtienſ. *in ſumma, tit. de cenſ. §. ex quibus, verſ. breuiter puto.*

15. Peccabit etiam ſi immoderata tributa impo-

nat, & vltra id, quod conſtitutum eſt, exigat ſola cupiditate habendi, vel propter inordinatos ſumptus, quia debet potius fungi officio boni parentis, ac paſtoris, quàm mercenarij, *cap. cum Apoſtolus, §. ſuſtinemus, de cenſ.* cùm ſit pater communis omnium, Auth. *neque vir, quod ex do. circa finem*, debeátque non in ſubditos deſæuire, ſed in neceſſitatibus Vicepaſtoris, ac rectoris Dei, non exactoris nominati, vt forma ipſorum, non dominator eorum exiſtimetur, *cap. quia cognouimus 10. quæſt. vlt.* Nam boni paſtoris eſt tondere pecus, non autem deglubere, & excoriare. Cabed. *2. p. decis. 49.* multis *ibi* relatis, vbi meminit principem debere priùs de ſuo expendere pro neceſſitatibus publicis occurrentibus, quàm à ſubditis aliquid exigere in ſubſidium, neque eſſe habendam rationem de laboribus à principe pro republica exantlatis; quia pro his, honoribus contentus eſſe debet, cum ſit caput Reipublicæ.

Non excuſabitur etiam à peccato, ſi cauſa ceſſante, ob quam fuit impoſitum vectigal, exactio continuetur, niſi forte alia noua ſuperueniat, ob quam vectigal poſſit de nouo indici. Vel eius conditionis, ac naturæ ſit, vt habeat obligationem permanentem, qualis eſt, tueri mare perpetuò à piratis, & itinera à latronibus. Caſtr. *lib. 1. de leg. pœnal. cap. 11.* Reginald. *lib. 10. num. 374. ad finem.* Molin. *diſp. 667. num. 6.* Leſſ. *vbi ſupra, n. 43.* Parlador. *lib. 1. cap. 3. n. 28.* Valentia *tom. 3. diſp. 5. quæſt. 6. punct. 5.* Sayr. *in claui lib. 9. cap. 16. n. 29.* Vnde ceſſante cauſa propter quam vectigal fuit impoſitum, & alia non ſuperueniente, ratione cuius continetur, fas erit vectigal defraudare. Ita præteritati, quibus accedit Beia *reſponſ. p. 1. caſ. 13.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 4. quæſt. 36.* & Morl. *in emporio iuris, part. 1. tit. 1. quæſt. 8. num. 4.* & Cabed. *d. deciſ. 49. num. 4. per totum.*

An ſit cauſa ſufficiens exigendi à ſubditis competentem ſuſtentationem, quando princeps in vanos vſus exhauſit bona coronæ, regaleque patrimonium, ac iura, & redditus, vel inferendo bellum iniuſtum, ac nociuum Reipublicæ? Medin. *C. de rebus reſtituendis, quæſt. 13.* affirmat in hoc caſu, poſſe principem, noua vectigalia imponere, cùm non poſſit alia ratione à tanta miſeria euadere, tenerique ſubditos illi in hac publica neceſſitate opitulari, dummodo ipſe ſe debeat continere ab expenſis parum neceſſariis, imò poſtea accedens ad pinguiorem fortunam ſatisfacere damnum illatum populo tenebitur, quod fieri poteſt excuſando populum per aliquod tempus à tributis etiam licitis. Sequitur Molin. *diſp. 667. num. 5.* & Reginald. *num. 374. citato.* Et multo fortius ſi abſque culpa princeps ſua ad illum ſtatum fortuna refragante deueniſſet. In quo euentu tenerentur ſubditi miniſtrare principi neceſſaria non ſolùm ad defenſionem Reipublicæ, ſed etiam ad competentem ſuſtentationem familiæ Regiæ. Ita Medin. *d. q. 13.* poſt D. Thomam in Epiſtola ad Duciſſam Barbantię, *opuſc. 21. in reſponſ. ad ſext. interrogationem*, & doctores communiter. 16.

Quæri poteſt an vectigalia ſint odioſa? Pars negans probatur ex *l. 1. ff. de loco publico tuendo*, vbi ſic ait Iuriſconſultus, *interdictum hoc*, inquit, *publica vtilitatis cauſa proponi palam eſt. Tuetur enim vectigalia publica*, &c. Cum ergo tributa propter vtilitatem publicam imponi ſoleant, vt inde Reges poſſint recipere tum domi, tum belli neceſſarias expenſas, quibus populos ſibi cõmiſſos commodè tueri, maieſtatémque regiam conſerua- 17.

ſe valeant, dicendum videtur vectigalia iure communi introducta non odioſa, ſed potius fauorabilia eſſe cenſenda, legeſque vectigalium odioſas non eſſe. Confirmatur ex *l.11. tit.28. part.3.* & aliis legibus, in quibus fauores elucent. Inter quos illud priuilegium recenſetur, quod nulla temporis præſcriptione, ne immemoriali quidem valeant comparari, vt ex *l.2. tit.15. lib.4. recopil.* manifeſtum eſt.

Pars tamen affirmans, cui accedo, probatur ex traditis à Bartolo *in l. ſi pupillus, §. final. ff. ad l. Aquil.* & à Iaſone *in l. fructus, num 17. ff. ſolut. matrim.* dicentibus vectigalia eſſe odioſa, proinde eorum effectus ſtrictim eſſe interpretandos: odia enim reſtringi, & fauores conuenit ampliari, vt ex regul. iuris. Accedit, quia vectigalia municipalibus ſtatutis impoſita, odioſa ſunt, quidquid contradicat Parlador. *lib.1. rer. quotid. cap.3. num.31.* Coadiuuat Suarez *lib.5. de legib. cap.13. in principio, & num 6. & ſequent.* vbi fatetur tributa eſſe oneroſa, & laborioſa, poſſeque aliquando imponi in pœnam, & *num.12.* fatetur leges pœnales imponentes tributa ſub pœna eſſe mixtas, & interdum poſſe imponi ſub conditione, vt tributa ſoluantur, vel pœna ob non ſolutionem illorum. Ex quibus colligitur tributa eſſe odioſa, & leges ita latas eſſe ſtricte accipiendas, vt ſentit Gutier. *de gabell. q.6.a num.5.* & Vaz *alleg.28 n.46.*

---

§. II.

## *De origine gabellarum, & in quibus caſibus liceat eas defraudare?*

EPITOME.

18 *De origine gabellæ apud Luſitanos, & an populus libere conſenſerit.*

19 *De origine alcaualæ apud Hiſpanos, & an conſenſerint Hiſpani.*

20 *Tributa quæ non ſunt ſoluenda.*

21 *Tributorum leges per verbum præceptiuum an obligent ſub m. ad ſolutionem.*

22 *Tributa quomodo in Luſitania fuerint recepta, & obligent.*

23 *Tributa per publicas vias ferentes, aut vendentes merces, non tenentur offerre publicano.*

24 *Tributa an debeant clam vendentes merces, vel per fraudem, aut vim fraudantes exactores.*

25 *Tributa an debeantur quando gabellarius, & iudex iuridice interrogat.*

26 *Gabellarius interrogans de valore, quantitate, aut numero mercium tranſportantes, ſatis eſt reſpondere, vt videat.*

27 *Leges non obligant, niſi prone fuat recepta à populo ad tributum ſoluendum.*

18. DE origine gabellæ apud Luſitanos, vulgo *ſiza*, fertur Reginam Philippam vxorem Regis Ioannis primi, quæ erat filia Ducis Alencaſtrenſis Angli, cum vidiſſet hoc tributum impoſitum, quod vocatur *ſiza*, quaſi approbans maturo conſilio factum Regis dixiſſe, *bona ſiza ad regia onera ſubeunda.* Alij fortè melius tradunt hoc tributum accepiſſe nomen a tributo Neapolitano, quod *Aſiziæ* appellatur, de quo agit Afflict. *ad conſt. Regni Siciliæ, lib.1. rubr.70. de triceſima, & ſalario, num.12.* Sic Cabed. *2 part. deciſ.113. num 8.* vbi ait populum illam ſoluere per incapitationem, vulgo *em abeçamento*, vt conſtat ex chronica dicti Regis Ioannis primi Luſitaniæ *in cap. penult. 2. part. fol. 314.* quæ eſt in publico Regni archiuo. Ex cuius verbis expreſsè cernitur gabellam iam regnante Alphonſo quarto Regis Dionyſij filio eſſe introductam, antequam peſtis illa maxima in tota Luſitania deſæuiret anno Domini 1386. Vbi notatur populum ipſum gabellam quoties opus erat, ſolere imponere, non verò Regem, ad aliquod opus extruendum. Quo peracto ceſſabat tributum. Decurſu verò temporis Reges, vrgente aliqua neceſſitate à populo petebant gratioſe per duos, vel tres annos, hanc gabellam, ea lege, vt elapſo biennio, aut triennio gabella à populo impoſita omnino ceſſaret. Poſtea verò eo emolumento ineſcati, atque allecti neceſſitates neceſſitatibus addentes à populo impetrarunt per amplius tempus eandem gabellam, in cuius hodie poſſeſſione ſe tuentur. Cabed. *vbi ſupra*, Nuñes de Leam *in lib. de origine idiomatis Luſitani, cap. 12.* D. Gabriel Pereira *2. part. manus, cap.58. num 37* vbi aſſerit in noſtro regno tributum gabellarum ex cauſa limitata, & ex gratioſa populi conceſſione ortum habuiſſe; quibus expreſse aſſentiunt Petrus de Matis *in dialogo 4. variæ hiſtoriæ, cap.2. de Rege Ioanne primo, col.4. fol. 124. verſo ad finem*, vbi concludit ſizam ante Regem Alphonſum in Luſitania non fuiſſe introductam, ſed poſtea modo ſupradicto, petente id Rege à populo ſotordum, tandemque ad hoc tempus continuaſſe.

Ex quibus colliges nunquam populum conſenſiſſe in tali onere, vt maneret perpetuum. Quin potius curauit tale onus excutere, vt apparet in comitiis Eboræ celebratis anno Domini 1481. regnante Ioanne ſecundo, & Ioanne tertio imperante in conuentibus habitis anno 1525. apud oppidum de Torres nouas, & iterum in aliis Eboræ anno 1535. De quorum regum mandato huius tributi examen fuit viris doctis commiſſum, ab illiſque iudicatum tributum eſſe iuſtum ac Regi ſoluendum, vt videre eſt in libro continente decreta congregationum regni, *cap.74. & 75.* Populus tamen huic deciſioni non acquieuit, nec de tali tributo ſiniſtra exiſtimatio fuit extincta.

Quo poſito quæri poteſt, vtrùm populo non conſentiente, imò reclamante habeat Rex Luſitaniæ auctoritatem retinendi hoc tributum, illudque exigendi, poſito quòd ſit neceſſarium ad cauſas communes Reipublicæ. Pars negans probatur, quia Rex Luſitaniæ habet poteſtatem à populo, maximè poſt Ioannem primum, qui regni clauum per populi liberum ſuffragium accepit. Ergo non eſt veroſimile populi animum fuiſſe, ita abſolutè ſe ſubiicere Regi electo, vt ei liceret rem tanti momenti ſtatuere abſque conſenſu populi. Pars tamen affirmans ex eo conſtat, quia hoc tributum eſt neceſſarium ad bonum publicum. Igitur Rex poteſt illud imponere. Nec refert quòd non ſit receptum de conſenſu populi. Nam lex etiam iuſta obligat ſubditos reſiſtentes, quandiu ſuperior tali reſiſtentiæ non cedit. Accedit quòd iuſtitia huius tributi iam patet, poſtquam illius examen viris doctis in comitiis relatis fuit demandatum, & ab illis iudicatum iuſtum, ac debitum conſideratis neceſſitatibus Regni, cum ſit neceſſarium ad onera publica ſuſtinenda.

Ex qua reſolutione affirmatiua infertur ſizam Luſitanam deberi in conſcientia, nec

poſſe

poſſe ſaltem regulariter defraudari, eſſeque reſtituendam ſi defraudetur. Non deſunt tamen, vt audio, plerique etiam docti in hoc regno, qui non ingerunt pœnitentibus ſcrupulum reſtituendi ſizam etiam per fraudes non ſolutam, quòd dicant ad hunc modum fuiſſe receptam, & non aliter; vt ſcilicet, nemo teneretur illam pendere, niſi requiſitos ab exactore ſciente, vel per aliqua indicia probabiliter ſuſpicante, quòd ipſe requiſitus quidpiam emerit, vendiderit, aut exportauerit, vnde eam debeat. Sed defectus huius fundamenti, conſtat ex ſuperioribus; vbi oſtenſum eſt non referre quomodo populus tributum hoc acceperit; quod ſi referret, in nullo caſu teneretur, quia quoad hoc nullus videtur ſizam recepiſſe, niſi coactus. Ita Franciſcus Pereira *in priuatis ſcholys, ſolut.3. de obligationib. ſoluendi tributa*, cùm hoc tributum à principio indictum ſit, Rege minimè cogente, ſed populo ſponte contribuere volēte, quandiu ſolùm neceſſitates extraordinariæ vrgebant, illiſque ceſſantibus ceſſabat, ſoluebatúrque decima pars rerum, quæ vendebantur, aut transferebantur, non tanquam perpetua, ſed ad tempus pro neceſſitate tum temporis occurrente; quibus non obſtantibus parti affirmatiuæ adhærendum puto.

19. In Hiſpania hæc tributa initium habuiſſe dicuntur à Rege Alphonſo X I I. vt ex hiſtoria Garibay in vita eiuſdem *cap.* 17. & ex aliis colligitur, & poſtea vſque ad hæc tempora propter alias regni neceſſitates prorogata, quamuis prædicti Hiſpani ſemper minus, quàm Luſitani reſtiterint, apud quos *alcauala* nuncupatur, & Regi Alphonſo in ciuitate Burgenſi *alcauala* fuit conceſſa pro certo tempore, durante bello contra Mauros, & nominatim pro expugnatione oppidi Algeſiræ, anno Domini 1342. Ita Parlador *lib.* 1. *rerum quotidianarum*, *cap.* 3. *num.* 15. & patet ex chronica eiuſdem Regis Alphonſi, *cap.* 262. Laſſarte *in præfatione, tract. de decima venditionis*, *n.* 19. & 20. Humada *in l.* 49. *gloſſ.* 3. *num.* 6. *tit.* 6. *part.* 1. Ante id tempus hoc genus vectigalis non erat in vſu, ſed pendebatur duntaxat pars octaua rerum, quæ negotiationis cauſa, vel aliunde ad Hiſpaniam ferebantur, vel ex Hiſpania foras efferebantur *l. ex præſtatione, C. de vectigalibus*. Ita præcitati.

Poſtea verò expugnata Algeſira durante adhuc bello creſcentibuſque neceſſitatibus regni, *alcauala* tributum eidem Regi Alphonſo ſimpliciter, & abſque limitatione temporis fuit conceſſum in comitiis Complutenſibus, teſte Montaluo *l.* 10. *tit.* 6. *part.* 1. *verbo, quo Pharaon*, & Petro Lopez Ayala *in chronica Regis Petri Crudelis anno regni illius* 17. *cap.* 19. vbi refert ſolere ſolui per aliquod tempus vigeſimam partem pretij rerum omnium, quæ venderentur tam mobilium, quàm immobilium, ſiue venditio, aut emptio fieret propter negotiationem, ſiue non; deincepſque ſtatutum fuiſſe, vt decima tantùm pars ſolueretur. Ita Molin. *diſp.* 663. vbi addit his multa, inter quæ illud vnum, nunquam exactè gabellam Regem accepiſſe reclamante populo ſemper, ac renuente, integrè tributum ſoluere, ſubditque nuncupari alcaualam ex reſponſu nobilium, dato Regi Alphonſo X I I. qui cum vellet ad depellendos Mauros tributum imponere etiam nobilibus exēptis, reſponderunt Regi vt ſe illæſus conſeruarent & ſuam tuerentur immunitatem, his verbis, *Tributo no daremos, mas daremos alque vala tanto, como lo que pide*, hoc eſt tributum non ſoluemus, à ſoluendo quo ſumus exempti: ſuppeditabimus tamen aliquid, quod æquè valeat tantum, quantum tributum. Ex quo verbo Hiſpano, *al que vala tanto, como lo que pide*, vocata fuit ſumma pecuniarum Regi a nobilitate conceſſa ad expellendos Mauros *alcauala*. Quare immerito Parlador. reijcit hanc vulgarem opinionem, quam tradit Molin. *vbi ſuprà*, & docuit Laſſart. *in præfatione, num.* 58. poſt Caſtillum *in Hiſpana Gothorum Regum hiſtoria lib* 4. *diſcurſu* 8. *fol.* 108. quia vox populi, ac vulgi in eruenda veritate ex tempore, non eſt parui facienda; ideò potius Parladorij etymon alcaualæ admitti non debet, dum alcaualam originem trahere ab Hebraico verbo, *Cabala*, quod tantundem ſignificat, quantum receptio, ſed magis arridet popularis deriuatio, ex Caſtellano idiomate nata.

Quæres quæ tributa pendi non debent? Reſpondeo manifeſtè iniuſta nullo modo deberi. Bartol. *in l. vectigalia, ff. de public. & vectigal.* quem Couar. 2. *part. regul. peccatum*, §. 5. *ante finem*, & alij communi conſenſu ſequuntur. Quod ſi quis illa coactus ſoluat, poteſt vti compenſatione, denegaréque tributa iuſta, ſi alio modo non poteſt à principe reſtitutionem obtinere. Sylueſt. *verbo, gabella* 3. *num.* 24. ſi verò iuſta ſunt, debentur in conſcientia, ſuntque reſtituenda ſi fraudentur. Nauar. *cap.* 17. *num.* 200. Caiet. *verbo, vectigal*, Sotus 3. *de reſtit. quæſt. vlt. art.* 3. Capua *lib.* 2. *deciſ. cap.* 25. *num.* 6. Abbas *in proœm decret. verſ. Rex pacificus*, & ante eum Archid. *in cap. Romipetas* 14 *quæſt.* 3. Couar. *d.* 2. *part.* § 5. *num.* 4. *verſ. idcirco*. Ratio, quia debentur iure naturali Regi tributa neceſſaria, ex illo ad Roman. 13. *Ideo & tributa præſtatis, miniſtri enim Dei ſunt; reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal*. Ergo quando tributum eſt iuſtum, in conſcientia, & in animi iudicio principi eſt reddendum, Abbas & ibi Doctores *in l. innouamus, de cenſib.* 20.

Sed quid dicendum ſi dubitetur de iuſtitia tributi? Reſpondeo gabellas immemoriales deberi in conſcientia, ſi ab antiquo præſtari ſolent, ſiue conſtet de cauſa, ſiue non; quia præſumitur cauſa in principe ex tempore immemoriali, per clementinam vnicam *de probationibus*, nec poſſunt negari in foro animæ. Nauarrus & Couar. *citati*, & Bald. expreſsè *in rubrica de conſtitutionib. in fine*. Quamuis in tributi inſtitutione cauſa non ſit expreſſa, nec princeps exequatur id, ratione cuius præſumitur tributum conceſſum, quandiu non conſtiterit propter quid clarè fuit impoſitum: quod ſi conſtiterit pro quo fuit indictum, & princeps id non agat, aliter dicendum putat Syluest. *in verbo, gabella* 3. *quæſt.* 8. Capua *vbi ſuprà*, *num.* 7. Nihilominus ſi tributum nouum ſit, & dubitetur de illius iuſtitia, affirmant Angel. *verbo, pedagium*, *num.* 6. Syluest. *num.* 9. *verbo, gabella* 3. Medin. *de reſtitution. quæſt.* 13. Caiet. *verbo, vectigal*, & Gabriel *in* 4. *diſt.* 15. *concluſ.* 6. non deberi in conſcientia, ſed negari poſſe, ſublato ſcandalo. Ratio, quia tributum nouum præſumitur iniuſtum, niſi oppoſitum conſtet, *c. quanquam, de cenſib. lib.* 6. vbi pedagiorū exactiones tam iure canonico, quàm ciuili regulariter dicuntur damnatæ. Item quia tot requiruntur ad iuſtitiam tributi, vt difficilè inueniatur tributū iuſtū. Quin potius tot tributa paſſim impoſita viſuntur, vt nō temere videatur probabilius omnia noua eſſe iniuſta, quandiu de eorum iuſtitia

non conſtat. Non enim obligant in conſcientia niſi cognita eorum iuſtitia. Caiet. *verbo, vectigal*, Sa, *verbo, gabella, num. 4.* Petrus Nauarr. *de reſtitution. cap. num.* 267. Molin. *diſput.* 664. *num.* 7. & alij.

In dubio pro vtraque parte æquali adhuc melior eſt conditio populi poſſidentis ſuam pecuniam, quandiu præſcriptio non eſt contra populum ex tempore immemoriali. Quare in ſubiecto caſu non obligandus eſt populus in conſcientia ſoluere tributum, aut reſtituere fraudatum. Faciunt pro hac parte tradita à Filliucio 2. *part. tract.* 28. *cap.* 7. *num.* 117. dicente, niſi conſtet gabellas eſſe iuſtas, ſecurius eſſe non deberi, neque obligari in conſcientia. Præſumuntur enim iniuſtæ. Concordat Leſſ. *d. cap.* 33. *dub.* 8. *num.* 63. poſt plures *ibi* relatos, & *num.* 64. dicens etiam quando adſunt probabiles rationes, ob quas probabiliter poſſint iudicari tributa eſſe iniuſta, non deberi in conſcientia. Quod ait etiam Petrus Nauar. *d. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 263. Accedit Molin. *vbi ſupra, d. num.* 7. vbi vult, quando dubitatur de iuſtitia tributi, debere ſubditos viros doctos conſulere, adhiberéque diligentiam ad conſequendam iuſtitiam, vel iniuſtitiam tributi impoſiti, ne forte princeps ſuo debito ſtipendio priuetur. Interim tamen non eſſe ſoluendum, dum de iuſtitia illius non conſtat, quod puto verum, dummodo dubium de iuſtitia ſit rationabile, & dubius diligenter inquirat, ſitque paratus ad ſoluendum, quod fraudauerit, ſi comperiatur tributum eſſe iuſtum; facta verò conuenienti diligentia, ſi res tamen adhuc dubia, nulla eſt obligatio ſoluendi, quia melior eſt conditio poſſidentis. Nec obſtat in dubio meliorem eſſe conditionem ſuperioris, quia hoc dictum procedit, quando non agitur de emolumento, ſeu damno ſubditorum, tunc in dubio præſumitur pro ſententia ſuperioris. Secus in noſtro caſu, quando dubium habet pro vtraque parte rationes probabiles. Quæ ſicut excuſant principem à culpa exigendo, ſic etiam liberant ſubditos à peccato non ſoluendo, ſublato tamen ſcandalo, quia ſuo iure vtitur quiſque, dum probabilibus rationibus adhæret. Leſſ. *vbi ſupra num.* 67. Mol. *d. num.* 7.

Pro tributo vulgò, *guidagium*, quod ſoluitur pro ducatu viæ, vt iter agentes habeant viam ſecuram à latronibus, quæri poteſt, an poſſit exigi à principe pro aſſecurandis viis. Tabien. *verbo, guidagia*, negat licere principi, cum teneatur regnum, ac terras ſuas reddere ſecuras viatoribus. Sequitur Tolet. *lib.* 5. vbi de gabellis *cap.* 74. *num.* 1: Quod ſi pro aſſecurando itinere aliquid à ſuis, vel ab alienis exigat, teneri in conſcientia ad reſtituendum damnum datum viatoribus, ſi cuſtodes viarum non ponat: eáque de cauſa viatores à graſſatoribus viarum ſpolientur, aut interficiantur. Idem dicendum de quocumque alio tributo Regi conceſſo ad depellendos piratas ex mari noſtro, cum ipſe teneatur quatenus Rex reddere ſubditis mare ſecurum. Ratio, quia mare eſt eius principis, cuius eſt terra, cui adiacet, vt bene vult Gloſſa *in cap. vbi periculum, §. porro*, ſuper verbo, territorium, *de electio. lib.* 6. & ibi ſcribentes, & Bald. *in l. penult. ad fin. de inſt. & ſubſtit. ſub cond. factis*: atqui princeps in ſuo territorio tenetur ſuos defendere ſuis ſumptibus ab hoſtibus. Ergo tenetur defendere in mari adiacente territorio ſuos à piratis, cum ex nauigantibus reditus percipiat, ac tributa, nec propter hanc cauſam debet noua tributa imponere, nec vetera augere. Molin. *diſp.* 667. *num.* 3. Filliuc. *d. cap.* 7. *num.* 121 poſt Azor, & Medin. quos ibi ſequitur.

Suffragatur Luc. de Pen. *in l.* 1 *nec ruſtici ad vllum obſequium, lib.* 10. dicens præſtationem tributorum ad defendendum mare, obligare Regem; ſed cùm tributum nauigantes præſtent, tenetur Rex eos à piratis tueri. Sequitur Gregor. Lop. *in l. vltim. tit.* 10. *part.* 2. Caſtill. *lib.* 2. *politic. cap.* 16. *num.* 49. vbi ait ad Regem pertinere ratione tributorum, quæ accipit à nauigantibus ſubditis, aſſecurare maria, atque itinera ſui regni. Sequitur Garcia *de expenſis*, *c.* 21. *n.* 35. Nec poterit à nauigantibus repetere expenſas, quas in eorum defenſione fecerit, eo quia cùm ſit Rex, propter tributa tenetur ſuis ſumptibus ſubditos tueri. Garc. *num.* 36. *l.* 5. *tit.* 7. *part.* 5. & ibi Gregor. *verbo, ſeguros.*

Quod attinet ad tributum, quod ſoluitur in confinibus regnorum ex rebus terra, aut mari delatis, vulgo *portorium*, ſeu *pedagium* nuncupatum, ſeu *portos ſecos*, Victoria *in priuatis ſcholys, in* 2. 2. *quaſt.* 1. *art.* 3. etiam antequam adaugerentur, vocabat latrocinia, ea forte ratione commotus, quòd exiſtimarit cauſam illius iam ceſſaſſe, atque quòd exigerentur rigore pluſquam iuſto. Cùm videatur exordium habuiſſe propter ſecuritatem, & defenſionem eorum, qui merces extrahunt ex huiuſmodi regnis, quæ cauſæ hodie, vel vel omnino, vel ex parte magna ceſſarunt, maximè in confinibus Hiſpaniæ, & Luſitaniæ, vbi maxima cum vexatione tranſeuntium exiguntur, quæ deinde Regi ſubduntur. Vide cætera apud Molin. *diſp.* 664. *num.* 8. Nam Sotus 4. *de iuſtit. quaſt.* 6. *art.* 4. hoc tributum non probat.

Non leuis eſt quæſtio an leges ciuiles, quæ feruntur per verbum præceptiuum, obligent ad mortale, & ad onus reſtituendi, ſi tranſgreſſoribus pœna aliqua temporalis apponatur: Negat Nauar. *cap.* 14. *num.* 54. Quia Reges, ſeu iudices ſeculares principaliter pœnas temporales reſpiciunt, & non ſpirituales, quas nec poſſunt imponere, nec auferre, *cap. facta* 4. *diſt. & l.* 1. *ff. de iuſtitia & iur.* Idcirco ſecundùm illum, nulla eſt obligatio reſtituendi tributum defraudatum, quotieſcumque defraudantibus imponitur aliqua pœna temporalis, quæ ſine dubio ſolet apponi in hunc modum, *Ordinamus, ſeu ſtatuimus, vt quilibet ſoluat vectigalia; alioqui merces amittat.* Quæ lex obligat, vt vnum è duobus eligatur, vel ſoluere vectigalia, vel pœnam exoluere poſt condemnationem, ſi deprehendatur. Quæ ſententia eſt etiam Angeli *verbo, pedagium*, §. 6. Tabienæ *eodem verbo, num.* 8. Emanuel de Sa *verbo, gabella, n.* . Aragon. 2. 2. *quaſt.* 62. *art.* 3. Beia *in ſuo libello caſuum, caſ.* 1. *ſecundo Aprilis*, Angles *in floribus* 4. *ſententiarum, quaſtio. de reſtit. vectigalium, difficultate* 4. Accedit ratio legis pœnalis, quæ non obligat niſi ad pœnam poſt iudicis ſententiam. Ita Angelus *verbo, obedientia, num.* 1. vbi addit ex voluntate legiſlatoris non obligari ad culpam, niſi paſſim temerario auſu, aut ob cauſam leuem lex violetur. Ex quibus deducitur non peccare fraudantem tributa ſemel, bis, aut ter. Secus ſi frequenter, vel paſſim. Quorum ſententia non eſt omnino improbabilis, maximè in tributis inſolitis, vel nouis, aut valde grauibus, quod non latet hodie locatores, ac conductores iurium horum regalium, ideo minori pretio quòd ſciant defraudari tributa, locant, & conducunt, interdùmque 21.

ex

ex crebris publicationibus fraudata tributa, ac damna illata reſarciuntur.

Probabilius eſt deberi in conſcientia tributa, quando ſunt iuſta, & vtiliter expenduntur etiam antequam exigantur, fraudanteſque notabiliter peccare mortaliter cum onere reſtituendi. Couar. *ad regul. peccatum, 2. part. §. 5. num. 5.* Bannes 2. 2. *quæſt. 62. art. 3.* Cordub *in ſumma, quæſt. 95.* Petrus Nauar. *lib. 3. de reſtit. cap. 1. part. 3. dub. 8. num. 229.* Caſtr. *lib. 1. de lege pœnal. cap. 10. & lib. 3. cap. 2. corol. 4. ad finem.* Valent. *tom. 3. diſp. 5. quæſt. 6. punct. 6.* & alij. Ratio, quia ius naturale exigit, vt principi iuſtè tributa, ac vectigalia poſcenti ſubminiſtrentur à ſubditis pro adminiſtratione Reipublicæ tam in pace, quàm in bello, dummodo tributa propter exceſſum notabilem non ſint exorbitantia, & tyrannum potiùs, quàm patrem, ac charum Regem oſtendant. Moderata namque tributa debentur Regi. *Matth. c. 22.* dicéte Chriſto Domino; *reddite ergo, quæ ſunt Cæſaris Cæſari.* Ex quibus verbis eruit ibi Hieronymus, præcepiſſe Chriſtum Dominum tributum dari principibus, maximè quando rebus publicis, bonóque communi inuigilant, proſpiciunt iuſtitiæ, vt ſuum cuique ius reddatur, nec laboribus parcunt, ſed totam prouinciam, onuſque regale bello, & armis tuentur, ne à finitimis hoſtibus fides Catholica impetatur, ac nomen Chriſtianum infidelium moribus, ac vitiis maculoſum fiat. Quando ergo principes non ad luxum ac delitias, ſed ad neceſſitatibus boni communi, ac regni ſubueniendum tributa iuſta exigunt, tenentur ſubditi illa reddere, vt tradunt vltra citatos Panorm. & ſcribentes *in d. cap. innouamus, de cenſibus, vel eorum publicanis in conſcientia,* Felin. *in cap. 1. de conſtitutionib. num. 41.* Bertachin. *tract. de gabellis, part. 9. in principio,* etiamſi non exigantur, vt multis relatis docet Sayr. *in claui, lib. 9. cap. 16. num. 29. & 30.* Ex eo fundamento, quia principes ſunt paſtores, & populum ſibi commiſſum, iuſtitia, ac pace tuentur, ac paſcunt. Ergo iuſtum eſt, vt à grege, id eſt, à populo tributum accipiant, cùm opus fuerit, teſte Apoſtolo 1. *Cor. 9.* ibi. Quis enim paſcit gregem, & de fructu eius non cumedit? Et rurſus, Nemo enim ſuis ſtipendiis vnquam militauit. Ex quibus locis clarum eſt non ſolùm ex diſpoſitione legum ciuilium, ſed ex iure naturali, ac diuino tributa iuſta regibus deberi.

Ad rationes verò alterius partis reſponderi poteſt, gabellas non deberi ex ſolo præcepto legis humanæ, ſed etiam ex iure naturali, ac diuino, quod obligat ciues contribuere pro neceſſitatibus Reipublicæ communibus ex bonis ſuis ſubleuandis: proinde non videtur verum eſſe in optione cuiuſque tributum ſoluere, vel exponere ſe periculo amittendi merces, vel pœnæ exoluendæ, & conſequenter leges iſtas non videri purè pœnales, [illegible] vere præceptiuas, addiqúe ſolùm pœnam, [illegible] nes diligentiores fiant in gabellis ſoluendis, [illegible] tamque leges humanas aſſignare modum ſoluendi, ac quantitatem gabellarum, ſicut aſſignant quantitatem decimarum ſoluendam, quæ de iure naturali, & diuino Eccleſiaſticis debentur. Ita Sayr. *vbi ſupra.*

22\. Pro noſtro Luſitaniæ regno ſit prima propoſitio. Tributa fixa, & vectigalium eo modo, quo vſu recepta ſunt, obligant in conſcientia: ac proinde quandocumque cum Rege, aut publicanis conuenitur in aliquo pretio, contractui ſtandum eſt; quod ſi in eo aliquid dubij fuerit, interpretandum eſt iuxta conſuetudinem receptam. Eſt communis. Quod intellige ſiue tributa ſint antiqua, ſiue noua, ſiue à Papa, ſiue à Regibus impoſita, præſertim, quæ ſoluuntur ex tranſportatione per mare, & ad domum redituum, ac baſilicam, vulgò *alfandega,* pertinent, ſiue ex ſale, ſiue ex piſcatura, ſiue ex aliis, in quibus illicita eſt occultatio, nulla tamen eſt obligatio quærendi publicanos. Prima pars probatur, quia hæc tributa ſiue à Papa, ſiue à Rege impoſita, videntur eſſe acceptata, ſaltem à maiori parte populi. Neque eſt credendum fuiſſe poſita iniuſtè, cum nequaquam de iniuſtitia conſtet. Quòd verò non ſit licita horum tributorum occultatio, inde patet, quia ita habet recepta conſuetudo. Quòd denique non ſit obligatio quærendi publicanum, tradunt Medin. *de reſtit. quæſt. 13.* Sotus 3. *de iuſt. quæſt. vlt. art. 3. & 4. de iuſt. quæſt. 6. art. 4. ante medium.* Filliuc. *d. cap. 7. num. 118. ad finem.*

Secunda propoſitio, tributa, quæ ſoluuntur ex mercibus ex India, Braſilia, Æthiopia, & aliis locis tranſmarinis, debentur in conſcientia Regi, etiamſi non petantur iuxta vſum communiter receptum. Ratio, quia Reges Luſitani has prouincias ignotas magnis ſumptibus, & expenſis propriis aperuerunt, & ſubegerunt, & vſque ad id tempus conſeruant, ac tuentur. Eſt communis, quam doctiſſimus Ferdinandus Perez, & Franciſcus Pereira in priuatis ſcholiis in Academia Eborenſi publicè docuerunt, & Molin. *diſput. 662. numero 4.*

Tertia propoſitio. Tributa ex venditione immobilium bonorum debita, tradenda ſunt receptori redditunm regalium antequam venditionis inſtrumentum conficiatur à Tabellione notarium. Ita lex Luſitana *lib. 1. ordinat. tit. 78. § 14.* ibi, *E naon fara carta algua de venda, nem outro contrato de bens de raiz, nem de couſa alguam, de que ſe deua ſiza, ſem primeiro as partes lhe preſentarē certidaon do Iuiſaon lugar, como pagaram a ſiza, e ſira entregue ao recebedor.* Quæ reſolutio procedit etiam quando venditio fit per priuatam ſcripturam, ſeu chirographum, prout fuit iudicatum in Senatu ſupplicationis anno Domini, 1591. per iudices Doctorem Petrum Barboſam, Ludouicum Machado, & Hieronymum Cabral. Quod ſi aliter fiat venditio, Tabellio incurret in commiſſum, & venditio erit omnino nulla, etiam quando per chirographum fieri poteſt intra quantitatem decem aureorum, iuxta Ordinat. *lib. 3. tit. 59.* ſi non ſoluatur priùs gabella, teſte Phœbo *areſt. 61.* ſemperque debet in eadem ſcriptura publica inſeri certitudo gabellæ iam ſolutæ. Quod intellige de ſolutione integra prout vult Tiraquell. *de retract. tit. 2. § 4. gloſſ. 6. num. 24.* Semper enim debet integrè ſolui; aliter corruet contractus, nec ſuppletur talis nullitas, nec præſumetur valere ex tempore. Quare, vt non vitietur ſcriptura, certitudo inſeratur de verbo ad verbum, vt lex ea euidens ſit gabellæ ſolutio, quia tollitur præſumptio per euidentiam certitudinis comparentis in eadem ſcriptura, vbi lex id præcipit. Valaſc. *conſult. 162. num. 20. verſ. Obycicbatur ſextò,* & Crauet. poſt alios *in tract. de antiquit. tempor. in ſecunda particula quarta partis principalis,* vbi aiunt *num. 60.* non eſſe ſtandum præſumptioni ex decurſo temporis longiſſimi, quando conſtat de titulo ipſo vitioſo. Accedit non confirmari venditionem, neque emptorem euadere pœnas nullitatis, ſi poſt aliquos annos ſoluatur gabella fiſco, cum ex lege noſtra

debeat ſolutio gabellæ interuenire ante contractum venditionis prout refert Phœbus *tom. 1. deciſ. 24. n. 8.* facileque conſtare poterit ex libro receptoris gabellarum, omiſſam fuiſſe ſolutionem gabellæ, vt ex traditis à Menochio patet *conſ. 21. n. 23. & conſ. 98. num. 50.* Maſcard. *de probationibus, concl. 834. num. 36.* Vaz *allegat. 28. à num. 48.* vbi ait certitudinem non eſſe inſerendam in ſcriptura priuata.

23. Quarta propoſitio. Qui per publicas vias transferunt merces, ſeu in publico loco vendunt, non tenentur vectigal offerre, neque ſoluere, niſi petatur ab exactoribus. Eſt communis, nec leges contrarium ſtatuentes quoad hoc ſunt vſu receptæ, cùm ſint difficiles quoad hoc, ne dicam impatibiles; neque poſſunt habere vim legis, eo quòd maiorem præbent occaſionem delinquendi, quàm cauendi peccata. Eſt communis de tranſportatione rerum, aut mercium mobilium modò abſtineatur à fraudibus; quia de immobilibus iam dictum eſt. Sotus 3. *de iuſt. quæſt. vlt. art. vltim.* Victor. 2. 2. *quæſt. 62. art. 3.* Ledeſm. 2. 4. *quæſt. 13. artic. 4.* Henriquez *infrà* citandus, & Nauar. *in cap. fraternitas, 12. quæſt. 2. à num. 21.* vbi ait leges tributorum obligare ad ſoluendum, ſi exactor occurrat, & petat.

24. Dubium eſt, an liceat clam vendere, & occultare merces, vt exactores tributi lateant? Affirmat Victoria, cuius verba refert Lopius *2. part. inſtructory, cap. 36. §. Sed quæſu.* Tabien. *verb. pedagium, § 8.* Dried. *lib. 3. de libertat. Chriſtiana, cap. 5.* Negant tamen alij.

Sit tamen quinta propoſitio. Qui abſque vi, & fraude merces ſiue res mobiles vendunt occulte, aut deferunt per vias inſuetas, aut de nocte, aut alio modo occultant in caſibus, in quibus non tenentur fateri veritatem; quamuis ea induſtria hoc faciant, ne incidant in publicanorum manus, & ne gabellam ſoluant, non tenentur quidquam ſoluere, niſi publicani eos inueniant vendendo, aut tranſportando, aut alio indicio probabili aſſequantur res venditas, aut tranſportatas eſſe, ac proinde gabellam petant. Hæc reſolutio ex conſuetudine præſcripta in Luſitania conſtat, nec aliter leges tributorum fuerunt ibi receptæ. Contrarium verò aſſerere, eſt animas illaqueare, & obijcere quamplurimis occaſionem peccandi. Probatur, quia populus non tenetur ſuppeditare principi, niſi tributa, quæ ſufficiunt principis, & regni communi neceſſitati: ſi verò nulla ſit occultatio rerum ac mercium, ſed omnino decima pars omnium integrè pendatur, ſine dubio penderetur Regi multo maior ſumma, quàm ſit neceſſaria communibus neceſſitatibus tam regni, quàm Regis. Confirmatur ex contractu non multis ab hinc annis inter Regem, & aliqua oppida, ſeu vrbes pro ſuis oppidanis celebrato, in quo gabellarum redditus, vulgò *encabeçamento*, redempti ſunt multo prorſus minori ſumma fortè in decuplo & centuplo, quàm erat ſumma, ſi decima pars omnium rerum, quæ venduntur, penderetur ad integrum. Suffragatur conſuetudo publicanorum, qui dum exigunt ſolutionem gabellarum, multò minori ſolutioni acquieſcunt, non ſolùm in duplo, & quadruplo, ſed etiam in decuplo, quàm ſit ſolutio decimæ partis. Ita D. Ferdinandus Perez *vbi ſupra.* Fabien. *verbo, pedagia, num. 8. & 9.* Medin. 1. 2. *quæſt. 90. art. 4.* Henriquez *tom. 1. lib. 7. de indulg. cap. 36. l. d.* & alij apud Suar. *lib. 5. de legib. cap. 13. num. 2.*

Secus dicendum eſt quando per vim, aut fraudem exactores, ſeu publicani impediuntur, quominus tributa accipiant. Tunc eſt mortale cum onere reſtituendi, ac quærendi exactores, ſeu publicanos, vt illis fiat ſatisfactio. Dolus autem & fraus cenſetur, quando publicanus inuenit vendentes, & tranſportantes, cum de venditione agunt, & ipſi ſimulant, ac fingunt ſe non vendere, ſed potiùs donare, vel negant omnino vendere, vel annuunt emptoribus, vt poſtea clã conueniãt. Item cenſetur fraus quotieſcumque poſt probabilia venditionis, ſeu tranſportationis indicia interrogati vendentes, ſeu tranſportantes ab exactore mentiuntur negando ſe quidquam vendere, aut transferre: aut aſſerentes ſe multo minorem quantitatem mercium vendidiſſe, ſeu tranſtuliſſe, quam re vera vendiderunt, aut tranſtulerunt. Denique quando publicano oſtendunt res vilioris pretij, & inter eas res magni pretij occultant, vt publicanus etiam videns eludatur. Eodem modo erit fraus, quando fingunt ſe vendere clericis, à quibus non exiguntur iſta tributa, cùm vendant laicis, & ſic de ſimilibus, in quibus defraudant publicanos. Tunc manifeſtum eſt mortale cum onere reſtituendi, ac quærendi exactores. Gutier. *de gabell. quæſt. 90. num. 6.* Et probatur, quia nemo debet ex fraude præmium ferre, *l. ſocium. §. tempus, ff. pro ſocio, & l. ne ex dolo,* ibi: *Ne ex dolo ſuo lucrentur, ff. de dol. mal.* Tiraq. *de ret. lign. §. 1. gloſſ. num. 77.*

Obijcies hanc quintam propoſitionem pati implicationẽ, quatenus habet fas eſſe merces vẽdere, ſeu transferre per loca inſueta occultè, nocte, aut ſummo manè, etiam animo vt id lateat publicanos. Nefaſque eſſe vti fraude in vendendis, ac tranſportandis mercibus. Cum occultare, ac vendere, & transferre merces per loca inſueta videatur eſſe fraus, qua vti prohibet quinta propoſitio? Reſpondemus occultationem illam, & venditionem, ſeu tranſportationem non eſſe fraudem, nec peccatum contra iuſtitiam, quia conſtat rem artificioſam occultare, quando quis non tenetur manifeſtare veritatem, non eſſe fraudem; tunc enim poteſt quis vti technis, Luſitanè, *manhas*, & artificio, ſeu amphibologia, quando non teneor aperire veritatem, alioquin illicitum eſſet vti inſidijs contra iniuſtos hoſtes, vel contra non hoſtes, vti licita amphibologia, quando neceſſitas id poſtulat. Neque fit iniuria exactori, ſi res occultetur, qui emit à Rege hæc tributa; cùm tam Rex, quàm exactores optimè cognoſcant ementes, vendentes, tranſportantéſque iis occultationibus, technis, atque artificiis ſolitos eſſe vti, & ſub ea moderatione, ac conſuetudine occultandi à Rege ipſo tolerata, eum eodem Rege conuenire publicanos.

Sed quid dicendum quando publicanus, ſeu index iuridicè interrogat venditores, ſeu tranſuectores, ex venditionibus, ſeu tranſportationibus ſibi notis manifeſtè, aut probabili alio indicio cognitis? Reſpondemus ſiue tributa in iudicio, ſiue extra exigantur, teneri vendentes, ſeu tranſportantes in conſcientia ad ſolutionem tributorum, ſiue occultè, ſiue publicè vendiderint, aut tranſportauerint. Quare ſi ipſorum iuramento relinquatur, veritatem fateri debent, nec in conſcientia excuſabuntur à ſoluendo, quamuis peierando vel mentiendo in foro externo non condẽnentur, quia iuridicè fuerunt interrogati. D. Thom. 2. 2. q. 69. vbi Caiet. & Aragon. *in pract. cap. 23. num. 5* 25.

Contra verò ſi publicanus abſque iudicio probabili tributa petat, vel plus petat quam ex probabili iudicio nouerit, non tenentur ſoluere vendentes, vel tranſportantes, niſi quantum publicano manifeſtum, vel vero ſimili indicio notum eſſe, probabiliter crediderint. Ratio, quia quoad illud, quod probabili coniectura non nouit publicanus, nec iuſte, nec iuridicè interrogat, nec lex tributorum ad amplius recepta videtur, vt conſuetudo teſtatur. Quod ſi iudex ad inſtantiam publicani nullum iudicium habentis interroget, non interrogabit iuridicè. Neque vendentes ſeu tranſportantes, tenentur reſpondere; quod ſi cogantur iurare iudicialiter, poſſunt vti amphibologia negando: neſcientes tamen vti amphibologia peierabunt, non tamen contrahent obligationem reſtituendi, quia non iurarunt contra iuſtitiam, nec tenentur ſe prodere. Cordub. *lib.1. quæſt. q.43.* & eſt communis. Petr. Nauar. *lib.2. cap.4. num.*218. & alij.

26. Vltima propoſitio. Quamuis tranſportantes à publicano comprehenſi interrogentur de valore, quantitate, aut numero rerum, quas tranſportant, non tenentur in conſcientia veritatem fateri, ſed ſatis eſt reſpondere, vt ipſe videat, ſi velit, & ſcrutetur, & ſe paratos eſſe ad ſoluendum. Siquidem ita cõſuetudo recepta habet, & taciturnitas hac in re, neque vis, neque fraus appellari poteſt. Imò fas eſt tranſportantibus cum ipſis rebus a publicano comprehenſis, non ſoluere integrum tributum, ſi quantitatem ſolutionis publicanus mercatorum arbitrio relinquat, ſiue ad excuſandum ſcrutandi laborem, ſiue quia publicano ſunt amici, ſiue quia ſunt ordinarij viatores, aut alia ratione ducti id faciant.

27. Quod ſi dicas cum Cordubenſ. Regem per ſuas leges poſſe obligare in conſcientia ſubditos etiam renuentes ad ſoluenda tributa integrè abſque vlla occultatione, neque oppoſita conſuetudine populi poſſe leges abrogari, aut temperari, niſi adſit conſenſus ſaltem tacitus Regis, quod non poteſt dari cum expreſſo diſſenſo Regis? Reſpondemus id eſſe falſum, vt conſtat ex ipſa voluntate legumlatorum, vt probatur ex *l. de quibus cauſis, ff. de legibus.* Cuius ſunt hæc verba. *Cum leges ipſa nulla alia ex cauſa nos teneant, quàm quod iudicio populi recepta ſunt.* Et ex cap. *in iſtis, diſt.*4 vbi habetur, *leges inſtituuntur, cum promulgantur, firmantur autem, cum vtentium moribus approbantur,* Hinc eſt, in lege humana Regum non recepta à populo, non eſſe vim legis communis. Quæ reſolutio eſt certa. Abulenſ. *in Exodo, cap.*21. *quæſt.*3. *ad* [illegible]. Gerſon *de vita ſpirituali, lect.*4. *concl.*13, [illegible] *vbi liquido.* Barthol Medin. *quæſt.*95. *art* 3. quibus accedit Caſtr. 1. *de lege pœnal. cap.*1. Ex eo quod leges non habeant poteſtatem, niſi recipiantur a populo, & eo modo, quo recipiuntur, [illegible] non eſſe credendum populum tam prodigum fuiſſe ſuæ libertatis, vt non reſeruaret ſibi al[illegible] poteſtatem repugnandi ſaltem legibus cum primò inſtituuntur, antequam per mores vtentium leges accipiant vim obligandi. Imò quamuis Summus Pontifex per ſuas leges Eccleſiaſticas poſſit obligare Catholicos, etiam repugnantes acceptare illas, cum poteſtatem à Deo immediatè accipiat. Communis Doctorum eſt, eam eſſe Summi Pontificis clementiam ac moderationem in populo regendo, atque obligando, vt quando lex non eſt recepta à populo Catholico, nolit illum in conſcientia obligare, ne populus inde habeat occaſionem peccandi.

Quod verò lex ciuilis non obliget, ſi a populo non fuit acceptata; Probatur ex cap. 1. *de treug. & pace,* vbi Felin. plures refert. Couar. 1. *variar. cap.*16. *num.*6. Idem tradit Iaſon *in l. rem non nouam. §. patroni. C. de iud.* Ariſtoteles *lib.*2. *politic. cap.*6. vbi ait ad finem, legem nullam vim obligandi habere, niſi ex more. Confirmatur, quia quamuis principi integrum ſit leges condere, non præſumitur tamen velle obligare populum, donec populus legem acceptet. Ergo non oritur obligatio ante acceptationem. Quo fundamento vtitur Couar. *in practic. cap.*1. & ex Theologis tenet Maior *in 4. diſt.*15. *quæſt.*4. *in argumentis contra ſecundam concluſionem,* & Dried. *de libertat. Chriſtian. cap.*9. *document.*2. dicentes leges vim obligandi habere ab vſu, & acceptatione ſubditorum. Quoad leges Eccleſiaſticas idem docent Abbas *in cap. Cum olim. de clerico coniugato.* Angel. *verb. Conſtitutio, num.*7. dicentes ſi maior pars legem ſeruet, quamuis alij reſiſtant, & eam non acceptent, ſuam vim retinere. Contra verò ſi maior pars reſiſtat, *l. quod maior, ff. ad municipalem.* Suar. *lib.*4. *de legib. cap.*16. *num.*9. poſt plures ibi. Ratio illius, quia lex recepta poteſt conſuetudine abrogari, vt deſinat obligare. Ergo populus poteſt impedire ante acceptationem, ne lex obliget. Quod cùm prævideat legiſlator, & non vrgeat renuentes ad obſeruationem legis, præſumitur nolle cogere populum cum tanto periculo. Quod oſtendit vſus Eccleſiæ Catholicæ, & ſentiunt Nauar. *in manual. cap.*23. *num.*62. *verſ.*10. & Hugolin. *de cenſur. tabul.*1. *cap.*9. *§.*9. *num.*2. & Greg. de Valent. *tom.*2. *diſput.*7. *quæſt.*5. *punct.*5. *dub.*4. & alij, quos refert, ac ſequitur Sayr. *in claui, lib.*3. *cap.*5. *num.*14. *&* 15. vbi probat diſſimulationem principis, etiam Domini Papæ ſcientis non fuiſſe legem receptam à principio, à maiori parte populi, excuſare à peccato tranſgreſſores.

---

## §. III.

### *De obligatione ſoluendi Alcaualas apud Hiſpanos.*

EPITOME.

28 *Gabella non petita an debeatur, quando gabellarius non fecit certiorem populum, quiſnam eſſet exactor.*

29 *Gabella exactio quanto tempore apud Hiſpanos præſcribatur.*

30 *Gabella ex venditione immobilium peti poteſt poſt annum conductionis intra quadriennium.*

31 *Contrahentes in Hiſpania poſſunt vendere immobilia ſine ſcriptura publica.*

32 *Gabellæ de iure communi præſcribuntur quinquennio.*

33 *Gabellarum debitor poſt præſcriptionem an ſit tutus in conſcientia.*

34 *Salarium famulorum poſt triennium adhuc debetur in conſcientia, quando herus ſcit ſe non ſoluiſſe.*

35 *Gabella poſt præſcriptionem petitas, probabilius eſt non deberi.*

36 *Gabella apud Hiſpanos non petita, ſemota vi, fraude, aut malitia, an debeãtur in conſciẽtia.*

37 *Tributa*

37 *Tributa quando ſeuerò exiguntur, ſoluenda ſunt ſi petantur.*

38. 39. & 40 *Gabella ſoluenda ſunt poſt petitionem, niſi conſuetudo contraria ſit vſu recepta.*

41 *Tributa vulgò* peage, y paſſo por la ponte, *ſecundùm conſuetudinem non ſoluuntur, niſi petantur.*

42 *Gabella non debetur ex tranſactione regulariter, niſi in aliquibus caſibus.*

43 *Tributa an poſſit quis defraudare, nec ſoluere gabellariis, qui ea à Rege habent conducta, ſi Rex debeat defraudantibus.*

38. AN gabella non petita debeatur in foro conſcientiæ, quando exactor, ſiue publicanus, non fecerit voce præconis per loca publica populum certiorem ſe eſſe exactorem, & habitare in tali, vel tali loco? Ratio dubitandi, quia iuxta legem 120. compendij Alcaualarum, quæ hodie eſt lex 31. *tit.* 19. *lib.* 9. *noua collect.* id præcipitur exactoribus, & publicanis, ne vendentes ſe excuſent à ſolutione gabellarum, quos etiam obligat eadem lex ad ſoluendum, facta priùs denunciatione prædicta per loca publica de mandato exactoris, ſeu publicani. Quare videtur dicendum non teneri vendentes ſoluere in conſcientia ante denunciationem. Nihilominus probabilius eſt obligari venditores ad ſolutionem gabellæ ante publicationem illam, ſi ſciant re vera, quiſnam ſit exactor, ſeu conductor gabellarum. Hi tenentur gabellario patefacere venditiones iuxta regulam iuris, quæ habet, *qui certus eſt, amplius certiorari non oportere*; Ergo vendentes ſcientes quiſnam ſit exactor, & locus ad ſolutionem deputatus, in conſcientia tenentur ad ſoluendam gabellam. Secus ſi id omnino ignorent, tunc enim non tenentur ante præconium, niſi ad petitam, nec monere exactorem de venditione. Ita Gutier. *de gabellis, quæſt.* 3. *num.* 24. *& ſequenti.* Quia gabella eſt tributum odioſum, & non eſt extendenda extra terminos. Bartol *in l. pupillus, ff. ad l. falcid.* Lazarte *de decim. vend. in præfat. n.* 31. Vaz *allegat.* 28. *num* 46.

29 Petes intra quod tempus exactio gabellæ debeat peti in Hiſpania, ita vt ſi non petatur intra illud tempus careant actione conductores? Reſpondemus teneri petere ex venditione bonorum mobilium, & ſe mouentium durante toto anno, & duobus menſibus ſequentibus vltra annum conductionis, quo anno conductionis elapſo, & duobus menſibus ſequentis anni tranſactis, non poſſunt exactores gabellas petere. Quod ſi gabellæ exigantur de venditione rerum immobilium, quarum ſcripturæ conficiuntur per tabelliones, quos vocant de numero illius loci, vbi bona immobilia ſita ſunt, poſſunt gabellarij eas exigere non ſolùm in anno conductionis gabellarum integro, ſed etiam in anno ſequenti, poſt primum annum exactum. Si verò huiuſmodi contractus coram aliis tabellionibus, qui non ſint ex numero ſupra dicto, celebrentur, poteſt exigi gabella, ac pœna illius intra duos annos, à die quo talis contractus fuit initus.

Nihilominus in oppidis, ac locis dominorum particularium, aut ordinum poſſunt exactores regij, aut alij ab eis poteſtatem habentes, gabellas colligere, aut eas petere in iudicio, quia non præſcribuntur, etiamſi non petantur intra terminos ſuprà ſcriptos. Ita expreſsè habetur, quod hactenus diximus *in l.* 19. *tit.* 17. *lib.* 9. *gabellar.* per quam viſum eſt corrigi legem 20. quæ ſequitur, & eſt antiquior, quæ ſtatuebat poſſe peti huiuſmodi gabellas durante anno conductionis, & quatuor ſequentibus, ſi fides eſt habenda additioni oppoſitæ ſupra dictam legem 20. Et teſtatur Gutier. *de gabellis. quæſt.* 119. *num.* 1. *ad finem.* Poſſunt tamen hæ duæ leges conciliari, ne correctio legum facilè admittatur, *l. præcipimus in fine, C. de appellationibus.* ſi dicamus legem 20 generaliter fuiſſe locutam, decreuiſſéque, vt exactores regij per ſe, vel per alios ad id deputatos poſſint a quibuſcumque debitoribus petere alcaualam, non ſolùm per totum annum ſuæ conductionis, ſed per quadriennium ſequens. Quo tempore integrè elapſo, præcluditur aditus gabellariis omnino ad petendam decimam, cuius legis deciſio adhæret diſpoſitioni iuris communis. Quod quinquennio exactio denegat publicanis actionem petendi gabellas, vt habetur *in l.* 2. *C. de vectigalibus.*

Lex verò 19. quæ poſterior eſt tempore quàm 20. quamuis prior in ordine decernit quod ſuprà dictum eſt, nempe quòd in venditionibus rerum mobilium gabella exigi poſſit intra annum conductionis, & intra duos menſes ſequentis anni. Idémque ſtatuit quando bona ſe mouentia venduntur. Secus ſi vendant bona immobilia, & fiat ſcriptura a tabellione de numero ciuitatis, ac loci, vbi continentur illa bona. Tunc concedit lex annos duos, videlicet annum conductionis, & ſequentem, vt decima peti poſſit. Quòd ſi contractus celebretur coram alio tabellione, qui non eſſet de numero ciuitatis, nec de loco rei venditæ, ſtatuit dicta lex 19. recentior, vt intra duos annos integros, atque perfectos à die celebratæ venditionis per ſcripturam numerandos, gabella exigi valeat. Quia vbi primùm confecta fuit ſcriptura, etiam ante traditionem, perfecta eſt venditio, ac gabella debetur iuxta text. *in principio, inſtitut. de empt. & vendit. & l.* 6. *tit.* 5. *part.* 5. Couar. *in cap. in* 1. *num* 9. *ad finem, de teſtamentis.* Menoch. *lib.* 1. *controu. illuſt. cap.* 18. *num.* 22. & Greg Lopez *in d. l.* 6. *verb. qui verò,* vbi concludunt venditionem non perfici etiam eſſentialiter donec fiat ſcriptura, quando conuentum fuit inter partes, vt in ſcriptis fieret venditio. Qua confecta ſcriptura confeſtim debetur decima, etiam ante ſolutionem pretij iuxta text. *in l.* 10 *in fine* ibi. *Por no ſer acabada la paga, tit.* 17. *lib.* 9. *recopilat.* vbi decernitur non eſſe prorogandam ſolutionem gabellæ propter pretium non ſolutum, cum decima ratione contractus debeatur. Auendan. *reſponſ.* 29. *ex principio,* & expreſsè tradit Bartol. *in l. ſancimus,* & *ibi* Ioannes de Platea *circa medium, C. de conſulibus, lib.* 12. Lazart. *de decimis, cap.* 6. *num.* 12.

Porrò ſi bona immobilia vendantur abſque ſcriptura, tunc dicta lex 19. recentior, nihil diſpoſuit circa tempus, in quo gabella pati debeat. Ideo caſus relinquendus eſt regulis conſtitutis per legem 20. iuxta legem, *præcipimus in fine, C. de appellationibus.* Siquidem lex 19. ſpecialiter nihil expreſſit. Quare in hoc caſu, quando venditio eſt immobilium facta ſine ſcriptura, peti poteſt decima, durante anno conductionis, & inſuper quadriennio ſequenti, vt deciſum eſt in dicta lege 20. Lazart. *de decimis, cap* 18. *num.* 69. concinit Gutier. *d. quæſt.* 119. *num.* 3. & 4. vbi *num.* 9. meminit conditionum, quæ continentur in nouis Ordinationibus Regis, quas vocat *punctationes in acceptatione* 30.

*tione*

*tionis generalis* editis in Pardo, anno Domini 15 26. die menſis Nouemb. incipit: *Item con condicion*, *num*.15. vbi decernitur ad excuſandas lites inter exactores gabellarum, & ad exterminanda fraudes, quòd fiant ſcripturæ de venditionibus bonorum immobilium, cenſuum, permutationum, & ſimilium à tabellionibus publicis numeri ciuitatum, villarum, & oppidorum, in quibus contrahentes habent domicilium, vt poſſint quando opus fuerit ſcripturarum copiam petentibus reddere. Quod ſi contrahentes aliter, quàm ibi præcipitur, venditiones, ac permutationes celebrauerint, vltra pœnam à fraudantibus gabellas contractam, non præſcribent aduerſus gabellarum exactores, conductoréſve, imò quocumque tempore poterunt decimam ſibi debitam in iudicio exigere, ſiue extra, ac licitè recipere. Hactenus noua punctatio apud Gutier. *dicto num*.9.

Secundùm quam præſertim per verba illius, *y las que de otra manera ſe hizieren*, nempe venditiones bonorum immobilium, cenſuúmque permutationes, corrigitur vtraque lex 19. & 20. quatenus præfigebat tempus certum ad exigendam decimam bonorum immobilium, duos, videlicet, annos à die contractus deputandos, quando ſcriptura conficiebatur à tabellione, qui non eſſet de numero oppidi contrahentium. Corrigitur etiam lex 20. à noua punctatione, quatenus ſtatuebat peracta venditione, ſeu permutatione prædictorum bonorum abſque ſcriptura, poſſe peti à gabellariis intra quadriennium poſt annum conductionis exactum. Nunc verò ſecundùm nouam punctationem in his duobus caſibus decima bonorum immobilium peti poteſt abſque metu præſcriptionis quocumque tempore. Ex quibus conſtat deciſionem legis 19. habere vim, ac locum, quando venditiones immobilium, ac cenſuum, permutationéſque fiunt in ſcriptis per notarios publicos ex numero populi, vbi contrahentes habent domicilium. In quo euentu decima peti poteſt in toto anno ſequenti, poſt completum locationis annum. Quia noua punctatio *in d. cap*.11. contenta, in hoc nihil mutat, neque corrigit dictam legem 19. Ita Gutier. citatus.

31. Non tamen inde colligas teneri contrahentes contrahere coram publico tabellione, quia bene poſſunt abſque ſcriptura vendere, ac permutare. Anton. Gomez *tom*.2.*variar. cap*.2.*num*.17. Quia noua punctatio minimè cogit contrahentes vendere, vel permutare validè, quoad ſubſtantiam contractus, ſed dumtaxat quoad præſcriptionem deci[illegible] quoniam aliter contrahendo poteſt gabellarius quocumque tempore decimam, ac pœnam contrahentibus exigere. Lazart. *vbi ſuprà*, *num*. *ad finem*. Gutier. *num*.12. & 13. vbi addit legem 19. & 20. dum aiunt decimam peti poſſe d[illegible] anno locationis, ſeu conductionis, eſſe intelli[illegible] de parte illius anni, qui currebat [illegible] contractus fuit celebratus vſque ad exitum [illegible] inſuper reliquum tempus, quod prædictæ [illegible] addunt vltra annum conductionis, quod [illegible] tradit Lazart. *num*. 71. poſt Meneb. *lib*.3. *de ſucceſſ. creat.* §.28.*num* 28. *verſ. Illud autem notandum eſt*, in prima editione Salmanticenſi circa intellectum legis 101. *del quaderno*; quæ eſt hodie lex 10 *titul*. 17 *lib*. 9. *recopilat*.

32. De iure tamen communi ſtatutum eſt quinquennium ad petendum ea, quæ in commiſſum ceciderunt. Conſtat ex lege 2. *C. de vectigal. & commiſſ.* & ibi Bartol. & Bald. per text. *in d. l.* qui ſic habet: *Neque commiſſum quod ante quinquennium factum dicitur, ſi hæc res anticipata non eſt, vendicari poteſt.* Idem probatur *in l.6. ad finem, tit.7 part.5.* vbi deciditur exactores portagiorum poſt quinquennium elapſum non poſſe ampliùs petere mercimonia, quæ contraxerunt caducitatem propter portagium non ſolutum. Verba autem legis accipe: *Otroſi dezimos, que ſi los portadgueros fueren negligentes en no demandar por ſinco años las penas, y los derechos ſobre dichos alos que tales yerros ouieſſen fecho, que dende en delante no lo poderian demandar a ellos, ni a ſus herederos*, & *ibi* Gregor. Lopez & Girond. *de gabellis, part.*12. *num*.2. Azeued. *l.7. num*.12. *tit*.15. *lib*.6. *noua collectionis*.

Non currit tamen quinquennium quando ex parte gabellarij interruptum fuit iuxta legem vlt. *C. præſcriptione 30. annorum*, & apud Hiſpanos *d. l.20. tit.17. lib.9. noua collect. ad finem*. Gironda *de gabellis*, 4. *part*. §. 2. *à num*.18. Et apud noſtrates *lib*.4. *Ordinat. tit*.79. §. 1. & 2. vbi etiam dicitur non procedere in impedito tali impedimento, quod remouere non poteſt ex *l. quibus diebus* 40. *ff. de conditionib. & demonſtrationib.* Caldas Pereira *in l. ſi curatorem, verbo, Infrà, à num*.3. Neque dicta lex 6. *tit*.7. *part*.5. eſt contraria nouæ punctationi ſuprà dictæ, *cap*.15. vbi loquitur de venditione, ac permutatione bonorum immobilium ac cenſuum; at verò lex 10. agit de portagio, quod ſoluitur de rebus mobilibus, & non eſt extendenda extra ſuos terminos, quia gabella eſt tributum odioſum. Angel. *conſ*.385. Aymon *conſ*.231. quibus adhæret Thomas Vaz poſt alios *allegat*. 28. *n*.45. *& ſequent*.

Quæſtionis tamen eſt, an tranſacto tempore præſcriptionis quando non datur actio in foro externo exactori gabellæ ad petendum, ſit debitor ſecurus in conſcientia, ſi non ſoluat. Negat Gutier. *de gabell. quæſt* 120. & 121. vbi probat præſcriptionem prodeſſe tantùm in foro externo, non verò in foro conſcientiæ, ſi gabella non ſit ſoluta. Eo quia leges 31. & 32. *tit*.17. *lib*.9. obligant vendentes, ementes, ſeu permutantes ad manifeſtandum hos contractus, & ad ſoluendam gabellam intra tempus in iiſdem legibus præfixum, quamuis non petatur. Ergo in foro animæ non ſunt excuſandi ementes, vendentes, & permutantes à ſoluenda gabella, licèt gabellarij careant actione ad petendum in foro externo propter legalem temporis præſcriptionem, de qua agitur *in d. l.*19. & 20. quæ præſcriptio non procedit in foro animæ, vbi exigitur bona fides, quam non habent iſti debitores gabellarum. Quam ſententiam expreſſè tradunt Cordub. *in ſua quæſt. quæſt*.95. & Angles *in floribus Theologicis in quæſt. quis à reſtitutione ſit liber*, 4. *dub. difficult*. 1. *in fine*, quos ſequitur Lazarte *de decima venditionis, cap*.18. *num*.72. & 73. contra Didacum Perez *in l.2. verb. le ficiere adulterio, verſ. Ex qua inferri poteſt, tit*.15. *lib*.8. *Ordinat. pag*.34. *in fine*, exiſtimantem conſuetudinem eſſe, vt non ſoluatur decima gabellario, nec debeatur niſi petat ipſe. Quam conſuetudinem vigere negat idem Lazarte *num*.44. *d. cap*.18. 33.

Probatur ex Ordinatione Luſitana *lib*.4. *tit*.32. 34.
vbi deciditur ad decidendas lites famulum vltra triennium exactum integrè non poſſe petere ſalarium, quando poſtquam exiit è domo heri fuit ſemper in eodem oppido, vbi herus habitabat, nec

habeto

habere actionem in foro externo ad illud petentendum, niſi ſit minor viginti quinque annis. Quod etiam ſeruatur in Hiſpania erga famulos, aduocatos, & procuratores iuxta legem 9. *tit.*15. *lib.*4 *recopilat.* teſte Petro Dueñas *regul.*306.*incipienti, famulus, limit.*10. & Gonzalez *ſup. regul.*8. *gloſſ.*56.*num.*83. Imò Romæ biennio per Bullam Pij V.33 in Bullario, *fol.*973. præſcribitur ſalarium famulorum, vt refert Stephan. Grat. *deciſ.*53. Nihilominus quando debitum eſt liquidum, nec fuit ſolutum ſalarium à Domino ſcienter, in foro conſcientiæ tenetur dominus non obſtante deciſione legali ſoluere ſalarium. Ita Rebell. x.*part. de obligationibus, lib.*14.*quaſt.*13. *num.*13. Molin. *de iuſtit. tract.*2.*diſp.*67.*verſ. Hu ita relatis.* Caſtr. 2. *de lege pœnal.cap.*10. Gama *deciſ.*334. Et eſt communis. Quia nec ſtatuto, aut lege aliqua, aut conſuetudine induci poteſt præſcriptio cum mala fide, hoc eſt cum conſcientia debiti, vt probat Adrian. *quodlibeto* 2. *fol.*31. *col.*2. Mench. *lib.*1. *de ſucceſſ. creatione*, §. 10. *num.*34. & latè probat per totum, maximè *à num.*24. Valaſc. *conſult.*25. qui omnes concludunt ſalarium famulis in conſcientia deberi. Imò addit Rebell. *num.*11. poſt Gamam, Gutier. & alios, ex lapſu ſolius triennij cum bona fide non concedi præſcriptionem dominis, niſi allegent ſe ſoluiſſe mercedem famulis, nec poſſe negari actionem famulis in foro externo, ſi velint probare ſibi non fuiſſe ſolutum, quæ quidem limitatio poteſt admitti, cum leges ſint adeo ſeueræ, & exorbitent à iure communi, vt de earum iuſtitia Gama *d.diſp.*334 *a num.*9. videatur dubitare. Ergo in noſtro caſu videtur bene ſentire opinio præſens, quæ tradit in foro animæ ſoluendam eſſe decimam gabellariis, neque tutos eſſe debitores etiam poſt legitimum tempus tranſactum; cum ſecundùm veritatem ſalarium famulis ſit omnino ſoluendum,

35. Dicendum tamen eſt opinionem ſupradictam Gutier. & Lazar. obligantem tranſacto tempore à lege præfixo ad ſoluendam gabellam, eſſe ſatis probabilem, non verò omnino certam. Atque ita probabilius puto ementes, & vendentes, qui nulla fraude, aſtutia, aut malitia vſi ſunt aduerſùs publicanos in neutro foro teneri poſt illud tempus ſoluere decimam. Probatur ex lege 19. & 20. *tit.*17. *lib* 9. *noua collect.* vbi præcipitur intra certum tempus ab iiſdem legibus deſignatum gabellas peti, & quod vlterius nequeant exigi. Ergo niſi petantur in illo tempore præfixo, in neutro foro debentur, cùm legiſlatores circa gabellas ſoluendas ex pretio permutationis, ac venditionis in iiſdem legibus 19. & xo. dicant ita demum eſſe ſoluendas, ſi petantur intra prædictum tempus. Secundò ex conſuetudine confirmatur, quæ eſt optima legum interpres, ſecundùm quam eſſe vſu receptum aliqui opinantur; imò omnino firmiter credunt obligationem gabellæ ſoluendæ eſſe, ſi petatur: alioqui nullam eſſe obligationem. Ita Angles *in ſuis floribus Theologicarum quaſtionum in quaſt. de vectigal. reſtit. in* 2. *dub.* dicens iuxta conſuetudinem Hiſpaniæ neminem teneri in foro animæ ſe offerre gabellario, nec ſoluere, niſi petatur, ſatiſque eſſe ſi paratus ſit, remota omni fraude, atque occultatione, ſoluere quandocumque petatur. Sequitur Parlador. *lib.*1. *rerum quotidianar. cap.*3. *in principio, num.*29. quibus adhæret Didacus Perez *in l.*2. *tit.*15. *pag.*304. *in fine, verſ. Ex qua inferri, & pag. ſequenti, lib.*8. *Ordinat.* vbi vult hanc eſſe conſuetudinem ſoluendi, ſi petatur intra prædicta tempora, aliàs ſecus. Igitur tranſacto tempore poteſt eſſe tutus in conſcientia non ſoluendo gabellam, vt magis etiam patebit ex ſequenti quæſtione.

Accedit ſatis nodoſa difficultas reſcindenda 36
potius, vel ſaltem omittenda, quàm vulgariter, ſeu curſim excutienda; quæ petit an gabellæ iuſtæ, ſemota omni vi, fraude, aut ſimulatione, ad hoc vt venditio, ſeu permutatio lateat exactores, debeantur in conſcientia, ita vt vendentes teneantur denunciare, manifeſtaréque exactoribus venditiones, aut rerum permutationes. Itémque ſoluere decimam antequam petatur: Duplex eſt opinio. Prior affirmat teneri vendentes, ſeu permutantes intra quinque dies manifeſtare exactoribus contractum permutationis, ſeu venditionis, vel deponere gabellam apud iudicem, vel fidelem perſonam à iudice ad id deputatam, alioqui tenebuntur vendentes ſeu permutantes ſoluere gabellam cum duplo, ad quam etiam pœnam obſtringentur ementes, ſi intra triduum exactores gabellarum de venditione, ſeu permutatione non monuerint. Quæ reſolutio depromitur ex lege xo. de quaternione gabellarum, quæ eſt hodie lex 31. *tit.*19. *non. collect. regia*, vbi id expreſsè præcipitur, atque ita ex omiſſa denunciatione oritur tanquam ex capite damni dati in foro conſcientiæ obligatio reſtituendi gabellam ſimplicem, quamuis non petatur. Ita in ſpecie Anton. Cordub. *in ſumma, quaſt.*95. *in reſponſione ad* 1 *dub.* ibi, *y la ley que ay en Caſtilla.* Petr. Nauar. *de reſtitut. lib.* 3. *cap.*1. *num.*xx9. *& ſequentibus.* Vega *lib.*x. *caſu* 240. *verſ. Quam poco, in* 1. *editione, & lib.*5. *caſu* 655 *per totum.* Aragon. 2.2. *quaſt.*6x. *art.*3. *pag.*233. *concluſ.*1. *&* 2. & Couar. *regul. peccatum*, x. *part.* §. *num.*5. *verſ. Hoc probatur, ad finem*, vbi concludit in iudicio interiori teneri venditorem ſoluere decimam publicano ſcienti, & ignoranti venditionem patefacere; alioqui teneri ad reſtitutionem damni dati ex omiſſione denunciationis. Suffragatur Molin. *tract.*3. *diſp.*674. *concluſ.*3. *ad finem*, vbi docet: *qui ſibi perſuaſerit tributum eſſe iuſtum, obligari pœnitentem reſtituere, quidquid fraudatum fuerit, aut non ſolutum, quamuis exactores non compareant; quod ſi eſt iniuſtum tributum, nullo modo cogat reſtituere. Quando verò res eſt dubia ante factum inclinet pœnitentem ad ſoluendum, poſt factum verò non cogat reſtituere, quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis.* Ex quibus apparet ſententiam illius eſſe in foro animæ tributa iuſta eſſe ſoluenda, etiamſi non petantur.

Poſterior ſententia docet tributa, quando ſe- 37.
uerè exiguntur, eſſe ſoluenda, ſi petantur, præſertim quando debitum non eſt magni pretij. Ita Banhez 2.2. *quaſt.*6x. *art.*3. *verſ. Pro deciſione in* 2. *concluſ.* Ludouic. Beia *caſu* 13. *in tract. de caſibus conſcientiæ.* Sotus *lib.*3. *de iuſtit. quaſt.*6. *art.*7. *ad finem, & lib.*4. *quaſt.*6. *art.*4. *in verſ. De illo autem.* Nauar. *in manuali, cap.*17. *num.* xo2. *in fine*, & rurſus *cap.*x3. *num.*55. *&* 60. *cum ſequentibus.* Quorum ſententiam ſequitur Auendan. *in dictionario legum partitarum, verbo, alcauala, in fine*, & ex recentioribus Filliuc. *tract.*28. *part.*2. *cap.*7. *num.* 18. & Reginald. *tom.*2. *lib.*10. *cap.*25. *num.*381. dicens non teneri ſubditum quærere collectorem gabellarum, ad eas ſoluendas, niſi ſit conſuetudo in contrarium, vel lex præceptiua in praxi recepta.

Probatur, quia ſecundùm conſuetudinem Hiſpaniæ nemo tenetur ſe ipſum prodere in foro

conſcientiæ

conſcientiæ collectori gabellarum, nec illi decimam ſoluere, niſi petat. Eſſet namque ſatis graue vendenti præ inopia, rem ſuam quærere gabellarium, & ſoluere decimam partem pretij, ſed ſatis ei et ſoluere quando fuerit requiſitus, & hanc eſſe praxim in Hiſpania à viris timoratis & doctis receptam [illegible] addit Angles *in ſuis floribus Theolog. quæſtionum, in quæſt. de vectig. reſtitutione in 1. dub.* Atque ita addit ibi legem 120. de quaterno gabellarum præcipiente denunciandum eſſe publicanis, vel aliis collectoribus tanquã acerbam omnquam [illegible] vſu receptam. Quam reſolutionem probat Tolet. *lib. 5. cap. 75. verſ. Quartum eſt, quando conſuetudo eſt in illis terris exigere & cuſtodias ponere. Ideo ſi merces quis ſuas deferat ſine vlla fraude paratus ſoluere, non tenetur quærere exactores, [illegible] ſoluere, niſi exigatur.* Sic ille. Idem Parlador. *d. cap. 3. num. 29. ad fin.* dicens, ſecluſa fraude, nõ teneri in conſcientia ſoluere, niſi a publicanis interpellentur. Quæ conſuetudo vbi viguerit, eſt ſeruanda, ac valet, excuſatque a peccato, vt expreſſe tenet vltra præcitatos Couar. *in d. regul. peccatum, d. § 5. num. 5. verſ. Cæterum ſicubi conſuetudine*, quem ſequitur Lazarte *de decima vendit. capit 18. num 40. & 41.*

Coadiuuat, quia lex de ſoluendis gabellis eſt pœnalis [illegible] mulcta. At quoties quis exponit ſe periculo cadendi in commiſſum, ac ſoluendi pœnam, excuſatur à peccato, & ab onere reſtituendi. Teſte Nauarro *cap. 23. in manuali, num. 54. cum ſequentibus*, quem ſequitur Beia *in reſponſ. ad caſum conſcientia, 13. verſ. Perpendendum*, & Menoch. *de ſucceſſ. creatione, § 28. num. 228. verſ. redeundo.* Ergo non tenebitur venditor ſoluere decimam, niſi requiſitus. Quia lex, quamuis iuſta, eſt pœnalis obligans non reddentes decimam ad pœnam duntaxat temporalem, non verò ad reſtitutionem, prout volunt ex antiquioribus Dec. [illegible] *in cap. Nam concupiſcentiam. in 2. lectura de* [illegible] *conſtitutionibus.* Iaſon *in l. 2. num. 143. C. de iur. emphyt.* [illegible] *& in §. Item ſi quis poſtulante, numero* [illegible] *Inſtitut. de actionibus*, poſt Hoſtienſ. & Io[illegible]. Andr. *in cap. relatum de cleric. non reſidentibus.*

38. Vtraque ſententia eſt ſatis probabilis, mihi tamen poſterior videtur probabilior, remota omni fraude, ac ſimulatione, & occultatione, vt d[illegible]an eſt, quia fraus nemini patrocinari debet, n[illegible] delicto proprio commodum reportare, [illegible] regulas iuris, vbi conſuetudine præſcripta [illegible] fuerit ad[illegible] leges regias, quòd de[illegible] non [illegible] neceſſariò intimanda gabella[illegible] quod ſatis ſupérque venditionibus, ac [illegible] bus gabellarij inuigilant, & forte [illegible] plures vigiles, ac cuſtodes adhibent,

39. [illegible] eſt, ne eos lateant mercium venditio[illegible] tranſmiſſiones. Similiter non erit ſol[illegible] donec fuerit petita a gabellariis, [illegible] ditiones, aut permutationes celebran[illegible] notario publico ex numero, vel ex lo[illegible] venditæ, ſeu permutatæ ſitæ [illegible] iuxta [illegible] 121. quaternionis gabellarum, quæ [illegible] *tit. 17. lib. 9. collectionis regiæ*, quæ [illegible] venditiones ſemel ſingulo quoque menſe [illegible] oſtendere gabellariis ſcripturas ven[illegible] permutationum, ſi ab illis petantur. Ergo par[illegible] ratione in aliis rebus venditis cum ga[illegible] vigilantiſſimi, & eorum cuſtodes in

40. [illegible] illis, ac in tranſportationibus rerum di[illegible] gentiſſimi, vt experientia compertum eſt, in-

quirendis, & inueſtigandis, non tenentur ante petitionem offerre decimam niſi vbi conſuetudo ſoluendi ante petitionem legitimè præſcripta fuerit in viridi obſeruantia. Couar. *vbi ſupra, dicto §. 5. num. 5. verſ. Hoc probatur, & verſ. infra. Cæterum ſicubi*; quam conſuetudinem ſoluendi ante petitionem negat Angles *vbi ſupra*, imò fatetur conſuetudinem eſſe, vt non ſoluatur donec petatur, quod intelligo vbi viguerit, vt apertè docet Lazarte *cap. 18. num. 40. ad finem*, & tenet Couar. *d. verſ. Cæterum ſicubi.*

Idem eſto iudicium in cæteris tributis, vulgò *peage, e paſſo por la puente*, quæ ſecundum conſuetudinem non ſoluuntur, niſi petantur. Ratio, quia forenſes non tenentur ſcire huiuſmodi ſtatuta, ſi qua fortè fuerint. Cordubenſ. *in ſumma caſu 95. in reſponſ. ad ſecundam dub. verſ. Y agora*, Ludouic. Lopez *1. part. inſtructorij, cap. 386. verſ. Sed deſcendendo, pag. 439. vol. 2.* Quod etiam credit de tributis, vulgò *portos ſecos*, ſubdens *pag. ſequenti* cum Diedone, ac Cordubenſ. ſupra ſcriptis, portoris, ideſt *portazgos*, plerumque non habere requiſitas ad ſuam iuſtitiam conditiones. Quare etiam ſi non ſoluantur, poſſunt excuſari etiam, ſi per inſuetas vias à ſolito itinere ſe occultent ad redimendam ſuam vexationem, quando coguntur tantundem pauperes, quàm diuites pendere. Quandoquidem ex iure ciuili, ac canonico regulariter exactiones pro exportatione rerum ad vſus proprios, ac domeſticos damnentur. *d. cap. quanquam, de cenſibus in 6.* & ex lege *ſi publicanus, §. de rebus ff. de vectigalib.* & *l. Sed & ipſi ff. contra* [illegible] *ſtabula*, niſi aliud probetur: ſatiſque erit ſi portantes iurent ſe vſus ſui cauſa portare ſecundum Ioan. de Plat. *in l. 1. C. de litto. & iti. cuſto. lib. 12.* In quo euentu non debetur portorium per *di. l. leg. recitatam*, ibi: *No tenemos por bien que ſe de portadgo*, Sequitur Beia *1. part. reſponſ. caſu 13. verſ. Tum demum*, vbi ait poſt Hoſtienſ. *in cap. ſuper quibuſdam de cenſibus*, Sotum, & Medinam, non poſſe exigi gabellam de his, quæ quis portat pro neceſſitate, & vſu ſuæ vitæ, ac familiæ, nec valere conſuetudinem in contrarium. 41.

His accedit difficultas, an debeatur gabella in Caſtella ex tranſactione? Duplex eſt opinio, altera affirmans, negans altera. Fundamentum affirmantis eſt, quia tranſactio eſt alienatio accedens ad venditionis ſpeciem. Ergo ex tranſactione debetur. Item tranſactio eſt contractus, & quoties ex lege ſeu ſtatuto debetur gabella ex contractu, ſoluenda eſt ex tranſactione. Ita Bald. *in leg. ſi donationis ad finem, C. quod metus cauſa*, & Angel. *conſil. 215. Thema tale eſt, column. vltim. & conſil. 230.* vbi ait nomine emptionis tranſactionem venire, & ex ea ſoluendam eſſe gabellam, ſicut ſoluitur ex propria emptione. Quorum ſententiam probat Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 14. verſ. Ideo, numero 65. ad finem.* 42.

Cæterùm dicendum eſt regulariter non deberi ex tranſactione gabellam. Ratio, quia tranſactio eſt contractus innominatus, *do vt facias, facio, vt des*; verbi gratia, ne proſequaris lites; imò nec eſt propriè contractus, vt ait Gloſſ. *in leg. contractus in principio, C. de fid. inſtrument.* ex quo Bald. & Salicet. ibi negant deberi ex tranſactione gabellam, quando debetur ex ſtatuto ex quolibet contractu.

Atque ita abſolutè dicendum eſt non deberi ex tranſactione gabellam, niſi quando tranſactio fit ita, vt actor cedat omne ius, quod habet in re litigioſa pro pecunia ſoluenda a poſſeſſore, aut è contrario; quo in euentu reperitur venditio. Ita Bart. *in l. 1. n. 2. ff. pro emptore*, & Caſtrenſ. *ibi, n. 2.* Ita Parlador. *vbi ſupra, §. 2. cap. 3. num. 46.* Lazarte *de decima, cap. 7. num. 5.* & clarius *cap. 17. num. 51.* Gutier. *de gabellis, quæſt. 45. num. 13. & ſequentibus.* Quia æſtimatio etiam in dubio facit emptionem, & qui dat, eſt emptor, & recipiens venditor, dummodo conſtet cedentem habuiſſe aliquod ius in ea re, aliter enim ſi de iure cedentis re vera non conſtet, nulla cenſebitur venditio, ſed pura tranſactio. Ideo gabella non debebitur quamuis fiat ab aliquo verbis expreſſis ſui iuris ceſſio, cum non appareat materia vendibilis. Ita præcitati, niſi probet gabellarius cedentem ius ſuum dominium rei habuiſſe, vel litem eſſe ſimulatam, vt nec permutatio, nec venditio cognoſcatur, tunc debetur decima Gutier. & Lazart. *vbi ſupra*, Cald. Pereira *de reſol. emphyt. cap. 9. num. 34. & 35.* Gironda *de gabellis, part. 10. n. 4. & 5.* & Quarant. *in ſum. Bullary, verb. alienatio, n. 43. pag. 33.* & Azeued. *l. 2. n. 10. tit. 17. lib. 9. noua recopil.* Tunc enim bene procedit opinio Baldi *in l. per diuerſas, C. mandati*, exiſtimantis legem diſponentem de emptione, & venditione, deberi gabellam, habere locum in tranſactione, & amicabili compoſitione, ſi de iure cedentis conſtet. Quod in Senato ſupplicationis fuit iudicatum anno Domini 1615. in cauſa Antonij Mendes, & Iacobi de Carualhaes ex oppido Vimaranenſi, ſcriba Marcos do Quintal, vbi deciſum fuit tranſactionem per quam tranſlatum fuit dominium, ac poſſeſſionem in alterum ex tranſigentibus, fuiſſe nullam, eo quia de ea non fuit decima ſoluta.

43. Sequens quæſitum controuertitur an poſſit quis defraudare tributa, quando Rex illi debet, neque alia via poteſt debitum recuperare? Ratio dubitandi eſt, quia Rex ſolet vectigalia gabellariis locare pro certa ſumma, proinde ſi quis vtatur compenſatione negando vectigalia infert exactoribus gabellæ damnum, atque iniuriam: ob quam cauſam negat Manuel Roderic. *tom. 2. ſummæ, verb. tributos, cap. 73. n. 7. concl. 6.* eſſe iuſtam compenſationem in hoc caſu. Placet tamen eſſe iuſtam non obſtante locatione à Rege facta de tributis. Quia conductores multo minori pretio, quàm valeant vectigalia, ſolent conducere. Ex eo fundamento, quod certò norunt plures fraudum ſpecies, quibus ementes, ſeu vendentes vtuntur ad fraudanda tributa. Cum ergo pluris æſtimentur vectigalia, quam ſit pretium, quo locantur, nullum patiuntur conductores detrimentum ex occulta compenſatione. Item, quia Reges non poſſunt locare, quod aliis debent, poſſuntque debitores quod ſibi debetur ſoſtè retinere, nec ſoluere vectigalia, cum tantundem Rex illis debeat. Vltimò Rex ſolū iura percipiendi vectigalia locat abſque tranſlatione dominij tributorum. Ideo tributa, quæ vendentes, aut ementes debent & non ſoluunt tanquam rem propriam retinent, non verò alienam, atque ita non faciunt iniuriam gabellariis. Ita Petr. Nauar. *lib. 3. cap. 1. num. 249.* Syluest. *verb. gabella, 3. quæſt. 9.* Molin. *tract. 3. diſp. 674. num. 10.* Veiga *in ſua ſylua, lib. 5. caſu 661.* & Leſſ. *lib. 2. cap. 33. dub. 10. num. 75. fol. 418.* dicentes non obſtante locatione poſſe creditores vti compenſatione.

## §. IV.

### *De quibus venditionibus, permutationibus, reliquiſque contractibus debeantur gabellæ?*

#### EPITOME.

44 *Gabella de iure communi ſoluitur ab emptore inſolidum, de iure tamen Luſitano ab emptore, & venditore.*

45 *Expenſa ſcripturarum ſoluuntur ab eo, in cuius vtilitatem ſcripturæ fiunt.*

46 *Onus ſoluendi gabellam ex omni contractu venditionis incumbit venditori de iure Caſtellæ.*

47 *Gabella debetur ex venditione reditus annui ad victum conſtituti, non tamen ex redemptione illius.*

48 *Gabella non debetur ex venditione reditus, quem vulgò appellamus iuro.*

49 *Gabellam deberi ex locatione, ſeu conductione, aliqui affirmant.*

50 *Gabella an debeatur ex torque aureo, ſi aurifex ponat materiam, & operam.*

51 *Aquatores aquam ex flumine communi, ſeu puteo publico vendentes, an debeant gabellam.*

52 *Gabellam an debeant vendentes vinum, & piſcatores, ſeu venatores in loco publico, ac communi, ex piſcibus, ac animalibus ibi ſuſceptis, ac venditis.*

53 *Gabella an debeatur ex venditione neceſſaria, pars negans eſt probabilis, pars affirmans probabilior.*

54 *Commiſſi pœna non committitur in fraudatione gabellæ, niſi dolus reperiatur, quæ pœna non tranſit ad hæredes defraudantis.*

55 *Subhaſtatio an ſit nulla ſi gabella non ſoluat.*

56 *Gabella non debetur ex pecuniis acceptis à genero.*

57 *Gabella debetur ex datione in ſolutum.*

58 *Gabella de bonis immobilibus, ac mobilibus vbi ſoluenda eſt.*

*Et quid de venditione conditionali, ibid.*

59 *Gabella an debeatur de promiſſione de vendendo formali.*

ILLVD in primis certum eſt de iure communi emptorem in ſolidum teneri gabellam ſoluere, per text. *in l. debet, ff. de ædilitio edicto.* Sequitur Roman. *ſing. 582.* Cæpol. *in d. l. debet, num. 2.* Pinell. *in leg. 2. C. de reſcindenda venditione.* De iure tamen Luſitano *capit. 1. in articulis gabellarum, in principio*, tam emptor, quàm venditor ſoluunt gabellam vnuſquiſque pro ſua dimidia. Cabed. *2. part. deciſion. 113. num. 6.* Idem dico de inſtrumento emptionis, & venditionis, quando ſcriptura fit in vtilitatem vtriuſque partis. Tunc vtraque pro ſua parte tenetur ſoluere notario ſalarium. Ita Flores de Mena, *variarum lib. 1. quæſt. 7. §. 4. num. 10.* Gregor. Lopez *in l. 26. verbo, Deſpenſas, titul. 16. part. 3.* Sard. *de alimentis, tit. 1. quæſtion. 62. num. 7. & tit. 4. quæſt. 22. num. 6.* vbi ait idem eſſe ſeruandum, quando teſtis producitur à reo, & actore. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 57.* 44

Quod

45. Quod ſi contractus fiat in vtilitatem vnius duntaxat partis; verbi gratia, quando contractus eſt mutui, accipiens ſoluet expenſas. Ita Aoendan. *de exequend. mandat. part. 2. cap. 19. n. 2.* poſt Baldum *l. vltim.* & *ibi* Salicet. *C. de cond. ex leg.* quos refert, ac ſequitur Tiraquell, *de retract. lignag. 29. gloſſ. 3. n. 1. & 2.* addens emptorem, qui vult vi retractus retrahere à venditore rem ab alio emptam, teneri ſoluere expenſas. Idem repetit *tit. de retract. conuentionali, §. 6. gloſſ. 1. n. 23.* vbi impenſas ipſorum inſtrumentorum refundere debitorem creditori vult ſecundùm conſuetudinem receptam, poſt Chaſſanæum, *rubr. 10. §. 1. verb. Les fraiz.*

46. In Hiſpania tamen ex omni contractu venditionis gabella debetur regulariter, onus tamen ſoluendi incumbit venditori iuxta text. *in l. 1. titul. 17. lib. 9. recopil.* Ideo ex venditione annui reditus debetur gabella iuxta pretium. Parlador. *lib. 1. quotidianarum, cap. 3. §. 4. num. 10.* Lazarte *cap. 10. de decima,* vbi agit de reditu annuo ad vitam conſtituto, *num. 4.* eſtque vera emptio, & venditio per text *in Authent. vt hi, qui obligatos ſe habere, §. quoniam, verſ. Licebit,* iuxta gloſſ. *ibi, verb. vendens, in 2. expoſitione.* Petrus Surdus *deciſ. 24.* Couar. *lib. 3. variar. cap. 7. num. 2.* quos ſequitur Gaſpar Roderic. *lib. 2. de reditibus, quæſt. 4. num. 6.* Idem Parlador. *§. 8. num. vltim.* addunt tamen non deberi gabellam ex eo quòd reditus numerentur inter bona immobilia, ſed quia ex illa venditione iuris exigendi reditum ſingulo quoque anno, bona hypothecantur pro ſecuratione ex regula *l. 1. tit. 17 lib. 9.* quæ obligat venditorem ad decimam ſoluendam, pro vt etiam vult Mench. *de controuerſ. vſu frequent. cap. 11. num. 16.*

47. Nihilominus ex redemptione cenſus, & reditus huius non deberi gabellam aliam tradit idem Mench. ſicque fuiſſe iudicatum apud Senatum Regium teſtatur ſe vidiſſe. Sequitur Manuel Roderic. *in explicatione motus propry Py V. ſuper formam creandi cenſus in 5. conditione, dub. 5.* Parlador. *d. §. 4. num. 10.* vbi tenet vectigal ſemel tantùm deberi ex venditione cenſus temporarij, quem vulgus appellat *alquitar*, non verò ex redemptione, vt priùs dixit Monterroſus *in ſua praxi, tract. fol. 141.* Aliter dicendum putat Perez *tit. 2. lib. § Ordin* quando cenſus perpetuus de placito vtriuſque partis redimitur, tunc debetur decima, cui adhæret Parlador. *vbi ſuprà*, quæ à venditore eſt ſoluenda, niſi aliud inter partes conuentum ſit. Ex tamen quaſi contractibus non ſoluitur gabella. Phœb. 1. *part. deciſ. 24. num. 24.*

48. Item gabella non ſoluitur de venditione reditus noui, quem vulgò appellamus *iuro*. Cabed. 2. *part. deciſ. 1 3. num. 7.* Lazarte *de decima venditionis, cap. 10. num. 42. & 76.* vbi ait non deberi decimam regiam ex cenſu temporali, ſeu perpetuo quo iure regio conſtituto; rationem reddit [illegible]us *lib. 7. ſelectar. cap. 1. num. 13.* quem vi[illegible] etiam ſoluitur decima, quã Rex vel emit, vel [illegible] commitat ex *l. licitatio, §. fiſcus, ff. de publ.* & *tit. [illegible] 7. part. 5.* & *ibi* Gregor. Lopez *verbo, para el Rey,* quia Rex non poteſt ſibi ipſi eſſe vectigalis, vt rectè cum Bartolo *in dicta leg. licitatio*, tradit Lazarte citatus *cap. 19. num. 8.* Molin. *tract. 3. diſp. 563.* Ex eo fundamento, quod Rex ſolùm locat gabellariis decimam, quæ ſibi debetur [illegible] que ſibi ipſi quidquam debet. Ergo gabellariis decimam non pendet.

49. Dubij eſſe poteſt, an debeatur decima ex locatione, ſeu conductione ad longum tempus? Pars affirmans ex eo probatur, quia locatio, & conductio in aliquibus ſaltem referunt venditionem. In primis ſolo conſenſu perficiuntur, ſicut venditio, in qua requiritur pretium, & res, ſine quibus non datur venditio, *l. 1. in principio, de contrahenda emptione*; quæ etiam duo requiruntur in locatione, & venditione, iuxta communem per textum, & gloſſam ibi, *in l. naturalis, §. at cum do, verſ. Si res, ff. de præſ. verbis,* gloſſ. *in l. ſi olei, C. de locato.* Gomez 2. *variar. cap. 3. num. 3.* vbi firmat mercedem in pecunia numerata eſſe de ſubſtantia contractus locationis, ac conductionis, ſicut venditio non cernitur ſine pretio pecuniario. Ergo ſicut de venditione, ita & de locatione, ac conductione gabella debetur.

Concluſio tamen ſit non deberi niſi de propria, ac vera venditione, qualis non eſt locatio, ſeu conductio. Probatur, quia quamuis tam venditio, quàm locatio ſolo conſenſu perficiantur, & re, & pecunia numerata contrahatur, dominium tamen rei locatæ manet penes locatorem, *l. non ſolet, ff. locati*, dominium tamen rei venditæ transfertur à venditore in emptorem, *l. cum manu ſata, ff. de contrahenda emption.* Ergo cum leges gabellariæ non præcipiant ſoluere decimam, niſi ex venditione, ac permutatione propria, ac vera, vt conſtat ex *l. 1. tit. 17. lib. 9. regia collectionis*, ibi, *de todo el precio, porque vendiere*, non eſt ſoluenda ex alio contractu, niſi ex venditione, ac permutatione. Idem deciditur apud leges Luſitanas *lib. 2. tit. 11. §. 1.* ibi, *qualquer das ditas peſſoas, que comprar, ou vender pagara ſiza.* Vbi non fit mentio de contractu conductionis, ac locationis. Ideo cum ius exigendi gabellas ſit odioſum, vt probatum eſt, & ſentit Bald. *in l. contractus, num. 2. C. de fid. inſtrument.* ſitque ſeruitus quædam contra libertatem naturalem contractuum, quinimò refragetur iuri gentium, teſte Gutier. *de gabellis, quæſt. 6. num. 2.* non eſt extendendum extra caſus expreſſos, ex *regul. iur. in 6.* Lazarte *in præfatione, num. 31.* Gutier. *quæſt. 35. num. 5.* Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. num. 2.* Vnde Iaſon *in l. 1. num. 23. C. de iur. emphyteut.* & Bertachin. *de gabellis, 1. membro octaua partis principalis*, & alij tradunt legem de ſoluenda gabella ex pretio certo intelligi de ſola venditione, non verò de aliis contractibus, præterquam ex permutatione, quæ excipitur per eandem legem primam Caſtellæ *nouæ recopilationis*, & *l. 2. quaterni gabellarum*, & *l. Luſit. in articulis gabellarum, cap. 1. §. 1* ibi: *E tambem do preço em que forem aualiadas as couzas que forem trocadas, & eſcambadas pagem pella dita guiza.* Gutier. *quæſt. 27. num. 5. per legem 1. ff. de rerum permutatione, & l. pretij cauſa,* Vbi Baldus *C. de reſcindend. vendition.* eo quia permutatio obtinet vicem venditionis, & tam venditionis, quàm permutationis vnus eſt, & idem finis, propter quem à iure gentium venditio & permutatio inuentæ ſunt, ſcilicet vt vtilia nobis inutilibus comparemus, teſte Iuriſconſulto *in l. 1. ff. de contrahenda emption.* Item, quia permutare accipitur pro vendere, per text. *in l. ſciendum, verſ. Sed ſi quis permutauerit ff. de adilitio edicto.* Ergo de venditione, ac permutatione gabella debetur. Cardoſ. *verbo, gabella, numero 6.* & Parlador. *dicto cap. 3. lib. 1 §. 2. numero 16. non verò de locatione, ac conductione,*

50 Sed quid dicendum ſi quis conueniat cum artifice, vt ex ſuo auro, vel argento mercede pro opera conſtituta, torquem aureum conficiat? Reſpondeo eſſe locationem, ſi aurum non erat artificis, *§. Item quæritur, Inſtitut. locati.* Secus ſi artifex dedit operam, & materiam, tunc eſt emptio, & venditio. Fabian. de Monte *in tract. de empt. & vendit. quæſt. 2. num. 58. per l. 2. §. adeo, ff. locati, & conducti, & § Item quæritur, Inſtitut. de locato, & conducto*; Parlador. *d. § 2. num. 10.* Vnde de veſtimentis, calicibus, & de reliquo ornatu ad Eccleſias pertinente, quæ conficiunt opifices, ex materia ſua, debetur gabella apud Hiſpanos ex *l. 2. titul. 22. lib. 9. recopil. verſ. de qualeſquier cruzes, & calices.* Quæ lex cùm Lazarti eſſet incognita, dixit oppoſitum, *cap. 20.* quod non probat Parlador. *vbi ſuprà*: mihi tamen placet deciſio in Valliſoletana cancellaria prolata, cuius meminit Lazart. *d. cap. 20. num. 71.* cùm ſit religionis, ac pietatis plena excuſans à ſolutione gabellæ vendentes ornamenta, ac vaſa, nondum Eccleſiæ vſibus deſtinata, non obſtante dicta lege 2. contrarium decidente, cum non videatur fauere Eccleſiæ, cui fauendum eſt, prout regius ille Senatus fauit, præſertim vbi fuerit praxis hæc recepta.

51. Similiter non debent aquatores apud nos gabellam, cum aqua venalis non ſit, per *l. Mela, §. final. ff. de aliment. & cibar. legatis*; quia aquatores non videntur aquam vendere, ſed operam aſportandi locare. Ita Parlador. *vbi ſupra.* Sed melius reſpondet Gutier. *d. 35. quæſt. num. 31* vbi ait eſſe venditionem, cùm aquam venalem portent, ac vendant. Secus ſi pactum ineant inter ſe aquator, & conductor, vt tot onera aquæ pro certo pretio vnumquodque onus in domum conductoris aſportet; quia tunc ſine dubio eſt locatio, quoniam portat aquam ex fonte publico, cuius vſus eſt communis, *§. flumina, Inſtitut. de rerum diuiſione*, nomine conductoris, non verò aquatoris, qui in hoc caſu præter factum, & operam nihil omnino præſtat ex ſuo. Secus verò ſi aquator habeat aquam ex ſuo fonte, & aſportet eam per foros, ac plateas venalem. Ita Lazart. *cap. 2. de decima, num. 27.* & Gutier. *d. quæſt 35. num. 33. verſ. Limitatur tamen.* Quia quando quis habet fontem, ſeu puteum in fundo proprio, & aquam illius certo pretio dat vicinis ad rigandum, ſeu bibendum, eſt venditio, debetúrque gabella. Ita præcitati quibus accedit Gironda *de gabellis, 7. part. § 2. num. 13.* Eſſéque venditionem teſtatur Rebuff. *in tract. de decimis, quæſtione 8. num. 24.*

Ego tamen ſub cenſura doctiorum puto aquatores, ſi nulla intercedente pactione, aquam venalem aſportent per vicos, ac plateas, ſiue eam hauriant ex fonte, ſeu fluuio publico, ac communi, ſiue ex proprio, ac peculiari fonte, aut ſtagno, debere gabellam. Quia non locant aſportandi operam, & factum, ſed aquam propriam, ac ſuam vendunt; quia quamuis fluuius, ſeu fons ſit communis ac publicus, vbi primùm aquatores eam hauriunt, & ſibi aſſumunt, ac in vaſa propria infundunt, fiunt domini illius aquæ. Ideo ſi eam alicui pro pecunia dent, eſt emptio, ac venditio, ſicut qui in ſtagno publico, ſeu flumine piſces, vel in leporario communi cuniculos capiat, eos facit ſuos, ita vt ſi eos dederit pro pecunia, non ſit dubium, quòd ſit venditio, & conſequenter quòd debeatur gabella, ex *regul. legis naturalis, §. & ſi quidem, ff. de præſcript. verbis.* Dixi, nulla intercedente pactione cum aquatore, certa mercede pro labore aſportandi aquam conſtituta, quia ſi cum eo conueniam, vt mihi tot onera aſportet, vel tali, vel tali die in fluuio publico mihi piſcetur, aut in communi leporario venetur certo pretio conductus, non venditio, ſed locatio euidens eſt, per text. *in l. 1. verſ. Sed ſi quis operas, ff. de poſtulando.* Bartol. *in l. quod meo, num. 9. ff. de acquirend. poſſeſ.* Idem dicendum eſt ſi lignarius ad montem communem ad lignandum meo nomine vadat certo pretio pro ſingulo quoque die ſtatuto. Secus ſi nulla præcedente conuentione eò vadat, ligna colligat, ac mihi vendat, ſine dubio eſt venditio.

Idem dicendum puto de recondentibus niuem hyemali tempore ad æſtiuum, vt illam vendant, cum illius dominium quæſierint. Ita Gironda *d. part. 7. § 2. num. 13.* Lazart. *cap. 2. num. 30.* Parlador. *d. § 2. num. 15.* vbi dicunt deberi gabellam, Negat tamen Gutier. *d. quæſt. 35.* deberi gabell[illegible] de niue aſportata de loco publico; ex eo, quia magis præponderat induſtria, ac labor portandi, quam æſtimatio ipſius niuis, quæ eſt vilis, ac propè nullius momenti, quod puto minus bene dictum, argumento aquatoris deferentis aquam de loco publico, & exemplo piſcatoris, ac venatoris, qui piſcantur, ſeu venantur in fluuiis, ac leporariis communibus ſibi, ſuóque nomine, nulla mercede conſtituta, cùm acquirant dominium proprium rei, quæ nullius eſt. Ideo ſi eam alteri tradant pro pecunia, impoſſibile eſt non eſſe venditionem, cum quod meum eſt, pro pecunia do. Rebuff. *vbi ſupra, quæſt. 8. num. 24.* Ideo debetur gabella niſi conſuetudo contraria ſit vſu recepta. 52.

Iuuat ſuperioribus dubiis illud adiicere an debeatur gabella ex venditione neceſſaria, quæ non ſponte, ſed ex neceſſitate fit, nempe ſi quis coactus per legem, Regem aut Magiſtratum, domos, ſeu fundum tradat, & pecuniam recipiat. Pars negans probatur ex eo quod de venditione neceſſaria non debetur laudemium, teſte Camillo Borrello *in ſumma deciſion. tit. 35. num. 44.* vbi *num. 41. & ſequentibus*, declarat cauſas neceſſarias eſſe, quando venditio, ſeu alienatio fit etiam propter fauorem libertatis, aut religionis, aut intuitu ædificiorum publicorum, ac publici communiſque commodi, ſeu honoris. Ergo ſi non debetur laudemium, ſimiliter nec gabella. 53.

Secundò probatur ex *l. Cæſar, & l. final. ſi propter neceſſitatem, ff. de publ.* Vbi Bartol. & ſcribentes notant neceſſitatem excuſare à tributis. Quinimò idem Bartolus per legem *1. C. de naufrag. lib. 11.* exiſtimat ſi nauis, vrgente neceſſitate, puta, propter tempeſtatem, vel propter pyratarum incurſum, ad portum veniat, ad quem non erat ventura, niſi eam neceſſitas compelleret, gabellam non debere. Igitur coactus vendere, excuſabitur ab ea ſoluenda, cùm non dicatur vendere, ita conſenſum adhibens, ſed magis vim pati.

Tertiò non dicitur alienare, contra prohibitionem de non alienando, qui inuitus, ac repugnans alienat, *l. Diuus, ff. de petit. hered.* cum conſenſus voluntarius deficiat. Neque dicendus eſt venditor qui non vendit ſponte, ſed ex iuſta cauſa re ſua priuatur; atqui gabella debetur ex venditione, ſeu permutatione merè voluntaria. Ergo non debetur ea venditione coacta. Ita expreſsè Parlador. *libr. 1. capit. 3. § 2. numero 57. & ſequentibus.* Nec laudemium,

Quæri

Quem etiam ſententiam priùs docuerunt Auend. *reſponſ.*13.*num.*6 & Chaſſan.*in conſuetud.Burgundia,rubr.*10.§.9.*ſub num.*4. Et de gabella expreſsè non ſoluenda loquitur Alber. *in* 2. *part. ſtatut. quaſt.* 221 cui adhæret Amodeus à Ponte, *quaſt. Laudi* 26.*in verſ.Ex hac concluſ* Ex quibus bene ſequitur non eſſe veram venditionem, quæ fit ſine conſenſu ſponte conceſſo,ideo nec gabellam, nec laudemiũ deberi. Hæc opinio eſt probabilis.

Probabilior tamen eſt ſententia Lazarti, cui adhæreo,*cap.*19.*de decima,num.*100.exiſtimantis deberi gabellam, ſeu decimam ex venditione neceſſaria; eo quòd eſt vera venditio, & non reperitur exempta ab hoc tributo.Atque ita dicendum eſt comprehendi ſub diſpoſitione generali, *l.*1.*titul.*17.*lib.*9.*nona collect. regia Hiſpanorum*, & ſub lege Luſitana *lib.*1. *tit.*78. §.14. Cardoſ.*in praxi, verb.gabella,num.*4. Barboſ. *in remiſſ. ad d.tit* 78. §.14.*num.*35 *fol.*86. Idem Gutier.tradit *lib.*7.*quaſtion.*22.*de gabellis, à num.*7. vbi hanc partem latiſſimè probat,aliis ibi relatis pro ea. Proinde ad argumenta partis contrariæ dicendum eſt, neceſſitatem à tributis excuſare, habere locum in portoriis,& aliis tributis ſimilibus, de quibus loquitur lex,*Cæſar*, & lex final.citatæ,a quibus non valet argumẽtum ad gabellam,ſeu decimam,de quâ loquimur, neque onus ſoluendi gabellam procedit,niſi ab effectu venditionis, non verò à cauſa, neque immediatè prouenit ex conſenſu, ſed ex ipſa venditione, & ex ipſa lege, quæ eſt præceptiua, caditque in repugnantem, qui velit, nolit, ex venditione formata tenetur ſoluere gabellam; quia voluntas coacta, voluntas eſt, & venditio tenet per *l.ſi mulier,*§ *ſi metu,ff.quod metus cauſa.* Gregor. Lopez *in l.*28.*tit.*11.*part.*5.*in gloſſ.iurando*,& nominatim venditionem per metum factam eſſe ipſo iure validam, docet gloſſ. *verb.irrita eſt,in l.*1.*C.de reſcind. vendit.* & Gregor. Lopez *in l.*56.*tit.*5.*part.*5. *gloſſ.*1.*incipit, defecho.* Cùm ergo venditio coacta ſubſiſtat, & ſit perfecta, debetur gabella, quæ reſpicit contractum Ita Gutier. *vbi ſupra,& quaſt.*14.*n.*2. & Lazart.*d. num.*100.*& ſequentib.*

Neque refert *l. vltim.*§.*ſi propter neceſſitatem, ff.de public.* Quoniam ibi ſolum habetur,ſi cauſa vrgentis tempeſtatis merces inueniantur expoſitæ in portu, portorio non ſoluto, pœnam 
54 commiſſi non deberi. Neque exprimitur an ſaltem portorii iura ſit exigendum ex huiuſmodi mercibus illac delatis.Imò ex ea lege videtur inclinandum, quod portorium pœna commiſſi remiſſa exigatur, quæ pœna non contrahitur deficiente fraude, & dolo, vt deciditur *in eadem l.vltim.* §. *diui* [illegible] *ff de publican* Neque enim pœna commiſſi committitur in frandatione gabellæ,niſi reperia[illegible], vt docet Roland. *conſ.*42.*num.*15.*lib.*3. [illegible] *conſ.*98.*num.*22.*lib.*1. quos refert, ac ſe[illegible] Lazartes *cap.*18. *num.*47. *per d.l. vltim.*§. [illegible] vbi reſoluit deficiente dolo in frauda[illegible] [illegible] pœnam commiſſi non incurri, ſed [illegible] [illegible] imponi poſſe. Imò pœna commiſſi ad hæredes non tranſit, eo quòd pœnales actiones niſi contra delinquentem conteſtatæ ſint, ad [illegible] hæredes non ſolent tranſmitti, text. *in* §. *non autem omnes,verſ.Pœnales Inſtitut de perpe.& temp.act.* & *l.*25.*tit.*1.*part.*7. Proinde venditoris hæres, qui nec manifeſtauit venditionem, neque intra legitimum tempus ſoluit decimam; non tenetur ad duplum decimæ, ſed tantùm ad ſimplum non ſolutæ, in quo ſimplo condemnari debet, per legem, *ſi publicanus, in principio, ff. de publican.*

Ad argumentum de gabella ad laudemium,dicendum eſt non ſemper valere. Quia quamuis non debeatur laudemium quando quis coactus à magiſtratu rem ſuam vendit propter ædem ſacram ædificandam, vel ob aliquas cauſas publicas, vt tradit Iaſon *in d.l.final. C. de iure emphyt. num.*47. *&* 48. neque ex dote data filiæ à patre, ſi non habet alia bona,quia eſt alienatio neceſſaria; vt notatur *in l.*1.*ff.de fundo dotali*, & ex lege Luſitana conſtat *lib.*4.*tit.* 38.*in principio.* Nihilominus tam laudemium, quàm gabella debetur ex venditione coacta, quæ fit in publica auctione, ſeu ſubhaſtatione, vbi emphyteuſis plus licitanti traditur:Nec poteſt dici eſſe voluntaria talis venditio, cùm fiat auctoritate iudicis per viam executionis ſententiæ. Et confirmatur apertè ex lege Luſitana *lib.*4.*tit.*38.*in principio*, & *ibi* Barboſ.*in remiſſ.num.*61. per text. ibi,vbi vocat neceſſariam venditionem, quæ fit authoritate iudicis his verbis; *mas tambem na neceſſaria,que ſe faz po mandado de iuſtiça*, in qua non eſt dubium quin ſoluenda ſit gabella Regi, & laudemium domino directo,vt vſu,ac praxi receptum eſt; ſecus quando dos ſiue æſtimata, ſiue non, traditur à patre filiæ dummodo alia bona non habeat, ex quibus filia poſſit dotari. Quo caſu excuſatur à laudemio. Contra verò ſi alia bona habeat, vt expreſsè vult Aymo. *conſ.*125. *num.*7. vbi vult in hoc caſo non dari neceſſariam alienationem, ratione cuius negatur exactio laudemij proprietario,ſeu domino directo. Cald. Pereira *de extinct. emphyteuſ. cap.*16.*num.*25.

Sed meo iudicio adhærendo verbis noſtræ legis *d lib.*4.*tit.*38.*in principio*, ibi,*porem neſte caſo lhe naon pagara quarentena*, abſolutè exiſtimo pro emphyteuſi data in dotem à patre, ſiue æſtimata,ſiue non, laudemium non eſſe domino reddendum. Imò nec gabellam pro dote æſtimata eſſe ſoluendam Regi, vt habetur in articulis gabellarum Luſitanis *cap.*39.§.1.ſicque refert fuiſſe iudicatum Cabed.1.*part. deciſ.*104. *in iudicio patrimonij Regalis.* Cuius etiam ſententiæ eſt Iaſon *in l.fin.C.de iur.emphyt.quaſt.*9. *num.*49. indiſtinctè aſſerens non deberi laudemium,ſiue res detur in dotem æſtimata,ea æſtimatione,quæ facit emptionem, requiri conſenſum domini, & deberi laudemium, quod non puto vndequaque verum, quia lex noſtra abſolutè loquitur, ibi, *E no caſo, que a quizer doar, ou dotar naon lhe pagara quarentena, & todauia lhe fara ſaber,para ver ſe tem algum legitimo embargo.*Ergo verius eſt,quod traditur à Cabed.*d.num.*5.*&* 6. dicente non ſolum de emphyteuſi data in dotem,ſiue æſtimata,ſiue non æſtimata domino directo laudemium; Imò nec pro dote æſtimata gabellam. Quod confirmat Lazartes per *l.*35.*tit.*18.*lib.*9.*recopilat.* vbi excipitur a ſolutione gabellæ res in dotem data, ſiue mobilis, ſiue immobilis, æſtimata eo modo, quo æſtimatio venditionem facit, idquè probat *c.*20. *de decima,num.*35. iuncta text. *in l.*5 *ff.locati*, addens in hoc caſu nullam decimam deberi beneficio citatæ legis regiæ.

Peres an ſubhaſtatio ſit nulla, ſi gabella non ſoluatur? Mendes à Caſtro *in praxi,lib.*3.*cap.*21. 55.
*num.*83.refert in Senatu Portuenſi,anno Domini 1597. in cauſa Emanuel de Freitas, cum Marco Ferdinandi Vunatam.fuiſſe iudicatum ſubhaſtationẽ validã eſſe.Ratio quia lex Luſit.*lib tit* 7*d* §.14.

*ad fin. verſ. Et iſto meſmo ſe gardara dos bens, que venderem empregam*, non annullat ex defectu gabellæ ſolutæ ſubhaſtationem peractam ex neceſſitate, ſed contractus dumtaxat de conſenſu partium celebratos, nec refert verſ. *Et iſto meſmo*; quia vt ipſe intelligit, refertur ad pœnam tabellionibus illatam. Proinde quamuis charta addictionis ſit nulla ex defectu certitudinis de gabella ſoluta iuxta ordinationem citatam, nihilominus ſuſtinebitur ſubhaſtatio, cùm ſit quid diuerſum ab inſtrumento certitudinis pertinente ad tabellionem. Cùm ergo ſit pœnalis lex noſtra in hoc caſu, non debet extendi annullatio ad contractum ſubhaſtationis, *leg. cum quidam, ff. de liber. & poſthum.*

Probabilius tamen eſt, ſubhaſtationem eſſe nullam, ſi gabella non ſoluatur. Idem Mendes à Caſtro *vbi ſupra in princip.* Barboſa *in remiſſ. ad d. tit. 78. §. 14. num. 46.* & alij *ibi* relati, vbi notat certitudinem gabellæ ſolutæ in charta addictionis eſſe inſerendam neceſſariò; aliter enim non valere, prout iudicatum fuiſſe teſtatur in Senatu ſupplicationis Olyſipone anno Domini 1555. in cauſa Antonij Ferdinandi Olyſiponenſis, & Antonij Noguetra Vimaranenſis, decidente Senatu ex defectu gabellæ ſolutæ venditionem eſſe nullam, ſubhaſtationémque non ſuſtineri etiam ex defectu certitudinis in eadem charta addictionis tranſcriptæ; quæ duo de iure Luſitano neceſſariò requirebantur *d. §. 14.*

56. Ad hæc quæri poteſt an coloni emphyteutici, dum collocant matrimonio filias, illiſque in dotem prædia emphyteutica concedunt, an debeant gabellam, ſeu laudemium ex pecuniis acceptis à generis, vel ab eorum parentibus? Affirmat Valaſc. *de iure emphyt. quæſt. 10. num. 7.* ſi quod ſoluitur pro Ingreſſu adæquat dimidium veri valoris ipſius rei. Videtur namque vera venditio facta in fraudem legis. Dicendum tamen eſt neutrum deberi iuxta prædicta, vt bene Iudicauit Senatus Portugalenſis in lite Emmanuel. Delgado. Ratio potiſſima, quia non debetur gabella ex contractu innominato, qualis eſt hic, *do, vt des*, cùm pecunia non detur à genero, vel ab eius parentibus, niſi, vt emphyteuſis data in dotem libera exiſtat ab obligatione aliorum filiorum, quibus per obitum parentum legitima portio debetur. Atque ita non eſt contractus emptionis, & venditionis, pro quo debetur gabella, & laudemium; ſecus dicendum videtur quando conſanguineus collateralis traderet emphyteuſim in dotem alteri conſanguineo, intercedente pecunia, quæ adæquaret dimidium iuſti pretij. Tunc fraudis ſuſpicio eſt, quòd ſit potiùs emptio, & venditio, quàm donatio in dotem. Si verò non excedat pecunia erogata dimidium pretij rei conceſſæ, vel adæquet, donatio cenſebitur, vt colligitur ex traditis à Camil. Borrel. *in ſumma, titul. 35 num. 79.* & reſoluit Bartol. *in l. Ariſto, ff. de donationibus.* Nec debebitur laudemium, nec gabella.

Similiter non debetur gabella, quando emphyteuta pro ingreſſu domino directo dat pecuniam; eo quòd datum pro ingreſſu, cenſetur datum per modum ſolutionis anticipatæ. Molin. *tract. 2. diſput. 450.* Si tamen ius emphyteuticum vtile vendatur domino directo, vel alteri de domini licencentia, gabella debetur, cùm ſit vera venditio; non verò ex contractu emphyteutico in quo non reperitur venditio, ideo non debetur gabella. Molin. *diſput. 459. verſ. Quando ius emphyteuticum.* Lazart. *de decima, cap. 1. num. 42.*

An verò debeatur gabella ex datione in ſolutum, anceps eſt quæſtio? Pro explicatione ſcire 57.
debes dationem in ſolutum reperiri, cùm fundus datur, ſcilicet ſoluendi cauſa, ita lex *vel ſoluendi, ff. de public. in rem action.* aut cùm pro ſoluto datur, vt habetur *in l. eleganter, in princip. ff. de pign. action.* Nam eadem datio ſubit vicem venditionis *l. ſi prædium, C. de euiction.* & pro venditione reputatur. Quare quidquid de venditione dicitur, generaliter habet locum in datione in ſolutum. Aretin. *conſ. 32. diligenter conſideratis, col. 2. & conſ. 148. in quæſt. propoſita, col. 3. verſ. his tamen non obſtantibus, & conſ. 160. longa eſt iſta conſultatio, col. 5. verſ. venio ad quartum.*

His poſitis, non videtur deberi gabellam ex datione in ſolutum voluntaria. Primò, quia non eſt vera venditio, nec propria, ſed impropria, ac ficta, *l. prædium, citat.* & ibi dicitur huiuſmodi contractum vicem venditionis obtinere. Quod etiam reperies apud Tiraq. *de retract. ligna. §. gloſſ. 14. num. 3. & 4.* ergo non eſt ſoluenda, vt in ſpecie tradit Mont. *in l. 13. verb. por otra heredad, tit. 10. lib. 3. fori in verbis vltimis*, & Parlador. *lib. 2. cap. 3. §. 2. num. 41.* vbi definit non deberi gabellam, cùm debitor aliud pro alio ſponte ſua ſoluit creditori.

Oppoſitum eſt probabilius, nempe deberi gabellam ex datione in ſolutum voluntaria, cum hoc modo non ſolùm creditor, ac debitor cenſeantur diſtrahere, ſed re vera ſit venditio de conſenſu vtriuſque partis intercedente certo pretio, & datione rei in ſolutum, & conſenſu, quibus concurrentibus celebratur venditio. Ita Bartol. & Bald. *in d. l. eleganter in princip.* Girond. *de gabell. part. 5. à num. 41.* Ignat. de Villar *in ſylua reſponſ. lib. 1. reſponſ. 11. num. 19.* Carol. Molin. *in conſuetud. Pariſienſ. lib. 1. §. 13. gloſſ. 5. num. 48.* Barboſ. filius *in caſtigation. ad remiſſ. patris, in lib. 4. ordin. tit. 38. n. 133.* vbi probat ex datione in ſolutũ deberi laudemiũ. Ergo gabellam. Barboſ. pater *in remiſſ. ad tit. 38. eiuſdem libri, num. 58. & ad lib. 1. ord. tit. 78. §. 14. num. 13.* poſt alios, & in terminis noſtræ quæſtionis hanc concluſionem tuentur Decius *conſ. 344. applaudent rationes, num. 3.* vbi probat dationem in ſolutum in totum vitiari, niſi in totum gabella ſoluatur, & ita videtur procedere Bart. & Bald. *in l. ſi non ſortem, in §. ſi certum, ff. de condi. indeb.* & Bertachin. *tract. de gabell. 3. membr. octaua part. principal. quæſt. 4. num. 9.* Lazart. *de decim. cap. 7. num. 1. & 47. verſ. Verum, & num. 48.* vbi addit ex praxi recepta duplicem decimam deberi ex datione rei pro alia re debita, quaſi ſit permutatio. Pro quo facit doctrina Bald. *in l. cum eiuſdem, ff. de ædilit. edicto, & in l. cum quidam, §. præterea, col. 2. in verſ.* ibi, *pro ſingulis, C. de iur. dot.* vbi vult, quando in eodem contractus inſtrumento plures res continentur, quæ ſingulæ habent pretium, reputari plures contractus, debérique plures gabellas. Sequitur Decius *in d. num. 3. ad fin.* & conſtat ſaltem primo aſpectu ex diſpoſitione *l. 2. tit. 17. lib. 9. recopil. regiæ regni Caſtellæ.* Vnde ex datione rei in ſolutum pro debito pecuniario vna decima ſoluetur, quaſi vnica tantùm ſit venditio.

Sed quid dicendum, quando quis pro pecuniis mutuò acceptis, ſoluat poſtea voluntarius ſpeciem quandam, an ex datione in ſolutum pro pecunia mutuata debeatur gabella? Bartol. videtur negare *in l. 1. in principio, num. 3. ff. ſi cert. petat.* Ex eo

funda

fundamento, quia ex contractu mutui nullus vnquam ſoluit gabellam, ſed ex contractu venditionis, & permutationis, vt probatum eſt ſuprà ex vtroque iure, tam Luſitano, quàm Hiſpano; ſed pecunia mutuo accepta, ſeu data, non ſapit venditionem, nec emptionem, nec permutationem; ergo actus ſuperueniens dationis in ſolutũ non poteſt mutare naturam contractus, nec facere, vt debeatur decima. Nihilominus dicendum eſt, quamuis prior contractus mutui non egrediatur ſuos fines, non propterea poſſe impedire vim noui contractus dationis in ſolutum, quando debitor ſoluit creditori in re diuerſa ab ea, quam mutuo accepit, eo quòd hæc ſolutio non poteſt recipi in ea materia abſque nouo vtriuſque partis conſenſu, in qua re ſi de nouo conueniant, nouus contractus celebratur; qui vicem, & vocem venditionis induit, atque ita debetur gabella, teſte Bald. *in l. 3. §. contrarium, ff. de contrar. iudic. tutel.* & habetur *in d. l. ſi prædium, C. de euiction.*

58. Quæſtionis eſt quonam in loco, ſeu cui gabellario debeatur decima? Pro maiori declaratione notandum eſt ex *l. 1. tit. 17. lib. 9. recopil. Caſtel.* emptorem teneri ſoluere decimam, niſi aliud inter partes conuentum fuerit. Gutier. *de gabell. quæſt. 46. num. 3.* fiſcus tamen habet ius conueniendi pro gabella debita, quem maluerit ex duobus, venditorem ſcilicet, vel emptorem; de iure communi gabellam in ſolidum ſoluet emptor, *l. debet, ff. de ædilit. edict.* ex qua Bald. deduxit id *in l. prædium, num. 6. C. de ædilitijs act.* De iure tamen Luſitano, vt diximus, emptor, & venditor vnuſquiſque pro ſua dimidia ſoluit gabellam, prout habetur *in cap. 1. de articulis gabellarum.*

Quod attinet ad locum de venditione bonorum immobilium, gabella eſt ſoluenda in eo loco, vbi ea bona, quæ venduntur, ſita ſunt, ex Bart. *in l. forma, §. 1. num. 2. ff. de cenſibus.* Quæ opinio eſt vera de iure Luſitano per articulos gabellarum *cap. 4. §. 1.* & per ordinat. noſtram, *lib. 1. tit. 78. §. 14.* ibi, *E na que os taes bens eſtiuerem.* Idem apud Hiſpanos ſeruandum eſt per *l. 9. noua collection.* & ibi Azeued. Parlador. *de rebus quotid. lib. 1. cap. 3. §. 8. num. 10.* Girond. *de gabell. part. 6. num. 27.* Gregor. Lopez *l. 8. gloſſ. vltim. tit. 5. part. 5.* Lazart. *de decim. cap. 4. num. 31.* Didac. Perez *in rubr. tit. 5. lib. ordin. pag. 37. col. 1.* & Auend. *reſponſ. 23. n. 1.* Thom. Vaz *alleg. 28. n. 52.*

Ex quo deducitur, ſi vendantur plures res in diuerſis locis exiſtentes, gabellam eſſe ſoluendam in vnoquoque loco, reſpectu bonorum, quæ ibi exiſtunt, & diuerſis gabellariis, ſi diuerſi ſint, vnicuique partem bonis venditis reſpondentem. Ita Azeued. *in l. 1. num. 119. tit. 17. lib. 9. noua collect.* Girond. *d. 6. part. num. 28. ad finem,* & Lazart. *vbi ſupra, cap. 10.* poſt plures ibi relatos. Non tamen attendendum eſt, quod ipſe tradit *cap. 4. num. 15.* vbi aſſerit deberi gabellam in regno Caſtellæ de rebus venditis exiſtentibus in Aragonia, vel Italia, aut Gallia, cum apertè contradicat lex noſtra citata, ibi. *E na que os taes bens de rayz eſtiuerem, em que ſe declare, como pagaram a ſiſa, & ſi qua entrega ao recebedor.* Ex quibus verbis ſaltem in hoc noſtro regno Luſitaniæ non habet locum opinio Lazarti, neque Azeued. in d. l. 1. tit. 17. num. 120. lib. 9. noua collect. opinantium gabellam deberi in regno Caſtellæ de rebus venditis, quæ ſitæ ſunt in noſtro regno.

Non eſt tamen improbabilis opinio Lazarti & Azeued. extra Hiſpaniam, & Luſitaniam; ex eo fundamento, quia gabella eſt onus non rei tradendæ, ſed conuentionis, ſeu obligationis, atque ita debet ſolui in loco contractus. Ita Bald. *in l. 1. num. 3. C. de contrahend. emption.* Sequitur Boſſ. *de vectigal. num. 9.* & alij apud Girondam *de gabell. 6. part. num. 27.* & forte hæc opinio de iure eſt verior. Quam ſequitur etiam Felin. *in cap. vlt. num. 4. de foro compet.* ſecundùm quam hæc gabella ſolui debet in loco venditionis, quod affirmat Cabed. *2. part. deciſ. 113. num. 5.* de gabella, quæ ſoluitur ex venditione, ſeu permutatione, quam *ſixam* vocamus, nempe eſſe ſoluendam in loco venditionis, vt tradit Phœb. *deciſ. 24. num. 27.* ita fuiſſe in ſupremo Senatu iudicatum anno Domini 1616. & 1617. teſte Barboſ. *in remiſſ. ad dict. tit. 78. §. 14. num. 39. ad fin.* Vide Cabed. *vbi ſupra.*

Idem dicendum eſt de venditione alicuius cenſus ſupra aliqua bona immobilia expreſsè hypothecata pro ſolutione illius cenſus. Nam, vt dictum eſt, de ea ſoluenda eſt gabella, prout ait Lazart. *cap. 10. num. 8.* poſt Didac. Perez *in rubr. citat. tit. 2. lib. 8. ordin. pag. 34. col. 1.* & alios *ibi* relatos, ſoluique debet in eo loco, vbi ſunt bona hypothecata, & addicta illi cenſui. Ita prææallegati, quibus accedit Gaſpar Roderic. *de annuis reddit. lib. 2. quæſt. 4. num. 28.* poſt Parlador. *lib. 1. c. 3. §. 8. num. 10.* & Monterroſum *in praxi, tract. 7. fol. 153.* qui omnes definiunt gabellam ex reditus venditione debitam, non in loco contractus, ſed vbi ita ſunt bona reditui obligata, eſſe ſoluendam, quamuis ipſe Gaſpar videatur inclinare in opinionem Feliciani de Soliz *lib. 2. de cenſib. cap. vlt. num. 12.* exiſtimantis gabellam eſſe debitam loco conuentionis.

Quod ſi contingat, territorium in quo bona vendita exiſtunt, eſſe exemptum ab onere gabellarum, nulla ſoluetur gabella, neque lex ibi habebit locum, quamuis res vendita tradatur in territorio non exempto. Quod intellige, niſi expreſsè in priuilegio loci aliud exprimatur, tunc enim forma priuilegij eſt obſeruanda. Ita Lazart. *in d. cap. 4. num. 5.* & Parlador. *d. §. 8. num. 29.* Girond. *de gabell. 6. part. num. 28.* poſt plures, & à fortiori ſi locus traditionis erat francus ex duobus capitibus excuſabitur ab onere gabellæ, vt in terminis decidit caſum Lazart. *in dict. cap. 4. num. 20.*

Ambigi poteſt an debeatur gabella ex contractu conditionali, pendente conditione? Reſpondemus negatiuè, ſicut non debetur ex contractu nullo, prout habetur in articulis noſtris gabellar. *cap. 6. in princip.* Cabed. *1. part. deciſ. 18. num. 4.* Lazart. *de decim. cap. 14.* poſt plures *ibi* allegatos, Gutier. *practic. lib. 1. quæſt. 129. num. 2. & de gabell. quæſt. 28. num. 5.* vbi ex contractu nullo non deberi gabellam tenent per text. *in l. 2.* vbi Bald. & Salyc. expreſsè docent, *C. de eunuchis,* & in communi ſententia tradunt Auendan. *reſponſ. 13.* & Gom. Arias *in l. 65. Tauri, num. 14.* Vnde ſi quis rem ſuam emat, ſiue ſciens, ſiue ignorans, decima non debetur, cùm ſit venditio nulla, *l. ſuæ rei de contrahend. emption.* Didac. Perez *in d. l. 1. ordin. pag. 193. col. 2.* & alij communiter. 59.

Quod verò non debeatur gabella ex contractu conditionali, conſtat ex eo, quòd non ſit venditio perfecta, donec impleatur conditio, prout habetur *in l. hæc venditio, ff. de contrahend. empt. & l. bouem, §. ſi ſub conditione, ff. de ædilit. edict.* Atque ita eſt impoſſibile, quòd ex ea venditione debea-

tur gabella, cuius conditio eſt pendula, vel deficit, vt expreſſe volunt Ceſtrenſ. *in l.2. num.5. C. quando liceat ab emptor. diſced.* & Gom. *tom.2. variar. cap.11. num.30.* & Parlador. *d. cap.3. §.3. num.23. & 24.* Exiſtente verò conditione, gabella debetur publicano, qui fuit tempore contractus, non verò illi qui exigit gabellam, tempore exiſtentis conditionis. *l. potior ff. qui potior in pig. habeant l. neceſſariò, ff. de pericul. & commod. rei vend.* & in ſpecie tradit Bertachin. *de gabell. 6. p. num.1. & 4.* Parlador. *vbi ſupra, num.35.* Gom. *d. num.30. verſ. tertius effectus eſt.* & optimè aduertunt Lazart. *de decim. cap.5. num. 10.* & Gutier. *de gabell. quaſt.104. num. 33.* Ratio vnica, quia contractus conditionalis vbi primùm conditio exiſtit, trahitur retro ad tempus contractus, cenſetúrque eo tempore purè celebratus per text. *in d. l. potior, & in l. ſi filiusfamilias ff. de verbor. obligation.* vbi habet: *ſi filiusfamilias ſub conditione ſtipulcetur, & impleatur conditio, poſtquam filius eſt emancipatus, non filio, ſed patri acquiritur obligatio, quaſi a principio fuiſſet acquiſita a filio patri, quando erat in eius poteſtate, l. placet, ff. de acquir. hered.* Ex quibus probatur ex illa retrotractione non videri contractum initum, vbi impleta fuit conditio, ſed in loco conuentionis, iuxta gloſſ. *fin. in l. ſi vxor. ff. de iud.* Idcóque ibi deberi gabellam, Lazart. *vbi ſupra, cap.4. n.28.* & Tiraq. *de retract. lign. §.1. gloſſ.10. num 44.*

Hinc infert Bald. *in l.1. num.4. verſ. ſi vero intra nundinas, C. de nundin.* ſi nundinæ ſint immunes ab onere gabellarum, & ibi celebrentur contractus conditionales emptionis, ſeu venditionis, non deberi gabellam, ſi tranſactis nundinis alibi exiſtant conditiones. Ratio, quia priuilegium nundinarum ex vi conditionis impletæ retrotrahitur, ex regula *l. potior, §.1.* & ex lege *creditor, §. ſi prim, ff. qui potiores in pign. habeant.* Ideo non debetur gabella habito reſpectu ad tempus, & locum contractus, non verò ad tempus conditionis adimpletæ. Sequitur Aretin. *in l. heres quandoque, col. fin. ff. de acquir. hered.* Lazart. *d. cap.5 num 10.* & Tiraq. *vbi ſuprà,* quibus accedit Bertachin. *5. part. principali, de gabellis, q.11.* & iterum *part.6. quaſt.1. & 3. part. 8. par. principal. quaſt.27.* & alij, quos refert, ac ſequitur Salzed. *in annot. ad Bernard. Diaz in regul.116 verſ. ex quo primo fit, & verſ. ſecundo ſit.*

Petes cuinam gabellario debeatur decima, quando facta fuit promiſſio de vendendo, & res poſtea fuit tradita in alio loco? Videtur dicendum eſſe ſoluendam gabellario, qui fuerit tempore traditionis. Quia lex de ſoluenda gabella ex venditione non comprehendit promiſſionem vendendi. Ita Iacob. Butr. *in l.1. C. de pact. pign.* Valaſc. *conſult.77. verſ. ad illud vero.* Item quia aliud eſt vendere, & aliud paciſci de vendendo per *l. in bona fidei, ff. de eo, quod certo loco,* & *ibi* Paul. de Caſtr. & Iaſon, & in ſpecie docent Bald. & Angel. *in l.1. C. de pact. pign.* vbi excuſant ab onere gabellæ, qui pactum de vendendo celebrant; quos ſequitur Boër. *deciſ.48. num.9.* & alij. Accedit, quia contractus promiſſionis de vendendo, quamuis producat actionem contra promittentem, vt vel poſſit cogi ad vendendum, vel ad intereſſe, vt ait Couar. iun. *conſ.82. num.6.* & Menoch *conſ.946. num.11. vel 10.* non tamen eſt contractus perfectus venditionis; nec transfert dominium; imò potius interim, dum contractus venditionis non perficitur, periculum rei pertinet ad venditorem, non verò ad emptorem, non obſtante præcedente pacto de vendendo. Quod ſecus eſſet, ſi res eſſet empta, etiamſi non eſſet tradita, vt conſtat ex communi, quam tradit Girond. *de gabell. 5. part. in princip num.14* & rurſus *in 9. part. in princip. n.1. cum ſequentib.* Anton. Gom. *tom.2. variar. cap.2. num. 38.* Lazart. *in ſpecie, cap.17. num. 41.* aliis ibi relatis.

Aliis videtur, gabellam eſſe ſoluendam, ſi pactum de vendendo formale fiat expreſſo pretio, & aliis conditionibus adiectis, quibus res expreſſa erit vendenda; tunc ſecundùm hos non dicitur pactum de vendendo, ſed cenſetur pura venditio, nempe, ſi quis dicat, vendo tibi fundum iſtum his, vel his finibus concluſum centū aureis, tali tempore, vel modo ſoluendis: & tu reſpondeas, recepturum, & empturum te eundem fundum prædicto pretio, & cum iiſdem pactis. Atque ita eſſe venditionem ait Ludouic. Gom. pactum de vendenda tibi re pro centum *in §. in perſonam, num.40. inſtit de action.* Secus, quando pactum eſt informe, nullo pretio expreſſo, neque conditionibus declaratis, quia tunc eſt pactum de vendendo, de quo non debetur gabella. Ita Roland. *conſ.58. num.20. lib.3.* cum hoc pactum informe de vendendo non ſit venditio. Sequuntur Alex. *in l. ſi pupill. in fin. princip ff. ad l. falcid.* Corſet. *in ſuo repert. in verbo, promiſſio,* cum quibus tranſit Iaſon. *conſ.137. col.1. verſ. prima concluſio, vol.1. & conſ.24 col.8. in princip vol.3.*

Ego tamen nec de pacto de vendendo etiam formali puto gabellam deberi, quia tale pactum formale eſt intra terminos promiſſionis de vendendo, & extra terminos perfectæ venditionis, cum partes non vendant, ſed promittant vendere, vt conſtat ex traditis à Tiraq. *de retract. convent. ad fin. tit. quaſt.5.* & docent Iacob. de Butr. & Angel. *in l.1. C. de pact. pign.* ex citato fundamento, quia ſi res, de qua eſt promiſſio vendendi formalis, in eo ſtatu pereat, periclitatur venditori, non verò emptori, cuius contrarium eſſet, ſi vera eſſet emptio. Gom. *2. part. variar. cap.2. num.32.* Nec refert ſententia Parlador. *d. cap.3. §. à num.1* vbi fatetur non deberi vectigal ex promiſſione permutandi, re tamen poſtea tradita pertinere vectigal ad publicanum qui erat tempore pacti de permutando, non verò ad eum, qui erat tempore traditionis. Cuius etiam ſententiæ eſt Ant. Gom. *in tit. de contractib. innominat. in princip.* Fundamentum eorum eſt, quia quando finis habet conſequentiam neceſſariam ad principium, attendendum eſt principio, & conſequenter priori publicano vectigal debetur, quando pactum de vendendo, ſeu permutando factum fuit, tempore eſt traditæ; quorum fundamentum non ſubſiſtit, imò vacillat, cùm pactum de vendendo ſeu permutando non ſit contractus propriæ ac veræ venditionis, aut permutationis, de quibus duntaxat debetur gabella; neque contractus dicitur eſſe factos ex promiſſione faciendi, ſicut nec promiſſio de infeudando eſt infeudatio. Ergo non eſt vectigal ſoluendum priori publicano, quamuis illi competat actio perſonalis de intereſſe, non verò realis, ſed poſteriori, cui res fuit tradita, per quam contractus perfectus fuit. Ita Lazart. *de decim. cap.17. num.44. cum ſequent.* Girond. *9. part. de gabell. num.18. & 19. tit.16. lib. 5. nouæ collection.* vbi volunt in conuentione, vel promiſſione de permutando, vel vendendo non deberi gabellam, antequam ipſe contractus ſaltem verbis celebretur,

tur, niſi conſtiterit de vero partium conſenſu permutationem eſſe perfectam, vt notat Gutier. *de gabell. quaſt. 18. num. 14. & quaſt. 47. num. 19.* concludens poſteriori gabellario ſoluendam eſſe decimam.

---

## §. V.

### *An Rex poſſit à ſoluendis gabellis iuſtè eximere aliquas perſonas.*

#### EPITOME.

60 *Qui ſint exempti ab onere gabellarum de iure Luſit. ac Hiſpano.*
*Et quid de commendatarys.* *ibid.*
61 *Confraternitates, & Hoſpitalia, quando debent gabellas.*
62 *Commendatary D. Benedicti, & D. Iacobi in Luſitania an debeant gabellam.*
63 *& 64 Nobiles à quibus tributis ſint exempti.*
65 *Forenſes debent gabellas ex venditione ſuorum bonorum.*
66 *Exempti à collectis, & talys apud Luſitanos qui.*
67 *Regina, Princeps, & Infantes non ſoluunt gabellas.*
68 *Nobiles non ſoluunt collectas, etſi exerceant artes mechanicas.*
69 *Doctores ſunt exempti à collectis, & artium magiſtri, ac baccalaurei.*
*Et quid de iure Luſitano.* *ibid.*
70 *Nobiles non excuſantur à collectis impoſitis ad expenſas litis alicuius.*

60. De iure noſtro eximuntur à ſolutione vectigalis Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ perſonæ, monaſteria, tam virorum, quàm fœminarum, & eremitæ profeſſionem facientes, habentesque certum viuendi modum ab Eccleſia approbatum. Ita habetur *lib. 2. ordin. tit. 21. in princip.* vnde eremitæ non habentes certum viuendi modum ſuprà dictum, non ſunt exempti à tributis. Gutier. *de gabell. quaſt. 97. à num. 7.* Flor. de Mena *lib. 2. variar. queſt. 21. à num. 195. & 204.* imo nec à poteſtate ſæculari, prout volunt Flor. *à num. 194.* Molin. *de iuſtit. tract. 2. diſp. 141. verſ. tertio, & tom. 4. tract. 3. diſp. 50. num. 4. in fin.* & Couar. *pract. ic. cap. 34. in fin.* Ne verò repetitio ha[...]um tibi, lector humaniſſime, faſtidio ſit, lege [...]dem *ſupra, diſp. 4. lib. 2. §. 3. § 3. à num. 322. vſque ad 338.*

Quæ exemptio de iure etiam Luſitano *d. tit. 21. §.* [...] tenditur ad habentes præceptorias, ſeu [...]ndas ordinis Domini noſtri Ieſu Chriſti, [...] quam tenentiam vulgo *tença*, ſeu panem [...]cum habitu eiuſdem ordinis. Ita ibi ex[...]. *& auido oque aſſima dito he querremos, que* [...] *lugar* *os commendadores caualleiros da ordem* [...] *noſſo Senhor Ieſu Chriſto, que tiuerem commendas, o* *tenças com habito da dita ordem.* Vala[...] *conſil. 231. num. 5.* Barboſ. *in remiſſ. ad d. tit. 21. §.* [...]*. num. 2. vbi num. 3.* addit ex praxi huius regni vxores horum commendatorum non gaudere priuilegio non ſoluendi vectigal, ſibique videri durum, ſed contra vxores fuiſſe indicatum [...] Domini 1586. in tribunali Regio patrimo[...] refert Cabed. *part. 1. deciſ. 98. num. 5.* Eo quòd priuilegium illud, cùm non eſſet datum ratione dignitatis innatæ, ſed datum commendatariis ab extra non tranſire poterat ad vxores.

De iure Caſtellæ *in l. 9. tit. 18. lib. 9. noua collect.* ſic habetur: *Ordenamos, y mandamos, que los commendadores de las ordenes de S. Tiago, Alcantara, y Calatraua, y S. Iuan paguen ala alcauala de todas las coſas, que vendieren o trocaren; en pero de los fruitos, y rentas de ſus encommendas, que ellos vendieren, o trocaren noſean obligados a paguar, ni paguen alcauala, alguna, pero de las yeruas de las dichas ſus commendas ſi, y donde huuieren coſtumbre de pagar la dicha alcauala, mandamos, que la paguen los dicho commendadores*, hoc eſt, ſtatuimus, & mandamus præceptores ordinum D. Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ, & Sancti Ioan. omnium rerum quas vendiderint, aut permutauerint, vt ſoluant vectigal. Non tamen de fructibus, ac redditibus earumdem præceptoriarum, quos vendiderint, aut permutauerint, teneantur aliquid pendere. Secus tamen de herbis earumdem, vbi de illis ſoluere vectigal fuerit vſu, ac conſuetudine receptum. Quæ reſolutio dictæ legis in praxi ſeruatur teſte Lazarr. *c. 19. num. 92.* Girond. *de gabell. part. 7. princip. num. 46. ad fin.* & Bobadil. *lib. 2. politica, cap. 18. num. 264.* quod procedit in huiuſmodi commendatariis geſtantibus habitum cruce ſignatum, qui clerici non ſunt. Gutier. *de gabell. quaſt. 37. num. 23.* Ideo ſi clerici ſunt, immunes erunt à ſolutione gabellæ per *l. 6. tit. 18. d. lib. 9. nouæ collection.*

An verò ordines militares gaudeant priuilegio extra proprium regnum, itavt milites eorum, ſeu præceptores extra limites ſui regni vectigal non ſoluant? Bobadil. *d. lib. 2. cap. 19. num. 18.* tradit præceptores, ſeu milites forenſes debere ſoluere vectigal in Caſtella, cùm eorum priuilegia ſint localia, nec poſſint extendi extra limites proprij regni, ac prouinciæ. Pro qua re confirmanda citat Felin. *in cap. cum ordinem, num. 4. de reſcript. & in cap. 1. de priuileg. in 6. & in cap. ſani, & cap. porrò, de priuileg. extra.* Sequitur Emanuel Roder. *2. tom. regul. quaſtion. quaſt. 62. art. 17.* ac probat ex doctrina Couar. *in pract. c. 12. num. 5. verſ. igitur in ſumma,* vbi ait exemptionis priuilegium certo loco circumſcriptum, non prodeſſe extra locum exempto, ſecus ſi priuilegium ſit generale & indefinitum, & nulli certo loco addictum.

Confraternitates laicæ debent vectigal ex venditione, ſeu emptione, vt probat Azeued. *in l. 10. tit. 1. lib. 4. nouæ collect. regia, num. 25.* Auendan. *2. part. cap. 14. prætor. num. 32.* & Girond. *d. 7. part. in princip. num. 42.* Fauet Gutier. *lib. 1. canonicar. cap. 35. per totum,* vbi probat ſecundùm veriorem, confraternitates non eſſe loca pia. Quod puto certum, quando confraternitates laicorum, non ſunt erectæ authoritate Epiſcopi, aut Summi Pontificis, neque earum bona ad pias cauſas, ſeu pia opera ſunt deputata. Quod ſi inſtituantur authoritate Epiſcopi, non debebitur vectigal ex bonis illarum venditis, aut permutatis. Ita Azeued. *in l. 1. num. 1. tit. 18. d. lib. 9.* quem ſequitur Gutier. *de gabell. quaſt. 95. num. 19. & ſequent.* 61.

Idem dicendum eſt de hoſpitalibus erectis authoritate Epiſcopi, cùm ſint loca pia, ac religioſa, teſte Gabriele *de pia cauſa, concluſ. 2.* Titaq. *de priuileg. cauſa pia in præfatione, verſ. item relictum,* Azeued. *in l. 1. à num. 26. tit. 1. lib. 4. & l. 1. num. 4. tit. 18. lib. 9. noua recopil.* Gaudent enim priuilegio Eccleſiarum ex *clemen. per literas,* & ex *clem.*

*clem. quia contigit, de religioſ. domib.* Ergo non debetur gabella ex venditione rerum, atque ex emptione, vt in ſpecie docent Lazart. *de decim. c.* 19. *num.* 90 Girond. 7. *part. in princip. num.* 45. *&* 66. Auend. *in part.* 2. *cap.* 14. *prætor. num.* 32. Quæ exemptio ampliatur ad collegia inſtituta pro ſuſtentatione ſcholaſticorum pauperum, eo quia gaudent priuileg. Eccleſiæ, ſuntque loca pia ac religioſa. Girond. *de gabell. vbi ſupra*, Gutier. *de gabell. q.* 95. *n.* 20. & Azeued. *d. l.* 1. *num.* 2. *&* 3. *tit.* 18. *lib.* 9. Pro qua etiam parte faciunt tradita ab Aug. Barboſ. *in remiſſ. de Concil. Trident. ſeſſ.* 22. *cap.* 8. *num.* 7. *& duob. ſeqq.* Ex quibus colligitur huiuſmodi collegia ſic erecta dici Eccleſiaſtica, cùm ſint ſaltem authoritate Epiſcopi inſtituta, & conſequenter non debere gabellam ex permutatione, ſeù venditione bonorum ipſorum. Girond. & Azeued. *vbi proximè.*

De commendatariis Diui Benedicti & Diui Iacobi non meminit lex Luſitan. *lib.* 2. *tit.* 11.
62. cum ibi à ſolutione gabellæ equites militiæ ordinis Domini noſtri Ieſu Chriſti, habentes præceptorias, vel ſaltem tenentias, ſeu panem ciuileto, exemerit. Vnde videtur dicendum non eximi à ſoluendis gabellis commendatarios hos D. Benedicti, ac D. Iacobi, ſiue habeant præceptorias, ſiue tenças, ſiue non. Ratio, quia ibi non eximuntur in lege Luſitana, nec de iure canonico, quia quamuis ſint verè regulares habentes veram, & approbatam regulam, nihilominus non ſunt propriè, ac ſtrictè religioſi, vt volunt Sotus *lib.* 7. *de inſtit. quæſt.* 5. *art.* 3. *ad* 3. Sarmient. *de redditibus,* 4. *part. cap.* 1. *num.* 15. *&* 1. *part. defenſion. monito* 55. *num.* 1. *&* 5. *& monito* 56. *num.* 1. *&* 4. Girond *de gabell.* 1. *part. n.* 46. & Lazart. *de decim. cap.* 19. *num.* 91. Eo quòd non voueant abſolutam caſtitatem, neque abſolutam paupertatem, & obedientiam. Ob quam rationem vouentes ingredi religionem non ſatisfaciunt aſſumendo habitum horum equitum, quia vouentes ingredi religionem intendunt ingredi in aliquam religioſam familiam ab omni tumultu, ac negotiis ſæcularibus longè remotam. Ita Sanch. *lib* 4. *præcept. decalog. cap.* 16. vbi *ad fin* poſt plures eos verè religioſos eſſe cenſet, non tamen ſatisfacere voto aſſumpto eorum habitu, qui promiſit ingredi religionem, definit. Cùm ergo nec de iure canonico, nec Luſitano equites D. Benedicti, ac Diui Iacobi eximantur à ſoluendis gabell. nec cenſeantur tam propriè eſſe religioſi, & Eccleſiaſtici, vt ſint immunes, tenentur de rebus ſuis emptis, ac venditis, ſoluere decimam; niſi quatenus eorum priuilegia oſtenderint, ſicut apud Hiſpanos deciſum eſt quoad equites D. Ioan. & D. Iacobi, & de Alcantara, & Calatraua *in d. l.* 9. *tit.* 18. *lib.* 9. *nouæ collect.*

Nihilominus Molin. *de tribut. diſp.* 663. *num.* 6. *verſ. priuilegia hæc*, opinatur, exemptionem à gabellis ſoluendis conceſſam equitibus ordinis Domini noſtri Ieſu Chriſti, habentibus commẽdam, vel tenentiam, extendi in noſtro regno ad equites D. Benedicti, ac S. Iacob. qui habuerint eodem modo commendas, ſeu tenças, ſecus ſi habeant nudum habitum abſque vlla ſuſtentatione. Ratio illius eſt, quia hi commendatarij non minùs, quàm equites Chriſti Domini participant de religione. Ego tamen in partem negantem inclino, videlicet illos carere priuilegio huius immunitatis, niſi contraria conſuetudo non ſoluendi ſit vſu recepta, quæ vt audio, non viget, imò oppoſita.

63. Nobiles an ſint ab aliquibus tributis exempti?

Excuſari a muneribus tam realibus, quàm perſonalibus ſordidis, ſeu taliis, colligitur ex *l.* 3. §. 1. *ff. de munerib. & honorib.* & ex *l. a muneribus, ff. de vaca. muner.* & in ſpecie tradit Gud. *deciſ.* 384. & Ioan. de Montheleno *in ſuo promptuario iur. in verbo, tributum, in gloſſ. redire, ad fin.* ibi, *quarto collectam*, &c. A quibus collectis excuſantur apud Gallos nobiles per Carolum Sextum anno Domini 1408. teſte Benedicto *in c. Raym. in verbo, & vxorem nomine Adelaſ. deciſ.* 4. *n.* 17. *de teſtam.* quæ deciſio refertur ab Aufrer. 12. *loco inſtit. de taliis.* Chaſſan. *in catalog. cap.* 8. *conſider.* 48.

Apud Hiſpanos etiam illuſtriſſimi Comites, 64
Marchiones, Duces, non excuſantur regulariter à ſolutione gabellæ ex venditione, ac permutatione bonorum ſuorum. Conſtat ex *l.* 1. *tit.* 18. *lib.* 9. *nouæ collect.* ex qua lege Palador. *lib.* 1. *rerum quotid. cap.* 3. § 1. *num.* 1. Girond. *de gabell.* 7. *part. in princip.* & Lazart. *cap.* 19. *in princip. num.* 1. hanc regulam conſtituunt, nempe omnes vendentes, vel permutantes debere gabellam, ſiue nobiles, ſiue ignobiles, cuiuſcunque generis, ſtatus, ac conditionis ſint. Rationem reddit Otalora *de nobilit.* 2. *part. cap.* 4. *& part.* 5. *cap. fin. in principio*, eſſe, quia cùm plebs reliqua non ſufficiat ad ſuppeditandum Regi neceſſarias expenſas, opus fuit nobilitatem cogere, vt auxiliaretur plebi, ne ipſa plus iuſto grauaretur, ſi magna fortaſſis nobilitatis Hiſpanæ multitudo à tributis, vt antea exempta remaneret. Ita Sot. *de inſtit. lib.* 3. *quæſt.* 5. *art.* 7. Lazart. *in præfatione, num.* 33. *& cap.* 59. *n.* 2. quos referens ſequitur Gutier. *de gabell. quæſt.* 84. *n.* 2. *&* 3. vbi addit nullius nobilitati ſolutionem gabellæ nocere.

A quo onere in Hiſpania non excuſantur fo- 65.
renſes, neque alienigenæ, qui ibi vendiderint, vel permutauerint, cùm in totius regni vtilitatem, ac defenſionem gabella pendatur, vt notat Angles *in ſuis flor. Theolog. q. de reſtit. vectigal. dub.* 2. *difficult.* 6. Lazart. *vbi ſupra, cap.* 19. *num.* 3. & conſtat ex *d. l.* 24. *tit.* 19. *lib. nouæ collect.* & reſoluit Menchac. *lib.* 3. *controuerſ. vſufrequent. cap.* 52. *num* 2. Nec refert ſi quis dicat ſe nunquam gabellam ſoluiſſe, quia nec conſuetudo, neque vſus immemorialis poterit prodeſſe, vt manifeſtú eſt *in l.* 3. *tit.* 18. *lib.* 9. ibi, *no embargante, que digan, que nunque la pagaron*, niſi priuilegia, & exemptiones fuerint tranſcripta, & ſubſcripta in libris regiis de quibus fit mentio *in d. l.* 5. *tit.* 18. *lib.* 9. Lazart. *vbi ſupra, num.* 4. Nihilominus excuſabuntur à gabell. ſoluenda Regina, Princeps, & Infantes Caſtellæ ſi quid ſuum vendant, aut permutent, teſte Lazarte *in addition. ad cap.* 19 *num.* 8. *fol.* 45. quem referens ſequitur Gutier. *quæſt.* 85. *num. vlt.* quod tamen priuilegium non habent iure proprio Reginæ, ſed Regis indulto concedentis iura propria illis, *l. princeps, ff. de legib* Quo etiam gaudet Princeps primogenitus Regis, qui eidem Regi æquiparatur ex *l.* 1. *verſ. la otra, tit.* 14. *part.* 2. & Infantes Caſtellæ tam fœminæ, quàm maſculi vendentes, ſeu permutantes, ex ea ratione, quòd Reges terræ ab alienis, non verò à ſuis filiis tributum accipiunt.

Apud Luſitanos *lib.* 1. *tit,* 66. §. 42. recenſentur, 66
qui ſunt immunes à ſoluendis collectis, ſeu taliis, vulgo *fintas*, nempe *fidalgos, caualleiros, eſcudeiros de linhagem, & todas as peſſoas de maior qualidade, que aſſobre ditas. E aſſi meſmo doutores, lecenciados, bacharçis em Theologia, canones, leys, en medicina que ſoyem feitos per exame em eſtudo geral,*

*geral. E aſſi as iuizes, vereadores procurador do Concelho, & theſoureiro no anno emque ſeruirem, & a [illegible] pe[illegible]as, que tam pobres ſeiam, que principalmente viuem por eſmola.* Vbi nota nobiles, ſiue equites, quamuis tabellionis officio fungantur, non amittere priuilegium nobilitatis iam obtentum, & conſequenter non poſſe cogi hidalgum, aut equitem cum plebeos, aut mechanicis ad contribuendum, ad ſolutionem collectarum, ſeu taliarum, ratione officij, quod exercent. Ita poſt longam ſeriem definit Gutier. *lib. 1. pract. quaeſt. 137. num. 14. verſ. his tamen*, & Couar *in pract. cap. 19. num 7.* vbi volunt nobiles cum plebeiis non eſſe cogendos contribuere ad ſolutionem tributorum, & ſuperindictionum, quae à plebe Principi ſoluuntur, quamuis tabelliones ſint.

67. Idem priuilegium extendunt ad nobiles exercentes officium procuratoris, quia quamuis hoc officium, ſi exerceatur extra Principis curiam, cēſeatur vile, non tamen priuat exercentem nobilitate acquiſita, eo quia exemptio non tam pertinet ad publicum decorem nobilium, quam ad eorum immunitatem. Ita Couar. *vbi ſupra*, aliis *ibi* citatis. Accedit de iure communi, nec de iure regio, eſſe legem aliquam, quae ſtatuat nobilem propter officium tabellionis eſſe priuandum ſua nobilitate, neque obſtat lex 2. *tit. 25 lib 4. noua collect. Caſtella*, vbi decernitur tabelliones de numero, aut de concilio, ratione officij, non poſſe gaudere exemptione à collectis, ſeu taliis, quia non loquitur de illis, qui a ſua origine habent nobilitatem, quam non amittunt per exercitium officij tabellionatus. Ita Gutier. *vbi ſupra, num. 14. & trib. ſequent.* maximè *num. 21.* vbi poſt Otalor, & Couar. concludit ſe vidiſſe non ſemel artifices, probata nobilitate, ſeu hidalgia, pronunciari exemptos à ſolutione, ſeu cōtributione ſubſidiorum regalium.

68. Quod dictum eſt de doctoribus in ſacra Theologi[illegible], in iure Pontificio, Caeſareo, aut Medicina, nimirum eſſe immunes à ſolutione tributorum, & ſuperindictionum, intelligendum etiam eſt de magiſtris in praeclara artium facultate conſtitutis, cùm in ea facultate ſint doctores, gaudentque priuilegiis eorum, prout plenè probat doctor Ioan. Martinus à Coſta *in ſuis doctiſſimis addition. ad formam libellorum, annot. 53. a num. 7* quod non ſem[illegible] Olyſipone fuit iudicatum in Senatu ſupplicationis. Barboſ. *in remiſſ. ad lib. 3. tit. 59. §. 15 n 4.* [illegible] ibi, *os doutores feitos em eſtudo vniuerſal per e[illegible]* Ex quo excluduntur in hoc regno à pri[illegible] doctorum, qui creantur alio modo, nempe per Comitem Palatinum, vel alios, qui ad do[illegible]ndum habent facultatem, abſque illo prae[illegible] [illegible]amine, & extra ſtudium vniuerſale. Defi[illegible]bus namque conditionibus diſpoſitionis, corruit ipſa diſpoſitio, ſecundùm gloſſ *in l. man[illegible] verb. ad vocandum, C. de ſeru. fugit.* & Fului. [illegible]n. *de probation. lib. 2. cap 14. num. 8.*

[illegible]d ſi contingat aliquando aliquem ex prae[illegible]is deſcribi in catalogo eorum, qui debent collectas, & intra decem dies à ſcientia [illegible] non appellauerit, ſibi praeiudicat, nec conuentus excuſabitur ab oneribus ciuitatis: quandoquidem paſſus eſt bona ſua deſcribi in aeſtimo, cum eſſet immunis. Ita Alex. *conſ. 1[illegible] col. penult. verſ. tertio principaliter, vol. 1. & conſ. 136. co. 3 vol. 2.* Angel. *in l. 1. §. ſi quis tutor, ff. quando appellandum ſit.* Neſcio tamen an id ſit in praxi receptum, vt notat Alex. *d. conſ. 101. num. 1[illegible]*. Dec. tamen *conſ. 138 communiter, num. 13. & 14.* ait ſpatio decem annorum amitti priuilegium per non vſum, poſt Bart. *in l. 1*, per text. *ibi, ff. de nundin. & in l. licitatio, §. eorum, ff. de publican.*

69. Caeterum de iure Luſitano *lib. 1. d. tit. 66. § 43.* nullus ex ſuprà dictis exemptis excuſatur à ſoluendis collectis, vulgo *fintas*, quando indicuntur ad defendendam ciuitatem, ſeu oppidum, eorumque territoria, vbi viuunt, aut pro reparatione murorum, pontium, aquaeductuum publicorum, ſeu viarum, in quo euentu nemo excuſabitur, niſi ad id habeat ſpeciale priuilegium, Auilez *ad c. 23. praetor. verb den orden, num. 3.* A quo etiam onere ſoluendi collectam non excuſantur famuli, & coloni Senatorum, pro reparatione, tam murorum, quàm pontium & fontium, dummodo refectio, ſeu reparatio, ſit in loco, ſeu territorio, vbi ipſi habitant, non obſtante priuilegio Senatoribus, & eorum famulis, ac colonis conceſſo apud leges noſtrates *lib 2. tit. 59. in princip. & §. 1.* Cabed. *part. 1. deciſ. 213. num. 12.* vbi addit eoſdem famulos, ſeu colonos Senatorum excuſari a tali onere, ſi alio loco refectio murorum, fontium, ac pontium, vbi ipſi non degunt, fiat. Phoeb. tamen etiam in primo caſu ab ea collecta huiuſmodi famulos fuiſſe immunes refert *deciſ. 32.* ſicque bis in ſenatu ſupplicationis fuiſſe iudicatum. Nec mirum, quia ipſi Senatores fuerunt iudices.

70. Illud non eſt omittendum, an ſint nobiles, & priuilegiati immunes a ſoluenda collecta impoſita ad ſoluendas expenſas, ſeu ſportulas, in quibus condemnati ſunt, tam nobiles, quàm ignobiles ſuper cauſam motam, vtrique tamen vtilem? Pars negans probatur ex *lib 2. ordin. tit. 58. in princip.* ibi, *que todos ſeus lauradores ſeiam excuſos de paguarem empeitas fintas, talhas, pedidos, ſeruiços, empreſtimos, ou outros alguns encarregos que por os concelhos, ou lugares onde forem moradores forem lançados.* Ergo ſi coloni nobilium excuſantur, à fortiori ipſi nobiles. Dicendum tamen eſt in caſu propoſito non eſſe excuſandos à ſolutione expenſarum, vbi tam nobiles, quàm ignobiles in litigando fuerunt pares, & partes in eadem lite. Nec obſtat dictus titulus 58. quia ibi dicitur, eſſe immunes nobiles *dos encargos dos concelhos*, qui caſus eſt diuerſus ab eo, de quo *lib. 1 tit. 66. num. 43.* per quem nec nobiles excuſantur à collectis, quando agitur pro defenſione ciuitatis, ſeu oppidi, aut pro tuenda communi vtilitate contra aliquem, qui illam vult occupare. Cabed. *2. p. areſt. 15.* Barboſ *in remiſſ. ad d tit. 66. lib. 1. §. 42. num. 4.*

## *LIBER QVARTVS.*

# DE GVBERNATORIBVS, & officialibus Reipublicæ in ſpecie.

## DISPVTATIO IX.

### *De requiſitis in vnoquoque Magiſtratu.*

### §. I.

*An ſit neceſſaria nobilitas in Magiſtratibus Reipublicæ.*

EPITOME.

1 *Officia, & honores non nobilibus, neque doctis, ſed dignis conferuntur.*
2 *Nobiles cæteris paribus præferendi ſunt ignobilibus.*
3 *Nobiles præ verecundia difficilius, quam ignobiles prolabuntur in vitia.*
4 *Nobilitas, ſecundum ſe authoritatem Reipublicæ adauget.*
5 *Gubernator Reipublicæ eget ſcientia, potentia, ac nobilitate.*
6 *Romulus nobiles in præſides, ac magiſtratus elegit.*
7 *Nobiles natura ſua ſunt humani, placabiles, & magnanimi, ignobiles vero ſeueri, ſyluestres, ac ſuperbi.*
8 *Ignobiles ad honores euecti, vt plurimum Rempublicam lædunt.*
9 *Nobilitas in gubernatore Reipublicæ non requiritur quod ſit maxima, ſed ſufficit mediocris.*
10 *Veneti eligunt nobiles ad gubernandam Rempublicam.*
11 *Moyſes electus à Domino ad regendum populum fuit nobilis.*
12 *Chriſtus Dominus nobiles virtute elegit.*
13 *Chriſtus Dominus non deſpexit nobiles ex ſanguine.*
14 *Nobiles an fuerint Apoſtoli ex ſanguine.*
15 *Rector iuſtitiæ, ſeu præfectus prætorio in Luſitania debet eſſe nobilis, prudens, atque integerrimus.*
16 *Dotes animi cum ſanguine, a parentibus tranſeunt ad filios.*

1. QVAMVIS officia Reipublicæ, & honores, non nobilibus, neque doctis principaliter ſint conferenda, ſed his qui digni ſint, vt tradit Simanc. *de Repub. lib. 5. cap. 4.* vbi vult nulla alia re, quàm virtute hominis nobilitatem conſtare; Nihilominus in gubernatore eligendo nobilitatis ratio eſt habenda, quando cum illa virtus, ac doctrina coniuncta reperitur, teſte Caſtillo *lib. 1. politic. cap. 4. num. 18. & ſequen.* In
quo euentu certum eſt nobiles, cæteris paribus,
ignobilibus eſſe præferendos. Concinunt [illegible] in 2.
*§. 1. in verb. viri obſcuri, & in §. interim, in verb.*
*vniuerſi nobiliores, & in §. vlt. in auth. de defenſorib. ciuitatis,* & gloſſ. *ibi, in verb. nobiliores,* vbi dicitur illos eſſe eligendos. Quod ſi nobilis virtute, ac literis careat, ignobilis virtute, ac ſcientia præditus nobili eſt præferendus, vt notat D. Ca[illegible] Tab. *in rubric. de official. regii, num. 1* Semper enim virtuti fauendum eſt, vt notat Plato *in Menexeno*, cùm Reſpublica bene conſtituta non tam egeat hominibus, quàm hominum actionibus, quæ procedunt ex animo, cui virtus aſſidet. Ariſtot. *lib. 3. politicor. cap. 8.*

Quod vero nobilis ſit præferendus in pari euentu, ex eo probatur, quòd nobiles ſunt honore digni, & plerumque diuites, ac potentes. Angel. *in auth. de defenſorib. ciuitatis, in princip.* vbi magiſtratus ex nobilibus potiùs, quàm ex popularibus conſtitui debere Cæpol. ſequitur *in tract. de imperat. milit. eligend. in cap. incipit no*[illegible]
*tas, num 23.* D. Botel. *de poteſt. regia, cap. 4. n*[illegible]
& alij, quos referunt, ac ſequuntur Auile[illegible] 4.
*prætor. 2 verb. le cumple, num 4. & ſequent.* &
bed. *1. part. num. 1. deciſ. 84. & 3. part. dec*[illegible]
*etiam 1.* & conſtat ex l. Luſitana *lib.* [illegible] *tit.* [illegible] in 3.
*princip.* ibi, *deue ſer de boa linhagem de padre*
*madre, porque ſeo ſor, ſempre auera ver*[illegible]
*fazer couſa, que lhe eſte mal.* Concordat Auendan.
*de exequend. mandat. lib. 1. cap. 15. num. 1*[illegible] V[illegible]
viles, & ignobiles, non debent aſſumi ad [illegible]
eos honores, ac dignitates Azeued. *lib.* [illegible]
*rubr. num 23.* vbi vult prohiberi plebei [illegible]
honoribus decurionum.

Accedit, quòd nobilitas authoritatẽ R[illegible] 4.
eæ maximè efficit, præſertim quando [illegible]
ſapientia cum potentia Per nobilitatem enim
auferetur contemptus, augetur auctoritas, [illegible] ma-
ior ſit gubernatoris nobilis, quam popu[illegible] 5.
Scientia, ſeu ſapientia docet non errare. Potentia
verò conducit ad executionem. In D. Thom.
*lib 4. de regimine princip.* Confirmatur ex
Deuteronomij 1 ibi. *Tuli de tribubus* [illegible]
*ros ſapientes, & nobiles, & conſtitui eos principes,*
*tribunos, centuriones, ac decanos, qui docer*[illegible]
*ſingula. Audite illos, &c.* Quod etiam de R[illegible] 6.
lo commemorat Dionyſ. Halicarn. *lib. 2. antiquit.*
*Roman.* qui in vrbe condita nobiles ab [illegible]
bus ſeparauit, hos à muneribus, & honoribus excludens, illos verò in præſides, ac magiſtratus, 7.
& ad ſacra adminiſtranda eligens. Sunt [illegible]
nobiles

nobiles natura ſua magnanimi, humani, placabiles. Ignobiles verò plerumque ſeueri, inhumani, & ſylueſtres, ac ſuperbi. Ideo nobiliores ad magiſtratus potiùs, quàm ignobiles eſſe eligendos, cum cætera ſunt paria, eſt communis opinio; neque eſt aſſignandum diſcrimen inter beneficia Eccleſiaſtica, & officia ſecularia, vt militia citatis probat Molin. *de primog. lib. 2. c. 5. n. 66.* Azeued. *lib. 6. tit. 2.*
8. *l. 20. & 21* poſt Tiraq. *de nobilit. c. 20. n. 10.* Confirmatur exemplo Athenienſium quorum meminit Dionyſ. *vbi ſupra*, qui florentem rempublicam habuerunt toto eo tempore, quo reſpublica à nobilibus fuit adminiſtrata. Quod etiam tetigit D. Thom. *lib. 4. de regimin. principum*, cùm dixit gubernatores de loco abiecto non eſſe aſſumendos ad principatum politicum, quia vt plurimùm rempublicam, vel lædunt, vel opprimunt. Conſentit Plato *lib. 3. de legib.* vbi inter ſeptem rationes imperandi poſuit ſecundam, quæ ſic habet, *Vt ignobilibus generoſi imperent.*

Suffragatur elogium Architæ competere deterioribus obedire, regere verò imperium ad nobiliores ſpectare. His accedit alia magni ponderis ratio, nempe nobiles ægre ferre, nec immeritò ſe à popularibus iudicari, nec non dominari, cùm magiſtratus ignobiles ſemper nobiliores inuidia, & forte odio non vulgari perſequantur. Ideo conuenientius eſt cæteris paribus, vt ignobilibus omiſſis
9. nobiles in præſides, ac iudices eligantur. Quod tradit etiam Sot. *de iuſt. lib. 3. quæſt. 6. art. 4. concl. 6. in fin.* non requiritur tamen, quòd hæc nobilitas ſit maxima, ſed ſatis eſt quòd ſit mediocris. Nam ſuprema nobilitas interdum ad gubernationem aſſumpta præ ſuperbia in multa illicita prorumpit, popularéſque deſpicit; neque faciles aditus illis præbet. Eſt enim nobilitas honoris immodici appetentior, & ſuorum maiorum laudum amantiſſima, & aliorum contemptrix, vt paucis mutatis tradit Tiraq. *de nobilit. cap. 23.* vbi de nobilium vitiis multa congerit, cui adhæret frater Ludou. de Miſand. *de ordin. iudic. q. 4. art. 5. fol. 102. & ſeqq.*

Prærequiritur ergo, rebus probè expenſis, rempublicam gubernari per nobiles, non verò per populares, & honores eſſe conferendos, ſecundùm hominum qualitatem, non verò ſecundum numerum, vt vult Ariſt. *lib. 3. polit. c. 8.* Semper enim maieſtas, ac dignitas reipublicæ ex nobilitate illuſtratur. Quod probat conſuetudo eligendi nobiles,
10. quam vocat vtiliſſimam Auendan. *de exequend. mand. p. 1. c. 19. n. 18.* exemplo Venetorum, qui de more ſuo nobiles, in præſides, & magiſtratus eligunt, & ad officia creant. Fulgoſ. *conſ. 62.* & Barbat. *lib. 2. conſ. 35.* Caſtill. *lib. 1. cap. 4. nume-*
11. *ro 22. & 23.* vbi tradit primum gubernatorem à Deo electum ad regendum populum Iſraëliticum Moyſem, qui à filia Pharaonis fuit educatum in aula regia, vt addiſceret, quomodo boni, ac virtute præditi eſſent honoribus afficiendi, & mali coërcendi puniendique.
12. [illegible] obitat, ſi dicas Chriſtum Dominum non elegiſſe nobiles ad homines erudiendos ex genere [illegible], neque Eccleſiæ ſuæ eos præfeciſſe, ſed nobiles virtute, & moribus ingenuos, ac fidei fortitudine inſignes, quod etiam notatur *in l. 1. in fin. C. de conſul. lib. 12.* & ait Bernard. ad Eugenium, his verbis. *Genus Apoſtolorum eſt non aliunde nobile, quàm morum ingenuitate, & fidei fortitudine. Hæc enim nobilitas, non genere ſed virtutum reddit homines Deo gratos.* Iuuat ſententia Panorm. *in cap. venerabilis, de prebend.* vbi reperit, Chriſtum Dominum non multos nobiles, ſecundùm carnem, ſed nobiles, ac pauperes elegiſſe, quia non eſt perſonarum acceptio apud Deum, neque gradus excellentior, ſed vitæ melioris actio comprobatur, *cap. ſicut excellentiam, 23. q. 4.* Bonus de Curtil per plura ibi relata *in tract. de nobilit. num. 34.* Fauet Boet. *2. de conſolat.* dignitatibus ex virtute, non virtuti ex dignitatibus honor accedit. Lucas de Peña *in l. mulieres, col. 4. lib. 4. C. de dignit. & in l. vnic. C. de comitib. & arcar. lib. 12.* Patet ex illo Pauli, 1. ad Corinth. cap. 1. *Videte vocationem veſtram fratres, quia non multi ſapientes ſecundùm carnem, nõ multi potentes, non multi nobiles, ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, vt confundat ſapientes, & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia, & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea, quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt deſtrueret, vt non glorietur omnis caro in conſpectu eius.*

Nihilominus dicendum eſt, Chriſtum Domi- 13.
num nobilitatem ex genere nõ deſpexiſſe, cum ex ſemine Abrahæ, & ex progenie regali naturam humanã inexplicabili modo ſibi copulauerit, natuſque fuerit ex præclara Dauid ſtirpe, quin etiam ex duodecim Apoſtolis quos elegit, ſeptem ex nobili genere fuiſſe nonnulli tradunt. Bartholomæũ videlicet, & vtrumque Iacobũ, tã minorẽ, quàm maiorem, Taddæum, Simonẽ, Ioánnem, & Paulum. Ita Mõtelon. *in prompt. iur. verb. nobilis, lit. D.* Chaſſ. *in catalog. glor. mundi, p. 8. conſider. 28. verſ. mihi tamẽ videtur*, quos refert, ac ſequitur Caſtill. *in ſua po-*
*lit. lib. 1. c. 4. n. 12. in ſchol. lit. C. & D.* quamuis Chry- 14.
ſoſtom. *in lib. Babila martyri dicato*, de nobilitate Pauli ambigat; quia non bene conſtat de patre ipſius. Cæterum Hileſe. *in hiſtoria Pontificiali, 1. p. c. 3. fol. 22.* memorat Paulum fuiſſe nobilẽ, ac ciuẽ
Romanũ, & tãquã nobilẽ fuiſſe decapitatũ. Sequi- 15.
tur magiſter hiſtoriæ *c. fin. Act. Apoſt.* Caſtil. *ſupr.*

Ex quibus ſequitur nobilitatem maximè conducere ad rempublicam gubernandam, ſi cætera non deſint, ex eo quòd naturæ ex nobili genere, quam ex ignobili multò ſunt meliores: ſtimulat enim magis nobiles verecundia, eóſque continet in officio, ne indecorè, ac turpiter aliquid agant, vt notat Plato *in lib. 1. Alcibiad.*, vt lex noſtra *d. tit. 74. in prim.* ſummoperè commendat, & priùs commendauit *lib. 1. tit. 1. in princip.* vbi loquitur de ſectore iuſtitiæ Senatus ſupplicationis, ſeu præfecto prætorio, atque debere procedere ex nobili familia, ibi, *pelloque ſe deue ſempre procurar, que ſeia home fidalgo, & de limpo ſangue, de ſãa conſciencia, prudente, & de muita authoridade*, ſummæque integritatis, & conſtantiæ. Gama *deciſ. 1. n. 19.* Cabed. *1. p. deciſ. 2. n. 1.* & nouiſſimè Martin. à Coſta *in ſuo ſtylo, annot. 2.* vbi plura de illius officio, ac qualitatibus accumulant, poſt Chaſſan. *in catalog. part. 7. conſider. 7.* quos vide, & Barboſ. *in re-*
*miſſ. ad lib. 1. ordin. tit. 1.* Nam hæc omnia maxi- 16.
mam vim habent, & authoritatem, ſi in pectore nobili condita ſint. Nam licet vna ſua cuique mens ſit, ſi ex nobili ſanguine procedit, pleræque ſunt animi dotes, quæ ſimul cum ſanguine à parentibus tranſmittuntur ad filios. Facit gloſſ. *in verb. non infamare, in l. quod nolit, §. qui mancipia, ff. de ædilitio edicto, in l. quiſquis, §. 1. in verb. in quibus, C. ad l. Iul. maieſtat.* in quibus notatur procedentes ex nobili ſtipite multo melius ſuis officiis incumbere, quàm ortos, ac procreatos ex parentibus ignobilibus. Cuius ſententiæ eſt Ioan. Fab. *in rubr. inſtit. de nupt.* & Tiraq. *in l. 7. connubial. num. 2. & ſeqq.* & conſtat ex

ſlo Sapientiæ 3. *de impijs,& de ijs,qui deſpiciunt ſapientiam ; nequiſſimi filij eorum.* Quaſi nequiſſimorum filij etiam ſint nequiſſimi. Conſonat Eſdras *lib.4. cap.9.* qualis ager, talia & ſemina, & quales flores, tales & tincturæ: qualis operator, talis & creatio, & qualis agricola, talis & cultura. Nec differt Horatius, lib.4. carmin. ode etiam 4.*Fortes creantur fortibus,& bonis,eſt in iuuencis,eſt in equis patrum virtus: neque imbellem feroces progenerant aquilæ columbam.*Non immerito ergo cùm filij ad patentum genus, ac nobilitatem facilè educantur, commendat lex noſtra *vbi ſuprà,tit.1.*vt ſint rectores iuſtitiæ,ac præfecti, prætorio ex nobili ſanguine deſcendentibus.

---

## §. II.

### *De virtutibus, quæ in vnoquoque magiſtratu,ac officiali publico, requiruntur.*

EPITOME.

17 *Magiſtratus debet eſſe bonæ conſcientiæ, prudens,ac timens Deum*
18 *Magiſtratus debent eſſe mites,non vero ſeueri, nec crudeles.*
19 *Magiſtratus non ſint præcipites in iudicando.*
20 *Magiſtratus debent eſſe veraces, non adulatores,neque excæcati.*
21 *Iudex nemo poteſt eſſe in cauſa propria.*
22 *Iudices debent eſſe conſtantes, non vero varij in iudicando.*
23 *Iudices ſint capaces conſilij, vrbani, & faciles ad audiendum.*
24 *Iudices caueant à ſuperbia,& ab arrogantia.*
25 *Magiſtratus oſtendit virum, & vir oſtendit magiſtratum.*
26 *Honores gradatim ſunt conferendi.*
27 *Officia ſunt conferenda benemeritis.*

17. DE iure Luſitano *lib.1. tit. 1. in princip.* magiſtratus debet eſſe ſanæ mentis, ac conſcientiæ,nec non prudens,ac timens Deum; itemque manſuetus,ac patiens,& rectus: quæ omnia ſummopere commendantur ab Speculatore *in tit.de officio iudic.deleg.§.8. verſ. item quod eſt odio,* vbi vult iudicem non poſſe dici iuſtum, ſi in eo iuſtitia non reperiatur. Conſentit Bald.*in l.2.n.15.C.de ſent.ex pericul. recit.* dicens gubernatorem ſine conſcientia eſſe Diabolicum, & ſine ſcientia inſipidum,& inter animalia bruta numerandum,teſte Ariſtot. 1. *politic.* vbi ait animalium optimum eſſe hominem fruentem lege; peſſimum verò animalium eſſe hominem, a lege, & iuſtitia ſeparatum. Debet ergo vitæ ſanctimonia,ac bonis moribus collucere per text. *in l. generaliter, §. ſpurios,ff. de decurionibus*, Peguer.*in practic. cap.7. num.14.* Iuuat illud Exodi 18. ibi, *prouide autem de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam, & conſtitues eos tribunos, & centuriones.* Eſt enim in periculoſiſſimo ſtatu magiſtratus, niſi gratia Dei, ac timore ſit munitus; nam ſæpè ſæpiùs inuaditur amore, interdum timore, ac cupiditate, ita rapitur, vt ab æquitate ad iniuſtitiam deuiet. Eſt ergo opus, vt timor Dei iudicis animo aſſideat, vt ſuo officio rectè fungatur, nec deuiet à Deo propter homines, prout docuit D. Chryſoſtom. *in ſermon. Ioan. Baptiſtæ*, ex Prouerb. *cap. 29.* ibi, *qui timet hominem, citò corruet;qui verò ſperat in Domino, ſubleuabitur.* Denique ex timore Domini oritur fiducia fortitudinis; proinde iudices valde timidi non ſunt laudabiles, per text. *in l. obſeruandum,ff.de offic. præſid.* atque itavt puſillanimes non ſint, timorem Domini amplectantur, iuxta illud Paralipomenon, 2. cap.19 *ſit timor Dei vobiſcum,& cum diligentia cuncta facite,non eſt enim apud Dominum Deum noſtrum iniquitas.* Quibus verbis Ioſaphat admonuit iudices, vt rectè ſe haberent in officio, dicens, *Videte quid faciatis, non enim hominis exercetis iudicium, ſed Domini.* & infrà, ſic. *Confortamini, & agite diligenter, & erit Dominus vobiſcum.* Item debent eſſe prudentes in iudicando ſecundùm Ariſtot. 5. *politic.* dicentem rempublicam ſine prudentia adminiſtratam non poſſe diu conſiſtere; ſequitur, multis relatis,Caſtill. *lib.1. in politica, cap.5. n.2.* poſt Platonem *in Menon.* docentem neminem poſſe rectè præeſſe, niſi ſit prudens; imprudentibus enim ſatius eſt regi, quàm regere. Idem Caſtil. *dict. cap. 5. num.30. cum ſequent.* & Matt. *de tribunal.* ex defectu enim prudentiæ multa ſequuntur incommoda in homine publico, quæ difficillimè reparantur. Ideo Philo *in lib. de iudice*, admonet iudices,vt in aſſumendo officio opinentur, ſe pariter iudicandos eſſe, cum alios iudicant, niſi cum poteſtate prudentiam aſſumant, imprudenteſque cenſendos, atque iniuſtos, & puſillanimes, niſi vnicuique ſuum tribuant, & fortitudinem exuant.

Caueant etiam in adminiſtranda republica à nimia ſeueritate, & crudelitate,ſed ad miſericordiam, & manſuetudinem potiùs inclinent, iuxta Eccleſiaſt.c.4. *In iudicando eſto pupillis miſericors, vt pater,& pro viro matri illorum, & eris tu velut filius Altiſſimi.* Crudeles enim, ac ſeueri facile ad torturam iniuſtam prorumpunt. Marſil. *conſ. 15. n.13.*Roland.*conſ.12. n.6. lib.3.* torquentes iniuſtè inquiſitos ſupplicio capitali plectendos fore. Bald. & Angel.*in l.decuriones, C.de quæſtion.*Sapia *l.1. n.8.ff. quod quiſque iuris.*Quod intellige, quando dolosè tortura fit,& ſine cauſa longè aliter,quando torquet abſque dolo,ſed eſt in culpa;tunc enim actione iniuriarum arbitrio iudicis plecti poteſt ex traditis à Baldo *in rubr. C. de pœna iudic. qui malè iud.& conſ.233.ad fin.vol.1.*vbi probat poſſe præſumi dolum in iudice torquente quoties procedit ad torturam,non ſeruato iure,neque ordine à legibus præfixo. Quinimò propter immoderatam ſeueritatem,poſſunt ab officio remoueri. Pariſ.de Put.*in tract. de Syndic. verb. crudelitas officialis,*& Cald.Per.*in quæſt.forenſ.q.31.n.17.* 18.

Item non ſint præcipites in expediendis cauſis, ac ſententiis pronuntiandis.Marienz. *dial.3 9. n.3.* nimia enim præcipitatio eſt nouerca iuſtitiæ, *Clement. paſtoralis, §. verum,*& *ibi* Cardin.*de re iudic. cap. inter hæc, col.1.de pœnit. diſt.3.* Quare Bald. meritiſſimò excandeſcit *in l. ſi qua ex fœminis in ſecunda lectur. C. de ſecund. nupt.* in iudices fabricantes ſententias vix formato proceſſu, & actis feſtinantes viſis. Ex quo ſequitur ſententiam eſſe nullam,ſi feratur ea temporis breuitate, quòd præſumi poſſet acta non fuiſſe plenè viſa,per text.*in cap. tum ex literis, de in integrum reſtitution.*.& Bart.*in l.ſtipulatione,C.de ſententijs.* Sequitur Anchararanus *conſ. 188. num.2.* & Alex. 19.

*conſ.123.*

*conſ.*123. *num.* 24. *lib.* 4. proinde in expediendis negotiis oportet eſſe patientes, vt æqua lance, & maturo conſilio ſententias pronuncient, *l. nequicquam, §. vbi decretum, ff. de offic. proconſul.* Item expedit bono publico, ne magiſtratus ſint negligentes in præcauendis malis, quæ impendent, ac ſunt in procinctu, eſt enim delictum in iudice hæc deſidia, ac negligentia. Sic Auendan. *de exequend. mand. cap.* 1. *prætor. num.* 32. *verſ. decima cauſa.* Azeued. *lib.* 3. *recopil. tit.* 3. *l.* 22. *num.* 1. *& ſeqq.* & Simanc. *de repub. lib.* 3. *c.* 12. Ratio, quia melius eſt occurrere in tempore, & iura intacta ſeruare, quàm poſt vulneratam cauſam remedium quærere, per *l. fin. C. in quib. cauſ. reſtit. in integ. non eſt neceſſaria.* Oqualc. *de brachio regio, p.* 3. *n.* 137. poſt iuriſconſultum *in l.* 1. *C. quando liceat ſine iud. ſe vindic. & n.* 153. vbi concludit melius eſſe opportunè præcauere, quàm poſt vulnus mederi.

20. Debent etiam magiſtratus eſſe veraces, tam apud partes, quàm apud principem, & cauere ab adulatione, iuxta illud Pſalmi 118. *Loquebar de teſtimoniis tuis in conſpectu Regum, & non confundebar.* Non enim poteſt ſtare iudicium ſine veritate, ſunt enim comites. Ideo caueant à mendacio, Bobadil. *lib.* 1. *polit. c.* 3. *n.* 29. *& ſeqq.* Burg. de Paz *in l.* 2. *Tauri, n.* 48. Afflict. *in conſt. vt vniuerſis, n.* 54. Quod ſi non ſint veritatis amatores, quomodo poterunt cognoſcere verum? Cognoſcent tamen ſi in iudicando non moueantur odio, aut amore; quibus obſcuratur intellectus, & iuſtitia deſtituitur, quæ eſt cauſa, ob quam nemo poteſt eſſe iudex in cauſa propria, vel ſuorum, neque in cauſa inimicorum, teſte Platone ſapientiæ oraculo *lib. de legib.* 5. dicente amorē in iudiciis cœcutire, & Theophraſto affirmante amantium eſſe exoculata iudicia; id quod declararūt poëtæ depingentes amorem abſque oculis, quòd homines exoculatos efficiat. Ratio, quia nobis omnibus innatus eſt à natura quidam naturalis affectus in nos ipſos, & erga noſtros, tam ſanguine, quàm neceſſitudine nobis copulatos, & coniunctos, vt aliena vitia in oculis habeamus, & noſtra nobis ſint à tergo. Proinde dixit Perſius.

*Nemo, ait, in ſeſe tentat deſcendere nemo:*
*Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo.*

21. Quaſi diceret homines, ſeu iudices in propriis cauſis & ſuorum eſſe luſcioſos, & exoculatos, ac tenebriones, in alienis verò lynceos, & aquiloculos. Denique erga ſe ipſos, ac ſuos eſſe talpas viſu carentes, in aliorum cauſis, caprearum oculos habentes, vt à D. Hieron. *in apologia ad Pammachium & Oceanum.* Vnde colliges nihil intereſſe inter te, ac tuos quoad iudicandum, cum quadam animi propenſione, ſicut te, ſic etiam tuos vexare, opprimere, ac grauare amor proprius non patiatur, quidquid de alienis. Quod prædixit D. Paul. ad Epheſ. 5. *nemo carnem ſuam odio habuit*; & habetur in c. *non æſtimemus,* 15. *q.* 2. & gloſſ. *in l.* 2. *ff. de minor. vt eant.* Ex quibus liquet quātum deceat abſtinere, ac vacui eſſe iudices ab odio, & amore in iudicando, cùm amor, & odium, iudicium humanum ita perturbent, vt neſciat diſcrimen inter rectum, ac prauum diſcernere.

22. Requiritur etiam in magiſtratibus iudicandis conſtantia in conſiliis, nec debent eſſe varij in rebus iudicandis, ſed graues, & ſapientes, & quid vtilitas publica, ac communis ſalus reipublicæ expoſcit, ſemper ante oculos eſt habendum. Quod probat Cicero *in oratione pro Flacco*, vbi ait, ſe conſulem, C. Piſonem defendiſſe, quia cùm in conſulatu conſtanter, ac fortiter ſe habuiſſet, ratio exigebat, vt incolumis reipublicæ reſeruaretur. Refertque alios ob fortitudinem, & conſtantiam fuiſſe quoque abſolutos. Concinit D. Greg. *lib.* 1. *mor. c.* 32. vbi ait, vile eſſe conſilium robore fortitudinis deſtitutum. Nam parum refert inuenire, ſi inuentum ad finem non perducitur, teſte Ariſtot. 6. *Ethicor. cap.* 9. vbi vult celeriter deliberata eſſe agenda, cum mora autem conſulendum. Quod priùs dixit Plato ipſius Magiſter *lib.* 13. *de recta nomen. ratio.* his verbis. *Debet quiſque circa rei principium cuiuſque ſtatuendum diſſerere multa, diligentiſſiméque conſiderare vtrùm recte diſcernat, nec ne; quo quidem ſufficienter examinato, cætera iam principium ſequi debent.*

Oportet tamen vt bene iudicent, vt capiant conſilium in rebus dubiis, à prudentioribus, ac ſapientioribus, qui ſententiam ſuam ad communem vtilitatem proferant, non verò propter priuatam amicitiam, aut aliquod intereſſe de eo, quod conſulitur. Nam conſilium, ex corde fideli, ac ſancto emanans, ſanctum ac fidele erit: ex animo verò impio, ac imprudenti imprudens, ac impium regulariter erit. Idcirco Ariſtot. *de ſenſ. & ſenſib. c.* 4. dixit, aquam ſibi aſſumere ſaporem, & qualitates à terra, per quam tranſibat, & Athenienſes non omnes ad conſilia vocabant, ſed viros duntaxat prudentes, ac virtute inſignes. Vnde D. Aug. in Epiſtola ad quemdam Comitem, dixit, *Elige tibi conſiliarios timentes Deum, & veritatem amantes.* Idem confirmat Herodot. in Thalia, *ex optimis,* inquit, *viris credibile eſt optima emanare conſilia, nam ſicut oculi qui laborant non bene cernunt, ita animus vitiis plenus non poteſt ſanctè conſulere. Solent enim a viro malo mala, & a viro bono bona proficiſci.* Ariſtoteles *Ethicor.* 6. *cap.* 12. 23.

Item requiritur in magiſtratibus comitas, & vrbanitas in excipiendis hominibus, & in audiendis litigantibus libenter, abſtineantque à contumelioſis, & aſperis reſponſionibus, teſte Cicerone *lib.* 1. *de offic.* dicente, *quantò ſuperiores ſumus, tantò nos ſubmiſſiùs geramus.* Nam *reſponſio mollis frangit iram, ſermo durus ſuſcitat furorem,* Prouerb. 15. & infra, *Lingua placabilis lignum vitæ, quæ autem immoderata eſt, conteret ſpiritum.* Mariena. *dialog.* 3. *cap.* 38. *n.* 4. *& ſeqq.* Confirmatur ex illo Cantic. 4. *ſicut vitta coccinea labia tua*, hoc eſt, ſint verba tua charitate plena, quæ audientes te obligent, ac ligent, & nequaquam lædant. Quod prædixit Iſaias *cap.* 60. dum ait: *Ponam viſitationem tuam pacem,* id eſt, ſecundùm Hebræos, præfecturam, ſeu præfectos, ac iudices, qui verbis pacificis, pacificè, ac leniter ius populo dicant, ac iuſtitiam faciant. Quod ſignificatur exemplo ab Apoſtolo Ioanne Apocal. 7. allato de Chriſto Domino, his verbis. *Agnus, qui eſt in medio throni, reget eos, & deducet illos ad vitæ fontes.* Quibus verbis demonſtratur, quantum deceat iudices vti verborum lenitate, ac manſuetudine in iudicando, quantumcunque dedeceat fronte truce, verbiſque aſperis partes coram ſe litigantes alloqui, & excipere. Conſonat D. Iſiod. *lib.* 3. *c.* 56. dicens iudices dum iudicant vel iudicare incipiunt, ſi iraſcantur, ipſam iudicij ſententiam in inſaniam vertere. Sequitur Simanc. *de repub. lib.* 6. *cap.* 6. & ante illum Afflict. *in conſtit. vt vniuerſis, ad num.* 56.

Expedit etiam magiſtratibus, ſuperbiam abhorrere, & humilitatem amplecti. Conſuluit D. Ambr. *lib.* 2. *de Cain, cap.* 4. vbi monet fugiendam 24.

eſſe ſuperbiam à magiſtratibus, cui ſæpe comites ſunt arrogantia, inſolentia, iactantia, contemptus, & alia vitia Deo & hominibus odioſa, quæ litigantes deterrent à petenda iuſtitia, & aduocatos arcent à defendendis clientibus ſuis. Facit text. *in l. obſeruandum, ff de offic. præſid.* Simanc. *lib. 5. de Repub. cap. 9. & lib. 6. cap. 1 num 9. & ſeqq.* Azeued. *lib. 3. recopil. tit. 9. l. 2. num. 17. in fin. in verb. manſer* Burgi ſ. de Paz *in l. 2. Tauri n. 46.* & Bobadil. *lib. 1. polit. c. 3. n. 32. & 34.* aliis *ibi* relatis.

Interdum tamen contingit principes eſſe in cauſa ſuperbiæ, ſuorum magiſtratuum, cum illos collocent in dignitatibus ſuperioribus, omiſſis aliis dignioribus, qui ſeruato ordine tam naturæ, quàm iuris præire debebant. Ratio traditur in lege, *vt gradatim, ff de muner. & honor.* vbi decernitur magiſtratus non per ſaltum, ſed gradatim conferri debere, & per quoſdam veluti gradus à minore ad ſummam dignitatem eſſe perueniendum. Ita Plutarch. *in Flamin. in princip.* & probat Calliſtrat. *in l. honor, §. gerendorum, ff. de muner. & honor.* Qui ordo apud Romanos teſte Plutarcho, *vbi proximè*, rectè ſeruabatur, vt videtur in Mario, qui primò tribunatum, poſtea præturam, & poſtremo loco conſulatum fuit aſſequutus. Quod contigit etiam Cæſari, Seuero, Tiberio, & Marco Tullio; quibus primò quæſtura, ædilitas, & prætora, deinde conſulatus obuenit.

25. Oportet enim, vt genium, & ingenium hominum rectè cognoſcamus, eoque cognito ſi idonei reperiantur, digni ſunt, qui ad maiora officia admittantur. Nam ex magiſtratu, & officio, quale ſit hominum ingenium, ac conditio demonſtratur, vt cōſtat ex *l. ad ſplendidioris, C. de diuerſ. offic. lib. 12. & in l. primicerius, C. de offic. præfecti Vrbis*, vbi de-
26. cernitur, maiorem honorem, ac dignitatem non eſſe conferendam illi, qui antea minorem non fuerit aſſequutus. Maſtrill. *lib. 1. de magiſtr. cap. 23. n. 38.* vbi *n. 45.* ex Plutarch. *in precep. gerend. Reipub.* addit non ſolùm magiſtratus virum, ſed virum magiſtratus oſtendere. Eiuſdem ſententiæ fuit ante ipſum Matienz. *dialog. 3. cap. 68. n. 2. & 3.* dicens minorem dignitatem habentem, ſi idoneus reperiatur, præferendum fore habenti nullam, concluditque olim patritium neminem eſſe poſſe, niſi priùs conſulatus, aut præturæ dignitatem fuerit conſequutus, iuxta decretum, *l. nemini, C. de conſul. lib. 12. & l. vlt. iuncta gloſſ. C. de decurionib. lib. 10.* Iuuat ſententia Ariſtot. *lib. 7. politicorum, cap. 14.* futurum principem definientis bene ſubditum, & ſub imperio fuiſſe priùs oportere, & *lib. 5. politic. cap. 8.* ſubnectit in omni Republica commune eſſe, neque augere nimium quemquam, ſupra modum, ſed magis conari paruos, & longi temporis honores præbere, quàm confeſtim magnos. Ratio, quia in omnibus rebus experientia valde conducit; hæc autem vſu, ac tempore acquiritur, nemóque repente fit Summus; quod inſinuat *l. 3. tit. 4. part. 3.* his verbis, loquens de neceſſariis ad iudicandum, ibi. *E que ayan ſabedoria para iuzgar los pleitos derechamente por ſu ſaber, o por vſo de luengo tiempo.* Ex qua lege conſtat, magiſtratum non poſſe bene vti ſuo officio, niſi ſit peritus, vel cauſarum ſit expertus *argumento certi iuris, C. de iudic. & legu, expertes, C. de decurionib. lib. 12.* vbi Bart. & Auth. *de iudic. §. 1. collat. 6.* & Guillel. Durand. *in ſpeculo, tit. de iudice delegato, §. 8. n. 17.* id probant. Ideo inexpertus in dignitate poſitus, cùm careat experientia rerum magiſtra, *cap. quàm ſit de elect. in 6. cap. ſtatutum, de reſcript. eodem lib.* oſtendit ſe ineptum ad magiſtratum, ſecus verò quando vſu experientiæ diuturnæ in adminiſtrando officio per longum tempus verſatus eſt. Quia vſus promptum, atque expeditum hominem reddit, teſte Crauet. *conſ. 17.* & colligitur ex *l. legatis, §. ordinatricibus, de leg. 3.* Roland. *conſ. 2. n. 8. & ſeqq. vol. 2.* Atque ita non ſolùm magiſtratus, virum oſtendit, hoc eſt, naturam, & conditionem, & aptitudinem ad promouendam Rempublicam, ſed etiam vir ſapientia, atque experientia & fortitudine magiſtratū etiam humilē effert, & exornat.

Ex dictis infertur, officia non eſſe conferenda pro libito, & arbitrio principis, ſeu officialium ipſius, ſed benemeritis, atque expertis. Maſtr. *de magiſtr. lib. 1. n. 30.* & ante eum Matienz. *d. c. 68. n. 5.* vbi traduor aliquādo cogendos eſſe ad officia electos. Luc. de Pen. *in l. contra publicam, in fin. C. de re milit. lib. 12.* ſubdens crimen committere qui recuſat ſuſcipere dignitatem, quæ per alios exerceri non poteſt. Idem docent Abbas *in cap. venerabilem, col. 7. de elect.* & alij, apud Maſtrill. *vbi ſupra, per totum cap.* & Matienz. *dialog 4. cap. 14.* Quin imò compellebantur idonei ad ſuſcipiendas dignitates per carcerationem, teſte Bald. & Salyc. *in l. præſes, C. de ſuſcept. tutor.* Angel. & Roman. *in l. liberta*, aliàs *in l. dotem, ff. ſolut. matrim.* Idem Luc. de Pen. *in l. 1. C. de excuſation. artific. lib. 10. & in l. 1. col. 4. C. vt ruſtici ad nullum obſequium deuocentur, lib. 11.* & latè probat Chaſſan. *p. 11. conſid. 32.* 27.

---

§. III.

*Quæ vitia magiſtratus, ac gubernatores Reipublicæ maximè debeant deteſtari?*

EPITOME.

28 *Magiſtratus debet habere manus puras, careréque ab auaritia.*

29 *Magiſtratus de iure Luſitano ſi aliquid accipiant, priuantur ab officio vltra alias pœnas. Et quid de iure communi.* ibid.

30 *Magiſtratus de iure Luſitano, quæ munera poſſunt accipere, & à quibus.*

31 *Xenia data iudici, tabellioni, teſti & alijs officialibus an ſint reſtituenda.*

32 *Data à litigantibus ad redimendam vexationem iudici, an ſint reſtituenda, & quid de datis animo corrumpendi.*

33 *Data liberaliter abſque animo corrumpendi, an ſint reſtituenda.*

34 *Data officialibus ſub conditione rei faciendæ effecta non ſecuto poſſunt repeti.*

35 *Epiſcopo donata ad alliciendum ipſius animum, vt poſtea conferat beneficium, non poſſunt reuocari, eſto finis non ſequatur.*

36 *Donata iudici, vt iniuſtè iudicet, ſi tamen iuſtè pronunciet, ſunt reſtituenda.*

37 *Accepta pro iniuſta ſententia vel pro homicidio inferendo, poſt delictum patratum, non ſunt reſtituenda ante iudicis ſententiam.*

38 *Opus malum, quatenus malum, non eſt vendibile, ſed quatenus delectabile, vel vtile.*

39 *Iudices poſſunt accipere aliquid ex gratitudine poſt ſententiam.*

40 *Iudex, & teſtis tenentur reſtituere danti accepta,*

*cepta,pro iuſta ſententia,vel pro veritate dicenda.*

41 *Accepta ex mera liberalitate à iudice contra legem non ſunt reſtituenda, & ratio earum.*

42 *Iudex pro ferenda ſententia iuſte,potiùs pro hoc quam pro illo,quando vtraque opinio eſt probabilis,an poſſit aliquid accipere.*

43 *Emphyteuſi accepta cum poteſtate nominandi aliquem ex certa familia, an nominans poſſit accipere pecuniam pro nominando hunc, potiùs,quam illum.*

44 *Emphyteuta cum poteſtate nominandi, quem maluerit,poteſt grauare nominatum.*

45 *Pater poteſt filium in tertio meliorationis grauare.*

28. REQUIRITUR in magiſtratibus vitæ puritas,ac manuum,maximè ab auaritia, & à cupiditate aliena, vt diximus *ſuprà, lib.1.diſp.2.§.2. num.116.& §.3.à num.146.* Nunc in ſpecie aliqua adiungemus, vt deprehendamus, quantum ſit fugienda auaritia à iudicibus, ſecundùm illud Exodi 18.ibi, *prouide autem de omni plebe viros ſapientes,& timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam.* Quæ teſte Ciceron. *de offic.* eſt iniurioſa appetitio alienorum. Quo vitio nullum teterius præſertim in Principibus, & rempublicam gubernantibus; de quo dixit Leo *ſerm. de paſſione Domini 9.* nullum eſſe iuſtitiæ veſtigium in corde in quo ſibi auaritia fecit habitaculum. Probatur, ex cap. *pauper,11. quæſt.3.* vbi Ambroſ. docuit ad rempublicam adminiſtrandam non eſſe admittendos auaritiæ vitio vſtulatos, cùm nullum ſit officium tam ſanctum, atque ſolemne; quod non auaritia comminuere,atque violare ſoleat, cum ſit criminibus infinitis comes indiuidua. Simanc. *de rep. lib.6.cap.2.*Bobadill. *lib.1.politic.cap.3. n.31.* Petr. Gregor. *lib. 47. ſyntagm. iur. cap 11. n.16.* Burgoſ. de Paz *l.2. Tauri,num.39.* & D.Tap.*lib.1. conſtit. regni, in princip. num.32.* Proinde Cicero *de offic.*docuit, prætorem non tantùm manus,ſed etiam oculos abſtinentes habere oportere. Conſentit Matienz.*Decalog.3.part.cap.23.*vbi de vitio latè. Sequitur Maſtril *lib.2.cap.12 à num.66.*

Vnde cum auaritia pecuniæ ſtudio, ac deſiderio vehementer rapiatur, teſte Salluſt. *in Catilin.* ſatiari non poteſt,neque copia. neque inopia minuitur, vt refert Gell. *lib. noctium Atticarum 3. cap.3.* Idcirco Iuſtin. commendat magiſtratibus in Auth.*vt iudices,ſine quoquo ſuffragio, §. ſi quis autem, & de mandat. princip. §. oportet ol 1.* ne muneribus corrumpantur. Nam, *Xenia, & dona excæcant iudicum oculos & ſubuertunt verba iuſtorum,*Exod. 23. & Eccleſiaſt.20. Ob quam cauſam auri ſacra fames vocatur cæcitas, *cap. auaritia,de election.lib.6. & l. vnica,C.de ſuperexactorib. tributor.lib.10.* Concordat *l. Luſitana, lib 5. ordin. tit.71. in princip.& num.1. & ſequentib.* vbi ſub pœnis grauiſſimis defendit, & interdicit omnibus officialibus, ac gubernatoribus Reipublicæ, ne ſibi, ſuiſve domeſticis aliqua munera, aut dona accipiant vltra ſuum ſtipendium: Quod etiam docent Auilez ad *cap.1. prætor. verb.ne ſacramentum, & verb. dadiuas,* Hortenſ. Canalc. *de brachio reg. part.5.num.34.* poſt plures. Cald. Pereira *quæſt.forenſ. in commen. ad l. vnicam, C. ex delict. defuncti, num.26.& conſ.34.* Molin. *de iuſtit. tract.2.diſp.84.*Iul.Clar.*§.fin.quæſt.73.à n.8.* multis *ibi* relatis.

*Fragoſ. Regim. Chriſt. Reipubl.*

29. Quod ſi lege non obſtante aliquid acceperint magiſtratus, ſiue gubernatores, de iure Luſitano priuantur officiis, vt habetur *d. tit.71.* & ſoluent vlterius viginti pro vno ex omnibus acceptis, quorum alterum dimidium accuſanti, & alterum fiſco applicabitur. De iure tamen communi accipientes, tenentur perſoluere quadruplum, vel triplum, ex Auth. *nouo iure, C.de pœna iudic. qui malè iudic. & l.1. ad fin. C. ad l. Iul. repetund.* In quo omnes pariter conueniunt, teſte Boſſio *tit. de officialib. corrupt. pecun. poſt num.16.* Iulius Clarus *dict.num.2.* Farinac.*in praxi crimin. quæſt.111 num.49. & ſequentib.* Aduertendum tamen eſt, illud quadruplum, vel triplum non ſemper applicari fiſco, niſi quando reperta fuerit turpitudo, tam in dante quam in recipiente; ea verò reperta in vno duntaxat,non verò in vtroque, adiudicabitur dimidium quadrupli vel tripli Cameræ regiæ,& dimidium alteri parti,Io. Challan.*ſuper conſuetud. Burg.in titul. des confiſcations, §. 1. in princip. num. 21. verſ. nouus caſus;* & habetur expreſſe *in gloſſ.* in l. *in gloſſ. fin.C.ad l. Iul. repetund.* communiter recepta.

Addit etiam lex noſtra *d. tit. 71.* xenia, ſeu munera dantes, aut mittentes amittere propter id omnia bona ſua, quorum dimidium Cameræ regiæ, & alterum dimidium accuſatori applicabitur. Inſuper amittent quodcumque officium; ſeu officia,quæ habuerint, & per quinquennium in Africam relegabuntur. De iure tamen communi iudices corrupti plectuntur, & partes perdent cauſam, *l.1. C. de pœn. iudic. qui male iudic.* gloſſ. *in l.1. in princip. verb. non faceret, ff. de calumniat.* Farinac. *dict. quæſt.111. à à num.124.* & priùs *num.98.* Barboſ. *in remiſſ. ad d.tit.71.* Quod intellige, ſiue munera dentur à partibus, vt officiales pro ſe iniuſtè,aut iuſtè pronuncient, in vtroque enim caſu perdent litem ex gloſſ. *in l.2. verb. in bona, ff. de condition. ob turpem cauſam,* quam dixit communiter receptam Roman. *ibid. num.7.* quibus conſentit Iul. Clarus *§ fin. quæſt.73. verſ.pars autem,* vbi negat perdere litem, qui adit iudicem, blanditiisque precibus perſuadet, vt ſibi cauſam adiudicet tractetur tamen poſſe puniri pœna centum aureorum, ex *l.1. in fin. ff.de ambig.* Quod ſi quis corrumpit notarium, perdit cauſam ex Salyc. *in l. fin. in fine, C. de pœn. iudic.*& Farin.*quæſt.111. num.127.*

30. Quæſtionis eſt quænam poſſint accipere licitè magiſtratus,ac gubernatores? Lex Luſit. *d.tit.71. in princ.* facit facultatem, vt poſſint accipere omnia à deſcendentibus, aut aſcendentibus, aut ab aliis conſanguineis tranſuerſalibus, vſque ad ſecundum gradum incluſiuè, ſecundùm ius canonicum. Iiſdem item concedit, vt poſſint accipere eſculenta, & poculenta, à remotioribus conſanguineis, & affinibus, vſque ad quartum gradum, & ab amicis, quorum cauſas nequeunt iudicare, dummodo dantes nullam litem, aut cauſam apud ipſos habeant. Molin. *tract. 2. diſput.86. à princip.* Rebell. *lib. 18. quæſt. vltim. de muner. num.1.& 2.* vbi tradunt extra ſupradictos caſus peccare mortaliter litigantes regulariter, dando munera,iudiceſque accipiendo; tum propter ſcandalum, ac periculum peruerſionis iudicii, tum propter grauiſſimas pœnas ſuprà *dicto titul. 17. & 72.* ordinationis ſtatutas. Excuſabuntur tamen à mortali ob paruitatem

acceperit, vel ſi ex eo nullum ſequatur ſcandalum, nec periculum peruertendi iudicium, Rebell. *ibid.* & Auendan. *de exequend. mandat. part.* 1. *cap.* 2. *pag.* 68. Nec etiam procedit in illis, quæ officialibus relinquuntur in teſtamento, vt bene notat Vincent. de Franc. *deciſ.* 493.

31. An verò data iudici, tabellioni, teſti, vel aliis officialibus ad eos corrumpendos ſint reſtituẽda? Reſpondemus in foro conſciẽtiæ ſic accepta eſſe reddenda danti. Ita Cordub. *in ſuo quæſtionar. quæſt.* 32. *lib.* 1. quem ſequitur Lupius 2. *part. inſtructorij, cap.* 106. *quæſt.* 2. & Sot. *lib.* 4. *de iuſtit. quæſt.* 7. *art.* 1. *col.* 10. §. *ſecundus ergo modus*, & *lib.* 6. *q.* 11. *art.* 1. §. *ad hæc*, ſecundùm quos dicendum eſt ſimiles donationes eſſe nullius momenti, *per l. generaliter ff. de verbor. oblig.* & conſequenter dantes non abdicaſſe à ſe dominium earum rerum, quas dederunt dono, licèt non faueat D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 32. *art.* 7. & *quæſt.* 62. *art.* 5. *ad ſecundum*, vbi vult, ſic accepta eſſe reſtituenda pauperibus, non verò dantib. eo quòd ipſi dando merentur priuari ſua pecunia, ſeu donis. Ergo habent dominium, donec per ſententiam priuentur, & ſunt reſtituenda ante delictum commiſſum. Eſt communis.

Nauarrus tamen alia via incedens *cap.* 17. *in manual. cap.* 30. Couarr. *regul. peccatum* 2. *part.* §. 2. *num.* 7. & Tolet. *lib.* 5. *cap.* 59. *num* 6. opinantur accipientes in hoc caſu non teneri reſtituere; ſi crimen, ratione cuius aliquid fuit donatum, eſt iam commiſſum; ſequitur Rebell. *de obligation. iuſtitiæ* 1. *part. lib.* 2. *quæſt.* 14. *num.* 64. quam partem puto veram: Iudices tamen iniquè iudicantes tenentur ſatisfacere damnum. Syluest. *verb. concuſſio, quæſt.* 3. & *verbo, iudex* 1. *quæſt.* 12. Similiter tenentur reſtituere quidquid illis datum fuit à litigantibus cauſa redimendæ iniuſtæ vexationis certò, aut veriſimiliùs omnino futuræ, vel propter iniuſtam dilationem; tunc enim quamuis iuſtè litigantes munera dent iudici, vt hęc mala euitent, non tamen poſſunt accipientes ea licitè retinere. Syluest. *vbi ſuprà*, Caiet. *verb. iudicis peccata*, Molin. *diſp.* 88. *tract.* 2. *verſ. an verò*, & *ſequenti*, Sayr. *in claui*, *lib.* 12. *cap.* 12. *num.* 8. *verſ. ſicut pauperum*, vbi volunt eſſe reſtituenda damna à iudice, & expenſas, quarum fuit cauſa vexando, negando, differendo, ſeu procraſtinando iuſtitiam.

32. Obiter tamen notandum eſt pro confeſſariis, ne faciles præbeant aures litigantibus dum aiunt ſe monera obtuliſſe, donóque dediſſe ad redimendam iniuſtam vexationem, & ad emendam ſuam iuſtitiam, ac ſententiam, quia id fieri non poteſt, niſi quando certò conſtat partes vexari iniuſtè, vel quando probabiliter, ſeu rationabiliter iniuſtitia ſibi fieri timetur. Secus eſt quando dubitatur, an iuſtitia ſit facienda, etiamſi ea affectu proprio partes timeant ſuam iuſtitiam eſſe in periculo, tunc enim non poſſunt munuſcula offerre. Ita Molin. *vbi ſuprà*, Rebell. *d. lib.* 18. *quæſt.* 2. & *num.* 4. dicens nefas eſſe aliquid offerre, etiam quando extat dubium æquale de tali vexatione, ſeu iniuſtitia, quod reor eſſe magis tutum, non tamen omnino verum.

33. Sed quid dicendum de dato & accepto in foro externo turpiter animo corrumpendi iudicem, teſtem, vel tabellionem? Reſpondetur eſſe reſtituendum fiſco; per text. *in l. multa, C. de modo. mulct. l. Lucius ff. de iure fiſc.* vel parti in cuius iniuriam donatur pecunia, per *l. in heredem ff. de calumn.* & *l. generaliter*, §. *illud ff. etiam de calumn.* quare non poteſt ſic donatum retineri ab accipientibus, vt habetur *in gloſſ. l.* 3. *ff. de condiction. ob turpem cauſam.* Concordant leges Luſitanæ *vbi ſuprà dict. tit.* 71. quod procedit poſt latam ſententiam, & ante eam non ſunt accipientes incapaces retinendi. Cùm tam ius commune, quam municipale non reddat inhabiles accipientes.

Vnde Petrus Nauar. *lib.* 3. *de reſtit. cap.* 4. *n.* 15. ait peccare mortaliter accipientem munera, ſeu pecuniam, contra ſuum officium, tenerique totum damnum inde ſequutum reſarcire parti, non verò pretium, ac munera accepta, ſi reuera fuerunt liberaliter oblata, & conceſſa abſque animo, ſeu pacto corrumpendi; quia quamuis turpiter acceperit, non fuit iniuſta acceptio, cùm fuerit liberaliter donatum, præſertim, ſi propter preces dantis accepit. Ex quibus colligitur iudices, & officiales Luſitanos accipientes munera ſibi gratis, & ex mera liberalitate oblata, interdicta tamen per ordinationem *lib.* 5. *tit.* 71. ſub grauibus pœnis, peccare quidem grauiter, non tamen teneri reſtituere, cùm non ſint incapaces accepti. Molin. *tract.* 2. *diſput* 88. §. *mihi contraria*, vbi probat ſententiam Petri Nauarræ. Sequitur Reginald. *tom* 1. *lib.* 10. *cap.* 11. *num.* 142. Probatur, quia ſecluſa lege humana hæ donationes ſunt validæ, ex lege *non dubium*, & ex lege Luſit cit. non reddente eas nullas. Quin potius quoad pœnas amiſſionis officiorum non obligat in foro conſcientiæ ante latam ſententiam. Cùm ergo officiales accipiant liberaliter ſibi oblata, ea liberalitate ſufficiente ad transferendum dominium, quidquid ſit de peccato legum, ſeu periurij, ſi forte iurarunt ſe nihil accepturos vltra ſtipendium, poſſunt ea tuta conſcientia retinere, cùm ſint donata abſolute, & non ſub conditione aliqua.

Addo non teneri officiales ſibi donata reſtituere, etiam quando dantes intendunt eos allicere ad fauorem ſibi præſtandum, eo quòd cenſentur adhuc illæ donationes abſolutè fieri, ſicut cenſemus abſolutas donationes factas ab amaſio fœminis, quas intendit allicere ad ſuam turpitudinem, quæ non tenentur reſtituere ſic accepta, quamuis mittenti amaſio non conſentiant. Et quia ſunt donationes modales, in quibus modus eſt cauſa impulſiua, proinde donationes ſunt integræ, & validæ, etiam modo non ſequuto, per text. *in l. ſi repetendi, C. de condiction. ob cauſam datorum.* niſi exprimatur repetitio rei donatæ, niſi modus ſequatur. Ita gloſſ. & ſcribentes communiter *ibi*, & à fortiori quando aliquid donatur ſub pacto expreſſo illius finis, ſeu modi, ac conditione. Molin. *tom.* 2. *diſp.* 186. vbi vult donatarium conſumentem bona fide munera ſibi miſſa, neque credentem fuiſſe donata ſub conditione eius finis, liberum eſſe ab onere reſtituendi, niſi inde in aliquo factus ſit ditior, cùm non teneatur reſtituere, neque ex parte rei acceptæ, neque ex parte iniuſtæ acceptionis. Subditque non eſſe fidem habendam mittenti munera fœminæ, ſeu iudici, ſi poſtea dicat, ſe non miſiſſe niſi ſub conditione finis turpis; adhuc enim effectu non ſequuto non tenetur reſtituere, quia ſimilia dona, niſi exprimatur pactum, ſeu conditio, non ſolent mitti, niſi ad alliciendum tanquam cauſa impulſiua, præſumiturque mittentem mentiri. Fauet lex *ſi repetendi*, & gloſſ. denegantes repetitionem affirmanti ſe ſub conditione tacita finis turpis illa dona miſiſſe. Molin. *ſuprà* ſcriptus.

Secus

34. Secus dicendum, quando exprimitur pactum ex parte mittentis munera, dicentiſque ſe in recompenſationem rei faciendæ dona illa mittere, tunc effectu non ſequuto conceditur mittenti repetitio, ſeu conditio dati, cum datum fuerit ob cauſam, ſeu ſub conditione cauſæ, *l.1. ff. de conditione cauſa data, & l. ſequentes eod. tit. & l. dictam legem, ff. de vendit. ob cauſam.* Molin. *tom. 2. diſput. 570. ad fin.* hinc fit, vt non teneantur accipientes reſtituere ſibi donata, etiam effectu non ſecuto ob quem munera fuerunt miſſa, quando nulla conditio, ſeu pactio fuit expreſſa, neque in foro conſcientiæ, neque externo, quia cenſetur finis principalis fuiſſe ad acquirendam beneuolentiam, ſeu amicitiam, qualis cenſetur donatio facta Epiſcopo ad alliciendum ipſius animum, vt poſtea conferat beneficium, ſeu facta mercatori, vt mutuas pecunias mihi det, vt credito mihi ven-

35. dat. Sunt enim donationes abſolutæ, ac validæ, nec poſſunt reuocari, eſto finis non ſequatur. Molin. *d. diſp. 208.* Eſto donator non mitteret ſi ſciret, ſpem ſuam fore inanem, & quamuis accipiens cognoſcat finem, propter quem mittuntur munera, non tenetur reſtituere, quidquid repugnent Lopius *2. part. inſtructor. cap. 29.* Angles *in flor. quæſt. de donation. art. 1. difficult. 6.* quos ſequitur Veiga *lib. 2. cap. 98. fol. 58.* Ita Molin. *diſp. 570. in fin.* Rebell. *de obligation. iuſt. lib. 18. quæſt. 13. num. 6. & 7.* eo quod fuerint data non in pretium operis, ſed ad alliciendum, & conciliandum animum donatarij. Sequitur Leſſ. *lib. 2. de iuſtit. cap. 18 de promiſſ. & donation. dub. 16. n. 125.* vbi addit *num. 126.* contrarium eſſe ſequendum, ſi donator intendat donatarium muneribus ad illum finem obligare, tunc donatio erit nulla, fine illo non ſequuto, quando finis donationis, eſt principalis. Secus ſi minùs principalis, quia tunc non eſt irrita; fine non præſtito, poteſt tamen irritari, ſi donatarius nolit finem præſtare. Ioan. Medin. *C. de reſtit. quæſtion. 24.* & colligitur ex *cap. verum, de condit. oppoſitis.*

36. Quid dicendum eſt, quando datur aliquid iudici, vt iniuſtè iudicet, aut teſti, vt falſo iuret, & iudex ſeruato ordine iuris iuſtè pronontiet, teſtiſque veritatem proferat? Petr. Nauar. *lib. 4. de reſtit. cap. 2. dub. 11. num. 144.* Ludou. Lopez *1. part. inſtructor. cap. 107.* poſt Medin. *C. de reſtit. quæſt. 2. concl. 4.* docent acceptum, pro re turpi, ac fine malo, eo non ſecuto, eſſe danti reſtituendum. Conſentit Nauar. *in man. cap. 17. n. 3.* Cordubenſ. *lib. 1. quæſt. 32.* & Aragon. *2. 2. quæſt. 62. art. 5. in reſponſ. ad ſecundum, concluſ. 7.* Ratio, quia non donauit, niſi propter conſequendam iniuſtitiam & propter extorquendum falſum teſtimonium principaliter; ergo non abdicauit à ſe dominium rerum illarum eo fine non obtento, atque ita accipiens tenetur reſtituere. Item, quia promiſſio, ſeu pactio de re turpi, ſiue ſit contra iuſtitiam, ſiue contra quamcumque aliam virtutem antequam adimpleatur, eſt nulla, & partes non tenentur ſtare huiuſmodi promiſſionibus, ſeu pactis. Molin. *de iuſtit. tract. 2. diſp. 94. concl. 2.* Couar. *in regul. peccatum, part. 2. §. 2. num. 1. de regul. iur. in 6.* & Caietan. *2. 2. quæſt. 32. art. 7. ad 2.* Nam in malis promiſſis peccatum eſt non reſilire à contractus *cap. In malis, 22. quæſt. 4.* Neque qui promiſit rem turpem pro pretio, neque qui pretium pro ea, tenentur adimplere. Michael Salon. *2. 2. quæſt. 62. art. 5. controuerſ. 3. concl. 2.* Neque obſtat negari actionem, & repetitionem in foro externo, turpiter danti, quia in foro conſcientiæ retinet dominium rei ſuæ, neque debet ſpoliari ea, niſi per iudicis ſententiam.

Obtento tamen fine, propter quem pecunia fuit data iudici, ſeu teſti, ſicut etiam acceptum pro damno inferendo, vel pro homine occidendo, impleto delicto nihil eſt reſtituendum ante iudicis ſententiam. Ita Angel. *verb. concuſſio, §. 2. & verb. reſtit. 1. verb. turpe lucrum.* Nauar. *vbi ſupra,* & Petr. Nauar. *dub. 12. concl. 1. & 2. & dub. 13.* Gregor. de Valent. *tom. 3. diſp. 5. quæſt. 6. punct. 4.* Syluest. *verb. eleemoſyna, quæſt. 4.* Tolet. *lib. 5. cap. 25. in fin.* Rebell. *d. lib. 18. quæſt. 19. num. 4.* & Leſſ. *lib. 2. cap. 14. dub. 8. à n. 51. vſque ad 56.* vbi docet neque ſpectato iure naturæ, neque poſitiuo acceptum ob turpem cauſam, ſeu propter opus, quod eſt peccatum, eo adimpleto eſſe neceſſariò reſtituendum, ſiue opus ſit contra iuſtitiam, ſiue non. Quin addimus de rigore iuſtitiæ ſoluendum eſſe promiſſum, quod fieri poteſt ſine peccato, poſt crimen patratum; neque enim in ſoluendo peccat, ſed intendit liberare fidem. Quia quamuis conuentio fuerit illicita, attamen quia ſimilia nemò tenetur gratis exequi, poteſt licitè exigi promiſſum, extraiudicialiter, vt notat Nauar. *cap. 17. num. 41. verſ. Sextò infertur,* & retineri, ſi fuerit prius datum ea Couar. *in regul. peccatum, 2. part. §. 2. num. 6.* Iunat Sot. *lib. 4. de iuſtit. quæſt. 7. art. 1. col. 10. & lib. 6. quæſt. 1. art. 4. §. ad hæc,* vbi fatetur actiones turpes, puta occidere hominem eſſe vendibiles. 37.

Nec obſtat lex *generaliter, ff. de verbor. obligat.* & lex *iuris gentium, §. ſi ue ob maleficium, ff. de pact.* vbi præfatæ actiones ſunt irritæ, neque quis tenetur illas obſeruare, in quibus aliquid datur, vel promittitur ob maleficium. Imò nullam actionem concedunt, nec repetitionem, aut retentionem; ſecundùm gloſſ. *verb. nulla, in d. l. iuris gentium,* & habetur *in l. mercalem, C. de condition. ob turpem cauſam,* quia procedunt de maleficio in futurum committendo, & pro foro externo dumtaxat. In foro verò conſcientiæ idem dicendum eſt, ante delictum commiſſum; ideo reſtituendum eſt pretium, ſi fortè datum ſit priùs. Secus verò, eo iam patrato, tunc retineri poteſt, non tanquam merces, ſibi debita ob dictam pactionem, ſeu maleficium, ſed propter laborem, induſtriam vel impenſam, quod eſt quid ſeparatum à peccato, & propter multa alia pericula, quibus delinquens obligatus manet, etiam apud iuſtitiam humanam, vnde licitè acceptum poteſt recipi, ac retineri, vel ſi magis placet ſecundùm Nauar. *d. cap. 17. num. 36.* in foro conſcientiæ poteſt ſi detur, retineri, non tanquam debitum propter maleficium, ſed quia ita datum, & acceptum nulli de præcepto diuino, neque humano ante ſententiam eſt reſtituendum.

Ego tamen abſolutè reor aſſerendum, & ſi opus malum pro quo datur, pretium promiſſum non ſit pretio æſtimabile, neque vendibile quatenus malum eſt; nihilominus quatenus delectabile, & vtile, vel alteri periculoſum, ſeu laborioſum, eſſe inter homines pretio æſtimabile, vendique poſſe, ac proinde pro eo acceptum non eſſe reſtituendum, poſt maleficium patratum, neque eſt peccatum, quod tunc accipitur, vel datur, cùm acceptio fiat non ratione peccati, nec complacentiæ, ſed propter laborem ſuſceptum, vel propter ſumptus, vel periculum, cui ſe expoſuit, vel denique ratione pacti oneroſi, & datæ fidei. Quod fieri poteſt cum diſplicentia abſoluta delicti com- 38.

miſſi; & cum propoſito amplius non recitandi. Molin. *diſp. 94. tract. 2. §. contraria ſententia, & ſequent.* poſt D. Thom. & alios, quos *ibi* refert, ac ſequitur, quibus accedit Leſſ. *lib. 2. cap. 14. à num. 53. vſque ad* 59. Idem tradit Couar. *regul. peccatum, part. 2. §. 1.* Caiet. 2. 2. *quæſt. 62. art. 5. ad ſecundum,* exiſtimantque tanquam verius non eſſe reſtituendum ita acceptum, neque ex vi iuris naturalis, neque ratione iuris poſitiui. Excipiunt tamen non bene id, quod accipitur à iudice pro ſententia iniqua ferenda, hoc enim opinantur iure naturæ eſſe reſtituendum; quia non eſt res vendibilis, ferre iniuſtam ſententiam, ac peruertere iudicium: ſed falluntur, quia non eſt maior ratio, ob quam magis debeat reſtitui iure naturæ quod accipitur pro iniuſta ſententia ferenda, ea iam lata, quam quod pro homicidio, ſeu adulterio patrato, quod tamen ipſi docent non eſſe reſtituendum neceſſariò. Ita Molin. & Leſſius *vbi ſupra.* Ergo non eſt etiam reſtituendum acceptum à iudice, pro iniqua ſententia.

Quæres, an aliquando poſſint iudices aliquid accipere, abſque onere reſtituendi? Reſpondemus poſſe iudices aliquid amplius, quàm tenentur recipere poſt latam ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, ſi nullum de hoc intercedat pactum, & partes ex liberalitate, ſeu ex gratitudine donent, neque ipſi capiant pro pretio, aut ob cauſam principalem. Marſil. *in l. 1. ff. de falſ. num.* 6. Nec non teſtis eodem modo poteſt aliquid accipere poſt teſtimonium latum ab eo, pro quo teſtimonium protulit, dummodo nulla præcedat pactio, conuentio, ſeu promiſſio, quamuis in foro externo præſumatur oppoſitum. Suffragatur text. *in cap. 1. de ſimonia,* Anchar. *conſ. 171. de titul. crimin.* Felin. *in cap. cum nos de Simon.* & Archiepiſc. Florentin. *in ſumma, de reſtit. cap. 5. verſ. Inſuper de his,* quos refert, ac ſequitur Capua *lib. 2. deciſ. cap. 123. n. 15.* Syluest. *verb. index quæſt. 8. verſ. Secundum,* & Angel. *eod. verb. §. 8. in fin.* gloſſ. *in cap. ſtatutum, §. ſi quid in verb. receperit, de reſcript. in 6.* Fundamentum eſt, quia voluntariè poteſt quis dominium rei ſuæ in alium transferre. *Inſtit. de rer. diuiſ. §. per traditionem.*

40. Quòd ſi iudex vt iuſtè iudicet, & teſtis vt verum dicat, & ne peieret, aut ne maleficiũ aliquod committat, pecuniam accipiant, tenentur reſtituere danti, ſi ab eo repetatur in foro externo, vt habetur *in l. iuris gentium, §. ſi ob maleficium, ff. de pact. & in l. 2. in fin. & in l. 4. in princip. §. quoties, ff. de condiction. ob turpem cauſam,* & ſcribentes *ibi.* Couar. *in regul. peccatum, part. 2. §. 5. num. 1. verſ. Secus denique, & num. 6. ad fin. verſ. Deducitur etiam.* Quo in loco ipſe ex Fortunio *in dict. §. 3. num. 1. verſ. Secus denique, & num. 6. ad fin.* definit nec naturalem obligationem naſci ex promiſſione facta ne maleficium fiat. Idem probat Socin. *in rubr. ff. de verb. oblig. num. 13. aduerſus gloſſam in d. §. ſi ob maleficium;* ſequitur Tolet. *in ſum. lib. 5. cap. 21. num. 7. & cap. 59. num. 6.*

Fundamentum eſt, quia quando quis tenetur ex lege alicuius virtutis, ſiue iuſtitiæ, ſiue charitatis, vel ex aliqua alia ad aliquid agendum, vel omittendum, non poteſt aliquid accipere, vt mercedem illius. Eſt Nauar. *in cap. 17. num. 33.* contra Sotum exiſtimantem hoc fundamentum ſolùm procedere quando obligatio eſt ex lege iuſtitiæ dumtaxat, non verò, quando violatur aliqua alia virtus, cùm non fiat iniuria tertio. Item, quia virtus non patitur, ſe mercede conduci ad agendum, quia eſt nimis turpe officia virtutum venalia habere. Comitol. *lib. 3. reſponſ. moral. quæſt. 6. in fin.* Ergo reſtituere tenetur acceptum, ne maleficium faciat in foro externo, ſi ab eo petatur, quia accepit mercedem, quod gratis de iure facere debuit, per text. *in l. 2. ff. de condic. ob turpem cauſam, & in l. fin. ff. eod.* Bald. *in cap. ſuper eo, de tranſact.* Gloſſ. *in cap. nemo, verb. celet, de Simon.* Idem *in l. ſimile, C. de furt.*

In foro tamen conſcientiæ iudex accipiens pecuniam, vt iuſtè ferat ſententiam, & teſtis ne peieret, & reliqui ne maleficium committant, tenentur reſtituere ſi data fuit ob timorem iniuriæ aliàs nõ danda. Longè aliter ſi abſque timore iniuriæ, & ex mera liberalitate fuit oblata. Ratio, quia dans timore iniuriæ aliàs non daturus, non cenſetur voluntarius, ſed coactus dare, ideo accipiens tenetur reſtituere in conſcientia. Ita Tolet. *vbi ſupra.* Leſſ. *dict. cap. 14. dub. 9. num. 64.* Sot. *4. de iuſt. quæſt. 7. art. 1. ad 2.* Rebell. *d. lib. 18. quæſt. 20.* poſt alios *ibi* relatos *num. 1.* Ratio eſt, quia non poſſunt miniſtri iuſtitiæ vltra taxatum ſibi ſtipendium, plus mercedis à partibus exigere, vt *ibi* Rebell. *num. 4.* Sayr. *in d. lib. 10. tract. 5. cap. 3. num. 6.* vbi indiſtinctè damnat accipientes, cum onere reſtituendi, quidquid capiant pro eo, ad quod tenentur facere, vel omittere. Probatur ex mutuatore, qui non tenetur mutuare, nihil poteſt pro mutuo accipere, & acceptum tenetur reſtituere, eo quòd non ſponte datum ſit, ſed coactè; ergo à fortiori tenebitur reſtituere iudex, & teſtis, quidquid acceperint à partibus, vt faciant bonum, aut omittant malum, quod ex officio facere, aut omittere tenentur. Nauar. *citat. num. 33.*

Diximus, *niſi ex mera liberalitate datum ſit,* 41.
quia tunc cùm leges municipales, & ius commune non impediant dominij tranſlationem, neque inhabiles reddant accipientes ea, quæ ex mera liberalitate conceduntur, non tenentur accipientes in foro conſcientiæ reſtituere ante condemnationem, vel repetitionem. Ita Sot. *lib. 4. de iuſt. quæſt. 7. art. 1. col. 9. §. retrocedendum ergo eſt.* Tolet. *vbi ſupra.* Beia *caſ. 1. part. 1.* Nauar. *cap. 17. n. 24.* Ludouic. Lopez *1. part. inſtructor. cap. 96. quæſt. 1.* Idem dicendum eſt, quando ex probabilibus coniecturis conſtiterit donationes non fuiſſe factas pro redimenda vexatione, ſed ex voluntate liberali, tunc poſſunt retineri, donec in foro externo fiat condemnatio. Rebell. *ſuprà ſcriptus, num.* aliis *ibi* relatis, & Nauar. *d. cap. 17. num. 33.* niſi conſtet ex contraria voluntate dantis, nempe ſi donationes repetat etiam extraiudicialiter. Dum ergo non repetuntur, tuta conſcientia retineri poſſunt, ſecundùm doctores citatos.

Anceps eſt dubitatio, quando iudex poteſt ferre ſententiam iuſtè pro vtraque parte, quia vtra- 42.
que opinio eſt probabilis, vel communis, an poſſit accipere pecuniam licitè, vt potiùs pro vna quam pro altera parte pronunciet, cum vtramque opinionem ſequi poſſit, & liberum ſit ei ſequi quam maluerit. Pars affirmans ex eo patet, quia non videtur peccare contra iuſtitiam accipiendo, cùm non teneatur ad alteram determinare, & integrum ſit iudici inclinare in fauorem vnius, omiſſo altero, cui non eſt ita debitum, vt neceſſariò illi de iure naturæ ſit adiudicandum. Ergo pro illa electione, ac determinatione, ad hanc potiùs, quàm ad illam partem poteſt moderatè pretium accipere. Non enim illud capit pro iuſtitia ſententiæ, ſed pro electione huius, & non illius, per quam

quam electionem non violatur iuſtitia commutatiua, neque irrogatur iniuria danti pretium. Quæ ſententia eſt probabilis ſatis ex traditis à Leſſio *lib. 2. cap. 14. dub. 9. num. 64.* & concinit Suar. *lib. 4. de Simon. cap. 59. num. 14.* conſiderato iure naturæ duntaxat. Eo, quia non accipitur pretium pro ſententia, tanquam merces functionis, ſed quaſi compenſatio pro commodo alteri parti collocato, & pro illa electione, quæ eſt pretio æſtimabilis.

Pars negans, cui adhæreo, tanquam probabiliori, ex eo conſtat, quia iudex nihil poteſt capere, ſi eſt ſtipendiatus pro ſententia ferenda, cùm ex officio, & ex præcepto teneatur ferre ſententiam gratis, & acceptum reſtituere, nec habet ius petendi aliquid vltra iuſtum ſtipendium, ſecundùm communem; per gloſſ. *in l. 4. §. vlt. ff. de condit. ob turpem cauſam.* Couar. *in regul. peccatum, 2. part. §. 3. num. 6* Nauar. *in ſumma, cap. 17. num. 33. & ſequent.* Syluest. *verb. reſtitutio, 1. §. 1.* Medin. *de reſtit. quæſt. 26.* Cum ergo in hoc caſu vtraque pars habeat ius, vt pro ſe feratur iuſta ſententia gratis, & abſque vllo pretio, iudex accepto pretio, vt pro vno potiùs, quàm pro alio ferat ſententiam, violat iuſtitiam commutatiuam, tenetúrque reſtituere, cùm iuſtitiam pretio accepto faciat venalem, ſententiáque in eo caſu ſit nulla ipſo iure, per text. *in l. venales, C. quando prouocare non eſt neceſſe,* & *cap. cum ab omni. de vit. & honeſt. clericor.* Bartol. *in l. 1. C. de pœn. iudic.* & lex Luſit. *lib. 5. ord. tit. 75.* per text. ibi, *ou foi dada por peito, ou preço,* & apud Hiſpanos ex *l. 13. tit. 22. part. 3.* Ergo accipiens pretium non ſolùm incurrit in pœnas ordinationis noſtræ *lib. 1. tit. 65. §. 10. & lib. 5. tit. 71. in principio,* ſed etiam tenetur reddere acceptum, eo quòd actio iudicandi ſecundùm ſuam naturam, non eſt vendibilis.

Probatur, quia quando actio ſimpliciter & ſecundùm ſuam naturam eſt debita, non eſt digna pretio, nec pecunia æſtimabilis, vt conſtat ex lege *vnum ex familia, § ſi de falc. ff. de legat. 2.* ibi: *Non enim facultas neceſſariæ electionis propria liberalitatis beneficium eſt.* Vnde ſcribentes deducunt electorem, cui electio ad maioratus ſucceſſionem commendata eſt, teneri illam gratis facere, & abſque pretio, quia elector conſtitutus eſt debitor ipſiuſmet electionis. Ideo gratis fieri debet, ita vt ſi pretium interueniat, dicatur fieri turpiter ac doloſè, non alia ratione, niſi quia elector eſt obligatus gratis eligere, non verò ob pretium per d. gloſſ. *in l. idem, §. ſi tibi, verb. repetit. ff. de condit. ob turpem cauſam,* quam Bald. valdè commendat *in cap. ſuper eo, de tranſact.* vbi ait, turpiter fieri quod debet fieri gratis, ſi efficiatur pecunia intermedia. Sequitur Iaſon *in l. iuris gentium, §. ſi ob maleficium, ff. de pactis, num. 1.* Accedit arbitrum conſtitutum ad eligendum quem maluerit, vel quem digniorem iudicauerit non poſſe ab eligendo quidquam accipere prætextu electionis, ſicut arbitrator non poteſt pro arbitrio explicando etiam pecuniam recipere, ſed gratis debet arbitrium declarare. Bartol. & ſcribentes *in l. ita demum, ff. de arbitr.* & Specul. *tit. de arbitr. & arbitrat. §. differt autem in principio.* Ergo in noſtro caſu iudex pro ferenda ſententia iuſta potiùs pro vno, quàm pro alio non poteſt pretium accipere. Cum id legibus ſit vetitum. Ita Leſſius, & Suar. *ſuprà* ſcripti poſt plures, quos in ſimili refert ac ſequitur Molin. *de primog. lib. 2. cap. 5. a num. 31. vſque ad 32.* & Mol. Theolog. *de maiorat. diſp. 592. num. 2. & ſequentib.*

Ex dictis, ſi quis obtineat emphyteuſim ſibi, & 43.
vxori, ea lege, vt ſi ipſe præmoriatur, vxor teneatur eligere, & nominare in tertia voce, ſeu vita vnum ex conſanguineis mariti; ſequitur non poſſe vxorem eligere quem maluerit, propter pretium, ſed teneri gratioſè nominare, cùm ex conuentione, ac pacto debeat nominare. Ita Gonçal. Vaz Pint. *in d. l. vnum ex familia.* Ratio, quia vxor nominando, nihil de ſuo præſtat nominato, & nominatio debetur, ex pacto ex conſanguineis cuicumque, quem ipſa voluerit eligere. Probatur ex traditis ab vtroque Molin. *vbi ſuprà,* & Aretin. in ſpecie *conſ. 53. num. 1. in caſ. maiorat. in quo ſucceſſor grauari non poteſt.* & in praxi teſtatur Cald. *de poteſt. eligendi, cap. 16. num. 5.* eò, quia maioria accipitur à primo inſtitutore, non autem à nominante. Loazes *in l. filius familias, §. diui ff. de leg. 1. num. 77. & ſequentib.* Cùm igitur vxor habeat poteſtatem eligendi ex conſanguineis mariti, & non diſponat de re ſua propria, ſed de re debita conſanguineis, & electio conſiſtat in facto, ac nudo miniſterio, quod ipſa exequitur, nihil poteſt accipere pro ea nominatione. Molin. *dict. diſp. 592. num. 7.*

Longè aliter dicendum eſt, quãdo emphyteuſis eſt de libera nominatione, tunc poteſt nominans grauare nominatum, illique onus imponere, & ab eo aliquid accipere pro ipſo actu nominationis, cùm integrum illi ſit nominare, quem voluerit; tunc enim, cùm in eius poteſtate ſit eligere potiùs hunc, quàm illum, non ex certa familia ac determinata, electio illa eſt pretio æſtimabilis, cùm concedat de ſuo, nempe vtile dominium, quod habet, vnde nominatio illa non habet nudum miniſterium, nec conſiſtit in ſolo facto cùm ipſe diſponat de re propria, eámque transferat in nominatum. Molin. *vbi ſuprà,* & copioſiùs *de contract. emphyt. diſp. 480. §. ſententia hac huius auctoris, & de maiorat. fol. 116.* Confirmatur ex *regul. legis ab eo, C. de fideicommiſſ.* vbi dicitur illos grauari regulariter poſſe, qui honorantur, & ex *l. vnum ex familia, cit. §. Sed ſi feudum ff. de legat. 2.* præſertim, quia in toto titulo emphyteutico grauamen non repetitur prohibitum, ſed ſola alienatio, & translatio iuris domino inconſulto, eſt interdicta, vt habetur *in l. 1. 2. & 3. C. de iur. emphyt.*

Item quia hoc grauamen non fertur ſuper rem 44.
emphyteuticam, ſed ſuper perſonam nominatam, & conſequenter nominatus, non verò res oneratur, onuſque reſpicit perſonam electam; quæ praxis intra hanc regionem interamnenſem eſt vſu recepta, cùm nominans exerceat in nominatum gratiam, ac liberalitatem; proinde poterit illi conditionem, ſeu onus adiicere; Mench. *in l. quoniam in prioribus, limit. vlt. C. de inoffic.* Grat. *conſil. 17. & 34.* & Pelaez *de maiorat. quæſt. 71. num. 4.* ob quam cauſam poteſt pater in exemplari ſubſtitutione grauare ſubſtitutum, quia poteſt ſubſtituere hunc, vel illum, quem maluerit, & pro hac prælatione exhibita potiùs huic, quàm illi, potuit prælatum grauare. Suffragatur text. *in l. ſi feudum, §. fin. ff. de legat. 1.* per quem ſcribentes tradunt poſſe patrem grauare venientes ab inteſtato filio impuberi, cui noluit pupillariter ſubſtituere, ex eo argumento, quia cum poſſet, ſi vellet, eos priuare ſucceſſione adhibendo pupillarem ſubſtitutionem, condendóque teſtamentum pro filio impubere, & noluit facere, videtur vocaſſe ſuccedentes ab inteſtato, & conſequenter quaſi honoratos poſſe onerare. Iaſon *in l. ſi arrogator, num. 28. ff. de adopt.*

*adopt.* Alex *in l. cohærede, §. cum filia, ff. de vulg.* & Bald. *in l. cum virum, num. 18. C. de fideicommiſſ.* & Pelaez *de maiorat. lib. 1. 4. quæſt. 71. num. 3.* Nam eandem vim habet dare, & non adimere, ſi poſſumus priuare, & non priuamus. Molin. *de primog. lib. 2. cap. 4. n. 11. & ſequent.* vbi vult tibi dare emphyteuſim, qui potuit tibi adimere, & non ademit, *l. 1. § ſic eadem*, vbi gloſſ. *ff. de legat. 3. & l. cum hic ſtatus, ff. de donat. inter vir. & vxor.* Ex quibus conſtat nominantem quando emphyteuſis eſt de libera nominatione, poſſe nominantem grauare nominatum. Nihilominus, vt nominatus non poſſit reſilire ab onere impoſito, poterit nominans cogere nominatum, vt conſentiat, & accipiat onus ſibi impoſitum, ſiue in teſtamento, ſiue extra fiat nominatio, vel nominet ipſum adiecto grauamine, ea conditione, vt illud adimpleat: quod ſi noluerit adimplere, neque acceptare ſub illo onere, in eadem nominatione, ſeu teſtamento nominet quemcumque maluerit ſub eodem grauamine, primo nominato, non acceptante grauaminis conditionem, neque hoc fieri eſt illicitum, Vide Cald *de renouat. quæſt. 16. num. 57. & 58.*

45. Ex dictis infertur valere grauamen reiiſtum filio meliorato in tertio bonorũ, quod pater poteſt illi relinquere, cæteris excluſis, per *l. quoniam, C. de inoffic. teſtam.* quę explodit grauamen à legitima dumtaxat, & tradit Gregor. Lopez *in l. 9. tit. 4. part. 6. litera F.* Molin. *de primogen lib. 2. cap. 1. numero 19. & ſequent & lib. 4. cap. 6. num. 13.* vbi vult in tertio à patre relicto valere grauamen, ſeu conditionem appoſitam. Roder. Suar. *in d. l. quoniam, ampliat. 1. & 2. & conſ. 4. per totum*, poſt Bart. Bald. Paul. & Salicet. Facit lex 27. *Tauri*, quæ hodie eſt lex 11. *tit. 6. lib. 5. in noua collect. legum regal.* Secus dicendum eſt de legitima, quæ cùm debeatur neceſſariò filiis, non poteſt grauari. Greg. Lop. Suar. & Molin, proxime relati.

## §. IV.

### *An expediat Reipublicæ habere Iudices, atque officiales ſtipendiatos?*

#### EPITOME.

46 *Reipublicæ conuenit habere magiſtratus ſtipendiatos.*
47 *Salarium quis debeat ſoluere magiſtratibus.*
48 *Salarium Epiſcopi, & Prælati tenentur ſoluere ſuis miniſtris.*
49 *Delegati ſæculares, ſeu Eccleſiaſtici à Principe, vel Ordinario poſſunt accipere expenſas, cùm exeunt extra domos.*
50 *Delegati damna ratione itineris prouenientia partes non tenentur reficere.*
51 *Delegatus aſſumens aſſeſſorem neceſſarium partibus non ipſe, ſed partes faciant expenſas.*
52 *Iudex ordinarius Eccleſiaſticus extra domum non capiat expenſas, niſi ſit Epiſcopus, dum viſitat, vel conſacret Eccleſiam, non autem ſi reconciliet.*
53 *Aſſeſſor ordinario neceſſarius eſt alendus ab ipſo ordinario.*
54 *Iudex ſæcularis ordinarius, ſeu delegatus, exeuntes extra domos poſſunt capere expenſas.*
55 *Iudex, & officialis pro iis, ad quæ ex munere non tenentur, poſſunt aliquid accipere.*
56 *Famuli officialium præbentes aditum intempeſtiue ad dominos, poſſunt aliquid moderate accipere.*
57 *Officialis exercens duplex officium, poteſt recipere duplex ſalarium.*
58 *Officialis, cui decem aſſignantur pro negotio expediendo intra decem dies, an poſſit conſequi totum ſalarium expediendo illud in quatuor diebus.*
59 *Nuntius, cui aſſignantur decem pro quolibet die itineris, an poſſit conſequi ſalarium ſi per longiorem viam iter agat.*
60 *Reipublicæ non expedit vnum officialem, habere duo officia.*
61 *Salarium an debeatur pro tempore, quo abfuit vel non ſeruiuit, vel quando ægrotauit.*
62 *Iudex ſeu correctór miſſus ad Regem pro negotio ciuitatis, poteſt habere duplex ſalarium.*
63 *Abſentes vltra 90. dies de licentia ciuitatis, vel decurionum non conſequuntur ſalaria.*
64 *Pragmatica, ſeu lex priuans correctores abſentes non habet vim in foro conſcientiæ ante latam ſententiam.*

EXPEDIRE reipublicæ magiſtratibus, & officialibus conſtitui ſalaria, quæ labori reſpondeant, traditur à Gregor. Pontifice *in cap. charitatem, in fin. 12. quæſt. 2.* vbi ſic ait. *Iuſtum namque eſt vt illi conſequantur ſtipendium qui pro tempore ſuum commodare reperiuntur obſequium.* Iuxta illud Apoſtol. 1. ad Cor. 3. *Vnuſquiſque autem propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem. Dei enim ſumus adiutores.* Conſonat text. *in §. ſi quis autem, in Auth. de iudic. & in l. vnica, C. de prebend. ſalar. lib. 10.* vbi Rebuff. Ex quibus locis patet pro bono reipublicæ & adminiſtratione regni officiales ſine ſtipendio non eſſe eligendos. Ratio enim abhorret laborioſis officiis præfici, reipublicæque præeſſe, non tamen ſtipendiarij quia officium proprium nemini debet eſſe damnoſum. Huius aſſerti auctores ſunt Felin. *in cap. 1. num. 9. de Simon.* & Auend. *de exequend. mandat. lib. 2. cap. 10. num. 13. verſ. Et contra.* Matienz *in dialog. 3. relat. cap. 32. num. 9.* Ludou. Gomez *in regul. chancellar. in vtriuſque ſignaturæ compendio, fol. 318. verſ. Sed iſtud de eſculentis.* Proinde doctoribus cathedram regentibus ſtipendium conſtituitur. Non enim leges patiuntur laborantes in paupertate viuere neque mori in anxietate, Auth. *de hæredib. & falcid. in fin.* Didac. Pet. *l. 1. tit. 10. lib. 1. ordin. in gloſſ. vltim. verſ. Eſt etiam ſubtilis quæſtio*, & alij, quos Maſtrill. ſequitur *lib. 1. de magiſtrat. cap. 21. in princ.* & Menoch. *de arbitr. iudic. caſ. 514. centur. 6.* quo loci ſubnectit de conſilio Mecenatis Cæſarem Auguſtum fuiſſe primum, qui magiſtratibus ſtipendia aſſignauerit, dicens iudicem nec dare debere, nec accipere; quod refert Dion Caſſ. *in l. 13. Romanæ hiſtoriæ*, & Simanch. *de republ. lib. 6. cap. 4.* quod etiam tribuitur Peſſenio Nigro ab Æreo Spartiano in eius vita. qui ea ratione conſiliariis ſalaria addidit, ne eos grauarent quibus aſſidebant. 46.

Quæres quiſnam debeat ſoluere ſalarium magiſtratibus, & officialibus? Luc. de Penna *in l. annonas, C. de erogat. milit. ann. col. 1. verſ. Non tenentur Reges, lib. 12.* definit ſalarium illorum ex pecunia fiſci regij ſoluendum per text. *in l. 1. §. hoc* 47.

*etiam,*

*etiam,verſ.Ad hoc iubemus, C.de offic.præf. Afric.* vbi decidítur præſides, prætores, & magiſtratus debere ſalaria conſtituta recipere ex fiſco regio. Sequitur Borrel.*in tract.de præſtant.Reg.quæſt.64. num.53.* Ratio,quia princeps tenetur gratis facere iudicium,& iuſtitiam populo ſibi commiſſo, non verò expenſis ipſius populi. Roland.*conſ.1. n.54. vol.2.* vbi vult, regibus eſſe reditus inſtitutos, vt ex illis viuant, & ſtipendia magiſtratibus exhibeant niſi reditus Regum ſint adeo exiles, ac tenues,vt non ſatis ſint ad eos alendos.Ita Menoch. *conſ.1047. num.5. vol.11.* & Luc.de Penna *in d.l. annonas*,& Iacob.de Gell.*in tract.de Adoa,num.5. in princ.* excuſabuntur etiam Reges à ſoluendo ſalario ex antiquiſſima forte conſuetudine, ſi fortè alicui ſit, teſte eod. Iacob.vbi proximè,qui refert de conſuetudine ita ſeruari in regno Neapolitano, poſt Burgum de Paz *conſ.48.per totum.*

Secluſa verò conſuetudine, & impotentia Regum ex iure communi ſalaria magiſtratuum, ac iudicum pendenda ſunt ex reditibus regiis, vt tradunt vltra citatos iam Pariſ.de Put.*in tract. de ſyndic.fol.96.col.1.* & Greg.Lopez *in l.2.tit.4.p 3. in gloſſ. ad medium*, Concordat ius Luſitanum *lib.1.tit.1.§.40.* Cabed.*part.1.deciſ.2.num.10.* vbi ait debere rectorem iuſtitiæ curare, vt rex ſenatoribus retribuat ſecundùm merita eorum, & *deciſ.8.* commendat,vt idem Rector ſenatoribus faciat ſalaria perſolui. De iure verò Caſtellæ Lop. *vbi ſuprà*, aliter ſtatutum eſſe meminit,vt videbis in lege *7.tit.16.lib.2.ordin.regal.* additque pro ſalariis rectorum ciuitatis imponi ciuibus per capita. Quod intellige, niſi ciuitas habeat reditus communes,qui debent expendi in vtilitatem publicam; tunc enim ſalaria præſidum,& correctorum de his reditibus debent ſolui, teſte eodem Lopio *leg.10. titul.28.part.3 gloſſ.3. verb. proconnueal.*

48\. Illud etiam aduertendum Epiſcopos,& Prælatos Eccleſiaſticos teneri de ſuo prouidere miniſtris,eiſque ſalaria præſtare,iuxta caput, *inter cætera,de offic.ordinar.* Speculator *in tit.de ſalar.§. porrò ſi ordinarius*, & Segura *in direct.iud.part.1. cap.14.num.3.* Quòd ſi iudices Eccleſiaſtici habeant beneficia Eccleſiaſtica cum iuriſdictione, non poſſunt ſtipendium accipere à litigantibus, vel à partibus, cùm habeant beneficium loco ſtipendij,ſiue ordinarij ſint,ſiue delegati.Panormit. *in cap cum ab omni,num.9.* & Ioan.Andr.*de vita, & honeſt. cleric.* quos refert, ac ſequitur Syluest. *verb.iudex 1. num.13.* & Gabriel *in 4.diſt.15.q.6. art 2. concl. 4.* quamuis beneficium ſit exiguum, & inſufficiens ad illud alendum, & ſibi imputet iudex, quod illud acceperit cum onere iudicandi.

49\. Iudex tamen delegatus à principe, vel ab ordinario,ſiue ſæcularis,ſiue Eccleſiaſticus,cum extra domos ſuas proficiſcuntur, poſſunt accipere expenſas moderatas à partibus, quarum reſpectu proficiſcuntur. Habetur *in cap. ſtatutum, §. inſuper.de reſcriptis in 6. & in l. 4. §. ſi agri menſor. ff.ſinium regund.* Nomine verò expenſarum, veniunt expenſæ pro victu, & pro vecturis equorum, *d. §. inſuper*, nec tenentur extrahere expenſas domi faciendas. Gloſſ. *in d. cap. ſtatutum, in verb.moderatas.* Panorm. *in cap.cum ab omni.num.13.de vit. & honeſt.cleric.* Syluest.*verb. iudex,1.quæſt.9.verſ. Secundum* Angel.*eod.verb. §.13.* Antonin. *3.part.tit 9. cap.2.§ 7.* & Graffis *lib.2. deciſ.cap.123. num.14.* Fundamentum eſt, quia *in cap.ſtatutum,& in cap.cum ab omni,tit.* vbi de expenſis fit ſermo, nulla reperitur diſtinctio, ſiue habeant iſti beneficia,ſiue non.Nec beneficia habent ſimilia onera adiuncta quoad expenſas. Ideo non tenentur proficiſci extra domos proprias ſuis ſumptibus. Sayr. *in claui,lib.12.cap.13. num.16. verſ. Quoad expenſas.*

50\. Quòd ſi iudex delegatus de quo loquimur,pro occaſione itineris ægrotet,vel incidat in latrones, & ſpolietur,vel equi infirmentur,& his de cauſis longior mora ſit facienda,poteſt illud plus à partibus exigere,quod non in domo propria expendiſſet.Probatur ex cap.*cum pro cauſa,de procurator.* & patet ex illo vulgari proloquio, *Nemo cogitur ſuis ſtipendiis militare.* Item,quia munera, non verò ſumptus prohibentur,*1.quæſt.1. cap. iudices.* Non tenẽtur tamen partes reſarcire damna iudicij, quæ contingunt propter ipſum iudicium; veluti damna, quæ latrones iudici, ac famulis intulerunt illos ſpoliando, quia expenſæ non extenduntur ad ea damna.Ita Specul.*tit.de ſalar, §.1. in princip.* quem ſequitur Garcia *de expenſis, cap.21.num 9.*

51\. Si delegato iudici opus ſit aſſumere aſſeſſorem partibus non ſuſpectum, partes tenentur facere expenſas aſſeſſori. Si verò abſque neceſſitate delegatus accipiat aſſeſſorem ſibi, tunc ipſe tenetur facere expenſas aſſeſſori, per *d.cap.ſtatutum,§.aſſeſſore, de reſcriptis in 6.* Nec ſuprà dicta procedunt,quando delegatus ab alio ordinario,quàm à Summo Pontifice, delegatur ad vniuerſitatem cauſarum, vel ad vnam malitioſè; tunc enim in his duobus caſibus ordinarius quoad expenſas miniſtrabit neceſſaria delegato: extra verò illos licitè poteſt accipere expenſas, quando proficiſcitur extra domum,à partibus.Ita Panorm.*in d.cap. cum ab omni*,& *ibi* Innoc. Gabriel *in 4.diſt.15.q.6. art.2.concl.4.litera G.* Angel.*verb. iudex, §.11.* & gloſſ.*in d.cap.ſtatutum,§.inſuper,in verb.moderatas.* Nomine verò ordinarij intelligitur Summus Pontifex, ſummus omnium ordinarius, atque ita ſuo delegato non prouidet,ſed partes,de expenſis, cum exit delegatus extra domum;quemadmodum cæteri delegati ordinariorum: quæ ſententia eſt communis contra gloſſ. *cap.cum ab omni, de vit. & honeſt.cleric.in verb.præter expenſas.*

52\. De iudice verò ordinario Eccleſiaſtico proficiſcente extra ſuam domum ad locum ſuæ iuriſdictionis, dicendum eſt illum non poſſe petere maius ſalarium taxato, neque expenſas accipere. Gloſſ.*in d.cap.cum ab omni*, & *ibi* Panorm.*nu.12.* Tabien.*verb.iudex,n.10.* Angel.*num.etiam 10.* & Syluest.*eod.verb.1.quæſt.9. verſ.Quartum.* Ex ea ratione,quia ſi habet beneficium, reditus pro ſtipendio ſufficiunt; ſi eo caret, habet ſalarium taxatum, pro exercendo ſuo officio intra terminos ſuæ iuriſdictionis. Excipitur Epiſcopus dum viſitat ſuam prouinciam, in quo euentu poteſt accipere expenſas, per text. *in cap.cum Apoſtolus, de cenſibus*, & *cap. exigit.eodem tit.lib.6.* vel ſi exeat ad conſecrandam Eccleſiam, vt habetur *in cap. cum ſit Romana,de Simon.* Non autem ſi reconciliat Eccleſiam. Bald. *ibi,& addit.ad Specul.tit.de ſalar.§.1.num 9.litera L.* Garcia *de expenſ.d.c.21. num.7.*

53\. Quin potius ſi ordinario neceſſarius ſit aſſeſſor,& illum aſſumpſerit, de ſuo proprio debet illi prouidere de expenſis, cum ordinarius gratis teneatur ius dicere. Bald. *in l.2. in 4. notab.C. de fideicommiſſ.* Iodoc. *in praxi crimin.cap.36.num.9.*

&

& Panorm. *in d. cap. cum ab omni, de vit. & honeſt. cleric. num.* 14.
54. Iudex tamen ſæcularis, ſiue ordinarius, ſiue delegatus, cum extra propriam domum egreditur, poteſt accipere expenſas, cùm de iure non ſint illi interdictæ, quia compenſare laborem inſolitum expenſis petitis, & acceptis eſt conſonum naturali æquitati, quemadmodum teſtis extra pagum ſuum teſtificans pro itinere expenſas repetit. Sylueſt. *verb. iudex*, 1. *quæſt.* 9. *verſ. Primum*, Tabien. *ibid. verſ.* 8. & Angel. *eod. verb.* §. 10. Quod etiam de teſtibus tradit Molin. *tract.* 2. *diſp.* 83. *verſ. De teſte conſtat*, & §. *deinde*, addit iudicem, tabellionem, & alios officiales poſſe pro illis ad quæ ex munere ſuo non tenentur pretium moderatum accipere, poſt Nauar. *in opuſc. de datis, & acceptis pro iuſtitia ad fin. num.* 47. & 48.
55. nempe ſi plus laboris, vel ſtudij iudex, tabellio, ſeu officialis in negotio expediendo accipiat, quàm debeat, ſecluſo tamen ſcandalo, vel lege prohibente ea de cauſa plus accipere, cùm hoc ſit pretio æſtimabile; dummodo ex hoc non veniat detrimentum aliis partibus, & eorum negotia remorentur, quod munus aliquod non offerant.
56. Quod ſi famuli alicuius miniſtri publici aditum intempeſtiuè præbeant ad dominum ſuum alicui litiganti, vel faciant cum eodem, vt citiùs negotia expediat, quam eſſet expediturus abſque eo, quod aliorum negotia remorentur, bene poſſunt pro hac negotiatione, & expeditione pretium moderatum recipere. Molin. *diſp.* 38. § *quando famulus, tom.* 2.

57. Dubitationis non eſt officiali, qui debuit expedire negotium infra decem dies, ſi expediat in vna, vel in duabus, quod erat expediendum in quatuor, vel ſex diebus, ſi pro quolibet die debuit habere decem, tam eundo, quam redeundo duplicandum eſſe ſalarium diebus correſpondens, quos conſumpſit in expediendo negotio, ſecundùm gloſſ. & Dyn. *in l. eos, ff. de falſ.* & Pariſ. de Put. *in tract. ſyndic. in parte, iudex in officio, fol.* 183. *num.* 5.
58. *& ſequenti.* Quibus accedit Auilez *prætor. cap.* 54. *num.* 3. *verb. ſalario.* Eodem modo, quando quis eligitur ad duo officia compatibilia, duo ſalaria debet habere, ſicut gerit duo officia. Bald. *in l. binos, C. de aduoc. diuerſ. iud. & in cap.* 1. *col. vlt. ſi de feud. guar.* Paul. de Caſtr. *in l. ſi eod. de aſſeſſ.* Angel. *in Auth. vt determ. ſit n. cler. collat.* 1. *& in* §. *illud autem, in Auth. vt iud. ſine quoquo ſuffrag. collat.* 3. & ibi quoque Angel. & Felin. *in c. tranſl. ſacerd. de conſtit. n.* 6. Idem dicitur in diſtributionibus quotidianis, quæ debentur in duplo intereſſenti diuinis officiis, ex duplici iure. Bald. *conſ.* 470. *vol.* 4. Ratio, quia quotieſcumque iura duorum concurrunt in perſonam vnius, ſeruandum eſt in perſona vnius, quod ſeruatur in duobus, *l. ſi quis mihi, & tibi, in princip. ff. de leg.* 1. *& l. Titius*, §. *qui Marco, ff. de annuis legat.*

Similiter ſi Archidiacono viſitationis procuratio debeatur, & ipſe viſitet, vt vicarius duplicem procurationem habebit, ſecundùm ſcribentes *in cap. nuper de conſuet.* Bald. *in l. ſi conſul. ff. de adopt. fine*, dicens fungentem vicibus plurium officialium mereri ſalarium cuiuſlibet. Hinc ſequitur conductum ad deferendum epiſtolam Olyſiponem ab vno per decem aureos poſſe deferre aliorum epiſtolas etiam per decem aureos, niſi ex pacto expreſſo, vel ſaltem tacito ſe obliget nullius epiſtolam deferre. Leſſius *de iuſtit. lib.* 2. *cap.* 24. *dub.* 5. *verſ. Dico primo, ſecundo, & tertio ſequenti*, vbi de hac re copioſè; non tamen poterit nuntius, qui mittitur pro negotio expediendo conſtituto ſalario pro quolibet die amplius ſalarium conſequi, ſi per viam longiorem iter agat data opera. Auilez *d. cap.* 54. *num.* 3. Idem tradit, ſi peragat per
59. viam non rectam propter timorem, eo quòd non debet recipere ſtipendium pro eo itinere, quod egit, ſed pro itinere, quod debuit facere. Pro quo facit lex fin. *C. de naui cul. lib.* 11. & lex 2. §. *penult. ff. ſi quis cautio.* Quæ tamen reſolutio non placet, quando timor eſt probabilis, & rationabilis incidendi in periculum, ſeu occaſionem, ob quam vel periclitaretur, vel detineretur, ne negotiu expediret. Tunc enim tanquam negotiorum geſtor diligens non debet priuari ſalario ſingulis diebus conſtituto. Nec contra facit lex fin. *C. de naui cul. lib.* 11. & lex 2. §. *penult. ff. ſi quis cautio*, intimantes ſalarium non deberi, niſi pro itinere, quod facere debuit nuntius, quoniam id procedit, quando cauſa faciendi viam longiorem, & militarem, non eſt rationabilis.

60. Non tamen inde colligas expedire Reipublicæ, vt quis duo officia regat, præſertim quando ſunt incompatibilia, vt prohibet lex, *quiſquis, C. de calum.* vbi Bart. *lib.* 12. vbi habetur non poſſe ſimul duo officia ſæcularia adminiſtrari, nec duos honores, *l. libertus*, §. *præſ. r. ad mun. & l. fin. C. de aſſeſſ.* nec duas militias *l. hac quidem*, §. *in poſterum, C. qui mil. poſſ. lib.* 12. Guilielm. *in cap. Raynut. in verb. duas habens filias, num.* 63. probat exemplo ſapientiſſimi Ioan. Sollcuilli duo officia recuſantis, dicentiſque coram Carolo ſexto ſe vix alteri officio ſatis eſſe poſſe, nec vtrique poſſe inſeruire, prout ratio, & æquitas poſtulat; lege illum.

61. An verò debeatur ſalarium officiali, ſeu iudici pro tempore, quo non ſeruit? Reſpondeo ex *cap. fin. de reſcript. in* 6. negatiuè. Ratio, quia propter ſeruitium, confertur beneficium, vel officium; Proinde ſi quid accipiat, non poterit retinere. Rebuff. *l.* 1. *de ſuperindict. lib.* 10. *num* 10. Menoch. *de arbitr. caſ.* 429. *centur.* 5. per text. *l. Seia, ff. de ann. legat. & l. diem functo.* vbi Bartol. *ff. de offic. aſſeſſ.* Vnde abſens abſque licentia ſuperioris non capit ſalarium pro eo tempore, quo fuit abſens ab eo loco. Bald. *in l. ſi ea, C. de condit. inſert.* Azeued *libr. recopilat. tit.* 5. *lib.* 6. *num* 8. & Pariſ. de Put. *de ſynd. verſ. Salarium, cap.* 6. *incipit, ſi officialis decedat, num* 2. *fol.* 400.

Excuſabitur tamen ab ea mulcta, ſi infirmitate impeditus non ſeruiat, Luc. de Penna *in l. quicumque, verſ. Scias etiam, C. de diuerſ. offic.* Curt. iun. *in l.* 1. § *diuus, ff. de var. & de extraord. cogn.* Bart. *ibi num.* 5. Surdus *conſ.* 42. *num.* 2. *vol.* 1. & alij, quos ſequitur Cabed. 1 *part. deciſ.* 8. *num.* 30. Maſtrill. *de magiſtrat. lib.* 1 *cap.* 21. *num* 59. In quo caſu ſalarium eſt ſoluendum, vt conſtat etiam ex ordin. Luſit. *lib.* 1. *tit.* 1. §. 41. per text. ibi, *Porem a nenhum deſembargador mandara pagar o tempo, que naon ſeruio, ſaluo eſtando doente, ou indo por noſſa licença ou do Regedor fora.* Idem reſoluit pro ſenatore ægroto iuxta ordinationem, & ſecundùm Romanum *ſingul.* 448. Quod intelligo, niſi culpa ſua inciderit in infirmitatem, vt Gloſſ. & Florian. *in l. arboribus*, §. *de illo, ff. de vſufruct.* Abilez *cap* 1. *verb. ſalario, num.* 19. quod ſi abeat in patriam pro ſe curando abſque licentia ſuperioris, videtur officium deſerere; nec ſalarium eſt ſoluendum. Bartol. *in l.* 1. *in princ. ff. de his, quib. vt indign.* niſi dimittat ſubſtitutum, vel locum tenentem, vt per Pariſ. de Put. *de ſynd. fol.* 217. *num.* 5. cùm impeditus, vel infirmus, poſſit ſeruire per ſubſtitutum, auctore Angel. *in Auth. vt clerici apud proprios Epiſcopos*,

collat.

*collat.*6. Azeued.*vbi ſuprà,d num.*8.vbi addit Idem eſſe dicendum de aſſeſſore, ſi ægrotet,ac velit domum propriam petere pro ſe medicando, debere recedere conſulto ſuperiore,niſi morbi vis vrgeat & aliter non poſſit ſanitatem recuperare,quia tūc inſalutato ſuperiore poteſt abire. Azeu.*in l.6.cum lege ſequenti,n.5.lib.3.recop.*Rebuff.*in praxi,lib.2.tit.diſpenſatio de non reſidēdo,*& deducitur ex traditis ab Abbate,& Imol.*in c.ad aud.& in c.relatū, de cleric.non reſid.*Sequitur Flor.Diez *q.8.n.28.*

62. Sed quid ſi iudex, ſeu corrector ſalariatus pro negotio ciuitatis mittatur ad Regem extra ſuam prouinciam? Reſpondemus in prouiſionibus officiorum, apud Hiſpanos caueri, quòd reſideat vnuſquiſque in ſuo officio, nec abſit ſub pœna ſoluendi vnam duplam pro ſingulis diebus abſentiæ. Cauetur etiam *in l.10.tit.16.lib.2 Ordin.reg.* quòd correctores, & præſides prouinciarum continuò reſideant, ſalariúmque pro tempore reſidentiæ dumtaxat percipiant, neque exeant extra fines ſuæ prouinciæ, nec per noctem vnam, quod etiam habetur *in l illud, ff. de offic. præſid.* Quin etiam ſecundùm Bald. *in l.ſi heres, generaliter, §. etiamſi partis,ff.de legat.1.* Si abſint per menſem, quod intellige, ſi abſque licentia, nihil poſſe lucrari de ſalario totius temporis.

Nihilominus his non obſtantibus dicendum eſt iudicem, ſeu præſidem pro negotio ciuitatis miſſum vltra ſtipendium ſibi taxatum,poſſe inſuper conſequi aliud ſalarium. Quæ deciſio de iure procedit.Ita Pariſ.de Put.ſuprà ſcriptus *num.2.folio 226.* Boër. *deciſ.17.*Bartol.*in l.teſtamento,ff.de alimentis, & cibar.legat.*ex eo fundamento,quia abſentes propter negotia Eccleſiæ,vel ſuperioris, puta Epiſcopi, Capituli, vel Papæ, vel Imperatoris, cenſentur præſentes, quoad reditus ſuos percipiendos. Panin. *de offic. & poteſt. capituli ſede vacante,2.p.n.5.* Rota *deciſ.222.num.6.2.p.diuerſ.* Couar. *lib.3. variar.cap.13.num.8.verſ.8.* Gutier. *canonic.quæſtio.lib.1.cap.1.n.145.* & alij, quos refert,ac ſequitur Garcia *de benef.3.p.cap.2.à n.357. vſque ad 377.* Conſiderata tamen pragmatica ab Imperatore Carolo V.edita Madritiis,7.Februarij anno Domini,1535.Correctores,& eorum vicem tenentes, ſeu iudices nullo modo poſſunt mitti à ciuitatibus ad Regem pro negotiis expediendis cum ſalario, vel abſque illo, quo facto concupiſcentia aliquorum iudicum fuit confuſa, nec non contuſa. Quod ſi mittantur, non obſtante pragmatica,valida erit miſſio,cum prætores, præſides, ac iudices poſſint eſſe procuratores ciuitatum,vbi reſident,vt notat Roman.*ſingul.277.* poſt Bald.*in l.filiusfamilias,§.veterani,in fine,ff.de procurator.*

Diximus poſſe præſidem miſſum à ciuitate pro negotiis eiuſdem, ac ſeruitiis ad Regem lucrari duplex ſalarium, alterum ratione officij, alterum ratione miſſionis: quod intellige,quando ciuitas, ſeu communitas de ſuo patrimonio ſalarium conſtituit; tunc enim fas eſt præſidi prouinciæ, ſeu correctori vtrumque conſequi, ex ea ratione, ac regula,quæ docet poſſe officialem habere aliud ſalarium, quando vltra onus, ac regimen proprij officij ſuperadditur aliud non annexum eidem officio, quia labor, & ſtipendium, patiuntur diuiſionem. Cæpol. *de ſeruit. vrban. præd.cap.50.de furno;*& habetur *in l.Seia,ff.de annuis legat.*Mancel.Maur.*allegat.19.* Secus dicendum, quando onus augetur, & accedit ratione eiuſdem officij,text.*in l.bonos,*vbi Bald.*C.de adnot. diuerſ.iud.* Andr. Gail. *obſeruat.44.num.8.* Capic. Fragoſi Regim.Chriſt.Reipubl.

*deciſ.23.num.20.* & Roman.*conſ.23.num.1.* & Decius *in cap.ex literis,num.17.de probationibus.*

Quod ſi ſalaria præſidi & correctori de fiſcali pecunia conſtituantur,non poterunt ſi mittantur ad Regem lucrari duplex ſalarium,niſi fungantur legatione, ſeu miſſione de licentia ipſius Regis, vel mittantur eo tempore, quo poſſunt abeſſe, quod deſignatur ab eadem pragmatica edita Madritiis, vbi præcipitur correctoribus, ne abſint à ſuis officiis,niſi per 90. dies, quod ſi amplius abfuerint, non habeantur deinceps pro correctoribus. Auilez *d.cap.1. prætor. verb.ſalario, num.12.* 63.
vbi ait poſſe habere hos 90. dies abſentiæ, ſiue continuos,ſiue interpolatos,ex cauſa tamen iuſta; quod ſi rectores ciuitatis faciant facultatem ſe abſentandi correctori,vltra illud tempus 90. dierum, non lucrabitur ſalarium, ſi abſit vltra illos dies, poterit tamē à rectoribus ſalarium repetere. Bartol.*in l.per hanc diuinam,*aliàs *iubemus,in princip.C.de erogat.milit. anno. §. non danda, lib.12.* Quia rectores non debuerunt correctori licentiā cōcedere,fuerúntq; in cauſa,vt ſalario priuaretur. Sic Paris de Put.*de ſynd.in parte licentia,fol.164. per l.1.C.de commerc.lib.12.*& *ibi* Ioan.de Platea.

Quin potiùs licentiam concedentes cenſentur promiſiſſe ſoluere ſalarium, ſi fortè priuaretur per ſententiam. Nam ante ſententiam non amittitur ſalarium,neque officium,quamuis per pragmaticam,ſeu legem ipſo iure officiales priuentur, niſi fiant inhabiles ad dominium; quia cum ſint leges pœnales,ſemper requiritur ſententia,neque ante eam conſurgit obligatio reſtituendi acceptū, neque relinquendi officium.Molin.*tom.1.de iuſt. diſp.87.verſ.Cæterum,& verſ.ad reliquas.*Sanchez *lib.2.in præcept.Decalog.cap.22.num.20.* vbi addit hoc procedere non ſolùm quando pœna ponitur ipſo iure,vel ipſo facto, ſed etiam quando adiicitur,vt nulla opus ſit declaratione,vt in regno Caſtellæ imponitur confiſcationi bonorum ſodomitæ, vt apparet *in l.regia 1.tit.21.lib.8.recopil.* ibi, *aya perdido por eſſe miſmo hecho, y derecho, y ſin otra declaracion alguna todos ſus bienes;* Adhuc enim tanquam probabilius putat ad hāc pœnam incurrendam deſiderari ſententiam; quod mihi valdè placet, nempe ſententiam declaratoriam criminis requiri;eáque verba,*abſque alia declaratione,*intelligi de ſola declaratione pœnæ. ← 64. (margin, beside "Quin potiùs")

Probatur ex *l.5.tit.11.lib.5.recop.regia,* quæ loquitur de mercibus ipſo facto deperditis, quæ ſic habet,*por eſſe miſmo hecho ſin preceder acto,o para ello otro conocimiento de cauſa ni otra ſentencia ni declaracion alguna,ayan perdido las mercaderias.* Nihilominus Marienz.*gloſſ.1.n.4.* & Azeu.*n.1.*ſuper hanc legem definiunt adhuc deſiderari ſententiā,poſt Cou.*2.p.de ſponſ.c.6.n.10. verſ.Tertiò infertur,* quē ſequitur Graff.*1.p.dec.lib.2.c.12.n.41. verſ.tertiò ampliatur.*Henriq.*lib.13.de excom.c.56.n.3.*& Lopius *1.p.inſtruct.c.296.*Neque eſt credēdū in re tanti momenti voluiſſe legiſlatorē obligare ad pœnā grauiſſimā ante omnē ſententiam; quia nunquā legiſlator exiſtimādus eſt velle in re dubia,niſi quod poſſibile,iuſtū,bonū,& æquū fuerit,vt notat Simanc.*de bonis heret.tit.9.n.227.per c.1.cū ſeq.diſt.4.& l.ex facto,ff.de vulg.& pup.*præſertim quādo eſt dubiū iuris,quale eſt hoc.Sequitur Mol.ſup.ſcript. *diſp.96.col.pen.verſ.quod dictū eſt.*

EPITOME.

65 *Salarium debetur magiſtratui totum ſi moriatur ante finitum tempus.*

66 *Salarium de conſuetudine in Luſitania ſoluitur iudicibus, & correctoribus ſingulis tribus menſibus.*

67 *Salarium non debetur officiali remoto ab officio pro eo tempore, quamuis poſtea abſoluatur.*

68 *Salarium debetur officiali tolerato in officio poſt culpam commiſſam.*

69 *Salarium conſuetum quale ſit etiam quando variatur.*

70 *Salarium an debeatur famulus infirmus? Pars affirmans eſt probabilis; Pars negans probabilior.*

71 *Famulo infirmo debentur cibaria, ac modica expenſa, non verò magna ratione famulatus.*

72 *Militi captiuo debetur ſtipendium pro tempore captiuitatis.*

73 *Correctori, ſeu iudici debetur ſalarium poſt finitum tempus, donec veniat ſucceſſor.*

74 *Geſta per iudices ante aduentum ſucceſſorum poſt completum tempus officij valent.*

75 *Iuriſdictio ordinaria conceſſa ad beneplacitum principis, eo mortuo, non expirat, habétque ſalarium officialis.*

76 *Vicarius Epiſcopi eo mortuo expirat etiam quoad negotia incepta. Secus poteſtas delegata.*

77 *Vicarius Epiſcopi quando poſſit iuriſdictionem exercere, & in quibus caſibus valide.*

78 *Vicarius Epiſcopi ab eo reuocatus, quibus in caſibus poſſit validè iuriſdictionem exercere.*

65. Diximus ſalarium deberi pro tempore, quo ſeruiuit magiſtratus; quod ſi contingeret mori ante finitum officium, deberi totum ſalarium credit Bartol. *in l. 1. § Diuus, num. 10. ff. de offic. aſſeſſor.* Alexand. *ibi* Ioan. de Platea *in l. commoda, C. de primipilo, lib. 12. in princip. & num. 2. & in l. his ſcholaribus, C. de erogat. milit. annon. lib. etiam 12.* per text. *in l. 9. tit. 8. part. 5.* Quod intellige de magiſtratu, ſeu iudice, & officiali ordinario, non verò de aſſeſſore. Ideo prænotarij officialis hæredes totum ſalarium conſequentur, etiam pro eo tempore, quo non potuit ſeruire. Bartol. *in l. cum vos, C. de legat. lib.* 10. Peregrin. *in p. locatio. quæſt. 6. in gloſſ. totius anni.* Iaſon *in l. diem functo, ff. de offic. aſſeſſor.* Tuſch. *concl. 8. litera S,* vbi ampliat, & limitat. Azeued. *in l. 20. tit. 16. lib. 2. recopil.* Gregor. Lopez *in d. l. 9. tit. 8. part. 5.* quibus accedunt Corcer. *ſingul. verb. ſalarium, el 3.* Auilez *cap. 1. prætor. n.* 18. & Mol. *in Empor. p. 1. tit. 2. quæſt. 28. & 29.*

66. Non deſunt tamen, qui tradunt aliter ſeruari in praxi multis in locis, inter quos eſt Maſtrill. *lib. 1. de magiſt. cap. 21. num.* 51. De conſuetudine tamen apud Luſitanos, teſte Cabed. *part. 1. deciſ. 8. num.* 20. correctoribus, iudicibus forenſibus, & ſimilibus magiſtratibus deputatis à Rege ad prouincias regni, ciuitates, & oppida regenda per triennium ſingulis tribus menſibus quartam partem, quæ dicitur *quarterium*, quæſtores Regij vniuſcuiuſque prouinciæ ſoluunt, quod ſi decedat magiſtratus inchoato quarterio totius quarterij ſtipendium hæredes illius conſequentur ſecundum ius commune. Contraria tamen praxis ſeruatur in ſoluendo ſtipendio ſenatoribus, qui ſine præfinitione temporis ſuo officio funguntur in ſenatu regio, quibus præmorientibus incæpto iam quarterio, pro rata temporis, quo ſeruierunt, ſtipendium ſoluitur, & nihil ampliùs; quæ conſuetudo, quamuis contra ius commune vigeat in hoc regno ſecundùm illam contrahere cenſentur ſenatores cum Rege noſtro, per *l. quod ſi nolit, § quia aſſidua, ff. de ædilit. edicto.* Cabed. *vbi ſup. n.* 22. etiamſi aliquando ex beneficio liberali Regis hæredibus defuncti ſenatoris concedatur ſalarium totius quarterij, quamuis ipſe præmoriatur in principio.

Difficultas eſt an magiſtratus, ſiue præſes prouinciæ ſit, ſiue iudex forenſis, remotus ab officio culpa ſua, conſequatur ſalarium pro eo tempore, quo fuit remotus? Negat Bartol. *in l. diem functo, verſ. Diuerſum, ff. de offic. aſſeſſor.* quamuis poſtea à culpa abſoluatur per ſententiam, ſicque fuiſſe iudicatum refert Cabed. anno Domini, 1584. in Senatu contra Ferdinandum Nunes da Coſta *in d. deciſ. 8. num.* 32. & expreſſe habetur *in gloſſ. dict. l. diem functo,* Bald. *in l. eadem, C. locat. & in l. 1. in fine, & in l. diuus, C. de ſuffragiis.* Sequitur Caroce. *de locat. tit. de ſport. iudic. num.* 73. Neque obſtat fuiſſe abſolutum, quia ſufficit fuiſſe ſuſpenſum licitè, vt notat Vitu. *de annon. in cap. 1. de vaſſall. decrepitæ ætatis, n.* 223. Secus dicendum, quando magiſtratus, ſeu officialis remouetur propter culpam alterius, puta ciuium, ſi poſtea abſoluatur, debet lucrari integrum ſalarium etiam pro eo tempore, quo non ſeruiuit. Salicer. *in Auth. idem, in fin. C. de hæreticis.* Franc. Marc. *p. 2. deciſ. 676. n.* 5. & habetur *in l. cum allegatis, C. de re milit. lib.* 12. Maſſull. *in addit. ad Capic. deciſ. 126. n.* 2. vbi tradit ſic fuiſſe deciſum in Senatu Neapolitano. Non habebit tamẽ ſalariũ remotus ob ſuſpicionẽ culpæ propriæ, niſi pro tẽpore, quo ſeruiuit. Bald. *in l. mancipia, C. de ſeruis fugitiu.* & Surd. *conſ. 34. n. 15. vol.* 2. Ideo ſi officium alteri committatur durante ſuſpicione non propterea lucrabitur ſalarium, quamuis abſolutus euadat, ex regula, *qui non laborat, non mãducat,* ſecundùm Bald. *in rubr. de fruct. & lit. expen.* 67.

De aſſeſſore remoto culpa ſua idem dicendum eſt, ſcil. non poſſe conſequi ſalariũ, quod eſt verum pro futuro tempore, non verò pro præterito. Bart. *in l. Menia, in princ. ff. de annuis legatis.* Iaſon *in d. l. diem functo, n.* 28. Tempus autem futurum computabitur à die remotionis, non verò à die culpæ commiſſæ, quia poſtquam fuit toleratus in officio poſt culpam commiſſam, non debuit gratis ſeruire. An verò præſide remoto ab officio debeant aſſeſſores conſequi ſalarium? Negat Iaſon *vbi proximè, n.* 29. ex eo, quia præſumitur fuiſſe remotum propter culpam aſſeſſorum. Proderit ergo aſſeſſoribus proteſtari in actis quando præſes, ſeu magiſtratus aliquid iniuſtum commiſerit; & hac ratione conſequentur ſalarium, vt tradit Paul. de Caſtr. & Alexand. quibus adhæret Iaſon, *n. 29. cit.* 68.

Quid dicendum quando officialis conducitur pro ſalario conſueto, vel conceditur illi officium cum ſtipendio ordinario, non tamen conſtat quale fuerit ſtipendium ordinarium, cùm non ſemper idem fuerit. Gloſſ. *in l. excepto, C. locat.* Bartol. *in l. magiſtratus, ff. ad municip.* exiſtimant, quando fuerunt diuerſa ſalaria, eſſe ſoluendum, quod longo tempore fuit ſolutum. Sequitur Gabr. *de conſuet. concl. 1. n.* 36. Ratio, quia quando fit mentio de cõſuetudine, ſermo debet intelligi de longa conſuetudine, Bart. *in l. nemo eſt, qui neſciat, ff. de duob.* Capic. *deciſ. 163. n.* 3. Iaſ. *in d. l. diem functo,* reſpondet ibi *num.* 18. in dubio deberi ſalarium, quod habuit prædeceſſor in officio immediatè ſecundùm Bald. *in l. binos, circa fin. C. de aduoc. diuer. iud.* Quo loci quærit ſi princeps det officiũ Titio, & in literis officij addat, *cum ſalario conſueto*; ſalarium verò fuit varium retro actis temporibus; reſoluit ſalariũ conſuetum intelligi, quod habuit prædeceſſor 69.

ſecundùm

ſecundùm *leg. Mela, §. 1. ff. de alimentis, & cibar. legatis, leg. ſi mater. in fine, C. ne de ſtatu defunct.*

Sed contra obiicitur. Verbum illud, *ſalarium conſuetum*, non poteſt ita vocari, quod prædeceſſor immediatus illud habuerit, ex eo, quod per vnicum actum non dicitur fieri conſuetudo, *l. 3. in fine, C. de Epiſcopal. audient. iuncta gloſſ. in l. de quibus, ff. de legibus.* Proinde probabilius puto quoties fit mentio de conſuetudine intelligi de longa, non verò de ſalario habito à prædeceſſore, per text. *in cap. Cumana, de conſuetudine*, & Abbas *in cap. cum in Ferrarienſis, de conſtit.* Idem puto ſi vnum, & idem ſalarium ſolutum fuit duobus, vel tribus annis præcedentibus prædeceſſoriæ in officio; tunc enim verbum, *cum ſalario conſueto*, poteſt referri ad tempus proximum præcedens. Auilez *cap. prætor. 1. verb. ſalario, num. 1. & ſequentibus*, poſt Baldum *in leg. licet, C. de locat.* Iaſon *numero* 16. Crauet. *conſilio* 118. *numero* 3.

Hinc ſequitur ſi conducatur doctor ad legendum pro certo ſalario per annum integrum, ipſe verò eo exacto redeat in patriam, reuerſuſque de nouo reconducatur ad legendum, intelligi conductum pro eodem ſalario ſibi priùs conceſſo, Baldus *in l. etiam, in fine, C. de iure deliber.* per text. ſingularem *in l. penultim. §. vxor, ff. ſolut. matrimon.* vbi addit idem eſſe de domo ſimpliciter conducta per annum, eóque finito ſi reconducatur; intelligitur enim reconducta pro eodem ſalario, quod etiam intellige de famulis. Bertrand. *conſil.* 241. *num.* 40. *vol.* 6. Iaſon. *vbi ſupra in d. l. diem functo, num.* 21. poterit tamen doctor conductus deſiſtere à lectura licitè, ſi ſibi non ſoluatur ſalarium promiſſum. Imò ſi propter pecuniam deficientem non perſeuerauit in obligatione cathedræ regendæ, lucrabitur integrum ſalarium, vt tradit Abbas *in cap. peruenit, el 2. num. 4. de iureiurand.* & Felin. *ibid. num. 3.* quos ſequitur Gonzales *in regul. 8. gloſſ. 17. num. 23. & 24.* quia per ipſum non ſtetit.

70. Pro famulis infirmis quæſtio eſt anceps, an illis debeatur ſalarium pro tempore ægritudinis, in quo non poſſunt ſeruire? Speculator *tit. de locat. §. poſtquam, verſ. Quid ſi mercenarius*, affirmat eos habere ſalarium, quia per illos non ſtetit; ſequuntur illum Bald. *in l. fin. C. de condit. inſertis, ad finem*, Imol. & Ioan. Andr. *in cap. propter ſterilitatem. de locat.* & Hoſtienſ. *in ſumma, tit. de locat. §. tandiu*, per illum textum, *ff. ex qui. cau. maio.* vbi vult ambaſiatores ſi ægrotent in itinere, non obſtante ægritudine pro eo tempore ſalarium conſequi. Pariſ. de Puteo *in tract. ſyndicatus in parte, index in officio, fol. 183. num. 5.* ait ambaſiatores, ſi infirmentur in itinere eſſe medicandos expenſis Reipublicæ, quibus accedit Auilez *verb. prætor. cap. 54. verb. ſalario, num. 2.* dicens deberi eis ſalarium quoad redire poſſint, quod ex Bartol. citato ait eſſe notandum; ergo pari ratione debetur ſalarium famulis infirmis pro tempore, quo ſunt infirmi, vt in ſpecie tenet gloſſ. *in l. arboribus, §. de illo, verb. ægrotante, ff. de vſufruct.* quē ſequuntur ſcribentes iuriſperiti, teſte Imola *in cap. propter ſterilitatem, num. 3. C. locato*, quibus ſuccedunt Syluester *verb. bellum, quæſt. 7. num.* 8. Didac. Perez *in l. 1. titul. 2. gloſſ. 1. col. 63.* & Montalu. *l. 4. tit. 4. lib. 4. feri.*

Probatur ex text. *in l. cum hæredes, §. ſtichus, verſ. Seruire, ff. de ſtatu libere*, ibi, *ſeruire nobis dicuntur etiam ij, apud quos curamus ægros, qui cupientes nobis ſeruire propter aduerſam valetudinem impediuntur.* Accedit deciſio capitis vnici de clerico non reſidente, ſecundùm quam Couarr. *variarum, lib. 3. cap. 13. num.* 8. exiſtimat non ſolùm fructus, ſed etiam quotidianas diſtributiones deberi clericis infirmis, vbi Summus Pontifex præmiſit non eſſe dandas abſentibus; excipit tamen infirmos, qui diuinis officiis, morbo impediente, perſonaliter intereſſe non poterant. Hæc ſententia eſt probabilis.

Contraria tamen, ſcilicet non deberi mercedem famulo infirmo pro tempore ægritudinis, eſt multo probabilior, quam tenet Abbas *in cap. cum pro cauſa, numero 4. de procuratoribus.* Gomeſius *in regul. chancella. de infirm. reſign. quæſtione 9. verſ. Quinquageſimoquarto.* Nauarr. *in manuali, cap. 17. numero* 107. quam partem credit receptiorem Azeued. *in l. 6. titul. 15. numero 19. lib. 4. recopilat.* Nec obſtat lex 4. *titul. 31. part. 2.* quia loquitur ſpecialiter de ſalario doctorum, dum ægrotant, quæ non debet extendi ad famulos ægrotos. Eiuſdem ſententiæ ex antiquioribus exiſtunt Bartol. *in leg. opere teſtamento, ff. de vſufructu*, vbi reprobat gloſſam *in leg. arboribus* citatam, Antonius, & Auchatran. *in dicto cap. propter ſterilitatem*, & *ibi* Imola *colum.* 12. Imò idem Bartol. *in leg. ſi vno, §. item cum quidam, col. final.* ſubdit, ſi famulus ſteterit per duos, vel tres menſes morbo impeditus, non poſſe conſequi mercedem illius temporis, quamuis recuperata valetudine poſtea velit tantundem temporis ſeruire; quod minus bene dictum puto ex praxi vſu recepta; docétque Baldus expreſſè *in leg. final. in fine, C. de condition. inſertis*, & Iaſon. *in dict. leg. diem functo, num.* 49. Quibus adhæret Cabedus *part. 1. deciſion.* 8. aliis *ibi* relatis *numero* 30. & in ſpecie Capella Toloſan. *quæſtion. 359. ad finem*, vbi definit iuxta gloſſ. *in dict. leg. ſi vno*, ſeruitorem oneroſum propter infirmitatem non ſeruientem teneri reſarcire tempus in quo non ſeruiuit.

Debentur tamen famulis infirmis tempore 71.
infirmitatis cibaria, ac modicæ expenſæ, non verò magnæ, argumento legis *in rebus, ff. commod.* Ita Bartol *in leg. ſi cum dotem, §. Sin autem, ff. ſolut. matrimon.* quem refert ac ſequitur Abbas *in cap. 1. de clerico ægrotante, numero* 8. per gloſſ. ibi, *& hac ratione famulatus.* Magnæ verò expenſæ illis debentur durante ægritudine ex alia ratione, quia proximi ſunt, ſi non habeant aliunde, per text. cum gloſſ. *in diſtinct. 45. in cap. ſicut facit, & cap. paſce, 86. diſtinct.* Nec facit contra Martin. Laudenſ. *in tract. de militе, quæſtion. 4.*
vbi vult poſt Speculator. *in titul. de locat. §. poſt-* 72.
*quam, verſ. Quid ſi mercenarius*, Gemin. *in capit. de clerico non reſidente*, militem captum ſtipendium ſuum lucrari etiam tempore captiuitatis, quia hoc deciditur *in leg. 1. C. de re milit. lib.* 12. cum capiatur ab hoſtibus abſque culpa ſua; tunc enim reuerſus recuperabit ſtipendium, & reliqua medij temporis donaria, per gloſſ. *in l. 3. §. ſed ſi ex improuiſo, ff. de re milit.* Aufret. *in additionib. ad Capell. Toloſ. quæſt. 359. verſ. Secus autem.*

His adde an debeatur ſalarium correctori, ſeu 73.
iudici poſt ſuum triennium finitum, antequam adueniat ſucceſſor? Affirmat Baldus *conſ. 116. lib. 4.* Roman. *ſingul.* 395. Neque poſſunt antequam aduenerit ſucceſſor, deſerere prouinciam per text.

*in l. meminiſſe, ff. de officio proconſulis*, ibi, *Oportebit vſque ad aduentum ſucceſſoris omnia debere proconſulem agere, cum ſit vnus proconſulatus, & vtilitas prouinciæ exigat eſſe aliquem, per quem negotia ſua prouinciales explicent.* Conſtatque ex §. *item, in Authen. de adminiſtr.* his verbis, *Non enim poſſibile, neque portabile eſt ſine iudice relinquere prouinciam.* Cum ergo correctores, ſeu iudices etiam vltra tempus ſui triennij, donec veniat ſucceſſor, debent regere ſuum officium, vt tradunt Cald. Pereira *conſ. 8. num. 7.* Gregor. Lopez *gloſſ. 1. tit. 18. part. 5.* Molin. *de primog. lib. 1. cap. 55. num. 8.* per text. *in d. l. meminiſſe*, meritiſſimè illis debetur ſalarium vſque ad aduentum ſucceſſoris cùm exerceant iuriſdictionem. Quod extende etiam poſt aduentum ſucceſſoris antequam habeant notitiam de ipſius aduentu. Matienz. gloſſ. 51. *l. 1. num. 14. tit. 10. lib. 5.* & Caſtill. *in politica, lib. 1. cap. 1. num. 53.* & Auilez *cap. 5. prætor. gloſſ. 1. à num. 6. cum ſequentibus.* Requiritur etiam quòd correctores, ſeu iudices ſucceſſores de nouo venientes præſentent literas patentes, & antequam præſententur, debent de cauſis cognoſcere ſicut antea, per *d. l. 1. ff. de officio præfecti.* Quod ſi recedant ante aduentum ſucceſſorum, poſſunt puniri, vt docet Amodeus Iuſti. *in tract. ſyndic. in parte olim poteſtatem per d. l. meminiſſe*, quod extendit Bald. *vbi ſupra*, & Alberic. *d. l. meminiſſe, num. 2. verſ. Sed quare*, & Auilez *d. num. 6.* ad rectores ciuitatum, & villarum, & ad iudices ordinarios annales, debent enim ius dicere donec veniant ſucceſſores.

74. Ex dictis infertur facta à prædeceſſore poſt completum tempus officij valere donec ſucceſſor veniat. Guido *deciſ. 501.* Auilez *vbi ſupra.* Secus dicendum eſt de iudice delegato pro tempore certo, eo enim elapſo non poteſt cognoſcere de cauſis antea commiſſis. Bald. *in d. l. meminiſſe*, Abbas *in cap. ſuper eo, el 2. de appellationibus, num. 7.* Specul. *in tit. de iudice delegato, §. excipi poteſt, verſ. Itemque iuriſdictio, num. 8.* & Petr. de Ferrar. *in forma libelli, de declinat. iuriſdictionis alicuius in parte, nec fuiſſe iudicem, num. 18.* Neque obſtat quod tradit Pariſ. de Puteo *in tractat. ſyndicat. in parte, ſequitur de modo, fol. 29.* vbi de iudice ordinario verba faciens addit quòd quamuis de iure Authenticorum iudex debeat deponere adminiſtrationem ſuis muneris ante aduentum ſucceſſoris per duos dies, vt habetur *in Authent. de collat. §. illud. in fine, collat. 7.* id eſſe intelligendum poſtquam ſucceſſor notificauerit aduentum ſuum prædeceſſori. Ita Azor *in ſumma, tit. vt omnes iudices cauſa.* Quin ſubdit Auilez *dicto cap. 5. num. 10.* in Hiſpania eſſe vſu receptum, vt officialis antiquus nunquam dimittat officium, niſi poſt aduentum ſucceſſoris, viſis, & lectis literis patentibus, ac commiſſionibus iuxta conſtitutionem regni incipientem, *ſcire te volumus*, & antequam id fiat non expirare iuriſdictionem prædeceſſoris in officio.

75. Infertur ſecundò ſi côcedatur iuriſdictio ordinaria ad beneplacitum principis, eo mortuo non expirare iuriſdictionem ante aduentum ſucceſſoris per *dict. l. meminiſſe, ff. de officio proc. & legat.* & ibi Bartol. Eſſeque ordinarium haberéque ſalarium ſicut antea donec per ſucceſſorem remoueatur. Bald. *in d. l. meminiſſe, num. 2.* Idem Bartol. *in l. 1. § ſi plures, ff. de exercito, num. 1.* Specul. *in tit. de locat. § nunc aliqua*, & Archidiacon. *in cap. ſcripſit, 7. quæſt. 1.* Vnde reiicitur Pariſ. de Puteo *in tract. de ſyndicat. in verbu, officiales perpetui, num. 3.* quatenus ait officialem ad beneplacitum Papæ expiraſſe, Papa defuncto; quia quamuis ſit perpetuus officialis creatus ab beneplacitum Sedis Apoſtolicæ, electus tamen ad beneplacitum Papæ, durat donec adueniat nouus ſucceſſor, ſic enim intelligitur, illum expirare.

Infertur tertiò mortuo Epiſcopo expirare iuriſdictionem vicarij, ipſo iure; quidquid contradicat Henriquez *lib. 7. de indulgent. cap. 21. n. 5. in commento, litera S.* vbi vult durare iuriſdictionem vicarij, ſed poſſe deponi à Capitulo, cùm ſit iuriſdictio ordinaria, quæ non expirat mortuo concedente; in quo fallitur omnino; quia iuriſdictio Epiſcopi, & vicarij eſt vna, & eadem, & eſt vnum, & idem tribunal, *cap. Romana, de appellationibus in 6. & cap. 2. de conſuetudine*, Guido Papæ *ſingul. 560.* vnde niſi Capitulum ſuccedens eum confirmet poſt mortem Epiſcopi, etiam quoad negotia, nihil poteſt vltra; neque opus eſt, vt mors Epiſcopi intimetur vicario. Flamin. *lib. 7. reſignat. benefic. quæſt. 24. num. 36.* Secus de poteſtate delegata; hæc enim per mortem delegantis non ceſſat quoad negotia incepta, *cap. gratiam, de officio delegati*, quia delegantis, & delegati non eſt idem tribunal. Couarruu. *practicarum, cap. 4. num. 4.* Rebuff. *in praxi, tit. de forma vicariatus, num. 162.* Antonius Cucus *lib. 2. inſtit. maior. tit. 8. num. 133.* poſt Abbatem *in cap. licet, de officio delegat.* Quòd ſi ignoratur omnino mors à vicario, & a cæteris communiter Epiſcopis, valent geſta per vicarium; Anaſtaſius Germon. *de indultis, 4. tibi quoad dixeris num. 63.* Flamin. *vbi ſupra, num. 33.* Henriquez *lib. 6. de pœnis. cap. 13. num. 3. & in ſcholiis litera A*, quatenus docet vicarium incertum de morte Epiſcopi longè abſentis validè concedere literas dimiſſorias ad ordines, etiamſi poſtea ſciatur mortem Epiſcopi præceſſiſſe. Idem repetit *lib. 10. de ſacramento ordinis, cap. 51. num. 3. in ſcholiis litera P*, ex illo fundamento, ac regula legis *Barbarius, ff. de officio prætor.* dicentis valere geſta, quando eſt communis error, & titulus legitimè colloratus. Cum ergo communiter ignoratur mors Epiſcopi, valent geſta, quamuis ipſe vicarius ipſam non ignoret. Longè aliter quando mors communiter ſcitur, quamuis vicarius non teneat eam, ex *cap. infamis, verſ. Verumtamen, 3. quæſt. 7.* ibi, *verumtamen dum putaretur liber*, & ex *dict. l. Barbarius.* ibi, *quandiu latuit.* Qui text. non poſſunt intelligi de ignorantia vnius, vel alterius, nec enim leges attendunt ad ea, quæ raró, & in ſingulari adueniunt, ſed quæ communiter, ac frequenter ſolent contingere, *l. nam ad ea, ff. de legibus.* Error que communis facit ius per gloſſ. *d. l. Barbarius, in verbo, reprobari*, & habetur *in l. 3. ff. de ſupellect. & legat.* ibi, *& error*, ſcilicet, *communis ius facit.* Ergo durante errore communi, & ignorantia mortis Epiſcopi in loco vbi actus facti ſunt, valent geſta per vicarium, quia non attenditur ignorantia priuata, ſed communis; non tamen craſſa, vel ſupina; ſed oportet eſſe probabilem, quia ſupina, ſeu craſſa æquiparatur ſcientiæ, *capit. 2. de conſtitution. in 6.* Antharran. *in cap. determinamus, de ſententia excommunicat. in 6. numero 11.* Anton. *cap. ſciſcitatus, de reſcriptis ad finem*, & Felin. *ibi, numero 5.*

Note: margin numbers 76 (beside "Infertur tertiò mortuo Epiſcopo expirare iu-") and 77 (beside "cap. 13. num. 3. & in ſcholiis litera A, quatenus do-").

Infertur

78. Infertur vltimò, ſi vicarius reuocetur ab Epiſcopo non valere geſta per illum ſi vicarius ſciat reuocatiouem, nec adſit communis ignorantia; ipſo verò reuocationem ignorante donec vicario reuocatio notificetur, valent geſta per vicarium, etiamſi non detur communis error. Ita Bertachin. *in repertorio, litera V, verb. Vicarius, ſub num. 70. verſ. Vicarius Epiſcopi primus.* Rebuff. *in praxi benefic. tit. de forma vicariatus, num.* 210. Flamin. *lib. de reſign. quaeſt. 24. num.* 41. Roland. *conſ. 46. num. 28. volum. 1.* vbi vult ſi vicarius Epiſcopi, ſicut & legatus Papæ, *cap. 2. de officio legat. in 6.* conferant beneficium poſt creationem alterius vicarij, collationem per eos factam non valere, quando dictam reuocationem ſciebant; ſecus ſi ignorabant; Felin. *in cap. ex parte, num. 11. verſ. Valet proceſſus, de reſcriptis*, & Boët. *quaeſt. 30. per totum.* In dubio tamen præſumitur ignorantia reuocationis, Felin. *in cap. caeterum, col. 8. verſ. Valet proceſſus, de reſcriptis.* Sequitur Rebuff. *in praxi tit. de Simonia, num.* 37. & Crauet. *conſ. 203. num.* 5. quibus accedit Flamin. *d. quaeſt. 24. num.* 43. Fauet gloſſ. *cap. auditis, de procuratoribus, verb. ad illum*, dicens non expirare iuriſdictionem iudicis, donec ipſe de reuocatione certioretur. Bartol. *in l. Barbarius citata in 2. lect. num.* 18. & Baldus *ibi n.* 28. *in 2. etiam lect.* vbi definiunt non auferri officialibus ignorantibus iuriſdictionem. Quod extenditur ad iudicem delegatum, cui non adimitur iuriſdictio ante notitiam reuocationis. Alberic. *in l. mandatum, num. 10. cap. mandati*, Roſella *verb. excommunicat. 6. num.* 46. Menoch. *de arbitr. centur. 2. lib. 2. caſu* 85. *num.* 40. Henriquez *lib. 6. de paenitent. cap. 7. num. 2. & in commento, litera G.* dicentes non ceſſare iuriſdictionem ante reuocationis notitiam; ne præiudicium inferatur tertio ob culpam vicarij.

Quæſtionis tamen eſt, quæ notitia reuocationis requiratur, vt iuriſdictio officialis cenſeatur expirare? Gloſſ. clementinæ *cauſam, de electione, verb. plenu*, & caput. *cupientes, verb. notitiam, de electione in 6.* docent ſufficere quouis modo cognoſcere officialem reuocationem, per text. *in l. ſi forte, ff. de officio praeſidis.* vbi dicitur eſſe valida geſta per præſidem priuſquam habuit notitiam de aduentu illius. Calderin. *in rubric. de officio vicarij, conſ. 4.* & Bertachin. *tra. de Epiſcopo, part. 7. lib. 4. quaeſt.* 21. Dicendum tamen eſt non ceſſare iuriſdictionem vicarij niſi per intimationem factam eidem per nuntium ad id deſtinatum ab Epiſcopo, vel per epiſtolam, aut per procuratorem, vel per alium nomine eiuſdem Epiſcopi. Ratio, quia ſicut conſtitutio vicarij exigit notificationem factam per nuntium, vel per literas patentes ab ipſo Epiſcopo miſſas, & acceptio ex parte vicarij opus eſt; ſic etiam exigitur reuocatio iuriſdictionis per nuntium, vel per epiſtolam eiuſdem Epiſcopi nomine ipſius intimata. Rebuff. *vbi ſupra, num. 212. tit. de forma vicariatus.* Boët. *deciſ. 347. num. 14. vſque ad 18. incluſiuè.* Idem intellige de reuocatione delegati, quæ debet fieri per nuntium ad id deſtinatum, vel per epiſtolam, ſicut conſtitutio delegationis his modis facta fuit, atque intimata. Anton. Cuc. *lib. 2. inſtit.* Maior *tit. 8. num.* 149. vbi id expreſsè docet.

* * *



## §. V.

### *Vtrùm iudices delegati, ſeu ordinarij poſſint accipere ſportulas?*

EPITOME.


79 *Iudices delegati poſſunt accipere ſportulas.*
80 *Sportulæ interdictæ ſunt de iure canonico Iudicibus Eccleſiaſticis.*
81 *Sportulæ de conſuetudine recipiuntur à delegatis Sedis Apoſtolicæ.*
82 *Sportulæ poſſunt recipi vltra ſalarium de ſententia Bartoli.*
83 *Sportulæ de iure Luſitano debentur Senatoribus à Rege datis ad decidendam aliquam cauſam.*
84 *Sportulæ de iure Luſitano in quibus caſibus non recipiantur.*
85 *Sportulæ in cauſis ſummariis, nec de ſententiis interlocutoriis, vel datis ſuper accuſatione Senatoris non recipiuntur.*
86 *Sportulas an iudices ordinarij imperiti poſſint petere à litigantibus pro petendo conſilio à peritis.*
87 *Sportulæ de iure Luſitano non debentur pro ſententiis ſuper exceptionės prouiſionum regalium.*
88 *Sportulæ non debentur à pauperibus.*
89 *Aduocatus ſi noluerit cauſam pauperis defenſendere, poteſt ſuſpendi à iudice pro ſuo arbitrio ad tempus.*
90 *Aduocatus peccat mortaliter ſi noluerit pauperi patrocinari.*
91 *Aduocatos eſſe in Republica ſalariatos ad defendendos pauperes, eſt conſonum rationi.*
92 *Sportulas victori remiſſas à iudice an victor poſſit repetere in taxa expenſarum.*
93 *Aduocatus in cauſa propria an poſſit repetere expenſas, quas feciſſet, ſi alium Aduocatum habuiſſet.*


IVDICES delegatos poſſe ſportulas accipere, habetur in Autheut. *generaliter, C. de Epiſcopo, & cleric. cap. induci\'a, §. offeratur, 3. quaeſt.* 3. Nomine verò ſportularum ſignificantur, non expenſæ, ſed id quod pro expenſis ſubrogatum eſt, vulgò, *Direitos*; Iudex verò arbiter, qui tanquam arbitrator, & amicabilis compoſitor à partibus eligitur, non poteſt ſportulas accipere pro ſuo arbitrio explicando, ſed debet gratis ſuum arbitrium pronunciare, per text. *in l. ita demum, ff. de arbitris*, vbi Bartol. & ſcribentes. Specul. *tit. de arbitro, & arbitratore, §. Differt autem, in principio.* Auilea *praetor. cap. 7. num.* 1. Secus dicendum de arbitris iudicialiter electis, iis enim debentur ſportulæ, ſi non habeant ſalarium taxatum. Bald. *conſtit. 38. incipit, ſuper iſto puncto, vol. 5.* & alij, quos ſequiquitur Maſtrill. *de magiſtratibus, lib. 1. cap. 25. numero* 12. & hac de cauſa iudices ordinarij, quibus ex publico non eſt taxatum ſalarium, habent ſportulas in locum ſalarij, *§. tripli. Inſtitut. de actionib. & ibi* Iaſon. Caualcan. *de Brachio regio, cap. 6. num.* 507. per text. *in cap. cum ab omni*, arguendo à contrario ſenſu, *de vit. & honeſt. clericorum.* 79.

80. Iudicibus quoque Eccleſiaſticis prohibitum eſt accipere ſportulas, eſſéque contra ius canonicum tradunt Abbas *num.9. & 10.* & Ioan. Andr. *in d cap. Cum ab omni. de vit. & honeſt. clericor.* per text. *ibi* & gloſſ. *in clement. ſtatutum, verb. ex iuriſdictione, de electione.* Angel. *in ſumma verb. index, t. 15.* Armill. *eodem verbo, num. 6.* Romanus *ſingulari* 180. Syluest. *d. verb. index, 1. quæſt. 8. & 10.* & Corcet. *in ſuis ſingularibus, verb. ſportula.* Quod maximè interdicitur Ordinariis habentibus redditus ſuarum Eccleſiarum, qui ſufficiunt ad ſubeunda onera ſui ſtatus. Surdus *de alimentis, tit. 1 quæſt. 64. a num. 1.* Segura de Auilez *in directorio iudicum Eccleſiaſt. part. 1. cap. 14. num. 39.* & alij apud Garciam *de beneficiis, part. 9. cap. 2. numero* 381. Ex quibus deducit Speculator *in tit. de aſſeſſoribus, § ſalarium, verſ. Sed nunquid ſequitur?* Abbas *in d. cap. cum ab omni, numero 14.* & Segura *d. part. 1. cap. 14. à num. 38.* aſſeſſori, vel relatori non deberi niſi honorarium à partibus, ſed iudicem illi ſportulas præſtare debere, cùm ſit rationi abſonum, vt partium expenſis imperitia, & ignorantia iudicis ſuppleatur.

81. De conſuetudine tamen, vt ex multis refert Garcia ſuprà ſcriptus *num. 381.* exiguntur ſportulæ, quod etiam tradit Molin. *de iuſtit. tom. 1. diſput. 84. col. 515. verb. Audito a viris peritis, non ſolùm apud Luſitanos, & Hiſpanos, ſed etiam in Romana Curia iudices à Sede Apoſtolica delegatos ſportulas, hoc eſt pretium a partibus accipere, quamuis habeant ſalarium publicum taxatum.* Quæ conſuetudo quando eſt praxi recepta, poteſt admitti, nec eſt facilè damnanda; quidquid contradicat Panorm. *in d. cap. cum ab omni, n. 10.* Quæ omnia procedunt non obſtante reprobatione ſportularum à iure canonico facta *in d. cap. cum ab omni,* reprobante ſportulas, quando adeſt ſalarium conſtitutum in recompenſationem iuſtæ mercedis, quod eſt verum, vbi conſuetudo legitime præſcripta non eſſet in contrarium, vt poſt plures docet Maſtrill. *d. cap. 22. a num. 3. & ſequentib.* concludens poſſe recipi ſportulas non ſolùm à iudicibus ordinariis, quibus ea publico non eſt ſalarium taxatum, ſed etiam quibus eſt conſtitutum permittente id conſuetudine. Nam de iure nullo modo iudices poſſunt accipere ſportulas, ſeu aſſeſſorias, ſed debent eſſe contenti ſtipendio Principis. Adrian. *in quodlibet. quæſt. 9. litera G, & in 10. quæſt. in principio,* & eſt text. *in l. 13. tit. 16. lib. 2. recopil.* Auilez *cap. 9. prætor.* vbi definit non poſſe accipi ſportulas, vt proceſſus videatur, ſub pœna officij amittendi & reſtituendi cum quadruplo receptas. Rodolfin. *tract. quib. mod. numero 62.*

82. Nec obſtat Authen. *de iudic. §. nec autem, collat. 6. verſ. de ordinariis autē,* vbi vult iudices poſſe vltra ſalarium ſibi taxatum, quod habent à publico, habere iſtas aſſeſſorias, ſeu ſportulas, quod non eſt dicendum de iure, ſed conſuetudine admitti poteſt, quæ multis in locis recipiuntur. Cuius ſententiam probat Matienz. *lib. 3. dialog. cap. 24. n. 4. ad finem.* Quem refert ac ſequitur Caldas Pereira *ad l. vnicam, C. ex delicto defuncti, part. 4. num. 24.* vbi tradit poſſe Hiſpanos iudices aſſeſſorias exigere ſeruata taxatione ſecundùm *l. 13. tit. 16. lib. 2. Ordin. Caſtell.* & ſecundùm pragmaticam *fol. 151. ſub tit. de los derechos.* Quod ſi vltra taxationem præfinitam aliquid amplius ſportularum nomine accipiant, non euadent pœnas ibi contentas, ſed hæc intellige, vt infrà *num. 86. ad finem.*

De iure noſtro Luſitano, *lib. 3. tit. 97. in princip.* debentur ſportulæ Senatoribus à Rege datis, vel 83
à partibus de mutuo conſenſu electis ad decidendam aliquam cauſam, vel alteri, ſi Rex, vni vel alteri deciſionem illius commiſerit de conſenſu vtriuſque. Non debentur tamen ſportulæ de ſententiis criminalibus, nec de ſententiis ſuper quibus conſulitur, ſit ne concedenda, aut neganda reuiſio. Neque pro ſententia, etiam reuiſa, nec ſimiliter de ſententiis latis à correctoribus ciuilium cauſarum, aut à Senatoribus Curiæ Portuenſis, quæ per grauamen ad expeditores ſimilium cauſarum Domus ſupplicationis deuoluuntur, quamuis huiuſmodi acta aliis Senatoribus à Rege ſint 84
commiſſa, & à via ordinaria de conſenſu ambarum, vel cuiuſque partium ſint abſtracta. Similiter non ſoluuntur ſportulæ da cauſis ordinariis, etiamſi expediantur extra tempora conſueta, cum iudice actorum proprio per iudices à Rege ſpecialiter ad id deputatos. Nec non de ſententiis latis per præceptum de ſoluendo, putà, quando præcipit, vt ſoluat ea confeſſione. Quæ omnia deciduntur per legem Luſitanam *d. tit. 97. num. 1.* per text. *de feitos crimes ſenam leuaram ſportulas, &c. num. 2. nem outroſi aueraõ ſportulas dos feitos ordinarios, ainda que ſe deſpachem as tardes.* Cabed. *1. part. deciſ. 16. num. 7.* vbi ait fuiſſe deciſum non deberi ſportulas de ſententiis latis per præceptum de ſoluendo, quia hoc præceptum non eſt proprie ſententia, *lib. 1 iuncta gloſſa, ff. de confeſſ. & ibi* Bartol. *num. 1.* Felin..

Item in cauſis ſummariis ſicut, & in quibus 85.
pars confeſſa eſt, non ſoluuntur ſportulæ, eo quòd iudices modicùm laborant. Roland. *conſ. 87. n. 22. vol. 2.* Cabed. *d. num. 7.* vbi *num. 8.* addidit; *nec de ſententiis interlocutoriis.* & conſtat ex ordinatione noſtra citata *num. 3.* per textum, *& nam aueraõ ſportulas nos feitos & cauſas emque ſe mandar ſentença definitiua,* ſecundùm quam decretum fuit teſte eodem Cabedo *num. 9.* non deberi ſportulas de ſententia lata ſuper recuſatione cuiuſdam ſenatoris; quæ fuit commiſſa per Regem tribus iudicibus extraordinariis, qui volebant habere ſportulas, ſed non obtinuerunt repugnante eiſdem lege noſtra *ibi.* Quæ etiam prohibet *lib. 1. tit. 65. num. 10.* his verbis, *& os iuizes,* hoc eſt Ordinarios, *nam leuaram denheiro as partes inda que lho ellas de ſua vontade queiram dar, para ſe aconcelharem ſobre ſeus feitos ciueis, ou Crimes, aſſi no deſpacho das ſentenças interlocutorias, como definitiuas;* vbi nota legem non loqui in delegatis, ſed in ordinariis Barboſ. *in remiſſ. ad d. § 10.* Greg. Lop. *l. 2. verb. deuem tomar, tit. 21. p. 3.* vbi inſinuat
ex vi *d. l. 2.* poſſe iudices ordinarios petere conſi- 86.
lium, & à litigātibus pro aſſeſſore ſalarium. Quod confirmat ex *l. final. eiuſdem tit. 21. in verb. de las partes,* ibi, *& puedem los conſeieros auer de las partes aquiem conſeiaren por raſon de ſu trabaio, tanto, quanto los iuzgadores tuuieren por bien;* dummodo id accipiant conſiliarij non clam, ſed palam; quod tamē hodie per leges Caſtellæ aliter decretum eſt, nempe vt præſides, & iudices ordinarij ſtipendiati non vtantur aſſeſſoribus, ſic enim habetur, *in l. 13. citata, tit. 16. lib. 2. Ordin. regal. & in l. 16. eiuſdem lib. tit. 15. & prætor. cap. 10.* Vnde dicendum eſt leges partitarum, *vbi ſupra,* loqui dumtaxat de iudice delegato, de quibus *cap. ſtatutum, § aſſeſſorem, de reſcriptis in 6.* Quod ſi dicas loqui de ordinariis, intellige de non habentibus taxatum ſalarium. Salariati enim non poſſunt

ſunt ſportulas recipere, neque xenia, vt diximus, & ſequitur Auilés *cap. 9. prætor. in princip.* Gail. *obſeruation.* 151. *num.* 6. Auendan. *de exequend. mand. cap.* 2. *num.* 5. & alij apud Maſtrill. *num.* 8.

87. De iure etiam Luſitano *d. tit.* 97. *num.* 4. non debeotur ſportulæ pro ſententiis ſuper exceptiones, chartis, ſeu prouiſionibus regiis impoſitas, eo fine, ne per cancellariam tranſeant, ſiue expeditio exceptionum à Rege, ſiue à Senatoribus palatinis ſit commiſſa altis Senatoribus. Excuſantur
88. tamen à ſoluendis ſportulis pauperes. Rebuff. *de priuileg. ſcholarium, priuileg.* 9. Roland. *conſ.* 87. *num.* 21. & 23. *vol.* 2. Probatur ex Gloſſa *in verbo, gratis, §. tripli. de mandatu, princip.* quam notant Iaſon. *in d. §. tripli, col. penult.* Facit quod ſcribit Bologn. *in authen. habita, num.* 243. *C. ne filius pro patre,* dicens ſtante, ſeu ſtatuto, quòd conſultor in aliquibus caſibus accipiat ſportulas, vél aliquid loco earum, non deberi à pauperibus, quod conſtat ex lege noſtra *lib.* 3. *tit.* 84. §. 10. vbi præcipitur ne pauperes ſoluant duos aureos, & quartam partem tertij, quæ ſumma præcipitur ſolui ab omnibus appellaotibus à ſententia definitiua. Accedit quòd Rex litigans cum paupere debet ei expeoſas litis rependere, auctore Boër. *deciſ.* 303. & *deciſ.* 324. Iem quia in omni aduentu in quo non adeſt aduocatus publico ſtipendio conductus pro pauperibus, iudex ex officio poteſt cogere aliquem qui pro pauperibus patrocinetur. Gloſſa, Hoſtienſ. Abbas, Felin. & alij *in cap.* 1. *de officio iudicis.* Dec. *in cap.* 1. *de probationibus, nam.* 46. Gloſſ. *in l. eandem mentis, C. de Epiſcopis,* & Guid. Papæ *quæſt.* 561.

89. Sed quid ſi aduocatus mandante iudice noluerit cauſam pauperis defendere? Reſpondemus, poſſe ſuſpendi à iudice pro ſuo arbitrio ad tempus, illíque interdicere officium aduocandi per textum ſingularem *in l.* 1. *§. cura carnis, ff. de officio præfecti vrbis, l. moris, §. ſunt autem, ff. de pœnis, l. prouidendum, C. de poſtul.* Couarr. *practicar.*
90. *cap.* 6. *nam.* 4. poſt plures, addens etiam peccare mortaliter aduocatum ſi noluerit patrocinari pauperi. Quod etiam tradit Roland. *d. conſ.* 87. *num.* 28. vbi vult peccare mortaliter ſi aliquid accipiat à paupere, & nolit aliter patrocinari. Aduertúntque Couarr. & Roland. *vbi ſupra, ad finem,* Reipublicæ
91. expedire, vt pauperes litigantes habeant aduocatos publicis expenſis conductos, idque ſeruari in cancellariis, prætoriiſque regiis, iuxta illud Pſalm. 40. *Beatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem, in die mala liberabit eam Dominus.*

Quæſtionis eſt, quando debentur ſportulæ iu-
92. dici ab vtraque parte, & iudex remittit alteri parti illas, an poſſit illa pars, in taxa expenſarum, ſi cauſam obtinoir, repetere ſportulas ſibi remiſſas à contrario ſuo victo? Videtur negandum, quia victor non debet conſeqoi, niſi id, in quo damnum paſſus eſt ex *l. ſancimus, C. de iudic.* argumento etiam legis, *ſi non remunerandi, ff. mand. in principio.* Affirmandum tamen eſt, quia naturaliter manſit obligatus ad antidora illi, cui remiſſ ſunt ſportulæ, vt habetur in *l. ſed & ſi lege. ff. de petit. hered. §. conſuluit.* Idem dicendum eſt de expenſis remiſſis à ootario pro ſcripturis confectis. Ita Iacob. de Arena. *in tract. de expenſis, in* 5. *volumine tractatuum, num.* 21. & 22. *fol.* 43. vbi reſoluit eſſe repetendas in taxa expenſarum omnes expenſas victori gratis remiſſas, à victo.
93. Concordat Boër. *deciſ.* 210. *nam.* 5. *ad finem;* non tamen repetet victor aduocatus in ipſa propria cauſa expenſas, quas feciſſet, ſi alium aduocatum haboiſſet. Idem Iacob. *d. nam.* 22. cùm ipſe propriam caoſam ſuam egerit. Vbi nota aduocatos debere inſtar medicorum ſe habere, qui nunquam ſibi medentur; atque ita debent cauſas proprias aliis amicis defendendas, cùm vnuſquiſqoe hebetior ſit io ſuo oegotio expediendo Nam teſte Dion. Caſſio *lib.* 31. facilius eſt alios adhortari, quàm ſe ipſum in aduerſis obfirmare. Seqoitur Bobadil. *in politicalibus* 3. *cap.* 14. *num.* 62. & Petr. Gregorius *de ſyntagm. iuris lib.* 4. *p.* 3. *cap.* 6. *num.* 36. Sed de Aduocato *infra diſput.* 13. §. 8. *num.* 192.

## DISPVTATIO X.

### *Iudices à quonam accipiant iuriſdictionem, & quomodo differant ordinarij, & delegati inter ſe?*

EPITOME.

94. & 104 *Iuriſdictio ordinaria radicaliter reſidet in principe.*
95 *Iuriſdictio latè ſumpta diuiditur in iuriſdictionem preſſè ſumptum, & imperium, & vnde dicatur.*
96 *Iudicis officium mercenarium, ac nobile.*
97 *Iuriſdictio altera eſt ordinaria, altera delegata.*
98 *Iuriſdictio annexa in perpetuum dignitati ex priuilegio an ſit delegata.*
99 *Vicarius Epiſcopi ex generali commiſſione non poteſt diſpenſare in caſibus Concil. Trident. ſeſſ.* 24. *cap.* 6.
100 *Princeps mandans iudici ordinario aliquid an illum deliget.*
101 *Aſſeſſoris iuriſdictio eſt ordinaria, ſed mortuo præſide expirat.*
102 *Corrector non poteſt irrequiſito principe remouere aſſeſſorem.*
103 *Iuriſdictio Proregis eſt ordinaria, ſed non expirat mortuo Rege.*
104 *Ciuitas mortuo correctore aliquando prouidet.*

IVRISDICTIO ordinaria radicaliter 94.
reſidet in Principe. Conſtat ex *l.* 1. *ff. conſtit. Princip.* Bartol. *in l.* 1. *de iuriſdict. omni iudic.* ob id ad Principem pertinet creare ordinarios iudices, illíſque concedere ordinariam iuriſdictionem, habetur *in cap.* 1. *§. Index de pace iur. firm. in vſibus feudor.* Gloſſ. & Bald. *ibi,* Cooar. *in practicis cap.* 1. *num.* 9. Marant. 4. *part. diſtinct.* 5. *num.* 3. Molin. *de iuriſdict. tract.* 5. *diſp.* 3. *num.* 4. *fol.* 2747. *pag.* 1. & à principe ad cæteros iudices deriuatur. Alexand. *lib.* 1. *num.* 35 Bald. *l. more ff. de iuriſdict.* & Felin. *in rubr. de appellationibus, num.* 4. poteſtque compellere vt exhibeant titulos Domini terrarum ſuæ iuriſdictionis, ſi eam exerceant in aliquo caſtro, aut oppido.

Iuriſdictio verò latè ſumpta diuiditur in iuriſdictionem preſſé ſumptam, & in Imperium. Eſt autem iuriſdictio preſsè ſumpta, quæ exercetur officio Iudicis mercenario, Officium autem iudi-

96 eis mercenarium eſt illud, quod ſeruit actioni mere ciuili, quæ propriè actio dicitur, Bartol. *in l.1. num.12. ff. de iuriſdiction. omn. iudic.* & Panorm. *cap.2. de officio iud. n.5.* ideo dicitur mercenarium quaſi ſeruiens actioni ciuili ad inſtar mercenarij operi externo inſeruientis; ad quam actionem non mouetur iudex ex officio, ſed ad petitionem partium: quibus tacentibus ipſe tacet, nec ſeruit actioni etiam poſtquam eſt intentata, niſi partes vrgeant. Secus fit in criminalibus, quia tunc procedit ex officio non mercenario, ſed nobili, & ratione officij mouetur quaſi ex imperio: quod definitur eſſe iuriſdictio, quæ exercetur officio iudicis nobili, quod non deſeruit actioni ciuili, neque ad inſtantiam partium duntaxat, ſed per ſe, & de ſe mouet iudicem ad inquirendum de delictis ad puniendum, vel abſoluendum, Bartol. & Panorm. *ſupra ſcripti.*

97. Diuiditur etiam iuriſdictio in ordinariam, & delegatam. Ordinaria eſt quæ introducitur ad vniuerſitatem cauſarum, quamuis ſint vnius generis, & per commiſſionem, dummodo commiſſio ſit perpetua. Quod ſi commiſſio ſit ad tempus, iuriſdictio eſt delegata. Sic Alexand. Iaſon, & Purpuratus *in l. more, ff. de iuriſdiction. omn. iudic.* Hinc fit, vt iuriſdictio, à lege, vel à conſuetudine introducta ſit ordinaria, quia eſt perpetua, Alciat. *in rubric. num.5. de officio ordinar.* Iuriſdictio autem conceſſa ad cauſas particulares, in ſpecie & non in genere, etiamſi commiſſio non fiat ad tempus, eſt iuriſdictio delegata, cum de ſe non ſit perpetua: habetur *in l.19. titul.4. part.3. & l.35. t.18. part. 3.* Gregor. Lopez *ibi.* Ex quibus colliges eſſe iudices ordinarios, ſiue ſæculares, ſiue Eccleſiaſticos, qui exercent iuriſdictionem perpetuam. Patet ex cap. *perſona 11. quæſt.1.* & ex Concilio Trident. *ſeſſ.24. cap.10. de reformat.*

98. Dubium eſt, an ſit delegata iuriſdictio, quæ eſt adiuncta alicui officio, ſeu dignitati ex priuilegio perpetuo? Opinantur aliqui delegatam ex illo Concil. Trident. *ſeſſ.24. cap. 6.* concedente caſus Pontificios occultos Epiſcopis, vt ipſi per ſe vel per vicarios ad id deputatos abſoluant vel diſpenſent. Ex quo videtur iuriſdictio delegata. Fauet text. *in cap. vltimo. § final. de officio delegati,* ibi: *Nulli, cui commiſſum fuerit excommunicare, vel abſoluere aliquos, vel diſpenſare, liceat hæc alijs demandare, quia non ſibi iuriſdictio, ſed certum miniſterium committitur.* Quibus non obſtantibus placet aſſerere iuriſdictionem adiunctam officio ex priuilegio ſine præfinitione temporis eſſe ordinariam, & per conſequens delegabilem, Nauar. *in ſumma Hiſpana, cap.27. num.42. & in Latina 45.* Item *in conſ.2. num.3. in prima editione, tit. de foro compet.* Syl̄ueſt. *verbo, delegatus, quæſt.8. dict.1. & verbo, abſolutio.4. quæſt.2. num.6.* Couar. *3. variar. cap.2. num.6.* quos ſequitur Henriquez *lib.13. de excommun. cap.24. num.2.* Ratio, quia commiſſio perpetua, facit ordinarium. Item quia iuriſdictio competens, non perſonæ, ſed dignitati perpetuò ex principis indulto, eſt ordinaria. Bartol. *in l. ambitioſa, num.34. ff. de decreto ab ordin. faciend.* Bald. *in cap. final. num. vnico, de officio ordin.* & *ibi* Imola. Ideo poteſt delegari per Gloſſam *in cap. final. verbo, caſibus, de officio ordin.* Vbi Ioan. Andreas *num. 3.* Anton. *num. 4.* Secus quando nudum miniſterium committitur perſonæ, tunc enim non poteſt delegari. Vnde in caſu propoſito Concilij Trid. *cap. 6.* liquet poſſe Epiſcopos generaliter caſus Pontificios occultos delegare, quia non eligitur induſtria Epiſcoporum, ſed illis fit commiſſio præſentibus, & futuris, qui non cognoſcuntur, quorum induſtria non eligitur, Menoch. *lib.1. de arbitr. quæſt. 64. num.17.* Gregor. Lop. *l.4. ad finem, tit. 23. part. 3.* poſt plures. Eſt ergo iuriſdictio ordinaria. Nauarr. *d. conſ. de ſentent. excommunicationis 15. in 2. edit. num. 3. & in 5. edit. tit. de priuilegio, conſ. 11. num. 4.*

Nec obſtat dicere Concilium Tridentinum *in d. cap. 6.* poſſe Epiſcopos, per ſe, vel per vicarium ſpecialiter deputatum, diſpenſare; quoniam in hoc vult dicere vicarios Epiſcopi ex generali commiſſione non habere hos caſus, ſed non aufert poteſtatem Epiſcopis concedendi illos generaliter vicarijs ſuis vel alteri: caſum verò hæreſis ex multorum ſententia poſſunt Epiſcopi deputare niſi aliunde obſtet, vicario ſpecialiter deputato, vt ab eo abſoluat; igitur in reliquis caſibus occultis non poſtulat Concilium *in d. cap. 6.* ſpecialem delegationem, ſed generaliter poſſunt delegari; atque ita ab hæreſi non poteſt fieri ab Epiſcopo generalis commiſſio ad abſoluendum abſolute, quo ad omnes caſus hæreſis, Cordub. *in ſumma, quæſt. 8.* Azor. *tom.1. lib.8. inſtit. moral. cap.10. quæſt. 11.* Henriq. *lib. 6. de pœnit. cap.14. num.7. & in ſcholijs, lit. O.* Sà *verbo, Epiſcopus, num.37.* & Vega *in ſum. tom.2. cap.125. caſu 12.* 99.

Huic adde ſequens dubium, vulgare tamen, ſed non omittendum; an quando princeps iubet iudici ordinario, vt aliquid executioni mandet, iuriſdictionem deleget, an potius officium illius excitet? hoc vtrum ex ordinario officiali eum delegatum conſtituat? Reſpondemus, ſi ex modo mandandi, ſeu loquendi euidenter non conſtet eum delegare, cenſendum eſſe iuriſdictionem excitari ordinariam, non verò delegatam mandari. Conſtat ex cap. *licet in corrigendis, de officio ordinarij,* quia mandatum principis exhortatiuum, ſeu incitatiuum non derogat iuri communi, Bald. *in l. ſæpe audiui, ff. de officio præſidis.* Quod ſi princeps in literis, ſeu mandatis, vtatur verbis, *auctoritate noſtra cognoſcas,* ſeu *cauſam tibi committimus, negotium delegamus,* vel ſi dicat, *committimus tibi cauſam omni appellatione remota,* vbi de ſe appellatio conceditur, iuriſdictio cenſetur delegata, non verò ordinaria excitata. Ita ſcribentes *in d. cap. licet in corrigendis,* quibus accedunt Innoc. Panorm. & Felin. Idem dicendum eſt, quando Princeps committit ordinario aliquam executionem extra ſuam prouinciam, ſeu territorium. Iaſon *in l. ius ciuile, ff. de iuſtit. & iur.* Pariſ. *de ſyndicat. § ſalarium, cap.2.* Fundamentum, quia quando additur, vel detrahitur iuriſdictioni ordinarij iudicis, per commiſſionem ſibi factam de ordinario fit delegatus. Argumento legis, *ius ciuile,* & *ibi* Paulus de Caſtro, *& in l.1. ſi quis ſimpliciter, §... verſ.* cum adiici, & *ibi* Alexander, Iaſon, & alij, quos ſequitur Boër. *deciſ.151. num.5. & ſequentibus.* Illud his addi poteſt, quando iuriſdictio delegatur, poſſe iudicem ordinarium limites iuriſdictionis ordinariæ tranſilire. Secus verò quando procedit tanquam ordinarius, etiamſi excitetur per literas Principis. habetur *in cap. grauē, de officio ordinarij,* & apud Hiſpanos *in l.4. tit. 6. liber. 2. recopil.* 100

Quæres an iuriſdictio aſſeſſoris ſeu vicarij ſit ordinaria an delegata? Paul. de Caſtro *in rubric. de officio aſſeſſoris,* tradit, eſſe ordinariam. Sequitur Couar. *lib.3. variar. cap. vlt. num.4. verſ. qua ratione.* Cotect. *de poteſtate regia, quæſt.96.* & probat 101

l.1.

*l.1.C.ſi quacumque præditus poteſtate*, Auiles *prætor.cap.1.verbo,iuſtitia.* Alexander tamen *in rubr. ff.de officio eius*, vult hos aſſeſſores de iure ciuili non habere ordinariam iuriſdictionem, ſed fallitur. Atque ita mortuo præſide expirat iuriſdictio aſſeſſoris tanquam dependens à iuriſdictione Præſidis, ita Auiles *cap.4. prætor. verbo,iuſtitia, n.13.* Parlad. *lib.2.rerum,cap.1.num.2.* contra Suares de Paz *tom.1. tempor.1. num. 9.* dicentem non expirare, ſed fallitur, ſicut Alexander; expirat ergo ſicut iuriſdictio vicarij Epiſcopi, defuncto Epiſcopo; habetur *in cap.1. de officio vicar. in 6.* Abbas *in cap. extirpandæ,§. qui vero, num.4.de præbendis.* Non tamen poterit præſes antequam decedat ſibi ſubſtituere ſucceſſorem, qui poſſit loco præſidis defuncti jus dicere, donec adueniat ſucceſſor à Rege miſſus, quod conſtat ex *l.eum qui,ff. de*
102. *de iuriſdiction. omn. iudic.* Gloſſa *in cap. Apoſtolica 8. quæſt.1.* quam ſequitur Abbas *in cap. accipimus de pactis.* Neque præſes, ſeu corrector aſſeſſorem electum irrequiſito principe ab officio remouet, vt habetur *in l.ſolet,ff. de officio proconſulis, & legati*, & ibi Gloſſ. & ſcribentes, inter quos Romanus *conſ. 116.* vbi definit magiſtratus electos à Rege non poſſe eo inconſulto remoueri per Proregem ab officio.

103. Ex quibus ambigitur, an Proreges habeant iuriſdictionem ordinariam, an verò delegatam, cum mero ac mixto Imperio ampliſſimo? Ordinariam affirmandum eſt cum Bartol *in l, nequicquam,§.vbi decretum, num.4.ff.de officio proconſulis.* Bald. *in authen.ſed nouo iure, C.de ſeruis fugitiuis.* Bartol. & Bald. *in l.1.§.y quibus,ff.de legat.3.* Marant. *4. p.de ordine iudiciar. diſtinct.5. num.10. & 20.* vbi docent Proregis iuriſdictionem eſſe ordinariam, & alij apud Maſtrill. *lib.5. de magiſtratibus, cap.6. num.35.* Proinde mortuo Rege officium Proregis non expirare per textum *in cap.legatos,de officio legati*, Gloſſ. *in cap.51.* Abbat. *§.1. in verbo,imperium,de electione etiam in 6.* Bald. *in l.meminiſſe,ff.de officio proconſul.* Ratio, quia æquiparatur præſidi, & proconſuli, quorum iuriſdictio non extinguitur defuncto concedente, etiam re integra. Maſtrill. *vbi ſuprà, num.124.* vbi id probat exemplis. Faciunt tradita à Benedicto *in cap. Rayn. verbo, duas habens filias, de teſtamentis, num.38. & 39.* Atque ita Proreges poſſunt continuare cum officio, quamuis Cancer. *variarum reſolut. lib.3. cap.3. num.327.* minùs bene opinetur locum tenentem Regis eſſe delegatum, cum ex contraria conſuetudine, & communi doctorum ſententia contrarium ſit tenendum.

Neque obſtat quod à ſententia Proregis appelletur ad ipſum Regem, quod non fit quando eſt idem tribunal, & auditorium principis, & eius vicarij *cap.2. de officio vicarij.* Atqui Prorex eſt vicarius Regis, & ab eo conſtituitur, eiúſque priuilegiis omnibus, & prærogatiuis fruitur, quibus ipſe Rex gaudet, & fruitur ſecundùm Bartol. *in l. comperimus, num.4. C. de proxim.* Sacr. Scrin. *lib.12.* Roman. *ſingul.167.* Menoch. *conſ.52.n.162.* Quinimò habet omnia Prorex, quæ tribuuntur vicariis imperialibus perpetuis, teſte Chaſſan. *in catalog.glor.mund.part.7.conſiderat.10.* Ergo cum ab eo appelletur ad Regem, non habet iuriſdictionem ordinariam, ſed delegatam. Reſpondetur tamen poſſe appellari ad Regem per *l. à proconſulibus,C.de appellationibus*, quia quamuis ſit idem tribunal Principis, & eius vicarij; nihilominus cum Rex non habeat ſuperiorem, ad Regem eſt appellandum, vt deducitur ex *l. eos,C. de appellationib.* Maſtrill. poſt plures *d.cap.6.num.97. & ſequentibus*, non tamen expirat iuriſdictio Proregis ob præſentiam Regis. Oliban. *in tract. de iure fiſci,cap.4.num.37.* cùm ſit ordinaria. Maſtril. *d.lib.5.cap.6. num.250.*

Sed quæres quid ſit iuriſdictio, atque vnde ſit dicta? Accurſius *in l.imperium,ff. de iuriſdiction. omn. iudic.* ait dici, à iuris, & ditione, quaſi ſit iuris poteſtas. Conſentiunt veteres interpretes. Poteſtatem verò ius habet vbique terrarum, quæ legibus, & moribus reguntur, quamuis aliquando iuriſdictio modicis finibus circumſcribatur, quæ nulla eſt extra territorium ius dicentis. Marta *de iuriſdictione, part. 1. cap.8. num.4.* Sed verius puto ſecundùm recentiores iuriſdictionem à iuris, & dictione dici, hoc eſt à iure dicendo, atque inde dicitur ius dicens ſiue iudex *l.1. ff. de iuriſdictio, omn.iudic. & l.vlt.ff.de iuſtit. & iur.* Sed in his non placet immorari. Quomodocunque dicatur iuriſdictio, à principe fluit tanquam à fonte, Bald. *in tit. de pace conſtituenda, num.23.* Paul. Pariſ. *conſ.1. lib.1.num.12.* Auendan. *in cap.correctorum 1.part. cap.1.* Didac. Perez *in l.1. tit.1. lib.3. ordin.* Marta *1.part.cap.33.num.105.* multis *ibi* relatis. In principio autem iuriſdictio in populo fuit, & penes populum reſidebat non apud Reges. Vnde veſtigium apud aliquos huius priſtinæ poteſtatis videmus conſeruari. Nam mortuo præſide prouinciæ, ſeu correctore, dum vacat officium, nec princeps prouidet de ſucceſſore, populus, ſeu ciuitas, ſeu ordo decurionum, ac rectorum populi ſufficit in locum defuncti electum, qui prouinciam, ſeu vrbem gubernet donec princeps, ſucceſſorem mittat, quod eſt rationi, ac iuri conſentaneum iuxta 105.
*cap.ſi Epiſcopus,de ſupplend. negligentia Prælatorum,in 6.* Paulus de Caſtr. *in rubr. ff.de iuriſdictio, omn.iudic.* Felin. *in cap.cum omnes.de conſtit.n.53.* & Abbas *in cap.1.ne Sede vacante.*

---

## §. I.

### *De iudice ordinario, ac delegato, & quomodo differant?*

#### EPITOME.

105 *Iudex ordinarius, & delegatus.*
106 *Iudex ordinarius non poteſt aliquid extra ſuum diſtrictum, delegatus verò maximè.*
107 *Iudices ordinarios quot poteſt quis habere.*
108 *Iudex qui eſt ordinarius, & delegatus ſimul, quomodo cenſebitur procedere.*
109 *Iuriſdictioni ordinariæ ſi quid detrahatur, vel addatur, fit delegata.*
110 *Commiſſio à principe facta officio, non verò perſonæ, eſt iuriſdictio ordinaria.*
111 *Arbitrium commiſſum iudici ſuper cauſam particularem facit illum delegatum; ſecus, ſi ſuper cauſam vniuerſalem, ſeu certum genus cauſarum.*
112 *Ordinarius non fit delegatus ſi apponatur in literis clauſula* Summariæ, *quando ipſe eſt iudex omnium cauſarum.*
113 *Sed oppoſitum eſt probabilius.*
114 *Ordinarius fit delegatus quando in reſcripto ponitur, quod procedat ſola facti veritate inſpecta.*

115 *Vel*

115 *Vel quando ponitur verbum præcipimus, vel* iubemus.

116. & 117 *Seu verbum* debet, mandamus, *aut* committimus.

*Quid de verbo,* delegamus, *& de commiſſione rei, quæ ad iudicem non ſpectat.* ibid.

118 *Ordinarius an fiat delegatus quando præcipitur, vt procedat non obſtantibus ferijs vel ſtatuto.*

119 *Et quando præcipitur, vt cognoſcat perſonaliter.*

120. & 121. *Ordinarius fit delegatus quando eligitur induſtria perſona, & quomodo cognoſcatur eligi.*

121 *Delegatio facta multis expreſſis nominibus proprijs, altero ex illis mortuo expirat tota delegatio. Secus ſi exprimantur nomina appellatiua.*

122 *Induſtria perſona non dicitur electa quando commiſſio ſit perſonæ incognitæ.*

123 *Induſtria perſona cenſetur electa quando cauſa eſt ardua, niſi perſona ſit incognita.*

124 *Delegatus Principis an poſſit ſubdelegare cauſam particularem*

125 *Iudex datus ad cognoſcendum, an ſit datus ad exequendum.*

126 *Et quid de iure ciuili, ac canonico.*

*Delegatus poteſt præcipere ordinario, vt ſententiam delegati exequatur, ibid.* verſ. Quin potius.

127 *Delegatus ab inferiore a principe an poſſit exequi ſuam ſententiam*

105. IVDEX ordinarius eſt ille, qui ex ſuo munere iuriſdictionem exercet, ſiue ſit Princeps, ſiue ſint alij, qui ab eo accipiunt ordinariam poteſtatem, dummodo ex proprio officio, ad id conſtituto, iuriſdictionem expediant. Imò quotieſcumque quis creatur iudex ab habente poteſtatem, cum vniuerſitate cauſarum, dicitur iudex ordinarius. Delegatus verò iudex eſt ille, cui a principe, vel ab alio ordinario, vel à delegato principis cauſa committitur, *l. 1. §. qui mandata, ff. de officio eius, cui mandata eſt iuriſdictio.* Differunt inter ſe. Nam ordinarius iudex dicitur habere proprium, quoad iuriſdictionem; delegatus verò non habet proprium quoad iuriſdictionem, ſed dicitur habere vſum iuriſdictionis duntaxat *d. §. qui mandata, & l. ſi prætor. ff. de officio eius, cui mandata eſt iuriſdictio.*

Denique ordinarij iudices dicuntur ſecundùm Bartol. Oroſium, *num. 4.* & alios *in l. more, ff. de iuriſdiction. omn. iudic.* qui habent iuriſdictionem ad vniuerſitatem cauſarum, vel ad cognitionem aliquarum propriam à lege, principe, conſuetudine, vniuerſitate, aut communitate politica. Sequitur Alciat. *in rubrica, extra, de officio ordinarij, num. 5.* & Decius *in rubric. de officio delegati, n. 2.* Horum autem quidam ſunt ſupremi, nempe, qui habent plenitudinem poteſtatis, nec recognoſcunt ſuperiorem, habetur *in d. l. more, & in cap. à iudicibus 2. quæſt. 6.* Alij etiam iis inferiores habent plenam poteſtatem, & vniuerſalem iuriſdictionem ex principis indulto, quales ſunt auditores, ſeu præſides conciliorum, ſeu audientiarum regalium, tribunaliúmque ſupremorum, cæteri verò inferiores, vt correctores, ſeu præſides prouinciarum ſingularium, & iudices locales, ſiue forenſes, ſiue non, non habent plenã iuriſdictionẽ ordinariam, ſed limitatam pro certis negotiis ac cauſis, Gloſſ. *in cap. Romana, verbo, generaliter, de appellationib. lib. 6.* Couar. *lib. 3. var. cap. 20. num. 4.* poſt plures, vbi *verſ. qua ratione*, addit apud Hiſpanos eſſe iudices ordinarios electos à rectoribus ciuitatum, eámque iuriſdictionem ordinariam conſenſu principis exercere; quamuis à rectoribus nominentur, non verò à principe, quidquid Alexander *in rubr. ff. de officio eius, à num. 15.* & Alciat. *in rubr. de officio ordinar. n. 5.* ſine ratione contradicant.

Iudex item ordinarius nõ poteſt exercere ſuam iuriſdictionem extra terminos ſui territorij, ſi verò procedat tanquam delegatus, poteſt extra procedere. habetur *in cap. graue, de officio ordinarij, & in l. 4. tit. 6. lib. 2. recopil.* Nomine verò iuriſdictionis venit iuriſdictio ordinaria, non verò delegata. Item quando eſt dubium, iuriſdictio ordinaria ampliatur, delegata cum ſit odioſa reſtringitur, ex cap. *cum dilect. de arbitr. cap. penult.* & ibi Gloſſa *de officio delegati.* Idcirco delegata iuriſdictio debet reſtringi, vt conſeruetur ordinaria. poteſt tamen delegatus, quamuis in commiſſione non exprimatur, cognoſcere de reconuentione, per *l. 20. tit. 4. part. 3.* Nec non de compenſatione, Bald. *in l. penult. ad finem, C. ſi non competens iudic.* & de oppoſitione tertij, & de acceſſoribus omnibus, ſine quibus cauſa non poteſt expediri, Greg. Lop. Gloſſ. 4. & 5. *l. 47. tit. 18. part. 3.* 106.

Quæres quot modis iudex proprius ordinarius alicuius perſonæ dici poſſit? Reſpondetur primò ratione originis. Secundò ratione domicilij, ſeu beneficij, iuxta *cap. de foro competent. vlt.* Tertiò erit iudex proprius ratione delicti, *vt in cap. cum ſit generale, de foro competent.* Quartò ratione rei ſitæ, quæ petitur per cap. *ſane, eodem tit.* Quintò ratione contractus, *vt in cap. dilecti, eodem titulo & in cap. Romana, §. contrahentes, de foro competent.* Atque ita poteſt reus vnus conueniri ab actore coram vno ex illis iudicibus, quem maluerit ipſe actor, ea lege vt iudex, qui præuenerit iuriſdictionem, fuerit proprius, ac ordinarius iudex in illa cauſa; præuentioque fit per ſolam citationem per c. *propoſuiſti, de foro competent.* Quod ſi coram aliquo alio non ordinario conueniatur, præterquam in prædictis caſibus, appellare poterit, & inuocare protectionem Regiam. 107.

Sed quid dicendum quando ordinarius, qui eſt ſimul delegatus, vtitur ſua iuriſdictione in aliquo actu, nec declarat, qua iuriſdictione vtitur, cum vtramque habeat? Reſpondetur vti ordinaria cùm ſit fauorabilis, delegata verò ſit ſtricti iuris. Ita Bartol. *in l. pupillus, ff. ad l. falcidiam.* Decian. Tiber. *tom. 1. crimin. lib. 4. cap. 25. num. 24.* poterit tamen ſi voluerit, omiſſa ordinaria, procedere ex delegata. Imola, Innoc. *in cap. cum ex officij, de præſcriptionibus.* & ibi Felin. *col. 11.* Mihi tamen magis placet ſi ſimpliciter procedit, voluiſſe procedere principaliter ex delegata iuriſdictione. Abbas *in d. cap. ex officij*, quia in dubio cenſetur elegiſſe modum efficaciorem, ſequitur Felin. *vbi ſupra, col. 15. verſ. 6. concluſ.* & Dominicus *in cap. ſi poſtquam, de electione in 6.* quod procedit quando in ſententia apponuntur verba, *omni meliori modo, quo poſſum.* Neque obſtat ſi iudex exprimat ordinariam poteſtatem, quia, hoc non obſtante, adhuc procedit ex delegata, & expreſſio demonſtrat perſonam, non verò vſum iuriſdictionis ordinariæ. Ita Felin. ſuprà ſcriptus *col. 16 in d. cap. officij*, & ibi Abbas poſt Butr. & per *l. 3. ff. de milit. teſtam.* vbi miles faciendo teſtamentum di- 108

citur

citur elegiſſe meliorem viam, quam potuerit. Ideo dicendum eſt procedere meliore modo, quo poteſt, vt actus ſuſtineatur. Alexand. *conſ. 55. lib. 5.* Vantius *de nulli ate ſententia ex defectu iuriſdictionis, num. 171. & ſequenti, fol. 329.* & Menoch. *lib. 2. de præſumpt. 17. à num. 4.* Quia quando concurrunt præſtans, & præſtantius, præcedit præſtantius. *l. 2. de albo ſcribendo.*

109. Quando verò iudici detrahitur aliquid, vel accumulatur iuriſdictioni ordinariæ, reſpondet Abbas *in d. cap. cum ex officij. num. 23. de præſcriptionibus*, eſſe ordinariam iuriſdictionem ſi iudex neque detractione, neque argumento vtatur, eſſe verò delegatam ſi vtatur. Aufrer. tamen *in additionibus ad capellam Toloſ. deciſ. 442.* & Anchar. *in cap. hi qui. de præbend. in 6.* abſolutè docent eſſe delegatam. Ex his duabus verior eſt, quæ docet per additionem, vel detractionem iuriſdictionis ordinariæ ex ordinario fieri delegatum per *l. ius ciuile*, & *ibi* Caſtrenſ. & Iaſon *col. 2. ff. de iuſtit. & iur.* Bald. *in l. qui procuratorem, ff. de procuratoribus.* Angel. *in l. & quia, ff. de iuriſdiction. omn. iudic.* Ratio, quoniam vbicumque in commiſſione alteratur, poteſtas ordinaria efficitur delegata ſecundùm ſcribentes *in cap. licet. de officio ordinar.* vbi Dominicus notat hoc eſſe mente tenendum propter frequenres commiſſiones, quæ ab Epiſcopis ſolent fieri ſuis officialibus. Sequitur Sanchez *lib. 3. de matrim. diſp. 29. num. 8.* & Garcia *de benefic. part. 5. cap. 8. num. 40. & ſequentib.* videlicet quando commiſſiones fiunt ſeparatim: longè aliter ſi fiant pariter cum iuriſdictione ordinaria, & generali poteſtate à canone vicariis tributa per Epiſcopum, aliquem, vel aliquos caſus eiſdem committendo; in hoc euentu vicarij quoad illum, vel illos caſus ſuperaddiros erunt ordinarij, non verò delegati. Sanch. & Garcia *locis citatis*, multis *ibi* de more relatis.

110. Vt hæc meliùs deciſiu intelligatur, ſi Epiſcopus dicat in creatione vicarij, vel Princeps in conſtitutione præſidis prouinciæ, *committo tibi hoc officium habens hos*, vel *illos caſus, vt de illis cognoſcas*, itavt intelligatur commiſſionem fieri officiali, non verò perſonæ, officialis circa hos caſus erit ordinarius, non verò delegatus. Bartol. *in l. more, col. penult. ff. de iuriſdictione omn. iudic.* Menoch. *de arbitr. quæſt. 12. num. 2.* Garcia *vbi ſupra, num 45.* poſt plures. Quod ſi dicat Princeps in creatione officialium. *Petimus videas, & noſtro nomine, ſeu noſtra auctoritate, ſeu poteſtate, de hac, vel de his cauſis cognoſcat*; erit delegatus. Bartol. *in l. ambitioſa, num 34. ff. de decreto ab ordinario faciendo.* Menoch. *ſupra. num. 4.*

111. In dubio dicendum eſt eſſe delegatum, ſi arbitrium committatur à Principe iudici, ſeu vicario ſuper cauſam particularem, eſſe verò ordinarium, ſi committatur arbitrium ſuper cauſam vniuerſalem, ſeu certum genus cauſarum, nempe ſuper cauſas omnes fideicommiſſorum, per text. *inſtit. de fideicommiſſor. hered.* Alciat. *in rubric. de officio ordinar. num. 5.* Bartol. *in d. l. ambitioſa*, & Ruin. *conſ. 62. num. 2. lib. 5.* Ex eo quòd ordinarius dicitur, cui committitur vniuerſitas cauſarum, nempe prouiſionē beneficiorum, ſeu diſpenſationes votorum, ſeu defunctorum voluntates: quorum vnumquodque ſignificat vniuerſitatem cauſarum. Facit lex *cum prætor, §. 2. ff. de iudic.* In quo ſenſu non diſplicet Lapi ſententia *in cap. x. de officio ordinarij*, dicentis eſſe ordinarium, cui fit commiſſio ſimul, vt diuiſim, aliquorum; quæ re-

quirunt mandatum ſpeciale, ſi Princeps dicat, *committo tibi hos caſus*, & addat clauſulam generalem, *& omnia, quæ requirunt ſpeciale mandatum*, cùm ſit ordinarius, cui vniuerſitas cauſarum committitur, per *d. cap. Romana, in principio.* Sequitur Anchar. *in d. cap. x. de officio ordinar.* & Dominicus *ibi num. 9.* quos ſequitur Marc. Ant. Genuenſ. *in ſua praxi, cap. 66. num. 25.*

Item iudex ordinarius non fit delegatus quando in literis apponitur clauſula, *Summariè*, ſi iudex eſt omnium cauſarum iam ordinariarum, quàm ſummariarum, ex ea ratione, quia quamuis Princeps committat iudici ordinario, vt de cauſa ordinaria ſummariè cognoſcat, eámque ſummariè definiat, nihil de nouo detrahit illi de iuriſdictione ſubſtantiali, ſolúmque videtur alterare qualitatem cauſæ. Ita in ſpecie tradit Socin. *in l. more maiorum, num. 23. verſ. ſed dubium pulchrum eſt, ff. de iuriſdictione omn. iudic.* & Salicet. *in l. 1. ſub num. 7. verſ. ſed dominus, & num. 8. verſ. confirmatur etiam, C. quomodo, & quando iudex.* Mihi tamen placet eſſe delegatum, ex eo fundamento, quia vbicumque, ſeu quotieſcumque aliquid additur iuriſdictioni, vel detrahitur diſpoſitioni, vel certæ rei, creatur noua ſpecies, & diſpoſitio, teſte Iaſone *in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, num. 5. verſ. quartò nota, ff. de verbor. obligationibus*, & Bernard. de Ploris *in conſ. 133. ſub num. 38. in fine*: ergo non erit ordinarius, ſed delegatus, cum detur alteratio iuriſdictionis ex qua reſultat delegatio. Nam cauſa quæ erat ordinaria, facta eſt ſummaria. Fauet Bald. ad Speculatorem *in tit. delegato, in fine*, & Paul. de Caſtr. *in l. 1. §. opus nouum, num. 2. ff. de noui oper. nunciat.* & in ſpecie docet Rodolphinus *in tract. quib. mod. ordinarius fiat delegatus, n. 14. & num. 19. & ſequentib.* Secus dicendum eſt quando cauſa de ſui natura eſt ſummaria, & committitur à Principe iudici ordinario, vt de ea ſummariè cognoſcat, non propterea fit delegatus. Ita Caro. *in tract. de locat. in titulo de ſportulis iudic. num. 46. & ſequent. lib. 1. in 2. editione*, poſt Felin. *in corrigendis, num. 4. verſ. verbum, ſummariè, de officio ordinar.* 112.

113.

Ex ordinario inſuper fit delegatus, quando in reſcripto adiicitur, vt procedat ſola facti veritate inſpecta, vel alia ſimili clauſula, qua iuriſdictio ordinaria alteratur. Lanfr. de Orian. *in cap. quoniam contra, in principio, num. 23. verſ. & eſt notandum, de probationib.* & Bernard. de Ploris *in conſ. 133. num. 38. inter conſil. crimin. diuerſ. vol. 1.* Ratio, quia hæc clauſula plus operatur, quàm clauſula, *Summariè, ſimpliciter. & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij*, vt ſentit Imola *in cap. dilecti*, vbi Felin. *col. 1. de iudic. & in cap. 1. col. 17. de de conſtitut. & in cap. olim. num. 7. de accuſation.* & alij, quos Cacheran. ſequitur *deciſ. 1. num. 20.* At qui procedit ſummariè, quando cauſa eſt ordinaria, fit ex ordinario delegatus; ergo à fortiori, quando apponitur clauſula, vt procedat ſola facti veritate inſpecta. Decius *in cap. quoniam, col. 2 verſ. tertiò nota, de probationib.* Aretio. *in §. bonæ fidei, col. penult. & vlt.* & ibi Iaſon *num. 45. Inſtit. de actionibus*, vbi volunt huiuſmodi commiſſarium, ſeu delegatum debere pronunciare tanquam Deus, attento iure gentium, & omiſſo iure ciuili illius ſolennitate reiecta. 114.

Præterea ordinarius efficitur delegatus quotieſcumque princeps in commiſſione vtitur verbo, *præcipimus.* Ita Alexand. *in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. num. 12. verſ. idem dico, & n. 13. ff. de verbor.* 115.

obliga

*obligationibus*, Felin. *in d. cap. licet in corrigendis, num. 5. verſ. verbum, de officio ordinarij*. Idem dicendum eſt quando apponitur verbum, *iubemus*. Ratio, quia ordinarius antea poterat per ſeipſum, vel per delegatum de ea cauſa cognoſcere, *l. ſæpe, ff. de officio præſidis, l. more maiorum ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Bartol. *ibi, verſ. quæris*; Gloſſ. *num* 10. & alij. Nunc verò, quia vtrumque verbum, *præcipimus*, & *iubemus*, important neceſſitatem, non poteſt ordinarius eam ſubdelegare, Bartol. *in l. ſæpe, verſ. tertio caſu, ff. de officio præſidis*, & Fulgoſ. *ibi, num. 4. verſ. ſi autem loquatur*, & *num. 5. verſ. ſecunda dubitatio eſt*, & Rebuff. *in l. quod iuſſit, num. 57. verſ. replicuit, ff. de re iudicat.* vbi repetit verbum *iubeo*, & verbum *præcipio*, inducere neceſſitatem. Sequitur Bermond. *de public. concubinar. in verbo, teneatur, num.* 1. vbi addit idem iudicium fore de verbo *monemus*, quod importet neceſſitatem. Quod etiam ait Vantius *in tract. de nullitate proceſſus, inſtit. de nullitate ex defectu iuriſdict. delegat. num. 21. verſ. vel ſi dictum fuiſſet, de verbo, debet*, eo quòd regulariter in commiſſione poſitum etiam facta iudici ordinario importet neceſſitatem cognoſcendi per ipſum, non verò per alium, Bartol. *in l. 3. §. creditores, ſub n. 3. C. de pignor.* & ibi Alexander *in additionibus*, Felin. *in cap. nam concupiſcentiam, num. 6. verſ. de*
116. *verbo autem, debet, de conſtitutionibus*; addens tamen ibi non ſemper verbum *debet*, importare neceſſitatem, ſed honeſtatem ſecundum ſubiectam materiam. Nihilominus regulariter neceſſitatem importare verbum *debet*, & conſequenter eſſe delegationem tradit Gloſſa *in clement. attendentes, in verb. debet, de ſtatu monachor.* Purpur. *in l. more, num. 30 ff. de iuriſdict. omn. iudic.* & Marc. Anton. Eugen. *in conſ. 5. incipit, mortuo, num.* 10. & alij, ſuprà ſcripti, excepto Felino.

Quod ſi ſuperior in literis vtatur verbo *mandamus*, non videtur de nouo iuriſdictionem addere, ſed veterem ordinariam excitare; quod etiam credit de verbo *committimus*, Matheſil. *in ſingular. 89. num. 1.* & Purpurat. *in d. l. more, num.* 134. quia verbum *mando* non omnimodam importat neceſſitatem adeo præciſam, quin cauſa poſſit per alium expediri. Oppoſitum tamen opinatur Alciatus *in rubr. ff. de officio eius, num. 43. verſ. ego tamen puto*, tenent verbum *mandare*, & *præcipere*, eandem vim habere. Concordat Vantius *de nullitate ex defect. iuriſdict. delegat num.* 21. nullum diſcrimen faciens inter vtrumque verbum. Corn. tamen circa verbum *committimus*, ait illud delegationem ſignificare, etiamſi ſcribatur ordinario, lege illum *in conſ. 184. num. 2. vol. 2.* Quod etiam ait Abbas *in cap. licet in corrigendis, de officio ordinar. n. 3. verſ. vel ſi dixiſſet*, & Imola *ibi n. 9. verſ. idem ſi dicatur*. Quibus adhæreo quoties vtitur ſuperior verbo *committimus*, quia tunc ex ordinario fit delegatus. Secus verò quando vtitur verbo *mandamus*; tunc enim cùm non imponat præciſam neceſſitatem ordinario, vt per ſe ipſum exequatur mandatum, cenſetur duntaxat iuriſdictionem illius ordinariam excitare, vt probaui *ſupra, diſp. 10. in princip. verſ. huic adde, num. 6.*

117. Denique fit ordinarius delegatus, quando Princeps in literis ad ordinarium vtitur verbo *delegamus*. Eſt communis. Angel. *conſ. 114. primò eſt videndum*, Abbas *in cap. licet in corrigendis tuaſo, ſub num. 3.* Marant. *de ordine iudiciar. 4. par. diſt. 5. num. 4. verſ. quomodo autem*. Item quando committitur aliquid ordinario, quod ad eius iuriſdictionem non ſpectet, Abbas *vbi ſupra, num. 5.* Iacob. de Nigris *in l. & ſi prætor, num. 4.* Secus ſi committatur ordinario aliquid ſpectans ad eius iuriſdictionem. Caſtrenſ. *in l. 1. §. opus nouum, n. 2. ff. de noui oper. nunciat.* Purpurat. *in l. & ſi prætor, num. 21. ff. de officio eius*. Anchariauus *in d. cap. licet in corrigendis, num. 3. verſ. quartò nota*, Menoch. *lib. 2. præſumpt. 16. num. 24. verſ. aut cauſa hæc, lib. 2.* & alij. Similiter eſt delegatus, quando princeps vtitur in commiſſione, vt non obſtantibus feriis procedas in cauſa, eámque definiat, cùm ordinarius eo tempore regulariter procedere non teneatur, *l. 2. & l. omnes dies, C. de feriis*, etiamſi vellet niſi partes ſponte conſentirent, & ſententia lata ipſis præſentibus, & ſponte litigantibus foret ſecundum *l. 1. & l. ſi feriatis, ff. eodem*. 118.

Ego tamen in hoc caſu oppoſitum puto verius, nempe iudicem per talem commiſſionem ex ordinario non fieri delegatum, quia iudex durante tempore feriarum habebat veram iuriſdictionem ordinariam, & princeps per eam commiſſionem, vt procederet, non obſtantibus feriis, nihil omnino tribuit, ſed obſtaculum duntaxat repulit. Ita Ancharran. *conſ. 201. incipit, præmittendum eſt, num. 3. verſ. ex quibus ad propoſitum*; idem tenet Caroc. *in tract. de locat. tit. de ſportul. iudic. n. 48. verſ. ſic etiam, lib. 1. in ſecunda editione*. Secus dicendum eſt, quando princeps in reſcripto addit, quod procedat, non obſtantibus, ſtatutis municipalibus, teſte Granut. *in theorem. 21. num. 3 verſ. quæ limita*, dicente eſſe communem ſententiam, quia cum ordinarius debeat ſeruare ſtatuta, vt vult Felin. *in cap. licet in corrigendis, num. 4. verſ. & ſi Rex ſcribit. de officio ordinar.* eo ipſo quod illi mandatur, vt procedat non obſtantibus ſtatutis, non eſt dubium, quod alteretur eius iuriſdictio ordinaria, ac fiat ex ordinario delegatus.

Sed quid dicendum quando in commiſſione 119. facta ordinario à principe eligitur induſtria perſonæ, cui res committitur, nempe ſi dicitur *perſonaliter cognoſcas*, vel *exequaris*; Item *de tua induſtria confidimus*? Reſpondemus ex hoc ordinarium fieri delegatum, quoties deprehenditur electam fuiſſe induſtriam perſonæ. Abbas *in cap. final. §. is autem, num 5. verſ. nota tertio regulam de officio delegati*, Socin. ſen. *in cap. vt fama, verſ. 24. de ſenten. excommun.* Iaſon *in d. l. a iudice, num. 10. verſ. quinto limita*. Menoch. *de arbitrar. iudic. quæſt. 54. num. 7.* In quibus caſibus perſona electa non poteſt ſubdelegare; *cap. final. §. is autem, de officio delegati, & cap. is cui, eodem tit. in 6.* Ioan. Andr. *in d. cap. final. num. 12.* & *ibi* Imola, niſi partes conſentiant; tunc enim ſubdelegare poterit. Abbas *in d. §. is autem, de officio delegati*, cui adhæret Marſil. *in tract. de bannit. in verbo, commiſſario, num. 46.* exceptis aliquibus cauſis, de quibus idem Abbas *num. 5. verſ. vnde ſi Papa*, in quibus etiam de conſenſu partium non poteſt fieri ſubdelegatio.

Illud ſine dubio certum eſt, eligi in delegatione 120. induſtriam perſonæ, quando delegatio fit expreſſo nomine proprio delegati: habetur *in cap. vno delegatorum, de officio delegati*; & notatur *in cap. Religioſos. §. ſane de teſtament. lib. 6.* quamuis nomen proprium exprimatur per circumlocutionem, & *in cap. licet ex quadam, de teſtibus*, & *in cap. tua, de conſanguinitate, & affinitate*, Capua *lib. 1. deciſ. cap. 13. num. 17. & 20.* Idem dicendum eſt ſi commiſſio fiat expreſſo nomine

proprio,

proprio, & expreſſo ſimul nomine dignitatis. Tunc mortuo delegato, non tranſit in ſucceſſorem dignitatis, quia eſt electa perſona per text. *in cap. quoniam*, Abbas *de officio delegati*, & delegatio adhuc cenſetur perſonalis, ita poſt plures Decius *in d. cap. quoniam Abbas, verſ. ſucceſſiue Abbas aggreditur*. Beroius *eodem loci, num. 82. in fine, & num. 86.* Menoch. *lib. 4. conſ. 340. num. 13.* Ex quibus deducitur, quòd quando ex verbis vel ex modo loquendi poteſt colligi delegantem habuiſſe reſpectum ad perſonam nominatam, delegationem eſſe perſonalem; quando verò reſpectus habetur non ad perſonam, ſed ad officium, ſeu dignitatem, eſſe delegationem realem, & non extingui, mortuo delegato, ſed tranſire ad ſucceſſorẽ in dignitate, ſeu officio. Iaſon *conſ. 89. lib. 3.* Natta *conſ. 163. n. 10. & conſ. 164. n. 3. lib. 1.* Menoch. *d. conſ. 340. num. 20. & de arbitr. quæſt. 68. num. 15.*

121. Sed quid ſi committatur cauſa Petro, Paulo, & Ioanni, & Franciſco ſub nomine proprio, & vnus, vel alter delegatorum moriatur? Tota delegatio extinguitur, quoad alios, mortuo vno delegatorum, *cap. vno delegatorum, de officio delegati*, & *ibi* Innoc. Ioan. Andreas, & alij, Alberic. *in l. item ſi vnus, §. ſi plures, num. 7. ff. de recept. arbitr.* Caſtr. *in l. cum prætor, in principio, & in l. proponebatur, num. 4. ff. de iudic.* Romanus *in l. arbiter, num. 2. ff. de receptis arbitr.* Alexand. *in l. duo ex tribus, n. 2.* & *ibi* Iaſon *num. 3. ff. de re iudicata*, Decius *in cap. cauſam matrimonij, num. 3. de officio delegat.* Quæ deciſio eſt certa ſecundùm ius canonicum, illique ſtandum eſt in foro Cæſareo, cùm in iure ciuili aliter non reperiatur deciſum, leges ciuiles non recuſant ſequi ſacros canones, *cap. de oper. non. nunciat.* longè aliter dicendum eſt ſi cauſa committatur eiſdem, ſeu pluribus ſub nomine appellatiuo. Tunc morte vnius non extinguitur delegatio, ſed perſeuerat apud ſuperſtites, donec alius loco defuncti ſubſtituatur. Ita Felin. *in d. cap. vno delegatorum*, & Barbatius *col. 6. verſ. quartò limita, & conſ. 2. n. 25. lib. 2.* vbi ait, quòd delegatio facta canonico capituli, eo mortuo, non expirat, ſed alter ex d. capitulo canonicus eius loco ſuccedit; eo quòd non eligitur induſtria perſonæ.

122. Probatur, quia quando delegatio fit perſonæ incognitæ, & indeterminatæ, non cenſetur electa induſtria perſonæ. Iaſon *in l. more maiorum, n. 65. ff. de iuriſdiction. omn. iudic.* Bartolus, & Paulus, quos refert, ac ſequitur Gregor. Lop. *l. 47. in fin. tit. 18. part. 3.* Menoch. *de arbitr. quæſt. 164. num. 17.* Sylueſt. *verbo, delegatus, quæſt. 8. dict. 1.* Ludouicus Lopez *1. part. inſtructor. in ſecunda editione, cap. 284. fol. 794. col. 2. in fine.* Idem eſto iudicium, quamuis in commiſſione dicatur, *iudicio tuo, ac prudentiæ remittimus*, non cenſetur electa induſtria; poteſtque delegatus principis ſubdelegare, dummodo nomen proprium non exprimatur, ſed officium, ſeu dignitas: ac proinde poterit committere, ſeu ſubdelegare examen cauſæ ſibi commiſſæ, vel receptionem teſtium; quia verba illa *iudicio tuo*, ſeu *prudentia tua*, & ſimilia, videntur potius poſita in vim monitionis, quàm vt per alium tale negotium expediri non poſſit. Ita Capua *lib. 1. de poteſtate confeſſoris, cap. 13. num. 29. fol. 22. col. 4. §. ſecundò quando.* Nauarrus *lib. 1. de officio delegati, conſ. 2.* Sanchez *lib. 8. de matrimon. diſp. 27. num. 43.* Atque ita concludit vicarium Epiſcopi, cui delegatur diſpenſatio in impedimento matrimonij poſſe committere receptionem teſtium, & informationem, non verò diſpenſationem, hoc eſt nudum miniſterium exequendæ diſpenſationis, à Pontifice conceſſæ, bene tamen delegare informationem, atque examen teſtium, cùm ſit actus iuriſdictionis delegatæ. Innoc. *cap. vlt. in fine de officio delegat.* & Menoch. *conſ. 17. num. 12. vol. 1:* vbi vult cauſæ cognitionem ſubdelegari poſſe, actum tamen ipſum diſpenſationis minimè; quod apertè tradit etiam Paulus de Aleas *in clement. iudices, de officio delegati.*

Item quando cauſa eſt ardua, ac grauis, & delegatur alicui in dignitate conſtituto, cenſetur eligi induſtria perſonæ, illique committitur, non verò dignitati. Ita Alexand. & Iaſon *in l. more maiorum, ff. de iuriſdiction. omn. iudic.* ille *num. 25.* iſte *num. 65. verſ. quintò limita.* Idem Iaſon *in d. l. à iudice, col. vltim. ſub num. 10. verſ. tertiodecimò limita, C. de iudic.* Decius *in l. 1. num. 28. ff. de officio eius.* & Alexander *ibi num. 6.* Iaſon *num. 35.* Crauet. *conſ. 303. num. 3. verſ. quartò in rebus.* Quod etiam intellige quando ſub vtroque nomine, nempe proprio, & dignitatis, fit delegatio indelegabilis, dummodo proprium nomen prius ponatur, ac dignitatis poſterius, in quo euentu delegatio non tranſit ad ſucceſſorem in dignitate, cùm eligatur induſtria perſonæ. Decius *in cap. quoniam*, Abbas *de officio delegat. num. 5.* & *ibi* Beroi. *num. 91. & num. 206.* Bartol. & Fulgoſ. *in d. l. more maiorum.* 123.

Fallit ſi delegatio fiat perſonæ incognitæ. Iaſon *in d. l. more maiorum, num. 65. verſ. ſextò limita de iuriſdict. omn. iudic.* Nam in eo caſu tranſit ad ſucceſſorem in dignitate, dicitúrque facta delegatio, non perſonæ, ſed officio, *l. qui habebat in rebus dubijs.* Capua ſuprà ſcriptus *lib. 1. cap. 13. num. 20. verſ. ſexto.* Menoch. *conſ. 340. num. 19. & ſequent. & de arbitrar. quæſt. 68. num. 15, & ſequentib.* Sanch. tamen non omnino probat *lib. 5. de matrim. diſp. 7. num. 20.* eligi Induſtriam perſonæ, vbi negotium eſt arduum, & committitur prudentiæ alicuius propter fallentiam, quam patitur quando delegatio fit perſonæ incognitæ, & indeterminatæ, vt prælatis præſentibus & futuris. Quod etiam tradit Sylueſt. *verbo, delegatus, q. 8. dict. 1.* Ludouic. Lop. *1. p. inſtructor. in ſecunda edit. d. cap. 284. in fine*, & alij, quos *ibi* ſequitur Sanch.

An verò poſſit delegatus principis ſupremi ſubdelegare, quando illi committitur cauſa particularis cum clauſula *ſuper qua*, ſeu *ſuper quo conſcientiam tuam oneramus*? Negant communiter doctores, Alexand. *in d. l. more maiorum, num. 24. verſ. & quid ſi dictum ſit, & in l. à iudice, ſub num. 3. verſ. & ideo dicit, & num. 4. verſ. & inter cætera, C. de iudic.* Bald. *in cap. ſi pro debilitate, num. 12. verſ. deinde vides, de officio delegati.* Quia ex quo electa eſt induſtria perſonæ, ſubdelegatio prohibetur. Decian. *in cap. 16. num. 8. lib. 2. rerum crimin.* quibus adhæret Menoch. *quæſt. 68. num. 12. verſ. accedit, de arbitr.* Sanchez tamen *lib. 8. diſp. 27. num. 43. verſ. ſed breuiter*, opinatur tanquam verius quando iniungitur officiali, ſeu commiſſario, vt diligenter antequam diſpenſet, ſe informet de veritate precum, additque *ſuper quo conſcientiam tuam oneramus*, poſſe commiſſarium informationem ſubdelegare, non verò actum ipſum diſpenſandi; quod probat auctoritate Innocentij *in cap. vltim. ad finem, de officio delegat.* & *ibi* Abbas *§. final. n. 6.* Quod ſi examen teſtium, & informatio ſit facienda extra fines territorij officialis diſpenſaturi, ordinarius illius loci, in quo 124.

facienda eſt informatio, illam efficiet auctoritate ſubdelegata ab illo delegato ſibi commiſſa, non verò auctoritate propria. Conſentit Nauar. *lib. 1. conſil. in prima editione, titul. de officio vicarij, conſ. 2. num. vnico, & in ſecunda editione conſ. 6. num. vnico, tit. de officio delegat. verſ. ſuper hac quæſtione.* vbi addit verba illa, *ſuper quo oneramus conſcientiam tuam*, quando in commiſſione facta officiali non exprimitur nomen proprium, poſſe commiſſarium per alium expedire negotium commiſſum, eo quod verba illa poſita videntur potiùs in vim monitionis, quàm in vim formæ delegationis. Quæ fuit reſolutio, ac concordia inter contrarias opiniones a Felino inducta *in cap. vlt. §. ſi autem. de officio delegati*; vbi declarat hoc modo eſſe intelligendam deciſionem Rotæ vltimam de officio vicarij in antiquis 388. Menoch. *conſ. 17. num. 12. vol. 1.* poſt alios.

125. Quæſtionis eſt, an delegatus principis datus ad cognoſcendum, ſit datus ad pronunciandum, & exequendum? Gloſſ. *in l. a Diuo Pio, ff. de re iudicata*, negat poſſe exequi ſuam ſententiam. Sequitus Cynus, & Fulgoſ. *in l. iubere cauere, ff. de iuriſdict. omn. iudic.* quibus adhæret Menoch. *de arbitrar. quæſt. 74. num. 57.* etiam de iure canonico hanc partem veriorem docens. Probatur ex *l. à Diuo Pio*, ibi, vt iudicum a ſe datorum ſententiam exequantur; quæ verba, *a ſe datorum*, loquuntur cum principe. Ergo non poteſt talis iudex exequi ſuam ſententiam. Accedit, quia delegatio eſt ſtricti iuris, ideo non eſt large accipienda, *cap. cum dilecta. de reſcriptis.*

126. Dicendum tamen eſt delegatum principis de iure ciuili datum ad cognoſcendum poſſe pronunciare, & exequi ſuam ſententiam per *l. final. C. de iudic. §. ſi verò, in authen. de exhibend. reis, collat. 5.* & ibi Bartol. & Alexand. *in d. l. a Diuo Pio, Franc. Marc. tom. 1. quæſt. 284.* Zaual. *in communib. quæſt. 632.* multis *ibi* relatis per totum. Fundamentum eſt, quia executio ſententiæ eſt pars iuriſdictionis ipſius cauſæ ex cap. *ſi delegatus, §. final. de officio delegat. in 6.* Philipp. Franc. *diſputat. petitory, num. 7.* Item, quia per ſolam ſententiam definitiuam ante executionem non expirauit iuriſdictio commiſſa iuxta text. *in cap. in literis, de officio delegat.* & conſtat ex *l. vltim. in fine, C. de iudic.* ibi, *Et executere negotij, cui mandata eſt cauſa examinatio, imminente.* Ex quibus verbis liquet iudicem delegatum a principe eſſe executorem ſuæ definitiuæ ſententiæ; quidquid malè repugnet Menoch. aliàs doctiſſimus, *vbi ſuprà*, cum ſtet contra ipſum textus notabilis *in d. §. ſi verò*, vbi de principis delegato decernitur poſſe concedere miſſionem in poſſeſſionem; ergo de iure ciuili poteſt exequi ſuam ſententiam.

Quin potiùs delegatus principis poteſt præcipere ordinario, vt ſuam ſententiam mandet executioni; & tenetur obedire, poteſtque ad hoc implorare auxilium brachij ſæcularis, quando eſt iudex Eccleſiaſticus *cap. de officio ordinar.* Gutier. *lib. 2. canonicar. cap. 2. num. 23. & 40.* Neque litem annum poteſt iudex concedere, vt impugnetur, vel retractetur ſententia iam lata. Ita Caſtr. *in l. aduerſus, C. ſi aduerſus ſententiam*, & Gutier. *d. num. 29.* Quod procedit, quando eſt delegatus principis ad ſingularem cauſam; eo quòd prolata ſententia, expirauit eius iuriſdictio, excepta tamen executione intra annum, quæ poteſt fieri, vt dicam ſtatim, & Gutier. *citat.* Secus ſi ſit delegatus ad vniuerſitatem cauſarum; quia is poteſt cognoſcere de nullitate ſententiæ. Aufrer. *deciſ. 38 Capella*, Marant. *4. p. de ordine iudiciar. diſtinct. 5. num 47.* Vantius *de nullitate, tit. coram quo poſſit, & debeat nullitas proponi, num. 17. & ſequentib.* vbi volunt delegatum ad vniuerſitatem, cùm æquipolleat ordinario, poſſe emendare, & corrigere ſuas ſententias nulliter latas. Angelus *in l. iudex, ff. de re iudicata*, & Felinus *in cap. qualiter, & quando*, Gloſſ. *ibi, in verbo, obſeruari aſtutiæ.* Caldas Pereira *lib. 1. quæſt. forenſ. quæſt. 9. num. 12. verſ. illud tamen obiter.* Eandem ſententiam docet Iaſon *in l. more, num. 9.* Decius *in l. ſolet in fine, ff. de iuriſdiction. omn. iudic.*

Nec obſtat Bald. contrarium aſſerens in lege *ſi vt propones, col. 1. verſ. ſed hic dubitatur*, & ibi Gloſſ. *quomodo, & quando iudex*, & Ioan. de Imol. *in l. iudex poſteaquam, ff. de re iudicata*, conſiderata vi eiuſdem legis *ſi vt propones, d. C. quomodo, & quando*, eo quod iudex datus, cum non habeat iuriſdictionem, ſed tantùm iudicandi munus, vbi primùm ſententiam protulit nulliter, non poteſt amplius ſe intromittere. Cui reſpondetur opinionem illius procedere in delegato ſimpliciter in inferiore a principe, qui ſi iudicat nulliter, functus eſt ſuo officio, nec amplius quidquam poteſt etiam quando ſententiam valide protulit, ſecus de delegato ſummi principis. Is enim ſi nulliter pronunciet, poteſt iterum iudicare; idem in delegato ad vniuerſitatem cauſarum, cum æquiparetur ordinario, qui ſi nulliter iudicat, poteſt iterum iudicare, *l. ſi præſes, C. quomodo, & quando iudex, & l. 4. C. de accuſ.* Imol. *conſ. 97. art. 10.* Cum ergo delegatus principis ex cap. *paſtoralis, de officio delegat.* & ex Bellon. *lib. 3. ſupputatio. cap. 18.* & ex communi habeat iuriſdictionem ſicut ordinarius, imò maiorem quàm ordinarius, *cap. ſanè, el 1. de officio delegati*, poteſt ſi nulliter ferat ſententiam, iterum ferre. Decius *in d. cap. in literis, de officio delegat.* Boër *deciſ. 6. num. 6. & 7.* vbi addit ſic fuiſſe bis, ſe præſidente, iudicatum à venerabili Burdegalenſi curia.

Sed quid de iure canonico dicendum de eodem iudice dato à principe ad cognoſcendum? Placet aſſerere idem, quod de iure ciuili placuit, per text. *in cap. in literis, & cap. paſtoralis, §. præterea, de officio delegat.* Ideo poteſt cognoſcere, pronunciare, mittere in poſſeſſionem ac perfectè exequi. Ratio, quia quando cauſa abſolutè, & abſque vlla limitatione alicui demandatur, cenſentur omnia commiſſa, quæ in conſequentiam requiruntur vſque ad finem cauſæ, *cap. præterea, cap. ex literis, de officio delegat.* Sed executio eſt maximè pertinens ad finem cauſæ; ergo poterit delegatus mittere in poſſeſſionem, & cætera exequi. Ita Franciſ. Marc. *tom. 1. quæſt. 72. & quæſt. 284. & tom. 2. quæſt. 334. num. 6.* Item quia delegatus à principe, & ordinarius æquiparantur; ergo ſicut vnus poteſt ſuam exequi ſententiam, & alter poteſt. Innocent. expreſſe *in cap. ſignificaſti, de officio delegati*, reſoluit poſſe delegatum Papæ mittere in poſſeſſionem. Sequitur Rebuff. *in praxi, tit. de miſſione in poſſeſſion. num. 12.* Bertachin. *in repertorio, verbo, delegatus ad cauſam vnam, num. 15. & verbo, delegatus principis, num. 15.* dicens poſſe delegatum principis dare tenutam, & corporalem poſſeſſionem, additque *n. 22.* renitentes excommunicare, cùm habeat merum imperium, *c. paſtoralis*, & *ibi* Abb. Sicul. *de offic. ord.*

qui

qui omnes poſt alios, quot referunt, ac ſequuntur, vno ore tradunt, poſſe delegatum principis intra annum ſuam exequi ſententiam, ac mittere in poſſeſſionem, ſecundum gloſſ. *in l. ſi quis miſſum. poſt principium, ff. ne vis fiat ei.* & Bartol. & cæteri ſcribentes *in d. l. à Diuo Pio, per l. 1. C. de iudic.* & Alex. *in l. 2. ff. de iuriſdict. omn. iudic.*

Non poterit tamen delegatus Papæ vti manu armata ad exequendum ſuam ſententiam, ſecundùm Innocent. *in d. cap. ſignificaſti, num. 3.* Felin. *num. 3.* & Abbas *num. 9. de officio delegati.* Quam ſententiam probat Curtius *in l. iubere cauere, n. 18. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Poterit tamen inuocare, & implorare auxiliũ brachij ſæcularis. Archidiac. ſibi contrarius *in cap. adminiſtratores, num. 223. quæſt. 5.* affirmat hanc partem, cùm *in cap. vt inquiſitionis, §. denique, de hæreticis, lib. 6.* conſtanter negauerit poſſe implorari in hoc caſu tale auxilium; quam opinionem mutauit in affirmatiuam, cui accedit Innocent. *in d. cap. ſignificaſti, num. 2. verſ. imò quod plus eſt*, dicens eſſe communem. Idem ibidem docet Abbas *num. 8.* & Decius *num. 4.* Oldrad. *conſ. 89. num. 6. & conſ. 278. num. 9. & conſ. 319. num. 15.* & alij relati à Bermondo *in tract. de public. concubinar. col. 301.*

127. Huic affinis eſt difficultas an delegatus ab inferiore à principe, poſſit exequi ſuam ſententiam definitiuam? Negat Bartol. *in l. à Diuo Pio, ff. de re iudic. num. 19.* vbi vult executionem ſententiæ pertinere ad delegantem, quia poſt latam ſententiam is delegatus functus eſt officio ſuo, *l. ſi vt propenis, C. quomodo, & quando iudex* la 1. Quam partem tradit gloſſ. & *ibi* Bartol. *num. 14 in d. l. qui reſtituere, ff. de rei vend.* & Anchar. *in cap. ſi quis contra cler. num. 7.* & Felin. *num. 4. de foro compet.* Ratio, quia quæ ſunt meri, ac mixti imperij, non deuoluuntur ad delegatos, per text. *in l. 1. in principio, ff. de officio eius, cui mandata eſt iuriſdictio.* Sed executio ſententiæ eſt meri imperij, *l. imperium, ff. de iuriſdiction. omn. iudic.* Igitur executio ſententiæ non ad delegatum, ſed ad delegantem tranſibit.

Poſſe verò exequi delegatum ab inferiore ſuam ſententiam, tenet Cardinal. *in cap. ſi quis contra clericum.* per gloſſ. *ibi, verbo, ipſius ſolicitudini*, vbi gloſſ. id tenet. Facit opinio Innoc. *in cap. cum ab Eccleſiarum, num. 7. de officio ordinar.* vbi vult, poſſe exequi ſententiam ſuam per multam pecuniariam, vel per cenſuras obligando. Quæ reſolutio placet Abbati *in cap. ſi quis contra clericum, num. 37.* quatenus ait hoc poſſe ſecundùm ius canonicum, attento verò iure ciuili, minimè. Mihi tamen arridet pars negans, cùm delegatio ſit ſtricti iuris, attento cap. *cum dilecta. de reſcriptis*, atque ita in delegatione à ſummo principe eſt fauorabilis, in cæteris verò eſt ſtrictè accipienda; neque extenditur ad non expreſſa [illegible] commiſſione. Sanch. *lib. 3. de matr. diſp. 35. n. 9.*

EPITOME.

128 *Delegatus ad generalitatem cauſarum, & ad vniuerſitatem quo modo differant.*
129 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum cenſetur ordinarius, & ſubdelegare poteſt.*
130 *Delegatus habet iuriſdictionem, ſubdelegatus verò iuriſdictionis vſum.*
131 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum non poteſt totam ſuam delegationem ſubdelegare, ſicut neque ordinarius.*
132 *Delegatus ad vniuerſitatem non poteſt delegare cum poteſtate ſubdelegandi.*
133 *Delegatus à principe ſi nulliter pronunciet, poteſt iterum pronunciare ſicut ordinarius, & delegatus ad vniuerſitatem cauſarum.*
134 *Delegatus ad vnam cauſam ſi pronunciet nulliter contra formam mandati, poteſt iterum iudicare.*
135 *Delegatus ad vnam cauſam ſi nulliter pronunciet ſeruata forma mandati, non poteſt iterum iudicare.*
136 *Delegatus ad vnam cauſam, non ſeruata forma mandati, ſi nulliter pronunciet, probabile eſt non poſſe denuo cognoſcere.*
137 *Sed probabilius eſt poſſe.*
138 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, ſiue à principe, ſiue ab inferiore, an in foro conſcientia poſſit ſubdelegare.*
139 *Regulares ab Epiſcopo, vel à Summo Pontifice approbati ad excipiendas confeſſiones vbique terrarum habent iuriſdictionem delegatam, ſed non poſſunt eam ſubdelegare.*
140 *Sacerdos delegatus ab Epiſcopo, vel à parocho ad ſacramenta adminiſtranda in aliqua parochia poteſt ſubdelegare.*
141 *Pœnitentiarius tam Epiſcopi, quam ſummi Pontificis, an poſſit ſubdelegare pro excipiendis confeſſionibus vices ſuas.*

QVæres quæ ſit differentia inter delegatum ad vniuerſitatem cauſarum, & inter delegatum ad generalitatem cauſarum? Sanch. *lib. 3. de matrim. diſp. 31. num. 3.* ait delegatum ad vniuerſitatem cauſarum eſſe, cui committitur genus cauſarum, ſub vno nomine collectiuo, etiamſi non ſit generaliſſimum, ſed ſubalternum & quæuis commiſſio ſit limitato tempore, & ſub certa quantitate, & in loco limitato, & à fortiori quãdo committuntur omnes cauſæ talis prouinciæ, eodem modo quando eſt vniuerſalis quo ad cauſas, & perſonas, nulla facta mentione territorij, contra Bald. *in l. à iudice, num. 4. C. de iudic.* & contra Azebed. *lib. 3. recopilat. tit. 9. lib. num. 4.* opinantes non eſſe delegatum ad vniuerſitatem cauſarum, niſi fiat mentio territorij, ſed probabilius eſt non eſſe opus fieri mentionem territorij: Bartol. *in l. legat. num. 4. ff. de officio proconſul.* delegatus verò ad generalitatem cauſarum, eſt ille, cui committuntur omnes cauſæ, quæ controuertuntur inter Petrum, & Paulum, diciturque generalis delegatio quoad cauſas: reſtringitur tamen quoad perſonas. Proinde delegatus dicetur generalis, non verò vniuerſalis, cum limitantur perſonæ. Neque delegatus is ad generalitatem poteſt cauſam vnam ſubdelegare. Ita Angel. *in l. ſolet, num. 1. ff. de iuriſdiction. omnium iudic.* Henricus *cap. final. num. 8. de officio delegat.* & Salycet. *in l. à iudice, num. 4. C. de iudic.* Quod eſt contra Azebed. *lib. 3. recopil. tit. 9. rubr. num. 14.* opinantem poſſe delegatum ad generalitatem cauſarum aliquam ſubdelegare; ſed fallitur, cum hoc nullo iure probet; nec Bartol. quem pro ſe adducit *in l. more, num. 11. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* communiter probatur, ſed reprobatur. 128.

129. Differunt etiam, quia delegatus ad vniuerſitatem cauſarum dicitur inſtar ordinarij, ac proinde delegare poteſt, gloſſ. *in l. 1. §. ab eo, ff. quis & à quo, verb. non ipſe, & verbo, ab eo,* & colligitur ex cap. *cum cauſam, de appellationib.* & ex gloſſ. *ibi, verb. delegare.* Anton. *in cap. ſuper quæſtionum,*

*§. ſi verò, num. 17 de officio delegat.* Bartol. *in d. l. more, ff. de iuriſdiction. omn. iudic.* vbi docent, cùm is delegatus ſubdelegat, ſi quis appellet, ad primum delegantem eſſe appellandum. Marant. *de ordin. iudic. 4. part. diſt. 5. principali an iudicium ſit ordinarium, num. 27. & 55.* Caccialup. *in d. l. more, num. 22.* Alberic. *in l. a iudice, num 1. C. de iudicijs,* Decius tamen *in cap. cum cauſam, num. 7. de appellationib.* & Curt. *in l. more maiorum, ff. de iuriſdict. omn. iudic. num. 67.* expreſſe negant poſſe delegatum ad vniuerſitatem cauſarum ſubdelegare, cùm non habeat iuriſdictionem iure proprio, ſed ex beneficio delegantis, quam non poteſt ordinarius à ſe abdicare, *l. legatus ff. de officio præſidis.* Ac proinde in delegato non perſeuerat, niſi vſus iuriſdictionis, vt probatur ex textu
130. *in l. 1. §. qui mandatum, ff. de officio eius.* vbi habes delegatum nihil proprium habere, ſed vti iuriſdictione mandantis inſtar vſuarij, qui non poteſt vſuarium creare, §. 1. *Inſtit. de vſu,* ita nec delegatus delegatum poteſt conſtituere; quod etiam tradit Imola *in l. ſi vnic. ff. de re iudicat.* Quæ opinio non caret ſua probabilitate.

Verius tamen eſt poſſe ſubdelegare teſte Iaſone *in l. a iudice, C. de iudic. num. 8.* Sbrotius *lib. 2. quæſt. 55. num 34.* Roſell. *verbo, delegare, in principio,* Angel. *verb. delegat. num. 6.* Syluest. *ibidem, quæſt 8.* Henriquez *lib. 6 de pænit. cap. 7. num 3. & in commento litera N.* & Garcia *de benefic. part. 5. cap 8. num. 35.* Vgolin. *de cenſur. tabul. 1. cap. 8. num. 3.* Villalobus *in communib. litera D.*
131. *num. 57* Non tamen poterit delegatus ad vniuerſitatem cauſarum totam ſuam delegationem delegare, ſed vnam, vel alteram cauſam. Hoſtienſ. *in tit. de off. delegati, §. quis poſſit,* quem ſequitur Alexander *in l. a iudice, C. de iudicijs,* Roſell. & Syluest. præcitati, & Marant. *d. num 55.* Quia nec ordinarius iudex poteſt totam ſuam iuriſdictionem delegare inconſulto principe, *l. penult.* & *ibi,* ſcribentes, *ff. de officio præſidis.* Felin. *in cap. ſuper quæſtionum, §. ſi verò, num. 17. de officio delegat.* & Azebed. *lib. 3 recopilat. titul. 9. rubric, num 14.*

132. Item delegati ad vniuerſitatem cauſarum, quamuis poſſint ſubdelegare vnam, vel alteram cauſam, non poſſunt id facere cum poteſtate ſubdelegandi, ita vt ſubdelegatus poſſit cauſam ſibi commiſſam alteri committere, quamuis ſit delegatus principis, gloſſa *in cap. ſuper quæſtionum, §. porrò, verſ. transfert, de officio delegat.* vbi Abbas *d. §. porrò, num. 2.* Azebed. *lib. 3. in d. tit. 9. rubric. num. 11.* Villalob. *in communib. littera D. num. 55.* Mandoſ. *regul. cancellar. quæſt. 3. num. 7.* Ratio, quia delegatus non habet poteſtatem, niſi in ſibi commiſſis. Ordinarius verò poteſt delegare etiam cum poteſtate ſubdelegandi, per gloſſ. fin. *in cap. ſæcul. de officio delegat. in 6.* Bartol. *in l. more maiorum, num. 12.* Alberic. *num 14.* Alexand. *num. 27. de iuriſdiction. omn. iudic.* Quibus accedunt Nauar. *in cap. placuit, num. 7. de pænitent. & remiſſion. diſt. 6.* & Bald. *in l. ſolet, num 1. ff. de iuriſdict. omn. iud.* cùm ordinarius habeat ex officio poteſtatem vniuerſalem.

133. Similiter delegatus à principe ſi nulliter ferat ſententiam, poterit iterum iudicare. Sic Angel. *in l. iudex poſteaquam. in fine, ff. de re iudicata.* Decius *in cap. in literis, num 5 de officio delegati,* Menoch. *de arbitrar. quæſt 67. num. 28. lib. 1.* Boërius *deciſ. 6. num. 4.* quia æquiparatur ordinario. Idem dicendum eſt de delegato ad vniuerſitatem cauſarum, vt tenet Angel. *in d. l. iudex,* & Alexand. *ibi, num. 13.* Iaſon *in d. l. more.* Felin. *in cap. qualiter & quando el 1. de accuſat. num. 4.* Vantius *de nullitatib. tit. coram quo nullitas proponi poſſit,* eo quòd delegatus ad vniuerſitatem cenſetur ordinarius, & pro ordinario habetur per gloſſ. vlt. *in l. à iudice, C. de iudic.* Idem Boëtius *num. 5.* Igitur ſi proferat ſententiam nullam, poteſt de eadem cauſa, ſicut ordinarius iudex, de nouo cognoſcere. Quod etiam conceditur delegato ad 134
vnam cauſam, quando contra formam mandati protulit ſententiam. Ita Alexand. *in d. l. iudex,* Felin. *in cap. qualiter, & quando, citat. col. 23. ... octauò fall. & in cap. in literis, col. 1. verſ. ... ſecundo, de officio delegat.* vbi ponit ſeptem caſus fallentiales, in quibus iudex poſt ſententiam poteſt ſe intromittere. Atque ita ſi delegatus ... cauſam protulit nulliter ſententiam ex ... formæ mandati, cenſetur nondum pr... nec fuiſſe functum ſuo officio, ideo poteſt ... pronunciare *l. qui tamen ff. de arbit.* vbi arbiter iterum proferet ſententiam quando non ſe... formam compromiſſi. Ita Innocent. *in cap. 1 de officio delegati,* & Siculus *in præcitatis cap. ... & cap. qualiter, & quando.* Secus ſi delegatus ad vnam cauſam, qui ſeruato ordine ſui mandati ex alio capite nulliter pronunciauit, tunc non
poteſt de nullitate ſuæ ſententiæ cognoſcere, cum 135
iam ſit functus ſuo officio, vt habetur *in cap. in literis, & in l. iudex, præallegatis.* Auſtrer. *in additionibus ad quæſtionem 38. Capella Tholoſ.*

Non deſunt, qui doceant delegatum ad vnam tantùm cauſam, qui contra formam mandati protulit ſententiam nulliter, non poſſe de nouo co-
gnoſcere, nec rurſus pronunciare. Pro qua parte 136.
facit textus *in l. ſi vt proponis, C. quomodo, & quando iudices,* vbi inſinuatur iudicem datum non habere iuriſdictionem, ſed munus duntaxat ... di, vt probatur *in l. a iudice, C. de iudicijs.* S... *l. 1. §. fin. num. 1 ... §. quis, & a quo,* & Alciatus ... *paradoxorum cap. 5.* per textum *in l. final. C. ... apud quem.* Igitur delegatus nulliter iudicando contra formam mandati, cum non habeat iuriſdictionem, ſed tantùm iudicandi munus, non poteſt denuo cognoſcere, quia iudicandi munere functus eſt. Ita Innocent. *in cap. in literis, de officio delegati.* Baldus *in l. ſi vt proponis, in principio, verſ. ſed hic dubitatur,* & *ibi* gloſſ. *C. quomodo, & quando iudex.* Alexand. *in l. iudex num. 12.* & *ibi* Ioan. de Imola, *ff. de re iudic.* Menoch. *de arbitrar. iudi. quæſt. ... lib. 1. num. 21.* Vantius *de nullitatib. tit. coram quo nullitas proponi poſſit, num. 14.* vbi volunt delegatum, qui proceſſit, & definitiue pronunciauit, poſtquam eius officium per pronunciationem ... nullam expirauit, non poſſe deinceps ſe in cauſa intromittere, ſed ad delegantem, vel ... ſuperiorem iudicem eſſe recurrendum.

Nihilominus adhuc perſeuerans in con... 137.
opinione reſpondeo delegatum principis habere iuriſdictionem, vt *in cap. paſtoralis, de officio delegati,* & tradit Bellon. *lib. 4. ſupputationum c... 8.* Quin imò, & in cauſa ſibi commiſſa eſſe maiorem ordinario, *cap. ſanè, el 1. de officio delegati.* Ergo ſicut ordinarius nulliter iudicans poteſt iterum iudicare. Dec. *in cap. in literis, col. 3. de officio delegati,* & tradit Bart. & Alex *in l. iudex poſteaquam, ff. de re iudicata.* Rimin. *conſ. 142. lib. 4.* & Tiraq. *in l. boues, §. hoc ſermone, limit. 1 num. 40 de verbor. ſignificatio.* ſic etiam iſte delegatus. Dec. *vbi ſuprà,* & Boër. *d. deciſ.* Ad doctores verò pro

contraria

cõtraria parte dicendum eſt, eos loqui de delegato ab inferiore a principe: is enim datus à præſide, ſeu ab eo delegatus, ſi nulliter pronunciet, præſes poterit committere de nouo cauſam alteri iudici, imò ipſe delegans debet declarare ſententiam eſſe nullam, non verò delegatus, qui nulliter pronunciauit, vt docent doctores *in cap. ex parte 3. de verbor. ſignificatio.* Alciatus *reſponſo* 439. *in fine*; quibus accedit Menoch. *lib. 1. quaſt. 67.*

138. Diximus delegatum à principe, vel ab ordinario, ſeu inferiore ad vniuerſitatem cauſarum poſſe ſubdelegare *l. à iudice, §. à principe, C. de iudicijs, cap. cum cauſam, de appellationib.* & gloſſ. penult. *ibi l. cum prætor, §. 1. ff. de iudicijs*, & eſt communis, teſte Couar. *lib. 3. variar. cap. vltim. num. vlt.* Sanchez *d. diſp. 31. num. 1. 2. & ſequentib.* Longè aliter dicendum eſt in foro pœnitentiali, vt conſtat ex inſtitutione confeſſariorum, quibus committitur vniuerſitas cauſarum ab Epiſcopo in illo foro in tota Diœceſi, iuxta caput *inter cæteras, de officio ordinarij*. Eodem modo ſi quis à ſummo Pontifice approbetur ad excipiendas confeſſiones omnium ad ſe venientium vbique terrarum, & vbique gentium, non poterunt ſic electi, approbati, & delegati, nec vnius pœnitẽtis confeſſionem alicui committere, vel ſubdelegare. Ita Syluest. *verbo, confeſſio 1. §. 4.* Palud. *in 4. diſt. 17. q. 4. art. 1. concluſ. 2. & quæſt 5. art. 1. ad finem*, & habetur *in cap. vltim. de officio delegati*, vbi delegato exeipitur poteſtas ſubdelegandi, adimitúrque facultas committendi pœnitentias iniungere, vel abſoluere aliquos.

139. Ex quibus infertur regulares ab Epiſcopo approbatos ad excipiendas confeſſiones, ſeu à ſummo Pontifice, habere iuriſdictionem delegatam, cum quadam vniuerſitate cauſarum, non poſſe tamen ſubdelegare. Henriq. *lib. 6. de pœnitentia, cap. 7. num. 3. & in commento litera P. verſ. at regulares.* Reginald. *tom. 1. lib. 1. num. 53. ad finem.* Ratio, quia ſummus Pontifex, & Epiſcopus ita regulares delegant, vt illis nullo modo committant vices ſuas, ſed eorum tantùm miniſterio in excipiendis confeſſionibus vtuntur. Eo modo, quo parochus vtitur vicario, ſeu curato annuo, vt illum adiuuet in adminiſtratione totius parochiæ, nullam poteſtatem eidem vicario, aut curato delegando, ſed illius miniſterio duntaxat vtendo. Quod fieri poſſe à parocho, etiam quando præſens eſt in parochia, tradunt Henriq. & Reginald. ſupra ſcripti, poſt Henric. *in cap. clericos, num. 7. de officio vicarij*, quem ſequitur Nauar. *in cap. placuit, n. 69. de pœnitent. diſt. 6.* vbi vult vicarium abſente parocho, poſſe committere vices ſuas. Ergo regulariter vicarius aſſumptus ad iuuandum parochũ præſente illo, non poterit delegare; quia vtitur parochus illius miniſterio, reſeruata ſibi poteſtate ſubdelegandi. Sanchez *lib. 8. de conſenſu clandeſtino, diſp. 31. num. 19.*

140. Secus dicendum eſt ſi ſacerdos ab Epiſcopo, vel à parocho proprietario delegetur ad ſacramenta adminiſtranda in aliqua parochia, vel ad aſſiſtendum omnibus matrimonijs cum limitatione temporis, is enim poterit ſubdelegare, cùm ſit delegatus ad vniuerſitatem cauſarum. Ideo poteſt ſubdelegare vnam, vel alteram cauſam, etiamſi delegatio fiat pro breui tempore. Henricus *in d. cap. clericos, num. 5. & 6.* Nauar. *in cap. placuit, n. 69. 70. & 74.* & Henriquez *lib. 11. de matrim. cap. 3. num. 5.* Quare non ſunt audiendi Barthol. à Ledeſma *de pœnit. dub. 3. concl. 1. ad finem*, & Sotus *in 4. diſt. 18. quæſt. 4. art. 3. verſ. circa conceſſiones*, negantes hunc poſſe ſubdelegare. Ratio eorum ea eſt, quòd ſunt delegati; ſed falluntur, cum ſint delegati ad vniuerſitatem cauſarum, ſiue pro breui, ſiue pro longo tempore. Hanc noſtram partem definiunt gloſſ. *in clem. 1. de priuileg. verbo, presbyteri*, & *ibi* Imola *n. 14.* Angel. *excom. 5. caſu 12. n. 6.* Tabien. *eod. verb. excom. 5. caſu 31. q. 3. n. 4.* Nauar. *lib. 4. conſil. in 1. edit. tit. de ſponſ. conſ. 27. n. 3. verſ. tertio.* Adrian. *q. 5. de confeſſ. dub. 2.* & Syluest. *excom. 7. caſu 14. dub. 11. n. 39.* & alij, qui omnes fatentur poſſe ſubdelegare ita delegatum ad vniuerſitatem cauſarum, ſaltem ad vnam, vel alteram cauſam.

Sed quid dicendum de generali pœnitentiario, 141.
puta, de canonico deputato ab Epiſcopo ad audiendas confeſſiones, vel de ſummo pœnitentiario Romæ? Angel. *verbo, confeſſio 3. §. 14.* affirmat, cùm habeant id ex officio perpetuo, atque ita poterunt committere vices ſuas pro excipiendis confeſſionibus alicui confeſſario, non abſolutè, ſed in vno, vel altero caſu. Mihi tamen magis placet negare in canonico generali pœnitẽtiario Epiſcopi. Ratio, quia quoties eligitur induſtria perſonæ, non poteſt perſona ſubdelegare, ſed canonicus pœnitentiarius præuio examine ad hoc officium, & per oppoſitionem inſtituitur; ergo eligitur eius induſtria, niſi ex conſuetudine, vidente Epiſcopo, ac tacente aliter procedatur. Non tamen puto fieri prouiſionem pœnitentiariis præuio edicto, & concurſu, cum Concil. Trid. *ſeſſ. 14. c. 8.* id non præcipiat, neque ſit vſu receptum ab Epiſcopis, quamuis in concilio prouinciali Compoſtellano *act. 3. decret. 32.* id ſtatuatur; ſed alibi praxis eſt contraria, Garcia *de benefic. p. 5. c. 4. n. 143.* Nota tamen pœnitentiarium inſtitutum eo ipſo habere à iure facultatem excipiendi confeſſiones illius Diœceſis, eſſéque parochum totius Diœceſis, nec requiri nouam licentiam ordinarij cùm ſit confeſſor ordinarius. Zechius *de Republ. Eccleſ. c. 24. ſub n. 16.* Garcia *ſuprà, n. 112. & ſeqq.* vbi ait non poſſe extra diœceſim audire confeſſiones etiam habentium bullam, vel licentiam ſui parochi. Contra Henriquez *in ſum. lib. 7. c. 12. n. 3.* Suar. *tom. 4. diſp. 28. ſect. 4. n. 18.* Non tamen poteſt committere vices ſuas, niſi ſaltem ex licentia tacita Epiſcopi.

---

## §. II.

### *Quid poſſit iudex ordinarius, & ad quæ eius poteſtas extendatur.*

EPITOME.

- 142 *Iudex debet eſſe certus de ſua iuriſdictione.*
- 143 *Iuriſdictio eſt qualitas, quæ naturaliter homini non ineſt.*
- 144 *Iudex debet oſtendere literas ſuæ poteſtatis.*
- 145 *Iudici delegato non creditur, niſi commiſſionem ſuam exhibeat.*
- 146 *Iudex deprecatus tenetur exequi requiſitoriam iudicis deprecantis.*
- 147 *Iudex deprecatus de iure communi poteſt cognoſcere de exceptionibus executionem impedientibus.*
- 148 *Iudices deprecati quando poſſint puniri.*
- 149 *Iudex ſecularis an teneatur obedire Eccleſiaſtico non facienti copiam actorum.*

150 *Iudex poteſt cognoſcere de omni exceptione, quæ contra ſuam iuriſdictionem opponitur.*
151 *Principes non cognoſcentes ſuperiorem, poſſunt eſſe iudices in cauſa propria.*
152 *Principes litigando cum ſubditis ex honeſtate ſolent committere cauſas aliis iudicibus.*
153 *Iudex debet eſſe timens Deum, ſoletque à Deo vocari Deus.*
154 *Iudices iniuria affecti poſſunt de ea cognoſcere.*
155 *Iudex offenſus tempore ſyndicatus gaudet priuilegio iudicis.*
156 *Iudex poteſt cognoſcere de iniurijs factis contemplatione officij.*
157 *Iudex offenſus quibus pœnis offendentem poſſit punire, & an poſſit iudicare ſuſpectus.*
158 *Iudice ſuperiore præſente, non tamen auditore alicuius domini, iudex offenſus non poteſt cognoſcere de iniuria ſibi illata.*
159 *Iudex non poteſt cognoſcere de iniuria illata miniſtris inferioribus iuſtitiæ, qui non ſunt iudices.*
160 *Miniſtrorum iuſtitiæ nomine, quibus fit iniuria, venit receptor ſizarum, non tamen aduocatus.*
161 *Iniuria facta officiali regio ſeruo, & alicui de collegio cenſetur facta Regi, domino, & collegio.*
162 *Iudex quando poſſit iudicare ex ſcientia priuata.*
163 *Regulariter tamen ſecundùm ſcientiam publicam.*
164 *In conferendis officijs, & in diſpenſationibus poteſt vti ſcientia priuata.*
165 *Iudex diſpenſando quid faciet ſciens impedimentum priuatim.*
166 *Et an poſſit diſſimulare impedimentum in foro externo.*
167 *Iudex ſciens priuatim aliquem innocentem, & probatum nocentem, quid agere debeat.*
168 *Probabile eſt poſſe damnare.*
169 *Probabilius eſt non poſſe.*
170 *Princeps ſciens innocentem poteſt abſoluere.*
171 *Princeps an poſſit condemnare, quando ſcit priuatim eſſe reum, & apparet innocens ex probationibus actorum, probabile eſt, poſſe condemnare ſecundùm fidem actorum, probabilius eſt non poſſe.*
172 *Princeps quando crimen eſt occultum, non poteſt damnare reum inauditum, & non citatum. Secus quando eſt publicum, & in quibus caſibus id poſſit.*

142. IVDEX debet eſſe certus de ſua iuriſdictione anteqoam procedat ad aliquem actum, vt notat Æmilius Verall. *in deciſ.* 114. *num.* 1. *lib.* 2. Siquidem ex defectu iuriſdictionis, qui dicitur inſanabilis ad. Veral *deciſ.* 38. *num.* 2. *lib.* 3. & à Thoma Triuiſ. *in deciſion. Veneta,* 11. *num.* 2. *lib.* 2. acta omnia vitiantur. Nicol. Reuen. *in deciſ. German.* 14. *n.* 43. *lib.* 3. Vnde non poteſt dici ſententia lata ab eo, qui ius dicendi non habuit, *l.* 1. § *final. ff. ad Tertullian. l.* 1. §. *hæc autem verba ff. quod quiſque iuris.* Quare iuriſdictio ordinaria nunquam præſumitur, neque cenſetur tributa, niſi de eius collatione publica appareat ſcriptura. Bald. *in l. prohibitum, col.* 3. *verſ.* 3. *ff. de iur. fiſc.* cui adhæret Iaſon *in l. more maiorum, col.* 8. *verſ. item aduerte ff. de iuriſdiction. omn. iud.* Paris de Puteo, *in tract. de ſyndicatu, in § an officiales, per totum, & in verſ. ſucceſſor in officio,* & Alexand. *conſ.* 107. *videretur in principio, iuncto verſ. ad allegata, lib.* 7. Ex eo fundamento, quod iuriſdictio ſit qualitas, quæ naturaliter homini non ineſt: propterea debet iudex facere fidem de ſua poteſtate, nec aliter eſt credendum, niſi de mandato principis conſtet, vt habetur in gloſſ. *in verbo ſcientia, in cap. ſi forte de election. in* 6. *& in l. vnica, C. de mandat. princip.* Abbas *in cap. poſtquam, col. final. de electione,* & Decius *conſ.* 214. *diuino, verſ. ad tertium, vol.* 1. poſt Bartol. *in l. legato, ff. delegatio.* Ideo oſtendere debet iudex in principio literas ſuæ poteſtatis ex textu *in cap.* 1. *quis dicatur Dux, Marchio in vſibus feudorum, & in cap. fundamenta, verſ. Marchio,* vbi gloſſa *in verbo, literas, de election. in* 6. Quod etiam intellige de præſide, ſeu rectore alicuius prouinciæ, quando ingrediuntur, debent literas publicare in locis conſuetis, per Bartol. *in l. probatorio. C. de diuerſ. offic. lib.* 12. *& in l. prohibitum, C. de iur. fiſc.* & Ioan. Andr. *in tit. de leg.* §. *final. col.* 7. *in verbo, liquet.* Vbi primum tamen ſemel publicè fuit notificata iuriſdictio, cenſetur omnibus nota, neque oportet amplius de ea fidem facere. Bartol. *in l.* 2. *circa finem, ff. ſi quis in ius vocatus non ierit,* per text. *in l. ſed, & ſi,* §. *praeſcribere, ff. de inſtit.* Conſentit Bald. *in l. ea quidem, col.* 3. *verſ. notorium verò facti, C. de accuſat.* quatenus ait non eſſe neceſſarium publicare iuriſdictionem ordinariam; quod debet intelligi poſtquam ſemel fuit publice notificata. 143

144

Idem dicendum eſt de iudice delegato; huic non creditur, niſi commiſſionem ſuam exhibeat, vel ſaltem inſerat in reſcripto in citatione, argumento capitis, *cum in iure, de officio delegati,* Guido Papæ *ſingul.* 550. Duenas *regul.* 93. *num.* 1. Vincent. Carroc. *caſu* 79. *num.* 24. & Ioan. Vincent. de Anna. *in alleg.* 24. *per totam, & in alleg.* 143. Et probator de Eccleſiaſticis per extrauagantem, quæ incipit, *iniunctæ, ſub tit. de election.* quamuis ſit delegatus Sedis Apoſtolicæ, debet docere de fide ſua oculata, vt conſtat ex *l. vnica, C. de mandat. princip.* & ex cap. *cum in iure peritus,* vbi Innocent. *de officio delegati,* & Bartol. *in* §. *eos autem, in authent. de . collat.* Faciunt tradita à Cabed. 1. *part. deciſ.* 49. *vbi num.* 2. vult iudicem deprecatum eſſe merum executorem, tenerique adimplere precatorium, ſeu requiſitorium iudicis deprecantis, exceptioneſque coram eo propoſitas impedientes executionem remittere eidem iudici ſecundùm Innoc. *in cap. cum in iure, de officio delegati in fine, & in cap. de officio ordinarij;* dummodo tamen conſtet de iuriſdictione iudicis deprecantis; aliàs tenetur oſtendere literas commiſſionis, & eas inſerere, vt notant ſcribentes in dicto *c. cum in iure,* & Rebuff. *ad ll. Gall. tom.* 2. *de literis requiſitorijs, gloſſ.* 2. *num.* 9. Quæ praxis, teſte Cabedo, communior eſt. 145.

146.

De iure tamen communi iuxta textum *in l. & ſi non commiſſo,* & ibi ſcribentes, præſertim Bartol. *in l. oppoſitione, C. ſi contra ius, vel vtilitatem publicam,* iudex deprecatus ſi coram eo proponantur exceptiones executionem impedientes, poteſt de illis cognoſcere, ac pronunciare, vt ibi Cabed *in princip. per l. a Diuo Pio, ff. de re iudicat.* Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *quæſt.* 38. *num.* 3. & aliis *ibi citatis.* Quod ſi iudex deprecatus, ſeu requiſitus nolit mandare executioni literas precatorias, poſſunt partes per viam grauaminis recurrere ad ſuperiorem, vt cogat requiſitum obedire literis depreca- 147.

148. deprecatoriis, eúmque afficere pœnis, quibus de-
precatoriis non obedientes iudices puniri iubet
Ordinatio Luſitana, *lib. 5. tit. 29. §. final.* & apud
Hiſpanos *l. 1. tit. 29. part. 7.* Barboſ. *in l. heres ab-
ſens, §. 1. ff. de iuditiis, num. 97. & §. proinde à n. 85.*
Gratian. *cap. 389. num. 1. & cap. 146. num. 10.* Bar-
boſa *in remiſſionibus, lib. 3. tit. 1. ordination. §. 5.
numero 2.*

Sed quid ſi iudex ſæcularis demandatur ad exe-
quendam ſententiam latam per iudicem Eccleſia-
ſticum? Baldus *in Authent. ſi clericus, C. de Epiſ-
cop. & cleric.* & Abbas *in cap. 1. de officio ordinar.
num. 12.* opinantur non poſſe iudicem petere pro-
ceſſum pronunciatum à iudice Eccleſiaſtico, nec
cognoſcere de illo, ſed teneri ſtatim exequi ſen-
149. tentiam. Ratio, quia iudex laicus non poteſt age-
re de æquitate, vel iniquitate iudicis Eccleſiaſtici,
per text. *in cap. inquiſitionis, §. prohibemus, de hæ-
reticis in 6.* Sequitur Angel. *in l. diuus, ff. de cuſto-
dia reorum,* Ioan. Redin. *de maieſtate principis, in
prœmio, à num. 145. & 148. cum ſequentibus.* Bel-
luga *in ſpeculo principum, in rubrica de præp. gra-
ui, §. tractandum reſtat, num. 2.* Felin. *in cap. at ſi cle-
rici in principio, col. 4. de iudic.* & Palac. Rub. *in re-
petitione cap. per veſtras, notab. 2. §. unico, verſ.
Sed eſt pulchra, num. 22.* quam partem vocat com-
munem Carterius *in practica crimin. in tract. de
hæreticis, fol. 184. num. 63.* & Alciat. *in cap. 1. de offi-
cio ordinar. num. 100.*

Contraria opinio docens non aliter iudicem
requiſitum obedire debere iudici Eccleſiaſtico,
quàm ſi iudex requirens fecerit copiam actorum,
ac fidem. Eſt Bartol. *in l. magiſtratus, ff. de iuriſdict.
omn. iudic.* Sequitur *ibi* Paulus, & Iaſon, & Auilez
*prætor. cap. 20. verb. vſurpan. num. 20.* Pro qua ſen-
tentia facit lex *2. tit. 2. fori, ll. lib. 4.* Paſlador. nouiſ-
ſimè *lib. 2. rerum quotid. cap. final. 2. part. § 2. n. 3. &
in num. 6.* Quæ deciſio mihi placet, excepto in
crimine hæreſis, quia in iſto caſu tenetur iudex
ſæcularis ſtare proceſſui Eccleſiaſtico, non verò
in aliis in quibus non habet locum *cap. inquiſi-
tionis, §. prohibemus, de hæreticis in 6.* vt tenet Ab-
bas, ſicque intelligit Bartolum *in cap. vltim. de
ſtatu Monach.* vbi ait quando traditur iudici ſæ-
culari laicus ab eo puniendus, vel clericus à iudi-
ce Eccleſiaſtico, non teneri iudicem laicum pro-
cedere ſecundùm proceſſum iudicis Eccleſiaſtici,
excepto crimine hæreſis; cui adde caſum crimi-
nis nefandi, quando clericus traditur à iudice Ec-
cleſiaſtico, laico etiam iudici puniendus. Extra
quos caſus laicus iudex debet iterum proceſſum
Eccleſiaſticum reuidere, & examinare, ſi iudex Ec-
cleſiaſticus tradat ſæculari clericum per Epiſco-
pum puniendum. Ita Abbas *in cap. 1. de officio or-
dinar.* & Aufrer. *in tract. de poteſtate ſæculari con-
tra Eccleſiaſticam in 4. regula, num. 31. & 32.* vbi
concludit in aliis criminibus ab hæreſi non tene-
ri iudicem ſæcularem actis Epiſcopi ſtare. Angel.
*in Authen. de ſanctis Epiſcop. §. Si verò examen,
collat. 9.* Zauall. *in commun. contra commun. q. 353.
verſ. Sed contrariam opinionem.* Ratio potiſſima
ob quam excipitur caſus hæreſis, eſt, quia tunc
remiſſio, ſeu traditio hæretici per Epiſcopum ad
iudicem ſæcularem cenſetur fieri tanquam à ſu-
periore ad inferiorem: Ideo ſæcularis tenetur
exequi proceſſum abſque cognitione de crimine
hæreſis. Secus in aliis criminibus, in quibus non
tenetur exequi ſententiam iudicis requirentis
abſque cognitione de crimine, maximè quando
conſtat ex actis ſententiam eſſe iniuſtam. Zauall.
*vbi ſupra,* poſt Innocent. *in cap. paſtoralis, de offi-
cio delegati.* Abbas *in cap. 1. de officio ordinarij,
num. 12.* Cardinal. *in clement. paſtoralis, §. denique,
in fine, de re iudicata,* eo quòd nemo debet eſſe
executor ad malum contra conſcientiam. Auilez
*vbi ſuprà, num. 19.* & Iul. Clar. *lib. 5. §. final. q. 96.
num. 7.* vbi notat concluſionem eſſe intelligendam
de proceſſu criminum, in quibus ſi reus fuiſſet
laicus, iudex ſæcularis potuiſſet habere cognitio-
nem. Contra verò quando crimen eſt merè Eccle- 150.
ſiaſticum, de quo laicus non poteſt cognoſcere.
Conſtat ex lege Luſitana, *lib. 1. tit. 6. §. 19. & lib. 2.
tit. 9.* ibi, *achando que os ditos proceſſos foraon or-
denadamente proceſſados,* & *§. 7.* ibi, *ſendo os autos
feitos.* Quibus in locis iudex ſæcularis priuſquam
concedat Eccleſiaſtico auxilium pro executione
ſuæ ſententiæ, debet videre proceſſum, an rectè
fuerit ordinatus. Quod etiam docet Auilez *cap.
prætor. cap. 20. num. 21.* Martinus à Coſta *anno-
tat. 5. num. 40. & ſequentibus,* poſt plures *ibi*
relatos.

Quæſtionis eſt, an iudex poſſit cognoſcere de
omni exceptione, quæ contra ſuam iuriſdictio-
nem opponitur? Communis opinio affirmat, &
tradunt ſcribentes *in l. quidam conſulebant, ff. de re
iudicata,* & expreſsè Imol. *num. 15.* Iul. Clar. *in §. fi-
nal. quæſt. 43. num. 4.* Tuſch. *concl. 414.* Cabed. *1. part.
deciſ. 41.* Excipitur tamen exceptio ſuggillans iu-
dicis perſonam, videlicet, quod ſit infamis, vel ex-
communicatus. Nam ſuper tali exceptione non
ipſe iudex, ſed eius ſuperior, vel alius de mandato
ſuperioris debet cognoſcere; quia nemo in cauſa
propria poteſt eſſe iudex, niſi Papa, & Imperator.
Hi enim poſſunt, nempe Papa de cauſis ad Ec-
cleſiam, & Imperator, ſeu Princeps non recognoſ-
cens ſuperiorem de cauſis ad imperium vel prin-
cipatum cognoſcunt. Oldradus *conſ. 124. quòd re-
miſſio, verſ. & ſpecialiſſimum eſt, num. 3. & conſ. 283.
num. 2.* Gemin. *conſ. 64. & conſ. 114. num. 4. verſ.
Nec obſtat quòd ille;* Gloſſ. & Abbas *in cap. cum* 151.
*veniſſent, de iudiciis.* Bartol. *in l. proximè, ff. de his,
quæ in teſtamento delentur,* & alij quos ſequitur
Cabed. *2. part. deciſ. 35. num. 4. & deciſ. 76.* vbi vo-
lunt Principem non recognoſcentem ſuperiorem
poſſe eſſe iudicem in cauſa propria, quando liti-
gat cum ſubdito, debere tamen eam delegare alij.
Secus quando litigat cum non ſubdito, tunc enim
non poteſt eſſe iudex in cauſa propria, ſed debet
conuenire non ſubditos coràm iudice eorum. Cab.
*vbi proximè, à n. 1. vſque ad 4.* multis *ibi* relatis, &
latiſſimè Maſtrill. *de magiſtrat. lib. 3. cap. 4. à n. 8.
vſque ad 12.* Ex eo, quia ſuperiorem non habet,
per Abbatem *in cap. licet. de electio.* Iaffred. *deci-
ſion. 107.* Marſil. *ſingul. 405.* Non tamen debet 152.
princeps abſtinere à iudicandis huiuſmodi cauſis
cum ſubditis ex neceſſitate, ſed ex honeſtate po-
teſt eas committere aliis, vt fieri ſolet in hoc re-
gno, & in aliis, in quibus deputantur peculiares
iudices, qui cognoſcant de cauſis regiis inter ſub-
ditos, in quibus princeps habeat intereſſe. Bellu-
ga *in ſpeculo principis, rub. 44. num. 2.* Olaſcus *con-
ſil. 9. num. 47.* Sordus *conſ. 47. num. 1. cum ſequentib.*
Natta *conſ. 87. vol. 1. & conſ. 482. num. 43. volum. 3.*
Menoch. *conſ. 31. num. 52. vol. 4. & conſ. 405. vol. 5.*
quod intellige, ſiue princeps ſit actor, ſiue reus.
Semper enim cauſæ trahuntur ad eos iudices de-
putatos. Maſtrill. *vbi ſuprà, d. lib. 3. cap. 4.* poſt plu-
res *à num. 9. cum ſequentib.*

Ante omnia iudex debet timere Deum. Nam 153.
*qui timet hominem, facilè deuiat à iuſtitia, & citò*

*corruet, qui verò ſperat in Domino, ſublevabitur*, vt in Prouerb. *cap.* 29. Philo *lib. de legat. ad Caium*, ibi, *ſolet Deus bonus viris bona conſilia, & Reipublicæ commoda ſuggerere*. Sit ergo timor Dei cum iudice, vt deciditur *in cap.* 1. *de re iudicata in* 6. Eſt enim iudici maximè neceſſarius. Plato *lib.* 3. *de legibus*. Accedit iudices à Deo poſitos vocari Deos iuxta illud Deuter. 22. verſ. 8. 9. & 28. & in Pſalm. 81. verſ. 1. *Deus ſtetit in ſynagoga Deorum, in medio autem Deos dyudicat*, hoc eſt, Genebrardo interprete, *Deus ſe ipſum ponit in congregatione iudicum, vices Dei in terris gerentium, vt eorum actiones contempletur & de eorum ſententiis ferat ſententiam*, & alibi, *ego dixi, Dij eſtis, & filij Excelſi omnes*, ſeu vt legit Chaldæus, *ſicut Angeli Dei excelſi*, quem locum adduxit Chriſtus Dominus Ioann. 10. verſ. 34. *Nonne ſcriptum eſt in lege veſtra; quia ego dixi, Dij eſtis vos?*

Quibus verbis demonſtratur qualis debeat eſſe iudex, ſcilicet iuſtus, ac timens Deum, cùm ſit ſicut Angelus Dei excelſi, ac nuncius, & ſecundùm illius voluntatem faciens iuſtitiam, nullique vitio obnoxius. Ideo Eccleſiaſt. 7. dicitur, *Noli velle fieri iudex, ſi non vales virtute irrumpere iniquitates malorum*. Probatur exemplo pagani iudicis, cuius meminit Archiepiſc. Florentinus 3. *part. tit.* 9. *cap.* 1. *in principio*, qui in iudicando ſibi vehementer cauit ab omni iniuſtitia, ita vt in illum bene coincideret illud Pſalm. 105. *Beati, qui cuſtodiunt iudicium, & faciunt iuſtitiam omni tempore*. Is enim mortuus fuit in infidelitate ſua, præſeruatus tamen per longiſſima tempora a condemnatione æterna. Agricola tandem aperiente in agro ſuo foſſam ad puteum, vel aliqoid ſimile, audita fuit vox, *percute leniter, ne mihi noceas*. Rogatus ab agricola, quiſnam eſſet, reſpondiſſe fertur ſe fuiſſe gentilem, qui per multum tempus iudicis officio functus propter iuſtitiam ſuam integrè, atque incorruptè omnibus factam à Deo præſeruatus quouſque ſacro baptiſmi lauacro lotus eſſet; rogauitque, vt rem ad Epiſcopum deduceret, quo facto, accedente Epiſcopo, & inuenta caluaria illius integra, & illæſa, & lingua in ea viuente, ac recente coram omni populo baptiſmo per Epiſcopum recepto in cinerem caluaria, ac lingua reſoluta, anima illa ad ſuperos ſine dubio euolauit. Diſcant ergo iudices facere iudicium, & iuſtitiam in terra, vnicuique quod ſuum eſt tribuendo; cum ſint miniſtri Dei in terris, ideo tenentur conformare iudicium ſuum cum veritate, & iuſtitia, ita vt nec ad dexteram, nec ad ſiniſtram deuient. Caſtrenſ. *conſ.* 381. *iudex eſt, in principia lib.* 1. & Tuſch. *concluſ.* 280. *num.* 1. & 2.

154. Ex quibus infertur maximam reuerentiam, & honorem deberi iudicibus qui ſunt loco Dei, ac Regis, quibus ſi fiat iniuria poſſunt de ea cognoſcere, vt conſtat ex lege noſtra *lib.* 5. *tit.* 50. *per totum*, dummodo non ſit præſens in eodem loco ſuperior iudicis iniuria affecti, quod ſi fuerit, ad illum acta debent remitti, & ipſe cognita cauſa debet pronunciare. Nam facta officiali Regis iniuria cenſetur facta ipſi Regi. Auilez ad caput 1. *prætor. verbo, tierra, num.* 4. Lucas de Penna *in l. omnes ſtationary. C. de cohortu, lib.* 12. *col.* 2. Cyn. *in l. ſi non conuitij. C. de iniuriis*. Bald. *in cap.* 1. *de officio delegati num.* 1. Fauet Alexand. *in l. ſi familia ff. de iuriſdictio. omn. iudic. num.* 1. vbi docet maieſtatem non ſolùm Regi & Principi attribui, ſed etiam prætori, ſeu iudici. Sequitur Farin. *in praxi criminal. quæſt.* 105. *num.* 126. & 199. ob quam cauſam Rex Luſitanus Dominus Petrus, teſte Eduardo de Nunes *in chronica eiuſdem Regis*, decapitari iuſſit nobilem Luſitanum, quòd iniuriam intuleret cuidam officiali iudicis, qui nobilem ex officio notificauit. Quia cùm omnes officiales iuſtitiæ tam maiores, quam minores ſint ſub ſpeciali protectione, ac ſecuritate Regis, viſum fuit ſaluagardium infringi ab eo, qui officialem iniuria afficit, ex Rebuff. *in comment. ad titul. ff. de verborum ſignificatione, ad l.* 57. *pag.* 196.

Sed quid de iudice iniuria affecto, quando erat in ſyndicatu? Hippol. de Marſil. *in ſingul.* 179. & 155.
Paris de Puteo *in tract. de ſyndicatu*, in parte, an ſi poteſtas, *fol.* 21. *num.* 16. docent adhuc iudicem tempore ſyndicatus gaudere priuilegio, quo antea in officio gaudebat. Quare offendens iudicem, aut eius familiam tempore ſyndicatus eſt puniendus, ac ſi offendiſſet tempore officij. Bald. *in l. obſeruare, §. proficiſci, ff. de procons. & legat. quæſt.* 7. *per legem primam, C. vt cau. poſt liber.* & Hippol. *in d. ſingul.* addit cum Paris. de Put. dummodo iniuria inferatur occaſione officij; quod expreſsè declarat lex Luſitana, *vbi ſupra, in principio*, ibi, *em algum acto ſobre ſeu officio, ou couſa que a elle pertença, aſſi em iuizo como fora delle*. Ex quo deducitur non poſſe cognoſcere iudicem de iniuria ſibi illata; quæ non fit contemplatione officij eidem iudici. Ita Alexand. Raudenſ. *reſponſ.* 50. *num.* 81. 156.
*vol.* 1. quem ſequitur Greua *ad pract. Cameræ Imperialis, lib.* 1. *obſerui.* 39. *a num.* 5. vbi definit in dubio præſumi non fuiſſe factam iniuriam iudici, vt iudici, ſed vt priuatæ perſonæ. Probatur, quia debet conſtare fuiſſe factam iniuriam animo iniuriandi, vt cenſeatur illata. Quod procedit in omni delicto, quod vbi factum eſt dubium, itaot poſſit dici delictum, vel non delictum, iudicari debet non delictum, *cap. eſtote, de regul. iuris, gloſ. in cap. abſit,* 11. *quæſt.* 3. & ſcribunt Innocent. *in cap. dudum el* 2. *de electione*, & Alciat. *in tract. præſumpt. regul.* 3. *præſumpt.* 1.

Quæres qua pœna iudex offenſus notoriè debeat punire offendentem? Gloſſa *in §. illud, in Authent. vt iudic. ſine quoque ſuffrag. in verb. mortis, collat. ſecunda*, ait pœna capitali puniendum officiali iniuriam inferentem, durante ſyndicatu, ſicut in officio. Ordinatio tamen Luſitana, *vbi ſuprà, in principio*, ita ait, *elle meſmo*, hoc eſt, iudex offenſus, *iulgara, e punira ſegundo a qualidade da peſſoa, e como achar per noſſas ordenaçoes, e direito que merece polla dita culpa*. Nam iniuria illata magiſtratui cenſetur atrox, *l. prætor edixit, §. vlt. ff. de iniuriis*. Bart. *in l. non ſolum, §. ſi mandato, ff. ead.* Baldus tamen *in cap.* 1. *§. iniuria, de pace iuram. firman.* accedit gloſſæ citatæ, ideo percutientem magiſtratum credit capite mulctandum. Magis placet niſi aliud in iure caueatur pœnam debere eſſe arbitrariam, poſſe tamen arbitrium ad capitalem pœnam protrahi, ſi caſus, & culpa, & qualitas perſonæ offenſæ id poſtulet. Ita Iaſon *in l. qui iuriſdictioni, col.* 1. *de iuriſdict. omn. iudic. & in l. principalibus, num.* 4. *ff. ſi certum petatur, & in l.* 1. *primo notabili, C. de precib. Imper. offer.* Petrus Platea *lib.* 1. *epitom. delictorum, cap.* 6. Franciſc. Marc. *part.* 2. *quæſt.* 32. & Tiraquell. *in tract. ceſſante cauſa, limit.* 15. *num.* 9. Ideo ſi officiali, ſeu iudici alapa inferatur, de iure communi delinquens plectitur pœna mortis, vt dictum eſt à Baldo, & Iaſone ſuprà ſcriptis, quem ſequitur Ananias *in capit.*

*inquiſitionis*

*inquiſitionis, in fine principij de accuſationibus*, Felin. *in cap. ex literis, col. antepenult. in 1. declaratione de conſtitutionib.* Marant. *de ordine iudiciario 4. part. diſt. 1. num. 53. & 55.* Quod procedit, quando infertur iniuria prætextu dignitatis, ſeu officij. Secus ſi ex odio particulari. Tunc iudex non poteſt eſſe in cauſa propria. Ita Cyn. & alij in *l. 1. C. ne quis in ſua cauſa, & in cap. 1. de pœnis in 6.* Rolandus tamen *conſ. 48. num. 13. vol. 2.* declarat dictum Baldi *in d. §. iniuria*, aſſerentis dantem alapam iudici puniri pœna mortis, intelligendum eſſe, ſi inferatur iudici ſedenti pro tribunali; tunc enim cùm ſit publicè illata coram populo, ac factum ſit notorium, poteſt puniri a iudice offenſo. Dicitur autem notorium ſecundùm Cyn. *in l. equidem, C. de accuſat.* quod fit coram decem hominibus. Sequitur Antonius de Butrio *in cap. veſtra, col. 19. de cohabitation. clericorum, vel mulier.*

An verò iudex offenſus poſſit recuſari tanquam ſuſpectus? Negat Roland. *d. conſ. 48. num. 6.* poſt plures *ibi*, quando offenſa fuit notoria, ita vt non egeat cognitione cauſæ, ſed punitione, per *l. ea quidem, C. de accuſationibus.* Ideo iudex notorij delictus non poteſt dici propriè iudex in cauſa propria, ſed executor iuris, vt notatur *in cap. manifeſti, 2. quæſt. 1.* Niſi in loco iniuriæ ſit præſens ſuperior iudicis, vt deciditur *in d. lege noſtra, §. 1.* quia tunc offenſus non poteſt eſſe iudex, ſed ſuperior ſuſcepta cognitione cauſæ pronunciabit.
158. Nomine tamen ſuperioris non venit auditor alicuius Domini terrarum. Is enim enim non cenſetur ſuperior, neque poteſt de iniuria illata cognoſcere, niſi per appellationem. Cabed. *1. part. areſto 71.* vbi ita fuiſſe deciſum teſtatur; additque lex noſtra *vbi ſupr. §. 5.* vt in omnibus iis caſibus, in quibus iudex ſuſcipit cognitionem de iniuriis ſibi, vel aliis illatis, concedat appellationem, & grauamen partibus, quæ ab eo voluerint appellare, aut aggrauare; quod ſi noluerint, ipſe appellabit pro parte iuſtitiæ iuxta legem noſtram *lib. 5. d. tit. 50. num. 5.* ibi, *appellara por parte da iuſtiça*; quamuis caſus in termino ſuæ iuriſdictionis concludatur.

Nec obſtat opinio Abbatis *in cap. cum venisſet, col. 4. de iudiciis, in vltimis verbis, & in cap. de maledicis*, quem ſequitur Gregor. Lopez *l. 26. tit. de los meſurados, tit. 23. part. 3.* vbi volunt poſſe iudicem affectum iniuria, ſi velit, punire inferentem, quando pœna eſt arbitraria, vt ſuſpectum recuſari, eo quod poteſt in arbitrando modum puniendi excedere: quia reſpondetur, hoc procedere de [illegible] communi; vt poſt plures tradit Rolandus *d. [illegible] 48. num. 16.* dicentes, quando iniuria eſt notoria, & pœna non eſt à lege taxata, ſed arbitraria, non poſſe iudicem offenſum cognoſcere de [illegible] ſibi illata. At verò de iure Luſitano non [illegible] ſuſpectus recuſari, cùm ab eo ad ſuperiorem [illegible] appellandum à iudice, *à quo*, qui arbitrio [illegible] iudicis offenſi fortè modum excedentis [illegible] e, ac moderari poterit in gradu appellationi.
159. Pro cæteris officialibus iuſtitiæ, ac miniſtris, [illegible] appatitores, & tabelliones, noncios, ſatellites, & cuſtodes dicimus, ſi ratione ſui officij percutiantur, aut verbali iniuria afficiantur; ex d. lege Luſitana *d. tit. 5.* iudex ſummariè procedet, cognita que veritate, præcedente inquiſitione, parteque citata, vt interſit teſtificationibus, ſeu depoſitionibus teſtium, quibus peractis pronunciabit ſine ſtrepitu, nec figura iudicij, prout iuri viſum fuerit, ac rationi conſentaneum, vt officiales deinceps ſibi mandata à magiſtratibus audacter exequantur. Nomine etiam officialiũ veniunt receptores ſizarum, vt conſtat ex regimine ſizarum
prope finem, *verſ. E porque ſou enformado*, quan- 160.
do illis fit iniuria ratione ſui officij, dum ſizas recipiunt; non tamen veniunt aduocati, etiamſi offendantur ſub prætextu officij. Non enim contra eos committitur reſiſtentia, vt iudicatum fuiſſe refert Cabed. *1. part. deciſ. 214. num. 5.* Ratio, quia iniuria perſonalis facta in officiales iudicum, ſeu magiſtratuum, cenſetur illata eiſdem iudicibus, ſeu magiſtratibus, ſicut iniuria facta officiali prin-
cipis, dicitur facta principi, vt ait Alexand. *in leg.* 161.
*quamuis, ff. de in ius vocand.* Guido Papæ *q. 557.* Ideo illis competit actio iniuriarum, eodem modo, quo dominus pro iniuria facta ſubdito habet actionem. Oldrad. *conſ. 206. incipit, in cauſa Carnoten.* & Hippol. de Marſil. *conſ. 1. num. 19. in 2. col. & in conſ. 115.* vbi vult iniuriam factam ſeruo eſſe factam domino, & factam vni conſorti, dici factam omnibus, & factam vni de collegio, dici factam toti collegio, dummodo fiat occaſione domini, ſeu collegij, & ſic de cæteris; Quod ſi fiat occaſione, ſeu ratione alterius rei, aliter dicendum eſt. Idem Hippol. *vbi ſupra, num. 14. & conſil. 31. num. 16. & conſ. 68. num. 2. & ſequentibus.*

Quæres an iudex poſſit iudicare ſecundùm 162.
veritatem quam certò ſcit, aut ſecundum probationes? Molla in Empor. *tit. 2. part. 1. quæſt. & 2.* Bobadill. *lib. 1. polit. cap. 5. num. 32.* Maſtrill. *de magiſtratib. lib. 2. cap. 3. num. 117. fol. 181. & lib. 3. c. 4. num. 47. fol. 277.* & ex Theologis Caiet. *2. 2. q. 67. art. 3. ad 2.* & Sotus *de iuſtitia, lib. 5. quæſt 4. tit. 3.* & alij, quos refert, ac ſequitur Sayr. *in claui, lib. 12. cap. 8. num. 13. & 14.* aſſerunt tam in criminalibus, quàm in ciuilibus iudicē poſſe iudicare ſecundùm probationes publicas contra veritatem ſibi priuatim notam. Eiuſdem ſententiæ eſt D. Thom. *2. 2. quæſt. 67. art. 2.* & *ibi* Salon, Aragon. & Bannez, Couar. *lib. 1. variar. cap. 1. num. 4.* vbi definit ex actorum probationibus poſſe iudicare, quamuis ei notum ſit reum à petitis eſſe immunem. Valent. *tom. 3. diſp. 5. quæſt. 11. punct. 2.* & Tolet. *in ſumma, lib. 5. cap. 56.* & alij. Ratio, quia iudices in iudicando non vtuntur auctoritate priuata, ſed publica; ergo ſecundùm illam, & ſecundùm ſcientiam publicam, quam leges approbant, debent iudicare.
Ideo poteſtati publicæ à Rege, ſeu communitate 163.
acceptæ, ſe debent accommodare. Secundò probatur, quia ſi iudices non debuiſſent iudicare ſecundùm proceſſus iuridicè factos, ſed ſecundùm ſuam priuatam ſcientiam, perturbaretur Reipublicæ tranquillitas, & populus pateretur ſcandalum, ac detrimentum, dum videret iudices probationes in iudicio factas reſpuere, & ſtare priuatæ ſcientiæ, quam populus, cum eſſet occulta, parui faceret, nec illi fidem haberet, nec teneretur habere. Tertiò, quia ſcientia, quam iudices habent priuatim de crimine extra iudicium, non eſt iuridica; ergo tenentur iudicare ſecundùm allegata, & probata, quæ ipſi ſciunt iuridicè, cum non poſſint procedere, niſi ſecundùm ea, quæ ipſis exhibentur in iudicio, parte altera ſciente, & reſpondente. Bartol. *in l. illicitas, §. veritas, ff. de officio præſidis.* Ioan. And. *in ſpeculo, tit. de allegationibus, & diſputationibus, § ſatis, num. 13.* Turrecremat. *in cap. iudices, 3. quæſt. 7.* & alij apud Couar. *vbi ſuprà.*

Limita

164. Limita hanc doctrinam in conferendis officiis publicis, & in aliis, quæ arbitrio iudicum relinquuntur, in quibus iudices ſi certò ſciant de meritis oppoſitorum, quamuis per publicas teſtium probationes cognoſcant alios aliis eſſe digniores, poſſunt conferre ſecundùm ſcientiam potius, ac veritatem quam habent de meritis cuiuſque, quàm ſecundùm probationes publicas, habetur *in l. 1. & 2. ff. de iuriſdict. omn. iud.* Sylueſt. *verb. index, 2. quæſt. 5. in principio*, vbi vult teneri propriam conſcientiam ſequi, & non allegata, & per teſtes falſos probat. Sequitur Michael Salon. *2. 2. quæſt. 67. art. 2.* Idem in diſpenſationibus non debet fieri diſpenſatio ſecundùm allegata, & probata, aut propter teſtimonia aliorum, quando executor diſpenſationis, vel ipſe diſpenſans pro certo habet ſubeſſe impedimentum occultum indiſpenſabile, in quo ſaltem non debet fieri diſpenſatio valide. Idem Sylueſt. *d. num. 5.* Probatur, quia in conferendis officiis iudex non eſt iudex propriè, ſed fungitur officio diſtribuendi; quare tenetur pro meritis officia conferre, quæ non pendent ex teſtificationibus falſis, vel ſaltem incertis, ſed a veritate. Quapropter cognitioni certæ, quam diſtributor tenet, quàm aliorum teſtimoniis ſtandum eſt potiùs. Quod attinet ad diſpenſationem ex eo patet, quia cum malefacta non ſuſtineantur, nec bene fieri poſſet, nullo modo eſt diſpenſandum ab eo, cui res committitur, nec etiam ab habente poteſtatem, quando ob aliquam rationem, nec licitè fieri, nec concedi debet. Faciunt tradita à Sanchez *lib. 3. de conſenſu clandeſtino, diſput. 13. num 2. & ſequentibus, vſque ad num 7. & diſp. 14. numero 2.*

165. Sed quid ſi diſpenſans, qui nouerat impedimentum ſubeſſe, & ſciat diſpenſationem fuiſſe impetratam in foro conſcientiæ? Aliqui exiſtimant poſſe diſpenſantem adhuc impedimentum inueſtigare ex officio ſecundùm cap. vlt. *de clandeſtina diſpenſatione*, ibi, *& ipſi presbyteri inueſtigent vtrùm aliquod impedimentum obſiſtat.* Ex quo loco cùm contrahentes ſint impediti in foro externo, diſpenſans, qui eſt iudex, ſeu parochus, probato impedimento licentiam contrahendi denegabit. Imò tam iudex, quàm parochus debent ordinario denunciare. Pro qua ſententia eſt quodammodo Ioan. Andr. *in dict. cap. final.* & Alexandr. de Neuo, vterque *numero 9.* & Gregor. Lopez *l. 1. verbo, trabayar, tit. 3. part.*

Dicendum tamen eſt, ſi nemo denunciet coram iudice impedimentum, quod iudex pro certo habet, poſſe iudicem diſſimulare, cum re vera in foro conſcientiæ ſint habiles ad contrahendum in foro externo. Ita Henriquez *de irregularitate, lib. 14. cap. vltim. num. 1 in comment. litera E.* Ratio, quia quando conſtat de rei veritate, nec proceditur ex falſa præſumptione, id quod ſeruatur in foro interno, ibique cenſetur validum, cenſebitur etiam in foro externo. Sanchez *lib. 1. de matrim. diſp. 5. num. 20.* vbi vult idem in vtroque foro eſſe obſeruandum, vbi forus externus non innititur falſæ præſumptioni, nec in pœnam, quæ exigat iudicis ſententiam damnat. Secus quando aliquis denunciaret impedimentum inter contrahentes,

166. tunc non obſtante diſpenſatione pro foro conſcientiæ non ſunt matrimonio copulandi, donec diſpenſatio pro foro externo impetretur, eo quòd diſpenſatio impetrata pro foro conſcientiæ, cum habeat clauſulam, *vt clam, & abſque teſtibus matrimonium celebretur*, pro foro externo non prodeſt. Ita Veiga *lib. 6. ſummæ, caſu 143. ad finem.* Nauar. *lib. 5. conſil. in 1. editione, de priuilegiis, conſ. in 2. verò editione, tit. de iudiciis, conſ. 4.* & Emman. Rodrig. *in Bulla cruciata, §. 13. verſ. Sigiſe lo tecero*, vbi volunt, publicato impedimento diſpenſationem pro foro externo eſſe impetrandam, non obſtante impetrata priùs pro foro conſcientiæ.

Quæritur quid teneatur efficere quando priuatim ſibi conſtat, quiſnam fuerit delinquens, inferior iudex, & ſecundùm allegata, & probata inſons, & innocens condemnatur? Reſpondetur primò iudicem inferiorem teneri omnes vias priùs quærere, quibus innocens ab accuſatione liberetur. Ideo ſi poteſt, debet accuſationem impedire, iterum, atque iterum diuerſis temporibus per interualla rogare, & examinare teſtes, vt videat an concordent. Poteſt etiam, ſi commodè fieri poſſit, aperire innocenti carcerem, vel [illegible] te cauſam ad ſuperiorem, & deponit [illegible] tem ad tempus aſſumere [illegible] teſtis [illegible] periorem, ſi opinetur hoc modo illi proceſſe [illegible] ſe. Ita colligitur ex D. Thom. *2. 2. quæſt. [illegible] 4. ad 3.* & in ſpecie Caiet. in *quæſt. 6[illegible] art. 2.* D[illegible] eſt *ad tempus*, quia deponere officium omnino non tenetur, vt docent Salon, & Aragon, cum Caietan. *d. quæſt. 6[illegible] art. 2.* Couar. *lib. 1. [illegible] cap. num. 9.* & Tolet *lib. 5. cap. 56.* Probatur, quia [illegible] tenetur deponere officium ex charitate [illegible] liberandum innocentem, facta priùs omnimoda diligentia ad illum liberandum, cum graui iactura, vel famæ, & honoris, aut magno rei temporalis damno. Leges namque charitatis cum tanto detrimento non obligant iudicem defendere innocentem à damno, cuius iudex non eſt cauſa, ſed teſtes, quibus innocens conuincitur reus. Nec iudex peccat contra iuſtitiam, nnò potius ex iuſtitia pronunciat allegata, & probata, vtiturque iure ſuo, & debito modo officio ſuo fungitur neque ad damna innocenti illata reſtituenda ipſe, ſed teſtes tenentur qui mortem innocenti inferunt, iuxta illud Deuter. 17. ibi, *in ore duorum, aut trium teſtium peribit, qui interficietur*, & infra, *Manus teſtium prima interficiet eum, & manus reliqui populi extrema mittetur.* Quod expreſsè tradit D. Thom. *d. quæſt 64. art. 6. ad 3.* Secus quando iudex commodè poteſt officium deponere ſine graui damno famæ, aut ſine magna rei temporalis iactura; tunc tenetur vitam innocentis tueri. Neque debet ſententiam exequi, ſi fortè à ſuperiore mandetur, vt executio fiat. Sayr *dicto cap.* [illegible] *mero 17.* ſi commodè fieri poſſit ſine graui ſuo damno. 167

Vnde non eſt admittenda ſententia Nicolai de Lyra *in cap. 23. Exodi*, niſi tanquam probabiliter aſſerentis iudicem nullo modo poſſe hunc innocentem ad mortem condemnare, ſed potius omnino teneri officium deponere, quamuis nullo modo ſit profuturus reo. Cui adhærent Hoſt[illegible] & Panorm. *in cap. paſtorali, de officio delegati*, [illegible] Nauar. *cap. 3. num. 161.* & alij. Ratio eorum ea eſt deſumpta ex *cap. 23. Exodi*, ibi, *Non ſuſcipies vocem mendacij, neque in iudicio plurimorum acquieſces ſententiæ, vt à vero deuies.* Ex quibus verbis conſtat eſſe contra ius naturale, & diuinum damnare ad mortem innocentem; quia mentitur iudex iudicando tanquam reum innocentem, quod eſt intrinſecè malum, & nec ratione proceſſus, nec numero teſtium à peccato defendi poteſt. Quæ ratio facilè tollitur, quia quamuis ratio 168

naturalis

naturalis exigat, vt innocens defendatur, hoc procedit niſi alia ratio naturalis fortior multo concurrat; quæ dictat, ac docet iudicandum eſſe ſecundùm atteſtationes, & proceſſus allegatos, & probatos, & iuxta ſcientiam publicam. Aliter enim maxima incommoda ſequerentur, & bonum reipublicæ commune, ne dum periclitaretur, ſed euerteretur; quare ſemper bonum commune vti-
169. litati priuatæ debet præferri. Atque ita ratio naturalis, ſeu lex obligans ad tuendam vitam, non obligat concurrente alia lege obligante ad tuendum bonum commune, vt in hoc caſu obligat ad iudicandum ſecundùm merita, ſeu demerita allegata, & probata.

Accedit non eſſe propriè contra ius naturale, & diuinum dando operam rei licitæ per accidens, & præter intentionem interficere innocentem, ſed quando directè, & ex propoſito hoc fit. Proinde quando non poteſt in bello iuſto ciuitas expugnari, niſi ſimul cum hoſtibus innocentes occidantur, poſſunt occidi cùm non occidantur ex propoſito, nec directe, ſed quia cum bellum ſit iuſtum, non poteſt aliter victoria comparari, ſic in hoc euentu non directè, neque ex intentione occiditur innocens, probatur nocens, ſed per accidens ob bonum commune iuxta probationes iuridicas, cui potiùs conſulendum eſt, quam priuatæ vitæ alicuius, atque incolumitati occurrendum. Ad illud verò *Exodi* 23. ibi, *Innocentem, & iuſtum non occides*, dicendum eſt, non poſſe occidi quando iuridicè innocens, ac iuſtus probatur. Secus quando facta omni diligentia iuridica nocens probatur.

Neque vrget ratio Gordiana, qua vtitur Leſſ. *lib. 2. cap. 29. dub.* 10. *num.* 78. & eſt communis, non poſſe iudicem innocentem occidere, cùm ſit intrinſecè malum, ſicut cognoſcere non ſuam, non poteſt, quamuis probetur eſſe vxor, ſi certò ſcit nõ eſſe ſuam coniugem. Quia accedere ad non ſuam ſemper eſt peccatũ de ſe, & intrinſecè malum; neque poteſt excuſari; at verò condemnare ad mortẽ innocentem, quem priuata ſcientia ſcit eſſe innocentem, & per ſcientiam publicam probatur nocens, eſt per accidens, & præter intentionem propter bonum commune ex officio, & auctoritate publica eſt licitum, & nullo modo intrinſecè malum. Ille verò qui ſcit illam non eſſe ſuam, ſemper repræſentat perſonam priuatam; quare tenetur adhærere ſcientiæ ſuæ priuatæ, & euidenti; neque poteſt ſequi ſcientiam publicam, ac ſententiam iudicis, neque illi debet obedire, cùm ſententia innitatur præſumptionibus, & quamuis iudex iuſte, ac licitè per tales præſumptiones poſſit cogere ſecundum allegata, & probata ad celebrandum matrimonium, cum contrahens ſciat certò non poſſe validè celebrari, non tenetur obedire.

170. Quid dicendum ſi cauſa deferatur ad ſupremum Principem, ſeu Regem, an poſſit ſciens reum eſſe innocentem ſecundùm priuatam ſcientiam; atque nocentem ſecundùm allegata, & probata? Couar. *lib.* 1. *variar. cap.* 1. *num.* 7. *verſ. Princeps tamen*, docet Reges, & Principes, qui habent poteſtatem condendi leges, ac derogandi conditis, poſſe ſecundùm propriam, ac priuatam ſcientiam ſententiam ferre, quamuis contrarium in iudicio probatum ſit iuridicè. Eiuſdem partis ſunt Caietan. 2. 2. *quæſt.* 67. *art.* 2. *ad finem*. Petr. Nauar. *lib.* 2. *de reſtitution. cap.* 3. *p.* 2. *dub.* 4. *num.* 173. Sotus *lib.* 5. *de iuſtit. quæſt.* 4. *art.* 2. & ex antiquioribus idem tradunt Bartol. *in l.* 1. *C. vt quæ deſunt aduocatis partium iudex ſuppleat*. Alberic. *in l. illicitas*, *§. veritas, ff. de officio præſidis*, & Felin. *in cap. paſtoralis*, *§. quia verò probatur primò*. Sayr. *in claui*, *lib.* 12. *cap.* 8. *num.* 19. Ratio, quia Princeps ſupremus poteſt diſpenſare in iure ſtatuente, vt ex allegatis, & probatis pronuncietur, cùm non ſit contra ius naturale, ſed contra ius poſitiuum, quod ipſe poteſt tollere. Quare non ſolum poteſt iudicare ſecundùm priuatam ſcientiam, & liberare innocentem probatum nocentem; ſed etiam tenetur cùm poſſit commodè illum à morte eruere. Conſulit tamen Caiet. *d. art.* 2. debere Principem palam, & publicè teſtari, & docere populum ſuam priuatam ſcientiam, vt illi ſatisfaciat, ne ex facto ſcandalum populo creetur, aut damnum tertio inferatur. Quibus addit Couar. *vbi ſupra*, *num.* 7. *ad finem*, reum ex probationibus actorum innocentem repertum, æquum eſſe à Principe abſolui, etiamſi Princeps ex priuata ſcientia ſciat illum eſſe culpæ reum, niſi crimen ſit adeo atrox, ac perniciale, vt expediat reipublicæ non manere impunitum.

Huc item pertinet an poſſit Princeps ſupre- 171.
mus condemnare delinquentem, quem ex propria, ac priuata ſcientia ſcit eſſe verè nocentiſſimum, & ex probationibus actorum, vel ex eo quòd actor non probauit, innocens apparet? Probabile eſt poſſe contra fidem actorum illum condemnare. Ita Cyn. Bartol. & alij *in d. l.* 1. *C. quæ deſunt aduocatis partium*; Ex eo fundamento, quia ſupremo Principi credendum eſt perinde ac ſi eſſet duplex teſtis, cuius iudicium, & ſcientia ad inſtar ſcientiæ publicæ cenſetur. Probatur quòd Principis teſtimonium tam in teſtamentis, quàm in contractibus æquiparatur pluribus teſtibus. Molin. *tract.* 2. *diſp.* 129. *in principio*, & Iul. Clar. *§. teſtamentum, q.* 56. *verſ. antepen.* vbi volunt teſtamenta facta coram Principe non recognoſcente ſuperiorem eſſe valida, quamuis fiant abſque alia ſolemnitate; quod expreſsè conſtat ex *l. omnium*, *C. de teſtamentis*, & *l.* 5. *tit.* 1. *part.* 6. *legum Caſtellæ*; ergo poteſt condemnare illum ex priuata ſcientia.

Sed verius eſt, ac probabilius non poſſe Prin- 172.
cipem condemnare reum ex ſola ſcientia priuata quando crimen eſt omnino ſecretum, vel improbabile. Ratio, quia Princeps non poteſt tollere ea, quæ ſunt de ſolemnitate iudicij, qualia ſunt defenſio rei, & teſtium probatio, & partium auditio, quæ ſunt debita vnicuique de iure naturali, vel ſaltem de iure gentium, vt vult Sylueſt. *verbo*, *iudex primò*, *quæſt.* 5. in quibus non poteſt ſupremus Princeps diſpenſare. Sayr. *d. cap.* 8. *à num.* 20. dicens eſſe ius naturale, quod delictum rei teſtibus comprobetur; quod conſtat ex cap. *Deus*, 2. *quæſt.* 1. ibi, *Diuino exemplo monemur, ne indiligenter probata, & diſcuſſa cauſa iudicemus.* Quibus verbis oſtenditur eſſe iuris diuini, ne quis inauditus, vel non citatus, vel ſine probatione iudicetur. Confirmatur ex *dicto cap. Deus*, vbi Euariſtus Papa ait neminem debere ante veram, iuſtámque probationem iudicare quemquam, aut condemnare. Neque Deus Opt. Max. protulit ſententiam, contra primum parentem, niſi priùs vocatum, & auditum, & defenſum; cuius etiam meminit clement. *paſtoralis*, *§. cæterum*, *in fine*, *de ſententia*, & *re iudicata*, ibi, *de crimine præſertim graui delatæ defenſionis* (quæ è iure prouenit naturali) *facultas adimi non valet: cum illa imperatori tollere non licuerit, quæ iuris naturalis exiſtũt*. Quod repetitur

In

*in cap. qualiter, 2. de accuſationibus*, probatúrque exemplo noſtri primi parentis. Nec non confirmatur ex cap. *iudicantem*, & ex cap. *nullum*, 30. *quæſt.* 5. Ex quibus clarè liquet non poſſe condemnari à Principe quemquam ex ſola priuata ſcientia, quando crimen eſt occultum; quia poteſt reus negare ſi de crimine rogetur, cum non teneatur reſpondere, niſi iuridice interrogatus. Ita expreſsè Caietan. *verbo, homicidium, in principio.* Sotus *lib.* 5. *de iuſtit. quæſt.* 4. *art.* 3. Nauar. *in ſumma, c.* 25. *num.* 9. Syluest. *d. quæſt.* 5. & Petr. Nauar. *lib.* 2. *de reſtitutione, cap.* 3. *p.* 2. *dub.* 5. *numero* 181. & deducitur ex D. Thoma, *quæſt.* 67. *art.* 3. *ad* 3. & *ibi* Aragon. *art.* 2. *dub.* 1. & Couar. *lib.* 1. *variarum, cap.* 1. *numero* 7. *verſ. Tertium*, vbi volunt eundem hominem non poſſe eſſe ſimul iudicem, accuſatorem, & teſtem.

172. Dictum eſt, quando crimen eſt occultum, ſecus quando eſt publicum, & nulla tergiuerſatione celari poteſt; tunc enim poteſt puniri, & ſuſpendi latro, & ſimiles delinquentes puniri ſolent reperti in crimine abſque vlla defenſione, & proceſſu ordinario. Caietan. & Aragon. *d. quæſt.* 67. *art.* 2. *dub.* 1. Sayr. *d. cap.* 8. *num.* 24. & Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 29. *dub.* 11. *numero* 100. Ex ea ratione, quòd factum notorium, ſeu publicum excuſat ab accuſando, habet vicem accuſatoris, & teſtium; neque auferetur reo aliqua iuſta defenſio, cum notorietas delicti faciat publicam ſcientiam, & inſtruat poteſtatem publicam ad publicum iuſtitiæ actum exercendum. Similiter ſi quis Reipublicæ proditionem, ſeu perniciem machinari curet, & non poſſit alio modo malum intentatum euitari, poteſt princeps ex priuata ſcientia omiſſo iuris ordine cauſam illius, ſi crimen eſt occultum, priuatim diſcutere; præſertim ſi Principi, & duobus aliis negotium ſit notum. In quibus caſibus procedi poteſt vſque ad mortem ſine citatione, & abſque aliis probationibus, occultè tamen, ſi timetur aliqua populi ſeditio, vel aliquod graue damnum, ſi publicè occidatur. Nauarra *numero* 192. & Aragon. *d. art.* 2. Couar. *d. cap.* 1. *numero* 7. Idem dico quoties probabiliter timetur aliqua rebellio, vel perturbatio in Republica, ſi contra aliquem potentem ordo iuridicus ſeruetur, tunc poteſt, ac debet eius cauſa priuatim examinari, ac puniri priuatim, niſi ſit omnino notoria. Ita Syluest. *verbo, homicidium*, 1. *quæſt.* 2. & Nauar. *d. cap.* 25. *n.* 10. Quia hoc non eſt punire crimen commiſſum dumtaxat, ſed eſt impedire malum impendens: quare quando præſertim non agitur de puniendo delicto, ſed de amollendo in poſterum malo impendente innocenti, ſeu reipublicæ, ſi alia non aperiatur via malum auertendi, integrum eſt principi id priuatim ſcienti iubere occidi mali auctorem, cùm in eo caſu procedat non vt iudex ex auctoritate publica, ſed tanquam quicumque priuatus defendens rem ſibi commiſſam. Sayr. & Leſſ. ſuprà ſcripti, ille, *num.* 24. *ad finem*, hic *numero* 98. *& ſequentibus.*

⁂

## §. III.

### *Vtrùm iudices poſſint iudicare ſecundùm probabiles opiniones, & quot modis poſſint procedere?*

EPITOME.

173 *Opinio probabilis qualis ſit, & quæ requirantur, vt ſit probabilis.*

174 *Iudex an poſſit iudicare ſecundùm opinionem ſui magiſtri, vel contra communem in foro conſcientiæ nixus firma ratione.*

175 *Beneficium exiguum habens tenetur recitare diebus feſtis.*

176 *Opinio probabilis antiquata, vel continens errorem, non eſt ſequenda.*

177 *Opiniones inter probabiles illa dicitur certior, quæ à maiore parte doctorum probatur.*

178 *Iudicandum eſt ſecundùm maiorem partem votorum.*

179 *Opinio ſecurior inter probabiles eſt, quæ iudicat id, de quo controuertitur eſſe peccatum.*

180 *Eligere dignum, omiſſo digniore, non eſt ſecurius.*

181 *Beneficia quæ non habent curam animarum, ſi conferantur paſſim dignis, omiſſis dignioribus, videtur mortale; in habentibus tamen curam animarum, vel adminiſtrationem magni momenti, ſemper eſt mortale eligere dignum, omiſſo digniore.*

182 *Collatio, ſeu electio minus digni ex approbatis omiſſo digniore ſecundum aliquos eſt nulla, ſed oppoſitum eſt probabilius.*

183 *Iudex debet iudicare regulariter ſecundum communem opinionem ſeruatam in foro.*

184 *Communis ſententia, quæ dicatur.*

185 *Communior opinio cenſenda, ac ſequenda, quæ firmioribus radicatur rationibus.*

186 *Iudex in caſibus fauorabilibus poteſt recedere à communi opinione in re dubia.*

187 *Gloſſarum opinio eſt præferenda communi ſententiæ etiam de iure Luſitano.*

188 *Opinio verò Bartoli deficientibus gloſſis. Quam vim habeant leges extra regna propria, & quid ſi deficiant leges. ibid.*

189 *Legibus, & conſuetudine deficientibus ſtandum eſt iuri canonico.*

190 *Conſtitutiones Synodales in materia peccati ſeruandæ ſunt contra laicos. Sunt enim ſubditi Epiſcopo.*

191 *Ius canonicum eſt ſeruandum in vtroque foro in diſpoſitis ad pias cauſas.*

192 *Iuri canonico ſtandum eſt in foro ciuili, quando caſus eſt clarus de iure canonico, & dubius de iure ciuili.*

193 *Opinio, ſecundùm quam ſenatus ſupremus, ſeu princeps pronunciauit, eſt ſequenda.*

194 *Secus de ſententiis iudicum inferiorum.*

195 *Iudices an debeant recedere à communi, quando adeſt conſuetudo contraria, ſeu ſtylus curiæ, & quomodo differant ſtylus, & conſuetudo.*

196 *Iudex, ſeu confeſſarius poſſint ſequi probabilem opinionem, relicta probabiliore.*

197 *Nec eſt inconueniens eſſe duos aſſenſus contrarios.*

Pau

173. PRo intelligentia ſequentium, opinio probabilis eſt illa, quæ habet rationes alicuius momenti, ita vt pro contraria parte nihil ſit conuincens. Ita Vaſquez 1.2. q.16. *art.6. diſp.62.cap.4.num.*8. Valentia ibidem *diſp.2. quæſt.*12. *punct.5. quæſt.*1. Sayr. *in claui, lib.1.cap.6. num.*7. vbi *num.*2. notat, vt aliqua opinio ſit probabilis, tria potiſſimùm eſſe conſideranda. Primum, quinam ſint Doctores, & quam habeant auctoritatem, qui eam defendunt, an ſint prudentes, timentes Deum, literati, & in ea materia multùm verſati; nec ſufficit regulariter quòd vnus, aut alius Doctor eam tueatur. Dixi *regulariter*, quia aliquando auctoritas vnius Doctoris timoratæ conſcientiæ, ac periti facit opinionem probabilem Ita Nauar. *in manuali, c.27.num.*288. Angel. *verb. opinio, num.*2. & *ibi* Syluest. *quæſt.*1. Emmanuel de Sà, *verb. Dubium, num.*3. & Valentia *d. diſput.*12. *punct.4. quæſt.*4. Fauet D. Thom. *quodlib.* 3. *art.* 10. quatenus ait poſſe diſcipulum adhærere opinioni ſui magiſtri, relicta communi Doctorum ſententia; & qui ita iudicat, excuſatur ab Abbate *in cap.1. de poſtulat. prælat. verſ. Sed vide notabile dictum.* Rebuff. *de priuileg. ſcholaſtic. priuileg.*72. Quin etiam addo excuſari iudicem ſic iudicantem in ſyndicatu ſecundùm opinionem ſui magiſtri contra communem. Maſtrill. *de magiſtratibus, lib.6.cap.10.num.*99. *& ſequenti*, poſt Gorard. de

174. Petr. ſanct. *ſingul.*62. *num.*2. dummodo magiſter ſit ſolemnis doctor: & probatur ex Ariſtotele 1. *topic. cap.*1. *& lib.*1. *Ethic. cap.*4. dicente probabile eſſe id, quod omnibus, aut pluribus, aut cuique

175. ſuæ artis perito videtur. Sequitur Azor. *lib.*2. *inſtitut. moral. cap.*17. *quæſt.*4. *&* 6. vbi vult non agere temere, neque imprudenter illum, ſi vir doctus ſit, ſi contra opinionem communem iudicet, vrgenti, ac firma aliqua ratione nixus, & hoc in foro conſcientiæ, quamuis nullum claſſicum auctorem pro ſe habeat, eò quod regitur per probabilem, ac iuſtam rationem. Ergo à fortiori id poteſt agere ſequendo opinionem vnius claſſici Doctoris munitam ratione bona. Vnde non eſt condemnandus beneficium exiguum obtinens, ſi omittat penſum horarum canonicarum, cum is ex Soto *lib.*10. *de iuſtitia, quæſt.5. art.3. concluſ.*2. à recitandis horis deobligetur, quod aliis etiam valdè probabile videtur, teſte Azorio *dict. lib.2. cap.*16. *quæſt.*16. Ego tamen ſentio cum Leſſio *lib.*2. *capit.*34. *dub.* 32. *num.* 169. teneri beneficium exiguum habentem non excedens ſummam 15. aut 16. aureorum recitare ſaltem diebus feſtis, ac Dominicis. Quia ratio petit, vt qui partem ſuſtentationis ab Eccleſia accipit, partem officij diuini impendat.

Secundum requiſitum, vt aliqua opinio ſit probabilis, conſiſtit in expendendis argumentis, quæ pro, ac contra poſſunt obiici. His enim benè penſatis facilè cognoſcitur ſecuritas, quæ in ea opinione ſequenda reperiri poteſt. Tertium, quod requiritur in rebus difficillimis, vbi tanta eſt varietas Doctorum vt vix quid ſequendum ſit, poſſis obtinere, eſt, diſcernere, an opinio quæ cenſetur probabilis, contineat errorem, aut ſit antiquata.

176. Tunc enim non cenſetur probabilis, nec licet ſecundùm illam operari præſertim, ſi iam non eſt in praxi; quod ſi non contineat errorem, quamuis ſit ſatis antiqua, non reputabitur antiquata, ſi recentiores aliqui penſitatis illius fundamentis, adhuc eam ſequuntur tanquam probabilem. In quo euentu poteſt quis contra propriam opinionem adhærere huic opinioni; quamuis argumenta ſuæ opinionis contra ſententiam contrariam ſoluere, vel nequeat, vel neſciat. Non ideo debet cenſere contrariam opinionem improbabilem, quòd ipſe neſciat, vel nequeat argumenta contra illam, à ſe, vel ab aliis intentata enodare; quandoquidem non debet ex ſuo iudicio, vel aliorum opinione improbabilem ſententiam ſtatim arbitrari, ſed poteſt illam tuta conſcientia opinioni propriæ præferre.

Inter verò opiniones probabiles illa præſumi- 177.
tur verior, & probabilior, quæ à maiori parte Doctorum probatur. Alexand *conſ.7. num.10. lib.4. & lib.7. conſ.19. num.*15. Afflict. *deciſ.1. num.3. & ſequenti*, vbi addit ſemper pronunciandum eſſe cum maiori parte votorum, nec poſſe regulariter errare etiamſi ſibi contrarium videretur. Suffragatur quod notatur *in cap.1. de his, quæ fiunt à maiori parte capituli*, & *ibi* poſt Ioan. de Imola, vbi 178.
vult non valere conſuetudinem, quæ definit, vt in actibus gerendis non ſtetur maiori parti votorum. Iuuat textus 79. *diſt. cap. ſi tranſitus*, vbi plurium ſuffragia præferuntur. Nam quod plures faciunt, cenſetur canonicum, teſte gloſſ. vltim. *in cap. cum olim, de re iudicata*, & ſic ſolet obſeruari. Vnde quando eliguntur plures ad pronunciandum in cauſa, iudex, ſi comites diſcordent, debet ſequi maiorem partem. Ex quibus conſtat probabiliorem præſumi opinionem, quam plures probant. Ita Alciatus *in tract. de præſumptionibus regul.1. præſumpt.51. numero* 1. Neuiſan. *lib.5. ſyluæ nuptialis, num.*1. Nauar. *in manuali, cap.27. numero* 287. *in fine.* Fundamentum eſt, quia vbi ſunt plures eligentes, ibi cernitur maior zelus, per cap. *Eccleſia noſtra, de electione, & cap. ſi quando. eodem tit. lib.*6.

Item inter opiniones probabiles, quæ cenſen- 179.
tur illæ, quæ non continent errorem, vna poteſt eſſe altera ſecurior: ſecurior erit, quæ iudicat id, de quo controuertitur, eſſe peccatum. Minùs ſecura, quæ in illo de quo contenditur, nullum iudicat peccatum ineſſe. Exempli gratia, eligere minùs dignum, omiſſo digniore, eſt minùs ſecurum: at verò omiſſo digno, eligere magis dignum, eſt ſecurius; quia in hac electione omnino peccatum deuitatur. In priore verò electione 180.
exponitur periculo peccandi. Poteſt tamen aliquando contingere, vt minùs tuta opinio ſit probabilior, ſi melioribus firmetur rationibus; nec ſemper eſt ſequendum, quod cenſetur tutius, niſi vallatum ſit firmiori ratione. Sanch. *d. cap.9. num.5. ad finem.*

Diximus in priori electione exponi periculo 181.
peccandi, nempe quando beneficia non habent curam animarum, quales ſunt canonicatus, ſeu capellæ, in quibus non videtur mortale iterum, atque iterum omittere digniorem; videtur tamen mortale, id paſſim facere, ſeu parum curare, vt conferantur dignioribus. Priorem partem tradit Sà, *verbo, beneficium, numero* 42. Alexand. Alenſ. *part.2. quæſtion.*186. §. 2. Sotus *de iuſtitia, lib.3. quæſt.6. art.*2. Angel. *verb. electio, à numero* 20. & videtur eſſe D. Thom. *ſupra, quæſtione* 63. *artic.* 2. *ad* 3. ibi: *Vt electio non poſſit impugnari in foro iudiciali, ſatis eſt eligere bonum, nec oportet eligere meliorem: quia ſic omnis electio poſſet habere calumniam. Sed ad conſcientiam eligentis, neceſſe eſt eligere meliorem, vel ſimpliciter, vel in comparatione ad bonum commune;*

hæc ille. Ratio, quia quod ſemel, vel iterum in canonicatibus, & ſimilibus beneficiis fit, non creat notabile detrimentum Eccleſiæ. Secus ſi paſſim, aut crebrò prætermittantur digniores, & admittantur digni. Atque ita, qui hoc facerent cenſerentur grauiter peccare contra fidelitatem Eccleſiæ debitam. Quod ſi ex fundatione beneficia deberentur dari dignioribus, vel per oppoſitionem, ſemper erit mortale omittere digniorem, Leſſ. capit. 34. dub. 14. num. 67. & ſequentibus.

Multo clarius incurritur periculum peccandi in electione, præſentatione, ſeu collatione beneficij curam animarum habentis, vel aliam adminiſtrationem magni ponderis, ac momenti; eſt enim ſemper mortale eligere dignum, prætermiſſo digniſſimo, vel etiam digniore. Conſtat ex Concilio Tridentino ſeſſ. 24. cap. 1. & expreſſe ex cap. 18. vbi Epiſcopus perfecto examine tenetur eligere magis idoneum, illique beneficium conferre; a quo examine non excuſatur Doctor Theologiæ aſpirans ad parochialem Eccleſiam. Ex quibus apparet quam grauiter peccent, ſi digniores prætermittantur, Epiſcopi eligendo, ſiue conferendo, cum non ſint domini beneficiorum, ſed œconomi; atque ita omnis collatio, ſeu inſtitutio facta, non ſeruata forma Concilij Tridentini *in d. cap.* 18. præfixa, eſt nulla, vel ſaltem cenſetur ſubreptitia. Quin etiam collatio quando pertinet ad Epiſcopum deuoluitur ad Sedem Apoſtolicam, prout voluit Pius V. in Bulla edita anno Domini, 1567. Kal. Aprilis. Quæ incipit, *In conferendis Eccleſiis.*

182. Quòd verò ſit nulla ipſo iure talis collatio, ſeu electio minùs digni ex approbatis omiſſo digniori, vel ſaltem cenſeatur ſubreptitia; conſtat ex clauſula annullatiua, ſeu decreti irritantis contenti in dicta conſtitutione Pij V. quia ſimilis clauſula inducit formam, vt notant Felin. *in cap. cum accesſiſſent, num.* 8. *de conſtitutionibus.* Garcia *de nobilitate, gloſſ.* 18. *num* 9. Matienz *in l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 5. *recopil. gloſſ* 4. *num* 19. Auendan. *reſponſ.* 34. *numero* 1. & 2. Gutier. *lib.* 3. *practicar. quæſt.* 15. *a num.* 14. Flamio *de reſignat. lib.* 5. *quæſt. vlt. num.* 226. Garcia ex declaratione Sanctæ Congregationis Concilij 2. *p. de beneficiis, cap* 5. *num* 193. & expreſſè id tradit Spin. *de teſtamentis, gloſſ.* 4. *num.* 86. & *ſequent.* vbi in Eccleſiis parochialibus, & beneficiis curatis, quæ à ſolo Epiſcopo liberè conferuntur præcedente per concurſum examine, vult digniorem eſſe præferendum: aliter collationem eſſe nullam, & vt talem declarandam per ſuperiorem. Sequitur Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 34. *dub.* 16. *num* 81 & 82. & *ſequentibus*, vbi reſoluit collationem, ſeu inſtitutionem factam non ſeruata forma Concilij cenſeri nullam, poſſeque magis idoneum, quando reiicitur, à mala electione ad ſuperiorem appellare.

Mihi tamen placet magis collationem, electionem, ſeu inſtitutionem non eſſe omnino nullam, nec ſubreptitiam, quando prætermittitur dignior, & minùs dignus eligitur; quia decretum irritans Concilij, & conſtitutionis Pij V. non videtur referri ad prouiſiones, inſtitutiones, ſeu collationes de minùs idoneis factas, ſed ad eas, quæ fiunt non ſeruata forma in Concilio, & in conſtitutione. Probatur ex verbis ipſius conſtitutionis, *verſ. Vt autem*, dicentis eſſe appellandum, quando Epiſcopus minùs habilem inſtituit, vt eo modo reuocetur inſtitutio, ſeu electio, atque ita erit valida in vtroque foro, interim electio, donec reuocetur per iudicem ſuperiorem. Ex quibus ne colligas præficientem dignum prætermiſſo digniore, tutum eſſe, atque immunem à peccato: Ita D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 63. *art.* 2. *ad* 3. Abbas, & Decius *in cap. de conſtitutis, 2. de appellationib.* Petr. de Ledeſma *in ſumma, 2. p. tract.* 7. *cap.* 1. *concl.* 6. Gutier. *lib.* 2. *canonicar. cap.* 21. *num.* 13. & *ſequentib.* Couar. *in regul. peccatum, 2. p.* §. 7. *n.* 3. Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 46. & *ſequentib.* vbi vult electionem factam de digno reiecto digniori, etiamſi à principio fuerit appellatum, eſſe validam, donec reſcindatur; quod poſt alios ſequitur Garcia *p.* 7. *de beneficiis, cap.* 16. *num.* 2. & 3. & *p.* 9. *cap.* 2. *num.* 226. & 237. dicens hanc ſententiam videri magis conſonam communi ſenſui, ac praxi receptæ.

His poſitis, dico primò, iudicem debere iudicare regulariter ſecundùm opinionem communem, quæ in foro ſeruatur, illámque debere præ oculis habere, per text. *in l.* 1. *verſ. Sanè crebrior, ff. de officio quæſtoris, l. Athletas*, & vtrobique ſcribentes, *ff. eodem*, cenſetúrque nefas ab ea recedere tam in iudicando, quam in conſulendo, *cap. in canonicis*, 19. *diſt. cap. de quibus* 20. *diſt. cap. de iudiciis.* 4. *q.* 3. Aulez *in cap. prætorum, cap.* 1. *num.* 15. vbi ait communem opinionem tanquam legem allegari poſſe; additque *in verb. Fiel, eod. num.* opinioni communi in vtroque foro eſſe ſtandum; quia excuſat iudicem, quamuis ſe habeat res in contrarium, vt notat Paul. de Caſtr. *conſ.* 19. *col.* 2. *in fine in* 2. *p. conſilior.* niſi communis opinio ſit notoriè falſa, vt ait Ioan. Andr. *in cap.* 1. *de conſtitutionib.* & Abbas *in cap.* 1. *de re iudicat. num.* 10. & *in cap. capellanus de feriis.* Alexand. *in l. cum prolatis, ff. de re iudicata*, Eritque iudex nimirum ignarus iudicans contra communem in praxi receptam. Angel. *in l. final. C. de pœna iudic.* Felin. *in cap.* 1. *in fine de conſtitution.* Iaſon. *in Authent. nouiſſima, n.* 21. *C. de inofficioſ. teſtam.* & Bald. *in l.* 1. *ad finem*, per text. ibi, *ff. de ſenatorib.* & *in l. final. C. de inſtit.* & *ſubſtit.* definientes non eſſe recedendum à communi ſententia propter nouas phantaſias, quibus à ſe allegatis accedit Salzed. *in additionibus ad regul.* 107. *Bernardi Diaz.* 183.

Quæres quænam dicatur ſententia communis? Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 71. *n.* 39. & 40. arbitratur illam, quæ habet plures auctores eam aſſerentes arguendo, & diſputando, non autem illam, quæ plures Doctores, eam aſſerentes, habet, nulla diſputatione præmiſſa, ſed perfunctoriè, ſimpliciter, & per tranſennam eam ſequentes. Quam deſcriptionem probant Alciat. *de præſumpt. regul.* 1. *præſumpt.* 51. *num.* 2. *verſ. Item intellige*, & *lib.* 4. *parerg. iuris, cap* 17. & Zoall. *in præfatione ad practicas, n.* 11. Sanch. *de conſenſu clandeſtino, lib.* 3. *diſput.* 44. *n.* 2. Quare Nauar. *in manual. cap.* 27. *n.* 289. egregiè ſcribit opinionem communiorem ſe exiſtimare, quam ſex, aut ſeptem auctores claſſici rem ex profeſſo tractantes affirmant, quàm probatam à quinquaginta ſola auctoritate priorum dumtaxat productis. Illos enim cenſet auctores claſſicos grauiores, ac maioris auctoritatis, quorum ſcripta in tribunalibus, & auditoriis, ac foro magis accepta ſunt, & præſertim antiquiores, vt copioſè notat Neuiſan. *lib.* 5. *ſyluæ nuptialis*, *numero* 5. & Menochius *ſuprà, num.* 41. 184.

Iudex ergo debet regulariter amplecti opinionem communem, niſi iuſta aliqua de cauſa ab ea amplectenda abducatur: tunc enim poteſt recedere ſecundùm Neuiſan. *in d. lib.* 5. *num.* 7. maximè quando contraria communi melioribus nititur rationibus, per text. *in c. capellanus de feriis*,

& *ibi* Abbas.Suffragatur textus *in clement.vnica, §. final. de ſumma Trinitate*. Purpuratus *in l.cum quid,n.84.ff.ſi certum petatur*, vbi vult hanc eſſe
185. communem opinionem. In quo euentu hæc eſt communior opinio cenſenda, ac ſequenda tanquam verior quæ firmioribus rationibus fulcitur.Ideo debet præualere. Ita Decius *conſ.472.in fine,& conſ.619*.Iaſon.*in Authent. nouiſſima,n.22.* Roland.*conſ.vltim.in fin.lib.2.* præſertim quando communis opinio eſt valdè dura, & opinio contra communem eſt benigna. Ita Pariſ.*conſ 6.n.24. & conſ.66.num.17.lib.3.* Nauar.*ſuprà num.287* & Neuiſan.*num.68.* Quod etiam debet fieri,quando opiniones ſunt pares,tunc etiam amplectenda eſt humanior,vt *in l.maiores ff.de pactis*, & textus *in cap.2.de cognatione ſpirituali.* Auilea *in d.capit.3. prætor.verbo,fiel,num.15.verſ.Item à communi poteſt recedi, ſi alia opinio eſſet humanior.*

186. Item poteſt recedi à communi opinione ſi caſus cõtra quem eſt communis, eſt valdè fauorabilis,vt ſunt caſus viduarum, pupillorum,& perſonarum miſerabilium, ac matrimonij, ſeu vltimarum voluntatum.Ita Neuiſan.*num.73.ſupra*,quod intelligo, ſicut ipſe poſt Decium *in cap.1.de conſtitutionib.*quando opinio communis eſt dubioſa, tunc enim poteſt iudex inclinare in caſus fauore dignos. Secus quando opinio communis non habet dubium, eo quòd non eſt fauendum illis cum iactura, atque iniuſtitia aliorum. Nam fauor in in dubiis habet locum in ſuprà dictis caſibus viduarum,& reliquis ſuprà. Iaſon *in conſ.178. lib.2. in fine*. Barbatius *conſ.3. col.penult.& conſ.6.col.2. lib. 1.* dicentes fauendum eſſe cauſis matrimonij, ac dotis. Similiter de teſtamento idem tradit Iaſon.*conſ.13.in fine,lib.3.*& Neuiſan,*conſ.26.num.7.* ſequendam eſſe opinionem, vt illud non vitietur. Sed quid ſi cõtra communem ſit gloſſa? Reſpõdetur gloſſam eſſe præferandam,cum eius auctoritas
187. excellat aliis doctoribus. Ita Bartol.*in l.vt vim.ff. de iuſtitia,& iur.num.8.* & Bald. *in l.cum hereditas,C.depoſit.* & Ioan.Butr.*in l.1.C.qui pro ſua iuriſdictione*, dicens eſſe communem illam opinionem, quoties cum gloſſa concordat aliquis Doctorum. Propterea addit Baldus *in Auth.ceſſante, col.13.C.de legitimis heredibus*, timere in conſulendo recedere à gloſſa;quem ſequitur Auilez *ſupra, verſ.Item fallit.*

Quibus addo legem noſtram Luſitanam *lib.3. tit.64.§.1.* præcipere vt quando caſus,de quo agitur, non fuerit deciſus per legem regni, aut per ſtylum curiæ,ſeu conſuetudinem vniformem,aut denique per leges imperiales, aut per ſacros canones quando agitur de peccato, decidatur per gloſſas Accurſij in iiſdem legibus inſertas; dummodo per communem Doctorum opinionem
188. non fuerint reiectæ, ac reprobatæ. Quod ſi per eaſdem gloſſas caſus non ſit deciſus, ſtandum eſt opinioni Bartoli; eo quòd illius opinio eſt magis rationi conſentanea; quamuis aliqui Doctores contra Bartolum aliter cenſeant, niſi communis recentiorum opinio, qui poſt Bartol. ſcripſerunt, fuerit contraria. Hactenus lex noſtra. Ex quibus apparet quanta ſit auctoritas gloſſarum, quæ omnes antecedit, vt notat Auilez *ſupra d.verbo, fiel, num.15.verſ.Auctoritas gloſſæ*; vbi commendat Azonem & Accurſium eius diſcipulum tanto dignum magiſtro,vtrumque illuſtri ingenio gloſſatores illuſtres, vt tenet Bartol. *in tit. ſuper Lombardi in vſibus feudorum, & in cap. dilecti filii, de maioritate, & obedientia*, ſubdens Accurſium gloſſatorem fuiſſe vberrimum fontem iuris ciuilis. Sequitur Tiraquell. *in leg. ſi vnquam, verb.Totum, numero 4. C. de reuocand. donatione.*

Cum ergo gloſſatores tantæ ſint auctoritatis, iure optimo lex Luſitana præcipit gloſſis ſtare,illiſque deficientibus recurrendum eſſe ad opinionem Bartoli iuris ciuilis illuminatoris, vt illum vocat Amator Rodericus *in practica, cap. 10. numero 13.* Quin etiam in tota Hiſpania doctrina Bartoli habetur pro lege,teſte D. Mart. *de iuriſdict.p.1. cap.26. num.71. & in votis nouiſſ. deciſ. voto 6. num. 5.* Zauall. tamen in præfatione ad practicas aduertit *num.61.* non eſſe recedendum ab opinione gloſſarum, niſi praxis vſu recepta ſit in contrarium. Tunc enim poteſt iudex à gloſſis, ſicut à lege ob conſuetudinem contrariam,ac praxim recedere ſecundùm Buttig. *in l.1. C. qui pro ſua iuriſdictione.*

Quæres quam vim habeant leges Caſtellæ extra fines Caſtellæ,& leges Luſitanæ extra fines,ac dominium Luſitaniæ? Reſpondeo non obligare ſicut leges ſecundùm regulam *l. vltima, ff. de iuriſdict.omn.iudic.cap.1.iuncta gloſſa,verb.ab omnibus.de conſtit.* Quæ opinio placet Bartolo,& ſcribentibus communiter *in l.cunctos populos, C. de ſumma Trinitate*, & aliis relatis à Burgo *in leg.1. Tauri,num 451.*Habent ergo hæ leges extra propria regna,ac dominia eorum vim opinionis vnius Doctoris grauiſſimi;quia plerúmque ſunt conformes iuri communi, & fundantur in ratione bona naturali,deſcendúntque ex dictis ſapientum, vt dicitur in proœmio legum partitarum, *in verſ. e tomemos, & in l.1.Tauri,in verſ.por que.*

Quando verò deficiunt leges in aliqua prouincia recurritur ad conſuetudinem legitimè præſcriptam per lapſum decem annorum, & pluralitatem actuum nõ minus duorum,text.*in l.de quibus,ff.de legibus*,& *ibi* Bartol.& Doctores communiter, Gomez *in l.1.Tauri,num.8.& 9.* addit deficiente lege, & conſuetudine recurrendum eſſe ad rationem naturalem, per text.*in l.ſcire oportet,§. ſufficit,ff.de excuſ.tutor.* & confirmatur ex ſententia Philoſophorum dicentium, *Quærere legem, vbi eſt ratio naturalis, eſt infirmitas intellectus.*

Illud etiam eſt notandum apud Hiſpanos quan- 189.
do leges deficiunt, ſeu conſuetudines prouinciarum, ſtandum eſſe diſpoſitioni iuris canonici. Ita Suar.de Paz *in praxi,in principio,annot.5.*vbi vult in foro Eccleſiaſtico deficiente iure canonico recurrendum eſſe ad ius regni.Quod priùs cantauit egregiè Palacius Rub.*in l.1.Tauri, n.9.* Ciſfuentes *in l.3.Tauri, num.3.* Didacus Perez *in quaſt.3.*
*proœmial.ordinamenti.*In foro tamen ſæculari de- 190.
ficiente iure regio, non eſſe ſtandum iuri ciuili, ſed iuri canonico. Docet etiam Curia Philip.*p.1. §.7.à num.14.* Amator Ruder. *ſuprà,cap.10.n.25.* Molla *in emporio iuris,p.1. tit.1. quaſt.16.* & Azeuedus *ad tit.1.num.18.lib.2.recopilat.*De iure quoque Luſitano per *tit.64.in principio*,ibi,*ſendo materia que traga peccado*; ſtandum eſt in foro ciuili canonico iuri. Gloſſa *in cap.2.de arbitr.in 6.* Surdus *deciſ.158.num.9.* & Camill.Borrell.*in ſumma omnium deciſ.tit.13. de legib.num.82.* quod etiam procedit in conſtitutionibus Synodalibus,vt notat Caldas Pereira *in quaſtionibus forenſibus,lib.1. q. 25. n. 28.* atque ita Epiſcopus poteſt prohibere iudici laico ne aduersùs conſtitutiones Synodales in materia peccati,aliquid moliatur ex Laurent.*de vſur.q.134.*quamuis Baldus,& Salicet.repugnent.

*in l.conſulta, C. de teſtamentis*, ſine fundamento, cùm conſtet laicos eſſe ſubditos Epiſcopo, in iis,
191. quæ pertinent ad ſalutem animarum. Ita Angelus *conſ.64. in principio*, & Ioan. Andr. *in regul. ea quæ, lib.6.* Dominicus *in cap.2.§. ſtatuto, de conſtitutionib.* Sicque intelligenda eſt lex noſtra *lib.3. tit.64. poſt principium*, dum iubet in materia peccati deferendum eſſe conſtitutionibus canonicis; idem eſſe accipiendum de ſynodalibus. Idem dico in diſpoſitis ad pias cauſas, in quibus ius canonicum ſemper eſt ſeruandum in vtroque foro. Ita Ioan. Andr. Anchar. Petr. Peruſ. & Imola *in cap. relatum, 2. de teſtamentis*, idem Anchar. *conſ.25. videtur prima facie, in principio*, Bartol. *in l.1. col. prim.* & *ibi* Salicet. *col. 13. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Quamuis contradicat Innocent. *in d. cap. relatum*, minùs tamen bene, *de teſtament.* cùm noſtra opinio ſit communior, ac verior, etiamſi agatur de ſolo peccato veniali, vt notat Ripa *in cap. ſæpe, n.6. de reſtitution. ſpoliator.* Alciatus *in cap. nonit, n.19. de iudiciis*, & Abbas *in cap. vltim. de præſcriptionib.*

192. Sed quid dicendum quando id de quo agitur, eſt dubium de iure ciuili, & clarum de iure canonico? Reſpondeo in foro ciuili ſtandum eſſe deciſioni iuris canonici, ex *cap. 1. de operis noui nunciatione.* Neuiſan. *lib.5. ſylua nuptial. num.69.* Menoch. *conſ.18. num.11.* Præſertim, quando reſpicitur animæ fauor. Semper enim illa opinio eſt ſequenda, quæ fauet animæ, ac conſcientiæ; quod procedit etiam in odioſis, teſte Phœbo *deciſ.50. num 7. & 8.* Atque ita reſoluitur à Surdo, qui in iure bene audit, *conſ.11. num 22.* Menoch. *de præſumptionib. lib.2. præſumpt.71. num.33.* poſt Pariſ. *conſ.92. num. 63. lib.3.* vbi addit ſequendam eſſe opinionem in dubio, quæ fauet matrimoniu, ac libertati, ſeu reo, & illi, quæ eſt contra fiſcum, de quo vltimo agit copioſè, *præſumpt.72. per totam.*

193. Quæſtionis eſt, an ſequenda ſit opinio, ſecundùm quam Senatus ſupremus pronunciauit? Reſpondeo ſententias ſupremi Senatus latas coram Rege, aut ſupremo Principe, quas ipſi ſuo ſigno Principes aſſignarunt, robur legis obtinere in ſimilium cauſarum deciſione. Ita Cabed. *tom.1. deciſ.112. num.3. per l. vltim.* & *ibi* ſcribentes, *C. de legibus*, Gama *deciſ.33. in fine, & deciſ.164. num.10.* Valaſc. *conſult.148. num.28.* vbi vult opus eſſe, vt Rex cognoſcat, examinet, ac decidat cauſam per ſe ipſum, ſicut loquitur text. *in l. final.* ibi, *cognitionaliter, C. de legibus, & num.34.* definit ſententiam latam in præſentia Regis per ipſum ſignatam habere vim legis quoad omnes caſus ſimiles. Eiuſdem opinionis eſt Caldas Pereira *de renouat. quæſt.15. num.27.* Pinell. *in l.2. C. de reſcind. vend. p.2. cap.4. num.2.* Menoch. *de præſumptionib. lib.1. præſumpt.1. n.27.* & Vantius *tit. ex defectu iuriſdictionis delegata, num.20.* Vbi volunt præiudicia ſupremi Principis, vel eorum, qui loco Principis iudicant, præbere iudicaturis exemplum, quod ſequantur. Quod prius multo Ariſtoteles deciſum reliquit *lib.2. Rhetor.* ita ſcribentes, ibi. *Vel ſi ita illi iudicarunt, contra quos ſtatuere nihil licet, vt qui domini ſunt, aut quibus non honeſtum eſt contradicere.* Ex quibus verbis manifeſtum eſt non eſſe recedendū à ſententia lata à ſupremo Senatu, neque à ſententia Principis per gloſſam *in l. nemo, C. de ſentent. & interlocut. omnium iudic.* & Socin. *in tract. fallent. regul. 225. fallent.1.* & conſtat ex lege noſtra *lib.3. tit.64. num.3. e ſendo o caſo de que ſe trata tal*, & infra, *que nom ſeia determinado per ley do reino, nem ſtylo de noſſa corte, &c. Mandamos, que tal cazo ſeia remetido a nos, pera darmos ſobre iſſo noſſa determinaçam a qual ſe guardara.* Ergo nec a ſententia lata coram Rege modo ſuprà dicto, neque à Regis ſententia recedendum eſt, quoad omnes ſimiles caſus.

De ſententiis verò iudicum minorum ad deci- 194.
dendas cauſas parum curandum eſſe docet Euerard. *in Topic. legalib. loco ab auctoritate 95. num.5.* Ratio illius, quia hæc præiudicia, ſiue areſta inferiorum iudicum leuem probationem efficiunt, & leui diſſimilitudine, vt notat Fabius *lib.5. inſtit. orator. cap.2.* poſſunt euitari. Nam exemplis non eſt iudicandum, ſed legibus, vt notat Iuſtinian. *in d. l. nemo, C. de ſentent. & interlocut.* Quia poteſt contingere, vt inferiorum iudicum præiudicia, hoc eſt res ante iudicatæ, ſeu errores, occaſionem errandi alteri præſtent. Alioqui, vt inquit Menoch. *conſ.75. num.93.* iudices inſtar medicorum imperitorum cenſebuntur, qui vno medicamento omnes morbos curare audent. Nihilominus non eſt iudicandum prout iudicatum fuit, ſed quid ſit iudicandum oportet diligenter inueſtigare, *l. ſed licet, ff. de officio præſid.* Qua de re in ſpecie agit Bald. *conſ. 234. incipit, præmittendum eſt ad euidentiam.* Hinc videmus de eadem fermè cauſa aliter ab vno iuſto iudice, aliter ab altero fortè corrupto fuiſſe pronunciatum, vt habetur *in l. nam etſi parentibus, §. filius ff. de inofficioſ. teſtament.* Crauet. *conſ.232. num.3.* & ſequitur Menoch. *conſ.59. per totum, & conſ.75. & præſumpt.1. num.20.* Niſi ex eiſdem iudicum inferiorum ſententiis, ac præiudiciis conſuetudo introducta inualeſceret; tunc enim ad deciſiones ſimiles poteſt allegari, vt vult Tiberius Decian. *in Apologia pro iuriſperitorum reſponſis contra Alciatum, cap.22. num.132.* Alex. Raudenſ. de Analogis, *lib.1. cap.33. num.117.* In quo euentu inferiorum ſententia vſu, ac conſuetudine introducta eſt ſequenda. Secus quando nulla conſuetudo ex inferiorum ſententiis introducta ſuit. Quare rectè admonuit Neuiſan. *lib.5. Sylua, num.62.* à recepta Doctorum opinione non eſſe recedendum, quamuis aliquando ſemel, vel iterum fuerit pronunciatum. Cum id vel odio, vel dolo, vel ignorantia potius, quàm iuſtitia, ac ratione fieri poſſet.

De iure Luſitano *lib.3. tit.64. in principio*, ibi, 195.
*ou ſtylo de noſſa corte, ou coſtume longamente vſado*, non poſſunt iudices ſequi communem opinionem contra ſtylum Curiæ, aut conſuetudinem longo tempore, ac praxi receptam, vt conſtat ex eadem lege. Cabed. *1. p. deciſ.211.* quod intelligit ceſſante lege regni, poſt Baldum *in l. illud, ff. de excuſat. tutor.* & Decium *conſ.11.* & alios, quibus adhæret. Nam conſuetudo in loco dicitur ius commune, Baldus *in l. conſtitut. in fine, C. de bonis quæ liber.* & Decius *conſ. 685.* & ſtylus curiæ pro lege ſeruatur. Camil. Borrell. *in ſum. deciſ. tit.13. de legib. n.108.* Cacher. *deciſ.22. n.7.* Melch. Phœb. *1. p. deciſ.42. n.8.* & facit ius per text. *in cap. ex literis, de conſtit.* teſte Garcia *p.1. cap.5. n.87. de beneficiis.* In ſtylo odioſa eſt interpretatio, atque ſtricta ſecundùm Flamin. *de reſign. lib.5. quæſt.18. n.76.* Ideo non extenditur de caſu ad caſum, nec de loco ad locum prout habetur *in l. de quibus, ff. de legibus, cap. vltim. de conſuetudine, cap. audiens de reſcriptis.* Vnde non habet locum, niſi in caſibus in quibus fuit obſeruatus. Crauet. *de antiquitat. tempor. p.4. in principio, num.42. cum ſequentibus.* Neque fas eſt niſi ſupremis iudicibus ſtylum introducere.

introducere. Bartol *in l. de quibus, num. 10. ff. de legibus*, & Menoch. *conſ. 187. num. 56.* Illud etiam addo potiùs ſtylo eſſe ſtandum, quàm conſuetudini. Cacheran. *ſuprà, d. deciſ. 22. num. 7.* Franc. Vin. *deciſ. 297. num. 1. & 2.* & alij ab eo relati. Differunt ergo conſuetudo, & ſtylus. Nam ſtylus eſt peculiaris, conſuetudo verò generalis. Felin. *in cap. 1. de reſcriptis, num. 18.* Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſumpt. per totum*, qui etiam plura de conſuetudine dixit *conſ. 8. num. 16. & conſ. 32. num. 65. & conſ. 75. num. 60.* Ex ſententiis tamen difformibus non inducitur conſuetudo ex Aym. *conſ. 94. n. 5.* & Albei. *In l. quæſitum, §. ſi quid. eod. ff. de fund. inſtr.*

196. Illud in dubium vocari poteſt an confeſſarius poſſit ſequi opinionem probabilem, reiecta probabiliore, & tutiore? Partem negantem probat Cordubenſ. *in ſuo quæſtionario, lib. 2. quæſt. 3.* Conrad. *de contractibus, tract. 7. quæſt. 110. concl. 1.* Sylueſt. *verb. dubium, quæſt. 2.* D. Antonin. *1. p. tit. 3. cap. 10. §. 10. regula 4.* & alij. Ex eo fundamento, quia nemini datum eſt contra conſcientiam operari; ſed qui aliorum opinioni adhæret, reiecta ſua, operatur contra propriam conſcientiam; igitur non poteſt omiſſa ſua aliorum ſequi ſententiam.

Dicendum tamen eſt in foro conſcientiæ hoc eſſe licitum; quia cuique fas eſt conſilio alterius probabili adhærere contra proprium conſilium; igitur contra propriam opinionem fas eſt ſequi aliorum ſententiam. Ita Valentia 1. 2. *diſp. 2. quæſt. 12. punct. 5. quæſt. 1. & quæſt. 14. punct. 4. quæſtion. 4. & 2. 2. diſp. 5. quæſt. 7. punct. 4. col. penultim. verſ. Reſpondeo dupliciter.* Vaſquez 1. 2. *quæſt. 16. diſp. 62. cap. 4. num. 14.* Suar. *tom. 5. in 3. part. diſp. 40. ſect. 3. num. 6.* Henriquez *de irregular. lib. 14. cap. 3. num. 5.* Leſſ. *de iuſtit. lib. 2. cap. 29. dub. 8. num. 68.* Azor *tom. 1. Inſtit. moral. lib. 2. cap. 16. quæſt. 2. 3. & 4. & cap. 17. quæſt. 7.* & alij, quos ſequitur Gutier. *in canonicis quæſtionib. lib. 1. cap. 13. num. 23.* Neque adhærens minùs probabili opinioni, agit contra conſcientiam. Sed is dicitur operari contra conſcientiam, & conſequenter peccare, qui cum conſcientia, aut omnino dubia, aut omnino certa de peccato, operatur contra propriam conſcientiam. Ita Azor *vbi ſuprà, cap. 17. quæſt. 7.* Sanchez *in l. 1. in præcepta Decalogi, cap. 9. num. 14.*

197. Obiicies. Duo aſſenſus contrarij ſimul de eadem re non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto. Ergo quis contra propriam opinionem non poteſt aſſentiri opinioni aliorum, quia duos aſſenſus ſibi contrarios retinebit. Dicendum eſt nullum eſſe inconueniens habere duos illos aſſenſus, & conſequenter duas illas opiniones ortas ex diuerſis principiis, propriam ex principiis ex ipſa re profectis, ex quibus elicit hoc non eſſe licitum; at verò non propriam, ſed alienam opinionem ex principiis communibus, quam ſequi cuique licitum eſt, opinatur ſe poſſe tuta conſcientia amplecti, etiam ſua propria retenta. Ita Azor. *vbi proximè, d. quæſt. 7.* Vaſquez *eod. cap. 4. num. 14.* Neque in hoc caſu intellectus duobus contradictoriis aſſentitur, quia intellectus non iudicat vtramque partem eſſe certam, & veram, ſed vtramque eſſe probabilem, ita vt probabiliter poſſit ſuſtineri per eadem principia, diuerſo modo intellecta, & à fortiori per diuerſa, ſeu per extrinſeca, hoc eſt per Doctorum auctoritatem iudicare contrariam opinionem eſſe probabilem, Vaſquez, & Azor *ſuprà*. Nam ex eiſdem principiis diuerſimodè conceptis, aut intellectis, opiniones oriuntur probabiles, & intellectus neutram affirmat eſſe certam, ita, quin vtraque probabiliter ſuſtineri poſſit; atque ita ex ipſa rei natura minùs benè concepta poteſt intellectus ſtatuere, ac definire alteram opinionem probabiliorem altera, vel vtramque eſſe æquè probabilem ex iiſdem principiis ſic, aut ſic intellectis. Ita Sanch. contra Azor. & Vaſquez exiſtimantes non poſſe eundem intellectum per propria, & intrinſeca rei principia, hoc eſt per cauſas rei, aut effectus illius vtramque opinionem probabilem iudicare, eo quòd intellectus cenſeretur duobus contradictoriis aſſentiri; quod fieri poſſe docet ex iiſdem principiis diuerſo modo conceptis, aut applicatis.

## EPITOME.

198 *Opiniones æquè probabiles ex parte iuris, vel alteram probabiliorem an poſſit iudex pronunciare ſecundum quam maluerit.*
199 *Opinio probabilior quæ eſt ſequenda, non ſemper eſt tutior.*
200 *Quando opiniones ſunt probabiles ex parte facti, iudex quo modo ſe habere debeat.*
201 *Confeſſarius, ſeu viris literatis, an liceat conſulere contra propriam opinionem.*
202 *Et an poſſint abſoluere pœnitentes.*
203 *Magiſtri docentes opiniones improbabiles peccant mortaliter regulariter.*
204 *Iudices in dubio in materia iuſtitiæ pro poſſidente debent pronunciare.*
205 *Poſſeſſor in dubio poteſt rem retinere, alienare, ac præſcribere.*
206 *Poſſidens incipiens cum dubio an res ſit ſua, vel Pauli, vel dubia fide, an debeat illam reſtituere.*
207 *Dubius de re an ſit ſua ſi inclinet magis non eſſe ſuam, quid teneatur reſtituere.*
208 *Melior an ſit conditio poſſidentis tam in materia iuſtitiæ, quam aliarum virtutum.*
209 *Dubius an lege, ſeu præcepto, aut voto teneatur, quando eſt certus de lege, & dubitat an eximatur, an teneatur adimplere.*
210 *Et quid de dubitante de excommunicatione, aut de homicidio.*
211 *In dubio facti, neque in dubio iuris cenſetur quis excommunicatus.*
212 *Neque in dubio cenſetur quis habere caſum reſeruatum, neque eſſe irregularem.*
213 *Excepto caſu homicidij in dubio facti.*

SEd hîc ſuboritur dubium, quando ſunt duæ opiniones æquè probabiles quid faciendum ſit iudici? Bañez 2. 2. *quæſt. 63. art. 4. dub. 1.* circa ſolutionem ad ſecundum, cenſet non eſſe integrum iudici eligere quam maluerit, ſed teneri partes reducere ad concordiam, vel rem, ſi eſt diuiſa, diuidere, & vnicuique partem ſuam tribuere; quòd ſi ſit indiuidua, fructus illius æquè inter partes eſſe diuidendos: præſertim ſi apud acta ex vtraque parte ſint æquales probationes. Quæ ſententia videtur æqua, & rationi conſona. Sit ergo prima propoſitio. Quando vtraque opinio eſt æqualis ex parte iuris, quia lex per quam caſus eſt decidendus, vno modo ab his doctoribus, & alio ab aliis intelligitur, fas eſt iudici quam partem voluerit eligere, & ſecundùm illam pronunciare. Quin potius remoto ſcandalo poterit modò vnam opinionem, modò alteram amplecti. Ita Valentia *tom. 3. diſp. 1. quæſt. 7. punct. 4.* Barthol. Medin. 1. 2. *quæſt. 19. art. 6. dub. penult.* Sotus *lib. 3.* 198.

*de iuſtit. quæſt.6. art.5. ad 4. propoſit.2.* Salon 2.2. *quæſt.63. art.4. controuerſ.2.* Aragon. *in eadem quæſtion. art.4. ante dubium vlt. in fine*, Sanchez *lib.1. in præcepta Decalogi, cap.9. num 45.* & Sayr. *in claui, lib.1. cap.11. a num.4.* Salaz. 1.2. *quæſt.21. tract.8. diſp. vnica, ſect.12. num.115.* & alij. Ex eo fundamento, quia iudex ex vi iuſtitiæ diſtributiuæ, & ratione officij ſui, non tenetur magis vni, quàm alteri fauorem illum præſtare, cùm æquale ius vtraque pars habeat; ergo integrum eſt iudici pro libito eligere opinionem quam maluerit, & potius vni, quàm alteri rem adiudicare. Ita Doctores præcitati. Quod probatur exemplo eligentis ad beneficium Eccleſiaſticum potiùs hunc, quàm illum, quando duo ſunt æquè digni illo, vt omnes concedunt fieri poſſe abſque vlla perſonarum acceptione.

Dictum eſt ſecluſo ſcandalo poſſe iudicem propter amicum modò ſecundùm hanc, modò ſecundùm illam pronunciare; quia ſi detur ſcandalum, fieri non poteſt; non tamen teneretur iudex reſtituere, cum nihil ageret contra ius partis reiectæ. Debet tamen iudex cauere ne fortè pecunia corruptus, vel odio, aut amore commotus apud ſe ſtatuat opinionem eſſe probabilem abſque fundamento. Sayr. *vbi ſupra, num.6.* & Sanch. *num.45. ad finem*, vbi additur iudicem eſſe in periculo peccandi mortaliter, ſi habeat animum ſemper iudicandi pro amicis, cæteris paribus, ſicut Epiſcopi qui habent propoſitum conferendi beneficia ſuis conſanguineis, eo quòd habentes tale propoſitum ſunt in periculo aperto iudicandi merita ſæpe imparia propter talem affectum, & paſſionem, tanquam merita paria. Ita Sayr. *num.7.* ex ſua, atque aliorum ſententia, quos *ibi* tacitè refert. Quod non puto verum, quando ſunt paria iura; tunc enim nulli periculo ſe exponunt iudices, Epiſcopique.

Secunda propoſitio. Quando altera opinio ex parte iuris eſt altera, re vera, probabilior, probabile eſt iudicem poſſe pronunciare ſecundùm ſententiam minùs probabilem, quia iudex in hoc caſu non temerè, nec raptim, ſed prudenter ſe habet iudicando, neque opus eſt, vt ſemper iudicet ſecundùm probabiliorem, ſed ſatis eſt, quòd probabili adhæreat, quæ eſt conformis rationi. Item, quia confeſſarius poteſt ſe conformare opinioni probabili pœnitentis, relicta probabiliori. Imò potiùs quamuis putet pœnitentis opinionem eſſe falſam, ſi probabilis cenſeatur inter graues Doctores, adhuc confeſſarius tenetur pœnitentem abſoluere, vt notat Sotus *in 4. diſt.18. quæſt.2. art.5. ad 5.* & Valentia 2.2. *diſp.5. quæſt.7. punct. vltim. in fine*, & Sanchez *ſuprà, num.30.* Ergo iudex licitè poteſt pronunciare ſecundùm probabilem ex parte iuris, quamuis ſit altera probabilior. Ita Aragon *ſuprà, art.4. dub. penultim.* Medin. 1.2. *quæſtion.19. art.6. dub. penult.* & alij.

Tertia propoſitio. Probabilius eſt iudicem teneri pronunciare ſecundùm opinionem ex parte iuris probabiliorem, poſthabita probabili. Ratio, quia id videtur magis rationi conſentaneum, vt iudex dirimat cauſam pro vt fuerit melius ſecundùm merita ipſiuſmet cauſæ, & pro ea parte ferat ſententiam, cui magis fauent iuris interpretes. Aliàs cenſebitur perſonarum acceptor, ſicut collator beneficij, qui relicto digniori, confert minùs digno. Ita Bañez, Sotus, & Valentia ſuprà ſcripti, & Vaſquez *t.2. quæſt.19. art.6. diſp.64. cap.2. num.5.* Ledeſma *2. part.4. quæſt.54. art.6. fol.472. ad finem*, & Sanchez *num.47.* niſi fortè opinio minùs probabilis ex parte iuris ſit magis vſu, ac praxi in foro introducta, vt notat Vaſquez *num 6.* & Aragon. *d. art.4. dub. penultim.* addit poſſe ſequi probabilem, poſthabita probabiliore, niſi ſit vſu, & conſuetudine antiquata. In quo euentu non dicetur probabilis, ſed improbabilis; quia conſuetudo eſt optima legum interpres, argumento legis, *minimo, ff. de legibus, & conſt. & cap. cum dilectus, de conſuetudine.*

199. Quarta propoſitio. Quamuis opinio probabilior, & conſequenter conformior rectæ rationi, ſit ſequenda potiùs, quàm probabilis, non ideo ſemper eſt tutior. Nam Soto *lib.10. de iuſtitia, quæſt.4. art.3.* probabilior opinio videtur, quam alij ſequuntur, Epiſcopos, & Eccleſiaſticos eſſe dominos ſuorum redituum, non tamen eſt tutior. Saytus *ſuprà, num.10.* Et probatur, quia ex ſententia ipſius Soti *art.3. ad 4.* mortiferè peccat beneficiarius partem ſuperfluam, quæ non eſt neceſſaria ſuſtentationi ipſius, non expendens in opera pia, quamuis ad reſtitutionem beneficiarius pauperibus, vel aliis piis cauſis non teneatur; ergo quamuis ſit probabilior opinio, quæ docet poſt erecta beneficia, certoſque fructus ſingulis deputatos beneficiarios fieri abſolutè dominos omnium illorum redituum, non tamen eſt ſecurior. Sed contraria docens clericos non eſſe abſolute dominos portionis ſuperfluæ vltra ſuſtentationem, ſed œconomos, ac diſpenſatores; itavt ex iuſtitia teneantur partem ſuperfluam in pia opera expendere, ſub onere reſtituendi ſi aliter fecerint. Alenſ. *3. p. quæſt.36. num.5. art.2.* Richard. *in 4. diſt.45. quæſt.1. circa tertium principale*, & Henricus *quodlibet.8. quæſt.27.* in ſpecie definientes Eccleſiaſticos non habere proprietatem redituum, ſed vſum duntaxat; quibus accedit Petr. Sotus *de inſtruct. ſacerdot. part.2. lectio.3.* vbi vult bona Eccleſiarum eſſe Chriſti Domini, & conſequenter pauperum, neque ratione vlla, aut humana poteſtate fieri poſſe, vt licitè in alios vſus, quam Eccleſiaſticos, & pauperum expendi poſſint, & Nauar. poſt alios *tract.2. de reditibus monito 7.* eiuſque aduerſarius Sarmient. *p.2. de reditib. cap.1. & ſequentibus*, quamuis ſuper quibuſdam minutiſſimis inter ſe diſcordent. Ex quibus infertur non omnem propoſitionem probabiliorem eſſe ſecuriorem, neque ſequendam eſſe probabiliorem, ſeu a pluribus receptam, quia tutiorem, ſeu tanquam tutiorem; ergo ſatis eſt ſi iudex in iudicando opinionem probabilem à ſe iudicatam veram ſequatur, quod apud me eſt valde probabile.

Quando verò opiniones ex æquo probabiles ſunt ex parte facti, quia vtraque pars probauit ex æquo factum ſuum; in ciuilibus cauſis iudex debet partes componere, & rem diuiduam inter litigantes diuidere æqualiter, ſi res eſt diuidua; quod ſi ſit indiuidua, per æſtimationem diuidi poteſt. Ita Salon. 2.2. *quæſt.63. art.4. controuerſ.2. concluſ.2.* & Sayr. *ſupra, num.12.* in cauſa verò criminali in æquali dubio, ſeu in æquali probatione, pro reo pronunciandum eſt per regulam *in pari delicto, vel cauſa potior eſt conditio poſſidentis, de regul. iuris in 6.* & regul. *cùm iura partium ſunt obſcura, reo fauendum eſt potiùs, quam alteri, eodem lib. 6.* Contra verò quando iudex eſt inter opiniones, quarum altera ex parte facti eſt probabilis, & altera probabilior; tunc iuxta probabiliorem debet pronunciare, cùm teneatur iudicare per merita cauſæ, atque ita qui melius fa- 200.

ctum

ctum ſuum probauit per inſtrumenta, ſeu teſtimonia probabiliora, cenſetur habere maiora merita cauſæ. Ex quibus intentum ſuum, ac ius oſtendit eſſe dignius, & ratio petit, vt ſententia feratur ſecundùm digniorem cauſæ proceſſum. Salon *concl.* 3. Valent. ſuprà ſcriptus *propoſitio* 3. Aragon. 2.2. *quæſt.* 63. *art.* 4. *dub. vltim.* Quare in ciuilibus cùm reſpiciantur probationes digniores ex parte facti, non licet iudicare ſecundùm probabilem opinionem poſthabita probabiliori; ſed ſemper pronunciandum eſt iuxta probabiliorem. In criminali verò, vt pronuncietur contra reum, non ſufficiunt quæcunque probationes meliores, ſed exiguntur multo meliores, ac fortiores; ſemperque illi eſt fauendum, niſi iura, & teſtimonia contra ipſum ſint valde manifeſta. Quia melius eſt, quando res non eſt clara, abſoluere criminoſum, quam punire innocentem, *l. abſentem, ff. de pœnis.*

201. Huic ſequitur affinis difficultas, an liceat viris literatis, conſulere aliis contra propriam opinionem, ſecundùm tamen opinionem aliorum probabilem? Affirmat Medina *lib.* 2. *ſumma, cap.* 3. *ad finem.* Lopez 1. *part. inſtructory, cap.* 120. Salas 1.2. *quæſt.* 21. *diſp. vnica, ſect.* 6. *num.* 69. *tract.* 8. Vaſquez 1.2. *diſp.* 62. *cap.* 9. *num.* 47. Sayr. *in claui regia, lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 31. Quod etiam fas eſſe confeſſariis tradit Sanch. *d. cap.* 9. *num.* 19. ex Medina, Lopio, & Sala, *vbi ſuprà.* Ex ea ratione, quia ſicut poſſunt viri docti contra propriam opinionem operari, ita poſſunt interrogati conſulere contra propriam opinionem, aliorúmque ſententiam ſequi. Quod ſi conſulendo opinentur eſſe falſam aliorum opinionem, nefas eſt conſulere contra propriam, ex Soto *in* 4. *diſt.* 18. *quæſt.* 2. *art.* 5. *ad* 5. Quod eſt verum, cum nemo poſſit conſulere, quod credit eſſe falſum; nec eſt inconueniẽs etiam minùs probabilem opinionem conſulere, ſi probabilior videatur difficilis, aut impatibilis conſilium petenti, aut intelligat ab eo nolle ſe conformare interrogantem opinioni propriæ conſulentis. Sanchez *vbi ſuprà, num.* 19. *ad finem*, additque *num.* 22. poſt alios fas eſſe conſulere in omni materia etiam iuſtitiæ confeſſariis ſecundùm probabilem opinionem contra propriam. Vaſquez id expreſſè 1.2. *quæſt.* 19. *artic.* 6. *diſp.* 63. *cap.* 1. *in principio*; eo quòd ſequens, aut conſulens minùs probabilem, non agit contra conſcientiam, nec ſe exponit periculo peccandi formaliter, ſed tantùm materialiter, quia prudenter, ratioñeque probabili inductus agit; ſed peccabit ſi cum conſcientia omnino dubia, aut aliquid eſſe peccatum dicente operetur. Quam ſententiam tradunt etiam Medina 1. 2. *quæſt.* 19. *art.* 6. *col. antepenult.* & ibi Vaſquez *diſp.* 62. *cap.* 4. *n.* 14. Gutier. *lib.* 1. *canonicar. cap.* 13. *num.* 23. & Suarez *tom.* 5. *in* 3. *part. diſp.* 40. *ſect.* 5. *num.* 6. Satiſque eſt in moralibus ſequi, & conſulere in foro conſcientiæ opinionem probabilem, nemóque obligatur ſemper ad ſequendum melius, ſed ſufficit, ſi quod bonum eſt, ſequatur, aut conſulat, vt patet ex ſuperadictis, & docet Sanchez *lib.* 2. *de matrim. diſp.* 41. *num.* 80. *& lib.* 3. *diſp.* 20. *num.* 4. *verſ. cæterum, & lib.* 8. *diſp.* 6. *num.* 18. *ad finem, & lib.* 2. *in præcepta Decalogi, num.* 14. *& num.* 22. *verſ. at iure optimo.*

Nec obſtat doctrina ſuperior, quæ vult iudicem fori externi à Republica conſtitutum inter partes teneri iudicare iuxta probabiliorem opinionem, ſeu ſecundùm meliores probationes, & ſecundùm id quod magis æquum reputat. Quia loquimur de conſulente literato, cui eſt integrum conſulere iuxta contrariam opinionem; neque in hoc peccat etſi alteram probabiliorem credat. Vaſquez *diſp.* 62. 1. 2. *cap.* 9. *num.* 47. Sanch. *n.* 20 ſubdens *num.* 21. poſſe conſulere iuxta probabilem ſiue eximendo petentem conſilium ab onere reſtituendi, ſiue obligando. Quod etiam tradit licitum eſſe iudici fori interni, ſeu confeſſario, cum iudicium in foro pœnitentiæ ſit medicinale inter Deum, & hominem. Atque ita Doctori conſulto, & confeſſario ſufficit vt in ordine ad Deum petentes conſilium rectè dirigantur, & probabiles opiniones interdum contra proprias ſequantur.

Illud tamen non omiſerim, tam parochum, quem vocamus confeſſarium neceſſarium, quam confeſſarium voluntarium, qui non habet obligationem excipiendi confeſſiones, poſſe contra propriam opinionem pœnitentes abſoluere. Valentia 2.2. *diſp.* 5. *quæſt.* 7. *punct.* 4. Suar. *tom.* 4. *de pœnitent. diſp.* 32. *ſect.* 5. Nauar. *in ſumma, cap.* 26. *num.* 4. *& cap. ſi quis, num.* 77. *de pœnit. diſt.* 7. & Sayr. *in claui, lib.* 1. *cap.* 9. *à num.* 13. poſt plures *ibi* relatos quibus adhæret; ex ea ratione, quia poſſunt amplecti opinionem probabilem pœnitentis. Igitur ſi aliàs eſt diſpoſitus, habet ius vt abſoluatur a confeſſario, ſiue parochus ſit proprius, ac neceſſarius confeſſor, ſiue voluntarius; quamuis habeant contrariam opinionem. Neque poteſt illi negari abſolutio, ſiue confeſſio ſit voluntaria, ſiue neceſſaria. Quare non placent Syluest. *verb. confeſſor,* 3. *quæſt.* 7. & Angel. *verb. confeſſio, num.* 3. dum aiunt peccare confeſſarium voluntarium, ſi abſoluat contra propriam opinionem pœnitentem in eo caſu, cùm ſit confeſſarius abſque obligatione audiendi confeſſiones; proprium verò confeſſarium, ſeu paſtorem non peccare. Quam partẽ ſequitur etiam Medina, *C. de confeſſ. quæſt. de confeſſione dimidiata iteranda, verſ. Sequitur iam*, non tamen abſolutè, ſed quando agitur de damno tertij, ſeu de reſtitutione facienda. Tunc enim admittit diſtinctionem inter proprium, & non proprium confeſſarium; ſed in hoc eius diſtinctio mihi non probatur, neque diſpar apparet ratio poſt confeſſionem auditam, & pœnitens eſt diſpoſitus. Ideo tenetur abſoluere. 202.

An verò teneatur ſub mortali vterque confeſſarius abſoluere contra propriam opinionem? Affirmat Azor. *tom.* 1. *cap.* 17. *quæſtion.* 10. Sed non addit ſub quo peccato teneatur abſoluere. Suarius verò *tom.* 4. *diſp.* 32. *ſect.* 5. addit teneri ſub graui peccato, non tamen ſemper ſub mortali. Quam partem ſequitur Sanch. *num.* 29. maximè quando non eſt proprius paſtor; excuſatur tamen vterque à mortali, præſertim ſi nullum intercedat ſcandalum. Item ſi fiat hoc bona fide, vel ratione paruitatis materiæ, nempe quando confeſſio eſt breuis, & facilè poteſt repeti apud alium confeſſarium. Sanch. *eodem num. poſt alios,* & Sayr. *dicto cap* 9. *num.* 14. *&* 15. Vnde colligitur non ſemper ſub mortali teneri confeſſarium abſoluere pœnitentem; ſemper tamen admittet confeſſarius veniale, ſaltem graue, ſi diſpoſitum pœnitentem nolit abſoluere, cùm teneatur poſtquam confeſſionem audiuit. Ita Azor, & Sayr. præcitati, Henriq. *lib.* 6. *de pœnitentia, cap.* 16. *num.* 5. *in commento, litera..* & Ledeſma 2. *p.* 4. *quæſtion.* 8. *artic.* 4. *dub.* 6.

De magiſtris quæri poteſt in tradendis opinio- 203.

nibus improbabilibus in re morali? Dicendum eſt peccare mortaliter. In logica, vel in ſimili ſcientia ad ſummum peccare venialiter. Sanch. *n.26.* cum magiſtri ex officio teneantur docere vera; qui verò non ſunt ex officio præceptores, tenentur non docere falſa, nec decipere auditores, niſi paruitas materiæ excuſet, regulariter peccant mortaliter, tenenturque reſarcire damnum illatum diſcipulis deceptis. Nauarra *de reſtitution. lib.2. cap.2. in noua editione, num.82. dub.1.* ex regula. Qui dat cauſam damni, damnum ipſum dediſſe videtur, *l. qui occidit, §. penult. ff. ad l. Aquiliam.* Abbas *conſ.21. in principio.* Quod etiam procedit quando damnum cauſans fuit in culpa leuiſſima per *l. Aquiliam, ff. ad l. Aquiliam*; quin etiam de iure canonico *cap. final. de iniurijs.* Nec non in foro conſcientiæ ſecundùm Ioan. Andr. *in cap. quanquam, de vſur.* Abbas *in cap. fin. in 1. notab. & in cap. ingreſſus de iniurijs.* Sed hoc quatenus loquitur de culpa leuiſſima propter quam illatum fuit damnum, non eſt omnino certum, ſed valde dubioſum, vt notant Innocent. & Felin. *in cap. dignum de homicidio*, Decius *in cap. quoniam contra, num.38. de probationib.* Quare pro foro conſcientiæ iuxta qualitatem culpæ damnum eſt reficiendum: nemini enim in eo foro parcitur, cùm ſit forus veritatis, & iuſtitiæ: & conſcientia dicatur à conſcio, quaſi ſciat, & cognoſcat quod latet in mente, quamuis probari non poſſit. Baldus *in l. ſi quis filio, §. irritum, ff. de iniuſt. teſtam.* Ioan. de Anania *conſ.34. num.5.* & Innocent. *in cap. vlt. de ferijs.*

204. Sed nunc maximè intereſt ſcire, quid debeat iudex facere in dubio in materia iuſtitiæ? Reſpondeo dubium in materia iuſtitiæ debere pronunciare pro poſſidente, quando verò nulla eſt poſſeſſio pro parte minùs tuta, teneri in hoc dubio ſpeculatiuo ſequi partem tutiorem. Nam pro poſſidente ius eſt certum, ideo maiori iure poſſidens vincit non poſſidentem, & conſequenter in tali dubio melior eſt conditio illius per regulam, *in pari dubio, de regul. iuris in 6.* Quod procedit etiam in foro conſcientiæ antequam veritas cognoſcatur. Item, quia ius vtriuſque partis eſt dubium, quoad proprietatem, ſed æquale, quod ſupponitur: At verò eſt inæquale quoad poſſeſſionem, cùm poſſidens certus ſit iuris poſſidendi. Item procedit quando poſſidens bona fide incepit poſſidere, & poſtea facta morali diligentia, & inquiſitione debita, nihil certi poteſt aſſequi. Ita Molin. *tom.1. de iuſtit. tract.2. diſp.35. in fine, & §. verum enim verò, & diſp.36. concluſ.1.* Henriquez *lib.14. de irregular. cap.15. ad finem.* Couar. *in regul. poſſeſſor, 2. part. §.7. num.4. & in regul. peccatum, 3. part. in princip. num.4.* Burgoſ. de Pax *in proœmio, leg. Tauri, num.406. & in l.3. p.5. num 1482.* Sotus *de ſecreto, membro 3. quæſt.2. poſt 3. concluſ. verſ. & quamuis ſolutio, & in 4. diſtinct.27. quæſt.1. art.3. verſ. ad huiuſmodi,* Cordubenſ. *in quæſtion. lib.3. quæſt.8. corolla.3. verſ. ad primam autem rationem,* & Salon. *t.2. quæſt.61. tract. de domin. ad finem, fol.596. & quæſt.62. art.6. controuerſ.4. concluſ.4.*

Vnde non eſt audiendus Adrianus *4. de reſtitution. quæſt. de præſcriptione, §. hoc ſuppoſito*, quatenus vult in eo dubio rem eſſe reddendam. Quia bene poteſt quis dubitare dubio ſpeculatiuo, an res ſit ſua, quam poſſidet, & tamen practicè ob circunſtantias occurrentes non dubitare: imò iudicare, ſtante dubio ſpeculatiuo, fas eſſe rem retinere iure dominij, & poſſeſſionis. Ita doctores communiter, quibus accedunt Couar. *2. part. regulæ poſſeſſor. §.7. num.4. verſ. Antonius*, & Ioan. Medin. *in lib. de reſtitut. quæſt.7.* Pro foro tamen conſcientiæ quando dubitans rem poſſidens poſt factam diligentiam inclinat magis, rem poſſeſſam eſſe alienam, tenetur partem reddere illi, cuius credit rem fuiſſe, ſecundùm rationem ſuæ inclinationis, quia iam non eſt in dubio pari, de quo loquimur. Ita Bañes *2. 2. quæſt. 62. in præambulo ad illam, num. vlt. concluſ.2.* Petr. Ledeſma *de matrim. quæſt.45. art.1. ad 3.* & Salon. *2. 2. quæſt. 2. art.6. controuerſ.4. concluſ.4.* Quod non diſplicet.

In pari tamen dubio ita melior eſt conditio 205.
poſſidentis, vt eo perſeuerante, poſſit poſſidens rem alienare, paratus tamen reſtituere illam ſi forte conſtet fuiſſe alterius, Vaſquez *1. 2. diſp. 66. cap.7.* & Sayr. *in claui lib.1. cap.13. num.15.* Ratio, quia eo ipſo, quod poteſt poſt factam diligentiam rem illam poſſidere, poteſt illam alienare quandoquidem potens eſt reſtituere quoties de vero domino conſtiterit. Aliter enim pateretur detrimentum ex poſſeſſione rei, quam iuſtè poſſidet, ſine iuſta cauſa. Idem Sayr. *lib. de reſtitution. in communi, in tract. de poſſeſſore malæ, aut dubiæ fidei*, vbi definit poſt Couar. *in regul. peccatum, part.3. in principio, num. 4.* dubium, an res poſſeſſa ſit aliena; & eſt in poſſeſſione illius, poſſe illam alienare, dummodo paratus ſit, comparenti poſtea domino vero pretium illius reſtituere. Tenebitur tamen declarare dubium emptori, ne videatur vendere rem vitioſam homini, qui ſi ſciret dubium, vel non emeret, vel viliore pretio emeret: dummodo ſit aliqua ſpes comparendi; quod ſi non eſt ſpes domini comparendi, poteſt venditor tacere dubium. Ita Couar. *ſupra*, Bañes *2. 2. quæſt.62. art.6. dub.5. concluſ.5.* & Veracruz *3. part. ſpeculi, art.13. ad finem.*

Quæſtionis eſt, an qui in dubio æquali poteſt rem poſſidere, poſſit etiam præſcribere. Negat Sotus *de iuſtit. lib.4. quæſt.5. art. 4.* circa finem, Sanch. *lib.2. de matrim. diſp.41. num.23. fin.* an eſt valde probabile in eo dubio poſſe præſcribere poſſidentem. Dicendum tamen eſt, quando præſcribens ab initio habuit bonam fidem, quamuis poſtea ſuperueniat dubium antequam præſcriptio abſolueretur, cum eo dubio poſſidentem poſſe præſcribere. Bartol. *in l. naturaliter 2. colum. ff. de vſucapion.* Panorm. *in cap. vltim. de præſcription. num.59.* Balbus *de præſcriptionib. 3. part. ſexta partis principalis 3. quæſt. & 2. quæſt. fol. mihi 560. & 561.* pro hac parte allegans Innocent. *in cap. vltim. de præſcriptionib.* Sequitur Bald. *in cap. ſi diligenti, eodem tit.* dicens conſcientiam dubiam non generare malam fidem, *& in cap. vltim. de conſuetudine,* vbi vult dubium in conſcientia non operari quoad hunc effectum præſcribendi contra conſcientiam, niſi poſtquam ei veritas illuxerit. Concordat Couar. *in regul. poſſeſſor. 2. p. §.7. num. 3.* docens impediri præſcriptionem intercedente dubio in principio: Secus ſi poſtea ſuperuenit, tunc non obſtat præſcribenti bona fide ab initio dubium ſuperueniens, vt notant vltra præcitatos Imola *in d. cap. vltim. de præſcriptionib.* Sylueſt. *verbo, præſcriptio primò, § 3.* Sarmient. *2. part. ſelectar. cap.10. à num.5.* Sayr. *in claui, lib.9. cap.12. num.17.* Ratio, quia in iure dubitatio ignorantiæ comparatur, *l. final. § ſin autem neſcius, aut dubitans, C. de furt. & ſer. corruptis, & l. pro dubitante, C. de conditionib. indebiti.* Item, quia bona

fide-

fides eſt cogitatio rei propriæ, & ignorantia alienæ. mala verò fides eſt ſcientia rei alienæ, vt habetur *in l. apud antiquos, C.de furtis, & l.bona fidei,ff.de verbor. ſignification.* Quare bona fides eſt ignorantia,mala verò eſt ſcientia. Atque ita incipiens bona fide,& ignorantia non impeditur perficere præſcriptionem ratione dubij ſuperuenientis, vt Couarr. & alij communiter magiſtraliter affirmant.

Idem de iure canonico, quod de iure ciuili, nempe bona fides exigitur ab initio ad præſcribendum; *l.1.C. de vſucapio. transformand.* Gloſſ. *in l.1. C.de acquirend.poſſeſſio.* & patet ex regula, *poſſeſſor. de regul. iuris in 6.& ex cap. vlt. de præſcriptionib. & ex cap. vigilanti, eodem titul.* Ideo ſi incipiat currere cum bona fide præſcriptio, curſus inchoatus non interrumpitur, niſi per malam fidem, vt conſtat ex iuribus citatis,neque requiritur continuatio bonæ fidei per totum tempus requiſitum ad præſcribendum, cum non vitietur bona fide incepta præſcriptio,niſi ex ſcientia rei alienæ. Ita doctores ſuprà ſcripti, quibus accedit Couar. *num. 4. §. altera ratio tollitur*, & Sayr. *num.*18. Neque eſt dubium quin iudex ſententiam ferat pro poſſeſſore in hoc caſu, quæ ſententia confert ius. Nec obſtat ſi dicas in foro externo impediri præſcriptionem per litis conteſtationem, etiam bona fide inceptam: ſed conteſtatio efficit conſcientiam dubiam duntaxat. Igitur per dubium ſuperueniens impeditur præſcriptio. Reſpondetur,propterea impediri præſcriptionem ex litis conteſtatione; quia vbi primum verus dominus rem in iudicio petiuit, ſic conteſtatus incepit pacificam rei poſſeſſionem non habere;iura verò fauent poſſeſſori pacifico quoad tempus præſcriptionis. Porrò quando aliunde dubium exortum fuit in animo poſſeſſoris poſt debitam diligentiam, tale dubium non excluſit poſſeſſorem a pacifica poſſeſſione,ſi incepit bona fide antea poſſidere, & circa dubium exortum diligentiam ſufficientem adhibuit ad inquirendum verum dominum; proinde cum tali dubio præſcribere poteſt, nec habet conſcientiam læſam; habuiſſet tamen, ſi poſtquam dubitare incepit, an res eſſet ſua necne,non adhiberet diligentiam circa inquiſitionem veri domini,nec poſſet præſcribere cum tali dubio.Baldus *vbi ſupra,num.*4. poſt Alexand.*in apoſt.ad Bartolum,in d. l. naturaliter,* & ibi Claud. Aquenſ.*col.2. circa finem*, additque per ſolam petitionem factam in iudicio induci dubitationem, ſeu titubationem, teſte Bald. *in l. vendo, ad finem, C. de acquirend. poſſeſſ.* & Sayr. *num.*18. *d. cap.*12. *verſ. reſpondeo, & num.*19.*per totum.*

Ampliatur hæc doctrina, vt non interrumpatur præſcriptio bona fide incepta, non ſolùm per dubium,ſed nec per malam fidem medio tempore ſuperuenientem, qua quis credidit rem non eſſe ſuam, ſi poſtea maturiori diligentia adhibita melius informatus credidit, depoſita mala fide rem non eſſe alienam ſed ſuam. Ita Bartol. *in d. l. naturaliter, col.*3. Innocent. *in cap. final. de præſcriptionib.* per text. *in l. bona fidei emptor, ff. de verbor. ſignification.* Ratio, quia vt mala fides ſuperueniens interrumpat curſum præſcriptionis, requirit etiam de iure canonico, quod non varietur, ſed perſeueret immutabiliter. Balbus poſt Bartol.*d.fol.*562. *num.*7.

106. Quando verò res,de qua dubitatur, cuiuſnam ſit, non erat in poteſtate alicuius, & incepit eſſe cum eo dubio in poteſtate Petri, qui æqualiter dubitat ſit ne ſua,an Pauli: poteſt iudex,ſeu confeſſarius ſi dubium eſt æquale, inter eoſdem pro ratione dubij diuidere rem. Quoniam neuter poſſidet maiori iure,nec titulo æquiori, vt ſeruetur æqualitas. Nauarra *de reſtitution. cap.*2. *in 2. editione dub.*8. *num.*50. Henriquez *lib.7.de indulgentyi, cap.*35. *num.*1. Sotus *de iuſtitia,lib.4. quæſt.7. art.1.ad 3. verſ.de illo verò*, & Aragon. 2.2.*art.*5. *in ſolutione ad 3. verſ. circa tertiam propoſitionem.* Quando verò non eſt dubium inter perſonas certas, ſed tantùm generaliter deprehenditur res eſſe aliena, & ignoratur cuius ſit, applicanda eſt pauperibus. Caiet. 2. 2. *quæſt.* 62. *art.*5. *in reſponſ. ad* 3. Sayrus *in claui*, *lib.*1. *cap.*13. *num.*16. *verſ. quarta propoſitio.* Sanch. *lib.* 2. *de matrim. diſp.*41.*num.*15.multis ibi relatis,quibus adhæret. Quod ſi dubium non ſit æquale,diuidatur, habita ratione dubij. Aragon,*ſupra*,& Bañes *ibidem, dubio* 6. circa primam concluſionem,*concluſ.*2. Item ſi res,de qua eſt dubium, ſit equus, & dubitatur ſit ne Petri,an Pauli,in pari dubio, iacta ſorte, litem poteſt iudex dirimere,vel tradatur equus Petro, & Paulo dimidia equi æſtimatio. Petrus Nauarra *ſuprà*,& Sanch.*d. num.*15.

Longè aliter res ſe habet,quando ab initio dubia fide aliquis rem accepit titulo oneroſo, ſeu gratioſo, & dubitat an ſit furto ablata: in eo euentu tenetur reſtituere eum poſſeſſio non fuerit legitima ab initio ex defectu bonæ fidei. Nam poſſeſſio, aut detentio non inuenitur licita deficiente iure vero, vel præſumpto; ideo neceſſaria eſt inchoatio bona fide; aliter non fauet poſſeſſio, niſi ſic inchoetur. Molina *tom.*1. *de iuſtitia, tract.* 2 *diſput.*81. Henriquez *lib.* 12. *de matrim. cap.6. num.*7.Quare cum poſſeſſio non faueat incipienti dubia fide poſſidere,tenetur rem reſtituere, non obſtante poſſeſſione, cùm non ſit vera poſſeſſio, ſed iniuſta retentio. Henriq. *num.*5. *in commento litera Q.* Molin. *tract.* 2. *diſp.* 35. §.*verum, & diſp.* 36. *ad finem.* Bañes *quæſt.* 62. *art.*6. *dub.*5. *concluſ.*2. Solon.*quæſt.*61. *tract.de dominio, ad finem,fol.*595.Metina *lib.*1.*ſumma,cap.*14.§.30. *fine,fol.*163. *col.*2.Ludouic.Lop. *lib.*1. *de contract. cap.*5.§.*penult.* circa finem, & Garcia *de contract. lib.* 1.*part.cap.*17.*concluſio.*4. Idem dicere oportet de accipiente rem mala fide exiſtimante eſſe furtiuam, ſi poſt factam diligentiam ſufficientem adhuc iuſtè dubitat,ſit ne res aliena, an non,pro ratione dubij tenebitur reſtituere partem dubio correſpondentem. Atque ita vterque accipiens ab initio rem tam dubia fide,quàm mala fide credens rem eſſe furtiuam, & poſtea adhibuit diligentiam debitam ad inquirendum cuiuſnam ſit, ſi adhuc iuſta dubitandi ratio perſeuerat, tenetur reſtituere pro ratione dubij partem,cùm non conſtet eſſe alienam; dummodo poſſidens non eam abſtulerit iniuſtè à poſſidente bona fide dubitans an eſſet ſua propria; quia in eo caſu poſſidenti bona fide debet auferens eam in ſolidum reſtituere. Quia iniuſtè ſpoliauit iuſtum poſſeſſorem re à ſe bona fide poſſeſſa. Nauarra *lib.*3. *de reſtit. cap.*1. *in noua editione, dub.*8. *num.*350. Molin. *diſp.*35.*d* §.*verum*,& Corduben ſ.*in ſumma,q.*111. *art.*2.§.*la tercera condition*,quibus accedit Sanch. *d.diſp.*41. *num.*26.

Sed quid, ſi quis dubia fide accipiat ſeruum Guineæ de manu emptoris bona fide ſeruum poſſidentis? Reſpondetur non teneri reſtituere, ſi facta morali diligentia non reperit ſeruum eſſe furtiuum,

tium, quamuis dubium non auferatur; nec peccat retinendo, poteſtque iuſtè poſſidere poſt adhibitam diligentiam poſſibilem, cùm ſibi non conſtet iniuſte fuiſſe captum, & ipſe acceperit ab emptore bona fide emente, non verò à capientibus, & quamuis poſſeſſio libertatis videatur eſſe pro ſeruo, id procedet reſpectu capientium, non verò reſpectu bona fide ementis. Ita Molin. *diſp.* 36. *concluſ.* 1. *&* 3. & Sanch. *ſupra, num.* 58. *vbi num.* 29. addit multo fortius hoc procedere quando dubitans ab initio an ſit res furtiua, illam titulo oneroſo, vel gratioſo accepit, animo inquirendi verum dominum; tunc enim nec peccat, nec iniuſtè agit, cùm vtiliter agat negotium domini. Ita Bañes *quæſt.* 62. *citata, art.* 6. *dub.* 5. *concluſ.* 1. & Ialon *ſuprà, art.* 6. *controuerſ.* 4. *concluſ.* 1. ſubdentes poſſe accipientem inuento domino reſtituere, deducereque ſibi pretium, quo rem emit; quod etiam docent Roſel. *reſtitution.* 7. *num.* 18. & Antonin. 2. *part. tit. cap.* 12. §. 16.

207. Sed contra ſuprà traditam doctrinam videtur pro & contra ſtare Sanch. Nam *diſp.* 41. *num.* 19. abſolute aſſerit poſſidentem bona fide, verbi gratia, mancipium, ſi præmiſſa debita diligentia dubius perſeueret, magis tamen inclinans mancipium eſſe alienum, teneri partem reſtituere pro ratione maioris illius inclinationis. Pro qua ſententia refert eos ſequitur Salon. 2. 2. *quæſt.* 62. *art.* 6. *controuerſ.* 4. *concluſ.* 4. & alios. quæ ſententia mihi probatur *ſuprà*, §. *vnde, ad finem, num.* 104. At *lib.* 1. *in præcepta Decalogi, cap.* 10. *num.* 9. *verſ. at nunc.* probabilius credit non teneri quidquam reſtituere, ratione maioris illius propenſionis: quod etiam tradit Vaſquez 1. 2. *quæſt.* 19. *artic.* 6. *diſp.* 66. *cap.* 7. *num.* 42. Salas 1. 2. *quæſt.* 21. *tract.* 8. *diſp. vnica, ſect.* 23. *num.* 111. Ratio illius eſt, quia eſto in gratiam non poſſidentis rem illam appareant fortiora argumenta, quæ poſſidentem ita impellunt in eam partem, vt incliner magis rem eſſe alienam; non tamen ſufficiunt ad generandum, ſeu creandum aſſenſum illius partis, ſed adhuc res perſeuerat anceps, & poſſeſſio huic propenſioni præualet; atque ita ab onere reſtituendi rem eximitur poſſidens; quod adeo eſſe verum tradit Salas, vt credat non ſolùm quando rationes, & argumenta pro contraria parte aſſenſum non creant, ſed etiam quando illum efficiunt, dummodo tamen non ſit conuincens, nec phyſicè, aut moraliter certus, ſed opinatiuus. in quo euentu poſſeſſio præhabita omnibus argumentis non concludentibus, nec conuincentibus præfertur.

Ego tamen arbitror opinionem primam eſſe probabiliorem, & in foro conſcientiæ veriorem, quam Sanchez vocat probabilem *in d. cap.* 10. *num.* 9. & abſolutè tanquam veram ſequutus eſt *d. lib.* 5. *diſp.* 41. *à n.* 12. & quam ipſe *in d. cap.* 10. *num.* 9. *verſ. at nunc*, probabiliorem iudicat ſecundùm quam non tenetur poſſidens reſtituere rem poſſeſſam pro ratione maioris illius propenſionis, nec partem aliquam illi propenſioni maiori reſpondentem, cenſeo probabilem ſecundùm quam nihil debet poſſidens: ſecundùm verò probabiliorem tenetur poſſidens dictam partem reſtituere. Ratio, quia orta illa maiore propenſione ac inclinatione, reſpectu cuius poſſidens decenit aliquantulum à ſua bona fide, & titubans, cenſet rem eſſe alienam; ergo ratione illius dubij tenetur reſtituere partem aliquantulam, cum iam non ſit in pari dubio, neque vtrique par ſit cauſa. Ita Salon. 2. 2. *quæſt.* 62. *art.* 6. *controuerſ.* 4. *concluſ.* 4. Petr. de Ledeſma *de matrim. quæſt.* 45. *art.* 1. *ad* 3. *primæ ſententiæ dubij ſecundi*, Bañes 2. 2. *ante quæſt.* 62. *in præambulo ad illam, dub. vltim.* Conſonat Sotus 4. *de iuſtitia, quæſt.* 5. *art. vltim.* & Martin. de Ledeſma 2. *part.* 4. *quæſt.* 18. *art.* 1. *dub.* 14. *fol.* 231. vbi volunt in dubio rem eſſe diuidendam, quando ſub formidine iudicatur res aliena pro ratione dubij orti, præſertim quando magis inclinat, quamuis ſub formidine, rem eſſe alienam: quibus accedit Valentia 2. 2. *diſp.* 3. *quæſt.* 16. *puncto* 2. *col.* 5. *verſ. ſi autem res in neutrius*, dicens ſic magis inclinantem, quòd res ſit aliena, teneri reſtituere partem illi maiori inclinationi reſpondentem, cùm iam non habeat maius ius propter illam propenſionem, nec meliorem conditionem, vt antea habebat. Iam enim maior illa inclinatio de pari iure, quod poſſidens habebat, aliquid detraxit aliqua reſtitutione dignum. Ita Salon, Ledeſma, Bañes, & Valentia ſuprà allegati, & inſinuat clarè Bellar. *de matrim. diſp.* 34. *num.* 93. *ad finem*.

Porrò hic anteoccupare neceſſe eſt, quod opponi poteſt an melior ſit conditio poſſidentis in dubiis aliarum virtutum à iuſtitia? Duplex eſt opinio. Prima docet in dubio, qui emiſit votum etiam religionis, neſcitque diſcernere an habuerit vſum rationis ſufficientem, nec poteſt vincere dubium ſpeculatiuum, non obligari ad votum implendum ſi dubius eſt. Imò cenſendum non habuiſſe vſum rationis. Ex ea ratione, quod in dubio melior ſit conditio poſſidentis libertatem, cùm ſit in poſſeſſione illius. Ita Barthol. Medin. *in ſumma, lib.* 1. *cap.* 14. §. 7. Sotus *lib.* 7. *de iuſtitia, quæſt.* 3. *art.* 2. Ss *verbo, dubium, num.* 2. *&* *verbo, votum, num.* 2. vbi vtroque in loco cenſet non teneri ad votum implendum, ſi quando vouit dubitet an fuerit compos rationis, vel ſit in dubio, an vouerit, etiam ſi æqualiter pro vtraque parte dubitet. Eandem ſententiam ſequitur Lopius *in inſtructorio. part.* 1. *cap.* 41. & Rodericus *in ſumma, tom.* 2. *verb. votum, cap.* 99. *concluſ.* 5. 208.

Secunda opinio in hoc caſu profitetur teneri vouentem partem tutiorem ſequi, ex ratione, quæ deducitur expreſsè ex cap. *ad audientiam, de homicidio*, quæ ſic habet. ibi: *cum in dubiis ſemitam debeamus eligere tutiorem.* Concordat text. *in cap. ſignificaſti, eodem titul.* his verbis. *In hoc dubio tanquam homicida debet haberi ſacerdos, & ſi forte homicida non ſit, a ſacerdotali officio abſtinere debet. Cùm in hoc caſu ceſſare ſit tutius, quam temere celebrare: pro eo, quod in altero nullum, in reliquo verò magnum periculum timeatur.* Ex quibus locis colligitur in dubio tutiorem partem eſſe eligendam, quia in his, quæ dubia ſunt, quod certius exiſtimamus, tenere debemus, vt probatur *in cap. inuenis, de ſponſal.* Ergo quando quis dubitat an habuerit intentionem vouendi necne, vel an habuerit ſufficientem rationis vſum, vouens ante pubertatem, tenetur eligere partem tutiorem, ne ſe periculo committat; ac proinde debet exiſtimare ſe teneri voto. Ita expreſsè Nauar. *tom.* 1. *conſilior. conſ.* 56. *in nouis, alias* 18 *in antiquis, n.* 2. *verſ.* 3. *de voto.* Syluest. *verbo, religio* 5. *quæſt.* 16. *&* *quæſt.* 17. Gabriel Vaſquez 1. 2. *diſp.* 65. *cap.* 4. *in fine.* Tabien. *in verbo, votum* 3. *num.* 2. *verſ.* 1. *paulo poſt principium*, Sayr. *lib.* 1. *in claui, cap.* 13. *n.* 36. Azor. 1. *part. inſtit. moral. lib.* 2. *cap.* 19. *dub.* 10. *&* *lib.* 11. *cap.* 15. *dub.* 2. Pro qua ſententia eſt D. Thom. *in* 4. *diſt.* 38. *quæſt.* 1. *art.* 3. *quæſtiuncula* 1

ad 3.

*ad* 3. & ibi Carthuſian. *quæſt.*2. *verſ. Inſuper.* Confirmatur, quia ſemper poſſeſſio eſt ſolus iuſtitiæ titulus, neque extra iuſtitiæ materiam aliquid confert. Item, quia ſicut inter duo mala, quorum alterum neceſſariò eſt eligendum, debet minus ſequi; ſic etiam quando dubitatur an aliquid ſit illicitum, debet eligi tutior pars, in qua nihil periculi ſubeſt. Quibus rationibus Azor. *tom.*1. *lib.*2. *cap.*19. *quæſt.*10. *& lib.* 11. *cap.* 15. *quæſt.*2. & Vaſquez *diſp.*65. *cap.*5. *num* 13. poſt alios tradunt in ſola iuſtitiæ materia, non verò in materia aliarum virtutum habere locum regulam illam, *in dubio melior eſt conditio poſſidentis*, quæ deducitur ex alia regula, *in pari, de regul. iuris in* 6.

Suffragatur, quia dubius qui vouit, & dubitat quomodo emiſerit votum, ne ſe exponat periculo peccandi, tenetur, quod tutius eſt ſequi, quàm oppoſitum; ſed adimplere votum eſt tutius; ergo. Ita Sebaſtian. Medices *part.*1. *ſumma* 17. *quæſt.*1. *art.*2. *ad* 4. Couar. *in cap. alma mater* 1. *part.* §.2. *num.*5. *caſu primo, de ſentent. excommun. in* 6. *& in epitom. part.*1. *cap.*4. §.2. *num.*9. Vgolin. *de cenſur. tabul.*1. *cap.*14. *in princip. num.*14. Idem Sayr. *in claui, lib.*6. *cap.*2. *num.*16. Qui omnes volunt in dubio iuris tutiorem partem eſſe amplectendam, niſi per accidens ad vitandum magnum malum, quia in eo euentu integrum erit, partem minùs tutam eligere. Quin etiam Vaſquez *d. cap.*3. *in fine*, *& diſp.*66. *cap.*1. *per totum*, ait non ſolùm in dubio facti; quando dubitatur an res ſit licita, vel illicita, ſed etiam in dubio *iuris*, quando quis dubitat an ſit aliqua lex lata necne, ſemper parti tutiori eſſe adhærendum. Fauet Nauar. *lib.*3. *tit. de voto, conſ.*44. *in fine, in* 1. *editione; & conſ.*13. *in* 2. *editione*, dicens dubitum an emiſerit votum caſtitatis dependenter à religione, teneri ſeruare caſtitatem, quamuis non fiat religioſus. Idem Sayr. *lib.*2. *cap.*13. *num.*10. & Rodrig. *in ſumm. tom.*2. *cap.*95. *num.*6. confirmant exemplo dubitantis, qui emiſit votum religionis, dubitatque an ſimul vouerit perſeuerantiam, reſoluuntque teneri ad perſeuerantiam, cùm ſit tutius, eo quòd poſſeſſio extra iuſtitiæ materiam non procedit. Quod etiam firmant Cordub. *in ſumma, quæſt.*147. & Anton. Perez *in certamine decimo ſcholaſtico, dub.*2. *num.*131.

Ex his duabus ſententiis prior multo videtur probabilior, & conſequenter dicendum eſt regulam illam, *in dubio potior eſt conditio poſſidentis*, procedere ex æquo, non ſolùm in materia iuſtitiæ, ſed etiam in materia aliarum virtutum. Quare quemadmodum in dubio ſpeculatiuo, quando illud non vincitur, poſt adhibitam diligentiam, adhæremus partibus poſſidentis, quamuis non ſit tutior, ſed tuta duntaxat: ſic etiam in materia aliarum virtutum. Quod ſi nulla ſit poſſeſſio pro parte minùs tuta, non eſt integrum eam ſequi, ſed tutiorem. Longè aliter ſi adeſt poſſeſſio. Tunc enim cùm ius poſſeſſionis ſit certum pro altera parte, & præmiſſa diligentia inter poſſidentem, & non poſſidentem ius eſt æqualiter dubium, non eſt negandum melioris conditionis reperiri illum, cui fauet poſſeſſio: quæ ratio militat, non ſolùm in materia iuſtitiæ, ſed etiam in materia cuiuſcunque virtutis. Ita doctores præcitati pro priori ſententia; quibus accedunt Suarez *tom.*5. *in* 3. *part. diſp.*40. *ſect.*5. *num.*15. Rebell. *de iuſtit. part.*2. *lib.*1. *quæſt.*3. *ſect.*2. *num.*10. *&* 11. Henriq. *lib.*8 *de Euchar. cap* 45. *num.*3. *in commento litera P. & in lib.*11. *de matrim. cap.*11. *num.*5. Graff. 1. *part. deciſ. lib.*2. *cap.*26. *num.*7. & alij, abſolutè approbantes regulam, *in dubio potior eſt conditio poſſidentis*, cùm poſſeſſio ſit titulus vniuerſalis omnibus virtutibus.

Suffragatur, quia voluntas noſtra eſt in poſſeſſione ſuæ libertatis. Ergo in dubio an ſe voluerit obligare Deo, vel hominibus, debet iudex pronunciare, meliorem eſſe conditionem voluntatis ſuam libertatem poſſidentis. Vnde ſi dubium eſt iuris, potior eſt conditio poſſidentis, ne in eo dubio ligetur ab eo iure, quia in eo dubio poſt debitam diligentiam, poſſeſſio eſt pro libertate voluntatis; quando non conſtat in aliquo caſu eſſe legem latam, ſed res dubia manet, non obligatur tali lege. Ita Sà *verb. dubium, num.*1. Suar. & Henriquez *ſupra ſcripti cap.*45. *num.*3. atque ita dubius de voto non tenetur voto, quia ſtat pro illo poſſeſſio ſuæ libertatis. Et tamen materia voti non pertinet ad iuſtitiam, ſed ad religionem, & eſt lex priuata, quam vouens ſibi imponit. Contra ducit Nauarr. *lib.* 3. *de reſtitution. cap.* 4. *dub.* 47. *in noua editione*, *num.*48. dicens in dubio potiorem eſſe conditionem poſſidentis, præſertim in materia de iuſtitia: quæ idem videtur ſentire in aliis virtutibus, eo quòd illa dictio *præſertim*, comprehendit materiam etiam aliarum virtutum. Quin imò Suar. *tom.*5. *diſp.*45. *ſect.*5. *à num.*14. *vſque ad num.*18. *& ſect.*6. *num.* 8. tradit non eſſe fide dignum, quòd in dubio iuris, & in omni dubio facti neceſſariò ſemper ſit eligenda pars tutior; additque *d. ſect.*5. *num.*15. eſſe apertè falſum poſſeſſionem in ſola iuſtitiæ materia, non verò in aliis virtutibus extra iuſtitiam, habere locum.

Ex traditis quando conſtat de lege lata, vel de 209.
præcepto impoſito à ſuperiore, vel à principe, & dubitas an eximaris à vi legis, ſeu præcepti, & re penſitata adhuc manes dubius, teneris obedire, cùm poſſeſſio ſit pro lege, ſeu præcepto, non verò illa tibi fauet. In quo dubio dum non conſtat de tua immunitate, in foro externo, contra te pronunciandum eſt; quia in eo foro iudicatur pro quo eſt præſumptio; atqui præſumitur pro lege, & pro ſuperiore; ergo in dubio propter nullam circunſtantiã ſuperuenientem non liberatur dubitans à præcepto, ſeu à lege, cùm lex, & præceptum ſint certa, & immunitas ſit dubia. Ita Sanch. *lib.*1. *d. cap.*10. *n.*34. contra Salaz 1.2. *quæſt.*21. *tract.*8. *diſp. vnica*, *ſect.*25. *num.*259. Sicque iudicandum eſt etiam in foro interno; idem tradunt Surdus *conſ.*334. *num.*15. *&* 16. *vol.*3. & Neuiſan. *in Sylua nuptial. lib.*6. *num.*47. *verſ. in dubio appellatio*, dicentes ſeruandam eſſe legem certam appellationem concedentem: etiamſi dubitetur, an in aliquo caſu ſit ab illa exceptio Quoniam alleganti exceptionem, incumbit illius probatio. Salycet. *in l. ſi fundum*, *in fine*, *C. qui potior. in pignor. habeantur.* Tiraquel. *de retract. lignag.* §.1. *gloſſ.*9. *num.*111. *verſ. quibus.* Couar. *lib.*1. *variar. cap.*12. *num.*14. & Gonzalez *in regul.*8. *gloſſ.*8. *num.*71. & eſt communis.

Contrà verò quando facta morali diligentia non conſtat an in caſu aliquo occurrente ſit præceptum impoſitum, & quis adhuc manet dubius, non ligatur præcepto. Eſt contra Vaſquez 1. 2. *quæſt.*19. *art.*6. *diſp.*65. *cap.*3. *& diſp.*66. *cap.*1. *in principio.* Sed illud tradunt Suarez *tom.* 5. *in* 3. *part. diſput.* 40. *ſection.* 5. *num.*15. & Henriquez, & Sà *vbi ſuprà.* Idem dicitur quando certum eſt præceptum eſſe, & dubitatur an præceptum ſit de hoc, aut de illo. Salaz *ſuprà*, *quæſt.*21. *tract.*8.

*diſp.*

*diſp. vnica, ſect. 25. num. 238.* & Sanchez *d. cap. 10. num. 33.*

Quando verò quis eſt certus de voto, dubius tamen an adimpleuerit, tenetur voto. Nauar. *cap. ſi quis autem, num. 76. de pœnitent. diſt. 7. verſ. 17.* Ledeſma 2. *part. 4. quæſt. 16. art. 6. in 2. part. dub. 3.* vbi volunt dubium clericum an aliqua parte officij diuini ſit iam recitata, teneri recitare; & in ſpecie certum de voto, dubium tamen, an adimpleuerit, teneri ſatisfacere voto, docent Rebell. *de iuſtit. 2. part. lib. 1. quæſt. 3. ſect. 2. num. 13.* & Vaſquez 1. 2. *quæſt. 19. art. 6. diſp. 66. cap. 7. num. 43.* Neque obſtat regula 3. *In dubio melior eſt conditio poſſidentis*, quia illa non procedit niſi quando cauſa vtriuſque eſt æqualis ſecundùm regulam, *In pari, de regul. iur. in 6.* quæ non loquitur in dubio, ſed in pari cauſa locum habet. Cùm ergo votum ſit certum, & obligatio illius debiti ſit manifeſta; ſolutio verò ſit dubia, præfertur certitudo dubio. Quare dubitans tenetur ſatisfacere voto; aliter enim violatur æqualitas, quam lex iuſtitiæ exigit. Item quia cùm executio voti, & obligationis ſit quid facti, non præſumitur, ſed obligatus debet eſſe certus de ſatisfactione, interim dum eſt dubius, ſtat præſumptio, & poſſeſſio pro obligatione certa. Ideo non ſemper in dubio, ſed in pari cauſa potior eſt conditio poſſidentis. Sanchez *d. cap. 10. num. 12.* poſt plures, quibus adhæret. Idem cenſetur, quando quis vouit, ac dubitat an obliget votum ratione materiæ, aut finis, dicendumque eſt teneri voto. Quoniam voluntas non poſſidet; quare ne violetur votum, tutius eligitur. Syluest. *in ſumma, verb. iuramentum, el 5. num. 1.* vbi definit, quando dubium eſt an iuramentum obliget necne, neminem poſſe contra venire ſine authoritate ſuperioris. Gutier. *de iuramento 1. part. cap. 72. num. 7.* Quia poſſeſſio in hoc caſu ſtat pro voto, iuramento, præcepto, ſeu lege; atque ita debent obſeruari, non obſtante dubio. Stat enim præſumptio, & poſſeſſio pro obligatione certa, gloſſ. *in cap. magna, de voto, verbo, noluiſſi.* Nauar. *cap. 12. in ſumma, num. 47. & 54.* Angel. *verb. iuramentum 6. num. 1.* & Tabien. *verbo, iurare, quæſt. 20.*

Quòd ſi lex imponat pœnam excommunicationis in aliquo caſu, & quis dubitet an ſit vſu recepta, vel conſuetudine contraria abrogata; Reſpondetur quandiu quis eſt anceps, teneri lege; quia conſtat de lege imponente cenſuram, & pro eo ſtat præſumptio, & poſſeſſio, donec probetur ab allegante eam non eſſe vſu receptam, cui incumbit id probare, & quandiu non probat non eſſe vſu receptam, vel contrario vſu abrogatam, perſeuerante que dubio ligatur lege, cuius obligatio eſt certa. Sanch. *dict. num. 35.* poſt Salas *d. diſp. vnica, ſect. 26. num. 265.* Secus dicendum eſt quando ſuper eadem lege imponente excommunicationem, ſuſpenſionem, ſeu irregularitatem, an ſit vſu recepta, fuerit opinio pro vtraque parte probabilis; quarum vna affirmet, & altera neget; in quo euentu dubitantem non teneri lege eſt valde probabile, & poteſt admitti pars benignior, cùm ſit pœnalis; & in hoc ſenſu placet opinio Azorij *tom. 1. inſtit. moral. lib. 2. cap. 19. quæſt. 12.* & Salas *d. diſp. vnica, in ſect. 18. num. 169.* docentium ſimiles leges, quando dubitatur an ſint vſu receptæ, partem negantem poſſe admitti, quamuis ipſi abſolutè tradant, quando ambigitur an eæ leges, & ſimiles pœnales ſint vſu receptæ, in foro conſcientiæ poſſe dubitantes amplecti partem, quæ negat; cùm materia ſit in odiis, vel pœnis, quod etiam puto probabile.

110 Reſtat adhuc ſcrupulus non modicus, an dubius de excommunicatione reputetur excommunicatus? Nam in conſcientia, vbi agitur de animæ ſalute, in dubio præſumitur interfuiſſe delictum, eo quòd id eſt ſecurius; habetur *in cap. ad eius fine, diſt. 5.* Gloſſ. *in cap. inuenis, in verbo, dubia, de ſponſalibus*, text. *in cap. 2. §. cùm autem de obſeruatione ieiunij*, vbi redditur hæc ratio, quia bonarum mentium eſt, ibi timere culpam, vbi culpa minimè reperitur; quod probat Innocent. *in cap. dilectus, de appellation. & in cap. ad audientiam, num. 3. de homicidio*, Abbas *in cap. illud de cleric. excommunic. miniſtr.* Felin. *in cap. in præſentia, num. 13. verſ. 2.* & ibi Decius *num. 15. de probationib.* Proinde in dubio in foro conſcientiæ contractus præſumitur ſimulatus, & vſurarius. Menoch. poſt plures relatos *conſ. 109. num. 24. & lib. 3. præſum. præſumpt. 122. à num. 3.* poſt Geminian. *conſ. 26. col. 3. verſ. præterea, & in conſ. 112. in fine* Natta *conſ. 198. num. 21. lib. 1.* Idem Menoch. *dict. conſ. 109. num. 7. & 24. & conſ. 343. num. 19.* Quare ſi vſurarius dicat in ſuo teſtamento ſe fuiſſe vſurarium, nullo termino poſito, à quo inceperit, credendum eſt ſemper vſuris ſtuduiſſe. Anchar. *conſ. 179.* vt eo modo cogatur hæres reſtituere; quia hoc eſt ſalubrius animæ vſurarij. Felin. *in d. cap. in præſentia, num. 14. & in cap. vlt. de præſumptionib. num. 14.* Marſil. *in ſingul. 151. incip. ſemper in obſcuris* ſeu quòd confeſſio vſurarij eſt generalis, nec ad tempus certum reſtringitur; ideo complectitur totum tempus vitæ, in quo vſurarius negociationi vacauit.

His præmiſſis, dicendum videtur ſi quis propter factum admiſſum dubitet an inciderit in excommunicationem, ſeu ſuſpenſionem, perſeuerante tali dubio, teneri abſtinere a prohibitis. Ita Suar. *de cenſur. lib. 3. c. 2. num. 21.* quia eſt dubium facti, ideo in foro conſcientiæ debet ſe gerere tanquam talem, & Hoſtienſ. *in cap. cùm in, in fin. de teſtibus, & atteſtationib. num. 2.* & Innocent. ibi, & Ioan. Andr. *ad finem*, & Cardinal. *num. vnico oppoſitio. 1. ad finem*, & alij. Sequitur Azor. *lib. 2. inſtit. moral. cap. 19. quæſt. 10. ad finem, & quæſt. 12. tom. 1.* vbi vult hoc eſſe dicendum tam in dubio excommunicationis, quàm ſuſpenſionis, & interdicti, eo quòd in foro interno tutior pars eſt amplectenda. Facit pro hac parte caput, *cùm deſideres, verſ. ſecundæ quæſtioni, de ſentent. excommunicatio*, vbi Pontifex interrogatus an fas eſſet agere cum viro, qui ex fama vulgari dicebatur percuſſiſſe clericum; reſpondit, non licuiſſe. Accedit, quia quando non agitur ad pœnam infligendam pro crimine commiſſo, ſed ſolùm vt remoueatur delinquens ab omnibus, quæ excommunicatis, ac ſuſpenſis prohibentur, tutius eſt in vtroque foro cenſeri delinquentem excommunicatum, vel ſuſpenſum. Ita Angel. *verbo, dubium, num. 2. in fine*, & Armil. *verbo, dubitatio, num. 1.* & Vega *tom. 2. ſumma, cap. 15. caſu 28.* poſt alios hoc extendunt pro vtroque foro. Quæ ſententia eſt valde probabilis, ſaltem pro foro conſcientiæ, & pro foro externo etiam eam tradit abſolutè Vaſquez ſuprà in vtroque dubio.

Reſolutio noſtra ſit. Neque in dubio facti, neque in dubio iuris debet cenſeri excommunicatus delinquens, quia in dubio iura abſoluunt reum, ex quo non probatur delictum, regula, *cùm ſunt iura partium obſcura*, &c. verbi gratia, ſi dubium 111.

bium oriatur, an in iure ſit excommunicatio comprehendens tale delictum, quod vocatur dubium iuris, & adhibita diligentia delinquens non poteſt aliquid certi de excommunicatione aſſequi, in neutro foro cenſetur excommunicatus. Probatur ex *cap. ii, qui. de ſententia excommunicationis, in 6.* vbi deciditur quòd quando ius eſt apparens, & non eſt certum, non eſſe ſufficiens ad incurrendam pœnam; ergo ſimiliter quando eſt ius dubium, & non eſt pœna in iure expreſſa. Idem eſto iudicium in dubio facti, neminem eſſe cenſendum excommunicatum, aut ſuſpenſum in vtroque foro, ſi dubitans præmiſſa diligentia, nequit aſſequi in eo caſu eſſe ex communicationem, ſeu ſuſpenſionem, cùm melior ſit conditio illius, pro quo ſtat poſſeſſio. Suarez *de cenſur. tom. 5. diſput. 40. ſect. 6. num. 8.* Salaz *1. 2. quæſt. 21. tract. 8. diſp. vnica, ſect. 18. num. 168.* Sanchez *dict. cap. 10. num. 56.* Quare ſi poſt debitam diligentiam nihil certi ſcitur de excommunicatione, poteſt aſſiſtere cum cæteris fidelibus, diuinis, ac humanis actibus: etiam quando conſtat de excommunicatione lata contra rapientes bona naufragantium, ſeu contra percutientes clericos; ipſe verò adhibita diligentia nequit eſſe certus an rapuerit ea bona, vel an clericum percuſſerit, poteſt ſecum ſtatuere non eſſe excommunicatum. Ratio potiſſima, quia non eſt textus, qui talem excommunicationem, aut ſuſpenſionem impoſuerit dubitanti, Sanchez *num. 56. & 62.* contra Abbat. *in cap. cùm tu ſuprà,* & gloſſ. *ibi, in verbo, benigne,* dum ait excommunicationem eſſe medicinalem, & Vgolin. *de cenſur. tabul. 1. cap. 14. in principio, num. 13. & 14.* dicentes quando non agitur de pœna, ſed de medicina, cenſeri excommunicatum.

Conducit huic doctrinæ delictum in dubio non præſumi; ergo nec pœna debet præſumi, text. *in l. cum quidam, la 2.* & ibi gloſſ. *in fine, ff. de legat. 2.* Baldus *in cap. in præſentia, de probationib.* Oldradus *conſ. 53. colum. vltima, conſ. 138. & conſ. 270. in quæſtione, verſ. ad tertium,* dicentes in dubio delictum non præſumi tam in dubio facti, quam in dubio iuris, niſi probetur in foro externo, de quo iuriſprudentes loquuntur, & quilibet præſumitur innocens *l. abſentem, ff. de pœnis,* Alciatus *in tract. de præſumptionib. in regul. 3. præſumption. 4. num. 1.* Atque ita iudex in dubio facti, & in dubio iuris, niſi adſit probatio, vel vehementes coniecturæ, pro reo pronunciare debet, quia quilibet præſumitur ſi[illegible] ſuo, Lucas de Pen. *in l. 3. col. 3. verſ. 17. & 18. præſumitur, C. de apochis publicis.* Hinc fit contractum in dubio præſumi iuſtum, non autem fœneratitium in foro externo. Abbas *in capit. 1. num. 7. de clericis non reſidentib.* vbi vult quando actus poteſt referri ad bonum, & malum, in dubio referri ad bonum. Sequitur Baldus *in l. 1. num. 3.* & *ibi* Iaſon *Cod. de ſeruis fugi.*

Hinc etiam aſſertio dubia, quæ poteſt eſſe hæretica, & catholica, in dubio præſumitur catholica ſecundùm Royas *de hæreticis 1. part. num. 367.* in foro externo, ſicut qui vulnerauit alium, præſumitur feciſſe animo non vulnerandi, ſed defendendi ſe. Cæpol. *in conſ. 1. num. 8. in criminal.* Quæ omnia ita ſunt vera, vt etiam procedant, quamuis aliqualis præſumptio pro contraria parte reperiatur. Romanus *conſ. 353.* Quod ſi duo mala ſint, præſumendum illud, quod leuius reputatur. Baldus *in l. vltim. num. 17. C. de ædilitia actione,* Alciatus *ſupra, præſumpt. 6.* Anton. Gabriel *in ſuis concluſionibus, lib. 7. tit. de criminal. concluſ. 2. num. 5. & 6.* Igitur in foro externo ſemper præſumitur leuius delictum, ac proinde præſumitur potius homicidium fuiſſe caſu factum, quàm de induſtria. Bald. *in l. properandum, § & ſi quidem, C. de iudic.* & Craneta, *conſ. 8. num. 20. & conſ. 151. num. 18.* vbi decidunt potiùs eſſe præſumendam culpam, quàm dolum, & potius leuem, quam latam.

Sed quid dicendum in foro conſcientiæ quando confeſſarius dubitat an pœnitens admiſerit 212.
caſum reſeruatum. Frias *tractat. de modo audiendi confeſſionem, part. 2. cap. 8. caſu 2.* Armil. *verbo, caſus, num. 15.* ſentiunt eſſe reſeruatum in hoc dubio. Ratio illorum, quia in dubio tutius eſt eligendum. Ideo ſi dubitetur an percuſſio clerici ſit grauis, mittendus eſt percuſſor ad ſuperiorem pro abſolutione reſeruati. Placet tamen opinio Suarez *tom. 5. de cenſur. diſt. 40. ſect. 6. num. 5.* Henriquez *lib. 6. de pœnit. cap. 16. num. 7.* dicentium non eſſe caſum reſeruatum, quia reſeruatio eſt odioſa, ideo ſtrictè debet accipi, caſus autem de homicidio dubio non eſt de homicidio ſimpliciter, ac proinde non comprehenditur ſub reſeruatione homicidij ſimpliciter, quod eſt caſus, qui reſeruatur. Ita Suarez citat. & Sanch. *in d. cap. 10. num. 74.* Henriquez *lib. 6. de pœnit. cap. 16. num. 7.* addit, quando pœnitens dubitat an caſus ſit reſeruatus, confeſſarium debere intentionem abſoluendi habere ab omni grauitate, quam caſus habet: quia in dubio non præſumitur reſeruatus. Quod ſi dubitet confeſſarius an pœnitens ſit rectè diſpoſitus, non debet ſtante dubio pœnitentem abſoluere niſi practicè dubium deponat. Cenſetúrque vir prudens practicè ſcrupulos deponere, dum agit contra illos. Sic ille.

Sed an ſemper certum ſit an dubius in dubio facti, ac iuris excuſetur ab irregularitate, ſi non adhibita diligentia, vt veritas innoteſcat, ordines ſuſcipiat? Suarez opinatur *tom. 5. diſput. 40. ſect. 5. num. 19.* tanquam probabile non poſſe ſic dubium ordinibus ſuſceptis vti poſt adhibitam diligentiam, ſi adhuc dubius exiſtat, donec omnino apud ſe certum ſtatuat ſe non incurriſſe in irregularitatem. Ratio, quia poſſeſſio mala fide incepta non facit, vt melior ſit eius conditio. Sanch. *lib. 2. de matrim. diſp. 41. num. 24.* vbi ait, accipientem dubia fide rem quocunque titulo dubitantem an furtiua ſit, teneri reſtituere, eo quòd poſſeſſio non fauet ei, vt in dubio melior ſit eius conditio. Idem credit Salaz *eadem diſput. vnica, ſect. 18. num. 169.* Dicendum tamen eſt hunc dubium poſſe vti, poſt adhibitam diligentiam, ordinibus ſuſceptis. Ratio, quia in dubio iuris nullum eſt ius, quod hunc ſic ordines ſuſcipientem efficiat irregularem, *cap. ii; qui. de ſententia excommunicat. in 6.* vbi ius eſt apparens, aut ſimile, non inducit irregularitatem; igitur à fortiori quando in toto iure dubitatur an ſit ſtatuta talis pœna, excuſabitur in vtroque foro ab ea. Sanch. *d. cap. 10. lib. 1. num. 42. & num. 46.* addens peccaſſe hunc dubium ſic ordines ſuſcipientem, non præmiſſo examine circa hoc iuris dubium. Vnde nec in dubio iuris circa homicidium cenſetur quis irregularis. Sanch. *vbi proximè.*

In dubio tamen facti circa homicidium, vel 213.
concurſu ad illud, in vtroque foro dubius cenſebitur irregularis, quod eſt ſpeciale in homicidij irregula-

ritate per textum *in cap. ſignificaſti, el 2. & in cap. ad audientiam, & in cap. vltim. de homicidio*, quæ iura innituntur illi principio naturali, *In dubijs tutior pars eſt eligenda*; ergo in dubio facti circa homicidium cenſebitur dubius, dum pro ſe, ac libertate non proclinatur, irregularis. Quod verò in vtroque foro cenſeatur talis, probatur ex cap. *ad audientiam* vbi loquitur Summus Pontifex in dubio facti, eritque irregularis in foro interno & externo, non innitatur falſis præſumptionibus. Patet etiam ex verbis eiuſdem capitis ibi, *Ad audientiam Apoſtolatus noſtri peruenit*, vbi ſermo eſt de homicidio dubio; oſtenditurque per illa verba dubium in hoc caſu in foro externo præſumi irregularem. Et ex verbis ſequentibus ibi, *peteris concedere*, (ſcilicet in hoc dubio facti) *quod minoribus ordinibus ſit contentus*, colligitur etiam in foro interno haberi pro irregulari; quod tradit in hoc foro animæ Syluest. *verbo, aborſus, num. 2.* & in vtroque foro Sanch. *lib. 2. cap. 10. num. 48.* vbi vult in dubio facti eſſe cenſendum irregularem in vtroque foro in caſu homicidij. Idem ſcribit Mol. *de iuſt. tract. 3. diſp. 67. num. 6. verſ. in dubio*, per dictum caput, *ad audientiam*, & caput, *ſignificaſti*, vbi addit Couar. ea iura optimè conciliare *in clem. ſi furioſus, p. 2. in princ. num. 3.* contra Ioan. Andr. & alios opinantes, cap. *is, qui, de ſententia excommunic. in 6.* non habere locum in foro fori, ſed in foro poli; caput verò *ad audientiam*, & cap. *ſignificaſti 2.* procedere non in foro externo, ſed in foro animæ. Quam opinionem Ioan. Andr. & aliorum tanquam nugigetam, ac vanam reiicit Nauar. *cap. 4.* aliàs, *ſi quis cum, de pœnitent. diſt. 7.* pro vtraque parte caſum excutiens *a num. 34. & 35.* vbi tam ipſe, quàm Couar. definiunt iura citata in vtroque foro ſuam ſedem habere. Quibus accedit Molin. vbi defendit Nauarrum non fuiſſe ſibi contrarium *lib. 5. conſil. tit. de homicidio, conſ. 11. num 3. & conſ. 12. num. 2.* dum ait in hoc dubio in foro externo non debere iudicem pronunciare aliquem irregularem, quamuis dubius an factum fecerit reſpectu cuius inducitur irregularitas, debeat ſe irregularem iudicare. Quoniam in iis ex quibus culpa imminet, periculumque animæ, non eſt neceſſe in hoc caſu vt pronuncietur in exteriore foro tanquam talis, ſed ſatis eſt tutiorem partem eligere. Nam ſi verè eſſe irregularem ob delictum incurſum iudex pronunciet, puniri poteſt pœna tali delicto digna, & forte ſpoliabitur rebus, quæ ſine delicto poſſunt ab irregularibus retineri, interim dum non pronunciatus irregularitatem incurriſſe; quod non videtur rationi conſonum. Quare ſi aliquid aliud Nauarrus voluit intelligere, videtur eſſe ſibi contrarios, nec placet eius ſententia, vt ait Molin. *ad finem*.

Suffragatur noſtræ ſententiæ Bellan. *de irregularitate, diſp. 18. dub. 2. num. 22.* excipiens caſum homicidij poſt alios valde probabiliter, tanquam ſpeciale in hoc caſu ſecundùm Auilam *part. 2. diſput. 2. de cenſur. dub. 5. concluſ. 2.* & Suar. *tom. 5. diſp. 40. ſect. 6. num. 9.* & alij. Hinc fit vt in caſu dubio facti mutilationis, quando quis poſt diligentem inquiſitionem an mutilauerit dubius adhuc manet, non eſſe cenſendum irregularem, quia dubitatur an in dubio caſu mutilationis ius ſtatuerit irregularitatem: in quo euentu non eſt dubium facti, ſed iuris. Item, quia iura ex ſolo dubio facti homicidij irregularitatem impoſuerunt. Ergo pœna hæc tam dura non eſt extendenda ad dubium facti de mutilatione, neque diſpoſitum in homicidio cenſetur diſpoſitum in mutilatione, cùm mutilatio non ſit propriè homicidium, ſed ſecundum quid; nec mutilatio comprehenditur ſub homicidio etiam occulto, teſte Emanuele de Sà *verbo, irregularitas*, vbi de irregularitate ex deformitate illicita *ad finem, num. 7.* Quare hæc irregularitas ſtatuta in dubio facti duntaxat de homicidio, non competit mutilationi, cùm ſit pœna ſtrictè accipienda, *regul. pœna, & odia, de regul. iuris in 6.* Ita Sanch. *d. cap. 10. num. 49. verſ. at probabilius.* Vnde non eſt admittenda opinio gloſſæ niſi tanquam probabilis *in clement. ſi furioſus, verb. mutilet, de homicidio*, poſt Couar. *ibi, 2. part. §. vnico, num. 2.* Armill. *verb. irregularitas, n. 41.* Henriquez *lib. 14. de irregularitate, cap. 3. num. 4. & cap. 14. num. 1.* Syluest. *verbo, homicidium 3. quæſt. 4. diſt. 1.* vbi volunt in materia irregularitatis æquipollere homicidium mutilationi, quod in iure mutilator dicitur homicida, *cap. ſi quis abſciderit, diſt. 55.* Quia hoc ius, & doctores loquuntur in homicidio, ſeu mutilatione clara, ac manifeſta, non verò in caſu dubio homicidij, qui ſolus excipitur in dubio facti per illa tria capita de homicidio, in quibus cùm in dubio facti excipiatur irregularitas ex homicidio, ſub illo non comprehenditur mutilatio, neque exceptio in dubio facti de homicidio eſt ad ampliandum ad caſum mutilationis occultæ, ſeu dubioſæ, ſed ad reſtringendam regulam, *l. 1. ff. de regul. iuris*, Sanchez *vbi ſupra*. Item quia exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis, *l. nam quod liquidè, §. final. reſponſ. 1. ff. de penu. legat.* Cum ergo ſola irregularitas ex homicidio excipiatur, & mutilatio non comprehendatur ſub homicidio, ſicut Epiſcopus poteſt diſpenſare in irregularitate mutilationis occultæ, vt volunt Bellan. *d. diſp. 18. de irregularitate, dub. 8. num. 59.* ex Concilio Trident. *ſeſſ. 24. cap. 6. de reformatione.* Sà *verbo, irregularitas ex deformatione illicita, ad finem*, Henriquez *lib. 13. cap. 57. §. 1. litera H. & lib. 14. c. 19. §. 1. litera I.* Toletus *in ſumma, lib. 1. cap. 88. verſ. 6. & cap. 89. num. 3.* & Suarez *tom. 5. diſp. 44. ſect. 2. num. 4.* Sic etiam non poteſt diſpenſare in irregularitate ex homicidio voluntario occulto iniuſtè commiſſo, non alia ratione, niſi, quia Concil. *in dict. cap. 6.* excipit homicidium voluntarium occultum, non tamen mutilationem, *d. cap. 6.* vt vltra citatos tradit Sanchez *d. num. 49.* Reginald. *lib. 30. tract. 2. num. 91.* & Molin. *de iuſtit. tract. 3. diſp. 79. ſub num 8.* Ergo eodem modo in noſtro caſu.

Ex dictis ſequitur extra ſpecialem caſum homicidij, tam in dubio iuris, quàm in dubio facti, neminem eſſe cenſendum irregularem, ſi poſt diligentem inquiſitionem maneat dubius. Nam in dubio iuris certum eſt, quia non conſtat ex iure aliquo ſtatutam eſſe irregularitatem in tali caſu, & habetur in cap. *is, qui de ſententia excomm. in 6.* non incurri irregularitatem, niſi ſit expreſſa in iure. Ideirco vbi eſt dubium iuris, non procedit irregularitas, integrúmque eſt dubitanti ſe potius abſoluere, quàm damnare, quando ius eſt dubium. Sanchez *ſupra, num. 42.* Quando eſt dubium facti, ſunt aliqui, qui credunt, dubium teneri abſtinere tanquam irregularem, ea ratione ducti, quòd in dubiis tutior pars eligatur. Ducuntur ex deciſione capitum *ad audientiam, & cap. ſignificaſti, el 2. & cap. penult. de homicidio*, dicuntque Pontificem ibi non creare nouum aliquod

ius circa ſpeciale homicidij dubium facti, ſed declaraſſe ſolùm, quod obſeruandum eſt ex naturali ratione, quæ dictat in periculo animæ vitando ſemper tutius eſſe ſequendum. Atque ita ſemper eſſe præ oculis habendam tanquam fauorabilem legem quantumcunque pænalem in animarum fauorem latam ad vitandum peccati periculum. Ob quas rationes Angel. *verb. dubium, num* 1. & ibi Syluest. *quæſt.* 4. *num.*7. Azor *tom.*1. *inſtitut. moral. lib.* 1. *cap.* 19. *quæſt.* 10. *ad finem.* Vaſquez 1.2. *quæſt.*19. *art.*6. *diſp.*65. *cap.*3. *num.*9. *&* 13. *&* *diſput.*66. *toto cap.*1. exiſtimant, ſi quis dubitet an votum fecerit, an promiſerit, an quidpiam iurauerit, an cum aliquo contractum celebrando conſenſerit, debere ſecum ſtatuere tutiorem partem eſſe eligendam, exiſtimaréque ſe vouiſſe Deo, iuraſſe, promiſiſſe, aut ſufficientem conſenſum in contractu inito præſtitiſſe.

Nihilominus oppoſitum eſt probabilius, nempe non eſſe ſequendam in his caſibus in dubio facti partem tutiorem, neque cenſendum eſſe quempiam irregularem, excepto ſpeciali caſu homicidij; ſed meliorem eſſe conditionem poſſidentis ſuam libertatem, cùm dubitat, an quidpiam fecerit, cui annexa ſit irregularitas, an quidpiam vouerit, iurauerit, ſeu promiſerit, tuta conſcientia poteſt iudicare, cùm hæſitat, ſe non feciſſe, nec vouiſſe, nec iuraſſe, nec promiſiſſe. Ita Sotus *lib.*7. *de inſtit. quæſt.* 3. *art.* 2. *paulo poſt concluſ.* 4. Suarez *tom.*5. *diſp.* 40 *ſect.* 6. *num* 8. *&* *ſequentibus*, poſt Nauar. *in d. c.. ſi quis autem, num.*41. dicentes in vtroque foro in dubijs tutius eſſe ſequendum quaſi ex vi præcepti, in caſibus tamen à iure expreſſis, ſentientes extra illos non eſſe præceptum, in dubijs tuti… m partem eligere, ſed eſſe conſilium. Cùm ergo non reperiantur iura, quæ definiant vniuerſalem regulam, in omni dubio facti, neceſſarium eſſe ex præcepto ſequi id, quod eſt tutius, non tenetur dubitans in dubio facti ſe condemnare, ſed poteſt ſtare pro poſſeſſione, ſeque abſoluere. Maximè quia, quando res eſt dubia an extra caſum homicidij, an ius impoſuerit irregularitatem, in alijs caſibus hoc dubium re vera non eſt facti, ſed iuris; atqui quando eſt dubium iuris, nemo damnatur, nec cenſetur delinquens, ſeu irregularis; ergo, quæ dicta ſunt contra delinquentes in dubio facti circa homicidium dubium, non debent extendi ad alios caſus. Ita Sanch. *vbi ſuprà, num.*48. *ad finem,* poſt Salaz 1.2. *quæſt.*21. *tract.*8. *diſp. vnica, ſect.*18. *num.*168. & Bellan. *d. diſp.*18. *num.*22. *concluſ.* 3. Quia nemo tenetur ſe ſpoliare ſua poſſeſſione, ac libertate, quandiu dubitat, niſi poſtquam conſtiterit eam perdidiſſe, vt etiam copioſè probat idem Bellan. *infra, diſp.*34. *dub.*10. *num.* 85. & nos diximus *ſuprà, num.*..

---

## §. IV.

### *An iudex ordinarius poſſit ſuam ſententiam ſemel latam reuocare, corrigere, dus declarare.*

EPITOME.

214 *Sententia diffinitiua, & interlocutoria quid ſint, & quomodo differant.*

215 *Iudex poſt ſententiam diffinitiuam nihil poteſt corrigere, vel emendare.*

216 *Neque incontinenti quamuis aliqui contradicant.*

217 *Sed oppoſitum eſt certum.*

218 *Sententia diffinitiua licèt non poſſit reuocari, poſſunt tamen eius verba obſcura declarari.*

219 *Sententiæ declaratio, quæ eſt noua diſpoſitio, non poteſt fieri niſi à ſummo Principe.*

220 *Teſtis an poſſit ſuum teſtimonium declarare.*

221 *Iudex delegatus non poteſt ſententiam declarare, ſicut ordinarius poteſt etiam poſt appellationem, & eius ſucceſſor in officio.*

222 *Libelli declaratio poteſt fieri poſt litem conteſtatam, non tamen poteſt mutari.*

223 *Declaratio legis antiquæ reſpicit præterita, & conſtitutio noua reſpicit futura.*

224 *Sententiam diffinitiuam non poteſt iudex corrigere de conſenſu partium, neque reuocare nullam de iure noſtro. Secus de iure communi.*

225 *Iudex ſententiam criminalem, ſi conſtet ſibi de innocentia damnati, debet remittere ad ſuperiorem, vel illum inſtruere.*

226 *Sententia nulla à partibus approbata valet in vim pacti, ſeu conuentionis.*

227 *Sententia manifeſtè iniqua æquiparatur nullitati, eam tamen tenetur executor tradere executioni.*

228 *Sententia interlocutoria poteſt ſeruari toties quoties de iure communi. Secus de iure Luſitano, donec diffinitiua pronuncietur, quod fieri poteſt etiam ſine cauſa, non obſtante appellatione.*

229 *Interlocutoria de iure communi reuocari poteſt intra quatuor menſes, de iure Luſitano intra decem dies; quibus tranſactis fit irreuocabilis, parte verò non petente poteſt reuocari poſt decem dies.*

230 *Interlocutoria an poſſit reuocari poſt appellationem à iudice à quo, qui detulit appellationi.*

231 *Iudex excommunicans an poſſit abſoluere excommunicatum poſt appellationẽ admiſſam.*

232 *Iudex excommunicans in quibus caſibus non poſſit abſoluere.*

233 *Iudex non poteſt interlocutoriam traditam executioni reuocare.*

234 *Interlocutoria ſuper poſſeſſorio non eſt diffinitiua in ſummario.*

235 *Sententia in poſſeſſorio ſummario non admittit appellationem.*

236 *Appellatione reiecta in ſummario poſſeſſorio conceditur ſupplicatio.*

237 *In iudicio ſummario non datur teſtium repulſa, & probatur per vnum teſtem, ſeu teſtes ſingulares, nec requiritur quòd ſint iurati.*

PRo intelligentia ſequentium duplex eſt ſententia, altera interlocutoria, altera diffinitiua. Diffinitiua totam cauſam 214.
diffinit, & nullam aliam poſt ſe expectat. Interlocutoria eſt quæ ſuper incidentibus, & emergentibus fertur, & diffinitiuam poſt ſe expectat. Bartol. *in l. Titia, num* 4. *verſ. ſecundo modo, ff. de accuſat.* & Aretin. *conſ.*106. *in præſenti dubitatione, num.*3. & clariùs Ruin. *conſ.*157. *num.*21. *lib.*5. idem Bartol. & Angel. *in l. properandum, §. & ſiquidem, C. de iudic.* Quod etiam conſtat ex ordinatione Luſitana *lib.*3. *tit.*65. *&* 66.

Sententia diffinitiua ea eſt natura, vt poſtquam pronunciatur, nullo modo regulariter poſſit corrigi, vel emendari à iudice; ita gloſſa *in l. actorum, ff. de re iudicata*, vbi Bartol. *num.* 1.

215. Quod intellige non poſſe ſiue ante recendum, ſiue poſt, poſtquam ſententia lata fuit, & apud acta tradita actuario, vt notat Bartolus & alij *in l. poſt ſententiam, C. de ſententijs, & interlocut. omn. iudic.* ſiue iudex ſit ſuperior, ſiue inferior, ſiue ordinarius, ſiue delegatus, *cap. in literis, de off. iu delegati, & l. iudex poſteaquam, ff. de re iudicata.* Ex quibus iuribus conſtat germana ratio; quæ tradit poſt latam ſententiam, iudicem functum fuiſſe ſuo officio; atque ita nihil vltra poſſe, cùm non conueniat naturæ ſententiæ diffinitiuæ, quòd poſſit corrigi, vel emendari, etiam incontinenti, vt multis probat Alexander *conſ.* 90. *num.* 2. *lib.* 1. *& num.* 3. *&* 5. poſtquam iudex protulit verbum *condemno*, vel *abſoluo*, iam in ſequentibus nihil poteſt mutare, per gloſſam *in dict. l. actorum, ff. de re iudicata*, ibi, *antequam legat*, & Bartolus, vbi ait ſe non dubitare eſſe verius iudicem, quamuis verbum *condemno*, vel *abſoluo*, ſit prolatum, poſſe verba ſententiæ corrigere, ſi nondum habebat ſententiam pro perfecta. Quam ſententiam Bartoli probat Angelus *in l. iudex, num.* 4. *ff. de re iudicat.* & ibi Imola *numer.* 9. & Paulus, & Alexander *in dict. l. actorum.*

Quare ſi iudex poſt verbum *condemno*, habeat ſententiam pro perfecta, tunc procedit opinio Alexandri *in d. conſ.* 90. *num.* 5. exiſtimantis etiam incontinenti iudicem ex ea nihil poſſe mutare. Quod etiam tenet Felin. *in cap. qualiter* 1. *num.* 31. *de accuſat.* & colligitur ex lege, *Paulus* 42. *ff. de re iudicat.* Menochius *conſ.* 360. *num.* 2. Caldas Pereira *in quæſtionib. forenſib. lib.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 15. Quibus fauet lex Luſitana *lib.* 3. *titul.* 66. §. 6. ibi, *e depois que o julgador der huma vez ſentença definitiua, em algum feito, e a publicar, ou der ao eſcriuaon, ou tabelliaon pera lhe per termo da publicaon, naon tem mais poder de a reuogar*; hoc eſt, poſtquam iudex ſententiam diffinitiuam tulerit, & illam publicè pronunciauerit, & grapherio, aut tabellioni tradiderit, non poteſt eam amplius reuocare. Ex quibus colligo poſſe iudicem eam corrigere, & emendare in ſecreto etiam poſtquam eſt in actis deſcripta ante publicationem, & editionem illius; quia adhuc non habetur pro perfecta, ergo poteſt corrigere, ſeu emendare illam, cùm non ſit publicata, ſeu tabellioni tradita. Ita Caldas Pereira *vbi ſuprà*, *argumento l. contractus, C. de fide inſtrumentor.* vbi dicitur contractum non haberi pro perfecto niſi dependenter à voluntate contrahentium, Tuſchus *verbo, iudex, concluſ.* 432. *num.* 3. Quæ reſolutio mihi placet.

216. Non deſunt tamen Baldus & Angelus *in l. iudex poſteaquam, ff. de re iudicat.* Ancharan. *conſil.* 208. *num.* 15. *& ſequentib. incipit, iudex*, vbi volunt non ex interuallo, ſed incontinenti iudicem corrigere, & emendare poſſe ſententiam. Sequitur Alexander *conſ.* 118. *volum.* 3. *& conſ.* 90. *vol.* 1. *in princip.* quorum opinio mihi non probatur, niſi loquantur de emendatione, ſeu correctione antequam pronunciet. Secus ſi velit emendare, ſeu corrigere poſt pronunciatam ſententiam. Nam ea recitata iudex incontinenti deſiit eſſe iudex, præterquam in acceſſorijs, nempe quoad expenſas *l. Paulus, la* 1 *ff. de re iudicat. adiuncta l. iudex, citata, & l.* 1. *C. ſententiam reſcindi non poſſe, & l. poſt ſententiam, C. de ſententijs.* Item quia poſt ſententiam pronunciatam incontinenti fuit ius quæſitum parti; ergo non poteſt per iudicem parti auferri, *argumento l. huiuſmodi, §. qui Stichum, ff. delegat.* 1. *& l. apud Aufidium, ff. de opt. legat.* Eo quod ſententia vbi primùm publicatur, habetur abſoluta, niſi iudex ſibi reſeruet à principio aliquid in ſententia poſtea diffiniendum. Ita Romanus *conſ.* 14. *num.* 3. & Tuſchus *d. concluſion.* 432. *num.* 4. *& num.* 15. puta in acceſſorijs, quia quoad illa adhuc eſt iudex. Ancharan. *dict. conſ.* 182. & Alexander *dict. conſ.* 90. *num.* 3. *verſ. accedunt.* Idem dicendum eſt de arbitro, qui non poteſt ſententiam corrigere, nec declarare etiam interlocutoriam, niſi ſpecialiter id ſibi commiſſum ſit à partibus. Bartol. *in l. quid tamen, num.* 2. *ff. de arbitr.* & Barboſ. *in l. ſi quis intentione ambigua, num.* 110. *ff. de iudic.* Ratio, quia vbi pronunciauit ſententiam, functus eſt ſuo officio, neque amplius eſt iudex. Probatur argumento donationis irreuocabiliter factæ, quæ vbi perfecta eſt, amplius reuocari non poteſt, ſi fiat inter viuos, & acceptetur à donatario, *l. vlt. C. reuocand. donatio. l. perfecta donatio, C. quæ ſub modo.* Flamin. *de reſignatio. lib.* 1. *quæſt.* 13. *num.* 7. *&* 8. vbi ait transferentem, & cedentem ius ſuum in alium non poſſe pœnitere, quandoquidem, quod à principio fuit voluntarium, ex poſt facto efficitur neceſſarium, regula, *quod ſemel. de regul. iuris in* 6.

Neque obſtat illud, Quod fit incontinenti, cenſetur ineſſe; ergo ſi iudex incontinenti mutet ſententiam poſt publicationem manebit mutata, nec cenſebitur omnino perfecta pronunciatio. Quo argumento motus gloſſ. *in cap. prædicator, in verbo, imò verò* 16. *quæſt.* 1. reſoluit poſſe ſententiam diffinitiuam incontinenti reuocari, quamuis de iure reuocari non poſſit, vt habetur *in l. quod iuſſit, ff. de re iudicata.* Speculator *tit. de arbitro, & arbitratore, §. vltim. verſ. licet autem poſſit*, & ſequitur Tiraquellus *de retract. conuentional. §.* 1. *gloſſ.* 5. *num* 17. concludens reuocari poſſe ſententiam incontinenti, ex eo principio, *Quod ea ineſſe videntur, quæ fiunt incontinenti.* Quod probat ex gloſſ. *in dict. cap. præterea, de teſtib. cog.* vbi teſtis qui depoſuit, poteſt corrigere incontinenti ſuum teſtimonium, neque propter id eneruatur eius dictum, neque deattuatur auctoritas illius per gloſſam etiam magnam circa medium *in auth. de teſtibus.* Alberic. *in l. accuſatorum, ff. de adulter.* & Bartol. *in l. eos in princip. col.* 1. *ff. de falſis*, quibus accedit Bald. *conſ.* 34. *incipit, ſtatuto, ſeu capitulo, col. vltim. verſ. præterea ego video, lib.* 5 & Iaſon *in l. iuris gentium, §. quin imo, colum.* 5. *verſ. ſecundo principaliter, ff. de pactis.* Confirmatur exemplo graphetij, ſeu notarij, qui poteſt corrigere originalem ſcripturam etiam in his, quæ vtilitatem partium concernunt incontinenti, vt vult Speculator *in titul. de inſtrument. edit. §. inſtrumentum ergo, verſ. ſed nunquid confecto inſtrumento.* Baldus in 1. lectura, & Angelus *in l. imperator, la* 1. *ff. de ſtatu hominis*, & Alexander *conſ.* 70. *viſo proceſſu inquiſitionis, colum.* 2. *verſ. primo enim non videtur*

obſtare

*obſtare,lib.*1. Ergo iuxta hęc poterit iudex poſt publicationem ſenteutiæ illam incontinenti emendare.

217. Cæterum ſemper dicendum eſt iudicem non poſſe etiam incontinenti quidquam corrigere, ſeu mutare in ſententia, poſtquam pronunciata eſt, cùm iam deſierit eſſe iudex, & functus fuerit officio ſuo; bene tamen poterit in acceſſoriis, & conſequentibus ſententia ſuppleri eodem die, per *l. Paulus ff. de re iudicat.* vbi hoc dicitur, *ſi ſuppletio fiat eodem die.* Quod etiam notatur *in l. in operis, cum gloſſ.* & ibi Bartol. *ff. locati.* Tiraquel. *d. gloſſ.* 5. *verſ. quoniam dubium eſt, num.* 1. Quia ſimul dicitur fieri, quod eodem die factum eſt ex propinquitate temporis; præſumiturque ita ab intio fuiſſe contractum inter ipſas partes; ſecundùm quam rationem dicendum eſt poſſe teſtem incontinenti corrigere ſuum teſtimonium, non verò ex interuallo. Sequitur Baldus *in cap. cùm dilectus, colum.* 1. *extra, de fide inſtrumentor.* vbi ait quòd inſtrumenta poſſunt produci vſque ad ſententiam excluſiuè per text. ibi; non tamen poſſe incontinenti produci poſt ſententiam; quia quando quæſtio eſt de momento, facta poſt momentum etiam incontinenti non cenſentur ineſſe. Quam deciſionem probat Iaſon *in l. edita, col.* 5. *verſ. quid ergo ſi incontinenti, C. de edendo,* per text. expreſſum, *in l. Thays, §. intra, ff. de fideicommiſſ. libert.* Quare regula, quæ tradit facta incontinenti, cenſeri ineſſe, non procedit in ſententiis diffinitiuis poſt pronunciationem, ſeu traditionem factam tabellioni, & in aliis rebus momentaneis, in quibus poſt momentum quæ ſunt, non videntur ineſſe. Ex qua limitatione apparet quid dicendum ſit ad obiecta.

218. Quando ergo ſententia diffinitiua reuocari non poteſt, vt de facto ab eodem iudice non poteſt fieri talis reuocatio, vt conſtat etiam à iure noſtro *d. tit.* 66. §. 6. per text. ibi, *Nam tem mao poder de a renogar.* Quod etiam docet Gratian. *cap.* 147. *num.* 9. *diſceptationum forenſ.* Menochius *d. conſ.* 360. *num.* 2. & Cardoſ. *in praxi, verbo, index, num.* 68. Nihilominus ſi index in ſententia apponat verba aliqua obſcura, ſeu ambigua, quæ poſſint habere hunc, vel illum ſenſum, bene poſſunt poſt ſententiam explicari, & declarari; non ſolùm ab eodem iudice, ſed etiam ab eius ſucceſſore; quia declaratio nullum ius nouum affert, ſed tantùm ambigua aperit, *l. hæredes palam, § ſi quid poſt. ff. de teſtamentis,* vbi copioſe Bartol. & Decius *in l. edita, num.* 48. *cum ſequentib. C. de edendo.* Quare iudex, qui lata ſententia iam non eſt iudex, *l. iudex, ff. de re iudicata,* poteſt ſententiam declarare etiam parte non citata, vt notat Felin. *in cap. qualiter, & quando, el* 1. *de accuſatione,* vbi plura hac de re refert. Caualcan. *deciſ.* 7. *num.* 16. *&* 17. *cum ſequentib. part.* 1. *& deciſ.* 28. *ſub. num.* 33. *verſ. accedit interpretatio, part.* 2. & Boër. *deciſ.* 172. *num.* 23. *&* 24. vbi vult declarationem nunquam eſſe excluſam. Vnde ſtatutarij quamuis non poſſint poſt ſtatuta imperfecta quidquam addere, poſſunt tamen illa declarare; quod habet locum quando agitur de declaratione, ſeu interpretatione verbi obſcuri. Longè aliter quando verba ſunt clara, & manifeſta, & de noua declaratione ageretur. Tunc enim non admittitur, tális interpretatio, cùm ſapiat nouam diſpoſitionem potiùs, quàm
219. declarationem. Hanc autem declarationem, quæ nouam diſpoſitionem ſapit, poteſt facere ille, qui de nouo actum facere poteſt, qualis eſt ſummus Princeps, ſeu ſummus Pontifex, qui cum beneficia de nouo poteſt conferre, poteſt declarare conceſſionem iam factam. Ita de Summo Pontifice Decius *in dict. l. edita, num.* 49. & de Principe Tiraquellus *in l. ſi vnquam, in verbo, libertis, num.* 15. *C. de reuocand. donatio.* & Pariſius *conſ.* 50. *in fine, lib.* 4. quibus adhæret Cranet. *de antiquitat. temporum* 2. *part. prima partis principal. num.* 30.

Hinc fit non poſſe teſtem ſuum teſtimonium declarare quando declaratio ſonat nouam diſpoſitionem, vt reſpondet Socin. ſen. *conſ.* 214. *col. penult. verſ. ad hoc probabiliter, lib.* 2. Decius *l. in in ambiguis orationib. num.* 5. *de regul. iuris,* Cranet. *conſil.* 282. *colum.* 5. *verſ. tertio reſpondeo,* & Pariſius *conſ.* 141. *num.* 33. *lib.* 4. Eodem modo non cenſebitur declaratio, neque interpretatio verborum non dubiorum, quando verbis non competit, ſed dicetur noua quædam diſpoſitio per quam non tollitur ius quæſitum alteri ex illa priori diſpoſitione, vt bene aduertit Caſtrenſ. *in l. hæredes palam, §. ſi quid poſt, col.* 2 *ff. de teſtibus, & conſ.* 22. *viſa quadam, colum. vltim. & conſ.* 148. *viſo, & examinato puncto, col. etiam vltim. lib.* 1. Baldus *in cap.* 2. *col.* 3 *verſ. item qui interpretatur, de conſtitutionibus,* & Anchar. *conſ.* 398. *præmiſſo pro clariori.* Nam declaratio vera, tunc dicitur, quæ circumſertur circa acceſſoria, vel accidentia, ſeu circunſtantias cauſæ, non tamen circa ſubſtantiam actus reperitur. Quia quando verſatur circa ſubſtantialia, eſt noua diſpoſitio; nec poteſt fieri a iudice, niſi priùs partes citentur propter detrimentum inde prouenient ſub ſpecie declarationis, cum re ipſa ſit noua diſpoſitio circa ſubſtantialia. Ita Decius *conſ.* 533. *num.* 5. per *l. de vnoquoque in principio, ff. de re indicat. l. nam ita Diuus, de adoptionibus,* & Ruin. *conſ.* 38. *num.* 10. *lib.* 1. 220.

Hoc tamen fallit in iudice delegato, qui non poteſt ſententiam ſuam declarare, ſed delegans duntaxat ex verbis tamen delegati. Sic ſcribentes *in cap. ex parte, el* 3. *de verbor. ſignification.* & apertè Alciatus *reſponſ.* 439. *ad finem,* ſicut non poteſt corrigere, ſeu emendare ſuam ſententiam. Quod idem eſt quam actum in ſe validum in aliqua parte reficere, ſubſtantia integrè permanente. Decius *in d. l. edita, num.* 19. poſt Bartol. *C. de edendo.* Ratio, quia vbi primùm delegatus pronunciauit, functus eſt ſuo officio. Secus de iudice ordinario, is enim poteſt declarare ſententiam, non obſtante, quòd ab ipſa fuerit appellatum. Guido Papæ *ſingul.* 349. *verſ. & ex proximo;* quod poſſe fieri ex interuallo tradit poſt alios ibi relatos Auilez *prætorum cap.* 17. *verbo, emendar, num.* 11. quando declaratur id, quod eſt aliquid, ſaltem quoad certitudinem legis, licet homini non ſit certum; idem dixit priùs in procemio in gloſſ. *de ordinancas, num.* 19. Vide illum in vtroque loco; ſed lex noſtra *dict. tit.* 66. §. 6. non facit facultatem iudici declarandi legem in te dubi[illegible], ſed tantùm verba ambigua in ſententia diffinitiua appoſita, quando ex dictis verbis ſententia dubioſa redditur. Tunc enim poteſt iudex declarare etiam poſt appellationem, vt etiam vltra citatos docent Barboſ. *in l. ſi quis intentione ambigua, num.* 106. *ff. de iudicijs,* & Alter Barboſ. *in remiſſ. ad d. §.* 6. *tit.* 66. *n.* 8. A qua declaratione etiam pars poteſt appellare, per text. ibi, *e da dita declaracaon podera a parte que ſe*

The right-column paragraph "Hinc fit non poſſe teſtem…" is numbered 220 in the margin and "Hoc tamen fallit…" is numbered 221.

*ſentir agrauada, appellar no termo do direito.* Idem Barboſ. vterque *vbi ſupra*, vbi *num. 9. d. §. 6.* in lege noſtra in remiſſionib. addit ex Menoch. *conſ. 331. num. 102.* non poſſe ſucceſſorem declarare mentem, & voluntatem ſui anteceſſoris, pro qua ſententia vocatur Bartol. *in l. inter ſtipulantem §. 1. de verborum obligationib.* dicens ſucceſſorem in officio non poſſe interpretari verba ambigua ſententiæ ſui anteceſſoris; ſed quidquid ſit de hac deciſione, cui adhærent Bald. & Angel. *in l. ex facto, in principio de vulgar. & pupill. ſubſtit.* Ex eo fundamento, quòd animi ea, quæ ſunt, non tranſeunt in ſucceſſores, per Felin. *in cap. qualiter, & quando el. 1. de accuſat. num. 26.* Imol. & Alexand. *in l. 2. tit. de liber. & poſthum.* Ex noſtra tamen lege *d. §. 6.* vt dictum eſt ſuprà, non ſolùm iudex, ſed eius ſucceſſor poſſunt verba ambigua declarare, niſi iudex ſit ſenator regius, tunc enim ſeruabitur in diffinitiua ſententia, quod dictum eſt in titulo ſententiarum interlocutoriarum. Ita lex noſtra.

Probatur, quia iudex acceptus pro iuriſdictione, ſeu pro ipſo tribunali competit iudici ſucceſſuri, per *l. proponebatur ff. de iudiciis*; ideo ius interpretandi competens iudici conferenti ſententiam, competit eius ſucceſſori, cum ſit idem, & vnum iudicium, & idem iudex, ſic Bartol. *in l. ab executore, col. 3. verſ. quæro vtrum, ff. de appellat.* Sequitur Ferrar. *in forma libelli executionis in parte p. publico nuntio, verſ. poſt hæc quæritur.* Nec obſtat opinio contraria Baldi, & ſequacium, quia procedit in interpretatione, ſeu declaratione, quæ dependet à mera voluntate iudicis: hæc verò non pertinet ad ſucceſſorem in officio, verbi gratia, ſi iudex condemnet delinquentem, vt illi manus amputetur, nec declaret de dextra, vel ſiniſtra, recurrendum eſt ad legem pro declaratione; quæ vult vt amputetur manus ſiniſtra, ſeu minùs potens, vt habetur *in l. præſens, ff. de pœnis.* Contrà verò ſi declaratio dependeat ex præſumptionibus, ſeu coniecturis veriſimilibus, talis interpretatio, cum ſpectet ad quemcunque iudicem tranſit ad ſucceſſorem in iudicio ſi verba ſint obſcura. Imola *in d. l. ab executore, ff. de appellationibus in principio.* Felin. *in d. cap. qualiter, & quando col. 4. & ſequentib.*

Nec facit contra argumentum hæredis, qui non poteſt interpretari libellum defuncti, vt habetur *in l. Pomponius ſcribit ſi frumentum, §. final. ff. de rei vend. & in l. inter ſtipulantem, §. 1. in principio, ff. de verbor. obligationib.* Quia iudex, & ſucceſſor eſt idem tribunal, & officium ſemper durans; at verò hæres, & defunctus non eſt eadem perſona verè, ſed fictè. Quare non eſt dicendum eſſe idem iudicium de iudice, & ſucceſſore, quod de hærede, & defuncto. Ideo iudex ſi condemnet reum in expenſis, reſeruetque ſibi taxationem illarum expreſſo nomine proprio, finito officio ſucceſſor adhuc poterit taxare expenſas ex officio, eo quod facultas taxandi ad officium iudicis ſpectat, non verò concernit perſonam propriã. Ita Bart. *in d. l. ab executore, verſ. quæro vtrum,* Lanfran. de Oria. *in repet. cap. quoniam contra, de probationib. in parte expenſa, num. 13.* Abbas *in cap. 1.*
222. *de his, quæ vi, met. cau. fi. num. 8.*

Illud tamen obiter nota, quando admittitur libelli declaratio, poſſe fieri poſt litem conteſtatam, non tamen fas eſt mutare illum, vt tenet Baldus *in d. l. hæredes palam, ff. de teſtamentis, §. ſed & ſi notant,* per gloſſ. *in l. idem Pomponius, ſi frumentum, §. final. ff. de rei vendic.* Declaratio tamen trahitur retro ad tempus diſpoſitionis factæ, ſententiæ latæ, ſeu libelli editi, vt vult Paulus de Caſtr. *in d. l. hæredes palam, §. ſi quid. num. 3. verſ. item nota,* referens Ioan. Andr. *in additionibus ad Speculatorem in tit. de teſt. §. nunc videndum.* Atque ita declaratio ſiue ſententiæ, ſiue legis, ſiue libelli ita adnectitur diſpoſitioni, vt vnà cum eadem ortum habere videatur. Ex quo ſequitur, quòd declaratio facta per legem nouam alicuius legis veteris, trahatur retro ad negotia præterita, vt notant ſcribentes *in l. omnes populi, ff. de iuſtitia, & iure.* Item plus habet declaratio, quàm noua conſtitutio; nam declaratio veteris legis reſpicit præterita: conſtitutio verò noua fertur ad futura. Eodem modo quando lex procedit interpre- 223.
tando, ſeu declarando, porrigitur tam ad præterita, quàm ad futura. Bald. *in l. non dubium, col. 1. num. 2. verſ. tertiò nota, C. de legibus.* Quod verò declaratio trahatur retro, reddit rationem Decius *conſ. 423. ad finem,* dicens declarantem nihil noui facere, per *l. hæredes palam citat. §. ſi quid poſt,* vt ibi tradunt Fulgoſ. *& in conſ. 148. viſa, in fine.* Anchar. *conſ. 399. præmitto. in fine.* Aretin. *in d. l. hæredes palam,* & Roman. *conſ. 45. ſuper eo.* Nec eſt dubium declarationem trahi retro, vt vltra Caſtrenſ. docet Bald. *in l. cum teſtamento, C. de teſtament. manumiſ. in fine,* & Abbas *in cap. ex parte, de conſuetudine, num. 4.* & Iaſon *in l. quod iuſſit, ff. de re iudicat.*

Quæſtionis eſt, an poſſit iudex ſententiam diſ- 224.
finitiuam corrigere de conſenſu partium poſtquam eam pronunciauit? Pars negans eſt certa per gloſſ. *in l. ſi diuerſa, C. de tranſactionib.* Rebuff. *tom. 3. ad leges Galliæ, tit. de ſententia, art. 3. gloſſ. vnica, num. 9.* Bald. *in cap. præſentata, col. 2. de teſtib.* & conſtat ex lege noſtra *d. tit. 66. lib. 3. §. 6.* ibi, *e deſpois que o julgador der huma vez ſentença difinitiua em algum feito, e a publicar, ou der ao eſcriuão, ou tabellião pera lhe pôr o termo da publicação não tem mais poder de a renogar.* Quæ verba auferunt poteſtatem iudici Luſitano reuocandi ſententiam publicatam etiam de conſenſu partium. Quod procedit etiamſi pars, in cuius fauorem ſententia pronunciatur, fateatur ſententiam eſſe iniuſtam: adhuc enim ſecundùm ius Luſitanum non poteſt reuocari. Secus de iure per text. *in cap. 2. de purg. vulg.* & Bald. *in auth. ad hæc, col. penult. C. de vſur.* Quin etiam quamuis ſit nulla, non poterit reuocari, cum lex noſtra non diſtinguat, & generaliter adimet poteſtatem iudici, etiamſi de iure iudex ordinarius nulliter pronuncians poſſit iterum iudicare per textum *in l. vltim.* & ibi ſcribentes, *C. de ſent. quæ ſine cert. quant. & in l. 1. C. de ſentent. & interlocutor.* Bartol. & Alexand. *in l. iudex poſteaquam, ff. de re iudicat.* & gloſſ. *in l. ſi vt proponis 2. C. quomodo, & quando iudex.* Vantius *de nullitatib. rubr. coram quo nullit. propo. poſſ. num. 9. & in rubric. de nullit. ſentent. ex defect. iuriſdict. ordinar. num. 114. verſ. fallit in ordinario,* & Tiraquel. *in l. boues, §. hoc ſermone, limit. 1. num. 40. de verbor. ſignificatio.* & alij, quos referens ſequitur Menoch. *de arbitr. qu. 67. num. 2. verſ. primum ergo caput.*

Cæterum adhærens legi noſtræ, ac verbis illius, non poteſt iudex ſententiam nullam, & inualidam reuocare; quamuis errorem contineat, vt vult expreſsè Rebuff. *vbi ſuprà, num. 2.* Pro qua eſt text. *in l. error,* & ibi ſcribentes, *C. de iuris, & fact. ignor.* Vnde non poterit reuocare condemnationem expenſarum, vel fructuum. Bald. *in l. quia arbiter,*

biter, ff. de arbitris, Alexand. in l. Paulus, ff. de re iudicat. & gloſſ. in l. 1. C. de ſentent. quæ ſine cert. quant. Eo quod quando principale non poteſt reuocari, nec etiam acceſſorium eſt reuocabile. Bald. in l. terminato, col. 1. penult. C. de fruct. & lit. expenſ. Quod etiam extenditur ad cauſas criminales, in quibus quomodocumque iudicetur, non poteſt iudex mutare ſententiam, per l. diui, ff. de pœnis, & l. relegati, & l. mortis, ff. eod. §. pen. Nec obſtat opinio Ananiæ in c. de his, de accuſat. dicentis ſententiam in cauſa criminali non tranſire in rem iudicatam, ac proinde poſtquam pronunciata eſt, poſſe ſemper a iudice mutari, ſed fallitur, quia id habet locum antequam pronuncietur, ac publicetur.

225. Poteſt tamen iudex poſtquam tulit ſententiam criminalem, ſi conſtat ſibi, vel ex actis de innocentia condemnati ad pœnam corporalem, vel capitalem, remittere cauſam ad Principem, vel illum docere de innocentia damnati, & interim executionem differre, ſiquidem non poteſt innocentem abſoluere ſecundùm probationes nocentem repertum, vt habetur in l. acta, §. 1. ff. de re iudicata, Panorm. conſ. 92. contra ſententiam, vol. 1. & patet ex lege, Diui, ff. de pœnis. Princeps verò poteſt veniam concedere, vt dixi ſuprà ſecundùm Felin. in cap. conſanguinei, col. 2. de re iudicat. Bald. in l. additos, C. de Epiſcopal. audient. & Rebuff. ſupra poſitus num. 10. & 11. & Couar. poſt plures à ſe relatos in epitome de ſponſal. 2. p. cap. 8. §. vltim. num. 15. verſ. Quod in criminalibus cauſis, vbi vult non poſſe reuocari ſententiam criminalem à qua tempore debito non fuit appellatum, quamuis pœnam corporalem inferat, & conſtet de innocentia condemnati, niſi ex ſpeciali gratia Principis, cum habeat ſententia authoritatem rei iudicatæ. Quamuis in contrarium ſit Ananias ſuprà, cui adhæret Hippolyt. in leg. vnica, C. de rapt. virginum, numero 144. Sed non audiuntur.

226. Sed quid de ſententia nulla ſi partes ſint præſentes, & eam approbent? Menoch. conſ. 381. numero 17. tradit eam valere, & priùs idem conſ. 208. num. 81. & ſequentibus. Non tamen obſeruabitur tanquam ſententia, ſed tanquam conuentio, & pactum, l. 2. C. com. vtriuſque iud. vbi Baldus, & in l. cale pactum, §. qui prouocauit, & ibi Angel. ff. de pactis, Felin. in cap. de cauſis, num. 6. de offic. delegat. Iaſon. in l. ſi aduerſa, num. 5. C. de tranſact. Decius conſ. 475. num. 35. vbi vult ſententiam nullam non poſſe approbari à partibus, vt valeat tanquam ſententiam, cùm non ſit in poteſtate illarum, cùm ſint homines priuati, tribuere iuriſdictionem, & facere de non valida ſententiam validam, l. priuatorum, C. de iuriſdict. omn. iudic. Bartol. in l. 1. C. qui pro ſua iuriſdict. & Calderin. in conſ. 8. verſ. Nec obſtat ſi dicatur. Idem Decius in cap. examinata, in 3. notabil. de confirmat. vtili, vel inutili. Idem dicas oportet de laudo nullo, quando fuit a partibus approbatum. Nam tunc debet obſeruari in vim pacti, & conuentionis. Sic Alex. conſ. 32. numero 5. lib. 2. Gozad. conſ. 98. num. 20. Angel. conſil. 198. ad finem. Afflict. deciſ. 317. num. 6. vbi definit laudum nullum non poſſe ratificari, vt habeat vim laudi, ſeu ſententiæ, ſed poſſe partes tanquam pactum illud amplecti, & obſeruare, quod ſi altera pars non obſeruet, altera poterit reſilire ab obſeruatione, quia frangenti fidem, fides frangatur eidem, vt in cap. peruenit, de iureiur.

227. Quod ſi ſententia ſit manifeſtè iniqua, æquiparatur nullitati, vt poſt alios reſponderunt Ruin. conſ. 138. num. 22. lib. 1. Couar. lib. 1. variar. cap. 1. num. 10. Vantius de nullitate, in tit. de nullit. ex defectu proceſſus, num. 127. vbi aiunt ex iniquitate notoria ex actis reſultante, & ex iniuſtitia reddi ſententiam nullam, prout eſt etiam, ſi ex cauſa notoriè falſa feratur; nam tunc eſt ipſo iure nulla, prout aſſerit Abbas, poſt Butrium, & Imolam in cap. inter cæteras, & ibi Felin. verſ. Secunda concluſio, col. 6. de re iudicata. In quo euentu executor requiſitus, ſi cognoſcat ſententiam, notoriam iniquitatem, aut impatibilem errorem continere, ex ſcientia particulari, poteſt, ac tenetur illam exequi, vt in ſpecie tenet Caietan. 2. 2. q. 67. num. 11. Quamuis in contrarium eant Abbas, & Felin. in cap. paſtoralis, §. quia verò, de officio delegat. Secus ſi iniquitas manifeſta, & error intolerabilis appareat ex actis, vel ex publica ſcientia. Eo modo, quo iudex ordinarius requiſitus à iudice delegato vt ſententiam mandet executioni; viſiſque actis ex illis percipiat manifeſtè, ac notoriè ſententiam delegati eſſe iniuſtam, non tenetur eam exequi. Longè aliter ſi nec notoriè, neque euidenter deprehendat ſententiam eſſe iniuſtam, & iniquam, quia in eo caſu tenebitur eam executioni tradere, vt videtur probare text. in d. §. quia verò. Couar. vbi ſupra.

Sequitur dicamus de ſententia interlocutoria an reuocari poſſit? Atque imprimis quilibet iudex ex iure noſtro lib. 3. ordinat. tit. 65. in principio, poteſt ſuam ſententiam interlocutoriam reuocare, donec diffinitiuam pronunciauerit. Secus verò poſtquam diffinitiuam tulerit, ibi, depois que a definitiua he dada, ia ſe naon entermetera mais pera iulgar em aquelle feito, que ia he findo. Idem habetur de iure communi in l. quod iuſſit, ff. de re iudicata. vbi Bartol. in 1. notabili, Alexand. num. 4. Ripa num. 10. vbi volunt ſententiam interlocutoriam reuocari poſſe, emendari, & corrigi. Menoch. dicto conſ. 360. num. 2. & 3. Caldas Pereira lib. 1. quæſt. forenſ. quæſt. 9. num. & ſequentibus. Ratio, quia poſt latam ſententiam interlocutoriam adhuc iudex perſeuerat quo ad ſequentia, vt colligitur ex lege, poſt ſententiam, C. de ſententiis. Bartol. in d. l. quod iuſſit, num. 7. quem ibi ſequitur Iaſon num. 15. ff. de re iudicata, & Felin. in cap. qualiter el 1. num. 6. de accuſat. Quæ poteſtas reuocandi conceditur iudici ordinario, ſeu delegato, vt notat Rebuff. tom. 3. ad leges Galliæ, tit. de ſentent. art. 3. gloſſ. vnica, numero 28 per gloſſam expreſsè in d. l. quod iuſſit, & Baldus in l. arbitro, in fine, ff. qui ſatiſd. cog. Quibus accedit Barboſ. in remiſſionib. ad tit. 65. ordinat. regia, lib. 3. in principio, per text. ibi, e todo o iuiz podera reuogar ſua ſentença interlocutoria. 228.

Quæſtionis eſt, quoties poterit iudex ſententiam interlocutoriam reuocare? Reſpondet Stephan. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 147. num. 11. & cap. 155. num. 16. & ſequentibus, poſſe ſemel, ac millies reuocare. De iure tamen noſtro ſemel duntaxat poterit reuocare per text. in d. tit. 65. numero 7. his verbis, e ſe a ſentença interlocutoria for huam vez reuogada ia naon podera outra vez ſer reuogada em outra forma, hoc eſt, ſententia interlocutoria ſemel reuocata non poteſt iterum in alia forma reuocari. Similiter ſi non reuocetur ab eodem iudice, iudex ſubrogatus, ſeu delegatus, aut ſubdelegatus, vel alio quouis modo in officio ſuccedens poterit non ſolùm emendare ſententiam interlocutoriam à prædeceſſore latam, ſed etiam reuocare, cùm habeat eandem iuriſdictio-

 nem.

nem. Secus ſi iudex, qui protulit ſententiam fuerit ſenator regius, & mutato officio in eadem domo, ac relatione præſens fuerit. Nam tunc cùm ſenator adſit, ad illum pertinet reuocare, & interpretari ſuam interlocutoriam, non verò ad ſucceſſorem. Ita ius noſtrum, *dicto titulo 65. numero 6.*

Addo poſſe iudicem ſuam interlocutoriam ſine cauſa reuocare per gloſſam *in l. quod ſemel, gloſſ. vnica, ad fin. ff. de decret. ab ord. faciend.* ibi, *in interlocutione ſecus*; quaſi dicat non poſſe ſine cauſa reuocari diffinitiuam; imò nec cum cauſa poſt publicationem. Secus in interlocutoria. Bartol. *in l. quod iuſſit, num. 20. in fine*, cui adhæret Iaſon *ibi, num. 49. ff. de re iudicat.* A qua reuocatione non poteſt appellari, ſecundùm Felin. *in cap. exceptionem, num. 5. in finem, de exceptione.* & Panorm. *in cap. prudentiam, §. ſexta, in fine, de officio deleg.* Quamuis minus bene poſſe appellari ab ea reuocatione ſine cauſa facta cantet Alexand. *in d. l. quod iuſſit, num. 13.* Imò poteſt fieri reuocatio abſente parte, vt vult Decius *in l. qui poteſt, ff. de regul. iuris, num. 22.* cum ſit in manu iudicis poteſtas reuocandi, & fiat reuocatio ex iudicis officio. Proinde non requiritur cauſæ cognitio, nec partis citatio. Innocent. *in cap. cum veniſſent, num. 9. de reſtitut. in integrum*, & eſt text. expreſſius *in cap. ſi à iudice, de appellationibus.* Bald. *in l. certum, num. 5. C. vnde legit.* & Cald. Pereira *d. quæſt. 9. numero 3.* mihi tamen magis placet non valere interlocutoriam latam parte non præſente, nec citata; quia infert magnum præiudicium parti, quia debet ferri cauſa cognita, *l. à procedente, C. de dilation.* & per conſequens parte citata, *l. in cauſa, §. cauſa autem cognita, ff. de min. & l. 3. ſi cauſa cognita.* Ita Bartol. quem refert, ac ſequitur Iaſon. *in l. ſi opus nouum, ff. de oper. nou. nunt. num. 5.* contra gloſſam *in l. nec quicquam, §. vbi decretum, in l. 1. ff. de offic. proconſ. & legat* aſſerentem non requiri citationem. Quæ procedit quando, vel nullum, vel leue ex interlocutoria præiudicium parti ſequitur. Ita Bartol. *in d. §. vbi decretum*, & Iaſon. *vbi ſupra.*

Quod ſi appelletur à iudice volente ſuam interlocutoriam reuocare; adhuc poteſt appellatione non obſtante eam reuocare. Conſtat ex lege noſtra *ſupra, §. 4.* ibi, *e poſto que ſeia appellado da ſentença interlocutoria podera o iuiz reuogalla; por que a appellaçaon aſſi enterpoſta naon empede poder o iuiz reuogar a ſentença de lhe bem parecer.* Non poterit tamen iudex reuocare interlocutoriam geminatam, argumento gloſſæ *in clementin. final. in verb. ſuper ea*, vbi deciditur interlocutoriam geminatam reuocari amplius non poſſe, quamuis ſecundùm ſe ſemel lata reuocari queat, vt conſtat ex iure noſtro *in d. tit. 65. in principio*, & tradunt ſcribentes *in d. l. quod iuſſit, & in cap. cum ceſſante de appellationibus*, & in terminis Caldas Pereira *de poteſtate eligendi, cap. 2. numero 36.*

229. Sed quæres intra quantum tempus poterit iudex ſuam interlocutoriam, ſeu grauamen reuocare? Gloſſa *in l. quod iuſſit, ff. de re iudicata*, reſoluit intra quatuor menſes de iure communi. De iure tamen Luſitano *lib. 3. tit. 65. §. 2.* ibi, *a ſentença*, intra decem dies à pronunciatione ſententiæ. Cabed. *1. p. deciſ. 69. num. 3.* Poſt tamen decem dies interlocutoria efficitur quoad partes irreuocabilis, vt notat Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 155. numero 35.* & Barboſa *in remiſſ. ad tit. 65. ordin. Luſitana in princip. num. 3. ad finem.* Cabed. tamen *vbi ſupra*, ſubdit ad reuocationem faciendam interlocutoriæ à iudice *à quo* debere partes citari. Sed verius non debere citari, neque hoc requiri. Sequitur Caldas Pereira *d. quæſt. 9. num. 3.* ſecundùm Bald. *in l. certum, num. 5. C. vnde legit.* Quia reuocatio relinquitur arbitrio iudicis, & ab hoc non poteſt appellari, ea ſolùm de cauſa, quòd iudex interlocutoriam reuocet; neque appellatio eſt admittenda. Quod ſi ex reuocatione parti præiudicetur, à tali præiudicio poteſt appellari, vt deducitur ex cap. *ſacro ad finem, de ſententia excommunicatio.* Secundùm quod Panorm. *ibi*, & Ripa *in d. l. quod iuſſit, num 37.* docent integrum eſſe iudici parte repugnante interlocutoriam reuocare.

Quod ſi pars contra quam interlocutoria lata fuit, alleget rationes ob quas debeat reuocari, iudex intra decem dies ſententiam reuocabit. Parte verò id non petente iudex ſi proprio motu voluerit reuocare, quocumque tempore reuocabit ſi inuenerit non fuiſſe iuſte pronunciatum, dummodo reuocet ante ſententiam diffinitiuam: & illa ſic pronunciata talis ſit, quæ ſecundùm ius poſſit reuocari. Ita lex Luſitana, *d. §. 4.* Contra verò ſi ſententia interlocutoria ea ſit, quæ imponat finem iudicio, aut proceſſui; tunc non poteſt ampliùs reuocari, ſiue reum abſoluat ab inſtantia, ſiue actorem à principio litis repellat, cùm huiuſmodi ſententiæ accedant magis ad naturam diffinitiuæ, quam interlocutoriæ, vt volt Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 348. num. 14.* & in terminis decidit lex regia *d. tit. 65. §. 1.* addens etiam non poſſe reuocari poſt appellationem ſententiæ diffinitiuæ interlocutoriam, ſi iudex appellationem admiſit. Attamen ſi interlocutoria interponatur circa denegationem appellationis à ſententia diffinitiua, poterit iudex eam reuocare, & appellationem admittere, ſi iuri fuerit conſonum, & id quocumque tempore, antequam ſententia diffinitiua parti tradatur, vt expreſſum eſt *in d. §. 1. ordinationis regia*; qui videtur ex Bartolo deſumptus *in d. l. quod iuſſit, num. 9.* & ab Alexand. *ibid. num. 12* approbatus.

Circa tamen legem noſtram *d. tit. 65. §. 4.* vbi 230.
dicitur, non obſtante appellatione interpoſita, poſſe iudicem interlocutoriam reuocare, quæritur an poſſit fieri reuocatio appellationi iudice deferente? Pars negans ex eo probatur, quia iudex deferendo appellationi per delationem abdicat à ſe iuriſdictionem, illámque transfert in iudicem *ad quem*, cap. *cum appellationibus, §. ſi verò*, vbi ſcribentes *de appellationibus in 6.* Lancellot. *de attentatis, 2. p. cap. 12. limitat. 1. num. 66.* & Farinac. *deciſ. 562. num. 1.* poſt plures *ibi* relatos Felin. *in cap. qualiter, 1. num. 14. de accuſationibus*, poſt Panormit. *in cap. cum ceſſante, de appellationibus, numero 15.* Ergo non poteſt iudex deferendo appellationi interlocutoriam reuocare, ſed quando non detulit. Ita Rebuff. *vbi ſupra, num. 33.* Nihilominus verius puto, etiamſi deferat appellationi, poſſe interlocutoriam reuocare, per dictam legem noſtram, ibi, *e poſto que ſeia appellado, da ſentença interlocutoria podera o iuiz reuogalla, ainda que ſeia tal, que ſegundo direito ſe poſſa della appellar, por que a appellaçaon aſſi enterpoſta naon empede poder o iuiz reuogar a ſentença ſe lhe bem parecer.* Ex quibus verbis colligitur apertè poſſe reuocari interlocutoriam, non ſolùm quando non defertur appellationi, ſed etiam quando defertur, per text.

*in*

*in cap.ſi à iudice de appellationibus in 6.* Decius *in d.cap.cum ceſſante,eodem tit.num.*18. Ratio, quia reuocare grauamen ab interlocutoria illatum tendit ad faciliorem expeditionem cauſæ appellationis; ergo poteſt reuocari. Item quia iudex qui defert appellationi, remanet iudex in habitu, & exercitium iuriſdictionis tantùm ab eo abdicatur reſpectu cauſæ appellationis, & reſpectu cauſæ principalis: cæterum per hoc non excluditur quominus poſſit reuocare, vt facilius cauſa ad finem perducatur. Abbas *in cap.ceſſante de appellation.* per text. *in cap.ſi à iudice, eodem tit.in* 6. & *ibi* ſcribentes.

231. Suffragatur exemplum prælati excommunicantis ſubditum, qui intra legitimum tempus à ſententia prælati appellauit ad ſuperiorem, is enim appellatione non obſtante poteſt ab eodem prælato abſolui, vt colligitur ex cap. *ad reprimendam.de officio ordinary*, vbi ſuperior remittit excommunicatum ad ſuum iudicem, vt ab eo abſoluatur, niſi ſit periculum in mora non alia ratione niſi quia iudex, quia protulit ſententiam, non amiſit iuriſdictionem ordinariam, quam habet in ſubditum excommunicatum; ſed iuriſdictio in illa cauſa ad hunc effectum ſuſpenditur duntaxat, vt nihil agatur à iudice, quod obſtet effectui appellationis, ne ſuperior cognitionem capiat de iuſtitia ſententiæ; ergo poteſt iudex *à quo* excommunicationis impendere abſolutionem validè, cum ex ea reſultet commodum ipſius excommunicati, & facilior cauſæ expeditio, cùm ea fuerit intentio per appellationem excommunicati, vt abſolueretur, & reuocaretur grauamen à iudice *à quo* illatum. Ita Marius Alterius *de cenſur.tom.*1 *diſput.*2. *lib.*4. *cap.*5. *fol.*397. *verſ. Quartò dubitari poteſt.* Ergo ſimiliter in noſtro caſu poterit iudex reuocare grauamen illatum ab eo per interlocutoriam, etiam pendente appellatione; quòd ad reuocationem non ſuſpenditur iuriſdictio, nec impeditur reuocatio, *d.cap.ſi à iudice.*

Porrò abſque controuerſia hoc eſſe verum, tradit Abbas *in cap.quæſtioni, num.*7. *de appellationib.* ſi loquamur de iudice ordinario. Nam is, & abſoluere excommunicatum à ſe ipſo, & interlocutoriam, ſeu grauamen reuocare poteſt, etiamſi delatum ſit appellationi, ob iuriſdictionem generalem, quam habet iuxta text. *in cap.qua fronte, de appellat.* Decius *d.num.*18. Circa verò delegatum eſt controuerſia, an id ſit in manu ſua? Negat Abbas *vbi ſupra*, ex eo fundamento, quòd per appellationem omnis iuriſdictio delegati ſit deuoluta ad delegantem, per text. *in cap.cum appellationibus, de appellat. lib.*6. Verius tamen eſt idem eſſe dicendum de delegato, quod de ordinario. Ita Decius *ſupra*, & Alterius *fol.* 398. *verſ. Probabilior tamen*, vbi volunt iuriſdictionem iudicis inferioris ſuſpendi præter quàm in abſolutione, & in reuocatione grauaminis, ſeu interlocutoriæ.

232. Quod ſi fuerit delegatus Papæ, & excommunicet, aut publicè denunciet ſi intra annum non abſoluerit, poſtea abſoluere non poteſt. Abbas *in cap. querenti, de officio delegati*, & Nauar. *in manuali,cap.*27.*num.*40. poſt alios. Idem dicitur de delegato ab Epiſcopo ſi poſt latam ſententiam diffinitiuam intra annum non abſoluit, eo tranſacto, nequit abſoluere. Quod habet locum etiam, quando inferior ordinarius per ſententiam particularem aliquem excommunicat, & Summus Pontifex ſententiam inferioris confirmat ex certa ſcientià cum cauſæ cognitione. Nam ab ea non poteſt abſolui ab inferiore. Ioan. And. communiter receptus *in cap. ex frequentibus de Inſtitut.* & Nauar. *d.cap.*27.*num.*40. *ad finem.*

Quæri etiam poteſt an poſtquam interlocutoria traditur exequutioni, poſſit iudex in præiudicium partis appellatæ reuocare illam? Deciſio eſt negatiua per gloſſam vltimam *ad finem, in l.*1.§.*final.ff.de præt.ſtipul.* & *ibi* Bartol. *num.*4. Caſtrenſ. *num.*2.*verſ.Tertio modo* Ripa *in l.quod iuſſit,n.*33. *ff. de re iudicat.* dicens gloſſam eſſe communiter receptam. Roman. *conſ.*226. *in principio*, & Iaſon *in d.l.quod iuſſit,num.*32. Quibus accedit Farinac. *deciſ.*562. *num.*2. & Caldas Pereira *d. quæſtion.*9. *num.*8.*verſ.Limitabis tamen*, poſt Tiraquell. *in l.ſi vnquam, in verbo,reuertatur,num.*309.*C.de reuocand.donat.verſ.Et in ſimili,fol.mihi* 286. & eſt de iure Luſitano *d.tit.*65.§.3. ibi, *e ſe o iuiz deu ſentença interlocutoria, aqual mandou logo executar, anteſque a parte ſe della aggrauaſſe, ia eſſe iuiz a naon pode mais reuogar*, niſi de conſenſu partium. Atque ita apud noſtros ita debet fieri, atque obſeruari communiter, niſi aliud de conſuetudine fori, aut de ſtylo obſeruetur. Caldas Pereira tamen limitat communem ſententiam, vt non procedat in ſententia interlocutoria pronunciata ex officio iudicis nobili. Quia tunc indiſtinctè reuocari poteſt, ſecundùm Ripam *in d.l.quod iuſſit,num.*49. Iaſon tamen *in l.ſi opus nouum,ff.de oper.non.nunc.* arbitratur interlocutoriam traditam executioni, vel ab homine, vel à lege non poſſe ampliùs per ipſum iudicem reuocari, niſi de conſenſu amborum partium, vel niſi fiat ex iuſta cauſa, per gloſſam 1. §. *vltim. ff. de prætor.ſtipul.* ſuprà ſcriptam. Sed hæc limitatio quatenus dicit poſſe reuocari de conſenſu partium, coincidit cum lege Luſitana, vbi non dicitur poſſe ex iuſta cauſa reuocari; quod eſt Bartoli *in d.l.ſi opus nouum* poſt gloſſ. *ibi*. Quare Iaſon concludit *d.num.*3. interlocutoriam mandatam executioni regulariter, & indiſtinctè, non poſſe per eundem iudicem reuocari, neque ex iuſta cauſa, & qui oppoſitum aſſerunt colligi ex *d.l.ſi opus nouum*, ait voluiſſe diuinare, quamuis fateatur hanc diuinationem eſſe multorum Doctorum; atque ita arbitratur per prætorem in ea lege interlocutoriã, quam poſtea reuocauit, non fuiſſe mandatam executioni reſpectu partium, quæ nihil egerunt, quod poſſet per ipſum prætorem reuocari, qui prætor duntaxat compiſit nuntio, vt auctoritate prætoris opus publicum nouum nuntiaret, & ipſe nuntius actualiter nuntiauit: attamen per hoc non eſt dicendum interlocutoriam fuiſſe traditam executioni. Ex quibus conſtat ex iuſta cauſa in illo caſu poſſe reuocari tam interlocutoriam; neque inde ſequitur aliquid contra regulam, quæ tradit interlocutoriam executioni mandatam ab homine, vel à lege, non poſſe amplius reuocari. Sic Iaſon. 233.

Reſtat adhuc dubium, an ſententia lata ſuper poſſeſſorio ſit interlocutoria, an diffinitiua? Eſſe diffinitiuam confirmatur, quia in poſſeſſorio fertur diffinitiuè, gloſſa, Bartol. Bald. & alij *in l.vnica, C. ſi de moment. poſſ. fuer. appell.* gloſſ. Bartol. & Bald. *in l.poſt ſententiam, C.de ſententia, & interlocutoria omn.iudic.* & gloſſa *in cap.cum ad ſedem in gloſſ.penultim.ad finem, de reſtitution.ſpoliat.* & probatur *in cap. vltim. de iudiciis, in verbo,ſuper poſſeſſione*, vbi ſententia in poſſeſſorio promulgatur diffinitiua. Confirmatur ex clement.1.*in princip.de ſeque.poſſ.& fruct. in verb.contra poſſeſſorem diffinitiua*, & *ibi* gloſſa, *in verbo,contra poſſeſſorem.* 234.

Ex

Ex quibus deducitur non eſſe Interlocutoriam, ſed diffinitiuam.

Hæc opinio procedit quoad ſententiam latam in poſſeſſorio ordinario, ſeu plenario, non verò quoad ſententiam latam in poſſeſſorio ſummariſſimo. Hæc enim quamuis ſit interlocutoria, reuocari non poteſt, cùm trahat ſecum executionem, iubeatque alterum ex contendentibus in
234 poſſeſſione perſeuerare; alteri verò inhibet ne accedat ad poſſeſſionem, vt in ſimili vult Bartol. *in l. cum procurator, §. ſi dominus, ff. de oper. non. nunciat.* Alexand *in d. l. quod iuſſit, num.* 24. Tiraq. *in l. ſi vnquam, in verbo, reuertatur, d. num.* 309. *C. de reuocand. donat.* Quibus adhærent Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 34. *num.* 113. & Menoch. *de retinend. remed. vltim. num.* 56. *& ſequent.* Valaſc. *tom.* 1. *conſult.* 79. *num.* 18. & Couar. *practic. quæſt.* 17. *num.* 2. vbi fatentur eſſe interlocutoriam, quia cauſam poſſeſſoriam non ex toto diffinit, ſed adhuc ſuper ea diffinitiuè pronunciandum eſt. Dicitúrque apud Hiſpanos teſte Couar. remedium interim, quod lite pendente nihil eſt innouandum, habétque effectum, donec feratur ſententia diffinitiua. Caſtrenſ. *conſil* 3. *col.* 2. *verſ.* 2. Neuiſan. *conſ.* 30. *num.* 7. Gutier. *d. num.* 113. dicentes hanc interlocutoriam eſſe quoddam præparatorium iudicij ordinarij, proinde durare ſolum vſque ad ſententiam diffinitiuam in poſſeſſorio ordinario.

An verò appellare liceat à ſententia lata in poſſeſſorio ſummariſſimo, quod præparatorium dicitur, controuertitur de iure ciuili. Negat Neuiſan. *conſ.* 81. *num.* 4. poſt Puteum *in tractatu ſyndicatus in verſ. negligentia*, Boër. *in conſuetud. Bituricenſ.* §. 4. *de iuriſdict. omn. iud.* Alciat. *reſponſ.* 486. *num.* 2. *verſ. Tertiò videtur.* Rebuff. *ad leg. regias Galliæ, tom.* 3. *tit. de mater. poſſeſſoriis, art.* 1. *gloſſ.* 1. *num.* 23. & copiosè Petrus Benintendi *concl.* 79. *in* 1. *dub.* Menoch. *d. remed. vltim num.* 48. & Gutier. *numero* 108. vbi addit neque de iure canonico in hoc caſu appellare licitum eſſe quoad effectum ſuſpenſiuum, cùm lata ſit ſententia in iudicio extraordinario, vt bene probat Benintendi *dict. concluſ.* 79. *num.* 6. *ad finem*, & Cagnol *in l. in pari, ff. de regul. iuris.* Ex ea ratione, quia cùm hoc iudicium ſummarium exigat celeritatem, non eſt recipienda appellatio, vt expreſsè habetur *in l.* 2. vbi gloſſ. & ſcribentes, *C. quorum appellatio non recipitur*, & iuxta *l. quiſquis, C. eodem tit.* Menoch. *ſuprà, numero* 49. *&* 50. vbi vult prohiberi appellationem in hoc caſu etiam quoad effectum deuolutiuum, vt decidit Benintendi *d. concl.* 79. *in* 2. *dub.* Quem ipſe ſequitur; niſi iudex contra poſſeſſorem emittat ſequeſtrum, vt notat Angel. *conſ.* 107. Iacobellus, & Gutier. *ſupra, num.* 108. Concordat Barboſ. *in remiſſionib. ad lib.* 3. *ordinat. tit.* 70. *in principio, num.* 3. vbi enumerat caſus quatuor, in quibus appellationi non defertur, quorum primus eſt quando appellatur à ſententia interlocutoria, cuius grauamen poteſt reparari, & habetur *in l.* 13 *tit.* 23. *part.* 3. *per diffinitiuam.*

Gutier. tamen *d. cap.* 34. *num.* 110. opinatur de iure Hiſpano appellationem in iudicio poſſeſſorio eſſe admittendam, quando in illo duæ ſententiæ non ſunt conformes, vbi verò fuerint conformes, appellationi non eſſe deferendum prætérquam ſi conſtet de notoria iuſtitia appellantis, Secus quando appellati iuſtitia eſt manifeſta, quia præſumitur ex malitia appellantis interponi appellationem. Similiter reiicitur appellatio ex eiuſdem ſententia, ſi eſſet periculum in mora, cauſa celeritatem poſtulante. Cuius opinio rebus bene penſatis, parum, aut nihil diſcordat à cómuni, iuxta *l. quiſquis, C. quorũ appellatio non recipitur*, & in ſpecie probat Menoch. *d. n.* 49. cui Gutier. adſtipulatur, ſubdens, attento iure Hiſpano, non eſſe deferendum appellationi, quando cauſa celeritatem deſiderat, præſertim ſi conſtet de poſſeſſione illius, in cuius fauorem pronunciatum eſt. Vide illum *num.* 110.

Dubitari tamen poteſt an vbi non admittitur 235.
appellatio, quia prohibetur ex natura cauſæ, ſit prohibita etiam ſupplicatio, præſertim ſi princeps committat cauſam, appellatione remota? Affirmat Decius non admitti *in l. final. num.* 51. *C. de temp. appellat.* à ſententia lata in poſſeſſorio ſummariſſimo, quia ex natura cauſæ prohibetur appellatio. Ideo ſimiliter ſupplicatio non admittetur per *l. final. C. vt lite pendente*, vbi gloſſ. & ſcribentes decidunt illum, qui non poteſt à ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam prouocare, nó poſſe ſimiliter ſupplicare contra eandem. Sequitur Caſtrenſ. *ibi*, ex ea ratione, quia in poſſeſſorio de modico præiudicio tractatur, vt vult Bartol. *in l.* 2 *ff. de appellat. recip.* quod poteſt refici in petitorio iudicio, vt per Bartol. & Iaſon *vbi ſuprà.* Igitur ſicut à ſententia in poſſeſſorio ex natura ipſius cauſæ de iure ciuili non poteſt appellari, vt per Doctores communiter *in l.* 1. *C. de moment. poſſeſſ.* Iaſon. *conſ* 60. *ad finem, vol.* 1. & Decius *in l.* 1. *C. de bonis poſſ. col.* 2. quidquid ſit de iure canonico *in clement.* 1. & *ibi* Card. *col.* 2. *in oppoſi.* 1. *de cauſ. poſſ. & propr.* ſic etiam dicendum eſt aduersùs ſententiam poſſeſſorij non poſſe ſupplicari. Ita in terminis Decius *in d. l. fin. num.* 51. Imol. *conſ.* 142. Ruin. *conſ.* 157. *col. penult. verſ. Non obſtat ſecundum*, docentes non eſſe licitam ſupplicationem, quotieſcumque de iure prohibetur appellatio ad decidendam infinitatem, tollendoſque fines cauſarum. In cuius confirmationem magiſtraliter Iaſon ait *in Auth. quæ ſupplicatio*, poſſe reum ſupplicare, vbi prohibetur appellare propter excellentiam iudicis, & ſic in priuilegium latæ ſententiæ, non tamen poſſe ſupplicare vbicumque de iure non poteſt appellare.

Ego tamen oppoſitum verius puto in hoc ſum- 236.
mariſſimo poſſeſſorio, ſeu interdicto interim, vt vocant Hiſpani, poſſe concedi ſupplicationem; imò debere concedi, vt ex iiſdem actis ſine nouis probationibus cauſa in gradu ſupplicationis, non ſolùm reuideatur, & examinetur, ſed etiam vt decidatur. Nam de iure in aliis caſibus, in quibus non admittitur appellatio, admittitur ſaltem ſupplicatio, ſeu reclamatio, quod idem eſt, ita Pariſ. *conſ.* 54. *col.* 1. Marant. *de ordine iudic. p.* 6. *verſ. Secundùm actus, num.* 11. Abbas *in cap. ex literis in* 4. *notab. & in gloſſ. in verb. ſupplicauit, de reſtit. in integrum.* vbi ait, quod quando in aliqua parte iuris, vel in inſtrumento, eſt appellatio remota, poſſe nihilominus contra ſententiam ſupplicari. Ex eo fundamento, quòd appellare, & ſupplicare ſunt duo remedia diſtincta, alterum ordinarium, alterum extraordinarium; quare remoto vno, non ſequitur alterum; quia ex ſeparatis non fit recta illatio *cap.* 2. *de tranſlat. prælat.* Abbati accedit Ruinus *conſ.* 157. *col. penultim.* & Marant. *vbi ſuprà, num.* 13. docens non ſolùm à ſententia Principum, ſed etiam à ſententiis inferiorum, quando prohibetur appellatio, ſupplicationem admitti, quæ eſt remedium extraordinarium. Conſentiunt Bald. *in l. vltim. §. vltim. C. de tempor. appellat.* &

Salicet.

*Salicet. in l. vltim. col. vltim. C. de ſentent. & interlocut. omn. iudic.* quatenus tradunt, quamuis ſit validam ſtatutum appellationem remouens, non tamen per illud tolli remedium ſupplicationis, quæ ex precum porrectione facta Principi, per quam ex quadam benignitate, & gratia ſuperior reſtituit ſupplicantem contra ſententiam. Ex quibus probatum relinquitur ſupplicationem eſſe admittendam, quam partem vltra citatos tenent Decius *conſ. 533. col. 2.* Marſilius *in ſua praxi criminali, §. opportune, num.* 51. aſſerentes eſſe communem; quibus adhærent Garcia *de nobilitate, gloſſ.* 14. 2. *n.* 5. Couar. *in practic. q. cap. 17. num.* 8. quem Menoch. credit oppoſitum ſentire *ſupra, num.* 53. Sed fallitur, vt bene notat Gutier. *d. cap. 34 num.* 12. vbi noſtram ſententiam confirmat, dicens ſe vidiſſe ita iudicatum in regia cancellaria. Fauet Cabed. *part. 2. deciſ.* 0. *num* 4.

Non tamen diſplicet reſolutio Menochij *remedio vltim. de retinend. num.* 59. aſſerentis ſi appelletur, vel ſupplicetur à ſententia ſuper poſſeſſorio ordinario lata aduersùs eum, in cuius fauorem in iudicio ſummario fuit interlocutum, talem interlocutoriam illi non prodeſſe, ſed eſſe exequendam ſententiam latam in plenario, ſeu ordinario poſſeſſorio, cùm interlocutoria ſolùm duret vſque ad ſententiam diffinitiuam in poſſeſſorio ordinario, non obſtante appellatione interpoſita; quia etſi regulariter appellatio inducta ſententiam ſuſpendat, faciátque, ne iudicatum videatur, *l. penult. ff. ad S. C. Turpilian.* nihilominus, vt ipſe Menoch. ait *d. num. 59. & 60.* in cauſis poſſeſſorijs, cùm appellatio non ſuſpendat, ſed tantùm deuoluat, non impeditur executio ſententiæ latæ in plenario poſſeſſorio, quare interlocutoria in iudicio ſummario in fauorem lata nihil omnino prodeſt illi, in cuius fauorem in iudicio ſummario pronunciatum fuit.

Quòd verò non ſuſpendat, ſed tantùm deuoluat tradit Menoch. *de recuperand. remed. 9. numero 322. & de adipiſcenda, remed. 4 quæſt. 100. & remed. vltim. de retinend. num.* 60. vbi fatetur exequendam ſententiam in plenario poſſeſſorio Nihilominus de iure Hiſpano, cum a prima ſententia in cauſa poſſeſſoria, etiam momentanea concedatur appellatio, & ſupplicatio, ſi victus appellet, vel ſupplicet à ſententia contra ſe in poſſeſſorio plenario pronunciata retardatur executio, donec ſecunda ſententia conformis in poſſeſſorio plenario contra poſſeſſorem in ſummario iudicio feratur. Interea tamen ſententia interlocutoria interim tuebitur poſſidentem virtute poſſeſſorij ſummariſſimi, conſeruabitque illum, eo modo, quo erat ante ſententiam in iudicio plenario obtentam, donec ſecunda ſententia conformis in ſecunda inſtantia contra ipſum pronuncietur. Gutier. *d. cap. 34 canon. lib. 1. num.* 113 *ad finem.* Parlador. *lib. 2. quotidian. cap. 5. num.* 31. per leg. 8. tit. 20. lib. 4. *recopilat. legum Caſtellæ.* Couar. *pract. cap. 23. concluſ.* Villalobus *in antinomia iuris, litera A, num. 61.* & Gomez *in l. 45. Tauri, ad finem,* vbi probant doctrinam Menochij *vbi ſupra,* extra Hiſpaniam ſecus verò in illa; vbi in cæteris poſſeſſorijs iudicijs conceditur appellatio, niſi quando duæ ſententiæ fuerint conformes; quod etiam ſequitur Zauall. *in commun. contra commun. quæſtion. 15. num. 6. & 7.* vbi cum cæteris concludit per appellationem à prima ſententia cauſam ſuſpendi quoad executionem, ac deuolui ad ſuperiorem donec feratur ſecunda ſententia conformis.

His adde, an in iudicijs ſummarijs poſſeſſorijs admittatur teſtium reprobatio, ſeu repulſa? Reſponſio eſt negatiua, & eſt recepta, *cap. veniens, 2. de teſtib.* & *ibi* Abbas, & Felin. Auendan. *in cap. correct. 1. p. cap. 4 num.* 16. & Couar. *pract. cap. 17. num.* 7. Menoch. *d. remed. vltim. retinend. num.* 41. Farinac. *in praxi crimin. quæſt 62. limitat. 9. num.* 195. poſt Afflict. *deciſ. 351. num.* 2. & Parlador. *lib. 2. quotid. cap. vltim. §. 10. num.* 25. Ex ea ratione, quòd in ſummarijs non agitur de præiudicio irreparabili, cùm per ſententiam diffinitiuam omne detrimentum auferatur. Sed contra vrget Bartol. *in extrauagante, ad reprimendam, in verb. & figura iudicij,* dicens repulſam teſtium eſſe defenſionem. Ideo ſi denegetur repulſa contra teſtes, & eorum dicta, auferetur defenſio, quod repugnat iuri naturali, vt notatur *in l. vt vim, ff. de iuſtit. & iure,* & habetur expreſsè *in clement. ſæpe, in §. non ſic,* & *ibi* gloſſ. *de verbor. ſignificat.* Nihilominus reſponſio ſuſtinetur per rationem ſuprà, quia præiudicium per ſubſequens iudicium reparari poteſt; ita Doctores præcitati. Atque ita in ſummarijs teſtium repulſæ locus non conceditur, vt etiam notat Hieronym. à Lauren. Auenion. *deciſ.* 137. vbi excipit, quando agitur de teſtium inhabilitate, atque incapacitate; in quo euentu fatetur non eſſe denegandam teſtium repulſationem. 237.

Quot verò teſtes, & quales requirantur in probando poſſeſſorio? In primis per regulam generalem, *in cap. licet vniuerſis, & in cap. in omni negotio, de teſtibus.* teſtimonium vnius non probat; quam etiam tradit *l. iuſiurandi, C. eodem,* & habetur *in l. Euangelica,* In ore duorum, vel trium ſtat omne verbum, *cap. cum eſſes de teſtament. & cap. in nobis de teſtibus.* Limitatur tamen in probando poſſeſſorio, vt docet Farinac. *in oppoſit. contra perſonas teſtium, quæſtion.* 63. *numero* 30. & Stephan. Grattan. *deciſ.* 292. quos ſequitur Barboſa *in remiſſionibus ad ordin. Luſitan. lib. 3. tit. 55. verſ. Prima concluſio, num. 18. verſ. Limita decimoſexto,* vbi volunt poſſeſſorium poſſe probari per vnum teſtem. Itémque per teſtes ſingulares, qui aliàs non probant, vt conſtat ex *cap. clauſulam, de probationibus,* & ex *cap. cum Eccleſia Sutrina, §. nos igitur, de cauſ. poſſeſſ. & propr.* At verò in probanda poſſeſſione teſtes ſingulares ſufficiunt. Flores de Mena *quæſtion.* 21. *numero* 42. & Farinac. *in praxi, part. 2. contra perſonas teſtium, quæſtion. 64. a num.* 164. Quin etiam poſſeſſorium probatur per teſtes de auditu. Farinac. *ſuprà, quæſtion. 69. num.* 69. & Hector Æmil. *tract. de teſtibus, in materia teſtis de auditu, numero* 79. quibus accedit Fului. Pacian. *tract. de probat. lib. 1. cap. 9. num.* 50.

An verò in probando poſſeſſorio teſtes debeant eſſe iurati? Videtur affirmare Bald. *in l. presbyteri, numero 13. verſ. Quæro aliud, C. de Epiſcop. & clericor. & in tractat. ſtatutorum, in verbo, Arbitrium, verſ. Primo, & verſ. ſtatutum quod dat arbitrium.* Quia, vt ipſe ait, nemo tenetur credere quando eſt iudex teſtibus non iuratis. Paris de Puteo *in tractat. ſyndicatus, in titul. de arbitrariis eorum, numero 13. ad finem.* Angel. *in leg. milites, col. 2. C. de teſtamento militis,* vbi docet etiam in caſibus, in quibus proceditur, ſola veritate inſpecta, recipiendos eſſe teſtes iuratos, poſt Bartol. *in extrauaganti, ad reprimendum, in verbo, & figura, numero* 13. Ducuntur, quòd iuramentum hoc, eſt iuris diuini, propterea non poteſt contemni.

contemni. Quod verò ſit iuris diuini, probatur ex Geneſ. *cap.* 31. vbi Iacob voluit teſtimonium Laban ſoceri ſui iuramento confirmari. Ob quam rationem Felin. *in cap. conſtitutus, num.* 16. *de reſcript.* cenſuit Summum Pontificem non poſſe diſpenſare, vt fides habeatur teſti non iurato. Quod Maſil. *ſingul.* 214. ad validitatem, valdè admiratur. Ex quibus minùs bene, imò male ſentire videntur Bart. ſibi parum conſtans *in l. filiusfamilias, num.* 5 *ff. de donat.* & Alexand. *in l. milites, num.* 7. *cum ſequenti, C. de teſtam. milit.* Vbi volunt iuramentum hoc vtpote iuris ciuilis poſſe ſperni, in quo falluntur, non enim eſt iuris ciuilis, ſed diuini. Non tamen negandum eſt teſtes non iuratos aliqualem facere probationem. Ideo ſtante paritate probationum bene poteſt iudex teſtibus non iuratis deferre.

Cæterum dicendum eſt in iudicio poſſeſſorio non neceſſe eſſe, vt præſtetur iuramentum teſtibus de rei veritate dicenda; eo quòd hæ probationes à iudice recipiuntur ex officio ad ſui inſtructionem, ſeu informationem, ergo nõ videtur iuramentum neceſſarium. Item quia in eo iudicio ſufficit qualis qualis probatio, etiamſi ſit leuis; imò vt dixi ſuprà, quod etiam eſt Alex. *conſ.* 103. *num.* 3. *lib.* 7. ſufficit ſemiplena probatio, vtpote per famam, vel vnius teſtimonium. Sequitur Dec. *conſ.* 56. *col.* 2. & Neuiſan. *conſ.* 80. *n.* 11. & leues ſufficere probationes tradit Caſtr. *conſ.* 3. *col.* 2. *verſ.* 4. & Couar. *in practicis, cap* 17. *num.* 4. Quare non eſt neceſſe huiuſmodi teſtibus iuramentum præſtari; teſte Gloſſa *in cap.* 1. §. *Si duo homines in verbo, teſtimonium, de pace tenenda*, & Curtio ſeniore *conſ.* 61. *ſuper eo articulo ad finem*, & in terminis reſoluunt Bolognetus *in l. naturaliter*, §. *nihil commune, parte ſecunda, num.* 442. *de acquirenda poſſeſſ.* Alciatus *reſponſ.* 286. *num.* 1. Quibus accedit Neuiſan. *conſ.* 80. *num.* 7. *verſ. Et forte*, & Menoch. *de remed. vltim. de retinend. num.* 39.

## Dispvtatio XI.

### *De pœnarum augmento & diminutione.*

---

### §. I.

### *Vtrùm magiſtratus poſſint augere, vel minuere pœnas à lege, vel conſuetudine ſtatutas?*

EPITOME.

238 *Magiſtratus tranſgredientes pœnas à iure ſtatutas incurrunt pœnas iudicantium iniuſtè.*

239 *Iudices qui liberant nocentes, ſunt rei eiuſdem criminis.*

240 *Iudices non vindicantes maieſtatem læſam tenentur eadem pœna.*

241 *Pœnæ executio reſeruatur auctoritati legis, & retractari non poteſt.*

242 *Pœnæ cur non poſſint augeri.*

243 *Pœnæ ex cauſa poſſunt augeri, vel minui.*

244 *Cauſæ, & qualitates ob quas poſſunt pœnæ minui, vel augeri, quæ ſint.*

245 *Pœnæ ſunt minuendæ propter paupertatem, & amicitiam.*

246 *Pœna poteſt remitti ante ſententiam, non verò poſt illam.*

247 *Minores magiſtratus qui ſint, & quas pœnas poſſint alterare.*

248 *Maiores magiſtratus qui ſint, & minimi, & quid poſſint circa pœnas temperandas.*

249 *Magiſtratus non poſſunt quidquam circa pœnas quando ſtatutum expreſsè declarat quid ſit faciendum.*

250 *Iudex delegatus an poſſit pœnas alterare.*

251 *Pœna diuidens dimidium fiſco, & dimidium parti læſæ, an poſſit minui, vel remitti.*

252 *Princeps an poſſit gratias facere de delictis deliberatè factis in præiudicium partis læſæ, niſi ex cauſa publicæ vtilitatis.*

253 *Princeps ſecundum aliquos non poteſt damna, & iniurias illatas ſubditis remittere etiam ob bonum publicum.*

254 *Princeps ex cauſa publica cui non poteſt tollere ius tertii, niſi ſatisfacta parte.*

255 *Princeps de iure Luſitano non concedit gratias delicti abſque venia hæredum.*

256 *Princeps an teneatur imponere pœnas à lege ſtatutas.*

257 *Delictum an ſit puniendum ſecundùm leges, quæ vigebant tempore delicti commiſſi.*

258 *Iudex non poteſt remittere pœnas, nec poteſt aliquis intercedere.*

259 *Delicta quando ſint punienda poſt mortem, & quæ ſint illa delicta.*

*Et quando pœnæ tranſeunt ad hæredes.* ibid.

260 *Actio ad accuſandum quanto tempore præſcribatur, ſiue crimen ſit ſeculare, ſiue Eccleſiaſticum, & quæ ſint delicta publica, & priuata.*

261 *Pœna pecuniaria vt tranſeat ad hæredes, quid debet principaliter in ſententia; non verò in conſequentiam delicti.*

262 *Contumaces ſi compareant poſt annum, & probent innocentiam ſuam, an recuperent bona fiſco annotata.*

Magistratvs qui pœnas à iure ſtatutas augent, eandem pœnam incurrunt, quam qui iniuſtè imponunt. text. *in l. ex Iulia*, §. *vltim. ff. ad l. Iuliam repe.* quem Bald. valdè extollit *in l.* 1. *col.* 4. *verſ. Et aduerte, C. ex delict. defunct.* & Felin. *in cap. accuſaſti, in principio, de accuſ.* Iouat text. *in l.* 1. *in princip. ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* Ex quo probatur iudicem iniuſtè punientem ſubiici legi Cornel. *de ſicar.* quem textum allegat Baldus *in cap.* 2. *poſt medium. de re iudicata*, concludens eſſe homicidam iudicem, qui capitali pœna aliquem punit cauſa non examinata. 238.

Contra verò qui nocentes liberant, tam grande facinus committunt, quàm rei ipſi, teſte Cicerone *in* 2. *actione in Verrem*, vbi loquens de ipſo ſic ait, ibi. *Non iſtum*, nempe Verrem, *maius in ſe ſcelus concepiſſe certum eſt, cum fana ſpoliaret, cum tot homines innocentes necaret, cum ciues Romanos morte, cruciatu, cruce affecerit, cum prædones duces accepta pecunia dimiſerit, quam eos, qui iſtum tot, tantis, tam nefariis ſceleribus coopertum iuracis ſententia ſua liberarent.* Ex quibus ſequitur magiſtratus delinquere non ſolùm quando pœnas à 239.

iure definitas contra criminoſos augent, ſed etiam quando criminoſos nulla impoſita pœna iniuſte dimittunt, fiuntque infames, textus *in leg. ſi quis, in fine, C. de vi pub.* quem ſequitur Ioan. Andr. *in nouella*, vterque *in verbo, eandem.* Decius, & Panormit. *in cap. de cauſis, de officio delegat.* & Ioan. Platea *in l. 1. C. de deſert. lib. 12.* Quod ſi magiſtratus abſque vlla cauſa remittant, aut minuant pœnas a lege, vel conſuetudine ſtatutas, bonorum proſcriptione, ſeu amiſſione ſunt puniendi, per text. *in d. l. 1. C. de deſert. lib. 12.* vt volunt Panormit. *in d. cap. de cauſis*, & Rom. *in l. ſi vero, §. de viro, ſoll. 25. ff. ſolut. matrim.* Nam magiſtratus, ſeu alij iudices a Principe, ſi recedant à dicta pœna legis, ſeu conſuetudinis, vel eam minuant, vel immunitatem concedant, faciunt ſe conſcios, vel ſocios eiuſdem criminis. Colligitur ex cap. *error 83. diſt.* & ex *l. 1. C. de priuatis carcerib.* vbi deciditur in hoc caſu tam magiſtratus, quam delinquentem idem crimen incurrere. Text. mente tenendus *in l. 2. in fine, C. de commerciis, & mercimon.* cum dicitur, *& ſi iudex repertum non vindicat, tegere vt conſcius crimino ſa ſeſtinat*; quod ibi tradit Bald. & docetur *in cap. negligere 2. quaſt. 7.* ibi: *Nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ.*

140. Quare iudices qui non vindicant maieſtatem læſam, tenentur læſæ maieſtatis pœna, vt notat Lucas de Penna *in l. 2. C. de deſert. d. lib. 12.* per text. *in l. 2. C. de ſepulch. viol.* Facit text. *in Authen. iubemus, C. de iudic.* per quem Bald. *in vltim. nota*, tradit iudices teneri ad iudicandum non ſolum ſecundùm legem, ſed etiam ſecundùm conſuetudinem. Proinde ſi recedant a conſuetudine in iudicando faciunt litem ſuam, perinde, ac ſi contra legem, ſeu ius commune pronunciarent. Vnde poteſt appellari ab illis ſicut ſi non ſeruent ius commune, teſte Baldo *in rubrica de dilat. ante finem*, vbi allegat legem, *an in totum, C. de edil. prin.* & *c. ip. 1. de dilat.*

141. Sed quæres, quæ ſit ratio ob quam magiſtratus in puniendis delictis non poſſint recedere à pœnis lege, ſtatuto, vel conſuetudine inductis? Reſpondemus facti quæſtionem eſſe in arbitrio ius dicentis: pœnæ verò perſequutionem non voluntati eius mandari, ſed legis auctoritati reſeruari, text. *in l. 1. § final. ff. ad Turpill. l. ordine, ff. ad munic. l. ſi operam, C. de pœnis, & cap. iudices, 6. quaſt. 7.* Item, quia pœna a iure inducta retractari non poteſt. Iuuat expreſſe D. Thom. 2. 2. *quaſt. 67. art. 4.* vbi ait duplici ratione iudices impediri liberare reum à pœna a iure inducta. Primò ex parte accuſatoris, cuius intereſt, vt reus plerúmque puniatur. Secundò ex parte Reipublicæ, cui expedit, vt male[illegible] puniantur, ad hoc quòd peccata vitentur. Accedit iniuria perſonæ illata, quæ recompenſa[illegible]m recuperat per quandam reſtitutionem

142. [illegible]eis in pœnà iniuriantis. Quare in iis, quæ [illegible] eſſa iuxta legem diuinam, vel humanam, [illegible] poſſint iudices facere miſericordiam, vt latè probant Menoch. *de arbitr. lib. 1. quaſt. 96. num. 10.* [illegible]ad. *in practic. tit. de homicid.* Sarmient. *ſelect. interpret. lib. 1. cap. primo, num. 3.* Viu. *in commun. opin. lib. 1. verbo, iudex vbicunque, num. 1.* & G[illegible] *in tract. de relax. carcerat. tit. de ſentent. & pœn. exequendis, quaſt. 6. in principio*, vbi volunt eſſe maximè nociuum Reipublicæ velle iudices [illegible] arbitrio ea, quæ a lege certa ſunt co[illegible]. Nec obſtat Leſſius *lib. 4. cap. 4. dub. 5. num. 2[illegible]*, dicens in malis, pœniſque inferendis

*Fr[illegible] Regim. Chriſt. Reipubl.*

oportere non vti tota poteſtate, ſed poſſe aliquid remitti a iudice, & infra meritum punire, ſicut decet in præmiis conferendis ſupra merita remunerare; quia loquitur de iudice ſuperiore, non verò de inferiore; qui in puniendis delictis debet leges amplecti, ne leges facile violentur, ac Reſpublica ex legum tranſgreſſione labefactetur, & ſocietas humana perturbetur. Quod notat Ariſtoteles *lib. 10. Ethicorum, cap. 9.* his verbis. *Multitudo neceſſitati potiùs quàm rationi, & pœnæ quàm honeſtati paret. Idcirco ſunt qui legumlatores oportere cenſent ad virtutem inuitare, ac prouocare honeſtatis gratia; propterea quod ij qui probi ſunt, ob conſuetudinem præcipuè obtemperabunt, aduerſus autem inobedientes, & hebetiores ingenio, caſtigationes pœnaſque inſtituere; at eos, qui curari, atque emendari nequeunt, extrudere, atque exterminare. Probum enim hominem, & ad honeſtatem viuentem, rationi obtemperaturum eſſe inquiunt, improbum verò voluptatem affectantem dolore afficiendum eſſe perinde atque iumentum.* Sic ille. Ex quibus oſtendit maximè expedire tranſgreſſoribus legum pœnas indicere, vt ſaltem timore illatum ad leges obſeruandas inducantur, vt habetur etiam *in cap. exigit de cenſibus in 6.*

Ex cauſa tamen poſſunt iudices delinquentibus pœnas minuere, vel augere pro ſuo arbitrio. 143.
Ita Baldus *conſ. 44. caſus talis eſt, ante finem, lib. 1. & in l. milites, in fine, C. de teſtament. milit. & in l. obſeruare, §. proficiſci, col. 6. in 11. quaſt. ff. de officio proconſul. & leg.* [illegible] *in cap. 3. in fine, de re iudicata.* Ioan. Andr. Hoſtienſ. & ſcribentes *in cap. qualiter, & quando, el ſegundo, de accuſationibus.* Innocent. & alij *in cap. 1. de conſtitution.* Bartol. *in l. final in fine, de recept. & in l. hodie, ff. de pœnis.* Ratio, quòd hodie omnes pœnæ iuxta facti, & perſonarum circumſtantias, & qualitates ſint in arbitrio iudicantis, vt habetur *in l. & ſi ſeuerior*, vbi gloſſ. & ſcribentes, *C. ex quibus cauſis infamia irrogetur*, quia leges non poſſunt exprimere omnes circumſtantias; ideo arbitrio iudicantis remiſſa eſt facultas, vt ſecundùm facti contingentiam arbitrio ſuo augeret, & minueret, vel mutaret pœnas ipſas, textus *in l. reſpiciendum, ff. de pœn. & l. 1. & l. milit. ff. de cuſto. reor.* Facit Ariſtot. *lib. 5. Ethicorum, cap. 5.* vbi ait iudicem clementiorem eſſe debere lege ſcripta, quando ratio, & ſenſus legis, & iuſtitiæ id poſtulat, neque ex hoc dicitur iudex clementior ipſa lege, neque eam violare, neque ab illius diſpoſitione deuiare, ſed potiùs legem cuſtodire; quæ diſponit pœnas eſſe commenſurandas delictis, vt habetur *in leg. ſancimus, C. de pœnis, & in cap. vt clericorum, de vita, & honeſt. clericorum.* Quare iudices habent ſecundùm qualitates, & circumſtantias à iure conceſſum arbitrium in pœnis imponendis; poſſuntque minuere, augere, ac mutare illas per legem, aut facta, *§. final. ff. de pœnis, & cap. latores, de cleric. excommunic. miniſt. cap. final. de tranſactionibus, & cap. comeſſationes, diſtinct. 44.* Suar. *de leg. lib. 5. de legibus, cap. 11. num. 9.* vbi concludit ex cauſis iuſtis poſſe iudices etiam inferiores pœnas temperare non ſolùm in caſibus iure expreſſis, vel conſuetudine receptis, ſed etiam per modum epiikiæ quando non datur facilis recurſus ad ſuperiorem, poſt Felin. *in capit. 1. de conſtitution. numero 49.* & ſumitur ex Decio *ibidem, lect. 2. numero vltim.* Quæ ſint cauſæ iuſtæ minuendi pœnas, habes hic infrà,

244. Qualitates verò, circumſtantiæ, & cauſæ quibus iudices ad ita arbitrandum traduci debent, poſſunt eſſe ratio ætatis ipſius delinquentis quando eſt ſenex, aut puer, tunc enim pœna minui poteſt, text. in l. auxilium, §. in delictis, ff. de minoribus, & in cap. ſanta, diſt. 86. & in cap. finali de ſent. excommunicationis, & in cap. fraternitatis, diſtinct. 34. Lucas de Penna in l. 1. C. de colonis Illyricanis lib. 11. Iul. Clar. in praxi, quæſtion. 60. Guiindilal in tractat. de hæreticis, quæſtion. 17. num. 2. Blanch. in pract. crimin. §. poſtquam vidimus, quæ indicia ſint ciui ia, num. 83. & ſequentibus. Item ex circumſtantia delicti pœna minui poteſt, nempe ſi intelligatur delictum fuiſſe commiſſum abſque dolo, l. abſentem, §. final. & l. reſpiciendum, §. delinqui, ff. de pœnis. Idem poteſt fieri ſi dolus ſit minor, vel ſaltem leuis, ita dixit Baldus in l. & ſi ſeuerior, circa tertiam col. C. de his qui not. infam. per ea quæ ibi notant Salicet. & Paul. de Caſtr. in eadem l. vbi refert ſe propter hoc defendiſſe delinquentem, qui cum lapide interfecit hominem non credens eum interficere. Sequitur Alexand. conſ. 144. num. 9. Deinde mitiùs puniri poteſt, qui ex ruſticitate delinquit, quia excuſatur ex ſimplicitate, vt deducitur ex cap. ſanta, in verbo, Quia ſimplicitatem, diſt. 86. ſicut mitiùs eſt puniendus qui optimis moribus eſt imbutus, l. non omnes, ff. de re milit.

245. An verò mitius ſit agendum cum pauperibus, quam cum diuitibus, res eſt in confeſſo. Nam propter paupertatem pœna pecuniaria eſt minuenda, aut remittenda, per text. in l. illicitas, §. vltim. ff. de officio præſidis. Bald. in cap. at ſi clerici, col. 4. verſ. Quæro numquid Epiſcopus de iudiciis, gloſſ. in l. & in maiis, C. de appellationibus. Panormitan. in cap. niſi ſpecialis, de officio legat. vbi vult propter inopiam pœnam pecuniariam non eſſe mutandam in pœnam corporalem. Quod ſi ob inopiam minuatur, aut tollatur pœna, quamuis poſtea deueniat ad pinguiorem fortunam, non tenetur ſatisfacere debito, quod contractum eſt ratione pœnæ. Secus de debito contracto ratione alicuius conuentionis, putà ratione mutui, aut ratione emptionis, aut venditionis, aut alicuius ſimilis contractus. In quibus caſibus etſi ratione paupertatis ceſſet actio debitoris, non proinde extinguitur debitum, nec remittitur. Ideo deueniens debitor ad meliorem fortunam, tenetur ſatisfacere creditori, vt habetur in cap. Odoardus, de ſolution. & tradit Caſtr. lib. 2. cap. 3. de poteſtat. legis pœnal. concluſion. 2. Saytus in claui, lib. 3. capit. 8. num. 4. verſ. Alia etiam iuſta cauſa, & faciunt tradita a Tiraquell. de pœnis temperand. cauſ. 32.

Poſſunt etiam iudices pœnas à lege inductas temperare ratione amicitiæ, quando pœna eſſet arbitraria; tunc in eo caſu poſſunt mitiùs agere cum amico ſecundùm conſcientiæ motum, gloſſa in cap. niſi ſpecialis, de officio leg. Iulius Clarus lib. 5. §. final. quæſt. 60. num 35. dummodo non agatur de præiudicio tertij, & quæſt. 86. numero 10. vbi vult poſſe iudices ex cauſa minuere pœnam ordinariam impoſitam à iure pro aliquo delicto. Quam reſolutionem, ſeu regulam tanquam certam, ac communem tradit Decius in cap. de cauſ. num. 18. de officio deleg. quem ſequitur Menoch. cap. 14. controuerſ. illuſtr. & Tiraquell. de pœnis in præfatione, num. 22. Si verò pœnæ ſint impoſitæ à ſtatuto, Aretin. in cap. qualiter, & quando el 2. num. 24. de accuſation. Couar. lib. 2. variarum, cap. 9. num. 8. & Blanch. in praxi criminali, fol. 71. numero 71. & ſequentibus arbitrantur poſſe iudices ſtatutas pœnas ex cauſa minuere, quod puto verum in magiſtratibus maioribus, ſiue cauſa ſit cohærens delicto, ſiue ſit extrinſeca; minores tamen magiſtratus non poſſunt minuere pœnam ex cauſa extrinſeca inconſulto Principe. Ex cauſa tamen cohærente delicto bene poſſunt ſtatutas pœnas minuere. Quæ diſtinctio placet Blanch. præcitato poſt num. 9. eamque Decius in dicto cap. de cauſis, probat tanquam communem, teſte Boſſio in tit. de pœnis, num. 1. Niſi conſuetudo contraria aliter ſe habeat.

Quæ ſententia procedit, quando hoc fit ante ſententiam. Secus ſi minuatur pœna, poſt latam ſententiam, gloſſa in leg. quid ergo, §. pœna grauior, in verbo, onerasset, circa principium, ff. de infam. Couar. quem refert, ac ſequitur Iulius Clar. d. quæſt. 85. num. 10. ad medium. Tunc enim non poſſunt mutare pœnam magiſtratus inconſulto Principe. Nec obſtat regula, quæ docet in pœnis imponendis iudices habere à iure conceſſum arbitrium minuendi, augendi, & alterandi eas, iuxta delictorum qualitates, & circumſtanſtantias, non ſolùm quando pœnæ ſunt legales, ſed etiam ſtatutariæ, vt notant Bartolus in d. leg. quid ergo, §. pœna grauior, ff. de his, qui not. infam. Bald. in d. leg. & ſi ſeuerior, Roman. conſ. 429. Fulgoſ. conſ. 124. col. final. verſ. Cæterum eorum, Decius in dict. cap. de cauſ. num. 97. Blanch ſupra, §. poſtquam vidimus, num. 71. & ſequentibus. Ioſeph. Ludouic. in ſua deciſ. Lucenſ. 15. num. 58. part. 1. & Menoch. de arbitr. quæſt. 79. num. 16. lib. 1. Quia hæc regula varias habet declarationes, quarum prima eſt, quæ ſequitur. 246.

Minores magiſtratus, neque ex cauſa poſſunt ordinarias pœnas alterare niſi conſulto Principe, vel niſi cauſa cohæreat delicto. Ita Decius, & Blanch. ſupra, ille num. 8. iſte num. 84. & 90. folio 74. & ſequentib. Baldus. in Authent. ſed nouo iure, col. penultim. C. de ſeruis fugit. Iaſon in leg. 1. num 8. C. de precib. Imperat. offer. Carter. in practic. criminal. num. 16. pag. 252. A quibus diſcedit minùs bene Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 96. num. 18. & ſequent. dicens non poſſe magiſtratus inferiores ex cauſa pœnas ordinarias alterare, niſi cauſa ſit intrinſeca, & cohærens delicto, & quòd Princeps conſulatur. Quod non eſt admittendum, cùm vnum tantùm ex his duobus ſatis ſit, vt notat Blanch. videndus ſuprà, & Clarus in prædicta quæſtion. 85. verſ. Vlterius quæro. 247.

Minores verò magiſtratus, de quibus hoc loco, dicuntur, qui cauſas minores, hoc eſt, ciuiles vſque ad certam quantitatem decidunt, ad textum in §. ſi tibi, de mandat. princip. & in Authen. niſi breuiores, C. de ſent. ex breu. recitan. Maiores autem magiſtratus, ſeu iudices ſunt, qui vel pleniſſimam habent iuriſdictionem, vt proconſules, prætores, & præſides prouinciarum, qui in eo loco, ſeu locis maius habent imperium omnibus magiſtratibus, ſeu qui de maioribus rebus, & arduis iudicant, & qui maiores poſſunt pœnas indicere, textus in leg. ſi aliquam, §. final. & in leg. & ideo, ff. de officio proconſul. leg. præſes, ff. de officio præſidis. Iaſon. in leg. imperium, numero 1. ff. de iuriſdiction. omn. iudic. Cenſentur etiam maiores magiſtratus, qui de appellationibus cognoſcunt, & 248.

ad

ad quos prouocatio tanquam ad maius tribunal deuoluitur, *l.1.§.ſi quis in appellatione, ff. de appellationibus.* Denique maiores poſſunt dici, qui cognoſcunt de cauſis criminalibus, qui maiores ſunt quàm, qui cauſas ciuiles dirimunt, *§. ſi igitur.in Authent. vt omn. obed. iudic.* Minimi denique iudices, & magiſtratus dicuntur, qui de rebus parui momenti iudicant, vocanturque in iure pedanei iudices, gloſſ. *vlt. & tot.titul. C.de pedaneo iudice*, Gregor Tholoſ. *in ſyntagm. iuris,lib.47. part.3.cap.12. num.9. & cap.13.* Ex qua diuiſione magiſtratuum colliges magiſtratus minores non poſſe ordinarias pœnas alterare etiam ex cauſa, niſi conſulto Principe, vel niſi cauſa cohæreat delicto, vt vltra citatos ſcribentes tradunt Roland.*conſil.70.numero 26.volum.1.* Atque ita non poſſunt leges, vel ſtatuta tranſgredi etiam propter enormitatem delicti, cùm teneantur ea ſeruare ad vnguem, teſte Baldo *in Authen. hodie*, & *ibi* Iaſon.*C.de iudic.*& Marſil.*ſingul.144.* Secus de maioribus magiſtratibus, quibus datur, & permittitur tranſgredi iura propter atrocitatem, & enormitatem delicti. Quem etiam addit Baldus *in l.1.C.ne ſine iuſſu Principis*, & Anan.*in cap.ſuper his,col.1.de accuſat.* quando conceditur maioribus magiſtratibus arbitrium in criminalibus poſſe bona delinquentium confiſcare, & pœnam infligere corporalem. Secus dicendum de minori magiſtratu ſi tale arbitrium illi ſit conceſſum. Sequitur Marſil. *ſingul.397.*

249 Secunda declaratio. Iudices, ſeu magiſtratus non poſſunt quicumque illi ſint pœnas alterare, vel minuere, quando ſtatutum declarat verba ſtatuti eſſe intelligenda prout ſonant, ac iacent. Sic Bald. *in l.vltim. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Bonacoſ. *in commun.opin.part.1.pagin.112.col.2.verſ.final.incipit, iudex ex cauſa.* Sequitur Iacob.Nouell. *regul.43.in 1.fallent.* Idem dicas quando ſtatuta expreſsè prohibent magiſtratui ne pœna alteretur, vel minuatur, vt deciditur *in l.final. C ne ſanct. baptiſ.* Blanch.*in practic.criminali,§.poſtquam vidimus quæ iudicia ſunt ciuilia, & cæt.ſub num.96. verſ.Non obſtat quorum,pagin.75.* Item quando pœnalis ſtatuti verba imperatiue ad iudicem feruntur, vt notat Carrer. *in practic.crimin.in tract. de homicid. §. final. num.31.* & Afflict. *in conſtit. Rapinas, in 1. notabil.* non poteſt pœna à iudice minui, vel augeri.

250. Tertia declaratio circa eandem regulam appatet in iudice delegato, qui ſi eſt delegatus Principis, poteſt cum cauſa pœnas ſtatutas alterare, augere, vel minuere; ſine cauſa verò non poteſt. Porrò delegatus inferioris etiam cum cauſa nequit pœnas alterare, niſi Principe priùs conſulto, vel niſi delegans ſit ex maioribus magiſtratibus, concedatque ſuo delegato arbitrium ſuum. Ita Menoch. *de arbitr. quæſt. 96. num.10. & 11.* Ratio, quia delegatus Principis cenſetur maior magiſtratus, & eo ipſo poteſt vti poteſtate cæterorum maiorum magiſtratuum, qui poſſunt cum cauſa pœnas à legibus inductas non ſolùm minuere, ſed etiam pro ſuo arbitrio augere. Innoc. & alij *in cap.1.de conſtitutionibus.* Paul.de Caſtr. *conſil. 328. col. 2. vol. 2.* Tiraquell. *de pœnis. in præfatione, num.16. & ſequentibus.* Felin. *in dicto cap. 1. de conſtitut. num.49. fallent. 7.* & alij apud Farinac. *tom.1. praxis, tit.3. quæſt.17. numero 7.* & ... Delegatus verò inferioris cùm non habeat ipſe inferior poteſtatem alterandi pœnas, non poteſt eſſe melioris conditionis quàm ipſe iudex delegans. Ita Menoch. & Farinac. *ſuprà*, niſi delegans ſit ex maioribus magiſtratibus, & delegato tribuat ſuum arbitrium, vt dictum eſt. Iuuat Beroius *in d. cap. de cauſis*, vbi vult non poſſe à iudice delegato pœnam tolli, vel minui vſurario, quando eidem lex, vel ſtatutum pœnam certam imponit. Quod intellige iuxta modum explicatum.

Quod ſi ſtatutum, vel lex decernant delinquentem eſſe puniendum pœna decem aureorum diuidenda æqualiter inter fiſcum, & iniuriatum, non poſſunt magiſtratus debitam pœnam iniuriato remittere, vel minuere. Quod procedit etiam quando ſupremus Princeps rem decidit. Ita gloſſ. *in l.venia,C.de in ius vocand.* & *ibi* ſcribentes, præſertim Decius *num.9.& in conſil.520. numero 3.* Ruin. *conſil. 167. numero 20. lib.1. conſ. 253. numero 2. lib.5.* & alij, quos refert, ac ſequitur Gramma. *conſ.34. numero 1.& 2.* vbi addit Principem parti læſæ applicandam pœnam, ſi remittat, peccare mortaliter. Quod etiam tradit Sotus *de iuſtit.lib.4.quæſtion.5 art.4.* Sequitur Menoch. *d. quæſt.96. in principio, numero 3.* Nam de iure diuino, naturali, gentium, & ciuili, damnum illatum reſarciendum eſt ſecundùm communem; quod ſi Princeps de plenitudine poteſtatis pœnam læſo debitam, vel damnum illatum remiſerit, tenetur de bonis ſuis læſo ſatisfacere. Farinac. *ſuprà, quæſtion.17. numero 71.* Ergo à fortiori iudices non poſſunt prædictam pœnam parti læſæ debitam remittere, vel minuere. Barbat. *conſ.11.col.penultim.lib.4.* Gomez *in §. pœnales,num.29.Inſtitut.de actionibus* Pariſ.*conſ.1. num.41. lib.4.* 251.

Quæſtionis hoc loco eſſe poteſt, an Princeps poſſit gratias facere de delictis, puta de homicidiis deliberatis, parte non concordata, hoc eſt ſine partis conſenſu? Placet negare per ſe loquendo. Ratio, quia pœna homicidij tam de iure diuino, quàm ex veteri, ac nouo teſtamento, eſt mortis. Probatur ex Geneſ.9.ibi, *quicumque effuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius*; & ex Exod.21. *Qui percuſſerit hominem volens occidere, morte moriatur.* Item ex Deuter. *cap. 19.* ibi, *Morietur. Non miſereberis eius.* Item Matth. cap.26. *Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt*, & Ioan. *in Apocal.13.* ibi. *Vidi de mari beſtiam. Qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi.* Cum ergo Princeps ſit multò ſupremo Deo inferior, non poteſt aliquid tollere de iure à Deo facto, *cap. cum inferior de maiorit. & obedient. cap. quanto. de tranſlat. Epiſcop. l. ille à quo,§.tempeſtiuum, ff. ad Trebell.* & Iaſon *in leg.1. num.48. C. de ſumm. Trinit. & fid. Cathol.* & conſequenter pœnam homicidij deliberati, quæ eſt de iure diuino, non poteſt remittere, aut gratiam illius facere ſine partis conſenſu, textus *in leg. final. in verſ. Niſi ille, qui paſſus eſt, ſuum conſenſum ad petendam abolitionem accommodauerit, C. de abolit.* Ratio potiſſima, quia Princeps non poteſt tollere ius tertij etiam de poteſtatis plenitudine ſine cauſa, *l. final. C. ſi contra ius, vel vtil. public.* Gabriel *in titul. de iure quæſit. non tollend. concluſ.1.* Sarmient. *ſelectar. interp. lib.3. cap.8. num.20.* Aymon. *conſ.7. num.10.conſ.141.num.20. & conſ.172.num.3.* Accedit Bald. Alexand. & Iaſon *in l.teſtamentum, C. de teſtam.* idem Iaſon *in l.Barbarius,num.35. ff. de officio prætoris*, & Cravet. *conſil.241.num.10.* multis ibi relatis; qui omnes definiunt Principem non 252.

poſſe ex ſua plenitudine poteſtatis tollere ius alteri quæſitum. Faciunt tradita à Menochio *lib. 1. de arbitrar. quæſtione 48. per totum.* Ergo non poteſt ſine partis conſenſu facere gratiam de homicidio deliberato Princeps etiam de plenitudine poteſtatis, nec remittere pœnam damnum paſſo debitam; quod docuit Ariſtoteles *lib. 5. Ethicor. cap. 5.* vbi ait, quando homines vident non ibi compenſari iniurias illatas, apud ſe ſtatuere non in libertate ſe viuere, ſed in miſerrima ſeruitute commorari.

Multo fortius negandum eſt poſſe Principem gratias concedere de delictis præmeditatis ſine cauſa, & parte repugnante etiam de plenitudine poteſtatis in præiudicium partis offenſæ, *l. vltim. C. ſi contra ius vel vtilitatem publicam.* Exiſtente tamen cauſa, nempe publicæ vtilitatis, ſeu probono pacis, poteſt Princeps gratias de delictis, & homicidiis deliberatis concedere, pœnaſque remittere, ac damna læſæ partis ea repugnante, & non concordata. Mench. *cap. 4. illuſt. controuerſ. num. 13. lib. 2.* Iul. Clar. *in praxi, quæſt. 59. verſ. Adde quod in princ.* Boſſius *in tit. de rem ed. ex ſola clement. princip. num. 23. & 48.* & notant Hoſtienſ. Anton & alij *in cap. 1. & in cap. in noſtra de iureiur.* Bald. *in tit. de pace Conſtantia, in verbo priuilegia, & in l. conuentionum, ff. de pactis,* & ibi Angel. *& in l. bene a Zenone, C. de quadrienny præſcriptione.* Bartol. *in l. penult. C. de fide inſtrum. & iure haſtæ fiſcal. lib. 10.* Panorm. *in cap. 1. in primo notabil. de parochiis.* Idem Angel. *in l. venditor, § ſi conſtat, ff. communia prædiorum, & in l. Antiochenſium,* & alij, vbi volunt poſſe Principes pro pace aſſequenda remittere iniurias, prædaſque mutuas hinc inde factas, damnaque illata ex vtraque parte, nulla facta recompenſatione relinquere. Sequitur Decius *conſ. 520. num. 5.* quem refert, ac ſequitur Petr. Bel. *de re milit. fol. 140. num. 10.* dicentes ciuitatem pro pace conſequenda poſſe ſuorum ciuium bona concedere abſque illorum conſenſu, ergo Princeps propter vtilitatem publicam poterit res priuatorum auferre. Bartol *in proœmio digeſtorum, verſ. Item quæro quod de ciuitate.* Alexand. *conſ. 215. lib. 2.* & Fulgoſ. *conſ. 143. in verſ. in oppoſitum arguitur.* Quibus accedunt Bald. *in l. reſcripta, C. de precibus Imperat. offer.* Paul. de Caſtr. *conſ. 107. incipit, donatio prædicta, in fine,* Roman. *conſ. 310. cum ſimili, quæ nota ſunt.*

Nec obſtat doctrina Baldi *in l. ſi domus in principio, in verſ. Item dicit, ff. de ſer. verb. præd.* Dominic. *in cap. auctoritate, §. final. in verſ. notat bene,* Gloſſa *de priuileg. in 6.* & aliorum, puta Hoſtienſ. *in cap. quanto, de iureiur.* & ibi Anchar. & Imol. vbi volunt Principem faciendo pacem cum hoſtibus non poſſe damna, & iniurias illatas ſubditis remittere; tenerique hæredes Principis reſti-
253. tuere damna illata ſubditis; Quia hi Doctores loquuntur in dubio quando non conſtat Principem id feciſſe ex cauſa pro bono pacis; quod ſi conſtet de mente Principis ex ea cauſa fuiſſe factum, non eſt dubium poſſe remittere iniurias, & damna illata ſubditis, vt optimè tradit Decius *d. conſ. 520. num. 5. & ſequentibus.* Felin. *in cap. quæ in Eccleſiarum, col. 20. de conſtit.* Anton. Caprilus *in decis. Neapol. 69. incipit, in cauſa Ioannis, col. 10.* Iaſon *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum in lectura 1. col. 16. & in 2. lectura, col. 12. ff. de liber. & poſthum.* & ſcribentes communiter *in d. cap. quæ in Eccleſiarum, & in cap. quia plerique, de immunitate Eccleſ.* Quorum ſententia eſt communis, nempe poſſe Principem, vel ciuitatem liberam ex cauſa ob publicam vtilitatem, ſcilicet pro bono pacis, vel cuiuſcumque alterius cauſæ legitimæ particularium bona auferre, damna remittere, iniuriaſque alteri illatas obliuiſci, dummodo parti læſæ ex bonis propriis, vel aliunde ſatisfaciat poſtea. Quæ omnia ſatis probant poſſe Principem ob eaſdem cauſas gratias de delictis deliberatis facere ſine conſenſu partis læſæ. Farinac. *tom. 1. quæſt. 6. numero 22.* Addit tamen Mench. *dict. lib. 1. cap. 5.* duo requiri vt id fiat licitè. Primum, quòd fiat cauſa publicæ vtilitatis, vel neceſſitatis, quæ præfertur vtilitati priuatæ. Authent. *res, quæ, C. commun. de leg.* Secundum, vt fiat recompenſatio, aut remuneratio domino illius rei ablatæ, ne fiat contra ius naturæ; quod docet incommoda, ac damna eſſe reſarcienda. Quod non puto habere locum quando id fit pro bono pacis; cuius commodum cadit in vtilitatem Reipublicæ, ac totius ciuitatis; quia communis Reipublicæ vtilitas priuatorum commodo præferenda eſt, teſte Cicerone 2. *de legib.* vbi ſic ait. *Reſpublica nomen vniuerſæ ciuitatis eſt, pro qua mori, & cui nos totos dare, & omnia noſtra ponere, & quaſi conſecrare debemus.* Ideo Cicero 4. ad Herennium. *Non mihi,* inquit, *ſoli, ſed etiam, atque adeo multo potiùs natus ſum patriæ; verum, etſi noſtra tempore neceſſitates patriæ conferre debeamus: tamen quia iure naturæ congruit, vt communis ſalus, communis neceſſitas, aut commune periculum, non vnius dumtaxat, aut alterius, ſed communibus impenſis, iacturis, periculiſque comparetur.*

Procedit tamen opinio Menchacæ quando 254.
Princeps tollit ius tertij extra caſum pro bono pacis initæ cum hoſte. Tunc enim ſi ad vtilitatem publicam bona priuatorum abſtulerit, eáque Reipublicæ, aut ciuitati donauerit, debet moderatam compenſationem illi facere, qui rem ſuam ad ſubueniendum publicæ neceſſitati præſtitit, detracta portione illa, quam ipſemet rei dominus tanquam quilibet de populo in ſubſidium conferre debebat, ſi Reſpublica ad reſarciendum eſt idonea. Ratio, quia plenitudo poteſtatis non extenditur ad malum; tunc enim non plenitudo poteſtatis, ſed tempeſtatis foret, ſi ad malum, & iniurium extenderetur, vt notant Fernand. Loazes *in ſuo conſilio pro Marchio. de Velez, pag. 54. num. 65.* Socinus iun. *conſil. 65. in in cauſa occurrenti, lib. 2.* Iacob. de Leonat *inter conſilia feudalia Alberti Bruni, conſ. 157. incipit, in hac cauſa, col. final.* Idem Menchac. *lib. 1. controuerſ. cap. 1. num. 5. & cap. 5. num. 17.* Ideo tenetur Reſpublica compenſare, ſi poteſt. Non eſt tamen negandum ex cauſa poſſe Principem de plenitudine poteſtatis, nempe ob publicam vtilitatem rem tertij adimere, eiúſque ius tollere, *leg. ſi ita verberatum, §. ſi fortè, ff. de rei vendic. leg. Lucius, ff. de euict.* Afflict. *decis. 361.* & Gabriel *in titul. de iure quæſito non tollend. concluſion. 2. num. 1. & ſequentibus, lib. 3.* vbi volunt ſi aliter commodum publicum ſequi nequeat, poſſe Principem pœnas applicandas parti læſæ, & intereſſe remittere. Sequitur Farinac. *d. quæſt. 6. num. 24.*

Quando verò Princeps remittit pœnas, & intereſſe non intelligitur velle præiudicare parti, niſi id in gratia expreſsè declaret; quia quamuis Princeps poſſit remittere pœnam fiſco applicandam; non tamen poteſt remittere delictum, nec pœnam parti debitam parte repugnante.

Chaſſan,

Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. tit. des iuſtices, §. 5. in gloſſ. s'il n'a grace, num. 163. cum ſequent. fol. 58.* & conſtat ex lege Luſitana *lib. 1. tit. 3. num. 9.* ibi. *Nam tomaraon perdaon ſem ſe offerecer com ella perdam de todas as partes a que tocar*, & infrà. *Mas ſera neceſſario trazer expreſſo perdam das partes ſe a tiuerem.* Cabed *part. 1. deciſ. 75. num. 4.* Ex quibus non ſufficit habere veniam à maiori

255. parte hæredum. De ſtylo tamen Luſitano obſeruatur a Cabedo *ſuprà, num. 2. & 3.* dummodo moderatè fiat, & in delictis non grauioribus, fieri remiſſionem pœnæ à ſupremo Principe; quia delicta atrociora ſi remittantur, parte non ſatisfacta, pax publica, ac lætitia perturbatur, & criminoſis via, & occaſio delinquendi aperitur. Pariſ. *de ſyndicatu, verbo, crudelitas, num. 4.* Tiraquell. *in l. ſi vnquam, verbo, donatione largitus, num. 38.* quem refert Cabed. *num. 4.* Barboſa tamen Vimaranenſis *in remiſſion. ad regiam ordinationem, lib. 2. tit. 3. §. num. 2.* ait ſe vidiſſe ſine partis conſenſu, ac venis capitis pœnam viro Vimaranenſi remiſſam, idémque accidiſſe cuidam viro de Moncam; ſed ad hoc requiri magnam cauſam, eo quòd ius partis læſæ Princeps facilè non poteſt remittere. Boër. *quæſt. 65. num. 3.* Rebuff. *in praxi fol. 164. n. 5.* Pinell. *de reſcind. vendit. fol. 9. num. 12.* quos referens ſequitur Caldas *de emptione, capit. 26. numero 32.*

An verò maiores magiſtratus, veluti præſides, & prætores, poſſint remittere pœnam fiſco applicandam? Negat Decius *in d. cap. de cauſis, num. 18.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæſt. 96. num. 10.* quia non habent facultatem lædendi fiſcum, vel Rempublicam in iure ſuo; nec poſſunt eam pœnam ſoluendam fiſco ad alios vſus etiam publicos deſtinare niſi ex licentia Principis, vel ſuperioris, vel niſi ſit modica pecunia ex multis redacta, quæ conuerti poteſt in neceſſaria opera ſui officij, vt *in l. præcepit, C. de canon. larg. tit. lib. 10.* & *ibi* Ioan. de Plate. Auilez *prætor. cap. 45. verbo, ni tomar.*

256. Sed quid dicendum de Principe, an teneatur pœnam à lege ſtatutam imponere ſicut iudex inferior? Dicendum eſt non teneri cùm ſit ſupra ius poſitiuum, nec legibus ſubiectus, poſsitque in legibus diſpenſare, pœnaſque remittere à lege ſua indictas. Caſtro *lib. 2. de poteſtat. legis pœnal. c. 12. col. 1.* Felin. *in cap. qualiter, & quando, §. ad corrigendas, de accuſat.* Sayr. *lib. 3. cap. 8. num. 15.* vbi ait poſſe principem ſolùm pœnam remittere quando fuit impoſita ob bonum publicum abſque conſenſu alterius, ſi cognoſcat id bono publico expedire. Quod ſi in fauorem priuatæ perſonæ offenſæ fuerit pœna indicta, non poſſe Principem illam remittere ſine conſenſu eius, cui per legem eſt adiudicata, vt diximus, ſicut quando eſt impoſita ob bonum publicum, & priuatum ſimul, tunc enim non poteſt remitti à Principe abſque eius conſenſu; quia ſequeretur inde damnum ſine culpa. Quod procedit niſi Reipublicæ eſſet neceſſarium; tunc communis vtilitas priuatæ præferenda eſt.

257. Illud etiam quæri poteſt an delictum ſit iudicandum per leges, quæ tempore delicti erant in viridi obſeruantia, an per legem nouam, quæ tempore ſententiæ obſeruatur? Ratio dubitandi; quia leges pœnales aliquando ſolent variari, & augeri, aliquando verò minui. Bartolus *in l. omnes populi, ff. de iuſtit. & iur.* quem ſequitur Caſtr. *lib. 1. de poteſtat. leg. pœnalis, cap. 6. prope finem*, ait ſi pœna tali delicto indicta eſt ordinaria, crimen illud eſſe puniendum ſecundùm tempus, quo fuit patratum. Secus quando pœna eſt extraordinaria, quæ cum ex cauſa poteſt minui, vel augeri à iudice, delictum puniendum eſt pœna legis, quæ tempore ſententiæ obſeruatur.

Sequitur dicere an liceat petere à iudice vt pœna à lege ſtatuta delinquenti remittatur? Reſpondemus negatiuè, quando ex remiſſione pœnæ ſequitur damnum tertij. Quia ſicut iudex in eo caſu non poteſt pœnam remittere, vel minuere, ita etiam nemo poteſt intercedere pro reo cum præiudicio tertij. Quod ſi ad petitionem alterius iudex remiſit pœnam, tenetur iudex reſtituere damnum illatum, & interceſſor loco illius iuxta *c. fin. de iniur. & damn. dato.* Nam qui cauſam damni dedit, damnum dediſſe videtur, niſi iudex abſque precibus interceſſoris pœnam remittere apud ſe ſtatuiſſet; tunc eſto peccet interceſſor non tenetur ſatisfacere, cùm non fuerit vera cauſa illius damni, quod extenditur etiam ad hæredes illorum, qui damnum dederunt, ſi bona defunctorum receperunt. Nam damna, & intereſſe ſunt ſoluenda ab hærede damnum dantium. Farinac. *tom. 1. tit. 1. quæſt. 10. num. 62.* multis ibi allegatis; maximè de iure canonico, in quo ex delicto defuncti teneri hæredem certum eſt. Quod ſi plures ſint hæredes, quiſque tenetur inſolidum de eodem iure canonico; quod intellige, in defectu aliorum. De iure verò ciuili negant aliqui apud eundem Farinac. *num. 6. & ſequentibus.* Sed veriùs eſſe teſtatur Couar. *lib. 3. variar. cap. 3. ſub num. 7.* non ſolùm de iure canonico, ſed etiam de iure ciuili, teneri hæredes ex delicto defuncti ad ſatisfactionem damnorum, & intereſſe actione rei perſecutoria, eſto ibi fateatur contrariam opinionem eſſe communem, quam ſequitur Anton. Gomez *tom. 3. variar. cap. 1. ſub num. 85. verſ. Ex quibus infertur*, vbi multis iuribus probat hæredes de iure ciuili non teneri ex delicto defuncti ad damna, & intereſſe, niſi quatenus ſit lis conteſtata, vel ex eo delicto aliquid ad ipſos peruenerit, nec mirum, quia Doctores præcitati loquuntur in foro externo, quando delicta morte delinquentium vna cum pœna extinguuntur. Ideo pœna ad hæredes minimè poteſt tranſire, neque ab illis exigi per *leg. defuncto. ff. de public. iudic. l. 1. cum aliis, C. si reus, vel accuſat. mort. fuerit, l. inde Neratius. §. hanc actionem, ff. ad l. Aquil.* Bartol. *in l. ſi quis iniquum, §. quo autem*, & *ibi* Alex. *ff. quod quiſque iur.* Angel. *in §. publica autem, num. 3.* & *ibi* ſcribentes *Inſtit. de public. iudic.* Gomez *in §. ſupereſt, num. 41. Inſtitut. de actionibus*, & Vaſquez *controuerſ. illuſtr. cap. 96. num. 7.* quem ſequitur Farinac. *dict. quæſt. 10. num. 36.*

Nos verò loquimur in diuerſo caſu in foro conſcientiæ, quando iudex iniuſtè remittit pœnam reo in præiudicium, ac damnum partis læſæ ad petitionem interceſſoris pro reo. In quo euentu cum iudex non poteſt id licitè facere, nec interceſſor poteſt licitè intercedere. Secus quando ex iuſta cauſa poteſt magiſtratus pœnam minuere legis; tunc non peccat interceſſor petendo ab illo, vt pœnam reo mitiget, vt ſic faciliùs emendetur; quod ſi nulla ſit ſpes emendæ, nullo modo iudex pœnam temperare debet, nec aliquis intercedere, vt deducitur ex *cap. facientes, diſt. 86.* Sayr. *dicto cap. 8. num. 17.* Addunt tamen Aragon. *2. 2. quæſtion. 62. artic. 7. corol. 3. dub. penultim.* Michael Salon *ibi, controuerſia 5.* quos referens ſequitur Sayrus *ſupra, lib. 10. tract. 2.*

*cap.14.num.15.* hoc non procedere quando iudex in rebus leuibus, & parui momenti pœnas diſſimulat; tunc enim non tenetur ad reſtitutionem; nec interceſſor, cum viri graues, ac prudentes nonnunquam impunita relinquant leuia delicta, eáque diſſimulent. Quare quæ dicta ſunt, de pœnis grauibus, ac damnis ſunt intelligenda.

259. Quæſtio tamen eſt, an delicta poſt mortem delinquentis ſint punienda, & pœnæ tali delicto impoſitæ ſint exigendæ ab hæredibus delinquentis. Negatiua pars eſt vera per leg. *pupillum, §. in heredem ff. de regul. iur. l. ſi cum §. qui iniuriarum, verſ. Idem dicendum, ff. ſi quis cautio.* quæ regula eſt certiſſima, *l. in Senatus, §. ſi propter mortem ff. ad Turpill.* Gigas *de crimine læſæ maieſtatis, lib. 1. tit. qualiter in crimine læſæ maieſtatis, quæſt. 20. numero 21.* Decius *in d. l. pupillum, §. in heredem, ff. de regul. iur.* Aretin. *in §. pœn. Inſtit. de perpet. & tempor. action.* Dueñas *regul. 13. & regul. 137.* vbi plenè de hac materia. Vaſquius *d. cap. 96. num. 7.* vbi loquitur non ſolùm de pœna corporali, ſed etiam de pœna priuatiua ſtatus, ac de pœna pecuniaria. Probatur, quia pœna punitiua corporis morte delinquentis finitur. Ita intelligitur lex 3. & lex *defuncto, de publicis iudiciis.* Ratio eſt manifeſta, quia illa pœna eſt ſenſus, defunctus autem non ſentit, ergo non debet puniri. Hinc eſt quòd ſi criminoſus poſt ſententiam capitalem naturaliter decedat, non debet in eum fieri executio. Sic Alexand. *in l. 2. C. qui teſtam. fac. poſſunt.* Anton. Gom. *tit. de delictis, cap. 1. num. 78.* Idem Vaſquius *dicto cap. 96. num. 8. 9. & 10.* vbi vult hanc regulam procedere in actionibus ex quaſi delicto, in quibus etiam delictum poſt mortem delinquentis extinguitur quoad pœnam corporalem, & quoad pœnam confiſcationis bonorum, ſi delictum eſt publicum, & non priuatum. Bonacoſ. *in commun. opin. lib. 2. verſ. Morte extinguuntur pœnæ, num. 3. in principio.* Quintil. Mandoſ. *in apoſtill. ad Repertor. Inquiſit. verſ. Defuncti, & in verſ. accuſatio, litera R.* vbi huius regulæ multas ſcribit fallentias. Sequitur Menoch. *tom. 1 conſ. 99. num. 150. cum ſequentibus,* & Peregrin. *de iur. fiſci, lib. 4. tit. 5. n. 1.* vbi extendit regulam tam ad delicta priuata, quàm ad publica.

Excipitur ab hac regula crimen vtriuſque læſæ maieſtatis, tàm humanæ, quàm diuinæ, In quo eſt ſpeciale poſt mortem contra illud procedi poſſe, ac de illo cognoſci. Nam de crimine læſæ maieſtatis humanæ conſtat ex lege *Pamtorius, §. rei perduellionis, ff. de acquirend. hered. l. final. C. ad l. Iul. maieſt.* Gloſſ. *in §. per contrarium, verbo, damnata, Inſtitut. de hereditat. quæ ab inteſt. defert.* Anton. Gomez *de delictis, cap. 1. num. 80.* Iul. Clar. *in praxi, §. final. quæſt. 51. num. 13. & in §. læſæ maieſtatis, num. 16.* Ferretus *conſ. 31. num. 8.* vbi refert multa exempla, in quibus hoc ſeruatum fuit, Maſcardus *de probat. concl. 348. num. 35. lib. 1.* Peregrin. *ſuprà, lib. 4. tit. 5. num. 19.* dummodo hoc crimen ſit commiſſum contra Principes ſupremos, vel contra Rempublicam Romanam. Secus ſi committatur contra alios Principes inferiores, vel ciuitates, ſeu Reſpublicas; tunc enim morte extinguitur, per text. *in l. vltim. ff. ad l. Iul. maieſt.* Gloſſ. *in l. penul. in verbo, meminiſſe, C. ad l. Iul. & §. publicorum, verſ. Publica autem. in verbo, memor, Inſtit. de publicis iudic.* Alexand. *conſ. 13. conſideratis his, col. 2. vol. 6.* Odofred. *in l. eorum patrimonia, n. 15. C. de iur. fiſci, lib. 10.* Azot. *in ſumma in tit. C. de crimin. læſæ maieſt. §. Sunt autem.* Bald. *conſ. 63. ſi quis commiſit in 4. vol.* Vnde requiritur ne extinguatur morte, & vt damnetur defuncti memoria, quod committatur contra Principes ſupremos, vel Romanam Rempublicam, per text. *in l. fin. ff. ad l. Iul. maieſt. & in l. penultim. C. eodem, & in §. publicorum, in verſ. Publica autem, Inſtit. de public. iudic.* Requiritur etiam quòd crimen ſit commiſſum contra perſonam ipſius Principis ſupremi, vel directè contra ipſam Rempublicam. Secus ſi contra illius conſiliarios, & officiales crimen machinetur. Iul. Clar. *d. §. læſæ maieſtat. num. 16. ad fin.* Decius *conſ. 410. num. 28. & 31.* poſt Bartol. *in tractat. qui ſint rebelles, in verbo, repellendo,* vbi declarat nomine Principis intelligi eius officiales, qui nomine ipſius Principis Rempublicam adminiſtrant. Secus ſi crimen committatur contra eos, qui principaliter propter ſe iuriſdictionem adminiſtrant, quamuis habeant iuriſdictionem à Principe.

Ex quibus conſtat, non eſſe crimen læſæ maieſtatis quando committitur circa alios, qui perſonam Principis non repræſentant, quamuis eius iuriſdictionem adminiſtrent, quia cum hoc ſit ſtricti iuris, non debet extendi niſi ad illos qui aduerſus Principem, vel Rempublicam modo ſuprà dicto aliquid moliuntur, per dictam legem final. *ff. ad leg. Iul. maieſtat.* Nec iure cautum reperitur quòd pœna dictæ legis extendatur ad offendentes illum, vel illos, qui circa latus Principis aſſident. Ruin. *conſ. 3. col. 6. in principio, vol. 5.* & alij quos ſequitur Roland. *conſ. 1. num. 16. & ſequentib. vol. 3.* Atque ita pœna dictæ legis, *quiſquis*, eſto habeat locum quoad pœnam mortis contra molientes aliquid aduerſus Principes inferiores, ſeu Reſpublicas; nihilominus non proptereà poteſt damnari memoria delinquentis, neque auferri indebitè hæredibus innocentibus illius bona iam quæſita, vt reprobatis aliorum opinionibus optimè probat Peregrinus *de iure fiſci, lib. 4. tit. 5. num. 23. vſque ad 58.* & Boſſius *in tit. de crimin. læſæ maieſtat. num. 57.* dicentes de iure memoriam defuncti non poſſe damnari, nec bona illius hæredibus innocentibus tolli, niſi in crimine læſæ maieſtatis commiſſo, vel contra perſonam Imperatoris, aut contra Papam, vel Rempublicam Romanam. Secus ſi contra alios Principes recognoſcentes ſuperiorem. Quibus accedit Farinac. *tit. 1. quæſt. 10. num. 43.* & Iul. Clar. *§. læſæ maieſtatis, num. 14. verſ. Vnum tamen,* poſt alios *ibi* relatos, maximè Angel. *in l. fallaciter, num. 4. C. de abol.* vbi tradit pœnam dictæ legis *quiſquis*, reſpectu filiorum non eſſe ſeruandam, quando crimen committitur contra propriam ciuitatem, ſed quando eſt commiſſum contra Rempublicam Romanam, vel contra Principes ſuperiorem non recognoſcentes; quod eſt verum de iure, quidquid de facto aliquando ſeruetur contrarium, teſte Iul. Clar. *ſuprà, num. 3.* quod non probo, niſi quoad ipſum principalem delinquentem, non verò quoad eius filios, ac bona, eum memoria defuncti niſi in duobus prædictis caſibus, nempe quando crimen committitur, vel contra Rempublicam Romanam, vel contra perſonam Imperatoris, ac cæteros Principes ſuperiorem non recognoſcentes.

Multo fortius excipitur crimen hæreſis de quo poſt mortem delinquens poteſt accuſari, *l. Manichæos, C. de heretic. c. ſi quis Epiſcopus, eod. tit. authen. Gazaros, & in corpore, vnde ſumitur, & in cap. 1. §. Gazaros, de ſtatu contra libertatem Eccleſiaſt.*

*cleſiaſt. l. Apoſtatarum, C. de Apoſtatis, cap. à nobis. de præſcription. & cap. excommunicamus el primo, extra de hæreticis, & cap. accuſatus, § in eo vero caſu; de hæret. in 6.* vbi habetur de crimine hæreſis poſſe inquiri etiam poſt mortem, & memoriam defuncti damnati. Iul. Clar. §. *hæreſis, num. 21.* Carrer. *in practica crimin. in tract. de hæreticis, §. expedito proceſſu hæreticorum, num. 11. pag. 239.* Gomez *variar. reſolutio. tom. 3. tit. de delictis, cap. 1. num. 80.* Marſil. *in l. qui ſine, verſ. item hæreticus mortuus, ff. de quæſtio.* Peregrin. *de iure fiſci, lib. 4. tit. 5. num. 29.* Et eſt communis. Quod procedit quando conſtat defunctum fuiſſe hæreticum. Secus quando eſt ſuſpectus duntaxat de hæreſi; tunc enim poteſt inquiri de illo, non tamen bona ſunt confiſcanda. Ratio, quia non confiſcantur quando reperitur ſuſpectus de hæreſi viuus. Zanchinus *tract. de hæret. cap. 24. num. 2. cap. 25.* & habetur *in cap. accuſatus, §. porro, extra de hæreticis.* Poteſt tamen inquiri poſt mortem de hæretico præſumpto, hoc eſt de illo qui citatus in cauſa fidei, fuit contumax per annum, & deinde mortuus fuit. Sic Bellameta *deciſ. 672. in tali proceſſu, & 678. & ſequentib.* In quo caſu vocandi ſunt hæredes defuncti. Sequitur Clar. *d. num. 21.* Non tamen habet locum accuſatio poſt mortem contra fautores, defenſores, & receptatores hæreticorum defunctos, ſi non ſint hæretici ipſi receptatores, defenſores, & fautores, vt bene probat poſt alios Gundiſal. *in tract. de hæreticis, quæſt. 32. num. 8.*

Excipiuntur tertiò crimina repetundarum, peculatus, homicidij ſui ipſius propter conſcientiam ſceleris commiſſi. In quibus poteſt procedi poſt mortem delinquentis. Quare in crimine repetundarum, videlicet quando iudex durante tempore officij recepit iniuſtè pecunias, vel aliqua donatia à ſubditis, vel litigantibus, eo mortuo delictum non extinguitur, poteſtque de eo inquiri, vt habetur *in l. 1. & per totum, ff. ad l. Iul. repet.* quia adhuc durat poſt mortem crimen quoad pœnam bonorum per text. *in l. ex iudiciorum, ff. de accuſatio.* & gloſſ. *ibi*, & ſcribentes communiter, & conſtat ex iure Hiſpano *l. 7. titul. 1. part. 7.* Similiter de crimine peculatus, quod durat poſt mortem, & committitur quando quis rem ſacram, vel publicam ſubtrahit, cenſetur durare poſt mortem quoad pœnam bonorum, per text. *in l. final. ff. ad l. Iul. pecul.* & *ibi* ſcribentes. Iulius Clar. *d. quæſt. 51. num. 13.* Anton. Gomez *de delictis, cap. 1. num. 80.* Denique quando quis conſcius ſui ſceleris poſt accuſationem, vel inquiſitionē de crimine ſe occidit, reſpectu confiſcationis bonorum ſi propter crimen bona erant confiſcanda, cenſetur crimen durare, & habetur pro confeſſo, conuicto, & condemnato, textus *in l. vltim. ff. de bonis eorum, qui ante ſententiam mor. ſibi conſc.* Quamuis heredes poſſint probare contrarium. [illegible] *d. num. 80 verſ. quintus caſus*, vbi *limit. 6.* addit quando ex delicto pœna amiſſionis bonorum ipſo facto, vel ipſo iure indicitur, poſſe accuſari reum poſt mortem, eiuſque memoriam damnari, & bona confiſcari, per textum *l. ex iudiciorum, verſ. adeo, ff. de accuſationib. & in l. commiſſo, ff. de pub. & vecti.* & gloſſa expreſsè notabilis iuncto textu *in l. 3. §. quod autem, ff. quod quiſque iuris*, quam ſequuntur Bartol. Bald. & alij ex antiquioribus. Idem docent Angel. *in l. qui à latronib. § ſi quis ff. de teſta.* Decius, *in l. pupillum, § in hæredes, ff. de regul. iur. fallent. 2.* Couar. *in 4. decretal. fol. 82. poſt num 6.* & Vaſquius *controuerſ. illuſtr. cap. 96. num. 22.* Ratio, quia tunc non agitur ad pœnam indicendam, ſed ad pœnam à iure impoſitam exigendam, ideo tranſit contra hæredes, dummodo infra quinquennium poſt mortem delinqentis proponatur accuſatio; quo tranſacto non poteſt ampliùs contra defunctum, nec contra hæredes illius, vel bonorum poſſeſſores procedi, ſiue defunctus ſit affectus crimine hæreſis, vel læſæ maieſtatis, vel quocunque alio grauiſſimo, infra quinquennium poteſt accuſari, & memoria eius damnari, ac bona publicari. Poſt quinquennium verò minime. Bartol. per textum *ibi in l. 2. C. de Apoſtat.* & gloſſ. *in d. l. Manichæos, C. de hæreticis.* Angel. de Aret. *in §. interdum, Inſtit. de hæreditat. quæ ab inteſt. defert.* Idem de Apoſtata deciditur *in l. 7. tit. 25. part. 7.* Roman. *ſingul. 431. de crimine*, quod in noua editione eſt 436. 260.

Cæterum ſemper excipitur crimen hæreſis, in quo ad hanc præſcriptionem exiguntur quadraginta anni computandi ab hæretici morte, ſiue bona ſint applicanda cameræ, ſeu fiſco ſæculari, ſiue Eccleſiaſtico, quia crimen hæreſis eſt Eccleſiaſticum, & ſecundùm illud ſtandum eſt; conſtat *ex cap. vltim. verſ. ſi poſt mortem de præſcript. in 6.* ibi, *ſi poſt mortem hæreticorum*, &c. *ſpatio quadraginta annorum fuerint bona fide poſſeſſa ipſorum bona: ſancimus eos ſuper bonis huiuſmodi in hoc caſu non eſſe vlterius moleſtandos.* Ergo requiritur tempus quadraginta annorum, & ante illud completum poſſunt erigi, ita Ioan. Andr. *in d. cap. vltim. num. 5.* Villa Dieg. *de hæretic. quæſt. 22. num. 3.* Gomez ſibi contrarius *tom. 3. variar. cap. 1. num. 82.* Simanch. *de Cathol. inſtit. tit. 18. num. 14. & tit. 9. num. 133.* Azor *tom. 1. inſtit. moral. lib. 5. cap. 7. in fine, & lib. 8. cap. 12. quæſt. 16.* Couar. *in 4. decretal. part. 2. cap. 6. §. 8. num. 16.* vbi addit in Hiſpania ius canonicum ſeruari, quamuis bona hæreticorum cameræ ſæculari applicentur. Concordat Farinac. *in praxi, criminal. tom. 1. quæſt. 10. num. 82. verſ. tu dic, & quæſt. 25. num. 163. & tit. de inquiſitione, quæſt. 10. num. 82.* Molin. *tom. 1. de iuſtit. diſp. 73. col. antepenult. verſ. hinc infert.* Quare indiſtinctè poteſt de hoc crimine cognoſci infra quadraginta annos etiam poſt mortem hæretici. Extra verò crimen hæreſis, quando delinquentium bona veniunt confiſcanda de iure communi, ſeu ſtatutario infra quinquennium poteſt accuſari delinquens poſt mortem illius. Ita Zanchinus *de hæreticis, cap. 22. in fine.*

Et quamuis gloſſa *in cap. accuſatus, §. in eo verbo, poſt mortem de hæreticis, in 6.* tradat bona delinquentis in crimine læſæ maieſtatis non præſcribi per hæredes illius minoris ſpatio quadraginta annorum, non propterea recedendum eſt ab opinione communi, quæ docet in caſibus, in quibus memoria defuncti poteſt damnari, vel bona publicari poſt mortem, & contra hæredem procedi poſſe ad pœnam, habere duntaxat locum 214. intra quinquennium ab obitu defuncti, non autem vltra, *d. l. 1. C. de apoſtatis*, vbi Bartol. gloſſ. *in l. Manichæos, C. de hæreticis.* Suarez *in commun. opin. verſ mors, num. 220.* Iul. Clar. *quæſt. 51. in praxi, verſ. ſcias etiam, in fine, & in §. læſæ maieſt. in verſ. item licet pariter, in fine.* Farinac. *d. q. 10. num. 81*, qui *dict. quæſt. 25. num. 163.* extra crimen hæreſis in alio caſu, in quo bona delinquentium ſunt publicanda, docet ſi publicatio non eſt facta, quamuis ius procedendi contra perſonam non

præſcribatur, niſi per viginti annos elapſos, ius tamen confiſcandi præſcribi per quinquennium, *l. in cognitione ff. ad Syll.* Quæ reſolutio eſt communis. Quod ſi publicatio iam eſt facta, & bona ſunt confiſcata ob vectigal non ſolutum, ius præſcribitur quinquennio, *l. 2. C. de vectigalib.* Bartol. & ſcribentes *in l. commiſſa, ff. de public.* Si autem publicatio ſit facta non propter vectigal ſolum non ſolutum, ſed ob aliud delictum poſſidens eum titulo præſcribit decennio, abſque titulo viginti annorum ſpatio per text. *in l. omnibus, ff. de diuer. & temp. præſc.* & iuxta tradita per Aretinum *conſ.* 103. *in cauſa, & quæſtione, in 3. dub. column.* 5. *num.* 6. & per Abbatem *in cap. cum a nobis, colum. fin. de præſcription.* Boſſ. *in titul. de bonor. public. num.* 78. & alij. Qui omnes adhærent diſpoſitioni legis, *in omnibus, ſupra*, cuius verba ſunt hæc. *In omnibus fiſci quæſtionibus, exceptis cauſis in quibus minora tempora ſeruari ſpecialiter conſtitutum eſt, viginti annorum præſcriptio cuſtoditur*; per quem textum Boſſius diſtinguit *num.* 78. eo modo ſuprà dicto, nempe ſi publicatio bonorum eſt facta, bona verò non ſunt incorporata cum titulo præſcribitur decem annis, abſque eo viginti; quod ſi non ſit facta, eſto accuſatio duret contra perſonam viginti annis ſecundum diſpoſitionem legis *querelam, C. de falſ.* effectus tamen bonorum confiſcandorum quinquennio extinguitur. Bald. *in d. l. commiſſa*, & Farin. *quæſt.* 25. *num* 161.

Sed quæres in quibus caſibus hæredes teneantur ex delicto defuncti? Reſpondemus in primis pœnas tranſire ad hæredes mortui poſt ſententiam contra delinquentem latam; tunc enim non ſolùm pœna pecuniaria, ſed etiam confiſcationis bonorum afficit hæredes, & reus poſt condemnationem tenetur ex quaſi-contractu, qui celebratur ex ſententia *l.* 5. 9. *Idem ſcribit, ff. de pecul. l.* 2. & ibi gloſſa magna *de prætor. ſtip.* ſed actiones ex quaſi contractu tranſeunt ad hæredes, *C. de hæred. action. per totum.* Ergo, &c. Eſt communis iuxta leg. *ex iudiciorum*, & *ibi* Bartol. & ſcribentes *de accuſat.* Gomez *de delictis, cap.* 10. *num.* 82. Peregrin. *de iur. de fiſci, lib.* 4. *tit.* 5. *num* 18. *verſ. verum gloſſa opinio.* Idem putat Vaſquius *in controuerſ. cap.* 96. *num.* 19. quando aliquid æquiparatur ſententiæ, nempe confeſſio ſolemnis in iudicio; in quo euentu bona poſſunt applicari fiſco, non obſtante morte delinquentis. Spec. *in tit. de accuſat.* §. 1. *verſ. quid ſolutio*, Bartol. *in l.* 1. *ff. de pœna delicti, col.* 2. niſi delinquens reuocata confeſſione probet contrarium per ea, quæ traduntur *in l. creditores*, §. *iuſſus, ff. de appellation. in gloſ.* Farinac. *quæſt.* 10. *num.* 56. vbi vult confeſſionem veram non extinguitare morte confitentis, & paria eſſe ſententiam eſſe latam, vel reum eſſe confeſſum, vel conuictum, *l. qui ſententiam, C. de pœnis.*

Eodem modo ſi reus moriatur poſt litem conteſtatam, hæredes tenentur ex delicto defuncti, poteſtque ferri ſententia aduerſus illos, & ab eis pœna exigi, licet condemnatio non fuerit ſequuta eo viuo, ita habetur *in* §. *pœn. verſ. pœnales, Inſtit. de perpet. & temporal. actio, l.* 1. *ff. de priuat. delict. & l. ſicuti, ff. de regul. iur.* quibus in locis probatur pœnales actiones lite iam conteſtata afficere hæredes, & ad illos tranſire, text. *in l. ex iudiciorum, citata, verſ. & cæteris verò, iuncta gloſſa, in verbo, pœna*, & Gloſſ. *fin. ff. de accuſation.* Idem quando lis non fuit conteſtata ex culpa ipſius rei dilationes, & ſubterfugium obijcientis; tunc actiones ex delictis tranſeunt contra hæredes, & habetur lis pro conteſtata, quia per eum ſtetit quominus conteſtaretur, & operatur eoſdem effectus, quos ſortitur vera litis conteſtatio; atque ita facit vt pœnales actiones ex delictis tranſeant contra hæredes. Accedit dictum Petri Dueñas *regul.* 13. *fallentia* 7. dicentis eaſdem actiones pœnales ante litem conteſtatam hæredes afficere, quando proceſſum eſt ex primo decreto contra contumacem: quod decretum ſuccedit loco litis conteſtatæ ad effectum vt faciat actiones pœnales ad hæredes tranſita, argumento textus *in l. perfectius, C. de annali exce.*

Idem eſt iudicium, quando cauſa perducta fuit ad concluſion, cùm ſententia lata, & cauſa concluſa pari paſſu procedant. Decian. *in l. edita, num.* 33. *C. de edendo*, & Iaſon *in l. admonendi, num.* 53. *& num.* 56. *verſ. primò monetur, ff. de iureiur.* Ergo ſicut pœna poſt latam ſententiam tranſit ad hæredes, ſic etiam eos afficiet decedente delinquente poſt concluſum in cauſa. Iul. Clar. *d. quæſt.* 51. *num.* 14. *verſ. ſcias etiam*, vbi ait mortuo delinquente poſſe tractari de eius crimine contra hæredes ad effectum confiſcationis bonorum, & ante ipſum Baldus *in l.* 1. *col.* 2. *num.* 3. *verſ. ſed hic dubitatur, C. ex delicto defuncti*, & Vaſquius probat *dict. cap.* 96. *num* 19. *ad finem.* Quæ procedunt ex delictis priuatis, in quibus lite conteſtata pœnales actiones hæredes comprehendunt. Secus in publicis delictis in quibus requiritur non ſolum litis conteſtatio, ſed etiam condemnatio, quæ ſi non ſequatur, extinguitur morte delinquentis delictum, & pœna expirat, textus *in d. l. ex iudiciorum, in principio, ff. de accuſationib. & in l.* 3. *& in l. defuncto, ff. de public. iudic.* Bartol. poſt gloſſam penultim. *in d. l. ex iudiciorum.* Boſſius *in tit. de accuſat. num.* 34. *& in tit. quo modo procedatur per actionem in delicto, num.* 30. & Gomez *dict. cap.* 1. *de delictis, num.* 83. *in fine.*

Petes quænam ſint delicta publica, & quæ priuata? Nam in crimine priuato non admittitur ad accuſandum niſi pars cuius intereſt: in crimine autem publico quilibet de populo poteſt admitti ad accuſandum, niſi expreſsè prohibeatur, *l. qui accuſare*, vbi Bartol. *ff. de accuſat. l. qui cætu*, § *final. ff. ad l. Iul. de vi publ. l. licitatio*, §. *quod illicite, ff. de publica. & vectig.* Quia cùm in delictis publicis omnibus eſt permiſſum accuſare, vt arceatur ab accuſando, requiritur prohibitio. Regulariter enim præſumitur legitimus accuſator, niſi probetur contrarium. Hoſtienſ. *in ſumma, de accuſat.* §. *quis poſſit, in principio.* Gomez *ſuprà, num.* 4. *& num.* 31. Et ob id publica delicta dicuntur, quia eorum actio, & accuſatio competit cuilibet de populo, §. *primo, inſtit. de public. iudic.* Clar. *ſupra, quæſt.* 14. *& in* §. 1. *in principio*, Placa *in epitom. delictor. cap.* 45. *num.* 8.

Delicta verò publica in primis ſunt omnia quæ principaliter reſpiciunt offenſam Dei, & quilibet poteſt accuſare; quia quod fit in offenſam Dei, cenſetur fieri in omnium iniuriam. Iul. Clar. *d.* §. 1. *verſ. item omne delictum.* Gomez *d. cap.* 1 *num.* 1. *& num* 4. vbi addit eſſe publicum delictum, quod fit in offenſam principis, vt probat *l.* 2. *ff. de publ. iudic.* & ibi Bartol. & ſcribentes, quia princeps à Deo poſitus eſt, tanquam pater, ac dominus ſubditorū. Igitur eius offenſio ad omnes ſubditos pertinet. Denique publica delicta ſunt

læſæ

læſæ maieſtatis, adulterij, falſi teſtamenti, vis publicæ, vel priuatæ, ambitus, repetundarum, annonæ, homicidij, parricidij, & peculatus. Priuata autem delicta ſunt illa pro quibus tantum poteſt accuſare, qui iniuriam in ſe, vel in ſuis paſſus eſt, non verò quilibet de populo, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter agatur. Qualia ſunt crimen iniuriarum, & crimen furti, damni arborum clam ſeu palam cæſarum, bonorum raptorum, & ſimilium. Conſtat ex *l. vltim.* & ibi gloſſ. ordinaria, & Bartol. *ff. de priuatis delictis.* Baldus *in l. vnica, col. final. C. & delicto defuncti*, Gomez *vbi ſuprà, n. 9.* Clar. *d. §. 1. verſ. priuata autem delicta*, poſt Ioan. Andr. *in additionibus ad Specul. in tit. de accuſation. verſ. fin.* & Abbas *in cap. cum P. Manconella, colum 3. num. 12.* & ibi ſcribentes, *de accuſationibus.*

261. Quibus declaratis, dicendum eſt nec etiam in delictis priuatis pœnam ad hæredes tranſire poſt litem conteſtatam, niſi quando ex delicto ciuiliter agitur ad pœnam ipſi parti applicandam; contrà verò ſi criminaliter agatur ad pœnam fiſco applicandam. In quo euentu pœna non afficit hæredes, nec eos obligat etiam poſt litis conteſtationem. Ratio potiſſima, quia ciuiles actiones regulariter ad hæredes tranſeunt actiuè, & paſſiuè, *l. 1. C. vt act. ab hered. & contra hered. l. heredem, ff. de regul. iur.* Maximè ſi iam ſint ad forum contentioſum deductæ, *l. omnes, ff. eodem.* Actiones verò criminales etiam poſt litem conteſtatam extinguuntur ſimul cum crimine, mortuo delinquente, *l. 1. C. ſi reus, vel accuſator mortuus fuerit, l. defuncto, ff. de public. iudic.* Requiritur ergo ſententia quoad pœnam, quia tunc pœna ſiue bonorum confiſcationis, ſiue quæcunque alia pecuniaria lata contra eum poſt ſententiam tranſit ad hæredes ex lege, *ex iudiciorum*, citat. & ibi Bartol. & Alberic. *ff. de accuſation.* Capra *concluſ. & reg. 67. num 6. & 17.* Sebaſt. Med. *in tract. mors omnia ſoluit, part. 2. concluſ. 32. num. 86. in fine.* Quod eſt verum ſi ſententia contra delinquentem lata tranſierit in rem iudicatam: ſecus ſi ab ea fuerit appellatum, vel nondum ſit tempus decem dierum ad appellandum elapſum; quia ſi eo tempore decedat delinquens antequam definitiuè in gradu appellationis cauſa, ſeu ſententia ſecatur, pœna non tranſit ad hæredes. Sic Bartol. Alberic. & Angel. *in d. l. ex iudiciorum*, per gloſſ. ibi, Salycet. *in l. fin. C. ſi reus, vel accuſator mortuus fuerit*, Vaſquius *d. cap. 96. num. 17.* Capra *ſuprà, num. 28.* Gomez *d. cap. 1. num. 82. vbi verſ. Item adde*, alios adducit. Probatur, quia idem eſt mori reum ante ſententiam, vel poſt ſententiam appellatione pendente, vel appellandi tempore nondum elapſo, *cap. non ſolum, de appellation. in 6.* Atque ita mortuo, ſeu abolito, principali poſt appellationem, ſeu pendente tempore appellandi, acceſſorium ſuit extinctum, & abſorpta eſt ſententia hominis, à qua fuit appellatum, & per conſequens ſententia legis tacita, *l. 1. in fine ff. ad Turpill. furti, §. 1. ff. de his, qui not. infam.* Gigas *de crimine læſæ maieſt. lib. 1. tit. qualiter in crimine læſæ maieſtat. proced. quæſt. 20. num. 1.* Farinacius *d. quæſt. 10. num 4.*

Hactenus dicta procedunt quando pœna pecuniaria, aut confiſcationis bonorum non eſt poſita in ſententia principaliter, nec primariò, ſed ſecundariò, & in conſequentiam delicti commiſſi: tunc poſt latam ſententiam ſi moriatur reus, vel poſt appellationem, vel durante tempore appellationis extinguitur delictum, & pœna conſequens illud. Contrà verò ſi principaliter pœna bonorum fuit in ſententia poſita, eſto ab ea fuerit appellatum, vel quamuis appellandi tempus duret, non obſtante morte delinquentis, poteſt exigi pœna confiſcationis bonorum, ſeu pecuniaria ab hæredibus defuncti, textus *in l. 3. C. ſi pendent. appellation. mors interuenerit*, & ibi Cyn. Bartol. Bald. Paul. Salycet. quos refert, ac ſequitur Gomez *de delictis, cap. 1. num. 83. verſ. item etiam prædicta intellige*, & textus *in l. final. C. ſi reus, vel accuſator mortuus fuerit.* Ratio illius eſt, quia quando pœna confiſcationis bonorum principaliter imponitur, tot videntur ſententiæ, quot ſunt capitula, *l. etiam, §. primo, ff. de minorib.* Atqui duo ſunt capitula æquè principalia, alterum de pœna corporali, alterum de bonorum publicatione; ergo quamuis pars ſententiæ quoad pœnam corporalem non poſſit exerceri, cum reus mortuus corporaliter puniri non poſſit: nihilominus quoad aliam partem pœnæ bonorum confiſcationis ſententia non extinguitur. Secus quando pœna confiſcationis bonorum non imponitur principaliter, ſed acceſſoriè, & in conſequentiam delicti. Tunc ipſo delicto abſorpto extinguitur pœna bonorum, & cenſetur vnica tantùm ſententia, argumento legis 2. & 3. *ff. de pecu. lega. & cap. acceſſor. de regul. iur. in 6.* Quam etiam rationem affert Auguſt. Ariminen. *ad Angel. de malef. in verſ. qui dictus Iudex videns, num. 49. & in verbo, & eius bona, num. 3.* & Angel. ipſe *in verſ. præſente Caio, & appellante, num. 34.*

Sed quid dicendum ſi dicatur in ſententia, *condemnamus Petrum in pœnam mortis, & confiſcationem bonorum*, & Petrus moriatur poſt appellationem, ſeu durante tempore ad appellandum? Reſpondet Angel. *vbi ſuprà*, pœnam non extingui vnà cum delicto, ſed tranſire ad hæredes defuncti. Secus ſi dicatur in ſententia, *condemnamus Petrum ad mortem cum confiſcatione bonorum*, quia quando pœna imponitur in ſententia per copulatiuam cenſetur principaliter impoſita; ideò non extinguitur, ſed tranſit ad hæredes reo mortuo. At verò quando ſententia eſt concepta non per dictionem copulatiuam, *&*, ſed per dictionem *cum*, tunc confiſcatio bonorum cenſetur appoſita cum pœna corporali; vnde eo mortuo prædicta pœna non afficit hæredes, ſed abſorbetur ſimul cum delicto; ita diſtinguit Bartol. *in l. 3. in fine, C. ſi pendent. appell. mors interuenerit*; quam vocat communem Auguſt. & Angel. *ſuprà, d. n. 49. & in verbo, & eius bona, num. 3.* quos refert, ac ſequitur Clar. *in praxi, quæſt. 94. verſ. ſed pone quod Titius, & ſequentib.* Peregrin. *de iure fiſci, lib. 4. tit. 5. num. 38. verſ. Et ſane communis, iuncto num. 40. per totum.* 262.

Addimus pœnam pecuniariam, ſeu bonorum poſſe exigi ab hæredibus defuncti, quando principaliter fuit poſita in ſententia, non obſtante quod fuerit ab ea appellatum, vel quod duret tempus ad appellandum, quod habet locum, niſi hæredes defuncti appellent durante termino ad appellandum, quod poſſunt facere, teſte Angel. *in d. verſ. præſente Caio, num. 35. ad fin.* & Peregrin. *ſuprà, num 39.* vel velint proſequi appellationem à defuncto interpoſitam. Idem Peregrin. *ſuprà, num. 4. ad finem, verſ. ſed eius hæredes.* In quibus caſibus ſi probatis probandis victores euaſerint, nullo modo ab eis eſt exigenda pœna bonorum.

Sed

261 Sed quid dicendum ſi reus poſt latam ſententiam, & condemnationem, & bonorum confiſcationem admittatur ad nouas defenſiones, & pendente hoc ſecundo proceſſu, ſuperueniente infirmitate decedat? Reſpondeo ſi fuit admiſſus intra annum, & fuerit abſolutus, recuperaturum omnia bona, non obſtante apprehenſione facta per fiſcum, quod ſi compareat poſt annum, quamuis abſoluatur a condemnatione corporali, bona remanere debere penes fiſcum in pœnam contumaciæ, dummodo crimen tale ſit pro quo veniat de iure confiſcatio. Ita Iul. Clar. §. *final. quæſt. 44. num. 3. prope finem, & num. 5.* vbi addit eo decedente bonorum confiſcationem ratam eſſe, nulla habita ratione probationum facta ſiue ab eo, ſiue ab eius hæredibus, ex quibus innocentia defuncti apparuit; ſicque fuiſſe iudicatum refert ibi, valdeque dubitat poſſe in foro conſcientiæ ea bona retineri à principe, vbi de innocentia rei conſtat, pro vt cenſet Boſſius *in tit. de remed. inſtit. circa finem.*

Pro quo facit lex final *ff. de requirend. reis*; ex qua conſtat hæreticum ob contumaciam damnatum nequaquam bona recuperaturum, niſi poſtea comparendo ſuam innocentiam planè probet, aut iuſtum impedimentum non comparendi intra annum, oſtendat; ſic enim ait lex, ibi: *Mandatis cauetur intra annum requirendorum bona obſignari, vt ſi redierint, & ſe purgauerint, rem ſuam integram habeant. Si neque redierint, neque qui ſe defendant, habuerint, tunc poſt annum bona in fiſcum cogantur.* Ergo in foro conſcientiæ contumax eſt audiendus ſi compareat poſt annum quoad bona publicata, eodem modo, quo ſi intra annum comparuiſſet, ſicut auditur circa pœnam corporalem, & per conſequentiam bona illi ſunt reſtituenda ſi auditus de ſua innocentia edoceat, vel non comparendi impedimentum oſtendat.

Cæterum deciſum eſt hæreticum nullo modo bona recuperaturum, niſi innocentiam ſuam poſtea comparendo omnino oſtendat, aut iuſtum impedimentum non comparendi intra annum, vt conſtat ex dicta lege, & probatur ex lege 3. regia tit. 10. *lib. 4. recopil.* & expreſsè tradit Simanch. *de cathol. inſtit. tit. 2. num. 21. verſ. cæterum*, vbi ait, poſt annum verò ſi audiatur abſens hæreticus, bona illius eſſe confiſcanda: excepto ſi de innocentia illius planè conſtiterit, aut intra annum in iudicium venire nequiuerit. Ergo cùm loquatur diſiunctiuè ne bona hæretici publicentur, ſufficit vnum ex duobus vel comparere intra annum, vel poſt annum de ſua innocentia per legitimas probationes iudices edocere. Sequitur Cæratius *de executione ſententiæ criminalis, cap. 1. num. 278.* Pegna *in director. Inquiſitor. part. 3. comment. 49. num.* 214. ibi: Reſpondeo non audiri expleto anno, nempe hæreticum, quoad hoc vt bona recuperet, niſi vel de innocentia eius, vel de iuſto impedimento legitimè conſtiterit. Faciunt lex 2. *ff. ſi quis cautio*, & lex, *qui commeatum, ff. de re milit.* Ratio videtur eſſe, quia in caſu hæreſis bona non confiſcantur in pœnam contumaciæ, ſed in ſupplicium ipſius hæreſis, & publicatio bonorum eſt pœna conſequens hæreſim; atque ita deficiente hæreſi deficit pœna illius, quæ eſt publicatio bonorum. In cæteris verò criminibus, in quibus abſens contumax damnatur ſi intra annum veniat, ac ſe purget, recuperat bona, poſt annum verò licèt ſe purget, non recuperat bona, ſed de iure communi annotantur, ac publicantur, etiamſi poſtea comparendo fuerit abſolutus, & de innocentia docuerit, niſi infra annum compareat. Remanent enim fiſco in pœnam ſuæ contumaciæ poſt annum bona illa annotata per textum *in l. 1.* & ibi ſcribentes, *ff. de requirend. reis*, Iul. Clar. *d. quæſt. 44. in fine.* Cyrill. *in ſumma crimin. tit. ſi reus in ius vocatus non ierit, rubric. 11. §. 2. ad finem.* Roland. *conſ. 68. à num. 11. vol. 2.* Camill. Borrel. *tit. 46. de contumacia, num. 11. & ſequentib.* quos ſequitur Boſſ. *in tit. de acquirend. reis in principio, & in tit. de citatio. num. 5.* & Farinac. *in praxi, tom. 1. quæſt. 11. num. 87. verſ. de iure autem ſtatutorum, & verſ. quibus non obſtant,* vbi ait hanc eſſe praxim vſu receptam, carpitque Sigiſm. Scacciam *in tract. de iudic. cauſ. ciuil. criminal. lib. 1. cap. 97. num. 155. verſ. ſi poſt annum comparentem, & ad nouas defenſiones admiſſum etiam cum clauſula, ſine præiudicio bonorum fiſco incorporatorum*; aſſerentem adhuc bona ipſa confiſcata reaſſumere, ac recuperare ſi de ſua edocuerit innocentia poſt annum; & meritò illum carpit, cùm Scaccia loquatur contra omnium communem opinionem, pro vt ipſe Farinacius fatetur, neque Scaccia diſſentit. Nec refert auctoritas Simanchæ, ac Pegnæ, quos ſequitur Scaccia; quia ipſi non loquuntur abſolutè in omni delicto, ſed ſpecialiter in crimine hæreſis, in quo crimine quandocunque abſens compareat, audiendus eſt, modo ſuprà dicto. Quod etiam probat Farinac. ibi poſt Sanch. *lib. 2. Decalogi, cap. 20. num. 38.*

---

## §. II.

### *Quinam poſſint pœnas remittere, ac gratias de delictis concedere?*

EPITOME.

263 *Facultas gratiandi, & indulgendi delicta, eſt de regalibus.*

264 *Pœnas remittere eſt contra legem, peccata remittere eſt ſupra legem.*

265 *Princeps ſupremus poteſt concedere facultatem indulgendi delicta ſubditis, non tamen ligat ſucceſſorem.*

266 *Princeps concedens merum, ac mixtum imperium, non cenſetur concedere facultatem indulgendi delicta.*

267 *Iudices ordinarij non poſſunt gratias facere, nec indulgere delicta bannitis.*

268 *Bannitis poteſt ignoſci ob ſua, aut maiorum ſuorum beneficia in Rempublicam.*

269 *Gratia de delictis alicui conceſſa an intelligatur de futuris.*

270. & 271. *Delictum committens ſub ſpe gratiæ futuræ an ſit puniendus.*

272 *Abſoluendus eſt peccans ſub ſpe iubilæi, aut bullæ cruciatæ.*

274 *Immunitate Eccleſiæ non gaudet committens delictum ſub ſpe gaudendi prope Eccleſiam.*

275 *Peccata largitione tolluntur. Non tamen abſoluentur ſi ſpe largiendi peccet.*

276 *Debita plura contrahens ſub ſpe cedendi bonis, non eximitur ab obligatione ſoluendi.*

277 *Taxam futuram ſciens non poteſt maiori pretio plures merces vendere, nec plures pecunias expendere.*

Pecunia

27[illegible] [illegible] valor, et pretium rerum ſi varietur per [illegible] em futuram, quid faciendum.

279 G[illegible] atiam impetrans de delicto an bona confiſcata [illegible] uperet.

280 Beneficia principis ſunt latiſſimè interpretanda, quo [illegible] ſit intelligenda hæc regula.

2[illegible] 1. 282. & 283 Indultatus per ſimplicem indulgentiam non eſt reſtitutus quoad omnia. Secus quando eſt plene reſtitutus.

284 [illegible] ratia principis conceſſa an trahatur ad bona.

28[illegible] [illegible] 286 Et an præiudicet tertio circa bona alteri [illegible] onceſſa.

287 Aggratiatus recuperans bona alienata an teneatur ſatisfacere poſſeſſori ſeu fiſ[illegible] o.

2[illegible] & 289 Reſtitutus à principe quoad bona, an poſ[illegible] recuperare fructus perceptos.

2[illegible] [illegible] uſumptos bona fide.

291 De[illegible] ntor iniuſtus tenetur reſtituere omnes fructus cum re.

292 Maritus conſequitne bona vxoris bannita, ac adulteræ: & quid ſi ipſa reſtituatur.

293 294. & 295 Indultatus ex ſimplici gratia, aut ex reſtitutione in integrum, quæ bona, ac priuilegia recuperet.

296 Incapax bonorum, ſi poſtea fiat capax, an recuperet bona præterita.

297 Reſtitutus an debeat reualidare teſtamentum factum tempore banni, ſeu deportationis.

26[illegible] CERTI iuris eſt facultatem indulgendi [illegible] elicta, & gratias concedendi eſſe de regalibus, reſeruatique Principi non re[illegible] [illegible] centi ſuperiorem, text. in l. 2. C. de bon. damn. [illegible] relegati, & l. ad beſtias, §. ex prouincia, ff. de pœnis. In quo omnes conueniunt teſte Afflict. in tit. quæ ſint regalia, num. 13. & ſequentib. Maſtril de indult. general. cap. 2. num. 1. Odd. Sforz. de reſtitut. in integrum, quæſt. 92. num. 12. & 14. P[illegible] in. de priuileg. fiſci, lib 5. tit. 2. num. 5. & lib 4. ti[illegible] num. 15. Matta in tract. de iuriſdiction. part. 1. cap 44. Vnde ſequitur non poſſe principes inferiores pœnas remittere, nec gratias de deli[illegible] tis concedere capitalibus quoad pœnam corporalem, eo quòd id conuenit principi ſupremo, quamuis quoad bona, & pœnas, quæ inferioribus applicantur, ſecus ſit dicendum. Nam bona, & pœnas eorum ærario applicatas poſſunt remittere principes inferiores. Decianus tractat. criminal. tit. de abolitio. num. 94. Bartol in l. acta, § ampli[illegible] an. L. ff. de re iudicat. & in l ſi quis vltro, num. 2. ff. de quæſtion. in l. relegati, ff. de pœnis Boſſ. in [illegible]. de principe, num. 227. Felin. in cap. quæ in E[illegible] arum, num 23 & ſequent. de conſtit Roland. [illegible] 4. num. 51. vol. 3 Baiard. ad Clarum, quæſt. 59. [illegible] Farinac. de inquiſ. quæſt. 6. num. 2. & Ma[illegible] d. cap. 2. num. 17. Olaſc. deciſ. 101. num. 1. &

264. [illegible] 4. [illegible] bi reddit rationem; quia remittere pec[illegible] ſupra legem, Matth. cap. 10. Marc. cap. 1. Luc[illegible] ap. 5. Remittere verò pœnas eſt quid contra legem, & naturam. Innocent. in cap. cum P. Tabellio, num. 2. de fid. inſtrument. ſed à legibus ſolus [illegible] remus princeps, ſeu qui ſupremi iura habet, [illegible] tus [illegible] t l. princeps, ff. de legib l. digna vox, C. eodem. Ergo, pœnas remittere, & gratias facere ſupre[illegible] o principi duntaxat, non autem inferio[illegible] om[illegible] etit, ſicque fuiſſe deciſum Pedem. Olaſc. [illegible] deci[illegible]. 101. ad finem, addens neque poſſe præſcribi hanc indulgendi facultatem; quod docet Azeued. lib. 8. tit. 25. de los perdones, num. 8. Quin etiam teſte Auendan. de exequend. mandat. lib. 1. cap. 7. num. 12. non ſufficit conſuetudo ad hanc indulgendi facultatem, quidquid in fauorem principum inferiorum demonſtret Olaſc. conſ. 66. n. 38. qui tamen reprobatur à Farinacio d. quæſt. 6. n. 2. fine, vbi refert ex Boſſio tit. de remedio ex ſola clemen. principis, num. 51. quendam feudatarij ſubditum cum gratia collo appenſa fuiſſe ſuſpenſum. Sequitur Borrell. de præſtand. reg. capitul 38. num. 8.

Poterit tamen ſupremus Princeps concedere comitibus ſpecialiter, ac marchionibus, ſeu feudatariis ſibi ſubditis indulgendi facultatem, ac gratiandi. Ita Boſſius d. tit. de remed. ex ſola clement. princip. num. 52. Iul. Clar. §. final. quæſt. 59. verſ. Et hæc quidem concluſio. Non tamen ſufficit ſi princeps [illegible] oncedat generaliter, ſed requiritur ſpecialis facultas gratiandi, ac indulgendi, quia per generalem regalium conceſſionem, non venit indulgendi facultas, nec per eam veniunt Principi reſeruata. Menoch. de arbitr. quæſt. 92. num. 7. Delrius diſquiſit. magic. lib. [illegible]. ſect. 2. col. 3. in principio, Pedemont. d. deciſ 1[illegible] 1. num. 3. & 14. Lucas de Pegna in l. contra publicam, col 7. C. de re milit. lib. 12. & Afflict. in tit. quæ ſint regalia, in rubric. num 68. & deciſ. 101. & 392. Petrus de Gregor. de conceſſ. feud quæſt. 2 num. 15. Maſtrill. d. cap. 2. num. 22. & num. 23. vbi ait hoc non procedere in regno Siciliæ, in quo per capitula Alphonſi Regis ſub num 490. conceſſum fuiſſe baronibus, & feudatariis habentibus merum, & mixtum imperium, vt poſſent parte remittente pœnas componere à relegatione infra, & mutilationis membrorum, & conſequenter indulgere, vt in ſpecie docuit Ant. de Ball. lib. 1. pragm. 1. fol. 244. 265.

Facultas tamen indulgendi per principem alicui ſubdito conceſſa extinguitur morte concedentis, nec tranſit ad eius ſucceſſorem, hoc eſt, non ligat ſucceſſorem, quia princeps ſupremus non poteſt regalia concedere in ſucceſſoris præiudicium. Ita Ruin. conſ 91. num. 2. vol. 1. Afflict. in tit. quæ ſint regalia, in rubric. num. 61. poſt Bald. in tit. de pace Conſtant. in verbo, amplius, & Felin. in cap. ad audientiam, num. 5. de reſcript. Atque ita non tenetur ſucceſſor principis concedentis talem facultatem, ſeruare eam cùm ſit de concernentibus priuilegium coronæ regalis. Maſtrill. ſupra, num. 21. & Farinac. num. 8.

Quid dicendum ſi princeps ſupremus concedat feudatario ſuo merum, ac mixtum imperium, & omnimodam, ac perpetuam adminiſtrationem; nunquid intelligitur conceſſa gratiandi facultas? Videtur affirmandum, quia feudatarius habet iuriſdictionem in dominium, non autem in officium iure proprietatis; ergo habet facultatem indulgendi. Ita Pariſ. de Puteo de ſyndicat. in verbo, dicuntur autem, num 13. vbi allegat Baldum in l. final. C de arbitr. & Iacobum de Sancto Georg. in ſua inueſtit. in verbo, & cum mero, & mixto imperio, num. 9. Decius in l. principalib. num. 12. in verb., non obſtat illa ratio, ff. ſi certum petatur. 266.

Cæterum magis placet negare per conceſſionem meri, & mixti imperij non concedi facultatem gratiandi. Bald. in l. omnes populi, & ibi Iaſon in 1 lectura in penult. col. & in 2. lect ur. col. 3. ff. de iuſt. & iur. Alexand. & Dec. in l. 1. ff. quod quiſque iuris, Ruin. conſ. 109. num. 10. volum. 4. & conſ. 108. n. 3. vol. 1. Ratio, quia vaſſallus habens

dictum

dictum vtrumque imperium, non poteſt aliquid ordinare, vel ſtatuere contra ius commune, *cap. final. de officio Archiepiſ.* vbi Ioan. Andr. & alij, nec legibus derogare, nec inducere conſuetudinem; ergo nec pœnas remittere, aut gratiam delictorum concedere. Confirmatur, quia iudices ordinarij non habent hanc facultatem indulgendi, ergo nec feudatarius, eſto vltra vtrumque imperium habeat omnimodam, ac perpetuam adminiſtrationem. Ita Oſaſc. *d. deciſ.* 101. *num.* 1. Roland. *conſ.* 4. *num* 41. *lib.* 3. vbi probat inferiores principe habentes etiam omnimodam iuriſdictionem cum mero, ac mixto imperio, non poſſe omnia iuriſdictionalia intra limites ſui territorij exercere; quod Decius prædixit *in d. l.* 1. *ff. quod quiſque iuris.* Nam inde ſequeretur poſſe etiam ſub conceſſione meri, & mixti imperij, & omnimodæ iuriſdictionis eſſe ſimul conceſſam cognitionem cauſarum appellationum. Sed hoc eſt falſum, niſi nominatim exprimatur in conceſſione, vt bene docent Bruns *in conſ.* 102. Iacob. de Sancto Georg. *in d. verbo, & cum mero, & mixto imperio, col.* 3. *verſ. ſed hanc ille*; & Purpur. *in l. imperium, num.* 71 *de iuriſdiction. omn. iudic.* Ergo nec facultas aggratiandi cenſetur conceſſa. Nam vaſſallus per eam conceſſionem haberet ius per indirectum auferendi appellationes. Oſaſc. *d. de i*[illegible] 1. *num* 9. quod eſt contra regulam leg. *ſi optio ff. qui, & a quibus manum. lib. non fiant*, & *l. ſi ex duobus, ff. de neg. geſt.* Quæ reſolutio ſecundùm terminum iuris communis eſt verior. Ita Maſtril. *d. cap.* 2 *num* 35. *& ſequentib.* Farinacius *conſ.* 3. *per totum a num.* 1. quem refert, ac ſequitur.

267. His poſitis certi etiam iuris eſt ordinarios iudices non poſſe gratias facere, nec remittere pœnas, nec indulgere delicta delinquentibus, textus *in l. relegati, ff. de pœnis*, ibi: *Et nemo poteſt commeatum, remeatumue dare, niſi Imperator ex aliqua cauſa.* Ratio, quia iudices ordinarij tenentur cauſas ſecundùm iuris virtutem decidere, delinquentes punire, innocentes abſoluere; non autem poſſunt aggratiare, pœnas remittere, & indulgentias facere, cum hoc in iuriſdictionem eorum non veniat, *l. præſes, C. de tranſ.* Authen. *vt iud. ſine quoque ſuffrag.* § *eos autem*, & §. *quod autem, in authen. vt iud. non expect. ſacr. iuſ.* & §. *omnib. in authen. de iudicib. l. pœnam cum ſimilibus, Cod. de pœnis, cap. irrefragabili, de offic. præfect. præt.*

Probatur ſecundò, quia banniti non poſſunt remitti a iudice, quia vbi primùm ſententia lata fuit, iudices functi ſunt officio ſuo, *l. poſteaquam, ff. de re iudicat. l. tunc quærebatur, eodem tit. l. ſi diui fratres, ff. de pœnis.* Atque ita poſt ſententiam ſemel latam non poſſunt eam reuocare, neque in aliquo alterare, quamuis conſtet de innocentia condemnati, niſi conſulto principe, vt dixi ſuperiore §. per textum *in l.* 1. § *ſi quis vltro, ff. de quæſtionib.* vbi Bartol. & Marſil. *num.* 46 & communiter doctores; quibus adhæret Gomez *tit. de exilio, & relegatio. num.* 4. qui loquitur de iure communi; additque de iure Caſtellæ ſi iudex condemnet aliquem ad mortem, & poſt ſententiam conſtet de innocentia illius, poſſe reum abſoluere, & ſententiam propriam reuocare per *l.* 4. *titul.* 30 *part.* 7. Conſentiunt Peregrin. *de iur. fiſci, lib.* 4 *tit.* 8. *ſub num.* 20. & Baiard. *ad Clarum, quæſt.* 59. *num.* 17.

Tertiò confirmatur non poſſe bannitos remitti etiam quando banniti ſunt ex cauſa ciuili. Ita Afer. *conſ.* 8[illegible] *num.* 3 vbi vult non poſſe à iudice ad famam reſtitui, quia ſoli Principi compe[illegible] Bartol. *in l. infamem, num.* 13. *ff. de publ. iudi.* Menoch. *de arbitr. d. quæſt.* 92. *num.* 6 Quia iam cauſa eſt deciſa, & munere ſuo functus eſt Iudex. Subdit tamen *num.* 8. poſſe iudicem ex magna cauſa bannitum reſtituere, nempe ſi bannitus plures alios bannitos detexerit, ac cauſam capiendi illos præſtiterit. Bartol. *in l. ambitioſa, ff. de decreto ab ordin. faciend.* Sfor. *in d. quæſt.* 92. *art.* 3 *num* [illegible]. In quo caſu poſſe iudicem indulgentiam concedere, & pœnam remittere tradunt Sfora. *ſupra*, & Card. Alban. *in addition. ad Bartol. in l. ſi qua, num* 13. *ff. de his, qui ſunt ſui.* Quod puto verum, quando hæc poteſtas indulgendi expreſſe a lege, vel a principe conceſſa eſſet, aliàs ſemper inquirendus eſt princeps. Farinac. *d. quæſt.* 6. *num.* [illegible] & 14. *ad finem. verſ. verum de hac iudicis remiſſione*, vbi [illegible] facto verbo cum ſummo Pontifice ait gubernatorem vrbis hos bannitos qui alios detexerunt, nunquam remittere ſolitum fuiſſe.

Non tamen eſt negandum hos bannitos, & alios ſimiles delinquentes non ſolùm ob ſua, ſed ob maiorum ſuorum beneficia in Rempublicam collata, dignos eſſe interdum omni indulto, ac gratia. Nam de ipſis, ac eorum meritis, ac beneficiis loquitur text. ſingularis *in l.* 2. §. *poſtea cum Appius, ff. de origin. iuris.* vbi Flauius ex facto contra Appium in gratiam populi Romani commiſſo non ſupplicium, ſed præmium fuit aſſequutus ex dolo, vt ibi gloſſ. notat. Facit text. *in l. non omnes*, §. *vltim. ff. de re militar.* vbi deciditur ignoſcendum eſſe transfugæ, qui multos poſtea transfu[illegible], ac latrones deprehendit. Hos enim non ſolùm non eſſe pœna afficiendos, ſed remunerandos dicitur *in d.* §. *poſtea cum Appius*, quando ex eorum delicto aliquid in vtilitatem Reipublicæ redundat. Sicque temperatur rigor legum, quæ dicunt pœnis afficiendos eſſe criminoſos, non præmiis; quia non intelligitur, quando criminoſi pro Republica aliquod non vulgare beneficium in eiuſdem vtilitatem, ac honorem conferunt; tunc enim non ſolùm impunitatem, ſed remunerationem, digni ſunt, qui conſequantur. Teſtis eſt Ionathas Saulis Regis filius contra præceptum patris fauum mellis ante veſperum comedens, & ob id morti addictus edicto ipſius Regis 1. *Regum. cap.* 14. Quia tamen eo ipſo die Philiſthæos diuiecerat animosè, piis populi precibus fuit à morte liberatus. Vide cætera hac de re exempla apud Tiraquel. *de pœnis temperandis cauſa* 49. *per totum præſertim, num.* 13. & 14. vbi concludit delinquentium pœnas remittendas, aut minuendas propter propria, aut maiorum in Rempublicam merita, ac beneficia, niſi delicta atrociſſima, grauiſſimaque in eandem Rempublicam fuerint ſuſcepta.

His quoque conſequens eſt dicere, an gratia de delictis alicui conceſſa intelligatur de futuris? Pars negatiua eſt certa non extendi ad delicta futura, nec committenda poſt aſſequutionem ipſius gratiæ, ſeu publicationem illius, quando indulgentia delictorum generaliter a principe conceditur. Eſt communis; ex eo fundamento, quia ſi extenderetur ad delicta committenda, faceret viam delictis, & faciliùs homines ruerent in peius ſcientes ex vi ipſius indulti poſſe eximi a pœna delicti. Salicet. *in l.* 2. *per text. ibi, C. de gener. abolitio.* Imola *in cap. final. num.* 11. *extra de* 268. 269.

conſtit

[illegible] Iacob. Butrig. *in l. caſtitati, C. ad l. Iul. [illegible] adulter.* poſt Bartol. *in l. cum lex, ff. de legib.* Iul. Clar. *in pr[illegible], quaeſt. 59. num. 10. & 11.* vbi ad[illegible] ſi quis co[illegible]mittat aliquod delictum ante publica[illegible]nem ip[illegible]ius decreti, ſeu gratiæ ſub ſpe tamen decreti, vel indulti, nullo modo delinquentem eſſe indulgendum: quia quamuis dolus præteritus poſſit remitti, nullo modo tamen dolus de futuro eſt remittendus, *l. Aurelius, §. Caio, ff. de liber. leg.* Decius *conſ. 178. num. 3. & in l. contractibus, n. 42. ff. de reg. iur.* Atque ita ſi quis admiſerit, ſeu commiſerit aliquod crimen ante executionem gratiæ, vel ante publicationem indulti ſub ſpe ipſius [illegible]ratiæ, aut indulti, non poterit frui beneficio gratiæ, aut indulti futuri. Non enim eſt rationi conſonum, vt maneat impunitus, qui ſub hac ſpe [illegible]cior, aut peior factus eſt, *l. 1. §. 1. ff. ſi quis teſt. liber iuſſus fuerit.* Quam ſententiam probat Benedict. *in cap. Raynutius, in verbo, mortuo itaque teſtatore 1. fol. mihi 88. col. 3. num. 113. & tribus ſequentibus.* Maſtril. *de indult. generali, cap. 6. num. 6. [illegible] 7.* Vbi multis exemplis probant non eſſe dignos venia, qui ſub ſpe veniæ, ac gratiæ delinquūt.

271. Facit ea tradita à Diuo Antonino *1. part. tit. 10. cap. [illegible]* Cordub. *in ſumma, quaeſt. 21.* & Ioan. de Anania *in tractat. de iubilaeo, dub. vltim.* quos refert Illuſtriſſimus, ac reuerendiſſimus Epiſcopus Por[illegible]lenſis *in tract. de iubilaeo, cap. 10. num. 5.* quatenus dicunt non poſſe abſolui per iubilæum, qui pe[illegible]cauit ſub ſpe conſequendi abſolutionem vir[illegible] illius, nec poſſe eo vti. Quod etiam docuit [illegible]pin. *in cap. per veſtras, de donat. inter vir. & [illegible]* [illegible]cilius meminit Graſſ. *lib. 1. deciſ. cap. 13. de poteſt. confeſſor. num. 39.* per textum *in cap. quando [illegible] de conſecrat. diſt. 4. & cap. illud, de cleric. excommun. miniſt.* Cæterum quoad caſum iubilæi, ſeu bullæ, probabilius eſt poſſe abſolui peccantem ſub ſpe conſequendæ abſolutionis virtute, ac ratione indulgentiarum. Quamuis enim grauius pecc[illegible], [illegible] ex dictis iuribus probatur, ſi crimen, & cu[illegible]mſtantiam confiteatur, ac magno cordis dolore deteſtetur, non eſt illi deneganda abſolutio. Ita Cordub. *de indulgen. quaeſt. 37. propoſition. 3.* Nauarrus *de iubil. notab. 34. num. 4. & 6. & conſ. 30. de poenitent. num. 3. in 2. editione, & conſ. 10. de priuileg. lib. 5.* Syluest. *verbo, indulgentia, quaeſt. 10. verſ. 3.* Bellamera *in lib. de indulgent. 1. cap. 10. verſ. altera,* qui limitant hanc quæ[illegible]ionem quando bulla exciperet hunc caſum.

272. Quare niſi excipiat, eſt abſoluendus peccans ſub [illegible]e iubilæi, ſeu indulti; quia gratia non eſt [illegible]ngenda vltra ſenſum verborum, & ſi inde oriatur occaſio labendi, non procedit ex vi be[illegible], ſed ex abuſu humano. Sicut quam plu[illegible] [illegible]butentes diuina miſericordia, ſumunt iu[illegible]eniam faciliùs ruendi. Nihilominus non [illegible]ntur fructu ſacramenti pœnitentiæ, ſi po[illegible] conuertantur, ac verè pœniteant. Quam [illegible] vltra prælatos ſequuntur Frater Ema[illegible] Roder[illegible]c. *in explicatione bullæ cruciatæ, §. 9. [illegible] 8.* Graſſ. *lib. 1. deciſ. cap. 13. num. 39. [illegible] lib. 4. [illegible] num. 13. & cap. 20. d. lib. 1. num. 5.* Suarez [illegible] *de religione, lib. 6. de voto, cap. 14. num. & vi[illegible]* vocat hanc partem valde probabilem. Se[illegible] [illegible]edeſma *tom. 1. tit. de ſacramento pœnit. [illegible] decimo,* & Rutilius *de anno iu[illegible] [illegible] cap. 15. dub. 14.* quos referens comi[illegible] [illegible]mus, ac reuerendiſſimus Epiſcopus [illegible] *ſupra, num. 5. in 2. part. illius.* Quod [illegible] ſacramentali.

*Fragoſ. Regim. Chriſt. Reipub.*

273. Secus dicendum in foro externo de committente delictum ſub ſpe gratiæ antequam eam obtineat, ſeu ſub ſpe decreti ante publicationem illius. Nam talis gratia, [illegible] decretum nihil proderit delinquenti. Chaſſanæus *in conſuetud. Burgundiæ rubric. 1. §. 5. num. 130. fol. 121.* Maſtril. *d. cap. de indult. num. 3. & num. 6.* Farinac. *in praxi, tom. 1. tit. 1. quaeſt. 6. num. 57.* Bonacoſ. *in commun. opin. p. 5. verſ. gratia, pagin. mihi 79. col. 2. & verbo, gratia facta [illegible] ſtatutis,* vbi reperit tali indulgentia non gaudere, qui commiſerit delictum ſub prætextu talis gratioſi decreti. Confirmatur ex diſpoſitione capitis, *relatum, de ſentent. excommun.* vbi ſeruus grauiter clericum percutiens eo animo, vt Romam vadat pro abſolutione, & ea occaſione eximatur à ſeruitute, ac poteſtate dominica, non tamen conſequetur illam commoditatem, vt teneatur Romam ire, ſed ſub poteſtate domini remanens ab Epiſcopo ſuo poteſt abſolui, vt eſt communis. Benedict. *in d. cap. Raynut. præcitatis numeris.* Quod intellige ſi probetur ea intentione delictum commiſiſſe.

274. Similiter committens in Eccleſia delictum animo gaudendi immunitate, illa priuatur; ſicut priuatur qui committit homicidium extra Eccleſiam, ſed tamen prope illam ſub ſpe tamen gaudendi immunitate; quia conſtat in tali caſu iniuriam Eccleſiæ eſſe factam, vt deducitur ex cap. vltim. *de immunitate Eccleſiæ.* Ex ea ratione, ne videlicet domus Dei fiat latibulum latronum, & ne immunitas, quæ fuit introducta propter bonum finem, & ob reuerentiam Eccleſiarum in iniuriam illarum cedat, & delinquendi occaſionem præſtet. Atque ita delinquentes ſub fiducia illius immunitatis non gaudent illa; ſic Anchаrran. *in d. cap. vltim.* Henriquez Boic. *in cap. Eccleſiæ, colum. 3. de immunitat.* Guid. Papæ *deciſ. 22.* Gig. *de crimin. læſæ maieſt. lib. 1. rubric. qualit. & a quib. crimin. læſæ maieſtatis committ. quaeſt. 10. num. 7. & 9.* Pract. Papien. *in libello inquiſitionis, in 8. col.* Couar. *lib. 1. variar. cap. 10. num. 55.* & Vulpel. *reſponſ. crimin. 130. num. 7. lib. 1.* Quia non eſt dignus venia, gratia, ſeu indulto, qui ſub fiducia veniæ, vel abſolutionis delinquit. Menoch. *de præſum. præſumpt. 10. num. 1. 4. & 5. & num. 12. lib. 5.* Iuuant verba Lactantij Firmiani

275. per Couar. *ſupra, citat. verſ. attenta ratione;* vbi de eleemoſyna ſic ait, ibi. *Nec tamen, quia peccata largitione tolluntur, dari tibi licentiam peccandi putes.* Abolentur enim ſi Deo largiare, quia peccaueras. Nam ſi fiducia largiendi pecces, non abolentur. Ex quibus ſequitur non gaudere immunitatis priuilegio, nec indulgentia delicti, qui ſub ſpe veniæ, aut fiducia decreti deliquunt.

276. Suffragatur Angelus *in l. is, qui bonis, ff. qui bon. ceder. poſſ.* vbi vult contrahentes plura debita ſub fiducia quòd liberabuntur cedendo bonis, non eximi ab obligatione ſoluendi per ceſſionem bonorum ſi de hoc conſtet. Sequitur Felin. *in cap. final. de teſtib.* Brunus *de ceſſione bonor. quaeſt. 30. quarta quaeſt. principal.* Benedictus *in d. verbo, mortuo itaque teſtatore 1. num. 115.* & Din. *in regul. peccatum, in fine, de regul. iuris in 6.* Confirmatur ex Bartol. *in l. 1. §. 1. ff. ſi quis teſt. liber iuſſus fuerit,* contra Præfectum vrbis Romæ, qui coronat Imperatorem, & Imperator de conſuetudine omnibus illius creditoribus ſolet ſatisfacere. Cum ergo præfectus audit Imperatorem vrbi appropinquare, multo maiora debita cōtrahit ſub ſpe quòd ſunt ab Imperatore ſoluenda; quod nō eſſe faciendū

ait ibi Bartolus, cùm ea debita contraxerit ſub fiducia aduentus Imperatoris, ſicut non eximitur à pœna delicti, ſeu carcere, qui ſciens principem venturum crimina committit, vt in eius aduentu liberetur. Benedictus ſupra, & Maſtril. d. *cap. 6. de indulto, num. 7.*

177. Iuuat exemplum ſcientis ſuper frumento taxam futuram ſuper pretio illius, qui ob ſcientiam eiuſmodi incontinenti plus ſolito illud diſtraxit, ſi poſtea poſt publicationem taxæ viliori pretio vendebatur. Tunc enim agi poteſt contra venditorem, venditioque reſcindi tanquam facta in fraudem taxæ futuræ Bartol. *in l. contra legem, num. 2.* poſt alios, *ff. de legib.* Felin. *in cap. 2. num. 8. verſ. & pro hac limitatione, extra de conſtitutionib.* Strach. *in tract. de mercatura, ſub rubric. de ſponſionib. in 4 part, verſ. item quære.* Vincentius *ſub n. 2.* Roman *ſingul 286. incipit, aliquid ſi ſcim magnam mercator*, & Afflict. *deciſ. 399. num 9.* poſt Baldum *in l 2. C. quando liceat ab empt. diſcedere*, vbi concludit venditorem frumenti ſcientem ordinationem futuram de frumento vilius vendendo, ſi non præmoneat emptorem, ſuiſſe in dolo: quod etiam ait Gulielm. *in l. fraus, & in l. contra legem, ff. de legib.*

178. Idem dicas de ſciente conditam eſſe legem, qua pecuniarum valor minuitur, ſi propter ſcientiam huiuſmodi legis nondum promulgatæ plures pecunias cum aliorum iactura expendat, quàm erat diſtracturus, ſi legem ignoraret. Ita Iaſon *in §. final. col. penult. in princip. verſ. undecimò fallit, inſtit. de actionib.* Gratus *conſ. 110. incipit, thema tale eſt, col. 2. in princip. num. 16. verſ. Item videtur decidi, col. 1.* In quo caſu, & ſuperiore notandum eſt peccare contra iuſtitiam tam vendentem frumentum cariùs ſolito pretio currente, quàm expendentem plures pecunias, occaſione ſcientiæ taxæ futuræ, quam aliàs quàm eſſet diſtracturus, tenerique reſtituere damna, quæ eo modo proximi paſſi ſunt iuxta Molinam *infra* citandum. Non tamen peccare ſi pretio currente venderet frumentum in ea quantitate, qua ſolebat vendere ante ſcientiam, vel pecunias expenderet non plures, nec in maiori quantitate propter ſcientiam quam ea excluſa erat diſtracturus. Leſſ. *lib. 2. cap. 21. dub. 5. num. 46.* credit ſuperiorem doctrinam eſſe probabilem, probabiliorem tamen non eſſe contra iuſtitiam etiam occaſione illius ſcientiæ plus mercium vendere, vel plures pecunias expendere. poſt Couar. *ad regul. peccatum, part. 2. § 4. a num 5.* Molina tamen verius putat *diſp. 354. verſ. in hoc tamen euentu*, eſſe peccatum contra iuſtitiam cum onere reſtituendi. Quia occaſione huius notitiæ vterque ditatus eſt. Leſſij verò ratio contraria probans non eſſe contra iuſtitiam eo nititur, quia quandiu lex non eſt promulgata, non obligat, nec vllam vim habet. Ergo quamuis occaſione illius ſcientiæ plus mercium vendas, vel plures pecunias expendas pretio, vel valore currente, non delinquis contra iuſtitiam, cùm tam pretium, quàm valor nondum per legem ſint damnata. Sed hæc reſponſio non placet Molinæ citato. Mihi tamen diſplicet ſi plures merces cariùs vendas, & excedas pretium quo cæteri vendunt. Non tamen ſi plures pecunias expendas ob ſcientiam legis futuræ nondum promulgatæ. Primum enim eſt contra iuſtitiam. Secundum verò non, quia expendit pecunias non ad augendo valorem, ideirco excuſatur a reſtitutione, ſed de his *ſupra, diſp. 3 § 4. n. 262. per tot. & 263.* diximus ſatiſ.

179 An impetrans gratiam de delicto, quod ſecum duxit bonorum confiſcationem, recuperet virtute illius bona confiſcata, & iam fiſco incorporata. Pars affirmans ex eo probatur, quia in dubio beneficia principis ſunt amplianda, & latiſſimè interpretanda: ideo reſtituitus gratia, ac liberalitate principis quoad delictum, præſumitur etiam reſtitutus quoad bona, ſi reperiuntur apud ipſum principem. Sic Bart. *in l. vlt. num. 7. C. de ſent. paſſ.* Iaſon *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, in 2 lectura, num. 7. ff. de liber. & poſthum.* Menoch. *conſ. 103. num. 25.* Nellus *tract. de bannitis, in 2 p. perty temporis, q. 4. num. 13.* & Andr. Gallus *in l. 2. de pace public a, cap. 19. num. 10.* Idem Bartol. affirmat *in l. 1. §. quæ vltra, ff. de quæſtion.* Paul. Ghil. *de relax. a carcer ſub tit. de beneſic. & indulg. princ. quæſt. 2.* Boſſius *in tit. de remed. ex ſola clemen. princ. num.* & Iul. Clar. *in praxi, quæſt. 59. verſ. quæro nunquid*. Vbi probat per gratiam factam pro delicto cenſeri delinquentem reſtitutum quoad bona nondum in aliquem tranſlata, niſi contrarium appareret de mente principis.

Sed quamuis regula illa, *beneficia principis ſunt latiſſime interpretanda*, vim habeat, per leg. vltimam, & ibi ſcribentes *ff. de conſtit. princip.* & leg. *ſi quæras*, vbi Bartol *C. de bonis, vac. lib. 10.* non tamen procedit, quando princeps beneficia confert contra ordinem rectæ iuſtitiæ, & contra publicam commoditatem, qualia ſunt indulgentiæ, ſeu gratiæ delinquentibus conceſſæ, vt conſtat ex lege, *nam ſalutem, in principio, ff. de officio pr*... vig & ex leg. *congruit, ff. de officio præſidis*, præſertim quando beneficia cedunt in damnum fiſci, tunc enim debent reſtringi, & ſtrictè iure legi quantum fieri poteſt, ne fiſcus lædatur, vt habetur *in l. damnoſa*, & ibi Iaſon *C. de precib. imper. offer.* Nec etiam obſtat lex 1. §. *ſi quis vltro, ff. de quæſtionib.* per quam Bartol. tradidit aggratiatum de delicto non ſolùm immunem eſſe à pœna corporali, ſed etiam vigore gratiæ bona ſibi eſſe conceſſa à principe, ac reſtituta, quia textus ille non decidit rem in indultato ex mera liberalitate, ſed tantùm loquitur de bannito, ac criminoſo, qui poſtea fuit repertus innocens. Atque ita fuit reſtitutus ratione innocentiæ ad omnia bona ſua, & à crimine impoſito omnino abſolutus. In quo euentu cum delictum remittatur ex iuſtitia potius, quàm ex gratia, & iuſtitia tantum reſtituat, quantum iniuſtitia aufert: ideirco huiuſmodi aggratiato bona confiſcata ſunt reſtituenda. Ita Salicet. reſpondet *in l. final. C. de ſententiam paſſ.* Boſſius *in tit. de remed. ex ſola clemen. princip. num. 2.* vbi ſic exponunt textum *in d. l. 1. § ſi quis vltro, ff de quæſtion.* vbi Bartol. pro ſua opinione affirmatiua ſecit ...um fundamentum. 280.

Cæterùm pars, quæ aſſerit aggratiatum ex indulgentia principis eſſe immunem dumtaxat à pœna perſonæ, non tamen ad bona reſtitutum, eſt magis vera, & in praxi tenenda, niſi princeps id exprimat. Ita Bald. *in l. ſi ademptis, C. de ſentent. paſſ.*, Salicet. *in l. vltim. circa finem, C. eodem.* Quæ ſententia fortioribus rationibus comprobatur. Nam per ſolam indulgentiam pœna dumtaxat remittitur, gloſſ. *in §. pari ratione, inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt. ſoluit.* Bald. & Imola *in l. liber homo, §. ſi heres, ff. de hered. inſtit.* Angelus de Gambara *conſ. 71. num. 51. in 2. tom. crimin.* & Anton. Gomez *tit. de sort. reor. num. 58 ſub verſ. item adde.* Probatur, quia verbum *indulgeo*, aut ſimile, quo vtitur princeps, ſolà criminis remiſſionem importat 281.

[illegible] quoad pœnam corporalem, *l. generali, C. [illegible] ſentent. paſſ.* & Boniſac. Vital. *in ſua praxi, in [illegible] de benefi. & indulgent. princip.* Maſtrill. *de indu[illegible] gener al. cap 23. num.5. fol.86.* vbi loquitur de [i]ndulgentia ſpecialiter conceſſa alicui, quæ non trahitur niſi ad remiſſionem pœnæ corpora[l]is [illegible]m dicendum quando verba gratiæ de ſui [illegible] non ſunt apta ad comprehendendum reſtitutionem bonorum. Sic Peregrin. *de iure fiſci, [illegible] tit.2. num 17.* poſt Baldum, Imol. Alexand. A[illegible] & alios, quos ibi refert, ac ſequitur Ca[ro]l Tappia *in rubric. de conſtitut. princip. cap.3. num.7.*

182. Secus iudicabis quando princeps in gratia con[ced]enda vſus fuit verbo, *reſtituimus*, tunc enim gratia eximit a pœna, & extenditur etiam ad bona. text. *in l 1. §. final. C. de ſentent. paſſ.* & ibi Bartol. & Salicet. Boſſius *de remed. ex ſola clemen. princip. num.10. 11. & ſequentib.* Gomez *de delictis, tit. de tort. reor. ſub num.* 83. Rolandus *conſ.45. num.20. vol.4.* Farin. *tom.1. quæſt.6.n.32.* multis ibi de more allegatis, vbi addit ſi princeps vtatur verbo, *rebannimus*, quod verbum tantum ſonat, quantum verbum *reſtituimus*, & quamuis Farinac. dubitet valde de hoc: Ghriland. tamen abſolute aſſerit *eodem tit. de benefic. & indulgen princip. quæſt.1. & quæſt. 3.* idem eſſe *re[ba]nire*, atque *reſtituere*. Sed an hoc ità ſit, tu cogita. Nam reſtitutus per gratiam non ſolùm [re]bitur ad bona, ſed etiam cenſetur exemptus a pœna. Quinimo hoc fortius procedit, quando princeps vltra verbum *reſtituimus*, vtitur verbo *indulgemus*. Caroll. Tapp. *in rubric. de conſtitution. princip. num.8* idem Ghriland. *ſupra, q.1. [illegible] 3* Nell. *de bannitis prima par. tertij temporis, quæſt.4.* quos ſequitur Maſtril. *de indulto general. cap 2[illegible] num.15.*

183. Eodem modo bona ſunt reſtituenda aggratiato, ſi princeps non ſimpliciter gratiam, ſed plenam vel [p]lenariam faciat Nam hæc trahitur ad bona con[fiſ]cata, ſi princeps dicat, *plenam gratiam facimus* Specul. *in tit. de legat. § 1. verſ. quid ſi degraduatus*. Ioan. Andr. *in cap. quamuis*, vbi Geminian *in fine, de reſcriptis in 6.* Roland. *conſ.45. num.19. vol.4.* Felin. *in cap. inter quatuor, num.6. in fine, de maiorit. & obedien.* Iaſon *in l. poſthumus, [illegible]ol. final C. de bon. poſſ. contra tabul.* Pariſ. *conſ[illegible]. num.57. vol. 4.* Hinc clericus plenè reſtitutus per eam gratiam recuperat beneficium. Secus quando gratia eſt ſimplex, quia non trahitur ad beneficium. Roland. *ſupra*, niſi forte in reſtitutione ſimplici inſerta eſſent verba valde prægnantia, & extraordinaria. Mohed. *deciſ. 5. & [illegible]. in tit. de reſtit. ſpoliator.* Peregrin. *de iur. fiſci, lib. [illegible]. tit. 2. num.41.* Quibus accedit Farinac. *d. quæſt.6. num.18. verſ. & in ſpecie*; vel princeps [illegible]us ſit in gratiis concedere non ſolùm immu[nitat]em à pœna, ſed etiam reſtituere bona; quia [illegible]s diſpoſitio ſumit declarationem ab iis, [quæ] fieri ſolent, ſecundum Innocent. *in cap. [illegible]dim. de verbor. ſignificat. in principio*. Boſſ. *de [re]med ex ſola clemen. princip. num. 8.* Ioan. F[illegible]e Pont. *conſ.69. in fine*, poſt Iaſo. *in l. certi condictio, §. ſi nummos, col.3. & ſequent. ff. ſi certum petat* Idem Farinac. *num. 31.* & Maſtril. *ſupra, num [illegible].*

184. Quæſtionis eſt an principis gratia ſimplex, & ſimp[lici]ter conceſſa trahatus ad bona ante ſen[tentia]m, & ante confiſcationem? Certum eſt non t[rahi] ad bona confiſcata poſt ſententiam, ſed ad bona confiſcanda ante ſententiam trahi. Sic Anton. Gomez *tit. de tort. reor. num 38. verſ. item adde*, per textum *in l. reſcripta, in fin. C. de prec. imper. offer.* ibi, *vel crimen ſupplicantibus indulges. & in l.2. C. de ſentent. paſſ. l. fin. C. de general. abolit. in verſ. Indulgentia, patres conſcripti, quos liberat, notat, nec infamiam criminis tollit: ſed pœnæ gratiam facit*. Imò etiam habet locum in bonis alienatis in tertium ante latam ſententiam, eaque recuperat. Afflict. *in cap.1. num.32. de vaſſall. decrep. ætat.* Oddus *de reſtitution. in integrum, part.2. quæſt.99. art.6. num.46.* Peregrinus *de iure fiſci, lib. 5. titul. 2. num. 68.* Azeued. *lib.8. recopilat. tit.25. l.1. num.26.* Menoch. *lib.5. præſump.46. num. 6.* poſt alios, quibus adhæret Molin. *tract.3. num.9.* vbi addit tamen in hoc caſu non manere infamem, quamuis propter illud crimen infamiæ pœna notaretur Sequitur Zauall. *in commun. contra commun. concluſ.8[illegible]4.* Gram[matic]us *deciſ.105. num.18.* & alij, quos referens ſequitur Farin. *d. quæſt.6. num.16.*

Quod ſi princeps poſt latam iam ſententiam ſolum dicat in gratia ſe remittere delictum, nullo alio verbo addito, cenſetur remiſiſſe indultato pœnam corporalem duntaxat, non verò pœnam pecuniariam, nec pœnam infamiæ. Molin. *num.10.* & conſtat ex dictis. Secus ſi princeps dicat, *reſtituo te in integrum*, aut *in ſtatum priſtinum, vel reſtituo te in ſtatum, in quo eras ante commiſſum delictum*. Tunc cenſentur omnes pœnæ remiſſæ, & infamia abolita, illique ſunt reſtituenda bona omnia, quæ fuerint reperta apud fiſcum. Non tamen ea, quæ ſunt a principe in alium tranſlata, ſiue titulo oneroſo, puta, venditionis, vel alio ſimili. Non enim præſumitur ad ea bona reſtitutus. Sic Alciatus *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, in 2. lectur. num.73. verſ. fallit in præiudicium tertij, ff. de liber. & poſthum.* Socin. iun. *num.108.* & alij, quos referens ſequitur Menoch. *de præſum.46. num.5. & de recuperand. poſſeſſ. remed. 10. num. 101.* Siue ſint alienata bona titulo lucratiuo. Nec etiam hoc caſu bannitus præſumitur ad ea reſtitutus, niſi princeps in ſpecie exprimat. Molin. *ſupra, num.11.* Ratio, quia de iure communi indulgentia, ſeu reſtitutio à principe conceſſa non extenditur ad bona iam alienata, ac tertio tradita. Ita Bartolus *in dict. l. Gallus, §. & quid ſi tantum, num. 13. ff. de liber. & poſthum. & in l. final. C. de ſentent. paſſ.* Lucas de Pen. *in l. ſi coloni, quæſt. 25. C. de agr. & cenſit. lib. 11.* Oddus *de reſtitution. in integr. 2. part quæſt.99. art. 6. ſub num.42.* Baldus *in l. ſed ſi hac, §. quod ſi per pœnam, ff. de ius in voc.* Iac. de Belug. *in l. fallacitas, C. de abolit.* Gomez *tit. de tort. reor. num.36.* Menochius *de recuperand. poſſeſſ. remed 1[illegible]. num. 1[illegible]* & Chaſſanæ. *in conſuet. Burgund. rubrica 1. §.5 num.194. verſ & quoniam*. Maſtrill. *d. cap.20. num. 29.* idem Menochius *conſ.482. num.5. & 6. & num.10.* Azeued. *l.1. num.20. & ſequentib. tit. 25 de los perdones, lib.8.* Tappia *in rubric. de conſtit. princip. cap.3. num.19.* Surdus *conſ.203. per totum volum.2.* Probatur per text. *in cap. quamuis, de reſcriptis in 6.* dum ibi deciditur reſtitutionem factam nunquàm intelligi conceſſam cum præiudicio tertij. Item, quia actus quando retrotrahitur, non venit in præiudicium aliorum, ſed eorum duntaxat, qui actum fecerunt, teſte Tiraq. *de vtroque retract. in 1. part. §.1. gloſ.10. num.71.* Vbi in ſpecie loquitur de reſtitutione.

*Fragoſ. Reg[im]. C[h]riſt. Reipubl.*

285. Quare gratia conceſſa ſemper debet intelligi ſaluo iure tertij, per textum aureum *in l. 2. §. ſi quis à principe, ff. ne quid in loco publico, l. & ſi ſi-ne, §. ſed quod Papinianus. ff. de minorib.* Bero. *conſ. 76. num. 104. & 107. vol. 1.* Abbas *in cap. inter quatuor. de maioris. & obedien.* Quod etiam procedit quando ius eſt quæſitum in ſpe, non autem in re, vt notat Ioan. Andr. *in cap. iuris ignorantia, de regul. iuris in 6.* Aretin. *conſ. 17. in fine.* Cum ergo reſtitutio ſit quoddam beneficium à principe conceſſum, non debet intelligi in præiudicium tertij, *cap. ex tuarum, de auor. & vſu pal.* Decius *conſ. 525. num. 7. & ſequentib.* vbi amplias hoc habere locum etiam quando agitur de leui tertij præiudicio. Hinc fit, vt beneficium à clerico bannito ademptum, & alteri collatum, non reſtituatur clerico reſtituto. Ita Iaſon *in d. §. & quid ſi tantum, num. 59. & 72.* & Gailios *in lib. 2. de pace publica, cap. 19. num. 5.* Menoch. *de præſum. lib. 5. d. præſum. 46. num. 7. & d. remed. 15. num. 104.* Ob quam cauſam doctor collegij reſtitutus a banno non ſibi vendicat, nec recuperat locum ab alio doctore occupatum. Aquilin. *in d. §* & quid ſi tantum *in 2. part. n. 97. ff. de liber. & poſthum.*

Nec refert ſi dicas ab indultato fuiſſe expreſsè ſupplicatum reſtitui aduerſus bona alienata. Quia ſupplicatio non operatur, nec conſequitur bona, quæ fuerunt petita, niſi expreſſe concedantur. Aliter non attenditur ſupplicatio, ſed conceſſio in priuilegiis. Abbas *in cap. 2. de treug. & pace*; vbi notat conceſſionem, non verò petitionem ſupplicantis eſſe conſiderandam; quem ſequitur Mandel. *conſ. 756. volum. 4.* & Natta *conſ. 98. num. 2.* Quæ reſolutio tradita fuit multo ante ab Innocent. *in cap. ſuper literis de reſcript.* Alexand. *conſ. 94. colum. 2. lib. 3.* Pariſ. *conſ. 107. num. 21. vol. 4.* poſt Baldum *in l. 1. colum. vltim. C. ſi contra ius*, & Loffed. *conſ. 14. num. 35.* Atque ita ſemper excipiuntur bona alienata quocunque titulo fuerint in alium tranſlata, nec præſumitur indultatus ad ea eſſe reſtitutus cum præiudicio tertij, vt poſt plures probat Roland. *in diſt. cap. 46. à num. 12. cum ſequentibus*, & Brunor. à Sole *quæſt. 19. à num. 11. vſque ad n. 28.* & Ruin. *conſ. 97. volum. 5.* Quæ deciſio etiam habet vim in gratia facta motu proprio ſecundùm Decium *conſ. 544. in fine*; *& conſil. 525. colum. final.*

286. Sed dices nullum eſſe inconueniens, nec præiudicium tertij ſi bona alienata aggratiato reſtituantur. Quia ſi princeps titulo oneroſo alienauit bona confiſcata, poſſeſſor nullum patitur præiudicium, quia princeps tenetur de euictione ſi vendidit, & emptor à principe pretium repetet, vt notat Bartolus *in l. quicunque, C. de fid. inſtrument. lib. 10.* Angel. *in l. ſenatus, ff. ad Syllan.* & habetur *in l. 1. & 2. C. de quadrien. præſcript.* & ibi Angel. Menoch. *conſ. 103. num. 31.* ſicque fuiſſe iudicatum refert Pedemont. *deciſ. 47.* Quia quamuis hæc ratio videatur probabilis ſeu apparens, præſertim in contractu oneroſo, non verò in contractu lucratiuo, in quo non tenetur de euictione princeps; germana tamen ratio eſt, quia priuilegia fiſco in dubio damnoſa ſemper interpretanda ſunt quantum fieri poteſt, vt minus noceant fiſco *l. damnoſa, C. de precib. imper. offer.* Vnde quando princeps gratiam, & reſtitutionem fecerit quoad bona, ſemper intelligi debet de bonis fiſci, hoc eſt de bonis, quæ fuerint adhuc apud fiſcum, non verò de bonis iam alienatis, quæ non ſunt in poteſtate fiſci. Maſtril. *d. cap. 22. num.* & Farinac. *d. quæſt. 6. num. 33. fine.*

Non eſt tamen negandum, quando bona alienata per principem, & poſſeſſa per tertium poſſeſſorem, delinquenti reſtituto reſtituuntur, poſſe emptores horum bonorum de pretio conuenire fiſcum, *l. ſi quando, C. de oper. public. l. ſi locus, §. final.* & ibi gloſſa *ff. quemad. ſeru. amittat.* Bart. *in l. quicunque, C. de fid. inſtrum. lib. 10.* Angel. *in l. ſenatores, ff. ad Syllan.* Alca. *clem. in tract. de patr. poteſt cap. vlt. num. 42.* & Decia. *in tract. crimin. lib. 5. tit. de abolit. num. 89.* Gratia tamen ſuſtinebitur, etiamſi fiſcus non reſtituat pretium, vt ait Lucas de Pen. *in l. fin. col. 18. C. de loc. ac. præd. lib. 1.* quem ſequitur Afflict. *ſuper conſtit. regni in prælud. quæſt. 4. num. 8.* Quod eſſe diligenter notandum docet Oddus *de reſtit. in integr. part. 2. quæſt. 99. num. 71. & 72.* Quin etiam Emman. Coſta *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, in 2 p. num. 63. verſ. cum reliqua, & num. 64. ff. de liber. & poſthum.* ſubdit, ſed minùs benè, quando reſtitutus in integrum nequit habere regreſſum pro pretio rei ſuæ contra fiſcum, nempe quia alienauit titulo lucratiuo, vel quia eſt pars nimis dura; poſſe bona ſua de manu poſſeſſorum eripere, quod non probo. 287

Addo quando dicitur aggratiatum poſſe recuperare bona ſua alienata, vel eorum pretium à fiſco, vt volunt Bartol. *in l. final. num. 7. . de . paſſ.* & Alciatus *in d. l. Gallus, §. & quid ſi tantum, num. 122. & 124. ff. de liber. & poſthum.* id eſſe intelligendum, quatenus fiſcus factus fuerit ditior, teſte eodem Bartol. & Ghirland. *de relaxat. carcerat. tit. de benefic. & indulg. quæſt. 5* eo quòd fiſcus habetur loco hæredis illius delinquentis damnati, *l. 2. C. de bon. præſcript.* Cum ergo ſit legitimus, & bonæ fidei poſſeſſor, non tenebitur pretium rei alienatæ reſtituere, niſi quatenus factus fuit ditior, *l. tutor. ff. ad l. Iul. de vi.* Iul. Clarus *d. quæſt. 59. num. 6. verſ. bene poſſet ita reſtitutum.* Quæ ſententia quamuis de rigore iuris ſit verior, ac communior, vt tradunt Clar. *ſupra*, & Nellus *in tract. de bannitis, in prima par. tertij temporis, quæſt. 6.* Nihilominus contraria ſeruatur in praxi, teſte eodem Nello & Claro, quos ſequitur Farin. *d. quæſt. 6. num. 43. ad finem*, vbi ait plenariè reſtitutum nunquam à fiſco pretium rerum alienatarum recuperaſſe, neque ſe id vidiſſe, neque audiuiſſe.

Non tamen hinc ante diſcedam quàm dixerim indultatum ex gratia principis ad bona, non poſſe recuperare fructus interim perceptos, text. *in authen. idem eſt de Neſtorianis, C. de hæretic.* qui deſumptus eſt ex *§. generalem, in authen. vt cùm, de appellat. cogno.* vbi dicitur exiſtentibus aliquibus liberis fidelibus, quibuſdam verò infidelibus portiones legitimas omnium apud fideles eſſe deponendas; quod ſi infideles conuertantur, eiſdem partes eorum eſſe ſine fructibus reſtituendas. Ita Albet. *ibi*, & Zanal. *commun. contra commun. quæſt. 875.* Confirmatur exemplo officialis ab officio depoſiti, & ad illud poſtea ex beneficio principis reſtituti, qui non recipit ſalarium pro tempore, quo fuit depoſitus. Ita Felin. *in cap. Apoſtolica, num. 12. de except.* Boſſius *de remed. ex ſol. clemen. princip. num. 11. & de reſtit. quæ fiunt à principe, n. 17.* Decia. *tract. crimin. lib. 5. tit. de abolit. num. 60.* Boër. *deciſ. 98. n. 5.* vbi probat clericum iuſtè excommunicatum 288.

poſt

poſt abſolutionem non poſſe recuperare fructus medij temporis ſibi ſubtractos. Quod etiam ait gloſ. vltim. *in fine*, quam ibi ſequuntur Hoſtienſ. & Henric. Bohic. *in cap. paſtoralis*, §. *verum, de appellation.* Faciunt tradita à Iul. Clar. *d. quæſt. 59. num. 7.* & Baiard. *num. 66.* dicentibus in ſpecie reſtitutum non recuperare fructus ex bonis tam alienatis, neque ex non alienatis. Quod etiam dixit Boſſius *ſuprà, tit. de reſtit. quæ fiunt à princip. num. 17. & tit. de remed. ex ſol. clem. n. 11. & ſeqq.* & Gomez *tom. 3. de delictis, tit. de tort. reor. num. 38.* vbi concludit non eſſe recedendum tam in iudicando, quàm conſulendo ab hac ſententia.

189. Obſtat huic doctrinæ non eſſe plenè reſtitutum, qui recuperat bona, non tamen eorum fructus, ob quam regulam Ruin. *in d. l. Gallus*, §. *quid ſi tantum, num. 185. in fine, ff. de liber. & poſthum.* & Iaſon *num. 52. & 67.* opinantur huiuſmodi reſtitutum ſimul cum bonis fructus illorum recuperaturum. Quibus accedit Decius *in l. in condemnatione, in fine ff. de regul. iur.* & Nellus de bannitis *prima par. tertij temporis, in 7. quæſt.* vbi reſpondet ad Authent. *Idem de Neſtorianis.* Sed falluntur omnino; nam regula legis *in condemnatione*, §. *cum verbum, reſtituas, de regul. iur. & regula in l. videamus, la ſecunda*, §. *in Faniana, verſ. final. ff. de vſur.* in quibus ipſi faciunt ſua fundamenta, non loquuntur in noſtro caſu, ſed in diuerſo, nempe de reſtitutione bonorum, nulla præcedente culpa petentis reſtitutionem bonorum. In noſtro verò caſu bonorum alienatio facta fuit per delictum, & culpam. Cùm ergo ex mera gratia bannitus reſtituatur, debet intelligi ſine fructibus, cùm medio tempore, & bona iuſto titulo fuerunt poſſeſſa, ac fructus bona fide percepti. Ita Gomez *ſupra, d. num. 38. prope finem* Atque ita ab hac ſententia non eſt recedendum, cùm ſit communis. Clarus ſuprà *verſ. quæro etiam*, Burſat. *conſ. 54. num. 13.* Roland. *d. conſ. 45. num. 8. vol. 4.* Galiaul. *in dict. §. & quid ſi tantum, num. 62.* Alexand. *num. 21.* Io. Crot. *num. 121. verſ. notate tamen*, & ibi Coſta *in 2. p. n. 74.* Couar. *1. var. c. 3. in fine*, & alij pluris, quos ſequitur Oddus *d. p. 2. quæſt 99. art. 14. à num. 123. vſque ad num. 128.*

Probatur, quia reſtitutio gratioſa non retrotrahitur, neque tollit dominium prout ex tunc; ſed prout ex nunc. Ita Bald. *in l. final. num. 12. C. de ſent. paſſ. & in l. 1. circa finem, C. de conuent. fiſci debit. lib. 10. & in l. nam ad ea ff. de leg.* vbi reddit rationem ob quam reſtitutio gratioſa non fingat retro, nempe quia interim bona confiſcata non competunt bannito, neque in re, neque in ſpe, ſed ipſe pro mortuo habitus interim fuit, & bona eius tanquam legitimè acquiſita in poteſtate fiſci. Vnde fructus conſequenter bona fide facti ſunt eiuſdem fiſci. Quare iniuſtum eſſet, bona fide poſſeſſor obligetur ad reſtituendos fructus præſertim non extantes, qui bona fide, ac titulo ſunt conſumpti. Nec facit contra poſſitum habere ſpem huius reſtitutionis gratioſæ: quia hæc ſpes non venit in conſiderationem. Imò potius difficilis, & tanquam impoſſibilis reputatur, vt bene notat Paris. *conſ. 187. num 45. 4. per l. apud Iulianum*, §. *final. ff. de legib.* & Curtius iun. *conſ. 182. num. 23. lib. 2. per l. 4. §. quid ergo, ff. de fid. libert.* Oddus *ſuprà, num. 128.*

Placet tamen reſtituendos eſſe fructus ſimul cum bonis, quando reſtitutio facta fuit à principe ex cauſa iuſta, ſeu vt alij loquuntur per viam iuſtitiæ, ſeu per viam reformationis tanquam de iniuſtè damnato, & innocente, qui à principe reſtitutus innocentiæ, recuperat bona, ac fructus. Oddus *ſuprà, num. 131.* Natta *conſ. 471. in fine.* Alexand. *in d. §. & quid ſi tantum, num. 7.* Socin. ibi iun. *num. 111.* Fortun. Garzias *in d. §. & quid ſi tantum, num. 253.* Couar. *d. lib. 1. var. cap. 3. num. 15. in fine*, & Cordub. *in l. ſi quis à liberis, §. ſed vtrum, num. 10. ff. de liber. agnoſc.* Quibus accedunt Io. Vinc. *de ann. in cap. 1. num. 219. de vaſſall. decrepit. ætat.* Carol. Tap. *de conſtit. princip. in rubric. cap. 3. num. 38.* Farinacius *d. quæſt. 6. ſub num. 44.* Ratio, quia reſtitutus iſte innocens dicitur à delicto, quamuis propter contumaciam fuerit bannitus, atque ita non fuit verè bonis ſuis priuatus. Menoch. *d. præſum. 46. num 2. & 3.* Maſtrill. *de indulto cap. 22. num. 69.*

Idem cenſetur in pleniſſimè reſtituto ex gratia, quando in ea dicitur reſtitutus perinde, ac ſi bannitus non fuiſſet, neque condemnatus. Is enim & bona, & fructus perceptos recuperabit, etiamſi poſſeſſores talium bonorum cauſam à fiſco habuiſſent. Eo quod dictio, *perinde*, omnimodam ſimilitudinem denotat. Rolandus *d. conſ. 45. num. 32. vol. 4.* Burſat. *conſ. 54. num. 13. lib. 1.* Alciat. *in d. §. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſthum. num. 74.* Bonacoſ. *in commun. opin. 2. parte verſ. gratia principis facta bannito, pag. 33. col. 4.* Ferret. *in tract. de gabellis, num 170.* Quam opinionem Odd. *ſupra, num 130.* exiſtimat veram, quando princeps cum cauſa talem reſtitutionem concederet; quia ſicut in eo caſu gratia trahitur ad bona alienata, & in præiudicium tertij, quando princeps ita vult; ita etiam debet trahi ad fructus interim conſumptos, quod non poteſt fieri abſque cauſa à principe. Alias non putat eſſe veram, quia non poteſt hoc fieri ſine cauſa, vt etiam ſentit Burſat. *ſupra.* A quibus Maſtrill. *num 71.* & Farin. *num. 44. ad finem*, non diſcordant. Quia ex cauſa, nempe publicæ vtilitatis, poteſt princeps delinquenti bona in alium alienata reſtituere. Clarus *d. quæſt. 59. verſ. Item quæro.* Roland. *ſuprà, num. 33.* ſicut poteſt reſtituere bannitos ex cauſa publicæ vtilitatis, aut pro bono pacis ad bona etiam alienata Bartol. *in d. l. quicumque, num. 4. C. de ſal. inſtrum. lib. 10.* Gabriel *tit. de iur. quæſit. non tollend. concluſ. 2. num 16. lib. 3.* Menoch. *23. remed. de recuper. poſſeſſ. num. 111.* Odd. *ſupra, d. quæſt. 99: art. 8. num 54.* Peregrin. *de iur. fiſci, tit. 2. num. 49.* Quod ſi faciat ſine cauſa princeps reſtitutionem expreſſam bonorum alienatorum iuſtè damnato, vitiabitur talis reſtitutio, cùm ſine cauſa non poſſit auferri ius priuatorum, *l. princeps, ff. ne quis in loco public.* Angel. *in l. bene à Zenone, C. de quadrien. præſcription.*

An verò debeat princeps exprimere cauſam iuſtam in ſpecie ob quam moueatur ad reſtitutionem faciendam? Communiter doctores dicunt in dubio præſumendum principem ex cauſa iuſta motum fuiſſe ad hanc reſtitutionem faciendam. Sic Socin. iun. *in d. l. Gallus, §. & quid ſi tantum, n. 110.* & latè probat hanc eſſe communem ſententiam Vaſquius *controuerſ. illuſtr. cap. 26. à num. 17.* Quare ſtante hac communi opinione non eſt neceſſaria expreſſio cauſæ, ex qua princeps motus fuit in ipſis literis gratioſis, prout voluit Menoch. *conſ. 103. in 2. dub.* Mihi tamen magis placet, quod ponatur expreſſio cauſæ in literis gratioſis, teſte Oddo *in d. quæſt. 99. art. 8. à num. 54. & ſequentib.* & Vaſquio, vbi ſupponunt ea modo, reſpondendi cauſam

* *Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.*

eſſe exprimendas, præſertim quando fit reſtitutio ob publicam vtilitatem, ſeu propter pacem habendam. Vide Oddum *ibi*.

Ex dictis ſequitur reſtitutum ex gratia non recuperare cum bonis fructus bona fide perceptos, & conſumptos. Secus dicendum de pendentibus, vel extantibus. Hi enim poſſunt recuperari à reſtituto per viam gratiæ. Garcia *in d. §. & quid ſi tantum, num.* 252. Oddus *art.* 14. *num.* 129. Quia ſcilicet reſpectu illorum fiſcus fit locupletior; Quod procedit in illis, qui à fiſco legitimum titulum, & cauſam habent. Quod ſi temere occuparunt bona damnatorum, ſecus eſt dicendum, quia non fuerunt poſſeſſores bonæ fidei, ſed malæ. Crot. *conſ.* 127. *ad finem, lib.* 1. Alciatus *in d. §. & quid ſi tantùm, num.* 128. quos ſequitur Maſtril. *num.* 72. vbi loquuntur quando bona bannitorum fuerunt à tertio occupata abſque titulo, & eſt Oddi *d. art.* 14. *num.* 132. Probatur ex regula emptoris, vel poſſeſſoris malæ fidei, qui non ſolùm tenetur reſtituere rem ipſam, aut pretium eius, ſi forte iam rem non habet, ſed etiam omnes fructus rei fructiferæ, quos ex illa percepit, & quos dominus diligens ex illa toto illo tempore intermedio percepiſſet; nec non damnum emergens, & lucrum ceſſans, ſi quod inſuper dominus rei pateretur. Cottar. *in regul. peccatum, de regul. iur. lib.* 6. *part.* 2. *§.* 6. *num.* 4. & *§.* 12. *num.* 2. *ex l. cos, l. de furtis, & ex l. ſeruus, ff. de condict. indebit.* Molin. *tract.* 2. *diſp.* 724. *concluſ.* 1. & alij, quibus accedit Sayr. *in claui, lib.* 10. *tract.* 2. *cap.* 3. *num.* 2. Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 12. *dub.* 17. *num.* 111. & *num.* 116. idem confirmat; quia poſſeſſor malæ fidei ſua detentione iniqua eſt cauſa totius damni, quod dominus rei percipit. Ergo non ſolùm tenetur reſtituere rem, ſed etiam fructus rei qui cedunt in dominium illius, cuius eſt ipſa res, *§. at verò, inſt. de rer. diuiſ.*

191. Quod adeo verum eſt, vt iniuſtus detentor teneatur omnes fructus rei alienæ fructiferæ naturales, ac partim naturales, & partim induſtriales reſtituere domino, deductis expenſis, tam in rei conſeruatione, & cultura, quàm in fructuum collectione. Colligitur ex cap. *grauis, de reſtit. ſpoliat.* & cap. *ſi culpa de iniur. & damno dat.* Ex quibus deducitur, ſi dominus diligenter excolendo rem fructiferam accipiebat triginta, & iniuſtus poſſeſſor viginti duntaxat, quia negligenter coluit, teneri malum poſſeſſorem reſtituere vero domino triginta, quia ceſſanit lucrum ex negligentia detentoris iniuſti. Ita doctores *ſupra*.

Sed quid dicendum ſi bannitus antequam bona alienentur, & fructus percipiantur, offerat ſupplicationem principi. Dicendum eſt quamuis per ſupplicationem executio in bonis regulariter non impediatur, nihilominus alienata interim bona reuocari. Ita Socin. *in d. l. Gallus, §. quid ſi tantùm, num.* 112. *ff. de liber. & poſthum.* Oddus *ſupra, num.* 134. & *quæſt.* 166. *art.* 1. *num.* 5. vbi ait pendente ſupplicatione non retardari executionem; reuocari tamen alienata, ſi poſtea ſequatur reſtitutio, fructuſque perceptos interim reſtituendos eſſe. Maſtril. *d. cap.* 20. *num.* 73.

192. Quid dicendum quando maritus ex diſpoſitione legis conſequitur bona, ſeu dotem vxoris bannitæ, & ipſa reſtituatur? Reſpondet Felin. *in cap. inter quatuor, num.* 5. *de maioris. & obedientia*, ſi à principe reſtitutio concedatur, recuperare vxorem bona ad maritum delata. Sequitur Galliaul. *in d. l. Gallus, §. & quid ſi tantum, num.* 72. *ff. de liber. & poſthum.* Quo etiam modo recuperabit dotem, vel donationem propter nuptias, ſi reſtituatur aduerſus ſententiam adulterij, non obſtante textu *in cap. plerumque extra, de donation. inter vir. & vxor. & in l. conſenſu, C. de repudijs*, per quos tam dos, quàm donatio propter nuptias applicantur marito, vxore adulterante, vt notat Menoch. *de arbitr. num.* 12. *& duobus ſequentib.* diuortio tamen ſequuto, & conſtat ex lege Luſitana *lib.* 5. *titul.* 25. *§.* 6. ibi, *e em todo caſo onde a molher for condenado a morte por adulterio, auera o marido que a acuſar todos ſeus bens, aſſi dotaes, como quaeſquer outros que a eſſe tempo tiuer, ou lhe pertencerem naon tendo ella filhos.* Quod etiam eſt certum de iure Caſtellæ ex leg. 1. *tit.* 20. *lib.* 8. *noua recopilat.* & docent Barboſ. *l.* 2. *part.* 1 *in principio, num.* 58. *ff. ſolut. matrim.* Gomez *in l.* 80 *Tauri, num.* 47. Sanchez *de matrim. lib.* 10. *diſp.* 8 *a num* 4. *& ſequentib.* vbi *num.* 13. docet deſiderari ſententiam, vt adultera dotem, cæteraque bona amittat, cum ſit pœna. Qui loci id probat auctoritate grauium auctorum. Fatinac. *quæſt.* 142. *num.* 7. Molin. *de iuſtit. tom.* 4. *tract.* 3 *diſp.* 90 *n.* 2. Nihilominus ſi vxor reſtituatur ex gratia principis, recuperabit bona marito acquiſita ob adulterium. Brunor. à Sole *in ſuis quæſtionib. legal.* 1 *ſub num.* 46. Maſtril. *d. cap.* 22. *num.* 96.

Ambigi poteſt, an reſtitutio gratioſa extendatur ad omnes dignitates etiam de futuro propter bannum amiſſas? Affirmat Afflict. *in cap.* 1. *de vaſall. decrepit. ætat.* Text cum gloſſ. *in §.* 1. *verſ. ſed ſi ex indulgentia, inſtit. quib. mod. ius patri. ſoluit.* Quia reſtituit gratia illa ea omnia, quæ bannum abſtulit. Sic Oddus *de reſtitut. in integr. quæſt.* 96. *art.* 5. *num.* 11. vbi extendit id ad dignitates, & honores de futuro, quia ad illos etiam redditur reſtitutus habilis. Bald. *in tract. ſtat. in verb. bannitus, num.* 22. & *in l. imperialis, num.* 1. *C. de nupt.* Ratio eſt, quoniam per hanc reſtitutionem ita extinguitur omnis præcedens macula, vt nomen etiam banniti aboleat omnino per dictam legem *imperialis*. Atque ita ſi quis eſt reſtitutus in integrum, & poſtea nititur impetrare dignitatem, non tenetur exprimere delictum, nec infamiam ſubſequutam ex eo, nec ſe obtinuiſſe reſtitutionem in integrum, quando conſtat ſe plenè reſtitutum. Ita Bald. *in cap. cum te, num.* 6. *de reſcript.* Decius *in l. liberos, num.* 4. *C. de collat.* 193.

Quod ſi apponatur petenti dignitatem delictum ab eo commiſſum, & maculæ, ac infamia ſubſequuta, tunc debet exhibere reſtitutionem in integrum obtentam, per quam macula præcedens, & infamia ſubſequuta fuit omnino ſublata. Oddus *ſupra, num.* 13. Infertur ex traditis filium damnatum reſtitutum tamen à principe in integrum redire in poteſtatem patris ſui, quæ per delictum fuit amiſſa. Bartol. *in l. vltim. num.* 1. *C. quib. mod. ius patri. poteſt. ſoluat.* Gloſſ. & Bald. *in l. inſulam, C. eodem* Similiter ſi pater reſtituatur ex deportatione recuperabit poteſtatem patriam ſuper filiis, per text. *in l. vltim. in princip. & in §. vltim. C. eodem*; quidquid videatur contradicere Pulgoſ. *in l. final. num.* 3. *C. de ſent.* Sed minus bene. Quia reſtitutio reſtituit ea omnia, quæ læſio auferr; cum ea ſit natura reſtitutionis in integrum, iuſte Ifernia *in d. cap.* 1. *de vaſſall. decrepit. ætat.* Maſtril. *d. cap.* 20. *num.* 50. poſt plures.

Sed quæres, an indultarius de delicto præſumatur reſtitutus ad famam? Negatiua deciſio eſt certa, ſi per ſimplicem indulgentiam fiat reſtitu-

tio,

tio, tunc non cenſetur reſtituta fama. Gloſſ. in l. cum indulgentia, i. eodem. Gloſſ. in leg. inſulam, in fine, etiam C. eodem. Facit gloſſ. in l. 1. §. penultim. in verbo, e timi, ff. de poſtul. Et eſt textus aureus tam in leg. final. C. de gener. abolit. quam in leg. generalis, C. de ſentent. paſſ. Atqui bona per ſimplicem gratiam non recuperantur; Ergo nec fama, quæ bonis excellit, & pluris æſtimatur, l. iſti quidem, ff. quod metus cauſa. Cæterum per reſtitutionem in integrum gratioſam recuperari famam, conſtat ex gloſſ. Cyn. Bartol. & ex aliis communiter in l. 1. C. de ſent. paſſ. per text. expreſſum in l. 1. §. Deinde adijcit prætor, ff. de poſtul. Fundamentum, quia per hanc reſtitutionem reſtitutus redditur habilis ad honores, & dignitates, per l. 1. C. de ſentent. paſſ. ſed honores, & dignitates non poſſunt conferri infamibus ſecundùm l. 1. C. de dignitatibus, & ibi Bartol. Ergo hæc reſtitutio gratioſa in integrum tollit infamiam, ac famam recuperat. Quod procedit de iuris infamia ex delicto contracta, quam Princeps poteſt per hanc reſtitutionem gratioſam tollere reſtituta fama delinquenti. Secus de infamia facti, quam Princeps non poteſt auferre, neque opinionem de bonitate, vel malitia alicuius conceptam poteſt ab humano iudicio etiam de poteſtate abſoluta remouere, quia non poteſt efficere, vt homines arbitrentur hunc, vel illum eſſe bonum, quem arbitrantur, vel credere volunt eſſe peſſimum. Felin. in cap. cum te, num. 10. de re iudicat. Roman. ſingul. 469. incipit, dubitatio eſt magna, vbi definiunt hanc infamiam facti ſolum à Deo poſſe extingui, Sic Alciatus in l. pium eſt, num. 9. ff. de verbor. ſignificat. Baldus in cap. veritas. de dolo, & contumacia. Port. Inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt. ſoluat. num. 10. Archidiac. in cap. teſtes, 2. quæſt. 7. Abbas in d. cap. cum te, num. 9. & alij, quos ſequitur Oddus 2. p. de reſtitut. in integr. quæſt. 92. art. 4. per totum, maximè a num. 14.

294. Petes etiam per quæ verba ſimplex indulgentia conceſſa cenſeatur, & quando gratioſa reſtitutio in integrum, ac plenaria conferatur? Reſpondetur indulgentiam ſimplicem eſſe, quando Princeps in gratia concedenda vtitur verbo, indulgemus; cenſetur ſimplex gratia, & per eam pœna dumtaxat remiſſa. Sic habetur in l. indulgentiam, C. de ſentent. paſſ. & in terminis Boniſ. Vital. in praxi tit. de benef. & indulg. princip. Idem dicendum quando Princeps vtitur verbo, gratiam facimus, ſic Felin. in cap. inter quatuor, de maiorit. & obedient. num. 6. ad fin. Angel. in verb. gratia, num. 1. Menoch. conſil. 1. in 2. dub. num. 18. & ſequentibus. Roland à Val. conſ. 45. num. 29. lib. 4. Ratio, quia verbum indulgere eſt facere gratiam pœnæ, niſi Princeps dicat, plenam gratiam facimus, tunc non eſt ſimplex indulgentia pœnæ, ſed plenaria reſtitutio. Iaſon. in l. ... lumne, col. final. C. de bonorum poſſeſſ. contra tabul. & in leg. ſibi decem, §. quedam, num. 5. ff. de ...

... quid quando Princeps ait reſtituimus, & ... imus, ſeu, ex indulgentia reſtituimus, ſiue ... animus, & gratiam facimus? Quidquid aliqui contra adſtant, aſſerántque eſſe indulgentiam ſimplicem per text. in cap. 1. de poſt. prælat. lib. 6. dicendum eſt eſſe reſtitutionem plenam. Sic Ghirland. de relax. carcerat. in tit. de benef. princip. quæſt. 1. num. 4. Angel. in l. final. col. 2. verſ. Si autem dixit, C. de ſentent. paſſ. Ratio, quia quando verbum aliquod poteſt trahi ad ſimplicem indulgentiam, & ad reſtitutionem plenam, non ad indulgentiam ſimplicem, ſed ad reſtitutionem in integrum trahendum eſt. Bartol. in l. 1. §. ſi quis vltro, ff. de quæſtionibus, & in l. final. C. de ſentent. paſſ. vbi docet verba in dubio eſſe intelligenda, vt ſignificent plenariam reſtitutionem. Alexand. conſ. 95. num. 3. lib. 7. Aldobr. in §. 1. Inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt. ſolu. n. 47. Ruin. conſ. 86. num. 6. verſ. Præterea dico, lib. 5. Item, quia verbum indulgeo, & verbum reſtituo, non ſunt contraria, ſed diuerſa, ſicut duæ ſpecies eiuſdem generis. Atque ita quando ſimul proferuntur, non aufert verbum indulgeo potentiam ſignificationis ipſi verbo reſtituo. Accedit beneficia Principis eſſe latiſſimè interpretanda, l. final. vbi Bartol. ff. de conſtit. princip. & ita tenendum eſt omnino.

Eodem prorſus modo cenſetur reſtitutio plenaria concedi, quando Princeps in gratia dicit, Rebannimus, ſeu bannum, aut condemnationem cancellamus. Tunc enim non eſt ſimplex indulgentia, vt putant Bald. in l. quid ergo, §. pœna grauior, numero 14. ff. de infam. & in l. ſi ademptis, C. de ſent. paſſ. Boſſ. in tit. de remed. ex ſol. clement. princip. in princip. num. 2. & Aret. inter conſilia Ziles. conſil. 7. num. 59. ſed eſt plenaria reſtitutio ſecundùm magis communem opinionem, quam ſequitur Bartol. in l. 1. §. ſi quis vltro, ff. de quæſtionibus, & in l. final. num. 11. C. de ſentent. paſſ. Bald. in l. emancipationem, num. 4. C. de fid. inſtrum. & in l. beneficium, in 2. lectur. de conſtit. princip. & pleniè conſil. 145. num. 3. lib. 2. Portius in Inſtit. quib. mod. ius patr. ſoluat. num. 17. Angelica in verb. gratia, n. 1. in fin. Ghirland. in tit. de relax. carcer. quæſt. 3. & Nellus in tractat. de bannitis, in prima parte tertij temporis, num. 4. A qua ſententia, quia eſt æquior, communior, & quia nititur regula leg. beneficium, ff. de conſtitution. princip. nullo modo diſcedas. 295.

Limitabis tamen hanc deciſionem quoad crimen falſi, vel læſæ maieſtatis, quando Princeps huiuſmodi delicta ignorat; quia ſub generali cancellatione banni non veniunt hæc delicta, ſicut venirent per reſtitutionem in integrum expreſsè conceſſam. Roman. in l. de pupillo, §. ſi ex pluribus, ff. de oper. non. nunc. Item, quia rebelles, & proditores patriæ, aut Principis non conſequuntur reſtitutionem in integrum. Canon euidentia, & Canon manifeſta 2. quæſt. 1. teſte Virid. de poteſt. Eccleſ. & ſecular. lib. 1. cap. 189. num 1. id aſſerente. Placet tamen dicere abſolutè crimen læſæ maieſtatis, aut proditionis patriæ non venire ſub generali reſtitutione in integrum alicuius rei, niſi veniat in literis Principis clauſula, Motu proprio, & ex certa ſcientia. Aliter enim nihil proderit verbum bannum, ſeu condemnationem cancellamus, ſeu Rebannimus. Ita Curt. iun. in leg. 5. §. procurator, ff. quod quiſque iuris, & Cagnol. in leg. ea ſola, num. final. ff. de regul. iur.

An verò per cancellationem banni factam ex mera gratia Principis reſtituatur bannitus quoad bona? Reſponderunt affirmatiuè quoad bona fiſco deuoluta, & illi annotanda, non autem, quæ congruunt parti læſæ. Atque ita ſi cancelletur condemnatio furis ad reſtit. condemnati, non intelligitur reſtitutus, ac liber à reſtitutione bonorum, quæ domino abſtulit. Sic Angel. Aret. inter conſ. Ziles. conſ. 71. num. 47. lib. 2. Item per dictam cancellationem banni non cenſetur condemnatus reſtitutus quoad famam; cum cancellatio bani potiùs videatur remiſſio pœnæ, quàm reſtitutio in priſtinum ſtatum. Ita Bald. in dicta leg.

*ſi adempta, C. de ſent. paſſ.* & Clar. *in l. final. C. de fid. inſtrum.*

Contrarium eſt probabilius, & magis rationi conſonum, ex eo, quia inſtrumento cancellato expirat omnis obligatio ex eo emanans, & plena liberatio conceditur. Nam cauſa infamiæ fuit bannum, ſeu condemnatio; ergo ſublato banno, & extincta condemnatione tollitur effectus illius, hoc eſt infamia, prout vult idem Baldus ſibi contrarius *in l. cum mulier, num. 3. verſ. Ad tertium ff. ſolut. matrim.* Item, quia plenaria reſtitutio in integrum regulariter extenditur ad famam: ſed cancellatio banni habet eandem vim, quam habet reſtitutio in integrum ſecundùm magis communem opinionem, vt conſtat ex dictis; ergo ad famam debet extendi. Similiter ſi Princeps de facto conferat alicui infami dignitatem, ſeu honorem, dicetur reſtitutus in integrum ad famam. Ioan. de Anan. *in cap. final. col. penult. verſ. Ex quo colligit, de ſchiſmat.* Quæ omnia tradit Oddus *d. 2. p. q. 94. art. 4. per totum, & art. 5. num. 58.* Maſtril. *d. cap. 20. num. 57. & ſequent.*

Non eſt omittenda quæſtiuncula, an reſtitutus ad bona recuperet hæreditatem matris, quam per condemnationem adire non poterat? Ratio dubitandi, quia banniti damnati ſunt ad mortem, & poſſunt impunè offendi, & occidi à quolibet de populo, vt conſtat ex lege Luſitana, *lib. 5. tit. 126. §. 8.* ibi, *que qualquer do pono os poſſa matar ſem pena*; & efficiuntur ſerui pœnæ, ac priuantur omni ciuili actu, qui auctoritatem iuris ciuilis exigit, vt deciditur *in eadem lege Luſitana, lib. 4. tit. 81. § 6.* ibi, *Acondo nacaon o ſai ſerno da pena, em que he condenado e pello conſeguinte os bẽs dos taes vem a ſeus erdeiros, ou anos, ſegundo deſpoſicaon da dereito, e noſſas ordonacoens.* Barboſ. Vimaranenſis *in vtroque loco citato*, & Cabed. *2. p. deciſ. 57. num. 8.* Cùm ergo bannitus priuatus ſit omni ciuili actu, eſt incapax hæreditatis maternæ, quæ illi ab inteſtato defertur. Dicendum tamen eſt reſtitutum ad bona poſſe recuperare hæreditatem matris, quam propter condemnationem adire non potuit per legem *1. §. filio, qui matris ff. ad Senatuſc. Tertull.* Cuius verba ſunt hæc: *Filio, qui mortis matris tempore ciuis Romanus fuit, ſi ante aditam hæreditatem in ſeruitutem deducatur, legitima hæreditas non defertur, nec poſtea ſi liber factus ſit, niſi fortè ſeruus pœnæ effectus, beneficio Principis ſit reſtitutus,* &c. Quod eſt verum ſi hæreditas ab alio non fuiſſet adita, quod ſi fuiſſet, non recuperat. Ita Bartol. *in l. 2. in princip. ff. de decurionibus*, vbi Doctor reſtitutus non recuperat locum iam ab altero occupatum, quo fuit priuatus ob ſuum delictum. Sequitur Decius *in l. eum qui, in 1. lectur. num. 1. ff. ſi certum petat.* Alciat. *in tract. de præſumpt. regul. 1. præſumpt. 45. in fine.* Ob quam cauſam Doctor priuatus lectura ob delictum, reſtitutus non intelligitur ad eam, ſi illa ab altero eſt occupata tempore reſtitutionis. Sic Lucas de Penna *in l. 1. col. 2. C. de iis, qui in exilium dati, vel ab ordine moti ſunt, lib. 10.* Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed. 10. num. 108. & conſ. 180. num. 5.* Maſtril. *d. cap. 22. num. 121. & 131.* vbi late de hac materia.

Confirmatur ex Bartolo *in l. vltim. num. 6. & 8. C. de ſentent. paſſ.* dicente validum eſſe teſtamentum factum à filio de bonis aduentitiis, quæ filio ſuperuenerunt pendente patris banno, quoniam patri bannito nihil tempore banni fuit quæſitum, ſed ipſi ſoli filio, atque ita pater reſtitutus, bona aduentitia non recuperat, eo quod vt Bartolus ait, pater deportatus, & bannitus eam non acquiſiuit. Ergo aduersùs non quæſita non datur reſtitutio. Sequitur Galial. *in leg. Gallus, § & quid ſi tantùm, num. 58. ff. de liber. & poſthum.* & Boſſ. *in tract. cauſ. crimin. tit. de remed. ex ſol. clement. princip. num. 13.* vbi docet reſtitutum à Principe non cenſeri reſtitutum, vt recuperet hæreditatem ſibi delatam durante tempore banni; quæ eo ipſo tempore ob ſui incapacitatem ab altero agnato fuit adita, & quæſita.

Suffragatur exemplum religioſi minoritani, qui 296.
eſt incapax hæreditatis, qui ſi poſtea tranſeat ad religionem capacem bonorum, non poteſt recuperare hæreditatem ſibi delatam ab inteſtato, tempore, quo erat minorita, ſi hæreditas fuit adita à proximioribus tempore incapacitatis illius. Ita expreſsè Aretin. *in l. ſi quis mihi bona, §. ſeruus, col. 4. verſ. Sed dubium vtiliſſimum, ff. de acquir. hæred.* Quin etiam addit Caſtrenſ. *in d. §. & quid ſi tantùm, num. 14.* & Socin. ſen. *ibi, num. 17.* nepotem deportato filio, & poſtea reſtituto, non amittere hæreditatem ſibi delatam, etiamſi adhuc illam non adierit, quia Princeps reſtituendo bannitum, & incapacem hæreditatis, cenſetur eum reſtituere ſine præiudicio alterius. Quam rationem probant Comenſ. *d. § & quid ſi tantùm, num. 10.* Aretin. *ibi, col. 2.* & copioſius *in d. l. ſi quis mihi bona*, poſt Bald. & Imol. decidentes quæſtionem de religioſo incapace; & patet hæc Principis intentio ex *l. 2. §. merito, ff. ne quid in loc. publ.* Nec poteſt, teſte eodẽ Caſtrenſ. Princeps ex ordinaria poteſtate tollere hoc ius adeundi, cùm ſit adeo conſiderabile, vt numeretur inter bona illius, ad quem hæreditas defertur, vt volunt Bartol. *in l. ſi poteſt, n. 12. ff. de acquir. hæred.* Vnde fit quòd ſi Princeps legitimans ſpurium reſtituat illum, non cenſeatur reſtituere in præiudicium illius, cui delata eſt hæreditas, quamuis eam non adierit ſecundum Roſellum *in tract. de legitimat. lib. 2. tit. legitimationis effectus, num. 20. in fine, & num. 21.* Beroius *conſ. 177. num. 57. lib. 2.* Fortun. Garcia *in l. Gallus, §. & quid ſi tantùm, num. 299. ff. de liber. & poſthum.* & Ioan. Andr. *in additionibus ad Specul. tit. de ſucceſſionibus ab inteſtat. §. vltim.* Ergo ſi Princeps dum legitimat, cum ſit actus fauorabilis, non reſtituit legitimatum in præiudicium tertij. Multo fortius non reſtituet bannitum, & incapacem, quando hæreditas eſt iam ab alio adita, atque quæſita. Quod etiam tradit Salicet. *in l. vltim. col. penult. verſ. Aut ius quærendi, C. de ſent. paſſ.* & Maſtril. *d. cap. 20. num. vltim.* & noſter Cabed. *in d. quæſt. num. 6.*

Quid verò operetur ſimplex gratia quando Princeps nihil exprimit in ſubiecta materia? Reſpondemus remiſſionem pœnæ corporalis per ſimplicem indulgentiam concedi. text. *in l. 2. C. de ſent. paſſ. & in l. final. C. de gener. abolit.* Nam indulgentia propriè dicitur, cùm ſit pœnæ remiſſio. Roland. *d. conſ. 45. num. 1. vol. 4.* per gloſſ. *in §. pari ratione, inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt. ſol.* Baldus, & Imol. *in l. liber homo, § ſi hæres, ff. de hæred. inſtit.* Decius *in cap. qua diligentia, num. 8. de electio.* & eſt communis. Item per indulgentiam ſimplicem recuperatur patria, textus *in l. tutor, C. de ſent. paſſ.* ibi, *ex indulgentia generali regreſſus*, & *in l. generalis, C. eodem tit.* Per eam tamen non tollitur infamia, ac macula honoris, vt habetur *in l. final. C. de gener. abolit.* Gomez *tom. 3. var. tit. de tort. reor. num. 38. verſ. Si vero fiat*, niſi ſpecialiter

in

in gratia, & in indulgentia conceſſa exprimatur abolitio infamiæ. Salicet. *in l. cum indulgentia in 1. oppoſition. & in leg. final. column. final. C. de ſentent. paſſ.*

Item per ſimplicem indulgentiam filius deportatus non reuertitur in patris poteſtatem, quamuis pœna deportationis indulgeatur; nec pater deportatus recuperat ius patriæ poteſtatis. Bartol. *in l. final. C. de ſentent. paſſ.* Imò nec dominus cui pœna indulgetur, recuperat poteſtatem in ſeruos ſuos. Ratio, quia per indulgentiam ſimplicem bona fiſco acquiſita non recuperantur: mancipia autem per delictum annotata ſunt fiſco, & appellatione bonorum veniunt mancipia, & ius dominicale ſecundùm Baldum *in d. l. final. num. 3. C. de ſentent. paſſ.* Oddus *d. quæſt. 94. art. 4. & 5.* Atque ita niſi expreſsè bona concedantur per indulgentiam ſimplicem, non veniunt ſub illa niſi remiſſio pœnæ corporalis, & patriæ recuperatio, & præter illa nihil aliud conceſſum dicitur; quamuis Oddus *d. art. 3. quæſt. 94.* opinetur quando bona ſunt reſtituta per ſimplicem indulgentiam venire ſub appellatione bonorum etiam ius patriæ poteſtatis ſecundùm Bald. *in d. l. final. num. 3.* & *ibi* Angel. quod non diſplicet, cum beneficium Principis ſit latè interpretandum.

Reſtitutio tamen in integrum gratioſa, in primis extenditur ad omnia ſimpliciter conceſſa, ac expreſſa ſpecialiter, & non ad alia, etiamſi ad illa de ſui natura reſtitutio porrigeretur, ſi ſimpliciter conceſſa eſſet; quia reſtitutio limitata limitatum habet effectum, vt vult Salicet. *in l. 1. C. de ſentent. paſſ.* Quam concluſionem probat Bartolus *in l. 2. eodem tit.* & Aldobr. *in §. 1. num. 44. Inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt. ſol.* Vnde ſi Princeps reſtituat ad famam, & honores, non dicitur reſtitutus ad bona. Eodem modo ſi reſtituatur ad patriam poteſtatem, non cenſetur reſtitutus ad famam, neque ad bona. Fundamentum, quia quod exprimitur in reſtitutione, non eſt quid generale ſub quo bonorum aliæ veniant ſpecies, ſed quid ſpeciale eſt. Secus quando exprimitur ſpecialiter quidpiam, quod poteſt ſub ſe comprehendere ſaltem largè ſumptum id, quod non exprimitur. Tunc enim etiamſi non exprimantur honores, nec fama, reſtitutio ad omnia extenditur, nempe ſi Princeps dicat, *reſtituo te prouinciæ tuæ*, vel *ad lares tuos*, vel *ad dignitatem, & bona tua*, tunc cenſetur reſtitutus plenè, ac ſimpliciter per textum, gloſſ. & *ibi* ſcribentes *in l. 1. C. de ſentent. paſſ.* Angel. *in l. final. C. eod.* & Fulgoſ. *ibi, num. 3.* quos ſequitur Oddus *2. p. quæſt. 95. art. 1.*

Regulariter tamen reſtitutio hæc gratioſa ſimpliciter conceſſa, extenditur ad honores, dignitates, ordines, & prærogatiuas propter bannum deperditas, gloſſ. *in l. 1.* & *ibi* Cyn. & Bartol. *C. de* [illegible]. Item ad ius patronatus, & ad omnes effectus [illegible], textus *in l. 2. ff. eodem*, Cyn. Alexand. & Aret. [illegible] *d.* [illegible] *& quid ſi tantùm, ff. de liber. & poſthum.* Ro[illegible] *conſ. 45. num. 32. lib. 4.* Item recuperatur à re[illegible] patre ius patriæ poteſtatis, vt dixit, ſuper [illegible] Porcius *Inſtitut. quibus mod. ius patria poteſt.*

An verò poſſit notarius per hanc reſtitutionem con[illegible] re inſtrumenta poſtquam eſt reſtitutus? Aſ[illegible] ac Bald. *d. conſ. 172. Ex quo dominus, lib. 4.* Sed [illegible] negat Oddus *quæſt. 96. art. 2. num. 5.* quando ipſo [illegible] propter falſa inſtrumenta confecta factus fuit infamis & condemnatus; quia quamuis pœna fuit remiſſa, & bona confiſcata recuperata fuerint, nihilominus vt fides habeatur illius inſtrumentis, de facto quidem in opinione hominum non erit verum, niſi poſt dignam pœnitentiam fides, ac veritas illius teſtimonio multorum comprobetur. Ita Turrecrem. *in canon. cum exaudiero, num. 1. diſt. 50.* Maſtril. tamen poſt Bald. *d. conſ. 172. & conſ. 350. incipit, proponitur, quod quidam clericus, lib. 1.* docet notarium de falſo condemnatum, & à Principe poſtea reſtitutum poſſe conficere inſtrumenta, vt antea poterat, cum ſit iam in priſtino ſtatu per eam reſtitutionem repoſitus. Quin addit inſtrumenta per illum confecta ante reſtitutionem reconualeſcere, prout volunt Aſcan. *clement. de patr. poteſt. cap. vltim. num. 39.* & Anchar. *conſ. 287. incipit, iſte B. ad finem.* Quibus accedit Cravet. *conſ. 868. num. 1.* & Sforz *d. quæſtion. 96. num. 4. & 5.* & Maſtril. *cap. 20. num. 15. de indul.*

Non tamen inde inferas ſub generali delictorum indulto, ac remiſſione falſitatis crimen comprehendi; per textum *in l. Lucius, ff. ad Senatusconſul. Turpill.* Monticell. *in pract. crimin. regul. 15. num. 80.* Marſil. *conſ. 105. num. 7.* cùm ſit crimen falſitatis atrociſſimum, ac durius omnibus aliis criminibus, teſte eodem Maſtril. *de indulto, cap. 27. numero 6. & cap. 38. num. 1. & ſequentibus*, vbi *num. 4.* ait teſtes deponentes falſum in cauſa capitali, non comprehendi ſub generali delictorum remiſſione. Quod extendit ad ſubornantes teſtes ad dicendum falſum contra innocentem. Iul. Clar. *in §. falſum, num. 6.* & Boſſ. *de falſis, n. 138. & 163.* Eſſéque puniendos, vt homicidas per *l. 1. in princip. ff. ad l. Cornel. de ſicar.* & Alexand. *conſ. 55. lib. 7.* Ideo reſtitutus in integrum teſtis, qui fuit condemnatus ob aliquod aliud delictum, excepto crimine falſi teſtimonij, eius teſtimonium erit validum per textum expreſſum *in l. tertia, §. lege Iulia, ff. de teſtibus*, ibi, *niſi ob aliquod illorum reſtitutus fuerit.* Contra verò ſi condemnatus ſemel fuit de crimine falſi teſtimonij, & in integrum reſtituatur, eius reſtitutio non poteſt porrigi ad hoc, vt ipſe ſit teſtis fide dignus. Certè ego nec pro me, nec contra me illius teſtimonium fide dignum putarem; quidquid Bald. *in cap. fraternitatis, numero 9. in fine, de teſtibus*, & Ioan. de Turrecrem. *in cap. illi, num. 106. quæſt. 1.* in fauorem teſtis reſtituti loquantur. Pro quo etiam facit Felin. *in cap. cum Ioannes, num. 17. de teſtibus*, vbi vult poſſe eſſe teſtem in cauſa appellationis, ſi quis in prima inſtantia erat infamis, & hoc intermedio tempore fuit reſtitutus. Sed contrarium magis placet per gloſſ. notabil. *in cap. final. 25. diſt.* & expreſsè tradit Cepol. *in l. quid ſi fugitiuus, in princip. ff. de ædil. edict.* Quia fur non purgat vitium furti, licet rem reſtituat; nec raptor vitium rapinæ, quamuis eam reddat, *l. qui ea mente, ff. de furtis, & l. penult. ff. vi bon. rapt.*

197. Sed quid dicendum de teſtamento facto à bannito durante tempore banni in quo erat incapax faciendi teſtamentum? Nam damnati ad mortem naturalem, vel ciuilem, deportati, ſeu interdicti aqua, & igni, non poſſunt de iure communi teſtari, habetur *in eius qui, §. ſed cui, ff. de teſtament.* & *in l. qui vltimo, ff. de pœnis.* Gomez *ad l. 4. Tauri, num. 1.* Couar. *in rubric. de teſtament. part. 3. n. 27.* Molin. *de iuſtit. tom. 1. diſp. 9. verſ. Quod vt melius, & diſp. 137. ad finem.* Gama *in tract. de ſacrament. praeſtand. vltimo ſupplicio damnatis, quæſt. 5. n. 10. & quæſt. 6. num. 1.* Cabed. *2. p. deciſ. 57. à num. 10.* Farinac. *in praxi, quæſt. 102. num. 138. & 135.* vbi omnes

omnes concludunt damnatos ad mortem etiam ciuilem non poſſe facere teſtamentum; quod etiam eſt de iure noſtro *lib. 4. ordin. tit. 81. num. 6. ibi: Item, qualquer peſſoa.* Vbi loquitur dumtaxat de morte naturali, exceptis damnatis ob crimen hæreſis, proditionis, aut Sodomiæ, quibus negatur etiam facultas diſponendi de ſuo tertio quoad pia, quod cæteris damnatis lex noſtra concedit. Molin. *vbi proximè*, & Ægid. Luſitan. *in l. 1. p. 1. § 5. num. 4. C. de ſacroſ. Eccleſ.*

Dicendum ergo eſt, ſi bannitus durante tempore banni fecerit teſtamentum, & poſtea reſtituatur in integrum, huiuſmodi teſtamentum reconualeſcere, quia reſtitutio hæc, & fictio poſtliminij æquiparentur, per legem *ſi quis filio, ff. de iniu. teſtam. & in l. poſtliminij, in principio, ff. de captiuis quoad hunc effectum*, prout voluit Boſſius *in tit. de reſtit. quæ fiunt à Principe poſt bellum, numero* 21. Ioan. de Anan. *in cap. ſuper eo, col. 3. verſ. Quidam, de vſur.* Sequitur Oddus *d. p. 2. de reſtitution. in integr. quæſt. 95. art. 2.* Sed hæc opinio meo iudicio non poteſt ſuſtineri ſi loquamur de teſtamento facto à bannito inteſtabili durante banno, ſeu tempore deportationis, quamuis poſtea à Principe in integrum reſtituatur, vt eo loco Oddus dubium proponit. Nam tale teſtamentum eſſe nullum, nec poſſe reconualeſcere per reſtitutionem probatur, quia factum fuit à bannito, qui eſt inteſtabilis, *l. e. § 1. in fine, ff. de leg. 3.* Duen. *regul. 219* Atque ita non poteſt reualidari per gloſſ. *in d. l. 1. §. ſi quis plane*, & Bartol. *in d. §. e. d. l.* Confirmatur ex actis ab eodem in iudicio habitis, Nam hæc eſto ab eodem ratificentur poſt reſtitutionem plenam, non tenent, vt docent Nell. *de bannitis in prima parte tertij temporis, num. 20.* & Alb. Gand. *de bannit. quæſt. 46* quos ſequitur Oddus *quæſt. 95. art. 5 ad finem, num. 12* eo quod iudicium non fuit agitatum cum perſona habili, *l. 2. C. qui legit. perſo. & l. vniuerſis, C. qui. dar. tuto. poſ.* Item, quia quando acta non tenent; ratificatio nihil firmat, neque operatur. Cum ergo bannitus durante tempore banni ſit inteſtabilis, non poteſt per reſtitutionem tale teſtamentum vires aſſumere. Maſtril. *ſupra, cap. 14. num. 9.*

Secus de teſtamento facto ante bannum, hoc enim per reſtitutionem conualeſcit, per textum *in l. ſi quis filio, §. penultim. ff. de iniuſt. teſtament.* Sicut teſtamentum factum ab eo, qui in bello iuſto captus eſt, reſtauratur iure poſtliminij ſi ante eum ſtatum confectum fuit. Imò validum erit ſi in captiuitate decedat per diſpoſitionem *inſtit. quib. mod. non eſt permiſſum facere teſtamentum, §. vltim.* & per *leg. eim, l. obſides, & l. lex Cornelia ff. de teſtament.* Molin. *tom. 1. tract. 2 diſp. 137 in principio, verſ. Qui captiuus.* Ergo teſtamentum ante bannum factum ſequuta poſtea reſtitutione validum erit. Quod ampliat Loffred. *conſ. 8. num. 23.* etiam ſi bannitus reſtituatur poſt mortem ſuam; pro quo allegat textum *in l. Iubemus, 2 & 3. in principio, verſ. Sed etiam circa mortuos, C. de propoſ. ſacr. cubic. lib. 12. & in fin. illius legis, verſ. Mortuos.* Oddus *quæſt. 95. art. 2. num. 17.*

Verum verò vt hoc teſtamentum valeat, egeat confirmatione, an reconualeſcat ipſo iure per reſtitutionem, quæſtio eſt. Egere noua voluntate tenet Gloſſ. & ſcribentes *in l. 1. §. Sed ſi filius ff. de leg. 3.* & *§. non tamen, inſtit. quib. mod. teſtam. infir.* Quod eſt verum, quando prior voluntas præſumitur mutata, *l. cum quis, ff. de probat.* quæ eſt conſideratio Bartoli *in d. l. ſi quis filio, §. penultim. ff. de iniuſt. teſtam.* Cæterum cùm in iſto noſtro caſu voluntas non videatur mutata, non eſt opus declaratione nouæ voluntatis, vt ſuſtineatur teſtamentum, ſed ipſo iure reconualeſcit per reſtitutionem, quia idem operatur ius poſtliminij. Sic Bartol. poſt gloſſ. *ibi in d. l. ſi quis filio, §. penultim.* & Caſtrenſ. vbi volunt ipſo iure reconualeſcere ſecuta reſtitutione. Idem ſentit Bald. ibi, *& in conſil. 115. Quidam nobilis, vol. 5.* etiamſi Caualcan *in tract. de vſufruct. mulier. relict. num. 151. ve* [illegible] *eſt*, & Marhl. *in praxi crimin. §.* [illegible] *ſecundo, num. 4.* vterque minus bene, opinentur non conualeſcere ipſo facto teſtamentum per reſtitutionem, ſed per confirmationem ab eodem factam antequam decedat.

Pro teſtamento facto à filio deportati durante deportatione, patre in integrum reſtituto poſtea dicit gloſſ. *in l. fin. C. de ſentent. paſſ. in verbo,* [illegible] *ſint*, teſtamentum ſuſtineri, quia filius deportati ſui iuris eſt, vt notat Aſcanius Clemens *in tract. de patr. poteſt. cap. vltim. num.* 9. & habetur § 1 [illegible] *§. cum autem, inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt.* [illegible] quia deportatus ciuiliter mortuus eſt per tex. *in l. 1. § fin. ff. de bonor. p. ſeſſ. contra tabul.* Cuius verò opinio eſt vera ſi loquamur de caſtrenſibus, vel quaſi. Sequitur Bartol. *in l. fin. citata.* Quia de caſtrenſibus, vel quaſi, poteſt filius teſtari, patre non exiſtente deportato, aut bannito.

Quod ſi filius moriatur poſtquam pater eſt reſtitutus, vitiatur teſtamentum quoad profectitia, & aduentitia, cùm mortuus non ſit ſui iuris, ſed ſub poteſtate patris. Cæterùm ſi decedat ante reſtitutionem patris, & moriatur ſui iuris, opinatur Oddus *ſupra, quæſt. 92. art. 3. p. 2.* non valere quoad bona profectitia: quod eſſe de mente Bartol. *in l. fin. num. 8. C. de ſent. paſſ.* ibi addit. Sed in hoc aliter videtur ſentire Alber. *in l. verbo contraxerunt, ff. de verbor. ſignific. n. 4. & 5.* qui non diſtinguit niſi in caſibus prædictis. Si verò ſumus in bonis aduentitijs, & filius decedat ante patris reſtitutionem, & ſit ſui iuris, ſi ea bona fuerunt filio acquiſita ante delictum patris, teſtamentum euaneſcit propter præiudicium patris. Sic Bartol. *in d. l. fin. num. 8.* & *ibi* Salicet. *col. 3. verſ. ex iſta gloſſ. ſequitur.* D. Rogerius de Peruſ. *inter conſ. Baldi, conſ. 64. punctus, num. 1. vol. 5.* quem Bald. *ibi* admittit. Sed hi loquuntur dumtaxat de vſufructu horum bonorum, quaſi ſentientes proprietatem pertinere ad hæredes, quos filius deportati inſtituit, quique eam cum vſufructu ex teſtamento receperunt durante tempore deportationis. Baldus tamen ſibi contrarius *in d. l. fin. num. 16. C. de ſent. paſſ.* tradit non retractari teſtamentum quoad vſumfructum. Sed non placet Oddo *ſupra*, [illegible] quo Maſtrillo præcitato, *d. cap. 16. de indultu generali, num. penultim.* Ex eo quod præiudicatur patri ex cauſa banni, quia ſi illud non fuiſſet, teſtamentum filij non valuiſſet. Ideo debet pater per reſtitutionem in integrum reſtaurari iuxta ſcribentes *in d. l. fin.* Iam verò ſi ea bona fuerunt quæſita filio exiſtente iam patre deportato, in totum ſuſtinebitur teſtamentum, nec pater reſtitutus ea recuperare poteſt, & cùm ea non perdiderit per bannum, ad ea non trahitur reſtitutio. Sic Bartol. *num.* [illegible] Alber. *num. etiam* 8. & Fulgoſ. *num. 14. in d. l. fin. C. de ſent. paſſ.* & Bald. *in Authen. excipiuntur, num. 1 C. de bon. quæ lib.* & dixi ſupra in hoc §. *num. 1* [illegible] *verſ. Confirmatur ex Bartolo.* Oddus, & Maſtrill. *vbi proximè, & dicto cap. 22.* vbi diſputat an bannitus reſtitutus recuperet bona ſibi delata interim

durante

durante banno, & ex cauſa banni deperdita, & ab [illegible] acquiſita de quibus ſupra in §. hoc egimus.

## §. III.

### Ne gratia in materia criminali de delictis obtinendæ ſint ſurreptitiæ, quæ debeant Principi offerri, & exprimi?

EPITOME.

298 *Gratia obtenta per obreptionem eſt nulla, & impetrans tenetur pœna falſi.*

299 *Gratia vt ſit valida, debent exprimi non ſolum delicta, ſed eorum qualitates aggrauantes.*

300 *Surreptionem non tollit generalis relatio, ſeu expreſſio delictorum.*

301 *Sed requiritur ſpecifica, ac particularis narratio criminum.*

302 *Delictorum expreſſa narratio non requiritur quando Princeps habet notitiam illorum.*

303 *Gratia non eſt ſurreptitia, niſi quando tacentur qualitates, de quibus iura loquuntur.*

304 *Reſcripta, ac remiſſiones delictorum rariſſimè ſunt concedenda, & non ſine cauſa iuſta.*

305 *Princeps non debet eſſe facilis in concedendis gratiis de delictis.*

306 *Iuſtitia eſt virtus caleſtis inter leonem, & libram in cælo collocata.*

307 *Gratia delictorum, ac remiſſiones mediante pecunia nullo modo ſunt concedendæ.*

308 *Gratia de delicto an ſit valida tacita circumſtantia quod fuerit homicidium præmeditatum, vel proditoriè commiſſum.*

309 *Gratia obtenta de homicidio ſecundo, nulla facta mentione de priori eſt nulla.*

310 *Reſcriptum de homicidio primo inualidum non vitiat ſecundum, in quo non fuit facta mentio de priori.*

311 *Idem dicitur de diſpenſationibus, ac literis nullis.*

312 *Reſcriptum abſolutè conceſſum in quo non fit mentio prioris cum moderamine, eſt ſurreptitium.*

313 *Gratiam, vel remiſſionem delicti recentis impetrans an teneatur exprimere delicta antiqua, nondum indultata.*

314 *Reſcripta ſuper rebus diuerſis obtenta valent abſque mentione priorum in poſterioribus.*

315 *Reſcriptum de ſui natura non requirit, vt fiat mentio prioris, vt ſit validum, ſed id eſt ex [illegible] conſuetate concedentis.*

316 *Reſcriptum poſterius ad inſtituendum maioratum ſecundum, niſi fiat mentio de priori [illegible] priorem inſtituendum non valet.*

317 *Priuilegium ſecundo loco conceſſum abſolutè [illegible] primum fuit conceſſum limitatè, eſt nullum, niſi fiat mentio prioris.*

318 *Priuilegia limitatè conceſſa an vitientur per ſecunda priuilegia ſine limitatione impetrata.*

319 *Literæ ſecuritatis impetratæ vitiantur ſi priores factæ fuerunt.*

320 *Impetrans beneficium tenetur exprimere penſionem iam habitam.*

321 *Duobus impedimentis impeditus tenetur exprimere vtrumque Summo Pontifici, vt diſpenſatio valeat.*

322 *Inceſtus tamen non eſt exprimendus.*

Illud in primis accipe, gratiam per obreptionem, vel ſurreptionem eſſe nullam, impetrantemque ſurreptione, vel obreptione intercedente teneri pœna falſi, *l. ſi quis obrepſerit*, vbi gloſſ. & ſcribentes *ff. de falſ.* & per text. *in cap. accedens, de crimine falſi*, & in ſpecie docet Boſſius *in tract. de remed. ex ſola clement. princip. num.* 37. vbi vult adhuc poſſe imponi occulè, qui gratiam ſic obtinuit. Sequitur Maſcard. *de probat. concl.* 846. *num.* 16. *& ſequentibus.* Neque talis gratia eſt ſeruanda; quod & ante Boſſium, & alios voluit Alexand. *conſ.* 114. *num.* 2. *verſ. Quia dicta impetratio, & num.* 3. *lib.* 1. quem refert, & ſequitur Catel. Cotta *in memoral. in verbo bannitus, qui in ciuitate toleratur, verſ. Sed quid diceres de illo.* 298.

Erit ergo gratia valida, quando in precibus Principi offerendis fuerint non ſolum delicta, ſed etiam eorum qualitates aggrauantes, & ſubſtantiales, ac grauamina expreſſa, quæ principis animum veriſimiliter retrahere potuiſſent a concedenda gratia, ſi hæc omnia ſciuiſſet. Sic Ambaſtaran. *conſ.* 160. *col.* 4. Iaſon *in l. nec damnoſa, C. de precib. Imper. offer.* Anton. Gomez *de delictis, tit. de tort. reor. num* 38. *verſ. Item adde.* Clarus *in practic. quæſt.* 59. *verſ. Debet autem.* Roman. *conſ.* 442. Menoch. *de arbitr. caſu* 203. *n.* 3. *& ſeqq.* Imò non ſolùm ſunt exprimenda, quibus expreſſis gratiam Princeps non conceſſiſſet, ſed etiam illa, cum quibus non ita de leui. Menoch. *ſupra caſu* 201. *n.* 5. & deducitur ex *c. ſi proponente, extra de reſcript.* Debet etiam exprimi auctor criminis, Anch. *ſuper. col.* 4. & Boſſius *num* 33. *&* 38. Nec non ſi delictum ſit proditoriè commiſſum. Farin. *d. quæſt.* 6. *num.* 6. *num.* 47. poſt plures, *& conſ.* 3. *num.* 10. *& conſ.* 93. *num.* 5. 299.

Nec ſufficit ad tollendam ſurreptionem gratiæ, generalis, & relatiua delictorum expreſſio, putà, ſi dicatur in precibus *hoc, & illud homicidium*, & addatur, *& alia*, quæ conſtant ex proceſſu, ac ſententia, ſed requiritur particularis, & ſpecifica mentio vniuſcuiuſque delicti, & modus, & cauſa cuiuſque eorum. Ita Oldrad. *conſ.* 14. Aym. *conſ.* 69. *num.* 3. *lib.* 1. Romanus *conſ.* 38. *&* 326. Nam ex generalitate oritur quædam confuſio, ob quam veritas Principi, non patet, imò illum latet, *l. fin. ad fin.* ibi, *falſo ſermone ſe iactat, C. de dot. promiſſ.* Quin in ſpecie delictum declarari, & in particulari non ſatis eſſe in gratia niſi & modus, & cauſa delicti exprimatur, docent Alexand. *conſ.* 114. *numero* 3. *lib.* 1. Felin. *in cap. dilectus filius, extra de reſcript. n.* 10. per text. *ibi*, & Gratian. *conſ.* 34. *numero* 10. quia cauſa delicti magis inquirenda eſt, quàm delictum. Gloſſ. *in cap. occidit,* 23. *quæſt.* 5. Nec refert ſi dicatur parta eſſe aliquid eſſe certum per ſe, aut per relationem ad aliud, vt ait Decius *in l. certum, ff. ſi certum petatur*, quia quamuis expreſſum dicatur illud, quod implicitè, & per relationem demonſtratur, per text. *in l. prætor ait, §. ſi iudex, & l. in ſumma, §.* 1. *ff. de re iudicat. l. ſi ita ſcripſero, ff. de condition. & demonſtr.* Aymon. *de antiquit. tempor. par.* 1. *ſect.* quæritur etiam in hac materia 300.

materia, *num.* 22. & Tiraquell. *de leg. connub. gloſſ.* 7. *num.* 183. vbi ex Bartol. *in d. l. ait prætor.* & ex Angel. Bald. & aliis, quos *ibi* referens ſequitur, concludit, cum quid refertur ad aliud quidpiam alias expreſſum; id enim, & expreſſum quoque dici, cùm relatio, & tanta ſit obligatio in termino referente, qualis, & quanta in termino ad quem fit relatio, *l. certum, ff. ſi certum petatur, & l. vbi autem, §. illud, verſ. Sed qui vnum,* & *ibi* Bartol. & ſcribentes communiter, *ff. de verb. obligat.*

301. Nihilominus hæc regula non procedit in reſcripto gratioſo à Principe conceſſo, in quo requiritur ſpecifica, & particularis expreſſio delictorum, & qualitatum, teſte eodem Decio *ſuprà in d. l. certum, num* 5. *verſ. Hoc autem limita,* & Afflict. *deciſ.* 220. *num.* 15. & 16. Quin addo quamuis concedamus hanc regulam procedere in materia gratiæ, non eſſe intelligendam, niſi quando conceditur motu proprio, vt ait Angel. *in l. ſi quis, quæſitum, in fine, ff. ſi quis cauſ.* & Aym. *conſ.* 68. *numero* 7. poſt Decium *conſ.* 173. *in fin.* quem ſequitur Gabriel. *tit. de clauſul. concluſ.* 5. *a num.* 1. *vſque ad* 9. *lib.* 6. & *num.* 24. Quia reſcripta gratioſa quando petuntur ad inſtantiam partis, ſunt ſtricti iuris, & non extenduntur ad non ſpecificata. text. *in cap. ſtatuimus de præbend. in* 6. Alexand. *conſ.* 97. *num.* 6. *lib.* 2. Decius *in cap. ſuper literis, de reſcriptis, num* 5.

302. Non tamen reſcriptum erit ſurrepticium ſi non exprimantur aliæ delicta quando Princeps, qui gratiam concedit, habet de illis ſcientiam. Ita Felin. *in cap. ſuper literis, num.* 8. *verſ. tertia regula,* & *in cap. in noſtra, n.* 15. *extra, de reſcript.* Iaſon *conſ.* 185. *col.* 3. *n.* 3. *ante fin. verſ. Vbicumque ergo, lib* 2. Aym. *conſ.* 2. *n.* 15. & *conſ.* 79. *n* 8. Adduntque ad ſuſtinendam gratiam ſatis eſſe in Principe ſcientiam præſumptam, ſeu veroſimilem, ac in genere, aut quod cogitauerit, aut potuerit cogitare, quod impetrans reſcriptum aliis fuerit delictis inuolutus. Item non erit ſurrepticium ex taciturnitate eorum, quibus expreſſis adhuc Princeps veroſimiliter gratiam feciſſet, Alciat. *conſ.* 362. *num.* 2. Rota *deciſ.* 32. *in fine, verſ. Modo ita eſt de reſcript.* & *deciſ.* 21. *n.* 7. *verſ. Modo non eſt de præbend. in nouis.* Grat. *reſponſ.* 71. *n.* 16. *lib.* 1. & *reſponſ.* 144. *num.* 21. *lib.* 2. Quod extenditur ad delicta incerta, & occulta, quando aliquo modo de veriſimili intentione concedentis conſtiterit, vel apparuerit.

303. Illud etiam mente tenendum eſt non omnia tacita, quæ Principem remouiſſent a conceſſione gratiæ, aut difficiliorem feciſſent, reddere gratiam ſurreptitiam, ſed illa dumtaxat de quibus iure cautum reperitur, quod eorum expreſſione facta, Princeps reſcriptum non conceſſiſſet. Felin. *in cap. poſtulaſti, col.* 4. *in princ. verſ. Declarat etiam de reſcript.* Caputaq. *deciſ.* 46. *p.* 2. & *deciſ.* 224. *p.* 3. Franc. *in cap. ſi motu proprio, num.* 7. *verſ. Tamen non omnia, de præbend. in* 6. Boſſ. *in tit. de remed. ex ſal. clement. princip. num.* 24. Decian. *conſ.* 76. *n.* 7. *lib.* 2. Gratus *reſponſ.* 31. *num.* 17. *lib.* 1. & alij, quos allegat Farinac. *tom.* 1. *quæſt.* 6. *num* 48. & *conſ.* 93. *n.* 6. *per tot.* Camil. Borrel. *deciſ.* 22. *n.* 66. poſt plures *ibi* relatos.

304. Aduertendum etiam eſt non niſi ex cauſa iuſta, ac Reipublicæ vtili huiuſmodi reſcripta, ac remiſſiones delictorum eſſe concedenda, tantùmque, per text. *in l. relegati, in fine, ff. ad beſtias, cod. tit. §. plane, inſtit. de iur. nat. gent.* ciuil. Farinac. poſt alios *tom.* 1. *in prax. quæſt.* 10. *num.* 19. Maſtril. *de magiſtratib. lib.* 3. *cap.* 7. vbi grauiſſime peccare Principem ſine cauſa crimina remittentem ex teſtimonio multorum Theologorum oſtendit, quos *ibi* refert. Nam facilitas in remittendis delictis delinquendi occaſionem offert, teſte D. Ambroſ. & gloſ. *in cap. inlatà,* 23. *quæſt.* 4. Delinquentes tamen caſtigare, cedit in Reipublicæ commodum, quia ex punitione malorum, cæteri admoniti temperantiùs viuunt, teſte Platone ſolita dicere tres ob cauſas à ſanctis legibus pœnas delinquentibus ſtatutas. Prima eſt ob ipſiuſmet rei emendationem. Secunda vt parti offenſæ fieret aliqua iniuriæ compenſatio. Tertia vt exemplum præberetur, quo alij à malefaciendo deterreantur. Ob quam cauſam idem Plato in Prothagora & Ariſtotel. *lib.* 7. *politic. cap.* 13. definiunt pœnas a legibus infligi non ob mala præterita, ſed ob futura, ne ſcilicet delinquens iterum delinquere audeat, cæterique a vitiis abſtineant.

305. Cauere ergo debet Princeps ne facilis ſit in remittendis delictis, ſed ſummoperè, vt gratiam iuſtitia fiat, & cum cauſa. Nam tunc regnante iuſtitia pax populorum viget & Respublica feliciter gubernatur, auctore Cyprian. *lib.* 12. *de abuſionibus.* Mali namque terrentur, & boni conſeruantur, *l. capitalium, §. famoſ.* 1. & *l. aut facta, §. ff. de pœnis*, cum ſit iuſtitia virtus cæleſtis iuxta illud Pſalmi 84. *veritas de terra orta eſt, & iuſtitia de cælo proſpexit.* Quare acceptus erit Deo quicumque iuſtitiam operabitur. Quia Prouerb. 15. *Abominatio eſt Domino vita impij; qui autem ſequitur iuſtitiam, diligetur ab eo.* Fingitur enim à peritiſſimis in Aſtronomiæ ſcientia cum de Poetarum figmentis agunt, eſſe in cælo iuſtitiam ad aſpectum Bootis inter leonem, & libram, & a mortalibus receſſiſſe ad ſuperos, hominéſque deſeruiſſe; qui dum eam in terris coluerunt ſecuri ſine anxietate, aut ſollicitudine vitam egerunt tranquillam. Sic Patricius *in libro de regno, lib.* 8. *tit.* 1. ex Nigidio, cognomento Figulo, Philoſopho non contemnendo, Chaſſan. *in catalog. p.* 5. *conſider.* 5. *in princip.* Idcircò nulla ratione ferendum eſt vt pretio, vel pecunia delicta remittantur, per text. *in Authen. vt iudices ſine quoq. ſuffrag. §.* 1. vbi Dionyſius *col.* 3. ait ex venditione pœnarum omnia mala promanare. Sequitur Maſtril. *ſupra, lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 45. vbi carpit *num.* 50. Principes ſi forte domi contineant ſcienter famulos gratias delictorum ab ipſis obtinentes mediante pecunia, quamuis pecunia ad eoſdem non perueniat. Nam ſi hoc impune permittant, nihil aliud erit domus eorum, quàm ſceleſtorum hominum receptacula. Ex quo quanta mala oriantur, expendit Iſidorus *lib.* 3. *de ſummo bono, cap.* 58. quod etiam habetur *in cap. pauper,* 11. *quæſt.* 3. vbi ait ſic. *Cito violatur auro iuſtitia, nullámque reus pertimeſcit culpam, quam redimere nummis exiſtimat.* Quod etiam redarguit Molin. *de iuſt. tom.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 88. *verſ. Nulla enim æquitas patitur,* vt late de pœnis contra miniſtros publicos accipientes vltra publicum, aut priuatum ſtipendium.

306.

307.

308. Quæſtionis eſt an ſit gratia ſurreptitia de delicto ex taciturnitate, quod homicidium fuerit præmeditatè, & appenſatè commiſſum. Caputaq. *deciſ.* 2. *num.* 13. affirmat eſſe ſurreptitiam niſi impetrans declaret qualitatem illam deliberati animi Principi, addit tamen *num.* 14. id non eſſe opus, quando conſtat Principem vt iuſſe concedere. Secundum tamen Iaſon. *in l. nec damnoſa, num.* 2. & *ibi* Bald. & alij, debet fieri mentio, quod fuerit commiſſum delictum præmeditatè, C. *de precib. Imper. offer.*

[illegible] Menoch. lib. 2. *de arbitr. caſu* 203. *num.* 30. [illegible] *de remed.* [illegible] *elemen. princip. num* 33. [illegible] 8. quos ſequitur Farinacius *conſ.* 47. *num.* 2. [illegible], & Gumez *de tort. reor. cap.* 13. *num.* 38. [illegible] *Idem adde*, vbi vult gratiam obtentam non prodeſſe, si [illegible] fuiſſe factum proditoriè, vel [illegible], vel cum igne, vel ſagitta, per text. *in l.* [illegible] *C. de Epiſcop. aud.* ob quam cauſam etiam non valere gratiam carcerato, eo quod non expreſſiſſet in precibus, ſe eſſe in carceribus, vel publicis, vel non publicis, vt in aliqua domo, vel palatio. Ita Clarus *in practic.* §. *fin. quaeſt.* 59. *num.* 9. *ad finem*, vbi refert inſignem ſicarium, qui obtinuit literas impunitatis à principe, neque expreſſit, ſe eo tempore eſſe in carceribus detentum, fuiſſe laqueo ſuſpenſum. Maſtril. *de indult. general. c.* 12. *num.* 3.

309. Ex dictis ſequitur eſſe gratiam obtentam nullam de homicidio, nulla facta mentione de priori homicidio, per text. *in l.* 3. *C. de Epiſcop. aud.* ibi. *Remiſſionem veniæ crimina, niſi ſemel admiſſa, non habeant, nec in eos liberalitatis Auguſtæ referatur humanitas, qui impunitate veteris admiſſi, non emendationi potius, quam conſuetudini deputarunt.* Sic lex. Felin. *in cap. poſtulaſti*, *col.* 4. *verſ. & per iſtum textum poteſt inferri*, *extra. de reſcript.* Andr. Sic. *in cap. ſuper literis*, *eodem tit.* vbi ait Bononiæ ſe vidiſſe ſingulari indultatum de homicidio ſecundo; quod tacuerit in precibus primum homicidium. Præſumitur enim noluiſſe principem remittere delictum iteratum, niſi expreſſa reiterationis mentione facta gratiam [illegible]ncedat. Bald. *in l. nemo*, *C. de Epiſcop. indic.* Marſil. *ſingul.* 378. *num.* 4. Gomez 3. *variarum*, *cap.* 3. *num.* 60. *in fine.* Nauarr. *lib.* 1. *conſil. in vtraque editione*, *tit. de conſtitution. conſil.* 1. *quaeſt* 19. *num.* 52. *& in Extrauagant. de datis, & promiſſ. pro iuſtit. vel gratia*, *notabili* 32. *num* 48. *verſ.* *N* [illegible] *obſtat reſolutio*, Menochius *dicto caſu* 203. *num* 32. vbi concludit gratiam, & indulgentiam, vt valida ſit, debere facere mentionem alterius gratiæ conceſſæ ob aliud delictum, ſi eam aliàs impetrans obtinuit. Idem docent Neuiz. *lib.* 1. *ſyluæ nuptial. num* 151. Alciatus *in cap. cum non ab homine*, *num.* 43. *de iudic.* Couarr. *lib.* 1. *variarum*, *cap. vltim. num.* 8. & alij, quos referunt ac ſequuntur *ibi* Menochius, Farinacius *d. quaeſt.* 6. *num.* 49. & Sanchez *lib.* 8. *de matrim diſput.* 22. *num.* 2. inferentes eſſe ſubreptitium reſcriptum ſuppreſſo alio homicidio priùs remiſſo delinquenti. Quod in terminis teſte Gomezio ſuprà diſponit lex Caſtellæ *tit.* 11. *lib* 1. *ordinament.* & lex 1. *tit.* 15. *lib.* 8. *nouæ recopilat.* & ibi Azeued. *num.* 14. Addunt tamen Alciatus, & Couarr. *ſupra*, id procedere quando prima gratia fuit ratione delicti in eadem ſpecie. Secus ſi in diuerſa. Tunc enim iudex debet abſtinere ab executione, & principem conſulere, vtrùm debeat approbari [illegible]ptum, in quo tanta fuit mentio alterius diuerſi ac ſeparati delicti. Sequitur Menochius *ſupra dicto num.* 32. & Boſſius *tit de remed. ex ſol.* [illegible] *princip. num.* 33. *in fine.* Couarr. *ſuprà*, & Sanchez *num* 20.

310. Hoc tamen non procedit quando reſcriptum habitum de primo homicidio, ſeu delicto fuit in[illegible]dum, quia tunc impetrans ſecundum reſcri[illegible] non tenetur facere mentionem primi, cum [illegible] & inualidum. Sic Felin. *in cap ex* [illegible] *num.* 2 *de reſcript.* Menochius *dict. caſu* 203 *num.* 3[illegible] Quæ reſolutio eſt vera tam in diſpenſationibus, quàm in priuilegiis irritis. Tunc non eſt opus fieri mentionem in poſteriori diſpenſatione, ſeu reſcripto prioris diſpenſationis irritæ; quia cum fuerit nulla, perinde eſt, ac ſi obtenta non eſſet, per regulam, *non præſtat*, *de regulis iuris in* 6. vbi dicitur, non præſtare impedimentum, quod de iure effectum non habet. Farinacius *dict. quaeſt.* 6. *num.* 50. Sanchez *lib.* 8. *diſput.* 22. *num.* 21. vbi extendit hanc deciſionem ad priuilegia & gratias, de quibus non eſt neceſſaria mentio in poſterioribus, quando priores, ſeu priora fuerunt irrita. Atque ita de literis irritis loquitur gloſſ. *in cap. ſuggeſtum*, *verbo*, *poſterius*, *de iure patronat.* & *cap. cum noſtris*, *verbo de facto*, *de conceſſ. præbend.* Felin. *in cap.* 1. *num.* 3. *de reſcript.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 846. *num.* 20. Ob quam cauſam non eſt etiam facienda mentio clauſulæ irritæ alterius reſcripti, teſte Molin. *de primogen. lib.* 4. *cap.* 3. *num* 32. vbi addit nec etiam de illa clauſula, quæ quamuis nulla non ſit, exceptione tamen poteſt elidi, gloſſ. ordinar. *in cap ex tenore*, *de reſcriptis*, *verbo*, *negotio*, & altera gloſſ. conſimilis *in cap. cum noſtris*, *in verbo*, *de facto*, *de conceſſ. præbend.* Iaſon *in l.* 1. *num.* 1. *l. ſi contra ius*, *vel vtil. public.* Molin. *tom.* 2. *de iuſtit. diſput.* 656. *num.* 2. & Gratianus *regul.* 219. *numero* 12. 311.

Sanchez *ſuprà num.* 22. docet quando reſcriptum prius quodcunque illud ſit validum foret, limitatè tamen à principe impetratum, & ſecundum peteretur abſolutè, neceſſariò eſſe faciendam mentionem prioris reſcripti validi, & multo fortius ſi prius reſcriptum fuit inualidum, ne melioris conditionis fiat iniquè quàm iuſtè impetrans. At verò quando vtrumque reſcriptum petitur cum eadem moderatione de eodem delicto, ſeu de eadem re, non eſſe opus mentione prioris irriti; quia in hoc caſu non eſt neceſſaria mentio prioris reſcripti validi, quando ſecundo loco petitur. Vnde ſi impetrans noluerit in precibus exprimere primam gratiam fuiſſe ſurreptitiam, petat poſteriorem, cum eadem moderatione, cum qua prior fuit conceſſa. Quod ſi in ſecunda aliquid additum eſt vltra iam petitum, ſiue prior fuerit valida, ſiue inualida, neceſſaria erit mentio illius in poſteriori. Sic ille *dicto num.* 22. 312.

Sed quid dicendum de habente varia delicta, quorum aliqua ſunt antiqua, alia verò non? Nunquid in reſcripto tenetur facere mentionem de veteribus delictis, ſi de illis remiſſionem veniæ non petat, niſi de delicto vnico recente eiuſdem generis cum veteribus? Farinacius negat eſſe validum reſcriptum *ſuprà num.* 50. *verſic. ego autem multum dubito.* Ex eo fundamento, quia princeps delictorum veniam non debet concedere aſſuetis delinquere, vel ſaltem difficiliùs. Atque ita concludit teneri impetrantem facere mentionem de aliis delictis, etiamſi eſſent diuerſa, ac etiam quòd gratiæ habitæ eſſent inualidæ. Nihilominus oppoſitum puto verius, ſi de veteribus delictis non fuit reſcriptum impetratum, ſiue ea fuerint notoria, ſiue nõ, non eſſe ſcilicet de illis faciendam mentionem. Secus ſi reſcriptum de illis habitum fuit. Ita colligitur ex traditis à Gulielm. de Cun. *in l.* 3. *C. de Epiſcop. audient.* vbi vult non valere ſecundum reſcriptum ſecundi homicidij tacito primo reſcripto, ſentiens manifeſtè quod ſi primũ reſcriptum non fuiſſet impetratum, validum eſſet ſecundum, 313.

Idem ſentit Burſat. *conſ.377.num.24. & ſequentib. lib.2.* & clariùs, idem docet Boſſius *ſuprà tit.de remed.ex ſol.clement.princip.num.35.* Nec diſſentit Cald. Pereira *in l.ſi curatorem.in verbo,vel aduerſarij dolo,num.51.C.de reſtit.in integrum,* vbi vult ſemel veniam delicti à Rege impetrantem, beneficio carere debere, ſi non exprimat eiuſdem delicti à ſe patrati iam ſemel ſibi veniam fuiſſe conceſſam. Ergo ſi non obtinuit veniam delicti iam ſemel, non tenetur id exponere, quia quamuis iterata delicta ſeueriùs puniantur, non ſunt exprimenda in reſcripto ſi de illis non vult auctor veniam impetrare. Conſonat teſte eodem ibi lex regia lib.1. tit.3. num.14. *Diga ſe ennuia da dita caſo outro perdam, ou ſe foi por elle degradado,* hoc eſt, dicat an de eodem caſu alias fuerit ei parcitum, an pro eodem fuerit relegatus. Ergo non tenetur exprimere in reſcripto delictum pro quo non fuit ei parcitum.

314\. Ex dictis ſequitur, quando reſcripta ſunt ſuper rebus diuerſis non eſſe opus facere mentionem prioris in poſteriore. Eſt contra Farinac. *ſupra, quaſt.6.num.50.verſ.Ego crederem*, vbi ait tutius eſſe in gratiis facere mentionem de delictis etiam diuerſis; quando venia à Principe petitur delictorum; ſed non eſt neceſſarium cum ad id nec ratio, nec textus cogat. Ita Sanch. *d.diſp.22.n.5.* vbi ait quando inter priorem, & poſteriorem diſpenſationem nulla reperitur diſſonantia, quia ſunt ſuper rebus diuerſis, non eſſe opus in poſteriori, prioris mentione. Cald. Pereira poſt plures, *ſuprà, verſ. Secus verò ſi alterius ſit ſpeciei.* Conſonat Syluest. *verb.confeſſio,q.9.* dicens circumſtantiam reincidentiæ eſſe neceſſariò confitendam, & quamuis Cano *5.p.relectio.* neget eſſe de neceſſitate confeſſionis, quod per ſe loquendo cenſet verum Soares *de pœnit. diſput. 22. ſect.4. num. 15.* verius eſt eſſe manifeſtandam reincidentiam frequentem confeſſario præſertim ſi ipſe interroget, quando aliter non poteſt bene cognoſci ſtatus pœnitentis, nec occaſio peccandi niſi ex reincidentia, & ex peccatis etiam iam confeſſis. Nam reincidens, qui non reſiſtit conſuetudini, ſeu occaſioni proximè, vix habet decens propoſitum emendæ. Ideo ſi non interrogetur à confeſſario, ipſe debet manifeſtare frequentem reincidentiam. Henriquez *de pœnitent, lib.2.cap.6.num.4.* Suarez concordat *dict.diſput.22.ſect.4.num.15. verſic.Dixi autem per ſe loquendo.*

315\. Nota obiter conſiderata ſola diſpenſationis natura non eſſe ſurreptitiam gratiam poſteriorem, eo quòd non fiat mentio in ea prioris gratiæ iam conceſſæ, ſed hoc penſandum eſſe prouenire ex ſola concedentis voluntate, qui ſi ſciret priorem gratiam iam eſſe conceſſam cum moderatione, nullo modo poſteriorem cum exceſſu concederet. Probatur ex *c.2.de filiis presbyter.in 6.* vbi deciditur eſſe nullam gratiam illegitimo conceſſam ad plura beneficia obtinenda; cui Pontifex Summus prius conceſſerat reſcriptum ad vnicum tantùm. Atque ita vt ſecundum reſcriptum teneat, opus eſt mentione prioris iam obtenti. Gloſſ. *d.cap.2. de filiis presbyter.* Rebuff. *in concordatis in forma mandati Apoſt. ſuper verbo, diſpenſationem, & in praxi beneficial.tit.diſpenſatio ſuper defectu natalium,num.59.* Iacob.de Put. *deciſ.246.num 1.& 4.*

316\. Nec ſuſtinetur poſterius reſcriptum in quo non fuit facta mentio prioris, etiamſi apponatur clauſula, *non obſtante priori reſcripto.* Couarru. *lib.1. variarum, cap.1. num.8.in fine.* Menochius *lib.2. de arbitra. caſu 201. num. 39. & caſu 203. numer. 33. & 34.* [illegible] *conſil. 7. num.4. lib.* [illegible] Dec. *conſ.695.num.32.* Molin. *de primogen.lib.1.cap.4 num.51.* vbi refert non valere ſecundam facultatem ad alienanda, ſeu hypothecanda bona maioratus conceſſam, in qua non fuit facta mentio de alia priori iam conceſſa, ad alienanda bona ſeu hypothecanda ipſius maioriæ. Concordat Gutierr. *canonic.lib.2.cap.15.à num.91.& ſequentibus*, addens illum, qui obtinuit facultatem ad inſtituendum maioratum, & de facto inſtituit, non poſſe alium inſtituere ſine noua facultate, in qua exprimat facultatem prioris ſibi conceſſæ, alias ſecunda facultas non valebit. Sequitur Henriquez *lib.7.de indulgent.cap.17.num.5.* vbi vult hoc requiri in foro externo ob veriſimilem Principis voluntatem. Quod etiam ait Tellus *in l.12.Tauri num.42.* vbi vult poſteriorem diſpenſationem non facta prioris ſtrictioris mentione eſſe ſurreptitiam ex præſumpto intentionis defectu, quamuis poſterior ſit conceſſa cum clauſula, *motu proprio, & ex certa ſcientia.* Nam quamuis motus proprius ſurreptionem eliminet, & auferat, non tamen ſupplet defectum intentionis in concedente, neque gratiam firmat contra concedentis intentionem; ſic Ioannes Andreas *in cap.ſi motu proprio, num.1. de præbend. in 6.* Suarez *allegatione 15.num.2.* & alij, quos refert, ac ſequitur Menochius *ſupra, caſu 201. num. 80.* Sanchez *dict.lib.8.diſput.21.num.52. & diſput 22. num.8.& 9.*

317\. Limitat tamen ipſe *num.9* ſecundùm aliquos non eſſe poſteriorem gratiam ſurreptitiam ſi in priori moderamen fuit appoſitum proprio motu illam concedentis, vel ad inſtantiam diuerſæ perſonæ ab illa, cui conceſſa eſt. Secus ſi ipſe impetrans, qui priorem cum moderamine petiit, poſteriorem impetret abſque eo; quam limitationem reiicit Sanchez. Quia qualitercumque gratia ſit conceſſa cum moderatione à principe, non eſt credendum illum prioris diſpenſationis modum, ac formam tam facilè mutaturum, ſecundamque conceſſurum abſolutè, non facta mentione prioris iam conceſſæ, niſi concedens ſine moderatione cognouiſſet prioris moderamen. Sic Felinus *cap.penultim. de reſcriptis*, quem refert & ſequitur Ruinus *conſil. 37. num.4.lib.1.* Gutierrez *ſuprà num. 92.* vbi extendit hoc ad priuilegium impetratum ſimpliciter, in quo reſcripto non fuit expreſſum priuilegium primum, cum limitatione conceſſum ſecundùm Innocentium *num. 2.* & Felinum *ibi, eodem num. in cap. veniens, de præſcriptionibus.*

318\. Hinc ſequitur non valere priuilegium conceſſum clerico, quo in abſentia per quinquennium fructus percipiat, ſi tacuit pro aliquo tempore, ſimilem gratiam ſe habuiſſe. Ita Ioannes Andreas *in additionibus ad Specul, in tit. de clericis non reſidentibus, quaſt. 2.* Similiter ſi quis plures legitimationes obtinuit, & poſteriores ſunt pleniores, neque in illis fit mentio de priori excepta illa, cæteræ non valent, non habita de priori mentione. Innocent. *ſuprà;* & Ioan. Andreas *in d.quaſt.2.* Idem extendit Socio.ſen. *conſ.169.col.3 verſ. circa ſecundam difficultatem, lib. 2.* Geminianus *conſil.128.ſuper præmiſſo dubio, col.1.verſ. ad vltimum reſpondetur*, ad reſcriptum poſterius impetratum ad augendum, vel confirmandum,

ſeu

ſenc[illegible] ſanctum [illegible], ſeu gratiam prioris ſe[illegible], dicentes e[illegible] ſurreptitium, niſi fiat mentio [illegible] reſcripti. Sequitur Gutier. *d. capit.* [illegible] vbi addit præcitatos Doctores loqui [illegible] reſcripto gratiæ; poſſe tamen eorum doctri[illegible] accommodari ad reſcriptum ad lites. Quæ ſententia eſt Socini ſenior. *ſupra* dicentis in omnibus literis, per quas ius antiquum augetur, vel conſeruatur, primæ gratiæ faciendam eſſe mentionem, alioquin eſſe ſurreptitium; quibus [illegible] credit Menoch. *d. caſu* 202. *de arbitr. num.* 68.

Quæſtionis eſſe poteſt an valeat prior diſpenſatio limitatè obtenta, quando poſterior amplior obtinetur ad augendam priorem? Pars negans ex eo probatur, quia impetrans ſecundam ampliorem videtur renunciare priori cum moderamine obtentæ, quod ſuadet ex *cap. penult. de præſcript.* vbi deciditur obtinentem priuilegium contrarium præſcriptioni videri renunciare iuri præſcriptionis. Inno. *in d. cap. penult. n.* 5. Hoſtienſ. *n.* 11. & Abbas *à num.* 18. *cum ſequent.* Dicendum tamen eſt priorem gratiam non vitiari per poſteriorem ſubreptitiã, quia impetrãs non cenſetur renunciare priori abſolutè, ſed ſub conditione ſi poſterior eſſet valida. Probatur ex conditionali reſignatione, in qua reſignans non abdicat à ſe ius habitum in beneficio, niſi adimpletis conditionibus. Rota *deciſ.* 4. *de rer. permut. in antiquis*, Iaſon *conſil.* 86. *lib.* 3. Mœdan. *deci.* 18. & 183. vbi docent reſignationem perinde eſſe, ac ſi non eſſet, ſi conditiones non ſeruantur. Flamin. *de reſign. quæſt.* 3. *num.* 8. Similiter in noſtro caſu non cenſetur impetrans habere animum renunciandi gratiæ prio[illegible] niſi quatenus po[illegible]erior valida eſſet. Ita Sanch. *in* [illegible] 22. *num.* 18.

319. De[illegible]e etiam Luſitano *lib.* 2. *ordin. tit.* 43. in omni impetratione debet fieri mentio de his, quæ m[illegible] poſſunt Principem ad concedendum, [illegible] non concedendum. Vnde ſi taceat veritas [illegible] faciendo mentionem, veluti de lite pendenti [illegible] ſtatu cauſæ, reſcriptum eſt nullũ. Nã ſurr[illegible] obreptio vitiant ipſo iure, & redduntur gratiã nul[illegible], vt probat textus, & i[illegible] omnes *in c. ſi motu proprio, de præb. in* 6. Gemin. *conſ.* 120. *incipit, quod i[illegible] 4cto, col.* 1. Idem probat non ſolùm in reſcriptis gratiæ, ſed in omnibus gratiis, Abbas *in cap. ſuis circa, num.* [illegible] *de conſanguin. & affin.* Idem Abbas [illegible] *gratia diſpenſationis ſuper matrim.* Tiraquell. *de pœnis leg. cauſ.* 44. *num.* 41. & Rebuff. *in prax. benef.* [illegible] *tit. Differentia inter reſcripta gratia, & iuſt.* 12. *num.* 1. & *in commentar. ad conſtit. regi[illegible] tom.* 2. *tit. de reſcript. in præfatione, num.* 128.

[illegible]uæ ſurreptio vitiat gratiam licet per ignorantiam, aut ſimplicitatem committatur tacita ve[illegible]te, vel per obreptionem, hoc eſt, per falſitatis [illegible] onem. Ita Aymon. *conſ.* 68. *vol.* 1. *num.* 13. [illegible]etur enim impetrans non expreſſis his, quæ [illegible]ant Principem retrahere ad non concedendum, voluiſſe ipſum decipere, atque ita doloſus [illegible]etur. Valaſc. *tom.* 1. *conſult.* 72. *num.* 8. & 9. vbi [illegible] in literis gratiæ ſurreptionem, vel obreptionem [illegible] ipſo iure conceſſionem. At verò reſc[illegible] iuſtitiæ non vitiari niſi ope exceptionis; [illegible] Felin. *in cap. ad audientiam* 2. *num.* 22. *de reſ[illegible]* [illegible] ocin. *conſ.* 13. *col.* 3. *lib.* 1. Menoch. *d. caſu* [illegible] 1. & alij quibus accedit Iaſon & Pariſ. [illegible], ac ſequitur ipſe Menoch. *ſupra, nu[illegible]* V[illegible] *de nullitatibus, tit. de nullitat.* [illegible] *de agat. num.* 63. poſt plu[illegible] & V[illegible]ranenſis *in remiſſionibus ad le[illegible] Regim. Chriſt. Reipubl.*

*ges regias, lib.* 2. *titulo* 43. *per totum.*

Hinc fit, ſi quis velit literas, ſeu chartam ſecuritatis impetrare in hoc regno facta prima charta, vel ſecunda, tenetur facere mentionem de aſſumptis, aliter erit ſurreptitia, ac nulla. Sic *lib.* 5. *ordin. tit.* 130. §. 2. *ibi, e nas petiçoens que per pera impetrar as cartas declarara ſempre as queia quebrou, e doutra maneira nam lhe valeram as que demadeiramente impetrar.* Thomas Valaſc. *allegat.* 67. *num.* 29. in quo videtur ſequi doctrinam Baldi lex noſtra *in l.* 3. *num.* 4. & Paulus *ad finem, C. de Epiſcop. audient.* Faciunt tradita à Salzed. *ad Bernard. in praxi criminali, cap.* 26. gloſſ. *ordinis executio, verſ. ex quo manifeſte,* & Caruill. Bottel. *conſ.* 15. *à num.* 20. quos ſequitur Thomas Vaz *allegation.* 45. *num.* 17. vbi volunt ordinatum ab alieno Epiſcopo in impetratione beneficij teneri exprimere ſe ab Epiſcopo non ſuo fuiſſe ordinatum. Ratio ea eſſe videtur, quia taliter ordinatus non gaudet priuilegio clericali, vt probat Rebuff. *de nominat. quæſt.* 14. *num.* 42. Chaſſanæus *in conſuet. Burgund. rubric. des iuſtices, gloſſ. Sonerens, in fine,* & Salzed. *ſupra d. cap.* 26. *verſ. Et non ſolum,* eſtque ſuſpenſus ab executione ordinis, donec ratam habeat ordinationem proprius Epiſcopus, vt docet Turrecremat. *in cap. illud, diſtinct.* 71. & Franciſc. Marc. *dec.* 1005. *à num.* 3. & Rebuff. *d. quæſt.* 14. *num.* 42. *verſ. Et ſi, qui confirram.*

Suffragatur illud quod dicitur de penſione, quæ clerico loco beneficij aſſignatur, vt meliùs ſuſtentetur, cuius impetrans beneficium tenetur facere mentionem, text. *in cap. poſſeſſiones,* 16. *quæſtion.* 1. & *in cap. ad audientiam, de reſcriptis.* Calderin. *conſ.* 3. *in tit. de prabend. in fine,* quod intelligitur, quando clericus id habet loco beneficij. Non tamen eſt neceſſe, vt exprimatur quantitas penſionis, quia de iure communi non requiritur expreſſio valoris in impetratione. Abbas, & alij *in cap. ad aures,* vbi Felin. *col.* [illegible] *verſ. Prima concluſio,* per gloſſ. & Doctores ibi Cardinal. *in clement.* 4. *de præbend.* Nam expreſſio valoris eſt introducta per regulas cancellariæ, quæ cum exorbitent à iure communi non comprehendunt, niſi beneficia. Atque ita non debent extendi vltra caſus, in quibus loquuntur. Gigas *de penſionibus, quæſtion.* 67. *num.* 10. 320.

Multo fortius id erit verum, quando quis impeditur duobus impedimentis, quæ ſe contingũt, vel alterum alterum adauget. Tunc opus eſt vt exponat in precibus Summo Pontifici vtrumque impedimentum conſanguinitatis, videlicet, & affinitatis; aliàs erit gratia ſurreptitia. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſu* 203. *num.* 13. Quia vbi plura obſtant impedimenta, difficiliùs gratia conceditur. Decius *in cap. ad aures, citato, col. vlt.* & *ibi* Ripa *num.* 37. *de reſcript.* etiamſi apponatur clauſula, *non obſtante,* quæ non tollit plura obſtantia. Ideo neceſſaria eſt mentio ſingulorum in hoc caſu, vt tradunt Mandoſ. *de ſignatur. gratiæ, tit. de diſpenſat. matrimonial. circa finem.* Rota *deciſ.* 117. *lib.* 1. & *lib.* 2. *p.* 3. *deciſ.* [illegible] Sanch. *lib.* 8. *diſp.* 23. *num.* 4. *ad* 5. Garcia *de benefic. p.* 8. *cap.* 3. *à num.* 54. *cum ſequentibus.* Dictum eſt quando alterum impedimentum aliud adauget, ſed hoc non eſt vndequaque verum, quia crimen inceſtus cum propria conſanguinea non eſt neceſſariò exprimendum, quando eſt occultum, à volente contrahere in diſpenſatione matrimoniali. Nauarrus *conſilio* 8. *de cognatione ſpirituali,* & *conſilio* 1. *quæſtione* 19. *de conſtitutionibus,* [illegible] *conſ.* 8. & 9. *de conſanguinitat.* 321.

322.

*& affinit.* Henriq *lib. 12. de matr. cap. 2. ex §. 4. & 7.* Salzed. *in praxi Bernard. Diaz, cap. 126. verſ. Vnde merito*, addens in nouiſſima editione non teneri contrahentes iudici commiſſario diſpenſationis interroganti reſpondere, an præceſſerit inceſtus, cum factum eſt occultum. Quæ opinio eſt ſatis ſupérque bona, & in praxi tenenda; quam Petrus Ledeſma *de matrim. quæſt. 56. art. 5. & in ſumma de matrim. cap. 27. difficult. 3. concluſ. 1.* vocat probabiliorem contrariam, & ſequitur in foro conſcientiæ Lechus *de Republ. Eccleſiaſt. cap. 28. de parocho, pag. 367.* & Sa, *verb. diſpenſatio, numero 10.* ait diſpenſationem eſſe validam ſuper cognatione etiam tacito, quod ſe carnaliter cognouerint. Non enim tenentur ei occultum peccatum prodere.

323. Quin potiùs præcedens doctrina hoc numero contenta multas patitur inſtantias ſecundùm opinionem exiſtimantium in diuerſis diſpenſationibus diuerſa impedimenta poſſe exponi Summo Pontifici, & vnamquamque eorum ſuſtineri quoad impedimentum in ea expreſſum, tacito altero. Quæ ſententia eſt ſatis probabilis, ex ea ratione, quòd nullo iure cautum ſit, vt in precibus offerendis Summo Pontifici ſuper vno impedimento, fiat mentio de alio. Atque ita altero ſuppreſſo diſpenſatio ſtat. Sicut valet abſolutio obtenta ab vna excommunicatione etiam ſi non exprimatur ab impetrante alia excommunicatio, qua eſt ligatus, vt habetur *in gloſſ. c. ex parte, verb. redire, de officio ordinar.* Quam partem defendunt Nauar. *lib. 4. conſilior. in 1. editione, tit. de ſponſalib. conſ. 2. num. 1. & tit. de conſanguinit. conſ. 1. num. 2.* Henriq. *lib. 12. de matrim. cap. 2. num. 4. & in comment. litera Z.* Zauall. *in praxi, quæſt. 737. num. 1.* Veiga *tom. 2. ſumma, cap. 34. caſu 97. ad finem*, vbi loquuntur quando in vno, & eodem duo impedimenta reperiuntur, quorum alterum dirimit, alterum verò impedit. Quod etiam concedunt quando duplici impedimento dirimenti idem ſubiectum ligatum reperitur. Nauar. ipſe *lib. 4. conſ. in 1. edit. conſ. 4. num. 2. & 3. & in 2. edit. conſ. 7. num. 2. & 3.* Henriquez *lib. 12. de matrim. cap. 3. num. 8.* etiamſi ſcienter taceatur alterum impedimentum, vt notat ipſe Henriquez *in comment. liter. N*, & Sa *in ſumma, verbo, diſpenſatio, num. 16.* Sanchez *diſput. 25. lib. 8. num. 1*, vbi ad finem addit hanc partem eſſe ſatis probabilem, nec poſſe, iuſtè damnari, quamuis contrariam, quæ tradit in eadem diſpenſatione eſſe faciendam mentionem plurium impedimentorum, probabiliorem exiſtimet.

LIBER

## *LIBER QUINTUS,*

# DE OBLIGATIONIBVS Moderatorum Reipublicæ.

### DISPVTATIO XII.

### *De modo, & forma procedendi in iudicio ſeculari tam ciuili, quàm criminali.*

#### §. I.

#### *Quotuplex ſit iudicium, & ex quibus conſtetur?*

EPITOME.

1 *Iudicij definitio quæ ſit, & quomodo differat a iudicio fori interioris.*
2 *Iudicium aliud eſt ciuile, aliud eſt criminale.*
3 *Iudicium mixtum dicitur quando nec merè ciuiliter, nec merè criminaliter agitur.*
4 *Iudicium diuiditur in ſummarium, & ordinarium.*
5 *Iudicium ordinarium quale ſit*
6 *Iudicium an incipiat a citatione, & an à litis conteſtatione.*
7 *Citationis, quæ ſit eius natura, & an ſit iuris naturalis.*
8 *Citatio non tollitur; modus tamen, ac forma citandi ſunt de iure poſitiuo.*
9 *Probabile eſt in ſententiis Principum minimè requiri citationem.*
*Sed oppoſitum eſt probabilius, ſcilicet, non poſſe Principes tollere citationem. ibid.*
10 *Dubium eſt an in notoriis delictis prima citatio omitti poſſit.*
11. & 14 *Citatio in quibus caſibus poſſit omitti.*
12 *Executio ſententiæ de iure Luſitano non fit ſine noua citatione.*
13 *Executio ſententiæ an poſſit fieri citato procuratore loco domini.*
*Citatio quotuplex ſit, & per quem fieri debeat.*
16 *Citatio in dubio non præſumitur facta iudice mandante.*
17 *Citatio ex curſu longiſſimi temporis præſumitur facta.*
18 *Nuncio publico dicenti ſe citaſſe an credendum ſit, reo abſolute negante.*
19 *Nuncius publicus qui citare ſolet, dicitur in in Luſitania iuratus, illique traditus in iis, quæ a iudice mandantur.*
20 *Officiali aſſerenti ſe ſuper rebus ſui officij fuiſſe* [illegible] *non creditur.*
21 *Nuncio aſſerenti dixiſſe citatum ſe non venturum, an ſit credendum.*
22 *Iudex delegatus, & ordinarius an poſſint citare.*
23 *Et quid dicendum de arbitro.*
24 *Citatio quæ debeat habere, ne ſit vitioſa.*
25 *Citatio non expreſſo loco vbi comparere debet an valeat.*
26 *Dies, & hora an ſint apponenda in citatione.*
27 *Citationes quæ debent fieri per literas.*
28 *Iudex deprecatus eſt executor merus, nec debet cognoſcere de exceptionibus.*
29 *Citatio edictalis, & citatio per literas, quomodo differant, & in quibus caſibus fiat edictalis citatio.*
30 *Citatio per proclama, quomodo differat a citatione edictali.*
31 *Citatio requiritur, vt inducatur litiſpendentia dummodo ſit executa ad inſtantiam actoris.*
32 *Prouenitur iuriſdictio per citationem validam, non verò per inualidam, neque fraudulenter factam.*
33 *Citatio realis, & verbalis facta in eodem die, & in eadem hora, quæ debeat præferri.*
34 *Præuentio non fit per accuſationem, neque per inquiſitionem de iure communi: & quid de Luſitano iure.*

OMISSIS variis acceptionibus huius vocis iudicij, quas explicat Maranta *de ordin. iudiciar. 1. p. à num. 1.* Menoch. *de arbitr. quæſt. 8. num. 14.* ex gloſſ. *in §. præterea, inſtit. quibus non eſt permiſſ. facer. teſtam.* illa magis conuenit, quam Dec. extollit *in rubr. extra, de iud. lect. 1. n. 5.* & Didac. Perez *in rubr. tit. 1. lib. 3. ordin.* nempe, Iudicium eſt legitima rei controuerſæ inter litigantes apud iudicem diſceptatio, ſeu tractatio. Quæ definitio placet Iacobo Cuiacio, & Matthæo Veſembeci *in paratitlis digeſtorum, & Codicis.* Quam etiam tradit Herman. Vulteius *de iuriſprudentia Romanorum, lib. 2. cap. 1. argum. cap. forus de verb. ſignif.* Sumptum ergo iudicium pro diſcuſſione, vel proceſſu variè à Doctoribus definitur. Crebrior tamen definitio eſt, vt ſit actus trium perſonarum, iudicis, actoris, & rei in iudicio contendentium. Ita Goffred. *in ſumm. tit. de iud.* Hoſtienſ. *eod. tit. §. 1.* Bald. *in rub. ff. de iud.* Abb. *in rub. extra, eod. tit. col. 2.* Didac. Perez *ſup.* & Vinc. de Franch. *in deciſ. Neapol. 249. n. 6.* & alij, quos referunt ac ſequuntur Suarez de Paz *in praxi, annot. 1. de iud. n.* Camil. Borrell. *tit. 42. de iud. num. 10.* Mendes à Caſtro *in praxi ſecular. cap. 1. num. 2.* & conſtat ex lege noſtra *lib. 3. tit. 20.* ibi, *tres peſſoas ſam per direito neceſſarias em qualquer iuizo,* & *ibi* Barboſa *in remiſſionib. in principio.*

Nec obſtat *cap. forus, de verbor. ſignific.* & text. *in cap. 1. 4. quæſt. 4.* vbi innuitur quatuor perſonas in iudicio eſſe neceſſarias; Iudicem, videlicet, actorem, reum, & teſtes; quia actore non probante, reus abſoluitur, *l. actor, C. de probat. & cap. fin. de iureiur.* Quare ne actor ſuccumbat, teſtes neceſſariò ſunt producendi. Nihilominus quoad eſſentiam iudicij, neceſſarij tantùm ſunt iudex, actor, & reus. Teſtes verò non ſunt neceſſarij, niſi ad effectum, vt actor victor euadat, quia ſine probationibus, & ſine teſtibus iudicij ſubſtantia exiſtit, Bartol. *in l. prolata definiuntur, C. de ſent. & interlocut. & in l. per hanc, C. de tempor. appellat.* Panorm. *in cap. afferte, de præſumpt.* Felin. *in cap. Eccleſ. num. 24. de conſtitut.* Alexand. *conſ. 105. num. 4. lib. 5.* poſt Bald. *in l. ſi apud quem, C. de edend. & in l. cum, & minores, C. ſi aduerſus rem iudicat.* vbi docent probationes non eſſe de ſubſtantia iudicij. Quo fit vt iudicium, & ſententia merè iure ſuſtineatur ſine teſtibus, & probationibus.

2. Iudicium ergo aliud eſt *ciuile*, aliud eſt *criminale*. Iudicium *ciuile* dicitur, quando aliquid petitur abſque origine criminis, puta, ex contractu aliquo emptionis, ſeu venditionis, vel ex alio ſimili. Text. *in cap. cæterum, & in cap. finali, extra. de iudiciis, l. properandum in principio, C. eodem tit.* Bald. *in rubric. C. de iudic.* Item iudicium *ciuile* erit, quando pœna pecuniaria applicatur parti, quamuis deſcendat ex delicto, gloſſ. *in l. 3. verb. aureorum, ff. de ſepulch. violat.* per text. *in l. vnica, C. quando ciuilis actio, iuncta l. fin. ff. de furtis.* Iudicium verò *criminale* erit, quando principaliter agitur de crimine ad vtilitatem publicam. Text. *in l. ſeruos, C. ad l. Iul. de vi, & in l. vbi, C. de falſis.* Similiter criminale dicetur, quando pœna pecuniaria applicanda eſt fiſco. Quod intelligit Camill. *d. artic. 42. num. 13.* quando pœna deſcendit à crimine. Secus ſi ex cauſa ciuili, vel promiſſione ſecundùm Hieronym. Ciat. *conſ. 136. num. 9. vol. 1.* quem ſequitur Flamin. Chartar. *in deciſ. Genua, 130. num. 23. & 25.* vbi vult poſt Hippolyt. Riminald. *in conſ. 336. num. 33. vol. 3.* pœnam pecuniariam debitam fiſco etiam tunc facere iudicium criminale, quando eſſet impoſita à lege: ſecus ſi ab homine eſſet. Quod puto verum quando principaliter agitur de crimine, & pœna pecuniaria venit applicanda fiſco; alioqui ſi agatur ad pœnam ex contractu partium, vel alia de cauſa annotator fiſco, non eſt ſimpliciter iudicium criminale. Nauar. *in rubric. extra de iudic. num. 31.* ſic intelligens gloſſam, *in d. l. 3. de ſepulch. violat.* poſt Bartol. *ibi,* & poſt Ripam *in rubr. de iud. num. 93.*

3. Iudicium *mixtum* dicitur quãdo nec merè ciuiliter agitur, nec merè criminaliter; nempe quando agitur de crimine principaliter tã ad priuatã, quã ad publicam vtilitatẽ, & ſic eſt criminale, & ciuile ſimul. Criminale, quia agitur de crimine principaliter, & principaliter ad publicam vtilitatem: Ciuile autem, quia eſto agatur de crimine principaliter; agitur etiã principaliter ad vtilitatem priuatam. Textus *in cap. tua, de procuratoribus.* Nauar. *in rubr. de iudic. n. 54.* & habetur *in l. 2. tit. 10. lib. 8. recopilat.* Mixtum etiam dicitur iudicium, quoties pœna venit annotanda fiſco, ſimul, & parti, habetur *in l. lege Cornelia, § fin. ff. ad Sylla.* & *ibi* Decius, Nauar. *ſupra,* & Suarez de Paz *annotat. 1. de iudic. num. 17.*

4. Diuiditur hoc iudicium in ſummarium, & ordinarium. Summarium eſt in quo proceditur ſummariè, ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij; per quæ verba cenſentur ſublatæ omnes ſolemnitates iuris poſitiui, & ſic omnis ordo iudiciarius conſequenter, qui vocatur figura, ſeu faciẽs iudicij, & ſeruatur quando ordinariè proceditur. At verò omiſſo hoc ordine, & hac forma, & figura in ſummario iudicio ſeruatur in illo ius naturale, & gentium. Sic Franciſc. Contuce *in deciſ. nouiſſ. Roman. 44. num. 3. p. 2.* Camil. Borell. *deciſ. 42. tit. de iudic. num. 6.* Suarez de Paz *in praxi, ſuprà, num. 30.* Marant. *de ordin. iud. 4. p. diſt. num. 8. & 11.* poſt Alexand. *conſ. col. 11. in principio, vol. 3.* & Bald. *in l. nec quidquam, §. de plano, verſ. Quid ſi committitur;* vbi declarat quid importent verba illa, figura, & forma iudicij, *ff. de officio proconſul.* Quod etiam habetur *in clement. ſæpe, in verbo, non exigat, de verbor. ſignificat.* & ibi gloſſ. & Cardin. *in clement. diſpendioſam, de iudic.* Felin. *in cap. dilecti, eodem tit.* & gloſſ. *in cap. ſi de* [illegible] *lib. 6. in verbo, figura.* Non ergo requiritur in cauſa ſummaria libellus per text. *in d. clement. ſæpe, poſt princip. & in §. verum.* Sed ſufficit petitio per modum ſimplicis petitionis facti ſolam narrationem continens clarè ſine alia concluſione, ex qua reus poſſit deliberare, an velit cedere, vel in iudicio contendere. Bartol. *in l. 2. C. de ſent. ex peric. recit.* Paris. *in tract. de ſyndicat. in verbo, ſententia, col. 4.* Cornel. *conſ. 62. col. 1. vol. 1.* Quibus addit Lanf. *in d. clement. ſæpe, in verſ. Libellus,* talem petitionem eſſe de iure naturali, propterea non poſſe omitti: poſſe tamen fieri ſolo verbo, & poſtea redigi per notarium in actis. Sic præcitati Doctores.

Ordinarium iudicium dicitur, in quo reperiuntur iudex actor, & reus Textus *in cap. quoniam contra.* Sed ibi exprimitur diuiſio tantum iudicij in ordinarium, & extraordinarium. Ideo ordinarium eſt, in quo proceditur, ſeruato Iuris ordine, præuia citatione, libelli oblatione, conteſtatione litis, publicatione, ac concluſione ſecuta. Dictum eſt iudicium ordinarium eſſe iudicium, &c. vbi ponitur iudicium pro genere. Nauar. *ſupra in rubric. de iud. num. 17.* Miran. *de ordin. iud. quæſt. 3. art. 4. concl. 1.* Marant *p. 4. diſt. 10. per totum.* Suarez de Paz *d. annotat. 1. num. 14.* Extraordinarium verò iudicium erit, quando proceditur ſine actione, vel accuſatione vera; quod fit contra regulam iuris communis, *l. in cauſa, l. 2. in princip. ff. de minori.* Marant. *ſuprà, diſt. 1.* Dicitur etiam extraordinarium, quod iudicis officio expeditur, vt *in l.* [illegible] *var. & extraordin. cognit. & in l. pecunia verbum, §. perſecutionis, ff. de verbor. ſignificat.* 5.

Nauarrus tamen credens *ſuprà, num. 17.* [illegible] le diuidi iudicium in ordinarium, & extraordinarium, dixit, iudicium ordinarium fieri quando procedirur mediante actione, vel accuſatione vera, [illegible] dictum eſt, & loco generis poni iudicium, reliqua poni loco differentiarum, nempe cum actione, vt omnia iudicia ciuilia ordinaria comprehenderentur, & per accuſationem iudicia ordinaria criminalia continerentur. Cum ergo iuxta eundem iudicium extraordinarium ſine actione, vel accuſatione vera exerceri poſſit non [illegible] ſeruato ordine iuris, poſſitque expediri iudicis officio, colligitur inquiſitionis particularis iudicium non eſſe iudicium ordinarium, ſed extraordinarium, quamuis verè, & propriè ſit iudicium, non tamen in eo procedirur cum actione, & accuſatione vera, ſed iudicis officio, vt etiam notat Innocent. *in cap. cum oporteat, de accuſat.* Miran. *d. art. 4. concl. 1.* Suarez de Paz *vbi proximè, num. 17.*

6. Vnde [illegible] iat iudicium controuertitur inter doctores. Gloſſ. [illegible] *qui Roma, verbo, iudicium* & gloſſ. [illegible] *l. iudicium, ff. de iudic.* docent incipere iudicium à litis conteſtatione. Sequitur Lance[illegible]. *de accent in præfatio. num. 17.* & *p. 2. cap 4. in præfatio. num 7.* Probatur, quia iudicium denominatur à cauſæ diſcuſſione, per text. *in cap. forus, de verbor. ſignific.* ibi, *dum diſcutitur, iudicium eſt*, ſed diſcuſſio non incipit inter litigantes, niſi à conteſtatione litis; ergo iudicium non incipit, niſi à diſcuſſione cauſæ, quæ principium non habet ante litem conteſtatam.

A[illegible] verò tradunt citationem eſſe principium [illegible] cùm ſit principium omnium actionum, *§. fin. de pœna temere litigantium*, text. *in l. vbi cœptum, in[illegible] & l. ſi quis poſtea, ff. de indic.* & *in cap. penult. de foro compet.* Confirmat text. *in princip. in[illegible] de actionib.* quatenus dicitur ibi iudicium e[illegible] bi primum actio intenditur etiam antequam reus reſpondeat. Ideo Speculator *in tit. de citatio. in principio*, vocat citationem fundamentum, ac [illegible] um iudiciarij ordinis, quem ſequitur Marant. *in Specul. p. 6. num. 1.* Ioan. Baptiſt. Aſin. *in praxi ciuil. §. 1. cap. 1. num. 9.* vbi vocat illam iudicij initium. Idem volunt And. Gail. *lib. 1. obſeruat. practic obſeruat. 48. num. 1.* Petr. Gregor. *ſyntagmat. iuris lib. 48. cap. 20. num. 1.* Gerald. Marzoll. *in conſ. 86. num. 12 vol. 1.* & alij apud Camil. Borrell. *tit. 44. de citatio. num. 7. & duobus ſequentib.* qui omnes primum in iudicio actum a citatione incipere teſtantur. Quibus accedunt Barboſ. *in l. ſi quis poſteaquam, num. 26. ff. de indic.* & Gregor. Lop. *l. 2. tit. 7. part. 3.*

Vtraque tamen ſententia eſt vera dummodo prima intelligatur de iudicio integro, ac propriè dicto. Hoc enim non reperitur niſi poſt litem conteſtatam. Sic Bald. *in cap 1. extra de litis conteſtatio. oppoſitio. 1.* Dicens litis conteſtationem fundamentum eſſe, & lapidem angularem totius Iudicij. Sequitur Alciat. *in rubric. C. de in ius voc.* Barbo. [illegible] *in remiſſ. ad leg. reg. Luſit. lib. 3. tit. 51. in principio, num. 2.* Camill. Borrell. *deciſ. 5[illegible]. de litis conteſtation. num. 13.* multis ibi relatis

Secunda verò eſt vera, ſi loquamur de iudicio impropriè dicto, atque imperfecto; tunc incipit à citatione, vt notat Paulus *in l. 1. num. 4. C. de iudic.* Decius *in rubric. extra, eodem tit. lectur. 2. num 1.* Di[illegible], Perez *in rubr. tit. 1. lib. 2. ordin. q. 7.* vbi volunt iudicium cœptum, & inchoatum abſque dubio incipere ab ipſa citatione, vt vltra citatos notat Mirand. *de ordin. iudiciar. quæſt. 1 art 8. c[illegible] unica*, & Suarez de Paz *dict. annotat. 1.* [illegible]

7 [illegible] tamen ea eſt natura vt ſine ipſa in[illegible] n[illegible] iat, nec poſſit abſque illa inchoari, [illegible] defen[illegible] reſpiciat, quæ prouenit à iure [illegible] li, text. *in l. vt vim, ff. de iuſtit. & iur.* & *in* [illegible] *arietes, ff. ſi quadrup. paup. feciſſ. dicat.* [illegible] vt etiam in ſummariis iudiciis citatio [illegible] latur, quia cum introducta ſit ad de[illegible], non poteſt tolli, ſicut nec ipſa defen[illegible] iuris naturalis eſt, textus *in clement. ſa*[illegible] *ſignificat.* & *in element paſtoralis,* [illegible] *icat.* Marant. *d. 4. p. dict. 9.* Mendes a [illegible] *praxi lib.* [illegible] *cap. 1. num. 1.* Quin addunt [illegible] *de arbitr.* [illegible] *1. quæſt. 17.* & Peregrin. *de* [illegible] *lib. 1. tit. 4. num. 61. verſ. notandum* [illegible] & Suarez de Paz *tom. 1 partis primæ,* [illegible] *num.* [illegible] 1. citationem eſſe introductam de iure diuino, & naturali, ideo tolli non poſſe, ex *cap. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Eſſe verò iuris naturalis docent Matth. de Afflict. *in deciſ. Neapol. 245. ſub num. 10.* & *deciſ. 361. num. 38.* Franciſ. Marq. *deciſ. 661. num. 10. vol. 1.* And. Gail. *practicar. obſeruatio. lib. 1. obſeruatio. 75. num. 9.* & Camill. Borrell. *lib. de compromiſſ. §. 4. gloſſ. 4. num. 2.* & iterum ad Bellug. *in Specul. princip. rubric. 11. §. reſtat exemplis, in verbo, citari*; quibus accedit Cened. *collect. iuris cannnic. p. 2. collect. 94. n. 3.* vbi multos ad hunc effectum adducit. Subduntque citationem ortum habuiſſe in paradiſo, cùm Deus, *Geneſ 3. Adam vocauit, & dixit ei, Vbi es?*

Eſſe autem iuris diuini citationem, docent Menoch. *ſupra, num. 5.* Ioan. Baptiſt. Aſinius *in praxi ciuili, §. 1. cap. 1. num. 27.* Lelius Zanch. *de priuil. Eccleſiaſt. priuileg. priuil. 98. num. 7. & ſequentib.* Thom. Triuiſan. *in deciſ. Venet. 68. num. 1. lib. 1.* Blanchett. *in deciſ. nouiſſ. Rom. 415. num. 2. lib. 1. vol. 1.* Iacob. Philipp. Port. *conſ. 25. num. 25. & conſ. 29. num. 4. & conſ. 155. num 3.* Gaſp. Caball. *in Milleloq. 851.* & Camill. Borrel. *in commentarys de Magiſtratuum edictis, lib. 2. cap. 1. num. 11.* vbi concludit ius naturale nihil aliud eſſe niſi diuinum ius. Quod etiam tradit *in ſumma deciſio. titul. 44. de citatione, num. 4. & ſequentibus.*

Vnde colligitur tolli non poſſe citationem, modum tamen, ac formam citandi eſſe à iure poſitiuo; ac proinde variari, & alterari poſſe per principem, vel legem. Felin. *in cap. dilecti, col. 5. de exceptio.* Alexand. *conſ. 225. col. 2. tom. 6.* & Bald. *in l. 1. num. 7. C. quomod. & quand. iudex* [illegible] inaudita parte, nihil poteſt definiri, *d. cap. 1. de cauſ. poſſ. & propriet. cap. nos in quendam, 2. q. 1.* vbi loquitur de prima citatione. Quam, cùm ſit de iure naturali, & diuino, verius eſt, non poſſe tolli à principe, iuxta Pinel. *in rubr. de reſi ind. vendit. 1 p. cap. 2. num. 21.* Suarez de Paz *vbi proximè, num. 12.* Mendes à Caſtro *d. cap. 1. de de citatio. num. 2.* Alias ſententia eſt nulla, ſiue lata ſit à Summo Pontifice, ſiue ab Imperatore, vt poſt gloſſ. Bald. & Caſtrenſ. *in l. fin. C. de legib.* voluerunt Alexand. *conſ. 87. in fin. vol. 2.* & Decius *conſ. 603. col. fin.* Hippolyt. de Marſil. *in ſingul. 75. incipit, citatio.* Thom. Grammat. *in deciſio. Neapol. 105. num. 4.* & Boer. *in deciſ. Burdegal. 247.* 8.

Non eſt negandum eſſe probabile in ſententiis horum principum minimè requiri citationem, vt volunt Hippolyt. de Marſil. *in l. de vnoquoque, num. 20. ff. de re iudic.* Georgius Natta *in clemen. ſæpe, §. & quis, col. 27. de verbor. ſignific.* Quod de plenitudine poteſtatis declarant Ludouicus Roman. *conſ. 369. num. 29.* Gozadin. [illegible] *num. 29.* & Decius *conſ. 191. num. 6. & conſ 269. co. fin.* In quo euentu abſque citatione, ſententia ab eis lata ſuſtinebitur. Sed oppoſitum eſt verius non poſſe principes tollere citationem, cùm reſpiciat defenſionem, & ſit iuris naturalis, vt concludit Capic. *in deciſ. 69. poſt num. 26.* & expreſsè tradunt Flamin. Chartar. *in deciſ. Genuenſ. 21. num. 28.* Bald. *in l. ſi quando, C. de teſtib.* Marc. Mant. *Dial. 7. de narrat. 51. num. 1. claſſ. 3.* & Io. Baptiſt. Aſin. *in prax. ciuil. §. 1. cap. 1. num. 28.* 9.

Multo magis dicendum eſt non poſſe tolli à principe citationem, quando cauſa diſcutitur de bonis exiſtentibus in alieno regno, vt notat Iacob. Philipp. Port. *in conſ. 106. num. 36.* ex traditis ab Alexand. *conſ. 67. col. penult. in fine, vol. 1. num. 8* Quod etiam habet locum quando lis, & contro-

uerſia eſt inter non ſubditos. Tunc etiam citatio omitti non poteſt Bald. & Salic. *in l. nec cauſas ff. de appellationib.* Alciat. *in tract. de præſumptionib. regul. 3. præſumpt.* 8. Cardinal. Pariſ. *conſ. 1. vol. 2.* & habetur *in clement. paſtoral. de re iudicat.* Reliquas vero citationes, excepta priori, cum ſint de iure poſitiuo poſſe tolli à principe concludunt Bald. *in cap. cum ſit Romana, col. vltim. de appellationib.* Decius *in l. miles, num. 12. ff. de teſtam. milit.* Georg. Aſtenſ. *in clement. ſæpe, in §. & quia, col. 29. de verbor. ſignificat.* & alij, quos refert, ac ſequitur Afflict. *deciſ. 283. num. 6* Couar. *in pract. quæſtionib. cap. 23. num. 6. verſ. primum.*

10. Difficultas eſt an in notoriis delictis, ſeu cauſis, poſſit omitti citatio prima? Affirmat Anton. Gabriel *in tit. de citatio, verſ. contrarium, lib. 2. concluſ. 1.* Thom. Grammat. *in deciſio Neapol. 36. num. 58. & deciſ. 65. num. 55.* Oldrad. *conſ. 293. in princ.* Negat tamen etiam in notoriis poſſe omitti citationem, gloſſ. *in cap. cum dilectus filijs, in verbo, in dicenda, de purgat. canon.* & ibi Archidiac. *in cap. quia Lotharius, 2. quæſt. 1.* & idem Anton. Gabriel *d. concluſ. 1. ſupra, num. 2. ampliat. 1.* poſt multos *ibi* relatos. Quod puto verum, quando competere reo defenſionem conſtat; tunc citatio requiritur. Secus quando defenſio illi nullo modo competit; tunc citatio non exigitur. Sic Archidiac. *in d. cap. quia Lotharius*, Panorm. *in conſ. 3. vol. 2.* Alexand. *conſ. 6. in fine, vol. 3.* Suarez de Paz *d. tom. 1. 3. temp. num. 13.* multis ibi relatis. Guilhelm. Caſſ. *in deciſ. 2. tit. de iudic.* & Aufrer. *ad Capell. Tholoſ. in deciſ. 440.*

11. Sed quæres in quibus caſibus citatio poſſit omitti? Reſpondet Innocent. *in cap. ſignificauit, in fine, de teſtib.* & Anchar. *conſ. 277. col. penult.* poſſe omitti, quando periculum eſt in mora, vbi ſi fiat citatio, cauſa euaneſceret. Item non exigitur citatio, ſi citandus eſt præſens in iudicio, dummodo cauſa præſenti innoteſcat; quod contra ipſum diſcutiatur. Secus ſi ipſe neſciat, & pars contraria taceat illo præſente. Non tenebitur tamen ſtatim reſpondere, nec poteſt cogi imparatus ſatisfacere, *l. 2 ff. de in ius vocand. argum. l. 1 §. largius, ff. ſucceſſor. edict.* quia debet priùs informatus eſſe de lite ſuper qua reſpondere debet. Sic Capic. *deciſ. Neapol. 34. num. 8.* Regulariter tamen non requiritur citatio, quando præſens eſt in iudicio. Capic. idem *deciſ. 1. num. 57.* Specul. multo priùs *tit. de libell. concept. §. ſequitur, verſ. item vult quidam.* Bartol. & alij *in l. 1. ff. de in ius voc.* idem Bartol. Bald. Angel. & Salic. *in auth. ſi omnes, C. ſi ab hered. ſe abſtineat.*

Item non exigitur in capiendo debitore ſuſpecto de fuga. In quo euentu poteſt procedi ad capturam debitoris. Item poſſunt recipi teſtes, vt procedatur ad capturam debitore non citato. Quia poteſt dum citatur, fugam arripere. Bartol. *in l. ait prætor, § ſi debitorem, num. 6. ff. quæ in fraudem creditorum.* Bald. *in l. conſentaneum, num. 13. C. quomod. & quand. iudex.* Anton. Gabriel *de citatio. concluſ. 1. num. 304.* Aufrer. *ad Capell. Toloſ. in deciſ. 475* Ioannes Baptiſt. Ietter. *conſ. 31. num. 11.*

Similiter non requiritur citatio quando ſumus in cauſis, in quibus ab executione incipitur. Bald. *in l. nec quicquam, §. vbi decretum, ff. de officio proconſul. & in l. de pupillo, § meminiſſe, ff. de oper. noui. nunciat.* Ioan. Baptiſt. Aſin. *in praxi iudicial. §. 7. cap. 5. limit. 8. num. 1.* Idem dicitur de mero executore, qui non debet aliquem citare. Ludou. Roman. *in ſingul. 364. incipit, fuit vnus ex tribus, verſ. quarto fallit.* Nempe cum alicui committitur, vt examinet an aliquis ſit idoneus, ſeu dignus, Innocent. Hoſtienſ. & Felin. *in cap. fin. de præſumpt.* & Alexand. *conſ. 218. col. 1. & 2. in conſ. 45. num. 2. & 4. vol. 6.* per gloſſam expreſſam *in clement. vnica, in verbo, reperierint, de offic. deleg.* Idem eſſe dicendum in executione ſententiæ latæ, citationem videlicet, non requiri, volunt Bald. *in cap. 1. de feu. ſin. culp. non amitt.* Ioan. de Imola *in cap. ex ratione de appellationib.* Angel. de Aret. *in §. curare, col. vltim. inſtit. de actionib.* & multo prius Ioan. Andr. *in cap. cum qui. de dolo, & contumac.* Dummodo executio fiat ſuper eadem re, ſuper qua eſt prolata ſententia. Bartol. *in l à Diuo Pio, § in venditione ff. de re iudicat.* Alexand, *conſ. 50. col. fin. vol. 5. & conſ. 72. in fine, volum. 7.* & Caſſador. *in deciſ. 6. num. 2. de cauſ. poſſ. & propriet.*

De iure tamen Luſitano *lib. 3. tit. 86. in principio,* deciditur, vt non fiat executio ſententiæ, abſque noua citatione domini bonorum, ibi, *ſendo achado no lugar onde ſe faz a execucaon ſeja a ento dena do requerido que pague o contendo na ſentença, ou de penhores baſtantes a condenacaon, e naon ſendo a hi achado pera ſer requerido ſeja citado na forma que dicemos, no titulo das citacoens.* Barboſ. Vimaranenſ. *ibi, in principio, num. 4.* vbi addit quando cauſa fuit à principio diſcuſſa cum procuratore ſufficienti, dominoque abſente fuit lata ſententia, poſſe fieri executionem citato procuratore, non tamen domino, ſicque fuiſſe iudicatú a ſupremo ſenatu refert anno Domini 1607. Sed videtur non fuiſſe bene iudicatum, quia mandatum procuratoris extincta cauſa eſt extinctum, & extincto principali, acceſſorium expirat, & executio eſt cauſa noua, quæ non poteſt fieri ſine noua domini citatione, vt expreſsè præcipitur *in l. Luſitan.* ibi, *E naon ſendo a hi achado pera ſer requirido, ſeja citado na forma que dicemos no titulo das citacoens.* Atqui in eo titulo, ſcilicet, primo, *lib. 3. num. 9.* debet fieri citatio in propria perſona, non verò in perſona procuratoris, & expreſsè prohibetur *tit. 2.* ibi, *porem ſe o reo for abſente da comarca, & correicaon onde for morador, podera ſer citado ſeu procurador no comeco da demanda,* hoc eſt in principio cauſæ *ſe tiuer procuracaon geral, ſufficiẽte pera a quello, & o pera que o querem citar, & infra naon poſſa ſer citado nos caſos onde ſe ouuer da fazer noua citacaon,* niſi ad id ſpecialem procuram habuerit. Ergo nullo modo reo præſente in prouincia, vel abſente, procurator citari poteſt, nec in principio litis, neque in executione, niſi ſpecialem ad id habuerit procuratam. Gloſſ. *in verb. ad domum, in cap. cauſam, quæ de dolo, & contum.* Ob quam cauſam contrarium iudicauit ſenatus in lite Laurentij Graces Palha anno Domini 1617. Quæ practica iunior eſt ſecundùm Bartol. *in l. meminerint, num. 5. C. unde vi*, quam probat Mendes à Caſtro *in praxi lib. 3. cap. 21. num. 2. fin.* 12.

Cæterum magis placet reo abſente poſſe procuratorem citari, quando eſt ſufficiens ad executionem ſententiæ; quia executio non dicitur cauſa noua, ſed eſt quid conſequens ex illa precedens, argumento text. *in l. ſed, & manente, ff. de precario.* Menoch. *remed. 8. de recuperand. num. 7.* vbi concludit in ſubſidium procuratorem eſſe citandum, parte non comparente. Tiraquel. idem ait *de retract. conſanguin. num. 8. & duobus ſeq.* 13.

Valaſc.

[illegible] *conſilio* 144. *num.* 10. Phœbus *deciſ.* [illegible] *p.* [illegible] *num.* 5 [illegible] *arreſto* 53. per gloſſ. *in d.cap.cauſam* [illegible] *eccummac.* quæ tenet domino præſente non eſſe [illegible] tandum procuratorem; ſed eo [illegible] pro quo eſt text. *in l.* 3. *ff. delib. agnoſc. circa principium, & in l. aut qui aliter,* §. *ſi forte, ff. quod vi, aut clam.* Semper enim prius citatur dominus, quàm procurator quando agitur de rebus, in quibus eſt præiudicium graue domini; atque ita ſi dominus eſt præſens, non eſt incipiendum à procuratore. Angel. *in* §. *hinc nobis, authen. de hære. & falc.* Paulus *in l. cum, qui res, C. de procurator.* Cardin. *in clemen. cauſam,* §. 1. *de electiòn.*

14 Eodem modo non exigitur citatio quando citatus ait ſe nolle comparere. Bald. Bartol. Angel. Caſtrenſ. & Salic. *in l. tres denunciationes,* & ibi gloſſ. *C. quomod. & quando iud.* Idem dicitur in caſu hæreſis, in quo parte non citata, poſſunt recipi teſtes per text. *in cap. fin.* vbi ſcribentes *de hæretic. in* 6. Ludou. Carrer. *in tract. de hæretic. num.* 122. Et à fortiori citatio non requiritur partis in hoc crimine hæreſis quando Epiſcopus, ſeu cenſores fidei coram notario, & duobus religioſis, vel honeſtis perſonis, teſtes accipiant. Arnald. Albert. *de agnoſcen. aſſertion. cathol. vel hæretic. quæſt.* 6. *concluſ.* 3. *num.* 5. & 6. Simanc. *in praxi hæreſeos, tit.* 35. *de teſtib. num.* 5. Cened. *collect. in* [illegible] *canto. p.* 5. *collectan.* 6. *num.* 1. & 2. Iul. Clar. *in practic. crimin. quæſt.* 49. *num.* 3. Nec etiam requiritur citatio in ſententia lata in fauorem fiſci, cum fiſcus ſemper adſit. Angel. *in l. properandum,* §. *ſin autem,* & ibi Iaſo. *in fine, de iudic.* & eſt text. *in l.* [illegible] *C. de quadrien. præſcription.* Pro reliquis autem caſibus, in quibus de iure non exigitur citatio, conſule Marant. *p.* 6. *Specul. de citatio. primo membr. iudic.* & Camill. Borrell. *tit.* 44. *deciſio. de citatio. à num.* 278. *cum ſequentib.*

15. Quæres quotuplex ſit citatio, & per quos fieri debeat? Reſpondemus eſſe duplicem, realem, nempe, & verbalem. Verbalis citatio fit per verba, & hæc eſt duplex: altera iuris, & altera hominis. Citatio iuris eſt illa, quæ fit à lege. Cuius meminit *cap.* 1. & *cap. ſapientes, de election. in* 6. & *cap. quamuis, de offic. ordinar. eodem lib.* & lex fin. *C. de dolo.* Citatio realis eſt quæ fit per detentionem, ſeu captionem perſonæ, text. *in l. neminem, C. de exhibend. reu, & in cap. ſi clericus, de ſent. excommunicat. in* 6. Bartol. per text. *ibi, in l. plerique ff. de in ius vocand.* Citatio verbalis hominis multis modis fieri poteſt. Imprimis poteſt fieri ore proprio iudicis *l.* 2. *C. quomod. & quand. iud.* & habet vim peremptorij. Anton. Corcet. *in ſingul.* [illegible] *citatio, ſi nuncius,* & Matthæſilan. *in ſingul.* [illegible] *incip. Notat ſingulare dictum,* & alij, quos refert, ac ſequitur Rebuff. *ad conſtitut. Galliæ, tom.* 3. [illegible] *de citatio, in præfatio. num.* 53. Barbat. *in clem.* 1. [illegible] *eption. col.* 12. Suarez de Paz *d. temp.* 3. *ſu*[illegible] *num.* 24.

[illegible] ndò poteſt fieri citatio de mandato iudicis per [illegible] um, vel viatorem publicum; argument. legis [illegible] *cui,* §. *miſſus ff. vt in poſſeſſ. legator.* vel per [illegible] torem. Non tamen poteſt fieri citatio ſine [illegible] to iudicis per leg. *cum clericus,* & ibi Baldus *C. de Epiſcop. & cleric.* Bartol. *in Extrauag. ad reprimend. verbo, per nuncium.* Suarez *vbi ſu*[illegible] *num.* 1. Camill. *d. tit.* 44. *de citatio. num.* 15. [illegible] *ius* Caſtellæ *in l.* 1. *tit.* 7. *part.* 3. & *in l.* 2. [illegible] & *in lib.* 3. *lib.* 4. *recop.* & *de iure Luſi*[illegible] *lib.* 1. *tit.* 1. *per tot.* præſertim à *p.* 1. [illegible] *Por*

*porteiro por nos eſpecialmente deputado,* &c. Atque ita citationem ſine iudicis mandato factam eſſe nullam, docent communiter doctores. Barboſ. *in l. ſi quis poſteaquam, num.* 65. *ff. de iud.* Barboſ. Vimaranenſ. *in remiſſ. lib.* 3. *ordin.* §. 1. *num.* 6. ibi, per text. *naon apodera fazer ſem licença.* Vnde in dubio an citatio fuerit mandata fieri, non præſumitur, vt notat Bonacoſ. *commun. crimin. part.* 2. *verbo, commiſſio, fol.* 30. quamuis nuncius aſſeueret ſe iudicis mandato citaſſe. Tunc enim non fides illi eſt habenda, vt poſt plures id probat Vimaranenſ. *vbi proximè, ad* §. 4. per text. ibi. *O iuiz da cidade, ou villa mandara;* quare ſi in dubio verſetur an citatio à iudice mandante facta ſit, non præſumitur ita eſſe. Quia omne quod in actis non reperitur, præſumitur non eſſe factum, ex Flamin. *de reſignation. tom.* 2. *lib.* 11. *quæſt.* 14. *num.* 67. per leg. vltim. *C. de iuris & fact. ignor.* Bald. *in l. ſi contra, C. de appellat.* Dec. *conſ.* 483. & Alexand. *conſ.* 113. *col.* 3. *lib.* 1. Et negatiua quòd licentiam quis non habeat, probatur ex inſpectione actorum ſecundùm eundem Flamin. & Stephan. Gratian. *deciſ.* 64. & Cald. Pereira *de* [illegible] *ption. cap.* 35. *num.* 31. vbi probat citationem nunquam præſumi, niſi probetur, quoniam ſolemnitas extrinſeca eſt, per text. expreſſum *in l. quicunque,* §. *fin. ff. de Publicia. cap. quod ſicut.* & ibi Gloſſ. *verb. vocatos, de elect.* Text. *in cap. ſacro, de ſentent. excommunicat.* Bald. *in cap. vnico,* §. *ad hoc, num.* 9. *de pact. iur. firm.* & in ſpecie *in l. geſta, num.* 16. *C. de re iudicat.* Vantius *de nullitatib. ex defect. citatio. num.* 13. & Felin. *in cap. tenor, num.* 2. *de ſent. & re iudicat.* 16.

Limitatur hæc reſolutio quando oritur dubiũ poſt elapſum longiſſimum tempus, tunc enim præſumitur citatio præceſſiſſe, & eſt præſumptio iuris pro inſtrumento antiquo deſumpto ab originali, quamuis non appareat de citatione parti intimata; præſumitur tamen fuiſſe citata ex diuturnitate temporis. Iaſon *in Authen. ſi quis, in aliquo, col.* 3. *verſ. non falsis, C. de edendo.* Angel. *in l. ſciendum, ff. de verbor. obligationib.* Decius *conſ.* 36. *num.* 2. & alij, quos referens ſequitur Caldas Pereira *num.* 32. & 33. addens curſum longiſſimi temporis importare omnia eſſe ſolemniter acta, etiamſi quæſtio mota ſit ad excludendum ius tertij ſecundùm tradita *in cap. peruenit, de emptione. & venditione,* & Felin. *in cap. ſicut, num.* 30. *verſ. Secundo aduerte, de re iudicat.* quia præſumitur in hoc caſu citatio, teſte Decio *in d. authen. ſi quis, num.* 24. & Couar. *practic. cap.* 23. *num.* 6. Quidquid minus bene negent citationem ex curſu temporis non præſumi, Bald. *in authen. ſi quis in aliquo, num.* 21. *verſ. ſed hic quæritur, C. de edend. & in cap. fin. verſ. ſatisfaciam igitur, de fide inſtrument.* Panorm. & Cardin. *in cap. Albericus de teſtibus.* 17.

Sed quid ſi nuncius publicus dicat ſe citaſſe reum, & reus neget abſolutè ſe fuiſſe citatum, idque coniecturis, ac præſumptionibus oſtendat? Pro nuncio eſt gloſſ. *in cap. cum parati, in verbo, nuncius, de appellat.* affirmans eſſe habendam fidem nuncio in his, quæ ad ipſius officium ſpectant, videlicet ſi dicat, & referat ſe citaſſe reum, & citatum perſonaliter inueniſſe. Sequitur Bartol. *in tract. ad reprimendum, in verbo, per nuncium,* Decius *in d. cap. cum parati, num.* 10. Vantius *in tract. de nullitat. tit. de nullitat. ex defect. citatio. num.* 150. Quibus adhæret Ioan. Baptiſt. Aſinius *in praxi de ordin. iudicio.* §. 9. *cap.* 2. vbi poſt ſex opiniones 18.

opinionesconcludit in hoc caſu nuncio credendum eſſe, quando nuncius eſt iuratus. Secus ſi non eſt iuratus.

Contra nuncium eſt Salicet. *in l. tres denunciationes, col.2. verſ. ſed an credatur nuncio, C. quomodo,& quand. index*, & Tiraquel. *de retract. conſanguin. §.4. num.6.* ex gloſſ. *in cap. propoſuiſti, in verbo, non probatur, in princip. diſt.82.* vbi ait, quòd licet credatur nuncio, & executori iurato in iis, quæ pertinent ad ſuum officium, vt habetur *in cap. pastoralis, extra. de appellat. & l. magis, §. illud ff. de reb. cr.* nihilominus poſſe probari contrarium; quod voluit etiam Archidiac. *in cap venerabilibus, col.2. in verbo, citatus, de ſent. excommun. lib.6.* Probatur etiam ex gloſſ. *in cap. quoniam contra falſum, in verbo, citationes, de probationib.* cùm dicit, nuncio publico, & iurato fidem haberi in foro ciuili ex conſuetudine; ſecus de iure communi, niſi alias legitimè conſtet. Quibus conſideratis dicendum eſt in dubio credendum eſſe nuncio, niſi citandus contrarium, vel claris probationibus, vel validioribus coniecturis demonſtret. Ita Tiraquel. *de retract. conſanguin. §.9. num.4. & 5.* vbi aliquos refert, qui tenent ſoli iuramento citati ſtandum eſſe ſi dicat ſe citatum non fuiſſe. Quod puto verum, quando nuncius eſt vitæ illaudatæ, aut alia iuſta cauſa ſuſpectus, aut vilis perſona: citatus verò eſt perſona honeſta, & fidei integræ. Sic Dec. *in c. cum parati, num.10. & ſequent. de appellation.* Angel. *in l. vt perfectius, C. de annal. exce.* & Tiraquel. §.8. *gloſſ.1. in verbo, deux recors, num.31.* Quibus ſubſcribit Menoch *de arbitrar. d. cap. 112. num.10.* Ex quibus ſequitur in hoc caſu iudicis arbitrio locum eſſe prout volunt Hoſtienſ. Abbas, & alij *in d. cap. cum parati, de appellationib.* Atque ita iudex conſiderata qualitate perſonarum, ac negotij, fidem huic, vel illi potius habebit iuramento ab eo exacto, vel etiam non exacto, vt docent vltra citatos Archidiac. *in d. cap. venerabilibus, col.2. in verbo, citatus, de ſentent. excommun. lib.6.* Ioan. Andr. *in addit. Specul. in tit. de citatio.* Bald. *in l. 1. §.1. in fin. ff. quemadmo. teſt. aper.*

19\. De iure tamen Luſitano *lib.3. §.4.* per text. ibi, *equal iurado,* creditur nuncio publico in ſpectantibus ad eius officium, ibi *Viradar ſua fe, ou amandarn no iuiz per eſcrito, eo iuiz mandara a hum tabelliam que com a fe da citacaon lhe paſſe hum inſtrumento*; & hoc modo creditur nuncio ſimpliciter. Quæ relatio cùm fiat iudici à nuncio perſonaliter vel per literas, vel actuarium cauſæ, de ea in actis conſtare debet; alias citatio erit nulla, nec citatus non comparendo contumax reputabitur. Marant. *p.6 de citatio. ſub num.55.* Nec poteſt nuncius corrigere ſuam relationem in actis redactam, vel ſcriptam. Chaſſanæ. *in conſuetud. Burgund. rubric.1. §.7. num.32.* Vimaranenſ. *dict. lib.5. tit.1. §.4. num.9. ad finem.* Cùm ergo nuncius ſit publicus, & iuratus apud nos, & per Regem ad id ſpecialiter deputatus, vt conſtat ex §.1 *d. tit.* ibi *o ſegundo modo de citar he per porteiro per nos eſpecialmente deputado, ou geralmente dado polo concelho do alguma cidade*, illi ſimpliciter credendum eſt in iis, quæ iudice illi fuerint, demandata vel commiſſa, vel ex officio quoquè ipſius dependent. Ita Bald. *in l.1 §. cura carnis, verſ. quonſiam ff. de officio præfect. vrb.* Bartol. *in l. magis puto, §. ve tantum*, & ibi gloſſ. *ff. de reb. co.* Innocent. *in cap. quoniam contra falſum, col.2. in verbo, citationes*, & ibi Imol. & Felin. *de probat.*

Idem Bartol. *in d. extrauag. ad reprimendum, in verbo, per nuntium, ad fin.* vbi ait hanc eſſe p[illegible] xim, & communem opinionem, ſequitur De[illegible] *in d. cap. cum parati*, & Romanus alios citans *conſ.497.* dummodo nuncius ſit publicus, & iuratus ſecundùm Bartol. *in d. § cura carnis*, Gloſſ. *in d cap. cum parati*, & Bald. *in l 1. C. de ſportul.* vbi vult propter iuramentum ſtandum eſſe relationi, ac renunciationi nuncij.

Hinc fit non eſſe fidem habendam nuncio, ſeu viatori publico aſſerenti ſe ſuper citationis actu fuiſſe verberatum, vel iniuria affectum. Sic Gabriel *lib.2. ſent. tit. de citatio. concluſ.4 num 4.* Franc. Marq *part. 1. deciſ 51* Vaſquius *illuſtr. cap. 14. num. 17.* Idem docent ex antiquioribus Ioan. Andr. *in addit. Specul tit. de cita. §.1 verſ. circa ſecundum.* Imol. & Panorm. *d. cap. cum parati*, & Paul. de Caſtr. *conſ.165 Viſis, & ponderatis, col.1. verſ. tum etiam quia licet, lib.2.* & alios referens ſequitur Tiraquel. *de retract. conſanguin. §.8 gloſſ.9. num 14. & 15.* Ratio, quia non eſt credendum nuncio, & cæteris officialibus, cùm agitur de alieno facto, niſi afferantur probationes per text. *in l.1. C. de curioſ lib 12.* Barboſ. Vimaranenſ. *in remiſſ ad lib.3. ordin. tit.1. § 4.* vbi addit querelam hanc nuncij, vel aliorum officialium ſatis eſſe ad inueſtigandum de veritate, & ad inquirendum, non tamen ad condemnandum; monetque iudices ne de facili præbeant aures querelis officialium, cùm ipſi in exequendis mandatis iudicum ſæpe occaſionem præſtent vt malè à citandis excipiantur. 10.

Sed quid dicendum de nuncio, vel alio officiali ad citandum miſſo quando renunciat, ac refert citatum reſpondiſſe ſe non venturum? Ioan. Andreas vbi ſupra, & Bald. *in d §. cura carnis*, affirmat non eſſe credendum illi; quia hoc non eſt propriè connexum citationi. Nam citatio de ſe ſuſtineri poteſt ſine hac reſponſione; nec refert hanc reſponſionem venire in quandam conſequentiam citationis, & propter id mandatum cenſeri, eo ipſo quòd citatio fuit mandata, *l.2. ff. de iuriſ[illegible] omn. iudic. & cap præterea, de officio deleg.* quia poteſt reſponderi hanc regulam non procedere, vbi conſequens maiorem vim habet quàm ſuum antecedens, vt notat Bartol. *in d. l.2. de i[illegible] omn. iudic.* Quare cum ratione delicti contumaciæ plus quid inſit reſponſo, quàm citationi, non ſequitur citatione mandata reſponſum cenſeri mandatum. Sic Iaſon *in l. properandum, § ſiquidem, num.9. C. de iudic.* 11.

Alij tamen aiunt nuncio eſſe credendum de reſponſione citati negantis ſe venturum [illegible] quos eſt Bartol. *in l. tres denunciationes [illegible] quomod. & quand. index*, quem ſequitur Imol ſibi contrarius *in l. ſi finita, §. Iulianus ff. de damno infecto*, & plenè *in l. ex conſenſu, §. vltim. col.1 [illegible] circa primum, ff. de appellat.* Cardin. Florent. *in clemenc.1. in 8. quæſt. verſ. Ego puto quod [illegible] de dolo, & contum.* Philipp. Fran. & Dec[illegible] *diſt. in d. cap. cum parati.* Ex eo fundamento, quia hæc reſponſio à nuncio relata, eſt quid conn[illegible] & annexum ipſi citationi, atque ita commiſſo nuncio citatione venit reſponſio citati in ſequelam & conſequentiam ipſius citationis, vt ex reſponſione deprehendatur, an citatus reputetur contumax necne, & an velit comparere. Cùm ergo ex relatione nuncij dicentis citatum dixiſſe ſe non venturum ſequatur vera contumacia, quæ eſt grauior res quam ipſa citatio, & cùm conſequens

maius

maius ſit antecedenti, & inter doctores non conſtet de reſponſione citati an pertineat ad officium nuncij. verius puto cum Baldo *in d. §. cura carnis*, non eſſe habendam fidem nuncio ſuper hac reſponſione quantum ad plenum præiudicium. Sed arbitrio iudicis relinquendum, vt ipſe aliquando fidem habeat, aliquando non, conſiderata citati qualitate, ac negotij magnitudine, prout etiam volunt Bartol. *in d. l. 2. de iuriſdict. omn. iudic.* quem ſequitur Tiraquel. *d. §. 8. gloſſ. 9. a n. 17.* & Menoch. *d. caſu 112. num. 19.*

22. An iudex delegatus poſſit citare? Nam de iudice ordinario conſtat per legem *ſancimus, C. de iudic.* vbi Bald. *num. 3.* Rebuff. *ad conſtitution. Galliæ, tom. 3. tit. de citatio. in præfatio. num. 57.* & Marant. *in Specul. p. 6. verbo, citatio, num. 42. & ſequentib.* vbi de iure communi addit poſſe iudicem nuncium creare ad citandum, & eligere priuatum cui committat citationem, etiamſi non ſit publicus nuncius, vt notat Card. Alex. *in cap. cum ſit Romana, col. final. de appellat.* & ibi Abbas. Non tamen de iure Luſitano hoc poteſt, *d. lib. 3. tit. 1. ſit 1.* De iudice verò delegato etiam dicendum eſt poſſe ſecundùm doctores præcitatos, dummodo literæ citatoriæ contineant delegationis inſertas literas, alias delegato non creditur. Tenetur enim docere de ſua commiſſione, *cap. præterea, de dilatio. cap. cum in iure*, & ibi Felin. *de officio delegati.* Marant. *ſuprà, in Specul. diſt. 5. num. 39.* Andr. Gail. *lib. 1. pract. obſeruat. obſeruat. 48. num. 17.* idem Marant. *p. 6. verbo, citatio, num. 43.* qui limitant non teneri inſerere copiam reſcripti in literis depræcatoriis, quando citatus eſt in loco citantis, vel modicum diſtat. Ex Bald. *in l. cum qui, ff. de iuriſdict. omn. iudic.* & Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 169. num. 15. cum ſequentib. & num. 31.*

Nihilominus cùm iuriſdictio delegata non præſumatur, nec in perſona illuſtri, ſemper debet delegatus copiam facere ſuæ delegationis, & oſtendere reſcriptum. Ita gloſſ. *in cap. porro, de priuileg. in gloſſ. 3.* Felin. *in cap. cum in iure peritus, num. 6. de officio delegat.* Quibus accedit Caſtrenſ. *conſ. 81. incipit, in cauſa, quæ vertitur inter venerandum patrem, col. 4. verſ. eſt etiam alius defectus, lib. 2.* niſi quando commiſſio ſolùm agit de negotio, & facto ipſius delegantis, qui ſi eſt perſona excellens, & non agitur de præiudicio tertij, delegato creditur, etiamſi non exhibeat literas ſuæ delegationis. Menochius *lib. 2. præſumptio. 15. præſumpt. num. 4. & 8.*

23. Poteſt etiam fieri citatio per iudicem arbitrum, *l. ſed interpellatur, §. arbiter, ff. de arbitr.* Sic Specul. *in tit. de citatio. §. ſequitur, num. 15. verſ. & nota*; & Rebuff. *ſuprà, num. 63.* Non poteſt autem arbiter citare teſtes. Bald. *in l. 1 num. 11. C. de arbitr.* Camill. Botell. *de compromiſſ. §. 4. gloſſ. 4. num.* . & multo minus arbitrator, qui nullam citationem facere poteſt. De iure tamen Luſitano *lib. 3. ordin. tit. 16. §. 1.* non conſtat à quo ſint teſtes citandi, qui coram arbitro tenentur iurare. Puto tamen teſtes eſſe citandos de mandato iudicis ordinarij; ſed de his infrà cum de iudice arbitro ſermo fuerit.

24 Vt verò citatio non ſit vitioſa, debet fieri à competente iudice, proinde nomen iudicis citatio debet continere, vt citandus ſciat an citetur à competente iudice. Vulteius *de iure prudentia, Romanor. lib. 2. cap. 28.* Andr. Gail. *pract. obſeruat. lib. 1 obſeruat. 48. num. 6. & 7.* Lancellot. Conrad. *de officio prætor. in cauſ. ciuil. tit. de citatio. num. 3.* Petr. Foller. *in pract. crimin. §. vel eas verbaliter citare faciat, num. 4.* Item nomen citandi citationi debet inſeri, & cognomen, argument. *cap. ſignificauit, de reſcript. & l. certum, ff. ſi cert. petat.* Vantius *tit. ex defectu citatio. num. 49.* Azeued. *l. 3. à num. 39. tit. 3. lib. 4. nouæ recopil.* Io. Baptiſt. Aſin. *in praxi §. 7. cap. 4. num. 2. & 5.* & conſtat ex lege Luſitana *lib. 3. tit. 1. §. 5.* ibi, *Nas cartas precatorias ſe deue declarar o iuiz, & nellas hira declarado o nome do que a deſer citado.* Dummodo non ſit citanda vniuerſitas aliqua. Tunc enim ſingulorum nomina non opus eſt vt exprimantur, ſed poteſt citare per proclama, vel per edictum affixum in loco publico. Bartol. *in extrauag. ad reprimend. in verbo, citatum.* And. Gail. *obſeruat. 49. ſupra*, Bald. *in l. etiam, C. de execut. rei iudicat.* Quod ſi non ſit locus tutus, affigetur edictum in loco vicino publicè, & in loco publico. Treutl. *diſp. ſelectar. lib. 1. diſp. 4.* Marant. *in Specul. p. 6. tit. de citatio. num. 94. & duobus ſeqq.*

Similiter citatio debet continere nomen illius, qui poſtulauit citationem. Vantius *vbi ſuprà, num. 49.* & habetur *in l. fin. ibi, poſtulantem, ff. de bonis, auth. iud. poſſid.* Gail. *d. lib. 1. obſeruat. 50. n. 3. & 4.* Vulteius *cit. lib. 2. cap. 28. verſ. tertium eſt nomen*, per text. *in l. ad peremptorium, ibi, vt primo quis petat, ff. de iudic.* & Bald. *in l. accuſatoribus, num. 13. C. de accuſ.* Ratio, quia in ciuilibus non tenetur iudex ſuum officium impartiri non poſtulanti, vt deciditur *§. hoc autem iudicium, ff. de damn. infect.* Inſerenda eſt etiam cauſa in citatione, ob quam ſit citatio. Vulteius *d. lib. 2. cap. 28.* And. Gail. *lib. 1. obſeruat. 51. num. 1. & ſequentib.* Tancred. de Corneto *in compendioſa, tit. de citatio. quæſt. 3.* Cardoſ. *in praxi iudic. verbo, citatio, num. 14.* Vantius *tit. de nullit. ex defect. citation. num. 5.* Camill. Borrel. *in ſumm. tit. 44. num. 38.* Et conſtat ex lege Luſitan. *lib. 3. tit. 1. §. 5.* per text. ibi, *a razaon porque*; vbi etiam decernit iudicij locum in citatione ad ſcribendum, niſi citato locus ſit notus. Nam tunc citationem valere non expreſſo loco reſpondent Tiber. Decian. *vol. 1. reſponſ. 18. num. 151.* & Menoch. *conſ. 100. num. 179. cum ſequentib.* Quia ea eſt ratio ob quam locus comparendi adſcribitur, vt citatus ſciat quo in loco comparere debeat, quæ ceſſat quando citato locus eſt manifeſtus. Sic Vantius *ſuprà*, poſt Felin. *in cap. cum M. Ferra. col. 3. verſ. & ſi Epiſcopus citauit, de conſtitut.*

Quod ſi aliquis citetur non expreſſo loco vbi comparere debeat, & ex data citatorij conſtet in quo loco citatorium fuit conſcriptum, non eſt neceſſe exprimere locum iudicij; quia locus manet certus ex data ipſius citationis. Menoch. *ſuprà, n. 182. in termino*, & Decian. præcit. *reſponſ. 18. num. 153.* Idem eſto iudicium, quando iudex in certo loco, ac conſueto ſolet ius dicere ſecundùm eoſdem, quia certus locus, & conſuetus non eſt ampliùs certificandus, *l. 2. in fine, ff. de actio. empt. cap. cum, qui certus, de regul. iur. in 6.* Vimaranenſ. alias *ibi, relatis in remiſſ. ad lib. 3. tit. 1. §. 5. num. 9. & trib. ſequentib.* 25.

Vbi ex lege Luſitana addit diem in citatorio eſſe adſcribendum, in quo debeat comparere, alias non valet ſecundùm Bartol. *in l. liber homo, §. decem, ff. de verbor. obligatio.* Bald. *in l. fin. col. 1.* per illum text. *C. de iure Domi. impe.* quamuis Speculat. *in tit. de citatio §. ſequitur, verſ. quid ſi non præfixerit.* 26. Abbas *in d. cap. cum parati*, teneant valere, etiamſi dies non apponatur in citatione

tione Quod puto verius;quia eſto iudex ſit diem apponere, in quo debeat comparere, hoc fieri ſolet, vt citatus congruè, & opportunè ad locum deſtinatum venire queat, ex Bartol. *in l. aut qualiter, num.2. ff quod vi, aut clam.* Marant. *tit. de citatio. num* 67. Camill. *d. tit.*44. *num.*52 *& ſequentib.* Nicol. Anton. Grauat. *ad Octauian. Veſtrium in pract. lib.* 4. *cap.*2. *num.* 10. vbi decidit citationem abſque aliquo termino factam valere, & obligare, vt citatus compareat tempore congruo. Quod etiam prædixit Felin. *in cap. conſuluit, de offic. delegat* & Alexand. *in l. liber homo, § 1. ff. de verbor. obligat.* Quæ eſt ratio, ob quam in citatorio per literas deprecatorias facto, de quibus loquimur hoc loco, & § præcedenti, debeat iudex congruum tempus apponere, vt citatio ſubſiſtat; quod ſi deſit, non proinde deficiet; ſed intelligitur teneri citatum non illico, ſed congruo tempore ſe præſentare, argum. *cap. cum parati, de appellat.* Ex quo deducitur citationem ſine termino, & ſine die eſſe validam ſecundùm Ioan. Andr. & Abbat. Sicul. *ibi in vlt. notabil.* & Anton. *in quarto not.* Ioan. de Imol. & Philip. Franc. vbi omnes vocant textum illius capitis ſingularem Quibus accedit Boër. *deciſ.*235. *à num.*2. & Emanuel Suarez *in theſaur. receptar. ſentent. § citatio, num* 68. Alciat. *in praxi tit. de ratio. citationis, verſ. ſeptimò;* & Camill. Borrell. *dict. titul.*44. *num.*57.

Sed quæres, ſi citatus ſine termino tandem non compareat, an poſſit iudex procedere ad ſententiam, vel ad alios actus in contumaciam? Reſpondet Philip. Franc. *in d. cap. cum parati, col.*5. *&* 6. poſſe non comparentem mulctari tanquam inobedientem, non tamen poſſe procedi ad ſententiam, vel ad alios actus in contumaciam. Concordat Angel. *in l. liber homo, §. decem, & in l. per interuallum. ff. de iudic.* Eo quòd citatio fieri debet in forma ſolita, & per verba conſueta. Nam quod fieri ſolet, fieri debet: quod ſi non fit, iniuſte fit. Gloſſ. *in l. quid ergo, §. pœna grauior, ff. de infa.* Vnde Innocent. *in cap. præterea, de dilat.* tradit citationem continentem inſolita eſſe nullam; cum non ſit ſecundùm ſtylum conſuetum mandata, excuſatque reum non comparendo. Sequitur Felin. *in cap. quoniam, col.* 8. *in verb. citationis, de probat.*

Non eſt tamen neceſſe apponere in citatione horam, ſed citatus debet comparere hora ſolita cauſarum. Bald. *in l. ſi vt proponis la* 2. *C. quomod. & quand. iudex,* Abbas, & Philipp. *col.* 6. *in d. cap. cum parati.* Innocent. *in cap. cum nobis, de electio.* & Felin. *in cap. conſuluit, col.*5. *de offic. delegat.* Azeued. *l.* 1. *num.* 4. *tit.* 3. *lib.* 4. *recopilat.* & Marant. *d.* 6. *p. de citatio. membr.* 1. *num.* 66. Vnde non eſt admittenda opinio ſapientiſſimi D. Franciſci de Cald. Pereira, *cap.* 4. *de empt. & vendit. num.*18. aſſerentis in citatione exprimendam eſſe horam, qua citatus comparere debeat; neque enim lex Luſitana *lib.* 3. *tit.*1. *§.*5. *&* §. 13. præcipit, vt exprimatur hora, ſed §. 5. ait vt exprimatur dies, qua debet comparere, & §. 13. iubet, vt exprimatur tempus, ibi, *O dia, lugar, e tempo em que ham de ſer perguntadas as teſtemunhas, ſe a deſer antes do meyo dia, e ſe depois,* hoc eſt, quando recipientur teſtes, citabitur pars, aut ejus procurator, vt interſit die, loco, & tempore; videlicet antemeridiano, vel pomeridiano, vbi non ſermo eſt de hora certa. Atque ita dicendum eſt non horam eſſe exprimendam in qua pro tribunali iudex ſedere ſolet. Marc. Ant. *de Amato Marchia, deciſ.*18. *ſub. num.* 19. *verſ. prout quoque ceſſat.* Denique ſi dies termini cadat in diem feriatam de conſuetudine valet citatio, tranſit tamen in diem ſequentem. Azeued. *l.* 1 *num.*5. *tit.*3. *lib.* 4 *recopilat.* Perez *l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 3. *ordinat. quaſt.* 8. *pag.* 490. Non valebit tamen citatio ſi iudex ſæcularis dicat, *compareas coram me die dominico.* Ita Bartol. *in l. ex quacumque, col. penult. ff. ſi quis in ius vocat. non ier.* & alij, quos ſequitur Marant. *p.* 6. *de citatio num.* 110. vbi ait non teneri comparere, quia eſt error manifeſtus, nec valere citationem. Secus ſi dicat, *compareas coram me hinc ad decem dies,* & vltima ſit feriata, valet citatio & debet comparere die ſequenti, ſecundùm Bald. *in d. l. ex quacumque, col. fin.* niſi citatio fiat ſuper cauſis, quæ poſſunt expediri diebus feriatis, quæ numerantur *in l.* 2. *&* 3. *ff. de feriis,* & *in l. Luſit. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 17.

Quæſtionis eſt, quæ tam citationes debeant fieri per literas. Atque in primis dicendum eſt citationem per literas poſſe fieri ſi iudici placuerit, quæ mittuntur iudicis ſubſcriptione authenticæ, vel ſigillo munitæ iuxta conſuetudinem loci, & hæc citatio differt a citatione verbali, quæ etiam poteſt fieri in ſcriptis. Citatio verò per literas fuit introducta à iure communi, vt deducitur ex text. *in cap. prudentiam, de offic. deleg. & in cap. ſi Epiſcop. diſt.* 80. *& in leg. conſentaneum C. quomod. & quand. iudex,* & notant Aſinius *in practic. §.* 7. *cap.* 3. *num.* 6. & Socin. *in tract. de citatio art.* 24. *num. cum ſequentib.* Sigiſmund. *lib.* 1. *in praxi, cap.* 33. *num.* 1. *&* 2. vbi *num.* 19 ait citationem per literas poſſe concedi tam ab ordinario, quàm à delegato, & contra quoſcumque poſt Aſinium *d. §.* 7. *cap.* 4. *ſub num.* 5. *&* 6. quem ibi referens ſequitur. 17.

Quod ſi citanda ſit aliqua perſona illuſtriſſima, ſeu clariſſima, citatio debet fieri per literas, gloſſ. & *ibi* Bartol. *in l. quoties, l. de dignitatib. lib.* 12. Afflict. *lib.* 1. *conſtit. conſtitutione edictorum, n.*7. *in fin. rubric.* 96. Marant. *p.* 6. 1. *membr. citatio num.* 76. addens alios caſus in quibus neceſſariæ ſunt literæ citatoriæ ſecundùm legem, *prohibitum. in fin. C. de iur. fiſci.* De iure tamen noſtro *d. lib.*3. *tit.*1. §.19 quando citantur Infantes, Duces, Marchiones, & alij grandes huius regni, qui ſi ſint extra curiam citandi ſunt per literas citatorias, quas chartas de camera vocamus. Attamen ſi reperiantur in dicta curia regia poſſunt citari ab actuario, ſeu tabellione ipſius iudicis, qui de ea cauſa debet cognoſcere. Quod intelligitur de omnibus magnatibus, excepta Regina duntaxat. Nomine verò magnatum venit Illuſtrimus, ac Reuerendiſſimus primas Bracarenſis iuxta text *in cap coram, de in integr. reſtit.* Cabed. 1. *p. deciſ.* 79. *per totum,* vbi ait *num.* 3. dictum Primatem non aliter citandum eſſe niſi per chartam de camera. Sequitur Vimaranenſ. *in remiſſ. ad ordin. regiam, lib* 3. *num.* 19. *tit.* 1. vbi formam citatoriam *da carta de camera* transfert.

Nomine verò regiæ curiæ venit locus ille, in quo Rex eſt cum magiſtratibus, conſiliariis, & aliis eius lateri adhærentibus, & vbi aſſiſtit in adminiſtranda iuſtitia cum quinque leucis in circuitu; quæ territorium curiæ regiæ appellantur Cabed. *p.* 1. *deciſ.* 13 *num.* 1 ex Conat. *pract. cap.* 4 *num.* 10. Gregor. Lop. *in l.* 27 *part.* 2. *tit.* 9. Et conſtat ex lege Luſitana *lib.* 1. *tit.* 7. *in princip.* vbi dicitur curiam regiam eſſe cum quinque leucis in

in ... tu. *Onde nos e liuermos, e derredor finco* ... quæ di... untur curiæ territorium, debẽntque ... men ... per viam conſuetam, & frequen... tem Barboſ. Vimaranenſ. *d. lib. 1. tit. 7. ordin. regia in principio*. In aliquibus tamen caſibus curia regia non habet has quinque leucas, ſed vnam duntaxat pro territorio in circuitu. Cabed. *1. part. d. deciſ. 13. num. 3.* vbi id expreſsè docet. Quin ad ... aliquando curiam reſtringi ad locum, vbi Rex eſt, & ad ſoburbia illius loci. Quod intelligi... r in odioſis, ne odia extendantur, & probatur ex lege noſtra *lib. 5. tit. 142.* vbi loquitur de relegatis, vel in exilium miſſis; qui non poſſunt ingredi in curiam regiam, quæ ad hunc effectum intelligitur locus, in quo Rex eſt, & ſuburbia illius, & non extenditur ad territorium quinque leucarum, in quibus poſſunt commorari relegati ex curi..., *ibi*, dicta lex noſtra. *Nem ſe entenda as finco legoas per corte neſte cazo.*

Poteſt etiam fieri citatio per literas precatorias ſecundùm diſpoſitionem regiæ legis Luſitan. *lib. 3. titul. 1. §. 5.* quando pars citanda eſt extra territorium iudicis proprij; quia minimè poteſt quis citari à iudice proprio extra ſuum territorium iuxta communem, argum. *leg. fin. ff. de iuriſdict. omn. iud. & clement. paſtoralis, de re iudicat.* Camill. Borrellus *deciſ. 44. num. 62.* multis ibi relatis. Sigiſmund. *dict. cap. 33. num. 6.* vbi quidquid ſit de iure reſoluit ſecundùm praxim poſſe iudicem citare extra territorium ſuæ iuriſdictionis per literas directas iudici illius loci, vbi reſidet citandus. Iudex verò requiſitus pro executione literarum precatoriarum ſi noluerit obedire literis deprecatoriis, poſſunt partes via grauaminis recurrere ad ſuperiorem illius; ſic Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. capite 146. num. 10.* Barboſ. *in l. hæres abſens, §. 1. ff. de iudic. num. 97.* Poteſtque puniri, ſi non exequatur in literis precatoriis contenta, vt deciditur *in l. noſtra, lib. 5. titul. 119. §. 4. & vltim. verſ. E todo o iuiz, ou outra qualquer iuſtiça que for negligente em comprir carta precatoria, pague vinte cruzados, e mais ſeja degradado hum anno para Africa*, & apud Hiſpanos per legem primam *tit. 29. p. 7.* grauiter etiam punitur.

18. Iu... coram iudice requiſito, ac deprecato excep... propo... nantur, non debet de illis cognoſcere, ſed debet eas remittere iudici deprecanti, cum ſit merus executor deprecatus, vt notat Innocent. *in cap. cum in iure, de offic. delegat.* quem ſequitur Capel. Tholoſ. *deciſ. 411.* Sicque ... iudicatum à Senatu Luſitano refert Cabed. *deciſ. 49. 1. part. per totum*. Quod procedit quando conſtat de iuriſdictione iudicis literas requiſitorias mittentis; aliàs tenebitur oſtendere ... cognitionis, illaſque inſerere vt dictum eſt ... *dict.* ... *num. 146. & ſequent.*

19. Sequitur dicendum de citando, qui non po... personaliter, nec domi. Citandus ta... per literas edictales, ſeu per edictum af... in locis publicis, e quibus huiuſmodi li... poſſint citato innoteſcere. Differunt autem ... nes per edictum à citatione per literas ex ... ; quia iudex ordinarius poteſt citare ... in caſibus à iure permiſſis. Non ta... , ſed ſo... iudices ordinarij maiores ... lanci, qui de rebus ac vilibus ... argum. leg. *ſancimus, C. de iudic.* Marant. *d.* ... *6.* ... *t. de citatio. num. 39.* Rebuff. *ad* F... Regim. Chriſt. Republ. *conſtit. Galliæ, tom. 3. rubric. de citation. num. 94. & in concordia Galliæ, tit. de conſtit. in verbo, per edictum*, Sigiſmund. *lib. 1. praxis, cap. 34. in principio, num. 1.* & Camill. Borrel. *d. tit. 44. num. 79.* vbi volunt iudicem delegatum non poſſe citare per edictum, niſi fuerit delegatus à principe; nam is poteſt citare per edictum in caſibus de iure permiſſis, & in caſibus contentis in commiſſione; argum. *text. in authen. qui ſemel, C. quomod. & quando iudex*, Gail. *in pract. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 57. num. 13.* per gloſſ. *in d. authen. qui ſemel, in verſ. delegatus*, & ibi Bartol. *verſ. venio ad ſecundam, & in extrauag. ad reprimendum, in verſ. per edictum, & in l. plerique, ff. de in ius voc.* Sequitur Marant. *in ſuo ſpecul. p. 4. diſt. 5. num. 57.*

Sed quæres quinam ſint caſus, in quibus conceditur citatio per edictum? Marant. *d. tit. de citation. num. 83.* Vantius *rubric. de nullit. ex defect. citatio. ſub n. 122.* dicunt vagabundum eſſe citandum per edictum. Dicitur autem vagabundus, qui non habet certum domicilium, nec ciuitatem permanentem. Citatio verò edictalis affigitur in loco, vbi vagabundus commorari ſolebat. Vulteius *iuris prudent. Roman. lib. 2. cap. 28. verſ. edicto fit*: vel domi, vbi habitare ſolebat. Gail. *lib. 1. obſeruat. 57. num. 4. & ſequentibus*. Quod ſi fuerit clericus, publicabitur citatio, & legetur, & affigetur in foribus Eccleſiæ, vbi ſacrificare ſolebat. Quod ſi cauſa moueatur ſuper re immobili, citatio affigatur in loco vbi eſt res immobilis, *l. 4. §. prætor ait*, & ibi gloſſ. & Caſtrenſ. *num. 6. ff. de damnat. infect.* Si verò res ſit mobilis, ſeu pecuniaria, tunc citatio edictalis debet publicari, & affigi in eo loco, vbi magis commorabatur. Baldus *in l. ſi accuſatoribus, colum. 5. C. de accuſat.* Marant. *in ſuo ſpecul. p. 6. membr. 1. numero 83. & duobus ſequentibus, & num. 130.* poſt Bartolum *in l. vt perfectius, C. de ann. exception.* & Papienſ. *in praxi in form. reſponſ. rei conuent. in gloſſ. 1. numero 11. folio mihi 172.*

Secundus caſus, in quo procedit edictalis citatio, eſt, quando citandus latitat, vel taliter ſe abſcondit, vt citatio ad eius aures, ac notitiam non deferatur. Rebuff. *tom. 3. ad leges Galliæ, tit. de citation. num. 96.* Marant. *dict. tit. de citatio. num. 84. verſ. ſecundus caſus.* Andr. Gail. *lib. 1. obſeruat. 55. num. 4. & obſeruat. 57. num. 1.* & habetur *in clement. 1. de iudic.* Camill. *d. tit. 44. num. 90.* De quo etiam loquitur Ordin. Luſitan. *d. lib. 3. tit. 1. §. 8.* vbi Vimaranenſ. *num. 15.* addens *numero* 20. ſemel citatum per edictum, quamuis poſtea deprehendatur illum eſſe in certo loco non debere amplius citari, ſi à principio reuera non conſtabat de loco certo. Tiraquellus *in l. boues, §. hoc ſermone, limitat. 28. num. 4. & 5.* Quare priuſquam citetur abſens per edictum, debet iudex diligenter inquirere an reus poſſit inueniri, ſecuréque citari per nuncium, ſeu portarium, aut per literas citatorias ſine periculo aliquo. Quod ſi inueniatur poſſe fieri citationem per aliquem ex dictis modis, non debet citari per edictum. Poteſtque non ſolùm citatio, ſed etiam totus proceſſus ex ea procedens à iudicibus maioribus reuocari. Idcirco dum edicta fuerint publicata, & affixa, fiet pariter in illis mentio diligentiæ à iudice per inquiſitionem factæ. De qua diligentia meminit lex noſtra *ſuprà*, §. 8. ibi, *deuo*

o iuiz primeiro enformae per inguiricam, & tradit Bartol. in Extrauagant. ad reprimendum, verbo, per edictum. Gam. Luſitan. deciſ. 237. num. 1. & & alij, quos ſequitur Vimaranenſ. d. §. 8. num. 21. aliàs citatio non ſeruata forma legis noſtræ redditur nulla; quia cenſetur forma ſubſtantialis, vt eſt text. in l. 1. §. Officium, & ibi Baldus ff. ne quis eum qui in ius vocat. & in l. non ſunt liberi, ff. de ſtatu homin. Afflict. deciſ. 2. n. 6. Angel. conſ. 186. Anchar. conſ. 97. incipit, in quæſtione, col. vltim. Imol. item conſ. 97. in cauſa, quæ vertitur, col. 3. verſ. circa tertium, & conſ. 110. incipit, ſimili initio, in 1. dub. Alexand. conſ. 137. in cauſa, colum. 3. verſ. peccat, & in alio, & ſequenti lib. 2. Quamobrem cauere debet iudex ne prætermittat formam citationis à lege noſtra traditam, ne corruat eâ non ſeruata citatio, ac nulliter executa cenſeatur & prorſus inutilis, vt vltra citatos habetur in l. ceſſante, per Bald. ibi, colum. vltim. verſ. ſed nunquid hoc ſit verum, C. quomod. & quand. iud. & Socin. conſ. 59. Viſo elegantiſſimo, colum. 2. verſ. ſit ergo. lib. 1. & Guido Papæ conſ. 119. ex proceſſu, colum. 3. verſ. ex quibus. Pro quo faciunt tradita à Tiraquello de retract. conſanguin. §. 8. gloſſ. 7. num. 1. verſ. Nam vbicunque agitur ex conſuetudine, vel ſtatuto: vbi vult omnia ad vnguem eſſe obſeruanda, quæ à ſtatuto, aut conſuetudine præſcribuntur: alias agens ſuccumbet.

Tertius caſus, in quo edictalis citatio habet locum, eſt, quando locus, vbi citandus habitat, non eſt ſecurus, nec tutus patet acceſſus, vt conſtat ex clement. 1. & ibi Anchatranus num. 3. de indic. & ex clement. cauſam, de electio. Rota deciſ. 21. alias 693. num. 2. de reſcript. Marant. ſuprà d. membr. 5. num. 85. verſ. tertius caſus eſt. Camill. Borrellos dubius tamen d. tit. 44. num. 97. Vantius indubius d. rubric. de nullit. ex defect. cita. num. 124. & 131. vbi ponit huius citationis formam; cum citandi ſibimetipſis ſunt impedimento, ne perſonaliter, vel domi citentur. Quare quando huiuſmodi loca non ſunt tuta, nec habent tutum acceſſum, poteſt fieri citatio per edictum. Non enim potentia citandorum debet aliis obeſſe, per text. in l. vt perfectius in princip. C. de ann. except. Gail. in pract. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 57. num. 2.

Sed quid ſi citatus non compareat, eo quod locus in quo comparere debet, non eſt tutus? Reſpondetur non eſſe contumacem non comparendo; ideo comparere non tenetur; Clement. paſtoralis, § notorium de ſentent. & re iudicat. cap. accedens el 2. vt lite non conteſtata; quia nemo debet ſe ponere in periculo, vt notatur in cap. 1. de cleric. non reſidentib. in 6. Bartol. in l. idemque, ff. pro ſocio. Imò citatio eſt ipſo iure nulla, quando citatur ad comparendum in loco notoriè non tuto ſecundùm Bartol. in d. clement. paſtoralis, vbi eſt text. de re indicata, quem ſequitur Afflict. deciſ. 229. num 24. Quod ſi locus vbi debet comparere, non eſt notoriè tutus, debet citatus comparere per procuratorem, & allegare non eſſe locum ſibi tutum, inſtaréque, vt ſibi concedatur terminus ad id probandum; quo probato comparere non tenetur, vt docet Bartolus in l. penult. §. ad crimen. ff. de public. iudic. Innocentius & Ioannes Andreas & Philipp. Franc. in cap. ex parte de appellatio. Facit lex noſtra lib. 3. tit. 1. §. ibi, ſe o lugar for perigoſo. Atque ita locus debet eſſe tutus, ad quem litigatores, aduocati eorum, & procuratores tutò poſſint venire. Oldradus conſ. 43. num. 3. Rolandus 68 num. 10. vol. 7. & alij, quos ſequitur Camill. ſupra num. 47. & ſequent. & titul. 46. de contumacia, num. 183. vbi ex Caccheran. in deciſ. Pedemontan. q. num. 3. concludit citatum ad locum non tutum non dici contumacem non comparendo; ſequitur Melchius Phœb. tom. 1. Areſt. 131. & Vimaranenſ ſuprà d. § num. 10. vbi addit non ſufficere referre officialem de loco, ſeu acceſſu tuto, ſed debere hoc probari, quia officiali non creditur in præiudicium alterius, vt notat Baldus poſt Gulielm. de Cun. in l. ſi qua per calumniam, verſ. quæris hic Guliel. C. de Epiſcop. & cler. & Alexander conſ. 206 viſo themate, lib. 2. Idcirco debet probari per teſtes, teſte Decio conſil. 460. numero 26.

Quartus caſus eſt, quando citatur vniuerſitas ciuitatis, vel aliqua congregatio vt tetigi ſuprà. Hæ verò vniuerſitates per edictum affixum in loco, ſeu in portis, in quibus ſolent congregari. Loco tamen earum poſſe citari nomine eorum ſyndicum, qui eas repræſentat, tradit Baldus in l. omnes, §. hoc nihilominus, num. 8. C. de Epiſcop. & Cler. Sequitur Nicol. Loſæus de iure vniuerſit. part. 2. cap. 1. ſub num. 6. Bartol. in l. 1. num. 3. Cod. de iur. Reipubl. lib. 11. & eſt de mente Guid. Papæ in deciſ. Gratianop. 321. num. 2. quamuis Marian. Socin. ſenior in tract. citation. art. 17. credat has vniuerſitates eſſe citandas in locis deputatis ad congregandum; quod probat Cagnol. in l. non poteſt dolo carere, ff. de regul. iur. Placet tamen aſſerere vniuerſitates eſſe citandas per literas edictales affigendas in portis; quod ſi non ſit locus tutus illuc accedendi, vel ad portas, affigantur in loco vicino publico. Baldus in l. etiam, C. de executio. rei iudicat. vel legatur edictum publicè in loco publico. Nicol. Loſæ. ſupra, vel citatio fiat per proclama, hoc eſt per præconem in publica platea, alta, & intelligibili voce. Camill. Borrell. d. tit. 44. a num. 26. Sigiſmund. lib. 1. cap. 14. & cap. 35. num. 1. & 4. Vt verò opiniones vitentur, quæ meo iudicio procedunt quando citatio non poteſt fieri perſonaliter ob aliquam iuſtam cauſam: de more loco vniuerſitatis, ſeu ciuitatis, aut congregationis, ſufficit, vt citentur rectores ciuitatis, ſeu congregationis, qui eiſdem præſunt, earúmque regimen, ac clauum habent. Nam hi omnes vniuerſitates repræſentant, & citatio illis facta cenſetur fieri toti vniuerſitati. Cagnol. ſuprà. Guid. Papæ dict. deciſ. 821. num. 1. & Cyrillus Fulgeon. in Summul. crimin. part. 1. tit. de exhibend. reis, §. 2. num. 3.

Quintus caſus, & ſextus, eſt, quando Epiſcopus vult aliquem ad ſacros ordines promouere per edictum, monet, vt de promouendo denuncietur de vita, & moribus, ac doctrina, ex Concilio Trident. ſeſſ. 23. cap. 7. Franciſ. de Pauin. in bacul. paſtor. ſiue de viſitatio. part. 2. quæſt. 6. per totam. Antonius Cucch. inſtitut. canonicorum lib. 4. tit. 12. num. 243. Paulus Fuſc. de viſitatio. cap. 5. ſub num. 3. Quod etiam fit, quando vacat beneficium, proponitur edictum, vt fiat examen, eligaturque magis idoneus prout vult Concilium Tridentin. ſeſſ. 24. cap. 18. Qua de re vide ibi Auguſtinum Barboſ. in remiſſion. ad d. caput.

Septimus

Septimus caſus, in quo per edictum citatio eſt neceſſaria, fit quando quis accipit hæreditatem cum beneficio inuentarij; iuxta leg. fin. C. *de iur. deliberand.* Tunc enim creditores certi, ſunt citandi: incerti verò per edictum debent vocari; affixo edicto in loco publico, vt notant Alexand. & Ripa *in l. rem, quæ nobis, num. 45. ff. de acquirend. poſſ.* Camill. *d. tit. 44. num. 103.* Quamuis Marant. *tit. de citatio. num. 98.* dicat citationem quoad incertos eſſe faciendam per publicum proclama in locis publicis, hoc eſt per generalem præconem, vt colligitur ex text. *in l. ſi eo tempore C. de remiſſione pignorum*, & tradit Bartol. *in authen. ſed cum teſtator*, & alij, quos referens ſequitur Spin. *de teſtam. gloſſ. 35. num. 21.* vbi addit omiſſa hac citatione valere inuentarium quoad citatos, non verò quoad non citatos. Quod etiam tradit Alciat. *reſponſ. 78.* Pro reliquis verò caſibus in quibus fit citatio per literas edictales, ſeu per
30 proclama, hoc eſt per præconem, ſeu publicum nuncium, in publicis plateis ſine vlla affixione, conſule Camill. *d. tit. 44. à num. 77.* Sigiſmund. *d. cap. 35. lib. 1.* & Marant. *tit. in citatio. à num. 83. vſque ad num. 110.*

31\. Requiritur item citatio, vt inducatur litis pendentia. Clement. 2. *vt lite pendente*, Bernard. Græua *ad practic. Cameræ Imperial. lib. 1. concluſ. 109. conſider. 2.* Camill. Borrell. *titul. 44. de citation. num. 547. & 954.* dummodo citatio emanet à iudice competente, & perueniat ad citatum, vel per illum ſtet quominus perueniat, citatuſque cognoſcat ex tenore citationis, de qua re ſit contentio. Quibus interuenientibus abſque dubio fit litis pendentia. Afflict. *deciſ. 220. num. 13.* vbi addit tamen in aliquo caſu non eſſe ante litis conteſtationem. Quæ additio non eſt vera per iura, & rationes, quas allegat Felinus *in cap. cæterum, colum. 2. de reſcript.* ſed ſufficit, vt inducatur litis pendentia, quòd citatio ſit executa ad inſtantiam actoris emanata, & quæ deueniat ad partis notitiam. Gloſſ. *in cap. debitum, de appellat.* & patet *in clement. 2. vt lite pendente.* Bellamer. *in dec. 380. & deciſ. 544. incipit, ſi pendente, in fine.* Lancellot. *de attentat. 2. part. cap. 4. in præfatio. num. 45.* aliis ibi relatis, *cum ſeqq.* Cabed. *p. 1. deciſ. 120. num. 1.*

32\. Denique iuriſdictio præuenta manet per citationem validam. Secus ſi citatio fuerit nulla. Conſtat ex ordin. regia *lib. 1. tit. 66. §. 4.* per textum ibi. *Tal citacaon ſeſſe nenhuan*, Maſcard. *de probat. concluſ. 1226. num. 17.* vbi ait, nec per citationem fraudulentam, manere iuriſdictionem præuentam; ſed requiri, quòd fiat citatio valida, ac minimè fraudulenta. Vnde in caſibus mixti fori fit locus præuentioni inter Eccleſiaſticum, & ſecularem iudicem, etiam quando vnus eſt maior altero ſecundùm Boſſium *in tract. crimin. tit. de foro compet. num. 79.* quamuis contrarium [illegible] Oldrad. *conſ. 124. incipit, quod remiſſio.* Ideo [illegible] tius præuenientis iudicis præibit, *l. ſi quis poſtea. ff. de iudic. cap. vt debitum*, & ibi Abbas *num. 22. de appellat.* Boſſius *ſupra*, & Gail. *in [illegible] obſeruat. lib. 1. obſeruat. 29. num. 3.* [illegible] lat. *lib. 3. receptar. quæſt. 37. verſ. vlteriùs [illegible].* Ratio potiſſima ea eſt, ne quis ſuper eadem [illegible] vexaretur coram diuerſis iudicibus. Boſſ. *d. [illegible] de foro compet. num. 108.* Tum quia iudi[illegible] [illegible] videret finem, vbi cœptum fuit. *l. vbi [illegible] cœptum de iudic.* & continentia cauſæ diuideretur. Quod eſt contra legem *nulli, C. de iudic.* & contra cap. 1. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Menochius *de arbitrar. caſu 371. num. 1.* vbi agit de pœnis, quibus punitur cauſæ continentiam diuidens.

Ex dictis colliges per ſolam inquiſitionem non fieri præuentionem, vt volunt Bald. *in l. 1. col. 8. C. de confeſſ.* quem refert, ac ſequitur Boſſ. *ſupra, num. 103.* Farinacius *tom. 1. quæſt. 7. num. 57.* vbi *num. 64.* addit neque per citationem, quando eſt fraudulenta, & à reo procurata, ſeu affectata, argument. text. *in §. tria onera, verbo, affectare, inſtit. de excuſ. tutor.* Bald. *in l. ſi ſeruus plurium, §. penult.* & ibi Angel. *ff. de leg. 1.* Boër. *deciſ. 161. verſ. & ſi doloſe, & in fraudem, & deciſ. 289. num. 10. in fine.* Ideo ſi quis iam eſt in aliquo loco citatus, & in alio loco fiat inquiſitio, ſicque iam formata per huiuſmodi actus, nulla ſecuta rei citatione, non inducitur præuentio. Quod ſi duo iudices in eadem hora diei præueniant, & ſint ſub eodem principe; ille erit præferendus, qui maiorem habet iuriſdictionem; quod ſi fuerint iuriſdictione pares, ſtandum eſt iuramento citati, vt ſciatur cuius citatio iudicis fuit priùs executa. Farinac. *ſupra, num. 63.*

Sed quid dicendum de duobus iudicibus quorum alter præuenit realiter per capturam perſonæ, & alter per citationem verbalem, ita vt verbalis citatio præceſſerit realem? Angel. *de maleſ. in verbo, index commiſit, quod Caius, num. 14.* & Follet. *in practic. crimin. verbo, audiantur excuſatores, num. 76. & num. 159.* opinantur ſecundum iudicem per præuentionem realem præferendum eſſe iudici, qui priùs executus eſt citationem verbalem. Atque ita qui reum habet in manibus, poteſt procedere contra illum, non obſtante citatione facta ante capturam. Ratio, quia per capturam præuenitur iuriſdictio per legem *ſi poſtea, ff. de iudic.* Bartol. *in l. 3. ff. de cuſtod. reor.* & Bald. *in l. ſi quis, ff. de iuriſdict. omn. iudic.* & per citationem realem perpetuatur iuriſdictio ſicut per verbalem, *d. l. ſi quis poſtea.* Item quia realis eſt potentior verbali. Quæ ſententia placet, quando in eadem die vnus iudex præuenit verbaliter, & alter realiter. Secus ſi hoc contingat in diuerſis diebus; tunc verbalis citatio anterior debet præferri reali poſteriori. Ita contra Farinac. *ſupra*, Sigiſmund. Scac. *in d. lib. 1. in praxi cap. 18. num. 63.* vbi aliis relatis ait præferendum citantem verbaliter. Neque ab hac parte diſcordat Farinac. *d. num. 53. verſ. ſublimita ſecundò*, quando iudices ſunt ſub eodem dominio, & iuriſdictione eiuſdem Principis; tunc enim, vt ipſe ait, realis præuentio non præfertur verbali præcedenti, & anteriori, ſecundùm Follet. *d. num. 159.* & Boſſ. *ſupra in tit. de foro compet. num. 99.* Quod ſi iudices ſint ſub diuerſis principibus, & reus ab vno citatus affectauit ſe capi ab altero, aut ſponte ſe conſtituit coram altero; quia forte mitiùs puniri ab eo ſperabat: in vtroque caſu coram citante verbaliter eſt cauſa dicenda. Prior pars eſt Felini *in cap. cum M. Ferrarienſis, col. 3. de conſtitut.* Sequitur Boſſius *d. tit. de for. compet. num. 89. & 99.* & Marian. Socin. *in cap. propoſuiſti, quæſt. 8. de for. compet. num. 22.* Poſterior eſt Bec. *conſ. 69. num. 6. & duobus ſequent. lib. 1.* Atque ita fuiſſe iudicatum à Rectore Cremæ ait Boſſ. *ſupra.* 33.

Quando verò alter iudex eſt Eccleſiaſticus, & alter ſecularis in caſu mixti fori, & dubitatur de citatione facta, an fuerit priùs per nuncium,

ſea ſcribam Eccleſiaſticum, quàm per laicum, certúmque ſit vtranque citationem fuiſſe factam eadem die, non tamen conſtet de hora, in dubio cenſetur præuenta iuriſdictio in foro ſæculari, vt fuit iudicatum anno Domini 1591. à ſenatu Luſitano, teſte Cabed. *p.1. deciſ. 88. num. vltim.* Quod tamen verum tantùm eſſe poterit, quando vterque iudex præcedentibus legitimis inditiis, ſeu requiſitis, reum citauit. Secus ſi alter iudex, hoc eſt ſæcularis non præcedentibus legitimis requiſitis reum fecerit citari, & Eccleſiaſticus legitimis indiciis proceſſerit. Ratio, quia citatio à iudice ſæculari fuit inualida. Sigiſmund. *d. cap. 12. num. 60. & 65.*

Quid ſi citatio à iudice laico in caſu mixti fori executa ſit perſonaliter, & ab Eccleſiaſtico facta ſit domi eodem tempore? Dicendum eſt induci præuentionem per executionem citationis perſonaliter; quæ eſt potentior citatione facta domi. Ita Decianus *in tract. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 21. num. 13.* Non tamen inducitur præuentio per ſolam accuſationem factam coram vno, & altero iudice. Bald. *in l. ſi quis poſtea, ff. de iudic.* Decianus *ſupra, num. 1.* Ex ea ratione; quia per inquiſitionem ſolam abſque citatione non inducitur præuentio; quidquid velit Decian. *ſuprà, num. 2.* Ita Bald. *in l. 1. col. 8. C. de confeſſion.* quem ſequitur Boſſius *in tract. crimin. tit. de for. compet. num. 103.* In regno tamen noſtro per leg. *lib. 2. tit. 9. de caſibus mixti fori, num. 3.* per inquiſitionem à iudice ſæculari factam in caſibus mixti fori præuenta eſt iuriſdictio in foro ſæculari, ibi. *Porem ſendo caʒo tal de que conforme as noſſas ordenaçoens as noſſas iuſticas tirem deuaſſa, & nella ſeiaon culpadas algũas peſſoas leigas, liurarſe haon per ante noſſas iuſticas, antè as quaes as peſſoas Eccleſiaſticas*, nempe à laicis iniuriis realiter ſeu verbaliter affectæ, *poderam requerer ſeu direito, & naon perante as iuſticas Eccleſiaſticas: por quanto a iuriſdicaon he ia preuenta no ſecular.* Vbi vides inquiſitionem duntaxat ſufficere ſi fiat à ſæculari

24. ad præuentionem iuriſdictionis. Ita Barboſ. *in l. ſi quis poſtea, num. 23. cum ſequentib. ff. de iudic.* Pereira *de manu reg. p. 2. cap. 57. num. 1.* Ex ea ratione; quia Rex in eadem lege conſtituit, vt ſubditi laici pro iniuriis clerico etiam verbaliter illatis traherentur ad forum Eccleſiæ, cùm de iure tanquam rei ſæculares in ſuo foro debeant conueniri. Ideò addidit, quòd præuenta iuriſdictione per inquiſitionem ſuprà dictam poſſe clericos iniuriis affectos conqueri apud iudicem ſæcularem. Secus ſi in foro Eccleſiæ præceſſerit ſpecialis denunciatio contra perſonam ſæcularem de iniuriis ab ea irrogatis clerico, etiamſi in ſæculari foro poſtea fiat generalis inquiſitio. Tunc enim non eſt locus legi Luſitanæ, cum ſpecialis denunciatio præcedens in foro Eccleſiaſtico, præferenda ſit elogio, ſeu inquiſitioni in foro ſæculari generaliter factæ. Sic Pereira ſuprà, Vimaranenſ. Barboſ. *in remiſſ. ad leg. reg. lib. 2. tit. 9. §. 3. num. 2.* Secus ſi delinquens capiatur perſonaliter in flagranti à miniſtro ſæculari. Eſt enim citatio realis captura perſonæ, & per eam inducitur præuentio. Ita præcitati Doctores, quibus accedit Cabed. *1. part. deciſ. 141 num. vlt.*

## §. II.

### *De partibus iudicij in ſpecie tam eſſentialibus, quàm integralibus, & accidentalibus.*

### EPITOME.

35 *Iudicium aliud ordinarium, aliud extraordinarium, ſæculare, & Eccleſiaſticum & ex quibus conſtet vnumquodque eorum.*

36 *Iudicium ex defectu partis integrantis an corruat.*

37 *Iudicium factum diebus feriatis quando corruat, & quando non.*

38 *Iudex an poſſit ſupplere omnes defectus in proceſſu contingentes.*

39 *Iudex vltra petita in libello non poteſt iudicare, nec poteſt pronunciare ex cauſa probata, ſi non fuit intentata.*
*Niſi tacite inſit, n. 43.*

40 *Iudices quid facere debeant, ſi reperiant actorem, quod probauerit alia non intentata.*

41 *Iudex, actor, & reus & accuſator an reperiantur in foro pœnitentiali.*

42. & 43 *Ordo iudiciarius ex quibus conſtet.*

44 *Fructus etiamſi non petantur ab actore, veniunt aliquando in ſententia.*

45 *Iudex de honeſtate partes debet componere, cùm ex litibus mala magna oriantur.*

46 *Iudex debet præcipere partibus non quieſcentibus vt libellum afferat ad primam audientiã.*

47 *Libellus ineptus qui dicatur, & an debeat admitti.*

48 *Libelli definitio qualis ſit, & quid de libello generali, obſcuro, & incerto.*

49 *Scriptura continẽs obſcurè, & generaliter actoris intentionem non eſt libellus parte opponẽte.*

50 *Libellus alternatiuus an, & quando habeat vim libelli.*

51 *Libellus vt ſaluetur quas clauſulas debeat continere? forte clauſulam,* omni meliori modo; & ſi opus fuerit, probabit. *Item clauſulam*, petit admitti, & iuſtitiam miniſtrari cum expenſis.

52 *Victus de iure Luſitano ſemper condemnandus eſt, etiam parte non petente, in expenſis*

53 *Iudex omittens condemnationem expenſarum an cenſeatur liberare victum ab illis.*

54 *Libellus regulariter debet continere concluſionem, exceptis aliquibus caſibus.*

55 *Libellus an ſemper ſit offerendus in ſcriptis.*

56 *Et in quibus cauſis non ſit neceſſarius.*

57 *Cauſæ breuiores, ſeu viliores, in quibus ſufficit petitio aliqualis, non verò libellus, arbitrio iudicis relinquuntur.*

58 *Libello in accuſatorio cauſarũ criminaliũ quæ ſint exprimenda neceſſariò ne libellus corruat.*

59 *Locus an ſit exprimendus in libello in caſu iureſis.*

60 *Et an ſit facienda mentio de loco loci*

61. & 62 *Tempus delicti exprimendum eſt in libello, non tamen tempus temporis, hoc eſt dies.*

63 *Clauſula ſaluatores in libello criminali excuſant actorem à probanda qualitate aliqua.*

64 *Annus debet exprimi in delictis continuatis in libello, non tamen menſis, nec dies.*

Accuſa

65 *Accuſator an debeat accuſare in ſcriptis.*
66 *Querela verbalis ſufficit coram iudice per notarium in ſcriptis redacta.*
67 *Accuſationem in ſcriptis faciendam eſſe probabile eſt.*
68 *Querela verbalis, ſeu libellus accuſatorius debet habere diem, & annum in quo porrigitur, item nomen accuſatoris, & accuſati, & ſpeciem delicti.*
69 *Libellus ſolennis differt à querela verbali.*
70. & 71 *Pœna talionis ex conſuetudine videtur ſublata; eſt tamen de iure diuino, ac naturali.*
72 *Pœna talionis in aliquo caſu adhuc hodie habet locum.*

35. IVDICIVM conſtat ex tribus quoad ſubſtantiam. Nempe actore, vel accuſatore vero vel ficto, reo, & iudice. Paz *in praxi, annot. 3. num. 1.* vt dictum eſt, §. *præcedenti, num. 1. & ſeqq.* Hoc autem vel eſt ordinarium, vel extraordinarium; ex cap. *quoniam, contra de probation.* Ordinarium diuiditur in ſæculare, & Eccleſiaſticum. Sæculare eſt quod agitur coram iudice laico. Eccleſiaſticum quod exercetur coram iudice Eccleſiaſtico. Sed de his quoad iudices ordinarios, & delegatos, pauca diximus *ſuprà, p. 1. diſp. 10. §. 1. & 2.* quæ ſufficiunt. Cùm ergo iudicium non conſiſtat ſine iis, quæ ſunt de eſſentia illius, ac ſubſtantia, & ſintalia pleraque, quæ pertinent ad ſolennitatem, & integritatem illius, vt ſunt præſcribere litigantibus tempus ad reſpondendum, vel probandum: Iudicium tali, vel tali loco exercere, & non feriatis diebus: Item doloſas non admittere exceptiones, & protelationes, & his ſimilia; quæ quamuis non ſint de iure naturali, præcipiuntur tamen à lege, vt à iudicibus ſeruentur.

36. Quæſtio ergo eſt an ex omiſſione horũ actuum ſpectantium ad integritatem, & ſolennitatem iudicij, corruat proceſſus? Reſpondeo interdum vitiari, interdum verò proceſſum poſſe à iudice ante ſententiam reformari. Vitiatur proceſſus, ſi die feriato, vel tempore ſacro in honorem Dei cauſa agitetur. Speculat. *tit. de citatio. §. 1. col. 7. verſ. idem excipitur quod facta eſt.* Text. *in cap. final. de ferijs, & in l. final. eodem*, lex Luſitan. *lib. 3. tit. 18. de ferijs, in princip.* vbi prohibet iudicium fieri diebus dominicis, ac diebus feſtis. Quod ſi contra iudicium aliquod exerceatur etiam de conſenſu partium, totum proceſſum eſſe inualidum, ibi dicitur, Cardoſ. *in praxi iudicum, verbo, feria, num. 3. & in verbo, proceſſus, num. 11.* Suarez *tom. 1. de religio. tract. 2. lib. 2. cap. 30. num. 4.*

37. Quod non habet locum in ſententia excommunicationis, quæ ſi feratur in diebus feriatis, valet. Frat. Manuel Rodric. *tom. 2. regular. quæſtio. quæſt. 59. art. 2.* Idem dicitur de actibus iuriſdictionis voluntariæ. Nam hi poſſunt diebus feriatis etiam in honorem Dei exerceri. Speculat. *in [illegible] de fer. §. ſequitur, verbo, quid ſi in ferijs*, Azor. *p. [illegible] lib. 1. cap. 27. quæſt. 13.* & Cardoſ. *d. verbo, feria, num. 3.* Secus de actibus iuriſdictionis contentioſæ, qui nec de conſenſu partium validè fieri [illegible] ſunt. Bartol. *in l. ſi feriatis, ff. de arbitr.* Bald. *in l. 1. C. de ferijs.*

In ferijs autem ad vtilitatem hominum inductis de conſenſu mutuo partium valebit proceſſus factus; [illegible] iam his non ſolùm expreſſè, ſed etiam tacitè poſſunt partes renunciare; ſine conſenſu tamen illarum proceſſus eſt nullus, ſic lex noſtra *d. tit. 18. num. 2. ad finem*, ibi, *feia banido o tal acto por nenhum* Guid. Papæ *in deciſion. Gratianop. 221. num. 3.* Camill. Borrel. *tit. 42. de iud. n. 86.* vbi vult validum eſſe iudicium factum tempore feriarum propter hominum neceſſitatem, ſi pars non opponat. Azor. *ſupra, cap. 27. col. 117.* Probatur argumento clerici, cui eſt prohibitum pro alio fideiubere, *cap. 1. de fideiuſſor.* Cæterùm ſi fideiubeat, & nihil illi opponatur, tenet obligatio, vt notat Roman. *conſ. 400.* Marſil. *conſ. 19. num. 13. & in l. ſi quis ne quæſtio. num. 93. ff. de quæſtion.* Menoch. *in præſumptio. lib. 2. præſumpt. 46. num. 15.* Sicut valet iudicium cum excommunicato tractatum *cap. 1. §. ſi verò, de exception. lib. 6.* Abbas, Dec. & alij *in cap. intelleximus, de iudic.* ſi excommunicatus compareat, & nihil ab aduerſario opponatur, cùm tamen excommunicatus non poſſit eſſe in iudicio iuxta *d. cap. intelleximus*; eo quod tacens in iudicio, & nihil opponens cenſetur conſentire. Bald. *conſ. 318. præſt. col. 3. vol. 1.* Præpoſit. *in cap. ſolicitudinem, verſ. ſextò fallit de appellationib.* & gloſſ. *in l. ſi fideiuſſor in princip. verbo, recuſare ff. qui ſatiſd. cog.* ſic in noſtro caſu poſſunt partes de communi conſenſu ferijs ruſticalibus renunciare etiamſi habeant prædia, ex quibus panem, aut vinum colligant. Sic Bald. *in l. ligni appellatio, §. lignorum ff. de leg. 3.* Iaſon *in l. 1. num. 1. ff. de ferijs*, vbi volunt poſſe vti ſimili priuilegio de conſenſu ambarum partium etiam illi, qui non colligunt niſi caſtaneas, cum huiuſmodi feriæ ruſticales in hominum vtilitatem ſint inductæ. Pro alijs verò caſibus in quibus iudicium poteſt exerceri in diebus feriatis propter vtilitatem hominum, conſule legem noſtram *d. tit. 18. lib. 3. à §. 4. vſque ad 14.*

Illud etiam deciditur à lege Luſitan. *lib. 3. titul. 63. in princip.* poſſe videlicet à iudice ſuppleri ante ſententiam definitiuam omnes defectus in proceſſu contingentes, ne actus ſint irriti. Nempe ſi in libello formando error aliquis contingat, vel ſi deficiat iuramentum de calumnia, aut litis conteſtatio, vel ſi termini à lege concedi ſoliti ad articulandum ſint partibus denegati. Hos omnes actus, vel quemlibet eorum parte opponente non fuiſſe ritè, nec rectè ordinatos, poteſt iudex ante definitiuam reformare. Quod ſi id non fiat ante ſententiam, nec in caſu appellationis, ſeu grauaminis ante ſententiam allegatum fuerit à partibus in proceſſu aliquem errorem ex ſupradictis interueniſſe; adhuc iudices poterunt ſupplere. Poſt ſententiam verò nihil poterunt allegare, neque ampliùs audientur, ſed ſtabitur ſententiæ latæ. 38.

Sed quid dicendum ſi iudex vltra petita in libello iudicet? Reſpondeo non poſſe iudicare ſuper non petitis, per legem noſtram *in d. tit. 63.* per text. ibi, *naon iulgando mais do pedido pello actor.* Quia non poteſt iudicare niſi ſecundùm cauſam deductam in libello, quantumcunque ex actis conſtet ex alia cauſa diuerſa ius actori competere, ad id quod iudex actori iudicat. Sic Bald. *auth. ſed & ſi quis, n. 8. ad finem, C. de ſecund. nupt.* per legem *habebat ff. de inſtitor. cap. Abbate ſanè, de re iudic. lib. 6.* Fundamentum, quia probationes ſine petitione nihil proficiunt, *cap. dudum, de elect.* Confirmatur, quia etiam in cauſis ſummarijs præcipitur, vt fiat petitio in principio litis, & exprimatur in ea id, quod petitur, nec ſufficit id fieri decurrẽte lite, iuxta clem. *ſæpe, §. verum*, ibi: *Iuxta petitionis formam*, *de verbor. ſignificat.* Nec poteſt iudex officiũ ſuum impartiri, parte nõ petente, contra leg. 4. 39.

*§. hoc autem, ff. de damn. infect.* Imò cenſebitur factus ſi vltra petita iudicet, *l. fin. C. de fideicom. liber. cap. licet*, vbi Felin. *de ſimonia*. Conſonat lex noſtra, *dict. lib. 3. tit. 66. num. 1.* ibi *ſempre dara ſentença conforme ao libello*, & *num. 2.* ibi, *e ſera outroſi anulado*. Ex quo colligitur nõ poſſe ferri ſententiam ex cauſa probata, ſi non fuit intentata. Nam ſententia eſt nulla ſi lata ſit ſuper eo, de quo lis non eſt conteſtata. Surdus *deciſ. 295. ad fin.* Barboſ. *in l. ſi cum dotem, num. 44. ff. ſolut. matrim.* vbi reſoluit, multis ibi relatis non poſſe iudicem iudicare niſi ſecundùm deducta in libello. Barboſ. Vimaranenſ. *in remiſſ. ad d. tit. 66. §. 1. poſt plures.*
40. Valaſc. *de iur. emphyteut. quæſt. 6. num. 12. verſ. verum ipſe crediderim*, & *conſult. 145. num. 8. & duobus ſequentib.* vbi admonet ex lege noſtra *d. tit. 63. §. 6. verſ. outroſi ſe os iuizes da alçada*, ſi maiores iudices ex cauſa allegata reperiant actorem non poſſe obtinere, & alia inuenerint probata ſatis, quæ ſi allegarentur, ſufficerent ad obtinendum, præcipiant actori, vt illa declaret in eodem proceſſu ſine nouo libello, & illi pars aduerſa reſpondeat, detúrque probatio de nouo, cauſa ita poſtulante, & ſic cauſam definiant; vbi refert ſic fuiſſe iuſſum à ſenatu. Quæ omnia ſatis probant iudicem teneri decidere cauſam ſecundum id, quod petitum fuit; quamuis ex actis alia debita actori conſtent; quæ illi non adiudicari debent, cùm non fuerint intentata. Atque ita debet Iudex quidem abſoluere reum, vel condemnare iuxta petitum probatum, vel non probatum duntaxat, reſeruaréque actori ius ſibi competens ex alia cauſa probata, ſed non intentata in libello. Ita Iaſon *in l. edita, num. 23. C. de edend.* & *in l. 1. num. 8. ff. de officio aſſeſſ.* Felinus *in cap. examinata, num. 15. de iudic.* Corſet. *in ſingul. verbo, iudex ex ea, cap. 1. num. 352. de conſtitution.* Poteſtque actor poſtea agere ex illa cauſa, neque obſtabit exceptio rei iudicatæ. Pinel. *in terminis, l. 2. C. de reſcind. vend. p. 3. cap. 3. num. 32.* Barboſ. *in d. l. ſi cum dotem, num. 44. ad fin.* & Valaſc. *d. quæſt. 6. num. 12. fine.*

41. Verùm in foro interiori, & iudicio pœnitentiali reperiantur iudex, actor, & reus. Reſpondeo reperiri. In primis reperitur conſcientia noſtra, quæ interdum ſubit vicem iudicis, & officium, idep ſi rectè ſunt res actæ, abſoluit, & defendit; ſi malè, redarguit, & remordet voluntatem tanquam actorem; de hoc officio meminit 17. ſapientiæ, cum dicitur, *frequenter præoccupant peſſima redarguente conſcientia*, & patet ex cap. *in cunctis*, ex D. Gregor. relatum 11. *quæſt. 3. Quem conſcientia defendit, liber eſt inter accuſationes.* Interdum habet vicem teſtis conſcientia, & pro nobis, & contra nos teſtificatur, & dictat nos vel feciſſe, vel non feciſſe. Patet ex cap. *cuſtodi*, 11. *quæſt. 3.* ex D. Auguſt. *Quando Deus erit iudex, alius teſtis quam conſcientia tua non erit inter iuſtum iudicem, & conſcientiam tuam. Noli timere niſi cauſam tuam.* Item quia Eccleſ. 7. *ſcit conſcientia tua, quia tu crebro maledixiſti alijs.* Item etiam accuſatoris vicem habet apud Deum verum iudicem, ſicut, & ipſum peccatum accuſat, eſto ſit occultum. Geneſ. de peccat. Cain. 4. *Vox ſanguinis Abel* [illegible] *ad me de terra.* Habemus conſcientiam [illegible] officio iudicis, actoris, ſeu accuſatoris, & rei accuſati; quoniam in foro conſcientiæ, cùm agatur de ſalute ſpirituali, ſtatur dicto, confeſſionique conſcientiæ pro ſe, & contra ſe, ſicut in foro fori allegatis, & probatis, & ideo qui in foro interno dat operam reconciliari Deo, non præſumitur in eo foro mentiri, neque peierare. Ita Couar. *in 4. decret. c. 4. §. 1. num. 9. & 2. p. cap. 2. num. 2.* poſt alios, vbi ait, in foro conſcientiæ haberi pro ſufficienti teſtimonio dictum confitentis, eſto mille teſtes repugnent. At in foro externo confitenti pro ſe non creditur, ſed teſtimonio aliorum legitimo. Veruntamen ſi ſponſus dicat confeſſori ſe acceſſiſſe ad ſponſam animo fornicario, matrimonium non reputabitur ex defectu conſenſus: At verò in foro externo olim iudicabatur matrimonium ex præſumptione, *cap. is qui fidem, de ſponſal.* cum iudicandum ſit potius hunc habuiſſe affectum coniugalem in acceſſu, quàm fornicarium. Ita Couar. *d. num. 9. verſ. Ego verò opinor.* Abbat. Anton. & Præpoſit. *in d. cap. is qui fidem.* Menochius *de de præſumpt. lib. 1. præſumpt. 77. num. 16. & lib. 3. præſumpt. 1. num. 29. & 37. cum ſequent.* Sponſa verò non tenetur credere ſponſo dicenti ſe fictè conſenſiſſe in ſponſalibus, vt ſic poſſit alij nubere. Quod probatur ex cap. *per tuas, de probationib.* ibi. Nimis indignum eſt iuxta legitimas ſanctiones, vt quod quiſque ſua voce lucidè proteſtatus eſt, valeat proprio teſtimonio infirmare: eſto iuramento affirmet ſe fictè conſenſum præſtitiſſe. Ita Nau. *in ſumm. cap. 22. num. 82.* Martin. Ledeſm. *2. p. 4. quæſt. 47. art. 2. fol. 449. col. 2.* Bartholom. à Ledeſm. *de matrim. dub. 19. concluſ. 2. & 3.* Sotus *in 4. diſt. 27. quæſt. 1. art. 3. propoſitio. 1. verſ. quo ergo gradatim.* Palatius *in 4. diſt. 27. diſp. 1. fol. 566.* & Emanuel Roder. *tom. 1. ſumm. in 2. editione, cap. 243. num. 6.*

Ordo verò in iudicio regulariter reperitur, ſi præcedat libellus accedente litis conteſtatione, & 42.
proceſſus publicatione, & aliis ſolennitatibus in eo neceſſariis interuenientibus, vt habetur *in l. 1. & in authent. offeratur. C. de lite conteſtata*, & *in l. prolatam*, & ibi Bartol. & ſcribentes, *C. de ſentent.* & *in cap. quoniam contra, de probatio.* quod ſi iudicium peragatur abſque iis ſolennitatibus, regulariter eſt nullum. Marant. *in Specul. in quarta parte principali in nona diſt. iudic. in princip.* Vantius *de nullit. in tit. de nullit. ex defect. proceſſ. n. 2. & ſequent.* Dixi regulariter, quia aliquando proceditur ſine ordine iuris, nempe ſine libello, ſine litis conteſtatione, & abſque obſeruatione terminorum ſummariè, & de plano, vt contingit in reuocatione attentatorum, ſeu in iudicio reuocatorio, vbi non requiritur libellus, per Gloſſ. *in clement. 2. in princip. vt lite pendent.* Ioan. Andreas Anchar. *in cap. 1. in fin. vt lite pendent.* Lancellot *de attent. 3. p. cap. 25. à num. 4. vſque ad 11.* Sed ſufficit petitio quædam, vt in cauſis ſummariis ſatis eſt. Menoch. *de recuper. poſſ. remed. 15. quæſt. 1. num. 241.* Nec etiam requiritur litis conteſtatio, quia nec in ſummariis requiritur, nec vbi proceditur ſummariè, & de plano. Lancellot. & alij quos refert, ac ſequitur per totum *cap. 25.*

Petes an aliquando poſſit iudex vltra petita 43
per libellum in ſententia, deducere, & condemnare? Reſpondeo poſſe condemnare de his vltra petita per libellum, quæ tacitè inſunt, hoc eſt poſſe ad fructus condemnare, dum condemnat ad reſtitutionem, quia virtualiter comprehenduntur; nam quamuis fructus petiti non ſint, poſſunt à iudice ſuppleri. Ita Alexand. *conſ. 8. colum. 2. vol. 5. conſ. 48. col. 2. volum. 7.* Guid. Papæ *deciſio. Gratianop. 405.* Panormitanus *in cap. gratias, de reſtit. ſpoliat.* & Vantius *de nullitat. ex defect. proceſſ. n. 97.* Quod verò poſſint ſuppleri à iudice etiamſi

petiti

petiti non ſint. ſcribit Ant. Capic. *deciſ. Neap.* 10. *num* 24. Nicol Boër. *in deciſ. Burdegal.* 28. *num.* 5. vbi ait fructus venire in condemnatione etiam non petitos à tempore litis conteſtatæ receptos, per text. *in l. ſciendum, §. A. diles, ff. de ædilit. edict.* Text. *in cap. ſignifica. ante de appellat.* Capel. Toloſ. *deciſ.* 194. *incipit. Item fuit quæſitum an iudex,* & Hieronym. Magon. *in deciſ. Lucenſ.* 53. *num.* 18. vbi definiunt iudicem debere condemnare in fructibus perceptis ex re petita poſt litis conteſtatio-
44 nem etiamſi à parte non petantur in libello. At verò de fructibus perceptis ante litem conteſtatam ſi non ſint in libello petiti, regulariter non poſſe iudicem condemnare, quia ad illos non extenditur iudicis officium. Quod fallit in actione *quod metus cauſ.* hoc eſt, in vi compulſiua, & idem etiam in vi expulſiua, vt eſt in interdicto *vnde vi,* vel conſtitutione, *ſi quis in tantam, C. vnde vi.* Nam tunc in his interdictis veniunt omnino fructus etiamſi non petantur, & hoc ex natura illarum actionum; per leg. *videamus, §. Fauiana, in verbo, reſtituat, ff. de vſur.* quamuis non ſpecialiter de fructibus dictum ſit, veniunt tamen in condemnatione. Boër. *ſupra,* & Aufret. *ad d. deciſ. Capel.* 194. vbi addit etiam venire fructus non petitos, ſi agatur de petitione hæreditatis; vbi ratione vniuerſitatis, etiam veniunt omnia; quæ eſt vniuerſalis, *l. item veniunt, §. fructus, ff. de petit. hered.* Bald. & Salicet. *in l. cum propria, C. ſi quis alteri, vel ſibi.* Iaſon poſt Angel. *in §. actionum, inſtit. de actionibus.* In aliis verò actionibus neceſſe eſt, vt fructus percepti ante litem conteſtatam expreſsè petantur in libello. Aliter non poteſt iudex de illis condemnare, etiam quando veniunt acceſſoriè, niſi expreſsè petantur. Nam poſt latam ſententiam in principali, non poteſt agere ſuper fructibus; quia iam finitum eius officium eſt per ſententiam, *l. 4. C. depoſit.* Secus quando de fructibus principaliter poteſt agere, ſicut in interdicto, *vti poſſidetis, vt in l. 3. ff. de vi, & vi armat.* Aufret. præciſe poſt Abbat. Siculum *in cap. graue, de reſtit. ſpoliat.*

45\. Sed quid dicendum quando actor, & reus comparent in iudicio? Ordinatio Luſitana *lib.* 3. *capit.* 20. *in principio, &* § 1. decernit ad iudicem pertinere quantum fieri poteſt ſaltem de honeſtate litigatores ad concordiam reducere, cum lites ſint duriſſima hominũ flagella, teſte Rebuffo *in regul. de ſubrogand. collitig. gloſſ.* 1. *& ſint cauſa multorũ malorũ,* auctore eodẽ, *tom.* 1. *ad leges Gall. in proœmio, gloſſ.* 5. *num.* 154. & Montan. *de tutel. & cur. cap.* 33. *num.* 259. Vnde Tullius commendat vehementer Seruium Sulpitium, quòd ſemper maluerit litigatores inter ſe componere, quàm eorum actiones ordinatim inſtituere. Conſonat Iſocrates in ſuo Areopagitico, vbi laudat ſapientiſſimos Athenienſes; quòd fugerint è foro, nec eo deſcenderint vnquam, niſi coacti. Quare iudices, qui [illegible] minuunt, vtilitati publicæ inſeruiunt, pecca[illegible] de medio tollunt, multùmque merentur [illegible] Deum, vt notat Chaſſan. *in catalog. gloriæ,* [illegible] *ſiderat.* 51. *& p.* 7. *conſiderat.* 32. Vbi agit de [illegible] oſa tam iudicum, quàm aduocatorum ſalu[illegible] qui inioſtas litigatorum controuerſias ſuſti[illegible] nec curant componere, ac finire. Mart. *de* [illegible] *p.* 4. *cent.* 2. *caſ.* 122. *num.* 1. Flamin. *de reſignat. lib.* 3. *quæſt.* 5. *num.* 12. *& lib.* 11. *quæſt.* 1. *n.* 29. vbi docet materiam litigandi ſemper eſſe tollendam, *ap finem litibus, cum* ibi *notatis de dolo, & contum.* & ideo vt lites finiantur, decet vtilitatem publicam, quoniam clari iuris eſt extinctionem litium ad conſeruationem reipublicæ maximè conducere, ſicut è contrario introducto earum occaſionem peccandi præbet. Bald. *in leg.* 1. *in §. notabil. C. de nouo codic. compon. & in l.* 1. *de furt.* Alexand. *conſ.* 190. *col.* 2. *lib.* 2. *& conſ.* 171. *col.* 3. *lib.* 7. & Bartol. *in l. hac igitur, C. de nouo codic. facien.*

Partibus verò à litigio non diſcedentibus debet iudex præcipere, vt libellum offerant ad pri- 46.
mam audientiam, ex *d. lib.* 3. *tit.* 20. *§.* 4. ibi, *Mandara ao actor que venha com libello a te aprimeira audiencia.* Libellus autem non debet eſſe ineptus, & in ſcriptis eſt offerendus. Debétque rem certam continere.

Ineptus dicitur pluribus modis libellus,

Primò, quando continet defectum apparen- 47.
tem. Bald. *in l. ſi defunctus, num.* 10. *in fine, C. de de ſuis, & legitim. hæred.* Innocent. *in cap.* 1. *de officio vicar.*

Secundò, dicitur ineptus, ſi non aptè, ſed malè concludit. Quia concluſio attenditur, Gloſſ. *in §.* 1. *inſtit. de actionibus, & in l.* 2. *§. circa, ff. de dol. except.* Caſtrenſ. *conſ.* 5. *col.* 3. *verſ. Nunc ergo, & in conſ.* 113. *col.* 2. *verſ. Poſſet etiam, vol.* 1. Aldobran. *in deciſ. nouiſſ. Rom. n.* 251. *ſub num.* 4. *lib.* 1. *vol.* 1. Aym. Crauet. *in conſ.* 7. *num.* 1. poſt Bald. *in l. præſcriptione, num.* 42. *C. ſi contra ius, vel vtil. publ.* & Aſinius *in practic. ciuil.* § 4. *cap.* 3. *caſu* 6. *num.* 2.

Tertiò, dicitur libellus ineptus, qui continet malam, & ineptam cauſam, non verò qui continet malam actionem intentatam. Bartol. *in l.* 1. *numero* 19. & *ibi* Bald. & Caſtr. *ff. de edend.* idem Bald. *in l. per diuerſas, num.* 25. *C. mandat.* Gail. *pract. obſeruat.* 61. *num.* 15. Vulteius *in iuriſprudent. Roman. lib.* 2. *cap.* 29.

Quartò dicitur ineptus, quando cauſa eſt ordinaria, & pars petit, vt procedatur ſummariè. Bartol. *in l. præſcriptione, num.* 42. *C. ſi contra ius, vel vtil. public.* vbi bene Andr. Barbat. *in Apoſtill.*

Quintò, dicitur ineptus, quando eſt generalis, & incertus, cum debeat eſſe clarus, & certus. Is enim non valet, nec procedit, donec declaretur. Ita Gail. *ſuprà, obſeruat.* 62. *num.* 2. Vulteius *ſuprà, lib.* 2. *cap.* 29. Bartol. *in l. fin. C. de annal. except.* Debet tamen fieri declaratio per eundem libellantem, non tamen per eius hæredes, ex Bartol. *in l. naturaliter, §. nihil commune, num* 13. *ff. de acquir. poſſ.* Aluarus Valaſc. *tom.* 1. *conſult.* 97. *numero* 5. *in fine.*

Vltimò dicitur libellus ineptus, quando petitur debitum conditionale. Vulteius *d. cap.* 29. poſt Accurſ. *in l.* 2. *C. de formul.*

Iudex ergo libellum ineptum nullo modo debet admittere, ſed poteſt illum reſcindere. Gail. *ſupra, lib.* 1. *obſeruat.* 66. *num.* 4. Gama *deciſ.* 206. *num.* 7. *& ſequent.* vbi expreſſe per iudicem lacerari debere volunt. Sequitur Iafred. Lanfran. *deciſion.* 207. *incipit, libellus.* Nec debere admitti docent Bald. *conſ.* 54. *col.* 2. *vol.* 1. Bartolus poſt gloſſ. *in l.* 1. *ff. de offic. aſſeſſ.* Cardin. *in clement.* 1. *quæſt.* 4. *de offic. ordin.* Panorm. *in cap. cum inter extra, de conſuetud. & in conſ.* 88. *col.* 2. *vol.* 1. Suarez de Paz *in praxi, tom.* 1 *prima parte, tempor.* 4. *a num.* 16. *& temp.* 7. *num.* 26. Faciunt tradita à Mendes à Caſtr. *lib* 1. *praxis, cap.* 6. *num.* 1. *& ſequentib.* Quare iudex omiſſo libello inepto poteſt præcipere actori, vt offerat alium libellum certum clarum, & concludentem. Valaſc. *d. conſult.* 97. Gail. *ſuprà, obſeruat.* 67. *num.* 5.

48. Ex dictis ſequitur deſcriptio libelli non vitioſi in hunc modum. Libellus eſt ſcriptura breuis continens claram intentionem actoris aduerſùs, partem contrariam neceſſariò inferens, & concludens, reſpondénſque ad petita pro parte eiuſdem actoris, ſiue accuſatoris. Deſumpta eſt ex gloſſ. *in cap. 1. de libelli oblation.* eámque probat Specul. *in tit. de libellor. conception.* §. 1. Imol. & Anchar. *in clement. ſaepe verbor. ſignificat.* Sequitur Suarez de Paz 4. *temp. num. 1. fol. mihi* 37. Mirand. *de ordin. iudiciar. quaeſt. 19. art. 1. concluſ. 1.* vbi addunt quinque ſubſtantialia exigi ad formam libelli. Nomen videlicet actoris. Secundò nomen rei. Tertiò rem, quae petitur rectè cum ſuis limitibus deſignatam. Quartò, nomen iudicis, ſiue ordinarij, ſiue delegati, coram quo libellus producitur. Quintò, & vltimò concluſionem eius, quod petitur. Marant. *p. 6 in ſpecul. membr. 3. num. 4.* Petr. Terminaeus *in proceſſu iuris ſcript. cap. 21.* Suarez de Paz *num. 15. & ſequentibus ſuprà.* Mirand. *d. concluſ. 1.* & Sigiſmund. *lib. 1 in praxi. de iudic. cap. 50. nume. 03.*

Sunt tamen aliqui caſus in quibus libellus generalis, & incertus poteſt valere. Puta in ciuilibus parte non opponente; Gloſſ. & ſcribentes *in l. 1. ff. de edend.* Marc. Mant. *in ſingul. 273. num. 1.* Cotnens *conſ. 55 num. 17. vol. 3.* Andr. Gail. *d. lib. 1. obſeruat. 62 num. 11.* & Marc. Anton. *de amat. in deciſ. Marchia, 98 num. 21.* Idem dicas in petitione haereditatis, dummodo res generaliter, & vniuerſaliter in libello deducta in tempore executionis exprimatur, & liquidetur. Talis enim libellus generalis admittitur. S. Iaſon *in l. 1. n. 29. ff. de edend.* Gail. *ſupra obſeruat. 68. num. 1.* Balbus *in deciſ. 188. in. tit. in iudicio.* Requiritur tamen vt res generaliter, & vniuerſaliter petita in executionis tempore exprimatur, & liquidetur ſecundum *l. 4. ff. de petit. haeredit.* Bartol. *in l. edita, in principio, verſ. Contra hoc oppono, C. de edend.* & *ibi* Decius *n. 25. & in cap. in praeſentia, num. 3. de probat.* Idem Iafred. Balbus *d. deciſ. 86.* Suſtinebitur item libellus incertus, quando petuntur fructus, vſurae, damna, expenſae, & intereſſe. Bartol. *in l. 1. ff. de edend.* quem ſequitur Ioan. Lopus *de fructib. lib. 4. tit. 3. cap. 1.* & ex antiquioribus Cyn. *in l. cum propria, C. ſi quis alter, vel ibi,* & Innocent. *in cap. cum ad ſedem. de reſtit. ſpoliator.*

49. Sed quid dicendum ſcripturae continenti obſcurè, & generaliter actoris intentionem? Dicito non eſſe propriè libellum, niſi impropriè, & ex ſuppoſitione, hoc eſt dummodo pars non opponat. Nam libellus generalis vagus, alternatiuus, & obſcurus non valet, nec procedit. Parte tamen non opponente ſuſtinetur: aliàs non. Cuius nullitas reſultat ex facie actorum, dicitúrque notoria. Ideo poteſt opponi, etiam lapſo termino. Vantius *de nullitat. tit. quis poſſit dicere de nullit. n. 55. & 56.* Gail. *d. lib. 1. obſeruat. 66. num. 5.* vbi vult ſententiam latam ſuper inepto libello dici ipſo iure nullam, etiamſi pars non opponat de ineptitudine libelli, actorémque eſſe condemnandum in expenſis. Vantius *ſupra, de nullit. ex defect. proceſſ. num. 22.*

Nihilominus parte non opponente talis libellus tenet. Capreti. *in practica in form. libell. act. real. in gloſſ. generalis.* Vantius *vbi proxime, n. 26.* & alij, quos referens ſequitur Sigiſmund. *d. cap. 50. num. 13. & 14.* addens *num. 12.* In dubio cum non appareat de ineptitudine libelli, praeſumi pro illo, quòd ſit aptus, quia debet ſuſtineri quantum poteſt, *l. ſi quis intentionem, ff. de iudic.* Panorm. *in cap. examinata, num. 18. eodem titulo,* & Bartol. *in l. ſed etſi poſſeſſori, §. Item ſi iurauero, num. 5 ff. de iureiur.* In ſummariis tamen cauſis, in quibus libellus non exigeretur, libellus ineptus iudicium non vitiat, neque reddit iudicium nullum. Ratio, quia id, quod neceſſariò non exigitur, ſi apponatur etiam ineptè, & fruſtrà, non vitiat aptum. Ita Bald. *in l. conſentaneum, col. 4. C. quomodo, & quando iudex,* & *in l. vinum,* & *ibi* Angel. *ff. ſi certum petat.* Gail. *practicar. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 66. num. 15.* ex Bartolo *in Extrauag. ad reprimendam, in verbo, Figura;* & multo fortiùs ſuſtinebitur libellus, ſi ex eo coniiciatur quid actor petat, & reus deliberet, non obſtante ineptitudine, ne acta corruant. Ita Marant. *in l. ſi poteſt, num. 154. ff. de acquir. haeredit.* quem ſequitur Ioan. Baptiſt. Aſin. *in pract. ciuil. §. 4. cap. 4. num. 2.* Multóque melius hoc procedet quando dubium fuerit an libellus ſit aptus, vel ineptus, quia tunc debet admitti; nam in dubio praeſumitur aptus; vt dixi ex multis, quos ſequitur Camil. Borrell. *tit. 49. de libell. n. 59.* de hoc latè Sigiſmund. *ſupra, num. 12 & 17. in principio.*

Diximus libellum alternatiuum non procedere, nec vim habere, quia incertus, *l. Praetor edixit, §. quod autem, ff. de iniuriis, l. vbi autem, §. qui illud, aut illud, ff. de verborum obligationibus.* Andr. Gail. *d. lib. 1. obſeruat. 63. num. 1.* Camil. Borrell. *ſupra, num. 78.* vbi limitat poſſe minorem vti libello alternatiuo dicendo contractum, aut eſſe nullum, aut ſi validus ſit, vt reſcindatur, ſéque in integrum reſtitui velle, iuxta cap. *conſtitutus,* vbi ſcribentes *de reſtitution. in integrum.* Vimatanenſis *in remiſſ. ad lib. 3. ordin. reg. tit. 20. §. 3. num. 13.* Secundò valet libellus alternatiuus dum tractatur reſciſſio contractus in materia *l. 2. C. de reſcind. vendit.* vbi Bartol. definit, cui ſubſcribit Pinell *in d. l. 2. part. 3. cap. 3 per tot.* & Crauet. *conſ. 151.* vbi volunt eſſe de ſubſtantia maiori ex parte, vt in hac materia libellus alternatiuè concipiatur, vt notat Gomez *tom. 2. cap. 11. de qualitatib. contractuum, num. 40.* Denique libellus alternatiuus admitti poteſt in actione hypothecaria, nempe quando actor petit vt reus condemnetur ad traditionem rei hypothecatae, vel ad ſoluendum debitum. Bartol. *in l. ſi rem alienam, num. 12. ff. de pignorat. action.* Iaſon *in §. Item Seruiana, num. 127. inſtit. de actionibus, per l. ſi fundus, §. in vendit. ff. de pignorib. & hypothec.* & Andr. Gail. *pract. obſeru. lib. 1. obſeruat. 62. num. 8. & ſequentibus.* 50.

Rogabis quae clauſulae debeant apponi in conceptione libelli, vt ſaluetur libellus? Reſpondeo in principio eſſe apponendam clauſulam, *ait N, contra N, omni meliori modo;* quae clauſula conducit vehementer, vt quando duo remedia proponuntur libello, alterum ineptum, & alterum aptum, vel aduocatus eſt dubius de remedio competenti per virtutem huius clauſulae, valet libellus meliori modo, quo de iure valere poteſt, prout eſt fauorabilior actori. Marant. *p. 6. memb. 2. num. 16.* alijs *ibi* relatis. Item, quia per iſtam clauſulam cenſetur etiam intentatum remedium aptum, & neceſſarium. Mendes à Caſtro *in praxi, lib. 3. cap. 2. n. 6.* Sigiſmund. *d. cap. 50. num. 27.* Quia actus qui non valet eo modo, quo factus eſt, per vim dictae clauſulae valet eo, quo poteſt, vt per Bartol. *in l. 1. § ſi quis ita, ff. de verbor. obligat.* Sequitur Roland. *conſil. 8. num. 34. vol. 1.* vbi concludit per virtutem huius clauſulae, *omni meliori modo,* donationem cau- 51.

ſa mortis factum coram tribus teſtibus valere in [illegible] natura [illegible] inter viuos, præſertim ſi talis clauſula apponatur in fine inſtrumenti. Quia de eius natura eſt vt referatur ad omnia præcedentia, eaque ampliat. Rota *diuerſ. deciſ.* 181. *num.* 6. *& ſequentibus, p.* 2. Sigiſmund. *ſupra, num.* 27.

Item ponatur in libello in principio clauſula, *Petrus incola huius oppidi contra Paulum ait, & ſi opus fuerit probabit,* &c. Quæ clauſula in omnibus libellis ſolita eſt apponi, & per eam non ſe aſtringit actor, nec ſe obligat ad probandum omnia in libello contenta, ſed ea, quæ ſufficiunt ad victoriam illius cauſæ obtinendam. Nam abſque huiuſmodi clauſula, quamuis actor probaret factum principale, ſuccumberet. Maſcard. *de probationibus, concluſ.* 1254. *num.* 56. Marant. *p.* 6. *d. membr.* 3. *num.* 17. & Papienſ. *in practic. in forma libelli act. real. in gloſſ. non ſe aſtringens vltra quam ad neceſſaria.* Cuius meminit Abbas *in cap. ex parte* 1. *num.* 8. *de reſcript.* Denique per virtutem huius clauſulæ liberatur actor a condemnatione expenſarum, ad quas aliàs teneretur, ſi omnia in libello deducta non probaret. Ioan. Baptiſt. Aſin. *in ſua practic.* §. 32. *cap.* 2. *ampliat.* 65. *num.* 3. Quæ etiam in criminalibus adiecta excuſat accuſatorem ab onere probandi omnia deducta in accuſatione, prout volunt Iul. Clar. *lib.* 5. *in praxi, quæſtion.* 12. *num.* 14. *verſ. Sed quid ſi accuſator,* & Anton. Scaph. *tract. iur. non ſcript. lib.* 5. *cap.* 21.

Solet etiam apponi in libello clauſula, *petit admitti, & iuſtitiam, ac ius miniſtrari,* quæ clauſula eſt valde proficua ad actorem, & ad omne ius illius, & per eam defectus ſupplentur. Valaſc. *de iure emphyt. quæſt.* 6. *num.* 15. *& conſult.* 119. *num.* 15. vbi docet, valde conducere ad ſuſtinendos proceſſus, & ſententias, poſt Iaſon *in* §. *omnium, n.* 147. *inſtit. de actionibus,* quem refert, ac ſequitur Mendes a Caſtro *lib.* 3. *praxis, cap.* 2. *num.* 4. Sigiſmund. *d. cap.* 50. *lib.* 1. *num.* 26. vbi addit clauſulam ſic eſſe ponendam in fine libelli, ibi: *ſuper quibus omnibus & eorum ſingulis peto mihi ius, & iuſtitiam miniſtrari.* Per quam clauſulam illo loco poſitam liberatur libellus ab omni ineptitudine. Quod etiam docet Ioan. Baptiſt. Aſin. *in pract.* §. 4. *cap.* 4. *num.* 6. & Marant. *in ſuo ſpecul. p.* 6. *memb.* 3. *num.* 15. Et in terminis ſaluat libellum à defectu concluſionis, & ſupplet ignorantiam aduocati, ſeu procuratoris qui neſcit, quæ actio, ſeu remedium ſibi competat, operaturque, vt iudex queat pronunciare ſuper non narratis. Ita Gail. *d. lib.* 1. *obſeru.* 108. *num.* 7. *& obſeruat.* 61. *num.* 11. *&* 12. cui adhæret Sigiſmund. *ſupra, num.* 26. poſt Vantium *de nullitatibus, ex defectu proceſſ. num.* 25. vbi vult poſt plures per hanc clauſulam purgari nullitatem, & libelli ineptitudinem, ſaluarique ſuccumbentem à condemnatione expenſarum, ad quas aliàs venit er condemnandus, ſi dediſſet libellum ineptum.

Quid verò operetur clauſula apponi ſolita ab actore, ſeu ab eius procuratore in fine libelli, ſeu [illegible]ſque actis in proceſſu: *cum expenſis?* Reſpondet gloſſ. *in cap. de reſcript.* & ſecundum illam Ma[illegible] *de ordin. iudiciar. p.* 6. *tit. de libell. oblat. n.* 12. [illegible] ex *l.* [illegible] *tit.* 15. *lib.* 3. *ordin. pag.* 735. & Couar. *in pr*[illegible] *cap.* 27. *num.* 5. iudicem non poſſe parte non pe[illegible]te ſuccumbentem in expenſis condemnare, per [illegible] *cg.* 4. §. *hoc autem iudicium, ff. de damn. infect.* [illegible] d[illegible] itur efficiem ſuum non teneri iudicem [illegible] ſtius, ni[illegible] petenti. Atque ita per hanc clauſulam, *cum expenſis,* tenetur iudex victum in illis condemnare, quia clauſula hæc interpellat, faceretque iudex litem ſuam ſi condemnationem hanc prætermitteret. Papienſ. *in form. libelli act. real. in gloſſ. & expenſis, num.* 8. *folio mihi* 107. & eſt communis. Ioan. Baptiſt. Aſin. *in ſua pract.* §. 32. *cap.* 2. *ampliat.* 39. *num.* 5.

De iure tamen Luſitano *lib.* 3. *tit.* 67. *in principio,* ſemper in expenſis ſuccumbens condemnandus eſt, per text. ibi: *Sempre condemnara em cuſtas ao menos do proceſſo aſſi ao reo que for vencido, como ao actor quando o reo for abſoluto, ſem poder dellas releuar cada huma das partes,* hoc eſt, ſemper iudex condemnabit in expenſis ſaltem proceſſus tam reum ſuccumbentem, quàm actorem, quando reus fuerit abſolutus. Suarez de Paz *in praxi, p.* 1. *temp.* 4. *num.* 37. Barboſ. *in l. eum qui temerè, ff. de iudic.* Rebuff. *tom.* 3. *ad leges Gall. tract. de expenſ. art. vnico, gloſſ. vnica, num.* 6. Gutier. *practicar. lib.* 1. *quæſt.* 135. *num.* 2. & Farinac. *tom.* 1. *praxis, quæſt.* 16. *num.* 8. Qui omnes concludunt, quamuis victus condemnandus ſit victori in expenſis, non teneri iudicem facere hanc condemnationem niſi parte petente; at verò de iure noſtro abſolutè loquente ſemper victus victori in expenſis condemnandus eſt, & multo fortiùs quando litigantes proteſtantur de expenſis per dictam clauſulam, *cum expenſis,* quæ interpellat iudicem, vt neceſſariò condemnet, & quamuis non petantur expenſæ ſpecialiter, ſufficit rem principalem peti, & ſuper ea ius, & iuſtitiam miniſtrari. Mendes à Caſtro *in praxi, lib.* 3. *cap.* 2. *numero* 10. Subdens teneri iudicem omittentem condemnationem expenſarum reficere damnum ex omiſſione illarum ſequutum, per textum *in l. properandum* §. *Sin autem, C. de Iud.* ſiue id fiat in ſententia definitiua, ſiue interlocutoria, per legem *non ignorat, C. de fruct. & lit. expenſ.* 52.

Ambigi poteſt an quando iudex omittit condemnationem expenſarum cenſeatur liberare victum ab expenſis? Affirmat Iaſon *in l. properandum,* §. *ſin autem alterutra, num.* 7. *C. de iudic.* Lancellot. Corrad. *in tract. de prætor.* §. 3. *de offic. prætor. in cauſis crimin. in tit. de ſentent. definit. criminal. in* 28. *ampliatione,* & Ioan. Baptiſt. Aſin. *in praxi iudic.* §. 32. *limit.* 22. & alij apud Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 89. vbi credit victum expreſſè non condemnatum in expenſis præſumi ab illis abſolutum per textum *in l. terminato, C. de fruct. & lit. expenſ.* Contrarium placuit Didaco *in practicis, cap.* 25. *num.* 6. *ad medium,* quem ſequitur Azeued. *l.* 1. *num.* 22. *tit.* 22. *lib.* 4. *noua recopil.* & ſeruatur in praxi in regno Siciliæ, vbi expenſæ debentur, quamuis de illis iudex non meminerit, vt notat Caſtill. *deciſ.* 86. 53.

Dictum eſt in deſcriptione libelli concluſionem eſſe neceſſariam, quia non ſufficit ſola narratio in libello, niſi ſimul in illo reperiatur concluſio. Corneus *conſ.* 8. *num.* 10. *vol.* 1. *& conſ.* 91. *n.* 13. *vol.* 4. Cardin. Pariſ. *conſ.* 125. *num.* 3. *vol.* 1. & Franciſc. Marc. *vol.* 1. *deciſ.* 195. Hoc tamen non procedit in cauſa criminali, cuius libellus admittitur ſine concluſione. Bartol. *in l. libellorum, num.* 19. *ff. de accuſat.* & Bald. *in l. edita, num.* 39. *C. de edend.* Ratio, quia in criminalibus cauſæ expediuntur per accuſationem iudicis officio; ſatiſque eſt ſi concludat libellus interdum præſumptiuè in cauſa criminali, vt docet Bonacoſſ. *in commun. opin. crimin. in verb. libellus, p.* 1. & Baptiſt. Baiard. *in pract. crimin. cap.* 85. *num.* 19. Similiter non procedit hoc de iure canonico, vbi non ſemper in libello 54.

bello concluſio eſt neceſſaria, teſte Ioan. Andr. in cap. Andum. de decimis. Eodem modo non requiritur concluſio quando cauſa agitur coram Principe ſupremo. Nam coram illo ſufficit proponere factum ſimpliciter ſine concluſione. Afflict. deciſ. 3. num. 2. vbi refert, ac ſequitur Innocent. in capit. 1. de libell. oblat. & text. ſing. in l. a Æmilius ff. de minoribus. Ratio potiſſima, quia coram ſummo Principe proceditur ſine ordine iuris, teſte Gail. d. lib. 1. obſeruat. 66. num. 16. Nam vbi proceditur non ſeruato iuris ordine non exigitur libellus, cujus pars eſt concluſio. Sigiſmund. d. lib. 1. de iudic. cap. 50. num. 15. & 21. Angel. in l. omnium, per text. ibi, C. de ecdam. Abbas in cap. cauſis, in 1. notab. de re iudicat. & in cap. 1. noſtra, colum. 4. de ſepul.

Item non procedit in libello exceptionum, vbi non requiritur concluſio, Angel. in l. emptor, C. de praſcript. long. temp. Anton. in cap. 1. de litis conteſt. Bartol. in l. 1. col. 1. ff. de except. & Bald. in l. edita, col. 4. C. de edend. & in Authen. ſtatuimus in vltim. col. C. de Epiſcop. & cleric. Sicut non requiritur concluſio expreſſa in libello quando vltra narrationem apponitur aliquod verbum valdè prægnans, ſonans in concluſione, verbi gratia, quando Titius ait, Conqueror de Caio, qui me ſpoliauit fundo meo, vel, Conqueror de Caio, cui decem dedi mutuo. Nam verbum, conqueror, includit rationem cuiuſdam concluſionis, ſeu petitionis. Ita Bald. in l. edita, col. 13. C. de edend. per gloſſam in cap. quia prælatus, 2. quæſt. 4. Iaſon in dict. leg. 1. C. de edend.

De iure etiam Hiſpano non eſt neceſſaria concluſio in libello, quia abſque ea libellus ſuſtinetur, dummodo aliqualis petitio in ſcriptis redacta interſit; ex qua colligatur quid actor petere velit, quamuis ineptè ſit compoſita, vt certa ſententia pronunciari poſſit, textus in l. 10. tit. 17. lib. 4. recopilat. Suarez de Paz d. 4. tempor. prima part. tom. 1. num. 14. Matienz. dialog. relat. tertia p. cap. 43. numero 2. Auendan. in 1. reſponſ. num. 18. Idem videtur dicendum de iure Luſitano lib. 3. ordinationis, tit. 63. in principio, vbi dicitur teneri iudices attenta veritate ex probationibus, ac proceſſu reſultante iudicare, ibi: Iulguem, e determinem os feitos ſegundo a verdade, que pellos proceſſos for promada, & infra, poſtoque o proceſſo ſeia mal ordenado, ou falte nelle alguan ſolemnidade neceſſaria, aſſi como ſe naon fuſſe dado, ou poſto libello em forma deuida, hoc eſt, iudices iudicent ſecundùm veritatem actorum, quamuis proceſſus non bene ordinatus ſit, vt in eo ſolemnitas requiſita deficiat, veluti non ſit libellus oblatus, aut conceptus in forma debita. Ex quibus verbis bene ſequitur libellum concluſione carentem non eſſe conceptum in forma debita, poſſéque ſuſtineri.

55. An verò libellus ſit offerendus in ſcriptis? Affirmat text. in authen. offeratur, C. de lit. conteſtat. & cap. 1. de libelli oblatione, & ibi gloſſ. verbo, neceſſariò. Gratus conſ. 75. num. 22. Ioan. Baptiſt. Aſin in pract. ciuil. §. 4. cap. 10. num. 1. poſt Bartol. in d. authen. offeratur, num. 1. & Bald. num. 20. Vulteius de iuriſprudent. Roman. lib. 2. cap. 29. Quod etiam decernitur de iure Luſitano lib. 3. tit. 20. §. 5. per text. ibi: o iuiz mandara leer o libello para ver ſe articula de certa quantia. Ergo in ſcriptis debet offerri. Matienz. in dialogo relatoris, p. 3. cap. 43. num. 1. Camil Borrell. in ſumma, tit. 49. num. 33. Cardoſ. in prax. indic. verbo, libellus, num. 6. De iure tamen Hiſpano relinquitur arbitrio iudicis, vt in ſcriptis libellus offeratur, Conſtat ex lege 10. tit. 17. lib. 4. recopilat. & explicat Auendan. in ſuis reſponſ. reſponſo primo, a num. 15. Dummodo interueniat petitio aliqua in ſcriptis per notarium apud acta proceſſus, vel per viuam vocem petentis, ſuper qua iudex ſententiam ſuam fundet, per gloſſ. in clement. ſæpe, verbo, neceſſario, de verbor. ſignificat. Suarez de Paz ſupra, d. 4. tempor. num. 4. vbi addit in regiis auditoriis ſupremiſque tribunalibus libellum in ſcriptis eſſe offerendum, per l. 1. tit. 1. lib. 4. recopilat. poſt Matienz. in dialogo relatoris, p. 3. cap. 43. num. 1. vbi probat hanc eſſe praxim in ſuperioribus tribunalibus. Secus in inferioribus, à quorum ſententiis licet appellare. Nam apud hæc in vilioribus cauſis vſu receptum eſt petitiones verbo exprimere, eaſque in actis redigere.

Cæterum hæc praxis eſt conformis authentico, Niſi breuiores, C. de ſent. ex breuic. recit. vt 56.
vult Bartol. in d. authent. offeratur, num. 1. Atque ita quamuis libellus de iure communi in ſcriptis ſit offerendus, hoc fallit in cauſis vilioribus, aut breuioribus, & quantitatis exiguæ, in quibus in ſcriptis libellus omitti poteſt. Nomine verò cauſarum breuiorum non ſolum veniunt, quæ ſunt paruæ quantitatis, ſed etiam cauſæ ſummariæ, in quibus ſufficit talis petitio, ex qua reus apud ſe deliberet an velit contendere in iudicio, an illi cedere. Bartol. in Extrauag. ad reprimendum, in verbo, figura, num. 2. Bald. conſ. 159. incipit elegantur, vol. 2. Alexand. conſ. 50. vol. etiam 2. Relinquitur 57.
tamen arbitrio iudicis metiri quænam ſint cauſæ modicæ, vel magnæ. Nam gloſſa in §. ſit tibi, in verbo, breuiores, in authen. de mand. princip. arbitratur cauſam minimam dici, quæ attingit centum aureos. Quæ ſententia placet Bartolo in l. imperium, num. 25. ff. de iuriſdict. omn. iudic. & Baldo in l. placet, num. 8. C. de pedan. iud. Sed hæc ſententia non placet Fulgoſo in d. l. imperium, vbi vult cauſam minimam dici, quæ aureorum viginti quinque eſt. Sed non probatur aliquo iure. Tertia opinio tribuitur Azoni ex gloſſ. in d. authen. niſi breuiores, dicenti minimam cauſam dici, quæ ſummam quinquaginta aureorum attingit, ex l. 1. C. de defenſoribus ciuitat. Non tamen procedit hæc opinio in omnibus caſibus, ſed in iuriſdictione defenſoris ciuitatis dumtaxat. Vltima opinio refertur etiam in d. gloſſ. §. ſit tibi, in auth. de mand. Principu. Secundum quam cauſa leuis, ac breuis cenſetur, quæ non excedit quinque aureorum ſummam. Verior tamen opinio hoc iudicis arbitrio relinquit per gloſſ. in d. Authen. niſi breuiores, & gloſſ. in cap. vltim. in verbo, illuſtrium, de re iudicat. in 6. Bartol. Bald. & Abbas quos ſequitur Decius in authent. præterea, num. 15. C. vnde vir, & vxor. Ioan. Lop. de Palatiis Rubeos in rubric. de donat. inter vir. & vxor. §. 11. num. 11. & Tiraquell. in l. ſi vnquam in verbo, omnia, vel partem, num. 1. C. de reuocand. donat. ſentientes litem eſſe magnam, vel paruam relinquendam arbitrio iudicis, qui id iuxta rerum, & perſonarum qualitatem iudicabit. Vide Menoch. de arbitr. caſu 72. per totum, & Couar. lib. variar. reſolut. 1. cap. 11. num. 3.

Petes quæ ſint exprimenda in libello cauſarum 58.
criminalium? Reſpondemus eſſe exprimendum locum vbi crimen fuit commiſſum. Bartol. in l. prætor edixit in princip. de iniuriis, & in l. item [illegible] git. ff. de dolo malo. Alexand. in l. edita, num. 1. C. de edend. & conſ. col. 1. verſ. Quo ad primum, volum. 3. Ioachim Myniſger obſeruat. 32. cent. 2. Petr.

Feller.

Follet *in pract. crimin §. Audiantur exceptiones ab eo proponenda*, n. 10. concludentes de loco commiſſi delicti meminiſſe oportere. Quin addunt Lancellot. Corrad. *de officio Prator in cauſ. ciuil. tit. de libell.* & Vulteius *de iur. prudent. Roma, lib. 2. cap. 19.* & Roland. *conſ. 51. num 22. vol. 1.* cogendum eſſe accuſatorem dicere locum delicti; quia poteſt reus ſe defendere, probaréque ſe eo die alibi eſſe; atque ita inquiſitio facta de crimine commiſſo tali tempore, vel loco ſi probetur de alio tempore vel loco, omnino corruit, & ſequitur abſolutio, quamuis probatum ſit crimen. Sequitur Marſil. *conſ. 42. num. 27. & conſ. 112. col. prim.* vbi id variis rationibus comprobat poſt Paulum de Caſtro *in l. ſi communem. §. 1 ff. quemad. ſeru. amitt.* quem *ibi* referens ſequitur, & Ioan. Baptiſt. Plotus *conſ. 94. num. 4. vol. 1.*

59. Hoc tamen fallit in libello criminali de hæreſi, in quo non eſt neceſſarius locus, quia hoc crimen ſaltem in Hiſpania, & cæteris locis catholicis vt pluſimùm non palam, ſed clam committitur. Sic Angel. *in tract. malefic. in verbo, in platea communis, col. 1.* poſt Bald. *in l. 2. col. 5. C. qui accuſar. non poſſ.* qui *in conſ. 490. vol. 3.* credit in libello accuſatorio de crimine falſi apponendum eſſe locum, in quo vltimo fallitur meo iudicio; quia Accurſ. *in principio, inſtit. de public. iudic. in d. verbo, & in inſtituendis*, tenet non eſſe apponendum locum. Sequitur Marſil. *in rubric. de falſis, num 16.* Franciſc. Mar. *deciſ. 720. num. 4. vol. 1.* propter atrocitatem delicti.

60. An ſit verò facienda mentio de loco loci, hoc eſt, an ſit exprimendus locus loci delicti? Affirmat Specular. *in tit. de accuſat. & inquiſit. §. 1. in principio*, & Ludouic. Sacca *conſ. 30. vol. 1.* Ducuntur exemplo Danielis *cap. 13.* qui non ſolùm in cauſa Suſannæ obſeruauit, & inquiſiuit de loco, ſed etiam de parte loci in indiuiduo. Probabilius tamen videtur, exprimendum eſſe locum, & nihil eſſe inquirendum de loco loci. Ita Sigiſmund. *lib. 1. de iudic. cauſar. ciuil. & crimin. cap. 51. num. 5.* & innuit Simanch. *de cathol. tit. 4. num. 9.* vbi ait in cauſa hæreſis non declarandum eſſe diem, aut locum commiſſi criminis. Ergo à fortiori credit non eſſe exprimendum locum loci. Confirmari poteſt hæc ſententia ſumpto argumento de tempore ad locum, quod eſt validum in iure ſecundùm legem *ſi vnum*, & *ibi* Bartol. & Alexand. *ff. ſi certum petat.* Sed in libello non ſolet poni tempus temporis, ergo nec locus loci.

61. An verò in libello criminali ſit exprimendum tempus delicti? Pars affirmatiua placet ex leg. *libellorum, ff. de accuſationibus.* Bartol. *in d. l. Prator edixit, in princip. num. 1 ff. de iniur.* Alexand. *in d. l. edita, num. 13.* & ante illos Accurſ. *inſtit. de public. iudic. in princip. in verbo, in inſtituendis.* Iulius tamen Clarus fatetur exprimendum eſſe tempus delicti, *§. final. quæſt. 12. num. 13.* hoc eſt, annum, & menſem, non tamen diem; quia qualitas diei non eſt de ſubſtantia delicti. Sed magis placet ſententia Bartoli, quam ſequitur Angel. *conſ. 297. incipit. P[illegible] actu.* Quod etiam docet Alberic. *in l. libellorum, itata*, & Afflictis *deciſ. 250 num. 2.* vbi probat in libello famoſo tam ciuiliter intentato non [illegible] ſine temporis expreſſione. Quia iſtæ ſolemnitates loci, & temporis ſunt inductæ de iure [illegible], vt conſtat ex dicta lege, *Prator edixit*, & ex lege *libellorum, ff. de accuſationibus.* Accedit, quia reus poteſt cogere accuſatorem ad exprimendum diem, quandò & iudex id etiam poteſt, & reus ſi probet eo die alibi eſſe, erit excuſandus, & accuſator ſuccumbet. Sic Bartol. *in l. ſi qui reus, num. 9. ff. de public. iudic.* Bertrand. *conſ. 217. num. 2. lib. 7.* & Aug. *ad Angel. de malefic. in verbo, de anno præſenti, num. 4.*

Sed contra hanc partem ſtat argumentum, quo probatum fuit in libello non eſſe exprimendum locum loci, ſicut nec tempus temporis, ſed dies eſt tempus menſis; ergo ſicut non requiritur locus loci quòd exprimatur; ſic etiam non erit exprimendus dies, vt expreſsè tenet Leſſius *lib. 2. cap. 30. dub. 1. num. 4.* niſi reus petat. Gomez *de delictis, cap. 11. num. 4.* ſed ſufficit expreſſio menſis, vel anni; quod expreſsè tradit Ioan. de Imol. *in d. l. ſi qui reus, col. 23.* quem ſequitur *ibi* Alexand. *ad Bartol. ff. de public. iudic.* & Marant. *in ſpecul. p. 6. membr. 3. num. 5. & in 16. diſt. num. 32.* Quibus accedunt Ioachim Mynſiger. *obſeruat. 40. in fine, centur.* & Octauian. Veſtr. *in praxi Curia Roman. lib. 5. cap. vltim. ſub num. 3* vbi concludunt exprimendum eſſe annum delicti, & menſem, non autem diem, niſi ſit de ſubſtantia qualitatis diei, nempe ſi detur ſtatutum diſponens quod tali die aliquid non fiat, quod ſi fiat, faciens grauiter puniatur. Túc enim abſque dubio debet probari tali die tale crimen fuiſſe commiſſum, aliàs reus erit abſoluendus. At verò ſi delictū, quod proponitur, puniendū ſuapte natura tale eſt, vt ſemper ſiue in vno, ſiue in altero die committatur, dignum ſit ſupplicio; nec ratio poſtulet vt maneat impunitum, nullo modo reus eſt abſoluendus, quamuis dies ab accuſatore expreſſus non probetur. Quæ ſententia procedit, quando in libello criminali ſolent apponi clauſulæ ſalutares, de quibus ſuprà in libello ciuili; puta, *omni meliori modo: non ſe aſtringendo, &c. & ſuper quibus omnibus, &c.* Quæ ſaluant, & ſuſtentant accuſationem, & proceſſum, quamuis non probetur qualitas aliqua & aliquod accidens in libello accuſatorio deductum, dummodo probetur crimen fuiſſe à reo commiſſum. Ita Iul. Clar. *lib 5. §. final. quæſt. 12. num. 14. & quæſtion. 66 num. 4.* vbi de conſuetudine teſtatur reum etiam non probata qualitate eſſe condemnandum de principali delicto, de quo eſt conuictus. Cum pars in querela non ſe aſtringat ad aliquam certam condemnationem, ſed concludit generaliter, *quare petit pro prædictis, & quodlibet eorum, &c.* A qua conſuetudine rationi conſona non eſt recedendum. Sequitur Sigiſmund. *dicto cap. 51. num. 5.* 62.

Ex dictis ſequitur ſupradicta procedere multo fortiùs in delictis continuatis, & habentibus tractum ſucceſſiuum, puta, in concubinatu, & ſimilibus; in quibus ſufficit exprimere annum, ſeu annos; nec requiritur expreſſio menſis; ſuſtinebitúrque libellus abſque expreſſione dierum, ſeu menſium. Bartol. *in d. l. libellorum, in princip. n. 16.* vbi vult eandem legem *libellorum*, exigentem, vt exprimatur annus, menſis, & dies procedere in delictis momentaneis, non verò in continuatis. Sequitur Io. Baptiſt. Ferret. *conſ. 168. n. 21.* & Angel. de Aretio *in tract. de malefic. in verbo, Hac eſt quædam inquiſitio, num. 65.* Semper tamen in offerendis libellis criminalibus, ſeu ciuilibus, ſtandum eſt conſuetudini cuiuſque regionis. Pro quibus hactenus dictis vide Sigiſmund. *lib. 1. de iud. cauſar. cap. 50. n. 10. & ſequentibus, & num. 34. & ſequentibus, vſque ad num. 39.* 63. 64.

Quæres an accuſator ſit admittendus ad accuſandum ſine ſcriptura? Affirmat Salicet *in l. penultim.* 65.

*tim. num. 2. C. de accuſat.* Negat tamen Bartol. *in Extrauag. ad reprimendum, verbum, per inquiſitionem, num. 33.* admittendum eſſe ſine ſcriptura Secundùm quem libellus accuſatoris debet porrigi in ſcriptis. Sequitur Cardin. Alexand. *in dict. cap. de accuſat. col. 6. verſ. Ponitur etiam 2. quæſt. 8.* Probatur, quia iudicia criminalia procedunt ad inſtar ciuilium, ſed in ciuilibus libellus in ſcriptis offertur. Ergo etiam libellus accuſatorius in ſcriptis debet offerri.

66. Nihilominus quamuis opinio Bartoli procedat de iure: de conſuetudine ſufficit verbalis querela coram iudice per notarium in ſcriptis redacta, modò in cæteris ſeruentur ſeruanda. Ita Pegna *in commentar. ad Direct. Eymeric. 3 p. 3. commentar. 14. §. Vbi autem.* Anton. Scaph. *tract. iur. pon ſcript. lib. 5 cap. 26. num. 3.* quos ſequitur Sigiſmund. *ſuprà, num. 6.* poſt Iul. Clar. *d. lib. 5. quæſt. 12. verſ. Quæro quæ ſit forma, num. 6.* vbi ait hanc eſſe praxim, quidquid ſit de iure ſiue communi, ſiue municipali. Conſonat lex Luſitana *lib. 5. tit. 117. num. 6. & tit. 27. num. 3. verſ. Mandamos.* Ex quibus conſtat accuſationem poſſe fieri per ſimplicem querelam verbalem per notarium in ſcriptis redactam, & per accuſatorem ſubſcriptam, & per iudicem, vbi aliter iure cautum non reperitur. Confirmatur per definitionem libelli accuſatorij, qui eſt accuſatio, hoc eſt, delatio alicuius criminis ad vindictam publicam legitima interueniente ſubſcriptione. Felin. *in rubric. de accuſat. num. 1.* quem refert Gigas *de crimin. laeſ. maieſt. fol. 58. quæſt. 1. num. 4.* Iul. Clar. *d. quæſt. 12. num. 1.* Neque obſtat textus *in cap. 1. 2. quæſt. 8.* vbi dicitur, *Accuſatorum perſona nunquam recipiantur ſine ſcripto.* Quia id ſolum probat verbalem querelam per notarium redigendam eſſe in ſcriptis, & ab accuſatore debere ſubſcribi; quod ſi neſciat ſcribere, iudex loco illius ſubſcribet, vt conſtat ex lege noſtra *d. lib. 5. tit. 117. § 6. ibi: E a parte, ou iuiz aſſinaraon a dita querela, e ſe a parte naon ſouber, ou naon poder aſſinar, baſtara o final do iuiz com a ſe do tabelliaon.*

67. Probabile tamen ſatis eſt accuſationem in ſcriptis faciendam, per ea, quæ habentur *in d. cap. accuſatorum, & cap. quiſquis, cap. crimen, 2. quæſt. 8.* Nam cùm iudex ſit medius inter accuſatorem, & reum, debeatque eorum cauſam excutere, & ſecundùm allegata, & probata viſis omnibus pronunciare, niſi libellus accuſatorius in ſcriptis offeratur, exponit ſe periculo, niſi accuſatio fiat in ſcriptis, non bene pronunciandi. Ita Mirand. *de ordin. iudiciar. quæſt. 13. art. 6. concluſ. 1.* Quæ praxis in vrbe ſeruatur teſte Sigiſmund. *dict. cap. 51. num. 6. ad fin.* Fatetur tamen Mirand. *ſupra, concl. 2.* in caſibus leuibus non eſſe neceſſarium accuſationem fieri in ſcriptis, quia in his proceditur ſimpliciter, & de plano, & ſine ſtrepitu, ac figura iudicij iuxta legem, *leuia, ff. de accuſat.* Idem ait in notorijs, in quibus ſicut non eſt neceſſarius accuſator; ita etiam non eſt opus ſcripto, neque libello accuſatorio.

68. Quid deinde? Requiritur in verbali querela, ſeu libello accuſatorio, vt exprimatur dies, & annus, in quo porrigitur accuſatio. Item nomen accuſatoris, & accuſati, & ſpecies delicti. Denique inſcriptio accuſatoris, ſeu ſubſcriptio, de quibus omnibus fit mentio *in l. libellorum, ff. de accuſat.* Eſt communis. Iul. Clar. *d. quæſt. 12. num. 8.* vbi ait non eſſe in vſu hodie exprimere diem, & annum Imperatoris, ſiue Conſulis, quo offertur, & defertur accuſatio, & in ſpecie id tradit Salicet. *in l. penultim. num. 1. C. de accuſation.* & alij. Quod ſi notarius non redigat in actis, quo die fuit delata accuſatio, poteſt tanquam ſuſpectus officio ſuſpendi. Iul. Clar. *ſupra, num. 8.* vbi ait non eſſe de ſubſtantia exprimere diem quo fuit delata accuſatio, ita vt ſi omittatur, vitietur querela.

Nota tamen hanc ſimplicem querelam quæ modo ſuprà dicto fieri debet, valdè differre ab accuſatione ſolemni; quæ de iure requirebatur *in d. l. libellorum, & in l. 3. C. qui accuſ. non poſſ.* Quæ accuſatio non fiebat niſi per libellum ſolemnem, & inſcriptionem, teſte Iulio *ſupra, quæſt. 1. num. 1. & quæſt. 12. num. 15. §. Dixi quoque,* vbi accuſator tenebatur ſe ſubſcribere ad pœnam talionis, ſi deficiebat in probatione, & quamuis hoc non explicaretur in accuſatione, nec accuſator ſe offerret ad eam pœnam, in natura, ac ſubſtantia illius modi accuſandi ſolemniter includebatur talis obligatio, ſi deficeret in probatione. Ita in ſpecie Speculator *tit. de accuſation. lib. 2. §. 1. num.* D. Thomas 2. 2. *quæſt. 68. art. 4.* Archiepiſcop. Flo[illegible] *in 3. p. ſumma, tit.* [illegible] *3.* quos referens [illegible]tur Mirand. *ſupra, d. art. 6. concluſ. 3. quæſt. 13.* Et multo fortiùs in conceptis verbis ſententiam talionis, vbi accuſationem non probaret, accuſator ipſe propter ſubſcriptione ſuſciperet in ſe ipſum. Cæterum hodie de conſuetudine abiit in deſuetudinem iſta ſolemnitas ſubſcriptionis, & obligationis ad ſimilem pœnam, nec iam obſeruatur de iure ciuili, vt notat Specula. *ſupra, d. §. 1. num. 4. in fine,* Conrad. *in praxi, fol. 224. num. 4.* Ioan. Andr. *ad Specul. in tit. qui accuſ. non poſſ.* Angel. *de maleſic. in verbo, & ad querelam, num. 3* Papienſ. *in forma inquiſit. in verbo, hæc eſt quædam inquiſitio, num. 1. in fine.* 69.

Dictum eſt de iure ciuili non obſeruari illam ſolemnitatem ſubſcriptionis, cum pœna talionis hodie ex conſuetudine videatur ſublata in eo foro, vt teſtatur Alberic. *in l. cum quem temerè. in princip. num. 3. in fin. ff. de iudic.* Salicet. *in l. criminis, num. 4. C. qui accuſ. non poſſ. & in l. non idem minus, num. 1. C. de accuſation.* Blanch. *in practic. crimin. fol. 15. num. 14. & 15.* Cardin. Alexand. *in cap. de accuſatione, vol. 4. in fine, 2. quæſt. 8.* De iure tamen canonico quando quis in curia Romana impetrat beneficium per priuationem alterius ex aliquo crimine, non conceditur homini ſignatura, niſi in forma, vt ſcilicet per ſubſcriptionem ſe ſubijciat ad pœnam talionis, & iuxta formam iuris, vt notat Cardin. Alexand. *in cap. libellorum, circa finem, 2. quæſt. 8.* & Gigas *de crimine læſæ maieſt. fol. 58. quæſt. 1. in fine,* quos ſequitur Suarez de Paz *quinta partis tom. 1. cap. 3. §. 6. num. 52. ad fin.* Sigiſmund. *d. cap. 51. num. 13. verſ. Limita modo,* vbi ait impetranti beneficium non dari ſignaturam quoad priuationem, niſi ſe ſubſcripſerit ad pœnam talionis in forma iuris; ſatiſque eſſe, ſi ſubſcriptio, quæ alio nomine vocatur inſcriptio, fiat per procuratorem, dummodo per principalem poſtea ratificetur. Sic ille. Leſſ. *lib. 2. cap. 5. num. 9.* 70.

Illud etiam obiter nota accuſatorem malitiosè accuſantem, & non probantem, puniendum eſſe pœna talionis de iure etiam diuino, vt notat Sotus *de iuſtit. & iur. lib. 5. quæſt.* [illegible] *art. 4.* E[illegible] probatur Exod. *cap. 21* & Deuteron. [illegible] Fac[illegible] Eſther *cap. 8.* vbi habes Aman calumniatorem in equo fuiſſe ſuſpenſum eodem, quo Mardocheum innocuum ſuſpendi calumniosè, & cogitabat, & curabat, 71.

eutabat. Nam talio parem vindictam ſignificat. Ideo calumniatores pari pœna puniendi ſunt, & ſecundùm Ariſtotel. *lib.6.politicor.cap.5.* grauiùs debent puniri, eo quòd non populares, ſed nobiles in iudicium vocare ſolent. Item quia deliberatè ſemper, & penſatè calumnioſam accuſationem intendunt. Cætera verò crimina plerumque ſine intentione, atque deliberatione ob aliquam inconſideratam animi affectionem ſuſcipiuntur, *l.1.ff.de leg.ib.* puta homicida, iracundia excandeſcens occidit; blaſphemus ira percitus linguæ lubrico blaſphemat, *l.famoſa.ff.ad l.Iul.maieſt.* Calumniator verò conſulto, ac deliberato animo calumnioſe, ac malitioſè accuſat. Quare digniſſimus eſt, qui pari pœna plectatur. Cæterùm hodie extra ordinem, atque iudicis arbitrio calumniatores puniri ſolent. Couar. *lib.2.variar.cap.9.n.21.* cùm pœna talionis in vſu eſſe deſierit. Abbas *in*
72. *cap.in fin.* & *ibi* Felin.*num.1. de calumn.* Ægidius Boſſius *tract. cauſar. crimin. tit. de calumniator. num 8. & in tit.de accuſat.num.17.* Iul.Clar. §.*fin. quæſt.81. num.3.* vbi ait pœnam talionis fuiſſe ſublatam, vt non deeſſent qui accuſarent, & ne remanerent delicta impunita, admittuntur hodie omnes ad querelandum abſque illa inſcriptione, & ſubſcriptione; quod ſi calumnioſè accuſent in caſu grauiſſimo aliquem innocentem, eo animo, vt illum decapitari, vel combiui faciant, exiſtimo ſimili pœna poſſe puniri ſi conſtet de innocentia accuſati. Faciunt tradita à Iul.*ibi ad finem*, ex Bald. *in l.2.num.4 C.de his, qui latrones.* De iure tamen Luſitano *lib.5. ordin. tit.60.§.5.* imponitur pœna talionis in crimine falſitatis, ſeu inſtrumenti falſi, non probanti ſcripturam eſſe falſam. In quo euentu iudex querelam non recipiet, niſi prius accuſator ſe obliget, & ſubſcribat ad pœnam talionis, non probata falſitate, ibi, *ſem primeiro ſe obrigar, e ſobſcreuer que naon prouando a falſidade aia a meſma pena.* Non tamen tenetur ſe ſubſcribere ſi agat ciuiliter ad effectum dumtaxat annul[illegible] inſtrumentum. Sic Bartol. *in l.ſi cui ff. [illegible] accuſat.* & alij, quos ſequitur Barboſa Vimaranenſis *in d.§.5.num.2. & 3.* addens opponentem de falſitate ſcripturæ per modum exceptionis, & defenſionis, non teneri ſe inſcribere ad pœnam talionis. Sed oppoſitum conſtat ex lege noſtra ibi. *ou per via de excepçam.*

---

## §. III.

### *Ad quæ teneatur accuſator tam de charitate, quàm de iuſtitia?*

### EPITOME.

1 *Accuſator dicitur in criminalibus, in ciuilibus autem dicitur actor.*
2 *Accuſator ſi eſt homo priuatus, peccatum publicum, dum eſt in fieri, tenetur deferre ad iudicem.*
3 *Accuſator peccatum in fieri tenetur deferre ſi habet teſtes, etiamſi ſit contra priuatam perſonam.*
*[illegible]us ſi peccatum eſt completum*
*[illegible] 8 Delictis in publicis quilibet de populo [illegible] non prohibitus poteſt accuſare, non tamen tenetur, niſi ſit officialis.*
*[illegible] ad accuſandum quinam ſint.*
8 *Accuſatores criminalibus an poſſit clericus, & an accuſando fiat irregularis.*

81. & 82 *Fœminæ quando admittantur ad accuſandum, & milites.*
83 *Infames quando poſſint accuſare, & criminoſi.*
84 *Inhabiles ad accuſandum an teneatur iudex repellere.*
85 *Inimici cur repellantur ab accuſando.*
86 *Officiales qui tenentur accuſare, & omittunt, quas pœnas incurrant, & quomodo peccent, an teneantur ad reſtitutionem.*
87 *Accuſare qui tenentur, ſi omittant, peccant mortaliter regulariter contra charitatem, & iuſtitiam, tenenturque reſtituere damnum paſſis.*
88 *Officiales a tranſgreſſoribus pœnas accipientes ante condemnationem peccant contra iuſtitiam, & contra iuramentum, & tenentur reſtituere in conſcientia ante ſententiam pro ut pœna habent rationem damni illati.*
89 *Cuſtodes, ſeu accuſatores qui damnum non impediunt vt debent, in defectum auctorum damni tenentur reſtituere.*
90 *Cuſtodes, ſeu accuſatores qui non accuſarunt tranſgreſſores legum, an debeant reſtituere pœnas, quas tranſgreſſores delati ſoluere debebant.*
91 *Cuſtodes non tenentur accuſare, nec deferre ligna cadentes ſi grauiter, vel extreme egentes cadant.*
92 *Cuſtodibus an liceat ſit abſcondere ſeſe vt lignatores, & tranſportantes merces capiant in flagranti.*
93 *Nefas eſt ex profeſſo prabere occaſionem peccandi, aut furandi; auferre verò occaſionem vt deprehenſi in furto emendentur licet.*
94 *Cuſtodes permittentes ligna cadere ob bonum finem non tenentur reſtituere nec domino ſyluæ, nec lignatoribus deprehenſis in flagranti.*
95 *Cuſtodes conſtituti ad colligenda vectigalia tenentur reſtituere damnum domino illorum, ſi tranſportantes ſinant abire, pœnas tamen ante condemnationem non tenentur.*
96 *Cuſtos accipiens pretium an debeat reſtituere ſi illud accepit pro non manifeſtando? Pars affirmans eſt probabilis, Pars negans probabilior.*
97 *Cuſtodes iuramento aſtricti diſſimulantes in re leui peccant mortaliter ſecundum aliquos. Probabilius eſt eſſe veniale in re leui non adimplere iuramentum.*
98 *Iuramentum quod fit ab ſcholaſticis de parendo rectori Academiæ an obliget ſub mortali.*
99 *Iuramentum a miniſtris publicis praſtitum de exequendo ſuo officio ſecundum leges, & regimen ſuum quomodo obliget.*
100 *Cuſtodes an poſſint facere conuentiones cum delinquentibus circa pœnas incurſas ante latam ſententiam.*
101 *Neminem poſſe puniri de iure ciuili eo quòd non obuiat delictis committendis multi affirmant.*
102 *Puniri poſſe de iure Luſitano non obuiantes delictis committendis conſtat ex lege, & conſuetudine, & videtur eſſe de iure communi.*
103 *Obuiare delictis neminem teneri de iure canonico eſt probabile, ſed oppoſitum probabilius.*
104 *Obuiare delictis in foro conſcientiæ, & ex lege charitatis omnes tenentur ſi commodè poſſunt.*

105 *Serui, filij, fratres, vxor, & famuli, ac ſeruitores poſſunt puniri ſi conſcij ſint delicti committendi aduerſus dominos, parentes, conſanguineos, maritum, ac heroes, ſeu Principes.*

73. ACCVSATOR qui in ciuilibus dicitur actor, quæ eſt ſecunda perſona quæ venit in iudicium, quando peccatum eſt publicum, & contra bonum commune, & eſt in fieri, ſeu in procinctu vt fiat, illúdque teſtibus ſufficientibus poteſt probare, peccat contra charitatem mortaliter, ſi delinquentem per accuſationem iudici non deferat, & ad reſtitutionem non tenetur ſi homo priuatus ſit. Ita Michael Salon. 2. 2. *quæſt.* 68 *art.* 1. *controuerſ.* 3. *dub* 3. *concluſ.* 1. Quod verò peccet mortaliter, colligitur ex
74. Leuit. 5. ibi. *Si*, inquit, *peccauerit anima, & audierit vocem iurantis, teſtiſque fuerit, niſi indicauerit, portabit iniquitatem ſuam*, &c. cùm iure naturæ ad vnumquemque pertineat bono communi conſulere, & malum tam corporale, quàm ſpirituale imminens auertere, ne bonum commune iacturam patiatur. Vnde ſi neglexerit accuſare, peccat grauiter contra charitatem. D.Thom. 2. 2. *quæſt.* 68. *art.* 1. Caietan. & Aragon. *ibidem.* Nauar. *in cap. inter verba*, 11. *q.* 3. *concl.* 6. *corol* 61. *n.* 638. Valent. *tom.* 3. *diſp.* 5 *quæſt* 12. *punct.* 1. *quæſt* 1. & 2. Tolet. *in ſumma, lib.* 5 *cap.* 57. & eſt communis. Non tamen teneri ad reſtitutionem ex eo conſtat, cùm non ſit peccatum contra iuſtitiam, ſed contra charitatem, ex cuius violatione non incurritur onus reſtituendi. Hæc tamen aſſertio & communis doctrina intelligenda eſt de eo qui nō aliter ſcelus impediret, aut damnū reipublicæ vel priuato inferendum impediret, neque aliter emendaret vel iuuaret ad emendationem delinquentem quàm illum accuſando, alioquin ſi his omnibus aliquod aliud remedium adhibere poſſit, non peccat omittendo accuſationem; imò aliquādo peccaret accuſando, debet enim aſſumere medium quod minus nocet proximo quando poteſt.

75. Idem dicendum eſt quando crimen eſt contra priuatam perſonam, & eſt in fieri, vel in procinctu, vt fiat, ſi priuatus hăbet teſtes quibus rem poſſit probare, nec aliter quam deferendo iudici poteſt obuiare malo impendenti, tenetur deferre. Ita Sotus *lib.* 5. *de iuſtit. quæſt.* 5. *art.* 1. *ante ſolutionem argumentorum.* Toletus *ſupra, cap.* 57. & Salon *d. quæſt.* 78. *controuerſ.* 1. *concl.* 2. Ratio quia quiſque tenetur, ſi commodè poteſt proximo conſulere, & ab omni damno illum liberare, ſi videt illius vitæ, ac bonis inſidias parari; quamuis iurauerit de non denunciando, ſeu accuſando. Nam tale iuramentum eſt illicitum Gloſſ. *in cap. ad noſtram*, 2. *in verbo, repeterent, de iureiur.* Salon *ſuprà quæſt.* 68. *art.* 1. *controuerſ.* 1. *in fine.* Non tenebitur tamen accuſare ſi admonendo proximum paratum ad malum, ipſe deſiſtat. Idem dicendum ſi ſufficiat admonere illum, cui inſidiæ parantur, vt ſibi caueat, vel in tuto ſe ponat, neminem in particulari, ſed ſolùm in communi illi manifeſtando.

76. Contra ſuperiorem doctrinam ſtat regula, quæ tenet in priuatis delictis ad accuſandum non admitti, niſi qui ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequuntur, vt habetur *in l. fin.* vbi gloſſ. & Bartol. *ff. de priuat. delict.* Bald. *in l vnica, col. fin. C. de del. & defunct.* Caſtro *in l* 1. *C. vbi de crimin. agi. oport.* Conrad. *tit. de accuſat. num.* 9. *verſ. At in priuatis delictis, pag.* 226. *col* 2. & *num.* 13 *verſ.* 82. Iul. Clar. *in pract.* §. 6. *verſ. Priuata autem delicta*, & alij quibus adhæret Gom. *tom.* 3. *var. cap.* 1 *tit. de de*[illegible] *n.* 9. Ergo ſi non admittuntur priuati ad accuſandum, non peccant contra charitatem ſi delicta non accuſare. Reſponſio tamen eſt in promptu, quia nō loquimur de delictis nondum factis, ſed de iis, quæ ſunt in fieri, vel in procinctu, vt fiant. Iura autem, & Doctores regulam illam probantes in priuatis delictis non admitti, niſi qui ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequuntur, agunt de delictis in totum factis, & completis. Ita Toletus *ſupra, lib.* 5 *cap* 57. Sayr. *in claui, lib.* 12. *cap.* 14. *num.* vbi addit, ſi quis ſciat aliquem paraſſe inſidias Regi, vel hæreſim ſeminaſſe, ſi tamen cognoſcat iam hos delinquētes ab iis delictis ceſſare, & eſſe verè pœnitentes, nō teneri accuſare, nec denunciare, quamuis crimen ſit contra bonum publicum. Tenebitur tamen ſi vocatus fuerit in iudicium, & de crimine completo fuerit iuridicè interrogatus, puta, ſi de illo fuerit aliqua probatio, vel notorietas, vel infamia, tenebitur tanquam teſtis [illegible] tum dicere. Secus ſi crimen ſit omnino [illegible] tum. Ita præcitati.

77. In publicis tamen delictis quilibet dè populo, qui aliàs in iure non reperitur expreſſe [illegible] tus, poteſt accuſare, non tamen tenetur. [illegible] aſſerti huius hăbetur *in l. qui accuſare, ff. de accuſation. l licitatio, § quod illicite de publican.* [illegible] *Bigal.* Bald. *in additionib. ad Specul. tit. de accuſat. verſ.* 1. Iul. Clar. *in praxi, § fin. quæſt.* 14. Et eo fundamento, quòd quilibet præſumitur poſſe accuſare, qui non eſt à iure prohibitus, niſi contrarium probetur. Hoſtienſ. *in ſumma, de accuſat.* §. *quis poſſit, in principio.* Gomez *cap.* 1 *de delictis, num* 4. & 31. Ob quam cauſam ea delicta vocantur publica, quia eorum actio, & accuſatio ad quemlibet de populo pertinet. Mirand. *de ordin. iudiciar quæſt.* 13. *art.* 9. *concl.* 8. & deciditur *in* §. 1. *inſtitut. de public. iudic.* Quod etiam extenditur ad forenſes, qui etiam in delictis publicis poſſunt accuſare, quamuis ſint alterius populi. Sic Bald. *in l. ni qui reum, num.* 8. *ff. de public. iudic.* & *in l. prouinciali, § fin. ff de nou. oper. nunc.* Gigas *de crimin. læſæ maieſt. lib* 2. *tit. qui accuſar. poſſ. in crimin. læſæ maieſt. quæſt.* 1. Ratio, quia delictum publicum non tam forenſibus nocere poteſt. Ideo omnium interest etiam forenſium, vt delictum publicum puniatur.

Dictum eſt poſſe quemlibet de populo accuſare crimen publicum iam omnino completum, non tamen teneri. Ita Sayr. *ſupra, num.* 7. Nec teneri denunciare, niſi officialis ſit cui ex officio incumbit accuſare, aut denunciare. Tunc enim cùm peccet contra iuſtitiam, & contra charitatem, vt plurimùm mortaliter, tenetur denunciare, ſeu accuſare, ac proinde ad reſtitutionem damni dati tenetur. Eſt communis. Sayr. *ſupra, num.* 11. Cordubenſ. *in ſumma, quæſt.* 66. *verſ. Al.* 10 *el danno.* Ioan. Medin. *C. de reſtitut. quæſt* 12. *dub. vltim.* Nauar. *in manual. cap* 1 [illegible] *num.* 22. *verſ.* 28. & Petr. Nauarra *lib.* 3. *de reſtit. dub. vltim. cap.* 4. *num* 138. 78.

Sed petes quinam ſint inhabiles ad accuſandum? Reſpondeo eiici ab accuſando fœminas, pupillos, & minores, quandiu non attingant vigeſimum annum, filiosfamilias, vel ſeruos. Aliquando etiam propter reuerentiam, quam debent erga dominos, & vaſſallos. Denique infames & filios contra parentes per leg. *hi tamen, ff. de accuſat.* & *l final. C. qui accuſar. non poſſ.* Similiter libertos contra patronos, inimicos contra inimicos, ex c. *cum Petro, de accuſat.* & alios, de quibus Iul. Clar. *ſupr.* 79.

Ex

Ex conſuetudine tamen non ſolent huiuſmodi repelli ab accuſando, quia iudices ex querelis ab iis porrectis aſſumunt viam inquirendi ſuper delicto. Illud etiam certum eſt filiosfamilias accedente patrum conſenſu poſſe accuſare, ex lege *non ſolum, § neceſſitate, C. de bon. qua liber.* An verò poſſint accuſare ſine conſenſu patris? Negat gloſſ. *in d. § fin.* non ſolùm *in d. § neceſſitate.* Affirmat tamen Bartol. non eſſe neceſſarium prædictum conſenſum, *in l. inter liberas, §. final. ff. de adulter.* Aretin. *conſ. 138. in primo verbo.* Sequitur Carer. *in practica, fol. 617. num. 108.* gloſſam *in d. l. non ſolum*, contrarium ſententiam; ſed fallitur teſte eod. Iul. Clar. *ſup. n. 5.* vbi teſtatur ſe nunquam dubitari vidiſſe, an filiusfamilias ſiue agendo, ſiue defendendo ſine conſenſu patris poſſet ſtare in iudicio, ſiue crimen fuiſſet publicum, ſiue priuatum, cui accedit Farinac. *tom. 1. in praxi, quæſt. 12. num. 10.* vbi concludunt ſine conſenſu patris poſſe [illegible]osfamilias accuſare, & licèt ex Albet. *in l. pe*[illegible] *§. ad crimen, num. 15. ff. de publ. iud.* requiratur ad accuſandum conſenſus patris, id tamen intellige non ad eſſe, ſed ad bene eſſe, quia abundans cautela non nocet. Clar. *ſupra, dict. num. 5. quæſt. 14.*

80. Quid de clerico dicendum? Reſpondet Clarus poſſe *ſupra, num. 5.* dummodò ex eo crimine non procedatur ad pœnam ſanguinis propter irregularitatem accuſatori illatam inde. Couar. *in clement. ſi furioſus, de homicid. fol. 512. verſ. Tertio eodem*, & habetur *in cap. 2. & in cap. poſtulaſti de homicid.* niſi in accuſatione expreſsè proteſtetur quòd ad vindictam, ſeu pœnam ſanguinis iudex non procedat. Nam præcedente hac proteſtatione excuſatur ab irregularitate clericus, quamuis poſtea ſequatur pœna ſanguinis, vt colligitur ex cap. *ſacerdotem, 2. quæſt. 7.* & ex cap. *cum ſit generale, de foro compet.* & a fortiori non incurret irregularitatem, quando non procedit ad publicam vindictam, [illegible] proſequendo ſuam propriam iniuriam, & offe[illegible] vel offenſam Eccleſiæ ſuæ, præmiſſa proteſtatione de qua *ſupra*, ſiue criminaliter, ſiue ciuili[illegible] agatur.

Secu[illegible] tendum ait Couar. *ſupra in d. clement. ſi furio*[illegible] *fol. 514. verſ. 3. his omnibus*, ſi clericus teſtimonium fe[illegible] in cauſa pro qua reus pœna ſanguinis ſit afficiendus; vbi vult non obſtante proteſtatione à clerico facta fieri illum irregularem. Quod aſſerit prius dixiſſe Felin. poſt alios *in d. cap. poſtulaſti, de homicid.* & gloſſ. *in cap. 1. diſtinct. 51.* quæ loquitur de laico, & de clerico fit mentio in *gloſſ. in cap. teſtimonium, 11. quæſt. 1.* & Abbas *in cap. de cætero, col. 1. de teſtib.* & ibi Felin. Quæ eſt communis ſententia teſte Ioanne Crot[illegible] *in tract. de teſtib.* [illegible] *num. 69.* Quam ſequitur Iul. [illegible]ar. *d. § fin. quæſt.* [illegible] *num.* [illegible] *verſ. Sed quid ſi clericus in actu teſtificandi proteſtetur*, &c. & Farinac. *tom. 1. d. quæſt. 12. num. 12. ad finem.* Non tamen tedet [illegible] rationem ob quam clericus dum accuſat [illegible] poſtuſſa proteſtatione, non fiat irregularis: at verò [illegible] teſtificatur, fiat non obſtante proteſtatione [illegible] ea tamen videtur eſſe, quia teſtis eſt vnum de requiſitis, ob quæ mors infertur, & ideo teſtis eſt [illegible] teſtimonio influit in ſententiam, neque [illegible] cooperetur iudicio ſanguinis, quam [illegible] ſuper cuius atteſtatione ſedet ſententia [illegible] *de cenſur. 7. p. diſp. 5. ſect. 2. dub. 11.* & 12. poſt alios. Neque excuſatur clericus ea vi proteſtat[illegible] præmiſſæ, niſi dum accuſat malefactorem de iniuria, vel damno ſibi ſuiſque conſanguineis, vel domeſticis illato. Ideo ſi accuſet de iniuria aliis extra hos illata, erit irregularis, non obſtante proteſtatione, ſi ſequatur pœna ſanguinis. Couar. *in d. clement. ſupra, §. 5. n. 4.* Nauar. *cap. 27. num. 213. & 218. §. 12.* & alij, quos referens ſequitur Auila *ſupra, dub. 11.*

81. Quamuis fœminæ ad accuſandum non admittantur per legem *qui accuſare, ff. de accuſat.* & per leg. *de crimine, C. qui accuſare non poſſ. cap. prohibentur, 2. quæſt. 1.* Iul. Clar. *d. quæſt. 14. num. 8. verſ. Præterea dixit*, & Tiber. Decian. *in pract. crimin. p. 1. lib. 3. cap. 7. num. 1.* Attamen non eſt dubium fœminas admitti ad ius accuſandi, quando ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequuntur per dictam legem *de crimine.* Atque ita poſſunt accuſare homicidam de morte mariti, & reliquorum, qui vel titulo conſanguinitatis, vel affinitatis ratione ſe attingunt; quales ſunt filij, fratres, & eorum filij, ac vxores, ſocer, aut ſocrus comparatione generi, aut nurus, & è contra, horum enim iniurias poſſunt fœminæ proſequi, nec cogi poſſunt ferre teſtimonium aduerſus illos in cauſa criminali, habetur, *l. lex Iulia, ff. de teſtib.* Molin. *tract. 3. de iuſtit. diſp. 44. num. 12.* Item fœminæ admittuntur ad accuſandum in crimine ſacrilegij, text. *in l. ſi quis in hoc genus, C. de Epiſc. & cleric. & in cap. in primis, 2. quæſt. 1.* Secundò admittuntur in crimine læſæ maieſtatis. Ita Gigas *in tit. qui accuſar. poſſ. in crimin. læſ. maieſt. lib. 2.* Tiber. Decian *ſupra, lib. 3. cap. 7. num. 9. & ſequentibus.* Tertiò in crimine hæreſis, text. *in l. Manichæos, C. de hæret. & in cap. vergentis extra eodem titul.* Quartò in crimine Simoniæ, vt habetur *in l. quiſquam, C. de Epiſcop. & cleric.* Quintò in commatre, quæ accuſare poteſt acciſorem compatris ſui. Ita Gigas *vbi ſupra, quæſtion. 1.* Sextò, & vltimò poſſunt accuſare fœminæ dilapidantem bona Eccleſiæ, *cap. licet Heli, de Simonia.*

82. Quid de militibus? Dicendum eſt ſuam, vel ſuorum duntaxat iniuriam proſequi poſſe, *l. crimine, C. de accuſat. l. prohibentur, l. qui accuſar. non poſſ.* Ratio, quia ad illos pertinet curare ea, quæ ſpectant ad militiam, non verò criminalibus litibus implicari. Bald. *in rubric. C. qui accuſat. non poſſ.* Speculat. *in tit. de accuſat. verſ. Item excipitur quod eſt miles.* Iul. Clar. *d. quæſt. 14. num. 4. verſ. Quæro etiam.* Anton. Gomez tit. *de delict. capit. 1. num. 32.* Cæterum quidquid ſit de iure, de conſuetudine tamen milites hodie indiſtinctè admittuntur ad accuſandum. Iura verò loquuntur in militibus antiqui temporis, qui iurabant ſe mortem pro Republica non euitaturos, iuxta legem penultim. *ff. ex quib. cauſ. maior.* & leg. 2. *ff. de his qui notant. infam.* At nunc milites non ſe aſtringunt tali iuramento. Gigas *ſupra, quæſt. 10. in fine*, poſt Speculat. *in d. verſ. Item quod eſt miles.*

83. Quid de infamibus, & criminoſis? Reſpondetur [illegible] repelli [illegible] ab accuſando de iure [illegible] per text. *in cap. infames, d.* [illegible] Idem de iure ciuili *l. qui accuſare, C. de accuſat. l. populares, ff. de popular.* [illegible] *publ. iudic.* Iul. Clar. *ſupra, verſ. Secundus eſt caſus.* Infames infamia facti [illegible] repelluntur ab accuſando de iure ciuili. Iul. Clarus *ſupra, num. 11.* aliis ibi relatis. Farinacius *d. quæſt. 12. n. 27. & ſequent.* De iure canonico repelluntur. Ita Doctores communiter teſte Bernard. *cap. 1. n. 44. de accuſat.* Indiſtinctè tamen infames ſic, vel ſic non repelluntur ab accuſando, quando ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequuntur.

Pro crimінoſis dicas ſi nondum ſunt accuſati, ſeu diffamati, non excludi ab accuſando de iure Cæſareo, quamuis in foro Eccleſiaſtico non admittantur. Sic Bero *in d. cap. 1. num. 15. de accuſat*, vbi vult criminoſos de iure canonico ſi conſtet eſſe conſtitutos in mortali, non admitti ad accuſandum. Quod etiam prius dixit Cardin. Alexand. *in cap. prohibentur, verſ. Nota, quod regulariter, 2. quæſt. 1.* Sed ibi non loquitur ipſe niſi de criminoſo. Nam magni intereſt inter criminoſum, & peccatorem. Quare ſi peccatores ab accuſando repellantur, vix reperiri poſſent qui ad accuſandum accederent; ideo non eſt admittendus quoad hoc Bero. *in d. cap. 1. num. 35.* vt patet ex praxi quotidiana.

Quod ſi criminoſi ſint ſimpliciter accuſati, non tamen adhuc condemnati, ſi nomina eorum adhuc non ſunt recepta inter reos, poſſunt accuſare, non ſolùm extraneos quoſcunque, ſed etiam ſuum accuſatorem de maiore crimine. De æquali autem, ſeu minore crimine non poſſunt admitti ad accuſandum quemquam, niſi proſequendo ſuam, vel ſuorum iniuriam. Ita Imol. *in l. ii qui reus. ff. de publ. iudic. num. 21.* Sequitur Bald. *in l. 1. poſt num. 21. verſ. dicunt ergo, C. qui accuſar. non poſſ.* Odofred. tamen credit poſſe criminoſos etiam de pari, vel minore crimine reaccuſare ſuos accuſatores. Quæ opinio de conſuetudine procedit multis in locis, vt notat Gand. *de maleſic. in tit. qui accuſar. poſſ. num. 41.* Clarus *vbi ſupra, num. 12.* At verò ſi nomina eorum iam ſint recepta inter reos, non poſſunt criminoſi ſuos accuſatores, nec alios quoſcumque de minori, ſeu pari crimine accuſare; de maiori autem nullo modo poſſunt ſuos accuſatores, niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequendo. Ita Imol. *in d. l. ii qui reus, num. 27. ff. de public. iudic.* Extraneos verò de maiore crimine bene poſſunt. Ita Clarus, & Farinac. aliis *ibi* relatis ſuprà.

Denique criminoſi condemnati de delicto pro quo non incurrunt infamiam, non repelluntur ab accuſando. Secus ſi fama amittatur; v. g. quando condemnantur de crimine publico. Iul. Clar. *ſupra, verſ. Quintus caſus*, vbi dicit hanc eſſe communem ſecundùm Bero. *in d. cap. 1. num. 25. & ſequent. de accuſat.* Nam hi ſunt infames, *l. infamem, ff. de publ. iud.* quoties condemnantur de publico delicto, ſiue proceſſum fuerit per viam ordinariam per accuſationem, ſiue per viam inquiſitionis. Angel. *in l. ea quidem, num. 18. C. de accuſat.* Iul. Clar. *lib. 5. §. final. quæſt. 72. num. 3. & d. quæſt. 14. verſ. Quintus caſus*, vbi id extendit ad caſus exceptos, ſeu crimina excepta; quia cum ſint infames ex damnatione publici iudicij, nec ad ea crimina excepta accuſanda admitti debent, vt ait gloſſ. *in l. 4. ſi iudicio public. verſ. Florent. ff. de accuſat.* Bero. *in d. cap. 1. num. 43. de accuſat.* & eſt communis. Sed in delictis exceptis [illegible] propter enormitatem eorum, nempe hæreſis, læſæ maieſtatis, ſimoniæ, fraudatæ annonæ, fraudati cenſus, dilapidationis, &c. inhabiles accuſatores excepto inimico ad accuſandum admitti poſſe tradunt Hoſtienſ. *in ſumm. de accuſ. §. quis poſſit, verſ. Admittuntur*, & alij quibus adhæret Farin. *quæſt. 12. num. 49. & 59.*

84 Quæſtionis eſt an iudex parte non opponente teneatur ex officio repellere inhabiles ab accuſando? Reſpondeo teneri, quando ſunt omnino inhabiles, quales ſunt Iudæi, hæretici, & infames, qui excluduntur ex odio ipſius perſonæ; ideo parte non opponente, ex officio illos repellere debet. Secus ſi non ſint omnino inhabiles. Contra quos ſi pars non opponat, nec etiam iudex debet opponere. Semper tamen excipitur caſus, in quo quis ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequitur, *l. hi tamen omnes, ff. de accuſat. l. non ignorat, l. ſi crimen, C. qui accuſar. non poſſ.* Quod procedit in omnibus, qui alias non admittuntur ad accuſandum, niſi alia via ſint incapaces. Farinac. *ſupra, n. 13. & ſequent. vſque ad 19. & num. 57.*

Quoad inimicos certum eſt excludi ab accuſando regulariter. Text. *in cap. cum oporteat, de accuſat. & in cap. per tuas, de ſimon. & in §. Si verò quis odioſus, in Authen. de teſtib. & §. inimicitiæ, inſtit. de excuſat. tutor.* Bald. & Angel. *in l. ii qui reus, ff. de public. iudic.* Ratio, quia iura præſumunt propter odium accuſantis aduerſus accuſatum inimicum mentiri. Ob quam cauſam inimicus non admittitur ad ferendum teſtimonium contra inimicum. Text *in l. 3. & ibi communiter ſcribentes, ff. de teſtib. & in l. ſi quis teſtibus, C. de eodem titul.* Item, quia inimicus dum accuſat, præſumitur non amore iuſtitiæ, ac zelo, ſed odio id efficere ad priuatam vindictam. Quod intellige, niſi propriam iniuriam proſequeretur; tunc enim non reijcitur ab accuſatione. Iul. Clar. *d. quæſt. 14. n. 27.* Extra verò hunc caſum, qui non poteſt eſſe teſtis propter inimicitias, non poteſt eſſe accuſator; quia hæc duo æquiparantur, nempe accuſatio, & teſtificatio. Conrad. *in pract. tit. de accuſat. n. 14.* & alij apud Farin. *d. quæſt. 12. num. 37.* 85

Quod procedit etiam in notoriis, in quibus ab accuſando excluditur inimicus. Alex. *conſ. 127. Viſa inquiſitione, col. vlt. in fine, vol. 4.* Decian. *in pract. in ſuis tractatib. criminal. lib. 3. cap. 25. n. 8. p. 1.* poſt Roman. *in conſ. 328. incipit, in propoſita conſultatione.* Nec obſtat ſi fateatis fuiſſe inimicum aliquando; at nunc eſſe amicum, ſed reconciliatum. Adhuc enim eſt repellendus iuxta Conrad. *eodem tit. de accuſat. n. 12. verſ. 48. pag. 229. colu. in princ.* vbi probat ex Felin. *in c. cum oporteat, n. 1. [illegible] 11. de accuſ.* amicum reconciliatum non poſſe admitti in teſtem contra reum; ergo nec in accuſatorem. Sequitur Couar. *in pract. q. 18. n. 3.* vbi loquitur de inimico nuper reconciliato, quaſi dicat aliter ſentiendum de inimico diu reconciliato. Nam is non poteſt repelli ab accuſando. Cuius examen relinquitur arbitrio iudicis a Cou. *d. n. 3.* vt expendat, & diligenter inquirat an amicitia longo tempore cenſeatur confirmata, & ſint veſtigia antiqui odij penitus abolita. Innoc. *in c. cum oporteat, col. vlt.* Panorm. *col. 2.* Fel. *n. 4. de accuſ.* Indiſtinctè tamen niſi aliud appareat, inimicum de recenti reconciliatum ab accuſando eſſe expellendum opinor, ſicut admittendum, ſi poſt longum tempus reconciliationis amicitia cenſeatur confirmata. Cou. *d. n. 3.* poſt plures. Ex quibus id aperte colligitur, in quo tamen ſtandum eſt arbitrio iudicis. Quod intellige, quando præceſſit capitale odium, aut graues inimicitiæ: alter enim quamuis aliqua ſit ſuſpicio, non debet inimicus omnino excludi ab accuſando. Ita Bero. *d. cap. 1. num. 47. & ſequentibus de accuſat.* Decian. *d. cap. 25. num. 36.* Iul. Clar. *d. §. 5. quæſt. 14. verſ. vlterius dixi*, & Anton. Gomez *tit. de probat. delicto, cap. 12. num. 24. verſ. Intell. [illegible] tamen quod inimicus.* Quæ verò inimicitia dicatur capitalis, ſeu grauis, & quæ leuis, relinquitur arbitrio iudicis, teſte Felin. *in cap. repellantur, n. [illegible] de accuſat.* & Doctores communiter. Clarus *§. fin. quæſt. 14. num. 5.*

86. Dubitatur an qui ex officio tenentur accuſare, vel denunciare ſemper peccent mortaliter non accuſando, ſeu denunciando? Priùs nota, denunciationem iudicialem eſſe, qua defertur crimen ad ſuperiorem tanquam ad iudicem competentem, vt puniatur delinquens ad bonum publicum; non tamen denunciator ſe ſubiicit alicui pœnæ, nec denunciationem defert in ſcriptis, ſed verbis dumtaxat ad iudicem defert crimen, & notarius excipit in ſcriptis, & porrigit eam iudici: nec denunciator omnino excluditur, vt ſit teſtis in iſta denunciatione; nam aliquando poteſt eſſe contra delinquentem prout praxis obſeruat. Ita Sayr. *ſupra, lib.* 12. *cap.* 14. *num.* 11.

87. Dico ergo primò regulariter eſſe mortale, quando ex officio accuſare, vel denunciare tenentur, & id omittunt, peccántque contra charitatem, & contra iuſtitiam, tenentúrque in conſcientia ad pœnam ſoluendam ad quam delinquentes, ſi accuſati eſſent, damnarentur, modò pœna ſit pecuniaria: ſecus ſi corporalis ſit. Ita Medina *C. de reſtitut. quæſt.* 12. *dub. vltim.* 4. *& hic eſt vnus caſus, & quæſt.* 15. *in fine.* Angel. *verbo, pœna,* §. 26. Petr. Nauar. *lib.* 2. *de reſtit. cap.* 4. *n.* 1. *dub. vltim. num.* 142. Syluest. *in verbo, pœna, q.* 18. quamuis oppoſitum teneat, *in verbo, reſtitutio* 3. *q.* 5. *verſ. Septimum,* vbi putat non teneri in hoc caſu officiales in conſcientia pœnam illam ſoluere ac reſtituere, ad quam damnarentur delinquentes, ſi fuiſſent accuſati, ſed in hoc fallitur, ſicut Nauarrus *in manual. cap.* 25. *num.* 14. *in* ... & Cordubenſ. *in ſumma, quæſt.* 66. §. 1. Idem aſſerentes; quod minus bene dictum videtur, cùm ratio poſtulet vt qui non denunciantes, nec accuſantes, cum tenerentur ad id ex officio, dederint damnum, ſatisfaciant damnificatis, etiamſi pœnas pecuniarias officiales non accipiant à tranſgreſſoribus. Ita vltra citatos docent Bartol. Medin. *lib.* 1. *inſtructor. confeſſor. cap.* 14. §. 30. *regul.* 1. *verſ. Nona.* Aragon. 2. 2. *quæſt.* 62. *art.* 7. Salon *eodem loco, controuerſ.* 4. *&* 5. *& quæſt.* 8. *art.* 3. *controuerſ.* 3. *in principio, & in fine.* A quibus non diſſidet S. Thom. 2. 2. *quæſtion.* 7. *art.* 4. *ad* 3. quatenus vult iudicem teneri ad pœnam pecuniariam reſtituendam, ſi reum abſoluat ab ea, quam propter delictum merebatur.

88. Quod ſi officiales à tranſgreſſoribus pœnas exceperunt, multo clariùs ad earum reſtitutionem tenentur etiam ante iudicis ſententiam, & condemnationem, ſicut tenebantur etiamſi pœnas non accepiſſent, cùm peccauerint contra iuſtitiam commutatiuam, & contra iuramentum non accuſando tranſgreſſores legum, impediendóque ne fiſcus, ſeu publicani acquirant pœnas contra tranſgreſſores impoſitas. Nec refert ſi dicas pœnam legis non deberi ante ſententiam, quia officiales non debent his pœnas proin habère ordinem ad delinquentes; tunc enim fatemur nō deberi ante ſententiam in conſcientia, quatenus habent rationem pœnæ, ſed quatenus habent rationem damni illati, ſeu fiſco, ſeu publicano, qui à Republica, ſeu à Rege conducit huiuſmodi pœnas. Cùm ergo habeant huiuſmodi pœnæ naturam damni illati reſpectu fiſci, ſeu alterius tertij, cui ſunt applicandæ, officialéſque ſint cauſa illius damni, in conſcientia debent illud reſarcire ante omnem iudicis ſententiam: quibus incumbit ratione ſtipendij, fidelitatis, ac iuramenti proſpicere Reipublicæ, & officiales illius, hoc eſt fiſcum, & vectigalium conductores indemnes ſeruare; in quorum optione erit accipere vel quantitatem damni illati, vel quantitatem pœnæ, quæ de iure à iudice parti applicatur accuſanti. Ita Medina *vbi ſuprà,* Sayr. *num.* 19.

Hoc autem procedit, quando auctores damni non reſtituunt. Tunc enim cuſtodes, ſeu accuſatores, qui damnum poterant impedire, & debebant, & non impedierunt, tenentur in ſolidum, vt conſtat ex Medin. *C. de reſtitut. quæſt.* 12. *in fine,* & Sayr. *in claui, lib.* 11. *cap.* 11. *num.* 7. cum fuerint in cauſa illius. Quod ſi loquamur de pœnis præcisè acceptis, & ſecluſa omni ratione damni officiales ex primaria intentione Reipublicæ conſtituti ad tranquillitatem, vel vtilitatem communem ſeruandam; quos vocamus vulgò, *Meirinhos, alcaides, couteiros;* quibus incumbit inuigilare, vt Principi, ſeu Reipublicæ tributa ſoluantur; non tenentur ante condemnationem dictas pœnas ſoluere, quamuis per negligentiam ſui officij ſint in cauſa, vt Princeps, vel Reſpublica eiuſmodi damna ſubeant. Syluest. *verbo, reſtitutio,* 3. *quæſtion.* 5. *dicto* 7. Nauar. *in manual. cap.* 25. *num.* 34. Vaſquez 1. 2. *diſp.* 173. *num.* 19. Leſſ. *lib.* 2. *de iuſtit. cap.* 3. *dub.* 10. *num.* 73. vbi addit hanc partem eſſe veriorem. Ratio, quia huiuſmodi officiales non tenentur ex officio, & ex iuſtitia accuſare, vt Reſpublica diteſcat multitudine pœnarum, ſed ſolùm excubant, vt damna impediantur, & vectigalia ſoluantur, & res ſibi commiſſæ illæſæ cuſtodiantur. 89.

Nihilominus oppoſitum puto verius, nempe ſuprà dictos officiales, & cuſtodes teneri ex iuſtitia tranſgreſſores legum pœnas ipſo iure imponentium, quæ debent vel fiſco, vel alicui tertio applicari, deferre ad iudicem, & accuſare. Quare ſi eos non deferant, & abire ſinant, & ideo non ſoluant pœnas, quas aliàs debebant ſoluere communitati, vel fiſco, vel alicui tertio, ſi delati eſſent, tenentur pœnas reſtituere, & compenſare. Ita Petr. Nauar. *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 142. Salon *quæſt.* 62. *art.* 7. *controuerſ.* 5. *concluſ.* 4. Ioan. Medin. *d. quæſt.* 12. §. *Si verò.* Angel. *verb. pœna, num.* 26. Rebellus 1. *p. lib.* 1. *de reſtitutio. quæſt.* 16. *num.* 2. *concluſ.* 2. & Molin. *de iuſtit. tract.* 2. *diſp.* 739. *num.* 5. vbi volunt huiuſmodi miniſtros publicos, qui tranſgreſſores in pœnas iuſtè impoſitas incidentes non curant condemnari, vt eas ſoluant, de rigore iuſtitiæ teneri reſtituere earum emolumentum illis, quibus erant applicandæ. Fundamentum eſt, quia iudices vel per iniquitatem non ferentes ſententiam, neque condemnantes reos ad ſoluendas pœnas in lege impoſitas, & quas ſoluere debebant, tenentur ad illarum reſtitutionem, cùm ſint cuſtodes iuſtitiæ, debeántque reddere vnicuique ius ſuum; atque ita ſi priuent fiſcum, vel partem iure ſuo, tenentur ad reſtitutionem eiſdem faciendam. Sayr. *lib.* 10. *tract.* 2. *cap.* 14. *num.* 10. *& ſequentibus.* Leſſ. *ſupra, d. dub.* 10. *num.* 70. Similiter officiales publici ad id tenentur præſertim quando ſuſcipiunt officia, & præſtito priùs iuramento ſe obligant ad ſeruandum regimen ſibi conſtitutum, quia per modum contractus ſe ſe obligant ad cuſtodiam rei ſibi commiſſæ, & ob id ſtipendia accipiunt. Quamobrem lege iuſtitiæ tenentur præſtare cuſtodiam. Vnde ſi omittant, vel negligentes ſint, vel impediant, ne fiſcus, aut pars læſa pœnas illas recuperet, tenentur ad ſolutionem earum ante etiam iudicis ſententiam. Ita Salon. *ſuprà, controuerſia* 5. vbi addit, quia fiſcus, aut pars læſa nondum

actu pœnas illas acceperat, ſed ſolùm in potentia proxima, & forte reſtitutio earum impediri poterat, non eſſe ſoluendas omnino, ſed ſecundùm id, quod Princeps, vel Reſpublica, vel pars læſa illas erant accepturi.

91. Excuſabuntur non accuſantes, nec deferentes eos, qui tranſgrediuntur leges graui, vel extrema neceſſitate coacti, puta, ſi quis pauper neceſſitate compulſus in aliquo loco prohibito ligna cædat, & inueniatur, ſi conſtet lignati ad vſum familiæ ſuæ, non peccant officiales non accuſando, quia lex poſitiua humana non procedit contra charitatem, nec iuramentum obligat, cæterùm que dominus, ſeu communitas prohibens in eo caſu cenſentire. Idem dicendum quando facientes contra legem ſunt ſanguine, vel amicitia valde coniuncti cum iiſdem, qui leges, vel ſtatuta condiderunt. Ita Sayr. *d. lib. 12. cap. 14. num. 14.* vbi addit cum Petro Nauarra *lib. 3. de reſtitution. cap. 4. dub. vltim.* non teneri officiales, ſeu cuſtodes non denunciantes ad reſtitutionem aliquam, quando cædentes ligna in nemore prohibito tales ſunt, qui ſi facultatem peterent a Principe, vel communitate prohibente, eam facile conſequerentur. Ratio, quia quamuis quoad modum dominus rei ita acceptæ cenſeatur inuitus, de acceptione tamen, vel de re accepta cenſetur voluntarius, atque ita non datur obligatio reſtituendi. Caietan. *in ſumma, verb. furtum*, Nauarros *in manuali, cap. 17. num. 138. verſ. Quadrageſimoquartò.*

92. Hic proximum eſt, an peccent mortaliter cuſtodes nemorum ſe abſcondentes, vt lignatores in locum prohibitum ingrediantur libere, ſoluántque pœnas tranſgreſſoribus impoſitas? Affirmat Medin. *C. de reſtitut. quæſt. 12. dub. vltim. verſ. Si denique.* Nauar. *in manual. cap. 17. num. 123. verſ. Vigeſimonono*, Cordubenſ. *in ſumma, quæſt. 66. §. 2.* Sanch. *lib. 10. de matrim. diſp. 12. num. 51. verſ. Confert etiam.* Molin. tamen *d. tract. 2. de reſtitut. diſput. 739. concluſ. 6.* docet non teneri cuſtodes ſe manifeſtare iis, qui leges ſunt tranſgreſſuri data occaſione, poſſéque ſe abſcondere, vt tranſgreſſores capiant in flagranti delicto, ſubditque nec teneri ad reſtitutionem damnorum, quæ legum tranſgreſſores in eo caſu domino, ſeu communitati inferunt; argumento mariti ſuſpicantis adulterium vxoris, qui poteſt illam obſeruare ſecum adducens teſtes idoneos, vt poſſit illam de adulterio, accuſare, ac conuincere. Quod licitum eſſe tradit Sanch. *ſuprà*, cùm non ſit peccato vxoris conſentire, ſed in proprium commodum vti eius malitia.

93. Dicendum tamen eſt non eſſe licitum præbere occaſionem peccandi, aut furandi ex profeſſo; permittere tamen peccata minora, vt vitentur grauiora fas eſt. Excuſabuntur tamen cuſtodes à peccato, & à reſtitutione, quando eo animo ſe abſconderint vt tranſgreſſores deprehenſi caueant in futurum, ne illuc reuertantur. Sic Cordubenſ. *quæſt. 66. dicto 2. verſ. Mas el danno.* Nauarr. *in manual. cap. 17. in ſumma Hiſpan. num. 124. & in Latina, num. 123.* Valent. *2. 2. quæſt. 6. punct. 5. dub. 7.* Veiga *tom. 1. ſummæ, cap. 120. caſ. 1. col. 4.* & Fran. Manuel. *1. tom. ſummæ, in 2. editione, cap. 124. n. 7.* quibus accedit Sanch. *de matrim. lib. 10. diſput. 12. num. 52.* Sed multo meliùs meo iudicio reſpondent qui tenent non peccare cuſtodes abſcondentes ſe, vt tranſgreſſores comprehendant in flagranti delicto, quia fas eſt permittere vnum peccatum, vt multa euitentur. Sic enim permittitur meretricium, ne fiant adulteria. Proinde ſi cuſtodes non ſe occultent, multò plura peccata fient, quam ſint illa, quæ cuſtodes ſe abſcondendo permittunt. Quare non tenentur ſe tranſgreſſoribus manifeſtare, vt pœnas euadant, quia id faciunt vt meliùs loca ſibi commiſſa cuſtodiant; neque intendunt primariò, ac per ſe peccatum, vel damnum eorum, ſed meliùs ea loca cuſtodire. Quo etiam modo non peccant parentes, vel domini ſi non auferant filiis, vel famulis aliquam furandi occaſionem, cum eos ad furandum faciles intelligunt, vt ſic in delicto deprehenſi emendentur peccabunt tamen ſi eiſdem offerant occaſionem, vt furentur; quia offerre occaſionem eſt cooperari, & poſitiuè concorrere; non auferre occaſionem eſt permittere: quod aliquando licèt ob bonum finem, offerre verò nullo modo licèt. Sa *verbo, peccatum, num. 7.* & Sanch. *d. lib. 10. diſp. 12. n. 52.* Atque ita cum ſe abſcondendo non peccatum, nec damnum proximi per ſe intendant, nullo modo peccant. Quinimò fas eſt ea ratione, vt rariùs delinquentes peccent, & meliùs res ſibi traditæ cuſtodiantur, præbere materiam minoris, aut minùs frequentis mali ad maius, vel frequentius malum vitandum, teſte Soto *de tegend. ſecret. membr. 2. quæſt. 2. concluſ. 4.* Peccarent tamen cuſtodes ſi abſcondentes ſe peccatum, vel damnum proximi per ſe intenderent. Quam reſolutionem tradunt Molin. *tract. 2. de reſtit. diſp. 739. num. 8. verſ. Noſtra vero ſexta concluſio eſt*, & Rebell. *d. quæſtion. 16. num. 2.* Pro quo facit tranſgreſſores optimè deprehendiſſe huiuſmodi inſidias à cuſtodibus fieri ſolere paſſim, & eſſe omnibus notorias, adeo vt ferè neminem lateant, ac proinde ſibi imputare debent tranſgreſſores quando à cuſtodibus ſe abſcondentibus in flagranti capiuntur. Sayr. *ſupra, lib. 12. cap. 14. num. 17. ad fin.* Nec tenentur cuſtodes in hoc caſu regulariter ad vllam reſtitutionem Reipublicæ, vel dominis, quorum res cuſtodiunt, ſi forte aliquod damnum à tranſgreſſoribus legum ſit illatum; quoniam domini damnum reſarciunt pœnis, & interdum nullum ſequitur damnum, & ſi quod eſt paruum, facile ea vigilia, ac diligentia maiori compenſatur, & pœnæ timore deinceps reficitur, ac maiora damna præcauentur. Similiter neque ipſis tranſ- 94.
greſſoribus cuſtodes damnum illatum tenentur reſarcire, cùm non teneantur ex officio illos ſeruare indemnes. Rebell. *ſuprà*, & Sayr. *d. num. 17. ad finem.*

Sed nec omittendum eſt, an peccet contra iuſtitiam cuſtos a communitate, ſeu a Principe conſtitutus, vt colligat iuſta vectigalia ab iis, qui merces aſportant, ſi eos ſinat tranſire abſque ſolutione vectigalium. Res eſt clara, cuſtodem teneri vectigalia non ſoluta reſtituere, non tamen tenebitur reſtituere ante condemnationem pœnas imponendas non ſoluentibus vectigalia, ſi a cuſtode delati eſſent. Quod intellige in defectum non ſoluentium vectigalia. Molin. *d. quæſt. 739. concluſ. 1.* vbi addit ſi cuſtodes in illorum defectum ea reſtituant, teneri tranſgreſſores tanquam cauſas principales cuſtodibus ſoluere, quæ ipſi loco eorum perſoluerunt. Sequitur Rebellus *num. 2. ſuprà*, vbi ſubdit mercium aliàs eſſe ſimpliciter prohibitas, ne transferantur, alias autem non transferri ſine ſolutione tributi. Ideo ſi quando culpa cuſtodis qui omiſit vel pretio, vel aliqua alia de cauſa deferre, vel denunciare transferentes, vectigalia non fuerunt ſoluta, 95.

ta, non debens publicano, ſeu principi vtrumque, hoc eſt, tributum & res in pœnam non ſoluti tributi ſi interciperetur; ſed illud lucrum, quod ex duobus maius eſt, nempe pretium mercium, aut merces loco illius.

96\. An verò teneatur iuſtos quod accepit à transgreſſore, eius pretium reſtituere, ne manifeſtaret ipſum, aut deferret? Affirmat Syluest. *verb. reſtitutio 3. quæſt. 5. verſ. ſeptimum* Cordubenſ. *in ſumm. quæſt. 6.. verſ. mas la commun opinion*. Medin. *de reſtitutio. quæſt. 12. & quæſt. 16.* Sotus *de iuſt. lib. 4. quæſt. 7. art. 3.* Petr. Nauar. *lib. 3. de reſtitut. cap. 4. part. 1. dub. vltim. num. 143.* & Salon. 2. 2. *quæſt. 62. art. 7. controuerſ. 5. conclus. 3. & 4.* Ex eo fundamento, quia cuſtodes ex officio denunciare tenentur, atque ita peccant contra iuſtitiam accipiendo aliquid à transgreſſoribus, ne denuncient, tenenturque illud reſtituere, vt aliqui volunt pauperibus, vltra damnum communitati, vel principi illatum, nec poſſunt retinere illud ſic acceptum titulo liberalis donationis, cùm potius illud donetur metu alicuius pœnæ, quam animo liberali.

Dicendum tamen eſt ſic acceptum non eſſe reſtituendum danti, quia quamuis officiales turpiter faciant aliquid accipiendo, vt diſſimulent cum delinquentibus; quidquid ſit de foro externo. At verò in foro conſcientiæ poſſunt retinere, ſicut nec iudices pro iniuſta ſententia ferenda tenentur reſtituere pretium pro ea acceptum. Ratio eſt, quia delictum ab eis commiſſum ſi in publicum exeat, exponuntur periculo amittendi famam, ac puniendi grauiter in ſyndicatu. Quæ omnia ſunt pretio æſtimabilia. Vnde ſi officiales accipiendo valde excedant, & pretium acceptum ſit multo maius, quàm onera, ac pericula, quibus ſe expoſuerunt, tenentur exceſſum reſtituere. Sic Molin. *tom. 1. de iuſtit. diſp. 94. & tract. 3. de reſtitutione, diſp. 59. num. 6.* Rebel. *d. quæſt. 16. num. 1. ad finem.* Secus ſi non excedat. Et quamuis Couar. *in regul. peccatum, part. 2. §. 2. num. 7.* aſſeueret pro ſententia iniuſta nullum pretium poſſe accipi, eo quòd actus ille non ſit pretio æſtimabilis; probabilius eſt contrarium, quia rem eſſe in ſe turpem, ac prohibitam, pro qua aliquid tanquam pretium accipitur, non facit actum illum de ſe eſſe pretio indignum; non quidem ratione deformitatis, & iniuſtitiæ, quæ committitur aduersùs proximum, ſed ratione periculi, laboris, aut detrimenti, quod in ſe ſuſcipit, qui in gratiam alterius actum illum iniuſtum exercet. D. Thom. & ibi Caiet. 2. 2. *q. 32. art. 7. ad 2. & quæſt. 62. art. 5. ad 2.* & alij, quos allegat Molin. *d. quæſt. ſeu diſp. 94. verſ. contraria ſententia.* Suffragatur huic parti lex noſtra Luſitana *lib. 1. tit. 75. num. 23. & 26.* vbi prohibet, ne officiales cum partibus conuentionem faciant, non tamen reddit illos incapaces ad acquirendum. Cùm ergo conſiderato iure naturali non ſint etiam incapaces retinendi ita acceptum, & licèt in eo grauiter peccent, non tenentur reſtituere nec pauperibus, nec danti, ſpectato ſolo iure naturali, ac iure poſitiuo non reddente illos incapaces accepti. Molin. *d. diſp. 94. verſ. Sit ergo prima concluſio.*

97\. Non excuſabuntur ſimiles cuſtodes à periurio, cùm accipiant iuramentum, quo ſe obligant ad officium ſuum perfectè exequendum. An verò officiales diſſimulantes cùm transgreſſoribus legum peccent mortaliter in re leui? controuerſa eſt. Gabriel *in 3. ſententiar. diſt. 39. quæſt. 2. concluſ. 4. & 7.* Tabien. *verbo, iuramentum, num. 11.* Valent. 2. 2. *diſp. 6. quæſt. 7. punct. 3. concluſ. 3.* docent iuramentum etiam in re parua, ſi ſeriò ſit promiſſa, nec ſit aliquid excuſans, violare, eſſe peccatum mortale, ſiue res illa parua ſit tota materia iuramenti, ſiue pars. Quibus accedunt expreſsè Caietanus *in ſumm. verbo, periurium, cap. 2.* & Leſſ. *lib. 2. de iuſtit. cap. 42. dub. 5. num. 15.* Ex eo fundamento, quia Deus in iuramento promiſſorio non ſolùm tanquam teſtis adducitur pro veritate præſenti, ſed etiam pro veritate futura. Atque ita qui promiſſionem iuramento firmatam de re parua non implet, quantum in ſe eſt adducit Deum in teſtem falſi. Confirmatur, quia iuramentum conſiderat materiam non ratione magni, vel parui momenti, nec reſpectu magnæ, vel paruæ vtilitatis ſubiecti, ſed reſpicit materiam quatenus vera eſt, ergo ex veritate, non verò ex magnitudine, vel paruitate materiæ id eſt iudicandum. Sed omnes veritates in ordine ad teſtimonium diuinum ſunt eiuſdem rationis, & eiuſdem rationis eſt dicere falſum in re graui, & in re leui: igitur eiuſdem rationis erit adducere Deum in teſtem falſi in re graui, & in re leui.

Probabilius eſt eſſe peccatum veniale non implere iuramentum promiſſorium in re leui, ſiue illa ſit materia totalis, ſiue partialis. Probatur, quia mentiri eſt intrinſece malum, ita vt nunquam liceat; at ratione paruitatis materiæ eſt veniale duntaxat. Contra verò implere id promiſſum ſæpe non licet. Item non implere promiſſionem etiam animo implendi factam, non eſt verè, & propriè mendacium, ſed eſt infidelitas, teſte D. Thom. 2. 2. *quæſt. 110. art. 3. ad 5.* ibi: *Qui aliquid promittit, ſi habet animum faciendi, quod promittit, non mentitur; quia non loquitur contra id quod gerit in mente: ſi verò non faciat quod promittit, tunc videtur infideliter agere per hoc, quod animum mutat*; ſic ille. Quare non affert Deum in teſtem mendacij, qui non adimplenit promiſſionem iuramento firmatam, & factam animo adimplendi, cùm non mentiatur, ſed tantùm fuerit infidelis in re promiſſa ſub diuina auctoritate. Ita Suarez expreſsè *lib. 3. de iuramento. cap. 16. num. 9. & 10.* vbi abſolutè docet ſecluſo formali contemptu, non eſſe peccatum mortale non adimplere promiſſionem iuratam in materia leui, cùm reuera non implere illam non ſit mendacium, & conſequenter non adimplendo non faciat Deum teſtem mendacij, & ita ſolùm erit veniale, quando materia eſt licita, ſed leuis. Quam partem tanquam probabilem ſatis defendunt Cordub. *in ſumma, quæſt. 188. in fine*, & Alcozer *in ſumma, cap. 15. fol. 52.* At verò tanquam probabiliorem, ac veriorem eam prædicant Azor. *tom. 1. inſtit. moral. lib. 5. cap. 17. quæſt. 2. verſ. animaduertendum igitur eſt, in fine, & lib. 11. cap. 5. quæſt. 3.* Sà *verbo, iuramentum, num. 7.* poſt Sotum *lib. 8. q. 1. art. 7.* Syluest. *verbo, iuramentum 1.* Tolet. *lib. 4. cap. 21.* Nauar. *cap. 12. num. 10. & cap. 18. num. 7.* & alij quos referens ſequitur Henriquez *lib. 5. de pœnitent. cap. 20. num. 4. & in ſcholijs litera M.* & Sanchez *lib. 3. in Decalog. cap. 4. num. 23.* & Gutier. *lib. 2. cano. cap. 22. num. 10.*

Huc accedit iuramentum quod fit ab ſcholaſticis de parendo rectori vniuerſitatis, verbi gratia, quando iubet, vt omnes interſint concioni ſub pœna præſtiti iuramenti, peccare mortaliter ſi non interſint placuit Felino *in cap. præterea 1. de ſponſalib. num. 34. prope finem*, vbi citat pro hac 98.

parte Aretin. Verius tamen eſt non peccare mortaliter ſecluſo contemptu. Nam ſenſus illorum verborum, *ſub pœna præſtiti iuramenti*, non eſt quod ex vi iuramẽti id præcipiatur, ſed ſub pœna debita iis, qui præſtitum iuramentum violant. At verò iuramentum præſtitum à ſcholaſticis de parendo rectori obligat illos, vt rectoris præceptum per contemptum non tranſgrediantur. Cernitur autem contemptus, quando quis non vult obedire ſuperiori, ea ratione, & intentione, vt ei non obediat, quia præcipit. Secus quando ſuperioris præceptum violat, non tamen ex prædicta intentione. Vnde iuramentum illud intelligitur de obedientia quatenus opponitur inobedientiæ ſpeciali, nec eſt eorum intentio iurare generalem obedientiam, quæ conſiſtit in cauenda quacunque tranſgreſſione cuiuſcumque præcepti. Driedo *lib. 5. de libert. Chriſtia. cap. 1. ante propoſitio. 3.* Couar. *cap. quamuis pactum, 1. part. §. 7. num. 12.* Emanuel Roder. *tom. 2. ſumma, cap. 9. num. vltim.* Medin. *lib. 1 ſumma, cap. 16. §. 11. & 1. 2. q. 96. art. 4. verſ. verum vt veritas.* vbi volunt eſſe rem leuem non obedire rectori, quando iubet intereſſe ſub pœna præſtiti iuramenti Miſſarum ſacrificio, publicis, & ſolennibus ſupplicationibus, & ſimilibus. Quod intellige abſque cauſa legitima non obedire in his leuibus eſſe culpam venialem, cauſa verò intercedente nullam eſſe culpam. Quod ſi cauſa ſit grauis, puta, ſi rector ſigillatim iubeat vacare aliquos pro cauſis grauibus decidendis ſub pœna præſtiti iuramenti obligationem eſſe ſub mortali docent Dried. Medin. & Emanuel *ſupra.*

99. Hinc infertur quam vim habeat iuramentum præſtitum ab officialibus, cuſtodibus, ac miniſtris publicis quando officia ſuſcipiunt. Nam Gerſon. *3. part. in lib. de vit. ſpiritual. lect. 4. corol. 13.* ait, in hoc iuramento, ſeu iuramentis ſemper ſubintelligendam eſſe hanc, aut ſimilem additionem, quamuis non apponatur: *Si, & quantum rationabiliter hæc, quæ iuro, cadunt ſub iuramento iuxta conſuetudinem, & vtilitatem vitæ humanæ.* Vnde quando quis iurat omnia ſtatuta alicuius communitatis, ſiue Eccleſiaſticæ, ſiue ſæcularis, non tenetur ſub tali iuramento, niſi ad illa, quæ ſolent obſeruari. Quare iuramenta hæc non ita obligant officiales ſub mortali, vt ſi quis tranſgrediatur in re parui momenti, peccet mortaliter, ſed venialiter: quando verò lex, ſeu ſtatutum eſt magni momenti, obligabit iuramentum ad mortale; quod ſi ad nullam culpam obliget ſtatutum, aut lex, ſed ſit ſub conſilio duntaxat, tranſgreſſor illius nullam contrahet culpam, vt conſtat ex Clement. 1. §. *cum igitur in primis, verſ. declaramus, de verbor. ſignificat.* Medin. 1. 2. *quæſt. 96. art. 4. col. ante penult. verſ.* ex his patet, *& lib. 1. ſumma, cap. 16. §. 11.* & aliis, quos referens ſequitur Padil. *in l. cum proponas, n. 2. C. de tranſactionib.* vbi addit officiales qui ſub certa pœna iurant aliqua præcepta, ſi ea violent, non peccare mortaliter, nec eſſe periuros, teneri tamen pœnam ſubire. Vnde cum iuramentum hoc obliget ſecundùm rationem materiæ, eius violatio erit mortalis, vel venialis prout grauitas, vel paruitas illius fuerit.

Accedit iurantem noluiſſe ſe obligare niſi ſecundùm vſum, ac conſuetudinem receptam, & a principe toleratam. Licet enim iuramenta regulariter ad vnguem ſint ſeruanda, *l. pecuniam,* vbi Iaſon *num. 13. ff. de condict. ob cauſam,* & Bruſnus *conſ. 86, num. 4.* Couar. *in cap. quamuis, §. 4. num. 6. de pactis in 6.* attamen ſemper iuramentum officialium debet ad æquitatem, ac rationem reduci, argument. §. *& æquum, in authen. vt iuſiurandum, quod præſtat. ab his,* & ſicut iudices, & magiſtratus ſtatuta, ſic officiales ſtatuta, & leges ſeruare iurant, *l. rem non nouam C. de iudic.* Proinde non incurrunt iudices, & officiales periurium, quando à ſuo regimine ex aliqua cauſa rationabili recedunt. Ita Bald. *in rubri. C. qui admitti, in cap. . verſ. quandoque,* quem ſequitur Corſet. *in ſingul. verbo, iuramentum, incipit, in tempore pacis,* & eſt text. notabilis *in l. ſi hominem, §. mandas*; ſicut qui iurant aliquem defendere contra omnem hominem, non videntur iurare illum defendere aduerſus ſuos ipſorum amicos, ſicut nec contra conſanguineos ad quos ipſi iurantes videntur eandem, quam ad ſe ipſos habere affectionem. Sic Panorm. *in cap. petitio, col. vlt. non tamen placet, de iure iur.* & ibi Anchara. quos referens ſequitur Tiraquel. *de pœn. temperand. cauſ. 28. num. 4. & cauſ. 51 num. 9.* Ex quibus ſequitur non eſſe periuros ſaltem in re graui miniſtros publicos, ſi noctu poſt ſignum noctis inueniant per vrbem etiam cum armis ſibi notos, & conſanguineos, & ſi illos abire ſinant, nec deferant, vel accuſent, cùm ea ſit conſuetudo, vſus receptus, dummodo certò ſciant ab illis nullum damnum alicui inferendum. Quod etiam habet locum, quando nobiles inueniuntur, præſertim ſi ex eorum delatione detrimentum quod ſibi euenturum timeant; non enim obligat iuramentum cum notabili periculo, vt eſt communis. Vide Leſſium *lib. 2. cap. 13. dubio . num. 76.*

Dubioſa ſatis quæſtio eſt an miniſtri, ſeu cuſtodes poſſint facere conuentionem cum delinquentibus circa pœnas incurſas ante latam ſententiam? Reſpondeo ſi pœnæ à lege ſtatutæ non ſunt deſtinatæ miniſtro publico duntaxat, ſed vel omnes, vel pars earum ad alios miniſtros poſt latam ſententiam ſpectant, conuentionem facientes peccant, & tenentur reſtituere parti læſæ portionem debitam ſecundùm eam quantitatem quæ illi adiudicari ſolet. Nam quamuis ex natura rei poſſit fieri licite conuentio pro pœnis iam incurſis ante latam ſententiam: nihilominus quia lege Luſitana conuentio eſt prohibita, & vbique regulariter prohibentur huiuſmodi conuentiones, ſemper illicitæ ſunt, cùm non ſemper adiudicentur miniſtris in ſolidum, & facientes peccent contra legem. Cæterum cùm leges prohibentes non reddant cuſtodes incapaces eius quod per conuentionem accepit, licitè poſſunt retinere totum pretium ſi in ſolidum illis erat adiudicandum. Quod ſi pars aliquota etiam erat adiudicanda fiſco, vel captiuis, conuentionem facientes vnicuique ſuam partem tenentur reddere etiam ante latam ſententiam. Quin additur etiam teneri ſatisfacere carceris cuſtodi, & notario, ſi forte delati, & accuſati delinquentes erant in vincula conüciendi, & ex hoc tam cuſtos, quam cæteri aliquo fuerunt emolumento defraudati. Ste Molin. *de reſtitutio. tract. 2. diſp. 740.*

His adde an de iure ciuili quando commodè quis poteſt, & ſine periculo, teneatur obuiare delicto, inſultatum defendere. Pars affirmat ita probatur, quia obuiare qui non curat delicto, cui poterat commodè obuiare, eſt ſuſpectus de participatione delicti; argumento eorum, quæ tradit Cattoe. *in tractat. de iudic. §. decimum ol. autem* 101

iudicium

*iudicium eſt*, & Rota *in antiquis tit. de offic. vicar. dec. ... 532 incipit. Nota verum Epi. opin. Ep. ... tom. 1. quæſt.* 24. *num.* 205. Cæterum dicendum eſt nôn teneri, text. *in l. 1. §. ſed in eo, ff. ad Silan.* vbi ſermo eſt in ſeruo, qui ſi cognoſcat aliquod delictum committendum in dominum, & non prohibeat, cenſetur iuuiſſe. Ergo in contrarium eſt ius commune in aliis hominibus. Conſtat ex lege *metum l. 3. §. ſed licet, ff. quod metus cauſa*, vbi dicitur poſſe licitè quem pecuniam recipere, vt liberet aliquem ab iniuria à tertio inferenda. Ergo de iure ciuili bene ſequitur non teneri obuiare delicto committendo, eo quòd turpiter acciperet pro illo liberando pecuniam, ſi teneretur obuiare. Item quia alteri benefacere nemo compellitur, vt notat gloſſ. *in cap. ad reprimendam, de offic. ordinar.* Quam partem eſſe communem docet Abbas *in cap. 1. num 5. verſ. aduertit quia in hoc, de offic. delegat.* Felin. *in cap. quia alios, in principio, de hæretic.* Petrus à Placha *in epitome delictor. cap. 22. num. 7 verſ. quin etiam.* Anton. Gomez *variar. tom. 3 tit. de homicid. num. 4. poſt verſ. Ex hoc poteſt inferri*, & Menoch. *de arbitr. caſu* 355. *num. 7. in principio*, vbi teſtatur de communi, quamuis ipſe contrariam tanquam veriorem ſequatur, ſi quo mihi non diſplicet.

102. De iure tamen Luſitano *lib. 5. tit. 44.* apertè colligitur rixa aliqua ſuborta teneri omnes quam maximè poſſunt accurrere ad ſedandam rixam excitatam; quia ſtabilitum eſt ſub pœna exilij extra locum, vbi rixa fuerit excitata, vt nullus pro ſedandis rixis alicuius opem, & auxilium, niſi Regis imploret: qua voce præeunte vulgo, *Aque del Rey*, audita omnes confeſtim opem ferunt. Quod etiam tradit Rebuff. *ad leges Galliæ, de libe. oblig. art. 6. gloſſ. 2. num. 15.* & probat Luſitanus Anton. Correa *in fragmentis quibuſdam, pag. 31. num. 64* Cuius meminit Vitamanenſ. Barbos. *in remiſſio. ad lib. 5. ordin. tit. 44.* Quæ conſuetudo rixantibus opem ferendi eſt valde iuri ciuili conſentanea, & charitati conformis; quæ præcipit vt delicto committendo occurratur, ſi commodè poteſt, vt habetur *in l. culpa caret, & in l. nullum crimen ff. de regul. iur.* Cuius ſunt hæc verba, ibi *Quod in culpa non eſt, nec aliquod crimen committit is, qui delictum non prohibet, cum prohibere non poſſit.* Ex quibus à contrario ſenſu, qui poteſt prohibere commodè ne fiat delictum, ſi non prohibeat, culpam admittet. Quam ſententiam ſequitur Decius *in d. l. caret culpa, num. 5. & duob. ſequentib. & in l. nullum crimen, num. 3. in fine, verſ. & ſupra dicta, ff. de regul. iur.* Dyn. *in regul. non eſt ſine culpa, num. 4. verſ. de iure autem ciuili, & num. 5. verſ. text. tamen, de regul. iur. in 6.* vbi decidunt de iure ciuili omnes teneri obuiare delictis, aut inſultatum defendere, & hanc partem magis iuri, & æquitati conſonam tradunt. ſequitur Menoch. *ſupra, num. 7. verſ. verum, &c.* ... ait non obſtantes, nec prohibentes cùm poſſent extraordinaria pœna plectendos, poſt Gandin. *in tit. de præſumpt. & indic. num. 24. in diſcurſu*, vbi ait, *a morte potuiſti hominem liberare, & non liberaſti, occidiſſe videris*, per text. *in l. ... in delictis, in principio, ff. de naut.* Athe. ... *in l. metum, §. ſed licet, ff. quod metus cauſa*, & ... *in ſemen. 2. part. 2. num. 7. prope medium, de homicidio, & in cap. peccatum, p. 2 §. 5. num 4. de regul. iur.* & alij apud Farinacium *quæſt. 125. num. ...*

Confirmatur ex illo Ciceronis *officior. 1.* vbi ait: *Qui non defendit, aut obſiſtit ſi poteſt, iniuriæ, tam eſt in vitio, quam ſi parentes, aut amicos, aut patriam deſerat.* Accedit Abbas *in cap. cum non ab homine, num. 14. de iudic.* dicens videri ſocietatis occultæ ſocium, ac participem, qui futuro facinori obuiam non iuit, per text. *in cap. dilecto, de ſentent. excommunicat. in 6.* Item, quia non reuelantes latrones, ac fures ſolent puniri, vt conſtat ex lege 1. & 2. *C. de his qui latrones occult.* vbi non offerentes latrones, vel alios delinquentes, vel eos differentes exhibere, poſtquam ſunt admoniti, vt nocentes exhibeant, puniuntur pœna pecuniaria; quamuis hoc intelligat Hyppol. Rim. *conſ. 427. num. 8. & num. 26.* non de ſimplici non reuelante fures, ſed de receptante illos. Quibus bene conſideratis de iure ciuili vtraque opinio eſt probabilis, ſed quæ docet conſcium criminis committendi teneri obuiare, ne committatur, & inſultatum defendere, tanquam probabilior mihi magis placet; cùm magis accedat ad ius, & forum conſcientiæ, in quo conueniunt omnes conſcium criminis teneri obuiare, ac detegere: alioqui ſicut delinquens, peccare. Bald. *in l. 1. col. 3. C. de ſeru. fugit.* Salicet. *in l. quiſquis, in princip. verſ. ad id quod, C. ad l. Iul. maieſt.* Iaſon *in l. vt vim, num. 32. ff. de iuſtit. & iur.* Non tamen ad reſtitutionem damni illati tenebitur, niſi eorum vnus ſit, qui furto, vel damno obuiare teneatur. Sotus *lib. 4. de iuſtit. & iur. quæſt. 7. artic. 3.*

De iure tamen canonico ſunt qui putent neminem teneri obuiare delictis ne fiant. Felin. *in cap. qui alios, verſ. & adde, quod de iure canonico, extra, de hæretic.* & Abbas *in cap. 1. num. 9. in princip. verſ. de iure canonico, & verſ. ſed in foro contentioſo, de reſtitut. ſpoliat.* Quam partem tanquam veriorem ſequitur Decius *in cap. 1. num 8. de offic. delegat.* & Iaſon *in l. vt vim, num. 31. ff. de iuſtit. & iur.* Quibus accedunt Zanell. *in commun. contra commun. quæſt. 553.* & Corrad. *in pract. §. de offic. prætor. in cauſ. crimin. rubric. de conſcijs, num. 1. & 5. verſ. limitando tamen.* Quod extendunt ad delictum iam commiſſum; atque ita concludunt non ſolùm non teneri priuatum hominem de iure canonico obuiare delicto committendo, ſed etiam non teneri reuelare auctorem delicti commiſſi ad hoc vt is puniri debeat, per textum *l. 1. §. ſi tibi*, & ibi Iaſon *num. 1. ff. de condic. ob turp. cauſ.* Hoſtienſ. *in ſumma, tit. de furt. rubr. de condic. furtiua, §. final. verſ. Illud ſciendum.* Bernard. Dias *regul.* 342. & alij, quos referens ſequitur Farinac. *in praxi primæ partis, tom. 2. quæſt. 51. num. 32.* 103.

Multo verius eſt de iure canonico teneri quemquam delictis committendis obuiare, & inſultatum defendere. Gloſſ. *in l. culpa caret, ff. de regul. iur.* vbi Decius *num. 11.* eam tuetur Felin. *in cap. 1. num. 5. de officio delegat.* Dyn. *in cap. non eſt ſine culpa, num. 4. de regul. iur.* Petrus à Placha *in epitome delictor. cap. 28. poſt num. 31. verſ. quæ omnia*, vbi refert hanc eſſe communem ſententiam Canoniſtarum dicentium In foro conſcientiæ, & in foro contentioſo teneri quemquam obuiare delictis, & auctores reuelare, per gloſſ. *in cap. qui cum fure, de furtis, & in cap. quod quidam dicunt, §. ex his, in verbo, furti*, & ibi Archid. *1. quæſt. 1.* Roman. *in ſingul. 794.* vbi loquitur de furem indicante: præſertim quando iudex ex officio inquirit per gloſſam, & Baldus, & Iaſon in

*in §. ſi tibi, verſ. tertiò limita, ff. de condic. ob turp. cauſ.*

104. Multo fortius ad id tenentur in foro conſcientiæ vbi charitate vrgente, ac præcipiente omnes debent obuiare ſi commodè poſſint, ne delicta patientur, per textum *in cap qui poteſt, 23. quæſt. 3. & in cap 3 diſt 83.* Facit caput, *quanta, in fine, de ſentent. excommunicat.* ibi: *Eos delinquentibus fauere interpretans, qui cum poſſint manifeſto facinori, deſinunt obuiare.* Quare in eo foro tenentur detegere ſuperiori quando aliter non poſſunt impedire. Menoch. *in d caſ. 355. num. 2. & num. 3. verſ. huc accedit, & caſ. 537. num. 27.* Quo loci extendit etiamſi delictum committendum, ſit commiſſum ſub ſecreto. Adhuc enim eſt detegendum, quia tale ſecretum eſt ad alterius detrimentum, ſeu contra vtilitatem publicam. Innocent. & Aretin. *in cap. qualiter, & quando el 1. de accuſatiõ.* vbi definiunt in hoc caſu poſſe cogi præcepto ſuperioris ad reuelandum Quæ definitio eſt communis, ac omnium calculo recepta. Iacob. Ayner. *In repetition. legis, vt vim, p. 1. num. 289. ff. de iuſt. & iur.* Quod procedit quando delictum eſt in fieri, ſeu in procinctu vt fiat. Secus ſi iam ſit commiſſum & iit occultum. Tunc enim in foro conſcientiæ illud reuelare nemo cogitur. Decius *in cap. nouit, num 23. de iudic.* Menoch. *d. caſ. 355. num. 5. in fine, verſ. hæc intelligo*, poſt alios ibi relatos. Tamen non reuelando, nec obuiando non tenetur patri læſæ ad damnum, & intereſſe paſſum ob delictum ſequutum, niſi ſit ex his, qui vel ex contractu, vel ex officio manifeſtare debeant. Eſt communis Theologorum teſte Medin. *de reſtitution. quæſt. 9.* quam probant, ac ſequuntur Menochius *d. caſ. 355 num. 3* Clar. *§. fin. quæſt. 87. num 3. §. dictum eſt ad finem*, & Farinac. *d. quæſt. 51, num. 25.*

105. Sunt tamen aliqui caſus in quibus conſcij criminis tam de iure ciuili, quam canonico tenentur detegere crimen committendum, puta, ſeruus ſciens contra dominum aliquem conſpiraſſe. Is enim detegere tenetur; quod ſi omittat, puniendus eſt, *l. 1. §. occiſorum*, ibi: *Quoniam toties puniendi ſunt ſerui, qui auxilium domino non tulerunt, quoties potuerunt ei aduerſus vim opem ferre, & non tulerunt, ff. ad Syllan.* Bartol. *in l. vtrum, ff. ad ad l. Pompe. de parricid.* & *ibi* Marſil. Menoch. *ſupra, d. caſ. 355. num. 17* Idem dicitur de filio non detegente mortem patri inferendam. text. *in l. 2. ff. ad l. Pompe. de parricid.* & ibi Bartol. & *in l. 4. §. occiſorum, ff. ad Senatuſconſult. Syllan.* & Decius *in l. culpa caret, num. 8. verſ. & prædicta, de regul. iur.* Marſil. *in l. Diuus in fine ff. ad l. Pompe. de parricid.* vbi id declarat habere locum in filio ſpirituali ſciente necem Inferendam patri ſpirituali, qui puniri poteſt niſi reuelet in patrem conſpirationem fieri. Extende poſſe puniri fratrem, qui non reuelat, neque impedit delictum committendum in fratrem. Nam is punitur pœna relegationis. Corradus *in pract. in rubric. de conſcijs, num. 5. verſ. octauo adde, & in tit. de parricidijs, num. 10.* per text. *in l. 2. ff. ad l. Pompe. de parricid.* Anton Gomez *d. tit. de homicid. num. 4. verſ. item adde*, vbi vocat hanc partem communem. Quod ampliant Menoch. *d. caſ. 355. num. 20.* & Gomez *ſupra*, ad alios coniunctos vſque ad quartum gradum, qui poſſunt puniri pœna extraordinaria iudicis arbitrio, niſi detegant, vel impediant delictum committendum contra ſuos conſanguineos, ſiti coniunctos, vt in ſpecie notat Placha *lib. 1. epitom. delictor. cap. 22. num. 17.* Iul. Clar. *§ homicid. verſ. ſed quid dicendum.*

Idem eſto iudicium de vxore conſcia conſpirationis factæ contra maritum, teſte Boer. *deciſ. 162. num. 9.* poſt Bartol. *in l verum, & ibi* Hyppol. de Marſil. *ff. de parricid.* Præſumitur enim, quod non reuelauerit, conſpiraſſe in mortem viri. Iacob. Ayner. *in l. vt vim, p. 1. num 299. ff. de iuſtit. & iur.* A ſimili idem dicitur de famulis, & ſeruitoribus, qui mercede conducti de pane ſui domini aluntur. Sic Petr. à Placha *vbi ſupra, c. 22. num. 16. verſ. liberi tamen homines.* Nam hi tenentur ſine propriæ vitæ periculo defendere ſuos dominos, non ſolum de iure communi per legem 1. & 3 *ff. ad Syllan.* ſed eo ipſo quòd ſubditi ſunt Proinde tenentur reuelare delictum in ipſos committendum, ſicque ab omni delicti pœna facientes excuſantur, *l 1. § excuſantur, ff. ad Syllan.* Iul. Clar. *d. § fin. quæſt 87. verſ. punitus eſt*, vbi ait famulos reos eſſe mortis dominorum ſuorum, ſi ſciant inſidias illi parari, & illas eis non detegant, argum. textus *in l. 1. §. occiſorum, ff. ad Syllan* Quod extenditur ad vaſſallos conſcios conſpirationis factæ in dominos ſuos, ſeu principes, cùm in hoc etiam verſetur vtilitas publica.

---

## § IV

*Vtrum iudices tam in cauſis ciuilibus, quàm in criminalibus poſſint procedere abſque actore, ſeu accuſatore, ſaltem ficto?*

### EPITOME.

106 *Accuſatio eſt duplex, altera criminalis, altera ciuilis, & vtraque poteſt oriri ex quolibet crimine priuato.*

107 *Iudex an poſſit ſine accuſatore aliquem iudicare.*

108. & 109 *Prælatus religionis in puniendis delictis debet ſeruare ea, quæ ſunt de iure naturali, ac ſubſtantia iudicij.*

110 *Prælati regulares in iudicio faciendo non tenentur ſequi iuris poſitiui rigorem.*

111 *Prælati regulares in leuioribus puniendis induunt perſonam parentum, nec opus eſt accuſatore, neque teſtibus, ſed ſatis eſt ſi de leuibus ſuperiori conſtet.*

112 *Culpæ leues in foro ſæculari puniuntur, non ſeruato iuris ordine.*

113 *Parentes, ac magiſtri puniunt ſubditos, hoc eſt filios, & diſcipulos, non ſeruato iuris ordine. Vide etiam num 108.*

114 *Iudices non poſſunt condemnare quemquam ſine accuſatore ſaltem ficto, quando crimen eſt grauiter puniendum.*

115 *Quod procedit tam de iure ciuili, quàm de iure canonico, & naturali.*

116 *Denunciatio ſimplex ſupplet vicem accuſatoris in criminibus contra bonum publicum, & in priuatis quando ſunt notoria.*

117 *Accuſatoris vices ſupplet infamia publica, ſeu clamoroſa inſinuatio, & indicia manifeſta. Item præſentia iudicis, & aliorum, & rebellio manifeſta*

118 *Iudicium ordinarium dicitur vbi eſt formalis accuſator,*

*accuſator; vbi verò eſt fictus, eſt iudicium extraordinarium.*

119 *Accuſator tenetur crimen denunciatum probare, non verò ſimplex denunciator.*

120 *Iudex inueniens denunciatum culpabilem iubet citare illum verbaliter, & aliquando realiter, illique facit copiam denunciationis ad reſpondendum.*

121 *Accuſator virtualis ſufficit quando datur notorietas, & euidentia delicti.*

122 *Ordo iuris in notorijs non ſeruari poteſt; poteſtque omitti libellus, & accuſatio, & ſufficit procedere iudicem ex officio.*

123 *Iudex in notorijs non poteſt in ciuilibus ſupplere vltra contenta in petitione, ſeu libello.*

124 *Litis conteſtatio, & iuramentum calumniæ, nec alia ſolennitates in notorijs ſunt neceſſaria in criminalibus.*

125 *Accuſator virtualis non requiritur quando crimen committitur coram iudice, & alijs legitimis teſtibus.*

126 *Notorium crimen quando dicatur.*

127 *Iudex an teneatur quando crimen committitur in præſentia illius, recipere probationes, & reum incontinenter examinare; & quid faciendum reo negante.*

128 *Regula*, in notoriis non ſeruatur iuris ordo, *an ſit omnino vera.*

129 *Infamia publica præcedente poteſt iudex procedere ad inquirendum de delicto, & eius auctore.*

130 *Infamia publica, & inſinuatio clamoroſa quomodo differant, ac definiantur, & quot homines ſufficiant ad infamiam creandam.*

131 *Indicia, ex quibus formetur inquiſitio, qualia eſſe debent.*

132 *Indicia ad torquendum debent eſſe legitima, non leuia, ſed grauia, certa, & clara, & talia, quæ de iure ſubſiſtant.*

133 *Iudex rebellione vrgente poteſt procedere ſine accuſatore vero.*

134 *Denunciatio iudicialis facta prælato an ſufficiat ad inquirendum contra denunciatum.*

135 *Prælatus an poſſit punire ſubditum fraternaliter denunciatum, & quid ſi neget ſubditus.*

136 *Denunciator an poſſit eſſe teſtis in denunciatione Euangelica, & canonica.*

137 *Iudex in quibus caſibus poteſt inquirere ſine præuia infamia.*

138 *Iudex in crimine læſæ maieſtatis olim non poterat inquirere ſine infamia; modo verò poteſt.*

139 *Iudex ſine præuia infamia procedit inquirendo reo confitente crimen accuſatum coram paucis.*

140 *Confeſſio extraiudicialis an ſufficiat ad inquirendum ad torturam, & ad condemnandum.*

141 *Iudex an poſſit punire crimen incidenter cognitum in proceſſu.*

*Iudex ſine præuia infamia poteſt procedere in crimine coram ſe commiſſo, & alijs. Item quando inquirit an quis ſit dignus honore. Item in inquiſitione generali. Item ex mandato principis. Non tamen quando mandatum principis eſt ad inſtantiam partis.*

106. PRo intelligentia in quocunque crimine duplex eſſe poteſt accuſatio, altera ad vindictam Reipublicæ, quæ dicitur criminalis; & altera ciuilis ad factum damnum parti applicandum. Textus *in l. qui nomine, ff. ad l. Cornel. de falſis*, & *ibi* Bartol. Alberic. & communiter ſcribentes. Idem Bartol. *in l. infamem, col. 1. num. 4.* & *ibi* Imol. *ff. de public. iudic.* Angel. de Peruſ. *in l. querela, C. de falſis, in fine.* Anton. Gomez *tom. 3. cap. 3. num. 57.* Quæ duplex accuſatio criminalis ſcilicet, & ciuilis poteſt oriri ex quolibet crimine priuato, & iniuria priuata. Erit ergo criminalis accuſatio quando affectus iniuria accuſat partem ſuam ad pœnam criminalem, ſiue pœna ſit ordinaria, ſiue extraordinaria. Ciuilis verò quando agit ad pœnam pecuniariam ſibi applicandam. In qua offenſam ſibi factam æſtimat. Siue ergo agat criminaliter, ſiue ciuiliter, offenſus ſemper poterit agere ad omnes expenſas, damna, & intereſſe, & ad omnes ſumptus, & ad omne denique lucrum ceſſans, ac damnum emergens: quod ex tali iniuria paſſus fuit. Quæ omnia non ſubiret, ſi talis iniuria irrogata ſibi non fuiſſet, vt habetur *in l. qui ſeruum, ff. de actionib. & obligation.* & Gloſſ. & ſcribentes *in cap. de iniurijs.*

His poſitis, ſunt qui putent poſſe iudices interdum ſine accuſatore delinquentem iudicare, argumento diuinæ iuſtitiæ, quæ nullo præcedente accuſatore peccatores condemnat, ac punit; ergo iudex id ipſum poterit exequi. Probatur ex facto Danielis *cap. 13.* qui nemine accuſante iniquos ſenes, qui falsò accuſarant Suſannam, iudicauit, & condemnauit. Item, quia accuſator ad id in iudicio eſt neceſſarius, vt crimen commiſſum ad iudicem deferat. Sed hoc poteſt per denunciationem, vel per infamiam, vel per notorietatem ad iudicem peruenire; ergo abſque prædicto accuſatore poteſt iudex condemnare. Tertiò, ſi iudex videat aliquem delinquere, poterit ſuper eo ſtatim informationes aſſumere, & contra eum procedere, teſte Iul. Clar. *lib. 5. §. final. quæſt. 8. num 5. verſ. bene ex eo.* Igitur non ſemper requiritur accuſator diuerſus à iudice, ſicut vidimus in caſu Danielis, qui & accuſauit, & condemnauit. 107.

Suffragatur ordo ſeruari ſolitus à Religioſis prælatis in puniendis ſubditis, qui ſiue procedant per viam inquiſitionis, denunciationis, ſiue per viam accuſationis, vt plurimum ſeruant ea, quæ ſunt de iure naturali, & de eſſentia, ſeu ſubſtantia iudicij in delictis maioribus, ſine quibus iuſtitia non poteſt expediri. At verò in cauſis leuioribus, quæ frequenter puniri ſolent, non oportet vt accedat accuſator, nec ſemper reo patet locus defenſionis; ergo non ſemper iudex debet procedere ad pronunciandum præcedente accuſatore. Similiter patresfamilias punire ſolent filios, & ſeruos; necnon magiſtri literarij condemnant diſcipulos abſque accuſatore ex iis duntaxat, quæ vident propriis oculis. 108.

Sed de his omnibus reſponſio eſt in promptu. Nam prælati religioſi tenentur ſeruare in delictis maioris momenti omnia, quæ ſunt de iure naturali, & de eſſentia, ſeu ſubſtantia iudicij. Proinde tenentur reum vocare vt compareat, & ſumere illius confeſſionem, faceréque illi copiam delicti & tempus ſufficiens aſſignare vt ſe poſſit defendere. Ita doctores communiter Sotus *5. de iuſtit. quæſt. 4. art. 3.* Aragon. *2. 2. quæſt. 67. art. 3.* Nauar. *lib. 2. conſ. de ſentent. & re iudicat. conſ. 1.* & Roderic. *in ſumma, in tract. iudicand. cap. 12.* vbi volunt huiuſmodi prælatos habere erga ſuos ſubditos poteſtatem coactiuam, & coërciuam; quibus accedit Suar. *tom. 4. de religio. lib. 2. cap. 10.* cùm 109.

ſint

ſint regulares exempti a quacumque alia poteſtate. Quare ad imponendas pro grauioribus delictis pœnas acerbiores, quales ſunt carceris, triremium, inediæ fere extremæ, & aliæ ſimiles, non poſſunt procedere ſine accuſatore, ſeu præuia accuſatione, ſaltem æquipollente, vel ficta iuris fictione, peccántque mortaliter, iuxta doctores vbi proximè, aliter iudicando, ſeu procedendo, tum quia infamant ſubditos abſque legitima cauſa: tum quia procedunt non iuridicè contra iuris ordinem in ſubſtantialibus; atque adeo abſque notitia publica. Vnde D. Thomas 2. 2, *quæſt.* 67, *artic.* 3. & ibi Aragon. docent iudicem non poſſe ferre ſententiam condemnatoriam ex ſcientia omnino priuata, etiamſi ipſe ſolus crimen viderit. Quod deducitur ex cap. *ſi peccauerit*, 2. *quæſt.* 1. & ex cap. *ſi ſacerdos. de offic. ordin.* Poterit tamen iudex, ſeu prælatus peccatum ſubditi interim paterne corrigere, vel ad ſuperiorem maiorem ſi illum ſuper ſe habeat, deferre, & apud eundem agere perſonam teſtis, vel denunciatoris in caſibus, in quibus id licet.

110. Accedit, quia regulares in iudicio faciendo non tenentur omnino ſequi iuris poſitiui apices ac rigorem. Idcirco ſententia condemnatoria erit valida etiamſi in modo procedendi, ac probandi delicta atque in pœna imponenda, ferendáve ſententia non ſeruentur iuris poſitiui ſolemnitates iuxta cap. *qualiter, & quando de accuſationib.* vbi habetur poſſe procedere ſuperiores de plano ſine ſtrepitu, ac figura iudicij, vt patet ex cap. *cum olim. de accuſatio.* Quamobrem omiſſis protelationibus, & omnibus exceptionibus cauſæ regularium finiri poſſunt, dummodo ſeruentur ea, quæ ſunt de eſſentia, & ſubſtantia iudicij, vt iuſte quod iuſtum eſt, fiat. Faciunt pro his conſtitutiones religionis approbatæ à ſede Apoſtolica ſi diſponant aliquid in proceſſu iudiciali præter ordinem iuris communis, quod ſeruari poteſt abſque peccato iudicij, iudicíque, & abſque iniuria rei. In quo euentu prædictæ conſtitutiones cenſentur derogare iuri communi quo ad illas ſolemnitates omiſſas. Item quia quilibet profitendo ſtatum religioſum ſub illis regulis, & conſtitutionibus, quibus ſe ſubiecit ſponte præſumitur renunciaſſe conſuetæ iudicandi formæ iuris communis. Id tamen non liberat à ſolennitatibus, quæ ſunt de iure naturali, & conſequenter nemo etiam religioſus in delictis grauioribus, quæ acerbiùs, ac grauiùs puniri ſolent, damnari poteſt abſque probatione legitima præuia accuſatione, & abſque defenſione ſaltem æquipollente.

111. In leuioribus tamen induunt prælati religioſi perſonam patris, nec hos defectus leues puniunt, vt iudices, ſed vt parentes, vt conſtat ex dicto cap. *qualiter, & quando.* Panorm. *in cap. cum contingat, de foro compet.* Speculator, *in tit. de inquiſit. §. vltim.* Idem habetur *in cap. reprehenſibilis de appellatio. & in cap. ad noſtram eodem titulo.* Ex quibus ſequitur ad imponendas pœnitentias pro violatione regularum, ac præceptorum ſuperiorum communium non opus eſſe, vt accuſator accedat, neque teſtes, neque neceſſe eſſe vt delinquens vocetur, ſed ſatis eſſe quod conſtet ſuperiori de his leuibus, ordinariis, ac communibus delictis, in quibus puniendis poteſt omitti ordo iudicialis in iure requiſitus; alias

112. ſemper ordo monaſticus perturbaretur. Quin etiam in ſæculari foro etiam leues culpæ omiſſo ſtrictiori ordine deciduntur, & puniuntur ſine ſtrepitu, & figura iudicij ordinarij, ſed ſimpliciter & de plano ſecundùm leg. *venia, ff. de accuſatio.* Ergo id etiam ſeruabitur inter regulares, vt benè notant Aragon. *d. quæſt.* 67. *art.* 3. *in explicatione huius articuli, verſ. & ſi quis obiiciat*, & Ioſephus Aldrete *de diſciplina religioſ. tuenda, lib.* 1. *capite* 5. *per totum*, poſt alios, quos ibi referens ſequitur.

Ad id quod obiicitur, de patribus, ac magiſtris reſpondet Sotus *d. lib.* 5. *de iuſtit. quæſt.* 4. *art.* 3. & Aragon. *ſuprà*, patresfamilias, ac magiſtros non habere poteſtatem ſimpliciter coërciuam, nec capitali pœna, aut graui ferire poſſe, ſed eſſe in illis poteſtatem paternam, ſeu œconomicam: ac proinde non poſſe procedere ad grauiora ſupplicia, cùm non ſint iudices in puniendis delictis filiorum, ſeruorum, ſeu diſcipulorum, & ideò in leuioribus ſuppliciis imponendis non obligari ad formam iuridicam omninò ſeruandam; ſed ſatis eſſe ad caſtigandas culpas, vt eas licitis mediis certò cognoſcant, aut ſaltem ſolum puniant pro ratione probationum. Conducit, quia ſunt magiſtri morum, inſtituúntque diſcipulos, & informant circa morum honeſtatem, ac rectum viuendi modum, & vt literis proficiant, ac conſequenter poſſunt illos moderate tamen punire ad præcauendum in poſterum: non tamen propterea grauiùs quàm culpa mereatur, aut culpam omnino incertam, aut ex affectu inordinato punire poſſunt, multóque minus debent mediis illicitis inquirere delicta ad puniendum. In quibus omnibus ſi notabiliter excedant, poſſunt peccare mortaliter, cùm non tam bono illorum, quàm ſuæ paſſioni ſatisfacere ſtudeant. 113.

Reſolutio ergo ſit tituło quæſtionis reſpondens. Iudices neminem poſſunt condemnare abſque accuſatore ſaltem ficto, quando crimen eſt grauiter puniendum. Ita D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 67 *art.* 3. Aragon. *ibi* Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 29 *de iuſtit. dub.* 1 ... *num.* 1 ... Sayr. *in claui. lib.* 12. *cap.* 7. *in princip. verſ. ad iudicium, & verſ iudex requiritur, & cap.* 11. *num.* 7 *& ſequent.* Mirand. *de ordin. iudiciar. quæſt.* 13 *art.* 1. *concluſ.* ... qui omnes ... definiunt non poſſe iudicem procedere in criminibus, nec condemnare abſque accuſatore ſecundum illud Actorum 25 ibi: *Non eſt conſuetudo Romanis damnare aliquem hominem priuſquam is, qui accuſatur, præſentes habeat accuſatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina, quæ ei obiiciuntur.* Et quamuis D. Thomas videatur loqui in ſpecie in cauſis criminalibus, quæ puniri ſolent ſiue in corpore, ſiue in pecuniis, ratio illius conuincit tam in ciuilibus, quam in criminalibus non poſſe iudicem ſine accuſatore, ſine actore aliquem iudicare. Conſtat, quia in ciuilibus ſi non eſt actor, qui rem petat, non poteſt iudex cuiquam ſuum impartiri officium. Quare ita eſt dicendum in criminalibus D. Thom. eo loco egiſſe dumtaxat de vero accuſatore; qui iuxta mentem Azorii *in ſumma*, tunc reperitur quando deſertor ſtetit in libello ad vindictam. 114.

Idem eſſe cautum de iure naturali non reperitur, videlicet, ne iudex ſine accuſatore malefactores puniat, ſed eſt rationi ipſi, & naturali iuri nimis conforme. Ita Sot. *de tegend. ſecret. membr.* 2 *quæſt.* 6. *poſt concluſ.* 1. Salon 2. 2 *quæſt.* 69. *art.* 2. *controuerſ.* 7. *non longe ab initio.* Mirand. *d. concluſ.* 1. *art.* 1. *quæſt.* 13. Aragon *d. quæſt.* 67. *art.* ... *verſ. ſed dubitabit aliquis.* Nauarrus *in cap. inter* 115.

verba 11.

*verb.* quæſt. *com.* ... *coroll.*50.*n* 58. & Greg. de Valent. *tom.* 3. *d.* ... *quæſt.* 11. *punct.* 3. & *quæſt.* 13. *punct.* 2. Quibus accedit Sayr. *in claui* ... 12. *cap.* 11. *num.* 8. vbi aſſerunt non eſſe de iure naturali ... l diuino, ſed tantum de iure humano quod ... humanum eſt valde conforme ... rationi naturali, vt nemo accuſetur, neque ... atur in iudicium ſine accuſatore; nec de eo in... nisi præceſſerit infamia.

Quod autem ſit cautum iure ciuili, conſtat ex l... *citat ff de offic. præſid.* & ex lege, *reſcripto ff. de muner. & honorib.* vbi habetur, ſi quis accuſatorem non habet, ab honoribus prohiberi non debere. De iure autem canonico habetur teſtimonium Innocentij Tertij *in cap. qualiter, & quando,* 2. *de accuſat.* Vbi loquitur de inquiſitione ſpeciali, quæ non fieri poteſt niſi præcedente infamia, & ex ſententia D. Ambr. *in cap. ſi quis poteſtatem,* 22. *quæſt.* 4. vbi ait non eſſe iudicis quempiam ſine accuſatore damnare. Probatur exemplo Iudæ, qui cùm eſſet fur, Chriſtus Dominus eum nõ abiecit, eò quod non fuit accuſatus. Quod etiam notauit Chryſoſt. *Ioan.* 8. in caſu adulteræ præſẽtatæ Chriſto Domino, quando dixit, *mulier vbi ſunt qui te accuſabant? Nemo te condemnauit?* Cui dicenti, *nemo Domine,* reſpondit Chriſtus Dominus; *Nec ego te condemnabo, vade, iam amplius noli peccare.* Ex quibus patet de eſſẽtia, & ſubſtãtia iudicij, ſine quibus iudicium eſſe non poteſt, tria requiri, iudicem, videlicet, actorem, ſeu accuſatorem, & reum.

116 Non tamen requiritur ſẽper accuſator verus, ac formalis, ſed ſufficit virtualis, ſeu æquipollens, ſeu fictus, qui vices accuſatoris ſuppleat. In criminibus ergo contra bonum publicum ſupplet vicem accuſatoris ſimplex denunciatio, & in priuatis ſi notoria, ſufficit ipſa facti euidentia, quæ tãtam ... habet in omnibus criminibus, vt ſuppleat vices accuſatoris, teſtis, & totius proceſſus iuridici, quando ... ipſi iudici delinquens eſt notorius, cum hac facti euidentia. Caiet. *q.* 67. *art.* 3. & colligitur ex ... Thoma *d. q.* 67. *art.* 3. *in ſolutione argumentorum,* & Arag. *in ſolutione etiam argum.* Mirand ... *art.* 2. *concl.* 1. Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 29. *dub.* 12.

117 *n.* 1 ... 4. & Sa... *lib.* 12 *cap* 11. *n.* 10. Supplet etiam vices accuſatoris infamia publica, ſeu clamoroſa inſinuatio, & indicia manifeſta; quæ videlicet, & factum indicant, & perſonam ita manifeſtè, vt reus nihil poſſit apponere contra. Atque ita ex infamia, aut talibus indicijs ad inquirendum de crimine, & de auctore illius poteſt iudex deſcendere. Habet etiam vices accuſatoris virtualis, ſeu æquipollentis, ſi iudex videat in ſua præſentia, & aliorum, crimen committi. Idem dicas de rebellione manifeſta contra prælatum, vel Eccleſiam poſt denunciatum crimen. In quo euentu ſi ſubditus remanet rebellis prælato, poteſt ille aduerſus illum ... procedere, & habebit vicem accuſatoris ... inobedientia, ac rebellio, dummodo prælatus ...es habeat, quibus factum probari poſſit, negan... ſubdito inobedientiam commiſſam. Sic Arag. ... *quæſt.* 6... *art.* 3 *ante finem,* quem ſequitur Sayr. *d.* ... *p.* 11 *n.* 10. *verſ. quartum eſt,* vbi addunt quan... rebellio eſt improbabilis, & regularis monitus ... gat, nec vult emendari, non poſſe pro... lere vlterius, quoad vſque appareant aliq... a ad inquirendum, aut teſtes ad con... dum: quia cum procedat vt iudex, pro... ... ſuſtineri non poteſt, niſi infamia, vel ... probatio, vel indicia exiſtant. Ita ... tari.

Illud etiam eſt notandum iudicium in quo eſt verus, & formalis accuſator, qui actu apud iudicem, delinquentem accuſat, eſſe iudicium ordinarium, vbi verò non eſt verus accuſator, ſed virtualis, ſeu fictus, ſeu æquipollens ſimpliciter non procedit iudex per viam accuſationis, quia requiritur accuſator formalis, qui actu alium accuſet. Dicitur tunc iudicium extraordinarium, quale eſt, quando iudex procedit per viam inquiſitionis. Quod iudicium inquiſitionis Innocent. *in cap. cum oporteat de accuſatio.* & Nauarr. *in comment. in rubric. de iudic. num* 17. *& num.* 18. ſimpliciter, & abſolutè extraordinarium iudicium vocant; quibus adhæret Sayr. *d. cap.* 11. *num.* 10. 118.

Dictum eſt ſuprà in hoc iudicio extraordinario ſupplere vices veri accuſatoris denunciationem iuridicam, quæ fit propter bonum commune ad vindictam tendens: hæc autem ab accuſatione differt, quòd accuſator crimen denunciatum, & obiectum debet probare: denunciator verò deferens crimen non ſuſcipit in ſe onus probandi, 119. Sayr. *ſupra,* Leſſ. *dub.* 12. *citato, n.* 1 ... 3. & Mirand. *d. art.* 2. *concl.* 1. ſed mens denunciatoris ea eſt, vt omni meliori modo per denunciationem iudex occurrat damno boni communis, & recepta ſummaria informatione, ſi iudex inuenerit denunciatum 120. eſſe in culpa, vel aliqua indicia contra eum, iubet illum citari aliquando verbaliter, aliquando verò perſonaliter capi, quia ſemper eſt neceſſaria citatio, text. *in d. cap. qualiter, & quando el* 2. *de accuſat.* & ibi Socin. *n.* 725. deinde iudex confeſſionem a denunciato ſub iuramento recipit, quamuis neget Speculator *in tit. de inquiſitione,* § *viſo igitur, n.* 19 ... 24. iudicem poſſe confeſſionem hanc a denunciato recipere, niſi quando præcedunt ſufficientia indicia ad torturam: poſtea verò fit copia denunciationis denunciato, qui tenetur litem conteſtari, & deinde teſtes recipere; publicatiſque atteſtationibus, ſi adhuc opus fuerit, poteſt de nouo examinare teſtes, tandemque iubere concludi ad definitiuam, vel ad torturam, & denique pronunciare. Specul. & Socin. *ſuprà,* ille *num.* 6. hic verò *num.* 966. Bartol. *in l.* 2. §. *ſi publico, num.* 15. *ff. de adulter.*

Secundus caſus in quo ſufficit accuſator virtualis, ſeu fictus, eſt notorietas, & euidentia delicti, vt probabiliter negari non poſſit. Bald. *in l. cinee,* C. *de appell.* Ant. Burgen. *in c. ap. ad noſtrum, n.* 27. *de empt. & vend.* Menoch. *de arbitr. caſu* 356. *num.* 4. vbi volunt illud eſſe notorium, quod celari non poteſt. Vnde quod euidenter hominum oculis ſubijcitur, celari non poteſt, & notorium per euidentiam facti dicitur. Maſcard. *de probatio. concl.* 101. Ant. Gom. *de delictis, cap.* 1. & Iul. Clar. *in pract. quæſt.* 9. *in principio.* Quando ergo agitur contra notorium delinquentem ordo iuris poteſt prætermitti, cap. *conſuluit, extra de appellat.* cap. *qua Lotharius,* 1. *quæſt.* 1. c. *quanto, de tranſlat. præ-lato.* Bald. *in l. presbyteri col. penult.* C. *de Epiſcop. & cleric.* Capra *in tract. de notorio, membr.* 4. *num.* 2. *& num.* 40. Ant. Gom. *de delict. cap.* 1. *ſub num.* 42 *prope finem.* Clarus *in practic. quæſt.* 9. Quod aliqui limitant in cauſis criminalibus duntaxat, non verò in ciuilibus, in quibus notorium non excludit a modo agendi ordine iuris non ſeruato. Nam in ciuilibus iudex non ſupplet de facto principaliter agendo, *l.* 4. §. *hoc autem iudicium, ff de damno infecto.* Sic Conrad. *in pract. tit. de notor. crimin. num.* 6. *in princip. & in fine, pag.* 242. *colum.* 3. poſt Anton. de Butr. *in tract. de notor.* 121. 122.

*art.4. num.1.& ſequent.* Sed pateat mihi etiamque, nam proloquium illud, *in notorijs ordo iuris non ſeruatur*, procedit tam in ciuilibus, quam in criminalibus, quia id deducitur ex cap. *peruenit, extra.de teſtib.* & ex cap. *ad noſtram, 2. de iure iur.* & tradunt indiſtincte. Decius *conſ.544.n.6.* Pariſ. *conſ.111. num 8. lib.4.* Menoch. *de recuper. poſſ. remed.14. num.200.*

Quare contra notorios delinquentes non requiritur libellus, nec accuſatio, quia iudex procedit ex officio etiam nemine accuſante, non ſolum de iure ciuili, ſed etiam de iure canonico. Nam de iure ciuili conſtat ex lege *eam quidem, C. de accuſat.* & ex lege *congruit, ff. de officio praeſid.* De iure canonico teſtificatur cap. *tua nos, de cohabit. cleric. & mulier.* Capua *in tract. de notor. membr.4. num.4. vſque ad n.15.& num 31. vſque ad num.37.* Probatur, quia de iure canonico famoſum delictum concedit iudici, vt procedat ex officio abſque accuſatione, vt habetur *in cap. cum oporteat. extra. de accuſationib. & cap. licet Heli, de ſimonia*, quanto magis in notoriis, ubi ſit notorium facti, vt *in c. euidentia de accuſat. & in cap. manifeſta. 2. q.1.* ſiue notorium iuris, videlicet diſpoſitionis, fictionis, vel praeſumptionis? Imò etiam idem dicitur in notorio confeſſionis, eo quòd confeſſio facit rem notoriam, vt probatur ex text. *in cap. veſtra, & in c. tua nos, & in cap. fin. de cohabit. cler. & mulier.* Felin. *in rubr. extra de probat. n.7.* Decius *in cap. at ſi clerici, num. 41. de iudic.* Afflict. *deciſ.176. num.3. & deciſ.372. in fine.* Maſcard. *concluſ.1102. num.2.* Menoch. *de recuperand. remed.1. num.211.*

113. Non tamen propter euidentiam facti, ac notorietatem poterit iudex in ciuilibus ſupplere vltra naturam petitionis, quia ſecundùm petita in petitorio, ſeu libello pronuncianda eſt ſententia, cap. *licet Heli.* Vnde quamuis iudex in notoriis poſſit ſupplere regulariter de facto, iuxtaque intentionem deductam iuxta cap. *bona 2. de electio.* & gloſſ. *in auth. iubemus*, non tamen poteſt vltra naturam petitionis in ciuilibus quicquam pronunciare. Vide Capuam *in tract. de notor. 4. membro, num 13.& 14. & n.31.* vbi ait in notoriis non requiri in ciuilibus libellum ſolennem, ſed qualem

114. qualem petitionem ſufficere. Quin etiam nec in notoriis in criminalibus requiri litis conteſtationem, nec iuramentum calumniae, neque alias ſolennitates reſpicientes ordinem iudicialem, tradunt Abbas *in cap. quoniam frequenter, n.3. verſ. extra gloſſam, vt lite non conteſtata.* Plotus *in l. ſi quando, n.114. in fine, Codic. vnde vi.* & Ant. de Butr. *in d. tract. de notor. art.4. n.25. & ſeqq.* vbi concludit non requiri litis conteſtationem in notoriis, ſiue ſit notorium facti intterpolati, ſiue momentanei, ſiue continui. Sequitur Ant. Gom. *d. tit. de delictis, c.1. n.42.* & Conrad. *in pract. tit. de notor. criminib. n.12.* Ex ea ratione, quia ordo ille iudicialis inducitur à iure, vt veritas faciliùs deprehendatur, iuxta ea, quae traduntur *in 2. quaeſt. 1. per totam.* Atqui quando veritas eſt notoria, & omniumque conſpectu exiſtit, talis ordo non eſt neceſſarius, cap. *qui ad hoc. de filiis presbyt.* Capua *ſupra, membr.4. n.39.& ſeqq.* vbi hoc extendit non ſolùm ad caſus in quibus iudex poteſt procedere ex officio, vbi ex ſola fama procedit abſque conteſtatione litis per *c. quoniam, §. fine, vt lite non conteſtata*, ſed etiam in caſibus in quibus non procedit, nec ſupplet ex officio; cùm eadem ſit ratio tam in criminalibus, quam in ciuilibus; cùm cap. *peruenit, extra de teſtib.* cap. *conſuluit, de appellat.* cap. *ad noſtram, 2. de iure iur.* cap. *manifeſta, & cap. ... quia* in indiſtincte definiant in notoriis non requiri iuris ordinem in vtroque caſu. Ex quibus ... notorietatem, & euidentiam facti ſupplere vicem veri accuſatoris, nec requiri veram accuſationem, cùm in notoriis iudex procedat ex officio non ſolùm de iure ciuili, ſed etiam de iure canonico, vt probatum eſt; & docent Sayr. *d. cap. 1. num. ... verſ. ſecundum eſt.* Aragon. *d. art.3. verſ. circa ſecundum.* Mirand. *d. art.2. concluſ. 1.* & alii communiter.

Tertius caſus, in quo ſufficit naturalis accuſator, eſt, quando crimen committitur coram iudice, & aliis, quia ſi delictum fiat coram iudice duntaxat, crimen eſt omnino occultum, atque ita non poteſt procedere contra delinquentem cùm nequeat eſſe accuſator, & teſtis ſimul. Quod ſi fiat in conſpectu populi, vel coram iudice cum ... teſtibus, propter euidentiam facti, nulla alia praecedente accuſatione poteſt delinquentem iudicare, ac punire. De quo crimine videtur loqui D. Paulus 1. *ad Timoth.* 5. ibi, *Quorundam hominum peccata manifeſta ſunt, praecedentia ad iudicium*, hoc eſt, prius nota, quam in dit, aſſerunt ... veniant. Et talia peccata, vt ibi ait gloſſ. interlinearis, non ſunt probanda, quia iam ... ſunt probata. Confirmatur exemplo B. Ludouici Regis Franciae praecipientis cauterio aduri ... hominis coram ſe blaſphemantis. Item dicitur notorium quodcunque crimen patratum coram iudice pro tribunali ſedente Bart. *in l. liberarum, ff. de reg. iur.* & ab eodem plecti poteſt, vt notat Did. ... *iudic. p.2. c.6.* Nam praeſentia iudicis praeſertim ſedentis pro tribunali habet vicem accuſatoris. Sayr. & Mirand. *ſupra* poſt Caiet. *2. 2. q.67. art.3.* vbi refert exemplum B. Ludouici Regis. 115

Tale enim delictum ita dicitur notorium, quia commiſſum eſt coram iudice ſedente pro tribunali, & coram multitudine aſtantium, quorum praeſentia ſufficit ad notorium, ita vt iudex non ſolùm poſſit procedere ad caſtigandum culpoſum ordine iuris non ſeruato, & ſine ſolennitatibus, ſed etiam ſine proceſſu, & probatione. Ita gloſſ. ordinaria ... *cap. Deus omnipotens. § quando autem, in gl. ... 2. q.1.* & ibi ſcribentes, Hoſtienſ. *in cap. tua nos, de cohabit. cleric. & mulier. col.2. poſt medium, ... & qui dicunt.* Albert. *in l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. praeſid.* Catter. *in pract. crimin. in ... de appellatio. §. ſecundus erit caſus, n.22.* nec ... tur accuſatio, nec litis conteſtatio, nec ... terminus ad faciendas defenſiones. Boſſius *tit. de denunc. n.4.* vbi id extendit ad iudicem non ſedentem pro tribunali, ſed vel ambulantem vel ſtantem, dummodo ſit in actu aliquo exercendi ſuum officium, aut iuſtitiam miniſtrandi, quod reperit in titulo, *quomodo proced. in crim. noto.* 116

Quae omnia quamuis ita ſint & praeſentia iudicis, & aſpectus quoad deciſionem cauſae inducant euidentem probationem per legem ... *in ... ff. de feriis,* & *l. minor 24. annis adito praeſid. ff. de minor.* & Ant. Gom. *d. cap.1. de delictis, n.48.* Multo tutius eſt ſecundùm eundem Gomez vt iudex in eo caſu recipiat probationes, & reus incontinenti examinetur; quod ſi fateatur ſine alia probatione, praecedente tamen citatione ſtatim condemnetur. Requiritur enim citatio, vt appareat an habeat defenſionem, niſi ſimus in caſu, in quo nulla reperitur tergiuerſatio. Menochius *de arbitrar. lib. quaeſt. 17. in fine, num.13.* Quod ſi reus neget etiam quando crimen commiſſum fuit coram 117

iudice

iudice pro tribunali ſedente, & multis aſtantibus, nullo modo [illegible] eum condemnet, niſi priùs teſtes concludant illum deliquiſſe coram iudice ſedente pro tribunali, & coram alijs aſtantibus. Carrer. *in pract.* [illegible] *in 1. tract. de appellat. §. ſecundus erit caſus, a num. 23. cum ſequentib.* Idem dicendum eſt ſi delinquat coram iudice ſolo, nullumque actum iuſtitiæ exercente, & pariter coram multitudine. Tunc enim poteſt delinquentem [illegible] examinatis prius teſtibus, vt dictum eſt, [illegible] concludentibus illum eſſe verè reum, nec dici ut iudex non iudicare ſecundùm conſcientiam, ſed ſecundum acta, & probata, vt notant ſcribentes *in cap. paſtoralis, §. quia verò, de officio delegati.* Couar. *lib. 1. var. cap. 1. num.* [illegible]. Iul. Clar. *in praxi, quæſt.* [illegible] *verſ. ſed pone.* Similiter procedit iudex in notorio facti tranſeuntis, & momentanei, verbi gratia in homicidio, ſi pars neget: tunc debet prius iudex vt iudex eſſe certus de facto. Ideo ſuper delicto ita notorie commiſſo faciet iudex informationes prius, quia non poteſt ſuper eo procedere, niſi ſeruato ordine iuris, neque illum poteſt tranſgredi, niſi priùs notorietas delicti per teſtes concludentes probetur. Secus procedet in notorio facti continui, & permanentis, quod ſingulis quibuſque diebus in conſpectu omnium perpetratur, nec celari, aut negari poteſt. Tale enim notorium non eget probatione, puniríque poteſt omiſſo iuris ordine. Gloſſ. *in cap. ad noſtram, extra de iure iur.* Maſcard. *de probatio. concluſ. 1104. num. 7. & 8.* Contad. *in practic. dict. titul. de notor. num. 12.*

128 Ex dictis ſequitur non eſſe verum aſſertum iuriſtarum, quod ſic habet. *In notorijs ordo iuris non ſeruatur*; quod habetur *in d. cap. peruenit, de* [illegible] *& in d. cap. conſuluit de appellation.* Reſpondemus id eſſe verum, ſi regula illa indiſtinctè, & [illegible] diſtinctione capiatur, nec declaretur [illegible] limitetur, vt ex dictis patet. Quibus ad[illegible] locum in non notorio, quamuis [illegible] conſtet. Aliud enim eſt notorium [illegible] delicto notorie conſtare. Nam notor[illegible] delictum, quando celari non poteſt. P[illegible] quia eſt commiſſum coram populo, vel coram multitudine perſonarum, vel coram maiori [illegible] populi, vel in platea, per text. *in cap.* [illegible] *in cap. de manifeſta, 2. quæſt. 1.* [illegible] *cap. nuper ea, de teſtib. cogend.* Delictum verò [illegible] ſtans ex actis, vel probationibus, vel ex confeſſione, vel ex ſententia quamuis ſit no[illegible] non tamen per hæc delictum, quod ex [illegible], vocatur in ſe notorium. Atque ita [illegible] de hoc delicto conſtet notoriè, [illegible] eſt notorium; & conſequenter non [illegible], *In notorio delicto non ſeruatur iuris ordo* [illegible] proceditur ex abrupto. Non, in[illegible] habet locum, niſi quando delictum eſt [illegible] notoriè, & eſt notorium notorietate [illegible], non [illegible] quando de eo conſtat notoriè no[illegible] iuris. Iulius Clar. *lib. 5. §. final. quæſt. 9. num.* [illegible] *verſ. propterea ſcire debes,* Contad *in pra*[illegible] *de noto.* [illegible] *num. 8.* S. Anton. de Butr. *in* [illegible] *de notor. art. 2. num. 21.* [illegible] declarant no[illegible] de [illegible] loquitur regula iuriſtarum [illegible] *ſeruatur iuris ordo*, eſſe no[illegible], non verò notorium iuris: hoc im[illegible] non [illegible] eſt. Quod non excuſat [illegible] ordine non ſeruato; quia in [illegible] ciuilibus iudex non [illegible] plex de facto. *l. 1. C. vt quæ deſ. aduoc. & l. 4. §.* [illegible]

Frago. *Regim. Chriſt. Reipubl.*

*hoc autem iudicium, ff. de damno infecto*; & ſic accipe quæ ſuprà diximus *num. 124.*

Quartus caſus, in quo ſufficit accuſator virtualis, ſeu fictus, eſt, quando datur infamia publica, aut indicia manifeſta aſſurgunt, quæ factum oſtendunt, ſeu indicant perſonam delinquentem ita manifeſtè, vt delinquens, quamuis occultus, nihil contra poſſit opponere. Ex hac ergo infamia publica, ſeu clamoroſa inſinuatione, aut ex indicijs poteſt iudex procedere ad inquirendum de delicto, ac de eius authore, quia ſupplent locum accuſatoris. Ita Sotus *de ſecret. tegend. membro 2. quæſt. 6.* Leſſ. *lib. 2. cap. 29. dub. 12. num. 104.* Sayrus *in claui. lib. 12. cap. 11. num. 1*[illegible]. Nauarrus *in cap. nouit, de iudi. num. 95. & 96.* Aragonius *dict. quæſt. 67. artic. 3. verſ. in ſolutionibus argumentorum*, & Miranda *de ordin. iudiciar. quæſtione 13. artic. 2. concluſione 1. verſ. de ſecundo caſu dico.* 129.

Sed quæres an idem ſit infamia publica, & inſinuatio clamoroſa? Aliqui dicunt infamiam fieri quando viri bonæ notæ, ac opinionis iudicialiter aſſerunt tales rumorem, ac famam vagari de tali crimine commiſſo. Clamoroſam verò inſinuationem eſſe vocem totius populi vel publicum rumorem inter multos de tali crimine extra iudicium. Hæc diſtinctio placet Franciſco Aretin. *in cap. Inquiſitionis*, & *in cap. qualiter, & quando 2. de accuſatio.* & Nauarro *in cap. inter verba, 11. quæſt. 3. concluſ. 6. corol.* [illegible] *num. 67.* Sotus tamen *de iuſtit. lib. 5. quæſt. 6. art. 1. & de tegend. ſecret. membr. 2. quæſt. 6. dub.* [illegible]. & Petrus Nauarra *lib. 2. de reſtitution. cap. 4. part. 2. dub. 3. num. 153.* nullam faciunt diſtinctionem inter infamiam publicam, & clamoroſam inſinuationem. Cæterum Sotus *vbi proxime, concluſ. 5. prope finem*, & Caietanus *2. 2. quæſt. 69. artic. 1.* docent ad infamiam contrahendam duo requiri, quorum alterum eſt frequens opinio, & vox hominum ſpectatæ famæ. Alterum, vt ſit ea fama de tali delicto. Nam clamor, & opinio malorum, & vox frequens hominum infamatorum, & improborum legitimam infamiam non generant. Quare infamia definiri poteſt, frequens vox, & opinio bonorum hominum, quæ rationabiliter ſparſa efficit hominem de tali crimine ſuſpectum. Quot verò homines ſufficiant ad infamiam hanc, & vt credatur vocem eſſe publicam, ac famam, tale delictum, verbi gratia, à Titio fuiſſe commiſſum, relinquitur arbitrio prudentis, ac boni viri. Ita Sotus *ſupra in vtroque loco*, & Salon. *2. 2. quæſt. 69. artic. 2. controuerſ. 1.* Quia id non conſtat ex d. cap. *Inquiſitionis, §. tertia dubitatione, & §. quæſiuiſti, de accuſat.* vbi duntaxat aſſeritur non ſufficere duos, aut tres teſtes etiam ſub iuramento aſſerentes, vt credatur de publica voce, ac fama talis delicti à tali homine commiſſi, eo quod nemo dicitur infamatus, nec cenſetur talis propter teſtimonium paucorum, præſertim in populis magnis, vbi decē pauci ſunt, vt quis reputetur infamatus, niſi fama, ac opinio illius apud bonos, & graues viros læſa reperiatur. Sayr. *lib. 12. cap. 17. n. 13.* 130.

Sed contra ait Iul. Clar. *in praxi, quæſt. 6. n. 12.* vbi vult ſufficere duos teſtes ad probandam famam, ſeu infamiam, cùm in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum, & videtur ſentire gloſſa *in l. 1. §. eiuſdem, in verbo, confirmat, ff. de teſtibus*, & Salicet. *in l. ea quidem, colum. 6. verſ. venio ad ſeptimam, C. de accuſation.* Sed Salicet. *in ea lege, num. 82.* loquitur de probatione

notorij, & in eo propoſito atteſtatur de communi, vbi etiam teſtes deponentes ſuper fama tenentur reddere rationem, & cauſam huius ſcientiæ, teſte Bart. *in l. de minore, §. plurimum, n. 19. in fine ff. de quæſtio.* Quod etiam habebit locum in noſtro caſu, ſi teſtes deponant, quod audierint hanc famam à maiori parte populi, aliàs non probant. Bartol. *in d. §. plurimum, num 19. & num. 22.* vbi infert non probare teſtes deponentes ſuper fama, dicendo ſe audiuiſſe in loco publico, quia poterant audire ab vno tantum, ſed opus eſt, vt dicant ſe audiuiſſe à maiori parte populi. Quæ opinio Bartoli eſt in praxi ſatis tuta, non tamen omnino vera. Proinde Baldus *in cap. literas, num. 2. de præſumpt.* vbi vult teſtes duos, vel tres deponentes ſuper fama dicentes ſe audiuiſſe tale, vel tale crimen publicè, probare famam; quia intelligitur audiuiſſe publicè, hoc eſt, publica voce à populo. Quod ſufficit, & ſic ſeruari in praxi docet Caſſad. *deciſ. 3. n. 7. de probatio.* & Iul. Clar. *ſuprà, num. 14.*

131. Pro indiciis ſine quibus inquiſitio formari non poteſt, dicendum eſt illa debere eſſe non qualiacunque, ſed perfecta, & quæ vehementem inducant ſuſpicionem. Ex quibus morali quadam certitudine fas ſit coniecturare hunc, vel illum fuiſſe autorem commiſſi criminis. Sotus *lib. 5. de iuſtit. quæſt. 6. art. 2.* Valent. *tom. 3. diſp. 5. quæſt. 3. punct. 2.* Nam ſi fiat inquiſitio ſine præcedentibus indiciis, eſt ipſo iure nulla, vt ſcribentes, *in l. milites, C. de quæſtio. & in l. inſtimus, C. de offic. rector. prouinc. & in l. ſi quis alicui, C. ad l. Iul. maieſt.* Decianus *conſ. 18. num. 55. verſ. ego aliter reſpondeo, in 1. volum.* Iul. Clar. *in praxi, quæſt. 20. verſ. ad formandum.* Menoch. *de arbitr. quæſt. 78. num. 1. lib. 1.* & Maſcardus *de probatio. lib. 1. concluſ. 151.* vbi addit confeſſionem factam ad inquiſitionem formatam nullis præcedentibus indiciis nihil probare, nec confitenti præiudicare, & Rolandus *conſ. 3. num. 9. volum. 3.* vbi ex cap. *qualiter, & quando, 2. de accuſatio.* probat talem inquiſitionem eſſe nullam, ſi fiat nulla procedente diffamatione; quæ diffamatio procedere debet à fide dignis, non tantùm ſemel, ſed pluries; *& num. 16.* addit indicia ſuccedere loco diffamationis, dummodo ſint legitima. Non tamen ſufficiunt indicia leuia, vt minùs bene opinatur Brunus *in tract. de indic. 2. p. quæſt. 6. num. 4.* vbi vult ad inquirendum ſufficere leuia indicia, & leuiora, quàm ad torturam. Cujus opinio reprobatur à Iul. Clar. *in practic. quæſt. 20. verſ. ad formandum.* Sed de his, & ſequenti §. contentis pleniùs infra §. 13. *à n. 46. & ſequentib.*

Nec eſt meo iudicio ſufficiens eiuſdem Clari ſententia *in d. quæſt. 20. num. 2. verſ. ad inquirendum*, vbi vult ad inquirendum ſuper delicto ſatis eſſe leuia indicia, & ſufficere aliquam probabilem ſuſpicionem ob quam iudex credat rationabiliter crimen à Titio fuiſſe commiſſum, contra quem habet in animo inquirere, niſi intelligatur de inquiſitione generali, quæ fit per leuia indicia, quia agitur de leui [illegible] iudicio contra eum qui deliquiſſe creditur. Baldus *in l. 1. C. de ſumm. Trinit. & fid. catholic.* & Marianus Socin. ſen. *in cap. qualiter, & quand. el. 2. de accuſat.* Boſſ. *in d. tit. de accuſat. num. 6.* quos referens ſequitur Menochius *de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 88. num. 9.* at quando fit inquiſitio ſpecialis contra aliquem, indicia debent eſſe vrgentiora, ac clariora, & fortiores præſumptiones, ſicut requiruntur multo fortiores, ac vrgentiores, vt poſſit damnari. Quod confirmauit Oſaſcus *in conſ. 64. num. 5.* dicens, ad formandam inquiſitionem ſpecialem indicia debere eſſe non remota, & mediata, ſed propinqua, & immediata, poſt Marſil. *in practic. §. conſtante, num. 19.* & Roland. *conſ. 57. num. 6. volum. 4.* Eo quòd talia indicia ſubrogantur loco famæ; ideo Oſaſcus ſupra concludit debere eſſe propinqua, immediata, & ſufficientia. Quamobrem Vital. *de maleſ. in tit. de inquiſition. num. 8.* carpit conſuetudinem contrariam, quam obſeruant iudices in formandis inquiſitionibus abſque indiciis legitimè probatis, dicens eos eſſe malos aſſeſſores, & proteruos ac iuris ignorantes. Vide Iulium *dict. quæſt. 20. num. 2.* vbi reſoluit, ſed minùs bene, ſufficere leuia indicia ad inquirendum. Non tamen diſplicet ad formandam inquiſitionem contra aliquem, hoc eſt ad eum vocandum pro delicto, requiri omnino vt præcedant legitima indicia, licet non ſint talia, vel taliter probata, vt virtute eorum poſſit reus torqueri.

Nam ad torquendum indicia debent eſſe [illegible]tima, & ſufficientia, veriſimilia, probabilia, non leuia, aut perſunctoria, ſed grauiora, & vrgentia, certa, clara, imò & luce ipſa clariora, adeò, vt non ſolùm iudex ſit quaſi certus de delinquente, ſed videatur nihil ſibi deeſſe aliud quàm eiuſdem rei confeſſio, per leg. 1. *in prin. ff. de quæſtion.* ibi, *Vt ſola confeſſio ſeruorum deeſſe videatur.* Sic Baldus *conſ. 259. num. 4. vol. 1. & conſ. 485. num. 4. lib. 5.* Aymo. *conſ. 6. num. 12. & conſ. 9. num. 11.* Carrer. *in practic. in 2. tract. de indic. & tortur. §. circa quartam, qualiter, & quando ad torturam deueniatur, num. 5.* Menochius *de arbitr. lib. 2. caſu 27. num. 5. & 6. & de præſumption. lib. 1. quæſt. 89. num. 5.* Roland. *conſ. 24. num. 2. vol. 1. & conſ. 3. num. 37. vol. 3. & conſ. 57. num. 31. vol. 4.* vbi ait, ſicut probationes in criminalibus ad condemnandum debent eſſe luce meridiana clariores, *l. fin. C. de probatio. l. abſentem, ff. de pœnis.* Sic etiam indicia in genere ſuo ad torturam debent eſſe clara, & talia, quæ de iure ſubſiſtant. Baldus *in conſ. 259. col. 1. ad fin. & conſ. 77. col. 1. vol. 5.* dicens indicia debere eſſe probabilia, & veriſimilia, ita vt iudex ſit quaſi certus. Facit regula, quæ tradit eandem eſſe rationem de toto quoad totum, quæ eſt de parte quoad partem, *l. quæ de tota, ff. de rei vendication.* Atque ita indicia debent eſſe ad torquendum in genere ſuo certa, & clara, non dubia, non æquiuoca, & quæ multipliciter interpretari poſſint, ſed concludentia, & ex quibus delictum à delinquente commiſſum infertur. Bald. *vbi proximè* [illegible] 259. & Aym. *d. conſ. 6.* Ex ea ratione, quia dum iudex agit de torquendo reo, agit de illius [illegible]te, ac vita: ideo vbi maius eſt periculum, ibi cautius eſt agendum, cap. *vbi periculum, de electio. in 6.* Proinde indicia debent eſſe in genere ſuo, talia, vt plenè perſuadeant, quamuis non plenè probent. Nam ad condemnandum plena requiritur probatio, ad torquendum verò indicia debent eſſe talia, vt ex illis iudex non reddatur omnino certus in totum, quòd reus deliquit, ſed reddatur quaſi certus. Farinac. *alij ibi relatis, tit. de indicijs, q. 37. n. 5. ad finem.* Similiter ad inquirendum neceſſaria ſunt indicia, minora tamen, quàm quæ requiruntur ad torturam, cùm ſint minoris præiudicij; quamuis contra homines non probatæ vitæ, ſed malæ famæ, & in rixis excitandis frequentes, leuiora ſufficiant indicia, quàm in aliis. Idem

Farinac.

Farinac. *in pract. part.1. quæſt.1. num.49. & part.2. quæſt.57. num.163. & ſequentib.*

133. Quintus, & vltimus caſus, in quo iudex poteſt procedere ſine accuſatore vero, eſt rebellio manifeſta contra prælatum, & Eccleſiam poſt denunciatum crimen. Ponamus ſubditum fuiſſe denunciatum ſuperiori de certo crimine; ſuperior poteſt vocare denunciatum, qui ſi recuſet obedire admonitioni, poteſt prælatus procedere aduerſus illum via iuridica, rebellione ſuccedente, loco accuſatoris. Quod procedit quando delictum poteſt probari teſtibus. Nam ſi fuerit teſtibus improbabile, ſubditusque à prælato admonitus vel neget crimen, vel non emendetur, non poterit prælatus vlterius pergere, nec illum punire donec aliquid appareat, quod crimen manifeſtet, aut ſint indicia ad inquirendum, aut teſtes ad conuincendum reum, cum prælatus in eo caſu debeat procedere vt iudex, & telam iudicialem non poſſit ipſe exordiri, niſi præcedentibus indiciis, infamia, aut ſemiplena probatione. Aragon. *d. quæſt.67. art.3. ad fin.* Mirand. *d. quæſt. 13. art.2. concluſ.1. verſ. de quarto caſu.* Sayrus *lib.12. cap.11. verſ. quartum eſt.*

134 Quæres an hæc denunciatio iudicialis facta ſuperiori vt iudici, in qua petitur puniri denunciatus, ſit ſufficiens ad inquirendum contra denunciatum nulla præcedente infamia. Sunt qui negent, quando fit ab aliqua perſona particulari, non ſufficere ad faciendam contra aliquem ſpecialem inquiſitionem, niſi præcedant indicia, vel infamia, & videtur eſſe ſecundùm cap. *licet Heli de ſimonia*, vbi dicitur. Abbatem quendam de certo delicto à ſubditis ſuis fuiſſe denunciatum, nec locum fuiſſe inquiſitioni, quia nulla infamia præceſſerat. Quod puto verum, quando denunciantes denunciant propter vindictam. Secus ſi non agant ad propriam vindictam, neque eorum interſit quòd reus puniatur; ſed ſit denunciatio ſuperiori ſiſtendo in illa, non vt patri, [illegible] vt iudici, illique relinquentes, vt quod ſibi [illegible] faciat ex officio. Tunc denunciatores poſſunt recipi in teſtes, quoniam non ad propriam vindictam agunt, nec ſuam, aut ſuorum proſequuntur iniuriam, & legitimi reputantur teſtes, niſi aliunde fiant ſuſpecti. Ita Valent. *tom.3. diſp.* [illegible] *quæſt. 13. punct.2. verſ. denique.* Sotus *de de iuſt.* [illegible] *quæſt.6. art.2. concluſ.4.* Nauarr. *in ſumm.* [illegible] *cap. 25. num. 33.* vbi vult denunciatorem in hoc iudicio poſſe eſſe teſtem, ſi opus ſit, *cap. In omni de teſtib.* ſi deſint alij teſtes, & iudex procedat per inquiſitionem propter denunciationem, ſi. Maſcardus *de probation. concluſion.566. num.9.* [illegible] 11. & quamuis *num.12.* declaret hoc non habere locum niſi ad inquirendum; ſecus quoad condemnandum, & in denunciatione Euangelica, non verò in denunciatione iudiciali, quæ in foro ſæculari vel Eccleſiaſtico propter de[illegible] vbi non recipiuntur denunciatores in te[illegible] [illegible] ore Rulando à Valle *in conſ. 8. viſo pro*[illegible] *num.* [illegible] *clarum, vol 4.* Oppoſi[illegible] Speculat. *in tit. de accuſationib.* §.1. *num.* [illegible]3. *verſ. hoc autem ſcias*; ſed in leuibus, in qui[illegible] denunciatoribus poteſt credi; ſecus in iis, qu[illegible] magni momenti, vt ait Angel. *in l.* [illegible] *qui* [illegible] *C. de accuſati.* Qua diſtinctione vtitur B[illegible]. *Dinus Adrianus, quæſt.3. poſt num.*[illegible] [illegible] *idetur, ff de cuſto. & exhib. reorum* [illegible] conſulendo reſpondit Natta *conſ.* 53 [illegible] *ad quæſitum, num.8. & ſeq.* Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.

*quent.* quos ſequitur Maſcardus *ſuprà, num.15.* aliis *ibi* relatis. Mihi tamen placet denunciatores poſſe recipi in teſtes, præſtito priùs iuramento, eiſque credendum niſi aliunde patiantur exceptionem. Aldrete *lib.2. de de religioſa diſciplina tuenda, in cap.3. num.20.* Eo tamen modo, quo dicam *infrà, num.136.*

Aſſimilis huic nodoſa, non tamen Herculea ſequitur dubitatio, an prælatus, ſiue iudex poſſit punire iuridicè ſubditum fraternaliter denunciatum, quamuis delictum poſſit teſtibus probari? Reſpondeo ſecretò peccantem, publicè non poſſe puniri, quamuis duo, aut plures teſtes iurati conſcij ſint criminis, ſi de eo crimine aliàs delinquens non eſt diffamatus, neque vt ſupponimus crimen fuit denunciatum prælato, vt iudici, ſed vt patri ſecreto, & fraternaliter vt fratri conſuleret, & remedium adhiberet. Cùm ergo finis correctionis fraternæ, & fraternalis denunciationis ſit emenda, & ſalus ſpiritualis proximi; ratio æquitatis ipſa petit, vt conſulatur bono ſpirituali proximi abſque vllo famæ damno, & omnia remedia priùs adhibeantur, quam diffamatio aliqua ſequatur. Quo circa non carent culpa prælati, qui non ſeruato iuris ordine ſubditos in occulto peccantes, publicè caſtigant, aut de illis nulla præcedente infamia, nec indiciis inquirunt, eoſque infamant. Atque ita in hoc caſu debent ſubditum fraternaliter denunciatum ſecretò admonere præſertim quando crimen eſt improbabile; quod ſi crimen probetur teſtibus, non eſſe acriter puniendum etiam ſecretò tenet Miranda *de ordin. iudiciar. quæſt.11. art.10. concluſ.1, verſ. ſed dices,* poſt Sotum *de ſecreto, membr.2. quæſt.4. concluſ.7.* Ratio, quia cùm hæc ſecreta ſit correctio, ſeu admonitio, & ſubditus ſaltem promiſerit ſe emendare, vel fuerit emendatus, non debet prælatus vlteriùs progredi, ſed ibi ſiſtere; non tamen placent, quia quamuis ſubditus emendatus, vel promittens ſe emendare, dignus ſit, vt cum ipſo mitiùs agatur, non tamen omnino abſque vllo ſupplicio debet exire. Aldrete *lib.1. cap.6 §.6. num.27.* 135.

Quod ſi admonitus fraternaliter ſubditus neget crimen, nec adſint teſtes, niſi denunciator, prælatus præmiſſa admonitione ſubſiſtat donec exiſtat infamia, vel adſint indicia ad inquirendum, aut teſtes ad conuincendum, quia cum non poſſit procedere niſi vt iudex, & non adſint indicia, neque infamia, non poteſt pergere vlteriùs. Cæterum ſi adſint legitimi teſtes ad conuincendum, poteſt prælatus tanquam pater eum interrogare, & ſubditus intelligens ſe legitimè interrogari, tenetur prælato tanquam patri fateri verum; & contra faciens peccat mortaliter, teſte Miranda *vbi ſupra, concluſ.2. & 3.* poſt Sotum *d. membr.2. quæſt.4. concluſ.7.* Quod ſi ſubditus non ſit certus, imò dubitat rationabiliter ſuperiorem non iuridice interrogare, non tenetur quamuis poſſit, fateri crimen. Hæc reſolutio eſt contra Paludanum *in 4. diſtinct. 19. quæſt.4.* & contra Syluestrum *in verbo, inquiſitio, §.3* vbi volunt ſubditos in rebus dubiis teneri prælatis obedire. Illam tamen probat Aragonius 2. 2. *quæſtione* [illegible]1. *artic. 8. verſ. dico quartò*, ex eo fundamento, quia maius peccatum eſt infamare aliquem ſecundùm ſe ſine cauſa, & ponere in periculo, quam non obtemperare prælato præcipienti, vt delictum reueletur: Ergo quando vtrumque eſt ſub dubio, maius eſt fugiendum per regulam à Theologis receptam, Illud eſt eli-

 gendum,

gendum, in quo minus reperitur malum. Accedit, quia quiſque præſumitur bonus donec probetur contrarium. Facit, quia nulla lex obligat, niſi quatenus eſt deriuata à lege diuina; ſed in hoc caſu quando prælatus iubet, vt aliquod crimen reueletur iniuſte, præceptum illius contrariatur legi diuinæ; ergo non obligat. Atque ita, cùm id quod præcipitur, ſit res periculoſa, & ſubdito iniurioſa, non eſt illi obediendum, niſi quando res eſt certa, & extra controuerſiam, non verò quando eſt dubioſa. Sic Aragon.

Quod ſi ſubditus iuridicè interrogatus crimen fateatur, adhuc non poteſt publicè puniri, ſi ipſe proponat ſe emendare, ſed debet flagellis ſecretò fraternaliter cædi, non tam ob punitionem, ſed vt caueat in futurum. Cæterum ſi neget poſtquam fuit admonitus, & a prælato correptus, & poſtquam crimen teſtibus eſt comprobatum, proteruèque ſe habeat, nec emendam oſtendat, Aragon. *vbi ſupra*, *art.* 8. [illegible] Sotum *ſupra*, docet in eo caſu a punitione ceſſandum, nec vlterius procedendum, cum denunciatio, quæ facta fuit prælato eſt mere fraterna, non vero iudicialis, cuius finis eſt emenda fratris, quæ ſi non ſperatur, & creditur certò futura eſſe inutilis, non eſt vlterius procuranda. Quod intellige in peccatis, ex quibus non imminet damnum nec publicum, nec priuatum, niſi tantummodo detrimentum delinquentis. Sic Miran. *ſupra*, *art.* 10. *concluſ.* 4. *ad* 2. Aldrete *lib.* 1 [illegible] 4. *num.* 33.

Quod ſi e [illegible] religioſi fratris emenda ſi a ſuperiore [illegible] procedatur; an poterit prælatus contra ſubditum pertinacem procedere iudicialiter prætermiſſo iam ordine correctionis fraternæ, ex qua nihil vtilitatis ſubditus recepit? Miranda affirmat ex illo Matth. 18. *ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi tanquam Ethnicus, & publicanus*, vbi nomine Eccleſiæ intelligit prælatum. Qui in hoc caſu, vt iudex, poterit carcerare ſubditum, & cenſuris obligare ſi opus fuerit, etiam ſub quæſtione tormenti [illegible] crimen vt fateatur, ac tandem damnare, vel abſoluere crimine non plenè probato. Secus verò affirmat *de tegend. ſecret. membr.* 2. *quæſt* 4. nullo modo poſſe prælatum in tali caſu iudicialiter procedere, etiam quando crimen fratris poteſt probari, ſi nulla eſt ſpes, quod emendaretur per iudicialem punitionem, imò potius timetur contrarium; quod opinatur quando peccatum non vergit in damnum publicum, nec in priuatum, nec eſt pernicioſum, nec ſcandaloſum. Ratio illius, quia ex tali punitione nulla ſperatur vtilitas. Sequitur Aragon. *d. quæſt.* 33. *art.* 8. §. *ſed dubium*, *dicto* 3. Ergo ſi ex tali punitione ſperatur vtilitas, bene poteſt prælatus procedere iudicialiter iuxta præcitatos doctores. Quod à fortiori habebit locum in peccatis occultis, quæ vergunt contra bonum publicum, aut priuatum; quæ ad ſuperiorem debent deferri, vt ab eo emendentur fraternaliter, ſi credatur ſuperiorem poſſe ea corrigere abſque iudiciali denunciatione; quod ſi tanquam pater non poterit obuiare omiſſa via fraternæ correctionis, poteſt cogi denunciator, vt delinquentem deferat ſuperiori tanquam iudici, & coram ipſo iudicialiter deponat. Nauar. *in cap. inter verba, col.* 18. *num.* 619. Syluest. *verbo, correctio, num.* 5. *& verbo, denunciatio, quæſt.* 4. Sotus *ſuprà, d. membr.* 2. *q.* 6. *concluſ.* 2. *& lib.* 5 *de iuſtit. quæſt.* 6. *art.* 2. *concluſ.* 4. & Thomiſtæ 2. 2. *quæſt.* 33. *art.* 7. quamuis ex denunciatione iudiciali ſic facta, fama delati patiatur iacturam; cùm crimen ſit contra bonum publicum, aut priuatum, cui non debet præferri fama delinquentis; imò potius ſi tenuat denunciare, non eſt abſoluendus a confeſſario, donec rem iudicialiter reuelet, niſi habeat excuſationem legitimam, putà, ſi eſt ſocius criminis, non debet cogi ad denunciandum iudicialiter, cùm non teneatur ſe prodere, per text. *in cap. quis aliquando*, §. *non tibi dico, de pœnit. diſt.* 1 quia nemo tenetur reſpondere ſuper his, per quæ turpitudo ipſius teſtis detegitur. Couar. *in practic. cap.* 18. *num.* 7. *in princip.* Item ſi deferens apud ſuperiorem delinquentem non vidit, ſed tantum ex ſuſpicionibus motus fuit ad denunciandum, non poteſt cogi ad deferendum iudicialiter, nec per talem delationem poteſt iudex procedere, quia ſaltem requiritur ad iudicialiter procedendum ſemiplena probatio. Sotus *d.* 2. *membr. de ſecret. tegend. q.* 4. *concluſ.* 8.

Quæſtionis eſt, an in hac denunciatione iudiciali poſſit eſſe teſtis legitimus ipſe denunciator? Diximus ſuprà eſſe ſatis probabile non poſſe. Nam ſine dubio qui denunciauit in proceſſu fraternali, aliquo modo videtur accuſator, & ex conſequenti poſſumus dubitare de illius veritate, ac teſtimonio, niſi id probet per alios teſtes, quod apud ſuperiorem detulit. Ex quo ſequitur ſemper videri ſuſpectum regulariter loquendo, neque cenſeri idoneum teſtem. Ita Aragon. *d. art.* 8. *verſ. hoc tamen non obſtante*. Confirmatur, quia denunciatores officiales à Republica conſtituti ad denunciandum in leuibus delictis recipiuntur in teſtes duntaxat, vt probat Campeg. *de teſtib. regul.* 104. *in* 1. *fallent.* Farinac. *tit. de indic. & tortur. quæſt.* 52. *a num.* 167. *vſque ad fin. quæſtionis*, vbi probat non eſſe credendum denunciatori officiali quoad plenam probationem in grauibus delictis, niſi in leuibus, ſecundùm Bart. *in l. Diuus, num* 8. *verſ. quædam ſunt maleficia non grauia, ff. de cuſto. & exhib. reor.* Salicet. *in l. ea quidem, num* 25. *C. de accuſation.* & alij apud Farinac. *ſuprà, num.* 176. niſi quando lege aliqua municipali caueatur eſſe credendum officiali denunciatori, tunc lex eſt ſeruanda. Bald. *in l.* 1. *verſ quæris hic, C. ſi ad verſ. liber. & in l. ſi tutor, num* 2. *verſ. verſ. ſed pone ſtatutum dici, C. de iure iur.* Angel. *de maleſic. in verbo, nec non ad denunciationem, num.* 15. quos referens ſequitur Maſcard. *de probat. lib.* 1. *concl.* 536. *num.* 13. Ergo ſi officialis denunciator non admittitur in teſtem, niſi in leuibus, vt aiunt doctores præcitati, quibus accedit Farinac. *de teſtibus, quæſt.* 60. *illatione* 1. *num.* 74. *& ſequent.* vbi addit hoc eſſe integrum, & conceſſum publicis denunciatoribus: atque iis qui ex cauſa, & neceſſitate officij denunciant: Cæteris verò priuatis denunciatoribus nullo modo eſſe datum, neque illis etiam in leuibus eſſe credendum, neque in teſtes recipiendos, vt probant ſcribentes *in d. l. ea quidem, Cod. de accuſatio.* Campeg. *ſuprà, de teſtib.* quem refert, ac ſequitur *ibi* Farinac.

Sotus tamen reſpondet *d. membr.* 2. *quæſt.* 4. *de tegend. ſecret.* probabile eſſe denunciantes fraternaliter poſſe eſſe teſtes finito proceſſu fraternæ correctionis in iudiciali foro; quod probat ex verbis Euangelij, in quibus dicitur. *Si te non audierit, adhibe tecum vnum, aut duos teſtes, vt in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum.* Ex quibus verbis videtur colligi quòd ille qui fuit denunciator, inter teſtes connumeretur; item quia proceſſus fraternæ correctionis, & proceſſus iudicialis

inter

inter ſe valdè differunt. Ergo bene poteſt eſſe teſtis in proceſſu iudiciali, qui fuit denunciator in proceſſu fraternali. Conſonat Leſſ. *lib. 2. c. 30. dubio 4. num. 29.* vbi vult corripientem fratrem, & poſtea illum denunciantem Eccleſiæ poſſe eſſe teſtem, ſi deponat eo modo quo teſtis debet. Quare mihi magis placet ſimiles denunciatores poſſe eſſe legitimos teſtes ſi ſint denunciatores priuati in denunciatione Euangelica, vbi delinquens fraternaliter corripitur, & emendatur. In denunciatione verò iudiciali, ſiue in foro canonico, ſiue ſæculari, niſi aliud de iure municipali cautum ſit, non poſſe eſſe teſtes in cauſis grauibus, ac magni momenti, licèt deponant iurati, niſi in leuibus cauſis, ac minoris periculi. Ita Lanfranc. de Orian. *in cap. quoniam contra, col. 30. verſ. Dubitatur, de probationib.* Roland. *conſ. 98. num. 16. vol. 4.* Maſcard. *de probat. concluſ. 506. num. 12.* vbi id docent. Quibus accedit Farinac. *de teſtib. d. quæſt. 60. illat. 3. num. 75.*

137. Sequitur dicendum in quibus caſibus poſſit iudex, quando conſtat de delicto commiſſo, inquirere ſpecialiter nulla præuia infamia, & ſine accuſatore etiam ficto contra aliquem? Reſpondet Nauarrus *in cap. inter verba, 11. quæſt. 3. concluſ. 6. coroll. 63. num. 683. & 693. & in rubric. de indic. num. 92.* id fieri poſſe in crimine hæreſis, & apoſtaſiæ, & colligitur ex cap. *excommunicamus, § adijcimus, de hæreticis,* & ex leg. *Apoſtatarum, 4. de apoſtatis.* Salon *2. 2. quæſt. 69. art. 2. controuerſ. 7.* Leſſ. *d. cap. 29. dub. 15. n. 128.* Sayr. *in claui, lib. 12. cap. 11. num. 11.* dummodo præcedat aliqua ſuſpicio. Sic Nauarrus. Alias nullo modo poteſt inquiri contra aliquem, vt colligit Aretin. *in cap. qualiter & quando, 2. num. 66. de accuſat.* & Ioan. Andr. & Philip. Franc. *in cap. vt officium inquiſitionis, de hæretic. in 6. in principio.* Bartol. *in Extrauag. ad reprimendum, in verbo, Inquiſitionem,* Cardin. *in clement. 1. §. 4. penultim. & in clement. 2. in 2. quæſt. de hæretic.* Simanch. *in practica hæreſeos, tit. 22. de inquiſitionis ordine, num. 6. & 7.* vbi vult quòd etiamſi non poteſt fieri inquiſitio ſpecialis contra certam perſonam, niſi præuia infamia, cùm grauis inſeparabilis iniuria homini non infamato, ſi contra illum ſpecialiter inquiratur iuxta dict. cap. *qualiter, & quando*; nihilominus hoc fallit in homine de hæreſi ſuſpecto. Sequitur Menoch. *conſ. 100. num. 67. lib. 1.* Decian. *conſ. 18. num. 43. verſ. At in cauſa hæreſis vol. 1.* & Roland. *conſ. 8. num. 6. lib. 3.* poſt Boſſ. *in tract. ſuo criminal. in tit. de hæretic.* vbi tenet ex leui & [illegible] præſumptione procedi poſſe ad detentionem, & ad inquiſitionem etiamſi ante eam non præcedat clamor, & infamia. Quod tamen Nauarrus *ſupra* nullo modo probat, nec Sayr. *d. num. 11. verſ. Monet autem*, niſi quando adſit grauis ſuſpicio, & timeatur de fuga illius hominis, quia infertur magnum famæ detrimentum, ſi capiatur pro hæreſi, & detrudatur in carcerem. Fundamentum autem quare de crimine hæreſis contra aliquem ſpecialiter inquiratur abſque accuſatore, & infamia, eſt, quia hæreſis crimen eſt valdè pernicioſum, & contagioſum, & tanquam peſtis fugiendum, vt patet ex cap. *vt inquiſitionis, de hæretic. in 6.*

138. Secundus caſus eſt crimen læſæ maieſtatis. Sic Bartol. *in dict. Extrauag. ad reprimendum*, & ibi gloſſ. *in verbo, per inquiſitionem*, & ante hanc extrauagantem Federici Imperatoris, quæ habetur poſt librum feudorum, nemo poterat procedere contra aliquem in crimine læſæ maieſtatis humanæ ſine infamia, vel notorietate, at verò poſt illam poteſt, teſte Bartolo *in eadem Extrauag. verb. Inquiſitionis.* Menoch. *d. conſ. 100. num. 64.* Alciatus *in cap. pernicioſam, n. 64. & ſequentibus, de officio ordinar.* Gigas *de crimin. læſæ maieſt. quæſt. 9. num. 4. lib. 3. tit. qualiter in crimin. læſæ maieſt. procedatur,* vbi vult non ſolùm in hoc crimine poſſe iudicem procedere contra aliquem nulla præuia diffamatione, ſed etiã in omnibus aliis delictis atrocibus, & enormibus, & ante eum Præpoſitus *in cap. 1. col. 27. verſ. In crimine tamen, num. 62. ſecunda, quæſt. 8.* & in ſpecie docet Nauarrus *in d. cap. inter verba, coroll. 63. num. 686. & in rubric. de indic. num. 94.* vbi notat non ſatis eſſe ſuſpicionem reſultantem ex eo ſolo, quòd ſit factionis ſuſpectæ, vel de genere ſuſpectorum, ſed requiri ſuſpicionem, vt ſi vnus, vel plures non ſine fundamento ſuſpicentur de aliquo, & id iudici nuncient; in quo euentu iudex poteſt procedere ad inquiſitionem, ſeu informationem ſecretò, ad punitionem tendentem; Salon *vbi ſuprà, quæſt. 63. art. 2. controuerſ. 7.* Valent. *tom. 3. diſp. 5. quæſt. 14. punct. 1.* Leſſ. *vbi proximè, num. 129.* Sayr. *num. 12.*

Tertius caſus, in quo iudex ad ſpecialem inquiſitionẽ contra aliquẽ procedit ſine præuia infamia, eſt, quando quis conſitetur in iudicio crimen ſuũ occultum etiam coram paucis, puta, coram ſolo iudice, & notario. Colligitur ex cap. 1. *de accuſat. in 6.* quia talis confeſſio inducit notorium iuris. Non tamen Sotus *de ſecret. memb. 2. quæſt. 6.* opinatur, *concl. 3.* id ſufficere, niſi quando crimen confeſſus eſt coram multis in iudicio, nec ſatis eſſe coram duobus, vel tribus; ſed melius docet Nauarrus *in rubric. de indic. num. 86. & in d. cap. inter verba, concluſ. 6. coroll. 63. num. 671.* in hoc caſu poſſe iudicem procedere contra confeſſum proprium crimen, cùm hæc confeſſio eſt conformis reſponſioni Bonifacij Papæ VIII. *in d. c. 1. de accuſ. in 6.* & gloſſæ, & Doctoribus *ibid.* id ſentientibus ſatis eſſe, nempe, vt confeſſio ſit iudicialis, ſiue corã paucis, ſiue coram multis; non tamen ſufficit confeſſio extraiudicialis, etiamſi fiat coram multis, niſi ex ea orta ſit infamia. Ita Nauarrus, quem ſequuntur Leſſ. *ſupra, num. 124.* & Sayr. *d. cap. 11. num. 15. vbi verſ. Non tamen*, addit ſi ſubditus confiteatur coram prælato ſponte, vel ex lapſo linguæ, & inaduertenter crimen ſuum, aut id deprehenderet prælatus aperiens literas ſubditi, in quibus ille id confitetur, non integrùm eſſe prælato in his caſibus iudicialiter inquirere, ſed tantùm poſſe corrigere illum tanquam patrem, niſi crimen ſit contra bonum commune. Quod extendit Nauar. ad confeſſionem factam iudicialiter propter tormenta, vel metum illorum, ſi poſtea confeſſio reuocetur. Bartol *in l. penult. ff. de quæſtio.* Ancharan. *conſ. 24. incipit, viſa inquiſitione.* Idem cenſetur, quando confeſſio fit ſine tormentis ab iniuſtè in vinculis detento. Sotus *d. quæſt. 6.* Nauar. & Leſſ. *ſupra.* 139.

Sed contra vltimam hanc deciſionem eſt gloſſ. *in l. capite quinto, in gloſſ. final. ff. de adulteriis,* quam communiter Doctores ſecuti ſunt; vbi volunt confeſſionem extraiudicialem non ſufficere ad condemnandum, ſed facere iudicium ad torturam; ergo etiam faciet iudicium ad inquirendum. Confirmatur, quia confeſſio extraiudicialis facit ſemiplenam probationem ſi planè, & aduertenter, & ſine calore iracundiæ delictum fatetur. Nam ea confeſſio per duos teſtes legitimos comprobata contra reum facit ſemiplenam probationem. 140.

Abbas *in cap. at ſi clerici, num. 16. de indic.* & ibi Decius *num. 121.* Boët. *deciſ. 90. num. 5.* Iul. Clar. *in practic. §. fin. quæſt. 21. verſ. Confeſſio extraiudicialis*, vbi concludit niſi probetur error, ſemper eam confeſſionem probare contra reum ſemiplene.

Quibus argumentis ductus aliquis hanc partem probabilem opinabitur non immeritò, ſi confeſſio extraiudicialis facta fuerit de proprio delicto in publico, & coram multis. Secus ſi fiat eo modo coram vno, aut duobus teſtibus ſecretò; imò, & coram iudice, ſeu prælato; tunc non poteſt fieri contra eum abſque præcedente infamia particularis inquiſitio, quia quamuis confeſſio propria, quando eſt publica, æquipolleat infamiæ, non habet hanc vim, quando fit coram vno, vel duobus, niſi vt fraternaliter corrigatur, dummodo non ſit crimen in perniciem publicam, ſeu contra bonum commune. Sotus *de ſecret. d. memb. 2. quæſt. 6. concluſ. 3. caſu 2.* Mirand. *de ordin. iudiciar. quæſt. 6. art. 6. concl. 2.* Si verò prælatus faciens inquiſitionem de vno crimine de quo quis laborat infamia, detegat aliud, tunc poteſt prælatus, ſeu iudex inquirere de circumſtantia illius criminis, quæ aggrauat delictum; verbi gratia, inquirebat de concubinatu de quo erat infamia, & intellexit concubinam eſſe conſanguineam, benè poteſt inquirere de circumſtantiis inceſti. Idem intellige de delictis inter ſe connexis; quia vnum eſt iudicium alterius, aut quando non poteſt perfectè vnum cognoſci ſine altero. Secus ſi crimina ſint omnino diſparata, & inter ſe diuerſa, in quo euentu cognitio diuerſi criminis occulti incidens non facit facultatem, nec ius inquirendi contra aliquem ſpecialiter. Miranda, & Sotus *ſupra, in 4. caſu*, puta, ſi iudex inquirens de furto de quo quis laborabat infamia, & inueniatur homicida occultus, non poteſt abſque prauia infamia inquirere de homicidio. Quam Soti opinionem probabiliorem credit Salon 2. 2. *quæſt. 69. art. 2. controuerſ. 7.*

141. An verò in eodem proceſſu iudicij puniri debeat crimen incidenter cognitum, cuius inquiſitus non erat diffamatus, vel in nouo proceſſu: Nauarrus *in rub. de iudic. n. 86. & in cap. inter verba, concl. 6. coroll. 63. num. 676. & ſequentibus*, exiſtimat crimen annexum incidenter repertum a iudice inquirente ſiue habeat circumſtantiam aggrauantem, ſiue non, puniri poſſe in eodem proceſſu, ac iudicio, neque oportere nouum proceſſum ordiri. Non tamen malefaciet iudex ſi de crimine ſic reperto incidenter nouam telam iudicij fieri præcipiat, quod colligitur ex lege 2. §. *ſi publico, ff. de adulter.* & ex lege *cuirandi, C. de condit. ob turpem cauſam*, & ex leg. penult. *C. ſi aduerſ. lib.* Sayr. *d. lib. 12. cap. 11. num. 17.* & multo fortiùs quando crimen eſt à principali ſeparatum, quia tunc nullo modo in eodem iudicio puniri debet, ſed opus eſt nouum proceſſum fieri, vt ſcribentes *in cap. 2. de confeſſis, & in cap. per inquiſitionem de election.* Bañes 2. 2. *quæſt. 70. art. 1. dub. 1. concl. 4.*

142. Quartus caſus, in quo poteſt iudex inquirere ſpecialiter, eſt, ſi crimen committatur in conſpectu iudicis, & aliorum circumſtantium, ſeu quando in diſcurſu proceſſus reperitur falſam, & calumnioſam accuſationem fuiſſe intentatam, *cap. 1. de calumn.* vel fuiſſe falſum teſtimonium prolatum, *l. nullum, C. de teſtib.* vel ſi deprehendatur partes literis, & inſtrumento falſis vti, *l. iubemus, C. de probation.* Sotus *membr. 2. quæſt. 6. concluſ. 3. & poſtremò, poſt caſum ſextum*, Nauar. *de iudiciis, num 88. & in cap. inter verba, concluſ. 6. coroll. 63. num. 680.* Salon *ſupra, art. 2. controuerſ. 7.* Leſſ. *lib. 2. cap. 29. dub. 15. num. 127.* quia hæc crimina ſunt valde pernicioſa bono publico. Qui caſus non videtur bene exceptus a regula communi, quæ habet non poſſe iudicem procedere ſine accuſatore, aut prauia infamia; quia proceſſus iuridicus eſt actus publicus, & cognitio habita ex illo proceſſu eſt publica, & ex conſequenti crimen in eodem proceſſu commiſſum cenſetur in iure publicum, ac proinde adeſt accuſator ſaltem virtualis, vt notat Nauar. *vbi ſupra*, quem ſequitur Sayr. *d. cap. 11. num. 19.*

Quintus caſus in quo aliquis ſine accuſatore damnatur, aut inquiritur in ſpeciali ſine præuia infamia, eſt, dum inquiritur an quis ſit dignus tali honore, vel officio, priuſquam aſſumatur ad illud, vel ad dignitatem? Sotus *ſupra, concl. 3. verſ. Primus caſus* Salon. *d. q. 69. art. 2. controuerſ. 7.* Sed Nauar. alleſit *in d. rubric. de iudic. n. 85. & in cap. inter verba, concl. 6. coroll. 63. num. 634.* hunc caſum ſine ratione excepi a regula generali, quæ tradit vt nemo ſine accuſatore damnetur; quia caſus hic non agit de damnatione electi, ſed de eo reddendo habili ad id quod expetit, vel de non dando illi, quod ei non debetur. Cuius tamen ſententia non placet, quia ad malum impediendum in conferendis beneficiis, vel in matrimonio contrahendo licitum eſt inquirere de impedimentis, vel delictis perſonarum particularium, quamuis de illis nulla præcedat infamia, neque aliquis vagetur rumor, ſicut fas eſt ad maleficia exterminanda, & impedienda, & eorum occaſiones tollendas inquirere ſine infamia. Ita Sayr. *d. cap. 11. num. 14.* Leſſ. *d. cap. 29. dub. 15. num. 121.* poſt Panorm. *in cap. 1. de officio ordinar.* Iuuat cap. final. *de clandeſt. deſponſat.* vbi præcipitur inquiri de impedimento matrimonij, ne quis in gradu prohibito contrahat.

Sextus caſus eſt, quando iudex per generalem inquiſitionem procedens venit in cognitionem auctoris delicti. Tunc poteſt procedere contra illum ſine aliqua probatione famæ, eo quod generalis illa inquiſitio eſt præparatoria ad ſpecialem, Ita Bartol. *in Extrauag. ad reprimendum in verb. inquiſitionē, & in l. 4. §. in mandatis, ff. ad Iul. peculat.* Dueñas *in regul. 298. limitat. 11.* Sayr. *ſupra numero 18. verſ. Octauus caſus*, Leſſius *d. dub. 15. n. 121.* Farinac. poſt plures *tom. 1. quæſt. 9. num. 19.* vbi addit ex inquiſitione generali oriri indicia contra particularem perſonam, quæ ſuccedunt loco diffamationis, ideo iudex poteſt inquirere reperto authore per inquiſitionem generalem contra illum ſpecialiter, vocatéque eundem ad ſe defendendum, iuxta Innocent. *in cap. bona, el 1. num. 5. de elect.* Quæ praxis, ac conſuetudo vbique ſeruatur, quamuis eam minus bene neget Sotus *de tegend. ſecret. memb. 2. quæſt. 6. concl. 3. verſ. Quintus caſus*; illam tamen probat Sayr. *ſuprà*, & Iul. Clar. *§. fin. in praxi, quæſt. 6. num. 4. §. Scias etiam.* Quod multo magis procedit in inquiſitione illa generaliſſima, de qua *in l. congruit, ff. de officio præſid. & in cap. 1. de officio ordinar.* quæ fit ad inueſtigandos facinoroſos in genere, ac plura delicta, in qua non requiritur diffamatio. Abbas *in cap. ad noſtram, el 2. num. 2. de iureiur.* Dueñas *regul. 298. limitat. 2.* & Caietan. 2. 2. *quæſt. 59. art. 1.* In quo euentu poteſt iudex habito aliquo indicio contra aliquem, & à fortiori quando inuenit perſonam, quæ commiſit

miſſi delictum, ex officio procedere contra authorem. B[illegible] *in [illegible] edita in repetit.* Patauina, *n.* 36. *C. de edend.* & *in l. ea quidem, num.* 42 *C. de accuſat.* Iul. Clar. *in pract. quæſt.* 9 *num.* 5. *verſ. Poterit igitur iudex.* & a[illegible], quos referens ſequitur tam ipſe ibi quàm Farinac. *ſupra, d. num.* 19. *verſ. Altero modo*, [illegible] denominationem factam per teſtes examinatos in generali inquiſitione de particulari delinquente facere viam iudici abſque vlla prævia infamia ad inquirendum de illo ſpecialiter, etiamſi teſtes examinentur parte non citata.

Septimus caſus, in quo iudex poteſt procedere, nulla præcedente infamia, eſt, quãdo fit Inquiſitio contra aliquem de Principis mandato, motu proprio emanato. Ratio, quia Princeps poteſt inquirere non præcedente infamia. Bald. *in l. nullus*, per text. *ibi, C. ad legem Iul. maieſt.* Carrer. *in pract.* [illegible] *min. in princip. ſuper leg. obſeruare curabis, n.* 84. Dueñ. *in reg. l.* 298. *in* [illegible] *limitat.* Iul. Clar. *d. quæſt.* 6. *num.* 8 *verſ. Præterea ſcias*, & Menoch *de arbitrar. lib.* 2. *quæſt.* 78. *num.* 4. & *conſ.* [illegible] *num.* 88. & *ſequentibus, lib.* [illegible]. Quod etiam extenditur ad delegatum Principis, quando inquirit de mandato, aut de ſcientia Principis, à quo tale mandatum emanauit motu proprio.

Secus ſi mandatum Principis fuit conceſſum ad poſtulationem partis, quia tunc debet præcedere infamia per gloſſam *in cap.* 2. *in verbo ſuerat communiter approbatam, de accuſation. in* 6. Gigas *de crimine læſæ maieſt. lib.* 1 *tit. qualiter in crim. læſæ maieſtat. proced. quæſt.* 9 *num.* 8. Felin. *in cap. cum oporteat, in* 4. *notab.* & *ibi* Ioan. de Anania *num.* 2. *de accuſationibus.* Nihilominus magis quadrat opinio Clari, *d. verſ. Præterea ſcias*, exiſtimantis poſtulationem partis inducere vim, ac naturam querelæ, vel denunciationis; ex quo preces fuerunt Principi porrectæ. Quare concludit non requiri diffamationem in inquiſitione facta per reſcriptum obtentum à Principe, quod in praxi affirmat [illegible] ſeruari. Idem dicendum eſt quando Princeps delegat cauſam contra aliquem facinoroſum [illegible] proprio, poſſe, videlicet, iudicem contra [illegible] procedere, nulla præcedente infamia. Ita fe[illegible] dicta gloſſa omnium Doctorum calculo re[illegible] pta, *in cap.* 2. *de accuſat. in* 6. teſte Marſil. *in pr*[illegible] *in.* §. *conſtante, num.* 12. *verſ. Sed hanc tamen* [illegible] *quæſt.* 14. *in fine*, Menoch. *de arbitrar. quæſt.* 78. *num.* 4. & *conſ.* 100. *num.* 7[illegible] *lib.* 1. Quibus adhæret Farinac. *d. quæſt.* 9. *de inquiſition, num.* [illegible] *limitat.* 1.

[illegible] quid ſi Princeps in reſcripto verbis aſſertiuis dicat *quia nobis conſtat Titium eſſe infamatum*? Reſpondeo poſſe delegatum inquirere contra Titium nulla præcedente diffamatione. Ita Alexand. [illegible] 18. *num.* 11 *lib.* 2 Marſil. *in d.* §. *conſtante, numero* 22. *verſ. Item intelligas.* Menoch. *in vtroque loco ſupra.* Roland *conſ.* [illegible] *num* 13. *vol.* [illegible]. & *conſ.* [illegible] *num.* 31. *vol.* 4. Iul. Clar. *d. verſ. Præterea ſcias*, [illegible], & Decius *conſ.* 175. *num.* 3. Contra verò [illegible] ps ſimpliciter mandet inquiri quia hoc [illegible] tur præcedente diffamatione, ſic præcitates. Similiter ſi Princeps vtatur verbis [illegible] puta, *quod ex multorum clamoribus ad* [illegible] *pervenit* [illegible] *quia multorum clamor ad nos peruenit, quod Titius eſt infamatus* non poteſt iudex delegatus procedere in inquiſitione cõtra Titium, ni[illegible] præcedat infamia. Ita Iaſon. *in l. admonendi, n.* [illegible] *in* [illegible] *ne, ff. de iureiur.* Abbas *in d. cap. cum oporteat in* [illegible] *notab. de accuſat.* Iul. Clar. *d. q.* 6. *verſ. Præterea ſcias in fine*, & Maſcard. *de probat. lib.* 2. *concl.* 8[illegible]3. *num.* 3[illegible]. Ratio, quia Princeps in primo caſu aſſerit Titium eſſe infamatum tenerſ; in ſecundo verò caſu non eſt proprie aſſertio Principis, ſed eſt ex narratione partis, quæ non ſufficit, vt de Titio fiat inquiſitio, nulla prævia diffamatione.

His adde ſi Princeps mandet contra aliquem inquiri infamia non præcedente cenſeri reſcriptum in dubio conceſſum contra ius propter preces importunas ad inſtantiam partis, vt ait gloſſa *in cap.* 1. *in verbo, naſcatur, de conſtitutionibus in* 6. Ideo præſumi ſubreptitium, nec eſſe tradendum executioni, ſed expectandum eſſe ſecundum mandatum, niſi reſcriptum habeat clauſulam, *motu proprio*, quæ clauſula habet vim ſecundæ iuſſionis. Decius *in cap. ſi quando, col.* 2. *in fine de reſcriptis*, & Baldus *in l. nec damnoſa, C. de precib. Imperat. offer.* Gigas *de crimin. læſ. maieſt. lib.* 1. *tit. qualiter in crimen læſ. maieſt. procedat. quæſt.* 9. *num.* 8. & *ſequent.*

Facit pro hac veritate quod ait Iaſon *in l.* 1. *num.* 1. *ff. de condictionib. indebiti*, nempe ſolutum propter nimiam importunitatem poſſe repeti perinde ac ſi eſſet per errorem ſolutum. Item teſtamentum variatum ab eo qui eſt morti vicinus, importunitatibus circumſtantium non eſſe validum, ſic Lucas de Penn. *l. prædia, C. de locat. prædia, lib.* 11. Spino *in ſuo ſpeculo gloſſ. rubrica*, 2. *p. num.* 8. Cepola *cautela* 36. *incipit, cum verbis blandis, num. vnico.* Ratio, teſte Paralta *l. ſi quis in principio, ff. de legat.* 3. *num.* 93. & 94. Quia importunæ preces etiam patium, vel minorum, induunt virtutem iuſti metus.

Item legatum relictum vxori à viro propter nimiam illius importunitatem reuocari poteſt. Ita Perez *in additionibus ad Clegueram in l.* 1. *in* §. *ſi vir, num* 129 *ff. de acquir. poſſeſſ.* Tybetius Decianus *conſ.* 65. *num.* 3. *vol.* 2. Quia par eſt aliquid fieri violenter, & metu, ac ſi fiat precibus importunis. Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. caſu* 395. *n.* 41. & *de præſumpt. lib.* 4 *præſumpt. vndecima.* Gutier. *lib.* 1. *canonic. cap.* 37. *num.* 20. Imò potius renunciatio hæreditatis paternæ metu reuerentiali patris facta etiam abſque minis licet in foro externo ſuſtineri poteſt, quia non eſt metus cadens in virum conſtantẽ: cæterum in foro conſcientiæ cũ inuoluntariè metu reuerentiali fiat, eſt omnino irrita & obnoxia reſtitutioni ſic à parte acquiſita; metus enim iſ leuis eſt ſufficiens in foro animæ ad reſciſſionem illius. Ita Ludou. Lopez *p. inſtr. alter. noui cap.* 173. §. *reſpondetur in promptu*, & *lib.* 2. *de contractibus, cap. vltim. ad finem.* Nauar. *in ſumma Hiſpanè*, & *Latinè, cap.* 17. *num.* 152. & alij apud Vegam *lib.* 5. *ſumma caſuum, caſu* 354. Vnde ſi filio renuncianti non reddantur bona poterit facere compenſationem, Sanchez *lib.* 4. *de conſenſ. coacto, diſp.* 9. *n.* 13. Denique omnia quæ fiunt ab vxore, vel à filiis, vel à ſubditis etiam remotis minis, ob metum tamen reuerentialem non obligant in foro conſcientiæ, & ſunt reddenda ſicut obtenta per preces importunas perinde, ac ſi eſſent acquiſita per metum leuem reuerentialem. Sanchez *eadem diſput.* 9 *à num* 14. *vſque ad* 18. & *diſp.* 10. *à num.* 7. Eodem etiam modo tenetur reſtituere in foro conſcientiæ legatum impediens precibus importunis, ſicut eſt obligatus reddere, qui legatum etiam vi impediuit. Ita Gutier. *quæſt. canon. lib.* 1. *cap.* 37. *num.* 20. & Sanchez *vbi proximè, eodem lib.* 4 *diſp.* 10. *num.* 7. & 9 addens Monachum non

eſſe

eſſe ſecurum in conſcientia, qui per preces importunas extorſit facultatem a ſuperiore retinendi aliquid, ſi ſuperior annuit inuoluntariè, ne nimis importunitate fatigaretur alíter omnino repugnaturus, quia illa facultas non eſt licentia, ſed violentia, & permiſſio coacta, non verò facultas ſpontanea. Ita Nauarra *lib. 3. reſtitution. capit. 1. in noua editione, parte 3. dub. 1. numero 161.* & Cordubenſ. *in ſumma, quæſtione 54. fol. 139.* Sanchez *dicto lib. 4. diſput. 10, num 9.*

Octauus caſus eſt, quando fit inquiſitio contra officiales in ſyndicatu, vbi formatur contra eos inquiſitio generalis, nulla præcedente infamia, finito officio, & contra eorum familias, ac miniſtros. Quæ praxis vbique ſeruatur de conſuetudine, repertique delinquentes vocantur, & facta litis conteſtatione fit illis copia ad ſe defendendum. Angel. *in l. ſi vacantia, numero 17. C. de bonis vacantibus, lib. 10.* Bald. *in l. obſeruare, §. proficiſci, num. 3. ff. de officio procon. & legat.* Angel. *de maleſic. in verbo, hæc eſt quædam inquiſitio, verſ. Quartò principaliter, num. 51.* Duenas *d. regul. 298. in 10. limitat.* Iul. Clar. *in d. quæſt. 6. num. 6.* vbi *ad finem*, ait in hoc caſu impertinens eſſe requirere quod aliqua diffamatio requiratur.

Amplia quando inquiritur de naui ſubmerſa, ſeu ad ſcopulos alliſa ex incuria nautarum, ſeu militum, per legem, *quoties C. de naufrag.* & quando fit inquiſitio de domino occiſo contra ſeruos, ſi repertatur mortuus, & ignoretur author, iuxta leg. 1. *ff. ad S. C. Syllan.* quia quamuis nulla præexiſtat fama contra nautas, vel ſeruos, oritur tamen de illis ſuſpicio quædam orta ex voce populi. Idem dicas, quoties ſuſpicio populi contra aliquem emanauerit. Nauarrus *in rubric. de iudic. numero 95.* Leſſius *dict. dub. 15. numero 13.* Similiter ſi vir honeſtus, ac bonus denunciet de viro etiam bono, quod commiſerit crimen, talis denunciatio ſatis eſt vt fiat inquiſitio contra virum bonum illum ſuper fama ipſa duntaxat; quæ fieri poteſt exigua diffamatione præexiſtente, & non ſuper crimine, teſte Innocentio *in capit. licet, in vltimis verbis de accuſation.* Imò de ſententia ipſius Clari ſuper fama tantùm aſſumere informationes nulla requiritur diffamatio, quando in genere inquiritur, nemine nominato. At verò quando inquiritur in ſpecie contra aliquem ſuper diffamatione, nulla præcedente querela, vel denunciatione, ſufficit exigua diffamatio, eáque reperta poteſt fieri inquiſitio de crimine. Abbas *in dicto cap. licet, num. 4. & in vltim. notab.* & Ancharan. *ibi, de accuſation.* Dueñas *regul. 298. in 8. limitation.* Clarus *dict. quæſtion. 6. verſ. Scias etiam*, & Farinacius *de inquiſition. quæſt. 9. n. 17. & 18.*

***

## §. V.

*De triplici via procedendi in iudicio, & quæ ſit differentia inter has vias procedendi?*

### EPITOME.

143 *Triplex eſt via procedendi in iudicio, accuſationis, denunciationis, & inquiſitionis.*

144 *Denunciatio eſt in quadruplici differentia.*

145 *Iudex non poteſt ſine accuſatore procedere ſaltem ficto.*

146 *Denunciatio Euangelica, & iudicialis quomodo differant.*

147 *Denunciatione ab Euangelica in foro Eccleſiaſtico poteſt fieri tranſitus ad iudicialem.*

148 *Excommunicatio præcedente trina monitione debet ferri in ſcriptis, & continere cauſam excommunicationis.*

149 *Denunciatio Euangelica poteſt eſſe initium ſubſtantiale iudicij in criminalibus, vel in denunciatione Euangelica, non verò in foro ſeculari, nec in cauſis ciuilibus.*

150 *Denunciatio iudicialis, & accuſatio, quomodo conueniant inter ſe, ac differant.*

151 *Monitio an debeat præcedere in crimine hæreſis? Pars negans eſt probabilior.*

152 *Monitio in crimine hæreſis quando eſt neceſſaria, an ſit præmittenda? Probabilius eſt non eſſe.*

153 *Blaſphemantem audiens an teneatur illum arguere ac reprehendere, quamuis nulla ſpes ſit emendæ, & an ſit neceſſaria monitio ante denunciationem.*

154 *Filius an teneatur patrem hæreticum denunciare. Duplex eſt opinio, affirmans probabilior, ac verior.*

155 *Filius ſi pater in crimine læſæ maieſtatis eſt omnino emendatus, non tenetur illum reuelare.*

156 *Ceſſante periculo, ac damno omnino, ſunt qui dicant non eſſe reuelandum patrem hæreticum, neque propinquos coniunctiſſimos, ſi ſunt omnino emendati.*

157 *Sed oppoſitum eſt verius indiſtinctè.*

158 *Hæreticus an ſit denunciandus ſi timeatur periculum probabile mortis.*

159 *Quin timor iuſtus excuſat à præcepto humano adimplendo.*

160 *Remiges aduerſus Chriſtianos remigantes an incidant in excommunicationem Bullæ Cœnæ.*

161 *Executores iudicium ſecularium an incidant in excommunicationem quando metu compelluntur exequi mandata contra Eccleſiaſticos iudices.*

162 *Hæreticus non tenetur reuelare ſe ipſum, cum interrogatur vt teſtis.*

163 *Relapſi, & Dogmatiſtæ, & Hæreſiarchæ in quibus caſibus ſunt admittendi ad pœnitentiam, & miſericordiam, ſiue ſponte veniant, ſiue non.*

EX dictis colliges triplicem eſſe procedendi viam in iudicio. Primam, per accuſationem, quando quis aliquẽ accuſat. 143

Secundam,

Sec[illegible] per [illegible]ationem, quæ eſt in quadrup[illegible]. A[illegible] eſt denunciatio Euange-
144. lica [illegible] 18. ad lucrandum fratrem, & [illegible] præ[illegible]one fraterna, antequam denun[illegible] item facienda eſt in ſecreto [illegible]na. Deinde ſequitur adhibitio teſtium. V[illegible]itur Eccleſiæ, hoc eſt, ſit denun[illegible].

Secunda denunciatio dicitur canonica à iure can[illegible]inuenta, quæ nihil aliud eſt quam ma[illegible]atio pec[illegible] ad illud emendandum, ſi eſt in procinctu vt fiat, vel ſi eſt iam commiſſum, & eſt pe[illegible] lum reſ[illegible]lentiæ, vel ad frænandum illud ne vlterius ſerpat, & progrediatur. Hæc etiam exigit præuiam monitionem, & per eam proceditur ad damnum publicum euitandum, vel priuatæ perſonæ. puta, ſi quis denunciet de prælato, vt priuetur prælatione, eo quod eſt perniciosus Reipublicæ, eſt denunciatio canonica. Similiter quando quis denunciat crimen, quod eſt in perniciem publicam, aut in præiudicium tertiæ perſonæ, non ſolùm ad emendationem illius, ſed etiam, vt euitetur damnum, eſt etiam canonica denunciatio, & non iudicialis, cum non poſtuletur proprium commodum; neque eſt propriè accuſatio, cùm non petatur omnino vindicta. Sic Sotus *de tegend. ſecret. memb. 2. quæſt. 5.*

Tertia eſt denunciatio iudicialis, quæ eſt in duplici differentia, altera publica, per quam iudex ex officio procedit denunciante officiali ad mulctandum reum pœna legali, vel arbitraria; altera priuata, quæ fit à priuato, vel vt ſibi reſtituatur res ablata, vel vt ſibi damnum illatum reſarciatur. Quarta denique eſt regularis denunciatio, quæ fieri ſolet in vnaquaque Religione ſecundùm regulas & conſtitutiones vniuſcuiuſque religionis, & hæc poteſt eſſe iudicialis, ſi denuncians procuret proprium commodum: canonica verò, ſi fiat propter bonum commune, in qua proceditur de plano [illegible] ſeruato iuris ordine, ſed ſimpliciter ad emen[illegible]linquentis, & propter bonum commun[illegible]s, ne paulatim religionis feruor [illegible] *[illegible]d. quæſt. 5.* & Sylueſt. *verb. inquiſit. quæſt. 1.*

Tertiam denique viam procedendi conſtat eſſe per inquiſitionem prout habetur *in cap. qualiter, & quando, 2. de accuſat. & cap. licet Heli. de Simo-*
145. *nia*, ex quibus [illegible]aret non poſſe iudicem inquirere ſine accuſatore, ſaltem ficto, ſeu æquipollente. D. [illegible]m. 2. 2. *quæſt. 67. art. 1.* & ibi ſectatores illius comm[illegible]ter. [illegible] inquiſitio hodie ex conſuetudine [illegible] accu[illegible]tionis ſuccedit per leg. penult. & ibi [illegible]bentes. *[illegible] de public. iudic. & l. congruit ff. de offic. præſid.* Bartol. *in l. 1. § ſi publico, num. 12. ff. de adulter.* [illegible] ibi Bald. *num. 5.* cum alijs, Roland. *conſil.* [illegible] *num. 15. vol. 1.* & Conrad. *in practic. tit. de* [illegible] *num. 3.* Ratio, quia iudex in quocumque [illegible] ne[illegible] ſine accuſ[illegible]nte ex officio poteſt proc[illegible]dere per inquiſitionem. Iul. Clar. *in practica, quæſt. 1. num. 3.* vbi has tres vias procedendi [illegible]et per accuſationem, denunciati[illegible]nem, & inqui[illegible]nem in cauſis criminalibus ad duas tantummodo reducit, nempe ex officio, vel ad inſ[illegible] [illegible]m partis. Atque ita quando ad inſtantiam partis iudex procedit, dicitur procedere per viam accu[illegible]ionis, quia pars offenſa, vel alius [illegible]u de iure competit ius accuſandi, offert accuſationem, ſeu querelam, & [illegible] ipſa iudex procedit. Ex officio autem procedit quando non ad inſtantiam partis, iud[illegible] ſe[illegible] ex [illegible]ipſo, & ex ſuo officio illum cogente ipſe aſſumit contra delinquent[illegible] [illegible]ormationes, & contra eos procedit. Qui modus inquirendi, teſte Innocentio *in cap. cum oporteat, de accuſat.* quamuis fiat ex officio, dicitur remedium extraordinarium tam de iure canonico, quam de iure ciuili, vt in ſpecie Decius notat *in 1. lectur. poſt num. 60. & in 2. lectur. poſt num. 43. in rubric. de iudi.* Modus autem procedendi per accuſationem dicitur remedium ordinarium. Clarus *ſupra, num. 3.* alijs *ibi* relatis. 1

Differt autē denunciatio Euangelica à iudiciali ex parte finis, quia Euangelicæ eſt emendatio fratris vt pœniteat. Iudicialis verò finis eſt vel vindicta, vt delinquens ſatisfaciat, vel eſt bonum denunciantis. I[illegible]n denunciatio iudicialis, ſeu accuſatio eſt actus iuſtitiæ, cuius meminit D. Thom. 2. 2. *quæſt. 68. 69. &* [illegible] Euangelica autem eſt actus charitatis, de qua D. Thom. 2. 2. *quæſt. 33.* & *ibi* Aragon. & alij, quibus accedit Sigiſmundus *lib. 1. de iudic. cap. 54. num. 3. & sequentibus, & cap. 55. in* 146.
147. *principio.* Item Euangelica ceſſat, ſi detur emendatio; ſi verò non detur emenda, poteſt fieri tranſitus ab Euangelica denunciatione ad iudicialem in foro Eccleſiaſtico, quia Eccleſiaſticus iudex poteſt tanquam pater excipere crimen ad ſe delatum ad pœnitentiam delinquentis, & etiam tanquam iudex ad puniendum deli[illegible]tum. Atque ita tentatis priùs omnibus ſi delatus frater a iudice Eccleſiaſtico monitus non deſiſtat, nec pœniteat, poteſt tranſire ad iudicialem, ac procedere per excommunicationem in genere ſub forma, vt quicumque hoc, vel illud fecerit intra tot dies reſtituat, ſeu ſatisfaciat; vel poteſt ferre iudex excommunicationem contra delinquentem in particulari, ſed tunc opus eſt, vt præcedat trina moni- 148.
tio, vel vna æquiualens tribus monitionibus canonicis; debetque excommunicatio ferri in ſcriptis, quæ contineant cauſam excommunicationis, *cap. cum medicinalis, de ſentent. excommunication. in 6.* Sayr. *tom. 1. Theſaur. lib. 1. cap. 12. & 13.* Illud 149.
etiam adde, denunciationem Euangelicam poſſe eſſe initium ſubſtantiale iudicij, vt habetur *in cap. licet Heli. de Simonia, & in cap. qualiter, & quando, el 2. de accuſat. circa finem.* Bald. *in authent. ad hæc, num. 5. in fine, C. de vſur.* Gandin. *in tract. de maleſic. rubric. quomodo, de maleſic. cognoſc. per denunciation. num. 1. & 2.* Angel. *eodem tract. in verb. nec non ad denunciationem, præſertim numero 21.* Quod intellige in criminalibus, vel in denunciatione Euangelica; quæ reſpicit forum Eccleſiaſticum, non verò in foro ſæculari, nec in cauſis ciuilibus procedit; in quibus denunciatio eſt ſolùm præparatorium inquiſitionis, ſeu viæ procedendi ex officio. Sic Abbas *in cap. nouit, ſub num. 48. & 51. de iudicijs.* Sigiſmund. *lib. 1. de iudic. capit. 68. num. 9.* & clariùs priùs *cap. 54. num. vltim.*

Conueniunt tamen iudicialis denunciatio ſiue 150.
publica, ſiue priuata ſit, & accuſatio inter ſe in eo, quòd iudicialiter accuſans, non tenetur priùs corripere fraternè accuſatum. Sotus *de tegend. ſecret. memb. 2. quæſt. 2. concluſ. 4.* Paludan. *in 4. diſtinct. 19. quæſt. 4. art. 1.* Angel. *verb. accuſatio, num. 1.* Tabien. *ibidem, num. 2.* quos refert, ac ſequitur Sà *tit. de accuſatione, num. 2.* Eodem modo ante denunciationem non debet præcedere ſecreta monitio; quia denunciatio ſiue ſit publica, quæ fit coram iudice publicè propter publicam punitionem delinquentis, ſiue ſit priuata, quæ fit coram iudice non tamen publicè, neque ad punitionem publicam, ſed

vt

vt iudex ex officio procuret damnum illatum reſici, & ſatisfactionem fieri parti læſæ denuncianti. Ratio, quia cùm vtraque denunciatio ſubrogetur loco accuſationis, vel actionis, non debet præcedere ſecreta monitio, ſicut ad accuſationem, vel actionem non præcedit. (Oppoſitum probabilius credit Sigiſmund. *d. cap. 54. & cap. 56. in foro Eccleſiaſtico*; ſecus in foro ſæculari, & tradit Abbas *in cap. nouit, num. 57. & 59. de iudic.* quod placet.) Item, quia neutra iſtarum denunciationum tendit ad pœnitentiam delinquentis, ſed reſpicit dumtaxat vel publicam punitionem, vel recuperationem rei propriæ. Quare quamuis reus ſit omnino emendatus, adhuc poteſt denunciari. Sayr *lib. 12. cap. 10. num. 6.*

Differunt tamen denunciatio iudicialis, & accuſatio inter ſe. Primò, quia denuncians iudicialiter non intendit niſi recuperare ſuum intereſſe, & damnum ſibi irrogatum compenſare, non verò intendit vindictam, aut punitionem publicam. Accuſator verò directè, ac per ſe ſemper intendit publicam vindictam, & hanc propter bonum commune. Per accidens tamen fieri poteſt accuſatio propter bonum priuatum, ſicut denunciatio propter bonum publicum. Secundò differunt in hoc quod denunciatio iudicialis eſt pura criminis manifeſtatio, remota omni actione, ſed denunciatur ſolum prælato crimen, vt ipſe ex officio procedat, vt faciat quod ſibi viſum fuerit de iure. At verò accuſatio eſt delatio criminis cum actione, qua petitur ius miniſtrari, iudéxque compellitur ad reum puniendum. Miranda *de ordin. iudiciar. quæſt. 12. art. 2. concluſ. 1.* Tertiò, denunciatio iudicialiter poteſt fieri, & aliquando denuncians accuſare non poteſt, quando non poteſt probare teſtibus crimen quod denunciat. Accuſatio verò poteſt fieri ab eo qui poteſt agere directè, non verò poteſt prætendi ab eo, qui poteſt agere indirectè. Quin etiam accuſator prætermiſſa accuſatione poteſt denunciare iudicialiter, manifeſtaréque crimen iudici, vt ipſe ſine accuſatione ex officio delictum corrigat. Suar. *de triplici, diſp. 30. ſection. 4. à num. 2. & ſequentibus.* Sayr. *ſupra, dicto cap. 10. num. 5.*

Denique differunt in eo, quòd denunciatio iudicialis quamuis tendat ad vindictam, non imponitur à iudice, denunciato tota pœna iuris: accuſato verò maximè, argumento cap. *inquiſitionis, de accuſat.* Miranda *d. quæſt. 12. art. 2. concl. 1.* Sayr. *d. cap. 10. num. 6.* Sicut accuſatori non probanti accuſationem regulariter infligitur pœna arbitrio iudicis pro ratione criminis obiecti, ſed non probati: denuncianti autem etiam iudicialiter, cum pœnam non petat denunciato, nulla illi imponitur, quamuis probatio deficiat. Miranda *vbi proximè, verſ. Quinto, & vltimo.* Secus ſi denunciatio ſit accuſatio palliata, quæ conijci poteſt ex modo denunciandi, putà, ſi denunciator proferat, & excitet teſtes, & vrgeat iudicem, ac crebrò adeat illum, vt faciat ius, inſiſtátque vſque ad finem. Talis enim denunciator ſolo nomine verò differt ab accuſatore, habetur *in l. 1. §. incidit, ff. ad Turpi.* & Bald. *in l. per hanc, C. de temperan. & rep. appellat.* Ideo ſi deficiat in probatione, pœna ſaltem arbitraria plecti debet, vt caueat in poſterum à falſis denunciationibus.

151. Quæritur an monitiones debeant præcedere in criminæ hæreſis? Videtur affirmare Sigiſmundus *lib. 1. de iudic. cap. 54. num. 4.* quando hæreſis eſt occulta, & in ſpecie tradit Gundiſ. *tract. de hæreſ. quæſt. 10. num. 6.* Simanch. tamen *de cathol. Inſtit. tit. 19. num. 10.* negat quantumuis crimen ſit occultum, eſſe neceſſariam correctionem fraternam ante denunciationem, ſed protinus eſſe iudicandum hæreticum dominis Inquiſitoribus, poſt Sotum *lib. de ratio. tegend. ſecret. memb. 2. quæſtion. 4.* & Aluarot. *in §. credentes, de ſtatut. & conſuet. lib. feudor.* & D. Thom. *2. 2. quæſt. 33. & q. 70.* Ratio, quia illud Matth. 18. *ſi peccauerit in te*, hoc eſt, coram te, *frater tuus, corripe illum inter te, & ipſum ſolum*, &c. intelligitur de peccato commiſſo in hominem, & non de peccato commiſſo in Deum, quod corrigens condonare non poteſt; ergo nulla præmiſſa correctione hæreticus eſt denunciandus. Item quia hæretici fraudulenti ſunt, & ſubdoli, & quamuis fingant ſe eſſe correctos, id metu pœnæ fingunt, & rarò reſipiſcunt.

Nec refert illud D. Pauli ad Titum, cap. 3. Ibi. *Hæreticum hominem poſt vnam, & ſecundam correctionem deuita.* Quia ibi D. Paulus non fuit locutus cū omnibus, ſed cum Tito Epiſcopo, ad quē ex officio ſpectabat hæreticos corripere, & per ſententiam excommunicationis deuitare. Quo circa verbum illud, *deuita*, idem valet, atque *fac deuitari ab aliis*, ne per illum ad alios lues hæreticorum detineretur, illaque inficiantur. Lyranus. & D. Thomas *ibidem*, quos ſequitur Simanch. *ſuprà, num. 14.* Vnde Apoſtolus de correctione duntaxat à prælatis facienda loquutus eſt; quibus competit eos admonere, ac corripere; quod ſi non emendentur, debent illos ab Eccleſiæ communione longiſſimè arcere. Quod ſi vrgeas eſſe præmittendam correctionem ſaltem ex lege charitatis, cùm denunciatio Euangelica ſit actus illius. Reſpondetur ex eadem charitate bene ordinata deferendum eſſe hæreticum ad Inquiſitores, omiſſa correctione fraterna, cùm doceat charitas bonum commune præferendum eſſe bono particulari, & bonum animæ bonis corporis, ac fortunæ, & ex conſequenti non eſſe illi parcendum, quamuis reſipuiſſe cenſeatur. Quæ ſententia eſt amplectenda, & in praxi ſequenda. Ita Alphonſ. à Caſtro *de iuſta hæretic. punit. lib. 2. cap. 25.* Sequitur Pegn. *in director. inquiſitor. p. 2. comment. 18.* Melchior Canus *lib. 12. de locis Theologic. cap. 9. verſ. At Chryſoſtomus à nobis*: quibus accedit Arauallenſ. *tract. de correct. fratern. concluſ. 6. propoſit. 6.* Salmeron *tom. 4. in Euangel. p. 3. tract. 11. §. Deinde.* Nauarr. *in cap. inter verba, 11. quæſt. 3.* & ex noſtris Azor *tom. 1. Inſtitutionum, lib. 8. cap. 19. quæſt. 9.* Toler. *lib. 4. Summæ, cap. 5. num. 1.* Martin. Delrio *diſquiſit. magicar. lib. 5. ſect. 4.* Valent. *2. 2. diſp. 3. quæſt. 10. punct. 5. atque huiuſmodi.* Sanch. *lib. 2. Decalogi, cap. 12. num. 47. ad fin.* & Suar. *de triplici, diſp. 20. ſ. 4. num. 11.* aliis ibi relatis, vbi volunt hæreticum eſſe denunciandum abſque præuia correctione fraterna.

Probatur ex periculo infectionis, & ex difficultate efficaciter, & cum effectu emendandi hæreticum per correctionem priuatam; ergo illa eſt omittenda. Item ſi illa præmittatur, hæreticus perſeuerans in eodem peccato ne prodatur, ſimulabit emendationem, & populus Catholicus non euadet occaſionem infectionis. Denique fortior ratio, ſeu obligatio denunciandi ſine fraterna monitione oritur immediatè ex præcepto impoſito per edictales literas Inquiſitorum, quæ habent vim legis, & perpetuò durant; quia tribunal, à quo procedunt, perpetuum eſt. Ita Pegna *d. comment. 18. verſ.*

*verſ. Vtrum in ſecunda parte*, vbi ait denunciandum eſſe occultum hæreticum abſque fraterna correctione præcedenti, niſi fortè firmiter aliquis credat, quòd vnico per ſecretam monitionem poſſet hæreticum ab hæreſi ad fidem reducere, quod ait ſecluſis nunc priuatis inquiſitionum edictis, quibus omnino denunciari iubetur. Ergo edictis ſecluſis poſſet præmitti fraterna monitio. Concludit tamen Pegna ſublato præcepto humano non dum tutius, ſed etiam melius eſſe monitionem omittere. Sequitur Royas *ſingul. 5.* & Simanch. *d. tit. 19. num. 15.*

Confirmatur ex fine principali, & adæquato huius iudicialis denunciationis, qui non ſolùm reſpicit emendationem fratris, ſed ad defenſionem aliorum fidelium, & ad publicam correctionem tendit; ad quem finem correctio ſecreta nunquam ſufficit, nec prodeſt efficaciter. Suffragatur cap. *qualiter, & quando. de accuſat.* vbi habes non requiri ſecretam monitionem quando via accuſationis proceditur, eſto ante denunciationem Euangelicam ſecreta monitio præmitti debeat. Suar. *ſupra, numero 12.* & Sanchez propter magnum hæreſis periculum, & difficillimam hæretici correctionem. Faciunt verba Leonis Magni *in ſermon. 5. de ieiunio*, vbi ſic: *Illud quoque, dilectiſſimi, obſecrans moneo, vt ſi cui veſtrum innotuerit, vbi habitent hæretici, vbi doceant, quos frequentent, & in quorum ſocietate requieſcant, noſtræ ſolicitudini fideliter indicetis; quia parum prodeſt vnicuique, quod protegente Spiritu ſancto ab iſtis ipſe non capitur, ſi cum alios capi intelligit, non mouetur.* Ex quibus bene colligitur correctionem fraternam tanquam inutilem eſſe ante denunciationem omittendam.

152. Sed quid de hæreſi notoria? Franc. de Aret. *in c. nouit, de iudiciis*, & Felin. *ibi, ſub n. 14.* quos ſequitur Marant. *in ſuo ſpeculo, p. 6. rub. de denunciat. ſub n. 5.* opinantur eſſe præmittendam correctionem fraternam priuſquam fiat denunciatio, ſiue hoc ſit notorium iuris, vel euidentia facti, vel ſaltem famæ. Contrarium eſt probabilius non eſſe neceſſariam correctionem. Ita Nauar. *in man. cap. 24. de correct. frater. n. 14.* & multo priùs D. Th. 2. 2. q. 33. *art. 7.* Ar[illegible] *in c. ſi peccauerit, 2. q. 1.* Gundiſ. *tract. de hæretic. q. 10. n. 7.* Nam ea, quæ publica ſunt, non in occulto, ſed publicè ſunt punienda, teſte Apoſtolo *1. ad Timoth. 5.* ibi: *Peccantem coram omnibus argue.* Ratio, quia peccatum hæreſis de ſe eſt grauiſſimum, & valdè pernicioſum, non tantùm peccanti, ſed etiam aliis. Igitur ne noceat, & magis, ac magis in dies malum ſerpat, denunciatio eſt vtiliſſima, & moraliter neceſſaria, caditque ſub præceptum, non dum Eccleſiaſticum, ſed etiam diuinum, & naturale, charitate ad id obligante. Text. *in l. Manicheos, C. de hæretic. & in l. 2. C. de Apoſtatis*, vbi dicitur in omnium iniuriam deuolui, quod contra religionem patiatur. Conducunt c. 2. *de hæretic.* & cap. *in nonnullis, de Iudæis, & Sarracenis*, vbi omnibus commendatur vigilantia contra hoſtes publicos, quales ſunt hæretici.

153. Sed quid dicendum de blaſphemante, an teneatur audiens illum reprehendere? Affirmat Ledeſ[illegible] *tom. ſumma, tract. 1. cap. 9. ad fin.* Lud. Lop. *1. p. inſt. mor. cap. 51. in princ.* quamuis nulla ſpes emendæ videatur, dummodo poſſit fieri citra periculum obiurgatio, vt conſtat ex Concilio Lateran. [illegible] *ad abolendam*, cuius ſunt hæc verba: *Quicunque blaſphemantem audierint, eum acriter verbis obiurgare teneantur, ſi citra periculum ſuum id fieri poſſe contingat.* Dicendum tamen eſt præceptum Concilij obiurgationem acriter præcipientis contra blaſphemos non eſſe in vſu; atque ita quamuis Concilium potuerit hoc præceptum imponere in delicti potius pœnam, quàm in blaſphemantis emendam; nihilominus non conſtat ex verbis illius voluiſſe ius nouum pœnale condere. Quare audientes obligantur ad fraternè corrigendum, præcepto naturali diuino, quando datur ſpes emendæ. Azor. *tom. 1. lib. 9. inſtit. moral. cap. 28. quæſt. 7.* Sanchez *d. lib. 2. cap. 32. num. 46.* Quando verò blaſphemia eſt ſecreta, & hæreticalis, & ſperatur emenda, ſi blaſphemus correctus emendetur, Sanch. *d. cap. 32. num. 4. ad finem*, docet præmittendam correctionem fraternam. Azor tamen *lib. 9. cap. 28. quæſt. 8.* ait, non eſſe præmittendam correctionem ante denunciationem, quia illa denunciatio non fit propter emendam, ſed in pœnam delicti. Sed magis placet opinio Sanchez quando blaſphemia eſt occulta, & datur ſpes emendæ, vt monitio fraterna præmittatur. Nec obſtant edictales literæ præcipientes denunciari hæreſim, quia cùm ſint prædicta decreta pœnalia, debent intelligi ſpecialiter in crimine hæreſis ob magnum eius periculum, & propter difficillimam hæreticorum emendam, quod in blaſphemis non contingit regulariter. Ideircò huiuſmodi literæ edictales debent intelligi, ſeruato ordine Euangelico, putà, ſi blaſphemus ſit occultus, & ſubeſt ſpes emendæ, corrigatur prius fraternè; ſi verò deſperetur emenda, aut ſi blaſphemus eſt publicus, omiſſa monitione, ſtatim deferatur ad Inquiſitores, cùm de hæreticalibus ipſi cognoſcant priuatiuè. Pegna *ſuprà, comment. 66.* & Simanch. *ſuprà, tit. 8.* Blaſphemiæ verò non hæreticales ſeruato eodem ordine Euangelico denunciandæ ſunt iudici Eccleſiaſtico, aut ſæculari, cùm ſint mixti fori, detúrque locus præuentioni ad cognoſcendum de illis inter iudicem Eccleſiaſticum, & ſæcularem. Abbas *in cap. 2. de maledict. n. 9.* Couar. *de pactis, 1. p. §. 7. num. 12. verſ. Crimen autem.* Royas *de hæretic. 2. p. aſſertione 12. num. 171. & 172.* & Simanch. *tit. 8. num. 6.* quibus ſit comes Azor *tom. 1. lib. 9. inſtit. moral. cap. 28. quæſt. 5.*

An filius debeat patrem hæreticum denũciare, ſeu accuſare, ambigitur? Prima opinio negat ex ea ratione, quia nulla lex naturalis, diuina, vel humana reperitur, quæ obliget filios accuſare patrẽ, aut ſaltem iudicibus indicare, quando eſt hæreticus occultus. Imò de iure naturali filius tenetur patrẽ reuereri, & lex ſcripta *Deut. 13.* dum ait: ibi. *Si voluerit tibi perſuadere frater tuus, filius matris tuæ, aut filius, aut filia, ſiue vxor, quæ eſt in ſinu tuo, aut amicus quem diligis, vt animam tuam, clam dicens, Eamus, & ſeruiamus Diis alienis, ne acquieſcas ei, neque parcas ei oculus tuus, vt miſerearis, & occultes eum.* Vbi nota nullã feciſſe Moyſem mentionẽ de patre, aut matre. Ex quo conſtat non licere filio patrem, aut matrem accuſare, ſeu denũciare in caſu hæreſis occultæ, nec contra eos teſtificari. Ita Abulenſ. *in hoc loco Deut. 13. q. 3.* & Simanc. *de Cathol. inſtit. tit. 29. n. 57.* Probatur ex illo *Exod. 32.* vbi Moyſes adhortatus eſt ad vindicandã iniuriam Dei fratrem, amicum, & propinquum, & poſtea commendans, ac probans factum, ſic ait: *Conſecraſtis manus veſtras hodie Domino vnuſquiſque in filio, & in fratre ſuo, vt detur vobis benedictio, &c.* Vbi patrẽ non nominauit, quia filius totũ quod eſt, debet patri. Atque ita nõ eſt cogendus ad infamandum illũ, neque ad illũ in tanto periculo conſtituendũ. 154.

vt iudex ex officio procuret damnum illatum reſici, & ſatisfactionem fieri parti læſæ denuncianti. Ratio, quia cùm vtraque denunciatio ſubrogetur loco accuſationis, vel actionis, non debet præcedere ſecreta monitio, ſicut ad accuſationem, vel actionem non præcedit. (Oppoſitum probabilius credit Sigiſmund. *d. cap. 54. & cap. 56. in foro Eccleſiaſtico*, ſecus in foro ſæculari, & tradit Abbas *in cap. nouit, num. 57. & 59. de iudic.* quod placet. Item, quia neutra iſtarum denunciationum tendit ad pœnitentiam delinquentis, ſed reſpicit duntaxat vel publicam punitionem, vel recuperationem rei propriæ. Quare quamuis reus ſit omnino emendatus, adhuc poteſt denunciari. Sayr *lib. 12. cap. 10. num. 6.*

Differunt tamen denunciatio iudicialis, & accuſatio inter ſe. Primò, quia denuncians iudicialiter non intendit niſi recuperare ſuum intereſſe, & damnum ſibi irrogatum compenſare, non verò intendit vindictam, aut punitionem publicam. Accuſator verò directè ac per ſe ſemper intendit publicam vindictam, & hanc propter bonum commune. Per accidens tamen fieri poteſt accuſatio propter bonum priuatum, ſicut denunciatio propter bonum publicum. Secundò differunt in hoc quòd denunciatio iudicialis eſt pura criminis manifeſtatio, remota omni actione, ſed denunciatur ſolùm prælato crimen, vt ipſe ex officio procedat, vt faciat quod ſibi viſum fuerit de iure. At verò accuſatio eſt delatio criminis cum actione, qua petitur ius miniſtrari, iudéxque compellitur ad reum puniendum. Miranda *de ordin. iudiciar. quæſt. 12. art. 2. concluſ. 1.* Tertiò, denunciatio iudicialiter poteſt fieri, & aliquando denuncians accuſare non poteſt, quando non poteſt probare teſtibus crimen quod denunciat. Accuſatio verò poteſt fieri ab eo qui poteſt agere directè, non verò poteſt prætendi ab eo, qui poteſt agere indirectè. Quin etiam accuſator prætermiſſa accuſatione poteſt denunciare iudicialiter, manifeſtaréque crimen iudici, vt ipſe ſine accuſatione ex officio delictum corrigat. Suar. *de triplici, diſp. 50. ſection. 4. à num. 2. & ſequentibus.* Sayr. *ſupra, dicto cap. 10. num. 5.*

Denique differunt in eo, quòd denunciatio iudicialis quamuis tendat ad vindictam, non imponitur à iudice, denunciato tota pœna iuris: accuſato verò maximè, argumento cap. *inquiſitionis, de accuſat.* Miranda *d. quæſt. 12. art. 2. concl. 1.* Sayr. *d. cap. 10. num. 6.* Sicut accuſatori non probanti accuſationem regulariter infligitur pœna arbitrio iudicis pro ratione criminis obiecti, ſed non probati: denuncianti autem etiam iudicialiter, cum pœnam non petat denunciato, nulla illi imponitur, quamuis probatio deficiat. Miranda *vbi proxime, verſ. Quinto, & vltimo.* Secus ſi denunciatio ſit accuſatio palliata, quæ conijci poteſt ex modo denunciandi, putà, ſi denunciator proferat, & excitet teſtes, & vrgeat iudicem, ac crebrò adeat illum, vt faciat ius, inſiſtátque vſque ad finem. Talis enim denunciator ſolo nomine vero differt ab accuſatore, habetur *in l. 1. §. incidit, ff. ad Turpi.* & Bald. *in l. per hanc, C. de temporan. & rep. appellat.* Ideo ſi deficiat in probatione, pœna ſaltem arbitraria plecti debet, vt caueat in poſterum à falſis denunciationibus.

351. Quæritur an monitiones debeant præcedere in crimine hæreſis? Videtur affirmare Sigiſmundus *lib. 1. de iudic. cap. 54. num. 4.* quando hæreſis eſt occulta, & in ſpecie tradit Gundiſ. *tract. de hæreſ. quæſt. 10. num. 6.* Simanch. tamen *de cathol. Inſtit. tit. 19. num. 10.* negat quantumuis crimen ſit occultum, eſſe neceſſariam correctionem fraternam ante denunciationem, ſed protinus eſſe indicandum hæreticum dominis Inquiſitoribus, poſt Sotum *lib. de ratio. tegend. ſecret. memb. 2. quæſtion. 4.* & Aluarot. *in §. credentes, de ſtatut. & conſuet. lib. feudor.* & D. Thom. *2. 2. quæſt. 33. & q. 70.* Ratio, quia illud Matth. 18. *ſi peccauerit in te*, hoc eſt, coram te, *frater tuus, corripe illum inter te, & ipſum ſolum*, &c. intelligitur de peccato commiſſo in hominem, & non de peccato commiſſo in Deum, quod corrigens condonare non poteſt; ergo nulla præmiſſa correctione hæreticus eſt denunciandus. Item quia hæretici fraudulenti ſunt, & ſubdoli, & quamuis fingant ſe eſſe correctos, id metu pœnæ fingunt, & rarò reſipiſcunt.

Nec refert illud D. Pauli ad Titum, cap. 3. ibi. *Hæreticum hominem poſt vnam, & ſecundam correctionem deuita.* Quia ibi D. Paulus non fuit locutus cū omnibus, ſed cum Tito Epiſcopo, ad quē ex officio ſpectabat hæreticos corripere, & per ſententiam excommunicationis deuitare. Quod etiam verbum illud, *deuita*, idem valet, atque *fac deuitari ab aliis*, ne per illum ad alios lues hæreticorum deriuetur, illaque inficiantur. Lyranus. & D. Thomas *ibidem*, quos ſequitur Simanch. *ſupra, num. 14.* Vnde Apoſtolus de correctione duntaxat à prælatis facienda loquutus eſt, quibus competit eos admonere, ac corripere; quod ſi non emendentur, debent illos ab Eccleſiæ communione longiſſimè arcere. Quod ſi vrgeas eſſe præmittendam correctionem ſaltem ex lege charitatis, cum denunciatio Euangelica ſit actus illius. Reſpondetur ex eadem charitate bene ordinata deferendum eſſe hæreticum ad Inquiſitores, omiſſa correctione fraterna, cùm doceat charitas bonum commune præferendum eſſe bono particulari, & bonum animæ bonis corporis, ac fortunæ, & ex conſequenti non eſſe illi parcendum, quamuis reſipuiſſe cenſeatur. Quæ ſententia eſt amplectenda, & in praxi ſequenda. Ita Alphonſ. à Caſtro *de iuſta hæretic. punit. lib. 2. cap. 25.* Sequitur Pegn. *in director. inquiſitor. p. 2. comment. 18.* Melchior Canus *lib. 12. de locis Theologic. cap. 9. verſ. At Chryſoſtomū à nobis*: quibus accedit Atauulenſ. *tract. de correct. fratern. concluſ. 6. propoſit. 6.* Salmeron *tom. 4. in Euangel. p. 5. tract. 11. §. Deinde.* Nauarr. *in cap. inter verba, 11. quæſt. 3.* & ex noſtris Azor *tom. 1. Inſtitutionum, lib. 8. cap. 19. quæſt. 9.* Tolet. *lib. 4. ſummæ, cap. 5. num. 1.* Martin. Delrio *diſquiſit. magicar. lib. 5. ſect. 4.* Valent. *2. 2. diſp. 3. quæſt. 10. punct. 5. §. atque huiuſmodi.* Sanch. *lib. 2. Decalogi, cap. 2. num. 47. ad fin.* & Suar. *de triplici, diſp. 8. ſect. 4. num. 11.* aliis *ibi* relatis, vbi volunt hæreticum eſſe denunciandum abſque præuia correctione fraterna.

Probatur ex periculo infectionis, & ex difficultate efficaciter, & cum effectu emendandi hæreticum per correctionem priuatam; ergo illa eſt omittenda. Item ſi illa præmittatur, hæreticus perſeuerans in eodem peccato ne prodatur, ſimulabit emendationem, & populus Catholicus non euadet occaſionem infectionis. Denique fortior ratio, ſeu obligatio denunciandi ſine fraterna monitione oritur immediatè ex præcepto impoſito per edictales literas Inquiſitorum, quæ habent vim legis, & perpetuò durant; quia tribunal, à quo procedunt, perpetuum eſt. Ita Pegna *d. commen. 18.*

verſ.

*verſ. Verum in ſecunda parte,* vbi ait denunciandum eſſe occultum hæreticum abſque fraterna correctione præcedenti, niſi fortè firmiter aliquis credat, quòd ſtatim per ſecretam monitionem poſſet hæreticum ab hæreſi ad fidem reducere, quod ait ſecluſis nunc priuatis inquiſitionum edictis, quibus omnino denunciari iubetur. Ergo edictis ſecluſis poſſet præmitti fraterna monitio. Concludit tamen Pegna ſublato præcepto humano non dum tutius, ſed etiam melius eſſe monitionem omittere. Sequitur Royas *ſingul.* 3. & Simanch. *d. tit.* 19. *num.* 15.

Confirmatur ex fine principali, & adæquato huius iudicialis denunciationis, qui non ſolùm reſpicit emendationem fratris, ſed ad defenſionem aliorum fidelium, & ad publicam correctionem tendit, ad quem finem correctio ſecreta nunquam ſufficit, nec prodeſt efficaciter. Suffragatur cap. *qualiter, & quando. de accuſat.* vbi habes non requiri ſecretam monitionem quando via accuſationis proceditur, eſto ante denunciationem Euangelicam ſecreta monitio præmitti debeat. Siat. *ſupra, numero* 12. & Sanchez propter magnum hæreſis periculum, & difficillimam hæretici correctionem. Faciunt verba Leonis Magni *in ſermon.* 5. *de ieiunio*, vbi ſic: *Illud quoque, dilectiſſimi, obſecrans moneo, vt ſi cui veſtrum innotuerit, vbi habitent heretici, vbi doceant, quos frequentent, & in quorum ſocietate requieſcant, noſtræ ſolicitudini fideliter indicetis: quia parum prodeſt vnicuique, quod protegente Spiritu ſancto ob iſtis ipſe non capitur, ſi cum alios capi intelligit, non mouetur.* Ex quibus bene colligitur correctionem fraternam tanquam inutilem eſſe ante denunciationem omittendam.

152. Sed quid de hæreſi notoria? Franc. de Aret. *in c. nouit, de iudiciis*, & Felin. *ibi, ſub n.* 14. quos ſequitur Maranc. *in ſuo ſpeculo, p.* 6. *rub. de denunciat. ſub n.* 5. opinantur eſſe præmittendam correctionem fraternam priuſquam fiat denunciatio, ſiue hoc ſit notorium iure, vel euidentia facti, vel ſaltem fama. Contrarium eſt probabilius non eſſe neceſſariam correctionem. Ita Nauar. *in man. cap* 24. *de correct. frater. n.* 14. & multo priùs D. Th. 2. 2. *q.* 33. *art.* 7. Archid. *in c. ſi peccaueris*, 2. *q.* 1. Gundiſ. *tract. de hæretic. q.* 10. *n.* 7. Nam ea, quæ publica ſunt, non in occulto, ſed publicè ſunt punienda, teſte Apoſtolo 1. *ad Timoth.* 5. ibi: *Peccantem coram omnibus argue.* Ratio, quia peccatum hæreſis de ſe eſt grauiſſimum, & valdè pernicioſum, non tantùm peccanti, ſed etiam aliis. Igitur ne noceat, & magis, ac magis in dies malum ſerpat, denunciatio eſt vtiliſſima, & moraliter neceſſaria, caditque ſub præceptum, ne dum Eccleſiaſticum, ſed etiam diuinum, & naturale, charitate ad id obligante. Text. *in l. Manichæos, C. de hæretic. & in l.* 2. *C. de Apoſtatis*, vbi dicitur in omnium iniuriam deuolui, quod contra religionem patratur. Conducunt c. 2. *de hæretic.* & cap. *in nonnullis, de Iudæis, & Sarracenis*, vbi omnibus commendatur vigilantia contra hoſtes publicos, quales ſunt hæretici.

153. Sed quid dicendum de blaſphemante, an teneatur audiens illum reprehendere? Affirmat Ledeſma 2. *tom. ſumma, tract.* 1. *cap.* 9. *ad fin.* Lud. Lop. 1. *p. inſt. moral.*, *cap.* 51. *in princ.* quamuis nulla ſpes emendæ videatur, dummodo poſſit fieri citra periculum obiurgatio, vt conſtat ex Concilio Lateran. *ſeſſ.* 9. *ad abolendam*, cuius ſunt hæc verba: *Quicunque blaſphemantem audierint, eum acriter verbis obiurgare teneantur, ſi citra periculum ſuum id fieri poſſe contingat.* Dicendum tamen eſt præceptum Concilij obiurgationem acriter præcipientis contra blaſphemos non eſſe in vſu; atque ita quamuis Concilium potuerit hoc præceptum imponere in delicti potiùs pœnam, quàm in blaſphemantis emendam; nihilominus non conſtat ex verbis illius voluiſſe ius nouum pœnale condere. Quare audientes obligantur ad fraternè corrigendum, præcepto naturali diuino, quando datur ſpes emendæ. Azor. *tom.* 1. *lib.* 9. *inſtit. moral. cap.* 28. *quæſt.* 7. Sanchez *d. lib.* 2. *cap.* 32. *num.* 46. Quando verò blaſphemia eſt ſecreta, & hæreticalis, & ſperatur emenda, ſi blaſphemus correctus emenderetur, Sanch. *d. cap.* 32. *num.* 47. *ad finem*, docet præmittendam correctionem fraternam. Azor tamen *lib.* 9. *cap.* 28. *quæſt.* 8. ait, non eſſe præmittendam correctionem ante denunciationem, quia illa denunciatio non fit propter emendam, ſed in pœnam delicti. Sed magis placet opinio Sanchez quando blaſphemia eſt occulta, & datur ſpes emendæ, vt monitio fraterna præmittatur. Nec obſtant edictales literæ præcipientes denunciari hæreſim, quia cùm ſint prædicta decreta pœnalia, debent intelligi ſpecialiter in crimine hæreſis ob magnum eius periculum, & propter difficillimam hæreticorum emendam, quod in blaſphemis non contingit regulariter. Idcircò huiuſmodi literæ edictales debent intelligi ſeruato ordine Euangelico, putà, ſi blaſphemus ſit occultus, & ſubeſt ſpes emendæ, corrigatur prius fraternè; ſi verò deſperetur emenda, aut ſi blaſphemus eſt publicus, omiſſa monitione, ſtatim deferatur ad Inquiſitores, cùm de hæreticalibus ipſi cognoſcant priuatiuè. Pegna *ſupra, comment.* 66. & Simanch. *ſuprà, tit.* 8. Blaſphemiæ verò non hæreticales ſeruato eodem ordine Euangelico denunciandæ ſunt iudici Eccleſiaſtico, aut ſæculari, cùm ſint mixti fori, deturque locus præuentioni ad cognoſcendum de illis inter iudicem Eccleſiaſticum, & ſæcularem. Abbas *in cap.* 2. *de maledict. n.* 9. Couar. *de pactis*, 1. *p.* §. 7. *num.* 12. *verſ. Crimen autem.* Royas *de hæretic.* 2. *p. aſſertione* 12. *num.* 171. & 172. & Simanch. *tit.* 8. *num.* 6. quibus fit comes Azor *tom.* 1. *lib.* 9. *inſtit. moral. cap* 28. *quæſt.* 5.

An filius debeat patrem hæreticum denũciare, ſeu accuſare, ambigitur? Prima opinio negat ex ea ratione, quia nulla lex naturalis, diuina, vel humana reperitur, quæ obliget filios accuſare patrẽ, aut ſaltem iudicibus indicare, quando eſt hæreticus occultus. Imò de iure naturali filius tenetur patrẽ reuereri, & lex ſcripta *Deut.* 13. dum ait: Ibi. *Si voluerit tibi perſuadere frater tuus, filius matris tuæ, aut filius, aut filia, ſiue vxor, quæ eſt in ſinu tuo, aut amicus quem diligis, vt animam tuam, clam dicens; Eamus, & ſeruiamus Diis alienis, ne acquieſcas ei, neque parcat ei oculus tuus, vt miſerearis, & occultes eum.* Vbi nota nullã feciſſe Moyſem mentionẽ de patre, aut matre. Ex quo conſtat non licere filio patrem, aut matrem accuſare, ſeu denũciare in caſu hæreſis occultæ, nec contra eos teſtificari. Ita Abulenſ. *in hoc loco Deut.* 13. *q.* 3. & Simanc. *de Cathol. inſtit. tit.* 29. *n.* 37. Probatur ex illo *Exod.* 32. vbi Moyſes adhortatus eſt ad vindicandã iniuriam Dei fratrem, amicum, & propinquum, & poſtea commendans, ac probans factum, ſic ait: *Conſecraſtis manus veſtras hodie Domino vnuſquiſque in filio, & in fratre ſuo, vt detur vobis benedictio*, &c. Vbi patrẽ non nominauit, quia filius totũ quod eſt, debet patri. Atque ita nõ eſt cogendus ad infamandum illũ, neque ad illũ in tanto periculo conſtituendũ. 154.

Pro quo facit regula, quæ tradit conſtitutiones, & ſtatuta contraria iuri communi debere intelligi ſtricte, vt minus illi derogent, per legem *quod vero*, cum lege ſequenti, *ff. de legibus*, & notant Crauet. *conſ.* [illegible] *num.12. verſ. Quinto facit*, Gailius *pract.* [illegible] *lib.2. obſeruat.48 num.6.* Albert. de Roſat. *tract. de ſtatutis, part.1. quæſt.129. num.* [illegible] *18. &* *part. 2.* [illegible] *num.4. fol.41.* Atqui edictales literæ contra hæreticos, & quæuis aliæ diſpoſitiones ad extirpandum delictum hæreſis, & ad reuelandos hæreticos, quamuis neceſſariæ ſint pro defenſione fidei ius commune vulnerant, ac lædunt non mediocriter; ergo debent intelligi ſtricte, vt obligent ad reuelandum omnes, exceptis perſonis, ſtricto ſanguine coniunctis. Accedit, quia ſi ſtatutum, ſeu conſtitutio poteſt intelligi, vt vulneret ius commune in vno, vel in duobus, ſemper debet accipi, vt in vno dumtaxat lædat. Sic Romanus *conſ.190. incipit, præſens, n.6.* & Rota *diuerſ. deciſ. 413. n.10. p.1.* Iuuat diſpoſitionem ſtatuti, & diſpoſitionem teſtatoris a pari procedere, vt ait Alexand. *conſ.185 Viſo tenore, num.6. lib.2.* Sed voluntas teſtatoris debet intelligi quominus receditur à iure communi, teſte Crauetta *conſ.25 dubia plura, n.6.* Sicut ſtatutum accipitur, vt per illud ius commune minus quam fieri poteſt impugnetur, vt vult Albert. Brun. *tract. de ſtatut. art.12. num 211. fol.233.* & Sigiſmundus poſt illos *de indic. lib.2. cap.8 num.409. & ſequentibus.* Ergo ſi diſpoſitione, ſeu edicto pro extirpatione hæreſis, & defenſione fidei promulgato ad reuelandum hæreticos, debent excludi parentes, filij, coniuges, & reliqui ſtricto ſanguine coniunctiſſimi.

Cæterùm his omnibus præmiſſis, & omiſſis, dicendum eſt filios obligari ad accuſandum, vel denunciandum parentes, & contra ipſos teſtificandum. Fundamentum eſt, quia filius debet patrem accuſare, ſi contra Regem conſpiret, ergo à fortiori in caſu hæreſis, quæ multò grauior eſt, quàm proditio patriæ, vel conſpiratio in Regem. Nam hæreticus eſt hoſtis Eccleſiæ, ac proditor in iis, quæ ad Deum maximè, & animam ſpectant. Item, quia conſiderato ordine charitatis, bonum commune præſertim ſpirituale, & bonum religionis, ac fidei debet præferri bono particulari patris, maximè temporali, & humano, præſertim, quia per talem denunciationem conſulitur bono ſpirituali eiuſdem patris. Item multo plus quiſque noſtrum debet Deo totius boni authori, eiuſque honori, quàm noſtris parentibus, teſte D. Thom. 2.2. *quæſt.26. art.2. ad 3.* & conſtat ex cap. *Diaconi, 9. diſt. 93.* cuius hæc ſunt verba. *In ſpectantibus ad cultum diuinum, patri, & matri dicendum eſt: Non noui vos.* Quare hæc ſententia eſt communis, quam ſequitur Nauarrus *in cap. inter verba laudantium, 11. quæſt.3. concl.6. coroll.66. num.825.* Io. à Royas *ſingul.3. num 29. & ſequenti, & ſingul.12. num. 1. & ſequent.* Ludouic. à Paramo *de origine ſancta Inquiſition. lib.3. quæſt.8. num.83 & ſequentibus.* Caſtro *lib.2. de iuſta hæreticor. punition. cap. final.* Toletus *in ſumma, lib.5. cap.1. num* 1. Maſcard. *de probationibus, concluſ.857. num.18.* Azor *tom.2. lib.2. cap.2. quæſt.13.* & Farinac. *de hæreſi, quæſt.197. num.40.* poſt plures, ex regula correlatiuorum; quia pater præcipitur denunciare filium, ſed pater, & filius ſunt correlatiua; ergo filius patrem præcipitur etiam denunciare.

Sed contra videtur eſſe Farinac. *tom.2. in praxi, quæſt.51. num.85.* dicens non teneri patrem reuelare filium, nec filium patrem in crimine læſæ maieſtatis humanæ, ſi pater omnem operam adhibuit 155
vt filius deſiſteret ab inchoato ſcelere contra Principem, & filius patris admonitione inductus de facto abſtinuit, & ceſſauit. Ergo ſimiliter in caſu hæreſis nec pater filium, nec filius patrem tenebuntur reuelare, ſi alter ab altero admonitus propter adhibitam correctionẽ omnino emendetur, ac deſiſtat. Sequitur Salon. ad D. Thom. 2.2. *quæſtion.70. art.1. controuerſ.2. concluſ.3. verſ. Probatur, fol.487.* vbi addit hoc extendi, quando certa ſpes eſt, quod is, qui volebat in hæreſim prolabi, deſiſtet omnino, vt dictum eſt, vel quando eſt iam omnino emendatus, relicta hæreſi; aut quando hæreſis eſt conſummata, & certum eſt ex ea nec Reipublicæ, neque cuiquam alteri damnum, aut periculum aliquod euenturum. Quod etiam tradit Sigiſmundus *lib.2. cap.10. de indic. num.43. & ſequentibus.*

Secus quando non ceſſat damnum, nec periculum; in quo euentu concludit cum Salone, *d. concluſ.3. verſ. Probatur fol.487.* teneri patrem denunciare filium, vxorem reuelare maritum, & è contra. Quia bonum diuinum, & bonum religionis præferendum eſt bono patris, & cæterorum, præſertim temporali, & humano, maxime vrgente præcepto Eccleſiæ, quod eſt generale, & nullam patitur exceptionem; ſubditque etiam in caſu, in quo non ceſſat damnum, ſeu periculum non teneri reuelare patrem hæreticum in hæreſi non occulta, ſed tantùm in occulta, quia in nota, ſeu notoria, aut manifeſta, non deſunt alij, qui poſſunt denunciare. Atque ita filij non tenentur in eo euentu reuelare parentes, ſicut non tenentur teſtificari contra eoſdem, quando commode alij inueniuntur qui poſſint eſſe teſtes, vt notat Salon *ſuprà, d. concl.3.* & Sigiſmund. *vbi proximè, n.24. & 48. & 99. & ſequentibus.* poſt Farinac. *in praxi, quæſt.54. num.103.* dicentem priuilegiatos poſſe cogi ad teſtificandum, quando veritas aliter non poteſt haberi. Ideo ſi non deſint alij, vt non deſunt quando hæreſis non eſt occulta, non debent cogi parentes, filij, & vxores denunciare; neque è contra. 156

His tamen non obſtantibus vera eſt noſtra opinio, quæ docet filium teneri reuelare patrem hæreticum, & è contra indiſtinctè, & non ſolùm poſſe, ſed etiam debere. Vnde non eſt admittendus Ioan. à Royas *ſingul.12. num.3.* vbi vult concordare has opiniones ſibi contrarias, dicens filium teneri patrem reuelare, quando pater filium ad hæreſim inducebat, ſeu illum aliquam prauam docebat doctrinam; ſecus ſi id non agebat; ſed verius eſt, imò veriſſimum in vtroque caſu filium teneri reuelare patrem, & è contra, & multo fortiùs quando pater eſt ſeminator hæreſis, aut alterius infidelitatis, vt expreſsè tradit Alenſis *p.3. q.* 3. *memb.4. art.2. in fine*, vel priuatè docet, vel filium ſolicitat ad hæreſim. Semper enim debet denunciare, vel accuſare. Quod eſſe probabile cenſet Sa[illegible] *lib.12. cap* 9. *num.25. in fine clau.*; ſed minùs bene, cùm non ſolùm verum, ſed etiam verius ſit. Neque excuſatur filius à denunciando patre, ſi eſt emendatus omnino. Quem non eſſe denunciandum vltra præcitatos dixerunt etiam Sotus *de iuſt. lib.3. quæſtion. 5. art. 1.* Vaſquius *controuerſia 16. numero 4.* quos refert Ioannes à Royas *ſingul. 3. numero 32.* vbi loquitur quando certiſſimum eſt hæreticum reſipuiſſe omnino. Cæterum, quia difficillimum eſt, vt ipſe ait, firmiter apud ſe ſtatuere 157

[illegible] quempiam hæreticum ex corde bono, & optimo hæreſim exuiſſe; tutius,ac rectius eſt adhuc hæreticum emendatum denunciare corã iudicibus fidei. Sic ille *in tract. de heret. p.2.q.54.*& Farin. *de hereſi, q.197.n.52.* Sed cõtrariũ eſt probabile.

158. Non caret tamen difficultate quod tradit Io. à R[illegible]as *ſingul.* [illegible] *n.*[illegible]o. *verſ. Septimò ampliatur*, dicens non excuſari à denunciatione quempiam propter timorem ex denũciatione,etiamſi metus, ac periculum imminens ſit valdè rationabile Pegna verò *in direct. Inquiſitor. p.2.q.53.commen.78. verſ. At non videtur, in 2. part. fol. mihi* 398. contrarium docet,verbi gratia, quando vxor ſola ſcit maritum diebus prohibitis, ſine vlla cauſa carnibus veſci, & alios actus hæreticales committere, illumque eſſe nimis iracundum,ac ingenio,naturaque crudelem cognoſcit,& facili negotio ſibi vitam poſſe eripere, ſi maritum denunciet, credit non teneri denunciare,neque propter id poſſe dici fautricem hæretici ex omiſſione denunciationis,quia non omittit denunciare,vt illi faueat,ſed vt ſibi,vitæque ſuæ conſulat. Sequitur Sigiſmund. *d.lib.1.de iudic.cauſ.ciuil.crimin. & heret.cap.56. num.vlt.& cap.70.ſub n.2.verſ. Et in tantum.*

159. Confirmatur,quia aliquando obligatio denunciandi,eſt a præcepto humano,& non diuino,aut naturali:at vero timor iuſtus mortis excuſat a præcepto humano adimplendo, & a pœna etiam excommunicationis,vt excuſantur remiges ab vtroque dum remigant aduerſus Chriſtianos, vt probat poſt multos Sanch. *de matrim. lib.9 diſp.31.n.6.*

160. *& lib.1 Decalogi, cap.*18 obiter notat, *a n.12.vſque ad 16.*& Farin. *d.q.197.n.53.in princ.* Ac probat Alterius *tom.1. de cenſur. diſp.17. lib.5.cap.2.*

161. *verſ. Poſſunt quoque*, vbi vult miniſtros,executores mandatorum iudicum ſæcularium contra Eccleſiaſticos iudices excuſari ab excommunicatione, ſi coacti probabili metu mandata exequi compelluntur,quia non violant mandatum Eccleſiæ, quod non obligat, vbi viget mandatum ſub pœna mortis,verberum,exilij a patria,ſeu amiſſionis bonorum,vel alterius mali grauis. Quod intellige ex benignitate iuris humani Eccleſiaſtici nolentis obligare, vbi imminet magnum aliquod periculum,quod aliter euitari nequit, niſi cum tranſgreſſione mandati ſui. In quo euentu cùm non detur contumacia, neque inobedientia contra Eccleſiam in non reuelante hæreticum,non incurritur excommunicatio. Ex dictis ſequitur quid dicendum [illegible] ad rationes contrariæ opinionis, docentis [illegible]os non teneri parentes hæreticos denũciare,aut contra eos teſtificare,& è contra. Quod extenditur etiam quando iuramento ſe obligaſſent ad non reuelandum; quia tale iuramentum, cum ſit de re iniqua,non tenet,ſemperque ſub eo includitur conditio,dummodo non ſit contra iuſtum præceptum ſuperioris. Ita D.Thom.2.2.q.70. *art.* [illegible] *ad 2.* Syluest. *verb. denunciatio in fine.* Pegna *in direct. Inquiſitor. p.2. comment.*18.*fol. mihi* 129. *col.* [illegible] *in fin verſ.& obligatio denunciandi hereticos* Roy[illegible] *ſingul.* [illegible] *n.23.* & Suar. *de triplici, diſp* 20. *ſect.* [illegible] *n.*18. & conſtat ex cap. *non eſt obligatoriũ, de regul. iur. in* 6.& ex c. *intimauit, extra. de teſtib.* vbi pec[illegible] promiſſa ſub ſecreto, ac etiam ſub iura[illegible] de nõ reuelando hæreticos eſt obligatoria.

162. [illegible] tamen ab hac obligatione reuelandi, ſponte [illegible] hæreticus [illegible] qui non tenetur ſe ipſum denunciare [illegible] regula iuris, *non dico vt te prodas, cap. quid* [illegible] *do. de pœnit. diſt.*1. ex Chryſoſt. *homi*[illegible] *1. ad Hebr. & 41. ad populum.* Eo quod eſſet valdè contrarium ipſi naturæ compellere quẽquam contra ſe ipſum agere. Quod procedit etiam quando hæreticus occultus generaliter interrogatur,quia non interrogatur niſi vt teſtis,ſeu denunciator,non verò vt reus. Quod ſi ſponte hæreticus veniat infra tempus gratiæ conceſſæ, dignus eſt venia ſi plenam de ſe, ac de alijs veritatem aperiat, nec non dignus eſt qui conſequatur impunitatem mortis, carcerationis, exilij,& confiſcationis bonorum,vt habetur in Concilio Biterrenſi *cap.* 2. cuius meminit Pegna *in 3. p. direct. comm.*12. *verſ. Al aguam veniam, fol.*441 Quod ſi filius tunc accedens reuelet parentes,ſeruandus eſt indemnis quantum fieri poſſit, illique debent remitti pœnæ in filios hæreticorum redundantes; argumento legis *quiſquis, §. vlt. C. ad l. Iul. maieſt.* vbi ſimiles pœnæ remittuntur reuelanti patrem in crimine læſæ maieſtatis humanæ. Aliter enim filij ab hac denunciatione longiſſimè arcebuntur, vt bene notat Caſtro *lib.*2. *cap.*26. Suar *ſupra, d. ſect.* 4.*n.*22.

Sed quid ſi relapſi à nullo poſt primam abiurationem adhuc deprehenſi ſponte veniant coram dominis Inquiſitoribus, & plene errores confiteantur pœnitentiamque illorum oſtendant, & miſericordiamque implorent? Simanch. *de Cathol. inſtit. tit.*57. *num.* 21. opinatur relapſos huiuſmodi etiamſi ſponte ſe accuſent,& veniam priùs petant à iudicibus,quam ab alijs accuſentur, puniendos eſſe tanquam relapſos; quia maiorem vim habet confeſſio propria ſpõte facta, quam cæteræ omnes probationes,ſed hæ ſi oſtẽdant illum fuiſſe hæreticũ poſt abiurationem iam factam,condemnandus eſt ſine ſpe veniæ: Ergo in candẽ condemnationẽ veniet qui propria confeſſione ſponte reus fuit conuictus. Cæterùm magis placet affirmare non eſſe condemnandum tanquam relapſum pœna capitali Ratio,quia ſimpliciter non eſt dicendus verè relapſus, niſi qui bis de hæreſi fuit conuictus. Atqui non dicitur verè conuictus,qui ſponte ſua crimen fatetur; nam relapſus dicitur conuictus, ergo non poteſt dici relapſus, niſi bis per probationes legitimas conuincatur. Ita Alphonſ. de Caſtro *lib.2. de iuſta hereticor. punit. cap.*2. Iuuat Concilium Biterrenſe ſupra; vbi ait indiſtinctè ſponte venientibus impunitatem mortis eſſe concedendam. Cuius deciſio non procedit niſi in relapſis: nam cæteri ſi ſponte veniant, & errores ſuos fateantur quantumcumque grauiter contra fidem errauerint, capitalem pœnam euadunt; ergo Concilium non loquitur, niſi de illis, qui ſi fuiſſent verè conuicti, ſine dubio mortem non euaderent. Quam opinionem tanquam humaniorem ſequitur Montal. *in legibus ſepti partitu, l.1.tit.26.part.7.q.6. verſ. Eſt tamen concluſio* Albertin. *in lib. de agnoſc. aſſert. q.25.n.25.* Dummodo peccatum huius relapſi ſit occultum. Sequitur Io. Lupus Segouienſ. Decanus *tract. de heretic.* & in eandem inclinat Hoſtienſ. *in cap. ad abolendam, §. illos: in verbo, ſine vlla audientia, & verbo, audientia, de heretic.* Pro quo facit quod fieri ſolet in hoc ſanctæ Inquiſitionis Senatu; nempe puniri mitius etiam qui metu probationum errores ſuos ſponte confitentur, vt notant Pegn. *in d. comm.*12. poſt Hoſtienſ. *verſ. Poſtremò illud.* Proinde concludendum eſt relapſum ſponte venientem admittendum eſſe ad miſericordiam, eique pœnam mortis remittendam, conſentit Decianus *in tract. crimin. lib.5.cap.56.num.*12. & Paramus *de origine ſancta Inquiſitionis, lib.*3.*tit.*1.*q.*4.*rub. de form. & ordin. iudiciar.* 163.

*dictar. ſancti Officij.* Quod eſt intelligendum niſi relapſus veniat ob rumorem ſparſum, quòd ipſe erat accuſandus, & quòd aliquis ſe accingebat, ac præparabat ad accuſandum, & facilè conuincendum; tunc non eſt admittendus ad pœnitentiam, & ad miſericordiam, vt Decianus *ſupra, d. num.* 12. Cuius ſententiam probat Farin. *de hæreſi, q.* 193. *num* 36. *&* 37.

Pro dogmatiſtis, ſeu magiſtris errorum; atque hæreſiarchis, & contra hos omnes bipartita eſt ſententia; altera eos admittit ad pœnitentiam, & ad miſericordiam, ſi verè pœnitentes errores ſuos deteſtentur, ac fateantur. Pro qua facit cap. *Ego Berengarius, de conſecrat. diſt.* 2. vbi Berengarius hæreſiarcha receptus fuit ad pœnitentiam, & abiurationem. Quod intellige ſi ex corde pœniteant, vt ſtatuitur ex Concilio Biterrenſi, & Tarraconenſi; cuius meminit Pegna *in addicionib. ad Eymericum, in direct. inquiſ. part.* 2. *quæſt.* 39. *comment.* 64. *verſ. An autem, & ſequent. fol.* 351. *col.* 1. *&* 2. Fauet text. *in cap. ad abolendam. de hæretic.* Quam partem ſequitur Canter *in quæſt. crimin. rubr. de hæretic. cap.* 1. *num.* 70. *verſ. Eſt nunc videndum.* Eymericus *in direct. inquiſit. part.* 3. *rubric. de octauo modo terminandi proceſſum fidei, num* 188. *verſ. circa iſtum, & num* 196. *verſ. & ſic in depoſitione.* Facit cap. *excommunicamus,* 2 §. *ſi qui. de hæretic.* vbi deciditur ſimiles abiurata primitus hæretica prauitate eſſe in perpetuum carcerem detrudendos. Franciſc. Pegna *in additionib. ad Eymericum ſupra, d. verſ. An autem,* & Decian. *dict. lib.* 5 *cap.* 54. *num.* 47.

Contraria ſententia docens hos non eſſe admittendos ad pœnitentiam, & miſericordiam traditur à Simanch. *de Cathol. Inſtit. tit.* 47. *in rubric. de pœnitent. & conuerſ. num.* 60. dicente hos eſſe homicidas tot hominum, quot induxerunt ad fidem deſerendam, proinde oportere eos puniri, vt diſcipulis meliùs conſulatur. Brunus *lib.* 5. *de ſeditio. cap.* 6 Ideo tanquam euerſores noſtræ religionis, ac reipublicæ, curiæ ſæculari ſunt tradendi dogmatiſtæ, ſeu magiſtri hæreſum. Idem Simanch. *in Enchiridion, violat. religion. tit.* 59. *rubr. de dogmatiſtis, num.* 1. *& ſequent.* Ioan. à Royas *tract. de hæretic. p.* 2. *num.* 339. *& ſequent. aſſertion.* 43. & Repertor. Inquiſitor. *in verbo, docere.* Quibus accedit Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 53. *n.* 3. *verſ.* 5 Ratio deducitur ex grauiſſimo damno Eccleſiæ, ac Catholicis, ob huiuſmodi magiſtris, & dogmatiſtis illato, qui non corpus, ſed animam occidunt eorum, quos ad ſe alliciunt, eóſque non morti tranſeunti, ſed æternæ addicunt: Ergo nullo modo ſunt recipiendi ad pœnitentiam, & ad miſericordiam, cùm Filium Dei conculcent, & Spiritui ſancto contumeliam faciant.

Ex his duabus prior, quia humanior, eſt amplectenda, quamuis ipſi omni venia indigni ſint, dummodo ipſi veniant ſponte, nemine cogente, nec vocante, neque inquirente ad pœnitentiam, & miſericordiam implorandam. Contra verò ſi poſt frequentes admonitiones accedant ad pœnitentiam, & miſericordiam petendam; tunc præſumi poteſt eos potiùs metu mortis, quàm ſtudio veritatis cognitæ acceſſiſſe. Idem dicendum eſt de dogmatiſtis, qui Regibus, Reginis, Principibus, aut eorum filiis, ſeu filiabus hæreſes perſuaſerunt, aut procurarunt perſuadere. Quibus nullo modo parcendum aiunt Lel. Zecch. *in ſumma, p.* 1. *tit. de fide, rubr. de hæreſ. cap.* 11. *n.* 17. *verſ. Aliunt tamen prædicta,* poſt Simanch. *ſuprà, de Cathol. n.* 70. vbi *n.* 72. inclinat poſſe recipi ad pœnitentiam illum qui voluit hæreſes docere, ſed nulli nocuit, ſi in eo magna ſuæ pœnitentiæ ſigna eluceant. Suffragantur tradita à Pegna *in addit. ad Eymer. d. p.* 2. *q.* 39. *comment.* 64. *verſ. Neque illis fol.* 352. Farin. *de hæreſi, d. quæſt.* 193. *num.* 7. *& ſequent. vſque ad* 10.

## §. VI.

### *De inquiſitione tam generali, quàm ſpeciali?*

#### EPITOME.

164 *Inquiſitio generalis eſt quadruplex, & hæc diuiditur in generaliſſimam, & in ſpecialem, & in generalem, & in ſpecialem ſimul.*

165 *Iudex ad inquirendum generaliter poteſt procedere ſine infamia præcedente.*

166 *Generali in inquiſitione non reuelantur peccata occulta, neque eorum authores, ſi nulla laborant infamia.*

167 *Occulta peccata, quæ vergunt in damnum commune, vel innocentum, ſi aliter impediri non poſſint, ſunt reuelanda in inquiſitione generali.*

168 *Occulta peccata quæ ſint, & hæc de iure naturali tenemur occultare, etiamſi in inquiſitione imponatur cenſura vt reuelentur.*

169 *Peccata omnino emendata non ſunt denunciãda, niſi adſit accuſator, vel niſi ſocij interrogentur tanquam teſtes.*

170 *Delicta non emendata, priuata tamen, ſi detur ſpes emendæ, non ſunt denuncianda abſque correctione fraterna priùs facta.*

171 *Occulta crimina reuelare in inquiſitione generali eſt de ſe mortale, ſi nulla præcedat infamia.*

172 *Iudices in inquiſitione generali an debeant exprimere in edictis ea ſola delicta eſſe reuelanda, quæ vel ſunt publica, vel infamia laborant.*

173 *Iudices interrogantes de occultis non poſſunt punire eorum authores, ſi perperam reuelati ſunt.*

174 *Occulta dicuntur crimina, quorum conſcij ſunt tres, vel quatuor teſtes.*

175 *Iudicis non eſt damnare quemquam ſine accuſatore.*

176 *Infamia non contrahitur ex teſtimonio duorum, vel trium, vel quatuor hominum, ſed debet eſſe frequens vox nõ paucorũ hominum.*

177 *Prælatus non poteſt in inquiſitione iudiciali inquirere de occultis, ſicut in denunciatione Euangelica, quæ illi fit vt patri.*

178 *Iudex generaliter inquirens de crimine notorio an poſſit cogere teſtem vnicum, vt reuelet authorem occultum? Probabilius eſt non teneri teſtem verum dicere.*

179 *Iuramentum præſtitum non facit iuſtum præceptum, quod aliàs non erat iuſtum.*

180 *Delicti ſocius ante infamiam, vel ſemiplenam probationem non tenetur ſe prodere rogatus.*

181 *Reus de crimine conuinctus an teneatur reuelare ſocios omnino occultos.*

182 *Iudices in criminibus exceptis, qualia ſunt quæ vergunt in publicam perniciem, li itè poſſunt interrogare de ſociis.*

183 *Indi*

183 *Iudices in priuatis delictis, quæ non vergunt in damnum tertij, aut imminent in futurum, non poſſunt interrogare reum de ſociis, maxime ſi ſunt omnino emendati.*

184 *Iudices poſſunt interrogare de delictis priuatis, quando non committuntur ſine ſocio, ſi publica ſunt, non tamen de certo ſocio in ſpeciali, niſi de illo ſint indicia.*

185 *Iudex poteſt interrogare mandatarium quando occidit virum, cum quo nunquam rixatus eſt, præſertim ſi mandatarius ſit homo vilis conditionis, aut ſeruus.*

186 *Iudex non poteſt inquirere, nec interrogare de ſociis etiamſi delicta publica ſint quando ſolent committi ſine ſociis.*

INQVISITIO, quæ nihil aliud eſt quàm informatio delicti, iudicis officio, & authoritate facta, vt placet Iodoco *in practic. crimin. tit. de inquiſit. cap. 8 num 1. & ſequent.* & Iul. Clar. *in practic. quæſt. 3. verſ. & aduerte, & quæſt. 11. in principio*, eſt in triplici differentia Prima eſt omnino generalis, qua inquiritur in genere an committantur crimina, an ſeruentur leges a ſubditis, an de aliquo ſit aliqua ſuſpicio, ſeu fama, vel infamia alicuius criminis. Qua vtuntur iudices, ſuperiores, & prælati dum prouincias ſuas ſiue Eccleſiaſticas, ſiue ſæculares percurrunt, ac viſitant, aut conuentus. Dicitur verò generalis, quia dum inquirunt, vitam, aut mores ſuorum ſubditorum, nec perſona aliqua ſpecialiter nominatur, nec crimen de quo inquiritur, ſed tantùm in genere, quæritur an in hac prouincia, ciuitate, vel diœceſi iſta, aut conuento, aliquis aliquod crimen commiſerit. Sayr. *in claui, lib. 12. cap. 10. n. 8. & 9.* Leſſ. *lib. 2. cap. 29. dub. 13. n. 107.*

164. Hæc autem generalis inquiſitio quatuor modis dici poteſt generalis. Primò dicitur generaliſſima inquiſitio eſſe proclama, & edictum, quod magiſtratus, ſeu officiales, vbi primùm ingrediuntur officia, faciunt promulgari ea intentione, ac fine, vt prouincias ſibi commiſſas, malis hominibus purgent, per textum *in l. congruit. ff. de officio præſid. & §. vt autem,* Authen. *de ſanct. Epiſc. collat. 9. & in cap. graue, de præbend.* Quam generaliſſimam Inquiſitionem vocat Baldus *in l. ea quidem, num. 43. verſ. Fit autem, C. de accuſat,* iura procedendi ex mero officio ad inueſtigationem omnis facinoroſæ perſonæ in territorio ſupplicio dignæ. Quem ſequuntur Angel. de Aret. *tract. de maleſic. in verb. hæc eſt quædam inquiſitio, num. 4.* & Amad. *tract. de ſynd. num. 23. in fine.* Quæ deſcriptio quia ſonat in ius, & non in factum, non caret difficultate. Atque ita inquiſitionem iuris, & facti ratione effectuum diuerſorum fieri, ac dici poſſe cenſuit Hoſtienſ. *tit. de inquiſit. §. 1.* quem reprehenſauit Auguſtin. ad Angel. *de maleſic. verb. hæc eſt inquiſitio quædam, num. 11.* Cuius tamen opinionem in iure defendi poſſe, credit Conrad. *in pract. tit. de inquiſit. n. 5.*

Cæterùm prior deſcriptio generaliſſimæ inquiſitionis magis placet. Nam per eam purgatur territorium malis hominibus, & ex duplici cauſa hoc proclama, & edictum generaliſſima dicitur. Prima, quia eſt prima, & præparatoria ad omnes alias inquiſitiones, quandoquidem hinc excitantur denunciatores, cùm nemo teneatur regulariter delicta reuelare, *cap. placuit, 6. q. 2. l. 1. §. ſi ſibi,* & ibi ſcribentes, præſertim Iaſon. *num. 1. ff. de condict. ob turp. cauſ.* attamen quando præſides, ac magiſtratus præcipiunt in huiuſmodi edictis, vt reuelent delinquentes, & interdū propoſitis præmiis, interdum timore pœnæ alliciuntur, & excitantur homines ad delinquentes detegendos, ac denunciandos. Secunda ratio ob quam dicitur generaliſſima, eſt, quia eſt generalis tam quoad perſonas, quàm quoad crimina. Sic Amad. *tract. de ſyndicat. n. 22.* Iodoc. *in practic. crimin. cap. 8. num. 14.* & Papienſ. *in ſua pract. in forma inquiſitionis, n. 41. folio mihi 519.*

Secundo modo inquiſitio dicitur generalis, quando talis eſt quoad delicta, & ſpecialis quoad perſonas, qualis eſt illa, quam faciunt prælati per ſe, vel per viſitatores ad inueſtigandos mores, ac vitas ſubditorum. De qua fit mentio *in cap. 1. §. ſane,* & ibi Gemin. *de cenſib. in 6.* Angel. *in d. verbo, hæc eſt quædam inquiſitio, n. 6.* Abbas *in cap. 1. ſub n. 6. de offic. ordin.* Talis eſt etiam inquiſitio, quæ fit contra officialem, eiuſque familiam in ſyndicatu. Nam hæc eſt generalis quoad delicta, & ſpecialis quoad perſonas, Iul. Clar. *lib. 5. q. 6 verſ. Cæterùm, n. 6.* & Marant. *rubric. de inquiſit. n. 28.*

Tertio modo dicitur generalis quando fit inquiſitio generaliter quoad perſonas, & ſpecialis quoad delicta. Nempe quando homicidium, ſeu furtum eſt publicum, & ignoratur illius author. Marant. *ſupra, p. 6. rub. de inquiſit. n. 8. verſ. Sed primo fit,* Boſſ. *tract. crimin. tit. de inquiſit. ſub n. 2.* Clarus *ſupra, q. 5. verſ. Poteris igitur, & q. 20. in princ.* Sed quamuis illa inquiſitio ſit generalis, dum generaliter iudex ex officio inquirit an teſtes ſciant quis commiſerit delictum nemine nominato, inquiſitio generalis tranſit in ſpecialem quando teſtes in genere interrogati reuelarunt in ſpecie authorem delicti quoad alias informationes contra delinquentem deinceps aſſumendas, cùm ſint ſufficientes coniecturæ, & indicia ad inquirendum ſpecialiter contra illum. Aretin. *in cap. cum oporteat, num. 44. in fine, de accuſat.* & Iul. Clar. *dict. quæſt. 5.* poſt Bartol. *in l. 2. §. ſi publico, num. 9. ff. de adulter.*

Quarto denique modo dicitur generalis inquiſitio, quando eſt agendum ex neceſſitate contra vniuerſitatem alicuius communitatis, ſeu ciuitatis ad æſtimationem, vel ad pœnam damni clandeſtini, vt cum inquiritur de aliquo maleficio cōtra aliquam ciuitatem, & eius homines. Ita Angel. præcitat. *in d. verbo, hæc eſt quædam inquiſitio, n. 7.* vbi vult requiri pro forma quòd præcedat inquiſitio generalis contra authores ſceleris: facta verò huiuſmodi inquiſitione ſi non reperiantur culpabiles, deueniendum eſſe contra vniuerſitatem ad condemnationem, vel æſtimationem damni dati. Quod ſi omittatur inquiſitio contra culpabiles, & ex abrupto contra vniuerſitatem ageretur, condemnatio erit ipſo iure nulla. Marāt. *tit. de inquiſ. p. 6. n. 11. ad fin.* vbi *n. 15.* addit quintam ſpeciem inquiſitionis generalis, quæ fit de bonis vacantibus fiſco deuolutis, in qua inquiſitione ſi contradictor appareat, audietur, fietque ei copia inquiſitionis. Eóque non comparente bona fiſco applicabuntur, iuxta legem *vacantia,* & *ibi* Lucas de Penna, *C. de bonis vacantibus, lib. 10.*

Alij verò aliter diuidunt inquiſitionem in communi, in generalem tantùm, & in ſpecialem tantùm, & in generalem, & ſpecialem ſimul, Iodoc. *in pract. crim. in tit. de inquiſit. cap. 8. num. 14. cum ſequentibus,* Leſſ. *ſupra, n. 107.* Sayr. *cap. num. 9. & 10.* Farinacius *de inquiſition. quæſtion. 1. num. 4. verſ. Alij dixerunt.* Generalis eſt, in qua generaliter

inquiritur vt dictum eſt, vbi nec nominatur perſona, nec crimen de quo inquiritur, ſed tantùm in genere an aliquod crimen ſit cõmiſſum in hac prouincia, ſeu ciuitate inquiritur. Omnino ſpecialis eſt, qua in particulari, & nominatim inquiritur, & ſpecificatur tam perſona, quam crimen de quo inquiritur, Puta, an Titius commiſerit furtum, vel homicidium. Generalis, & ſpecialis ſimul inquiſitio quæ alio nomine dicitur mixta, eſt quando delictum in particulari declaratur, verbi gratia, homicidium, ſeu furtum, & author illius non nominatur; ſed tantum inquiritur in communi, quis hominem illum occiderit, vel illud furtum fecerit, vel è contra quando perſona exprimitur, & nullum crimen certum declaratur, verbi gratia, cum inquiritur an Titius ſit homo flagitioſus. Ita præcitati.

165. Ad inquirendum generaliter non requiritur vt aliqua infamia præcedat, neque indicia. Conſtat ex cap. *Romana*, 1 §. *ſane, de cenſib. in* 6. & eſt communis; quia per illam nulli fit iniuria, neque eſt neceſſaria expreſſio loci, & temporis. Bald. *conſ.* 355. *vol.* 5. & *conſ* 428. *circa principium, eodem volum.* & *conſ.* 460. *vol.* 5 Boſſ. aliis *ibi* relatis, *tit de inquiſit. num.* 100. Quia prælati, ſeu iudices dum generaliter inquirunt, procedunt ex mero iudicis officio, quo tenentur bono communi conſulere, & non ad inſtantiam partis. Vnde poſſunt inquirere, vt purgetur reſpublica, ſeu communitas malis hominibus abſque præuia infamia, & ſine accuſatore, vel denunciatore. Sotus *de iuſtit. lib.* 5. *quæſt* 6. *art.* 1. *concl.* 5. & *de tegend. ſecret. membr.* 2. *quæſt.* 6. *concl* 2. Nauar. *in manuali, cap* 18. *num.* 38. *verſ. Vigeſimoprimo*, & *in cap. inter verba*, 11. *q.* 3. *concluſ.* 6. *coroll.* 62. *num.* 645. Syluest. *verb. inquiſitio, quæſt.* 4. *verſ. Tertium*. Salon 2.2. *quæſt.* 60. *art.* 1. *controuerſ.* 5. & Sayr. *ſupra*, *num.* 16. poſt plures.

166. In hac tamen inquiſitione generali qui interrogantur etiam ſub præſtito iuramento dicendi veritatem, non debent reuelare peccata occulta, neque eorum authores, quando eorum nulla laborant infamia, quæque neque redundant in damnum commune ſiue temporale, ſiue ſpirituale, ne-
167. que in damnum innocentis. Nam hæc, quæ redundant vel in damnum commune, vel innocentis, ſi aliter impediri non poſſint, authores illorum, etiam occulti, & non infamati, manifeſtari debent. Quoniam non tenemur nocentum famam conſeruare cum graui damno, vel periculo
168. innocentium. Sotus *ſupra, membr.* 2. *quæſt.* 6. *concluſ.* 2. Angel. *verba, inquiſitio, num.* 17. & Nauar. *in cap. inter verba, num* 669. Sayr. *lib.* 11. *cap.* 10. *n.* 17. Peccata verò occulta ſunt illa, quæ nec ſunt notoria, nec manifeſta, nec famoſa. Illa autem de iure naturali tenemur occultare etiamſi in tali inquiſitione imponatur cenſura, ſed ea tantùm delicta, quorum authores laborant infamia de tali delicto, & quæ correctione digna ſunt. Colligitur ex cap. *qualiter*, & *quando*, *primo de accuſat*. D. Thomas *quæſt.* 69. *art.* 1. & *ibi* Caiet. Ex eo fundamento, quia delicta cenſentur occulta, de quibus nulla adhuc eſt fama, quando via inquiſitionis proceditur, neque poteſtas iudicis, ſeu prælati extenditur ad elicienda occulta, cùm inde maxima incommoda in rempublicam redundarent. Poſſunt tamen occulta delicta corrigi fraternè, quan-
169. do ſpes fuerit emendæ. Quòd ſi crimina ſint omnino emendata, non ſunt denuncianda, niſi adſit
170. accuſator, vel niſi interrogentur infamia præcedente tanquam teſtes, præſertim quando non imminet periculum in futurum; quod ſi delicta non ſint emendata; tunc poteſt fieri denunciatio præcedente correctione fraterna, ſi detur ſpes emendæ, & delicta ſint priuata. Secus quando vergunt in damnum reipublicæ, vel tertij, vel datur periculum in mora; tunc debent ſtatim denunciari canonicè, etiamſi nulla præcedat infamia. Nam huiuſmodi delicta etiam extra viſitationem, atque inquiſitionem generalem, tenetur quis quando imminet periculum, vel illa impedire, vel deferre ad ſuperiorem, vt impediat. Ita Doctores citati. Mirand. *q.* 5. *art.* 4 *concl.* 6. Suar. *de triplici, tract.* 3. *diſp.* 8. *n.* 10. *ſect.* 6.

Sed quid dicendum de reuelante crimina occulta, de quibus nulla erat infamia in inquiſitione generali? Reſpondeo id eſſe illicitum quando inquiſitio ad ſolam punitionem fit. Quia tunc debet præcedere infamia, vt deducitur ex dicto cap. *qualiter*, & *quando*, & ex ea manifeſtatione infamiam author criminis iniuſtè paſſus eſt, manétque infamatus apud iudices. Nec obſtat poſſe probari crimen in iudicio a reuelante, quia peccat contra finem inquiſitionis generalis, quæ tendit ad puniendum crimina non occulta, ſed vel publica vel authores illorum qui iam laborant infamia, & a fortiori peccabit cõtra iuſtitiam reuelans crimen occultum omnino improbabile, cùm careat omnino iure patefaciendi illud, quod non poteſt probari. Excuſabitur reuelans ſi id faciat per ignorantiam, vel ad emendationem aperiendo crimen ſuperiori tanquam patri, non verò vt iudici præmiſſa priùs monitione fraterna. Leſſius *d. cap.* 29. *n.* 112 & *duob. ſequent.* & Sayr. *ſupr. n.* 17. 171.

Non caret difficultate an teneantur iudices in inquiſitione generali exprimere in ſuis edictalibus literis ſe de his duntaxat delictis inquirere, quæ laborant aliqua infamia, non verò de occultis, nulla infamia infectis. Nauarrus *in cap. inter verba, d. concl.* 6. *coroll* 62. *num.* 648. & *in comment. in rubric. de iudiciis, num.* 88. affirmat teneri id exprimere, ne ſubditi ignorantes reuelent ea, quæ non debent. Quæ opinio eſt admittenda tanquam verior, quando inquiſitio generalis fit in loco remoto, vbi ſimplices, & ruſtici commorantur, nec habent ad manus à quibus poſſint conſilium petere. Secus quando inquiritur in locis vbi degunt viri docti, a quibus facilè poſſunt addiſcere, qui ſunt interrogandi, quomodo debeant reſpondere. In quo euentu accipiendi ſunt Caiet. *tom.* 1. *tract.* 31. *reſponſione quinta ad primum*, & Bañes 2.2. *quæſt.* 70. *art.* 1. *dub.* 2. *ad ſecundum*, cùm negant iudices teneri id exprimere in ſuis edictis, & viſitationibus; quia ſubintelligitur iudices velle inquirere non de occultis, quorum nulla eſt infamia, ſed de illis, quorum authores iam infamia laborant. 172.

Illud quoque meritò quæri poteſt, an in inquiſitione generali ſint denuncianda crimina occulta quorum authores aliqui cognoſcunt, & de quibus eſt aliquis rumor, ſeu aliqua ſuſpicio? Reſpondetur primò ſi ſubditi interrogati de occultis ea perperam reuelent, ex hac reuelatione non poſſe illorum authores a iudice, ſeu à prælato puniri: habetur *in cap. inquiſitionis*, §. *tertia dubitationis*, & *ibi* gloſſa, *verb. ſolummodo. de accuſat.* & Nauar. *in cap. inter verba*, 11. *quæſt.* 3. *coroll.* 61. *num.* 6. & *ſequentib.* Mirand. *de ordin. iudiciar. quæſt.* 5. *art.* 4. 173.
*concluſ.* 1. Reſpondetur ſecundò crimina occulta 174.
in inquiſitione generali ea dici, quæ poſſunt duobus tribus, aut quatuor teſtibus comprobari, dummodo

modo de illis non increbuerit infamia; habetur *in d. cap. inquiſitionis, de accuſat.* & docet Nauar. Vnde infertur non poſſe iudicem punire delinquentẽ ſubditum, quamuis ſciat eſſe duos, vel tres, aut quatuor teſtes conſcios criminis, per quos probare valeat delictum, nec procedere contra illum ex officio via inquiſitionis, antequam illum accuſent ex *d. c. inquiſitionis, §. tertia.* Sayr. *d. c.* 10. *n.* 20. Ratio, quia ad condemnandum non poteſt procedere ſine accuſatore ſaltem ficto, aut virtuali. Quare Felix Papa dixit *in cap.* 1. *de accuſat.* ibi, *Si legitimus non fuerit accuſator, non fatigetur accuſatus.* D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 67. *art.* 3. & conſtat ex cap. *ſi quis poteſtatem*, 23. *quæſt.* 4. vbi habes verba ſe-
175. quentia: *Iudicio non eſt ſine accuſatore damnare, ſicut nec Chriſtus Iudam abiecit, quem ſciebat eſſe furem, quia non erat accuſatus.* Cum ergo nullus ſit accuſator formalis, quando iudex procedit via inquiſitionis, nec virtualis, hoc eſt infamia, non poteſt procedere contra peccata occulta, quorum authores nulla laborant infamia, etiamſi duo, vel tres, aut quatuor teſtes iurati omni exceptione maiores aſſerant ſe vidiſſe hominem aliquem delictum illud commiſiſſe. Ita expreſſe habetur *in d. cap. inquiſitionis, §. tertia* Paz *infra num.* 12. *cap.* 1.

176. Ratio, quia infamia, ſeu clamoroſa inſinuatio, quæ requiritur in inquiſitione, non contrahitur ex teſtimonio duorum, trium, vel quatuor hominum, ſed vt aliquis ſit infamatus, debet eſſe frequens opinio, ac vox non paucorum bonorum. Qua circa Sotus *lib.* 5. *de iuſtit. quæſt.* 6. *art.* 2. *concluſ.* 5. *& de tegend. ſecret. membr.* 2. *quæſt.* 6. *dub.* 3. & Salon. 2. 2. *quæſt.* 69. *art.* 2. *controuerſ.* 1. notant non eſſe certum ſufficere denarium numerum, nec eſſe neceſſarium ad contrahendam infamiam, vt opinantur aliqui ſcribentes *in d. cap. inquiſitionis*, ſed hoc eſſe relinquendum arbitrio prudentis ad diſcernendum quæ ſit infamia ſufficiens, & quis rumor ſit frequens, penſatis circunſtantiis loci, temporis, & perſonarum, vt interrogati teneantur reſpondere in inquiſitione generali, in qua non inquiritur de occultis, ſed de publicis, vel de [illegible] de quibus aliqui ſunt diffamati, quia infamiam definiunt frequens vox bonorum, & proborum virorum, quæ hominem de tali crimine ſuſpectum rationabiliter facit. Atque ita teſtes etiam iurati, vel ſub pœna excommunicationis iuſſi, vt dicant quod ſciunt, poſſunt dicere, etiamſi ſciant crimen eſſe notum aliquibus, ſe neſcire quicquam, intelligendo tacite ſe neſcire eo modo, vt teneantur patefacere. Eſt communis doctorum affirmantium non poſſe iudicem in hoc caſu inquirere in authorem occultum criminis, nec obligare ad reuelandum. Syluest. *verbo, inquiſitio*, 1. *num.* [illegible] *& verbo, correptio, num.* 6. Fumus *eodem verbo, inquiſitio, num.* 10 Nauarra *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 168. Leſſius *lib.* 2 *cap.* 29. *dub.* 13. *num.* 109. *& cap.* [illegible] *dub.* 6. *num.* 47. *verſ. tertio, ſi author*, & nouiſſime Suarez *tom.* 4. *de religio. lib.* 10. *cap.* 12. *num.* 7. *verſ. atque hinc ſequitur*, poſt plures, vbi addit ex Nauarro *in d. cap. inter verba, coroll.* 47. *num.* 179. prælatum abſolute interrogantem vt manifeſtentur occulta, quorum nulla eſt infamia, peccare grauiter; quia modus ille interrogationis eſt contra ius *in cap. qualiter, & quando, de accuſat.* Mirand. *ſupra, concluſ.* 3. Ideo teſtis poteſt vti amphibologia. Paz *in praxi tom.* 1. 4. *part. cap.* 1. *num.* [illegible] poſt Aſtraun. *in* 4. *de ſacrament. confeſſionis, §. ad argumenta, dub.* 9.

Obiicies. Prælatus poteſt licitè interrogare, & inquirere de occultis, & ſubditus licitè denunciare, etiamſi nulla præcedat infamia, vt innuit Suar. *ſupra, lib.* 10. *cap.* 8. *num.* 14. Ergo prælatus in generali viſitatione poterit præcipere vt manifeſtetur delinquens quicunque etiam occultus. Reſpondetur id non licere in inquiſitione iudiciali, de qua loquimur. Secus in denunciatione Euangelica quæ fit prælato vt patri propter bonum peccantis, nec per illam poteſt procedi ad punitionem; de quo caſu loquitur Suar. *ſupra, d. n.* 14. & eſt communis. Contra verò cùm denunciatio iudicialis tendat ad forum externum, & ad punitionem delicti, prælatus id præcipere non poteſt, niſi vt manifeſtẽtur delicta non occulta, & quorũ authores laborant infamia, exceptis delictis valde nociuis bono communi, vt hæreſis, proditio patriæ, & alia delicta, hæc enim quamuis occulta poſſunt deferri, vt iudex inuigilet, vel inquirat meliori modo, quo poterit. Suar. *ſupra*, Mirand. *ſupra, concluſ.* 5. *&* 6. addens ſi delicta, de quibus interrogantur a iudicibus, ſint omnino emendata, non eſſe reuelanda, niſi adſit accuſator, vel niſi præcedente infamia ipſi ſubditi non vt denunciatores interrogentur, ſed vt teſtes. Quod ſi non ſint omnino emendata, tunc ſeruato ordine iuris debent ea denunciari iudicibus, eo modo, quo dictum eſt verſ. *In hac tamen, num.* 166. Suar. *ſupra, d. num.* 17. & Mirand. *d. concluſ.* 6. 177. 178.

Quæres quando iudex procedit generaliter inquirendo de crimine notorio, puta de homicidio, ſeu furto manifeſto, cuius author eſt occultus, ità vt inquiſitio ſit ſpecialis ex parte delicti, an teneatur vnicus teſtis, qui ſcit delinquẽtem, cum in hoc caſu prodere? Reſpondent aliqui affirmatiue, eo quòd iudex procedit iuridicè. Ideo quamuis reus ex illo teſtimonio vnico nequeat cõdemnari, iudex ex illo acquirit ius ad torquendum reum. Dicendum tamen eſt multo probabilius eſſe non teneri in hoc caſu fateri veritatem, cùm non ſufficiat illius teſtimonium ad reum damnandum, nec iudex in hoc caſu cenſetur habere ius interrogandi, niſi quando duo, aut tres cognouerunt authorem delicti. Tunc enim quilibet eorum ſi interrogetur cum ſciat alios noſſe crimen, tenetur dicere veritatem; quia iudex interrogat iuridicè. Ita Sayrus *in claui lib.* 11. *cap.* 10. *num.* 26. *& cap.* 20. *num.* 9. Leſſius *d. cap.* 29. *dub.* 14. *num.* 118. vbi ait etiamſi ſuperior ſub iuramento poſſit, vt ſuo officio ſatisfaciat, generatim inquirere à ſubditis, quis fecerit tale furtum, ſeu homicidium, ſubditos non teneri reuelare authorem, ſi nulla laborat infamia, & in poſterum nihil mali timeatur.

Probatur ex cap. *cum oporteat. de accuſationib.* cuius verba ſunt hæc. *Niſi*, inquit, *ſuper prædictis famam ipſius læſam eſſe noueritis, ad inquiſitionem illorum non ſubito procedatis.* Ex quibus verbis colligitur non poſſe procedi per inquiſitionem, niſi ſit fama, vel infamia, vel certè indicia de authore. Ob quam rationem Caietan. 2. 2. *quæſt.* 69 *art.* 1. *&* 2. & Sotus *de ſecreto, membr.* 2. *quæſt.* 6. *dub.* 4. docent non licere inquirere de authore ignorato, quando crimen eſt publicum. Item quia non eſt integrum iudici obligare ſubditos, vt patefaciant occultos peccatores, quando non laborant infamia; ergo ſubditi quamuis duo, vel tres viderint commiſiſſe delictum, non tenentur reuelare authorem, ſi nulla laborat infamia, niſi quando crimen vel eſſet continuandum, vel

eſſet in procinctu vt fieret, vel ex eo graue damnum alicui immineret, quod nulla alia via poſſet commode auerti, vel impediri. Nam tunc interrogatus teſtis poteſt, ac debet reuelare authorem, etiam nulla infamia affectum, vt iudex, ſeu ſuperior, poſſit conuenientia remedia admouere. Sic doctores communiter, Leſſ. *ſupra, num.* 119.

179. Nam quamuis ex praxi communi iudicum tam ſæcularium, quam Eccleſiaſticorum legitimè præſcripta ſit introductum, ac receptiſſimum, vbi crimen publicum eſt, inquiri de authore illius ignorato: nihilominus non inde ſequitur teneri teſtem rogatum authorem omnino occultum manifeſtare, quando in poſterum nec malum, nec damnum alicuius timetur. Ita Nauar. *in cap. inter verba, coroll.* 50. *num* 581. *in antiqua editione, & in manuali, cap.* 18. *num* 38. Leſſ. *vbi proximè*, quos referens ſequitur Aldrete *lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 12. Quod procedit etiamſi iudex iuramento præſtito teſtibus antequam deponant, addat grauem aliquam pœnam, ſeu excommunicationem, ſub eaque præcipiat, vt quicunque authorem delicti ſciuerit in particulari illum reuelet, quamuis ipſe ſolus ſciat. Quia pœna quæcunque illa ſit ſuperaddita non obligat patefacere, niſi quod abſque iuramento licite poteſt; nec facit præceptum iuſtum, ſi alias erat iniuſtum; ſed tantùm oſtendit magis præceptum, ac voluntatem ſuperioris eſſe, vt author delicti manifeſtetur. Vnde debet teneri Sylueſt. *in verbo, correctio, quæſt.* 9. dicens quando prælatus quamuis non poſſit præcipere in aliquo caſu ſubditis, vt reuelent crimina ſecreta; attamen ſi id præcipiat ſub pœna excommunicationis, teneri ſubditos obedire, alias excommunicatione ligari quoad pœnam, non tamen quoad culpam: quod nullo modo eſt dicendum, quoniam pœna ſuperaddita non facit de præcepto iniuſto iuſtum, nec magis ſubditus ligatur, appoſita pœna, quàm ea non appoſita. Quare ſi ſubditus cognoſcit certò crimen eſſe occultum, vel ſaltem rationabiliter dubitat an iudex habeat interrogandi ius, & author nulla laborat infamia, præſertim ſi inde periculum aliquod incurreret, non tenetur obedire, nec manifeſtare authorem occultum, neque incurrit excommunicationem; quia excommunicatio non incurritur niſi propter inobedientiam; c. *nemo Epiſcoporum*, 11. *q.* 3. tum quia præceptum manifeſte iniuſtum non magis ligat propter pœnam additam, quam ſine illa, præſertim quia dum res eſt probabiliter, & rationabiliter dubia, pœna addita non reddit eam certam, & ex conſequenti non magis obligat ex pœna ſuperaddita. Vnde ſi antea non obligabat, nec poſtea obligabit ſubditum, nec ipſe incurret excommunicationem non obediendo, nec reuelando ſaltem in foro conſcientiæ in hoc caſu. Ita Sotus *de tegend. ſecret. membr.* 1. *quæſt.* 1. *concluſ.* 4. Leſſ. *d. cap.* 29. *dub.* 14. *num.* 120. & eſt communis doctorum, teſte Sayro *lib.* 12. *cap.* 16. *num.* 121.

180. Sed quid ſi rogatus ſit etiam particeps criminis occulti? Certum mihi eſt non teneri veritatem dicere Iudici inquirenti, quia etiamſi iudex poſſit interrogare, reus non tenetur ante infamiam, vel ſemiplenam probationem ſe ipſum prodere, etiam quando crimen eſt notorium. Probatur, quia ſi ſubditi non tenentur manifeſtare authorem occultum, ſi nulla laborat infamia, multo magis non tenebitur author ſe ipſum prodere, cùm ſit contra ius naturæ, vt aliquis author ſceleris occultus ſe prodat, nec obligari poteſt ad id aliqua lege, aut præcepto humano ad ſe manifeſtandum, nulla præcedente infamia. Eſſet enim hoc obligari hominem ad ſe ipſum occidendum, quod eſt abſurdum iuxta tradita a D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 69. *art.* 2. Sayr. *lib.* 12. *cap.* 16. *num.* 4. Leſſius *dub* 14. *num.* 117.

Hinc ſequitur dubioſa ſanè quæſtio, an poſſit reus de crimine conuictus interrogari de ſociis criminis occultis, qui nulla laborant infamia, nec contra illos extat aliqua probatio, neque vlla ſunt indicia? Sunt qui negent illum teneri ex cap. *cum monaſterium, de confeſſ.* vbi Clemens tertius ait ſecundùm vtriuſque iuris ſtatuta, de ſe confeſſos ſuper aliorum conſcientiis interrogari non debere, excepto crimine læſæ maieſtatis. Ratio, quia nulli eſt credendum de ſe confeſſo aduerſus alium in eodem crimine, vt habetur *in cap. veniens. de teſtibus*: Ergo confeſſio de ſociis in eodem crimine tanquam fide vacua non eſt admittenda aduerſus quemlibet in crimine ſocium. Conſtat etiã ex canone, *Nemini*, 15. *quæſt.* 3. ibi: *Nemini præterquam de crimine læſæ maieſtatis de ſe confeſſo, ſuper alienum crimen credi oportet.* Probat lex 1. §. *D. Antoninus, ff. de quæſtionibus*, dicens, reum aliquando, vt ſe de ſuis inimicis vlciſcatur, vel de aliis, à quibus diligitur, accuſare illos falſo tanquam ſui criminis ſocios. Quam ob cauſam hanc ſententiam negatiuam tanquam regulariter veram amplectuntur Caietan. 2. 2. *quæſt.* 69. *artic.* 2. Aragon. ibi, *dub.* 3. Salon. *ibidem, controuerſ.* 8. *dub.* 2. Nauarr. *in manual. cap.* 18. *num.* 38. *& n.* 59. *& in cap. inter verba*, 11. *quæſt.* 3. *concluſ.* 6. *corol.* 49. *num* 584. *& corol.* 51. *num.* 589. Emanuel de Sà *in ſumma, tit. iudiciales actus*, 1. *de reo, num.* 2. vbi vult neminem poſſe interrogari de ſociis occultis, niſi in crimine nimis pernicioſo. Sequitur Toletus *lib.* 5. *ſumma, cap.* 58. Sotus *lib.* 5. *de iuſt. quæſt.* 6. *art.* 2. *concluſ.* 5. *& de tegend. ſecret. membr.* 2. *q.* 6. *concluſ.* 1. *dub. vlt. & concluſ.* 4. 181.

Pars tamen affirmatiua eſt Bartoli *in l. repertâ, ff. de quæſtionibus*, §. 1. dicentis, quando crimen principaliter eſt commiſſum in odium alterius, vt eſt homicidium, non poſſe delinquentem, quamuis contra ſe confeſſum de ſociis interrogari; poſſe tamen quando crimen committitur in vtilitatem delinquentis, & in ſpecie, & indiſtinctè affirmat Sylueſter *verbo, inquiſitio*, 1. *quæſt.* 3. *verſ. quintum*, Paludan. *in* 4. *diſt.* 19. *quæſt. in fin.* & probatur ex lege *Diuus, ff. de cuſtod. reor.* & ex lege *prouinciarum, C. de fer.* Vnde ſi crimen ſit de latrociniis, & de fabricanda, ſeu falſanda moneta, & de aliis, quæ redundant in commodum committentium inquiſitus, & confeſſus proprium crimen poteſt interrogari de ſociis in eodem crimine. Farinac. *tom.* 1. *quæſt.* 43. *num* 105.

Claritatis gratia, dico primò. In criminalibus exceptis, qualia ſunt, quæ vergunt in publicam perniciem, licite poſſunt iudices interrogare de ſociis criminum, etiam occultis, & interrogati tenentur reſpondere. Quia officio iudicis competit bono communi proſpicere poſthabita commoditate cuiuſcunque priuati hominis; proinde eſto ius naturale exigat vt occulti peccatores nulla afficiantur infamia, idem ius multo fortiùs, atque ſtrictiùs obligat, vt bono communi, & vtilitati publicæ conſulatur, vt reſpublica illæſa conſeruetur, & ne criminibus atrociſſimis contaminetur. Fundamentum eſt, quoniam in caſibus exceptis, ſimplex denunciatio habet vim accuſatoris, & reus ipſe etiam non interrogatus tenetur occul- 182.

tos

tos ſocios denunciare, ſeu accuſare, & ex conſequenti ad id multo magis obligatur, poſtquam eſt confeſſus, cùm iam iuridice interrogatur. Ita Sotus *de tegend. ſecret. quæſt.6. concl.4. membr.2.* maximè quando adhuc crimina pendent in futurum, & in perniciem reipublicæ, ac fidei catholicæ. Sayr.*lib.12. in claui. cap.17. num.6.* Mirand. *de ordin. iudiciar. quæſt. 18. art.5. concluſ.1.* Leſſ. *d.l.7. cap.29 lib.2. dub. 17. num. 162.* & Suar. *de triplici, tract.2. diſp.20. num.19. ad finem.*

183. Dico ſecundò. In criminibus priuatis, quæ non vergunt in detrimentum publicum, ſed tantùm in damnum priuati hominis, ſi adhuc damnum imminet, reus confeſſus, & conuictus interrogatus de ſociis, debet illos prodere, vt euitetur damnum. Ita præcitati. Nam iura diſponentia, vt occulti peccatores abſque infamia præcedenti non detegantur, neque inquirantur, loquuntur de crimine iam præterito, & de crimine inquiſito ob punitionem duntaxat. Secus quando inquiritur non tam ad puniendum, quàm ad emendandum, & ad damnum euitandum in futurum. Vnde ſi ſocij ſunt prorſus emendati, & id conſtet reo, non tenetur ſocios occultos, tanquam emendatos ſponte reuelare, niſi ſuper hoc compellatur à iudice, & iuridicè interrogetur. Sotus, & Mirand. *ſuprà,* & Sayr. *num.7.* poſt Paludan. *d. diſt.19. quæſt 4. in fine,* dummodo interrogetur vt reus, quia quamdiu non interrogatur vt reus, non tenetur ſocios criminis manifeſtare magis quàm ſe ipſum; quod non tenetur facere, quando interrogatur, vt teſtis, ſeu denunciator. Simanc. *de cathol. titul 44. num.27. & 28.* Sotus *d. membr.2. quæſt.7.* & Suar. *de triplici, diſp.20. ſect.4. num.19.* Quia non poteſt manifeſtare ſocios, quin manifeſtet ſe ipſum. Nam ſi manifeſtet Petrum Paulus, poſtea Petrus interrogatus tanquam reus manifeſtabit Paulum, & virtualiter denunciat ſe ipſum: quando verò interrogatur, vt reus, cum iuridice interrogetur, tenetur manifeſtare ſocios, aliàs non integre dicitur [illegible] confeſſus. Nam tunc iam ipſe non ſe prodit cùm denunciatus, vel infamatus ſit, nec ſocietas illum excuſat. Nauarrus *in ſumma, cap.18. num.57 & 58.*

184. Dico tertiò, quando crimina ſunt particularia, ac priuata, & natura ſua non committuntur ſine ſocio, ſi publica ſunt, & omnibus manifeſta, poſſe iudicem interrogare de ſociis etiam occultis, imò ad id teneri ex officio ſuſcepto. Sic Aragon. *2. 2. quæſt.69. art.2. dub 3.* Salon. *ibidem controuerſ.3. dub 2.* Nauarra *lib. 2. de reſtitut. cap. 4. part.2. dub.5. à num 173. cum ſequentibus.* Mirand. *q.18. art.* [illegible] *concluſ. 3.* Ratio, quia cum crimina ea ſint eius naturæ, vt non admittantur ſine ſocio, eo ipſo quòd ſunt publica, & conſtat de altero authore criminis, conſtat etiam, ac notorium eſt, alium eſſe eiuſdem criminis ſocium. Quare iudices non [illegible] plenè officio ſibi iniuncto niſi de ſociis [illegible] inquirant; aliàs ſequetur ſcandalum, [illegible] que non ſolùm cauſa, ſed occaſio [illegible] iudices relinquere impunita delicta, [illegible] redundabit in graue damnum totius reipublicæ. Ob quam etiam cauſam tenetur reus in iudice interrogatus reſpondere, fateri que veritatem, non obſtante præcepto naturali de celando peccatore occulto, quia multo fortius eſt præceptum alterum naturale de bono communi tuendo, ac integrè conſeruando. Salicet. *in l. final. n.7. in principio, C. ad accuſat.* Angel. *de malefic. in verbo, quod fama publica præcedente, poſt num.52.*

*verſ. verò,* Ludouic. Bolognin. *in additio. ad Guido de Suzz. in tract. de indicijs, & tortur. poſt num.52.*

Non tamen debet fieri interrogatio de ſociis etiam quando tale delictum ſolet committi cum pluribus ſociis, in ſpeciali de aliquo, niſi de illo ſint indicia ſufficientia. Blancus *in tract. de indicijs ad l. fin. ff. de quæſtionibus, poſt num.379.* Carrera *in practica crimin. in 2. tract. de indic. & tortur. §. octauum indicium, num.26.* vbi teſtatur de communi opinione; idem docent Brunus *de indic. & tortur. part. 1. quæſt.3. verbo, & ſi confitebuntur, num.23. & 25.* & Gomez *variar. tom. 3. cap. 12. tit. de probationibus delictor. num.17.* vbi concludunt reum de ſe confeſſum non eſſe interrogandum de ſocio aliquo certo in ſpecie, ſed in genere de ſociis niſi exiſtant indicia legitima, quòd talis perſona interuenerit. Aliter enim hoc non eſſet interrogare, ſed potiùs ſuggerere contra textum *in l.1. §. qui quæſtionem, ff. de quæſtionibus,* & Salicet. *in d.l. final. num.9. & 10. ad finem, C. de accuſation.* Cæterum quando reus fatetur ſe in crimine habuiſſe ſocios, bene poteſt interrogari, & moneri, vt illos in ſpecie nominet. Farinacius *ſuprà, num. 133 & quæſt. 83. de reo confeſſ. & conuict. num.84. & de teſtib. quæſt.79. num.78.* & Sigiſmund. Scaccia *in tract. de iudic. cauſ. ciuil. & crim. c.86. num.7. per totum lib.1.*

Similiter ſi quis occidat virum præſertim nobilem, cum quo nunquam inimicitias contraxerat, poteſt homicida interrogari de mandante ſi adſit coniectura probabilis homicidium fuiſſe factum de mandato alterius. Ratio, quia cùm inter homicidam, & occiſum nulla extitit inimicitia, nec cauſa, neque occaſio offendendi, poteſt abſque aliis indiciis inquiri de mandante, cùm nemo præſumatur delinquere abſque cauſa, quam cùm occidens non habuerit, bene poteſt interrogari abſque aliis indiciis in genere, ad cuius inſtantiam virum illum occiderit. Ita Caietan. & Salon. ſuprà. Nam caſus ille iudicatur habuiſſe mandantem, vt conſtat ex lege *laniator, ff. de ſenatori- bus,* vbi habetur, *ſi famulus crimen feciſſe conuincitur, interrogetur de mandante;* gloſſa *in l. non ideo minus, in verbo, quoniam,* & *ibi* Bald. *num 1. C. de accuſation.* Fauet textus meo iudicio clarus in hac materia, *in l. & ſi certus, ff. ad Syllan.* ſic incipiens, ibi: *Etſi certus ſit percuſſor; tamen habenda eſt quæſtio, vt cædis mandator inueniatur, vtique autem ipſe maxime quæſtioni dabitur.* Sequitur Angel. poſt gloſſ. *ibidem, num.1. verſ. habent ergo remedium aſſeſſores.* 185.

Nec refert reſponſio Soti ſuprà, leges has debere intelligi præcedentibus indiciis, aut infamia contra mandantem; quia iudices ſtante hac maxima veriſimilitudine quòd inter homicidam, & occiſum nunquam extiterit cauſa offendendi, neque ipſe cauſam propriam habuerit occidendi, poſſunt bene inquirere, ac rogare ad cuius inſtantiam occiderit; imò damnatum ad torquendum, vt manifeſtetur mandans. Follerius *in practic. crimin. in verbo, rei indurati torqueantur, num.5.* Petr. à Plaza *in epitome delictorum, cap.15. num 19. & cap.29. num.13. lib.1.* Roland. *conſ.26. n.2. vol.1. & conſ.73. num.15. in principio, eodem vol.* quibus accedit Farinac. *quæſt. 37. num. 154. & quæſt.43. num.10.* Quam praxim probat Sayr. *d. cap.17. n.8. ad finem.* Idem dicendum eſt de ſeruis de ſe confeſſis delictum, qui poſſunt de conſociis interrogari, ac de mandatoribus, per textum *in l. fin. C. ad*

*ad l. Iul. maieſt. & in l. & ſi certus, & in l. prius ff. ad Syllan.* Quibus Salicet. ductus concludit *in l. fin. num 6. verſ. quapropter ego credo, C. de accuſationib.* quotieſcunque perſona inquiſita, & accuſata eſt vilis, abiectæ, ac ſeruilis conditionis, poſſe interrogari de ſociis, fautoribus, ſeu mandatoribus, quia vt plurimum non audent grandia delicta committere, niſi ad inſtantiam, ſeu mandatum alterius. Conrad. *in practic. in tit. de negat. crim. & torment. num. 24. verſ. ſubiungit tamen Brunus, fol. 394.* Carter. *in practic. in 2. tract. de indicijs, & tortur. §. octauum indicium, num. 2. & num. 6.* Gomez *variar. tom 3. cap. 12. rubric. de probat. delictor. num. 17. in principio.* Menochius *lib. 2. de arbitr. caſu 474. num. 37.* Quæ reſolutio eſt a iuriſperitorum ſchola recepta communiter in omni mandatario, quando non apparet in eo cauſa, cur ad delinquendum ex ſe ipſo fuerit inſtigatus.

186. Dico quartò, ſi crimina ſint priuata, & occulta, quamuis exerceri non poſſint ſine ſocio, nefas eſſe inquiri, & interrogari de ſociis nullo modo diffamatis, neque reum teneri ad interrogata reſpondere. Ratio, quia ius naturæ exigit, vt non procedatur ad inquiſitionem, niſi in caſibus exceptis, bonoque communi contrariis. Petrus Nauarra *lib. 2. de reſtitutio. cap. 4. p. 2. dub. 5. num. 173.* Aragon. *d. quæſt. 69. art. 2. dub. 3.* Mirand. *de ordin. iudiciar. quæſt. 18. art. 5. concluſ. 4. & 5.* Quæ reſolutio a fortiori vera eſt in delictis priuatis, quæ exercentur ſine ſocio de ſua natura, cùm ex lege tam naturali, quàm etiam diuina vnuſquiſque teneatur proximi ſui ſecretum celare. Peguer. *deciſ. crimin. 5. num. 1. & 4.* Propterea ſi reus interrogetur à iudice de conſociis, in hoc caſu non tenetur detegere illos, peccatque detegendo mortaliter, cùm teneatur quilibet iure naturæ conſulere bono, & famæ proximi ſui, vbi non præiudicatur bono communi. Quod habet locum quando crimen eſt publicum, conſtatque de vno auctore, non tamen conſtat certo an habuerit ſocium hunc, vel illum, neque laborant infamia. Peguer. *ſupra, num. 24. & deciſ. 57. num. 2.* Mirand. *d. concluſ. 5.* & Sayr. *d. cap. 17. num. 8. & ſequenti.*

## *De Inquiſitione ſpeciali.*

### EPITOME.

187 *Iudex procedit ad condemnationem via inquiſitionis contra inquiſitos ſi ſint diffamati.*

188 *Iudex non poteſt formare inquiſitionem ſpecialem contra aliquem, niſi præcedant infamia, aut indicia legitima, excepto crimine hæreſis, in quo proceditur ex leui ſuſpicione.*

189 *Inquiſitio ſine præcedente infamia facta, eſt nulla, quando eſt ſpecialis, nec conualeſcit ſi poſtea accedant teſtes, & plene probent.*

190 *Inquiſitus nulla præcedente infamia ſi confiteatur, confeſſio nihil illi nocet, & iudex ad expenſas inquiſito tenetur.*

191 *Fama, ſeu infamia debet oriri a fide dignis, non verò a maleuolis, aliàs non poteſt ex illa formari inquiſitio.*

192 *Inquiſitio particularis tendens ad pœnam delinquentis nullo modo poteſt fieri, ſine præcedente infamia. Eſt de iure humano, & ſecundum aliquos etiam de iure naturali, ac diuino.*

193 *Fama, ſeu infamia à viris bonis orta debet deuenire ſæpe ſæpius ad aures iudicis, ſeu ſuperioris, vt ipſe poſſit inquirere, nec ſufficit ſemel, & iterum.*

194 *Paterfamilias non inquiſiuit de villico ſuo niſi poſtquam fuit diffamatus.*

195 *Deus non vocauit Cain niſi poſtquam vox Abel clamauit ad Dominum, nec Sodomam, & Gomorrham puniuit niſi poſtquam multiplicatus eſt clamor Sodomorum, & Gomorrhæorum.*

196 *Inquiſitio de Achan in particulari ſine præcedente infamia an facta fuerit ex diſpenſatione diuina.*

197 *Indicia leuia an ſufficiant ad inquirendum ſpecialiter.*

198 *Teſtes deponentes de infamia publica an debeant nominare illos a quibus audiuerunt.*

199 *Et an debeant dicere quid ſit fama, ſi interrogentur.*

200 *Inquiſitis an ſit facienda copia indiciorum, ſi eam petant, vel non petant, & quid in crimine hæreſis; & quid in inquiſitione facta, ad male impedienda, & ad ingrediendam in religionem, ſeu ordines militares, vel ad beneficia, ſeu officia conſequenda.*

INquiſitio ſpecialis eſt ius per officium procedendi ad condemnationem, & punitionem contra aliquem, vel aliquos, nominatim inquiſitos, & de certis delictis diffamatos. Sic Angel. *de maleſic. in verbo, hæc eſt quædam inquiſitio, num. 8.* ductus ex traditis a Bartol. *in l. 2. §. ſi publico, ff. ad l. Iul. de adulter.* & ab Angelo *in l. ſi vacantia, C. de bon. vacant.* & conuenit hæc deſcriptio cum ea, quam tradit Baldus *in l. ea quidem, num. 41. in fine, C. de accuſation.* quam refert, ac ſequitur Gigas *tract. de crimin. læſ. maieſt. lib. 1. tit. qualiter procedatur, quæſt. 8. num. 3.* Simanc. *de cathol. inſtit. tit. 44. num. 8.* & Pegna *ad Director. Eymer. p. 3. comment. 16. §. ſpecialis verò.* 187.

Ex qua deſcriptione ſequitur non poſſe formari inquiſitionem ſpecialem de Titio, niſi præcedat diffamatio, aut legitimum indicium, etiamſi iudex habeat à lege, vel ſtatuto, vel à principe liberum arbitrium procedendi, & quamuis ſtatutum decernat, vt poſſet formari inquiſitio contra non diffamatum. Quocunque ergo modo ſummariè, ac breuiter procedatur in iſto delicto, inquiſitor non poterit formare ſpecialem inquiſitionem, ſeu mouere inquiſitum ad comparendum ſine præcedentibus indiciis ſufficientibus. Quod intellige regulariter, excepto crimine hæreſis, in quo procedi poteſt ex leui ſuſpicione contra aliquem, vt hæreticum, nedum per viam denunciationis, ſeu accuſationis, ſed etiam inquiſitionis, per text. *in cap. qualiter, & quando, el 2. de accuſationib.* Ex quo colligitur non eſſe opus quòd præcedat ille clamor, & infamia, quæ requiruntur ante inquiſitionem in aliis delictis, ſed ſufficiunt minores probationes etiam ad inquirendum, & procedendum contra leuiter ſuſpectum. Boſſ. *tract. crimin. tit. de hæretic. num 6.* Simanc. *ſuprà, tit. 44. num. 9.* Roland. *conſ. 8. num. 6. lib. 6.* & eſt communis opinio, de qua teſtatur Felinus *in d. cap. qualiter, & quando, num. 9. in fine.* quos referens ſequitur Sigiſmund. Scaccia *lib. 1. de iudic. cauſ. ciuil. & hæret. cap. 84. num. 19.* 188.

Regulariter ergo in aliis delictis inquiſitionem factam nulla præcedente infamia eſſe nullam probat 189.

probat textus, *in d. cap. qualiter, & quando*, & ibi ſcribentes *in cap. inquiſitionis, eodem tit.* Hoſtienſis *in tit. de inquiſit. in ſumma, col. 2. verſ. quomodo procedatur.* Quam regulam probant communiter doctores. Roland. *conſ. 3. num. 9. vol. 3.* Clarus *in practica, quæſt. 5. in principio.* Menoch. *conſ. 1. num. 58. lib. 1.* Gigas *de crimin. læſæ maieſt. quæſt. 9. num. 1. tit. qualiter in crimine læſæ maieſt. procedatur.* Oliaſcus *conſ. 64. num. 1. & ſequen. lib. 1.* Quæ habet locum non ſolùm in iudice ordinario, ſed etiam in delegato, ſic Alciatus *in conſ. 2. quæſt. 34. de officio ordin.* Bruno. à Sole *in ſuo tr. de crimin. num. 159.* & Clarus *in pract. ſupra, quæſt. 6. verſ. ſed retenta*; quicquid contradicat Angel. communiter reprobatus *in l. ſi vacantia, C. de bonis vacantibus.*

Sed quid ſi inquiſitio procedat nulla præcedente infamia nulliter ob defectum præcedentis famæ, ſeu infamiæ, an conualeſcat ſi poſtea accedant teſtes, & plenè probent delictum, de quo inquiſitus non erat diffamatus? Reſpondeo negatiuè; ſic Roland. *conſ. 24. num. 16. vol. 1. & conſ. 9. num. 12. & conſ. 17. vol. 3. num. 12.* vbi ait teſtes non inquiſito præiudicare, neque ex eorum teſtimonio condemnari poſſe, vt ſingulariter ait Spe-
190. culator. *in tit. de inquiſitione, in § nunc videndum, in 3. col. in principio.* Gigas *de crimin. læſ. maieſt. lib. 1. quæſt. 9. num. 3. titul. qualiter in crimine læſæ maieſt. procedat.* Dueñas *regul. 298. in 2. ampliat.* Quibus adde Gratum *in conſ. 59. num. 7. vol. 2. & conſ. 74. num. 7. vol. eodem*, vbi vult quòd ſi inquiſitus nulla præcedente infamia confiteatur, talem confeſſionem reo non præiudicare. Cæpol. *conſ. 40.* & alij, quos ſequitur Roland. *conſ. 94. vol. 4. num. 28. & ſequentib.* concludens hoc adeo eſſe acceptum, vt iudex inquiſito teneatur ad expenſas, quia præſumitur contra iudicem de calumnia; Oliaſcus *d. conſ. 64. num. 6.* Parte tamen non opponente de dicto meliſt de præcedente fama, ſuſtinebitur inquiſitio, vt habetur *in cap. 2. de accuſat. lib. [illegible] de maleficiis verbo, quòd fama publica: num. [illegible] verbo, hæc eſt quædam inquiſitio, n. 91.* Clarus *in practica, quæſt. 6. verſ. vlterius ſciendum.* Debet autem fama præcedens oriri non à maleuolis, ſed à fide dignis perſonis; alias non poteſt ex ea
191. formari inquiſitio. Curt. *in l. admonendi, num. 10. ff. de iureiur.* Abbas *in penult. col. in cap. qualiter, & quando, el 2. de accuſation.* & ibi Aretin. *in 6. notab.* Nec creditur iudici aſſerenti ortam infamiam à viris fide dignis, per text. *in cap. quoniam, de approbation.* & Fulgoſ. *conſ. 173.* & alij, quos referens ſequitur Rolandus *conſ. 3. num. 19. & 20. [illegible] num. 5.*

192. Quæſtionis eſt an ad inquirendum ſine præcedente infamia contra aliquem in ſpeciali ita ſit [illegible] intrinſecè malum, vt nullo modo liceat ſine infamia talis inquiſitio? Reſpondeo particularem inquiſitionem, quæ reſpicit pœnam delinquentis nunquam fieri poſſe ſine præcedenti infamia, vel clamoſa inſinuatione, vt habetur *in cap. cum oporteat, cap. Inquiſitionis, & cap. qualiter, & quando, el 2. de accuſation.* ibique canentur id ſtile dc. Ratio, quia iudex neminem punire poteſt niſi ad petitionem partis, nempe accuſatoris, vel illius vicem gerentis, vt ſæpe dictum eſt. Atqui infamia præcedens ſupplet vicem accuſatoris; ergo illa præcedente delinquentem punire poteſt; ea verò deficiente nullo modo. Quæ reſolutio non ſolùm eſt de iure humano, ſed etiam de iure naturali, atque diuino poſitiuo. De iure humano conſtat ex prææallegatis iuribus. De iure verò diuino poſitiuo etiam conſtat ex dicto *cap. qualiter, & quando*, vbi probatur hinc inde teſtimoniis ex vtroque teſtamento allatis, non poſſe fieri inquiſitionem particularem de aliquo, niſi præcedat infamia, vel clamoroſa inſinuatio. Sayrus *d. lib. 12. cap. 11. num. 1.* Leſſius *lib. 2. cap. 29. dub. 15. num. 121. & ſequent.* Mirand. *de ordin. iudiciar. quæſt. 6. art. 4.* Aldrete *de tuenda. lib. 1. cap. 7. num. 7. & ſequentib.* vbi addit hanc famam, ſeu, infamiam debere à viris probis ortam ſæpe deuenire ad aures iudicis, ſeu ſuperioris, nec ſatis eſſe deuenire ſemel tantùm, quod verbum clamoroſa inſinuationis innuit, & diffamatio declarat, per gloſſ. fin. *in d. cap. inquiſitionis*, & ibi Abbas, & Felin. Sigiſmund. *ſuprà lib. 2. cap. 84. num. 24.* 193.

Confirmatur ex illo Lucæ 6. vbi villicus dicitur non fuiſſe vocatus, aut ablatus de adminiſtratione priuſquam fuit infamatus apud dominum villæ, qui vocans illum, interroganſque dixit, *quid eſt hoc quod audio de te? redde rationem villicationis tuæ*; & ex illo Geneſ. 4. de Cain, quando dicitur, *Vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra.* Quibus adde illud Geneſ. 18. vbi poſtquam dicitur quòd *clamor Sodomorum, & Gomorrhæorum multiplicatus eſt*, mox apponitur, *Vadam, & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint.* Ex quorum verborum tenore Summus Pontifex *in d. cap. qualiter, & quando*, duo colligit. Primum, non eſſe iudici datum ius procedendi contra aliquem in particulari via inquiſitionis, niſi præcedente infamia, aut clamoroſa inſinuatione. Secundum, ex teſtimoniis allatis hoc eſſe de iure diuino, aut ſaltem iuri diuino multum conformè demonſtratur, neque à iure naturali alienum, quod docet ſecretum eſſe ſeruandum, peccatáque, & peccatores occultos nullo modo detegendos, niſi negotium in magnum reipublicæ, ac tertij detrimentum cedat. Atqui quando nulla præexiſtit infamia, crimen dicitur ſecretum, & occultum, & exemptum ab humano iudicio; igitur illud reuelare, & de illo inquirere, eſt contra ius naturale, nulla præcedente infamia. Vide Sotum *de ſecret. tegend. membr. 2. quæſt. 6. concluſ. 1.* Vbi ait non eſſe iuris diuini, aut naturalis, ſed iuris poſitiui humani fieri inquiſitionem præexiſtente infamia delinquentis; ideo poſſe principes tam ſæculares, quam Eccleſiaſticos ex cauſa rationabili diſpenſare, vt fiat inquiſitio ſine præuia infamia auctoris; quod placet etiam Leſſio *d. dub. 15. num. 132.* 194. 195.

Quod ſi obiicias *Ioſue 7.* factam fuiſſe inquiſitionem de Achan in particulari, ac de furto ſecreto ab eo commiſſo condemnatum? Reſpondetur id fuiſſe factum ex diuina diſpenſatione, vt populus Iſraeliticus in poſterum à peccatis abſtraheretur. Nam quamuis mandatum de non reuelando ſecreto ſit de iure naturali, non tamen eſt ex illis, quæ nullam patiuntur exceptionem. Quæ ſolutio applicari poteſt loco illi *Numer. 5.* vbi ſiebat facultas marito zelotypia laboranti contra vxorem ſuam, cuius adulterium ignorabat, faciendi quaſdam ceremonias ad indagandum huiuſmodi delictum. Quod factum fuiſſe ex diuina diſpenſatione doctores tradunt, adduntque aliqui forte non eſſe licitum eo tempore facere aliud zelotypiæ ſacrificium, ſine præcedenti aliqua adulterij infamia, aut ſaltem ſine indiciis ad id manifeſtis. Sayr. *d. cap. 11. num. 1.* & Mirand. *d. art. 4. verſ. ad argumenta*, vbi ſubdit hodie non 196.

licere

licere per ſortea factum aliquod occultum inquirere, vt etiam conſtat ea cap. *conſuluiſti, 2. quæſt. 4.* & in ſpecie docet D. Thom. 2. 2. *quæſt. 95. art. 8. in corpore.*

157. An verò indicia leuia aperiant viam ad inquirendum ſpecialiter, contentio eſt? Salicet. *in l. ea quidem, C. de accuſation.* quem ſequitur Boſſ. *tract. crimin. tit. de inquiſit. ſub num* 8. & Angel. *de maleſic. in verbo, hæc eſt quædam inquiſitio, ſub num.* 10. cenſent ſufficere leuia indicia, & præſumptiones non vrgentes. Roland. tamen à Valle *conſ. 57. num* 23. *vol.* 4 docet contrarium. Sigiſmundus tamen *lib. 1. de indicijs cauſ. ciuil. crimin. & hæret. cap. 84. num* 5. reſpondet ſi formatur inquiſitio ſpecialis prout in ea interrogantur teſtes ſpecialiter, & nominatim de delinquente, ſufficere leuia indicia, & in hoc caſu veram eſſe opinionem Boſſij, nec reprobari à Iul. Claro. Quæ ſententia eſt probabilis, ſed contraria probabilior, vt dixi, *ſuprà, §. 4. num.* 138.

Si verò inquiſitio ſpecialis accipiatur prout delinquens citatur cum inſerto tenore inquiſitionis, aut prout reus examinatur veluti reus, non ſufficiunt præſumptiones leues, nec leuia indicia, ſed requiruntur indicia grauia, & legitima, teſte Iul. Claro *in praxi, quæſt. 20. verſ. ad formandam,* & Sigiſmund. *vbi proximè.* Sufficient tamen præſumptiones, ſeu ſuſpiciones leues in crimine læſæ maieſtatis humanæ, vel diuinæ: vt ſi vnus, vel plures ſuſpicentur de aliquo, & id iudici denuncient; nam tunc poteſt iudex procedere ad inquiſitionem ſecretam, ſeu informationem ad punitionem tendentem. Item quotieſcunque contra aliquem eſt ſuſpicio populi, ſeu communitatis, quia ſimilis ſuſpicio ſuccedit loco infamiæ. Sic Leſſius *num.* 130. *& num.* 129. ex Nauarro, & aliis *ibi* relatis. Non poterit tamen iudex procedere contra aliquem nominatim ex delatione facta illi, non vt iudici, ſed vt priuato, præſertim quando fit incerto authore, vel ſuppreſſo nomine, quamuis exprimantur nomina teſtium, qui delinquentem viderunt; quia requiritur aliquid præcedere, quod viam inquiſitioni faciat, iudicémque obliget ad procedendum ex officio, qualis eſt notitia publica, infamia, denunciatio officialis, querela partis, vel ſuſpicio communis delata ad aures iudicis, vt iudex eſt, non verò vt homo priuatus; alioqui totus proceſſus eſt ipſo iure nullus, quamuis poſtea delictum fuiſſet plenè probatum. Iul. Clar. *in praxi quæſt. 5. num. 4. verſ. ſed ſcias.* Leſſius *num.* 186. In quibus verò caſibus poſſit iudex inquirere ſine præuia infamia, dictum eſt, *ſuprà. §. 4. num. 137. & ſequentibus.*

158. Conſequens eſt dicere an teſtes deponentes ſe audiuiſſe publicè debeant nominare, à quibus audiuerunt? Ratio dubitandi, quia ex gloſſa *in l. 3. §. eiuſdem, in verbo, confirmat, in fine, ff. de teſtib.* conſtat teſtes teneri deponere ſe audiuiſſe à maiori parte populi, nec ſufficere ſi dicant ſe audiuiſſe illud publicè, quam gloſſam ſequitur Bartol. *in l. de minore, §. plurium, num. 19 ff. de quæſtionib.* Imol. *in l. heredes palam, in principio, ff. de teſtib.* Fundamentum eſt, quia teſtes poterant deponere ſe audiuiſſe publicè Titium fuiſſe authorem illius delicti, & poſſet contingere, quod tantùm ab vno, vel à duobus id audierint: ex quo non diceretur probata fama, niſi audierint à maiori parte populi. Reſpondeo ergo, ſi teſtes interrogentur à quibuſnam audiuerunt, teneri dicere. Ita Bartol. *in d. §. plurium, num* 23. Oſaſcus *deciſ. 79. num.* 13. Alexand. *conſ. 100. ſub num. 4. lib. 1.* & Papienſ. *in praxi, in forma poſition. alterius, in gloſſa, item quod de prædictis, num. 9.* Quam partem eſſe magis communem tradit Aretinus *in cap. cum oporteat, ſub num. 58. verſ. communiter tamen, de accuſation.* & Iul. Clar. *in praxi, quæſt. 6. num. 16. verſ. ampliùs etiam.* vbi concludit teſtes deponentes ſuper fama, ſi ſint interrogati, debere nominare eos, à quibus audiuerunt illud de quo deponunt eſſe publicam vocem, & famam, aliàs nihil probare, & hæc eſſe praxim vſu receptâ.

Quòd ſi non interrogentur, prima facie videtur dicendum non teneri nominare eos, à quibus audiuerunt id de quo deponunt eſſe publicam vocem, & famam. Probatur ex cap. *qualiter, & quando, el 2. de accuſationibus,* ibi: *Hic poteſt colligere qualiter probetur infamia, debet enim dicere teſtis eum, de quo agitur, de tali crimine diffamatum, & ſi quæratur ab eo, apud quos eſt infamatus? debet reſpondere apud tales,* & cætera. Ergo ſi ab eo non quæratur, non cogetur nominare eos à quibus id audiuit. Dicendum tamen eſt debere eos nominare, vt iudex poſſit probè expendere ex eorum qualitate quanta fides ſit habenda illis. Nam fama debet oriri ab honeſtis, & non maleuolis perſonis, ea d. cap. *qualiter, & quando,* & ex Bart. *in d. l. minore, §. plurium, n.* 25. Papienſ. *ſuprà, n. 9.* Boſſ. *tract. crim. tit. de inquiſitione, n* 38. Nec vrget argumentum depromptum à contrario ſenſu; quia non valet quando non ſtat cauſatiuè, & adæquatè, vt probat Euer. *in Topic. in loco à contrario ſenſu, fol.* 184. vbi docet non ſumi argumentum à defectu cauſæ finalis, argumento *l. conuenticulam, C. de Epiſc. & cler.* Vnde non valet conſequentia, Si dies feſtus eſt, poſſunt omnes carnibus veſci: Ergo à contrario ſenſu, Si non eſt dies feſtus, non poſſunt omnes veſci carnibus. Quare non vrget verbum, ſi quæratur, poſitum ab Innocentio *in d. cap. qualiter*; quia Innocentius loquitur ſecundùm communem praxim, quæ habet vt ſemper interrogentur teſtes. Ita Iul. Clar. *in dict. quæſt. 6. num. 17. verſ. ſed quid,* ſubdens hanc eſſe praxim interrogandi eos, à quibus audiuerunt, vt cognoſcatur vnde fama habuit originem, puta, à perſonis honeſtis, & fide dignis, non autem à maledicis, maleuolis, vel improbis, niſi agatur de re turpi. Nam tunc cùm veritas ipſius delicti haberi non poſſit, regulariter ab aliis perſonis, quàm à lenonibus, ſcortis, & aliis ſimilibus, qui ibi ſolent conuerſari, ab eiſdem fama orta ſufficiet, ſicut ſufficit fama orta à luſoribus, quando agitur de chartis, vel taxillis falſis. Gandin. *de maleſic. rubric. quomodo de maleſ. cognoſcat. per inquiſitio. ſub num.* 6. Iul. Clar. *d. quæſt. 6. verſ. ſed quid ſi non ſint, in fine,* addens hoc eſſe verum, niſi equites, & nobiles meretrices frequentent. Sequitur Sigiſmundus *lib. 1. de ind. cauſ. cap. 84. n.* 25.

Dictum eſt teſtes debuiſſe deponere ſe audiuiſſe à maiori parte populi, vt probetur infamia; quod eſt probabile. Cæterùm ſecundùm communem ſententiam, vt probetur fama publica, ſatis eſt ſi deponant teſtes ſe audiuiſſe publicè dici; ſic Baldus *in cap. literas, num. 2. de præſumption. & in cap. præterea, num. 9. & 10. & in l. teſtium, num. 26. C. etiam de teſtibus,* Pegna *ad Eymer. 2 part. comment. 19. verſ. ad hæc,* poſt Marſil. *in d. l. de minore, §. plurium, num. 42. in fine ff. de quæſtio.* Caſſador. *deciſ. 3. num. 7. de probation.* Quam partem in Romana curia cuſtodiri docet Pariſ. *lib. 3. conſ. 52. in fine,* reiecta opinione Bartoli dicentis

ita

*in d. l. de minore*, teſtes famam probantes debere deponere ſe audiuiſſe à maiori parte populi. Quam ſententiam communis iudicantium vſus, & praxis forenſis reiecit. Iul. Clarus *d. quæſt. 6. verſ. debent etiam, num. 14. in fine*, & videtur probari ex textu *in l. 3.* ibi: *Sed qui a publicè ff. ad S.C. Maced. & l. 2. C. eodem*, Sigiſmund. *ſupra, num. 35. verſ. contrariam ſententiam.*

199. Sed quid ſi interrogentur teſtes ſuper fama deponentes, quid ſit fama? Et illi reſpondeant ſe neſcire. Reſpondetur illos nihil probare. ſic Pegna & Clarus *ſupra*. Nihilominus non tenentur teſtes de fama deponentes reddere exactam famæ, vel infamiæ definitionem, ſed ſufficiet reſpondere famam eſſe publicam quandam vocem, quæ de aliquo publicè, & paſſim circumfertur: aliter enim nunquam fama probaretur, & eſſet opus iuriſperitos teſtes eſſe, teſte eodem Claro *quæſt. 6. verſ. poſtremo ſcias*, Pegna *d. 3. p. comment. 17. verſ. Item interrogatus quid eſt fama*; quem referens ſequitur, Sigiſmundus *num. 33. ad finem*. Differtque fama a rumore, quia rumor dicitur de re recenti tantùm: fama verò de re antiqua, firmatáque in hominum opinione ab incerto authore procedens, eſt publica, & communis proclamatio, teſte Gandino *d. num. 2.* nec ab eo diſſentit Papienſ. *in pract. in forma poſition. actor. in d. gloſſ. Item quod de prædictis, num. 3.*

200. Vlteriùs petes quid reſpondendum reo petenti à iudice vt priuſquam ad vlteriora progrediatur, faciat ſibi copiam indiciorum, quæ aſſumpſit ſuper diffamatione? Ripa *in l. num. 8. C. de edend.* quem refert Villalob. *in ſua collecta commun. opin. litera I. n. 22.* ait dandam eſſe reo copiam indiciorum, ſi reus eam petat ſibi dari. Nam regulariter quando proceditur contra aliquem per viam inquiſitionis, ſunt danda inquiſito teſtium nomina, qui contra ipſum producti ſunt, dictaque eorum reo petenti ſunt manifeſtanda, vt reus ipſe poſſit ſe defendere, exceptionéſque contra teſtes ipſos, eorúmque dicta proponere. Ita deducitur ex cap. *qualiter, & quando el 2. § debet igitur de accuſat.* & eſt communis, teſte Pariſ. *conſ. 2. num 155. lib. 4.* & Cepol. *conſ. crimin 65. circa finem, & conſ. 66. verſ. quintò probatur.*

Quod procedit etiam in crimine hæreſis, in quo datur reo copia indiciorum, non tamen dantur nomina teſtium. Gloſſ. *in cap. final. verſ. indiciis, de hæretic. in 6.* Simanc. *in Enchiridion. violat. relig. tit. 12. rubric de teſtibus, num. 12.* vt contra eos dicere poſſit reus quidquid putauerit pertinere ad ſuam defenſionem, *& tit. 52. rubric. de tormentis, num. 8. & 9. & num. 34.* etiamſi iudex procedat ex officio, & per inquiſitionem, niſi crimen hæreſis ſit notorium, tunc enim defenſiones, & copiæ indiciorum non ſunt dandæ. Campeg. *in additio ad Zanchin in tract. de hæret. cap. litera D. in verbo, Copia, verſ. item ſi notorium crimen eſt, n. 8.* ſequitur Carrer. *in tract. de hæretic.* vbi concludit quando crimen eſt notorium, & defenſibile, copiam indiciorum dandam eſſe. Secus ſi non eſt defenſibile. & alij, quos referẽs ſequitur Farinac. *de hæreſi, quæſt. 85. § 14. n. 215. & n. 221. & tribus ſequentibus*. In aliis verò criminibus non exceptis, non eſt denegãda copia indiciorum, nec nomina teſtium reo inquiſito, vt poſſit ſe ipſum defendere, & ſuas exceptiones proponere aduerſus eorum dicta, cum termino cõpetente. Roland. *conſ. 12. num. 58. vſque ad 79. verſ. non obſtat. & num. 98.* vbi de communi, *vol. 3.* & Franciſc. *Eragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.*

Perſonal. *in tract. de indiciis, & tortur. num. 24. verſ. meritò in his criminibus*, vbi loquitur non ſolùm in atrociſſimis delictis, ſed etiam in iis, quæ ſunt difficilis probationis, nempe in occultis.

Quid ſi reus non petat indiciorum copiam? Sunt qui putant non eſſe dandam copiam reo, poſſéque iudicem deuenire ad torquendum, vt videtur probare textus *in l. vnius, § cogniturum, ff. de quæſtionib.* ibi: *Poſtulante reo*. Igitur ſi reus non poſtulet, non eſt concedenda copia. Bald. *in l. nouerint C. vt infra certum tempus*, citatus ab Angel. *de maleſic. verbo, qui iudex dictis inquiſitus, & cuilibet eorum, &c. num. 2.* qui loquitur in defenſionibus concedendis reo confeſſo ante condemnationem. Farinac. *de indiciis, quæſt. 39. num. 90.* Cæterùm etiam reo non petenti eſſe dandam copiam indiciorum tanquam verius placet ex iudicis officio ante condemnationem ad ſe defendendum, etiamſi non ſit perita, ſicut in ſpecie affirmant Pariſ. de Puteo *in tract. ſyndicat. in verbo, condemnatio, cap. 4 incipit, an poteſtas qui miſit ad ſupplicium, num. 2. & num. 13. fol. 153.* vbi concludit ſemper à iudice dandum eſſe terminum reo ad ſe defendendum, ſiue petat, ſiue non petat. Marſil. *in practic. § nunc videndum, num. 6. in fine, verſ. ſed in contrarium, & conſ. 8. num. 36. verſ. quia reſpondeo, & num. 37.* & Iulius Clarus *in praxi, § final. quæſt. 49. num. 4. verſ. ſed nunquid, ad finem*, ibi tamen negat eſſe dandam copiam indiciorum, niſi petatur, antequam ſubiiciatur torturæ. Quod puto omnino bene dictum, vt ait idem Pariſ. de Puteo, & Marſil. *ſupra*, qui indiſtincte tradunt non ſolùm ante condemnationem, ſed etiam ante torturam eſſe faciendam copiam reo. quibus ſubſcribit Foller. *in practic. crimin. in verbo, facta litis conteſtatione, num. 1. & in verbo, etſi confitebuntur, in prima parte, tertia partis principalis, num. 64.* ſiue reus ſit iuris peritus, ſiue ruſticus, ignorans iuris ſolemnitates, ac ſuas defenſiones. Roland. *ſuprà, dict. conſ. 12. num. 62. in fine, & 63.* & alij, quos ſequitur Farinac. *num. 96. & tribus ſequentibus.*

Denique quando inquiſitio ſpecialis non tendit ad punitionem, ſed ad malum aliquod impediendum, & eius occaſiones tollendas, vt cùm agitur de matrimonio contrahendo, de officiis, ſeu beneficiis conferendis, de impedimentis perſonarum, vt ingrediantur collegia, vel admittantur ad religionem etiam militarem, nullo rumore præcedente, poteſt fieri inquiſitio, ſecretò tamen, vt quantum fieri poſſit, minùs fama inquiſitorum lædatur. vt etiam ſuprà tactum eſt Sotus *de ſecreto tegend. membr. 2. quæſt. 6. concluſ. 3.* in quo omnes doctores conueniunt, teſte Mirand. *de ordin. iudic. quæſt. 6. art. 4. in principio, & art. 5. concluſ. 1.* Leſſius *dict. cap. 29. dub. 15, num. 121.* & Sayr. *lib. 12. cap. 10. num. 11.* & Salon. *2. 2. quæſt. 68. artic. 1. controuerſ. 4.* Ratio, quia ſponte procurans ſibi aliquod officium, beneficium, dignitatem, aut ſtatum, eo ipſo cedit iuri ſuo, conſentitque vt iudex, vel ſuperior poſſit de illo inquirere an habeat requiſita, ac neceſſaria tali officio, beneficio, & cæteris, quæ ipſe poſtulat, vt habetur *in cap. cum in cunctis, c. cum dilectus, & cap. nihil de electione.* Imò ſi alia via nullo modo poſſit cognoſci veritas, niſi confeſſione ipſius poſtulantis, poteſt iudex, ſeu ſuperior 201.

illum interrogare, & ipſe tenetur reſpondere, ſiquidem voluntariè poſtulat officium, & cætera, ne conferantur iſta indigno, & incapaci. Secus ſi ipſe non poſtulet, ſed illi offerantur huiuſmodi honores, ac beneficia, ſeu officia. Tunc non tenetur tales defectus prodere, cum habeat ius, cui non renunciat, ne de occultis infametur, niſi quando ipſe voluntariè poſtulat. Sayr. *ſupra.*

An verò danda ſit copia teſtium huiuſmodi inquiſitis, qui volunt religiones ingredi etiam militares, nempe Sancti Ioannis Baptiſtæ, Sancti Iacobi de Spata, Alcantaræ, Calatrauæ, & aliorum ordinum, vt ſe defendant, ſi forte per calumniam infamentur? Pars affirmans ex eo probatur, quia regulariter quoad alia delicta datur copia iudicorum omnium, ac teſtium inquiſitis, vt diximus in hoc §. vt ſe defendant, & vltra citatos tradunt Panorm. *in cap. olim, num. 8. de accuſation.* Ioan. de Anan. *in d. cap. qualiter, & quando, §. debet igitur, num. 4. de accuſation.* ne indefenſi reiiciantur. Cæterùm contraria conſuetudo ſeruatur in Hiſpania, cum ſuſcepturis ordines militares, & alias religiones, quibus, dum recipiuntur teſtes, nulla fit copia dictorum aduerſus illos productorum. Quæ conſuetudo non probatur à Petro Cenedo *collectanea 6. p. 1. num. 1. & 2* aliis *ibi* relatis: ſed eam probat Camill. Borrell. *tom. 2. deciſ. tit. 24. num. 17. & ſequentib.* Nam ſi fieret copia atteſtationum inquiſitis, odia, diſſenſiones, ac diſcordiæ maximæ orirentur, quæ non poſſent facilè extingui. Item, quia per falſas teſtium aſſertiones quamplurimi adſcriberentur in religiones, atque in ordines nobiliſſimos, cum nemo auderet veritatem aperire, ſi cognouiſſet faciendam eſſe copiam teſtium, atque teſtimonij eorundem inquiſitis.

## §. VII.

### *De reo excipiente.*

### EPITOME.

202. 203. & 204. *Exceptio quid ſit, & quotuplex? Quædam dilatoria, quædam peremptoria, alia anomala, ſeu anormis.*
*Exceptiones dilatoria, & peremptoria quando debent opponi. ibid.*
204. & 205 *Exceptiones anomalæ ſeu mixtæ, an ſint opponendæ ante, vel poſt litem conteſtatam.*
206. & 212 *Exceptio dilatoria ſi non opponatur propter ignorantiam ante litem conteſtatam, poteſt poſtea opponi.*
207 *Exceptiones dilatoriæ ſunt in triplici differentia, vt recuſatio iudicis, & illius competentia, & legitimatio litigantium.*
208 *Exceptiones dilatoriæ de iure Caſtellæ opponuntur intra nouem dies computandos à fine vltimi termini aſſignati in citatione ad comparendum.*
209 *Exceptiones dilatoriæ de iure Luſitano debent poni antequam fiat litis conteſtatio.*
210. & 229. & ſeq. *Exceptio dilatoria poſt terminum admiſſa valet parte non opponente.*
211 *Exceptio recuſandi iudicem ante omnes exceptiones dilatorias eſt opponenda; niſi de nouo cauſa ſuperueniat.*
212 *Exceptio recuſandi iudicem poteſt opponi poſt alias dilatorias ſi propter ignorantiam omittatur.*
213 *Recuſandi iudicem remedio poteſt à partibus renunciari, dummodo iudex non careat omnino iuriſdictione. vt dicitur etiam infra in exceptione declinatoria fori. num. 251.*
*Reus poteſt comparere coram iudice recuſato præuia proteſtatione, quod non vult conſentire; quod ſi iterum, & iterũ cõpareat, debet ſẽper proteſtari, alias videtur conſentire. ib.*
214 *Recuſandi iudicem quæ ſint germanæ cauſæ.*
215 *Iudex aperiens votum ſuum an poſſit recuſari.*
216 *Recuſationis forma quomodo ſit facienda, & an requiratur expreſſio cauſæ, & an ſufficiat quod iuret recuſans ſibi Titium eſſe ſuſpectũ.*
217 *De iure Luſitano neceſſaria eſt expreſſio cauſæ.*
218 *Recuſari an poſſint à partibus iudices ſiue à iudice, ſiue ab ipſiſmet electi.*
219 *Suſpicio à reo allegata an ſit probanda per teſtes, vel per iuramẽtũ duntaxat reo præſtitũ.*
220 *Recuſatione pendente geſta per iudicem recuſatum ſunt ipſo iure nulla. Exceptis nonnullis caſibus, de quibus n. 221. vſque ad n. 225.*
225 *Recuſari an poſſit ſynodus prouincialis, cõcilium generale, totus ſenatus, & ſupremi principes.*
226. & 227 *Suſpecto præſide alicuius iuridici conuentus iudices inferiores ſunt ſuſpecti; Item Epiſcopo ſuſpecto, vel notoriè ſuſpenſo, ſeu interdicto, eius vicarius eſt ſuſpenſus, non tamẽ vicario ſuſpenſo Epiſcopus eſt ſuſpẽſus.*
228. *Epiſcopus excommunicatus denunciatus an poſſit committere vicario, vel ſacerdoti, vt aſſiſtat matrimonio.*
229 *Proceſſus in ſacra Rota auditorio valet ſi pars non appellet à iudice recuſato.*
230 *Geſta per iudicem recuſatum, & ſine ſolemnitatibus requiſitis valẽt parte non opponẽte.*
231. & 232 *Iudices electi ad cognoſcẽdum de ſuſpicione per ipſas partes debent eligi. Intra vero quantum tempus elegi debeant, vt definiant cauſam.*
233 *Iudices recuſati poſſunt cogere partes vt eligant arbitros ad acceptandũ compromiſſum.*
234 & 235. *Suſpicionum iudices ſi inueniant iudicem eſſe legitimè recuſatum, an debeant cognoſcere de cauſa principali. Et an cauſa ſit remittenda ad ſuperiorem.*
236. & 237 *Cauſa ſuſpicionum intra quantum tempus ſit decidenda apud Luſitanos ſi culpa iudicis non fuit deciſa, & quid ſi recuſans ſit minor, an debeat habere reſtitutionem tam de iure Luſitano, quam Hiſpano.*

VT clariùs procedamus, dicendum eſt primò quid ſit exceptio, & quotuplex, & quibus temporibus debeat reus opponere exceptiones. *Exceptio* ergo nihil aliud eſt quàm excluſio actionis, & intentionis, & eſt duplex. 202.
Quædam dicitur *dilatoria*, quæ cauſam differre ſolet, non tamen principale negotium in totum perimit, ſeu extinguit, & opponitur regulariter ante litis conteſtationem; verbi gratia compareт actor in iudicio agẽdo ciuiliter, ſeu querelãdo, vel accuſando Sempronium de aliquo delicto criminaliter; ad excludẽdam talẽ actionem, ſiue accuſationem aſſiſtit reus, & id, quo intendit excludere actionem, ſiue accuſationem, dicitur exceptio, ſeu alio nomine poteſt etiam dici defenſio, quatenus ad ſe ipſum defendendum proponitur, & ad repellendam actoris, ſiue accuſatoris intentionem. Ideo defenſio hoc loco eſt intentionis repulſio, ſicut exceptio eſt, excluſio actionis, & intentionis.

Quædam

203\. Quædam verò exceptio dicitur *peremptoria*, quæ ita vocatur, quia actoris, ſiue accuſatoris ius in totum extinguit, puta, quando ex parte rei opponitur iam cauſam eſſe finitam, ſeu in alio iudicio eà de re fuiſſe cognitum. Hæc verò exceptio peremptoria opponi poteſt poſt litis conteſtationem, gloſſa *in l. exceptionem, C. de probation.* & ante eam vſque ad cauſæ concluſionem, per leg. *peremptorias*, & ibi Bald. *C. ſent. reſcind. non poſſ.* Marant. *in ſpeculo, p. 6. membr. 9. iudicij, num. 12.* Camil. Borr. *lib. ſom. 1. deciſ. tit. 46. num. 63. & ſeqq.* Paz *tom. 1. primæ partis, tempor. 7. n. 8.* vbi addit tres exceptiones litis finitæ poſſe opponi vſque ad ſententiam definitiuam, & non poſt, quod probat ex d. leg. *peremptorias*, poſt Bertrandum *conſ. 71. num. 4. volum. 1.* Imol. & omnes *in cap. exceptionem, extra. de exceptionibus.*

204\. Sunt tamen aliæ exceptiones quæ dicuntur *anomalæ*, ſeu *anormalæ*, quæ non habent eandem normam, ſeu æqualitatem, poſſuntque accommodari partim ad peremptorias, & partim ad dilatorias; quæ alio nomine vocantur mixtæ, ſeu mediæ. Papienſ. *in pract. in forma reſponſionis rei, in gloſſ. ſaluis, n. 3. fol. 119.* Marant. *d. membr. 9. ſub num. 5.* Aſin. *in practic. §. 1. cap. 1. num. 9. & cap. 3.* Hæ verò ante, & poſt litem conteſtatam opponi poſſunt, vt exceptio excommunicationis, quæ in quacunque parte litis obiicitur, *d. cap. exceptionem, de exceptionib.* [illegible] *cap. 1. eodem tit. in 6.* Sicut etiam exceptio non numeratæ dotis, vel pecuniæ, & exceptiones rei iudicatæ, iuris iurandi, & tranſactionis; quæ in vim peremptoriarum, & in vim dilatoriarum opponuntur ad proceſſum, & ita iudicantur à forma, & modo illas opponendi. Sic Paz *d. num. 83.* poſt plures, quos ibi referens ſequitur *tom. 1. tempor. 5.*

Quæ exceptiones mixtæ, ſeu anomalæ quando opponuntur in vim peremptoriarum, & poſt conteſtatam litem; tunc non impediunt litis ingreſſum, & progreſſum; ſed cenſentur opponi ad meritum [illegible] principalis, vt extinguatur in totum ius [illegible] ſiue accuſatoris. Contra verò ſi obiiciantur [illegible] dilatoriarum, & ante conteſtationem litis, impediunt ingreſſum, & progreſſum litis, prout habetur *in cap. 1. de litis conteſtatione in 6.* Mirand. *quæſt. 10. art. 1. concluſ. 3.* & Blanch. *tract. de compromiſſ. quæſt. 4. num. 13. verſ. ſecunda.*

205\. Dixi [illegible] exceptionem dilatoriam, quæ cauſam differre [illegible] regulariter opponendam eſſe ante litem conteſtatam, quia litis conteſtatio præcludit viam exceptionibus dilatoriis, *l. Pomponius, §. ratihabitionis*, & ibi gloſſ. & Bartol. *ff. de procuratoribus.* Vant. *tract. nullitat. rubric. qualiter, & quib. mod. ſent. num. 57.* Non tamen [illegible] eſt eam opponere, ſed debet probari, alias oppoſita non habet vim impediendi ingreſſum litis. Ita [illegible] & Caſtrenſ. *in d. l. exceptionem, C. de pro-*

206\. *bationib.* & Aſin. *in practic. d. §. 13. cap. 9. num. 27.* Probata verò habet vim impediendi ſi opponatur ante litem conteſtatam, niſi omiſſa eſſet ex [illegible], teſte Gail. *in practic. obſeruat. lib. 1. [illegible] 33. num. 11. verſ. ſecundum limita*, & tradit Ia[illegible] *in l. error, num. 18. C. de iur.* [illegible] & Alexan. *d. in l. ita demum, num. 5.* [illegible] n Iaſon *num. 4. C. de procurator.* dicentes poſſe [illegible] exceptionem dilatoriam poſt litis conteſtationem, ſi reus antea per ignorantiam eam non [illegible], eo quod ignorantia eſt pater, & comes erroris excludentis conſenſum, cui error opponitur ex diametro, *l. ſi per errorem, ff. de iuriſdiction. omn. iudic.* Similiter poteſt opponi exceptio dilatoria à reo poſt litem conteſtatam, niſi conſtet ex negligentia non fuiſſe propoſitam à reo antea. Angel. *in l. qui procuratorem dat, & in l. Pomponius ff. de procuratorib. d. §. ratihabitionis*, Balbus *in deciſ. 40. incipit, exceptio dilatoria*, & ſcribentes *in cap. paſtoralis extra, de exceptionib.* quibus ſubſcribit Camill. Borrell. *tit. 48. de exceptionib. num. 146.*

*Progreſ. Regim. Chriſt. Reipubl.*

Dilatoriæ autem exceptiones in tres ſecantur ſpecies. Quædam reſpiciunt perſonam iudicis, vt exceptio declinatoria fori, ſeu recuſationis, aut incompetentiæ. Quædam reſpiciunt perſonam litigantium, & vocantur exceptiones legitimationis perſonæ, puta, ſi pupillus compareat in iudicio ſine tutore, & procurator ſine mandato, ſeu procura, minor ſine curatore, vxor ſine licentia mariti, filiusfamilias ſine conſenſu patris. Quædam autem exceptiones reſpiciunt totam cauſam, puta, libellum, ſeu cauſam ipſam. Hæ omnes opponuntur ante conteſtatam litem. Sigiſmundus *lib. 1. cap. 1. num. 6. & num. 31. & ſeqq.* Paz *tom. 1. tempor. 5. num. 13. & 14.* multis ibi citatis, inter quos eſt Aſin. *in practi. §. 13. cap. 2.* Conſtatque ex *cap. inter monaſterium, de re iudicat.* & ex *l. vltim. C. de exceptio.* Felin. *in d. cap. exceptionem, num. 2. de exceptionib.* 207.

Et de iure Caſtellano loquitur lex noua, *tit. 3. part. 3.* & lex 1. *tit. 5. lib. 4.* Suntque opponendæ huiuſmodi exceptiones de iure regio Caſtellæ intra nouem dies computandos à fine vltimi termini aſſignati in citatione ad comparendum in iudicio, & reſpondendum, debentque probari à reo intra hunc terminum, iuxta text. *in d. l. 1. tit. 5. lib. 4. recopilat.* Cùm reus in exceptionibus proponendis ſit actor, *l. in exceptionibus, ff. de probatio. l. 1. & 2. ff. de exception.* Maſcard. *de probation. concluſ. 185. num. 1.* & Carolus de Graſſis *in tract. except. in præludio, num. 1-1.* De iure verò Luſitano *lib. 3. tit. 49. per totum.* Hæc omnia ſuprà dicta patent, vbi terminus octo dierum aſſignatur ad probandam exceptionem excommunicationis quam ſi pars opponens non probauerit intra dictum terminum, condemnabitur in expenſis. 208.

De iure etiam Luſitano *d. lib. 3. tit. 20. §. 9.* reus antequam reſpondeat libello actoris, veniet ad ſecundam audientiam, ibique omnes exceptiones dilatorias opponet, ſuper quibus poſtquam ſemel fuerit pronunciatum, non poterit deinceps alias exceptiones opponere, neque à iudice terminus ad id illi præfigetur. Quæ omnia fient ante litis conteſtationem, vt ex d. lege conſtat, & habetur *in l. final. C. de exception.* & apud Hiſpanos idem decernit lex 1. *tit. 5. lib. 4. noua recopilat.* Soarez de Paz *in praxi, tom. 1. tempor. 4. n. 66.* Idem repetitur in lege Luſitana, *lib. 3. tit. 49. §. 2.* ubi *E todas as excepçoes dilatorias ſe hão de por & allegar iuntamente antes de o reo vir com contrariedade, e reſponder ao libello.* Cardoſ. *in praxi iudic. verbo, exceptio, num. 15.* & Auctor Roderic. *in pract. de modo, & forma videndi, ſeu examinandi proceſſum, cap. 5. num. 50. [illegible] 60.* 209.

Sed quid ſi exceptio dilatoria poſt terminum admittatur parte non opponente? Reſpondeo valere per textum *in cap. in cauſis de teſtib.* vbi ſuſtinetur quarta productio teſtium omiſſa ſolemnitate, parte non contradicente. Confirmatur ex traditis per Aretinum *ibi*, & Speculator. *in tit. de dilation. §. 1. verſ. ſed pone iudex, col. 2.* Eo quia hoc iudicium non conceditur, niſi parte opponente, 210.

ſeu petente, & ad illius inſtantiam ſolet dari, vt vult lex 4. §. *hoc autem iudicium*, & ibi Bartol. *ff. de damno infecto*. Rebuff. *de exceptio. num.* 423. & Menoch. *lib. 2. præſum* 46.

211 Inter omnes exceptiones dilatorias recuſatio iudicis ſuſpecti ante omnes opponenda eſt. Conſtat ex cap. *cum ſpeciali*, *de appellationib.* Gloſſ. 1. *in cap. exceptionem*, *de exceptionib.* Gloſſ. in *cap. inter monaſterium*, *verbo*, *ſubeundo*, *de re iudicat.* & probatur in *l. apertiſſimi*, *C. de iudic.* Bartol. & Iaſon in *l. ſi conuenerit*, *ff. de iuriſdiction. omn. iudic.* lex Luſitana *lib. 3. tit.* 49. §. 1. ibi: *A excepçaon da ſuſpeicaon ſe a de allegar primeiro que todas, por que ſe o reo a deixaſſe de allegar, e allegaſſe outra excepçaon dilatoria naon poderá ſem eſſe proceſſo recuſar o iuiz por ſuſpeito.* Atque ita exceptio ſuſpicionis debet opponi ante litem conteſtatam. Rebuff. *ſupra*; *num.* 254. concordans cum iure communi, ac lege noſtra poſt Felin. *in cap. inter*, & ibi Bald. *de re iudicat.* vbi vocant ianuam defenſionis eſſe iudicis recuſationem. Ideo ſi proponat reus alias dilatorias coram iudice priùs, non poteſt illum reiicere poſtea, quia eo ipſo litigando coram illo cenſetur eundem approbaſſe, Gloſſ. & Doctores *in d. cap. exceptionem* Couar. *in practic. cap.* 26. *num.* 2. Soar. de Paz *tom. 1. ſempor.* 5. *num.* 21 *& tempo* 10. vbi addit de iure Caſtellæ, ibi *num.* 20. ex Couar. *vbi proxime*, in quacunque parte litis etiam poſt concluſum in cauſa; imò poſtquam ſententia eſt ſcripta, & à iudice ſubſcripta, dummodo non ſit recitata ab eodem, poſſe fieri recuſationem iudicis, & admitti debere, cùm tamen de iure communi, ac Luſitano hæc exceptio ante litem conteſtatam ſit proponenda. Sigiſmund. *lib. 1. de iud. c.* 103. *n.* 8. & eſt communis, aliis ibi allegatis.

Fallit hæc doctrina quando de nouo ſuperuenit poſt litem conteſtatam cauſa recuſandi. Nam quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, Lex *de ætate*, §. *ex cauſa*, *ff. de rogatione interrogande*, *alias de interrog. action.* Ioan. de Amic. *conſ.* 209. *num.* 4. & Andr. Gail. *in practic. obſeruat. lib.* 1. *obſeruat.* 33. *num.* 11. Et ſuper hoc deferendum eſt iuramentum ab ipſo recuſato ex traditis a Speculatore *lib. 1. tit. de recuſatio.* §. *effectus*, *num.* 11. Aufrer. *in tractat. de recuſat. penultimo quæſito*. Dummodo cauſa ſuperueniat facto aduerſarij, ſecus ſi facto ipſius opponentis, vt notat Alexander *in l. ſi mulier*, *ff. ſoluto matrimon.* Nam quando facto ipſius opponentis ſine facto aduerſarij exceptio ſuperueniſſet, opponi non poteſt ſecundùm Bartolum *in l.* 12. §. *numerum*, *ff. de excuſat. tut.* & Marant. *de exceptio. part.* 6. *membr.* 9. *num.* 9. etiamſi ſuperueniat poſt concluſum in cauſa, dummodo cauſa recuſandi oriatur poſt concluſionem. Sic Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 100. *n.* 32. & apertè deciditur in lege Luſitana *lib.* 3. *titul.* 21. *in principio*, ibi: *Saluo ſe ouuer ſuſpeicaon de nouo.*

212 Similiter poteſt opponi exceptio ſuſpicionis poſt alias dilatorias exceptiones, quando ignoranter pars illam omiſit opponere. Gail. *ſuprà*, *num.* 12. poſt Iaſonem & Alexand. quos ibi refert, ac ſequitur Sigiſmund. *ſupra* ſcriptus *num.* 12. Item poteſt opponi quando opponitur non poſt aliam exceptionem, ſed ſimul cum illa, quamuis ſcribatur in vltima parte apochæ exceptionum. Tunc enim recuſatio operatur ſuum effectum, & cenſetur oppoſita debito loco, ante aliam exceptionem, Bartol. *in l. quidam conſulebant*, *ff. de re iudicat.* Felin. *in cap. inter monaſterium*, *num.* 5 *de re iudicat.* & Papienſ. *in forma declinatoriæ* [illegible] illuſtratus, & additus à Manſuecto *in prima editione*, *fol.* 145.

Denique poteſt recuſari iudex poſt litem conteſtatã à tertio ad cauſam interueniẽte. Nam quia tertius ſortiatur locum actoris, & [illegible] quenti nequeat declinare forum, ſed debeat ſequi forum rei, teſte Gail. *ſupra*, *obſeruatio.* [illegible] *num.* 5. & 6. Poteſt tamen recuſare iudicem per *text. in cap. cum ſuper*, & ibi Abbas, Felin. & Decius *num.* 1. *de officio delegat.* Anton. de Butr. *in cap. cum ſpeciali*, *de appellation.* Afflict. *de* [illegible] *num.* 3. & *deciſ.* 235. *num.* 6. *ad finem*, vbi decidit bene poſſe tertium venientem pro ſuo intereſſe recuſare iudicem ſuſpectum, non tamen [illegible] opponere exceptiones dilatorias, vel declinatorias, nec opponere acta illa eſſe nulla, eo quod non ſit citatus, [illegible] Innocent. *in cap. ſi* [illegible] *mus*, *col. vltima*, *verſ. ſed ſi non eſt appellatum* [illegible] *electione*, *lib.* 6.

213 Quæres an hoc remedium recuſandi iudicem ſuſpectum poſſit à partibus renunciari. Certum eſt poſſe, vt tradit Amat. Rodet. *in pract.* [illegible] *num.* 69. Quin etiam ſi compareant litigantes poſtea coram iudice recuſato, & proſequantur [illegible] tem, cenſentur conſentire. Mar. [illegible] *de ordin.* [illegible] *diciar. p.* 6. *actu* 2. *verſ. recuſatio num.* 75. [illegible] ad legem [illegible] *verſ. quæro.* 9. *titul.* 5. *lib.* 3. *ordin. pagin.* 567. Gratianus *diſcept. forenſ. cap.* 100. *num.* 27. vbi *num.* 28. limitat niſi partes comparendo coram iudice faciant proteſtationem de non conſentiendo. Concordat lex Luſitana *d. lib. 3. tit.* 21. in *principio*, ibi: *Porém logo a recuſaçaon* [illegible] *que reſponda a demanda principal, por que lhe logo naon paſſer, naon lhe ſera recebida depois que fizer algum acto per que pareça conſentir nelle.* Ex quibus patet poſſe hoc remedium à partibus renunciari. Niſi comparens proteſtetur ſe nolle in iudicem conſentire, dummodo non comparens ad plures actus, quia tunc requiritur in quolibet actu proteſtatio, aliàs videtur conſentire, & valet proceſſus, non obſtante prima proteſtatione. Put. *deciſ.* 41. *li. et proceſſus*, *de iud.* & *deciſ.* 13. *eodem tit.* cui ſubſcribit Lancellot. *ſupra*, *d. cap.* 6. *num.* 36. & 37.

214 Quæri poteſt quæ ſint cauſæ iuſtæ recuſandi iudicem? Ratio, quia videtur graue [illegible] rè ſub iudice ſuſpecto, vt notant Pacian. *de* [illegible] *batio. lib.* 2. *cap.* 45. *num.* 1. *cum ſequentib.* Gregor. Lopez *l.* 22 per text. ibi, *tit.* 4. *part.* [illegible] & Tiber. Decian. *reſponſ.* 26. *num.* 11. *vol.* 1. [illegible] 120. *num.* 6 *vol.* 1. Atque ita placet [illegible] quæ cauſas recuſandi iudicis arbitrio [illegible] Sic Abbas *cap. cum ſpeciali*, *num.* 7. [illegible] *tion.* vbi cùm omnes cauſæ non ſint [illegible], ait iudicem arbitrari debere quænam ſint [illegible] ſtæ, vel iniuſtæ ſecundùm alias in [illegible] Sequitur Aiora *de partition.* 1 *part. cap.* 4. [illegible] Menochius *de arbitrar. lib.* 2. *caſu* 152 [illegible] & *num.* 6. vbi addit recuſationem [illegible] ſà concedi, *cap. cum R. canonicus* [illegible] *de officio delegati.* Quæ ſententia mihi diſplicet, cùm experientia doceat ſæpè ſæpius litigantes recuſare iudices maximè qui ſunt integerrimi, & incorrupti; eo animo vel vt lites in infinitum prorogent, vel vt alios iudices flexibiles obtineant. Nam priores non debent facilè iudicari ſuſpecti, teſte Speculatore, quem refert, ac ſequitur Abbas *in cap. poſtremo*, *de appellation.*

Alexand.

Alexand. *l. qui iuriſdiction. num.* 6. & ibi Iaſon *num* [illegible] *ff. de iuriſdict. omn. iudic.* & alij, quos allegat, ac probat Menoch. *vbi proxime, num.* 7. & Tiraquellus *de pœn. legum cauſ.* 51. *num.* 60. *& ſequenti.*

Inter cauſas recuſationis numeratur primo loco coniunctio ſanguinis, quam habet iudex cum altero ex adueſariis, *cap. poſtremo, de appellation.* Non tamen conſtat quouſque ſe extendat hæc ſanguinis coniunctio vt cenſeatur iuſta cauſa recuſationis. Nam gloſſ. *in d. cap. poſtremo*, arbitratur ſufficere conſanguinitatem vſque ad decimum gradum. Ex eo fundamento, quia vſque ad illum de iure datur facultas ſuccedendi ab inteſtato; vt habetur *in* §. *vltimo, inſtit. de ſucceſſ. cognat.* Ergo vſque ad illum gradum decimum poterit recuſari iudex ſi fuerit ſanguine coniunctus cum altero ex litigatoribus. Sic Decius, & Baldus *in d. cap. poſtremo, & in l. qui iuriſdictioni, num.* 14. *ff. de iuriſdiction. omn. iudic* Quæ ſententia eſt conformis iuri communi. Licet gloſſ. *in cap. requiſiſti, de teſtam. & in cap.* 1. 12. *quæſt.* 3. videatur ſentire eſſe locum ſucceſſioni de iure canonico vſque ad quartum gradum, & ſecundum illam reſtringi debere facultatem recuſandi vſque ad illum gradum. Non tamen diſplicet illa, quam probat Abbas *in d. cap poſtremo, num.* 4. *& in cap. nonnulli*, §. *ſunt & alij, num.* 10. *in fine, de reſcript.* quatenus docet hoc eſſe iudicandum p[illegible]cus ex vſu, ac conſuetudine cuiuſcunque regni, & regionis. Menoch. *d. caſu* 152. *num.* 6. vbi *num.* 8. addit iudicem cum vtroque litigante in pari gradu coniunctionem ſanguinis habentem tanquam ſuſpectum recuſari non poſſe; quia par affectio ſuſpicionem extinguit, per text. *in l non ſolum*, §. *denuo, de ritu nuptiar.* Abbas *in cap. poſtremo, n.* 5. & Decius *num.* 7. *de appellation.* De iure tamen Luſitano *lib.* 3. *tit.* 24. *in princ* non poteſt iudex inter [illegible] ſanguineos, & affines durante affinitate iudicare intra quartum gradum computandum ſecundum ius canonicum, dummodo vtrique parti [illegible] æqualiter coniunctus.

Item [illegible] recuſari poteſt, ſi habeat cum altera [illegible] tibus familiaritatem, & amicitiam, ſingular[illegible] Ioan. Andr. & Franc. *in cap. legitime, de appellation. in* 6. Nec quælibet amicitia ſuffi[illegible] teſte Alexandro *conſ.* 154. *num.* 8. *lib.* 5. Dicitur autem familiaritas, ſeu amicitia ſingularis, ſi fuerit iudex commenſalis cum aliquo ex li[illegible]antibus. Stephanus Gratianus *dict. cap.* 100. *num.* 2[illegible] & Rebuff. *de recuſatio. gloſſ. vnica, art.* 9. *num.* 2[illegible] [illegible] eo Gratian. *cap.* 100. *num.* 2. & Tiraquel[illegible] *de pœn. temperand. cauſa* 28. *num.* 5 *& cauſa* 12. *num.* [illegible] *& [illegible]tibus ſequentib.* vbi probat [illegible]iam, [illegible] vera eſt, & non vulgaris, propinqui[illegible]o eſſe interuallo præferendam, ſubdens *num* 10. *&* 11. fraternam affectionem, ac propinquitatem cæteras omnes, excepta paterna, facilè [illegible] cedere. Hanc tamen affectionem fraternam ab amicitia, vel æquari, vel ſuperari. [illegible]nat textus in [illegible]*erum, in principio, iuncta gloſſa, ff. pro ſocio*, & [illegible]on *in l. quæ dotis, col.* 13. *in* 4. *caſu, ff. ſoluto matrimon* Vnde quos impensè diligimus plerunque [illegible]ocamus fratres Facit lex *nemo*, §. 1. *ff. de hered. inſtit.* vbi dicitur non eſſe annullandam [illegible]onem amici extranei, quæ facta fuit ſub appellatione fratris. Nam ſicut frater dicitur quaſi fere alter, ſic amicus dicitur alter ego, ſeu alter ipſe, teſte Ariſtotel. *lib.* 8 *Ethicor.* 9. *cap.* item 9. & Cicero in Lælio, Diuuſque Hierony-

*Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.*

mus ad Auguſtinum, vbi volunt cum amico quaſi cum altero ſe agendum eſſe. Ex quibus probatur, veram cauſam recuſandi eſſe amicitiam legitimam, teſte Salomone Prouerb. 18. in fine: *Vir*, inquit, *amicabilis ad ſocietatem magis amicus erit quam frater.*

Sed quid ſi iudex dicat parti, *proceſſus tuus non mihi placet, quia non ſufficienter intentionem tuam probaſti, atque ita ſine dubio ſuccumbes?* Vulgaris reſponſio tenet poſſe ob id recuſari iudicem, ſic Ionnes Andreas, Abbas, & alij *in cap. irrefragabili*, §. *exceſſus, de offic. ordinar.* & Aufrer. *tractat. de recuſation, num.* 15. *verſ. decima octaua, ſi iudex*, & Iaſon *in l. apertiſſimi, num.* 9. *verſ. decima cauſa, Cod. de iudic.* vbi volunt vt ſuſpectum poſſe iudicem recuſari, ſi aperuerit ſui animi votum. Mihi tamen omnino diſplicet hæc reſolutio, quando iudex ſuam opinionem ſincerè aperit parti antequam ſententiam ferat, niſi probetur hoc fuiſſe a iudice dictum malitiosè, ac ſine fundamento, vt pars deſiſtat, vel vt componatur cum altera parte non habente ius. Secus ſi vere, ac ſincere detegat votum ſuum abſque vlla fraude, & malitia. Nam id Romæ fieri ſolet, vt audiui à fide dignis. Dicunt auditores Rotæ palam quod ſentiunt partibus, nec ob id liberè loquentes ſolent vt ſuſpecti recuſari. 215.

Quomodo verò recuſatio iudicis ſit facienda; alij ſic, alij ſic. Nam gloſſa *in l. apertiſſimi, in verbo, recuſare, Cod. de iudic.* ſentit non eſſe neceſſarium inſerere cauſam ad recuſandum iudicem; quam probat Bertachin. *in verbo, recuſatio*, & Couarruuias *in practicis quæſtio. cap* 26. *num.* 10. quatenus vult de iure canonico cauſam legitimam recuſationis eſſe exprimendam prout habetur *in cap. ſecundò requiro*, §. 1. & *ibi* Gloſſa, *& in cap. cum ſpeciali*, & ibi Gloſſa *verbo, coram, de appellation.* At verò de iure ciuili, & Hiſpano non requiri expreſſionem cauſæ, ſed ſatis eſſe, ait, in libello dicere recuſantem ſe non proponere recuſationem per calumniam; idque cum iuramento; quod iuramentum eſt præſtandum etiamſi pars aduerſa id non petat, teſte Gregor. Lopez *in l.* 2. 2. *tit.* 4. *part.* 3. *in gloſſ.* 3. & Perea *in l.* 1. *tit.* 5. *lib.* 3. *ordin. col.* 972. quamuis d. lex 22. ſupra decernat ſimile iuramentum eſſe faciendum parte, vel iudice petente. 416.

Contraria ſententia, quæ requirit expreſſionem cauſæ, eſt Aufrerij *in tract. de recuſationib. num.* 3. *vol.* 4. quam Lanfranc. *in cap. quoniam contra falſam in parte recuſare, num.* 10. *de probation.* vocat communem. Vtraque ſententia eſt vera, dummodo requirens expreſſionem cauſæ procedat de iure canonico, & altera quæ non requirit expreſſionem illius, loquatur de iure ciuili. Suar. de Paz *tom.* 1. *tempor.* 10. *num.* 21. *& ſequen.* Ceuall. *in pract. commun. contra commun. quæſt.* 247. Cui iuri ciuili accedit ius Caſtellæ teſte eodem Suario, & Couar. *ſupra* ſcriptis. Nec diſſentit Auend. *in cap. prætorum*, 2. *p. cap* 23. *num.* 13, & probatur ex leg. 1. *tit.* 16. *lib.* 4. *recopilat.* In recuſatione tamen præſidis, vel auditoris Regis neceſſaria eſt expreſſio legitimæ cauſæ prout diſponit lex 1. & 2. *cum ſequentib. lib.* 2. *tit.* 10. *recopilat* Debetque poni recuſatio in ſcriptis, pro vt notant Auend. præcitatus *num.* 12. & Perez *ſupra, col.* 954.

De iure etiam ciuili quando recuſatur tota aliqua communitas, ſeu reſpublica, ſeu totus ſenatus,

ſeu decurionum conſiſtorium, non ſufficit iuramentum præſtitum duntaxat, vt recuſatio admittatur, ſed neceſſaria eſt expreſſio iuſtæ cauſæ ſuſpicionis, vt communiter ſcribentes ex traditis à Decio *in d. c.* num. 16. Alciat. *num.* 17. & Mantica *num.* 18. *in d. c.* *de re iudicat.* Alıter enim ſi ſufficeret iuramentum, poſſe recuſari communitates ſupradictas tradit Suarez *ſupra*, ſine aliqua iuſta cauſa; quod non eſſe ferendum ſentit Baldus *in l. hoc modo, ff. de condit. & demonſtration.* Quare non eſt admittenda, imò reiicienda quæcunque ſuſpicionis recuſatio generalis cuiuſcunque communitatis iuramento duntaxat præſtito; ſed requiritur iuſta, & probabilis cauſa ſuſpicionis, vt notat Ripa *in d. cap.* 1. *de re iudicat.* num 40. Et ſic erit intelligenda, ſeu limitanda lex 1. *tit.* 16. *lib.* 4. *recopil.* Qua probatum eſt recuſantem cum iuramento dicere ſe per calumniam non proponere recuſationem, ad hoc ſufficere, nec requiri cauſæ expreſſionem.

217. De iure tamen Luſitano *in d. lib.* 3. *tit.* 21. §. 4. neceſſaria eſt expreſſio cauſæ ob quam recuſatur iudex, per textum ibi. *Declarando a cauſa por que o entende recuſar, e naon a declarando logo naon lhe ſera dado termo pera iſſo, e o iulgador hira com o feito por diante.* Vbi nota recuſationem eſſe primò verbaliter opponendam, per text. ibi, *denelha logo inuentar por palaura*, in quo lex noſtra recedit à iure communi, vt notant Azeued. *l.* 1. *num* 12. *tit.* 16. *lib.* 4. *noua recopilat.* & alij, quibus accedit Vimaranenſ. *in remiſſ. ad d.* §. 4. *num.* 3. Tenebitúrque reus recuſationem in ſcriptis in ſequenti audientia expreſſa cauſa deferre; quod ſi non deferat tempore præfixo, iudex poteſt procedere, & acta per illum valebunt, quam recuſationem eſſe faciendam ab aduocato decernit ibi lex Luſitana in textu perſcripto, & infrà; *feita por aduogado*, prout iudicatum refert Cabedo 1. *part. deciſ.* 45. *num.* 8. & Melch. Phæb. *areſto* 82. Quidquid de iure teneat Azeued. *l.* 1. *titul.* 16. *num.* 3. *lib.* 4. *noua recopilat.* Satiſque erit ſi aduocatus cauſam ſuſpicionis alio ſcribente dictet, & ipſe poſtea ſubſcribat. Sic Cencil. *collectan.* 71. *ad decretales, in cap.* 6. *ſi quis presbyterorum de rebus Eccleſ. non alien.* num. 6. *verſ. in gloſſa, ſubſcripſerint, ad finem.* & Camill. Borrell. *in additionib. ad Bellugam in ſpeculo principis, rubric.* 3. *in litera* C.

218. An poſſint recuſari iudices, ſiue à iudice, ſiue à partibus ipſis electi? res eſt in ambiguo. Nam eo ipſo quod ab ipſis partibus ſint electi, videntur conſenſiſſe in illis, nec poſſe à partibus recuſari per text. *in authen. offeratur, C. litis conteſtatio.* ibi. *Niſi ille ſit is, quem ipſe alio iam recuſato petierit.* Gloſſ. 1. *in l. apertiſſimi, ſuprà citata*, vbi dicitur non poſſe quem recuſare iudicem, quem ipſe poſtulauit. Iuuat regula, *Quod ſemel placuit, lib.* 6. *diſplicere non poteſt.* Dicendum tamen eſt quando iudices iſti eliguntur à iudice, poſſe abſolutè recuſari à principio, dummodo ſint deputati officiales de publico, vel dati à iudice propter contumaciam partium etiam antequam incipiant exercere ſuum officium. Conſtat ex d. authen. *offeratur*, & ex d. leg. *apertiſſimi, cum gloſſa, C. de iudic.* nulla alia allegata cauſa, quam ſuſpicionis, & hoc de iure ciuili. Sicut iudices ſæculares ex hac ſola cauſa recuſantur, ſatiſque eſt ſi pars recuſans iuret hos officiales de publico, vel illos datos à iudice ſibi eſſe ſuſpectos, d. Gloſſa *in l. apertiſſimi, in verbo, recuſare.* Sanch. *lib.* 7. *de matrim. diſp.* 113. *num.* 8. Valaſc. *de partition. cap.* 9. *num.* 25.

Quando verò iudices fuerunt electi ab ipſis partibus de communi conſenſu, ſiue ſint arbitri iuris, ſiue arbitratores ad componendum partes pro arbitrio ſuo, poſſunt adhuc recuſari, vt ſuſpecti, non antequam incipiant vel ſuo officio, ſed poſtea ex cauſa de nouo ſuperueniente. Sic Lanfranc. *de arbitris, quæſt.* 34. *part.* 7. & docet gloſſa *in cap. ſtatutum*, §. *cum autem. verbo, recuſat, de reſcriptis in* 6. & cap. *in ſingulis, verbo, & appellatione de ſtatu Monachor.* communiter recepta, dicentes non poſſe illos recuſari, niſi ex cauſa noua, aut tunc in recuſantis notitiam veniente. Confirmat Abbas *in cap. Quintauallis, num.* 12. *de iure iurando, & ibi* Imol. *num.* 27. Quibus accedit Garcia *de expenſis, cap.* 24. *num.* 25. vbi concludit æſtimatores poſſe recuſari, ex cap. *ſuſpicionis, & ignorantia*, & deducitur ex leg. *ſi quis teſtibus, C. de teſtibus*, vbi habetur teſtes à Titio in ſuum fauorem productos in vna cauſa poſſe ab eodem Titio in alia cauſa reiici, ſi probet poſtea inter illos odia fuiſſe; quod ſi non probet recuſans, nullo modo poteſt Titius illos reiicere, vt patet ex eadem lege, *ſi quis teſtibus*, ibi, *oſtenderit*, nempe odia fuiſſe. Quare ſi non probet, nec oſtendat, non poteſt recuſatio admitti. Sanchez *ſupra, d. num.* 8. Quod verò ſeruandum ſit in his ſuſpicionibus æſtimatorum ſiue ſint arbitri, ſiue arbitratores. Vide Vimaranenſ. *lib.* 3. *ordinatio. tit.* 16. & 17. & in ſpecie Valaſcum *de partitionib. cap.* 9. *à num* 34. vſque ad finem capitis doctè, & clarè, vt de more ſolet.

Quid ergo de ſuſpicione allegata à reo, numquid probari debet per teſtes? De iure ciuili ſufficit allegare iudicem eſſe ſuſpectum in genere præſtito iuramento recuſanti ſub quo affirmet illum eſſe ſuſpectum. Eſt communis. De iure tamen canonico debet id probari per teſtes, *cap. cum ſpeciali, & cap. ſecundò requirit*, §. 1 *de appellatio.* præſertim in cauſis ſpiritualibus, nempe de re matrimoniali, ſeu de re beneficiali, & ſimilibus. In rebus verò temporalibus idem dicendum eſt, quando agitur de illis in foro Eccleſiaſtico, ſeruandum eſſe ius canonicum. Sic Sigiſmund. *lib.* 1. *de iudic. cap.* 12. *num* 91. *& cap.* 66. *num* 16. vbi ad ſit quando agitur in ſpecie facti propoſiti de ſuſpicione probanda ad effectum remouendi iudicem ordinarium in totum, cauſam ſuſpicionis eſſe probandam per teſtes, vt diſponit ius canonicum. Quod ſi agatur de ſuſpicione ad effectum vt iudici detur adiunctus: arbitratur ſatis eſſe, ſi probet recuſans cum iuramento iudicem ſibi eſſe ſuſpectum: quod etiam tradit Couar. *practic. quæſtio. cap.* 26. *ſub num* 1. iuxta diſpoſitionem iuris ciuilis. Mihi tamen magis placet hoc eſſe probandum non per iuramentum recuſantis, ſed per teſtes ſecundùm ius canonicum, quia concurrentibus duabus opinionibus, altera legiſtarum, altera canoniſtarum, amplectenda eſt, ac tuenda canoniſtarum Rolandus *conſ.* 19. *num.* 14. *lib.* 3. Gail. *in obſeruatio.* 33. *num.* 14. & Additio. ad Clarum *lib.* 5. *quæſt.* 43. 219.

Quæritur an geſta per iudicem recuſatum pendente recuſatione ſint ipſo iure nulla? Quod ſit ipſo iure nullus proceſſus, tradit Bartolus & Alexander *in l. quia poterat, ff. ad Trebellia.* Perez *lib.* 3. *ordin. l.* 1. *tit.* 5. *pag.* 166. Felin. *in cap. paſtoralis, num.* 10. *de except.* vbi Abbas *num* 12. Camill. Borrell. *tom.* 1. *tit.* 42. *de iudic. num.* 31. poſt 220.

Decium

Decium *conſ.175.* vbi concludit iudicium eſſe nullum, ſi iudex recuſatus procedat, poſtquam ſuſpicio eſt propoſita. Quod procedit non ſolum in iudice ordinario, ſeu delegato ad totam cauſam, ſed etiam in mixtis executoribus etiam in articulo cauſæ deputatis, puta, in iudice compulſore, qui ſi recuſetur vt ſuſpectus, & non obſtante recuſatione procedat, proceſſus eſt nullus, vt notat Andr. Gail. *practic. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 33. num. 7.* Ampliatur etiamſi cauſa in recuſatione expreſſa non fuerit probata, dummodo talis eſſet, quæ ſi probaretur, eſſet legitima, teſte Innocent. & Franc. *in d. cap. cum ſpeciali, de appellat.* præſertim, ſi vltra allegationem ſuſpicionis ſit appellatum, vt notat Burſat. *conſ. 21. num. 3.* quamuis recuſatus ſit probatæ vitæ, ac virtutis valde notæ, vt docet Natta *in conſ. 174. num. 9. lib. 1.* & Burſat. *d. conſ. 21. ſub num. 22. lib. 1.* Nec excuſantur geſta per iudicem recuſatum à nullitate poſt appellationem, quamuis recuſans eam non fuerit proſequutus. Sic Vestr. *l. 1. deciſ. 149.* Sequitur Burſat. *vbi proximè, d. conſ. 21. n. 36.* Mil. *in verb. iuriſdictio ſitiat.*

Quibus accedit Mendez a Caſtro *in praxi Eccleſiaſtica, lib. 2. cap. 7.* dicens verum eſſe ex lege Luſitana *lib. 3. tit. 21. § 4.* geſta a iudice recuſato eſſe ipſo iure nulla per textum ibi. *Porque procedendo por eſſe meſmo feito, ſera nenhum iudo o per elle proceſſado.* Vantius *de nullitat. ſentent. ex defectu iuriſdiction. ordinar. num 140. & ſequenti*, & alij, quos referens ſequitur Vmaranenſ. *in remiſſion. ad lib. 3. ordin. regia, tit. 21. §. 4. num.* 8. Nam recuſatio propoſita ſuſpendit iuriſdictionem iudicis, ſicut appellatio: pro quo eſt gloſſa 2. *quæſt. 6. cap. quoties*, & gloſſ. *in cap. iudex ab Apoſtolica, in verbo, proponatur, de officio delegati, lib. 6.* Quæ ſententia eſt vera, quam etiam ſequitur Hoſtienſ. *in ſumma, de iudice delegato, §. quis ſit effectus, circa principium*, & ſequitur Capel. Toloſ. *quæſt. 478.*

Quæ opinio procedit tam de iure ciuili, quam de iure canonico abſque diſtinctione. Lap. *allegat.* 1. Anchar. *in d. cap. iudex*, & *ibi* Geminian. eamque nunquam magis communem refert Rota diuerſ. ... 2. *num. 6. lib. 2.* Decius *conſ. 175. incipit, in cauſa* ... hanc vocat veriorem, & Pariſ. *conſ. 98. Aſſerta, num.* ... *lib. 3.* Quibus adde Alciat. *conſ. 111. incipit Langrauij, num. 33. lib. 5.* & Bertrand. *conſil. 215. licet multum, n. 2. lib. 2. & conſ. 122. ex proceſſu, num. 4. eodem lib.* 2. Ex eo fundamento, quia quando recuſatio eſt legitima, facta poſt recuſationem nullius ſunt momenti. Accedit, quia quamuis multa ſint in quibus appellatio, & recuſatio non ſunt pares; nihilominus ſicut appellatione pendente nihil debet innouari, ita recuſatione pendente nihil eſt innouandum; gloſſa *in cap. quoties, et* ... *2. quæſt. 6.* Baptiſt. Villalob. *in collect. commun. opin. litera R, num. 10.* Vnde ait Lop. *allegat. 1.* excommunicationem datam pendente recuſatione ſic eſſe nullam, vt eſt nulla ſi feratur appellatione pendente, *cap. per tuas, de ſentent. excommunicat.* & eſt Ioan. Andr. *in cap. legitima, numero 3. de appellation.* vt refert Franc. *in rubric. de appellation. in principio*, Iuuat Mil. *ſuprà*, dicens pendente ſuſpicione ceſſare omne iuriſdictionis exercitium.

221. Excipiuntur tamen nonnulli caſus, in quibus poſt recuſationem geſta per iudicem valent. Primus eſt in notoriis criminibus, in quibus iudex non poteſt vt ſuſpectus recuſari, *cap. propoſuit, de appellat.* per quem textum ibi ſentit idem gloſſa ordinaria finalis, Innocent. Ioan. And. & alij. Bern. *conſ. 16. vol. 3.* Natta *conſ. 152. num. 8. vol. 1.* Ant. Gomez *de delictis, cap. 1. num 47. in principio.* Facit quod dicitur à Farinacio *tom. 1. pract. quæſt. 17. num. 44. & 45. de iudice*, quia quamuis regulariter nequeat eſſe iudex in iniuria ſibi illata; attamen ſi iniuria eſt notoria, & pœna eſt certa, bene poteſt eſſe iudex; quia cùm non poſſit tunc partem grauare, niſi in pœna à iure determinata; ergo etiam non poteſt tunc recuſari vt ſuſpectus. Secus ſi pœna eſſet arbitraria. Archidiac. *in cap. quia ſuſpecti, col. fin. 3. quæſt. 6.* Anton. de Butr. *in d. cap. propoſuit.* & *ibi* etiam Abbas *de appell. col. 2. num. 5.* & Imol. *in fine*, Anton. Gomez *de delictis, cap. 1. num. 46.* & tenet nouiſſimè Burſat. *conſ. 21. num. 25. lib. 1.* vbi etiam *num. 23. & 24.* eleganter vlteriùs declarat quomodo ſit intelligendum, quod alias dicitur, In notoriis, ſcilicet, poſſe recuſationem reiici: vt habeat locum quando notorium eſt facti permanentis: Secus ſi tranſeuntis. Item ſi procedat in criminalibus, non verò in ciuilibus. Quod etiam docet Lancellot. *de attentat. p. 2. cap. 6. num. 33. & 34.* & Farin. *quæſt. 21. num. 131. & 31.* & ante illos Carauita *ſuper ritu magnæ Curiæ, 265. num. 11.*

Secundus caſus, in quo iudex recuſatus procedendo validè agit, eſt, quando reiicit recuſationem manifeſtè friuolam. In quo euentu poteſt illam non admittere, & procedere vlteriùs. Abbas *in cap. cum ſpeciali, de appellat. in fine.* Quaranta *in ſumma bullar. verbo, Archiepiſcopi authoritas, pag. 60,* Perez *l. 4. tit. 4. lib. 3. ordin. pag. 569.* Farinac. *lib. 1. conſ. 17. num. 16. p. 4. & in praxi crimin. quæſt. 21. numero 129.* aliis *ibi* allegatis, *verſ. Poterit tamen.* 222.

Tertius caſus eſt, quando alicui committitur cauſa cum clauſula, *Recuſatione remota.* In eo euentu iudex poteſt validè procedere; quod intellige non de omni ſuſpicione, ſeu recuſatione, ſed de friuola, vt notat Speculator, & Anton. de Butr. quos referens ſequitur Natta *conſ. 174. viſo, num. 5. lib. 1.* & Gail. *obſeruat. 33. num. 5.* Probatur ex clauſula, *Appellatione remota*, quæ non intelligitur niſi de appellatione friuola, qua non obſtante poteſt iudex regulariter procedere. Franc. *in cap. paſtoralis, num. 5. verſ. Quarto, de appellat.* Vnde idem dici poteſt de recuſatione.

Quartus eſt, quando iudex recuſatus eſt ordinarius. Is enim poſt recuſationem poteſt cauſam alteri delegare, *cap. ſi quis contra clericum, de foro competent. & cap. cum ſpeciale*, & *ibi* Abbas *de appellat.* Baptiſt. Villalob. *in collectio. commun. opinio. litera C. num. 101. verſ. Epiſcopus.* Ex ea ratione, quia ſuſpectus in cognoſcendo, non eſt ſuſpectus in delegando, vt notant Geminian. *conſ. 114. col. 3.* & Aym. *conſ. 469. num. 2. lib. 2.* & Decius *in l. qui iuriſdictioni, num. 6. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Quare non eſt audiendus Stephan. Bertrand. *in conſ. 115. incipit, licet, ſub num. 3. & iterum conſ. 122. Ex proceſſu, ſub num. 4. lib. 2.* quatenus videtur velle non eſſe in poteſtate recuſati facere hanc delegationem, niſi de conſenſu partium. Sed oppoſitum eſt tenendum, tanquam omnium calculo approbatum, teſte Menochio *in 2. reſponſo cauſæ Finarienſ. num. 91.* & Marant. poſt alios *in ſpeculo 4. p. diſt. 5. num. 42. & ſequentib.* Delegatus verò vt ipſe ait *num. 43.* ſi recuſetur, non poteſt cauſam committere, *cap. iudex ab Apoſtolica, de officio delegat. lib. 6.* Quod intellige ſi iam eſt propoſita recuſatio, quamuis non ſit pronunciatum; tunc non poteſt delegare, niſi de conſenſu partium; quod ſi 223.

iam ſit pronunciatum ſuper recuſatione propoſita; tunc nullo modo etiam de conſenſu partium poteſt cauſam ſubdelegare, quia poſt pronunciationem iam non eſt iudex, vt habetur *in d. cap. iudex ab Apoſtolica, de officio delegat. lib. 6* vbi ſermo eſt de delegato Principis, quia de eo procedit dubium, quia certum eſt delegatum ab inferiore non poſſe ſubdelegare. Marant. *ſupra*.

224. Quintus caſus eſt, quando recuſatio fuit facta per procuratorem aſſertum donec Dominus ratificet iuramentum a procuratore præſtitum; geſta tamen poſt ratificationem valent, quouſque ratificatio ſit iudici intimata. Sic deciſum eſt, teſte Pot. *deciſ. 26. Iuramentum, ſub rubrica, de iudic.* quem ſequitur Lancellot *ſupra, num. 57. & cap. 12. in 15. ampliat. num. 22.* vbi docet requiri intimationem iudici fieri, veta appellatione interpoſita coram honeſtis viris neceſſaria eſt, ſine qua iudex abſque metu attentatorum procedere valet, cùm antequam fiat intimatio, non eſt quod imputetur iudici, aut parti, ſi quid attentauerit, vt deciſum eſt a Rota *deciſ. 38. alias 309. incipit. Attentata. de appellat. in nouis*, & Ioan. Andr. *in cap. ſi duobus, eod. tit.* Speculator *de appellat. §. qualiter, verſ. Item ſi cautus, & in §. nouiſſime, ſub numero 2. verſ. Duodecimus*, Franc. *in cap. ſi iuſtus meum, in vlt. quæſt. num. 41.* Imol. & Anton. de Butr. *de appellation.*

225. Sextus, & vltimus caſus eſt, quando iudex non poteſt recuſari, puta, ſupremus Princeps ſiue ſecularis, ſiue Eccleſiaſticus. Is enim non obſtante recuſatione, poteſt valide procedere. Sic Francus *in cap. cum ſpeciali, quæſt. 11. num. 32. de appellation.* & Ruin. *conſ. 30. incipit quamuis, num. 11. lib. 5.* Andr. Gail. *practic. obſeruat. 33. ſub num. 11* ubi volunt in ſupremo Principe hanc exceptionem recuſationis omnino reſtare. Nihilominus etiamſi ſupremus Princeps iuſtis de cauſis recuſari non poſſit, vt auertatur occaſio vulgò loquendi licentioſè, cùm parens Reipublicæ ſit, debet iudices non ſuſpectos de honeſtate concedere, vt cenſet gloſſa *in cap. nullum, 2. quæſt. 5.* a Romano ſatis laudata *conſ. 521. in fine.* Et gloſſa ſimilis *in cap. a collatione, de appell. in 6.* Geminian. & Anchar. *in d. cap. a collatione*: idem docent, & Aufrer. *in tract. de recuſat. num. 35. verſ. 36. auſa*, quos referens ſequitur Menoch. *conſ. 91. num. 12.*

Non longè abeſt difficilis illa dubitatio, an poſſit recuſari Synodus prouincialis, Concilium generale, aut totus Senatus. Felin. *in cap. 1. col. 3. ver. gloſſ. in verbo, interrogatus, de iudic.* ait a pari procedere appellationem, & recuſationem, *cap. ſuper eo de appellat.* Atqui à Synodo appellari poteſt, *cap. multis, 17. diſt.* ergo Synodus poteſt recuſari. Sequitur Boër. *deciſ. 169. num. 3.* alius *ibi* relatis. Concilium verò generale nullo modo poſſe recuſari, in quo præeſt Summus Pontifex. Idem Boër. *num. 3.* poſt Francum *in cap. poſtremo, num. 14. verſ. Octauo, & vltimo, de appellation.* & ſequitur Philip. Decius *in d. cap. 1. de iudic. col. 6. in fine, cum ſequenti.* Vniuerſitatem verò, ſeu totum Senatum, aut Parlamentum poſſe recuſari, diffitetur Gall. *d. obſeruat. 33. num. 2.* Decianus verò *conſ. 26. num. 5. per totum, lib. 1* Pont. & Imol. *conſ. 91. inter illuſtriſſimum, num. 14. lib. 2.* fatentur recuſari poſſe ex cauſa, regimina, & totum Senatum. Probatur ex textu *in clemen. paſtoral. verſ. Notorium quippe. de re iudicat.* Ex quo Boër. poſt plures *num. 1.* probat totum Parlamentum poſſe recuſari; quibus accedit Menoch. *d. conſ. 94. num 10.* vbi concludit poſſe omnes Doctores vnius ciuitatis, & collegij iuſtis de cauſis recuſari. Quod multo priùs docuerunt Alberic. *in tractat. ſtatutorum, part 2. quæſtion. 101.* & Iaſon *in l. apertiſſimi, num 10. C. de iudic.*

226. Quæſtionis etiam eſt, an ſuſpecto præſide aliquo iuriſdict conuentus, cenſeantur ſuſpecti reliqui iudices, quibus ille præeſt? Affirmat Bald. *in l. 1. l. ſi veller prouincia*, Alexand. *conſ. 40. num. 2. lib. 2*, Ripa *in d. cap. 1. num. 41. de iud.* Ex eo fundamento, quia quando caput eſt ſuſpectum, cætera membra cenſentur ſuſpecta. Nam membra a capite pendent, nec audent capiti aduerſari. Porrius *d. conſ. 91.* & Menoch. aliis *ibi* relatis. Atque ita omnes a iudicando abſtinere debent. Quin etiam reſpondit Brunus *conſ. 31. num. 9.* prouts refert, & declarat Menoch. *in 2. reſponſ. cauſa Finarienſ. numero 90. & ſequent.* ſuperiore ſuſpecto omnes eius officiales eſſe ſuſpectos. Lancellot. *d. cap. 6 num 41.* Hinc fit, vt cenſeatur vicarius Epiſcopi recuſatus Epiſcopo etiam recuſato, vt ſuſpecto, vt fuit deciſum in vna Theatina bonorum coram Cantuclo,
24. Ianuarij, 1575. reiecta opinione Bal. *in l. 1.* 227.
*num. 4. C. ſi quacumque præd. poteſt.* Faciunt tradita à Sanch. *lib. 3. de matrim. diſp. 30 num. 6* vbi tanquam verius ſenſit, ſuſpenſa iuriſdictione Epiſcopi quando notorius eſt clerici percuſſor, vel denunciatus, ſuſpenſam eſſe ſimiliter vicarij ipſius iuriſdictionem, cum ſit vnum, & idem tribunal. Quod procedit etiam quoad negotia incepta ante Epiſcopi excommunicationem, Patet ex cap. 1. *de officio vicar. in 6. ad finem*, cuius verba ſic habent, ibi: *Ea tamen quæ ipſi gerendo huiuſmodi vices, agunt eo taliter excommunicato manente, ſi iuriſdictionem recipiunt tantùm ab eodem, non poſſunt obtinere vigorem.* Confirmatur ex gloſſa *ibi, verb. ipſum*, quam ſequuntur Hoſtienſ. & Archidiacon. *ibi, verſ. gerunt*, & Felin. *in cap. inſinuante, num. 2. de officio delegati.* Gutier. *lib. 1. canon. cap. 1 numero 33. & 34.*

Idem dicitur propter eandem cauſam de Epiſcopo interdicto, vel ſuſpenſo, quando eſt denunciatus. Nam ante denunciationem ſicut Epiſcopus retinet iuriſdictionem quoad vſum, ſic etiam eius vicarius. Sic Sbrozius *lib. 3. de vicar. Epiſcop. quæſt. 17. num. 4.* Reboff. *in praxi benef. tit. de form. vicariat. num. 217.* & Berlach. *tract. de Epiſcop. lib. 4. p. 5. num. 69.* & alij, quos referens ſequitur Sanch. *d. diſp. 39. num. 8.* & idem Bertachin. *p. quarti libri, rubrica, de vicar. Epiſcop. num. 12. verſ. Decimumquintum*, vbi in ſpecie docet recuſato Epiſcopo, recuſari eius vicarium per caput, *ſi ſummante*, & *ibi* ſcribentes, *de officio delegat.* quamuis Baldus contrarium perperam aſſumat *in l. 2. C. ſi quacumque præd. ſupra citata.* Non tamen ſuſpecto vicario Epiſcopus eſt ſuſpectus ſecundùm cap. *contra vnum, de officio delegati in 6.*

228. Quod ſi ſuſpenſa iuriſdictione Epiſcopi per excommunicationem, aut ſuſpenſionem denunciatam aſſiſtat eius vicarius matrimonio, vel id committat alicui ſacerdoti, validum eſt matrimonium, quia talis aſſiſtentia, ſeu commiſſio aſſiſtendi non eſt actus iuriſdictionis; ergo poteſt fieri valide ab excommunicato non tolerato. Sic Nauar. *lib. 4. conſ. 1. in 1. edit. tit. de ſponſal. conſ. 52. & in noua editione, tit. de clandeſt. deſponſat. conſil. 4.* Henriquez *lib. 1. de matrim. cap. 5. num. 4. & 5.* dicentes eam aſſiſtentiam non eſſe actum iuriſdictionis. Sanch. *lib. 3. de conſenſu, diſp. 21. num. 4. & diſp. 30. n. 10.* Confirmatur ex deciſione ſupremi

Senatus

[illegible] Liſmani, teſte Melchiore Phœb. *tom. 2. arr.* 11. vbi [illegible] propoſitum an iudex recuſatus poſſet committere [illegible] cauſam dum eſſet pro tribunali, in qua ipſe iudicatus eſt ſuſpectus eandem aduocato, [illegible] parte [illegible] cauſæ ageret, illique proſpiceret, decretum fuiſſe anno 161 [illegible] affirmatiuè refert, quia in hoc nullum actum iuriſdictionis exercebat. Sequitur Vimaranenſ. *in remiſ. ad ordinat. regiam, lib.* [illegible] *in ipſo, num. 7.*

230. Illud etiam non eſt omittendum in ſacro Rotæ auditorio paſſim haberi pro valido proceſſum per recuſatum iudicem factum, ſi pars ipſa non appellet. Lancellot. *de attentat. 2. p. cap. 6.* vbi id probat variis deciſionibus. Nec mirum, quia iuriſdictio ſæpe confertur iudici ab ipſiſmet litigantibus illam tacito, vel expreſſo conſenſu prorogantibus, dummodo iudex tacitè, vel expreſsè conſentiat, *l. 2. §. ſi & iudex, ff. de iudiciis.* Bartol. ibi, & Innocent. *in cap. de cauſis, de officio delegat.* Quod procedit non ſolùm quando prorogatur iuriſdictio de tempore ad tempus, ſed etiam de re [illegible] rem iuriſdictio prorogari poteſt, etiam ſine expreſſo conſenſu partium. Abbas, Imol. [illegible] Alexand. quos referens ſequitur Vantius *in tract. de nullit. tit. quib. mod. ſentent. nulla defendatur, n. 77.* vbi *para. 78.* ſubdit, tacito, vel expreſſo partium conſenſu iuriſdictionem de perſona ad perſonam prorogari, & alterum iudicem pro altero ſuſcipi, *l. 1. & l. 2. §. conuenire, ff. de iudiciis.* Ergo parte non appellante geſta per iudicem recuſatum valent. Sic Achill. *deciſ. 18. Proceſſus ſub rubric. de recuſatio iudic.* & Illuſtriſſ. Lancellot. *in deciſ. facta in Papienſ. bonorum, ſub die 27. Nouembris,* 1577. quæ habetur *l. 1. diuerſar. deciſ. 563. n. 2. in* [illegible] *fin.*

Confirmatur hoc aſſertum, quia procuratore producente mandati falſam ſcripturam ſi pars non opponat, cenſetur approbare mandatum. Bartol. *in l. licet, Cod. de procurat.* & ibi Iaſon, *column. penultim. verſ. tertiò fallit.* Crauet. *conſ. 150. num.* [illegible] *fine.* Item, quia tacens in iudicio habetur pro conſentiente, *cap. 2. de appellation. in 6.* Bartol. [illegible] *C. de reiud.* Menoch. *de præſumpt. lib.* [illegible]. Imitat quod diximus, probationes [illegible] publicatas atteſtationes ſuſtineri parte non opponente. Imol. *in clem. 2. ſub. de teſtib.* Crauet. *co*[illegible] *248. n. 3. & conſ. 272. n. 9.* vbi addit valere acta in iudicio feriarum tempore, ſi aduerſarius non opponat, quod etiam ait Alexand. *conſil.* 11 [illegible] 2. Niſi geſta tempore feriato ſint nulla [illegible] iure, tunc enim eſto non opponat pars, non proptereà valent, vt ait Caſtrenſ. *conſ. 259. circa primum* [illegible] *tum, col. 2. lib.* 2. declarando legem [illegible] *§.* [illegible] *de feriis.*

Non eſt diſſimile, quod dicitur iudicium ſolemnitatibus carens requiſitis ſubſiſtere, ſi aduerſarius non reſiſtat. Decius *in l. vinum, col. penultim.* [illegible] *certum petat.* & Crauet. idem ſubſcribens *conſ.* [illegible] *num. 1.* Sicut etiam valent probationes, [illegible] intra certum tempus præfixum non fuerunt [illegible] tamen admittantur parte non [illegible] Innocent. *in cap. cum Bert.* [illegible] *de re iudic.* [illegible] *conſ. 167. in fine. lib. 2.* & Marſil. *in* [illegible] *quæſtio. num. 91. de quæſtion.* Eodem etiam modo quo excommunicatus non poteſt eſſe in iudicio [illegible] *intelleximus, de iudic.* Cæterum ſi [illegible] aduerſarius nihil obiiciat, valet [illegible] actum, *cap. 1. §. ſi verò. de except.* [illegible] & Abbas *in d. cap. intelleximus,* Decius *in l.* [illegible] *non eſt nouum, num.* [illegible] *§. de regul. iuris.*

Quibus omnibus probatur multa ſuſtineri in iudicio, eo quòd pars non contradicat, ea verò contradicente valere, & admitti, ſicut accuſatio [illegible] tempore accuſandi, & appellatio renuncianda admittuntur non contradicente parte; de accuſatione loquitur Bartol. *in l. ad ſenem, in fine, ff. de pœnis,* & Socin. *in l. 1. §. ſub 1. §. ſublata, col. 2. ad Treb. ll.* de appellatione ſcribit Decius *in l.* [illegible] *col. 2. C. de bonis poſſ. ſecund. tab.* & Crauet. *conſ. 272. num. 9. & conſ. 275. in fine,* ſubiungens parte non contradicente poſſe appellari ad ſuperiorem mediatum, immediato relicto.

Quin etiam neceſſe eſt ſcire à quonam ſint eligendi arbitri, qui de oppoſita ſuſpicione cognoſcant *l. apertiſſimi,* & ibi Bald. & Salicet. & Iaſon *num. 16. ff. de iudic. & l. final. eodem tit.* oſtendunt eſſe eligendos ab ipſis litigantibus: quod etiam docet Papienſ. *in practic. In forma declinatoria iuriſdictionis, in gloſſ. iudicem ſuſpectum, num. 1.* quia de nullo caſu iudex cognoſcit, ſed oportet, vt arbitri per ipſas partes eligantur, qui de ea cauſa pronuncient, vt etiam habetur *in cap. ſuſpicionis, extra. de officio delegat. & cap. cum ſpeciali, & cap. Secundo requiris, de appellat.* Nam quamuis iudex de incompetentia illius, queat in certis caſibus cognoſcere; attamen cum allegatur ſuſpicio, iudicis fama, vel conditio aggrauatur: idcircò non cognoſcit. Papienſ. *ſupra,* argumento legis *perfectè, ff. de mi.* Intra verò quantum tempus ſint arbitri eligendi, variant Doctores. Nam Manſuet. *in addition. ad practicam Papienſ. in forma declinatoria, in gloſſa in rationibus, in verbo, iure canonico,* ait debere recuſantem ſimul cum recuſatione ipſa nominare arbitrum ſuum, aliàs recuſationem non ſuſtineri. quam formam probat Abbas *in ſua practica in forma recuſandi iudicem, num. 1.* Idem ſentit Gemin. *in cap. legitima, de appellat. in 6.* cuius ſententiam ſequitur Neuiz. *conſ. 36. num. 2.* Alii verò ſecundùm ius ciuile, *l. final. C. de iud.* & ibi Caſtrenſ. *num. 2.* & Iaſon *num. 3.* decidunt arbitros eſſe eligendos infra tres dies. Sequitur Papienſ. *d. gloſſ. iudicem ſuſpectum, num. 5. verſ. Dic quod infra,* addens ibi ad hanc electionem faciendam eſſe vocandum, ſeu citandum aduerſarium, argumento legis *de vnoquoque, ff. de re iudicat.*

Sed iuſtà quantum tempus debeant arbitri electi cauſam ſuſpicionis definire, non eſt in iure deciſum. 232.
Atque ita iudices electi poſſunt cogi à iudice recuſato ad acceptandum compromiſſum, iuxta Papienſ. *in gloſſ. rationibus, & cauſis, num. 4.* quia quamuis iudex recuſatus quoad alia habeat manus ligatas poſt recuſationem propoſitam, quoad hoc adhuc durat iuriſdictio ipſius iudicis, per dict. cap. *cum ſpeciali,* & notatur per gloſſam *in dicto cap. ſuſpicionis, extra de officio delegat.* Vnde arbitrio iudicis recuſati relinquitur præfigere terminum, intra quem arbitri debeant allegatam ſuſpicionem expedire: quod ſi non expediant, poterit iudex recuſatus ad vlteriora liberè procedere, ſecundùm cap. *cum ſpeciali,* & cap. *Secundo requiris, de appellat.* & cap. *ſuſpicionis, de officio deleg.* Oldrad. *conſ. 51.* Papienſ. *ſuprà, num. 7.* 233.
diſcordantibus inter ſe arbitris vel in procedendo, vel in cognoſcendo iudex recuſatus poterit cogere partes litigantes, vt eligant tertium arbitrum; quod faciet iudex non vt elector, ſed vt compulſor, vt ſic ſtetur ſententia duorum, vt *in d. cap. legitima, & cap. cum ſpeciali, de appellat.* Bald. *in l. hac edictali, §. hoc illud, num. 3. C. de ſecundis nuptiis.* Felin. *in d. cap. ſuſpicionis, n. 1.* & Papienſ.

in

*in d. gloſſ rationibus, num. 2.* Denique ſi partes diſſentiant in eligendo tertio, ſeu in eligendis arbitris, iudex ipſe poteſt eligere, vt notat Neuizan. *conſ. 55. in fine*, vbi agit de practica per ea, quæ tradit Caſtro *in d. l. final.* & Iaſon. *numero 4. C. de iudic.*

234. His adde quid dicendum quando arbitri cognoſcunt ſuſpicionis cauſam eſſe iuſtam, & legitimam. Nunquid cauſa principalis per eoſdem arbitros eſt iudicanda, vel debet deuolui ad iudicem ſuperiorem iudicis recuſati? Reſpondet Papienſ. *ſupra in forma declinatoria iuriſdictionis, in gloſſ. iudicem ſuſpectum, num. 8.* de iure Codicis alium iudicem non ſuſpectum loco ſuſpecti ſubrogandum per dictam legem *apertiſſimi, C. de iudic.* At verò de iure Authenticorum ait iudicem recuſatum etiamſi inueniatur ſuſpectus, non eſſe remouendum in totum, ſed eſſe dandum illi ſocium Epiſcopum loci, vel eo deficiente alium iudicem, vt conſtat ex authent. *Si verò contigerit, C. de iud.* Abbas verò *in ſua practica, in forma recuſandi iudicem, fol. 43. num. 3.* opinatur in hoc caſu iudicem recuſatum vel debere cauſam remittere ad ſuperiorem ſuum, vt de ea cognoſcat, vel de conſenſu recuſantis illam alteri committere, quia quamuis reperiatur ſuſpectus in cognoſcendo, non eſt ſuſpectus in committendo. Quin etiam ad hanc rationem idem Abbas *in cap. cum ſpeciali, num. 12. de appellation.* Cui ſubſcribit Ioſeph. Cumia *in tract. de ritibus Siciliæ, cap. 42. num. 51.* ſubiungit poſſe iudicem recuſatum irrequiſito recuſante cauſam alteri delegare, cùm non ſit ſuſpectus in delegando. Sequitur Oſaſc. *deciſ. 15. in fine*, vbi refert ſic deciſum fuiſſe à Senatu Pedemontano. Iodocus *in practica ciuilium, cap. 185. num. 8.* alia via incedens ſentit eoſdem arbitros poſſe dare ſocium conindicem iudici recuſato, vel vt ait Paulus de Caſtro *in d. l. apertiſſimi, num. 8.* poſſe cognoſcere eoſdem arbitros de cauſa principali tanquam iudices, ad quos per appellationem cauſa eſſet deuoluta. In hac opinionum varietate dicendum eſt de iure ſeruandam eſſe diſpoſitionem Authent. *ſi verò contigerit. C. de iudic.* ſecundùm quam iudici recuſato aſſociatur Epiſcopus loci; quam probat Alexand. *conſ. 1. num. 4. lib. 6.* Cæterum cum hoc de conſuetudine non ſeruetur, vt teſtatur Iaſon *in d. Authent. ſi verò contigerit*, magis placet quando iudex recuſatus, eſt delegatus principis, cauſam remitti debere ad ſuperiorem ſine additione alterius conindicis, vt prouideat de alio iudice. Conſtat ex cap. *Iudex, de officio delegati*, vbi loquitur de delegato Papæ. Cur. Phil. *1. p. §. 7. num. 3.*

235. Quod ſi recuſatus fuerit Epiſcopus, vel alter iudex ordinarius, cauſa principalis remittenda eſt ad ſuperiorem, aut de conſenſu recuſantis poteſt committi alteri, vt probat cap. *cum ſpeciali*, citatum, & eſt communis Doctorum *in d. cap.* ex Imol. *num. 10. ibidem*, & ex Decio *num. 18.* & ex Felino *in cap. ſi quis contra clericum, num. 5. de foro competent.* Contra Panorm. *ibi, num. 14.* aſſerentem inconſulto recuſatore poſſe fieri hanc commiſſionem, ſed minus bene dictum puta. Curia Phil. *ſuprà* poſt Suarez de Paz *tom. 1. in praxi, p. 1. cap. 6. num. 1. 15. & 24.* vbi ſubiungit poſſe iudicem recuſatum ſi eſt ordinarius, ante electionem arbitrorum principalem cauſam committere alteri iudici non ſuſpecto: quod iam ſuprà diximus. Secus ſi fuerit delegatus etiam à Papa; tunc enim non poteſt facere commiſſionem illam etiam de conſenſu recuſantis, vt probatur ex d. cap. *vt iudex de offic. deleg.* Porrò ſi iudex recuſatus fuerit vicarius generalis Epiſcopi, aut eius delegatus, coram Epiſcopo examinanda eſt cauſa recuſationis, non verò per arbitros, vt deciditur *in cap. ſi contra vnum, de officio delegat. in 6.* Si verò iudex fuerit ſubdelegatus delegati Summi Pontificis non per arbitros eſt examinanda, ac decidenda cauſa, ſed coram delegato Summi Pontificis, *cap. ſuper quæſtionum, §. quem verò, de officio delegati.* Curia Phil. *ſuprà, num. 9. per totum.*

Quæres apud Luſitanos intra quantum tempus cauſa recuſationis ſit examinanda, ac decidenda per iudices ſuſpicionum: Reſpondetur ex *lib. 3. tit. 21. num. 21.* deciſum eſſe intra triginta dies, quibus tranſactis, niſi pars recuſans oſtenderit iudicem fuiſſe ſuſpectum, poterit iudex procedere ad vlteriora, niſi conſtiterit ex certitudine iudicis ſuſpicionum ſe in nihilo defeciſſe, & in omnibus ad cauſam ſpectantibus fuiſſe ſuo officio functum, nec potuiſſe cauſam finire. In quo euentu iudici addi poſſunt dies quindecim ad cauſam decidendam, ex decreto eiuſdem legis. Quo termino elapſo ſi cauſa non decidatur, iudex procedet vlterius perinde ac ſi non fuiſſet recuſatus. Secus ſi iudicatus fuerit ſuſpectus intra hos quadraginta, & quinque dies. Quod ſi excipiatur contra ſententiam poterit iudex ſuſpicionum cognoſcere de exceptionibus, etiamſi tempus quadraginta quinque dierum fuit tranſactum, teſte Cabedo *1. p. areſto 21.* vbi refert ſic fuiſſe deciſum anno Domini 1600. in cauſa Franciſci de Sam Payo, & Antonij de Moura Telles. Sed contrarium poſtea decretum fuit per plurimos Senatores ſupremi Senatus Luſitani, nempe de nullis impedimentis poſſe cognoſci tranſacto illo termino noſtræ legis, vt de recuſationibus non cognoſcatur poſt quadraginta quinque dies; ergo nec de impedimentis, quæ poſſint obiici, quæ ſunt acceſſoria, & debent ſequi naturam principalis. Item, quia lex extenditur de vno connexo ad aliud; ergo ſi non poteſt cognoſci de principali, nec de acceſſorio. Martin. à Coſta *de ſtylo domus ſupplicat. annot. 3. num. 13. & ſequentibus*, non obſtante *areſto 21.* in contrarium. 236.

Sed quid ſi culpa iudicis ſuſpicionum, cauſa non fuit deciſa intra hos 45. dies? Bartol. *in l. ſi ad. num. 2. ff. de variis, & extraord. cognit.* affirmat iudicem teneri partibus ad intereſſe, & damnum datum. Farinac. *in praxi crimin. p. 3. quæſt. 121. num. 538. & 555.* aliis ibi relatis, & conſtat ex lege noſtra *d. tit. 21. §. 22.* ibi: *E auendo deſembargado no dito termo, e pronunciado O chanceller*, hoc eſt iudex ſuſpicionum, *lhes pagará todas as cuſtas das alheas das ſuſpeiçoes, e ſerá ſuſpenſo do officio por tempo de hum mes, e nam tornará a ſeruir ſem moſtrar como tem ſatisfeito a parte.* Barboſ. Vimaranenſ. *dicto tit. 21. in remiſſionibus, §. tertiam 21. num. 1.* vbi de hac re fusè.

Quod ſi contingat recuſantem eſſe minorem, & cauſam ſuſpicionis non fuiſſe deciſam intra terminum quadragintaquinque dierum: De iure Caſtellano negandam eſſe reſtitutionem minoribus in materia ſuſpicionum tradit Perez *l. 1. tit. 9. lib. 3. ordin. pag. 565.* Conſtatque ex leg. *16. tit. 10. lib. 2. nouæ recopilat.* vbi Azeued. *pag. mihi 171.* Porrò de iure Luſitano *d. tit. 21. lib. 3. §. 22.* minor reſtituitur contra terminum 45. dierum præfixum, inſtantiæ proceſſus ſuſpicionum, illiſque conceduntur vltra prædictos 45. dies alios quindecim,

decim, vt index decidat negotium ſuſpicionum; Sic Caldas Pereira *in l. ſi curatorem, verbo, læſis, num.*16. & Valaſc. *conſult.*112.*num.*9.*verſ. Confert item.* Quod ſi dicas recuſantem non potuiſſe pergere facto aduerſarij; Caldas Pereira *ſuprà, numero* 19. tenet non currere huiuſmodi tempus 45. dictum impedito, ſequitur Maſcard. *de probationibus, concluſ.*5.1229.*num.*89.*& ſequentibus, & concluſ.*1236.*num.*40. Oppoſitum tamen ſeruandum eſt apud Luſitanos ex Epiſtola Miſſa nomine Regis noſtri ad Cancellarium Senatus Portucalenſis anno Domini, 1605. Quam refert Vimaranenſis *ſuprà, d.§.*21.*num.*3.

237. Sed contra obiicies. Minor non reſtituitur ad accuſandum, ex leg. *auxilium, §. ſexagina ff. de minoribus*, & ex Bartol. *in l.*1.*§. nunciatio, ff de oper. non nunciatione.* Baldus *in d.l. auxilium*, Speculator poſt diſputationem *in tit. de reſtit. in integrum, §. quò autem, num.*7. & alij, quos refert Oddus *p.*2. *de reſtit. in integr. quæſt.*99.*art.*3. Sed recuſatio iudicis continet in ſe manifeſtam accuſationem corrupti animi, & non integri ipſius iudicis; ergo, &c. Secundò minor non reſtituitur ad obiicienda crimina, vel defectus contra aliquem poſt diem à iudice datam; ergo nec reſtituetur poſt diem à iure datum. Ita Aretin. *in cap. licet, de accuſat. n.*11. vbi Felin. *col.*2. gloſſ. *in clement.*2. *verbo, grauiora. de procuratoribus*, idem Felin. *in cap. ſi æternitatis, de teſtibus, num.*6. Aretin. *in l.*1.*C. de reſtitution. in integrum.* Quo fit, vt non ſit concedenda minori reſtitutio poſt tempus datum ad recuſandum, ſicut non eſt concedendus retractus legalis, iure ſanguinis minori per reſtitutionem ad retrahendum poſt tempus conceſſum à lege, vt habetur in iure Hiſpano, *l.*7.*tit.*7.*lib.*5.*ordin.* Idque de iure Gallico teſtatur Tiraquell. *de retract. lib.*1.*§.*35.*gloſſ.*2. vbi ait hoc ea ratione fuiſſe inductum, quia ius retrahendi eſt odioſum. Tertiò, quia minor regulariter non reſtituitur in necem alterius, *l. in cauſæ, de 1 ff. de minoribus, & gloſſ. in d.l. auxilium, ff. de minor. in principio.* Couarruu. *in practica, cap.*26. *num.*4.

Dicendum tamen eſt legem Luſitanam ſuprà concedentem minori reſtitutionem poſt tempus lapſum à lege præfixum eſſe rationi valdè conſonam, & vſu receptam. Eſſet enim nimis graue, ac durum apud iudicem ſuſpectum litigare, *l. apertiſſimi, C. de iudic.* Quæ ſententia placet Ioanni Mauritio *in tract. de in integrum reſtit. cap.*253. *& cap.*213. Oddus *p.*2. *de reſtit. in integr. quæſt.*64. *art.*6.*num.*41. Couar. *in d. cap.*26.*num.*4.*verſ. Vidi tamen non ſemel*, vbi hanc partem tanquam receptiorem in prætorio Granatenſi fuiſſe non ſemel admiſſam docet. Ad argumenta ab eodem Couar. propoſita ibi, quibus ipſe noluit reſpondere, dici poteſt, minorem regulariter non reſtitui, quando tendit ad accuſandum criminaliter, hoc eſt ad vindictam, ſeu quando reſtitutio reſultat in necem alterius. Secus ſi minor accuſet ad reſarciendum, ſeu reſtaurandum damnum irrogatum. Tunc enim permiſſa eſt minoris reſtitutio; gloſſ. *in d.l. auxilium in princip.* & ibi Alberic. *in verbo, amiſſam*, textus *in l. primam, ff. ad l. Iul. de ambitu.* Vnde ſi minor velit accuſare ad defendendum ſuum honorem, debet reſtitui, quia actio ciuilis pro iniuria accepta ad intereſſe datur ſecundùm æſtimationem iniuriæ. Facit lex, *ait Prætor, in principio, & in §. hodie, ff. de minoribus.* & ibi Bartol. quia non tendit ad vindictam; tunc enim non reſtituetur ad opponendum contra teſtes, niſi quando procedit ad defendendam cauſam ſuam, & conſtaret pendere victoriam à repulſione teſtium aduerſarij; tunc ſine dubio eſt audiendus minor, vt bene concludit Boër. *deciſ.*245.*num.*7. vbi *num* 8. adiungit eſſe valdè vtile minori proteſtari ſe id non facere animo iniuriandi, ſed cauſa ſui iuris defendendi, poſt Bartol. *in l. cum, ff. de iniur.* & Ludou. de Rom. *in l. final. quod quiſque iuris.* Sequitur Pariſ. de Puteo *tract. de ſyndicat. in verbo, iniuria officialis, cap. an ſi contra officialem, poſt principium.*

## *Quæ ſequuntur pertinent ad 7. §. de reo excipiente, hoc eſt, recuſante.*

### EPITOME.

238 *Recuſans iudicem debet deponere pecuniam ad expenſas aſſeſſoris, aliter poteſt procedere recuſatus.*

239 *Sententia lata in fauorem rei, vel cauſa pia ſuſtinetur.*

240 *Iudices arbitri ſi diſcordent, eligant tertium, vel recurrant ad ſuperiorem.*

241 *Iudex ſi recuſetur de iure Caſtellæ quid faciendum in cauſis criminalibus, & de iure Luſitano quid fiet.*

242 *Iudices ordinarij vbi ſunt duo, altero recuſato, alter cenſetur recuſatus; non tamen vbi ſunt duo ædiles.*

243 *Iudices ſuſpicionum quinam ſint apud Luſitanos quando officiales recuſantur.*

244 *Cancellarij domus ſupplicationis, ſeu domus Portugalenſis per ſe ipſos debent interrogare teſtes nominatos in ſuſpicionibus.*

245 *Recuſans officiales poteſt petere dilationem ad producendos teſtes extra loca, vbi iudex de ſuſpicionibus cognoſcit.*

246 *Iudices recuſati qui non habent certos iudices, aſſumunt arbitros ex lege Luſitana.*

247 *Iudices forenſes, litterati, notarij, ſeu tabelliones habent certos iudices ſuſpicionum ſuarum a Rege, & à lege datos.*

248 *Cautio deponenda in ſuſpicionibus quanta debeat eſſe de iure noſtro quando recuſantur præſides Concilij Palatini, menſæ conſcientiæ, rectores, gubernatores iuſtitiæ, & reliqui officiales tam maiores, quam minores.*

249 *Pauperes excuſantur à deponenda cautione tam in ſuſpicionibus obiectis, quàm in grauamine a ſententia interpoſito, ſed diuerſo modo.*

250 *Procurator Regius excuſatur à cautione præſtanda dum recuſat iudices tanquam procurator.*

SEQVITVR quando iudex recuſatus, & iudicatus vt ſuſpectus, non remouetur in totum, ſed aſſociatur. Tunc ſolet recuſans deponere certam ſummam arbitrio iudicis neceſſariam ad expenſas coniudicis; quod ſi non deponat intra breue tempus, non obſtante recuſatione aliquibus in locis ad vlteriora proceditur. Interdum tamen pignora capiuntur, quod eſt tutius, & poſtea venduntur, niſi pars ſoluat pro ſumptibus factis, vt notat Auendan. *in cap.*23. *prætor. num.*14.*& ſequenti, p.*2. & Azeued. *in l.*1.*num.*21. *&* 22. *& ſequenti, tit.*16.*lib.*4. *recopilat.* Quod ſi 238.

diſcordent

diſcordent in cauſa ciuili inter ſe, cauſa debet deuolui ad ſuperiorem, quia cum coniudex vt legatur delegatus, non poteſt committere vices ſuas tertio, vt cauſam decidat. Ita Perez *in l.1. tit.5. lib.4. ordin. pag.966.* Suar. de Paz *in praxi, tom.1. tempor.* [illegible] *num.27. & ſequent.* & Auendan. *2. p. cap. prætor. dicto cap.23. num.14. verſ. y ſi diſc ordan.* Quod procedit quando iudex recuſatus profert vnam ſententiam, & ſocius alteram diuerſam.

239. Cæterùm ſi à neutra ſententia appelletur, & ambæ tranſierint in rem iudicatam, ſuſtinebitur quæ in fauorem rei fuerit pronunciata, vel pro cauſa pia, vel pro quacumque alia, quæ de ſe, & ſecundum ſe exigit fauorem aliquem, puta, cauſa matrimonij, libertatis, dotis, ſeu teſtamenti. Quin adde ſi reus contendat cum aliqua cauſa de ſe fauorabili, & ſententia feratur pro ea actrice, ſuſtinebitur contra reum. Gutier. *in practic. lib.1. quæſtion.91. num.1.* per textum *in l. inter pares, ff. de re iudicat. & in cap. fin. eodem tit.* & conſtat ex lege Hiſpana *13. tit.23. part.3.* vbi deciditur diſcordantibus iudicibus ordinarijs valere ſententiam pro reo niſi pars aduerſa pugnet pro matrimonio, libertate, dote, teſtamento, aut ſimilibus. cui ſubſcribit Curia Piſan. *lib.2. cap.18 fol.19 verſ. Sed aliud eſt dicendum.* Quod ſi appelletur quando ſunt diſcordes ſententiæ ab ea, quæ magis fauet reo, vel cauſæ fauorabili; tunc poteſt cauſa remitti ad ſuperiorem in gradu appellationis, vt confirmet, vel emendet, vt ſibi, iuſtitiæ, ac rationi magis conſonum viſum fuerit. Conuenit tamen reo, vel cauſæ piæ appellare a ſententiis contra ſe pronunciata ne tranſeat contra ſe in rem iudicatam; quia ſi victus a ſententia pro cauſa pia, ſeu reo intra tempus a iure conceſſum non appellauerit, & ſic in rem iudicatam tranſierit, ambigi poteſt an queat reus, ſeu cauſa pia deſiſtere a ſua appellatione, & facere, vt ſententia pro ſe lata mandetur executioni. Gutier. *ſupra.*

240. Nec facium contra hoc tradita à Perez, Suario, & Auendan. quia illi loquuntur iuxta legem *duo ex tribus, ff. de re iudicat.* vbi deciditur ſtandum eſſe arbitramento duorum, ac iudicum, quando vnus ex tribus iudicibus diſcordat a duobus. Nos verò loquimur, quando duo ſunt tantùm iudices, & alter ab altero diſſentit in ferenda ſententia. In quo euentu diſcordes ante probationem ſententiæ vel poſſunt eligere tertium, teſte Bartolo *in l. in offerendis, C. de appellat.* vel poſſunt recurrere ad ſuperiorem, vt tertium iudicem præſtet, per textum *in l. inter pares, ff. de re indicat.* Curia Phil. & Curia Piſan. *ſupra,* quibus accedit Gutier præcitatus *ad finem,* vbi refert ita practicari.

241. In cauſis verò criminalibus de iure Caſtellæ in foro ſæculari ſi iudex recuſetur, vbi ſunt decuriones, conſiſtorium, vulgò *regimiento,* ſolet aſſignare duos decuriones, qui iudici recuſato accedunt, & cum eodem cauſam definiunt, decurionibuſque ſi non ſint literati, debet aſſidere vir iuriſperitus. Quod ſi iudex recuſatus non concordet cum aſſeſſore decurionum, decuriones faciant, vt eat in ſententiam aſſeſſoris, illo, tamen recuſato aſſeſſor, & decuriones ſententiam proferant eamque ad ſuperiorem remittant. Ita Auendan. *in cap. prætorum, 2. p. cap.23. num.12.* Suarez de Paz *in practica, tom.1. p.5. cap.3 §.12. a num.54.* Didacus de Perez *in l.1. tit.5. lib.3. ordin pag.966.* Curia Phil. *d. §.7. verbo, recuſat. num.16.* & colligitur ex lege *1. tit.16. lib.4. recopilat.* Quod ſi caſus contingat vbi non eſt conſiſtorium; tunc iudex recuſatus in cauſa criminali aſſumit ſecum quatuor viros prudentes, ex quibus per ſortes duos eligat ſibi ſocios, vt procedant cum eodem recuſato vſque ad ſententiam incluſiue, vt expreſſe habetur *in d. l.1. tit.16. lib.4.*

Illud tamen ſciendum eſt, quando iudex in cauſa criminali recuſatus fuerit delegatus, illique aſſociantur duo decuriones, votum illorum duorum non præualere voto vnius iudicis recuſati, quia aſſociati dum reputantur in voto pro vno, & iudex pro alio, argumento eorum, de quibus Iaſon *in l. ſi pater, ff. de* [illegible] *& pupill.* & *in l. fin. num.40. & ſequentib. C. de impuber.* Facit Concilium Tridentin *ſeſſ.25. cap.6. de reformat* ibi: *Eligat ex capitulo duos, &c. Vnum autem tantum ſit vtriuſque votum.* Sic Concilium. Nec votum duorum decurionum præualebit voto iudicis recuſati. Si verò voto iudicis recuſati accedat votum vnius decurionis, ſtandum eſt ſententiæ iudicis. Colligitur ex d. lege 1. citata, *tit.16* [illegible] *recopilat.* Nec mirum, quia negari non poteſt quod iudex, & alter ex duobus aſſociatis ſit maior pars, & ex conſequenti ſequenda eſt ſententia iudicis, & aſſociati vnius. Sic Perez ſupra, & Gutier. *quæſt.94. lib.1.* Quod procedit etiam quando iudex recuſatus eſt delegatus, vt expreſſe habetur *in l. 7. tit.22. part.3.* Ex quo quando iudex recuſatus eſt delegatus, aſſociati coniudices etiam ſunt delegati. Contra verò quando iudex recuſatus eſt ordinarius, aſſociati ſunt etiam ordinarij, & quilibet eorum habet votum integrum; atque ita quando alter ex electis electoris parti adhæret, adauget maiorem partem. Curia Phil. *ſupra, num.16.* poſt Gutier. *d. quæſt.94. num.3.* vbi concluſit decuriones accedentes ordinario recuſato habere ordinariam poteſtatem, per legem, *duo ex tribus*, citatam, & tradit Caſtrenſ. *in Authent. ſi vero contigerit, de iudic.* Atque ita ſi decuriones aſſociati diſcordent a iudice recuſato, maior pars præualebit, vt *in l. 7. tit.18. lib.4. noua collect.* ibi, *los dichos tres Alcaldes deputados, o los dos de ellos, ſi los tres no ſe conformaren, den y pronuncien ſentencia en el dicho pleito,* & infra: *y lo que eſtos anſi determinaren ſea firme, y executado por la iuſtiça ordinaria.*

De iure Luſitano *lib.3. tit.21. num.19.* in locis vbi ſunt duo iudices ordinarij, & alter vt ſuſpectus recuſatur, & iudicatur in aliqua cauſa, eo ipſo cenſetur ſocius ſuſpectus, & cauſa ad iudices anni præteriti deuoluitur. Quod ſi ambo, vel quilibet eorum etiam ſint ſuſpecti, partes eligent duos viros probos illius oppidi, vel alterum, qui de cauſa poſſit cognoſcere tanquam iudex, & ad hos, vel ad hunc iudices anni præteriti cauſam remittent, vt eam decidant. Non tamen propter id, præmium aliquod, ſeu ſportulas poterunt ſibi aſſumere. quod non procedet in officialibus curiæ regiæ, aut domus Portucalenſis Correctore cauſarum criminalium, & ciuilium Olyſiponenſi, & iudicibus illius, quia quamuis alter ſit recuſatus vt ſuſpectus, non propterea alter ſuſpectus iudicabitur. Sic lex Luſitana.

An verò hæc lex extendatur ad ædiles, qui ſolent eſſe duo ſimul multis in locis, & oppidis, & ſolent cauſas breuiter, & ſine proceſſibus longis definire iuxta formam Ordin. regiæ *lib.1. tit.88. §.2.* Reſpondemus negatiuè, cum lex noſtra tantùm loquatur de iudicibus ordinariis, nec de ædilibus vllam faciat mentionem. Vnde in ædilibus quamuis alter ſit ſuſpectus, alter ſine eo ædili 242.

ſocio

ſocio ſuo poterit procedere, non obſtante diſpoſitione noſtræ legis, quæ loquitur de iudicibus ordinariis. Barboſ. Vimaranenſ. *in remiſſ. ad Ordin. regiam, lib. 3. d. tit. 21. §. 19.*

243. De iure etiam Luſitano *lib. 1. tit. 2. §. 7.* Cancellarius maximus eſt iudex ſuſpicionum, quæ motæ fuerint contra Senatores Palatinos, & contra præfectos regij patrimonij, vulgò *vedores da fazenda*, & Senatores eiuſdem regij patrimonij, & contra reliquos officiales ibidem nominatos. Vnde conſtat Senatores Palatinos poſſe recuſari, & conſiliarios Regi aſſiſtentes. Cabed. 1 *p. deciſ. 84. n. 4.* vbi *n. 3.* aſſerit totum concilium regium recuſari poſſe, quando principaliores de concilio ſuſpecti ſunt. Ant. de Butr. *in cap. 2. de iud.* vbi vult opus eſſe diſtinctione inter cauſas conſultiuas, & deciſiuas, vt in conſultiuis nequeant recuſari, in deciſiuis verò maximè; quem refert Laudenſ. *de officialib. dominorum, quæſt. 15.* Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 1. c. 1.* quibus accedit Mend. à Caſtro *in praxi ſecular. lib. 3. cap. 19. n. 24.* poſt Roland. à Vallo *conſ. 9. n. 5. lib. 3.* vbi de hac re latè diſputat, ſubiungens concilium non debere recuſari ſi remotis ſuſpectis remaneat numerus ſufficiens ad pronunciandum ſecundum cauſæ qualitatem. Felin. *in cap. cauſam quæ, de officio delegat.* & Villadiego *in tract. delegat. quæſt. 10. n. 29.* Ægidius tamen addit in ſuo libello, *verùm conſiliarij, vel aſſeſſores recuſentur quando quis velit recuſare totum collegium vnius ciuitatis*, opus eſſe in ſpecie exprimere nomina illorũ quos habet ſuſpectos. Vide Th. *alleg. 96. n. 27.*

Non tamen puto hoc eſſe neceſſarium, ſed ſufficit in in genere recuſari concilium, per textum *in cap. dilecti, & ſuſpecto, de foro compet.* vbi conſules iuſtitiæ Verſellarum recuſari potuerunt. Probatur ex cap. *cum ſpeciali*, per Francum *in 10. quæſt. de appellat.* dicentem totum vnum collegium, vel vniuerſitatem poſſe recuſari, & Rolandus *ſupra*, vbi hanc partem multis confirmat *num. 10. & ſequentib.* Secundùm quam reſolutionem videtur dicendum menſam Palatinam, ſeu concilium Palatinum in genere, & in ſpecie poſſe recuſari, ex traditis à Rolando *num. 21.* vbi tenet concilium prouinciale, & ſynodale poſſe recuſari ſecundum Doctores omnes *in cap. 1. de iudic.* Decius *ibi in 2. lectur. num. 15.* Pariſ. *conſ. 31. num. 99.* & etiam totam ciuitatem, *Clementina, Paſtoralis, §. Piſano, de re iudicat. & cap. licet de foro compet.* Quod mihi videtur ſatis durum, cùm concilium Palatinum repræſentet perſonam Regis, & Rex non poſſit recuſari, vt diximus ſuprà, & tradit Mozla *in quæſtionibus iuris ciuilis, & pontific. 1. p. tit. 2. num. 189.* Ergo nec concilium in genere totum abſolutè poteſt recuſari, ſed in ſpecie quotquot de concilio ſuſpecti ſint, vt innuit Mendes à Caſtro *n. 22.* Cabed. *d. deciſ. 64.*

Cæteri verò cancellarij tam Senatus ſupplicationis, quàm Portogalenſis domus poſſunt recuſari in illis tantùm caſibus, in quibus ſunt iudices; non verò in expediendis ſententiis, ſeu chartis, vt tranſeant per cancellariam; tunc enim dum ſententias, ſeu chartas gloſſant, non ſunt iudices, ſed tantùm dubia proponunt, quæ per alios Senatores expediuntur. Vimaranenſ. *in remiſſ. ad Ord. regiam, lib. 1. tit. 2. §. 7.* Probatur, quia Senatores Palatini non poſſunt recuſari niſi in caſibus contentioſæ iuriſdictionis, in quibus ipſi ſunt iudices, non verò in caſibus, in quibus nomine Regis exercent iuriſdictionem voluntariam, & in ſimilibus, qui ſunt de mera gratia, Cabed. *d. deciſ. 64. num. 4.* Ergo cancellarij non poſſunt recuſari niſi in caſibus, in quibus ſunt iudices.

Ex lege etiam noſtra *lib. 1. ordin. tit. 4. §. 4.* ibi: *E conhecera*, pertinet ad cancellarium Senatus ſupplicationis cognoſcere de ſuſpicionibus, quæ opponuntur Senatoribus, & officialibus illius. Ad cancellarium verò Senatus Portugalenſis ſpectat cognoſcere de ſuſpicionibus, quæ obiiciuntur eius Senatoribus, & miniſtris, ſeu officialibus illius, vt conſtat ex eodem *lib. 1. tit. 36. §. 3.* ibi, *E conhecera*, & infrà addit, *E quando iulgar alguns por ſuſpeitos mandara fazer as commiſſoẽs a outros deſembargadores que lhe bem parecer*, hoc eſt, ad cancellarium ſpectat facere commiſſiones aliis Senatoribus, qui loco eorum, qui iudicati ſunt ſuſpecti, cognoſcant de cauſis. De ſuſpicionibus autem, quæ obiiciuntur officialibus Olyſiponenſibus cognoſcet iudex cancellariæ. Patet ex *tit. 14. lib. 1. §. 3.* ibi; *O Iuiz de chancellaria conhecera de todas as ſuſpiçoẽs que forem poſtas aos Corregedores, Ouuidores, Iuizes, Iuſtiças, & officiaes da Cidade de Lisboa, da villa dos Alemaẽs.* De cæteris verò, de quibus iudex cancellariæ Olyſiponenſis poteſt cognoſcere, meminit Cabed. *p. 1. areſto 21. 13. & 85.* Melch. Phœb. *tom. 1. areſto 146.* & Barboſ. Vimaran. *in remiſſ. ad leg. regiam, lib. 1. tit. 14. §. 1.*

Contra officiales iuſtitiæ Vrbis Portugalenſis ſi quæ ſuſpiciones obiiciantur, cognoſcet Senator, qui in ea ciuitate fuerit iudex cancellariæ. Quod intelligitur niſi officiales habeant peculiares iudices, qui de ſuſpicionibus debeant cognoſcere. Conſtat ex lege Luſitana *d. lib. 1. tit. 42.* Nec eſt omittenda hoc loco diſpoſitio eiuſdem legis *lib. 3. tit. 21. §. 17.* vbi vult cancellarios tam domus ſupplicationis, quàm Portugalenſis per ſe ipſos debere interrogare teſtes datos in ſuſpicionibus, quæ Senatoribus obiiciuntur, nec poſſe committere examen teſtium alicui inquiſitori, vulgò, *Enquerredor*, nec alteri officiali. Ex qua deciſione ſequitur poſſe cancellarios committere interrogationem teſtium, quando ſuſpiciones obiiciuntur aliis officialibus; quia lex ſe arctat ad ſuſpiciones obiectas contra Senatores, & de iure antiquo alia erat praxis, vt poſſint examina teſtium committi. Cùm ergo hoc prohibeatur in examine teſtium in ſuſpicionibus contra Senatores obiectis; quoad alios videtur permiſſum iuxta regulam legis *cum Prætor. 12. ff. de iudic.* vbi tradit Bartol. cæteris eſſe conceſſum quod quibuſdam eſt interdictum. Vnde cancellariæ iudices ad quos pertinet cognitio ſuſpicionum de aliis officialibus tam ciuitatis Olyſiponenſis, quàm Portugalenſis, bene poterunt committere interrogationem teſtium; cum non appareat lex id prohibens: quod etiam extenditur ad cancellarios, qui cognoſcunt de ſuſpicionibus obiectis correctoribus prouinciarum, de quibus eorum cancellarij poſſunt cognoſcere. Thomas Vaz *ſupra, num. 38. & ſequentibus.* 244.

Sed illud ſubdifficile eſt, an poſſit recuſans aliquem officialem petere dilationem ad producendos teſtes extra loca, vbi iudex cognoſcit de ſuſpicionibus? Placet affirmare, quando recuſatus non fuerit Senator, contra quem teſtes producti non poſſunt examinari per alios iudices, niſi per cancellarios Senatus, ſeu domus, vbi aſſiſtũt Senatores recuſati præſertim ſi teſtes ſint perſonæ nobiles, quæ non ſolent extra locũ vbi degũt, vel extra domũ propriã exire ad teſtificandũ, quia ſimiles perſonæ potiùs ſunt vrbaniter rogãdæ ad teſtificandũ, quàm cõpellendæ. Benè tamen poſſunt cancellarij 245.

præſertim quando à partibus id poſtulatur, compellere teſtes, vt coram ſe veniant, vt habetur in *l. ſi quando, C. de teſtib. & in l. 6. tit. 20. lib. 4. recopilat.* Miranda *de ordin. iudiciar. quaſt. 24. art. 1. concl. 3.* Sed non potuerunt facere facultatem, vt ſimiles teſtes producantur coram alijs iudicibus. Vaz *d. allegat. 96. n. 41.*

146. Iudices verò recuſati, qui non habent certos iudices apud quos ſuſpiciones illis obiectæ expediantur, aſſument arbitros, vt diſponit lex Luſit. *d. tit. 21. lib. 3. §. 8.* & diximus ſupra, poſſuntque cogi arbitri per ordinationem ad expediendas ſuſpiciones; quod ſi recuſant, ab eadem ordinatione coguntur intra certum tempus comparere coram Rege, vt rationem reddant cur ſuperata ordinationi iudicem non adimpleuerint, ibi, *E naon o querendo o iuiz commiſſario fazer, o iuiz ordinario o conſtrangera emprazando o que por peſſoa appareca per ante nos à certo dia, pera moſtrar a rezaon por que naon cumpre ſeu mandado:* à quibus arbitris, & ab eorum ſententiis non erit appellatio, nec grauamen ad ſuperiorem, vt conſtat ex eadem lege, *tit. 21. §. 8.* ibi: *Sem receber appellaçaon, nem aggrauo,* niſi vbi iudex aliquis iudicatur ſuſpectus, *por que entaon a parte que ſe ſentir aggrauado podera tirar inſtrumento de aggrauo pera o Corregedor da comarca, que o determinara finalmente ſem mais appellaçaon, nem aggrauo:* hoc eſt, quando arbitri decreuerint aliquem iudicem eſſe ſuſpectum vni partium, poteſt ab huiuſmodi declaratione aggrauare, vt notant Lancellot. *de attent. 2. p. cap. 6. n. 54.* Surd. *conſ. 271. num. 20.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c. 100. n. 48.* Sequitur Barboſ. *in remiſſ. ad 3. lib. ordin. tit. 21. § 8. n. 3.* & Vaz *d. allegat. 96. n. 60.* Quod intellige tam de iure communi *cap. ab arbitris, de officio delegati, lib. 6. & cap. legitima, de appell.* per quæ iura quando ſuſpiciones decernuntur per arbitros aſſumptos à partibus, appellatur ad ſuperiorem. Secus de iure noſtro, niſi quando aliquis iudex iudicatur ſuſpectus. Tunc enim poteſt ipſe per grauamen ad correctorem ſuæ prouinciæ recurrere, vt ex *d. §. 8.* conſtat.

147. Sed quid dicendum quando recuſantur iudices forenſes notarij, ſeu tabelliones? Dicendum eſt iudices forenſes literatos, qui ciuitatibus, ac oppidis regni aſſiſtunt, cauſaſque decidunt habere à Rege certos iudices, qui de ſuis ſuſpicionibus cognoſcant, nec ſolere aſſumere arbitros, & ad iudices à Rege nominatos ſuſpiciones tranſmittuntur, vt ab illis decernantur, à quibus appellari, vel ſupplicari per inſtrumentum grauaminis poteſt, ſi recuſatus non iudicetur ſuſpectus. Cabed. *p. 1. deciſ. 207. num. 1.* Barboſa *d. § 8. num. 1.* vbi vult quando iudices ſuſpicionũ non ſunt arbitri aſſumpti, ſed ſunt alij iudices poſſe à ſententia ſupplicari, ab interlocutorijs tamen in diſcurſu proceſſus per iudicem ſuſpicionum prolatis, poſſe partes per inſtrumentum grauaminis recurrere, quod etiam docet Oſaſcus *deciſ. 25. num. 14.* & Surd. *deciſ. 27. num. 10.* quos ibi refert, ac ſequitur.

Quod attinet ad ſuſpiciones quæ obiiciuntur ſcribis, ſeu tabellionibus, fit facultas iudicandi iudicibus datis ad cognoſcendum de ſuſpicionibus, appellatione, & grauamine remoto. Conſtat ex *lib. 3. ordinationis noſtræ, tit. 23.* ibi: *Vindo com ſuſpeiçaon lhe dara iuizes a ella que vejaon ſe procede, ea determinem finalmente ſem appellaçaon, nem aggrauo.* Quod intelligitur de finali ſententia. Nam ab interlocutorijs conceditur grauamen ad ſuperiorem. Surd. *ubi ſupra,* & Oſaſcus, *vbi ſupra,* poſt Baldum *in l. ſi ex cauſa, §. nunc videndum, ff. de minoribus,* vbi decidunt ſtatuta negantia appellationem loqui de finali ſententia, non verò de incidentibus, ſeu emergentibus, in diſcurſu proceſſus. Vincent. de Franch. *deciſ. 43. in 2. p.* Ratio, quia cum negatur appellatio, ſeu grauamen a diffinitiua, ratio petit, vt interlocutorijs poſitis ſuper ordinando proceſſu ſuſpicionis, hæc concedantur. Ita praxis. Atque ita in reliquis finalibus ſententiis circa ſuſpiciones per alios iudices, qui non ſunt arbitri aſſumpti à partibus expediri ſolitas, ſemper per grauaminis inſtrumentum ad ſuperiorem parti grauatæ aditum habebit, teſte Cabed. *d. deciſ. 207. num. 2.* Denique quando notarij iudiciales ſunt recuſati, loco eorum ſuccedunt tabelliones publici. Illis verò recuſatis aſſumentur ſcribæ Concilij, hoc eſt *da Camera*; quod ſi etiam illi exiſtant ſuſpecti, aſſumetur ſcriba ex proximiori, ſeu viciniori loco ad ſcribendum, vt habetur in *l. noſtra, lib. 1. tit. 79. §. 4.* ibi: *E quando todos os tabelliaẽs do lugar forem ſuſpeitos, &c.*

Quanta verò ſit deponenda cautio à recuſante iudices apud Luſitanos non ſemper eadem fuit. 148.
Nunc verò per Ordinationem nouam editam per Philippum II. *lib. 3. ordinat. tit. 23. in princ. & §. 1.* decernitur vt, qui recuſauerit præſides palatij, ſeu menſæ conſcientiæ, præfectos patrimonij regalis, rectorem iuſtitiæ Senatus ſupplicationis, gubernatorem Senatus Portugalenſis, teneatur deponere penes ſcribam proceſſus ſuſpicionis quinquaginta aureos, nec aliter eſt admittenda recuſatio. Vide ordinationem *d. lib. 3. tit. 24. ad fin. princip.* vbi loquitur de cautione, ſeu depoſitione facienda penes ſcribam. Quod ſi recuſatio obiiciatur cancellario maiori; vel alicui ex Senatoribus Palatinis, depoſitio erit triginta aureorum. Si ponatur contra cancellarios Senatus, ſeu Senatores eorum, menſæque conſcientiæ, cautio, ſeu depoſitio erit viginti aureorum. Contra verò conſeruatorem academiæ Conimbricenſis, auditores ordinum militarium, correctores Olyſiponenſes, ac prouinciarum; prouiſoreſque earum, auditoreſque literatos dominorum, ſufficiet depoſitio decem aureorum, quando recuſationes fuerint obiectæ. Si verò obiiciantur recuſationes iudicibus forenſibus, literatis per nos conſtitutis, aut iis, qui in terris dominorum ius dicunt, aut alijs iudicibus Olyſiponis; depoſitio erit quinque aureorum. Item recuſantes calculatorem patrimonij ciuitatis Olyſiponenſis, aut calculatores prouinciarum, vulgò, *das Comarcas*, depoſitio erit decem aureorum. Contra verò quemcunque ex ſcribis calculatorum obiecta recuſatio non erit admittenda, niſi prius deponantur quinque aurei, nemoque ab huiuſmodi cautionibus excuſabitur, neque ante illas audietur, niſi pauperes, quos archiconfraternitas ſanctæ Miſericordiæ ob paupertatẽ notoriã liberat, dum ſunt in vinculis, nec eadẽ ipſa archiconfraternitas, quæ in liberandis huiuſmodi pauperib. occupatur, teſte Melch. Phœb. *tom. 1. areſt. 22.*

Probatur ex Ordinatione noſtra, *tit. 23. lib. 3. §. 1.* ibi, *ea peſſoa que puſer qualquer das ditas ſuſpeiçoes naon ſera releuada de depoſitar a caucaon, ſaluo ſendo tam pobre que naon tenha, pera o que lhe naon ſera admittido iuramento, mas ſomente o podera prouar por teſtemunhas;* hoc eſt intra tempus præfixum ad deponendum: Conſonat lex etiam noſtra *d. lib. 3. tit. 84. §. 10.* ibi, *E ſendo o aggrauante tam pobre que iure que naon tem bens moueis, nem de raiz, nem por onde pague*

o aggra

*ano, e dizendo na audiencia huam, ves o Pater noſter pel alma del Rey Dom Dinis, ſer lhe ha mandado quamo que pagaſſe os noue centos reis, com tanto que tire de tudo certidam, dentro no tempo em que auia de pagar o aggrauo*, hoc eſt, iurando quod non habet, ſufficit dicere orationem Dominicam pro anima Regis Dionyſij, dummodo certitudinem extrahat de ſua paupertate eámque offerat intra tempus, quo aliàs tenebatur cautionem facere, & pecuniam deponere. Ea tamen eſt differentia inter vtrámque legem vt *d.* § 10. ſufficiat partem iureiurando aſſerere, ſe ita pauperem, vt non habeat ad deponendam pecuniam, quæ exigitur in grauamine. At verò *tit.* 22. §. 1. non excuſatur à deponenda cautione per iuramentum, quod ſit pauper ſed debet id per teſtes comprobare, ibi *Mas ſomente o pedera prouar per teſtemunhas*. Quando verò recuſans amittat, vel recuperet cautionem, & cui ſit applicanda, vide legem noſtram *lib.* 3. *tit.* 22. §. 3. *per totum*. Thomámque Vaz *allegat.* 7. *per totam*.

50. Excuſatur à præſtanda cautione regius procurator in ſuſpicionibus, quas tanquam procurator regius obiicit iudicibus. Sic Cabed. 2. *p decif.* 119. *num.* 2. *& areſto* 43. vbi refert ſic fuiſſe iudicatum anno Domini 1591. Conſonat Curia Phil. *p.* 1. *iudic. ciuil.* §. 7. *num.* 24. Facit lex noſtra *lib.* 1. *tit.* 29. §. 8. *ad medium*, vbi decernitur notarios non poſſe habere ſalaria in caſibus, in quibus agit regius procurator. Cabed. *d. decif.* 119. *ſuprà*, & Thomas Vaz *allegat.* 97. *num.* 12. *& ſequentibus*, vbi de hac re ſatis.

## §. VIII.

### *De aliis exceptionibus dilatoriis, & de tempore, quo debent obijci.*

EPITOME.

251 *Exceptio declinatoria fori, ſeu incompetentia iudicis ante omnes alias opponitur ante litis conteſtationem.*

252 *Reus ratione contractus obligans ſe reſpondere vbique locorum, & coram quocumque iudice, an poſſit pœnitere.*

253 *Et quid ſi addat iuramentum.*

254 *Exceptiones contra perſonas litigantes regulariter debent opponi ante litis conteſtationem.*

255 *Reus coram iudice comparens poſt oppoſitam exceptionem per procuratorem non debet audiri, niſi conſtet de legitimo mandato.*

256 *Et an iudex poſſit interrogare de mandato.*

257 *Mandatum procuratorium multis modis conſiderari debet, ſit ne generale, vel ſpeciale.*

258. & 259 *Procuratorem qui poſſunt conſtituere, & qui poſſunt, vel non poſſunt conſtitui, & quid de filiofamilias an poſſit eſſe in iudicio.*

260. & 261 *Minores de iure Luſitano an poſſint conſtituere procuratorem, & quæ ætas requiratur vt aliquis ſit procurator ad negotia, & ad iudicia.*

262. & 263 *Procurator an poſſit procuratorem ſubſtituere poſtquam acceptauit mandatum.*

264 *Procurator conſtitutus ad donandum, an poſſit donare poſt renocationem.*

265. 266. 267. & 268 *Procuratores conſtituti cum* Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl. *libera an ſint conſtituti in ſolidum duplex eſt opinio, & quid ſi opponatur clauſula,* & ad omnes meas cauſas, & lites, quas habeo, & habere ſpero. *Et an extendatur ad cauſas futuras.*

269. 270. & 271. *Mandatum procuratorium quibus modis reuocetur, & quando dicatur res eſſe integra. & an mandatum ad pia extinguatur morte mandantis, re integra.*

272 *Mandatum procuratorium extinguitur ſi reus committat crimen læſæ maieſtatis, vel fiat monachus, vel relegetur in perpetuum.*

273. & 274 *Reuocatio mandati etiam facta cum iuramento de non reuocando valet, & reuocans fit periurus, non obſtantibus argumentis contrariis.*

275. & 276 *Procurator poſt conteſtationem litis non poteſt reuocari ſine cauſa, & præmiſſa citatione ante litem conteſtatam ſi reuocetur requiritur intimatio ipſi, & iudici.*

277. & 278 *Procurator quibus modis reiiciatur.*

Per exceptionem ſuſpicionis, de qua ſupremo loco obiicitur ante litis conteſtationem, ſequitur exceptio declinatoria fori, ſeu incompetentia iudicis, & hæc ante omnes alias dilatorias opponi debet ante litis conteſtationem. Marantan *de ordin. iudiciar. p.* 6. *membr.* 9. *in princ.* Suarez de Paz *in prax.* i, *tom.* 1. *p.* 1. *tempor.* 9. *num* 12. per textum in *l. fin C. de except.* Etenim verò ſi alia priùs exceptio obiiciatur, videtur reus, obiiciens interpellare iudicem, vt ſuper illa pronunciet, & ex conſequenti videtur conſentire in iudicem non ſuum, & illius iuriſdictionem prorogare, per textum *in l. Sed & ſi ſuſceperit, ff. de iudic.* Menoch. *de præſumpt. lib* 1. *præſumpt.* 19. & Camil. *de except. tit.* 43. *num.* 53. *& ſeqq.* Conſtat etiam ex lege Luſitana *lib.* 3. *tit.* 49. *in princ. &* §. 1. *& ſequent. per tot* vbi §. 5. decernitur de huiuſmodi exceptionibus contra iudicem obiectis poſſe ſuperiorem cognoſcere, eáſque definire, remota appellatione, & grauamine: quod ſi ibi, vbi res agitur, non fuerit iudex ſuperior iudicis inferioris, partes iudicem, aut iudices eligent, qui cauſam expediant exceptionis, remota omnino appellatione, ſeu grauamine. 251.

Illud hoc loco verti poteſt in dubium, an poſſit opponi exceptio declinatoria fori, quando reus in contractu celebrato ſe voluit obſtringere, vt poſſit vbique locorum, & coram quocumque iudice conueniri? Reſpondeo de iure talem promiſſionem non obligare; ideo poterit pœnitere ante litis conteſtationem, & contrauenire per *leg. ſi conuenerit, ff. de iuriſd. omn. iud.* & ibi Bart. *n.* 4. Papienſ. *in pract. in forma de declinat. iuriſd. alicuius iudicis in gloſſ. ne fuiſſe iudicem, n.* 2. Faciunt tradita per Paul. de Caſtr. *in l. ſi quis in conſcribendo, n.* 3. 5. *&* 6. *C. de pact.* dicentē iuriſdictionem iudicis non ſui non poſſe prorogari per pactum extraiudiciale. Quin addit Papienſ. ſuprà, etiamſi interueniat ſtipulatio, adhuc poſſe reum contrauenire, poſſe tamen conueniri ad pœnam, vel intereſſe, argumento legis, *diem proferre, in fine, ff. de arbitr.* Sequitur Sigiſm. *in praxi lib.* 1. *c.* 22. *n.* 26. *& c.* 102. *n.* 10. Vbi de conſuetudine ait oppoſitum ſeruari in Romana Curia, ſine controuerſia. Quod ſi debitor promiſerat ſe ſoluere, vbicumque fuerit inuentus; tunc vbicúmque inueniatur poteſt cōueniri, quia ibi videtur contraxiſſe, per text. *in L. Titium.* 252.

*& Manium*, §. 1 *ff. de adm. tutel*. & in ſpecie tradit Innocent. *in cap. dilecti, extra de foro competent.* Secus ſi promittat in inſtrumento ſe ſoluturum in quolibet loco, in quo meliùs actori placuerit. Nam tale pactum non obligat vltra ius commune, ſed ſemper ſubintelligitur ſub conditione, dummodo debitor non conueniatur extra ſuum domicilium, argumento *in l. Mania, in fine de an. legat.* Papienſ. *ſupra, num.* 3. quem ſequitur Paulus de Caſtr. *ſupra, num.* 6.

253. Sed quid ſi quis ſe obliget per iuratam ſtipulationem quòd poſſit conueniri vbique locorum pro debito? Bero. *conſ.* 138. *num.* 14. *vol.* 1. argumento legis, *ſi quis in conſcribendo*, opinatus promittentem prorogaſſe iuriſdictionem omnium iudicum, & poſtuiſſe ſe ſubmittere cuicumque foro, cum potuerit priuilegio ſui fori renunciare. Nec diſplicet hæc reſolutio ex vigore ſtipulationis iuratæ; ideo ſecluſo iuramento, & obtenta relaxatione placet ſuperior reſolutio proxime Papienſis. Addo tamen permittentem quòd poſſit conueniri Braccaræ, Eboræ, & Oliſipone, & vbique locorum adhuc poſſe ſi conueniatur in hiſce ciuitatibus declinare forum, ex Bartol. *ſupra, d. n.* 4. *in d. l. ſi conuenerit*, & ex Alexandro *in d. l. ſi quis in conſcribendo, col.* 3. *n.* 5. Tenetur tamen promittens ad pœnam, & ad intereſſe. Camill. tamen *de foro compet. tit.* 43 *n.* 44. poſt alios *ibi* relatos, declarat promittentem non ſolùm quòd poſſit conueniri vbique locorum, poſt declaratas aliquas in particulari ciuitates, ſed etiam in dictis ciuitatibus, & vbique locorum ſi promittat ſoluere, non teneri ſoluere niſi in dictis locis, aut vicinis, non verò in locis remotis. Ant. de Butr. *in cap.* 1. *extra, de iud.* Roman. *conſ.* 180. *n.* 9. *in fine*, & Carolus de Grall *in tract. except.* 18. *exceptione*.

254. De exceptionibus verò, quæ opponuntur contra perſonam litigantium, quia regulariter debent opponi ante litis conteſtationem, dicendum eſt eas eſſe dilatorias, & differre, non verò pertinere negotium principale. Cùm ergo impediant litis ingreſſum, de illis prius cognoſci debet, & ante omnia pronunciari. Gerard. Maynardus *in deciſ. Tholoſ.* 66. *lib.* 3. Thomas Grammat. *in deciſ. Neapolitan.* 65 *num.* 84. Camill. *de except. tit.* 48. *n.* 36. Huiuſmodi verò exceptiones, quæ opponuntur contra perſonam litigantium, intellige tam contra perſonam actoris, quam contra perſonam rei, & contra perſonam procuratorum, & opponens debet eas probare, cum reus in exceptionibus ſit actor. Roland *conſ.* 13. *num.* 65. *vol.* 3. Paul. de Caſtr. *conſ.* 261 *num.* 5. *vol.* 1. etiamſi exceptio ſit negatiua impoſſibilis, vt vult Franciſc Herculan. *in tract. de negatiua*, *n.* 22. & Surdus *in deciſ. Mantuan.* 104. *n.* 4. quibus accedit Camill. *ſuprà, num.* 31.

255. Quando verò aliquis apparet coram iudice pro tribunali ſedente poſt oppoſitam exceptionem legitimationis perſonæ, non per ſe, nec in perſona propria, ſed per procuratorem, non debet audiri, niſi prius conſtet de legitimo mandato, per textum *in l. licet, C. de procuratoribus, & in l. non ignorat, C. qui accuſar. non poſſ.* Marant. *in ſuo ſpecul p.* 6. *membr.* 9. *ſub num.* 4. & Ioſeph. Cumia *ſuper ritibus Siciliæ, cap.* 42. *num.* 33. Aliàs iudicium redditur nullum, per tradita à Bartol. *in d. l. licet*. Nec ſufficit ſi poſtea ſuperueniat mandatum legitimum, quia requiritur habilitas, quando fit actus, vt notat Alex. *conſ.* 171. *num.* 9. *lib.* 2. vbi ait agentem tempore actus neceſſariò debere eſſe habilem, nec ſufficere quòd ex poſt facto ſuperueniat habilitas, & fiat perſona legitima; nam per hoc non co[illegible]us [illegible] *qui* [illegible] *principio, de* [illegible] *ammi. C.* [illegible] *pub lib.* [illegible].

Non eſt [illegible] hic ſubnectere [illegible] poſſit iudex ex officio interrogare de mandato, & ex co[illegible] quenti obiicere contra perſonam comparentem de inhabilitate. Negat Felin. *in cap. pauſam*, [illegible] *de iudic.* ex proba[illegible] per vtraque pa[illegible] mat tamen Abbas *in cap. nullis* [illegible] iudicē ex officio poſſe inquirere contra procuratorem, vt doceat de mandato, [illegible] perperam, & fruſtra, & hoc poteſt [illegible] facere etiam poſt litem conteſtatam. V[illegible] *de nullitatibus ex inhabil.* [illegible] *ex defect. mandati, num.* 66. M[illegible] cant. *ſupra*, [illegible] *rubric. de inquiſit. num.* 192. Quæ ſententia eſt non ſolum æquior, ſed verior, & [illegible] gis communis, vt docet Maniuer. *in addition. ad practi. ann. Papienſ.* in forma reſ[illegible] rei co[illegible] uentis, *in gloſſ.* Simonius Spe[illegible] *verbo, de mandato*, & Grammat. [illegible] *ad pr*[illegible] [illegible] 4. *cap.* 5. *num.* 23. 256.

Illud etiam nō omittendum, cuiuſmodi mandatū procurationis poſſe conſidera[illegible] an ſit legitimum, & omni falſitate carens. Secun[illegible] an ſit generale, vel ſpeciale. Nam ſi conſtet [illegible] falſum etiam poſtquam iudex pronunciauit, omnia corruunt. Innocent. *in cap. ſuper literis, de* [illegible] *ptis*, quem ſequitur Bal. *in l.* [illegible] *alias, C. de pact.* [illegible] *verſ. venio modo.* Vantius *ſupra, num.* 139. [illegible] mandatum debere carere omni vitio viſibili [illegible] que alios refert, & ſequitur. Item debet inſpici an ſit generale, quia non extenditur ad ea, quæ egent ſpeciali mandato, vt notat Bartol. *in* [illegible] *§. Medico, num.* 1. *&* 3. *ff. de an. legat.* Decius *conſil* 412. *quod ſupra, num.* 8. *conſ.* 442. præſens conſultatio, *num.* 12. *& conſ.* 613. *quod ſupra, num.* 11. vbi repetit Decius omnia contenta *in d. conſ.* 410. Magnique intereſt expendere ſit ne generale mandatum, quia multa ſunt, quæ non cenſentur procuratori data in mandato generali, ſed e[illegible] ſpeciale, de quibus gloſſ. *in l. illud, ff. de min*[illegible] puta in cauſa reſtitutionis in integrum, vt *d.* [illegible] *lud, & l.* 1. *C. etiam per procuratorem*. Item in [illegible] tis Apoſtolicis impetrandis, vt conſtat ex *cap. nonnulli, de reſcriptis*, nec ſufficit in hoc caſu generale mandatum, ſed exigitur ſpeciale, ſicut etiam requiritur in contrahendis ſponſalibus, *cap. præterea, qui cleric. vel vo.* & in contrahendo matrimonio, vt *in cap. final. de procurator. lib.* 6. Q[illegible] dum neceſſarium eſt in compromiſſo faciendo, *cap. per tuas, extra de arbitr.* & in abſolutione petenda ab excommunicatione, vt habetur *in cap. quod de his, de ſent. excommun.* Nec non in tranſactione, vel pacto de non petendo, [illegible] iuramento, vt *in cap. qui ad agendum* [illegible] *lib.* 6. *de procurat.* Niſi mandatum eſſet cum [illegible] *procurator cum libera, ff. de procurat.* [illegible] *forma libelli in actione hypoth. in gloſſ. non* [illegible] *tem ſufficiens mandatum, num.* 1. *&* 2. 257.

Conſiderari etiam poteſt perſona conſtituentis procuratorem, quia ſi conſtituens ſit ſub alicuius poteſtate, nempe pupillus, minor, monachus, ſeu religioſus, aut filiusfamilias, non poſſunt conſtituere procuratorem, niſi conſentientibus [illegible], ſub quorum poteſtate exiſtunt, vel [illegible] deficientibus accedente decreto iudicis ſaltem, per textum *in l. neque, §. pupillus & in l.* [illegible] *C. de procuratoribus*. Paul. de Caſtro *in d. l. neque, num.* 6. & Iaſon *numero* 3. *capit. ſi minum, de iudic.* 258.

in

*in 6. l. decreto ff. de adminiſtr.* & alij, quos referens ſequitur Vantius *rubric. de nullis. ex inhabilit. ſen def. it. mandat. n.* 141. *& duobus ſequentibus.* Sicut non poſſunt conſtitui procuratores, ſerui, monachi, religioſi, & alij ſimiles, qui abſque licentia ſuorum ſuperiorum non poſſunt comparere in iudicio. Vantius *ſuprà, num.* 132. Clement. *ſi religioſus*, & *ibi* gloſſa finalis, & ſcribentes *de procuratoribus, cap. 1. de poſtulationibus*, poſt Ioan. Andr. *in cap. in noſtra, ſuper gloſſ. vltim. eodem tit. & in ſpeculo, §. ratione formæ, col. final. verſ. vltim.* vbi determinant ſuprà ſcriptos regulariter nec pro ſe nec pro aliis poſſe iudicio intereſſe. Non tamen diſplicet ſententia Bartoli *in l. ita demum, C. de procurator.* & Abbat. *in cap. non iniuſtè, ſuper gloſſa* 1. *eodem tit.* vbi abſolutè tradunt ſeruos, & religioſos poſſe pro aliis intereſſe in iudicio, nemine opponente.

159. Sunt tamen aliqui caſus in quibus filiusfamilias agere, & defendere ſe poteſt ſine conſenſu patris. Primus. Poteſt agere nomine alieno, & conſtituere procuratorem, aut eſſe in iudicio per textum *in cap. generaliter, in 2 reſponſo de procuratoribus, in 6.* gloſſ. notabilis, *in cap. final. in verbo, regulariter, de iudic. in 6.* & docet Ioan. Baptiſt. Villalob. *opin. commun. in verbo, filiusfamilias, n.* 132. & Barthol. Socin. *in tract. fallentiar. regula* 151. *fallent.* 12. Secundus caſus eſt in peculio caſtrenſi, & quaſi caſtrenſi, in quo poteſt procuratorem conſtituere filiusfamilias. Textus *in l. 2. C. de caſtrenſ. pecul. & in l. 2. ff. ad Senat. Conſult. Maced.* Gloſſ. *in d. cap. finali, de iudic. in 6.* Baptiſt. Villalob. *ſuprà, §. aduocatus, num.* 130. Andr. Gail. *pract. obſeruat. lib. 2. obſeruat.* 124. *num.* 12. Tertius caſus, in quo filiusfamilias poteſt inconſulto patre conſtituere procuratorem, & agere, eſt in cauſa criminali, in qua poteſt etiam patre contradicente. Baptiſt. Villalob. *in d. §. aduocatus, num.* 133. Vincent. de Franc. *in deciſ. Neapol.* 100. *num.* 6. Barthol. Socin. *in d. regul.* 151. *num.* 1. & habetur *in l. liberat fu. ff. de adulter.* Quartus caſus eſt in cauſa ſpirituali, in qua filiusfamilius ſicut poteſt agere, ſic etiam poteſt conſtituere procuratorem ſine conſenſu patris. Quod extenditur ad annexa cauſarum ſpiritualium, teſte Abbate, Panorm. *conſ.* 12. *col. 2. volum.* 1. & Ludou. Roman. *conſ.* 456. *num.* 4. Idem dico in beneficialibus, in quibus poteſt agere, & conſtituere procuratorem, eo quòd beneficia gaudent priuilegio caſtrenſium bonorum, per textum *in l. ais prætor, in principio, ff. de milit. teſtam.* Gloſſ. notabilis *in cap. primo, de iureiurand.* Socin. *regul.* 151. *fallent.* 6. & Villalob. *d. verbo aduocatus, ſub num.* 130. Vltimus caſus eſt in cauſis in quibus pater non habet vſumfructum in bonis filiorum. Afflict. *deciſ.* 180. Capel. Toloſ. *in deciſion.* 175. *incipit, Item fuit quæſitum ſi filiusfamilias, & in deciſ.* 306. Quin etiam filiafamilias pro dote aduentitia, quæ à matre, vel ab auo deſcendit, poteſt agere, & conſtituere procuratorem conſenſu patris minimè requiſito per Authent. *quod locum*, vbi hoc docet Bartol. *C. de collatio.* & *ibi* Iaſon. *num.* 11. quem refert, ac ſequitur Baptiſt. Villalob. *in commun. opin. §. aduocatus, numero* 131. & Bald. *conſ. 7. incipit, puniſtus, column.* 2. *volum.* 3.

160. De iure noſtro *lib. 3. tit. 29. §. 1.* minor 14. annis, & fœmina minor 12. non poſſunt conſtituere procuratorem, ſed loco eorum tutor poterit procuratorem conſtituere. Minor tamen maſculus 14. annorum, & fœmina 12. vſque ad 25. annum, poſſunt conſtituere procuratorem obtenta priùs facultate à iudice actorum, aut à curatore, alias nullo modo poſſunt. Adde etiam de iure noſtro *lib. 1. tit. 48. §. 20.* minorem vigintiquinque annis non poſſe eſſe procuratorem, niſi fuerit in iure ciuili, aut canonico ſaltem baccalaurus in Vniuerſitate Conimbricenſi. Nec obſtat ordinatio libri 3. *tit. 9. §. 5.* vbi ait, quando *o filho quiser demandar como procurador, naon o podera fazer ſem ter idade de dezaſete annos perfeitos.* Ergo ea eadem lege filiosfamilias poteſt dari procurator, quando agit nomine alieno, vbi primùm peruenerit ad decimumſeptimum annum completum, quia *d. §. 2.* lex loquitur quando conſtituitur procurator ad omnes cauſas minor vigintiquinque annis iam literatus. At verò *§. 5. d. tit. 9.* vbi requiritur decimusſeptimus annus completus, loquitur lex de minore conſtituto procuratore ad particularem aliquã cauſam, vt notat Molin. *de iuſt. tract. 2. diſp.* 228. *fol.* 1420. *verſ. excipitur ſecundò ad finem*, dicens filiumfamilias poſſe conſtitui procuratorem conſenſu patris minimè requiſito, nomineque, & commodo alieno agere, & aſſiſtere non ſolùm ad negotia, ſed etiam ad iudicia; vt tamen ad iudicia conſtituatur, neceſſe eſſe vt vigeſimumquintum annum excedat: quod eſt de iure communi; ſecus de iure noſtro, dummodo ſit in Vniuerſitate Conimbricenſi ſaltem ad gradum baccalaurei euectus. Vimaranenſ. *in remiſſio. lib. 1. tit. 48. §. 20.*

Dixi de iure communi, in quo legitima ætas eſt vigintiquinque annorum, dummodo non ſit minor: hæc enim eſt legitima ætas ad iudicis, ſeu procuratoris officium, *cap. qui generaliter. de procuratorib. in 6.* textus *in l. final. C. de his, qui veni. ætat. impet.* Per quem textum Accurſ. *in l. exigendi, in verbo legitimam, C. de procurator.* tradit procuratorem ad iudicia eſſe poſſe, qui habuerit 25. annos. Concordat Roffed. Beneuentan. *in tract. de libell. p. 7. tit. de Senatusconſulto Clementian. n.* 1. Vnde non eſt audiendus Cuiacius *obſeruatio. lib. 22. obſeruat.* 16. vbi docet ſufficere ad iudicia ætatem annorum decem, & ſeptem completorum, argumento, *§. iuſtè, Inſtit. quibus ex cauſ. manumitt. non licet*, niſi illum velis intelligere in cauſa, & caſu legis noſtræ, vbi filiusfamilias, *lib. 3. tit. 9. §. 5.* fit procurator nomine alieno contra patrem, ibi: *ſe o filho, ou o liberto for tutor, curador, feitor, ou procurador para negotios podera citar ſeu pay, ou patrono, em nome daquelle cuio tutor, curador, feitor, ou procurador for;* dummodo habeat ætatem completam annorum decem, & ſeptem. In quo ſenſu Cuiacij ſententia admitti poteſt, ad negotia ſcilicet dumtaxat, non verò ad iudicia, vt ibi tueatur cauſas omnium, vt cæteri aduocati. Camill. Borrell. *in ſumma, tom. 1. titul. 46. num. 39. vſque ad num.* 44. Iuuat *l. 19. tit. 5. p.* 3. vbi dicitur oportere procuratores ad negotia, vt habeant non minorem decem, & ſeptem annis ætatem, quamuis Sanchez *lib. 3. de matrim. diſp.* 41. *num.* 8. cenſeat in procuratore ad negotia quamcumque ætatem ſufficere, modò vſu rationis gaudeat. Vnde infert poſſe ad matrimonium conſtitui procuratorem pupillum, modò vſum rationis habeat, quia procurator ad matrimonia dicitur ad negotia conſtitutus. Vide cætera apud illum, vbi contrariis argumentis reſpondet. 261.

Placet etiam hic diſcutere, an poſſit procurator qui mandatum acceptauit, ante litis conteſtationem procuratorem ſubſtituere. Negat Marant. 262.

*de ordin. iudiciar. p. 4. diſt. 16. n. 28.* poſſe talem procuratorem ſubſtituere ante litis conteſtationem, niſi expreſſe in mandato declaretur quod poſſit ſubſtituere ante conteſtatam litem: quſuis mādati onus acceptauerit. Sequitur Gail. *in practic. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 4. num. 11.* Thom. Triuiſ. *deciſion. 55 num. 6 & 7. lib. 1.* Cæterùm poſt litem conteſtatam poſtquam eſt effectus dominus litis, non ſolùm procurator conſtitutus poteſt ſubſtituere per leg. *ſi procuratorem, § ſi quis mandauerit ff. mandatum,* & *l. neque tutores, in fine, C. de procuratoribus,* & *cap. 1. § 1. de procuratoribus in 6.* Sed etiam procurator ſubſtitutus poſt litem conteſtatam alium poteſt ſubſtituere, vt vult eodem Thom. Triuiſ. *deciſ. 6. lib. 1.* quem ſequitur Sigiſmund Scaccia, *lib. 1. de iudic. cap. 101 num 40.* Quod eſt verum de procuratore conſtituto ad iudicia, non verò de procuratore ad negotia. Nam is poteſt ſubſtituere quandocumque voluerit per legem, *ſi procuratorem, § ſi quis mandauerit,* & *ibi* Bartol. *ff. mandati,* Carauls. *ſuper ritu 107. num. 5.* Idem tradit Sigiſmund. *ſupra*, quando procurator ad iudicia eſt conſtitutus in rem propriam. Tunc enim is poterit ſubſtituere ante litis conteſtationem, in eumque omnes vices ſuas transferre, non tamen poterit poſtea illas reaſſumere ſine ſpeciali mandato, teſte Bernardo Cardinali Bilgoet, *in deciſ. 11. tit. de procuratoribus*, quem ſequitur Camill. Bortell. *nova. 46. de procurator. num. 231.* Vant. *de null. ex defect. mand. num. 107.*

263. Sed quid ſi conſtituatur procurator cum libera? Alexand. *conſ. 44 num 2. vol. 2.* ait conceſſionem generalem cum libera operari regulariter ea etiam, quæ ſpeciale mandatum exigunt, *l. mandato,* & quod *ibi* gloſſa, & Bartol. *ff. de procuratorib.* & *in cap. quid ad agendum, in pnc. eod. tit. in 6.* & in ſpecie tradit Baldus *in l. illud, § 1. ff. de minorib.* Couar. *variar. lib. 1. cap. 6. num 3.* Excepta tamen poteſtate donandi, dilapidandi, ſeu delinquendi, vt habetur *in l. creditor, § Lucius ff. mandati,* & *l. filiusfamil. ff. de donat.* Idem Alexand. *in l. ſi procurator, C. de procuratoribus,* & *ibi* Bald. vbi volunt habentem mandatum, quantumcumque generale, cum libera, & plena poteſtate æquipollens ſpeciali mandato, non poſſe donare, ſeu remittere, nec poſſe renunciare liti, & cauſæ, nec renunciare inſtantiæ. Idem Alexand. *conſ. 22. num. 8. vol. 1.* poſt Federic. de Senis *conſ. 3. incipit, quidam habet poteſtatem tranſigendi,* & *num. 10.* addens nec poſſe renunciare appellationi per ſe interpoſitæ, per id, quod habetur *in l. reſcriptum, § final. cum lege ſequenti,* & *l. contra iuris, § final. ff de pactis.* Et ex conſequenti non poſſe gratis debitum liquidum remittere, cùm paria ſint donare, ac debitum liquidum remittere, Alex. *ibi, d. num. 10.* poſt alios *ibi* relatos. Camill. *ſupra, num. 246.* & *ſequentibus*, etiamſi in mandato dicatur quod poſſit facere procurator quidquid conſtituens facere poteſt. Adhuc enim non poterit donare, nec remittere, & multo minùs dilapidare ſecundùm præcitatos.

264. Quod ſi procurator conſtituatur ab aliquo cum poteſtate donandi, & aliquid donet antequam procurator, & donatarius cognoſcant procuratorem eſſe reuocatum, puta, per contrariam, expreſſè reuocationem, vel tacitam, hoc eſt mortem eius, cuius erat procurator conſtitutus? Reſpondeo validam eſſe talem donationem, quia facta per procuratorem antequam ipſe conſcius ſit reuocationis, ſuſtinetur, probat textus *in l. ſi mandaſſem, ff. mandati,* & *ibi* Bartol. & communis Doctorum, vbi docent quando procurator eſt conſtitutus ad aliquem actum, vel contractum gerendum, non valere reuocationem, niſi procurator, & etiam tertius, cum quo fit contractus, certiorentur, quia contractus non ſuſtinetur, nec perficitur ex conſenſu, & voluntate domini dumtaxat, ſed ex voluntate domini ſimul, & ex voluntate procuratoris. Ita Ant. Gomez *2. tom. variar. cap. 4. num. 3. verſ. Breviter, & reſolutiuè dico.* & Molin. *tract. 2. de iuſtit. diſp. 26. verſ. Antonius Gomez, pag. 59.* ſubiungens facta per ſimplicem mandatarium, mandato poſtea reuocato, etiam tacitè regulariter eſſe inualida, quamuis mandatarius, & is ad quem res mittitur, non ſint conſcij reuocationis; Secus quando acta ſiunt per procuratorem, quia hæc valent antequam de reuocatione conſtet, excepto caſu matrimonij, in quo cum conſenſus principaliter dependeat ex contrahente, ſi tempore quo procurator interfuit matrimonio, principalis reuocauit conſenſum, nulliter contraxit procurator, etiamſi procurator, & alter contrahens ignorauerint reuocationem.

His accedit dubitatio, quando duo conſtituuntur procuratores cū libera poteſtate, nec additur, neque exprimitur in ſolidum vnicuique illorum. Duplex eſt opinio. Prima docet procuratoriū mandatum cum libera, & ampla poteſtate duobus conceſſum, eam vim habere, ac ſi cuilibet illorum eſſet in ſolidum datum. Atque ita poſſe quemlibet ipſorum procedere. Sic Bald. *in rubric. C. de exercitor. & inſtit. action. num. 13. verſ. Iuxta prædicta mouentur.* Sequitur Decius *conſ. 62. n. 1. & 2.* quem refert Camill. *tit. 66. de procuratoribus, num. 244.* poſt Philipp. Franc. *deciſ. 51. col. 2. verſ. in gloſſa, in verbo, in ſolidum.* Secunda tenet quando factum eſt mandatum procuratorium duobus cum libera, & plena poteſtate, non poſſe procuratores agere quicquam per ſe, ſed neceſſariò debere procedere ſimul, ſi non ponatur in commiſſione quòd quilibet eorum procedat in ſolidum. Ita Franciſc. Aretin. *in cap. prudentiam, de officio delegati*, & videtur eſſe de mente legis, *qui duos, ff. de procurator.* vbi dicitur ſi fuerint conſtituti duo procuratores ſimpliciter alterum abſque altero procedere, non poſſe. Quod etiam ſentit Alexand. *conſ. 93. volum. 7.* & Vantius *de nullitatibus, ex defectu mand. num. 78.* & Camill. *ſupra, num. 305.* Quæ opinio mihi magis placet quando duo conſtituuntur cum libera, & ampla poteſtate, eamque tenuit Rota apud Tholoſanum *deciſ. 860. lib. 3. volum. 3.* Quod ſi adderetur dictio, *in ſolidum*, vel *vnicuique ipſorum*, aut *cuilibet ipſorum*, vel non expreſſo verbo, *ipſorum in ſolidum*, tunc admittenda eſt opinio Baldi, quam ſequitur Marc. Anton. Natta *conſ. 342. num. 1. vol. 2.* & ſequuta eſt Rota *in antiquis, in deciſ. 174. incipit, nota quod vbi aliquis.* Vbi habetur quando datur poteſtas cuilibet, intelligendum eſſe in ſolidum. 265.

Intereſt etiam ſcire quid poſſit mandatum procuratorium ſpecialiter conceſſum ad aliqua negotia, cauſas, vel lites cum clauſula apponi ſolita nempe, *& ad omnia mea negotia, cauſas, & lites, quas habeo, & habere expecto?* Gloſſa *in cap. Sedes, verbo, maiores, de reſcriptis,* vult mandatum procuratorium hoc extendi ad maiora, vel grauiora iis, quæ in ipſo mandato continentur. Sequitur Panorm. *ibi,* & Decius *n. 7.* poſt Innoc. & Imol. *n. 6.* 266.

Probabi

Probabilius tamen eſt non comprehendi cauſas, ſeu lites maiores, vel grauiora negotia, quàm ſunt ea, quæ in ipſo mandato comprehenduntur. Ex ea ratione, quia clauſula generalis, *& ad omnia mea negotia*, ſeu, *lites in procura*, ſeu, *mandato procuratorio contenta*, reſtringitur ad ea, quæ ſpeciatim præceſſerunt. Text. *in clem. 2. de procurator.* Barbat. *in d. cap. ſedes, num. 158.* & ibi Felin. *col. 7. verſ. quintò declaratio, de reſcriptis.*

267. Quin etiam iuxta gloſſam *in l. damni infecti, §. ſi is qui, ff. de damn. infect.* Felin. *in cap. relatum, de officio delegat. num. 8.* clauſula *mandati*, nempe, *& ad omnia mea negotia, & lites, quas ego habeo, & habere ſpero*, non extenditur ad lites, ſeu cauſas futuras, ſeu negotia, quæ ex iure de futuro poſt mandatum procuratorium conceſſum mihi obuenerint. Quod eſt de mente Bartoli *in l. omnium*, & gloſſa *in verbo, dantur, ff. de procuratoribus*, & Angeli *in § præterea, num. 33. inſtit. de exceptio*, niſi negotia futura, & lites poſtea venientes ortum habeant ea negotiis, ac litibus de præſenti; non verò de futuris, & inſperatis negotiis, ad quæ de præſenti nullum ius habetur. Ita Gregor. Lopez *in l. 13. tit. 5. p. 3. verbo, ſobrè tal myo pleito*, poſt Ioan. Andream *in addition. ad Speculat. tit. de procurator. § ratione autem, num. 21. ſuper litera C. verſ. ſed quid ſi procuratorium.* Quid ſi tempore mandati conſtituens nulla habebat negotia, nec litem? Angelus *in l. item ad litem, ff. de procurator.* opinatur comprehendi in mandato litem futuram. Speculator verò *in d. § ratione autem formæ*, exiſtimat eſſe conſtitutum non ad lites futuras, niſi ad connexas præſentibus; quem ſequitur ipſe Gregor. ex vi, ac virtute verbi eiuſdem legis 13. ibi: *ſobre tal myo pleito*, alias ſequeretur poſſe conſtituentem à tali procuratore maximè grauari. Lege Gregorium. Confirmatur, quia mandatum conceſſum contra Sempronium debitorem, & contra alios, non extenditur ad digniores, vt notat Ananias *in d. cap. ſides, num. 3.* & iuuat gloſſ. *in cap. finali, verbo, ſpeciali, de procuratorib. in 6.* Iuuat mandatum conceſſum contra Sempronium cum clauſula generali, *& contra quoſcunque alios*, &c. non extendi contra collegium, ciuitatem, vel vniuerſitatem, niſi in ſpecie exprimantur. Aliter enim non extenditur mandatum contra omnes perſonas, ad vniuerſitatem, vel collegium, vel ciuitatem, vt notat Bald. *in authen. item quæcunque, C. de Epiſcop. & cleric.* & Felin. *cap. cum te, num. 15. de reſcriptis.* Vantius *de nullitat. ex defect. inhabil. ſeu mandat. num. 97.*

268. Ego tamen puto loquendum eſſe cum diſtinctione, ſi conſtituens tempore conſtitutionis habebat aliquas cauſas, ſeu negotia, & conſtituat Sempronium cum clauſula, *& ad omnes alias ipſius cauſas, & negotia.* In hoc euentu non comprehendit lites futuras, niſi eſſent cōnexæ præſentibus: alias verò cauſas futuras non connexas nōluit conſtituens procuratori committere, text. *in l. de his rebus, ff. de auro, & argent. legat.* & in hoc ſenſu eſt vera opinio gloſſ. Bartol. & ſcribentium *in l. damni, §. ſi is qui ædes, ff. de damn. infect.* At verò ſi tempore conſtitutionis conſtituens nullam omnino habebat litem; in hoc caſu, vt conſtitutio, ſeu mandatum procuratorium non concedatur perperam, neue ſit illuſorium, debet extendi ad futuras cauſas, per text. *in l. ſi ſeruitus, ff. de ſeruitutib. vrb. præd. & in l. vxorem, § codicillis, ff. de legat. 3.* Quæ diſtinctio placuit Rotæ *deciſ. 19. incipit, fuit dubitatum, vtrum cum procurator, in addit. in no.* quam ſequitur Guliel. de Cuneo *in l. item ad litem, ff. de procurator.* Quomodo vtraque ſententia inter ſe diſcors in amicitiam redit.

269. Dicere non omittam quot modis procurator, ſeu procuratorium mandatum reuocetur. In primis morte conſtituentis, ſeu mandantis, *l. inter cauſas in principio, ff. mandati*; quod procedit re integra, *l. mandatum, C. mandati, § item ſi adhuc. inſtit. eodem tit.* Bartol. *in l. fundi, § etiam, ff. de acquirend. poſſ.* In iudiciis autem dicitur mandatum eſſe re integra quandiu lis non fuerit conteſtata, poſt conteſtationem verò iam res non eſt integra, per legem *poſt litem, ff. de procuratorib. cap. 2. de procuratorib. in 6.* Vantius *de nullitatib. ex defect. mandat. num. 170.* Maximè quando eſt procurator actoris, quia ſi procurator rei ſatiſdationem præſtitit, non dicitur res integra, clement. *de procuratorib.* Speculator *in eodem tit. § ratione quoque, verſ. ſed nunquid procurator.* Ægidius Bellamer. *deciſ. 6. verſ. item quia licet*, poſt Bartol. *in l. ſi defunctus, ff. de procurator.* Sicut etiam non dicitur res integra, quando mandans præſtat cautionem de iudicio ſiſti, vt notat Verall. *in deciſ. 188. num. 2. & in deciſ. 189. lib. 1.* quem ſequitur Camill. *ſuprà, tit. de procurator. num. 168.*

270. In procuratore autem ad negotia conſtituto dicitur res integra, quandiu procurator conſtitutus ad emendum non ſe obligauit emptori, neque arrhas illi dedit. Baldus *in d. l. mandatum, C. mandati*, Accurſ. *in §. item ſi adhuc, in verbo, idem ſi adhuc, inſtit. de mandat.* Item dicitur res integra donec mandatarij, vel mandantarij venerit aliquod intereſſe, vt habetur *in l. ſi procuratorem, § mandati, ff. mandati*, & Caſtrenſ. *in l. penult. verſ. principaliter quæro, ff. de ſolut.* vbi volunt hæc procedere in procuratore ad negotia.

271. Excipiunt ab hac regula quando mandatum eſt ad aliquam piam cauſam exequendam. Nam in hoc euentu mandatum non extinguitur morte mandantis etiam re integra, ſed poteſt mandatarius adimplere mandatum, non obſtante morte mandantis. Roman. *conſ. 119. in princ. & conſ. 202. num. 5. verſ. ſecundò quia poteſt.* Bald. *in l. ſicut, in fine, C. de action. & obligation.* Tiraq. *de priuileg. piæ cauſæ priuileg. 82. & priuileg. 132.* vbi poſt plures concludit mandatum factum piæ cauſæ, non expirare re integra, ſed durare etiam poſt mortem mandantis, nec poſſe ab hæredibus illius reuocari cùm non appareat voluntas mutata. Similiter non extinguitur mandatum morte, vbi principalis ſatiſdediſſet pro procuratore. Sic Bartol. *in l. ſi defunctus, col. 1. verſ. ſecundò oppone, ff. de procuratorib.* Capel. Tholoſ. *deciſ. 264. incipit, item an finiatur.* Verall. *deciſ. 188. num. 1. & deciſ. 189. num. etiam 1.* Eodem etiam modo non ſoluitur mandatum morte mandantis quando ſit aliquid quod neceſſe erat fieri ex officio, teſte Bartol. *in l. fundi, § etiam, ff. de acquirend. poſſ.* Bartholom. Socin. *in regul. 254.* & Ludouicus Roman. *conſ. 252. numer. 4.*

272. Illud hoc in loco mihi libuit vertere in dubium, an mandatum procuratorium cenſeatur ſaltem tacitè extinctum, ſi conſtituens fiat poſtea reus criminis læſæ maieſtatis, vel fiat monachus, vel relegetur perpetuò cum bonorum publicatione? Reſpondeo affirmatiuè, cùm mors ciuilis æquiparetur morti naturali. Ita voluit Rota *in nouis, in deciſ. 366. incipit, fuit dubitatum vtrùm clement.* & deciditur *in clem. 1. de procurator.* ex identitate

 rationis.

gationis. Sequitur Guid. Papæ *in deciſ. 547 per totam*, quos ſequitur Vantius *de nullitat. ex defect. mandat. num. 175.* ſubiungens idem fore, ſi conſtituens arrogaretur, vel in ſeruitutem redigeretur, vel ab hoſtibus caperetur. In his enim caſibus mandatum ſolueretur, & voluntas euaneſceret, vt probat lex *ſi arrogati, ff. de tutel. & in l. ex quibus modis tutel. finiant. §. 1. vſque ad finem.* Hoc autem non procedit quando quis conſtituitur procurator, velut in rem propriam, quia tunc mandatum non expirat per mortem conſtituentis, per legem, illam, *§. quod etiam, C. de donationib.* Bald. *in l. mandatum, ſub num. 1. verſ. Item oppone, ac lege, illam, C. mandat.* & Bartol. *in l. 1. §. ſed & ſi quis mihi, ſub num. 1. ff. donatio.* Similiter non expirat mandatum mortuo conſtituente, reſpectu, ac fauore dotis. Bartol. *in l. §. ſi pecunia, ff. de donat.* Salycet. *in l. inter cauſas oppoſition. 11. ff. mandati,* & Felin. *in cap. relatum, verſ. ſecundo, extra, de officio delegat.* Nec etiam ſoluitur quando conſtituitur ad pacem faciendam, à vulnerato. In quo euentu conſtitutus non obſtante morte conſtituentis poteſt facere pacem, quamuis contrarium opinetur Vulpell. *in tract. de pace, & induciis, quæſt. 5. num. 2. & ſequenti.* Sed reſolutio noſtra eſt Anton. Corſeti *in tract. de priuileg. pacis, priuileg. 93.* poſt Speculatorem *in tit. de homicidio, ſub num. 6. verſ. ſed pone;* quem ſequitur Hippol. de Marſil. *ſingul. 44.*

273. An verò poſſit reuocari procurator conſtitutus a conſtituente. Non eſt dubium poſſe, etiamſi iure iurando renunciauerit poteſtati reuocandi. Ratio quia hæc renunciatio eſt contra naturam mandati, quod de ſe eſt reuocabile, ideo quamuis reuocans ſit periurus, reuocatio tenet, gloſſa *in cap. fin. in verbo, reuocamus,* quam referunt, & ſequuntur Alexand. *conſ. 18. num. 7. lib. 2.* Vantius *de nullit. ex defect. mand. n. 158.* Felin. *in cap. ex parte decani, num. 12. ampliat. 5. de reſcript.* Boer. *deciſ. 207. num. 2.* alijs ibi relatis, quos referens ſequitur Ioan. Oroſcius *in l. omnes populi, num. 114. ff. de iuſtit. & iur.* Gutier. *de iurament. confirmator. p. 1. cap. 1. num. 80. & 81.* & Sigiſmund. *lib. 1. de iudic. cauſar. ciuil. & crimin. cap. 101. num. 42.* Etenim cùm in his, quæ a libera voluntate cuiuſque pendent, fieri non poteſt etiam per actum quominus reuocare liceat. Bartol. *in text. in l. cum precario, ff. de precario,* & habetur expreſſe *in l. ſi quis in principio ff. delegat. 3.* Ergo idem dicendum erit in conſtitutione procuratoris ſecundùm gloſſam memoratam *in d. cap. final.* quam ſequitur Decius *conſ. 475. num. 18. In cauſa quæ Mantua,* & Gratian. *in diſceptat. forens. ad prati k eſſe. lib. 5. cap. 13. ſub num. 25.* & eſt communis. Nec obſtat gloſſa *in cap. licet mulieres, de iure iur. lib. 6.* vbi dicitur quando iuramentum eſt factum in fauorem tertij, non valere alienationem poſtea factam etiam cum iuramento, quia facta fuit in præiudicium illius in cuius fauorem primum iuramentum fuit præſtitum. Vnde non tenet actus etiam ſub iuramento præſtitus, quando in alterius detrimentum redundat; nec illi lex aliqua reſiſtit; verbi gratia, fœmina iurauit bona dotalia non alienare, & minor etiam cum iuramento promiſit bona ſua immobilia non diſtrahere. Atqui hæc de iure prohibentur alienari. Ergo actus contrarius huic iuramento etiamſi iuratus ſit, non valet, cùm ſit contrarius iuri, & præterea priori iuramento. Secus quando actus de ſe non repugnat iuri, prout eſt reuocare procuratorem conſtitutum; ideo quamuis reuocans incidat in periurium, & peccet mortaliter, cùm potuerit iuramentum ſeruare abſque detrimento ſalutis æternæ, nihilominus valet reuocatio. Ita Gutier. *ſupra, num. 81.*

Sed contra ſtat deciſio 104. Rotæ *in antiquis, incipit, nota quod vbi aliquis facit,* vbi vult conſtituentem procuratorem ad permutandum beneficium addito iuramento non veniendi contra, nullo modo poſſe reuocare procuratorem, nec contra iuramentum venire. Confirmatur ex cap. *cum olim de rerum permutatio.* vbi ſcribentes, & Capel Tholoſ. *quæſt. 160. incipit, Item an iurans, vel bona fide promittens,* ſubiungens poſſe compelli promittentem permutare beneficium ad ſeruandum iuramentum. Pro quo etiam faciunt tradita a Roland *con . num. 5 . verſ. non obſtant, vol. 1.* Cæterùm reſolutio præcedens ſuſtinebitur, quando ex iuramento illo de non reuocando nullum ſequitur ius fuiſſe procuratori quæſitum. Nam ſi illa reuocatio ſit damnoſa propter aliquod intereſſe, aut commodum promiſſum cum iuramento, tunc non poteſt dari reuocatio, præſertim ſi eſſet promiſſum aduerſario, non eſſe reuocandum, quia ex tali pacto licito, & honeſto, & ex tali iuramento oritur obligatio, ne aduerſarius illudatur, argumento *l. ſi quis maior, C. de tranſactio.* Bald. *in rubric. de procurator. col. 5. verſ. periurium.* quem ſequitur Iaſon *in l. ſi non fortem, §. ſi centum, col. 3. ff. de condictio. indebit.* præſertim ſi notarius recipiat tale iuramentum nomine omnium, quorum intereſt, tunc nullo modo poſſe reuocari. Idem Bald. *in cap. veniens, in fine, de iur. iurand.* vbi docet fœminam, quæ iurauit alicui, cui intereſſe poterat, non alienare rem dotalem, & poſtea mutata voluntate ſub iuramento etiam, rem vendit alteri, debere priori iuramento ſtare, quia per illud priori, fuit ius quæſitum. Secus ſi nulli iurauit in ſpecie ſed in genere, quia nulli fuit ius quæſitum. Baldus, quem ſequitur Iaſon *in l. duobus, §. final. ff. de iur. iurand.* quem ſequitur Alexand. *conſ. 16. col. 3. verſ. poſſet etiam, vol. 4.* Vnde ad deciſionem 104. Rotæ dicendum eſt illam habere locum, quia agebatur de commodo, & intereſſe partis, in quam permutatio beneficij erat facienda, & cui erat ius quæſitum. Sic Natta *conſ. 426. num. 11. & ſequen.* Vantius Roland. & Boer. locis, ac numer. præcitatis.

Sed quid ſi procurator per conteſtationem litis factus eſt dominus litis? Reſpondeo non poſſe reuocari à Domino ſine iuſta cauſa, & præmiſſa citatione, vt adſit, ſeu intereſſit reuocationi, per legem, *ante litem, cum l. ſequenti* & ibi Bartol. & Caſtrenſ. *ff. de procurator.* Papienſ. *in practic. in formare ſponſ libelli in actione hypoth. in gloſſa, mandatum, num. 1. & 2.* Gutierrez *de iuramento. quæſt. 56. num. 1 . & ſequent.* Eſtque de mente legis noſtræ *lib. 3. ordin. tit. 26. §. vnico,* ibi: *E depois que o procurador ouuer a lide conteſtada, naon o poderà o ſenhor de cauſa reuogar, e fazer outro ſe elle a contradicer, ſaluo ſe allegar eſſe ſenhor alguma iuſta razaon, per que o aſſi aia de fazer,* &c. Vbi addit poſſe inuitum procuratorem reuocari ex inimicitia orta inter conſtituentem, & conſtitutum, quæ ſit grauis, vel capitalis, *l. filiusfamilias, § procuratorem, ff. de procurator.* Mendez a Caſtro *in practi. Luſitan. lib. 1. cap. 3. num. 42.* Barboſ. *in remiſſio. ad d. tit. 26. §. vnica.* 275.

Quod ſi conſtituens reuocet procuratorem conſtitutum ante litem conteſtatam, & alterum 276.

conſti-

con[illegible] nec [illegible] eſt vt reuocatio procuratori [illegible] tenebiturque conſti[illegible] [illegible] ſi quas egit, & [illegible] Conſtat ex d. lege [illegible] *Com tanto que o* [illegible] *rador, o ao iuis da cau*[illegible]

276\. [illegible] non [illegible] procuratori reuo[illegible] *de militar. ex delict.* [illegible] *ſanctimus num.* 4. [illegible] Non enim præſumitur mutatio [illegible] probat Menoch. *lib.* 1. *præ*[illegible] *præſumpt* 34. Eodem modo po[illegible] tacitam procurator conſtitu[illegible] re mandatum procuratorium. Non ta[illegible] eadem cauſa agere partes aduerſas, etiam [illegible] accepto, poſtquam cognouit [illegible] ipſius cauſæ. Sic lex noſtra [illegible] reuocatio, ſeu dimiſſio mandati quoad [illegible] debet [illegible] nota iudici, & parti; quoad e[illegible] iuſſit notificatio procuratori re[illegible] uocato. [illegible] Panorm. *in cap. ex parte decani ſub* [illegible] *de reſcript.* & D. Coſta *de retrotract.* [illegible] *caſu* 13. *num.* 3. [illegible] *ſequent.* Quod ſi promiſ[illegible] ſio d. non reuocando procuratorem apud acta coram [illegible] facta, apud acta etiam & co[illegible] ram iudice debet heri reuocatio, vt notat Cardin. Parif. *conſ.* [illegible] *num.* 145. *in fine, vol.* 3. Debet tamen procurator [illegible] notificetur [illegible] de reuocatione mandati procedere vlterius, ne cauſa pereat. facta verò illi [illegible] ne non debet procedere in cauſa, *l. ſi mandauero*, 15. *ff. mandati*, gloſſ. *in cap. ex parte Decani, in verbo, dice*[illegible] *de reſcript.* Coſta *ſuprà*, *caſu* 13. *num.* 1. & 2. Atque ita omnino debet deſiſtere.

277\. Inſuper cenſetur tacitè reuocatus procurator comparente domino principali, facitque actum aliquem voluntarium in cauſa, modò ſit præſens procurator, *cap. ſi quem. de procuratorib. in* 6. Gloſſa & Bartol. in *l. qui mutuam* §. 1. *ff. mandati.* Papienſ. *ſupra in gloſſa, mandatum, num.* 2. & Vantius [illegible] ſcriptis *num.* 167. Secus verò ſi procurator [illegible] vel ſi dominus agat actum neceſſarium, q[illegible] ſit per dominum conſtituentem, [illegible] In quo euentu non cen[illegible] ſetur [illegible] Vantius *ſupra, num.* 167. poſt Bartol. *in l.* [illegible] *de procurator.* & Rot. *deciſ.* 281. [illegible] *ſi procurator. in nouiſ.* Quod ſi dominus [illegible] pareat cum procuratore vt illi aſſiſtat, non [illegible] reuocare illum, præſertim ſi comparendo [illegible] *reuocationem.* Si tamen compare[illegible] cum procuratore, nec dixiſſet *citra reuo*[illegible] *catio*[illegible] poſtea ſine procuratore, & demum com[illegible] procurator, non cenſetur reuoca[illegible] quæ gloſſa, & ſcribentes docent *in d. l. qui mutuam*, §. 1. *in verbo, inſtaurauerit, ff. mand.* [illegible] Rom[illegible] *conſ.* [illegible] *num.* 2. teſtaturque [illegible] Papienſem [illegible] *forma reſpon*[illegible] *actione hypoth. in d. gloſſ. manda*[illegible] quibus ac[illegible] *d. cap.* 101. *num.* 43. & Camill. Boc[illegible] *procuratorib. num.* [illegible]

278\. [illegible] tur etiam procurator tacitè reuocatus per co[illegible] onem [illegible] undi [illegible] primus ſit ſpecialis, & ſecundus generalis. Prior pars probatur ex lege [illegible] 31. § [illegible] *ff. de procurator.* & ex lege 24. [illegible] Poſterior pars patet ex communi pro[illegible] loquio [illegible] Genus per ſpeciem derogatur, ſiue genus [illegible] præ[illegible] ſiue ſpecies præcedat genus. Dec[illegible] ius *in* [illegible] *in toto iure, num.* 8. *ff. de regul. iur.* Felin. *in cap.* 1. *num.* 10. *de reſcript.* Puteus *deciſ.* 167. *incipit, in* [illegible] *Conchenſ. lib.* 3. Confirmatur: quia nulla lex quantumuis generalis comprehendit caſum ſpecialem, nec priuilegiatum per [illegible] am legem deciſum. Anton. Gomez *in l.* [illegible] *Tauri* [illegible] *num.* 10. *verſ. quia lex* [illegible] Gonçaluez *de menſib.* [illegible] §. 3. *à num.* 5. [illegible] *ſupra, num.* 160. vbi *num.* 3 [illegible] ſubiungit cenſeri procuratores antiquos per conſtitutionem nouos [illegible] reuocatos, per leg. *ſi quis cum procuratorio*, §. *fin. ff. de procur.* Vant. *ſupra, n.* 1[illegible]5. ex regula, Incluſio vnius, eſt excluſio alterius, *l. cum prætor. in prin. ff. de iud.* Nam eo ipſo quod quis ſecundum conſtituit procuratorem videtur recedere à primo, ſiue ſit in eadem cauſa, & inſtantia, ſiue in diuerſis, puta, in cauſa appellationis; etiamſi ſecundus procurator no[illegible] ſit acceptare, nihilominus primum mandatum expirauit, cenſeturque tacitè reuocatum. Bald. Angel. & Paul. de Caſtr. *in d. l. ſi quis*, §. [illegible] *de procurator. argumento* §. *poſteriore, inſt. quibus modis teſtamenta infirmentur*, & Gloſſ. *in verbo, ſimul, in cap. ſi duo, de procuratorib. in* [illegible] Sigiſmund *ſupra, num.* 43. Camill. *num.* 2[illegible]. Eodem modo definit eſſe procurator per ceſſionem, & renunciationem litis, & cauſæ à domino factam, cuius occaſione procurator fuerat conſtitutus. Ratio, quia cum conſtituens deſinat eſſe dominus, vel quaſi illius rei propter quam litem mouerat, procuratorémque conſtituerat, ea iſ[illegible] ceſſante, cenſetur ceſſare mandatum. Vantius ſupra cum pluribus aliis ibi cumulatis, *num.* 168. Ioan. Baptiſt. Acoſta *in tractat. de retrotract.* [illegible] *ap.* 8. *caſu* 28. *ſub num.* 1[illegible]. Eo quia oratio reſpectiua ab initio abſumpta perſona, ſeu qualitate, cuius contemplatione profertur, tollitarque [illegible] ſola voluntas, & omnino expirat per certum *in cap. ſi gratioſe. de reſcript.* & *in cap. ſi delegato*, & ibi gloſſa, *in verbo, morte, de officio deleg. in* 6. poſt Innocent. *in cap. licet vndique. de off. deleg.* Decius *conſ.* 108. *col.* 1. *verſ. ſed tamen prædictus.*

---

## §. IV.

### *De reo mendace, & contumace.*

#### EPITOME.

279 *Mendacium quid ſit, & quotuplex, & an ſit mortale de ſuo genere.*

280 *Mendacium in materia fidei, vel ſacra ſcriptura eſt mortale, & quibus virtutibus contrarietur.*

281 *Prædicare miracula falſa, & hiſtorias, ac prophetias falſas, vel eas fingere eſt mortale, non tamen in citandis authoribus, vno pro alio.*

282 *Mentiri nunquam licitum eſt, & quid dicendum de Abrahamo, Iſaaco, & Iacobo.*

283 *Reus an peccet mortaliter mentiendo in iudicio tam interno, quam externo ſecluſo iuramento.*

284 *Mendacium de peccato veniali quando eſt tota materia confeſſionis cur ſit mortale, & violatio voti in materia totali leui cur ſit veniale.*

285 *Peccatum veniale in materia fidei an poſſit reperiri ex paruitate materiæ: pars negans eſt certa.*

286 Hæc

286 *Hæreticus externus an ſit talis per eſum carnis diebus vetitis.*

287 *Hæreticus internus fit externus per factum explicans de ſe hæreſim internam.*

288 *Delectatio venerea deliberate abſumpta ex paruitate materiæ non excuſatur a mortali.*

289 *Oſcula, & amplexus inter non coniugatos ob delectationem ſine animo progrediendi vlterius ſunt mortale.*

290 *Reus legitimè interrogatus à iudice competente an teneatur veritatem fateri.*

291 *Et quid in cauſa capitali.*

292 *Reus de crimine accuſatus, quod probari non poteſt, negando illud non peccat contra iuſtitiam, etiamſi vocet accuſatorem mendacem, peccat tamen contra charitatem.*

293 *Iuramentum de calumnia continet quinque ad quæ tam actor, quam reus ſe obligat in principio litis.*

294 *Iudex dubitans iuſte ne an iniuſtè procedat, non poteſt interrogare, nec reus tenetur reſpondere.*

295 *Iudex dubius an procedat iuſtè, poteſt interrogare quando crimen cedit in alterius damnum, ſiue publicum, ſiue priuatum.*

296. & 297 *Religioſus prudenter dubitans an prælatus procedat iuſte, non tenetur reſpondere ſecundum aliquos, ſecundum vero alios tenetur.*

298 *Reus iniuſte negans crimen verum an teneatur pœnam pecuniariam parti applicandam ſoluere.*

299 *Reus iuridice interrogatus, negans veritatem peccat mortaliter, & contra iuſtitiam, tenetúrque reſtituere damnum famæ accuſatoro.*

300 *Reus de vero crimine occulto iniuſtè accuſatus quomodo poteſt reſpondere abſque mendacio.*

301 *Reus habet ius ſe defendendi per media licita quando iniuſte accuſatur, nec tenetur accuſatori famam reſtituere, & poteſt vti verbis ambiguis.*

302. & 303 *Iudici an liceat vti fictionibus erga reum pro eruenda veritate affirmant aliqui, alij vero probabilius negant.*

304 *Reus iniuſtè rogatus, ſibique crimen falſo imponens dum torquetur, peccat venialiter, non vero mortaliter, ſeclusô periurio.*

279. VT clarius veritas pateſcat, mendacium, teſte Auguſtino *lib. 1. de mendacio. c. 4. in fine*, & Enchir. *cap.* 18. eſt falſa vocis ſignificatio cum intentione fallendi, ſeu falſum dicendi. Ex qua definitione tria colliges requiri ad mendacium quod apponitur veritati. Primum eſt quod falſum proferatur. Secundum quod ab ipſomet falſum credatur. Tertium quod audiens decipiatur, vel ſaltem deceptio intendatur. Quæ vltima particula non ideo apponitur quod talis intentio ſit neceſſaria ad eſſentiam mendacij, quia id communi ſententiæ aduerſatur. Ex Nauarro *ſupra, Enchir. d. cap.* 18. *num.* 2. Sed quia intentio ea vt plurimum cum mendacio concurrit, per eámque intentionem in ſua ſpecie mendacium maiorem peccati grauitatem ſuſcipit, authore D. Thoma 2. 2. *quæſt.* 110. *art.* 1. *ad* 3. & D. Anton. 2. *p. tit.* 10. *cap.* 1. §. 2. *verſ. tertium*. Diuiditur mendacium in iocoſum, officioſum, & pernicioſum. Iocoſum eſt quod dicitur cauſa voluptatis, & nulli nocet. Officioſum, quod profe[illegible] vt proſit, vel ad bonum acquirendum, vel a[illegible] euitandum ſine alicuius iniuria. Pern[icioſum de]nique eſt, quod dicitur cum alterius no[cumento,] ſiue illud ſit in rebus ſpiritualibus, ſiue [tempora]libus, ſeu vt ait Caietan. hic ſit diu[inis, ſiue] humanis, lege illum, verbo mendacium [illegible] *nate ſupra, cap.* 18. *num* 3.

De hoc ergo mendacio pernicioſ[o] nobis [illegible] ſermo, quod de ſuo genere eſt mortale, [illegible] niale ex leuitate materiæ, vel ex defectu plenæ deliberationi. Nam h[oc] mendaci[um] aduer[ſatur] dilectioni Dei, vel proximi. Atque ita d[illegible] contrariatur proximo ex ſuo genere eſt mortal[e]. Caiet. *in verbo, mendacium* [illegible] *verbo, perfidia.* Soto *lib.* 5. *de iuſtit. & iur.* [illegible] *art.* 4. *ante ſ[illegible] nem argumentorum*, C[illegible] mature ex illo Pſal. vbi dicitur, *Perdes omnes qui loquuntur mendacium*, & Sapient. 1. ibi *Os, quod mentitur*, [illegible] *animam*. Sed perditio, & mors animæ non niſi ob peccatum mortale, ergo de ſe & de genere mentiri pernicioſè eſt mortale, vtpote proximo damnoſum, & eſt peculiariter contra octauum præceptum decalogi. Excuſabitur tamen delinquens vt in aliis materiis regulariter excuſatur vel ex paruitate materiæ, vel ex imperfectione actus, a mortali. Caietan. *in d. verbo, mendacium*, & Armil. *in eodem verbo*, §. 1. Reginald. *in praxi lib.* 15. *in principio quarti capitis, lib.* 24. *cap.* [illegible] *de mendac. ſect.* 5. *num.* 16. vbi *verſ. imperfectio* addit, poſſe excuſari à mortali mendacium pernicio[ſum] ex parte formæ, quando prolatum fuit ex loquacitate, non verò animo inferendi nocumentum, ita vt materialiter tantum ſit pernicioſum. Sed Armil. ſuprà ait non excuſari à mortali, ſi nocumentum ſine intentione irrogatum eſt adeo graue, vt ad illud debuiſſet aduertere delinquens, & ab eo proferendo abſtinere, quia cenſetur per negligentiam notabilem illud damnum voluiſſe inferre.

Eſt etiam mendacium mortale quando dicitur in materia fidei, vel ſacræ ſcripturæ, vel morum, quia de ſua natura notabiliter eſt pernicioſum, & contrariatur dilectioni Dei, & contra Deum: Ideo cenſetur peccatum inter mendacia grauiſſimum, vt ex D. Auguſtino *lib. de mendacio cap.* 14. probat D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 100 *artic.* 2. *& quæſt.* 75. *art.* 3. Reginald. *in praxi, lib.* 14. *num.* 5. Vnde ſi quis dicat luxuriam, furtum, vel periurium non eſſe peccatum, directè contrariatur dilectioni Dei. Imò teſte D. Thoma *ſupra quæſt.* 111. *art.* 2. ſimilia mendacia non ſolùm opponuntur virtuti charitatis, ſed etiam virtuti ſtudij, & religionis. Atque ita eſſe peccata grauiſſima. Vnde cauendum eſt ab Angelo [illegible] *verbo, mendacium*, §. 4. & à Roſella, docentibus non eſſe mortale mentiri in pertinentibus ad doctrinam morum, niſi ratione ſcandali, aut contemptus doctrinæ annexi. Quibus ſubſcribebant concionatores mentiendo contra doctrinam bonorum morum docendo, inſtruendo, aut perſuadendo, aut monendo, non eſſe mortale, quod eſt falſum, cùm concionator ratione officij teneatur conſerere veritatem, ideoque mentiendo in illis peccat mortaliter, vt expreſſè docet Sanctus Thomas 2. 2. *quæſt.* 110. *art.* 4. *ad vltimum.* Sayrus *claui reg. lib.* 12. *cap.* 2. *num.* 15. Sà, *verbo, prædicare, num.* 4. 280.

Similiter eſt mendacium pernicioſum contra veritatem doctrinæ Chriſtianæ valde graue ſcien- 281.

ter

ter prædicare falſa miracula, mentitique circa hiſtorias Sanctorum, & prophetias, vel eas fingere aliter quam ſint, qui quantum in ſe eſt, miraculorum Chriſti, & Sanctorum veritatem euacuat, facitque vt quæ vera ſunt, ficta, aut falſa eſſe cenſeantur. Caiet. 2. 2. *quæſt.* 110. *art.* 4. *in fine*, Antonin. *p.* 2. *tit.* 10. §. 3. Syluest. *verbo mendacium, quæſt.* 4. Nauarr. *in Enchirid. cap.* 18. *num.* 4. & 5. & *cap.* 25. *num.* 241. Armill. *in verbo, prædicator, num.* 5. Quin imò ex Caietan. *in verbo, mendacium*, omne mendacium concionatoris contra veritatem, quæ pertinet ad eius officium, (quod eſt auditores ſuos erudire, arguere, ſuadere, ac bene monere) ex ſuo genere eſt mortale. Quod ſi concionator mentiatur non quidem circa veritatẽ, quæ ad eius officium ſpectat, ſed circa res extraneas impertinenter inſertas, non peccat mortaliter ſublato ſcandalo: quod etiam tenent cum eodem Caietan. Armill. & Nauarr. *ſupra*, & Reginald. *d. lib.* 24. *cap.* 2. *ſectione* 6. *num.* 17. Imò ex Nauarro *d. cap. 18.* non peccat mortaliter qui mentitur in materia fidei ſacræ ſcripturæ, vel morum per multiloquium, vel ex lapſu linguæ ſine animo, & periculo nocendi notabiliter, & perſuadendi alicui aliquid falſi; pro qua parte refert ibi, & ſequitur Caietanum.

Quod ſi mentiatur prædicator in citandis authoribus, & nominibus eorum, aut in quotationibus, nempe dicendo cap. 2. pro cap. 12. aut Hieronymum pro Auguſtino, Iſaiam pro Ieremia: peccare quidem, ſed non mortaliter, ſed veniale leue, quia ſic non mentitur contra veritatem doctrinæ, ſed præter veritatem. Falli namque in talibus, non eſt falli in doctrina, ſed in aliis accidentibus. Sic Caietan. 2. 2. *quæſt.* 110. *art.* 4. *in fine.* Syluest. *verbo, mendacium, quæſt.* 4. Nauarr. *in Enchir. cap.* 18. *num.* 4. Sayrus *ſuprà, d. num.* 15. Secus ſi pronunciet falſas indulgentias, & falſas reliquias pro veris Sanctorum adorandas proponi; quia hoc eſt mendacium mortale. Reginald. *d. num.* 17. Sayrus *num.* 15. *præcitato.* Accedit Concilium Colonienſe in expoſitione octaui præcepti, *verſ. mendacium autem iocoſum*, dicens non leuiter peccare concionatores, qui aniles fabulas, ac exempla impudenter conficta prædicant: eo quod non vulgarem contumeliam doctrinæ fidei, quam profitentur populo exponere, inurunt.

82. Illud autem ſcire oportet an aliquando liceat mentiri? Nam apud ſacram paginam Geneſ. 22. dixit Abraham ſeruis ſuis, dum pergeret ad immolandum filium ſuum ſe reuerſurum cum filio, quod non intendebat; & Geneſ. 12. dixit de vxore ſua quòd eſſet ſoror ſua. Iſac Geneſ. 26. dixit Rebecam eſſe ſororem ſuam. Iacob Geneſ. 27. Iſaco patri roganti, *ego ſum Eſau primogenitus tuus*, reſpondit. Ex quibus videtur mendacium interdum eſſe licitum. Facit lex *iuris gentium*, §. *ſed cum nulla, ff. de pactis*: Ex quo textu colligunt doctores mendacia in iure ciuili interdum tolerari; quia ex nudo pacto non datur actio de iure ciuili, etiam interueniente mendacio, & non ſeruato pacto nudo. Fauet gloſſa *in cap. quæritur*, *in verbo, ſororem*, & *in cap. ne quis arbitretur, in verbo, non occiditur*, 22. *quæſt.* 2.

Concluſio tamen ſit, nunquam mendacium eſſe licitum, omneque mendacium eſſe peccatum. Conſtat ex D. Thom 2. 2. *quæſt.* 110. *art.* 3. *in corpore*, cùm ſecundùm ſe, & ex genere ſuo malum ſit; ideo nullo modo poteſt eſſe bonum, & licitum. Probatur ex illo Eccleſiaſtici 7. *Noli velle mentiri omne mendacium.* Vnde Ariſtoteles *in* 4. *Ethicor. cap.* 7. ait mendacium per ſe prauum eſſe, & fugiendum. Iuuat caput, *ne quis etiam*, 22. *quæſt.* 2. Ex quo deducitur mendacium eſſe intrinſecè malum. Quamobrem adeo ſemper illicitum, vt nulla de cauſa poſſit eſſe immunis a culpa illud proferens. Sotus *de iuſtit. lib.* 5. *quæſt.* 6. *art.* 1. *concluſ.* 3. Neque dici poteſt pro euitanda alterius iniuria, neque pro tuenda vita propria, aut aliena. Imò nec pro ſempiterna ſalute, ad quam nemo deferendus eſt opitulante mendacio, vt habetur *in cap. primum*, §. *non eſt igitur*, 22. *quæſt.* 2. & *in cap. ſuper eo, de vſur.* Nauarr. *in Enchir. cap.* 18. *num.* 3. *in medio*. Syluest. *verbo, mendacium, quæſt.* 2. *verſ. ſecundò quæritur*, & eſt communis ſecundum Theologos, & vtriuſque iuris interpretes.

Ad argumenta deducta ex ſacra pagina reſpondet Nicolaus de Lyra *Geneſ.* 27. Non neceſſe eſſe excuſare Abrahamum patrem, Iſacum, & Iacobum à mendacio maximè officioſo; quòd Apoſtoli fuerunt perfectiores, non tamen fuerunt immunes à peccato veniali. Sed melius reſpondet D. Thomas 2. 2. *quæſt.* 111. *art.* 1. *ad primum*, ex D. Auguſtino *in lib. de quæſtionibus Euangelij*, non omne quod fingimus mendacium eſſe, ſed quando fingitur id, quod nihil ſignificat, tunc eſſe mendacium. Vnde cum fictio noſtra refertur ad aliquam ſignificationem, eſt figura veritatis, non verò mendacium. Atque ita ſecundum hoc ait Ambroſius Abrahamum dum dixit ſeruis ſuis ſe rediturum cum filio, non fuiſſe mentitum, ſed prophetaſſe quod ignorabat. Nam ipſe apud ſe diſpoſuerat redire immolato filio; Dominus tamen per os eius locutus eſt, quod decreuerat. Ad id verò *Geneſ.* 20. quod dixit Saram eſſe ſororem ſuam, cùm eſſet vxor, non fuit mentitus, ſumendo ſororis nomen pro conſanguinea, ſicut ſuſcepit nomen fratris pro conſanguineo, *Geneſ.* 13. cum ad Loth dixit. *Fratres enim ſumus*; quæ expoſitio eſt D. Auguſtini *in cap. quæritur* 22. *quæſt.* 2. quam ſequitur D. Thom. *quæſt.* 110. *art.* 3. *ad* 3. vbi tradit ſororem eſſe ſuam; nam *Geneſ.* 20. ait Abraham, ibi. *Verè ſoror mea eſt filia patris mei, & non matris meæ filia*; quia videlicet ex parte patris ei attinebat. Quo circa Auguſtinus vult Abrahamum quando dixit Saram eſſe ſuam ſororem, veritatem voluiſſe celare, non verò mendacium dicere; cùm reuera Sara eſſet filia Aram fratris Abrahæ, & patris Loth, vt pleniùs declarat Sotus *in* 4. *diſtinct.* 40. *art.* 4. *ad* 2. & conſequenter erat conſanguinea Abrahami ex parte patris, qui erat frater illius, teſte D. Thom. *ſuprà.* In quo etiam ſenſu non fuit mentitus Iſac cum dixit Rebeccam eſſe ſororem ſuam, hoc eſt, conſanguineam ſuam; nec Iacob dixit mendacium; quia erat primogenitus Iſaci iure à Deo ſibi conceſſo dum dixit, *Maior ſeruiet minori.* Item quia Eſau renunciauerat primogenito, illúdque vendiderat Iacobo pro eſculentis, quamuis non fuiſſet primogenitus natiuitate. Ita Alexand. de Alez *p.* 3. *quæſt.* 37. *membr.* 6. *col. vltim.* & D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 110. *art.* 3. *ad tertium*; quaſi diceret Iacob, Ego ſum primogenitus tuus non in perſona, & natiuitate, ſed in iure, & dignitate primogenituræ mihi diuinitus traditæ, & ab Eſau venditæ. Sayrus *d. cap.* 2. *num.* 7. poſt Sylueſtrum *verbo, mendacium, num.* 1. & Sigiſmund. Scaccia *lib.* 2. *de iudic. cap.* 9. *num.* 644. Ex Gratiano *in d. cap. quæritur in* §. *Item opponitur per hæc verba. Veraciter*, inquit,

inquit, *ergo non mendaciter Iacob ſe dixit Eſau eſſe, nec mentiendo, ſed verum dicendo ſibi profuit, alteri vero non nocuit; quia benedictionem ſibi debitam accepit, non alienam ſubripuit.*

283. His poſitis, accedit difficultas an reus peccet mortaliter mentiendo in iudicio circa rem leuem, ſiue iudicium ſit contentioſum, ſiue ſacramentale, ſecluſo iuramento? Caietan. 2. 2. *quæſt.* 69. *art.* 1. ſentit mendacium in iudicio etiam de re leui, quod extra iudicium eſt veniale, in iudicio tamen contentioſo, ſeu ſacramentali, eſſe peccatum mortale. Ratio, quia obligatio dicendi veritatem in iudicio tam interiori, quàm exteriori etiam de re leuiſſima, eſt materia grauis, cùm contrarietur veritati iudicij, & reddat iudicium omnino falſum. Item quia vis iuramenti poſtulat veritatem, vnde de re leui periurium eſt mortale. Eodem modo virtus iudicij veritatem iudicandorum exigit, & ex conſequenti mendacium in iudicio etiam de re leuiſſima, eſt mortale. Sequitur Syluester, *verbo mendacium, num.* 3. poſt Durandum, dicens omne mendacium, excepto iocoſo, quod dicitur in iudicio de rebus ad iudicium pertinentibus, eſſe pernicioſum, & mortale, quia ſubuertit veritatem iudicij, quod redundat in perniciem publicam.

Cæterùm probabilius eſt mendacium in vtroque iudicio ſine iuramento ſi materia eſt leuis, eſſe peccatum veniale. Si verò materia ſit grauis, ſiue ſit præcipua, ſiue neceſſaria, & pertinens ad iudicium, eſſe mortale. Probatur, quia furari rem minimam in Eccleſia ex paruitate materiæ eſt veniale tantùm, quamuis ex genere ſuo furari ſit mortale. Ergo mentiri in iudicio in re leui etiam pertinente ad iudicium, erit etiam veniale. Item tacere rem leuiſſimam in iudicio, quia notabiliter non nocet, eſt veniale. Ergo mentiri in re, quæ leuiter nocet, erit etiam veniale ex leuitate, ac paruitate materiæ. Quæ opinio eſt certa, & in praxi ſequenda; eamque docent Sotus *lib.* 5. *de iuſtit. quæſt.* 6. *artic.* 1. *in fine, & de tegend. ſecret. membr.* 2. *quæſt.* 7. *concluſ.* 2. Valent. *tom.* 3. *diſp.* 5. *quæſt.* 13. *punct.* 1. Sà *in ſumma, verbo, mendacium, num.* 1. & Nauarr. *in cap. inter verba*, 11. *quæſt.* 3. *concluſ.* 63. *corol.* 65. *num.* 757. *& in cap. fratres, num.* 20. *& ſequentib. de pœnit. diſt.* 5. *& in Enchir. cap.* 18. *num.* 3. *& cap.* 21. *num.* 37. vbi definit quando non eſt notabiliter damnoſum mendacium, nec iuratum per ſolam circunſtantiam iudicij, niſi alia concurrant, eſſe veniale duntaxat.

Vnde ad fundamentum Caietani negandum eſt mendacium de re leui fieri mortale, quòd in iudicio dicatur. Neque etiam ex leui mendacio ſemper iudicium omnino falſificatur. Poteſt enim, negante reo leuem rem, conſtare tota iudicij ſubſtantia, eſſeque veriſſima, & quamuis totum inde iudicium redderetur aliquando falſum, non propterea leue mendacium foret mortale, ſi totum iudicium, quod ponitur falſificari, ſit de re leuiſſima inſtitutum. Nec vrget mendacium cum iuramento etiam de re leui eſſe periurium mortale, quia longè ratio diſpar eſt, eo quòd Deus adducitur in teſtem falſitatis, quod cadit in grauem Dei iniuriam, & irreuerentiam in quacunque re fiat. Proinde mendacium cum iuramento firmatum in re leuiſſima eſt mortale, vt eſt communis doctorum ſententia. Aragon. 2. 2. *quæſt.* 69. *art.* 2. *verſ. huiuſque.*

284. Quod ſi dicas: Mendacium de peccato veniali quando eſt tota materia confeſſionis, eſt peccatum mortale; ergo quando falſificatur totum iudicium de re leuiſſima mendacio, illud erit mortale. Dicendum eſt ideo mendacium quando eſt tota materia confeſſionis de re leui eſſe peccatum mortale, quia fit irritum ſacramentum, quod eſt peculiare opus ſacerdotij Chriſti, ab illo habens ſingularem ſanctitatem. Atque ita diuerſum, & grauius quidem eſt non conſtare ſacramentum, adhiberique ſacramentalem formam ſuper falſa, ſeu nulla materia, quàm externum iudicium non conſiſtere propter mendacium de re leui, cum reus in primo caſu ſit iniurius Deo, eiuſque ſacramento, admittâtque mortale ſacrilegium in re grauiſſima. Secus quando in re leui mentitur coram iudice. Leſſius *lib.* 2. *c.* 40. *dub.* 9. *num.* 59. *verſ. reſpondeo.*

Nec obſtat, ſi dicas cum Caietano *quæſt.* 89. *de iuramento, art.* 7. & Angelo *votum*, 3. 9. *vltim.* violationem voti ſemper eſſe culpam mortalem, quando id, quod frangitur, eſt tota materia voti, verbi gratia, ſi voueas dicere ſalutationem Angelicam, & poſtea non recites. Reſpondet Nauarrus *cap.* 12 *in Enchir. num.* 40. probabilius eſſe violationem huius voti eſſe peccatum veniale, cùm ſit materia valde exigua. Probatur, quia in cæteris peccatis contra virtutes, quæ non immediate verſantur circa Deum, datur paruitas materiæ, puta, ſuperſtitio magna, & parua, omittere orationes, & pſalmos plures, & orationem, ſeu pſalmum breuem; ergo quando materia eſt valde exigua, etiamſi ſit tota materia voti, violatio illius erit venialis; argumento eorum, quæ homini debentur ex iuſtitia, in quibus reperitur parua, vel magna materia; ideo ſi quis omittat homini ſoluere rem paruam, etiamſi ſit tota materia debiti, non peccat mortaliter. Igitur à pari erit venialis omiſſio voti in re parua, eſto ſit tota materia voti, ſeu iuramenti. Sic Sotus *lib.* 8. *de iuſtit. quæſt.* 1. *art.* 7. quem ſequitur Leſſius *ſupra num.* 58. Sanchez *in præcept. decalog. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 5.

Non tamen parui refert, an in materia fidei poſſit eſſe peccatum veniale, videlicet ſi quis leue verbum proferat, vt ſit hæreſis tantùm venialis? Affirmat Sayr. *in claui, lib.* 12. *cap.* 2. *num.* 19. *verſ. primo quia*, & videtur eſſe ex Soto *de tegend. ſecreto, membr.* 2. *quæſt.* 7. Confirmatur ex traditis à Leſſio *d. num.* 58. vbi ait in voluptatibus prohibitis dari magnam, & paruam materiam. Dicendum tamen eſt in materia de fide, quamuis lapſus linguæ poſſit excuſari à mortali, non tamen paruitatem materiæ credendæ, & non negandæ per internum diſſenſum non excuſari à mortali quamuis deliberatè, & ſcienter negantem. Probatur, quia hæreſis quoad rem ipſam eſt voluntarius, & pertinax error in materia fidei catholicæ contraria in homine, qui ſe Chriſtianum eſſe profitetur; nec requiritur vt is, qui errat, malè ſentiat in tota materia fidei, ſed in aliqua eius parte, vt notant Turrecremat. *in ſumma, de Eccleſia. lib.* 4 *p.* 2. *cap.* 13. Can. *de locis Theolog. lib.* 12. *cap.* 9. & Royas *de hæretic. part.* 1. *num.* 484. quibus adhæret Suarez *de triplici, tract.* 1. *diſputation.* 19. *numero* 10. *&* 13. 285.

Quæſtionis eſt, an hæreticus internus, puta, credens motus hæreſi interna fas eſſe comedere carnem diebus prohibitis, ſi fruſtulum tantillum edat, fiat hæreticus externus, incidatque in excommunicationem reſeruatam ſummo Pontifici? Videtur affirmare Vgolinus *de cenſur. Papæ reſeruat.* 2 *part. cap.* 1. § 1. *num.* 17. Iul. Clar. *in pract. lib.* 5. 286.

[illegible] *num.* 24. [illegible] volunt hæreticum [illegible] ex quibus præſumptio [illegible] hæreſ [illegible] etiam. [illegible] eſſe iterandum, idque [illegible] rebaptiſat, ſit hæreticus ex- [illegible] putat verum Sanchez *lib.* 2. *in præ-* [illegible] *cap.* 8 *num.* 11 quando ex facto re- [illegible] poſſet [illegible] iure optimo hæreſis [illegible] ſuſpicio legitima, non verò quando [illegible] vel ex ablutione, vel ex aliqua [illegible] facta videretur, quia ra- [illegible] non eſſet actus exterior, niſi per rela- [illegible] actum internum hæreſis. Quorum de- [illegible] non [illegible] et. Nihilominus quando eſus [illegible] in ea eſſet quantitate, vt in diebus pro- [illegible] ratione paruitatis materiæ eſſet venialis, non fieret, per illum eſum hæreticus externus, ne- [illegible] per excommunicationem, quia non [illegible] ad ſignum hæreſis [illegible] ma- [illegible] 1. [illegible] *cap. cogitationis, num.* [illegible] *de pœn. diſt.* 1. Valq [illegible] 2. *quæ-* [illegible] 4 *de* [illegible] 60. [illegible] *numer.* 20. [illegible] *in ſumma, verbo, excommunicat.* [illegible] *Bulla Cænæ, num.* [illegible] Henry [illegible] *tent. cap.* 14. *num* 6. Ex ea [illegible] quia excommunicatio [illegible] & ex pœna [illegible] hæreticorum, non ſoleat [illegible] peccatum mortale externum, quod [illegible] in foro externo. Sic H[illegible] [illegible] & Sa *lib. cit.* Confirmatur [illegible] venial, ſeu [illegible], ob quam non [illegible] excommunicatio etiamſi ex parte [illegible] entis eſſet mortalis propter animi motum [illegible] vt notant Gutier. Canon *lib.* 1. *cap.* [illegible] 13. & Henriquez *lib.* 13. *de excommunicatio* [illegible] *num.* 2.

187. [illegible] ſit hæreticum externum fieri per fa- [illegible] quod ſuam internam hæreſim explica- [illegible] ex facto præſumptio hæreſis exori- [illegible] hæreticus internus credens fornica- [illegible] fornicando non ſit hæreti- [illegible] nemo [illegible] facto ali- [illegible] Secus ſi hæreticus internus [illegible] retur, [illegible] [illegible] Eu[illegible] [illegible] ibus aſtantes [illegible] ſuſpicionem concipere p[illegible] *ab* Sanc. *moral. cap.* 9 *quæſt.* [illegible] *ſitione Bullæ Cænæ, ex* [illegible]

188. [illegible] Leſſi; [illegible] *d. num.* 58. [illegible] magn[illegible], & [illegible] dum ſit ex ii [illegible] ſſe orici [illegible] venerea [illegible] liberta- [illegible] gra[illegible] [illegible] ſo omni- [illegible] ſionis, & remoto [illegible] ſenſu [illegible] non [illegible] nec [illegible]

189. [illegible] Q[illegible] & f[illegible] de cta [illegible] in appetitu [illegible] ſurgentis ex iiſdem ſine animo [illegible] eſt peccatum mortale [illegible] ab eo, ratione modicæ [illegible] ratione paruitatis materiæ ſi [illegible] quia talis voluptas ſuapte natura [illegible] ad generationem, mediante pollutione, [illegible] ſeminis excretione, quæ pro eo ſtatu inter ſo-

luto lethaliter ſunt illicita; ergo delectatio, ſeu voluptas eo modo captata eſt mortalis, quoniam nec de copula fornicaria, nec de illius delectatione mens ſit.

Probatur primò, quia prohibito principali, hoc eſt copula, interdicuntur media, hoc eſt amplexus, & oſcula ad principale, per leg. *oratio, ff. de ſponſalib.* ſed delectatio venerea eſt medium, & principale conſtat prohiberi per ſextum decalogi præceptum, ergo ſimiliter oſcula, & ſimiles tactus, qui turpiter, & ſuapte natura ordinantur ad copulam, veluti circunſtantiæ illius. Secundò confirmatur ex Caietano 2. 2. *quæſt.* 154. *art.* 4. *ad primum*, dicente delectationem ex huiuſmodi amplexibus, & oſculis inſilientem dici inchoatam [illegible] ationem, & inceptam congreſſum [illegible] delectationem. Ergo [illegible] complacentia de tali obiecto [illegible], eſt mortifera [illegible]. Neque excuſatur propter paruitatem m[illegible]æ, ſicut non excuſatur complacentia deliberata de homicidio, furto, aut quocumque alio obiecto mortali, etiam ſine animo procedendi [illegible], & remota occaſione perficiendi op[illegible], quantumuis modica ſit, eſt [illegible] mortalis. Tertiò, quia amplexus, & oſcula [illegible] propter d[illegible] magis [illegible] ad copulam perficiendam, quam [illegible] quæ [illegible] ex cogitata [illegible] abſque [illegible] perficiendi [illegible], ſed de- [illegible] accepta ex communi omnium [illegible] lethali, ergo &c. Nam hu[illegible] tactus [illegible] maximè inſeruiunt [illegible], vt [illegible] naturam ad externam ſeminis effuſionem. Atque ita non eſt dubium delectationem habitam libidinoſè ex huiuſmodi oſculis, & amplexibus eſſe mortiferam, neque in ea reperiri paruitatem materiæ, cum ſit complacentia de obiecto venereo ex deliberatione captata inter perſonas non coniugatas, ſiue eiuſdem, ſiue diuerſi ſexus, vt notant Gerſon *in* 3 *part. opuſc. tripart. de præcept. decal.* [illegible] *cap.* 13. & Graffis 1. *part. deciſ. lib.* 2. *cap.* 75. *numero* 10. quem refert, ac ſequitur Sanchez *de matrim. lib.* [illegible] *diſp.* 46. *num.* 7. *&* 8. *& lib.* [illegible] *in præcept. decalog. cap.* 6. *num.* 12. & ante illum ſapientiſſimus præceptor meus Rebell. 2. *p. de inſt. quæſt.* 19. *ſect.* 3. *per totum.*

Ex quibus non eſt admittenda doctrina Soti, de doctrina Chriſtiana *fol.* 26. Nauarri *cap. ſi quis, de pœnit. diſt.* 1. *num.* [illegible] & Armillæ, *verbo, Impudicitia*, *num.* 1. excuſantium huiuſmodi tactus, & oſcula ob paruitatem materiæ, cum nulla reperiatur paruitas in huiuſmodi delectationibus venereis, etiam remoto omni periculo tam pollutionis, quam conſenſus in aliquid huiuſmodi, teſte Sancio *ſupra numero* 9 approbante ſapientiſſimo Rebell. [illegible] *ibi proximè.*

Sequitur dicendum de teſte quando legitimè [illegible] an teneatur veritatem fateri? In- [illegible] ergo iuri [illegible], quando iudex eſt le- [illegible] & habet ſ[illegible] probam [illegible], nec non dat [illegible] atio, ſeu notifica- [illegible] vt reus iuridicè in- [illegible] requiritur [illegible] legitima ex parte [illegible] ex parte [illegible] ſemiplena, & ex parte rei probationum indicatio, ſeu notificatio. Quibus [illegible] dicendum eſt [illegible] ſub mortali [illegible] quando [illegible] interrogatur, teneri veritatem fateri, etiamſi non rogetur cum iuramento. D. Thom. 2. 2. *quæſtione* 69. *artic.* 1. 190.

Caietan. B[illegible]ñez & Aragon. [illegible], Sylueſter [illegible] *verbo, accuſatio. quæſt.* [illegible] *3.* [illegible] *de iuſtit. quæſt. 6. artic. 1. & 2.* [illegible] *tione 5. in fine, & in tract. de reg.* [illegible] *tia, memb. 2.* [illegible] *concluſ. 3,* Nauarrus *in* [illegible] *cap. 18. num. 5.* [illegible] *cap. 25. numero 36. & in cap. inter verba, 11. quæſtion. 3. concluſione 6. coroll. 10. numer. 536* & [illegible] *coroll. 15. num. 725.* & ex noſtris V[illegible]tia *tom.* [illegible] *diſputatione 5. quæſt. 13. puncto 1.* [illegible] *in ſumma, lib. 5. capit. 38.* Sa [illegible] *ſumma, titul. de teſtib. in verbo, reus, num. 1.* Reginaldus *in praxi, lib. 24. cap. 3. ſection. 3. num. 15.* Leſſius *lib. 2. de iuſtitia, capit. 31. dubio 3. num. 12.* & Aldretus *de tacitus. lib. 2. cap. 4. num. 1.* vbi omnes concludunt quando iudex iuridice interrogat, idque reo conſtat, teneri veritatem fateri. Ratio, quia ſubditus tenetur obtemperare in conſcientia ſuperiori legitimè præcipienti, ſed iudex quando ſeruato ordine iuris reum interrogat, aut iuramentum ei defert, legitime præcipit, & iuſtum eſt præceptum; ergo reus tenetur [illegible] præcepto obtemperare. Quòd ſi neget veritatem in re graui, mortaliter peccat ſiue cum iuramento, ſiue abſque illo interrogatus neget, prout notat Sotus *lib. 5. de iuſt. quæſtione 6. art. 1.* Reginaldus, & Leſſius ſuprà. Confirmatur, quia obedientia eſt pars iuſtitiæ legis, præcipitque vt ſuperiori iuſte, & iuridice præcipienti obediatur, iuxta illud *ad Rom. 13.* ibi: *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.* & infra: *Qui poteſtati ſuperiori reſiſtit,* nempe quando iuridicè procedit, *Dei ordinationi reſiſtit.* Ergo negando veritatem quando ſic rogatur, peccat mortaliter.

191. An verò reus iuridice interrogatus teneatur fateri ſuum crimen etiam in cauſa capitali, contentionis eſt? Negat Sylueſter *verbo, confeſſio delicti, quæſt. 1.* Angelus *eodem verbo, numer. 1.* Armilla *num. 8.* Panormitanus *in cap. cùm ſuper. de confeſ.* [illegible] *volum. penult.* Quibus accedunt Petrus à Nauarra *lib. 2. de reſtitutio. cap. 4. à numerò 142.* Emanuel Roderic. *tom. 2. regular. quæſtion. 19. art. 2.* Emmanuel de Sà *verbo, reus,* & Leſſius *ſuprà, d. cap. 31. dub. 3. numer. 16.* & Reginaldus *d. lib.* [illegible] *ſect. 3. num. 37.* vbi omnes definiunt in cauſa capitis non eſſe improbabile non peccare mortaliter negando crimen, quando illud non eſt plene probatum. Ratio illorum eſt, quia nullus cogitur teſtificari contra ſanguine coniunctis, nemóque aliquam ratione coniunctionis ſanguinis magis alteri quam ſibi ipſi adhæret. Item nemo tenetur teſtificari, quando ex hoc ſibi timet graue detrimentum; prout probat Leſſius *ſuprà, cap. 30. dub. 5. & cap. 31. dub. 3. num. 16.* Ergo cum nullum maius ſit damnum quàm capitale, non tenetur quis quando crimen eſt ſemiplenè probatum, vel per vnicum teſtem, vel per infamiam ſufficientem, vel per indicia expreſſa, & eſt ſpes euadendi, fateri contra ſe veritatem. Accedit lex *nimis graue 7. C. de teſtib.* vbi dicitur: *Neminem teneri contra ſe exhibere id, per quod ſibi negotium fiat.* Ex quibus ſequitur non eſſe cogendum reum a confeſſore fateri crimen ſuum, niſi quando fuerit clariſſimum, aliud teneri, etiamſi iuratus dicere veritatem, quia hoc habet locum ſecundum hanc probabilem ſententiam, dummodo non ſit in ſui ipſius præiudicium. Quod etiam [illegible] intellige in aliis cauſis etiam non capitalibus, in quibus tamen grauia ſupplicia infliguntur. Leſſius *ſuprà, num. 18.* Sà *num.* [illegible] & Reginaldus *num. 17.* [illegible] *Be*[illegible] *lib.* [illegible]

192. Quando [illegible] iuſti [illegible] toream [illegible] & [illegible] ric [illegible] orem mente [illegible] cuſat [illegible] quem [illegible] unc, quod [illegible] teſt, cenſetur mentiri in iudicio ex [illegible] mittitque falſum dicere, & calumni[illegible] ex gloſſ. *in ca.* [illegible] *de calumniatorib.* [illegible] mas *2. 2. quæſt.* [illegible] *art. 2.* quatenus [illegible] poſſe tueri quacumque [illegible] modo non [illegible] dacium. Reus vero etiam neg[illegible] quo [illegible] poteſt, non tenetur [illegible] veritatem [illegible], ſed illam ſolum, quam ab eo poteſt & d[illegible] rere iudex ſecundum [illegible] gando crimen non dicitur menti[illegible] contra iuſtitiam. Ita S[illegible] *quæſt. 3.* Nauarr. *cap. 18. num.* [illegible] *art. 2.* & Leſſius *ſupra,* [illegible] ciens ſe tueri poſſet nega[illegible] ſuperiorem ſine neceſſitate [illegible] aut calumnia, peccat grauiter [illegible] ſi vocet mendacem, & ca[illegible] Ledeſma *1. 2. quæſt. 18. art. 2.* [illegible] Salon *ibidem, quæſt. 63. art. 2.* [illegible] & alij, quibus adhæret Sayrus [illegible] *lib. 12.* [illegible] *numer. 8.*

193. Nec obſtat ſi reo præſtetur iu[illegible] lumnia, quod iuxta gloſſam in [illegible] *to calumniæ,* continet quinque [illegible] tam quam actor in principio li[illegible] non ſe [illegible] Primum eſt [illegible] bonam cauſam defendere. Secundum, quod rogati veritatem non negabunt. Terti[illegible] falſis probationibus non v[illegible]. Quartum, quòd [illegible] dilationem non petent in fraudem. Quintum, quòd nec dabunt, nec promi[illegible], nec de[illegible], vel promiſerint ſe daturos aliq[illegible] iis, quibus leges dare permittunt, quia [illegible] iuramenti nunquam ei reus tenetur fa[illegible] quando iudex iuridicè interr[illegible] quo latius [illegible] noſtra [illegible] *per* [illegible] de quo [illegible]. Qui vero non [illegible] ordine iuris [illegible] poteſt obligare re[illegible] dendum, imò nec [illegible] tenetur ſperi[illegible] biaz [illegible] iudex iuridic[illegible] interroget [illegible] ordine [illegible] Caiet. [illegible] *quæſt.* [illegible] *quodlibet. 2.* Soto *de ſe*[illegible]

194. *concluſ. 2.* [illegible] iudex dub[illegible] iuſti ne procedat, non poteſt interrogare [illegible] reſpondere [illegible] *2. 2. quæſt. 6* [illegible] *verſ. 4. concluſ. 2.* Bañez *ibidem,* [illegible] damentum eſt, quia ſemper præſumitur eſſe bonus, aut [illegible] malus probetur [illegible] reus non debet [illegible] interrog[illegible] [illegible] ſe haber[illegible] vel ind[illegible] ſuffi[illegible] ſemiplenam prob[illegible] non [illegible] teſt procedere iudex [illegible] ſi eſt dubi[illegible] ſumitur reus omnino bonus [illegible] reſpondere quando du[illegible] prudenter [illegible] iud eis in rogando, cùm omnia iura [illegible] uina, & humana [illegible] in do[illegible] eſſe con[illegible] ſufficient[illegible] & [illegible] uendum eſſe reo. Quæ[illegible] [illegible] de crimine [illegible] ced[illegible] [illegible] crim[illegible] ſpriuat[illegible] ſed [illegible] eſt conn[illegible] *lib. 12. cap. 16. num. 28 per totum.*

Nam

Nam quando crimen de quo inquiritur cedit in damnum alterius publicum, vel priuatum, & impendit adhuc, & iudex dubius eſt an procedat iuſtè, poteſt interrogare depoſito dubio, & inquirere, reuſque, ſeu teſtis reſpondere tenetur, etiamſi dubius ſit an interrogetur iuſtè, debétque dicere veritatem. Nauarr. *in cap. inter verba, 11. quæſt. 3. concluſ. 6. coroll. 53. num. 6.* Salon *2. 2. quæſt. 69. art. 2. controuerſ. 3.* Bañez *ibidem, part. 1. dub. 2.* poſt Sotum *rubric. de tegend. ſecreto membro 3. quæſt. 2. concluſ. 4.* Probatur, quia in dubiis illud eſt ſequendum quod magis tutum eſt, & in quo minus periculi apparet; ſed magis patibile eſt perſonam priuatam iniuſtè decidi, quam ſi Reſpublica damnum graue patiatur; ergo in dubio iudex poteſt interrogando, & teſtis reſpondendo inclinare potius in fauorem Reipublicæ, ac boni communis, quam in fauorem rei. Idem accipe de crimine quod vergit in damnum tertiæ perſonæ, & imminet. Cuius ratio in dubio potior eſt, cum ſic patiens iniuriam, quam illius, qui iniuriam vult inferre. Sayrus *lib. 12. capite 16. numero 19. & ſequentib.*

296. Sed quid ſi reus ſit regularis, ſeu religioſus, & hæſitat prudenter, vtrùm iudex, ſeu prælatus iuſtè interroget, & ſeruato ordine iuris; an verò iniuſtè? Aldrete *lib. 2. de tuenda, cap. 4. num. 20. & 21.* firmiter affirmat in dubio an iuſtè, vel iniuſtè procedat iudex, teneri religioſum veritatem manifeſtare, cùm in cauſis regularium ex confeſſione delinquentis nullum imminear vitæ periculum, ideo teneri delictum ſuum agnoſcere, ſibique perſuadere ſe iuſtè, & non temerè interrogari, *cap. quid culpatur. 23. quæſt. 1.* atque ita tenetur ſuperiori in dubio obtemperare. In quam partem etiam Syluester *verbo inquiſitio, 1. num. 7.* Paludanus *in 4. diſt. 19. quæſt. 4. concluſ. 3.* & Nauarr. *in d. cap. inter verba, ... col. 64. num. 774.*

297. Ego tamen ſaluo meliori iudicio in hoc caſu quando reus prudenter dubitat an iudex interroget, & procedat ſeruato iuris ordine, exiſtimo non teneri regularem veritatem dicere, quando ex confeſſione valde grauis pœna illi imponeretur, ... damnatio ad triremes, vel ad diuturnum, ſeu perpetuum carcerem, vel ad depoſitionem ordinum. Secus ſi pœna non ita grauis, ac diuturna plecteretur. Prior pars probatur, quia in dubiis fauendum eſt reo, & ius naturale diuinum & humanum dum reus dubius eſt de iuſtitia iudicis interrogando, docent meliorem eſſe conditionem rei poſſidentis ſuum honorem, famam, ac vitam, nec debere adhuc iuri ſuo renunciare. Confirmatur, quia teſtis dubius an iudex iuſtè inquirat, vel interroget, non tenetur veritatem dicere, nec reſpondere iuxta mentem iudicis interrogantis. Item, quia ex duobus malis minus eſt eligendum, *cap. duo mala, diſtinct. 13.* Sed peius malum eſt iniuſtè aliquem damnare ad triremes, vel ad carcerem diuturnum, aut ad aliud ſupplicium graue ob confeſſionem contra ius extortam, quam iudicis inobedientia, quæ non debet talis reputari, quando ambigitur ſit ne præceptum iuſtum, an iniuſtum; ergo poteſt religioſus crimen negare, quando prudenter dubitat an iudex ſecundùm ordinem iuris interroget, dummodo crimen non redundet in magnum religionis ſuæ detrimentum, aut in priuatæ perſonæ periculum immineat. Sic Nauarrus *in d. cap. inter verba, coroll. 53. numero 599.* Salzed. *in praxi, ad Bernard. Diaz capite 126. alias 128. gloſſa A, in fin. verſ. illud verò.* Sotus *in rubric. de tegend. membr. 2. quæſt. 7. concluſ. 3. & membr. 3. quæſt. 2. concluſ. 3.* Graffiis *1. part. deciſion. lib. 3. cap. ... numero 14.* vbi definiunt indiſtinctè reum, ſiue teſtem probabiliter dubitantes an iuridicè interrogentur in delictis priuatis, non peccare negando veritatem, eſtò dubium ſit probabile pro vtraque parte; ex ea regula receptiſſima, In dubio ſequenda eſt pars tuta; quod ſi neutra pars ſit tuta, eligatur minùs periculoſa, iuxta textum *in d. cap. duo ſunt.* Sequitur Toletus *lib. 5. cap. 58.* & Sayrus *d. lib. 12. cap. 16. numer. 17.* ideo poteſt reus interrogatus vti amphibologia, vel mentali reſtrictione, nec tenetur iurare ad mentem iudicis, quia durum eſt nimis in tanto dubio velle iudicem cogere contra ſe ipſum arma miniſtrare, vnde ſibi graue damnum eueniat.

Quid ergo de reo laico, ſeu clerico legitimè rogato, veritatémque negante, & ex defectu probationum abſoluto à iudice; qui ſi fateretur crimen, capitali forſan pœna plecteretur vltra pœnam pecuniariam parti applicandam? Sunt qui putent reum in hoc caſu etiam quando ſe defendit falſis probationibus, ac teſtibus teneri pœnam reſtituere, qua damnandus erat, & hoc in conſcientia, quia impediuit iniuſte alium à conſecutione rei. Quæ ſententia eſt probabilis ſatis, ſecundùm quam adultera iniuſtè abſoluta per falſos teſtes tenetur dotem, & cætera bona viro reſtituere, perinde ac ſi eſſet damnata. Sotus *de iuſtit. quæſt. 6. art. 9. verſ. vnum hic autem.* Caſtro *2. lib. 2. de leg. pœnal. cap. 12. §. ex his.* & Molina *2. tract. de iuſtit. diſput. 95. pag. 387.* Probabilius tamen eſt non obligari in conſcientia ad hanc pœnam niſi poſt condemnationem; teneri tamen expenſas ſoluere, quas pars aduerſa fecerit in lite proſequenda; quia actor non habet directè, ſed indirectè, & per accidens, hoc eſt intercedente iudicis ſententia ad pœnam. Sic Nauarrus *in manuali Hiſpano, cap. 28. addit. ad numer. 46. & in Latin. cap. 18. num. 49.* Aragonius *2. 2. quæſt. 62. art. 3.* & ibi Salon. *controu. 2.* & Bañez *artic. 3. dub. 5. concluſ. 6.* quibus accedunt Sanchez *lib. 10. de diuortio, diſput. 8. dub. 14.* & Sayrus *lib. 12. in claui, cap. 17. num. 16. & 17.* vbi numero 18. ſubiungit damnum, quod non eſt pœna, ſemper reum teneri ſoluere in conſcientia. Puta, ſi lis eſſet de ſoluendo tributo; & reus legitimè rogatus, ſi diceret veritatem, damnandus eſſet non ſolùm ad tributum ſoluendum, ſed etiam ad aliam pœnam ob delictum; tunc vtrumque debere ait, tributum, ſcilicet & pœnam, quæ venit non ratione pœnæ, ſed damni. Quod puto procedere quando fiſcalis petit hanc pœnam, & reus in iudicio negat veritatem. Tunc enim in conſcientia pœnam illam ſoluere debet, cum faciat contra iuſtitiam debitam parti, ad quam habet ius, illamque impedit à conſequutione pœnæ ſibi debitæ. Quod ſi à fiſcali reus ducatur in iudicium ex ſuſpicione duntaxat leui ob quam non legitimè interrogatur, tunc negando veritatem nõ tenetur ad pœnam illam ante iudicis condemnationem; imò ſi parte in iudicio, nec petente, nec inſtante reus iuridicè interrogatus neget veritatem, ac proinde abſoluatur, non tenetur ſoluere pœnam, quia fiſcalis non petiuit, neque inſtitit prorſus ſibi ex iuſtitia debita, ſic Sayr. *ſuprà, n. 17. & 18.* 298.

Imò ex ſententia Sanchez ſi iuſtè damnatus pœna aliqua parti applicanda appellet ex cauſa omnino falſa, aut falſis teſtibus ſe defendat, tenetur ſoluere actori expenſas litis, non tamen pœnam, donec confirmetur ſententia iudicis *à quo* à iudice *ad quem*; quia per appellationem prior ſententia eſt ſuſpenſa, & ea conſequenti non obligat. Sic Palat. *lib. 4. de contractibus, cap. 5. folio 237. colum. 2. ante verſ. Porro frater*, vbi vult non teneri reum ad ſoluendam pœnam, niſi poſt vltimam ſententiam, à qua non appellatur, licet Pereſtrellus *in ſuis reſponſionibus, caſu 65.* contrarium doceat, ſed minus bene, quia cauſa non finitur per primam ſententiam, ſi ab ea fuit appellatum, & iudex appellationi detulit, quamuis appellatio eſſet friuola, & inualida, dummodo debito tempore fuerit interpoſita. Nam per eam ſuſpendi priorem ſententiam cenſet Lancellot. *de attent. 2. part. cap. 12. limitat. 6. numero 20. & limitatio 1. à numer. 66.* Gomez *variar. tom. 3. cap. 13. num. 32.* Nec iudex *à quo* poteſt exequi ſuam ſententiam poſtquam detulit appellationi, quia abdicauit à ſe omnem iuriſdictionem, & deuoluitur iuriſdictio, & cauſa ad ſuperiorem, vt habetur expreſsè *in cap. cum appellationibus friuolis, de appellation. lib. 6.* & ibi Ioannes Andreas, & Anchaꝛanus & Baldus *in l. vnica, Cod. de confeſſ. colum. 6. in fine, num. 24.*

299. Ex dictis ſequitur reum iuridicè, & legitimè interrogatum veritatem negantem peccare mortaliter, tenerique teſt. idem. D. Thomas 2. 2. *quæſt. 69. artic. 1.* & ibi Caietanus & Aragonius *artic. 2. dub. 1.* Salon *artic. 1. concluſ. 1.* Valentia *tom. 3. diſput. 5. quæſt. 13. punct. 2.* Ratio, quia obedientia eſt pars iuſtitiæ legalis, quæ præcipit reo, vt obediat iudici iuſte, & iuridicè interroganti, dummodo conſtet illi, quòd iuridicè interrogatur. Ideo negando veritatem peccat reus contra iuſtitiam, & obedientiam iudici debitam; vnde ſi ex huiuſmodi negatione accuſator damnum notabile famæ patiatur, negans ad eius reſtitutionem tenebitur. Nam cùm teneatur reus in hoc caſu dicere veritatem, & iniuſte neget, palam affirmat accuſatorem fuiſſe mentitum, proinde ad reſtitutionem famæ obligatur, ſi iterum rogetur confitendo crimen. Imò ſi non habeat animum dicendi verum, non poteſt abſolui, cùm ſit in ſtatu damnationis, vt expreſsè docent Nauarrus *in manuali, cap. 25. num. 36.* Salon *ſupra, artic. 2. controuerſ. 10. concluſione 3.* Sotus *in rubric. de tegend. membr. 2. quæſtione 7.* Sayrus *d. lib. 11. cap. 5. num. 3.* Quod intellige ſi reo neganti fides habeatur. Secus ſi iudices credant accuſatorem eſſe veracem, & ea conſequenti nihil de bono ſuo nomine, ac fama apud omnes amiſiſſe, & accuſatum eſſe mendacem. Sayrus *ſuprà*, multis ibi allegatis.

300. Quomodo ergo ſe habere debeat reus quando accuſatur de vero crimine occulto tamen quæres? Reſpondeo quando contra iuris ordinem accuſatur, ſeu denunciatur, debere ſimpliciter dicere ſe crimen ſibi obiectum non admiſiſſe. Sic enim reſpondendo nullo modo peccat, nec mentitur; quia quamuis fecerit, & commiſerit, & dicendo, *non feci, nec commiſi*, videatur negare in vniuerſum; reſponſio tamen ſtrictè accipi debet, hoc eſt, *non feci, nec commiſi crimen probabile in iudicio, aut de quo iuridicè poſſum interrogari, aut denunciari*, cùm iudex non habet ius ad interrogandum de crimine occulto improbabili, ideo ſine mendacio reſpondet accuſatus, *non feci, aut non commiſi crimen*; quod eſt verum, ſiue interrogetur ſub iuramento, ſiue abſque illo. Sic Angel. *in verbo, confeſſio delicti, in principio.* Syluester *ibidem, quæſt. 1.* Nauarrus *in Enchirid. cap. 12. num. 9.* & habetur *in cap. qualiter, & quando, el 2. de accuſation.* Valent. *tom. 3. diſput. 5. quæſt. 13. punct. 2.* Petrus Nauarr. *lib. 2. de reſtitution. cap. 4. dub. 2. num. 136. part. 2. & p. 3. dub. 3. num. 349.* & Salon. *2. 2. quæſt. 69. art. 1. concluſ. 2. & art. 2. controuerſ. 11. & controuerſ. 13. concluſ. 2.* Quare dum reſpondet rogatus contra iuris ordinem, *non feci, non commiſi crimen*, non peccat mortaliter, imò nec venialiter, vt perperam aliqui affirmant.

Neque in hoc euentu tenetur aliquid reſtituere accuſatori, cum habeat ius ſe defendendi accuſatus per media licita, & in publico reputetur innocens, & iniuſte accuſetur de delicto occulto. Quamobrem ſi ex negatione licita accuſatori aliqua aſſurgat infamia, ſibi imputetur, cum accuſatus vtatur iure ſuo, & innocentiam ſuam publicè defendat. Sic Bañes *2. 2. quæſt. 69. art. 2. part. 3. dub. vltim.* Nauarrus *dict. cap. 12. num. 9.* Sayrus *ſupra*, poſt plures ibi relatos *num. 7.* Quibus adhæret Reginaldus *in praxi, lib. 24. cap. 3. ſect. 4. num. 42.* & Aldrete *lib. 2. de iurad. cap. 4. num. 13.* vbi *num. 14.* addit, *& duobus ſequentib.* poſſe dicere reum abſque mendacio *non feci*, intra ſe intelligendo eo modo, quo teneat manifeſtare. Quare debet reus cautè verba dicere, quibus ſatisfaciat iudici non interroganti iuridicè, qui dignus eſt, vt prudenter decipiatur quandoquidem iniuſte rogat. Valent. *tom. 3. diſp. 5. quæſtion. 13. punct. 3. verſ. nihilominus*, Toletus *lib. 5. cap. 58.* & Sanchez *lib. 8. de matrimon. diſput. 25. num. 15.* 301.

Illud etiam quæri poteſt, an ſicut licet reo iniuſtè rogato vti verbis ambiguis coram iudice, dummodo interrogatus non dicat falſum tanquam falſum enunciando, ſed in ſenſu, quem ipſe intelligit ſufficere, ſic etiam fas ſit iudici pro eruenda veritate delicti vti ſimulationibus erga reum, & fingere ſe multa velle facere, quæ non intendit agere. Afflict. *in conſtitut. regni, incipit, inter cæteras, rubric. 44. in 3. notabil. num. 3. p. 1.* Iulius Clarus *in practic. §. final. quæſt. 55. verſ. circa primum*, opinantur poſſe iudicem pro habenda veritate vti fictionibus, & ſimulationibus, non verò falſitatibus, & mendaciis, quia falſitas, & mendacium ſemper ſunt illicita, atque ita non ſunt facienda mala, vt veniant bona. Sequitur Sigiſmund. Scaccia *de iudic. cauſar. ciuil. & crimin. lib. 1. cap. 86. num. 35. verſ. difficultas erit*, exemplo Salomonis, de quo *in cap. affere*, & ibi communiter ſcribentes, præſertim Anchaꝛanus *num. 1.* Felinus *num. 1. verſ. nota primum*, & Abbas *num. 1. verſ. nota quod licitum eſt iudici, extra, de præſumption.* 302.

Sed magis placet ſententia, quæ docet non poſſe iudicem ſub prætextu eruendæ veritatis à reo vti fictionibus, ſeu cauillationibus; quia non decet iudicem veritatis amantiſſimum huiuſmodi fictionibus perſuadere reo ea, quæ non habet in mente. Probat textus *in l. cum hic, §. ſi cum his, ff. de tranſaction.* vbi notat gloſſa viam non eſſe muniendam, ſeu aperiendam maliciis. Facit textus *in l. 1. §. ſed & ſi quis, ff. de Carbonian. edicto.* Nam huiuſmo- 303.

di

di fictiones, ſeu cautelæ, quamuis in foro exteriori poſſint admitti, in foro tamen conſcientiæ iudicum animis maximè nocent, teſte Paulo de Caſtro *in l. ſi per errorem, num. 5. in fine, ff. de iuriſd. om. iudic. & in l. edita, num. 9. de edend.* & Pegna *3. part. Director. titul. de cautel. commentar. 13. verſ. ad vtiꝭ cautelis, num. 98.* concludens cautelas in hoc ſæculo creare iudicibus honores, in alio verò ædificare ad gehennam, cùm decipiant damnata animas; quem ſequuntur Flaminius Cu[illegible] *in praꝗ. de interrogand. reorum lib. 2. cap.* [illegible] *num.* [illegible] & Sigiſmundus *ſupra*, ſubdentes poſſe iudices vti cautelis honeſtis, & laudabilibus ſimulationibus, & ad bonum finem ordinatis ſecundùm tradita *in cap. quanto, 63. diſtinct. & in cap. illa præpoſitorum, 11. quæſtion. 3.* Non verò cautelis deceptoriis, & ad malum finem tendentibus, de quibus agit Pegna *ſupra, d. num. 98. ve*[illegible] *ſed duo ſunt cautelarum genera, fol. mihi 465.*

304. Quid ergo de iniuſtè rogato, & in tormentis poſito, ſibique falſo crimen imponente? Nauarrus *in cap. inter verba, 11. quæſtione 3. concluſione 6. corol. 43. numero 159.* exiſtimat in hoc caſu peccare mortaliter imponentem ſibi crimen falsò, quia dedit cauſam mortis propriæ. Petrus tamen Nauarra *lib. 2. de reſtitutione, cap. 4. part. 2. dub. 1. num. 133.* & Sotus *in relectio de tegend. ſecret. membr. 3. quæſt. 4. concluſion. 10. & lib. 5. de iuſtit. quæſt. 10. artic. 2.* tradunt ſolùm eſſe peccatum veniale, cum nemo teneatur vitam propriam tueri cum tanto tormento, ſed poteſt breuiorem mortem eligere, ac mitiorem, quàm tam acerbam, & impatibilem ſubire. Quorum ſententia mihi probatur, dummodo non adſit iuramentum, quia periurium omne conſtat crimen eſſe mortale. Eo verò ſecluſo eſt tantùm veniale, quia per accidens concurrit, non verò per ſe ad mortem propriam, ſed ex cauſa commutat prolixam mortem cum morte breuiore.

Sed contra probari poteſt reum in hoc caſu peccare mortaliter metu mortis, vel tormentorum imponendo ſibi crimen falſum, quia ſi illud imponeret alteri, ſine dubio peccaret mortaliter, ergo etiam peccat, qui ſibi ipſi crimen falſum impingit, vt notat Felinus *in cap. 1. de teſtib. cogend. column. 2.* Archidiac. *in cap. non eſt 13. quæſtion. 5.* & Abbas *in cap. ex parte, de ſepultur.* & Caietanus *in ſumma, verbo, detractio, & 2. 2. quæſtion. 73. art. 2.* Nam ſicut non poteſt occidere proximum, neque infamare; ſic etiam nec ſe ipſum occidere, nec infamare: atque ita peccat non ſolùm contra charitatem, ſed etiam contra iuſtitiam infamando ſe ipſum; iniuriam, non ſolùm Eccleſiæ, ſed etiam Reipublicæ, quæ ſicut bono nomine ſuorum decoratur, ſic etiam infamia ſuorum maculatur. Cæterùm facilè huiuſmodi obiectioni ſatisfit, ſi dicas famam, & honorem, eſto ſint maxima omnium bonorum exteriorum, *cap. deteriores, 6. quæſt. 1.* nihilominus ſicut cæteras res exteriores arbitrio hominum ſubiici; vitam verò hominis non ſubeſſe eius arbitrio, cùm dominus ſit quiſque famæ ſuæ, at verò vitæ non dominus, ſed tantùm cuſtos eſt. Quare non poteſt quis directè ſe ipſum occidere; poteſt tamen famam propriam prodere, vt conſtat ex *cap. ſi non licet, 23. quæſt. 5.* D. Thom. *2. 2. quæſtione 129. art. 1.* vbi probat liberum arbitrium habere hominem ſuper famam, ac ſuper pecuniam, & alias res exteriores, & temporales, ideóque poſſe reſtitutionem illius remittere, vel pretium, vel gratis, teſte Adriano *in 4. tit. de reſtitutio. fam. quæſt. vltim.* non tamen poſſe pretio vitam vendere, vel pecunia membrorum amiſſionem commutare. Quò circa occidendo ſe ipſum peccat contra iuſtitiam reſpectu Reipublicæ, cuius eſt vita hominis. At verò prodendo famam peccat contra charitatem impropriè, non verò propriè, cùm charitas ſui ipſius non obliget propriè, niſi in his ſolùm, quæ ſpectant, & ſunt neceſſaria ad ſpiritualem ſalutem. Ex quibus in noſtro caſu cùm reus ex vi tormentorum imponat ſibi falsò crimen, non directè operatur ſui ipſius occiſionem, ſed permittit mitiorem, & breuiorem mortem, vt longam, & acerbam per torturam euadat; quod poteſt facere, nec damnum ſibi infert notabile ex hac famæ proditione. Proinde hæc infamatio facta cum mendacio erit peccatum veniale, quia ſaltem eſt mendacium officioſum, vt omnes fatentur. Sotus, Petrus Nauarra *ſuprà.* Syluester *verbo, detractio, quæſt. 3.* & Couar. *lib. 1. variar. reſolution. cap. 2. num. 8.*

Vlterius his adde, ſi reus propter crimen ſibi falsò impoſitum morte condemnetur, non teneri ſibi reſtituere famam, neque Reipublicæ; dum eſt in patibulo, ſi eſt perſona priuata; ſecus ſi ſit perſona publica, per cuius mortem denigrabitur ſplendor Reipublicæ, cuius ciuis fuit, niſi ipſe affirmet ſe propter vim tormentorum impoſuiſſe ſibi falsò crimen, & hoc modo accepta placet ſententia Soti & Petri Nauarræ *ſuprà*, Gregorio Sayro *in claui* [illegible] *lib. 11. cap. 1. numero 43.* dum dicunt non teneri ſibi reſtituere famam, qui ſibi falsò crimen impoſuit ob metum tormentorum, niſi ſit perſona publica. Ex qua, & Reipublicæ, & aliis neceſſaria erat integra fama delinquentis. Non deſunt tamen alij, qui probabiliter cenſent huiuſmodi homines in vltimo vitæ, quando ſunt ſupplicio afficiendi, quamuis priuati homines, debere alta voce aperire populo circunſtanti ſe non commiſiſſe tale crimen, ſed ob vim tormentorum ſibi falsò crimen impoſuiſſe, voluiſſeque potiùs ſemel mori, quàm toties per tormenta multiplicata vitam finire. Syluester *ſuprà*, & Angelus *eodem verbo, §. 6* Sayrus *ſupra, num. 43.* Sanchez *verò, lib. 3. in decalog. capite 7. numero 12.* ait teneri reum ſe retractare, vbi eſt ſpes euadendi mortem; at vbi illa deeſt, non teneri, quia eſt dominus famæ ſuæ.

## EPITOME.

305. & 306. & 307 *Reus in criminalibus non poteſt renunciare ſuis defenſionibus, etiamſi vocatus non compareat, amittet tamen exceptiones dilatorias.*

308. & 309 *Reus contumax vt habeatur pro confeſſo, requiritur iudicis ſententia; poteſt tamē appellare, & qui dicatur verus cōtumax.*

310. & 311 *Contumax verus non poteſt appellare, an verò poſſit ſupplicare? Contumax fictus appellare poteſt.*

312. & 313. & 314 *Contumacia an ſit delictum, & quibus pœnis contumax puniri poſſit.*

315 *Reus propter contumaciam excommunicatus non debet audiri, donec expenſas reficiat.*

316. 317 *Vxor non poteſt diuertere à marito propter excōmunicationē, poteſtque cū illo participare*

*ram in dignitate quàm in humanis, non tamen ſponſa de futuro, ſed ſponſa de præſenti.*

318. & 319 *Matrimonium conſummare ante benedictiones non eſt peccatum mortale, imò nec veniale ſecundum aliquos, nec poteſt imponi excommunicatio conſummantibus.*

320 *Maritus an poſſit participare cum vxore excommunicata contumace.*

321 *Et an peccet mortaliter illam non corripiendo.*

322. & 317. & 328 *Coniux innocens an teneatur recipere coniugem damnatum hæreſis.*

323 *Adulterium ſpirituale eſt cauſa ſufficiens diuertendi, dum coniux non reſipiſcit.*

324. & 325 *Coniux catholicus propria authoritate poteſt diuertere ab hæretico donec reſipiſcat, & infidelis ſi reſipiſcat poteſt cogi ad cohabitandum cum fideli.*

326 *Adulter corporalis amittit ius ſuum, nec recuperat propter pœnitentiam. Secus de adultero ſpirituali, ſi emendetur.*

327. 328. & 329 *Coniux innocens tenetur recipere damnatum publice hæreſis ſecundum aliquos, ſed ſecundum alios non tenetur, quod eſt probabilius, qui reſpondent ad argumenta partis aduerſæ.*

330 *Coniux innocens diuertens authoritate propria ab hæretico ſi reſipiſcat, tenetur illum recipere.*

331 *Adulter corporaliter non poteſt adulteram accuſare, nec dimittere.*

332 *Compenſatio an detur inter coniugem adulterum carnaliter, & adulterum ſpiritualiter.*

305. QVæſtionis eſt an reus poſſit tam in criminalibus, quam in ciuilibus renunciare ſuis defenſionibus, & termino probatorio ſibi conceſſo? Reſpondeo in criminalibus non poſſe, ex quibus ſibi imponenda venit corporalis pœna, per gloſſam ſingularem *in l. pactum, inter hæredem. ff. de pactis, verbo, cum liceat*; quia hæc renunciatio eſt in præiudicium ſuæ perſonæ, vel ſtatus: argumento textus *in l. liber homo, ff. ad l. Aquiliam, & in l. Cornelia, final. §. ff. de ſicar.* Contra verò in delictis, ex quibus non imponitur pœna corporalis, ſed vel pœna pecuniaria, vel alia, quæ non importat infamiam, bene poteſt reus renunciare ſuis defenſionibus, & termino probatorio, habereque teſtes pro reproductis, ſeu ratificatis, Gomez *tom. 3. variar. cap. 13. rubric. de teſtur. reorum, num. 33.* Auendan. *in reſponſ. 11. num. 5.* & alij, quos referens ſequitur Suarez de Paz *quinta partis primi tomi in praxi, cap. 3. §. 9. num. 4. & duobus ſequentib. & cap. 5. num. 1 & 2.* Quin imò ex parte rei, teſtes & probationes ad probandam ſuam innocentiam poſſunt recipi etiam contra ſententiam definitiuam, dummodo conſtet euidenter crimen non fuiſſe à reo commiſſum, per textum *in l. 1. ſi quis vltro, ff. de quæſtion.* & quamuis iudex non poſſit ſuam ſententiam definitiuam de iure communi reuocare, per *d. §. ſi quis vltro,* inconſulto principe, de iure tamen Hiſpano bene poteſt illam reuocare, principe minimè requiſito, teſte Gregorio Lopez, per textum *in l. 4. in verbo, deue lo quitar, tit. 3. part. 7.*

306. An verò contumax non comparendo, dicendóque ſe nolle venire, cenſeatur renunciare ſuis defenſionibus? Pars affirmans ex eo probatur, quia ſi poſtea contumax ducatur ad iudicem, non auditur ad ſe defendendum, & innocentiam ſuam probandam, vt ex multis probat Bartol. *in l. 1 ff. de requir. reis,* vbi vult, ſtante ſtat..., quod contumax pro confeſſo habeatur, non poſſe amplius audiri. Sequitur Roland. *d. conſ. 60. num. 14. vol. 2.* Quod procedit in contumace ſæpius citato, nolentéque comparere, vt tenet Gundiſaluus de Villadieg. *in tract. de hæreſic. quæſt. 12.* Nam is dicitur contemnere, prout ait Felin. *in cap. ... de maiorit. & obedien.* & Ioan. Andreas *in cap. grandi, de ſupplen. negli. prælat.* & Menoch. *de arbitrar. iudic. caſu 426. num. 42.* vbi deffiniunt contumacem ſæpius citatum non poſſe ſe defendere, neque innocentiam ſuam probare, quando ſæpius fuit citatus. Cæterùm pars negatiua eſt verior; non enim cenſetur renunciare iuri ſe defendendi; ex eo quòd non compareat, dum citatur. Atque ita cum defenſiones ſint iuris naturalis, & nequeant omitti, contumax ſemper debet audiri, maximè ſi purget contumaciam. Paulus de Caſtro *conſ. 38. col. 2.* dicens ſi poſt terminum banni bannitus compareat, & neget crimen commiſiſſe: quod videbatur tacitè confeſſus contumacia; nihilominus eſſe audiendum, quem ſequitur Marſil. *in practica, §. vltim. num. 28. & conſ. 16. num. 33. & conſ. 4. num. 7. & ſingul. 2.* Roland. *dict. conſ. 60* aliis ibi relatis, *num. 3. & ſequentib.*

Amittet tamen contumax reus omnes exceptiones dilatorias, vt ex pluribus notat Matthias Colerus *deciſione Germaniæ. 104. num. 1* & Camill. *in ſumma, tit. de exception. num. 113.* vbi negat poſſe opponere exceptiones dilatorias, ſed poſſe obiicere exceptionem de dilatoria. & quamuis contumax non comparendo habeatur pro confeſſo, hoc non procedit in criminalibus, Matth. de Afflict. *in conſtit. pœnam eorum, num. 36. & ſequent.* Anton. Lapi. *deciſ. Neapol. ... num. 2.* Camill. *tit. 46. de contumacia, num. 10. & ſequentib.* Excuſatur tamen minor etiam contumax, vt non habeatur pro confeſſo, cùm non cenſeatur eſſe in dolo vero, ſed præſumpto. Roland. *conſ. 68. num. 31. vol. 2.* poſt Baldum, Angel. & Alexand. *in l. 2. col. 1 ff. ſi quis in ius voca. non ier.* & Panorm. *in cap. Nicolao, in vltim. col. de appellat.* vbi ait hoc eſſe mente tenendum. Requiritur item, vt contumax habeatur pro confeſſo, trina citatio. Baldus *in l. receptitia, in fine, C. de conſt. pecu.* propter magnum præiudicium. Sequitur Afflict. *in d. conſtit. pœnam eorum, in 4. notabil.* Marſil. *in pract. in §. poſtquam, col. fin.* & Foller. *in pract. crimin. in verſ. & ſi confitebuntur.*

Neceſſaria tamen eſt iudicis ſententia, vt contumax habeatur pro confeſſo. Textus *in l. 2. §. quod ſi actor, C. de iur. cal.* Natta *conſ. 64. num. ... vol. 2.* & Afflict *ſuprà, n. 36.* quia non dicitur contumax niſi contumacia accuſetur. Rebuff. *ad conſtitut. Galliæ, tom. 3. tit. de contum. art. 1. gloſ. 4. num. 23.* Caeſaranus *deciſ. 3. num. 2. & deciſ. ... num. 48. & ſequent.* Roland. *vol. 2. conſ. 47. num. 5.* per textum *in l. properandum §. & ſiquidem,* vbi Iaſon. *in 5 notabili, C. de iudic.* Ergo requiritur iudicis pronunciatio, per quam habetur contumax pro confeſſo; perditque priuilegium declinandi forum. Bartol. *in l. vbi captam, ff. de iudic.* Bald. *in l. ſi quis ex conſenſu, C. de Epiſcopal. audient.* Angel. *in l. cum qui, la 1. ff. de priuileg. credit.* & Hippolit. de Marſil. *in ſingul. 230.* Niſi contumacia incurratur coram iudice incompetente, & hoc niſi iudex ſe pronunciet iudicem competentem. Innocent. *in cap. proterea, col. 2. de dilation.* & Bartol. *in l. 2. col. 3 ad finem, verſ. ſed quæro quid ſi proceſſum,* 307

*proceſſum*, & *ibi* Alexand. *num.* 4. *ff. ſi quis in ius vocat. non ierit.*

309. Difficultatis eſt, an verus contumax poſſit appellare, vel ſaltem ſupplicare à ſententia contra ſe lata? Pro explicatione, verus contumax dicitur qui citatur de perſona, vel qui data opera fecit, quòd citatio ad ipſius notitiam non perueniret. Prior pars probatur à Roberto Marant. *in ſpeculo, p.* 6. *tit. de contumacia, num.* 8. Poſterior eſt Iafred. Lanfranc. Balbi *in decıſ.* 254. *incipit, qui data opera.* Et multò fortiùs dicitur verus contumax, qui iudicē parui æſtimans, dixit, *nolo venire.* Camill. *tit. de citat. n.* 222. *& de contumacia, num.* 188. Contumax verò fictus dicitur citatus ad domum, non tamen audiuit vocem citantis; præſumitur tamen quòd id poſtea cognouerit ex ſua familia.

310. His poſitis, dicendum eſt contumacem verum non admitti ad appellandum; fictum verò maximè, per gloſſ. *in Clement.* 1. *de dol. & contumacia.* Paulus *in d. l. properandum, §. cum autem, col.* 2. *C. de iudic.* Zauall. *commun. contra commun. vbi quæſtion* 412. ex Curtio *in l. poſt edictum, num.* 8. *ff. de iudic.* ait verum eſſe contumacem, ad cuius aures peruenit notitia citationis, ſi abſque iuſta cauſa non comparuit. Vtramque partem probat Camill. *tit. de contumacia, num.* 23. *& duobus ſequentibus*, vbi *num.* 26. declarat contumacem non poſſe ſupplicare, poſt Roland. *conſ.* 38. *num.* 15. *vol.* 2. ex regula quæ habet, *Quando quis non poteſt appellare, non poteſt ſupplicare*; ſed verus contumax non poteſt appellare, *l. ex conſenſu, §. final. ff. de appellat.* Ergo non poteſt ſupplicare ſecundùm Imolam *in d. §. fin. ff. de appellat.* Quæ regula eſt vera de iure communi. Secus verò quando appellatio prohibetur pro excellentia iudicis; tunc enim conceditur ſupplicatio, quæ eſt quædam precum oblatio facta Principi, per quam ex benignitate, & ex gratia Princeps reſtituit ſupplicantem vt alleget contra ſententiam aduerſus ſe latam. Roland. ſupra multis *ibi* allegatis, *num.* 16. *& ſequentibus.*

311. Sed in noſtro caſu vera eſt ſententia Rolandi *d. num.* 15. *conſ.* 38. *vol.* 2. aſſerentis non poſſe verum contumacem ſupplicare, ſiquidem non poteſt appellare, quod etiam docuit Decius *conſ.* 34. *colum.* 1. per gloſſ. *in l. final. C. vt lite pendente.* Ex ea ratione, quia verus contumax non appellat, nec poteſt appellare, quia non comparendo videtur directè iudicem ſpernere, & parui facere iudicem loco Regis dicentem iudicium, per notata *in l.* 1. *C. quorum appellatio non recipit.* Lancellot. *de attent.* 2. *p. cap.* 28. *num.* 50. *& ſequentibus.* Ergo non debet ſupplicare. Contrà dicendum eſt de ficto contumace, qui appellare poteſt à definitiua intra decem dies à die ſcientiæ computandos. Clementina, *cauſam, de election.* Clementina, *ſi ante. de dolo, & contumac.* gloſſa *in l. creditor, §. iuſſus, ff. de appellation.* Bartol. *ibi*, & Bald. *in l. ita demum, num.* 6. *C. de procurator.* Suarez de Paz *in praxi, t.* 1. *p.* 1. *tempor.* 6. *num.* 39. & Gutier. *lib.* 1. *practicar. quæſt.* 50. *num.* 1. *verſ. Sed his non obſtantibus.*

312. Illud etiam obiter notandum eſt contumaciam de ſe non propriè dici delictum ſecundùm communem, quam ſequitur Felin. *in cap. ex literis, num.* 27. *de conſtitution.* Vnde ſtatuta quæ loquuntur de delictis, & condemnatis, non comprehendunt condemnatos ex contumacia, cùm fuerint abſentes. Ita Bald. *conſ.* 113. *lib.* 2. Alexand. *in l. ſi mora, poſt num.* 13. *ff. ſolut. matrim.* quem refert Roland. *conſ.* 45. *num.* 66. *lib.* 1. Ratio eſt, quia condemnatus ratione contumaciæ, non dicitur condemnatus ratione delicti, vnde quando ſententia lata contra vnum alteri nocet, non nocebit illi, quando eſt lata propter contumaciam. Marſil. *in l. infans, num.* 21. *ff. ad l. Cornel. de ſicar. & conſil.* 10. *col.* 3. Nam quamuis contumax habeatur pro confeſſo, confeſſio reſultans ex contumacia non dicitur vera, ſed ficta, & præſumptiua. Iacob. de Aret. *in l. final. C. de iurament. calumn.* Bartol. *in l. eius qui delatorem, ff. de iure fiſc.* Atqui ficta confeſſio nunquam probat verè delictum, teſte Marſil. *d. conſil.* 10. Igitur ſtatutum, ſeu lex diſponens de condemnatis ex delicto, non extenditur ad condemnatos ex contumacia.

Cæterùm ſi ſtatuta, ſeu conſuetudo habent pro præſente, & confitente contumacem; non eſt dubium bannitum pro delicto in contumaciam cenſeri poſſe bannitum ex maleficio; quia in eo euentu non condemnatur veluti reus ratione contumaciæ, ſed ratione delicti. Quod probatum eſt plene rationibus, ac probationibus ex contumacia reſultantibus, vt videmus vocari bannitum de furto, ſeu homicidio, qui citatus, ſeu vocatus pro furto, ſeu homicidio noluit comparere, vt notat Salicet. *in rubric. C. de crimin. ſtellio. circa fin.* Iam verò ſi contumacia pariter habuit admixtum contemptum contra iudicem, ſine dubio contumacia refert expreſſe delictum, poteſtque puniri criminaliter, vt tradit gloſſ. *in l. vnica, §. final.* gloſſa magna *in fine, ff. ſi quis ius dic. non obtem.* Quæ teſte Claud. *in d. l. ſi mora, n.* 19. *ff. ſolut. matrim.* eſt communiter recepta. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſu* 153. *num.* 1. & Couar. *cap. alma mater, p.* 1. *§.* 9. *num.* 3. Suarez de Paz *tom.* 2. *in praxi, cap.* 3. *num.* 3. vbi *num.* 6. addit, quando aliquis citatur ad comparendum certa die, ea tranſacta actorem debere comparere ad incuſandam contumaciam citati; aliàs non cenſebitur contumax. Quin imò actore non comparente in termino præfixo ad incuſandum reum de contumacia, citationem remanere circumductam, & omnino extinctam, nec poſſe vlteriùs progredi, niſi de nouo citetur. Textus *in l. & poſt edictum, verſ. ſi heres, ff. de iudic.* teneturque iudicem parte petente citationem circumducere, & abſoluere à prædicta citatione, & actorem in expenſis condemnare; neque admitti ad nouam citationem niſi idoneè caueat de comparendo in termino præfixo, & de continuando in iudicio vſque ad exitum cauſæ. Baldus *in cap. conquerente, col.* 1. *de reſtit. ſpoliat.* Iaſon *in Authen. qui res, C. de ſacroſ. Eccleſ. & in l. ſancimus, C. de iud.* per text. *in cap.* 1. & gloſſ. *ibi, verb. ſufficienter. de dolo, & contumacia in* 6. 313.

Petes quot pœnis contumax plecti ſoleat? Reſpondeo ſi propter contumaciam fuit excommunicatus, non eſſe reum abſoluendum, nec audiendum, donec plenè ſoluat expenſas. Sic Hoſtienſ. *in ſumma, tit. de ſenten. excommunicat. §. & qualiter. in verbo, ſecundò requiritur, verſ. & nota bene*, & habetur *in cap. venerabilibus, de ſent. excommunic.* aut ſaltem præſtet cautionem contumax de parendo mandatis in poſterum, *cap. ex parte, el.* 1. *de verbor. ſignificat.* Daniel Venatorius *in Analyſi iuris Pontificij, lib.* 5. *tit.* 39. *§. Quid abſolutio? qua cauſa efficiens? verſ. Sententia enim ab homine prolata.* Item non debet audiri donec expenſas reficiat, *l. ſancimus, C. de iudic.* Quin addo ſi maritus perſeueret in excommunicatione per annum, nec curet de abſolutione, poſſe vxorem procurare diuortium, & petere dotem, vt ait Alexand. *conſ.* 26. *nu-* 314. 315.

*mero* 11.*vel*.6. Camill. Borrell. *tit*.46.*de contuma-*
*cia*,*num*.105. Quod mihi non placet, quia contu-
macia in quacunque excommunicatione, excepto
caſu hæreſis non præbet iuſtam cauſam diuerten-
316. di. Ex eo fundamento quòd vxor non tenetur ab-
ſtinere a participatione cum viro excommunica-
to, vt deciditur *in cap*.*quoniam multos*,11.*quæſt*.13.
quod eſt Gregorij VII ibi, *Deuicti miſericordia ab*
*anathematis vinculo hos ſubtrahimus*, videlicet
vxores. Quæ communicatio permittitur vxori
non ſolùm ob obligationem debiti coniugalis, ſed
in omnibus alijs humanis obſequijs. Hoſtienſ. *in*
*ſumma*,*tit*. *de ſententia*, *excommunicat*.§.*quæ ſit pœ-*
*na participantium*,*num*.13.*verſ*.*Lex excuſat*. Hen-
riquez *lib*.13.*de excommun*.*cap*.22.*num*.2 Emma-
nuel de Sà *in ſumma*, *verbo*, *excommunicatio*,*cap*.1.
*ad finem*,*verſ*. *Excuſant communicantem*, *num*.44.
Sanch. *lib* 9 *de matr*.*diſp*.14.*num*.4.

Quod amplia ad diuina, in quibus licita erit
etiam communicatio vxori cum viro, ita vt præ-
ceptum interdicens participationem cum viro
excommunicato, minimè comprehendat vxorem.
Henriquez *ſupra*,*num* 2.*in commento*,*litera I*. Na-
uarr. *in ſum*. *Hiſpana*,*cap*.28. *addit*.*ad num*.17. *ca-*
*pit*.27. & Sa *ſupra*, quamuis Caietan. *in ſumma*,
*verbo*, *excommunicatio*, *ad fin*. *cap*. *participatio*
317. *cum excommunicatis*, *quibus caſibus permitta-*
*tur*, *ſtatim in princip* o, neget in diuinis licitam
eſſe participationem cum excommunicato, ſed
non placet, quamuis videatur hæc pars tutior
Henrico *lib*.13.*de excommunicat*.*cap*.22 *num*.3.*in*
*fine*, quia exceptio eſt generalis, ideo licita eſt
vxori participatio tam in diuinis, quam in huma-
nis cum viro excommunicato. Ita Sanch. *ſupra*,
*num* 1. & Auil. *de cenſur*.2.*p*.*cap*.6.*diſp*.11.*dub*.6.
vbi idem extendit etiam ad famulos, & ad filios,
ac cæteros qui ſunt in humilitate ſubiectionis;
coram quibus poteſt ſacerdos, quando eſt caput
domus, recitare horas canonicas, vel dicere famu-
lo vt recitet cum eo, ſicut etiam poſſunt ſubditi
religioſi cum prælato excommunicato non tole-
rato in omnibus participare. Soto *diſt*.22.*quæſt*.1.
*art*.4.*concluſ*.5. Armill. *verbo*, *excommunicatio*, *nu-*
*mero* 46. quos ſequitur Auila *dub* 6. *ſupra ad fin*.
Quin etiam quamuis iudex velit interdicere vxo-
ri ne cum marito communicet, ob illius pertina-
ciam, non poterit interdicere niſi quoad huma-
num conuictum, non verò quoad debitum con-
iugale, cùm ſit obligatio orta ex ipſo iure naturæ.
Paludan. *in* 4.*diſt*.18.*quæſt*.6.*art*.2.*num*.6. vbi Ga-
briel. *quæſtion*. 3. *art*.1. *notab*.3. *ad finem*. Quare
niſi iudex expreſsè interdicat participationem
vxori cum viro quoad humanum conuictum, li-
cita eſt vxori cum viro contumaci excommuni-
cato omnis communicatio indiſtinctè. Imò potiùs
ad id tenetur, & ad ea omnia, ad quæ ante ex-
communicationem erat obligata. Sic Innocent.
explicans cap. *quoniam multos*, 11 *quæſt*.3. Ioan.
Andr. *in cap*.*inter alia*,*num*.3. & Abbas etiam *n*.3.
*de ſententia excommunicat*. quos ſequitur Vgol.
*de ſentent*. *excommunication*. *tabula* 1. *cap*.25.§ 6
*num*.3.

An verò priuilegium communicandi cum vi-
ro conceſſum vxori gaudeat ſponſa de futuro,
controuerti poteſt? Pars tamen negans eſt vera,
quia nondum eſt vxor, cui conceditur *in dicto*
*cap*.*quoniam multos*, hoc indultum, *ibi*; videlicet,
vxores. Vnde gaudebit hoc priuilegio ſponſa de
præſenti, reſpectu ſponſi excommunicati ob con-
tumaciam, quamuis ſine fundamento probabili
id neget Vgolinus *de excommunicat*.*tabul*.1.*c*.25.
§.6. *num*.4. Noſtra ratio eſt, quia per matrimo-
nium ratum etiam ante conſummationem fit mu-
tua corporum traditio inter coniuges, & ad coha-
bitandum, & ad alia obſequia ſibi mutuo præ-
ſtanda ſunt obſtricti. Vnde ſi per excommunica-
tionem viri ſponſa de præſenti ab huiuſmodi ob-
ſequijs ſibi debitis arceatur, graue detrimentum
patietur ſine culpa. Item, quia quando leges, ſeu
ſtatuta agunt de marito, & vxore, ſeu de matrimo-
nio, intelliguntur de matrimonio per verba de
præſenti contracto, etiamſi nondum ſit conſum-
matum, cùm non copula, ſed conſenſu perficiatur,
vt conſtat ex cap. *debitum de bigam*. vbi ſic deſcri-
bitur, *Matrimonium eſt viri*, *ac mulieris con-*
*iunctio indiuiduam vitæ conſuetudinem conti-*
*nens*. Quare leges agentes de matrimonio meri-
tiſſimò conueniunt contractui coniugali, ante-
quam copula ſequatur, *l*.*penultim*. *C de inceſt*.
*nupt*.& *l*.*penultim*. *ff*. *de donat*. *inter vir*. & *vxor*.
Couar. *de ſponſal*. 2. *p*. *cap*.1. *in principio*,*num*.2.
quem ſequitur Matiena *lib*.5 *recopil*. *tit*.2 *l*.*final*.
*gloſſ*.6. *num*.1. Gutier. *de iuram*. *confirmator*. *p*.1.
*cap*.51 *num* 2.

Faciunt etiam tradita a Cyno *in l*.*non ſine*, *C*.*de bon*.
*quæ liber*. & ab Abbate *in cap*. *tertio loco*, *de præ-*
*ſumpt*. definientibus in re fauorabili quando agi-
tur de viro, & vxore, diſpoſitionem eſſe exten-
dendam ad ſponſos de futuro, per text. *in d*.*l*. *non*
*ſine* Quæ reſolutio placet Antonio Cuco *lib*.5 *in-*
*ſtitut*.*maior*.*tit*.10.*num*.9.& *ſequentibus*. Syluestro,
*verb*.*ſponſalia*,*quæſt*.1.*dict*.2.& Armillæ *eod*.*verb*
*num* 1. Ergo maiori cum ratione ſimilis diſpoſi-
tio in hoc caſu fauorabili erit extendenda ad
ſpóſos de præſenti, vt in ſpecie voluit Panorm. *in*
*d*.*cap tertio loco*. *in fine*, & *ibi* Felin. & Alexand.
quibus adhæret Catiet. *lib*.5.*de ſponſal*.*cap*.5. Se-
cus quando materia eſt odioſa; tunc enim nomi-
ne vxoris, & mariti non veniunt ſponſi de præ-
ſenti, niſi poſt copulam ſequutam. Ita præ... ...
poſt Anchar. quem refert Auendan. *reſponſ*. 10.
*num*.3. Sanchez *lib*.1. *de ſponſalibus*, *num*.2.& 3.
*diſput*. 1.

Sed his obſtare videtur Concilium Tridenti-
num *ſeſſ*.24.*cap*.1.*de matrim*. vbi, *Coniuges*, inquit,
*ante benedictionem ſacerdotalem in templo ſuſci-*
*piendam in eadem domo non cohabitent*. Ergo non
poteſt ſponſa de præſenti, ſicut non poteſt coha-
bitare cum ſpóſo, agere, nec cõmunicare cum illo
excommunicato antequam ſuſcipiat benedictio-
nem. Cui obiectioni reſpondetur, Cõcilium in eo
loco non interdixiſſe ſponſis de præſenti, ne co-
habitent, ſed adhortari duntaxat, vt ex tenore
verborum, quæ ſunt ibi: *Præterea hortatur ſancta*
*ſynodus*. Quibus verbis monet illos ne cohabitent
ante benedictionem. Atque ita non omnino ex-
cluduntur à cohabitatione, ac mutuis obſequijs,
ſed vt à copula tantum ante benedictiones abſti-
neant, monentur. Idcircò cum materia ſit fauora-
bilis, poteſt ſponſa de præſenti cum ſponſo ex-
communicato participare etiam ante matrimo-
nium conſummatum. Sanchez *dicto lib*.9.*diſp*.14.
*numero* 8. vbi vult non eſſe præceptum a Con-
cilio Tridentino impoſitum, ne cohabitent ſpon-
ſi de præſenti, ſed eſſe conſilium duntaxat.

Ex qua deciſione non videtur eſſe peccatum 318
mortale ante benedictiones conſummare matri-
monium, vt expreſſe docent non eſſe Matiena
*tit*.1.*in rubric*. Gloſſ. 1, *num*.98 *lib*.5 *nouæ recopilat*.
Perez *l*.1.*verſ*.*Quæri poteſt*, *tit*.1 *lib*.5 *ord*. Couar.
*de*

*de ſponſal p.2.cap.7.§.2.num.2.* Nauarr. *cap.22.nu-te ro* 83. Gutier. *tract. de matrim. cap.48.num.3. & cap.106.num.13.* Rebell. *de obligat. iuſtit. lib.2.q.7. num.2.* Heuriquez *lib.11. de matrim. cap.5.§.7. in fine,& cap.7.num.3.& cap.16.num. etiam* 3. Capua *lib.2.deciſ.cap.81 num.1.*& alij, quos refert Sanch. ac ſequitur, *de matrim.lib.3.diſp.12.num.4.* & nouiſſimè Auguſtin.Barboſ. *in remiſſ. ad Concilium Tridentinum, ſeſſ.24. cap.1. num.62.* Fundamentum, quia ſi eſſet mortalis culpa conſummare matrimonium ante benedictionem, Concilium Tridentinum non adhortaretur, ſed præciperet ne fieret. Item, quia talis copula non prohibetur ab Eccleſia, nec reperitur textus interdicens; imò cùm ſit copula inter veros coniuges, nequit eſſe mortalis, vt conſtat ex cap. *noſtrates,30. quæſt.5.* vbi enumerantur requiſita ad nuptias, in quibus eſt etiam ſolemnis benedictio: additúrque ibi: *hæc omnia non ſeruare,non eſt peccatum.* Ex quibus verbis ſequitur non eſſe peccatum mortale ante benedictionem copulari.

319. Poterit tamen eſſe mortale, ſi interueniat contemptus, qui poterit interuenire quando conſummantes ita parui facerent Eccleſiæ benedictiones, ac ſi eſſent res vanæ, & ab Eccleſia minimè inueratæ. Ita Sotus *in 4.diſt.28.quæſt.1.art.1.in fine corporis, verſ. Poſtrema denique.* Capua *lib.2.deciſ. cap.81.num.1.*& alij, quibus adhæret Sanch. *lib.3. de matrim.diſp.12.num.4. ad finem,& num.8.* vbi concludit non interuenire contemptum quando aliquis copularetur ſcienter ante benedictiones, non curando de hoc, quia opinatur vel nullam eſſe culpam, vel ad ſummum venialem. Quod ſi ſequatur ſcandalum ex conſummatione ante benedictiones, Syluest. *verbo, debitum, quæſt.9.*& Angel. *num.1.* credunt eſſe mortale; ſed meliùs excuſat conſummantes à mortali Couar. *in epitome 2. p.cap.7.§.2.num.4.* cùm tale ſcandalum nunquam poſſit eſſe adeo graue, vt ſit occaſio, vel cauſa aliis ruendi. Atque ita concludit, ſi quod fuerit ſcandalum non excedere crimen veniale. Imò etiamſi in aliqua diœceſi fuerit impoſita excommunicatio conſummantibus ante benedictiones; quia excommunicatio non poteſt imponi, niſi ob culpam mortalem, opinatur Emmanuel Roder. *1.tom. ſummæ in 2. editione, cap.242. in fine*, eſſe mortale conſummare; & Henriquez *lib. 11. de matrim. cap.5. num.7. & in comment. litera N*, fatetur in conſtitutionibus Salmantinis impoſitam eſſe excommunicationem ob cohabitationem ante benedictiones; additque ſic cohabitantes non incurrere aliquam pœnam iuris; nec niſi venialiter peccare. Quamobrem videtur ſentire non ligare illam excommunicationem, neque efficere culpam mortalem conſummare non præmiſſis benedictionibus. Quod etiam probat Sanchez *d. diſp.12.n.10.ad finem.* Quorum deciſio placet, cùm ipſi ſint veri coniuges, nec Concilium Tridentinum prohibeat, multique arbitrentur nullam eſſe culpam conſummare ante benedictiones, eſſéque ſolum conſilium, teſte Nauarro *in ſumma Hiſpana, cap.28. additione ad num.72. fine, & cap.22. in ſumma Latina, num.83.§.de benediction. nuptiar.* Spino *in ſuo ſpeculo, gloſſ.15.num.13.* Philiarch. *de officio ſacerd. tom.1.p.2.lib.4.cap.19.§. quintò peccat*, & alij, quos refert, nec confutat Sanchez *d. lib.3.diſp.12.num.5.& 6.& lib.9.diſp.14.num.8.* vbi concludit vel nullam eſſe culpam conſummare matrimonium ante benedictiones Eccleſiæ, vel ad ſummum deficiente cauſa iuſta eſſe venialem; Imò addit *d.diſp.12. num.7.* aliquando eſſe ſanum conſilium non præmiſſis benedictionibus conſummare, quando eſt periculum incontinentiæ, & benedictiones ex cauſa iuſta differuntur. Quod etiam priùs docuit Margarita confeſſorum *in interrogatorio circa ſextum præceptum, §. actus matrimonialis, verſ. nono, fol.98* Lopez *2. p. inſtructor. de matrim. cap.39. §. deinde diſceptari ſolet, fol. 1061.col.2.*& Petrus de Ledeſma *de matrim. quæſtion.45.art.5.punct.3.*& Henriquez *lib.11. de matrim. cap.16.§.3. verſ. Imò, vbi inter deſponſatos, & comment. litera A*, ſubdens non ob hoc excommunicari ſynodali conſtitutione, ſed ſi cohabitent permanenter ante benedictiones.

Attexam hoc loco difficultatem de vxore excommunicata non tolerata, quæ contumaciter ſe habet in procuranda abſolutione, an maritus poſſit cùm eadē in omnibus participare, ſicut ipſa potuit cum eo excommunicato? Armilla *verbo, excommunicatio, num.40.*& Syluest. *verbo, excommunicatio,5.num.4.* opinantur cum vxore excommunicata poſſe virum participare in redditione, & petitione debiti dumtaxat; in aliis verò minimè. 320. Idem docuit Hoſtienſ. *in ſumma, lib.5.tit. de ſent. excommunicat. num.12. verſ.& quæ ſit pœna, §. lex excuſat,*& D. Antoninus *3.p.tit.25.cap.1.* ex tradente *in d.cap. quoniam multos, 11.quæſt.3.* vbi excipitur vxor reſpectu mariti excommunicati, non verò excipitur maritus reſpectu vxoris excommunicatæ, ergo non poteſt ille cum vxore excommunicata participare quoad alios actus, & obſequia, ac ſeruitia humana.

Cæterùm dicendum eſt poſſe maritum cum vxore excommunicata in omnibus communicare, in quibus ipſa cum marito excommunicato communicare poterat. Ratio, quia vxor,& vir ſunt ſocij indiuidui; ſed ſocius poteſt communicare in contractu cum altero ſocio excommunicato, ex cap. *ſi verò, de ſentent. excommunicat.* vt notat Couar. *in cap. alma mater, p.1.§.1.num.8. de ſent. excommunicat.* Igitur maritus cum vxore iure ſocietatis poterit communicare in omnibus abſolutè. Secundò probatur ex ratione vtilitatis, aut neceſſitatis, ſiue ſuæ propriæ, ſiue communis familiæ, ſiue ipſius vxoris iuxta illud, *Vtile, Lex, Humile, Res ignorata, Neceſſe.* Tertiò, quia vir,& vxor ſunt correlatiua; ergo ſi vxor poteſt participare in hoc caſu cum viro: ſimiliter vir poteſt cum vxore. Nam in correlatiuis, Quod diſponitur de vno, cenſetur in alio diſpoſitum, *l.final. C. de indict. viduit. l.final. ff. de accept.& l.1.C.de cupre. lib.11.* Baptiſta de Sancto Blaſio *in tract. de correlatiuis, num.33.* Sanch. *lib.1.de matrim.diſp.54.n.1. verſ. Et quamuis hæ leges.* Ob quas rationes reſolutio hæc eſt vera, eamque tradunt D. Thom. *in addition. ad 3.p.quæſt.23.art.1.* Adrian. *in 4.tract. de clauibus, quæſt.3.principali, verſ. Si petas ſecundò.* Alenſis *4.p.ſummæ, quæſt.22. membr.1. art.6.§. primo.* Couar. ſuprà Vgolin. *tabul.2.cap.28.§.6.n.6.* Nauarr. *cap.27. num. 26.* Henriquez *de cenſur. lib.13. cap. 22. §. 2.* Auila *ſuprà, dict. diſput.11. dub.5. verſ. Secunda opinio.* Sayr. *de cenſur. lib.2. cap.14. num. 6.* & Sanchez *lib.9. diſput. 14. num.16.*

Ad argumentum ex dicto cap. *quoniam multos,* deſumptum, dicendum eſt ibi fuiſſe exceptas vxores, quoniam frequentiùs viri, quàm vxores ſolent excommunicationibus innodari: non tamen propterea ſimiles caſus minùs frequentes excludi, ſed potiùs cenſeri incluſos, per gloſſam *in clement.*

*clement. 1. in verbo, præſidentes, de reſcriptis*, vbi Imola *num. 21.* Rebuff. *tract. nominationum, quæſt. 5. num. 15* Pelaez *de maioratibus, 1. p. quæſt. 31. num. 4.* Coſta *cap. ſi pater, verbo, ſi abſque liberis, num. 16. de teſtament. in 6.* Ex eo fundamento, quia verba ſcripta in lege propter frequentiorem vſum non mutant in aliis diſpoſitionem iuris, teſte gloſſa *in l. 1. verbo Iudæi, C. de his, qui ad Eccleſiam confugiunt, & l. vnica, verſ. ſponſam, C. de raptu virgin.* Valaſcus *tom. 1. conſult. 8. num. 2.* Sayr. *ſupra, d, num. 6.*

321. Petes an maritus peccet mortaliter, & incidat in excommunicationem ſi non corripiat vxorem excommunicatam? Angelus *excommunicatio 8. num. 8.* credit peccare mortaliter, & incurrere minorem excommunicationem, ſi cum ipſa communicet. Vnde videtur ſentire marito fas eſſe agere cum illa dum ipſam corripit, nec ipſa vult reſipiſcere, quia ad maritum ſpectat corripere vxorem, & non è contra. Melius tamen ſentiunt Gabriel. *in 4. diſtinct. 8. quæſt. 3. art. 1. notabil. 3. verſ. Lex.* Couar. *d. cap. alma mater, p. 1. §. 1. num. 8.* & Vgolin. *de excommunicat. tabul. 1. cap. 13. §. 6. n. 6.* peccare maritum mortaliter omittendo correctionem fraternam, quando eſſet ſpes emendæ, & nulla eſſet cauſa iuſta, quæ virum excuſaret, non tamen incidere in excommunicationem minorem, cum participatio viro cum vxore excommunicata ſit permiſſa. Sanch. *ſupra d. num. 16.* & Auila *d. dub. 5. verſ. Secunda ſpecies ad finem*; quia lex matrimonij excuſat æqualiter tam virum, quam vxorem propter mutuam participationem ab excommunicatione minori.

322. Sequitur dubioſitatis quæſtio, an coniux innocens teneatur recipere coniugem damnatum publicè hæreſis quamuis ſit emendatus? Vt verò ſeparemus certa ab incertis, certum eſt adulterium ſpirituale, quale eſt hæreſis, vel apoſtaſia a fide, in quam hæreſim, vel apoſtaſiam lapſus eſt alter coniux, eſſe cauſam ſufficientem vt fiat diuortium,
323. dum coniux non reſipiſcit. Conſtat ex cap. *quanto de diuortiis, cap. non ſolum 28. quæſt. 1.* & ex cap. fin. *de conuerſ. coniug.* & eſt Diui Pauli *ad Titum 3.* ibi: *Hæreticum hominem poſt vnam, & ſecundam correctionem deuita.* Ratio verò, & momentum huius diuortij eſt periculum peruertendi, vt apertè oſtendit. D. Antonin. *3. p. tit. 2. cap. 21. §. 5.* vbi vult fas eſſe diuertere ab hæretico coniuge contumaci, præſertim ratione cauendi animæ periculum. Sequitur Barthol. a Ledeſm. *de matrimon. dub. 54. concluſ. 5.* Sotus *in 4. diſt. 39. quæſt. vnica, art. 4. ad 3.* Subdúntque ſemper periculum peruerſionis ex nimia familiaritate timendum. Quod diuortium ratione hæreſis quoad omnia mutua obſequia, & habitationem, & quoad debitum licitum eſt ex cap. 2. *de diuortiis.* Barboſ. *in rubric. ſ. ſolut. matrim. p. 2. num. 23. paulò poſt principium.* Henriquez *lib. 11. de matrim. cap. 17. num. 6.* & probatur ex clement. 1. § *porro, de ſumma Trinitat.* & ex clement. 1. §. *final. de vſur.* Secundùm quæ iura requiritur pertinacia in hæreſi, vt in ſpecie poſt D. Thom. declarat Sotus *in 4. diſt. 36. quæſt. vnica, art. 1. ante fin.* Vetacruz *in ſpecul. coniug. 3. p. art. 2. concl. 4.*

324. Certum etiam eſt coniugem catholicum poſſe propria authoritate diuertere a coniuge hæretico quamdiu non reſipiſcit, quamuis hæreſis non ſit notoria. Vbi verò delinquens fuerit emendatus cum ſeparatio facta fuit ſine authoritate Eccleſiæ, poteſt compelli in vtroque foro emendatum coniugem recipere, *cap. de illa, & cap. porrò de diuortiis.* Henriquez *ſupra, num. 6. & in commento litera P.* per textum *in d. cap. de illa,* à contrario ſenſu, cuius ſunt hæc verba, ibi: *De illa quæ viro ſuo labente in hæreſim, ipſius conſortium ſine iudicio Eccleſiæ declinauit, videtur nobis, quod mulier ei cum reuerſus fuerit, eſt reddenda.* Igitur ſi non reuertitur, nec reſipiſcit, nullo modo eſt reddenda. Quare diſplicet omnino Abulenſ. *in Matthæum, cap. 19. quæſt. 72. in fine corporis,* vbi tradit neceſſariam eſſe authoritatem Eccleſiæ coniugi innocenti, vt diuertat à coniuge hæretico, alias eſſe reſtitutionem faciendam coniugi ſpoliato. Quod non eſt dicendum quandiu non reſipiſcit. At verò poſtquam ad Eccleſiæ gremium redit, tunc in vtroque foro poteſt compelli innocens ad eum recipiendum. Rebellus *2. p. lib. 1. quæſt. 18. num. 1. ſect. 1.* Sanchez *lib. 10. diſp. 15. num. 6.*

Sine dubio etiam eſt coniugem infidelem ſi reſipiſcat, poſſe cogi ad cohabitandum cum coniuge fideli, neque eo repugnante poſſe ingredi religionem, ſi coniux innocens velit illum admittere, poſtquam per Eccleſiam eſt reconciliatus. Probatur argumento mariti volentis recipere vxorem adulteram, quam ſiquidem repetere poteſt, & ipſa tenetur viuere cum marito, ſi certò ſciat nullum ſibi vitæ periculum imminere. Secus ſi adhuc vrget vitæ periculum, quia tunc non eſt cogenda habitare cum marito, nec debet debito coniugali ſatisfacere, *l. ſancimus, in ſ. ne, C. de ſacroſ. Eccleſ.* & in ſpecie textus *in cap. de benedicto, 33. quæſt. 1.* & ibi gloſſ. antepenult. Panorm. *cap. 1. vt lite non conteſtata.* Remoto verò omni periculo vitæ tenetur redire ad maritum; ergo infidelis emendatus cum coniuge fideli tenetur cohabitare, ſi ipſa velit illum admittere, nec poteſt ingredi religionem. Rebellus *ſupra, ſect. 2. num. 3.* 325.

Item certum eſt inter Doctores propter adulterium ſemel commiſſum adulterum, ſeu adulteram amiſiſſe ius ſuum, neque poſſe per pœnitentiam illud recuperare. Secus ſi diuortium fiat propter adulterium ſpirituale, hoc eſt propter hæreſim. In hoc autem adulterio non ſufficit vnus, vel alter actus hæreſis, vt amittatur ius ab hæretico ſi paratus eſt corrigi, ſed requiritur pertinacia, tunc poteſt dimitti; quod ſi ante ſententiam pœniteat, tenetur innocens pœnitentem admittere. Veracruz *in ſpeculo 3. p. art. 2. concl. 4.* Oldrad. *conſ. 110. num. 1.* Barboſ. *ſupra, num. 13.* & Sanch. *ſupra, n. 11.* vbi reddit rationem ob quam per vnicum actum adulterij amittat ius ſuum adulter, nec illud recuperet per pœnitentiam; quia ſi vxor reconciliatur viro poſt fornicationem carnalem incurrit bigamiam; quæ non incurritur per reconciliationem adulterij ſpiritualis. Item, quia fornicatio corporalis fidei coniugali aduerſatur, polluitque animam, & corpus, coniugemque alterum, & matrimonium ipſum coinquinat; ac denique vnicum adulterium eſt cauſa perpetui diuortij; vnicus verò actus, imò plures hæreticales, ſi ante ſententiam reſipiſcat pertinax, ſunt cauſa diuortij temporalis, quæ ceſſat hæretico reſipiſcente. Sic Abulenſis *in d. cap. 19. quæſt. 7.* Sotus *in 4. diſt. 39. quæſt. vnica, art. 4. ad 3. & 4.* Henriquez *lib. 11. de matrimon. cap. 17. num. 6.* Ludou. Lopez *2. p. inſtruct. de matrim. cap. 53. ad finem, §. quæritur deinde*; & ex antiquioribus Goffred. *in ſumma, tit. de diuort. num. 7.* Aſtenſ. *in ſumm. 2. p. lib. 8. tit. 11. art. 8. quæſtion. 10.* Ioan. de Friburgo *in ſumma confeſſor. lib. 4 tit.* 326.

[illegible] Nauienſ. cap. final. in [illegible] A[illegible] num. 2. & [illegible]

327. [illegible] d ill[illegible] oneris par[illegible] [illegible] innocen[illegible] [illegible] E[illegible] eſt reconci[illegible] [illegible] P[illegible] ex [illegible] fecul[illegible] non [illegible] iugi inno[illegible] di[illegible] vt poſſit a[illegible] religionem [illegible] non vi[illegible] [illegible] [illegible] onere coniuga[illegible]. Verba [illegible] hæc. *Aſ[illegible] in fide [illegible] ente viro, qui ab [illegible] delitate re[illegible] quam ab eo tenerat [illegible] Eccle[illegible] [illegible] gi nem [illegible] Per [illegible] videtur [illegible] innoc[illegible] li-bera p[illegible] conſolandi ad rel[illegible] poſt li-tam [illegible]. C[illegible] à Si-[illegible] 40 num. [illegible] [illegible] talis [illegible] poenitentem [illegible] hanc op[illegible] [illegible] bate in cap. de [illegible] [illegible] diuort. [illegible] Iul. Clar. [illegible] §. [illegible] propter [illegible] [illegible] matrimon[illegible] [illegible] habendum [illegible] [illegible] gredi coniux innocens, [illegible] ingens emend[illegible] recipere & coh[illegible] Præterea [illegible] hæc [illegible] hoc fa[illegible] ad fidem re[illegible] infi[illegible] quia *Matth.* 19. licitum eſt vxorem [illegible] propter fornicationem [illegible] de-[illegible] propter for[illegible] alt quan-do infidelis eſt emendatus, nec alter coniux inno-[illegible] pr[illegible] es peri[illegible] antur. Quibus rationibus [illegible] partem tuentur S[illegible] *ſupra*. Iul. [illegible] *in pr*[illegible] *hæreſim*. Surdus *de ali-*[illegible] 7. Aſtenſis *in ſumma, p.* 2. [illegible] art. 2 [illegible] Abulenſi [illegible] cap. 19. [illegible] 6. [illegible] *Dicendum quod veram*[illegible] [illegible] *cap. final.* [illegible] *iudicio, & in diſt.* [illegible] *de diuortiis*. Sotus *in* 4. *diſt.* 39. [illegible] & Palat[illegible] *diſt* 35 [illegible] [illegible] R[illegible] *ſupra*, [illegible] 2. *num.* [illegible] & 9. Quorum [illegible] erit prob[illegible].

328. [illegible] tamen eſt [illegible] probabilior, quæ do-[illegible] recip[illegible] [illegible] niſi emendetur, [illegible] qua[illegible] [illegible] innocens nolit in[illegible] [illegible] hæretico, [illegible] & [illegible] cogi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] at quia propter delicta con-

[illegible] ſuum cum con[illegible] propriæ [illegible] [illegible] debitum [illegible] illamque lib[illegible] ando ab [illegible] dendi [illegible] & aſſi[illegible] contr[illegible] quoties [illegible] hu[illegible] e igendi ex[illegible] ab obligatione reddendi, [illegible] Scot. *in* 4. [illegible] *quæſt.* [illegible] *verſ.* [illegible] vbi Paludan. *quæſt.* 1. *art.* 2 *con-cluſ.* 4 *num.* [illegible] *quæſt.* [illegible] *propoſ.* 1. Caie-tan. *in ſumm.* [illegible] *matrimonium, cap. vltimo, de* [illegible] § *primus eſt*, [illegible] & D. An-ton. [illegible] §. 1. Sed [illegible] quod aliquis hæreſi d[illegible] omni iure, quod in vxorem [illegible] habebat vt probatum eſt ex dicto cap. [illegible] *hæret.* [illegible] 6. Ergo vxor innocens cum ſit libera [illegible] non tenetur [illegible] hoc ſit vna ex pœ[illegible] hæreſis, [illegible] pœna d[illegible] cap. fin *de coniug. et conuerſ.* & [illegible] & in ſpecie docent Caſtr. 2. *de iuſt.* [illegible] & Henriquez *lib.* 11. *de matrim.* [illegible] *num.* 6 vbi ait: *Si quis, cui quia, damnatus* [illegible] *damnatur de vna hæreſi per ſen-tentiam* [illegible] *iure inter alias pœnas dam-natur* [illegible]. Sequi[illegible] Sanc[illegible] *lib.* 1. *di-ſput.* [illegible] non ten[illegible] [illegible] coniugale, & cohabi[illegible] [illegible] cum hæret[illegible] vbi hæreſ[illegible] fuit damnatus.

Præter hæc [illegible] tenent hanc ſe-cundam opinion[illegible] *in cap. de illa. de diuortiis*. In-nocent. Z[illegible] Abbas an[illegible] *cap. quanto,* [illegible] *tit.* [illegible] *epitome, cap.* [illegible] §. 5. Caſtr. *lib.* 2 *de iuſt. hæreſis puuit cap.* [illegible] Angel. *matri-monium* 4. [illegible] *num.* 1. Capua *lib.* 1. *ca-pit.* 84. *num.* 16. [illegible] hæreticus ſit pœnite[illegible] [illegible] dictus, vt expreſſe Abbas notat *in cap.* [illegible] *de conuerſ.* [illegible] Barbo[illegible] *num.* 19. *ad fi-nem, & ſequentibus*, vbi addit adulterium carnale & ſpirituale in materia diuortij æquiparari; proinde ſicut vir non tenetur adulteram carnaliter etiam emendatam admittere, ſic nec adulteram ſpiritualiter reſipi[illegible] tem cogetur [illegible] recipere. Quod etiam ſentit Matienz. *tit.* 1 *lib.* [illegible] *ordin.* Gloſſ. [illegible] *num.* [illegible] & ſapientiſſimus Ferdinandus Pe-rez *in pri*[illegible] qui [illegible] in Academia Eborenſi Theologiæ primarius Profeſſor; quibus alijs ibi rel[illegible] is accedit Sanch. *d. diſp.* 15. *num.* 9. *per totum*

A[illegible] momenta, ſeu argumenta contrariæ partis, 329.
dicendum eſt no[illegible] magis fauere matrimonio, ſi[illegible] eſt ſacramentum: proinde ſicut in adu[illegible] carnali non cogitur in-nocens adulterum e[illegible] recipere. & illa recep[illegible] ſi fieret [illegible] eſſet in fauorem ma[illegible] [illegible] Pr[illegible] facit principa[illegible] matrimonij [illegible] princi[illegible] bonum [illegible] Item ma[illegible] ac præſtantius eſt, [illegible] eſt [illegible] legis, [illegible] Nam matrimonium [illegible] natiuum, pote[illegible] qu[illegible] conuerta-tur [illegible] tunc fi-delis [illegible] fecundi[illegible] *cap. gaude-mus,* [illegible] *cap.* [illegible] *de diuor.* S[illegible] *lib.* [illegible] *diſp.* [illegible] *num.* 4. Non verò [illegible] inter Chriſti-nos. Vnde ſit, vt [illegible] proli ſit, & ipſius ſacramenti, [illegible] ab infidelitate, eiuſque [illegible] Quare non [illegible] venit, vt in pro ſe educanda, & in vſu eius ſacramentali participet

cum

eum perſona aliquando hæretica, & fortè adhuc hæreſi infecta, quia ſemper [illegible] debet malum infectionis, præſertim in Iud[illegible], argumento capitis, *inquiſitionis, de ſententia excommunicationis*, & quamuis ſit coniux emendat[illegible], adhuc timeri poteſt quòd rurſus à fide recedat. Vnde, & coniux alter, & proles [illegible] in periculo ſubuerſionis, quæ enim pro charitate ſunt inſtituta, contra charitatem militare non debent. Sotus *in 4. diſtinct. 39. art. 4. ad 3.* Rebellus *ſupra, num. 8.*

350. Nec vrget ſi dicatur hæreticum eſſe emendatum, ergo eſt reſtituendus, quia id ſolum probat, quando coniux innocens diuertit authoritate propria, non verò poſtquam ſententia Eccleſiæ hæreticus coniux damnatus eſt, vt omnes fatentur. Nam ſi omnia illi ſunt reſtituenda, etiam bona fiſco applicata emendato hæretico reddenda eſſent, quod nemo dixit, cùm in pœnam illi impoſitam fuerint ablata. Cum ergo lex diuortij ſit in pœnam hæretici, & in fauorem innocentis, & in [illegible] libertatem, quamuis reſipiſcat, non eſt reſtituendus innocenti, ſi repugnet. Ad illud verò *Matthæi 19.* dicendum eſt ibi ſol[illegible] concedi diuortium ratione adulterij carnalis, ac proinde ex eo loco patet hoc diuortium eſſe de iure diuino propter adulterium carnale conforme ad ius naturale declaratum per Christum Dominum. Et quamuis Panormit. *in d. cap. mulier*, & alij ad ſpiritualem etiam fornicationem extendant ſecundùm cap. *idololatria, 28 quæſt. 1.* non longe abſunt à ratione; quia ius naturale concedit ius vitandi proprium animæ periculum. Ex eo fundamento, quia [illegible] debet de emendatione hæretici, ideo quandiu timetur malum infectionis, [illegible] diuortium, vt tradit Paludanus *in 4. diſt. 35. diſp. vnica, col. 7. verſ. Porrò in gratiam.* At verò poſtquam accesſit ſententia damnati hæretici, & coniux eſt emendatus, ſolo Eccleſiaſtico iure diuortium hoc eſt introductum; quidquid contra docuerit Caſtro *lib. 2. de* [illegible] *hæretic. punit. cap. 7. col. 3.* vbi vult de iure etiam diuino priuari hæreticum iure exigendi debitum, ſicut per adulterium carnale, ſed fallitur. Cæterùm per hoc non tollitur, quod poſſit ab Eccleſia diuortium propter alias cauſas fieri, vt in noſtro caſu, vt ait Bellarminus *de matrim. tit. 2.* [illegible] *14.* contra hæreticos, quibus ipſe reſpondet. Atque ſic non tenetur innocens [illegible] petere coniugem hæreſis damnatum, quamuis ſit emendatus, cùm iudicio Eccleſiæ [illegible] ab eo receſſerit, vt ait Vrbanus III. *in d. cap. de illa*, his verbis. *Si verò iudicio Eccleſiæ ab eo receſſit, ad recipiendum eum nullatenus eam dicimus compellendam.* Dicitur autem diuortium factum per iudicium Eccleſiæ, quando catholicus petit diuortium propter hæreſim alterius, & lata eſt diuortij ſententia. Item quando fertur ſententia iudicis Eccleſiaſtici, qua declaratur coniugem [illegible] eſſe hæreticum. In quo euentu etiam integrum eſt catholico, ſeu coniugi innocenti diuertere omnino, quia diuortium eſt pœna hæreſim conſequens, vbi primum ſententia iudicis hæreticus declaratur. Graffis *d. cap. 84. num. 16.* Henriquez *lib. 11. de matrim. cap. 17. num. 6.* Caſtr. *d. capit.* Couar. *in epitom. 1. p. cap. 7. §. 5. num. 5.* & alij, quos referens ſequitur Sanc. *ſupra, dict. diſp. 15. num. 10.*

351. Sed quid dicendũ de viro adultero in adulterio cõiomace, poterit ne vxorem adulteram accuſare? Reſpondeo negatiuè. Naua. *in ſumm. cap. 16. n. 19.* per cap. *Nihil iniquius, 32. quæſt. 6.* Syluest. *verb.* [illegible] *20. num. 6.* etiamſi maritus occulte, & [illegible] adulterent, [illegible] non deeſt [illegible] ſed probandi [illegible] *ment. 32. quæſt.* [illegible] dum [illegible] do [illegible] cidat [illegible] tionem [illegible] pœnitentiam [illegible] be[illegible] *d. 32. cap.* [illegible] *& ſequent.* Quod intel[illegible] do accu[illegible] eſt ordinata ad diuortium, [illegible] quitur Syluestr. *ſup.* [illegible] *verbo, diuortiũ, n.* [illegible] vbi dit occulte ad[illegible]um non poſſe vxorẽ ma[illegible] adulteram ſine peccato dimittere, neque ac[illegible]re. Contra verò ſi pœnitentiam agat, & [illegible] agere, ſine peccato eam accuſare, & dimittere [illegible], quod non puto verum ſi accuſatio [illegible] ad puniendum [illegible] vxorem, quantum[illegible]que [illegible] ſit emendatus, & hoc in [illegible] tia, vt colligitur ex Nauarro *conſ. 3. de diuo[illegible] n. 3. in 2. editione, fol.* [illegible] *144. tom. 2.* Sed [illegible] pra *lib. 2. diſp. 4. §. 8. num. 45.* [illegible] *que ſibius,* [illegible]

An verò detur compenſatio [illegible] alte[illegible] 352.
[illegible] eſt adulter ca[illegible] & [illegible] ſus [illegible] [illegible] ita [illegible] vtrique [illegible] eſt ad[illegible] Ge[illegible] *ſumma* [illegible] *de adulter. num. 6.* [illegible] *de di*[illegible] *mero 14.* D. An[illegible] *p. 11 §.* [illegible] *ta etiam.* [illegible] *§ 8.* [illegible] *bo, diuorti*[illegible] poſſe dari [illegible] hæreticus, [illegible] adulter ſpiritualis [illegible] ſi[illegible] [illegible] non poteſt opponere exceptionem [illegible] adulterij carnal[illegible]. R[illegible] adulter carnali ratione periculi tam ſp[illegible] talis, non poteſt [illegible] ad [illegible] *hæretico.*

Paludanus tamen [illegible] *caſu.* [illegible] Gab[illegible] *vnica, ar[illegible] 1. poſt* [illegible] *poſt priorem, caſu* [illegible] aliqua [illegible] adulterum carnaliter, ſi [illegible] hæreticus petat diuortium ratione adult[illegible] [illegible]alis, poſſe [illegible] exceptionem adulterij [illegible] tualis opponere etiamſi non ſit pertinax in hæreſi. Atque ita adultero carnaliter integrum eſſe diuertere ab hæretico per ſententiam damnato, non verò hunc poſſe ab adultero diuertere [illegible] te [illegible], quia ad iuſtam compe[illegible] paritas requiritur. Cùm ergo [illegible] multo grauius ſit de[illegible] [illegible] corporale, nullo modo pote[illegible] com[illegible] niſi [illegible] adulterium ſit pub[illegible] occulta, cuius malitia tam ne[illegible] cidit ſimulque, & adul[illegible]um p[illegible] huius circumſtantiæ grau[illegible] vt [illegible] tius *in 4. di*[illegible] *5. diſput. vnica* [illegible] *principium.*

Reſolutio ſit, non dari compen[illegible] delicti, eiuſdem [illegible], qualia [illegible] ſpiritualis & adulteri[illegible] vt quando [illegible] coniuges [illegible] commoni[illegible] paria delicta mutua [illegible] tione tollitur, *ap. paralitim.* [illegible] At in ordine ad matrimonium [illegible] rium carnale, magis [illegible] rium verò ſpiritualis [illegible] eſt [illegible] latam, quàm Deo [illegible] in hæreſim [illegible] tenebatur. Ex quo [illegible] patet quanta [illegible] inter vtrumque: ideo fornicat[illegible] & carnales nullo modo co[illegible] in *cap. 1. qualiter debet* [illegible] *Dom*[illegible] *fidel.* Grego. Lopez [illegible] *part. 4.* [illegible] *Eſſo tagima, porro, as pienso, verſ. Si tamen ſuia fornicationis.*

*tiones, & tit. 9. l. 8. verſ. Spiritualmente, & verſ. por ſiando,* addit *part. 4.* ex lege has fornicationes diuerſarum ſpecierum, vt eſt carnalis, & ſpiritualis, compenſari. Sed quidquid ſit de diſpoſitione legis abſolutè, dicendum eſt non dari compenſationem inter huiuſmodi fornicationes, vt aperte Bald. & Gregor. Lopez ſupra ſcripti ſentiunt. Ex ea ratione, quia quamuis hæreſis ſit cauſa ſufficiens diuertendi in pœnam ipſius hæretici, cuiúſque delicti, nullo iure illa pœna tollitur, nec poteſt compenſari adulterio alterius carnali; item quia hæc pœna in hæreſim infligitur ab Eccleſia independenter a voluntate alterius coniugis. Quin etiam addi poteſt nullo modo poſſe fieri compenſationem vtroque coniuge in hæreſim labente. Nam hæreſis damnatus non poteſt diuertere a coniuge nondum hæreſis damnato, niſi ad tempus, donec reſipiſcat; imò tenetur regredi ad reſipiſcentem donec damnetur, vt probatur ex *cap. final. de hæreticis, in 6.* Quod ſi vterque ſit hæreſis damnatus, cùm diuortium non fiat in fauorem coniugis alterius, ſed in hæreſis pœnam, adhuc poteſt alter ab altero etiam repugnante diſcedere etiam in perpetuum, quouſque de conſenſu amborum ad matrimonij ſtatum regrediantur, quia eo ipſo, quòd ipſi in eandem pœnam inciderunt, non erant immunes ab illa, ſed vterque pœna illa coercetur. Nec refert, quòd delicta vtriuſque coniugis ſint eiuſdem generis, vt mutua compenſatione tollantur, quia id procedit in pœnis delicto reſpondentibus directè, & principaliter impoſitis in gratiam, & fauorem alterius coniugis, vt videtur in diuortio ob adulterium conceſſo in fauorem coniugis innocentis, qui ſolus hanc pœnam adultero poteſt imponere. Ideo quando alter eſt etiam adulter nullo modo poteſt etiam coniugi adultero pœnam illam infligere. At in hæreſi diuortium eſt pœna delicti independenter ab altero coniuge impoſita.

## §. X.

### *Utrùm reus teneatur petente actore edere inſtrumenta, ſeu reuelare cum graui ſuo detrimento, ſi præcipiatur ſub cenſura?*

EPITOME.


333 *Monitorium in particulari contra ſcientes vt obliget, debet habere clauſulam iuſtificatiuam, alias non obligat.*

334 *Monitorium contra non reuelantes ſcripturas per viam inquiſitionis an obliget non reuelantes contra ſe ipſos.*

335 *Scripturas retinentes prudenter non ligantur excommunicatione non exhibendo illas.*

336 *Monitoria contra non reuelantes ſcripturas non comprehendunt collitigantes, & ſcientes ex cauſa iuſta.*

337. & 338 *Inſtrumenta communia vtrique parti ſunt exhibenda etiam abſque excommunicatione. Secus quando ſunt propria.*

339. & 340 *Scripturam poſſidens cum graui damno an teneatur edere inſtrumenta? Pars negans eſt probabilis. Maximè poſt completam præſcriptionem.*

341 *Emphyteuta etiam iuſſus ſub excommunicatione edere exemplar ſuis expenſis deductum in vtilitatem partis, non tenetur illud manifeſtare.*

342 *Teſtis iuridicè interrogatus non tenetur teſtificari cum graui damno ſuo; nec reuelare ſcripturas; ſecus ſi eas furatur.*

343 *Emphyteutam poſſe cogi à domino ad edendum ſua inſtrumenta eſt verius.*

344 *Emphyteuta tenetur domino directo edere inſtrumenta, & oſtendere prædia, eorúmque fines, in quibus eſt emphyteuta.*

345 *Poſſeſſiones circa prædia emphyteutica præſumuntur etiam emphyteutica, niſi probetur contrarium.*

346 *Prædia ſi ſub territorio feudali præſumuntur aliquando libera, quamuis ſint contigua bonis feudalibus.*

347 *Bona emphyteutica allegans eſſe talia tenetur id probare.*

348 *Emphyteuta ſoluens penſionem pro omnibus prædiis cenſetur emphyteuta pro illis, niſi probet contrarium.*

349 *Emphyteuta negans partem emphyteuſis an debeat priuari tota emphyteuſi.*

350 *Monitorium contra ſcientes aliquid ſub ſecreto, ſeu ſub iuramento an obliget.*

351 *Impedimenta matrimonij an ſint reuelanda quando ſunt omnino ſecreta.*

352. & 353 *Impedimenta ſunt reuelanda quando infamia cedit in contrahentes matrimonium dumtaxat, vel in ordinandos, vel promouendos ad beneficia fateri verum tenentur, cum ea de re interrogentur.*




PRÆCIPITUR ſub excommunicatione latæ ſententiæ, vt qui abſtulit inſtrumenta aliena, vel ſcripturam ſine Dei timore detinet, ea inter ſex dies vel tradat, vel reuelet; alioqui cenſuram incurrat ipſo facto; quæritur quid iuris. 333.

Dico primò. Monitorium contra ſcientes, ſeu non reuelantes, vt obliget, debet habere clauſulam iuſtificantem videlicet, *ſi quis habeat cauſam iuſtam non obtemperandi tali monitorio, & voluerit allegare, audiatur intra terminum in eo contentum*; quæ clauſula omnino eſt neceſſaria. Sic Probus *in cap. 1. num. 27. de conſtitution. lib. 6. in addit. ad Ioan. Monach.* Alioqui cenſuræ, quæ feruntur à iudice per præcepta contra aliquem de aliqua re facienda, ſeu danda, ſunt ipſo iure nullæ ſine clauſula iuſtificatiua, per quam monitorium reſoluitur in citationem. Gloſſa *in capit. ex parte, de verborum ſignification.* & lex *de pupillo, §. meminiſſe, ff de oper. noui. nunciat.* Nauarr. *lib. 5. conſilio. tit. de cenſur. conſ. 38. num. 2.* Item hæc clauſula requiritur quando iudex procedit ſine cauſæ cognitione. Sic Mandoſ. *de monito. quæſtion. 2.* Gutier. *de quæſtion. canon. lib. 1. cap. 4. numero 18.* Tunc inſerenda eſt talis clauſula iuſtificatiua, *ſi ſenſeris te grauatum*; ſecus ſi iudex imponat præceptum alicui ſub cenſura; tunc obligabit, eſto non inſeratur clauſula iuſtificatiua;

quia in hoc differt monitorium à mandato, ſeu præcepto. Sic Mandoſ. *de moniter quæſt.* 2. Cyn. *in l. quoties, C. de fideicommiſſ.* Bertrand. *conſ.* 247. *Vniuerſitas, num.* 3. *lib.* 2. *& conſ.* 64. *Egregie, volum.* 3.

334. Dico ſecundò. Si monitorium feratur abſolutè, vt quicumque tales, vel tales ſcripturas habuerit de tali re agentes, eas quàm primùm intra ſex dies exhibeat, & tradat, aut reuelet, & procedatur via inquiſitionis abſque vlla infamia, ſeu ſemiplena probatione; reus non ligabitur excommunicatione, ſi non exhibeat, aut non manifeſtet ſcripturas contra ſe ipſum quamuis ſint partim inſtrumenta aliena, nempe ſi inſtrumenta ſint communia vtrique parti, & non poſſunt manifeſtari a reo in vtilitatem actoris abſque ſuo graui damno, & abſque periculo magno amittendi ſuum ius verum. Tunc in hoc euentu non tenetur reuelare illa inſtrumenta; Patet ex *capit.* 1. *de probation.* vbi ait Gregor. IX. reum non eſſe cogendum edere inſtrumenta actori, quæ apud ſe habet, eum id ſit enſem aduerſario tradere contra ſe; & Decius *ibi, num.* 12 Bald. *l.* 1 *ff. de edend.* & Anton. Gabriel *tom.* 1. *lib.* 9. *verbo, inſtrumentum.*

335. Dico tertiò. Abſcondentes prudenter huiuſmodi ſcripturas non ligantur ab eo monitorio, quamuis ſcripturæ contineant etiam in parte ius aduerſarij colligantis. Fundamentum eſt, quia finis huius cenſuræ eſt, vt detentor ſcripturæ egrediatur à peccato, & reddat domino, quod retinet iniuſte; ſed abſcondens proprias ſcripturas non peccat, cùm non retineat alienum: Igitur non ligatur, nec poteſt contra illum procedi, per text. *in cap. nouit, de iudic.* Imò retinens ſua inſtrumenta non debet illa exhibere, cùm retineat ſuum, non enim monitorium comprehendit niſi iniuſtè detinentes, ſeu occultantes inſtrumenta impetrantis, vel ſcientes ea iniuſtè occultari. Nauarr. *cap. inter verba,* 11. *quæſt.* 13 *concl.* 6. *coroll.* 5 Nauarr, *d. conſ.* 58. *num* 4. *&* 6 Virtute ſiquidem monitorij nemo tenetur manifeſtare, quæ iuſte, & ſine peccato tenet, ſeu probabiliter credit eſſe ſua, neque ille, qui ſcit, vel probabiliter credit eſſe poſſidentis, ſeu ab eo iuſtè retineri, quia cenſuræ feruntur contra iniuſtè retinentes, abſcondentes ſcripturas, ſeu contra ſcientes iniuſtè retineri bona, ſeu inſtrumenta impetrantis.

336. Dico quartò. Similia monitoria etſi ſint iuſta, non videri comprehendere partes colligantes, niſi id exprimatur in particulari. Ita Philippus Probus *in cap.* 3. *de conſtitution. in* 6. *num.* 9. Neque illos, qui id ſciunt cauſa petendi conſilium, & quamuis mens partium ſit etiam comprehendere partes ſibi contrarias, adhuc partes excuſantur, nec tenentur inſtrumenta edere, cùm non teneantur miniſtrare arma contra ſe, vt ſentit Felin. *in cap. ſi duobus, col. fin. de appellation.* poſt alios. Item, quia petens monitorium non curat de damno vitando, ſed potiùs de lucro captando, & forſan de lucro odioſo, & pœnali, & ita nemo cogendus eſt adiuuare ſic petentem in foro conſcientiæ, quia commiſſum, verbi gratia, & ſimilia pœnalia non debentur in conſcientia, ſed poſt latam ſententiam, per gloſſ. receptam *in cap. fraternitas,* 12. *quæſt.* 2. Accedit, quia quoties quis non tenetur edere inſtrumenta, non poteſt cogi ad teſtificandum de illis, quoniam regulariter nullus tertius compelli ad exhibendum proprias ſcripturas, ſecundùm gloſſ. *l. in fraudem,* § *inſtrumenta,* *verb. edit. ff. de iur. fiſci,* & tradit Decius *in cap.* 1. *de probat. num.* 59.

Dico quintò pro maiori explicatione, illa inſtrumenta eſſe communia, vel quia omnes ſunt cohæredes, & ita ſcriptura, ſeu inſtrumenta ſunt omnibus communia, vel quia ſunt omnibus partibus donata, vel fuerunt communi pecunia confecta, & in hoc caſu certum eſt, quòd poſſint peti, vt manifeſtentur ſub excommunicatione. Item poteſt dici ſcriptura communis vtrique parti, propter materiam in ſcriptura contentam: ſcriptura tamen non eſt communis. At in hoc euentu ſi ſcriptura, quæ petitur, eſt originalis, tenetur poſſidens manifeſtare; quod ſi eſt tranſumpta, vel exemplata pecunia partis, & poſtulat reus, eſt manifeſtanda ab actore: Si verò actor petit, & reus debet illam producere in ſuum commodum, tenetur reus manifeſtare: Si verò reus non eſt illa vſurus, & actor procurat illam ad intentionem fundatam coadiuuandam, reus tenetur reddere illam actori: quod ſi actor poſtulet ad ſuam intentionem probandam, regulariter non tenetur reus manifeſtare, nec reddere: quia actor dum parat litem, tenetur accedere paratus, & non debet ſcripturas mendicare de domo, ſeu manu aduerſarij. Ita Auila *de cenſur.* 2. *p. cap.* 5. *diſp.* 4. *dub.* 1 *concl.* 5. vbi quoad ſcientes addit, ſcientes teneri reuelare ſcripturas, ſi id probare poſſunt. *ibi, d. concluſ.* 5. *in principio.* 337.

Dico ſextò. Quando ſcriptura eſt propria illius, qui obtinuit monitorium, tenetur qui illam habet ſub cenſura reuelare; quia ex iuſtitia etiam ſecluſo mandato iudicis tenebatur reddere rem non ſuam. Ita Syluest. *verbo, falſarius, quæſt.* 3. alias tenetur reddere damnum parti irrogatum; quod ſi ſcriptura bona fide poſſideatur, & ob reuelationem illius poſſidens incurrat graue damnum iniuſtè; tunc excuſabitur ab ea manifeſtanda. Ita Vega *lib.* 3. *ſumm. caſu* 465. cùm ipſe iuſtè poſſideat, & ex manifeſtatione ſit in graui periculo amittendi bona ſua, vel ſaltem aliqua. Sicque accipienda ſunt monitoria quæ non obligant cum detrimento, & periculo amittendi id, quod iuſtè poſſideo, & bona fide, & ſine peccato acquiſiui. Ita Medin. *de reſtitution. quæſtion.* 11 Syluest. *tit. Tabellio falſarius, & confeſſio delicti, quæſt.* 1. 2. *&* 3. Nauarr. *in ſumma, cap.* 17. *num.* 114. 115. *&* 116. & in noſtro caſu idem tradit Sotus, ſed breuiter *in* 4. *diſt.* 22. *quæſtion.* 1. *art.* 2. *poſt concluſ.* 4. *in* 3. *caſu,* ibi: *& de iuſtitia, lib.* 5 *quæſtion.* 3. *art.* 3. *fol.* 422. Pro quo facit lex 1. *C. de edendo,* & lex, *qui accuſare, C. de teſtibus,* vbi dicitur quòd reus non debet arma miniſtrare, hoc eſt, in ſubiecta materia probationes contra ſe ipſum maximè in detrimentum vix reparabile iuſtitiæ ſuæ, cùm poſſideret iuſtè bona ſua ideo non tenetur edere tales ſcripturas, cùm ex earum editione, ſeu exhibitione ſequātur grauia incommoda contra ipſum, & idem dicendum eſt de ſcientibus, ſcilicet, non teneri manifeſtare ob ſupra dicta inconuenientia, vt Doctores citati teſtantur, quibus adhæret Cordubenſ. *in ſumma, quæſtion.* 62 *per totam.* Lud. Lopez 2. *p. inſtruct. conſcientia, cap.* 9. *quæſt.* 6. *circa medium,* & Auila *citat.* 3. *concl. ad finem.* 338.

Cæterùm ſi ex ea occultatione dominus ſcripturæ magnum patiatur detrimentum, ſicut patitur poſſidens eam, opinatur Auila *concl.* 1. *verſ. Hic tamen, fol.* 72. *in principio,* in hoc euentu cum damnū ſit graue, æquale, aut fermè æquale, teneri poſſidentem 339.

poſſidentem manifeſtare, quia cùm ſit paſſurus æqualiter damnum, melior debet manere conditio domini ſcripturæ: quemadmodum cùm creditor ex dilatione debiti patitur notabile detrimentum in bonis ſuis, obligatur debitor dare operam etiam cum graui damno ſuorum bonorum ad debitum ſoluendum, quoniam in re pari creditor debet præferri debitori.

Oppoſitum tamen credo verius, ideo excuſo bona fide poſſidentem ſcripturam, ab excommunicatione, ſi illam non edat propter graue damnum, quod incurret, eſto dominus re vera æquale damnum ſit paſſurus ex occultatione, dummodo ſit paratus non manifeſtans reſarcire damnum illatum domino ex illa occultatione. Probatur, quia non manifeſtans poſſidebat bona fide rem alienam, & forſan iam præſcripſerat, & ſicut qui ſtatum ſuum conſeruat iuſtè acquiſitum cum bonis partim iniuſte acquiſitis, non tenetur reddere bona acquiſita iniuſte cum graui detrimento bonorum iuſtè acquiſitorum, vt ſentit Auila cum aliis *vbi ſupra, concluſ. 1. verſ. Nam qui ſtatum*; igitur à fortiori non tenebitur in noſtro caſu bona fide poſſidens ſcripturam, manifeſtare eam cum graui damno: hoc tamen non admitto in arripiente ſcripturam per fraudem, & malitiam, quod tamen placet Auilæ, & aliis, quia tunc fraus illi non debet patrocinari; quod ſi ob non manifeſtationem ſcripturæ pars amittat cauſam, tenetur non manifeſtans ad damna ex occultatione ſequuta ad arbitrium boni viri; ſicut tenetur debitor ex dilatione ſolutionis creditori ſatisfacere, vt proprium vitet damnum, vt ait Caiet. 2. 2. q. 62. *art. 8.* quod procedit quando debitum fuit iniuſtè contractum; quem ſequitur Auila *ad fin. 1. concl. fol. 72.*

340. A fortiori non tenetur manifeſtare ſcripturam completa præſcriptione. Nec obſtat regula, *Poſſeſſor malæ fidei non præſcribit vnquam, de regul. iur. lib. 6.* Ratio, quia præſumitur bona fides per diuturnitatem tanti temporis, ſicut præſumitur venditio, ſeu permutatio rectè facta, maximè ob præſcriptionem longe maioris temporis, quam requirebatur, ideo nec iure Dei, nec iure Cæſareo, tenetur manifeſtare impetranti monitorium, cum petat iniuſte. Quod ſi obiicias deficientem in probatione ſui iuris poſſe iuſtè petere monitorium à iudice Eccleſiaſtico, vt præcipiat ſub cenſura ſcientias ad deponendum, & reſtituendum de his, quæ iuuant probationem ſui iuris ſecundùm cap. *ad noſtram, el 2. de iureiur.* & ſuperiori iuſte iubenti parendum eſt, *cap. 2. de maiorit. & obedient.* quoniam hoc procedit, quando petens monitorium petit nondum completa præſcriptione, & abſque graui damno manifeſtantis, ſeu quando habet verum ius in cauſa ante præſcriptionem, & ſecluſo graui damno tertij.

341. Ex dictis conſequenter infertur occultantem emphyteuticum exemplar, quod ſuis expenſis fecit de libro notarum authoritate publica educi, iuſtéque poſſidet, non teneri illud manifeſtare, maximè cum domino directo canonem ſoluat ſingulis annis, nec damnum illi inferas. Item nec teneri manifeſtare permutationem, ſeu venditionem fuiſſe factam inconſulto domino, quia inſtrumentum publicum continens alienationem, licet in eo non fiat mentio ſolemnitatis requiſitæ, non probat eam non interueniſſe, quia talis alienatio ob temporis diuturnitatem præſumitur legitimè facta, maximè quia ad præſcriptionem rei Eccleſiaſticæ 40. anni ſatis ſunt, vt habetur *in cap. de quarta, cum multis aliis de præſcript. & 16. quæſtione 3. cap. dilection. § Poteſt*, & Nauarrus *dict. conſil. 38. lib. 5. de ſententia excommunication.*

Sequitur etiam teſtem etiam iuridicè interrogatum non teneri reſpondere ſi ex prolato teſtimonio ſibi imminet graue damnum; neque iudicem Eccleſiaſticum poſſe obligare ad deponendum, neque ad manifeſtandum inſtrumentum occultum ſub excommunicatione, niſi poſſidens illud ſit manifeſtus; ſicut qui non accepit per vim, ſeu fraudem, ſcripturam, ſed eam retinet bona fide, non tenetur reuelare, vt dictum eſt: tenebitur tamen reus manifeſtare ſcripturam authenticam, aut acta, quæ apud ſe retinet, ſi ea ſubripuit à Tabellione, vel ab aduerſario cum quo contendit, alias non euadet cenſuram, ſi illam non tradat, vt poſſit reparari damnum iniuſte irrogatum: ſicut etiam Notarius tenetur tradere partibus ex officio ſcripturas. Ita Decius *in dict. cap. 1. de probation. num. 54.* Syluest. *verbo, Tabellio, & verbo, confeſſio delicti, q. 6. 1. & ſequentibus.* Quod ſi ſcriptura petatur manifeſtari ſub cenſura ad tabellionem puniendum pœna falſi, ſeu quod eam fecerit viciatam, in hoc euentu non incurritur cenſura ex illius detentione, cum neque tabellio, nec poſſidens, nec ſciens teneantur illam detegere, niſi in caſibus, in quibus tenentur reſpondere dum legitimè interrogantur in proceſſu criminali: Ita Auila *d. diſp. 4. dub. 1. concluſ. 4. fol. 73.* 342.

Sed quid ſi emphyteuta non negat eſſe emphyteutam, non tamen oſtendat ſcripturam, neque inſtrumentum emphyteuticum, an poſſit expelli incontinenti à domino directo? Sunt qui dicant poſſe expelli, quia præſumitur extincta emphyteuſis. Sic Bald. *in l. Prætor ait, §. 1. num. 1. ff. de edend.* Segura *in l. Imperator, fol. 65. col. 4. in principio, ff. ad Trebell.* Non tamen rectè videntur reſpondiſſe, eo quòd poteſt emphyteuta ſe tueri allegando ſe per 30. vel 40. annos vniformem penſionem ſemper ſoluiſſe; atque ita eſſe ſaltem iuris emphyteutam, ſeu emphyteuſim eſſe perpetuam præſumptiuè. Sic Angel. *in dict. § Prætor*, Iaſon *in l. 2. num. 175. C. de iur. emphyteut.* præſertim quia iure cautum eſt reum conuentum non teneri actori edere ſua inſtrumenta ad fundandam intentionem, *l. quia accuſare, l. final. C. de edend. cap. 1. de probationibus.* Imò Anton. & Imol. vterque *num. 5. in dict. cap. 1.* Iaſon *in d. § qui accuſare, num. 3.* docent non peccare reum inſtrumenta non exhibendo; ex quibus veritas pateſcat.

Verius tamen eſt emphyteutam poſſe cogi domino directo ad edendum ſua inſtrumenta, quia hæc ſunt communia tam domino, quàm emphyteutæ, ratione communis vtilitatis quæ vtrinque verſatur, & quæ fiunt in vtilitatem multorum iudicantur inter illos eſſe communia, & ſunt exhibenda, per text. *in dict. l. Prætor ait, § 3, & ibi* Angel. *ff. de edend.* Quod habet locum quando ſunt communia ratione proprietatis, vel etiam ſi ſint communia ob communem vtilitatem, ſicut emphyteuticum inſtrumentorum; nec non quando ſunt communia ex natura negotij, vt contingit in libro rationum, ratione alicuius contractus initi inter aliquos, vt tradit Socin. *regul. 142. num. 9. & 10.* Bouer. *ſingul. verbo, editio,* 343.

Ita Molin. *tom. 2. de iuſtit. tract. 5. diſp. 449. in prin-*
344. *cipio.* Valaſcus *de iure emphyteutico, quæſt. 8. numero 3. 4. & 5.* vbi addunt non ſolum teneri emphyteutam domino directo id exigenti edere inſtrumenta, ac titulos poſſeſſionem, ſed etiam prædia, & eorum fines oſtendere, in quibus eſt emphyteuta, & pro quibus ſoluit penſionem, quod ſi non exhibeat, nec oſtendat poſſeſſiones, & earum confines, poterit iudex pronunciare emphyteuſim eſſe finitam, & cum domino directo conſolidatam, vel nunquam fuiſſe emphyteuſim; ex Baldo *conſ. 225. vol. 1.* Alciatus *in l. final. in fine, C. de edend.* Iaſon. poſt Speculator. & Angel. *in l. 2. num. 175. C. de iur. emphyt.* & Abbas *conſ. 74. incipit, duo principalia, col. 2. lib. 1.* Non tamen pronunciabit iudex niſi facta prius comminatione emphyteutæ, vt inſtrumenta, ac titulos oſtendat, & prædia, pro quibus penſionem ſoluit; emphyteuta verò non parente iudex pronunciabit, & executioni mandabit ſententiam in fauorem do-
345. mini directi, dicens vel emphyteuſim eſſe finitam, vel ea omnia prædia, quæ circum circa emphyteuticas poſſeſſiones etiam emphyteuta poſſidet, eſſe emphyteutica, niſi emphyteuta oſtendat inſtrumenta emphyteuſis, prædiaque emphyteutica, & confines eorum domino directo, prout notat gloſſa vltim. *cap. 1. §. illud quoque, de prohib. feud. alien.* per Feder. & Molin. *ſupra,* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 20. num. 16.* quam etiam opinionem ſequitur Menoch. *conſ. 287. n. 49.* alii ibi relatis.

346. Sed his obſtare videtur ſententia Iaſonis *in l. ſi prius, num. 41. & ſequentibus, ff. de noui oper. nunciat.* dicentis prædia ſita ſub territorio feudali præſumi aliquando libera, quia quælibet res præſumitur libera, quamuis ſit contigua feudali, vt docet Bald. *in cap. 1. §. è contrario, num. 2. de inueſtitur. de re alien. facta.* Hieron. Montan. *in tract. de finib. regund. cap. 96. in fine.* Item quia vnuſquiſque magis præſumitur poſſidere prædia tanquam dominus, & ſic nomine proprio, quam alieno, *l. ſi filiusfamilias, §. diui, verſ. Idem Principes, ff. de leg. 1.*
347. & *ibi* Angel. ergo non vt emphyteuta poſſidens poſſidet illa bona, ſed tanquam allodialia, vt dominus nomine proprio, præſumiturque illa bona libera eſſe, ſicut erant de iure primæuo, niſi probetur eſſe emphyteutica, *l. altius, C. de ſeruit. & aqua.* Paul. de Caſtr. *conſ. 163. in principio, iuxta editionem antiquam.* Bald. *conſ. 331. col. 2. verſ. Tertia, vol. 1. & conſ. 310. vol. 3.* Ideo qui allegat prædia illa eſſe emphyteutica, tenetur id probare, Roland. *conſ. 46. num. 39. & ſequentibus, vol. 3.* Menoch. *conſ. 379. num. 25. & 395. num. 2.*

348. Cæterùm negandum eſt hæc obſtare noſtro caſui, in quo emphyteuta fatetur emphyteuſim, ſoluitque penſionem non pro omnibus prædiis, quæ poſſidet. Atque ita niſi oſtendat pro quibus canon ſoluitur, præſumitur omnia bona ſua eſſe emphyteutica, onúſque probandi bona non eſſe emphyteutica transfunditur in emphyteutam. Mantica *ſuprà, d. num. 16.* vbi *num. 19.* addit emphyteuta oſtendente bona aliqua eſſe emphyteutica, & domino affirmante alia etiam reperiri ibi eiuſdem naturæ, cùm in eo caſu dominus fiat actor, illi incumbere onus probandi, poſt Speculator. *in §. Nunc aliqua, verſ. 60. & 62. num. 67. de locato,* & Baldus *in cap. 1. num. 2. de vaſſall. qui contr. conſtit. Loth.* In quo euentu ſi dominus probet aliqua bona vltra ea, quæ emphyteuta fatetur, eſſe emphyteutica, priuabitur emphyteuta iure emphyteutico propter negationem ſuam, per textus *in l. final.* & *ibi* Afflict. *num. 1. in tit. de lege Corradi,* & textus *in cap. vaſſallus ſi feudum,* vbi etiam Afflict. *num. 5.* Non tamen quoad 349.
totam emphyteuſim, ſed quoad ea bona, quæ negauit eſſe emphyteutica; argumento feudi, *cap. 1. ibi: Si totum, perdet totum, ſi partem, partem amittet, tit. de vaſſall. qui contr. conſtit.* & *ibi* gloſſ. Ex eo fundamento, quia nemo eſt puniendus vltra menſuram delicti. Sequitur Tiraquell. poſt plures *de retract. lignag. §. 33. gloſſ. 1. n. 25.* Nec pœna debet eſſe grauior delicto, *l. reſcriptum, ff. de his, quibus, vt indign.* Neque dicitur contumax in totum, qui fuit contumax in partem. Iaſon *in l. ſi quis, num. 31. ff. noui oper. nunciat.* Vnde non placet Cald. Pereira *de extinct. emphyteut. cap. 9. numero 13.* dicens amittere totam emphyteuſim, qui partem alienauit inconſulto domino, quia delictum in rem, non punitur vltra metam. Aretin. *conſ. 14. num. 5.* & habetur *in l. Pactius, & in l. beneficio, ff. ad l. falcid.* Nec etiam noſter Molin. *de iuſtitia, tract. 2. diſp. 449. verſ. Quando emphyteutas,* quatenus vult in Lulieanis, vbi res emphyteutica eſt indiuidua, amitti totam emphyteuſim ſi pars alienetur inconſulto domino. Quod abſolutè negandum eſt, ſiue res ſit indiuidua, ſiue non, vt notat Iulius Clarus *in praxi, quæſt. 13. num. 10. §. emphyteuſis,* cuius opinio cùm ſit æquior, eſt admittenda, quam ſequitur Mantica *lib. 23. titulo 28. numero 13.* vbi de hac re plenè.

Sed quid faciendum quando monitorium conceditur contra ſcientes aliquid ſub fide, & ſecreto commiſſum? Scotus, & Theologi *in 4. diſtinct. 21.* negant poſſe ſcientes reuelare ad fi- 350.
nem punitionis, quia ſecretum eſt de iure naturæ, & præceptum in monitorio contentum eſt de iure humano, fortiúſque eſt ius naturæ, quàm humanum, vt habetur *in §. Sed naturalia quidem iura, Inſtitut. de iur. natur. gent. & ciuil.* Proinde ſuperior nequit imperare, vt quis reuelet ſecretum contra ius naturale. Nauarrus *in ſumma, cap. 18. num. 45. 48. & 49.* Cordubenſis *lib. 1. quæſtion. 43. pag. 346. col. 2.* vbi *in verſ. 3. ſequentis paginæ,* hanc doctrinam communiter receptam coarctat, quando monitorium conceditur, & imponitur ad occurrendum damno tertij, & ad delinquentem puniendum, dum delictum pendet, & imminet in perniciem vel reipublicæ, vel proximi cuiuſcumque. In quo caſu ſcientes etiam non interrogati tenentur reuelare ſuperiori, qui poteſt prodeſſe, & non obeſſe, ad ea mala ſufficienter præcauenda. Quæ reuelatio debet fieri quantum fieri poteſt cum minore detrimento ipſius delinquentis, ita vt non amplius reueletur quàm oporteat ad malum impediendum, non obſtante quacumque promiſſione, vel iuramento de non reuelando extra ſecretum confeſſionis ſacramentalis; quod nullo modo detegi poteſt. Nauarrus *in capit. Sacerdos, de pœnitent. 6. diſtinct. num. 156.* Simanch. *de cathol. titulo 41. numero 14.* & eſt communis apud Theologos *dict. diſt. 21.* Neque ea in re eſt immorandum, cum nullo modo ſigillum confeſſionis violari queat.

Quando verò iubetur ſub excommunicatione denunciari impedimentum, quod ſcitur ſubeſſe inter volentes contrahere matrimonium, ſciens, & non reuelans ſacerdoti faciendi denunciationes, peccat mortaliter argumento *cap. 3. de maior. & obed.* 351.

*ibid.* quatuis illud ſciat petendi conſilij ab eo cauſa; non tamen ſi illud ſciat ſub ſecreto commiſſo. Ita Paludan. *in 4. diſt. 27. q. 1. in nono caſu, fol. 146. in principio.* Gutier. *lib. 1. canonicar. cap. 11. n. 36. & ſequentibus*, quia ius naturæ obligat ſeruare ſecreto commiſſa. Nihilominus quamuis ſub ſecreto res ſciatur extra confeſſionis ſigillum, debet denunciari, quia hoc vergit in detrimentum tertiæ perſonæ, nempe in præiudicium illius coniugis, qui contrahit bona fide, vel in præiudicium matrimonij, & prolis, quando vterque coniux cognoſcit impedimentum dirimens, & in irreuerentiam ſacramenti, & alterius, vel vtriuſque damnationem, ſi impedimentum eſt impediens, & cum eo contrahitur; ex traditis à Sanch. aliis *ibi allegatis lib. 3. de conſenſu clandeſtin. diſp. 13. num. 5.*

Nec excuſabitur à manifeſtando quamuis nequeat probare, quia ad impediendum contractum matrimonij celebrandi ſufficit vnus teſtis, etiamſi ſit denunciator, vt habetur *in cap. ſuper eo, el 2. de teſtibus, & attentat. & cap. præterea, el 2. de ſponſal.* cum agatur de vitando peccato, ne impediti contra Eccleſiæ formam contrahendo peccent. Sanch. *lib. 1. de ſponſal. diſp. 71. per totum*, niſi conſcius impedimenti cognoſcat, vel ſaltem timeat probabiliter magnum ſcandalum ex denunciatione fore. In quo euentu non tenetur denunciare, nec incurret excommunicationem, etiamſi impedimentum probare poſſit Adrian *in 4. de confeſſ. quæſt. 5. dub. 7. fol. 277. col. 2. verſ. Tertio dico*, quem ſequitur Nauar. *in cap. inter verba, 11. quæſtion. 3. num. 633.* Gutier. *d. cap. 11. num. 29* Sanch. *d. diſp. 13. num 4.* Emmanuel *1. tom. ſumm. 2. editione, cap. 217. n. 8.* Sa *in ſum. tit. de teſtib. n. 6.* poſt plures *ibi* relatos.

352. Ex quibus infertur poſſe quempiam, ac teneri denunciare ſecretum impedimentum matrimonij contrahendi, quando infamia cedit in ipſos contrahentes; non tamen quando redundat infamia in tertiam perſonam innocentem. Prior pars traditur à Nauarro, *in cap. Sacerdos, num. 27. diſt. 6. de pœnitent.* Ratio, quoniam quando ipſi contrahentes priuata monitione præcedente nolunt deſiſtere à prohibito matrimonio, vel à petitione alterius rei, vt ſtatus religioſi, vel beneficij, & habentes ad id poteſtatem legitimam ſub excommunicatione præcipiunt, aut aliàs inquirunt impedimenta, nemo illis facit iniuriam, ſi eadem apetiat, tum quia ipſi nolunt deſiſtere etiam poſt monitionem ſecretam; tum quia rationabiliter præſumuntur velle, vt impedimenta etiam ſecreta aperiantur his, quorum intereſt eadem cognoſcere. Denunciatio tamen fiat quoad fieri poterit cum minimo detrimento famæ. Poſterior pars eſt communis inter Doctores, quidquid repugnet Nauar. Ratio, quia tertia perſona eſt innocens, neque ſe immiſcet in eo negotio, ergo notabiliter maculabitur eius fama iniuſtè, ſi reualetur. Vnde ſequitur ſi Titius vult contrahere cum Berta cuius ſororem cognouit carnaliter, quæ vel reputatur virgo, vel iam nupſit viro nobili, & honeſto, nec poteſt impedimentum manifeſtari abſque notabili infamia, ſi ſecretum ſit, neminem teneri, nec poſſe illud aperire prælato ſub iuramento, aut excommunicatione præcipienti manifeſtationem cuiuſcumque impedimenti. Sanch. *d. lib. 3. diſp. 13.* cum aliis, *num. 4.* Secus quando infamia ſolùm ſpectat ad ipſos contrahentes, tunc ſciens quicumque ſit, tenetur denunciare etiam ex auditu. Idem dicen-

dum eſt, vt ſuprà iam diximus de illis, qui procurant admitti ad religionem, vel in collegia in academiis, aut promoueri ad ſacerdotium, vel beneficium. Henriq infrà citandus.

Quod ſi de his contrahentes interrogentur etiamſi impedimenta ſint occulta, & infamatoria, cùm iudex de aliquo in particulari nequeat inquirere, niſi præuia infamia; Sunt qui dicant cum Bartol. *in l. 4. num. 3. C. ſi ſeruus, aut libertus, lib. 10.* contrahentes non teneri impedimenta, aut vitia ſua occulta aperire. Quæ ſententia procedit quando iudex inquirit ad puniendum delictum, vt colligitur ex cap. *qualiter, & quando. de accuſation.* & ex cap. *quis aliquando, de pœnit. diſt. 1. paulò poſt principium*, ibi. *Non tibi dico vt te prodas in publicum*, cum in eo caſu non iuridicè iudex interroget.

Quid tu ergo? Exiſtimo teneri contrahentes detegere impedimentum occultum, quantumuis infamatorium, quia in hoc caſu cum periculum animæ vertatur, poteſt exigi iuramentum à contrahentibus de impedimento occulto, quod ipſos reddit inhabiles ad matrimonium contrahendum. Abbas *in cap. continebatur, num. 8.* & *ibi.* Alexand. de Neuo, *n. 21.* Præpoſitus *num. 6. de deſponſ. impub.* Henriq. *lib. 10. de ſacram. ordin. cap. 18. n. 2. in comm. litera D.* Et probatur ex traditis ab Innoc. *in cap. 1. de poſtulation. prælat. num. 5.* vbi ſic habet. *Quando fit inquiſitio contra promotum, vt puniatur, tunc non licet abſque infamia procedere: & in hoc caſu loquitur cap. qualiter, & quando. de accuſationibus. Quando autem contra promouendum, ne promoueatur indignus, non requiritur infamia, ſed debet ſuperior ex officio inquirere, cap. cum nobis, de electione.* Sic ille. Quem ſequitur Panorm. *in d. cap. 1. num 34.* & Anton. *num. 50. de poſtulat. prælat.* 353.

Secundùm quam doctrinam ordinandi ſi interrogentur a prælato circa ætatis defectum, vel irregularitatem occultam, tenentur aut ab ordinibus deſiſtere, aut hos defectus patefacere, vt colligitur apertè ex cap. *niſi cum pridem, de renunciation. verſ. Per graue*, ibi: *Licet irregularitatem huiuſmodi non potuerit ſubticere*; vbi gloſſa *verbo, non potuerit*, id eſt, non debuerit de iure, tempore ſuæ examinationis. Ex quibus ſine dubio conſtat teneri ordinandos, vel deſiſtere ab ordinibus, vel fateri veritatem. Mainlus *lib. 4. de irregularit. cap. 10. in principio, & num. 4. & lib. 5. cap. ... tit. 3. num. 5. in principio.* Angel. *verbo, ordo, 7. num. 1.* Tabien. *eodem verbo, 6. num. 1. in fine*, & ex antiquioribus Hoſtienſ. *cap. penultim. ad finem. de corpore vitiatis.* Abbas *in cap. innotuit, num. 6. de electione*, & Felin. *in cap. ſciſcitatus, num. 8. verſ. Limita ſextò, de reſcriptis*, & aliis, quos referens ſequitur idem Henriquez *in dict. comment. litera D.*

---

## §. XI.

### *Quæ licita poſſint eſſe reo confeſſo, & conuicto?*

EPITOME.

*354. & 355 Reus legitimè interrogatus tenetur ſub mortali verum dicere, vt fecit Achan, niſi excuſet paruitas materiæ.*

*356. & 357 Reus iuſtè condemnatus non poteſt reſiſtere miniſtris iuſtitiæ, an verò condemnatus, & iam probatus nocens poſſit reſiſtere, res eſt ambigua.*

*358. & 359 Reus iuſtè in carcere detentus ante, & poſt poteſt fugere; imò licitè vincula rumpere, & carcerem perforare.*

*360. & 361 Carcerati an poſſint amici fugam conſulere, & vincula frangere, aut ſaltem inſtrumenta porrigere ad frangendum carcerem? Pars affirmatiua eſt probabilior, exceptis miniſtris iuſtitiæ.*

*362. & 363 Leges prohibentes fugam carceratis ſub pœna capitali, probabile eſt eſſe iuſtas; ſed oppoſitum eſt magis probabile, quando non fit violentia notabilis.*

*364. & 365 Carceratos fugiendo è carcere probabile eſt teneri ad reparationem carceris, & ad damnum illatum, ſed probabilius eſt non teneri.*

*Nec tenetur creditoribus ſatisfacere ſi debitores è carcere ſimul fugiant. ibid.*

*366 Damnatus ad mortem vt fame pereat, peccat reſpuendo oblatos cibos, quos poteſt licitè ſumere, alias ſibi mortem infert.*

*367 Damnatus ad mortem inedia miniſtri iuſtitiæ non poſſunt miniſtrare cibos, reliqui verò poſſunt, non tamen tenentur.*

*368. 369. & 370 Carcerati an poſſint muneribus agere apud cuſtodes carceris vt fugiant. Pars affirmatiua eſt probabilis ſatis, ſicut etiam poſſunt cuſtodes decipere abſque mendacio.*

*371 Damnatus ad hauſtum veneni non poteſt bibere venenum ſecundum probabiliorem ſententiam, poterit tamen aperire os, vt à miniſtro infundatur.*

*372 Martyribus etiam ex cauſa religionis illicitum eſt ſine diuina iuſſione, ac diſpenſatione venenum bibere, nec mortem ſibi inferre immediatè.*

*Damnati ad mortem quoſdam actus licitè cum ad mortem tendunt, poſſunt facere. ibid.*

*373. & 374 Damnatus ad carcerem perpetuum poteſt fugere, damnatus verò ad carcerem temporarium nullo modo poteſt.*

*375. & 376 Religioſus ad carcerem perpetuum damnatus nullo modo poteſt fugere, quando pœna eſt iuſta, & impoſita ſeruato ordine iuris.*

*377. & 378 Laici, & clerici damnati ad triremes poſſunt fugere. Religioſi verò an poſſint quæſtio eſt, ſed probabilius non poſſe.*

*379. 380. 381 & 382 Carceratus ſi iurit ſe rediturum ad carcerem, tenetur redire etiam quando tam carcer, quàm mortis pœna ſint iniuſta, niſi relaxationem iuramenti obtineat.*

*383 Iurans redire ad carcerem non tenetur redire, ſi quando iurauit, neſciebat periculum mortis certum, vel ulterius damni iniuſti.*

354\. COMMVNIS ſententia eſt reum legitimè interrogatum teneri ſub mortali verum dicere, etiam cum periculo vitæ. Sic D. Thom. 2.2. *quæſt.69. art.1.* Caiet. Bann. & Salon *ibidem*, Sotus *lib.5. de iuſtitia, quæſt.6. art.1. & 2. concluſ.5. in fine, & in rubric. de tegend. ſecreto, membr.2. quæſt.7. concluſ.1.* Tolet. *lib.5. in ſumma, cap.58.* Valent. *tom.3. diſp.5. quæſt.13. punct.1.* Probatur ex 7. Ioſue, ibi: *Fili mi da gloriam Deo Iſrael, & confitere, atque indica mihi quid feceris, ne abſcondas*, vbi Caietan. ait Achan reportaſſe lucrum ex confeſſione non ſolum ſpirituale, ſed etiam temporale. Nam præceperat Deus inuentum in hoc crimine comburi, nec fas erat diuinam ſententiam præterire, quia tamen Achan confeſſus eſt dando gloriam Deo dicendóque, *Verè ego peccaui Domino Deo Iſrael, & ſic, & ſic feci*, temperauit Ioſue incendium lapidatione; concluditque Caietan. per confeſſionem Achan æternam vitam fuiſſe conſecutum. Idem ſentit Abulenſis, ibi: *Non videtur*, inquit, *quod Achan fuerit æternaliter damnatus, quia pro peccato ſuo condignam pœnam hìc ſubijt, illúdque confeſſus eſt humiliter dicens*, Verè ego peccaui, &c. & Auguſtin. *quæſt.9.* in Ioſue reddit rationem cur Achan non non fuerit combuſtus propter furtum in caſtris commiſſum, quia ſi verè pœnituit, vt Caiet. & Abulenſ. credunt, non merebatur pœnam ignis pati, qui ad æternam vitam per humilem confeſſionem euolabat. Proinde lapidati one incendium temperatum eſt. Facit illud Eccleſiaſtici 4. ibi: *Pro anima tua* (hoc eſt ad vitandum mortale) *ne confundaris dicere verum.* Sed de his *ſuprà, num.291. & 299.*

Ex quibus apparet ex genere ſuo eſſe mortale, etiam quando non intercedit iuramentum, celare veritatem in iudicio, ac mentiri, niſi paruitas materiæ excuſet, vt Sotus, & Salon ſuprà citati. Quod ſi reus propter confeſſionem iuſtè damnetur ad mortem, tenetur parere iudici, nec poteſt per vim reſiſtere illi, aut eius familiæ. D. Thom. *ſuprà, art.4.* & *ibi* Ban. & Salon, Sotus *d. lib.5. q.6. art.4.* Nauar. *in cap. ſi quando, 19. quæſt.3. quæſt.16. num.65.* Valent. *ſuprà, quæſt.13. punct.4.* Emmanuel Rodetic. *tract. de ordin. iudic. cap.14. concluſ.3.* Ratio, quia reus iniuſtè condemnatus poteſt licitè ſe defendere, illique reſiſtere, ſublato ſcandalo, & remota Reipublicæ perturbatione. Ergo iuſtè condemnatus nullo modo poteſt reſiſtere miniſtris iuſtitiæ, nec per vim ſe eximere à ſupplicio ferendo. D. Thom. & alij præcitati; quia *Qui poteſtati*, hoc eſt iudici iuſtè iudicanti, *reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit*, ad Roman. 13. D. Paulus. 355

Dictum eſt reum iniuſtè condemnatum poſſe licitè ſe defendere, ac iudici reſiſtere. Quod non caret difficultate. Nam iudex condemnans innocentem, probatum nocentē ſecundum allegata, & probata, iuſtè, & iuridicè procedit; ergo non poteſt iſte Innocens probatus nocens ſe defendere, nec iudicem, vel miniſtros per vim lædere, faciteque iudici, & eius familiæ iniuriam, & vim inferat, ac reſiſtat. Ita Salon 2.2. *quæſt.69. art.4. controuerſ.1.* Aragon. *quæſt.67. art.2. in fine, & quæſt.69. art.4. in principio.* Couar. *lib.1. variarum, cap.2. num.13.* & Sotus *lib.5. de iuſtitia, quæſt.6. art.4.* & Rodriguez *tom.1. ſumma, cap.136. concluſ.9.* Probatur, quia ſi condemnatus ſecundùm allegata, & probata poteſt reſiſtere per ſe iudici, & ex alia parte iudex poteſt iuſtè exequi ſententiam ſuam contra innocentem probatum nocentem, daretur bellum ex vtraque parte iuſtum, quod fieri non poteſt. Atque ita propter hoc argumentum Diuus Thomas *dict. quæſtion. 69. artic. 4.* abſolutè docet nulli eſſe licitum per vim ſe defendere à ſententia iuſta; quam dicit eſſe iuſtam, quæ fertur ſeruato ordine iuris: illam verò eſſe iniuſtam, quæ pronunciatur, ordine iuris minimè 356

nimè ſeruatam, quem Salon *ſuprà*, & Bañez *dict. quæſtion. 69. art. 4.* ſequuntur. Atqui ſententia in hoc caſu contra innocentem repertum tamen nocentem ſecundum allegata, & probata, eſt iuſta, ergo obligat reum ad patendum illi, nec poteſt licitè vi, & armis illi reſiſtere. Leſſius *lib. 2. cap. 31. dub. 4. num. 29.* Sed de his ſupra *diſput. 10. num. 167.*

Bañes tamen *ſupra, art. 4. dub. 1.* expreſsè tradit in hoc caſu fas eſſe reo ſe defendere, imò poſſe iudicem, aut eius miniſtros in ſui defenſionem occidere, quia iudex dum cognoſcit reum eſſe innocentem, & ſecundùm allegata, & probata nocentem, non vt iudex, ſed vt inuaſor ſe habet; ergo licitum eſt reo ſi opus eſt, vt ſe defendat, iudicem tanquam inuaſorem occidere. Cuius etiam opinionis eſt Lucas de Pen. *in l. prohibitum, C. de iure fiſc. lib. 10.* Pariſ. de Puteo *in tract. ſyndicatus, cap. reſiſtentia, fol. 9.* quamuis in eodem tractatu, & cap. *ſi iudex.* proceſſit ad capturam, *folio 28.* de hoc dubitauerit. Sed Lucæ de Pen. adhæſit Hippolit. *in l. 1. in principio ff. de quæſtionib. num. 28.* dicens fas eſſe iniuſtè damnato ad mortem, quando aliter mortem euadere non poteſt, cuſtodes carceris occidere, à quibus non diſſidet Emanuel Roder. *de ordin. iudiciar. cap. 14. concluſ. 5.* Confirmatur, quia ſententia iniuſta ex natura rei, & contra veritatem facti ſimpliciter eſt nulla, neque obligat teſte D. Thom. 2. 2. *quæſt. 60. art. 5. ad 1. & quæſt. 70. art. 4. ad 2.* dicente iudicium iniuſtum non eſſe iudicium, quem ibi ſequuntur Caietan. & Sotus *lib. 3. de iuſtit. quæſt. 4. art. 5.* & Valen. *tom. 3. diſput. 5 quæſt. 4. punct. 2.* Vnde cum ſententia illa ſit iniuſta, & nitatur falſis teſtibus, falſiſque præſumptionibus, non obligat in conſcientia reum. Ideo poteſt ſe defendere, & iudici reſiſtere, nec tenetur obedire.

357. Dicendum eſt ergo in hoc biuio, ſeu triuio iuſtè damnatum nullo modo poſſe ſe defendere reſiſtendo; iniuſtè verò poſſe citra ſcandalum. Probatur, quoniam reo fit iniuria per damnationem iniuſtam, ideo poteſt eam vi repellere. Quia tamen non poſſumus aliàs præbere ſcandalum aliis; illudque communiter ſequeretur ſi reus per iuſtitiam ſaltem præſumptam damnatus iudici, eiuſque familiæ reſiſteret apertè; idcirco tenetur in reſiſtendo vitare ſcandalum, præſertim ſi ſententia ſit iniuſta, non tamen notoriè: tunc enim non eſt violanda per reſiſtentiam actiuam, quando id fieri nequit ſine ſcandalo. Ita Nauar. *cap. cum contingat. de reſcript. remed. 2. num. 11.* Quod ſi reus in conſcientia non tenetur obedire, reſiſtendo ſolùm peccat contra charitatem ratione ſcandali, non verò contra iuſtitiam. Secluſo verò ſcandalo ſententia contra innocentem ſi ſolùm eſt iuſta ſecundùm allegata, & probata, non tamen obligat, quia reus apertè cognoſcit ſe eſſe innocentem, proinde in conſcientia non obligatur. Item, quia quamuis bonum commune exigat ad vitandas fraudes in iudicando, vt iudex tanquam perſona publica ſequatur publicam ſcientiam, non tamen exigit vt innocens teneatur in conſcientia ſtare huiuſmodi ſententiæ ſecluſo ſcandalo, ſecus ſi illud ſequatur. & in hoc euentu eſt ſententia Bañes ſuprà poſt Victoriam, quem ibi referens ſequitur Luc. de Pen. & Hippolyt. præcitati. Neque inde ſequitur bellum eſſe iuſtum ex vtraque parte formaliter, quia, vt ſupponimus, reus eſt innocens; atque adeo à parte rei habet veram iuſtitiam: iudex verò non veram, ſed præſumptam. forum verò externum præcipiens iudicare ſecundùm publicam ſcientiam, ſolùm intendit veritatem iudicij, non verò intendit obligare innocentem: quod probat Sanchez *lib. 1. de ſponſal. diſp. 5. num. 20. verſ. tandem probatur*, dicens in foro externo, & in foro interno ideo eſſe ſeruandum, quando forus externus non innititur falſæ præſumptioni, vt in noſtro caſu forus externus innititur falſis teſtibus, ſeu præſumptionibus contra reum, reuera innocentem, per falſos tamen teſtes, ſeu præſumptiones nocentem repertum. Vnde ſicut reus iniuſtè damnatus in ciuilibus poteſt vti ſecreta compenſatione abſque obligatione vlla reſtituendi, ſic in criminalibus, ſublato ſcandalo, poteſt ſe tueri, ac miniſtris iuſtitiæ reſiſtere. Nec diſſentit Leſſ. *ſuprà, num. 30.*

Hinc infertur iniuſtè damnatum poſſe fugere è carcere etiam vim inferendo cuſtodi carceris, ſublato omnino ſcandalo. Secus ſi illud ſequatur, quia licet reo vti mera defenſione cum ſit innocens reuera verus, & nocens præſumptus, ſeu in opinione; ergo poteſt aduerſus cuſtodem carceris vti defenſione tanquam qui inuaditur ab innocente furioſo poteſt ſe defendere ab illo, etiam cum ipſius læſione, & morte, quando aliter euadere non poteſt. Quæ reſolutio probatur ex ſupra traditis, eamque tradunt Lucas de Pen. Hippolit. Victor. Bañes, & alij apud Couar *d. num. 13. ſuprà*, quam tamen non facilè admittit Leſſius propter ſcandalum *d. num. 30.* eo quòd vix illud abeſſe poſſe opinatur.

Quid ergo dicendum de reis iuſtè in carcere detenis? Couar. *lib. 1. variar. cap. 2.* docet iuſtè captos, mortiſque pœnam digne paſſuros non poſſe, vt à morte fugiant, effringere carcerem, vinculáque diſrumpere, cuius etiam partis fuerunt Syluester *in verbo, accuſatio, quæſt. 15.* Ioannes Maior *in 4. dist. 15. quæſt. 22.* & Tabien. *verbo, accuſatio, §. 10.* Ratio, quia ex lege 1. *ff. de eff. act.* & ex lege *miliutes, §. eleu, ff. de re militar.* & ex lege *in eos, ff. de cuſtod. & exhibitio. reor.* conſtat grauiſſimas pœnas vltra pœnam capitis ſic fugientibus imponi, quamuis alioqui in cauſa principali innocentes reperiantur. Eadem pœna ſic fugientibus per vim, aut carcerem, ſeu vincula rumpentibus, foréſque aut ſeras frangentibus, decernitur à lege Luſitana *lib. 5. titul. 48. §. 1.* ibi, *fazendo cada huan das coſas ſobreditas, poſtoque o preza naon ſeia tirado, morra por iſſo.* Item, quia hæc iniuria quamuis non ſit illata perſonaliter magiſtratibus, ſeu miniſtris iuſtitiæ, infertur tamen rebus ad iuſtitiam ſpectantibus. Atque ita nullo modo licet carceres effringere, nec ad id auxilium præſtare, cùm ex pœna conſtet culpam eſſe mortalem. 358.

Dicendum tamen eſt reum ante, & poſt comprehenſionem poſſe fugere è carcere, nulla illata vi, nec reſiſtentia cuſtodi carceris. Eſt communis, quam ſequitur Caiet. 2. 2. *quæſt. 69. art. 4. dub. 3.* Bañes *dub. 2. in concluſ. 3.* Aragon. *ibidem dub. 3.* Valent. *tom. 3. diſp. 5. quæſt. 13. punct. 4. poſt concluſ. 3. ad 5.* Tolet. *lib. 5. cap. 58. in ſumma.* Sà, *tit. de reo, num. 9.* aliis ibi citatis, vbi addit iuſtè ad mortem damnatum, etiamſi poteſt, non tamen teneri fugere, ſecus ſi iniuſtè. Ex eo fundamento, quia vnicuique datum eſt vitare incommoda, & vitam conſeruare, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè detineatur, difficillimúmque eſt vnumquemque per ſe ipſum exequi pœnas præſertim graues in ſe ipſum. Quod verò non liceat reo iuſtè detento, ſeu ad mortem 359.

damnato vim cuſtodi carceris inferre, vt euadat; ex eo patet, quia bellum non poteſt eſſe vtrinque iuſtum, niſi forte quando alterum ignorantia excuſaret. Non dicetur tamen reus reſiſtere, nec vim inferre ſi cuſtodem ſe prehendentem, reus poſt ſe fugiens traheret, & excuteret. Sà ſupra, & Sotus *lib. 5. de iuſt. quæſt 6. art.*

Quin etiam addo quoties reus licitè poteſt fugere, poſſe licite etiam vincula rumpere, & carcerem perforare. Probatur, quia quando finis licitus eſt, media etiam non ſunt illicita: atqui licitè poteſt reus fugere, ergo licitum erit impedimenta remouere citra vim illatam miniſtris iuſtitiæ. Ideo poteſt ſine peccato vincula rumpere, & parietes perfundere, ac perforare: cùm hæc omnia non ad vim, & reſiſtentiam, ſed ad parandam, & expediendam fugæ viam ſpectent. Aliter fateberis illicitum eſſe reo funes, quibus manus ligantur diſſoluere, ac dirumpere; quod ego diffiteor, proinde poteſt ſimiliter ferrea vincula limare, ianuas infringere, etiamſi certò ſciat cæteros vinctos etiam ad mortem damnatos poſt ſe exituros, etiam cum periculo, ac damno cuſtodum, & aliorum officiorum. Nauarr. *in ſumma, cap. 17. num. 102.* Caietan. *d. quæſt. 69. art. 4.* & Sotus *lib 5. quæſt. 6. art. 4.* Sà *titul. de reo, num 9.* poſt alios, quibus accedit Leſſius *d. cap. 31. dub 5. num 36.*

360. An verò poſſint aliis carceratis fugam, & vinculorum diruptionem conſulere, inſtrumentáque porrigere quibus vincula incidantur, & carcer ſi frangatur, in varias itum eſt ſententias. Nam ſi loquamur de carceratis iniuſte, ſeu damnatis non eſt dubium poſſe hæc omnia ab amicis, ſeu conſanguineis præſtari; vt vltra præcitatos ſupra tradunt Menoch. *de arbitr. iudic. caſu 303. num. 14.* Boër. *deciſ. 215. num. 31.* Gramma *conſ. 51. num. 5. & 6.* Neniſ. *conſ. 61. num 37.* & alij quos referens ſequitur Maſcard *de probatio. concluſ. 810. num. 17.* vbi definiunt poſſe carceratos iniuſte detentos carceres euadere, non obſtante quocunque detrimento cuſtodibus inde reſultante. Quin etiam addit ſi carcerati ad mortem damnati iniuſtè non poſſint illam aliter euitare in foro conſcientiæ poſſe cuſtodes impunè, & tuto interficere ſine metu pœnæ ordinariæ. Sequitur Auendan. *2. p. cap. 28. prætorum, ad finem, num. 17.* & Gutier. *de iuramen. confirmat. part. 1. cap. 57. num. 25.* Sed hi duo vltimo loco prææallegati non hoc extendunt ad reſiſtentiam cuſtodibus inferendam, alij verò maximè. A quibus non diſcordat Reginald. *in praxi, lib. 24. cap. 9. ſect. 6. num. 146. verſ. Aduerte autem, ad finem*, ſub hac moderatione, vt ſi innocens ſecundùm allegata, & probata conuictus nocens ad mortem damnetur, ipſéque condemnatus iudicem roget, vt cauſa veritatem maturiùs indaget, & ad id reus aliqua ſubminiſtret ad veritatem explorandam, iudéxque nolit acquieſcere, ſed ad executionem ſententiæ progrediatur, poſſe reum illi tanquam iniuſto inuaſori meliori modo, quo poterit, reſiſtere, ac per vim ſe tueri niſi inde magna in republica perturbatio ſequatur.

Quoad verò reos iniuſte captos, & damnatos, dicendum eſt miniſtris iuſtitiæ non licere fugam illis conſulere, vel inſtrumenta præbere, peccaré-
361. que contra iuſtitiam, & contra officium ſi hæc faciant. Sic Caietan. *2. 2. quæſt. 69. artic. 4.* Sotus *lib. 5. de iuſtit. quæſt. 6. art. 4.* Bañes *ibidem, dub. 4. concluſ. 4.* Leſſius *d. cap. 31. dub. 6. num. 40.* & Reginald. *ſuprà, ſect. 7. num 151.* Quoad alios, qui non ſunt officiales iuſtitiæ, Sotus *lib. 5. quæſt. 6. art.* Tolet. *lib 1. in ſumm. cap. 58. in fine.* & Valent. *tom. 3. diſp. 5. quæſt. 13. punct. 4. poſt concluſ. 3. in reſponſ. ad ſecundam probationem*, opinantur poſſe amicos, & conſanguineos conſulere fugam carceratis, non verò poſſe illis inſtrumenta miniſtrare, quibus vincula, & carcer perfringantur, Ex eo fundamento, quia reo datur frangere carcerem, & vincula dirumpere; non verò aliis, quorum ſua res non agitur.

Cæterò probabilius eſt multo fas eſſe iiſdem carceratis inſtrumenta ab amicis porrigi ad vincula, & carcerem rumpendum, quia quando finis eſt licitus, vt fuga eſt reo, cur adminiſtrare inſtrumenta neceſſaria ad finem conſequendum non erit licitum? Item, quia ipſe reus eo ipſo, quòd habet ius fugiendi, non peccat qui præbet illi equum, aut nauim ad eundem finem. Quocirca vel dicendum eſt reum non habere ius fugiendi, nec ius frangendi carcerem, vel ſi hoc ius competit reo, non eſt negandum poſſe dari illi inſtrumenta ad hunc finem neceſſaria. Quapropter ſicut reo hoc licitum eſt, ſic aliis præbere illi arma, & inſtrumenta, quibus euadat, nempe limam, clauea adulterinas, & alia ſimilia, quibus reus abintus incluſus vincula rumpat, parietes perforet, portas aperiat, & fugere poſſit. Ita Caietan. *ſupra, art 4. dub 5.* Salon. *dict. quæſt. 69. art 4. controuerſ. 3.* Bañes *ibi dub. 2. concluſ. 4.* Couar. *lib. 2. variar. cap. 2. num. 14* Sa *verbo, iudicialis actus, verbo, de reo, num. 9.* & Nauarr. *in ſumma, cap 17. num. 102.* Reginald. *ſupra, num. 151.* & Leſſius *d. cap. 31 num. 40 & 41.* vbi hanc partem putat probabilem, addens *num. 44.* non poſſe amicos, ſeu conſanguineos effringendo exterius carcerem, & rumpendo vincula, iuuare carceratos, quia carceratis hoc ius conceditur duntaxat, ratione incommodi maximi, quod illis imminet. Quæ ſententia eſt communis, cum hoc eſſet inferre vim poteſtati publicæ, ac perturbare ordinem reipublicæ. Nam multa poſſunt alicui prohiberi erga alios, quæ non poſſunt prohiberi ſibi erga ſe ipſum; quia fauere ſibi ipſi quemquam, ita eſt naturale, vt vix poſſit id ſibi prohibere. At verò fauere alteri non eſt ita naturale quin poſſit aliquando prohiberi. Vnde datum eſt reo ſuprà dictis vti inſtrumentis, vt abintus exitum ſibi paret; at verò interdicitur amicis vt ab exterius poſſint reum iuuare, argumento excommunicati denunciati, cui prohibentur vicini ignem, & aquam miniſtrare, non tamen ipſi prohiberi poteſt vſus aquæ, & ignis, teſte experientia vt traditur à Salone *2. 2. quæſt. 69. art. 4. controuerſ. 4. concluſ. 3. in fine*, quem ſequitur Sayr. *tom. 1. lib. 2. cap. 14. num. 35. ſui theſauri.*

Ad leges verò prohibentes ſub pœna capitali 362.
fugam carceratis, dicendum eſt, iuriſconſultos exiſtimaſſe non poſſe fieri fugam è carcere ſine peccato, ſequutoſque fuiſſe ſententiam contrariam, quæ docet id eſſe illicitum præſertim quando vincula rumpuntur, compedes limantur, fores infringuntur, & parietes perforantur. Quæ ſententia eſt probabilis, auctore Leſſio *ſupra, dub. 5. num. 37.* & Couar. *lib. 2. variar. cap. 2. numer. 14.* Nos verò loquimur ſecundùm veriorem, quæ tradit hoc eſſe licitum vt probatum eſt. Poteſt etiam reſponderi legiſlatores procedere ex præſumptione, & hoc modo, exiſtente hac præſumptione, quòd effractores dum fugiant, cuſto-

dibus

dibus carceris vim inferant, leges eſſe iuſtas. Quod inſinuant verba ipſa legum, præſertim *l. penult. ff. de cuſtodia, & exhibit. reor. & l. 1. ff. de effractorib.* Semper enim probabiliter præſumi poteſt carceratus ſic fugientes, vel vim intuliſſe cuſtodibus, vel ſaltem eſſe paratos ad inferendum, ſi res, & occaſio ſe offerret; atque ita peccaſſe. Ita Sotus *lib. 5. de iuſtit. quæſt. 6. art. 4.* Valentia *tom. 3. diſput. 5. quæſt. 13. punct. 4. poſt concluſionem tertiam*, Aragon. 2. 2. *quæſt. 69. art. 4.*

Sed hæc reſponſio, bona venia tantorum virorum, non ſatisfacit, quia nec ſemper ſtat hæc præſumptio contra carceratos fugientes, cùm plerumque nec vim cuſtodibus inferant, neque omnes dum fugiunt, oſtendunt animum nocendi miniſtris iuſtitiæ, nec leges contra hos fugientes, vel contra effractores carcerum ſolent, imo nec poſſunt interiorem animum, ac voluntatem aduerſus officiales iuſtitiæ caſtigare. Idcirco dici poſſit leges pœnam fugientibus è carcere, illumque frangentibus ob bonum reipublicæ poſſe iniicere, vt carcerati hac pœna facilius coërceantur, ac in vinculis detineantur, & ab effractura oſtiorum, vel vinculorum longè arceantur; ad quæ omnia curanda pœna aliqua eſt decernenda, non tamen capitalis, ſed minor arbitrio prudentis iudicis, niſi ſimul cum effractura carceris violentia notabilis, atque iniuria cuſtodibus illata reperiatur, vt notat Gomez *tom. 3. cap 9. num. 11. verſ. unde poteſt dici reum captum eſſe puniendum propter ſuam effractionem carceris; cum verò pœna effracturæ non ſit à iure determinata, erit arbitraria.* Sic ille. Quod ſi vrgeas leges illas eſſe iuſtas, & habere vim obligandi in conſcientia? Reſpondeo hoc non eſſe ita certum; cum ſecundum aliquos nitantur præſumptionibus, atque

363. ita niſi cum effractura carceris reperiatur notabilis violentia deliberatè illata cuſtodibus non eſſe tale delictum pœna capitali plectendum. Conſonat lex Luſitana *lib. 5. tit. 48* §. 1. ibi. *Quem per força tirar*, & 3. 5. ibi. *Eos presos que per ſi ſem outra força, ou ainda de fora, fogirem ſeraon punidos ſegundo o arbitrio do julgador.*

364. Dubium eſt an ſic fugientes è carcere teneantur reſarcire damnum illatum in eo perforando, & in cæteris inſtrumentis effractis. Leſſius *ſuprà, d. cap. 31. dub. 5. num. 37. verſ. ad ſecundum*, affirmat teneri ad reparationem carceris, non ratione iniuriæ illatæ, ſed quia cum iuſtè detineantur in carcere, videntur velle ſaltem tacitè ſe obligare ad ſatisfactionem damni, ſi quod inferant ſic fugiendo in effractura carceris, vel ruptura vinculorum aut ſerarum. Non enim videtur iuſtum, vt ex fuga eorum reſpublica nanciſcatur, patiaturque detrimentum. Idem tradunt Sotus *lib. 5. de iuſtit. quæſt. 6. art. 4.* Tolet. *lib. 5. in ſumma, cap. 58.* poſt Caietan. 2. 2. *quæſt. 69. art. 4. ad dub. 3. in fine*, non quidem ratione acceptionis, aut fugæ iniuſtæ, ſed ratione rei acceptæ, ac læſæ. Quæ opinio eſt probabilis, & multo fortius placebit Henrico de Gandauo *quodlib 9. art. 25. & 26.* Ioanni Maiori *in 4. diſt. 15. quæſt. 22.* & Couarruuiæ *lib. 1. var. cap. 2. num. 14.* opinantibus illicitum eſſe carceratis rumpere vincula, ac parietes pertundere, neque hoc poſſe fieri ſine peccato.

365. Cæterùm contraria eſt probabilior, quæ docet non teneri carceratos ad reſtitutionem damni illati, cùm ipſi licitè poſſint fugere, rumpendo vincula, carcereſque pertundendo ad vitam conſeruandam. Ita Bañes 2. 2. *quæſt. 69. art. 4. dub. 2. concluſ. 3.* Valent. *tom. 3. diſp. 5. quæſt. 13. punct. 4. ante concluſ. 4.* quos referens ſequitur Sayr. *in claui, lib. 12. cap. 18. numer. 22.* & Reginald. *d. cap. 24. ſect. 7. de fuga rei ex carcere, num. 152.* poſt Caietan. 2. 2. *quæſt. 69. art. 4. ad dubium 3.* præſertim cùm reus damnum intulerit vacando rei licitæ, vtén ſque iure ſuo conſeruandi vitam, ſicut excuſatur fugiens, quem hoſtes inſequuntur, conculcando alienas ſegetes, non tenetur ſegetes conculcatas ſoluere, quia ipſe fugiendo vtebatur iure ſuo, neque illi de ſegetibus cura aliqua incumbebat. Ob quas rationes excuſantur fugientes, effrangenteſque vincula, ac fores carceris, non ſolùm à reſtitutione damni ex effractura harum rerum, ſed etiam à reſtitutione damni, quod priuatis creditoribus infertur ex fuga ſuorum debitorum, qui per eandem effractionem ſimul fugerunt, dummodo debitoribus nolentibus fugere effractores carceris, vt fugerent non conſuluerint, ſeu auxilium præſtiterint. Caietan. *ſupra, art. 3. ad 1.* Tolet. *d. cap. 58.* & clariùs Salon. *ſupra, controuerſ. 2. concluſ. 4. ad 4.* Reginald. *d. num. 152.* & Sayrus *d. cap. 18. num. 22. verſ. addit etiam Conar.* Secus ſi fugam fugientes debitoribus ſuaſerunt, vel exemerunt eos è manibus cuſtodis, aut eius familiæ, vt notat Felin. *in cap. ſi quando, num. 2. de officio delegat.* Beneuenutus *de mercatur. pagin. 377. num. 11.* Hippolyt. *ſingul. 137. & in l. 1. ff. de ſicar. num. 65.* & Angel. *in §. item ſi quis, inſtit. de actionib.* Farinac. *in praxi, quæſt. 30. num. 97. & quæſt. 32. num. 15.* Menoch. *de arbitr. caſu 301. num. 33.* & alij, quibus adhæret Barboſ. Vimaranenſ. *in remiſſion. ad l. regiam, lib. 5. tit. 48. §. 1. n. 3.* poſt Caldam Pereira *de emption. cap. 33. num. 33. verſ. hinc infero*, & Leſſius *lib. 2. cap. 31. dub. 5. num. 38.*

Porrò damnatus ad mortem, vt fame pereat, peccat reſpuendo oblatos cibos. Ita D. Thom. 2. 2. *quæſt. 69. art 4. ad 2.* Caietan. *ibi dub. 8.* Aragon. *dub. penult.* Bañes *dub. etiam penult. ibidem, & quæſt. 31. art. 5. dub. 3.* Quia tenetur ſi poteſt vitam ſuſtentare; ideo non comedendo ſibi vitam adimit, quod nemini licet, quantumcunque contradicant Sotus *lib 5. de iuſtit. quæſt. 6. art. 4.* Ioan. Maior *in 4. diſt. 15. quæſt. 22.* Valent. *tom. 3. diſp. 5. quæſt. 13. punct. 4. poſt concluſion. 4.* aſſerentes ſic damnatum licitè poſſe cibos oblatos ſumere, & licitè eos reſpuere, faméque perire. Sed meo iudicio falluntur, quia per iuſtam ſententiam neque aufertur, neque auferri poteſt ius, quo quiſque hominum tenetur vitam tueri per media à natura ordinata, cuiuſmodi eſt cibus, potúſque, præſertim cùm ad manum habentur. Deinde, quia indirectè ſaltem ſe perimit per non vſum medij ad vitam neceſſarij, neque datur legitima cauſa ex qua excuſetur. Item, quia reſpuere cibos in ea neceſſitate non ſolùm eſt pati, ſed agere, ſibique aliquo modo mortem inferre. Nec refert, ſi dicas duobus in extrema neceſſitate poſitis poſſe alterum alteri panem tribuere ſe ipſum fraudando, quod licet. Quia in eo caſu ſolùm cenſetur qui panem alteri tribuit, vitam alienam propriæ ſuæ præferre: qui actus perfectè circunſtantionatus erit charitatis: id autem non cenſetur quando cibi reſpuuntur propter iudicis ſententiam, cùm ad eam pœnam neque damnetur, nec iuſtè damnari poſſit, cùm ſit contra ius naturale in eo caſu oblatos cibos reſpuere, cum de iure naturali homo teneatur vitam conſeruare per media licita, & non prohibita, vt in ſpecie vltra præcitatos tra- 366.

dunt

dunt Victoria de homicidio in reſponſione ad ſextum. Tabien. verbo, iurare, §. 10. dub. 4. citans, & ſequens Caietan. & Ioannes Dried. lib. 1. de libert. Chriſtian. cap. 15. & Caſtr. lib. 2. de leg. pœnal. cap. 3.

367. Quid dicendum de miniſtris iuſtitiæ in hoc caſu, vtrùm poſſint huic damnato ad mediam ſubuenire præbendo illi cibos poſito in extremis? Negatiua ſententia eſt communis, cùm illis incumbat mandare executioni iuſtam ſententiam; ideo non excuſantur à mortali ſi præbeant huic damnato clam cibos: proinde non eſt admittendus Aragonius 2. 2. quæſt. 31. art. 2. & quæſt. 69. art. 4. quatenus ait, peccare duntaxat venialiter miniſtrum iuſtitiæ porrigendo illi ſemel, aut bis aliquos cibos, cum delinquat in re graui contra ſuum officium à republica ſibi commiſſum, infidelitérque ſe habeat in eo exequendo. Cæteros verò non eſt negandum poſſe huic damnato cibum, & potum ſuppeditare, non tamen ad id teneri; ſic D. Thom. 2. 2. quæſt. 31. art. 2. ad 3. Caietan. quæſt. 69. art. 4. dub. 8. Bañes ibidem, & q. 31. art. 2. dub. 5. Sà in ſumma, verbo, iudiciale actum, tit. de reo, num. 11. Ex eo fundamento, quia cum ipſe damnatus poteſt cibos ſibi oblatos recipere, cum hoc non ſit illi interdictum, ita etiam priuati poſſunt illi cibos ſubminiſtrare licitè, cum illis executio ſententiæ non ſit demandata, imo exercent erga damnatum charitatis actum. Non tamen teneri [illegible], ex eo conſtat, quia eo ipſo, quòd iuſtè addictus ſit ad mortem per inediam, eo ipſo etiam [illegible] iure, quod habet, vt ſibi ab aliis in [illegible] neceſſitate ſubueniatur. D. Th[illegible] ra, ad tertium.

368. Illud [illegible] controuerti poteſt an poſſit reus redimere pœnam corporalem agendo apud cuſtodes muneribus, vt [illegible] illam poſſit euadere? Pars affirmat [illegible] ex eo probatur, quia damnatus vi famis [illegible], poteſt cibos ſumere ad vitam conſeruandam, ergo etiam poteſt cuſtodes pecunia demereri [illegible] Faber [illegible] ff. de bonis eorum, qui mort. ſibi conſci. vbi dicitur. Ignoſcendum cenſuerunt ei, qui ſanguinem ſuum quâlitercunque redemptum voluit. Quam partem ſuadent Gloſſ. in cap. inter cætera, §. ſed cum hi omnibus, in verb. decepti in fine, 12. quæſt. 4. Tabiena in verbo, accuſatio, § decimo, & Angel. in verbo, fugere, §. 1. cum tantum cuique iuris ſit ad vitam conſeruandam, vt nulla poteſtas humana obligare queat ad eam non conſeruandam, ſi ſpes illius conſeruandæ oſtendatur. Eſſet enim ſatis durum præceptum quod vitam conſeruare prohiberet, quo circa non poteſt interdici lege humana, vt damnatus ad grauem pœnam corporalem nequeat fugere, vt bene notat Sotus lib. 5. quæſt. 6. art. 4. contra Caietan. oppoſitum ſentientem, etiam quando eſſet capite plectendus; quod minus bene dictum puto.

369 Quod ſi cuſtos carceris ex hac licentia detrimentum patiatur, ſibi imputet, cùm ſciens, & volens ſe corrumpi paſſus eſt; argumento regulæ iuris; Scienti, & volenti nulla fit iniuria. Nam reus eo ipſo, quod habet ius conſeruandi vitam, poteſt etiam abſque vi, & iniuria cuſtodibus carceris illata, vti æquiuocatione in verbis, ſignis, aut factis, quibus cuſtodes decipiantur, vt tantiſper abſint domo, tutiúſque reus habeat tempus, ac locum ad fugiendum, cuſtodéſque ſibi imputent, ſiquidem verba, vel facta æquiuoca, quæ ab expertis, & peritis facilè intelliguntur, ipſi non intellexerunt. In quo euentu ſi reus fugiat vtitur iure ſuo ad vitam conſeruandam, nec tenetur incommodum inde cuſtodibus ſubſequutum ſarcire, cum incommodum ex ea fuga non ſequatur ex intentione fugientis, nec reddatur illicita deceptio cuſtodum, dummodo abſit mendacium, ſiue verbi, ſiue facti. Angel. verbo, fugere, num. 1. Tabien. verbo, accuſatio. Reginald. de fuga rei ex carcere, ſect. 7. num. 150. poſt Caiet. d. quæſt. 64. art. 4. & Sotum lib. 5. quæſt. 6. art. 4. ad 2. quos ibi referens ſequitur.

Quare non eſt audiendus Ioannes Maior in 4. diſt. 15. quæſt. 21. non poſſe reum tueri vitam ſuam fugiendo cum damno cuſtodis; quod eſt falſum quando per accidens damnum, & præter intentionem fugientis omnino euenit, ſibique imputet cuſtos, qui deceptionem non fuit aſſequutus, officiumque ſibi aſſumpſit cum hoc periculo, quod non ſemel ſolet contingere. Ita Gabriel in 4. diſt. 15. quæſt. [illegible] art. 3 concluſ. in fine, Salon d. quæſt. 69. art. 4. controuerſ. 2. concluſ. 2. & 3. Valent. tom. 3. diſp. 4. quæſt. 13. punct. 5. concluſ. 3. Couar. lib. 1. variar. cap. 2. num 9. & Toletus ſupra, lib. 5. cap 18. Quibus adhæret Emanuel Roderic. de ordin. iudic. cap. 4. concluſ. 3. dummodo cuſtodi nulla vis inferatur, neque fiat hoc cum mendacio, quia cum ſit intrinſecè malum, non poteſt excuſari à culpa, etiam pro conſeruanda vita reus eo vtatur, cui licet vti æquiuocatione in verbis, vel factis æquiuocis, ſicut licent in ludis, & in bello inſidiæ, & æquiuocationes vtrique parti, & excuſant à culpa, vt in ſpecie tradit Molina de ludo, quæſt. 117. tom. 2. Suarez de triplici, diſp. 13. tract. 3. ſect. 7. num. 23. Sayrus ſupra, cap. 18. num. 16. 370.

Vtrùm verò damnatus ad hauſtum veneni poſſit bibere? Affirmat Victoria de homicidio, num. 35. vbi vult non cooperari morti ſuæ bibentem venenum, ſicut licet damnato ad ſupplicium conſcendere ſcalas, & parare iugulum gladio. Non enim alter magis cooperatus morti ſuæ, quam alius. Sequitur Sà tit. de reo, num. 12. & Aragon. 2. 2. quæſt. 69. art. 4. verſ. & ſi quis contra, quod prius etiam docuit tanquam probabile quæſt. 62. art. 3. Neque ex hoc infertur poſſe cuipoſitum damnari, vt ſe ipſum iugulet, quia iugulatio ſecundùm ſe eſt actio lethalis, nec poteſt conſiderari ſeparata ab ictu lethali. Cæterùm probabilius puto nefas eſſe damnato ad mortem bibere venenum. Ex eo fundamento, quia ſumptio veneni ex ſe eſt actio ordinata ad mortem, non minus quàm inflictio vulneris lethalis, aut gulæ ſtrangulatio, & huiuſmodi actiones illicitæ ſunt damnatis ad mortem, ſicut, quia nemo tenetur ſibi pœnam aliquam inferre, ſed ſolum ferre, atque ita damnatus eas actiones non tenetur exercere, quæ commodiùs à miniſtris, quàm ab ipſo fieri poſſunt, eſto ad pœnam ſubeundam ſint neceſſariæ. Vnde nec tenetur nodum collo accommodare, nec gladium iugulo inferre, quia huiuſmodi actiones commodiùs à carnifice, quàm ab ipſo damnato exercentur: ideo poterit damnatus aperire os, aut pati, vt carnifex per fiſtulam in ſtomachum venenum ingerat. Ita Caiet. d. art. 4. in ſolutione ad [illegible] dubium, Sotus lib. 5. de iuſtit. quæſt. 6. art 4. conſentit Couar. lib. 1. variar. cap. 2. num 8. verſ. qua ratione, vbi vult ſe ipſum gladio, vel hauſtu veneni, vel inedia, & fame occidere illicitum eſſe damnato ad mortem, cùm huiuſmodi actus directè intendant malum ex propriis eorum 371.

rum natura; ideo nullo modo poſſe reddi licitos, vt patet ex cap *ſi non licet* 23. *quæſt.* 5. Secus quando actus indirectè, mediatè, & ex accidenti ad mortem tendunt. Hi enim ex aliqua cauſa iuſta liciti ſunt damnato ad mortem, & poſſunt ex cauſa exerceri. D. Thomas 2.2. *quæſt.* 64. *art.* 5. D. Auguſtinus *lib.* 1. *de ciuitat. Dei cap.* 20. *&* 21.

372. Ex quibus ſequitur nunquam eſſe licitum cuiquam etiam ex cauſa religionis, & in noſtræ fidei teſtimonium ſeipſum veneno occidere, aut aliquem actum morti immediatum, contra ſe exercere ſine diuina iuſſione. Nec obſtat ſi referas *Num.* 5. Mulierem de adulterio ſuſpectam iuberi aquas amariſſimas epotare, a quibus erat occidenda. Quia dicendum eſt vel non ex aquis epotis eminuiſſe vitæ periculum, vel ſi eminebat, id tantùm licuiſſe ex ſpeciali Dei diſpenſatione: ſicut etiam non licet mortem ſibi conſciſcere etiam ad fugiendum adulterium, vel aliud quodcunque peccatum, vt deducitur ex cap *diſplicet* 23. *quæſt.* 4. Sed ſatis eſt non conſentire. Iuſte tamen poteſt etiam iniquè damnatus ad mortem ſine peccato conſcendere patibulum, eo quòd hic actus quamuis tendat ad mortem, non tamen immediatè, & directè; ideo poteſt fieri ſponte ſine peccato, vt de martyribus loquitur cap. *non eſt noſtrum* 23. *quæſt.* 5. qui oblata occaſione, & opportunitate, etiam morte imminente, è carceribus non fugiebant, nec tenebantur recedere, ſinéque peccato mortem inſtantem amplexabantur; imò in fidei teſtimonium ſe morti vltro offerebant, & in carcere etiam oſtiis diuina virtute apertis pro fidei dilatatione permanebant. D. Thom. 2.2. *quæſt.* 124. *art.* 1. *&* 2. & actuum Apoſtol. *cap.* 16. vbi Paulo, & Silæ coniectis Philippis in carcerem, aperta ſunt omnia oſtia, vincula ſoluta diuina virtute, non tamen ipſi fugere voluerunt.

373. Non tamen ex dictis inferas damnatum ad carcerem perpetuum non poſſe inde fugere ſine peccato, vt cum multis reſoluit Sayr. *lib.* 12. *c.* 18. *num.* 5. *verſ. quarta eſt*, qui ſequitur Couar. *lib.* 1. *variar. cap.* 2. *num.* 14. Salzed. *cap.* 137. *in praxi criminali*, Nauar. *in manuali*, *cap.* 17. *num.* 101. *& ſequenti*; quibus accedunt Gregor. *de Valent.* *tom.* 3. *diſp.* 5. *quæſt* 13. *poſt concluſ.* 3. *in reſponſione ad* 4. & Ludouic. Lopez *part.* 1. *inſtruct. cap.* 66. Quibus nullo modo aſſentiri poſſum, quia pœna carceris perpetui æquiparatur ſeruituti perpetuæ, *l.* 2. *ff. de liber. hom. exhib.* imò aſſimilatur morti naturali, *l. ſeruitutem ff. de regul. iur.* Innocent. *in dict. cap. qualiter, & quando el* 2. & Panorm. *in cap.* 1. *de calu. detegen.* Ob quæ damnatum ad carcerem perpetuum, vel ad triremes poſſe licitè fugere exiſtimant Henriquez *lib.* 2. *de pœnitentia cap.* 12. *num* 5. *ad finem*, Bañes 2.2. *quæſt.* 69. *art.* 4. *dub.* 2. *concluſ.* 5. & Michael Salon *ibidem*, *controuerſ.* 2. *concluſ.* 4. Sà *tit. de reo*, *num.* 10. Leſſius *lib.* 2. *cap.* 31. *dub* 5. *num.* 39. poſt Salon. quem ſequitur; præiertim ſi carcer eſt valde grauis, eo quòd non tam condemnatur, vt ibi reus ſponte commoretur, quam vt detineatur exceptis duobus caſibus. Primò, ſi damnetur à cenſoribus fidei ad carcerem perpetuum, reo tunc nefas eſſet fugere in fauorem fidei. Secundò, quando reus dignus capitali ſententia petiuit pœnam mortis ſibi in pœnam carceris perpetui commutari: per hanc enim commutationem renunciauit poteſtati abeundi, quam habuiſſet ſi ex arbitrio iudicis ad perpetuum carcerem iuſte damnaretur. Salon *ſupra.*

374. Porrò ſi reus damnaretur ad carceris pœnam temporariam, nullo modo poteſt fugere, vt Bañes, & Salon ſupra citati, quibus adhærent Driedo *lib.* 1. *de libert. Chriſtian. cap.* 15. *de ſtatutis ſecular. magiſtr. fol.* 226. Aragon. *d. quæſt.* 69. *artic.* 4. *dub.* 2. *ad* 2. Couar. *d. cap.* 2. *num.* 14. & Nauarr. *in cap. ſtatuimus* 19. *quæſt.* 3. qui indiſtinctè aſſerunt etiam damnatum ad carcerem perpetuum non poſſe exinde fugere; ergo à fortiori neque ex carcere temporario, quos in hoc vltimo etiam ſequitur minus bene. Sayr. *d. cap.* 18. *num.* 5. *&* 6. *& ſequentib.* Ex eo fundamento, quia quamuis ante iudicis ſententiam nemo teneatur ſubire pœnam, poſt ſententiam verò maximè; proinde damnatus ad carcerem perpetuum in foro conſcientiæ cenſetur damnatus ad eam pœnam ſubeundam propria cooperatione. Quod fundamentum probo, in damnato ad carcerem temporalem, non verò ad carcerem perpetuum, præſertim arctum nimis, quia hæc pœna perpetua grauiſſima reputatur, & æquiparatur capitali, ſed damnatus ad capitalem pœnam poteſt fugere; ergo damnatus ad carcerem perpetuum pari modo.

Quæſtionis eſt, an religioſus ad carcerē perpetuum damnatus ſi inde fugiat, cenſendus ſit fugitiuus? Caietan. 2.2. *quæſt.* 69. *art.* 4. *in reſponſione ad dub.* 2. & Nauarr. *in cap. ſtatuimus* 19. *quæſt.* 3. *num.* 63. *quæſt.* 16. videntur affirmare quatenus dicunt religioſum nec ante, nec poſt condemnationem poſſe exire è carcere regulariter abſque peccato. Sequitur Salzedo *in praxi cap.* 137. *verſ. imò circa carcerem.* Cùm teneantur in ea monaſterij parte commorari, in qua prælatus ei præceperit reſidere. Item, quia religioſus non habet velle, nec nolle, argumento textus *in cap. quorundam*, *& in cap. ſi religioſus*, *de election. in* 6. *& in cap. religioſi de ſepul. etiam in* 6. *& cap. religioſus de teſtament. in eodem lib.* Ex quibus conſtat non poſſe exire ex clauſtris religioſos, etiam quando ſunt extra carcerem ſine prælati licentia, cui ſe per votum obedientiæ mancipatunt: ergo multo minus poterunt exire, qui ſunt in vinculis, ſeu in carcere detenti, vt expreſsè definit Caietan. *ſuprà*, his verbis. *Religioſi, inquit, qui liberalitate ſui motu, progreſſu extra clauſtra ſe priuauerunt, ſupponentes ſe per tria vota prælatis ſuis quacunque ex cauſa a ſuis prælatis iuſte detineantur, non poſſunt licitè extra præfixos ſibi terminos fugiendo exire.* Cuius etiam ſententiæ ſunt Salon *d. art.* 4. *controuerſ.* 2. *poſt concluſ.* 2. Bañes, & Aragon. *ibidem.* Confirmatur ex clementin. *paſtoral.* §. *cæterum, de re iudicat. adiuncta gloſſa, in verbo, per violentiam*, quatenus vult iurantem reuerti ad carcerem, teneri ad illum reuerti, quamuis credat ſe mortē iuſtà eſſe plectendum, imò etiamſi iniuſtè putet ſe damnatum iri, teſte eodem Caietan. relato ab eodem Nauarro *in manuali*, *cap.* 12. *num.* 18. Sed tanta imò maior eſt obligatio voti, quàm iuramenti ſecundùm D. Thom. 2.2. *quæſt.* 29. *art.* 8. & Nauarr. *ſupra*, *num.* 32. *verſ ſupponimus tertiò*, quando iuramentum principaliter fit in vtilitatem proximi, vt communiter fieri ſolet, & votum principaliter fit in honorem Dei; ergo religioſus in carcere detentus ſiue ante, ſiue poſt condemnationem nullo modo poteſt ſine peccato è carcere exire, ſiue ſit damnatus ad carcerem temporarium, ſiue perpetuum, ſiue quocunque alio modo in carcere detentus. Sayr. *d. cap.* 18. *num.* 9. Mirand. *de ordin. iudiciar. quæſt.* 29. *art.* 1. *concluſ.* 2. Suar. *tom.* 4. *religion. lib* 2. *cap.* 10. *num.* 10. & Sanch. *in decalog. lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 12. *&* 13. 375.

vbi

vbi concludunt nullo modo licere religioſo fugere e carcere; quod ſi fugiat, teneri redire, tum ex generali lege iuſtitiæ, aut obedientiæ, qua tenetur reus parere iuſtæ ſententiæ, quoad ea, quæ per reum licite poſſunt exequi: tum etiam ex ſpeciali titulo, quo religioſus ſe obſtrinxit ad manendum intra clauſtrum, & intra limites illius à ſuperiore præfixos, ratione voti obedientiæ. Quæ ſententia eſt indubia in religioſis.

376. Intelligitur autem, quando pœna carceris eſt iuſta, & impoſita ſeruato iuris ordine. Secus ſi ea pœna ſit iniuſta. Tunc enim in foro conſcientiæ nemo tenetur obedire ſententiæ, nec pœnam ſubire, vt deducitur ex Innoc. *in cap. pleruque de immunitat. Eccleſ.* & ex D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 62. *art.* 3. quam partem vocat communem, & communiter approbatam Nauar. *in d. cap. ſtatuimus*, 19. *quæſt.* 3 *num.* 64. In quo euento licitum eſt fugere, ſicut etiam licet quotieſcunque, etiamſi ſententia ſit iuſta, modus exequendi eſt iniuſtus ex parte cuſtodis carceris, vel ex iuſſu alterius, vel iudicis, vel ſuperioris iniuſte alimenta neceſſaria ad vitam ſuſtentandam denegantium; quod probat Nauar. ſupra exemplo religioſi, cui in ſingulos dies quinæ duntaxat vnciæ panis cum aqua miniſtrabantur, & cui media hyeme in loco frigidiſſimo ſubterraneo, humidiſſimóque ſine aliquo igne, ſola tunica concedebatur, cogebatúrque ſine ſtragulo humi pernoctare. Ex quibus mors iuſte cum timeri poſſit, non eſt dubium poſſe licite fugere. Nauar. Salzed. Sanch. Suarez & Saytus *vbi proximè*. Addúntque hoc extendendum ad damnatum iuſte ſecundùm allegata, & probata, ſi in foro conſcientiæ non fuit reus criminis, ſed innocens. Denique etiam poſſe fugere docet Salon. 2. 2. *controuerſ.* 2. *poſt* 3. *concluſ.* quando reus iuſte damnatus, vt in carcere permaneat ſi pœna capitis, aut mutilationis illi ſit imponenda. Sequitur Sanchez *ſupra, num* 15. poſt alios ibi relatos, quibus adhæret Ludouic. Lopez 1. *part. inſtructor. cap.* 66. Vaſquez 1. 2. *quæſt* 96. *art.* 5 *diſput.* 174. *cap.* 1. *num.* 10. & Leſſius *lib.* 2. *de iuſtit. cap.* 31. *dub.* 5. *num.* 54. Ex eo fundamento, quia quamuis reus poteſt aliquid agere, ex quo per accidens mors inferatur, nempe manere in carcere, præbere iugulum carnifici, conſcendere patibulum: nihilominus non poteſt ad hæc facienda ita condemnari, vt quouis euentu ad hæc obligetur, quia eſſet impoſſibile, ac repugnans inclinationi naturali reum cogere, vt aliquid agat, quo priuetur poteſtate fugiendi, quamuis poſſit damnari, vt mortem à carnifice ſibi illatam ſubeat. Ideo oblata occaſione euadendi poteſt reus etiam ſub ictu gladij fugere, niſi bonum publicum aliud ſuadeat. Ita præcitati, poſt Sotum *lib.* 5. *de iuſtit. quæſt.* 6. *art.* 4. circa ſolutionem *ad* 2. *verſ. an vero ſimul*, & Aragon. 2. 2. *quæſt* 69. *art.* 4. circa ſecundum argumentum, & Sylueſt. *verbo, fugere, n.* 1. quamuis huiuſmodi ſententiæ obediendum eſſe defendat Saytus *ſuprà, num.* 14. *verſ. quoad aliam difficultatem*, poſt Caietan. & Valent, præallegatos, exiſtimans poſſe ferri ſententiam, damnarique aliquem ad mortem, & ad manendum ſimul in carcere, nec poſſe in hoc caſu fugere ſic condemnatum; ſed re bene expenſa verius eſt huiuſmodi ſententiam eſſe iniuſtam, & nullo modo illi obediendum, eo quod repugnat omnino naturali inclinationi, quam habet homo ad vitam conſeruandam.

377. De damnatis ad triremes dicendum eſt poſſe laicos, & clericos fugere, quia hoc genus pœnæ eſt veluti quædam perpetua mors, *l. penult. ff. de regul. iur.* Ratio potiſſima ex eo deducitur, quòd pœna corporalis remigandi regulariter eſt coniuncta cum verberibus, & aliis ad patiendum valde difficillimis. Proinde damnati ſolùm tenentur pœnam pati, non verò eam exequi, & per ſententiam ſolùm obligantur ad pœnam patiendam; neque conſtituuntur cuſtodes in ſe ipſos, neque damnantur, vt ſponte ibi maneant, ſed vt ibi detineantur. Quam partem docent Bañes 2. 2. *quæſt.* 69. *art.* 4. *concluſ.* 5. & ibi Salon *controuerſ.* 2. *concluſ.* 4. Ludouic. Lopez 1 *part. inſtruct. cap.* 153. *col.* 2. *verſ. at hic quoque*, Petrus de Ledeſm, *tom.* 2. *tract.* 8. *cap* 24. *fol.* 781 *col* 2. Cordubenſ. *in ſumma, quæſt.* 195. *dub.* 1. & Leſſius *d. cap.* 31. *dub* 5. *num.* 59. & Sanchez *ſupra, num.* 16. quidquid minus bene negent Nauar. *commentar.* 4. *de regular num.* 64. *corol.* 2. & Valent. 2. 2. *diſput.* 5 *quæſt* 13. *punct.* 4. *col.* 4. *ad* 4. vbi volunt illicitam eſſe fugam damnatis ad triremes; quos ſequitur Saytus *d. cap* 18 *num.* 8. *verſ. idem etiam dicendum.* Sed probabilius eſt poſſe fugere.

Quoad religioſos, Bañes 2. 2. *quæſt.* 69. *art.* 4. *poſt* 5. *concluſ.* opinatur damnatos ad triremes cùm pœna ſit grauiſſima poſſe fugere non vt vagentur, ſed ad impetrandam veniam illius pœnæ vel à Summo Pontifice, vel à ſuperiore prælato. Eſſet namque duriſſimum in tam duro viuendi genere priuari religioſos libertate recurrendi ad ſuperiores maiores. Quod videtur rationi conſonum, ideóque probabile. Sed probabilius eſt non poſſe fugere, quando iuſtè damnantur ob rationes aſſignatas ſupra, cum non poſſint exire ex clauſtro, neque ex eo loco, vbi ex præcepto prælati reſidere coguntur ratione voti obedientiæ, dummodo iuſtè ad triremes damnentur. Sanchez *ſupra, num.* 16. *ad finem.* 378.

Porrò ſi quis in carcere detentus promittat cuſtodi carceris, iuréque ſe rediturum ad carcerem, etiamſi poſtea certò ſciat ſe ad mortem damnandum eſſe, tenetur redire ex vi iuramenti; Gloſſ. *in clement. paſtoral.* & Cardin. *in verſ. notorium, in* 4 *notabili, & verſ. cæterum, in* 2. *notabil. de re iudicata*, Abbas *in cap. inter alia, in fine, de immunit. Eccleſ. & in cap. ſi verò, num.* 8. *& in cap. ſicut, num.* 4. *de iureiurand* Couar. *d. lib.* 1. *variar. cap* 2. *num* 8. *verſ. cæterùm, vt ad propoſitam quæſtionem reuertamur, & num.* 10. *in fine, verſ.* 10. *vt ad propriam quæſtionem redeamus.* Clarus *in practic. lib.* 5. *quæſt.* 21. *ſub verſ. tertio autem modo, num.* 15. *ad finem*, vbi docet relaxatum cum promiſſione de redeundo teneri ad carcerem redire ſecundùm communem, ſocus verò ſi indebitè detineatur, tunc non teneri redire etiamſi iuraſſet ſe rediturum ſecundùm gloſſam *in d. clement. paſtoral. verbo, per violentiam, de re iudicat.* quam Couar. *lib.* 1. *cap.* 2. *poſt num.* 7. dicit ab omnibus eſſe receptam. Quæ reſolutio nullam patitur exceptionem, quando carcer, & pœna inferenda etiam mortis, ſunt iuſta. Nam iuramentum de re iuſta eſt obligatorium etiam cum vitæ periculo. Sed de veritate horum, in § ſequenti. 379.

Quando verò carcer, & mors quæ timetur, ſunt iniuſta, ſunt qui culpent relaxatum ad certum terminum cum iuramento de redeundo, ſi redeat, docéntque non teneri, nec iuramentum obligare ad redeundum. Quia materia huius iuramenti non eſt licita, ſed temeraria, non ſolùm quando mors iniuſta eſt certa, ſed etiam quando pœna mortis 380.

iniuſtæ

iniuſtæ timeretur probabiliter, cùm reditus ille ad carcerem non ſit actus alicuius virtutis, ſed ſit occiſio ſui ipſius, & oblatio mortis iniuſtæ. Probatur, quia non eſt actus reditus ille nec patientiæ, nec alicuius alterius virtutis, ſed eſt actus temeritatis. Idcirco nullo modo tenetur redire. Hanc tradunt Ripa in l. admonendi, num 171. ff. de iur. iurand. Angel. verbo, carcer, num.4. Syluester verbo, accuſatio, quæſt. vltim. & Tabien. eodem verbo, quæſt.10. num.14. & verbo, carcer, quæſt. 1. num 2. Gutier. de iuramento confirmator. part.1.cap 57.num.24.vſque ad num.26. Facit Bald. rubric. de vita, & honeſt. clericor. num.6. dicens promiſſionem, per cuius executionem deperditur vita, aut membrum aliquod mutilatur, non eſſe adimplendam. Sequitur Vaſquez 1.2.quæſt.96.artic.5.diſp.174.cap.5. à num.55. vſque ad num.59. Sà in ſumma, verbo, iuramentum, num.11. vbi ait iurantem redire ad carcerem, teneri redire etiam cum vitæ periculo, niſi eſſet iniquè detentus. Quod etiam docuit Nauarr.in ſumma,cap.12. num.18. dummodo carcer non ſit iniurioſus, aliis ibi relatis. Quod putat ſatis probabile Saytus d. cap.18. num.27. verſ. primum eſt, vbi ait non teneri, ſcilicet, ſic iurantem redire, quamuis ipſe exiſtimet poſſe ſic iurantem abſque peccato redire etiam quando timeat veriſimili coniectura pœnam iniuſtæ mortis, non tamen teneri.

381. Alij verò multo probabilius ſentiunt ratione, ac vi iuramenti teneri ſic iurantem redire ad carcerem, etiamſi tam carcer, quàm mortis pœna ſint iniuſta. Ratio, quia is reditus ſuppoſita promiſſione eſt opus, & actus virtutis fidelitatis ſcilicet, veracitatis, fortitudinis, & patientiæ. Item, quia hæc promiſſio redeundi fuit prudenter ac ſcienter facta cuſtodi, aut iudici à reo conſcio iniuriæ, ac mortis iniuſtæ ſibi imminentis; ergo iuramentum promiſſorium homini præſtitum, quod poteſt adimpleri ſine diſpendio ſalutis æternæ eſt ſeruandum, vt deciditur ex cap. debitores de iure iurand. ibi, Debitores ad ſoluendas vſuras, in quibus ſe obligauerant, cogi non debent. Verum ſi de ipſarum ſolutione iurauerint, cogendi ſunt domino reddere iuramentum. Cuius rei reddit rationem D. Thom. 2. 2. quæſt 89. artic.7. ad 3. ab omnibus receptus, vbi decidit ex iuramento homini præſtito duplicem obligandi vim poſſe aſſurgere: primam homini ratione promiſſionis illi præſtitæ, & ex hoc iuramentum iniuſte extortum non obligat. Secundam verò Deo in teſtem adducto, & ex hoc facto tenetur iurans adimplẽdo promiſſionem iuratam reddere Deum teſtem veracem, quando ſine peccato promiſſio adimpleri poteſt. Cùm ergo carceratus ſub iuramento è carcere exiuit præuiſo iam periculo mortis iniuſtæ, ac præuiſa carceris iniuria, non eſt dubium teneri redire ad carcerem adimplendo promiſſionem, ſiquidem illius in teſtem Deum veracem adduxit. Sic Caietanus 2. 2. quæſtion.89. art.7. colum. penultim. verſ. ex his autem. Toletus lib.4. ſumma, cap.22. num.2. verſ. alterum eſt, Leſſius lib.2. de iuſtit.cap.42. dub.6. num.28. poſt Sotum lib.8.quæſt.1.artic.7. & Syluester iuramentum, 4. quæſt.26. Suarez tom.2. de religione tract. de iuramento. lib.2, cap. 10. num. 14. & ſequentib. Idem ait Romanus in l. ſtipulatiores, num.78. ff. de verbor. obligationibus, quia licitum eſt exequi quod prudenter fuit promiſſum, & conſtat ex cap. quamuis pactum, de pactis in 6. & ex cap. cum contingat de iureiurando, vbi traditur regula generalis, iuramentum homini præſtitum, quod ſeruari poteſt ſine diſpendio ſalutis æternæ, neceſſariò eſſe ſeruandum. Quam regulam ſequitur Abbas in d. cap. cum contingat, num.7. de iureiurando. Molin. tom.1. de iuſtit. diſp. 149. col. 3. verſ. his exemplis, & colum. ſequenti, & tom.2. diſp.271. col.5. verſ. hoc tamen loco. Sanch. lib.1. de matrim. diſp.32. num.1. & Suarez ſuprà, de iurament. lib.2. cap.22. num.3.

Idem dicendum eſt ſi reus verè innocens, ſed ſecundùm allegata, & probata ſit repertus nocens, teneri redire ad carcerem, ſi ſub iuramento redeundi exiuit ad componendas res ſuas, etiamſi cognoſcit ſe iniuſtè plectendum. Ita præcitati, quibus accedit Saytus ſupra, cap.18. numero 26. quia hæc ſententia eſt iuridica, & ſeruato iuris ordine lata, nec ad carcerem redeundo morti ſuæ cooperatur, cùm adimpleat iuramentum; cuius obſeruatio eſt etiam actus fidelitatis; ergo redeundo non peccat. Quam ob cauſam ſummopere commendatur Marcus Attilius Regulus, qui ad Carthaginenſes cum probabili vitæ ſuæ periculo reuerſus eſt, ne fidem ſub iuramento illis præſtitam, ac firmatam violaret. Faciunt tradita à Couarr. 2. part. epitome cap.8. §.12. à numer.16. vbi diſcurrit in quibus caſibus poſſit reus tam in ciuilibus, quàm in criminalibus ex iuſta cauſa propriis defenſionibus renunciare, conformando ſe deciſioni capitis, non eſt noſtrum, 23. quæſt.5. ibi, Non eſt, inquit, noſtrum mortem arripere, ſed illatam ab aliis libenter accipere. Ex quo reprobatur doctrina Pauli Caſtrenſ. in l. 1. §. ius gentium, ff. de iuſtit. & iur. exiſtimantis non poſſe quemquam abſque mortali ſubire mortem, ſi poteſt ſe ipſum defendere occidendo inuaſorem; quod eſt apertè falſum, ex traditis à D. Thom. in lib. de regimine principis, quæſt.6. & ex Syluestro verbo, bellum, ſecundò, quæſt. 3. Soto lib. 5. de iuſtit. aſſerentibus in multis caſibus poſſe homines abſque peccato percutientibus colla ſubmittere, imò eſſe opus perfectionis vitam non tueri, nec ſe defendere, niſi ſint perſonæ valde vtiles, ac neceſſariæ bono publico. 382.

Excipitur ab obligatione redeundi ad carcerem iniurioſum iurans ſi tempore quo iurauit reditum, aut non fugere ex dicto carcere iniurioſo neſciebat periculum certum mortis, vel alterius damni iniuſti; nam poſita hac ignorantia non ligabitur iuramento, ſed deprehenſo periculo poterit non redire ad carcerem, aut fugere etiamſi carcer, aut pœna inferenda nullam iniuſtitiam continerent. Suarez ſuprà, tom.2. de religion. lib.2. cap.10. num.16. vbi etiam addit quando pœna inferenda eſt iniuſta, poſſe ab Epiſcopo obtineri relaxationem huiuſmodi iuramenti redeundi, aut non fugiendi. Quod etiam alij extendunt ad iuramentum redeundi quando carcer, & mors eſt iuſta propter conſeruandæ vitæ ius. Lopez 1. part. inſtructor. cap. 42. colum.6. verſ. qui iurat redire. Quod non probo, quia iuramentum redeundi eſt in fauorem tertij, & ſequitur damnum; ideo debet adimpleri, quia facere Deum teſtem falſi, eſt grauius iniuria. Sanchez lib.3.cap.11.decalog. num.36. 383.

EPITOME.

384. & 385 *Votum rei indifferentis cur non obliget, & iuramentum maximè factum homini?*

386. & 387 *Reus damnatus vt ſibi manū amputet, vel vt pugnet cum altero damnato ad mortem, vt ipſi ſibi vitam adimant, an liceat.*

388. *Reus qui rupto laqueo e patibulo illæſus cadit, & proteſtatur de ſua innocentia, an ſit iterum ſuſpendendus.*

389 *Confeſſio facta a reo coram iudice non ſuo quam vim habeat.*

390 *Et quid dicendum ſi poſtea confeſſio reuocetur coram iudice ſuo.*

391. 392 *Et quid ſi facta fuit coram iudice non ſuo nullis præcedentibus indiciis ad ſufficiat ad torturam*

393 *Confeſſio ſufficiens ad torturam extraiudicialis qualis debeat eſſe.*

394 *Et quot teſtibus debeat probari, & an ſufficiāt ſingulares, & quid ſi confeſſio reuocetur antequam a iudice, vel a parte acceptetur.*

395 *Confeſſio quando dicatur reuocata in continenti, & quando debeat probari error.*

396 *Confeſſio extraiudicialis facta præſente parte nunquam ſufficit ad condemnandum criminaliter, ſed tantum ad torquendum quidquid aliqui contradicant.*

397 *Quid ſi confeſſio ſit geminata?*

398. & 399 *Confeſſio facta in articulo mortis extraiudicialiter ab vſurario, an probet crimen parte præſente, vel abſente?*

400 *Confeſſio debiti ſine expreſſione cauſæ mutui, vel depoſiti quid operetur, & quid requiratur, vt valeat contra confitentem, & quid ſi fiat in ſcriptis ſine expreſſione cauſæ?*

401 *Confeſſio ſine expreſſione cauſæ facta Eccleſiæ, vel ciuitati, operatur contra confitentem, & plenè probat, vt etiam probat confeſſio ſi ei cauſa ſubſtrictur, vel ſi fiat in inſtrumento guarentigiato?*

402 *Confeſſio regulariter ſine expreſſione cauſæ facta præſente parte ſaltem tacitè acceptante ſemiplenè probat in foro externo, accedentibus veriſimilibus probat plene?*

403 *Confeſſio facta in iudicio ſimpliciter ſine cauſa expreſſione plene probat; ſecus ſi incidenter.*

384. EX dictis ſequitur excutienda quæſtiuncula, cur votum rei indifferentis, aut rei ſimpliciter honeſtæ impedientis tamen maius bonum, non obliget, nec iuramentum eiuſdem rei Deo duntaxat præſtitum: At verò iuramentum de re indifferente homini in eius vtilitatem præſtitum, imò maius bonum impediens maximè? Nam quando fit iuramentum Deo ſoli, cùm induat naturam voti, requiritur materia ad iuramenti obligationem, quæ exigitur, vt votum obliget. Cùm ergo vt votum obliget, requiratur vt non ſit de rebus malis, impoſſibilibus, indifferentibus, neque de materia contraria conſiliis diuinis, aut denique de materia impediente maius bonum. Sic etiam, vt obliget iuramentum Deo factum opus eſt, vt fiat de materia, de qua vota fieri ſolent; non verò de re mala, quia iuramentum non eſt vinculum iniquitatis, *cap. quanto, de iur. iurand. regula, Non eſt obligatorium, de regul. iur. in 6.* Nec de re indifferenti, obligat iuramentum quando attentis circunſtantiis materia talis manet. Ita Gutier. *de iuramēt. 1. part. num 5. & duobus ſequentib.* Caietan. *in ſumm. verbo, periurium, cap. 3.* Nauar. *cap. 12. num. 16. & 17.* Leſſius *lib. 2. cap. 42. dub. 4. num 20.* & Azor. *tom. 1. inſtit. moral. lib. 11. cap. 5. quæſt. 1.* Suarez *eodem lib. 2. cap. 16. num. vltim. & cap. 17. num. 1. & ſequent.* & Rebell. *de iuſtit. part. 2. lib. 1. quæſt. 9. num. 14.* Eodem modo quando iuramentum eſt non ſequendi diuina conſilia, nullo modo habet vim obligandi, vt præcitati proximè, quibus accedunt poſt D. Thom. 2. 2. *quæſt. 88. art. 7 ad 2.* Couar. *de pactis 1. part. §. 6. num. 6. & 7.* Valent. 2. 2. *diſp. 6. quæſt. 7. punct. 4. col. 5. verſ. ſecundò certum,* & Aragon *ſupra, quæſt. 89. art. etiam 7. in principio,* & Sayrus *in claui, lib. 5. cap. 7. num. 3.* & Sotus *lib. 8. quæſt. 1. art. 7. ad finem corporis,* vbi addit etiam non obligare iuramentum quando eſt de materia impoſſibili. Secus quando materia eſt difficillima, quia tunc obligat iuramentum, etiamſi illa difficultas ingens relaxandi cauſam præſtet.

Cæterum iuramentum homini præſtitum in 385.
eius commodum etiamſi impediat maius bonum obligat, dummodo factum ſit animo obligandi, & de re licita, neque excuſat, quamuis ſit graui metu extortum. Probatur ex cap. *ſi verò, de iure iurand.* vbi graui metu renuncians beneficio, factùmque iuramento confirmans, dicitur debere petere abſolutionem. Item, quia iure naturæ debemus verificare quod iuramus, ne faciamus Deum teſtem falſi. Accedit iuramentum latroni factum cum promiſſione ſoluendi certam ſummam pecuniæ, quod eſt ſeruandum, quia quamuis latro nihil ſibi acquirat ex hac promiſſione iurata, nihilominus Deus ex iuramento habet ius, vt iurans verificet promiſſionem iuratam ad quam adduxit Deum in teſtem, Caietanus 2. 2. *quæſt. 89. art. 9.* Sotus *lib. 8. de iuſtit. quæſt. 1. art. 7.* Leſſius poſt plures ibi relatos, *lib. 2. cap. 42. dub. 6. num. 26. & 27.* Hinc fit, vt iuramentum factum homini etiamſi impediat maius bonum, obliget, puta iuramentum promiſſorium de ducenda fœmina, quamuis impediat maius caſtitatis bonum, eſt ſeruandum, cum tamen id iuramentum ſit omnino irritum ſi fiat ſoli Deo, niſi fortè in eo caſu, in quo melius ſit iuranti contrahere nuptias ob frequentes carnis moleſtias ac caſus. Quòd verò homini præſtitum iuramentum in hoc euentu obliget, tradunt communiter doctores, quos referens ſequitur Rebellus *de iuſtit. part. 2. lib. 1. quæſt. 9. num. 4. & num vltim.* Molin. *tom. 1. de iuſtit. diſput. 149. colum. 3.* Leſſius *dict. cap. 42. num. 4. num. 20.* Suarez *d. lib. 2. cap. 12. numer. 14.* Eodem modo iuramentum promiſſorium de re indifferente factum Petro, nempe ſi quis iurat ſe non aditurum, emendi gratia, niſi apothecam illius, vel alium furnum niſi ſuum ad coquendum panem, quamuis ſit de re indifferente, cùm fiat ex pacto cedente in vtilitatem Petri obligat iurantem, ſi is, cui fuit præſtitum vult quod adimpleatur. Colligitur ex D. Thoma, & Caietan. *quæſt. 89. art. 7.* Soto *lib. 7. de iuſtit. quæſt. 1. art. 3. circa ſecundam concluſionem,* Leſſius *d. c. 42. dub. 4. num. 20. & 21.* vbi vult iurantem aliquid ſe facturum, quod eſt indifferens, vel quod melius eſt non fieri, non obligari, niſi factum ſit in fauorem alterius, quia in promiſſione homini præſtita non conſideratur quod eſt melius in ſe, nec quod eſt gratius Deo, ſed quod eſt gratius homini. Suar. *ſuprà, cap. 16. & cap. 22. n. 3.* Molin. *vbi proximè,* & Sayrus *in claui lib. 5. cap. 9. num. 3.*

&

& Nauar. *in ſumm. cap. 12. num. 17.* poſt Angelum *verb. iuramentum, 4. §. 5.*

386. Sed quid ſi feratur ſententia, vt reo vtraque manus abſcindatur à carnifice, vel ſiniſtra duntaxat ſi ipſe ſibi eam amputet? Negat Sotus 5. *de iuſtit. quaeſt. 6. art. 4.* id eſſe licitum reo, ſed tantùm poſſe eam extendere, vel vtramque vt abſcindatur à carnifice. Petrus tamen Nauar. *de reſtit. lib. 2. cap. 3. num.* 100. affirmat poſſe reum dextera ſibi ſiniſtram amputare ex ſententia iudicis, ne vtraque ſibi per carnificem praecidatur, argumento periculi imminentis toti corpori ex aliqua parte propter contagionem. In quo euentu poteſt quis eam partem praecidere; ſimiliterque ſi immineat contagio membro nobiliori ex vicinia alterius membri minùs nobilis iam corrupti; quia vnuſquiſque eſt cuſtos, & adminiſtrator ſuorum membrorum, habetque eorum vſum, non ſolùm pro vita tuenda, ſed etiam pro pluribus, & praeſtantioribus partibus ſeruandis. Ideo ad vitandum maius damnum plurium partium, vel partis praeſtantioris, & magis neceſſariae poterit quis alteram manum ſibi praecidere, praeſertim accedente iudicis authoritate reum ſui ipſius in hoc caſu carnificem conſtituentis. Quae pars videtur probabilior licet iudex non videatur excuſandus ab iniquitate.

387. Sed & addendum eſt an poſſit praecipi duobus ad mortem damnatis vt ſe mutuò interficiant pugnando? Affirmatiua pars probatur, quoniam per ſententiam iudicis legitimè poteſt alter alterius carnifex conſtitui. Quod autem ſimul poſſit alter alteri reſiſtere, in quo videtur aliqua implicatio, non oritur ex eo, quod ſimpliciter concedatur reo poteſtas reſiſtendi miniſtris iuſtitiae, ſed ex eo potius, quia cùm vterque ſit reus, damnatus capitis, poſſit iuſtè ab altero interfici. Vnde illa pugna ex neutra parte tendit ad reſiſtendum, niſi fortè tantùm per accidens, ſed ſolum ad occidendum reum legitimè damnatum: atque ita per accidens reperitur duellum iuſtum ex vtraque parte, quatenus ſcilicet vterque tanquam miniſter iuſtitiae poteſt alterum occidere tanquam reum, atque adeo ius vnius non contrariatur iuri alterius, quibus rationibus fit haec pars probabilis.

Pars negans vt probabilior tribuitur Maiori *in 4. diſt. 15. quaeſt. 16.* Ex eo, quòd detur duellum iuſtum ex vtraque parte, quod videtur impium eſſe. Nam iudex iuſtè puniens non poteſt reo conuicto legitimè facere facultatem, vt directè reſiſtat miniſtris iuſtitiae, cum ea reſiſtentia iuri naturali omninò aduerſetur: ſed vterque conſtituitur iuſtitiae miniſter; ergo neuter poteſt alteri reſiſtere. Praeter quàm quod huiuſmodi crudelitas, & crudelis iuſtitiae executio, & ab ingenio hominum, & à lege Chriſti Domini longè videatur aliena.

388. Non abs re huc properat caſus ille, qui in actu executionis ſententiae capitalis ſaepe contigit, vt nodus, dum reus ſuſpenditur è patibulo, rumpatur, & ipſe reus illaeſus in terram cadat. Poſſe fugere licitè diximus ſupra: an verò tanquam innocens ſit liberandus è manibus familiae etiam per reſiſtentiam, nullo modo placet, quia ſemper ex hac reſiſtentia ſequerentur grauis perturbatio, & ſcandalum in Republica. Quod ſi manifeſtè hunc reum, qui rupto laqueo ſanus cecidit in terram, cenſeretur iniquè damnatus ab omnibus, vel a maiori parte circumſtantium, clerici eripientè manibus familiae, nullo modo debent puniri. Sic Bernard. Dias *in praxi criminali, cap. 102.* poſt Albericum *in l. addictos, C. de Epiſcopal. audientia,* per text. *in cap. hi qui, 14. quaeſt. 6.* vbi bona gloſſa, & melior *in cap. reos, 23. quaeſt. 5.* Azeued. *in l. 3. num. 30. titul. 2. lib. 1. noua collection. reg.* & Mexia *in leg. regia Toleti in 2. fundamento ſecundae partis, num. 24.* Secus ſi eriperent iuſtè condemnatum, vel ſaltem quando ambigitur an iuſtè, vel iniuſtè, fuerit damnatus. In quo euentu non eſt dubium eſſe puniendos, cum debeant clerici praeſumere pro iudice condemnante, Bernard. *ſuprà.*



Quando verò ſuſpenſus illaeſus, laqueo fracto manſit, ſi proteſtetur de ſua innocentia ſaepe, ac ſaepius, & res miraculo tribuatur, non videtur ratione alienum, ſi executio ſuſpendatur, & Rex interim ſuper hac re conſulatur. Nam in dubio iuſtius, ac rectius eſt executionem ſuſpendere, & innocentem relinquere impunitum, quàm forte miraculoſo facto reſiſtendo innocentem condemnare, *l. abſentem, l. de poenis.* Ita expreſſè habetur *in l. 3. §. quis vltro, ff. de quaeſt.* vbi dicitur in hoc caſu principem eſſe conſulendum, & ſequitur in terminis Lucas de Pen. *in l. 1. C. de deſertoribus, lib. 12. column. 6. vers. ſed pone quod damnatus eſt aliquis* Paris. de Puteo *in tract. ſyndicatus in parte, an ſi index, penult. col.* Decius *in regul. fauorabiliores, ff. de regul. iur. col. vltim.* Aufrer. *in cap. 1. praetor. in gloſſa, maximè, num. 28 fol. 48.* Alciat. *regul. 3. praeſumpt. 44. numer. 4.* quibus accedit Gomez *in tom. 3. variar. cap. 13. de tortur. reor. num. 37. verſ. ſextus caſus eſt,* vbi refert hoc contigiſſe aliquando interceſſione Beatiſſimae Virginis Mariae, & aliorum Sanctorum. Quod ſi in caſu aliquo inſtar miraculi ſuſpenſio, ſeu executio differenda cenſeatur, debet melius innocentia examinari delinquentis per aliquos dies intra quos vel reus à parte, vel a Rege veniam conſequatur; quod ſi de innocentia nullo modo conſtiterit, imò oppoſitum reperiatur, reuſque iuſtè condemnatus probetur legitimè, de iure exequenda eſt ſententia, neque impedienda executio, cum laqueus, prout ſaepe contigit, caſu frangatur ſemel, atque iterum, ſine vllo miraculo. Nam quandoque per veneficia, & incantationes haec poſſunt contingere, teſte Baldo *in cap. venerabili, de teſtibus.* In dubio tamen pro miraculosè factum, & liberandum. Sic Tiraquel. *de poen. temper. conſ. 64* Menoch. *de praeſumptio. lib. 5 quaeſt. 48. num 19.* Clarus *lib. 5. quaeſt. 98. num. 9.* & Boërius *quaeſt. 217. num. 18.*

Sed quaeres quando reus non poteſt condemnari niſi confiteatur, ſeu conuincatur, vt habetur *in l. qui ſententiam, C. de poenis, & in cap. & cap. nec in quemquam, & cap. primates 2. quaeſt.* quanam ſit confeſſio ſufficiens ad condemnationem. Nam certum eſt confeſſionem factam coram iudice incompetente non ſufficere ad condemnandum, per text. *in cap. at ſi clerici,* & ibi ſcribentes, *extra de iudic.* Cuius haec ſunt verba: *Sicut etiam ſententia a non iudice lata non tenet, ita nec facta confeſſio coram ipſo.* Sequitur Baldus *in dict. cap. at ſi, in principio, verſ. tertio,* Abbas *numero 5. verſ. nota ſecundò,* Hoſtienſis *in cap. per inquiſitionem, numer. 7. de electio.* & ibi etiam Butrius *num. 27.* Alberic. *in l. 1. num. 12. Cod. de confeſſis,* Bartol. *in l. magiſtratibus, num. 3.* & ibi etiam Albericus *num. 6.* 389.

*verſ. pone.* Angel. *num.* 5. Decius *num.* 7. *in princ. ff. de iuriſdiction. omn. iudic.* Quibus adhæret Clarus *in praxi*, §. *final. quæſt.* 55 *verſ. præterea etiam*, & Maſcardus *de probation. lib* 1. *concluſione* 252. *numer.* 1.

Quod etiam procedit etiamſi confeſſio fiat coram iudice incompetente, non tamen prohibito, & cuius iuriſdictio poterat prorogari, quia in criminalibus de quibus loquimur, non prorogatur iuriſdictio, vt docet Bero. *in dict. cap. at ſi clerici, num.* 38. *verſ. tertia concluſio, & de indic.* & Boſſius *in tit. de confeſſis, num.* 52. Atque ita talis confeſſio confitenti non præiudicat, vt declarat Decius *in d. cap. at ſi clerici, num* 26. & Bero. *num.* 40. *de indic.* Vnde infert confeſſionem clerici factam coram iudice ſæculari non ſufficere ad condemnandum, vt probat textus *in d. cap. at ſi clerici in principio*, cum dicit ibi. *At ſi clerici coram ſæculari iudice conuicti fuerint, vel confeſſi de crimine, non ſunt propter hoc a ſuo Epiſcopo aliquatenus condemnandi.* Sequitur Ioannes Andreas *in eodem cap num.* 2. Abbas *num.* 2. Imol. *num.* 11 *in* 2 *notabili*, & alij, etiamſi clericus voluntariè coram iudice laico confeſſionem faciat; adhuc enim voluntaria confeſſio ad condemnandum non eſt potens, Gloſſa *in d. cap. at ſi clerici, in verbo; non tenet*, & ibi Anton. de Butrio *num.* 21. Auchari nunc *num.* 7. *ad finem, verſ. ſecundò oppone*, Abbas *num.* 18. Decius *num.* 145. & Cardinal. Zabarell. *in cap. per inquiſitionem, poſt num* 7. *de electione.* Quod puto verum, quamuis Innocent. *in d. cap. per inquiſitionem, num.* 2. *verſ. ſed quomodo reſpondebitur*, fateatur ſpontaneam confeſſionem coram iudice ſæculari factam apud iudicem Eccleſiaſticum non reuocari omnino, ſed debere reum illam excuſare, ſed oppoſitum conſtat ex d. cap. *at ſi clerici*, ibi: *Non ſunt propter hoc à ſuo Epiſcopo aliquatenus condemnandi.* Quod verbum oſtendit confeſſionem, quæcunque illa ſit, & quomodocunque facta, ſiue ſponte, ſiue non, coram iudice ſæculari non ſufficere, vt condemnetur per illam, etiam à iudice Eccleſiaſtico. Quod adeo certum eſt, vt etiamſi clericus confiteatur coram iudice Eccleſiaſtico, non tamen ſuo, adhuc non ſit potens ad condemnandum, cum non poſſit prorogare iuriſdictionem Epiſcopi alieni ſine conſenſu Epiſcopi proprij. Boſſius *titul. de confeſſ. num.* 49. poſt Bero. *in cap. at ſi clerici, num.* 42 *extra, de indic.*

Quæres an aliquid operentur huiuſmodi confeſſiones coram iudice non ſuo factæ contra ipſos confitentes? Ratio dubitandi eſt, quia tales confeſſiones iudice incompetente; quidquid affirmet Baldus *in l.* 1. *C. de confeſſis*, non ſunt nullæ ipſo iure ſecundùm communem, authore Boſſio *titul. de confeſſ. num.* 55. *ad finem, & num.* 56. Reſpondet Innocentius *in dict. cap. at ſi clerici, de indic. & in d. cap. per inquiſitionem, de elect.* confeſſiones factas coram iudice incompetente quamuis non ſufficiant ad condemnandum, ſufficere tamen ad torquendum, & habere vim confeſſionum extraiudicialium, poſſéque cogi confitentes coram iudice competente ratificare. Sequitur Paulus de Caſtro *in l. magiſtratibus, num.* 3. *verſ. ſed bene poteſt*, Iaſon *num.* 3. *& ſequentibus*, Decius *numer.* 8 *ff. de iuriſdiction. omn. iudic.* Gloſſa *in l capite quinto, ff. de adulter.* vbi Bartolus inquit hoc mente tenendum. Cæterùm *in practica in prima tractat. de indic. & tortur.* §. *ſeptimum indicium, numer.* 13. Boërius *deciſ.* 90. *num.* 4. *& ſequentib.* vbi hanc partem multis probat, vocátque communem, & Boſſius *dict. titul. de confeſſis, numer.* 54 Clarus *in praxi*, §. *final. quæſt.* 21. *verſ. ſed hic quæro, num.* 32. hanc etiam dicit eſſe communem Alexander *in d. l. magiſtratibus*, & alij, quos ibi referens ſequitur Rolandus *conſ.* 31. *num.* 1 *& numer.* 17. vbi addit confeſſionem extra iudicium etſi ſufficiat ad torturam, fallere tamen ſi reuocetur ante torturam. Lege illum *vol.* 3.

Quid ſi confeſſio facta coram iudice incompetente reuocetur à reo poſtquam delatus fuit ad iudicem ſuum coram illo? Exiſtimat Baldus *in l. vnica, num.* 96. *Cod. de confeſſis*, non poſſe reuocantem confeſſionem, ex vi confeſſionis coram iudice incompetente factæ torqueri. Cæterùm oppoſitum ſeruatur in praxi, teſte Boerio, *deciſion* 90. vbi *ad finem*, teſtatur ſic fuiſſe deciſum; niſi reus reuocando confeſſionem de errore doceat, vel aſſerat, confeſſionem coram iudice incompetente non voluntariè, ſed metu tormentorum fuiſſe factam; prætereáque in hoc caſu talis reuocatio illi prodeſſe. Attamen niſi de his doceat, eſto illam reuocet, ſemper contra ipſum faciet indicium ad torturam, quando ſponte facta fuit ſecundùm communem opinionem. Boſſius *in titul. de confeſſis, num.* 56 Bero *in dict. cap at ſi clerici, num.* 124. *in fine*, & Boërius *dict. deciſ.* 90. *numero* 3. & ideo videmus confeſſionem clerici factam coram iudice laico eſſe ſufficiens indicium ad torturam coram Eccleſiaſtico iudice, vt poſt multos tradit Innocentius *in cap. per inquiſitionem, num.* 2. *verſ. ſed quomodo reſpondebitur*, & ibi Imola *num.* 6. Abbas *num.* 13. *de electione*, Clarus *ſupra, num.* 34. vbi ſubdit hanc partem eſſe magis communem, & in praxi ſequendam, niſi ſit extorta per iudicem incompetentem per vim, vel metum tormentorum. Tunc enim nullatenus faciet indicium ad torturam, vt aliis ibi relatis atteſtatur Farinacius *de reo confeſſ quæſt.* 81. *cap.* 6 *numero* 210. *limitatione* 1. vbi loquens de clerico ſponte comparente, & litigante coram iudice ſæculari tenet factam confeſſionem coram illo eſſe ſufficiens indicium ad torturam, coram iudice Eccleſiaſtico. Contra verò ſi repugnans, & inuoluntarius pertrahatur ad iudicem ſæcularem, quia tunc talis confeſſio non eſt ſufficiens ad torturam coram iudice Eccleſiaſtico. Ita Abbas *in d. cap. at ſi clerici, num.* 14. *de indic.* Bero. *ibidem, num.* 26. 390

Quid ergo tenendum? Arbitror ſi clericus coram iudice laico confiteatur nullis præcedentibus indiciis talem confeſſionem non ſufficere ad torturam coram ſuo iudice, quia reus ſine indiciis fuit interrogatus, & confeſſio recepta à iudice laico omnino incompetente; proinde propter illam confeſſionem non poteſt torqueri apud iudicem Eccleſiaſticum. Probatur, quia quando legitima indicia non procedunt, nec ſeruantur ſeruanda, talis confeſſio eſt ipſo iure nulla, neque poteſt procedi contra confeſſum per illam, ex traditis à gloſſa *in l. quæſtionis habendæ, ff. de quæſtion.* communiter recepta, teſte Marſilio *conſ.* 95. *num.* 10. & Alexand. *in l. quia in aliena*, §. *Celſus, num.* 12. *ff. de acquir. hæred* & Gomez *cap.* 13. *de delictis, num.* 21. Boërius *dict. deciſ.* 90. *num.* 10. Maſcardus *concluſ.* 352. *num.* 6. *&* 353. *num* 17. Contra verò ſi ſi iudex laicus recepta 391. 39

pta

pit confeſſionem clerici præcedentibus legitimis iodiciis, cùm ex dicta confeſſione ſemiplena probatio conſtituatur, poteſt torqueri clericus confeſſus coram iudice ſuo ex vi confeſſionis factæ coram iudice ſæculari, etiamſi talis confeſſio cenſeatur extraiudicialis. Ita Boër. *d. deciſ. 90. num 3.* poſt Franc. de Aret. *in d. cap. at ſi clerici*, & Cardinal. Zabar. *in cap. per inquiſitionem, de elect.* & hoc per textum *in d. §. ſi vero examen, in auth. de Sanctis Epiſcop.* & ibi idem tenet Angel. Maſcardus *tom. 1. concluſione 548. num. 4.* & probat Farinacius *de reo confeſſo, d. quæſt. 81. cap. 6. num. 217. fine.*

393. Sed peres quid dicendum de confeſſo extraiudicialiter ſine cauſa? Antonius de Butr. relatus *in d. cap. at ſi clerici, num. 28. col. final. in principio, de iudic.* opinatur non eſſe talem confeſſionem ſufficiens indicium ad torturam. Albericus tamen *in l. quoniam, num. 1. verſ. & hanc opinionem, ff. de infam.* affirmat non eſſe neceſſariam expreſſionem cauſæ, niſi in perſonalibus actionibus, non verò in realibus. Maſcardus alios referens de communi teſtatur, *lib. 1. de probation. concluſ. 345. num. 2. & 3.* dicens confeſſionem factam extraiudicialiter nihil operari, niſi delinquens confiteatur cauſam delicti, vel aliter de ea conſtet. Nam ſine cauſa præexiſtenti factum non præſumitur. Ideo abſolutè dicendum confeſſionem extraiudicialem factam ſine cauſa non ſufficere ad torturam, quia confeſſio debet eſſe veriſimilis; atque ita debet habere cauſam præexiſtentem: Vnde ſi nulla ſubeſt cauſa, indicium nullum ſumi poteſt, Baldus *in l. Clarum, num. 4. C. de author. præſtand.* Blanc. *in tract. de indiciis, num. 207.* Decius *in l. magiſtratibus, num. 10.* & ibidem Purpuratus, *numer. 17. ff. de iuriſdiction. omn. iudic.* Sicut etiam dicitur non præſumi à quoquam falſum commiſſum, vt notat Menoch. *lib. 5. præſumpt. 56. per totum.*

Item non eſt ſufficiens indicium ad torturam confeſſio extraiudicialis generaliter facta, ſed requiritur quod fiat in ſpecie. Quare non ſufficit dicere ſe occidiſſe, vel furtum commiſiſſe, ſed opus eſt dicere quem occiderit, vel ſpoliauerit, quo in loco, & quo tempore, Baldus *in l. quoniam, colum. penult. verſ. 5. & vltim. ff. de his, qui notan. infam. & in l. admonendi, ff. de iur. iurand.* Franc. Brunus *de indic. & tortur. quæſt. 4. primæ partæ, num. 14. & ſequentibus, verſ. aduerte tamen ſecundum quoſdam.* Similiter non ſufficit ad torturam confeſſio iocosè facta, aut calore iracundiæ, vt interdum contingit inter adoleſcentes, ſed debet fieri ſeriò, Alexander *conſ. 181. col. 2. verſ. præterea, lib. 2.* Marſil. *in practic. criminal. §. diligenter, num. 36.* Petrus Foller. *in pract. criminal. in verbo, & ſi confitebuntur, in 2. part. num. 10.* Quibus accedunt Maſcardus; *de probation. lib. 1. concluſ. 35. num. 16.* Farinacius *de reo confeſſ. quæſt. 81. num. 31. & quæſt. 81. num. 36. & quæſt. 29.* Menochius *de præſumptionib. lib. 1. quæſtion 89. num. 20.* & Bernardus Dias *regular. 125. in 1. limitat. verſ. ſublimita quartò*, vbi concludit poſt plures ibi relatos confeſſionem informem, & non certam, nec qualificatam, nec continentem locum commiſſi criminis, nec tempus, non ſufficere ad torquendum.

394. Quare confeſſio extraiudicialis contra confitentem efficit indicium ad torturam, dummodo planè, & ſedato animo, remotóque iracundiæ calore crimen reus fateatur. Enimuerò hæc confeſſio comprobata per duos teſtes legitimos contra reum ſemiplene probat, gloſſ. *in l. cap. quinto, in verbo, accuſatori, verſ. item, & quod;* & ibi Bartol. *num. 1.* & Angelus *num. 6. ff. ad l. Iul. de adulter.* Bald. *in l. vnica, num. 10. C. de confeſſ.* Abbas *in cap. at ſi clerici, num. 16.* Imol. *num. 10.* Cardinal. Zabarel. *num. 2. verſ. aut criminali, de iudic.* Quibus adde Bernard. Dias *ſuprà in 1. limitatione*, Menoch. *d. præſumptio 89. limit. 1.* Gomez *tom. 3. variar. cap. 13. tit. de tortur. reor. num.* & Aldret. *lib. 2. de tuenda cap. 8. num 3.* Diximus dummodo confeſſio extraiudicialis ſit plenè probata per duo teſtes legitimos, ac conteſtes, & legales, vt notant Foller. *d. verbo, & ſi confitebuntur, part. 2. num. 2.* Carter. *in practic. in 2. tract. de indic. & tortur. § ſeptimum indicium, num. 8.* Bero. *in d. cap. at ſi clerici, de iudic. num. 137. & ſequenti*, vbi relatis, & reprobans contrariis pluribus hanc reſolutionem probat, & allegat ad id textum *in cap. final. extra, de ſucceſſ. ab inteſt.* quia ſcilicet, quodlibet indicium remotum debet probari per duos teſtes, poſt Bartol. *in l. vltim. col. vltim. ff. de quæſtion.* quem referens ſequitur Menochius *de præſumpt. 89. lib. 1. num 11.* Camill. Borrell. *in ſumm. tom. 2. tit. de confeſſ. num. 2.*

Hinc fit, vt non ſufficiant teſtes ſingulares ad probandam confeſſionem hanc extraiudicialem, deponentes de diuerſis confeſſionibus rei ſuper delicto diuerſis loco, & tempore factis. Non enim faciunt indicium ſecundùm Paris. *conſil. 174. num. 26. & ſequenti, lib. 4.* & Marſil. *in l. de minore, §. plurimum, num. 125. ff. de quæſtionib.* quibus ſubſcribit Foller. *in dict. verbo, & ſi confitebuntur, numer. 1. & ſequenti*, & Boſſius *in titul. de indic. & conſidera. ante tortur. numero 21.* Ideo tanquam minus benè dicentes reijcit alios, quibus adhæret Anna; Albertinus *in tractat. de agnoſcen. aſſert. cathol. & heretic. quæſtion. 25. numer. 20.* vbi volunt teſtes ſingulares deponentes de confeſſione alicuius coniungi ad faciendum indicium ad torturam; quod non eſt dicendum; cùm ſit quæſtio non de re leui, ſed de quæſtione, ac tortura meritiſſimò timenda: proinde inſuper oportet, vt teſtes non ſolùm ſint conteſtes deponendo in hac extraiudiciali confeſſione, ſed etiam neceſſe eſt, vt rogati deponant, nec ſatis eſt, vt fortuito accedant teſte Bero. *in dict. cap. at ſi clerici, num. 136. de iudic. innitente gloſſa, in cap. de his, in verbo, audiuerunt, verſ. & generaliter, 3. quæſt. 9.* vbi ſic ait gloſſa, his verbis: *Item aliud ſpeciale eſt hic, quod non valent teſtes niſi ſint rogati.* A qua gloſſa idem Bero. minimè recedendum eſſe ait, quando agitur de graui præiudicio vt in criminalibus ad torquendum, & in ciuilibus ad condemnandum; ſequitur Farinacius *dict. quæſtione 81. num. vltim.* 395.

Porrò quando confeſſio extraiudicialis facta reuocatur ab eodem antequam à iudice, vel à parte aduerſa acceptetur, Felinus arbitratur *in cap. de hoc, num. 1. verſ. limita iſtam concluſionem, de Simon. & in cap. olim, numero 2. verſ. ſecundus niſi extra, de reſcriptis*, talem confeſſionem re integra reuocatam, non facere indicium ad torturam. Quod etiam docuit Iaſon *in l. magiſtratibus, num. 6. ff. de iuriſdiction. omn. iudic.* Bald. *in l. vnica, num. 96. C. de confeſſ.* Bernard. Dias *in regul. 116. verſ. ſub limita ſecundò*; addúntque non eſſe neceſſe probare errorem. Sequitur Menochius *lib. 1. præſumptio. quæſt. 89. num. 25.* &

& Roland. *conſ. 31 ſub n. 17 lib. 3.* dũmodo reuocatio facta fuerit incontinenti, & non ex interuallo, & dummodo non fuerit acceptata. Ita Carer. *in practica, in 2. tract. de indic. & tortur. § ſeptimum indicium, num. 7. & in 3. tract. de homicid. § ſi excuſat. &c. num. 22.* Foller. *in practic. crimin. verbo, & ſi confitebuntur, part. 2. num. 20. & n. 22. verſ. ſecundo niſi.*

Oppoſitum tamen nempe eam confeſſionem reuocatam ſufficere ad torturam credo verius. Primò, quia textus *in d. cap. at ſi clerici*, nihil probat in contrarium, ſed tantum docet confeſſionem factam apud iudicem incompetentem, non eſſe ſufficiẽtem, vt ex ea reus poſſit coram competente iudice condemnari: bene tamen valere, vt ex ea confeſſione extraiudiciali reus poſſit quæſtionibus ſubiici; & hic eſt intellectus, & mens ſcribantium *in d. cap.* Secundò, quia ſi confeſſus extraiudicialiter perſiſtit coram iudice competente in eadem confeſſione, non eſt neceſſe, vt reus torqueatur, ſed vt condemnetur. Atque ita concluſio, quæ habet confeſſionem extraiudicialem ſufficere ad torquendum, verificatur de reuocata apud iudicem competentem, non autem de ea, quæ ratificatur. Sic Boer. *deciſ. 90. num. 9. per l. proinde ff. ad l. Aquiliam*, vbi *num.* 10. concludit ſi neget, ac reuocet confeſſionem, cogi poſſe mediante quæſtione, ac tortura confiteri. Ergo facit indicium ad torturam, prout ibi iudicatum fuiſſe refert. Sequitur Boſſ. *tit. de confeſſ. num. 55. verſ. veritas eſt in oppoſitum, & num. 56.* In eandem partem eunt Blanch. *de indic. num. 209.* Gomez *variar. tom. 3. cap. 13. tit. de tortur. reor. num. 8. verſ. & in tantum eſt verum*, vbi hanc probat partem, & contrariam expreſſe falſam eſſe docet. Quibus ſubſcribit Clarus *§. final. lib. 5. quæſt. 21. num. 31.* dicens confeſſionem reuocatam ad hoc vt euitetur tortura, adhuc eſſe ſufficiens indicium ad torturam, niſi probetur error, quia ſi reus non reuocaret, non eſſet opus tortura, ſed condemnatione, & ita ſemper ait vidiſſe obſeruari. Conſentit Maſcardus *de probationib. lib. 1. concluſ. 350. num. 6. verſ. contrarium tamen, & num. 7.* vbi vult confeſſionem reuocatam non impedire torturam, niſi doceatur de errore, & de cauſa reuocationis. Pro quo etiam faciunt tradita à Farinac. *de reu confeſſ. quæſt. 81. nu. 216. poſt medium verſ. contrarium*, & Aldrete *de tuend. lib. 2. cap. 8. num. 4. & 5.* vbi poſt alios definit extraiudicialem confeſſionem reuocatam non ſatis eſſe ad torturam, ſi reuocans affirmet ſe aſſerendo errasse, dummodo errorem probet. Quin etiam ſi incontinenti reuocauerit confeſſionem, non opus eſſe ei probare errorem; quod eſt verum, quando confeſſio non fuit acceptata à parte, vel a fiſco. Nam etiam tunc indiget probatione erroris; aliter enim reuocatio non prodeſt, vt bene probat Maſcard. *lib. 1. concluſ. 350. num. 12. de probationib.* Et eſt communis.

Quæres quando dicatur confeſſio reuocari incontinenti, vt excuſetur confitens probare errorem, ſecundùm gloſſ. *in cap. final. in verbo, iuſta cauſa, in fine, de iur. iurand. in 6.* quæ ipſum excuſat? Milleus *in practic. fol. 66. num 87. verſ. dic quod confeſſio.* reſpondet hoc eſſe relinquendum iudicis arbitrio, qui iudicabit ex quantitate temporis, vel ex facti qualitate, ac perſonarum, quando confeſſio cenſeatur reuocata incontinenti. Quæ reſolutio non diſplicet; mihi tamen magis placet eam reuocationem reputari factam incontinenti, itavt non ſit opus reuocatione erroris, quando reuocatio facta ſuit, antequam confeſſio ſit redacta, ſeu deſcripta in actis, ſeu ſcriptis. Secus ſi reuocetur poſtea. Sic Foller. *in practica, verbo, & ſi confitebuntur, part. 1. num. 158.* Alexand. ab eo relatus, *conſ. 34. num. 1. lib. 1.* vbi tenet poſſe quempiam reuocare ſuam confeſſionem incontinenti etiam abſque probatione erroris, ſi nondum erat confeſſio redacta in ſcripturam, vt habet gloſſa notabilis *in cap. apud miſericordiam, 32. quæſt. 1.* & gloſſ. & ſcribentes *in cap. final. verſ. iuſta cauſa, de iur. iurand. lib. 6.* poſt alios quem ibi refert Alexand. ac ſequitur, *& conſ. 91. num 6. lib. 5.* Cui adhæret Boſſius *in tit. de confeſſ. num 63.* Vnde minus bene videtur dicere Marian. *in cap. qualiter, & quando el 2. n. 1005. de accuſation.* quando ait confeſſionem reuocatam incontinenti cenſeri non ſolùm quando reuocatur antequam ſit redacta in ſcripturam, ſed etiam poſtquam eſt ſcripta, dummodo incontinenti ſit reuocatio; quia quando eſt redacta in ſcripturam ſemper acceptata eſt, vel à parte, vel à fiſco, in quorum fauorem ſit, vel ſaltem à notario illam acceptante nomine vtriuſque, vel alterius. Cum ergo iam parti ſit ius quæſitum, nullo modo reuocatio prodeſt reuocanti, niſi plenè error probetur ſaltem quoad aliquam partem. Tunc enim confeſſio cenſebitur erronea in totum ſi probetur erronea in parte, Socin. *conſ. 82. num 1. verſ. confirmo, lib. 3.* quem ſequitur Decius *conſ. 536. num. 10.* Alciat. *de præſumption. regul. 3. præſumpt. 21. num 5* concludendo ſi conſtet aliquem erraſſe in vna parte confeſſionis iuratæ, debere iudicem credere etiam in aliqua parte confeſſum erraſſe, vt notat etiam Maſcardus *de communi, lib. 1. de probatio. concluſ. 384. num. 2.*

Ex dictis ſequitur confeſſionem extraiudicialem etiam factam præſente parte nunquam ſufficere ad condemnandum criminaliter, ſed tantùm ad torquendum, vt volunt Anton. de Butr. *in d. cap. at ſi clerici, num. 28. col. final. verſ. an ſi nocent,* & ibi Imol. *num. 10* Felin. *num. 5. ad finem, verſ. quid autem operetur, extra de indic.* Sequitur Anton. Gomez *d. cap. 13. tit. de tortur. reor. num. 8. verſ. rurſus etiam extende niſi vltra præſentiam partis tot alia adminicula concurrant, vt omnibus ſimul ſumptis conſtet crimen a confitente fuiſſe commiſſum*, teſte Claro *dict. §. final. quæſt. 55. verſ. vnum tamen*; cui adhæret Maſcardus *de probationib. concluſ. 346. num. 6. verſ. contra tamen, & concluſ. 349. poſt num. 1. verſ. ſed quod tamen, & num. 2. & ſequentib. & concluſ. 497. num. 1.* 396.

Non deſunt tamen qui putent hanc confeſſionem extraiudicialem parte præſente factam ſufficere ad condemnandum, ſi pars ipſa acceptet, habereque vim iudicialis confeſſionis; argumento vxoris confitentis coram marito ſe fuiſſe adulteram. Cuius confeſſio plenè probat contra confitentem. Sic Iacobinus de Aren. *in cap. at ſi clerici*, relatus ab Aret. *num. 35.* & Beroi *ibi num. 142.* Sed oppoſitum eſt verius, non ſufficere, ſcilicet ad condemnationem, ſed ad torquendum duntaxat, niſi quando de crimine ciuiliter agetetur; tunc enim confeſſio extraiudicialis emanata parte præſente, & acceptata plenè probat. Sic Bald. *in l. quoniam, in 1. lectur. col. final. verſ. ſed in ciuilibus cauſis, ff. de inſa.* Aret. *in dict. cap. at ſi clerici, num. 35. poſt medium extra. de indic.* vbi ait confeſſionem extraiudicialem probare plenè crimen, quando facta fuit præſente parte, & acceptante

tum nomine ſuo, quàm reipublicæ,& fiſci. Quibus adde Maſcardum poſt alios, *de probat. vol. 1. concluſ. 349. num. 3. & 7.* quia in ciuilibus habetur pro condemnato, vt *in l. unic. C. de confeſſ.* Sed non ita in criminalibus, iuxta Bart. *in l. 1. ff. de confeſſ.* Item quãdo agitur ciuiliter, præiudicat confeſſio extraiudicialis parte præſente, plenéque probat contra confitentem de crimine. At in criminalibus criminaliter agendis non facit niſi indicium ad torturam. Maſcardus *ſupra, num. 2. & ſequentibus*, vbi ait nihil referre an parte præſente, vel abſente, facta ſit confeſſio, quia vtrobique facit indicium ad torquendum ſufficiens, non verò ad condemnandum.

397. Quod ſi confeſſio extraiudicialis geminetur? Bartol. *in l. cùm ſcimus, C. de agric. & cenſit. lib. 10.* relatus à Felino *in cap. de hoc, de ſimon.* & Paul. de Caſtro *in l. publ. in fin. ff. de poſ.* opinantur poſſe reum de crimine puniri, ac ſi in iudicio eſſet confeſſus, vbi confeſſio extraiudicialis geminata fuit facta. Idem ſentit Paris. de Put. *de ſyndicat. verbo, tortus, cap. 1. num. 27 in fine, fol. 335.* & Foller. *in practic. crimin. verbo & ſi confitebuntur p. 2. n. 37.* Sed Bartol. meo iudicio, quamuis loquatur generaliter, non videtur poſſe extendi ad confeſſionem criminalem, per text. *in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. poſſ.* quia diuerſa eſt natura confeſſionis ciuilis, & criminalis. Nihilominus Bartolo accedit Maſcardus *de probat. vol. 1. concluſ. 497. num. 26.* vbi ſequitur confeſſionem delicti, geminatam ex vi geminationis probare. Ego verò illorum opinioni minimè acquieſco; ideo nullo modo ex vi geminatæ confeſſionis extraiudicialiter puto reum condemnandum, quia Bartol. *vbi ſupra, in d. l. cum ſcimus*, loquitur in ciuilibus, & Doctores Bartolum referentes proinde ex doctrina illius non debet hoc extendi de ciuilibus ad criminalia, etiamſi confeſſio ſit geminata; quæ vt geminata dicatur, non ſufficit, vt in vno, eodémque tempore ſæpe, ac ſæpius delictum fateatur reus, ſed requiritur interuallum, vt notat Bald. *in proœmio C. in col. final.* Quare in ciuilibus, non verò in criminalibus procedet confeſſio geminata extraiudicialiter, cùm in criminalibus non ſit vera, vt idem Maſcard. teſtatur *d. concluſ. 350. num. 24.* & Bernard. Dias *regul. 125. in 3. Fallent. verſ. ſed in aduerte*; quamuis oppoſitum cenſeat Canill. *tit. 3. de confeſſio. & confeſſ. num. 313.* cum pluribus. Sed parcant mihi Manes illorum, niſi id intelligant de confeſſione extraiudiciali geminata quoad ciuilia, non verò quoad criminalia, vt bene hanc partem ſequutus notat Farinac. *de reo confeſſo, quæſt. 82. num. 14. regula 1. limit. 3.*

398. Iam verò ſi quis in articulo mortis fateatur extraiudicialiter ſe fuiſſe vſurarium; Baldus credit hanc confeſſionem etiam parte abſente probare crimen. Sic *in l. 1. num. 3. C. de falſ. cauſ. adiect. legat.* Sequitur Foller. *in practic. crimin. in verbo, & ſi confitebuntur, p. 2. num. 38.* poſt Felin. *in cap. olim, de reſcriptis, & in d. cap. de hoc, extra de ſimon.* Baldus *in l. generaliter quæſt. 10. C. de non numer. pecun.* & reſpondit Corne. *conſ. 211. col. 2. vol. 3. conſ. 215. col. 2. vol. 2.* dummodo explicet perſonas, ex quibus vſuras accepit, teſte Baldo *in d. l. 2. col. 2.* ibi. *Quidam confeſſus fuit*; & Felin. *in d. cap. olim, num. 8.* quia confeſſio reſpiciens conſcientiæ exonerationem facta extraiudicialiter plenè probat etiam quando fit parte abſente; & confitenti in iudicio Eccleſiæ, & fauore animarum confeſſio præiudicat; probatque de iure canonico, ac de illius æquitate, & in foro etiam pœnitentiali. Secus verò de iure ciuili. Lanfranc. *in cap. quoniam contra, in verbo confeſſio poſt n. 47. verſ. quæritur vlterius de probat.* vbi addit poſſe hãc confeſſionem reuocari, niſi fiat parte præſente, vel corã notario acceptante, & ſtipulante pro eadem parte. Idem probat Bern. Dias *regul. 126. quartò fallit*, ſubdens huiuſmodi confeſſionem operari contra vſurarium confitentem in eo articulo reſtitutionem vſurarum, non tamen vt puniatur de crimine; proinde ex confeſſione illa non redditur inhabilis ad teſtandum. Maſcardus *de probationib. lib. 1. concluſ. 350. n. 15.* quia talis confeſſio non ita probat extraiudicialiter, vt confitens poſſit puniri. Decius *in d. cap. at ſi clerici, num. 123. verſ. præd. dicta concluſio, num. 124.* Farinac. *d. quæſt. 82. regul. 1. num. 15.* vbi ex Felino *in d. cap. olim, num. 8. in 7. Fallent. extra de reſcript.* tradit hanc confeſſionem non habere vim propriæ confeſſionis, ſed valere in viin legati, dummodo confeſſio extraiudicialiter ſit iurata, & notarius ſtipuletur pro parte abſente, vel pars ſit præſens, & acceptet. Faciunt tradita à Maſcardo *de probation. lib. 1. concl. 345. num. 31. & 32.* vbi poſt plures reſoluit huiuſmodi confeſſionem quando fit parte præſente, & acceptante tranſire in actum inter viuos, per notata *in l. heredes pal. vnde, final. ff. de teſtament.* nec poſſe iam reuocari, *l. ſicut, C. de actionib. & obligationibus.*

Nec obſtat ſi pars præſens taceat, quia quamuis non acceptet expreſſe, cùm confeſſio tendat in fauorem partis, præſumitur acceptaſſe, ideo reuocari non poteſt præſertim ſi accedat iuramentum confeſſioni. Præſumitur enim talis confeſſio in periculo vitæ ſincera, vera, nullóque humano affectu corrupta. Imò intercedente iuramento talem confeſſionem abſque cauſa valere, & plenè probare, nec poſſe reuocari, tradit gloſſa notabilis, *in cap. ex literis. de diuortiis*, quam gloſſam vocat Romanus ſingularem *in ſingular. ſuo 517. incipit, volo commentare, & in conſ. 346. incipit, in hac cauſa.* Abbas *in cap. at ſi clerici, col. 37. de iudic.* Felin. *in cap. nonnulli, col. 22. de reſcript.* Ruin. *conſ. 10. num. 12. vol. 3.* vbi ait iuramentum facere clauſulam, *Quòd actus valeat omni meliori modo, quo poſſit*, per textum *in l. cum pater, 8. filius matrem, ff. de leg. 2.* & Bartol. *in l. ſi quis pro eo, verſus finem, ff. de fideiuſſ.* Nam eo ipſo quòd confeſſio firmatur iuramento, cenſetur fieri deliberato animo, & ex certa ſcientia cõfitens ad illum actum accedere; ideo ex tali confeſſione oritur actio, vt notant Alexand. & alij. *in rubric. de verborum obligation. num. 15. & ſequentibus.* Dictum eſt non poſſe confeſſionem iuratam reuocari, etiã quando fit ſine cauſa. Quod intellige in ciuilibus; Nam in criminalibus poterit reuocari quando confeſſio ſine cauſa fit, quidquid ſit de periurio, reuocatio tenet. Bald. *in l. unica, C. de confeſſ. col. 15. & in Authen. iubemus, circa medium, C. de iudic.* Roman. *in l. ſi verò, in §. de viro. ff. ſoluto matrimonio, fallent. 31.* & Anton. *in cap. final. de confeſſ.* & Angel. *in authen. de iureiur. à morient. præſtito, circa finem.* Idem Bald. *in l. nam, & poſtea, §. ſi minor, ff. de iureiurando.* 399.

Sed quid dicendum de confeſſione etiam agentis animam, quando agitur de præiudicio tertij, cui quæſitum eſt ius? Reſpondet Alciatus *regul. 3. præſumpt. 4. num. 2. verſ. Aduerte non valere*, ſecundùm Bartol. *in l. ſi quis in grauiũ, §. 1. ff. ad Se-*

*nat. conſ. Syllanian.* Vnde non creditur iudici morienti, ſi dicat ſe falſam ſententiam tuliſſe, nec teſti dicenti ſe protuliſſe falſum teſtimonium, cum in præiudicium eorum, quibus iam ius quæſitum eſt, non creditur. Menoch. *lib. 5. præſumpt. 5. numero 18.* quia non omnis moriens, vt notat Bald. *in tit. de pace Conſtant. in verb. vaſſalli,* præſumitur ſanctus Ioannes Baptiſta. Nihilominus ex traditis ab Alciato *in d. regul. 3. præſumpt. 4. in fine,* valebit talis confeſſio ſi addatur iuramentum à moriente, quia in eo ſtatu non præſumitur peieraſſe, ex lege *cum quis decedens, §. codicillis, de legat. 3.* vbi Bald & Bartol. *in d. § codicillis, num. 8. & in l. 2. C. communia de legat.* Sicut valet confeſſio teſtatoris ſi eſt iurata, quia non præſumitur moriens immemor vitæ æternæ. Menoch. *lib. 2. præſumption. 60 num. 8* poſt plures, Afflictis *deciſ. 168. num. 5* vbi vult confeſſionem factam debiti in morte non nocere hæredi, niſi iurata ſit. Nam ſine iuramento præſumitur ficte, & ſimulatè facta, ex lege *qui teſtamentum, ff. de teſtamentis,* & gloſſ. *in fraudem, in l. cum quis, §. Titia, ff. de legat. 3.*

400\. Ex dictis ſequitur confeſſionem debiti, quando quis confitetur ſe debere mille aureos Paulo, non tamen explicat ex cauſa mutui, vel ex cauſa depoſiti, vel ex cauſa certæ, & indiuiduæ emptionis, nihil probare contra confitentem, nec in præiudicium illius. Textus *in l. cum de indebito, ff. fin. ff. de probationibus:* Gloſſ. *in l. 1. in verbo, apud, ff. de interrog. action.* Textus in *cap. ſi cautio,* & ibi ſcribentes, *de fid. inſtrument.* Bartol. *in l. ſcripturas ad finem, C. qui potior. in pignor. habent.* Alexand. *conſil. 4. col. 2. ante, ad incipit, circa primum, & conſ. 13. Ex his, col. 2. num. 2. & 3. & conſ. 81. In cauſa, & lite, col. vltim. num. 7. vol. 1.* Bald. *in addit. ad Specul. in tit. de appellat. col. 16. verſ. Quæſtio talis eſt, & in l. generaliter, C. de non numer. pecun.* & eſt communis ſententia. Facit tamen huiuſmodi confeſſio aliqualem præſumptionem contra confitentem, per text. & gloſſ. *ibi, in l. inſtrumentis, C. de probat.* Sed de hoc ſtatim infrà.

Nec ſufficit ſi exprimatur in confeſſione ſe debere mille aureos Paulo ex cauſa emptionis in genere. Adhuc enim hæc confeſſio nihil probat contra confitentem; ideo neceſſe eſt, vt exprimatur ex cauſa talis fundi empti, tali, vel tali loco ſiti. Sic Alexand. *conſ. 181. Lectis, & ponderatis, lib. 2.* vbi vult idem eſſe cauſam non exprimere, atque exprimere in genere, & in incertum, quia non dicit certum, qui dicit aliquid generaliter. Conſtat ex lege *generaliter, C. de non numera. pecun.* ibi: *ſpecialiter, & in verb. dilucide,* vbi ſcribentes vtrumque notant, præſertim Bald. *quæſt. 4* dicens cauſam debere eſſe cohærentem, & patentem; quia generalis confeſſio eſt anceps, vt notat Iodoc. Dombaudet *in ſua praxi ciuili, tit. de probat. facta,* vbi ad hanc partem confirmandam, *numero 14.* adducit cap. *in præſentia, de probat.* Idem voluit Marſil. *in l. 1. § præterea, num. 93 ff. de quæſtionibus,* & Bner. *in tract. de notor. num. 10. art. 2.* poſt Bartol. *in l. quoties la 2. ff. de verborum oblig.* Ex quibus liquet hanc confeſſionem non inducere obligationem in foro externo, vt ſentit etiam Accurſius *in l. final. in verbo, ſpecialiter, C. quod cum eo.* In foro tamen conſcientiæ confitens conſulat conſcientiam, & reddat vnicuique quod ſuum eſt, memor ſalutis æternæ.

Sed quid dicendum ſi confiteatur in ſcriptis ſe debere mille aureos Petro? Alexand. *conſ. 145. incipit in cauſa, & lite, col. 2. alias conſ. 83. vol. 1,* vult confeſſionem, ſcripturam, vel inſtrumentum minime valere ſine expreſſione cauſæ. Idem ait *conſil. 4. & conſ. 13. eodem lib. & in l. creditore, C. de pact.* quod etiam probauit Iaſon *in l. ex hoc iure, col. 12. ff. de inſtit. & iur. num. 56.* Maſcardus *de probat. vol. 6. concluſ. 345. num. 64.* vbi *num. 65.* addit ſecus eſſe dicendum de confeſſione facta ſine cauſa in ſcriptis, quando confitens ſciens cauſam non ſubeſſe ad obligandum ſe ipſum, nihilominus voluerit ſe obligare, vt tradit Gloſſa *in l. generaliter, C. de non numer. pecun.* & Gloſſ. *in l. 2. in §. circa, ff. de dol. mal. exceptione.* Bartol. tamen *in d. l. ſecunda, § circa,* pro vtraque parte rem excutiens concludit confeſſionem factam in ſcriptis ſine cauſa obligare confitentem, ſatiſque eſſe pro cauſa liberalitatem, & præſumi donationem, per textum *in l. ſi diuortio, ff. de verbor. obligat.* gloſſa *in l. l. quod ſi maritus. §. ff. de conſtit. pecun.* Ioan de Blanch. *in tr. de action. ex ſtipulat.* vbi de hac re late. Contentit Petr. de Bellapertica *in l. generaliter, C. de non numer. pecun. num. 02.* cum tribus ſequentibus, poſt gloſſam in dict. *l. ſecunda, §. circa, ff. de dol. mal. exceptione* Marant. *tit. vlt. de confeſſ. num.*

401\. Idem dicendum eſt de confeſſione ſcripta habente aliquam cauſam ſaltem coniecturalem, & præſumptiuam ſic Ioan Andr. *ſuper Specul. in rubrica de depoſito,* Felin. *in d. cap. ſi cautio, num. 13.* & Abbas *ibi col. 3. verſ. Secundo gloſſa quærit, & in cap. ſi quæſtiones, de ſimon.* Quod extenditur ad confeſſionem factam Eccleſiæ, vel ciuitati ſine cauſa in fauorem illius, quia ſi fauor ſatis eſt pro cauſa. Abbas *in d. cap. ſi cautio, num. 2. de fide inſtrument.* vbi Felin. *num. 6.* quos referens ſequitur Tiraquell. *de priuileg. cauſ. piæ, priuilegio 109.* Similiter confeſſio facta abſque cauſa in inſtrumento quarentigiato probat, & tenet, teſte Bald. *in l. ſicut, in prima col. C. de repudia. hered.* Felin. *in d. cap. ſi cautio, verſ. Fallit decimo, num. 15.* & Roman *conſ. 76.* & Bartol. *in l. cum tutor, ff. de bo. auct. iud. poſſ. in fine,* vbi reddit rationem, quia ſcilicet, huiuſmodi inſtrumenti executio adæquat executionem rei iudicatæ. Eodem modo valet confeſſio ſine cauſa, & plenè probat, ſi confeſſioni accedat iuramentum, nec poteſt reuocari, vt ſuprà dictum eſt, quod procedit in ciuilibus.

Extra hos caſus regulariter confeſſio ſine cauſa nihil operatur contra confitentem, illumque releuat ab onere priuandi. Marant. *de ordin. iudiciar. p. 6. actus quintus, tit. de confeſſ. num 6.* Alex. *in l. 4. C. de repud. hered.* Crauet. *conſ. 167. num. 1. p. 2.* Et eſt communis. Cæterùm etiamſi non plene probet confeſſio facta ſine cauſa; inducit tamen ſemiplenam probationem, vt notat Hippol. de Marſil. *in l. 1. §. præterea, num. 94. de quæſtion. & in rubrica, C. de probat. num. 79.* Iaſon *in d. l. admonendi, col. 58.* poſt Specul. *in tit. de confeſſ. §. nunc videndum, verſ. Vnde dicit,* Baldus *in l. cum falſa, C. de iur. & fact. ignorantia.* Ex cuius doctrina elicitur onus probandi contrarium transferri in confitentem, & locum eſſe iuramento in ſupplementum probationis; quod etiam docet Speculat. *in d. §. nunc videndum, verſ. Sed quæ eſt ratio.* Sequuntur Butr. & Imol *in d. cap. ſi cautio, de fid. inſtrument.* poſt gloſſ. *in cap. vltim. de ſucceſſ. ab inteſt.* Roman. *conſ. 373. num. 6.* dicens hoc etiam habere locum quando confeſſio facta eſt ſine cauſa, parte abſente.

Quod ſi accedant veriſimilia aliqua alia confeſſioni, putat Menchaca *in ſuo tract. de teſtibus,* poſt

Bartol.

Bartol. *in l. admonendi, circa medium, ff. de iureiur.* & Roman. *ſupra, d. conſ. 373.* confeſſionem plenè probare. Quod intellige in cauſa ciuili, non verò in criminali, ideo facta parte præſente ſiue expreſſe, ſiue tacitè acceptante, plenè probat, præſertim in foro conſcientiæ. Nam in foro externo quamuis gloſſa *in cap. per teſtes in gloſſa magna, 3. 9.9.* & gloſſa, & ſcribentes *in l. cum indebito, §. final. ff. de probat.* & Lanfranc. de Orian. *in tract. de confeſſ.* negent confeſſionem factam ſine cauſa parte præſente, vel abſente, nihil operari contra confitentem, & leuare illum ab onere probandi. Nihilominus oppoſitum in ciuilibus eſt verius, licet in criminalibus aliqui contradicant. Ita Decius *conſ. 146. num. 3. & 11, per cap. fin. de ſucceſſ. ab inteſt.* Facit textus *in cap. per tuas, de probat. & in l. generaliter, C. de non numer. pecun.* additque in ciuilibus neminem diſcordare, vt etiam tradit Baldus *in l. quoniam, ff. de his, qui not. infam.* Alexand. *conſ. 20. col. 1. vol. 4. & in l. 3. C. de repud. hered.* dicens huiuſmodi confeſſionem parte præſente probare, quamuis illam non expreſſè acceptet. Marant. ſuprà ſcriptus, & Bartol. & recentiores *in l. qua dotis, ff. ſolut. matrim.* quia præſumitur confeſſio fuiſſe acceptata per ea, quæ notantur, *in l. qui patiuntur, ff. mandati.*

403. Portò ſi hæc confeſſio fiat in iudicio, abſque cauſæ expreſſione, Io. And. *in addit. ad Specul. tit. de confeſſ. §. nunc videndum, in additione, incipit, Roffredus*, negat aliquid operari contra confitentem, niſi opponatur cauſa. Quæ opinio eſt omnino falſa, ſi confeſſio ſine cauſa fiat in iudicio principaliter, & ex condicto. Contra verò ſi fiat incidenter, & caſu. Prior pars probatur à Cyn. *in l. generaliter, 3. quæſt.* ibi, & Bartol. *in 2. lect. col. 1. verſ. Circa primum, C. de non numer. pecun.* Felin. *int. 1. col. 2. in fine, extra de pactis*, Caſtrenſ. *in l. 1. ff. de confeſſ.* Bald. *in l. ſicut, C. de repud. hered.* vbi volunt confeſſionem in iudicio factam habere executionem paratam, ſicut inſtrumentum guarentigiatum, & alij quibus adhæret Camill. Borrel. *in ſumma, tom. 2. tit. 3. de confeſſ. & confeſſ. num. 140.* Poſterior pars probatur à Bartolo *in l. ſi confeſſi, ff. de cuſtod. & exhib. reor.* vbi vult reum confitentem delictum non poſſe puniri vera pœna delicti, ſi delictum confiteatur in iudicio non principaliter, ſed incidenter, quia tunc non probat talis confeſſio, nec nocet confitenti quoad plenam probationem. Sequitur Marſil. *in rubric. de probat. num. 87.* Imol. *in cap. examinata in fine*, & Abbas *in cap. at ſi clerici, col. 3. extra. de iudic.* Angel. *conſ. 83. incipit, viſis actibus prædictis.* Probatur ex eo, quòd ſi Titius vt non mutuet mille Sempronio, quæ ab illo petuntur mutuò, dicat ſe premi vndique ære alieno, & propterea accepiſſe mille mutuò à Paulo. Nam per hanc confeſſionem non poterit Paulus Titium vocare in iudicium, cum non facta fuerit principaliter de mutuo Pauli, ſed incidenter, & in alium finem, ne, ſcilicet, mutuaret Sempronio ſibi petenti mille mutuo, gloſſ. *in l. ſi filium, C. de liber. caus.* Angel. *conſ. 173.* & Salicet. *in d. l. 1. col. 8. C. de confeſſ.* Etiamſi Titius id iuret, non tamen vigore eiuſdē confeſſionis etiam iuratæ poteſt cogi ad ſoluendum Paulo, cum confeſſio non fuerit facta principaliter, ſed incidenter de mutuo re vera non debito. Maſcard. *vol. 1. de probat. conclſ. 345. num. 23. & 25.* Ex quibus conſtat confeſſionem factam in iudicio principaliter ſine cauſæ expreſſione omnino valere, ac plenè probare, non tamen quando fit incidenter; tunc enim non probat contra confitentem, nec illi nocet, ſicut non probat extra iudicium expreſſa cauſa, ſed falſa principaliter confeſſa, quia paria ſunt cauſam non eſſe expreſſam, & expreſſam, ſed falsò, Bald. *in rubric. C. de conſtit. pecun. col. 2. in princip.* Decius *in cap. ex parte, num. 5. & in cap. ſedes, numero 11. de reſcriptis*, Gozadin. *conſ. 2. num. 14.* Alexand. *conſ. 181.* incipit, *lectis, & ponderatis, poſt num. 5. verſ. & paria ſunt, vol. 2.* Faciunt tradita à Tiraquell. *de retract. lignagier, §. 1. gloſſa 20. num. 11.* dicente falſum denarium non eſſe denarium, Gloſſa *in l. omnes, C. de heret.* Nec falſam iuſtitiam eſſe iuſtitiam, *l. Paulus, ff. de verborum ſignificat.*

---

## §. XII.

### *Quæ confeſſio ſit iudicialis, & quid operetur facta à reo per ſe, vel per procuratorem in nomine ipſius in iudicio, vel extra?*

### EPITOME.

1 *Confeſſio in iudicio, ſeu iudicialis quæ dicatur, & an ſit talis quando fit coram iudice non ſedente pro tribunali. Vide num. 10.*

2 *Confeſſio facta coram arbitratore non dicitur iudicialis, vel extraiudicialis. Secus ſi fiat coram arbitro.*

3 *Arbitrator malè iudicans per imperitiam facit litem ſuam, & tenetur de dolo, & de lata culpa, ſicut proxeneta.*

4 *Actio an detur contra confitentem ex promiſſione facta alieni antequam acceptetur.*

5 *Et quid ſi promiſſio firmetur iuramento.*

6 *Confeſſio an ſit mandanda executioni quando confitetur debitum quoad partem.*

7 *Confeſſus in iudicio antequam fiat proceſſus, vel ante litem conteſtatam in ciuilibus habetur pro condemnato.*

8 *Confeſſione ſponte facta in proceſſu inualido poteſt ferri ſententia validè, confeſſus tamen non cenſetur condemnatus niſi poſt ſententiam, quæ etiam requiritur in criminalibus etiamſi fiat confeſſio ante litem conteſtatam.*

9 *Confeſſio facta in iudicio eſt firmiſſima probatio, ac ſuperlatiua, habétque vim ſcripturæ publicæ.*

10 *Confeſſio facta in iudicio ſummario, vel coram iudice in itinere, an ſit iudicialis.*

11 *Confeſſio facta coram iudice vt iudice, non tamen redacta in ſcriptis, quid operetur.*

12 *Sententia lata non ex actis in foro externo nihil probat.*

13 *Acta iudicialia ad probationem, non verò ad eſſentiam rei exiguntur.*

14. & 15 *Confeſſio facta coram tabellione ſine iudicis mandato non nocet confitenti, nec tabellio poteſt aliquid ſcribere, niſi mandante iudice, nec creditur illi id atteſtanti.*

16 *Fideiuſſor an poſſit agere contra debitorem ſi creditor fateatur ſibi fideiuſſorem ſolutiſſe.*

17 *Confeſſio facta in iudicio ſummario probat etiam in iudicio plenario, ſi vtraque tendit ad eundem finem*

18 *Confeſſio*

18 *Confeſſio iudicialis in ciuilibus ſufficit ad condemnandum, non tamen in criminalibus, praiudicat tamen, ſed non omnino.*

19 *Probationes facta in iudicio ciuili non praiudicant, nec probant in criminali ſecundum aliquos, ſed confeſſio maxime.*

20 *Confeſſio facta inter eaſdem perſonas nocet in uno, & in altero iudicio, ſecus quando ſit inter diuerſas.*

21 *Confeſſio defuncti praiudicat haredi maxime quando facta fuit parte praſente, vel cum iuramento, ſicut quiuis contractus iuratus tranſit ad haredes, & contra haredes.*

22. & 23 *Conf[illegible]e pralati regulariter Eccleſia, vel ſucceſſori non praiudicat, niſi quando eſt legitimus adminiſtrator, vel quando ab Eccleſia eſt conſtitutus procurator.*

24 *Confeſſio dotis recepta nocet marito renunciant i exceptioni non numerata dotis.*

25 *Confeſſio facta à tutore de pecunia recepta pro pupillo, ſi conſtet de numeratione praiudicat pupillo.*

26 *Confeſſio facta ab aduocato poſt litem conteſtatam praiudicat domino ſcienti, ac patienti, niſi eam reuocet.*

27 *Procurator conſtitutus à Republica ſi confiteatur ſe recepiſſe pecunias rerum, vectigalium, ac tributorum illis nocet Reipublica, niſi illa contra probet.*

28 *Confeſſio procuratoris facta voluntarie non praiudicat domino, ſecus ſi fiat quando litigatur in iudicio; poterit tamen reuocare illam ante ſententiam.*

29 *Procurator cum generali mandato ad recipiendum creditum non nocet domino, ſi debitores effecerant domino ſolutiones ex confeſſione illius.*

30 *Confeſſio procuratoris quando noceat eidem, ſi conſtet rem aliter ſe habere.*

31 *Confeſſio procuratoris facta in iudicio nunquam domino nocet quoad appellationem.*

32 *Procurator conſtitutus cum iuramento de rato habendo quidquid procurator fecerit, nocet domino in ciuilibus, non tamen in criminalibus.*

33 *Confeſſio facta per errorem nihil probat contra confitentem dummodo probetur veritas.*

34 *Confeſſio in ſe vera, ſed cauſa illius omnino falſa, nihil probat contra confitentem.*

35 *Confeſſio extraiudicialis concurrente proceſſu inualido confitenti non nocet, ſecus de confeſſione in iudicio facta licet iudicium ſit nullum.*

36 *Confeſſio tacita non nocet confitenti.*

37 *Confeſſio facta in iudicio nullo non praiudicat quando confitens eſt inhabilis, nec quando fit in iudicio nullo incidenter, nec quando in contractu nullo ratione ſolſitatis, ſecus ex defectu ſolemnitatis.*

38 *Confeſſio metu extorta, vel minis, quid operetur, & an iudex poſſit terrere.*

39 *Iudex ſicut non poteſt torquere nullis indiciis pracedentibus, ſic etiam non poteſt terrere ſine illis.*

40 *Confeſſio metu extorta qua ſit? nihil probat facta ſine indiciis etiam iurata.*

41 *Quamuis poſtea accedant legitima indicia.*

42 *Facta à carcerato ſecundum aliquos nihil probat, ſed contrarium magis placet, niſi carcer ſit durus.*

43 *Carceres a[illegible] aquiparantur [illegible] tentos in iudi[illegible]*

44 *Pracedentibus i[illegible] con[illegible] nocet [illegible] ſi in ea perſeueret, [illegible]*

45 *Rei metu tormentorum confitentes, [illegible] variantes quoties debeant [illegible]*

VT clarius procedat[illegible] 1 cio, ſe[illegible] tam iudic[illegible] pro t[illegible] ſit[illegible] tentibus [illegible] com[illegible]mis, vt notat [illegible] *Special. in tit. de* [illegible] *clerl 1. col. 1 . de* [illegible] *al de* [illegible] *Bartol. in l. um ſcimus, C. de a*[illegible] *& gloſſa ibi?* Qu[illegible] re[illegible] confeſſ[illegible] coram [illegible] rio non dicetur iudi[illegible] Marant. 6. *p. tit. de* [illegible] poſt [illegible] *cap. quoniam contra falſam,* [illegible] *prob*[illegible] Vnde confeſſio coram iudice n[illegible] tribunali eſt extraiudicialis [illegible] *num.* [illegible] & cenſ[illegible] facta [illegible] neque habet vim plenæ probat[illegible] *ibi gloſſ. C. de libe*[illegible] *Mal*[illegible] *concluſ. 44 num.* [illegible] intellige in cauſa exige[illegible] nem, vt infra.

Quod ſi fiat confeſſio [illegible] dicitur iudicialis, [illegible] extraiudicialis [illegible] tis, Alexand. *con*[illegible] *vol.* 4 [illegible] *vol.* 1 Ludouic. Roman[illegible] verò coram arbitro [illegible] *de confeſſ.* eſt extraiudicialis, ſed m[illegible] dicialis, ſi arbiter proc edit [illegible] ad inſtar iudicis. Bartol. *in* [illegible] Quæ opinio eſt verior, teſte [illegible] *mero* 51, & Maſcard. *concluſion.* [illegible] Probatur, quia arbiter ex imperitia m[illegible] nctur, & puniri ſolet tanqu[illegible] *Cl*[illegible] *in* *§. 1 In verbo, ſi ea ſciam,* [illegible] *ſed* [illegible] *de obligationibus, quæ ex quaſi del*[illegible] & iuxta gloſſam *in l. finali* [illegible] Bartol. *num.* 1 *ff. de varii*[illegible] Item, quia arbiter [illegible] tiue, ſiue negatiue, hoc eſt [illegible] omittendo, facit litem [illegible] bitria ſunt redacta ad n[illegible] tur *in l. penultim C. de p*[illegible] *nem, verſ. Item quod idem* [illegible] *arbitr*[illegible] Angel. *num.* 4 & Abbas *in cap.* [illegible] *verò, num.* [illegible] *de* [illegible] *detegat.* & *ibi* Pro quo etiam facit gloſſa *in §.* 1. [illegible] *ſuam, verſ. Sed certè quid in conſ*[illegible] *pedaneos, C. de pat.* vbi concl[illegible] ſine compromi[illegible] in pœna [illegible] abſque pœna, [illegible] ere litem ſuam m[illegible] per imperitiam. Ergo confeſſio f[illegible] tro eſt iudicialis.

Dictum eſt confeſſionem co[illegible] 3 non eſſe iudicialem, ſed extraiudi[illegible] minus hoc non tollit, ſi mal[illegible] tiam, quod fac at l. em [illegible] & [illegible] der de dolo, & [illegible] adhibitus ad componend. partes [illegible] *ſtribi:, §. recepi*[illegible] *ff. de* [illegible] *praxenet.* dummodo [illegible] fuerit modica [illegible] *litat. quæ ex quo i dei*[illegible] *quam in* [illegible] *ſcribe*[illegible] & [illegible] *verſ. De arbitrato. e. tem, C. de* [illegible] *qui iudicant.*

*iudicant*, niſi arbitratori à partibus fiat facultas auferendi ab vna, & dandi alteri tam in re parua, quam in magna. Felin. *in d. cap. paſtoralis, verſ. Quia vero, num.* 11. *de offic. delegat.* & Corradus *in praxi*, *tit. de ſentent. num.* 32. *in* 2. *ampliatio. verſ. vt*. *ſit data latiſſima poteſtas, fol.* 191.

4. His poſitis, ſequitur dubitatio an de iure canonico detur actio contra confitentem ex promiſſione antequam acceptetur a Petro cui facta fuit? Puta, promiſit Paulus centum Petro, & antequam Petrus acceptaret, mortuus eſt; Petri hæredes conueniunt Paulum, fatetur Paulus promiſſionem fuiſſe factam, ſed non acceptam: Panorm. *in cap. qualiter, de pact.* opinatur dari actionem ex promiſſione antequam acceptetur per verba, ibi, *in d. cap. Studioſe agendum eſt, vt ea qua promittuntur, opere compleantur.* Idem ſentit Fortunius *in l.* 1 *ff. de pact. ex cap. ſi tibi abſenti, de prabend. lib.* 6. vbi Epiſcopus Petro abſenti confert beneficium, nec poteſt reuocare collationem, donec ſciat a ſe electum, nolle collationem acceptare. Quin etiamſi Petrus repudiat collationem beneficij, & poſtea pœnitentia ductus priuſquam Epiſcopus alteri conferat, beneficium acceptet, beneficium erit acceptantis, non verò illius, cui Epiſcopus poſtremo loco contulit. Gomez *tom.* 2. *variar. cap.* 9. *num.* 1. Couar. *cap. quamuis pactum, p.* 2. *§.* 4. *num.* 15. Pro quo faciunt verba *in l. qui abſenti, ff. de acquir. poſſ.* quæ ſic aiunt, *Qui abſenti ſeruo ſcribit, vt in libertate moretur, non eam mentem habet, vt ſtatim velit ſerui poſſeſſionem dimittere, ſed magis deſtinationem ſuam in id tempus conferre, quo ſeruus certior factus fuerit*, &c. Ergo mens donatoris, vt ſtatim nolit obligari, ſed poſt ſcientiam ſecutam, & acceptationem donatarij. Atque ita hæredes defuncti non habent actionem contra promittentem, cùm promiſſarius non acceptauerit. Ex quibus liquet probabiliorem ſententiam eſſe ipſiuſmet Panormitani ſibi contrarij *in cap. cum inter vniuerſas, de elect. num. vltim.* negantis de iure canonico actionem dari ex promiſſione antequam acceptetur. Quem ſequitur Gomez *tom.* 2. *variarum, cap. nono, num.* 2. multis ibi relatis Molin. *de primogen. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 62. & alter Molin. Theologus *tom.* 2. *de iuſtit. diſp.* 263. *fol.* 64. *col.* 2. vbi addit *verſ. opera pretium*, quidquid contradicat Panorm. *vbi proximè*, poſſe promittentem antequam promiſſio acceptetur, reuocare promiſſionem, nec teneri in foro conſcientiæ illam adimplere, cùm ex promiſſione illa antequam acceptetur, non oriatur obligatio naturalis ſaltem completa, & integrum ſit promittenti pœnitere, & pro libito ſuo promiſſionem reuocare, cum de iure canonico ante acceptationem, neque oriatur obligatio naturalis, neque concedatur actio. Molin. Theologus *ſupra*.

5. Cæterum ſi promiſſio nondum acceptata firmetur iuramento, Bartol. ſecundùm communem negat concedi actionem de iure ciuili in hoc caſu, teſte Molin. *ſupra, tom.* 2. *de iuſtit. diſp.* 156. *in principio.* Panormitanus tamen *in cap. cum venisſent, de conſtit. num.* 26. *&* 27. affirmat concedi iure canonico, & ciuili ex illa promiſſione iurata, & non acceptata, actionem, non quidem quod tribuat ius ad obligandum, quam promiſſio non iurata ſpectato ſolo iure naturali non haberet antequam acceptata eſſet, ſed ex vi iuramenti promiſſioni accedentis de re non illicita. Primò, ne Deus afferatur in teſtem infidelis promiſſionis. Secundò, quia per iuramentum quæſitum eſt ius tertio, cui promiſſio facta fuit, reſpectu cuius etiam ad hæredes tranſit ſimpliciter, illiſque debetur, datùrque etiam actio de iure canonico, & ciuili etiam quando promiſſio iurata eſt irrita, & nulla iure humano per textum *in Authen. ſacramenta puber. C. ſi aduerſus vendit. & in cap. quamuis pactum, de pactis, lib.* 6. Et conſtat ex cap. *cum contingat, de iureiur and.* Molin. *d. tract.* 2. *diſp.* 149. *&* 150. *&* 156. *verſ. Prima, & ſecunda concluſio*, quidquid ſit in Luſitania, vbi ex tali promiſſione iurata nulla conceditur actio, vt conſtat ex *lib.* 4. *ordin. tit.* 73. vbi prohibetur ex cauſa iuſta, ne forum ratione iuramenti declinetur, vt iuſiurandum in donationibus compromiſſis, alienationibus, aliiſve contractibus non interponatur, conſtitutis notario pœnis ad id cogenti, vel permittenti, & ſub pœna amiſſionis officij, ne ſæcularia iuriſdictio interturbetur. Idem eſt apud Hiſpanos *l.* 11. *tit.* 1. *lib.* 4. *nou. recop.* de quarum legum validitate agunt Gomez *tom.* 2. *variarum, cap.* 14 *n.* 22. Perez *l.* 6. *tit.* 1. *lib.* 3. *ordin. pag.* 475. *& lib.* 1. *tit.* 8. *pag.* 602. *& tit.* 2. *lib.* 5 *pag.* 112. & alij apud Barboſ. *in remiſſ. ad d. tit.* 73. Sed quidquid contradicatur, non videtur id condemnandum, cum fas ſit principibus ſæcularibus ſuam iuriſdictionem defendere, ſuiſque ſubditis prohibere, ne efficiant vnde aut iuriſdictio impediatur, aut minuatur. Molin. *d. diſp.* 149. *verſ. Quoad poteſtates vero laicas, & diſput.* 263. *ad finem.*

Quid ergo de confeſſione facta in iudicio, in qua reus confitetur ſe promiſiſſe mille, ſoluiſſe tamen, vel conuentum fuiſſe inter ſe de non petendo? Reſpondeo confeſſionem eſſe mandandam executioni, quia actor poteſt partem confeſſionis ſibi vtilem acceptare, & ſibi contrariam reſpuere. Sic Bartol. *in l. Aurelius, §. idémque ſit, num.* 3. *ff. de liber. legat.* Boër. *deciſ.* 243. *num.* 3. *per l. perfecta, C. de donationibus*, quia fatetur ſe promiſiſſe; ideo poteſt acceptare hanc partem, quæ diuidi poteſt ab alia. Sequitur Iaſon *in l. manifeſtæ turpitudinis, col.* 4. *verſ. Circa iſtam moueo pulcherrimum dubium, ff. de iureiurand.* & Gutier. *practicarum, lib.* 1. *quæſt.* 126. *num.* 2. vbi hanc partem tanquam veriorem commendat, non obſtante lege 8. *tit.* 3. *part.* 3. quæ videtur dicere iudicem debere concedere reo, vt probet exceptionem, & ad id terminum præfinire. Nam legi reſponderi poteſt illam loqui quando actor petit ordinariè, non tamen negat viam executiuam; quæ lex eſt hodie prima *tit.* 5 *lib.* 4. *noua collect.* Atque ita confeſſio in iudicio facta quando fit ad partis petitionem, & nullo dato libello, nec litis conteſtatione, nec proceſſu ordinario præcedenti habet paratam executionem. Secus quando his omnibus præcedentibus fit. Auilez *cap.* 10. *prætor. in gloſſa, execution, num.* 27. & Suarez *in l. poſt rem iudicatam, in* 2. *notabil. num.* 6. *&* 19. *& in* 3. *notabil. num.* 2. *ff. de re iudicat.* Puto tamen praxim valdè rationi conſentaneam, quæ ſeruari ſolet, non obſtante qualificata confeſſione, & acceptata ab actore pro parte ſibi vtili, nempe, ſiſtente parumper via executiua, præfigi terminum reo ad probandum partem confeſſionis, quæ obſtat, ne fiat executio; quod ſi non probet intra tempus conceſſum, paratam habeat executionem; quod etiam placuit Gregorio Lopez *in l.* 2. *tit.* 22. *part.* 3. *verbo, la primera.*

His adde confeſſum in ciuili iudicio, nullo facto proceſſu, vel ante litis conteſtationem, haberi pro condemnato, nec alia ſententia exigitur. 7.

Sic

Sic *in l. 1. C. de confeſſ.* & non expectat aliud, niſi præceptum de ſoluendo, ſuperátque omnes probationes factas per teſtes, & inſtrumenta in fauorem ipſius confitentis. Maram. *de ordin. iudiciar. in 5. actu, 2. p. num. 21.* Nec ſoluit Regi decimam condemnationis confeſſus debitum ante datum libellum, quia impropriè dicitur condemnatus. Barboſ. *in l. ſi debitori, num. 55.* cum multis, *ff. de iudic.* vbi *num. 158.* addit in præcepto de ſoluendo ferendam eſſe ſententiam in ſcriptis. Quin etiam ſi fiat ſponte in proceſſu inualido, poteſt ferri ſententia validè, nihil impediente proceſſus nullitate. In quo euentu confeſſus non habetur pro condemnato, niſi poſt ſententiam. Quæ etiam requiritur in criminalibus, vt habeatur pro condemnato etiamſi confiteatur delictum ante litem

8. conteſtatam nullo præcedente proceſſu. Bartol. *in d. l. ſi confeſſus, ff. de cuſtod. reor.* & Cornens *conſ. 55. col. 2. & conſ. 260. lib. 4.* Regulariter tamen confeſſio facta in iudicio ab aliquo ſponte probet plenè, quia eſt firmiſſima probatio, & nulla eſt maior

9. illa, *l. cum te, C. de tranſact. final. C. de fideiuſſ.* Gama *deciſ. 165. num. 2.* Valaſc. *de iur. emphyteut. quæſt. 7. num. 17. verſ. Nono limitatur*; quem ſequitur Petrus Caball. *reſolut. crimin. caſu 68. num. 9.* Vocaturque confeſſio probatio ſuperlatiua, Camill. Borell. *tit. de confeſſ. num. 0. & de probat. num. 19.* Cabedus 1. *p. deciſ. 34. num. 11.* dicens confeſſionem habere vim ſcripturæ publicæ. & Barboſ. *in remiſſ. ad ordin. regiam Luſit. lib. 4. tit. 19. ad 2. §. num. 2.*

10. Sed quid dicendum de confeſſione facta coram iudice extra tribunal in iudicio ſummario? Reſpondet Ioſephus Cumia, *in ritibus Siciliæ, cap. 57. num. 42.* facere talem confeſſionem fidem per textum *in l. 2. §. Diui, ff. quæ ordo in bonor. poſſeſſ. ſeruet.* præiudicaréque confitenti quoties confeſſio fit coram iudice, ſiue ſedente pro tribunali, ſiue non, in rebus, ſeu cauſis non exigentibus plenam cauſæ cognitionem; atque ita confeſſio præiudicabit confitenti, ſi fiat coram iudice in itinere. Sic Vlpianus *in l. voluit, §. quod ait Prætor, ff. de interrog. act.* vbi idem voluit Accurſius, Corcetus *in ſingul. confeſſio facta ſuper crimine*, & Marant. *in ſpeculo, actu 5. num. 28. p. 6.* Quin etiam addit Franciſc. Marcus *deciſ. 712. num. 5. vol. 1.* confeſſionem factam coram iudice principaliter, & propter ſe ſufficere, quocumque in loco fiat coram iudice, quia iudicium dicitur vbi eſt iudex, actor, & reus, *cap. forum, de verborum ſignificat.* Octauian. Veſtr. *in practica Romana Curia, lib. 5. cap. 1.* & Franciſc. Marc. *deciſ. 697. num. 5. vol. 1. & deciſ. 95. num. 2.* indiſtinctè aſſerens confeſſionem iudicialem, iudicij telam non exigere. Quod etiam voluit Ludou. Roman. *in ſingular. 729. incip. De vno ſummario*, & Couar. *lib. 1. variarum, cap. 1. num. 9. verſ. Quintò ex ſupra dictis poteſt colligi*, dummodo confeſſio fiat coram iudice, vt iudex eſt, non verò vt priuatus homo eſt. Guid. Pap. *deciſ. 120.* Roland. *conſ. 51. num. 5. vol. 1.*

11. Quid ſi confeſſio fiat coram iudice, vt iudice, non tamen redigatur apud acta iudicij, vel ex negligentia, vel ex abſentia tabellionis, gloſſa *in l. quoties, §. vltim. ff. de probat.* Sentit poſſe iudicem iudicare ex confeſſione coram ſe ipſo facta, licet non ſit ab actuario conſcripta apud acta, quæ eſt ſententia Baldi *in l. [illegible] C. de manu vind. n. 6.* cui ſubſcribit Alexand. *in l. ſi is ad quem, ad finem, ff. de acquir. hæred.* & Felin. *in cap. cum venerabilis, de ex-*

12. *cept. num. 42.* Dicendum tamen eſt huiuſmodi ſententiam, quamuis ſit æquiſſima, & iuſtè pronunciata coram Deo, in foro tamen extero, [illegible] conſtet id ex actis, eſſe iniquam, & propoſi[illegible] appellatione reuocandam, niſi iudex ante [illegible] ferat ſententiam, per teſtes faciat [illegible] quid omiſſum, vel non ſcriptum [illegible] fuit [illegible] confeſſioni teſtes interfuerunt, examinentur, [illegible]que dicta in ſcriptis redigantur. A[illegible] his deficientibus ſententia in foro extero [illegible] quæ cenſebitur ex præſumptionibus, cum re [illegible] ſit iuſta.

13. Ratio; quia acta iudicialia ad probationem [illegible] non verò ad eſſentiam referuntur, per text. *in cap. quoniam contra, de probationibus.* Ergo [illegible] iudex pronunciet ex confeſſione ſibi facta vt [illegible], ſententia coram Deo non eſt nulla, cum [illegible]gantium illi vt iudici manifeſtum ſit; in foro tamen externo cum iudex debeat procedere ſecundùm allegata, & probata, & confeſſio in actis minimè appareat, & ſit facienda mentio illius [illegible] ſententia, iudicabitur nulla ex præſumptione [illegible] Bald. Alexand. & Felin. ſupra ſcripti, & Alex. [illegible] *cap. 1. de offic. ordinar. num. 97.* & Salicet *in l. [illegible] de ſentent. quæ ſine certa quant.* & à fortiori quando confeſſio facta fuit iudici, non vt iudici, ſed vt priuato; tunc enim non poteſt iudex facere, vt per teſtes qui interfuerunt confeſſioni, confeſſio probata apud acta conſcribatur; quia confeſſio, et inſtrumentum conuictis iuſtitiam cauſæ oſtenditur iudici, non in iudicio, vel tanquam [illegible] exhibeatur, non dicitur iudi[illegible] cognitum [illegible] *C. de fide inſtrument.* Gloſ. & Felin. *in cap. [illegible] gis, eodem tit.* Decius *in cap. quoniam contra de probat. num. 22.*

14. Quæres an confeſſio facta abſque iudicis mandato coram tabellione præiudicet confitenti? Negat Baldus *in Authent. quo ſupplicatio C. de precib. Imper. offer.* quia tabellio non poteſt [illegible] ipere inſtrumenta ſine mandato iudicis, nec dare aliquid ex actis, vt notat Iaſon *in l. is apud quem, num. [illegible] C. de edend.* Decius *in cap. 1. num. 5 [illegible] de probation.* Nec poteſt acta conficere. Quod ſi per notarium confeſſio acceptatur iud[illegible] ſine ipſius mandato confeſſio non nocet [illegible] *in l. iubemus, C. de liber. cau.* & conſta[illegible] lege noſtra regia, *lib. 1. tit. 24. §. 9.* ibi: *On[illegible] em alguma à lo que forem fazer por mandado do iulgador.* Ergo abſque illius mandato non [illegible] recipere confeſſiones, nec aliquid ſcribe[illegible]

15. confitentem. Barboſ. *in remiſſion. ad [illegible] 9. num. 2.* vbi plures refert, ac ſequitur [illegible] ter Afflict. *deciſ. 317. per totum*, pr[illegible] imò nec creditur notario atteſtanti [illegible] commiſſum per iudicem ordinarium [illegible] ptione teſtium, vt expreſsè tradit Hoſtien. quem refert, & ſequitur Abbas Sicul. *in cap. quoniam contra, col. 17. verſ. tertio nota, de pr[illegible].* Vnde commiſſio facta notario ſuper receptione teſtium debet fieri per alium notarium, non ipſum eundem, vt notant Bald. *in [illegible] de fid. inſtrum.* & Ioan. Andr. & Anton. [illegible] *cap. quoniam contra de probat.* & [illegible], quibus adhæret Afflict. ſupra.

16. Illud etiam dubium operæ pretium eſt excutere, an ſi creditor confiteatur [illegible] numerationis ſibi f[illegible] [illegible] ceſſore ſui debitoris, poſſit fideiuſſor contra debitorem agere, qui promiſit illum ſeruare indemnem? Placet affirmare, quia confeſſio creditoris excuſat debitorem à ſoluendo creditori; imò poteſt

re [illegible] te ope exceptionis ſolutionis factæ à fi[illegible] quidem per eam confeſſionem liberatur a debito ſoluendo, & ad probandum ſolutionem factam poteſt offerre ſcripturam ſolutionis, quæ [illegible] ita ſicut prodeſt contra creditorem fideiuſſori, ſic etiam prodeſt debitori, cum confeſſio re vera de ſoluto ſit probatio veræ ſolutionis *l. Publia, ff. de poſſ. in fin.* Cum ergo iam debitor non debeat amplius moleſtari a creditore, poteſt fideiuſſor agere contra debitorem, pro quo fideiuſſit. B[illegible] *conſ. 160 Titius promiſit*, Alex *in l. duob. 3. 2.* [illegible] *ff. de* [illegible] *& conſ. 25. Viſo inſtrumento contractus, col. 2. verſ. Secundò oportet, lib. 2. & cõſ. 123. quoniam abunde, lib 6* Tiraq. *de retract. conſangu. § 1 gloſſ. 18. n 84.* Paul. de Caſtr. *conſ. 64.* incipit, *Quæritur vtrum fideiuſſori*; dummodo abſit omnis præſumptio fraudis, & confeſſio ſit redacta ad ſcripturam veluti in libello rationum, teſte Bartolo *in l. nuda ratio, ff. de donat.* vel quando adeſt iuramentum, vt habetur *in cap quoti ſecundu oculus, 2. quæſt. 7.* & multo fortius quando fit in iudicio, ex *l poſtquam liti, C. de pactis*. Quare bene poteſt fideiuſſor ex confeſſione creditoris agere contra debitorem, & ab eo repetere, quidquid ipſe tenebatur ſoluere creditori, etiamſi confeſſio facta fuerit in abſentia debitoris a creditore, quando debitor non eſt omnino perſona extranea, vt videre eſt *in l. idem in duobus, §. ff. de pactis*.

17. Illud etiam non perperam enodabitur, an confeſſio facta in iudicio ſummario probet etiam in plenario, ſeu ordinario. Pars affirmans eſt Bernardi Dias *in regul. 121 in* [illegible] *ampliat.* Maſcardi *de probat. lib. 3. concl. 348. n. 9 & ſeqq.* & ex antiquioribus tradunt Felin. *in cap. denique. de except. n 6.* Alex. *in l. 2. C. de edend. col. penult.* Decius *in cap. at ſi clerici, n. 209. de iud.* & Abbas *in cap. 2. n. 12. de confeſſ.* dummodo vtraque confeſſio tendat ad eundem finem, & effectum, quamuis aliæ probationes, præter confeſſionem, factæ in iudicio ſummario non faciant fidem in iudicio plenario, ſeu ordinario, vt tradit Abbas *in cap. 2. n. 12. de confeſſis, citato* [illegible] *cap.* [illegible] *el 2. de teſtib.* & gloſſ. *in l. penult. ff. de* [illegible] *ſui, vel alien. iur.* etiamſi confeſſiones in iudicio ſummario fuerint receptæ inſtar modi, qu[illegible] in plenario iudicio, Abbas *in d. cap. at ſi* [illegible] *num. 18. de iudic.*

Probatur ex concluſione indiſtinctè prolata, [illegible] ex lege *iubemus*, vbi Bald. *C. de* [illegible] Abbate *in cap inquiſitionem, n 12. de elect.* & Caſtraq. *deciſ. 2-8 n. 6. p. 2. & deciſ. 190. n 1. p. 1.* [illegible] confeſſionem factam in vno [illegible] confitenti in alio. Quod intelligendo quando tendunt ad eundem finem. Vnde ſi var[illegible] ac modus agendi, non probat confeſſio plene in vtroque iudicio, vt ex dicendis pa[illegible]. 18 Alex. *in l. 2. ff. de iudic* Maſcard. *de probat. d. con[illegible]. 348. n. 19.* Sed quæ in vno confeſſio iudicio facta ſ[illegible] ſufficit vt in ciuili condemnetur confitens, [illegible] in criminali præiudicet, non tamen eſt [illegible] ad condemnandum, quia in criminalibus [illegible] & magis concludentes probationes exiguntur, quam in ciuilibus: ſic Tindarus *de teſtib.* [illegible] *p. 1.* [illegible] *n. 42.* Bernard. *regul. 125 in 2. fallen-* [illegible] Maſcard. *lib. 1. concl. 349. n. 3. & ſequent.* vbi in ciuilibus fatetur plene probari per confeſſionem, non verò in criminalibus. Confirmat [illegible] Per. *in* [illegible] *ſi curatorem, in verb. vel aduerſary dolo,* [illegible] *Ex quo iam liquet, n. 40 ad fin. C. de in integr. reſtit.* & Blanch. *de ind. n. 210. & ſequent.* vbi hanc partem, vt veram amplectitur.

*Fragoſ. Regim. Chriſt. Reipubl.*

Cæterum non eſt negandum concluſionem aſſerentem confeſſionem in vno iudicio factam regulariter in alio præiudicare, vt videre eſt non ſolùm in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus. Sic Abbas *in cap. qualiter, & quando, el 2. n. 35. de accuſat.* Purpur *in l ſi apud quem, n. 83. in fine, verſ. quintò, vt confeſſio, C. de edend.* Follet *in pract. criminal. in verb. etſi confitebuntur, p. 1. n. 140.* Aret. *in cap. at ſi clerici, n. 51, de iud.* Boſſ. *in tit. quomodo procedatur per exceptionem, n. 4.* quamuis confitenti ex vtraque confeſſione in diuerſis iudiciis facta non ſibi æquale præiudicium creetur, quia confeſſio facta in iudicio ciuili, & in iudicio criminali aliter, atque aliter nocet, Ægidius *deciſ. 3* & Felin. *in cap cauſam quæ, n 23 de teſtam* vbi ait concluſionem procedere inter eaſdem perſonas, vel quando iudex procedit ex officio; ſecus ſi inter diuerſas perſonas, & quando ad inſtantiam accuſatoris criminale iudicium intentatur. Maſcard. *d. lib. 1. concl. 351. n. 3.* ex Bartolo *in l. 2. §. 1. n. 5 ff. vi bonorum rapt.* cuius ſententiæ ſubſcribit Salicet. *in l. ſi quis ad ſe fundum, n. 25. C. ad l. Iul. de vi publica*, a qua opinione nõ diſcedit Butr. *in d. c. cauſam quæ, col. 3.* & Abbas *ibi, n.* [illegible] *teſtib.* vbi volunt confeſſionem factam in iudicio criminali nocere confitenti in iudicio ciuili: probationes verò factas in ciuili iudicio non præiudicare, nec probare in criminali, vt voluit contra ſupra ſcriptos Socin. *conſil. 8 n 6 vol. 1.* Sed indiſtinctè ſentit Innoc. *in cap. per inquiſitionem. de elect. per l generaliter, C. de non numer. pecun. in fine*, non ſolum in ciuilibus, 19. ſed etiam in criminalibus confeſſionem factam vno iudicio præiudicare confitenti in altero, vt *in d. cap. per inquiſitionem*, tenet etiam Imol. *n. 4. in fine, col. 3. in principio, verſ. nota quòd confeſſio, & n. 6. verſ. tertius intellectus eſt*, Cardin. Zabarel. *ibidem, n. 6. & 7. in 8. oppoſitione*, vbi ſatisfacit rationibus pro contraria parte allatis. Ancharan. *in d. etiam cap. per inquiſitionem, n. 2. verſ. Sed contra hoc oppono*, & eſt tenenda hæc ſententia.

Diximus concluſionem procedere quando confeſſio fit inter eaſdem perſonas, quia quando confeſſio facta fuit inter diuerſas perſonas, confeſſio in vno iudicio emanata non nocet eidem reo ſi fiat ab eodem poſtea in altero iudicio. Qua- 20. re confeſſio facta inter reum, & fiſcum in iudicio criminali non præiudicat reo in iudicio ciuili à parte intentato, cum ſit iudicium inter diuerſas perſonas. Imola *in d. cap. per inquiſitionem, n. 7. de elect.* & ibi Zabarell. *num. 6. poſt medium, verſ. dic non eſſe differentiam.* Follet. *in d. verbo, etſi confitebuntur, p. 1. n. 140 fol. 314.* Natta *conſ. 94. n. 7. lib. 1.* & Felin. *in d. cap. qualiter, & quando, el 2. §. ad corrigendos, num. 47. verſ. Adde aliud requiſitum, extra. de accuſation.* Facit Purpuratus *in dict. leg. ſi apud quem, num. 80 in fine, verſ. Iſtam concluſionem, C. de edendo*, vbi ſtatuit hanc concluſionem. *Confeſſio vnius alteri non nocet.* Quæ concluſio ſic abſolutè poſita fallit in aliquibus

Primò fallit in confeſſione defuncti, quæ præiudicat hæredi, ſicut præiudicaret defuncto ſi viueret, *l generaliter, C. de non numer. pecun.* Crauet. *conſ. 61. n. 3 & conſ. 171. n. 4.* Afflict. *deciſ. 129. col. 2. in princip.* Alexand. *conſ 129. col. final. vol. 5.* quibus ſubſcribit Roland. *conſ. 82. n. 38. vol. 2.* & Camill. Bortel. *tit. 3. de confeſſ. n. 285.* præſertim quando cõfeſſio facta fuit præſente parte, vel cũ iuramento; in quo euentu præiudicat omnino hæredi; quia cõtractus iuratus, & eius virtus, & effectus tranſit 21.

ad hæredes tam actiuè, quàm paſſiuè: nam [illegible] ę-tum interpoſitum continuat factum [illegible], & quamuis iuramentum, & vinculum ip[illegible]s non egrediatur perſonam, vt *in cap.* [illegible]*, de iure-iur.* & *ibi* Innocent. hoc intelligitur quoad vinculum iuramenti, quaſi ipſe iuraos [illegible] do ſit periurus, non tamen eius hæredes. Attamen confeſſio, ſeu quiuis actus iuratus remanet firmus, ac validus, ac tranſit ad hæredes, & contra hæredes. Bart. *in l. ſi quis pro* [illegible] *de pact.* [illegible] *fin.* Paul. de Caſtr. *ibi* 2 *col. n.* 5. & Bald. *in Auth. ſacramenta puberum, col.* [illegible] alicet *col. penult. n.* [illegible] *C. ſi aduerſus venditorem,* idem Bal. *in* [illegible] *§. illud, C. de inoff. teſtam. & in l. ſi* [illegible] *C. de pact.* Gutier. *in Auth. ſacramenta puberum,* [illegible] *n.* 15. & 2[illegible]. & Couar. *in cap. quamuis pactum, de pactis,* [illegible] *p. §.* 5 *n.* [illegible] *in fine, &* [illegible] *in princ.* poſt plures *ibi*, quibus adhæret Cam[illegible] Borrel. *ſup. n.* 1[illegible]6 addens nihilominus poſſe hæredem reuocare confeſſionem defuncti probando contrarium illius, quod defunctus fuit confeſſus, oſtendendoque errorem [illegible] prout iudicatũ fuit à Senatu Neapolitano, teſte Afflict. *deci.* 233. Ex eo fundamento quia hæres, & defunctus, vna, & eadem perſona [illegible] cenſentur, [illegible] *in Authen. de iureiur. à mo. præſt. §.* 1 Ideo ſicut defunctus probato omnino errore poterat reuocare confeſſionem ſeruatis ſeruandis, ſic eius hæres poſſit vti iure defuncti, vt *in l.* [illegible] *ff.* [illegible] & Bald. *in l.* 1. *C. ex delict. defunct. col.* 3. Quare ſi defunctus confeſſus eſt debitorem nihil debere, confeſſio præiudicat hæredibus, niſi hæredes probent contrarium.

12. Secundò fallit in prælato Eccleſiæ, cuius confeſſio regulariter Eccleſiæ, vel ſucceſſori non præiudicat per gloſſam *in cap. dudum, el.* 2. *in* [illegible] *de veritate, in* [illegible] *de elect.* Afflict. *deci.* [illegible] *n.* 2. iuxta ea, quæ notantur *in cap. præſenti, de offic. ord. lib.* 6. & Menoch. *conſ.* 39. *n.* 54. Cæterum quando prælatus [illegible] legitimus adminiſtrator Eccleſiæ etiamſi confeſſio fiat inconſulto capitulo, poteſt præiudicare Eccleſiæ, & de facto præiudicat. Beltran. *deciſ.* 695. *incipit, Confeſſio,* & habetur apud Rotam *in nouiſſimis, deciſ.* 466. *incipit, Confeſſio,* Socin. ſen. *conſ.* 29 *Viſo, col.* 3. *verſ. ſecundo.* Menoc. *d. conſ.* 39. aliis *ibi* relatis, vbi loquitur de cõfeſſione iudiciali; quibus accedit Maſcard. *de probat. concl.* 367. *n.* 3. vbi vult confeſſionem prælati ſiue in iudicio, ſiue extra, præiudicare Eccleſiæ in illis caſib. in quibus eſt legitimus Eccleſiæ adminiſtrator, etiamſi confeſſio facta ſit ſine conſenſu capitulium alias verò nequaquam, ex allegatis per Caſtr. [illegible] *conſ.* 34. *n.* 2. *incipit, Erga Paulum, vol.* 1 quem refert, ac ſequitur Decius *conſ.* 474. *n.* 5. ſubdens *n.* 6. confeſſionẽ ſolius prælati præiudicare Eccleſiæ quando non habet capitulum. Abbas *in c. dilectus de Capel. Monach.* Ideo ſi prælatus confitcatur aliquid ex quo reſultet liberatio alicuius debitoris Eccleſiæ, confeſſio præiudicat Eccleſiæ. Ita præcitati. [illegible] in Maſcardus *concl.* 346. *num.* 27. & *concl.* 367. *num.* 10. Camill. *ſupra,* poſt alios *num.* 47

13. Tertiò fallit in eodem prælato quando confitetur tanquam procurator conſtitutus ab Eccleſia, tunc enim, & probat, & præiudicat Eccleſiæ per *l. non ſolum, ff. de procur.* [illegible] *certum, § Sed an ipſos, ff.* [illegible] *confeſſ.* Similiter ſi prælatus confiteatur in teſtamento, quia probat, & Eccleſiæ præiudicat [illegible] tem ſemipleno ſecundum gloſſam *in cap. dudum, el.* 2. *de elect.* & Felin. *in cap. fin. de præſcript.* Mil[illegible] *concluſ.* [illegible] *n.* 16. vbi *n.* 24. addit ſi Eccleſia ex tali confeſſione per prælatum læ datur, dandam eſſe

Be[illegible] [illegible] [illegible]
doc[illegible] de [illegible] [illegible]
Fe[illegible] *p.* [illegible]
& Caſt[illegible] [illegible]
procedit [illegible] do prælati [illegible]
haberet legitimam [illegible]
electurus, qu[illegible] [illegible]
dicto defendenti [illegible] date pot[illegible]
*deciſ.* 695. Rota [illegible] *de* [illegible]
*feſſ. n.* 42. Maſcar. *ſupra, num.* 2.

Quartò f[illegible] confeſſi[illegible] 14.
confitente [illegible]
uit in d. confeſſione [illegible] non
dotis, quia accedente [illegible]
ſunt tempore opponendæ [illegible] excep[illegible]
nocebit, & præiudicat [illegible]
gaudet priuilegio dotis Bart. *in* [illegible]
*tio, in pr.* [illegible] Bald. Ang. & Sal. *ibi* [illegible]
Valla *con.* [illegible] *n.* 42 *vol.* 1 [illegible] *conſ.* [illegible]
& al[illegible] quibus accedit Valaſ. [illegible]
*conſ.* [illegible] *n.* 9. *vol.* 1. C[illegible]
obſtat textus [illegible] *contrah.* [illegible]
*lis etiam* [illegible]
loqui[illegible] de credit[illegible] præ[illegible]
duntaxat, quia cum noſtr[illegible]
tudine [illegible] introducta in S[illegible] N[illegible]
Rota & a maximis iuriſco[illegible]
bata, nullo modo ab ea di[illegible] n[illegible]
coorr[illegible] Valaſc. *d. con.* [illegible] *num.* [illegible]

Fallit denique in confeſſione [illegible] 15.
ferente ſe recepiſſe pecunia pro pu[illegible]
cõſtet de numeratione [illegible]
pupillo. Ita Bart. Bald. & Caſtrenſ. [illegible]
*cert. pet.* Tiraq. *de retract.* [illegible] *§.* 1. *gl.* [illegible] Emmanuel Suar. *recept. ſent.* 9. *conf.* [illegible]
*ſupra, n.* 166. vbi addit *n.* 17 [illegible] dicer[illegible]
confeſſione tutoris iurata [illegible] q[illegible] habere alia adminicula, in quo caſu [illegible] præiudicaret pupillo, vt notat Carol. [illegible]
*n.* 4. *vol.* 5. vbi loquitur quando [illegible] eſſio eſt iurata, ſed Bar. *in l. Titia, §. Imperat.* [illegible]
& a[illegible] quibus adhæret Aldobrã[illegible]
*man.* 77. *n.* 2. & 3. *p.* 2. *vol.* 2 [illegible] confeſſionem
tutoris iuratam non præiudicare pu[illegible]
tantientum non operatur in [illegible]
ſe[illegible] *cap. quamuis de pactis.* At [illegible] ac-
ceſſerint confeſſioni tutoris ita adu[illegible]
ſit iurata, veriorem puto opinionem [illegible]
dobrandini, a quibus Ruin. *conſ.* [illegible]
Natta *con.* 54; *n.* [illegible] *vol.* [illegible] non diſſecat.

His adde confeſſionem factam per [illegible] 16.
poſt litem conteſtatam ſcien[illegible] do[illegible]
patiente præiudicare eidem, niſi [illegible]
Speculator *tit. de confeſſ.* [illegible] *§. poſt*
*de aduocato, §. iam nunc* [illegible]
[illegible] Quare in eadem die poterit
reuocari à domino cauſæ vel per [illegible] procuratorem, nulla facta mentione [illegible]
miſſo ab aduocato S[illegible]
*cum cauſam, extr. de* [illegible] *de*
*fin. de teſtib. cogend.* Quod etiã [illegible]
attendatur tam [illegible] aduocatu[illegible]
Paul. Caſtr. [illegible] per le[illegible]
Imò ex ſent[illegible] po-
*ſtreme, n.* [illegible] que [illegible] ſcientes [illegible]
feſſio reuocari [illegible]
*finali, de confeſ.* [illegible]

Quid de procur[illegible] 17.
Republica con[illegible] ſe le[illegible]
recepiſſe pecunias [illegible] vendicatu[illegible] ſeu [illegible]
aut

… tributorum probare contra Rempublicam, vt tradit Romanus *conſ.* 352. *n.* 4. ex *l. in contractib. §. Sed quoniam, C. de non numer. pecu.* & ex *l. omnes, §. ad hæc, C. de quadr. præſcript.* Quod intellige niſi Reſpublica oſtendat rem aliter ſe habere, vt conſtat ex textu cum gloſſa *in cap. ſuborta, de re iudicata,* & notat Imol. *in cap. in præſentia, col.* 1. *de renunciat.* quem ſequitur Felin. *in cap.* 1. *vt lite non conteſtata, col.* 10. *verſ. circa tertium, num.* 14. & Tiraquel. *in tract. de retract.* §. 1. *gloſſ.* 18. *in verbo, le prix que la choſe, num.* 90. vbi decidunt confeſſionem procuratoris regulariter loquendo probare contra dominum, eique præiudicare, ſi dominus rem aliter ſe habere non demonſtret.

28\. Sed contra videtur dicendum iuxta legem, *certum, § Sed an & ipſos, ff. de confeſſ.* vbi dicitur confeſſionem procuratoris domino non nocere; quã reſolutionem docet Bartol. *in d. § Sed an, & ipſos, n.* 1. & 2. Ant. de Butr. & Panorm. *in cap.* 1. *vt lite non conteſtata,* Cyn. *in l. vnica, q.* 14. *C. de confeſſ.* & ibi Ioan. Faber, & Octauian. Cacher. *deciſ.* 38. *n.* 6. poſt Baldum *in d. cap. ſuborta, & in l.* 1. *col.* 5. *verſ. His præmiſſis, C. de confeſſ.* Quibus reſpondetur eos loqui de confeſſione facta a procuratore ex abrupto, & voluntariè; ſecus verò ſi fiat in modum contentioſæ iuriſdictionis, vt loquimur nos, puta, quando litigatur in iudicio. Nam tunc domino nocere tradunt Bartol. *ſuprà,* & Cyn. *in d. l. vnica, quæſt.* 14 Octauian. *d. num.* 6. Bellamer. *deciſ.* 694. *incipit factum, ſub n.* 1. & Menoch. *conſ.* 2. *num.* 368. *conſ.* 51. *in fine, vol.* 1.

Poterit tamen dominus reuocare confeſſionem quouis tempore ante ſententiam, vt diximus; aliter præiudicabit. Gloſſ. *in d. cap. olim, in verbo protinus, de officio delegat.* Archid. *in cap. qui ad agendum, de procuratorib. in* 6. Roland. à Valle *conſ.* 70. *num.* 10. & 31. *vol.* 1. & Alexand. *conſ.* 80. *col.* 4. *n.* 12. *ver. tertio reſpondeo, vol.* 4. & Decius *conſ.* 437. *n.* 1. Quo circa dominus ſciens confeſſionem procuratoris, poteſt illam in continenti reuocare, nihil docto de errore, quando verò non fit in continenti, debet error probari, vt ſuprà Bellamer. *d. deciſ.* 694. Abbas *d. cap. vlt. col. penult. & vlt. de confeſſ.* … & probauit Abbas *in cap. cum cauſam, col.* 2. *de appellationibus.* Intelligitur autem confeſſio reuocari poſſe incontinenti, ſi reuocatio fiat antequam confeſſio eſſet redacta in ſcriptis, vt habetur *in cap. olim, de confeſſ.* & idem voluerunt Hoſtienſ. & Ioan. Andr. *in cap. ex literis, de diuortiis,* ſed de his iuxta ea, quæ diximus de confeſſione aduocati, & ipſius partis, quæ, & in continenti reuocari poteſt intra triduum, habes §. *ſupra, hic adde.*

29\. Porrò ſi procurator conſtituatur ad recipiendos redditus aliquorum bonorum, habeatque ad id generale mandatum, & debitores exhibeant domino ſolutiones per confeſſionem ipſius procuratoris, nullum dominus patietur præiudicium, niſi conſtet de vera ſolutione, & numeratione per teſtes, aut per inſtrumenta. Bartol *in l.* 2. *§. final. n.* 5. *& ſequent. ff. de rebus creditis, & in l. ſi debitorem, …* *ff. de nouation.* Tiraquell. *de vtroque retractu, tit. de retract. conuentionali, verb. con…gner, §.* 4. *gloſſ.* 6. *n.* 11. *& duobus ſequentibus;* quia aliud eſt … procuratorem ſe recepiſſe pecunias, & aliud eſt illas actualiter recipere, *l.* 1. *& l. vltim. C. de dot. cauſ. non num. & ex l. ſi ex cautione, C. de non num. pecun.* Caſtrenſ. *conſ.* 186. *n.* 3. *vol.* 2. & Marian. Soc. *conſ.* 7. *n.* 4. *vol.* 2. vbi firmat non ſufficere confeſſionem procuratoris dicentis ſe recepiſſe pecunias, niſi conſtet de vera receptione, & numeratione, vel per teſtes, vel per literas dicti principalis; quia cõfeſſio nõ liberat debitorẽ cùm mandatum non ſit conceſſum procuratori ad confitendum ſe recepiſſe debitum, ſed ad realiter, verèque recipiendum, Suar. *l. poſt rem iudicatã, n.* 15. *ff. de rebus creditis,* vbi adhortatur ſoluentes procuratori, vt ſemper coram teſtibus ſoluant, qui de vera numeratione teſtentur. Sequitur Gutier. *de iuram. confirmat. cap.* 50. *n.* 4. *p.* 1. & alij quibus adhæret Zauall. *in commun. contra commun. q.* 155. *n.* 13. & Parlad. *lib.* 2. *rer. quotid. c. fin.* 5. *p. §.* 17. *n.* 11. contra doctiſſimum Sarmientum *lib.* 3. *ſelectarum cap.* 11. exiſtimantem, ſed minùs bene, ſe contradicere ſententiæ Bartoli, quæ mihi, & cæteris placet.

Ad hæc adiunge verùm confeſſio facta per procuratorem procuratorio nomine noceat ſibi ipſi tanquam perſonæ propriæ, ſi conſtet rem aliter ſe habere, quàm quod continetur in ipſa procuratoris confeſſione? Bald. *in l. de iua, C. de rei vend.* reſpondet non nocere re integra, per legem *cum quidam, C. de admi tut.* & legem *aduerſus, § ſi tutor, ff. de inoff. teſt.* Gloſſ. *in cap. cum inter canonicos, de electione.* Contra verò quando res non eſt integra; tunc illam confeſſionem nocere illi tradit Afflict. *deciſ.* 148. *n.* 4. vbi refert ſic fuiſſe deciſum. Quod etiam probat Lucas de Penn. *in l final. in* 3. *col. C. de tabul.* Maſcard. *de probat. concl.* 569. *n.* 16. vbi *n.* 17. ſubdit confeſſionem procuratoris à veritate alienam, vel quæ non continet rem integram etiam in alio iudicio probare contra ipſum, vt in terminis docuerunt Io. Andr. & Abbas *in cap. per inquiſitionem, col. penult. de elect.* & Alex. *in l.* 1. *vnum lite, ff. iudicia.* Conſentit Afflict. *deciſ.* 14. *n.* 10. vbi vult tribuere hanc partem Felino *in cap.* 1. *circa finem, vt lit. non conteſt & in cap. tanquam de teſtib.* & in ſpecie docet Hippol. de Marſil *in ſingul.* 290. *incipit, confeſſio,* & alij quos referens ſequitur Camill. Borrell, *tit. de confeſſ. n.* 94. concludens confeſſionem procuratoris factam de mandato conſtituentis non nocere conſtituenti inter alias perſonas, & in alio iudicio. 30.

Illud autem notatu dignum intellige nunquam ſcilicet confeſſionem procuratoris nocere domino quoad appellationem; quia ſubſidiũ appellationis non aufertur domino ex confeſſione procuratoris. Sic Butr. & Panorm. *in c.* 2. *vt lite non conteſtata,* Hippol. de Marſil. *ſuprà, d. ſingul.* 290. & Ant. Scappus *de iure non ſcripto, lib.* 3. *cap.* 69. *n.* 4. cum appellatio ſit beneficium non ad iniquitatis defenſionem, ſed ad innocentiæ præſidium inſtitutum, *cap. ad noſtram,* vbi Gloſſ. *de appell. & cap. cum ſpeciali, § Porrò, eod. tit.* Etiamſi confeſſio procuratoris fiat in iudicio, non tamen præiudicium faciet domino. Bart. *in l.* 1. *§. ſi procurator, ff. ſi quis ius dic. non obtemp.* quem ſequitur Io. Bapt. Ferret. *conſ.* 80. *n.* 17. quod eſt verum in tacita procuratoris cõfeſſione, quæ dependet ex ſcripturis, & actis productis; quæ neutiquam nocet teſte Verallo *in deciſ.* 193. *lib.* 3. *p.* 1. vbi ſecus tradit quando confeſſio eſt expreſſa, & fit poſt citationem, cum ſit cõfeſſio neceſſaria, & iudicium redditur inuitum; proinde confeſſio procuratoris domino nocebit. Ita Io. Bapt. Ferret. *cõſ.* 215. *n.* 5. poſt Io. de Imol. Panorm. & Fel. quos ſequitur, *in c.* 1. *vt lite nõ conteſt.* 31. 32.

Sed quid ſi dominus conſtituat procuratorem, iuretque in mandato procuratorio ſe ratũ habiturum, & obſeruaturũ quidquid procurator fecerit? Paul. de Caſt. *conſ.* 409. incipit, *Cõſideratũ fuit, n.* 2. *vol.* 1. reſpondet confeſſionem per procuratorem 33.

factam contra dominum probare; quod intellige
in ciuilibus, non tamen in criminalibus, etiamſi
habeat ſpeciale mandatum ad confitendum. Car-
ter *in pract. crimin. in l. obſeruare iurabat; num. 38.*
*& 32. & in l. certe, ff. de precario*, Alexand. poſt Bar-
tol. *in l. creditor. §. iuſtus, ff. de appellat.* Sed contrà
hoc ſic obiicitur: Quando procurator certam for-
mam ſibi datam tranſgreditur nihil agit, quia
mandatum procuratorium eſt omnino ſeruãdum,
*l. diligenter, ff. mandati, l. ſi procurator, C. de procu-
ratoribus.* Ergo cum in noſtro caſu procurator ha-
beat poteſtatem confitendi ſicut confeſſio facta
per procuratorem in ciuilibus probat contra do-
minum, & ei nocet, ſimiliter nocebit in crimina-
libus. Sed conſequentia non concludit etiamſi
procurator habeat ſpeciale mandatum ad confi-
tendum. Confirmatur, quia acta in cauſa ciuili
non probant in iudicio, vbi agitur de capite, vel
de alio criminaliter. Bartol. *in l. 2. §. hoc edicto, in
fine, col. 4. verſ. quæro vtrùm, ff. vi bonor. rapt.* & Ca-
ſtrenſ. *in l. final. C. de probation.* Maſcard. *de probat.
concl. 34. per totam*, præſertim *num. 19.* Mutatur
enim modus agendi, ideò confeſſio facta in vno
iudicio non plenè probat in alio, Maſcardus alijs
*ibi relatis concl. 34. n. 17. & ſequent.*

33. Quæres, an confeſſio facta per errorem aliquid
probet contra confitentem? Reſpondetur talem
confeſſionem in dubio non præſumi factam per
errorem, & opponentem illam teneri id probare.
Bartol. *in l. non fatetur, ff. de confeſſ.* & habetur *in l.
ſi poſt diuiſionem, & l. error, C. de iur. & fact. igno-
rantia.* Sequitur Crauet. *in tract. de antiquit. tem-
por. in 2. p. verbo, propoſitum noſtrum, n. 56.* Reſpon-
detur ſecundò confeſſionem falſam nihil proba-
re contra confitentem, dummodo probetur talis,
& veritas ſit in contrarium, ex lege *cum falſa, C.
de iur. & fact. ignorantia.* Idem eſto iudicium de
confeſſione erronea etiamſi acceptetur ex *d. l. er-
ror.* Nam qui errat, non cenſetur fateri, teſte Bart.
*in l. capite quinto ff. ad l. Iul. de adulter.* ideo reuo-
cari poteſt etiamſi ſemel, atque iterum iteretur, vt
habetur *in l. Sed ſi me putem*, & ibi ſcribentes, *ff.
de condiionib. indebit.* Decius *conſ. 408. col. final.*
Ruin, *conſ. 10. col. penult. verſ. Nec obſtat, vol. 3.* &
Roman. *conſ. 391. col. 1.* Eſto ſit confeſſio iurata ex
Decio *ſuprà, d. conſ. 408.* & Pariſ. *conſ. 131. num 35.*

34. Quod ſi confeſſio ſit veriſimilis, imò vera in ſe,
ſed cauſa confeſſionis ſit omnino falſa: Decius *in
cap. ex parte, num. 5. & in cap. ſedes, n. 11. de reſcri-
ptis, & in conſ. 33. col. final.* docet nihil probare
contra confitentem. Bald. *in rubr. C. de confeſſ. pe-
cun. col. 2. 1.* Gloſſ. *verſ. Deinde venio ad cauſam,*
quia partis ſunt cauſam non eſſe expreſſam, & ex-
preſſam, ſed falsò; idem Decius *conſ. 407. verſ. &
ideo clauſula, col. fin.* Gozad. *conſ. 2. n. 14.* Pariſ. *con-
ſil. 4. n. 27. cum ſequentib. vol. 2.* Maſcard. *de probat.
lib. [illegible] concl. 345.* Quia confeſſio in parte falſa in
totum præſumitur falſa; & ideo non probat Alex.
*conſ. 87. in cauſa Ludouici, poſt princip. lib. 1.* &
Decius *conſ. 536. n. 10. verſ. & quia confeſſio vera
apparet.* Quæ procedunt in confeſſione extraiu-
dicialiter facta; ſecus ſi fiat in iudicio; tunc enim
præiudicabit confitenti, & ſcienti, quia perinde eſt
ac ſi rei vendicationis condemnatus eſſet confitẽs;
Sic Bart. *in d. l. cum falſa poſt n. 10. verſ. Vlterius ſi
iſta confeſſio, C. de iur. & fact. ignor.* & gloſſ. *ibid.*

35. His quoque conſequens eſt dicere de confeſ-
ſione facta extraiudicialiter concurrente proceſſu
inualido, an ſit nocens confitenti? Negatiua pars
eſt vera; ſecus de confeſſione in iudicio principa-
liter facta; quia hæc probat contra confitentem,
quamuis iudicium aliqua de cauſa ſit nullum, vel
ex defectu proceſſus, vel ex ordine iudicij non ſer-
uato, Innoc. *in cap. qualiter, & quando, el 2. de ac-
cuſat. verſ. non negamus, col. penult.* Vantius *de nul-
lit. tit. quib. mod. ſent. null. repar. poteſt, n. 12.* Decius
*in cap. at ſi clerici, n. 17. extra. de iud.* poſt Bart. *in
d. l. confeſſus, ff. de cuſtod. reor.* & Iaſ. *in l. ſi ita ſi po-
latur. §. Chryſogonus, ff. de verbor. obligat. n. 47. verſ.
quarto fallit.* Quæ reſolutio procedit in actu nullo
vbi facta fuit confeſſio, dummodo iudex non ſit
incompetens; tunc enim non probat contra con-
fitentem; ſecus ſi iudex ſit competens, quia tunc
nocet confitenti. Iaſ. *in d. §. Chryſogonus, n. 47. verſ.
Secundo ad id facit,* & ibi Alex. *& in conſ. 13. col. 3.
verſ. fortifica, lib. 1.* & Innoc. *in cap. Piſanus, de re-
ſtit. ſpoliat. in princ.* Idem dicendum eſt non ſolum
in cauſa ciuili, ſed etiam in cauſa criminali; proin-
de ſi quis ſponte ſua non obſtante nullitate pro-
ceſſus confiteatur, ex vi huius confeſſionis con-
demnari poteſt. Sic Alex. *conſ. 127. n. 2. vol. 4.*
Angel. *in l. ea quidem, C. de accuſ.* & Io. And[illegible] 36.
*dit. ad Specul. in tit. de offic. iud. verſ. An iudex,*
*in tit. de accuſator. verſ. 4.* vbi ait prædicta pr[illegible]
dere in confeſſione vera, non verò in c[illegible]ſſione
ficta. Idem intelligit Felin. *in d. cap. qualiter, &
quando, §. Licet autem, n. 7. verſ. quinto limita, de
accuſ.* Si confeſſio fiat expreſſe, non verò ſi fiat t[illegible]
citè, de quo dubito, quia taciti, & expreſſi eadem
eſt vis, tantùmque operatur tacitum, quantum ex-
preſſum, Socin. iun. *conſ. 78. n. 13. vol* [illegible] per legem
*cum quid, ff. ſi certum petatur.* Flamin. Pariſ. *de reſi-
gnat. lib. 1. q. 1. n. 8. & q. 3. n. 31. & lib.* [illegible] *q.* [illegible] *n. 4.*

Cæterùm magis placet confeſſionem tacitam
non nocere confitenti. Sic Alex. *conſ. 30. n. 4. vol. 3*
& Afflict. *deciſ. 25. in fine,* quatenus volunt partem
confitentem teſtamentum fuiſſe factum, illudque
producentem in iudicio, ſi declaretur nullum, vi-
deri tacitè fateri illud eſſe validum, non tamen ex
hac tacita ſua confeſſione poſſe excludi quo mi-
nus poſſit agere ab inteſtato, prout iudicauit Cu-
ria Neapolitana teſte Vantio *de nullit. ſent. tit. in-
tra quod tempus, n. 51.* Quin etiam ſi extraiudicia-
liter confiteatur teſtamentum eſſe validum, quod
re vera erat nullum, talis confeſſio etiam expreſ-
ſa non nocebit confitenti, quia ius teſtamento re-
ſiſtit; ita Ruin. *conſ. 3. n. 11. lib.* [illegible] Gloſſ. *in l. penult.
C. de confeſſ.* & Tiraq. *de iure conſtit. p. 1. limit. 7.
n. 16.* Sicut etiam confeſſionem factam extraiudi-
cialiter non nocere confitenti, teſtatur Bart. *in d. l.* 37.
*ſi confeſſus, ff. de cuſtod. reor.* quia ipſe per [illegible]
probat extra iudicium etiamſi [illegible] proceſſus
inualidus; & multò fortiùs non [illegible]
confeſſio facta in iudicio nullo, ſi [illegible]
habilis. Felin. *in d. cap. 1. qualiter, & [illegible]
autem, n. 10. verſ. nonò limita, de accuſat.* [illegible] etiam
quando facta fuit in iudicio null[illegible], &
per quandam conſequentiam Fe[illegible] *in d.* [illegible]
*n. 8 verſ. Sextò limita,* & Bart. *in l.* [illegible] *confeſſus,* [illegible] *de
cuſtod. reor.* In quo euentu n[illegible] probat nec nocet
confitenti. Sicut confeſſio facta [illegible] contra[illegible] nul-
lo ratione falſitatis alicuius in illo contentæ eſt
inualida, ex Innoc. *in cap. cum venerabilis,* & F[illegible]
*ibi, n. 24 verſ. Secunda concluſio, de except.* Nec no-
cet confitenti. Secus quãdo contr[illegible]
ſeu inſtrumentum nullum ex defectu [illegible] ſo-
lemnitatis, quia tunc valet confeſſio [illegible] *in l.* [illegible] *§.
ſi quis, ita circa fin. ff. de verb. oblig.* & Tiraq. *de iure
conſt. poſſeſſ. p. 3. limit. 7. n. 18.* quem ſequitur Camil.
Borrell. *tit. 3. de confeſſ. num 197.*

38. Pro confeſſione metu aliquo facta dicendum eſt illam dici metu extortam quando minæ ſaltem à iudice inferuntur carcerato de illo torquẽdo. Bald. *in l.1.n.1. verſ.ſi autem,C.de confeſſ.* & eſt de mente Anchar. *conſ.14.incipit,Viſa inquiſitione,n.2.in fin.* vbi ait ad præſumendum metum ſufficere terrorem torturæ carcerato illatum ab habente poteſtatem torquendi Lanfr. *in cap.quoniam contra in verb.confeſſio,n 11.de probat.* vbi loquitur de nimis atrocibus. Maſcard. *de probat concl.353.n.4.& 35.* Farin. *in tit.de indic,& tortur.q.37.n.96.* Vbi metus torquendi æquiparatur torturæ, & paria ſunt quem confiteri per torturam, vel metu torturæ, *§. nouiſſimè, verſ.quid enim,ff.quod metus ſalſo vat.* quia ſine Indiciis legitimis non poteſt iudex terrere verbaliter niſi hominem ſagacem, non tamen timid um. Farin *num 103.*

39. Quod eſt intelligendum quando nulla præcedunt indicia, ſaltem talia, vt nec ad comminandã torturam, & ad terrendum Iudex legitimè potuerit procedere, quia ſicut index non poteſt torquere ſine Indiciis, ſic etiam non poteſt terrere propoſitis minis, Gom. *var.reſolut.tom.3.cap.13.rubr. de tortur.reor.n.4.verſ.Sed in contrarium.* Roland. *cõſ.17.n.14.vol.3.* & Foller *in pract.crim.in 3.p.tertia partis,verb.etſi confitebũtur,n.311.* Dicitur etiã confeſſio metu extorta, quæ fit in leui tortura, ſeu quæ fit iam à ligato ad torturam, vel poſtquam ductus eſt ante torturam, etiamſi non ſit ligatus.

40. Marſil. poſt plures *in l.1. in princ.n.55.ff de quaſt. & in conſ.8.n.15.& ſeqq. & in pract. §. expedita, n 2.* Carrer *in pract.tract.1.de indic.& tortur.§.circa quartum qualiter,& quando ad torturam damnatur,n.15.* & alij, quibus adhærent Farin *de indic. & tortur. tom.1.tit.5. quæſt.37.n.97. & de reo confeſſ.quæſt.83.cap.2.per totum.*

Ex dictis ſequitur confeſſionem factam metu tormentorum nullis præexiſtentibus indiciis, nihil probare contra confitentem, neque ex ea poſſe reum damnari, cum ſit omnino nulla. Prior pars ex eo demonſtratur, quod dicitur *in l.1. §.ſi quis vltro* ibi: *Nonnunquam etiã aut metu,* & ibi gloſſ. *in verb. nonnunquam,ff.de quaſt.* vbi habemus non differre confeſſionem factam metu tormentorum ab ea quæ fit in tormentis: nam quamuis confeſſus tormentorum metu non cenſeatur propriè tortus iuxta legem *item apud Labeonem,§.ad quæſtionem,ff.de iniur.* attamen quoad nullitatem probationis ex confeſſione emanantis, habetur confeſſus ac ſi fuiſſet tortus, vt conſtat ex lege 2.*C.quorum appel. non recip.* ibi. *aut formidine tormentorũ territum aliquid dixeris* Bart *in l 2.n.19.C.de confeſſ.* & Marſil. *conſ.124.n.2.conſ.38.n.18.conſ.125. n 1. & conſ.54.num.1.* quibus in locis fatetur confeſſionem factam tormentorum metu ſubrogari loco confeſſionis factæ in tormentis. Poſterior pars, quòd ſit omnino nulla, nec ex ea poſſit condemnari confeſſus, eſt cõmunis, ex traditis ab eodem Marſil. *conſ.29.n.28.* & Alex. *conſ.5.n.1.vol.2.* Maſcard. & aliis *ibi relatis de probat.concl.353.* & habetur expreſsè *in l.1.§.Diuus Seuerus, ff de quaſt.* cuius ſunt hæc verba. *Diuus Seuerus reſcripſit cõfeſſiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportere, ſi nulla probatio religionem cognoſcentis inſtruat* Sequitur Felin. *in cap.at ſi clerici,de iud.& in cap.qualiter,& quando,el 2.de accuſ.n.4. Licet autem,n.13.* Gigas *de crim.læſæ maieſt. lib.2. tit.quomodo,& per quos crim læſ.maieſt.probet.q.7. n.1:* Idem Maſcard. *de probat.concl.1585 n 5 lib 4.* & Roland. *conſ.12.n.90. lib.5.* vbi concludit conſiliū ſi Regum. Chriſt. Reipubl.

feſſionem extortam metu tormentorum nullis præcedentibus indiciis eſſe nullam, & non præiudicare inquiſito; poſt plures, quos ibi referens ſequitur.

Quæ doctrina procedit etiamſi talis confeſſio ratificetur iterum, atque iterum, & firmetur iuramento, & in ea cõfeſſus perſeueret, gloſſ. *notab. in l.1.* & *ibi* Bart. & ſcribẽtes, *ff.de quaſt.* Marſil. *cõſ.45. n.1. & conſ.39.n.38. & conſ.20.n.5.* Carrer. *in ſua pract.in l.obſeruare,num.47.* cum aliis *ibi* allegatis. 41. Maſcard. *d.concl.353.n.3.& 4.* Farin. *de reo confeſſ. q.83.cap.1.n.1.& ſeqq.* Nec obſtat ſi poſt torturam accedant legitima indicia, vt cõfeſſio aliquid probet, quia adhuc nihil valet, nec nocet confitenti, cùm non conualidetur per indicia ſubſequentia, vt tradit Felin. *in cap.at ſi clerici,n.1.in fin.verſ.& dic ut de iud.* & *ibi* Decius *n.38.in fin.* Maſcard. *d. concl.1385.n.* & Iul.Clar. *in praxi,§.fin.q.55.n.14. verſ.Si verò confeſſio,* vbi ait confeſſionem extortam vi tormentorum indiciis legitimis non præcedentibus, non propterea conualidari per legitima indicia ſuperuenientia. Quod reperit *infrà, q.64.n 9.verſ.Dixi etiam,* vbi vult ita communiter Doctores ſentire; ex Bart. *in l.maritus,n.2.* & Alber. *ibi,n.4.ff.de quaſt.* Quæ reſolutio, vt ipſe ait, procedit non ſolùm in minoribus delictis, ſed etiam in atrociſſimis quibuſcumque. Ex ea ratione, quia ſemper præſumitur ſubeſſe eadẽ cauſa iuſti timoris tempore, quo facta fuit confeſſio.

Similiter confeſſio dicitur metu extorta nihil probans, nec nocens confitenti, ſi fiat in carcere, nullis præcedentibus indiciis, etiamſi confiteatur ſine tormentis, vel ſine minis de torquendo. Marſil. *d.conſ.29.n.33.* Bald *in l.3.C.qui ad liber.perueu. non poſſ. & in l ſi clericus,col.2. verſ.& primo quæritur,C.de Epiſc.aud.* Quia carcer eſt ſpecies torturæ; ideo vt confeſſio demonſtretur nulla, ſufficit probare fuiſſe factam à detento in carcere, vt probetur fuiſſe facta metu tormentorum, quamuis nõ probentur tormenta, ita prætirati; quibus accedũt Roland. *conſ.17.n.19.& ſeqq.& n 34.lib.3.* vbi ſequitur Cepolam, & Buſſium contrariũ ſentientes, & Brunor. à Sole, *in ſuo conſil.crim.n.168.verſ.Quod etiã,* Sequitur Maſcard *lib.1.cõcl.353.n.17.& concl. 1384.n.17.lib.3.* Eo quod ex quo inquiſitus eſt incarceratus, quamuis confeſſio geminetur, durante eadem cauſa metus, putà, carcere, non poteſt confeſſio nocere, nec contra carceratum fidem facit, ex traditis à Bald. *in ſpecie conſ.479.vol.5.* & Anchar. *conſ.24.* A qua ſententia non eſſe recedendum clamat Roland. *ſuprà,num.22.ad finem.*

Contrarium tamen mihi placet, videlicet confeſſionem ex ſolo carcere non poſſe dici metu factam, niſi in carcere famem, & ſitim, & auditatem, & alia incommoda ſimul patiatur carceratus; probatur ex praxi quotidiana, cùm videamus carceratos in carceribus condemnari, ac puniri ex confeſſione ibi facta, ideò ſi talis confeſſio eſſet metu facta, nullus poſſet ex carceratis rectè condemnari, ac puniri. Ita Bald. ſibi contrarius *in l.1. n.37 ad finem, verſ.quæro nunquid confeſſio, C. de confeſſ.& in cap.at ſi clerici,n.8.extra.de iud.* Brunor. etiam ſibi contrarius *de indic. & tortur. p.3. quæſt 2.num.2. & 4. verſ.Confeſſio autem, & quæſtion.16. num 16.* Iulius Clarus *in practic. §. final. quæſt.64.verſ.Sed an fortè; num 32.* & Maſcardus ſibi contrarius *lib. 1. concluſ. 267. num. 7.* vbi ait carcerem non eſſe ſpeciem torturæ ſimpliciter, niſi quando quis in carcerem conijcitur, vt non comedat, nec bibat donec confiteatur,

 vel

vel quando carceratus in hyeme iubetur permanere nudus, [illegible] que alimenta denegantur, donec confiteatur, per dictam legem *Item apud Labeonem, ff. de iniur.* vel denique, vt notat Caraldin. de Boncompag. *in tract. de ſyndicat. num.* 204. *verſ.* ad quod carcer dicitur mala manſio, quando carcer datus eſt pro pœna; ſecus verò quando ad cuſtodiam aſſignatur. Sequitur Beluſi *in praxi iudiciali, num.* 5. *verſ. Iuxta hoc quæritur*, negans carcerem eſſe genus quæſtionis, niſi quando eſt nimis arctus, atrox, ac durus, tunc enim aſſimulari carcerem iſtum quæſtioni fatetur, & ex conſequenti confeſſionem ſine indiciis legitimis factam, nec probare contra confitentem, nec illi nocere, reputarique non ſpontaneam, ſed metu emanatam per tradita etiam à Bartol. *in l. de pupillo, §. ſi quis ipſi prætori, num.* 14. *& ſequentib. ff. de non. oper. nunciat.*

43. Ex dictis ſequitur carceres atroces, ſubterraneos, ſimiles foueis, puteis, ſeu cauernis æquiparari quæſtioni, ſeu torturæ, in quibus aliquando pauperes, & delinquentes grauiter detenti afficiantur; proinde ſi confiteantur vt inde exeant, confeſſio nihil probat cùm ſit metu coacta, nec præceſſerint indicia legitima. Abbas *in cap. final. n.* 11. *de confeſſ.* vbi ipſe fatetur non ſolum confeſſionem eſſe factam metu tormentorum, quæ fit in carcere, vbi periculum vitæ imminet, ſed etiam vbi carcerati corporalia incommoda ex arcto, & ſtricto carcere ſubeunt aſſiduè, præſertim ſi detinentur in compedibus, ac manicis ferreis. Ideircò confeſſio ob id facta dicitur metu extorta. Carrer. *in practic. in 2. tract. de indic. §. in textu, ibi, formidine tormentorum, num* 6. Follet. *ſupra in verbo, & ſi confitebuntur, p.* 1. *n.* 62. *in principio, & eodem verbo, p.* 3. *poſt n.* 213. *fol.* 332. dummodò non omnes carcerati ibi commorantes æqualiter incommoda, ac detrimenta carceris ſuſtineant, quia ſi æqualiter ſuſtineant omnes, non cenſetotur confeſſio metu extorta, ſed ſpontanea, ita Farin. *de reo confeſſ. quæſt.* 83. *cap.* 2. *num.* 44. Quod puto minus bene dictum; cum æqualitas in terrendo, ac minando atrociter; & æqualitas in duro, ac impatibili carcere non facit de confeſſione inuoluntaria, ac metu extorta voluntariam, ac ſpontaneam. Igitur confeſſio ibi facta, ſemper erit metu extorta, ac proinde non nocebit confitenti.

44. Sequitur deinde præcedentibus indiciis confeſſionem factam, vel ex metu torturæ, vel ex minis illatis, vel ex ipſa tortura eſſe validam, probaréque contra confitentem. Non tamen ſtandum eſt illi confeſſioni factæ in tormentis, niſi reus in illa perſeueret, & poſtea eam ratificet extra tormenta ad banchum iuris. Boer. *deciſ.* 163. *n.* 18. vbi *num.* 19. concludit negantem poſtea, quæ fuit confeſſus in tortura, nec perſeuerantem in confeſſione, poſſe iterum quæſtionari, & torturæ ſubiici ſine nouis indiciis ex Bartol. *in l. vnius, §.* 1. *verſ. quæro dicitur hic, ff. de quæſtion.* & Bald. *in l. in bona fidei, col.* 3. *verſ. Item quærò, de confeſſione, C. de reb. cred.* quibus accedit Marſil. *in l. repetit. col.* 7. *verſ. ſtante ergo hac concluſione, & col.* 8. *C. de quæſt.* &

45. Pariſ. Put. addit *in tract. de ſynd. in verb. tortura, cap. Viſo, de repet. tort.* Semper in negatione perſeuerantis, confitentem, & poſtea variantem poſſe ſæpe ſæpius quæſtionari. Quod intelligit vſque ad tertiam vicem; ſequitur Angel. Aret. *in tract. maleficio. in verb. Fama publica, in verſ. nunc quæro, vt deprehendatur veritas.* Vnde neceſſe eſt, vt reus confeſſionem ratificet non ſtatim, quia præſumitur durare metus tormentorum, ſed à tem[illegible] ſpatium [illegible] diei elap[ſ]um [illegible] quo [illegible] *in l.* 1. *§. Diuus Seuer[illegible] num.* 4 [illegible] linquendum eſſe id arbitr[illegible] qualitate tormentorum [illegible] ſimanchæ *de hæret. cap.* [illegible]

Inquiſitores tamen æquiſſimi, [illegible] in tertium diem à tortura ratificationem confeſſionis differre ſolent, vt terrore tormentorum [illegible] no ſublato, & doloribus prorſus mitigati[s] [illegible] cognita vera conſeatur, aliter reo confi[tenti] [illegible] præiudicabit, ſi nullo tempore intercedente [illegible] ſiat. Simanch. *de torm. tit.* 65. *n.* 71 *&* 72. Concordat lex Luſitana *lib.* [illegible] *tit.* 134. *§.* 1. *ibi, E ainda ſe deue fazer a ratificaçam de pois do tormento per alguns dias, de maneira que ia o ac[ou]ſado naon ſenta dor do tormento.* Sequitur Farin. alios allegans *in praxi crim. q.* 73. *n.* 75. vbi ait expectandum [illegible] vallum trium dierum, ac trium noctium, q[illegible] *n.* 74. referat ex pluribus ſuffi[c]ere ſp[atium] [illegible] vnius integri diei viginti quatuor hor[ar]um: ſed [illegible] eſt in Luſitania deciſioni noſtræ legis, dicenti [ra]tificationem non eſſe faciendam niſi po[ſt] [illegible] dies à tortura, ibi, *porque de outra maneira* [illegible] *meſe per derriſo, que com dor, e medo da* [illegible] *que ainda aqual ainda nelle dura, recando a* [illegible] *tiçaon, ratificara a confiçaon ainda que* [illegible] *naon ſcia*, hoc eſt, ſi non ex longo interuallo, [illegible] aliquorum dierum differatur ratificatio confeſſionis, præſumetur in iure ratificare confeſſ[io]nem etiam fictè propter metum to[r]mentorum, & ne iterum torqueatur. Reus tamen poſt tormentorum perpeſſionem eſt abſoluen[dus] [illegible] neget; illa enim pœna ſatisfa[cit] pro [illegible] probatione, eadémque perfunctus [illegible], vt notat Royas *n.* 298. Gomez tamen [illegible] 3. *n.* 27. *&* 28. *verſ. Sed hic non obſ*[illegible] in hoc caſu reum eſſe diffinitiuè ab[ſoluen]dum, vel ſaltem pro ratione indiciorum, & præſumptionum aliqua arbitraria pœna condemnandum. Per. *in pract. p.* 5. *§.* 12. *num.* 22.

---

## §. XIII.

### *Quæ indicia ſufficiant ad reum torquendum, & condemnandum, & quæ liceant reo condemnato ad mortem?*

EPITOME.


46. & 47 *Indicium quid ſit, & quot*[illegible] *modo diuidatur. Item quæ ſint* [illegible] *ſufficiant ad capiendas informationes.*

48 *Torqueri nemo poteſt niſi ob crimina* [illegible] *& grauibus, & vrgentibus indic*[iis] [illegible] *per duos teſtes probatis.*

49 *Indicia remota probata per teſt*[es] [illegible] *ſufficiant ad torquendum.*

50 *Teſtes inhabiles admittuntur ad p*[rob]*andum principaliter, non vero circumſtantias.*

51 *Indicia propinqua ſufficiunt ad torturam, quibus teſtibus ſint probanda propinqua, & remota.*

52 *Fama publica ſimul cum fuga eſt indicium ad torturam, non tamen per ſe ſola fuga multis modis purgatur.*


53 *Confeſſio*

53 *Confeſſio extraiudicialis an ſit ſufficiens indicium ad torturam, & an debeat poſtea ratificari & quid ſi reuocetur ante torturam.*

54 *Quid de confeſſione ſacramentali.*

55 *Indicia indubitata ſufficiunt ad torturam, & ſecundum aliquos ad condemnandum, alia verò indicia minimè.*

56 *Præſumptiones violentiſſimæ aſſimiles ſunt indicijs indubitatis, & videntur ſufficere ad condemnandum.*

57 *Damnatus ad mortem non licet teſtari de iure communi, ac Luſitano, ſed de Caſtellano licet.*

58 *Deportatus, & damnatus ad metallum, & ad triremes, aut ad carcerem perpetuum, an ſint inteſtabiles de iure communi tam actiuè, quam paſſiuè, & quid de iure nouo.*

59 *Deportationis pœna apud Luſitanos videtur eiectio à regno contra impetrantes beneficia hominis viuentis; quæ pœna etiam reperitur apud Hiſpanos.*

60 *Deportati amittunt omnia iura ciuitatis ſuæ, non tamen ea, quæ ſunt iuris gentium, ac naturalis.*

*Poſſunt tamen teſtari ad pias cauſas, relegati verò ad pia, & non pia. ibid.*

61 *Damnati ad mortem naturalem de iure communi non poſſunt teſtari ad pia: de iure verò Luſitano maximè non ſolum per teſtamentum, ſeu per aliud inter viuos.*

62 *Damnati ad mortem propter hæreſim, proditionem, vel ſodomiam, ſunt inteſtabiles etiam quoad pia.*

63 *Damnati ad mortem poſſunt teſtari, ſi tempore dato ad appellandum, vel poſt appellationem, vel poſt exceptiones antequam ſuper illas pronuncietur in carcere ex morbo moriantur.*

46. INDICIUM, teſte Baldo, *in l. non hoc, ſub num. 1. C. unde cognati*, eſt coniectura ex probabilibus, & non neceſſarijs orta, a quibus poteſt abeſſe veritas, ſed non veriſimilitudo veri, quæ quandoque mentem iudicantis ita perſtringunt, vt cogant conſcientiam iudicis iudicare ſecundum ipſa. Quam diffinitionem referens ſequuntur Felin. *in cap. in præſentia, colum. 8. extra de probation.* Ruinus *conſ. 36. num. 9. vol. 4.* Cateliana Cotta *in ſuis memorab. verſ. indicium eſt conie*... *fol. mihi 324. in fine*; & Menoch. *de præſumpt. lib. 1. præſumpt. 7. num. 6.* vbi ſapienter opinatur Baldum eo loco ſumere indicium potius pro præſumptione iuris quàm pro proprio indicio, quod de ſui natura differt à tali præſumptione, vt notat idem Bald. *in rubric. C. de probation. num. 4.* dicens indicium eſſe præſumptionem minimam hominis boni, ſeu diſtans argumentum à ſpecie probationis. Alij verò dicunt indicium eſſe demonſtratorium adminiculum ad veritatem indicandam, vt per Paulum de Leaz *in cap. grauem, in fine, extra de depoſit.* quem refert Angel. *de maleſic. num. 9.* Alberic. verò *in l. fine poſſidentur, poſt num. 7. C. de probation.* duobus modis diffinit indicium. Primo. Indicium eſt probabilis comprehenſio veritatis rei tacitæ pro expreſſa. Secundo. Indicium eſt probabilis ſuſpicio ex probabilitate coniecturæ conſurgens. Capra denique *in tract. de notar. in præfat. num. 17. fol. 75. col. 4.* ſic diffinit: Indicium, propriè eſt ſignum informans animum iudicis ad ſuſpicandum. Nec longè abſunt, qui expendentes etymologiam indicij, quod ab indicando procedit, ſeu demonſtrando, cenſent indicium eſſe demonſtratiuum adminiculum delicti. Angel. *de maleſic. ſupra, in verbo, quod fama publica, num. 9. verſ. nam indicium coincidit, quatenus addit ad veritatem indicandam.* Ex quibus omnibus illa Baldi primo loco poſita magis placet, quamuis reliquæ diffinitiones per diuerſa verba conceptæ ad eundem tendant finem, & effectum. A quibus non differt quæ ait ſic. Indicium eſt præſumptio fortiter mouens animum iudicis ad aliquid credendum, vel non credendum, iuxta textum *in l. cum præcedit. & ibi gloſſa ff. de probationibus*; quam tradit Antonius à Petra *in tract. de fideic. quæſt. 9. num. 123.* & Conradus *in practic. in tit. denega. crim. & torm. n. 17. fol. 291. col. 2.* & Aymon. *conſ. 233. num. 17.*

Indicium tamen teſte eodem Baldo diuiditur in ſemiplenum, ſeu dubitatiuum, & in plenum, ſiue indubitatum, *in d. ea quidem, num. 8. C. de accuſation.* Angel. *de maleſic. ſupra, ſub num. 9.* hanc diſtinctionem probat, quibus adhærent Maſcard. *de probatio. lib. 1. concluſ. 15. num. 9.* Menoch. *de præſumptio. lib. 1. quæſt. 7. num. 14.* vbi vocant indicium ſemiplenum, ſeu dubitatiuum præſumptionem fortiter mouentem animos ad aliquid credendum, vel diſcredendum. Indicium verò indubitatum, & plenum eſſe illud, quod arctat mentem iudicis, itavt omnino credat, nec poſſit in contrarium inclinare. Conſentit Boerius *deciſ. 164. num. 4.* & Ghirland. *de quæſt. & tortur. quæſt. 4. num. 1.* De quibus etiam meminit Leſſius *de iuſtit. lib. 2. cap. 29. dubitat. 1*, *num. 149.*

Indiciorum item quædam ſunt leuia, probabilia tamen, quæ faciunt probabilem ſuſpicionem de auctore delicti. Quædam ſunt leuia, ſed probabiliora, quæ generant valde probabilem ſuſpicionem, Leſſius *ſupra*, Iulius Clarus *in praxi, quæſt. 20. ſub principio*, quem refert, ac ſequitur Antonius à Petra ſupra ſcriptus *quæſt. 9. num. 33.* Grauiſſimum autem indicium alij neceſſarium, alij vehementiſſimum vocant, & ex eo elicitur neceſſario fuiſſe commiſſum delictum ab eo, qui tale indicium dedit. Abbas *in cap. tertio loco, n. 9. de probation.* vbi Decius *num. 50.* Menoch. *d. q. 7. de præſumption. lib. 1. num. 56.* vbi ait eſſe vrgentiora argumenta, itavt iudex conſtanter, & ſine dubio vni parti adhæreat, quando vehemens indicium, ſeu violenta ſuſpicio ſuboritur, quod credulitatem, & fidem cauſat; quæ credulitas quod effectum nihil differt à ſcientia, etſi differat in modo adhærendi.

His poſitis, dico primò indicia leuia probabilia tamen, quæ probabilem ſuſpicionem faciunt de auctore delicti, & indicia leuia probabiliora, quæ faciunt præſumptionem, hoc eſt, ſuſpicionem valde probabilem ſufficere ad capiendas informationes, & ad capturam, etiam conſiderata qualitate perſonæ, & cauſæ, ac reliquis circunſtantijs bene penſatis, non tamen ſufficere ad torturam. Iul. Clarus *in praxi, §. final. quæſt. 20. n. 1. verſ. nihilominus.* Farinacius *tom. 1. tit. 5. quæſt. 36. num. 51.* Leſſius *in dict. dubit. 17. num. 150.* vbi ait ſatis eſſe ad capturam aſſertionem vulnerati morientis, ſi dicat ſe a Titio fuiſſe vulneratum, vel grauem inimicitiam cum eodem Titio præcedentem, non tamen eſſe indicia ſufficientia ad formandum libellum inquiſitionis contra Titium, neque ad eum torquendum. 47.

Dico ſecundò reum non eſſe torquendum niſi 48.

 propter

propter crimina grauiora, ex quibus vel pœna mortis vel mutilationis, vel ſimilium ſolet imponi, non autem quæ vel exilio, vel pecunia puniuntur, quoniam in eo euentu maior pœna eſt tortura, quàm quæ ſperatur poni pro delicto. Conſtat ex lege *cæterum*, *ver. 1 ff de quæſtio.* ibi: *Quæſtiones ne semper in omni cauſa, & perſona deſiderari debere arbitror*, &c. Parſ. de Puteo in *tract. de ſyndicat. in praxi, viſo de indicijs, col. 1. in fine*, Gandinus *in tractat. maleficior. in rubric. de quæſtio. & torment. verſ. ex quibus cauſis torqueatur*, & alij, quibus accedit Gomez *tom 3. capit. 13. in rubric. de tortur. reorum, num. 1.* Leſſius *ſupra, num. 151.* & Aldret. alijs ibi relatis *de tuend. lib. 1. cap. 17. num 9.* ſubdens *num. 10.* non ex leuibus indicijs, ſed ex grauibus, & vrgentibus reum eſſe torquendum; quod multorum auctoritate probat. Ex quibus indicijs delictum à reo fuiſſe commiſſum magis quàm ſemiplenè probatum ſit. Idem multo prius tradidere Simanc. *de tormentis, tit. 65. num. 14. verſ. duo igitur neceſſaria.* Iul. Clar. *d. §. fin. quæſt. 64. num. 12. 13. & ſequenti*, Maſcardus *de probation. conclus. 1185.* & Roland. *conſ. 12. num 31. lib. 3.* dum volunt, vt reum torqueri poſſit, indicia ſingula duobus, vel pluribus teſtibus plenè debere eſſe probata, per gloſſam communiter approbatam *in l. vltim. C. famil. hercis. vnd.* & Bartolus *in l. vltim ff de quæſtion.* Quod Clarus *quæſt 21.* intelligit ſecundùm gloſſam *in l final. verſ. vel indicijs, C. famili. hercis.* quàm ſequuntur communiter doctores, teſte Roland. *conſ. 7. num. 3. lib. 1.*

Sed contra hanc gloſſam è regione ſtat alia gloſſa *in l. ſi quis vero commiſerit, C. ad l. Iul. maieſt.* quæ innuit per vnicum teſtem reum ſaltem ſemiplenè conuictum dici, & ex conſequenti teſtimonium vnius ſufficere ad torturam, quam gloſſam eſſe communem atteſtatur Boer. *decis. 165 num. 31* ſed in praxi, & ſtylo Curiæ Franciæ non ſeruari. Reſpondemus indicia remota debere probari per duos teſtes, vt ſint ſufficientia ad torquendum, dummodo ſint veriſimilia, probabilia, certa, & clara Baldus *in l. fin. num. 7. in verbo, vel indicijs* Angel. Caſtrenſ. & Salycet. *C. famil. hercis.* & alij, quos referens ſequitur Farinac. *tom. 1. quæſt. 37. num. 13. & tribus ſequentib.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. caſu 270 num. 23. & de præſumpt lib. 1. præſumpt. 94. num. 2.* dicentes indicium remotum non probari per vnicum teſtem omni exceptione etiam maiorem, ſed per duos ſaltem teſtes. Quod procedit etiam in caſu hæreſis, teſte Conrado *in pract. tit. de negat. crim. & tort. num. 26.* & Maſcard *de*
42 *probat. conclus. 462. num. 18. & 19.* Farinac. *dict. quæſt. 37. num. 15.* vbi de crimine læſæ maieſtatis humanæ, Iul. Clar. *d. quæſt. 21. in principio*, Farinac. *d. num. 15.* Maſcard. *lib. 1. de probatio. conclus. 36. num. 9. & ſequenti, & conclus. 894. num. 3. & 4. lib. 2. & conclus. 1385. num. 32. lib. 3.* Qui duo teſtes non ſolùm debent eſſe omni exceptione maiores, ſed etiam debent eſſe conteſtes, non verò ſingulares, Baldus *conſ. 315. incipit, quidam fuit interfectus, num 2 vol. 3.* Marſil. *conſ. 18. n. 12. conſ. 59. num. 3. conſ. 88. num. 15.* Alexand. *conſ. 180. num. 6. lib. 6.* & Gomez *d. cap. 13. de tortur. reor. ſub num. 18.* alijs ibi relatis de more ſuo, vbi addit contrariam opinionem non eſſe admittendam cum teſtes ſingulares non valeant ad perficiendum ſufficiens indicium ad torturam. Boſſ. *tit. de indic. & conſiderat. ante torturam, num. 27. & ſequent.*
43 Nec obſtat ſi dicas, ſi non poſſunt ſingularia teſtimonia, ſaltem multum iuuant, quia hoc habet locum quando illa ſingula, vni plenè probata per duos teſtes, vt bene notat Farinac. *de conf. & conuicto, quæſt. 86. num 95. & in ... dict. quæſt. 37. num. 33 ad fin.*

Non eſt tamen improbabile ad probandum indicia remota facere fidem teſtes non omni exceptione maiores, imò infames, & inhabiles. Sic Baldus *in d. l. cunctos populos, num 5. in fin. C. de ſum. Trinit.* Hippolyt. *in pract. §. diligenter, num 8.* Carrer. *in pract. in 2. tract. de indic.* Viſo ergo, quid ſit indicium, *num. 7.* præſertim quando deponunt teſtes ſuper remotis indicijs veriſimilia ... xiſſe Romanum *in conſ. 45. quadam mulier* ... tradit Maſcard. *concl. 894 num. 14. & 15.* & Grammat. *in decis. 54. in præſenti deciſione, num. 51.* vbi volunt teſtes non omni exceptione maiores poſſe admitti ad inueſtigandum, & torquendum, non autem ad puniendum, dummodo huiuſmodi teſtes infames, & inhabiles ad teſtificandum deponant contra aliquem cum tortura. Nam ab ... tormentis admiſſi non probant, neque infamiam purgant, textus *in cap. ſi teſtes, verſ. ſi autem ... conuictio 4. quæſt. 3. & in l. ob carmen, § ſi ea ... noridicio, ff. de teſtib.* Niſi teſtes ſint plures, ita vt ex numero eorum ſuppleatur inhabilitas ad probandã indicia remota, non obſtante inhabilitate, quòd non ſint omni exceptione maiores, vt notat Bald. *conſ. 427. incipit quædam mulier, num. 2. num 6. verſ. item ad probanda indicia, vol. 5.* Socin. Sen. *conſ. 54. col. 2. num. 6. verſ. præterea, & ſecundo, vol. 3.* Conrad. *in ſua praxi crim. lib. 2 § 3 de conf. Prator. in cauſ. crimin. num. 25.* vbi refert, ac ſequitur Cr... *conſ. 35. num. 19.*

Faciunt tradita a Farinacio *quæſt. 56 num 61. de teſte infami*, dicente teſtes inhabiles, qui examinari non debent, ſi examinentur, quamuis non faciant plenam probationem, facere tamen indicium non ſolùm ad inquirendum, ſed etiam ad torturam, vt notat etiam Aufrer. *de reprobat. teſtib. num 54. ad finem, verſ. infamis in omni teſte*, Lanfranc. *de teſtib. cap. quoniam contra ... teſtium depoſitiones, num. 74. in fine, verſ. limita omnia prædicta, extra de probatio.* & Gram... *voto 25. num. 3. & conſ. 11. numer. 5. & d. ... num 9. & deciſ. 34. num 51.* Cæterum hic ſolùm probat teſtes inhabiles probare indicia remota non ad torquendum, ſed ad inquirendum, vt in ſpecie ſentit Baldus pro contraria parte allegatus *in d. l. cunctos populos, num. 5. in fine*, ... *de præſumptionib. lib. 2. quæſt. 88. num. 1* ... ibi relatis, vbi loquitur ad inquirendum generaliter, conſentit Boſſius *in tract. cauſar. criminal. de inquiſitione, num. 4* dicens teſtimonium cuiuſlibet teſtis etiam inimici, vel banniti, ... aliquid teſtificari aliàs non poteſt, efficere ... ſufficiens ad inquirendum generaliter, ... latius *in practica, §. fin. quæſt. 10. verſ. ... torquendum*, intelligat Boſſium fuiſſe locutum de ſpeciali inquiſitione.

Ego tamen arbitror indicia remota de ... loquimur probata per teſtes inhabiles ſufficere duntaxat ad inquirendum, non vero ad torquendum, probata verò per teſtes idoneos, omni exceptione maiores ſatis eſſe ad torquendum, vt ſupra dictum eſt. Quia videtur alienum à ratione ex infamium teſtimonio deuenire ad torturam, ob quam innocentes aliquando præ dolore ad confitendum pertrahuntur. Accedit, quia teſtes inhabiles, & infames examinati non faciunt plenam

num, ſed quale quale indicium, Gigas *de crimin. læſæ maieſtat. lib. 2. tit quomodo, & per quos crim. læſ. maieſt. probetur, quæſt. 3. num. 6.* quod probat per text. *in l. qui vltimo, in fine, ff. de pæn.* Quod cenſuit Blanch. *de indic. ad l. fin. ff. de quæſtion. num. 352. in fine. verſ. vnde ſi infamis*, & Gomez *tertio variar. cap. 12. de probatio. delictor. poſt num. 20. verſ. ſi verò repellitur propter infamiam*; quibus adhæret Farin. *in praxi, quæſt. 62. num. 261.* Sed ad torturam non ſufficiunt qualia qualia indicia, ſed grauia, certa, concludentia, & vrgentia, imò ad inquirendum etiam indicia debent eſſe non qualiacunque vel leuia, ſed grauia, & vrgentia, vt notat Farinac. *lib. 1 de inquiſitio. quæſt. 41. num. 54. verſ. quinta fuit opinio, iuncto num. 48.* & diximus *ſuprà, diſp. 12 §. 4. num. 131. & 132.* Ergo nullo modo indicia probata per teſtes inhabiles ſufficiant ad torquendum, teſte eodem Baldo *in l. final. num. 4. verſ. quædam eſt probatio maior, C. de probatio.* Decius *conſ. 429. num. 12.* poſt Ioan. de Anania *conſ. 17. viſa relatione*, & Aletand. *conſ. 15. viſo proceſſu, lib. 1.* quos referens ſequitur, quibus adhæret Boſſius *in tit. de indic. & conſiderat. ante tort. num. 15.* addens in atrocibus etiam criminibus ad probandum indicia remota requiri teſtes omni exceptione maiores.

50. Nec refert communis regula, quæ tradit, In enormibus, & exceptis delictis admitti teſtes non integros, ac infames, vt in crimine hæreſis, *l. quoniam, de hæretic. & cap. vrgentis, & cap. in fidei fauorem, etiam de hæretic.* In crimine læſæ maieſtatis *l. nullus, & famoſi, ff. ad l. Iul. maieſt.* Item in crimine ſacrilegij, *cap. hi, qui, 16. quæſt. 4. l. ſi quemquam, C. de Epiſcop. & cleric.* Nec non in crimine perduellionis, *l. fin. ff. ad l. Iul. maieſt.* Item in crimine Simoniæ *cap. licet*, & ibi Felin. *de ſimonia*; qui caſus excepti dicuntur in quibus etiam inhabiles, & infames admittuntur ad teſtificandum per gloſſam *in l. 3. §. lege Iulia, in verbo, palam, ff. de teſtibus*, Campeg. *de teſtib. regul. 29. in 2. & 3. fallent.* Lanfranc. *eodem tit. num. 74. poſt medium, verſ. Item fallit in aliquibus caſibus*, Maſcard. *de probation. concluſ. 1356. num. 50. lib. 3.* & Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæſt. 27. num. 7.*

Quia hoc procedit quando admittuntur ad ipſum principale crimen probandum, non autem ad probanda adminicula ipſius delicti, ſeu circunſtantias, ſecundùm cap. *per tuas, vel 1. de ſimonia*, Bartol. *in l. in quæſtionibus, ff. ad l. Iul. maieſtat.* Bald *in authent. ſi teſtis productus, num. 7. C. de teſtib.* vbi ait, ſi caueatur ſtatuto quod admittantur ad teſtificandum ſuper adulterio infames; non debere admitti ad probandum matrimonium, ex cuius probatione dependet an ſit adulterium. Confirmatur exemplo Bartoli dicentis rectorem prouinciæ, ſi ſucceſſorem non admittat, commiſiſſe crimen læſæ maieſtatis, ex *l. quiſquis*, & ibi Angel *ff. ad l. Iul. maieſt.* In quo euentu poſſunt eſſe teſtes infames, & admitti ad probandum, quòd rector prouinciæ ſucceſſorem non receperit; non tamen poſſe admitti infames ad teſtificandum, ſeu probandum quòd ille ſucceſſor erat legitimus. Ex quibus liquet in atrociſſimis indicia remota non poſſe probari per teſtes non integros, vel inhabiles, vel infames, ſed per integros, omniſque exceptione maiores, vt in crimine hæreſis expreſſè probat noſtram reſolutionem Maſcard. *de probatio concluſ. 857. numer. 35. verſ. amplius eadem tradita, vol. 2. & prius concluſ. 462. num. 38. volum. 1.* vbi multis vtrobique id confirmat.

Sed quid dicendum de indiciis propinquis ac proximis? Boſſius *ſupra num. 18. verſ. & eam intellige, & num. 22. verſ. ſed hæc opinio*, & Burſat. *conſ. 316. num. 24. vol. 3.* ſcribunt indicia proxima, ſeu propinqua, vt ſufficiant ad torturam eſſe probanda per duos teſtes omni exceptione maiores; quibus accedunt Alexand. de Neuo *in conſ. 97. num. 14. vol. 1.* & Maſcard. *de probation. concl. 894. num. 9.* alios referens. Contraria tamen opinio tradit proxima indicia ad torturam probari per vnicum teſtem, ita Bald. *in l. final. C. de famil. hercisc.* Paris de Put. *conſ. 151. num. 21. vol. 4.* per gloſſ. *in l ſi quis, C. ad l. Iul. maieſt.* cui ſubſcribit Bartol. Idem vult Brunus *de indic. 1. part. quæſt. 2. num 1.* & Menoch. *præſumpt. lib. 1. quæſt. 91. num. 1.* dicentes ſi teſtis de veritate deponat, dicatque ſe vidiſſe Caium inferentem vulnera Sempronio, in hoc caſu ſufficere hunc duntaxat teſtem. Probatur hæc ſententia, quia ſi indicium proximum probetur per duos teſtes, non eſt neceſſaria tortura, quando ipſi duo teſtes deponunt de viſu ipſius maleficij, ſed condemnatio ex concludenti probatione duorum teſtium de viſu: Atque ita dicendum eſt, ſi teſtis deponat immediatè de ipſo delicto, & de veritate illius, ſufficere illius teſtimonium tanquam ſufficiens indicium ad torturam. In quo euentu loquitur gloſſa *in d. l. ſi quis, verbo, conuictus, C. ad l. Iul. maieſt.* quam ſequitur Roland. *conſ. 7. num. 3. lib. 1* Boër. *quæſt. 163. num. 3.* Cæpoll. *conſ. 39. num. 39.* Menoch. *ſupra, verſ. primus eſt*, & Iul. Clar. *in pract. §. final. quæſt. 22. num. 2. ad fin. verſ. in dic.* & Farin. *in praxi, tit. 5. quæſt. 36. num. 45.* vbi indicium proximum vocat illud quod reſpicit veritatem rei immediatè per ſenſum viſus, vel auditus, iuxta qualitatem materiæ; remotum verò eſſe illud, quod non reſpicit immediatè veritatem delicti, ſed circunſtantias. Ideo quando indicium proximum eſt, & tangit negotium, teſtiſque deponit immediatè de illo, facit indicium ad torturã ſufficiens. Contra verò quãdo teſtis non deponit de viſu ipſius maleficij, nec de blaſphemante Titio, ſed de aliquo actu valde proximo ipſi delicto, ex quo infertur delictum commiſſum; tunc Boſſij, Burſati, & aliorum opinio procedit, nempe proxima etiam indicia probari debere per duos teſtes, & vnicum non ſufficere ad ipſum indicium probandum. In quo caſu loquitur gloſſa *in d. l. final. verbo, vel indicijs, C. famil. hercisc.* Quæ diſtinctio, vt optima, placet Alciat. *conſ. 455. n. 1* & Clar. *ſuprà, n. 2. ad fin.* Atque ita quando indicium eſt proximum, ita vt teſtis deponat de ipſo delicto, probatur per vnicum teſtem; puta, ſi deponat ſe vidiſſe occidi Caium à Titio, vel ſi deponat ſe audiuiſſe Titium blaſphemare. Quod ſi deponat nõ de ipſo delicto, ſed de actu valde proximo eidem delicto, & ex quo delictũ elicitur, quãuis hoc indicium ſit magis propinquum, debet probari per duos teſtes, vt ſit ſufficiens ad torturam; ita Clarus *in praxi, quæſt. 21. num. 2. verſ. aut verò teſtis non deponit de viſu*, & Maſcard. *de probatio. concluſ. 894. num. 10.* vbi hanc partem remittendo lectorem ad Clarum vbi proximè, amplectitur. 51.

Quæres quot indicia remota ſufficiant ad torquendum? Bartol. *in l. fin. num. 6. ff. de quæſtion.* tradit ſufficere indicium proximum maleficio, remota verò indicia neceſſariò debere eſſe plura. Sequitur Blanch. *de indic. num. 150.* quem refert Villalob. *in ſua collecta commun. opinio. in litera I. num. 17.* quam dicit eſſe communem Aug. *ad Angel.*

*gel. de maleſic. in verbo, fama publica, poſt num.* 52. & Aleſſand. *conſ.* 77. *in fin. lib.* 1. vbi refert pro hac parte Ioan. Andr. *in addition. ad Speculat. in tit. de præſumptio.* §. *ſpecies, ſub num.* 3 *in verbo, in l. vaiea,* ſed Ioan. Andr. loquitur de conſuetudine, reliqui verò de iure. Atque ita ait Ioan. Andreas per vnum indicium indiſtinctè procedi ad torturam de conſuetudine, ſubſcribunt Alberic. *in l. ſi quis alicui, num.* 2. *C. ad l. Iul. maieſt.* & Gomez Arias *in l.* 74. *Tauri, num.* 18.

Dicendum tamen eſt indicia remota debere eſſe plura, nec ſufficere vnum ad torquendum, ſed duo ſaltem eſſe neceſſaria, vt vltra præcitatos ſentiunt Boſſius *in tit. de indic. num.* 71. Conrad. *in practic. in tit. de negat. crim. & tormen. num.* 30. *in fine.* Bonacoſſa *in ſuis communib. opinion. part.* 2. *verſ. tortura non poteſt adhiberi per vnum indicium remotum.* Natta *conſ.* 42. *num.* 6. *lib.* 1. *& conſil.* 361. *num.* 6. *lib.* 2. quamuis minùs bene Iulius Clarus teneat *quæſt.* 64. *num.* 14. ſufficere vnum indicium ſiue proximum, ſiue remotum, vt reus torturæ ſubiiciatur; quod nullo modo eſt dicendum de iudicio remoto, niſi addantur alij indicio remoto aliqua adminicula, putà, fama publica de auctore criminis, quæ per ſe nôn ſufficit ad torturam, quamuis probata per duos ſufficiat teſtes, vt putat Gomez *tom.* 3. *cap.* 13. *num.* 16. Sed minùs bene. Sed verius eſt famam per ſe non ſufficere abſque aliis indiciis; eſt tamen indicium remotum, & alteri indicio adiuncta facit indicium ſufficiens ad torturam. Prior pars eſt Felin. *in cap. veniens, num.* 12. *in fine, extra de teſtib.* Marſil. *conſ.* 3. *num.* 4. *in fine, & ſingul.* 97. Iaſon *in l. admonendi, num.* 211. vbi teſtatur *de communi, ff. de iur. iurand.* & alij, quos referens ſequitur Farinac. *tom.* 1. *tit.* 5. *quæſt.* 47. *num.* 4. & Leſſius *lib.* 2. *cap.* 29. *de iudic. dub.* 17. *num.* 156. poſt Iul. Clar. *in praxi,* §. *fin. quæſt.* 21. *num.* 1. vbi volunt in criminalib. famam ſolam non efficere indicium ad torturam, cùm ſe habeat vt accuſator, & ſit indicium remotum, ac fallax. Poſterior pars, nempe ſi adiungatur fama publica alicui alteri indicio remoto, eſſe ſufficiens indicium ad torturam, traditur à Gandino *in tit. de quæſtion. num.* 36. *ad medium, verſ. vnde ſi præter famam, eſſet aliquod indicium,* Menochius *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 89. *num.* 18. aliis ibi relatis, Carrer. *in practic.* §. *final. in* 2. *tract. de indic. & tortur.* §. *ſecundum indicium, num.* 1. *in fine, verſ. cum aliis ergo adminiculis,* & Brun. *de indic. & tortur. part.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 32. Quibus accedit Leſſius vbi proximè.

12. Hinc fit famam publicam ſimul cum fuga ipſius delinquentis efficere contra ipſum ſufficiens indicium ad torturam, vt notat Carrer. *vbi proximè, num.* 1. *in fin.* Dueñas *regul.* 301. *in* 4. *fallent.* poſt Bartol. *in l. fin. ff. de quæſtion.* & Felin. *in cap. nullus, num.* 6. *de præſumpt.* & alij, quos ſequitur Maſcard. *de probatio. concluſ.* 754. *num.* 10. Cùm tamen conſtet fugam ſolam non facere ſufficiens indicium ad torturam, niſi cum aliquo alio indicio coniungatur, vt notat Blanch. *in ſuo tract. de indic. ad l. fin. ff. de quæſtion. num.* 278. *verſ. contrarium tenet, iuncto num.* 279 Carrer. *ſupra,* §. *tertium indicium, num.* 1. *in fine, & num.* 3 *etiam in fin.* & habetur expreſsè à Paul. Ghirland. *de relaxat. carcerat. rubric. fuga incarcerat. poſt num.* 2. *& num.* 4. *per totum,* per textum *in l. vnica, C. de rap. virg. & in l. lege Cornelia, ff. ad Syllan.* Imò fuga delinquentis facit ſuſpicionem non leuem ſecundùm communem, non tamen indicium ſufficiens. Ita Farinac. *d. tit.* 5. *quæſt.* 48. *num* [illegible] vbi hanc partem, vt veriorem probat, & Leſſ[illegible] *pra, num.* 164. vbi ait eſſe indicium fugæ [illegible] quando fit ſtatim patrato delicto, quod ait ex lege *lege Cornelia, citata,* addens citatum ſi poſtea comparcat purgare omnem ſuſpicionem. Credo tamen ſi fugæ aliquid non addatur, nempe inimicitia grauis, aut aliquod aliud indicium [illegible] regulariter non ſufficere ad torturam, tc[illegible] C[illegible] *to dict. quæſt.* 21. *num* 33. & ſic le fugæ ind[illegible] purgari. Imprimis enim poteſt purgari [illegible] to fugientis, vt affirmat Marſil. *in practic. in* §. *diligenter, num* 43. & 44 vbi ait ex cauſa probabili excuſari fugientem, & ſtandum eſſe iuramento illius in iis, quæ dependent ab animo eiuſdem iuxta gloſſam *in* §. *alia, inſtit. de action.* Quia in dubio non præſumitur potiùs abeſſe ex bona, & probabili cauſa, quàm propter conſcientiam patrati delicti. Sequitur Brunus *de indic. & tortur.* 1. *part. quæſt.* 5. *num.* 12. *in fine,* & Carrer. *in practic. in* 2. *tract. de indic. & tortur* §. *tertium indicium, poſt num.* 6. *& num* 1. *in fine,* Maſcard. *de probat.* [illegible] *lib.* 2. *concluſ.* 794. *num.* 18. & Bernard. Diaz [illegible] *gular.* 303. vbi ait fuga non probari delictum, quam limitat ſex modis, & ampliat non valere ſtatutum diſponens ex fuga probari delictum, cùm eſſet contra ius commune, quo cauetur neminem ex præſumptionibus eſſe damnandum, vt *in l. abſentem, ff. de pœn. & in l. fin. ff. de quæſtio.*

Non tamen deſunt qui cenſeant non tolli ſuſpicionem, ſeu præſumptionem fugæ iuramento fugientis, quia in dubio præſumitur fugiens abeſſe propter cauſam ob quam accuſatur niſi aliam cauſam, valde iuſtam, ac rationabilem probare curet, vt deducitur ex lege *minore,* & ibi Baldus *C. de adulter.* Quare in hoc caſu nullo modo eſſe credendum iuranti opinatur Franc. Caſon *de indic. tract.* 10. *cap.* 4. *rubric. de fug. num* 1. & Blanch. *de indic. ad l. fin. ff. de quæſtion. num.* 183. *verſ. aduertit, & num.* 184. Mihi tamen placet ſtandum eſſe iuramento fugientis, ſi probet cauſam iuſtam, & probabilem, ob quam abfuit. Atque ita ſi conſtet de cauſa probabili credendum eſt iuramento fugientis, dicentiſque ſe ex illa cauſa abfuiſſe, etiamſi in contrarium præſumi poſſet quod abfuerit ob cauſam delicti commiſſi. Fundamentum eſt, quia duabus cauſis concurrentibus [illegible] tera incluſiua delicti, & excluſiua altera [illegible] eſt pro excluſiua, ſi iuſta, & probabilis [illegible] Fauet Gabriel *lib.* 7. *concluſ.* 8. *num.* 3. vb[illegible] ſam etiam iniuſtam excuſare diſcedente [illegible] fugæ. Sed melius Maſcardus *de probat. conc*[illegible] *num.* 11. & 12. aſſerendo fugientem ex probabili cauſa nullum facere indicium [illegible] tamen ſufficere cauſas allegare, niſi [illegible] les, & probabiles, vt verò cenſeantur [illegible] cis arbitrio relinquitur, teſte Iaſone in [illegible] *monendi, poſt num.* 169. *verſ. tertio limita,* [illegible] *rand.* Nec obſtat regula, In iis, quæ dependent ab animo alicuius, ſtatur illius iuramento [illegible] hoc procedit in ciuilibus, non verò in crimi[illegible] libus. Hæc enim non deciduntur iuramento. [illegible] Franciſc. Caſon *ſuprà,* & Blanchus Maſc[illegible] nes dictiune.

Diluitur etiam fugæ indicium per ſpontaneam reuerſionem, quia ceſſante cauſa, ceſſat [illegible] Colligitur ex [illegible] *C. de requirend. reu.* Natta [illegible] *ſil.* 407. *num.* 10. Lanfranc. de Oriam. *in* [illegible] *mandi, num.* 54. *verſ. tertio caſu.* Bartol. *in l. quis ſit fugitiuus,* §. 1. & ibi Cæpol. *num.* 15. *ff. de ædil. ædict.*

[illegible] Maſcard. *de probation. vol. 2. conclu* 819. [illegible] *concluſ.* 1330. *num.* 3. [illegible] *lib.* 1 *quaſt.* 89 *num.* 57 præ[illegible] . qui abſuit, probus, qui bene [illegible] Ab[illegible] *in cap. decernimus, 3. quaſt.* 9. [illegible] Bi[illegible] *de indic. quaſt.* 5. *part.* 3. *num.* 12 [illegible] Farinac. *tom.* 1. *quaſt* 48. *n.* 6. dicens [illegible] non facere indicium ad torturam contra ho[illegible] bonæ famæ. Secus ſi erat vir mal[illegible] , & vitæ, tunc enim face[illegible] ſuffi[illegible]ens ad torturam reſtatur ex Ma[illegible] .4[illegible].18. & ex aliis ibi relatis, quia cùm [illegible] remotum, nunquam indicium ſuffi[illegible] ad torturam, niſi adminiculata cum aliis coniecturis, & indiciis; ſic Farinac. poſt plures *d. quaſt.* 4 . *num* 5. *& num* 58. [illegible] *num.* 67. *cum ſeqq.* & Leſſius *d dub.* 17. *num.* 164.

Quæſtionis eſt, an confeſſio extraiudicialis ſufficiat ad torturam, puta, quando reus extra iudicium confeſſus eſt ſe delictum aliquod commiſiſſe; gloſſa *in l. cap.* [illegible] *ff. ad l. Iul. de adulter.* affirmat, Bart. *in l. quoniam ff. de iis qui not. in fam.* *& in l. At quaſtio. 2. ff. de quaſi.* Bald. & Angel. *in d. l. quoniam*, Abbas i[illegible] *cap.* [illegible]*, col. penult. de re cripts, & in cap. quam ſit graue, de exce*[illegible] *prelat. & in cap. ſi quis, de purg. cano.* Iaſon *in l. magiſtratibus, num.* 4. & ibi Purpurat. *num* 6. *ff. de iur*[illegible]*dictione omn. iudic.* Gomez *tom.* [illegible] *cap.* 12. *de tortur. reor. num.* 3. & Foller. *in pract.* [illegible] *imin in verbo* [illegible] *ſi confitebuntur, in* 2. *part.* [illegible] *num.* 22. & Mirand. *de ordin. iudic. quaſt.* 27. *art.* 8. *concluſ.* 1. Ratio, quia confeſſio extraiudicialis probat ſemiplenè teſte Bartol. & aliis *in l. admonendi, ff. de iur. iur.* ergo multo fortius erit ſufficiens indicium ad torturam. Dummodo hæc confeſſio facta ſit feriò, non autem iocosè. Marſil. *in pract. crimin. §. diligenter, num.* 3 . Foller. *ſupra, in d.* 2. *part. num.* 10. Item requirunt quòd ſi hæc confeſſio de certo aliquo delicto commiſſo à Titio d[illegible] e in tali loco feciſſe tale furtum, vel occidiſſe talem, hominem, quia non ſufficit ad tor[illegible] confeſſio generalis, ſed ſpecialis de certo [illegible] loco, vel tali tempore patrato. Foller. [illegible] *num.* 14. Gomez *num.* 8. *verſ. limita tam* [illegible] plures. Quin etiam talis confeſſio [illegible] indicium remotum, debet probari duobus [illegible] omni exceptione maioribus, ſicut cætera [illegible] remota. Bartol. *in l. vltim. col. vltim. ff. de* [illegible]. Leſſius *d. cap.* 29. *dub.* 17. *num.* 157. poſt [illegible] *cap. olim, num,* 2. *de reſcript.*

[illegible]ltas tamen eſt, an ſi ob confeſſionem extraiudicialem reus quæſtionibus ſubiiciatur; & ibi confite[illegible] neceſſaria poſtea ratificatio, & perſeuerantia. Affirmant aliqui non eſſe neceſſa[illegible]ficationem, ſeu perſeuerantiam, quia [illegible] quæ præceſſit, ſemiplenè probauit, & confeſſio facta in tormentis etiam eſt ſufficiens; [illegible] condemnetur [illegible] vi vtriuſque [illegible]. Oppoſitum tamen eſt verius, eo [illegible] eſt io[illegible] ac teſtimonium [illegible] de vi[illegible] & [illegible] exceptione [illegible] propter quem re[illegible] qui ſi [illegible] in tormento, & poſtea ratificet, ac per[illegible] non ex[illegible] a rati[illegible] tione [illegible] propter confeſſionem extraiudicialem a ratificando confeſſionem factam [illegible] tormento. Mirand. *d. art.* 8. *concluſ.* 1. *verſ. circa hanc* [illegible] Quæ reſolutio procedit ſiue confeſſio [illegible] iudicialis [illegible] præſente parte, ſiue abſente, quia quamuis in ciuilibus abſente parte nihil probet, vt docet Vlpianus *in l. certum, §. ſi quis abſente, ff. de confeſſ.* & Sæuola *in* [illegible] *vltim.* & ibi gloſſ. *ff.* [illegible] *interrog. actio.* atque gloſſ. *in l. cum de indebi*[illegible] *4. vltim. ff. de probatio.* In criminalibus tamen confeſſio extraiudicialis, etiam parte abſente facit ſufficiens indicium ad torturam, ideo ſi confiteatur in tormento debet poſtea ratificari confeſſio poſt tormentum, cùm confeſſio extraiudicialis faciat indicium ad torturam, vt vltra præcitatos tradunt Maſcard. *de probatio. vol.* 1. *concluſ* 346. *num* 6. [illegible] 9. *& concluſ.* 1386. *num.* 28. *lib.* 3. & Farinac. *de reo confeſſ. & conuicto, quaſt.* 82. *regul.* 2. *num.* 23. *& num.* 44. poſt plures ibi relatos, Leſſius *d. dub.* 17. *num.* 159.

Baldus tamen *in l.* [illegible]*, num.* 96. *C. de confeſſ.* Iaſon *in d. l. magiſtratibus, num* 6. & ibi Purpuratus, *num.* 2[illegible] *ff. de iuriſdiction. omn. iudic.* arbitrantur, ſi reus ac[illegible] reuocet confeſſionem extraiudicialem, non efficere ſufficiens indicium ad tort[illegible] illam confeſſionem. Sequitur Berò. *in cap. at* [illegible]*, num.* 14 *, de iudic.* Sed is loquitur q[illegible] confeſſio eſt reuocata antequam à part[illegible] contraria, vel a iudice acceptetur. Reliqui verò indiſtinctè ſtatuunt confeſſionem extraiudicialem reuocatam, non conſtituere indicium ſufficiens ad torturam: quibus accedit Diaz *reg.* 1[illegible] *in* 1. *limitat. verſ ſublimita ſecundo*, & Menoch. *de præſumpt.* [illegible] *quaſt.* 89. *num.* 25. Cæterùm vt ſupra diximus, veri[illegible] eſt confeſſionem hanc etiam re[illegible] facere indicium ad torturam, vt plenè probat Gomez *tom.* 3. *variar. cap.* 13. *de tortur. reor. num.* 8. [illegible] *Item etiam limita*, vbi duplici fundamento hoc [illegible]firmat, & contrariam partem c[illegible] Clarus *§. fin. quaſt.* 21. *verſ confeſſio extraiudicialis*, niſi dum reuocet reus doceat de errore. Sic Ludouic. Peguer. *deciſ. crim.* 15. *num* 4 *verſ. quam doctrinam*, & Maſcard. *concl.* 356. *num* 6. *&* [illegible]*. lib* 1.

Qui[illegible] de confeſſione ſacramentali facta ſacerdoti ad obtinendum veniam, ac remiſſionem peccati commiſſi? Reſpondetur, ſi iniquus ſacerdos confeſſionem reuelet, & crimen patefaciat, nullum efficere indicium ad torquendum; quia confeſſio [illegible] ſuit ſacerdoti tanquam locum Dei tenenti, iuxta *cap. ſi ſacerdos,* 2. *de officio ordinar.* & *cap. dilectus*, vbi gloſſ. *de exceſſ. prælat.* ideo nulla fides adhibenda eſt ſacerdoti in iudicio; eſt communis inter Theologos, & iuris pontificij interpretes. Leſſius *ſuprà n.* 160 Menoch. *vbi proximè, num.* 26. vbi concludit, nec fidem, nec indicium contra confitentem facere ſacerdotem, vt torqueri poſſit confeſſus, vt etiam tenet Baldus *in l. Archigerontes, C. de Epiſcop. audient.* quem in ſpecie ſequitur Gomez *dict. cap.* 13. *de tortur. reor. numer.* 9. 54.

Quæres an ſit ſufficiens indicium ad torturam ſi recens occiſus repente effuderit ſanguinem per vulnus ad præſentiam, ſeu aduentum cuiuſdam, non verò ad præſentiam, ſeu aduentum aliorum? Affirmat Nicolaus Florentin. *ſermone* 5. *tract.* 7. *cap.* 6. eſſe ſufficiens indicium ad torturam; idque contigiſſe ſuo tempore ait, fuiſſéque interfectorem per hoc ſignum demonſtratum, captum, tortum, & confeſſum eſſe delictum, ac denique ad mortem condemnatum. Gom. tamen *vbi proximè, num.* 1[illegible]*. ve*[illegible]*. ſed ſaluo meliori*, negat hoc eſſe ſufficiens indicium ad torturam, cùm ſit indicium hominibus incognitum. Atque ita non eſſe practicandum, cùm tortura ſit actus notabile præiudicium inferens; ex quo facile ſequitur

mors;

mors; quare in dubio tutius eſt nocentem dimittere impunitum, quàm innocuum condemnare, vt in l. abſentem, ff. de pœn. & indicia debent eſſe ad torquendum credibilia, ſeu veriſimilia, quod ſi ſint remota, vt in hoc caſu dicendum eſt, debebent eſſe plura, alioqui non ſufficiunt ad torturam. Bartol. in l. fin. num. [illegible] ff. de quæſtio. Boſſius tit. de indic. num. [illegible] vbi de communi teſtatur, prout etiam vult Menoch. de arbitrar. caſu 270. num. 20. Nec refert ſi dicas indicia quæ ſufficiant ad torturam, iudicis arbitrio relinquit qui conſideratis perſonis, locis, temporibus, & ſimilibus, arbitrabitur an reus ſit torquendus necne, teſte Bartol. in l. fin. num. 5 ff. de quæſtio. Bald. in l. [illegible] in principio, [illegible] communia de leg. &c. & Brunus in tract. de indic. quæſt. 3. primæ partis. Quia hoc nobis fauet, cùm indicia debeant eſſe talia, quæ iudicem ad torquendum mouere valeant, vel ſimilia, ſcilicet, probata, ac grauia, iuxta l. [illegible] militis, [illegible] oportet, C. de quæſtion. Item debent eſſe credibilia, quæ facile moueant animum ad ita credendum, nam iudicis arbitrium debet eſſe æquum, moderatum, ac iuri conſonum, vt notat Bartol. in l. ſi in lege, ff. [illegible], & Ange. in l. 1. ff. de teſtam. milit. Cùm ergo hoc ſignum ſanguinem emittens ad præſentiam vnius per vulnera, non verò ad præſentiam cæterorum ſit vnicum, & valde remotum indicium, & incertum, & ex cauſis incognitis, nullo modo eſt ſufficiens ad torturam. Sequitur Leſſius d. dub. 17. num. 167.

55\. Sequitur dicendum de indiciis an ſufficiant ad condemnandum criminaliter. Dicendum eſt indicia indubitata ſi credimus Baldo, & Salicet. in l. vltim. C. de probatio. ſufficere ad condemnationem. Sequitur Angel. de maleſic. in verbo, [illegible] publica, col. 4. verſ. an vnum indicium [illegible] qui id extendit ad condemnationem ad mortem [illegible] Andreas ad Speculat. tit. de probatio. §. [illegible] ad num. [illegible] 13. in litera D. in verbo Clara, cui adiunxit Angel. ſupra, in tract. de maleſic. in verbo, comparait [illegible] inquiſiti, col. 4. Salicet. ſupra. Neque ab illis abeſt Abbas conſ. 115. incipit, tria ſunt, col. 1. in principio, lib. 2. quatenus ait, indicia, quæ valde vrgent, plenam facere probationem. Probatur, quia indicia indubitata ſunt ea, quæ neceſſariò aliquid oſtendunt, & quod aliter fieri non potuiſſe demonſtrant. Quod genus indiciorum docuit Baldus in rubrica, C. de probatio. eſſe plenam rei demonſtrationem per ſigna ſufficientia, per quæ animus cuiuſque in aliquo tanquam exiſtenti vero ita côquieſcit, vt plus inueſtigare non curet. Sequitur Brunus tract. de indic. & tortur. quæſt. 1. primæ partis, num. 3. ergo non eſt ambigendum poſſe aliquem damnari ad mortem per indicia indubitata, vt in ſpecie tradunt præcitati, per textum in l. ſi quis adulterij, C. de adulter. & Marſil. in practic. crimin. in §. diligenter, num. 21. verſ. & vltra prædicta, & teſtatur Carrer. in practic. l. obſeruare curabis, C. quorum appellatio non recipitur, num. 105. verſ. ex quo omnium dictus, vbi alios pro hac parte citat, quos referens ſequitur Maſcardus de probatio. concluſ. 865. num. 1. & duobus ſequentib. vol. 2. & concluſ. 1386. num. 22. vol. 3. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 270. num. 8. & caſu 279. num. 3. vbi probat indicia, ſiue ſigna neceſſaria ſufficere non ſolùm, vt reus ex illis conuictus torqueatur, ſed etiam vt condemnetur; quod vtroque loco exemplis probat.

Contrarium videlicet ex indiciis [illegible] non eſſe deueniendum ad condemna[illegible] ad torturam duntaxat, volunt Alber[illegible] in [illegible] ſententem, num. 2. ff. de pœnis Decius [illegible] col. fin. [illegible] præterea etiam, vbi de [illegible] Maſc. in rubri. de probat. num. 214 [illegible] ad num. 2 [illegible] vbi etiam teſtatur de æquiori, & [illegible] muniori opinione. [illegible] ler. in pract. [illegible] ba, deuenit capitula, num. 24. Cui [illegible] ſcribit [illegible] Scaccium con. crimin. diuer. 130 num. 1 [illegible] Quorum ſententiam tenaciter defendit G[illegible] nus in ſuo tract. de maleſic. in rubri. de præ[illegible] & indic. indubitat. ex quib. condemn. po[illegible] vbi aſſeuerat omnes [illegible] entes in e[illegible] tia, vt crederetur per [illegible] ia indubitata, [illegible] modo poſſe deueniri ad [illegible] demnationem [illegible] tum iudicio accedit Paul. de Ca[illegible] cipit, viſa inquiſitione, col. 1 poſt num. [illegible] nec ex dictis, lib. 2 [illegible] refert [illegible] ſendiſſe quendam a capitali ſupplicio [illegible] quem indubitata inſtabant [illegible] & nullo modo induci poſſet animum [illegible] dum alium fuiſſe homicidam, quam [illegible] quiſitum.

Mihi tamen magis placet pars affirmati[illegible] modo indicia ſint ita indubitata, & luce c[illegible] ra, vt de contrario perſuade[illegible] poſſis. Sic Bartol. in l. licet Imperato, ff. de le[illegible] & alij quos referens ſequitur Boer. de [illegible] 164. [illegible] & ſequentib. poſt Baldum in l. exi[illegible] ff. ad Syll. vbi ſingulariter ait ex pluribus indici[illegible] plenam probationem ad [illegible] condemnationem capitalem etiam contra impuberem. Nec di[illegible] Clarus d. § fin. quæſt. 20. num. 1 vbi ait, grauiſſima indicia ſufficere ad condemna[illegible] quando ſunt quaſi plena probatio. Sequ[illegible] F[illegible] nac. de reo confeſſ. quæſt. 86 num. 55. [illegible] & num. 67. verſ. ſublimiter [illegible] dicens [illegible] indubitata tunc demum ſufficere ad condemnandum, dummodo ſint ita clara vt contrarium credi non poſſit. Atque ita quamuis Idem Farinac. num. 58. hanc quæſtionem relinquat in arbitrio iudicis, vt ex indiciis indubitatis vel torqueat, vel condemnet reum, exiſtimo potius condemnandum ſaltem ad triremes perpetuò, vel exilium præſertim in delictis occultis, & difficilis probationis, in quibus veritas clariùs deprehendi nequit, & multo laudabilius fiet ſi reu[illegible] iudiciis modo ſupra dicto indubitat[illegible] capitalem damnetur, ſi aliàs non e[illegible] bo[illegible] Quin etiam addo idem quando indi[illegible] ta prouenirent ex præſumptione iuris [illegible] non eſſe in arbitrio iudicis condem[illegible] quere, ſed debere omnino cond[illegible] nam ordinariam delicti per textu[illegible] C. de adulter. cùm præſumptiones [illegible] te, ſeu vt alij dicunt, à iure app[illegible] liquidiſſimæ probationes, & ſuffic[illegible] demnandum in pœnam corporale[illegible] ſupra, num 52. & num [illegible].

Ex aliis verò in[illegible] ait, ſeu pr[illegible] communis regula eſt neminem [illegible] nari poſſe per legem, abſentem, [illegible] pœnis, Boer. ſupra, [illegible] 4. G[illegible] cap. 11. num. 25. Maſcard. lib. 1 de p[illegible] cluſ. 45 [illegible] num. 8. & 9. & con[illegible] 17 num [illegible] Quia ad condemnandum p[illegible] bationes debent [illegible] eludentes, & claræ, textus in l. [illegible] aſſ pnal C. de probation. Ac [illegible] libus agitur de ſalute hominis, ideo ne[illegible]

ct

eſt probatio euidens, ac clara in criminalibus. Alberic. in d. l. abſentem, Conradus in tit. de teſtib. rubr. omni exceptione maior, num. 89. & Menoch. de arbitr. caſu 279. num. 1. & 2. Quod adeo verum eſt, vt nemo poſſit condemnari ea violenta præſumptione, teſte Foller. practic. in verbo, de itur capitula, num. 24. Marſil. in rubric. C. de probatio. num. 254. & ſequentib. Quod intellige criminaliter, & ad pœnam; ſecus ciuiliter ad reſtitutionem rei: tunc enim poteſt ferri ſententia diffinitiua ex præſumptione violenta ad condemnandum ciuiliter. In quo ſenſu accipiendus eſt textus in cap. afferte. extra de præſumption. vt notat Ananias ibi, num. 1. verſ. & procedit iſtud in cauſa ciuili, Zabarel. in fin. verſ. ex hoc dicit, Imol. num. 3. verſ. poſſe tamen dici, & num. 4. verſ. aduerte tamen, quibus adhæret Caſtro in l. ſi iam cum l. i. poſt num. 4. C. de probatio. & Præpoſitus in cap. ..ui tidem, num 4. de ſponſalib. qui omnes dictum textum in cap. afferte, interpretantur, ex violenta præſumptione, ibi latam eſſe ſententiam ad condemnandum ciuiliter ad rei reſtitutionem, non verò criminaliter ad pœnam. Qua diſtinctione vtitur Marſil. in d. rubric. C. de probat. num 254. & ſeqq. in ve.. ſic iſta videtur communis opinio. Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 97. num. 19. & ſ. que ſeibne. N... refert quòd indiſtinctè dicatur ex violenta præſumptione poſſe ſequi condemnationem, vt expreſſe ait Abbas in d. cap. afferte, n. 1. non ſolùm quando agitur ciuiliter, ſed etiam quando criminaliter, quia id ſolùm probat poſſe condemnari in aliquam pœnam pecuniariam; ſicut videtur loqui Auguſt. ad Angel. de maleſic. in verbo, quod fama public. num. 22. & 24. non verò in pœnam corporalem, vt notant Marſil. & Menoch. ſupra. Quorum partes ſequitur Farin. d. quæſt. 86. num. 78. & ſequentib.

56. Quid de violentiſſimis præſumptionibus, quæ indiciis etiam indubitatis aſſimilantur? Felin. in d. cap. afferte, num. 10. verſ. quarto limita. de præſump... Abbas ibi num 6. in princip. iuncto verſ. ... agitur criminaliter, docent ex præſumptionibus violentiſſimis poſſe procedi ad pœnam ordinariam delicti. Sequitur Menoch. diff. quæſt. 97. num ... poſt plures ibi relatos, reiecto Gandino in tract. maleficior. rubric. de indic. indubitatis, in fine, ... bente in hoc caſu reum pœna extraordinaria eſſe puniendum, ſed poſſe deueniri ad pœnam ordinariam delicti ex violentiſſimis præſumptionibus vide Bellamer decif. 689 alias 688. n. 35. Idem Menoch. conſ. 31 num. 25. lib. 1. quam opinionem dicit communem, & ab omnibus receptam Gomez in l. 80. Tauri, num. 10. & doctiſſimus Barbo.. in ... in princip. n. 78. ſolut. matrim. in 1. p. ſaltem in his delictis, quorum probatio difficilis eſt. Cæterùm cùm præſumptiones violentiſſimæ indiciis indubitatis aſſimiles ſint, quidquid diximus de indiciis indubitatis, idem ex præſumptio... ac ... ipe, quando præſumptiones tales eſſent, vt manifeſte ante oculos iudicis factum ponant, ita ... ſe aliter credere non poſſet, quod ex multis ... relatis ſequitur Sarmient. ſelect. interpret. lib. 1 c. 1. per tot. vbi credit abſurdiſſimum dici poſſe iudicem pœnam ordinariam mitigare ex qualitate probationum, ideo in hoc caſu reum vel eſſe ordinaria pœna plectendum, vel omnino abſoluendum concludit, nec diſſidet Farin. d. q. 86. num 14. ver. primo, vbi excipit caſus duos, in quibus reus condemnandus eſt in pœnam corporalem, nempe quando indicia talia ſunt, vt iudex aliter aliud diuerſum à facto ſibi perſuadere non poſſit iuxta doctrinam Innocent. in cap. quia verisſimile, n. 2. verſ. nota tamen, de præſumpt. dicentis iudicem quandoque, rarò tamen poſſe procedere ex indiciis indubitatis ad pœnam corporalem, & pecuniariam; ergo tacitè, & expreſſè ſentit poſſe iudicē quādoque condēnare in pœnā corporalem. Quod alij, vt ſupra diximus, indiſtinctè ſequuti ſūt.

Quæres quæ liceant damnato ad mortem naturalem? Reſpondeo de iure communi ſic damnatum fieri ſeruum pœnæ, l. qui vltimo ff. de pœnis, §. pœna ſeruus, verſ. ſeruus autē, inſt. quib. mod. ius patr. poteſt. ſoluat. Quam rationem tradit lex noſtra lib. 4. ord. tit 81. §. 6. ibi: Porque a condemnaçaõ o faz ſeruo da pena em que he condemnado. Ideo in primis non poteſt teſtari, textus in l. eius, § ſi cui, ibi gloſſ. in verbo, ad ferrum, & communiter ſcribentes, Bart. n. 1. Bald. n. 3 ff. de teſtam. Couar. in rubric. de teſtam. n. 27. in princip. Iul. Clar. in §. teſtamentum, q. 51. in princ. vbi teſtatur de communi. Idem de lege Luſitana ſupra, ibi E por conſeguinte he priuado de todos os actos ciuis que requerē autoridade do dereito ciuil, aſſi como he o teſtamento. Sequitur Gam. in tract. de ſacramentis vltimo ſupplic. damnat. præſtandis, quæſt. 5. num. 10. & quæſt. 6. n. etiam 1 . & deciſ. 362. quibus accedunt Ægid. in l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. p. 1. §. 1. per tot. & Molin. Theolog. tom. 1. de iuſtit. tract. 2. diſp. 9. verſ. quod vt melius intelligatur. 

Quod extenditur ad teſtamētum factum etiam ante condemnationem ad mortem naturalem; hoc namque per ſubſequentem damnationem eſt nullum omninò per dictam legem eius, § ſi cui, ibi. Nec illud teſtamentum valet, quod antea fecit, & ibi Bart. ff. de teſtament. Aret. in l. ſi quis poſt accuſationem, col 2. in princ. n. 3. poſt medium, verſ. quia gloſſ. ima, ff. de teſtam. Clarus d. quæſt. 51. verſ. quin imò ſit primo. Idem de iure noſtro d. § 6. ibi: E poſto que em qualquer tempo antes da dita condemnaçaõ o tenha feito, tanto que for condemnado, logo o tal teſtamento perde toda ſua virtude, hoc eſt, teſtamentum antea factum ob ſecutam damnationem eſt omninò irritum, & inane. Ægid. ſupra, d. §. 5. num. 3. verſ. priorem verò ſententiam. Quod amplia ad damnatos ad mortem ciuilem, nempe ad deportationem, vel ad metallum, ſic Aretin. in l. ſi quis poſt accuſationem, vbi proximè, & Peregrinus de iur. fiſci, lib. 5. tit. 2. num. 2. Molin d. verſ. quod vt melius intelligatur, poſt plures ibi relatos, quibus adhæret.

De iure tamen Caſtellæ l. 4. Tauri, quæ eſt tertia lib. 5. nouæ collectio. titul 4. omnibus damnatis non ſolùm ad mortem naturalem, ſed etiam ciuilem ſit facultas diſponendi de bonis ſuis per teſtamentum, vel per quamcunque aliam vltimam voluntatem, per ſe, vel per alium, perinde ac ſi non eſſent ſimili pœna affecti. Gom. n. 3. in d. l. 4. Tauri, vbi notat poſſe ita damnatos poſt damnationem etiam ſuccedere tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, ſicut cæteri, ac diſponere de omnibus his bonis, exceptis illis, quæ vel ſunt confiſcanda, vel alteri applicanda ratione delicti, & in pœnā illius. Mol. ſupra, & Spin. in ſuo ſpec. teſtam. 8. part. n. 5. & 6.

Diximus deportatum eſſe inteſtabilem de iure communi, per textum in l. eius qui, §. inſulam, ff. de teſtamentis, & ibi Bald. in ſummario, Salicet. in l. 1. num. 2. in fine, verſ. & per conſequens, C. de hæred. inſtit. & ibi Iaſon num 1. verſ. eodem modo, quod procedebat, & extendebatur ad bona acquiſita poſt deportationē, gloſſ. in d. l. eius qui, § in 58.

*inſulam, in verbo, deportati*, nec poteſt capere ex teſtamento, nec ab inteſtato, *l.1.C. de hered. inſtit.* ibi: *Qui deportantur ſi heredes ſcribantur, tanquam peregrini capere non poſſunt.* Clarus §. *teſtamentum, quæſt.22 num.2.* vbi de communi.

Idem dicitur de condemnato ad metallum, ſeu ad beſtias per legem, *eius qui ff. de teſtam. in verbo, ad ferrum*, Couar. *in rubric. de teſtam. n.27 in principio*, Peregrin. *in tract. de iure fiſci, tit.4. num 1.* vbi de damnato ad metallum ait amittere factionem teſtamenti tam actiuam, quam paſſiuam, & *n.7.* vbi de damnato ad beſtias. Idem de damnato ad perpetuum carcerem volunt Abbas *in rubric. de teſtam. n.4.* Couarr. *ſupra num.2*, vbi teſtatur de communi, ſequitur Peregrin. *d. tit.4. num.5.* Idem de damnato ad triremes tenet Peregrinus *num.7.* Simon de Pretis *de interpretatio. vlt. volunt. lib.2. interpretatio.2. dub.1. ſolutio.1.*

Hodie tamen omnes hi ad mortem ciuilem damnati quomodocunque vocentur, de iure nouo non prohibentur teſtari, nec fiunt ſerui pœnæ, niſi ad mortem naturalem deſtinentur, textus *in Authent. ſed hodie, C. de donatio. inter vir. & uxor.* quem Couar. *ſupra num.2. poſt medium, verſ. quorum opinio valde commendat*, ſiue laici, ſiue clerici ſint. Sequitur Peregrin. *d. tit.4. n.9.* Farinac. *q.102. n.146. & n.158.* Idcirco poſſunt omnes contrahere, emere, donare, & acquirere per legem, *quidam ſunt, in fine, ff. de pœnis*, Peregrin. *ſupra tit.5. n.10.* Quin etiamſi bona illorum non publicentur, non poteſt fiſcus ex contractu per eos acquiſita poſt eorum mortem capere. Bald. & Angel. *in l.3. l. ſi pendente appellatione.* An verò poſſint capere ex teſtamento, vel ab inteſtato, non conueniunt doctores. Nam damnatus ad metallum eſt incapax hæreditatis ſibi delatæ, ſi damnetur in perpetuum, ſecus ſi ad tempus, Peregrin. *d. tit.4. n.2.* deportatus verò ſi hæres inſtituatur, quamuis ipſe non acquirat; fiſcus tamen non acquirit ab eo tanquam ab indigno, ſed venit hæreditas, aut ſubſtitutis, aut illis deficientibus, ſuccedunt venientes ab inteſtato. Paul. de Caſtr. *in l. C. de hered. inſtit. poſt num.2. & 3.* Iulius Clarus §. *teſtamentum, num.2* poſt Alex. *conſ.26 num.1. lib.1.* Burrigar. tamen *in d. l.1.* Secus credit in hæreditate delata ab inteſtato, quaſi ſentiat deportatum poſſe ſuccedere ab inteſtato. Sequitur Farinac. *ſuprà num.162.*

39. Cæterùm deportationis pœna non eſt hodie in vſu, vt latè probat Iul. Clar. aliis ibi relatis, §. *fin. quæſt 67 num.8.* apud tamen Luſitanos imponitur pœna ſimilis deportationi, vt conſtat ex lege Luſitana *lib.2. ordinatio. tit.13. in principio*, ibi: *Por ſe euitar a grande vexação que ſe da aos beneficiados dos noſſos reynos per peſſoas que eſtam na Corte de Roma, ou fora della lhes impetrarem ſeus beneficios*, hoc eſt ad euitandam magnam vexationem, quæ beneficiatis noſtri regni infertur ab illis, qui in vrbe, vel extra illam impetrant beneficia illorum, vel eos ad vrbem præuia citatione vocant, ſtatuimus, vt quicunque beneficium hominis viuentis impetrauerit, e noſtro regno tanquam exterus eiiciatur, vt nunquam poſſit in poſterum gaudere priuilegiis, exemptionibus, ac immunitatibus, quibus gaudent proprij ciues, atque incolæ noſtri regni, & tanquam aduenæ, atque exteri habeantur. Vbi alias addit pœnas, quas repetit *tit.15. huius libri*, quibus afficit hos delinquentes, eoſque omnium regni dignitatum, ac iurium incapaces eo ipſo efficit, ac declarat. Idem fermè liquet ex lege 38. & *ſequentib. lib.1. ordin. hiſpan. tit.3.* & ex multis aliis pragmaticis à Carolo V. ed[illegible] Couar. *[illegible]* vbi deciditur ne den[illegible] eccleſiaſtic[illegible] beneficia exteris. Cui iuri fauet caput *bona, de poſtul. prælator.* & caput vol[illegible] *de [illegible] peregrin.* Nam ſi impetrent exteri benefi[illegible] illorum, qui ad[illegible]c viuunt à Summo Pontifice [illegible]ſis precibus, & ſuggeſtionibus, multa ſequ[illegible] incommoda, quæ facile poterant euitari, ſi [illegible] mus Pontifex per ſynceram, iuſtamque narrationem veri conſcius foret.

His omnibus fauet doctrina Soti *in 4. d[illegible] quæſt.2. art.2.* Victor. *de poteſt Eccleſiaſt. quæ[illegible] num.4.* Gregor. Lopez *l.4. tit.15. gloſſ[illegible] part.4* & alij, quos ſequitur Cabed. *patronatib. cap.36 num.1 & 2.* vbi *num.3.* concludit in ſimili caſu poſſe Regem defendere beneficiatos, quorum benefi[illegible] impetrantur, ne ab illis expolientur, non in [illegible] regiæ poteſtatis, ſed per viam extraordinariæ defenſionis, & protectionis, qua tenetur, & poteſt regnum ſuum, ac vaſſallos ſuos ab oppreſſionibus vendicare, punitéque huiuſmodi ſpoliatores beneficiorum etiamſi clerici ſint circa temporalitates, putà, vt exeant à regno, & priuentur [illegible] bus regni iuribus, amittántque omnes ciui[illegible] ſuæ, ac regni exemptiones. Quod fieri poſſe à Rege, & à magiſtratibus ſecularibus habetur et[illegible] in lege Caſtellæ *24. tit.2. lib.3. ord. & 5. tit.1. li[illegible].3.* Couar. *ſupra, cap.35. n.3* Auilez *prætor. cap.3 verbo, iuriſdicion, n.3. & c.20. n.9. verbo, vſurpar*, & alij apud Cabed. *d. cap.36. n.3.* & Afflict. *deci 24. n.6. & 9.* vbi concludit poſſe procedere iudicem laicum per modum defenſionis extraiudicia[illegible] ad repellendam iniuriam factam clerico per clericum ſuper beneficio. Miranda *de ordin. iudic. quæſt.1. artic 6. concluſione 3.* Curia Philipp. *part [illegible] §.5. num.4.*

Quæri poteſt ſi modò pœna deportati[illegible] hodie alicui irrogetur, quid de deportato? Reſpondeo eſſe inteſtabilem in regno proprio: Extra verò regnum ſi fiat ciuis alicuius regni, poſſe validè teſtari iuxta leges illius regni etiam quoad bona alibi ſita; valetéque teſtamentum in regno originario, à quo fuit eiectus. Sic Ægid *vbi ſuprà, §.6. num.5.* Amittere tamen nullibi ea, quæ ſunt iuris gentium, ac naturalis, ſicut nec alij damnati ad mortem ciuilem, docet gloſſa *in [illegible].1 in verbo, non poſſum, C. de hered. inſtituend.* [illegible] amittant ea, quæ ſunt iuris ciuilis. Peregrinus *de iur. fiſc. lib.3. titul.5. ſub num.2. & 6.* Nec poſſunt amittere legatum pro alimentis [illegible], text. *in l. legatum, ff. de capit. diminut.* Surdus *de aliment. tit.1. quæſt.17. num.12.* Amittunt tamen iura tutelarum, & ius eligendi, itemque [illegible] poteſtatem tam actiuè, quàm paſſiuè. Peregrinus *ſuprà, num.6. 8. & 9.* Poſſunt tamen capere hæreditatem ſibi relictam in teſtamento [illegible] textus *in l. neque, §.1. ff. de teſtam. milit.* Salicetus *in l.1. numer.1. verſ. & à pagano, & num.8. in 8. oppoſitione.* Iaſon *num.1. verſ. quæro* [illegible] *ea, C. de hered. inſtitu.* & ibi Alexander *in principio.* Simon de Pretis *de interpretat. vltim. volunt. lib.2. interpretatio.2. dubio 1. ſolut.1. num.* [illegible]. Quod extendit ad clericum militem ex [illegible] idem de legato alimentorum. Dueñas *reg.* [illegible] *in 10. limitatio. verſ. quam opinionem*, & Peregrinus *de iur. fiſci, lib.3 titul.4 num.3.* Non tamen eſt capax damnatus ad metallum alterius hæreditatis ſibi delatæ, ſi damnatio eſt perpetua, ſecus ſi ſit temporalis, Peregrin. *ſuprà, lib.3. tit.4. num.2.*

D[illegible]bitationis eſt, an damnati ad mortem tam [illegible], quàm ciuilem, poſſint teſtari ad pia. Cap[illegible]. *conclus.* 102. *num.* 122. poſt alios ibi relatos d[illegible] deportatum poſſe teſtari ad pias cauſas ſecun[illegible] communem. Confirmatur ex Alex. *in l.* 1. *num.* 1[illegible] *item fallit in relicto facto ſibi ad pias cauſas*, [illegible] *de hered. inſtit.* dicente deportatum eſſe capacem legati facti ad pias cauſas. Quod etiam tradit Iaſon *ibid. num.* 1. *poſt limitationem*, *vt* [illegible] *& ex hac limitatione.* Ergo ſi poteſt capere ex teſtamento ad pias cauſas, poteſt etiam teſtari ad pia.

Pro relegatis ſiue in perpetuum, ſiue ad tempus ad aliquam Inſulam, dicendum eſt illos poſſe teſtari de iure communi, per textum *in d. l. eius, qui*, & *ibi* Bart. *num.* 3. Iul. Clar. *§. teſtamentum*, *quæſt.* 19. *in princ.* & *quæſt.* 22. *n.* 3. & ideo poſſe accipere hæreditatem ſibi delatam voluit Iaſon *in d. l.* 1, *n.* [illegible] *verſ. Secundò limita*, *C. de hered. inſtit.* & Menoch. *conſ.* 271. *num.* 13. Ratio, quia nec libertatem, nec ciuitatem amittunt, ideo teſtari poſſunt, vt in ſpecie tradit Ægid. *d. l.* 1. *part.* 1. *§.* 6. *num* 3. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* aliis ibi relatis, ſiue illis bona ſint publicata, ſiue non. Farinac. poſt plures *d. quæſt.* 102. *num.* 168.

61. Quid de damnatis ad mortem naturalem? Non poſſe teſtari ad pias cauſas, teſtatur Paul. de Caſtr. *in d. l. eius, qui*, *§. ſi cui poſt*, *num* 1. *verſ. vltimò quæritur*, *ff. de teſtam.* Bartol. *in d. l.* 1. *num.* 26. *C. de ſacroſ. Eccl[illegible]*. & eſt communis, teſte Ablate *in rubric. de teſtament. poſt num.* 11. *verſ. de damnato*, Alexand. *conſ.* 182. *num.* 5. *lib.* [illegible]. quibus conſentit Clarus i[illegible] *§. teſtamentum*, *quæſt.* 5. *num.* 5 *verſ. quæro quid de damnato ad mortem*, Peregrin. *de iur. fiſc. lib.* 3. *titul.* 1. *num.* 2. *verſ. amplia etiam ad pias cauſas*, & Couar. *rubric. de teſtament. num.* 27. *in fine.* Ratio, quia per ſententiam condemnationis effecti ſunt ſerui pœnæ, & amiſerunt libertatem, & bona. Cæterùm de iure Luſitano *lib.* 4. *tit.* 81. *§.* [illegible] damnati ad mortem naturalem poſſunt teſtari de tertio ſuorum dumtaxat bonorum ad [illegible] los captiuos, ad eleemoſynas hoſpitalibus [illegible]das, ad reparandum Eccleſias, ſeu Monaſ[illegible], & ad maritandas puellas orphanas, ſic M[illegible] d[illegible] *teſt. tract.* 2. *diſp.* 19. *verſ. quod ad ius*, & [illegible] d. [illegible] 1. *part.* 3 [illegible] 5. *num.* 7. *ad finem*, *C. de ſacro[illegible]ſ.* & Barboſa *in remiſſ. ad ordin. regiam lib.* 4. *tit.* 81. [illegible] *vltim. num.* 6.

A[illegible] verò poſſint damnati ad mortem naturalem di[illegible]ere de tertia parte bonorum pro libito ad [illegible] cauſas pias, vltra expreſſas in ſuperiori §? Videtur negandum ex Ordinatione Luſitana reſtrictè loquente ibi, *deſtribuindoas em tirar captiues, cazar orfas, mandar dizer Miſſas, pera* [illegible] *e rafazimento de moſteiros, e igreias, e em* [illegible] *tras alguãs cauſas, e deſpezas naon poderam* [illegible] *ſtribuir as ditas tercas.* Quæ deciſio videtur a[illegible] poteſtatem diſponendi de tertio circa alia q[illegible]cunque pia. Verius tamen eſt poſſe diſponere damnatos ad mortem de ſuo tertio in rebus aliis pi[illegible], quæ ſint æquè piæ, quia cauſæ piæ ibi nominatim expreſſæ fuerint ratione frequentioris [illegible] in [illegible]is frequentior pietatis vſus colluce[illegible], non tamen ob id aliæ cauſæ piæ excluduntur, [illegible] eadem ratio pietatis cernitur; atque ita [illegible], *E em outras alguãs cauzas & deſpezas naon poderam diſtribuir as ditas tercas*, non de rebus pi[illegible], ſed de prophanis ſunt accipienda. Ita Molin. Ægid. & Barboſ. *ſuprà*, vbi addunt hos damnatos ad mortem poſſe diſponere de tertio.

*Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.*

illu bonorum pro anima, non ſolùm per actum vltimæ voluntatis, ſed etiam per actum inter viuos titulo donationis; valebit namque aliis donatio, ſeu promiſſio, cum eadem ratio pietatis, ac vtilitas ſpiritualis animæ in eodem actu inter viuos repetiatur; neque refragatur lex noſtra faciendo mentionem teſtamenti, quia fuit loquuta propter frequentiorem vſum concedendo teſtandi licentiam, ſed non propterea facultatem donandi, ſeu promittendi in alia pietatis opera æquè pia, vel in illa expreſſa excluſit, ſed tantùm meminit teſtamenti, quod frequentius fieri ſolet, & ad id quod frequentius fit, lex aptari ſolet, *l. nam ad* [illegible]*a*, *ff. de legib.*

62. Excipitur damnatus ad mortem propter hæreſim, vel crimen læſæ maieſtatis, aut Sodomiæ, quibus nec ad pia teſtari permittitur. Molin. *tract.* 2. *de inſtit. diſput.* [illegible] *verſ. quoad im.* Barboſ. *in remiſſion. ad legem regiam*, *lib.* 4. *tit.* 81, *num.* 6. *ad finem*, per textum ibi, *Porem iſto naon hauera lugar*, hoc eſt teſtari ad pia, *nos que forem condemnado por crime de hereſia, treicam, ou ſodomia.* Quibus omnino interdicitur teſtari. Qua de re circa hæreticum an ſit capax ſucceſſionis ex teſtamento, & ab inteſtato, conſule Sanctum *lib.* 2. *in* [illegible] *cap.* 14. *à numer.* 51. Facit lex, *ex in* [illegible] *ff. de accuſationib.* quæ loquitur de accuſato, ſiue carcerato pro crimine læſæ maie[illegible] aut pr[illegible] crimine propter quod memoria defuncti poteſt damnari, qui etiam antequam damnetur, non poteſt facere teſtamentum iuxta gloſſ. *in l. ſi quis poſt accuſationem*, *verſ. item* [illegible] *crimine* [illegible] *maieſtatis*, *ff. de teſtamentis*, & *ibi* Albericus *in* 1. *oppoſitione.* Atque ita teſtamentum factum ab accuſato, & carcerato pro crimine læſæ maieſtatis, vel quocunque alio, pro quo memoria defuncti damnari poteſt, ſecuta damnatione nihil valet. Idem dicitur de accuſato de crimine propter quod ipſo iure bona delinquentis publicantur. Ita Ioſeph. Ludouic. *concluſ.* 3. *colum.* 4. *verſ. ampliatur ſecundò*, ex Tiraquell. & Menoch. In locis per eum allegatis.

Extra verò crimina hæc excepta damnati ad mortem naturalem etiam ſunt inteſtabiles tam de iure antiquo, quàm de iure nouo, *C. de authent.* vt notant Paulus de Caſtr. & Couarruuias *ſuprà*, *in rubric. de teſtament. numero* 27. etiam quando damnantur iuxta formam ſtatutorum, Iulius Clarus *in §. teſtamentum*, *quæſtio-* 63.
*ne* 21. *in principio*, quoad bona ſita in regno, vbi damnatur, ſecus quoad ea, quæ habet extra illud. Lege illum *dict. quæſtion.* 21. *verſ. quid ſi reus*, *num.* 21. Cæterùm ſi damnatus ad mortem veniat cum exceptionibus, vel appellet à condemnatione, ſi teſtetur, & antequam materia exceptionum dirimatur, vel confirmatio ſententiæ tandem veniat, ipſe in carcere ex ſuperueniente morbo decedat, teſtamentum pendentibus exceptionibus, ſeu appellatione, factum valebit. Paulus de Caſtro *in d. l. eius qui*, *§. ſi cui*, *num.* 1. *verſ. idem ſi poſt latam ſententiam*, & *n.* 2. *poſt medium*, *verſ. ſecus ſi fuerit appellatum*, vbi idem intelligit de fugiente à carceribus appellatione pendente, ſi eo tempore ante confirmationem ſententiæ ægrotet, ac moriatur, Albericus *in dict. l. eius qui*, *numero* 2. & Angel. *poſt num* 2. *verſ. Adde quod*, & Lancellot. *de attentat. appellatione pendente*, *in præfatione*, *num.* 89. & 92. quia appellatio & exceptiones conſeruant

appellantem, & excipientem in ſtatu in quo erant ante ſententiam, textus *in l. [illegible] ff. nihil noua appellat. pend.* & *in l. [illegible]iendum*, ibi. *Omnia in eodem ſtatu ff. de appell. recip.* [illegible] *in l. appellatione, C.* [illegible] *appell.* Idem Paulus de Caſtro *in l. ſi quis, poſt num. 1. verſ. idem ſi infra tempus, quo poterat appellare, ff. de teſtament.* Quamobrem hæredes ſcripti ſi non admittantur, poſſunt appellare*, teſte Baldo *l. 1 num. 5. & 7. C. ſi pendente appellatione.*

64. Hactenus de iure tam communi, quàm particulari. De conſuetudine tamen vbi ea fuerit legitime introducta, teſtatur Alberic. *in d. [illegible] eius qui, §. ſi cui, num. 1. verſ. Item de damnato ad mortem, ff. de teſtam.* & ibi Paulus de Caſtro *num. 9.* & Iulius Clarus *quæſt. 21. in d. §. teſtamentum, in princip. ve. ſ. bene verum eſt*, damnatos ad mortem naturalem quando eorum bona non publicantur, in carcere teſtari, & inſtituere hæredes, & ita de conſuetudine quotidiana atteſtatur Imola *in cap. quia ingredientibus, num. 51 in fine, de teſtament.* & Natta *conſ. 177 num. 4.* vbi addit, quamuis opinetur huiuſmodi teſtamenta de iure nihil valere, non tamen eſſe recedendum ab hac conſuetudine; quamuis Peregrinus *in tract. de iure fiſci lib. [illegible] tit. 2. num. 2.* [illegible] nter aduertat non eſſe deuiandum a iure ſcripto, niſi conſtet de conſuetudine legitima præſcripta, ea verò ſic introducta, valent teſtamenta damnatorum, vt notat Socin. *regul. 66. in 1. fallent.* & Capta *concluſ. 103. num. 111* dummodo non ſint damnati pro delictis, pro quibus memoria defuncti damnari ſolet, aut ipſo iure bona damnati non confiſcantur, vt dictum eſt.

## EPITOME.

65 *Damnatis ad mortem quæ ſacramenta ſint conferenda.*
66 *Et quo die ante mortem.*
67 *Damnati ad mortem an poſſint bis communicare.*
68 *Et an ſit illis miniſtrandum extremæ vnctionis ſacramentum.*
69 *Damnatis ad mortem non eſt neganda ſepultura.*
*Et an poſſint eam eligere. ibid.*
70 *Damnato ad mortem ſi eſt vtilis Reip. poteſt vita concedi.*
71 *Relegati ſi moriantur durante tempore exilij, vbi ſunt ſepeliendi.*
72 *Damnatorum ad mortem corpora an poſſint concedi ad anatomiam.*
73 & 74 *Carnibus veſci humanis an liceat in extrema neceſſitate? ſicut licet carne vti diebus vetitis in extrema etiam neceſſitate.*

65. QVæſtionis eſt, an ſacramentum Euchariſtiæ damnatis ad mortem naturalem ſit conferendum ante executionem ſententiæ. Pars negans ex antiqua conſuetudine ſeruata in Hiſpania, & in Gallia, ac Luſitania, vbi huiuſmodi damnatis Euchariſtiæ communio non concedebatur, poteſt probari; quæ prætextu reuerentiæ tanto ſacramento debitæ damnatis ſacramentum negabat. Item quia delinquentes fugiendo ad corpus Chriſti, vel ad ſacerdotem illud deferentem gaudent immunitate, ne inde extrahantur, vt liquet ex clement. vnica, *de reliquiis, & veneratio. [illegible]*. Archid. *ac in cap. q[illegible]* Abb. [illegible] *cap. [illegible] de celebr. [illegible]* & al[illegible] ibi [illegible] C[illegible] & Gomez *tom.* [illegible] po[illegible] ſumam Euchariſtiam [illegible] bunt [illegible] dem, vel poteſt [illegible] cl[illegible] iſtiam deportantem [illegible] demitti, ideo nullo modo [illegible] ptio Euchariſtiæ damnatis ad mort[illegible] extremo vitæ tempore Euchariſtiam [illegible] ſum eſſe de præcepto Eccleſiaſtico, vt d[illegible] Alexander, D. Thomas, Bonauentura & a[illegible] q[illegible] meminit Azo[illegible] *1. par. in[illegible] moral. lib. 1.* [illegible] *verſ. dua enim [illegible] opiniones*, [illegible] ſequenter ſacramentum Euch. [illegible] non [illegible] dium neceſſarium neceſſitate ſalutis [illegible] bus, qui ſaluandi ſunt, ſed medium dunt[illegible] le, ac morali neceſſitate neceſſarium ad [illegible] uandam vitam ſpiritualem gratiæ, vt volunt C[illegible] ietan. [illegible] *part. quæſt. 7[illegible] art. 1. ad 1.* [illegible] *verbo, communio*, Bonauentura *in 4. diſt.* [illegible] *quæſt. 1. & diſt. 14. quæſt. 4. art. 1.* [illegible] *de ſacrament. Euchariſtiæ, quæſt.* [illegible] *art. 3. num. concluſ. 1. & num 44. concl.* [illegible] Victori[illegible] *ſumma, de ſacramento Euchariſt. §* [illegible] Erg[illegible] ſuſceptio Euchariſtiæ medium nec[illegible] ſitate ſalutis pro conſeruanda [illegible] & [illegible] tia, ſed medium duntaxat vt [illegible] bene [illegible] tus in gratia poſitus ſaluari [illegible] mortis Euchariſtiam non ſuſcipiat, [illegible] ptum iuſtis non imponatur neceſſ[illegible] ſitate ſalutis de ſumenda Euchariſtia [illegible]

[illegible] Quæ rationes faciunt hanc partem [illegible] probabilem.

Probabilior tamen eſt quæ docet [illegible] ſceptionem corporis Chriſti Domini eſſe [illegible] ac medium neceſſarium neceſſitate præ[illegible] diuini & ex conſequenti diuinum præceptum de ſumenda Euchariſtia non omnibus [illegible] adultis baptizatis, qui ſunt capaces præcept[illegible] obligans in articulo mortis, etiamſi [illegible] & auctoritate publica impoſita ad h[illegible] ſacramentum ſuſcipiendum tanquam viaticum, niſi ex aliquo rationabili ſatis caſu occurrente impediatur. Atque ita nullo modo damnati ad mortẽ naturalem poſſunt iuſtè pro eo articulo hoc ſacramento priuari; imò tenentur magiſtratus damnatis ad mortem ſub mortali concedere ſpatium ad ſuſ[illegible] da ſacramenta tam confeſſionis quàm communionis. Eſt communis doctorum ex cap. *quæſitum, 13. quæſt. 2.* Gomez *tom. 1 cap. 1[illegible] poſt num.* [illegible] *Item adde quod poteſt*, Iulius Clarus [illegible] *§.* [illegible] *quæſt. 99. num 1* & probat textus *in* [illegible] *tur*, & ibi Hoſtienſ. & Abbas, Arch[illegible] *cap. fin. 13. quæſt. 2.* & ibi gloſſa [illegible] adeo verum eſt, vt conſuetudo co[illegible] nino reiicienda, vt tradit idem Abb. & [illegible] bentes *in d. cap. 2. de furtis*, [illegible] *ſuprà*, & ex Theologis idem ſentiunt H[illegible] *lib. 8 de Euchariſtia, capit. 4. in p*[illegible] ibi relatis *in commente, litera D.* [illegible] ceptum diuinum obligans in eo articul[illegible] gnificat Concilium Tridenti[illegible] *cap.* [illegible] concil. Nicænum *can.* [illegible] Fr[illegible] et Emanue[illegible] *regul. quæſt. 1[illegible] arti*[illegible] Sot[illegible] *in 4. diſt.* [illegible] *art.* [illegible] Suar. [illegible] *part. diſp.* [illegible] *ſect. 3.* [illegible] *in principio.*

Ratio, qui[illegible] in [illegible] lo mortis tenemur [illegible] magis incumbere ad conſeruandam d[illegible] tiam. Atqui ſacramentum Euchariſtiæ a [illegible]

ſto Domino fuit inſtitutum ad conſeruandam, & augendam diuinam gratiam peculiariter; ergo nullo modo omittenda eſt ſumptio huius ſacramenti in hoc articulo, cùm ſit cibus animæ ſpiritualis ad conſeruandam vitam ſpiritualem gratiæ. Probatur deinde ex conſuetudine generali ab Eccleſia ſeruari ſolita, quæ omnes fideles adultos in articulo mortis communicat per modū viatici, & ipſi morti vicini etiā quando capite damnantur, de ſe tenentur communicare, quamuis non ſint ieiuni. Henriquez *d. lib. 8. cap. 4. in principio, littera D.* vbi pro hac parte refert, ac ſequitur D. Thom. *quaſt. 8.* Faciunt tradita à ſapientiſſimo Suario *3. tom. in 3. part. quæſt. 80. artic. 11. diſputat. 69. ſection. 2. dub. 1.* dicente catechumenos in articulo mortis teneri ſumere Euchariſtiam, & baptiſmum, omittentesque ea ſacramenta duplici omiſſione lethali ligari; altera baptiſmi, altera Euchariſtiæ, ex eo Chriſti Domini præcepto Ioannes 6. *niſi manducaueritis carnem filij hominis*, &c. *non habebitis vitam æternam*. Quæ verba cùm ſint generalia, comprehendebant omnes, qui loquentem Chriſtum Dominum audiebant, quorum aliqui erant infideles, & ſubdebantur poteſtati diuinæ Chriſti legem ferentis. Atque ita per illa verba, *niſi manducaueritis*, loquebatur Chriſtus Dominus tam omnibus tam fidelibus quàm infidelibus indiſtinctè. Et quamuis Sotus *in 4. diſtinct. 18. quæſt. 2. art. 3. concluſione 1.* ſapienter concludat, nec catechumenos ligari præcepto communicandi, ſed tantùm teneri in articulo mortis ſuſcipere baptiſmum, & ex voluntaria omiſſione baptiſmi irretiri mortaliter; ex hoc ſequitur ſolos baptizatos, ſi ſint adulti, peccare mortaliter ſi voluntariè omittant in articulo mortis abſque vlla iuſta cauſa ſacram ſynaxim ſumere.

Ex quibus ſequitur meritiſſimò conſuetudinem Galliæ, Hiſpaniæ, ac Luſitaniæ, quæ damnatis ad mortem ſacram Euchariſtiam negabat, fuiſſe ſublatam per ius ſcriptum, vt conſtat ex lege hac de re ſancita à Philippo 2. Hiſpaniarum Rege anno 1569. qua decreuit, vt capite damnati ante executionem ſententiæ ſacramento pœnitentiæ expiati, & ſacra ſynaxi refecti muniantur, concesso ad hæc duo, rite ac rectè obeunda tempore accommodato iuxta decretum motus proprii Pij V. de quo in eadem lege fit mentio. Quod etiam conſtat iam olim fuiſſe decretum ex *l. 7. tit. 24. part. 1.* ibi: *Sea inſtigiado e deuen le dar communion*, vbi Gregor. Lopez multis id probat. Idem de iure Luſitano ſancitum eſt *lib. ordin. titul. 138. §. 2.* in hunc modum, *E as peſſoas que por iuſtiça ouuerem de padecer ſe notificaraa ſentença hum dia a tarde, a horas que lhes fique tempo pera ſe confeſſarem*: & infra, *e no outro dia ſeguinte pola menhaan lhe daraono ſantiſſimo ſacramento, e ao terceiro dia pola menhaan ſe fara no condemnado a execuçaan da morte com effeito*, hoc eſt, primo die veſperi damnato ad mortem ſententia capitalis intimabitur, vt de peccatis ſacerdoti confiteatur: ſequenti verò die ſacram Euchariſtiam ſuſcipiet. Tertio autem die manè capitalis ſententia mandabitur executioni. Ita lex Luſitana.

Ad argumenta contrariæ partis dicendum eſt, conſuetudinem antiquam, quæ damnatis ad mortem Euchariſtiæ ſumptionem non concedebat, non eſſe omnino improbandam, nec etiam hodie, ſi alicubi vigeat, cùm ſit opinio probabilis præceptum Euchariſtiæ in articulo mortis non eſſe de neceſſitate ſalutis, ſed tantum medium vtile, ac morali neceſſitate neceſſarium ad conſeruandam vitam ſpiritualem gratiæ, cùm poſſit gratia conſeruari per alia media, & remedia ſalutis, puta per orationem, ieiunia, eleemoſynas, & alia pia opera, nec non per frequentem pœnitentiæ ſacramenti ſuſceptionem, quibus impetrare poſſumus à Deo non ſolùm permanentiam, & perſeuerantiam in gratia, ſed etiam magnum incrementum illius. Item, quia etiam in noſtrâ opinione ſecundùm aliquos doctores quando damnati ad mortem ſunt adeo facinoroſi, vt niſi ſi ſtatim ſuſpendantur, vel capite feriantur, ſequantur magna ſcandala, damna publica, vel repentina Reipublicæ ſeditio, ac perturbatio, præmiſſa ſemper ſacramentali confeſſione, poteſt fieri executio, omiſſa Euchariſtiæ ſumptione. Idem dicendum eſt ſi pro certo habeatur quòd ſit damnatus ad mortem eripiendus violenter per conſanguineos à manibus familiæ, & in aliis ſimilibus caſibus, quando magna aliqua damna meritò timeantur.

Ad ſecundum dicendum eſt, fugientes ad ſacram Euchariſtiam gaudere immunitate, ne inde extrahantur, ſicut fugientes ad Eccleſiam, non verò aſſumentes illam, quia eſt cibus animæ, & non corporis, vt expreſſe Panorm. *in cap. ſane, num. 2. de celebrat. Miſſar.* poſt Vincent. & Goffred. *ibi*, & gloſſam *in cap. fin. 14. quæſt. 2.* vbi ait aſſumentem corpus Chriſti non gaudere immunitate Eccleſiaſtica, neque propter hoc poſſe eripi è manibus familiæ, ſicut ſeruus confugiens ad Eccleſiam, non manet liber; ſic damnatus ad mortem ſumendo Euchariſtiam non gaudet libertate. Nauarrus *lib. 5. de pœnitent. & remiſſ. conſ. 40. num. 3. & 11.* vbi in ſpecie definit fugientem ad Euchariſtiam liberari à poteſtate miniſtrorum iuſtitiæ, ſecus tamen, ſi illam aſſumat. Ad tertium argumentum patet ex dictis ſolutio.

Sed quæres, an poſſit damnatus ad mortem ſumere Euchariſtiam eodem die, quo debet ſuſpendi, vel decapitari? De iure noſtro conſtat pridie ſumendam eſſe Euchariſtiam; alij verò in eodem die manè, quo occidendus eſt ante tres, vel quatuor horas, imò, & ante vnam. Ita Nauar. *d. conſ. 40. num. 12.* & *Sa verbo, Euchariſtia, num. 9.* addens, etiamſi non ſit ieiunus; tamquam ſi viaticum: ſed Nauarrus *num. 10.* non eſſe dandam Euchariſtiam non ieiuno ait; ſed infirmo maximè, quia infirmus regulariter non poteſt id præuidere, ſed damnatus ad mortem poteſt. Opinio tamen Emanuelis Sà magis placet, quæ etiam eſt Henrici *d. lib. 8. cap. 4. in princip.* vbi etiam vult ægrotum poſſe non ieiunum per dies ſæpius in eodem morbo communicare, poſt Tabien. *verbo, communicare, num. 54.* concludentem infirmum, qui communicauit non ieiunus per modum viatici, ſi poſtea ſuperuiuat per aliquos dies, puta per ſex, vel per octo, poſſe iterum communicare non ieiunum, etiam per modum viatici, quia non poteſt quis ſaluari niſi per incorporationem ad hoc ſacramentum, vel in propoſito, vel in actu, ſi dignè, & decenter poteſt. Cùm ergo nemo poſſit plenè cognoſcere an poſtquam ſumpſit hoc ſacramentum, ſit ab eo abſens interuentu alicuius peccati mortalis, tenetur de nouo iterum appetere, ſi fortè eſſet paratus, vt rurſus illi vniatur; ideo ſi commodè poteſt, quamuis non ſit ieiunus, debet communicare.

65.

66.

67. Ex qua deciſione ſequitur poſſe damnatum ad mortem, imò debere bis communicare antequam ſententia capitalis executioni mandetur, videlicet, ſi poſtquam ſemel communicauit, impediatur executio per nouas exceptiones, & differatur ſaltem per octo, vel decem dies à priori Euchariſtiæ ſumptione. Probatur, quia ſi ſic damnatus interim dum exceptiones oppoſitæ diſcutiuntur, ac definitiuè pronuntiantur, graui morbo ſi aſſiciatur, ac periclitetur, tenetur parochus ſacram Euchariſtiam ægroto petanti miniſtrare ratione officij, imò grauiter punietur ſi petenti non deferat Euchariſtiam, vt eſt communis Doctorum ſententia, teſte Capua *lib. 1. deciſ. cap. 25. num. 38,* Syluest. *verbo, Euchariſt. 3. num. 7. & verbo, confeſſio 3. num. item 7.* Sanches *lib. 3. diſp. 16. num. 14.* Toler *lib. 4. cap. 10. num. 3.* Henriquez *lib. 8. c. 53. num. 2.* Suarez *tom. 3. in 3. part. diſp. 72. ſect. 3. eodem. 1. fol. 1026.* & Sa *verbo, charitas, num. 4. & verbo, parochus, num. 1. & num. 4.* vbi hanc obligationem iuſtitiæ extendunt ſub lethali culpa ad tempus peſtis etiam cum vitæ periculo. Ergo ſimiliter per eos dies, & multo fortius ſi per menſem differatur executio iuſtitiæ propter exceptiones, & tandem ſit exequenda ſententia, nullo modo poſſunt iudices excuſari à peccato, ſi nolint concedere damnato in extremo vitæ periculo ſumere ſacramentum, niſi cauſa aliqua ex ſupra citatis ſuperuenerit. Quare reo petenti tempus ad confeſſionem, & ad Euchariſtiæ ſumptionem iudices tenentur concedere, vt patet ex clementin. *ſicut ſecundum, de pœnitent. & remiſſio.* vbi Epiſcopis iubetur, vt per ſententiam excommunicationis iudices obligent ad concedendum tale tempus, & decernitur, vt conſuetudo negandi Euchariſtiam omnino relegetur. Quamuis enim in dicta clementina tantum fiat mentio de confeſſione, idem intelligendum eſt de ſumptione communionis vt notat gloſſ. ibi, *quoniam ſicut dicitur non eſſe negandam confeſſionem, ſic etiam intelligitur non eſſe denegandam Euchariſtiam,* iuxta cap. *quod in te, de pœnit. & remiſſ.* Atque ita cum obligatio ſumendi Euchariſtiam in illo articulo, ſit de iure diuino per ea, quæ ſupra diximus, nullo modo poſſunt iudices reo petenti id denegare, non obſtante quacunque conſuetudine contraria, quæ iuri diuino derogare nequit, Petrus Nauarra *de reſtitution. lib. 2. cap. 3. num. 225. & ſequent.* & Syluest. *verbo, iudex 2. quæſt. 11.* vbi vult poſſe negari reo petenti iam in patibulo, qui antea non petiuit in carcere; Petrus tamen Nauarra excipit caſum negandi; quando timeretur ereptio violenta, ex qua notabile Reipublicæ detrimentum immineret. Quibus accedit Reginald. *in praxi, tom. 2. lib. 29. num. 72. verſ. ſecunda, & tertia propoſitio.*

Quod ampliatur ad illos, qui poſt relapſum hæreſis reconciliantur à Dominis Inquiſitoribus, quibus etiam quamuis ſint comburendi ſi verè pœniteant, hoc viaticum non eſſe negandum docent Syluestr. *verbo, Euchariſtia, 3. num. 7. ad fin. verſ. octauum,* per ea quæ tradit Alexand. 4. *in cap. ſuper cathedram, de hæretic. in 6.* D. Antonin. *3. part. tit. 24. cap. 12.* §. 3. & Henriquez poſt plures *in d. lib. 8. cap. 5. num. 4. & in commento litera Y.* Idem Syluestr. ſuprà ait de excommunicato, ſi in articulo mortis confiteatur, ac verè pœniteat, cum in pœnitentia, hoc eſt in confeſſione includatur etiam facultas communicandi ſecundum cap. *quod in te de pœnit. & remiſſ.* cùm tamen in vita excommunicati etiam iniuſtè excommunicatione maiori, ac in notiſ ſumptione communionis arceantur, vbi etiam addit & energumenis & dæmoniacis negandam eſſe Euchariſtiam ſecundum D. Thomam eo articulo, niſi palam conſtet illos pro aliquo crimine ita torqueri, tunc enim habendi ſunt tanquam excommunicati. Non tamen damnatis ad mortem dari debet extrema vnctio, qui non ſunt infirmi, Cened. *collect. 4. ad decretum, num. 2.* Simanc. *de cathol. inſtit. tit. num. 26.* Victor. *in ſumma ſir. tament. numer.* Regin. *lib. 18. num. 68. vbi num. 69.* cum [illegible] *verbo, vnctio, §. 6.* vult dari poſſe his, qui ex ſenio ſunt in probabili mortis periculo, non tamen damnatis ad mortem. 68

An verò ſit danda ſepultura vltimo ſupplicio affectis propter crimina? Affirmatiua pars placet, ex eo fundamento, quia quibus conceditur ſacramentum pœnitentiæ, conceditur etiam ſepultura, textus *in cap. quæſitum, 13. quæſt. 2. & c. 1. de furtis,* etiamſi damnentur propter crimina atrociſſima, ſed illis conceditur ſacramentum pœnitentiæ; ergo, & ſepultura. Quod adeo verum eſt, vt hoc non poſſit conſuetudine induci, vt illi Eccleſiaſtica ſepultura priuentur. & quamuis Syluester *verbo, ſepultura, quæſt. 10.* dicat ſuſpenſum, vel aliter propter ſcelera morti addictum, publicéque iuſtitiatum debere carere ſepultura, hoc eſt intelligendum, vt ipſa ſe explicat, ſi moriatur impœnitens, ſecus ſi contritus, quia tunc ſicut conceditur pœnitentia, & viaticum, ita, & ſepultura. Panormitanus *in cap. ex parte, de ſepultur. col. 1.* 69

Ob quam cauſam Petrus à Rauenna *in tract. extere, cum perpetuo ſilentio fol. 10. col. 1.* non excuſat à peccato iudices damnatorum cadauera beneficio ſepulturæ priuantes, quem ſequitur Rochus *de conſuetud. fol. 12. col. 111.* & Abbas *in d. cap. ex parte.* Contra verò Maior *in 4. ſententiar. diſt. 45. quæſt. 4.* illos excuſat à peccato, ſi corpora damnatorum vltimo ſupplicio relinquant [illegible] poſita in perpetuum ad exemplum in loco publico ſuſpenſa, idque faciant ex cauſa propter atrociſſima crimina. Communiter tamen tantus rigor in corpora damnatorum non eſt probandus, præſertim vbi lex in ſpecie nihil decernit circa ſepulturam. Noſtris verò temporibus quando malefactores extra loca conſueta ſuſpenduntur, non inde auferuntur, vt ſepeliantur, niſi petantur à magiſtratibus, & aliquando non permittitur, vt ad conſpectum ſuſpenſorum alij ab eiſdem delictis deterreantur, ſic docet Vl[illegible] *ff. de cadaueri. puni.* & conſtat ex *l.* [illegible] *ff. famoſos, ff. de pœnis, ibi famoſos latrones* [illegible] *cis, vbi graſſati ſunt, furca figendos eſſe.* Regulariter tamen corpora damnatorum non [illegible] deneganda petentibus, vt tradantur ſepulturæ [illegible] *& 2. ff. de cadauerib. puni.* vbi ad deponendum de patibulo requiri licentiam iudicis habetur. Syluestr. *ſuprà ad fin.* Quin etiam per[illegible] corpora damnatorum exurenda, qui catholici ac verè Eccleſiæ reconciliati obierunt, vel [illegible] eorum oſſa, & cineres vt ſepeliantur, præ[illegible] ſi à cognatis, vel etiam ab extraneis ad ſepeliendum petantur, ex ratione ſupra tradi[illegible], qui[illegible] ad mortem damnatis, quibus conceditur ſa[illegible]mentum pœnitentiæ, & Euchariſtiæ, non denegatur ſepultura, etſi atrociſſima commi[illegible] delicta vt *in cap. 2. de furtis, & in cap. ſuper eo, de hæretic. in 6. & d. clement. 1.* & ibi gloſſ. *de pœnit.*

*& remiſſ.* Yatiz *tom. 1. in praxi, tit. 3. quæſt. 10. n. 184.* Gomez *tom 1. cap. 14. n. 8.* Gama *de ſacram. præſt. quæſtion. 8. per totam*, & Menoch. *lib. 2. caſu 387. num. 3.*

Petes, an poſſit damnatus ad mortem eligere ſepulturam ſibi? Partem affirmantem docet regula vulgaris, videlicet, poſſe ſibi quemcumque eligere ſepulturam, niſi a iure prohibeatur, ex 13. *quæſt. 2. cap. ī contra*, Petrus de Vbald. *de canon. Epiſcop. cap. 11. in principio.* Nihilominus dico primò ſi criminoſus decedat lite pendente antequam ſuper crimine pronuncietur, poſſe ſibi eligere ſepulturam, quia crimen abolitum eſt morte criminoſi, nec per accuſationem factus fuit ſeruus pœnæ. Dico ſecundò idem eſſe iudicium, ſi damnatus ad mortem, à ſententia appellauit, & appellatione pendente mortuus fuit, quoniam intercedente appellatione non ſortita fuit ſententia ſuum effectum, ideo potuit ſibi eligere ſepulturam, vt *in l. 1. ff. ad Turpil. de inuenier. uenientes.* Dico tertiò ſi mandetur tandem ſententia capitalis executioni, non poſſe ſic damnatum eligere ſibi ſepulturam, quia factus eſt ſeruus pœnæ, nec de iure communi poteſt teſtari, vt dictum eſt. Petrus de Vbald. *ſupra, num. 16.* qui cap. 9. *canonica, num. 5.* addit damnatorum corpora ob crimen læſæ maieſtatis non eſſe ſepelienda de iure communi ſine conſenſu Principis, quamuis de conſuetudine ſepeliri ſoleant in ſepulchro ſuorum maiorum. Quod ſi patet ſit reus criminis læſæ maieſtatis, & ſepeliatur in aliquo ſepulchro, filius tamen non poteſt ſepeliri in ſepulchro patris, quia in iſto caſu ius ſepulchri non tranſit ad filium, vt eſt caſus *in l. 1. §. interdum, ff. de ſuis, & legitim.* & notat gloſſ. *in l. ſi quis hæres, ff. de religion. & ſumpt. funer.*

70. Quid dicendum de officiali in arte ſua peritiſſimo ſi ad mortem damnetur? Marſil. *in l. edictum, ff. de quæſt. in 3. col.* poſt alios tradit hunc officialem cùm ſit Reipublicæ vtilis, non poſſe torqueri. Sequitur Pariſ. de Put. *in tract. de indic.* per textum *in l. ad beſtias, ff. de pœnis*, vbi dicitur damnatum ad beſtias poſſe eximi ab illa pœna, quando eſt vtilis Reipublicæ, ac populo, & ad vocem illius eſſe liberandum. Quod de facto Conimbricæ ſcio contigiſſe officiali in arte ſcindendi venam peritiſſimo, qui ob eam artem à mortis faucibus, ac patibulo fuit ereptus; lege Grillan. *de pœnis, lib. 4. quæſt. 6. num. 10.* vbi de hoc caſu, exceptis tamen criminibus læſæ maieſtatis, maleficorum, & incantatorum, per textum *in l. & ſi excepta, C. de maleſic. & math.* Quare Tiberius Cæſar meritiſſimo crudelis habitus fuit, quatenus inſignem artificem, qui vitrum flexibile componebat, occidere iuſſit, quem etiamſi eſſet homicida, vita potius donare debuiſſet ob tam inſigne artificium; cuius facti teſtis eſt Plin. *lib. 36. cap. 26.* & Tiraq. *ſupra de pœn. cauſ. 50. num. 1. & 3.*

71. Quid de relegatis ab aliquo loco, vel ciuitate, ſi durante tempore exilij decedant? Reſpondeo non poſſe eorum corpora inde extrahi ad ſepeliendum in eo oppido, vel ciuitate, à qua inuita fuerunt relegati, textus *in l. penultim. ff. de cadaueri. puni.* Ratio, quia ſicut dum vixerunt, non poterant ibi habitare; ſic etiam poſt mortem non poſſunt eorum corpora ibi ſepeliri; quod puto verum, ſi exilium erat perpetuum; ſecus ſi fuit ad tempus; tunc eo tranſacto poſſunt corpora, & oſſa ad locum, a quo fuerunt relegati, adduci. Pro quo faciunt tradita ab Anania *in cap. 2. de furtis*, & ab Hippolyto *in l. vltim. num. 58. ff. de quæſt.* abſolutè docentibus poſſe oſſa, & cineres relegatorum deduci inconſulto Principe in locum à quo fuerunt relegati. Quæ opinio cùm ſit benignior placet; quidquid contradicat Gualdenſ. *de arte teſtand. tit. de ſepult.* Nec obſtat lex pen. *ff. de cadauerib. puni.* vbi dicitur miſſus in exilium ab aliquo loco non poſſe inconſulto Principe in eundem locum mortuus deduci ad ſepeliendum. Quod etiam *ibi* Bartol. & Iaſon. *in l. 2. col. 2. C. qui teſtament. facere poſſ.* per text. *in cap. is, cui. de ſentent. excommunicat. & in cap. ex parte, el 2. de ſepultur.* Quia hæc iura, & Doctores debent intelligi de miſſis in exilium perpetuum, non verò ad tempus. Quare deportati in certam inſulam ſi ibi moriantur, non poſſunt inde educi, vt alibi tumulentur, cùm deportati exilio perpetuo in perpetuum afficiantur; vnde poſt mortem non poſſunt eorum oſſa, ac cineres deduci ad ſepulchrum ſuorum maiorum ſine Principis licentia. Anchatan. *in clement. 1. de pœnit. & remiſſ.* Rauenna *in Alphabeto aureo ad finem ante allegationem conſuetudinis*, & Staphileus *de literis gratiæ, & iuſtitiæ, folio 191.* Quibus accedit Gomez *dict. cap. 14. num. 8. §. Item adde.*

72. Sequitur dicendum an liceat corpora damnatorum concedi medicis ad anatomiam faciendam? Ananias *in cap. 21. de furtis, col. 2.* & Bartol. *in l. fin. ff. de cadaueribus puni.* huius quæſtionis meminerunt, ſed vterque indeciſam reliquerunt. Non tamen video cur hoc non liceat propter publicam vtilitatem; ideo poſſe concedi ſtudioſis artis medicæ in cauſam anatomiæ tradit Decius *in in l. imperium, num. 18. ff. de iuriſdict. omn. indic.* Ripa *in tract. peſtis, tit. de remed. præſeruat. contra peſtem, n. 142.* vbi teſtatur de communi, quia quando aliquid omnibus prodeſt in cõmuni, præfertur vtilitati priuatæ, per textum notabilem *in l. quod Reipublicæ, ff. de iniur.* vbi habes iudicem nulli facere iniuriam, ſi intuitu boni publici aliquid concedat, quod redundet in contumeliam alicuius priuati. Sequitur Iul. Clar. *§. fin. quæſt. vltim. num. 2.* vbi de conſuetudine paſſim fieri præhabita facultate à Principe, vel à Senatu, obſeruat, & ita practicari teſtatur Bertachin. *in verbo cadauera, numero 5.* Gomez *cap. 14. delictorum, in fine*, vbi refert Imperatori Carolo V. id quærenti ab Vniuerſitate Salmanticenſi, reſponſum pro parte affirmante redditum fuiſſe. Quibus accedit Menoch. *de arbitr. caſu 285. num. 10. & duobus ſequentibus.* Sylueſt. *in ſumma, verbo, Medicus, numero 9. per l. Reipublicæ, ff. de iniur.* quam legem ad huc citat Ludouic. *in l. 1. ff. ſolut. matrim.* Conſentit Anton. Scappus *de iure non ſcripto, lib. 5. cap. 200.* & Sà *verb. Medicus, num. 3.* concludens non debere negari à iudice ſuſpenſum medicis ad anatomiam.

73. Huic affinem adde quæſtiunculam an liceat veſci carnibus interfectorum humanis extra grauiſſimam neceſſitatem? Negat Victoria *in relectione de temperantia, n. 5.* quia eſus carnis humanæ eſt prohibitus iure diuino, per verba illa Geneſ. 9. *Sanguinem animarum veſtrarum requiram de manu cunctarum beſtiarum, & de manu hominis: de manu viri, & de manu fratris eius requiram animam hominis: Quicumque effuderit ſanguinem humanum, fundetur ſanguis illius.* In quibus verbis intelligitur caro humana prohibita eſſe hominibus. Nam quod eſt admittendum in alimentum, neceſſariò eſt præparandum, & ſi optì

eſt, occidendum. Quare dum Dominus ait ibi, *Sanguinem animarum veſtrarum requiram*, &c. & infrà, *Quicumque effuderit humanum ſanguinem*, &c. apertè prohibet hominibus veſci carne humana, ita Victoria *ſupra* Sequitur Nauarr. *in ſumma, cap.* 15. *num.* 122. Tolet. *de peccatis mortal. capit* 60. Valentia *diſp.* 9 *quæſt.* 1. *puncto* 5. & apertè ſignificat D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 142. *art.* 4. *ad* 3. vbi vocat hoc peccatum excedens naturam humanam, ſequitur Azor *tom.* 1. *lib.* 7. *inſtit. moral. cap* 53. *quæſt.* 4. & ſecundùm hos Doctores nullo modo licitum eſt illis veſci, etiam ad vitandum mortis periculum, puta, in aliqua vrbis obſidione, vbi ſunt corpora interfectorum ex vtraque parte, qui in bello occubuerunt; de quibus loquimur. Quia occidere hominem ad hunc effectum cùm ſit intrinſecè malum, conſtat nullo modo eſſe licitum. Atque ita abſolutè dicendum eſt extra grauiſſimam neceſſitatem non licere carnibus hominum interfectorum vei, & ſatis probabile eſt eſſe mortiferum peccatum illis veſci in grauiſſima neceſſitate ad vitandum mortis periculum, vt cenſent D. Thom. Victoria *ſupra, num.* 6. Azor, & Valent ſuprà ſcripti.

Probatur, quia cenſetur inhumanum vti tali cibo in aliqua vrgẽte obſidione, vt patet apud hiſtoricos; nempe apud Ioſephum *de bello Iudaico, lib.* 7. *cap.* 8. Item, quia quidquid in cibum conceſſum eſt, fas eſt occidere, ac præparare, vnde Petro Actor. 10. dicebatur, *Petre, occide & manduca*; ſed nefas eſt occidere hominem viuum ad eſum; ergo nefas eſt veſci carnibus illius mortui. Tertiò, quia ſi hoc eſſet licitum ad vitandum mortis periculum in extrema neceſſitate etiam liceret veſci carnibus humanis, quando quis metu iuſto a Barbaris fuerit compulſus, vt illis veſcatur, quia nihil refert an metus ſit illatus ab intrinſeco, vel ab extrinſeco. Accedit, quia ſi hoc licitum eſſet, cur non fuit permiſſum, vt ait Victoria in obſidione Hieroſolymitana ſub Veſpaſiano, vbi tot millia hominum, ac mulierum fame contabuere? neque in obſidione ſub Ioram Rege Iſrael 4. *Regum* 6 præſente ipſo Eliſæo Propheta, vbi matres de mutua filiorum comeſtione paciſcebantur? nec legitur ibi conſoluiſſe Prophetam in hac vehementiſſima fame fas eſſe vti carnibus humanis ad vitandam mortem; ergo nullo modo dicendum eſt poſſe illis vti in extrema neceſſitate ad conſeruandam vitam. Facit illud Ariſtotel. 3. Ethicor. cap. 1. *Sunt*, inquit, *quædam ad quæ non licet etiam compulſum, ſed potius oportet ſumma perpeſſum tormenta mortem obire.*

Probabilius tamen eſt in extrema neceſſitate poſſe vti carne humana ad conſeruandam vitam, quia non conſtat hoc eſſe intrinſecè malum, nec omnia iuris naturæ præcepta obligant cum vitæ periculo. Item, quia fas eſt ad curandos morbos aliquando vti carne humana in medicamentis, vt vſu receptum eſt in mumia, ſeu momia, quæ nihil aliud eſt quàm caro humana pretioſis vnguentis ſepulta, ſeu delibuta; ergo in extrema neceſſitate famis fas erit vti eadem carne, non condita ad vitam conſeruandam. Sic Caiet. 2. 2. *quæſt.* 148. *art.* 2. *ad fin. in ſolut. ad* 2. Martinus *quæſt.* 2. *de gula*. Abulenſis *in* 4. *Regum, cap.* 6. *quæſt.* 32. Nauar. *in ſumm. cap.* 15. *Hiſpane, num.* 140. *&* *Latine, num.* 122. Tolet. *in ſumma, tract. de peccat. mortal. cap.* 60. *n.* 3. Sà *in ſumma, verb. comedere, num.* 1. vbi expreſsè vult carnem humanam edere licitum eſſe in extrema neceſſitate. Quibus adhærent Leſſius *lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 2. *num.* 10. & Sanchez *in* 1. *Decalogi, cap.* 9. *num* 12. vbi de his plenè.

Confirmatur exemplo Iudæorum, qui eſſe Victoria *ſupra, num* 12. poterant in extrema neceſſitate admittere in cibum carnes immund… as videlicet, & equinas, & coturnas, quibus non licebat vti extra illam neceſſitatem. Ob quam etiam rationem ſi Barbari compellant metu iuſto Catholicum non in odium religionis veſci carnibus humanis, poterit eas edere, quia neceſſitas vitandæ mortis illum excuſat. Victoria *ſupra, numero* 6. quatenus ait nihil referre an metus mortis ſiue ab intrinſeco, ſiue ab extrinſeco inferatur. Sequitur Sanch. *ſupra, num.* 13. vbi *num.* 14. addit neminem teneri vitam tueri eſu carnium humanarum, ſed poſſe mortem potius ſubire ſiue prematur, vitæ tuendæ neceſſitate ab intrinſeco, ſiue ab extrinſeco, cùm poſſit adhærere contrariæ opinioni ſatis probabili docenti veſci carne humana eſſe illicitum. Quin etiam ſi teneat eſſe licitum carnem humanam edere, non tamen tenetur vitam conſeruare per omnia media licita; quemadmodum non tenetur pati vt ſibi amputetur brachium ad conſeruandum totum corpus. Leſſius *ſupra, dub.* 2. *num.* 12. *verſ. Ad vltimum*, vb… exemplis id probat, præſertim Carthuſianorum, qui in extrema neceſſitate poſſunt abſtinere à carnibus, ne videlicet aperiatur aditus diſpenſationibus, ſeu interpretationibus, ac via relaxandi ſanctam illam obſeruantiam in ſua religione. Ita Suar. *tom.* 4. *Religionis, lib.* 2. *c.* 4. *n.* 4. *&* 4. Leſſ. *ſupr.* quod putat verum niſi neceſſitas extrema obueniat ex fame, & nullus alius cibus ſuperſit, q… ſi ſuppetat, bene poſſunt abſtinere à carnibus non obſtante ægritudinis periculo, aut neceſſitate, quia talis abſtinentia conducit ad magnum bonum commune illius religionis, quod ſi non ſuppetat, non cenſent eſſe licitum … obſeruare, cùm in ea abſtinentia nulla … ratio virtutis, nec lex humana præcip… in eo caſu extremæ neceſſitatis non comedere carnes eſſet iuſta; imò iniuſta, & irrationabilis, legique naturæ, ac charitati valde repugn… fideles extremè indigentes propter def… rum eſcarum poſſunt comedere carnes diebus … titis Suar. & Leſſius *ſupra*.

## §. XIV.

### *Qui torqueri non poſſunt, nec capit… damnari?*

#### EPITOME.

75 *Torqueri omnes poſſunt, niſi à …*
76 *Reus torqueri non poteſt quando crimen … plene probatum.*
77 *Reus conuictus ſi torqueatur, … per negationem euadaunt legitima …*
78 *Reus conuictus ſi torqueatur … per … ad … nequeat appellare, conf… &c. poteſt appellare.*
79 *Minores, & ſenes, an, … quando, … modo quæſtionari poſſunt.*
80 *Fœmina pragnans an debeat torqueri.*
81 *Clerici vt torqueri poſſunt, … indicia, quam in laicis.*
82 *Clerici, & Monachi non debent torqueri à miniſtro laico.*

83 *Docto*

83 *Doctores, nobiles & ex lege Luſitana non ſunt torquendi.*
84 *[illegible] crimina excepta an excuſentur [illegible] ætatem, & debilitatem virium.*
85 *Clerici [illegible] privilegio exempti extra caſus exceptos, non ſunt torquendi, nec terrendi.*
86 *Privilegium ne torqueantur nobiles an extendatur ad eorum filios.*
87 *Decuriones alicuius civitatis, Doctores, licentiati, & magiſtri in aliqua academia non graduati, actu tamen docentes an ſint exempti a tortura, & a muneribus.*
*Item Doctores dignitate doctorali debent exui ante torturam. ibid.*
88 *Magiſtri actu docentes Theologiam, ſeu ius canonicum etiam non graduati an poſſint aperire literas Apoſtolicas, & eas expedire ſicut Doctores graduati, & quid de licentiatis actu legentibus? & de regularibus qui ſiunt Doctores, ac magiſtri in ſua religione.*
*Doctoris nomine veniunt profeſſores, ac magiſtri actu legentes. ibid.*
89 *Advocati, ſurdi, & muti à natura, & infantes an ſint torquendi.*
90 *Infantes doli incapaces, an ſint irregulares ſi occidant, & incurrant in excommunicationem a iure ſi clericum percutiunt, vel ingrediantur ſepta Monialium, vel non confiteantur, in quadrageſima.*
*Qui vero ſint infantes, vel infantiæ proximi, vide num. 89.*
91 *Pueri pubertati proximi qui dicantur, & qua pœna puniri debeant, ſi delinquant.*
92 *Pueri, qui propter ætatem non puniuntur, an puniantur accedendo ad maiorem ætatem ob delictum antea commiſſum.*
93 *Minores poſt pubertatem completam ſi delinquant, an ſint puniendi pœna ordinaria delicto reſpondente.*
94 *[illegible]nes ſi delinquant quomodo ſint puniendi.*
95 *[illegible] qua pœna ſint puniendi ſi occidant.*
96 *[illegible] ex ebrietate oriantur.*
97 *Furioſi in furore delinquentes non ſunt puniendi, delinquentes verò ante furorem an in furore ſint plectendi.*
98 *Amentes delinquendo non ſunt puniendi; ſecus ſi habeant dilucida intervalla.*
99 *E[illegible] an ligentur præceptis Eccleſiæ, & tempore interdicti, & poſſint eiſdem porrigi cibi vetiti prohibitis diebus.*

75. QVAMVIS ſecundùm communem Doctorum ſententiam tortura omnibus inferri poſſit, niſi excipiantur à iure; non tamen omnes in quacumque cauſa poſſunt torqueri: quia tortura non eſt inferenda vbi pro delicto [illegible] imponitur pœna corporalis, cum tortura ſit [illegible] ſatis gravis, & licet aliqui cenſeant non [illegible] in gravioribus delictis eſſe locum torturæ, nihilominus etiam in levibus eſt locus, dummodo tamen levis ſit tortura, vt reſpondeat pœnæ d[illegible] Albertic. *in l. edictum, num. 4. ff. de quæſtion.* Iul. Clar. *§. fin. quæſt. 64. num. 4.* Quod ſi aliter quam per torturam delictum probari poſſit, non veniendum eſt ad torturam, vt ait Angel. *in l. fin. poſt num. 4. C. de quæſtion.* Boer. *deciſ. 163. num. 1.* Ideo ſi aliter conſtat de delicto, nullo modo reus torqueri debet, peccántque iudices in hoc caſu, & tenentur in ſyndicatu. Covar. *practic. ar. quæſt. 23.* quem refert Conrad. *in practica, fol. 281. & ſequenti, num. 2. & 6.* Carrer. *in praxi, num. 188. verſ. Item ad torturam,* & Marſil. *in practic. crimin. §. Nunc videndum, num. 25. & conſ. 51. num. 42.*

Similiter quando crimen eſt plenè probatum per teſtes de viſu omni exceptione maiores, nullo modo reus torqueri poteſt, quia tortura pro veritate eruenda fuit inventa in ſubſidium, & defectum probationum. Ideo ſi ſtantibus veris, & legitimis probationibus reus torqueatur, iudex peccat mortaliter, & tenetur reſtituere damnum, & intereſſe reo, textus *in l. edictum, verſ. 1. ff. de quæſtionibus.* Gomez poſt plures *cap. 13. de tortura reor. num* 20. Suarez de Paz *quinta partis, tomi primi, cap. 3. §. 12. de tortur. reor. num. 8.* per textum *in l. Divus Pius, ff. de quæſt. & in l. quoties, & in l. fin. C. de quæſtion. & in l. 1. tit. 30. part. 7.* Mirand. *de ordin. iudiciar. quæſt. 27. art. 4. concl. vnica.* 76.

Quinimò ſi reus legitimis probationibus convictus ſubiiciatur torturæ, & in tortura delictum neget: Hippolyt. *in d. l. edictum, num. 2. & in praxi crimin. § Nunc videndum, num. 26.* opinatur ex illa negatione legitimas probationes contra reum ſuſceptas elidi. Quæ opinio eſt communis, ita vt ex huiuſmodi probationibus non poſſit reus condemnari, ſed debeat abſolui, vt tradunt Cæpol. *in conſil. [illegible], conſ. 32. col. 8. verſ. Circa tertium dubium,* & Thomas de Ferraria *cautel. 5. col. 3. verſ. Vbi etiam.* Sed verius eſt non obſtante tortura indebitè illata poſſe reum damnari ex veris, & legitimis probationibus in proceſſu receptis, quamvis reus in tortura delictum negaverit, & quamvis iudex nihil proteſtetur circa probationes legitimas. Fundamentum habetur in textu expreſſo *in l. 1.* iuncta gloſſ. ibi, *ff. de quæſt.* vbi probatur torturam indebitè, & iniuſtè illatam, & confeſſionem, vel negationem in ea pronunciatam non auferre vim legitimis probationibus in proceſſu ſcriptis, neque earum effectum enervare. Item, quia in actibus dividuis, & ſeparabilibus vtile non vitiatur per inutile, vt plene Bartol. *in l. Græcè, §. illud, ff. de fideiuſſ.* per textum notab. *in l. 1. §. ſed ſi mihi Pamphilium, ff. de verbor. obligat.* Quam partem vt veriorem tuentur Avendan. *in ſuo dictionario, verbo, tormento, verſ. 11.* Villalob. *in antinomia iuris, litera T, num. 12.* Covar. *ſupra dicto cap. 23. num. 5.* & Gomez *dicto num. 2[illegible]. verſ. Et in tantum eſt verum.* 77.

Sed quid ſi iudex reo convicto legitimè torturam addat eo animo, vt reus delictum confeſſus non audiatur appellans? Baldus affirmat eſſe licitum *in l. obſervare, num. 9. C. quorum appellationes, non recipiantur.* Quæ opinio reiicitur communiter tanquam falſa. Ita Angelus *in l. & ſi certus, ff. ad Syllanian.* Covar. *d. cap. 23. num. 5.* & Iul. Clar. *d. quæſt. 64. num. 7.* quibus adhæret Suarez de Paz *vbi proximè, num. 9.* & Gomez *tit. de tortur. num. 25. verſ. Quintò infero,* addens in hoc caſu confeſſionem eſſe nullam, & poſſe reum appellare non obſtante confeſſione à ſententia definitiva; cùm non potuerit reus torqueri à iudice licitè ad effectum impediendi appellationem. Cuius remedium competit reo etiamſi confiteatur in tortura, & in ea poſtea perſeveret. Baldi tamen opinio poteſt admitti, quando reus convictus legitimis probationibus torqueri poteſt ad detegendos ſocios, & participes criminis; in iis caſibus, in quibus poteſt licitè de ſociis criminis interrogari, non tamen ad effectum impediendi appellationem, niſi caſus talis ſit ex circumſtantiis, vt Reipublicæ maximè conveniat 78.

conueniat ſtatim appellatione omnino reiecta, reum publicè puniri. Ita Nauar. *in cap. inter verba, 11 quæſt. 3. corol. 4. ad fin.* Quod non facilè admittit Couar. *d. n. 5. verſ. tametſi ob frequentem,* cum multi iudices ex hoc in puniendis criminibus poſſint accipere magis audaciam, ſeu ſæuitiam, quam modum legitimum in ſuo officio obeundo. Placet tamen Leſſio *lib. 2. cap. 29. dub. 17. n. 152.* quando appellatio eſt iniqua.

79. His poſitis, certi iuris eſt minores quatuordecim annorum minime torqueri poſſe per textum *in l. 1. §. impuberi, ff. ad Sylan.* ibi. *Impuberi autem verum in ſupplicio tantum parcimus, etiam in quæſtione, & magis eſt ut de impubere, nec quæſtio habeatur.* Conſtat etiam ex lege, *ex libero, §. 1. ff. de quæſtion.* vbi ſic ait Calliſtratus. *De minore,* inquit, *quam quatuordecim annorum in caput alterius quæſtionem habendam non eſſe Diuus Pius Mecilio reſcripſit.* Idem repetitur *in l. de minore, ff. de quæſtio.* per hæc verba: *De minore quatuordecim annorum quæſtio habenda non eſt*; & eſt communis, Iul. Clar. *d. quæſt. 64. verſ. quæro nunquid minores, num. 21.* aliis ibi relatis, Bonacoſ. *commun. crimin. p. 2. verbo, minor, fol. 49.* Suarez de Paz *d. §. 12. num. 50. verſ. quæſit,* Gomez *varias tom. 3. cap. 1. rubric. de delict. num. 67. & cap. 13. de tortur. reor. num. 3.*

Cæterùm ſi per legem aliquam, vel ſtatutum fiant habiles ad teſtificandum, in eo euentu ſi delinquant, torqueri poſſunt minores quatuordecim annorum. Brunus *in tract. de indic. & tortur. part. 2. quæſt. 4. n. 16. in fine,* cui adhæret Baiardus *in addition. ad Clarum, quæſt. 64. num. 67.* & Carrer. *in practica in 2. tract. de indic. & tortur. §. circa tertium, quæ perſonæ torqueri poſſunt, num. 37. in fine.* Non tamen pro teſtimonio ferendo, ſiue pro crimine debent minores torqueri ea tortura, qua maiores torquentur, ſed vel ferula, vel loro, ſeu habena, vel alio ſimili leuioris tormenti genere, præſertim in crimine læſæ maieſtatis, in quo minores pro teſtimonio ferendo indiſtinctè torquentur, & alij alias non torquendi, textus *in l. de minore, in principio, ff. de quæſtion.* cuius ſunt hæc verba: *Sed omnes omnino in maieſtatis crimine quod ad perſonas principum attinet, ſi ad teſtimonium prouocentur, cum res exegerit, torqueantur,* & ibi gloſſ. *in verbo, principum,* Anton. de Butr. *in cap. cum in contemplatione, num. 7. verſ. quod dixi, de regul. iuris.* Extra verò caſus, in quibus non ſunt torquendi minores, poſſunt terreri, ferula cædi, vel aliter leuiter torqueri; & ita ſeruari teſtatur Flamin. Cart. *in practic. interrogand. reor. lib. 4. cap. 3. poſt num. 49. & cap. 2. num. 10.* Leſſius *ſupra, num. 154.* vbi in ſpecie de minoribus loquitur.

Idem de ſenibus decrepitis diſponit textus *in l. ſi quis, in graui, §. 19. noſcitur, ff. ad Sylan.* nempe non poſſe torqueri. Gomez *de tortur. cap. 13. num. 13. verſ. item reperitur prohibitus ſenex.* Ghirland. tamen *in tract. de quæſtionib. & tormem. quæſt. 6. num. 5.* oppoſitum tradit, quem ſequitur Brunus *d. tract. de indic. & tortur. 2. part. quæſt. 4. poſt num. 18.* Non propterea recedendum eſt à communi docente ſenem decrepitum, hoc eſt, ſeptuaginta annorum torqueri minime poſſe, ſecus in non decrepito, Iul. Clar. *d. q. 64. verſ. Non etiam debet, num. 21.* poſt Grammat. *deciſ. 14. col. 2.* vbi teſtatur ſexagenarium iuſſum torqueri eo tamen modo quo per ætatem torqueri poterat, cùm nondum perueniſſet ad ætatem decrepitam, quæ incipit, tempore annorum ſeptuaginta, & non [illegible] teſte Ludou. Bologn. *in ad* [illegible] *ad* [illegible] Suazar *in tract. de indic. & tortur.* [illegible] *fine.* Duenas *regul.* [illegible] *in* [illegible] ge niſi ſenex ſit nat[illegible] d[illegible] [illegible] ijcenim etia[illegible] [illegible] non[illegible] dis, ne in tortura [illegible] [illegible] gat. V[illegible] ſenex ſit non, ad ha[illegible] cis arbitrio, qui con[illegible] [illegible] aut imbecillitatem. Caſon *in* [illegible] *tis, quæ perſonæ torqueri po*[illegible] *quæ non, num.* [illegible] & declar[illegible] practica [illegible] [illegible] moratis, qui [illegible] ætate, [illegible] qualitate quando poſſunt deu[illegible] cum [illegible] , vel [illegible] ad terris [illegible] , & propinquam, quæ fit per ligationem, & deportationem, & ſolam appl[illegible] tionem. Anton. Gomez *ſupra, num. 4.* [illegible] *tamen in hoc articulo,* quem referendo ſequitur Farinac. *tom. 1. tit. 5. quæſt. 41. num. 17.* Leſſius *ſupra, d. cap. 29. num. 154.*

De prægnante [illegible] [illegible] *in prax.* § [illegible] *num. 5.* fatetur non eſſe ſupp[illegible] umendum nec [illegible] per [illegible] *in* [illegible] *ff. de* [illegible] [illegible] *nti* [illegible] nisi p[illegible] [illegible] Claro *d. quæſt. 64. num. 2* [illegible] torqueatur, pr[illegible] [illegible] , pon[illegible] ſequi mort[illegible]. Bartol. Albert[illegible] & alij [illegible] ſcribentes *in d. l. prægnantis, ff. de pæn.* F[illegible]ller. *in practica criminali in tertia parte tertia parte,* [illegible] *& ſi confitebuntur, num.* [illegible] *requiritur,* Ghirland. *de quæſt. & tortur. quæſt.* [illegible] *num. 4. verſ. Quarto excipiuntur mulieres.* Carrer. *in* [illegible] *crimin. in 2. tract. de indic. & tortur. §.* [illegible] *tium, quæ perſonæ torqueri poſſunt, num.* [illegible] ſon *in tract. de torment. cap.* [illegible] *num.* [illegible] *ſuper citato.* Quæ doctrina, ſeu [illegible] non ſolum ad grauidas, ſed [illegible] aliquem puerum, quæ non puſſ[illegible], quando puero iam nato nulla nutrix [illegible] retur, quàm eius mater. Iul. Clar. ita affirm[illegible] *d. quæſt. 64. num. 25. verſ. Quæro modo in fine,* Sequitur Mat[illegible] *in d.* [illegible] *edictum, num. 4.* [illegible] *ff. de quæſt.* C[illegible] tradus *in practica,* [illegible] *de negat. crim. & torm. num. 24. ſub* [illegible] *limitati*[illegible] *Quod extendit.*

Sed quid ſi fœmina c[illegible] [illegible] in carcere, vt ſic euaderet [illegible] *in addition. ad Clarum. quæſt. 64. num.* [illegible] firmat bene, non poſſe torqueri ſi ve[illegible] eſt, quod ſi dubitetur, conſulantur medi[illegible] & [illegible] & eorum iuramento ſtandum eſt. Carrer[illegible] *num. 34* Quin imò Baiardus *in ad* [illegible] *rum, d. quæſt. 64. num. 78.* ex Be[illegible] eſſe dicto fœminæ aſſerenti[illegible] [illegible] melius cenſent Bartol. *in l. Theopompus* [illegible] *prælegat.* & Iaſon *in l. de pupillo, §. qui* [illegible] *num. 4. ff. de oper. nou. nunciat.* [illegible] obſtetricibus aſſerentibus fœmina[illegible] dam, ſi deponant cum iuramento. [illegible] ma[illegible] placet illis fidem [illegible] bendam [illegible] cium auctoritate publica [illegible] tur etc. a ea. ad quæ illud [illegible] ne v[illegible] iuramento, vt co[illegible] [illegible] in principio accepit iuramen[illegible] officium legaliter. Ad e[illegible] tenditur officium, n[illegible] habet [illegible] niſi præm[illegible] iuramento [illegible] *cipit,* [illegible] *obſtetr.* [illegible] M[illegible] *claſ. 1125. n. 10.*

Q[illegible]

Quando verò conſtiterit fœminam gerere vterum manifeſtè, ſufficit dictum vnius obſtetricis, ſic Vlpianus *in l. 1. in principio ff. de vent. inſpiciend. ſi mulier grauidam eſſe fateatur.* Maſcard. *ſupra, num. 5.* Addo grauidam decem, vel viginti dierum tantùm ſi conſtet, non poſſe torqueri, quamuis fœtus non ſit animatus. Carrer. *ſuprà, numero 34.* Brunus *de indic. & tortur. 2. p. quaſtion. 4. num. 4.* propter ſpem futuræ animæ.

81. Quid de clericis. Non poſſe torqueri tradit Carrer. *d. §. circa tertium quæ perſona torqueri poſſunt, num. 26. verſ. Item excipitur clericus, iuncto num. 27.* poſt Angel. *in verb. quòd fama publica præced. num. 102. verſ. Item clericus,* & alij apud Boſſium *in tit. de indic. & conſiderat. ante tortur. num. 103.* Ex eo fundamento, quia milites de iure communi non poſſunt torqueri, per textum *in l. milites, C. de quaſtion.* vbi *Milites,* inquit, *nec tormentis, nec plebeiorum pœnis cauſis criminalibus ſubiungi concedimus.* Sequitur Gandinus *de quaſtion. & torment. ſub num. 9.* & Pariſ. de Put. *in tract. ſyndicatus, cap. 2. num. 2. & 4. in fine, verſ. Nam milites.* Sed clerici ſunt milites cæleſtis militiæ; ergo non poſſunt torqueri.

Contraria opinio eſt communior, illámque tuentur Abbas *in cap. cum in contemplatione, poſt num. 6. de regul. iuris* per text. *in cap. 1. de depoſito, & in cap. ſi conſtiterit, de accuſationibus* Clarus *d. quaſt. 64. num. 24.* Bernard. Dias *in pract. crimin. cap. 117. num. 1.* & Foller. *in pract. crimin. canon. cap. 31. in verbo, tormentis mox ſubijciatur, num. 6.* etiamſi ſint presbyteri. Quæ opinio eſt ſequenda, dummodo vltra legitima indicia de delicto ad torturam requiſita clerici inſuper ſint diffamati, vel aliàs infames. Quod ſi non ſint diffamati, nec aliàs infames, non ſunt torquendi, quamuis mille præcedant indicia. Sic Abbas *in c. 1. in cap. grauis, in verb. vt audiuimus de depoſito,* quem ibi ſequuntur Imol. & Card. Barba. & Alexand. *in apoſtil. ad Bartol. in l. fin. ſub num. 5. in verb. ſpecialia ff. de quaſtion.* Marſil. *in ſingul. 55. incipit, Aduertas,* vbi ait hàc fuiſſe praxim in ciuitate Cumarum, & *in l. quaſtionis habendæ, num. 98. ff. de quaſtion.* Felin. *in cap. vniuerſitati, poſt num. 2. de ſententia excommunicat. & in cap. veniens, col. 5. de teſtibus.* Iaſon *in l. magiſtratibus, ff. de iuriſdict.* & alij, quos referendo ſequitur Boët. *deciſ. 163. num. 6. & 7.* vbi teſtatur apud illos ita ſeruari. Cócordant Corrad. *in pract. tit. de negat. crim. & torm. poſt n. 35. fol. 301. col. 2.* Foller. *in practic. crimin. in verbo, & ſi confitebuntur in 3. p. tertia partis, num. 23.* Petr. Rebuff. *in 3. tom. conſtit. Francia, tract. de commun. & defect. art. 2. gloſſ. 1. num. 3. & art. 9. gloſſ. 1. num. 10.* Maſcardus multis aliis *ibi* relatis, *concluſ. 35. num. 14.* vbi concludit clericum non poſſe torqueri, niſi ſit infamatus, etiamſi mille indicia contra ſe haberet. Idem docet *concl. 352. num. 5. & concl. 497. num. 8. vol. 1.* ſubdens in hoc vltimo loco contra clericum non poſſe procedi ad torturam vrgentibus quibuſcumque indiciis, niſi ipſe ſit infamis. Ex quibus conſtat hanc partem eſſe magis communiter receptam, cùm illam doceant Abbas antiquus *in d. cap. 1. & in d. cap. grauis,* & Abbas Siculus *in cap. cum in contemplatione, de regul. iuris,* & Simanch. *de hæret. cap. 63. num. 27. & 65. num. 47.* vbi pariter teſtatur de communi.

Confirmatur, quia clericatus ordo, & dignitas ſacerdotalis faciunt maximam præſumptionem innocentiæ pro clerico: ita vt qui voluerit culpare clericum, teneatur addere clariores, ac lucidiores probationes contra ipſum, vt in ſpecie docet Menoch. *de præſumpt. lib. 1. quaſt. 31. num. 8. & 9.* vbi vult, ex quo quis habet pro ſe iuris præſumptionem excluſiuam delicti, vt habet clericus, requiri tres teſtes omni exceptione maiores ad probandum contra hanc iuris præſumptionem, vt etiam notant Speculator *in tit. de probat. §. vltim. verſ. vltimo.* Iaſon *in l. ſciendum, num. 10. ff. de verbor. obligat.* & Galliaul. *in l. Centurio, num. 105. ff. de vulg.* & alij, quibus adhæret Molin. *de primogen. lib. 3. cap. 4. num. 33.* Sequitur Maſcard. *de probat. concluſ. 10. num. 38. & 39. vol. 1. & concluſ. 1221. num. 4. lib. 3.* & Cephal. *conſ. 138. num. 18. lib. 2. & conſ. 241. num. 87. lib. 3.* dicentes quoties præſumptio delictum excludens ſtat pro aliquo, partem aduerſam, quæ contrarium probare velit, duriore probatione grauari, adeo, vt probationes efficaciores exigantur, nec eſſe locum delationi iuramenti in ſupplementum probationis, etiamſi delictum per vnicum teſtem ſemiplenè probatum ſit, quia actus præſumptus à iure pro aliquo dicitur ipſo probatus. Cùm ergo clerici, ſeu religioſi ratione ſui ſtatus, ac vitæ quam profitentur, pro ſe habeant iuris præſumptionem, delicti excluſiuam, & incluſiuam innocentiæ, nullo modo ſunt torquendi, niſi quando vltra legitima indicia fuerint inſuper diffamati, aut alias infames. Quæ reſolutio eſt tutior, ac tenenda, aliter enim facilè poterunt iudices incurrere in excommunicationem, ſi tutiori hac forma contra clericos non procedant, lege Ioſephum Aldret. *de tuend. lib. 1. cap. 17. per totum,* & Clarum *dict. quaſt. 64. numero 24. verſ. Sed an clerici. in princ.*

Quo circa nõ ſufficere debent indicia grauiora ad torquendũ clericos quàm ea, quæ à iure exigũtur in tortura laicorũ, niſi præcedat ſpecialis fama delicti, ſeu infamia in genere ipſorum clericorum, quia, teſte Boſſio *in d. tit. de indic. ſub num. 9.* clerici ratione dignitatis habent priuilegium, vt non ita de facili quæſtionibus ſubiiciantur, ſicut laici. Conſonat Franciſc. Caſon *in tract. de torment. cap. 11. de non torquend. cleric. num. 7.* vbi cantitat in omni cauſa criminali ſemper fauendum eſſe magis clericis, quàm laicis; neque ea indicia, quibus conuincuntur laici, aliquid operari contra clericos. Atque ita vltra ordinaria indicia ſemper erit neceſſaria fama delicti, vel infamia clerici inquiſiti.

Illud etiam non omittas clericos, ſcilicet, regulariter loquendo, mitiùs eſſe torquendos, quàm laicos, ſatiſque eſſe virgis, ſeu corrigiatis, ſeu loris cædi; ita Simanch. *de hæretic. tit. 65. num. 49.* vbi in omni euentu ait mitiùs puniendos in tortura, ac rariùs clericos, ſeu monachos quàm laicos propter dignitatem, & propter periculum excommunicationis, ſi fortè detur exceſſus. Gabriel. Saray *in additionibus ad Matthæſ. ſingul. 60. ad fin. addi. verſ. Tortura tamen in clerico.* Bernard. Dias *in practic. crim. canon. cap. 117. poſt num. 5.* Iul. Clar. *quaſt. 64. num. 24. ad finem,* vbi definit in omni delicto torturam in clericis non debere ita eſſe ſeueram, vt eſt in laicis. Quod ait eſſe commune, teſte Abbate *in cap. cum in contemplatione, poſt numer. 6. de regul. iur.* & Viuio, vbi de communi teſtatur etiam *in commun. opinionibus, verſ. Clerici non poſſunt torqueri, in fine.* Fauet text. *in cap. illi qui, 5. quaſt. 5. in verb. Religioſus tortus.* Ex quibus deducitur clericis non eſſe inferendam torturam cum rigore, ac ſeueritate, ſed cum pietate, & *ibi* Præpoſitus addit dictum caput, *illi qui,* contrariam

tiam conſuetudinem non poſſe ſuſtineri.

82. An verò debeant torqueri clerici, vel monachi à ministro laico etiam de mandato Epiſcopi, vel ſuperioris regularis? Negant Giga in tract. de crimin. læſæ maieſt. lib. [illegible] tit. quomodo, & per quos crimen læſæ maieſt. probat. quæſt. 28. num. [illegible] Carrer. in practic. [illegible] de indic. & tortur. §. circa tertium quæ perſonæ torqueri poſſunt, num. 1[illegible]. & conſtat ex gloſſ. in d. cap. illi qui, ibi, per clericos, ſecundum quæ iura, & ſcribentes non euadent excommunicationem, illi, qui per laicos clericos torquent: ſed in contrarium eſſe praxim, & conſuetudinem fatetur Iul. Clarus d. quæſt. 64. num. 15. poſt Dias cap. 11[illegible] in praxi, num. 6. & Follet. in practic. crim. canon. fol. 260. num. 11 Quibus accedit Sigiſm. Scacc. in tract. de indic. cauſ. [illegible] & haret. lib. 1 cap. 1[illegible] exceptis duobus caſibus. Primò, quando clericus eſt aſſaſſinius. Secundò, quando miniſter laicus non torqueret clericum, ſed tantùm ligaret illum, ipſumque ligatum traderet miniſtris clericis, vt ab illis torqueretur; tunc enim non incideret in excommunicationem, vt vult Ripa in cap. decernimus, num. 31. de iudic. Quin potius addit Simanch. tit. 6. num. 4[illegible] de inſtit. cathol. ſi clerici non inueniantur, qui aut veline, aut ſciant torquere, non incurrere laicos excommunicationem, ſi clericos torqueant. Sequitur Pax d. cap. 3. n. 49. & Pegna p. 3. director. comment. 110. num. 1. Quod puto poſſe fieri in tortura clericorum, quando non adeſt clericus in torquendi arte doctus. Secus ſi monachus ſit torquendus, cùm non ſubiiciatur quæſtionibus modo laicorum, nec debeat torqueri in equuleo, nec manibus poſt terga reuinctis ſurſum, deorſùmve extenditur. Idcircò monachus torqueri debet modo ſeruari ſolito in religione per miniſtrum religioſum, vt tradit Rodericus de regul. quæſt. 19. art. 8. tom. 1. Aldrete d. lib. 1. cap. 17. num. 20

83. An verò Doctores, ac nobiles ſint torquendi, diximus ex lege Luſitana lib. 5. tit. 134. § [illegible] ibi: E os fidalgos, caualleiros, & doutores, ſupra lib. 3. diſp. 8. §. 8. num. 151 & 152. & ſequent. Nam de iure communi Doctores torqueri non poſſunt, argument. text. in l. milit. C. de quæſtion. Notat Cyn. & Bartol. ibi. Quia priuilegia militum extenduntur ad Doctores, qui minimè torqueri poſſunt, per text. in d. l. milites, ibi: Milites nec tormentis, nec plebeiorum pœnis in cauſis criminalibus ſubiungi concedimus. Vtilitas enim publica ſicut verſatur in militibus, ſic etiam in doctoribus reperitur, l. 1. & final. ff. de teſtament. milit. Eſtque doctoratus dignitas, teſte Bartol. in l. fin. C. de indic. & nobiles cenſentur doctores, ſicut & milites. Bartol. in l. 1. C. de aduocat. Nomine verò militum hoc loco non intelliguntur vulgares milites noſtri temporis, quos poſſe torqueri docent Dyn. Cyn. & Angel. quos ſequitur Angel. de maleſic. in verb. quod fama publica præced. num. 101. verſ. Milites noſtri temporis: ſed veniunt Equites, Duces, ſeu Capitanei prout vult Iodocus in practic. crimin. cap. 41. n. 2. Iul. Clar. d. quæſt. 64. num. 18. verſ. Quæro etiam, & lib. 2. § Miles. Poſſunt tamen Doctores, iudices, & decuriones ciuitatum torqueri in crimine læſæ maieſtatis tam diuinæ, quam humanæ, ſodomiæ, lenocinij, & in alijs criminibus in lege Luſitana contentis, d. tit. 134. §. 3. ad fin. Vide Leſſium de iuſtit. lib. 2. cap. 29. num. 154. Thomam Valaſc. tom. 1. allegat. 13. num. 11. & Farinac. tit. 5. quæſt. 41. n. 56. & 1[illegible].

84. Quæres, an qui torqueri poſſunt in criminibus exceptis læſæ maieſtatis, ſodomiæ, [illegible] periurij, ver[illegible] ſur[illegible] proditi[illegible] [illegible] goique non gaudent priuilegio [illegible] ſentur à tortura [illegible] ex[illegible] entur for[illegible] tem puerilem, vel ſenilem, a[illegible] p[illegible] tem? Negat [illegible] quentes à tortura, neque per [illegible] pitam, Flamin. Cartar. in [illegible] teor. lib. 4. cap. 1 num. 4[illegible] [illegible] & [illegible] tract. de indic. p[illegible] num. [illegible] Car[illegible] cer. ſupra. § [illegible] ſunt, num. [illegible] Placa in epitome [illegible] in fine, ver[illegible] [illegible] Follet. in in practic. crimi[illegible] quod commiſſi crimen læſæ maieſtatis, num. [illegible] de communi te[illegible] ſtantur in criminibus e[illegible] ptis, neque nob[illegible] tem, neque dignitatem, neque ætatem eſſe liber[illegible] à tortura.

Verùm tamen eſt infirmos, deb[illegible] pueros ac ſenes etiam propter [illegible] n[illegible] le torqueri, ſi inde timeatur vitæ periculum [illegible] verò verbaliter terreri, [illegible] mez d. cap. 13. [illegible] Quod tamen inte[illegible] Leſſius d. cap. 2[illegible] dub. 17. num. 154. Ghirland. de quæſtion. & tortur. quæſt. [illegible] col. [illegible] Simanch. de hæret. tit. 65. num. 45 Extra verò [illegible] exce[illegible] [illegible] à iure torqueri, nec leuiter q[illegible] di, teſte Leſſio ſupra, etiamſi [illegible] plena probatio, addit que confeſſionem illorum eſſe irritam tanquam per iniu[illegible] [illegible] [illegible] obſtante ratificatione, ſi forte extra [illegible] ratificauerint illam. Gomez tamen d. cap. [illegible] num. 4. verſ. Ego tamen in hoc, ait [illegible] prohibi[illegible] [illegible] pueri, propter corporis debilitatem poſſe terreri [illegible] tione reali, & propinqua, quæ per poliationem, ligationem, & deductionem [illegible] locum torturæ, ac funis applicationem argument. tex[illegible] in l. 1. §. impuberi, ff. ad Syllan. Sed in [illegible] Bertaz in conſ. 116. num. 31. lib. 1. hos poſſe in funem, & in altum eleuari, ſed nec fune eodem ligari [illegible] quando ligatura eſt valde ſtricta. Tunc enim aſſimilatur torturæ in qua reus eleuatur. Farinac. tit. 5. quæſt. 38. num. 16. & quæſt. 41. num [illegible] addit maiores ſeptennio nullo modo [illegible] etiam cædi ferula poſſe ſecundùm Lu[illegible] poſt Bald. quem allegat ad Guido. de S[illegible] tract. de indic. & tortur. num. 13. in fin. Q[illegible] iores quatuordecim annis ſint, tunc, & [illegible] rri, & torqueri leuiter tamen conſiderata qualitate perſonæ, & ætatis. In quo conſentit [illegible] mez tom. 3. cap. [illegible] de delict. num. [illegible] tamen, aliis ibi relati, & Farinac. [illegible] num. 50. poſt Bartol. in l. ex libero, §. 1 [illegible] vbi quod ſic tortus facit indicium [illegible] inquirendam.

Cæteri verò iure prohibiti torqueri ex [illegible] beneficio vt fœminæ grauidæ, vel ex [illegible] 85.
perſonæ, vel ob dignitatem aliquam qua[illegible] extra caſus exceptos, nec terrendi, ne[illegible] ſunt. Sic Iacob. Benlus in tract. de pri[illegible] conſult. priuileg. 39. num. 4. poſt R[illegible] torio, num. 14. verſ. lme non poteſt [illegible] pupill. Poſſunt tamen hi omnes p[illegible] extraordinaria, ſi contra illos vi[illegible] nt ind[illegible] [illegible] clementia. Sic Bald. in l. vltim. num. 8. [illegible] non adiungitur, C. de probat. poſt [illegible] referens ſequitur Gram. voto 1[illegible] num. 15. Alc[illegible] lib. 1. de præſumpt. quæſt. 9[illegible]. num. 2[illegible]. [illegible] tiſ. 116. num. 14. & Gomez d. cap. 13. tit. [illegible] tur. [illegible] rror.

Digitized by Google

*reer. num.28. verſ.Sed his non obſtantibus*, vbi id ſex argumentis probat,& ſuprà §. 25. *num.56.* ſo-quuti ſumus.

86. Quæſtionis eſt, an priuilegium ne torqueantur nobiles,vel in dignitate conſtituti, extendatur ad eorum filios? Affirmat Conrad.*in practica,in tit. de negat. & torment. num.34 .ad fin.poſt 15.limit. verſ.Item eorum parentes , & poſt pract. in tit. de decurionibus, num. 106. poſt med. verſ. Amplia etiam, vt parentes, decurionum filios, nepotes , & parentes non poſſe torqueri.* Sequitur Carrer. *in practic. in 2. tract. de indic. & tortur. §. circa tertium,quæ perſonæ torqueri poſſunt , num.15. in fine.* Leſſius *dicto dub. 17. numero 154.* vbi vult viros illuſtriſſimos, ac conſtitutos in dignitate, & doctores, eorumque filios regulariter excuſari à tortura. Pro decurionibus ciuitatum extat lex fin. *C. de decurionibus, lib. 10. & l.Diuo Marco, verſ fin. C. de quæſtion.* vbi ipſi, & eorum filij, ac nepotes excuſantur à tortura. Antonius Gomez *dicto cap.13. num.3. verſ.Item reperitur prohibitum decurio*, Guido de Suz. *in tractat. de indic. & tortur. num.26.* Gramm. *voto 32. num. 29.* Sequitur Caſon *in tract.de torm. cap. 10. rubric. quæ perſonæ torq. poſſ. & quæ non, num.24.*

87. Idem de iure Lofitano *lib.5.titulo 134.§.vltim.* ibi: *E vereadores de alguam cidade naon ſeraon metidos a tormento.* Secus dicendum de decurionibus alicuius caſtri, ſeu oppidi, argument. text. *in l. Athleta. §. geminum, & in l. propter magiſtratum, ff. de administrat. tut.* Dueñas *in regul. 190. ſub 9. amplias. verſ. Quod maximè intelligis.* Iulius Clarus *dict. §. fin. quæſtione 64. num.20.* & Paz *quinta partis tom.1. capite 3.§.15. numero 47.* De conſuetudine tamen torqueri decuriones tradit Pariſ. de Put. *in tractat. de ſyndicat. in verbo, doctor, capite 2. an doctor, numero 4. verſ. Tamen dicit.* Gandin. *in tit. de quæſtion. numero 38.* & Albetic. & Salicet. *in dict. l. Diuo Marco*, & Tiraquell. *de pœn. temper. capite 33 numero 16.* quam conſuetudinem reprobat Bartol. *in l. omnes*, per illum textum, *C. de decurionibus, lib. 10.* & non eſſe obſeruandam, ſequuntur Brun. *de indic. & tortur. 2. p. quæſt.4. numero 24. ad fin. verſ. Quare poſito quòd conſtaret.* Dueñas *dict. regul. 190. in 4. amplias.* Conrad. *in practic. tit. de negat. crimin. & torment. numero 34 ad fin. ſub 15. limitat. & poſt pract. in tit. de decurionibus, num.106. verſ. Et notant doctores*, ibi: & Cyrillus *in ſumma crimin. rubrica 29. de quæſtion.§.2.num.2.ad fin.verſ.hæc tamen conſuetudo.* Ideò Bartoli ſententia ſtat, niſi qualitas criminis aliud ſuadeat.Roland.*conſ.31.num.5. volum.3.*

Cæterum de noſtro iure doctores vt excuſentur à tortura, debent eſſe graduati in aliqua Vniuerſitate præuio examine, ita *dict.lib.5.§.vlt.* quo etiam priuilegio gaudent magiſtri artium, teſte Ioanne Martino à Coſta *in annotationibus, in tractatu libellorum, annotat. 53. à num. 7.* Barboſa *in remiſſ.ad legem regiam, lib.5. tit.134.§. vltim. numero 2.* quod extendit Bobadill. *in ſua Politica, lib.1. cap.12. num. 53.* etiamſi doctor non ſit ex progenie nobili; quia doctoratus eſt dignitas ſecundùm Bartolum *in l.fin.C.de indic.* Abbas, & Decius *in capite propoſuiſti, in fine, extra. de probation.* Ergo non poſſunt doctores torqueri, ſiue actu legant, & doceant, ſiue non, & ſiue ſint peritiſſimi, ſiue indocti, ne doctoralis dignitas denigretur, ſic Iacobus Benius *in tractat. de priuileg. Iuriſconſult. priuileg. 39. numero 7. verſ. Extenditur ſextò*, & Matth. Brun. *de ceſſione bonorum in 11. quæſtione 4. quæſt. princip. num. 11. verſ. Idem priuilegium.* Quæ reſolutio eſt tenenda, quamuis aliqui contradicant. Addo ſi aliquando ſint torquendi in caſu aliquo excepto, non ſufficere indicia, quæ in aliis ſufficiunt ad torturam, ſed vltra ea requiri, quòd ſint diffamati de delicto, de quo fit inquiſitio, prout de clericis, ac monachis ſuprà diximus, vel ſaltem requiri quòd indicia ſint multo clariora, quàm in aliis, Brunor. à Sole *in ſuo vnico conſ. crimin. numero 146. & 181.* eo quòd doctores pro ſe habent magnam præſumptionem, quod non ſint delictum tortura dignum commiſſuri. Proinde nullo modo ſunt torquendi ob indicia, quæ ad alios non doctores torquendos ſatis ſunt. Iacobus Benius nuper citatus *priuileg. 40. numero 5.* poſt Abbatem *in cap. in noſtra. de procurat.*

Imò quando in aliquo caſu ſunt torquendi, debent priùs exui doctorali dignitate, ac degradari. Ita Carrer. *in practica, in 2. tractat. de indic. & tortur. §. Circa tertium, quæ perſonæ torqueri poſſunt, numero 25. & 30.* Brun. *de ceſſione bonorum, in 11. quæſtione 4. quæſt. princip. numero 21. in fin.* Brunor. à Sole *in dicto vnico conſil. crimin. ſub numero 145.* & Cyrillus *ſuprà, rubrica 29. de quæſt. §. 2. poſt numero 2.* vbi idem tradit de milite; ſed hodie de conſuetudine, nec doctores, nec milites ante torturam degradantur, nec doctorali, ſeu militari dignitate exuuntur, quod puto minus bene, ne dicam malefactum. Nam teſte Virgilio Zuichemo *in §. Sed hodiernus, Inſtitut. de militar. teſtament.* non ſunt tradendi doctores ſupplicio, niſi ſpoliati, inſignibus ſui gradus. Quod etiam tradit Camill. Borrell. *in ſumma deciſ. tom.2. titulo 40. num. 512.* & Carolus Sigonius *de regno Italiæ, lib.9.* & Nicephoro *lib.9. cap. 32.* Sicut fit quando aliquis ſacris ordinibus inſignitus propter crimen degradatione dignum curiæ ſæculari traditur puniendus. Bernard. *in pract. canonic. cap 91. per totum.*

An verò licentiati, ac magiſtri in aliqua academia vtriuſque Theologiæ, ſeu vtriuſque iuris cathedras actu regentes excuſentur à tortura, quamuis non ſint ad gradum doctoratus, vel magiſterij promoti? Quo ad licentiatos videtur negare Baldus *in leg. Athleta, initio, ff. de ſucceſſ. tutor.* vbi ait licentiatos non gaudere priuilegiis doctorum, cum licentiatus habeat facultatem, vt conſtituatur in dignitate doctorali, & doctor ſit actu in ea dignitate conſtitutus; quæ qualitas eſt potior; quæ eſt ratio, qua vtitur Romanus *conſilio 393. numero 8. & 10.* & notatur *in leg. 1. C. de conſulibus, libro 10.* quod etiam docuit Baldus *in lege penultima, numero vnico, ff. de teſtament. militar.* vbi vult promouendum ad gradum doctoralem ſtatim, non eſſe actu doctorem. Proinde ſi quis debeat doctorem habere aſſeſſorem, non fungi ſuo officio, ſi loco doctoris aſſumat ſibi pro aſſeſſore licentiatum ad lauream doctoralem ſtatim promouendum. Item, quia priuilegium non torquendi conceditur doctoribus propter prærogatiuam huius gradus, ac dignitatem, quæ in facultatibus ſupremum ſibi locum occupat,

qui licentiatis non conceditur, vt notat Ripa *in l. centuria, num. 18. ff. de vulgar.* dicens in fauorabilibus nomine doctorum venire licentiatos, in priuilegiis, quæ conueniunt doctoribus ratione dignitatis, ſed in his, quæ ad illos ſpectant ratione exercitij.

Probabilius tamen eſt licentiatos excuſari à tortura niſi in caſibus exceptis. Fundamentum eſt, quia huiuſmodi candidati, ſeu licentiati gaudent priuilegijs doctorum in fauorabilibus; non verò in odioſis, ſed non poſſe torqueri eſt illis fauor. Ergo. Quod verò gaudeant dictis priuilegiis in fauorabilibus, tradit idem Baldus *in leg. penultim. ff. de teſtament. milit.* poſt Dynum, dicens paria eſſe aliquid geſtum eſſe, vel eſſe in proximo, vt geratur; & ſic propinquam potentiam actui reputari pro ipſo actu. Fauet Bartol. *in leg. diuortio*, & ibi Iaſon, *§. interdum, colum. fin. ff. ſoluto matrimonio*, dum volunt fructus in proximo colligendos, vt iam collectos iudicari. Cùm ergo candidati ſint in proximo, vt doctorali laurea decorentur, cenſentur iam doctores ad gaudendum eorum prærogatiuis. Confirmatur exemplo nouitiorum, qui ante profeſſionem priuilegiis profeſſorum vtuntur, reputantur perſonæ Eccleſiaſticæ, gaudéntque priuilegio canonis, ac fori, vt bene notat Sanchez *lib. 6. in Decalog. cap. 10. numero 10.* quamuis perfectè religioſi non ſint. Igitur candidati etiamſi nondum ſint in collegio doctorum, cùm habeant licentiam, vt ingrediantur, gaudebunt eorum immunitatibus, vt expreſsè docent Palat. Rub. *in repet. Rubricæ de donat. inter virum, & vxorem, §. 38.* Roland. *conſil. 11. num. 19. vol. 2.* Gotier. *de iur. confirm. p. 1. cap. 6. numero 7.* dicentes in materia fauorabili idem pronunciandum eſſe de licentiato, quod de doctore; quod prius voluit Felin. *in cap. cum te, column. 1. de reſcriptis*, Alexand. *in l. mulier, §. non eſt dubitandum, ff. ad Trebellian.* quam partem dicit communem Bologninus *in repet. Authent. habita, numero 129. C. ne filij pro patre, vol. 7.* Sic fuiſſe iudicatum pro licentiatis teſtatur Phœb. *p. 2. deciſione 162. numero 7. & ſequentibus.* Secus in odioſis, & *numero 16.* vbi concludit appellatione doctorum venire candidatos, & potiri priuilegiis doctorum, quod ibi ex multis confirmat.

Ideircò ſicut doctores excuſantur à muneribus, & ab officiis abiectis, ita & licentiati. Tiraquell. *de nobilit. cap. 30. numero 1.* Petrus de Anchor. *in tract. de muneribus, p. 3. §. 1. numero 56.* & ſicut non valet donatio facta à doctore ſuæ concubinæ, ita neque illa, quæ fit à licentiato. Roland. ſupra relatus *numero 20. & 21.* Paladorius *de rebus quotidianis, lib. 2. cap. fin. p. 5. §. 5. num. 21.* vbi munia doctorum ad candidatos porrigi fatetur ex Petro Lenandérij *in tract. de doctoribus, 4. p. quæſtione 3.* & ex Ripa *in l. centuria, numero 18. ff. de vulgar.* Aillez *in cap. correctorum, in proœmio, gloſſa 1. numero 29.* dummodo ſint licentiati in aliqua publica academia; ſic Auendan. *in dict. cap. vio, verbo, maeſtros*, & Parlador. *ſuprà, numero 12.* cùm licentiati ſint in via ad doctoratum. Quare ſicut doctores non ſubiciuntur quæſtionibus, vt dictum eſt, ſic nec licentiati ſunt ſubiciendi, ſiquidem eorum priuilegiis perfruuntur, cùm fauor ſit, ſecus in odioſis, Ideo ſi Epiſcopus feriat anathemate doctores n[illegible] ſpitantes, nomine doctorum non ven[illegible] candidati, cùm odia ſint reſtringenda. N[illegible] licentiatum, ſiue candidatum non poſ[illegible] ſignibus doctoris, quia reſpondetur n[illegible] re nomen, ſed ſubſtantiam actus, ac ſuſſi[illegible]tiam attendi, *l. fin. ff. de prodonno. & l. 1. ſolam, ff. de præſcriptis verbis.* Item, qui licentiato non debet niſi exercitium, nempe docere, non autem dignitas, argumento *l. penultim. C. de conſulibus, lib. 12. & l. tutor, §. [illegible]cius, ff. de teſtam. tut.* Palat. Rub. *dict. §. 8. numero 14.* Chaſſanæus *in cat. 1. p. conſi. 34.* ait licentiatum habere dignitatem ſine adminiſtratione, & per doctoratum ſola adminiſtratio acquiritur. Faciunt multa tradita à Gotier *in practica, lib. 1. quæſtione 22. numero 1. & 3.*

Ioannes Brunellus *de ſponſalibus, conclu. declaratio. 4. numero 41.* quærit vtrùm primus licentiatus præferatur ſecundo; ſi ſecundus actus ſit priùs doctoralem lauream, & prior poſtea doctoratum aſſequatur? Reſpondetur affirmatiuè per *leg. 1. de conſulibus, lib. 12.* vbi patet conſul ſecundo patritiatum adeptus præfertur ſecundo conſuli priùs patritiatum conſecuto. Chaſſanæus *in eod. eq. p. 10. conſil. 34.* ibi, *Inter plures doctores præfertur qui primo licentiatus, & poſtea doctor illi, qui ſecundo licentiatus, & primò doctor factus fuit.* Ang. Aretin. *in §. quadam, column. 5. Inſtitut. de action.* quem ſequitur Alexand. *in leg. 1. ff. de obſequiis*, & Felin. *in capit. 1. de maior. & obedient. column. 2.* Ratio, quia licentia, quæ præceſſit coniuncta cum doctoratu poſtea ſecuto operatur, vt is præferatur, eo quòd doctoratus habat neceſſariam conſequentiam, & relationem ad licentiam, ſicque refert ibi fuiſſe iudicatum inter doctores duos, qui de ea præferentia contendebant. Nam quando finis habet relationem ad principium, attenditur principium iuxta legem 3. *§. Scio, ff. de minoribus.* Ideo doctoratus qui poſtea ſequitur, retrotrahitur ad tempus licentiæ, & hoc modo poſtremò doctoratus cenſetur primo loco aſſecutus lauream doctoralem.

Magiſtri non graduati, actu tamen docentes, eſto non ſint graduati, an gaudeant priuilegiis, vt torqueri non poſſint, & vt poſſint aperire literas Apoſtolicas, & diſpen[illegible]es in eis contentas expedire in foro conſcientiæ? 11.
Reſpondeo affirmatiuè, dummodo [illegible]bati ab Ordinario loci ad excip[illegible] feſſiones, & doceant actu in aliqua publica academia ius canonicum, aut Theologiam præſertim moralem, etiamſi non ſint ad doctoratum, vel magiſterium promoti. Ratio, quia hi magiſtri dum actu docent, ſunt ſine dubio doctores, & habent publicum teſtimonium in illa academia ſuæ ſcientiæ. Facit reſponſum Pij V. dicentis doctores ſe permittere, non doctoratos, quod deciſum refert Camill. Borrell. *de magiſtratibus & lib. 1. capite 8. numero 98.* cuidam aſſerenti ſe eſſe doctoratum inſulis ornatum. Sed contra vtrumque probatur ex lege 8. *[illegible] libro 1. [illegible] collectio.* vbi dicitur doctores durantes, magiſtros, & candidatos pertinio e[illegible] rigoroſo in academiis Salmanticæ, Ilerdæ, Compluti, & in Collegio Bononienſi [illegible]

immunitatibus, dummodo actu legant, vel doceant. Quod priuilegium Parladorius extendit ad reliquos doctores, & candidatos apud quaſcunque academias gradu inſignitos, prout etiam placet Auendan. in [illegible] verbo, maeſtros, quem etiam ſequitur ipſe Parlador. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. quint. p. §. 6. num. 21. & ſequent. Quod innuit Matienz. in l. 8. & in l. 11. gloſſ. 2. num. 2. tit. 10. lib. 1. eiuſdem noua collect. & deducitur ex l. 8. tit. vltim. parte 2. ad fin. ibi: O troſi dezimos, que los maeſtros ſobredichos, y los otros que mueſtran los ſaberes en los eſtudios en las tierras de nueſtro Senorio, que deuem ſer quitos de pecho, y no ſon tenidos de hir en hueſte, &c.

Cæterum magis placet noſtra opinio, quæ claritatis gratia cùm duo complectatur dubia, ſic declaratur, nempe, magiſtros actu docentes, eſto non ſint graduati, nullo modo eſſe torquendos, cùm ſint exempti à muneribus realibus, & perſonalibus, & æquiparentur militibus, ac nobilibus, vt ſic Bartol. in l. medicos, C. de profeſſoribus, & medicis, in fine, & ibi Platea, & Rebuff. ſequitur Iaſon in §. præterea, numero 80. Inſtitut. de actionibus. Facit textus in dict. l. medicos, verbo, profeſſores, qui dicuntur, quia publice legunt, vt in procœmio, ff. in fine, & probatur ex Plinio epiſtol. 76. Gutier. in practica, lib. 1. quæſt. 22. num. 3. vbi expreſſe tradit doctores, & alios profeſſores in aliquo ſtudio generali actu legentes, quamuis non ſint gradu inſigniti, gaudere immunitatibus, & exemptionibus doctorum. Quod etiam tradit Baëza de inope debitore cap. 16. à numero 130. ex l. medicos, C. de profeſſoribus, cuius hæc ſunt verba: Medicos, & profeſſores alios literarum [illegible] cum vxoribus, & filiis, & rebus ab omnibus muneribus, vel ciuilibus, vel publicis immunes eſſe præcipimus; & neque in prouinciis hoſpites recipere, nec vllo fungi munere, nec ad iudicium deduci, vel iniuriam pati. [illegible] quibus conſtat quanta ſit immunitas profeſſorum, adhuc legentium in aliquo ſtudio generali, quamuis non ſint doctorali inſula inſigniti. Quod etiam repetitur in l. vltim. C. de profeſſoribus, & medic. ibi. Hæc autem, ſcilicet, priuilegia profeſſoribus memoratis, eorumque [illegible] deferenda mandamus. Confirmatur ex [illegible] leg. 8. titulo 31. parte 3. ibi. O torgaron priuilegio a los maeſtros de las eſtudios, & infra [illegible] que mueſtran los ſaberes en los eſtudios, [illegible] notat Gregorius, ſicque fuiſſe iudicatum in Senatu Granatenſi refert Baëza ſupra, numero 139. Atque ita ſufficit eſſe profeſſores, ne torqueantur, & vt gaudeant cæteris priuilegiis verè doctoratis conceſſis.

Poſſe verò profeſſores Theologiæ, ſeu iuris canonici in aliquo generali ſtudio actu legentes expedire diſpenſationes in literis Apoſtolicis contentas, ſicut cæteri doctorati ſolent, conſtat ex ſupra dictis, quamuis contradicat Sanchez lib. 8. de diſpenſationibus, diſput. 34. numero 7. Probatur, quia mens delegantis in foro conſcientiæ ſimiles diſpenſationes ea eſt, vt expediantur à viris teſtimonium publicum habentibus ſcientiæ, ac doctrinæ. Sed profeſſores publici vtriuſque Theologiæ, vel alterius, & profeſſores iuris canonici actu legentes in aliquo ſtudio generali publicum habent ſuæ peritiæ, ac ſcientiæ teſtimonium. Ergo mens delegantis non eſt docentes publice excludere, quia propriè hi profeſſores dum legunt, doctores ſunt, ac vocantur. Confirmatur, quia ſimiles diſpenſationes ſolent committi confeſſariis regularibus, ſi ſint viri docti, & iuxta formam Concilij Tridentini approbati ab Ordinario ad excipiendas confeſſiones, etiamſi nullo gradu ſint inſigniti, vt conceſſit Gregorius XIII. Societati IESV anno Domini 1582. vbi conceſſit Generali vt preſbyteri Societatis per illum, vel per illi ſubordinatos ſuperiores de eius licentia deſignandi, & ab Ordinariis locorum approbati, etiamſi magiſterij, vel doctoratus, aut aliis gradibus non ſint laureati, huiuſmodi literas aperire poſſent, diſpenſationéſque in eis contentas expedire, & exequi, confeſſionibus eorum auditis, & impoſita ſalutari in literis expreſſa vel de iure infligenda pœnitentia.

Ex quibus liquet ſatis nomine doctoris, vel magiſtri comprehendi profeſſores literarum in ſtudio vniuerſali actu legentes, ſeu docentes, perinde ac ſi magiſterio, ac doctoratu ſint inſigniti. Bartolus in dict. l. medicos, vbi opinatur non gaudere priuilegiis, niſi profeſſores actu legentes, per verba, ibi, & alios profeſſores literarum, hoc eſt, qui actu docent, & legunt. Quod etiam habetur in l. ſi duas, §. fin. ff. de excuſat. tutor. per textum ibi expreſſum, & in l. 1. C. de profeſſoribus, & medic. ibi. Oratione Diui Pij liberalium ſtudiorum profeſſores, non etiam calculatores continentur. Idem probatur ex l. magiſtros, C. de profeſſoribus, & medicis, cuius hæc ſunt verba: Magiſtros ſtudiorum, doctoréſque excellere oportet moribus primo, deinde facundia, dicto lib. 10. Cui reſolutioni maximè conducunt tradita à Baëza de inope debitore, dicto cap. 16. num. 131. & 132. & ſequentibus, quem ſequitur Gutier. dicta quæſtione 22. numero 3. Pro qua ſtat Concilium Tridentinum ſeſſione 24. vbi vult Vicarium Epiſcopi debere eſſe doctorem, vel licentiatum, vel alias quantum fieri poterit, idoneum, vt conſtat ex cap. 16. ibi: qui ſaltem in iure canonico ſit doctor, vel licentiatus, vel alias idoneus. Ergo profeſſores literarum publicitus prælegentes, ac docentes, etiamſi non ſint doctoratu inſigniti, cùm ſint verè idonei, & ſuæ peritiæ teſtimonium legendo, ac docendo omnibus manifeſtum ſit, non eſt dubium poſſe diſpenſationes in foro conſcientiæ expedire, cùm veniant appellatione doctorum. Confirmatur argumento examinatorum ſynodalium, qui iuxta Concilium Tridentinum dict. ſeſſione 24. capite 18. debent eſſe magiſtri, ſeu doctores, aut licentiati ex Theologia, aut iure canonico, vel alij clerici, ſeu regulares etiam ex ordine mendicantium, aut etiam ſæculares, qui ad id videbuntur magis idonei. Ex quo loco manifeſtum eſt, ſicut poteſt eſſe idoneus vicarius generalis, & in foro exteriori literas Apoſtolicas expedire, & examinatores ſynodales etiamſi non ſint graduati, dummodo ſint idonei, ſiue regulares, ſiue ſæculares clerici, poſſunt ſuum officium exercere; ſic etiam poſſe magiſtros actu docentes etiamſi non ſint laurea aliqua inſignes, aperire huiuſmodi literas, eaſque expedire, cùm liquidò conſtet eſſe maximè idoneos.

Idem dicendum eſt de licentiatis actu legentibus; imò etiamſi non actu legant, dummodo velint ad gradum doctoratus aſcendere, cùm ſint in potentia illi proxima; ideò in ipſo actu cenſentur exiſtere, per text. *in l. penultim. ff. de milit. teſtament.* Item quia in fauorabilibus veniunt candidati ſub appellatione doctorum. Alexander *l. mulier, §. non eſt dubitandum, num. 2. ff. ad Trebell.* Dominicus *in proœmio, verbo Bonifacius Epiſcopus, num. 10.* & ibi Francus *num. 2.* Baldus *in l. 1. §. datus, num. 9. ad finem, ff. ſoluto matrimonio.* Faciunt tradita à Gutier. *dict. quæſtion. 22. numero 3. & 4.* & Parlador. *ſupra, cap. fin. 5. p. §. 6. numero 21.* vbi licentiatos doctoribus æquiparat, priuilegiáque doctorum, ac munus ad candidatos extendit de ſententia Petri Antiboli *de muneribus, 3. p. §. 1. num. 56.* vbi teſtatur de communi, quem ſequitur Palatius Rub. *in rubric. de donation. §. 38. folio 21.* & Auilez *in proœmio Prætor. gloſſ. 1. num. 27. verſ. Et quia licentiatus*, vbi abſque diſtinctione tenet illos gaudere priuilegio doctorum maximè in fauorabilibus.

Idem dicendum puto de regularibus, qui iuxta ſuorum ordinum conſtitutiones in Vniuerſitatibus alicuius ſtudij generalis, vel extra illas, abſoluto curſu ſuorum ſtudiorum, prævio examine rigoroſo de Generalis ſui licentia à quouis Præpoſito, vel Rectore ſuo cum duobus, vel tribus doctoribus, ad gradum magiſterij, vel doctoratus fuerunt promoti. Quod fieri poſſe conceſſit Iulius III. ſcholaribus regularibus. Conſtat ex compendio priuilegiorum Societatis, *in verbo, gradus, §. 1. & 2.* Quos gradus etiam Præpoſitus Generalis conferre poteſt per Præfectum ſtudiorum collegij Societatis, vbi artium, vel Theologiæ facultates pro tempore leguntur, vt habetur in literis Apoſtolicis Societatis, in verbo, *Indulgentia, & facultate, fol. 198. verſ. Et inſuper*, ſicut conceſſit Gregorius XIII. anno Domini 1578. Non. Maij, Pontificatus ſui anno 6. Quibus ita graduatis conceſſit Iulius III. ac Pius IV. vt poſſint gaudere omnibus priuilegiis, ac prærogatiuis, quibus potiuntur qui in academiis publicis rigoroſo examine præcedente, vel iuxta alios inibi obſeruari ſolitos vſus promouentur. Quod apparet ex dicto compendio priuilegiorum, *verbo, gradus, § 4. & 5. pagin. 84.* quod negat Sanchez *dict. diſputat. 34. numero 9.* Sed minus bene.

89. Quid de aduocatis, an ſint torquendi? Negandum eſſe plura docent ex eo quod aduocati doctori actu legenti æquiparantur. Alexand. *in l. Centurio, num. 25. ff. de vulgar. & pupill.* Bartol. *in l. metallum, numero 1. ff. de pœn.* Stephan Gratian. *tom. 1. diſceptat. forenſ. cap. 186. num. 3. & 4. & à numero 6.* Item, quia aduocati ſunt ciues illius loci, ſeu ciuitatis, vbi aduocant. Bartol. *in l. aduocati, C. de aduocat. diuerſ. iud. & in l. municeps, §. miles, ff. & municipal. & de incolis*, vbi vult milites, & doctores fieri ciues illius loci, ſeu ciuitatis, vbi ſtipendia merentur. Idémque eſſe in doctore, qui eſt miles legalis militiæ, quod in aduocato, vt probat textus *in dict. leg. aduocati.* Accedit officium aduocatorum eſſe dignitatem, vt indicat Bartol. *in leg. nemo, C. poſtulando*, cum ſcientia iuris ſit alius modus dignitatis equeſtris. Quod probat lex 2. apud Hiſpanos *titulo 10. parte 2.* & ibi Gregorius Lopez *gloſſa 8.* Item, quia aduocatorum, atque militum paria eſſe in iure prin[illegible] de[illegible]ducuntur à lege, *Aduocati, C. de aduo[illegible] iudic.* Cuius verba ſunt hæc. *Aduocati, qui dirimunt ambigua [illegible] cau[illegible] defenſionis viribus ſæpe publicis in [illegible] ac [illegible] lapſa erigunt, fati[illegible] non [illegible] prouident humano generi, quam [illegible] ac vulneribus patriam, parentéſque ſeruaren[illegible] enim ſolos noſtro imperio militare [illegible] illos, qui gladiis, clypeis, & thoracibus nituntur ſed etiam aduocatos. Militant namque cauſarum patroni, qui glorioſæ vocis con[illegible] munimine laborantium ſpem, vitam, [illegible] defendunt.* Sic Imperator. Ex qua c[illegible] nihil non minora eſſe aduocatorum priu[illegible]gia, quam militum, & non poſſe torqu[illegible] de iure tradit Marſil. *in practica, §. expedita, num[illegible]* Boſſius *titulo de indic. & conſiderat. ante torturam, numero 112.* etiamſi officio aduocationis non vtantur, adhuc tamen in honorem priſtinæ dignitatis non ſubiicientur quæſtion[illegible] quia immunitas conceſſa doctoribus c[illegible] aduocatis, ex Bartol. & aliis *in d. l. me[illegible] de profeſſoribus, & medic. lib. 1[illegible]*. Menoch. *ar[illegible] bitr. caſu 257. à num. 6. [illegible] caſu 379. à num. [illegible]* [illegible]tinac. *in d. quæſt. 41. num. 57. & num. [illegible] quentibus.*

Surdos autem, & mutos à natura poſſe [illegible]queri negat Decianus *conſil. 18. num. 15 [illegible]* per regulam, *Fruſtra quæritur, cuius rerum nihil operatur, l. hac ſtipulatio, § dion[illegible] legat. no cauſ. l. ad probandum, [illegible]* muti, & ſurdus ſcribere ſciat. Tunc enim per ſcripturam poſſunt reſpondere, & ex conſeq[illegible] cedentibus indiciis legitimis torq[illegible] per confeſſionem factam in ſcriptis dam[illegible] Couarruvias *in tract. de exequutio[illegible] numero 47.* & Ferrat. *cam. 57.* Se[illegible] qu[illegible] neſciunt ſcribere, etiamſi habeant [illegible], & videantur exprimere ſignis, ac nutibus quod in mente retinent, & indicent [illegible] ad delinquendum, & ad contr[illegible]h[illegible] *l. mutus, ff. de iur. dot. cap. cum apud de [illegible] libus.* Ratio, quia confeſſio ſignis, vel nutibus expreſſa circa facti veritatem non eſt ſufficiens ad condemnandum, niſi per teſtes [illegible] neos reus de delicto plenè conuincatur [illegible]dus *in l. 2. numero 27. C. de confeſſ.* Gomez *tom. 3. cap. 1. de delict. num. 6[illegible]. in [illegible] Verum tamen eſt.* In quo euentu an p[illegible] puniri pœna ordinaria mutum pro delicto, [illegible] *numero 69. verſ. In contrarium tamen* [illegible] fuiſſe ſuſpenſum mutum quendam [illegible] ctum; ſequitur Plachta *in epitome d[illegible] cap. 38. num. 18. verſ. Quibus obli[illegible] verſic. Rurſus ad apertiorem huius [illegible] re[illegible]ationem.*

Conſequens eſt dicere, quæ pœna [illegible]niendi delinquentes, qui non habent plenum iudicium, vt ſunt infantes, qui dicu[illegible] les vſque ad ſeptennium incluſiuè per [illegible] *in §. pupillus, in verbo, infans, [illegible] de inutil. ſtipulation.* [illegible] *in verbo, infans, de homicid.* [illegible] *numero 6.* Ancharan. *numero* [illegible] B[illegible] *numero 6. ff. de nouat.* & [illegible] *infanti, C. de iur. liber.* [illegible] eſt [illegible] ſte Menochio, [illegible] *numer* [illegible] Dicunt ergo aliqui infantes, quando ſunt [illegible] li capaces, in delictis non eſſe [illegible] in

in totum, ſed eſſe puniendos pœna arbitraria. Sic expreſſe Boniſacius *in dicta clementina* 1. *de homicidio,num.*50.Marſil.*in l.infans,num.*2.vbi ad id allegat gloſſam *in cap.fin.de ſentent.excommun.* . & Angel.Aret.*de maleſic.verbo,ſcienter,& dolo ſe,n* 6 Pro qua opinione facit textus *in cap.de delict.puer.* vbi pueros grandiuſculos in totum à pœna non excuſat,& *ibi* gloſſ.*in verb grandiuſculos*,hoc declarat in pueris ſeptem annorum, quos affirmat doli eſſe capaces,cum mentiri,verú dicere, & negare poſſe affirmat, ex Auguſt. Idem voluit Gloſſa fin. *in verbo , non tam, verſ. Item nota*, dum ait omne delictum cadere in puerum, poſtquam eſt doli capax,excepto delicto carnis. Accedit caſus à Gregorio c.19. *lib.4.dialog.* de infante quinque annorum è manibus parentis propter aſſiduas blaſphemias a dæmone erepto. Cuius etiam meminit Hoſtienſ. *in cap.*1. *de delict.puer.*& *in cap parnuli, de conſecratione, diſt.*3. vbi refert dictum eiuſdem Auguſtini ad Renatum Epiſcopum, quod puer ſeptennis, & mentiri, & & negare,& confiteri poteſt, ergo Infantes doli capaces, ſi delinquant, non ſunt in totum excuſandi,ſed puniendi pœna arbitraria, ne dicam ordinaria,vt videtur ſentire Andr.Gail.*obſeruat.*110. *num.*31.*lib.*2.

Veriſſimum tamen eſt,infantes ſeptennes licet aliquando compertum fuerit eſſe doli capaces, nullo modo eſſe puniendos in delictis, & in totum excuſandos, cum doli capaces non ſint, & ignorent quid agant,vt bene docet Ioan.And. *cap.*1.*poſt.num.*4.*de delictis puer.* & *ibi* Ioan. de Anan.*num.*2.*in fin.& num* 3. & probat textus *in l. ſed etſi quemcumque,*§.*fin.* ff *ad l.Aquiliam, & in l.infans,*ff.*ad l.infans,*ff.*ad l.Cornel.de ſicar.* Cyn. *in l.*2.*in fine,C.ſi aduerſ.delicta,* Alberic. *in l.ſi ex cauſa,*§.*nunc videndum, num.*7.*in fine* ff.*de minor.* In quo euentu excuſantur in totum ob innocentiam conſilij ipſo iure, non verò per reſtitutionem,vt volunt ſcribentes *in d.l.*1. *C.ſi aduer.de-* & ibi Bald. *num.* .Bartol.*num.*1.Paul.de Caſt. *verſ.Vel diſtingue plenius,*quibus adhærent Cou *d.clemen.*1.*p.*3.*in principio,num.*5.*verſ. Qua ratione,* Caldas *in repetit. l.ſi curatorem , in ve , vel aduerſary dolo, num.*52. *C. de in integrum minor.*& Gomez *de delictis,cap.*1. *numero* 57. & Petrus à Placha *in epitome delictor. cap.*32.*num.*1.*verſ.Qua ratione,* vbi hanc partem recepciſſimam docet.

Quid ſi infantes ſint vltra ſeptennium infantiæ tamen proximi? Dicitur autem proximus infantiæ poſt ſeptennium vſque ad decimum annum cum dimidio,ſi eſt maſculus; ſi verò eſt fœmina vſque ad nouem annos cum dimidio. Gomez *ſuprà,num,*57.*verſ.& dicitur proximus infantie* vbi teſtatur de communi, ſecundùm gloſſam *in* § *pupillus, in verbo, infantie proximus inſtit.de inutil. ſtipulat* Gandin. *in tit. de panis reor. poſt num.*30. & Caldas *ſuprà, in verbo , vel aduerſary dolo, à num.*53. Qui ergo opinantur infantes ſeptennes doli capaces non excuſari in totum delinquendo,multo magis id defendent de infantibus in ætate proxima infantiæ, per textum *in d. cap.*1. *de delict.pueror.* & *ibi* gloſſa *in verb. grandiuſculos* vbi pueros grandiuſculos à pœna in totum excuſari negatur, & in ſpecie negat Cardin. Zabarell. *in clement.* 1 *num.*9 *de homicidio,* Mauric. *in tract. de reſtit. in integr. cap.* 161. *numero* 1. & Hoſtienſ. *in dicto cap* 1. *de delict. pueror.* per textum ibi. *quamuis in eis non vt in maioribus punienda videantur.*Secundùm quem Abbas *num.* 1. & 3. *in* 3. *notab.* & Anton. de Butr. *numero* 1. & *poſt numer.* 4. dum aiunt infantiæ proximos doli capaces delinquendo mitiùs eſſe puniendos; ergo non ſunt excuſandi in totum.

Nihilominus adhuc dicendum puto infantiæ proximos in totum delinquendo etiamſi capaces ſint doli, excuſari in delictis, niſi fuerint pubertati proximi, cùm in ea ætate non aſſequantur plene quid agant,imò ignorant,quia ad effectum puniendi, non ſufficit eſſe capaces doli, ſed exigitur proximitas pubertati, & ante hoc tempus non datur, vel ſaltem nullus conſideratur dolus. Gomez *de delict. d.cap.*1. *num.*57.*ad fin.ver. Et in tantum eſt verum,* Blanch. *in practic. criminal.* §.*imbecillitate , à numero* 6. vbi teſtatur de communi; Igneus *in l. excipiuntur , num.* 18. *in fine verſ. Sed adhuc ,* ff.*ad Syllan.* Nec obſtat textus *in cap.*1 *de delictis*, quia non loquitur de infantibus doli capacibus, nec de infantibus infantiæ proximis, ſed de proximis pubertati, vt ſcribentes *in dict.clement.*1.*de homicid.* & Ancharan *in dicto cap.*1. *num.*4. *in verbo, doli capax, de delict. puerorum.* Ioan. de Anan. *num.*3. *verſ. Aduerte, & num.* 6. *verſ. Collige etiam* , Couar. *in epitom. p.*2.*cap num.*3 *in fine,* vbi vult eſſe falſam gloſſam *dicto cap.* 1. quæ vult puerum ſeptem annorum eſſe puniendum quando eſt doli capax, quia non ſolùm requiritur capacitas doli, ſed etiam proximitas pubertati. Aliter non eſt puniendus, vt expreſſè gloſſa *in verbo , ætatem, in l. impuberem,* ff. *de furt.* & gloſſ. *in l impuberem,* ff. *de furtis.* Ducñas *regul.* 25 . *in* 3. *limitatio. verſ. & circa.* Nec refert exemplum pueri a diabolo rapti de manibus parentis, quia vt notat Ananias *in dicto cap* 1. *num.* 3. *ad medium, verſ. Aduerte,* potius fuit ereptus in pœnam patris non corripientis puellum quam ipſius infantis, in quo ex defectu ætatis nulla erat doli capacitas: niſi dicas in hoc caſu malitiam ſuppleuiſſe ætatem, puerumque plenum habuiſſe rationis vſum. Sed ſimiles caſus non trahuntur in conſequentiam, neque ob illos dicendum poſſe puniri infantes proximos infantiæ, vt tradunt ſuprà citati, quibus accedit Gomez *dicto cap.*1. *de delictis,numero* 57. *ad finem*, vbi concludit caſum illius pueri blaſphemi iudicio Dei contigiſſe, & ea quæ nutu Dei aguntur, non eſſe ſub lege,vt habetur *in cap. duæ,* 19. *quæſt.*2.

Molina tamen, etiamſi opinetur minores infantiæ proximos homicidium, ſiue flagitium aliud committentes, non incurrere pro eo pœnam *in tract.*5. *diſput.*36. *numero* 2. Ex eo, quòd in ea ætate infantes, & infantiæ proximos non multum diſtare à furioſo, neque habere vllum intellectum decidatur expreſſe *in* §. *pupillus,inſtit. de inutili ſtipulatio.* & multò clarius *in* §. *penultim. Inſtit.de obligationibus , quæ ex delict.* Nihilominus credit *dict. tract.*2. *diſput.*697. *num.*7. & *dict. diſp.* 36. pueros à ſeptimo ſuæ ætatis anno vſque ad decimum cum dimidio teneri in foro conſcientiæ damnum datum integrè reſtituere, ſi cum culpa Theologica lethali præſertim damnum dederunt, quoniam iure naturali ad id obligantur ob culpam Theologicam, ſeu ob iniuſtam acceptionem, licèt pro damno a pueris à ſeptimo ſuæ ætatis anno vſque ad decimum cum dimidio illato non concedatur actio legis Aquiliæ.

Vtrùm verò infantes ante ſeptennium ſi fortè doli capaces ſint, polleantque vſu rationis, fiant irregulares, ambigitur? Couar. *in clement. ſi furioſus 3. par. in principio, num 5. de homicidio, &* Nauarrus *in manuali cap. 27 num 23[illegible]*. exiſtimant fieri irregulares aliquem occidendo; quæ opinio fuit Hoſtienſis, & Panormitani *in cap. 1 de delict. pueror.* Sed melius negatur cùm irregularitas inuenta ſit de iure humano, & non incurratur niſi in caſibus iure expreſſis, *cap. is, qui, de ſent. excommunicat. lib. 6.* Archid. *in cap. Apoſtoli 2. diſtinct. 56. in principio, & in cap. excommunicatos, 11. quæſt. 3.* Felin. *in cap. ad audientiam in fine de homicid.* Vnde Nicolaus Dion de Peruſ. reſpondet *in d. cap. is qui*, aſſerenti aliquem eſſe irregularem, debere caſum legis adducere, & textum oſtẽdere. Itẽ, quia pœnæ proprium caſum excedere non debent, vt ex multis probat Sanch. *lib. 2. Decal. c. 28. num 5. per totum.* Ergo in eo ætate pueri homicidæ nullam contrahent irregularitatem. Sic Henriquez *de irregularit. lib. 14. cap. 3. & 4.* Perez *in addition. ad cap. 6.* Villadieg. *annot. 20. & 67.* Auila *de cenſur. p. 7. de homicid. caſuali, diſp. 6. ſect. 1. dubio 15. concl. 1.* Sayr *de cenſur. lib. 6. cap. 17 n. 30,* vbi volunt hanc partem eſſe multo veriorem, quia oportet, vt occiſio ſit libera, & voluntaria hominis ſaltem in cauſa.

Quid ſi maior ſeptennio ſit, & non habeat plenum rationis vſum ad peccandum mortaliter? Maiolus *lib. 4. cap 48. num. 11.* & Syluest. *homicid 3. § 4. verſ. 5.* docent puerum hunc homicidam fieri irregularem. Idem multo priùs voluit Hoſtienſ. *in cap. 1. de delict. pueror.* Sed meliùs negant hunc eſſe irregularem, gloſſa *in d. clement. ſi furioſus,* Villadieg. *cap. 6 num. 68. verſ. Vlterius quæro,* Henriquez *d. cap. 3. num. 4. in commento litera Y.* Auila *ſupra, concl 2.* Quod idem exiſtimant ipſi Doctores de puero maiori ſeptennio, de quo dubitatur an habeat plenum rationis vſum, quia in dubio fauendum eſt puero, ſicut excuſatur à voto in dubio an haberet vſum rationis quando vouit. Nauarr. *cap. 12. num. 68.* Sotus *de iuſtit. lib. 7. quæſt. 3. art 2.* & fauet D. Thom. *2. 2. quæſt. 189. art. 5. ad 3.* Sayr. *ſuprà, num. 32.* vbi *num 32.* reſoluit furioſum homicidam non fieri irregularem, cùm non habeat vſum rationis, & factum illud ſit homini inuoluntarium, & ſine conſenſu commiſſum. Idem cenſent Nauarrus *ſuprà, & conſ. 1. tit. 23. de cognat. ſpiritual. lib. 4. num. 6.* de ebrio in ebrietate carente vſu rationis, & Couar. *in d. clement. ſi furioſus, p. 3. in princip num. 3. de homicid* negantes eſſe irregularem; quibus accedunt Henriquez *in commento dict. litera Y,* & Sayr. *numero 34 verſ. Secunda opinio,* ſi in ebrietate aliquem occidat.

Dubitatur tamen, an infantes infantiæ proximi doli capaces poſſint excommunicari? Pars affirmans probatur ex Concilio Tridentino *ſeſſ. 25. de regular. cap. 5.* vbi ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda prohibet nemini licere cuiuſcumque generis, aut conditionis, ſexus, vel ætatis fuerit, ingredi ſepta monialium ſine Epiſcopi, vel ſuperioris licentia in ſcriptis obtenta. Idem confirmauit Gregorius XIII. *in quadam conſtitutione, incipit, Vbi gratia, edita anno Domini 1575 Idibus Iunij.* Ex quibus verbis, nempe *cuiuſcumque conditionis, ſexus, vel ætatis,* comprehendi pueros ſeptennes doli capaces patet. Quod etiam tenet Emmanuel *in expoſitione motus proprij Pij V. num 12.* & Sanchez *in Decalog. lib. 6. cap. 16. n. 4. & 7.* vbi concludit pueros nondum rationis vſum adeptos non comprehendi. Contr[illegible] A[illegible] pueros ſeptenn[illegible] qui[illegible] nis communiter [illegible] duo[illegible] in ante [illegible] habeat [illegible] nis, præſumend[illegible] verò completo [illegible] dere, niſi conſtet pueros [illegible] adhuc ca[illegible] Sic Ioan A[illegible] *cap. ianenſis de ſen[illegible] num.* [illegible] Anch[illegible] & ex Theologis Ledeſ[illegible] *in tract. de ma[illegible] crim. cap. 3[illegible]* & alij quibus accedit Sanch. *lib. 1. de ſponſalib. diſp. 16. n. 10[illegible] ſequent.*

Quare niſi ignorantia excuſentur pueri rationis [illegible] iam adepti ingrediendo monialium monaſteria, peccabunt mortaliter, & excommunicatione ferientur. Sic C[illegible] *in ſumma caſu 60.* quem ſequitur Henriquez *de pœnitentia lib. 4. cap 5. num. 2. in ſcholiis litera M,* vbi addit eos percutientes clericum ſcientes excommunicationem latam contra percutientes, eam incurrere, vt etiam vult Nauarrus *in manuali, cap 2 num. 76.* iuxta gloſſam *in cap. ſi quis ſuadente,* [illegible] meminit iuuenum, & ſenum cuiuſcumque [illegible] habentium iudicium ad peccatum mortaliter. Sanch. *lib. 1. Decalogi, cap. 12. num. 8.* idem [illegible] de puero doli capace clericum percutiente ſecundùm cap. *pueris,* iuncta gloſſa, *verb. pueris, de ſent. excommunicat.* & volunt alij, quos referens ſequitur Azor *tom. 1. lib. [illegible] inſtit. moral. cap. 41. quæſt. 10.* & Henriquez *lib. 8. de Eucharistia, cap. 42 comment. vltim.* Et conſequenter fieri irregulares, ſi occidant, vt cum aliis docet Syluest. *verb. homicidium, 3 quæſt. 1 dict. 5. [illegible] quæſt. [illegible] dict. 3.* Sanch. *d. num 8. cap. 12.* Facit [illegible] S[illegible] *de cenſur. lib. 1. cap. 8. num. 4.* vbi fate[illegible] et doli capaces incurrere excommunicat[illegible] dis, argument. *cap. 1. & cap. fin.* & ibi [illegible] *pueris, de ſentent. excommunicat.* Quod [illegible] ſi delictum intelligant argument[illegible] *de delict. puerer.* Non tamen poſſe [illegible] communicari à iudice propter con[illegible] non cenſeantur intelligere vim p[illegible] nec iudiciarium ordinem, nec [illegible] Vgolin. *de cenſur. cap. 17. § 3 num. 5*

Ex dictis inferunt aliqui pueros nondum ad duodecimum, vel decimumquartũ [illegible] nientes non poſſe puniri pœnis capitis. C[illegible] ex cap. *omnis vtriuſque ſexus de pœn. & remiſ.* deciditur omittentes annuam confeſſionem arcendos eſſe ab Eccleſiæ ingreſſu, & pr[illegible] Eccleſiaſtica ſepultura. Qui addunt [illegible] in hoc caſu excommunicandos donec duodec[illegible] vel decimumquartum annum adipiſcantur [illegible] vt deducitur ex *d. cap. 1. de delict. puerer.* linquentes non pœna ordinaria puni[illegible] ibi eſt ſtatutam. Azor ſuprà *cap. 46.* [illegible] *dub. quæſt. 60. dict 4.* Henriquez *lib. 8. de Eucharistia, cap. 42. in fine,* & prius, *lib. 4. de pœnit. cap. num. 2.* vbi cùm aliis relatis vult pueros in [illegible] te non ligari Eccleſiaſtica cenſur[illegible] p[illegible] tionem affirmatiui præcepti Eccleſi[illegible] etiam tenet Sanchez *d. cap 12. num* [illegible] poſt

91. Sed quid dicendum de pueris puberta[illegible] mis ſi delinquant, an ſint puniendi [illegible] tis? Sed antequam quæſtio decidatur [illegible] iendum eſt quinam dicantur pro[illegible] mi pubertati. In qua d[illegible] eſt opinio; prima vult proxim[illegible] pubertati [illegible] anno decimo cum dimidio vſque ad decim[illegible] quartum ſi fuerit maſculus. At verò ſi fu[illegible] mina, dicitur proxima pubertati ab anno [illegible] cu[illegible] dimidio vſque ad duodecimũ. Patet ex gloſſ. *in §. pupillus,*

*pupillum, in verb. Infantia proximus, inſtit. de inutil. ſti. ul.* & ex gloſſa *in §. in ſumma, in verbo, proximus. Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſcuntur.* Bartol. *in l. 1. num. 6. ff. de nouat.* Bald. *in l. excipiuntur, ante fin. ff. ad Syllan. & in l. 1. num. 1. in fin. C. ſi aduer. delicta.* Sequitur Gomez *de delict. cap. 1. poſt num. 57.* vbi teſtatur de communi. Sed certè Baldus quamuis locis ſupra dictis teſtetur de communi, non tamen eam ſequitur; ſed Burſatus *conſil. 221. num. 4. & 5. lib. 3.* illam de communiori, reiecto Baldo teſtatur, quem ſequitur Æmilius *in ſuo tract. de teſtib. in verbo, teſtis adultus, num. 9. fol. 179.* & Roland. *conſ. 56. num. 25. vol. 1.*

Secunda tamen opinio eſt eorum, qui docent pubertati proximos dici illos, qui per ſex menſes diſtant à pubertate, per textum *in cap. continebatur, de diſpenſatio. impuberum, & in cap. atteſtationes, eodem tit.* Facit valde lex *non tantum. in principio ff. de excuſat. tut.* Igneus *in l. 1. §. impubes, num. 8. & ſequentib. vſque ad 24. ff. ad Syllan.* vbi mordicùs hanc partem tuetur, & reſpondet contrariis gloſſis, ac rationibus, & firmat Baldus *in l. excipiuntur ff. ad Syllan.* Mayner. *in l. pupillum, num. 3. ff. de regul. iuris,* & ex noſtris Caldas *in repetit. legis. ſi curatorem, in verbo, vel aduerſario dolo, num. 53. verſ. quamuis Baldus, C. de in integ. reſtit.*

Reſolutio tamen fit, quoad effectum puniendi proximos pubertati eſſe, vel non eſſe, iudicis arbitrio relinquendum eſſe. Ideo iudex facta diligenti inquiſitione de intellectu impuberis delinquentis, ſi deprehendat non eſſe capacem intellectus, & doli, quamuis ſit pubertati proximus, omnino in totum debet illum excuſare. Ita Igneus *in d. l. excipiuntur;* poſt Ioan Andream & alios ibi relatos *num. 10.* vbi ait impuberem ad effectum puniendi præter ætatem pubertati proximam debere eſſe doli capacem. Cùm ergo ius præſumat pubertati proximum habere intellectum diſcernentem rem à re, ideo non eſſe excuſandum in totum in delictis, ſecundùm textum *in d. l. excipiuntur,* tradunt communiter doctores, teſte Farin. *de pœn. temperand. quæſt. 92. num. 65. & ſequentib.* Proinde incapacitas doli probari debet, Anton. Gomez *de delict. cap. 1. num. 58. verſ. ratio eſt;* atque ita non tenebitur de delicto quando doceretur de eius ſimplicitate, Farinac. *num. 67.*

Quod ſi inueniat impuberes proximos pubertati, dolique capaces, nullo modo illos puniat pœna ordinaria delicto correſpondente, ſed mitiori, text. *in d. l. excipiuntur, ff. ad Syllan.* ibi. *Nam & puer non multum a pubertate aberat.* Non tamen omnino excuſentur in totum, Odofred. *in d. l. excipiuntur in verbo, aberat,* Blanch. *in practic. §. imbecillitate, num. 5. fol. 77.* Menoch. *de recuper. poſſ. remed. 9. num. 41. & de arbitr. lib. 2. caſu 329. num. 2.* vbi ait proximum pubertati & doli capacem delinquendo puniri extra ordinem, *& num. 19.* id confirmat, & Tiraquel. *de pœn. temper. cauſa 7. num. 6.* modò ſit in ea ætate, in qua crimen quod intenditur, cadere poteſt, *l. impuberes, C. de pœn.* Ex eo fundamento, quia adoleſcentia ſuapte natura eſt proprium incitamentum vitiorum, & lubrica inclinatio; ideo aſcribendum eſt ætatis vitio magis, quod in ea ætate committitur, quàm pertinaci malitiæ, & improbitati. Ob quam cauſam Seneca *lib. 3. de ira,* inter aliqua quibus ira placari debet, & homines retrahi à vindicta, pueritiam ponit, & ſexum fœmineum. *Puerum,* inquit, *ætas excuſat, fœmineum ſexus.* Deinde quia teſte Ariſtotele *lib. Politicor. 1. cap. vlt.* adoleſcentia nondum habet plenum iudicium, neque conſilium. Quod etiam docuit Cicero *lib. 1. officior.* & deciditur *in l. 1. ff. de minorib.* Quæ eſt cauſa ob quam minori viginti quinque annis remedium reſtitutionis in integrum, & tutela curatoris tribuatur. Idcirco pubertati proximi delinquendo puniendi ſunt arbitrio iudicis pœna extraordinaria correſpondere illi ætati. Molin. *tract. 3. diſp. 35. num. 6.* Farinac. *d. quæſt. 92. num. 171.* & Tiraq. *de pœn. temper. cauſa 7. num. 1. & 8.*

Sed quæres in ſpecie qua pœna ſint puniendi impuberes delinquendo? Igneus *in l. 1. § impubes, num. 5. ff. ad Syllan.* & Ioan. de Ananias *in cap. 1. num. 11. verſ. colligit etiam, de delict. puer.* credunt poſſe relegari per text. *in §. 1 inſt. quib. mod. tutel. finiatur;* vbi dicitur expirare tutelam, per deportationem pupilli; ergo, ſi crimen ſit capitale, poſſunt pupilli deportari, ſeu relegari in perpetuum. Conſentire videtur Iul. Clarus *in praxi, §. fin. quæſt. 60. num. 3. verſ. ſed in omnem caſum,* vbi vult pupillum non eſſe afficiendum pœna capitali, nec membri mutilatione, additque ſe vidiſſe pueros, qui ſe ab aliis carnaliter cognoſci paſſi ſunt, verberibus publicè cædi, nec eſſe damnandos ad triremes propter teneram ætatem tradit Tiraq. *d. num. 171.* & Molin. indiſtinctè id videtur ſentire *d. num. 6.* vbi *num. 5* excuſat minores pubertati proximos non poſſe puniri, ſi in eorum domo falſa moneta cudatur, ipſis ſcientibus id, neque impedientibus, nec reuelantibus, ſi ad falſam monetam fabricandam non cooperentur. In quo caſu addit illos non amittere domos proprias, ſicut amitterent, ſi puberes eſſent, per text. *in l. 1. C. de falſa moneta, & l. 9. tit. 7. part. 7.* Anton. Gomez *l. 83. Tauri, num. 3.* idem Molin. *tract. 2. de inſtit. diſput. 702. num,* ſubdens impuberem eſto cooperetur ad hoc crimen, ſi tamen nondum eſt proximus pubertati, nullam incurrere pœnam, vt etiam affirmat Gregor. Lop. *in l. vlt. tit. 7. part. 7.* & Gomez *d. num. 3.*

Sed quid dicendum de proximis pubertati, ſi in delictis carnis ſint agentes, committantque adulteria, ſtuprum, ſodomiam, aut habeant rem cum beſtia. Gregor. Lopez in *l. ſupra citata, & l. 21. tit. 1. part. 1. & l. 2. tit. 21. part. 7.* inclinat impuberes doli capaces, ſupra dicta crimina committendo puniendos eſſe pœna arbitraria. Sequitur Farin. *d. quæſt. 92. num. 171.* Secus ſi impuberes non ſint pubertati proximi; nam hi indiſtinctè nunquam pro quocunque delicto aliter puniuntur, quàm ferula, non publicè, neque per publicum miniſtrum iuſtitiæ; ſed per conſanguineos, vel per vnum ex carcerum cuſtodibus. Cæterùm, cùm præſumptio iuris ſit, ac de iure, impuberes vſque ad pubertatis annos, eſſe impotentes, ad ſimilia delicta patranda, illaque non commiſiſſe ad effectum, vt puniantur, noluit ciuile ius, vt impuberes pro iis plectantur, vt habetur *in l. minor, ff. ad l. Iul. de adult. & cap. 1. de delict. pueror.* necnon *in l. 21. tit. 1. part. 1. & l. 9. tit. 1. & l. 2. tit. 21. part. 7.* Quod etiam ſentit Gom. *cap. 1. delictor. num. 60. in fine,* quem ſequitur Iul. Clar. *d. quæſt. 60. num. 3. verſ. quin imò ſecundùm aliquos,* vbi refert Gom. ſe liberaſſe à morte puerum minorem annorum vndecim deprehenſum habuiſſe rem cum beſtia per iura partitarum citata. Quæ ſententia placet Molinæ *diſp. 36. num. 5. verſ. ſecundò excipitur,* vbi ſubdit conſiderato iure communi non eſſe improbabile talem impuberem pro delicto carnis

conſummato plecti poſſe pœna extraordinaria. Quæ opinio abſolutè, & indiſtinctè mihi probatur, ne delicta atrociora impunita relinquantur. Neque ad hunc effectum concedi debet reſtitutio in integrum, textus expreſſus, *in l. ſi ex cauſa, §. nunc videndum ibi, & placet minoribus in delictis non ſubueniri ff. de minorib.* & Clar. *in l. 1. C. ſi adverſ. delict. In criminibus*, inquit, *ætatis ſuffragio minores iuuantur; etenim malorum mores infirmitas animi excuſat*; facit text. *in l. impunitas, C. de pœn.* quæ ſic loquitur; *impunitas delicti propter ætatem non datur.* Accedit Ciceronis ſententia *lib. 4. Rhetoricor. ad Herennium*, in hæc verba: *Qui adoleſcentium peccatis ignoſci putant oportere, falluntur; propterea, quod ætas illa non eſt impedimento bonis ſtudiis, at ſapienter faciunt, qui adoleſcentes maxime caſtigant, vt quibus virtutibus omnem vitam tueri poſſint, eas in ætate maturiſſima velint comparare.* Quod intelligendum eſt mitius ſemper, iuxta ea, quæ diximus

92. Quæſtionis eſt, an quando minor deliquit in ætate excuſante illum à punitione, poſſit puniri accedens ad ætatem maiorem: Negans pars placet d. Iulio Clar. ex gloſſ. *in l. ſciant cuncti, in verbo, moritur, C. de [illegible] gis. her.* quam ſequuntur ſcribentes, teſte Marſil *in l. infans, num. 15. ff. ad l. Cornel. de Sicar.* quia attenditur tempus delicti, & non punitionis; ſequitur Tiraq. *de pœn. ſemper. cauſ. 7. num. 8* & Molin. *d. diſp. 36. num. 7* etiamſi minor factus ſit maior 25 annis poſt Couar. *in clem. ſi furioſus, part. 1. num. 5.* quia habetur ſemper ratio ætatis, in qua pro eo delicto, vel non erat puniendus, vel ſaltem non erat pœna ordinaria, & alij, quos referens ſequitur Cald. *in l. ſi curatorem, in verbo, vel aduerſarij dolo, num. 53. in fine, verſ. & intellige C. de in integr. reſtitut.* & Farin. *ſuprà, num. 162.* poſt Clarum *ſuprà d. q. 60 verſ. ſeu nunquid minor, num. 5*

Sed quid de minoribus, poſt completam pubertatem vſque ad 25. annum ſi delinquant? Reſpondeo in crimine carnis, & etiam in crimine adulterij mitiùs [illegible] eſſe puniendos Sic Oddus *de reſtit. in integr. part. 1. quæſt. 31. num. 1. & num. 17 & 20.* & noſter Caldas, *in d. l. d. ſi curatorem, vbi ſuprà, num. 63. in verbo, aduerſarij dolo,* Gom. *tom. 3 cap. 1. de delict. n. 62. per l. auxilium, § in delictis, ff. de minorib.* ibi: *Niſi quatenus interdum miſeratio ætatis ad mediocrem pœnam iudicem perduxerit.* Quæ ſententia tanquam verior probatur ex traditis à Socino *conſ. lib. 3* vbi in caſu ſodomiæ docet habendam eſſe miſerationem ætatis, pœnámque temperandam, quem ſequuntur Roland. *conſ. 77. num. 9. verſ. ſi tradocimò accedit, vol. 3.* & Menoch. *de arbitrar. lib. 2, caſu 229. num 5* & Hippol. Rimin. *conſil. crimin. diuerſ. 125. num. 18 tom. 1.* Ergo multo magis temperari debet pœna ac minui, in crimine adulterij.

Nihilominus in vtroque caſu delinquentem pœna ordinaria eſſe puniendum multi affirmant: Nam colligitur apertè ex *l. ſi adulterium cum inceſtu ad fin. ff. de adulter.* vbi ſic dicitur: *cum alias adulterij crimen, quod poſt pubertatem delinquitur, non excuſetur ætate, &c.* & paulo poſt ita pergit. *Cum*, inquit, *in adulterio commiſſo nullam habere poſſint excuſationem.* Ex quibus locis adulteros eſſe puniendos pœna ordinaria conſtat, quamuis minores ſint. Confirmatur ex lege *auxilium, dict. §. in delict. ff. de minorib.* vbi poſtquam Iuriſconſultus generaliter ſtatuit in atrocioribus delictis iudicem propter ætatem ad miſerationem moueri poſſe aliquando, addidit [illegible] tionem vtique adulterij pœnæ eſſe, perinde [illegible] diceret, in hoc crimine non eſſe locum [illegible] nuendæ; quod apertè vult gloſſ. *ibidem in [illegible] atrocioribus*, vbi ait in crimine adulterij [illegible] eſſe fauendum minori.

Quod apertè deciditur a lege Luſitana [illegible] *ordin. tit. 136* vbi vult minores ſiue maſculos, ſiue fœminas vigeſimum annum excedentes, ſi d[illegible] quant eſſe puniendos pœna totali delicti reſpondente, perinde ac ſi eſſent maiores 25. annis. Quod ſi fuerint annorum ſeptemdecem, vſque ad viginti annos, puniuntur arbitrio iudicis, vel pœna ordinaria, vel minori, conſiderato priùs modo, quo delictum fuit commiſſum, & penſatis circumſtantiis illius, ipſiuſque minoris perſonæ, & malitia. Quibus poſitis ſi iudici viſum fuerit delinquentem integram pœnam mereri, damnabit hominem ad illam, etiamſi capitalis fuerit. Q[illegible] ſi iudicet non eſſe dignum ea pœna delinq[illegible] tem, poterit eam temperare, conſiderata qualit[illegible] ſeu ſimplicitate delinquentis in commiſſo crimine. Quando verò minor decimum ſeptimum annum nondum compleuerit, quamuis crimen morte dignum commiſerit, nullo modo illum capite damnabit, ſed arbitrio iudicis minori pœna p[illegible] debet, hactenus lex Luſitana, ſecundum quam [illegible] nor excedens vigeſimum annum propter adulterium pœna ordinaria mortis damnatur, [illegible] conſtat ex d. lege luſitana *lib. 5 tit. 25. in principio,* ibi: *O homem, que dormir com a molher caſada, morra por ello* & infrà num. 1. *toda a molher, que fizer adulterio a ſeu marido, morra [illegible]*. Facit Barboſ. *d. lib. 5. in remiſſ. num. 136.* ibi [illegible] *col. num. 4.* non eſſe ſuccurrendum minori in delictis atrociſſimis. Idem eadem lex [illegible] contra ſodomitam *d. lib. 5 tit. 13 ibi in princ. Toda a p[illegible]a de qualquer qualidade, que ſeia, que p[illegible] cad[illegible] de ſ[illegible]omia cometer ſeia queimado, [illegible] feito per fogo em poo*; quod intellige dummodo iam com[illegible]letum beat vigeſimum annum. quod ſi habeat decimum ſeptimum perfectum, ſtandum eſt [illegible]gi ſtræ ſuprà *d. tit. 136.* ibi: *Ee ſe for de idade de deſaſete annos atẽ vinte* Conſentit C[illegible]as [illegible] *num. 92. ad finem,* vbi vult non eſſe recedendo [illegible] diſpoſitione noſtræ legis *d. tit. 136.* quamuis in [illegible] ſu ſodomiæ ratione ætatis pœnam non [illegible] e temperandam opinetur Bombin. *conſ. 65.* referens illum Bonacoſ. *in commun. opinion.* [illegible] *ſodomiti puniantur, fol. 71. c[illegible]. 1 non obſtante [illegible] nore ætate.*

In hac varietate, vt opiniones in[illegible] redigantur, de iure communi, d[illegible] nores propter lubricum ætatis [illegible] mitiùs eſſe puniendos; de iure [illegible] nores a decimo ſeptimo anno vſ[illegible] vigeſimum arbitrio iudicis: excedentes vero [illegible] vigeſimum pœna ordinaria integra eſſe [illegible] Conſtat hæc reſolutio ex dictis. Ex [illegible] communi colliges minores vig[illegible] an- norum non excuſari in totum in [illegible] cidij, nec in integrum reſtitui, per [illegible] in [illegible] *reum te, C. ad l. Cornel. de Sicar.* [illegible] *legis Corneliæ feceris, [illegible] ſti p[illegible] an non adulta ætate [illegible] nis [illegible]* Q[illegible] tradit, & Oddus *de reſtitut. in integr. pa[illegible] num. 31.* mitiùs tamen plecti debere. Si[illegible] *d. l. excipiantur, ad [illegible] num 48. in* [illegible] Hyppol. Rimin. *conſ. crimin. diuer[illegible]* [illegible] *per* [illegible] *num.*

textum, vbi hanc partem confirmat iuribus, & c[...] plis. & Menoch. de arbitrar. caſu 329. num. 6. [...]. vbi ait pœnam homicidij, & abortionis temperari in minori. Idem dicunt in crimine furti. Boſſed. per text. in l. ſi ex cauſa, §. nunc videndum poſt num. 1. ff. de minor. ibi: nam & ſi furtum fecit, vel damnum iniuria dedit, non ſubuenietur ei. Sequitur Oldas nuper relatus quæſt. 81. num. 25. Atque ita pœna extraordinaria minores ſunt puniendi, teſte Hippol. Rimin. conſ. 135. n. 17. vbi refert Fulgoſium, ac ſequitur, dicentem idem in conſ. 157. col. antepenult. quibus adhæret Ludouic. Peguer. deciſ. crimin. 24. num. 25. vbi docet minorem viginti quinque annorum pro furto de re Eccleſiaſtica in Eccleſia commiſſo ad triremes per quinquennium duntaxat fuiſſe damnatum. Qui omnes de iure noſtro, ſi excedant vigeſimum annum, pœna ordinaria delicto reſpondente puniuntur, vt in d. lib. 5. ordin. tit. 136. in principio.

Secus de iure communi, vt demonſtratum eſt, per text. in l. aut facta, in § perſona de pœn. vbi textus oſtendit aliter contra ſeruos, aliter contra liberos, aliter contra dominos, aut parentes delinquendo, aliter contra magiſtratus, aliter contra priuatos procedendum eſſe, tandémque ſubdit legislator in delictis puniendis, ætatis quoque rationem habendam eſſe. Conſtat ex lege, fere ff. de regul. iur. vbi lex ait ferè in omnibus pœnalibus iudiciis, & ætati, & imprudentiæ ſubueniendum. Item apertiùs ex lege, ſi adulterium cum inceſtu, §. fratres, ff. de adulter. vbi fratres Imperatores Claudiæ per ætatem maximè, crimen inceſti, vt teſtatur ibi gloſſ. remiſerunt. Accedit gloſſ. in cap. fin. in verb. ætatis, de ſentent. excommunicat. vbi conceditur venia ætati non omnino, ſed quoad minorem pœnam. Ad quam rem graues iudices attendentes, non ſolent ordinaria pœna minores delinquendo afficere, ſed mitius cum illis agunt. Ita Aretin. conſ. 130. in verſ. venio ad ſecundum, dicens ætatem minorem eſſe cauſam iuſtiſſimam temperandi pœnam. Sequitur Decius, conſ. 535. col. 2. Follet. in ſua pract. crimin. in 4. part. num. 17. vbi [...] minorem delinquentem, non teneri pœna ordinaria, ſed minori, iudicémque teneri, de neceſſitate temperare pœnam; & Carter. in pract. ſua [...] crimin. in §. circa num. 5. & Clarus in pract. d. quæſt. 60. num. 5. verſ. aut vero eſt maior quatuordecim annis, ſed minor viginti quinque, vbi magiſtraliter concludit minores non excuſari à pœna delicti, debere tamen mitiùs puniri arbitrio [...], propter imbecillitatem ætatis. Quæ concluſio frequentiori calculo, ac calamo Doctorum magis recipitur.

34 Quid dicendum de ſenibus, ſi delinquant? Decius in l. fere in omnibus, num. 5. ff. de regul. iur. non minùs ſenectuti, quàm pueritiæ indulgendum eſſe atteſtatur, non vt omnino pœnam euadant, ſed bene quoad hoc, vt mitiùs puniantur, & per gloſſ. in l. fere, cauſa 8. num. 7. quia ſicut minores mitiùs puniuntur, eo quòd nondum perfecto conſilio pollent, atque iudicio, ſic etiam ſeniores, qui bonam partem conſilij, ac iudicij amiſerunt, clementiùs plecti debent. Sequitur Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſu 329. num. 10. Gomez tom. 3. cap. 1. de delict. num. 68. & habetur in l. 2. ff. de termino moto, & ibi gloſſ. verb. miſeratio. & l. auxilium, §. in delictis ff. de minor.

Hæc tamen opinio non eſt omnino admittenda abſque diſtinctione, habet tamen locum, vt ſenes mitiùs puniantur in arbitrariis pœnis. ita Gomez ſupra, num. 68. ad fin. verſ. ſecunda concluſio, & Petr. à Plach. in epitom. del[...]. cap. 32. poſt num. 14. verſ. quod ſi pœna, vbi vult, ſic eſſe explicandum textum in d. l. 2. ff. de term. moto, non tamen in pœnis pecuniariis, in quibus ſenes non debent mitiùs plecti. Sic Plach. ſupra, num. 15. Gomez d. num. 68. ad fin. verſ. quarta concluſio, nec etiam in pœnis capitalibus homicidio impoſitis determinatis à iure, tunc enim ætas ſenilis non eſt nulla cauſa minuendæ pœnæ. Plach. d. cap. 32. num. 14. quidquid contra teneat Carter. in pract. in 3. tract. de homicid. §. circa quartum, num. 13. affirmans ætatem illam eſſe iuſtam cauſam mitigandi pœnam in crimine homicidij. Sed falli Carteram cenſet Molin. tract. 3. diſp. 37. num. 1. ex Gometio d. num. 68. niſi fortè ſenex homicidium committens præ ætate non ſit ſui, ſeu rationis compos, tunc enim, vt ipſe ait, nulla pœna debet puniri. Quod ſi dubium ſit, an tempore commiſſi delicti, compos ſui eſſet, pro ratione dubij pœna arbitraria emendabitur: ſicut etiam in pœnis corporalibus, puta abſciſſionis membri, ſeu amputationis manus, ſenes mitiùs puniendos ſentit Molina, ſi ex ea pœna periclitaretur vita ſenum, d. diſp. 37. num. 1. ſubdens non eſſe minuendam pœnam flagellorum publicorum, propter ætatem, ſi eam meriti ſunt, ſi ex flagellis vita non periclitetur, dummodo ſenes non ſint in decrepita ætate. Ita Bald. in l. quid ergo, §. pœna grauior in 2. lectur. num. 10. C. de his, qui not. infam. quia quando eſt nimia ſenectus, etiamſi non ſit decrepita, & præſertim quando eſt decrepita, mitiùs agendum eſt cum illis, prout de nimia ſenectute loquitur, Alberic. in d. l. quid ergo, num. 5. & Carter. dict. §. circa quartum, num. 13. in fin. verſ. item in ætate decrepita. Ducñas regul. 259. in 6. ampliatione, verſ. in quibus ego, & Anton. Gom. de delictis cap. 3. num. 68. & Andr. Gayl. obſeruat. 110. num. 34. & in ſpecie abſolutè de ſenili ætate loquitur Nouel. in tract. ad defen. part. 1. num. 45. ſubdens ſenem communiter ſexagenarium, mitiúſque puniri debere, quod etiam voluit Aretin. in l. etſi ſeuerior, 5. poſt num. 5. C. ex quib. cauſ. infam. irrogetur; vbi alternatiue agit de ſene delinquente decrepitæ, vel ſenilis ætatis. Vnde colliges ſi cum ſene agendum eſt mitiùs, multo magis quando eſt in decrepita ætate.

Quid ſi delinquant ſenes per imprudentiam in decrepita ætate, cum iam ſunt diminuti ſenſu, & intellectu? Gandin. tit. de pœn. reor. poſt num. 30. verſ. item in ſene, negat omnino puniendos. Fauet Accurſ. in l. ſenectus, C. de donat. vbi ſcribit ſenes habere ſenſum puerilem, & Archidiac. in cap. tanta, 86. diſt. addit ſenes ita vocari, quòd ſe in ea ætate neſciunt, deliram enim præ nimia ætate; iuuat illud Plauti in mercatore, & eſt ſententia Luciani in ſaturnalibus, ſenes repueraſcere dicuntur, quaſi iterum in pueritiam redeant. Quibus conuenit notiſſimum prouerbium. Bis pueri ſenes. Iden pueris mire delectantur, quaſi ſimiles cum ſimilibus. Quare ſi in ea ætate aliquid committant verbo, vel opere, excuſatione, ac venia digni ſunt ſi probetur mentis alienatio, aut minutio ſenſuum. Sic Decian. part. 1. lib. 5. cap. 37. rubr. de defen. reor. num. 58. Probatur ex d. cap. tanta 86. diſt. vbi ſummus Pontifex conſiderata ſimplicitate, iuncta ſimul ſenectute, pepercit ſeni delinquenti. Atque ita vt in totum ſeni parcatur, opus eſt vt à mente cenſeatur alienus, & iudicetur delirus, ad effectum tamen mitiùs puniendi, ætas ſenilis,

præſertim

præſertim decrepitis maximè conducit, vt Alberic. *in d. l. quid ergo, num.* 5 Aret. Gavl. Gom. & alij ſuprà ſcripti voluerunt.

95. Supereſt dicendum de ebriis committentibus delictum; qui ſi ſe inebrant, ea intentione, & animo, vt vino temulenti interficiant, aut percutiant, & id ſolitè ſine efficere ebrietate ſequuta, puniri debent occidendo, vel mutilando pœna ordinaria. Ita Angel. *de malef. in verbo, ſcienter, & doloſe.* Ripa *in l. fin. num.* 79. *verſ. ſecundo intelligo, C. de reuocand. donat.* Tiraq. *de pœn. temper. cauſ.* 6 *num.* 10. quia de induſtria, & dolo malo ſe inebriant, vt exca[illegible] vel impunitatem, vel pœnæ diminutionem poſtularent. Sequitur Couar. *in clem.* 1. *in* 3. *part. in princip. num.* 4. *in fin. verſ. tranſeo, & hoc de homicid.* Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſu,* 376. *num.* 8. & 9. Molin. *de iuſtit. tract.* 3. *diſput.* 38. *num.* 5. aliis ibi relatis, & Leſſius *lib.* 4. *c.* 3. *dub.* 3. *num.* 18. *verſ. quando autem perfecte.* Quibus accedit Gutier. *lib.* 2. *canon. cap.* 4. *n.* 89. & 90.

Dubitatur tamen de ebrio, qui data opera inebriatur, & cognoſcit ſe in ebrietate arma ſumere, hominesque percutere? Angel. Aretin. *vbi ſuprà, num.* 17. opinatur ebrium hunc occidendo puniendum eſſe pœna ordinaria. Sequitur Dueñas *in regul.* 159. *ampliat.* 4. Blanch *in practic. crimin. §. ebrius, num.* 21. *fol.* 85. & *num* 25. *ad medium, fol.* 86. Plach. *in epitom. delictor. lib.* 1. *cap.* 30. *n.* 3. *verſ. tametſi opinor, & verſ. cæterum, aut ebrietas.* Ratio, quia hic mortaliter deliquit, ſe inebriando, & homicidium potuit prævidere, fuitque voluntarium in cauſa, quæ eſt ebrietas; ergo debet pœna ordinaria puniri.

Probabilius tamen eſt ebrietatem non fuiſſe procuratam, & affectatam ad occidendum, ſeu ad percutiendum; ideo homicidium inde ſecutum non eſſe puniendum pœna homicidij ordinaria, ſed extraordinaria; quia in eo committendo non interuenit dolus, ſed culpa, quæ non meretur pœnam homicidij ordinariam, ſed arbitrariam, putà pœnam exilij, vel triremium, vt habetur *in l.* 4. *ff. ad l. Cornel. de Sicar. & l.* 5. *titul.* 8. *part.* 3. Gom. *tom.* 3. *de delict. cap.* 1. *tit.* 75. Molin. *diſp.* 38. *num.* 7. *verſ. tertia conclusio,* & Gutier. *dict. cap.* 4. *num.* 91. vbi *num.* 92. & 104. & *ſequentibus*, cenſet hunc ebrium occidendo fieri irregularem, etiamſi non ebriaretur ea intentione, vt occideret. Quod etiam docuit Socin. *in cap. ad audientiam,* *n.* 15. *de homicid.* quem refert, ac ſequitur Plach. *in epitom. de delict. lib.* 1. *cap.* 30. *num.* 5. & Henriquez *lib.* 14. *de irregularit. cap.* 15. *num.* 7. & *in comment. litera l.*

Ex dictis ſequitur concluſio ex iure certa, crimen quantumuis graue durante ebrietate patratum, puniendum eſſe pœna mitiori extraordinaria. Text. *in l. omne delictum, §. per vinum, ff. de re militar.* qui ſic loquitur. *Per vinum, aut laſciuiam lapſis capitalis pœna remittenda eſt, & militiæ mutatio irroganda eſt, quia ebrietas extenuat delictum* Bald. *in cap. a crapula, num.* 3. *de vit. & honeſt. clericor.* Cenſetur enim ebrius, non ex induſtria, & ſtudio peccare, ſed ex infirmitate potius, vt tradunt Alenſ. *in* 2. *part. ſum. quæſt.* 172. *membro* 2. 3. & 4. & Durandus *lib. ſententiar.* 2. *diſt.* 22. Richard. *in* 4. *diſt.* 15. *art.* 5. *quæſt.* 6. & Angel. *in ſum. verb. ebrietas, verſ.* 1. Fauet Clar. *in pract. §. fin. quæſt.* 60. *verſ. præterea quæro.* Maſcard. *de probation. lib.* 2. *concluſ.* 579. *num.* 3. & quamuis Tiraq. *de pœn. temper. cauſ.* [illegible] *num.* 9. ex aliorum ſententia referat ebrios delinquentes duplici pœna afficiendos ...

ci oportere, id ſol[illegible] improbat eum, qui per ebrietatẽ deliquit, eſſe in duplici culpa, ebrietatis [illegible] et a, & criminis [illegible] ſed conſtat verum do[illegible] eſſe multo deteriorem, quàm multas culpas, quado [illegible] de induſtria, & dolo malo ſe inebri[illegible], vt [illegible] quod delictum committat impunitus [illegible] nullo modo eſt parcendum ob culpam, & ob dolum, quia aſciuit ebrietatẽ ne deliquiſſe videatur; ideo nullo modo meretur veniam, argumento text. *in* [illegible] *dei, de iure ſiſci.* Tiraq. *de pœn. temper.* [illegible] *verſ. ego verò.* Eodem modo pœna ordin[illegible] homicidij puniri debet ebri[illegible], qui [illegible] ſua ce[illegible] ebrietate de homicidio [illegible] ea commiſſo gloriatur. Quia ex ratificatio[illegible] ſubſecuta demonſtratur eodem modo deliq[illegible] non fuiſſet ebrius. Ripa *in l.* [illegible] *num* [illegible] *tio intelligo, C. de reuocand. donat.* q[illegible] Menoch. *d. arbitr. lib.* 2. *caſu* 325. *num.* 10 & Farin. *d. quæſt.* 93. *num.* 12.

Sed quid de homicida aſſerẽte ſe fuiſſe ebrium, quando deliquit? Ripa *in d. l.* [illegible] ſatium fore probare, quòd eo tempore eſſet ebrius. Sequitur Crauet. *conſ.* [illegible] *in fin.* Me[illegible] *ſupra, num* 11 Maſcard. *de probatio*[illegible] *concluſ.* [illegible] *num.* 4. Adduor tamen ebrietatem eſſe difficilis probationis, debereque pro[illegible] & concludentis, nec ſufficere ſi teſtes dicant illum ebrium, ſed debent rationem reddere, puta, q[illegible] enomuit, vel egit per [illegible] actus al[illegible] indecentes, ac ſigna, quibus ebrietas manifeſtatur. Farinac. *ſuper., num.* 23. & *de teſtib quæſt.* [illegible] *num.* 59. quod procedit in ebrio ebrietate non procurata, neque affectata ad eunde[illegible] pœnam homicidij, ſeu alterius delicti, ſed de eb[illegible] ſi ſcire quidquid agat, ignoret, eo quod fuerit à mente propter ebrietatem omnino alie[illegible]. Secus ſi erat leniter ebrius & ex vino tant[illegible] hilaris, vt aiunt. Is enim delinquendo pu[illegible] debet pœna ordinaria. Bald. *in l. data opera, num.* 6. *C. qui accuſ. non poſſ.* vbi ait magnam ebrietatem extenuare delictum, non autem paruam. Sequitur Carrer. *in practic. in* 3. *tract. de homicid.* [illegible] *excuſat, num.* 1. *in fin.* Menochius *de arbit. d. caſu* 326. *num.* 7. & Maſcard. *de probatio lib.* 2. *concluſ.* 578. vbi volunt leniter [illegible] non eſſe minuendam pœnam ordinariam.

Quod ſi ſine culpa ſua ſe inebriauit [illegible] ſequutum eſt homicidium, videlicet, q[illegible] aliquo, ipſo id ignorante, fuit inebriatu[illegible] peccauerit in ebrietate, neque in [illegible] cuſandus eſt in totum a pœna. Iulius [illegible] *quæſt.* 60. Molin. *d. quæſt.* 38. *num.* 6. & C[illegible] *clemen. ſi furioſus, part.* 3. *in princip.* [illegible] poteſt contingere, quando ſoci[illegible] quam, nempe ſal, vel aliud in [illegible] Idem dicunt aliqui, quando al[illegible] non cognoſcendo vini potentiam. [illegible] *ſupra,* Dueñas *regul.* 259. *in* 4. *ampliation* [illegible] *quæſt.* & alij quos ſequitur Farinac [illegible] lius Iul. Clar. *ſupra.* Gavl. *obſeruat.* [illegible] & *ſequent. lib.* 2. & alij hunc non [illegible] no a pœna, ſi delinquat. In vtroque [illegible] Gutier. *lib.* 2. *canon. cap.* 4. *num.* [illegible] Pe[illegible] *ſupra, d. ampliat.* & Menchac. [illegible] *lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 1 [illegible] opinatur [illegible] ebrium nullam contraxiſſe irregularitat[illegible] tino ab aliis fuit inebriatus [illegible] calita ipſius vini, quam peri[illegible] conſequenti vtrumque ſic inebriat[illegible] nis dignum cenſet.

Dian-

96 Diximus de pœnis corporalibus ebrioſorum; pro foro tamen conſcientiæ accipe ebrietatem, tanquam fomitem aliorum vitiorum eſſe maximè cauendam. Nam ex ea duo mala cauſantur, mentis exilium, & libido prouocatur, text. *in cap. niſi Chriſtus, de iureiurand.* ibi, *quoniam ex frequenti, & immoderata potatione luxuria generatur.* Quare ebrietas ſecundùm ſe eſt peccatum mortale, cùm ſit violenta rationis priuatio per nimium potum, cauſa voluptatis aſſumptum. Mortale etiam eſt exponere ſe periculo ebrietatis, & alios ſcienter inebriare. Probatur, quia ebrioſus priuat ſe non ſolùm vſu rationis, ſed etiam proxima facultate vtendi illo, itaut vigilans non poſſit vti ratione, ſeque cauſa voluptatis, redditque propter voluptatem ſe ſtolidum inſtar brutorum à quibus propter vſum rationis diſtinguitur. Cùm ergo ſe illo vſu priuet, grauiter peccat, nec poteſt cedere iure, quod habet ad poteſtatem vtendi, quia huius non eſt dominus, quemadmodum cæterorum ſenſuum, ac membrorum integritatis. Nec obſtat poſſe hominem cedere iure quod habet ad vſum rationis, hic & nunc adhibendum, putà dormiendo, vel nolendo intelligere, applicando alteri mentem, quia tunc non cedit iure ſuo, quod habet ad poteſtatem vtendi propinquam, cum organa ſenſuum maneant libera, itaut ſequuta vigilia mens ratione vtatur. Contra verò ebrietas ita alligat, & arctat, vt ebrius vigilando nullo modo poſſit ratione vti. Ob quæ ex ſe ebrietas, quamuis non ſit aſſidua, etiam ſecluſo periculo alicuius mali futuri, eſt peccatum mortale. Sic D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 150. *art.* 1. Caiet. *ibidem, art.* 2. D. Baſil. *homil.* 14. vbi ait ebrium indignum eſſe miſericordiæ, *quia ſpontaneo ſeruit dæmoni,* hoc eſt peccato; *& homil.* 1. *de ieiun. Ebrietas,* inquit, *Spiritum ſanctum propellit.* D. Ambroſius in lib. de Helia, & ieiunio cap. 14. ibi, *Certè,* inquit, *veneno caro vulneratur, vino mens, noxia eſt ebrietas ad corporis ſanitatem, menti etiam crimen adiungit.* Sequitur Hieronymus *cap.* 5. *Epiſtol. ad Galatas,* vbi ſic loquitur: *Ebrioſi regnum Dei non poſſidebunt.* Confirmat Auguſtin. *ſermone de tempore* 231. *Quicunque,* inquit, *pœnitentiam de ebrietate non egerit, in æternum profectò peribit.*

Accedit ebrioſos eſſe infames, poſſeque clericos beneficio, doctoreſque dignitate & medicos officio medendi, propter hoc vitium priuari, tradit Capua *lib.* 2. *tit. de irim. cap.* 37. *num.* 25. Adde conſuetum inebriari non poſſe ſacris ordinibus inſigniri ex cap. *Epiſcopus, aut presbyter.* 35. *diſt.* & Rebuff *in praxi beneficiali* 2. *part. tit. de cleric. ad ſacros ordines malè promotis, gloſſ.* 4. *n.* 8. Bernad. Dias *in praxi canon.* & ibi Ignatius *c.* 77. *in princip. & verbo, nutrix,* & Gutier. *lib.* 2. *diſt. cap.* 4. *num.* 61. *& ſequent.* vbi vult has, & ſimiles pœnas clericis ebriis impoſitas hodie ſuperioris arbitrio relinqui. Nam caput, *à crapula, de vit. & honeſt. clericor. in hæc verba,* ibi, *ſi quis autem ſuper hoc ſe culpabilem exhibuerit, niſi à ſuperiore commonitus ſatisfecerit, ab officio, & beneficio ſuſpendatur.* Ergo pœnitentia, & emendatione vitæ ſubſecuta, nullo modo deponetur clericus, ſed pœna arbitraria emendari poteſt, niſi monitus non deſiſtat. Tunc enim pœna eſt, vt deponatur, Felin. *in cap. ſi conſtiterit, num.* 2. *de accuſat.* per text. *in cap. nulli.* 44. *diſt.* Ignatius *ſuprà,* quem referens ſequitur Gutier *ſuprà, num.* 68.

Ex quibus ſatis conſtat, quàm graue crimen ſit ebrietas, quod etiam conſtat ex vitiis, quæ ex illa, tanquam à fonte ſcaturiunt. Habetur Eccleſiaſtici 19. *Vinum,* inquit, *& mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, & arguunt ſenſatos,* hoc eſt, reddunt illos dignos reprehenſione, iuuat illud 1. ad Corinth. *neque fures, neque auari, neque ebrioſi regnum Dei poſſidebunt.* Rurſus Prouerb. 23. *Qui amat vinum, & pinguia, non ditabitur,* & cap. 23. *Vacantes potibus conſumuntur; deinde arcana homini commiſſa, per ebrietatem publicantur;* patet ex 31. Prouerb. *nullum,* inquit, *ſecretum, vbi regnat ebrietas.* Lege Ambroſium nuper relatum, cuius verba in cap. 16. ſunt hæc. *Ebrietas fomentum libidinis, ebrietas incentiuum inſaniæ, ebrietas venenum ſapientiæ: hæc ſenſus hominum mutat, & format; per hanc fiunt ex hominibus equi hinnientes, vini calore inflammati cohibere ſe non poſſunt, & in beſtiales libidines excitantur.* Coadiuuat Baſilius *homil. de ebrietate,* ibi, *Dic homo miſer, qua in re à brutis differs? Nonne rationis munere quam à Deo accepiſti? hoc igitur te mentis lumine per ebrietatem priuans inter beſtias ratione carentes numerari poteris, & illis ſimilis videri.* Propter quam iniuriam illatam naturæ rationali, quatenus eſt imago Dei, ab ebrietate, peccatum eſt de ſe mortiferum ebrietas, vt communiter docent vltra præcitatos Syluest. *verb. ebrietas, n.* 2. Azor. *tom* 1. *inſtit. moral. lib.* 7. *cap.* 33. *quæſt.* 4. *ver. dubia quæſtionis eſt,* Valent. 2. 2. *diſp.* 9. *quæſt.* 3. *de peccatis temperantiæ oppoſitis, punct.* 2. *litera B.* Sà *in ſumma, verbo, ebrietas, num. vnico.*

Sed quid dicendum, quando quis non inebriatur notabiliter, & cognoſcit quid facit, quamuis ſit vino valdè grauatus? Syluest. non illum excu-
ſat à mortali, ſi hoc faciat abſque cauſa ductus 97
dulcedine vini; ex eo quod notabiliter lædat vſum rationis ſine cauſa, & cum periculo peccandi, ſecus ſi id agat propter ſanitatem. Tunc enim vel nullum, vel ad ſummum erit veniale. Armilla tamen, verbo, *ebrietas,* excuſat etiam à mortali ebrietatem voluntariam, non tamen plenam, etiam quando ille ebrius, vel ſemiebrius, eſt bene potus, & ſibi videtur domus circumagi, ac moueri. Quod tamen mihi non placet, cum notabiliter læditur acies rationis, quando bene poto ſibi videtur domus moueri, nec poteſt negari in eo euentu rationis vſum eſſe valde obnubilum. Non tamen inde colligas, ſe voluntariè per ſomnum rationis vſu priuantes mortaliter peccare, aut venialiter, etiamſi medicamento aliquo violento procurent ſomnum; quia ebrietas eſt voluntaria, & violenta priuatio vſus rationis, ex immoderato vſu vini propter voluptatem epoti abſque vlla cauſa. Somnus verò eſt voluntaria priuatio vſus rationis; nunquam tamen eſt violenta, ſed naturalis, cum ſit ſolùm inſtitutus in bonum naturæ, datuſque homini, ad vires, tum ſenſitiuas, tum motiuas reficiendas. Nec priuatur homo poteſtate proxima vtendi vſu rationis, vt ebrius priuatur, etiam in vigilia, propter exceſſiuam operationem delectabilem in bibendo, quod eſt intrinſecè deordinatio grauis.

Vnde ſi ægroto applicetur medicamentum, vulgo *oppio* ad dormiendum, & ex eo ſequatur ſomnus immoderatus, ſi fiat cauſa ſanitatis, nullum eſt peccatum, & quamuis ſomnus ex ſe videatur immodicus, reſpectu tamen ægroti affecti eo morbo, vel magna humiditate grauati, non eſt immodicus, ſicut non eſt peccatum ægroto vinum moderatè concedere, tam ad ſomnum capiendum, quàm ad vires reficiendas, etiamſi aliquam

aliquantulum incaleſcat, quia ebrietas conſiſtit in potu immodico, violenter priuante vſu rationis. Quod intellige de quocunque alio liquore, præter vinum, ſi ea violentia priuet hominem vſu rationis, vt non ſit in eius manu, aut poteſtate redire ad vſum rationis cum voluerit: Ideo quoties quis non deuenit ad potum ita immoderatum, vt violenter priuetur vſu rationis, vel grauiter, notabiliterque in vſu rationis lædatur, non eſt propriè, nec formaliter ebrius, & ex conſequenti non delinquet mortaliter, etiamſi fiat hilarior, quàm par eſt, & phantaſia perturbetur. Ita Caiet. *in ſumm. verb. ebrietas, verſ. ebrietas non plena*; peccatum tamen erit veniale, teſte eodem, niſi cauſa medicinæ fiat. Sequitur Valent, *ſuprà, diſp. 9. quæſt. 3. de peccatu intemperantia, punct. 2. verſ. item diximus*. Quod puto verum, quando turbatur duntaxat phantaſia, etiamſi videatur illi domus in orbem reuolui, dummodo non lædatur grauiter, notabiliterque rationis vſus; ſecus ſi lædatur.

Dictum eſt ebrietatem debere eſſe præcognitam, & volitam, quia niſi ſit talis, non eſt ebrietas formalis, ſed materialiter tantùm. item debet eſſe cauſa voluptatis vſque ad violentam vſus rationis priuationem. Ideo ſuffitu tabaci, etiamſi tollatur violenter poteſtas vtendi ratione, non tamen tollitur extra ſomnum, ſicut per ebrietatem, ſed in ſomno. Vnde quamuis naribus hauriatur ille ſuffitus, recreationis gratia, & propter voluptatem, quæ eò ipſo percipitur, non videtur tamen mortale, imò non eſſe mortale, tradit Leſſius *lib. 4. cap. 13. dub. 3. num 19.*

97. Pro furioſis, dicendum eſt, ſi aliquem interficiant, dum iudicio carebant, excuſandos eſſe omnino à pœna. Sic Iul. Clar. *d. §. fin. quæſt. 60.* per textum *in l. infans, ff. ad l. Cornel. de ſicar.* Couar. *in clemen. ſi furioſus, part. 3. in princip. num. 1.* per text. *in l. Diuus Marcus, ff. de officio præſidis, & in l. penult. §. vlt. ff. ad l. Pompon. de Parric.* Gom. *tom. 3. variar. cap. 1. num. 70.* Molin. *tract. 3. diſp. 38. num 1.* vbi ea de cauſa excuſantur ab irregularitate ex homicidio, ſeu mutilatione, & alij, quos referens ſequitur Farinac. *in praxi de pæn. temper. quæſt. 94. num 1.* vbi *num. 2.* hoc extendit ad phreneticum, inſanum, dementem, ſeu mente captum. Qui omnes furore ſuo, ſeu amentia ſatis puniuntur, vt bene notat Iul. Clar. *d. quæſt. 60. num. 7.* Quod habet locum, etiamſi poſtea reuertantur ad ſanam mentem, adhuc enim nequeunt plecti ob delictum factum tempore furoris, ſeu alienationis à mente, & iudicio. Lucas *de pæn. in l. ſi apparitor, col. fin. C. de Cohortal. lib. 12.* oppoſitum ſentiens reprobatur à Decio, & meritò *in l. in negotijs, ff. de regul. iur.* cui adhæret Tiraq. *de pæn. temp. cauſ. 2. num. 9.* & Menoch. *de arbitr. caſ. 325. num 8.* reiecta etiam opinione Lucæ à Penna. Poſſe tamen puniri parentes eorum, ſeu conſanguineos, qui eos debent cuſtodire, & negligenter ſe in eorum cuſtodia habuerint, tradit Tiraquel *ſupra, num. 10.* per text. *in d. l. Diuus, ante fin. ff. de officio præſid.*

Quid ſi aliquis cùm eſſet ſanæ mentis homicidium commiſit, & poſtea incidit in furorem? Communis ſententia docet non eſſe puniendum, ſi nondum proceſſus formatus erat contra ipſum, neque ſententia lata, antequam in amentiam incideret, atque ita non eſt mandanda executioni ſententia, niſi priùs reſipiſcat. Sic Bald. *in l. humanitatis, num. 46. C. de impub. & alijs ſubſt. & in l. furioſum, in fin. num. 9. C. qui teſtament. facere poſſ.* Gom. *ſupra, num. 72.* Iul. Clar. *num. 7.* Couar. *in d. clem. ſi furioſus, num. 2.* quia furioſus habetur loco abſentis per omnia, & in omnibus. Text. optimus *in l. 2. §. ſi furioſus, ff. de iur. codic. & in l. ſed ſi vnus, §. filiofamil. ff. de iniur. & in l. 1. §. adipiſcimur, ff. de acquir. poſſeſſ.* Sed pœna corporalis ferri non poteſt in abſentem, *l. abſentem, ff. de pœn.* Item, quia furioſus habetur pro mortuo, *l. qui ad certum, ff. locat.* Gloſſ. *l. ſi quis alienum, ff. de acquir. hæredit.* At mortuus de iure communi non eſt capax pœnæ corporalis, vt conſtat ex lege *defuncti, ff. de public. iudic.* Ergo differenda eſt executio, donec redeat ad mentem ſanam. Quæ ſententia nullo modo eſt deſerenda, nec ab ea recedendum, prout notat Menoch. *de arbitr. caſu 325. num. 12.* & alij, quibus accedit Farinac. nuper relatus *num.* [illegible]. Quibus aſſentior quando reus fuerit Chriſtianus. Secus ſi fuerit Maurus, vel Gentilis, vel Iudæus, de quibus nulla ſit ſpes accedendi ad fidem catholicam, ſi ſanam mentem recipiant. Debet tamen reo dari curator, vt illum defendat, & partes illius ſeruato ordine iuris diligenter agat.

De iure tamen verius contradicit Ludouic. Roman. *in l. furioſum, num. 8. C. qui teſtament. facer. poſſ.* docens hunc reum pœna homicidij ordinaria puniri, nec eſſe differendam executionem, vſque ad reditum ſanæ mentis, quoniam in publicis delictis attenditur tempus criminis commiſſi, neque habetur ratio mutationis perſonæ ex traditis à Bartol. *in l. ſi ſeruum, ff. ſi ex nox. cauſ. ag.* per text. *in l. 1. ff. de pœn.* Sequitur Lancelot. *polit. in tract. ſubſt. fol. 40. verſ. circa hoc autem quæritur*, & Igneus *in l. 3. § ignoſcitur, num. 74. ff. ad Syllan.* vbi hanc partem ſatis confirmat, quam etiam probat Iodoc. *in practic. crimin. cap. 84.* & Valquez *de ſucceſſ. creatio. lib. 1. §. 1. num. 93. tit. qui teſtari non poſſunt*, vbi vult poſſe reum puniri etiam furioſum, ſi ante furorem de peccato ſuo paulo ante faſſus fuit.

Cæterùm ſi Chriſtianus eſt reus, nullo modo eſt puniendus pro delicto ante furorem commiſſo, ſiue furor ſuperueniat ante formatum proceſſum, ſiue poſt formatum, & completum, & etiam poſt ſententiam, niſi redeat ad mentem ſanam. Quæ reſolutio æquior eſt, ac tutior, Alex. *in l. furioſum, num. 4. C. qui teſtam. facere poſſ.* Auguſt. ad Angel. *de maleſ. in verb. ſcienter, & dolose, num.* [illegible] *ad fin.* Tiraq. *de pæn. cauſ. 2. num. 4.* quia in pœnis ſequenda eſt, vbi ſunt diuerſæ opiniones, benignior, per text. *in l. interpretatione, & in* [illegible] *ff. de pœn.* Neque obſtat Bartol. *in l. ex facto* [illegible] *verſ. ſeptimò in pupillari requiritur, ff. de* [illegible] *& pupill.* vbi quærit quænam ſit ratio [illegible] pater poſſit exhæredare filium, [illegible] tudinem ante furorem commiſſam, quem ſequuntur Imol. & Aretin. & alij rece[illegible] quia hac in re non eſt admittenda opinio Bartoli, niſi forte in caſu atrociſſimo, conſulto prius [illegible] pe, & proceſſu iam expedito. Tiraq. *ſu*[illegible] *num. 7. & 8.* quia furioſus habetur pro mortuo. Attamen non eſt recedendum à prima opinione, quæ docet non eſſe mandandam executioni ſententiam capitalem, niſi furioſus redeat ad ſe. Gom. *d.* [illegible] *cap. 1. num. 72. ad fin. verſ. item etiam.* Decius *de regul. 259. in 3. ampliatio poſt* [illegible] Couar. *in d. clem. 1. 3. p. in princip. de homi*[illegible] *etiamſi proceſſus legitimè* [illegible]

Poteſt tamen furi[illegible] pro delicto [illegible] antè furorem puni[illegible] pœna pecuniaria [illegible] de ea agatur,

agatur, non ſolùm, quando incidit in furorem poſt proceſſum informatiuum, ſed etiam poſt defenſiuum, & multo fortiùs ſi factus ſit furioſus poſt proceſſum diffinitiue pronunciatum. Tunc enim, cùm conſtet de delicto, poteſt puniri annotatione, ſeu publicatione bonorum. Bald. & Alex. *in l. furioſum. C. qui teſtam. facere poſſ.* & alij, quos referens ſequitur Menoch. *de arbitr. lib. 2. caſ. 325. num. 12.* & Tiraq. *d. cauſ. 3. num. 2.* Sequitur Carreg. *in pract. crimin. in tract. 2. de homicid. §. ſecundò excuſat, num. 6.* & Catellian. Cotta *in memorial. verb. homicidium, col. 2. verſ. ſed ſi delictum*, vbi teſtatur de communi. Hæc tamen reſolutio Baldi, vt puto, non debet admitti, nec furioſus condemnari in pœnam pecuniariam ſeu confiſcationem bonorũ, niſi furor aduenerit, poſt factas defenſiones, quando nihil aliud reſtabat, niſi proferre ſententiam contra reum, & a fortiori ſi furor contigit poſt ſententiam condemnatoriam; ſecus ſi furore ſit correptus antequam formaretur proceſſus, & ante factas defenſiones, tunc enim nulla pœna debet reus puniri, nec ordinaria, nec extraordinaria. Sic Iul. Clar. *d. q. 6. n. 7. verſ. item quæro, ad fin.* Menoch. *d. n. 22.* poſt Ripam *in d. l. ex facto*, & Igneum *& in l. 1. §. ignoſcitur, n. 74. & n. 81. ff. ad Syllan.* vbi volunt furore ſuperueniente ante factas defenſiones, nullam omnino pœnam poſſe imponi; ergo nec pœna pecuniaria puniri poteſt. Facit Gom. *de delict. cap. 1. n. 72. ad fin. verſ. ſed ego*, dum ait furioſum, ſi eſſet ſanæ mētis, aliquam forſe iuſtam defenſionis cauſam poſſe opponere, & proponere, quam curator ignorans non poteſt proponere, vbi etiam *in princ. d. n. 72. verſ. ex quo infertur*, nititur probare in hoc caſu non poſſe dari furioſo curatorem, & expreſſe Iul. Clar. *§. teſtamentum, q. 41. num. 8. verſ. ſed pone*, excuſat non ſolùm a pœna corporali, ſed etiam à pecuniaria quam partem putat eſſe veriorem.

Sed quid dicendum de furioſo committente crimen atrociſſimum? Tiraq. *d. cauſ. 3. n. 7.* videtur [illegible] furioſum non excuſari a pœna, *verſ. ſed ad id quod de immunitate ſcelerũ*, & clarius *cauſa 49. n. 42. d. cauſ.* quando immane eſt ſcelus furioſum capite puniri ex crimine ante furorem commiſſo, per text. *in cap. mulier, 15. q. 1.* vbi propter ſceleris atrocitaté brutum quoque animal punitur. Quod etiam probat Luc. de Pen. *in l. fine. col. 3, C. de exac. & [illegible] lib. 12.* dum ait infantes furioſos, & alios non culpabiles, pro delictis aliorum puniri, quando [illegible] ta ſunt immania, & patet ex cap. *item paruulos, 1. q. 4.* ſed verius in atrociſſimis furioſum excuſari, per text. *in l. Diuus Marcus, ff. de offic. præſ. in princip.* vbi vult furorem excuſare in crimine parricidij, quod eſt atrociſſimum. Nec obſtat *verſ. ſi verò*, vbi ait, non eſſe huic morbo veniam dandam, quia ibi loquitur text. de habente lucida interualla, qui deliquit, quando habebat ſanam mentem; ideo ait lex, non eſſe illi parcendum. Secus quando deliquit in furore, prout lex decidit, cuius hæc ſunt verba: *Si verò vt plerunque aſſolet interuallis quibuſdam, vnde forte eo momento ſcelus admiſerit, nec morbo eius danda eſt venia.* Ex quibus verbis ſane conſtat furorem excuſari in atrociſſimis, quia vrgent rationes ſuperiùs allatæ, quod eſt de mente Gomeſij, *de delict. cap. 1. num. 72. poſt princip. verſ. ſed certe contrarium, & verſ. ſed ego minimus.* Igneus *in d. §. ignoſcitur, num. 78. ad fin. & num. 83.* Perſeuerante enim furore, non poteſt dici, quòd deliquerit furioſus, etiam in crimine læſæ maieſtatis, quamuis contradicat Marſil. *in l. 1. num. 59. & ſequent. ff. de Sicar.* vbi refert Reginam Hiſpaniæ feciſſe punire furioſum, qui Regi vulnus intulit. Quæ iuſſio non placuit Gomeſio *vbi ſupra*, neque comprobat omnino Iul. Clar. *d. quæſt. 60. num. 7. verſ. contrarium tamen.*

Idem omnino dicendum eſt de amente perpetuo ſi aliquem occidat, quod diximus de furioſo, ſiue in inſania cōmittat delictum, ſiue antea, & poſtea in amentiam incidat, nullo modo eſt puniendus, donec redeat ad ſanam mentem, ſecundùm communem doctorum. Gom. *d. num. 72.* Clar. *n. 7.* Mol. *diſp. 18. tract. 3. n. 4.* Ratio, quia ſicut furioſus is dicitur, qui furiis quodammodo agitatur, & nec ſibi, nec aliis parcit. Bald. *in l. ſed & militeſ. ſ. iam autem, ff. de excuſatio. tutor.* Iaſon *in l. furioſum, n. 2. C. qui teſtam. fac. poſſ.* ſic dicitur etiam, qui mentis lumine, & ſenſu caret. Franc. Hotomannus *in commentar. verbor. iur. in verb. furioſus*; & quamuis furioſus ab amente paſſim diſtinguatur, vt habetur *in l. 2. ff. de inoff. teſtam. & in l. et mandant, §. 1. ff. de tutor. & curator. datis ab his*, in multis tamen æquiparantur, teſte Boërio *q. 25. n. 42.* Item, quia amens eſt mente diminutus, & ſic mente caret. Cicero *lib. 3. Tuſculanar.* his verbis. *Nec minus illud acute, quod animi affectionem lumine mentis carentem, nominauerunt amentiam.* 98.

Vnde, quod dictum eſt de furioſo; intellige de amente; quod ſi habeant dilucida interualla, & dubitatur an actus ab ipſis geſti ſint facti tempore furoris, vel amentiæ, vel lucidi interualli, in dubio cenſentur facti tempore furoris vel amentiæ. Quamobrem aſſerentes fuiſſe factum delictum tempore dilucidi interualli, debere id probare teſtatur Cardin. Zabarel. *in clem. 1. verſ. ex hoc ſequitur; de homicid.* Anchar. *ibi*, ea eo fundamento, quia furoris morbus, atque dementiæ, ſuapte natura cenſetur inſanabilis, ac perpetuus, dilucida verò interualla cùm ſint accidentia, non præſumuntur. Ideo allegans ea probare debet per text. *in l. cum aliquis, C. de iur. deliber. & l. ſi vero, §. qui pro rei qualitate, ff. qui ſatiſdare cogantur.*

Attamen ſi actus geſti à furioſo, vel demente, ita ſint bene geſta, vt nullo modo cenſeantur facti à furioſo, vel demente, nullo modo vitiabuntur. Quod poteſt contingere in teſtamento facto, itavt homo ſanæ mentis melius non feciſſet, præſertim ſi fiat ab homine dilucida interualla habente, quia poteſt præſumi, factum fuiſſe tempore ſanæ mentis potiùs, quàm quando dementia, ſeu furore agitabatur. Paul. de Caſtr. *in l. qui teſtam. §. neque furioſum, ff. de teſtam.* Valerius Maximus *lib. 7. cap. 7. de teſtam. quæ rata remanſerunt*, Tiraq. *de lege connub. l. 10. num. 6.* vbi alios refert. Socin. ſen. *conſ. 98. n. 5. lib. 3.* Contra verò quando conſtat aliquem eſſe furioſum, ſeu dementem, quamuis gerat actum hominis ſanæ mentis, eſſe omnino nullum tradit Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſumptio. 45. num. 68.* Mihi tamen magis placet oppoſitum in caſu teſtamenti, quando notarius ſeu ſcriba teſtamenti, & teſtes deponunt hominem eo tempore videri ſanæ mentis.

Quæres an dementes, ſeu amentes teneantur legibus naturalibus, diuinis, & humanis, ex ea ætate, qua exteris pueris vſus rationis ſolet aduenire, ſiue hi dementes, ſeu amentes fuerint tales perpetuò à natiuitate, ſiue ab aliquo tempore? Pars negatiua ex eo probatur, quia videntur pueris ante rationis vſum pares; ſed pueri in ea 99.

ætate nulla lege diuina naturali, vel humana ligari poſſunt, nec ſunt capaces legalis vinculi, vt teſtantur Sotus *lib. 3. de iuſtit. quæſt. 3. artic. 9. col. 4.* Suar. *tom. 3. in 3. part. quæſt. 73. art. 3. diſp. 40. ſect. 2. verſ. & iuxta hanc*, & Azor. *tom. 1. lib. 7. c. 4. quæſt. 6.* Ergo amentes non tenentur etiam legibus ſupradictis. Confirmatur, quia ſicut pueri vſu rationis carentes poſſunt tempore interdicti in loco interdicto diuinis aſſiſtere, quia non aſſiſtunt aſſiſtentia humana, & rationali, quæ ſola interdicitur, & ſolum reperitur in habentibus rationis vſum, vt notauit Suarez *tom. 5. in 3. part. diſput. 34. ſect. 2. num. 34.* ſic etiam amentes poſſunt intereſſe, ſi ratione vſu omnino ſint deſtituti, vt obſeruat Sanchez *lib. 1. de decalog. cap. 12. num. 6. ad fin.* quia, vt ipſe ait, tam infantes, quam amentes modo humano non poſſunt aſſiſtere.

Porrò quamuis infantes vſu rationis carentes, & amentes in iis conueniant, attamen dicendum eſt pueros in eo amentibus eſſe incapaces legalis vinculi, quod eſt præceptum quoddam rationale, nulla lege diuina naturali, vel humana, ligari poſſe, amentes verò omnibus his legibus ligari, maxime ab ea ætate, in qua vſum rationis ſolet aduentare, etiamſi à priori tranſgredientibus legem impoſita ea defectu amentiæ, ac rationis excuſentur. Quod intellige de ſimpliciter amentibus in omni materia, ſecus ſi ſint quadam ſolum materia ſine ratione deſtituti, & in cæteris ſibi ſanæ mentis. Tunc non eximuntur à legum obſeruatione, niſi in ea materia, in qua non ſunt mentis compotes, Sanchez *lib. 1. de matrim. diſp. 8. num. 23. & in præcept. decalog. lib. 1. cap. 12. num. 12. & duobus ſeqq.*

Ex dictis vlterius quidem ſequi perpetuò amentibus non poſſe porrigi cibos vetitos in die ieiunii, etiamſi ipſi amentia excuſentur, tanquam incapaces peccandi, ſicut peccarent, qui ebrio eoſdem cibos vetitos miniſtrarent, etiamſi ebrius per intemperantem ebrietate excuſetur à peccato: ſed tamen melius Angl. *in flor. 1. p. q. 6. de ieiun. difficult. 6. in fin.* ſentit poſſe amentibus abſolutè miniſtrari cibos vetitos, cum ſit amentia morbus grauiſſimus, & ipſi egeant alimento ſalubri: ita medici periciſſimi conſulti reſponderunt. Sic Sanchez *d. cap. 12. num. 16.* vbi eos æquiparat infantibus rationis vſu carentibus, additque ebriis non poſſe porrigi hos cibos, quia ebrietas non eget illis; amentia verò maximè, & conſequenter excuſat amentes à præcepto audiendi ſacrum, cùm non poſſint aſſiſtere præſentia humana, & rationali. Quod etiam docuit Nauar. *cap. 21. n. 2.* quatenus dixit ſolos rationis compotes debere ſacro intereſſe. Quod eſt verum de perpetuò amentibus. Secus ſi in re aliqua ſpeciali, quæ ad miſſam nō pertineat. Tunc tenentur intereſſe ſacro, aliter peccabūt.

## DISPVTATIO XIII.

### *De teſtibus.*

§. I.

*Qui ſint inhabiles ad teſtificandum.*

EPITOME.

1 *Impuberes ſunt inhabiles ad teſtificandum, etiam in criminalibus ad probandum.*
2 *Faciunt tamen indicium non plenum, [illegible] quale.*
3 *Nec poſſunt teſtificari poſt pubertatem de iis quæ viderunt in ætate pupillari, quando à iure teſtes requiruntur maiores.*
4 *Impuberes non poſſunt deponere poſt pubertatem de iis quæ viderunt in ætate pupillari.*
5 *Minores poſſunt eſſe teſtes, quando aliter veritas haberi non poteſt.*
6 *Infames omnino repelluntur a teſtificando.*
7 *Et in quibus caſibus poſſint admitti.*
8 *Infamia infamia facti an repellantur a teſtimonio, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, & quid de infamibus infamia carentibus.*
9 *Infames qui dicantur de iure canonico.*
10 *Fœmina in quibus caſibus repellantur a teſtificando.*
11 *Teſtes minùs digni pro reo præferendi ſunt aliis grauioribus, & in fauorem pro innocentia magis credendum eſt, quàm in fauorem accuſatoris.*
12 *Serui in quibus caſibus poſſint admitti, vel non admittantur teſtes.*
13 *Pauperes an, & quibus caſibus poſſint admitti ad teſtificandum.*
14 *Inimici præſertim capitales repellantur a teſtificando.*
15 *Amici vero an poſſint teſtificari, & in quibus caſibus [illegible].*
16 *Domeſtici pro domeſticis regulariter repelluntur a teſtimonio.*
17 *In quibus tamen caſibus admittantur pro domeſticis.*
18 *Domeſticorum nomine qui veniant.*
19 *Dominus probatæ vitæ poteſt [illegible] teſtem pro domeſticis, etiam [illegible]*
20 *Parentes pro filiis, & filii pro parentibus, quando repellantur a teſtimonio, [illegible] ad illud admittantur.*
21 *Parentes in cauſa vtriuſque [illegible] admittuntur contra filios, & [illegible] parentes, imò tenentur teſtificari.*
22 *Aduocati non poſſunt eſſe teſtes in ca[illegible] in quibus ſunt aduocati, etiam [illegible].*
23 *Aduocati poſſunt eſſe teſtes ante ſ[illegible] cauſam, etiamſi ſciant ſe futuros aduo[illegible].*
24 *Aduocati poſſunt eſſe teſtes [illegible] que partis, in cauſis, in qui[illegible]*
25 *Aduocati an poſſint eſſe teſtes in [illegible] quando veritas aliter probari non [illegible]*
26 *Aduocati poſſunt eſſe teſtes in inſtrumen[illegible] rum clientum, & in contractibus [illegible] qua ſunt in iudicio.*
27 *Solicitator non poteſt eſſe teſtis [illegible] pro qua ſolicitat, etiamſi deſinat [illegible].*
28. & 29 *Et in quibus caſibus po[illegible].*
30 *Solicitator deſignatus à pro[illegible] poteſt eſſe teſtis pro cauſa in qua [illegible]*
31 *Procurator non poteſt eſſe teſtis [illegible] procurat, niſi in al[illegible], in quibus aduo[illegible] & ſolicitator teſtificari p[illegible].*
32 *Procurator, & aduocatus in [illegible] poſſunt eſſe teſtes in cauſa pe[illegible]*
33 *Procuratores in [illegible] cauſa, [illegible] in alia cauſa diuerſa, [illegible] nexa.*
34 *Procurator lite pendente reus [illegible] non poteſt eſſe teſtis [illegible] etiam finito officio [illegible] ſecus ſi [illegible] ante litem conteſtatam.*

35 Procu-

15 *Procurator generalis deputatus ad omnes cauſas, adhuc poteſt eſſe teſtis in cauſa, quam non procurauit.*

1. A Teſtimonio ferendo excluduntur impuberes, videlicet maſculus minor quatuordecim annorum, & fœmina minor annis duodecim, per text. *in l.3. §.lege Iulia, ff. de teſtib.* ibi. *Quive impubes erit*, cap. *teſtis,4. quæſt.4.* Speculator *in tit. de teſte, §.1 ſub num.32. verſ.item excipitur, quod eſt impubes.* Petr.Gregor. *ſyntagm.iur. vniuerſ. lib.48. cap.3. num.35.* Quod procedit, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, per legem *hac conſultiſſima, C. de teſtam.* & Albe-ric.de Maleris *de teſtibus, cap.5.n.29.* Lanfranc. *de teſtib. a capitul. quoniam contra, in verbo, teſtium depoſitiones, num.2. & n.80. in fine, verſ. quæro ſecundò, o.vera, de probat.* & Iacob.Butrigar. *in tract. de teſtib. num.1. & 11.* Ratio, quia pupillus caret iudicio, & quidquid videt, aut audit, ignorat. lex *cum prætor, §.non autem, ff. de iudic. §.præterea, inſt. quib. non eſt permiſſ. facer. teſtam.* & lex fin. *prope fin. ff. rem pupilli ſal. for.* Ideo in cauſa ciuili, vt poſſint teſtificari impuberes, fœmina debet habere ætatem duodecim annorum completam, & maſculus debet excedere quatuordecim annos. Sic Marian. Socin nepos. *conſ.29. ſub num.14. vol.2.* & ante hanc ætatem neuter iurare poteſt, *l. qui iuraſſet, ff. de iur.iurand. l.4. ff. de in litem iurand. cap. puer.22. quæſt.4.*

In criminalibus autem nullo pacto ad teſtificandum poſſunt admitti, niſi annum ætatis vigeſimum compleuerint, text. *in l. in teſtimonium, ff. de teſt.* ibi, *aut qui minor viginti annis erit*, Gloſſ. *in l. inuiti la 2. in verb. ſed nec pupillus*, & ibi Bald. *ff. de teſtib.* Camill. Borrell. *in ſum. tom.2. tit.15. de teſtium reprobat. num.371.* & Farinac. *de teſtib. q.58. num.10. & num.21.* & Leſſ. *lib.2. de iuſt. c.30. dub.5. num.57.* vbi addit minores viginti annis in criminalibus repelli à teſtificando, eorum tamen dicta ſufficere ad capiendam informationem, non tamen ad torquendum, ſed ad inquirendum veritatem. Quod etiam notat Bald. *in l. ſeruos, in princip. C. de teſtib.* & ante Bald. gloſſ. *in l. fin. C. de his, quib. vt indign.* & alij quos referens ſequitur idem Farinac. *ſuprà, num.48. & 51.*

2. Eodem modo pubertati proximi admittuntur in criminalibus ad teſtificandum ſi fuerint doli capaces, non ad probandum, ſed faciendum quale quale iudicium, & præſumptionem. Diximus quale quale, quia non faciunt plenum iudicium, Bald. *in l. inuiti, la 2. in princip. poſt gloſſ. ibi, in verb. ſed nec pupillus, ff. de teſtib.* Aufrer. *de reprobat. teſt. num.57. verſ. niſi quantum ad præſumptionem faciendam.* Anton.Gom. *3. var. cap.12. de probat. delict. num.13. verſ. ſecundo repellitur*, vbi ait proximos pubertati teſtificando facere indicium. Sequitur Clar. *in praxi, §.fin. q.24. verſ. vidi quandoque dubitari*, vbi ſentit, quamuis de iure minores quatuordecim annorum, nequeant teſtificari; ex conſuetudine tamen admitti ad teſtificandum, non vt probent, ſed ad veritatem indagandam, in criminibus præſertim atrocibus. In crimine tamen læſæ maieſtatis admittuntur ad teſtificandum minores quatuordecim annorum, imò coguntur, & torquentur ex *l. de minore, in principio, ff. de quæſtionib.* gloſſ. *in l. inuiti, la 2. in verb. ſed nec pupillus, verſ. fallit autem in crimine læſæ maieſtatis, de teſtib.* Gigas *de crimine læſæ maieſtatis, lib.2. tit. quomodo, & per quos crimen læſæ maieſtatis prætur, quæſt.14. num.4.* Alber. de Malet. *de teſtib. cap.5. num.19. verſ. fallit in crimine læſæ maieſtatis.* Maſcard. *de probation. lib.1. concluſ.462. num.4. & ſequens. & lib.3. concluſ.1246. num.3.* In quo euentu debent deponere, cum authoritate tutoris, vel curatoris, vt habetur *in l. Claram, Cod. de authorit. præſt.* quamuis praxis hoc non admittat.

Quæſtionis eſt, an impuberes facti puberes queant teſtificari de iis, quæ viderunt in pupillari ætate? Pars negans eſt certa, quando teſtes exiguntur à iure maiores in actu, qui fit, non ad illius probationem, ſed ad ſolennitatem, & ſubſtantiam, puta in teſtamento, in quo ad ſolennitatem, & ſubſtantiam illius exiguntur teſtes maiores, & puberes ſaltem, *§. teſtes autem, inſtit. de teſtam.* In quo euentu non poteſt pubes factus teſtificari de iis, quæ impubes vidit. Gloſſ. & Bartol. *num.5. l. ad teſtium, §. conditionem, ff. de teſtam.* Abbas *in cap. fin. num.4. de ſentent. excommunic.* & ibi Felin. *ad fin.* Maſcard. aliis ibi relatis *lib.3. concluſ. 1246. num.12.* & conſtat ex gloſſ. *notionem, §. inſtrumentorum, in verbo, quæ enim, ff. de verbor. ſignif.* poterunt tamen facti puberes teſtificari de teſtamento militis inter liberos, vel ad pias cauſas, quia non requiruntur teſtes in his teſtamentis ad eorum ſubſtantiam, ſed ad probationem duntaxat, vt notat Felin. *in cap. cum nobis, numero 11. de præſcription.* & Maſcardus *de probation. ſupra, numero 13.* vbi teſtatur de communi. 3.

In aliis tamen, vbi teſtes requiruntur ad aliquid probandum, bene poſſunt impuberes facti puberes admitti ad teſtificandum de iis quæ viderunt in pupillari ætate, dummodo ea ſuper quibus teſtificantur, ſint eius naturæ, ac conditionis, vt caderent in ſenſum & intellectum impuberem, in eadem pupillari ætate. Ita Igneus *in l. excipiuntur, numer. 36. verſ. ſed vltra, & poſt numer. 38. ff. ad Syllan.* Maſcardus *de probation.* nuper relatus, *num.11. concluſ.1246.* Armilla *in tractat. de teſtib. cap.5. num. 22. in princip. & in fin.* Quod ſi talia ſint de quibus teſtificantur, quæ in ea ætate impuberes minimè conſequuntur, non poterunt facti puberes ſuper eiſdem deponere, verbi gratia, ſi videant conficere monetam, cum in ea ætate non habeant intellectum, vt aſſequantur an ſit fabricata ex maſſa adulterina, eorum teſtimonium non ſuſtinebitur. Alber. de Malet. *d. cap.5. num.22. verſ. & hoc modo intelligitur*, Ioan. Andreas *ad Specul. tit. de teſtib. §.1. num.35. litera K. prope finem*, & Iul. Clar. *§. fin. quæſt.24 verſ. vidi quandoque dubitari, in fine, num.17.*

Quod intellige, dummodo impuberes deponentes, de iis, quæ viderant in ætate pupillari, eo tempore iam eſſent proximi pubertati, pubeſ- 4.
res facti de eiſdem poterunt teſtificari. Camill. Borrel. *in ſum decis. tom.2. tit.15. n.376.* aliis ibi relatis, & colligitur ex traditis à Farin. *de teſt. q.88. n.61. & 62.* vbi id expreſſiùs tenet. Secus de viſis quando erat impubes, proximus tamen infantiæ. Tunc enim impubes non potaſt teſtificari, factus pubes, de iis quæ vidit in infantili ætate. Abb. *in c. cum nobis, n.6.* & ibi Felin. *n.9. de præſcript.* Campeg. *de teſtib. reg.250. verſ. quod intelligas, ad fin.* & Iul.Clar. *d.q.24. n.17. ad fin.* & Maſcard. *de probat. concl.1246. n.11.* niſi talia ſint ea, quæ quis vidit in infantia, vt de illis poſſit reddere rationem, putà, ſi interrogetur de ætate ſocij, cum quo verſatus

eſt in ſchola in addiſcendis primis literis; tunc enim bene poteſt de iis teſtificari factus pubes, & de aliis ſimilibus, quæ cadunt in ſenſum infantilem, Feliu. *in d. cap. cum nobis, num. 9. verſ. quod autem eſt dictum de præſcriptione.* Campeg. *ſuprà verſ. ſecundo, & ſequent.* Maſcard. *d. num. 11. in fine*, & Alber. de Malet. *de teſtib. cap... num. 12. & 13.* Quando autem quis dicatur proximus infantiæ, & pubertati, diximus quæſtione præcedenti §. 14. *à num. 91.*

5. Denique minores poſſunt admitti ad teſtificandum, quando aliter veritas haberi non poteſt in criminalibus, & in defectu aliorum teſtium, ſiue ſint minores quatuordecim annorum; ſiue vigenti. Quæ reſolutio eſt veriſſima, teſte Speculat. *tit. de teſt.* § 1. *n. 24. verſ. Accurſius tamen*, Crot. *de teſtib. p. 3. n. 71.* Gigas *de crimin. laſæ maieſt. lib. 2. tit. quomodo, & per quas crim. laſæ maieſt. probet. q. 12. n. 8.* Carrer. *in practic. crim. in tract. de indic. & tortur. §. vlt. an teſtis n. 16.* Bernard. Dias, *regul. 465. in 2. limit.* Maſcard. *d. concl. 1246. lib. 3. n. 7.* vbi declarat, dummodo iudex examinet ex officio. Non tamen minores in hoc euentu erunt teſtes omni exceptione maiores. Alciat. *de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 39. n. 5. verſ. nec obſtat contraria*, & Roland. *conſ. 24. n. 66. & 69. vol. 1.* nec plenè eis creditur, ſed quoad qualem probationem, vt ipſe Ruland. poſt plures ibi probat, addens nec vnum indicium ad torturam producere minores, & impuberes, quia carent intelligentia, & ignorant, quid dicant, audiãt, aut videant, *lege fin. ff. de iur. & facti ignorantia.* Quod ſi aliter veritas haberi poteſt, nullo modo fas eſt iudici teſtes minores ex officio examinare, Cagn. *in l. 2. § item impuberes, n. 22. in fin. de teſtib.* Campeg. *regul. 112. in 3. fallent.* & Maſcard. *d. n. 7.*

6. Remouentur etiam à teſtificando infames omnino *l. 3. §. lege Iulia, ff. de teſtib. cap. teſtimonium, cap. licet ex quadam. cap. ex parte, extra. de teſtib.* Iul. Clar. *q. 24. n. 13.* Leſſ. *lib. 2. cap. 30. dub. 5. n. 38.* vbi ait dici infames infamia iuris omnes, qui aliquo crimine ſunt damnati, qui repelluntur à teſtificando in cauſa criminali, quod eſt ſine controuerſia receptum, vt ſenſit Practica Conrad. *fol. 77. num. 12.* Quin etiam infames infamia facti pariter repelluntur à teſtimonio ferendo in cauſis criminalibus vt de communi teſtatur Alber. *in tract. de teſtib. lib. 1. § conſequenter. num. 7.* Clar. & Leſſius *ſuprà.* Ratio, quia in cauſis criminalibus probationes luce meridiana clariores requirunt, per *l. ſciant cuncti, Cod. de probation.* Bartol. *in l. 1. ſub num. 12. C. de ſum. Trinit.* Adde infames infamia facti non poſſe eſſe teſtes in cauſa criminali ciuiliter intentata. Crot. *in tract. de teſtib. num. 46. in fin. & n. 160.* Franciſ. Monald. *conſ. 84. num. 8. vol. 1.*

7. Poſſunt tamen admitti infames infamia facti, quando aliter veritas haberi non poteſt; & cum tormentis, Franciſ. Marc. *in deciſ. volum 1. deciſ. 487. num. 21. & deciſ. 780. num 10. volum. 2.* quod eſt de mente Bartoli *in l. 1. ſub num. 13. Cod. de ſum. Trinit.* Quia hoc fit in ſubſidium ne veritas abſcondatur. Leſſius *ſuprà.* Non tamen in hoc euentu plenè probant, nec fidem faciunt integrè, ſed indicium duntaxat ad torturam producent infames infamia facti, ita vt in illo caſu, quando admittuntur in ſubſidium, quod ſufficeret ad condemnandum, ſi aliàs non eſſent infames, ſufficit tamen, non ſolùm ad inquiſitionem, ſecundùm Campeg. *de teſtib. regul. 31. in 3. fallentia*, ſed etiam ad torturam, vt vuls Aufrer. *de reprobat. teſt. numer. 4. verſ.* [illegible] *infamia iuris*, [illegible] *facti*, & Alberic. de M[illegible] *de teſtib. part. 1. cap. 3. num. 17.* Lanfr[illegible] *de teſtib. cap. quoniam. contra, 1. [illegible] num de [illegible] nes, num. 74. in fin. verſ. limita o[illegible] extra. de probatio.* Quod inte[illegible]ge, quand[illegible] teſtes plures, eo quòd eſſe mutuis [illegible] ex [illegible] vnius teſtis infamis, etiam infamis f[illegible] [illegible] te aliquem ad torturam, cum certi iuris ſit teſtimonium vnius immediate teſtificantis de delicto, non facere indicium ſufficiens ad torturam, quotieſcunque patitur aliquam minimam exceptionem, reſpectu cuius non eſt teſtis omni exceptione maior, vt bene obſeruat Lanfra[illegible] *de teſtib. num. 47. ad fin. verſ. limita omnia præd*[illegible] *num. 75.*

Quæſtio eſſe poteſt, an infames admiſſi ad teſtificandum in ſubſidium, quando aliter veritas detegi non poteſt, debeant admitti cum tormen[illegible]. Reſpondeo ſi reus contra quem teſt[illegible] [illegible] fames, eſt valde diffamatus, poſſe admitti [illegible] teſtificandum, teſtes viles, & infames ſine [illegible] Ita Carrer. *in pract. crimin. in materia indi*[illegible] *& tortura, §. vltim. an teſtis, num 26.* [illegible] hunc, & alios ſimiles caſus non debere admitti in ſubſidium infames, niſi cum tortura, ad teſtificandum apertè deducitur ex *l. ob carmen, §. ſi ea rei conditio, ff. de teſtib.* cuius hæc ſunt verba ibi, *ſi ea rei conditio ſit, vbi arenarium teſtem, vel ſimilem perſonam admittere cogimur, ſine tormentis teſtimonio eius credendum non eſt.* Per quem text. Iaſon *in 2. lectur. num. 46. & in prima num 6? in l. cunctos populos, C. de ſumma T*[illegible] *& [illegible] Cathol.* idem docet poſt Bartol. *ibi, num* [illegible] *verſ. & tunc cum tormentis*, Crot. *de teſtib. num. 45. verſ. ſed cum tormentis* Cornel. *conſ. 42* [illegible] *lib. 1.* Clarus *d. q. 24. n. 13. verſ. item infamis*, & Maſcardus *de probation. concl. 1256. num 12. &* [illegible] Quod procedit in infamibus infamia facti, de qui[illegible] loquimur, qui non ſolent in criminalibus admitti ſine tormentis, etiam quando admittuntur in caſibus exceptis, quod multo fortius debet fieri cum infamibus infamia iuris, quorum teſtimonia ſunt debiliora, ac deterioris conditionis Ideo [illegible] ſine tortura non eſt credendum, vt in terminis declarat Bald. *in l. non ſolum, colum. 1. in* [illegible] *verſ. & idem eſt*, vbi generaliter decidit [illegible] dos eſſe omnes teſtes, quibus ſine tortura non creditur, *C. ad legem Iul. de adulter.* quem ſequitur Farinac. *de teſtib. quæſt. 79. num. 21. &* [illegible] vbi de his plenè.

Quæres quinam infames repellantur à teſtificando, tam in criminalibus, quam in [illegible] 8.
Reſpondeo infames infamia facti [illegible] teſtimonio in criminalibus, non tamen [illegible] niſi ciuilia ſint ardua. Repelli in criminalibus docet Gloſſ. *in l. Caſſius, in verb. turpitudinem, ff. de ſenat.* Angel. *in l. Prætor. ff. de his, qui notan. infam.* Bald. *in cap. teſtimonium num. 8.* Abbas *num* [illegible] Imol. *num 5. de teſtib.* Roland. *conſ. 3. lib* [illegible] *num.* [illegible] & Villalob. *in ſua collect. commun. opinion.* [illegible] *num. 34. in fine*, vbi teſtatur de commun[illegible]. [illegible] repelli à teſtificando in ciuilibus, ſed [illegible] minus credi ſentit gloſſ. *in l. 2. §. das* [illegible] *non eandem fidem, ff. de Carb. edi*[illegible] *Idem D. Adrian. ff. de teſtib.* [illegible] Franc. [illegible] *concl. 1.* Abbas *in c. teſtimonium, n.* [illegible] *de* [illegible] ſequitur Sord. *conſ. 414.* [illegible] *tom. 2. deciſ. tit. 15 de te*[illegible] *reprob. n. 2*[illegible] & [illegible] *de teſtib. q. 56. art.* [illegible] *num 1* [illegible] *& num. 112.*

Repelli

Repelli denique infames infamia facti à teſtimonio in ciuilibus arduis, quia ciuilia ardua æquiparantur criminalibus, *cap. licet de teſtib. cap. 1. de reſt. ſpoliat.* Felin *in d. cap. teſtimonium, ſub n. 12. de teſtib.* ſed in cauſa criminali infames infamia facti repelluntur à teſtimonio, ergo & in cauſa ardua ciuili Bald. *in cap. ad noſtram de probat.* Campeg. *de teſtib. reg. 31. verſ. quinto fallit.* Ex ea etiam ratione, quia non ſunt teſtes integri omni exceptione maiores, quæ eſt cauſa, ob quam repelluntur in omnibus quibuſcunque caſibus à teſtificando, in quibus de iure, vel de conſuetudine non admittuntur, niſi teſtes integræ fidei, ac omni exceptione maiores, quibus omnino nihil poſſit obiici. Bald. *in l. optimam, C. de cont. & commit. ſtipul.* Maſcard. *de probat. concl. 1356. n. 60.* & Ceuall. *in commun. contra commun. quæſt. 396. num. 3.* Atqui infamibus de facto poteſt opponi hæc macula, ſi admittantur in cauſis requirentibus teſtes integræ fidei; ergo non debent admitti cùm non habeant totalem fidem, niſi deponant veriſimilia, vel eorum teſtimonia aliquibus coniecturis, ſeu præſumptionibus conſtipentur; tunc enim plenè probabunt iuxta Baldum *in l. cunctos populos, num. 5. ante finem*, & Caſtro *num. 17. C. de ſumm. Trinit. & fid. cathol.* vbi volunt poſſe credi eiſdem in ciuilibus ex additis, & veriſimilibus, & cenſeri omni exceptione maiores, ſi concurrant alia indicia, quæ coadiuuent eorum teſtimonia. Item plenè probabunt infames infamia facti in ciuilibus, ſi habeant conteſtem magnæ auctoritate præditum, qui ſuppleat defectum infamis, ſeu infamium, Bald. *in l. ſi quis ex argentarijs, §. cogentur, ff. de edend.* Tiraquel. *de pœn. temper. cauſ. 52. num. 41.* vbi de his ſatis poſt plures ibi allegatos, quibus accedit Camillus Borrellus *d. tit. 15. numer. 224. & ſequenti*, vbi definit vnum teſtem infamem infamia facti, & alterum teſtem valde fide dignum plenè probare, & imperfectum alterius integerrima fide ſocij bene ſuppleri ac temperari.

Infames infamia iuris tam in criminalibus, quàm in ciuilibus repelluntur à teſtimonio, cum careant fide, & maculati ſint iuris diſpoſitione, *cap. qui autem 6. quæſt. 1. cap. teſtimonium*, vbi Abbas *num. 6.* & Felinus *num. 51. de teſtib.* Campeg *de teſtib. regul. 29. in princip.* & eſt communis. Ratio, quia actus legitimi ſunt interdicti infamibus *cap. licet ex quadam, extra, de teſtib.* ſed actus teſtificandi eſt actus legitimus, ergo. Sic Nepos de Monte Albano *tract. de teſtib. num. 35 & 41.* & Lanfranc. *eod. tit. num. 74. poſt medium, verſ. hic ſic declaratur.* Probatur ex *l. 1. ff. de his, qui notan. infam.* Albert. de Malet. *de teſtib. cap. 3. à num. 1.* Item, quia infames infamia iuris remouentur ab accuſando, *l. qui accuſare, ff. de accuſation. cap. 1.* & ibi ſcribentes, extra, *eodem titul.* ergo à fortiori à teſtificando, Crot. *de teſtib. p. 3. num. 36. verſ. iſta concluſio probatur.* Quod procedit etiamſi infames infamia iuris ſint iam emendati, quia ipſos comitatur infamia, vt habetur *in d. cap. teſtimonium*, & ibi Felin. *ſub num. 8. verſ. ſecunda concluſio, de teſtib.* Camill. Borrell. *tit. 15. de teſt. reprobat. num. 249.*

Ambigi tamen poteſt an poſſit iudex parte non opponente remouere à teſtificando ex officio infames infamia iuris? Reſpondeo affirmatiuè, per *l. quos prohibet, ff. de poſtuland.* Bald. *in l. 1. §. ſi curatores, ff. de magiſtrat. conueniend.* vbi vult poſſe iudicem ex officio inquirere de qualitate teſtium & ſi eos inhabiles inuenerit, repellere. Quod etiam voluerunt Angel. *in d. l. quos prohibet*, & Felin. *in cap. intimauit, num. 9.* Campeg. *de teſtib. regul. 30.* Maſcard. *de probat. lib. 3. concl. 1357. n. 11. & 12.* & Franc. Curt. *in ſuo tract. de teſtib. concl. 23. num. 46.* Quod intelligitur, etiamſi pars citata ad videndum teſtes deponere non contradicat, adhuc poteſt iudex infamem repellere, per text. expreſſum *in l. quos prohibet, ff. de poſtuland.* cuius verba ſunt ſequentia: *Quos*, inquit, *prohibet prætor apud ſe poſtulare, omnimodo prohibet, etiamſi aduerſarius eos patiatur.* Sequitur Ant. Gom. *3. var. cap. 12. tit. de probat. delict. n. 22.* Aufret. *de reprobat. teſt. n. 57.* Boët. *deciſ. 321. num. 4.* Quæ reſolutio eſt tenenda, quamuis Salicetus *in l. ſi quis teſtibus, num. 10. in 7. quæſtio.* & ibidem Caſtrenſ. *num. 4. C. de teſtib.* cenſeant non poſſe iudicem repellere hos teſtes ex officio, parte non opponente; quod non eſt dicendum. Quia iſti ſunt inhabiles culpa ſua, ideo etiam parte non opponente poſſunt à iudice ex officio remoueri à teſtificando, cùm ſint infames condemnati, qui etiam poteſt remouere minores, fœminas, & viles, ac ſimiles his parte non opponente ex officio, non tamen partis aduerſæ conſanguineos, domeſticos, inimicos, & ſimiles poterit ex officio repellere à teſtimonio parte non opponente; & in reliquis caſibus, in quibus teſtes non reprobantur odio ipſorum, ſed fauore partis: iudex illis non poteſt opponere, ſi pars non opponat; ita Petr. Maſcada *in addition. ad Crot. de teſtib. part. 3. num. 136. litera I.* & Maſcard. *ſupra dict. concluſ. 1357. num. 13. & 14. lib. 3. & lib. 1. concl. 478. num. 20. & duobus ſequent.* & Gom. *tom. 2. cap. 12. tit. de reprobat. delict. n. 12. verſ. quod ſingulariter intellige.*

Sed quæres an dicantur infames ad hunc effectum 9.
de iure canonico. Reſpondetur ex *cap. infames. 6. quæſt. 1.* dici infames, qui pro aliqua culpa notantur infamia. Quales ſunt fures, ſacrilegi, ſepulchrorum violatores, inceſtuoſi, homicidæ, adulteri, periuri, raptores, venefici, malefici. Item fratrum calumniatores, & accuſatores, quando non probant, nec non prouocantes principis animum ad iracundiam contra innocuos, & reliquos omnes, quos Eccleſia, vel anathematizat, vel pro ſuis criminibus à ſe repellit. Qui omnes, nec ad accuſandum iuſtè poſſunt recipi ſicut nec ad teſtificandum. Inſuper de iure ciuili infames ad teſtificandum meretrices, *l. 3. §. l. Iul.* & ibi Gloſſ. *in verſ. palam, ff. de teſtib.* quia infames. Crot. *de teſtib. part. 3. num. 46.* Lenones item repelluntur *l. Athletas. §. ait prætor. ff. de his qui not. infam. dict. l. 3. §. lege Iul.* & ibi Gloſſ. *ff. de teſtib.* Aufret. *de reprobat. teſt. num. 63.* Quod conſtat, cùm ſint infames infamia iuris, dummodo habeant meretrices quæſtuarias. Similiter proditores, & proditorum filij, tanquam infames infamia iuris & damnati de capitali crimine, repelluntur à teſtificando. Sic Bald. *in cap. licet vniuerſis, extra, de teſtib. & in l. ſi quiſquis § fin. C. ad l. Iul. maieſt. n. 36.* & Gigas *in tract. læſæ maieſt. tit. de proditor. lib. 3. q. 8. num. 4.* Denique qui aliqua infamia laborant, quive de publico aliquo crimine ſunt dãnati. Bald. *in tract. de teſt. n. 31. iuxta l. infamem, ff. de public. iud.* Alex. *conſ. 25. n. 10. vol. 4.* Concubinarij tãquam infames teſtes eſſe non poſſunt, *cap. infames 6. q. 1.* Item qui quæſtus cauſa publicè in ſcenam prodeunt, qui vulgo comœdi dicuntur. Bald. *in tract. de teſtib. n. 38. iuxta l. 3. in fin. cum lege ſequente*, & ibi Gloſſ. *ff. de his qui not. infam.*

Adde ex Adriano Papa *in cap. omnes verò, 6. quæſt. 1.* vbi vult omnes infames eſſe, quos leges ſæculares vocant infames, & omnes, qui ratione aliquorum criminum, non poſſunt promoueri ad ſacerdotium. De iure tamen ciuili dicuntur infames infamia iuris omnes relati à Iuriſconſulto Iuliano *in l. 1. ff. de his qui notan. infam.* inter quos numerantur ioculatores, & omnes leues perſonæ, ac viles hiſtriones, mimi, & ſcenici, adeo vt nec infames contra infames admitti poſſint, teſtè Felin poſt gloſſ. *in cap. teſtimonium, num. 37. de teſtib.* Alber. de Malet. *de teſtib. cap. 3. num. 7.* Barbat. *de teſtib. part. 1. num. 49. & ſequen.* niſi diſpenſentur à ſuperiore, quia in iſto caſu macula infamiæ extinguitur. Ita Speculator *in titul. de teſtib. §. ſed quæritur*, & Menochius *de arbitrar. quæſt. 27. num. 7.*

10. Quid de fœminis? Dic in criminalibus non admitti ad teſtificandum *cap. forus, §. fin.* vbi Innoc. *in fin. de verbor. ſignif. & in cap. mulierem, habetur, 33. quæſt. 30.* Speculator *in tit. de teſt. §. 1. num. 83. verſ. Item quod eſt mulier*, & notat *in cap. tam ex literis de teſtib.* gloſſ. *in cap. quoniam, in verbo, mulieres, eodem tit.* Maſcard. *de probatio. lib. 3. concluſ. 1359. num. 30.* vbi *num. 31.* addit neque in ciuilibus mulierem in omnibus regulariter admitti. Speculator *in tit. de teſt. §. opponitur, §. 83.* Nam de iure ciuili in teſtamento mulier teſtis eſſe non poteſt, *§ teſtes, inſtit. de teſtam.* gloſſ. *in d. cap. forus, de verbor. ſignif.* Idem de iure Luſitano *lib. 4. tit. 80.* vbi ait fœminas non poſſe eſſe teſtes in teſtamento, ibi. *Veroens*, ergo fœminæ non poſſunt eſſe teſtes in teſtamentis, *l. qui teſtamenta, §. muliere, C. de teſtament.* Barboſ. *in remiſſ. in hunc locum, §. 1. num. 9.* Quod intelligitur de teſtamento clauſo, ſeu aperto, dummodo apertum fiat per notarium publicum. Quod ſi conficiatur teſtamentum per teſtatorem, verbo tenus, abſque vlla ſcriptura; in hoc euento valebit coram ſex teſtibus, ſiue maſculis, ſiue fœminis, eo quòd ſit factum tempore mortis. Non tamen, ſi conualuerit ex eo morbo teſtamentum ſic factum ſuſtinebitur. Ita lex noſtra §. 4. Quia contra ius commune conceditur extremè agentibus animam, vt poſſint adhibere fœminas pro teſtibus in teſtamentis.

Sed quid de teſtamento facto ad pias cauſas? Ceuall. *in commun. contra commun.* affirmat ex ſententia Socini *regul. 310. & regul. 419. limit. 2.* Probatur, quia in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum, & per genus maſculinum, videlicet duorum, venit fœmininum; atque ita fœminæ poſſunt eſſe teſtes in teſtamento de iure canonico, vt ait Abbas *in cap. cum eſſes*, & ibi Anchar. *num. 60.* Imol. *num. 13. de teſtament.* Quæ ſententia eſt probabilis ſatis, & mihi tanquam certiſſima placet, vt bene probat Mantic. *de coniectur. lib. 6. tit. 3. num. 5.* poſt Couar. *in cap. relatum, de teſtam. num. 5.* vbi ſubdit in huc caſu duas mulieres ſufficere. Quod etiam docet Bald. *in l. 1. in 1. lect. num. 9. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Maſcard. *de probatio. vol. 2. concluſ. 763. num. 10. & 11.* quia attenditur ius gentium, ſeu diuinum, *cap. relatum, & cap. cum eſſes, de teſtam.* Sequitur Paul. de Caſtr. *conſ. 362. incipit, dubium facit*, & eſt communis opinio, ideo in praxi tenenda. Quibus accedit pluribus de more relatis Farinac. *de teſtib. quæſt. 59. num. 70.* vbi hoc eſſe indubitatum refert, & Iul. Clar. *§ teſtamentum, quæſt. 6. verſ. tertio infertur, & quæſt. 55. verſ. ſed qui l de iure canonico, num. 5.* & eam eſſe ſeruandam in vtroque foro, ſentit Villalobos *in commun. opinion. litera M. num. 144.*

Poteſt etiam admitti fœmina, in teſtem teſtamenti facti tempore peſtis, vt vult Iaſon *in l. [illegible] num. 19. C. de codicillis*, vbi ait admitti mulierem in ſubſidium ad teſtimonium, in caſibus in quibus aliàs non admittitur. Valaſcus *conſult. 11. à numer. 22. vſque ad num. 25.* Dueñas *regul. 414. n. 2. in princip.* quia tempore peſtis iuris ciuilis ſolemnitas non attenditur, ſecundùm communem, Ripa *in tract. de peſte, in priuileg. vltim.* Vaſquez *de ſucceſſ. creatio. §. 12. num. 25.* ſed contrarium defendit Alexand. *conſ. 70. incipit, viſo conſilio, n. 16. verſ. nec etiam obſtat, ſi dicatur, vol. 1.* per text. *in cap. cum eſſes, de teſtam.* vbi quamuis coarctetur numerus teſtium de iure canonico, nihilominus exigitur, vt teſtes ſint idonei, per id quod in ſimili notatur à doctoribus *in l. fin. C. de codicill. de teſtam. ruri facto*, in quo numerus teſtium minuitur, propter inopiam teſtium, ſed requiritur, quod teſtes aliàs ſint idonei, vt tradit Gramm. *deciſ. 62. num. 26. verſ. nec opitulatur*, & Decius *conſ. 244.* Quæ ſententia non omnino diſplicet, non tamen habebit locum in teſtamento illius, qui tempore peſtis, non deſeruit oppidum, nec ciuitatem, vt labenti Reipublicæ opem ferret, in quo fœminæ poſſunt adhiberi in teſtes, Ripa *de peſte, in rubr. de priuileg. vlt. volunt. num. 23.* Dueñas *regul. 314. in 2. limit.* Quibus accedit Anton. Caius *in addition. ad Angel. Aret. & in § teſte, num. 7. inſtit. de teſtam.* Item quando probaretur, nec actu, neque potentia poſſe eo tempore peſtis maſculos reperiri, tunc etiam in hac ſecunda opinione poſſe fœminas eſſe teſtes in teſtamento ſine dubio exiſtimo ex Ioſepho Ludouico *concluſ. 69. in 2. ampliatione, & in quinta ſolemnia*, & ex Bellon. *conſ. 13. num. 8.*

Quid in cauſa ciuili? Reſpondeo poſſe admitti in teſtes fœminas, ex lege *ex eo, ff. de teſtib.* & ex cap. *ex eo, 15. quæſt. 3.* gloſſ. *in cap. ſi teſtes, §. Hermaphroditus, in verb. ad teſtimonium, verſ. in iudicio autem eſſe poteſt 4. quæſt. 1.* & ex cap. *forus, in fin. in verb. fœmina, verſ. ſed in ciuilibus, extra de verbor. ſignif.* Bartol. *in tract. differ. inter canon. & ciuil. num. 6.* Speculator *in tit. de teſtib. in § opponitur, num. 83.* Dueñas *regul. 313. in princip.* & eſt communis, teſte Sum. *in ſuo theſaur. recept. opin. litera M. num. 258.* Atque ita actori probari ſuam intentionem per vnam fœminam, iuramentum in ſupplementum probationis dari poteſt. Sic Abbas *in cap. ex inſinuatione, [illegible] 1. verſ. & quod dictum vnius teſtis, extra, de procuratorib.* Ripa *in l. admonendi, num. 176. ff. de iureiuran.* quem refert Tiraq. *de leg. connub. l. [illegible] num. 74. verſ. quanquam huius, quod diximus*, facit text. in *cap. ſuper eo, de teſtib.* vbi habetur plenè probari matrimonium à duabus fœminis quod etiam vult Decius, *conſ. 342.* nempe cum agitur in fauorem matrimonij.

Hanc noſtram opinionem non videtur admittere Tiraq. *in d. l. 9. num. 73. & 75.* ex eo fundamento, quia fœminæ non videntur eſſe integræ fidei teſtes, omnique exceptione maiores. Semper enim de ſui natura videntur mendaces, mutabiles, fragiles, ac variæ, teſte eodem Tiraq. *ſupra num. 49.* & Maſcardo *de probation. volum. [illegible] concluſ. 762. num. 3. & 4.* vbi idem multis exemplis probat, quibus minuitur fides integra earum, [illegible] fragilitas, ac ſuſpicio mendacij earum demonſtratur. Nihilominus

minus non eſt recedendum à noſtra ſententia, cum ſit cõmunis, niſi quando cauſa ciuilis eſt ſatis ardua, quæ videatur æquiparari criminali; nec non in matrimonialibus, quando videlicet agitur de annullando matrimonio. In cæteris verò non debent repelli, vt probat text. *in d. cap. ſuper eo, el 1.* & *ibi* Abbas *in 3. notab. de teſtibus.* Facit text. *in cap. videtur, 35. quæſt. 6.* vbi habes conſanguineos vtriuſque ſexus in teſtificationem cauſæ matrimonialis poſſe admitti: Quod intelligo de cauſa in fauorem matrimonij, non verò de illius diſſolutione, quia text. ex aduerſo allegatus *in cap. ſuper eo, el 2. de teſtibus*, non loquitur de ſolutione matrimonij. Quare poſſe admitti in teſtificationem cauſæ matrimonialis pro ſuſtinendo matrimonio abſolutè dicendum eſt, & pro ſeparatione teſtatur Suar. *in ſuo Theſauro recept. ar. litera F, num. 129.* ex Couar quem referens ſequitur *de ſponſalibus, 2. p. cap. 8. §. 12. verſ. Nam in hac coniugali cauſa, num. 8. ad medium*, & Roland. *conſ. 93. num. 4. & ſequentibus, volum. 3.* vbi probat fœminas poſſe teſtificari pro matrimonio legitimè contracto, ideo non debent repelli in cauſa matrimoniali, quia ſunt omni exceptione maiores, & plenè illis ſemper eſt credendum, niſi ex aliquo appareat fidem earum eſſe minuendam, vt notat Tiraquel. *d. l. 9. num. 56. verſ. Nam quamuis.*

Similiter non in omnibus cauſis ciuilibus admittuntur fœminæ in teſtes, nec reputantur integræ fidei, puta in cauſa feudali, vbi teſtes requiruntur omni exceptione maiores, per text. *in cap. 1. pariter in fine*, qui teſtes ſint neceſſarij ad nouam inueſtituram probandam. Romanus *in l. admonendi, num. 119. ff. de iureiur.* Tiraquell. *in l. connubial. 9. num. 65.* poſt plures *ibi* relatos, Maſcard. *de probat. lib. 2. concluſ. 764. num. 2.* vbi addit ex Afflicto *in cap. 1. num. 104. de contro. inueſt. & in d. cap. 1. n. 33.* quòd teſtes ſint neceſſarij, &c. non habere locum, quando fœmina eſſet illuſtris, & haberet feudum ſub ſe. Nam hæc poteſt eſſe teſtis, vt etiam notat Farinac. *de teſtibus, quæſt. 39. num. 40.* Item, neque in contractibus admittuntur in teſtem. Aretin. *in §. teſtes autem, numer. 6. verſ. nec in contractib. inſtit. de teſtam.* Quod non placet Baldo *in l. ſcriptum, n. 4. in fin. verſ. Iſto ergo caſu, C. qui potior. in pignor. habeant.* Quod puto minus bene dictum, ex traditis à Farin. *dict. quæſt. 39. num. 48.* vbi addit ſe nunquam vidiſſe inſtrumentum, ſeu contractum, in quo fœminæ fuiſſent teſtes adhibitæ. Eodem modo non poſſunt eſſe teſtes mulieres in ſcriptura priuata tribus teſtibus ſubſcribenda, vt obſeruat bene Bald. *in l. ſcripturas, num. 4. verſ. nota optimum textum, ibi, in verbo, virorum, C. qui potio. in pignor. habeant.* quem ſequitur Decius *in cap. quoniam contra, col. 5. in 8. notab. extra. de probat.* Hoc idem ſequitur Iaſon *in l. ſi quis id quod, limitat. 10. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Ex eo fundamento, quia in ſcripturis priuatis, cum deſint ſolemnitates, quæ in publicis faciunt fidem integram, idcirco in hoc caſu requiruntur viri potius quàm fœminæ.

Contrarium tamen nempe in ſcriptura priuata fœminas poſſe teſtificari, & admitti in teſtes defendit Felin. *in d. cap. quoniam, num. 4. verſ. poſſe autem, de teſtibus.* Couar. *practic. quæſtion. cap. 22. num. 3.* Chaſſanæus *in conſuetud. Burgund. in tit. des ſucceſſions, rubric. 7. §. 4. fol. 239. col. 4. num. 35.* & alij quos refert Tiraquell. *d. l. 9. n. 69.* qui tenent eſſe teſtes idoneas mulieres, in ſcriptura priuata ſubſcribenda. Cæterùm Baldi opinio eſt verior, ſi intelligatur, quando eſt contentio de hypotheca cum alio habente publicum inſtrumentum. Secus tamen videtur in alia ſcriptura priuata, in qua non decertatur de potioribus in pignore, vel hypotheca, quia tunc non eſt dubium poſſe fœminas eſſe teſtes in ſcriptura priuata, vt volunt Couar. *d. cap. 22. num. 5. in practic. verſ. Quibus ipſe reſponderem.* Maſcard. *de probation. concluſ. 764. numero 7. verſ. Attamen limitationem noſtram*, poſt Alexandrum *in addition. ad Bald. in d. l. ſcripturas*, & Farin. nuper relatus, *num. 43.*

Sed quæres in caſu, in quo poſſunt teſtes eſſe fœminæ, ſi tot fœminæ, quot maſculi hinc inde reperiantur contraria teſtificantes, & deponentes, quibus magis credendum ſit? Reſpondeo ſi fœminæ ſint probatæ vitæ, & bonæ opinionis, maſculi verò laborent infamia, nec bene audiant, regulariter maiorem fidem eſſe habendam fœminis, quam viris, ex Afflicto *in cap. 1. col. vltim. numer. 36. tit. qui teſtes ſint neceſſarij*, dicente teſtimonium fœminæ honeſtæ, in cauſa criminali præferendum teſtimonio viri improbæ famæ. Sequitur Tiraquell. *in d. l. 9. connub. n. 63. in fine*, & Dueñas *regul. 313. in 4. limit. in fin. verſ. Quod dictum etiam intellige etiamſi viri deponant veriſimiliora.* Idem ſentio dicendum, quando mulieres pro reo innocente, & ſine cauſa accuſato deponunt, viri autem pro accuſatore, vt expreſſe volunt Marſil. *in leg. vnius facinoris, §. in ea cauſa, col. 2. verſ. Et facit quod voluit, ff. de quæſt.* Roland. *conſ. 7. num. 45. vol. 4.* Felin. *in cap. quoniam, in fine, de teſtibus.*

Confirmatur ex vulgari ratione, melius eſſe, ſcilicet, abſoluere nocentem, quam condemnare innocentem, *l. abſentem, ff. de pæn.* & quamuis teſtimonium virorum præferatur teſtimonio mulierum, teſte Baldo *in l. fin. ff. de fid. inſtrum.* & Alexand. *conſ. 136. vol. 6.* Attamen minus digni pro reo præferendi ſunt dignioribus, contra reum: vt notat gloſſ. *in cap. clerici, 81. diſt.* Nec obſtat, quod mulieribus non ſit habenda fides in criminalibus, quia reſpondet Marſil. imò admitti pro reis, *conſ. 63. num. 45. & conſ. 1. num. 21.* Felin. *in cap. quoniam in fine, de teſtibus*, & Gramm. *conſ. 45. col. 6.* & præferri viris aliter deponentibus. Nec mirum, quia magis creditur deponentibus pro non delicto, quàm probantibus delictum. Cæpol. *conſ. 60. col. 2. inter conſilia ciuilia.* Quin etiam vult Bald. *in cap. in noſtra*, & Felin. *ibi, col. 3. de teſtibus*, magis credendum eſſe deponentibus homicidium caſualiter fuiſſe factum, quàm conſulto, & data opera. Vnde fit ſi fœminæ deponant pro innocentia, & in fauorem carcerati, maſculi verò in fauorem accuſatoris, vel fiſci, magis credendum eſſe fœminis, quàm maſculis vult gloſſ. *in cap. clerici, 81. diſt. in gloſſ. fin.* quatenus ait, ſi duo teſtes clerici deponant contra Titium commiſiſſe aliquod crimen certa die, & laici deponant contrarium, reddendo rationem Titium excuſantem, abſoluendum eſſe Titium, quia in fauorem, ac defenſionem Titij magis creditur excuſantibus illum, & abſoluentibus, quàm condemnantibus. Quod etiam in fœminis excuſantibus voluit Marſil. *in l. vnius facinoris, §. in ea cauſa, num. 8. ff. de quæſtio.* Sebaſtian. Sapia *in addition. ad Abbatem, in cap. quoniam, in verbo, de iure, litera C, extra. de teſtibus*, & Galtiel *tit. de teſtibus, concluſ. 4. num. 42. lib. 11* 11.

Quod attinet ad ſeruos, certi iuris eſt non poſ- 12.

ſe admitti ad teſtificandum, text. *in l. quoniam liberi, C. de teſtibus, & in Auth. eod. tit. §. Si verò dicatur, collat. 7. & l. pridem, C. de quæſt.* Ratio, quia ſerui de iure ciuili cenſentur mortui, ac proinde ab omnibus officiis, & honoribus arcentur, *l. quod attinet, l. in omnibus officiis, & ff. de regul. iur.* idem de iure Luſitano *lib. 3. ordin. tit. 56. §. 3.* ac de iure Hiſpano, *l. 15. tit. 16. part. 3.* Maſcard. *de probation. concl. 1359. à n. 14.* Niſi fortè communi omnium opinione reputentur liberi, quia tunc non arcentur à teſtificando. Sic Alber. de Malet. *de teſtibus, cap. 5. n. 5. & 5* Campeg. *de teſtibus, regul. 111. in 5. fallent.* Maſcard. *ſupra, n. 17.* Corrad. *in pract. §. 2. de officio prætor. in cauſa ciuil. rub. de teſtibus, in parte perſonas teſtium aggrediendo, verbo, ſerui, num. 69. verſ. Quæ tamen omnia, fol. 105.* Idem procedit ſi à maiore parte populi pro liberis habeantur. Speculator ita *in tit. de teſtibus, num. 39. verſ. Tamen ſi teſtis, & verſ. Quod ſi tantùm à maiore parte;* non tamen poterunt admitti ad teſtificandum, etiamſi à multis, & non à maiore parte populi habeantur pro liberis; ita ſuprà ſcripsi. Quibus accedit Nellus *de teſtibus, n. 22. verſ. Si tamen teſtis,* & Farinac. *de teſtibus, quæſt. 55. num. 169.* quia eorum teſtimonia ipſo iure nulla ſunt, etiam parte non opponente. Angel. *in §. 1. num. 3. in Auth. de teſtib.* quem ſequitur Maſcard. *ſupra, num. 16.* Farin. *num. 166.* vbi ait iudicis officio repelli poſſe; quod etiam iterum docet *infra, quæſt. 62. num. 190.* per text. *in l. quos prohibet, ff. de poſtuland.* multis aliis *ibi* relatis.

In ſequentibus tamen caſibus poſſunt ſerui teſtificari, videlicet, in criminibus exceptis, in quibus propter atrocitatem criminis, teſtes aliàs inhabiles admittuntur, qualia ſunt crimina vtriuſque læſæ maieſtatis, aſſaſſinij, ſacrilegij, & ſimilium. Similiter quando veritas aliter haberi non poteſt, in ſubſidium admittuntur ſerui, ſed oportet, quod huiuſmodi actus ſit, de quo veritas aliter haberi non poſſit omnino, nec habitu, nec actu. In vtroque hoc euentu poſſunt ſerui admitti in teſtes; ſic Speculat. *tit. de teſtibus, §. 1. num. 39. verſ. Niſi in defectum probationum, & verſ. Niſi in criminibus exceptis,* Campeg. *regul. 111. in 1. & 2. fallent.* Maſcard. *ſupra, num. 18. & 19.* Alber. de Malet. *de teſtibus, cap. 5. num. 1. & 4. per totum, verſ. Et niſi in caſibus exceptis.* Farin. *d. quæſt. 55. num. 172. & 173. & quæſt. 62. num 50.* Idem dicitur de ſeruis, poſtquam libertatem aſſequuntur: hi namque facti liberi poſſunt teſtificari de iis, quæ viderunt in ſeruitute. Speculator *tit. de teſtib. §. 1. num. 38. verſ. Pro aliis tamen,* Ioan. Monach. *in ſuo defenſorio iuris, §. quia cum. 5. per l. rationem, ff. de teſtibus, l. 3. § lege eod. tit.* Cuius rationem reddit Maſcard. *d. concluſ. 1359. num. 22.* nempe ſeruum in ſeruitute non eſſe priuatum iudicio, & ratione naturali, ſed tantùm impediri, à iure ciuili; ergo poſiti ſerui in libertate poſſunt de iis tempore ſeruitutis contingentibus deponere, vt probat ſatis Nepos de Monte Albano *in tract. de teſtibus, § Sequitur videre, num 71. & ſequentibus.* Sayr. *in claui, lib. 12. cap. 19. num. 18. verſ. Circa fortunam.*

13. Quid dicendum de pauperibus? Reſpondeo regulariter repelli à teſtificando præſertim in cauſis criminalibus. Alexand. *conſ. 127. proſpectis, vol. 6.* Socin. *conſ. 17. col. vltim. vol. 1.* Campeg. *de teſtib. regul. 123.* Cror *eod. tit. num 1. & 2. lib. 3. & 4. p. num. 31. cum ſequentibus.* Ratio, quia non ſunt teſtes omni exceptione maiores de iure ciuili, text. *in l. 3. in principio, ff. de teſtibus,* Canonizatus *in cap. ſi teſtes, §. teſtium fides, 4. quæſt. 3.* Menoch. *de arbitr. caſu 65. num. 12. & conſ. 149. num. 45. & conſil. 199. num. 21.* Probatur ex cap. *In primis, verſ. Sed & de perſonis, 2. quæſt. 1.* ibi: *Aut ut inopes ſint,* Farin. *deciſ 125. & conſ. 21. num. 27. & de teſtibus, quæſt. 57 num. 1.*

In aliquibus tamen caſibus poſſunt admitti quando ſunt probatæ vitæ, ac famæ, & diuites malæ? tunc magis creditur pauperibus virtute præditis, quàm diuitibus vitioſis. Campeg. *de teſtib. regul 113. in 5. fallent. in fine.* Alber. de Malet *eod. tract. de teſtib. c. 5. n. 26. verſ. minor tamen fides,* & Bald. *in cap. ſi quis teſtium, num. 5 verſ. Et magis creditur, extra. de teſtibus.* Quibus accedit Sayr. *lib. 12. In claui, cap 19 num. 19. verſ. Circa fortunam.* Quod procedit, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, quia in omni caſu, ſemper honeſtas perſonæ etiam pauperis conſideranda eſt, *l. ſed & ſi vnius, § interdum, ff. de iniur. l. humilem, C. de inceſtis nupt.* Leſſius *lib 2. cap. 30. dub. 5. num. 39. verſ. 9.* vbi ait viles, & inopes excludi à teſtificando, quia de his poteſt eſſe ſuſpicio, quòd pecunia facile corrumpantur; ſecus ſi ſint perſonæ honeſtæ. Camill. Borrell *in ſumma, deciſ tit. 15. n. 5* poſt plures *ibi* relatos, & *num. 144.* ſubdens pauperes teſtes poſſe etiam admitti, cum alio teſte habili, atque integro, quia tunc teſtimonium pauperis integratur, ac ſuppletur ex teſtimonio alterius teſtis integri, omnique exceptione maioris.

Quid de inimicis? Reſpondeo repelli à teſtimonio, etiam in criminibus exceptis, in quibus minùs idonei etiam admitti ſolent, vt patet ex cap. *per tuas, 32. de ſimonia,* dummodo inimicitiæ ſint graues, & inimicitiæ ex vtraque parte, vel ſaltem. ex altera, vt lites ſuper rebus magni momenti, Leſſ. *ſuprà d. dub. 5. num. 37. § tertiò inimicum etiam,* Bartol. & Alex. *in l. 3. in princip. ff. de teſtib.* vbi volunt Inimicos non probare, & repelli, cum facillimè mentiantur, præſertim quando inimicitia orta fuit ex culpa illius, contra quem teſtimonium fertur, vt probat Accurſ. *in l. Athleta, §. ad remiſſionem, in verbo, facta, ff. de excuſat.* quem ſequitur Iaſon. *in l. hæreditas, ſub num 3. in ſine C. de his quib. vt indig.* & multo fortius, quando inimicitiæ ſunt capitales. Quæ dicuntur, quando quis alteri minatur mortem, text. *in l. licet, ff. de arbitr.* Blanch. *in l. fin. 3. num. 105. ff. de quæſtion.* Aufrer. *de reprobat. teſt. ſub num. 56* & Roland. à Valle. *conſ. 63. num. 32. vol. 2.*

Dicuntur etiam inimici capitales, qui inter ſe mouent cauſam aliquam criminalem. Blanch. *ubi ſuprà, num. 15.* & Aufrer. *num. 56.* ſuper relatus. Franciſc. Marc. *deciſ. 894. num. 12. vol. 1* Lanfranc. de Orian. *cap. quoniam contra, in verbo, teſtium productiones, numero 50. de probation.* Item dicuntur capitales inimici quando aliqui contra aliquem teſtificantur in cauſa criminali. Gloſſ. & Innocent *in cap. Meminimus [illegible] de accuſation.* & Alber. de Malet. *tract. de teſtib. cap 3 incipit, ſupereſt nunc, num. 15.* Item, quando cauſa inter eos mota eſt de omnibus bonis vel de maiori parte illorum, dicuntur etiam capitales inimici, vt habetur *in § item propter litem, inſtit. de excuſatione tutor. l. propter litem ff. eod. tit.* Blanch. *in d. l. fin. num. 115. & ſequent. de quæſtion.* Ludouic. Roman *conſ. 279.* quem refert ſequitur Iaſon Mynſinger. *obſeruat. [illegible]* Denique qui dicantur capitales inimici, relinqui- 14

tur

Digitized by Google

tur arbitrio iudicis, Nellus de ſancto Gemin. *in tract. de teſtib. n. 9.* & Menoch. *de arbitr. caſu* 110. *num.* 2. poſt Barbat. 21. *col. penult. & conſ.* 22. *col.* 3. *prope fin & conſ.* 80. *in fin. lib.* 3. & alios, quos ibi refert, ac ſequitur; ideo quos capitales præter iam nominatos, etiam iudex maturè, ac prudenter cenſuerit inimicos, repelluntur a teſtificando, nec fides illis habenda etiamſi deponant in mortis articulo. Bald. *in cap.* 1. *§. Vaſſalli, de pace conſtan.* Alexand. *conſ.* 14. *col.* 2. *vol.* 3. & Roland. *conſ.* 37. *à num.* 20. *vſque ad num* 25. *vol.* 2. vbi ait minùs eſſe credendum exiſtenti in articulo mortis, quàm alteri, quia in eo ſtatu, non dicitur viuos, nec mortuos, *l. qui duas, ff. de manumiſſ. teſta.* Imò magis accedit ad mortuum, quàm ad viuum, *l. iubemus poſt princip. C. de teſtam.* quia timore, & dolore mortis, non eſt compos mentis, & pro mortuo habetur, qui eſt propinquus morti, *l. penult. ff. de mil. teſtam.*

Sed quid dicendum, quando quis accedit ad teſtificandum, dicitque ſe litigaſſe contra illum, aduerſus quem nunc teſtificatur, ſed iam litem eſſe finitam? Reſpondeo nullo modo eſſe admittendum ad teſtificandum, quia præſumitur de præſenti inimicitiam adhuc durare, ſic Alber. de Malet. *de teſtib. cap.* 1. *ſub num.* 9. Andr. Barbat. *in dict. cap.* 1. *de accuſation. col* 4. & Roland. *conſ.* 24. *n.* 32. *vol.* 1. niſi probetur reconciliatio antiqua, & diuturna, argumento leg. *in ipſius, C. famil. herciſcund.* quia tunc poteſt admitti, Roland. *d. num.* 32. poſt Felin. *in cap. quoties de teſtib.* Alberic. de Malet. *de teſtib. cap.* 2. *num.* 9. & Aufrer. *de probat. teſt. n.* 56. Secus quando reconciliatio eſt recens, quia præſumitur inimicitia perdurare. Bald. *in l. præſcriptione, C. ſi contra ius, vel vtil. public.* Hippolyt. de Marſil. *in ſingul.* 169. *incipit, viget communiter ſtatutum, col.* 2. *verſ. Item facit etiam, nam inimicus,* & Gramm. *in conſil. criminalibus,* 57. *ſub num.* 8.

Quin etiam addunt Crau. *conſ.* 9. *col.* 2. *verſ. Non obſtat quod dixerit,* & Roland. à Valle, *d. conſ.* 24. *num* 34. *vol.* 1. & Ioan. Crot. *de teſtibus, verſ. Octauo extenditur,* inimicum reconciliatum non eſſe idoneum teſtem in cauſa criminali, niſi probetur de reconciliatione antiqua, vt per Bald. *in marga. ſua, in verb. teſtis inimicus;* quia reconciliatus inimicus in omnem caſum in teſtimonium admiſſus, non eſt teſtis omni exceptione maior, vt bene notat Iul. Clar. *§. fin. quæſt.* 24. *verſ. Sed ſi ſecuta ſit reconciliatio, num.* 6. *in fin.* nam qui ſemel fuit capitalis inimicus, etiam poſt mille reconciliationes, non poteſt dici integer teſtis, vel omni exceptione maior, quamuis fortè non eſſet in totum à teſtificando repellendus; ſic ille, quem ſequitur Farin. *de teſtib. quæſt.* 53. *num.* 63. & Camill. Borrell. *d. tit.* 15. *de teſtib. reprobat. num.* 316.

Quod ſi contingat aliquem eſſe inimicum vtriuſque partis; ſunt qui putent poſſe admitti ad teſtificandum, quia ſicut par affectio teſtem non repellit, teſte Bartol. *in l. non ſolum, §. fin. ff. de ritu nupt.* Sic etiam æqualis inimicitia, & odium in vtramque partem non debet excludere teſtem à teſtimonio ferendo, vt notat Corrad. *in pract. §.* 2. *de officio prætor. in cauſ. ciuil. tit. de teſtib. in parte, perſonas teſtium aggrediendo, num.* 55. *verſ. Admittitur pariter,* & Anton. Gomez *tom.* 3. *de delict. cap.* 12. *num.* 14. *verſ. Item etiam limita,* argumento coniunctæ perſonæ, quæ poteſt eſſe teſtis, quando cauſa vertitur inter pariter coniunctos. Bartol. *in l. parentes, C. de teſt.* Specul. *tit. de teſte, §. opponitur, verſ. Sed quid, ſi teſtis, col.* 3. *num.* 10.

Ergo idem dicendum eſt de inimico vtriuſque partis. Ex qua reſolutione, ſicut colligitur conſanguineum contra conſanguineum teſtificando verum dicere, vt bene probat Crauet. *conſ.* 220. *n.* 9. & Simanch. *de teſtib. tit.* 64. *num.* 48. quia nemo vnquam carnem ſuam odio habuit, neque conſanguineos ſuos gratis odio habere exiſtimandus eſt; ſic etiam inimicus cenſebitur verè probare, ſi in fauorem ſui inimici teſtificetur. Farin. *ſuprà, num.* 67. aliis *ibi* relatis.

Sed quid dicendum de parte procurante inimicitiam, vt eneruet, & omnino tollat teſtimonium alicuius? Anton. Gomez *d. num.* 14. *verſ. Item etiam limita,* affirmat poſſe teſtificari, ſi pars, contra quam producitur teſtis, nulla cauſa, ſeu rixa præcedente ex malitia intulit iniuriam teſti, vt non deponeret. In quo euentu, non obſtante iniuria illa, bene poſſe offenſum, contra offenſorem admitti in teſtem, ait Bartol. *in l.* 1. per text. *ibi, §. cum quis, ff. de quæſtion.* & *ibi* ſcribentes. Idem Bartol. *in l.* 1. *C. de teſtibus, in lectur.* 2. *col.* 1. *in fin.* & Iacob. de Sancto Georg. *in l.* 3. *ff. de teſtib. col. penult. num.* 18. Maſcard. *de probat. concluſ.* 857. *num.* 54. poſt alios, quos ibi refert, ac ſequitur, vbi concludit poſſe ſic læſum contra offenſorem deponere, quia non debet tali inimicitiam procuranti ſua fraus patrocinari. Requiritur tamen, quod de tali inimicitia per fraudem procurata aliter conſtet, quàm per dictum ipſius teſtis dicentis inimicitiam fuiſſe procuratam. Farin. *d. quæſt.* 53. *num.* 65. *de teſt.* Vide hac de re exemplum, cuius meminit Maſcard. *d. num.* 54. *verſ. Hæc limitatio caſum mihi ſuggerit.*

An verò poſſit iudex, parte non opponente, repellere à teſtificando teſtes inimicos? Reſpondeo, ſi pars fuerit abſens, & ob id contumax in non opponendo, teſtes inimicos nihil probare. Saliceꝑ. *in ſi quis teſtes, col.* 5. *C. de teſtib.* quem ſequitur Maſcard. *de probat. concl.* 899. *num.* 11. *verſ. Quinto ſibi amplianda eſt concluſio;* quod etiam vult Campeg. *de teſtibus, regul.* 26. *verſ. Non habet locum.* Quod ſi pars fuerit præſens, & non opponat, teſtes inimici poſſunt admitti ad teſtificandum, Campeg. *de teſtibus, regul.* 23. *in* 7. *fallent.* Sed admiſſi non probant, nec ſunt idonei teſtes, iudice verò opponente nullo modo ſunt admittendi; parte verò conſentiente, & volente ſtare eorum teſtimonio, nihil detrahitur de dictis illorum. Crot. *de teſtibus, part.* 6. *num.* 241. *verſ. Tertiò fallit,* & alij, quibus accedit Farin. *ſupra, numero* 68. *& duobus ſequentibus; verſ. Verùm hæc limitatio.*

Ego verò aliter diſtinguendum puto, nempe quando teſtes ſunt inhabiles, ſua culpa, delicto, vel incapacitate, quales ſunt infames condemnati, fœminæ, viles perſonæ, & minores. Hos, inquam, & ſimiles poſſe repelli iudicis officio, etiam parte tacente, & non opponente. Secus verò de teſtibus, qui ſunt inhabiles fauore partis, quales ſunt, domeſtici, conſanguinei, inimici, & ſimiles, quos ſi pars non opponat, nec iudex ex officio repellere poteſt. Corrad. *in practic. tit. de teſtib. rubric. perſonas teſt. aggrediendo, in princip. num.* 91 *verſ. Hoc tamen declarat, fol.* 76. *& verb. fratres, num.* 45. *verſ.* 4. *vbi non opponatur, fol.* 91. Felin. *in cap. cum oporteat, num.* 3. *verſ. Secundò limita, & verſ. Quartò limita, extra. de accuſat.* & Ripa *in l. dies. §. hoc autem iudicium, num.* 66. *ff. de dam. infecto,* Dueñas *regul.* 389. *ſub ſeptima limitatio. verſ. & Bald. vbi ſupra;* & Maſcard. *de probat. lib.* 4. *concl.*

*concluſ.* 1367. *num* 13. & 14. poſt Ioan. Andr. *in cap.* 4. *extra, vt lite non conteſtata*, & Stephan. Aufrer. *in tract. de reprobat. teſt. in verb. idonei*, 3. *col.* & alios, quibus adhærens ait poſſe iudicem ex officio inhabiles ex defectu ſuæ perſonæ repellere à teſtificando, cæteros verò qui non reprobantur odio ipſorum, ſed fauore partis, non poſſe iudicem illis opponere, parte non opponente, quia partes ex tacito conſenſu poſſunt hos inhabiles reddere habiles, ſi illis non opponant ad teſtificandum, vt docent Io. Andr. *ad Speculat.* §. 1. *verſ. Sed quid ſi vidis*, & §. *ſepe*, & Butr. *in cap. bona el primo, de election*, & *in cap. cum. dilectus, de conſuetud.*

15. Quæres quid de amicis ad teſtificandum receptis pro amico? Reſpondeo amicos vtriuſque partis non eſſe repellendos à teſtimonio, Maſcard. *lib.* 1. *de probat. concluſ.* 26. *num.* 5. & *concl.* 86. *n.* 7. Marſil. *in l. de minor.* §. *tormenta, num.* 27. *ff. de quæſtion.* Item poſſunt eſſe amici teſtes idonei in ſcripturis, ſeu inſtrumentis, etiamſi amici ſint contrahentium, Æmil. *de teſtib.* ... *p.* 1. *in verb. teſtis inhquus, num.* 51. *fol.* 163. & Nell. *de teſtibus, num.* 6. *in fin.* & gloſſ. *in* §. *licet, circa fin. in verbo, ſupplicius, in Auth. de teſtibus*, quod prius docuit Bald. *in l. de ea opera, col.* 9. *num.* 47. *verſ. Item qui vocatur, C. qui accuſar. non poſſ.* Corn. *in l.* 1. *num.* 21. & 19. Alexand. *conſ.* 191. *num.* 4. *lib.* 7. Ex eo fundamento, quia in quocumque actu ad quem teſtes rogantur, & vocantur à partibus, cenſentur idonei, etiamſi alias ſint inhabiles. Nam per vocationem, & rogationem, vt inteſſint approbantur à partibus, Campeg. *de teſtibus, regul.* 107. *in* 3. *fallent.* Æmil. *in tract. de teſtibus, verb. teſtis approbatus, num.* 7. & 12. & Naita *conſ.* 95. *num.* 12. poſt Bucr. *deciſ.* 245. *num.* 1. *prope fin.* quod extenditur etiam quando vocantur teſtes inhabiles, vt ſint teſtes in priuata ſcriptura, pr... Bal. *in l.* 1. *num.* 6. *verſ. poteſt etiam dici*, & Salicet. *ibid. col.* 2. *in fin. num.* 6 *verſ. Aut actus, C. de teſtam.* Corn. *in ead. lege, num.* 22. & 32.

Hoc tamen fallit, quando teſtium dicta repelluntur à iure propter inhabilitatem incurſam ipſo iure, puta in teſtamentis, vt infames, ſerui, & alij ſimiles, quia non eſt in poteſtate teſtatoris rogare, vel approbare in teſtamento teſtes à iure inhabiles, text. *in* §. *in teſtibus, Inſtit. de teſtam.* & *in l. nemo poteſt, ff. de legat.* 1. Farin. *de teſtibus, q.* 56. *num.* 42. vbi infames teſtes à teſtamento repelluntur, & *quæſt.* 61. *num.* 23. vbi agit de cæco, qui non poteſt eſſe teſtis in teſtamento, etiam parte conſentiente, cum debeat deponere, non ſolùm de auditu, ſed etiam de viſu, quia requiritur præſentia, & viſus, *cap. teſtes*, 4. *quæſt.* 3. *l. teſt. C. de teſtib. cap. cum cauſa, extra, eod. tit.* Sed qui non vident, præſentes non dicuntur, *l. eo ann Titia, ff. de verbor. ſignif. l.* 2. *in fin.* & *ibi* Bartol. *ff. de auctorit.* & *conſen. tutor. l. ſi non ſpeciali*, & *l. ſi vnus, C. de teſtam.* & in ſpecie Bald. *in d. l. ſi non ſpeciali, in primo notab. verſ. & ideo cæcus*, & Ioan. Sicar. *num.* 3. *de teſtam*, vbi docent cæcum non poſſe in teſtem admitti. Quod non ſolùm eſt de iure communi *in l. qui teſtamento*, §. *furioſus de teſtam.* & §. *teſtes autem Inſtit. eod. tit.* ſed etiam de iure Hiſpano *l.* 9. *tit.* 1. *part.* 6. Spino *in ſuo ſpeculo, gloſſ.* 31. *principal, de teſtib. num.* 19. & de iure Luſitano *lib.* 4. *tit.* 85. *in principio*, per text. ibi: *Nam o cego, erge incontam*.

Extra verò caſus, in quibus diximus poſſe admitti in teſtem amicos pro amicis, dicendum eſt relictis hinc inde opinionibus, ſiue maxima, ſiue leuis ſit amicitia, non poſſe repelli amicos à ferendo teſtimonio; quod ſi admittantur, non plenè probare, cum non ſint teſtes omni exceptione maiores, ideo de eorum fide, ſemper aliquid minuendum eſt conſiderata qualitate amicitiæ, arbitrio prudentis iudicis. Prior pars huius aſſerti probatur ex *l. ſcienaum*, & ex gloſſ. *ibid. in verbo adhibendos, ff. de teſtib.* Ob quam Bald. *in l. eos, C. de teſtibus, num.* 1. vult debere iudicem arbitrari amicum teſtem idoneum, niſi aliunde alia ratio oriatur, quam amicitiæ, propter quam cenſeatur teſtis inhabilis, quia amicus non præſumitur velle niſi bonum, & honeſtum pro amico, teſte Ariſtotel. *lib.* 8. *Ethicor, cap.* 7. Cum ergo nomen amicitiæ non excludat à teſtimonio, vt probat Bald. *ſupra*, quem ſequitur Alexand. *conſ.* 88. *incipit, quoniam omne datum, num.* 24. *lib.* 3. & Caſtrenſ. *in d. l. eos, num.* 1. Non ſunt amici ex ſola amicitia repellendi à teſtificando.

Poſterior pars aſſerti, videlicet ſi admittantur in teſtes non eſſe integræ fidei, ſed ſemper aliquid eſſe minuendum placuit Bart. *in d. l. eos, n.* 1. *C. de teſtibus.* Campeg. *de teſtibus, regul* 21. *in* 3. *fallent*, & *in* 4. Albet. de Malet. *de teſtibus, cap.* 2. *num.* 16. *in fin.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 86. *n.* 16. aliis ibi relatis, & Boſſ. *in tit. de oppoſition. contra teſt num.* 101. *in principio, verſ. Atque ideo res conſiſtit in arbitrio iudicis*, & *verſ.* & *ideo in effectu*, & *num.* 103. vbi teſtatur pro ratione amicitiæ arbitrio iudicis aliquid eſſe minuendum integræ fidei.

Hoc tamen fallit, quando amicus vtrique parti eſt æqualis, tunc eſt teſtis idoneus pro altero amico, huiuſmodi enim amicitiæ paritas, omnem ſuſpicionem remouet. Bartol. *in l. parentes in fin. C. de teſtib.* facit *l. non ſolum*, § 1. *ff. de ritu nupt.* Alber. *conſ.* 56. *num.* 10. poſt alios. Item amicus eſt idoneus teſtis quando deponit ſuper re, ſeu facto, à quo amicus non capiet incommodum, puta ſi deponat ſuper reuendita, quando amicus, qui vendidit, non tenetur de euictione, Albet. de Malet. *de teſtibus, cap.* 2. *num* 18. Campeg. *de teſtibus, regul.* 21. *in* 2. *fallent.* Maſcard. *de probat. concl* 86. *lib.* 1. *num.* 11. Faciunt tradita à Farin. *de teſtibus, quæſt.* 64. *num.* 183.

Similiter plenè probant amici, quando inter eos amicitia eſt iuſta, & honeſta, ac plena pietatis quæ amicitia eſt virtus. Horum enim teſtimonio, nihil detrahitur de fide integra, ita Corn. *conſ.* ... *incipit præſens conſultatio, num.* 51. *lib.* 2. Abbas *in cap. quoties, num.* 5. *extra, de teſtibus.* Decius ... *fol.* 109. & Alexand. *conſ.* 4. *vol.* 6. vbi valde ... vt amicus repellatur a teſtimonio, neceſſe eſt, vt eo amore redamet amicum, vt odio habeat aduerſarium illius? ſed amicus honeſtus amicitiis quadam charitatiua, ac pietatis plena, cum alio coniunctus non habet odio aduerſarium ſui amici, ergo poterit eſſe teſtis idoneus, pro ſuo amico. Secus dicendum de amicitia inhoneſta, & turpi, vt notat Bald. *in cap.* 1. *num.* 3. *verſ. Quæro nunquid*, & *ibi* Felin. *de teſtib.* de amaſio pro amaſia, nec à contra, quia nullo modo alter pro altero debet admitti in teſtem, per text. *in l.* 2. §. & *cum placuiſſet, ff. de orig. iur.* vbi Bald. concludit amorem puellarum ſubuertere rectum iudicium, & Bart. ... *ter, col.* 24. *Inſtit. de teſtam.* & Abbas *in cap. quoties, num.* 5. *de teſtibus.*

Quando aliter veritas haberi non poteſt ... ſunt etiam admitti ad teſtificandum, ...

dum delictum commiſſum de die, vel de nocte in domo actoris, ita Hector Æmil. *de teſtibus, in verbo, teſtis amicus, num. 39, fol. 165.* Quo loci de amicis id tradit poſt Plotum *de in lit. iur. and. §. n. 23.* Probatur argumento domeſticorum, qui admittuntur in teſtes, quoties aliter veritas haberi non poteſt, niſi per ipſos in domo habitantes, qui & meliùs ſcire poſſunt, & loco, & tempore, & in tali negotio, in quo fortè veritas ab aliis non deprehenditur, per gloſſ. *in verb. iurati, in cap. ſerrio loco, de probat.* docent Innoc. & Anton. de Butr. Valaſc. *deciſ. 43. num. 7.* Aufrer. *ad Capell. Tholoſ. in deciſ. 4. col. 4. verſ. Item in facto, quæ non niſi,* & Alexand. *conſ. 148. col. penult. vol. 5.* Ergo amici poſſunt admitti, quando alij de veritate teſtificanda haberi non poſſunt.

Quid dicendum de amicis quando admittuntur in teſtes ſimul cum aliis non amicis? Reſpondet Ioan. de Amicis *in conſ. 119.* quando vnus teſtis, vel eſt conſanguineus, familiaris, vel amicus, & inter quatuor examinatur ab vna parte, ſuppleri fidem, & dictum illius a cæteris integris teſtibus. Sequitur Maſcard. *de probat. lib. 1. conclus. 26. num. 5. & conclus. 86. num. 9. &* 10. Quare ſi ad probandum aliquid duo teſtes ſufficiant, & producti eſſent tres amici probarent, quia ex numero ſupplentur, Alciat. *in l. lata culpa, §. amicus, de verbor. ſignif.* Imol. *in l. qui teſtamento, in principio, de teſtam.* & Chriſtian. *conſ. 57. num. 2.* niſi cauſa ſit ardua, ciuilis, vel criminalis, vt notat Hippol. Marſil. *ſingul. 477.* Idem quando ſunt alij teſtes deponentes idem, quod amicus depoſuit. Maſcard. *ſupra* poſt alios, & Farin. *de teſtibus, quæſt. 55. num. 246. & ſequent.*

Pro domeſticis dicendum eſt regulariter repelli à teſtimonio, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus. Conſtat ex *l. 1. §. ad quæſtionem, ff. de quæſtion.* Idem habetur *in l. teſtes, ff. de teſtibus, & in cap. ſi teſtes, 6. teſtes, 4. quæſt. 3.* vbi dicitur, teſtes eos, quos accuſator de domo ſua producit, interrogari non placuit. Dias *regul. 746. in principio.* Maſcard. *de probat. lib. 1. concluſ. 533. num. 1. & lib. 3. concluſ. 1357. num. 46.* Quæ deciſio eſt communiter recepta, tam in criminalibus, quàm in ciuilibus, quamuis aliqui obmurmurent, ſed minùs benè. Ratio, quia in ciuilibus requiruntur teſtes magis idonei, & multò magis in criminalibus, vt expreſſè probat *l. 1. §. ad quæſtionem, ff. de quæſtionibus.* Sequitur Grot. *de teſtibus, num. 105.* reddens ibi rationem, quia in criminalibus perfectiores, ac clariores probationes exiguntur; item quia domeſtici erga dominum, ſeu patremfamilias notam habent affectionem. Nouell. *regul. 216. n. 9.* & Curt. iun. *conſ. 168. num. 2. p. 2.*

17\. Hæc regula fallit primò in domeſticis, qui aliquando fuerunt domeſtici, & tempore teſtimonij iam non ſunt domeſtici; tunc enim non prohibentur teſtificari pro eo in cuius domo antea commorati ſunt. Aufrer. *ad Capell. Tholoſ. d. deciſ. 4. verſ. Prædicta dic eſſe vera,* Nell. *de teſtibus, num. 11. verſ. Sed ſi fuerit olim,* Campeg. *de teſtib. regul. 21. in 6. & 20. fallent.* poſt Bald. *in l. etiam, num. 3.* & ibi Albert. *num. 10. C. de teſtibus.* Maſcard. *concluſ. 26. num. 5. verſ. Quarto, & concluſion. 533. num. 11. vol. 1.* niſi exierint per fraudem ex domo domini, ad hoc, vt poſtea queant in fauorem illius deponere; tunc enim hoc probato, non debent admitti. Nell. *ſupra, poſt num. 11. verſ. Niſi conſtet de fraude.* Maſcard. *d. concluſ. 533. num. 12. & 13.* dicens ex eo probari fraudem, ſi poſteaquam depoſuerunt finita cauſa redierunt ad dominum, argument. *leg. ſi quis adulter, §. 1. ff. de adulter.* Quod etiam docuit Tiraq. *in tract. ceſſante cauſa, 1. p. num. 102.*

Fallit ſecundò in domeſticis, quando fuerint honeſtæ, ac probatæ vitæ. Hi namque poſſunt admitti ad teſtificandum. Bartol. *in l. etiam, num. 2. C. de teſtibus,* facta priùs à iudice inquiſitione de probitate, & honeſtate, ac fide integra illorum. Sequitur Felin. *in cap. ſuper his, col. fin. de accuſat.* quia integritas, & bonitas teſtificantium, abſorbet omnem ſuſpicionem. Dias *regul. 746. in 7. fallent.* Maſcard. *lib. 1. concluſ. 26. num. 5. verſ. & illud, & concluſ. 1368. num. 7. lib. 3.*

Fallit tertiò in teſtamentis, vbi poſſunt eſſe teſtes, per text. *in d. l. ad teſt. de teſtam.* Faber *in §. ſi pater, num. 1. inſtit. quibus non eſt perm. fac. teſtam.* quod procedit, niſi ab aliquo peculiari ſtatuto repellantur, prout inſinuat Dilect. *de arte teſt. tit. 2. rubr. de teſtam. ordinat. cant. 9. in fin. num. 8. verſ. Cauendum quoque eſt,* vbi opinatur domeſticos hæredis ſcripti in teſtamento ſuſpectos videri, quia non eſt in poteſtate teſtatoris approbare teſtes, aliàs iure aliquo reprobatos ad firmandum teſtamentum, ideo quia, cùm ſint domeſtici hæredis ſcripti ratione commodi, à domino percipiendi, non videntur omnino teſtes idonei; ſed Fabri ſententia magis placet; quæ eſt etiam Romani, & communiter doctorum *in dict. l. ad teſtium, ff. de teſtamentis.*

Fallit quartò in crimine hæreſis, & læſæ maieſtatis, in quibus domeſtici admittuntur ad probandum. Maſcard. *de probat. lib. 3. concluſ. 858. num. 22.* & in crimine hæreſis non ſolùm admittuntur domeſtici, ſed etiam cogi poſſunt, & tantò firmius eſt eorum teſtimonium, quantò à ſuſpicione odij, & domeſtici, & conſanguinei longiùs abſunt. Abbas, Gloſſ. *in cap. vlt. de hæret. in 6.* Ayrون. Crauet. *conſ. 220.* Simanch. *de teſtibus, tit. 64. num. 46. & ſequentibus,* Sà *in ſumma, verbo, teſtis, num. 4.* Idem in crimine læſæ maieſtatis dic poſſe admitti domeſticos ad probandum. Campeg. *de teſtibus, regul. 21. in 18. fallent.* Dias *regul. 746. in 21. fallent.* Farin. *de teſt. quæſt. 54. n. 94.* vbi docet admitti in vtroque crimine læſæ maieſtatis, non ſolùm domeſticos ad illius probationem, ſed etiam vxores, patres, ac filios.

Fallit quintò ad probandam conſanguinitatem, in qua teſtes domeſtici admittuntur, text. *in cap. 2. 35. quæſt. 6.* ſiue deponant ad impediendum matrimonium, ſiue ad dirimendum. Item in probatione ætatis, Maſcard. *lib. 2. concluſ. 668. num. 19.* Caſtrenſ. *conſ. 300. in principio, lib. 1.* Ruin. *conſil. 194. num. 3. lib. 1.* dicens ætatem meliùs per domeſticos, quàm per extraneos probari. Similiter admittuntur domeſtici ad teſtificandum pro ſuo domeſtico. Campeg. *de teſtibus, regul. 21. in 22. fallent.* hoc eſt, quando examinantur domeſtici, ad defenſam domeſtici. Bald. *conſ. 10. num. 4. volum. 3.* Carrer. *in practica criminali, in principio, num. 365. verſ. Item limita ad defenſam,* Bald. & Salicet. *in l. parentes, C. de teſt.* Alexand. *conſ. 222. incipit, viſis, & diſcuſſis, col. fin. verſ. Colligitur etiam, volum. 2.* & Decius *conſ. 469. num. 7.* quibus accedit Maſcard. *lib. 1. concluſ. 26. num. 6. concluſ. 533. num. 16.* Camill. Borrell. *in ſumma deciſione, tom. 2. tit. 15. num. 347.* & Farin. *de teſtibus, quæſt. 54. num. 70.* concludentes domeſticos ad defenſam domeſticorum, & ad probandam innocentiam poſſe admitti in teſtes.

Nomine

18. Nomine verò domeſticorum de iure veniunt ſerui mercenarij, & liberti, *l. reſpiciendum, §. furta domeſtica, ff. de pœn. l. præſenti, §. ſane, C. de iis, qui ad Eccleſiam confugiunt.* Item omnes, qui ſubſunt alicui ratione patriæ, vel dominicæ poteſtatis, inter quos numerantur vir, & vxor, ſocer, gener, & nurus, & cohabitantes ad vnam menſam; Camill. poſt plures, quos ibi referens ſequitur *à num. 351. vſque ad 356.* Maſcard. *d. concluſ. 533. numero 2. & ſequent.* Item parentes, filij, fratres, ſorores, famuli, & ancillæ, & coloni aſcriptitij, & priuigni, & reliqui omnes de familia. Nepos de Monte Albano *de teſtibus, à num. 7.* cum pluribus Nell. *vbi ſuprà, à num. 13.* & Aufrer. *de teſtib. n. 55.* quibus accedit Alber. de Malet. *in tract. eodem, de teſtibus, cap. 2.*

An verò domeſticus meæ partis poſſit eſſe teſtis pro me contra dominum ſuum? Reſpondeo affirmatiuè, & probare contra ſuum dominum tradit Capell. Tholoſ. *deciſ. 4.* Maſcard. *concl. 758. num. 19.* Farin. *de teſtibus, quæſt. 54. num. 90. & 143.* Secus dicendum eſt de famulo electo propter ſcelera aliqua de domo domini. Is enim contra eundem dominum, non eſt admittendus, neque admiſſus quicquam probat contra illum. Aufrer. *de reprobat. teſt. num. 37.* Alber. de Malet. *de teſtibus, cap. 2. num. 51.* & Maſcard. *d. concluſ. 758. num. 11. vol. 2.* Cùm ex hoc inter domeſticum, & dominum dicatur orta inimicitia, cùm fuerit expulſus, propter eius ſcelera, dummodo conſtet de ſceleribus, ob quæ dicitur eiectus. Idem eſto iudicium de vno domeſtico, ſi admittatur in teſtem contra alium domeſticum ſuum; tunc enim non poteſt repelli à teſtificando, & plenè probat admiſſus; Bartol. *in l. etiam num. 4. C. de teſtibus.* Maſcard. aliis ibi relatis, *d. concl. 533. n. 34.* Capell. Tholoſ. *d. quæſt. 4. verſ. Item admittuntur.*

19. Sed quid de domino admiſſo in teſtem pro domeſticis ſuis? Affirmat Campeg. *de teſtibus, regul. 11. in 3. fallent.* valere illius teſtimonium, ſi producatur pro ſuo domeſtico: ſequitur Petr. Moncad. ad Crotum *de teſtibus, num. 115. litter. M, in verb. teſtibus, num. 12. extra. de teſtibus.* & Salicet. *in d. l. etiam, num. 2. verſ. Sed quid contra, C. de teſtibus,* dummodo dominus ſit probatæ, & honeſtæ vitæ, vt notat idem Moncad. *dict. litera M, in verb. honeſta, in fin. verſ. Ego credo,* ſecus ſi dominus ſit adeo abiectus, & vilis, vt timeat domeſticum ſuum. Felin. *in cap. in litteris. de offic. delegat.* Aufrer. *de reprobat. teſt. num. 38.* Tunc enim non probat plenè admiſſus ad teſtimonium; ſed diminuitur illi de fide, duabus de cauſis, ob affectionem, ſcilicet, quam dominus habet in ſuos, & ob timorem ſui domeſtici, vt notat Felin. & Moncad. *locis ſuprà citatis,* & multò fortiùs erit teſtis idoneus dominus in criminalibus deponendo in fauorem ſui domeſtici, ſuper offenſa domeſtico irrogata, Ioan. Marc Monticell *in repertorio teſtium, verbo, domeſtici, fol. 27. verſ. 1.* & Franc. Curt. *tract. de teſtibus, num. 105. concl. 55.* aliis ibi relatis, niſi ſit perſona valdè honeſta, & integræ fidei. In quo euentu arbitrium iudicis locum habet, vt iudicet, nihil de eius teſtimonio eſſe minuendum. Moncad. additionator ad Crot. *ſupra, d. num. 115. litera M, in verb. honeſta, in fin. verſ. Ego credo;* vbi vult fidem domini pendere ab illius honeſtate. Faciunt tradita à Iul. Clar. *in praxi, quæſt. 24. §. fin. num. 20. verſ. Item ſcias,* vbi ait, inhabiles ad teſtificandum in cauſis criminalibus poſſe, ac debere admitti quando producuntur ad defenſam, & ad probandam innocentiam ipſius rei, non vt omnino plenè probent, ſed vt conſiderata facti qualitate, & perſonarum conditione, iudex arbitretur, quantum fidei ſit habendum eorum dictis.

A fortiori dicendum eſt in cauſis criminalibus poſſe examinari affines, & conſanguineos ad probandam innocentiam conſanguineorum, & affinium, licet non ſint integri teſtes, Iul. Clar. *ſupra, num. 12. verſ. Quaro modo.* Leſſius *de iuſtit. lib. 2. cap. 3. dub. 5. num. 28.* vbi ait hanc eſſe praxim & vſum. Maſcard. *d. concluſ. 533. num. 26.* [illegible] poſt Boer. *deciſ. 105.* & traditum eſt à Ioan. de Ar[illegible]n. *conſ. 59. incipit, viſa inquiſitione formata,* & Paris. de Puteo *in tract. de ſyndicat. in verb. teſtes ex familia.* Hinc primo loco parentes in cauſa criminali poſſunt, ac debent admitti ad defendendos filios, etiam in præiudicium fiſci. Roland *conſ.* [illegible] *num. 26. & ſequent. vol. 1.* Farin. *de teſtib. quæſt.* [illegible] *num. 108. & ſequent. & num. 117.* vbi ait fratres in criminalibus admitti ad defendend[illegible] fratres, & ad probandam innocentiam, vt etiam volunt Salicet. & Alexand. quos referens ſequitur Dueñas *regul. 383. in 3. limitat. in fin.* & Maſcard. *lib. 1. de probation. concl. 491. num. 7. & concl. 904. num. 7. lib. 2.*

Repelluntur etiam regulariter à teſtificando parentes pro filiis, & filij pro parentibus, text. *in in l. teſtes idoneos. ff. de teſtibus, cap. ſi te*[illegible]*, verſ. Item teſtes idoneos, 4. quæſt. 2.* Bartol. *in l.* [illegible] *iuncta gloſſa ibi, in verb. aduerſus ſe, num. 1. C. de teſtibus.* Maſcard. *de probat. lib. 3. concl. 1148. num. 1. & 2. & num. 13.* Ratio ob amorem, quo [illegible] ſe parentes, & filij proſequuntur. Idem dicitur de matre ſecundùm communem, Bartol. *in* [illegible] *quà teſtamento, §. quæcumque, num. 3.* Bald. [illegible] *in principio, verſ. In ea gloſſ. ibi mat*[illegible] *teſtamenti.* Maſcard. *de probat. lib. 3. concl.* [illegible] *148. num. 4.* ex eadem ratione, quia eadem affectio, quæ reddet in patre erga filios, reperitur in matre, [illegible] fortaſſe non minor, ſed maior, quia fœminæ ſunt promptiores, & faciliores ad amandum, ac etiam faciliores ad peierandum; ergo ſicut pater, mater repelli [illegible] bet à teſtimonio. Item quia appellatione parentis mater continetur, vt dicitur *in l. appellatione parentis,* vbi Rebuff. præſertim *verſ. 3. ff. de verborum ſignificat.* & cautum eſt ab Aretino *in §. pater. col. 2. n. 3. verſ. Quid in matre, inſtit. de te*[illegible]. Campeg *in d. regul. 1. verſ. Tertia habet locum, in tract. de teſtibus.*

Quod adeo verum eſt, vt non admitta[illegible] parentes ad teſtificandum pro filiis, & [illegible] deſcendentibus. Imò nec pro aſcendentibus [illegible] in infinitum. Alber. de Malet. *de teſtibus,* [illegible] *cap. 2. num. 1. verſ. Hoc eſt intelligendum,* Crot. *de teſtib. p. 4. num. 110. verſ. & parentes intellige.* & eſt communis. Quod amplia ad filios na[illegible]rales, ſpurios, & inceſtuoſos, & ad adoptiuos, pro quibus parentes non ſunt teſtes idonei, nec filij pro eiſdem; nam naturales veniunt appellatione filiorum [illegible] *Lucius Titius in teſtamento, §. fin. in fin. ff. de* [illegible] *§. neque illa, in Auth. de trien. & ſem.* de [illegible] & inceſtuoſis loquitur Ioan. Andr. *in ad*[illegible] *ad Specul. in tit. de teſt. § 1. litera F, in addit*[illegible] *cipit. Nec ſufficit indeam. ſuper* [illegible] quem refert, & ſequitur Alexand. [illegible] *quæ rogatus, num. 44. ff. ad Trebell.* Roland [illegible] *fol. 86. num. 69. vol. 1.* & Campeg. *in d. regul.* [illegible] *Quintò habet locum,* vbi ſanè hi nati, do[illegible] etiamſi non ſint nominandi filij, conſiderata [illegible]

ſan[illegible]

Digitized by Google

ſanguinis vi, non debent ad teſtificandum parentes admitti pro illis, neque è cõtra, cùm nemo vnquam carnem ſuam odio habeat, & ſemen ſuum non debeat deſpicere. De adoptiuis idem dicendũ eſt quandiu ſunt in poteſtate adoptantis. Secus ſi iam diſſoluta ſit adoptio. Camp. *d. reg. 1. in 6. & 10 fallent. & in reg. 2. verſ. quarto filij adoptiui* aliis ibi relatis, & Maſcard. *d. concl. 1148. n. 18.* poſt Alber. de Rnia quem ibi refert, ac ſequitur *in p. 1. ſub n. 7. verſ. ſed dubitatur de filio adoptiuo, in tract. de teſtib.* De collateralibus verò an ſint admittendi in teſtes pro ſuis collateralib. negat lex, *teſtes idoneos ff. de teſtib. & l. parentes, C. eod. tit.* vſque ad quartum gradum, propter affectionem, quam præſumuntur habere. Leſſ. *d. cap. 30 dub. 5. num. 37.* & Gom *tom. 3. variar. cap. 13. num. 15.*

Quæres quibus in caſibus admittãtur parentes in teſtes pro filiis, & filij pro parentibus? Reſpondeo primò parentes pro vno filio contra aliũ eſſe teſtes idoneos, quia par affectio erga filios eſt parentibus. Bart. *in l. parentes, n. 5 in fin C de teſtib. & in l qui teſtamento, §. per contrarium, in fin ff. de teſtam.* quem refert, ac ſequitur Crot. *tract. de teſtib. p. 4. n. 5. verſ. fallit, & quartò.* & Maſcard. *lib 3 concluſ. 1148. n. 29.* Reſpõdeo ſecundò admitti parentes ad probãdum ætatem filiorum, & matres præcipuè, text. & ibi gloſſ. *in l. etiam, ff de probat.* & gloſſ. *in d. l parentes, in 1 gl.* & gloſſ. *in cap. ſi teſtes, §. item teſtis idoneus, in verſ. filio, 4 q. 2. & 3.* Aret. *in §. pater, n. 3 verſ quid in matre. inſt de teſtam* Maſcard. *de probat. lib. 2. concl. 668. n. 7. & concl. 1148. n. 14. lib 8.* Oddus Peruſ. *in ſuo tract. de reſt. in integrum, p. 1. q. 37. art. 5. n. 53.* & Alber. de Malet *de teſtib. p. 1. cap. 1. n 9* decidentes tolli omnem ſuſpicionem ex pari affectione parentum erga filios. Reſpondeo tertiò, parentes eſſe teſtes idoneos in cauſa matrimonij pro filiis. Bart. *in l. parentes, in princ. verſ. idem eſt ſpeciale,* & ibi Alber. *n. 4. ad fin. verſ. Item fallit in cauſa matrimonij, C. de teſtib.* Corrad. *in pract §. 2. de off præt. in cauſis ciuilibus, rub. de teſtib parte, perſonas teſtiũ aggrediendo, verb. parentes, poſt n. 44. verſ tertio matrimonio,* & Nell. *de teſt n 7 verſ. quarto fallit in cauſis matrimonialibus.* Quod procedit, quando dubium eſt de ſubſtantia matrimonij, propter affinitatem, ſeu conſanguinitatem Secus ſi quæratur an matrimonium ſit cõtractum, necne, vt videre eſt apud Menoch *de arb. iud caſu 102 per tot* Nam ad matrimonij valorem verius eſt ſufficere quoſcunque teſtes vſum rationis habentes, etiamſi ſint excommunicati, parentes, conſanguinei, ſerui, familiares, & fœminæ, vt plenè probat Sanch. *lib. 3 de conſenſ clandeſt. diſp. 41. n 5* quia in matrimonio adhibentur communi conſenſu contrahentium; item, quia concurrunt cum alio habili, & fide digno, qui ſupplet habilitate ſua inhabilitatem alterius, maximè ſi eſt parochus alter ex teſtibus, qui multum auctoritatis habet in iure, ac proinde valebit matrimonium, quamuis teſtes aliàs non ſint idonei, neque omni exceptione maiores. Henriq. *lib. 11 de matr. c. 3. n. 9.* Spino *ſpecul. teſtam. gloſſ 15. n. 46.* & Veracruz *in appendice ad Speculum per tot. dub 7.* quibus accedunt Sanchez *ſuprà d. num. 5. ad fin.* & Maſcard. *de probat vol. 2. concl. 1028. num. 23.* vbi concludit parentes vtriuſque ſexus in cauſa matrimoniali pro filiis, & filiabus poſſe deponere, quamuis pro eiſdem aliàs non ſint idonei teſtes, vt ſancitum eſt *in cap. videtur, qui matrimonium accuſ. poſſunt,* & habetur *in gloſſ. in cap. ſuper eo, el 2 in verſic. Solutio pater, & mater,* & ibi Hoſtienſ. *in princ.* & Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.

Abbas *n. 8. de teſtib.* quæ gloſſ. loquitur de quocumque alio coniuncto, & teſtatur de communi. Bertrand. *conſ. 299. n. 1. vol. 2.*

Fallit hæc doctrina, & relinquitur arbitrio iudicis, quando parentes deponunt pro filio maſculo contendente vxorem ducere multo ſe ipſo nobilitate, vel diuitiis ſuperiorem. Item, quando vir in vno excedit mulierem & in alio mulier excedit virũ; tunc iudex arbitrabitur, an ſit fides habenda teſtimonio parentum. Menoch. *ſupr. n. 4. & 10.* Eodem modo iudex arbitrabitur, quando manifeſtũ ſit parentes, & coniunctos ſummopere percupere, vt matrimonium ſuper quo deponunt, feliciter compleatur; quia tunc videntur valdè ſuſpecti, & ideo reiiciendi, vt notat Felin. *in d. cap. ſuper eo. de teſtib. col. penult. in fine, verſ. Sed vbi.* Decius *conſil. 310. col. 1. verſ. Primò repellitur;* niſi fortè parẽtes, ſeu coniuncti ſint honeſtæ perſonæ, ac fidei integræ. Iaſ. *conſ. 2. verſ. Quod ſi quiſpiam, n. 18. vol. 2.*

Poſſunt etiam parentes eſſe teſtes pro filiis ingredientibus religionem, ſi ambigitur an ingrediantur animo profitendi, in quo euentu parentes admittuntur in teſtem, *cap. præſens, 20. q. 3.* Nell. *de teſtib. n. 7. verſ. Item pater teſtificatur.* Menoch. *ſupra, n. 11. verſ. Quintus eſt caſus,* quod extendit ad cæteros conſanguineos, & Maſcard. *de probat. concluſ. 1148. n. 15.* vbi volunt teſtimonia parentum audiri ad dirimendum matrimonium ſpirituale, poſt Pariſ. *conſ. 58. n. 34. & ſequent. lib. 4.*

Similiter parentes poſſunt eſſe teſtes in teſtamento filij militis, qui teſtatur de peculio caſtrenſi, Alber. de Malet. *in tract. de teſtib. cap. 1. num. 15.* Corrad. *in pract. §. Secundò. de offic. prætor. in cauſ. ciuil. rubric. de teſtib. in parte, perſonas teſtium aggrediendo, in verbo, parentes, poſt n. 44. verſ. Limita.* Maſcard. *de probat. lib. 3, concl. 1148. n. 20.* poſt Bald. *in ſummar. & in §. quacumque, col. 1 in princ. verſ. Secunda lectura, in l. qui teſtamento, ff. de teſtam.* per text. ibi, *vbi omnes,* & Specul. *in d. tit. de teſtib. § 1 ſub n. 7. verſ. In patris autem teſtamento,* quod eſt verum, ſi filius condat teſtamentum in caſtris, & militia exiſtens de peculio caſtrenſi, vt loquitur d. lex, *qui teſtamento, §. per contrarium.* Tale enim teſtamentum gaudet priuilegio, vt ſuſtineatur abſque ſolemnitate. Quam ob cauſam pater poteſt eſſe teſtis. Secus verò ſi teſtetur extra armorum expeditionem, vt ſentit gloſſ. *in d. §. per contrarium,* quia tunc ſine ſolemnitatibus à iure requiſitis, militis teſtamentum vitiatur. Alber. de Malet. *de teſt. p. 1. c. 1. n. 16.* Maſcard *ſup. n. 21.* Filius tamen non poteſt eſſe teſtis in teſtamento patris; vt volunt communiter ſcribentes *in d. l. qui teſtamento, §. patet contrarium, verſ. Quacumque ff. de teſtam.* Iul. Clar. *§. teſtamentum, quæſt. 55. verſ. Sed nunquid filius,* vbi ex Bartol. & Aret. concludit filium, ſiue emãcipatum, ſiue in poteſtate patris exiſtentẽ, non poſſe eſſe teſtem in teſtamento patris.

Quid dicendum de parentibus in caſu vtriuſque læſæ maieſtatis? Reſpondeo parentes admitti in teſtes contra filios, & filios contra parentes; nã in crimine hæreſis non ſolùm tenentur teſtificari contra, ſed etiam debent denunciare, & accuſare, vt benè probat Maſcard. *de probat. lib. 2. concl. 857. n. 18. & duobus ſequentib.* quamuis aliqui ibi *n. 21.* ab eo relati contradicant, ſed nõ bene, cum praxis contraria ſit vſu recepta, quamuis eã non probet Simanc. *de Cathol. inſtit. tit. 29. n. 40. & ſeqq.* Abul. *Deuter. 13. q. 3.* & alij relati à Sayro *lib. 12. in claui, c. 19. n. 24. verſ. Prima opinio,* vbi volunt, non obligari filios accuſare parentes, vel denunciare, aut 21.

contra eos teſtificari, aut eos in iudicio condemnare, quia ex eo illis graue damnum ſpirituale, & temporale, aut ſaltem temporale ſequutur; fiunt enim infames, & inhabiles ad alia gratia, quæ incommoda inde patiuntur. Bald. *in cap. cum nuncius de teſtib. cogend.* & Syluest. *in verb. denunciatio, quæſt. 1. & verb. correctio, quæſt. 7. ſub fin.* Idem Sayr. *ſupra, num. 26. verſ. Intelligenda verò.* Quæ omnia faciunt hanc partem probabilem, de qua *infra, §. 4. de teſtib. ſingularib. num 86.*

Idem in caſu læſæ maieſtatis docet gloſſ. *in l. id tamen ſuper verbo, nam vt crimen, verſ. Niſi in exceptis criminibus, ff. de accuſat.* Sequitur Maſcard. *ſupra, lib. 2. d. concluſ. 857. num. 10. & 13. & lib. 1. concl. 461. num 9.* Iuuat Gigas *in tract. de crimin. læſæ maieſt. tit. qui accuſ. poſſ. q. 8.* dicens filios propter immanitatem criminis admitti ad accuſandū parentes, & è cōtra. Pro quo etiam facit regul. communis, quæ ſuadet poſſe cogi filios cōtra parentes, & parentes contra filios ad teſtificandum, quando veritas aliter haberi non poteſt, vt in ſpecie ſcripſit de parentibus Alber. de Maler. *de teſtibus, cap. 6. n. 31. ad fin. verſ. & quod plus eſt,* Gom. 3. *var. cap. 12. tit. de probat. delict. num. 24. ad fin. verſ. Aduertendum tamen,* & fratres poſſe cogi ad teſtificandum contra fratres tradit Alber. quando veritas aliter haberi non poteſt, *in d. l. parentes, n. 2. ad fin. verſ. Sed nunquid iſti, C. de teſtib.* Ioan. And. Panorm. & Imol. & ſcribentes communiter *in cap. 1. de teſtib. cogend.* & Farin. *de teſtib. quæſt. 54. n. 103. & 111.* vbi cum Maſcardo *lib. 1. concl. 461. n. 8. lib. 2. concl. 857. n. 16.* concludit in criminibus exceptis præſertim læſæ maieſtatis, & hæreſis poſſe compelli fratres ad teſtificandum contra fratres; & affines, & conſanguineos, contra conſanguineos, & affines; quod etiam prius docuit *ead. quæſt. n. 77.* poſt plures *ibi* relatos quibus adhæret.

12. Quid de aduocatis in cauſis in quibus ſunt aduocati? Eſſe repellendos propter præſumptam affectionem à ferendo teſtimonio deciditur *in cap. ſi teſtes omnes, §. teſtes. quos accuſator, 4. q. 3.* cuius ſunt hæc verba: *Patroni quoque in cauſa cui patrocinium præſtant, teſtimonium non dicant.* Quod etiā habetur *in l. fin. ff. de teſtib.* Quod procedit, tam in cauſa principali, quā in cauſa appellationis. Specul. *in tit. de teſte, §. 6. n. 74. verſ. Item quod fuit in eadem cauſa, & n. 75. verſ. Item quod dixi aduocatum,* Barboſ. *in remiſſ. ad ordin. reg. lib. 3. tit. 55. concl. 7. n. 3.* Camill. Borrell. *in ſum. tom. 2. tit. 15. n. 361.* Suar. inter ſuas receptas opiniones *liter. F, v. 193.* Alber. de Maler *tract. de teſt. cap. 1. num. 44. & cap. 4. n. 4. & ſeqq.* & Nep. de Monte Albano *in tract. except. art. 19. n. 73.* & alij, quos referens ſequitur Maſcard. *de probat. lib. 3. concl. 1358. n. 3. & ſeq.* vbi magiſtraliter decidit procuratores, & alios cauſarum adminiſtratores, etiam finito officio teſtes idoneos eſſe non poſſe, quia ſaltem intereſt ipſorum ignorantiā non detegi, *& n. 14. & ſequenti,* repetit idem propter affectionē, quam ad cauſas habere præſumuntur, ex quibus laus, vel vituperium ſibi reſultare poteſt, ideo aduocati, & procuratores pro ſuis clientulis teſtificari prohibentur vt paulò infrà clarius dicetur.

13. Poſſunt tamen aduocati admitti in teſtem ante ſuſceptum patrocinium, etiamſi ſcirent tempore depoſitionis ſe futuros aduocatos in ea cauſa, non enim eneruabitur eorum teſtimonium, per ſuſceptionem patrocinij ſubſequentem. Alber. de Malet. *de teſtib. cap. 4. n. 4. verſ. Quod verum, & num. 5.* Specular. *in tit. de teſtib. §. 1. n. 74. verſ. Euaneſcit autem.* & Maſcard. *de probat. lib. 1. concl. 66. n. 1.* Item poſſunt eſſe teſtes aduocati in vna cauſa in alia diuerſa, in qua non ſunt aduocati. Maſcard. *ſupra, d. concl. 66. n. 7.* Campeg. *de teſtib. regul. 62. in* [illegible] & Hector Æmil. *de teſtib. p. 1. in verb. aduocatum, n. 11. fol. 01* & in ſpecie docuit Imol. *in cap. cum a nobis, n. 7. ad fin. verſ. Vbi tamen qui eſt aduocatus, extra. de teſtib.* ob quam cauſam in eadem cauſa poſſunt admitti in teſtes aduocati in vno articulo & volunt deponere in alio. Sic in ſpecie Gemin. *in cap. Romana, n. 8. de teſtib. in 6.* & *ibi* Franc. *n. 2.* vbi addit hoc procedere, quando articuli ſunt differentes, & ſeparati, non verò quando ſunt connexi. Sequitur Corrad. *in pract. §. 2. de eſſic. prætor in cauſ. ciuil. tit. de teſt. rubric. perſonas teſtium aggrediendo, verbo, aduocatus, num. 59.*

Similiter poſſunt eſſe teſtes quando inducuntur ab iis, contra quos patrocinium præſtant. Bart. *in l. omnibus, n. 7. in fin. C. de teſtibus.* Bald. *in* [illegible] *verſ. nota aduocatum,* Albet. *n. 2. verſ.* [illegible] *de teſtib.* per gloſſ. *in ead. lege.* Felin. *in cap. cum a nobis, n. 13. verſ. Idem ſi produceretur contra eum, extra. de teſtib.* & Specul. *in tit. de teſt. §. 1. n. 10.* [illegible] *Sicut alias dicitur de aduocato, & n. 77. ver. Hoc autem certum eſt.* Sed melius facient aduocati, ſi in eo caſu à teſtificando ſe retrahant, ſi commodè poſſint. Vertetur enim illius vitio teſtificari in eadem cauſa, contra quem patrocinando aliquando defenderunt, vt notat Hector Æmil. *in tract. de teſtib. p. 1. verb. aduocatus, num. 14. fol. 88.*

Sed quid dicendum de aduocatis, quando vtraque pars vult, vt ipſi teſtificentur? Reſpondeo poſſe admitti in teſtē. Specul. *in tit. de teſtib. §.* [illegible] *n. 75. verſ. Quid ſi aduocatus.* Felin. *in cap. cum a nobis, n. 13. verſ. Idem de conſenſu partium, extra. de teſt.* & Maſcard. *de probat. lib. 1. concl. 66. n. 18.* Quinimò etiamſi pars aduerſa renuat, poſſunt aduocati, ſi ſint probatæ vitæ, & honeſtæ cōditionis, ac famæ, ditioréſque ipſis clientulis, teſtificari, præſertim, quando res ſuper qua litigatur, eſt modici valoris, quia non præſumitur ſimiles aduocatos pro re modica teſtimonium falſum laturos; ideo non eſſe inualida eorū dicta tradūt Maſcard. *d. concl. 6 n. 27.* Aym. *conſ. 56. n. 14.* & Æmil. *de teſtib. p. 1. d. verbo, aduocatus, n. 45.* quia quamuis propter affectionem quam habent ad ſuos clientulos reputentur inhabiles, eorum tamen inhabilitas ob eorum honeſtatem, & probatam vitā purgatur vt ex pluribus probat Maſcard. *de probat. lib. 1. concl. 1160. n. 18. & 19.* vbi ſubdit teſtes inhabiles non probare in criminalibus, niſi deponant in tormentis, ſed nihil hoc ad noſtrum caſum, in quo [illegible] de aduocatis probatæ vitæ deponentibus [illegible] pro re modica in fauorē eorū, pro quibus patrocinantur. 14.

Doctrinā tamen Maſcardi dicētis aduocatos poſſe admitti in teſtes in ſubſidiū pro ſuis clientulis, quando veritas aliter probari non poteſt, dūmodo quæſtionibus ſubijciantur, docuit Innoc. *in cap. in literis, n. 1. extra. de teſtib. cogend.* quem ſequitur Mathes. *ſing. 188. nota quid in ſubſidiū, in fin.* Quibus tamen non adhæreo, eo quod nō ſolent teſtes inhabiles torqueri, niſi quando inhabilitas infamiā cōcernit. Secus ſi ex alio reſpectu inhabilitas prouenit; tunc enim non eſt neceſſaria tortura, ad hoc vt inhabiles admittantur, & probent in caſibus aliàs à iure permiſſis, vt bene ſe explicat Matheſ. *d. ſing 188. Nota quod in ſubſidiū, verſ. Hoc tamē debet intelligi.* Sequitur Boſſ. *tit. de ind. nu.* [illegible] *ad fin.* Paul. Gran. *Theor. 19. n. 15. verſ. Contrarium tamen,* & Carrer. *in pract. in tract. de indic. § in* [illegible] 15.

Ergo

*Ergo ibi, teſtibus ſuperatum, num. 7. & §. vlt. an tepus num. 27.* & ita practicatur.

26. Non tamen prohibentur eſſe teſtes in inſtrumentis ad vocati, & in contractibus. Felin. *in cap. cum a nobis, n. 13. verſ. Fallit in caſu, de teſtib.* Campeg. *eod. tit. regul. 58. in 9. fallent.* Hector Æmil. *in tract. de teſtib. p. 1. verb. aduocatus, n. 37. & 38.* quibus accedit Maſcard. *d. concl. 66. n. 16.* poſt plures ab eo ibi relatos, præſertim Abbat. & Io. de Imol. *in cap. ex literis, n. 2. de tranſact.* Cæterum ſi poſt confectionem inſtrumentorum aduocati adducantur ad comprobationem illorum, non poſſunt admitti ad comprobationem, ſi adhuc eo tempore ſunt aduocati in cauſa. Maſcard. *de probat. d. concluſ. 66. n. 2. in fine, verſ. Primo amplia, & n. 3. verſ. Quid poſtremo, & n. 15. & ſequent.* Albet. de Malet. *in tract. de teſtib. 4. n. 8.* & Aym. *conſ. 57. n. 14.* addens ibi, *niſi ſint aduocati probatæ vitæ, & bonæ famæ, & contentio ſit de re modica*, vt notat Maſcard. *ſupra, n. 17.* Quod ſi tempore, quo inducuntur ad comprobationem inſtrumentorum deſierunt eſſe aduocati, bene poſſunt recipi ad talem comprobationem. Hector Æmil *de teſtib. d. verb. aduocatum, num. 36. fol. 99. p. 1.*

27. Quæres quid dicendum de ſolicitatore. Reſpondeo non poſſe eſſe teſtem in cauſa, pro qua ſolicitat, propter affectionem quam habet ad cauſam & ad dominum cauſæ, argumento *l. deferre, §. idem decreuerunt, ff. de iure fiſci, §. ſi vero & §. quoniam, in Auth. de teſtib.* Albet. de Malet. *de teſtib. cap. 4. n. 18.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 74. n. 6.* Camill. Bortel. *tom. 2. ſummæ, tit. 15. n. 366.* & Maſcard. *de probat. lib. 3. concl. 1318. n. 1. & 2.* vbi probat, alios allegans, ſolicitatorem videri maiorem affectionem habere ad cauſam, quam procuratorem; ergo fortius repellendus eſt quam procurator à teſtimonio ferendo. Quod procedit, etiamſi deſinat eſſe ſolicitator, adhuc enim non poteſt eſſe teſtis, in cauſa, in qua ſolicitauit. Maſcard. ex Anton. de Butr. *in cap. inſuper, de teſtibus*, & ex Socin. iun. [illegible] 9. *n. 18. vol. 1.* ita ſentit *lib. 3. de probat. concl. 325.* & Cortad. *in pract. §. ſecundo, de offic. prætor. in [illegible] ciuil. tit. de teſt. rubr. perſonas teſtium [illegible] edicendo, verb. ſolicitator, n. 61. fol. 98.* & Lanfr. *de teſt. n. 88. verſ. Sed quære nunquid ſolicitator.*

28. Limitat tamen hanc doctrinam Lud. Roman. *conſ. 420. incipit, in propoſita quæſtione*, & Alexand. *conſ. 78. incipit, in cauſa, & lite vertente, col. 3. verſ. Præterea vt dicunt domini, volum. 1.* vbi volunt, non habere locum in ſolicitatore, non habente ſalarium, ideo, poſſe teſtificari cenſent in cauſa in qua ſolicitat. Quod etiam vult Maſcard. *dict. concluſ. 1318. n. 8.* & Surdus *deciſ. Mantuan. 219. ad fin.* Cæterum, *num. 11.* [illegible] *11.* idem Maſcard. *eadem concluſ.* poſt plures docet ſolicitatorem ſalarium non habentem non poſſe teſtificari, quia ex eo, quòd ſolicitet ſine ſalario, multò magis præſumitur ad cauſam affectus, atque ita cenſetur magis ſuſpectus propter affectionem, quam ad cauſam habere præſumitur. Felin. *in cap. cum a nobis, n. 15. de teſtib.* Camill. Borrell. ſupra ſcriptus, *n. 367.* Anfrer. *de reprobat. teſtium, num. 89. verb. ſolicitato, ad fin.* & Cortad. nuper relatus. Mihi tamen videtur dicendum non poſſe repelli à teſtimonio ferendo ſi abſque ſalario, intuitu tamen pietatis ſolicitat in cauſa pupilli, vel viduæ, vel in aliqua alia ſimili; præſertim quando non ratione amicitiæ, aut conſanguinitatis, ſed pietatis, cauſam ſuſcepit ſine ſalario ad ſolicitandum, vt in ſpecie tenet Horatius Mandoſ. *in allegat. ad Roman. d. conſ. 420.* quem referens ſequitur Maſcard. *ſuprà, num. 13.* & hoc modo vtraque opinio amicabiliter componi poteſt.

Limita ſecundò in ſolicitatore honeſtæ vitæ, & bonæ famæ, is enim poteſt teſtificari, vt de aduocato dictum eſt, ac de procuratore dicetur. Roman. *d. conſ. 420. n. 5.* Maſcard. *concl. 1232. n. 27. & 1318. n. 15.* vbi ait ſolicitatorem ſine ſalario ſolicitantem, ſi ſit perſona multum legalis, & fide digna, non repelli a teſtimonio, quemadmodum non repellitur quicumque ſolicitator, etiam ſalariatus, à teſtimonio in alia cauſa, in qua non fuit ſolicitator, ſicut procurator in vna cauſa non prohibetur eſſe teſtis pro ſuo principali in alia cauſa diuerſa, vt tradit Bart. *in d. l. deferre, §. idem decreuerunt, ff. de iure fiſci.* Alexand. *conſ. 253. prope finem, vol. 6.* Anton. Gabriel. *tit. de teſtib. concl. 32. num. 6.* & Maſcard. *ſupra, num. 14.* 29.

Limita denique in ſolicitatore deſignato, & electo a procuratore domini, is enim poteſt teſtificari, cum non ſit deputatus ſolicitator ab ipſo domino, Anfrer. *de teſtib. n. 89. verb. ſolicitator, verſ. Secus ſi eſſet.* Felin. *in d. cap. cum a nobis, n. 15. verſ. Iſtud autem intellige, de teſtib.* Maſcard. *d. concl. 1318. n. 3. & 4.* Confirmatur, quia ſicut procurator a teſtimonio repellitur, non tamen eius familiaris; ſic etiam ſolicitator deputatus a procuratore principalis vt cauſam tradicam ipſi procuratori ſolicitaret, ex eo fundamento, quia ſocius ſocij mei, non eſt meus ſocius, *l. nam ſocius, ff. pro ſocio.* Quæ ſolutio eſt communis, & certa quando agitur da re leui, ſeu de modico præiudicio, tunc enim ſolicitator deputatus a procuratore, bene poteſt eſſe teſtis in cauſa, in qua ſolicitat, ſecus ſi agatur de re magni momenti, ac præiudicij, quia non eſt negandum ſolicitatorem eſſe bene affectum cauſæ pro qua ſolicitat: quæ ſola affectio eſt ſufficiens vt repellatur a teſtimonio, vt latius notant Gemin. *in cap. Romana, n. 7. de teſtib.* & Franc. ibi *n. 9. verſ. Et idem de ſolicitatore*, Maſcard. *d. concl. 1318. n. 3. verſ. Sed facile eſt has opiniones conciliare.* 30.

Quid dicendum de procuratore? Reſpondeo non poſſe eſſe teſtem in cauſa, quam procurat, niſi in caſibus in quibus aduocatus, & ſolicitator teſtes eſſe poſſunt. Ratio, quia ad procuratorem ſpectat cauſa, & ex ea commodum, laudem, & honorem ſperat. Quin etiam domino cauſæ tenetur actione mandati, ſi negligenter cauſam adminiſtret, *l. ſed compa. andum, ff. mandati, l. ſi procuratorem, C. eod. tit.* ergo non poteſt eſſe teſtis procurator in cauſa, quam procurat, quia quodammodo teſtificatur in cauſa propria, propter affectionem, quam ad cauſam habere præſumitur. Bald. *in cap. veniens, & in cap. inſuper, de teſtib.* idem Bald. Abbas, & Felin. *in cap. cum à nobis, eod. tit.* Quod extenditur non ſolum in prima inſtantia, ſed etiam in cauſa appellationis. Bald. *in l. omnibus, num. 3.* & ibi Salicet. *num. 6. verſ. Nec quod fortius eſt in cauſa appellationis, C. de teſtibus.* Nell. *de teſtibus, num. 2. verſ. Et qui non admittuntur*, Maſcard. *de probat. concluſ. 1233. num. 21.* poſt Alexand. *conſil. 254. verſ. Quintus teſtis, volum. 2.* quem referens ſequitur. 31.

Poteſt tamen procurator, & aduocatus in cauſa poſſeſſorij admitti in teſtem in petitorio, vt de procuratore ait Felin. *in cap. cum a nobis, num. 14. de teſtib.* Decius *in cap. inſuper, num. 30. eod. tit.* vbi generaliter de aduocato, procuratore, & ſolicitatore. Campeg. *de teſtibus, regul. 62. in 9. fallent.* Bald. *in d. l. deferre, §. idem decreuerunt, §. de iure fiſci.* 32.

ex ea ratione, quia cauſa poſſeſſorij, & petitorij, non eſt eadem, ſed diuerſa; ergo procurator in cauſa, in qua fuit procurator, prohibetur eſſe teſtis, nō verò in alia cauſa, quam non procurat. Facit Bald. *in l. moribus, C. de teſtib.* vbi dicit procuratorem in vno articulo tantùm poſſe admitti in teſtem in cæteris articulis; quod etiā docet Io. And. & Frāc. *in cap. fin. de teſtib.* Ergo procurator, & aduocatus in petitorio poſſunt eſſe teſtes in poſſeſſorio, vt vult Imol. *in d. cap. cum a nobis. de teſtib.* & in ſpecie de aduocato Ant. de Butr. *in d. c. cū a nobis, n. 12. ad fin.* Ripa *in l. naturaliter, n. 18. verſ. quarto infertur, ff. de acq. poſſ.* & Hector Æmil. alias ibi relatis *in tract. de teſtib. verb. aduocatus, n. 29. fol. mihi 96.*

13. Non tamen inde inferas procuratorem in vna cauſa poſſe indiſtinctè teſtificari in alia; quia id procedit in cauſis diuerſis; ſecus in cauſis connexis. Nam in his procurator in vna prohibetur etiā in alia connexa teſtimonium ferre, Hector Æmil. *de teſtib. p. 1. verb. aduocatum, n. 21. verſ. Limitatur prædicta opinio, fol. mihi 91.* Maſcard. *de probat. d. concl. 1233. n. 20.* & Franc. *d. cap. fin. de teſtib.* vbi hoc extēdit ad articulos connexos. Secus quando ſunt diuerſi, quod etiam docuit Iaſ. *in rub. C. de procur.* & Auffret. *de reprobat. teſt. n. 83. ad fin. verſ. Item in eadem cauſa*; quæ reſtrictio videtur communiter recepta, quamuis minùs bene eam mordeat Conrad. *in pract. §. 2. de offic. prætor. in cauſ. ciuil. tit. de teſtib. rubr. perſonas teſtium aggrediendo, verb. procurator, n. 6. verſ. Ad primum nō puto verum, fol. 97. col. 2. in fin.* vbi definit etiamſi articuli ſint diuerſi, nō poſſe procuratorem vnius articuli eſſe teſtem in reliquis, etiamſi eos non procuret; eo quòd affectio vnius articuli, quem procurat, extenditur ad alios, & ad totam cauſam. Mihi tamen oppoſitum magis placet, nempe procuratorem in vno articulo, poſſe admitti in teſtem in alio diuerſo, non tamen fore teſtem omni exceptione maiorem, neque integræ fidei. Quod ſi articuli ſint connexi, & cauſæ; tunc omnino a teſtimonio remouendum eſſe procuratorem. Franc. *in d. c. Romana, de teſt. n. 2. in 6.* & Maſcard. *ſup. concl. 1233. n. 22.*

14. Si verò contingat procuratorem reuocari lite pendente ad effectum, vt teſtificetur, adhuc non poteſt eſſe teſtis, quia præſumitur fraus, etiā quando non conſtat propterea fuiſſe reuocatum. Felin. *in cap. cū a nobis, n. 14.* & ibi Ant. de Butr. *n. 13. verſ. Teneas tamen, de teſtib.* Maſcard. *de probat. concl. 1233. n. 6.* Ratio, quia propter affectionem prohibetur teſtificari; in qua etiam ſententia fuit Socin. Iun. *conſ. 89. num. 18. vol. 1.* præſertim ſi procurator ſperet commodum, vel incommodū ex ea cauſa, in qua fuit procurator. Confirmatur ex eo; quòd procurator in principali non poteſt eſſe teſtis in cauſa appellationis, etiam quando non ſperat commodum, vel ſaltem propter ſuſpicionem affectionis, vt volunt Socin. iun. *d. conſ. 89. num. 18.* & Alexand. *conſ. 134. num. 7. vol. 2.*

Quod ſi huic doctrinæ aduerſetur Bald. *in cap. inſuper. de teſtib.* tradens procuratorem functum officio ſuo non prohiberi teſtificari, cùm iam ad illum negotium non pertineat; Reſpondenti procuratorem finito etiam officio non poſſe eſſe teſtem in cauſa in qua procurauit, vt notat Maſcard. *lib. 3. de probat. concl. 1358. n. 4.* quia ſaltem intereſt ipſius ignorantiam non detegi; qua ratione, etiam finito officio reprobatur eſſe teſtis. Corn. *conſ. 126. n. 12. vol. 3.* Ruin. *conſ. 105. n. 6. vol. 6.* Quibus accedit Imol. relatus per Albet. de Malet. *in tract. de teſtib. c. 4. n. 16. verſ. Imola tamen tenet,* & Gabr. *tit. de teſtib. concl. 1. n.* [illegible] *lib. 1.* & multo magis, ſi [illegible] depoſitione procuratoris, commodum, vel incommodum, [illegible] vel vituperium illi accidat. Quin ad etiamſi nihil commodi, vel incommodi, [illegible] laudis, honoris procuratori veniat, q[illegible] Bartol. *in l. omnibus, n. 7. C. de teſtib.* & F[illegible] *n. 4. verſ. Sed ſi de alio articulo, C. etiam, de teſtibus,* opinentur procuratorem fini[illegible] poſſe teſtificari in cauſa, quam procurauit; adhuc tamen mihi in animo non ſedet procuratorem in [illegible] cauſa eſſe teſtem integrum, & omni exceptione m[illegible], cum deponat de eo, quod ipſe fecit, & propter affectionem ad cauſam, quæ adhuc durat, in qua ipſe procurauit. Ergo non eſt teſtis omnino [illegible]ger, prout vult Aymo *conſ. 56. n. 4. lib.* & Hector Æmil. *de teſtib. p. 1. verb. aduocatus, n. 21. fol. 8*[illegible] *fin.* & Farin. *de teſtib. in ſimili de aduocato, quæ*[illegible] *n. 15. & ſequenti.* Quare dicendum eſt, procuratorem reuocatum lite pendente, non poſſe admitti in teſtem, propter rationes ſuperius allatas, reuocatum autem ante litem conteſtatam poſſe teſtificari ſicque in noſtro caſu accipiendum eſſe Bald. *in d. c. inſuper. de teſtib.* & ſic vtramque partem componit Anton. Gabriel, *in ſuis concluſ. lib. 1. tit. de teſtib. concl. 10. n. 10.* & Maſcard. *d. concl. 1233. n. 13.*

Quæres quid dicendum de procuratore generali deputato à principali ad omnes cauſas? [illegible] *in d. cap. inſuper, n. 1. verſ. Ergo idem in generali procuratore. de teſtib.* tradit non per hoc prohiberi teſtem eſſe in cauſa, in qua non procurauit dummodo non acceptauerit in ſpecie mandatum [illegible] ea cauſa. Sequitur Albet. *in l. deferre, n. 2. ff. de iur.* [illegible], & colligitur ex traditis a Camil. Borrel. *in ſum. deciſion. 2. tit. 13. de teſt. reprobat. n. 364. ver*[illegible] *procuratorem,* vbi concludit ex Guido Pap. *in ſtatuto, ſi quis per literas, §. communi æſtimatione, n. 18.* procuratorē in cauſa per ipſum non agitata poſſe admitti in teſtem, nec recuſari poſſe. Ex qua reſolutione ſequitur ſi ab vno principali deputentur duo procuratores in diuerſis cauſis, poſſe quemlibet eorum teſtificari in cauſa alterius. Sic Bald. *in d. cap. inſuper. de teſtib. n. 1. verſ. Dicit Innocentius,* & Campeg. *de teſtib. regul. 62. in 11. fallen.* 15.

---

## §. II.

### *De teſte vnico, & quam habeat obligationem ad teſtificandum de iis, quæ ſub ſecreto nouit?*

### EPITOME.

36 *Secretum quidnam ſit, & quomodo diuidatur, & ſubdiuidatur.*

37 *Secretum commiſſum, vt tale dicatur quid requirat, & quæ officia de ſe pariant ſecretum ſecretum.*

38 *Teſtificari nemo poteſt de his, quæ nouit ſub ſecreto ſacramentali confeſſionis.*

39 *Quod extenditur ad illum, qui mediante ſacrilega confeſſionis reuelatione aliquid cognouit.*

40. & 41 *Secreta commiſſa alicui facto priùs ſigno crucis, & præmiſſa confeſſione generali, an poſſint reuelari.*

42 *Secretum propriè commiſſum non eſt reuelandum, etiamſi delinquentes laborent infamia.*

43. & 44 *Secretum commiſſum, ſi poſtea alia via cognoſcatur*

*cognoſcatur, eſt aperiendum iudici iuridicè interroganti, non tamen reuelandum eſt extra iudicium.*

45 *Secretum commiſſum ſub iuramento, ſi vrgeat contra bonum commune, aut contra tertium, eſt aperiendum.*

46 *Secretum commiſſum de delicto iam facto tendente tantum ad puniendum, non eſt reuelandum.*

47 *Et quid ſi iudex procedat via accuſationis, ſeu inquiſitionis.*

48 *Secreta reuelantes, quibus pœnis puniri debeant.*

49 *Literas aperientes ſine rationabili cauſa quomodo peccent, & an habeant obligationem reticendi ſecreta in eis contenta.*

50 *Aperientes literas de iure Luſitano miſſas ad Regem, & Reginam, & ad Principem, quas pœnas incurrant.*

51 *Apertio literarum quando ſit caſus reſeruatus inter regulares.*

52 *Religioſi reuelantes ſecretum ſui ordinis intra, & extra ordinem, quibus pœnis ſint afficiendi.*

53 *Homicida quam habeat obligationem, quando homicidium alteri imputatur.*

54 *Secretum an poſſit reuelari ad euitanda propria tormenta.*

55 *Secretum reuelare crimen vni, vel duobus teſtibus viris grauibus, qui nemini ſunt dicturi, quale ſit peccatum.*

SECRETUM authore Soto *de tegend. ſecret. memb. 1. q. 1. in princ.* & Nauar. *in ſum. c. 18. n. 51.* dicitur illud, quod à tam paucis ſcitur, vt neque notorium ſit, neque famoſum. Diuiditur autem à Soto *memb. 3. q. 4. ante primam concluſ.* in alienũ, & proprium. Alienum ſubdiuiditur in ſacramentale, & ſæculare. Rurſus ſæculare ſecretum partitur in ſecretum commiſſum, cuius celatio promittitur alteri, expreſsè, vel tacitè, quatenus ex modo dicendi colligitur, vt ex circumſtantiis ſecretum exigi; quamuis nulla fiat expreſſa mentio, vt promiſſio de ſecreto tegendo, prout volunt Sot. & Nauar. *ſupra.* Et in ſecretum non commiſſum ſeu nudum, vt aliqui vocant, quod reperitur, & obligat ſine vlla promiſſione, etiam tacita, ſcientem, qui fortè caſu vidit rem fieri, aut audiuit. Hoc tamen ſecretum obligat ad ſeruandum, & celandum, quatenus eius detectio, & reuelatio præiudicat corpori alicuius, honori, vel famæ, aut fortunis alicuius. Vtrumque tamen ſecretum, tam commiſſum, quàm non commiſſum poteſt dici ſecretum naturale, quia vtrumque fundatur in lege naturæ; illud nempe in lege naturali de præſtandis promiſſis ſeruandiſque; hoc autem in lege naturali de nõ inferendo proximis damnum, inquantum quilibet ea natura rei tenetur nihil facere, quo proximi lædantur. Vnde peccat contra iuſtitiam, quiſquis illicitè illud reuelat, ac tenetur ad reſtitutionem damnorum conſequentium; puta, ſi quis Theſaurum alicuius, in caſu nouit latere in aliquo loco, reuelet alteri, & ex ea reuelatione furtum ſequatur. D. Antonin. *1. p. titulo 1. cap. 12. §. 5.*

37. Porrò ſecretum cõmiſſum, vt dicatur tale, opus eſt, vt qui rem promiſit ſe celaturum, id faciat antequam rem cognoſcat. Nam ſi promiſſio ſuperueniat, nõ dicetur propriè commiſſum; refert autem plurimum, ſuperuenerit ne promiſſio, an præceſſerit rei notitiam; nam ſuperueniẽs non facit, vt qui

*Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.*

aliàs tenebatur reuelare rem à ſe viſam antea, non poſſit eam manifeſtare, cum nec etiam iurata promiſſio poſſit eſſe vinculũ iniquitatis. Solum enim per iuramentum ſuperadditũ, efficitur, vt qui aliàs tenebatur ſeruare ſecretũ, ea via teneatur fortius; & item vt is, qui abſque peccato poterat illud reuelare, ea via teneatur illud reticere. Non ſic autem habet in omnibus ſe promiſſio præcedens ſecretum commiſſum, vt ex dicendis patebit, ſiue illa ſit explicita, ſiue implicita tantùm, qualis cenſetur ſubeſſe, quoties quis ſecretum ſuum alicui aperuit ob remedium, conſilium, vel ob amicitiã, ſeu ſolatium. Quo etiã modo, medicis, chirurgis, obſtetricibus, aduocatis, & ſimilibus pro remedio adhibendo, vel conſilio capiẽdo, vel pro ſolatio ab amicis petendo multa arcana, ſeu ſecreta deteguntur, quæ omnia veniunt nomine ſecreti commiſſi. Habent quippe hæc officia ſecretũ hoc implicitè annexum, maximè ſi in partis præiudicium vergat ſecreti reuelatio. Sayr. *in claui, lib. 12. cap. 10. de obligat. teſtium, num. 18. verſ. Hinc inferunt.*

His poſitis concluſio ſit. De his, quæ quis nouit ſub ſecreto, ſeu ſigillo ſacramentali, in nullo vnquam euentu teſtificari poteſt, aut aliquid reuelare ſine expreſſa licentia pœnitentis. D. Th. *in 4. diſt. 21. q. 3. & 2. 2. q. 70. art. 1. ad 2.* Caiet. *ibi, in fin.* Aragon. *ibid. in ſolutione ad ſecundum argumentũ D. Thomæ.* quamuis ſecreta commiſſa in confeſſione verè ſacramentali redundent in detrimentum, ac damnum vniuerſi orbis. Sic præcitati; quibus accedunt Anton. *p. 3. tit. 1. c. 19. §. 7. in fin.* Sylueſt. *verb. teſtis, q. 8. verſ. Secundum.* Nauar. *in cap. inter verba, 11. q. 3. concl. 6. corol. 63. n. 707.* Sot. *lib. 5. de iuſt. q. 7. art. 1. ad primum, & in relect. de tegend. ſecret. membr. 1. q. 2.* Ratio, quia, quæ ſciuntur hoc modo, à ſacerdote cognoſcuntur non vt ab homine, ſed vt à Dei miniſtro, & vt talis non tenetur obedire iudici præcipienti vt teſtificetur de iis, quæ nouit in confeſſione ſacramentali. 38.

Amplia non ſolùm ad eos, qui immediatè delictum aliquod, vel defectum in eo foro nouerint, ſed ad illos, qui mediatè, & remotè ex ſacrilega confeſſionis reuelatione aliquid perceperint, vt res tranſeat cum ſuo onere, *cap. ex literis de pignoribus, & l. 2. & 3. C. quibus cauſis pignus.* Atque ita non poterunt quidquam aperire iudici etiam ſub iuramento interroganti, quia de ſic cognitis non poteſt iuridice interrogare, neque ex tali notitia poteſt ſine iniuria ſacramenti ad punitionem procedere, vt ex Theologis tradunt Sot. *in 4. diſt. 21. q. 2.* Ledeſm. *ſecunda quarti, q. 10. art. 3. dub. 1.* Sot. *memb. 3. q. 4. concl. 2. & ſequẽt.* & ex Iuriſtis Nauar. *in cap. ſacerdos, de pœnitentia, diſt. 6. n. 44.* Bald. *in l. archigerontes, C. de Epiſc. audient.* Abbas *in cap. ſi ſacerdos, de officio ordin.* & *ibi* doctores, & alij quos referens ſequitur Gom. *tom. 3. var. cap. 13. de tort. reor. n. 9.* Vnde ſicut confeſſarius admiſſus in teſtẽ interrogatus etiam cum iuramento de iis, quæ audiuit in confeſſione, poteſt licitè, & ſecurè deponere, ſe nihil ſcire, quia nõ dicitur ſcire vt homo, ſed vt Deus, & eius miniſter, vt *in cap. dilectus, de exceſſ. prælat.* & *ibi* gloſſ. ordinar. Sic etiam poteſt deponere ſciens ex reuelatione ſacrilega confeſſionis dicendo ſe nihil ſcire. 39.

Quod ſi quis accedat ſacerdoti, nõ ad confitẽdũ delicta ſua, ſed ad manifeſtandũ aliquod ſecretũ, facto priùs ſigno crucis, & præmiſſa confeſſione generali, non propterea eſt confeſſio ſacramentalis, obligat tamen ſub ratione ſecreti naturalis, quia non acceſſit animo ſe accuſandi, & accipien- 40.

di beneficium abſolutionis, ſed vt arctiùs obligaret ad ſecretum tegendum, Sot. *de tegend. ſecret. memb. 2. q. 7. concl. 4. & memb. 3. q. 3. concluſ. 2.* Tabien. *verb.* [illegible] *num. 18.* Sayr. *d. lib. 12. cap. 16. de veo, num. 14. verſ. Notandum eſt,* [illegible] *n. 15. verſ. Quodam autem vulgo, & cap. 10. n. 12. verſ. Dixi in con-*

41. *feſſione.* Sicut non eſt confeſſio ſacramentalis, in qua pœnitens ficté, & ſimulaté accedit animo inducendi confeſſarium in aliquem errorem, vel peccatum, cùm ſit perſuaſio ſimulata erroris, ſeu peccati, non verò confeſſio; atque ita non obligat ſigillum ſacramentale, vt bene notat Salon. 2. 2. *quæſt. 70. art. 1. ad ſecundum, concl. 5.* Sayr. *d. n. 12. verſ. Dixi in confeſſione.* Faciunt tradita à Gomeſ. *cap. 13. num. 9 per totum.*

42. Illud etiam certi iuris eſt, quod ſecretum propriè commiſſum alicui, non ſit reuelandum, etiamſi à iudice ſub iuramento reuelari iubeatur, & quamuis delinquentes laborent infamia, niſi ex occultatione aliquod periculum Reipublicæ impendeat, ſiue corporale, ſiue ſpirituale, aut graue damnum alicui priuato, quod aliter nequeat impediri, quod vel eſt in fieri, vel aliquo modo pendet in futurum. D. Thom. 2. 2. *quæſt. 70. art. 1.* Syluest. *verb. teſtis, quæſt. 8.* Nauarr. *in ſum. cap. 18. n. 60. cap. inter verba, n. 800. & in d. cap. ſacerdos, diſt. 6. num. 2. 3. & 24.* D. Antonin. *2. p. tit. 1. cap. 29. §. 7.* quidquid aliter videatur ſentire Sot. *de tegend. ſecret. memb. 2. q. 7. concl. 4.* Probatur primò ex illo prouerb. 11. *Qui ambulat fraudulenter,* &c. *qui autem fidelis eſt, celat amici commiſſum.* Deinde, quia ſeruare ſecretum commiſſum ex obiecto eſt de iure naturali, non ſolùm quando neceſſitate aliqua committitur, ad capiendum, putà, conſilium, ſed etiam quando ex animi leuitate, alioquin turbaretur pax, & tranquillitas conuictus humani, nec non tolleretur de medio fidelitas promiſſionum, pernecessaria humanæ ſocietati. Cùm ergo huiuſmodi iuri naturali nequeat præiudicare iudicis præceptum, ſequitur tale ſecretum reuelandum non eſſe à teſte, ſiue à teſtibus illud ſcientibus, quantumuis iudex alias legitimè procedat interrogando teſtes. Quare poſſunt in teſtem vocati, quando aliter, niſi per ſecretum rem cognoſcunt, amphibulogicè reſpondere dicendo ſe neſcire, ſubintelligendo, ad hoc vt teneantur dicere, cum non teneantur manifeſtare ea, quæ ſunt ſub ſecreto; imò niſi paruitas materiæ excuſet reuelare ſecretum, eſt mortale. Caiet. 2. 2. *quæſt. 70. art. 1. ad fin.* Aragon. *ibid.* Nauarr. *in manuali, cap. 18. n. 51. verſ. Dico tertio, & verſ. Dico quintò.* Quod verò ſit mortale peccatum, conſtat ex D. Th. 2. 2. *quæſt. 33. art. 7.* dicente grauius eſſe peccatum, infamare proximum, quàm furtum facere; quia honor præſtat diuitiis, iuxta illud prouerb. 22. *Melius eſt nomen bonum, quàm diuitiæ multæ;* ſed furtum ex ſuo genere eſt mortale peccatum; ergo reuelare ſecretum per quod denigratum nomen bonum eſt.

43. Dictum eſt *id, quod per ſolum ſecretum,* &c. Quoniam ſi ſecretum poſtea alia via cognoſcitur ab eodem, erit ſine dubio reuelandum iudici interroganti legitimè. Pactum namque tam expreſſum, quàm implicitum de ſeruando ſecreto commiſſum, obligat ſolùm ad occultandum eam notitiam quæ ex eodem ſecreto fuit obtenta; atque ſi id aliunde, & alia via cognouit, qui in teſtem vocatur, non debet occultare. Similiter ſi quis vidit aliquem deliquiſſe, & cum eo celebrauit pactum etiam iuramento, de non reuelando illum; nihilominus, ſi iudex iuridicè [illegible] via accuſationis, inquiſitionis, aut [illegible] nis, & te eum tenet tegere vt [illegible] tenetur [illegible] men detegere, non obſtante promiſſione [illegible] de non reuelando, vt cum aliis tradit Nauarr. in *cap. inter verba, 11. quæſt.* [illegible] *corol.* [illegible] *num.* [illegible] de mente D. Thom. *ſupra, art. 2.* Alioquin iuramentum eſſet vinculum iniquitatis, contra [illegible] *quanto, de iureiur.*

Quare quamuis ex ſuperueniente iuramento, ſeu promiſſione iurata tenearis celare teſtem [illegible] iudicium, in iudicio tamen præcipiente iudice, ſeu interrogante iuridicè, teneris manifeſtare, ſi alioquin ſublato iuramento, ſeu relicta promiſſione tenebaris illum aperire iudici roganti iuri[illegible] 44.
Nec enim ſuperueniens iuramentum, ſeu promiſſio potuit præiudicare iuri, quod iudex habebat [illegible] terrogandi te ipſum, ea de re, vbi primùm à te cognita fuit ante tuam pactionem. Quod tamen [illegible] non habet iudex ad interrogandum, de ſecreto [illegible] bi propriè commiſſo, cùm non aliter tibi commitatur, niſi ex pacto, quod nemini [illegible] ta[illegible]ma. Pactum autem hoc licitè initur, & [illegible] pa, non poteſt violari, vbi nec Reipublicæ, [illegible] proximi damnum, cui neceſſariò occurrendum [illegible] interuenit; tunc enim ſi aliquod periculum [illegible] duobus contra bonum commune, vel contra innocentiam alicuius tertij ſecretum commiſſum etiam ſub iuramento factum reuelandum eſt. Sic D. Th. 2. 2. q. 70. *art. 1. ad 2.* & ibid. Banch. Salon. & Arag. Innoc. *in cap. qualiter, & quando el 1.* & Panorm. *ibi. de accuſat* Syluest. *verb. inquiſitio primo, q. 7. verſ. Secundum, & in verb. teſtes, q. 8* [illegible] *cundum, & verſ. Tertium.* Quia non eſt obligatorium contra bonos mores iuramentum [illegible] tum, *de regul. iur. in 6.* Nauar. *in d. c. inter verba, 11. q. 3 concl.* [illegible] *corol. 64. n. 703. & corol.* [illegible] Sot. *lib. 5. de iuſt. q. 7. art. 2. ad primum,* [illegible] *de tegend.* [illegible] *memb. 2. q. 7. poſt concl. 3. dub. 4.* Ratio, quia [illegible] quæ pendent in futurum, & contra bonum commune, vel contra innocentiam alicuius tertij, quilibet accuſare, vel ſaltem denunciare tenetur; ergo etiam teſtificari, & illa detegere de iure naturali, ſi alia via, & modo non poſſunt impediri.

Quæſtionis eſt, quando ſecretum commiſſum 46
eſt de delicto iam facto, & nullo modo in futurum pendente, quod ſcientes non tenentur denunciare, aut accuſare, & iudex duntaxat inquirit ad [illegible] niendum, & non ad occurrendum damnum alicui commune, vel tertiæ perſonæ, nec vt pro damno illato, vel pro iniuria aliquid compen[illegible] hoc caſu debeant ſcientes reuelare [illegible] obſtante iuramento, ſeu fide promiſſa [illegible] ſeruando? Sot. *lib.* [illegible] *de iuſt. q.* [illegible] *art. 2.* [illegible] *primum,* opinatur non teneri ſcientes reuelare [illegible] cedenti via inquiſitionis, teneri tamen, [illegible] cuſationis procedat, & interrogentur [illegible] ſcientes, vt teſtes. Cui videtur [illegible] Arag. 2. 2. *q. 70. art. 1. in reſponſione ad ſecundum argumentum D. Thom.* quatenus ait in hoc caſu, in q[illegible] reperitur accuſator, & vnus teſtis, tale [illegible] non eſſe occultum, neque ſecretum teſti [illegible] terrogato, ac proinde teneri veritatem [illegible] iudici legitimè interroganti.

Cæterùm dicendum eſt non teneri [illegible] ſub 47
ſecreto crimina illa prodere, nec reſpondere [illegible] cundùm mentem interrogantis [illegible] ſiue procedat via accuſationis, ſiue inquiſitionis, quia ea [illegible] licta non redundant in præiudicium [illegible] alterius, ſed tendunt in punitionem delinquentis. Ita

Sic

Syluest *verb. teſtis, quæſt. 8. verſ. ſecundum*, Nauar. *in cap. inter verba 11. quæſt. 3. concluſ. 6. coroll. 66. n. 801. verſ. ſeptimo, & in manual. c. 18. n. 52. verſ. dico tertio, & cap. 25. n. 42.* Angel. *verb. teſtis, §. fin.* Sa *in ſum. verb. indicium actus, §. de teſt. num. 6.* poſt plures ibi relatos. Nec obſtat ſententia Bonauent. *in 4. diſt. 21. part. 2. diſtinctionis, art. 2. q. 3. in fin.* vbi vult accipientem aliquid ſub ſecreto non obligari, niſi ſub conditione, ad illud occultandum, nempe niſi ſuperior interroget, illi verò interroganti teneri reuelare. Quæ ſententia, vel eſt neganda omnino, vel admittenda, quando ſecretum commiſſum vergit in damnum religionis, vel alterius, ſi non manifeſtetur. Quòd ſi in neminis damnum redundet, ſed ſolùm in ponitionem delinquentis, nullo modo eſt reuelandum, etiam mandante prælato.

Ratio, quia ſecretum commiſſum eſſe ſeruandum eſt iuris naturalis, & maximè conducere pro fama, & honore, ac bonis proximi conſeruandis. Obedire autem iudici legitimè interroganti eſt præceptum in hoc caſu repugnans iuri naturali, & inferius illo; ergo maius præceptum eſt ſeruandum, quando duo ſibi inuicem pugnantia concurrunt, & omittendum eſt illud de obediendo ſuperiori, cùm nihil poſſit homini præcipi contra id, quod eſt de iure naturali. Pro qua ratione facit tradita à Sayro *in claui lib. 1. cap. 13. num. 10.* vbi concludit concurrentibus duobus præceptis, obediendum eſſe illi, quod arbitrio viri prudentis potiorem vim obligandi habet; idque multis exemplis ibi probat, & in ſpecie *lib. 12. cap. 14. num. 29. verſ. tertius eſt*, vbi indiſtinctè reuelare rem ſub ſigillo ſecreti acceptam tradit eſſe mortale etiamſi in particulari præcipiatur ſcientibus, ſub excommunicatione, vel iuramento, vt dicant, quamuis in teſtes vocentur, & præcedente etiam infamatione, aut ſemiplena probatione, addens ad damnum etiam reſtituendum teneri. Fundamentum illius, & multorum, quos ibi referens ſequitur, eſt, quod ſuprà ſcilicet ſeruare ſecretum eſt de iure naturali, contra quod præceptum hominis nihil poteſt.

48. Sed quæres qua pœna plecti debeat, qui amici ſecreta fidei ſuæ commiſſa reuelat? Reſpondeo iuxta rei grauitatem puniendum pœna falſi, *l. 1. § is qui, depoſita ff. de falſo.* Decian. *lib. 7. cap. 17. num. 8. tract. crimin.* Aldreto *de relig. diſciplin. tuend. lib. 2. cap. 17. §. 3. num. 24.* vbi ſubdit aperientem literas ſigillatas, & ſecreta in eiſdem contenta manifeſtantem pro ſecreti grauitate, & damno illato pœnis condignis tanquam falſarium affici debere; quæ eſt opinio Bartoli *in l. qui teſtamentum, ff. ad l. Cornel. de falſi.* Iul. Clar. *lib. 5. §. falſum, verſ. aperiens.* Decian *ſupra, lib. 7. cap. 18. num. 46.* Confirmatur ex traditis à Medin. *de inſtruct. lib. 2. cap. 14. §. 36.* & Tolet. *lib. 2. cap. 4. n. 458.* dum aſſerunt regulariter eſſe mortale alienas literas aperire ſine cauſa rationabili, quatenus qui aperit, exponit ſe periculo ſciendi indebitè graue alicuius ſecretum, quamuis poſtea ſcripta res parui eſſe momenti deprehendatur. Quando verò nullum tale periculum ſubeſſet, nullumve detrimentum iuſtè timeretur ſecuturum, tam leuis poteſt eſſe iniuria ſpectatis circunſtantiis, vt ſolùm ſit peccatum veniale literas aperire. Syluester *verbo falſarius, quæſt. 1.* & Nauar. *in d. cap. ſacerdos, num. 10.* Sa *in ſum. verbo, litera, num. vnico.*

49. Dictum eſt *ſine cauſa rationabili*, quia ea intercedente nullum erit peccatum apertio, aut lectio earum. Nam in primis prælati regularium vtriuſque ſexus quando lege, vel ſtatuto cautum fuerit, poſſunt eas aperire, ac legere, vt communiter ſentit Nauar. nuper relatus, tam ſcribentium ſubditorum, quam eorum, ad quos ſcribitur. Similiter parentes literas miſſas ad filios, ſeu filias, aut filiis, & filiabus, quandiu ſub patria poteſtate exiſtunt, ad alios poſſunt aperire, ac legere. Nec non mariti literas ad vxores, & vxorum ad alios. Idemque poſſe vxores erga maritos tradit Nauar. *cit. num. 19.* Item officiales publici poſſunt tempore belli in regnorum confinibus, aut quoties ex graui cauſa ita iudicatum fuerit bono communi expedire; quamuis pro certo cognouerint nihil in literis contineri, quod Reipublicæ noceat, teneantur à lectione deſiſtere, quia ſolum eis licet, quantum ſatis eſt, vt bono communi proſpiciatur, teneanturque ſeruare ſecreta ibidem inuenta. Quin etiam priuatis hominibus eodem iure licet aperire literas inimicorum ſuorum à quibus timent aliquid mali ſibi iniuſtè parari, non tamen licet plus in illis legere, quàm ſit ſatis ad tale damnum iniuſtum cauendum. D. Antonin. & Syluest ſuprà ſcripti & Nauar. *in ſum. cap. 18. n. 53. ad fin. argum. cap. cum ceſſante, de appellat.* Sà *d. verb. litera*, Valer. Regin. *in praxi fori pœnitent. lib. 24. num. 119. & num. 120.* Emanuel Roder. *de regular. tom. 2. quæſt. 55. art. 3.* Leſſius *de iuſtit. lib. 2. cap. 12. dub. 18. num. 131. cum ſequentib.* & alij, quibus adhæret Barboſ. *in remiſſ. ad ordin. reg. Luſitan. lib. 5. tit. 8.*

De iure tamen Luſitano *lib. 5. ordin. tit. 8.* aperientes literas ad Regem miſſas, & reuelantes earum ſecreta, quæ pertineant ad cuſtodiam, ſeu defenſionem ipſius Regis, regiique ſtatus, aut Reginæ, aut Principis, aut ipſius regni, pœna capitali puniuntur; qua etiam pœna plectuntur aperientes literas regias manu regia ſubſcriptas, ſimilia ſecreta continentes, eaque reuelantes ex quibus aliquid mali Regi, Reginæ, Principi, aut regno poſſit accidere. Quod ſi aperiant ſuprà dictas literas, non tamen ſecreta reuelauerint, ſi fuerint nobiles, acta omnium bonorum publicatione, in Africam perpetuo exilio mandentur: ſi verò ſint inferioris conditionis, vltra perpetuum exilium publicè verberibus cædantur. Eiſdem etiam pœnis punientur aperientes literas Reginæ, ac Principis, & earum ſecreta reuelantes, eo modò, quo de literis regiis dictum eſt. Pro reliquis aperientibus literas inferiorum conſule eandem ordinationem per totum titulum octauum, vbi mitiores, ſed graues tamen inferiorum literas aperientibus pœnæ decernuntur. Barboſ. *d. tit. 8. ad principium. in text. ibi, que abrir noſſa carta.* 50.

Ex quibus conſtat quàm graue peccatum ſit ex genere ſuo aperire literas alienas; quod etiam apparet ex decreto Clementis VIII. ſuper reſeruatione caſuum regularibus impoſita, inter quos numeratur apertio literarum à ſuperioribus ad inferiores, & ab his ad illos: atqui non ſolent reſeruari regulariter niſi mortalia, vt præter alios obſeruat Henriq. *lib. 3. de pœnit. cap. 14.* ergo &c. Aldrete tamen *d. lib. 2. cap. 17. §. 3. num. 25.* ſubdit religioſum aperientem literas ad ſuperiorem miſſas pro grauitate plectendum, ad alios autem datas legendo pœnitentiam etiam accepturum, cùm neque ad ſe miſſas poſſit accipere & legere ſine facultate ſuperioris: ergo multo magis ſi legat ad ſuperiores miſſas plectetur. 51.

Sed quid dicendum de reuelantibus arcana

eorum, quæ in conſilio regio inter ſenatores, & conſiliarios aguntur præſente Rege, quando ea, quæ aguntur ſpectant ad defenſionem perſonæ Regis, Reginæ, aut Principis, aut ad cuſtodiam regni, aut alicuius negotij, ex quo aliquod damnum Regi, aut rebus ſuis poſſit euenire: Lex Luſitana *d. lib. 5. tit. 9. in princip.* pœna capitali reuelantem eſſe afficiendum præcipit. Quod ſi ſecreta ſint diſſimilia ſupradictis, reuelans ad beneplacitum Regis exilij pœna in Africam decernitur. Inſuperque infamis ſtat, & ſit omnino officio conſiliarij exclusus. Decian. *tract. crimin. lib. 7. cap. 17. à principio*, vbi *num. 14.* probat ſenatores & conſiliarios Reipublicæ debere ſeruare ſecreta eorum, quæ inter eos aguntur, ac tractantur. Barboſ. *ſupra, lib. 5. tit. 9.* vbi lex eadem Luſitana, §. 2. *decernit*, vt rector, & gubernator iuſtitiæ, aut ſenator, qui ſecretum quodcumque iuſtitiæ, quacumque via cognitum aperuerit, aut ſuffragia reuelauerit, ex quo aliquod præiudicium regio ſeruitio, aut iuſtitiæ ſequatur, officio priuetur, inhabiliſque reddatur ad nullum omnino in poſterum iudicandi munus conſequendum, & pœna inſuper periurij plectitur. Sic lex noſtra.

52. Qua verò pœna debeant affici religioſi ſecreta ſui ordinis intra, & extra ordinem manifeſtantes, tradit Emanuel Roderic. *tom. 1. q. regul. quæſt. 35. art. 3.* manifeſtantem ergo pœna condigna ſecundùm rei grauitatem puniri oportet, præſertim, quando ea maioris momenti ſunt, & tractantur in conſultationibus, quæ detegere domeſticis graue, & externis, grauius delictum eſt, pœniſque grauibus vtrumque luendum, teſte Victorino Manſo in Auguſtinianorum regulis, vbi vult aperientem negotia externis, quæ ad monaſterium pertinent, per tres menſes in carcerem conijciendum, vt ipſe refert in modo procedendi in cauſis regul. *cap. 10. num. 17.* quod ſi fuerit conſultor, aut à ſecretis, & ſecreta detexerit, dignus eſt qui deponatur ab officio. Emanuel Roder. *ſupra*, Igoarius *ad Bernard Diaz cap. 104.* poſt Bald. *in tit. de pace Conſtantia, in verbo, credentia*, & Decian. *d. lib. 7. tract. crimin. cap. 17. num. 6.*

53. Sed quid faciendum, ſi Petrus occidit Ioannem, & tibi commiſit ſub ſecreto, ſe fuiſſe homicidam, & hoc homicidium imputatur Paulo innocenti præter intentionem Petri, & propterea Paulus comprehenſus periclitatur de vita, niſi detegatur Petrus author homicidij? Reſpondetur ſcientem ſub ſecreto non teneri regulariter manifeſtare auctorem criminis, quoniam Petrus non tenetur ſe prodere, vt vitam Pauli innocentis conſeruet cum tanto ſuo damno. Soto *lib. 4 de iuſtit. quæſt. 6. art. 3. ad 4.* Emanuel de Sa *in ſumm. tit. de ſecr. num. 3.* Atque adeo, quamuis Petrus permittat mortem Pauli, non erit in culpa permittendo, & conſequenter neque ſciens ſub ſecreto non reuelando. Cæterùm ſi homicida ſe priùs in tuto loco collocando poſſet conſulere innocentis vitæ detegendo ſe eſſe auctorem cædis, vel permittendo vt is cui ſecretum commiſit detegat, ſine graui ſuo periculo, & damno, tunc detegendum eſſe ſecretum, ſi commodè homicida, & ſine graui ſuo damno poſſet ſe in loco tuto conſtituere, quatenus iam tunc ex illius actuali culpa immineret innocenti periculum, quod ſuppoſita ipſius negotij, non poſſet impediri, niſi per reuelationem ſecreti: atque ad hunc ſenſum accipienda ſunt quæ in hoc caſu tradit Nauarr. *in cap. ſacerdos, num. 33. & num. 50. & in ſumm. cap. 25. à num. 56.*

quando vult, cui ſecretum eſt commiſſum debere primò antequam illud reuele[illegible] futura mala dare operam, vt ea diſſuadeat [illegible] tamus, modò hæreſim in qua ſemper, & [illegible] tionem patriæ in qua fere ſemper, [illegible] præuia monitione, excipias. Item, quia [illegible] ſi fuerit reuelatio, non plus reuelandum [illegible] ſufficiat ad damna impedienda.

Illud tamen non eſt omittendum, quod [illegible] homicida alterum occidit, non quidem [illegible] occidi Paulo innocenti, neque [illegible] ſed ſolùm intendit damnum ſibi [illegible] in propriam vindictam [illegible] Paulus innocens compellatur aliquid ſoluere [illegible] homicidam totum id reſtituere Paulo in foro conſcientiæ. Molin. *de iuſtit. tract. 3. diſp. 86. num.* quia innocens id ſoluit, quod verè Petrus homicida reſtituere tenebatur. Reliqua verò detrimenta, & damna ſumptuum lucri ceſſantis, aut damni emergentis, non tenetur homicida reddere innocenti, quia ſolùm illi fuit occaſio, non v[illegible] cauſa, quod id homicidium illi imputaretur, nec peccauit contra iuſtitiam, ideo ad reſtitutionem cæterorum damnorum non tenetur, Molin. *ſupr.*

Quæres an ſecretum alterius cognoſcens per iniuriam, ſi eo vtatur in ſuam vtilitatem, cum detrimento, & iactura alterius teneatur ad reſtituendum damnum? puta, ſi Paulus ſcribat Romam ad Petrum, illique dicat: beneficium vacaſſe in mente Papæ, & Titius rem ſuſpicans literas aperiens, ac poſtea claudens, tradat Petro, [illegible] ipſeque præueniendo beneficium impetrauit? Reſpondeo affirmatiuè, quanti illi erat ſpes impetrandi beneficium. Ratio, quia per iniuriam impediuit impetrationem beneficij, ergo tenetur ad reſtituendum, non integram beneficij æſtimationem, ſed quanti valet ſpes obtinendi, niſi certò ſciat Petrum nullo modo beneficium obtenturum. Leſſ. *lib. 2. de iuſtit. cap. 12. dub. 18. num.* [illegible] *n. 133.* ſubdit illam literarum apertionem eſſe peccatum mortale, cum cenſeatur grauis iniuria, & in eum ad quem mittuntur, & in illum à quo mittuntur. Molin. *de iuſtit. tract. 4. diſp. 6. num. 2.* [illegible] vbi vult literas clauſas, & ſimilia et per apertionem legere, ſi ex iniuſta apertione damnum aliquod ſequeretur, vel famæ, vel aliud quodcunque notabile eſſe mortale, cum onere reſtituendi, [illegible] *ſput. 37. num. 13.* addit per iniuriam ſecre[illegible] ticere. Nauar. *cap. inter verba, num. 5* [illegible] *ri*, idem Molin. *tract. 2. diſp. 754. & tract.* [illegible] Idem repetit *tract. 4. diſp. 3. num. 2. &* [illegible] vbi de his ſatis.

Sed quid, quando reuelatur ſecretum [illegible] da grauia tormenta? Nauar. *cap.* [illegible] *54.* reſpondet poſſe ad hæc grauia tormen[illegible] ſecretum manifeſtare, ſi authori maius [illegible] ad detrimentum, quàm infamiæ ſequatur, q[illegible] non teneris conſeruare famam proximi, [illegible] tuo detrimento. Ratio, quia non intendis p[illegible] auferre alteri bonum, nomen, ac famam [illegible] ſe ipſo habetur, ſed proferre duntaxat in lucem, id quod erat occultum, & reconditum apud te, quod non teneris ſeruare, cum tanto incommodo tuo, niſi inde grauiſſima detrimenta imminerent, vel contra ſui principem, vel in bonum aliquod commune. Nauar. *ſupra*, & Soto *lib. 5. de iuſtit. quæſt.* [illegible] *art. 2.* Secus ſi periculum etiam mortis ex [illegible] reuelatione alteri accideret, dummodo ſi[illegible], & fraude, & extra confeſſionem ſecretum [illegible] non enim teneris cum tanto detrimento proprio 54.

conſiſtere

conſulere famæ, aut etiam vitæ proximi proſpicere. Ita præcitati.

55. Quæres, quale ſit peccatum reuelare crimen proximi ſecretum vni, vel duobus, qui nemini ſunt dicturi? Nauar. *d. cap.* 18. *num.* 33. opinatur eſſe duntaxat veniale, poſt Caietan. 2. 2. *quæſt.* 73. *art.* 2. *dub.* 1. quibus adhærent Petrus Nauar. *de reſtit. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 335. & Cordubenſ. *tract. de detractione, quæſt.* 2. *concluſ.* 5. ex ea ratione, quia ſecluſo periculo veniendi ſecretum ad alios reuelatio illa cenſetur leuis iniuria, Aragon. tamen *d. quæſt.* 73. *art.* 2. & Sotus 5. *de iuſt. quæſt.* 10. *art.* 2. docent eſſe mortale ex D. Thom. 2. 2. *q.* 144. *art.* 3. quia pluris æſtimatur aliquando bona fama apud vnum, vel duos viros graues, à quibus infamatus dependet, quàm apud quatuor, vel octo alios, à quibus nihil ſperat, neque eſt vnquam videndus. Quæ ſententia eſt probabilior. Vnde Caietani, & aliorum ſententia verior erit, quando ex eo, quod vni, vel duobus viris grauibus crimen ſecretum alienum detegis, non læditur grauiter fama proximi, verbi gratia, ſi tales viri ſint peregrini, aut breuiter tranſeunt nunquam amplius viſuri infamatum. Inſtructorium *cap.* 260. D. Thom. *ſuprà.*

---

## §. III.

### *In quibus caſibus teſtis vnicus interrogatus plenè probet, ac reſpondere teneatur?*

#### EPITOME.

56 *Teſtis legitimè interrogatus, etiamſi vnicus ſit, tenetur fateri veritatem.*

57 *Teſtis vnicus ſufficit ad impediendum matrimonium ne fiat.*

58 *Teſtimonium vnius ſufficit ad probandum Eccleſiam eſſe conſecratam, & an nuper ſit baptizatus, & quando non agitur de alicuius præiudicio? an verò ſufficiat ad clericatum probandum quæſtionis eſt.*

59 *Teſti vnico ſi accedant præſumptiones aliquæ quam faciant probationem.*

60 *Officiali publico niſi valde admodum vilis ſit, fides habetur.*

61 *Teſtis vnicus in quibus caſibus plenè probet, & an ſufficiat ad defendendum reum.*

62. & 63 *Teſti vnico ad defendendam rei innocentiam non creditur, in facto tamen proprio vtique. Sicut & viro perito in arte ſua creditur.*

64 *Teſtis vnicus an plenè probet in poſſeſſorio ſummario, & plenario.*

65 *Epiſcopi teſtimonium, & eius literæ quantum probent.*

66 *Cardinali aliquid aſſerenti an ſit credendum.*

67 *Cardinali quæ ſit poteſtas in Eccleſia ſui tituli,*

68 *Teſtis vnicus quando proceditur per viam accuſationis, interrogatus, an teneatur dicere veritatem.*

69 *Teſtis vnicus, ſeu plures, quando proceditur per viam inquiſitionis generalis de delictis in genere, vel de delicto notorio, cuius author ignoratur, an debeant reuelare occultum delinquentem.*

70 *Iudex poteſt iuridicè procedere, & teſtis iuſtè negare.*

71 *Author delicti non indiciatus, nec infamia laborans, non eſt manifeſtandus.*

72 *Iudex inquirendo generaliter de authore occulto criminis publici non poteſt inquirere an Petrus fecerit, niſi Petrus laboret infamia.*

TESTIS vnicus legitimè interrogatus veritatem fateri tenetur. D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 70. *art.* 1. Caiet. Aragon. & Banh. *ibidem.* Nauar. *in cap. inter verba,* 11. *quæſt.* 3. *concl.* 6. *corol.* 64. *&* 66. *& in manuali, cap.* 25. *n* 47. Valent. *tom.* 3. *diſp.* 5. *quæſt.* 14. *punct.* 1. Tolet. *lib.* 5. *inſtruct. cap.* 59. poſt D. Anton *part.* 2. *tit.* 1. *cap.* 19. §. 7. & Sotus *de tegend. ſecret. membr.* 2. *quæſt.* 7. *concluſ.* 3. *dub.* 3. 56.

His poſitis, dicendum eſt vnius teſtimonium ſufficere ad impediendum matrimonium, *cap. præterea,* 2. *de ſponſalibus, c. ſuper eo, de teſtib.* Couar. 2. *part. epitom. cap.* 6. §. 10. *num.* 21. Ratio, quia ibi agitur de euitando peccato, ne impediri contrahant contra prohibitionem Eccleſiæ, ideo vnico teſte impedimentum matrimonij probatur. Requiritur tamen vt teſtis ſit iuratus, non enim creditur teſti non iuranti, *cap. tua de cohabit. cleric.* Hoſtienſ. *in d. cap. præterea, in princip.* Ioan. Andr. *num.* 2. *de ſponſalib.* Gutier. *de quæſtion. canon. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 31. *& ſequenti,* & Couar. *d. num.* 21. debetque teſtis iurare ſe impedimentum certò ſcire. Nam teſtis de ſolo auditu aſſerendo cum iuramento non probat inter contrahentes ſubeſſe impedimentum, quamuis alter teſtis, vnà cum eodem, ſine iuramento tamen de certa ſcientia affirmet, quia hi duo non impediunt matrimonium, quod tamen vnicus teſtis de certa ſcientia iurans impedit, dummodo non ſit vilis perſona, quia talis ſponſalia etiam non iurata minimè impedit, perfici. Panorm. *in d. cap. præterea, el* 2. *de ſponſal. & in cap. cum in tua, eodem tit. num.* 7. vbi probat non admitti ad denunciandum vilem perſonam, etiam quando oportet impediri peccatum futurum, niſi quando factum ita ſecretum, & clandeſtinum ſit, vt nullo modo probari poſſit, niſi per vilem perſonam. 57.

Sufficit etiam vnicus teſtis ad probandum, an Eccleſia ſit conſecrata, an puer ſit baptizatus, an quis in mortis articulo pecierit confeſſionem, iuxta cap. *paruuli, diſt.* 4. Syluest. *verb. teſtis, q.* 5. & ex recentiorib. Nell. *de teſtib. num.* 85. *in nono caſu, & num.* 87. *in fin.* per text. *in cap. paruulis, de conſecratione diſt.* 4. Camill. Borrell. *in ſumm. deciſ. tom.* 2. *tit.* 4. *num.* 37. poſt alios ibi citatos. Similiter de partium conſenſu ſatis eſt vnicus teſtis, & quando teſtator præcipit, vt ſtetur vnius dicto, ſufficienter informati de ſua intentione, Armil. *verb. teſtis, num.* 7. Item in correctione fraterna, quia prima correctio per vnum ſolum teſtem probatur. Syluest. *d. quæſt.* 5. *ſi peccauerit,* 11. *quæſt.* 1. & in foro conſcientiæ, quando quis aſſerit ſe confeſſum, *cap. teſtimonium, eod. tit.* quod intelligit Syluest. niſi ſit probabilis coniectura in contrarium. Eodem modo, quando non agitur de alicuius præiudicio, verbi gratia, quòd quis ſit clericus, vel doctor, & in ſimilibus caſibus vnicus teſtis plenè probat. Nell. *de teſtib. num.* 85. *in caſu nemo, & num.* 87. *in fin.* Crot. *eod. tit. num.* 213. Iaſon *in l. admonendi, num.* 198. *ff. de iur. iuran.* Maſcard. *de probation. lib.* 1. *concluſ.* 303. *in* 1. *ampliation.* vbi loquitur in ſpecie de clericatu, quod 58.

puto

puto verum, quando ſumus in caſu extraiudiciali, nempe quando agitur an clericus poſſit celebrare, aut clericales actus exercere; tunc enim clericatus ſufficienter per vnicum teſtem probabitur, cùm nulli præiudicium exerceatur. At verò quando mouetur lis inter laicum, & Eccleſiaſticum, ſuper aliquo beneficio, aut ſuper iuriſdictione, vel ſuper punitione ob delictum facienda, à ſæculari, vel Eccleſiaſtico iudice clericatus probari debet, per ſcripturam, vel ſaltem per duos teſtes, per text. *in cap. tua de cleric. peregrin.* Campeg. *de teſtib. regul.* 197. *in* 18. *fallent.* Couar. *in practic. cap.* 33. *num.* 3. poſt alios, & Petrus Moncad. *ad Cros. de teſtib. num.* 213. *littera E*, vbi addit vnicum teſtem in caſu etiam præiudicij probare clericatum, ſi per longum tempus talis publicè reputetur, vt notat Farin. *in lib.* 1. *de inquiſit. q.* 8. *num.* 42. *& ſequent.*

59. Quid ſi cum vnico teſte concurrant præſumptiones aliquæ? Decian. *conſ.* 92. *num.* 8. *lib.* 1. *& num.* 62. affirmat, plenè probare in ciuilibus, non autem in criminalibus, Bald. *conſ.* 136. *proponitur, quod Titius, lib.* 2. Requiritur tamen, quòd teſtis ille ſit omni exceptione maior Farin. *de teſtib. quæſt.* 63. *num.* 26 quia in criminalibus, multo clariores probationes exiguntur, quam in ciuilibus, vt ſuprà diximus. Paul. de Caſtr. *in l. fin. num.* 6. *de probat.* & Gom. *de delict. cap.* 12. *rubr. de probat. delict. num* 26. vbi decidunt, vnicum teſtem de viſu, cum aliis adminiculis non ſufficere ad condemnandum ad pœnam corporalem, ſed ad pœnam pecuniariam, vt expreſsè diſtinguit Menoch. *de præſumption. lib.* 1. *quæſt.* 98. *num.* 1. *& ſequentib.* poſt Bartol. Bald. & Salic. *in l. quero, §. vltim.* ex illo text. *ff. de ædil. edicto*, Gloſſ. *in l.* 2. *§. ætas, ff. de excuſat. tut.* Bald. *in l. fin. C. de probation. & in l. ſpadonem, §. qui intra ff. de excuſ. tut.* Idem Menoch. *de præſumption. lib.* 1. *quæſt.* 40. *num* 1. *& ſequentib.* vbi concludit præſumptiones hominis etiam plures coniungi ad faciendam plenam probationem in cauſa ciuili non ardua, ſecus cùm agitur de cauſa ciuili ardua, & multominùs, quando agitur de cauſa criminali, tunc enim vnius teſtimonium cum præſumptionibus non coniunguntur ad plenè probandum. Bald. *ſupra, in d. l. vlt. num.* 8. *verſ. quedam eſt probatio, C. de probation. & in cap. venient, num.* 7. *extra, de teſtib. & in l. ſi quis ex argentarijs, §* 1. *num.* 4. *ff. de edend.* vbi ſcribit in his cauſis arduis, & in criminalibus non ſufficere teſtem vnum de veritate, & duos de fama, ſed etiam requiri duos alios de indicio.

60. Officialis etiam, ſeu denunciatoris teſtimonio creditur in leuibus, non tamen in grauibus. Bartol. *in l. diuus, num.* 8 *ff. de cuſtod. & exhibit. reor.* Bald. *in l. magis puto, §. illud*, per text. *ibi in fin. ff. de reb. eorum*, Burſat. *conſ.* 350. *num.* 168. *lib.* 5. Maſcard. *de probation. lib.* 1. *concluſ.* 189. *num.* 13. poſt Boſſ. *in ſua praxi crimin. in tit. quando de crimin. cog. tanquam notor*, vbi definiunt officialem conſtitutum à Republica, vel à iudice ad cuſtodiam aliquam, vel ad inquirendum, & capiendum, eſſe fide dignum, illique credendum, quibus accedit Farin. *de oppoſition. contra perſonas teſt. quæſt.* 56. *art.* 11. *num.* 381. *& duobus ſequent.* vbi de his latè, dummodo officialis non ſit perſona tam vilis, vt ex vilitate vitæ teſtimonium illius, nullius ſit ponderis, ac momenti, vt notat Maſcardus *ſuprà, num.* 17. poſt Baldum.

61. Denique in caſibus ſequentibus plene probat vnus teſtis, puta quando probatur actus, in quo eſt impoſſibile, vel ſaltem difficile h[illegible] teſtes; tunc enim vnius teſtis aſſerti[illegible] vt ſcribentes docent *in l.* 1. [illegible] *fin. ff. de* [illegible] *gat.* & Hippol. *in l. ſi quis ne quæ* [illegible] *& reſpondendo dictum ff. de quæſtionib.* M[illegible] *de probation. lib.* 2. *quæſt.* 11 *num* 18. Item [illegible] fides plene teſti vnico, quando ait [illegible] ſe abſolutum ab excommunicatione. Gabriel *tit. de teſtib. concluſ.* 1. *num.* 17. *lib.* 1. & Camp[illegible] *de teſtib. regul.* 97. *fallent.* 23. Similiter te[illegible] cus plene probat in cauſis breuioribus, ac [illegible] cis, quæ ſummariè expediuntur, & dum [illegible] Martil *ſingul.* 41 [illegible] *ad fin.* Gabriel ſuper te[illegible] *concluſ.* 1. *num.* 45. & Maſcard. *d. quæſt.* 11. *num.* [illegible] poſt Calcan. *conſ.* 99. *col. penultim.* Eodem modo teſtis vnicus probat plene reuocationem [illegible] ti cum iuramento facti, Corrad. *in practic.* [illegible] *de offic. Prot. in concluſion. tit. de teſtib.* [illegible] *teſtium aſſumenda, in princip. num.* 5 *in* 1. *limitat.* & Speculat. *in tit. de teſte, § reſtat, num.* 8 [illegible] preſſe habetur *in cap. ex inſinuatione de procura.* Item plenè probat teſtator, dicens in ſuo teſtamento, vt in materia hæreditatis ſtetur dicto vnius particularis perſonæ à ſe ipſo nomin[illegible] per text. *in l. Titiam, ff. de dot. prælег.* Cam[illegible] Borrell. *tom.* 2. *in ſumm. tit.* 4. *num.* 38. multis ibi relatis. Farin. *de teſt. quæſt.* 63. *num* 19. & alij, quos ibi referens ſequitur.

Teſtis etiam vnicus plenè probat, vbi agitur de læſione minoris, Gabriel *in tit. de teſtib. lib* 1. *concluſ.* 1. *num.* 40. poſt alios ibi relatos, [illegible] tamen probat ſufficienter in fauorem cauſæ piæ, vt notat Dec. *conſ.* 159. *num.* 6. *ver* [illegible] & Hippol. Rimin. *conſ.* 551 *num.* 33. [illegible] militer plenè probat vnicus teſtis, vbi a[illegible] de interpretatione alicuius ſcripturæ, vt [illegible] *§ fin.* & ibi Bart. & ſcribentes *ff. de* [illegible] verbi gratia, quando aliquod reſcriptum literis Græcis exaratum exhibetur apud Latinos ſeu Luſitanos, à quibus literæ Græcæ non pl[illegible] intelliguntur, fides habetur vnico interpreti de reſcripti intellectu Iaſon *in l. admonendi*, [illegible] *& ſequent. ff. de iur. iurand.* Abb[illegible] *in cap.* [illegible] *fuiſti, de probation.* & Angel. *in auth. vt prop*[illegible] *tum Imperat. column* 1. quod puto verum, [illegible] plures interpretes literarum Græcarum n[illegible] ad manum; ſecus ſi plures poſſunt reperi[illegible] enim non creditur vnius dicto [illegible] *ſupra citata.*

Sed quid quando aliquis accedit ad d[illegible] dum reum, & ad oſtendendum illius [illegible] 62.
Gabriel *in ſuis concluſionib. lib.* 1. *tit.* [illegible] *cluſ.* 1. *num.* 39. *verſ.* 15. opinatur [illegible] vnius teſtis pro probanda innoc[illegible] quam Maſcard. *lib.* 2. *de probatio. conclu*[illegible] *num* 10. ſed contra hanc reſolutionem eſt [illegible] expreſſum *in cap. admonere, in verſ quoniam*, [illegible] *quæſt.* [illegible] qui ſic loquitur ibi *Quoniam nec en*[illegible] *lium* [illegible] *la diuina, humanaque lex vnius te*[illegible] *io*, [illegible] *idoneo quempiam condemnat, vel* [illegible] *at.* [illegible] vnius teſtimonio innocentia rei [illegible] prol[illegible] cum ex altera parte probat [illegible] & [illegible] contraria infringat; verbi gratia, ſi reus [illegible] non occidiſſe Paulum per teſtem v[illegible] cuſator per duos teſtes probet co[illegible] batio accuſatoris præualere debet, [illegible] rei eſt incompatibilis cum probat[illegible] tis; erit tamen compatibilis [illegible] hec occi[illegible] diſſe Paulum ob ſui defen[illegible] nem, vel [illegible] cauſam iuſtam; tunc enim vnius teſtimonio [illegible]

calabitur

cuſabitur à pœna homicidij ordinaria, non tamen excuſabitur à tortura. Ita Boſſ. in tit. de defenſio. reor. num. 10. & ſequentib.

Illud etiam expediri oportet, an teſti vni credendum ſit in facto proprio? Conſtat credendum ex l. quicunque in verb. quod ſi malignè, C. de ſeru. fugit. vbi Accurſius in verb. interrogatione, dicens fidem eſſe habendam illi in facto ſuo, quia per text. illum fides habetur ſeruo, & ex conſequenti multo magis homini libero. Idem teſtatur Salicet. in auth. ſi quis decurio in oppoſition. C. ad l. Cornel. de falſ. quibus accedit Dec. conſ. 650. incip. in cauſa, num. 19. Menoch. de arbitrar. iudic. centur. 1. caſ. 99. num. 8. Surdus conſ. 7. num. 45. vol. 1. Lancellot. Corrad. de offic. prat. in cauſ. ciuil. §. 2. tit. dicta teſt. aſſumendo, num. 6. Quod intellige locum habere, quando agitur de commodo alterius, & non ſuo proprio; tunc enim de facto proprio teſtimonium ferenti omnino creditur, prout volunt Felin. in cap. veniens, de teſtib. à num. 22. Specul. tit. de teſte, §. reſtat ſub num. 8. verſ. nonò, vbi non ſit, & num. 12. verſ. præmiſſi autem caſus. Secus autem ſi agatur de vtilitate, vel emolumento ipſius teſtis contra tertium; tunc enim nulla omnino fides homini eſt habenda, & in hoc ſenſu accipiendi ſunt Aymo. Crauet. conſil. 73. num. 29. & ſequenti, & conſ. 178. num. 7. & Alexand. in l. 2. §. ſi abſens, num. 10. & ſequentib. ff. ſi ex noxal. cauſ. agatur, quatenus dicunt non eſſe perfectè credendum teſti vnico in facto ſuo, quod eſt verum, quando tractatur de intereſſe, vel vtilitate ipſius teſtis contra tertium, quia tunc illi non creditur. Vide Farinacium de oppoſ. quæſt. 63. à num. 207.

63. His adde vnico teſti in arte ſua perito plenè credendum. Sic Baptiſta Coſta de remed. ſubſidiar. remed. 70. num. 17. Secus in iis, quæ ad ſuum officium non ſpectant, niſi agatur de modico præiudicio; ideo de ſcholaris peritia ſtatur ſui magiſtri teſtimonio, l. nemini, C. de aduocat. diuerſ. iudic. Idem de medicis aliàs peritis in arte ſua. Bartol. in l. quæſitum, ſub num. 6 ff. de re iudic. Thom. Actius de infirmis part. 1. cap. 37. & Gillauſenſ. in arbore iudiciaria, part. 8. cap. 6. n. 9. & Marc. Ant. Eugen. conſ. 64. num. 25. vol. 1. Idem dicitur ſi contingat vulnus eſſe lethale, necne, ſtandum eſſe iudicio vnius medici, quando vnus tantùm adeſt in eo loco, teſte Anauia in cap. ſignificaſti, num. 14. in fin. de homicidio, & eſt communis, ſecus ſi duo reperiantur, tunc enim vtriuſque teſtimonium requiritur loquendo de iure; ſecus de conſuetudine, quam non probo, niſi vbi tantùm vnus eſt medicus, qui debet deponere cum iuramento an vulneratus deceſſerit ex vulnere, an verò ex malo regimine. Iul. Clar. lib. 5. §. homicidium, n. 43. poſt alios, vbi ait cautè in hoc procedendum eſſe, & potius ſtandum arbitrio iudicis relatione medicorum informati, qui conſiderata qualitate, & loco vulneris, & quanto tempore vulneratus ſuperuixerit poſt vulnus illatum pronunciabit, ex quonam vulneratus deceſſerit.

64. Ambigi poteſt an plenè probet teſtis vnicus in poſſeſſorio ſummario? Affirmat Bart. in l. 1. n. 10. C. quor. bonor. & in l. 2. §. fin vero, poſt num. 1. C. vbi in rem actio. Marant. de ordin. iudiciar. p. 4. diſt. 9. num. 37. Alexand. conſ. 91. incip. in cauſa vertente, col. 1. verſ. plus dico etiam, vol. 5. Duenh. in reg. 299. num. 10. Nicol. Belſon. conſ. 36. num. 6. quam partem vocat communem Cacheran. deciſ. Pedemont 99. num. 37. & Roland. à Valle conſ. 35. n. 14. vol. 2. Ratio, quia eſt cauſa modici præiudicij & nõ fit præiudicium, niſi in poſſeſſionem momentaneam, & præparatoriam alterius iudicij, neque intentatur cauſa ad decidendum ſuper poſſeſſione, ſed ad præparandum aliud poſſeſſorium ordinarium, vel petitorium iudicium. Requiritur tamen, vt plenè fiat probatio, quòd teſtis non ſolum ſit idoneus, ſed etiam quòd ſit omni exceptione maior, vt communiter volunt ſcribentes in l. admonendi, ff. de iur. iuran. Quibus accedit Vinius in ſuis communib. opin. in materia teſtium, in verbo, in ore duorum, vel trium, verſ. ſed limitatur, & Rolandus conſ. 50. num. 16. verſ. vlterius dicitur, lib. 2.

Secus dicendum in poſſeſſorio non præparatorio, ſed ordinario, & plenario, & in ſpecie introducto ad cauſam poſſeſſionis decidendam, in qua requiritur iuridicus ordo, & plena probatio, nec ſufficit vnicus duntaxat teſtis, iuxta notata in cap. conſultationibus, & ibi Abbas de offic. iudic. delegat. Marant. nuper relatus ſub num. 37. Baptiſta Plot. in l. ſi quando, num. 113. C. vnde vi, Maſcard. de probat. concluſ. 1204. num. 10. Marc. Anton. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 46. num. 32. Ratio, quia in poſſeſſorio plenario agitur de proprietate, & de iuribus partium, expectaturque ſententia in petitorio pronuncianda, & regulariter hoc petitorium poteſt prolongari in longum tempus, eſtque cauſa poſſeſſoria magni præiudicij; quare non ſufficit ſemiplena probatio, neque vnicus teſtis omni etiam exceptione maior. Sic Cagnol. in l. pari, num. 6. & ſequent. ff. de regul. iur. poſt Bart. in l. admonendi, num. 55. de iureiurand. Surd. conſ. 37. num. 38. vol. 1. & Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. num. 408. & 413. vbi in particulari reſpondet rationibus contrariis alterius partis dicentis ſufficere vnicum teſtem; quæ habent locum in poſſeſſorio leuiſſimo præiudicijque exigui, & plenarij alterius præparatorio, non tamen ordinario prout loquitur ſecunda ſententia, quæ verior, & communior eſt, teſte Paulo Granuto theoremate 22. num. 1. & ſequent.

Quæſtio tamen eſt an teſtimonium Epiſcopi plenè probet, Iaſon poſt Abbat. quem referens ſequitur in l. admonendi, num. 193. ff. de iureiur. omnino negat, ſaltem de conſuetudine. Accedit Decian. lib. 2. num. 23. ſub fin. & Campeg. de teſt. regul. 92. fallent. 21. Probatur, quia Cardinali non plenè creditur, quando aſſerit aliquid, tanquam teſtis, vt vult Bellamer. deciſ. 628. Cardinalis, & deciſ. 629. incipit, nulli etiam, vbi vult nulli plenè credi, quamuis ſit Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, cap. & ſi Chriſtus, cap. nuper. cum ibi notatis, cap. tuis extra, de teſt. l. iurandi, C. eodem tit. Nec obſtat ſi dicas ex Panorm. in cap. cum olim de priuileg. inſinuante aſſertionibus Cardinalium credendum eſſe, quia hoc debet intelligi quoad quandam præſumptionem faciendã, non tamen quoad plenam fidem inducendam, creditur tamen his plenè, ſi alium habeant conteſtem, imò etiam ſine iuramento creditur illis aliquid aſſerentibus in iudicio, ſi nihil contra obiiciatur, vt notat Bellamer. deciſ. 54. incipit, ſi pars, vbi in ſimili quando non obiicitur contra inſtrumentum notarij imperialis, fides ei habetur. Ergo teſtimonium Epiſcopi non plenè probat. 65.

Sed quid de literis Epiſcoporum? Reſpondeo literas Epiſcopi etiam ſigillatas ſuo ſigillo non probare contra tertij præiudicium, Socin. conſil. 258. col. penult. volum. 2. niſi habeant teſtium ſubſcri

ſubſcriptionem, ſi læditur ius partis. Maſcard. *de probation. vol. 2. num. 6. concluſ. 990.* poſt Archid. *in cap. placuit, 6. q. 1.* & Felin. *cap. poſt ceſſionem, num. 9. verſ. fallit ſecundo de probation.* Quod intelligitur in iudicialibus; tunc indiſtinctè non creditur literis Epiſcopi cum eius ſigillo, Innoc. *in cap. quoniam contra, de probationib.* quem ſequitur Beilamer. *deciſ. 631. ſi etiam tales atteſtationes*, quatenus ait non eſſe fidem habendam in iudicio, Cardinalis vice Cancellarij atteſtationibus cum ſigillo, Felin. *in cap. poſt ceſſionem, num. 12. de probationib.* dummodo id ſit in iudicialibus, quæ non pendent à iudicis arbitrio; quod ſi dependeant ab officio Epiſcopi, probant literæ illius cum ipſius ſigillo etiam in præiudicium tertij, ſecundùm Bald. *in l. ſi qua per calumniam, col. ult. verſ. quæris hic, C. de Epiſcop. & cler.* Maſcard. *d. concluſ. 990. num. 12.*

Ex dictis ſequitur, literas Epiſcopi ſine ſubſcriptione teſtium, ac ſine notario, ſolo tamen ſuo ſigillo ſigillatas probare in his, quæ ad ſuum officium pertinent. Bald. *in d. l. ſi qua, C. de Epiſcop. & cler. col. 4.* vbi ait credi literis Epiſcopi. Maſcard. *d. concluſ. 990.* poſt alios *num. 1.* ibi relatos, etiamſi literæ Epiſcopi concernant factum alienum. Ratio, quia ſigillum Epiſcopi eſt publicum, vt notat Bald. *in l. ſi qua per calumniam, in fin. C. de Epiſc. & cler.* & Caſtrenſ. *in l. ſi procuratorem, ff. de procur.* Dictum eſt, *in his, quæ ſpectant ad eius officium*, quia ſi ſigillum apponatur in aliquo actu nõ pertinente ad Epiſcopalem iuriſdictionem, nihil probare ſentit Bald. *in l. fin. col. fin. verſ. quæro quid ſi ſcriptura teſtamenti, C. de fideicommiſſ.* niſi in præiudicium ſigillantis, ſecus in præiudicium tertij, vt probatum eſt ex reſponſo Socini, *dict. conſ. 258. col. penult. vol. 2.* pro quo facit ſcriptura, quæ probat contra ſcribentem, non autem pro ſcribente, *l. publ. §. fin. ff. depoſit.* quam ſequitur Rota *deciſ. 188. Procuratorium in antiquis alias 15. de procurat.* vbi voluit, quòd in præiudicialibus non habeatur fides iudicis ſigillo.

66. Confirmatur, quia Cardinali aſſerenti ea, quæ coram eo per partes fuerunt geſta plenè creditur. Bald. Anton. de Butr. quos referens ſequitur Maſcard. *de probation. vol. 1. concluſ. 140. num. 8. & concluſ. 269. num. 11. & concluſ. 270. num. 1.* Quæ deciſio procedit de conſuetudine, etiamſi aſſerat aliquid in præiudicium tertij, vt notat Decius poſt Ioan. Andr. & Abbat. quos allegat *in cap. conſtitutus, 1.* per text. *in 4. notab. num. 9. de appellatio.* Gloſſ. *clemen. 1. in verb. reſeruante notramus de probat.* Idem Maſcard. *ſupra, num. 17.* dummodo iſta conſuetudo probetur. Secus de iure, quia contrarium eſſe verius, probat Felin. *in cap. quod ſuper his, num. 12. in fine, verſ. ſed limitatur iſta concluſio*, & ibi Anton. de Butr. *num. 4. verſ. ergo ſuper geſto coram ſe, de fide inſtrum.* Anchar. *in d. clemen. 1. num. 3. in fine, de probation.* vbi docet credendum Cardinali, quando ambigitur de fundamento ſuæ iuriſdictionis, non tamen illi fidem habendam, ſi doceat ſe aliquem abſoluiſſe, vel ſuſpendiſſe, quia tunc non creditur illi de rigore iuris, niſi ſicut alteri ordinario, *cap. cum à nobis extra, de teſtib.* Atque ita ſicut Epiſcopo non creditur in præiudicium tertij, ſic nec Cardinali, gloſſ. *in d. cap. ſicut*, & ibidem Abbas *de ſentent. excommunic. & in cap. cum à nobis, num. 13. vol. 2. in fine, verſ. ſi autem eſſet non legatus, extra de teſtib.* ideo, quamuis aſſerat, ſe legatum, eius teſtimonium non facit plenam probationem, quando non concernit eius dictum ſuam [illegible] nem, & tendit in alterius præiudicium [illegible] *d. cap. conſtitutus, el 31. in 4. notab* [illegible] *alias ceſſante conſuetudine, extra de appe*[illegible] peg. *de teſtib. regul. 19. in 4. fallent.* Ma[illegible] *probation. lib. 1. in præfatione, quæſt. 1*[illegible] *concluſ. 269. num. 21.* Decian. *conſ.* [illegible] alij aſſerentes generaliter non credendum [illegible] nali affirmanti aliquid, quod non concer[illegible] iuriſdictionem, quia tunc non plenè probat [illegible] ſtimonium eius tendit in alterius præiudi[illegible]

Sed quid ſi Cardinalis aſſerat cauſam [illegible] ſe commiſſam à Summo Pontifice, vel al[illegible] cauſas generaliter, non ſolum in ſcriptis [illegible] etiam viuæ vocis oraculo? Eſſe illi fidem [illegible] dam docet Abbas *in d. cap. ſuper his, num. 5* [illegible] *aut aſſerit, de fide inſtrum.* Bart. *in l. 1. C.* [illegible] *in d. lib. 11. & in l. 2. C. de mandat. princip.* [illegible] Abbas *conſ. 10. videtur primo, num. 2. & 4.* [illegible] Tiraquel. *de nobilit. cap. 37. num. 31.* Menoc[illegible] *conſ. 100. num. 78. lib. 1.* Et licet Maſcard. *lib. probat. concluſ. 145. num. 14. & concluſ. 269* [illegible] videatur ſentire non eſſe credendum Car[illegible] aſſerenti, ſe delegatum, vel cauſam ſibi com[illegible] ſam viuæ vocis oraculo, vt etiam voluit Innoc. *in cap. cum olim, primo de priuileg.* Capell. [illegible] *quæſt. 464. num. 1. in princip.* oppoſitum tamen eſt verius teſte Hoſtienſe *in ſumm. tit. de officio delegati ſub rubr.* Alex. *conſ. 92. col. 3. vol. 6.* Abb. *conſil. 27. in cauſa orientali, in fine, vol. 2.* & alij, quibus adhærent idem Maſcard. *d. concluſ.* [illegible] *14. verſ. contrarium*, & Farin. *de teſtib. quæſt. 63.* [illegible] quod puto verum, imò verius, quando Summus Pontifex eſt præſens, vel quando ad illum facilè eſt recurſus, tunc enim non poteſt præſumi ipſum mentiri, Imol. *in d. cap. ſuper his*, & ibi Felin. *col. 2. de fid. inſtrum.* Maſcardus nuper relatus, *num. 16.* etiamſi aliunde non doceat, de commiſſione, & delegatione ſibi facta.

Ex quibus deducitur concluſio, plenè credendum Cardinali, dicenti ſe eſſe legatum, vel habere cauſam aliquam ſibi commiſſam, quamuis [illegible] oſtendat literas ſui mandati, & legationis. Habetur *in cap. ſicut de ſentent. excommunic.* [illegible] *cum olim, in verbo, ſine reprehenſione de priu*[illegible] quia regulariter Cardinalis non ſolet ex[illegible] tra vrbem alio titulo, quam legationis [illegible] *cap. quod ſuper his, num. 5. verſ. vnde* [illegible] *malus*, & ibi Felin. *num. 8. de fide inſtrum.* [illegible] Imol. Bald. *in l. iuſiurand. C. de teſt.* [illegible] *l. 1. C. de mandat. princip.* Quæ ſententia eſt communiter recepta, vt credatur Cardinali[illegible] qui veniunt in locc ordinario legationi[illegible] poſſit compelli ad oſtendendum literas [illegible] *cap. 1. de offic. legat. in 6. col. penult.* [illegible] *in cap. vt circa, §. edicto, poſt num. 5. verſ. fallit in Cardinali de electio. lib. 6.* & Iaſon *in l. admonendi, num. 184. ff. de iur. iurand.* Ideo illi eſt fides habenda, quicquid in contrarium velit Barbat. *de præſtant.* [illegible] *part. 2. quæſt. 1. & in l. ſciendum, col. 62* [illegible] *de verbor. obligatio.* quia noſtra opinio eſt [illegible] munior, vt probat Maſcard. *de probat.* [illegible] *num. 1. concluſ. 269. num. 1. & duobus* [illegible] cui accedit Farin. *de teſtib. quæſt. 6* [illegible] *& ſequentibus*, vbi hanc partem extendit [illegible] libet alium virum præclarum, ac notum [illegible] quæ authoritatis, poſt Crot. *in ſin*[illegible] [illegible] *§. ſexta ſe offert, ſub num. 11.* Abbas *in cap. cum olim, circa fin. de priuileg.* Innoc. *in cap.* [illegible] *peritus, in princip. de offic. delegat.* & alij [illegible]

Digitized by Google

quitur Maſcard. *d.concl.*140.*num.*2. Quare, quamuis literas non oſtendat ſui mandati, Cardinali credendum eſt, etiam in iis, quæ veniunt iure ordinario legationis. Item in iis, quæ de conſuetudine ſolent legato concedi, & in iis, quæ geſta ſunt coram eo, tanquam coram legato. Bald. *in d.l.ſi quis per calumniam, C. de Epiſcop. & cler.* Anton. de Butr. *in cap. quoniam contra, col.*28. *de probation.* & Roman. *in l.ſciendum, col.*26.*ff. de verbor. oblig.*

Hæc tamen reſolutio procedit, quando creditur Cardinali aſſerenti ſe legatum Papæ, quia conſequenter credendum eſt in omnibus aliis, quæ ex eo deſcendunt. Maſcard. *d.concl.*240.*n.*1.*& n.*5.*&* 8.*& concl.*269.*n.*11. dummodo non agatur de magno tertij præiudicio, vt tactum eſt ſuprà, tunc enim non creditur illi, niſi oſtenſis literis ſuæ commiſſionis, vt cautum eſt *in cap. cum a nobis, de teſtib. & in cap. licet ex quodam, verbo, etiamſi præſidiali refulgeat dignitate, eod. tit.* Decius *in cap. cauſam quæ, in fin. de offic. deleg.* & Alex. *conſ.*122. *vol.* 7. Eo enim in caſu, in quo agitur de præiudicio tertij, neceſſe eſt literas oſtendere, quod poteſt probari per teſtes, teſte Bellamer. *deciſ.*402. *inter priuatos.* Farin. *ſuprà, num.*61. & Maſcard. nuper citat. *concl.*140.*n.*11. ſubdit non eſſe Cardinali fidem habendam, etiamſi habeat commiſſionem, circa ea, quæ tranſcendunt naturam, & modũ legationis, hoc eſt circa ea, quæ ſunt peculiariter reſeruata Summo Pontifici, Bald. Imol. & Felin. *in c. ſuper his, col.*2.*de fid. inſtr.* Anchar. *in clem.* 1.*col.*2.*de probat.* & Capel. Tholoſ. *deciſ.*463. Niſi ipſe Cardinalis legatus Principi reſeruata, & ſpecialia ſæpè ſæpiùs expediuiſſet, quia tunc literis non oſtenſis, dicto Cardinalis, & aſſertioni plenè creditur. Bald. *in l. exemplo, in fin. C. de prob.* Felin. *in d. cap. ſuper his, n.*9.*in fin. de fid. inſtr.* Dec. *in l.*1. *n.*19.*C. de mand. princ.* & Maſcard. *de probat. concl.* 269.*n.*14.*& n.*19. Præſumitur enim habuiſſe mandatum, & valent acta, eſto non habeat literas ratione communis erroris, & præſumptæ voluntatis ... vult Stephan. Auſter. *in add. ad Capell. Tho-* ...464.*n.*2. Nec diſcordat Bald. *in l. ſi quis per calumniam, C. de Epiſcop. & cler.* quem ſequitur Ludo... Roman. *in l. ſciendum ff. de verbor. obligat.*

67. ... quid dicẽdum de Cardinali in Eccleſia ſui titu... R... ſpondeo habere in illa iuriſdictionẽ quaſi E... opalem, *c. his quæ,* cum ibi notatis, *de maiorit.* ... *ed.* c... eque ordinarium. Nauar. *lib.*4.*conſil. in* 1.*edit. tit. de ſponſal. conſ.*47.*n.*1.*& in* 2.*edit. tit. de* ... *andeſt. deſponſ. conſ.*14.*n.*1. Henriq. *lib.*11. *de matr. c.*3.*n.*4. *Manuel.* 1.*tom. ſum. in* 2.*edit. cap.*219. *n.*1... Idem dicitur de legato in prouincia ſuę legationi..., qui poteſt omnia in ſua prouincia, quæ E...copus poteſt in ſua diœceſi, cùm ſit ordinarius in ..., ... habetur *in c.*2.*de officio legati in* 6. Poſſe veri... in ſua prouincia, quidquid poteſt Epiſcopus in ſua diœceſi, docent Abb. *in c.*1.*de offic. leg. n.*2. *&* ... *quod tranſlationem, eod. tit. n.*9. Specul. *tit. de diſpen...tione, §. conſequenter aliqua, n.*4.*& tit. de legato, §. nunc oſtendendum, n.*54.*& §. nunc dicamus, n.*... Syluest. *verb. delegatus, q.*12 *&* 14.*in princip.* Molin. *tom.*1.*de iuſt. tract.*2.*diſp.*174. & Gutier. *quæſt. canon. lib.*1. *num.*6. quibus adhæret Sanchez *de conſenſ. clandeſtin. lib.*3.*diſp.*28.*num.*8.

Quoad ſecundam partem huius articuli, quæ petit, quando teneatur vnicus teſtis interrogatus reſpondere, dicendum eſt quando teſtis dubitat an iudex procedat iuridicè, & caſus talis eſt, vt ex eo nullum ſequatur detrimẽtum bono communi, vel te... ...erſonæ, inclinandum eſſe pro iudice, & parendum eſſe illius mandato, Sot. *de tegend. ſecret. membr.*3.*q.*2. quãdo verò damnum aliquod impendet tertio, & probabiliter dubitat, an iudex iuridicè, legitiméque procedat, & inquiritur contra priuatum homicidam, ſeu furem, & dubium ſit pro vtraque parte probabile, tenetur teſtis in fauorem rei inclinare poteſtque tacere crimen, imò tenetur non manifeſtare, quia maius bonum eſt contra ius non occidere malefactorem priuatum, quàm ſi non obediatur in eo caſu iudici, ſeu ſuperiori. Secùs ſi crimen redundet in perniciem Reipublicæ, tunc in dubio aperiẽda potius eſt veritas, quàm occultanda. Sot. *vbi ſuprà.*

*Fragoſ. Regim. Chriſt. Reipubl.*

Dubium tamen graue eſt quando iudex proce- 68.
dit per viam accuſationis, & inſtat accuſator, vniuſcuiuſque producitur teſtis criminis conſcius, verùm is rogatus à iudice teneatur reũ manifeſtare? Hoſtienſ. *de teſtib. cogend.* affirmat in hoc caſu, *n* 4. teneri teſtem verum dicere. Sequitur Valent. *tom.*3. *diſp.*5.*q.*14.*punct.*1.*in fin.* Arag. 2.2.*q.*70. *art.*1. *in fin. in ſolut. ad* 2. Salon. *d.q.*70. *art.*1. *controuerſ.*1. *in princ.* Ratio, quia crimina aliàs manerent impunita, ſi vnicus teſtis iuridicè interrogatus veritatem negaret; ſed in hoc caſu iudex procedit iuridicè ad inſtantiam accuſatoris; ergo &c. Sequitur Sayr. *in claui, lib.*12. *cap.*20. *num.*6. vbi hanc partem veriorem putat.

Verius tamen eſt teſtem vnicum non teneri teſtificari, quãdo videret probari non poſſe, eo quòd ipſe duntaxat, & accuſator ſciunt; quia accuſator nequit tunc accuſare, niſi forte id neceſſarium fuerit ad malum impediendum, neque accuſator poteſt admitti in teſtem, neque eius depoſitio cõtra accuſatum facit indicium ad torquendum, neque ad inquirendum, etiamſi nobiliſſimus ſit. Farin. *in prax. q.*46. *n.*93. *& ſeqq.* Ergo teſtis vnicus, non tenetur teſtificari, etiamſi iudex procedat per viam accuſationis, ſeu ad ſimplicem, & verbalem querelam alicuius, præſertim ſi ex depoſitione ſua timet ſibi graue aliquod damnum euenire poſſe probabiliter. Sa *de teſtib. n.*3. Tolet. *lib.*5. *in ſumm. c.*59. Leſſ. *lib.*2.*c.*30. *dub.*6.*n* 49. Nauar. *in manual. c.*25.*n.*50. & Couar. *in pract. cap.*18. Poteſt tamen teſtificari ſi velit, & eius teſtimonio fiet ſemiplena probatio: qua poſita, poterit iudex contra reum ex officio procedere, eumque torquere. Quod verò non teneatur teſtificari procedente iudice per viã accuſationis, quando ipſe videt rem probari non poſſe, eo quod ipſe ſolus delictum cognouit, tradunt Nauar. *in c. inter verba,* 11.*q.*3. *concl.*6.*corol.* 64.*n.*708.*& ſeqq.* Syluest. *verb. teſtis, q.*8.*verſ. primum,* vbi docet teneri teſtificari in iis duntaxat, quæ exiguntur ab eo, ſeruato iuris ordine, videlicet in manifeſtis, & de quibus præceſſit infamia, vel quando ſemiplenè probatum eſt delictum. Sequitur Leſſ. *de iuſt. lib.*2.*c.*30.*dub.*6.*n.*49.*verſ. quarto quando,* & Banh. 2.2. *q.*70. *art.*1.*dub.*4.*ad* 4. & D.Th. *art.*1.*in corpore,* vbi aſſerit tunc iuridicè teſtem interrogari, quando interrogatur, vel de manifeſtis, vel de iis, de quibus infamia præceſſit: ergo quando crimen, ſeu homicidium commiſſum ita eſt occultum, vt illius duntaxat ſit conſcius vnus, non tenetur teſtificari, cùm non præcedat infamia, nec delictum ſit manifeſtum. Ita ex doctrina pro hac parte.

Quando verò proceditur per viam inquiſi- 69.
tionis generaliter, & delicta generaliter inquiſita præiudicant notabiliter alicui tertio, ſuntque in fieri, vel aliquo modo pendent in futurum, aut ſunt contra bonum commune,

in vtroque euentu teſtis vnicus criminoſi cōſcius tenetur reum reuelare, quia vnuſquiſque lege charitati [illegible] nam non rogatus à iudice, tenetur in hoc caſu reum denunciare, vel accuſare, vt occurratur malo publico, ſeu damno priuato, ergo multo magis obligatur manifeſtare reū in particulari, ſi interrogetur à iudice, Banh. 2. 2. *q. 70. art. 1. dub. 1. concl. 3.* Sayr. *d. c. 20. n. 8* & Leſſ. *d. dub. 6. n. 43.* nō tamen poteſt in hoc caſu inquirere in particulari iudex de de Petro, quāuis ſciat, vt perſona particularis Petrū eſſe culpoſū, quia Petrus nō laborat infamia de tali crimine, nec eſt accuſatus, vel denunciatus, ſed poteſt duntaxat interrogare teſtē in cōmuni, an ſciat aliquē velle occidere innocentem, aut intendentē Reipublicæ, ſeu bono cōmuni inſidiari, tunc enim teſtis etiā vnicus tenetur reuelare delinquentem.

Quod ſi crimen non ſit ex præcitatis, ſed iam ſit commiſſum homicidiū, verbi gratia, & ignoratur author, de quo inquiritur generaliter, non tenetur vnicus teſtis reū prodere, quē vidit, vel ſcit feciſſe delictum, quia generaliter inquirēs videtur ſolùm obligare, quando ſaltem exiſtūt duo, aut tres teſtes, quibus author criminis cōuincatur ad confitendū delictum, non autē quando vnus eſt tantùm teſtis, qui ſolùm conducat ad torturā, vnde patietur graue detrimentum reus, ſi manifeſtetur ab vnico teſte; ideo conſcius criminis, quando eſt vnicus, non tenetur in hoc caſu fateri veritatem, Sayr. *in claui, lib. 12. c. 10. n. 6.* vbi hanc partem fortaſſis probabiliorem putat Idem repetit *c. 20. eod. lib. n. 9.* Et quāuis aliqui exiſtiment, teneri vnicum teſtē prodere reum, quando iudex ſub aliqua graui pœna præcipit, vt author occultus criminis notorij reueletur, tunc teneri teſtem reuelare occultū delinquētem; quibus accedit Sayr. *d. c. 20. n. 9.* vbi id valde eſſe probabile tradit: nihilominus nullo modo eſſe reuelandum multo eſt probabilius, ſi non laborat infamia, nec timetur damnū in futurum. Atque ita, quamuis imponatur à iudice præceptū ad reuelandum, id intelligitur obligare, ſeruato ſemper ordine iuris, vt ſcilicet manifeſtetur delinquens infamatus, vel indiciatus. Secus ſi reus eſt omnino occultus, & nulla laboret infamia. Sic Sylu. Nauarr. *ſupra*, & Petr. Nauar. *lib. 2. de reſtit. c. 4. n. 58.* Leſſ. *lib. 2. c. 29. dub. 14. n. 118. verſ. dico ſecundò.* Quorum ſententia placet Ioſeph. Aldret. *de religioſ. diſcipl. tuend. lib. 1. c. 7. n. 12. verſ. exiſtimant tamen,* & Param. *de Inquiſit. lib. 3. quæſt. 6. num. 118.*

70 Nec obſtat ſi dicas iudicem inquiſitione generali iuſtè, & iuridicè procedere, quando delictum eſt publicum, & author illius occultus: ergo tenetur teſtis interrogatus patefacere authorem delicti, quia tenetur obedire ſuperiori, in iis, quæ ſunt ſub illius iuriſdictione, vt notat D. Thom. 2. 2. *q. 69. art. 1.* & Sot. *de tegend. ſecret. memb. 2. q. 7. concluſ.* [illegible]. At teſtis ſubeſt iuriſdictioni iudicis procedentis in crimine manifeſto, ergo &c. dicendum tamen eſt, etiamſi iudex in hoc caſu procedat ex officio, poſſitque ſub iuramento inquirere à teſtibus, generatim de authore occulto criminis manifeſti, teſtem tamen non teneri manifeſtare authorem non indiciatum, neque vlla laborantem infamia, quando crimen non continuatur, neque ex illo aliquid mali in poſterum timetur. Leſſ. *d. [illegible]* 18. Enriq. *lib. 3. de pœnis ſacramen. c. 25. num. 9.* [illegible] *in ſcholijs litera E. verſ. tenet mitior, & probabilior ſententia*, vbi concludit non teneri teſtem manifeſtare reum occultum. Quæ reſolutio in praxi [illegible] ulenda eſt, illique teſtis tutò adhærere poteſt, cum Caiet. *d. q. 69. art. 2.* & Sot. *5. de iu-ſtit. q. 5. art. 1* [illegible] *6. art. 2. & de ſecret.* [illegible] *q. 6. concl. 2. dub. 4.* & [illegible] apud [illegible] quando iudex procedit via inquiſition[illegible] inquirendo de authore occulto crimini[illegible] non poteſt iudex quærere in parti[illegible] feceri, ſed quis fecerit in genere. Ita [illegible] *correct. a. n.* [illegible] Nauar. *c. inter verba, conc.* [illegible] nor. & Imol. *in c. bonæ,* & ibi Innoc. [illegible] *n. 5.* Probatur ex praxi communi [illegible] in ſeculari, quam in Eccleſiaſtico foro qu[illegible] demnare eſt ſatis rigidum, quia iudi[illegible] non ſe extendit ad eruenda crimi[illegible] authorem manifeſti criminis occult[illegible] dum, etiamſi ſub iuramento [illegible] ſub pœna [illegible] municationis præcipiatur, vt teſtes reuele[illegible] minoſos occultos: adhuc enim non tenentur [illegible] tefacere, ſed poſſunt dicere ſe neſcire, i[illegible] gendo eo modo, vt teneantur patefacere, *d. c.* Leſſ. *d. dub. 13. num. 109. & cap.* [illegible] *dub. 11. & iterum, d. dub. 14. n. 114. per totum*, quia quamuis i[illegible] officio iuſtè interroget, teſtis tamen iuſtè ne[illegible] cum de occulto delinquente inte[illegible]atur, q[illegible] non laborat infamia Paramus *vbi ſuprà.*

---

## §. IV

### *Quam probationem faciant teſtes ſingulares?*

### EPITOME.

71 & 75 *Teſtes ſingulares non plenè p*[illegible]

72 *Teſtiū ſingularitas ex ſex depre*[illegible] *triplex, prima obſtatiua, ſec*[illegible] *ua, ſeu adminiculatiua, tertia diu*[illegible]

73 *Teſtes actoris, & rei, quando ſunt par*[illegible] *eſt reo, etiamſi actoris teſtes in a*[illegible]

74 *Aliquando relinquitur iudic*[illegible]

75. & 76 *Teſtes ſingulare*[illegible] *in ſingular*[illegible] *tate obſ*[illegible]*tiua, nec ſemiplenè probant.*

77 *Teſtes ſingulares in ſingularitate adminiculatiua probant pluſquam ſemiplenè* [illegible] *terdum.*

78 *Teſtimonium principis, quando* [illegible] *quomodo plenè probet.*

79 *Teſtes ſingulares ſufficiunt ad torturam.*

80 *Teſtes ſingulares an plenè probent* [illegible]*areſim* [illegible] *tem in genere.*

81. & 82 *Et quando eam probent*

83 *Teſtes ſingulares probant hær*[illegible] *delicti arbitrariam, non verò* [illegible]

84 *Teſtes aliàs inhabiles admittuntur ad* [illegible] *dum hæreſim.*

85 *Duo tamen non faciunt plenam* [illegible]

86 *Teſtes conſanguinei in cauſa h*[illegible] *tantur contra conſanguineos* [illegible] *contra filios, & e contra.*

87 *Teſtes inhabiles in cauſa hære*[illegible] *admitt*[illegible] *ad probandum principale crimen* [illegible] *adminicula illius.*

88 *Teſtes ſingulares, quando probent a*[illegible] *ciuiliter, vel criminaliter accuſatum*

89 *Teſtes ſingulares in quibus caſibus faciant probationem.*

90 *Teſtes ſingulares in ſingularitate diuer*[illegible] *tiua addito iuramento in ſupplem*[illegible] *bationis, quomodo probent*

91 *Teſtibus ſingularibus, quantum* [illegible] *relinquitur iudicis arbitrio.*

92. & 93 [illegible] *& deci*[illegible] *prob*[illegible] *per teſtes ſingulares.*

Teſtes

TESTES ſingulares non plenè probant, neque ad probationem plenam coniunguntur, text. *in c. cauſam*, & ibi gloſſ. *in ve ſingulares, extra, de probat.* quæ gloſſ poſt ſe adducit text. *in c. bona el, 1. §. contra verò, de elect. & in cap. cum di ectus, de accuſat.* Eſt communis, teſte Michaele Craſſ. *lib. 2. commun. opin. c. 17. q. 27. in princ.* Ioan. Royas *in tract. de heret. p. 2. aſſert. 6. n. 120. verſ. notiſſima eſt iuris regula*, & ex Theologi Sayr. *in claui lib. 12. c. 21. n. 15.* Ratio potiſſima, quia ſingularitas idem eſt, quod vnitas, atque ita idem eſt dicere Petrum eſſe ſingularem, atque dicere Petrum eſſe vnicum, ſeu ſolum; ſed vnicus teſtis, non probat plenè, vt diximus; ergo nec teſtis ſingularis. Vnde mille teſtes ſingulares, minus probant, quam vnus, & vtilius eſt producenti habere vnum teſtem idoneum, omnique exceptione maiorem, quàm plures teſtes ſingulares; imò magis expedit, examinare vnũ, quàm plures, quia plures minus probant, quàm vnus, propter impugnantiã, & contrarietatem inter eos exiſtentem. Barboſ. Vimat. *ad ordin. reg. lib. 3. tit. 55. concl. 3. n. 1.* Mendez à Caſtr. *in praxi ſeculari Luſitaniæ, lib. 3. c. 15. n. 7.* Farin. *in praxi lib. 3. de oppoſit. contra dicta teſtium, q. 64. n. 39.* & Camil. Borrel. *in ſumm. deciſ. tom. 2. tit. 11. n. 13. & ſeqq.* Probatur ſecundò, quia ex ſingularitate teſtium eruitur dolus ſubeſſe, & falſitas; ſed teſtes doloſi, ſeu falſi, nihil probãt per text. *in c. ſi quis conuictus, 22. q. 5.* ibi, *ij vero qui ei in periurio conſenſiſſe probantur, poſtea ab omni teſtimonio ſunt remouendi.* Quod procedit, vt etiam teſtis falſus non probet contra falſariũ. Maſcard. *de probat. concl. 454. n. 12. & concl. 746.* Nec etiã in fauorẽ piæ cauſæ, Menoch. *de præſ. lib. 1. q. 22. n. 8.* Farin. *ſupra, q. 67. § 3. à nu. 58. ad n. 61.* Ergo teſtes ſingulares, ex quibus arguitur dolus, & falſitas, vt Follet. *in pract. crimin. in verbo, item quod commiſit falſitatem*, apertè docet, non probabunt, nec ad probationem faciendam vniri poterunt.

Confirmatur etiam ex contrarietate, & varietate inter teſtes ſingulares; atqui quando teſtes inter ſe contrarij, ac varij, nihil probant, [illegible] alijs contradicant, vt notant. Bald. *in l. ſed & [illegible] rij, §. ſed & ſi verum, ff. de iur. iur. & in [illegible] teſtam.* Maſcard. *de probat. concl. 1361. n. 2.* [illegible] allegatis ex recentioribus; ergo teſtes ſingulares, & inter ſe varij, ac diſcordes, nihil omnino probant. Aymo *conſ. 41. n. 7.* & Hippol. Rimin. *con[illegible] n. 2. lib. 3.* Quibus accedit Petrus à Petra *in tract. fideicommiſſ. q. 12. n. 511. 582. & 675.*

72. Vt verò clariùs procedamus, teſtium ſingularitas deprehenditur, ex ſex, puta ex perſona, re, cauſa, tempore, loco, circumſtantia. De perſona fit mentio *in cap. ſenes, de teſtib.* De re, ſeu contractu, meminit c. *liberorum, 2. q. 8. c. ſignificaſti, de appell.* & lex *ſi in rem de rei vindic.* De tempore, quando vnus diſcordat ab alio, Bald. *ad Specul. in rubr. de teſt. verſ. ſex faciunt teſtem.* Alex. *conſ. 116. incipit, poſtea quam, col. 1. per totam, vol. 1.* De cæteris verò, videlicet de cauſa, de loco, & de circumſtantiis agit Farin. *ſupra, n. 9.* & Camill. *d. tit. 11. n. 3. & ſeqq.* Vbi triplicem ſingularitatem deſcribit. Primam vocat obſtatiuam, quæ introducitur, quando inter teſtes reperitur contrarietas, & repugnantia, verbi gratia, quando in contractu mutui aliqui teſtes deponunt factum in vno tempore, & in vno loco, alij verò teſtificantur fuiſſe factum in alio tempore, & loco, qui teſtes meritiſſimò repelluntur, nec probant, vt *vol. 4.* ait Marian. iun. *conſ. 81. à n. 15.* & Hier. Gabr. *conſ. 40. n. 21. vol. 2.* Secundam vocat cumulatiuam, aut adminiculatiuam, quæ introducitur, quando vnus teſtis deponit de numeratione, & alius de confeſſione. In quo euentu aliqui opinantur fieri ſemiplenam probationẽ. Qua de re videatur Hier. Gabr. *in d. conſ. 40. n. 20. & ſe quenti, & n. 30. vol. 2.* Tertiam vocat ſingularitatem diuerſificatiuam, cuius exemplum eſt, quando teſtes de diuerſis actibus factis diuerſo loco, ac tempore teſtificantur. Tunc enim nihil probant, nec poſſunt coniungi eorum dicta, de quibus poteſt dici, quod dictum eſt ſupra, mille teſtes ſingulares minus probare, quàm vnum, quia diuidit teſtes, & illorum teſtimonia ita, vt nihil probent. Roland. à Valle *conſ. 95. num. 21. vol. 4.* Hier. Gabr. *conſ. 40. num. 1. vol. 2.* & Aymo *conſ. 41. num. 7.*

73. Quæres ergo quam faciant probationem teſtes ſingulares? Hac in re dicendum eſt, quando teſtes diſcordes ſunt in pertinentibus ad facti ſubſtantiã, ſi tot fuerint teſtes actoris, quot rei, & pares numero, ac dignitate, fauendum eſt reo. Ita Alciat. *in tract. de præſumpt. reg. 3. præſump. 44. n. 5.* D. Th. *2. 2. q. 70. art. 2. ad 2* & colligitur ex c. *ex literis, de probat.* Ex eo fundamento, quia quãdo iura ſunt æqualia, inclinandum eſt ad potiorem partem, quæ eſt poſſidentis, arg. *reg. 65. in pari delicto, & reg. 11. cùm ſunt, de reg. iur. in 6.* Cùm autem reus ſit in poſſeſſione vel bonorum, vel famæ, vel vitæ, pro illo pronunciandum eſt, quando teſtes actoris, & rei in pertinentibus ad facti ſubſtãtiam non concordant, & aliàs ſunt æquales numero, & dignitate pares. Accedit, quia vbi pares ſunt probationes, iudex potiùs inclinare debet ad abſoluendũ, quam ad condemnandum, niſi cauſa fuerit ex fauorabilibus, vt eſt cauſa pia, ſeu cauſa libertatis, aut ſimilis; tunc enim pro illa pronunciandum eſt. D. Th. *2. 2. q. 70. art. 3. ad 2.* & deducitur apertè ex d. cap. *ex literis*, & ibi Dec. *num. 5. de probation.*

74. Quod ſi teſtes eiuſdem partis inter ſe diſcordant, & pariter teſtes alterius partis inter ſe differunt; ad iudicem ſpectat prudenter expendere, cui ex duobus fauere poſſit penſata priùs teſtiũ qualitate, dignitate, ac numero, item conſiderata cauſa. D. Thom. *ſuprà*, Sot. *de iuſt. lib. 5. q. 7. art. 3.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. caſu, 98. à n. 1.* vbi vult in dubio potiùs deferendum teſtibus rei, quàm actoris, quia pro eo ſemper adſtat iuris præſumptio, tam in iudicio criminali, quàm ciuili, ne, ſcilicet, reus deliquiſſe credatur *l. merito, ff. pro ſocio.* Quod procedit etiamſi ex parte actoris in aliquo habeant exceſſum, verbi gratia, ſi clerici ſint, & teſtes rei laici. Adhuc enim deferendum eſt teſtibus rei, quoniam qualitas teſtium, non debet tollere abſolutionem. Sic Abb. *in d. cap. ex literis*, & ibi Dec. *n. 5.* & quamuis Dec. ibi, dubitet quoad cauſam ciuilem propter rationem gloſſ. *in cap. Monachus, 77. diſt.* dicentis potiùs ſtandum eſſe teſtimonio quatuor clericorum, quàm teſtimonio ſex laicorũ; nihilominus ab eo diſſentit rectiùs Alciat. ob regulam c. *peccatum, de reg. iur. in 6.* quam perpẽdit, *d. præſ. 44. n. 5.* quia vbi pares ſunt probationes, ex parte rei ſtat præſũptio, ne aliena occupare videatur. Ideo inter illius iuribus actoris præferri debẽt.

75. Ex dictis ſequitur certum eſſe apud omnes, non probare plenè contra aliquẽ teſtes ſingulares, nec ſufficere ad aliquem condemnandum. Nam in primis nec ſemiplenè probant, quãdo ſunt ſingulares in ſingularitate obſtatiua, in qua mille teſtes ſingulares minus probant, quàm vnus ob contrarietatem, & impugnantiam inter eos repertam, quæ redolet falſitatẽ, vt ait Bero. *in c. licet cauſam, n. 38,*

*in fine, verſ. ſed iſta declaratio, extra, de probat.* & Ca[illegible]al *in d. l. admonendi, n. 85* [illegible] *iur* [illegible]*rand.* & in ſpecie in ſingularitate o[illegible] ideram Bald. *in* [illegible] *n. 4.* [illegible] S[illegible] 6, *n. 9. in fin.* & Mont. *in* [illegible] *ſingulares teſtes, an & quan*[illegible] *pro*[illegible] 4.

76. Quin etiam q[illegible] plures ſint teſte[illegible] ſingulares, nec ſemiplen[illegible] probare [illegible] *conſ. 94. n. 8 lib. 6.* [illegible] *quibus* [illegible] *penult. ver.* [illegible] *nunquam teſtis* [illegible] Aymo. *de an*[illegible] *q. temp. or. p. 4. ſect. ſed enim*, [illegible], quod eſt verum in ſin[illegible] Vnde eiſe ſingulares in ſingul[illegible] diuerſificatiua, item Caccialup. opina[illegible] *in dicta l. admonendi, n. 92. in princ. & in fin. verſ. teſtes ſingulare ſingularitate* [illegible]*ficatiua*, [illegible] *concludo*, probare ſemiplene, vt vbi teſtatur de communi Doctorum, *ff. de iur. iuran.* & Albert. *in c. 1. q. 26.* [illegible] *de heret. in 6.* dummodo inter ſingulares teſtes deponat vnus idoneus, & omni exceptione maior, concordant Cornel. *conſ.* [illegible] *num. 8. lib.* [illegible] relati per Aymo. *conſ.* [illegible] *n. 55. verſ. quin imo*, abſo[illegible] dicentes eſt teſtibus ſingularibus ſemiplenã effici probationem, quam iis contra ex diuerſificatiua ſingularitate nec ſemiplenam fieri probationem ſentire videatur Petr. à Petra *q. 12. in tract. de fideicõmiſſ. n. 487* ex Baldo, & Syluano, quos ibi referens ſequitur. Quod puto verum, quando inter teſtes ſingulares, tanta eſt diuerſitas, vt non ſolùm redoleat contrarietatem, ſed illam præ ſe ferat; tunc enim teſtes ſingulares ſingularitate diuerſificatiua, nec ſemiplene probant, vt notant Caccialup. & alij quibus adhæret *in d. l. admonendi, n. 92. ff. de iur. iurand.* quod etiam docuit Bald. *in d. cap.* [illegible] *cauſam, n. 11. verſ. quandoque eſt cum aliquam diuerſitate, de probat.* & Dec. *conſ. 410. in fine*, quibus accedit idem Aymo. *conſ. 1. n. 7.* & multo clariùs *de antiquit. tempor. p. 4. ſectio ſed enim, n. 7.* Quod extende non ſolum in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus, in quibus tollitur fides teſtibus ſingularibus. Iul. Clar. *in pract. q. 53. verſ. dixi etiã*, & [illegible] *3. var.* multis ibi relatis, *tit. de probat. delict. n. 10. verſ. Item adde*, vbi teſtatur de communi.

77. Sed quid dicendum de teſtibus ſingularibus in ſingularitate adminiculatiua, & cumulatiua, quæ [illegible] ex dictis teſtium nullam repugnantiam, vel contrarietatem habentibus, ſed per diuerſa media, ſeu per diuerſas conjecturas deponunt, & vnus alteri patrocinatur, & alter alterum coadiuuat, & omnes ſingulariter ad eundem finem tendunt, verbi gratia, quando vnus teſtificatur de auditu, alter de viſu, vnus de facto, alter de fama, vnus de confeſſione, alter de numeratione pecuniæ: vnus denique de vna confeſſione, alter de altera? Probare bene tradunt Cro[illegible] *de teſtib. p.* [illegible] *n. 315. in princ. in 8. concl.* Albert. *in cap. 1. q. 16. n. 13. in fin. verſ. & in adminiculatiua, de hæretic. in* [illegible] Monticel. *in repertor. teſt. rubr. ſingulares teſtes an & quando probent, fol. 198. col. 2. ver*[illegible] & Corrad. *in prac.* [illegible] *§. 2. de eff.* [illegible] *ca*[illegible] *de teſtib. in ſect. dicta teſtium aſſumenda, rubric. de ſingularit*[illegible], poſt Bald. *in cap. licet cauſam, n. 11. de probatio.* & Curt. *in tract. de teſtib. concluſ. 46. num.* [illegible]2.

No[illegible] tamen huiuſmodi teſtes ſin[illegible]lares ſingularitate adm[illegible]ularios faciunt plenam probationem, ſed ſemiplenam, & inter[illegible] pluſquam ſemiplenam, [illegible] quam iudex plus rapitur ad præſu[illegible]ndum & credendum rem fuiſſe commiſſam à Petro, & contractum ab ipſ[illegible] celebratum, ita Roland. à Valle *conſ. 53. n. 1*[illegible] *vol. 4.* poſt Bald.

*in auth.* [illegible] *C. de* [illegible] teſt[illegible] pon[illegible] [illegible] et [illegible] d[illegible] de [illegible] feſſio[illegible] tam [illegible] plena [illegible] vt in [illegible] ſupplementum Se[illegible] de [illegible] Curt. *in l.* [illegible]*monendi* [illegible] *in* [illegible] cialup. *n. 92.* [illegible] *teſte ſingulari ac* [illegible], quibus accedit Camil. Borre[illegible] Sayr. *in claui lib.* [illegible] *21. n. 11* [illegible] lares teſtes non facere plenã probati[illegible] quem con[illegible] lemnandum ſed neceſſ[illegible] teſtes exigi concordes, vel conteſtes [illegible] rentia cõmunis, conſtatque ex D. Th. [illegible] & ibi Caiet. Arag. & Banh. Valent. *tom.* [illegible] *punct. 2.* Quare non [illegible] principi tei [illegible] ſuffi[illegible] ad occidendum homin[illegible], in cauſ[illegible] leuioribus, quando agitur de condemnat[illegible] aliam pœnam minorem, ſufficit teſt[illegible] cum teſtis eximiæ authoritatis, quia ratio [illegible] et teſtimonium principis [illegible] di[illegible] rum, [illegible] *ſuprà*, po[illegible] *in cap. cum à nobis, num. 22. verſ.* [illegible] *non eſt multum præiudicialis*, & ibi Aret [illegible] *de teſtib.* Maſcard. *de probation. lib. 2. con*[illegible] *num. 10. lib. 3. concluſ. 1227. num. 7*

Secus quando agitur de graui ali[illegible]us [illegible]dicio, & eſt de rebus cauſa, quæ non depe[illegible] à principis voluntate, & poteſtate. Aret. *in d.* [illegible] *à nobis, n. 12.* Dec. *conſ. 92. num. 15. ad* [illegible], Maſcard. *d. concl. 1227. à n. 1* [illegible] *ſique ad n.* [illegible] *princ. adiuncto n. 111.* vbi teſtatur de tanq[illegible] & æquiori opinione. Quod tamen no[illegible], quando princeps aliquid aſſerit motu [illegible], ex certa ſcientia. Item in antiquis, in q[illegible] ſtinctè etiam quod contineat factum [illegible] quamuis de tertij præiudicio agatur [illegible] lius omnino ſtandum eſt Alex. [illegible] F[illegible] lin. *in c. cum cauſam, n. 5. de probat.* Gabr[illegible] gans, *rubr. de probat. concl. 2. n. 54.* Aymo [illegible] *tempor. p. 1. n. 8. & ſect. non omitto n* [illegible] loquitur etiam in præiudicium tertij [illegible] eſt, quando Summus Pontifex, Imper[illegible] aſſerit ſe ea de re eſſe bene inſtructu[illegible] ſeu quando ait ſe eſſe bene informa[illegible] *vbi ſuprà, p. 1. n. 11. & ſect. propoſitum* [illegible] hoc habere locum, etiam quando ag[illegible] præiudicio tertij. In quo euentu tran[illegible] probãdi contrarium. Menoch. [illegible] card. *concl. 621. num. 7. & ſeqq. lib.* [illegible] *n. 686. lib. 3.* Quartus caſus eſt, quando [illegible] principi aſſerenti, ſuper bene [illegible] etiamſi aliunde non conſtet, & q[illegible] præiudicio tertij. Iaſon *conſ. 18* [illegible] *facit, lib. 2.* Maſcard. *d. lib. 3. concl.* [illegible] *n. 117.* vbi alios referens ſequitur. Q[illegible] eſt, quando Summus Pontifex ali[illegible] ſpiritualia, in quibus illius aſſerti[illegible] etiam in præiudicium tertij. Aret. *in* [illegible] *à nobis, num. 15. de teſtib.* Maſcard. *de pro*[illegible] *lib.* [illegible] *concluſ. 239. num.* [illegible] *ſeria ibus tamen*, & Aymo *de an*[illegible] *ſect. propoſitum, poſt num. 2.* [illegible] cernitur in aſſer[illegible] rei ſibiq; continente [illegible] cei[illegible], cui ſtandum [illegible] tij præiudici[illegible]. Aym[illegible] *quit. te*[illegible] *ctio non omitto, n*[illegible] *part.*

Quæſti[illegible]

Quæſtionis eſt, quam vim habeant teſtes ſingulares contra reum. Reſpondetur, ſi ſint omni exceptione maiores,ſufficere ad torturam, ſi tales ſunt,vt nihil eis opponi poſſit, quia vnicus teſtis vrget, & teſtimonio illius infamatur reus apud iudicem competentem,ideo torqueri poteſt,gloſſ. *in l.bona fide, C.de rebus creditis,verſ.decidi oportet,* & ibi Bald.Pegna *in comment.ad director.Inquiſit. p.3. 61.comment.110. reg.2. & reg.7.* Gloſſ. *in l. admonendi, ff. de iureiurand.* & ibi Bartol. & alij, cui accedit Gom. *tom.3.var.cap.12.n.9.* & multò fortius teſtes ſingulares, in crimine hæreſis faciunt indicium ad inquirendum,& torquendum, vt bene ait Maſcard. *lib.2.concluſ.856.num.22.* & Pegna *d.3.part.comment.121.col.7.verſ.quia verò, & col 9. in fine.*

80. His accedit dubium, an teſtes ſingulares probent hæreſim. Affirmant Iacob.Butrigar. *in l.hoc carmen,ff.de teſtib.* Bero.*in cap.licet cauſam, n.40. de probat.* Bald.*in l.actor,num.4.C.de probat.*Caecialup. *in l.admonendi,ff. de iureiurand.n.84.verſ. & illam ita declarat.* Ant. Gum. *tom.3 de delict. cap.12.rubr.de probat.delictor.n.12. ante medium, verſ.ſecus tamen eſt*, vbi hanc partem vocat communem. Quam probationem eſſe faciendam ſaltem per duos teſtes tradit Ananias *in cap.excommunicamus,§. adijcimus, de heretic.* & alij relati à Cenall.*in commun.contra commun.q.721.num.3.* & Gabriele *tit. de teſtib. concluſ. 2. num.40. lib.1.* & Simanc.*in tract.de heret.tit.64.num.68.*

Contraria ſententia traditur à Ioan. Andrea *in cap.officium,§.1.in princip.de heret.in 6.*& a Nello *de teſtib. num 21. verſ. ad probandum certum crimen hereſis*,vbi volunt teſtes ſingulares, qui non habent alium ſibi in depoſitione per omnia conteſtem,& concordem, non probare aliquem eſſe hæreticum originaliter, neque hæreſim in genere. Sequitur Alex. *conſ.19. in his, quæ in themate, num 22.lib.4.& conſ.100 ſuper primo,num.6. lib.1.* Siman. *in tract. de heretic. tit.64. rubr. de teſtib. num. 1.* vbi alios refert, *& num.69.* vbi ait aliam ...nem eſſe periculoſam, & omnino falſam, & ...ſque iuris peritis confutatam, & à doctoribus olim meritiſſimo iure exploſam. Ex eo fundamento,quia ſicut teſtibus ſingularibus, atque diuerſis, non poteſt in ſpecie probari hæreſis plenè, cùm opus ſit,vt ſaltem duo teſtes concordes ſint. *cap. licet cauſam, de probat. c. li... diuerſis, de teſtib.* Anton. *in cap. cum oporteat,de accuſationib.* & Albert. *in cap.1. de heret. in 6 q. 6. num.54.* Sic etiam teſtibus ſingularibus nullo modo poteſt probari aliquem eſſe hæreticum in genere, nam niſi aliqua ſpecies hæreſis duobus ſaltem teſtibus plenè probetur ab aliquo commiſſa,non poteſt inde inferri hæreſim in genere probatam eſſe plenè, Salic. *in l. teſtium,C.de teſtib.* Accedit argumentum aliorum delictorum, quæ teſtibus ſingularibus plenè non probantur, in quibus ſupplicia minora reperiuntur;ergo hæreſis validioribus probationibus condemnari debet,cùm in hoc crimine omnia pœnarum genera concurrant.Iul.Cl. *in prax.§ fin q.53.n.18.verſ. dixi etiam,& n. 19.* vbi de plano concludit,ad probandum aliquod delictum in ſpecie,requiri teſtes eſſe conteſtes, aliàs non poſſe condemnari. Idem ait ad probandum delictum in genere,puta aliquẽ eſſe hæreticum,ſeu vſurarium, non ſufficere teſtes ſingulares ad hoc probandum plenè,quin addit ad probandam hæreſim non ſufficere teſtes ſingulares,ad hoc probandum plenè; imò ſufficere teſtes ſingulares etiam cum fama,nec per hoc poſſe procedi ad probationem prout etiam tradit Eymeric. *in direct. Inquiſit.p.3.q.72.n.1.* & ibi *in add.*Pegna *in comment.121.col.1.verſ.ſecundum eſt,& verſ.his ita conſtitutis, etiamſi ſingularitas ſit adminiculatiua,*& Maſcard.*de probat.concluſ.856.n.11. vol.2.* per gloſſ. *in cap.veniens,el 1.in verb.illorum,verſ. preterea, de teſtib.* quam ſequitur Imol. *in clem.1. col. penult. de heret.* & alij, quos ibi referens ſequitur idem Maſcard. qui omnes concludunt in criminalibus ex pluribus probationibus imperfectis neminem condemnari ad pœnam ordinariam. Quare ſi quis contra ſe vnum idoneum teſtem habuerit cum fama de eodem crimine hæreſis,arbitrio dominorum Inquiſitorum debet puniri,vt notat idem Pegna *d.comment.121.verſ.hec tamen concluſio.* poſt Palac. *rubr. in d. allegat. de heref. §.12.* & Repertor. Inquiſitor. *verb. teſtes,§. an in cauſa hereſis.*

In tanta ergo contrarietate ſub cenſura melius id ſentientis, dicendum puto,quando non agitur de condemnando hæreticum, ſed de torquendo duntaxat,aut de inquirendo illum, ſufficere teſtes omnino ſingulares. Ratio, quia ex dictis horum teſtium ſingularium contra reum oriūtur magna, & vrgentia indicia; ergo ſine dubio poteſt quæſtionibus ſubijci,& de eo inquiri,Maſcard.*d. concluſ.856.n. .& n.22.* vbi ait, ſi probetur hæreſis per teſtes ſingulares,poſſe reum torqueri.Idem docet Pegna *d.comment.121.col.6 verſ.quia vero ex dictis, & col.9.verſ.quoties, quis pluribus teſtibus ſingularibus & idoneis vrgetur*, vbi loquuntur, quòd poſſit torqueri,ſi nolit fateri,expectandumque eſſe per aliquod tempus,& inquirendum, an reperiri poſſint teſtes concordes,ſed prius torquẽdum, vt ſi fieri poteſt,ab illius ore veritas habeatur; quod ſi neget omnino, nec per torturam indicia multa, & vrgentiſſima aboleantur contra ipſum, cogendus eſt reus ad abiurationem ſaltem de vehementi,non tamen ad pœnam ordinariam condẽnabitur.Ita Pariſ.*d.cōſ.2.n.92.verſ.ex quibus infertur,col.4.*quē ſequitur Maſcard.*ſuprà,d.n.22.* 81.

Quod ſi teſtes ſingulares ſunt concordes contra reum in loco,& tempore,itemque ſunt concordes in propoſitione hæreticali, & in illius ſubſtātia,ſed variant,& differunt in verbis; non eſt dubium teſtes ſingulares in hoc caſu probare hæreſim,ſeu propoſitionem hæreticalem, niſi expreſsè fuerit verborū forma articulata.Ratio,quia quando teſtes ſingulares, etiam diſcordes in verbis,cōcordes tamen in ſubſtantia ſunt, optimè probant hæreſim, ſeu propoſitionem hæreticalem de qua agitur; quia non eſt neceſſe deponere per eadem omnino verba,ſed per æquipollentia:ideo quamuis in verbis ſibi ipſis repugnent,cum concordent in loco, & tempore, & in ſubſtantia hæreſis, ſeu propoſitionis,non dicuntur ſingulares,ſed conteſtes,& plenè probant,ſufficienterque ad condemnandum. Royas *in tract. de heret. part.2. aſſert.6. num.131.& num.132.* Maſcard.*d.concluſ.856.n.18. & ſeqq.*Pegna *d.comment.121.col.12.litera B.verſ. alter ſenſus,verſ.ſequenti,incipit,ſed quo apertius, & verſ.iam ſi in hac.* 82.

Contra verò ſi teſtes ſingulares diſſentdent in ſpecie hæreſis, aut in propoſitione hæreticali, vel in ſubſtantia negotij, itemque diſcordent, vel in loco, vel in tempore, & negotium agatur ad effectum puniendi, & condemnandi, nullo modo reus pœna ordinaria plecti debet, quia non probant ſufficienter. Ratio,

quia cùm reus ſit non ſolùm ſuæ vitæ, ſed etiam ſuorum bonorum poſſeſſor, & conditio poſſidentis ſit melior, nullo modo ſtandum eſt dictis teſtium ſingularium, cùm de vita hominis, & de bonorum publicatione tractetur. Idcirco cùm probatio per teſtes ſingulares non ſit concludens, ſed dubia, & in caſu dubio melior ſit conditio poſſidentis, non eſt condemnandus reus, donec probatio concludens reperiatur, vt requiritur in hoc crimine. Ita Sotus *lib. 5. de iuſt. quæſt. 8. art. 2.* Simanch. *de re[illegible]b. tit. 64. num. 52. & 53.* Albert. *de cognoſcend. aſſertion. cathol. & hæret. quæſt. 34. n. 6.* Royas *in tract. de hæretic. part. 2. aſſert. 6. num. 142.* & Pegn. *ſupra, part. 3. d. comment. 121. vol. 4. verſ. cæterum omiſſa, & ſequent.* vbi hanc partem, tanquam tutiorem, & validioribus argumentis firmatam, vſuque receptam ſequitur. Quibus accedit Maſcard. *vol. 1. concluſ. 356. num. 10.*

Sed quid dicendum, quando non tractatur de condemnando reo ad pœnam ordinariam, ſed extraordinariam, ſecundum arbitrium iudicis procedentis pro ratione culpæ? Dicendum eſt quod hoc probandum teſtes ſingulares poſſe admitti. Ita Pegna *d. comment. 121. verſ. quia vera ex dictis,* vbi docet conuictum per teſtes ſingulares in loco, & tempore, adhuc compelli abiurare de vehementi, & *col. 9. in fine, & ſequenti,* tradit ex Guidone *in conſtitut. ad Inquiſitores, quæſt. 15. cap. 17.* niſi teſtes, plenè, & planè in omnibus concordauerint, melius eſſe purgationem indicere, vel differre ſententiam, quàm damnare, hoc eſt ad pœnam ordinariam, quia ad hanc requiruntur lucidæ, claræ, integræ, & apertæ probationes; ſubditque ibidem *verſ. quoties quis pluribus teſtibus ſingularibus, & idoneis vrgetur,* conuictum per teſtes ſingulares, concurrente cum iiſdem teſtibus fama, poſſe reum cogi abiurare, vel ad triremes tranſmitti, quando teſtes ſunt plures, & nobiles, vel condemnari per aliquod tempus ad concluſionem in aliquo monaſterio. Conſentit Maſcardus *ſuprà, num. 18.* quatenus ait re[illegible] contra ſe habentem vnum bonum teſtem cum infamia de eodem crimine, arbitrio dominorum Inquiſitorum eſſe puniendum, non tamen propter tot teſtium ſingularium dicta, tanquam negatiuum, & impœnitentem curiæ ſæculari eſſe tradendum conſulit Pegn. *d. verſ. quoties quis pluribus teſtibus, ad fin.* Cuius ſententia placet Maſcard. *num. 24. 25. & 26.* aſſerens hanc praxim ſeruari in ſacroſanctæ Inquiſitionis foro, vbi ait quando quis probatur eſſe hæreticus per teſtes ſingulares, hoc ſatis eſſe ad purgationem faciendam, ſeu ad pœnitentiam iniungendam, non tamen ad plenam delicti pœnam ordinariam imponendam. In quo ſenſu vera eſt opinio affirmans per teſtes ſingulares probari hæreſim, vt ſuprà dictum eſt cum multis, & negatiua opinio etiam eſt vera, ſi intelligatur non probari hæreſim per teſtes ſingulares ad infligendam pœnam ordinariam delicti, quia in probandis hæreſibus vberiores, & clariores exiguntur probationes, cum in eo caſu de maiori tractetur præiudicio, & omne pœnarum genus in crimine hæreſis concurrat; de quibus ſatis agit Bald. *in l. 1. num. 7. C. de ſumm. Trinit. & fid. cathol.* Abbas & Felin. *in cap. literas, de præſumpt.* & alij quorum meminit Ioan. à Roya *de hæretic. part. 2. aſſertione 6. num. 151.*

84. Illud etiam notandum eſt, teſtes alias inhabiles ad teſtificandum, admitti ad probandam hæreſim. Conſtat ex cap. *in fidei fauorem,* & ex cap. *accuſatus, § licet, de hæretic. lib.* [illegible]. Al[illegible] *in* [illegible] *de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 3[illegible]. num. 2* [illegible] *d. 3. part. in director. Inquiſitor.* [illegible] *principio.* Vnde hæreticus contra hæ[illegible] teſtificari, vt habetur *in l. quoniam, C.* [illegible] Luc. de Pen. *in l. veterani, C. de* [illegible] Item ſocij in eodem crimine, in verbo [illegible] *verſ. item hæretici, & de teſt.* [illegible]. Item [illegible] crimine probant hæreſim con[illegible] ex d. cap. *in fidei fauorem,* Gu[illegible] *ret. quæſt. 13. num. 1* [illegible] Idem di[illegible] de Iu[illegible] betur *in cap. contra Chriſtianos, de hær.* [illegible] gloſſ. *verb. Iudæos* Gu[illegible] *d.* [illegible] R[illegible] *gul. 190.* & eſt communis [illegible] tamen [illegible] cæteris criminibus, ſi[illegible] iam in proban[illegible] in teſtes non admittuntur, [illegible] c[illegible] *repellantur, & in cap. meminimus,* [illegible] *in cap.* [illegible] *oporteat, de accuſat. & in cap. ſi teſtes* [illegible] *3. p. director. in q. 67.* [illegible] *comment.* [illegible] *verſ. in* [illegible] *bus vtitur author,* poſt Gund[illegible] *q. 13. n. 13.* & Feder. de Sen. *conſ.* [illegible] *1. Reue*[illegible] *Chriſto patri, prope fin.* Ratio potiſſim[illegible] q[illegible] pter maleuolentiam inimici præ[illegible] teſtificari. Archid. *in cap. fidei fauorem,* [illegible] *2. verſ.* [illegible] *de hæret. in 6.* Bald. *in auth. ſi teſtes p*[illegible] *de teſtib.* Vnde meritò teſcriut [illegible] ſentiens *in tract. de hæret. verb.* [illegible] hæreſis poſſe admitti inimicum a[illegible] ad accuſandum verò vtique ad[illegible] modici præiudicij eſt accuſare [illegible] accuſatio non probantur, accuſ[illegible] tur. Ideo quamuis ad accuſ[illegible] ad[illegible] micus, non tamen ad teſtific[illegible] Paris. *conſ. 2. n. 76. verſ. & ſuadetur i*[illegible]

Quæres quam fidem faciant [illegible] ad teſtificandum admiſſi in crimi[illegible] pondeo duos ex ipſis non facere [illegible] tionem ad pœnam delicti [illegible] ſed ſufficere ad pœnam extraor[illegible] dato, vel ad præſumptionem [illegible] turam. Abb. *in cap. per tuas,* [illegible] *in cap. teſtimonium, num. 22. de te*[illegible] Palat. Rub. *in allegat. ad hæret. §.* [illegible] R[illegible] *gul. 189. num. 11.* & deduci[illegible] ex [illegible] *merem, ibi, & numero teſtium, de hæret. in* [illegible] accedit Albert. *in tract. de cogn.* [illegible] *hæret. quæſt. 34. num. 3.* & [illegible] *in* [illegible] *§* [illegible] *dicium, num. 4. ff. de conditionib. ob tur*[illegible] & vult Iul. Clar. *in pract. §. vlt. qu*[illegible] *ſed pone,* vbi decidit duos ſocios [illegible] aliquem deponentes, non concl[illegible] condemnatio, ſed bene facere co[illegible] cium ad torturam, etiamſi ſint ſin[illegible] tur Boſſ. *in tit. de indicijs, num. 1*[illegible]

Quod ſi teſtes plures ſint qui [illegible] ne hæreſis, tunc etiamſi ſint [illegible] cauſa hæreſis plenè prob[illegible] ordinariam imponendam, [illegible] conſtantiis, & conjecturis, & [illegible] veriſimiliter ſtatuat teſte[illegible] bant verba *in d. cap. ſi* [illegible] *rem* [illegible] *ſi, inquit, ex veriſimilibus con*[illegible] *ro teſtium, aut perſonarum* [illegible] *quam eorum, contra quos* [illegible] *itur* [illegible] *alijs circumſtantijs* [illegible] *non præſumuntur.* Ita S[illegible] Palat. Rub. & Albert. [illegible] *cap. vlt. in fine, de* [illegible] *lib. 1. concluſ. 355. num. 3.* & [illegible] *limit. 8. num. 89.*

Sed

86. Sed quid dicendum de conſanguineis contra conſanguineos in cauſa hæreſis? De his aliqua tetigimus ſuprà in hac diſputatione, §.1. *num.21.* Sed claritatis gratia regula ſit affirmatiua, conſanguineos ſcilicet, deficientibus aliis probationibus, ac teſtibus, teneri contra conſanguineos, & propinquos teſtificari. ita de fratre docet gloſſ. *in c. literas, ſuper verbo, de fratre*, vbi Abb. *n.8. de præſumpt.* & Specul. *in tit. de teſtibus, §. de teſtium compulſione, n.1. verſ. Sed nunquid frater.* Quod debet intelligi mandante id iudice competente, ſeu quando præcipitur ab arbitris fidei catholicæ, ſub pœna excommunicationis ipſo factu, vt omnes reuelent hæreſes quas ſciunt. Probatur, quia ſeruus poteſt dominum accuſare, & contra illum teſtificari in crimine læſæ maieſtatis humanæ, *l. penult. ff. ad l. Iul. maieſt.* Ergo etiam conſanguinei. Imò filius poteſt accuſare, & denunciare patrem, ſi proditor ſit patriæ, quia commune bonum præferendum eſt priuato. Angel. *verb. exheredatio, §.1. & 2.* Syluest. *verb. hereditas, 2. q.3.* Ergo à fortiori filius tenebitur non ſolùm teſtificari contra patrem hæreticum, ſed etiam illum accuſare, quia bonum religionis, & fidei catholicæ, præferendum eſt bono priuato patris. Magis enim debetur Deo, eiúſque honori, quàm parentibus, iuxta D. Thom. 2.2. *quæſt.26. art.2. ad 3.* nec de hoc poteſt eſſe dubium, vt conſtat, atque ita potius Deo, quàm parentibus obediendum eſt, *cap. relatum, de ſententia excommunicationis, & cap. quiſquis metu, 11. quæſt.3.*

Confirmatur ex illo Deuter. *cap.13.* vbi præcipitur ſic. *Si, inquit, tibi volueris perſuadere frater tuus, filius matris tuæ; aut filius tuus, vel filia, ſiue vxor, quæ eſt in ſinu tuo, aut amicus, quem diligis, vt animam tuam, clam dicens; Eamus & ſeruiamus diis alienis, non acquieſcas ei, nec audias, nec parcat ei oculus tuus, vt miſerearis, & occultes eum*, hæc ibi. Ex quibus conſtat in caſu hæreſis, etiam fratres, vxores, & parentes eſſe accuſandos, quia filij, & parentes ſunt correlatiui. Facit illud Lucæ, [illegible] 14. *Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum*, &c. Accedit Hilar. & Theophylactus in cap.4. Matthæi, docentis odio habendos eſſe parentes, qui filios auocare curant ab amore, & obſequio Chriſti Domini. Suffragatur lex *minimè, ff. de relig. & ſumpt. funer.* vbi deciditur, poſſe patrem oppugnantem patriam à filio occidi. Quod etiam *in l.12. tit.18. part.2.* vbi ſi filius ſit cuſtos arcis, & pater velit illam oppugnare, tenetur filius pro arte tuenda patrem interficere; ergo multo magis pro tuenda fide catholica debet patrem hæreticum accuſare, denunciare, & contra ipſum teſtificari, vt in ſpecie vltra præcitatos cenſent Caſtr. *lib.2. de iuſt. hæretic. punit. cap. vlt.* Syluest. *verb. teſtis, quæſt.3.* & Angel. *verb. teſtis, num.12. §.8.* qui duo volunt filios eſſe idoneos teſtes contra parentes, & parentes contra filios, cum agitur de nobilitanda fide, & de impediendo peccato. Nauar. *in cap. inter verba, 11. quæſt.3. concl.6. corol.66. num.825.* & alij quos refert, & ſequitur Param. *de denunciatione in cauſa hæreſis, lib.3. quæſt.8. n.83. & ſequent.* Farin. *de oppoſ. contra perſonas, quæſt.54. num.174.* & Maſcard. *vol.2. conſ.857. num.18.* vbi hanc ſententiam veriorem eſſe ait; quam etiam ſequitur Alexand. de Ales *p. [illegible] queſtion.33. memb.4. art.2. in fin.* & Pegn. *in 2. p. director. in cap. literas vestras. de præſumpt. comment.15.* aliis ibi relatis, *verſ. De fratre ſuo.* Quorum ſententia, tanquam tutior, ac verius mihi probatur, quando pater eſt ſeminator hæreſis, vel alterius infidelitatis, & deſunt alij, qui commodè poſſint denunciare, accuſare, vel teſtificari. Sic Salon. 2.2. *q.70. art.1. concluſ.3. controuerſ.2.* Sayr. *lib.12. cap.19. num.25. verſ. Quocirca, & num.26. verſ. Intelligenda verò ſunt*, & Maſcard. *d. concl.857. n.16.*

Non caret tamen ſua probabilitate contraria ſententia, docens non poſſe filium, nec debere contra patrem in cauſa hæreſis teſtificari, nec illum denunciare, ſeu accuſare; quam intrepidè ſequitur Simanch. *de Cathol. inſtit. tit.29. de filiis, & minoribus, num.37.* poſt Abulenſ. *in Deuter.13. quæſt.5.* vbi reſpondet rationibus contrariis. Sequitur Sà, *verb. hæreſis, num.18.* cum moderamine tamen, vbi ſic ait. *Patrem hæreticum poteſt quidem filius denunciare, ſed non tenetur, niſi ſit periculum peruerſionis aliorum.* Idem vult Sayr. *d. num.25.* dum ait probabile eſſe teneri filium ad teſtificandum, & ad accuſandum parentem, quando pater priuatè, & occultè illum ſolicitaret ad hæreſim; quod etiam inſinuat loquendo in caſu diuerſo, Azor *tom.1. inſtit. lib.8. cap.15. §. Quartò quæritur, fol.779.* & Maſcard. *ſuprà, n.21.* Ratio pro hac ſententia illa eſt potiſſima, quia nulla eſt lex naturalis diuina, vel humana, quæ tantum onus filiis contra parentes imponat; ergo non ſunt parentes à filiis reuelandi; conſtat ex *d. cap.13. Deuter.* vbi nulla fit mentio parentum, ſed tantùm filiorum. Quare pater poterit accuſare filium, non tamen filius ad id obligabitur. Item, quia, ſi filius detegat patrem hæreticum, ſe ipſum etiam detegeret, & infamis fiet, ſimúlque bonis patris ſpoliabitur, quod eſt argumentum, quo vtitur Simanch. *ſupra, num.40* vbi alia pro hac parte multa congerit, quibus hæc pars redditur probabilis, cui Pegn. *vbi ſuprà, litera D*, nullo modo putat in tam graui crimine fidendum. Simanch. tamen ſuprà addit teneri filium à dominis Inquiſitoribus iuſtè interrogatum manifeſtare patrem hæreticum, præſertim quando patris hæreſis Reipublicæ eſt pernicioſa; ſiquidem tenetur ſe ipſum prodere, quando iuridicè ab eiſdem interrogatur. Lege illum, *numero 43. & duobus ſequentibus.*

Vt ergo ad teſtes inhabiles regrediamur, dicendum eſt illos in cauſa hæreſis cum admittuntur, ſolùm admitti ad probandum principale crimen, non verò ad probandum adminicula illius. 87.
Bartol. *in l. in quæſtion. ff. ad l. Iul. maieſt.* Barbat. *in tract. de teſtib. 1. p. verſ. Circa ſecundum, num.46. cum ſequentibus*, & Pariſ. *conſ.2. num.80. & ſequentibus, vol.4.* Decian. *tract. crimin. lib.7. cap.37. n.44. & cap.45. num.2.* Farin. *de oppoſ. quæſt.62. limitat.1. num.31. & limit.4. num.88.* dummodo huiuſmodi teſtes probabilia, & veriſimilia contra hæreticum deponant, Maſcard. *ſupra, n.35. & 36.*

In crimine etiam læſæ maieſtatis probando ſufficiunt teſtes ſingulares deponentes de diuerſis actibus, & tractatibus, diuerſo loco, & diuerſo tempore factis. Ita Boſſ. *in tit. de crimine læſæ maieſtatis, num.157.* Oſaſc. *deciſ. Pedemont.79. num.39.* Anchar. *conſ.277. verſ. Quoddam eſt factum, quod non capit eſſentiam momento*, & Folier. *in practic. crimin. in verb. item quod commiſit crimen læſæ maieſtatis, num.3.* & Petr. à Petra *tract. de fid. commiſſ. quæſt.12. num.723.* vbi concludunt quando crimen eſt patratum per plures actus, & tractatus, ſufficere teſtes ſingulares, etiamſi vnus teſtificetur de vno actu, & alter de alio, licèt de loco, & tempore ſint diſcordes; quod ſi agatur de probando hoc crimine, ex vnico & ſpecifico actu, ſingularitas

In teſtibus aufert illis fidem. Faciunt tradita à Maſcard. vol. 1. concluſ. 142. num. [illegible] 8. & alij per Fortunat. dict. quæſt. 64. à num. 11. cum ſequentibus.

88. Quid de adulterio? Dicendum eſt, teſtes, ſi deponant de diuerſis actibus, adulterium oſtendentibus diuerſis loco, & tempore factis, probare plenè adulterium, dummodo teſtes duo ſaltem ſuper quolibet actu teſtificentur, quia vnus teſtis de vno actu, & alter de alio actu diuerſo, non plenè probant Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 65. num. 2. verſ. Diſtingue, & Aufrer. in addition. ad deciſ. Capell. Tholoſ. 39. num. 1. & Hector Æmil. de teſtibus, verb. teſtis, adulterium deponens, num. 19. Quod procedit, quando agitur ciuiliter, ſcilicet, ad priuationem dotis, vel ad contrahendam infamiam, vt ex ea teſtis non habeat integram fidem. In quo euentu teſtes ſingulares probant adulterium, ſtuprum, & his crimina ſimilia. Secus quoad effectum puniendi, & condemnandi criminaliter, quia tunc non ſufficiunt teſtes ſingulares ad plenam probationem, vt bene poſt multos docet Marſil. conſ. 1. num. 25. & Iul. Clar. in praxi. § fin. quæſt. 53. num. 18. verſ. Dixi etiam, Farin. de oppoſ. quæſt. 64. num. 156. & ſequent. Quare non eſt admittenda opinio Bertazzo conſ. 175. num. 5. & 6. vbi alios refert, dicentis in criminalibus etiam ad puniendum teſtibus ſingularibus probari adulterium. Nam contraria opinio eſt verior, ac receptior. Pegna in direct. Inquiſitor. p. 3. comm. 121. verſ. Poſtremo, & Simanch. de hæretic. tit. 64. numero 67. vbi decidit quoad effectum puniendi adulterium, ſtuprum, vel ſodomiam, teſtibus ſingularibus maximè etiam in genere probari.

89. Sed quæres quibus in caſibus teſtes ſingulares faciant probationem? Reſpondeo in primis, quando agitur in foro pœnitentiali. Turrecrem. in cap. nihilominus, col. 63. quæſt. 9. quem refert Petr. à Petra in tract. de fideicommiſſ. num. 529. quæſt. 12. & num. 532. Secundò, quando agitur de modico præiudicio, Petr. à Petra ſupra, n. 581. 624. & 701. Corrad. in practic. tit. de teſtibus, rubric. de ſingularit. teſt. num. 25. in 4. limit. fol. 126. & Aymon. conſ. 182. num. 15. Tertiò in iis, quæ ſunt difficilis probationis. Sic Baptiſt. Ferret. conſil. 168. num. 11. & Bertaz. conſ. 273. num. 36. & in tract. de antiquit. tempor. p. 4. ſect. ſed enim, num. 36. vbi ait teſtes ſingulares in iſto caſu multum coadiuuare, & verſ. & quod teſtes ſingulares, & verſ. dicit Corn. vbi ex illius ſententia in conſ. 107. col. 4. verſ. Et licet non ſint conteſtes, lib. 3. affirmat teſtes ſingulares adminiculari, & fouere alias probationes, & facere ſemiplenam probationem. Accedit Couar. 3. variar. cap. 5. num. 5. verſ. Et ſanè. Roland. conſ. 81. num. 47. lib. 2. Iuuat Menoch. de præſumpt. lib. 1. præſumpt. 86. vbi ex Caſtrenſ. in conſ. 281. in cauſa iſta quinque, col. penult. verſ. Item non obſtat, lib. 1. autumat coniecturas efficere, vt vehementer adiuuent. Quod ſufficere dixit, ſentiens perfectam induci probationem. Conſentit Abb. in cap. vltim. de ſucceſſ. ab inteſt. num. 6. dicens teſtem vnum de veritate coniunctum confeſſioni extraiudiciali factæque incidenter, quæ alioquin præſumptionem tantum facit, plenè probare.

Quintò teſtes ſingulares probant præſcriptionem ratione plurium ſolutionum, quæ per decem annos ſolutæ ſunt Titio. Quare ſi de diuerſis ſolutionibus à diuerſis teſtibus, diuerſis loco, & tempore factis conſtet, probatur præſcriptio.

Sic Petr. à Petra d. quæſt. 12. num. [illegible] in probanda præſcriptione, [illegible] num. [illegible] bendum, & O[illegible] & ſequent. [illegible] Sed cont[illegible] in l. obſeruare, [illegible] tum, C. quorum appellatione non [illegible] loci vult ad probandam præ[illegible] tis alicuius itineris, non [illegible] deponentes, ſe vidiſſe [illegible] mo tempore vſque ad certum lo[illegible] ſtificantes, ſe vidiſſe eundem [illegible] per totum reliquum iter [illegible] coniungantur depoſitiones, [illegible]

Dicendum tamen eſt [illegible] dere, & intelligi debere [illegible] fectus, quæ non coniung[illegible] Contra verò, quando probationes [illegible] tur, & ita vnum quodque ind[illegible] cienter probatum coniungitur. B[illegible] ex argentar. § 11. ff. de [illegible] A[illegible] dùm Bart. in d. l. admonendi [illegible] 48. [illegible] promiſ. ff. de iuri[illegible] quirimur, ſemiplenæ probationes [illegible] gi, vt plenè probent, [illegible] præſcriptione decennij. & duo teſtes depo[illegible] primo quinquennio, alij vero [illegible] de [illegible] quennio, coniunguntur teſtes ad proba[illegible] decennalis præſcriptionis. G[illegible] num. 1. cap. [illegible] bris, de probat. delict. or. num. 1 [illegible] Ma[illegible] de [illegible] vol. 3. concluſ. 1214. num. 5 [illegible]. Secus qu[illegible] ſint, & immediatè non ſit proba[illegible] quinquennio, nec de eo continuo [illegible] ſtes deponerent. In quo caſu loquitur B[illegible] in d. l. obſeruare, num. 13. verſ. Sed pone, C. quorum appellatio non recip.

Sextò. Animus, & voluntas alicu[illegible] teſtes ſingulares probatur, etiamſi deponant [illegible] actibus diuerſo loco, & tempore [illegible] conſ. 73. num. 31. Maſcard. poſt alios, [illegible] num. 5. vbi num. 10. addit verba [illegible] dicentis animum exprimant, & declarent, de q[illegible] bus deponunt teſtes ſing[illegible] Al[illegible] princip. de verbor. ſignif. Idem Maſcard. con[illegible] num. 8. vbi vult animum teſtatoris [illegible] per teſtes ſingulares, de quo teſte [illegible] probandam coniecturam in vltima vo[illegible] illius declarationem, teſte Baldo. & S[illegible] quamuis, C. de impub. & aliis ſub[illegible].

Septimò. Secundum aliquos quando te[illegible] gulares ſunt viri graues, probatæ [illegible] fidei bene probant, poteſtque iud[illegible] vt notat Socin. conſ. 262. in cau[illegible] verſ. & pro certo. Hippol. Marſ[illegible] tum, & tritum eſt, vbi probant [illegible] obſtante ſingularitate ex eorum [illegible] Quamuis enim non ſit fides [illegible] non deponentibus, vt [illegible] Inn[illegible] de præſcriptionibus, & Tiraquel. [illegible] in præfatione, verſ. Imo ver[illegible] præ[illegible] fal[illegible] de teſtibus valde di[illegible] vult H[illegible] repetit. rubr. C. de probat. col. [illegible] teria, & [illegible] ſingular. 273. [illegible] penult. Fe[illegible] in cap. quia ver[illegible] Idem Tiraquell. de [illegible] ſemper [illegible] Syluan. con[illegible] qu[illegible] thol. inſtit. rubr. de te[illegible] hanc partem à pluri[illegible] receptam, adeo q[illegible] ſimilia ſing. teſtium [illegible]

tamen digni ad eundem finem tendunt, poſſe iudicari plenè credendum, idem ait *l. 3. §. 1. & l. hoc carmen §. vlt. de teſtibus*, dummodo tamen non ſint ſingulares in ſingularitate obſtatiua, in qua etiam nobiles, & valde digni nihil probant; tum quia vbi datur ſingularitas, ibi reperitur vnitas; tum etiam, quia vbi reperitur contrarietas, non deeſt falſitas, proinde ſingularitas obſtatiua non ſuppletur, neque ex numero teſtium, neque ex dignitate eorum, quia teſtes contrarij & falſi, quantumuis nobiles ſint, nihil omnino probant.

Habebit tamen locum in teſtibus integris, & fide dignis, & veriſimilia deponentibus, ſingularibus tamen in ſingularitate diuerſificatiua, & addito iuramento in ſupplementum probationis, vt tradit Albertin *in cap. 1. quæſt. 16. num. 63. verſ. Ex in l. ac ſingularitate, de hæretic. in 6.* & Caccialup, *in d. l. admonendi, num. 39. ad fin. ff. de iureiurand.* quia quamuis ſingularitas diuerſificatiua inueniatur, quando teſtes deponunt de diuerſis actibus, diuerſitatem inducentibus in re, in effectu, & in ſubſtantia, non ſunt tamen huiuſmodi teſtes inter ſe contrarij, & repugnantes, ſed diuerſi, ideò quando ſunt plures fidei integræ, probatæ vitæ, ac nobiles, talis ſingularitas ex numero, & ex integritate & ex dignitate ſuppletur. Et hoc modo intelligendi ſunt Crot. *de teſtibus, p. 7. num. 326. verſ. Sed credo illam non eſſe veram*, & Petr. à Petra *de fideicommiſſ. quæſt. 12. num. 589.* quatenus abſolutè teſtantur etiam nobilibus, quando ſingulares ſunt, & fide digni, ſi veriſimilia deponant, nullam fidem adhibendam. Quod eſt verum, quando ſingularitas eſt obſtatiua; ſecus in ſingularitate diuerſificatiua, in qua poteſt dici habere locum quando agitur de probando quid in genere. Item quando non agitur de alicuius præiudicio, vt vult Beron. *in cap. licet cauſam, num. 43. verſ. Poſſet fortè*, vbi agitur de probando quid in genere, & *verſ. Iſtud tamen dictum*, vbi loquitur, quando non eſt ſermo de alicuius præiudicio, *ex[illegible]e probat.* Non tamen geſtum, ſiue factum, [illegible]uis teſtes plurimi ſint, plenè probatur; nec [illegible]quàm ſi vnus tantùm ea de re teſtificaretur [illegible]etur *in cap. nihilominus, 3. quæſt. 9.* Secus q[illegible] teſtes ſunt ſingulares, ſed tamen de reb[illegible]nnexis, & ad eundem finem tendentibus; tunc in criminalibus faciunt pluſquam ſemiplenam probationem, non tamen plenam. Simanch. *de [illegible]ol. tit 64. de teſtibus, num. etiam 64. & ſequentibus.* Mirand. *de ordin. iudic. quæſt. 23. art. 4. per totum.*

O[illegible]auò licet regulariter vnicus teſtis nõ faciat probationem inter religioſos; tamen, quando proceditur ad leuiora crimina punienda, ſingulares teſtes faciunt fidem, ſi deponant ab vno, eodémque religioſo ſimiles culpas fuiſſe commiſſas; puta, ſi vnus deponat Titium commiſiſſe tale furtum [illegible]e, & alter diuerſo tempore, aut loco deponat de alio furto tali ab eodem facto. In quo euentu vehemens credulitas generatur & valdè eſt credibile rem ita ſe habuiſſe. Caiet. 2. 2. *q. 70. a[illegible].* Banh. *ibidem.* Valent. *tom. 3. diſp. [illegible] quæſt. 14. p[illegible] in fin.* & Sot. *lib. 5. de iuſt. quæſt. 7. art. 2. ad 1.* [illegible]eo fundamento, quia in religionibus, ſola ſubditorum ſalus in puniendis criminibus exigitur, neque ad hoc tam exacta probatio deſideratur, ſicut [illegible]ter ſæculares; ideò cum minori ſtrepitu iudiciali proceditur. In criminibus verò grauioribus ſecum infamiam afferentibus grauem, & quæ grauiter puniuntur citra mortem, non ſatis eſt teſtis vnicus; imò nec multi ſingulares ſufficiunt ad condemnandum, & ad puniendum pœna ordinaria; ſed poteſt procedi ad inquirendum reum ipſum, & ad eum torquendum, leuiter tamen, modo in religionibus ſeruari ſolito; quod ſi neget, excuſabitur à pœna. Quia nemo, etiam iure Pontificio niſi conuictus, aut ſponte confeſſus, condemnari debet in grauioribus. vt habetur *in cap. nos in quempiam, 2. quæſt. 1.* Conuictus autem nemo dicitur, niſi ſaltem per duos teſtes conteſtes, & concordes, delictum ſit probatum.

His adde, quamuis regulariter teſtibus ſingularibus non ſit credendum, eſſe tamen in iudicis arbitrio fidem illis habere, ſi ita ex aliqua iuſta cauſa ſibi viſum fuerit. Couar. *lib. 3. variar. cap. 2. num. 5. verſ. Hinc profectò*, puta, ſi ex teſtibus ad credulitatem adducitur. Ob quam cauſam notat Crauet. *conſ. 78. num. 8.* non poſſe iudicem appellationis reprehendere iudicem primæ inſtantiæ, quòd pronunciauerit ex illis probationibus, quia non poteſt redargui in eo, quod relinquitur ſuo arbitriu. Sequitur Menoch. *de arbitr. lib. 2. caſu 90. num. 6. & 7. & caſ. 99. n. 18. & ſequentibus*, vbi ait tales poſſe eſſe teſtes, & facti qualitatem, vt ei plenam fidem habere poſſet iudex, cùm in ipſius arbitrio poſitum ſit habere fidem etiam teſtibus ſingularibus. Sequitur Gabriel. *tit. de teſtib. lib. 2. concl. 2. n. 62.* & Petr. à Petra *de fideicommiſſ. q. 12. num. 517. 524. & 705.* 91.

Nonò furor probatur per teſtes ſingulares, vbi agitur de probando aliquem eſſe furioſum in genere, ſi deponant de diuerſis actibus furioſis diuerſo loco, & tempore factis. Contra verò, ſi velit quis probare aliquos actus particulares, ipſius furoris, vel ſi contendat probare aliquem fuiſſe furioſum certo tempore, quia tunc teſtes ſingulares non ſufficiunt. Sic Boër. *deciſ. 23. num. 44. & ſequenti*, Marant. *in l. ut poteſt, n. 130. verſ. Prædictis adde, ff. de acquir. hæred.* Alexand. *conſ. 141. col. 2. num. 2. lib. 1. & conſ. 147. viſo themate, verſ. Præterea teſtes ſingulares, lib. 7.* Maſcard. *lib. 7. concluſ. 817. à num. 8. vſque ad 11.* vbi probat teſtes ſuper furore deponentes, quando agitur de probando furore in genere, ſatis eſſe, quòd ſint ſingulares. Secus ſi deponant ſuper furore in ſpecie. Nam in eo caſu requiruntur teſtes concordes, nec ſufficere ſingulares, vt notat Felin. *in cap. licet ex quadam in fallent. 2. poſt numer. 2. de teſtibus.* 92.

Decimò. Per teſtes ſingulares probantur decimæ; verbi gratia, ſi quis deponat vidiſſe Eccleſiam accipere decimam vno anno de tritico illius fundi, & alij deponant, ſe vidiſſe Eccleſiam alio anno recipere decimam, & alij de frumento, ſeu de leguminibus. Gloſſ. *in cap. nihilominus, 3. quæſtion. 9.* Felin. *in cap. licet ex quadam, num. 6. verſ. Secundò limita, de teſtib.* Andr. Gail. *practic. obſeruat. lib. 2. obſeruat. 66. num. 12.* & Nell. *in tract. de teſtib. num. 82. verſ. Teſtis inductus, ad probandum mutuum.* Quæ opinio eſt communis, & teſtes ſe conformant cum diſpoſitione omnium iurium, quæ decidunt omnium fructuum decimam eſſe ſoluendam, vt probat Camill. Borrell. *conſ. 20. per totum*, quem ſequitur Baptiſta à Coſta *conſ. 40. numero 1. & 29. vol. 1.* Maſcard. *de probat. vol. 1. concluſ. 483. num. 1. & 2.* vnde reiicitur opinio Iacobi Ægidij *in tract. de teſtibus, num. 32.* dicentis his teſtibus non eſſe credendum, ſed fallitur omnino. Quin etiam ad probandum conſuetudinẽ alicuius loci 93.

loci ſoluendi, vel non ſoluendi decimam, poſſunt admitti etiam Parochi, ſeu Rectores Eccleſiarum illius prouinciæ, vbi petuntur decimæ, vt probant Alexand. *conſ. 70. incipit in cauſa, & lite vertente, num 2. volum. 1.* & Abb. *in cap. inſuper. de teſtibus*. quos ſequitur Maſcard. *vbi proxime, numero* 4

## §. V.

### *De teſtibus contrariis, & quomodo ad concordiam reduci poſſint?*

#### EPITOME.

94 *Teſtis varius, vacillans, & contrarius, quomodo differant.*

95 *Teſtes vacillantes, varij & ſibi contrarij nihil probant.*

96 *Teſtes ſtatim in eo iudicio ſe corrigentes, habent fidem in 2. depoſitione.*

97 *Teſtis vacillans, qui timendo, titubando, & dubitando deponit, nihil probat.*

98. & 99 *Teſtes ſibi varij, & contrarij in aliqua parte, in totum, cenſentur varij, & contrarij, & nihil probant. Secus ſi ſunt varij per errorem.*

100 *Teſtis varius in ſubſtantialibus circa modica, & leuia habet fidem.*

101 *Inſtrumentum falſum in re leui non cenſetur in totum falſum.*

102 *Delictum in dubio an ſit graue, vel leue, cenſetur leue.*

103 *Teſtes contrarij concordari an probent, ut vitetur falſitas.*

104 *Teſtes contrarij concordati in foro ſeculari non probant, in foro tamen canonico vtique.*

105 *Teſtes contrarij in criminalibus non concordantur. vt probent contra reum.*

106 *Teſtis vnus alteri ſolum contrarius, non poteſt concordari.*

107 *Teſtis dicens ſe credere, & deinde dicit ſe ſcire, non eſt varius.*

108 *Teſtis deponens dubitando, & poſtea affirmando, eſt varius, & ſibi contrarius.*

109 *Teſtes extra iudicium, vnum affirmans, & in iudicio contrarium, facit fidem in ſecunda depoſitione.*

110 *Teſtis ſi reuocet priorem depoſitionem in ſecundo iudicio, adhuc facit fidem in priori depoſitione.*

111 *Teſtis an ſit varius, qui primò depoſuit ſe ſcire, & deinde depoſuit ſe neſcire.*

112 *Teſtis dicens in prima depoſitione ſe hoc tantum ſcire, & poſtea addit aliquid, quod tantum ait eſſe verum. eſt ſibi contrarius.*

113 *Teſtis dicens primò ſe hoc tantum ſcire, & nonplus, vel ſe hoc ſcire, videlicet. eſt ſibi contrarius, & non probat, ſi poſtea aliquid aliud addit.*

114 *Quid de teſte negante id, quod ſcripſit tabellis*

94 ANTE omnia oport[illegible] explicare, quid ſit teſtis vari[illegible], vacillan[illegible] & contrarius, & quomodo differant inte[r] ſe. Varius ali[illegible] [illegible]pitur à doctoribus pro vacillante, & vnus pro alio ſæpiſſime accipitur, cum tamen va-rius teſtis differat à vac[illegible] tur, qui de [illegible] ad ſe [illegible] profert, nempe [illegible] cum, & po[illegible] diſſe Petrum [illegible] *de teſtibus.* [illegible] cauſa, aut ratione [illegible] rium eius, quod p[illegible] d[illegible] Al[illegible] *in tract. de teſtibus.* [illegible] *tertur ſeſt. num.* 1[illegible] & [illegible] *in cap. præterea, num.* 1[illegible] *de te*[illegible] & ibi [illegible] *num. 1. verſ. 4.*

Vacillans vero teſtis eſt [illegible] titubando, & d[illegible] variè loqu[illegible] *in l. qui falſa, num. 1. ff. de* [illegible] hoc [illegible] *præterea, num. 4. ad fin.* & Hoſtie[nſ.] [illegible] *cillans autem.* Folerius *in pra*[illegible] *verbo, capiat informationem, cum* [illegible] *lans autem.* Secundùm quos do[illegible] et [illegible] quando dicitur teſti[s] vacillare, e[illegible] loquatur dummodo tamen [illegible] timore [illegible] aut titubando teſtificetur. Te[illegible] contrarius ſæpe idem in effectu diffe[r]unt [illegible] quòd varius per ſe, & ſuo proprio motu [illegible] ſuum teſtimonium. Contrarius autem qui [illegible] teſtificatur interceptus per interrog[ationes] factas. Sic Hoſtienſ. *in d. c. præterea ad fi*[illegible] *dic.* Vel, vt Bal[do] placet, & forte m[illegible] citur teſtis, qui diuerſo modo loquitur, [illegible] verò, qui contraria deponit tena[illegible] *teſtibus, num 216. verſ. Quo autem* [illegible] *cuntur diuerſa, & quo* [illegible] Sit er[go]

Prima concluſio. Teſtes vaci[llan]te[s] & [illegible] teſticantes, ſibique contrarii, n[illegible] [illegible] bant. De variis, aut contrariis loq[u]itur [illegible] *cauſam, extra. de probat.* Ant[on.] de Butr. *in tua, num. 10. ver.* [illegible] *Dixi teſtes, extra. de* [illegible] Idem Butr. *in cap. præterea, num 14. ver* [illegible] *teſtimonium,* & Hoſtienſ. *num. 4.* [illegible] *eogend* Menoch *de arbitr. lib.* [illegible] *l. eos, in principio, ff. de falſ. &* [illegible] *bus,* dummodo deponat in ordem [illegible] ria, vel variè in [co]ntinenti, ab[ſ]que [illegible] nis animo, vel abſque iuſta cau[ſa] [illegible] In quo euentu eius teſtimonium, fide p[illegible] ret Couar. *lib. 2. variar. cap.* 1[illegible] *num. 8.* [illegible] *rum,* Iul. Clar. § *fin. ſuprax. quæſt.* [illegible] *eſt caſus.* Dicitur variè, & contraria [illegible] riat in ſubſtantia negotij, ſecundùm [illegible] *num. 1. ff. de falſ.* & Iaſon. *in l. 2. num.* [illegible] *C. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tab.*

Quod ſi in eodem iudicio ſtat[illegible] ponit animo corrigendi ſuum d[ictum] [illegible] des ſecundæ depoſitioni, §. *quia* [illegible] *teſtibus, cap. præterea. de teſtib.* [illegible] Couar. *ſupra.* Dicitur autem in[illegible] gere ſuum dictum ſi nondum [illegible] Gloſſ. *in capitulo apud* [illegible] Iaſon. *in l. error, col. 2. C. de iur.* [illegible] verò dicatur corrigere ſuum [illegible] ti, relinquitur iudicis arbitrio, [illegible] pendit an correctio illa ſit ver[illegible] an teſtis fuerit alloquutus pa[illegible] tat pecunia corrumpi, & [illegible] vir probus. Iul. C[la]r. *in d.* [illegible] etiam ſis eſt teſti etiam e[illegible] ſuum primum teſtimoni[um] [illegible] atteſtationi etiam credi [illegible] *cap. præterea de teſtib.* [illegible] *num. 5* Couar. *d. n.* [illegible] 95 96

& Bald. in l. presbyteri, C. de Epiſcop. & cleric. Debet tamen teſtis ex interuallo ſe corrigere, docere de errore iuſto ita præcitari. Quibus accedit Felin. in cap. qualiter, el 1. num. 30. de accuſation. & Decius in cap. cum cauſam, col. 2. de appellat. Secus quando in continenti corrigit ſuum teſtimonium Nam tunc non tenetur docere de errore iuſto Ita Didac. vbi ſuprà, quamuis contradicat Bart. in d. l. eos, num 3. Sed non placet. Vide tamen Camil. Borrell. dict. tit. 12. de teſt. variet. à num. 28.

97. Secunda concluſio. Teſtis vacillans, qui timendo, titubando, & dubitando varia deponit, nihil probat, eiúſque fides in totum aufertur; ſi verò deponendo titubat, ſolùm, & timet, aut dubitat, non tamen varia, aut diuerſa profert; tunc de eius fide aliquid tollitur, non tamen in totum eius probatio corruit. Prior pars concluſionis eſt Hoſtienſ. in d. cap. præterea. de teſtib. cogend. num 4. ad fin. verſ. Et horum ante omnium. Sequitur Iacob. Butrigar. in tit. de contrariet. teſt. cap. 1. num. 14. ad fin. Cottad. in pract. de teſtib. rubr. de contrariet. teſtium, fol. 120. num. 10. verſ. vel ſi vacillando. Poſterior pars eſt Alber. in l. qui falso, num. 5. verſ. Et iſti teſtes vacillantes, ff. de teſtibus, & Monticel. in reper. teſt. tit. varius, aut vacillans teſtis an, & quando repellatur, vbi per text. in l. in teſtibus, C. de teſtibus, teſtatur, teſtes vacillantes non repelli, ſed minui eorum fidem, quia non varia, aut diuerſa fuerunt loquuti, ſed depoſuerunt dumtaxat titubando, & timendo. Idem Albet. in d. l. qui falsò, & in l. 1. num. 5. verſ. Aut extra tormenta. de teſtibus, vbi addit teſtem vacillantem circa ſubſtantiam negotij nihil probare; ſecus ſi circa circumſtantias, & accidentia; tunc enim probat, ſi in facto, & negotio principali non diſcordet, quamuis non omnino ſicut teſtis ſibi varius, & contrarius non in ſubſtantialibus, ſed in circumſtantiis, qualitatibus, & accidentibus, vt notat Bartol. in l. eos, num. 5. verſ. Et intellige, & Alber. num. 1. & ſequentibus, dummodo circumſtantiæ, & qualitates [illegible] quibus diſcordant, non ſint maximè ſub[illegible], & negotij ſubſtantiam attingentes, [illegible] euentu perinde eſt ac ſi in negotio [illegible] diſcordarent. Ita Bero. in d. cap. licet [illegible] 37. verſ. Solutio de probat. Farin. de opp[illegible] quæſt 65. num. 21.

98. T[illegible] concluſio. Teſtes ſibi varij, & contrarij in aliqu[illegible] parte, in totũ cenſentur varij, & contrarij, & nihil probant omnino. Ita Roland. conſ. 95. num. [illegible] 4. per l. vbi repugnantia. de regul. iur. G[illegible]t. conſ [illegible] num 23. in 1. p. Abb. in cap. in noſtra, num 1 [illegible] ibi Aretin. num. 5. 9 & 10. extra de teſtib[illegible], & Ruin. conſ. 8. num. 10. lib. 5. Eo quod contradictio, vel varietas in eodem teſtimonio arguit calumniam, & falſitatem in deponente. Quod mul[illegible]o f[illegible]rtiùs [illegible]tget, quando teſtes ſunt ſibi varij, & [illegible]ont[illegible]arij in loco, & tempore actus de cuius pr[illegible]b[illegible]ione agitur, quia tunc cùm tempus ſit de ſu[illegible]ſtantia actus, debent teſtes in eo concordare. M[illegible]och. conſ. 19. in fine, & alij, quibus adhæret M[illegible]card. de probat. volum. 3. concluſ. 1362. numero 7. & 8.

99. Quarta concluſio. Teſtis varius, & contrarius per [illegible]rorem, & ignorantiam non per[illegible]it fidem, n[illegible] punitur de falſo. Prior pars traditur à Baldo in [illegible] ſi ex falſis, circa finem, C. de tranſact. Sequitur Petr. [illegible] Petra de fideicommiſſ. quæſt. 12. num. 967. P[illegible]ſteriorem partem tuetur Nell. de teſtibus, numero [illegible]17. Nam deponentem falſum, non dolo, ſed per err[illegible], & ignorantiam non puniri de falſo probat text. argumento ſumpto à contrario ſenſu in l. 1. §. præterea, ibi, dolo malo, ff. de ſicar. Albet. in l. nullum, num. 4. verſ. Hæc vera, C. de teſtibus. Petr. a Petra, d. quæſt. 12. num. 12. & 53. poſt Hippol. Rimin. conſ. 145. num. 11. & ſequentibus, lib. 2. & 3. conſ. 345. num. 27. vbi hanc partem, vt communem tradit.

Quinta concluſio. Teſtis varius, etiam in ſubſtantialibus circa modica, & leuia non amittit fidem. Roland. conſ. 33. num. 7. lib. 2. quia ſimpliciter non dicitur varius teſtis, quando ſibi contradicit in modico. Ruin. conſ. 14. num. 20. vol. 5. & conſ. 1. num. 5. vol. 1. & alij quos ibi Roland. ſequitur; quibus accedit Alexand. conſ. 5. num. 10. lib. 1. & Corradus in pract. tit. de teſtib. rubr. de contrariet. teſt. fol. 122. & ſequenti, num. 14. & 19. Ratio, quia falſus in modico non reputatur falſus in totum, & ideò probat in aliis. Butr. in cap. 2. de regul. per text. & ibi gloſſ. Gabriel. lib. 7. concluſ. 4. num. 31. Quod procedit, quando falſitas conſiſtit non in ſubſtantialibus, ſed in extrinſecis impertinẽtibus; quod ſi attingat ſubſtantialia, & ad cauſam ſpectantia; tunc falſitas in modico reprobat fidem illius in omnibus, vt notant Bald. in cap. cùm adeo, col. 1. num. 5. de reſcript. quem referens ſequitur Maſcard. de probation. lib. 2. concluſ. 743. num. 6. & Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 22. num. 5. & Tiraquell. de reb. exigu. verſ. 40. ſi dictum, fol. mihi 54. ſecundùm paruam impreſſionem, vbi ait teſtem falſum in vno nummo in totum reddi falſum. Vide illum num 144. 100.

Sed contra hoc vltimum ſtat ipſe Menoch. ſuprà præſumpt. 21. num. 18. vbi ait hoc non procedere, quando falſitas eſſet commiſſa in re tenui, & modica; tunc enim inſtrumentum non præſumitur in totum falſum, quando falſitas fuit in re modica in alia parte illius, quia falſum in re leui, & modica commiſſum, non eſt conſiderabile. Concordat Pegn. in direct. inquiſit. p. 3. quæſt. 72. comment. 121. col. penult. verſ. Denique, vbi vult modicam contrarietatem non ſolùm non eneruare fidem teſtium, ſed etiam eorum teſtimonium reddere credibilius. Quæ ſententia eſt etiam Maſcardi, de probat. lib. 3. concluſ. 1361. n. 5. in fin. & fuit originale dictum Antonij de Butr. in cap. 1. poſt gloſſ. 16. de iureiur. Monticel. in repertor. teſt. rubr. contrarij teſtes an, & quando fidem faciant, fol. 212. col. 2. verſ. fin. & Franciſc. Curt. Papienſ. tract. de teſtib. concluſ. 6. num. 19. verſ. Et teſtis contradicens in modico. Atque ita dicendum eſt concluſionem, vt iacet, eſſe veram, quando contrarietas eſt modica; ſecus quando eſt magna, vt Felin. in cap. cum tu, num. 3. extra. de teſtibus. Gramma. conſ. 36. num. 4. & conſ. 39. num. 6. & conſ. 50. numero 30. & Neuiſan. conſ. 26. num. 27. Sicque accipiendi ſunt, qui dicunt teſtes inter ſe contrarios non probare, quando contrarietas habet imaginem falſitatis, hoc eſt circa magna; ſecus circa modica, etiamſi ea modica attingant ſubſtantialia, negotiaque principalia, dummodo non immediatè, & proximè, ſed remotè, & mediatè ad ea ſpectent; ita declarat Aretin. in cap. licet cauſam, col. 4. de probat. & Anton. Gabriel in ſuis concluſionibus, lib. 7. tit. de criminalibus, concluſ. 4. num. 17. & hoc modo vtraque pars ad concordiam reducitur, eo quòd omnis interpretatio, admittenda eſt in atteſtationibus teſtium, vt inter eos contrarietas, ac varietas longiſſimè arceatur, text. in cap. cum tu, & ibi gloſſ. & ſcribentes, extra, de teſtibus, Nell. eod. tit. num. 169. Iul. Clar. in pract. §. falſum, verſ.

*verſ. Scies tamen*, Boſſ. *in tit. de oppoſ. contra* [illegible] *num* 10. Roland. *conſil* 11. *num.* 54. [illegible] quando verba poſſunt trahi ad falſum [illegible] falſum, eſſe intelligendam interpretationem excluſiuam falſitatis.

102. Probatur argumento delicti, de quo dubitatur an ſit graue, vel [illegible]. In quo dubio ea interpretatio eſt admittenda, vt iudicetur delictum leue, *l. proſec. ff. de pœn.* Ruin. *conſ.* 122. *num* 8. *vol.* 4. & *conſ.* 1. *num.* 3. *vol.* [illegible]. Accedit, quòd in dubiis, quando vnum verbum poteſt importare iniuriam, vel non iniuriam, debet accipi in eo ſenſu, vt nullo modo iniuriam ſonet. Marthl. *conſ.* [illegible] 1. *num* 8. & *ſequenti*, [illegible] *conſ.* 31. *num* 32. Ruin. *conſ.* 81. *num.* 5. *vol.* 4. Quin etiam quando in dubio ſumus an aliquid ſit delictum, vel non delictum, inclinandum eſt non eſſe delictum, prout vult Cranet. *conſ.* 6. *num.* 19. Facit quod ait Socin. *in l. ſi quis*, [illegible] *num.* [illegible] *ff. de exception. rei iudi.* vbi docet verba impropriari poſſe ad euitandum falſum, ita pariter reſpondit Imol. *conſ.* [illegible] 1. *num.* [illegible] & iuuat dictum Cruſij ſen. *in tract. de teſtib. conlu*[illegible] & Decij *conſ.* 1[illegible] *num.* 2. & 3. quatenus docent, teſtium dicta [illegible] iuuanda, vt conueniant, non autem cauillanda. Mascard. *lib.* 3. *conclus.* 1162. *num* 10.

103. Sed quid dicendum, ſi reducantur [illegible] concordiam teſtes contrarij inter ſe, nunquid aliquid probant? Tindar. *in tract. de teſtib. p.* 3. *cap.* 2. *item. num* 6. *verſ. ſi autem ſunt probationes pares*, arbitratur, quando hinc inde ſunt teſtes pares numero, & probant æqualiter hanc concordiam, non inducere probationem, ſed ſolum facere, vt euitetur falſum. Alij tamen tradunt in hoc euentu concordiam hanc, & euitare falſum, & ſimul probare. Ita Crot. *de teſtib. p.* 2. *num.* 33[illegible]. Aret. *in cap. licet cauſam, num.* 17. *in fin. extra, de probat.* Quod eſt verius etiam quando par eſt numerus teſtium contradicentium, & conſequenter quando probatio eſt par: imo etiam quando eſt inæqualis numerus, & inæqualis probatio, verbi gratia, quando pauciores pluribus contradicunt, vel plures paucioribus, prout volunt Alberic. de Malet. *in tract. de teſtib. cap. fin. num.* 31. *verſ. Rursus tamen*, Petr. de Petra *in tract. de fid. commiſſ. quæſt.* 12. *num.* 1196. poſt Anton. de Butr. *in d. cap.* [illegible] *num* 4. quæ opinio eſt verior, non ſolum ad euitandum falſum, ſed etiam ad effectum, vt probent. Sequitur Abb. *in cap. in noſtra, num.* 4. *de teſtib.* & Crot. *eod. tit. p.* 2. *num.* [illegible] *verſ. contrarium tamen*, & *num.* 334. *verſ. non obſtat*.

104. Ego tamen hac in re exiſtimo locum eſſe diſtinctioni, ita vt fiat concordia ad euitandam falſitatem, non verò ad effectum, vt probent teſtes procedere de iure ciuili, & in foro ſæculari, in quo nullo modo probant. Ita Anton. de Butr. *num.* 4. *col.* 2. *verſ. Oppono quod dicte, extra, de teſtib.* & ibi Abb. *num.* 5. *in principio*, Anan. *num.* 1. *verſ. Et procedit*. At verò de iure canonico concordia facta inter teſtes ſibi contradicentes [illegible] ad euitandam falſitatem, & etiam ad effectum, vt probent teſtes. Quod in ſpecie docuerunt Crot. *in tract. de teſtibus, p.* [illegible] *num.* 328. *verſ. tamen d. Alex.* & *numero* 329. Alciat *in l.* 1. *num* 31. *ff. de nou. op.* [illegible] *nunc* & alij, quos refert Petra *d. quæſt.* 12. *num.* [illegible] 2. & *ſequent.* [illegible] *que ad num.* [illegible] 35. vbi hanc partem verior[illegible] [illegible] concludens teſtes, [illegible] veros, & [illegible], eſſe reuocandos ad concordiam ad effectum [illegible] probent, nempe de iure [illegible], niſi contrarietas ſit valdè manifeſta, & clara inter te-

ſt[illegible] Nam [illegible]
do [illegible]
Con[illegible]
non [illegible]
telle[illegible]
teſtes [illegible]
vt in ſpecie [illegible] *di* [illegible]
& *num.* [illegible] *num.* 18. & [illegible]
*oppoſ.* [illegible] *num* [illegible]
*ſumma d.* [illegible] Quarta [illegible]
teſtibus concordatis [illegible]
Sic Aret. in *in d. cap. cum tu num* [illegible]
*verſ. Sub*[illegible] *tamen*, [illegible] B[illegible]
tu[illegible], *num* 11. *vers. tamen attendum* [illegible]

Illud etiam non [illegible]
rios in criminalibus non con[illegible]
vt probent contra reum, quamuis ſecus [illegible]
eſt [illegible] euitandi periurium [illegible]
*d. cap.* [illegible] *num.* 1. [illegible] *de teſtibus*, [illegible]
tradit Boſſ. quamuis [illegible] d[illegible]
*oppoſ. contra* [illegible] *num* 11. & [illegible]
*ſtian.* [illegible] *de teſtib. num* [illegible]
vtilco[illegible] vario, & [illegible]
minalibus, & [illegible]
ciuilibus, ſi fiat con[illegible] [illegible] etiam
tionem [illegible]; quia tunc [illegible] eſt
ſibi concordatum, non tamen [illegible]
actuum mul[illegible] plicari [illegible]
propriationem, [illegible]
tatur effectum prob[illegible]
Imol. *in d. cap. cum* [illegible]
*extra de teſtibus*. Neque ob[illegible] Tin[illegible]
*in tract. de teſtibus p.* 3. *cap.* [illegible] *num* [illegible]
vbi poſt alios cenſet concord[illegible]
etiam per multiplicationem [illegible]
bationem, quia hoc eſt intelligendum [illegible]
nonico, non verò de iure ciuili, vt [illegible]
Fario *d. quæſt.* [illegible] *num.* [illegible] & 80. R[illegible]
in concordia facta in teſtibus [illegible]
ſint duo teſtes contestes, [illegible]
remanet ad effectum vt pro[illegible]
ſit concordia ad hunc eſt [illegible]
*cum tu. num.* 1. *col.* 4. *in* [illegible]
*diner*, [illegible] & [illegible] Abb. *num.* [illegible]
*net integra probatio*, quibus [illegible]
*commiſſ.* [illegible] *n.* 1[illegible] 4. [illegible] 108 [illegible]

Quando verò ſolus [illegible]
contrarius, non poteſt fieri concordia [illegible]
quia vnuſquiſque in [illegible]
tis, fiet tamen concordia, vt fa[illegible]
*de teſtibus, p.* [illegible] *n.* 331. & *n.* 332. [illegible]
*cluſio*. Se[illegible] tamen plena [illegible]
Corrad. *in pract.* [illegible] *tit. de* [illegible]
*Viet. teſt. fol.* 121. [illegible] 2. [illegible]
*cum tu, num.* [illegible] *in extra de* [illegible]
do [illegible] teſtis pl[illegible] [illegible]
concordia, non ad eff[illegible]
vnus fiat periurus. Are[illegible]
*verſ. At quando* [illegible] *num* [illegible]
iudicis arbitrii. Vt [illegible]
contradic[illegible] ntes, [illegible] poſſ[illegible]
bet admitti, [illegible] contrari[illegible]
poſſib[illegible] tas ſit ver[illegible]
tio fieri non deb[illegible], neque [illegible]
*fideicommiſſ.* [illegible] 2. [illegible]
*teſtibus, p.* [illegible] *num.* [illegible] & [illegible]
*de teſtibus*, [illegible] *de* [illegible]
*ta* 2. *folio* 121 [illegible]
*d.* [illegible] *cap. cum* [illegible]
*modus*.

Digitized by Google

107 [illegible]ſtionis eſt, an ſit teſtis varius, & contra[illegible] vt [illegible]uitet pœnam f[illegible]ſi, qui primò dixit ſe [illegible]e, deinde di[illegible]ſe [illegible]ire, vel aliàs per verbum affi[illegible]matiuum depoſui[illegible] Reſpondeò non poſſe dici varium, n[illegible] ſibi [illegible]ontrarium, ſed ſtandum eſſe ſecundo dicto [illegible]ius, prout videtur ſentire gloſſ. *in l. de [illegible]necl. i[illegible] verbo, probata, C. de in integ. reſtit. mi[illegible]* quatenus ait me poſſe hodie credere vnum, & craſtin[illegible] dic[illegible] al[illegible]ud. Sic Iul. Clar. *in pract. §. fin. q. 5[illegible] .n. 16. [illegible]erſ. Vnum etiam volo*, poſt Crot. *de teſtib. p. 7. num. 34[illegible] [illegible] ſequent. verſ. Iſta concluſio*, & F[illegible]ller *in pr[illegible]. crimin. in verb. capiat informationem*, [illegible] quod intellige, ſi teſtis alleget cauſam, vel [illegible] nouæ ſententiæ, & certitudinis, & [illegible] in caſu, in quo fas eſt teſti ſuum dictum c[illegible]rrigere. Follet. *ſupra eod. n. 56. verſ. Item id procedit, & verſ. Et verum hoc intelligitur.*

Eodem modo non eſt varius nec ſibi contrarius teſtis qui deponendo in aliquo caſu dixit ita ſe rem habere, quia vidit, & deinde dicit quia audiuit, nam vbi primùm red[illegible] rationem de auditu, non recedi[illegible] a depoſitione de viſu; eo quòd potuerit videre factum, & idem audire. Ita Petra *d. q. 12. n. 996*, & Ruin. *conſ. 54. n. 4. lib. 4.* poſt plures, dummodo teſtis primo loco deponat de viſu, & loco ſecundo de auditu. Quod ſi priùs deponat de auditu, & poſtea addat ſimpliciter ſe [illegible]ire, & deinde dicat ſe audiuiſſe reddendo cauſam ſuæ ſcientiæ, deponit de auditu, quamuis videatur ſibi contrarius, excuſatur tamen [illegible] contrarietate, & à falſitate ſaluatur; non tamen probat de viſu, & de certa ſcientia, ſed de auditu dumtaxat, vt notat Ruin. *conſ. 54. n. 4 in pn. verſ. Secus autem*, ſecundùm prædictos [illegible]. 4. & Iaſon *in l. de pupillo, §. ſi qu[illegible] ipſi Prætore. num. 11. ff. de oper. non. nunc.* quia ratio [illegible]ulat dictum.

108 S[illegible] ſi teſtis deponat dubitando, & poſtea de[illegible] affirmatiuè, & ſine dubitatione aliqua? [illegible] varium, & ſibi contrarium, nihilque pro[illegible] in eodem examine primò deponat dubi[illegible], & deinde affirmando, niſi reddat rationem, [illegible] receſ[illegible] à primo dicto dubitatiuo. Ita C[illegible] *ſtib. n. 345.* & Foller. *ſupra. d. verſ. capiat i[illegible]em, n. 56. verſ. Sed prædicta intelligas.* Q[illegible] [illegible] examina, & in vno affirmet, de[illegible]ntea dubitabat, non cenſebitur teſtis ſibi [illegible] contrarium: imò probabit, & ſtabitur ſe[illegible]cto ill[illegible]us, quia poteſt teſtis hodie pro[illegible] d, de quo heri, & nudiuſtertius dubi[illegible]. Crot. *de teſtib. p. 7. n. 342.* & Gabr. *lib. 7. con[illegible] num. 3[illegible].*

109 [illegible] teſtis extra iudicium, vnum affirmet, & de[illegible] iudi[illegible] contrarium deponat? Bartol. *in [illegible] falſ.* tradit hunc eſſe puniendũ pœ[illegible], & ſtandum eſſe priori illius dicto. Oppo[illegible] tamen eſt dicendum contra Bartol. ſecun[illegible] quam [illegible]inionem, tanquam communem ſequitur Abb. *in cap. per tuas, num. 11. de p[illegible]*. quem referens ſequitur Forcet. *conſ. 196. num. 7.* Alex. *conſ. 66. n. 20. lib. 6.* Marſil. *ſingul. 212.* [illegible] tamen eſt ne[illegible]andum minui aliquantulum [illegible] huius teſtis aliud extra iudicium, aliud in iu[illegible] affirmantis, vt notat Boſſ. *in tit. de oppoſ. con[illegible]. num. 3.* & Aretin. *conſ. [illegible]. num. 1. in fi[illegible]nem.* Opinio tamen Bartoli poteſt procedere ſi [illegible]is extra iudicium cum iuramento affirmauit, poſtea in iudicio cum iuramento depoſuit con[illegible]rium; tunc enim poteſt argui de periurio, & condemnari. Ita Camer. *in conſ. [illegible] ſuo matrimoniali poſt conſilia* Zabarell. *num. 5.* & Boſſ. *[illegible] ſuprà ci*[illegible]*tato.* Quod multo fortiùs procedet, quando teſtis in vno iudicio depoſuit quid diuerſum ab illo, quod in alio iudicio depoſuerat; tunc enim tanquam falſarius puniri poteſt, vt eſt communis, nec de hoc ambigi poteſt. Sayr. *in claui, lib. 12. cap. 20. num. 4.*

Dubitatur tamen cuinam ex duabus depoſitionibus huius teſtis ſit credendum? Reſpondeo ſi teſtis reuocauit ſuam depoſitionem primam in alio iudicio, vel ciuili, vel criminali, ſtandum eſſe tamen priori depoſitioni, quia per eam pars iam quæſiuit ius, nec debet ab eo ſine ipſius culpa remoueri. Eſt communis ſecundùm Alciat. *de præſumpt. in 2. regul. præſumpt. 29 n. 7.* quem refert Vaſquez *contr. ou. vſu frequentium, cap. 32. n. 1.* quibus accedit Clar. *d. q. 55. n. 13. verſ. Tertius eſt caſus*, vbi addit hanc primam depoſitionem quoad fidem probationis debilitari; & a fortiori ſtabitur depoſitioni iuratæ in iudicio, quamuis teſtis e[illegible]tra iudicium illam reuocet, Vaſq. præcit. *d. cap. 32. num. 3. verſ. Tertio caſu*, etiamſi reuocatio fiat in articulo mortis, vt notat Simanch. *de hæret. cap. 62. n. 29.* Couar. *lib. 2. var. cap. 13. n. 7. in fin.* poſt Bart. communiter receptum *in d. l. eos, n. 4. & in l. ſi quis in graui, § ſi quis moriens in vltimis verbis ff. ad Syll.* 110

Adhuc quæri poteſt, an ſit teſtis varius, & contrarius, qui primò depoſuit ſe ſcire, & deinde ſe neſcire? Reſpondet Neuiz. *conſ. 48. n. 7.* poſſe ſic deponentem concordari, quia intelligitur eius ſecunda depoſitio, vt videlicet aliquid non ſciat, niſi vt iam dictum eſt. Nec diſcordat Gabriel *lib. 7. concl. 29. n. 36. verſ. Contrarium*, & Rimin. iun. *conſ. 344. n. 9. & ſeqq.* Imò quamuis deponẽdo teſtis dicat ſe ne[illegible]ire, deinde dicat ſe ſcire, non tamen erit varius, quia fieri poteſt, vt nũc incipiat ſcire, quod ante ignorabat, & valet eius dictum, gloſſ. *in cap. cum cauſam, quæ inter Oeconomum, in gloſſ. 2. de teſtib.* Tindar. *in tract. de teſtib. lib. 1. cap. 8. n. 1. & duobus ſequentib.* ſiue in eadem inſtantia, ſiue in diuerſis. Bern. Dias *in reg. 754.* vbi limitat niſi talis teſtis poſtquam dixit ſe neſcire, eſſet cum parte collocutus; tunc enim præſumitur ſubornatus à parte, cum qua fuit locutus, & propterea tanquam ſibi contrarius, & varius nihil probat, Aretin. *in cap. cum cauſa, el 2. poſt n. 10. extra de teſtib.* Follet. *in pract. crim. in verſ. capiat informationem, n. 60.* Crot. *de teſtib. ſuprà, n. 340. in ſecundo, & tertio, & quarto caſu, & n. 341. in quinto caſu*, quibus accedit Gabriel *d. concl. 29. n. 31. lib. 7.* & Nell. *de teſtibus, num. 111. in fin. verſ. Quod eſt verum.* 111

Cenſebitur tamen varius, quando dixit in ſua atteſtatione ſe hoc tantùm ſcire, ſeu hoc tantùm eſſe verum, & poſteà addit aliquid aliud, quod eſſe verum ait, quia in primo loco vſus eſt dictione taxatiua; ideò non probat. Sic Foller. *vbi ſuprà, n. 60. in fine*, Aret. *conſ. 83. col. penult. ad medium.* Pet. à Petra *d. q. 12. de fideicommiſſ. n. 986.* Idem dicendum, quando teſtis primò dixit ſe hoc tantùm ſcire, & non plus, Aret. *conſ. 83. col. penult. ad medium*, vbi ait eandem eſſe rationem, ſi teſtis dicat ſe hoc ſ[illegible]e, videlicet, quia dictio, *videlicet*, in hoc caſu limitat, & reſtringit, quemadmodum dictio, *tantùm*, Petra *d. quæſt. 12. num. 986.* & poſtea addit aliud. 112 113

Quid dicendum, quando teſtis cum iuramento deponens aſſerit ſe in ſua depoſitione dixiſſe aliquid, & tabellio contrarium ſcripſit? Bald. *in Auth. ſed cum teſtator, n. 16. C. ad l. falcid.* Alex. *lib. 1. conſ. [illegible]. & lib. 2. conſ. 5.* & alij, quos Couar. refert *lib. 2. var. c. 13. n. 10.* potius fidem eſſe habẽdam

dam tabellioni, quàm teſti in ciuilibus, ex Panor. *in cap. ad audientiam de præſcript.* & Felin *in cap. cum cauſam, de teſtibus*, quia in criminalibus non committuntur examinationes teſtium à iudicibus tabellionibus, ſed iudices interſunt examinationibus teſtium; habetur *in Auth. apud eloquentiſſimum, C. de fide inſtrum.* & *in Auth. de teſtib. §. Hac omnia*, gloſſa *in cap. verb. eorum nuncio, verſ. Intellige illud, in criminali, de teſtib. cogend.* & *ibid.* Hoſtienſ. *n. 5. ad medium, verſ. Vel illud in criminalib.* & alij, quos referens ſequitur Farin. *de oppoſ. contra examen teſtium, q. 77. n. 196.* vbi vult, vt conſuetudo in contrarium non valeat, ſecundùm Felin. *in cap. cum cauſam, n. 21. verſ. Prima concluſio, extra de teſtib.* ſubditque *n. 97. & duob. ſequent.* ſaltem non debere fieri de facili talem commiſſionem, quia ex iuſta cauſa poteſt fieri talis commiſſio à iudice, vt Foller. ait *in pract. crimin. in verb. & demum repetantur teſtes, n. 3.* Viuius *opin. 928. n. 4.* & Boſſ. *in tit. de oppoſ. contra teſtes, n. 26. in fin.* Idem in cauſis ciuilibus arduis dicendum eſt poſſe committi examen teſtium tabellioni, prout vult Bald. *in d. cap. 1. ſub n. 1. de teſtib. cogend.* & *ibi* Felin. *n. 10* Butr. *n. 8 verſ. Vel dic*, Abb. *n. 1. in 3. notab.* & Imol. *ante n. 1. verſ. Item nota quod articulus*, & Anan. *n. 3. in 1. notab.* In cauſis verò criminalibus, ſi teſtis iuret, ſe non depoſuiſſe id, quod ſcriptum eſt, tabellionis fides vacillabit, argum. text. *in l. fin. C. de probat.* tabellioni tamẽ, teſte Couar. *2. var. cap. 13. n. 10.* potius credendum eſt, quàm teſti, niſi teſtis id probet duobus teſtibus de iure ciuili, vel quatuor de iure Hiſpano. Ex *l. 117. tit. 18. part. 3.* Suar. de Paz *tit. de tabell. n. 33. & 34.*

---

## §. VI.

### *De teſtibus falſis?*

### EPITOME.

115. & 116 *Teſtis falſus qua pœna debet puniri de iure ciuili, Luſitano, & canonico.*
117. 118. & 121 *Teſtis falſus in iudicio an teneatur reſarcire damnum.*
119 *Teſtis falſus an teneatur ſe retractare, cum periculo vitæ.*
120. & 122 *Adultera, vel partum ſibi falſum ſupponens, non tenetur ſe prodere cum periculo vitæ, neque fraudatis ſatisfacere.*
123 *Adulterinus filius, vel ex partu ſuppoſito natus, in foro conſcientiæ matri id aſſerenti non tenetur credere.*
124 *Adultera, vel ſibi fingens partum cum periculo famæ non tenetur ſe prodere.*
125 *Falſum deponens ex ignorantia non mortali an teneatur ad reſtituendum.*
126 *Teſtis iuſſus teſtificari ſi taceat veritatem, crimen falſi incurrit, & non tenetur ad reſtituendum ſecundùm aliquos.*
127 *Teſtis bona fide abiens ad aliquem locum ſciens ſe vocandum, vt teſtificetur, non peccat. Secus ſi per fraudem abeat.*
128 *Teſtis per fraudem alio diuertens ne teſtificetur, an peccet contra iuſtitiam, & teneatur ad reſtituendum.*
129 *Teſtis deponens falſum extra articulos, an puniatur de falſo.*
130 *Deponens ſi tacita veritate, vel obſcurè, & doloſe, vel per malitiam* [illegible] *non reddens rationem, an* [illegible]
131 *Corrumpens teſtem, vt verum* [illegible] *de falſo, ſicut qui corrumpit* [illegible] *falſum.*
132 *Teſtes falſos ex interuallo prod*[illegible] *ſtrumenta falſa, quot pœnis ſit pu*[illegible]
133 *Clericum percutiens ex interuallo* [illegible] *municationes incurrit, quot fuerint* [illegible]
134. & 135 *Teſtis accipiens pecuniam, vt d*[illegible] *verum, non punitur de falſo. Sec*[illegible] *nat falſum.*
136 *Teſtis falſum deponens abſque* [illegible] *quia nemini nocuit, non debet puniri de* [illegible] *ſo: ſed oppoſitum eſt verius, quando* [illegible] *potuit nocere, licet per accidens no*[illegible]
137 *Teſtis falſus quid teneatur re*[illegible]*ituere*
138 *Falſum deponens in præiudi*[illegible] [illegible] *ſiſio tenetur reſtituere.*
139 *Teſtes falſidici in cauſa hære*[illegible]*, quando* [illegible] *ter nocent, poſſunt tradi* [illegible] *ſi leniter teſtes* [illegible] *ciant. tunc enim poſſunt* [illegible] *ad triremes.*

Pœna quâ teſtis falſus puniri debet [illegible] iure ciuili, quamuis hodie non ſit in [illegible] nec de conſuetudine, eſt deportat[illegible] publicatione bonorum. Sic Gand *in tit. de* [illegible] *n. 8.* quem refert Ang. *de maleſ. in verb.* [illegible] *n. 43.* Quare pœna falſi imponenda eſt [illegible] leges municipales, ſeu ſtatuta, in ipſis ex[illegible] verò ab iiſdem non fuerit impoſita, [illegible] falſi teſtes arbitrio iudicis. Iul. Clar. [illegible] *n. 40. verſ. Sed quæro.* Oſaſc. *deciſ.* [illegible] *verſ. iur accedit*, & Moſc. *reg.* [illegible] *n. 15* [illegible] *teſt. rub. teſtis falſo pœna, fol. 306. col. 2* [illegible] *Secũdo.*

De iure tamen Luſitano teſtes falſi in q[illegible] cumque cauſa plectuntur capitali pœna cum [illegible] tione bonorum fiſco regio addi[illegible] quæ pœ[illegible] tenditur ad inducentes teſtes falſos in [illegible] picali, ſiue inducantur, ſeu corrumpantur [illegible] nendum, ſiue ad condemnandum. In al[illegible] cauſis non capitalibus, itémque in [illegible] centibus corrumpentibúſque teſtes fal[illegible] que teſtibus pœna exilij, & verberum [illegible] Conſtat ex *lib. 5. ord. tit. 54. in princ.* [illegible] vbi vide cætera, iuncto *tit. 75. in fin. pri*[illegible] quamuis lex noſtra loquatur per v[illegible] *perſona*, non videtur ita ſtrictè mulierem [illegible] hendere, vt notat Azeu. *ad l.* [illegible] *Caſ*[illegible] *lib. 2. nou. recop. pag. 186.* & Farin. [illegible] *n. 7. cum ſeqq.* vbi vult mulierem [illegible] falſi. Facit regul. *quòd mulieres i*[illegible] *rus excuſantur, vel mitius puniantur* [illegible] *reſtit. in integ. pag. 1. q. 10. art. 2. n. 14.* du[illegible] men mulier præſumatur decepta [illegible] conſiſtat in omittendo, ſecus ſi [illegible] mittendo, & contrauenendo; quia [illegible] lam dolo deliquiſſe, in dubio tame[illegible] ſumitur, *l. vbi ff. de edend.* Farin. *ſupr*[illegible] excuſat ruſticum, ſeu ſimplicem, ſeu [illegible] tiantem, à periurio, & à pœna illiu[illegible] rium ſine dolo non committi, in [illegible] dolum non præſumi; cenſetur enim [illegible] ſi ſit ſagax, Cagn. *in l. ſi quis mat*[illegible] *fact.* & Petr. Surd. *conſ.* [illegible] *20. & 21.* [illegible] adde Vimaran. *in remiſ. ad d. tit. 54.* [illegible] *per totum.*

De iure tamen canonico pœna [illegible] dep[illegible]

Digitized by Google

d[illegible]ntentis, ſi eſt clericus, eſt depoſitio, & detru-
[illegible] n monaſterium, *cap. ſi Epiſcopus, 50. diſt.* Sæ-
[illegible] is tamen iudex, neque ex officio, neque ad
partis inſtantiam, neque in bonis, neque in cor-
pore, nec [illegible]recte, nec indirecte poterit punire cle-
[illegible]um falſum deponentem etiamſi contingat co-
ta n iu[illegible]ice laico, Afflict. *deciſ.* 230. quæ opinio eſt
communiter recepta. Couar. *practic. cap.* 18. *num.* 8.
Anton. de Padill. *in l. transigere, num.* 112. *C. de
tran*[illegible]. Bernard. Dias *in pract. cap.* 93. *num.* 2. vbi
[illegible] ad. *itera* C. Gutier. *pract. lib.* 1. *quæſt.* 24. *num.* 1.
*& lib.* 4. *quæſt.* 19. *n.* 26. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 5.
*cap.* 13. *pag.* 415. quibus adde Mexiam *in tract. ta-
ſ*[illegible]*panis, concl.* 5. *num.* 34. & Azeued. *lib.* 1. *num.* 97.
*cum ſequent. tit.* 16. *lib.* 8. *noua recopil.* ex quibus
meritò reiicitur gloſſ. *in l. nullum, C. de teſtibus,* qui
videtur ſentire poſſe clericum de falſo à iudice
laico puniri. Itémque non poteſt admitti opinio
Feder. de Sen. *conſ.* 93. *Factum tale*, dicentis poſſe
iudicem laicum, non ad inſtantiam partis, ſed ex
officio punire clericum de periurio commiſſo in
iudicio ſæculari, non corporaliter, ſed pœna pecu-
niaria; quod in praxi ſeruari tradit Gulielm. *in cap.
Raynut. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, de-
ciſ.* 2. *fol.* 79. *num.* 142. Couar. tamen *vbi ſupra, q.* 18.
*in fin.* Subdit poſſe iudicem ſæcularem in cauſa
ciuili cognoſcere de periurio clerici, non vt ipſum
puniat, ſed vt expediat cauſam coram eo agitatam.

Ambigi poteſt quam obligationem contrahat
teſtis falſum deponens in iudicio ad effectum re-
ſtituendi damnum. Abb. *in cap.* 1. *num.* 6. *verſ. Pri-
mo caſu,* & *ibi* Anchar. *num.* 1. *in* 2. *notab. extra. de
crimin. falſ.* aſſerunt teneri teſtem ciuiliter actio-
ne ad damnum illatum ex ſua falſa depoſitione;
Sequitur Tindar. *de teſtib. p.* 1. *cap.* 9. *num.* 6. *& ſe-
quentib.* vbi id extendit ad tacentem verum, prout
[illegible]luit Cotcet. *ſing.* 177. *verb. teſtis,* 23. & Monca-
da ad Crot. *de teſtib. p.* 9. *num.* 3[illegible]9, *ad fin. verſ. No-
tabis tamen,* quibus adde Iul. Clar. *lib.* 5. *§. falſum,*
[illegible] 19. *ver. Pœna autem teſtis falſum deponentis,*
[illegible]um regul. quam tradit gloſſ. *in cap. presby-
[illegible]* *gloſſ. fin. de homicid.* Qui omnes definiunt
[illegible]ere in foro contentioſo, non autem in
[illegible]ientiæ, vbi fatétur teneri teſtes de falſo
118 [illegible], nó auté de damno ex illo emergente.
[illegible]dum tamen omnino eſt in foro conſcien-
[illegible]s ſcienter, vel ex ignorantia craſſa fal-
[illegible]uit, ratione cuius reus, vel actor damnú
[illegible] cepit, teneri teſtẽ ad reſtitutionem dam-
[illegible] in ſolidum, quia per iniuriam fuit cauſa
effi[illegible]us damni, niſi tempore quo dixit falsũ
te[illegible] iam reus iam erat per alios teſtes con-
u[illegible]ſtimonium ſequens nihil fuit operatũ
po[illegible] iudex propter illud maiorem pœnam
[illegible]it, tunc enim excuſatur falſum deponens, à
[illegible]mno [illegible]ato, & à reſtitutione illius, cùm iam ex
p[illegible]oribus teſtimoniis fuer[illegible] rogatum; ita Gutier.
*lib.* 1. *canon cap.* 38. *num.* 4. Leſſ. *de inſt. lib.* 2. *cap.* 30.
*dub.* 7. *num.* [illegible]2. & Sayr. *in clani, lib.* 12. *cap.* 19. *n.* 8.
[illegible] *ſequent.* vbi omnes concludunt teneri fal-
[illegible]m deponentes, qui fuerunt cauſa damnorum, ad
reſtituenda, eo modo, quo dictum eſt inſuper ſi
[illegible]m teſ[illegible]monia [illegible]unt [illegible]uſa efficax mortis, vel
[illegible] lat[illegible] alienius, tenentur ſ[illegible]a te[illegible]monia re-
[illegible]are ſi id profuturum putent, etiamſi inde ſi-
[illegible] [illegible]œuæ periculo ſe exponant. Quæ concluſio
communis, quia in pari damno, ac periculo me-
[illegible]t conditio innocentis; ideò cum pari dam-
[illegible] tenentur innocentem liberare, retractaré-
q[illegible]ue [illegible]n, vel ſua teſtimonia, Caiet. fauet 2. 2. *q.* 70.
*Fragoſ. Regim. Chriſt. Reipubl.*

*art.* 4. & expreſsè id docent Medin. *C. de reſtit. q.* 3.
*cauſa* 4. *ad quartum*, Cordubenſ. *in ſum. caſuum
conſcient. q.* 17. *verſ. tertio*, Petr. Nauar. *lib.* 2. *de re-
ſtit. cap.* 3. *p.* 2. *dub.* 11. *n.* 252. & Tolet. *in ſum. lib.* 5.
*cap.* 59. *ad fin.* quos referens, ſequitur Sayr. *d. n.* 8.
*verſ. Cæterum omnes.*

Non teneri autem teſtem falſum deponentem 119.
etiam cum periculo vitæ ſe retractare, vt liberet
innocentem, ex eo probaretur, quia mulier adul-
tera, vel ſibi falſum partum ſuppones cum iactu-
ra vitæ, aut famæ, crimen prodere, neque debet,
nec tenetur hac via fraudatis ſatisfacere, quam-
uis aliter nequeat reſtituere, vt eſt communis
Theologorum, & receptiſſima; & probatur, quia
conſtitutus in extrema neceſſitate, licitè poteſt 120.
pro vita tuenda capere alienũ, ac retinere ex cap. *ſi
quis propter. de furt.* nec reſtituere debet, etiamſi
póſtea ad pinguiorem fortunam accedat, ſecun-
dùm communem ſententiam, quamuis Nauar. re-
tractat *in manuali, cap.* 17. *n.* 60. *&* 61. *n.* 118. *&* 119.
Ergo partum falſum ſibi ſupponens cum pericu-
lo famæ, vel mortis, non tenetur proprium cri-
men manifeſtare, & poteſt permittere, vt hæredi-
tas à legitimis hæredibus, & maioratus à legiti-
mo ſucceſſore ad extraneos deuoluatur. Nã quãdo
maius detrimentũ pro re reſtituenda patitur ille,
qui debet reſtituere, quã valet reſtituẽda illi, cui fa-
cienda eſt reſtitutio, debet dominus rei, vt vitetur
maius dãnũ proximi, quã cõſeruare ſuũ commodũ
inferioris ordinis, eo quòd nemo rem inferioris
ordinis cum detrimento famæ, ſeu honoris, nec
famam, vel honorem debet reſtituere. Ita Caiet.
2. 2. *art.* 6. & ſequitur Nauar. *in manuali, cap.* 17.
*num.* 87. & Sot. *lib.* 4. *de inſt. q.* 6. *art.* 3. *ad quartum,
pag.* 333. *col.* 2. Sed teſtis retractando ſuum teſti-
monium exponitur manifeſto periculo vitæ, &
mortem, aut ſaltem infamiam notabilem patie-
tur, ergo non tenetur cum tanto vitæ periculo, ac
famæ ſe prodere etiam vt liberet innocentem.

Dicendum tamen eſt oppoſitum; & diuerſam 121.
eſſe rationem inter teſtem falſarium, & adulte-
ram, ſeu fœminam falſum partum ſibi fingentem;
quia teſtis tenetur etiam cum periculo vitæ libe-
rare innocentem, quem falſo infamauit, à pœna
mortis, in qua eſt conſtitutus, eo quòd mortem
alteri iniquè parauit. Ideò tenetur damnum repel-
lere, etiam cum pari damno ſuo, quia in pari dam-
no, melior eſt conditio innocentis. Neque obſtat
quemque noſtrum, magis teneri conſulere vitæ
propriæ, quam alienæ, quia id habet locum in pa-
ri cauſa innocentiæ: puta, ſi proximus abſque cul-
pa tua eſt in periculo mortis, in quo euentu non
teneris illi ſubuenire cum periculo vitæ. Secus ſi
culpa tua inductus fuit in id periculum. Petr. Na-
uar. *lib.* 2. *c.* 3. *n.* 253. Leſſ. *d. c.* 30. *dub.* 7. *n.* 53. *&* 54.

Fœmina verò adultera, vel ſibi falſum partum 122.
ſupponens quamuis certam habeat ſpem, quod
per reuelationẽ criminis occurrant damnis hæ-
redum, ſeu ſucceſſoris in maioratu, nó tenetur ta-
men crimen ſuum manifeſtare, ſi inde periculum
vitæ, vel famæ ſibi imminere arbitretur; nam de
periculo vitæ concors eſt ſententia. Ceſſat enim
durante periculo vitæ dominiorum diſtinctio, po-
téſtque dum vitæ periculum durat, quiſque vti re
aliena tanquam ſua, neque tenetur illam reddere,
etiamſi amplum primogenium, aut etiam regnũ,
nec ad hoc reſtituendũ vita debat in periculo po-
ni, nec filiũ ſuppoſitũ, vel ex adulterio cóceptũ te-
neri matri ſibi aſſerẽti credere, nec hæreditatẽ, ma-
ioratũ, ſeu regnũ reſtituere, docẽt Bart. *in l. filium,*

*ſ. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.* Gozad. *conſ.* 12. *num.* [illegible] *in regul.* 3. *aſſumpt.* 3. *num.* 4. Abbas *in* [illegible] *de pœnit.* [illegible] *conſ. num.* 4. & tenuit prius gloſſ. quibus accedit Cou[illegible] *in regul. peccatum, in principio,* [illegible] *num. præc.* [illegible] *num* 6. [illegible] *ubi* hoc extendit etiam quando [illegible] patrem [illegible] Sequitur poſt [illegible] *cap.* [illegible] *& ſequent.* Leſſ. [illegible] *cap.* [illegible] *num.* [illegible] Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *ca.* 89. *num.* [illegible] [illegible] præſumi [illegible] quam mater [illegible] commiſe [illegible] *&* 22. ſtultè fecit [illegible] qui [illegible] credidit ſe

123. non [illegible] fuiſſe [illegible] id regnum renunciaſſe. Contra [illegible] Cyn. & Bart. *in l.* [illegible] *filium, ff. de iis, qui ſunt ſui, vel alieni iuris,* & Bald. *ibi* & *conſ.* [illegible] *lib.* 1. Quod non ſolùm procedit in foro exteriori, ſed etiam in foro conſcientiæ, vt notant Mercado *de tratos, y contratos. lib.* 6. *cap.* 1. *ad fin. de* [illegible] *restitucion en los bienes temporales.* Sot. *de iuſtit. lib.* 4. *quæſt.* [illegible] *art.* 2. *verſ. Tamen* [illegible] Andr. ab Exea *in cap.* 1. *n.* 3[illegible] *de conſtit.* & alij quos referens ſequitur idem Menoch. *ſupr.* & G[illegible] *num.* 43. vbi vult [illegible] filius adulterinus, vel ſuppoſitus ex vehementi matris perſuaſione omnino conuincatur, matrique omnino credat ſe non eſſe legitimum; quia in hoc caſu, quamuis in foro exteriori ſibi adiudicetur primogenitura, & regnum, in foro tamen conſcientiæ tenetur illi renunciare. Ita Sotus, & Menoch. *vbi ſupra.*

124. Non teneri etiam fœminam ſe prodere cum periculo famæ, docet Caiet. 2. 2. *art.* 6. *& opuſc.* 31. [illegible] 14. Couar. *regul. peccatum.* 2. *p. num.* [illegible] Caſtr. *lib.* 2. *de po.* [illegible] *cap.* 11. & probatur ex cap. [illegible] *de pœnit. & remiſſ.* Item, quia fama eſt res altioris ordinis; ergo non eſt exponenda periculo pro bonis fortunæ, quæ ſunt inferioris conditionis, iuxta regul. Caiet. *ſupra,* & Nauar. *in cap.* 16. *n.* 44 [illegible] *cap.* 17. *num.* 89 [illegible] id probat, & *cap.* 18. *num.* 4[illegible]. Ergo fœmina non tenetur famam exponere periculo pro maximis theſauris reſtituendis, cùm fama apud homines non ſoleat pecunia æſtimari, vt habetur Prouerb. 22. *melius enim eſt nomen bonum, quam diuitiæ multæ.* Quod intelligitur in caſu præſenti, de fœmina honeſtæ conditionis, & quæ pro tali paſſim habetur. Gutier. nuper relatus *num* 26. Leſſ. *num.* 55 *& ſequentib.* Sayr. *in claui, lib.* 8. *cap.* [illegible] *de adult. & ſatisfact. à num.* 10. *& ſequentib.* vbi de hac re ſatis, & quibus modis in præſenti caſu fœmina ſe debeat habere bene egit. Sequitur Molin. *tract.* 3. *de iuſtit. diſp.* 1[illegible] 2. *num.* 9.

125. Sed quid dicendum, ſi teſtis depoſuit falſa ex ignorantia, vel ex obliuione ſaltem non mortali, ob quam tamen reus damnatur? Petr. Nauarr. *d. lib.* [illegible] *de reſtit. cap.* 3. *n.* 253. & Caietan. 2. 2. *quæſt.* 70. *art.* 4. docent non teneri reſarcire damnum datum. Ex eo fundamento, quia nec ratione rei acceptæ, nec ratione iniuſtæ damnificationis, quia nõ peccauit [illegible] lethaliter mortaliter, vt ſupponimus; ergo non tenetur. Cenſetur enim tale damnũ fuiſſe illatũ quaſi fortuito. Confirmatur, quia quam[illegible] valeat, qui venialiter peccauit, teneri ſub veniali reſarcire damnum, verius eſt non teneri, quia videtur durum obligare [illegible] minem ſub veniali ad reſtitutionem decem millium aureorum [illegible] poſſe hoc peccato liberari, niſi proponat reſt[illegible] Ra[illegible], quia culpa [illegible] non eſt [illegible] perfectus in [illegible] damni, ſed eſt ac[illegible] imperfectu[illegible] de non [illegible] obligatio [illegible] ſaltem perfecta, neque e[illegible] poteſt eſſe maius

vnus [illegible] quã [illegible] Ergo [illegible] S[illegible] [illegible] alii ibi [illegible] Sot. [illegible] *quæſt.* [illegible] Tolet. [illegible] *cap.* [illegible] quando [illegible] reſtitutionem ex damno da[illegible] bus accedit Leſſ. *lib.* 2. *cap.* [illegible] *num* [illegible] addit verius eſſe non dari reſtitution[illegible] cum pa[illegible] veniali, ob [illegible] tenere ſuprà poſitam, pendet obligatio reſtituendi, quando cul[illegible] la 2. Quod ſatis etiam indicat Syueſt. [illegible] ſcientiæ ſaltem *in verb. culpa, num.* 6. [illegible] norm & alios, & *verb. reſtitutio,* 2. §. 12. & [illegible] fatetur Angel. *d. verb. culpa, num.* [illegible] & [illegible] *cap. Sicut dignum. de homicid.* & alij quib[illegible] dit Leſſ. *d. cap.* 7. *num* 24. [illegible] *d. cap.* [illegible] dicentes ſublato contractu [illegible] ſaltem in foro conſcientiæ non oriri obligationem re[illegible] tione damni dati niſi ex culpa lata, non an[illegible] leui, vel leuiſſima.

Porrò teſtis iuſtus teſtificari [illegible] taceat veritatem, crimen falſi incurrit, non tamen tenetur [illegible] ſarcire damnum illi, quem non adiuuit [illegible] *de iuſtit. tract.* 2. *diſp.* [illegible] *num.* 4. Sequit[illegible] *lib.* 2. *cap.* 30. *dub.* 8. *num.* [illegible] *verſ. prior. quid,* [illegible] hoc eſſe probabile, cum non teneatur [illegible] ſed ex obedientia ſola, & virtute [illegible] per hoc iuramentum non eſt [illegible] in [illegible] his iuſtitiæ tráſmittere in [illegible] propter [illegible] tat, neque intendit ſe illi per prom[illegible] quam obligare, ſed ſolum iurat [illegible] tatem, quam nouit. Fauet traditis à S[illegible] *in d. lib.* 12. *cap.* 20. *n.* 1. dicente grauiter peccare teſtem, in iudice interrogatum, ſi veritatem [illegible] taceat, quia facit contra obedientiã [illegible]

Verius tamen eſt, teſtem vocatum [illegible] interrogatum veritatem negantem, [illegible] tem, quam in ta graui confite[illegible] mortaliter, contra charitatem proxi[illegible] & contra iuſtitiam, tenerique te[illegible] damna parti læſæ ſubſequuta, niſi ab [illegible] tima cauſa à doctoribus numerata ex[illegible] interrogetur in particulari, ſiue in [illegible] veritatem fateri, circa ea, de [illegible] terrogatur, quia iuridice interr[illegible] competente tenetur ex iuſtitia dice[illegible] eamque negando, vel occultando [illegible] triplicem virtutem, charitatem, [illegible] tiam, & iuſtitiam, & manet c[illegible] & de ſe iudicem inducens ad fe[illegible] dam in damnum partis læſæ [illegible] læſæ damnum reſtituere. Sot. [illegible] *art.* 1. *& rub. de tegend. ſecret.* [illegible] *concluſionem, dub.* [illegible] *verſ.* [illegible] *q.* 70. *art.* 1. *controuer.* [illegible] Petr. Nauar. *lib.* 2. *de re*[illegible] *cap.* [illegible] *num.* 256. & Nauarr. *in manual.* [illegible] *in cap. inter verba,* 11. *quæſt.* [illegible] *n.* 7[illegible] *& ſequent.* & Syueſt. *verb.* [illegible] *Primum.*

Quod ſi teſtis bona fide [illegible] cum, ſciens ſe vocandum [illegible] tuerit illa man[illegible] rum ſi per fraudem ſe occult[illegible] dice, non peccat [illegible] charitas. Pro[illegible] bona [illegible] dolo [illegible] tenebatur ſe offerre [illegible] ad [illegible]

Digitized by Google

ſe, et proximum egere ſuo teſtimonio. Quod in[illegible] igitur regulariter loquendo, exceptis quibuſdam caſibus, Sà *de teſtibus, num.7.* & Sayr. *lib.12. cap.10. num 26.* peccare verò contra charitatem, quando per fraudem ſe occultat, ne vocetur, eſt communis, quia eſt contra charitatem per fraudem [illegible] abducere ab obedientia iudicis, & nolle ſubuenire proximo, cui commodè poterat per ſuum teſtimonium conſulere.

An verò tunc peccet contra iuſtitiam? Partita eſt quæſtio. Loquimur tamen, quando graue damnum inde non imminet teſtificanti; quia ſi impendeat, certum eſt, non teneri teſtificari, nec poteſt iudex eum cogere, niſi ratio boni communis id exigat. Quare poteſt etiam citatus ſe abſcondere, vel ſi non poteſt niſi comparere, fas eſt illi aliquo artificio uti, & tacere veritatem, ob graue damnum ſibi inde imminens, Sot. *de ſecret. membr.2. quæſt.7. dub.3.* & Nauar. *cap.25. num.50.* Nec proinde tenebitur ad reſtitutionem, quia non debet teſtificari, cum graui damno, & multo minùs tenetur ſe offerre ad teſtimonium ferendum, ſi inde graue damnum ſibi euenturum eſt; ſecus ſi abſque illo poſſit liberare proximum ab iniuſta morte, vel ab aliqua alia pœna infamiæ, ſeu quouis alio graui nocumento; tunc enim tenetur ferre teſtimonium, & veritatem fateri, etiam non requiſitus, aut à iudice vocatus, & contrarium faciendo peccat mortaliter. D. Thom. 2.2. *quæſt.70. art. 1.* vbi id latè probat ex ſacra pagina Prouerb. 24. *Erue,* inquit, *eos, qui ducuntur ad mortem,* & Pſalmi 81. *Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate;* nam vnuſquiſque tenetur ex charitate ſi commodè poteſt, proximi malum auertere, ſicut eleemoſynam extremè indigenti, vel grauiter patienti præſtare tenetur. Sed qui in eo caſu eleemoſynam non facit, peccat [illegible]liter, ſic etiam, qui teſtimonium negat, [illegible]ndo commodè poteſt teſtificari, vt ab eo dam[illegible] proximum eripiat. Sot. *lib.5. de iuſtit. quæſt.7.* [illegible] *rubr. de ſecret. membr.2. quæſt.7 dub.3.* Sayr. [illegible]*m.27. verſ. Tertia concluſio.*

[illegible] ergo damno teſtificanti imminente, ſi à [illegible]ur, aut quæſitus ſit, vt citetur, ſunt qui putent ſi in eo caſu nolit comparere, vel compa[illegible] veritatem taceat, vel aliqua arte iudicem [illegible] interrogantem eludat, peccare mortaliter contra iuſtitiam, tenerique ad reſarciendum damnum [illegible]um. Nauar. *in manual. cap.25. num.41. verſ.* [illegible] *peccat,* Sot. *lib.5. de iuſtit. quæſt.2. art.1.* Sa[illegible] 2.2 *quæſt.70. art.1. dub.3.* & Mirand. *de ordin. iudiciar. quæſt.* [illegible]*2. art.5. concluſ.3.* Ubi hanc partem [illegible], quando teſtis à iudice requiſitus iuridicè, non fert teſtimonium, ſeu veritatem non dicit; [illegible] enim peccare contra iuſtitiam ait; quod ſi non eſt iuridicè requiſitus; tunc contra charitatem, ſi hoc caſu fugiat, vel ſe occultet peccaro docet, quod alij abſolutè negant aſſerentes in vtroque euentu teneri ex iuſtitia teſtificari. Ra[illegible] quia eo ipſo, quòd teſtis citatus eſt, vel iuſſus eſt citari per publicum nuncium, ex iuſtitia debet teſtificari; ergo tenetur ad damnum compenſan[illegible]m, ſi nõ teſtificetur; ſicut iuſſus à iudice proferre inſtrumentum publicum ad iuſtitiam cauſæ ſpectans, ſi illud vel occultet, vel laniet tenetur ad damnum inde ſequutum.

Verius tamen eſt non peccare contra iuſtitiam, [illegible] teneri ad damnum inde ſecutum, illum, qui [illegible] fuit à publico nuncio de mandato iudi[illegible] & noluit comparere ad teſtificandum. Ratio,

*F* [illegible] *Regim. Chriſt. Reipubl.*

quia præceptum iudicis & citatio iuridicè facta non inducit obligationem iuſtitiæ ad comparendum, & ad teſtificandum, ſed ſolum eſt præceptum obedientiæ; ideo ſi non compareat dicetur inobediens, aut contumax, non verò iniuſtus, ſicut iuſſus à iudice ſuſcipere tutelam, & tenuus, nolitque obedire, vel ſe non legitimè excuſet, nullam iniuſtitiam committit contra pupillos, aut iudicem, niſi poſtquam ſuſceperit illud munus, & in illo negligenter ſe geſſerit. Igitur teſtis, qui iubente ſuperiore noluit teſtari, non peccauit contra iuſtitiam, ſed contra obedientiam iudicis, & charitatem proximi, non iuuando illum, cum poſſet commodè. Sic Molin. *tom.1. de iuſtit. diſp.83. folio 506. verſ. Non peccare contra iuſtitiam, liter.* D. Syluest. *verb. teſtis, num 8.* Valent. *tom.3. diſp.5. quæſt.14. punct.1. poſt 3. concluſ.* Salon. *2.2. quæſt.70. art.1. controuerſ. 3. concluſ. 3.* & *ibi* Banh. *dub.3.* quos referens ſequitur Sayr. *in claui, lib.15. c.20. num.56. verſ. Alij tamen,* vbi concludit hanc partem eſſe magis conformem communi doctorum ſententiæ. Accedit Leſſ. *d. cap.30 dub.8. num.59.* vbi illam vocat probabilem, dicens teſtem à iudice interrogatum non teneri ex iuſtitia reſpondere, aut iurare de dicendo verum; ſed ea obedientia dumtaxat, cùm non ſit in manu iudicis obligare ad iurandum, ſeu reſpondendum de iuſtitia, ſed tantum ex obedientia. Cum ergo teſtis in eo caſu ſit inobediens, non verò iniuſtus, non tenebitur reſtituere, Molin. *tract.2. diſp.700. num.4.* idem repetit.

Maiori cum ratione competit ſuperior doctrina teſti ſe occultanti, vel fugienti, ne teſtificetur, quia non fuit inobediens priuſquam præceptum iudicis, eidem fuerit iuridicè, vel legitimè denunciatum, quamuis potuerit grauiter contra charitatem proximi peccare. Probatur, quia leges ſuperiorum carent vi obligandi, donec actu fuerint promulgatæ, nec dicitur inobediens contra illos ante legitimam promulgationem; ergo non eſt inobediens iudici, donec teſtis publico nuncio fuerit vocatus, atque ita non peccat contra iuſtitiam, ſe occultans, vel aliò diuertens, ne teſtificetur; ſed contra charitatem proximi, & ideo non tenetur reſtituere, nec pars egens illius teſtimonio habet aliquod ius in teſtimonium alicuius, cùm ſit perſona priuata. Sic Salon. *ſupra* poſt alios *ibi* relatos, quibus adhæret Leſſ. *d. cap.30. dub. vlt. n.58.* & Sayr. *ſuprà, num.26. verſ. Alij tamen.*

Quæſtionis eſt, an teſtis deponens falſum extra articulos debeat puniri de falſo? Affirmat Bald. *in l.1. n.3.* & *ibi* Salic. *n.9. verſ. Aut deponit extra id, quod fuit iuratum, iuncto verſ. Sed non obſtante, C. de ſepulc. viol.* Negat tamen Monticel. *in repert. teſt. rubr. teſtis falſus, ſuper appendicibus, fol.299. col.1. verſ. penult.* & Hippol. Rimin. *conſ.344. n.29. lib. 3,* vbi volunt teſtem falſum extra articulos deponentem, non teneri de periurio, quod eſt verum, quoad pœnam ordinariam; at verò quoad pœnam extraordinariam, & arbitrariam, eſſe puniendum arbitrio iudicis teſtatur Michael Craſſ. *lib.2. cap.17. q.21.* & Flor. *de in lit. iurand. §.44. n.9. in fin. verſ. Et idem in teſte;* quæ reſolutio eſt communis; ſicut teſtis nulliter falſum deponens, punitur pœna mitiori arbitrio iudicis, non tamẽ ordinaria, vt notat Marſil. *in l.1. §. præterea, n.23. & ſequent. ff. de ſicar.* Anan. *in cap.5. num.11. extra. de crimin. falſ.* quibus accedit Iul. Clar. *§. falſum, verſ. Item excuſantur,* ibi, *Sic etiam teſtis cuius depoſitio erat nulla, num.44.* vbi aliis relatis ait 129.

non poſſe de falſo puniri pœna ordinaria, ſed extraordinaria, quem ſequitur Petr. à Petra *de ſid. commiſſ. quæſt.* 12. *num.* 1252. Farin. *de oppoſ. contra teſt. q.* 67. *n.* 199. & *n.* 209. quibus in locis probat eſſe puniendum pœna extraordinaria arbitrio iudicis deponentem falſum extra articulos.

130. Qui verò tacet, & occultat veritatem, dum deponit, vel deponit obſcurè, & dolosè, adeò vt eius depoſitio nihil proſit, punitur de falſo, nec facit fidem. Prior pars huius aſſerti probatur ex cap. 1. *de crimine falſi*, & ibi Abb. *in ſummario*, & *num.* 1. *in fin. verſ. item ille*, & *n.* 3. *in* 2. *notab.* & *n.* 4. *verſ. vltimo poteſt colligi*. Bart. *in l. presbyteri, num.* 1. per text. ibi, *vera ſuppreſſerint*, & ibi Caſtrenſ. *num.* 1. *C. de Epiſc. & cleric.* Decian. *in tract. crimin. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 20. *rubr. qui ſunt periuri, num.* 3. Pegn. *in director. Inquiſit. ad quæſt.* 73. *in comment.* 122. *fol.* 675. *col.* 1. *verſ. Falſum autem teſtem*. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cap.* 310. *num.* 14. vbi concludit tacendo veritatem falſarium eſſe, puniendúmque pœna falſi ordinaria, *cap.* 1. *de crimin. falſ.* ſecus, ſi ſe occultando, ad iudiciumque non veniendo veritatem non manifeſtat. Solùm ergo vt occultator probationũ punietur iudicis arbitrio pœna extra ordinem, vt ſentit Alex. *in l. Argentarius, §. cum autem, ff. de edend.* & Bald. *in l. presbyteri, num.* 13. *in fin. C. de Epiſcop. & cleric.* & Boér. *q.* 292. *in fin.* Fundamentum, quia non veniendo ad iudicium, & ſe abſcondendo ſolùm parti probationes abſtulit, nec tribunal iudicis, ac iuramenti religionem violauit, vt in ſimili de occultante alterius inſtrumenta cenſuit Abb. *in cap. accepimus*, & ibi Felin. *num.* 20. *de fide inſtrument.*

Poſterior pars, nempe, deponentem obſcurè, vt per malitiam eius teſtimonium nihil proſit parti producenti, eſſe puniendum de falſo, probatur ex Baldo *in l. nullum, num.* 3. & ibi Salicet. *poſt n.* 2. *C. de teſtib.* Sequitur Curt. Papienſ. *de teſtib. concluſ.* 5. *num* 3. quod intellige, ſecundùm eundem Curt. *concluſ.* 16. *num.* 24. *ad fin.* quando teſtis tacet veritatem, non ſolùm ſi iureuerit dicere veritatem omnino, ſed etiam ſi ſpecialiter ſuper ſingula quæque capitula interrogatus dixerit ſe neſcire, in vtroque caſu de falſo puniri debet. Secus dicendum eſt, quando ſine dolo per ignorantiam, vel per errorem tacuit veritatem, vt tradit Zanchin. *de hæretic. cap.* 14. *num.* 2. *in fine*, quem de falſo non puniri probat text. *in l.* 1. *§ præterea*, ibi, *dolo malo, ff. de ſicar.* Lanfranc. *de teſtib num.* 27. *verſ. limitat.* Angel. & Gabriel. *conſ.* 42. *num.* 7 *lib.* 2. & *conſ.* 175. *num.* 4. *lib.* 2.

Sed quid dicendũ de teſte deponente, qui doloſè rationẽ nõ reddit de ſua depoſitione, vel reddit rationem, ſed non ſufficientem, nec concludentem? Reſpondeo, ſi teſtes ſunt ruſtici, neſciuntque meliùs reddere rationem ſuæ depoſitionis, non puniri de falſo, Bald. *de teſtib. num.* 7. *verſ. ſecus ſi ex ſimplicitate, in d. l. presbyteri, num.* 6. *Cod. de Epiſcop. & cleric.* Nell. *eod. tit. de teſtib. num.* 234. Ideo excuſantur à falſo ruſtici, quia non præſumuntur dolo deponere. Maſcard. *de probatio. lib.* 2. *concluſ.* 745. *num.* 13. vbi tradit potius præſumi illos, ſic depoſuiſſe ex ſimplicitate, quàm ex malignitate; ideò non poſſe puniri de falſo, niſi probetur de malignitate, vt vult Angel. *in §. & [illegible] in Auth. de teſtib. col.* 3. hoc tamen non procedit in ruſticis ſagacibus prout multi reperiuntur, habetur in gloſſ. *in l. Athletas, §. de ruſtic. ff. de excuſat. tut.* Nam de his præſumendum eſt, ſicut de non ruſticis, qui tacita veritate deponunt, vel doloſè

reſpondent ad interrogata tacendo rationem, [illegible] non concludentem ad [illegible] dictum, [illegible] non [illegible] enim puniendi ſunt de falſo, prout [illegible] dat in [illegible] teſtib lib. 1. cap. 1 [illegible] num. 1 [illegible] M[illegible] ticel. *regni* [illegible] *in.* 15 *num.* 9 [illegible] *in repert.* [illegible] *teſtis ſin.* [illegible] *malam.* [illegible] *col.* 2. *verſ.* 1. Farin. *q.* 67. *§.* 6 *num.* 221 [illegible] *num.* 40

Il[illegible] etiam obiter nota, tacentem ver[illegible] in depoſitione teſtem dici falſum, non tamen [illegible] citur dicere falſum atque ita non com[illegible] tur is teſtis ſub lege corpor[illegible] liter punie[illegible] centem falſum; poſſe tamen puniri [illegible] Farin. *d. q.* 67. *num.* 231. Facit dictum Ba[illegible] *nullum in fin C. de teſtib. num* 3. *in* 2. *notab.* [illegible] tis dicentes mendacium propriè vocari f[illegible] centes verò veritatem, dici fraudulentos. N[illegible] minus tacens veritatem, quando fuit exam[illegible] ad eã dicenda, punitur de falſo, fal[illegible] quamuis non dicat falſum. Teſtis vero, q[illegible] tus non comparet, ne examinetur, non pun[illegible] tanquam teſtis falſ[illegible] ſed de crimine ſtell[illegible] criminaliter, & ciuiliter, etiam ad inter[illegible] damna ſequuta, Bald. *in l. presbyteri, num.* 13. *quod in eo, C. de Epiſcop. & cler.* Anchar. *in* [illegible] *num.* 6. *verſ. quid autem de illo de crimi*[illegible] Iuuat Menoch. *de arbitr. lib. centur.* 4. *ca*[illegible] *num.* 14. Dicitur autem committere crimen [illegible] lionatus quoad caſum præſentem ille, qui [illegible] noluit comparere, dicens ſe compariturum [illegible] non comparendo ergo fuit varius in ore, & [illegible] ſtans in mente, & ſimilis ſtellioni diuc[illegible] col[illegible] bus picto. Quod crimen multis aliis modi[illegible] committi ſolet, de quibus alibi.

Quæſtio eſt, an corrumpens teſtes, [illegible] taceant, puniatur de falſo, ſicut q[illegible] vt falſum deponant? Reſpondeo, non [illegible] corruptum, ſed etiam teſtes cor[illegible] pœna falſi, pari. Rebuff. *in tract. de* [illegible] *num.* 46. Simanch. *de cathol. in* [illegible] 4. vbi ſentit plus delinquere, qu[illegible] teſti per[illegible] falſum deponat, quam teſtem i[illegible]. Ob [illegible] rationem eadem omnino pœna co[illegible] quandoquidem ipſe corrumpens p[illegible] cibus, vt falſum teſtimonium dicatur p[illegible] cauit, & alios ad peccandum induxit. [illegible] Pegn. *in direct. Inquiſ. p.* 3. *ad q.* 73 [illegible] *verſ. atque hoc ipſum.* Ideò pari pœ[illegible] ſunt, ſiue corrumpens ſit pars ip[illegible] tertius quilibet. Salicet. *in l. ſi falſ*[illegible] *q.* 1 *num.* 3. *C. ad l. Cornel. de falſ.* & [illegible] dinal. *in clement. de teſtib in princip.* [illegible] & Montic. *in repert. teſt. rubr. corrupt*[illegible] *tur de falſo, fol.* 295. *col.* [illegible] dicentes corrumpentem ad tacend[illegible] cat ad falſum deponendum, & teſtem [illegible] ptum, pari pœna plectendos.

Quod ſi aliquis in vna, & eadem [illegible] ret ex interuallo varios falſos teſte[illegible] ſa, ac conficta inſtrumenta, an ſit pun[illegible] pœnis, quot ſunt ea crimina, & [illegible] punita, ſi vnumquodque crimen [illegible] aliud, ſi diuerſo tempore vnum [illegible] commiſſum? Bartol. *in l. nunquam p*[illegible] *natu delict. num* [illegible] dum, nempe, ſi idem [illegible] repet[illegible] eodem tempore ad vnum, & e[illegible] ſicut plures ictus [illegible] tunc vnicum eſſe [illegible] delictum, [illegible]

vnica pœna homicidio debita puniri debere, nec teneri ad pœnam cuiuſlibet ictus. Quod ſi repetitio qualibus criminis tendat ad proprium, & particularem effectum, & ex qualibet percuſſione fiat effectus diſtinctus, cenſet non vnicum crimen, ſed plura eſſe, & vt plura, eſſe plectenda, non vnica tantùm pœna, ſed particulari, quæ cuilibet percuſſioni, ſeu vulneri eſt impoſita per legem. Idem ſentit Alber. *in d. l. nunquam plura*, & Caſtrenſ. *in l. quicunque, C. de ſeru. fugit.* Nec diſſentit Socin. *conſ. 62. lib. 1. col. 4. & 5.* Ex aliorum ſententia referens vnicum eſſe delictum iudicandum, & non plura, quotieſcunque repetitio eiuſdem delicti fit, etiam ex interuallo, ad eundem tamen effectum, & finem, quamuis ipſe Socin. arbitretur hoc reſponſum eſſe contra gloſſ. *in dict. l. nunquam plura.*

Couar. tamen *lib. 2. variar. cap. 10. num. 8. verſ. ego ſanè*, cum Benedicto, & aliis, quos recenſet, huiuſmodi falſarium opinatur non plectendum eſſe totidem pœnis, aut vna omnibus pari, quot ſunt ea crimina, & quot pœnis criminoſus fuiſſet punitus ſi ſingula crimina, vnum poſt aliud commiſiſſet in diuerſis cauſis ad diuerſos effectus. Quod ſi ea crimina ſunt ab eodem commiſſa, in vna, eademque cauſa, punienda eſſe maiori pœna, eo magis, quo ea delicta per multiplicationem, ac repetitionem actuum ſimilium fuerunt grauiora. Quando autem ea delicta ſunt in cauſis diuerſis, & accuſatores, in quorum iniuriam, ac damnum fuerunt commiſſa, & pœna in vnumquodque delictum iterari poteſt, & eſt compatibilis cum alia diuerſa, non minùs ſunt punienda, quàm ſi ſeorſim ſint pœna afficienda. Iuuat Mol. *tract. 3. de iuſtit. diſp. 41. concluſ. 3. num. 7.* ex *l. illud, §. vlt, ff. ad l. Aquiliam, & num. 10. verſ. in huiuſmodi autem criminibus.* Quod intelligit de multis delictis etiam eiuſdem ſpeciei, ex interuallo commiſſis, vno poſt aliud, ita vt verè in genere moris ſint diſtincta numero.

133. Vnde ſi quis bis ex interuallo plura vulnera inferat alicui Eccleſiaſtico, omnes fatentur toties incurrere excommunicationem, quoties eum vulnerauit. Itemque ſi priùs mutilauerit illum vno membro, & poſtea ex interuallo eundem altero mutilauerit, vel ipſum interfecerit, duplici irregularitate afficietur, altera pro priori mutilatione, & altera pro poſteriori, vel homicidio; ſecus ſi prima & ſecunda mutilatio eodem tempore fuit illata, quia non interuenit ſeparatio delictorum, ideo vnica tantùm pœna puniri debent. Molin. *ſupra* & Couar. *d. cap. 10. poſt num. 8. verſ. quartum*, bi docent iterationem eiuſdem actus, & criminis eodem impetu, & continuatione factam, vnum tantùm eſſe crimen, quoad publicam vindictam, & punitionem, quamuis propter iterationem & repetitionem actus, ſit grauiùs plectendum, vt habetur *in l. illud, §. vlt. ff. ad l. Aquil.* quibus accedit Iul. Clar. *§. fi. quæſt. 34 num 2.* ſubdit [illegible] *num. 4. verſ. alius eſt caſus*, ſi delicta diuerſi generis ſint, & committantur ex interuallo, punienda eſſe omnia; ſi verò facta ſunt eodem tempore, & ad eundem finem tendant, delinquentem ita puniendum pœna ſolùm maioris delicti per ea, quæ habentur *in d. l. nunquam plura*, puta, ſi quis bouem ſurripuerit, furti tenetur; quod ſi ſeruum ſurripiat, & poſtea occidat, duo crimina palàm committit; quia ſurripuit, furti tenetur; quia occidit, lege Aquil. Quod ſi vno, eodemque impetu plures percuſſiones inferat, & denique mortem inferat, pœna homicidij, quæ eſt maior, punietur, quia minus delictum, cum maiori confunditur, & quamuis Bart. *in d. l. nunquam plura, num. 5.* arbitretur inuadentem alium animo tantum illum vulnerandi, quem de facto vulnerauit, ſi poſtea dicto, vel facto illius commotus magis illum occidat, teneri non ſolùm de vulnere, ſed etiam de homicidio. Nihilominus licet hoc ſit verius de iure, de conſuetudine tamen non tenetur, niſi de homicidio, quod vſu, & praxi receptum eſt, teſte Iul. Clar. *d. §. fin. quæſt. 84. num. 5.* poſt alios *ibi* relatos, eo quòd pœna mortis, & cōfiſcationis bonorum, quia punitur homicidium, excedit cæteras pœnas, tam corporales, quàm pecuniarias.

Sed quid de teſte accipiente pecuniam, vt deponat verum? Anchar. *in cap. 1. num. 1 de crimin. falſ.* Specul. *in tit. de teſte, §. 1. num. 49.* Nell. *de teſtib. num. 103.* & Angel. *de maleſic. verb. falſario, num. 19.* cenſent hunc teſtem reputari falſum, & de falſo puniri poſſe, inſuper nihil probare per text. *in l. 1. §. 1. ff. de falſ. & in cap. non ſanè, 15. q. 5.* ibi. *Sed non ideo debet teſtis vendere verum teſtimonium*; quod intellige non de pœna falſi ordinaria, ſed de pœna arbitraria, quia eo ipſo, quod conſtat teſtem non dixiſſe falſum, non poteſt puniri pœna ordinaria, ſed extraordinaria, quia turpiter accepit pecuniam, pro eo, quod tenetur gratis facere, niſi accepiſſet pro ſuis expenſis, vel pro operis, tunc enim licet accipere. Sic intelligendus eſt Bart. *in l. 1. in principio*, poſt gloſſ. *in verb. aduocationem, ff. de falſ. & in l. Diuus, n. 7. ff. de re iudic.* vbi docet poſſe puniri de falſo, de quo probatur recepiſſe pecuniam, pro ſua depoſitione, hoc eſt, poſſe arbitrio iudicis. Quod ſi replices Bartol. fuiſſe loquutum de pœna ordinaria, vt aliqui arbitrantur, de quibus Vaſq. *controuerſ. vſu frequent. cap. 36. num. 6.* nullo modo eſt admittenda hæc ſententia. Iul. Clar. *§. falſum, n. 18. verſ. ſed quid è conuerſo.* Probatur, quia ſola præſumptio, quòd teſtis, qui pecuniam accepit, non tamen conſtito de eius falſa atteſtatione, non eſt ſufficiens, vt puniatur pœna ordinaria; ergo multo minùs ſufficiet, quando probatur teſtis recepiſſe pecuniam pro veritate dicenda, quam non poſſe accipere pro teſtimonio ferendo, eſt communis ſententia ſcribentium *in cap. qualiter, el 1. de accuſatio.* D. Thom. 2. 2. *quæſt. 70. art. 1.* & ibi Caiet. & in ſpecie text. *in cap. nolite timere, 11. q. 3. & in cap. intimauit, de teſtib.* vbi decernitur teſtem liberè debere teſtificari, quia venale teſtimonium non eſt teſtimonium veritatis, ideo quod turpiter acceperit pecuniam pro veritate dicenda, arbitrio iudicis puniri debet, vt latè Menoch. *de arbitr. caſu 310. num. 6.* & reſtituere tenetur. Mol. *tom. 1. de iuſtit. diſp. 83. verſ. de teſte conſtat.* Leſſ. *de iuſtit. cap. 14. dub. 9. num 65. verſ. ſequitur ſecundò*, poſt Nauar. *in manual. cap. 17. num. 34. & in cap. inter verba, 11. quæſt. 3. concl. 6.* & Couar. *in regul. peccatum, part. 2. § 3.*

Confirmatur ex eo, quòd falſum tunc committitur, cùm veritas rei immutatur; at qui deponit 135.
verum pro pecunia, non veritatem immutat; ergo puniri non debet pœna falſi: quod procedit in foro externo, ſecus in foro interiori, vbi duntaxat mortaliter delinquit. Contra verò teſtificans falſum pro pecunia tenetur pœna falſi dummodo ſuſcepto priùs iuramento deponat. Syluest. *verb. teſtis, quæſt. 8. verſ. quintum, & quæſt. 9.* & habetur *in l. 1. ff. de falſ.* Capua *lib. 2. deciſ. cap. 35. num. 14.*

quamuis Bart. *in l. legatum, ff. de falſ. col. 2. verſ. quaro*, opinetur deponentem ſine iuramento ſo [illegible] mittere falſum: quod etiam docet Alex. *ibi, in additio ad Bart.* ſed oppoſitum, tanquam verius ſentit Caſtill. *in l. 83. de Tor. in gloſſ. en las otras*, dicens non teneri de falſo, ſed pœna ſtellionatus, poſt Bald. *in l. iur. iurand. C. de teſtib.* aſſerentem, non eſſe puniendum crimine falſi, ſi nullo modo iurauit. Quod ſi iurauit, ſed minùs ſolenniter, tunc puniri poſſe pœna directa legis Cornelia de falſis.

156. Quæres, an de falſo puniatur cuius teſtimonium nullum habuit effectum, & nemini nocuit? Reſpondet Bald. *in l. 1. C. de ſepulc. viol.* ſi teſtimonium fuit nullum, quia teſtis erat excommunicatus, vel infamis, vel impubes, quamuis teſtis falſum depoſuerit, non eſſe puniendum de falſo, cum teſtimonium fuerit nullum ratione perſonæ, ſeu ratione formæ. Nam pro forma exigitur habilitas perſonæ ad deponendum, vt habetur *in l. 3. in princip. ff. de teſtib.* Sequitur Caſtil. *in d. l. 83. de Tor. verſ. ad eum*, vbi alios iura refert, & Lanfranc. de Orian. *in cap. quoniam contra, de probation. in parte teſtium depoſitio. e1, num. 84. in fin.* Contra verò ſi teſtimonium ſuum falſum non habuit effectum ex aliqua alia cauſa, puta, quia pars contraria meliùs probauit, & ſic Iudex non pronunciauit ex dicto huius teſtis falſi; non propterea liberabitur à pœna falſi. Sic gloſſ. *in cap. 1. de crim. fal.* quod procedit, quando depoſuit de mandato iudicis in forma teſtimonij. Abbas *in d. cap. 1. n. 7. de crimin. falſ.* Secus ſi depoſuit falſum, non præcedente mandato iudicis coram tabellione: tunc enim non poteſt dici falſus teſtis. Ioan. de Anan. *in l. ſi quis legatum, ff. de falſ. colum. 4. verſ. in ea gloſſ.* & Bartol. *ibi verſ. iuxta*, ergo non debet puniri pœna falſi.

Sed contra videtur Bart. *in d. l. 1. fin. ff. de falſ.* & gloſſ. *in cap. quanto de iureiurand.* & Hippol. de Marſil. *in l. 1. §. præterea, ff. ad l. Cornel. de ſicar. num. 14.* vbi dicunt falſum teſtimonium doloſè prolatum, etiamſi non valeat aliqua de cauſa, aut nemini noceat, non eſſe puniendum de falſo. Cæterum dicendum eſt hoc eſſe intelligendum de teſtimonio, quod de ſe nulli nocuit, nec potuit nocere, non verò de teſte, ſeu teſtimonio, quod poteſt nocere, & per accidens contigit ex aliquo caſu non nocere. Hunc enim de falſo puniendum tradit Angel. *in tract. maleſic. in parte falſario, verſ. quot modis, n. 3.* vbi referens ſequitur Bart. *in d. l. ſi quis legatum.* Facit text. & Bald. ibi, *in l. ſi falſo, §. codicillos, C. de falſ.* vbi firmat falſum puniri debere, quamuis nemini noceat, quia ſufficit poſſe nocere, vel damnum inferre, quoad ſemiplenam probationem, vel quoad aliquod aliud indicium, ſatiſque eſſe, quod poſſit eius dictum habere aliquem effectum, vel efficere qualem, qualem præſumptionem, & adminiculum, vt notat Bald. *in rubr. C. de fid. inſtrum. col. 15. verſ. ſed quæritur*, & Ioan. de Anan. *in d. cap. 1. de crimin. falſ. colum. 3. ad fin.* Vtraque tamen pars ex dictis Hippolyti *in d. l. 1. §. præterea, ff. ad l. Cornel. de ſicar. num. 39.* concordari poteſt, dicendo quando teſtimonium fuit omnino nullum, vel quando falſitas nemini damnum intulit, non puniri pœna ordinaria falſi teſtem, ſed extraordinariè pœna criminis ſtellionatus. Sequitur Cyn. *in l. 1. C. de ſepulc. viol.* Alber. de Roſat. *in tract. ſtatut. par. quæſt. 140.* & Angel. *in d. tract. maleſic. in d. parte falſario, num. 41.*

Sed quid de reſtitutione [illegible] ſinis, quando ex [illegible] num fuit ſecutum, non tene[illegible] ueſt. *in verb. teſtis, quæſt.* [illegible] Se[illegible] quat [illegible] tunc tenet [illegible] parti [illegible] cap. *quam graue, eod.* [illegible]. Quod ſi d[illegible] quod ipſe putat falſum, quidqu[illegible] mortali commiſſo [illegible] ſit obn[illegible] quia etſi nocere inten[illegible] Nauar. *in cap. inter* [illegible] *num.* quin etiam *in ſumma cap. 2* [illegible] *num.* [illegible] neri deponentem falſum [illegible] ſtituere fiſco [illegible] id quod ad eum per[illegible] ritatem diſtilet, quia pœna non [illegible] animæ ante condemnationem [illegible] *teruitas, 11. quæſt. 2.* Sanchez *in præcept.* [illegible] *lib. 1. cap. 22. num. 7.* [illegible] ibi relatis. [illegible] tereſſe remotum non debetur, *l. ſi* [illegible] *per venditorem, ff. de actio. empti* [illegible] damnationem bona publi[illegible] fiſco, non tenetur reſti[illegible] in ſpecie ſequitur Sanch. [illegible] *num 14. & in præcept. decalog.* [illegible] *& ſequent.* vbi tanq[illegible] linquentes etiam leg[illegible] gantéſque delictum, tam[illegible] blicanda fiſco [illegible] faſſe negantes delictum, non [illegible] ſtitiam commutatiuam, [illegible] bona ſunt applicanda, nec [illegible] nec eius commodum directè [illegible] lùm iuſtitiam publicam, quæ ad [illegible] punienda attendit [illegible] lædun[illegible] te contra Molin. *tom. de iuſtit.* [illegible] *verſ. duo ſibi hoc loco*, [illegible] *lib. 3. cap. 8. quæſt. 3. & lib.* [illegible] bon. *de reſtit. quæſt.* [illegible] *quæſtion. 96. art. 5.* [illegible] *ſequenti.*

Vnde illicitum [illegible] nem in bonis [illegible] ſibi etiam applican[illegible] ſtimat Molin. *d.* [illegible] etiamſi conſtet reos [illegible] ſe verum crimen [illegible] quia nemo p[illegible] ſatione, niſi apertiſſimè pateat [illegible] debitum ante ſententiam, cum h[illegible] bitur, ſcilicet fiſco deberi, quam[illegible] iure impoſita, cùm contr[illegible] quia cùm delinquentes ex bona [illegible] debent in dubio [illegible] poſſ[illegible] *d. cap. 22.* & Cap. *nuper relatam, num.* [illegible]

In caſu tamen hæreſis conue[illegible] teſtes falſ[illegible] pœna [illegible] 159.
ſæculari quando [illegible] na imponitur fa[illegible] teſtibus in[illegible] *nel. de Sicar.* Gloſſ. ordinaria [illegible] quam probat Bald. *in l. presbyte*[illegible] *Epiſcop. & cler. & in tit. de p*[illegible] *fir. in §. ſi iniuria, num. 2.* [illegible] dit per illam *l. 1. ff. ad l. Cornel.* [illegible] probari puniri [illegible] nunquam [illegible] micidij teſtem [illegible] aduerſùs innocentem. [illegible] *ſi quis poſtulante inſtit. de* [illegible] Montal. *in* [illegible] *42. tit.* [illegible] *part. 2.* [illegible] *medium, verſ. item* [illegible] gò hæc ſit pœna in [illegible] del[illegible] tro [illegible] teſtem fal[illegible] pœna talionis eſſe puniend[illegible] ter nocuit ei aduerſus quem f[illegible]

Digitized by Google

[illegible]tur autem grauiter nocuiſſe, quando reus in [illegible] pet[illegible] cõſtituitur, vt parū abfuerit quin [illegible]tur [illegible] ularis. Similiter di[illegible] de teſtibus f[illegible] qui verum hæreticum iniuſte liberarunt, eo q[illegible]ſſimam Deo, & eius Eccleſiæ, ac Reipublicæ Chriſtianæ iniuriam irrogarunt, præſer[illegible] [illegible]icus falſorum teſtium præſidio erepti ab igne, adhuc in ſua perfidia tenaciter per[illegible]. Socin. ſen. conſ. 130. cum ſequenti lib. 2. & c[illegible] Leo[illegible] X. diploma, quo Inquiſitores poſſint [illegible] illos ſine metu irregularitatis ſeculari curiæ tradere, editum anno Domini 1520. Cur[illegible] 5. p. meminit Pegn. in director. Inquiſit. comment. 122. ver[illegible] [illegible] etiam eſt, & Simanc. de teſtib. tit. 4. num[illegible].

Porr[illegible] ſi falſi teſtes non ita grauiter nocuerint in caſu hæreſis, ſed leuiter, mitiùs ſolent puniri. Ducuntur enim falſi teſtes cum hæreticis, & pœnitentibus aliis in publicam fidei actionem, ſeu publicum ſpectaculum mitra infami coronati, publicéque eorum delicta leguntur, indéque fuſtibus, ſeu verberibus cæſi, vel in exilium, vel in triremes, amandantur, vel alia extraordinaria exertione corriguntur. Zanchin in tract. de heret. & Simanch. vbi proximè, num. 9. poſt Angel. & Iaſon in l. ſi duo patroni, §. vltim. de iureiurand. Pegna dicto comment. 122. verſ. quod ſi leuiter. Pro reliquis de hac materia conſule Farinac. de teſtib. quæſt. 67. vbi late de teſtib. falſis, & quibus pœnis puniantur, & quid, & quando, & quantum probent.

## §. VII.

### *De concluſione in cauſa, & in quibus caſibus poſſit concluſio aperiri.*

EPITOME.

*140 [illegible]ncluſio in cauſa in proceſſu ordinario eſt [illegible] iudicij ſubſtantia, & cur dicatur con[illegible].*

*141 Concluſio in cauſa in foro Eccleſiaſtico eſt de [illegible]antia iudicij.*

*142 C[illegible]luſio an debeat fieri à iudice ex officio, [illegible] ad partis inſtantiam.*

*14[illegible] C[illegible]tatio ſpecialis ad audiendam ſententiam [illegible]itimam eſt de iure communi neceſſaria, [illegible] de iure Luſitano; & valet ſententia [illegible] ſine citatione ſpeciali.*

*1[illegible] C[illegible]luſio in cauſa, quando cenſeatur reuocata, [illegible] aperta.*

*145 C[illegible]luſionem iudex poteſt reuocare ex cauſa, [illegible] in cauſa ſummaria, quam ordinaria.*

*[illegible] C[illegible]ſione no[illegible] ob[illegible]ſtāte poſſunt teſtes examinari, [illegible] a iudice reuocetur in aliquibus caſibus.*

*147 Iudex in cauſa criminali poſt concluſum in [illegible]cauſa, poteſt teſtes examinare.*

*[illegible] I[illegible]ſtrumenta de nouo reperta poſſunt produci, [illegible]concluſione in cauſa non obſtante.*

*[illegible]9 Examinari poſſunt teſtes poſt concluſum in [illegible]cauſa, quando agitur de matrimonio.*

*1[illegible] [illegible]aminatus ſemel teſtis, quando poſſit iterum examinari poſt concluſionem in cauſa.*

*1[illegible] Iudex poteſt ex conſuetudine repetere teſtes, poſt publicatas atteſtationes.*

*1[illegible]2 Teſtes poſt concluſum in cauſa poſſunt examinari, ſi ex ignorantia non fuerunt producti.*

*153 Reſtitutio in integrum conceditur ad examinandum teſtes poſt concluſionem in cauſa, & poſt publicatas atteſtationes.*

CONCLVSIO in cauſis ordinariis eſt neceſſaria, & de iudicij ſubſtantia, ne lites fierent immortales quodammodo; 140.
ideo inuenta fuit in cauſis concluſio, vt per eam regulariter clauderetur iter aliis probationibus. Eſſe verò concluſionem neceſſariam, & de iudicij ſubſtantia inſinuat cap. quoniam contra, de probation. & arguitur ex cap. cum dilectus. de fide inſtrum. traduntque Petr. Gregor. ſyntagmat. iuris vniuerſi, lib. 48. cap. 17. ſub num. 3. Franciſc. Marc. in deciſio Delphin. 796. num. 6. vol. 2. & Rota in nouis deciſio 5. incipit ſi poſt concluſionem in fine, & Guido Papæ in deciſ. Delphin. 587. vbi addit concluſionem eſſe partem iudicij. Quod verò per eam renuncietur cæteris probationibus, conſtat ex cap. cum dilectus, in verb. concluſis, de fid. inſtrum. & ex cap. paſtoralis, vbi Innoc. num. 1 de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Iaſon in l. admonendi, n. 52. ff. de iur. iurand. Couar. in practic. cap. 20. num. 8. aliis ibi relatis. Bellamer. deciſ. 52. & Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. quæſt. 35. num. 1. vbi ait concludere in cauſa eſſe ponere finem probationibus, & quamprimum ad ſententiam deuenire. Supponitur enim conſtare iudici de ſubſtantia cauſæ. Vnde concluſio dicitur etiam excluſio, quaſi excludat omne, quod produci poteſt, vt notat Ioan. Berberij in viatorio iuris, part. 4. tit. de probatio. num. 98. cum pluribus ſequentibus, gloſſ. in cap. ſignificauerunt, verbo, loquere, de teſtib. Maranta de ordine iudiciario, part. 6. act. n. 15. num. 1. & alij quibus adhæret Soarez de Paz in praxi prima partis, tom. 1. tempor. 10. num. 1.

An verò in omnibus cauſis requiratur concluſio, ambigitur? Nam in cauſis profanis concluſionem eſſe neceſſariam tradunt Petr. Gregor. ſyntagmat. iur. vniuerſi, lib. 48. cap. 17. ſub num. 2. & Rota in d. deciſ. 5. incipit, ſi poſt concluſionem, in fin. verſ. in gloſſ. ſuper verbo, in concluſione, vbi vult ſi omittatur concluſio, in cauſis profanis reddi proceſſum retro nullũ, quibus adſtipulatur Iodoc. Damhouder. in praxi rerum ciuil. pag. 191. num. 8. In cauſis verò ſpiritualibus, & beneficialibus tenet Rota vbi ſuprà, non eſſe neceſſariam concluſionem, ex clement. ſæpe, in verb. concluſione, de verbor. ſignif. In cauſis verò ordinariis de conſuetudine ſemper requiritur concluſio potiùs, quam de ſubſtantia, teſte Andr. Gail. obſeruatio. 107. num. 1. lib. 1. Vnde de iure non vitiari proceſſum, etiamſi concluſio omittatur, ſentit Abb. in cap. cum I. & A. num. 12. de ſentent. & re iudicata.

Concluſio ergo ſit, regulariter in omnibus cauſis in cauſa concludendum eſſe. Quare in foro 141.
Eccleſiaſtico concluſio in cauſa eſt de ſubſtantia iudicij, gloſſ. in d. element. ſæpè, in verb. concluſione, de verbor. ſignif. Vantius tract. nullitat. ſentent. ex defectu proceſſ. num. 45. niſi aliter conſuetudo regionis ſe habeat. Felin. d. cap. cum dilectus, num. 33. de fid. inſtrum. Ideo in cauſa coram arbitris etiam concluſio habet locum. Felin. in d. cap. cum dilectus, num. 11. & Roman. in l. 1. num. 8. & gloſſ. ibi, ff. de arbitr. Soar. de Paz ſuprà, num. 1. cum aliis, vbi addit de iure Caſtellæ concluſionem ſi apertè petatur, eſſe de ſubſtantia proceſſus ſecundùm Perez in l. 6. tit. 2. lib. 3. ordin. col. 116. Attamen ipſe Suarez etiam attento iure regio opinatur

opinatur eſſe de ſubſtantia proceſſus concluſionem, quamuis aperte non petatur, per text. *in* [illegible] *lib. 4. recopil.* ibi, *concluſa el pleito*, iuncta *l.* [illegible] *tit. 6. lib. 4. recopil.* vbi habetur cauſam haberi pro concluſa, etiamſi à parte non petatur.

In cauſis tamen ſummariis concluſio non requiritur. Afflict. *deciſ.* [illegible] *num. 4. verſ. nec obſtat*, ex dicta clement. *ſaepe in verb. concluſione. de verbor. ſignif.* Vantius *de nullit. tit. de nullit. & defect. proceſſ. num. 45.* Menoch. ſuprà ſcriptus *lib. 1.* [illegible] *num. 13.* poſt Roman. *conſ. 75.* & Alexand. *conſ. 84. col. vlt. lib. 4.* Item in cauſis criminalibus non exigitur concluſio, per text. *in l. 1. §. calumniatoribus ff. ad Senat. conſult. Turpil.* Bart. *in l. libellorum* [illegible] *de accuſation.* Iul. Clar. *in praxi, quaeſt. 62. num. 6.* poſt Mattil. *in pract. crimin. § ſequens, n. 1.* vbi ait eſſe valde rationi conſonum, in cauſis criminalibus, vbi agitur de vita hominis non concludi, ſed poſſe reum, quando iudex procedit ex ſuo officio, tunc concluſio non fit in cauſa, Felin. *in d. cap. cum dilectus, num. 11. de fid. inſtrum.* Bald. *in* [illegible] *in fin. C. ſent. reſcind. non poſſ.* & Menoch. *d. quaeſt. 55. num. 10.*

142. Quaeri tamen poteſt an concluſio fieri debeat per iudicem, vel ad petitionem partis. Dicendum eſt iudicem terminis omnibus tranſactis poſſe cauſam concludere, quamuis à parte non petatur. Ita Mattienz. *in Dialog. relat. 2. part. cap. 5* [illegible]. quem refert, ac ſequitur Soar. de Paz *num. 5.* vbi etiam vult poſſe iudicem ad inſtantiam partium, vel vnius duntaxat facere concluſionem interloquendo, hoc eſt per ſententiam interlocutoriam, qua pronunciat cauſam pro concluſa. Quod etiam poteſt facere, etiam partibus inuitis, prout notat Panorm. *in cap. paſtoralis, col. 2. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* & Iaſon *in d. l. admonendi, num. 46. de iur. iurand.* poteſque etiam iudex in eadem ſententia praecipere vt vtraque pars citetur, vt ad primam, vel ad ſecundam audientiam praeſens ſit, ad audiendam ſententiam diffinitiuam. Nam ſententia diffinitiua lata abſque citatione eſt nulla de iure communi ex *l. 1. §. item cum ex dicto, ff. quae ſententiae ſine appell. reſcind.* Mattienz. *3. p. dialog. cap. 44. num. 4.* vbi ita latè probat etiam tenendum de iure regio partitarum, vbi exigitur citatio ad audiendam ſententiam, alias eſt nulla, *l. vlt. tit. 16. part. 3. & l. 1. poſt medium, tit. 4. de ordin. iudi.* [illegible] *& iur. caſu lib. 3. ordin.*

143. De iure tamen Luſitano *lib. 3. ordin. tit. 1. §. 13.* citatio generalis vſque ad ſententiam definitiuam incluſiuè ſufficit, ac valet, ideo quando quis citatur in principio litis & voce praeconis nunciatur, citatus cenſetur eſſe ad omnes terminos, & actus iudiciales, prout etiam reſoluit Valaſc. *de partitio. cap. 11. num. 13.* quamuis non dicatur, quod citatio ſit peremptoriè ad totam cauſam. Barboſ. *in l. ad peremptorium, à n. 95. & à n. 180. ff. de iudic.* Cardoſ. *in praxi iudic. verbo, citatio,* quibus adhaeret Barboſ. Vimanarenſ. *in remiſſ. ad ordinationem regiam lib. 3. tit. 1. §. 13. & tit. 75. in princip. num. 4.* vbi addit ſic fieri in Neapolitano Senatu, & in Camera imperiali. Quin etiam ſubdit citationem generalem factam ad omnia requiſita, quando pars extra regnum abit, non ſolum valere vſque ad priorem ſententiam, ſed etiam vſque ad grauamen, & appellationem ab eadem priori ſententia; ſicque fuiſſe iudicatum [illegible] refert à Senatu Luſitano anno Domini 16[illegible] quod notat Phoebus *Areſto* [illegible]. Ex quibus conſtat de iure communi citationem requiri ad audiendam ſententiam de [illegible] tenti [illegible] fore [illegible]. Sed de [illegible] tum [illegible] idum, [illegible] vſque ad ſententiam def[illegible] etiam tradit Mattienz. [illegible] *ſupra* [illegible]

Quaeres iterum in quibus [illegible] concluſio reuocata. Reſpondeo quo[illegible] concluſionem teſtes, & inſtrume[illegible] bationes admitti[illegible] praeſe[illegible] & dic[illegible] nem reuocatam. Ita expreſſe A[illegible] *mam contra, col.* [illegible] *de prob.* [illegible] *num. 9. lib. 4. &* [illegible] *conſ.* [illegible] *num.* [illegible] *lib.* [illegible] M[illegible] *bier. d. quaeſt. 31. num.* [illegible] tell[illegible] ſente, & non contradicente [illegible] *ſumpt. lib. 2. quaeſt. 23. num. 4.* [illegible] pe[illegible] teſte eod. *num. 1.* vbi proximè [illegible] concluſionem ex iuſta cauſa, Bellar[illegible] *cluſ. 55. 56. & 57.* & Deci[illegible] *in cap.* [illegible] *tra, de probation. num. 18. verſ. in* [illegible] *productiones*, quamuis part[illegible] dente tamen iuſta cauſa, ea re[illegible] poterunt concluſionem aperire parte [illegible] cente. Sic Crauet. *conſ. 144. num.* [illegible] Aſinius *in praxi de ordin. iud.* [illegible] *mitat. 22.* Quod intelligitur qu[illegible] fuit ab ipſis iudice. C[illegible] concluſionem nam tunc etiamſi cauſa [illegible] poſſunt iudices concluſionem [illegible] actus illa non ſit ſinus, [illegible] partium. S[illegible] A[illegible] *d limit. 22. ad fin.* poſt Baldum in [illegible] *indic.*

Sed meo iudicio aliter dicend[illegible] Maſcard. *de probat. concluſ. 12* [illegible] vbi vult hoc habere locum in [illegible] ceditur ſummariè, vt in cauſa be[illegible] lamen; concludit iudicem non debere [illegible] poſt concluſionem aliquam [illegible] ob[illegible] cauſa ſubſiſtente, eo quòd per [illegible] iam quaeſitum ius parti, & [illegible] probationibus faciendis. At [illegible] parti ſit quaeſitum, cauſa tamen [illegible] tum valet aequitas, & [illegible] obſtante pacto, ac iure partium [illegible] ipſum iudicem, nunquam c[illegible] ſemper enim officium iudi[illegible] ſtit, vt docet Iaſon *in* [illegible] *admonendi* [illegible] *verſ. item adde quod iud*[illegible] ita ex vna parte viget aequitas [illegible] pactum, & ius partium ex [illegible] *cauſ. poſſeſſ. & propriet.* & ex F[illegible] *niam contra, num. 17. ver.* [illegible] *prima* [illegible] preſſe reſpondet Bellam[illegible] *in* [illegible] tera parte officium eius [illegible] tatione olei po[illegible] quoad [illegible] quaeſitum; ergo iudex adhuc [illegible] teſt recipere etiam poſt co[illegible] probationes, & conclu[illegible] cauſa ſummaria, ſeu b[illegible] non ſummaria, ſeu [illegible] lam. ſibi [illegible] *in cauſa profana*, [illegible] *in deciſ.* [illegible] *profana*, quatenus vult po[illegible] id aequitate ac ratione [illegible] & admittere probati[illegible] Ac[illegible] *probatio. §. 2* [illegible] conuentionem [illegible] partes [illegible] per teſtes, po[illegible] ad [illegible] obſtare [illegible] vnius [illegible] *teſt.* [illegible]

& num. 295. vbi probat non obſtante renunciatione pr[illegible] endi [illegible] ſtes à partibus facta, poſſe iudicem [illegible] aliqua iuſta cauſa admittere partes ad probandum ex Baldo *in cap. cum veniſſet, num. 7.* [illegible] *iſ..s caſu*, & ex Bellamet. *poſt num. 10. verſ. niſi ex iuſta cauſa, extra de teſtib.*

146\. Ex dictis ſequitur poſſe teſtes non obſtante regula negatiua examinari poſt concluſionem. Primò [illegible] quando concluſio eſt per iudicem reuocata, Menoch. *d. quæſt. 35. num. 14. & ſequenti.* Campeg. [illegible] *gul. 208. fallen. 17.* & patet ex dictis. Secun[illegible], ex magna æquitate admittuntur teſtes poſt c[illegible] [illegible]ſionem, & probationes. Montic. *in reper. teſt. rubr. teſt. product. poſt concl. in cauſ. fol. 119. col. 2. verſ. 3.* Cardinal. *in cap. ad conſultationem, de appellat.* Felin. *in cap. cum dilectus, num. 10. de fid. inſtr.* quamuis ipſe diſcordet, vbi multa congerit pro noſtra ſententia, cui accedit Menoch. *n. 22.* Tertiò quidquid neget Surd. non poſſe iudicem ex officio poſt concluſionem, *conſ. 8. lib. 1. num 10.* teſtes examinare, & recipere informationes; oppoſitum eſt dicendum tanquam verius, vt notat Monticel. *ſupra, d. fol. 119. col. 1.* & Andr. Gail. *obſeruat. 107. num. 5. & 6. lib. 1.* vbi ſic praxi, & vſu eſſe receptum ait. Probatur, quia iudex poteſt ex officio poſt publicationem teſtium teſtes examinare, vt vult Angel. *in § quia vero, num. 19. col. 3. in princ. verſ. fallit quando iudex ex ſuo officio. in authent. de teſtib.* Felin. *in cap. cum clamor, n. 5. verſ. & habet locum extra, eodem tit.* & ibi Hoſtienſ. *num. 1. verſ. quinto, vbi iudex ex officio*; ergo in noſtro caſu poteſt iudex poſt concluſionem in cauſa teſtes examinare. Quartò, quando agitur criminaliter; tunc enim certi iuris eſt, poſſe iudicem teſtes examinare non obſtante concluſione in cauſa; quia concluſio non habet locum in criminalibus, Menoch. *d. q. 35. num. 12.* Bart. *in auth. at qui ſemel, num. 14. C. de probation.* & Boſſ. *in tit. de publication. proceſſ. num. 9.* & Foller. *in pract. [illegible] crimin. verb. & ſi confitebuntur, in 3. part. tertiæ partis principalis, num. 59.* præſertim quando [illegible] ad rei defenſionem, & innocentiam de[illegible] Quod procedit, quando id fit ex officio [illegible], aut ad partis inſtantiam, Aretin. *in cap. [illegible]ternitatis, num. 36. & 37. extra. de teſtib.* Campeg. *regul. 266. fallens. 53.* Angel. *de maleſic. in verb. [c]omparuerunt dicti inquiſiti, num. 19.* quia agi[tur] [d]e vita hominis. Et quamuis contrarium aliqui doceant, dicentes non poſſe teſtes examinari poſt concluſionem ad defendendum innocentem, eo quòd non poſſunt examinari teſtes ad defendendum reum, poſt publicatas atteſtationes, vt vult Clar. *in d. quæſt 61. verſ. ſed quæro, n. 2.* Nihil minus id debet intelligi, ſi agatur de pœna pecuniaria, & ſic procedit opinio Clari, vt c[o]lligitur ex Surdo *in conſ. 118. num. 7. & ſequentib.* [illegible] Secus verò ſi ſermo ſit de pœna corporali. Farin. *ſuprà, quæſt. 75. num. 412.* & Camil. Borel. *num. 2. deciſ. tit. 26. de concluſione in cauſa, num. 13. & 14. & num. 48.*

148\. Quintò non obſtante concluſione in cauſa facta, poſſunt produci inſtrumenta de nouo reperta, ex Bartolo *in l. municipiorum, num. 5. ff. de optio. le[g]at.* Iaſon *in l. admonendi, ff. de iur. iur. num. 50. & 54.* Andr. Gail. *practic. obſeruatio. lib. 1. obſeruat. 107. num 10.* & Ioan. Bapiſta Aſin. *in praxi iudic. § 23. cap. 6. limit. 3.* dummodo ex malitia non fingantur de nouo fuiſſe reperta, vt ait menoch. *d. quæſt. 35. num 13.* poſt Felin. *in d. cap. cum dilectus. num. 16.* Ergo ſimiliter teſtes poſt concluſionem poſſint examinari, ſi de nouo reperiantur, quia iudex ad partis inſtantiam, cauſa tamen cognita, poteſt admittere nouas probationes per text. *in cap. paſtoralis. de exceptio.* & tradit Gail. *d. obſeruat. 107. lib. 1.* Pro quo facit dictum Marſil. *in l. 1. § ſi quis vltro, num. 21. ff. de quæſtion.* & Rebuff. *de public. atteſta. num. 10.* Dicentium poſt publicationem poſſe examinari teſtes de nouo repertos. Igitur in caſu propoſito, teſtes nouiter repertos poſſe examinari, vltra prædictos, tenet Iaſon *in d. l. admonendi, num. 50. & 54. ff. de iur. iurand.* & Montic. *in repert. teſt. rubr. teſt. product. poſt concluſ. in cauſa, fol. 118. col. 2. verſ. penult.* vbi *fol. 119. col. 1. verſ. penult.* ſubdit teſtes nobiles, & legales poſt concluſionem poſſe examinari, ſicut poſſunt examinari teſtes digniſſimi, & legales poſt publicationem, vt ait Cros. *de teſtib. num. 267. in fine, verſ. quinto fallit.* & ibi Moncad. *in addition. litera B.* Montic. nuper relatus, *fol. 113. col. 2.* & Cattellian. Cotta *in ſuis memorialib. in verb. teſtes communiter, ad fin. verſ. quartò nota.*

Sextò in cauſa matrimoniali, quæ æquipollet criminali cauſæ poſt concluſionem in cauſa, teſtes poſſunt examinari, cùm requirat probationes concludentes, eo quòd ſententia in cauſa matrimonij, præſertim quando fertur contra matrimonium, non tranſit in rem iudicatam, *cap. lator, & cap. conſanguinei, de re iudic.* Probatur ex traditis à Gabriele *tit. de teſtib. lib. 1. concluſ. 21. n. 7.* Pariſ. *in cap. fraternitas, num. 26. extra, de teſtib.* quatenus volunt in cauſa matrimonij ſpiritualis poſt publicationem poſſe teſtes examinari, quod extendit Pariſ. ad cauſam matrimonialem indiſtinctè. Ideo non obſtante concluſione poteſt procedi in cauſa matrimoniali cùm exigat liquidiſſimas probationes. Alex. *in l. 3. num. 1. ff. de iureiurand. & in conſ. 143. vol. 2.* præſertim quando agitur de vinculo matrimonij infringendo, ex notatis per gloſſ. & ſcribentes *in cap. mulieri, de iureiurand.* & ex doctoribus *in cap. fin. eod. tit.* vbi probant ſicut non eſt locus in cauſis criminalibus delationi iuramenti in defectum ſemiplenæ probationis *l. maritus, ff. de quæſt.* Sic etiam in cauſa matrimoniali non eſſe locum huic iuramento ſuppletorio. Secus verò ſi agatur de legitimo proceſſu matrimonij, tunc enim non vertitur animarum periculum, ſicut in primo caſu. Camill. Borrel. *ſuprà, d. tit. 26. num. 67. & ſequentib.* poſt alios, ibi relatos; eo quod agitur quaſi de ſtatu hominis in cauſa matrimoniali. 149.

Quæſtiuncula etiam poteſt eſſe an poſt concluſionem in cauſa, poſſit teſtis ſemel examinatus, & publicatus, iterum examinari in cauſa ex iudicis officio? Affirmat Bart. & Bald. *in auth. qui ſemel, C. de probatio.* gloſſ. & Bart. *in l. repeti, ff. de quæſtio.* Gregor. *ſyntagmat. iur. vniuerſi, lib. 48. cap. 57. num. 5.* Probatur à ſimili, quia iudex ex officio publicatis atteſtationibus poteſt iterum examinare, vel interrogare teſtes, ad effectum, vt declarent ſuum dictum fortaſſis obſcurum, non tamen poteſt cogi iudex ad hoc, vt in ſpecie ſcribit Ioan. Andr. *in cap. per tuas, in fin. num. 13. extra, de teſtib.* Marant *in ſpeculo, diſtinct. 9. num. 31.* & Aret. *in cap. cum clamor, in 2. notab. eod. tit. de teſtib.* Iul. Clar. *d. quæſt. 61. num. 5. verſ. quæro nunquid*, vbi concludunt, non poſſe iudicem teſtes repetere ad inſtantiam partis poſt publicationem atteſtationum, ex officio tamen poſſe. Ergo poſt concluſionem poteſt iudex ex officio teſtes ſemel examinatos iterum examinare, quod tradit Pa- 150.

norm.

notin *in cap. [illegible] clamor, de teſtib.* quem ſequitur Card. [illegible] Borrell. [illegible] *tit. 21 num.* [illegible]

151. N[illegible] intramen q[illegible] teneant poſſe iudicem repe[illegible]te teſtes, [illegible]tem ex conſuetudine poſt publicatas atteſtationes ad inſtantiam partis, vt ſuum d[illegible]tum declarent, n[illegible]n tamen, vt aliquid de nouo add[illegible] Q[illegible]n con[illegible]ſuetudinem non omnino probat d. l. [illegible] C. [illegible] ar. niſi, e[illegible] iuſta cauſa, & quando vero [illegible] aliter deprehendi n[illegible] poteſt. Speculatori autem *in tit. de teſte, § [illegible] [illegible]ter, num. 4.* & poſt eum Alex. *[illegible] 258. num. 4. lib. [illegible]* placet illa conſuetudo, quia in manu ipſius eſt facere, non tamen tene[illegible]r [illegible] ſibi viſum fuerit ex [illegible]qua leſet cauſa. Farin. *de teſt. repet. quæſt. 68. part. 8. n. 263.* Requiritur tamen, vt iudex poſſit repetere teſtem examinatum ad declarandum dubium dictum, quòd dubietas ea ſit, vt nullo modo poſſit intelligi abſque declaratione, prout volunt Bald. *in cap. cum [illegible] amor, poſt num. 2. verſ. oppono, quid ob[illegible] [illegible]itas*, & Aret. *ibi, num.* [illegible] *in 2. notab. extra, de teſtib.* Quæ placet etiam [illegible]ndaro *in tract. de teſtib. lib. 1. cap. 4. à num.* [illegible]. Cæterùm quælibet ambiguit[illegible] atteſtation[illegible] eſt cauſa ſufficiens ad examinandum teſtem, [illegible] d[illegible] [illegible] [illegible]ionem depoſitionis dubiæ, vt poſt [illegible]os cenſet Hector [illegible] *in tract. de teſtib.* [illegible] *ambiguè deponen.*, *n. 14. fol. 152.* vbi [illegible]tatur de communi Boſſ. *in tit. de [illegible] [illegible] proc.* [illegible] *num. [illegible]4* & ante eos Hoſtienſ. *in d. cap. cum cl[illegible]amor, prope fin. v*[illegible], *aliqui tamen*, & Ioan. Andreæ *num. 5. in fine*, quos ſequitur Gabriel *lib.* [illegible] [illegible] *.18 num. 12* quorum ſententia mihi probatur.

152. Denique teſtes poſſunt examinari poſt concluſionem, qui ob ignorantiam tempore concluſionis in cauſa, non potuerunt produci. Bart. *in auth. at qui ſemel, num. 12. C. de probatio.* ſicut poſſunt produci teſtes, qui tempore renunciationis non potuerunt propter ignorantiam, ex eo enim non obſtat renunciatio, quin de nouo examinentur; præmiſſo tamen iuramento, de quo *in d. auth. atqui ſemel,* [illegible], *idem Bart.* vbi reddit rationem dicens renunciationem non extendi ad ea, quæ ignorantur. Sequitur Caſtrenſ. *in auth. at qui ſemel, num. 2. ad medium, C. de probatio.* Quòd verò renunciatio non extendatur ad ignorata, conſtat ex *l. mater, ff. de inofficioſo teſtam.* & ex *l. legitimam, ff. de repet. hæred.* Ergo etiam poſt concluſionem in cauſa poſſunt produci teſtes ob ignorantiam relictii, cum ad eos [illegible] non[illegible] non trahatur concluſio. Similiter poſt co[illegible]cluſionem in cauſa datur reſtitutio in integrum, [illegible] quam teſtes ex cauſa iuſta poſſunt examinari. Oddus *2. part. de reſtit. in integr. quæſt. 65. art. 12. num. 80.* Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 1. quæſt. 55. num. 19,* poſt Specul. *in tit. de fid. inſtrum. § nunc videndum, in princip.* & Felin. *in d. c. cum di[illegible]ctus, n. 2[illegible], verſ. duodecimò limitat* [illegible] idem ait Ioan. in maiore, qui iuſtam cauſam reſtitutionis habe[illegible] Vide [illegible]dum *in* [illegible] *admonendi, prima lectur. num. 4[illegible] ff. de iur. iurand.*

153 Confirmatur argumento à ſimili, quia reſtitutio in integrum ad examinandum teſtes poſt publ[illegible]tionem, conceditur non ſolum minori, vt voluit Oddus, *de reſtit. in integr. in d. 2. p. q. 65. art. 2. num. 51. ver. ſed contra,* [illegible] *num.* [illegible] Afflict. *deci. 216. num. 2.* Menoc[illegible] nuper relatus *quæſt. 54. num. 11.* poſt alios ibi citatos. Quæ reſtitutio con[illegible]tur [illegible] maiori conſ[illegible] [illegible]henti cauſam [illegible] cum minori contra [illegible] quando negotium eſt connexum, ſecundum Ba[illegible] *l. per hanc, num. 1*[illegible] *C. de tempor. appellat.* [illegible] Gabriel

*tit. de teſtib.* [illegible] 21 *num. 4* [illegible] abſ[illegible] [illegible] in [illegible] teſtes p[illegible] [illegible] *qua in bo* [illegible] [illegible] 111. 2 [illegible] *num. 11* [illegible] *dicente* & [illegible] *de teſtib.* M[illegible] 1. [illegible] *ſequentib.* [illegible] *de quæſtio.* S[illegible] *tu vtiliter num. 5* [illegible] *videtur* [illegible] *reſtitutio*, quibus accedit R[illegible] *lib. 2* & Neil. *de teſtib. num.* [illegible] quoties ſeſe obtulerit iuſta [illegible] reſtitutionem in [illegible] [illegible]m p[illegible] cauſa [illegible] non erit exa[illegible] S[illegible] *reſtit. in integr. d. quæſt. 65.* [illegible] *num.* [illegible] & *quæſt.* [illegible] vbi loquitur, tam [illegible] mai[illegible] quam in mori, & Carlin. [illegible] 25 [illegible] 2 [illegible] apud [illegible] *d. quæſt. 15 num. 19.* Farin. *de oppoſit.* [illegible] *quæſt.* [illegible] *num.* [illegible] *cap. 5* & *cap.* [illegible] *num.* [illegible] & *444.* & *ſequent.* vbi tamen *num.* [illegible] ſtituit minorem contra [illegible] m[illegible] agitur de lucro [illegible] vitando ab [illegible]

---

## §. VIII.

### *De expenſis in lite factis, & an teneatur Iudex ſemper victum in eis expenſis condemnare?*

EPITOME.


154. & 155 *Iudex an teneatur* [illegible] *pe[illegible] condemnare? & quid de* [illegible] *tate.*

156 *Sententia authoris circa exp*[illegible].

157 *Accuſator doloſè, & per* [illegible] *tumbat, debet condemnari in* [illegible]

158 *Accuſator non probans* [illegible] *niator.*

159. & 160. *Accuſator deſiſtes ab ac*[illegible] *ſumitur calumnioſus; an d*[illegible] *nari in expenſis*

161. 162. 163. 164. & 1[illegible]5 *Cau*[illegible] *ex proximo condemnat* [illegible]

166 *Promotor fiſcalis quando ex* [illegible] *natione expenſarum,* [illegible]

167 *Accuſator per culpam in* [illegible] *velam deductam procedens* [illegible] *ſi reus abſoluatur, conde*[illegible]

168 *Cauſis in ciuilibus inter* [illegible] *menter ſoluit expenſa* [illegible] *bus, vbi ſemper accuſ*[illegible]

169 *Veritas incerta,* [illegible] *tem excuſare ab e*[illegible] *condemnatione.*

170 171. & 172 *Alter petens* [illegible] *ſit iuſti*[illegible]*as,* [illegible] *reus* [illegible] *morem porro dicere.* [illegible] *neatur ad expen*[illegible]

173 *Iuramentum de* [illegible] *condemnatione expenſarum* [illegible] *verior.*

174 *Litigator ex uſ*[illegible] [illegible] *ſucc*[illegible] *per ta*[illegible] *puto, quod meri*[illegible] *adnari.*

175 *Litigator an* [illegible] *expen*[illegible] *illud litem m*[illegible]

176 *Religioſus probata vita ſi litigando ſuccumbat, non eſt condemnandus in expenſis.*

177 *Actor habens iuſtam cauſam litigandi non excuſatur ab expenſis ſoluendis, ſi cognita veritate non cedit liti.*

178 *Victor in prima inſtantia, ſi vincatur in cauſa appellat. quas expenſas ſoluit.*

179 *Iudex* ad quem *confirmando ſententiam, condemnandoque in expenſis ſimpliciter cenſetur condemnare in expenſis in vtroque iudicio factis.*

180 *Expenſa facta ante litem conteſtatam, vel poſt eam ob contumaciam, cenſentur fieri a non habente bonam cauſam.*

181 *Contumax etiam fictus, ſi compareat, non auditur, niſi refuſis prius expenſis, neque eas recuperat, etiamſi poſtea victor euadat.*

182 *Iudex in prima inſtantia, ſi non condemnet in expenſis, an ſecundus poſſit condemnare?*

183 & 184 *In expenſis præcipiente lege, vt victus condemnetur, an poſſit excuſari, ſi habeat cauſam iuſtam litigandi? Negant aliqui, alij vero affirmant.*

185 *Legum verba ſunt conſideranda, neque vltra ea diſpoſitio legis eſt trahenda.*

186 *Expenſa debitæ ratione conuentionis ſemper ſunt ſoluendæ à victo, etiamſi habuiſſet iuſtam cauſam.*

187. & 188. *Pœnæ conuentionales in foro conſcientiæ non debentur in conſcientia niſi petantur; alij ſic, alij contra, alij media via incedunt.*

189 *Expenſarum appellatione damna nullo modo venire, neque appellatione damnorum expenſas venire aliqui affirmant; quia aliqua petuntur ratione victoriæ, alia verò ratione contumaciæ, & calumniæ.*

190 *Expenſarum nomine continentur damna, quando reus litigat cum artifice proprijs manibus victum quærente.*

191 *Victor non recuperabit expenſas, ſi in via a latrunculis ſpoliatur.*

192 *Aduocatus in cauſa propria, quando habeat ſalarium, & quando poſſit conſequi per modum intereſſe, & damnum.*

193 *Clericus in iudicio laico conuentus, & condemnatus ſi poſtea apponat priuilegium, expenſas tarditatis ſoluet.*

194 *Conſortes litis ad expenſas condemnati, an teneantur ad illas in ſolidum, quando litigatur pro re indiuidua?*

154. QVÆRI poteſt primò, an iudex teneatur condemnare victum victori ad expenſas litis, quando non ſunt petitæ in libello? Gloſſ. *in cap. fin. de reſcript.* communiter recepta à Panorm. & Imol. *ibi* docet, quamuis victus ſit condemnandus in expenſis ſecundùm *legem, properandum, § ſin autem alterutra, C. de iudic. & cap. finem litibus de dolo, & contumacia,* non tamen teneri iudicem condemnare victum, niſi expenſæ petitæ ſint. Sequitur Felin. *in cap. ſignificauerunt de exception.* Iaſon *in l. vniuerſa, C. de precib. Imper. offer.* & Hippol. *ſingul.* 684. Quod ſi condemnatio in expenſis non fiat, poterit victor appellare ad iudicem ſuperiorem a iudice à quo, Gloſſ. 2. *in cap. ſignificauerunt de exceptio.* & Felin. *ſupra num.* 1. Rebuff. *tom.* 3. *conſtit. tract. de expenſis, art.* 3. *gloſſ. vlt. num.* 15.

155 De iure tamen Luſitano *lib.* 3. *ordin. tit.* 67. *in princip.* debet iudex condemnare in expenſis ſal-

*Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.*

tem proceſſus victum victori, nec poteſt ab expenſis victum liberare, etiamſi arbitretur vtramque partem cauſam iuſtam litigandi habuiſſe, exceptis iis perſonis, quæ ex priuilegio ab expenſis eximuntur. Conſtat ex verbis, ibi *Condemnara a custas ao menos do proceſſo, ſem poder dellas releuar cada huan das partes, poſto que lhe pareça, que cada huan dellas teue iuſta cauſa para litigar.* Ex quibus conſtat quamuis expenſæ non petantur, non poſſe iudicẽ victum à condemnatione expenſarum excuſare per text. *in §. 1. ord.* ibi: *Nam podendo porem releuar o vencido das cuſtas do proceſſo.* Porrò ſi iudex omittat condemnationem expenſarũ, poſt noſtram ordinationem, nõ poteſt eximi victus ab hac condemnatione, quia non videtur per hanc commiſſionem ab expenſis abſolutus, quamuis iudex de illis in ſententia non meminerit. Ita Azeu. *l.* 1. *n.* 22. *tit.* 22. *lib.* 4. *nouæ recop.* Conat. *pract. c.* 25. *n.* 6. *ad mediũ,* & ſequitur Caſtil. *deciſ.* 86. dicẽs ſic fieri in Regno Siciliæ. Et quãuis Alin. *in praxi, §.* 32. *limit.* 22. & Menoch. *de præſ. lib.* 2. *q.* 89. attribuẽt iur, quãdo iudex expreſsè nõ cõdẽnat victũ in expẽſis, præſumi abſolutũ per *l. terminato, C. de fructib. & litium expenſ.* attamẽ oppoſitum eſt verius. 155

Conſiderato ergo iure communi, dicendum eſt in expenſis factis ante litem conteſtatam ſecundum gloſſ. *in d. c. finem litibus,* non poſſe iudicem condemnare, ſi non petantur. Aug. [illegible] & Iaſon §. [illegible] *col.* 14. [illegible] *ſeqq. inſt. de act.* [illegible] & alij *lib.* 7. *commun. opin. tom.* 2. *tit.* 13. *de ſindic. & lit. expenſ. n.* 37. In expenſis autem factis poſt litẽ conteſtatam, poſſe iudicem condemnare, deducitur ex lege *Ædiles, § item ſciendum ff. de ædil. edict.* Sequitur Dyn. & Bart. *in l.* 4. *§. hoc autem, ff. de damno infect.* vbi docent, non teneri iudicem hoc facere niſi velit. Sed melius reſpondet Ant. de Tremo *in add. ad Bonacur. in pract. except. de recuſat. n.* 4. *in verb. ratificare,* teneri nimirum, etſi non petantur expenſæ, condemnare reum, in expenſis poſt litem conteſtatam factis, præſertim quia implicitè, qui petit in libello, vt ſibi hat ius, & ſententia pro ſe feratur, cùm in hoc principale poſtulet, cenſetur acceſſorium, hoc eſt expẽſas pariter poſtulare. Iaſon *in l. vinum. in fin.* 17. *col. &* 18. *ff. ſi cert. petat.* Quo tamen iure debeantur expenſæ ſi quæras? Dicendum eſt quãdo debentur ratione victoriæ, ſiue fiant ante litem cõteſtatam, ſiue poſt, deberi officio iudicis; ſi verò debentur ratione contumaciæ, tunc ſi fiunt ante litis conteſtationem, iure actionis deberi, quod ſi poſtea fiant, officio iudicis. Sic Ripa *in d. l.* 4. *§. hoc autem iudicium, n.* 82. *ff. de damn. infect.* ſecundùm communem ſententiam *in d. cap. finem litibus.* 156.

Dubitationis eſt, an accuſator, & calumniator ſint condemnandi in expenſis, ſi poſtquam accuſauit, & querelã depoſuit in iudicio, iudex ſimpliciter ſuper accuſatione, ſeu querela procedit? Reſpondetur accuſatore, ſeu calumniatore non probante abſoluendum eſſe reum, inſuperque calumniatorem, & accuſatorem in expenſis condemnãdos, quia calumnioſe ſe geſſerunt. Bart. *in l.* 1. *§. incidit, n.* & *in l. in ſenatus, n.* 1. & 2. *ff. ad Turpil.* Iaſon *in d. l. properandum, § ſin autem alteruter, ſub n.* 22. *verſ. item amplia quod in crimin. C. de iudic.* quod intelligitur de vera calumnia accuſantis. Idem dicit Bart. *in d. l.* 1. *§. incidit,* de inſtigatore, qui promittit per ſcripturam, vel apocham pecuniam accuſatori, vt accuſet aliquem; hunc enim eſſe condemnandum in expenſis cenſet Lancell. Conrad. *de offic. prætor. in cauſ. crimin. §.* 3. *in titul. de ſentent. definitiua criminal. ſub numero* 5. 157.

*verſ. & propterea*, ſequitur Iul. Clar. *in practic. quæſt.* 10 *num* 4. & 5. vbi Iul. Clar. hoc extendit ad procuratorem fiſcalem, & ad aduocatum inſtigantes inquiſitionem, & facientes procedi contra aliquem, ſi poſtea non reperiatur culpoſus, hos att teneri ad expenſas forſitan de iure, non tamen de conſuetudine, cum procurator regiat, tam paſſiuè, quam actiuè, non ſubiaceat expenſis. Attamen ſi dolosè, & calumnioſe faciant procedi contra aliquem, non dubitat damnandos eſſe in expenſis, tenerique ad damna reficienda, ſicut quilibet priuatus tenetur, & ita ſic fuiſſe iudicatum refert ſæpiùs.

158. Sed quid dicendum, quando agitur non de calumnia vera, ſed de præſumpta contra accuſatorem, vel inſtigatorem? Reſpondeo accuſatorem eo ipſo, quòd non probat ſuam accuſationem, præſumi calumnioſum. Sic Gloſſ. *in cap.* 2. *in verb. calumniandi, de calumnia.* Abbas *in cap. calumniam, num* 3. *de pæn.* & Aretin. *in cap. ſuper his, num.* 27 *in fin. de accuſationib.* quod puto verum, dummodo non accuſet ex neceſſitate officij, vt timor, vel propter atrocitatem criminis, prout eſt hæreſis. Sic Abbas *ſupra*. Nec excuſabitur accuſator ab hac præſumptione calumniæ, neque contra ipſum aſſurget ex accuſatione non probata, vt ait Alexand. *in l. properandum*, § *ſin autem alterutra*, *num* 21. *C. de iudic.* Salicet. *in l. qui crimen, num.* 14 *C. qui accuſar. poſſ.* atque ita deficientes in probatione accuſari poſſunt, ac puniri de falſit, vt eſt cõmunis, teſte Abbate *conſ.* 78. *num* 1 *verb. venlo nunc, lib* 1. & Bart. *in l. cum quidam*, §. *quod dicitur*, *n.* 3. *ff. de acquir. her.* quamuis Bald. *in d. l. qui crimen*, *C. qui accuſ. non poſſ.* hunc non poſſe à iudice condemnari in expenſis ait, pro præſumpta calumnia, quem ſequitur Iul. Clar. *in praxi, quæſt.* 62 *ſub num.* 5. addens præſumptam calumniam dici, quando accuſator delictum non probat quod intellige ſi accuſator non habuerit aliqua indicia euidentia, famam nempe publicam, vel auditum à fide dignis. Quæ ſi habuerit, ſine dubio excuſabitur ab expẽſis, nec accuſatus etiamſi deficiat in probatione, punietur tanquam falſus accuſator. Bart. *in d. l. cum quidam*, §. *quo dicitur. num* 3 *ff. de acquir. her.* & alij quos ſequitur Clar. *d. quæſt.* 62. *num* 8. Idem volunt Cyn. & Bald. *in l. ſancimus, num.* 29. *verſ. tertiodecimò quæritur*, *C. de iudic.* & Aufrer. *ad Capell. Tholoſ. in deciſ.* 6. *incip. item fuit quæſitum, ſi procurator Epiſcopi, per regulam generalem, l.* 2. *C. qui accuſ. non poſſ.* eo quòd præcedente fama, vel indicijs proceſſit; ideo ab expenſis excuſabitur, ſicut excuſatur à calumnia. Bart. *in l. athletas*, §. *calumniator, n.* 3. *ff. de his, qui not. infam.* & Menoch. *de arbitr. iudic. lib.* 2. *caſu*, 325. *num.* 29.

159. Quæres ſecundò an ſit præſumpta calumnia, quando accuſator poſt iudicium inchoatum deſiſtit ab accuſatione? Reſpondet idem Aufrer. *in d. deciſ.* 6. præſumi in hoc caſu accuſatorem calumnioſè procedere, ſequitur Rebuff. *ad conſtitutionem Galliæ, tom.* 3. *tit. de expenſ. art.* 1 *n.* 12. niſi de nouo cauſa ſuperueniat ob quam [illegible] & ab accuſatione deſiſtat. Nam tunc non præ[illegible]tur accuſator calumnioſus, vt notat B[illegible] *in l. poſtquam liti, n.* 13. & Sal[illegible]. *ibidem*, [illegible] *de pact.* Secus ſi nulla ſuperueniente cauſ[illegible] deſerat. In quo euentu debet condemnari in expenſis, ſi pars contraria renunciation[illegible] quod ſi non acceptet, [illegible] accuſator ab expenſis. Bellamet. *in deciſ.* 14. *incipit, renunciauit liti,* ſicut excuſ[illegible]tur, quando litigandi cauſ[illegible] habuit, quæ iuſtam excuſationem ſecum afſe[illegible] tamen, qui ſuccumbit, præſumitur ma[illegible] habere, *l. eum non nouam, C. de iudi*[illegible]

Quærient tertiò, quid [illegible] quoad expenſas dicendum ſit [illegible] quòd quis deficit in probationibus, præſumitur [illegible], gloſſ. *in cap. finem litibus*, [illegible] *verſ. ſed in criminali cauſa de dolo* [illegible] *cia*, & *in cap. cum dilecti, in verb.* [illegible] *tis.* vbi dicitur eſſe lo[illegible] expen[illegible] ſiue [illegible] tur per viam denunciationis, vel inquiſitionis vel exceptionis. Sequitur Conat. *in pract. cap.* 27. *n.* [illegible] Bernard. Dias *in pract. crimin. cap.* 144. & Iul. Clar. *d. q.* 62. *num.* 4. ideo in cauſa ſuccumbens debet in expenſis condemnari. Quam opinionem dicit eſſe communem Aret. *in cap. accide*[illegible] *de accuſatio.* quæ practicè eſt communis, teſte Albert. *in l. eum, quem temere, in princip. num.* 5. [illegible] *ff. de iudic.*

Contraria tamen ſententia excuſans accu[illegible] 160.
rem ſuccumbentem ab expenſis, ac damni[illegible] multorum apud Iul. Clar. *d. quæſt.* 62 *n.* 4. *ve*[illegible] *trariam vero ſententiam* [illegible] Albert. de R[illegible] *in l. athletas*, §. *calumniator, in fin. ff. de his,* [illegible] *not. infam.* Bald. *in l. qui crimen, po*[illegible] *num.* 2[illegible] *accuſ. non poſſ.* vbi fatetur, ſe nunquam [illegible] in cauſa criminali hanc condemnationem e[illegible] ſarum. Quod eſt intelligend[illegible] ndo agitur de calumnia præſumpta, quod ſi agitur [illegible] lumnia vera, puta, quando accuſator [illegible] vel ſcire debens, Titium eſſe innocentem, & [illegible] obſtante eum vult accuſare, in [illegible] iudex procedit ſuper querela parti[illegible] ac accuſatione ſimpliciter, nullo mo[illegible] ſe à ſoluendis expenſis, ac dam[illegible] ineuitis accuſatorem malitio[illegible] Secus verò ſi iudex ex officio [illegible] cedat ad inſtantiam fiſci, quia præſumitur de procuratore fiſci bene fungi ſuo officio, proinde non debet condemnari officialis fi[illegible], neque ipſe iudex in expenſis. Iuuat Iul. Clarus in *praxi*, *q.* 7. *num.* 12. *verſ. ſed nunquid*, vbi poſt plures concludit ſyndicos, qui denunciant ex neceſſitate eorum officij, ſi non appareat de vera calumnia [illegible] reus abſoluatur, denunciator debet condemnari in expenſis, & forte etiam grauius [illegible] arbitrio iudicis, vt ipſe reperit *quæſt.* 81. *num.* [illegible] *verſ. ſed quæro*, ſi contenta in denunciatione, [illegible] accuſatione non probet. Idem dicitur quan[illegible] iudex procedit ex officio ad inſtantiam procurantis inquiſitionem, ſeu inſtigantis, qui [illegible] in probatione, & vere calumni[illegible], pariter ſunt in expenſis condemnandi, [illegible] modo vtraque opinio conciliatur, dummodo prior intelligatur de vera calumni[illegible], poſterior verò de præſumpta.

Quæritur quartò quænam ſint iuſtæ cauſæ litigandi, vt ſuccumbentes [illegible] lite excuſi[illegible] à ſoluendis expenſis? Reſpondeo hoc iudicis arbitrio relinquendum, nam in dubio præſumitur ſuccumbens habuiſſe cauſam iuſtam, gloſſ. *in authent. generaliter, C. de E*[illegible] *ep.* [illegible] Cyn. [illegible] *l.* 1. *C. de aduocat. diuer. iudic.* Bald. *in l. properandum*, §. *ſin autem alterutra, Cod. de iudic.* Conat. *lib. practic. cap.* 27. *verſ. ſexto condemnatio* [illegible] alij apud Menoch. *lib.* 2 *de præſumpt.* [illegible] vbi addit ab hac præſumpt[illegible] poſſe recedi [illegible] contrarijs coniecturis, quibus demonſtratur iuſtam cauſam litigandi habuiſſe. 161.

Prima

162. Prima ergo cauſa iuſta litigandi, ex qua quis poteſt excuſari à condemnatione expenſarum, eſt, quando qui ſuccubuit ſemiplenè probauit. Sic Ioan. Andr. Anchar. *in cap. finem litibus, de dolo, & contumacia*, Rebuff. *de conſtit. Galliæ, tom. 3. tit. de expenſis, art. 1.* gloſſ. *vnica, num. 31.* Menoch. *de arbitr. caſ. 177. num. 8. verſ. quarta cauſa*, vbi ait non temere litigare, qui intentionem ſuam ſemiplenè probauit. Cæterùm hanc cauſam non credo ſufficientem ad excuſandum ab expenſis, quando vterque probauit, ſed alterius probationi præponderat; tunc enim ſi vnus probauit plenè ex teſtium, vel inſtrumentorum probatione, & alter ſemiplenè ſuccumbens, cenſetur probare nulliter, eiuſque probatio habetur pro nulla, ſecundùm *l. fin. de edicto D. Adrian. tollend.* atque ita condemnabitur in expenſis. Quod ſi vterque ſemiplenam fecit probationem, & alter per iuramentum ſuppletorium obtinuit cõtra alium, tunc ſuccumbens excuſabitur à condemnatione expenſarum. Viuius *in decis. 360.* poſt Bald. *in d. auth. generaliter ſub n. 32. C. de Epiſcop. & cler.* vbi addit ſi accuſator habeat teſtem vnicum de veritate excuſari à calumnia, & habere iuſtam cauſam accuſandi, & conſequenter liberari tacitè ab expenſis. Sequitur Alex. *conſ. 183. incipit, in cauſa, & lite, n. 11. & 13. volum. 6. & in d. §. ſin autem, num. 17.* vbi docet non procedere in caſibus, in quibus iuramentum, in ſupplementum probationis defertur, quia ſemiplena probatio non releuat, quando pro non probationa habetur.

163. Secunda cauſa excuſans à condemnatione expenſarum, eſt, quando quis litigat ob ſuum pudorem ſaluendum, verbi gratia, quum alterum occidit ſe defendendo, quia ſaluo honore ſuo non potuit terga vertere. Bart. *in l. quæ omnia, §. ſed & ſi aduerſarius, num. 3. verſ. tertiò nota, ff. de procurator.* Rebuff. *d. tom. 3. art. 1. gloſſ. 1. num. 35.* Iul. Clar. *in §. homicidium, n. 21.* Tiraq. *de pœn. temper. cauſ. 1. n. 8. & 9.* vbi vult homicidam voluntarium, & doloſum non cenſeri, qui prouocantem, & poſtea fugientem occidit. Sequitur Menoch. aliis ibi relatis *d. caſ. 177. n. 14. verſ. octaua cauſa*; quibus accedit Boër. *q. 168. per totum.* Hinc ad mitigandum iuſtum dolorem permittitur à iure marito, vt vxorem in adulterio deprehenſam cum adultero, & patri filiam poſſint occidere *l. patri, l. capite quinto, l. nihil intereſt ff. de adulter. l. Gracchus, C. eod. tit.* proinde rectè Bart. inter cauſas iuſtas litigandi *in d. l. quæ omnia, § ſed & ſi aduerſarius, ff. de procuratoribus*, refert pudorem ex Platone *de leg. dialog. 1.* dicente pudorem eſſe timorem, ne mala putemus, ſi quid minus honeſtum facimus, aut dicimus.

164 Tertia cauſa excuſans ab expenſis eſt varietas opinionum. Sic Ioan. Faber. *in §. hæc autem, col. 2. verſ. crederem tamen, inſtit. de pœn. temer. litig.* quatenus ait errorem iuris dubij inducere iuſtam cauſam litigandi. Menoch. *ſupra, num. 6. verſ. tertia cauſa*, poſt plures; quin addit ipſe *ibid. num 4.* iuſtam habuiſſe cauſam litigandi, qui habuerit opinionem alicuius inſignis doctoris. Sequitur Barboſ. Vimaranenſ. *in remiſſ. ad ordin. regia lib. 3. tit. 67 in princip. num. 7.* poſt Gutier. *lib. 1. practic. quæſt. 136. num. 2. verſ. limita tamen*, excuſantem ab expenſarum condemnatione, eum, qui ob errorem in iure probabilem litigauit; itemque quando caſus eſt ſatis dubius, nec omnino deciſus inter doctores, aut quando opiniones ſunt variæ, neque conſtat de communi; aut denique quando lex aliqua difficilis multos patitur intellectus. Ita Abbas & Anton. de Butr *in cap. finem litibus, de dolo, & contumacia*, quibus in caſibus cùm implicitè ſaltem cenſeatur eſſe varietas inter doctores, datur cauſa litigandi ſufficiens ad liberandum à condemnatione expenſarum; ſiquidem liberatur, qui pro ſe habet opinionem vnius doctoris, vt docent multi, quos ſequitur Gam. *decis. 28 num. 3.*

Quarta cauſa eſt, quando quis ex officio tenetur accuſare; quod intellige modo ſuprà dicto, putà, quando officialis conſtituitur promotor iuſtitiæ, qui pro rebus reipublicæ agat, eaſque tueatur, & delicta particularium incuſet, accuſet, & denunciet; is enim ſi ſuccumbat, cùm id agat de mandato ſuperioris, excuſatur à ſoluendis expenſis. Ioannes Andr. & Hoſtienſ. *in cap. finem litibus, de dolo, & contumacia*, & ibi Abbas *n. 22.* dummodo non deprehendatur officialis, temeritate potius, & calumnia, quàm zelo iuſtitiæ accuſaſſe; tunc enim ſi culpabilis cognoſcatur, in expenſis ſicut priuatus condemnabitur. Iul. Clar. *in practic. crimin. quæſt. 10. verſ. ſed nunquid.* Farin. *in lib. 1. tit. de accuſatio. quæſt. 16. num. 22. & 23.* Boër. *decis. 324. num. 1.* vbi ait fiſcum non condemnari in expenſis, neque illas conſequi, niſi fuiſſet in euidenti calumnia, argument. *l. non eſt ignotum, de admin. tutor.* quibus adhæret Mend. à Caſtr. *in praxi Eccleſiaſtic. lib. 2. cap 12. §. 3. n. 12. & ſequent.* vbi loquitur de promotore Eccleſiaſtico, poſt Nauar. *conſ. 20. num. 9. de reſcript.* 165.

De promotore autem ſæculari contra delinquentes ſæculares, addit Gutier. *practic. lib. 3. quæſt. 21. num. 5.* non eſſe vſu receptum condemnari in expenſis eundem, ſed partem cui promotor aſſiſtit: quod eſt intelligendum in caſibus, in quibus iuſtitia locum habet, & delinquentes pro parte iuſtitiæ accuſantur à promotore quando aliam partem non habent. Semper enim delinquentes condemnantur in expenſis, quamuis mereantur abſolui, quando culpæ procedunt abſque interuentu querelæ à ſola inquiſitione. Conſtat ex ordinatione Luſitana *lib. 3. tit. 67. §. vlt.* ibi, *ſe pelloque allegar, & amoſtrar de ſua iuſtiça, for abſolto, ſempre o iulgador que abſoluer pora na ſentença, que o dito reo pague as cuſtas de ſeu liuramento.* Vbi Barboſ. Vimaran. adiungit in actis criminalibus adiiciendam eſſe clauſulam, vt ſolutionem faciat reus ipſa priùs à carceribus, ſicque fuiſſe deciſum à ſenatu Luſitano refert Cabed. *1. p. decis. areſto* 101. 166.

Non procedit tamen ordinatio Luſitana *d. §. vlt.* quando culpæ inquiſitionis adnectitur etiam eadem culpa iam deducta in querelam. Idcirco ſi accuſatus quis fuerit per culpã in inquiſitionem, & querelam deductam, & reus abſoluatur: in hoc euentu pars, quæ culpam deduxit in querelam, & in probando defecit, condemnabitur in expenſis, vt conſtat ex *lib 5. ordin. tit. 118. per text.* ibi. *Nas cuſtas.* Nam eo ipſo quòd accuſator non probat, cenſetur calumniator, exitque contra ipſum iuris præſumptio, vt poſt Bart. *in l. 1. in princ. num. 6. ff. ad S.C. Turpil.* & alios tradit Menoch. *de arbitr. caſu, 321. num. 4. cum ſequent.* proinde in expenſis debet condemnari, Hippol. *in practic. §. ſupereſt, num. 2.* & Felin *in cap. ſuper his, num. 5. de accuſatio.* Vimaranenſis *ad ordin. regiam, d. tit. 118. n. 6. in princip.* & Thom. Vas *allegat. 95 num. 3.* vbi carpit iudices criminales aliter iudicantes, & non ad legem hanc regiam attendentes, præferenteſque arbitrium ſuum diſpoſitioni iuris noſtri. 167.

Illud etiam ex noſtra ordinatione *d. tit. 6*. §. 5. per text. *E bem aſſi nos feitos cimes*, notandum eſt in cauſis ciuilibus, inter Regem, & eius ſubditos nunquam à procuratore regio expenſas ſolui, ſiue actor ſit, ſiue reus, ſecundum conſuetudinem antiquam eiuſdem regni. Barboſ. *in l. cum, qui tempore, n. 195. cum ſeqq. ff. de iudic.* vbi *à n. 199.* loquitur de procuratore fiſci. Attamẽ non inde colligas eſſe ſoluendas à ſubditis, ſi forte ſuccumbant, quia cùm ordinatio loquatur abſolutè per hæc verba. *Nam ha cuſtas*, hoc eſt, non eſt expenſarum condemnatio, quod dictum eſt de procuratore regio, dicendum eſt de ſubditis, ſiue ſint actores, ſiue rei. Secus in criminalibus, quando aliquis ex ſubditis, ſeu vaſſallis accuſatur à promotore iuſtitiæ, aut regio procuratore, & condemnatus fuerit in cauſa, condemnabitur etiam reus
168. ſemper in expenſis proceſſus. Sic lex Luſitana *ibi*. Neque lex *infra, eod. tit. §. 6.* obſtat huic diſpoſitioni, vbi decernit quando aliquis accuſatur pro parte iuſtitiæ, & ad inſtantiam illius per inquiſitionis culpam, quamuis tunc factis hinc inde probationibus demonſtretur omnino abſolutus, ſemper à iudice in expenſis pro ſua liberatione factis eſſe condemnandum, quia eſt diuerſus caſus, vt intuenti, ac conſideranti legem patebit.

Quod dictum eſt de promotore apud Luſitanos ſæculari in caſibus, in quibus iuſtitia locum habet, non condemnari, ſcilicet, in expenſis, idem teſte Rebuf. *d. tom. 1. ad ll. Gall. tit. de expenſ. art. 1. gloſſ. vnica, n. 19.* obſeruatur in regno Franciæ. Sequitur Guido Papæ *deciſ. 269. num. 1*, teſtaturque ita eſſe vſu receptum in curiis Delphin. Iul. Clar. *in praxi crimin. quæſt. 10. num. 5. §. ſed nunquid aduocatus*, dummodo non conſtet doloſè, & calumnioſè fuiſſe promotorem accuſationem proſecutum; nam tunc debet condemnari in expenſis, ſicut quilibet priuatus, & ſicut procurator Epiſcopi, iniuſtè contra aliquem litem mouens debet in expenſis etiam condemnari, vt vult Capell. Tholoſ. *deciſ. 6. incipit. Item fuit quæſitum, ſi procurator Epiſcopi.* poſt Cyn. *in l. ſancimus, C. de iudic.* Guido Papæ *in deciſ. Delphin. 324.*

169. Quinta cauſa excuſans ab expenſarum condemnatione eſt varietas incerta, & celata, argumento *l. 2. & 3. de condict. indebiti*, ex quibus colligitur apertè ſolutum legatum, de quo hæres non erat certus deberi, poſſe repeti ab hærede, ſi poſtea appareat teſtamentum, in quo legatum adimi iubetur. Quod ſi poſtquam fuit certus ex teſtamento, vel ſcriptura ſibi legatum non deberi, & non abſtinuit, ex tunc dicitur calumniari, cùm iam non habeat iuſtam cauſam litigandi, quia cognouit veritatem; ſequitur Felin. *in cap. exceptionem, ſub num. 40. verſ. ſubdit Baldus de exceptionibus.*

170. Sexta cauſa litigandi eſt, quando actor petit maiorem ſummam, quàm ſit id, quod debetur; tunc reus iuſtè litigat ſuper totam ſummam. Ita Decius *in l. non poteſt videri, num. 3.* & ibi Cagnol. *num. 9.* communem vocat *de regul. iur.* Couar. *lib. 1. variar. reſolut. cap. 2. num. 5. verſ. ad tertium*; ideo ſi in hoc caſu ſuccumbat, expenſis non mulctabitur, cùm reus habuerit iuſtam cauſam litigandi ſuper totum. Ita Bart. *in l. qui ſolidum, in princip. ff. de leg. 2.* Bartol. *in l. 2. qui duorum, § verum, ff. de rebus dub.* exiſtimat in hoc caſu reum rogatum à iudice in iudicio, an debeat totam ſummam, quam petit actor, ſi neget abſolutè eſſe periurum, quia debet fateri partem, quæ in toto continetur, per text. *in l. qui ſeruum, §. 1. ff. de interrogat. actionib.* ibi: *Iure*, inquit, *Paulus interrogatus an fundum poſſideat, quæro an reſpondere cogendus ſit? & quota ex parte fundum poſſideat? Reſpondi, Iauolen. ſcribit, poſſeſſorem fundi cogi debere reſpondere quota ex parte fundum poſſideat, vt ſi minori ex parte poſſidere ſe dicat, in aliam partem, quæ non defenderetur, in poſſeſſionem actoris mittatur.* Hactenus Iuriſconſultus. Item qui ponit affirmatiuam, non tantùm ponit de toto, ſed etiam de parte qualibet, *l. ſi quis cum totum, ff. de exception. rei iudicat.* Ergo interrogatus de toto, debet non ſolùm de toto, ſed etiam de parte qualibet totius reſpondere, *l. ſi defenſor, §. 1. ff. de interrogat. actionib.* Iuuat text. optimus, *in l. qui ſolidum, ff. de legat. 2.* vbi qui totum aut ſolidum petit etiam in parte debitorem in mora conſtituit. Quibus rationibus Bart. hanc partem defendit *in l. 1. §. ſi ſtipulanti*, per text. *ibi, ff. de verbor. obligation.* cui adhærent ſcribentes *ibi*, vti aſſerunt Alexand. *num. 7.* Aret. *num. 29.* & Iaſon *num. 19.*

Dicendum tamen eſt non eſſe periurum negantem totam ſummam, etiamſi partem debeat. 171.
Ratio, quia iniuſte petit totam ſummam maiorem, & ſuper illa iniquè interrogatur, cum partem ſolùm debeat; ideo poterit verbis ambiguis fallere interrogantem, & negare poſitionem, eo animo, & ſenſu, vt eam falſam eſſe affirmet, hoc eſt prout interrogatur, & prout ponitur. Nam & veriſſimè in hoc ſenſu falſa eſt poſitio, ſeu interrogatio; ergo periurus non erit reus negando. Secundò maior ſumma negata in iudicialibus minorem non includit, vt patet ex lege *pupillus, §. vlt. de verbor. ſignif.* Ergo qui negat ſe maiorem partem debere, non videtur negare minorem, cùm hæc non includatur in maiori negata. Quæ reſolutio placet Speculatori *tit. de poſitionib. §. 5.* Baldo *in cap. 2. dudum, de electio. num. 2.* Decio *in l. non poteſt videri improbus, ff. de regul. iur.* Syluestro *verb. confeſſio non ſacramentalis, num. 4.* vbi ait negantem totam ſummam, quæ non debetur, licitè iurare ſe non debere, nec mendacem, nec periurum cenſeri; non poſſe tamen iurare ſe nihil debere, quia eſſet negare quamlibet partem. Sequitur Gutierrez *in practic. lib. 1. quæſt. 61. num. 2.* Azor. *tom. 1. lib. 11. inſtit. moral. cap. 8. in fine*, poſt Couar. *lib. 1. variar. cap. 4. num. 5. & ſi quærit*, quos ſequitur Sanchez *lib. 3. cap. 6. num. 33.* vbi *ad fin.* addit ex alio capite poſſe peccare reum negando, nempe ne cogatur ſoluere partem, vel ob aliam fraudem, & quia cogit actorem, ad probandum minorem ſummam ſibi deberi. Ita Gutier. ſuprà ſcriptus *num. 2.*

Cæterum in hoc caſu, quando actor plus debito petit, non eſt condemnandus reus in aliquibus expenſis, ſed actor pro ea rata, pro qua, pluſquam ſibi debitum erat, petiuit, non habuit cauſam litigandi excuſantem ab expenſis, licet neque fuit reo negare totum, vt notatur *in cap. præſentium de teſtib. in 6.* Quod ſi actor doloſe maiorem ſummam debito petiuit, & reus petit actorem priuari iure ſuo, ſecundùm *l. vnicam, C. de plus pet.* in quo euentu actor cadit à cauſa, in omnibus expenſis condemnabitur. Sequitur Cardinal. Pariſ. *conſ. 104. num. 13. & 14. vol. 3.* quem cum aliis refert Anton. Gabriel *lib. 2. commun. opinion. tit. de expenſ. concluſ. 1. num. 11.* vbi vult expenſas ſaltem eſſe diuidendas inter reum, & actorem. 172.

Conſe

173. Conſequens eſt dicere an iuramentum calumniæ à parte præſtitum excuſet eam à condemnatione expenſarum. Affirmat Tiraq. *de pœn. temper. cauſ. 1. num. 112.* ex ea ratione, quia iuramentum calumniæ excuſat à præſumpta calumnia, per text. *in l. ait prætor, in verſ. proderit ff. de iureiur.* additque non excuſare ab expenſis ex temeritate abſque dolo, & calumnia factis, iuxta §. *hæc autem omnia, inſtit. de pœn. temerè litigant.* Negandum tamen eſt excuſari ab expenſis iurantem de calumnia, ſic Alex. *in l. properandum, §. ſi autem alterutra, num. 21.* vbi Iaſon *num. 11. C. de iudic.* quia quamuis actor per iuramentum excuſetur à præſumpta calumnia, ſi tamen per ſententiam ſuccumbat, cùm non excuſetur à præſumpta temeritate, non excuſabitur ab expenſis. Ita Abbas *in cap. finem litibus, de dolo & contumacia, n. 21.* Salic. *in l. qui crimen in fin. C. qui accuſ. non poſſ.* Menoch. *de præſumpt. lib. 5. q. 21. num. 4.* & Seraphin. de Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg. 34. num. 6.* quos ſequitur Camill. Borrel. *in ſum. deciſ. tom. 1. tit. 51. de iurament. calumn. num. 54. & tom. 2. tit. 38. de expenſ. num. 160. & ſequent.* vbi ait cauſam calumniæ per quamcunque cauſam coloratam ab expenſarum refectione excuſari, nec calumniam poſſe cognoſci, nec de lite calumnioſa conſtare, niſi poſt factas probationes; quia nemo dici poteſt iniuſtus litigator quandiu poteſt ius ſuum iuſtificare: proinde poſt probationes, & atteſtationes iudicandum eſt an quis ſit iniuſtus & calumnioſus litigator, Camillus *ſupra*, poſt Achillem de Graſſ. *in deciſ. 7. n. 6. titul. vt lite pendente.* & Bellamer. *in deciſ. 103. incipit, non dicitur, num. 1.*

174. Septima cauſa iuſta excuſans à condemnatione expenſarum, eſt, quando quis ſuccumbit, non obſtante probatione facta per teſtes, qui aliquando fuerunt conuicti ratione falſitatis, vel excommunicationis, vel alicuius alterius delicti. Sic Specul. *in tit. de calumnia in fin.* Corn. *in l. admonendi, col. 1. ff. de iur. iur.* & Bald. *in auth. generaliter, C. de Epiſcop. & cler. & in l. 1. C. de aduocat. diuerſ. iud.* Menoch. *d. caſ. 177. n. 10. verſ. quinta cauſa eſt,* quia quamuis hi teſtes reiiciantur ex eorum perſona, puta, quia ſunt infames, vel excommunicati, excuſant tamen ab expenſis litigantem, quia non reprobantur ex dictis eorum, vt ait Bald. *ſuprà, n. 9. verſ. tertio propter eliſam probationem*, quem ſequitur Alex. *in d. §. ſin autem alterutra, num. 15. verſ. dicitur habere*, & *ibid.* Iaſon *ſub num. 8. verſ. quinta concluſio*, niſi aliqua ſuſpicio eſſet contra producentem tales teſtes. Tunc enim per eam ſuſpicionem eliderettur præſumptio excuſans à condemnatione expenſarum producentem. Sic Bald. *in d. auth. generaliter.*

175. Octaua cauſa excuſans ab expenſis, eſt, quando litigans mouit litem inſtructus à viris fide dignis aſſerentibus ipſum habere iuſtam cauſam litigandi. Ratio, quia certificatus à fide dignis, cenſetur certò ſcire, ex Archidiac. *in cap. in domo, de pœnit. diſt. 1.* & ex Dominico Gemin. *in cap. de capitulo, de ſimonia*; ideo inductus à fide dignis, iuſtam litigandi cauſam cenſetur habere & ab expenſis ſuccumbens excuſatur. Bart. *in l. 1. in princip. n. 6. ff. ad Senat. conſult. Turpil.* Bald. *in l. iudicia, num. . . de rei vendic.* quatenus ait virum nobilem iuſtiſſimam credulitatem efficere, gloſſ. notabilis, *in l. Titio fundum, ff. de condition. & demonſtratio.* Menoch. *ſuprà, num. 12. & duobus ſequentib.* Idem dicunt aliqui de eo, qui conſuluit iuriſperitos maleſani erroris. Attamen hoc non puto verum, cùm videamus hunc & ſimiles paſſim ſuccumbentes condemnari in expenſis. Excuſant tamen conſilia doctorum, qui pollent ſcientia, & conſcientia, prout vult Felin. *in d. cap. ſuper his, in fin. & in cap. per tuas, de ſimonia*, vt ex Bartol. *in l. in bonorum ff. de bon. poſſ.* & ex Salic. *in l. iuris ignorantia, C. qui admit.* tradit Menoch. *in d. caſ. 177. num. 5.* firmans excuſari ab expenſis ſuccumbentem in lite qui iudicium inchoauit, fretus conſilio aliquorum doctorum, dummodo litigans non ſit etiam doctor, quia ſi fuerit, non excuſabitur, vt ex Bartolo *in d. l. in bonorum*, voluit Iaſon, ſequitur Camill. Borrell. *d. tit. 39. de expenſ. num. 79. & duob. ſequent.* pro reliquis verò cauſis excuſantibus à condemnatione expenſarum litigantem, conſule Bald. *in d. auth. generaliter*, & Alex. *in d. l. properandum, §. ſin autem alterutra*, & *ibid.* Iaſon *l. de iudic.* quem ſecutus eſt Menoch. *d. caſ. 177.* quibus adiunge Lanfranc. de Oriano *in cap. quoniam contra, in verbo, expenſæ, de probat.* & Rebuff. *ad conſt. Gall. tom. 3. tit. de expenſ.*

Ambigitur tamen, an vir religioſus probatæ vitæ, & ſpectatæ virtutis ſit condemnandus in expenſis, ſi litigando ſuccumbat? Negat Hoſtienſ. *in cap. litibus, col. penult. de dolo, & contumac.* & ibi Ioan. Andr. Anchar. & Anton. de Butr. quia præſumitur de ſimili viro quòd non calumnioſè, nec temerariè, ſed quod iuſtè petat. Gloſſ. *in cap. expedit, in verb. ſi ſcirent, 12. quæſt. 1.* Iaſon *in auth. iubemus, num. 12. C. de iudic. & in §. ſin autem alterutra*, & Panorm. *in d. cap. finem litibus, num. 22.* & Bertachin. *in repet. part. 1. tit. de expenſ. verſ. expenſarum condemnatio, num. 8.* dicens contra perſonam religioſam, & valde catholicam ſuccumbentem in cauſa expenſarum condemnationem non facere. 176.

Quæritur quintò, an actor habens iuſtam cauſam litigandi excuſetur à condemnatione expenſarum, ſicut excuſatur reus ob iuſtam cauſam litigandi? Cagnol. *in l. qui in alterius, num. 25. ff. de regul. iur.* cenſet actorem poſſe excuſari ab expenſis ſoluendis ob iuſtam cauſam, dummodo deſiſtat à lite ſtatim vbi primùm fuerit aſſequutus probatione facta, ſe non habere iuſtitiam: quòd ſi cognita veritate non cedat liti, ſed progrediatur vſque ad finem, ſiue actor, ſiue reus fuerit, condemnatione expenſarum plectetur; ſic Ludouic. Roman. *conſ. 596. incipit, alio ſtro.* Dec. *in d. l. qui in alterius*, quos ſequitur Rebuff. *ad conſtit. Gall. tom. 3. tit. de expenſ. art. 1. num. 15.* Oppoſitum tamen eſt verius, nimirum, hoc habere locum in reo, non verò in actore; ideo actorem nunquam excuſari à condemnatione expenſarum, etiamſi videatur habuiſſe iuſtam ignorantiam, voluit Caſtrenſ. *in l. deſiiſſe, ff. de iudic.* poſt Bart. *in l. qui in alterius, ff. de regul. iur.* Ratio, quia actor ſemper debet intereſſe iudicio paratus, reus verò non poteſt. Cùm ergo reus potuerit omittere aliqua ad ſui defenſionem neceſſaria, æquum eſt, & rationi conſentaneum, vt reus excuſetur à condemnatione expenſarum, quando habet iuſtam cauſam ſe defendendi, actor verò minimè. Probatur ex *l. qui accuſare, C. de edend. §. omnem. in Auth. de litigio. & in cap. ſciant, 2. quæſt. 8.* Menoch. *de præſumptio. lib. 2. quæſt. 90. num. 1.* Quare cùm actor debeat perquirere neceſſaria ad cauſam, punietur tanquam querelator, ac temerariè litigans, non tamen tanquam calumniator. Camil. Borrel. nuper relatus *num. 60.* 177.

178. Nunquid qui fuit victor in prima inſtantia, ſi ſuccumbat in cauſa appellationis, expenſas ſoluet? Gloſſ. in l. generaliter, §. ſin autem, C. de reb. cred. vult victorem in prima ſententia ſuccumbentem poſtea in gradu appellationis, non debere mulctari, in expenſis factis in gradu appellationis, eo quòd in prima inſtantia habuerit iuſtam litigandi cauſam. Sequitur Bar. in d. §. ſin autem, dummodo ex nouis probationibus, & [illegible] ſuccumbat. Quòd ſi ex primis actis ſuccumbat, non excuſabitur ab expenſis. Iaſon in d. §. ſin autem alter [illegible] num 14. verſ. ſed tu intellige. Sequitur Guid. Papæ in deciſ. Delphin. 15[illegible] & Capell. Tholoſ. de[illegible] 222. incipit, item fuit quæſitum an ille, Lancell. Conrad. de offic. præt. in cauſ. criminalis de ſenten. deffinit. in cauſa crimin. ſub num. 6. verſ. du imo ampliat, nim ille nouæ probationes concernerent factum ipſius ſuccumbentis proprium, vel eſſent ſuper his de quibus, an eſſent, vere conſtabat, vel ſaltem poterat conſtare eidem etiam in prima inſtantia. Nam tunc in eo caſu non excuſabitur ab expenſarum mulcta, quia non habuit ignorantiam tolerabilem, nec iuſtam litigandi [illegible]. Sic Salic. in d. l. generaliter, §. ſin autem, C. de reb. cred. & Aret. in l. negotiorum, ff. de appellation. Quare niſi ſuccumbat ex nouis probationibus in cauſa appellationis deductis, primo modo ad expenſas non tenetur: Secus verò ſi ex primis, & iiſdem actis, eo quòd non obſtante prima ſententia ad expenſas condemnabitur. Quæ diſtinctio eſt communis, placétque etiam Roberto Lancel. de attentat. part. 3. cap. 31. num. 133. & Ludouico Gomez in regula de annali, quæſt. 41.

179. Illud etiam nota, quando iudex appellationis confirmat ſententiam in primo iudicio latam, & victum victori ad expenſas condemnet ſimpliciter, quamuis aliquid aliud vltra, intelligendum eſſe de expenſis in vtroque iudicio factis non exprimat. Ratio, quia quando verba ſententiæ poſſunt ad plura, vel pauciora extendi, vel ad diuerſos effectus effingi, nunquam debent prorogari ad eum ſenſum, quo iudex cenſeatur [illegible] iudicare: ſed dicendo ſimpliciter iudex, condemno appellantem victum, in expenſis, cenſetur non ſolum condemnaſſe in expenſis ſecundæ inſtantiæ, ſed etiam in expenſis primæ. Si enim iudex non intenderet comprehendere expenſas, etiam primæ inſtantiæ, committeret iniuſtitiam. Ergo dicendum eſt voluiſſe iudicem comprehendere expenſas vtriuſque inſtantiæ. Sic ſcribit Felin. in d. cap. ſignificauerunt, num. 12. verſ. demum circa de exceptio. Hippol. de Marſ. in l. patre, vel marito, num 74. verſ. Item ſcias in hac materia, ff. de quæſt. Sequitur Stephan. Gratian in deciſ. Marchiæ 50. ſub num. 1. & Menoch. lib. 1. præſumpt. quæſt. 88.

180. Sextò quæritur, cui adiudicandæ ſunt expenſæ, quæ fiunt ob contumaciam alterius par[illegible] ante litem conteſtatam, vel poſt eam vſque ad ſententiam definitiuam, ſiue iuſtam, ſiue iniuſtam cauſam litigandi habuerit contumax [illegible] primò contumacem ſemper præſumi habere malam cauſam, cap. nullus, extra. de præſumpt. [illegible] in l. Papinianus, §. meminiſſe, ff. de ino[illegible] & Bald. in l. ſancimus, num. 3. C. de iu[illegible] contumacia eſt delictum, quia [illegible] contemptum iudicis. Iul. C[illegible] §. [illegible] 13. [illegible] ff. ma[illegible] in l. 2 [illegible] contumax tractatur vt pex[illegible] pro præſente. Bald. in auth. qua in prou[illegible] ſi[illegible] ne, C. ubi de crimine agi oportet, & [illegible] fratrem, col. [illegible] quib. [illegible] [illegible] Coſta de [illegible] num. 2. & Paul. Æ[illegible] Vetal. in deciſ. 48. num. 2. lib. [illegible]

Dico ſecundò contumacem, ſi poſtea compareat non audiri, niſi refuſis prius expenſis factis actori, l. ſancimus, vbi Bald. C. de iudi. Bar. in auth. qui ſemel, notat. 3. C. quomodo, & quando iudex. Maranr. de ordine iudic. part. 6. in verb. contumacia, num. 13. & Follet. in practic. crimin. in verb. banniantur, num. 43. quod intelligitur etiamſi contumax ſit victus; adhuc enim debet reficere expenſas, & illas in effectu exhibere. Bald. in authen. qui ſemel, col. 5. ver[illegible] quæro nunquid expenſa. Quin addo ex Bart. in l. ſi pignore in princip. ff. de pignor. & ex Baldo in l. non ignorat, C. de ſructib. lit. expenſis, contumacem refectis expenſis, [illegible] poſtea in cauſa euadat victor, non recuperaturum iam refuſas, quamuis ad expenſas victori vi[illegible] condemnetur: & quod magis eſt, ſi ſit impotens ſoluendi parti pro expenſis, & damnis pa[illegible] debet luere pœnas in corpore [illegible] arbitrio iudicis commutantis in pœnam corporalem æſtimationem expenſarum, ac damnorum. Co[illegible] lib. [illegible] variar. cap. 8. Boer. de[illegible] 149. num 8. [illegible] ſi is, cui mulcta, & alij quos [illegible] Menoch. de arbitr. iudic. centur. 5. ca. 447 num. 4. & ibi, vbi addit hoc poſſe fi[illegible] non recluſante creditore, eo quòd pœna pecuniaria [illegible] creditori pro ſuo intereſſe non [illegible] corporalem pœnam, eo recuſante. Qu[illegible] quando debitor eſt ſoluendo; quod ſi [illegible] habeat vnde ſoluat, iudex pro ſuo arbitrio pœnam pecuniariam commutare poteſt in corpor[illegible], quando contumax ſoluendo non eſt, vt in noſtro caſu vult gloſſ. vlt. cap. finem litibus, de [illegible] contumacia, quam probant ibid. Ioan. Andr. [illegible] Butr. num. 30. Quare dicendum eſt ſiue actor iuſtam, ſiue iniuſtam litigandi cauſam [illegible] beat, expenſas propter contumaciam f[illegible] ante, ſiue poſt litem conteſtatam, vſque ad ſententiam [illegible] actori eſſe præſtandas, cap. cum dile[illegible] de d[illegible] contumacia, cap. 1. de cauſ. poſſeſſ. [illegible] propriet. [illegible] cap. quoniam, §. in aliis extra, vt lite non conteſtata. Idem Menoch. ſupra, lib. 1. q. 1[illegible] num. [illegible] lib. [illegible] 14. num 1. & per totum, poſt Specul. in ti[illegible] §. ſi ante, num 5. verſ. hoc autem certum [illegible] in tit. de expenſ. §. poſtremo, num. 13. [illegible] præmiſſis igitur.

Sequitur dicendum, ſi iudex primus in prima inſtantia, non condemnet reum in expen[illegible] cundus iudex poſſit condemnare in [illegible] primæ inſtantiæ? Ex di[illegible] conſtat [illegible] fuit iudicem ſimpliciter condem[illegible] ſa appellationis, ne videatur co[illegible] tiam, præſumi condemnaſſe [illegible] in expenſis vtriuſque inſtantiæ. Sed oppoſit[illegible] præſenti eſt tenendum, quando [illegible] expen[illegible] tum condemnatu[illegible], & ab h[illegible] fuit appellatum, quia non poteſt iudex [illegible] in expenſis in primo iudicio f[illegible], eo quòd caput illud ſenten[illegible] iudicatam. Sic Felin. in cap. ſi g[illegible] de ex[illegible] ept. Steph. Gr[illegible] & Cardin. Puteus in deciſ. 24[illegible] tor, quia iudex ap[illegible] expen[illegible], ſuper q[illegible] [illegible] in cap. reprehenſ[illegible] num. [illegible] Acce[illegible]od 181.

iudex pronunciando appellationem deſertam, ſi quidem non condemnare partem in expenſis, non poteſt iam ex interuallo illam condemnare; quia lata ſententia exſpirat officium iudicis, nec poteſt quæri amplius de expenſis. Sic Farinacius *in cap. ex ratione, col. 18. verſ. Sed quæritur, ext. de appellat. ex l. terminato, C. de fructibus, & lit. expenſ.*

183. Quæritur ſeptimò, an decidente lege aliqua municipali, ſeu ſtatuto, vt victus condemnetur in expenſis victori, ſit victus ab eis excuſandus, quando iuſtam habuit litigandi cauſam? Duplex eſt opinio. Prima docet condemnationem expenſarum eſſe faciendam ſecundùm formam legis ſeu ſtatuti, quamuis pars habeat iuſtā cauſam litigādi, quia lex aliquid debet operari. Sic Hippol. de Marſil. *in ſingul. 207. incipit. victus victori, & in pract. crimin. §. opportune, num. 43.* Selua *de beneſ. p. 2. quæſt. 23. num. 14.* Roland. *conſ. 62. num. 12. & ſequentib. vol. 4.* vbi concludit iudicem non poſſe abſoluere victum à condemnatione expenſarum etiam ſi vellet, imò ſi victum abſolueret, non valere talem abſolutionem, cùm lex ſeu ſtatutum diſponat quòd victus victori condemnetur in expenſis. Bart. *in l. 1. ff. de leg. 3. & in l. non ſolùm, ff. de rei vendic.* quamuis habeat iuſtam litigandi cauſam ſecundùm gloſſ. *in §. ſancimus, in Auth. de exhib. reis,* communiter approbatam. Quam opinionem magis communem vocat Anton. Gabriel. *in ſuis commun. opin. in tit. de expenſ. concluſ. 1.* Concordat ordinatio Luſitana *lib. 3. tit. 67. in principio,* per text. ibi, *Sempre condemnara en cuſtas,* & infra, *Sem poder dellas releuar cada huam das partes;* additque paulò inferius, *poſto que lhe pareça, que cada huam dellas tem iuſta cauſa para litigar.* Atque ita victus victori etiam intercedente cauſa iuſta condemnabitur in expenſis, cùm illæ veniant conditione, ex ſtatuto.

184. Secunda ſententia tenet legem, ſeu ſtatutum, quod dicit victum victori condemnandum eſſe in expenſis, non propterea excludere iuſtam cauſam litigandi, quia quamuis præcipiat victum condemnari debere ad expenſas, id intelligit, niſi ex parte victi adfuerit iuſta cauſa litigandi. Sic Alb. de Roſat. *in l. properandum, colum. 12. verſ. Idem etiam dicunt, C. de iudic.* etſi in ſecunda parte ſtatutor. *quæſt. 191.* ſibi contrarius primæ ſententiæ adhæreat; ſed pro ſecunda pugnat Anchar. *conſil. 182. incipit, videtur prima facie, num. 6.* Ioan. de Amicis, *conſ. 11. num. 16.* Alexand. *in d. l. properandum, §. Sin autem alterutra, num. 7. verſ. Item limita,* & Couar. *in practic. quæſt. cap. 29. verſ. Eandemque ſententiam, num. 4.* quam putat veriorem, dicitque etiam exſtante ſtatuto, vel lege municipali, vt victus victori condemnetur in expenſis, non tamen debere condemnare victum in illis, ſi iuſtā cauſā habuit litigandi. Sed mihi magis placet prima opinio, cuius author eſt Bart. *in d. l. 3. §. ſi ceum, ff. de legat. 3.* Iuuat, quia ſtatutum, ſeu municipalis lex, quando diſponit idem quod ius cōmune, ſpeciale vinculum addit iuri communi, vt habetur *in cap. 2. de præbend. in 6.* conſonat ea iure Luſitano *d. tit. 67. in principio, in verbis, ſem poder dellas,* hoc eſt, ab expēſis, *releuar cada huam das partes, poſto que lhe pareça, que cada huam dellas tem iuſta cauſa para litigar.* vbi inducit obligationem quandam iudici, cùm in ipſum verba dirigat, actionemque victori tribuit ad expēſas petendas, ſi iudex earum condemnationem omittat. Idem obſeruatur apud rempublicam Genuenſem per ſtatutum eiuſdem, *lib. 5. cap. 5.* etiamſi iuſtam litigandi cauſam habeat; quia non obſtante, verba ſtatuti ſunt omnino ſeruanda, per ea, quæ tradit Bald. *in l. cum ancillis, col. 2. verſ. Sed pone quod ſtatuto, C. de inceſt. nupt.* Sequitur Ioan. Baptiſt. Aſin. *in praxi iudic. §. 32. cap. 2. limit. 3. prima limitatione, num. 7.* & Flamin. Chartar. *in deciſ. Genuæ prima, num. 7. & 8.*

Suffragatur his, quòd dicitur verba, ſcilicet, legis ſemper eſſe conſideranda, nec vltra ea diſpoſitio legis eſt trahenda, per text. *in l. quod conſtitutum,* ibi, *quantum ad verba eius, ff. de teſtam. milit.* vbi Bart. *in princip.* ait eam legem ſolere allegari in materia ſtatutorum, quòd nimirum à verbis ſtatutorum, ſeu legis municipalis non receditur. Iuuat Bald. *conſ. 452. incipit, ſtatuto ciuitatis, col. 2. verſ. ad vltimum, lib. 1.* dicens in ſtatutis magis ponderanda eſſe verba, quam mentem imaginariam, & incertam. Nam ſi ſtatutum aliud voluiſſet, aliud ſcripſiſſet, & in re dubia debemus ſeruire verbis edicti, *l. 1. §. ſi is, qui nauē, ff. de exer. act.* Facit *l. non aliter, in princ. ff. de leg. 3. & l. ille, aut ille, §. cum in verbis, ff. eod. tit.* vbi habetur, *Cum in verbis nullum eſt dubium, non eſt admittenda quæſtio voluntatis, vt in cap. vlt. extra de verb. ſign.* Cui ſubſcribit idem Bald. *conſ. 94. verſ. ſtatuto, & verſ. 95. conſiderandum eſt, in fin. lib. 5.* vbi ait verba ſtatuti eſſe conſideranda, quia vbi ſtatutum non loquitur, ſtamus iuri communi. Cùm ergo circa expenſarum condemnationem ſtatuta, ſeu leges municipales aliquid decidant, à verbis eorum non receditur, quando clara ſunt; imò quando de mente diſponentium dubitamus, ad naturam diſpoſitionis debemus recurrere, teſte eodem Baldo *conſil. 182. locata fuit, colum. vltim. lib. 1. per l. interdum, & l. inter ſtipulantem, §. ſacram, & l. ita ſtipulatus, ff. de verb. oblig.* 185.

Sed quid dicendum, quando expenſæ debentur iure conuentionis? Reſpondeo deberi expenſas etiamſi victus iuſtam cauſam litigandi habuerit, neque liberatur ex ſententia, in qua nulla fuit facta mentio expenſarum, gloſſ. *in §. oportet, & ibi ſcribentes in Authem. de iudic.* gloſſ. *in l. ſi mulier, §. ſi rem deleg. ff.* 3. quæ habet, à pœna expenſarum iuſtam cauſam litigandi excuſare, non tamen ab expenſis debitis ex diſpoſitione expreſſa litigatorum, vel contrahentium inter ſe. Bald. *in l. non ſolùm, ff. de rei vendic.* Alexand. *conſ. 119. num. 21. vol. 2.* Ratio, quia mitiùs agitur cum lege, quàm cum homine, lege, *Celſus, ff. de arbitr.* Natta *conſ. 108. num. 10. & conſ. 133. in fin.* Cened. *ad decretales collectan. 60. num. 7.* aliis ibi relatis. Idem habetur *in lib. 7. commun. opin. tom. 2. tit. de fructib. & lit. expenſis; fol. 254. num. 18.* vbi concluditur quando expenſæ petuntur ex conuentione, ſeu promiſſione, iuſtam cauſam litigandi ab eis non excuſare. Probatur argumento pœnarum legalium, à quibus excuſat cauſa iuſta, non tamen à pœna conuentionali. Bald. *in l. eos, §. fin. col. 2. de appellat.* gloſſ. *in l. ſicut milites. C. de poſtit. milit.* quam ſequitur Roman. *in rubr. de arbitr. num. 83.* Idem ſecundùm legem *quod te, ff. ſi certum petatur,* difficultas excuſat à pœna legali; ſed lex *continuus, §. illud,* & ibi Doctores *de verbor. obligat.* non excuſat à pœna conuentionali. Pro quo faciunt tradita à Felino *in cap. cum inter, num. 20. de except.* & Zabarell. *in cap. exceptionem, verſ. Ego, de elect.* vbi volunt tempus legale non currere impedimento. Secus verò dicunt de tempore conuentionali. 186.

187. Quæſtionis eſt tamen, an pœnæ conuentionales debeantur in foro conſcientiæ, ita vt teneatur qui in eas incurrit, offerre antequam feratur ſententia? Molin. *tom. 1. de iuſtit. tract. 2. diſp. 97. §. qui pœnam*, arbitratus incurrentem in pœnam conuentionalem, non teneri illam offerre alteri contrahenti, nec teneri in conſcientia niſi petatur, eam ſoluere; ſi verò petatur, ab eo cui debetur, teneri illam ſoluere in conſcientiæ foro, nulla expectata ſententia. Conar. idem ante dixit *in epitome, p. 2. cap. 6. §. 8. num. 12.* & Nauar. *in manuali, cap. 23. num. 67. in poſtrema editione*. Addit tamen Molin. illum cui debetur, poſſe tuta conſcientia pœnam conuentionalem exigere, & acceptam retinere, ſecundùm communem.

Alij verò arbitrantur illum, qui deficit à conuentione, & reſiluit à contractu, debere in foro conſcientiæ ſtatim ſoluere pœnam illam, antequam petatur, & ante vllam ſententiam. Ratio, quia conditio quædam eſt contractus, vt deficiens à promiſſis eam pœnam ſoluat; igitur non eſt neceſſaria ſententia. Nam nihil eſt tam naturale hominibus, quàm ſtare promiſſis, ac pactis, *l. 1. ff. de pactis*. Item, conditiones poſitæ in contractibus, ſtatim ligant, ante vllam ſententiam in conſcientia; ergo antequam petantur, pœnæ debentur vbi primùm conuentio fuit violata. Cuius ſententiæ eſt Paludan. *in 4. diſt. 27. quæſt. 1.* & videtur accedere Nauar. *de reſtit. lib. 3. cap. 2. in 2. edit. dubit. 10. num. 274.* prout vult ante vllam ſententiam pœnam deberi in foro animæ.

188. Alij denique, vt Adrian. *quodlib. 6. art. 1. corol. 3.* Victoria, quem refert, & ſequitur Ludou. Lopez *lib. 1. de contractib. cap. 11. fol. 102. & lib. 2. cap. 14. fol. 463.* & Martin. Ledeſm. *2. p. quarti, quæſt. 18. art. 3. fol. 267. col. 2.* opinantur non deberi pœnam conuentionalem ante iudicis ſententiam. Nauar. *in ſumma Latina, cap. 23. num. 67. & 68.* & Gutier. *canon. quæſt. lib. 2. cap. 20. num. 13.* vbi volunt pœnam conuentionalē quatenus eſt impoſita culpæ moræ, & non vt ſatisfactio pro intereſſe, non ſtatim, vt incurritur, eſſe ſoluendam, donec iudicis mandatum accedat. Secus in pœna, quæ imponitur in ſatisfactionem intereſſe: hæc enim debetur ſtatim; pœna verò conuentionalis non vtique in conſcientia debetur, niſi debitor ad illam ſoluendam compellatur. Probatur ex traditis à Gutier. *de iuram. confirm. 1. p. cap. 36. num. 10.* vbi vult ex ſtylo curiæ condemnationem pœnæ conuentionalis, non fieri, niſi quatenus intereſt, & non vltra; ideò ſi probetur inde nullum intereſſe fuiſſe ſecutum, non deberi pœnam conuentionalem. Deberi autem quando ſequitur aliquod damnum, vel præiudicium, vel intereſſe parti ex conuentione non ſeruata. Accedit conſuetudo vſu recepta, quòd ſimiles pœnæ, nunquam executioni traduntur, neque exiguntur, quæ conſuetudo excuſat à pœna, per cap. *cùm venerabilis de conſuetud.* & ſcribentes *in l. de quibus ff. de legibus*. Ergo requiritur ſententia iudicis, eo magis, quò maiores ſolent apponi à contrahentibus, quæ intereſſe verum excedunt, non ſolùm in duplo, ſed aliquando in quadruplo. Atque ita iudicis arbitrio opus eſt, & conſequenter ſententia, neque ante eam in foro conſcientiæ ſiunt exigibiles. Menoch. *de arbitr. iudic. caſu 260. num. 17. & ſequentib.* q[illegible] opinio videtur probabilior, quamuis ſuperiores ſint ſatis probabiles.

189. Hic quoque adde an nomine expenſarum contineantur damna. Negat gloſſ. *in l. 1. in verb. terrebitur*, & ibi Bartol *ſub num. 1.* quam vocat mirabilem *ff. de alienat. iud. mut. cauſ.* & Alexand. *in l. ſi videtur, §. hoc iudicium, n.* [illegible] *ff. ſi quis ius dicenti non obtemper.* Sequitur Bald. *in l. terminato, n. 19. C. de fructib. & lit. expenſ.* quia damna ſunt diuerſa omnino ab expenſis litis. Nec item appellatione damnorum veniunt expenſæ, vt vult Bald. *in* [illegible] *C. vnde vi*, per text. *in* [illegible] *cap. in noſtra, de iniur. & damn. dat.* vbi remittens damna non videtur remiſiſſe expenſas. Sequitur *ibi* Ioan. de Anan. quamuis Archidiac. *in cap. in primis, 11. quæſt. 1.* affirmet in iudiciis in quibus eſt larga interpretatio facienda, oppoſitum eſſe dicendum, per *l.* [illegible] *in intentione, ff. de iudic.* Secus in contractibus, vbi ſtrictè ſumitur interpretatio, *l. quidquid* [illegible] *aſtringenda, ff. de verbor. obligat.*

Pro declaratione aduerte expenſas litis eſſe in duplici differentia, alias ſcilicet peti ratione [illegible] ctoriæ, alias verò ratione contumaciæ exigi, ac ratione calumniæ. Quando verò exiguntur, & debentur ratione contumaciæ, vel ratione retardati proceſſus, & ratione calumniæ, nomine expenſarum continentur etiam damna Bart. *in d. l. 1. ſuprà*, & gloſſ. ibi, *in verb. terrebitur, & l. ſancimus, C. de iudiciis*. Quando autem debentur ratione victoriæ, nomine expenſarum non veniunt damna, ſed ſolùm ſumptus litis; ideò ſi iudex condemnet in expenſis, condemnatio hæc non extenditur ad damna Boer. *deciſ. 52. num. 5.* Hippol. de Marſil. *in l. patre, vel marito, n. 95. ff. de quæſtion.* & Cacher. *deciſ. 46. num. 2. ex d. cap. in noſtra, de iniur.* dicens iudicem in expenſis condemnantem ſimpliciter, nulla facta mentione damnorum, videri damna alia prohibuiſſe, argumento capitis, *nonne. de præſumpt. & l. cum prætor, ff. de iudic.*

Non tamen inde colligas non [illegible] nomine expenſarum ex Victoria damna facta in perſonam, ſi fortè litigatur cū artifice, qui propriis manibus ſibi, & ſuis victum quærebat. Bar. [illegible] *1. ff. de alien. iud. mut. cauſ.* vbi vult ſuccumbentem in expenſis teneri ad damna ratione perſonæ ſi victor ſolebat ſuis manibus lucrari. Sequitur Iaſon *in d. l. 1. §. Hoc iudicium, num. 14. ff. ſi quis ius dicent. non obtemper.* Abb. *in cap. ſicut in litibus, n.* [illegible] *de dote, & contumac.* loquendo in ipſo principali litigante. Quare ſi victor impeditus non potuit ſuo vti artificio, nō eſt dubium, quòd paſſus fuerit lucrum ceſſans, & damnum emergens, item offenſa perſonæ illata dicitur damnum, proinde cum expenſis ſimul reſici debent Boer. *ſupra, deciſ. 52. n. 6.* & Ioan. Baptiſt. Plot. *in l. vt vim, n.* [illegible] *4. C. vnde vi*, & alij, quibus accedit Camill. Borrell. *de expenſ. ch. 39. n. 284.* 190.

Non tamen in iſta condemnatione expenſarum, veniet damnum, quod litigans paſſus eſt ex ſpoliatione in via, gloſſ. *in d. cap.* [illegible] *per ea quæ deciduntur in l. inter cauſas, §.* [illegible] *omnia, ff. mandati*, quamuis Alber. in contrarium [illegible] *in d. l. terminato*, quia victori non debentur [illegible] expēſæ, quas facere debebat, *l. de offic.* [illegible] *edue. deb.* Sequitur Iaſon *in l. vltim.* [illegible] *computa. in principio, col. 2. C. de iur. deliber.* dic[illegible] mitte expenſas in condemnatione, n[illegible] les, ac legitimas, moderate tamen non [illegible] na, quæ paſſus eſt propter abſent[illegible] n, puta, [illegible] prædia non excoluit [illegible] non ignoret, *C. de fructibus, & lit.* [illegible] docens, poſſe peti iudicis offic[illegible] exceptis iis, quæ in domo propria [illegible] ſecundùm leg. *Sed ſi lege, §. qui autem* [illegible] *de pet*[illegible] 191.

& Alexand. *conſ. 37. col. vlt. vol. 2. num. 32.* aliis *ibi* iuribus & doctoribus relatis.

192. Sed quid de aduocato victore in cauſa propria? Boër. *deciſ. 210. num & 4* negat aduocatum in cauſa propria poſſe petere ſalarium, niſi per modum intereſſe & damni. Idem Menoch. *de arbitr. caſ. 154. num. 5. & 6.* puta, quia impeditus ob eam cauſam non potuit ſuos clientulos tueri; quod ſi defendat cauſam communem, hac ratione poterit etiam conſequi damna non ex perſona ſocij, ſed ob rationem ſuæ perſonæ. Sequitur Azeued. *in l. 1. num. 20. tit. 22. lib. 4. nouæ recopil.* Barboſ. tamen *in remiſſ. ad l. regiam, lib. 1. titul. 90. §. 32. num. 2.* tradit poſſe aduocatum defendendo cauſam ſuam quando amittit lucrum, repetere illud à ſua parte, facta condemnatione in expenſis, ex altero Barboſ. *in l. eum qui temere, num. 260. & ſequent. de iudic.* & ex Surdo *de aliment. tit. 9. quæſt. 39. num. 11.* Valaſc. tamen *tom. 1. conſult. 25.* docet hanc quæſtionem de aduocato non habere locum in Luſitania, eo quòd nullus aduocatus poteſt in cauſa propria aduocare apud omnia tribunalia, ſed omnes dum litigant in cauſa propria, per alium aduocatum cauſam ſuam tueri; quare ſi obtinent inter alias expenſas litis, ſalarium aduocationis ſibi acquirunt: ſed lex Luſit. *d. tit. 90. §. 23.* ſolùm loquitur de aduocatis, qui quotidie interſunt in iudicio ob ſuos clientulos, ibi. *Naon ſelhe contem os dias de peſſoa*, hoc eſt, expenſæ aliis ratione perſonæ, & intereſſentiæ adiudicandæ, nullo modo adiudicentur, eo quòd ratione ſuæ aduocationis, propter clientulos, quorum cauſis præſtant patrocinium, ſemper interſunt. Sic ibi. Vnde aduocatis non aufertur ibi facultas aduocandi in cauſa propria, neque ſtipendium aduocationi debitum; ſed ſolùm prohibetur, ne illis numeretur ſalarium ratione perſonæ, & intereſſentiæ, aliis, qui interſunt, numerari ſolitum.

De iure tamen communi aduocatus in cauſa ſua propria, ſi obtineat, expenſas à parte ſuccumbente nullo modo obtinebit. gloſſ. *in cap. cum pro cauſa de procurator.* & deducitur ex lege *ſi ſtipulatum, ff. de fideiuſſor.* Boër. *ſuprà, num. 3.* Emmanuel Suar. *in Theſaur. receptar. ſentent. § aduocatus, numero 103* Rebuff. *ad conſtitut. Gall. tom. 3. tit. de expenſ. art. 5. gloſſ. vnica, num. 27. & ſequent.* Ioſeph. Ludouic. *in deciſ. Peruſ. 111. num. 13.* vbi addit ſe nunquam vidiſſe aduocatum in cauſa propria expenſas recuperare, ſicque fuiſſe iudicatum in camera imperiali. Scribit Mynſing. *obſeruat. 2. centur. 1.* & Andr. Gail. *lib. 1. obſeruat. 151. num. 17.* Guido Papæ idem vult *in ſingul. 250. num 1.* Menoch. *de arbitr. iudic. caſu 154. num. 5.* & Petr. Cened. *in collectan. 28. num. 10. p. 1. ad decretum,* vbi concludit negatiuè. Quod ſi loco ſui habeat aduocatum, ſiue procuratorem gratuitum, poterit repetere expenſas taxandas per iudicem immediatè. Sed de hoc *ſuprà, diſput. 9. §. 5. num. 93.*

193. Quid de clerico, qui in iudicio laico conuenitur, & ibi paſſus eſt ſe condemnari, & poſt condemnationem oppoſuit priuilegium clericale? Reſpondet Felin. *in cap. exceptionem, de except.* eſſe mulctandum expenſis, propter tarditatem oppoſitionis priuilegij. Sequitur Gerard. Maynard. *in deciſ. Tholoſ. 24. num. 1. lib. 1.* quia hæc condemnatio expenſarum reſpicit pœnam tarditatis, neque attenditur validitas, ſeu nullitas proceſſus, neque intereſſe agentis, ſed tarditas oppoſitionis priuilegij clericalis, & in pœnam tarditatis imponitur condemnatio; & inſuper remittendus eſt Eccleſiaſtico iudici expenſis propriis ipſius clerici, ſecundùm Auſter. *in clement. 1. de offic. ordinar. quæſt. 2. num. 22.* Boër. *deciſ. 303. col. penult.* Soar. de Paz *tom. 2. praxis, prælud. 2. num. 11.* Menoch. *de arbitr. caſ. 228. num. 8.* niſi clericus ſit pauper; tunc enim remittetur ad ſuum iudicem expenſis Epiſcopi, ex *cap. 2. §. Si iudex, de pact. tenend.* Couarruuias *in practica, quæſtion. capit. 33. num. 5.*

Quid de conſortibus litis ad expenſas condemnatis? Reſpondit lex 1. & lex 2. *C. ſi plures vn. ſentent.* & lex *ſi quis ſeparatim, §. Quoties, ff. de appellat.* quemlibet eorum teneri pro ſua parte. Sequitur Abb. *in conſ. 33. num. 8. vol. 2.* Alexand. *in conſ. 49. num. 6. vol. 1. & in conſ. 73. num. 13. vol. 2.* Aym. Crauet. *in conſ. 19. num. 51.* Surd. *in conſ. 150. num. 35. vol. 1.* Boër. *in deciſ. 59. num. 8. & in deciſ. 310. num. 4.* Ratio, quia quamuis ex mandato in ſolidum teneatur, per condemnationem tamen ſimpliciter latam non tenetur in totum, ſed pro ſua parte. Quod procedit in cauſis diuiduis, non verò in indiuiduis, eo quòd quæritur vnicuique res indiuidua in ſolidum, ſi victores omnes euaderent; ergo vnuſquiſque teneretur in ſolidum, ſi damnati eſſent omnes. Afflict. *deciſ. 218.* Gomez *variar. tom. 2. cap. 12. num. 1.* ex Bart. *in l. 2. ff. de damn. infect.* Sed Bart. *ibi*, nec de diuiduis quicquam loquitur, quamuis Marius Giurba *in deciſ. Siciliæ, 46. n. 5.* affirmet hoc procedere in cauſis diuiduis pro rata, & in ſolidũ pro indiuiduis, idque ex Barto. citato. Sed ego non video quomodo ſi ex vna parte litiget Titius, & ex altera Sempron. & Caius ſuper re indiuidua, hoc eſt ſuper ſeruitute, teneantur in ſolidum ſoluere expenſas, ſi ſuccumberent, quamuis vtrique vincenti acquiſita eſſet ſeruitus in ſolidum, niſi dicas ſoluentem expenſas integras poſſe ab altero ſocio repetere pro parte ſibi tangente, per text. *in l. 1. C. de dico. rei. & in l. 3. ff. de exercito.* 194.

---

## §. IX.

### *De ſalario officialibus publicis debito.*

EPITOME.

195 *Salarij etymon à ſalibus deriuatur, & pro qualibet cauſa oranda ſalarium centum aureorum ſancitum fuit apud antiquos.*

196 *Princeps debet etiam minoribus officialibus iuſtam mercedem conſtituere.*

197 *Salarium, vt ſit iuſtum, debet æquiparari oneribus, & laboribus officij, requiritùrque inter vtrumque.*

198 *Salarium famulorum quibus modis poſſit eſſe iuſtum, & iniuſtum.*

199 *Salarium famulorum poteſt eſſe tenue, quando ad preces alterius famuli conducuntur, neque dominus eget labore eorum.*

200 *Officiales taxatum habentes ſtipendium pro ſuis officiis, nihil amplius poſſunt accipere, & tenentur reſtituere ſi quid vltra acceperint.*

201 *Salarium ſi non ſit iuſtum, apertè poſſunt officiales aliquid amplius accipere, donec attingant pretium infimum iuſtum.*

202 Offi

202 *Officium acceptum tempore, quo rerum conditio eſt mutata, tenetur officialis pro ſtipendio currente adminiſtrare, etiamſi ſalarium non ſit ſufficiens.*

203 *Salarium de iure communi debetur poſt adminiſtrationem, vel operam præſtitam.*

204 *Officiales per annum conducti iniuſtè dimiſſi non priuantur ſalario. Secus ſi propter culpam.*

205. & 206 *Famuli de iure Luſitano ſine culpa domini recedentes, vel propter culpam propriam abeuntes ante tempus completum in foro externo, quam habeant actionem contra dominum, & dominus contra illos; & quid in foro conſcientiæ.*

207 *Aduocato non eſt augendum ſalarium pactum a Collegio, etiamſi plures cauſæ accreſcant, niſi id ſit ſubductum in pactum.*

208 *Medicus ſalariatus de publico nihil amplius poteſt accipere ſub onere reſtituendi.*

209 *Medicorum peccata quænam ſint.*

210 *Medici & alij opifices de qua culpa teneantur.*

211 *Medicus, qui pacta mercede cum infirmo, illum curauit, & recidit, an debeat illum iterum curare pro eadem mercede.*

212 *Medicus an poſſit petere ſalarium ab hæredibus infirmi defuncti.*

213 *Medici quando poſſint accipere mercedem ſcientes morbum eſſe incurabilem.*

214. & 231 *Medici, & chirurgi an poſſint ſine diſpenſatione ad ſacros ordines promoueri.*

215 *Curare an licitum ſit incantationibus, carminibus, & aliis ceremoniis.*

216 *Pars tamen negans eſt ſequenda.*

217 *Curare licitè poſſunt gratiam gratis datam habentes.*

218. 219. & 220 *Curare mediis, & remediis ad ſanitatem conferendam non idoneis non licet. De his ſuprà, diſp. 4. § 12.*

221. & 222 *Medici an teneantur monere ægrotos, ad confeſſionem, & quando.*

222. & 223 *Medicus infirmum, qui non vult confiteri de peccatis, an teneatur deſerere.*

224 *Medicus an teneatur infirmum admonere de morte omnino ventura.*

225 *Medicamenta aliquando conſulunt ſaluti ſpirituali.*

226. & 227 *Medici quomodo poſſunt vti veneno ſanatiuo, non verò mortifero.*

228 *Medico iuueni etiam peritiſſimo præferendus eſt medicus probatus experientia, & graui ætate.*

229 *Medici debent eſſe bonis moribus inſignes.*

*Medicum vocare ad vxorem ægrotam imperitum, eſt non vocare medicum. ibid.*

230. & 231. *Quot medicos debeat habere vnaquæque ciuitas.*

195. DICTVRVS de ſalariis, dicam priùs vnde nam ſalarij etymó prouenerit, cùm multum valeat ad id elucidandum cognoſcere ipſius etymologiam. Nam Plin. *lib. 31. cap. 7.* cùm de ſale loqueretur, ſubiungit: *Ergo Hercule vita humanior ſine ſale nequit degere, adeóque neceſſarium elementum eſt, vt tranſierit intellectus ad voluptates animi quoque, ſales etenim ſic appellantur, omniſque vitæ lepos, & ſumma hilaritas, laborúmque requies, non alio magis vocabulo conſtat honoribus etiam, militiæque interponitur, ſalarijs inde dictis magna apud antiquos authoritate.* Hæc Plin. Nec mirum. Nam apud antiquos ſalarium centum aureorum pro qualibet cauſa orandâ ſancitum fuit, *l. 1 ff. de extraord. cogn.* & Appius Claud. ne iuuenes ſe negligenter in cauſis orandis haberent, & ne ſtudia præmiis ſublatis exularent, pro cauſa oranda vſque ad decem ſeſtercia ſtatuit accipere fas eſſe teſte Cornel. Tacito, *lib. 11. Annal.* & Patritio *de inſtit. Republicæ, lib. 3 tit. 4.* Ob cauſas tamen criminales, in quibus defendendis vehementiùs laboratur, mercedem augeri poſſe ſentit Angel. *in l. pater, § fin ff. de donat.* Quintil. *lib. 12. c. 7.* negauit eloquentiam dignam mercede, falſúſque tamen eſt gratiam eſſe oratori bene merenti referendam.

Debet tamen Princeps, ſeu Reſpublica mercedem iuſtam ſuis officialibus conſtituere, quia quamuis non cogant officiales ad excipiendum illa officia, & poſſit dicere illis officia ipſa petentibus, vel his, quibus illa committuntur, Accipite officia cum ſtipendiis, & oneribus conſuetis, ſi vultis, alioquin recedite bonis auibus, non enim deerunt, qui ſponte ea velint, vt ait Sot. *de iuſtit. lib. 3. q. 6. art. 4.* Attamen dicendum eſt accipientes ſaltem per indirectum cogi à Principe, vel à Republica ad illa accipienda, ne authoritatem ſuam amittant, cum nequeant ſine dedecore ab illis recedere, ne reputentur indigni talibus muneribus; ideò etiamſi non deſint, qui libenter ea officia aſſumant, cum eo tenui ſalario, non proptereà efficitur iuſtum ſtipendium, quia requiritur de iuſtitia, vt id, quod datur pro ſalario, æquiparetur oneribus, & laboribus ipſius muneris, vt ait Ariſtotel. *5. Ethic.* & D. Th. *2. 2. q. 77. art. 1.* Accedit ſecundum diuinam legem illicitam reputari non reperiri inter ea, quæ dantur, & accipiuntur, æqualitatem, Scot. *in 4. diſt. 1[illegible] quæſt. 2 art.* [illegible] Nauarr. *in manuali, cap. 17. n. 283. li[illegible] a C.* Atque ita debet conſtitui ſtipendium officialibus iuſtum, conſiderato in primis valore rerum, quæ ad victum, veſtitum, & qualitatem aut ſtatum officij requiruntur, quæ hodie quotidie augentur; idcircò iniuſtum videtur, vt ſalaria antiqua adhuc conſtituta ſeruentur, quæ pauca abhinc annis in hoc regno à Rege noſtro, propter hæc, & alia argumenta meritiſſimò fuerunt ampliata. Confirmatur argumento famulorum, qui non poſſunt occultè ſibi compenſare ex bonis dominorum, etiam quando ſalaria ſua eſſe iuſto pretio minora conqueruntur, niſi reuera iudicio prudentis res ita ſe habeat; quod fieri poſſe duobus modis notat Leſſ. *lib. 2. de iuſtit. cap. 21. dub. 10. num. 63.* Primò ſi famulus ea lege pro paruo pretio operas ſuas locet domino ſuo, vt dominus ſeruitium diligenter præſtitum compenſet, & hanc intentionem dominus ſatis aſſequatur. Tunc in hoc euentu ex iuſtitia dominus tenetur ſatisfacere, quia vtrumque hoc tacitè conuentum fuit. Secundò procedit, quando famulus pro exiguo pretio ſe obligauit ad ſeruiendum, eo quod dominus nihil amplius voluit præſtare. In hoc euentu, cum operæ famuli pluris valeant, cenſetur neceſſitate compulſus conuenire, ideò tenetur dominus reſtituere id, quod defuit ad iuſtum ſtipendium ſi conduxit operas famuli, quia illis egebat, vel quia ex illis notabile commodum percipiebat. Secus ſi ad preces alterius famulum conduxit nullo magno emolumento inde percepto, ſed conſueto; tunc enim nihil ei amplius debetur, ito Nauar. *in manuali, cap. 17. num. 109. verſ. Sequitur ſecundo*

196. 197. 198. 199.

&

*& ſequitur tertiò*, & *num*.10.*verſ.Sequitur quartò*, *& ſequent*. Leſſius *de iuſtitia*, *lib*.2. *cap*.24. *dub*.4. *num* 25.

200. Non tamen inde ſequitur poſſe officiales publicos, qui certum ſtipendium, à Rege, vel a lege taxatum habeant, pro adminiſtranda iuſtitia aliquid am[illegible]s accipere, cùm illud eo ipſo, quod conſenſu vtriuſque partis fuit conſtitutum, cenſetur iuſtum, ideò quod amplius pro eo munere exercendo accipiunt à Rege, vel à partibus vltra iuſtum ſalarium reſtituere tenentur, vt diximus *ſuprà*, *lib*.4.*diſp*.9.§.2 & 3. *num*.2. Nauar. *in manuali*, *cap*.17.*num*.13. quos ſequitur Molin. *tom*.2.
201. *de iuſt. tract*.2. *quæſt* 83.*in princip*. dummodo conſtet ſtipendium eſſe iuſtum, quòd in dubio ſtandum eſt legi, aut conuentioni; quòd ſi conſtet ſalarium taxatum officialibus non eſſe iuſtum, poſſunt officiales donec augeatur, incrementum accipere ab iis in quorum vtilitatem, & ad quorum inſtantiam officium ſuum exercent, quia miniſtri publici, poſtquam officia acceperunt, ſi ea ſufficienter exercent, non tenentur ea deſerere. Syluest. *verb.reſtitutio*,3.*quæſt*.5.*pronunciat*.10. & D.Antonin.2.*p.tit*.2.*cap*.5.§.1.& 3.*p.tit*.3.*cap.vlt*. §.11. Molin. *ſuprà*, *verſ.Vt ad rem redeamus*, vbi ſubdit iuſtum ſalarium non eſſe æſtimandum ſecundùm indigentiam officialis publici, ſed eſſe metiendum, cum opere, & obſequio, quod officialis impendit, proinde quando ſtipendium à principio iuſtum, poſtea verò decurſu temporis propter pretij rerum incrementum, & propter pecuniæ abundamiam, manifeſtè eſt infra infimum iuſtum, poterit officialis accipere augmentum pretij, quouſque limites infimi pretij iuſti attingat, non tamen propria authoritate, ſed de conſilio timorati, prudentis, ac religioſi confeſſoris.

202. Nàm ſi eo tempore quo officium ab officiali publico, ſeu miniſtro Regis ſuſceptum eſt, iam rerum conditiones erant mutatæ; tunc ſibi imputet officialis, *text.in cap*.1 *de pact*. præſertim ſi eodem tempore comperiantur alij, qui pro eodem ſtipendio velint ſeruire, etiamſi ea merces non ſit ſufficiens ad ſe, & multo minùs ad familiam ſuam integrè ſuſtentandam. Quin additur non eſſe cenſendum iniuſtum ſalarium, quando multi reperiuntur, qui pro eo libenter ſe offerunt ad illud officium obeundum. Molin. *tract*.2. *diſp*.506. *col*.2. Cap. *deciſ.lib*.2.*cap*.123.*num*.11.& 12. poſt plures, quibus adhæret Syluest. *verb. medicus*, *quæſt*.6. nec excuſatur à reſtituendo id, quod vltra ſuum ſtipendium acceperit, ſiue ſit ab iis, qui ſecum habent negocia, vel a bonis ipſius Regis, dicendo ſe accipere, quia ſtipendium eſt valde tenue, & minimè ſufficiens ad ſe, & ſuos ſuſtentandos, cùm non ſit cauſa iuſta accipiendi, vel vſurpandi aliquid vltra per ea, quæ tradit Molin. *ſupra.d.col*.2.

203 Quæres quando debeatur ſalarium officiali? Reſpondet Bald. deberi poſt adminiſtrationem, vel operam præſtitam, ita ipſe *in l.liberti*, *col*.5.*in verſ.dubitatur etiam*, *C.de oper.liber*. quia non laboranti non debetur. Idem Bald. *in d. l. liberti*,
204 *col*.6. Quod ſi officialis conductus per annum exactum iniuſtè priuetur, non priuabitur ſalario. Alexand. *in l*.1.§.*Diuus*, *de extraord.cogn*. & Bald. *in l penult.C.de condit.ob cauſam*; quod ſi remoueatur ex cauſa iuſta ob culpam ſuam, non debet habere ſalarium. Bart. *in l.diem functo*, *col.penult*. *verſ.Item pone*, *quod remotus*, *ff. de offic. aſſeſſor*. & Bald. *in l*.1.§.*Diuus*, *el* 2. *in vlt. quæſt.ff.de var. & extraord. cogn*. Vtrumque probatur ex iure Luſitano *lib* 4.*tit* 34. à ſimili, vbi dicitur famulum ad tempus certum pro certo ſalario ſuſceptum, ſi dominus iniuſtè ante tempus finitum domo eiiciat integram mercedem debere conſequi, quia famulus ex ſua parte integrè conuentioni initæ ſatisfaciebat, nec tenetur iniuſtè expulſus ad tempus integrandum. Contra verò ſi abſque culpa 205.
domini, nondum tempore completo voluntarius recedat, cogetur reſtituto ſalario, vel parte illius, ſi fortè illam acceperat, ſeruire integrum tempus, abſque vllo ſtipendio. Ita Molin. *tract*.2.*diſput*.56. *verſ.lib.quarto*. Azor *p*.3.*inſtit.moral.lib*.8. *de locat.cap*.1[illegible].*quæſt*.5.& 6. Rebell. *de obligat.iuſtitia*, *p* 2.*lib*.14.*quæſt*.13 *num*.16. Concinit lex Caſtellæ *lib*.8.*tit*.4.*lib*.4.*fori*, vt notat Azeued. *in l.fin.numero* 12. *tit*.15. *lib*.4. *noua recopil*. & Flores *lib*.7. *variar. quæſt*.8 §.2.*num*.18. vbi *num*.21. limitat quando dominus famulum dum iratus expellit, & incontinenti pœnitet; tunc enim non procedit rigor legis. Idem intellige de famulo præ iracundia exeunte, & ſtatim reuertente. Ergo officialis ante tempus eiectus iniuſtè, non priuabitur ſalario: remotus verò ob culpam ſuam illud non lucrabitur.

Sed quid dicendum in foro conſcientiæ? Mol. 206.
nuper relatus *d.verſ.lib*.4.*pag* 1641.*in fin*. arbitratur ſi famulus recedat culpa ſua ante tempus completum, commerita iam parte ſalarij, nondum tamen illa accepta, non teneri dominum, nedum in foro externo, ſed neque in foro conſcientiæ perſoluere famulo ſalarium, vel partem illius iam commeritam; imò potiùs poſſe illam ſibi retinere, quia habet rationem ad repetendum id, quod famulo ſolutum erat. Cui enim competit exceptio, licita eſt retentio, interim dum non petitur, donec famulo adiudicetur. Similiter ſi famulus tempore nondum completo ſine culpa domini abeat, ſtatuitur *ibidem*, *d.tit*.34.*ordinationis noſtræ*, vt cogatur reſtituere mercedem, aut partem illius ſi fortè eam iam acceperat, & ſeruire per tempus integrum, nullo eidem ſalario perſoluto. Attamen cùm hoc ſit pœna, nempe priuari penſione, iam commerita, & commerendæ, nullo modo debetur, donec domino adiudicetur, proinde ſi quando ſine culpa domini abiit accepta iam ſalarij parte commerita, non debet cogi antequam à domino petatur in iudicio; ideò dum non petitur, licitè illam retinet ante ſententiam. Molin. *ſuprà*, vbi addit idem obſeruari ex iure Caſtellæ, per legem 8. *tit*.4.*lib*.4 *fori*, ſtatuentem ſi dominus abſque culpa famuli illum expellat nondum completo tempore, teneri ſoluere eidem integram mercedem; ſi verò famulus ſine domini culpa recedat, amittere ſalarium totum, & inſuper teneri ſoluere tantundem. Quæ pœna non incurritur, niſi per ſententiam. Faciunt tradita à Gutier. *lib*.2. *canon.cap*.5. *num*.15. & in ſpecie *num*. 28. Sayr. *lib*.12.*in claui*, *cap*.14. vbi concludunt pœnam legis non deberi ante iudicis condemnationem. Sequitur Sanch. *in præcepta Decalog. lib*.2. *cap*.22. *num*.6.& 19.& *ſequent*. gloſſ. *in cap.fraternitatis*, 12. *quæſt*. 2. quam communiter doctores approbant *in cap. de conſtituit*. D.Thom. 2. 2. *quæſt*.62. *art*.3. & *ibi* Caiet. Conar. *de ſponſal*.2.*p.cap*.6. *numero* 60. *verſ*.1. quibus accedit Cap. *lib*.2.*cap*.12. *num*.3. etiamſi lex apponat pœnam ipſo iure, ſeu ipſo facto, aut quid ſimile, adhuc poſſe retineri bona amiſſa ante ſententiam à iudice latam ſit,

idque

idque multis iuribus *ibi, & num. 53. & duobus ſequentibus* confirmat.

207. Pro aduocatis habentibus ſalarium ab aliquo conuentu, ſeu collegio, obſeruandum eſt non eſſe augendum, etiamſi collegium habeat plures cauſas, quam ipſi aduocati ſperauerint, niſi a principio id fuerit in pactū deductum. Ratio, quia ſi collegium in vno anno, vel altero nullas cauſas habuerit, poteſt aduocatus ſuum ſalarium petere, & collegium tenetur præſtare, quia non ſtetit per aduocatum, qui paratus erat *l. fin. C. de cond. cauſ. dat. & l. qui operas, §. fin. ff. locat.* Ergo ſi collegium plures cauſas habeat in aliquo, vel in aliquibus annis, non propterea debetur illi maius ſalarium, quia conuentio initiatur per incertitudinem, quam vtraque pars habebat, an plures, vel pauciores cauſæ contingerent; quando inter aduocatum, & collegium conuentum fuit. Igitur neutri partium competit reſtitutio, nec poteſt allegari læſio. Ita Mat. de Afflict. *in cōſt. regni Siciliæ, rub. 82. de ſa. ar. aduoc.* citãs Bart. *in l. 1. §. Diuus, verſ. tertium quero, ff. de var. & extraord. cogn.* Sed Bart. *ibi* nō loquitur ſpecie de hoc caſu, ſed loquitur de aduocato mortuo, antequam aliquam cauſam exo[illegible] In quo euentu ſibi integrum ſalarium ſoluendum eſt, quia erat paratus ad orandum pro collegio. Sequitur Azeued. *in l. 7. tit. 16. lib. 2. nouæ collect. num. 4.* vbi *num. 5.* addit poſt Matth. de Afflict. *ſupra, num. 6.* ſi aduocatus morbo impeditus non poſſit poſtulare, & orare, habeatque ſalarium, & collegium, ſeu clientulos cogatur alium aduocatum quærere, poſſe adhuc aduocatum infirmum retinere ſalarium, & non ſolutum exigere, quia per ipſum non ſtetit. Quin addunt Emmanuel Soarez *in theſauro receptar. ſentent. verb. aduocatus, num. 102. & verb. mortui, num. 237.* ſalarium deberi hæredibus aduocati illius anni, quo moritur. & inter omnes creditores ſalaria aduocatorum habere priuilegium, & æquiparari doti, & fiſco, habereque tacitam hypothecam inductam cum priuilegio prælationis. Stephan. & Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 257. à num. 17.*

208. Quæro vlterius de medico ſalariato, quid poſſit accipere? Bart. ex *l. archiatri, per text. ib. C. de profeſſ. & medic. lib. 10.* ait medicum ſalariatum ex publico debere mederi magnis, & paruis, alias mulctari eſſe, nihilque poſſe accipere ab infirmis, quamuis ſalarium non ſit ſufficiens, & ſibi imputet, nam pacta ſunt ſeruanda, *cap. de pact.* & ex conuentione legem accipiunt. Syluest. *verb. medicus, num 6.* niſi poſt pactum, & contractum mutentur rerum conditiones. Item ſi non eſt ſalariatus ſed ex decreto communitatis, ſeu ſtatuto, cautum eſt, vt non niſi tantum accipiat, tenetur ſtare ſtatuto, ſeu decreto, niſi abrogatum ſit per vſum contrarium, *cap. vltim. de conſuetud.* Quod ſi non ſit publico aliquo ſalario conductus, nec decreto, vel ſtatuto ligatus, moderato ſalario debet eſſe contentus, & cauſamque pretium immoderatum tenetur reſtituere, moderamen autem attenditur conſiderata qualitate morbi, & attento labore & induſtriaque medici, & ſecundum facultates infirmi, & conſuetudinem loci. Sylueſt. *ſupra*, & Sa *in ſumma verb. medicus, num. vltim.* vbi *num. 1.* addit teneri medicum gratis curare pauperes, & illis ſoluere medicamenta neceſſaria.

209. Breuiter tamen accipe, poſſe medicos peccare grauiter interdum ſi antequam deprehendatur morbus, temerè curent, nondum cognito morbo, vel temere experi[illegible]tum faciant [illegible]ando remedia, [illegible]doque ægrotum [illegible], vel [illegible] propter lu[illegible] deantur ignorari [illegible] propter [illegible] dendi, vel quod peius eſt, quan[illegible] in peius, & me[illegible] ne mutent [illegible] pato animo adhibent ægroto medicam[illegible] tilis morbo, noluntque mod[illegible] curandi rectum ab aliis medicis probatum approbare, in quo peccant mortaliter contra charitatem, ſi [illegible] tent. Itemque ſi ægrotis conſulant aliquid [illegible] ſanitate corporali contra ſalutem animæ. Cæterum *in ſumma, verbo, medicus*, & Sylueſter *verb. medicus, verſ. Prima igitur, num. 1.* Subdens peccare mortaliter medicos, qui ex notabili ignorantia nocent infirmis, & ſecundum Richard. tenentur infirmis ad æquiualens, nec excuſantur a m[illegible] etiamſi euadant ex morbo, quia ſe expoſuerunt periculo peccandi mortaliter adhibendo ea [illegible] ex quibus poterat ſequi infirmo detrimentum notabile. Nec obſtat medicum [illegible] nec prouocare, quia ad pec[illegible] taré exequi vnde hoc [illegible]taliter [illegible]. Item peccant quando ex induſtria infirmum [illegible] prolongant, vel quando ex imperitia non [illegible] regulis medicinæ, habentur [illegible]tia, vel imperitia medicorum, vel qua[illegible] tunt perperam medicamenta, vel [illegible] curationem, *l. qua actione in pr. [illegible] in fin. ff. ad l. Aquil.* ideo ſi per imperitiam medicorum moriatur infirmus, puniri [illegible] iudices, ſicut iudex, qui per imperitiam [illegible] damnauit aliquem ad mortem, [illegible] puniendus eſt. Facit cap. *[illegible] de ætat. & qualitat.*

Nec obſtat ſi dicas med[illegible] artiſi ē in qu[illegible] cadit induſtria [illegible] relinquant in officio, non ten[illegible], teſte Bar. *in l. 1. ff. de proxen[illegible] cap. non eſt ſine culpa, [illegible] vel [illegible] ſi menſ. fal. mod.* [illegible] quia hoc [illegible] gitur ſecundum Bart. *in l. [illegible] ff. depoſ. in §. quaſi in fin.* quando medici [illegible] & alij attingens ſuorum officiorum partes gratis [illegible] ſecus quando pretiu acceperunt [illegible] locatio cadens in vtilitatem [illegible] partis tenentur officiales, non ſolum de [illegible] etiā de leui. Molin. *de contract. [illegible] diſp. 295.* Leſſius *de iuſtit. cap. 7. [illegible] dub. [illegible] Dico quinto, num. 41.* & patet ex lege *co[illegible] 23. ff. de regul. iur. & Inſtit. quib. mo[illegible] § creditor.* Secus quando vtilitas [illegible] pientem dumtaxat, tunc enim non [illegible] dici gratis curando, ſi adhibuerint [illegible] niſi de lata culpa. Franciſc. Marc [illegible] 522. num. 7. Non autem ex leuiſſima, vel [illegible], patet ex *d. Inſtitut. §. præterea, & [illegible]* loquitur de depoſitario gratis depo[illegible] cuſt[illegible] 210.

Sed quid dicendum de medico, qui [illegible] pacta certa mercede curauit, & ab [illegible] bet reincidit in eundem morbum [illegible] tenetur pro eadem mercede ægrum curare? Q[illegible] tenentur, ex eo probatur, q[illegible] æger [illegible] ex eo morbo, & [illegible] [illegible] greditur. Item quia obligatio curandi [illegible] non debet extendi ſub eadem [illegible] futura ægritudine [illegible] inter eos co[illegible] cogitatum, ſed de eo morbo, qui tunc [illegible] *l. Rutilia, ff. de contrahend. empt.* [illegible] *fratres, ff. de pact.* Cæterum dicendum eſt [illegible] ægroti 211.

ægroti infirmitas regreſſa eſt, non obligari medicum per mercedem pactam illum curare; ſecus ſi reincidit ſine culpa. Mihi tamen magis placet eorum ſententia, qui dicunt non videri receſſiſſe ægritudinem, quæ incontinenti reuerſa eſt, nec videri ſanitatem recuperaſſe, qui eam non potuit retinere, *l. non videtur, ff. de regul. iur. l. non videtur, ff. de acquirend. poſſ.* Confirmatur, quia hæc ægritudo non cenſetur diuerſa à priori, ſed cenſetur eadem cum illa continuata, *capit. denique, in verſ. Quod idem qui, 7. quæſtion. 1. & l. proponebatur, ff. de iudic.* nec cum effectu ſanitatem recuperauit, cùm ex conſequentia prioris ægritudinis, à qua non fuit omnino liber, incidit in ſecundam voce tenus diuerſam à priori, a qua non fuit omnino liber. Igitur tenetur ſub eadem mercede curare ægrotum; ſecus ſi ex longo interuallo reincidat. Sed Tabien. *verb. medicus, num.* 8. affirmat quando non reincidit ex culpa ſua. Argumento *l. 3. ff. de diuort.* Sequitur poſt plures Tiraq. *in l. ſi vnquam, de reuocand. don. in verb. ſuſceperis liberos, num.* 180. Igitur in dubio ſi ſtatim recidit, non cenſetur fuiſſe curatus à primo morbo; ſecus ſi poſt longum interuallum.

212\. Quæres iterum, an medicus poſſit petere ſalarium ab infirmi hæredibus mortuo illo? Bartol. *in d. l. Archiatri, C. de profeſſ. & medic. lib.* 10 videtur negare, cùm dicat, non deberi ſalarium, niſi demum ſanato ægro. Attamen oppoſitum eſt verius ex gloſſ. *in ſum. 83. diſt.* dicente poſſe repetere ſalarium, non obſtante mortis euentu etiamſi æger prohibeat, quin potiùs poteſt medicus ob defectum ſolutionis deſerere infirmum, quando eſt diues ſecundùm aliquos, per legem *hanc, C. de erog. milit. annon. lib* 12. Sed propter hoc nullo modo eſt deſerendus infirmus, ſed debet coram iudice pro ſuo ſalario agere. Nam multæ requiruntur in medico, vel chirurgo, vt non imputetur illis mors infirmi. Franc. Marc. *ſupra, quæſt. 644. per totum.*

213\. Illud etiam dubium non eſt omittendum, vtrùm medici poſſint licitè accipere mercedem, quando ſciunt ægritudinem eſſe incurabilem? Reſpondeo peccare, ſi doloſè promittant infirmis omnino ſe illos curaturos; remoto verò dolo, & veritate indicata, ſi promittant, vel animum oſtendant, ſe omnem diligentiam adhibituros in eis curandis, non peccant, poſſùntque accipere mercedem de cura ægritudinis, quam cognoſcunt ex principiis medicæ artis eſſe incurabilem. Sic D. Antonin. *3. p. tit. 5. cap. 1. §. vlt.* & Tabien. nuper relatus *num.* 9.

214\. Nunquid medicus, aut chirurgus, qui infirmis aliquibus ſanitatem non potuerunt conferre, & mortui ſunt, poſſint promoueri ad ſacros ordines abſque diſpenſatione irregularitatis? Reſpondeo ſi in exercendo ſuo officio nihil de contingentibus omiſerunt, & de hoc probabilem conſcientiam habent, poſſe, aliter non; per *l. ſi medicus, vel alias medicus, ff. de var. & extraord. cogn.* & per cap. *ad aures, de ætat. & qualit.* dummodo conſcientia promouendi nullo modo vacillet, nec remordeat an in curando aliquo infirmo, qui mortuus fuit, omiſerit aliquid de contingentibus. Ita Syluest. *ſuprà, num* 8. vbi loquitur de medico perito, & chirurgo experto. De cæteris verò imperitis, & ignorantibus, dicendum puto nullo modo promoueri poſſe ad ſacros ordines, niſi obtenta diſpenſatione irregularitatis, ſeu irregularitatum, quas contraxerunt, quoties ex imperitia, vel negligentia eorum ægri mortui ſunt. Specul. *de di-*

*Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.*

*ſpenſ. §. 4. verſ. Item exercens*, & Card. *in clem. 1. 12. q. de homicid.* & alij quos ſequitur Bertach. *in repert. verb. irregularitas, n. 39. & verb. medicus, n.* 18. quia talis imperitia facit eos teneri de dolo, aſſerentes, ſe peritos in arte medendi, ac diligentes, cum non ſint. Felin. *in c. sua nos, de homic.* & Flor. *in l. idem iur §. mulionem, Ad legem Aquil.* per gloſſ. *in l. 1. ff. quod quiſque iuris*, quin potiùs quamplurimis medicorum opera perierunt. Tiraq. *de nobilit. cap. 31. n. 426.* vbi tradit populum Romanum vltra ſexcenteſimum annum non habuiſſe medicos, non tamen medicinam reſpuiſſe, damnátque hominum miſeriam, qui medicos dú ægri ſunt ſummopere expetunt, à quibus interimuntur quaſi ſæpius medici ægrotantes interimant, quàm curent. Vide ea de re Tiraq. *d. n. 426. & ſequentib.* vbi ex Herodoto *lib. 1.* & ex Strabone *lib. 16.* refert Babylonios medicorum opera non vti, legémque tuliſſe, vt ægros in forum publicum deducerent domeſtici ſuos, vt prætereuntes conſulerent de eorum languore, ſi fortè aliquando ſimili ægritudine premerentur, & quibus remediis ſimiles morbos effugiſſent. Ex quibus colliges pauciſſimos poſſe reperiri medicos, qui curantes aliquando aliquem per incuriam, ſeu negligentiam, & ignorantiam non occidant. Iuuat illud Iouiani Pontani dictum in eo libro, qui *Charon* inſcribitur, vbi Mercurius interrogatus à Charone quodnam genus hominum viueret liberiùs? Medicos reſpondit, quibus permiſſum eſt impunè homines occidere. Sed hoc *infra, n.* 231.

Sed non abs re erit ſcire, an morbi poſſint licitè curari incantationibus, ſeu carminibus, aut impoſturis, quibus vti ſolent fallaces homines, vulgari verbo *impoſtores*, de quibus Vlpian. *ff. de var. & extraord. cogn. & in l. 3. ff. de crimin. ſtellionat.* nam Plato *lib. 4. de republica* in vniuerſum aſſerit morbos ſanare incantationibus, quod tamen non admittit Galenus *lib. 6. de ſimplicibus, non multo poſt princ.* de carminibus verò in ſacra pagina *1. Regum, cap.* 17. habemus teſtimonium Dauid, qui Saulem Regem Dæmoniacum cantu citharæ curauit, teſtéque Pindaro *Ode* 3. Æſculapius molliſbus cantionibus medicinam adhibebat ægrotis, eóſque ſic ſanitate donabat; nec non authore Seneca Pythagoras animi perturbationes lyra tranquillabat. Et Anton. Beneuen. *in lib. de abditis, ac mirandis morborum, & ſanationum cauſis, cap.* 16. memorat ſagittam tenaciter inhærentem ſiniſtræ ſcapulæ militis carminibus facili negotio vulneri inſuſurratis, fuiſſe extractam, nemine illam tangente, militémque paucis poſt diebus conualuiſſe. 215.

Dicendum tamen eſt non eſſe licitum curare incantationibus. Ita Caiet. *in ſum. verb. incantatio, verſ. Quarto*, Veiga *in ſumm. lib. 5. caſ. 404.* Syluest. *verb. ſuperſtitio, quæſt. 10. d. 4* Angel. *eod. verbo, num. 9.* & alij. Ratio, quia incantatio omnis eſt peccatum mortale ex ſuo genere, cùm ſit inuocatio dæmonis manifeſta, vel tacita ad aliquem dæmonis cultum adinuenta ex ſuperſtitione aliqua, nec poteſt excuſari a mortali, niſi ex actus imperfectione ex parte hominis, non per ſe, hoc eſt ex intentione, ſed per accidens dæmonem inuocantis; verbi gratia, quia putet bona fide ſe dare operam rei licitæ, ignorátque poſſe ibi reperiri dæmonis inuocationem, & hoc eſt certum. Atque ita per incantationem curare nullo modo eſt admittendum. Probatur, quia omnis curandi modus, vel fit ſupernaturaliter, & virtute diuina, aut natura- 216.

litet, & medica arte, vel arte diabolica. quæ fiunt ſupernaturaliter, nimirum precibus Sanctorum, & per inuocationem nominis ſanctiſſimi Ieſu, non inueniuntur in huiuſmodi viris ſanitatem mirabiliter conferentibus; qui ſæpiſſimè ſunt flagitioſi, puta, concubinarij, vel ſaltem fornicarij, & aliis vitiis dediti. Sed de his late *diſput.* 4. §. 12. *per totum.*

117. Nec obſtat ſi dicas poſſe conferri ſupernaturaliter ſanitatem per gratiam gratis datam, nam hi licitè poſſunt ſuo munere perfungi, qui vulgò *ſalutatores* vocantur, quibus illa gratia conceditur à Deo in vtilitatem aliorum. Nauar. *in manuali, cap.* 11 *num.* 56. *in fine.* Sed hæc gratia curandi gratis data, non dependet à ceremoniis, quibus impoſtores vtuntur, vt videre eſt in Chriſtianiſſimo Galliæ Rege dicente, *Ego te tango, Deus te ſanet,* quæ gratia, cum ſit perſonalis, quamuis alij, iiſdem verbis vtantur, nihil faciunt, neque effectum cum effectu ſanitatis ſortiuntur. Secus in impoſtoribus, & in carminatricibus dicentibus certa quædam verba, & habentibus eandem intentionem, eundem effectum curationis aſſequuntur, cum eadem verba nullam omnino habeant vim naturalem, ad ſanandos morbos, quod eſt ſignum euidens pacti impliciti cum Dæmone, nec virtus ſupernaturalis præſumitur, niſi oſtendatur. Idcircò, quando impoſtores, ſeu carminatrices vtuntur verbis, vel ſignis, vel ceremoniis, nihilque applicant efficax ad ſanandum naturaliter, ſed credunt ſolis illis verbis, ſignis, vel ceremoniis, ſanitatem ægroto ſe conſecuturos, manifeſta eſt, ita Ciruello *de ſuperſtitione, p.* 3. *cap.* 3. Victoria *in relect. de arte magic. num.* 28. Sanch. *in præcepta Decalogi, lib.* 3. *cap.* 40. *num.* 59. Delr. *lib.* 1 *diſquiſit. magicar. cap.* 3. *quæſt.* 4. *concl.* 1. vbi probat magos inauditis carminibus ſuſurro quodam in aures Tauri inſufflando belluam in terram proſterni, quaſi mortuam; rurſus aliis eam in pedes erigi, & alia ſimilia efficere, quæ omnia à Dæmone fieri ex vi pacti conſtat.

118. Probatur; quia media illa, quæ ſumuntur ad belluam proſternendam, & rurſus ad ſe erigendam in pedes ſubitò, non poſſunt eſſe cauſæ de ſe vim habentes ad hos effectus, ſunt enim actiones humanæ, vel applicationes rerum naturalium; proinde ſunt quædam ſigna dæmonis ordinatione inuenta, & inſtituta, ad quorum præſentiam dæmon operatur. Sic etiam dicitur, quando quis ad contactum ſolum ſanitatem recuperat, cùm contactus natura ſua non ſit ſalutaris; nec noxius; ideò, ſi quis adhibitis vanis, & inutilibus ſuperſtitionibus aliquem tangat nulla gratia gratis ſibi peculiariter conceſſa à Deo, & ægrotus iam à medicis deſperatus ſubitò ad contactum, vel poſt breue tempus ſanitatem conſequatur, cùm contactus ſolus per ſe non ſit idoneus, & ſuperſtitioſa, & inutilia, quæ adiunguntur, nullam vim habeant ad ſanandum; bene ſequitur effectum ſanitatis opera dæmonis, ac vi pacti fuiſſe ſecutum. Delr. *ſuprà, concl.* 3. *& eod. q.* 4. *fol.* 58. *col.* 2. *verſ. Dico quartò,* vbi: *ſolo contactu, aut ſibilo, aut habitu, aut oſculo naturaliter quemquam alteri gratum, & verum auferre morbum, vel vulnera ſanare, vel ferrum extrahere poſſe non credo.*

119. Sed quid conſulendum ad id, quod audiuimus fieri ab aliquibus cum magna vtilitate ægrotorum, ac fructu, adhibitis quibuſdam verbis cum aliqua vnctione olei, vel applicatu panniculo lineo, vel lanceo, ab iiſdē impoſitoribus attributo, ac benedicto. Quæ omnia nō ſunt effica[illegible] nec media ad curādos morbos, qui à me[illegible] dantur incurabiles, curantur tamen à [illegible]ribus, ſuo tactu, aut aliis ceremoniis, no[illegible]tè ſuperſtitioſis, non tamen efficaciam [illegible]ſibus? Ciruel. 3 *pars. de ſuperſtit. cap.* 3 [illegible] omnino eſſe reiiciendos ut ex eo, quòd [illegible] abbreuiatur, manus Domini, ne hoc b[illegible]ne[illegible] tribuat quibus vult. Delr. autumat, & bene, hanc gratiam nunquam conferri, niſi catholi[illegible] *ſupra* opinatur licitè poſſe ſuo munere perf[illegible] cenſetur enim gratia illa grati[s] data [illegible] ac fœminis à ſolo Deo in vtilitatem aliorum [illegible] peccare mortaliter vtendo ſignis, benedi[illegible]bus, & aliis licitis orationibus, ſine ſuper[illegible] ac vanitate, addit tamen, quia ſæpiſſimè mul[illegible] vana, ac ſuperſtitioſa pariter aggerunt, vſum e[illegible]tum meritiſſimò eſſe interdicendum [illegible] perſonæ honeſtæ, quæ apud omnes bene audiant dummodo alij ſimplices non inde capiant [illegible]ſionem ad faciendum ſimiliter.

110 Quamuis hac in re nulla poſſit regula conſti[tu]i ad admittendos, & reiiciendos omnino [illegible]tatores, dicendum tamen vid[etur] maximo eſſe examine, vt cognoſcatur an per p[illegible] dæmone operentur, an verò per [illegible] gra[tis] datam, an naturalibus vta[n]tur remediis, q[illegible] circumſtantiis deprehende[tur]. Nam quand[o] vtuntur certis quibuſdam verbis, vel [illegible] aliis acceperunt, exiſtimántque [illegible]im, vt à quocumque dicta, ve[l] facta [illegible] eundem effectum, certum eſt [illegible] gratis datam, quia hæc non egreditur [illegible], cui fuit collata, neque verb[is] aut [illegible], nec eſt in manu poſſidentis [illegible] à ſe communicare. Similiter [illegible] de[illegible]n eſſe virtutem naturaliter [illegible] quia hæc cum ſit indiuidualis qualitas [illegible] temperamento, ſeu complexione proficiſcatur, non poteſt qui eam habet, tranſmittere illam complexionem in alterum. Denique quando [ſan]itas comparatur remediis externis, certis, ac limita[tis], quæ non habent virtutem naturalem ad curandum, attamen à quocumque illa verba proferan[tur], vel [illegible]centur illa ſigna, ſeu panniculi cum tali, [illegible] tali ceremonia illa, ſine dubio effectus in[illegible]quitur, nullo modo tolerandi ſunt illi [illegible], nec admittendi; imo nec abſoluendi [illegible] à confeſſoribus, niſi promittant abſtinere, [illegible]dùm ſe hoc non eſt licitum, præſe[illegible] aliqua verba ſacramentalia introducantur [illegible]modi verba, ac ſigna. Ita Suar. *lib* [illegible] *cap* 15. *à num.* 21 *ſque ad fin. cap.* [illegible]tatur *pag.* 27. *& ſequentib.* & Sanchez [illegible] *mer.* 59. *lib.* 6. *cap.* 40. *& num.* 44. [illegible] conſtet.

Quæres quando teneantur me[dici] [illegible] ſaluti ſpirituali infirmorum, eóſque [illegible] vt de peccatis confiteantur, & faciant [illegible] [inci]piant? Nam ex cap. *cum infirmitas, de pœnit. miſſ.* tenentur ante omnia monere, & [illegible] firmos ad confeſſionem. Quod [illegible] ſtnouauit Pius V. in quadam [illegible] pienti, *Super gregem Domini no*[illegible] anno 1[illegible] addens ne medici vltra tert[ium] die[m] [illegible] firmos, niſi conſtet de confeſſione facta, [illegible]ſimilibúſque præcipit, vt hac de re [illegible] iuramentum à medicis admonendi [illegible] de confeſſione facta, & non eos vltra [illegible]tum dictum viſitandi, ſi à confeſſione abſtineant. 121.

Quod

Quod ſi non obediant medici, peccant mortaliter, niſi ex ſuperueniente cauſa liberentur. Conſtat ex *d. c. [illegible] permitas*, vbi Innocent. III. vtitur verbis, *di[illegible] ſtè præcipimus*. & Pius V. medicos propter id perpetua infamia, ac priuatione gradus affici, nec non pœnam pecuniariam arbitrio ordinarij imponi damnumque imperat, quæ pœnæ, cum ſint graues, demonſtrant culpam eſſe mortalem. Syluest. *verb. medicus q. 3. d. 2.* Nauar. *in ſum. c. 25. n. 61.* D. Antonin. *3. p. tit. 7. c. 2. §. 4.*

222. Quod habet locum, quando infirmitas de ſe obligat infirmum eſſe in lecto, vt ex[illegible] docet Caiet. *in ſum. verb. medicus*. Secus ſi iaceat in lecto ex podagra, vel ob aliud ſimile impedimentum; quod placet Suar. *4. tom. in 3. p. diſp. 35. ſect. [illegible] n. 4.* & Tabien. *verb. medicina, q. [illegible] 2. n. 15.* [illegible] centibus vtrumque præceptum obligare, non ſolùm quando morbus eſt periculoſus, vel prudenter iudicio medici cenſetur [illegible] be ſe peri[illegible] [illegible]: ſatisfacit tamen medicus ſuo oneri, [illegible] per ſe, vel per alium, ſiat infirmo monitio. Suar. *ſupra ſect. 3. n. 5.* & Nauar. cit. Graff. *[illegible] p. [illegible] ib. 3. c. 4. n.* [illegible] & Vega *2. tom. ſum. cap. 25. [illegible]*. Quod ſi infirmi non recipiant [illegible] eum c[illegible] [illegible] iubetur medicus deſerere infirmos, qui termi[illegible] à moniti[illegible] ne tranſfac[illegible], non oſtendu[illegible] [illegible] [illegible] de peccatis fuiſſe [illegible]s. Suar. tame[illegible] *d. [illegible] 3. num. 5.* p[illegible] A[illegible] *verb. medicus num. [illegible]* Syluest. *q. 3. d.* [illegible] arbi[illegible] in eo euentu adhuc infirmos non eſſe de[illegible] cend[illegible] à medicis, cum id ſit contra charitatem, nec Summum Pontificem aliquid velle intendere contra eam.

223. Neque in h[illegible] caſu med[illegible] non deſerendo infi[illegible] os facit quicquam contra præſtitum iuram[illegible], q[illegible] charitas viget, nec iuramentum [illegible] ſe poteſt contra charitatem; item quia [illegible] humana poſſunt cõſuetudine tolli. Ca[illegible] *in ſum verb. me[illegible], ad fin.* Nauar. *d. c. 25. n. 61.* [illegible] non al[illegible] lex humana obligat, quàm vſu re[illegible] ſt. Quare cum videntibus, & diſſimulant[illegible] [illegible] decretum Pij V. non ſit vbique vſu [illegible], iuramentum à medicis præſtitum non [illegible] niſi in his lo[illegible] id decretum eſt in [illegible] *ſect. 3. n. 5.* Sanch. *in præcept. Decal. lib. 3. [illegible] 4. num. [illegible]* Simili[illegible] non tenebitur mõnere [illegible] infirmum, quando morbus celerem me[illegible] exigit, & expe[illegible] confeſſionis nocu[illegible] corpori eſt allatura. Syluest. *d. q. 3. dl. [illegible] 2.* S[illegible] iud[illegible] medicus tenetur illum monere, [illegible] ad confeſſionem, & m[illegible] illum [illegible] ad decretum [illegible] V. quo tres dies ebu[illegible] fac[illegible] ndæ concedit, proinde triduum ſuffi[illegible] [illegible] nf[illegible] quod ſi accedente tertia die, & [illegible] mu[illegible] peccatis non ſit confeſſus, vigeat que neceſſitas c[illegible] medicinam, confeſſio [illegible] expectanda propter imminentem neceſſitatem.

224. [illegible] qui teneri medicum, per ſe, vel per [illegible] mortem infi[illegible] mo, quam præco[illegible] cit, & [illegible] ventuam, quando talis præ[illegible] [illegible] anim[illegible] infirmi, nec ad[illegible] poſ[illegible] de bonis ſuis, & [illegible] tur, ſi for[illegible] erit conſcientiam de[illegible] quo euen[illegible] tenetur; ſecus ſi probabiliter credit quod prænunciatio mortis par[illegible], aut nihil profutura ſit [illegible] mo, eo quòd de bonis animæ ac fortunæ iam [illegible] uerit, tunc enim damnoſa erit corpori, ſemper [illegible] bono corporis, bona animæ ſunt præferenda. Ita Io. de Napol. *quodlib. 11.* quem ſequitur [illegible] en, *verb. medicus num. 15.* & Syluest. *eod. verb. num. 4. verſ. quartum*, vbi [illegible] ad [illegible] tenet medicum, etiam quando dubitat an [illegible] prænunciatio profutura ſit, necne, quia in [illegible] be[illegible] poteſt commodè, homo auertere à p[illegible] damnum notabile. Quare non eſt [illegible] dum di[illegible] Galeni dicentis, medicus erga [illegible] deploratos, debere ſemper ſanitatem ſpondere, quia hoc non procedit, niſi quando nuncius non eſſet val[illegible] nocitura, vel potiùs dicendum eſt Galenum fuiſſe locutum tanquam conſcium vitæ tempo[illegible] omnino vitæ ſpiritualis ignorantem. Sic Syluest. *ſup.*

225. Huc accedit quæſtio, vnde [illegible], an medicamenta proſint, non ſolum corpori curando, ſed etiã morbis animæ? Affirmat Villanouanus *in lib. de ſimplic.* eſſe aliqua medicamenta, quæ hominibus reddunt aditus ad cælum, hoc eſt quibus fiunt proniores ad miſericordiam, pietatem, manſuetudinem, & ad alias virtutes amplectendas, quod etiam ante dixit Daniel Oliendus. Buxal[illegible] *[illegible] libello*, vbi probat medicum non [illegible] corpori, ſed etiã animæ quibuſdam me[illegible] ſalutem [illegible]. Suffragatur Theophraſtus, *lib. 9. de hiſtoria plantarum, cap. 21.* dicens aliquas reperiri herbas, quæ ad animum, & mores componendos magnam vim habent. Confirmat Galen. *lib. Therapeutic. c. 4.* quatenus [illegible] corpus ipſum, niſi anima bene valeat, non poſſe bene valere; ſic Tiraq. mul[illegible] relat[illegible] *de nobil. c. 31. n. 293. [illegible] equent. v[illegible] ad [illegible]*.

226. Non eſt hoc loco omittendum, an [illegible] ſit medicis vti veneno ſanatiuo cauſa ſana[illegible] medicinis immixto. Reſpondeo omnem m[illegible] cinam, ſiue ſimplicem, ſiue compoſitam corpori humano eſſe nociuam, & noxiã, præſertim medicinas, quæ dantur potui, vt communiter [illegible], ita vt vtilius [illegible] ab illis medicinis abſtinere, quàm [illegible], proinde teſte Celſo *lib. 2. cap. 12. ad fin.* non ſemper ægris proſunt, ſemper tamen ſanis nocent; præcipuè medicinæ ſalutiuæ, quibus noſtris temporibus noſtra medendi ars nititur, vt etiam docet Galen. *in comment. Hippocr. lib. 2. de ratione vi[illegible] in morbis acutis, cap. 11.* omnes medicinæ ſalutiuæ maximè nocent ſtomacho, & præſertim oriſ[illegible] cum ſit maximi ſenſus propter neruos, qui i[illegible] oriuntur, traditque *cap. ſequenti*, naturam medicamentum ſalutiuarum eſſe contrariam naturæ corporum, eo quod ea in v[illegible] interimant, & *lib. 3. de ſimplicib.* ſubiungit, ſ[illegible] in huiuſ[illegible] di medicaminibus aliquid ad[illegible] fieri, quod v[illegible] occidendi habet. Imitat[illegible] *[illegible] in intentio.* [illegible] dum ait omnes medicinas laxati[illegible] eſſe [illegible] genere rerum venenoſarum, co[illegible] ger. vbi vult medicinarum purgatiuarum nu[illegible] fieri ſine veneno aliquo in aliqua parte ſui.

227. Quibus poſitis caueant medici etiam ap[illegible] ſimi, vt in huiuſmodi pharmacis componendis illud temperamentum obſeruent, vt venenoſa non niſi valde temperata adm[illegible] ant, nam m[illegible], quæ abominationem faciunt, ſunt contraria corpori, & ſtomacho mala, & vtantur duntaxat veneno ad ſanandum inuento, n[illegible] eo quod [illegible] eſt ad necãdum. Quare ſi [illegible] in[illegible] veneni ſanatiuum ægrotis eo temperamento atque medica rectè confecto, & vt liberent[illegible] ab infirmitate; ex c[illegible] tamen aſſumpti[illegible] moriantur, ab omni pœna medici erũt i[illegible] ne[illegible] dummodo abfuerit dolus, & lata culpa, vt habetur *in l. 3. §. alio ſenatuſconſulto ff. de ſicar.* Nam quoties deeſt dolus, & animus occidendi, & abeſt turpitudo finalis intentionis, non merentur pœnam aliquam. Sic Paul. Ghirl. *de fortil. lib. 2. §. duodecimo, n. 18* [illegible]

243 *Aduocandi munere vti non poſſunt clerici, nec fœmina.*

244 & 245 *Clerici, & regulares in aliquibus caſibus, poſſunt vti aduocationis officio.*

246 *Clericus aduocatus in curia ſæculari, ſi delinquat, a quo iudice ſit puniendus.*

247 *Nobiles in Luſitania*, vulgò fidalgos, & caualleiros, *non poſſunt aduocare, nec eſſe procuratores, niſi pro ſe, & pro ſuis.*

*Clerici non poſſunt fideiubere, valet tamen obligatio, ſi nihil apponatur. ibid.*

*Religioſi ſi ferunt ſententiam ſanguinis, valet parte non opponente. ibid.*

248 *Fœmina cur non poſſint vti aduocationis officio extra cauſam propriam, ac parentum.*

249 *Poſtulare, vel aduocare, quid ſit, & conſulere, quorum alterum prohibetur fœminis, alterum non.*

250 *Aduocati deprehendentes cauſam eſſe iniuſtam, an teneantur eam deſerere, ſeu admonere clientes ad compoſitionē cum partibus.*

251 *Aduocatus quæ ſint licita, vel illicita in defendendis cauſis.*

252. 253. & 254 *Aduocatum ignorantia conſequens, & comitans, quando excuſet a delicto commiſſo ratione officij.*

255 *Aduocatorum officium eſt valde periculoſum, ſiue ex negligentia, ſiue ex malitia, ſiue ex ignorantia clientibus noceant*

256 *Aduocati ſalarium iuſtum extorquentes tenentur reſtituere; an etiam vltra oblatum poſſint retinere.*

257 *Aduocati non poſſunt paciſci cum clientibus de quota litis.*

*Aduocati quando poſſint paciſci cum clientibus de ſalario certo. ibid.*

258 & 259 *Vaſſalli contra dominos, quando poſſint aduocare, teſtimonium dicere, vel accuſare, & an pro feudo, ſi contra faciunt.*

260 *Aduocatus à duobus monaſteriis ſtipendiatus, pro quo debeat patrocinari, ſi illa inter ſe litigent, & idem de habente duo feuda à duobus dominis.*

261. & 262 *Aduocati quid teneantur facere, quando ſunt duæ opiniones probabiles, vel altera minus probabilis, aut parum probabilis.*

263 *Aduocati ſine vllo labore reſpondentes conſulentibus clientibus, & partibus, an poſſint mercedem accipere.*

264 *Aduocati quot annos debeant habere in iuris ſcientia, vt poſſint ſuum munus exercere.*

265 *Aduocatus dum aduocat an debeat ſedere, an ſtare de iure, item quo valtu, & qua corporis compoſitione.*

266. & 267 *Aduocatus pro certo ſtipendio cauſam defendens, ſi deſeratur cauſa ob culpam clientis, poteſt totum recipere.*

268 *Aduocare an licitum ſit diebus feſtis etiam pro pretio.*

269 *Procurator pro certo pretio conductus an poſſit pro minori commendare alteri eadem negotia.*

231. ADVOCATIONIS officium quam neceſſarium ſit humano generi, nemo non videt, cū non omnes, ſe, ſuaquę tueri queāt. Ideo circa ad aduocatos ſcientia iuris inſignes, morum integritate pollentes, ac veritati deditiſſimos recurrendum eſt. Nam cæteri imperiti, qui neſciunt iuſtè cauſas diſcernere, & ex imperitia ſimulant, ſe omnia ſcire, nullo modo admittātur, vt cauit optimè Carol. Magn. *in capitul. de pace, c. 12.* dicens prauos aduocatos omnino tolli debere, & tales eligi, qui cauſas ſciant, & velint iuſte diſcernere, ac determinare, aliter enim cauſas perdentes tenentur parti damnum reſarcire, & expenſas etiā litis clienti ſuo vltra principale, niſi illum de iniuſtitia cauſæ præmonuerint, argumento regulæ, Scienti, & volenti, *de reg. Iur. in 6.* nulla fit iniuria. Ang. *verb. aduocatus, §. 14* Syluest. *eod. verb. q. 24.* D. Antonin. *p. 2. tit. 1. c. 19. §. penult. & p. 3. tit. 6. c. 1.* Facitotque litem ſuam inſuper, Cened. *p. 1. collect. 29. ad decret. n. 18.* Aluar. Palag. *de planctu Eccleſiæ, lib. 2. cap. 46.* Franc. Marc. *in deciſ. Delphin. 649. n. 2. volum. 1.* quibus accedit Palador. *lib. 1. rer. quotid. cap. 2. a num. 1.*

*Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.*

Partes verò, quæ neceſſariò in aduocato requiruntur, traduntur à Petro Greg. *in ſyntagm. artis mirabilis, lib. 18. cap. 5.* Sed illæ magis conueniunt oratori antiquo, quàm aduocatis noſtri temporis; in quibus requiritur primo loco ſcientia iuris, in qua debent eſſe verſati, aliter ſunt in lata culpa, ſecundùm *l. nemini, C. de aduoc. diuerſ. iudic.* Quo circa ſi ea ſcientia careant, nullo modo poſſunt conſequi ſecundùm regul. iuris cauſarum iuſtitiā, ac merita, & clientulos decipiunt, nec ſciunt illis conſulere. Syluest *ſupr.* Nauar. *in man. cap. 23. n. 28.* Toler. *inſtruct. ſacerd. capit. 60.* & Salon. *2. 2. quæſt. 71. art. 1.* Secundo loco requiritur in aduocatis erga clientulos ſuos fidelitas, quæ conſiſtit in non adducendo leges falſas, vel antiquatas, aut falſas, & reprobatas opiniones, nec non debent ſubdolos intellectus bonis legibus applicare, alioqui de falſo tenebuntur, ſecundùm Bartolum *in l. 2. C. ad l. Cornel. de falſ.* Item diligenter cauere debent ad defendendum litem falſis cauillationibus ſecundùm legem, *quiſquis vult eſſe cauſidicus. C. de procuratorib.* Similiter debent ſeruare ſecretum, ac fidelitatem, neutiquam manifeſtando merita cauſæ parti contrariæ. Quod ſi in hoc fuerint infideles, puniri poſſunt. Nauarr. *ſuprà, num. 29. verſ. 5. argum. l. 1. § ſi is, qui, ff. ad leg. Corn. de falſ.* Sot. *lib. 5. de iuſtit. quæſt. 8. art. 3. ad ſecundum*, Aragon. *2. 2. quæſt. 71. art. 3. ante fin.* Quod procedit, quando ex hac manifeſtatione cauſæ ſui clientuli magnum aliquod periculum vertitur. 233.

Eſt ergo officium aduocationis ex quadruplici ratione ſummopere commendandum. Prima, quia eſt licitum, & licitè poteſt exerceri, vt conſtat ex *l. 1. ff. de poſtul.* integrūmque eſt aduocatis vendere ſuum rectum patrocinium, & iuſtum, & verum conſilium, text. *in cap. non licet 11. quæſt. 3. & in cap. fin. 14. quæſt. 5.* & ibi Turrecrem. D. Anton. *in ſua summ. in 3. p. tit. 6 §. 4. & 5.* vbi etiam agit de vitiis aduocatorum, de quibus infrà. Confirmatur exemplo Chriſti Domini, qui ſæpiſſimè aduocationis munus in hac vita obiuit. Nam pro Maria Magdalena cōtra Martham ſororem ſuam, Luc. 10. in fine, *Martha*, inquit, *ſolicita es, & turbaris erga plurima*, &c. *Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* vbi Auguſt. *Sic Dominus pro Maria reſpondit Marthæ, & factus eſt eius aduocatus.* Rurſus diſcipulis ſuis in eam loquentibus dixit, *Quid moleſti eſtis huic mulieri? bonum opus operata eſt in me. Nam pauperes ſemper habebitis vobiſcum, me autem non ſemper habebitis*, vt patet ex Ioan. 12. Matth. 26. & Marci 14. Tertiò in domo Simonis leproſi Magdalenam deſpicientis pro ea, *Luc. 7.* ſic fuit locutus, *Cui multum remittitur, multum diligit.* 234.

335. Accedit ad hoc probandum fuiſſe plures probatæ ſanctitatis viros hoc officio perfunctos, inter quos D. Ambroſ. per annos vndecim in vrbe cauſas in curia ſumma cum laude perorauit. Vnde conſtat quàm licitum ſit aduocationis munus. Secunda ratio ad commendandum deſumitur ex neceſſitate ad veritatem cognoſcendam, & aperiendam, text. in ſpecie, *in l. laudabile, C. de aduocat. diuerſ. iudic.* vbi dicitur laudabile, vitæque hominum neceſſarium aduocationis officium, eo quòd verum à falſo, & iuſtum ab iniuſto ſeparant Iuriſperiti, fortiſſimiſque perſuaſionibus virtute ſcientiæ iuridicæ eruunt, quibus iudicibus perſuadent innocentiam defendere, & reprimere iniuſtitias. Iuuat illud Danielis cap. 12. *Qui*, inquit, *docti fuerint, fulgebunt quaſi ſtella firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.*

336. Tertia ratio ad laudandum hoc officium elicitur ex vtilitate, quæ in Rempublicam redundat ex peritia aduocatorum. Non enim minus Reipublicæ conſulunt laboranti un vitam, & bona defendendo, quàm milites, qui prælijs, ac vulneribus patriam ipſam viriliter defendunt. Quarta denique deſumitur ex meritis, hoc eſt apud Deum officium aduocationis eſſe valde meritorium, ſi riè, rectéque impendatur. Nam inter eleemoſynas ſpirituales numeratur impendere conſilium petenti, & neceſſitatem illius habenti, conſolari afflictos, iuuare triſtes, & carentes auxilio erigere, *l. vnica, in fin. C. de his, qui ante apertas tabulas.* Quæ omnia ſuo modo ſpectant ad officia aduocatorum. Idcircò pupillis, fœminis, debilibus, & miſerabilibus perſonis, etiam non petentibus ſolent dari aduocati, per legem, *nec quicquam, § aduocatos, ff. de offic. proconſul.* & per legem, *prouidendum, C. de poſtul.* Bart. *in l. 4. § Hoc autem iudicium, num. 1. de damn. infecto.* Capell. Tholoſ. *deciſ. 481.* & Boër. *in deciſ. Burdig. 325. num. 1.* ex quibus liquet multa mereri apud Deum aduocatos iuſte, & debitè officium exercentes, defendentéſque pauperum, pupillorum, miſerabiliúmque perſonarum cauſas. Cabed. *p. 1. deciſ. 214.*

337. Illud etiam nota peccare aduocatos, qui renuunt gratis patrocinari pauperibus. Albar. de Roſat. *in d. l. nec quicquam, § fin. & in l. 1. C. de ſuffrag.* D. Gregor. *in homil. in Matth. 15.* vbi vult aduocatum renuentem patrocinium pauperi gratis præſtare, ſaluari non poſſe, cum ad id teneatur, gloſſ. *in verb. pauperes, in cap. ſtatutum, § inſuper. de reſcript. in 6.* Bald. *in l. ſi furioſi in 2. lect. notab. C. de nupt.* Menoch. *lib. 2. de arbitr. centur. 4. caſu 369. num. 4.* Nauar. *in ſum. cap. 25. n. 30. in fin* & Sot. *de iuſtit. lib. 5. quæſt. 8. art. 4.* dummodo indigentes patrocinio aduocatorum præſentes ſint, & ſibi occurrant, neque ex hoc graue immineat aduocatis detrimentum. Sic D. Thom. *2. 2. quæſt. 71. art. 1.* Sa[illegible]on, & Aragon. *ibid.* Sylueſt. *in ſum. verb. Aduocatus, n. 28.* Quibus addit Baptiſtam Ca[illegible] Hiſp. *in tract. de aduocato, quæſt. 3. num. 6. & 8.* & [illegible]pol. Rimin. *conſ. 329. in [illegible]ani, lib. 12. cap. 23. num. 3. & ſequentibus.*

338. In nullo tamen caſu tenentur aduocati gratis patrocinari pauperibus, cum grauiſſi[illegible]o incommodo, quia opera charitatis, & miſeri[illegible]rdiæ, non obligant, cum tanto detrimento, cum ſeus tamen tenentur patrocinari in communibus pauperum ne[illegible]eſſitatibus, & [illegible] fortio[illegible] ca[illegible]ibus, idque [illegible] omnium [illegible]um [illegible]edat loco [illegible]eemoſynæ, eadem eſt ratio [illegible] patro-cinium in nec[illegible]itate pauperi[illegible] eleemo[illegible] n[illegible] communibus ne[illegible]eſ[illegible]bus [illegible] etiam aduocati tenentur [illegible] pauperibus etiam cum [illegible]ui ſuo damno [illegible]. [illegible] *q. 71. art. 1.* Cabed. *p. 1. deciſ. [illegible] 14. n. 7.* vi[illegible] compelle[illegible]dos eſſe aduoc[illegible]tos ad pa[illegible]ocina[illegible] pauperibus, cum ad id teneantur [illegible] ch[illegible] Simanch. *de Cathol. tit. 5. §* [illegible] C[illegible] *n. 47.* & apud Luſitanos pauperes [illegible] cenibus, & liberantur ſumptibus C[illegible]nfrat[illegible]e [illegible]tæ Miſericordiæ, habent aduoca[illegible]m, cui [illegible] ſalarium conſtitutum eſt pro pauper[illegible] d[illegible] dendis. Cabed. *d. deciſ.* [illegible] *num.* [illegible].

339. Quid dicet dum de aduocatis paupe[illegible] alias nationes? Apud Germanos, & H[illegible]pan[illegible] bit Matthæus ad C[illegible]onem Papæ *in d.* [illegible] regio ſumptu creari [illegible] arum pauperu[illegible] durante vita officiale regium nuncupatur [illegible] Neapoli fieri tradit Thom. G[illegible]mmat. *in* [illegible] *ge præſent. n. 4. tam in* [illegible] *in trat.* [illegible] fuit Actius *in tract. de* [illegible] *noc. atl. n. 8.* Eodem modo apud G[illegible]ll[illegible] Re[illegible] tur pauperibus aduocatus, [illegible]um [illegible] ſumptibus eiuſdem, ſecundum B[illegible] *ma*[illegible] *to. 6. Itémque ſi inops, ff. de reb. eorum*, q[illegible] & ſequitur Boër. *deciſ. 314. n.* [illegible] Se[illegible] duntaxat refert, ſi pauper litem cum Re[illegible] beat, & non habeat ad ſumptus litis Re[illegible] adminiſtrare aduocatum, vt ver[illegible] etuatur. Vide Barboſ. Vimaranenſ. [illegible] *in ordinat. regiam, lib. 1. tit. 91. num. 3.* & Camill[illegible] *tom. 2. deciſ. tit.* [illegible] *5 num. 40.*

Petes quot poſſint eſſe ad[illegible]ue ciuitate? Nam olim non [illegible] ſupremis tribunalibus admi[illegible] alias peritiores eligebantur, & [illegible]in albo ſcribebantur, quibus [illegible] i-nati in prætorio. Cæteri [illegible]tur aduocare in inferioribus tribuna[illegible] c[illegible]ra. Vt ergo à noſtris incipiamus in domo [illegible]ationis Olyſipone quadraginta tantùm [illegible]uditi funguntur munere aduocationis, & [illegible] ex [illegible] eo numero ab ordinatione regia *lib.* [illegible] *tit. 48. §* [illegible] deputato diſpenſari poteſt, & [illegible] tantur, examinantur priùs public[illegible] tam [illegible] iuſtitiæ, & ſenatoribus grauami[illegible], d[illegible] puncto in lege Infortiati oblata ſorte, & [illegible] ad legendum intra viginti quatuor hor[illegible] que peracta propoſitis argument[illegible] à [illegible] A[illegible]goniſtis reſpondent, quod fieri ſolet, q[illegible] quis locus quadrageſimi numeri v[illegible] obitum alicuius aduocati, vel ex [illegible] patet, vt bene notat Martinus a [illegible] ſupremo Senatu aduocatus conſ[illegible] *annotat. annotat.* 17. n. [illegible] Hi autem [illegible] regio æquiparantur iudi[illegible]bus fo[illegible] ribus, præſidibus pro[illegible]inc[illegible], & [illegible] vt habetur *in ordinat. regia, li*[illegible] *1. tit.* [illegible] déneque priuileg[illegible]is doctorum, vt d[illegible] per ſententiam relati[illegible]is teſte [illegible] ſta ciuilia *tom. 1. areſt. 5.* & M[illegible] n à [illegible]

340. Nec mirum, nam ad[illegible] ſertim prævia publ[illegible] d[illegible]tione [illegible] examine creati [illegible] ga[illegible] lu[illegible]nque illis perſ[illegible]le [illegible] onere aliquo coli[illegible] *num, C. de aduocat.* [illegible] *morum.* [illegible] *num 5. de Ma*[illegible] n[illegible] La[illegible] *ſiom. Delphin. 64.* Rolapd. à V[illegible] *num. 36. & ſequent. vol. 1.* & lu[illegible]

C. de profeſſ. & medic. lib. 10. & quamuis Bartol. dicat non gaudere hac immunitate, & priuilegio, ibi niſi doctores actu legentes, non verò aduocatos, noſtra opinio multo eſt verior, & de iure ſequenda. Sic Franciſc. Ripa reſponſ. lib. 2. cap. 10. num. 1. & Franc. Marc. deciſ. 185. num. 2. vol. 2. Menoch. de arbitrar. indic. lib. 2. caſ. 379. num. 3. & Natta conſ. 1. & conſ. 65. per totum lib. 1. & aliis quibus accedit Martious à Coſta ſupra num. 10. vbi plura num. 11. & 12. accumulat de eorum nobilitate, & in annotat. 54. à num. 1. in peculiarib. annotation. ad formam libellorum Caminha, poſt Phæbum tom. 1. deciſ. 48. num. 12. & Barboſ. lib. 2. remiſſ. tit. 48. & nos diximus ſupra lib. 3. diſp. 6. §. 8. num. 145. & num. 149. & ſequent. ſunt enim nobiles aduocati, & in honore conſtituti, etiam depoſito officio, quod eſt honorabile, teſte Bald. in l. inuitus col. 1. C. de procurator. & in l. 1. §. ait prætor, ff. de poſtul. etiam relicto officio, vt etiam plenè probat Tiraq. de nobilit. cap. 29. n. 11. poſt plures, quos ibi referens ſequitur Anilez ad cap. prætorium, à num. 21. in proœmio, & Bobadill. in ſua politic. lib. 3. cap. 14. à num. 56.

242. Apud alias nationes etiam certus numerus aduocatorum admittebatur, non ſine magno delectu; vnde apud Auguſtalem Præfectum Alexandriæ, & Ducem Ægypticum Leonis, & Anthemij tempore, Cæſarum quinquaginta aduocati creabantur, vt habetur in l. petitionem 13. C. de aduocat. diuerſ. indic. Apud Præfectum Prætorij Illyrici centum quinquaginta conſtituti fuerunt, l. fin. C. eod. tit. & l. cum aduocatio, C. eod. etiam; alibi verò decem conſtituuntur, vt Romæ à Summis Pontificibus, qui in ſacro ſenatu, ſine conſiſtorio cauſas defendunt, vt obſeruat Octauian. Veſtrius in praxi Romanæ curiæ lib. 2. cap. 18. qui conſiſtoriales dicuntur, creanturque rigoroſo præuio examine. Marcell. Cardin. Creſcentius in deciſ. 3. num. 7. tit. de prebend.

243. Non tamen omnibus datum eſt munere aduocandi fungi: nam clericis in ſacris, vel beneficia obtinentibus, negatur poſſe fungi hoc officio, coram iudice ſæculari. Colligitur ex cap. 1. de poſtul. Salzed. in praxi ad Bernard. Dias cap 63. in litera A Perez lib. 2. tit. 19. l. 2. verſ. vndecimò notatur, pag. 403. Abbas in cap. fin. num 5. de poſtul. Syluest. verb. aduocatus num. 2. verſ. 3. Armil. num 6. quod eſt verum, non ſolùm in ciuilibus, ſed multo fortiùs in criminalibus, ſiue patrocinentur pro accuſatore, ſiue pro accuſato. Idem dicitur de religioſis, propter periculum irregularitatis incurrendæ. Maior de irregular. lib. 2. cap. 9. num. 4. verſ. tertium malum. Cened. ad decretal. collect. 39. num. 1. & 2.

244. Sunt autem nonnulli caſus, in quibus fas eſt clericis, & regularibus officio aduocationis fungi. Primò pro Eccleſia, text. in d. cap. 1. de poſtul. text. in cap. monachi 16. quæſt. 1. vbi vult monachum pro ſui monaſterij commodo petita priùs à ſuo ſuperiore facultate poſtulare. Quod intelligit Ioan. Andr. ibi, pro cauſis monaſterij, quando contra aliquos motæ ſunt: ſed verius eſſe ait Salzed in addition. ad cap. 63. de licentia ſui ſuperioris poſſe monachum in ciuilibus pro amico coram ſæculari poſtulare, ſi neceſſitas poſtulet, vel alia iuſtiſſima cauſa interueniat, non ob auaritiam, vel ambitionem, quod ante monuit Nauar. in cap. non dicatis, à num. 97. Camil. Borrel. ſupra d. tit. 65. abſolutè tradit poſſe clericos, & monachos pro ſe, & Eccleſia ſua pupillis, & miſerabilibus perſonis poſtulare in foro ſæculari, cum præcepto tamen Abbatis per text in c. clerici, extra de poſtul. Venetor. in Analyſi, lib. 1. tit. 47. § qui poſtulare, Gonzales ſuper regula 8. Cancell. gloſſ. 1. num. 33. ex aliis, quibus adhæret, tradit Abbatem Lapum monachos ſuos ex ſuæ aduocationis lucro alere, cap. monachi, in fin. 19. quæſt. 1. Confirmatur ex iure Luſitano lib. 3. ordinat. tit. 28. §. 1. vbi fit facultas clericis, & religioſis aduocandi pro ſe, pro ſuis, vel pro ſuis Eccleſiis, vel perſonis miſerabilibus; nec non pro parentibus, aſcendentibus, aut fratribus.

Idem apud Hiſpanos habet lex 48. tit. 6. part. 1. & lex 10. tit. 3. lib. 1. & lex 5. tit. 16. lib. 1 nouæ recopil. Sayr. in clani lib. 11. cap. 11. num. 5. vbi de regularib. & num. 6. vbi de clericis, quibus ſi pauperes ſunt, nec habent beneficium, nec patrimonium vnde alantur, integrum eſt inſpecto iure communi ſine diſpenſatione aduocationis officio fungi in curia ſæculari in ciuilibus dumtaxat. Hoſtienſ. in cap. de poſtul. num. 8. Roduan. in tract. de ſpol. Eccleſ. quæſt. 2. num. 28. Gonzales ſuprà num. 29. Similiter clerici in ſacris, vel beneficium habentes coram iudice Eccleſiaſtico, etiam quoad negotia ſæcularia poſſunt aduocare. Sic doctores communiter, poſt Panorm. cap. 1. de poſtul. Sayr. ſupra num. 7. Barboſ. Vimaranenſ. ad ordinat. regiam lib. 3. tit 28. §. 1. per totum, Clericus tamen in caſibus etiam in quibus interdictum eſt aduocationis officium exercere, fas eſt domi conſulere, & conficere iuris allegationes in ſcriptis. Cardoſ. in praxi indic. verbo, procurator, num. 101. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 59 à num. 4. Vimaranenſ. ſupra, d. tit. 28. §. 1. num. 7. quibus accedit Bernard. Diaz in pract. cap. 59. & Alciat. conſ. 91. numer. 4. 245.

Sed quid dicendum de clerico aduocante in curia ſæculari, ſi delinquat ibi? Gram. ſuper conſtitution. regni, lib. 1. fol. 28. Perez in l. 1. tit. 6. lib 8. ordin. fol. 189. quibus accedit curia Philipp. p. 3. §. 3. fol. 156. num. 6. opinantur omnes poſſe puniri à iudice ſæculari pœna pecuniaria. Salzed. tamen d. cap 63. fol. 196. pag. 2. abſolutè tradit, neque incarcerari, neque plecti poſſe, quia cum id directè ex conſenſu illius fieri nequit, neque indirectè delinquendo, per l. cum quid vna via, de regul. iur. in 6. quæ opinio eſt communior, teſte eodem Perez, & Alciato præcitatis, & Abbate in rubr. de poſtulan. num. 1. 246.

Excluduntur etiam à munere aduocandi de iure Luſitano lib. 3. tit. 28. in princip. viri nobiles, vulgo fidalgos, ou caualleiros: hi enim nullo modo audientur in iudicio tanquam procuratores, ſeu aduocati aliorum, niſi pro ſe, vel pro ſuis ſubditis apud illos viuentibus, vel pro colonis, qui ſuas poſſeſſiones excolunt. Iudicium tamen his aduocantibus valebit, ſi nihil opponatur. Card. Pereira de extinct. emphyt. cap. 17. num. 10. verſ. infero vigeſimoſecundo, poſt Marſil. conſ. 19. n. 13. & in l. ſi quis ne quæſtio, num. 94. ff. de quæſtion. Idem dicitur de clerico, qui prohibetur fideiubere, cap. 1. de fideiuſſ. Cæterum ſi fide iubeat, & nihil opponatur, valet obligatio. Menoch. de præſumptio. lib. 1. præſumptio. 46. num. 15. poſt Roman. conſ. 400. & Marſil. ſupra d. conſ. 19 num. 13. Quin etiam religioſus ſi tulerit ſententiam ſanguinis, parte non opponente, valet. Aretin. conſ. 58. col. 3. Cranet. conſ. 220. num. 5. proinde in iudiciis ſecuti, & cæteris in actibus de perſonæ habilitate, ac legitimatione quæri ſolet l. non ignorat C. de his, 247.

*qui accuſ. non poſſ.* quod etiam in iudiciis ſummarijs, vt in profeſſoriis, Bartol. & reliqui *in l. 2. ff. de edi.* [illegible] *D. Adriani tollend.* Menoch. *de adipiſcend. poſſeſſ. in 4. remedio, num. 441. & de recuperand. poſſeſſ. remed. 15. num. 275.*

548. Fœminæ etiam aduocationis officio fungi nequeunt in iudicio, niſi pro cauſa propria, nec poſtulare. Vlpian. *in l. 1. §. ſexum ff. de poſtul.* vbi prohibentur pro aliis poſtulare, non autem pro ſe ipſis, vt fecit Hortentia Q. Hortentij clariſſimi oratoris filia, quæ apud triumuiros doctiſſimam habuit orationem pro Romanarum matronarum

2 patrocinio, de qua Cicero in Bruto, & Valer. Maximus *lib. 8.* Ratio prohibitionis in aliena illa videtur, ne dum apud magiſtratus poſtularent, eoſdem muliebribus artibus, & forma ad ſuam ſententiam allicerent, & blandiciis, ac illecebris perſuaderent, vt inquit Plutarc. in Solone, vbi ait [illegible], ac neceſſitate quodammodo fieri, quæ ſtationibus, ac rationibus fœminarum fiunt. Item prohibentur ob ſexus pudorem, atque incongruentiam. Camil. Borrel. *d. tit. 65. num. 117.* & plura de magiſtratuum edictis *lib. 1. cap. 2. num. 51. & n. 43. & ſequentib.* Imò nec procuratrices poſſunt eſſe, *l. neque fœminæ 54. ff. de procurator. l. quia abſente, l. alienam, C. eod. tit.* Petr. Gregor. *ſyntagm. iuris vniuerſi, lib. 47. cap. 6. num. 11.* Aluar. Pelag. *de planctu Eccleſ. lib. 2. cap. 37.* & Mathias Colez. *in deciſ. German.* [illegible] *num.* [illegible] In cauſa non propria non prohibentur procurare. Colez. *vbi proxime, num. 9.* poſt Ioan. Monach. *in defenſorio iur. tit. 5. num. 3. verſ. ſecundus caſus*, & habetur *in d. l. fœmina*, ibi *Nec pro alio interuenire.* Specul. *de procurator §. ratione igitur, num. 1. verſ. primus fiſci.* Similiter poſſunt eſſe procuratrices pro parentibus, ſi morbo, vel ætate ſint impediti, nec habeant aliquem, qui pro eis agat *l. fœminas 41. de procurator.* & etiam pro his. Petr. Gregor. *ſupra lib. 49. cap. 4. ſub num. 11.* & Thom. Actius *de inſirmitate part. 2. in verbo fœmina.*

549. Sed petes quid ſit poſtulare, vel aduocare, quod fœminis prohibetur? Reſpondetur nihil aliud eſſe, quàm deſiderium ſuum, vel amici ſui, in iure apud eum qui iuriſdictioni præeſt exponere, vel alterius deſiderio contradicere *l. 1. § poſtulare, ff. de poſtul.* Adrian. Turneb. *aduerſar. lib. 10. cap. 6.* Franciſc. Duaren. *diſp. anniuerſ. lib. 1. diſp. 1. & lib. 2. diſput. 16.* hoc tamen non tollit, quin poſſint mulieres domi conſulere, cùm aliud ſit poſtulare, & aliud conſulere, & aliud domi, & aliud coram magiſtratibus. Quare non eſt admittendus Decius *in d. l. fœmina*, quatenus ait coram legato præſidis poſſe poſtulare, cum debeat hæc prohibitio coram magiſtratibus ſtrictè accipi, argument. *l. moris, §. 1. ff. de pœn.* quia, vt diximus, prohibentur a poſtulando propter ſexus incongruentiam. Quæ ratio militat coram quocumque magiſtratu, quod nomen etiam legato præſidis competit, qui in etiam magiſtratus dicitur; ergo idem eſt ſentiendum, per text. *in l. illud, ff. ad l. Aquil.* nec vrget argumentum deductum ex *l. moris*, quia [illegible] quitur in ductio caſu.

550. Ambigi poteſt quænam illicita ſint aduocatis. Reſpondetur ſi accipiant cauſam, quæ in principio [illegible] detur iuſta, & in progreſſu depre[illegible]ndatur omnino iniuſta, tenentur clientulos de iniuſtitia edocere, cauſamque deſerere, poſſe tamen inducere clientulos ad cedendum liti, & ad componendum cum parte aduerſa ab [illegible] no illius, non tamen ea [illegible] decipiendo, neque ad [illegible]

per vim cogendo. D. Thom. 2. 2. [illegible] *ad ſecundum* Valent. *tom.* [illegible] poſt Sot. *lib. 5. de iuſt. quæſt. 8. ar.* [illegible] *aduocatus, quæſt.* [illegible] Nauarr. *in manual. num. 28. verſ.* [illegible] Quin addo quod [illegible] ti iudicant cauſam eſſe iniuſtam [illegible] tenentur admonere clientes de iniuſtitia [illegible] alias tenentur ad reſtitutionem damnorum [illegible] inde partibus adueniunt, & omnium expenſarum quæ a clientibus fiunt, non tamen debent [illegible] bus contrariis reuelare merita cauſæ, nec patrocinari pro parte aduerſa, quia tunc tenerentur [illegible] falſo, & tanquam præuaricatores haberentur [illegible] *quem pænituerit, §. præuaricator, 2. quæſt. 3.* [illegible] ſentur tales, qui fauent parti contrariæ [illegible] cauſa ſua.

Eodem modo illicitum eſt illis non [illegible] veritatem, vel falſitatem [illegible] e ſare, v[illegible] falſa inſtrumenta, falſos teſtes, vel [illegible] rationes ind[illegible] quia eſt mortale, cum [illegible] tete teſtificandi [illegible] *d. cap. 25. num. 19.* Graff. *dec.* [illegible] *lib.* [illegible] *ca.* [illegible] *S. num.* [illegible] ſubdit fas eſſe illis ob [illegible] dentes [illegible] tamen licebit illis vel aliqua [illegible] *ſupra, art. 1.* Porrò ſi a clientulo [illegible] diligenter merita cauſæ, q[illegible] dendam, tenentur ad intereſſe parti [illegible] tuli, ſi aliter nullo modo [illegible] ſi per ignorantiam, quæ pro[illegible] negotiorum; vel per inſ[illegible] ſuum non rectam, aut falſam, [illegible] uerſ. *in verb. aduocatus, quæſt.* [illegible] *num. 9. ad fin.*

Sed quid de ignorantia [illegible] 551.
ſequente dicendum putas? Di[illegible] cantem dicitur illam, quæ eſt cum [illegible] ita tamen, quod quamuis [illegible] ſtatu, ſi quis exiſtimans [illegible] fecit inimicum, quem [illegible] ſi cognouiſſet eſſe illum. [illegible] eſt illa, quando quis vult [illegible] peccato, vel quando poteſt, v[illegible] & non ſcit. Hoc modo non agere & [illegible] & non velle, ſunt voluntaria ſaltem [illegible] Antecedens denique ignorantia, vt omni[illegible] tollatur, dicitur illa, quæ eſt cauſa [illegible] omnino inuoluntaria, quando ager[illegible] ſet, nullo modo feciſſet, is autem ex[illegible] cato. His poſitis adu[illegible] ex ignor[illegible] denti cauſas defendendo cum exc[illegible] cato, excuſantur a [illegible] ignorantia conſequenti [illegible] cauſæ iniuſtæ. Ratio pro pri[illegible] antecedenti; quia tal[illegible] igno[illegible] voluntarium, ſine quo nulla c[illegible] gatio aliqua reſtituendi, ſecus verò [illegible] cati tuentur cauſam iniuſtam [illegible] conſequenti; cum hæc i[illegible] directè, aut indirectè [illegible] vt excuſetur a peccato ſponte [illegible] rectè autem, quando poteſt, [illegible] agit, vt ſciat. Ex quo ſequitur [illegible] tali ignorantia ſimpliciter, & [illegible] tarium, & ideo pec[illegible] inducere. Iuuat Le[illegible] Paz *annotat. 5. num. 44.*

Quando vero aduocati ex [illegible] 552
mitante cauſas [illegible] optime, 2. 2. *quæſt.* [illegible] in hoc biuio non peccare, [illegible]

teneri, eo quòd hæc ignorantia etiamſi non cauſet inuoluntarium, efficit tamen non voluntarium, & non datur peccatum, niſi vbi voluntarium reperitur, & conſequenter alij volunt opus cum illa factum a peccato non excuſare, nec etiam accuſare, hoc eſt nec minuere, neque aggrauare peccatum. Sic D. Thom. 1.2. *quæſt.* 6. *art.* 8 *& quæſt.* 76. *art.* [illegible] *&* 4. Couar. *in cap. alma mater, part.* 1. §. 10. *num.* 15. *verſ. decimo perpenſis, de ſentent. excommunic.* Petr. à Soto *in tract. de ratione tegend. peccat. lect.* 2. *paulo ante fin.* & alij plures, quos referens ſequitur Vaſquez *in* 1.2. *diſp.* 125 *cap.* 2. & Valent. *tom.* 2. *diſp.* 2. *quæſt.* 1 *punct.* 6. qui duo hanc [illegible] partem non in totum concedunt; ſed probatur, quia ſi quis credens ſe occidere feram, [illegible] inimicum, quem ſi cognouiſſet, libenter [illegible], tali ignorantia non efficit inuoluntarium, [illegible] non aduerſatur [illegible] voluntati occidentis. Item hæc ignorantia non cauſat voluntarium; nam nihil poteſt eſſe volitum, quin ſit cognitum; ergo ignoratum quod eſt, non poteſt eſſe actu volitum. Ariſtotel. ethicor. 3. cap. 1. [illegible], inquit, *cum ex ignoratione quippiam fecit, mi* [illegible] *neque ſponte fecit, id* [illegible] *neque* [illegible] *non doleat.* [illegible] ignorantia, vt [illegible] in [illegible] homo [illegible] inimicum [illegible] voluntarium [illegible] non excuſat a peccato hominem, quod [illegible] peccatum [illegible] cauſat illa ignorantia, hoc eſt [illegible] aggrauat peccatum, [illegible] non [illegible], ſed concomitanter [illegible] ad peccatum, nec diminuendo, nec augendo malitiam [illegible] quod cum illa factum fuit, ergo conſequenter opus ſic factum ignorantia a peccato non excuſat, neque accuſat, vt vltra D. Thomam, Couar. & Petrum a Soto, tradunt Dina [illegible] *l.* 12. *quæſt.* 4. [illegible] Anglez *in floribus* [illegible] *dis incl.* 12. *quæſt.* 2. *art.* 3 *difficult.* Corduben. *lib.* 2. *quæſtionum quæſt.* 6.

254 [illegible] tamen caute poſſunt aduocati contra [illegible] ignorantia concomitanti incurrere in culpa [illegible] onere reſtituendi [illegible] debitam diligentiam, non poſuerint in cognoſcenda cauſæ veritate, ac iuſtitia, ſed parati fuerint, ad quamcumque cauſam, ſiue iuſtam, ſiue iniuſtam defendendam [illegible] ob malam diſpoſitionem [illegible] ſit eos peccare, ſi poſtea [illegible] diligentia defenderint cauſam aliquam [illegible] exiſtimantes eſſe iuſtam, talis [illegible] & ab onere reſtituendi eos excuſat [illegible] non adhibeant ad cognoſcendam [illegible] cauſæ [illegible] quidem propter [illegible] non ſe deſtinent, ſed [illegible] diligentiam adhibere. [illegible] *in floribus* [illegible] *in quæſtio. de re-* [illegible] *communi* [illegible] Ar. [illegible] *quæſt.* [illegible] *in amin verb.* [illegible] *quarta* [illegible] 1.2. [illegible] *art.* 3.

255 Ex quibus [illegible] offi- [illegible] aduo [illegible], vel [illegible] notabil [illegible] *num.* 29. Geff. *lib.* 3 [illegible] 8 *num.* 4 [illegible] rorum inſtent, vt ſimpliciter neg [illegible] ſeu articulos, & per cauſ [illegible] ones [illegible] vel [illegible] grauent poſtulando dilationes ſuperfluas, vel articulos duplices, ſine ratione, vel allegando falſa contra conſcientiam, in quibus

omnibus tenentur reſarcire damna illata. Hoſtienſ. quem referens ſequitur Geff. *ſupra num.* 1. nec etiam quando defendunt cauſam iuſtam licitum eſt parti, vel aduocato vti mendacio, nec allegationibus, vel probationibus falſis, ſeu periuriis, etiamſi poſſint vti, tam partes, quàm aduocati; quando habent iuſtam cauſam, dilationibus, & aliis cautelis honeſtis ad excludendas partis contrariæ technas, & calumnias, Couar. *lib.* 1. *variar. num.* 2. Tiraq. *in proœmio retract. lignag.* [illegible] *num.* 71. Didac. Perez *lib.* 2. *tit.* [illegible] 9. *l.* 2 *pag.* 42. [illegible] *ſed ambiguitur.* Anton. Queſad. *diuerſ. quæſt. iur.* [illegible] *cap.* 30. *ver. nam ille.* Gutier. *in pract. quæſt.* 60. *num.* 4. & alij apud Burgoſ. de Paz *in proœm. legum Tauri, num.* 21 [illegible], vbi probat aduocatorum officium eſſe valde an[illegible] pericuſoſum, & *num.* 271. *verſ. & ideo glo.* [illegible], *maligunantium.*

Item aduocati [illegible] immodicum ſalarium extorquentes tenentur ad reſtitutionem. Suar. *in* [illegible] *lib.* 12. *cap.* 2 [illegible] *num.* 28. [illegible] Paz *in commentar. ad l.* [illegible] *ex l.* [illegible] *pag.* 4. *num.* 2. Cened. *ad decretum colle.* 28 Perez *lib.* 2. *tit.* 19. *l.* 2. *pag.* 4 [illegible] 5. *ver.* [illegible] *quinto notabile eſt*, [illegible] *in verſ.* 14. *pag.* 404. *verſ. aduocatus prætera*, vbi addit, *niſi quando* [illegible] *illis offeratur.* In foro [illegible] conſcientiæ, verius eſt [illegible] aduocatos [illegible] ad reſtitutionem [illegible] ſalariorum [illegible] Nauar. *in manual.* [illegible] *num.* 2 [illegible] per te[illegible] *in c.* [illegible] *non ſane,* 14. *quæ.* [illegible] Sa [illegible] de [illegible] *anno ar.* 5. *de aduocat.* [illegible] Th [illegible] 2. [illegible] *quæſt.* [illegible] Sot [illegible] *de iuſtit.* Quæ [illegible] *tit.* 16 *lib.* [illegible], vbi de [illegible] aduocatos vltra [illegible] taxatum aliquid recipere etiam [illegible] oblatum, etiamſi [illegible] quod illud gratis dat [illegible] in fraudem prohibitionis datum. Cæterum ſi finito miniſterio in gratiam actionem vltra ſalarium aliquid detur aduocatis, poteſt recipi, quia iam ceſſat rigor prohibitionis, & cenſetur gratuita donatio, argument. text. *in cap. ſi per Epiſcopum* 1. *quæſt.* 2. *&* *in cap. dilectus* 2. *de ſimonia.* Quin addit Couar. *in cap. quamuis pactum,* 2. *part.* §. 3. *num.* 6. *de pact. in* 6. etiam nondum finito miniſterio poſſe aduocatos recipere gratis oblata, vt munuſcula ad eſum, aut potum, quando offeruntur ex amicitia, vel beneuolentia. Nam leuitas materiæ ſuadet, quod ex amicitia, aut beneuolentia, illa dantur, & hoc modo accipienda eſt lex 8. *tit.* 6. *lib* 3. *recopil.* & lex [illegible] *tit.* 9. *lib.* [illegible] *etiam recopil.* quæ iudicibus interdicunt, ne aliquid à litigantibus percipiant. Quod eſt intelligendum durante tempore miniſterij; ſecus eo finito, ſi aliquid detur, vel ſi paruitas, ſeu leuitas muneris ſuadeat, quod ex beneuolentia, ſeu amicitia illa munuſcula offeruntur, non verò pro ipſo miniſterio. Ita Suar. de Paz *ſupra, num.* 12. *&* 6.

Non [illegible] etiam aduocati [illegible] cum clientibus de quota litis, puta de medietate, aut de tertia, vel quarta parte per legem *ſi quis, C. de poſtul. &* *in l.* 14. *tit.* 6. *p.* [illegible] Idē de iure Luſitano *lib.* 1. *tit.* 48. *num.* [illegible] 1. ibi, [illegible] *defendemos a todos os procuradores, que naon facaon auença com as partes para auerem certa couſa vencendo lhes as demandas,* ideo tale pactum de quota parte litis factum nihil valet, text. *in l.* 1. §. *ſi cui, ff. de var. & extraor. cogn. l. ſi quis aduocatorum, Cod. de poſtul, l. litem, C. de procurator.* Nec etiam poſſunt paciſci de re certa, ſuper qua lis mouetur, etiamſi non ſit per modum quotæ, vt vult Bald. *in l. ſi quis aduocatorum,* ſubdens ibi poſſe paciſci aduocatos

cum 256 257

cum clientulis ſuper alia re, ſuper qua non litigatur, nec ſit ex petita. Quod etiam ſequitur Angel. *in l. ſumptus ff. de pact.* eo quòd ceſſat ratio legis. Secus de re ſuper qua litigatur. Ratio, quia facta ſunt ſub hoc pacto, & conditione de certa aliqua quantitate, vel quota, ſi vincant aduocati, curabunt ipſi per fas aut nefas cauſam vincere, licita tamen erit promiſſio abſolutè facta pro ſalario abſque reſpectu ad victoriam, vt [illegible] ex *l. 1. ff. mandati*; tunc enim nullum ſubeſt periculum vtendi fraudibus, cum tantum habeant [illegible], ſiue obtineant, ſiue cadant à cauſa; non tamen fieri debet hæc conuentio, niſi in principio, vel fine cauſæ, non tamen in medio ne forte per fas, & nefas extorqueatur ſalarium iniuſtum. Sylueſt. *verb. aduocatus, quæſt. 17.* [illegible] Antonin. *p. 1. tit. 1. cap. 19. §. vlt.* vnde ſi [illegible] fac[illegible] donationem remuneratoriam ſuo aduocato, propter laborem in lite diuturna ſuſceptum, de aliis re de qua non agitur, valebit talis donatio, cum pactum non ſit, nec contractus propriè. [illegible] *in Auth. Sacramenta puberum, C. ſi aduerſus venditionem*, dummodo non [illegible] [illegible], ſed licita, attenta [illegible] [illegible] C[illegible] *quæſt. 19. num.* [illegible]

258. Quæſitum eſt, an vaſſallus [illegible] de iniuſtum patrocinari poſſit. Reſpondet Afflict. [illegible] 263. *ſub num. 86.* [illegible] non poſſe [illegible] dominum [illegible] nec [illegible] dic[illegible], poſt Bal. *in cap. 1.* [illegible] *de* [illegible] *feudi*, nec ſimiliter poſſe [illegible] aduocatum contra [illegible] priuabiturque feudo, ſi pro [illegible] extraneo patrocinetur contra dominum [illegible], gloſſ. *in cap. 1. §. item ſi delator. in verbo. perdit*, [illegible] *quid* [illegible] *ſi aduocatus, qua ſit* [illegible] *causa* [illegible] *amit*[illegible], vbi idem docent Nicol. Neapol. Iacob. Al[illegible], quos referens ſequitur Iacobin de Sancto [illegible] *feudal. in verb.* [illegible] *promiſerunt non committere, clau. n. 16.* Afflict. [illegible] *num. 45.* ex eo fundamento quia non [illegible] vaſſallos tenetur pro domino abſtinere a [illegible], ſed debet facere bonum, & patro[illegible] [illegible], eumque adiuuare in prælio iudicia[illegible], ſicut tenetur dominum iuuare in prælio campeſtri, per text. *in cap. 1. in princip.* [illegible] *mod. feud. amittat* proinde priuabitur feudo ſi contra ipſum patrocinetur pro extraneo. Andr. Gail. *lib. 2. obſeruat.* [illegible] *num. 5.* dicitque in *tit. de feudis num. 663. verſ. pro patrocinio, tom. 1.* Cam[illegible] Burt[illegible] & *num. 669* poſt Parid. *cap. 88 de* [illegible] *feudor. inueſtit. quæ* [illegible] *dominus, num. 14. fol. 16.* dicentem aduocatum ſi non legitime deſeruiat domino [illegible] priuari.

259 Non priuabitur tamen feudo ſi pro ſua cauſa contra dominum patrocinetur, vel pro coniunctis perſona, gloſſ. *in cap. fin. §. clericus, extra de poſtul.* Specul. *in tit. de aduocato, §. 1. num. 30* [illegible] *quod poſtulat*, vel ſi cauſa domini ſit iniuſta ex Bald. *in d. cap. 1. quib. mod. feud. amitt.* [illegible] 2. Petr. Gregor. *ſyntagm. iur. vniuerſ. lib. 49. cap.* [illegible] *ſub num.* 5. Nam quando cauſa eſt [illegible], aduocatus nullo modo poteſt licitè *defendere*, [illegible]que moraliter, cum [illegible] [illegible] reſtituenda, quia cooperatur ad malum, & [illegible] peccatum contra iuſtitiam; quin imò ſi [illegible] à principio putet cauſam eſſe iuſtam, & poſtea [illegible] eſſe iniuſtam, debet monere clientem [illegible] quod ſi noluerit [illegible] deſerere, vt [illegible] eſt [illegible] *d. cap. 31. dub. 8 num. 42 & ſequen.* [illegible] cliens inſtet, vt [illegible] cauſam iniuſtam [illegible] facit contra con[illegible], Burgoſ. de [illegible] *proxime*

*legum Tauri, num. 171.* quem ſequitur Soar. [illegible] *ſuper relatis* [illegible] *num. 41*

Huic [illegible] eſt quæſtio, quando vnus, & idem aduocatus a duobus monaſterijs ſtipe[illegible] poteſt ambobus patrocinium [illegible], [illegible] illa inter ſe litigāt, vtri debeat pat[illegible] [illegible] *in tit. de aduoc. §. 1.* [illegible] *aduocatum* [illegible] Andr. [illegible] *contra aliu* [illegible] tur, in dubio teneri aduocatum [illegible] monaſterium, cui primò iuuit pa[illegible] gauit, eo quod [illegible] de monaſterijs, ſequitur Bald. [illegible] *de aduo*. [illegible] quem [illegible] R[illegible] *num. 4. vol. 1* dic[illegible] feuda [illegible] dom[illegible] prælium, de[illegible] de non tamen [illegible] debe[illegible] [illegible] *ſed tamen* [illegible] ſorta [illegible] domini [illegible] ſub[illegible] [illegible] [illegible] doc[illegible] *in pr. de* [illegible] deſt[illegible] quoti[illegible] bus [illegible] quando [illegible] Poteſt [illegible] tes [illegible] Sanguin[illegible] *de* [illegible] *po 14.* 260

Quæritur, quæ [illegible] inter [illegible] [illegible], an [illegible] tra[illegible] [illegible] *num. 173.* [illegible] *cap. 9.* [illegible] ver[illegible] cau[illegible] [illegible] prob[illegible], putat [illegible] *quæſt. in. 1.* [illegible] ſic [illegible] tam[illegible] [illegible] trato [illegible] eorum non poſſe [illegible] ſit digna fauore, [illegible] vel matrimonij. [illegible] tium [illegible] ob[illegible] Syluest. [illegible] aduocatus de[illegible] bet, v[illegible] ſenſendum. C[illegible] *cap. 13. num.* [illegible] cunque malit[illegible] Mercad. [illegible] *fol. 21* [illegible] iuste vel in fa[illegible] per v[illegible] ſum [illegible] tum [illegible] habeat [illegible] eſſe, vt proba[illegible] contraria eſſe [illegible] Quod idem [illegible] *art. 3. pag. 46* [illegible] qua cautela v[illegible] ſam defendit 261.

Dicendum tamen [illegible] n[illegible] circa ita clien[illegible] & [illegible] in vtramque par[illegible] ita v[illegible]

vel in iure, vel in facto, fas eſſe aduocato tueri vtramlibet partem; dummodo tamen doceat clientem de veritate iuris, quam in cauſa deprehendit, nec illi polliceatur victoriam omnino, ſed dubium, quod ſubeſſe poteſt pariter aperiat. Hoc modo tuta conſcientia poteſt cauſam tueri. Sic Nauar. *in ſum. cap* 25. *num.* 28. Syluest. *verb. aduocatus,* q. 10. Gutiet. *d. n.* 24. Leſſ. *d. cap.* 31. *dub.* 9. *num.* 52. Vaſq. 1. 2. *quaeſt.* 19. *art.* 6. *diſp.* 64. *cap.* 1. *num.* 3 Azot *tom.* 1. *inſtit. moral. lib.* 2. *cap.* 17. *q. vlt.* Sayr. *in claui reg. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 17. & Salaz. 1. 2. *quaeſt.* 21. *tract.* 8. *diſp. vnica, ſect.* 11. *num.* 103. & *ſequent.* quin addunt Salaz. *ſupra,* Azot *d. q. vlt.* & Vaſquez praecit. licitum eſſe aduocato pro vtralibet parte aduocare, quando cauſam clientuli minus probabilem iudicat. Ratio, quia non ſpectat ad cauſidicum rem pronunciare, id enim ad iudicem ſpectat, ſed officium illius eſt exhibere rationes clientuli ſui, & coram iudice proponere, quibus conſideratis iudex moueatur ad iuſtè pronunciandum. Nam eo ipſo, quod clientulus iuſtè mouetur ad litigandum, iuſtè etiam agit cauſidicus pro illo patrocinando, ſatiſque eſt ſi moneatur clientulus de illa minore cauſae ſuae probabilitate; quod ſi affirmet cauſam illi omnino eſſe adiudicandam, cum oppoſitum apud ſe pro certo habeat, tenetur reſarcire damnum clienti ſubſequutum, ſi ipſe cognito periculo cauſae, ac dubio, non eſſet omnino cauſam proſequuturus. Idem ſentiunt, Salaz *d. num.* 104. & Salon. 2. 2. *q.* 63. *art.* 4. *controuerſ.* 2. quandò cauſa clientis eſſet parum probabilis, & pro qua rarò, aut nunquam in iudicio pronunciatur. In quo euentu non eſt integrum aduocato patrocinari; imò tenetur ſub onere reſtituendi aperire clienti periculum ipſius cauſae, quam parum probabilem arbitratur, & in hoc ſenſu poteſt poſſe admitti opinionem Soti *d. lib.* 5. *quaeſt.* 8. *art.* 3. Banh. 2. 2. *q.* 71. *art.* 4. *in prim. pag. dub.* 6. Mercadi *lib.* 6. *de contractib. cap.* 8. dicentium peccare aduocatum, ſi patrocinetur pro ſibere minùs probabilem cauſam habente, quando agitur de cauſa ciuili ardua magni ponderis, ac momenti. Secus quando cauſa eſt de ciuilibus minoris momenti, quia tunc admittunt poſſe cauſidicum cauſam minùs probabilem tueri, dummodo de ea minori probabilitate, fiat cliens certior ab aduocato. Quae opinio non debet admitti, quando pars, quam vult defendere aduocatus, eſt minùs probabilis, quia in eo caſu licitum eſt illi in omnibus caſibus indiſtinctè pro vtralibet parte patrocinari, vt Vaſq. Sayr. Azot. Salaz *ſuprà,* ſentiunt; quod etiam Val 2. 2. *diſp.* 25. *quaeſt.* 55. *punct.* 4. *quaeſt.* 2. cenſet eſſe probabile. Secus quando pars clientis eſt parum probabilis, cui rarò, aut nunquam Iudices in iudicando fauent:

263. Quid ſi aduocati ſine aliquo labore, & reuolutione librorum, ac textuum reſpondent quaeſtionib. ac dubiis propoſitis? Gloſſ. *in cap. non licet,* 11. *quaeſt.* 3. opinatur teneri aduocato gratis conſulere, quam partem ſequitur Specul. *tit. de ſalario, §. ſequitur. poſt principium,* & Alexand. de Alez *in* 3. *part. ſumm. quaeſt.* 44. *membr.* 2. ex eo fundamento, quia, quae gratis accepiſtis, gratis date: ergo quando aduocati ſine labore reſpondent, non debent recipere ſalarium. Nihilominus oppoſitum eſt dicendum. Ratio, quia non gratis aduocati doctiores acceperunt, qui poſt tot annos in ſtudio iuris conſumptos, poſt tot ſumptus in addiſcendo factos ad ſummum ſcientiae culmen, euaſerunt. Item ſi abſque vlla mercede reſponderent, deterior eſſet eorum conditio imperitorum conditione; ergo meritiſſimo doctores quamuis ſine labore de praeſenti reſpondeant, de iure in promptu ſtipendium recipiunt. Ita Ioan. Andr. *in addition. ad Speculator. vbi proxime, d. §. ſequitur,* & Archidiac. *in d. cap. non licet,* Iaſon *in l. nequicquam, §. vbi decretum, col.* 2. *ff. de offic. proconſul.* & *in §. ſed iſta, col. antepenult. inſtit. de action.* Azeued. *lib.* 2. *noua recopil. titul.* 16. *l.* 21. *num.* 6. Didac. Perez *lib.* 2 *tit.* 19. *l.* 2. *pag.* 404. *in fin. verſ. ſeruata tamen.* Rebuff. *de priuileg. ſcholaſtic. priuileg.* 46. vbi idem concludit in medico ex tempore medicamenta aegrotis adhibente, eo quòd ratio laborum praeteritorum conſideranda eſt, *l. ſtudiorum labor, C. de aſſeſſor.* ſequuntur Theologi, D. Antonin. *in* 1. *part.* 3. *part. ſumm. tit.* 6. *cap.* 2. & *de ſalar. aduocator. poſt princip.* & Gab. Biel. *in* 4. *ſententiar. diſt.* 15. *in* 6. *concluſ.* aliter enim diligentia, & peritia doctorum eſſet illis damnoſa. Vnde ſoluuntur rationes contrariae partis, quae praeſens tempus tantùm reſpicit, & nullam praeteritorum laborum mentionem facit. Nec obſtat, ſi dicas conſilia, & patrocinium eſſe res ſpirituales, proinde nihil pro eis accipi poſſe, quia etiamſi res ſpirituales ſint conſilium & patrocinium, ſicut & ſcientia iuris ſecundùm ſe conſiderata; attamen non ſunt illius generis ſpiritualium, quae gratis accipiantur, & gratis dari debeant, cum magno labore, aut vigiliis comparentur, ita vt non ſolùm mens ipſa, ſed etiam corpus, & membra principalia fatigentur. Sayrus *d. cap.* 23. *num.* 26. Cened. *ad decretum collectan.* 18. *num.* 20. Tiraq. *de nobilit. cap.* 29. *num.* 31. & *ſequent.* & Soar. de Paz *in praxi annotat.* 5. *numer.* 49. poſt alios ibi relatos.

Confirmatur, quia ſcientia naturali induſtria acquiritur, & ex cauſis naturalib. cognitio illa oritur, eſtque pretio aeſtimabilis; ergo vendi poteſt, imò pro ſublimiori doctrina maiora ſolent ſtipendia exigi; quod non liceret accipere ſi eſſet apud ſpirituale illius ordinis, quod nullo modo vendi poteſt, abſque labe ſimoniae. Cùm ergo non ſit ſimonia vendere doctrinam, vel notitiam cuiuſuis veritatis, quae naturali induſtria comparatur, vt ait Adrian. *quodlibet.* 9. *art.* 11. Sotus *lib.* 9. *de iuſtit. quaeſt.* 5. *art.* 2. & Victor. *de ſimonia, relectio.* 2. *n.* 5. Similiter dicendum eſt de conſiliis ab aduocato praeſtitis, imò quo vir eſt doctior, eo maius ſalarium poteſt exigere, quamuis minus laboret de praeſenti; ex temporéque reſpondendo, quod eſt ſignum ſcientiam ipſam aeſtimari pretio, Leſſius *lib.* 2. *cap.* 35. *dub.* 1. *num.* 7. Suarez *lib* 4. *de ſimon. cap.* 8. *num.* 21. vbi ex multis addit non eſſe ſimoniam recipere ſtipendium, pro dando conſilio morali, nec eſſe intrinſecè malum, poſſeque vendi, cùm actio illa ſit pretio aeſtimabilis, propter dignitatem, quam in ſe habet, & propter ſtudium, & laborem, quo fuit ſcientia acquiſita, & in ſpecie multo fortius dicendum eſt de conſilio politico ordinato ad actionem, & iura ciuilia, & ad vincendas lites, quod poſſe vendi diximus, & tradit idem Soar. aliis ibi relatis, etiam quando ſine opera, & labore aduocati conſulunt. Quod etiam habet locum, quando conſilium eſt merè naturale, & in ordine ad conſcientiam naturalem, hoc eſt ad honeſtatem naturalem.

Petes quot annos iuris ſcientiae debeat habere 264.
aduocatus, vt poſſit munus exercere? Reſpondet lex *iubemus, §. ne de caetero,* & ibi gloſſ. *verbo, per ſtatuta, C. de aduocat. diuerſ. iudic.* gloſſ. *in l.* 4. *§. aduocatus,*

nomine aduocatus dicitur, quando per annum vel per annos locant operas ſuas pro viginti aureis ad peragenda negotia alicuius monaſterij, vel ad defendendas eius lites, facere conuentionem cum alio, illumque ex vi mandati procuratorij ſibi à monaſterio facti ſubſtituat cũ tertia parte ſalarij duntaxat, & reliquum ſibi retineat? Reſpondeo non poſſe ſi ſubſtitutus non ſuſcipiat in ſe reſarcire damnum ſecutum ex negligentia, vel ignorantia propria. In quo euentu totum ſalarium debetur ſubſtituto, niſi expreſsè pactum aliter fiat. Similiter poterit retinere procurator duas partes ſalarij, & tertiam relinquere ſubſtituto, ſi in ſe totum periculum cauſæ proueniens vel ex negligentia, vel ex ignorantia retineat, & nihil ſubſtituto reſeruetur, inſupérque ſibi aſſumat onus reſcribendi ad patronum, illumque admonendi de cæteris ad cauſam, vel ad negotia ſibi commiſſa ſpectantibus. Ita Ripa *in tract. de peſte, in tit. de remed. ad euitand. peſtem, num.* 303. vbi pro hac parte adducit Angel. *in l.* 1. *ff. ad leg. falcid.* Faciunt tradita à Sayr. *d. lib.* 12. *cap.* 24. *num.* 7.

270. Sed quid ſi procurator, ſeu negotiorum geſtor ſine vllo labore ſuo gratis obtineat ab officialibus expenſas, quæ fieri debeant in lite, vel negotio peragendo? Boet. *deciſ.* 210. innuit ſi officiales id fecerunt gratis in gratiam procuratoris ipſius, vel in gratiam negotia gerentis, totum ſibi retinere poſſe procuratorem, ſeu negotiorum geſtorem, quod aliàs expendendum eſſet in defendendis litibus, vel in negotijs peragendis. Sic Specul. *tit. de expenſ. §. fin. verſ. quid ſi victor,* Iaſon *in l. properandum, §. ſin autem, C. de iudic.* Nauar. *in manual. cap.* 17. *num.* 96. *verſ. ſeptimo,* vbi vult ementem alterius iuſſu aliquid viliori pretio, non poſſe ſibi retinere id, quod pluris res valebat, niſi venditor donauerit ementi, non verò iubenti emere, argum. capitis *requiſiſti de teſtamentis,* quia emens iuſſu alterius obligatur naturaliter venditori, qui propter ipſum non tanti, quanti res valebat, ab eo voluit accipere. Sic dicendum eſt in noſtro caſu, & in omnibus, in quibus notarij, aduocati, & cæteri officiales in gratiam procuratorum, negotiorum geſtorum, & mandatariorum, aliquid de pretio conſueto minuunt. Tunc enim exceſſum vſque ad pretium vel ſalarium conſuetum poſſunt ſibi aſſumere. Sic Panorm. *in cap. finem litibus, num.* 19. *de dolo, & contumacia,* & Tolet. *lib* 5. *inſtruct. ſacerd. cap.* 62. Secus ſi non intuitu procuratorum, ſeu negotiorum geſtorum, ſed reſpectu principalium, ac dominorum officiales libertatem hanc exerceant.

---

## §. XI.

### *De Notariorum, ſeu Tabellionum obligationibus.*

### EPITOME.

271. 272. & 273 *Notarij publici dicuntur ſerui publici; requiſiti ſi nolint venire, tenentur ad intereſſe, & pœna falſi ſi ſolennitas omittatur.*

*De iuramento à notarijs præſtito. ibid.*

274 *Notarij debent acta fideliter ſcribere, ſine fraude vel errore.*

275 *Notarios poſſe conueniri à partibus ex damno dato, eſt commune.*

276 *Notarios aliter ſcribentes, quam ſit partibus dictum, creditur potius, errore quam dolo feciſſe.*

277. & 281 *Notarius poteſt emendare ſuum errorem.*

278 *Notariorum errores, quot modis poſſunt contingere.*

279 *Inſtrumenta publica ſine appoſitione diei, menſis, & anni, non ſuſtinentur.*

280 *Diei, menſis, & anni appoſitio requiritur in principio, vel in fine.*

281 *Notarius quando poſſit corrigere errorem.*

282 *Inſtrumenta ſine die mortuo notario, an probent.*

283 *Locus in inſtrumentis an omitti poſſit.*

284. & 285 *Notarius confecto inſtrumento, & partibus tradito nihil addere poteſt, debetque illud partibus legere.*

286. 287. 288. 289. 290. & 292 *Notariorum peccata.*

291 *Notarius an poſſit gratis ſibi oblata accipere.*

293 *Notarius de falſo damnatus an poſſit conficere in futurum ſcripturas.*

294. 295. & 296 *Notarius quas qualitates debeat habere. Et quid de infamibus vtraque infamia notatis.*

297 *Notariorum ætas, & officialium publicorum.*

298. 299. & 300 *Inſtrumenta publica plene probãt.*

301. & 302 *Signo tamen notarij & nomine ſubſcripta.*

*Nec ſint interlineata nec verbis obſcuris ſcripta,* 304.

303 *Notarij debent eſſe rogati, nec præſumitur, niſi conſtet.*

305. & 306 *Inſtrumenta abraſa lituris, & interlineis plena, quam faciant fidem.*

307. 308, 309. & 310 *Inſtrumenta, & ſcripturæ ex Archiuo publico extracta, quomodo probent.*

311. 312. 313 *Libri mercatorum quantum probent pro, & contra. Et de libris mercatorum.*

314. 315 *Notarius an poſſit ſcribere in ſui fauorem teſtamenta, & approbare, & alia inſtrumenta.*

316 *Inſtrumenta facta ſolennitate de iure naturæ valent, etiamſi ſolennitas de iure poſitiuo deficiat.*

317 *Notarius, & præbendatus poſt crimen commiſſum an poſſint renunciare.*

318 *Officiorum renunciatio ab ægroto, qui fieri poſſit.*

319 *Renunciandi officium facultas in filias valet.*

320 *Donatarij de iure Luſitano non poſſunt officiorum renunciationes accipere.*

321. & 322 *Nominandi ad officium habens facultatem, ſi moriatur, nec nominet, an heredes ſuccedant.*

323 *Et an poſſit vendi.*

324 *Renunciatio officij, ſeu beneficij facienda intra menſem, facta in vltimo die, ante galli cantum an valeat.*

325 *Et quid ſi reperiatur mortuus.*

326. & 327 *Notarij quæ inſtrumenta poſſint de nullo conficere.*

328 *Notarij Eccleſiaſtici, & Apoſtolici quæ inſtrumenta ſcribere poſſint.*

329 *Notarij Summi Pontificis, & Imperatoris an poſſint ſcribere vbique locorum.*

330 *Notarij Regum, qui non ſunt de numero notariorum de publico, quando poſſunt conficere inſtrumenta.*

171. NOTARII, & tabelliones, ſunt officiales publici, dicunturque ſerui publici, vt *in l. 2. C. de acceptian. & in l. non enim, ff. de acquiſit. & in l. [illegible] cum pupill. ſaluam fore, & in cap. 2. de vſur. lib.* [illegible] *ff. vt beſeruo*, ideo omnibus tenentur ſeruire, actaque conficere, & inſtrumenta ad requiſitionem cuiuſcumque petentis, vt *inſt. de adopt. §. cum autem, & in l. non aliter, ff. eod. tit.* Alias requiſiti, & recuſantes tenentur ad intereſſe, text. *in l. iubemus, C. de de* [illegible] *ſa ciuil. & in l. placet in fin. & in l. fin. C. de coll. & fundi patri. lib. 11.* niſi ſint alijs negotijs præpediti, vel habeant iuſtam excuſationem, vt in Auth. *de Tabellio. §. & non fingat, coll. 4.* Bart. *in l. 1. ff. de tut. aduerſ. nam. & in l. generali, C. de tabula, lib. 10.* Item debent eſſe viri omni exceptione maiores, vt eorum inſtrumentis plena fides habeatur, ex *l. ſi quis ex argentarijs, §. quid enim, ff. de edend.* quare ſi in ſcribendis inſtrumentis ſolemnitas aliqua deficiat, ob quam inſtrumenta corruant, tenentur ad intereſſe partibus, & inſuper tenentur pœna falſi, ſi ſolemnitatem aliquam ſcribere omiſerint. Menoch. *conſ. 57. num. 3. & conſ. 246. num. 6a. & ſeqq.* [illegible] ibol. Vrſman. *in remiſſ. ad ordin. regiam, lib. 2. tit. 27. §. 11. n. 2.*

172. Quod vero teneantur ad intereſſe probatur ex *l. 1. C. vt omnes iudices, tam ciuil. quam crimin.* vbi Bart. & alij ſcribentes, & illud in Auth. *vt iudices, ſine quoquo ſuffragio.* Ex quibus elicitur officium publicum gerentes teneri de dolo, & lata culpa. Quinimo etiam teneri de culpa leui, & leuiſſima ciuiliter, non tamen criminaliter, patet ex *l. non ſimiliter*, & ex *l. magiſtratus, ff. de magiſtrat. conueniend.* Bart. *in l. ſi iudex, ff. de var. & extraord. cogn.* Bald. *in cap. 1. §. iudices, de pace iuram. firm.* addit teneri etiam officiales publicos, de negligentia erga priuatos læſos. Idem reperit *in l. mancipia, C. de ſeru. fugit.* vbi tenetur iudicem, qui eſt negligens in faciendo, quod furtum domino proprio non reſtituatur, teneri reſtituere de proprio, idem Bald. *in cap. vlt. de electio.* ſcribit, teneri de qualibet negligentia damnoſa partibus. Sequitur Barbat. *conſ. 76. col. 5. verſ. & clarum eſt, quod negligentia, lib. 4.* Accedit Amodæus *in tract. de ſynd. ſub rubr. an & quando officiales teneantur de negligentia, n. 72.* & Socin. ſen. *conſ. 2. num. 12. & ſeqq. lib. 1.* aſſerentes officiales negligentes quando parti nocent, teneri de proprio reſarcire damnum. Cùm ergo notarij ſint officiales publici, tenentur ad intereſſe partibus, ſi propter defectum ſolẽnitatum omiſſarum inſtrumenta corruant. Menoch. *conſ. 57. n. 3.*

173. Quod verò ſi notarij dolo, & malitia omittant ſcribere ſubſtantialia à partibus expreſſa tenentur de falſo. Idem ſi omittant ſcribere ſolennitates in teſtamento requiſitas. Angel. *in l. iubemus, C. de teſtam.* Curt. ſen. *conſ. 56. ſuper proceſſu, col. 3. verſ. quare reſpondetur*, vbi alios recenſet Felin. *in cap. ex literis, n. 4. de fid. inſtr.* Similiter falſum committere dicuntur, quando ſcribunt pluſquam eſt expreſſum à partibus, vel quando à partibus expreſſum non ſcribunt puta, ſi ſcribant pecunias fuiſſe numeratas, ſi coram numeratæ non fuerunt. Bart. *in l. ſi* [illegible] *n. 33.* & ibi Iaſon *n. 45. ff. ſi certum petat.* Idem Curt. ſen. *d. conſ. 56. col. 1.* per text. *in l. errore, C. de teſtam.* Bald. *in rubr. C. de fid. inſtrum. num. 10. & num. 14.* aſſerentes de falſo puniendos, ſi id quod ſcribunt, actum non fuit ob iuramentum præſtitum fideliter adminiſtrandi ſuum officium ſine veritatis diminutione, *cap. ad audientiam, de præſcr. & abſtinendi a falſo*, [illegible] *§.* [illegible] *C.* [illegible] *Lum* [illegible] aſtut ibi [illegible]

174. Oportet etiam, vt tabelliones [illegible] ſcribant [illegible] fraude, vel errore, [illegible] *vſus, ff. de regul. iur.* Nec vlla interl[illegible] ſura in ſcriptis inueniatur, præ[illegible] in [illegible] ſpecto, vt notat Bald. *in l. ſi* [illegible] *C. de* [illegible] go legaliter, & fideliter ſcribant, iura [illegible] ſciant, quæ ſpectant ad officium [illegible] cognoſcant, à quibuſnam contra[illegible] ſcribendis debeant abſtinere. Bart. *in l. generali, C. de* [illegible] *lib. 10.* quia ſcribentes contractus fœ[illegible] tenentur ad reſtitutionem vſurarum, & inter[illegible] Idem ſi ſcribant alios contractus, à lege [illegible] tos, & faciant inſtrumenta illicita, cum [illegible] cies quædam falſitatis, neque excuſantur [illegible] cant, ſe ignorare conſtitutiones ſeu le[illegible] cipales, cum ſit præſumptio iuris & [illegible] iure [illegible] tra notarios, atque ita imperi[illegible] & [illegible] menta conficiente[illegible] tenentur [illegible] tereſſe per *l. fin. §. pa. C. de magiſt.* [illegible]

175. In his, & in omnibus caſibus, in [illegible] ex culpa tabellionum nocumentum pe[illegible] poſſunt illæ agere contra tabelli[illegible] ſe ex *d. l. vlt. C. de* [illegible], contra [illegible] ex recentioribus Farin. [illegible] *praxi* [illegible] Caldas Per. *in quæſt. foren. conſ.* [illegible] per gloſſ. *verbo, iuramſuum* [illegible] *nib. quæ ex quaſi delict. naſc.* [illegible] & Bald. *in l. Imperator, ff. de ſtatu* [illegible] Rebuff. *tom. 1. ad leges Gallic. tit. de* [illegible] *tic. 4. gloſſ. 4. num. 5. fol. 14.* Qui te[illegible] ſunt quando prætermittunt [illegible] quia horum omiſſio, & errores [illegible] ntur dolo. Alciatus *regul. 4. præſump.* [illegible] *legum fori, fol. 31. col. 4. ad* [illegible] *in proœm. ff.* quem ſequitur [illegible] fori, *fol. 22. col. 2. ad fin.* hoc eſt, tene[illegible] intereſſe parti læſæ, quando [illegible] ſcribunt, vt intelligi, aut legi [illegible] nequeat. Eſt enim obſcure ſcribere, [illegible] intelligi, atque omittere ſcribere, *l. de ætate* [illegible] *ff. de interrogat.* allio Franciſ. Ar[illegible] *in l.* [illegible] *pluribus, ff. de verbor. oblig.* Maſcard. *de* [illegible] *pars concluſ. 1124. num. 3.*

176. Præſumitur autem quando notarij [illegible] ſcribunt, quàm fuerit à partibus dictum [illegible] errore, quàm dolo, & malitia feciſſe [illegible] *ſingularia, ff. ſi cert. petat. num. 46.* [illegible] *cap. ex literis, num. 3. de fid. inſtrum.* qu[illegible] quando notarij præſumuntur in[illegible] negligentes, ſicut p[illegible] app[illegible] vt *in l. 1. C. de ponder. &* [illegible] notat Bartol. *in l. damni, §. Sabini,* [illegible] *damn. infect.* Secus ſi notarij [illegible] nullo modo dixerunt. Præ[illegible] malitia. Sic Bartol. *in d. l. ſin.* [illegible] ibi Iaſon *num. 45.*

177. Poterit tamen notarius emendare errorem à ſe commiſſum in [illegible] Nec [illegible] notarij, non nocet conſtaben[illegible] gnoſcitur eſſe error, [illegible] *arius* [illegible] *l. Imperator, de ſtatu hom.* [illegible] *arius*, Speculat. *de fid. inſtrum.* [illegible] *§.* [illegible]

178. *verſ. nunquid ſi conſti. it* [illegible] poteſt committi error [illegible] ſolemnitatem, nempe ſi defi[illegible] to, vel anni Domini [illegible] & die [illegible] enim horum, vitiat [illegible] *in auth.*

*auth. vt præponatur nomen Imperatoris, in princ. & in auth. quib. mod. natur. eff. ſui. & in cap. inter dilectos, de fid. inſtr.* Menoch. *conſ.* 1. *n.* 77. & lex noſtra *lib.* 1. *ordin. tit.* 80. §. 7. ibi, *Ponhaon ſempre iuntamente o dia, mes, & anno, do nacimẽto de Noſſo Senhor Ieſu Chriſto. E a cidade, villa, ou lugar, & caza em que ſe fizerem, & aſſi os ſeus nomes delles Tabelliães, que as fazerem,* Cald. Pet. *de empt. & vendit. c.* 4. *a n.* 1. *vſque ad* 9. vbi notat hoc procedere in

279. inſtrumento publico, ſecùs in ſcriptura priuata, in qua ſolennitas diei, menſis, & anni omiſſa non vitiat illam, cum non pertineat ad ſubſtãtiam illius. Ratio, quia apocha, ſeu ſcriptura priuata regulariter non facit fidem, niſi contra ſcribẽtem, per textum *in l. publica ff. de depoſiti, vel contra,* atque ita quomodocunque ſcribatur, non vitiatur, & ſibi imputet, quòd dies, menſis, & annus non fuerint appoſita Bonif. de Vital. *in §. fin. in proœmio,* Clement. Lanfranc. *in cap. quoniam, verb. inſtrumentorum productione, in fine, de probat.* Secus quando ſit ſcriptura publica. Dec. *in c. ſcripta, de fid. inſtr. n.* 13. & eſt communis ſcribentium *in l. cum tabernam, §. idem quæſiit ff. de pignor.* Bart. *in l. in ſum. §. idem Labeo, ff. de aqua pluuia arcend.* Excipitur liber rationum, vbi non obſtante temporis appoſitione fides habetur illi, *l.* 1. *§. rationem, ff. de edend.* & notat Angel. *in l.* 1. *§. editiones, col.* 2. *ibidem ff. eodem,* & tradit Alex. *conſ.* 84. *col.* 1. *vo.* 5.

280. Non tamen requiritur appoſitio diei, vel temporis ſemper in principio ſcripturæ publicæ, ſed ſatis eſt, quòd ponatur in fine illius ex notat. *in l. ſi quis, ex argent. §. ſi initium, ff. de edend.* Quin etiam appoſitio menſis poteſt omitti quando celebrantur contractus, ſeu ſit inſtrumentum in die aliquo ſolẽni, puta natiuitatis Domini, aut Sancti Ioan. Baptiſtæ, D. Laurentij, quia diei expreſſio menſem demonſtrat. Bart. *in d. l. ſi quis argentarius, §. ſi initium, n.* 23. Couar. *in pract. c.* 20. *n.* 2. Secus ſi contractus celebretur in die alicuius feſti mobilis, tunc enim, cum feſtum mobile vno, vel altero menſe veniat ſolet, neceſſe eſt, vt dies, ac menſis exprimatur, nulla facta mentione feſti, quia ſolennitas diei, menſis, & anni inducta eſt ad eliminandas fraudes, quæ fingi poterant per antigrapha, ſeu antedatas, vt loquitur vulgus ex incertitudine diei, vel menſis, quæ ceſſant expreſſa die, menſe, & anno, in quo conficitur inſtrumentum, ſeu contractus. Cui ſolennitati non poſſunt partes renunciare, cum pertineat ad ſubſtantiam contractus. Cald. Pet. *de empt. c.* 14. *n.* 8. & notat expreſſe gloſſ. *in c. de conſ. de offic. deleg. & in cap. fin. de re iud. in* 6. *& in c.* 1. *de lib. obla. & in clem. ſæpe, de verbor. ſignif. & in auth. offeratur de lit. conteſt.* Alex. *conſ.* 166. *n.* 1. *vol.* 2. Nec conſuetudine tolli poteſt, quòd non apponatur dies, menſis, & annus, vt notat Roch. de Curt. *in cap. fin. de conſuet. fol.* 35. *poſt n.* 35. & voluit Rota antiqua 440. & concludit Cardinal. de Bilgnero *in deciſ.* 7. *incipit, vtrùm valeat, tit. de cõſuet.* quem ſequitur d. Rota antiqua, 440. *incipit, nota vtrùm valeat.* Peregr. Fabius tamen *in deciſ. nouiſſ. Roman.* 245. *n.* 1. & 2. *vol.* 1. arbitratur valere inſtrumenta ex conſuetudine facta ſine die, & anno in materia fauorabili. Quæ opinio non mihi placet, cùm ex hoc multis fraudibus, ac malis pateat aditus. Sic Camill. Borrel. *in ſum. tom. deciſ. tit.* 13. *n.* 73. Nec etiam placet CaldeTini ſententia aſſerentis omiſſionem diei non annullare inſtrumentum, quia videtur omiſſio exiguæ ſolennitatis, in quo fallitur *in ſuo conſ.* 1. *de fid. inſtr.* quia non eſt, ſed magna ſolemnitas, vt notat Bertrand. *lib.* 1. *conſ.* 152. & conſtat ex d. *auth. vt præponatur nomen Imperatoris, in princip.* vbi dicitur ex defectu horum vitiari inſtrumentum, ergo non eſt leuis, ſed grauis ſolemnitas.

Quæres an poſſit notarius corrigere errorem diei, menſis, & anni, & omiſſionem? Reſpondeo, ſi notarius dicat ſe recordari poſuiſſe vnum diem, vel menſem cum debuiſſet ponere alium, nõ poſſe corrigere errorem ſuum, niſi conſtet de errore, per teſtes, vel alio modo, ſiquidem cõſtat error ex inſpectione inſtrumenti, hoc eſt poſuiſſe vnum mẽſem, vel diem pro alio. Ne ergo arguatur de falſo, debet conſtare per teſtes de errore, vt poſſit ſuum errorem corrigere, *l. quidquid adſtringendæ, ff. de verbor. oblig.* Quod ſi omnino omiſit venditionem, diem, vel rogationem, & ipſe recordatur, idque aſſerit, fides illi eſt habenda, quia officiali publico creditur de officio ſibi commiſſo, *l. ſi quis decurio, C. de falſ. & l. magis puto, §. non quaniis ff. de reb. eorum, & l.* 1. *§. cura carnis, de officio præfect. vigil.* At verò, quando notarius omiſit indictionem, diem, vel rogationem, tum eius officium nondum ſit finitum, argum. *l. qualem ff. de arbitr.* bene poteſt corrigere ſuum errorem. Secus quando poſuit menſem, indictionem, vel rogationem, quia iam functus eſt officio ſuo, ſiue bene, ſiue malè, *l. iudex, ff. de re iudic.* 281.

Sed quid ſi in inſtrumento non ſit appoſitus dies, & notarius inueniatur mortuus? Reſpondet Bart. *in l. admonendi, n.* 34. *ff. de iur. iur.* & *ibid.* Iaſon *n.* 65. Inſtrumentum efficere ſaltem ſemiplenam probationem. Sequitur Felin. *in c.* 1. *n.* 7. *de fid. inſtrum.* Alex. *in l. de pupillo, § qui nunciat, n.* 7. *de nou. oper. nunciat. & conſ.* 59. *col.* 3. *vol.* 2. *n.* 6. quod intelligo præſertim quando inſtrumentum eſt antiquum, & præſumitur ex antiquitate, vel conſuetudine fuiſſe prætermiſſum. 282.

Locus verò an poſſit omitti in inſtrumento, in quo fit, negatur *in cap. Abbate ſane, in verb. conſeretur,* vbi gloſſ. *de ſent. & re iudic. in* 6. gloſſ. *in l. generali, C. de tabul. lib.* 10. Angel. *in auth. vt præponatur nomen Imperatoris.* Bald. *in conſ.* 44. *incipit, anno Domini, n.* 1. *vol.* 2. Dec. *in conſ.* 450. Bart. *in d. l. generali, & in d. auth. præponatur,* Cæſar. de Graff. *in deciſ.* 1. *n.* 45. *tit. de dolo, & contum.* Camill. Borrel. *conſ.* 75. *n.* 8. *contum.* 1. & *in ſum. deciſ. tom.* 2. *alt.* 28. *de fid. inſtr. n.* 43. Menoch. *de præſumptio. lib.* 2. *præſumpt.* 84. *n.* 1. vbi *n.* 1. addit etiam locum loci debere adſcribi in inſtrumento, vtpote, in ciuitate Bracharæ, in domo Petri, in Parochia Sancti Iacobi. Bartol. *in l. de pupill. §. qui nunciat, & ante omnia,* Specul. *de inſtrum. editione, §. inſtrumentum, verſ. quid ſit locus.* Menoch *conſ.* 288. *vol.* 3. ita vt contraria conſuetudo inducta nequeat ſuſtineri. Decius *in cap.* 1. *num.* 8. *de fid. inſtrum.* Couar. *in practic. cap.* 20. *num.* 2. *verſ. quinimò neceſſarium.* Natta *conſ.* 319. *vol.* 2. & Verall. *in deciſ.* 98. *p.* 2. præſertim in magnis, & in teſtamentis propter falſitatis periculum. Caſtrenſ. *conſ.* 280. *viſo, & examinato, col.* 2. *lib.* 2. & Boër. *quæſt.* 33. *num.* 37. & Corn. *conſ.* 60. *n.* 4. *lib.* 4. vbi volunt teſtamentũ eſſe nullum ſi recipiatur à notario, non expreſſo loco, & loco loci, in quo ſcriptum fuit. Quod extendit Bald. *conſ.* 166. *incipit, allegationes, in* 1. *dub. lib.* 1. ad teſtamentum ad pias cauſas confectum. Menoch. *d. præſumptio.* 84. *num.* 4. vbi ait eſſe adſcribendum locum loci ſingularis, nimirum in aula prætorij, vbi ius redditur, quod eſt verum quando in loco aliquo ſingulari teſtamentum, ſeu inſtrumentum conficiendum eſt, ſecus ſi alibi. Mihi tamen ma- 283.

gis placet in teſtamentis locum loci eſſe exprimendum, vtpote in tali oppido, in tali domo, quæ ſita eſt in tali via, expreſſis etiam nominibus, & cognominibus perſonarum. In oppidis tamen minimis non vitiabitur teſtamentum, ſeu inſtrumentum etiamſi omittatur locus loci, ſicut non vitiabitur inſtrumentum, vbi inducta eſt conſuetudo, vt non apponatur locus. Sic Rota apud Paulum Æmil. Verall. *deciſ. 98. num. 1. p. 2.* ſed melius reſpondet Rota *in antiquis deciſ. 440. incipit, nota vtrum valeat conſuetudo*, non valere talẽ conſuetudinem, vt inſtrumentũ faciat fidẽ ſine appoſitione loci. Roch. de Curt. *in tract. de conſuet. col. 5.*

284. *Ambigi poteſt de cuius licentia poſtquam cõfectum eſt inſtrumentum, & partibus traditum poſſit notarius aliquid amplius addere? Baldus *in l. vnica, in fin. Cod. de Iuſtinian. codice confirm.* opinatur propter errorem de licentia tamen & præcepto iudicis poſſe notarium corrigere, vel addere; quod ſi faciat ſine prævia licentia, incidet in falſi crimen; ſequitur Franciſ. Marc. *in deciſ. 289 ſub num 3. vol. 1. & deciſ. 163. num. 5. vol. 2.* Felin. *in cap. ex literis, num. 6. verſ quarta concluſio, de fid. inſtrument.* & Verall. *in deciſ. 247 part. 2.* Nullo tamen modo debet iudex concedere notario facultatem corrigendi errorem, niſi de eo conſtet per ſufficientem probationem. Verall. *ſupra poſt Dominic. in d. cap. Abbate ſanè, §. præfatus, num. 12. verſ ſed eſt dubium, ſi tabellio, de ſent. & re iudic. in 6.* citata priùs parte, & cum cauſæ cognitione, aliter enim non concedet notario licentiam emendandi inſtrumentum, & hoc modo intelligendum eſt, quod ſupra dixi de errore corrigendo a notario, Bart. *in l. Imperator la prima, ff. de ſtatu hominu.* Natta *conſ. 146. ſub n. 10. vol. 1.* Franciſ. Marc. *in deciſ. 670. num. 13. vol. 1.*

285. Debet inſuper notarius recitare inſtrumentum à ſe confectum partibus, & teſtibus, ne illis fides debita detrahatur. Couarruuias *in cap. relatum, 1. num 11. de teſtam.* & Monral. *in l. 5. tit. 8. lib. 1. fori, in princip.* Item quòd *in fin. inſtrumenti* debet deponere mercedem receptam, vt ſit omnibus manifeſta merces notario ſoluta, quod ſi gratis conficiat inſtrumentum, ſubſcribere debet, ſe gratis illud confeciſſe. Suarez de Paz *annotat. vltim. de tabell. num. 25.* per text. *in l. 5. tit 25. lib. 4. recopil. & lib. 4. eiuſdem collectionis, tit. 16. & 17.* taxatis tabellionibus ſtipendium, quod pro vno quoque inſtrumento, & negotio exequendo percipere debent. Molin. *tom. 1. de iuſtit. diſp. 86. ad fin.* vbi notat in Regno Caſtellæ non poſſe tabelliones, ſub grauibus pœnis vltra taxatum ſtipendium quicquam accipere etiamſi ipſis gratis offeratur. Cæterùm ſi lege non reddantur inhabiles ad id capiendum, quidquid ſit de peccato in accipiendo, reſtituere tamen non tenentur. Idem Molin. *diſp. 83. verſ. deinde, circa eamdem concluſionem, pag 507.* Quod intellige, circa munera gratis oblata. Secus de eo, quod vltra taxatum ſtipendium pro labore ſuo accipiunt id enim, cum nec petere, nec recipere poſſint, tenentur reſtituere. Couarr. *in regul. peccatum, part 2. §. 3. num. 2.* Nauar. *cap. 25. in manual. num 54.* Gregor. Lop. *in l. 15. tit. 19. part. 3.* Suar. de Paz *ſupra, n. 24.*

286. Ex dictis colliges, quænam ſint peccata notariorum. In primis peccant, ſi ſolemnitates neceſſarias, dolo, aut lata culpa omittant, verbi gratia, ſi ſuum nomen, ſignum, teſtes, diem, menſ[illegible], & annum non ponunt in inſtrumento. Item ſi non ſcribunt in protocollo inſtrumenta, ex negligentia peccant, protocollum autem d[illegible] & eſt ſcriptura [illegible]; quæ primum a t[illegible] eſt confecta, quæque penes ipſos mane[illegible] ſeruari debet, proinde tenentur penes [illegible] protocollum cuſtodire, vt habetur *in cap. quoniam contra de probation.* quod ſi non conficiu[illegible] primum inſtrumentum, peccant contra [illegible]cium, puniríque poſſunt arbitrio iudi[illegible]. [illegible]collum autem, ſeu breuiatura eſt [illegible] ſtantiam continens, cum debitis ſolemnitat[illegible] requiſitis, puta, cum debita inſertione [illegible], puts, & teſtium, hoc eſt primaria ſcr[illegible], vocaturque inſtrumentum tabellionum [illegible] ex[illegible] à quo ſumenda ſunt inſtrumenta originalia, tamquam à fonte. Bald *in d. rubr. C. de fid. inſtrument. & in l. Chirographis, n. 5. de administ. tutor.* [illegible] *conſ. 447.* Cacheran. *in deciſ. Pedemont.* [illegible] Alio etiam nomine protocoll[illegible] breuiatura, ſeu matrix. Abb. Panor. *in* [illegible] *Tabellio, de fid. inſtr.* Alex. [illegible] *vol. 2.* quos refert, ac ſequitur Steph. R[illegible] *Guidon. Papa in deciſ. Delphin.* [illegible] Bald *in* [illegible] *fid. inſtrum. num.* [illegible]. & H[illegible] *inſtrum.* vbi ait protoco[illegible], imbre[illegible]turam, & matricem idem ſignific[illegible] *conſ. 14. n. 8.* [illegible] *ol. 6.* & H[illegible] imbreuiaturam, & originale [illegible] eſſe, ac ſign[illegible]are, quod eſt verum, quia ſunt velut [illegible] uis minus bene contradicat A[illegible] [illegible] *Fabriani, lib. 4. tit. 16. de fin. 24* d[illegible] ab originali, & matrice eſſe longe [illegible].

Debet ergo notarius apud [illegible] protocollum, ſeu originale omnium inſt[illegible] 287
neque ipſum petentibus concedet [illegible] ptum duntaxat; ideo ſi illud [illegible] cuſtodiat, & ex eo alicui dete[illegible] ter peccatum, tenetur ad [illegible] *lib. 3. deciſ. cap. 9. num. 7.* T[illegible] *ſacerd. c. 61.* Reginald. *in* [illegible] *ſect. 2. num. 686.* Item [illegible] originale inſtrumentum, [illegible] forma, qua contractus breuiter ſu[illegible] etiam cui ibi per tempus licuerit, debe[illegible] extendere, ac redigere in regiſtrum in [illegible] perfecti, vt aliquando ſi opus fuerit [illegible] xilio parti petenti, vt ſe defend[illegible] quando dubitatur de falſitate inſtrumenti [illegible] ad matricem, ſeu originale, & prot[illegible] quàm inſtrumento, ſtandum eſt [illegible] *ff. de leg. 1.* & vult Guido Papæ *in d.* [illegible] *pal. 19. n. 4.* Quod verò recurrendum [illegible] collũ, tradit Bart. *in d. l. Sempronius,* & G[illegible] nard. *in deciſ. Tholoſ. 94. lib. 5.* Sequitur [illegible] Marc. *in deciſ. Delphin. 700. n. 1.* vol. [illegible] non probat inſtrumentum, quod non repe[illegible] in protocollo. Sic Lud. Roman. *conſ.* [illegible] *4. n.* [illegible] *conſ. 61. n. 12. & 13. & conſ. 221. n. 2. vol.* [illegible] de Pretis *conſ. 106. n. 29. vol. 1.* Qu[illegible] dine aliter ſe habet apud nos, vbi ſuffici[illegible] inſtrumentum in lib. notarium apud [illegible] publicam formam confectũ, & teſtatur Ant. *in decretis Sabaudiæ tit. de tabellionibus, in* [illegible] *falſitatibus, n. 10.* & ante Felin. *in d. cap.* [illegible] *de fid. inſtrum.* Gam. *deciſ. 252. n.* [illegible] Barb[illegible] *in remiſſ. ad ordin. regiam. lib. 1.* [illegible] poſt alios tradit protocollo no[illegible] ſumptum, ſiue exemp[illegible], non [illegible]; in dubio tamen præſumi non [illegible] confectam, quando non reperitu[illegible] *deciſ. 232. num. 1.*

Pecca-

Peccat etiam notarius grauiter, quando prece, aut pretio corruptus occultat inſtrumenta ab eo requiſita cum onere reſtituendi damnum inde ſecutum tertio. Nauarr. *in manual. cap. 25. n. 53. verſ. tertio.* Syluest. *verb. tabellio q. 8.* Tolet. *lib. 5. inſtruct. ſacerd. cap. 61.* Reginald. *vbi proxime n. 687.* & Sayr. *in clavi lib. 12. c. 25. n. 9.* vbi addit multo minus poſſe occultare inſtrumenta, quæ continent legata aliquibus relicta, quia tenetur ea ſponte manifeſtare, quãdo aduertit legata non ſolui poſt longum tempus partibus, ideo peccare, & ad reſtitutionem teneri, ſicut etiam peccat cum eodem onere reſtituendi, ſi conficiat teſtamentum alicui, qui caret iudicio, ac ratione, tenetur que reſtituere legitimis hæredibus illi ab inteſtato ſucceſſuris, ſi id faciat ſciens, & prudens. Nauar. *in manual. c. 25. n. 54. verſ. quinto.* Graff. *d. lib. 3. c. 9. n. 6. verſ. nono,* Sayr. *ſupra n. 14. verſ. deinde notarius,* quod extendit ad notarium pretio corruptum, vel precibus importunis inducentem teſtatorem, vt relinquat hæredem alium ab alio, quem teſtator ipſe volebat inſtituere, ſic Syluest. *verb. tabellio, q. 8. & q. 11.* Ant. *3. p. tit. 6. c. 3. §. vlt.* Dicuntur autem preces importunæ, non quæcunque preces aſſiduæ, ſed quæ ſunt ſæpius repetitæ, & inſtãtiſſimæ, vt probatur ex l. 1. *C. de petit. bon. lib. 10.* ibi, *innere undique petentium inhiatione.* Hoc eſt, vt ait ibi gloſſa, frequenti petitione; facit text. *in auth. de lat[...] princ. verſ. ſemper igitur, coll. [...]* ibi, *ſemper igitur nobis importuna ſunt,* hoc eſt, vt ait gloſſa, valde inſtãtes. Continent enim preces importunæ, in ſe coactionem, & violentiam, ita Salyc. *in l. eum, C. de Apoſtat. n. vnico,* vbi vult fieri quaſi violenter, quod importunis ſuaſionibus fit. Id. itaque notarius perſuaſionibus inſtantiſſimis, & frequentibus inducens teſtatorem ad ſcribendum hæredem diuerſum ab eo, quem volebat, peccat cum onere reſtituendi. Sic Gutier. *canon. quæſt. lib. 1. cap. 37. num. 20.* Secus ſi blando ſermone, & leuibus precibus id fiat, vt *in l. fin. iuncta, gloſſ. verb. maritali ſermone, C. ſi quis aliquem teſt. prohib.* D. Ant. *in 3. part. ſumm. tit. 10. cap. 1. § 2.* Sanchez *de matrim. lib. 4. diſput. 10. num. 8.*

289. Peccat etiam ſi conficiat inſtrumentum vſurarum manifeſte in eo loco, vbi in iudicio homines coguntur ſoluere vſuras, nec ſolutas poſſunt repetere in ipſo iudicio, & inſuper incurrit excommunicationem, vt habetur *in clem. 1. de vſur.* contrahens quia manifeſtè vſurarius eſt ipſo iure nullus, reſtituere tamen nõ tenetur vſuras, niſi poſtquam manifeſta vſura præciperetur ſolui. Quod ſi conficiat inſtrumentum ſimulatum, in quo vſura palliata [...], & illud fiat nõ ad petitionem mutuatarij, tenetur ad reſtitutioné vſuræ in defectum vſurarij, ſi vo[...]erit mutuatarius. Ita Syluest. *verb. vſura, q. 7.* Nauar. [...] *n. 2[...]5.* Medin. *de rebus per vſuram acquiſit. q. 4.* Quod ſi conficiat inſtrumentum nõ palliatum, in loco vbi iniuſtè præcipiũtur vſuræ ſolui, tenebitur notarius reſtituere illas, eo quod mutuatarius ex vi talis inſtrumenti cogetur illas ſoluere. Molin. *lib. [...] de iuſt. [...] act. 3. diſp. 331. pag. 476. verſ. de tabe[...]one verò, ac not[...]io.* Sayr. à nobis relatis, *d. c. 25. n. 1[...]* & Regin. *d. lib. 2[...] c. 57. n. 490.* Quod intelligit Leſſ. ſi notarius conficit inſtrumentum nolente mutuatario, eò verò volente, qualecunque inſtrumentum conficiat vſurarium non teneri ad reſtitutionem, quamuis peccet, ſemper mortiferè, ſitque periurus conficiendo inſtrumentum, cum faciat contra iuramentum ſuſceptum in principio. Lege illum *lib. 2. c. 20 de mu[...]ino, & vſura, dub. 21 num. 180. verſ. tertio notarius.*

*Frag. ſi Regim. Chriſt. Reipubl.*

290. Similiter peccat notarius conficiendo inſtrumentum contra libertatem Eccleſiæ, & incurrit excommunicationem, vt habetur *in cap. grauem, & in cap. nouerit, de ſentent. excommun.* Sayrus *ſupra, num. 24.* poſt Nauar. *in manual. cap. 25. num. 54. verſ. quartò.* Reginald. præcit. *num. 691* qui *lib. 9. cap. 23. ſect. poſteriori, à num. 357.* agit quibus modis libertas Eccleſiaſtica tollatur, aut lædatur. Eodem modo peccabit grauiter, ſi pretium accipiat pro re, pro qua nullum pretium recipi poteſt, puta, pro literis dimiſſoriis, aut teſtimonialibus ſi habeat ſtipendium pro ſuo officio exercendo conſtitutum, quod ſi non habeat ex Concilio Trident. *ſeſſ. 21. cap. de reformatio.* poteſt recipere decimam tantum vnius aurei partem, ibi, *Notarij verò,* inquit, *in ijs tantum locis in quibus non viget laudabilis conſuetudo, nihil accipiendi pro ſingulis literis dimiſſorijs, aut teſtimonialibus, decimam tantum vnius aurei partem accipere poſſint, dummodo eis nullum ſalarium ſit conſtitutum.* Sic Concilium. Cened. tamen *ad decretal. collectan. 177. num. 1.* ex ſententia aliorum ait poſſe notarium poſt confecta inſtrumenta, & tradita partibus recipere, quod ab ordinatis fuerit oblatum, ipſe tamen ſubdubius illis videtur adhærere. Qua de re agunt Marienſ. *in dialog. relatoris, part. 3. cap. 25. num. 5.* & Perez *l. 1. gloſſ. 1. poſt medium, tit. 9. lib. 2. ordinat.* vbi reſoluunt, non poſſe notarium Epiſcopi quid exigere pro ordinum collatorum inſtrumentis, *cap. 1. de ſimonia,* poſt confecta tamen inſtrumenta poſſe ſponte oblata recipere, quia iam non ex ambientis petitione, oblatio prouenit, *cap. ſicut Epiſcopum, 1. quæſt. 2.* & quamuis etiam poſt confecta inſtrumenta aliquid accipere videatur fraus, etiam nulla præcedente promiſſione; nihilominus ſicut de iudicibus poſſe finito officio oblata recipere nulla conuentione præmiſſa ex cap. 1. *correctio.* ibi, durante ſic officio, ex quo finito eo ſequitur poſſe, vt aſſerit ibi Petr. Nuntius *de mandat. exequend. cap. 2. num. 6. verſ. ſecundo limita,* & ibi Auilez *in verbo, durante ſic officio.* Sic etiam in caſu noſtro abſque aliqua legis fraude, præſertim, quia quando res aliqua à multis fit, inducitur conſuetudo: attamen tutius erit, & iuri valde conſonum, ac rationabile ab huiuſmodi ſponte oblatis abſtinere, ne iuſtitia periclitetur, vel pretio præſenti venalis fiat.

291. Sed petes quomodo poſſit cognoſcere notarius aliquid ſibi offerri gratis, & donari, ſiquidem gratis donatum finito officio retineri poteſt? Reſpondeo ſi nulla ex parte notarij, interuenit fraus, verbi gratià, ſi parti dixit ſibi deberi tria, cum debeatur vnum tantùm; in hoc euentu non gratis offertur, nec poteſt accipi à notario, ſicut non poteſt recipere quando dubitat, an gratis ſibi donetur, quemadmodum etiam ſi ſibi donatum accipit, & ignorat an partes, certò ſciant ſtipendia notariis conſtituta. Tunc etiam non poteſt vltra taxam quicquam accipere, & accipiendo tenetur reſtituere, quia eſt extorſio quædam, quando primo modo datur. Quando verò ſecundo, peccat etiam recipiendo dubius an quod ſibi datur ſupra taxam, gratis ei detur, agitque contra conſcientiam exponendo ſe periculo peccandi, accipiendoque indebitum contra iuſtitiam. Sayr. *in d. c. 25. n. 17. verſ. ſecundo,* & Reginald. *to. 2. lib. 25. c. 57. ſect. 3. n. 694.* Iuuãt ab eodẽ tradita *in praxi, to. 1. lib. 10. c. 11.* vbi probat peccare mortaliter officialẽ accipientem ſupra ſtipendium taxatũ aliquid amplius

etiam gratis datum, ſi iurauerit obſeruationem ſtatuti, ſeu legis, non tamen teneri reſtituere, niſi lex illum ſic accipientem reddat inhabilem ad retinendum acceptum. Lege eundem *d. cap.* 11 *numer.* 141 vbi pro hac parte alios refert, ac ſequitur non contemnendæ authoritatis. Conſentit Sayr. *in d. cap.* 25 *num.* 18. vbi concludit cum Nauarro *in manual. cap.* 25 *num.* 54. *verſ. quinto*, & cum Petro Nauar. *lib.* 3. *de reſtit. cap.* 3. *num.* 15. peccare mortaliter notarium, non ſolùm quando lex conſtituit pretium accipiendo vltra illud aliquid, ſed etiam quando prohibet ne quis aliquid gratis donatum accipiat, cum faciat contra officium, & contra iuramentum, de non accipiendis illis munuſculis etiam gratis oblatis; at verò fatetur non omnes conuenire an poſſit accipiens gratis oblata tuta conſcientia retinere. Sed quidquid cõtradicat Salon. 2. 2. *quæſt* 71 *tom.* 2 *cap.* 2. *concluſ.* 3. ſic donatum non eſſe reſtituendum ex ſuperiori fundamento, quia non redditur inhabilis ad reſtituendum gratis oblatum, niſi id in lege declaretur.

592. Denique periurus erit notarius ſi recuſat facere inſtrumentum tempore habili, debetque officio priuari ex *l. prætor*, §. *ſi etiam ff. de edend.* Menoch. *de arbitr. iudic. caſ.* 369. vbi vult ob hanc culpam ab officio ſuſpendi poſſe arbitrio iudicis. Roman. *ſingul.* 263. *incipit, tabellio.* Bald. tamen *in rubr. C. de fid. inſtrum. num.* 3. quamuis de pœna nihil definiat, tradit tabellionem poſſe ad id compelli, etiamſi ordinariè notariatus officio non fungatur. Illud etiam non eſt omittendum, notarium non debere a pauperibus ſalaria extorquere. Flores de Mena *lib.* 1. *variar. quæſt* 7. § 1. *num.* 52. Tiraq. *de nobilit. cap.* 29. *num.* 41. per text. *in l. tam dementis, in fine*, iuncta gloſſ. *C. de Epiſcop. audient.* Barboſ. Vimaraneuſ. *in remiſſ. ad ordin. regiam lib.* 1, *tit.* 90. §. 2 & §. *penult.* vbi addit *in nouiſſima reformatione*, § 18. *poſt medium*, fuiſſe conſtitutum in fauorem pauperum, vt rector iuſtitiæ ex pecunia ſumptibus relatoriis applicata, dimidium ſalarium actuariis ſoluat pro carceratis pauperibus, qui à Confratria Sanctæ Miſericordiæ liberantur.

593. Quæres an notarius de falſo damnatus poſſit amplius conficere inſtrumenta? Ratio dubitandi eſt quod fides inſtrumentorum dependet a fide, & perſona notarij, gloſſ. *in l. ſi quis ex argentar.* §. 1 *ff. de edend.* Item, quia ſemel malus ſemper præſumitur malus in eodem genere mali, *cap. ſemel malus, de regul. iur. in* 6. etiam quoad actus diuerſos *l.* 3. § *quæri poteſt, ff. de ſuſpect. tuto l. ſi cui*, §. *eiſdem de accuſatio.* ex quibus decidunt notarium ſemel falſarium, non poſſe conficere Inſtrumenta alia, confectaque non valere in poſterum, vt ſcribunt Iaſon *in l. Barbarius, num* 36. *de offic. prætor.* Marſil. *ſingular.* 593. Neuſan. *conſ.* 27. *col* 1. ex defectu poteſtatis. Quod etiam habet locum, quando adhuc non eſt damnatus, ſed eſt valde ſuſpectus, & diffamatus. Fiunt enim inſtrumenta inde confecta valde ſuſpecta, etiam ante ſententiam, & poſſunt annullari. Iuuat Baldus *conſ.* 66. *falſum tale eſt, apparet, lib.* 3. ex Innoc. *in cap. fraternitatis, de henet.* Cætera tamen inſtrumenta notarij damnati præterita non præſumuntur falſa, quamuis alia in futurum impediantur. Alciat. *in regul.* 1. *præſumpt.* 7. *verſ. quarto intellige.* Idem Iaſon *in l. ſi ex falſ. in fin. C. de tranſactio.* vbi reddit rationem cur notarius de falſo conuictus non poſſit conficere alia inſtrumenta; quia, ſcilicet, ex primo illo crimine ſequitur coniectura faciendi in poſterum alia falſa inſtrumenta, atque ita non ad præteritum, ſed ad futurum ſumitur coniectura [illegible] rione vtitur Alciat. *in d. regul.* 2 *præ* [illegible] *ad fin.*

Quæ conditiones debeat habere [illegible] ſoluit Couar. *in pract. cap.* 1 [illegible] In primis [illegible] eſſe [illegible] tandus infamis, quia quilibet debet e[illegible] mæ exiſtimationis, ac famæ. Item liber, non [illegible] laicus, & non in ſacris conſtitutus [illegible] debet [illegible] ri impuberes, vt *l. impuberum, in prin.* & ibi *ff. de falſ.* Decius *in l. fœmina*, §. *impubere* [illegible] & 8 *ff. de reg. iur.* De iure Luſitano [illegible] poſſe eſſe notarium infamem, *lib.* 1 *ord. tit.* [illegible] *ad fin.* vbi Rex præcipit [illegible] hæc, & ſin [illegible] famulis Regis commendentur, ibi, *auendo* [illegible] *noſſos, aque tenhamos obrigaçam.* Ex quibus verbis officium tabellionis eſſe nobile patet, non verò vile, cum Rex conferre ſoleat illud in compenſationem ſeruitij impenſi famulis ſuis [illegible] ſint eo ipſo famuli Regis nobiles. Item [illegible] probat Alciat. *in l. mercis appellatione, de* [illegible] *ſignif.* Couar. *in practi.* [illegible] *cap.* 1 [illegible] *num.* [illegible] *nè, num.* 7. & Caſſanæus *in catalog.* [illegible] *conſiderat.* 19. dicentes notarios eſſe [illegible] non debent eſſe infames, [illegible] contradicat Iaſon *in rubr. ff.* [illegible] & Faſin. *conſ.* 94. *num.* 5 [illegible] ex noſtra ordinatione, *lib.* 1. *tit.* [illegible] *num* 1. vbi exigit in notariis [illegible] ex cludit ab eis infamiam, con[illegible] fideles, & ne ſint infamia tali notati [illegible] ſcribæ, ſeu notarij illis honeſtè non [illegible] ibi *Os ſe ſaon infamados de tal infamia* [illegible] *que boneſtamente naon caibaon nelle* [illegible] conſtat notarios non poſſe eſſe inf[illegible] quiri, vt ſint immunes, non ſ[illegible] ſed etiam à inſpicione illius, ac fid[illegible] magis credatur, quàm alij [illegible] in *verb. tabularijs*, § *ſi verò* [illegible] *de* [illegible] *d. & falcid. collat.* 1. Felin. *in* [illegible] *circa medium de teſtib.* Bald. [illegible] *C. ad l. falcid.* quia officium [illegible] & tabellionatus eſt dignitas præſertim, quando [illegible] notarius à principe, vt notat Luc. de Pen. [illegible] *ſos, C. de dignitatib. lib.* 12. [illegible] *Quis* [illegible] *quis, non diligat eum, & honeſtate* [illegible] *compleri pateat, qui decreto principis ad tabell* [illegible] *peruenit?* in Authent. *vt iudices ſine quoquo* [illegible] *gio*, § *ideo licebit, collat.* 2. Conducit illud [illegible] ſtici 10. *ſuper faciem ſcribæ imponet honorem.* Scribit Martin. à Coſta *in ſuo libello de* [illegible] *mus ſupplicationis, annotat.* 11. & *annot.* [illegible] vbi probat ſcribarum officium eſſe nobile, [illegible] que vſu, & conſuetudine eſſe, vt ſcr[illegible] pharij vt nobiles exiſtimentur, & nullo [illegible] les, aut infames cenſeantur.

Concluſio ergo ſit. Infames no[illegible] notarij, cum hoc officium ſit publicum inuentum ad comprobationem veritatis, & ex fide [illegible] totum pondus cauſarum [illegible] contractuum [illegible] negotiorum ſubſtantia dependeat. Probatur ex [illegible] nibus rerum circa quas officium eorum [illegible] verſatur; quarum Prima acta iudicialia [illegible] qui in iudicio litigant comprehendit. Se[illegible] verſatur in examinandis teſtibus, [illegible] bus [illegible] deciduntur. Tertia reſpicit inſtrumenta publica, & ſcripturas, tam contractuum nominatorum, quàm innominatorum, & tranſ[illegible] & ſimilium conuentionum, quæ inter homines celebrantur. Quare cum omnium horum [illegible] ex fide, fidelitate, ac veritate notariorum dependeant; 595.

deant, oportet, vt fide digni, ac fidelitatis, ac veritatis amantiſſimi ſint, qui hoc officio perfungi debent; ſiquidem eorum veritati, ac fidelitati ſtandum eſt. Conſonat lex noſtra *ſupra, d. tit. 84. in princip.* vbi præcipit, vt fide digni ad huiuſmodi officium eligantur, ibi, *ſiem, & entendidos deuem ſer os eſcriuaens da noſſa corte.* Atque ita non ſunt eligendi infames, nec poſſunt iuſtè dc iure eligi infames infamia iuris, gloſſ. *in l. 2. §. Miles, verb. ſacramento, de iis, qui notantur infamia*, quæ docet indignum eſſe infamem infamia iuris officio publico, cuius gloſſæ meminit Panorm. *in cap. ſuſcitatus de reſcript. col. 3.* Sed officium notariatus nemo neſcit eſſe publicum, cum tabelliones authoritate publica fungantur, *cap. cum P. Tabellio. de fid. inſtrum.* vbi ſcribentes omnes idem tradunt; ergo infames infamia iuris ab officio tabellionum ſunt excludendi, Abb. *in cap. cum dilectus, num. 7. de fid. inſtrum.* Alexand. *conſ. 8. lib. 2. num. 2.* licet Bart. *in l. eadem, § hac lege, ff. ad l. Iul. repet.* opinetur poſſe infames infamia iuris eſſe notarios regios, qui nec ſunt publici, nec de collegio, ac numero publicorum; in quo fallitur, quia tabelliones regij, eo ipſo, quod ſunt à Principe creati authoritatem publicam habent, quorum officium ex eo ſolo publicum eſt, quamuis non ſint adſcripti in numerum tabellionum alicuius vrbis, ſeu loci, illiſque habetur fides, quia regij tabelliones ſunt. Couar. *in pract. cap. 19. n. 5. verſ. Quarta concluſio*, ergo non poſſunt eſſe infames. Opinatúrque non eſſe veros, nec legitimos tabelliones, nec illis, & eorum inſtrumentis habendam eſſe fidem, niſi princeps de poteſtate ſua eos liberet infamia. De regiis tamen tabellionibus vide Suar. de Paz *annot. vlt. num. 18.*

196. Quid dicendum de infamibus infamia facti? Panorm. & Felin. *in cap. dilectus, num. 40. de fid. inſtrum.* tradunt hos infames non priuari officio publico, quia infamia facti quamuis detrahat aliquid de fide inſtrumentorum, quæ fiunt ab his infamibus; attamen ipſi poſſunt conficere inſtrumenta, quamuis infamia facti publici ſit, nec fiunt indigni, nec omnino priuari exercitio ſui muneris cenſentur. Quando verò oritur infamia facti ex criminibus, non debent infames conſtitui tabelliones à republica, nec à principe. Probatur, quia teſtes infames infamia facti non admittuntur in cauſis grauibus, & arduis ad teſtificandum, text. *in cap. licet cauſam. de probat.* per quem in cauſa ardua, non admittuntur teſtes, quorum fides aliqua ex parte minuitur. Couar. 2. *p. epitom. cap. 8. §. 12. num. 8.* vbi tradit infames infamia facti non eſſe teſtes omni exceptione maiores; ergo nec tabelliones infamia facti laborantes, cum æquiparentur teſtibus, & quibus maior eſt authoritas, quam teſtium; non tamen horum infamium conſtitutio per hoc eſt omnino irrita; eo quòd huiuſmodi infames non cenſentur de iure inhabiles ad exercendum tabellionatus munus, qui regulariter non eſt dignitas, quidquid tradat Luc. de Penn. prætit. niſi intelligatur de ſcribis, ſeu graphariis proceſſuum Regiæ coronæ, de quibus loquitur ordinatio Luſitana *lib. 1. tit. 23. & 24.* quos habere dignitatem docet Martin. à Coſta *in ſuo ſtylo annotat.* at, cùm deſeruiant Principi in cauſis ad eum ſpectantibus; & à fortiori hoc dicendum eſt de tribuno, ſeu primicerio notariorum, vulgò *ſcriuam da puridade*, de quo ordinatio noſtra agit *lib. 1. tit. 2. §. 12.* Barboſ. Vimaran. *ibid. num. 3.* Igitur notariorum infamium infamia facti conſtitutio, eſto non ſit omnino irrita, non tamen ipſi habent integram fidem. Factum tradita à Couar. *in practic. cap. 19. num. 5. concl. 6. & 7.* & Camil. Bortel. *in ſumm deciſ. tom. 2. tit. 18. num. 133. & 279. & ſequentib.* vbi cenſet infamem, ſi poſt infamiam ad officium promoueatur cenſeri à Principe diſpenſatum; quod ante dixit Innoc. *in cap. præterea de teſtibus cogend.* quem ſequitur Butr. *ibid.* & Ioan. de Imol.

Quæri etiam poteſt an minores vigintiquinque annis poſſint eſſe tabelliones? Reſpondetur negatiue de iure noſtro *lib. 1. tit. 93.* vbi requiritur ætas vigintiquinque annorum completa. Barboſ. *in l. cum prætor, §. vlt. num. 67. ff. de iudic.* Phœbus *deciſ. 92. num. 2. tom. 1.* Barboſ. Vimaranenſ. *d. tit. 93. in princip. num. 1.* Idem de iure Hiſpano, vt habetur *in l. 30. tit. 25. lib. 4. recopil.* Suar. de Paz, *annot. vlt. num. 12.* Requiritur etiam de iure noſtro, titulo præcitato, quòd tabelliones ſint vxorati, §. 1. *ſera obrigado a ſe cazar dentro de hum anno do dia que lhe fordado o officio, ſob pena de o perder*; quod intelligitur de obtinentibus huiuſmodi officia ſibi perpetuò, non verò de ſubſtitutis, qui loco proprietarij deſeruiunt ad tempus, vt iudicatum fuit Eboræ, anno Domini 1603. in fauorem Iacobi de Villalobos non vxorati, pro quo fuit pronunciatum poſſe ſeruire, quamuis non eſſet coniugatus, quia lex obligans ad coniugium, debet intelligi de officialibus propriis, non verò de ſubſtitutis. Cabed. *tom. 2. deciſ. areſto 106.* Mendes à Caſtro *in praxi Luſitaniæ, lib. 1. cap. 2. §. 9. num. 25.* & Vimaranenſ. *in remiſſ. ad ordinat. reg. lib. 1. tit. 93. in princip. num. 3.* 297.

Quam verò fidem faciant inſtrumenta, ſeu ſcripturæ à notariis confectæ, res eſt in confeſſo propter robur ſigni publici notariorum, vt communiter ſcribentes notant *in rubr. de fid. inſtrum.* Curtius *in l. admonendi, n. 133.* & *ibi* Baptiſta, *ff. de iureiurand. num. 77.* Debet tamen conſtare, conficientem inſtrumentum eſſe publicum notarium, quia nemo præſumitur eſſe notarius, cum notariatus in facto conſiſtat, & facta non præſumantur, per text. *in l. in libello, § falſa, ff. de captiu.* ideò debet conſtare, & probari illum eſſe notarium. Innoc. *in cap. veniens, de verbor. ſignif.* Matthæ. de Afflict. *in deciſ. Neapol. 251. ſub n. 1.* Boër. *in deciſ. 36. num. 7.* Franciſc. Marc. *in deciſ. 51. ſub num. 2. vol. 1. & deciſ. 511. ſub num. 2. vol. 2.* Roland. à Valle *conſ. 32. num. 3. vol. 2.* quia qualitas notariatus, non ineſt à natura, ſed ab hominibus confertur. Cùm ergo nemo naſcatur notarius, probari debet, vt detur fides inſtrumento, fuiſſe ſcriptum manu notarij de eo rogati, probatióque eſt facienda ab eo, qui inſtrumentum producit in iudicio. Sic Ioſeph. Ludouic. *in deciſ. Peruſin. 115. n. 3.* Roland. *ſuprà, num. 13.* Item probari debet, quòd eo tempore, quo factum eſt inſtrumentum, erat publicus notarius, argument. *l. 3. ff. ad Macedon.* Boër. *deciſ. 36. col. penult.* præſertim ſi probet reperiri plura inſtrumenta confecta ante & poſt illud inſtrumentum, de quo fortè dubitatur an ſit publicum, & confectum à notario. Quod ſi notarius qui dicitur recepiſſe inſtrumentum, iam non eſt in humanis, ſufficit probare per comparationem ſcripturarum, quod ſcriptura, ex qua tranſumptum eſt deductum, erat ſcripta manu notarij demortui, qui fuit in longa poſſeſſione conficiendi inſtrumenta, vt fuiſſe concluſum refert Afflict. *in deciſ. Neapol. 251. ſub num. 1.* Satiſque erit ſi probetur fuiſſe notarius publicè reputatus per 298.

decem annos, vt e[illegible] Baldo *in l. 1. col. 4. C. de [illegible]* [illegible] idem Afflict. *in d. deciſ. 131.* Quod procedit, ſiue inſtrumenta ſint de [illegible] quis, [illegible] de loco in quo agitur. Si vero inſtrumentum fuerit antiquiſſimum, ita vt excedat centum an[illegible], non opus eſt probare notarium fuiſſe notarium, vel in quaſi poſſeſſion[illegible] quia antiquitas opera[illegible] quod fieret prob[illegible] perfecte, & quòd præſumimus omnia ſolemniter acta, etiam quando ſolemnitates [illegible] extrinſecæ. Alex. *conſ. 79. col. 3. vol. 1. [illegible] col. 2. vol. 4.* Paleot. Cardin. *in de[illegible] Roman. [illegible] in fin. [illegible] 3.* vbi voluit non exigi aliam probationem, cum excedit centum an[illegible], vt notatur *in cap. ve[illegible] de verb. [illegible]* Abb. Siculus *in cap. 1. de fid. inſtrum.* & Felin. *in cap. Sca[illegible] col. 18. [illegible] ludi.*

299. [illegible] quibus conſtat inſtrumenta publica facere plenam [illegible] confecta à notario publico, & duo, vel tres [illegible] adhibeantur teſtes, argum. *l. [illegible] numerum, [illegible]*, gloſſ. *in §. Sed [illegible] ſi inſtrumenta, in verb. [illegible] in Auth. de inſtrum. caut. & fid.* in quibus Specul. *in tit. de teſtibus, §. reſtat, in principio*, noluit numerari etiam not[illegible]. Sequitur Ioan. Andr. *in cap. [illegible]* [illegible] Bart. *in auth. Sed nouo iure*, & ibi gloſſ. [illegible] Petr. Gregor. *ſyntagm. iuris [illegible] 48. cap. 4. [illegible] & [illegible]*. Vnde fit, vt inſtrumentum procuratorium etiam deductum e[illegible] remotis regionibus confectum [illegible] publica à notario ſemnatis [illegible] præſumi verum, & fidem facere, dummodo ſit recognitum ab aliis tabellionibus. Prior pars probatur ex tra[illegible] ab Abbate *in ca. pit. 1. verſ. Vnum. de fid. inſtrum.* & ibi Dec. *num. 19.* dicentibus præſumi notarium, qui illud confecit; ideò illi fidem habendam eſſe. Sequitur Menoch. *de præſumpt. lib. 2. quæſt. 78. num. 10.* Boër. *deciſ. 214. num. 3.* Maſcard. *de probation. concluſ. 1005. num. 19. & concluſ. 1092. num. 12.* Poſtea vero pars probatur ex vſu, & conſuetudine ſeruari ſolita, quia quando dubitatur de fide, & veritate inſtrumentorum, ſufficit recognitio aliorum tabellionum. Azeued. [illegible] *1. num. 138. tit. 21. lib. 4. nouæ recopil.* & alij, quos referens ſequitur Barboſ. Vimaran. *in remiſſ. ad ordin. reg. lib. 3. tit. 20. §. 1[illegible] num. 1. ad fin.*

300. Præterea vt fidem faciant inſtrumenta, exigitur vt etiam exemplaria ipſa ipſius tabellionis ſigno ſubſcripta ſint, alioqui non faciunt plenam fidem, vt conſentientibus reliquis ſentiunt Panorm. *in cap. 1. de fid. inſtrum* Bart[illegible] & Bald. *in auth. ſi [illegible] documento, C. de edend.* nec paratam habent executionem, ideò non ſufficit ſimplex ſubſcriptio. Ex ſigno enim ſolemni inſtrumenta vim habent, quemadmodum numi ex charamate regio habent authoritatem, *cap. cy[illegible] 88. diſt.* gloſſ. *in auth. de inſtrum. caut. & fid. verb. adgeratur, & §. Item lex Cornelia. Inſtitut. de public. iudic.* Bart. *in l. ſi quis, §. Si initium, num. 31. ff. de edend.* vbi hanc partem eſſe communem nemine diſcrepante tradit, & probatur ex *l. fin. C. de aſſeſſ.* & quamuis aliqui contradicant, quorum meminit Burg[illegible] de Paz *in l. 3. Tauri, num. 1241.* aliter [illegible] Couar. *in practic. [illegible] num. 2.* & apud [illegible] res eſt indubitabilis, vt conſtat ex *l. 54. tit. 18. part. 3.* vbi definitum e[illegible] inſtrument[illegible] ſine tabel[illegible] ſigno fide carere. Sequitur Greg[illegible] *Sic ſigno*, & probatur ex *d. l. 3. Tauri* [illegible] *del eſcriuano*, & in [illegible] *12. tit. 25. lib. 4. recopil.* [illegible] *ſignar lo[illegible] regiſtros* & quamuis lex loquatur in

protoco[illegible] tamen idem [illegible] tirate ra[illegible] eodem Gutier[illegible] D[illegible] Petr. *in l.* [illegible] Azeue[illegible] *44* [illegible] 4 [illegible] tiene. *in* [illegible] adeò verum [illegible] tabellionis, non [illegible] ceptio ad impediendam [illegible] ceptio iuris, quæ [illegible] *pra, d. num. 2.* Quæ opinio in [illegible] ſeruanda tanquam communis [illegible] Franciſc. Fuſparaz de facto in [illegible]

Confirmatur Lo[illegible] *lib. 1* [illegible] 301.
ibi: *Et as mandem, hoc eſt* [illegible] *ſinaa ſob ſeu ſinal publico, nem primano, [illegible] nante as partes lidas, &* [illegible] Quæ verba [illegible] ceptum, ac prohibitionem [illegible] de[illegible] in exemp[illegible] deductis ex p[illegible] publicis, quæ vulgò [illegible] notar[illegible] per ſignum publicum, quod fac[illegible] dem, [illegible] apponend[illegible]. At [illegible] dicentibus [illegible] elle [illegible] ſubſtantia ill[illegible] neque [illegible] vitiare, vt ſentiunt Decius [illegible] *quia leuis eſt ſolem[illegible]* R[illegible] *conſ. 44. num. 40. vol. 1.* Menoch. [illegible] *vol. 1.* Sed intelligantur de [illegible] publicis [illegible] exaratis. Secus in his inſtru[illegible] publicis, quæ ex protoc[illegible] tibus traduntur, quæ [illegible] cepta. Cabl. Pet. *de empt. & vendit.* [illegible] Vimaran. *in remiſſ. ad d. tit.* [illegible] *in princip.* [illegible] vbi addit ex Caſſan. *in catalog.* [illegible] *conſider. 38.* & Menoch. *de arbi[illegible]* notarium ſignum mutantem [illegible] tem debere puniri de falſo, [illegible] *in proœmio Codicis, num.* [illegible]

Non eſt ergo dubium [illegible] tis 302.
nomen notariorum, vt [illegible] *adgratur, in § Sed & ſi inſtrumenta [illegible] caut. & fid.* & volunt Spec[illegible] *verſ. Item quod non eſt à tabell[illegible]* Alexand. *in conſ. 41. incipit,* [illegible] *& conſ. 153. incipit, videtur prima [illegible] col. 2. vol. 2.* & Petr. Gre[illegible] *Syntagmat[illegible] lib. 48. cap. 4. num. 1*[illegible] Item [illegible] lemnitatem ſigni in eorum, [illegible] enim ſine eo cenſebitur ſcriptura pri[illegible] næ Bald. *in l. contractus, num. 6. C. de* [illegible] *& in l. ſcripturas*, ſi[illegible] hoc [illegible] de iure Luſitano, ſiue de conſuetudine, vt i[illegible] *proœmio digeſtorum*, Alexand. *in rub[illegible] non. nunc. num. 14.* & Anchar. *conſ. 441.* [illegible] *miſſa.* Ideircò quæcumque modo [illegible] tum eſt inſtrumenta authori[illegible] ſigno, & ſubſcriptione nota[illegible] Bald. [illegible] *ratar. ff. de ſtat. [illegible]* Paleot. *in decr. [illegible] Roman. 38.* [illegible] Ga[illegible] *practic. obſeruatio. lib. 2. obſeruat.* [illegible] Emmanuel Suar. *in The[illegible] verb. Inſtrumentum num. 11* [illegible] per de[illegible] rogati quando [illegible] inſtrumenta c[illegible] bus contrahen[illegible] ſi pl[illegible] tùm ad inſtantiam vnius factum fue[illegible] ab illo ſint rogati, vt poſt [illegible] *diſ. [illegible] & ſequentibus*, vbi [illegible] qui fieri debet, dependet à conſenſ[illegible]

bet

bere vtramque partem notarium rogare ad conficiendum inſtrumentum: quod ſi non conſtet de rogatu, inſtrumentum vitiabitur, ex defectu huius ſolemnitatis requiſitæ à iure. Angel. *conſ.* 220. *col.* 1. Dec. *in cap.* , *n.* 20 *de fid. inſtrum.* & alij quos ſequitur Roland. à Valle *conſ.* 55. *num.* 3. *vol.* 4.

303. Oportet ergo, vt notarij in inſtrumentis affirment ſe fuiſſe rogatos, quia eorum dictis quoad rogatum creditur, vt poſt Innoc. *in cap.* 1. *de fid. inſtrument.* tradit Afflict. *in deciſ.* 245. *num.* 9. Natta *conſ.* 146. *vol.* 1. Cardinal Pariſ. *in conſ.* 28. *num.* 52. *vol.* 2. Alexand. *conſ.* 110. *ad fin. & conſ.* 152. *incipit, videtur prima conſideratione, vol.* 2. Quod ſi notarij id non apponant, nec aliter conſtet de rogatu, inſtrumenta ſunt nulla; Alexand. *ſuprà, & in l. ſciendum, col. penult. ff. de verbor. obligat.* Crauet. *conſ.* 216. *num.* 7. Dueñas *in regul.* 111. *num.* 2. *in verſ. Notarius à partibus.* Quæ ſententia eſt communis, teſte eodem Decio *in d. cap.* 1. *num.* 20. *de fid. inſtrum.* Boër. *ſuprà, col. penult. in principio.* In dubio tamen non præſumitur notarius rogatus. Sic Angel. *conſ.* 74. *& conſ.* 220. quia rogari notarium eſt quid facti, & factum non præſumitur, niſi probetur, *l. in bello §. facta, ff. de cap. & poſt l. remer.* cùm ſit ſolemnitas extrinſeca, quæ non præſumitur, *l.* 1. *C. de fid. inſtrum. & baſta fiſca, lib.* 10.

304. His adde, vt inſtrumenta plenam faciant fidem, opus eſſe ne ſint interlineata, nec facta per verba obſcura, & non intelligibilia, ideò oportet, vt notarius in tranſumpto mentionem faciat ad calcem inſtrumenti, de illis interlineamentis, ſeu raſuris, aliàs non carent ſuſpicione, quod fieri debet in corpore ipſius inſtrumenti ante ſignum, & ſubſcriptionem ipſius notarij. Parlador. *lib* 2. *rerum quotid. cap. fin* 1 *part.* §. 12. *num.* 63. *&* 64. Anton. Gom. *in l.* 45 *Tauri, num.* 146. poſt Panormit. *in cap. cum venerabilis. de relig. do.* dicentes ad euitandam ſuſpicionem falſi in fine ſcripturæ, debere notarium antequam illam abſoluat, lituras, cancellationes, abraſiones, & interlineationes ſaluare, addendo ſe abraſiſſe tale verbum in tali linea, vel talem lituram, interlineationem, vel cancellationem, in tali margine, ſeu linea fecisse. Maſcardus *de probation. concluſ.* 1255. *à num.* 6. Tunc enim euitatur omnis ſuſpicio falſi. Rebuff. *in praxi, cap. oppoſi, quæ contra Bullam poſſint,* Menoch. *de arbitr. caſu* 187. *num.* 42. Secus ſi notarius huiuſmodi cautelam apponat in margine ſcripturæ, vel poſt inſtrumentum perfectum, & poſt ſubſcriptionem; quia tunc talis atteſtatio de tali [illegible] vel tali vitio, cùm careat die, & teſtibus, nihil prodeſt, niſi addatur dies, & teſtes eidem de nouo Bart. & Paul. *in l. ſi vnus, in fin. C. de teſtam.* quibus adhæret Auguſt. Bero. *conſ.* 1 *num.* 28. *vol.* 2. In dubio tamen huiuſmodi cancellationes, abraſiones, & interlineaturæ præſumuntur factæ tempore confectionis inſtrumenti antequam eſſet abſolutum, & ſubſcriptum. Bald. *in d. l.* 1. § *ſed conſulto, in fin. ff. de his, quæ in teſtamento delentur,* qui tamen Bald. *in rubr. C. de fid. inſtrum. col.* 9. *in medio, num.* 29. Sibi contrarius, opinatur poſſe fieri correctionem vel emendationem in margine raſuræ, vel cancellationis, vel interlineationum, eo quòd cùm ſit de cohærentiis, videtur habere diē, & reliquas ſolemnitates ſcripturæ neceſſarias, dummodo conſtet huiuſmodi emendationes, & correctiones manu propria notarij fuiſſe factas. Idem dixit Bald. *in l. Labeo,* §. 1. *ff. de pact. col.* 2. *in fin.* quæ opinio eſt probabilis. Sed prior, quæ eſt eiuſdem Baldi *in d. l. ſi vnus, C. de teſtament.* eſt verior, & vſu, praxique recepta. Quod ſi inſtrumenta ſint per verba obſcura confecta, ita [illegible] intelligi bene non poſſint, executionem non merentur. Bart. *in l. quicquid aſtringendæ, col.* 1. *ff. de verbor. obligat.* Caſtil. *in l.* 3. *Tauri verb. vertu*, Parlador. nuper relatus *num.* 62.

Illud etiam breuiter nota, inſtrumentum raſum præſumi falſum, & vt tale reiici poſſe, vt habetur 305.
*in cap. accepimus, de fid. inſtrum. & in cap. licet. de crim. falſ.* Bart. *in l. fin. C. de edict. Diui Adrian. tollend.* Menoch. *conſ.* 48. *num.* 10. *& de arbitr. caſ.* 187. *num.* 40. Iul. Clar. *in practic. crimin.* §. *falſum, verſ. Abradens.* Quæ præſumptio niſi de contrario conſtet, ipſo iure reddit irritum inſtrumentum. Paul. de Caſtr. *in l. iubemus, C. de probation.* Decian. aliis ibi relatis *conſ.* 91. *cum ſequenti, vol.* 3. Niſi raſura cognoſcatur fuiſſe facta in re modica, tunc enim non reddit ſcripturam falſam, Anton. de Butrio *in cap. ex literis. de fid. inſtrum.* Marcil. *conſ.* 80. *num.* 28. Sicut non vitiat inſtrumentum abraſio, quando pars raſa poteſt per alias ſcripturas explicari. Felin. *in d. cap. ex literis,* Bald. *in d. l. ſi vnus, verſ. vltim. C. de teſtam. & in l. ſi falſus, col.* 2. *C. de furt.* Natta *conſ.* 132. *num.* 3. *vol.* 1. & Iaſon *conſ.* 114. *col. penult. vol.* 1. & multò minùs vitiatur inſtrumentum, cum verba antecedentia raſuram, & ſequentia demonſtrant neceſſariò ita eſſe legendum, vt in raſura ſcripturæ reperitur. Nec non abraſio non vitiat ſcripturam, ſi ſenſus rectus percipi poteſt, ſecundùm Socin. ſen. *conſ.* 15. *col. penult. lib.* 1. Maſcard. *de probation. ſuprà, concl.* 1255. *num.* 19. *vol.* 3. poſt Menoch. *d. caſu* 187. *num.* 41. vbi id relinquit arbitrio iudicis, qui ex qualitate raſuræ, ſeu interlineaturæ iudicare poterit.

Simili iter non vitiatur inſtrumentum ex litura, 306.
ſiue raſura, etiam in parte ſubſtantiali, ſi ita ſit bene ſcriptum, vt deprehendatur apertiſſimè manu eiuſdem notarij id fuiſſe factum, gloſſ. *in d. l. fin. in verbo, ſine figura, in fin. C. de edict. D. Adrian. tollend.* cui gloſſæ adhærent Angel. & Bart. *ibid.* & Iaſon *num.* 19. Quod puto verum, ſi poſtea notarius in corpore inſtrumenti, antequam ſcripturam abſoluat, & ſubſcribat, addat atteſtationem de tali, vel tali abraſione, ſeu interlineatione ſuprà factis; Aliter enim inſtrumentum præſumitur falſum cùm multi ſciant adulterare, & fingere aliorum ſcripturas; ideò non ſufficit huiuſmodi abraſiones videri factas manu eiuſdem notarij, vt falſum non præſumatur inſtrumentum. Panorm. *in c. cum venerabilis, de relig. do. n.* 8. Menoch. *d. caſ.* 187. *n.* 34. poſt Anchar. *conſ.* 431. vbi reprobat inſtrumentum, in cuius margine aliquid magni præiudicij ſcriptum reperitur, ob cauſam iuſtæ ſuſpicionis, quia inde oritur ſuſpicio falſitatis præſertim quando literæ diuerſi atramenti in margine reperiuntur; arguitur enim falſitas cum apoſtilla eſt diuerſa manu facta. Abb. *conſ.* 10. *col.* 2. *lib.* 1. *& conſ.* 34. *col.* 2. *lib.* 2. Crauet. *conſ.* 88. *num.* 7. Ruin. *conſ.* 215. *num.* 16. *lib.* 1. & alij relati ab eodem Menochio *ſupra num.* 38. *& ſequentib.* & Camill. Borrell. *tit.* 18. *n.* 319. *& ſequentibus,* vbi ſubdit apoſtillas ad marginem additas in loco ſubſtantiali præſumi falſas, idem de cancellationibus intelligit. Secus quando apoſtillæ nihil noui continent, ſed declarant ea, quæ in corpore inſtrumenti continentur, cùm nihil noui faciant, qui declarant, *l. heredes palam,* §. 1. *ff. de teſtam. & l. adeo,* §. *cum quis in fin. verſ. cum enim. ff. de acquir. rer. domin.* dummodo fiant ab eodem notario ſimiles apoſtillæ modo debito, cum ſubſcriptione eiuſdem, & cum data,

data, vt docet Ioan. Baptiſta Coccin *in deciſ. Roman. nuperrima* 2-6. *n* 3 *p.* 2. *tom.* [illegible].

307. Sed quid dicendum de ſcripturis deductis ex archiuo publico, vulgò apud nos *Torre do tombo*, vbi commentaria publica [illegible] ſeu ſcripturæ magni ponderis, ac momenti de mandato Principis conſeruantur, cui archiuo præeſſe ſolent officiales & cuſtodes fideles, & nullo modo ſuſpecti, qui ab archiuo archiuiſtæ dicuntur, & archiuo à Rege conſtitui præponuntur, præuioque examine illis cuſtodia, & fides tribuitur, qui ſunt officiales publici, & publice deputati, quibus iuramentum debet præſtari, vt vult Bald. *in l. exemplo, col.* 1. *verſ. Tertius caſus, C. de probat.* Franc. Marc. *in deciſ. Delph.* 898. *n.* 5. *vol.* 1. Vt a noſtris ordiamur, in toto regno datur plena fides Inſtrumentis, & ſcripturis repertis in archiuo regio Luſitano, & tranſumptis ab eiſdem per archiuiſtam, ſeu officialem deputatum archiuo præpoſitum, tranſcriptis, & habentur, vt authenticæ, vt ex multis probat Valaſc. *conſult.* 167. *num.* 8. & 9. Idem dico de reliquis ſcripturis extractis ex ſimilibus principum archiuis, vt probat Aym. *de antiquit. tempor.* [illegible] *limit* 4. *num.* 114. Roland a Valle [illegible] 1. 2 [illegible] 4. Octauian. in *deciſ. Pedem.* 60 *num.* 1 [illegible] *quem.* Ioſeph. Ludouic. *in deciſ. Peruſin.* 115. *num.* 19. *& ſequentibus.*

308. Nonnulla tamen requiruntur, vt plena fides habeatur ſcripturis in archiuo deductis. In primis enim exigitur, quòd archiuiſtæ, ſeu cuſtodes archiui ſint fideles. Panormit. *in cap. cum conſam, col.* 2. *verſ. gloſſa* 2 *de probation.* Felin. *in cap. ad audientiam, num.* 23 *verſ. Prima concluſio, de praeſcr.* Corn. *conſ.* 142. *col.* 2. *verſ. reſtarent, vol.* [illegible] quia ſi non ſint archiuiſtæ fideles, de facili poſſunt committi fraudes. Afflict. *deciſ.* 303. *num.* 4 & 5. Debent enim eſſe cuſtodes authentici, vt illis credatur, quod prius dixit Ioan. Andr. *in tit. de inſtrum. edit.* 5. *Nunc accendum. in addition. quæ incipit, Quia de argentari, verſ. Quintum,* & Innocent. *in cap.* 1 *de probat.* Item requiritur, quòd ſcripturæ, quæ extrahuntur ab archiuo, quando pertinent ad tertium, extrahantur parte citata, quæ ſi nihil opponat, fidem faciunt. Ludouic. Roman. *conſ.* 319. *argum. authent. Ad hæc,* vbi gloſſ. penult. *C. de fidei inſtrum.* Veral. *in deciſ.* 2. *num.* 20. *p.* 2. Item requiritur, quòd archiuiſtæ fidem faciant, & affirment ſcripturam eſſe deſumptam ex archiuo, fuiſſeque repoſitam in eo à perſona fide digna, non ſuſpecta, quæ omnia conſideranda relinquuntur arbitrio circumſpecti iudicis, Aym. *de antiquit. temp. p.* 1. *§. Quarto limitatur, & in conſ.* 2-4. *n.* 6. Natta *conſ.* 672. *n* 33. *vol.* 4. Maſcard. *de probat. conſ.* 111. *num* 9 & 10. *vol.* 1. & *conclus.* 926. *num.* 6. Afflict. *d. deciſ.* 303. *ad fin.* & Verall. *deciſ.* 41. & *deciſ.* 42. *p.* 1. *deciſ.* 234. *part.* 3.

309. Petes, an ſcripturæ publicæ ex archiuo hoc publico deſumptæ faciant fidem vbique gentium, & vbique locorum? Valaſc. *in d. conſult.* 167. cenſet dari pleniſſimam fidem in toto regno, quia in archiuo non ſeruantur, niſi inſtrumenta, & chartæ integræ, ac probatæ fidei. Quare dicendum eſt non vbique locorum, neque gentium facere fidem plenam ſcripturas illas, niſi inter ſubditos illius Principis, cuius eſt archiuum, non autem extra territorium, vel inter non ſubditos. Alexand. *conſ.* 16. *col.* [illegible] *verſ. Quia reſpondeo, vol.* 5. vbi ait ſcripturas ar[illegible] nihil probare aduerſus non ſubditos iuriſdictioni illorum; quorum authoritate, ac mandato ſcripturæ cuſtodiuntur in archiuo, quod ante [illegible] *in l. exceptionem, C. de* [illegible] *ſit, princip.* Sequitur Roland. à Valle *d.* [illegible] *num.* [illegible] 4. & Octauian. *de* [illegible] *Ped.* [illegible] & Veral. *deciſ.* 42. *in princip. p.* 1.

Quid de archiuis publicis [illegible] eſt ſuarum Eccleſiarum? Valaſc. *conſult.* [illegible] Reſpondet dadum eſſe plenam fidem [illegible] in archiuo publico repertis, & in libro cen[illegible] Eccleſiarum Archiepiſcopatus, ſeu Epiſcopatus, ex notatis *in auth. ad hæc, C. de* [illegible] *d. inſtrum.* vbi Paul. & Pariſ. *conſ.* 27. *num.* 49. *lib.* [illegible] & Gregor. Lopez *l.* 1. *tit.* 18 *part.* [illegible]. Secus dicendum eſt de archiuis monaſteriorum cum non ſint archiua publica, ſed priuata, vt notat Cardin. Puteus *in deciſ.* 180 *lib.* [illegible] Quod intellige de ſcripturis priuatis, [illegible] verò de publicis, & authoritate publica con[illegible] præſertim authoritate regia; tunc enim [illegible] plenam faciunt, non ex eo, quod conſeruent[illegible] archiuo, quia ſine eo fidem faciunt, cum ſint ſcripturæ publicæ, vt notat Ioſeph. L[illegible] *cis Peruſ.* 115. *num.* 22. & 2[illegible] conſuetudine ſcripturis priuatis [illegible] archiuo publico repertis fides habe[illegible] ipſis fides dabitur. Cardin. Puteus *in d. deciſ.* 4[illegible] *num.* [illegible] *lib.* 2. Aliter enim non probat [illegible] dine ſcripturis priuatis ex [illegible] deſumptis, non creditur, ſicut [illegible], Franciſc. Marc. *deciſ.* 458. *num.* 1. [illegible] *lum.* 1. Ratione tamen loci [illegible] non publica reperta in archiuo [illegible] dummodo extrahatur auth[illegible] cundum gloſſ. *in d. auth. ad* [illegible] *ptura priuata, l. moris, §. ſolet,* [illegible] *dem,* 4. *quoties, ff. de iur.* [illegible] D[illegible] archiuum ad atteſtetur, cum ſit p[illegible] deputatus ad cuſtodiam archiui [illegible] *de procurator.* & Angel. *in d.* [illegible] *documento, C. de edend.* & F[illegible] *d. deciſ.* 418. *num.* 3 & 4. *vol.* 2. 310.

Quid de libris merc[illegible] *cap.* 1. 311.
*num.* 32. & *ſequent. de fid*[illegible] *in l. ad monendi, num.* 153. & 154. [illegible] *iureiurand.* decidunt eorum libris contra tertium [illegible] habendam, quando mercatores non [illegible] deputati, & iurati. Cardin. Paſeor [illegible] *lib.* 3. *vol.* 3. ex Batt. Socin. *conſ.* [illegible] tamen *ad Capell. Tholoſ. quæ* [illegible] tertium huiuſmodi libros facere ſemi[illegible] bationem, quando ſunt [illegible] pl[illegible] næ fidei, præſertim ſi hoc habeat [illegible] in huiuſmodi rebus eſt conſideranda. [illegible] verò de libris mercatorum, qui propria authoritate mercaturam exercent. Tunc enim non [illegible] ſemiplenam probationem in tertij pr[illegible] cùm ſit priuatæ perſonæ.

Quando verò eſſet aliqua lex, ſtatutum, vel 312.
conſuetudo, vt mercatorum libris fides [illegible] vbi ſolent ſcribi rationes eorum, tunc [illegible] libris creditur. Ita D. Dunozett. *in* [illegible] 650. *num.* 3. *p.* 1 *tom.* 2. Thom. Triuiſan. *in dec.* [illegible] *net.* 26. *num.* 2 *lib.* 1. poſt Franc[illegible] *commun. opin.* 1306 *num.* 1. Quod intellige in concernentibus mercaturam, non in extr[illegible] gotiis. Rolandus *conſ.* [illegible] 1. *per totum* [illegible] valent enim huiuſmodi ſtatuta, vel conſuetudines, quod mercatorum libri [illegible] des, ſecundùm Caſtrenſem *in d. l. admonendi* [illegible] *de iureiurand.* & ſecundùm Imo[illegible] In q[illegible] cum ſcriptura, & [illegible] authoritate publica, illis tantum eſt [illegible]

*cap.2.de fid.inſtrum.* Couar.*in lib.practic.quæſtion. cap. 2. num.8.ad fin.* Beto. *conſ.87 num.54. vol.3.* Quod habet locum, non ſolum in paruis,ſed etiã in magnis, niſi oppoſitum exprimatur, & conſuetudo ... tur, quamuis Bald.*in l.vnica,col.3. C.de conf.* & Panorm *in cap.2.de fid.inſtrument.* opinentur conſuetudinẽ, vel diſpoſitionẽ ſtatuti, ſeu legis, non habere locum in ſummis magnis, ſed in paruis,quod etiam voluit Thom. Triuiſan. *in ...num 3.lib.1.*quæ opinio videtur probabilior Baldo, ſed habere locum etiam in magna ſumma placuit eidem *in d.l.vnica,col.4.C.de conf.* & videtur ſequi Anan. *conſ.5. num.2. & ſequentib.* Dummodo non adſit ſuſpicio,nec magnum præiudicij in aduerſarij ſequatur. Maſcard. *de probat.concluſ.975.num.14.*vbi vult librum rationum mercatoris probare pro ſcribente etiam in magna ſumma, quando mercator eſt fide dignus, præſertim diſponente ita ſtatuto, vel conſuetudine, quod credatur libris mercatoris, *cap. cum dilectus,extra. de fid.inſtrument.* Salicet. *in l. exemplo,C.de probat.*Caſtrenſ.*in l.admonendi,ſub num.42.ff.de iureiur.* Couar. *in practic. cap.22.* & Menoch. *de arbitr.caſu 91.num.16.& 17.* vbi ampliat etiam ad magnas ſummas,eo quia fides libri mercatorum eſt approbata à publico. Atque ita conciliari poſſunt opiniones,nempe Baldum fuiſſe locutum de libro mercatoris non approbato de publico,reliquos vero,qui dicunt librum mercatoris probare ſummam magnam, fuiſſe loquutos,quando eſt approbatus a publico. Sic Iaſon *in d.l.admonendi,num.119.de iureiur.* quem ſequuti ſunt Crauet.*conſ.183.num.15.*& Ioan.Anchar.Regienſ.*quæſt.55.num.10.*

Limita tamen,niſi tale ſtatutum, ſeu conſuetudo eſſent indiſcreta, videlicet ſi diſponeretur in conſuetudine,vel ſtatuto, quòd crederetur oculis clauſis,ſeu omnino omni ſcripturæ mercatoris in fauorem illius;tunc enim pro ſcribente non probaret, cùm eſſet occaſio committendi falſum, ſic Bald. *in d. l.vnica, C. de confeſſ.* Felin. *in cap.2.à num.26.* & *ibi* Decius *num.18. de fid. inſtrument.* Caſtrenſ.*conſ.301.lib.1.* & Alexand. *conſ.53.vol.5.* Item,quando eſſet ſtatutum,vel conſuetudo nihil continens indiſcretum, ſolùm debet habere locum in rebus, ac negotiis ad mercaturam ſpectantibus. Bald. *in l.fin. C. de iuriſdict. omn.iudic.* Crauet. *conſ.3.* Decius *conſ.20.num.3.* Andr.Gail. *obſeruat.30 num.8.* & Menoch. *lib.2. arbitr.iudic. d. caſ.91. num.22. & 23.* & Maſcard. *concluſ.975. num 18.*dummodo mercatores,& campſores,non ſint infames, ac ſuſpectæ vitæ ; tunc enim etiam ſtante ſtatuto, ſeu conſuetudine, quod eorum libris fides habeatur non creditur,niſi ex aliquibus coniecturis probabilibus, & rationibus contrariis iudex pronunciet,ſic Abb.*conſ.95. num.1.* & Bald. *in d.l.vnica, C.de confeſſ.num.13.verſ.Quid ergo eſt ?* Vbi decidunt quantum libris mercatorum ſit credendum, arbitrio iudicis relinquendum eſſe.

Porrò libri mercatorum continentes data, & accepta probant, ſi concordant cum libro principali, & magiſtrali, non vero ſi libri memoriales dumtaxat ſunt, qui ab aliquibus vocantur *ſcartafacia*, & *memorialia*, quæ continent cauſam ob quam res fuit data,vel accepta,quam liber magiſtralis continet, magiſtrali, & principali libro mercatorum ſtandum eſt. Ita Socin.ſen. *conſ.267. ad fin.lib.2.*& apertè reſpondet Beto.*conſ.88.n.46. lib 3.*Menoch.*conſ.296.num.26.& tribus ſequentibus*, vbi addit *ſcartafacia* eſſe libros ſine ordine conſcriptos, quibus non creditur, vt commentarienſes *in l.1. C. ne edend.* Alciat. *in reſp. conſ.427. iuxta editionem veterem Lugdunenſem*, & Iaſon *in l.admonendi in 1.lectur.num.81.in fin.ff.de iureiur.* niſi *ſcartafacia*, ſeu *memorialia* contineant exitum, & introitum, & concordent cum libris magiſtralibus.Sic Socin.& Menoch.*ſuprà*,quibus accedit Marc. Anton. Bellon. *in deciſ. Genuenſ 1. num.19.& 20.*& Camill.Borrell.poſt alios *in ſum. deciſ.tom.2.tit.22.n.48.*& idem Menoch.*de arbitr. indic.lib.2.caſu 92.num.6.*

De libris autem rationum inter ſocios, dicendum eſt illos probationem facere etiam pro ſcribente,in his,quæ ſunt veroſimilia,& connexa, & ſubordinata. Aufret. *ad Capell.Tholoſ. quæſt.496.* Ripa *in l.admonendi,num.129.ff.de iureiur.* Carol. Ruin.*conſ.102.num.13.& 14.vol.1.*ſequitur Marc. Anton.Bellon.*in deciſ.Genuenſ. 3.num 5.*ſubdens id habere locum ſcientibus, & patientibus ſociis, poſt Bald.*in rubr.C.de fid.inſtrum.num.35.* vbi ait his libris inter ipſos ſocios,tam pro ſe,quàm contra ſe plenè credi ; & quamuis Socin.ſen.*240.col. penult.verſ.Quarto,& vlt.reſpondeo,lib.2.*arbitretur Bald.reliquiſſe in arbitrio iudicis hanc quæſtionem,mihi magis placet abſolute Baldum eſſe intelligendum, quando libri rationum ſocietatis veriſimilia continent, & formam rationum, hoc eſt dati, & accepti oſtendunt ; ſecus ſi nihil horum contineant, vt conſtat ex eodem Baldo vtrumque. Primum *in rubr.C.de fid.inſtrum.n.35.* quem ſequitur Crauet. *de antiquit. tempor. Sexta particula,prima part.princip.num.60.* Secundum verò patet ex Baldo *in l.rationes,num.1.C.de probat.* & Iaſon *in repet. l.admonendi,num.111.verſ. Secundo limita,ff.de iureiur.* quibus adhæret Menoch.*d.caſ.92.num.6.*& Barboſ.Vimaran.*in remiſſ. ad l.reg.lib.4.tit.33.§.2.n.5.* 313.

Dubitari poteſt an notarius publicus poſſit conficere teſtamentum clauſum,& inſtrumentum approbationis a tergo inſcribere. Ratio dubitandi eſt,quia de ſtylo huius regni debet eſſe diſtinctio inter notarium, & perſonas facientes teſtamentum,& notat Guido Papæ, *deciſ.318.* Nihilominus dicendum eſt notarium publicum poſſe ſcribere in teſtamento proprio a ſe condito inſtrumentum approbationis. Sic Bartol.*in l.2.ff.de ſtipulatio.ſeruo.num.3.* Quia de facto ſuo proprio agit,& nemini nocet, quod intellige adhibitis teſtibus de iure Luſitano requiſitis. An verò poſſit approbare teſtamentum,ſeu publicare,in quo ipſe relinquitur hæres ſcriptus, ſiue vxoris ſit teſtamentum, ſeu alterius ? Molin. *tom.1.diſp.125.* reſpondet negatiuè, quando teſtamentum eſt clauſum, dummodo hæres non ſit neceſſarius hæres vel teſtator aliqua via per ſe ipſum non expreſſerit,ſe in eo teſtamento inſtituiſſe illum hæredem, habetur *in l. 1. & ſequent. C. de his qui ſibi aſcribunt in teſtamento, in l.1. §.ad teſtamenta,ff.ad l. Cornel.de falſ.* Fundamentum eſt,quia notarius non poteſt conficere teſtamenta ad ſui vtilitatem, vt videre eſt apud Bartol. *in l.quamquam,C.de his qui ſibi aſcribunt* ; & ſi illa conficiat , non valent, Bartolus *in l. filius , §. ſequens quæſtio , ff. de falſ.* Item, quia approbatio facta in teſtamento clauſo concernit ſolemnitatem, quæ facta per manum notarij hæredis ſcripti in teſtamento non valet in vtilitatem ipſius. Confirmatur ex traditis à Gam. *deciſ. 231. num.6.* vbi reprobatum fuit teſtamentum vxoris inſtituentis virum manu ipſius viri 314.

ſcriptum,

ſcriptum Mol. *d. diſp. 125. verſ. Dubium eſt hoc loco, pag. 698. ad fin.*

Suffragatur, quia, ſicut non poteſt eſſe teſtis in teſtamento, in quo hæres inſtituitur; ex *l. qui teſtamento, ff. de teſtam.* Nec in teſtamento, in quo ei relinquitur fideicommiſſum vniuerſale, vt oſtendunt Bald. & Angel. *in l. dictantibus, C. eod. tit.* Sic etiam non poteſt relinqui notario fideicommiſſum vniuerſale in teſtamento clauſo approbato, ſeu publicato ab eodẽ notario, cùm notarius habeatur loco teſtis; imo loco duorum teſtium, cum duobus teſtibus æquiparetur. Camill. Borrell. *in ſum. deciſ. tom. 2. tit. 18. num. 15. & 213.* poſt alios ibi relatos. Maſcard. *de probat. concluſ. 1099. num. 5.* vbi ait notarium vim duorum teſtium habere in teſtamentis. Sic Bald. *in l. ſi quis decurio, in fin. C. ad l. Cornel. de falſ.* & Albet. *in l. de eo, & in l. vxoris, ff. eod. tit.* ergo tabellio non poteſt cùm ſit ſimul teſtis, conficere inſtrumentum approbationis in teſtamento vxoris, vbi relinquitur hæres, aut fideicommiſſarius vniuerſalis. Idem credit Specul. *de inſtrumentis edit. fol. 116. col. 2.* Secus in teſtamento nuncupatiuo, quod legitur coram teſtatore, & teſtibus.

115. Quin potius, quamuis de iure Cæſareo maritus poſſit ſcribere teſtamentum, in quo relinquatur legatum eius vxori, vt conſtat ex *d. l. vxoris,* attamen hoc non procedit in hoc regno inter coniugatos per chartam dimidij, vulgò *carta de ametade,* quia ſunt ſocij omnium bonorum, atque ita non poteſt alter ſcribere in vtilitatem alterius ſocij in teſtamẽto, in quo relinquitur aliquid vxori, quin pariter ſcribat in vtilitatem propriam. Sicut quando duo ſunt fratres, ſocij omnium bonorum, non poteſt alter in alterius fratris vtilitatem in teſtamento tertij alicuius ſcribere; erit enim teſtamentum inualidum quoad hoc, per text. *in l. de eo, & ibi Albet. ff. ad l. Cornel. de falſ.* Gam. Luſit. *deciſ. 69.* & Molin. *vbi ſupra,* vbi id multis exemplis probat: confert Parlador. *lib. 2. quotid. capit. 2. num. 2. folio 115. pagin. 2.* vbi tradit non poſſe notarium conficere teſtamentum pro ſe, ſed aduerſus ſe rectè poſſe, ex Angel. *in §. idem iuris, num. 32. de except.* & ex Iaſon *in l. ſtipulandum, n. 6. de verbor. obligat.* Ex quibus ſequitur reſolutio difficultatis, quam *ibi* Parlador excitat, an poſſit notarius ſcribere pro ſe, & pro alio inſtrumentum, ad commodum ſuum, & alterius? Cui reſpõdet gloſſ. *in l. ſi filius emancipatus, ff. ad l. Cornel. de falſ. §. ſequens quæſtio,* ſi quis ſeruo communi, ſibi, & alteri aſcribat in teſtamento ſub perſona ſerui, id pro non ſcripto habetur, & legatum non comparatur, eo quòd eſt vanum, etiam quoad ſocium, & in hoc gloſſ. & textus cohærẽt. At verò, ſi quis ſibi aſcribat, & alteri in hoc euentu legatum eſſe vanum, & inutile pro parte ſubſcribentis, non verò pro parte alterius, qui totum ſibi acquirit per ius accreſcendi. Ita gloſſ. & ibi Bart. & Paul. de Caſtro *in d. §. ſequens,* vbi notant quando perſona principalis ſcribit cenſeri pro non ſcripta, nocereque aliis omnibus, qui per conſequentiam commodum comparare, & conſequi debebant; quòd ſi duo ſint æquè principales, defectus vnius non præiudicat alteri. Vnde ſequitur ſi notarius conficiat inſtrumentum principaliter in ſua perſona propria duntaxat, talis ſcriptura, ſibi, & aliis inde commodum ſperantibus nihil prodeſt. Contra verò ſi ab eo fiat, & in perſonam ſui, & alterius æquè principaliter; inſtrumentum, ſeu ſcriptura prodeſt quoad perſonam alterius, ſuæ verò eſt omnino inutilis. Ita Bartol. *in d. l. ſi filius, §. ſequens quæſtio,* & Caſtren. *ibid.*

116 An verò notarius conficiens inſtrumentum approbationis in teſtamento vxoris, in quo hæres eſt ſcriptus, poſſit retinere hæreditatem [illegible] tuta conſcientia? Reſpondeo in foro externo incidere notarium in pœnam falſi, iuxta *l. ſi filius, §. maritus,* vbi dicitur incurrere [illegible] edicti Diui Claudij, *ff. ad l. Corn. de* [illegible] communis doctorum, neque excuſatur propter ignorantiam iuris, Bart. [illegible] & Caſtr. *ex l. ſupra* [illegible] *Diuus Claudius,* quia [illegible] quem à quo [illegible] delicto, [illegible] requiritur verus dolus, ſed præſumptus, a quo [illegible] lo præſumpto nullus liberatur, niſi iuſtiſſima cauſa accedat, [illegible] *tutor, ff. de admi.* [illegible] *tutor.* & Caſtrenſ. *ſupra.* In foro tamen conſcientiæ poterit retinere notarius hæreditatem, ſeu fideicommiſſum vniuerſale, ſi nulla vi, metu, dolo, ſeu fraude vxor reliquit eum hæredem [illegible] nullantes huiuſmodi teſtamenta [illegible] præſumptionibus; ideò ſi de veritate [illegible] eſt negandum poſſe retinere hæreditatem [illegible] in teſtamento, Molin. *d.* [illegible] *loco dicit ſeruata ſententia* [illegible] tere occultam compenſationem [illegible] dem ab inteſtato, ſi [illegible] hæredem [illegible] ſcripſit teſtamentum carere [illegible] tere, vt notarius, ſeu quiuis alius, qui teſtamentum ſcripſit [illegible] condemnetur pœna amiſſionis hæreditatis, aut legati, neque [illegible] poſſe hæredem ab inteſtato ſuccedere in [illegible] tuta conſcientia. Idem Mol. in [illegible] *fol. 479. verſ. Panorm. ex* [illegible] *cap. quia plerique de immunit. Eccleſ.* [illegible] 41. [illegible] ex Adrian. *quodlib. 6. concluſ. 2.* Syluester [illegible] *quæſtion. 7.* & Medin. *de reſtit.* [illegible] *ad fin.* dummodo conſtet de [illegible] teſtatoris manifeſta.

Fundamentum eſt, quia ſolemnitates iuris ciuilis in teſtamentis ideo exiguntur, vt fraudes excludantur, quæ poſſunt committi iuxta *l.* [illegible] *de fideicommiſſ.* [illegible] *§. 1. inſtitut. de teſtam.* Atque hæc ratio ceſſat, quando de voluntate manifeſta teſtantis conſtat. Ergo, &c. Secundò, quia, certius ſolemni teſtamento oritur [illegible] naturalis ſecundùm *l. vltim.* vbi Bald. [illegible] & Bartol. *in l. cum quis, C. de iur.* [illegible] *falſ.* [illegible] & eſt communis opinio teſte Iaſone in [illegible] *cum quis, num. 13.* Id verò quod naturaliter [illegible] foro animæ ſoluendum eſt, Bart. *in conſil. ad* [illegible] *primendum, verb. denunciationem,* Abb. *in c.* [illegible] *plerique, de immunit. Eccleſ. & in* [illegible] *de integr. reſtit. ad fin. & in cap. cum eſſet,* [illegible] *num. 10. & 13.* & Anchar. *in reg.* [illegible] *in 6. quæſt. 1.* Ergo deſeruiendum voluntati ſtandum eſt, quando conſtat de illa, [illegible] *in d. cap. cum eſſet, de teſtam.* [illegible] noſtra reſolutione Gam. *d.* [illegible] 47 [illegible] *cap. Si pater ſuper* [illegible] *teſtamentis,* [illegible] *ſtam. lib. 6.*

Confirmatur argumento poſſeſſoris [illegible] aut rei alterius, per Eccleſiaſticam [illegible] alienationem, aut aliam non [illegible] lemnem quæſitæ, qui non tenetur [illegible] neque in foro conſcientiæ reſtituere [illegible] cium, aut rem aliam propter [illegible] defectum. Imò licitè poteſt retinere [illegible] re, eo etiam fine ne ad eandem [illegible] in foro iudiciali compellatur. Bartol. *in* [illegible] *fratribus*

*fratribus minor.lib.1.cap.3.* & *in l.cum quis, C. de iur. & facti ignorant.* Innocent. *in cap.quod ſicut. de elect.* Abb. *ad cap.cum eſſet,de teſtam.* & *in cap. quia plerique citato.* Alciat. *in cap.nouit, de iudic. num.47.* Albert.Brun. *tract.de potent.* & *effectu formæ,fol.57.* & *60.* Angel. *verb.hæres,§.* Tabien. *eod. verb.§.4.* Armill. *verb.hæreditas,n.14.* Sylueſt. *eod. verb.§.9.* Accedit,quia in dubio parti inclinandum eſt,vt potiùs actus valeat, iuxta *l. quoties dubia,ff. de regul.iur.* Nauar. *cap 27.n.287.in nouiſſima editione.* Ex quibus omnibus conſtat,notarium teſtamentum vxoris publicè approbantem poſſe retinere hæreditatem ſibi ab vxore in teſtamento relictam, in foro conſcientiæ, & multo fortiùs in teſtamento noncupatiuo poterit ſibi aſcribere legatum, vel fideicommiſſum, valebitque teſtamentum in vtroque foro. Mantica poſt alios *de coniectur. vltim. volunt. lib. 1. titul. 6. numero 5.*

317 Sed quid dicendum de notario committente delictum, priuatione dignum, an pendente proceſſu,& ante ſententiam poſſit officio renunciare? Reſpondeo affirmatiuè in fauorem alterius, valereque renunciationem, ſi princeps certus de delicto admittat renunciationem; tunc enim videtur diſpenſare, *l.quidam conſulebat, ff. de re iudic.* Quod ſi Principe inſcio notarius renunciet poſt errorem priuatione dignum, non valebit talis renunciatio, & multo minùs venditio, nec princeps pendente lite ſuper errore tenetur admittere huiuſmodi renunciationem. Cabed. *p. 2. deciſ 24.num.9.* Barboſ Vimaranenſ. *in remiſſ. ad ord. reg.lib.1.tit.93.§.2.* Gutier. *lib.2. canon. cap.5. num.46.* Dummodo pr[illegible] pter deli[illegible] um ſit priuatus ip[illegible] iure à lege,vel canone. Poterit tamen notarius priuatus officio vel ſuſpenſus ab illo per ſententiam definitiuam, ſi debito tempore appellet, officio ſuo vti interim pendente legitima appellatione,ex eo,quòd eſt in poſſeſſione officij. Nec obſtat ſententia, quoniam per appellationem ſuſpenditur vis illius, vt *in cap.paſtoralis,§.præterea poſtulaſti,ad fin.de offic.deleg. l.fin.§.fin.C.de fid.inſtrum.* Nam appellatio extinguit iudicatum,reponitque cauſam, ac perſonam in ſtatu, in quo erat poſt litem conteſtatam ante ſententiam,& prouocando nondum cenſetur damnatus, text. *in l.qui cum maior,§.accuſaſſe,ff.de bon.libert.* text. *in l.quia latronibus,§ fin.ff.de teſtam.* text. *in l.furti,ff.de his qui notat.infam.* Quin etiam antequam appellet, intra tamen tempus datum ad appellandum poteſt exercere ſuum officium,quia appellatio interpoſita, & eſſe intra tempus datum ad appellandum, habent eandem vim;ſed notarius poteſt vti ſuo officio,poſt interpoſitam appellationem, non obſtante ſententia diffinitiua. Ergo etiam intra datum tempus ad appellandum, gloſſ.notabilis *in l.ex iudiciorum,ff.de accuſ.* quam Bart.& Alber. *ibi* vocant ſingularem Sequitur Bald. *in l.vnica,C.ex delict. defunct.* & *cap. quoniam contra falſam. de probat.* Niſi cauſa appellationis ſit iniuſta, & illegitima; tunc enim non ſuſpenditur iuriſdictio primi iudicis, vt cū aliis tradit *deciſ. Pedem.5.n.7.* Sicut non ſuſpenditur,quando delictum eſt notorium, & eſt pœna in eo caſu impoſita ipſo iure; tunc enim poſt alios,quos refert, tenet Aceued. *in l.1.n.18.lib.3.noua collect.* non poſſe officialem ſuum officium exercere.

Sed contra obiici poteſt, beneficia accuſati de crimine ea quo veniunt priuandi beneficiis, poſſunt renunciare, gloſſ. *in cap.2. vt lite pendente,* Fregoſi Regim.Chriſt.Reipubl. *lib.1.verb.finita.* Rebuff. *in praxi,tit.de mod.amittend.beneficia, num.51.* & *in regul. de infirmis,reſign.gloſſ.12.num.19.* Couar. *in clem ſi furioſ.de homicid.2.p.§.3.num.7.* Flamin.Pariſ. *de reſign.lib.3. quæſt.16.a num.8.* Zanall. *quæſt.147. num.7.* quam vocat communem Gutier. *d.cap.5.num.29* dicens clericum homicidam non priuari beneficio ipſo iure,ſed per ſententiam, & durante proceſſu vſque ad concluſionem in cauſa poſſe renunciare, quod extenditur etiam ad renunciationem in fauorem alterius, teſte eodem Gutier. *ibid.n.30.* Couar. *ſupra,* Bonifacius *de benef.cap.20. num.4.* Flores de Mena *quæſt.15.num.8.* & *9.* addens poſſe in fauorem alterius reſignare cum reſeruatione penſionis, idem volunt Molin. *de iuſtit. tract.5. diſp.78.num.2.* Gonzal. *ad regul.menſ.gloſſ.15.numero 147.* Henriquez *in ſumma,lib.13.cap.56.§ 4.* & *cap.57. §.1. in fin.* & Sanch. *de matrim. lib.7. diſp.42. num.2.* Ergo accuſatus de crimine per quod non eſt ipſo iure priuatus officio, ſed venit priuandus per ſententiam, poterit renunciare officium in fauorem tertij validè, quia valet argumentum de benefic.ad officia,& è contra.Cabed. *1.p.deciſ.132.*

Concedimus totum,quia in hoc caſu,cùm officia ipſo iure non vacent,donec priuentur per ſententiam, notarij poſſunt pendenti lite ante ſententiam officiis vti ac reſignare validè,argument. eorum, quæ dixi de beneficiis, quando iure non amittuntur. Gutier. *d.num 46.* & Sanch. *d.diſp.42. num.2.* quia donec priuentur,ſuum eſt beneficium, & *lib.2. in præcept.Decalog.cap.26.num.13.* & *14.* & *ſequent* vbi probat hæreticos non poſſe beneficia reſignare,cùm ipſo iure vacent;ſuſpectos verò de hæreſi,receptatores, fautores,& defenſores hæreticorum cum non priuentur beneficiis ipſo iure, vt conſtat ex cap. *excommunicamus el 1. §. Credentes de hæretic.* ſed per ſententiam ſint priuandi,vt docent Couar. *lib.2.variar.cap.8.num.4.* & Penn. *in 3. p. director. quæſt.113. comment.162.* poſſe renunciare validè in alterius fauorem, antequam beneficiis per ſententiam priuentur; ſecus hæreticos,cum ipſo iure beneficiis ſint priuati, neque per reſignationem ius aliquod acquiratur reſignatario, Bernard. Diaz *in practic. canon. cap.114.num.2.* & *ibi* Salzed.Penn. *d.comment.162.* & Sanchez *ſupra,num 9.* Sic intelligenda eſt lex Luſitana *lib.1.tit 80.§.2.* ibi, *por eſſe meſmo feito, ſem mais ſerem citados percam os officios, & nunca mais os ajaon.* Quæ pœna eſt ipſo iure impoſita notariis clericis in minoribus,ſi dum vtuntur notariatu ſæcolari tonſuram geſtauerint apertè clericalem; eadem pœna repetitur eodem titulo contra notarios abſque licentia Regis per alios ſubſtitutos,non verò per ſe ipſos ſeruientes, text. *ibi,§.8.Por eſſe meſmo feito percam os officios.* Quibus in caſibus non poſſunt notarij renunciare. Secus ſi committant errores, quibus ipſo iure, ſeu ipſo facto pœna non imponitur, vt *d. lib. 1. tit.95.§.2.* Nec aliter intelligenda eſt *d. §. 2.* nec Molin. *tom.1.diſput.91.§.quando,* & Cabed. *dict. diſp. 24.* Quod igitur exigebamus Principis licentiam ad valorem huius reſignationis factæ à notario per crimen dignum priuatione, durante lite & ante ſententiam factam, voluimus tantùm eam reſignationem eſſe irritabilem deinde à Principe. Neque amplius probant quæ ad aſtruendam nullitatem huius reſignationis afferebantur, quàm eius irritabilitatem.

318. Quod ſi contingat fieri renunciationem de licentia Regis ab aliquo in infirmitate conſtituto, ſi decedat ante triginta dies ex ea infirmitate, nulla erit renunciatio, habetur *in ordinat. Luſit. lib. 1. tit. 95. §. 1. ibi, Trinta dias.* Apud Gallos requiritur, vt renunciatio teneat, quod reſignans ſuperuiuat quadraginta dies. Rebuff. *in praxi ad regul. de infirm. reſignantib. gloſ. 5. ad fin. pag. 516.* Quod ſi ante quadraginta dies mortuus fuerit, officium vacat, perinde ac ſi renunciatio non eſſet. Cabed. *deciſ. 24. num. 8. p. 2.* Vimatan. *ad ordinat. Regiam, lib. 1. tit. 95. §. 1.* aliis *ibi* relatis.

319. Quæri poteſt, an valeat facultas renunciandi officium in fauorem filiarum, quod communiter concedi ſolet notatis bene meritis. Ratio dubitandi, quia fœminæ excluduntur ab officiis publicis, *l. fœminæ, ff. de regul. iur. l. fœminæ, ff. de tutel. l. fœminas, ff. de procurator. l. cum prætor, §. maritus, ff. de iudic.* Ioan. de Lignan. *de amicitia, §. & ſurgit, n. 1.* Sebaſt. Vant. *de nullit. ex defectu iuriſdict. delegat. n. 71.* Camill. Borrell. *de magiſtr. lib. 1. cap. 2. n. 2. 11. 12. 16. 133. & 134.* vbi docent fœminas eſſe arcendas ab officiis publicis adminiſtrandis. Ex eo fundamento, quia ex cauſis tractandis inter mares, & fœminas viris naſceretur muliebri pudicitiæ, ac honeſtati incongruens. Dicendum tamen eſt validam eſſe licentiam patri conceſſam ad renunciandum officia in fauorē filiarum, ſicque vſu receptū eſſe in hoc regno, teſte Valaſc. *conſul. 129. n. 12.* vbi docet Reges ſolere prouidere filiabus de officiis publicis paternum, non vt filiæ illa exerceant, ſed vt mariti earum, qui eas duxerint vxores, dummodo ſint habiles, & ita hoc fieri videmus quotidie, id autem quod de conſuetudine fit, de iure fit, *cap. cum dilectus, cap. cum venerabilis, de conſuetud. l. ſi de interpretatione, ff. de legib.* Cabed *2. p. deciſ. 34. n. 8. & deciſ. 95. n. 1. & ſeqq.* vnde ſequitur donationem Principis eſſe accipiendam lattiſſimè, vt ſuum ſortiatur effectum, *l. beneficium, ff. de conſtit. princip. cap. dilecti, de donat.*

Confirmatur ex traditis, & notatis *in l. ſerua legato, 72. ff. de legat. 1. §. Si teſtator,* cuius ſunt hæc verba. *Neque,* inquit, *ſolum hoc caſu alium habet actionem, quam cui teſtator dari iuſſit, ſed alio quoque veluti ſi filia nomine generi, aut ſponſo dotem dari, iuſſerit, non enim gener, aut ſponſus, ſed filia habet actionem, cuius maximè intereſt indotatam non eſſe.* Iuuat *l. cum pater, 79. §. donationis, ff. de legat. 2.* vbi, *non,* inquit, *enim quæri oportet, cum quo de ſupremis quis loquitur, ſed in quem voluntatis intentio dirigatur.* Idem habetur *in l. fideicommiſſa, §. penult. ad fin. ff. de legat. 3.* vbi Vlp. *in terreſſe, ait, arbitror, cui voluerit profectum cuiuſque contemplatione teſtator fuerit.* Ex quibus textibus ſequitur facultatem renunciandi factam patri fuiſſe factam ſecundùm quod fieri conſueuit, nimirum, vt filia habeat officium, etiamſi parentes nominent generos. Atque ita conceditur primariò filiabus, & minùs principaliter generis, beneficiumque à Rege factum capit interpretationem à conſuetudine. Innoc. *in cap. olim, de verb. ſignif.* Dec. *in c. 6. n. 37. de poſtul. prælat.* Cabed. *d. deciſ. 59. n. 6.* Suffragatur Cald. *de poteſt. elig. cap. 12. n. 16. & 19.* Nam primo loco an nominationem emphyteuſis in fauorē generi nomine dotis factam eſſe filiæ, quo ad proprietatem, eamque cenſeri nominatam, quamuis nominationis verba in generum dirigantur, quam tamen emphyteuſim, quaſi filiæ traditam de manu ipſius gener recipit, & *num. 19.* idem repetit.

Illud etiam obſtet nota donatar [illegible] de [illegible] Luſitano *lib. [illegible] tit. 91. in princi. & lib. [illegible]* non poſſe admittere officiorum renunci[illegible], ſed debere fieri in manibus ei [illegible] poſſe conferre officium cui maluerit, non tamen poteſt cōferre quando renunci[illegible] fa[illegible] ſi in manibus non habentis poteſtatem admittendi renunciationem, quia officium non vacat, ſicut nec beneficium renunciatum in manibus non habentis facultatem recipiendi illam, nec [illegible] hoc modo arcetur poſtea [illegible] agere [illegible] n[illegible] abdicauerit à ſe ſua propria [illegible]. Fel[illegible] *cap. [illegible] in noſtra, col. 34. de reſcript.* Rota *deciſ. 2. de renunciatio. deciſ. 4. in nouis incipit, ſi appo[illegible] in fin. & n. 7.* donec ſuperior ra[illegible] habeat renunciationem factam per quam approbari [illegible] tur beneficium, ſeu officium vacare [illegible] text. *lib. 2. tit. 45. §. 16. ibi, Quando vagarem.* Ergo [illegible] valet renunciatio ni[illegible] ſequatur [illegible] tionis, in quo euentu valet [illegible] cio ad officium. Cabed. *[illegible] & 2. p. deciſ. 91. num. 4.* [illegible] *opinion. leg.* & Rebuff. [illegible] *beneficiis ante vacat. gloſ. 1.* [illegible]

320. Sed quid ſi quis habeat [illegible] filium ad officium, & dece[illegible] natione? Reſpond[illegible] tania filium ſeniorem, argumenti [illegible] *lib. 4. tit. 56. n. 2.* per text. ibi *Semp[illegible]* [illegible] Ita Cabed *2. p. deciſ. 23.* [illegible] doctiſſimus aduocatis reſpon[illegible] cenſetur nominatus ad emphyteuſ[illegible] tu, quando pater decedit [illegible] nato; ſic in hoc caſu per *l.* [illegible] & ibi ſcribētes, *ff.* [illegible] *deciſ. 129. n. 1.* & à Valaſc. [illegible] Cald. Per. *de nominat. q. 12. num. 44.* [illegible] Quod ſi non habuerit fili[illegible] in officio hæres ab inteſtato per *l.* [illegible] *de committ. ſtipul.* Bald. *in l. cum pe[illegible] gener.* [illegible] *antiq. ff. de iur. dot.* Iacob. M[illegible] *ar. 43.* Socin. iun. *conſ. 83. num.* [illegible] Q[illegible] quod pater non diſpoſuit, & nihil adeam [illegible] hæredem ſuccedere in omnibus bo[illegible] & [illegible] Sequitur Cantiuncul. *conſ. 4. n. 4.* [illegible] & *ſequent.* Menoch *conſ.* [illegible] relatos. Gar[illegible] *de magiſt. lib. 1. cap.* [illegible] vbi *num. 14.* addit, ſi plures ſint hæredes, non [illegible] diuidi officium eſſe probabile, præſertim [illegible] iuriſdictionem annexam, cum ſit indi[illegible] ſecundùm ſuam naturam, & pro parte [illegible] queat per text. *in l.* [illegible] *ff.* [illegible] Sed probabilius eſt poſſe, quia [illegible] pluribus adminiſtrari [illegible] vel per [illegible] vel per annos, vel poſſi[illegible] hære[illegible] vicarium, qui offi[illegible] Bar[illegible] *col. 2. verſ. Quinto quæro,* [illegible] *de* [illegible] *iudi* [illegible] *conſ. 44. num. 4.* Bal[illegible] *in cap.* [illegible] *col. 1. & 2. de probat.* [illegible]

Nec obſtat ſi dicas [illegible] eſſe penes [illegible] in [illegible] ergo non poteſt officium diuidi [illegible] hoc ita ſit exercitium [illegible] bon[illegible] nes eſſe ſimul poteſt per [illegible] & quo ad adminiſtrationem de[illegible] diuiduntur. Rolandus *conſ.* [illegible] & *ſequentibus, lib. 1.* argumento [illegible] tionis tutelæ, quæ diui[illegible] poteſt int[illegible] tutores, quamuis ius [illegible] pluribus competens tutoribus ſit indiuiduum, & remaneat penes quemlibet

quemlibet in ſolidum: ſic adminiſtratio officij poteſt diuidi quamuis officium ſit indiuiduum. Alex. conſ. 18. col. 2. vol. 2. conſ. 7. col. 1. in princ. vol. 5. Iaſ. in l. ſtipulationes non diuiduntur, col. 3. & 19. in fin. ff. de verbor. obligat. Tiraq. de primog. quaſt. 4. n. 50. & alij, quibus accedit Menoch. conſ. 297. n. 1. fin.

Quod ſi vnus ex hæredibus ſit fœmina, vel ex aliquo caſu omnino impeditus? Reſpondet Padil. in l. cum quidam, num. 24. ff. de legat. 2. & in l. vnum ex familia, num. 8. per text. in l. communi diuidundo, in princip. ff. commun. diuidund. poſſe officium, ſeu iuriſdictionem per habilem exerceri, & fructus per omnes diuidi. Sequitur Maſtril. lib. 1. de magiſtr. cap. 28. n. 59. Quod intellige quando officium eſt notariatus, vel ſimile, in quo fœmina per ſubſtitutum ſeruire poteſt; tunc enim fœmina tanquam hæres acquirentis ſuccedit. Ita Capic. deciſ. 121. num. 5. Dom. de Pont. de poteſt. Proregis, tit. de diuerſ. prouiſ. in rubr. de poteſt. ſubſtit. & Maſtril. de magiſtr. lib. 2. cap. 4. num. vlt.

322. Non tamen poterit notarius dum viuit nominare filiam, etiamſi fuerit illi conceſſum reſcriptum nominandi pro ſe, & hæredibus quibuſcumque. Ita Dom. Carol. Tapa de conſtit. princip. p. 2. cap. 3. num. 54. niſi à principio fuiſſet officium conceſſum fœminæ. Ratio, quia in officiis nomine filiorum non veniunt filiæ. Bald. in cap. ad audientiam, de reſcript. ad fin. Valaſc. conſult. 129. num. 12. Dom. de Pont. in tract. de poteſt. Proregis, tit. de diuerſ. prouiſ. rubr. de poteſt. ſubſtit. num. 4. & alij, quibus comes eſt Cabed. 2. p. deciſ. 23. num. 1. & fin. Probatur idem ex l. fœminas, ff. de procurator. præſertim quando lex, vel ſtatutum excludit fœminas, vt in hoc caſu per text. in l. fœmina, ff. de regul. iur. vbi Bart. & in l. quidam conſulebant, ff. de re iudic. l. 1. C. de mulier. & in quo loco per quæ iura fœminæ ab omnibus officiis ciuilibus, vel publicis remouentur, & l. qui originem, § corporalia, ff. de muner. & honorib. ibi: corporalia munera fœminis ipſe ſexus denegat, quominus, honores, vel munera iniunguntur, cap. mulierum, 33. quaſt. 5. ergo non poterit pater nominare filiam, niſi ad id

323. expreſſam habeat facultatem. Maſtril. ſuprà, d. capit. 18. num. 60. vbi num 63. addit habentem poteſtatem nominandi, non poſſe mediante pretio nominare, nec vendere officium ſine expreſſa licentia Principis l. vnica, C. ad l. Iul. de ambitu, & text. in cap. ſancimus, 1. quaſt. 7. & in auth. vt iudic. de mandat. princip. §. Illud tamen. Ex quibus conſtat de iure communi, ſiue municipali officia vendi prohibitum eſſe, de licentia tamen Regis fieri poſſe, cum poſſit ius poſitiuum derogare, per text. in l. princeps, ff. de legib. Sot. de iuſtit. & iur. quaſt. 6. art. 4. Caietan. in ſumma, in verb. officiorum ſæcularium inutilitas, Azor p. 3. inſtit. moral. lib. 8. cap. 7.

Prædicta tamen intellige, dummodo tria concurrant, nempe vt vendantur officia perſonis dignis, & pretium ſit moderatiſſimum, & denique fiat venditio vigente magna neceſſitate, cui non poſſit alio modo mederi, vel commodiori ſuccurri. Aragon. de iuſtit. & iur. quaſt. 63. art. 2. col. fin. Medin. de reſtit. quaſt. 26. & 27. Leſſ. lib. 2. de iuſtit. cap. 32. dub. 4. num. 29. Syluest. in ſumma, verb. dominium, quaſt. 4. Bald. in l. Barbarius in 1. lectura, col. 1. verſ. veniamus nunc, ff. de officio prat. & in c. 1. quæ ſint regalia. Tel. Fern. in l. 26. Tauri, n. 10. Azeu. conſ. 8. n. 6. Sed quia de venditione officiorum diximus ſuprà, lib. 1. diſp. 2. §. 2. à n. 121. vſque ad 142. Quæ hoc loco deſunt, ſupra loco citato inuenientur.

324. Adde notarium, qui facultatem renunciandi officium habet intra menſem integrum, puta Decembris, poſſe in vltima die renunciare, ac perficere ſcripturam ante mediam noctem illius vltimi diei, cenſetur autem eſſe dimidium noctis, vbi eſt horologium, cum primus horæ duodecimæ pulſus ſonuit; tunc enim iam eſt hora expleta, ſicut expletur hora prima, & vnica, primo, & vnico pulſu. Sanchez de matr. lib. 2. diſp. 41. n. 46. Garcia de benef. p. 5. cap. 1. n. 524. Vbi verò non eſt horologium, renunciatio erit valida ſi perficiatur ante gallorum cantum; quia vbi primùm gallus cucurrit, cenſetur dies præcedens finiri, & ſequens incepiſſe. Probatur ex Miſſa illa prima, quæ in natalitiis Christi Domini à media nocte celebrari incipitur, cap. nocte ſancta de conſecr. diſt. 1. Conſonat Ianſen. in concordiam Euangeliſtarum, cap. 133. pag. 927. & Barrad. tom. 4. concordia, lib. 3. cap. 21. fol. 122. In illud Matth. 26. Marci 14. Lucæ 22. & Ioan. 13. Antequam gallus cantet, &c. Quorum alter non diu poſt mediam noctem, & alter non multò poſt eandem; quod idem ſonat; gallos cucurrire tradunt; ſequitur Gonzal. menſib. gloſſ. 11. n. 18. & ſequentibus. ſubdens gallos interdum in ipſo mediæ noctis puncto cucurrire; ſed non multò poſt mediam noctem cantare ſolere gallos ait Polydor. Ripa de nocturno tempore, cap. 160. n. 3. & 6. Cuius rei cauſam Cicero lib. 2. de diuin. dicit, depulſo videlicet ante locum de pectore, & in omne corpus diuiſo & modificato cibo, cantus edere quiete ſatiatos.

Ex quibus ſequitur menſem incipere à media nocte, quia dies naturalis, & menſis ſecundùm communem, & naturalem computationem, à media nocte incipit, per text. in l. more Romano, ff. de feriis, & ibi Iaſ. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 11. n. 7. Nauar. de orat. cap. 3. n. 34. Francol. in ſuo tract. de tempore horarum canonicarum, cap. 87. cum ſequent. Rebuff. in tract. de nomin. quaſt. 16. n. 2. & in concordata. de collat. §. præfati ordinarij, in verbo, ſequentibus menſibus, Polydor. Ripa in tract. de nocturno tempore, cap. 3. n. 17. & cap. 158. n. 3. Garcia præcit. d. cap. 1. n. 523. Gonzal. dict. gloſſ. 11. num. 9. Proinde cum menſis Apoſtolicus finiatur in dimidia nocte poſtremi diei, & ex illa dimidia nocte inceptus ſit in poſterum menſis ordinarius ratione alternatiuæ, duretque vſque ad dimidiam noctem vltimi diei menſis ordinarij, ſi contingat vacare beneficium ante mediam noctem, vel ante galli cantum, vbi non eſt horologium, eius collatio, ac prouiſio pertinebit ad illum, qui eo menſe prouidere, & conferre poterat. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ. 116. Notarius iſte, num. 7. verſ. In conferendus, p. 2. Polydor. de temp. noctur. cap. 160. ad fin. n. 9. & cap. 161. ad fin. & inclinant Garcia ſupr. n. 526. & Gonzal. d. gloſſ. 11. ex n. 16.

Quod ſi præbendatus reperiatur in vltima nocte menſis mortuus, & omnino ignoretur an poſt mediam noctem, vel ante illam deceſſerit, nec conſtare poteſt, an menſis Apoſtolicus fuerit finitus, vel non, & an menſis ordinarij fuerit cœptus, vel è contra? In hoc euentu iuſtius arma induiſſe prouiſum à quocumque ille ſit, ſi eſt in poſſeſſione tradit Put. deciſ. 207. incipit, die 4. February, & deciſ. 266. n. 2. lib. 3. Ideò actor in hoc caſu victus ſuccumbet, cum melior ſit conditio poſſidentis in pari cauſa, regul. in pari 65. de regul. iur. in 6. & regul. in pari 170. ff. de regul. iur. & in foro externo protegetur hic in ſua poſſeſſione, §. commodum, inſtit. de interdictis, cap. 3. de probat. cum magnus ſit effectus poſſeſſionis, & propter illã præſumatur 325.

poſſidentis prouiſio prior tempore, Rebuff. *de pacif. poſſeſſ. num. 297.* Maſcard. *de probat. concl. 114. num. 4.* poſt plures ibi relatos, Gonzal. *de menſib. §. 3. proœmial. num. 51. & ſequent.* & gloſſ. 11. n. 28. etiamſi reus non doceat de iure ſuo, *cap. ſi a ſede. de præbend. lib. 6.* Præſumitur enim prius obtinuiſſe collationem, qui priùs fuit in poſſeſſione, quæ præſumptio eſt iuris, & de iure, & ſic contra illam non admittitur probatio in contrarium, *l. fin. ff. quod metus cauſa, cap. 15. qui filiam. de ſponſ.* Quæ reſolutio procedit in hoc euentu, & quoties etiam prouiſio fit duobus a diuerſis eodem die, nec conſtare poteſt, cui priùs fuerit facta, prævalet enim conditio poſſidentis.

Probabilius tamen puto in hoc caſu dubio, quando poſt factam diligentiam, ſufficientémque inquiſitionem, neſcitur omnino in quo menſe vacauerit beneficium, prouiſionem ab Epiſcopo factam eſſe præferendam prouiſioni Apoſtolicæ, etiamſi prouiſus à Summo Pontifice ſit in poſſeſſione beneficij. Ratio, quia de iure communi ceſſante reſeruatione prouiſio omnium beneficiorum cuiuſque diœceſis pertinet ad Epiſcopum, in ſingulis quibuſque menſibus, *cap. omnes baſilicæ, cap. nullus, 16. quæſt. 7. cap. cum ex iniuncto, in fine, de hæretic.* Felin. *in cap. cum venerabilis, num. 32. de except.* Gomez *de expectatiuis, num. 13. 18. & 20.* Ægid. Bellam. *deciſ. 717. num. 3.* Put. *deciſ. 492.* Prob. *ad Monach. in cap. cum illis, de præbend. in 6. num. 60.* Mandoſ. *conſ. 11. à num. 2.* Gonzal. *ad regul. de menſ. §. 1. proœm. num. 21. & 22.* & gloſſ. 11. *num. 38. & 39.* & gloſſ. 29. *num. 1.* Zochius *de benef. & penſion. cap. 5 num. 6. verſ. Ex quibus ſequitur,* & Flamin. *de reſign. lib. 1. quæſt. 10. à num. 49.* Ergo in hoc dubio prouiſus ab Epiſcopo præferri debet prouiſo à Summo Pontifice etiam poſſidenti, cùm pro prouiſo ab eo ſtet ius commune, cuius præſumptio transmittit onus probandi in aduerſarium etiam in poſſeſſionem miſſum. Paria enim ſunt, vel quòd quis probet, vel quòd habeat præſumptionem iuris pro ſe, cùm præſumptio iuris habeat vim probationis liquidiſſimæ, vt habetur *in l. licet Imperator, ff. de leg. 1.* & ibi Alexand. Bart. *in l. in illa, ff. de verbor. oblig. at. in fin.* Alciat. *de præſumpt. 3. p. num. 2.* Pacian. *tract. de probation. lib. 1. cap. 12.* Ripa *in l. admonendi, num. 112. ff. de iureiur.* Couar. *lib. 1. variarum, cap. 6. num. 1.* Vnde qui pro ſe habet iuris communis præſumptionem, onus probandi transfert in reum. Gonzal. *dict. gloſſ. 18. num. 47.* addit habentem pro ſe ius commune habere probationem plenam, donec aliqua exceptione contraria plenè probata repellatur.

1 Confert Menoch. *de præſumpt. lib. 4. quæſt. 33. à num. 2.* vbi ait legem habere pro veritate ſolam iuris præſumptionem, & hanc reiicere onus probandi in aduerſarium, per *l. generaliter, §. ſi petitum, in fin. ff. de fid. commiſſ. libert. l. Chirographum, & l. cum de indebito, in principio, ff. de probat.* Bald. *in l. ſiue poſſidetis, num. 6. C. eod. tit.* Decius *conſil. 540. num. 12.* Maſcard. *de probat. quæſt. 10. num. 6. vol. 1. & quæſt. 1221. num. 61. vol. 3.* vbi volunt actum præſumptum à iure, eo ipſo probatum dici, quamdiu non probatur contrarium, eo quia præſumptio legis eſt liquidiſſima, & plenissima probatio, donec appareat de contrario: quibus accedit Valaſc. *de iure emphyt. quæſt. 7. num. 12.* dicens probationem fundatam in legis præſumptione ſufficere quoties requiritur probatio per ſcripturam, poſt Tiraq. *in l. ſi vnquam, verbo, donatione largitus, num. 133. C. de reuoc. donat.* & alios, quos ibi referens ſequitur. Cùm ergo de iure communi prouiſio beneficiorum ceſſante reſer[ua]tione in ſolidum ſpectet ad Epiſcopos, & in hoc caſu præſumptio iuris poſſeſſione ſit potentior, cum ſit liquidiſſima probatio, & aperta veritas, & faciat quid expreſſum per *d. l. licet Imperator, ff. de leg. 1.* Menoch. *conſ. 3. num. 10. & conſ. 36. num. 5.* & gloſſ. *in l. ſi tutor petitus, C. de pericul. tutor.* & alij, quos ſequitur idem Maſcard. *d. tom. 3. quæſt. 1221. n. 11.* Neceſſariò dicendum eſt prouiſionem ab ordinario eſſe præferendam prouiſioni Apoſtolicæ, cùm prouiſio Apoſtolica fundetur in reſeruatione, de qua in hoc caſu non conſtat, nec apparet, ideò niſi probetur contrarium, prævalere debet ab ordinario prouiſus etiamſi Apoſtolicus ſit in poſſeſſione. Garcia *de benef. p. 5. cap. 1. num. 53. & ſequent.*

Quæri poteſt quæ inſtrumenta poſſint notarij nocturno tempore conficere? Reſpondeo nocte fieri poſſe, quidquid eo tempore non reperitur ſpecialiter prohibitum, vnde contractus, & teſtamenta poſſunt nocturno tempore ſcribere, vt poſt alios tradunt Felin. & Decius *in cap. con[ſul]uit, de officio delegat.* Tyber. Decian. *conſ. [.] licet a[.] n. 21. verſ. Et ad tollendam, vol. 2.* text. & ibi ſcribentes *in l. non minorem, C. de tranſact.* Neguzan. *in tract. de pignor. in primo membro, [.] part. cap. ſecundo itaque primum, num. 3. verſ. Item poteſt conſtitui, etiam de nocte.* Bald. *in d. cap. conſuluit, num. 13.* Roman. *in l. oratione, num. 8. verſ. vltimo,* poſt gloſſ. *ibidem ff. de feriis,* & Nauar. *tit. de elect. conſil. 2. in prima edit. & conſ. 8. in ſecunda, n. 1.* Quibus accedit Polydor. Ripa *de nocturn. temp. cap. 1[.] ad fin. vbi de teſtam. cap. 123. vbi de contractib. à n. 1. cum ſequentibus.* Dummodo contractus non ſint de genere ſuſpectorum, quales ſunt emptio, venditio, tranſactio, locatio, & conductio, & ſimiles, qui omnes de nocte poſſunt celebrari, & conſequenter à notariis confici; ſicut etiam omnes actus extraiudiciales poſſunt item nocte confici, niſi ſint de genere prohibitorum, vt poſt Iaſon. *in l. non ſolum, §. morte, n. 45. verſ. 1. quod licet, ff. de oper. nou. nunc.* docet Dec. *in d. cap. conſuluit, in 3. col. de offic. delegat.* & Ioan. Selua *de benef. p. 3. q. [.] n. 4. verſ. Et pro iſta parte.*

Contractus autem, qui ſunt de genere prohibitorum, vt donatio, renunciatio, ſeu reſignatio, tempore nocturno celebrati, ac conſcripti extra cauſam neceſſitatis, ſunt ſuſpecti, & eorum inſtrumenta, Bald. *in cap. 1. de fid. inſtrum. col. penultim.* Iaſon, *in l. more Romano, n. 10. ver. Aduerte tamen, ff. de feriis,* idem Iaſon *conſ. 5[.] plures conſultatio. n. 4. verſ. Alibi dicit, vol. [.]* Dum ergo de nocte conficiuntur ex cauſa, vel ex neceſſitate, debent adeſſe tria luminaria; ſi interdiu, debent feneſtræ, ſeu ianuæ eſſe patentes, vt teſtes cognoſcant donantes, reſignantes, & teſtatores, ſecundùm [.] §. *tria luminaria, ff. de ventre inſpiciendo,* Selu. *ſupr. d. q. 17. n. 2. verſ. Et ibi ſubdit,* Albert. *in l. non minorem, n. 2. verſ.* Polydor. Ripa *de tempor. nocturn. cap. 113. n. 14. & cap. 14[.] n. 4. & 5. & rurſus, n. 11. & duobus ſequentibus,* quod etiam extendit *ibi, n. 3.* ad contractus, ſeu actus de genere non ſuſpectorum, in quibus celebrandis, ac conficiendis nocturno tempore ait debere etiam adeſſe tria luminaria, quando teſtes debent cognoſcere partes, & quia non ita facilè id in obſcuro expediri poteſt ſecundùm Bart. & Iaſon *in d. l. non minorem,* vterque, *num. 4. C. de tranſact.* Secus quando non opus eſt, vt teſtes contrahentes cognoſcant. Sequitur Maſcard. *vol. 2. concl. 1098. num. 19.* 316

Quare

327. Quare quando notarij ad teſtamenta conficienda de nocte vocantur, licet ſint de genere ſuſpectorum teſte Polydoto Ripa, *ſuprà, capit.* 113. *num* 9. Quia tamen vrget neceſſitas, vt nocturno tempore expediantur, curent, vt tria luminaria adſint, cum ſimus in ſuſpectis Menoch. *de præſumptio. lib.* 4. *quæſt.* 12. *num* 5. & quamuis Mantica *de coniectur. vlt. volunt. lib. tit.* 7. *num.* 8. dicat in ordinandis teſtamentis tria lumina non requiri; ſicque fuiſſe iudicatum ibi referat, & vnum dumtaxat lumen ſufficere, ipſe verius eſſe ait *titul.* 8. *num.* 3. teſtamentum de nocte confectum non valere ſine luminibus, quia non caret ſuſpicione falſitatis, per *d. §. tria luminaria*, quia vt teſtamentum ſuſtineatur, debent teſtes videre, & cognoſcere teſtatorem, *l. ſi non ſpeciali*, & *ibi* Bald. *C. de teſtam.* & ob id Iaſon, *conſ.* 50. *num.* 1. *vol.* 3. arbitratus eſt nocte factum teſtamentum ſine luminibus inane eſſe, & Declan. *d. conſ.* 65. *num.* 20. *volum.* 2. Proinde non ſolum ad ſolemnitatem, ſed etiam ad probationem ſpectat, ne teſtamenta conficiantur de nocte ſine luminibus, addóque, non poſſe fieri nocturno tempore nulla vigente neceſſitate, teſte eodem Tyberio Deciano *d. conſ.* 65 *licet antem, num.* 20. *verſ. Addo, quod, vol.* 2. quia eſt ſuſpicio falſitatis præſertim ſi fiat in domibus propinquorum, ac conſanguineorum ipſis ſuadentibus heredibus inſtitutis, ſi non exprimatur hora noctis, in qua teſtator ita diſpoſuerit, horæ enim omiſſio dolum arguit. Menoch. *de præſumpt. p.* 2. *num* 6. *verſ. Tertia eſt coniectura*, poſt Socin. iun. *conſil.* 31. *numero* 49. *lib.* 2. & Crauet. *conſil* 34. *num.* 11.

328. Sed quid de notariis Apoſtolicis? Lex noſtra *lib.* 2. *tit.* 20. *in principio*, decernit inſtrumenta à notariis Eccleſiaſticis ab Epiſcopis, Abbatibus, Capitulis, ac Conuentibus creatis confecta in rebus ſecularibus nullam fidem facere. Idem ſtatuitur [illegible] Hiſpanos *in l.* 8. *tit.* 18. *lib* 2. *ordinat.* vbi P[illegible] 2. & *l.* 9. *tit.* 15. *lib.* 4. *noua collect.* vbi Azeued. *num.* 4. etiamſi deſint ſæculares tabelliones, adhuc eiuſmodi notarij Eccleſiaſtici, ſeu Apoſtolici non poterunt ſe intromittere in conficiendis ſæcularibus ſcripturis, quidquid velit Oroſcius *in l.* 1. *numero* 16. *col.* 368. *ff. de offic. præfect. vrb.* Ratio, quia iſti notarij ab Epiſcopis, Capitulis, Conuentibus, & a Summo Pontifice creantur ad conficienda inſtrumenta ſpiritualium rerum, vel ſpiritualibus annexa attinentium. Ideo vltra hæc non poſſunt ſe intromittere. Ioan. Faber *in l. ſi ſtendum, C. de donat.* Ioan Lup. *in rubr de donat. fol.* 3. quos refert, ac ſequitur Couar. *in practic. quæſt.* 19. *verſ. Sed & de Apoſtolicis.* Noxium nãque eſt ſi ſingula rerum miniſteria perſonis totidem diſtributa non fuerint *cap.* 1. 89. *diſt.* Ergo ſicut notarij laici, & ſæculares nequeunt ſuper rebus iuriſdictionem Eccleſiaſticam tangentibus ſcripturas conficere, Azeued. *lib.* 4. *tit.* 1. *l.* 9. *num* 1. poſt idem Palac. *cit. in* 3. *en denciali incipienti idem videtur*, *folio* 2. *num.* 21. Sic notarij Eccleſiaſtici non poſſunt ſe intromittere circa temporalia, niſi ſolùm circa Eccleſiaſtica, & cauſas Eccleſiaſticas concernentia. Curia Philip. 1. *p.* §. [illegible] *num.* 29. *verſ. aſſ mi; mo.* & Suar. de Paz *in praxi, tom.* 1. 4 *p. cap.* 1. *num.* 8. Alioquin inſtrumenta aliter facta, erunt nulla, tam in iudicio, quàm extra illud. Sic lex noſtra *d. tit.* 20. Azeued *d. l.* 19. *num.* 4. *ad fin.*

Quid ſi partes conſentiant fieri hæc inſtrumenta per notarios Eccleſiaſticos, vel Apoſtolicos? Dicendum eſt nullius eſſe momenti, quia vt

ſint publica, & vt valeant tanquam facta à notario publico, id debet à Principe, non verò à partibus concedi, vt ſcribentes *in cap. cum P. Tabellio, de fid. inſtrum.* Auth. *de Tabellion. in principio, l.* 1. *tit.* 28. *p.* 3. vbi habetur publicam inſtrumenti authoritatem deſcendere ex eo, quòd Tabellio ſit à publica authoritate, hoc eſt à Principe creatus, non verò, quòd a partibus ſit electus. Couar. poſt alios *d. cap.* 19. *in practic. num.* 9. *verſ. Hæc ſanè latiùs, & verſ. Authoritas autem publica.* Oroſcius *in l.* 1. *num.* 15. & *ſequent. ff. de offic. præfect. vrb.* Valaſc. *conſult.* 9. *in princip.* vbi conſuluit inſtrumenta de conſenſu partium confecta extra territorium illius, qui creauit notarium, nequicquam prodeſſe, quoniam priuatorum conſenſus non tribuit fidem publicam non habenti eam in eo loco, *l. priuatorum, C. de iuriſdict. omn. iudic.* Sequitur Barboſ. *in remiſſ. ad ordin. reg. lib* 2. *tit.* 20. *in principio, num* 1. Bellam. *conſ.* 42. *col* 3. *verſ. Secundò authoritas*, quem ſequitur Roland a Valle *conſ.* 91. *num.* 16. *vol.* 3.

Poterunt tamen notarij Eccleſiaſtici conficere intimationes appellationum, quando fiunt a iudicibus Eccleſiaſticis notificationes illatorum; item inſtrumenta inſtitutionum, & confirmationum beneficiorum, & poſſeſſionum eorundem, & ſimilium quæ tangunt Eccleſiaſtica, aut ſpiritualia ſunt, lex noſtra, *d. tit.* 20. *verſ. & ſomente.* Flores *variarum, lib.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 13. vbi *numero* 14. addit non valere conſuetudinem, etiam immemorialem in contrarium. Scribæ verò ſæculares poſſunt etiam beneficiorum poſſeſſionem dare. Cabed. *p.* 2. *areſt.* 54. Barboſ. *in remiſſion. ad ordin. reg. lib* 2 *tit.* 19. *num.* 1. Prohibetur etiam iiſdem notariis *d. tit.* 20. *in principio*, expreſsè, ne faciant inſtrumenta emphyteutica, nec aliorum contractuum quod eſt verum, quando contractus fiunt in forma iudicij voluntarij; ſecus ſi in forma iudicij contentioſi, puta, quando contractus per ſententiam pronunciatur fuiſſe rectè celebratus; tunc enim valet ſcriptura confecta à notario Eccleſiaſtico, vel Apoſtolico, coram prouiſore, per textus *in cap. vltim. de except. lib.* 6. quod apud nos paſſim fieri tradit Barboſa *ſupra*, *numero* 3.

Erit tamen nulla nominatio emphyteutica facta à notario Eccleſiaſtico, vel Apoſtolico, cùm apud nos nullam habeant fidem publicam huiuſmodi ſcripturæ, vt dictum eſt, quoad res profanas, & temporales. Attamen ſi tres extent teſtes, quibus poteſt nominatio probari, nominatus audiri debet, dummodo de nouo teſtes ipſi ab eodem producantur, & examinentur iuridicè, ex auctoritate Pauli *in l. ſeruum, § cum qui, num.* 5. *ff. de leg.* 1. & *ibi* Alexand. *à num.* 3. & Iaſon 5. Sic conſuluit. Caldas *de poteſtat. eligend. cap.* 7. *num.* 17. *verſ. Quod idem etiam reſpondimus aliquando*; ſequitur Barboſa *ſupra*, *numero* 5. His adde notarios Eccleſiaſticos teneri in cauſis temporalibus leges regni ſeruare. Hoſtienſ. *in ſum. de teſtibus, §. qualiter, verſ. At igitur.* Cabed. 2. *p. deciſ.* 11. *num.* 3. *verſ. Et officiales*, & expreſsè lex noſtra *dict. lib.* 2. *ordinat. titul.* 20. §. 1. & apud Hiſpanos, *l.* 4. *titul.* 7. *lib.* 3. *recopilat.* idem conſtitutum eſt. Sequitur Camill. Borrell. *de Regis catholici præſtantia, cap.* 71. *à num.* 71. & *in ſumma deciſ. tit.* 41. *n.* 11. vbi tradit debere eſſe laicos tam magiſtratus, quàm notarios ad has temporales cauſas, ab eiſdem prælatis electos, vt conſtitutum eſt in ordinatione Luſitana *lib.* 1. *titul.* 45. §. 44.

per hæc verba. *Naõ poderaõ por ouuidor, nem outro official de iuſtiça que ſeia clerigo.* Cabed nuper relatus *d. num. 3. verſ. Et magiſtratus*, vbi refert idem fuiſſe decretum in regno Caſtellæ in pragmatica quadam à Regibus Catholicis Ferdinando, & Eliſabetha anno 1502. edita. Quod ſi ſecus officiales conſtituerint, omnia per eos pronunciata, aut ſcripta, irrita erunt, vt conſtat ex lege noſtra *d. §* 44. Cald. Per. *de poteſt. eligend. d. capit. 7. n. 17. verſ. Quod idem.*

329. Poſſunt etiam huc adduci à Principe ſummo non recognoſcente ſuperiorem notarij creati, atque in primis à ſummo Pontifice: Dicendum eſt poſſe ſuum officium exercere vbique locorum in rebus Eccleſiaſticis, & ſpiritualibus, in temporalibus verò in terris Eccleſiæ, niſi ex ſtatuto, vel ex aliquo alio impediatur. Barboſ. *in remiſſ. ad ordin. reg. lib. 1. tit. 81. in principio.* Vnde poſſe in regno Siciliæ de temporalibus conficere inſtrumenta, quia eſt feudum Eccleſiæ, dicunt Luc. de Penna *in l. fin. col. antepenult. C. de locat. præd. ciuil. vel fiſcal. lib. 11.* Palat. Rub. *in rubr. de donat. verſ. Decretalis, num.* 22.

Creati verò ab Imperatore non poſſunt ſcribere in Gallia, Hiſpania, & Luſitania, ex eo, quod Imperator in his regnis nullam habet adminiſtrationem, nec iuriſdictionem, aut ſuperioritatem, & ſunt exempta ab Imperatore, Azeued. *l. 19. num. 3. tit. 25. lib. 4. nouæ recopilat.* Valaſc. *conſ. 9. verſ. Vnde Imperialis* Roland. *conſ.* 91. *num.* 18. *lib.* 3. quamuis abſolutè dicat creatum ab Imperatore notarium poſſe ſcribere vbique locorum, id intelligitur in ditione Imperij, in qua ipſe habuerit iuriſdictionem, & ſuperioritatem, ex illa vulgari regula decernente notarios non poſſe conficere inſtrumenta extra territorium illius, qui notarios conſtituit, cum non habeant iuriſdictionem de conſenſu partium prorogabilem, ſed nudum duntaxat miniſterium, quod nequit extendi vltra metas conſtituentis, ex Abbate *in cap. cum P. Tabellio, de fid. inſtrum.* Palat. *ſupra*, poſt Bartol. *in l. apud Proconſulem, ff. de manu. vin.* Bald. *in l. repetita, C. de Epiſcop. & cleric.* Salicet. *in l.* 3. *C. de emanc. lib.*

330. Quin etiam iure Luſitano notarij creati à Rege, vbi certus numerus notariorum deputatus eſt, non poſſunt ibi fungi ſuo munere; neque ſi velint illo vti, fides aliqua adhibetur. Conſtat ex *l. 1. tit. 25. lib. 4. noua recopil*, etiamſi ſint in terris Dominorum, ſi ibi deputati fuerint notarij, ita Suar. de Paz *annot. vltim. de Tabellione, num.* 18. poſt Auendan. *de exequend. mandat. princip. lib. 1. capit. 10. num. 5. & 6.* vbi in fine limitat *niſi graſſante peſte*, in quo euentu poſſe regios tabelliones conficere teſtamenta, aſſerit, quod intellige niſi notarij numerarij ibi reperiantur. Concordat Azeued. *l. 2. tit. 25. lib. 4. recopil. num. 9. verb.* ibi, *porque*, vbi ait, quod vbi notarij publici numerarij non adſunt, nec reperiuntur, poſſe fieri coram alijs notariis indiſtinctè quælibet inſtrumenta, & acta iudicialia, & extraiudicialia, ac teſtamenta; quod tradit Platea *in l. fin.* per text. ibi, *C. de re milit. lib.* 12. Secus ſi adſint notarij publici de numero deputati in oppido, vel in ciuitate; tunc enim reputantur inſtrumenta per alios notarios, etiam regios confecta, ſcripturæ priuatæ, & probandum eſt, tunc in illis contenta eſſe vera per teſtes in tali inſtrumento, ſeu teſtamento deſcriptos, prout de facto quotidie conſulitur. Gomez *in l. 3. Tauri, num.* 46. & *ibi* Burgoſ. de Paz *num.* 1054. Didac. Perez *lib. 3. ordinament. colum.* 1075.

quibus adhæret Azeued. *a* [illegible] *verſ. que eſt* [illegible], vbi exiſtentibus notariis numerariis cæt[illegible]i excluduntur, neque inſtrumenta coram il[illegible]pta faciunt fidem, niſi fiant coram publicis, [illegible] numerariis tabellionibus, quod etiam firmat Rebuff. *in primo tom. conſtit. Galliæ, tit. de lit. oblig. ar. art. 2. gloſſ. 1. num.* 3.

---

## §. XII.

## *De Apparitoribus, & Alguazellis, vulgò,* Alcaydes, & Meirinhos.

### EPITOME

331. & 332 *Apparitores debent prius iuramentum ſuſcipere, antequam virgam aſſumant, & officium incipiant exercere.*

333. & 334 *Apparitori non ferenti virgam reſiſtens non punitur ob reſiſtentiam, Secus ſi reſiſtenti conſtabat de officio.*

335 *Apparitores non poſſunt capere quemquam, nec aliquid exequi ſine mandato magiſtratus.*

336. & 337 *Apparitores poſſunt in aliquibus caſibus abſque mandato capere delinquentes.*

338 *Apparitori iuſtè aliquem capienti, ſi iniuſtè reſiſtat, & telo ſe defendat, delinquens poteſt occidi.*

339 *Apparitori quiritanti aqui de R*[illegible] *ſuccurrentes quomodo puniantur.*

340 *Implorans aliud nomen in rixa* [illegible] *Regis, punitur pœna exilij apud* [illegible] *vnde hoc incepit.*

341 *Apparitores iniuſtè aliquem capientes qua pœna teneantur.*

342 *Apparitoribus non licet a* [illegible] *aliquid accipere.*

343 *Apparitori quibus in caſibus ſit credendum.*

344 *Inuentus cum armis toties quoties in eadem nocte debet illis ſpoliari.*

345 *Arma de nocte prope aliquos inuenta, an cenſeantur eſſe eorum penes quos iacent.*

346. & 347 *Armorum appellatione, quæ p*[illegible]*tur, quæ veniant.*

348 *Armis ſpoliari poteſt, qui fuerit inuentus cum illis tempore prohibito.*

349 *Immunitate Eccleſiæ non gaudet inuentus cum armis ſi ad Eccleſiam confugiat.*

350 *Arma ad corpus tuendum, vt lorica,* [illegible]*, & galea non veniunt nomine armorum prohibitorum.*

351 *Arma non prohibentur iter agentibus.*

352. & 353 *Arma non deferuntur in locum iudicij, neque in Principum palatia, & quæ pœna imponatur diſtringentibus arma ad feriendum in his locis.*

354 *Quæ arma prohibeantur euaginari in palatio.*

355. & 356 *Gladium euaginare extra palatium, & fugientem intra feri*[illegible]*, qua pœna puniri debet? quia pœna mollienda ſunt.*

APPARITORES anteq[illegible] in virgam officij ſui ſuſcipiant, debent ſuſcipere iuramentum, & ante illud nullum iuriſdictionis 331.

ctionis actum exercere queunt vt habetur in auth. iuſiurandum, quod præſtatur ab ijs, in rubro, & in nigro, collat.2. & notat Angel. in auth. vt iudicu.ſine quoquo ſuffragio, §.iuſiurandum, collat. Auendan.cap.2. Prætor. num.1. lib.1. Pariſ.de ſyndic.verb.iuſtia,verſ.iuramentum. Ideo omnia acta, quæ ab eiſdem facta fuerunt non ſuſcepto iuramento, & non adimpleta ſolennitate requiſita, erunt irrita,quaſi facta à non habente iuriſdictionem, nec conualeſcent per ſolennitatem poſtea aduenientem, cum a principio præcedere debeat, vt habetur in l. noſtra lib.1. ordin. tit.2. § 15. vbi decernit omnes, qui officia ſua exercuerint ante præſtitum iuramentum teneri ad intereſſe partibus reſarciendum, & damnum illatum reſtituendum, quod ex eo fuerit ſecutum, & omnia per dictos officiales acta eſſe nullius vigoris, perinde ac ſi à non officialibus facta fuiſſent. Suarez allegat.12.fol.147.pag.2.in medio in antiquis,& Roch. de Curte de iur. patronat. verb. honorificum,n.51, & conſtat ex l. Caſtellæ 2. tit. 23. lib.4. per text. Anteque ſean recebidos, quaſi dicat, aliter nullo modo poterunt ſuo officio perfungi: & infrà: Iuren en forma,quo text. Auendan. d.cap.2.prætor. num. 1. lib. 1. vtitur ad hanc partem firmandam. Ideo nil poſſunt, quia non adimpleta forma, ac ſolennitate ſeruire incipiunt,vt vult gloſſ. in l.26. tit.9.part.2. Nec fiunt officiales, niſi per iuſiurandum ſuſceptum, eóque præſtito ſuſcipitur adminiſtratio. Hippol. Bonacoſſ. in quæſtion. crimin. §. iuramentum,Bald. in l. priuatorum,C. de iuriſdict. omn. indic. & alij, quos ſequitur Camill. Borell. de magiſtratuum edict.lib.1 cap.14. num.17.

332. Debent etiam virgam deferre in ſignum officij ſecundùm text. in l. ſtigmata, vbi Andr. de Barul. C.de Fabricenſib. lib.11. Bart.in l. prohibitum, & ibi Alexand.in addition.C.de iure fiſc.lib.10. virga enim illa præ ſe fert ſymbolum iuſtitiæ, & officij oſtendit dignitatem, nec ab alio iuriſdictionem non habente portari poteſt.Puteus in tract.de ſyndic.in verb.iuriſdiction.Auend.de exequend.mand. lib.2. cap.21. num.2. Quod ſi virgam iuſtitiæ non detulerit, & percutiatur, percutiens non tenetur de reſiſtentia, ſi antea apparitorem non cognouerit, ſecundùm Pariſ de Puteo de ſyndic. verb. familiaris, cap.2.num.3. fol.249.Azeued. lib.4.de
333. las Alguaziles, l 9.num.12. Maſtril. de magiſtrat. lib. .cap.8. num 107. & 108. poſt Bart.& Palat.in l.prohibitum,C.de iur. fiſc. lib.10. dicendo officiales debere portare inſigne ſuæ iuriſdictionis, ex quo cognoſcantur,alias poteſt eis fieri reſiſtentia.
334. Idem Bart. in l.cum qui, § fin. comme. & ibi Alex. in addit. Mont. in l.1.tit.7. lib.1. Forum legum in gloſſ.incipienti.Conſtio,in princip.cui eſt locus hominem eſſe officialem, ſeu iudicem, ſeu familiarem iuſtitiæ,tunc enim etiamſi reſiſtentia ei fiat, non punitur: ſecus ſi conſtabat, in quo euentu punitur, quamnis non deferat virgam, cùm illi non poſſit reſiſti, neque excuſatur ignorantia ſi ſit craſſa,vel ſupina,ex l.quod te.ff.ſi cert.pet.Pariſ. de Puteo in tract.de ſyndic.in parte familiaris,ſiue familia poteſtatis,fol.111. num.3. Iuuat lex ſi quis ignorans.ff.locati,quæ excuſat ignorantem,non tamen quando ignorantia eſt craſſa, vel ſupina,quia paria ſunt ſcire, & ſcire debere, per l. quod te. Auendan. lib 2. cap.22. num.12. Dom.de Pont.in tract.de poteſt. Proreg.in tit.de diuerſ. prouiſ.rubr. de capita. num. 2. Bobadill. in ſua politic. lib.2. cap.13. num.51. Auil. Prætor. cap. 42. in gloſſ. varas, num.1. vbi num.2. addit virgam, ſeu inſignia iuriſdictionis, non ſine permiſſu principis portari poſſe extra territorium ſuæ iuriſdictionis, etiam in his, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis. Abbas in cap. ex tuarum, de autherit. & vſu pallij, & in cap.1.eod.tit. Auendan. lib.2. cap.21. num.2. vſque ad fin. exequend. mandat. Maſtril. dict. cap. . numer.107.

Apparitores ergo,ſeu Alguazelli neminem poſſunt capere ſine iudicis mandato. Conſtat ex ordin. Luſit. lib.1.tit.70. §.10. Eprendera por mandado dos Julgadores. Bobadill. ſupra.d.lib.1. c.13. num.2.& num.16. & habetur in l.8.tit.14.lib.2.ordinam. Regij,& ibi Perez lib.1.pag.324.& de iure communi,in l. neminem, C.de exhibend.reis,quod mandatum debet alguazellus habere in ſcriptis, ita Iaſon in l. propenas,C.de pactis,num.4. Bald. in l.conſentaneum, C.quomodo,& quando iudex in 7. notab. per text. in l.miſſi opinatores, C.de exactio. tribu. lib. 10. quod etiam præcipitur ad l. noſtra, tit.75. §.11.per text. ibi. Sera em ſcripto: & apud Hiſpanos l.1. tit.9.part.2. vbi gloſſ. verb ſin mandado, & l.2. tit.29.part.7.& l.7.tit 23.lib.4. noua recopil. Auilez prætor. cap.35. verb. mandado,n.1. fol.245. Azeued. lib.4.tit.23.de los Alguaziles,l.7. vbi concludit non poſſe alguazellum, nec nuntium,ſeu apparitorem capere, & in carcerem deducere captum ſine mandato iudicis in ſcriptis, neque ſufficit id præcipere viua voce ſecundùm Didacum Perez lib.8. tit.14. lib. ordinam.col.538. in fin. cum princip. ſequentis,ſed requiritur ſpeciale mandatum, vt notat Bartol. conſ.83. Alex.conſil.133. num.1. & 2.lib.6. Felin. in cap.1. num.10, de iud. quod ſi petatur, vt demonſtretur, debet illud demonſtrare, aliàs poterit delinquens, niſi capiatur in flagranti delicto, reſiſtere apparitori, ſeu alguazello impunè,per text.in l.prohibitum,C. de iur. fiſc. & ibi Bart. in ſummar. num.1. Luc. de Pen.in eod. ſummar. & num.5. verſ. Nota etiam, quod non creditur,nec diſcordat Clarus in practic. quæſt.29. in fin.princip. vbi refert Angel. in l item apud,§.ſi quis virginem, num.2. ff. de iniur. Farin. part. 1. praxis, tit. de carcer. quæſt.32.num.31. 335.

Ratio, quia quamnis apparitores, & alguazelli ſint executores deputati ad capiendos malefactores,vel denunciandos, vt notat Pariſ.de Puteo de ſyndic.verb.quia plerumque,fol.75. num.2.& verb. officiales deſtinati, fol. 78. & verb. an poteſtas, fol.86.id tamen non facient ſine mandato ſpeciali in ſcriptis,niſi in flagranti delicto, vel quando crimen eſt manifeſtum, l.1.C.de cohort.principalib lib.12. l.1.de decurion. Quin etiam in mandato addi ſolet,quod ducant ad carcerem. Sic ordinatio Luſitana lib.1.d.tit 75. §.10. & apud Hiſpanos l.2.tit.9.part.2. Iul.Clar.in pract.quæſt.28.n.7. & alij ibi ab ipſo allegati, nec dum capiunt, poſſunt delinquentem relaxare, niſi prius id expreſsè iudex præcipiat, cui & prehendere, & carcerem relaxare competit ex officio. Barboſ. Vimatan. in remiſſ.ad ordin.reg.lib.1.tit.75. §.12. Quod extendit Auilez Prætor.cap.24.verb.el mandamiento, num.1. ad carceratum etiam ſine culpa, & iniuſtè, & ſine licentia. Paul. de Caſtro in l. nec impuberes,§.qui in ius vocatus ff.de in ius vocand.Hipol. de Marſil. in ſua practic. crimin. §. attingam, num.18. Roder. Suarez in repet.l.3.tit.de los Emplazamientos.Forum legum lib.2.col.fin.in fin.Requiritur enim, vt etiam indebitè carceratus relaxetur iudicis licentia. Ideo ſi apparitor, vel alguazellus ſoluat captum ſine iudicis mandato,perdere officium, & fieri inhabilem ad aliud in poſte-

tum, tradit Peregr. *in parte captio. quæſt. 2. in gloſſ. mandati*; quod ſi abſque mandato iudicis ſo uat, tenebitur fiſco, & parti ad intereſſe, Angel. *de maleſic. in parte, quod fama publica præcedente, verſ. & aduertat iudex, num. 90.*

336. Quibus quæres in caſibus poſſint apparitores ſine licentia iudicis capere delinquentes? Certum eſt poſſe in flagranti delicto, vt dictum eſt, Auilez *prætor. cap. 35. verb. mandado, num. 6.* In quo euentu debet deduci ad iudicem, & quamuis delinquens poſt delictum capiatur in fuga, dicitur captus incontinenti & in flagranti. Bald. *in l. ſi. lus, ſuſtinm. col. vlt. ff. de his, qui not. infam.* Hippol. de Marſil. *conſ. 137. num. 42.* Quod etiam poteſt fieri à quolibet priuato, ſi delinquens reperiatur in flagranti delicto. Bald. *vbi proxime*, Bart. *in l. cum eo, ff. ad l. Iul.* Anton. Gom. *de delict. tit. de captur. reor. cap. 9. num. 5.* poſt plures ibi relatos, non tamen in omnibus delictis publicis ſecus in priuatis. De publicis, & de aliis ſpecialibus, in quibus reperti poſſunt capi à priuato, non ſolùm in flagranti, ſed etiam ex interuallo, meminit gloſſ. ordinaria *in l. fin. C. de exhibend. reis*, & ibi commentarienſes, nec non *l. 2. tit. 29. part. 7.* Debent tamen ſic capti præſentari coram iudice, intra 24 horas. Aliter enim committitur crimen priuati carceris. Auilez *vbi ſupra, num. 7.* Text. *in l. cap. quinto, ff. de adulter.* & ibi gloſſ. & Bart. Iuuat text. *in l. 1. C. de priuato carcer.* & ibi gloſſ. ordinar. & ſcribentes communiter.

337. Poteſt etiam apparitor, ſeu alguazillos ſine iudicis mandato capere portantes arma prohibita, & tenetur ſic inuentos ad iudicem deducere. Pariſ. de Puteo *de ſyndic. fol. 188. num. 15.* Iul. Clar. *in praxi, § fin. quæſt. 28. num. 7.* Farin. *in praxi, tit. de carcerat. quæſt. 32. num. 35.* vbi meminit caſuum cæterorum, in quibus ſine ſpeciali mandato poſſunt delinquentes capi. Barboſ. Vitamam *in remiſſ. ad ordin. reg. lib. 1. tit. 75. § 10.* Item debitor ſuſpectus de fuga poteſt capi, iuxta *l. ait Prætor, § ſi debitorem, ff. de his, quæ in fraud. creditor.* vel in aliquem offendentem, vbi lex capientem etiam priuato permittit, *l. nullus, C. de Iud.* Idem in falſo monetario, vt *in l. vnica, C. de falſ. monet.* & in deſertore militiæ, latrone publico, raptore virginis. Ripa *in cap. 1. de iudic. num. 88. & num. 89.* Vant. *de nullit. ſentent. ex defect. citat. num. 34.* Suarez in tit. *De los emplazamientos, n. 8.* Auend. *cap. 1. Prætor. num. 34. verſ. 23. lib. 1.* Anton. Gom. *d. cap. 9. num. 3. & 4.* & probat lex apud Hiſpanos, cuius meminit Azeued. *lib. 4. tit. 23. l. 7. n. 10.* vbi vult, vt ſi delinquens capiatur de die, confeſtim ad iudicem deferatur, ſi vero de nocte, ſequenti die, declaretúrque ratio ob quam captus fuerit, & eius captura iuſtificetur.

338. Quando verò licitè apparitores aliquem capiunt, ſi reſiſtant, poſſunt reſiſtentem & percutere, & vulnerare, ac etiam occidere, ſi non permittat ſe capi, per text. *in l. ſi ſeruus*, & ibi Bart. Albert. Sal. & communiter ſcribentes, *C. de his, qui ad Eccleſ. confug.* Paris. de Puteo *de ſyndic. in verb. reſiſtentia, cap. 1. An ſi iudex, num. 3. ad fin. verb. tamen quilibet, qui poteſt capi. fol. mihi 279. col. 2. in fin. & ibid. num. 4. ver. & adde prædicta* Catald. *de ſyndic. num. 172. quæſt. 271.* Boſſ. *in tit. de captura, num. 12.* Conrad. *in practica de captura, num. 5. ante medium, fol. mihi 267. col. 2.* Gom. *var. tom. 3. cap. 9. num. 6. de captur. reor.* Quod procedit, ſi delinquentes telo ſe defendant, & reſiſtant. Imol. *in l. ex conſenſu, § is non videtur, num. 19. ff. de appellat.* dummodo [illegible] cet quàm vulnerare [illegible] *in pract.* [illegible] *num. 28.* Boer. *deciſ.* [illegible] Quod [illegible] pi poſſit, nullo modo [illegible] potest [illegible] cotiatur, puniendi apparitores. [illegible] *vbi ſupra, de ſyndi* [illegible] *iudex poſt num. 5. verſ. adde quod tamen* [illegible] *ſtate*; Graſſ. *deciſ. 41. in fin.* & [illegible] § [illegible] *videtur num. 39.* Menoch. *de arbitr. iudi.* [illegible] *num. 2.* vnde ſi pugnis capiendi [illegible] talibus [illegible] ſiſtat, pugnis [illegible] violentia, & reſiſtentia [illegible] reſiſtens capiatur. [illegible] vulnerando, & [illegible] dendo ſit exceſſus [illegible] & [illegible] tione ſecundum [illegible], & qualitatem exceſſus, ſic Andr. Fachin. [illegible] non dicunt tamen teneri [illegible] ſe defendendum [illegible] poſt tractatum *de iudic.* [illegible] *quæſtion.* [illegible] *de captura & carcere num.* [illegible] *limita*, opinatur capiendi [illegible] ſtentemque & armis ſe defendentem, non [illegible] vulnerari, nec occidi [illegible] ſi capiatur pro de [illegible] etiam tradit Auguſt. *ad Angel.* [illegible] *fama publica præcedente* non tamen [illegible] ſed ſubdubius, *poſt num. 53.* [illegible] *pulchram limitationem* arbitratu [illegible] ſe de mente Baldi, [illegible] pro debito ciuili, *in auth.* [illegible] *num.* [illegible] *vxor pro marito.* Idem [illegible] Butr. [illegible] apud Ioan. Mat. Mont. [illegible] *in fine, ver. quod verum eſt*, [illegible] alguazillos, ſeu apparitores non poſſe [illegible] nec vulnerare reſiſtentes, [illegible] delicto non capitali [illegible] cto capitali pœna digno [illegible] nerari, & occidi reſiſtentes, [illegible] tes, dum capi nolunt. [illegible] li, ſed etiam pro delicto [illegible] non capitali, [illegible] ter ipſi capi non poſſunt [illegible] Bald. in [illegible] *alleg. in fine*, & ibi Alex. *in addition.* in [illegible] *imponit, littera B. C. ad l.* Cornel. *de Sicar.* [illegible] *in tract. de ſyndic.* in [illegible] *num.* [illegible] vbi loquitur de ex[illegible] aliquem, non ſolum in periculo [illegible] in bo[illegible].

Sed quid dicendum [illegible] quando apparitores aliquem volunt capere, & capiendus [illegible] implorant auxilium [illegible] clamando *Aqui de* [illegible] que nomen inuocant [illegible] *acurre, acudi, currite, ſuccurrite.* Dicendum eſt non [illegible] tes iudici, vel alteri [illegible], & apparitoribus clamantibus *Aqui de Rey*, intereſſe [illegible] ri poſſe pœna arbitraria. Ita Rebuff. [illegible] *ſtit. Gall. tit. de literis requiſit.* [illegible] *delictor oblig. art.* [illegible] *gl.* [illegible] non accurrentes non tenentur de dolo, [illegible] gligentia, quæ in hoc caſu [illegible] conſiſtat in omiſſione [illegible] An[illegible] *etiam, num. 5. & 6.* [illegible] *conſ.* [illegible] enim in hoc reperitur contumacia in [illegible] tibus ex defectu [illegible] ad vocem *Aqui de Rey*, audiente [illegible] pœna arbitraria [illegible] potius, q[illegible] dic intereſſentes [illegible] modo [illegible] ficialibus ſupradictis [illegible] clamantibus [illegible] capiunt in flagranti delicto, vel [illegible] mandatum ad capiendum ſecundum [illegible] *dic. verb. reſiſtentia, cap. 2. num.* [illegible] 339.

*fami*[illegible]

*familiaris,d. cap.2. num.1. & cap.3. num.4.* addit accurrentes ad vocem officialium iuſtitiæ clamantium *Aqui del Rey*, ſuccedere in locum familiæ, ideo accurrentes ad vocem,& declamationem, apparitorum, & reliquorum officialium iuſtitiæ,& reſiſtentem illis, aut eos offendentem ſi occidant non puniuntur, cùm licitum ſit poteſtatibus iuſtitiæ,eiuſque familiæ reſiſtentes occidere. Caſtil. *in l.66.Tauri,num.1.& 2.* Amad. *de ſyndic.n.100.* Rebuff. *d.2.tom.in proœm.conſtit.Gall.tit. de liter. requiſit. num.15.* Anton.Gom. *tom.3.cap.9.num.6. & in ſpecie*.Thom. Gram. *deciſ.41. Neapol.*& Pariſ. de Puteo *ſupra, verb. familia, cap.1. num.1.* Quod eſt verum, quando officialis iuſtitiæ,& familia poteſtatis,iuſtè,ac rectè procedit.Sic Amad. *de ſyndic. num.100.* quem refert Iul. Clar. *in praxi, §. fin. quæſt.29. num.1.* vbi contra Amad. ſentientem familiam eſſe liberandam ſi ſequatur mors de captura iuſta, ſecus de iniuſta,arbitratur familiam eſſe liberandam de morte ſequuta de captura iniuſta, quia ad officiales inferiores non pertinet cognoſcere de commiſſione iudicis iuſta, vel iniuſta, ſed illis duntaxat competit exequi commiſſionem, quod ipſe Clar. bene probat *queſtion.60.num.16. verſ.& ideo operary,& fabri excuſantur,& verſ.ex hoc etiam infertur,eadem n.16. per totum.*

340. Apud nos *lib.5. ordinatio. tit. 44.* ſub pœna exilij per quinquennium extra oppidum, & limites illius; præcipitur nequis inter rixandum imploret auxilium alicuius, ſed ſolum nomen Regis inuocet,quæ lex fuit ſácita Eboræ à Rege Eduardo, habuitque ortum à rixis, & factionibus excitatis inter famulos, & domeſticos ex vna parte Martini Alphonſi de Mello Eborenſi arcis præfecti, & ex altera inter domeſticos & conſanguineos Epiſcopi Eborenſis Aluari de Abreu,implorabatque auxilium vnaquæque factio ſuorum. Ex quo facto maxima detrimenta ſequebantur, quod deinceps ne fieret, lege cautum fuit, vt in poſterum pro ſedandis rixis Regis tantummodo auxilium, ac nomen inuocaretur. A quo tempore fuit introductum quiritari ad ſedandas rixas, *Aqui del Rey*, vt fieri ſolebat apud Romanos,qui clamando, Quiritium fidem, & auxilium implorabant. Sic Luſitanus Anton. Correa *in fragmentis,ad lib.5. ordinatio pag.33. num.64.* Quiritare enim, vel quiritari,erat Quiritium auxilium inuocare,teſte Varrone *lib.5. de lingua Latina*,& Nonio Marcello. Vnde Budæus, quiritari eſt Deum, hominesque implorare;quamuis aliquando idem ſonet quiritari atque conqueri. Plin. *epiſtolar. lib.6.* ibi, *audires vlulatus fœminarum, infantium quiritatus, clamores virorum*; lege Sebaſtian. de Oroſco in Theſauro linguæ Caſtellanæ, verbo, *Grita*,qua voce vtitur Luſitanus *Gritar Aqui del Rey*, deducta à verbo quiritari.

Quod ſi contingat aliquem priuatum non habentem mandatum à iudice in delicto publico capere delinquentem, vt illum tradat iudici, & de facto tradat, poteſt petere expenſas, ſi quas fecit,in eo capiendo,vel ab officiali. Sic Iul.Clar. *lib.5.§.fin. quæſt. 29. num 7.* quin etiam in atroci delicto poteſt iudex conſtituere præmium capientibus huiuſmodi delinquentes, vt notat Auguſt. *ad Angel. de maleſ. in verb fama publica, poſt num.75.* non tamen officialis poterit ſibi aſſumere præmia aliis ſtatuta, pro capiendo delinquente, cùm illum ex officio teneatur capere. Boërij Addit. *in tract. de author. mag. conſil. num.146. verſ. videlicet*, quod præmium non datur exercenti actum, ex neceſſitate officij, per text. *in l. ſi quis in graui. §. vtrum, ff. ad Sillcia.* vbi commentarienſes tradunt ſtatuto decernente præmia capientibus bannitum non procedere, nec fauere officialibus capientibus,quia non capiunt voluntariè, ſed ex officio text. & ibi Bald. *in l.11.C.de oper.lib. & in l. nulla macula, C. de delator.lib.10.* Barbat.*conſ.45.col.11.vol.3.*

Illud etiam nota, quoties alguazelli,ſeu appa- 341.
ritores aliquem iniuſtè capiunt, & in carcerem deferunt ad petitionem, & inſtantiam alicuius, tenetur expenſas ſoluere, qui fuit in cauſa capturæ. Boër.*deciſ.305.num.5.* vbi addit omnia onera fieri debere expenſis carcerati, ſi reperiatur culpoſus, & ſit ſoluendo, aliàs expenſis proſequentis,ſiue officialis ſit, ſiue non. Azeued.*lib.4.tit.23. l.7.num.18.verbo, ſiue damno*,& per text.*in l.14. in fin. tit.29. part.7.* Ergo, ſi innocens reperiatur, nullas tenetur ſoluere expenſas, ſed qui cauſa fuit capturæ, iuxta tradita a Leſſio *lib.2. cap.7.dub.6. & 7.* Idem dico quando quis officialis inſequitur delinquentem, qui ſe recepit incontinenti in territorium alienum, vbi perſonaliter captus fuit, quia iniuſtè ibi capitur, & deducitur in carcerem, quia non debet attendi principium, hoc eſt locus vnde aufugit, ſed finis,id eſt locus alienus in quo contigit captura, ita Bad. *in l.ſecuti,§.Ariſto,ff.de ſeru.vend* & Angel.de Aret. *in tract.maleſ.in parte,fama publica præcedente.6. quæſtione princip.* & alij, quibus accedit Gom. *tom.3. cap.9.de captur. reor. num.5.verſ.ſed his non obſtantibus*.Sed de his *num 406.& 461.infrà.*

Apud Hiſpanos non licet alguazellis accipere 342.
à carceratis aliquid comeſtibile, aut potabile,per text. *in l.9.tit.23.lib.4.* ab aliis tamen perſonis licet in modica quantitate eiſdem recipere aliquid eſculenti, aut poculenti ſecundùm text. *in l.21. tit.23. lib.4.noua recopil.* Azeued. *lib.3.tit.6. de la inſtruction,l.1 num.21.* Quod ſi ſint ſalariati,nihil vltra ſalarium petere poſſunt. Auil.*cap.40.Prator. verb. nollenando,& cap.42. gloſſ.1. num.1. in verbo, no conſientan*, vbi addit officiales, ſeu executores exeuntes ad executionem faciendam pro eundo,& redeundo,non debere percipere niſi pro vno itinere, quamuis ſint facturi in locis diuerſis plures executiones. Idem intellige de iudicibus,aut correctoribus, ac tabellionibus; debentque diuidere pro rata inter omnes executiones iter; quod ſi vltra expenſas aliquid recipiant,reſtituere tenentur. Auil. *vbi ſupra, num.2.*Azeued. *d.tit.6.l.32.lib.3. num.2.& duobus ſequentib.* lex Luſitana *lib.1. tit.83. §. 29.* & ibi Barboſ. Vimaranenſis.

Quæres an credendum ſit apparitori dicenti ſe 343.
tempore vetito inueniſſe,puta [illegible]um,cum armis prohibitis? Baldus videtur affirm[illegible]e *in l. iudicia; l.de crim. vind*, quatenus ait credendum eſſe bono viro. Fauet gloſſ.*l. Titia cui fundus, ff.de conditio.& demonſtratio.* Bart.*in l. de pupill. §.ſi quis ipſe,ff.de non.oper.nunc.*Iuuat Alex.*conſ.211.vol.2.* Oppoſitum tamen, nempe non eſſe ei credendum,eſt verius, ideo apparitor reperiens tempore vetito, cum armis aliquem, vel portantem arma prohibita, debet facere ſcribi,quomodo ſic fuerit inuentus,cum armis prohibitis,vel cum non prohibitis,tempore tamen prohibito, & poſt ſonitum nolæ, ſeu campanæ, Azeued. *lib.6.tit.6.l.6.n.12.* Afflict. *in conſtit. Neapol. lib. 1. rubr.9. num.38.*
*fol.51.in forma magna.*Qood ſi quis inueniatus in 344.
eadem

eadem nocte pluries, vel ſemel, & iterum cum armis prohibitis, vel tempore prohibito, pluries, vel ſemel, & iterum poteſt armis ſpoliari. Probatur exemplo ludentis pluries in eadem die. Is namque ſi lex dicat, *Quod ſi quis inuentus fuerit ludendo ſoluat decem pro qualibet vice, quod fuerit inuentus*, ſi pluries inueniatur, quamuis ludus non fuerit intermiſſus, pluries ſoluet decem toties quoties fuerit inuentus, quia lex ad inuentionem ſe refert, ſecundum legem, *quid ergo, in princip. ff. de his, qui not. infam. & l. ſeru. fugit.* Sequitur Angel. in *l. inficiando, §. infans, in fin. ff. de furt.* Sic etiam dicendum eſt de reperto pluries cum armis prohibitis, vel non prohibitis, tempore tamen prohibito. Angel. *in d. § infans*, & Alex. *in additione ad Bart. ibi, Pro noſtra vero Luſitania hæc de re ordinatio regia habetur, lib. 5. tit. 28. per totum.* Sed conſuetudo eſt in contrarium in vtroque caſu, Decian. *in tract. crimin. lib 8. cap. 4. num. 13.* Marſil. *in pract. §. pro complemento, num. 34.* quos ſequitur Farin. *tom. 3. in praxi, crimin. quæſt. 108. num. 170. ad fin.*

345. Sed quid dicendum, quando apparitor reperit de nocte duos poſt ſonitum campanæ, abſque armis, & iuxta illos inuenit gladium, nec deprehendit cuius ſit gladius? Bald. *in l. nam ſalutem, §. 1. ff. de offic. præfect. vigil.* opinatur arma inuenta nocturno tempore prope aliquem, vel prope aliquos ſine armis inuentos, cenſeri eſſe eorum, prope quos reperiuntur, & ſic cenſeri illos cum armis inuentos propter præſumptionem violentam. Probatur, quia occiſus iuxta oſtium alicuius, vel in ipſius domo præſumitur interfectus à domino ipſius domus, vt in ſpecie ſentit Iaſon, *in l. ſi quando, num. 40. C. vnde vi.* Gram. *voto 25 num 2.* Quod puto verum in noſtro caſu, quando plures inueniuntur ſine armis, ſed illa inueniuntur ante pedes illorum, vel prope eos; quod teſtatur Alber. *tract. ſtatutor. part. 2. quæſt 121.* Sed quando duo, vel tres, vel plures, & iuxta illos vnicus enſis reperiatur, & omnes negent. Farin. *in prax. crim. tom. 3. quæſt. 108. num. 158.* exiſtimat neminem teneri. Secus ſi vnus tantùm reperiatur ſine armis, & prope illum gladius ſit inuentus. Decian. *lib 8. cap. 4. num. 12.* cum ſtet contra ipſum præſumptio; mihi tamen magis placet negare attenta lege Luſitana, *lib. 5. tit. 80. §. 2.* ibi: *Sendo achado depois do ſino de correr tangido, ou achado com eſpada, punhal, ou adagua pagara ducentos reis, & perdera as armas comque for achado.* Quæ lex cùm ſit pœnalis, tantum valet, quantum ſonat; ideo ſi inueniatur non habens arma in manibus, nec gladio accinctum, ſed prope ipſum gladius reperiatur poſt ſonitum campanæ finitum, non punietur pœna noſtræ legis pecuniaria, arma tamen deperdita erunt. Confirmat Plaza *de delict. cap. 8. num. 17. in fin.* quia requiritur inuentio talis cum armis; quidquid repugnet Menoch. *de arbitr. iud. lib. 2. caſ. 394. num. 49.* Sed Hippol. *in practic. §. pro complemento, num. 28.* nobiſcum conſentit, & Azeued. *dict. lib. 6. tit. 6. de las armas, l. 6. num. 14. & ſequent.*

346. Nomine verò armorum, quæ prohibentur, intelliguntur illa regulariter quæ ad offendendum, & defendendum ſunt idonea, vt ſcribentes in *l. armorum, ff. de verbor. ſignif.* illa tamen hoc relinquendum iudicis arbitrio teſtatur Menoch. *d. caſ. 394. num. 76.* poſt Barbat. *tract. de Cardinal. legatis à latere, quæſt. vlt. in fin.* gloſſ. tamen *verbo, arma, in clemen. 1. §. quia vero. de ſtat. monachor.* & ibi Cardin. *in §. præfata*, & Anchar. *num. 5.* in ſpecie meminerunt, quid nomine armorum veniat, & quæ arma intelligantur, ſequitur Tiraq. *in tract. de iud. in rebus exig. num. 31.* vbi eximit à numero armorum prohibitorum, cultellos breues idoneos ad ſcindendum panem, vel concinnandas pennas, per text. *in auth. de armis, ante fin. in verb. cultellos*, vbi gloſſ. ait, legem punientem portantes arma non loqui de huiuſmodi cultellis; ſequitur Angel. *in l. 2. ff. ad l. Iul. de vi publica*, & *in l. ſi pignore, ff. de furt.* Nauar. *in cap. iam quidam de Iudæ. notab. 5. num. 5. & 6.*

Quid ſi inueniatur cum armis prohibitis tempore prohibito, vel non prohibitis alienis? Respondeo regulariter arma portatores modo proximè dicto ea perdere, ita conſuetudo recepta Hippol. *in d. §. pro complemento, num. 12.* Plaza *de delict. cap. 8. num. 22.* proinde arma aliena ſi apparitor auferat, dominus illorum non ipſa, ſed eorum pretium recuperare poterit ab illo, cui illa accommodauit. Rebuff. *de priuileg. ſcholaſt. priuil. 21. verſ. item alia.* Bobadill. *in ſua politic. lib. 2. cap. 13. num. 111.* & Azeued. *l. 9. num. 7. lib. 6. tit. 6. noua recopil.* Non tamen arma amittet is, qui fuerit viſus ea portare, niſi inueniatur cum illis, quia lex ſic loquitur, quæ cùm ſit pœnalis, ſtrictè eſt accipienda, requiritur enim inuentio aliter enim denunciari non poteſt de tali portante arma prohibita, vel tempore prohibito, Bart. *in l. ſi Barſatorem, C. de fideiuſſor.* quem ſcribentes ſequuntur, vt notat Bellon. *conſ. 49. num. 4.* & obſeruat hanc partem tanquam magis communem Auguſtin. *ad Angel. de maleficiis in verb. fama publica, num. 5. in fin.* Amad. *de ſyndic. num. 90.* vbi nemo dicatur captus cum armis, niſi inueniatur cum illis, vt loquitur lex, ſeu ſtatutum, Ripa *de peſte, ſ... de conſeruand. libertat. fo. 24. num.* ... atque ita vſus obſeruat, vt portans arma non puniatur, niſi quando reperitur ab apparitoribus, ſeu à familia, teſte Angel. *in l. 1. num. 4. ff. ad l. Iul. de vi publica cum eiſdem armis.* 347.

348. Vnde non ſufficit conuinci per teſtes ab alguazellis, quòd arma portauerit prohibita, vel tempore prohibito, niſi actualiter cum armis deprehendatur, ſeu inueniatur. Couar. *in practic. q. 3. num. 7. verſ. præſertim quia*, vbi ex vſu frequenti probat arma non amitti, niſi quis fuerit deprehenſus armatus; etiamſi liquidò conſtet eum arma detuliſſe; ſequitur Clar. *lib. 5 §. fin. practic. criminalis, quæſt 82. ſtatuto ſexto, num. 2.* Ex quibus reiicitur gloſſ. *in l. 1. in verbo deprehenſum, C. vbi Senato. vel Clariſſ.* quæ videtur velle amittere arma captum non cum illis, ſed teſtibus conuictum, quòd ea portauerit. Nam attendendum eſt, quod principaliter lex diſponit, non verò quod intelligi poteſt ſecundariò, quoniam verba ſimpliciter prolata à lege, vel ab homine intelligi debent principaliter, & propriùs, non verò ſecundariò, Bald. & Paul. *in l. 1. §. huius ſtudij, ff. de iuſtit. & iur.* Cùm ergo lex præcipiat, vt repertus cum armis poſt horam conſuetam illis ſpolietur, non debet extendi ad conuictum teſtibus, quod eo tempore arma portauerit, niſi cum illis reperiatur. Gom. *in l. Tauri 45. num. 48.* niſi lex, ſeu ſtatutum expreſſè dicant poſſe procedi per inquiſitionem contra inuentum cum armis, etiam ſi captus non ſit. Sic Farinachus *dict. quæſt. 108. num. 133.*

349. Quid ſi repertus cum armis prohibitis, vel cum non prohibitis tempore prohibito confugiat ad

Eccleſiam,

Eccleſiam, poterit ne ibi armis ſpoliari? Negat Caualcan. *de Brachio Regio, part.3. num.*102. Sequitur Octauius Vulpell. *in tract. de libert. Eccleſ. part.1. num.*3. & Rodolphin. *variar. quæſtio. lib.*2. *quæſt.* 36. *à num.* 2. Verius tamen eſt poſſe ſpoliari. St Rebuff. *tom.*2. *ad l. Gall. ſub tit. de immunit. E* *art.*1. *gloſſ.*1. *num.*21. Suarez de Paz *in pract. tom.*1. *part.*5. *cap.*3. §. 3. *num.*149. Baiard. *in addition. ad Clar.* §. *vlt. quæſt.* 3. *num.*4. *verſ. item adde*, & Conar. *lib.*2. *variar. cap.*10. *num.*18. *in fin.* Curia Philip. *part.*3. §. 12. *num.* 16. Ex eo fundamento, quia vſus armorum vetitus eſt tam laicis, quam clericis, tam inter Eccleſias, quàm foris, quando arma ſunt prohibita, vbi *l.*1. *C. de armorum vſus, lib.*10. licet Farin. *in praxi, part.*1. *quæſt.*28. *num.* 44. dicat eximentem ſe è manibus apparitoris, & in Eccleſiam ſe recipientem non poſſe ab ea extrahi, & ad carcerem duci, nec diſſentit Boſſ. *in tit. de captur. num.*13. quem ſequitur Decian *lib.*6. *cap.*18. *num.*29. & 32.

350. Quæſtionis eſt an iouentus cum armis defenſiuis, puta, cum lorica, & thorace puniri debeat? Bartol. *in l.*1. *num.*2. *verſ. nam iſta leges, ff. ad l. Iul. de vi public.* negat leges prohibentes arma, loqui de armis defenſibilibus, ſed de illis, quæ ſunt apta ad nocendum. Ideo ſi inueniatur quis his tantum indutus armis, abſque gladio, & aliis ad nocendum idoneis puniri poteſt, ſi in ſpecie per aliquam legem inueniantur prohibita; ſecus ſi in ſpecie non prohibeantur, cùm nomine armorum non veniant niſi arma apta ad nocendum. Sicque fuiſſe iudicatum refert Barboſ. Vimaran. *in remiſſ. ad ordin. reg. lib.*5. *tit.*80. §. 1 *num.*6. *verſ. limita ſecundò in thorace ſtorteo*, Vulgo *coura dante*, cùm lorica etiam, & clypeus, ſcutum, & galea inſeruiant ad ſe defendendum, non verò ad offenſam faciendam, quorum delatio eſt licita. Roman. *in l.*1. §. *otioſum, num* 1. *in fin. ff. ad Syllan.* Nauar. *in d. cap. ita quorund. m. num* 14. Decian. *in tract. crimin. lib.* 8. *cap.*2. *num.*7. vbi docet armorum appellatione venire, & non venire arma defenſibilia, ſecundùm ſubiectam materiam: in prohibitione verò deferendi arma non venire defenſibilia, niſi quis defenſibilibus induatur, vt pugno aliquem percutiat indemnis. Cæterùm abſolutè dicendum eſt nomine armorum, quæ deferri prohibentur, contineri ea, quæ deferuntur ad offendendum, non verò, quæ induuntur pro defenſione ſui corporis, prout eſt lorica; proinde ſi quis reperiatur cum lorica, & ſimilibus armis duntaxat veſtitus, non punietur pœna deferentibus arma impoſita, cum non ſint apta ad nocendum, ſed ad ſe defendendum Gandin. *in tit. de malef. quæſt. de pœn.* Duenh *regul.*55. *in* 8. *limit.* Catter. *in practic. in* 1. *tract. de appellat.* §. *in text.* ibi; *Item que eorum, num.*13. *verſ. ne ſecus.* Iaſon *in* §. *ex maleficys, num.*83. *in fin. inſtit. de action.* Iuncta Bart. *in l. pediculus*, §. *argento, ff. de auro, & argento, legat.* vbi vult armorum delationem non eſſe prohibitam, quando portantur animo non nocendi, ergo multo minus prohibita cenſebuntur, quæ non ad offendendum, ſed ad ſe defendendum deferuntur. Sequitur idem Decian. *ſuprà, lib.*8. *cap.*3. *num.*14. & *cap.*4. *num.*18. *in fine*, vbi concludit, ſe nunquam audiuiſſe, nec vidiſſe deferentem arma defenſiua puniſſe. Quod etiam teſtatur Baiard. *ad Clar. quæſt.*62. *num.*64. & *num.*66.

351. Similiter non eſt puniendus deferens arma prohibita ad vſum itineris. Iul. Clarus *in praxi, quæſt.*82. §. *ſtatutum*, 6. *num.*6. & ita eſſe in vſu ait ex Angelo *in l.*1. *num.*3. *ff. ad l. Iul. de vi public.* vt ſolent mercatores, aliiſ iter agentes: tunc enim fas eſt deferre arma pro defenſione ſui corporis, text. *in l.*1. *ibi, vel itineris, ff. ad l. Iul. de vi public.* propter latrones, & ibi Bart. *num.* 1. & 2. Amad. *de ſyndic. num* 89. *verſ. item ac iure digeſtorum*, Catter. *in practic. in* 1. *tract. de appell.* §. *in text.* ibi. *Itemque eorum.* Menoch. *de arbitrar. caſ.*394. *num.*58. vbi ait arma ferre in itinere, vel nauigatione licitum eſſe, vt habetur *in cap.*1. §. *ſi quis ruſticum*, & §. *mercator. de pace tenend. in vſib. feudor.* Quin etiam habemus textum id prohibentem, niſi dum peregrè proficiſcimur *in l. vlt. iuncta gloſſ. in verbo, cingulo, C. de prapo. ſacr. cubi. lib.*12. Petr. à Placha *in epitome delictor. lib.*1. *cap.*8. Decian. *in tract. crimin. lib.*8. *cap.*2. *num.*2. & *cap.*3. *num* 34. Siue iter agatur equo, vel pedibus, nec poterit ſuſtineri lex, vel ſtatutum, ſi prohibeatur delatio armorum per loca periculoſa ad ſui defenſionem. Hippol. Rimin. *conſ.*425. *num.*18. Bertaz *conſ.*46. *num.* 3. & ita ſeruat conſuetudo, vt notat Bonacoſſ. *in quæſtio. crimin. in verb. de armis, in fin.* vbi meminit de deferentibus archibuſetum per tranſitum infeſtum, & Bertaz *conſil.*117. *num.*2. *lib.*1.

Non licet tamen arma deferre ad locum iudicij, atque conuentum, ſeu congregationem ſcholaſticorum, vt vult Angel. *in l. qui dolo*, quam legit ſub l. *armatos*, §. 1. *verſ. item qui cum telo.* per text. & gloſſ. *ibi, ff. ad l. Iul. de vi public.* Sequitur Bart. *in l.*1. *in* 2. *quæſt. ff. ad l. Iul. de vi public.* Ioan. Plat. *in* §. *item, l. Iulia de vi public. col.*2. *verſ. aduerte etiam diligenter, inſt. de action.* Quod etiam Charondas Tyriorum princeps lege interdixit, ne quis cum ferro in concionem ingrederetur. Tiraq. *de nobilit. cap.*10. *num.*73. & 74. Menoch. *d. caſ.*394. & *num.*38. & 39. vbi referunt Charondam tranſgredientem legem, quam tulerat, cui tranſgreſſori pœna capitis fuit impoſita, ferro diſtricto præ manibus habito incubuiſſe, atque ita ex humanis deceſſiſſe, teſte Valerio Maximo *lib.*6. *cap.*5. & Cœlio Rhodigin. *lib.*10. *antiquarum lectionum, cap.*19. Qua lege Charondas cum eſſet legiſlator, non tenebatur, vt vult Sotus *lib.*1. *de iuſtit. & iur. quæſt.*6. *art.*7. *col. vlt.* & Cottas *in l. princeps, num.*3. *ff. de legib.* 352.

An verò liceat ingredi locum, in quo ius redditur populo, cum armis, quando ius non redditur à iudice? Affirmat Placha *ſuprà, cap.*8. locum eſſe pœnæ *num.* 25. & ante ipſum Tiraq. *de nobilit. cap.*20. *num.*75. dum ius tantùm redditur; ſecus quando non redditur, vel quando iudex abeſt; tunc arma impunè deferri poſſunt. Probaturque ex Bald. dicente *in l.*2. *ff. de auro, & argent. legat.* quòd ſtatuto præcipiente ne nobiles ingrediantur palatium poteſtatis ſub pœna mille aureorum, poſſe nihilominus ingredi abſque vlla pœna, quoties abeſt Prætor, Menoch. *ſuprà, num.*41. & *ſeqq.* Iul. tamen Clar. *d. quæſt.*82 *ſtat.*6. *num.*9. *ad fin.* ait in palatiis Imperatorum, ac Regum ſemper vidiſſe ab omnibus arma deferri. Quod etiam ſeruatur in palatio ſummi Pontificis, & apud Luſitanos id notum eſt, ex *lib.*5. *ordin. tit.*39. vbi variæ, ſed graues pœnæ imponuntur ferientibus aliquem in palatio Principis, vel in ipſius præſentia; (non tamen deferentibus arma.) Imò educentes arma, ſeu gladium è vagina ad aliquem feriendum, vel offendendum coram Rege, vel in eius domo, etiamſi neminem feriat, per decennium in Africam amandabitur, vltra alias pœnas ibi con- 353.

tentas

sentas in principio. Nomine verò armorum quæ prohibentur in palatio, ſeu curia regali educi ad ferendum è vagina, intelligitur cultellus, ſeu gladius, etiam ad ſcindendum panem, vt deciſum fuit, teſte Cabedo *areſto 49. anno 1591. prima parte.*

354. Nam quamuis nomine armorum, quæ portari prohibentur, non contineantur cultelli, nec gladioli ad vſum domeſticos idonei, vt diximus, cùm non ſint ad nocendum regulariter inuenti, ſed ad incidendum panem, & carnem; attamen nomine armorum, quæ prohibentur educi è vagina in præſentia, ſeu domo principis, ad feriendum veniunt cultelli, & gladioli, & omnia alia arma, quæ euaginantur, quia iniuria facta in præſentia, ſeu domo Principis, atrox reputatur, ob non præſtitam condignam reuerentiam Principi. Angel. *de malef. in verb. verba iniurioſa, num. 18.* & Nicar *in § atrox, num. 1 in fin. inſtit. de iniur.* Farin. *tom. 3. quæſt. 105. num. 188.* Cabed. *vbi ſuprà*, addens non comprehendi nomine armorum, quæ prohibentur euaginari in palatio, ſeu domo Principis, haſtas, haſtilia, nec falces præacutas longuriis inſertas, ac præfixas, ſeu verabula, vulgo *alabarda, chuça, partezana, & arremeſſaon*, quia hæc non propriè euaginantur, Cabed. *d. areſt. 49. ad fin.* vbi ait ſic fuiſſe deciſum anno 1600. 29. Auguſti, ſcriba Bernardo de Bullaad. De qua deciſione ipſe dubitat, nec immeritò, cùm videatur eſſe contra mentem legis noſtræ *d. tit. 39. in princip.* ibi, *eſſe arrancar arma para com ella ferir*, & *§. 1.* ibi: *Et ſe tirar arma dentro nos paços para com ella ferir.* Ex quibus videtur, ſi quis in domo, ſeu præſentia principis aliquem percuſſerit haſta, vel haſtili venabulo, vel falce præacuta, incurriſſe in pœnas contra ferientes aliquem in palatio; ſiquidem deciſum fuit ligari eiſdem pœnis, qui ad feriendum cultellis, ſeu gladiolis euaginatis vſi ſunt. Cæterum cum lex ſit pœnalis, & in lege non fiat mentio, niſi armorum, quæ ſolent in vaginam recondita deferri, vt ſonant verba *arrancar*, & infrà *tirar arma*, facilè acquieſcen ſententiæ eorum, qui nomine armorum traduñt non comprehendi haſtas, falces, haſtilia, & venabula, & his ſimilia: ſicut non comprehenduntur ſub eadem lege, qui verbis, aut ſcripto aliquem coram Rege, ſeu in palatio afficiunt iniuria, vt notat Cald. Per. *in quæſt. forenſ. in comment. ad l. vnicam, C. ex delict. defunctor. part. 1. num. 4.*

355. Sed quid dicendum, ſi quis extra palatium gladium euaginet, & eo euaginato inſequatur recipientem ſe in palatium principis, ibique eum percuſſerit? Reſpondeo ex traditis ab Abbate *in cap. dudum, el 2. num. 11.* & addit ibi *litera F.* non incurriſſe pœnas, §. 1, contentas *d. tit. 39.* quia non euaginauit gladium in domo Principis, neque in palatio, ſed extra; in quo euentu initium eſt expectandum per text. in l. noſtra *lib. 5. tit. 44.* ibi. *Dentro em Igreia arrancar eſpada*, vbi Barboſ. Vimaran. excuſat à pœna exilij per decennium, à lege ibi impoſita euaginantem extra palatium, etiamſi gladio ingrediatur palatium, & in eo fugientem, & ſeſe recipientem percutiat. Secus ſi non percutiat, neque illi noceat. Ratio, quia non eduxit gladium è vagina intra limites prohibitos, ſed extra, vbi non erat pœna euaginanti impoſita. Probatur, quia odioſa ſunt reſtringenda, *cap. pœnæ, de pœnit. diſt. 1.* vbi dicitur ſic. *Pœnæ legum interpretatione molliendæ ſunt potius, quam nimis exaſperandæ, atque ideo propriam caſum non exceedunt.* Vnde gloſſ. *in regul. in pœn. de regul. iur. in 6.* cantat argumentum à ſimili non procedere in pœnalibus. Ratio, quia quamuis argumenta [illegible] identitate rationis, ſeu paritate, habeant [illegible] in aliis legibus non pœnalibus, quæ non [illegible] 356
no procedunt à ratione, ſed ex libero [illegible] ac voluntate legum latorum. Caſtr. *lib. [illegible] de poteſt. leg. pœnal. cap. 72. documen.* [illegible] vbi doc[illegible] examen, perſonam, aut caſum leges pœn[illegible] non trahi, Afflict. *deciſ. 21 num.* [illegible]. Garcia *de bra[illegible] part. 11 cap. 10. § 2. num. 205. & 206* poſt [illegible] relatos, & Saÿrus *in claui lib. 8. cap. 3. de [illegible] mai. num 9.* contra Panorm. *in cap. [illegible] de conſtit.* & ibi Decium & Iaſon *in § ex mal[illegible] in gloſſ. fin. & in § tripli, col 3. inſtit. de [illegible]* [illegible]nantes legem pœnalem eſſe extendendam [illegible] li, vel ex paritate rationis ab vno ad alium [illegible] ſum caſum; quod non ſolum minus benè, [illegible] perperam dictum putat. Cum ergo le[illegible] pœnam grauiſſimam imponat [illegible] bus in palatio, ſine feriant, [illegible] eſt extendenda d[illegible] extra [illegible]tium, & cum eo diſtricto pa[illegible] etiam cum animo percutiendi [illegible] tem [illegible] tamen illum non percuſſit, [illegible] tamen [illegible] arbitraria, quoniam delictum atte[illegible] tet leuiùs punietur, ſecundum [illegible] ris. Titaq. *de pœn. temper. cau[illegible] & cauſ 38. num.*

EPITOME.

357 *Arma ruralia ruſti. [illegible] armorum prohibitorum.*
358 *Baculum ferratum venit [illegible] prohibitorum.*
359 *Arma ligata non [illegible] de nobis.*
360 *Arcabuſetum bre[illegible] inutile poteſt capi etiam domi.*
361 *Armis ſpoliari poſſunt indigena inuenti cum illis.*
362 *Enſis quinque palmos cum dimidio longior, & pugio cum cu[illegible] ſubula, & enſis vagina vacuus prohibentur.*
363 *Enſis menſura taxata longiore [illegible] ſentes non capiuntur.*
364 *Apparitores rixantes non diuidentes [illegible] pœna teneantur.*
365 *Apparitores negligentes in capie[illegible] debitorem ſuſpectum, de fuga te[illegible] ad [illegible] tuendum.*
366 *Alguazelli an poſſint cum de[illegible] po[illegible] caſtò [illegible]*
367 *Alguazelli ſunt mere executores, nec poſſunt de aliquo [illegible]*
368 *Apparitor ſiue maiorinus curiæ, [illegible] gationes.*
369 *Apparitor, ſeu maiorinus carcerum, [illegible] obligationes.*
370 *Maiorinus maior debet eſſe vir primarius, & ex nobili pro[illegible]*
371 *Alguazellus maior, ſeu præfectus [illegible]*
372 *Præfectus arcis illam amittens [illegible] de leuiſſima.*
373 *Principes, magiſtratus, architelli, [illegible] nes, nautæ, & alij ſimiles [illegible], at [illegible] culpa teneantur.*
374 *Caſtra, ſiue arces regulariter ad Reg[illegible] ſtās, præſertim quæ ſunt in limitibus regni [illegible]*

375 Caſtel

375 *Caſtellani perpetui, qua debeant reficere circa acceſſaria repatione arcium.*
*Quid de iure Luſitano ac communi. ibid.*
376 *Caſtra de nouo moliri quis poſſit, & reficere.*
377 *Maioratus quando poſſit vxor praficere caſtellanum caſtro.*
378 *Caſtro dotali, quis debeat praficere caſtellanum maiorem.*
379. & 380 *Caſtro extra dotem an poſſit vxor praficere caſtellanum maiorem, & qua ſint bona parapherna.*
381 *Caſtro in pignus dato creditori, quis poſſit praficere officiales, & caſtellanum maiorem.*
382 *Praſectorum arcium, qua ſint onera, obligationes.*

357. Sed quid ſi apparitor inueniat ruſticum de nocte cum armis rutalibus, quæ ſunt inſtrumenta agriculturæ? Reſpondeo non poſſe ſpoliari, ſi deferat inſtrumenta non principaliter ad nocendum, ſeu offendendum inuenta, & ordinata. Secus ſi portet falcem, ſeu haſtile, & his ſimilia. Afflict. in §. *ſi quis ruſticus, num.4. in primo notab. de pace tenend. in vſibus feudor.* qui continetur *in cap.1.* huius tituli. Farin. *ſupra num 3.* Barboſ. *in remiſſ. ad ordinat. reg. lib.5. tit.80. §.1. num.2.*

358. Quod ſi inueniatur ruſticus deferens baculum ſine ferro, non debet eo ſpoliari. Ita Barbat. de Gard. *legat. praſt. quaſt.4. num.8. & num.18. & ſequenti*, niſi baculus ſit accommodatus ad nocendum; tunc enim puniri poteſt iudicis arbitrio, cui relinquitur examinare, qualis ſit baculus ad offendendum idoneus; Baiard. *ad Iul. Clar. quaſt.82. num.68. verſ. item adde.* Vnde ſi baculus ſit ferro armatus, & ad nocendum aptus, ſine dubio armorum nomine continetur, & illum deferens puniendus eſt, argum. text. *in l. in armatis, & in l. penult. §. telorum ff. ad l. Iul. de vi public.* Idem dicendum eſt de fuſtibus oblongis, ſeu longuriis ad ignem induratis, cum ſint ad nocendum valde idonei. Angel. *in l. ſi pignore, §. furem, num. 1. ff. de furt.* Natat. *in cap. ita quorundam, in 5. notab. in princip. de Iudæ.* Petr. à Plach. *in epit. delict. cap.8. num.2* & Cyril. *in ſum. crim. rubr. de public. iudic. §.5. num. 12.* Decian. *in tract. crim. lib.8. cap.2. n.3. & 6.* vbi de vi, ac violentia factis, cum fuſtibus oblongis, & longuriis induratis principaliter ad nocendum ſint deſtinati, etiamſi videantur ſecundùm propriam armorum nomenclaturam eorum appellatione non venire.

359. Porrò ſtatutum, ſeu lex prohibens delationem armorum non extenditur ad deferentem arma ligata, ita vt nemini cum illis poſſit nocere, præſertim ſi ea defert vendendi gratia, Menoch. *de arbitr. caſ.394. num.59.* Maſcard. *de probatio. concluſ.128. num.6.* Bobadill. *lib.2. cap.13. num.71.* & Farin. *tom.3. quaſt.108. num.83,* vbi addit, ſi ea deferat animo nocendi per ciuitatem ligata, ita vt facilè poſſet illis vti, non effugere pœnam. Secus ſi non ad libitum deferens ea diſſolui queant, prout aduertit Decian. *in tract. crimin. lib.8. cap.3. n.57.* Ex quibus infertur, ſi quis domi arma prohibita, putà ſclopum inutilem, nempe; quia eſt iam ſine rota, non teneri lege puniente habentem huiuſmodi armorum genus, ita Bolognet. *conſ.25. n.15.* Sed meo iudicio minus bene dictum videtur; quia huiuſmodi arma infra menſuram quatuor palmorum, ſunt omnino prohibita per leg. Luſitan. *lib.5. tit.80. §.13* ibi. *Arcabuzes de menos*

360. *comprimento, que de quatro palmos em cano.* Ex ... Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.

quòd hæc arma breuiora occultè deferri ſolent ſub pallio; ideo grauiori pœna prohibentur, vt ibi videre eſt. Et quamuis Barboſ. Vimaran. *ibi, d. §.13. num. 3.* intelligat hoc eſſe intelligendum de arcabuſio apto ad offendendum, & præparatò, & inſtructo, iuxta Bolognet. ſuprà, quem ſequitur Bonacoſſ. *commun. crim. part.2. verb. ſtatutum, fol.74.* Beriaz *conſ.74. num.12. & ſi quæras. & ibi in addition. litera C lib.1.* quibus accedit Farin. *d.q.108. num.86.* Nihilominus apud nos praxis eſt in contrarium, & vbicumque arcabuzeta hæc breuia inueniuntur, amitti ſolent, ſiue ſint præparata, & inſtructa, & abſque rotis; ſi non attingunt quatuor palmorum menſuram. Iuuat Baiard. *ad Clar. quaſt.83. num 7.* vbi dubitat de ſententia Bolognet. & ſequacium ſuprà, quia facili negotio parua arcabuzeta inſtrui, & præparari poſſunt, quibus Bulla Pij I V. 65. in prima parte Bullarum, & Pij V. 151. *part 2.* ea deferentibus pœnam criminis læſæ maieſtatis, & rebellionis impoſuere. Farin. nuper citatus, *num 52. & ſeqq.*

Prætereà poſſunt apparitores armis ſpoliare inuentos cum illis quibuſcunque alienigenas, qui ad locum Bethlemiticum in territorio Vlyſſiponenſi ſunt appulſi, etiamſi arma ſint exigua, ſi ſint ad offendendum idonea; ſimiliter nemo poterit in Luſitania deferre enſem quinque palmis cum dimidio longiorem; item non poterit deferre noctu, diuque enſem vagina vacuum, nec pugionem, ſeu ſicam ad ſubularum ſimilitudinem cum cuſpide, neque ſecum deferre pilam plumbeam; quæ deprehenditur ſub prohibita armorum delatione, vt etiam notat Bonacoſſ. *in quaſt. crimin. ad fin. in verb. de armis,* & Carret *in pract. in 1. tract. de appe. §. in text.* ibi. *Item qua cotum, num. 19.* Pro cæteris lege dictam ordinationem Luſitanam *d. tit. 80.* ne in ſingulis explicandis immoremur. Adde confiſcatis armis cenſeri vaginas etiam confiſcatas. Bobadill. *d. cap. 13. num. 166.* Azeued. *l.1. num.13. tit.25. lib.9. noua recop.* Barboſ. Vimaran. *d. tit.80. §.1. num.8.* aliis ibi relatis. 361.

Sed quid ſi quis habeat domi enſes longiores vltra menſuram à lege præfixam? reſpondetur non poſſe capi ab alguazellis per vim legis Luſitanæ, quæ ſolùm prohibet delationem enſium menſura longiorum per text. *ibi, §.6. d. tit.8. Naon traga eſpada mais comprida, que de finco palmos, & meio de vara, entrando nelles o punho, & macaam.* ergo non prohibentur enſes longiores menſura domi exiſtentes. Conſonat lex Caſtellæ *9. tit.6. lib.6. noua recop.* & ibi Azened. *n.3. ex l.1.* & ibi gloſſ. *ad leg. Iul. de vi, & ex auth. de armis.* Quæ iura innuunt potiùs non poſſe haberi domi. Sed illis reiectis indiſtinctè dicendum eſt poſſe haberi domi, ideo non includuntur enſes longiores domi exiſtentes, & iura illa loquuntur, quoties in genere arma prohibita ſunt omnino, & vbique, ita vt nullorum vſus ſit licitus. Hæc enim domi inuenta capi poſſunt ab apparitoribus, vt loquitur lex Luſit. *d. tit. 80. §. 15. verbo, arcabuzes*, quæ prohibet, ſi breuiora ſint palmis quatuor, nec poſſe portari noctu, diuque, nec domi haberi, ibi, *Naon traga de dia nem de noite, nem tenha em ſua caza arcabuzes de menos comprimento, que de quatro palmos em cano.* At verò enſes menſura longiores, vt amittantur requiritur delatio, & apprehenſio, nec ſufficit inueniri in domo; quare alguazelli, ſeu apparitores permittentes deferre enſes menſuram excedentes, vt inde aliquod commodum iniuſtè conſequantur, & ex quo vitia oriantur ſecundùm *l. ſi quis*

*barbaros, C. de re milit. lib.* 12. pœna ignis puniuntur, vt notat Paris de Puteo *in tract. de Syndic. verb. familiaris c.* 3. *in ipſis, an ex eo quod n* 8. vbi vult officiales etiam qui ſeducunt aliquem dicendo, vt ſecure ſe armet armis vetitis, & poſtea inuentum cum armis capiunt, tanquam ſeductores debere viuos comburi, tanquam præbentes occaſionem rixis ac ſeductionibus, quibus obuiare ratione officij tenentur per text. *in l. ſtipulationes non diuiduntur, § plane* ibi, *non eſt expectandum* · *i ſiſtat reus, ff. de verb. obligat.* Proinde ſi rixantes, & in mutuam cædem ruentes videant, & ad eos impediendos non accurrant, tenentur de damno illato. Didac. Perez *l.* 18. *tit.* 4. *lib.* 2. *ordin. pag.* 564. *in fin. cum ſeqq.* quod intellige ſi poſſint impedire commodè, & ſine graui damno vitæ, aut rei familiaris, aliàs enim lege iuſtitiæ non tenentur cum tanto detrimento rixantes diuidere, vel damnum prohibere, Nauar. *in manual. c.* 17 *n.* 154. *verſ. quadrageſimo*, Sot. *lib.* 4. *de iuſt. q.* 7. *art.* 3. *in fin.* & ante eos Gabriel *in* 4. *diſt.* 15. *q.* 2. *art.* 3. *dub.* 2. D. Anton. *p.* 2. *tit.* 1. *cap.* 12. *§.* 7. Corduba *in ſumma q.* 66. 94. & Michael Salon 2. 2. *q.* 62. *art.* 7. *controuerſ.* 3. Ratio, quia nemo tenetur propriam vitam exponere mortis periculo, niſi pro bono communi Reipublicæ, aut vita ſpirituali alterius, quando aliter liberare nequit.

365. Vnde ſi ex culpa graui, ſeu lata apparitores ſcienter damnum proximi non impediant, tenentur reſarcire, quia ex officio tenentur. Proinde ſi negligentes ſint in capiendo debitorem de fuga ſuſpectum, vel non habentem immobilia bona, tenentur ſoluere debitum. Xuar. *in tit. de los emplazamientos, §.* 7. *num.* 52. *pag.* 409. (Secus dicendum de priuato, qui abſcondit debitorem, poſtquam fugit, is enim nihil tenetur reddere creditori. Bald. *conſ.* 220. *col.* 2. *vol.* 3. & Hippol. *ſingul.* 366. *per l. fin. verſ. creditori, ff. de liber. hom. exhib.*) Quod procedit, quando conſtat liquidò de debito fugientis, aliàs non tenebitur, qui fecit illum fugere, vel fuit in cauſa. Azeued. *lib.* 4. *tit.* 23. *de los Alguaziles, l.* 12. *num.* 24. *&* 29.

366. Dubitationis eſt, an aguazelli poſſint conuentionem facere cum delinquentibus. Reſpondetur de his actum eſſe ſatis *ſupra, diſp.* 16. *§.* 3. *à num.* 86. *vſque ad num.* 105. in quibus locis hæc dubia, & eorum ſolutiones inuenies. De quibus etiam nonnulla breuiter præſtringit Azeued. *lib.* 4. *tit.* 23. *l.* 14. *noua recopil.* Sayr. *in claui lib.* 12. *c.* 14.

367. *num.* 12. *&* *num.* 16. *vſque ad num.* 21. Illud adde apparitores, & alguazellos, de quibus loquimur, & de quibus fit mentio apud ordinationem regiam noſtri regni *lib.* 3. *titul.* 76. *in princip.* eſſe meros facti executores, neque ab eorum executione appellari, ſeu aggrauari poſſe, cùm non habeant iuriſdictionem, nec poſſint cognoſcere de aliquo. At verò quando ipſi mandata excedunt, & vltra illud, quod non debent exequuntur, partes aggrauabunt ad iudicem, qui fieri executionem præcepit, vt grauamen illatum emendet, quod ſi iudex emendauerit, aggrauari poteſt ad ſuperiorem iudicis exequentis ab eo, qui commiſit executionem, & noluit grauamen emendare. Bart. *in l. Diuo Pio, §. ſententiam Romæ num.* 6. *ff. de re iudic.* Cgual, *in tract. de cognitio per viam violentiæ, part.* 2. *quæſt.* 27. *num.* 1. ſicque fuiſſe iudicatum in Portugalenſi Senatu anno 1606. teſtatur Barboſ. *in remiſſ. d. tit.* 76. *§. primo.*

368. Præter hos inferiores apparitores, & executores iudicum, qui deputati ſunt ad certum mandata exequendum, & ad capiendos malefactores, & ad carcerem ducendos, vt notat Paris de Puteo *de ſyndic. verb. officiales deſtinati*, eſt alius apparitor curiæ vulgo *Meirinho da Corte*, qui cum ſecundum leg. noſtram *lib.* 1. *ordin. tit.* 4. *§.* 1. *tit.* 21. *in princip.* debet nobilis maiorino, ſeu apparitore maiori, vt continuò in curia verſetur, debetque eſſe ex honeſta familia nobili, & bonis moribus præditus, & à Rege approbatus ad officium exercendum; poteſtque malefactores in delicto inuentos, & in rixis, ac ſeditionibus repertos in flagranti capere, & antequam delinquentes ad carcerem deducat, prætori, ſeu correctori curiali præſentabit, qui cauſis criminalibus præfectus eſt, de quibus agit Martins à Coſta *annotat.* 6. *in ſuo ſtyle*, vulgo *Corregedor do crime da Corte*, Cabed. 1. *part. deciſ.* 3. Os limitto noſtra *lib.* 1. *tit.* 7. & apud Hiſpanos dicuntur *l.* 3. *titul.* 18. *part.* 4. *&* *tit.* 6. *lib.* 2. *noua recopil. Alcaldes de caſa, y Corte.* Hi ergo prætori, & correctori curialium cauſarum criminalium apparitor curialis perfectè obtemperabit capiendo, & ad carcerem ducendo omnes delinquentes, iuxta præceptum, & præſcriptum ſibi ab eis demandatum, aut ab aliis noſtris officialibus, qui poteſtatem habuerint in carcerem mittendi delinquentes. Tenebiturque de nocte locum, vbi curia commoratur percurrere certis horis à prætoribus criminalibus ſibi præfixis, cum ſua cohortatio, & reliqua mandata ab eiſdem diligenter exequetur, vt habetur in toto præcitato *tit.* 21. vbi agitur de obligationibus, & de ſalario, ac de iuribus, & emolumentis eiuſdem.

Eſt etiam alius apparitor, ſeu maiorinus carcerum, vulgo *meirinho das cadeas*, cuius munus eſt quotidie ſtare in Relatione, & præſto adeſſe ad exequendum mandatum, & quicquid opus fuerit, tam ad capiendos delinquentes, quàm ad deducendos in carcerem conſtitutos, & quidquid denique administrationi iuſtitiæ expedierit. Conſtat ex ordin. reg. *lib.* 1. *tit.* 22. *in princip.* quod ſi contingat abeſſe ex negotio aliquo ſibi commiſſo à Rege, aut à rectoribus, aut à prætoribus curialibus, loco ſui duos ex ſua familia homines relinquet, qui Relationi aſſiſtant, vſque ad finem audientiæ, quæ in Relatione fiunt, aliàs puniri debet. Ordinatio *ſupra*, §. 1. Poteritque etiam loca percurrere eodem modo, quo fieri ſolet à maiorino curiali de nocte, & inuentos cum armis capere, ac malefactores in carcerem permiſſa præſentatione deducere. Pro reliquis, quæ ex officio incumbunt huic maiorino carcerum, vide legem noſtram *diſt. titul.* 22. *à §.* 4. *vſque ad* 6. & Martins à Coſta *annotat.* 20. *in ſuo ſtylo per totum.* 369.

Sequitur dicamus de maiorino maiore, ſeu apparitore Regis de quo lex noſtra *lib.* 1. *ord. tit.* 17. *&* *tit.* 21. *in princip.* qui debet eſſe vir primarius, & ex nobili familia, ac ſanguine creatus, qui ſit aptiſſimus, vt omnia, quæ fuerint magni ponderis, ac momenti, à Rege illi imperata, aut à regiis magiſtratibus requiſita, poſſit bene executioni mandare. Inſuper ad maiorinum maiorem ſpectat viros illuſtres cuiuſcumque ſtatus ſæculares, & magna nobilitate inſignes, & dominos terrarum præhendere, quos inferiores magiſtratus nequeant, æquè bene capere, & præhendere. De cæteris, quæ illius officio incumbunt, tam facienda, quam exequẽda, meminit breuiter lex noſtra *lib.* 1. *d. tit.* 17. *per tot.* *&* *tit.* 21. *in princ.* 370.

*princip.* apud Hiſpanos *l.23.tit.29.part.2.* fit mentio huius officialis maiorini maioris. Dicitur autem ſic, teſte Gregorio Lopez, quaſi habens maioriam ſuper adminiſtratione iuſtitiæ, de aliquo certo loco, oppido, ſeu ciuitate, qui ſi à Rege creetur loco præſidis prouinciæ, vocatur maiorinus maior, & eandem exercet poteſtatem, quam præſes prouinciæ, ſeu adelantatus; quod ſi conſtituatur de poteſtate maiorini maioris, vel præſidis, ſimilis videtur noſtro maiorino, ſeu apparitori ciuiali, habet tamen iuriſdictionem, & poteſtatem in caſibus, qui vox Regis dicitur, quales ſunt proditio in Regem, vel eius collateerales, itineris fractio, publici latrones, rapina, & violentia manifeſta, fœmina vim paſſa, in quibus maiorinus minor ſe poteſt intromittere, ac cognoſcere. De cæteris autem non vtique criminibus, niſi ſpecialiter illi à Rege demandetur. Greg. Lop. *ſupra gloſſ.1.& verbo, Boz del Rey.*

371. Quid de aguazello maiori, ſeu præfecto caſtri, vulgo *alcaide mòr*, dicendum ſit, habetur in lege noſtra *lib 1. tit.74.* vbi præcipitur, quòd ſit vir ex vtroque latere tam paterno, quàm materno nobilis, vt nihil moliatur ex quo deſcendentes illius poſſint erubeſcere, & ignominiam, ſeu iniuriam contrahere. Item debet eſſe magnanimus, ac fortis ad reſiſtendum hoſtium inſidiis, patienſque laborum, ita vt potiùs omnia mundi pericula ſubire velit, quàm fidem fallere, aut arcem deſerere. Præterea ad hunc ſpectat eligere alguazellum minorem, idoneum tamen ad ſeruiendum, eumque iudicibus, & decurionibus ciuitatum, ſeu locorũ præſentabit, à quibus probatus iuramento præſtito officio perfungi incipiet, vt decernitur *in d.lib.1. tit.75. in princ.* vbi cætera, quæ hoc loco deſunt, poſſunt videri. Chaſſan. *in catalog. glor. mund. p.7. conſid.51.* vbi apparitores minores, ſeu alguazellos apud Gallos habere, ait, dignitatem, cùm à Regẽ creentur officiales. De quibus etiam meminit in commentariis ſuper conſuetudine ducatus Burgundiæ, *tit. Des iuſtices, art.6. in gloſſ.1.* & quales eſſe debeant, & qua vtantur poteſtate. De qualitatibus etiam, ac virtutibus præfecti arcium apud Hiſpanos loquitur lex *2. & 6. tit.18. p.2.* vbi etiam præcipitur, quòd ſit nobilis ex vtroque parente, fidelis, magnanimus, tantique faciens virtutem, vt ob illam vitam hominibus charam negligat, vt Cato ſenior dicere ſolebat. Greg. Lop. *vtrobique.*

372. Quæres, an præfectus caſtri, ſi amittat caſtrum, teneatur de leuiſſima, ſi ſpecialem mercedem, pro cuſtodiendo caſtro recipiebat? Affirmat gloſſ. *in l. qui mercedem, ff. locati*, probabilius puto hoc non habere locum in foro conſcientiæ, ſed in foro externo fundato in præſumptione, ideo non tenetur dominn reſarcire amiſſionem caſtri, niſi quando dolo, vel lata culpa, vel leui illud perdidit. Leſſ. *de iuſt. lib.2. c.7. dub.6. num.22. & duobus ſeqq.* quia in contractibus cedentibus in vtilitatem vtriuſque tam dantis, quam accipientis, vt in conducto, & locato, qualis eſt hic de quo loquimur, non tenetur præfectus de leuiſſima, ſed de leui, vel lata. Probatur ex cap. *bona fides, de depoſit. ex cap. vlt. de commod.* vbi Gregor. IX. id docet. Syluest. *verb. culpa, q.4.* & Angel. *eod. verb. q.5.* ſequitur Sayr. *in claui, lib.10. tract.2. c.14. n.8. verſ. contra vero ad-*

373. *dens*, principes, iudices, curatos, lectores, medicos, tabelliones, nautas, & architectos, & ſimiles ſtipẽdium accipientes ad huiuſmodi munia obeunda teneri ſatisfacere damno ob culpam leuem incurſo. Sic in noſtro caſu dictum puta, atque ita non

*Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.*

tenetur de leuiſſima, & multo minus de caſu fortuito, *l.ſi vt certo, §. nunc videndum, ff. commodat.* quidquid Gregor. contra *l.1. gloſſ.10. d. tit.18.*

Illud etiam adiice caſtra omnia in regno regulariter ad Regem pertinere, & in illis Regem habere fundatam ſuam intentionem. Conſtat ex traditis à Cabed. *2. p. deciſ.25. n.1. & 2.* præſertim, quæ ſunt extructa inter confines, ac limina regni. Sunt enim caſtra omnia de regalibus. Gregor. Lop. *l.1. tit.18. p.2.* ibi. *El ſeñorio pertenece*, & infra *pertenecen al Regno aſſi como villas & caſtillos*; & hæc quamuis ædificari, à quocũque in ſuo poſſint, niſi faciat ad alterius æmulationem, non tamẽ debent fieri caſtra, abſque facultate principis, vt notatur *in l. per prouinciam, C. de ædific. priuat. & in l.1. ff. quod cuiuſque vniuerſ.* & alij, quos ſequitur Martin. Laud. *in tract. de Caſtel. & caſtr. q.9.* poſt Innoc. *in cap. Piſanus de reſt. ſpoliat.* præſertim ſi erigãtur in limitibus regni, per text. notabilem *in l.2. C. de fund. limitroph. lib.11.* vbi probatur neminem poſſe habere caſtrum, vel fortalitium in finibus imperij, ſeu regni, ſub pœna capitali, & publicatione bonorum, niſi qui ad hoc fuerit à Rege deputatus, ergo multo minus poterit de nouo caſtellum extruere, vel fortalitium ædificare, per gloſſ. *in l.3. ff. ad l. Iul. maieſt. in verbo, venerit*, & Angel. de Peruſ. ibi Gom. *in l.40. Tauri, n.14.* 374.

Porrò apud Luſitanos *ſupra, tit.74. §.12.* arcium præfecti, qui habent caſtellanias perpetuas, vulgo *de iuro*, tenentur extruere earum domos, ac reficere in quibus caſtellanus habitare debet, nec non omnia, quæ neceſſaria ſunt, ad reparationem turrium, ac murorum circum circa. Quin etiamſi turres, ac murorũ para aliqua ceciderint, omnia præfecti arcium ſuis ſumptibus extollent miniſtrante ſeruitia duntaxat gratis populo. Qui verò caſtellis ad tempus præficiuntur, omnia ſuprà dicta reparare, ac reficere debent, conſeruabuntque, ac in eo ſtatu, in quo ea acceperunt, finito tempore tradent domino Regi, exceptis muris, mœnibus, ac turribus. Cum verò ſuprà dicta reficerentur, quæ ſuis expenſis refici debent, populus obſequia, ac ſeruitia adminiſtrabit; hæc de iure noſtro ſuprà citato. 375.

De iure tamen communi per text. *in l. ſacra loca, §. muros, ff. de rer. diuiſ.* videtur dicendum non poſſe refici caſtrum, cùm ibi dicatur non poſſe de nouo muros in oppido aliquo erigi; ergo nec ruentes reparari. Iaſon *in l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iur. in 3. col. in princ.* poſt Bart. *in l. opus, ff. de oper. public.* Iuuat *l. Caſtella 7. tit.7. lib.4. ord.* quæ ait neminem poſſe fortalitium, ſeu caſtrum de nouo moliri ſine principis authoritate. Ergo nec reficere, nec reparare. Coadiuuat lex *46. Tauri*, dum prohibet poſſe fieri de nouo arcem, ergo nec reparari ſine principis licentia. Cæterum dicendum eſt bene poſſe refici ſine principis licentia, muros, turres, & caſtella, ſi lapſu temporis, vel tempeſtate aliqua corruerunt per ipſam ciuitatem, vel magiſtratus. Ita Bart. *in l. ſi quis adulterium, §.1. ff. de adulter. & in l. ſeruus, C. de pœn.* & ibi Salic. *& in l. per prouincias, C. de ædific. priuat.* Roman. *in l.1. §. hoc autem, col.2. in fin. ff. de non. oper. nunc.* Quod ſi muri ſeu turres, & caſtra de mandato principis, vel ex aliqua cauſa, ſeu delicto fuerunt ſolo æquata, ſine eius licentia erigi non poſſunt, per text. *in leg. intra vrbem in fin. C. de oper. public.* quæ ſic ait: *Ea tamen inſtaurandi, quæ etiam deformibus ruinis intercidiſſe dicuntur, vniuerſis licentiam damus.* Facit text. *in l.1. §. ſi quis ædificium, ff. de noui operis nunciat. & in l. final. ver.* 376.

*illud*, *C. de Iud*. Per quæ iura, quamuis nouum opus, & noua ſynagoga fieri interdicantur, non tamen antiqua reparari prohibentur. Atque ita ex dictis conſtat poſſe reſici, ac reparari caſtrum, ſeu fortalitium à præfectis, quando caſu, ac tempeſtate, ſeu lapſu temporis ſunt deſtructa, ſine licentia principis. Secus quando ex delicto, vel ex præſcripto principis eſt diruta, & in terram depreſſa fuerunt. & ita debet intelligi text. *in d. l. intra vrbem*, qui de mente Baldi ſic intelligitur, *in l. ſicut proponis*, *l. 2. C. de nupt*. Alber. & Angel. *in d. l. ſi quis aduerſarium*.

Hinc ſequitur reparari ædificia, muros, ac mœnia vrbium non permitti abſque principis conſenſu ciuitatibus, villis, aut earum dominis à principe inueſtitis, *l. ſi* [illegible] *ea, §. muros, ff. de rer. diuiſ*. Apud Gallos tamen domini terrarum de caſtris inueſtiti reparant omnia, vt ait Renatus Choppinus *in conſuet. Andegauenſ. lib. 1. c. 47. n. 6* & ante ipſum Coſmas Guimier *in prag. ſanction. tit. de collatione, §. in Eccleſ. 2. in verb. Villa murata*, in regno tamen Neap[illegible]ano, caſtra erigere, & munitiones ædificare inconſulto principe non eſt integrum, habetur *in conſt. caſtra, munitiones, & conſt. ſequenti*. Quod de refectione arcium, ac turrium, maximè in confinibus regni etiam tradit Afflict. *in præcit. conſt. caſtra*. Facit *l. fin. C. Theodoſ. de equor. coll*. Camil Borrel. *de magiſtr. edictis, lib. 4. c. 10. a n. 44*.

377. Quid ergo ſi maioratus conſtituatur, & in eo reperiantur caſtra, & fortalitia, & oppida, quiſnam ibi arcis præfectum, ac magiſtratus creabit? Reſpódeo ſi hoc ius cõpetebat inſtitutori maioratus, antequam maioratus crearetur, pertinere etiam ad quemcunque poſſeſſorẽ maioratus arcis præfectũ eligere, magiſtratus, decuriones, notarios, & merum mixtumque executores, cæteroſque id generis officiales, [illegible] nomine ipſius omnia munera exerceant, Innoc. *in c. cum Eccleſia ſutrina, col. pen. in verb. faciendum, de cauſ. poſſeſſ. & proprie*. Fel. *in c. cum olim, de maior. & obedientia, n. 3*. & Imol. *in clem. 2. col. 3. de ætat. & qualit*. Sequitur Camil. Borrel. *ſupra, lib. 1.* [illegible] *n. 177*. ex Molin. *de primog. c. 25. n. 1. lib. 1*. Ita tamen, vt hi officiales omnes, ſi creati ſint ad ſui beneplacitum, morte eiuſdem poſſeſſoris expirent, nec vltra iuriſdictionem poſſint exercere. Nec obſtat conceſſa ad beneplacitum cenſeri perpetua, ſecundùm legem *principali, ff. ſi cert. petat*. quia maioratus poſſeſſor, non poteſt quidquam in præiudicium ſucceſſoris moliri, cum habeat dominium ad vitam limitatum, ideo officia conceſſa ad ſui beneplacitum morte eiuſdem expirant. Bart. & communiter commentarienſes, *in l. 4. ff. locati, & in clem. & ſi principalis, in verb. per electionem de reſcriptis*, per text. *in cap. ſi gratioſè de reſcript. lib. 6*. ſiue officia concedantur, ac creentur nomine maioratus, ſiue nomine proprio poſſeſſoris. Atque ita cùm arcis præfectis etiã ad vitam conſtitutus morte concedentis expirat, ſucceſſor officium alteri poterit concedere, vt in ſpecie de præfectis arcium, & ſimilibus officiis tradit Greg. Lop. *in l. 2. tit. 15. p. 2.* gloſſ. *in verb. ſi no el hijo maior, col. 5*. Quin etiam hæc officia ad libitum concedentis conceſſa ſine cauſa reuocari poſſunt Boer. *deciſ. 143. n. 25*. vbi loquitur de capitaneo, & cuſtode caſtri, quem remoueri poſſe, & alium loco eius conſtitui docet per text. *in l. ſi ita, §. dominus*, Bald. & Alber. *ff. de vſu. & habitat. & in cap. 1. ſimilia gloſſ. de feudis gardia & caſtaldia*. Ergo à fortiori à ſucceſſore id fieri poteſt, ſecus in magiſtratibus à principe non recognoſcente ſuperiorem [illegible] toris. Hi namque ad beneplacitum etiam electi & creati, mortuo principe, non expirant, cenſentur enim perpetui. Bald. Alber *in* [illegible] *ru peritos, in princip*. per text. *ibi, ff. de excuſat. tutor*. Idem tenet Bart. & Bald. *in l. de pupillo, §. ſi quis ipſi prætori, ff. de nou. oper. nunc*. Borr. *ſupra, num. 11*.

Quid ſi contingat caſtrum eſſe dotale? Reſpondeo dominium rei in dotalium competere marito conſtante matrimonio, ac durante quoad vſu[illegible] fructum, non autem quoad directum dominium, vnde adminiſtratio magiſtratuum pertinet ad [illegible] fructum; Menoch. *conſ. 1*[illegible] *num. 6. vol. 1*. Ideo conſtituere officiales, magiſtratus, & arcium præfectos, pertinet ad maritum, cum electio, & adminiſtratio dicatur eſſe de fructibus rerum dotalium, durantéque vſufructu non poteſt vxor ſe intromittere in ea iuriſdictione caſtri, cum vſufructuarius ita poſſideat, vt ſi perturbetur à ſua poſſeſſione, aut ſpolietur, debeat reſtitui ante omnia, [illegible] *interdictum ante hoc, ff. de vi & vi armata*. Menoch. *in tract. de recuper. poſſ.* [illegible] *remed. prim.* [illegible] Borrel. *conſ.* [illegible] *1. n. 5. de magiſtr.* [illegible] *1. cap. num. 171. & ſeqq*. Proinde prouiſio [illegible] & creatio, dato caſtro in dotem [illegible] pro oneribus matrimonij æſtimatis, [illegible] bit marito, Bart. & Caſtrenſ. *in l. ſi*[illegible] *ff. ſolut. matrim*. Iacob de Sancto Georgio *in* [illegible] *feudal. in verſ. de caſtro rubei montis, ſub num. 3. verſ. quæro etiam mulier*, dicente bona [illegible] & pœnas, & mulctas caſtri dotalis ipſi [illegible] re. Sequitur Ioan. Lup. *in rep.* [illegible] *de do. & inter vir. & vxor. lucri. num. 11. cap.* [illegible] niſi fuerit ſocietas inter maritum & [illegible] ac quæſtus contracta, tunc [illegible] pertinebant ad vtrumque. Chaſſan. *in* [illegible] *rubr. 4. in verb. cõſtant leur mariag* [illegible] Barboſ. *in l. diuortio, § ſi vir. poſt alias, num. 41* [illegible]

378. Nec refert ſi dicas dominium dotalium rerum eſſe vxoris, cuius dos eſt patrimonium [illegible] *§. ego etiam, ff. de minor. l. in rebus, C. de iur. dot*. & illarum dominium penes vxorem remanere perpetuò, vt tradit Cephal. *conſ. 252. n. 1. & n. 5*. Mainſenior, *conſ. 9. col. 1. vol. 1*. Quia reſpõdetur hoc eſſe intelligendum de dominio directo, non de dominio vtili, quod pertinet ad maritum tempus conſtante matrimonio, ideo ad [illegible] durante ſpectabit magiſtratus eligere, officiales deputare ac præfectos arcium præficere, cum horum omnium electio, & adminiſtratio inter [illegible] fructum numerentur, & competant iuriſdictioni, ſicut fructus iuris patronatus dicitur eſſe præſentatio, *cap. querelam*, vbi Innoc. *de electio. &* [illegible] *olim*, vbi Abb. *n. 4. de cauſ. poſſ. & propri*. Menoch. *d. conſ. 180. n. 64*. de quo dubio diximus *p. 1. lib. 5. diſp. 6. §. 10. n. 194. & ſeqq*.

379. Quid autem ſi caſtrum ſit extra dotem vxoris, vel paraphernale? In fauorem mariti fuiſſe deciſum, meminit Camill. Borrel. *de magiſtr. edict. lib. 1. cap. 1. n. 176*. de quo dubitari poteſt, an ſit benè iudicatum, iuxta ea, quæ ipſe opinatur in *conſil. 176. cent. 1*. & nos decidimus *ſupra, d.* [illegible] *§. 10. n. 193*. Proinde vt tollatur anxietas, fiat per [illegible] que creatio, ſeu deputatio præfecti arcis [illegible] & cæterorum officialium. Iuxta Ioan. Lup. *d. n.* [illegible] vbi cõcludit fructus paraphernalium, & cæterorũ bonorum viri & vxoris pertinere equaliter [illegible] que, ipſas verò res, ex quibus fructus colliguntur, remanere penes vxorem vel hæredes illius, quãuis Bart. Bald. & alij, *in l. cum à matre, C. de bon. mater. & in*

*l. vbi*

*l. vbi adhuc, C. de iur. dot.* opinentur fructus paraphern. nos competere viro quoad vſum, tenerique reſtituere hæredibus vxoris, quatenus excedunt vſum. Sed Ioan. Lup. opinio hodie ſeruatur.

380. Dicuntur autem bona paraphernalia, à verbo *para*, & *pherna*. *Para* ſignificat extra, & *pherna* ſignificat dotem, quaſi bona extra dotem, & pertinet ad vxorem, & ad ſuum capitale vnà cum dote, vt habetur *in l. 17. tit. 11. p. 4.* & quoties traduntur marito quoad adminiſtrationem, bona mariti cenſentur tacitè hypothecata, pro huiuſmodi bonis paraphernis, ſecundùm *l. vlt. C. de pact. convent. & l. vbi adhuc, C. de iur. dot.* & notat gloſſ. ibi *verb. ſuppoſitas.* Mol. *de iuſt. tract. 2. diſp. 430. verſ. quando huiuſmodi bona.* Petr. Barboſ. *in 3. p. legis primæ, n. 31. fol. 284. col. 2. ff. ſolut. matrim.* Illa autem parapherna lucratur ipſe vir in ſolidum vxore de adulterio pœna capitis mulctata, per gloſſ. *verb. dotalium, in fin. in cap. plerumque, de donat. inter vir. & vxor.* Barboſ. *in l. 2. p. 1. a n. 56. ff. ſolut. matr.* Sanch. *de matrim. lib. 10. diſp. 8. n. 10.* vbi putat id eſſe verum. Attento tamen iure communi opinatur tanquam verius, parapherna non venire nomine dotalitij vxoris, ſed ſolùm donationem propter nuptias, ex Abbate *in d. cap. plerumque. de donat. n. 8.* Dec. *in cap. paſtoralis, n. 31. de iud.* Barboſ. *ſupra.* Conſiderato tamen iure Caſtellano bona parapherna, & reliqua vxoris adulteræ conſequitur vir, vt habetur *in l. 1. tit. 20. lib. 8. noua recopil.* Azeued. & alij quibus adhæret Sanch. *d. n. 10. fin.* Idem de lege Loſitana *lib. 5. tit. 25. §. 6.* ibi, *hauera o marido que a accuſar todos ſeus bens aſſi dotaes, como quaeſquer outros, que a eſſe tempo tiuer nao tendo filhos,* &c. Barboſ. *in remiſſ. d. §. 6. n. 4.*

381. Quod ſi contingat caſtrum in pignus tradi creditori; poterit creditor deputare officiales in illo, & arci præficere caſtellanum maiorem. Matthæ. de Afflict. *in c. 1. de feud. dato in vicem legis commiſſo, n. 73.* quem refert Molin. *de primog. lib. 4. c. 5. num 9.* & Roman. *ſingul. 554.* Capicius *deciſ. 185.* Quorum deciſio non placet Camillo *de magiſtr. edict. lib. 1. cap. 1, n. 179. verſ. Ego autem dico contrarium,* vbi concludit creditorem iure pignoris non poſſe officiales in caſtro creare, & ex conſequenti non poſſe arci præficere caſtellanum; vbi id latè contendit probare, neque perperam, quia quando caſtrum in debiti ſecuritatem traditur creditori in pignus, & dominium caſtri, & vſus, ac fructus illius pertinent ad debitorem, non verò ad creditorem ſpectant. Vnde inconſulto domino caſtri, eòque inuito, ſi quid diſponat in adminiſtrando caſtro furtum committit, tenetúrque reſtituere domino, quantum vſus huius adminiſtrationis æſtimabitur, vt conſtat ex traditis à Molin. Theolog. *de iuſtit. tract. 2. diſp. 535.* poſt plures ibi allegatos in principio, & §. 1. Conſtatque ex *l. 2. C. de pignor. act.* quæ ſic loquitur. *Creditor, qui prædium pignori annexum detinuit, fructus quos percepit, vel percipere debuit in rationem exonerandi debiti, computare neceſſe habet.* Vide cætera, apud Mol. vbi multa de pignorum materia.

382. Quæres quæ ſint onera præfectis arcium, ſeu caſtellanis à principe deputatis? Gloſſ. *in l. ſi quis à barbaris, C. de re milit. lib. 12.* reſpondet dignum qui viuus comburatur, ſcienter permittentem accedere hoſtes ad deprædandum ea, quæ ſunt caſtri. Item ſi permittant hoſtes ingredi caſtrum, teneri ad reſtituendum principi intereſſe omne, ſecundùm *l. Diuus ff. de offic. præſid.* & Alber. *in l. 3. ff. de offic. præfect. vigil.* Attamen fideiuſſores præfectorum, ſeu cuſtodum caſtrorum non tenentur ex eo, quod præfecti, ſeu caſtellani condemnentur de proditione, per *l. fideiuſſores magiſtratuum ff. de fid. iuſſor.* Albet. *in l. 1. ff. de in lit. iurand.* quod procedit, niſi in ſcriptura fideiuſſionis aliud exprimatur, vt notatur *in l. quæro, ff. locati.* Denique tenentur de violentia illata ab hoſtibus, ſi non habeant arma ad defendendum, vel commeatus, & ea de cauſa ex culpa præfecti, ſeu caſtellani caſtrum oppugnatum expugnetur, *l. merces, §. culpa, ff. locati,* Bart. *in repet. legis, quod Nerua, ff. de poſ.*



---

## §. XIII.

### *De cuſtodibus carcerum, & de eorum obligationibus.*

EPITOME.

383 *Cuſtodes carceris, alio nomine dicantur commentarienſes, præfecti ac principes carcerum, & æquiparantur depoſitario.*

384. & 385 *Commentarienſes præſumuntur diligentes, fideles, ſine dolo, nec tenentur de fuga quando conſtat ſemper fideles fuiſſe.*

386. & 390 *Culpa Theologica, & culpa iuridica quæ ſint.*

387 *Commentarienſes an teneantur de fuga de nocte ſuccedente.*

388 *Carcerato nobili fugiente pro re leui detento, an teneatur cuſtos carceris de culpa aliqua.*

389 *Carcerum præfecti non tenentur de caſu fortuito, ſi aufugiant carcerati propter incendium, vel ruinam carceris, nec quando per feneſtram prealtam cum periculo vitæ ſe præcipitant.*

391 *Commentarienſes tenentur de fuga, quando pretio corrupti ſinunt abire carceratos.*

392. & 393 *Commentarienſes ob fugam carceratorum, qua pœna ſint puniendi de iure noſtro, & de iure communi.*

394 *Præfecti carceris an teneantur de culpa leui.*

395 *Officia, quæ habeat annexam rerum cuſtodiam obtinentes, tenentur de leui culpa, ſi delinquant in cuſtodia.*

396 *Cuſtodes carceris ex fuga tenentur de leuiſſima, ſicut ſtabularij, caupones, & nautæ ſecundum aliquos in foro externo; ſed verius eſt in foro conſcientiæ non teneri.*

397 *Cuſtodes mercedē accipientes, non ſpecialiter, pro cuſtodia, an teneātur de leui ſeu leuiſſima.*

398 *Locantes operas ſuas ad cuſtodiendum; quæ exigunt diligentiſſimam curam, tenentur de leuiſſima.*

399 *Cuſtos carceris, ſi fateatur fugam, neget tamen culpam habuiſſe, tenetur probare.*

400 *Homicidium feciſſe in propriam defenſionem non præſumitur, niſi probet.*

401 *Onus probandi defeciſſe ſolennitatem in contractu cui incumbat.*

402 *Onus probandi ſe promiſiſſe ſponſalia ſub conditione, cui incumbat.*

403. & 404 *Carceris cuſtos tenetur de fuga carceratorum, ſi propria authoritate ſubſtitutum conſtituat, ſecus ſi ponatur à magiſtratibus. Idē dic ſi relinquat loco ſui filios, aut vxorē.*

405 *Cuſtos carceris non tenetur de fuga, ſi nihil commodi habet pro cuſtodiendis carceratis, ſecus ſi aliquid recipit à Republica.*

406 *Cuſtos carceris non tenetur de caſu fortuito, nec quando fugiunt miraculoſe, neque quando diuiditur cuſtodia inter duos qui alternis cuſtodiunt carcerem.*

407 *Carceris cuſtodes non poſſunt cogere carceratos, ad emendum ſibi neceſſaria.*

408 *C[illegible] cuſtos ſi rem habeat cum carcerata, vel con[illegible]ſſat, ut alij habeant, quæ pœna ſit puniendus.*

409. 410 *Cuſtos carceris non tenetur de fuga facta per violentiam abſolutam, neque de ferro, aut veneno in carcerem introducto ſine culpa propria.*

383. CVSTODES carcerum alio nomine dicuntur commentarienſes, ſeu carcerum præfecti, ita vocati, quod eorum nomina qui ad carcerem ducuntur, teneantur in albo conſcribere, & in commentarios referre, ſecundùm *l. 4. & ult. C. de cuſtod. reor. l. penult. C. de damnat. bon.* & habetur in lege noſtra *lib. 1. tit. 33. §. 2. & lib. 5. tit. 121. ibi, §. 3. Lo eſcreuera aſſi o carcereiro em ſeu liuro.* Sic Budæ. *in annot. Pandectar. ad* [illegible]. *Ex quibus cauſis maior.* Teſte Theodoſio Trebellio Forouilenſi *in ſuo promptuario, verbo, commentarienſis*, & Thoma Cerdan de Tallada *de viſitatione carceris, cap. 6. num. 1. & 2.* & Martino à Coſta *annot. 29. num. 1. & 2.* Menoch. *de arbitr. caſ. 302. num. 1. & 2.* qui omnes tradunt cuſtodes carceris, ſeu principes, ex eo dici commentarienſes, quoniam in commentarios referunt nomina carceratorum, quorum cuſtodiam, ac vigilias præſtant. Cabed. 1 *part. deciſ. 116. poſt num. 6.* & ex Farin. *lib. 1. in praxi, crimin. quæſt. 31. num. 76.* argumento text. *in l. 1. in princip. & in l. Lucius, verſ. quid aliud, ff. locati, verſ. quid aliud*, vbi voluit ſicut depoſitarius non reſtituendo depoſitum tenetur ad intereſſe deponenti, ſic teneri commentarienſes, ſeu præfectos carceris, ſi carceratum loco depoſiti ſibi traditum non reſtituant.

384. Quæritur tamen de qua teneantur culpa commentarienſes, ſi carcerati aufugiant? Reſpondeo illos præſumi diligentes, fideles, ſine dolo, quando ex parte eorum conſtat, aut probatur fuiſſe diligentes, & feciſſe omnia, quæ fieri ſolent à fidelibus carcerum cuſtodibus, nullumque dolum cõmiſiſſe. Quo poſito in foro externo, præſumuntur in fuga aliqua carceratorum carere culpa, & tales eſſe de præſenti, quales antea fuerũt, *l. 3. §. penult. ibi, inſpecto vita eius precedentis actu*, & *l. non omnes, §. a barbaris, ibi, & bonus miles antea exiſtimatus, ff. de re milit.* Nam quamuis iuris præſumptio fugientibus carceratis inſurgat aduerſus commentarienſes; probata tamen eorum diligentia, ac veritate, & fidelitate pro toto tempore præterito aboletur præſumptio alicuius culpæ pro tempore præſenti. Secus ſi probetur aliqua negligentia in particulari eorundem cuſtodum hic, & nunc, in hac, vel illa fuga carceratorum, Tunc enim non purgatur culpa cuſtodum ex antiqua diligentia, & fidelitate, probata in genere, ſed ſpecialis probatio de præſenti alicuius culpæ præfertur probationi in genere cuſtodes excuſanti. Natta *conſ. 96. ſcripſi alias, num. 4. & conſ. 362. in cauſa, num. 13. & 15.* Ex eo fundamento, quia concurrentibus duabus probationibus contrariis, ſemper illa præferri debet, quæ ex parte ſua iuris præſumptionem habet. Ioan de Amic. *conſ. 8. in cauſa agitata, num. 35.* Speculator. *in tit. de diſput. & allegat. §. nunc videndum, verſ. item ſi præſumptiones*; ſed contra commentarienſes iuris præſumptio aſſurgit [illegible] ergo accedente negligenti[illegible] aliq[illegible] in ſpecie [illegible] præſumpti[illegible] [illegible] diligentia [illegible] fidelitatem antiquam. Ioan de Amic [illegible], *ap[illegible] inquiſitione, num. 13.* & Inn[illegible] *editis de [illegible] ſcript.* & Alex. *con*[illegible] *num. 6.* & dicit Bald. *in l. fine poſſ*[illegible] *in 2. col. ff. de probat.* [illegible]ſumptionem in ſpecie derogare præſumptioni in genere.

Dico ergo primò non teneri de fuga carceratorum, ſi in cuſtodiendis carceratis, conſuetam diligentiam adhibuerint, ſi illos retinebant in loco, vbi retineri ſolebant alij ſimiles. Tunc enim nulla culpa eſt imputanda, quando fit id, quod fieri ſolet in cuſtodiendis reis. Paris. de Puteo *in tract. de ſyndic. in verb. carcer. & carceratum, cap. 3. an ſi plures, num. 14. & 15.* quia de iure cenſetur fieri, quod fit de conſuetudine, & ſeruata conſuetudine dicitur ſeruari ius, Bald. poſt Cyn. *in l. 2. C. de Epiſcopal. audient.* vnde non eſt in culpa qui facit conſuetum fieri communiter, *l. pignus ff. de pignor. actio.* Sequitur Boët. *deciſ. 217. num. 5. & ſequentibus*, Maſcard. *de probatio. lib. 1. concluſ. 267. num. 19.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. caſ. 302. num. 6.* vbi *num. 7.* addit, puniri tamen commentarienſem iudicis arbitrio, etiamſi adhibuerit ſolitam cuſtodiam, ac diligentiam, quam alij cuſtodes [illegible]ius carceris adhibebant, ex Boët. *d. quæſt. 21. num. 5.* poſt Puteum *de ſyndic. in verb. carcer.* Sed non placet, qui[illegible] vbi non eſt culpa, non eſt locus pœnæ, *l.* [illegible], *C. de pœn.* Sanch. *lib. 1. de ſponſal. di*[illegible] *4. num. 4.* & Sayrus *in claui, lib. 10. tract. 3.* [illegible] *9.* vbi ait culpam Theologicam eſſe [illegible] lege æterna; iuridicam autem eſſe declinat[illegible] ab æquo, & bono, & ab eo, quod homines communiter ſolent facere in tali cauſa, [illegible]. Ergo quando commentarienſes non de[illegible] ab æquo, & bono in cuſtodia carceratorum [illegible] adhibuerunt ſolitam diligentiam in [illegible] cuſtodi[illegible], nullo modo ſunt puniendi pœna ordinaria, nec iudicis arbitrio, quia ceſſat culpa, non tamen alienum eſt ab arbitrio iudicis exquirere, an commentarienſes fuerint in culpa, & negligentia, [illegible] tamen in totum ſolita diligentia commentar[illegible]ſium ab omni pœna erunt immunes. 385.

386.

Dico ſecundò non teneri commentarien[illegible], ſi carcerati aufugiant de nocte dum ipſi d[illegible] bant, ſi antequam irent cubitum adhibi[illegible] omnis diligentia in claudendis ianuis carcerum, & carceratis ligandis more ſolito, ſecundùm [illegible] *in l. ſeruus, §. fornicarius, ff. ad l. Aquil. & in l. fluminum, §. initium, ff. de damn. infect.* Item non tenebuntur de culpa ſi carceratus nobilis, & probatæ vitæ in latioribus carceribus retentus aufugiat, in quibus cæteri nobiles detineri ſolent ſine metu fugæ; ſic Angel. *in l. ſi a bona fidei, ff. de rei vendic.* allegatus à Paride de Put. *in verb. carcer. & carceratum, cap. 2. an poteſtas, num. 2. verſ.* [illegible] *adde.* Tiraq. *de nobilit. cap. 20. num. 28. verſ. hinc quinto*, & Rol. *conſ. 11. num. 31. vol. 3.* vbi ait nobiles, non debere ita duriori carcere retineri, ſicuti pedites. 387.

Cæterum non omnino debent excuſari præfecti carcerum, niſi quando nobilis eſſet notæ fidei, & probitatis, & detentus in carcere pro re leui, ſiue ciuili, ſiue criminali; aliter enim pro re graui, neque nobili viro in tanta re fidendum arbitratur Tiraq. *d. cap. 20. num. 27. in fin.* præſertim, quia nobiles non ſolent poni pro leuibus delictis in carceribus, ideo licet excuſentur cuſtodes fidem habentes viris nobilibus fide dignis, per gloſſ. 388.

in

*in l.Titium fundus, in verbo actiones, ff de condition.& demonſtrat.* & *ibi* Bartol. & Alexand. non tamen erant immunes a culpa ex fuga nobilis integræ fidei in latioribus carceribus detenti, ſi pro re graui, tam ciuili, quàm criminali fuerit carceri mancipatus, vt expreſſe refert, ac probat Boër.*deciſ.*217.*num.*10. Atque ita fuiſſe iudicatum meminit, nec diſſentit Menoch.*d.caſ.*302.*num.*10. poſt Alciatum *tract. de præſumpt.regul.*1. *præſumptio.* 48. addens hoc poſſe iudicis arbitrio relinqui, qui pro ſua prudentia ponderabit, an veriſimiliter credendum eſſet carceratum velle inde aufugere, vel non. Sed magis placet non excuſari commentarienſes, niſi fuga corripiatur in cauſa leui. Secus verò, ſi cauſa alicuius momenti extitiſſet, ob quam ipſe in vinculis detineretur.

389. Dico tertiò præfectos carcerum non teneri de fuga carceratorum caſu contingenti, quia culpæ non imputatur, quando quiſque facit diligentiam debitam in ſuo officio exercendo, etiamſi ſequatur ex caſu fortuito fuga, putà ex incendio abſque culpa præfectorum carcerum excitato, vel ex ruina carceris. Iodoc.*in practic.crimin.cap.*17.*sub. de carcerariis,ſeu commentarienſibus, num.*5. Cyril.*in ſumm.crimin.pract.*1.*rubr.*12. *de cuſtod. reor.* §.3.*num.*3.& 9.*in fin. verſ. Eadem ratio eſt, ſi fortuitò captiui euaſerint fol.*58.*col.*1. Boniſac.de Vitalin *in rubric.de carcer.priuat.num.*7. Pro quo facit Angel.Aret.*conſ.*73.*ante num.*1.& in ſpecie Pariſ.de Put.*in tract.de ſyndic.verb carcer,& carceratus,cap.*3.*An ſi plures,num.*2. vbi vult præfectos carcerum eſſe quoſdam depoſitarios carceratorum, argument.text.*in l.*1.*in principio, & in l.Lucius,verſ. Quid aliud, ff. locati.* Sed depoſitarius non tenetur de caſu fortuito, ſed tantùm de dolo, ac lata culpa, *l.ſi vt certo,*§.*nunc videndum, ff. de commod.l.contractus ff.de regul.iur.l.*1. *C.de depoſ.* Molin.*de iuſtit.tract.*2.*diſp.*527.*in principio.* Ergo in noſtro caſu præfecti carcerum excuſantur de fuga, de qua veriſimiliter non poterant cogitare, nec ſuſpicari, Boër.*deciſ.*217. nempe, ſi carceratus detineatur in turri præalta, & inde per feneſtram cum euidenti vitæ ſuæ periculo proſiliat; tunc tam periculoſus fugiendi modus non poterat per cuſtodes carceris præuideri, quod intellige, quando nullum extat exemplum, quòd aliquis carceratus ex eo loco in terram ſe præcipitem dederit, & aufugerit. Boër.*ſuprà,num.*5.*verſ. Et ita fuit in caſu noſtro, & num.*10. *poſt medium, verſ. Ideò ego relinquo.* Alber.*in l.fin.ſub num.*1.*verſ. Vel talis ſit conſuetudo, ff. de cuſtod.reor.* Farin.*in tit.de Inquiſit. quæſt.*10. *num.* 76. *verſ. Vbi autem*, vbi id exemplis probat, quia in eo loco retineri ſolebant carcerati, & nullus per feneſtram auſus eſt fugam arripere.

390. Quæres ergo ex qua culpa, ac negligentia teneantur carcerum præfecti? Pro reſolutione accipe culpam aliter ſumi à Theologis, & aliter à Iuriſperitis. Apud Theologos eſt deuiatio voluntaria à recta ratione, & lege Dei, & hæc partitur in mortalem, & venialem. Apud Iuriſtas culpa latè ſumpta comprehendit dolum malum, tam verum, quàm præſumptum, & cæteras iuridicæ culpæ ſpecies: at verò expreſſè ſumpta comprehendit reliquas culpæ ſpecies excepto dolo. Culpa tamen iuridica reperiri poteſt ſine culpa Theologica, hoc eſt, ſine peccato lethali, aut veniali, culpa verò Theologica ſemper habet adiunctum aliquòd veniale ſaltem. Molin. de his ſatis *tom.*2.*de iuſtit.tract.*2.*diſp.*293.*per totam.*

391. His poſitis, certum eſt præfectos carcerum teneri interdum de dolo, & lata culpa, quando pretio corrupti carceratos ſinunt abire, ſiue pro capitali cauſa, ſiue non, detineantur. Idem dicitur, quando carcerati aufugiunt ex magna negligentia cuſtodum, & culpa lata, quæ cenſetur æquiparari dolo, quia qui eſt in nimia negligentia, reputatur eſſe in dolo, vel ſaltem quaſi in dolo, *l.magna ff.de verbor. ſignif.l.ſi merces,*§.*culpa,ff.locati,* Grammat. *vot.*29.*num.*4. Pariſ.de Put. *in tract.de ſyndic. in verb. carcer. & carceratus, cap.*3. *an ſi plures,num.*5. Idem habe, ſi carcerati fugiunt ex culpa lata ſimpliciter, eſto non æquiparetur dolo, poſſuntque cuſtodes puniri acriter, conſtat ex lege Luſit. *lib.*1.*tit.*77. §.3. ibi, *Decernimus quoties* 392. *carceratus ob malitiam, aut manifeſtam culpam præfecti carceris euaſerit, præfectum ipſum pœna capitali feriri, ſi qui euaſerit, in carcerem fuit conlectus, pro crimine, quo probato debeat, capitali pœna damnari; quod ſi propter delictum inferius fuerit carceratus, præfectus carceris publice verberibus cadatur, inſuper per biennium ad Africanam terram relegetur, partique læſa damna ex fuga ſecuta reſarcire tenebitur.* Sic lex Luſit.

393. Nullo verò municipali iure attento, dicendum eſt præfectum carceris, qui fuit in culpa lata fugientium, puniendum eſſe eo modo, quo fugientes erant puniendi, ſi delicta bene probarentur. Bart. *in l.ad commentarienſem, C.de cuſtod.reor.& ibi* Bald.*num.*3. Menoch.*de arbitr.caſ.*302.*num.*2. Boër. *quæſt.*217. *num.*1. Plach. *in epitom. delictor. cap.*26. *num.*1. *in fin. lib.*1. Boſſ. *in tit.de carcere, num.*9. Anton. Gomez *tom.*3.*cap.*9.*tit.de captur. reor.num.*11.*ad fin.verſ. Nam ipſum volumus*; vbi poſt plures tradit cuſtodem eadem pœna feriendum, cui erat obnoxius, qui fugit probato delicto. Nec refert ſi probetur delictum non fuiſſe commiſſum dolo, ſed culpa duntaxat ad euadendam pœnam ordinariam delicti, & ad ſubeundam ſolam pœnam extraordinariam, quia in caſu prædicti tenetur talis officialis ratione officij ſuſcepti, ſecundùm ſcribentes *in d.l.ad commentarienſem*, & multo fortiùs, ſi pretio corruptus occaſionem fugiendi carceratis præſtitit, quia pecunia ſemper atrox magis, ac magis delictum reddit, vt habetur *in l.Cicero,ff.de pœn.* In quo euentu cuſtos corruptus capitaliter plecti debet, etiamſi qui aufugit, non eſſet retentus pro cauſa capitali. Boniſac. de Vitalin.*ſuprà in ſuo opere maleſ.in rubr.de carcer. priuat.num.*7. Farin.*de carcer.quæſtion.*32. *num.*7. & 156.

394. Quid ſi carcerati euadant ex culpa leui præfecti carceris? Videtur negandum ex ſuprà dictis, & ex traditis à Barboſ. Vuttaran *lib.*1.*ordin.tit.*33. *de carcerario curiali, in principio, num.*2. vbi notat cuſtodem carceris æquiparari depoſitario, quod etiam voluit idem Farinac. nuper relatus *num.*76. Sed depoſitarius non tenetur de culpa leui, ſed de lata, niſi id in pactum deducatur, vt probat Mol. *de contract.tract.*2.*diſp.*297. *verſ. Illud addendum eſt, fol.*296. *in princip.* Ergo præfectus carceris non tenetur ex fuga carceratorum ſuccedente ex culpa leui. Dicendum tamen eſt depoſitarium teneri de dolo, & lata culpa, quando depoſitum in gratiam ſolius deponentis fieri ſolet. In quo euentu ſi res depoſita furto auferatur, vel deterior fiat, depoſitarius tenetur de dolo, & lata culpa, quæ dolo æquipollet, *l.quod Nerua,ff.de depoſ.* Non tamen de culpa leui, aut leuiſſima. Contra verò, ſi depoſitarius pro re depoſita cuſtodienda aliquid

pecunia æſtimabile recipit, quia tunc depo[illegible] contractus mutatur in locatum [illegible] ſeu conductum ad ſeruandam rem depoſitam, tenetur cuſtos, non ſolum de dolo, & lata culpa, ſed etiam de leui in cuſtodiendo rem depoſitam, vt conſtat ex *l. 1. §. Si veſtimenta, & §. Si quis ſeruum, ff. de depoſ. cap. bona fides, eod. tit.* Molin. *diſp. 527. ſupra, §. 2. verſ. Quam [illegible] depoſitarius.*

Cum ergo præfectus carceris non gratis ſuſcipiat officium, ac cuſtodiam carceratorum, ſed interuentu bonæ mercedis, ac ſalarij, ſit contractus in vtriuſque commodum, nempe ipſius, & Reipublicæ, cui operas ſuas ad cuſtodiendos carceratos locat, atque ita tenetur etiam de culpa leui. Mol.

395\. *d. tract. 1. diſp. 494. & diſp. 527.* vbi id extendit ad ſtabularios, caupones, nautas, & alios, & cæteros, quorum officia habent annexam rerum cuſtodiam, qui omnes de leui culpa tenentur ob depoſitum in ipſorum vtilitatem redundans ratione contractus locationis, & conductionis eiſdem officiis annexi, habetur *in l. nauta, ff. nautæ, caupones,* Antonius G[illegible]ez *tom. 2. variarum, capit. 7. num. 2.*

A[illegible]c ſecundùm aliquos præfectum carceris ex fuga carceratorum teneri de leuiſſima, ſecundùm Paridem de Put. *in tract. de ſyndic. verb. carcer, & carceratus, cap. 3. incipit, an ſi plures, num. 2. ad medium, & num. 5. verſ. Nam magiſtratus tenentur de leuiſſima culpa, l. magiſtratus, ff. [illegible] ſi ac conuent.* Probatur ex lege 3. §. *Ex hoc ed. [illegible] ff. nautæ caupon. & l. 26. tit. 8. part. 5.* vbi ſtabularij, caupones, & nautæ, eo ipſo, quòd in ipſorum hoſpitio, aut nauibus aliquid recipitur, ipſis aut eorum miniſtris præſentibus tenentur de leuiſſima, ſi aliquid ex traditis pereat, eo quòd mercede interueniente ad id obligantur, *l. qui mercedem,* & ibi Bart. *l. locati.* Maſcard. *de probat. concluſ. 464. lib. 1. num. 3. & 4.* vbi loquitur in ſpecie de cuſtode carceris, dicens teneri de leuiſſima, & de ea puniri

396\. debere, poſt Grammat. *vot. 19. num. 1. & 2.* Nam quamuis nemo puniatur criminaliter ob culpam leuiſſimam, ſecundùm Cyn. *in l. ſi quis non dicam rapere, C. de Epiſcop. & cleric.* excipitur præfectus carceris, vt dixit Bald. *in l. ad commentarienſem, num. 4. C. de cuſtod. reor.*

Nihilominus quidquid ſit de foro externo, cui non aſſentior, etiamſi de leuiſſima cuſtos carceris, caupones, ſtabularij, & nautæ ſint leuiter puniendi, vt tradit Albet. *in l. fin. num. 5. ff. de cuſtod. reor.* In foro tamen conſcientiæ nullo modo debent puniri, quia quod habetur *in d. l. 3. ff. nautæ, caup.* meo iudicio id intelligitur in ſuro ſori, in quo apertè ait illos eſſe puniendos de leuiſſima, etiam quando res aſportatæ ponuntur in littore, eo ipſo, quod nautæ curam illarum aſſumunt ad cuſtodiendum, ſi aliquid pereat; ideò in foro conſcientiæ non teneri de leuiſſima, nec ciuiliter docent Angel. & Sylueſt. vtrique *verb. nauta, numero 1.* Molin. *diſp. 527. §. Idem dicendum, verſ. Quoniam quidam rerum,* Ex eo fundamento quòd leges, quæ dicunt teneri illos de leuiſſim[illegible], [illegible] dentur loqui in odium cauponum, cauponarum, ſtabulariorum, ſeu nautarum, qui fraudibus aſſueſcere ſolent, ex *d. §. at hoc edicto,* & ſunt fundantur in præſumptione maioris mali, & culpæ. Quare non habent locum in conſcientiæ foro, in quo ſtandum eſt regulæ communi de totum [illegible] erentium in contractibus, qui cedunt in vtilitatem vtriuſque partis, eos habentes teneri de leui culpa, non verò de leuiſſima. In foro tamen externo in quo leges tene[illegible] de leuiſſima oſtendunt, [illegible] ſumitur ma[illegible] culpa, quam leuiſſi[illegible] ſe, ideò offi[illegible]ales ratione officij annexam habentes rerum cuſtodiam, & ex officio co[illegible] modum reportantes, teneri etiam de leuiſſima [illegible] ſumitur, ſaltem ciuiliter ad refectionem damnorum per tradita à Felino *in cap. 2. num. [illegible] de [illegible] actione legis Aquil.* vt benè notat [illegible] arit. de P[illegible], *diſt. cap. 3. an ſi plures, num. 11.* & Boer. *d. deci[illegible] 17. n. 10. verſ. Sed dicis Bald.* vbi voluns cuſtodem carcerum damnandum eſſe ad reficiendum intereſſe, creditoribus de leuiſſima propter fugam ipſum carcerati. Iſtiùſque poſſe puniri criminali[illegible] uiter tamen arbitrio iudicis, addit Alber. ex leuiſſima, *in l. fin. num. 5. ff. de cuſtod. reor.* & Florian de Sancto Petro *in l. ſi vſuſfructus, §. cum igitur, [illegible] de vſufruct.*

Non deſunt aliqui, qui in foro etiam conſcientiæ opinentur cuſtodes, qui mercedem accip[illegible], non ſpecialiter pro cuſtodia teneri, [illegible] de do[illegible] & leui culpa, *l. qui mercedem [illegible] in gl[illegible] a[illegible] tres perſonas 13. q. 4.* & Innoc. *in cap. quamuis, de regul. iur.* Si verò pro cuſto[illegible] ndis re[illegible] ſpecialem mercedem [illegible], teneri etiam de leuiſſima, quod procedere videtur in contra[illegible]. In quo [illegible] tenebatur de culpa lata, vt in depoſito, accedente tunc mercede pro cuſtodia ratione mercedis acceptæ tenebitur de leui, & ſic intelligitur *cap. bona fides de depoſit. & l. 1. §. ſi veſtimenta, ff. depoſit.* Quod ſi ſimus in contractu locationis, in quo contrahentes tenentur de leui culpa ſi poſtea accedat ſpecialis merces pro cuſtodienda re locata, tenebitur de leuiſſima, mercedem recipiens, & ſic debet intelligi dicta lex, *qui mercede, [illegible] dominus, ff. locati.* Sic Angel. *in ſumma [illegible] verb. locatio, num. 13. & verb. nauta, [illegible]* & Syluest. *in eiſdem verbis [illegible] verb. cuſtos, & n. 1. in verb. loca[illegible] nauta, n. 1.* vbi vterque idẽ firmant [illegible] de leuiſſima, quando res, quæ traditur cuſtodienda, cu[illegible]odiam exigit diligentiſſimam, & ſciens ſuſcipitur in cuſtodiam. Proinde ſi præfectus carceris vinctum, ſeu vinctos habeat malefactores ob crimina atrocia, vel debitores ære alieno valde graues, tenetur diligentiam exquiſitam adhibere, ne [illegible] carcere aufugiant, & inuigilare, ne ipſi aliq[illegible] cat ad carcerem perfutandum, vt præcipitur [illegible] *ordinatio 33. §. 2. verſ. E duas vezes no dia [illegible] ra, & vera, ſe eſta en bem preſos, [illegible] rec[illegible]* Et *tit. [illegible] ſcetum, §. 2.* decernitur, ac præcipitur [illegible] carcerati liberi, ac ſoluti euagentur. Ex quibus [illegible] cuſtodi carceris incumbere diligentiſſima cuſtodiam adhibere pro carceratis cuſto[illegible], quos accepit ſcienter in cuſtodiam, & [illegible] ter teneri de leuiſſima, ſi ipſi euadant. Ang[illegible] *verb. cuſtos, num. 1. verſ. Idem dic de cuſt[illegible] carcerum, & verb. locatio, num. 13. in pr[illegible]* culpam abeſſe, ſi nimia facta ſunt q[illegible] d[illegible] tiſſimus quiſque obſeruaſſet. Sic [illegible] & [illegible] *nauta, verſ. Niſi quando res re[illegible] ceeher d[illegible] cuſtodiam,* Syluest. *ſupra, verb. [illegible] & verb. locatio, num. 17.* Quorum ſententia non ſua caret probabilitate. 397.

Idem videtur dicendum de locantibus operas ſuas in cuſtodiendis rebus, quæ curam [illegible] ingentiſſimam exigunt, pota, ad poliendas ſeu [illegible] hendas columnas, & ad ali[illegible] pretioſos [illegible] ententandos, & ad vaſa cryſtallina curan[illegible] ſeu tranſuehenda, quæ dum metuit fran[illegible] tur. Idem de locata & ad veſtes aureas incidendas. 398.

Sic

Sic Sylueſt.& Angel.*ſupra, verb.locato*, & probatur ex lege *ſi merces,§ qui columnam,ff.locato*, vbi loquitur de columnis, quæ facile franguntur, dum aliò tranſuehuntur, per text ibi. *Culpa abeſt, ſi omnia facta ſunt, quæ diligentiſſimus quiſque obſeruaſſet*; ergo tenetur de leuiſſima, qui deliquit in huiuſmodi rebus tractandis.

399. Sed quæres, ſi cuſtos carceris vrget dolo, vel negligentia carceratos aufugiſſe, quis probabit? Gloſſ. *in l.qui mercedem, ff.locati*, tradit cuſtodem teneri probare illos aufugiſſe abſque culpa propria ipſius, argument. legis *ſi quis, §. vltim. ff.de edend.* Angel. *in verb.cuſtos, num.1.& verb. locatio, num.26.* in ſpecie *l.vit.de cuſtod.reor.exhi.* Vnde quando fatetur præfectus carceris vinctos arripuiſſe fugam, ſed illum culpa caruiſſe, tenetur probare ſuam innocentiam, ex traditis à Sanchez *lib.3.de matrim.diſp.15.num.9.verſ.Tandem quia*, vbi probat fatente Titio delictum cum circumſtantia excuſante confeſſionem, ſuſtineri, quoad delictum, vitiari tamen quoad circumſtantiam, quando præſumptio iuris ſtat contra confitentem, præſumitur enim contra delinquentem iniuſtè fuiſſe operatum; ideò ſi quis fateatur homicidium feciſſe in propriam defenſionem, præſumitur iniuſtè feciſſe, niſi probet. Bart. *in l. Aurelius,§ Idem quæſiit, num.2.ff.de liber.a.lega.* Iul.
400. Clar. *in praxi crimin.§ fin.quæſt.55. num.15. verſ. Poſſit quoque reus.* Quin etiam niſi illam qualitatem probet, poteſt ex tali confeſſione præfectus carceris condemnari; habetur namque ac ſi confeſſus fuiſſet ſimpliciter in culpa eſſe ob fugam carceratorum, ſine illa qualitate. Bartol. *ſupra*, & Iaſon, *num.12. ff. de iudic. & cur.* Blanch. *in pract. crim.fol.149.num.15 & ſequentibus*, quam partem dicit eſſe communem Alciat. *in l.1.§.ſi quis ſimpliciter, num.76 ff. de verborum obligationibus.* Boër 164. *poſt num.10.* Simanch. *de hæret.cap.63. num. 23*

Confirmatur, quia cuſtos carceris in hoc caſu, quamuis in dubio non præſumatur culpa, *l.2.§ ſi quis cauſ.l in illa ſtipulatione, ſi calādus, ff.de verb. oblig.* tamen ratione publici officij tenetur non tantum probare caſum fugæ, ſed etiam quod reſpectu ſui ipſius, nulla fuit culpa, gloſſ. *in l.cum ita,§ ſpecies. in fin* & ibi Bald. *ff.de leg.3.* Alexand. *conſ.158.in cauſa,& liter,num.2.lib.2.* Vnde in dubio fuga carceratorum tribuitur negligentiæ ipſius cuſtodis, niſi probet ſuam innocentiam, ſemper enim præſumitur in eo culpa. Angel. *de malef. in verb. quod fama publica præcedente, n.91.in addit, litera B.* Aretio. *conſ.32.conſultiſſimè in principio*, Grammat. *vot.29 num.8 15.& 16.* Maſcard. *de probat.lib.1. concluſ.267. à num.10. & concl.469 n.7, lib. eod.* cùm ſtet contra cuſtodem negligentia præſumpta, niſi concludenter probet, fugam ſine eius culpa contigiſſe, non excuſabitur, ſicut non excuſatur à morte carcerati, ſi reperiatur mortuus in carcere, per text. *in l.fin. verſ.Sed ſi cuſtodia, ff. de cuſtod. reorum.* ibi, *Ergo ſi caſu cuſtodia defuncta eſſe dicatur, teſtationibus id probandum eſt, & ſic venia dabitur.* Atque ita non liberabitur cuſtos, etiamſi teſtificetur cum iuramento, quia in foro externo creditur homini contra ſe, non verò pro ſe. D.Thom. *quodlibet.1.art.12.* & conſtat ex lege *omnibus,9.C.de teſtibus*, cuius hæc ſunt verba *Omnibus in re propria dicendi teſtimonium facultatem iura ſummouerūt, quia alias præſumetur delictum mendacij, quæ præſumptio non eſt fugienda*, cap.1. *de regul.iur.in 6.* & cap. *abſit,11.* *quæſt.3.* Ergo præfectus carceris fatendo carceratorum fugam, negandóque ſe culpæ obnoxium, tenetur probare negationem eſſe veram, vt latè tradit Ceuall. *in commun. contra commun. quæſt.145.* vbi vult poſt plures *in principio*, habentem in negatiua fundatam ſuam intentionem, teneri illam probare, ſiue negatiua ſit iuris, ſiue facti, ſiue qualitatis.

Suffragatur Fabian.de Monte *in tract. de empt. & vend. in 10 & vlt.quæſt.princ. n.15.* vbi quærit cuinam incumbat onus probandi ſolemnitatem requiſitam in venditione præceſſiſſe, vel interueniſſe, reóne, an actori? Reſpondétque ex gloſſ. *in l.imperatores, ff.de priuil.credit.* & ex Bart. *ibi*: incumbere illi, contra quem vrget præſumptio, per *l.fin.ff.de ſeparat bonor.* & notatur *in l 1.C.de iure fiſci.* Atqui contra cuſtodem carceris præſumitur culpa eiuſdem fuga carceratorum contigiſſe, ergo illi incumbit onus probandi contrarium, nec illi eſt habenda fides, etiamſi iuret, ſe innocentem: ſicut non creditur monacho profeſſo in foro externo dicenti, ſe fictè profeſſum eſſe, Caiet. 2.2.q.88. *art.1 paulò ante fin.* Nauar. *in ſumma, cap.12.n.27.* Angles *in floribus, 2.p.vbi de vot.quæſt.vnica, art.3. difficult.4.* Licet profeſſus id iuret. Stat enim contra ipſum iuris præſumptio; idcircò non ſufficit iurare, ſe emiſiſſe profeſſionem fictè, ſed etiam id probare. Sot. *in 4. diſtinct. 36. quæſtion. vnica, art.6. ad 2. & lib.7. de iuſtit. quæſt. 1. art.2. col.7. verſ. Arguitur autem*, & alij, quos referens ſequitur Sanchez *de matrim. lib.7. diſp.37. num.14. & ſequent. & lib.8. diſp 17. & lib. 10.* expreſſius *diſput.10.num.17.* vbi concludit copulatiuè, requiri iuramentum, & probationem, quia quamuis confeſſio valeat contra ipſum confitentem, non tamen valet pro ipſo. 401.

Accedit Maſcard. *de probat.concluſ.343.num.4. vol.1.* vbi vult negatiuam probandam eſſe ab eo, qui in ea ſe fundat, & conditionem allegantem debere illam probare; quod etiam ante dixit Mantica, *de coniectur.vltim.volunt.lib.11.tit.16.num.5.* ex reſponſo Alciati *in conſ. 68. num. 15. lib.8. & conſ.37. num.3. lib.9.* Vnde fit ſi quis fateatur ſe promiſiſſe Bertæ eam ducturum, non tamen abſolutè, ſed ſub conditione certæ dotis, vel ſi patri ſuo placuerit, tenetur probare conditionem extitiſſe, & ad hoc cogitur ex *l.ex his, C.quādo dies legat.ced* & obſeruat Alciat. *in tract.de præſumptio. regul.3. præſumpt.3. num.2.* Ratio, quia quando conditio eſt fundamentum ſuæ intentionis, qui aſſerit eam extitiſſe, illi incumbit onus probandi, vt colligitur ex context. *l. cum qui nouiſſimus, ad Trebell.* Sic reſpondit Socin. iun. *conſ.67. num.1. & ſequent, vol.4.* Aliter enim niſi probet ſponſus cenſebitur promiſiſſe abſolutè, in foro externo, quia dicere nemo præſumitur, quæ in corde non habet *l.Labeo,7.verſ. Idem Tubero, ff. de ſupell.legat.* ibi, *Non arbitror quemquam dicere, quod non ſenſit, cum præſumptio iuris ſit contra illum*; atque ita fatenti ſe promiſiſſe ſponſalia ſub conditione, credendum eſt illi quoad promiſſionem, non verò quoad conditionem, vt in ſimili probat Sanchez *lib.3. de matrim.diſp.55.n 9.* poſt plures, & *lib.10, diſp.10 n.vltim.* quia confeſſio valet contra ſponſum, negatio verò conditionis non valet cōtra tertium, *cap. 1. de confeſſ.* niſi probet. Idem firmat Sanchez *lib.2.de matrim.diſp.45.à num.2.* vbi concludit in foro externo non eſſe credendum viro aſſerenti ſe fictè conſenſiſſe, niſi probet, facilè enim iuſtitia euerteretur, ſi confeſſioni litigantiū 402.

ſtandum

ſtandum eſſet; ſic in noſtro caſu, quamuis præfectus carceris fateatur fugam carceratorum, cum præſumptio iuris ſit contra illum, non eſt ei credendum, neque excuſandus à culpa, niſi ſuam probet innocentiam.

403. Sed quid dicendum, ſi carcerati aufugiant cuſtode carceris abſente ſubſtitutum tamen de manu ſua deponente? lex Luſit. *lib.* 1. *tit.* [illegible] §. 4. non excuſat à pœna cuſtodem, ibi. *Naon deixera de auer a pena aſſima dita.* Quod intelligit Barboſa Vimaran. ibi, *Niſi cauſa neceſſitatis ſit abſens*, ex Baldo, & Salicet. *in l. ad commentarienſem, C. de cuſtod. reor.* Sed melius dicet, qui intellexerit legem loqui de cuſtode authoritate propria eligente ſubſtitutum, ipſumque carceri præficiente, vt oſtendunt verba legis *de ſua mao*. Vnde non tenetur cuſtos de culpa ſubſtituti electi à magiſtratibus, ſed quando eligitur ab ipſo cuſtode carceris. Ita Pariſ. de Put. *in tract. de ſyndic. verb. carcer. & carceratum*, c. 2 *incipit an poteſt, n.* 4. *verſ. vera illos appoſuit ſuperior*. Boër. *deciſ.* 227. *num.* 8. *verſ. Quod dixit eſſe verum.* Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſ.* 402. *num.* 8. vbi voluit cuſtodem eſſe dignum venia in hoc caſu per [illegible] *verſ. interdum, ff. de cuſtod. reor.* cum ſubſtitutus, ſeu ſocius cuſtodia à Principe, ſeu magiſtratu præfectus fuerit. Quod ſi electus ſit ab ipſo cuſtode, cùm mala electio ſit in culpa, non excuſatur à pœna noſtræ legis, puta capitali, quando carceratus aufugiens ob culpam cuſtodis manifeſtam erat ſimili pœna afficiendus. Conſonat lex *ad commentarienſem, C. de cuſtod. reor.* Vnde non videtur audiendus Iul. Clar. *in praxi, §. fin. quæſt.* 68. *ſub verſ. Cuſtos carcerum, n.* 3. Quatenus ait cuſtodem negligentem in deputando ſubſtitutum, qui poſtea fuit negligens in cuſtodia, non eſſe puniendum pœna capitali. Quia id ſolum verum eſt quando carcerati, qui fugam arripuerunt, non habebant crimina capitalia, ſed inferiora; tunc ſufficit, ſi puniatur præfectus carceris, pro mala electione pœna verberum, & exilij, vt dictum eſt vltra intereſſe, quod partibus læſis ex fuga carceratorum eueniens reficere tenetur. Excuſabitur tamen, ſi ſubſtitutus electus à cuſtode ſæpe ſæpius ab ipſo cuſtode præpoſitus fuit, ſemperque officium diligenter, ac fideliter exercuerat; quamuis enim ſubſtitutus in aliquo delinquat in cuſtodia peragenda, cum antea diligens, & fidelis extitiſſet, non propterea præfectus carceris, qui eum ſubſtituit, tenebitur. Albert. *in l. fin. num.* 2. *ff. de cuſtod. reor.* Gabriel. *concluſ.* 8. *num.* 62. *lib.* 7. Pariſ. de Put. *in tract. de ſyndic. verb. carcer. & carceratum, cap.* 5. *incipit, licet dicatur, num.* 40. *& cap.* 7. *incipit, pone quod carceratum, per totum in diſcurſu, num.* 2. *in fin.* Cyrill. *in ſumma criminali, tract.* 1. *num.* 12. *de cuſtod. reor.* §. 3. *n.* 11. *verſ. Niſi hic eſſet diligens cuſtos*, dicentes ſuppoſita diligentia, ac præcedenti fidelitate ſubſtituti, culpam ſpecialem in fuga carcerati ipſius ſubſtituti non eſſe tribuendam præfecto carceris, qui eum deputauit, tanquam culpam, ſed tanquam caſum fortuitum. Farinac. 1. *p. tit. de delict. & pœn. quæſt.* 24. *num.* 62.

404. Similiter non excuſantur commentarienſes, quando abſunt etiam ex cauſa, ſi aliquid mali contingat tempore abſentiæ, etiamſi loco ſui relinquant filios, pro cuſtodiendis carceratis, ſi inſi ob culpam eorum, ſeu dolum aufugiant; puniuntur enim commentarienſes de culpa, & dolo ſuorum filiorum. Menoch. *de arbitr. d. caſ.* 302. *num.* 5. poſt Gramm. *vot.* 29. *num.* 11. & 12. Idem de vxore relicta ad cuſtodiendum carcerem loquitur Boër. *d. quæſt.* 217. *num.* 11. Idem Menoch. *caſ.* 441 [illegible] 9. vbi in ſpecie loquitur de filio, cui pater cuſtodiam carceris commendauit, & filius carceratos relaxauit, ac dimiſit, in quo pater pro filio tenetur, ac punitur. Iaſon, *conſ.* 27. *incipit, Cuſtodes carcerum, in fin. vol.* 3. Iuuant tradita à Farin. *lib.* 1. *de delict. & pœn. quæſt.* 42. *num.* 53. Sicut etiam cuſtos principalis tenetur pro culpa, & dolo ſuorum famulorum, quos deputauit, pro cuſtodiendis carceratis, eo quòd male elegerit, vt notat Pariſ. de Put. *ſupra, cap.* 2. *An poteſt, num.* 4. Nec ſatisfaciet cuſtos in exhibendo filium, vel vxorem, vel famulum, qui fuerunt in cauſa, vt carcerati aufugerent; adhuc enim poſt exhibitionem ſubſtitutorum delinquentium commentarienſis, principalis tenebitur, & plectetur, per legem *ad commentarienſem, C. de cuſtod. reor.* & ibi Bart. & Angel. Boër. *deciſ.* 216. *num.* 1. & *deciſ.* 217. *num.* 8. *verſ. Nec liberatur exhibendo, per totum.* Secus quando famuli ſeu filij ad carcerum cuſtodiam ſunt deputati à magiſtratu, vt ibid. Boër.

Quid ſi contingat officiali non habenti carcerem recommendare aliquem [illegible] in carcerem publicum, & ipſe [illegible] aufugiat? Pariſ. de Put. *in tract. de ſyndic.* [illegible] *parte, & an poteſt, qui aliquem, fol.* [illegible] 1. *num.* 6. Negat teneri præfectum carceris per text. *in l. inuitum, C. de procurator.* & Cyn. & Bald. *ibi.* Sed melius diſtinctione temperandus eſt caſus, dicendumque non teneri ſi nihil pro eo cuſtodiendo recipit, & fugit, niſi de dolo vel lata culpa, ſin autem accepit aliquid, tenebitur etiam de leui, cum interuenerit contractus in vtilitatem vtriuſque partis. Auiles *Prætor. cap.* 18. *in verb. Carcer, num.* 14. Quod ſi carceratus recommendatus ſolus aufugiat, præſumitur cuſtos fuiſſe in culpa, & negligentia, vt in *l. Diuus, ff. de offic. præf.* & [illegible] *præfect. vigil.* præſumiturque malè cuſtodiſſe, & cuſtodi incumbit onus probandi, ſine culpa, & negligentia ſua reum aufugiſſe. Bartol. *in l. ſi quis argentar. § fin. ff. de edend.* Bald. *ibid.* [illegible] vbi, qui allegat caſum, vel culpam agendo vel excipiendo, debere illum probare, tradit. [illegible] Airnod. Iuſtit. *tract. ſyndicatus in dicta pa*[illegible] *Cauteant, col.* 3. 405.

Adde his, ſi filius, vel vxor carcerati [illegible] ſint in vinculis, & omnes miraculoſe aufu[illegible], non tenebitur præfectus carceris, quia qui Spiritu Dei aguntur, non ſunt ſub lege ciuili. Auil[illegible] *num.* 33. Item ſi ſint duo principales præfecti carceris, & diuidunt inter ſe cuſtodiam, [illegible] vnus inuigilet de die, ac cuſtodiat, & alter [illegible] de, vnus partem certam carceris, & alter alteram [illegible] giſtratibus id ſcientibus, nec contradicentibus in hoc euentu non tenetur vterque niſi de fuga ſuccedente in ſua parte temporis, vel ex iis, quos ſibi cuſtodiendos ſuſcepit, poſt factam diuiſionem cuſtodiarum inter ſe. Boër. *ſupra, deciſ.* 217. *num.* 8. *verſ. Et iidem ſocij deputati.* Albert. [illegible] *in tract. de ſtatut. in* 2. *p. quæſt.* 158. Secus, quando ſunt duo æquè principales, & inter eos nulla eſt [illegible] ſio cuſtodiarum; tunc quilibet eorum [illegible] fuga, tenebitur inſolidum pro altero delinquente de culpa illius. Bald. *in conſ.* [illegible] *incipit, proponitur quod quidam*, Anton. *vol.* [illegible] quem [illegible] tur Boër. *d. deciſ.* 217. *num.* 8. vbi [illegible] diuidentibus inter ſe cuſtodiam caſtri, [illegible] occuperit, vel carcerati fugiant tempore, q[illegible] eligerant deputati ad cuſtodiam, & ad vigilandum, 406.

alios

Digitized by Google

alios ſocios dormientes non teneri de culpa. Sic in noſtro caſu Farin. *quæſt.* 35. *num.* 54.

407. Quæres an commentarienſes poſſint cogere carceratos ad emendum neceſſaria ad victum in carceribus? Reſpondeo negatiuè ex lege noſtra *lib.* 1. *tit.* 33. *de carcerario curiali*, §. 10. ibi. *Naon venda per ſi nem per outrem aos preſos paon vinho*, nec aliquid aliud, & contra faciens vltra amiſſionem officiorum, pro qualibet vice ſoluet pœnam decem aureorum. Idem apud Hiſpanos interdictum fuit à Rege Catholico Philippo II. per literas datas Matriti ſub die vltimo Martij, 1591. quarum meminit Garcia *de magiſtrat. p.* 1. *lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 22. poſt alios, ex quibus patet carceratos non poſſe cogi ad emendum neceſſaria ad victum, in carceribus. Sequitur Azeued. poſt alios *in l.* 9. *titulo* 23 *libro* 4. *recopil.* & Tallad. *de carcerib. cap.* 35. *n.* 2. *ad fin.*

Inſuper cauere debet commentarienſis, ne rem habeat cum fœmina carcerata. Nam ſi id faciat ſecundùm regni Franciæ conſuetudinem, punietur pœna mortis, teſte Fabro *in §. Item l. Iul. inſtit. de adulter.* etiamſi fœmina ſit publica meretrix, dummodo per vim cum illa rem habeat. Hyppol. *in l.* 1. *ff. ad l. Cornel. de ſicar.* Quòd ſi ipſa ſponte conſentiat, adhuc punietur, ſed mitiùs, vt notat Cifuentes *in l.* 62. *Tauri.* Eadem pœna capitalis imponitur à iure noſtro *lib.* 1. *ordin. tit.* 83.
408. §. 4. præfecto carceris, qui rem habuerit cum fœmina carcerata, vel conſenſerit, vt aliquis carceratam naturaliter cognoſcat. Inſuper ſi probatum ſit egiſſe cum carcerata rem aliquam turpem ſponte conſentiente, puta, amplexus, & oſcula, per decennium ad Braſilicam prouinciam relegetur. Quin etiam ſi per vim eandem carceratam cognoſcere tentauerit, effectu etiam non ſecuto, vel quòd ipſa noluerit, vel quòd fuerit ab aliquo impeditus, plectatur ob id pœna capitali, non tamen executio fiat in prædictis caſibus Rege inſcio. Apud Hiſpanos & reliquas nationes cuſtodes carceris habentes acceſſum ad carceratam puniendi ſunt pœna arbitraria, quando in iure certa pœna non imponitur. Gomez *in l.* 80. *Tauri nu.* 25. Iul. Clar. *libro* 5. *praxis*, §. *fornicatio, nu.* 24. Menoch. *de arbitr. caſu* 292. Azeued. *lib.* 4. *tit.* 24. *lib.* 2.

Farin. tamen, *quæſt.* 31. *num.* 115. ait cuſtodem in hoc caſu puniendum eſſe, ſicut puniri ſolet tutor, qui habet rem cum pupilla, cui impoſita eſt pœna deportationis, cum publicatione bonorum, per legem vnicam, *Cod. ſi quis eam cuius tutor*, poſt Ghirland. *in tract. de pœn. omnifar. coit q.* 7. *in* 6. *fallent. nu.* 7. dummodo fœmina carcerata ſic cognita ſit honeſtæ vitæ, ac famæ. Secus ſi ſit meretrix; tunc enim non eſſe puniendum cuſtodem tradit Boër *in deciſ.* 317. *n.* 5. *& ſequentib. & n.* 24. Quod ſi per vim meretricem cognouit, puniri poſſe pœna verberum, ſicque fuiſſe iudicatum refert, cui adhæret Iul. Clar. *dicto* §. *fornicatio, verſ. ſed quid ſi mulier cognita num.* 24. *ad medium*; ſed *num.* 25. ait tutorem, ſeu curatorem rem habentem turpiter cum pupilla pœna deportationis, ac publicationis omnium bonorum eſſe puniendum; quod teſtatur Gomez *d. num.* 24. eſſe de mente omnium præſertim durante adhuc tutela, vel cura.

De iure tamen Luſitano *lib.* 5. *ordin. tit.* 21. §. 1. Si tutor, aut curator, aut quicumque alius, qui pupillam aut minorem viginti quinque annis, quam domi ſuæ cuſtodiendam habuerit, carnaliter cognouerit, ſi virgo fuerit, vel talis reputetur, cogetur ſoluere illi dotem in duplo, quam illa merebatur, attenta qualitate ipſius fœminæ, & inſuperque in carcerem detrudetur, & per octo annos in Africam exul abeat. Quòd ſi non ſit ſoluendo in duplo, ad prouinciam Braſilicam miſſus perpetuò exulet, eo onere, vt ſi poſtea ad pinguiorem fortunam euehatur, non duplam, ſed ſimplam teneatur puellæ dotem ſoluere, ſic ibi. Idcircò vbi non fuerit lex vel ſtatutum circa pœnas contra habentes acceſſum turpem cum carceratis honeſtæ vitæ, vel cum fœminis, quas ſub tutela, & cura tanquam tutores habent, delinquentes arbitrio iudicis grauiùs tamen puniri debent, perinde ac ſi eaſdem cognouiſſent extra carcerem, vel perinde ac ſi non eſſent ſub eorum cura, ac tutela, vt poſt alios ſentit Menoch. *de arbitr. caſu* 292. *n.* 1. *&* 3. *& ſequentibus*, vbi *num.* 5. ex Boërio *d. quæſt.* 317. *num.* 10. addit carceratum ſi rem turpiter habeat cum vxore, vel ancilla cuſtodis, arbitrio iudicis eſſe puniendum, grauiùs tamen propter carceris violationem, vel propter periculum fugiendi, opera & induſtria ipſius vxoris, aut ancillæ, in quo diſſentit ab ipſo Boërio dicente non eſſe puniendum grauiùs propter carceris violationem. Ego tamen addo hoc eſſe ita intelligendum. Nempe teneri de adulterio ſi cum vxore cuſtodis rem habeat, vltra pœnam arbitrariam propter violationem loci, & multo grauiùs ſi id fiat interueniente violentia. Boërius *dict. deciſ.* 317. *num.* 9. *& ſequentibus.* Pro quibus faciunt tradita à Molin. *tract.* 3. *de iuſtit. diſp.* 104. *num.* 4. *verſ. Quando tutor.* Tallada *de viſitatione carcerum, cap.* 7. *num.* 12. & Follerius *in praxi crimin. pag.* 144. *num.* 25. & alij, quos ipſe Tallada refert ac ſequitur, vbi ſummoperè commendat legem Luſitanam *lib.* 5. *tit.* 25. graues imponentem pœnas contra tutores ſeu curatores rem habentes cum pupillis, ac minoribus viginti quinque annis, dum ſub eorum tutela, cura, ac cuſtodia degunt, optatque noſtram legem vbique ſeruandam, ac recipiendam.

Sed quæres ſi carcerati de communi conſenſu 409.
inuadant præfectum carceris facto impetu animo occidendi illum, niſi claues tradat? Reſpondeo, ſi præfectus carceris neſciuit conſpirationem carceratorum, nec violentiam futuram præſciuit, nec potuit violentiæ reſiſtere, non teneri ex fuga carceratorum ſuccedente cum ea violentia. Secus ſi violentiam futuram præſciuit, & non prouidit. Cyrill. *in ſumma crim. partic.* 1. *rubr.* 32. *de cuſtod. reor.* §. 3. *poſt num.* 9. *verſ. Niſi culpa eius caſum præceſſiſſet.* Albér. *in l. fin. num.* 4. *verſ. Tu dic, ff. de cuſtod. reor.* Qui ait præfectum carceris teneri, quando non habet in carcere ſocios ſufficientes ad reſiſtendum cuicumque violentiæ, quod puto minùs bene dictum: cum regulariter princeps carceris non ſoleat habere tot ſocios, ac famulos ad manum, qui ſimili violentiæ queant reſiſtere; ideò ſi neſciuit violentiam futuram, non tenetur de culpa ob fugam ea violentia factam, cui reſiſtere non potuit. Cyrill. *ſuprà.* Pariſ. de Puteo *in tract. ſyndicatus, in verb. carcer, & carceratus, capit.* 3. *An ſi plures, num.* 13. *&* 17. *verſ. Erit etiam carcerarius excuſatus*; quia talis caſus violentiæ, cenſetur caſus fortuitus ſecundùm legem *in rebus, in principio, ff. commodati*; niſi princeps carceris expreſſis verbis promiſerit ad cuſtodiendum carceratos etiam in caſu violentiæ; tunc enim tenebitur de fuga, non obſtante tanta violentia. Sic in ſpecie Pariſ. de Puteo *d. cap.* 3. *num.* 13. *verſ. Niſi carcerarius.*

Similiter

410. Similiter tenetur ſi aliquid in carcerem inferatur, vt ferrum, venenum vel aliud quippiam ad genus, ex quo detrimentum aliquod oriri poſſit. Boerius *deciſ. 216. num. 5. ad finem, verſ. Tametiam contra ipſum cuſtodem.* Cyrill. *in ſumma crimin. part. partic. 2. rubr. 12. de cuſtode 110. §. 5. num 3. verbo, carcerati inſuper praepoſitus fol. 56. a tergo, col. 2.* Paris. de Puteo *ſuper verbo, carcer, & carceratum, cap. 3. An ſi plures, num. 3. & cap. 2. poſt n. 3. & non cuſtodire.* Auiles *Praetor. cap. 18. num. 27.* Maſcard. *de probat. lib. 1. concl. 267. num. 11. & 15.* quia non præſumitur hæc inferri niſi culpa & negligentia principis carcerum, *& concluſ. 469. n. 8.* Ideircò puniri poteſt, vel officij priuatione, vel alia pœna arbitris iudicis, per text. *in l. Carceri præpoſitus ff. de cuſtod. reor.* cuius verba accipe ibi. *Et ita demum afficiendos ſupplicio milites, quorum cuſtodiam euaſerit, ſi culpa eorum deprehendatur, alioquin pro modo culpæ in eos ſtatuendum eſt.* Et paulo ante loquendo de cuſtode carceris ſic ait ibi *Carceri præpoſitus ſi pretio corruptus ſine vinculis agere cuſtodiam vel ferrum, venenumue in carcerem inferri paſſus eſt, officio iudicis puniendus eſt, ſi neſcit ob negligentiam, remouendus eſt officio.* Ex quibus conſtat arbitrio iudicis, carceri præpoſitum in dubio eſſe puniendum. Conſonat lex Luſitana *lib. 1. tit. 33. §. 2. & tit 77. § 3.* Barboſa *in remiſſ. ad tit. 33. §. 2. & ad tit. 77. §. 3. num. 1.* Farinac. *in quæſtione 31. num 95. & 96.* vbi notat poſſe deduci in carcerem, ferrum, venenum & ſimilia inſtrumenta ſine culpa præpoſiti carceris, quando videlicet industria conſanguineorum & amicorum alicuius carcerati immittitur ferrum intra lignum perforatum, vel intra panellos, aut intra vnam tabulam, ſeu tabulas pro cubili ſternendo, de quibus machinationibus præfectus carceris minimè potuit cogitare. Quod potiùs dixit Auiles *d. cap. 18. num. 27.* in quo euentu ſi poſtea limato ferro & perforato muro carceratus euadat, & liquidò conſtet cuſtodem eſſe immunem, non tenebitur; ſecus in dubio, quia præſumitur fuiſſe hæc immiſſa non ſine culpa cuſtodis.

## §. XIV.

### *De priuilegiis carceratorum.*

#### EPITOME.

411 *Carcerati in diebus Paſchalibus de iure communi relaxari debent: ſecus de conſuetudine, excepto ſacrilego, adultero, & aſſueto delinquere in eodem delicto.*

412 *Carcerati non poſſunt contrahere niſi in quibuſdam caſibus. Et infra num. 428. 429. 430. 431. 432. 433. & 434.*

413. & 414 *Carcerati citari non poſſunt ad comparendum perſonaliter; & quid de iure Luſitano de carceratis ſub homenagio.*

415 *Carcerati iniuſtè non recommendantur ciuiliter, nec criminaliter, ſecus de conſuetudine, ac iure Luſitano.*

416 *Carcerati pro debito nequeunt recommendari pro alio debito, niſi per ſententiam iudicis, ſecus ut audio de conſuetudine.*

417 *Debitor carcerari non debet ante ſententiam definitiuam, quæ tranſit in rem iudicatam, niſi ſit de fuga ſuſpectus.*

418 *Debitor cedens bona pro debito, an poſſit carcerari.*

419 *Doctores & nobiles non poſſunt carcerari pro debitis ciuilibus; fieri tamen poteſt executio in eorum bonis, non tamen in omnibus.*

420 *Mulieres nec poſt ſententiam poſſunt carcerari niſi ſint meretrices publicæ, non tamen coniugatæ, niſi de conſenſu, ſeu ſcientia maritorum meretricentur.*

421. 422. & 423 *Fœminæ tutrices, an carcerentur pro debito male adminiſtrationis, & carcer an ſit inuentus ad pœnam.*

424. 425. 427. *Carcerum viſitatio, quibus diebus fieri debeat? a captura an ſit appellandum? Carcerati, quando poſſunt eſſe teſtes.*

426 *Beneficiarii carcerati iniuſtè conſequuntur etiam diſtributiones.*

435. & 436 *Contractus per metum initus ſunt ipſo iure nulli, nec firmantur iuramento ſecundum aliquos, ſed oppoſitum eſt verius.*

IN primis carcerati pro debito debent relaxari diebus Paſchalibus, text. *in l. Omnes, C. de Epiſcop. audient.* Dies autem Paſchales dicuntur ſeptem dies ante, & ſeptem dies poſt gloſſ. *ibi*, quibus finitis debent relaxati redire ad carcerem, & dum ſunt extra illum ponuntur ſub tuta cuſtodia. Albet. *in eadem lege, &* Bartol. *ibi* & Paul. de Caſtr. Non fruuntur hoc indulto ſacrilegi, adulteri, raptores virginum, falſæ monetæ fabricatores, & homicidæ, nec qui ſunt aſſueti delinquere in eodem delicto, aut alias ſuntque relaxati. Barth. *ſupra.* Franciſc. Marc. *in deciſionibus Parlament. quæſt. 409. num. 1* Cerdan. *de* Tallada *de viſitat. carcerum, cap 7. num. 7.* Bald. *in l. 3. C. de Epiſcop. audient.* Euerb. *in loco argument. num. 12.* poſt gloſſ. *in l. ſi ſtipulatus ff. de vſuris*, ſed conſuetudo contraria eſt in via, & in viridi obſeruantia. Felin. *in cap. Si cautio de fid. inſtrum. num. 43.* 411.

Secundò. Carcerati non poſſunt contrahere, *l. qui in carcerem, ff. quod metus cauſa*; quod intellige cum eo a quo detinentur. Bartol. *ibi*, dummodo detineantur iniuſtè; ſecus ſi iuſte, idem Bartol. *in l. qui a latronibus, in principio, in 2. oppoſit. ff. de teſtam. & in l. Qui neque, §. ſolutum, ff. de verbo. ſignif.* Poſſunt tamen cum aliis ab ipſo detentore contrahere, & facere teſtamentum, non tamen ad commodum detentoris. Bartol. *in l. Qui in carcerem*, vbi gloſſ. *ff. Quod metus cauſa, & in l. qui a latronibus, ſupra.* Tabien. *in verbo, carcer, n. 5.* Contractus autem geſti in carcere iniurioſo cum detentore, reſcindi debent actione quod metus cauſa, *l. qui in carcerem, ff. eodem*; iuſte tamen damnati pœna capitali, non poſſunt contrahere, ſunt enim facti ſerui pœnæ, & bona ſua veniunt ad ſuccedentes ab inteſtato, excepto crimine vtriuſque læſæ maieſtatis. Angel. de Clauaſio *in ſumma, verbo, Carcer, num. 5.* poſt Panorm. *in cap. Accedens de procurat.* Bertachin. *in repertorio, verbo, Carceratus, num. 60. verſ. Carceratus non poteſt, & verſ. Carceratus poteſt.* Lege Barboſam *in remiſſ. ad lib. 4. tit. 75.* 412.

Tertiò. Carcerati citari non poſſunt, & citatio non valet, nec proceſſus ſuſtinetur contra carceratos. Eſt communis ſecundum Paulum de Caſtr. *conſ. 12. incipit, viſis actis, & attento in captura Thomaſij, in fine.* Bartol. *conſ. 228. incipit, Laterina* 413

accuſatio

*accuſauit Ritam*, & *in l. vbi Imol. ff. de in ius vocand.* Ratio, quia citari ad perſonaliter comparendum, non poſſunt carcerati mandatum exequi impoſſibile; ideò non obligantur, *l. cum heres, §. Prima, ff. de ſtatu liber. §. Impoſſibilis, inſtit. de hered. l. impoſſibilium, ff. de regul. iur.* Atque ita in cauſis criminalibus vbi reus virtute legis volentis contumacem haberi pro confeſſo, ſi carcerati citentur, & condemnentur, ſententia eſt nulla, nec contra eos executionem habet, etiam ſi procuratorem non miſerint. Ita Iul. Clar. *in praxi, §... quaſt. 34. num. 7. verſ. de carcerato autem*; eo quod carcerati in alio loco excuſantur alibi comparere, proinde expectandum eſt, vt à carcere exeant, quin etiam licet exceptio carceris appoſita non fuerit, & condemnatio ſequatur, debent admitti ad nouas defenſiones; quòd ſi carcerati ſint in eodem loco, & citentur pro crimine pœna corporali digno, recommendantur in carcere pro ſecundo delicto; & vno eodémque tempore, vtrique cauſæ poſſunt reſpondere. Si autem crimen non ſolet puniri pœna corporali, debet prior cauſa, ſi carcerati petant, expediri, eáque finita poſterior diuerſa eſt examinanda, ac decidenda, carcerati tamen niſi præſtitis fideiuſſoribus, non ſunt relaxandi.

414. Quartò. De iure noſtro Luſitano *lib. 3. tit. 9. §. 12.* carcerati in carcere publico, auctoritate iudicis, aut in domo propria ſub homenagio non poſſunt citari ad reſpondendum in cauſa ciuili, inquantum ſic in vinculis detenti ſint, poſſunt tamen citari, vt poſteaquam exeant è carcere, ſe ſiſtant iudicio. Vnde ſi iudex procedat ratione citationis factæ carceratis, pro cauſa ciuili, omnia per iudicem peracta ſunt nullius momenti, ſi iudex ſcienter proceſſit; quòd ſi ignoranter, valebunt, poterunt tamen à carceratis beneficio reſtitutionis infirmari. Non tamen hæc procedent in cauſa leui, & modici momenti; tunc enim carcerati citati tenebuntur reſpondere in loco vbi ſunt detenti, per procuratorem. Idem intellige de carceratis, qui ſub fideiuſſoribus relaxantur, cum carcerati reputentur, vt iudicatum fuit teſte Phœbo *p. 1. decif. 3. num. 6* Cabed. *p. 1. decif. 67. num. 1.* & de carceratis, quibus pro carcere ciuitas, aut oppidum præfigitur. Secus dicendum de habentibus chartam ſecurationis: hi enim poſſunt citari, ſicut quicumque alius. Sic lex noſtra *ibi.* Cabed. *d. n. 1.* Idem dicas de carceratis, qui antequam carcerati eſſent, fuerunt citati pro cauſa ciuili. hi enim in carcere poſſunt iterum citari ſecundùm legem noſtram ad proſequendum cauſam iam inceptam, inſupérque ad executionem ſententiæ tam latæ, quam perferendæ. Hæc ibi, *d. §. 12. ad fin.*

415. Quintò. Carcerati iniuſtè non poſſunt recommendari tam ciuiliter quàm criminaliter; verbi gratia, ſi malè carcerati ſint pro vno delicto, vel debito, & de hoc conſtet, non poſſunt recommendari pro alio delicto, vel debito, nec detineri; cum prima captura apertè ſit nulla. Ratio, quia quod eſt inutile in ſe, non poteſt virtutem aliquam alteri communicare, *l. cū vnus ff. de bon. author. iudic. poſſid.* Item quia arreſtatio habet vim adhæſionis. Sed prima captura cui adhæret recommendatio, ſeu arreſtatio non habet vim; ergo nec recommēdatio, nec arreſtatio; ita Boſſius *tit. de captura, n. 9. & 92*, vbi volt ex captura iniuſta detentos, non poſſe detineri pro alio delicto. Bartol. *in ſuis quaſt. q. 6. Lupus fuit captus, in princ.* & infrà *verſ. Si verò ſalur.* Anchar. *conſ. 292. n. 2. verſ. Quintò pro hoc.* Pariſ. *conſ. 101. incipit, Citatio, col. verſ. Poſtquam etiā,* Fregoſi Regim. Chriſt. Reipubl.

*vſque ad fin. conſ. vol. 3.* Bald. *in l. legata inutiliter in nocab. in fin. ff. de leg. 1.* & in ſpecie vult Brun. *in tract. de ceſſio. bonor. in q. 9. 4. quæſtionis principalis, n. 24.*

Quidquid ſit: de conſuetudine tamen ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè carcerentur, recommēdatio fieri ſolet ex cauſa tamen, quia poſſent recommendari de nouo in carcerem detrudi, ita tamen, vt quidquid opponi poſſit incarcerationi, opponi queat recommendationi, ſeu arreſtationi. Hippolyt. *in pract. §. Attingam, n. 32.* Barboſ. Vimar. *in remiſſ. ad ordin. regiā, lib 4. tit. 77. in princ.* Vnde ſi quis arreſtetur, ſeu recommendetur ad inſtantiam fiſci pro aliquo alio delicto diuerſo ab eo debito, pro quo fuit carceratus, non admitti ſolet, vt audio à iudice, qui arreſtauit, exceptio, quòd prima captura fuerit indebita, iniuſta, & conſequenter nulla; imò ſolent iudices dicere, Malè capti bene detinentur; proinde debitores indebitè carcerati, arreſtati, ſeu recommendati ad petitionem aliorum creditorum non relaxantur, niſi realiter, vel per fideiuſſores creditoribus ſatisfaciant. Marſil. *in tract. de bannit. in verbo, capti, num. 1.*

De iure tamen Luſitano carcerati iuſtè pro cauſa ciuili ſeu criminali, *tit. 77. lib. 4.* recommendari poſſunt pro quocumque debito deſcendēte etiam ex cauſa ciuili, dummodo creditores per ſcripturā publicam oſtendant quantitatem debiti, quando ſumma ſit quantitatis exigentis ſcripturam, ſeu inſtrumentum publicum; quod ſi ſumma debiti non exigat ad ſui probationem apocham publicā intra duos dies completos, creditores per teſtes ſummam debiti ſibi debitam probabunt; aliàs ſi non conſtiterit per ſcripturam publicam, vel per teſtes ſibi deberi ſummam petitam, carcerati non debent in carcere detineri, nec etiam poterunt retineri ob pœnam ſanguinis. Præterea in quocumque caſu, in quo debitores in carcere non poſſunt recommendari, relaxari poſſunt traditis pignoribus ad debitum ſoluendū ſufficientibus, aut facta ceſſione bonorum quando licitè fieri poteſt, dummodo pro aliquo alio debito, vel delicto, non ſint in carcere recommendati. hæc lex *d. tit. 7. ad fin.*

Sextò. Carcerati pro debito nequeunt recommendari pro alio debito, niſi recommēdantes habeant ſententiam iudicis contra debitores præcedente citatione ad hunc effectum. Vt ergo in carceribus recommendari ſi timeant pro aliis debitis arreſtari, datis pignoribus, vel fideiuſſoribus oblatis petant relaxari, antequam ab aliis creditoribus de nouo carcere recommendentur, & ſui creditoris ſententiam iudicis aſſequantur, ſecundùm legem acceptam, & *ibi* Bald. *C. de vſur.* Brun. *ſuprà. de ceſſio. bonor. quaſt. 11. quarta quaſt. principalis, num. 32.* quem ſequitur Farin. *de carceribus, q. 27. num. 156.* Secus vt audio de conſuetudine. 416.

Septimò. Pro debito aliquo ciuili priuato ex contractu, vel quaſi contractu, in quo debitor malitiam non contraxit, non debet carcerari, antequam per ſententiam definitiuam, quæ tranſeat in rem iudicatam condemnetur, etiam ſi non ſit ſoluendo, ni ſit de fuga ſuſpectus, nec tunc poteſt ſtatim carcerari, niſi prius fiat executio in bonis illius, vendendo illa in publica ſubhaſtatione, aut cedendo bonis; colligitur ex *l. 1. C. qui bon. ceder. poſſunt.* Greg. Lop. *in l. 4. tit. 15. part. 5. ad gloſſ. 1.* Molin. *de iuſt. diſp. 538. à §. Hactenus diximus, & diſp. 571. in princip.* & expreſsè lex noſtra *lib. 4. tit. 76. in principio*; antequam verò condemnetur per ſententiam, non poteſt detrudi in carcerem, nec poſt condemnationem, niſi quando non re- 417.

penuntur bona, ex quibus creditores, ſummam debitam recipiant. Couar. *lib. 1. var. cap. 1. num. 2.* Barboſ. *in l. alia, §. Eleganter, n. 44. ff. ſoluto matrim.* Cald. Pereira *de emptio. & venditio. cap. 17. n. 18.* vbi addit, dum bona reperiuntur non eſſe deueniendum ad capturam; nullo tamen emptore reperto creditores pignora in ſolutum capere tenentur; quod ſi contradicant, facta bonorum ceſſione, debitor liberari poteſt; quæ procedunt de iure, ac de conſuetudine, niſi per contractum debitor corpus ſuum obligauerit ad ſoluendum ex vinculis, & in iudicio, in quo euentu carcerabitur prius, & ex carcere obligatio æris alieni tolletur. Chaſſanæus *in conſuetudine Burgund. rubric. Des rentes, §. 3. num. 9.* Rebuff. *tom. 1. ad leges Galliæ, tit. de litter. obligat. art. 11. gloſſ. 3. num. 2.* Molin. *d. diſp. 571. col. 2. verſ. Ab eadem regula, pag. 2073.*

418. Quæſtionis eſt an poſſit cedens bonis pro debito detrudi in carcerem? Panormit. negat. *in cap. Lator. de pignoribus*, poſſe aliquem per conuentionem ſe pro debito carceri obligare renunciando remedio ceſſionis bonorum, cùm ſit contra bonos mores, niſi in duobus caſibus. Primò, quando omnia ſua bona diſtraxit in fraudem creditorum, vt habetur *in l. fin. ff. quæ in fraudem creditorum.* Secundò, quando debitor tempore initi contractus optime cognouit ſe non habere vires ad ſoluendum, vt *in l. penult. eod.* Bartolus *in §. Eleganter, dict. l. alia cauſa, ff. ſoluto matrim.*

419. Doctores non poſſe capi pro debito ciuili, dictum eſt ſuprà *diſp. 6. §. 8. num. 151.* nec etiam nobiles *de fidalguia conhecida*, carcerari poſſunt pro debitis ciuilibus, quæ non proueniant ex delicto, fieri tamen poteſt executio in eorum bonis, non tamen in eorum equis proprijs, aut mulabus, armis ſui corporis, ac proprijs domibus, ita habetur *in l. 3. 4. 5. & 6. tit. 6. noua collectionis.* Gomez *in l. 79. Tauri*, Guttier. *de iure confirmat. part. 1. cap. 16. n. 1. & ſequentibus, & n. 36.* Quod procedit teſte Molin. de iure Caſtellæ, quod extendit ad omnes, qui equum, & arma in eo regno habent, niſi Regi debeatur; tunc enim poteſt fieri executio, etiam in equo, & armis, qui *hidalgi* vocantur, ſicut ſi ipſi ſiant conductores, aut collectores redituum regalium; tunc enim pro debito prouenſente ex his reditibus nullo gaudent priuilegio, poſſuntque carcerari. lex *4. tit. 2. lib. 6. noua collectionis*, & lex 79. *Tauri*, quæ eſt lex *6. tit. 2. lib. 6. noua collectio.* Idem apud Luſitanos obſeruatur, vt ſuprà *d. num. 151.* dummodo debitum non deſcendat ex delicto, & quoad conductores redituum regalium deciditur *lib. 2. tit. 53. in principio*, ſimiles conductores, niſi tempore debito ſoluant officialibus Regis, vel iiſdem pignora tradant poſt decem dies carceri mancipandos eſſe. Conſonat lex noſtra *lib. 4. tit. 76. §. 4.* vbi loquitur generaliter, comprehenditque omnes etiam nobiles pro debitis regiis ex quacumque cauſa, exceptis decimis ex ſententiis condemnatoriis. Thomas Vaz *tom. 1. allegat. 13. num. 103. vſque ad num. 118.*

420. Octauò. Mulieres pro debito ciuili non poſſunt coniici in carcerem etiam ſi per ſententiam definitiuam condemnentur, ſiue debitum ſit priuatum, ſiue publicum, gaudéntque hoc priuilegio propter muliebrem verecundiam. Conceſſum videtur ex Iuſtiniano *in §. Neceſſarium, in auth. vt nulli iudicum, quæ eſt in nouella 134.* Gutier. *practicar. lib. 2. quæſt. 25. num.* [illegible] vbi addit hoc procedere etiamſi debitum ſit fiſcale. Probatur expreſſè *in authent. ſed hodie, in principio, C. de offic. diuerſ.* [illegible] *in authent.* [illegible] *C. de* [illegible] Petrus Dueñas [illegible] *reg.* 312 *amplia*tur *in l. 8. tit.* [illegible] *lib.* [illegible] *noua coll.* [illegible] Mol[illegible] 571. *col.* [illegible] *verſ. Mulier modo, pag.* [illegible] Gomez *in l. 62. Tauri citata*, & Cou[illegible] *cap. num. 10.* dummodo non ſint fœmi[illegible] ac publicæ meretrices, lex Luſitana *d. tit.* [illegible] *numero 6.* Molin. *ſupra, verſ. Quod autem, pag.* 2075. Hæ enim pro debito ciuili carcerari [illegible] ſunt, niſi oneum habeat ex locatione veſtium [illegible] carum, aut ornamentorum ex auro, vel argento, quæ Olyſipone locari ſolent, pro quo detrudi in carcerem nequeunt ex dicta lege noſtra §. *fine.*

Cæterum ex *dicto §. 6.* requiritur, vt [illegible] dicantur meretrices, & vt poſſint carcerari, quod ſint ſolutæ & palam ſui corporis quæſtum faciant, vt probat Surdus *de alimentis, tit.* [illegible] 4. *num. 34.* Vnde quæ vni vel alteri iterum [illegible] rum ſe proſtituunt, vel ſine quæſtu cum [illegible] bus rem habent, nec omnibus ſine di[illegible] communicant, quamuis ſint inhoneſtæ non tamen ſunt mulieres publicæ, poſſunt gaudere priuilegio, ne pro debito ciuili carcerentur, quia [illegible] lex noſtra ſolùm loquitur de meretricibus publicis, quæ omnes ſine di[illegible] crimine admittunt [illegible] ad alias quæ ſui corporis non pal[illegible] in quæſtum faciunt, non eſt extendenda, & multo minus ad coniugatas turpiter viuentes, cum [illegible] de ſolutis duntaxat. Iuuat Benedict. Æg[illegible] *in tract. de iure & priuileg. honeſtat. art.* [illegible] *de* [illegible] *exemptione, honeſtatis cauſa, num. 2.* [illegible] legem noſtrã intelligi de palam proſtitutis ſiue in lupanari, ſiue in alio loco, non tamen de cæteris, quæ publicæ ſunt concubinæ [illegible], nec de coniugatis luxurioſè viuentibus quia gaudent hoc priuilegio, ne matrim[illegible] & item idem tradiderunt Bald. [illegible] *de carceribus, cap. 1. num. 3.* Boërius *deciſ. 14.* [illegible] *num. 11.* Iaſon *in l. ad egregias, num. 9. ff. de iureiurand.* Petrus a Placha *in epitome delictorum, lib. 2. cap. 34. num. 13. prope finem* Barbat. *in cap. Lator. num. 1. de pign.* Decius *in l. 1. num. 7. ff. de regul. iuris*, qui omnes opinantur non extendi ad meretricem coniugatam, quæ accuſari poteſt à marito [illegible] *adulterium, in fine, C. de adulter.* Atque apud Luſitanos hoc eſt indubitatum.

Apud alios ſunt, qui dicant, coniugatam meretricem carcerari poſſe, quando viro ſciente meretricatur, nec gaudere priuilegio, ne pro debito ciuili prehendatur, quia in hac ceſſat cauſa reuerentiæ, & honeſtatis, tam reſpectu fœminæ, quàm reſpectu viri, qui conſcius turpitudinis vxoris tacet, nec eam accuſat. Secus, quando vir vxoris turpitudinem ignorat, quia de fœmina tunc iudicandum eſt, tanquam de honeſta matrona, atque ita propter mariti reuerentiam non eſt carceranda. Priorem partem docent Doctores ſuprà citati *numero præcedenti*, quibus accedit Menoch. *lib. quæſtione 88 numero 14.* Poſteriorem verò tradunt idem Menoch. *num. 18.* poſt Ioannem Andream *in additionibus ad Speculator. in titulo de iureiurand.* quem ait ſic eſſe intelligendum; ſequitur Farinacius *titulo de carceribus, quæſtione 27. numero 58. verſ. Si verò maritus eſt ſcius & particeps turpitudinis*, vbi concludit poſſe omnino carcerari, quæ meretricatur viro conſcio, qui vt infamis puniri debet, *cap. Si tu abſtinens 27 quæſtione 2.*

Sed

421\. Sed quid ſi fœmina ſit tutrix & ex adminiſtratione tutelæ aliquid debeat, nec ſoluat, an poſſit carcerari pro illo debito? Affirmat Gomez *in l. 62. Tauri, num. 2.* ſi ipſa renunciauit Velleiano, & omni legum auxilio, & pro hac parte affert Bartol. *in authent. matris, & auia, C. quando mulier tutel. offic. fun. po. col. penultim.* & *ibi* Salicet. Rebuff. *ad leges Galliæ, tit. de liter. obligator. art. 2. gloſſ. 3. num. 32.* Gregorius Lopez *l. 3. part. 3. titulo 7. verb. Perſonalmente*, & Cardoſ. *in praxi, verb. carcer, num. 6. verſ. Pro debito ciuili*, vbi concludunt matrem, ſeu auiam ſuſcipientes tutelam filiorum, renunciantéſque Velleiano, omniſque remedio alij ſibi competenti, poſſe carcerari pro debito ciuili ex adminiſtratione tutelæ proueniente, ſi non ſint alia bona, vnde debitum ſoluatur. Dicendum tamẽ eſt, nec matrem, nec auiam poſſe pro eo debito carcerari, non obſtante quacumque renunciatione, quia fruuntur priuilegio comparatione ſuorum deſcendentium, vt non plus eis obſtringantur, quàm commodè facere poſſint ob reuerentiam à deſcendentibus debitam aſcendentibus, quæ violaretur vehementer, ſi aſcendentes non habentes vnde ſoluerent, deſcenderent in carcerem, ibique detinerẽtur donec filiis, aut nepotibus integrè perſoluerent. Ita Couar. *lib. 2. var. c. 1. n. 3.* Menochius *d. quæſt. 88. n. 12.* Petrus Placha *lib. 1. de delictis, cap. 34. num. 13.* Caldas Pereira *in l. Si curatorem, verb. ſine curatore, num. 108. verſ. Cæterum, C. de reſtit. in integr.* Gutier. *de tutelis, p. 1. cap. 8. à num. 33. vſque ad 36.* Molin. *de iuſt. tract. 2. diſp. 571. col. 4. verſ. Mihi placet.* Bacca *de inope debitore, cap. 15, & de decima tutor n. 15. c. 4. n. 46. & 78.* Azeuedo *lib. 10. num. 3. titul. 3. lib. 5. nouæ recopil.* poſt plures & Farin. *d. quæſt. 27. n. 62. & 63.* vbi abſolutè docet, non poſſe mulierem honeſtam præſertim matrem detrudi in carcerem pro debito ob malè adminiſtratam tutelam, eo quòd per renunciationem priuilegij, non tollitur priuilegium introductum ob honeſtatem perſonæ, aut ſexus, vt probatur *in l. alia, §. Eleganter, ff. ſoluto matrim.* Atque ita non cenſetur matrem & auiam renunciaſſe priuilegio illis competenti, ne conueniantur in plus, quàm facere poſſint, quia parentes ſunt, & aſcendentes. Quæ opinio, cùm ſit æquior ac melioribus fundamentis nitatur, non eſt ab ea recedendum. Accedit non poſſe renunciare mulierem priuilegio, ne pro debito ciuili carceri mancipetur, tradit Gom. *in cap. 2. num. 23. de iudic. in 6.* ea ratione, quoniam hoc priuilegium tribuunt mulieri propter honeſtatem ſexus, vt habetur *in l. 1. C. de offic. diuerſ. iudic.* Sequitur Menchaca *de ſucceſſio. creat. §. 4. num. 49 ad fin. & §. 22. num. 85.* Brunus *tract. de ceſſio. bonor. quarta parte principali, quæſt. 1. num. 5.* quæ pars eſt probabilis, ſed oppoſita probabilior, vt probat Barboſ. *in l. alia, §. Eleganter, num. 23. ad fin. & num. 24. ff. ſolut. matrim.* Barboſ. Vimaranenſ. *in remiſſion. ad ordinatio. regiam, lib. 4. tit. 76. §. 5. verſ. Verum mulier.*

422\. Nonò. Inter priuilegia carceratorum refertur debitorem pro debito ciuili carceratum, ſi non ſit ſoluendo, debere expenſis creditoris ali; aliàs iudex debet eum relaxare. Angel. de Aret. *inſtit. de actionib. §. fin. in fine.* Bartol. *in l. ſancimus, ff. de rerum diuiſ.* Felin. *in cap. 1. de libellis oblat. num. 9.* Iaſon *in l. ſi victum in 1. col. verſ. Alibi habes, ff. de re iudicat.* Bertachin. *verbo, debitor pauper. verſ. Nono.* D. Tap. *in titulo de ceſſio. bon. pragm. 3. ſub num. 5. verſ. Solent tamen*; ideò debitor, vel eſt ex-

Fragoſi Regio. Chriſt. Reipubl.

carcerandus, vel alendus à creditore. Cabed. *1. p. deciſ. 83. n. 11. ex gloſſ. verbo, agnoſcere in l. fin. C. de erogat. milit. annon. lib. 12.* Gama *deciſ. 261. n. 3.* Et probatur, quia vbi aliquis petit aliquid fieri, illud fit eius expenſis, ſed creditor petit, & vult, vt debitor carceri mancipetur, & ibi detineatur, quod non poteſt fieri, abſque alimentis; ergo creditor debet ea ſubminiſtrare. Quod ſi carceratus bonis ceſſerit, etiam repugnante creditore è carcere egredietur; quod eſt aliud priuilegium carceratorum, *l. 1. C. qui bon. ced. poſſ.* niſi in fraudem creditorum bona debitor alienaſſet.

Decimò. Carcer ad cuſtodiendũ, & ad continendos homines non verò ad puniendos, cum fuerit inuentus, vt volunt Bald. *in l. incredibile, C. de pœn.* Foller. *in pract. crimin. 1. p. ſecunda partis, verſ. Vel carceretur, n. 1.* Boſſius *in pract. titulo de carcere in principio.* De iure tamen Pontificio poteſt delinquens detrudi in carcerem ad pœnam, cap. *Quamuis, de pœn. lib. 6. cap. Tua de pœn.* Bernard. Comenſis *in lucerna, verb. carcer.* Zanchin. *tract. de hæretic. cap. 10.* Simanch. *de cathol. inſtit. tit. 16. n. 14.* & Brunus *lib. 5. de hæret. cap. 12.* Aldret. *de religioſ. disciplin. tuend. lib. 1. cap. 10. n. 2.* Quocumque ergo modo carcer accipiatur, carcerati à commentarienſibus debent humaniter tractari, nec moleſtari, & eorum cauſæ celeriter expediri, ſi partes ſint præſentes, ita vt diebus feriatis poſſint agi. Speculator *in titulo de feriis, §. 2. circa principium, verſ. Poſt autem.* Quod procedit quando in carcere retenti ſunt miſerabiles; item iudices frequenter exquirere debent, quomodo carcerati ſe habeant, curéntque nequid illis deficiat per textum *in l. Iudices, C. de Epiſcop. audient.* Franciſc. Lucan. *in tract. de fiſco in 2. p. n. 48. tom. 6. Oceani iuris, fol. 10.* 423.

Hinc fit apud Hiſpanos, vt viſitentur carceres ſingulis ſabbatis cuiuſlibet hebdomadæ, cui viſitationi intereſt vnus ex Auditoribus curialibus, vel cancellariæ, prout notat Azeued. *l. 1. tit. 24. lib. 4. verſ. Y viſita los alcaldes*, ea de cauſa, vt carcerati audiantur, & faciliùs eorum cauſæ terminentur, nec moleſtentur. Didacus Perez *l. 6. tit. 4. Ordinamenti, pag. 385. ad fin.* Quin etiam commentarienſes, poſtquam delinquentes carcerantur, debent in quolibet menſe certiorare iudicem de carceratis, nominéque eorum, ætatem, & varietatem criminum eidem offerre, vt habeat notitiam omnium, vt meliùs, ac citiùs eorum cauſas definiat, per text. *in l. fin. C. de cuſtod. reor.* & *ibi* gloſſ. & deciditur *in l. 8. tit. 29. part. 7.* Bobadill. *in ſua politica, lib. 3. cap. 15. per totum, tit. de la viſita de carcel, y de lo criminal.* Apud noſtrates leges, *lib. 1. tit. 1. §. 30.* præcipitur Rectori iuſtitiæ cum Prætore criminali, & ſcribis illius & cum Senatoribus aliquibus, vt viſitet carceres ſemel ſaltem in ſingulo quoque menſe in poſtrema feria ſexta, aut ſabbato illius, faciátque carceratis generalem audientiam, curétque quantum fieri poteſt, vt eorum cauſæ iuſtè, ac celeriter excutiantur, Mendes à Caſtro *in praxi, lib. 5. cap. 1. num. 31.* Martinus à Coſta *annotat. 2. in ſuo ſtylo, num. 45.* & Barboſa *in remiſſion. ad §. 30. titul. 1.* vbi ait conuenientius fore, vt frequentiùs, hoc eſt ſingulis ſabbatis fiat audientia publica carceratis præſentibus, vt docet Anton. Gomez *tom. 3. cap. 9. tit. de capt. reor. num. 7. ad fin. verſ. Sed hodie in noſtro regno*, ne carcerati in vinculis vexentur, ac detineantur præſertim pro cauſis leuibus. Iulius Clarus *lib. 5. in receptar. quæſtione 46. numero 4.* 424.

*verſ. Scias etiam.* Conſonat lex noſtra, vt decidantur, & expediantur carceratorum cauſæ, præſertim eorum, qui detinentur pro delictis leuibus, vt conſtat ex [illegible] §. 40. *titulo* [illegible] per textum, ibi. *Principalmente dos que forem presos por casos leves* iuxta textum *in l. leuia ff. de accuſation.* ibi, *leuia crimina audire & diſcutere de plano Pro consulem oportet, & vel liberare eos, quibus obijciuntur, vel fuſtibus caſtigare.*

Ad expediendum ergo & ad audiendum carceratos oportet deſcendere ad illos tam ex diſpoſitione iuris communis ex *l. fin. C. de cuſtod. reor.* quàm ex ordinationibus, ac conſuetudinibus ſpecialibus, vt notat Auilez *Prætor. cap. 55. in verbo, ſi ſagan, num. 1.* vbi vult carceratorum cauſas in carcere tractandas eſſe, ſiue carcerati ſint liberi, ſiue ſerui. Garcia *de magiſtratibus, lib. 3. cap. 6. num. 3. & 7.* Vbi refert fieri viſitationem carceris in regno Siciliæ per magiſtratus in qualibet hebdomada, præſertim de perſonis miſerabilibus, ac pauperibus; idem fieri in regno Valentiæ & in regno Granatenſi ſingulis ſabbatis docet Cerdan. de Tallad. *in tract. de viſitat. carcer. cap. 7. num. 6.* poſt Couar. quem refert ac ſequitur. Quod etiam decretum fuit ab Honorio, & Theodoſio Imperatoribus *in l. Iudices, C. de Epiſcop. audient.* Iudicibus, vt diebus Dominicis inuiſerent detentos in vinculis, attenderéntque ſummoperè, ne iiſdem alimenta deeſſent, neque à commentarienſibus inhumaniter tractarentur. Tallada *vbi ſupra, num. 5.* Inſuper curare debent magiſtratus, vt interſint aduocati, procuratores, & ſollicitatores carceratorum ad defendendum illos, & ad poſtulandum, vt debitores pauperes, quibus alimenta creditores non præſtant, excarcerentur. Maſtrill. *ſuprà, d. cap. 6. num. 20.*

425. Vndecimò. Captura cum afferat damnum irreparabile, iuſſus in carcerem detrudi, poteſt appellare ab hac ſententia interlocutoria, vt affirmat Maynardus *deciſ. 25. lib. 2.* Aloyſ. Riccib *in collect. deciſ. p. 3. collect. 642. verſ. 1.* Proſper de Auguſtin. *in addit. ad Quarant. in ſumma bullary, verb. Archiepiſcopi authoritas, verſ. 18. Authoritas, num. 10. litera H, pagin. 64. & 71.* Quod verò captura afferat damnum irreparabile eo quod infamat apud bonos & graues, tradit Bald. *l. vnica, ad medianam, C. de in integr. reſtit. poſtula.* Iaſon *l. 4. §. condemnatum, num. 23. ff. de re iudicat.* Barboſa *2. part. l. 2. in principio, num. 23. ff. ſolut. matrim.* Carceratus tamen quamuis poſſit appellare ab hoc grauamine, vt etiam tradit Bartol. *in l. 1. in 4. col. in verſ. 1. An liceat appellare, ff. de appell. recipro.* & Bald. *in l. 2. in 2. col. ad fin. verſ. Et primò quæritur, & in verſ. Secundo quæro, C. de Epiſcop. aud.* Non tamen debet carceratus appellans relaxari, appellatione pendente *cap. dilectus,* & *ibi* Doctores, & Bald. *de appellat. & in l. 2. in 2. col. in verſ. Sed incidenter quæro, C. de Epiſcop. audient.* Bartol. *in l. ab executione, in 2. oppoſit. C. quorum appellatio non recipitur;* ſicque fuiſſe iudicatum refert Auguſtin. Barboſ. à ſacra Cardinalium congregatione in remiſſionibus ad Concil. Tridentin. *ſeſſ. 24. cap. de reformatione, verſ. Quod captura.* Ex quibus conſtat poſſe appellari à captura, ordinarium tamen teneri mittere proceſſum ad iudicem appellationis, appellante interea in carceribus conſtituto, donec iudex *ad quem* cauſa cognita rem definiat.

426. Duodecimò. Habentes beneficia ſi in carcerem conijciantur iniuſtè, & ibi detineantur [illegible] annum, & cognita veritate abſo[illegible]antur, [illegible] licitè recipere fructus & diſtributiones [illegible] ſentibus in choro debitas, dummodo [illegible] fuerit in loco vbi habent beneficia. R[illegible] *tract. de peſt. 2. p. num. 145.* Couar. *lib. 2. variarum* [illegible] *num. 8. verſ. Vndecimo;* Lelius Zecch. *de Repub. Eccleſ. cap. 24. num. 6. verſ. Sexto debentur.* [illegible]tin. *conſil. 15. in tit. de præbend.* vbi tenet canonicum eiectum abſque eius culpa à ch[illegible]ro vel Eccleſia, non poſſe priuari diſtributionibus quotidianis; ſequitur Felin. *in cap.* [illegible] *num. 12. de conſtitut.* Quin etiam ſi beneficiarius noſſe ad petitionem alicuius incarceretur, vel non admittatur ad poſſeſſionem canonicatus à Capitulo, & poſtea obtineat contra ipſum & reſtituatur cum fructibus, conſequetur etiam diſtributiones quotidianas. Puteus *deciſ. 239. in 1. p.* Quod eſt iuri conſentaneum, & conſuetudo contraria tanquam iniuſta reijci debet; & ita fuit iudicatum teſte Cenall. *in commun. contra commun. quæſt.* [illegible] *num. 15. & 16.* Sequitur Monet. *part. 2. quæſt.* [illegible] *num. 80.*

Idem dicendum eſt de beneficiato, qui damnum eſt ab Eccleſia obſes, quandiu detinetur, aut ſi captus fuit cauſa repræſaliarum dum detinetur, vt notat idem Monet *p. 2. quæſt.* [illegible] *num. 56. cum ſequentibus,* & pro eo tempore conſequuntur diſtributiones, ac fructus, ſicut conſequentur [illegible] ſuſpenſi iniquè, & iniuſte excommunicati, [illegible] ante impedimentum præſentes erant in loco beneficij, ac ſoliti diuinis officiis intereſſe. Couar. *d. cap. 13. num. 8. verſ. Cæterum,* Monet. *p. 2. quæſt.* [illegible] *à n. 32. ad 42.* Sayr. *de cenſ. lib. 2. cap. 3. num.* [illegible] Petrus Nauarra *lib. 2. de reſtitutio. cap. 2. num.* [illegible] Henriquez *lib. 13. cap. 15. num. 4. in fin.* Petes [illegible] *1. verſ. Aduertendum tamen eſt, pag.* [illegible] *tit. 1. lib. 8. ordinam.* Gutier. *lib. 1. canon.* [illegible] *cap.* [illegible] *num. 137.* & Sardus *de aliment. tit. 1. quæſt. 82. num. 15. verſ. Alias ſecus.*

Quæſtionis eſt an carcerati poſſint eſſe teſtes dum in vinculis detinentur? Reſpondetur negatiuè ex lege noſtra *lib. 3. Ordinat. tit. 56. §. 9.* ibi: *Nam ſera perguntado por teſtemunha,* [illegible] eſſet nominatus ad teſtimonium ferendum antequam coniectus eſſet in carcerem. Cæterum ſi fuerit in vinculis ob cauſam ciuilem, aut ob delictum leue, quod probatum non ſit puniendum pœna corporali, nec exilio vltra ſemeſtre extra oppidum, & eius limites; ſi fuerit homo bonæ famæ, & exiſtimationis, poterit eſſe teſtis in quacumque cauſa. Eodem etiam modo poſſunt admitti in teſtes in cauſis, ac delictis in carcere contigentibus, in quibus arbitrio iudicis credendum erit. Sic in lege noſtra, quæ videtur deſumpta ex *l. 3. §. lege Iulia, ff. de teſtibus,* & ex cap. *ſi teſtes omnes, §. lege Iulia,* vbi gloſſ. *verb. in vinculis, 4. q. 2.* Anton. Gomez *tom. 3. variarum, cap. 12. num. 18. ad fin.* vbi reddit rationem ob quam detenti in vinculis non admittantur in teſtes, quia forsè ſpe aliqua exemptionis à carcere ſaltem producentis falsò teſtificabuntur, per textum *in auth. leg. 5. ff. de teſtibus.* Quod etiam diſponitur apud Hiſpanos *in l. 10. titulo 16. partit. 3.* Maſcardus *de probation. tom. 1. concluſion. 268. numero 1. & 4.* Farinacius *in praxi criminali, part.* [illegible] *de oppoſit. contra perſonas teſt. quæſtion. 56. & numero 181.* vbi de his latè, & Maſcardus *concluſione 1357. num. 34.* poſt Alberic. de Roſat. *in tract. de teſtibus, §. Superest in prima parte, num. 17.* 417.

Auſtet.

Aufrer.*de probat.trſt.num* 15.vbi teſtatur de communi ex eodem fundamento, ne ſpe exeundi à vinculis opera eorum pro quibus teſtificantur, à veritate oberrent.

418. Decimotertiò. Detenti in vinculis ſub homenagio, quibus domus propria aut oppidum pro carcere conſtituitur, poſſunt abſolute inire contractus perinde ac ſi non eſſent in vinculis.habetur *in l noſtra,lib.5. tit.75. in principio ad fin.* ibi: *Sobre ſua homenagem*, & tamen eſſe verè carceratos eſt in confeſſo, & effractores carceris ſi exeant domo, vel oppido, vt vere reſpondet Oldradus *conſ 65.* quem ſequitur Menoch. *de arbitr.caſu* 301. *num.9.& 10.* Per quod priuilegium deuiat lex noſtra à iure communi, *l. Qui in carcerem, ff. Quod metus cauſa, & in l.Si quis Sempronium ff.de hered.inſtit.* per quę iura omnes obligationes factas in carceribus à carceratis nihil valent, vt conſtat ex verbis *d.l.Qui in carcerem,* ibi, *Quidquid ob hanc cauſam factum eſt, nullius momenti eſt*; quod docuit *ibi* Bartol. *in ſummario huius legis,* quia requiritur ad validitatem contractuum, vt contrahentes ſint in ſua libertate, eo quòd præſumitur non eſſe in libertate mentis,qui caret libertate corporis.Ruin.*conſ.113.num.6. volum.5* Marſil.*in practic.§.Attingam,num.22. & in tract.de bannito, in verbo,carcerati,n.15.* Roland. *conſ.2.num.47.vol.1.& conſ.57.num 58.vol.3.* Menoch.*de arbitr.caſ.136. num 5.* Oddus Peruſin.*in tract.de reſtitut.in integr.p.1.quaſt.7.num.38.* Brunor. à Sole *in ſuo vnico conſ. crimin. num.* 191. & Maſcard. *de probat. lib. 2. concluſ.* 1051. *num.* 30. Atque ita contrahentes de iure communi dum ſunt in carcere, nulliter contrahunt per verba legis, *qui in carcerem, nullius momenti*, quæ important nullitatem actus ipſo iure, per legem *Si quis Semproninm, ff. de heredit. inſtit.* & cap. *Ordina.ij. in fine. de officio ordinar.* quod in ſpecie extendit Guid. Pap. ad carceratos ſub fideiuſſione,vel ſub homenagio habentes pro carcere domum,aut oppidum,refértque ſic fuiſſe iudicatum *deciſ.* 253. *incipit, ſi quis dedit fideiuſſores, verſ. Et hac ſunt ſingularia*; ſequitur Menoch. *d.caſu* 301.*num.*10.*verſ Quod celebrati ab eo contractus*, & Maſcard. *d.concluſ.166. num.12.* Ergo non eſt dubium concedi priuilegium contrahendi liberum à lege noſtra,*d.tit.75.* carceratis ſub homenag. Barboſa Vimaranenſ. *ibi,num.6.*

429. Decimoquartò. Secundùm eandem legem noſtram, *d. tit.75. §.2.* poteſt quilibet carceratus ſe obligare per promiſſionem, ſeu contractum cuicumque prout voluerit,& omnis promiſſio, obligatio aut contractus ſuſtinebitur, ita, ac ſi facta ſint ab homine non detento in vinculis,dummodo non fiant obligationes de caſibus in hac Ordinatione prohibitis. Nam de his ibi veritis, non valent omnino; verbi gratia, ſi fiant ab homine carcerato,ſine authoritate,vel mandato iudicis,& in carcere priuato conſtituatur; is enim,nec prehendenti, neque illi qui eum prehendi iuſſit, neque cuicumque alij ſe poterit obligare; quod ſi fecerit,nullius ſit momenti huiuſmodi obligatio; conſtat ex lege noſtra *in principio.* Quæ reſolutio eſt de mente Fabij à Monte,*in tract de emptio. & venditio. in 13. quaſt. poſt num.20.* dicentis legem *Qui in carcerem*, irritantem contractus factos in carceribus loqui de detento in carcere priuato. Sequitur Humbert Locat. *in praxi iudic.Inquiſitorum, in verſ Ad carcerem, dum quis condemnetur,fol.38.* Matthæus de Afflict. *deciſ.149. n.2.*
Fragoſi Regim.Chriſt.Reipubl.

Foller. *in pract. crimin. in verb. carcerentur,n.12. verſ. Aut eſt carceratus in priuato carcere.* Qui omnes conſentiunt ſimiles obligationes, ac contractus ſi fiant in carcere priuato, nullo modo ſubſiſtere.

Sed quid dicendum ſi detentus in vinculis,authoritate iudicis in carcere publico, aut caſtello poſitus, velit ſe obligare, aut contrahere cum eo ad cuius inſtantiam fuit in carcerem coniectus? 430.
Reſpondetur ſecundùm d. legem noſtram talem obligationem eſſe inualidam. Sequitur Felin. *in in cap.Rodulphus,col.6.verſ. Alioquin de reſcript.* Natta *conſ.451. num. 25.* Roland. *conſ.2. num.80. cum ſequentibus, vol.1. & conſ.57. num.46. vol.3.* vbi probat venditionem factam per carceratum indebitè, eſſe ipſo iure nullam per verba dictæ legis,*Qui in carcerem,nullius momenti,*quæ important idem quod *nullius vigoris*, vt notat Anchar. *in d.cap Ordinarij, in fine, de officio ordinar.* Cardoſ. *in praxi indic.in verbo, incarceratus,num.13.* Valebit tamen contractus,ſeu obligatio facta coram iudice,qui illum in carcerem coniecit cognita cauſa priùs, an iuſte fuerit in carcerem coniectus, & an ſit cauſa rationabilis contrahendi;quibus cognitis facit facultatem contrahendi, aut illam negabit; quod ſi concedat, contractus erit validus, perinde ac ſi eſſet celebratus ab homine extra carcerem conſtituto, & libertate corporis gaudente. Habetur in dicta lege noſtra, quia interueniente authoritate iudicis cenſetur contrahere ſponte, non vi, aut metu coactus. Bartolus *in dict. l. Qui in carcerem, num.1. ff. Quod metus cauſa.* Decius *in l. ſi quis a latronibus, ff de teſt.* Pariſ. de Puteo *in tract. de ſyndicat. verſ. compoſitio,verbo, An ſi, folio* 41. Alexand. 241. *lib.6.*

Decimoquintò. Denique de iure noſtro *dict. tit.75.lib.4.§.1.* in quocumque caſu,vbi dominus alicuius iuriſdictionis iuſſerit ibi aliquem detrudi in carcerem, non poterit ſic detentus obligationem aliquam, aut contractum efficere in vtilitatem ipſius Domini. Bartol. *in l.Qui à latronibus, poſt num.2.* & *ibi* Caſtrenſ. *poſt num 3. ff de teſt.* Baldus *in rubric. C. de reſcind. vendit.poſt num.4.* Foller.*in practic. in verbo, carcerentur, poſt n.19. verſ.Et tunc aut fit contractus.* Secus ſi contrahatur cum aliquo tertio, qui non fuerit in cauſa ipſius carcerationis.Caſtrenſ. *vbi proximè,num.3.* Afflict.additus ab Vrſil.*in deciſ.246.num.8.* Natta *conſ.451.num.5 vol.2.* Maſcard. *de probat.concluſ. 1054. num. 35. vol. 2.* Tunc enim non præſumitur metus. Cui ſententiæ adſtipulatur Beroi. *in conſ.158.num.8. vol.2.* Ioan. de Amicis *in conſil.34.ſub n.8.*Cardin.Alban.*in lucubrat.ad Bartol. in rubric.ff Quod metus cauſa.* Similiter non præſumitur metus, ac proinde eſt validus actus factus in carceribus in vtilitatem carcerati Cardin. Alban.*ſuprà,& in l Qui in carcerem.in fine,num.2. ff. Quod metus cauſa.* Couar. *de ſponſalibus, p.2. cap.3 §.4.num.14.* Decius *in conſ.191.in facto proponitur, num.5. verſ. Non obſtat quòd contractus,* poſt Bartol. quem refert, ac ſequitur *in rubric. C. de reſcind. vend. in verſ. Et hoc verum,* niſi contractus vtilis ſit carcerato pro eius liberatione. Hippolyt. *in practic. crimin.§.Attingam.num.23.* & alij. 431.

Hinc fit, vt reſignatio beneficij facta contemplatione perſonæ, quæ fuit cauſa carcerandi reſignantem ſit nulla,quia carcer probat iuſtum metum cadentem in conſtantē virum,per leg.*Qui in carcerē,*& leg.*metū,§.Sed licet,ff.Quod metus cauſ.* 432.

Socin. iun. *conſ.* 77. *n.* 37. *vol.* 1. Proinde reſignatio ibi facta non tenet, gloſſ. *in clem. multorum, in verbo, multorũ, de pœn.* quam ſequitur Card. Pariſ. *conſ.* 53. *n.* 64. *vol.* 4. & conſtat ex *d. clem. multorum*, quæ ſic habet, ibi: *Nonnulli obtinentes temporale dominium viros ſæpe Eccleſiaſticos capere, captóſque donec ſua reſignent beneficia*, &c. Et ideò contractus in carcere celebrati ſunt nulli. Marſil. *ſingul.* 57. Neuiz. *in conſ.* 52. *num* 47. Guido Papæ *quæſt.* 254. Quin etiam ſi extrahatur à carcere, vt reſignet, & poſt reſignationem reuertatur ad carcerem, nulliter renunciaſſe dicitur. Cardin. Pariſ. *conſ.* 53. *num.* 64. *vol.* 2. Niſi eductio de carcere fiat de mandato Summi Pontificis, vt renunciet, quia non vult priuare renunciantem dum eſt in carcere detentus pro crimine priuatione digno, & renuncians crimino in culpa ſua incidit in metum, teſt. *in l.* 3. *§ Sed vim, ff. quod metus cauſ.* Afflict. *deciſ.* 149. *poſt principium.* Conat. *ſupra, 2. p. cap.* 3. *§.* 4. *n.* 18. Ex eo fundamento, quia carceratio quando eſt iuſta, non concedit actionem ad reſcindendum actum carcerato, qui ſua culpa metum paſſus eſt, nec ipſa metum, aut iniuriam inducit, *l. Iniuriarum, §.* 1. *ff. de iniur. l. quemadmodum, §. magiſtratum ff. ad legem Aquiliam.* Sequitur Pariſ. *in conſ.* 5. *num.* 173. *vol.* 4. Ruinald. *conſ.* 15. *num.* 5. *lib.* 1. Ioan. de Amicis *conſ.* 34. *num* 4. Abbas *in cap. Dilectus, n* 6. *ff. Quod metus cauſ.* Imola & alij *in l. Qui a latronibus, ff. de teſtibus.*

433. Iuuat illud quod dicitur metum iuſtum non induci à carcere iuſto per legem *qui in carcerem, ff. Quod metus cauſa*, nec iudex iuſte procedens inducit metum vel iniuriam irrogat, *l.* 3. *§. Sed vim, ff. Quod metus cauſa*, & eſt communis ſcribentium *in l. accuſationis, C. eodem titulo.* Secus quando carcer eſt iniuſtus: Vnde ſi quis renunciet propter fratres ſeu conſanguineos iniuſtè in carceribus detentos, nec ibi detineantur, talis renunciatio eſt nulla. Nauar *in cap. accepta, in* 5. *oppoſit. n.* ... *in fin. de reſtitut. ſpoliator.* Cardin. Pariſ. *conſ.* 5. *num* 161. *volum.* 4. Ruin. *conſ.* 121. *num.* 3. *volum.* 4. quia cenſetur metus iuſtus metus conſanguineis illatus, dummodo probetur fratrem, ſeu conſanguineum non eſſe è carcere educendos, niſi facta ſit renunciatio, vt habetur in Rota *deciſ.* 7. *in fine tit. de renunciatione in nouis*, quoniam talis metus iudicatur iuſtus. Bartol *in l. de pupill. §. ſi quis ipſi Prætori, num.* 18. *ff. de operis nou. nunciat.* Socin. *in l. mulieri, & Titio, num.* 8. *ff. de condit. & demonſtr.* Ioan. Monach. *cap. ſi iudex, de electione, lib.* 6. Cardin. Pariſ. *conſ.* 66. *num.* 2. *vol.* 4. & Alexand. *in d. l. de pupill. num.* 13. *ff. de oper. nou. nunciat. & in conſ.* 99. *num.* 9. *lib.* 3. Etiam ſi contractus, ſeu renunciatio fiat cum clauſula, quòd celebratur, non vi, aut metu, ſed ſponte; quia his verbis non obſtantibus, quibus videtur metus purgari, nullo modo firmatur contractus, quoties fit in carcere, vel propter liberationem alicuius carcerati, quia cenſetur timore factus, & timore iudicialis contrahens ad id aſſerendum; nec propter id, nec per hanc clauſulam probari poteſt actum fuiſſe ſponte, nec vi, aut metu factum, vt notat Alban. *conſil.* 77. Aretin. *conſ.* 14. *col. fin.* & habetur *l. Doli, § diuerſum, ff. de doli exception.* Cenſetur enim clauſula *ſponte*, & clauſula *ſine vi aut metu*, adiecta per metum iuſtum, ſicut præſumitur principalis contractus à carcerato per metum celebratus. Menoch. *de recuperand. poſſeſſio. remed.* 1. *num.* 291. *& ſequentibus.* Rolandus *conſ.* 102. *num.* 71. *vol.* 1. *& conſ.* 100. *n* 135. *vol.* 4. vbi concludit clauſulam illam non efficere vt contractus metu factus, non præſumatur, nec dicatur meticuloſus. Fulgoſ. *in conſ.* 76. & Emilian. *in conſ.* 58. *num.* 8. *& conſil.* 73. *num.* 33. *cum ſequentibus.* poſt Abbat. *in conſil.* 77. *Vlterius dicitur*, eo quod ſubſiſtente cauſa iuſta metus, contractus non obſtante clauſula *ſine vi, aut metu*, præſumitur fieri per vim, nec tollitur metus.

Validabitur tamen contractus carcerati, ſi illum ratificet poſtquam exierit à carcere niſi adhuc ſubſiſtat eadem metus cauſa, nam ea durante non firmatur contractus per eam ratificationem. Foller. *in practic. crimin. in verbo, vel carceratum, num.* 19. *ad fin. verſ. Metus carceris durat*, vbi in ſpecie meminit de ratificatione contractus carcerati, cuius metus nunquam purgatur per ſubſequentem ratificationem durante eadem cauſa metus, vt notat Alexand. *conſ.* 48 *vol.* 4. etiam ſi ratificetur ex interuallo. Rolandus *d. conſ.* 2. *num.* ... *& ſequentibus*, multis ibi relatis. Item, quia ad tollendam præſumptionem ſpontaneam, & voluntariam, quæuis modica præſumptio metus iuſti ſufficit. Abbas *in c. ad audientiam in fin. ff. Quod metus cauſa*, & eſt communis opinio ſecundum ſcribentes *in l. ſi ob turpem cauſam ff. de condict. ob turpem cauſam*, & vult Barbat. *in conſ.* 14. *col. ... vltim. volum.* 1. ſicut ratificatio ſponte facta, vt notat Marſil. *in conſ.* ... 39. *in* 1. *vol.* per reum ad bancum iuris de omnibus, quæ reus confeſſus eſt in tormentis, vel metu illorum, non valet quia præſumitur metu facta eodem modo quo fuit in tormentis, vel metu tormentorum facta confeſſio. Iuuat gloſſ. ſingularis *in l. ſi patronum, in §. Patronum, in verbo, Fabiana, ff. quæ in fraud. patr.* dicens facto negotio principali in fraudem quancumque appoſitam clauſulam præſumi fraudulentam, ergo eodem modo in noſtro caſu dicendum eſt. 434.

435. Sed quid dicendum ſi carceratis addat contractibus iniuſtè factis propter metum ſcilicet carceris iniuſti, iuramentum? Nam in cap. *Si verò de iureiurand.* habetur ſeruandum eſſe iuramentum etiam per metum extortum, quando ſeruari poteſt ſine diſpendio ſalutis æternæ, niſi priùs relaxatio à ſuperiore obtineatur, quæ opinio eſt communior, quia iuramentum metu extortum eſt obligatorium, eo quod eſt voluntarium, cap. *merito,* 15. *quæſt.* 1. Impetrata verò abſolutione à iuramento contractum nullius eſſe momenti, ex dictis conſtat. Atque ita quamuis plures doctores non ſine graui fundamento opinentur iuramentum ſuper contractu ... eſſe nullum, & nullo modo obligatorium, quia contractus eſt nullus ipſo iure per metum celebratus, nec poteſt confirmari iuramento, & ex conſequenti non eſſe neceſſariam abſolutionem ab eo; nihilominus adhuc ſecurior, ac ... tamen in foro conſcientiæ, eſt opinio, eſſe petendam abſolutionem ab hoc iuramento ab Ordinario, quoniam poteſt ſeruari ſine diſpendio ſalutis æternæ ſecundùm dict. cap. *Si vero, de iureiurand.* & gloſſam ibi: *in verbo, proprium iuramentum.*

Probatur ex traditis à D. Thom. 2. 2. q. 89. *art.* 5. *in reſponſione ad* 3 *argumentum*, quem ſequitur Sot. *de iuſt. lib.* 8. *quæſt.* 1. *art.* 7. *per totum, fo.* 704. Vbi vult ex iuramento addito contractui per metum celebrato duplicem oriri obligationem, alteram qua obligatur homini, & hanc per coactionem ... illatam tolli meritiſſimò, cum mereatur,

vt

vt illi fides per metum data non ſeruetur, iuxta leg. *Q... in carcerem, ff. quod metus cauſ.* alteram verò ob... ionem otiti erga Deum, & hac obligatur homo per iuramentum Deo, & tenetur adimplere, q... promiſit per eius nomen, quia non tollit... obligatio in foro conſcientiæ, qua... iurans habuit intentionem ſe obligandi. Qu n etiam in dubio an habuerit animum ſe obligandi, dum iurauit, tenetur ſeruare iuramentum, niſi eius relaxatio impetretur, atque ita metus iniuſti carceris, qui eſt ſufficiens ad infirmandum contractum, non valet attento iure canonico eneruare iuramenti vim. Gutier. *de iuramento confirmatorio, part. 1. cap. 57. num. 19. & 20.* Neque diſſentit Roland. *conſ. 2. num. 78. & 79. vol. 1.* Sequitur Octauius Monticel. *in tractat. de decreto, lib. 3. tit. 8. num. 174.* & Virgil. Bocacius *in conſtitutio. Marchia. gloſſ. 2. num. 18.* quibus adhæret Farinacius *prima partis. tom. 2. in praxi, quæſt. 55. num. 12.*

436. Non tamen eſt improbabile, imò valde probabile; quod tanquam verius ſecuti ſumus de iure ciuili *ſuprà, diſput. 4. §. 1. num. 282.* poſſe principem ſecularem impedire obligationem iuramenti præſtandi, iuramentumque ipſum eſſe irritum ſi addatur contractibus alias inualidis, & contra legem prohibentem celebratis, nihilque operari per gloſſ. *in authent. ſi quæ mulier, in principio, C. ad Velleia.* Franc. *in cap. quamuis de pactis, in 6.* Ancharran. *conſ. 138. retento ordine dubiorum.* Socin. *conſ. 44. num. 17. & num. 20. vol. 2.* & Abbas poſt gloſſ. *in cap. 2. de eo qui duxit in matrimonium*, dicentes contractui ipſo iure nulli iuramentum additum nihil efficere, quia præſumitur eodem metu fuiſſe additum, quo contractus fuit celebratus. Vnde abſque abſolutione obtenta poteſt iuramentum omitti, perinde ac ſi non eſſet factum. Innocent. *in cap. ſuper hoc, de renunciatio.* Brunus *conſ. 82.* Afflict. *deciſ. 263.* Marſil. *conſ. 125. col. 7. vol. 2.* vbi tenet inſtrumentum dotis celebratum per metum à carcerato, non validari per iuramentum. Conſentit Cardin. *conſ. 137.* vbi probat iuramentum per metum à carcerato adiunctum in neutro foro obligare. Accedit Roland. *d. conſ. 2. num. 75. & ſequentib. lib. 1. & conſ. 57. num. 53. volum. 3.* poſt gloſſ. *in d. authent. ſi qua mulier.* Neuizan. *in conſ. 52. num. 51.* & Angel. *conſ. 160. vol. 2.* dicentes contractus ipſo iure nullos, vt ſunt hi de quibus loquimur, non firmari iuramento, neque id fieri poſſe, quando ſubiectum non eſt de ſe confirmabile de iure communi, ſed eſt omnino infirmum, vt probatur *in cap. audiuit, de electis.* Mihi tamen, quamuis de iure ciuili contractus facti in carcere per metum iuramento non firmentur, magis placet de iure canonico firmari, ideo abſolutionem neceſſariò eſſe petendam, vt probatum eſt.

EPITOME.

437 *Carcerati contractus, quando nulli ſunt, non valet fideiuſſio facta à carcerato carceranti.*

438 *Exceptiones competentes reo principali, competunt etiam fideiuſſori.*

439 *Priuilegia conceſſa damnatis ad mortem remiſſiue.*

440 *Carcerati pro ſalario cuſtodiæ, & pro expenſis retineri poſſunt.*

441 *Carceratus pro cauſa criminali, cui imponitur pœna ſaltem corporalis, non poteſt relaxari ſub fideiuſſoribus de iure Luſitano.*

442 *Fideiuſſores non poſſunt ſe obl... pœnis corporalibus, quibus ſubijci... , in... ales delinquentes.*

443 *Carceratus pro cauſa criminali poteſt relaxari ſub fideiuſſione ſi conſtat de eius innocentia.*

444 *Secus ſi non conſtet, poteſt tamen ſi fideiuſſor illum cuſtodiat tanquam cuſtos carceris, relaxari, & ſi aufugiat, fideiuſſor puniri debet eadem pœna.*

445 *Carceratus ſemel aufugiens e carcere, non debet relaxari ſub fideiuſſoribus. Secus ſi non aufugit.*

446 *Carceratus pro pœna pecuniaria, quæ fit corporalis ex defectu ſolutionis, non poteſt ſub fideiuſſoribus relaxari.*

447 *Viri illuſtres non debent cogi ad præſtandum fideiuſſorem, ſed dimittuntur cautione iuratoria præſtita.*

448 *Nobiles carcerati non tam in ſtrictis vinculis, ſicut ignobiles retineri ſolent.*

449 *Nobiles carcerati pro delicto non damnantur ad triremes, & pro crimine læſæ maieſtatis decapitantur in Hiſpania, & Luſitania, in Francia ſuſpenduntur.*

450 *Nobiles in Luſitania non torquentur niſi pro crimine læſæ maieſtatis, Sodomiæ, proditionis, falſitatis.*

451 *Nobiles, Doctores, Senatores, Equites confirmati, pro quibus criminibus in vincula publica detruduntur.*

452 *Carcerati ſi aliquando pro crimine falſi pœna pecuniaria puniri debent, poſſunt ſub fideiuſſione relaxari.*

453 *Puniti pro criminibus pœna pecuniaria, quibus perditur nobilitas, an debeant carcerari ſub homenagio.*

454. 455. & 456 *Carceratus ſub homenagio an poſſit proſequi ſuam appellationem.*

457 *Carcerati pro cauſa criminali relaxari poſſunt ſub fideiuſſoribus, quando conſtat de eorum innocentia, vel quando dubitatur, quin etiam quando ſunt nocentes interpoſita tamen iuſta cauſa.*

458. & 459 *Cauſa tamen eſt inſerenda in actis.*

460. & 461 *Fugiens in alienum territorium an poſſit capi à familia, ſeu à iudice inſequente. Pars negans eſt vera.*

462. & 463 *Captiui apud infideles, quæ licita ſint.*

464. & 465 *Captiui apud infideles poſſunt confiteri ſacerdoti ſimplici, tam in quadrageſima, quàm extra illam, cenſentur enim eſſe in periculo mortis. Idem de ſumptione Euchariſtiæ.*

466 *Et an ſit medium neceſſarium neceſſitate ſalutis. Et an poſſint abſolui ab omnibus peccatis & cenſuris directè.*

467 *Chriſtiani à Chriſtianis capti in bello, an ſiant ſerui? Pars negans eſt certa.*

468 *Et an teneantur ſoluere aliquid, vt liberentur.*

QVæri poteſt, an quando carcerati contractus nulli ſunt, poſſit eſſe valida fideiuſſio pro ipſo carcerato facta carceranti. Negat Afflict. *deciſ. 149. num. 3. in fine, verſ. & ſi non valeat contractus*, dicens, quando non valet contractus 437.

principalis minimè valere contractum acceſſorium, videlicet ipſius fideiuſſoris, additque fideiuſſorem, qui ſoluit ex iſto contractu nullo poſſe repetere à principali id quod pro ipſo ſoluit, quia coactus ſoluit, & propter cautionem fideiuſſoriam principalis liber fuit è carcere; idcirco ratio petit, vt fideiuſſor nihil damni patiatur; quod intelligit etiam, quando carceratus iniuſtè fuit coniectus in carcerem, puta, non ſeruato ordine iuris, quia quamuis eſſet verus debitor, caſus ille non petebat, vt perſonaliter caperetur, ſed ob potentiam creditoris fuit captus & in vinculis publicis poſitus; iuxta Bald. *in l. nam & ſeruus, in principio*, & ibi Angel. *ff. de negot. geſt.*

438. Quod verò nulla ſit fideiuſſio data ad inſtantiam carcerati; probatur ex ſuprà dictis, & ex traditis, ac notatis *in l. si qui bonum ff. de fideiuſſor.* & probat textus *in l. ſi ſub impoſſibili, eodem tit. & in l. non dubium, C. de legibus*, & in ſpecie ſentit Gomez *tom. 1. variar. cap. 13. rubric. de fideiuſſor. n. 2. verſ. ex quibus deducitur.* Confirmatur ex regula *in l. omnes ff. de exceptio. & in l. exceptiones, & l. 2. § rei ff. eodem*, vbi habetur exceptiones, & defenſiones competentes reo principali competere etiam fideiuſſori, prout etiam habetur *in l. fin. §. fin. C. de vſur. rei iudica.* & docet Gill. *in ſumma crimen. partie primo, rubric de fideiuſſor. §. 4. num. 4. fol. 63. col. 1.* Sed carcerato principali aliquid promittenti in vinculis ſuffragatur exceptio metus, igitur ſuffragabitur fideiuſſori ſi voluerit ſe tueri ſpe huius exceptionis, vt notat Seraphin. *de privileg. iuramentor. privileg. 132 poſt num. 1.*

439. De priuilegiis autem damnatorum ad mortem, an poſſint teſtamenta conficere, ſacramenta recipere, & in Eccleſia ſepeliri, diximus *ſupra, diſp. 12. §. 13. a num. 57. vſque ad num. 72.* Idcirco hoc loco non repetuntur.

440. Illud etiam certum eſt carceratos pro ſalario cuſtodiæ retineri poſſe à commentariensibus, ſeu cuſtodibus carceris: quod procedit de conſuetudine vſu recepta, ſecus de iure, ſecundùm quod debebant relaxari & poſtea contra eos agere, ſic Iul. Clar. *lib. 5. §. fin. quaeſt. 62. num. 10. verſ. ſed hic incidenter quaero.* Guid. Papæ *deciſ. 448.* Perez *lib. 12. tit. 14. lib. 2. ordinamenti, col. 316. & l. 25. eodem tit. & lib. 6. col. 345.* vbi addit nõ eſſe detinendos pro expenſis ſi pauperes fuerint; ſi tamen habeant vnde ſoluant, retineri poſſunt pro cuſtodia carceris, & pro alimentis ſibi præſtitis aſſerunt etiam Azeued. *l. 1 num. 2. tit. 38. & l. 9. num. 9. tit. 23. lib. 4. nouæ recopil.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 25. num. 30.*

441. Sed quid de carcerato pro cauſa criminali an poſſit relaxari ſub fideiuſſoribus? Negat lex noſtra *lib. 5. ordin. tit. 133. in principio*, præſertim ſi crimen fuerit dignum pœna corporali, ſeu capitali. Qui verò ſic criminoſum ſub fideiuſſoribus readiderit, tenebitur partibus ſatisfacere, ac iuſtitiæ in omnibus pœnis etiam corporalibus, quibus per ius Luſitanum, ac commune principalis ſubiicitur. Sequitur Suarez *lib. allegationum, fol. 693.* quem refert, ac ſequitur Iul. Clar. *ſupra, quaeſt. 46.*

442. *num. 6. & 7.* Vbi ait hanc eſſe communem. Idem di[illegible] lex Caſtellæ 10. *tit. 29. part. 7.* eo quod fideiuſſores non poſſunt ſe obligare vel ſubiicere pœnis corporalibus, quibus ſubiiciuntur principales delinquentes, cum non ſint domini membrorum ſuorum, vt habetur *in l. liber homo ff. ad legem Aquiliam.* Bartol. *in l. 1. num. 3. ff. de cuſtodia reor.* Petraſancta *ſingul. 63. fere per totam.* Decius *conſ. 143. num. 1.* quibus accedunt Gomez *tom. 3. cap. 9. rubric. de captiu. reorum, num. 8.* Menoch.

443. *de arbitr. lib. 2. caſu 303. num. 31.* aliis ibi relatis, niſi conſtet delinquentem ex actis abſoluendum eſſe; tunc quia conſtat de illius innocentia, poteſt relaxari ſub fideiuſſoribus ante ſententiam definitiuam, cum de proximo ſit abſoluendus. Tiraquel. *de iure mariti. gloſſ. 2. num. 4.* Gomez *ſup. [illegible] num. 7.* poſt Baldum *in l. nullus, C. de exhibend. reis. col. 2. num. 2. & in l. ſi quis poſt accuſationem ff. [illegible] teſtam.* Alexand. *in addit. ad Bartol. in l. 1. ff. de cuſtod. reor. col. 2.* Marſil. *in ſua pract. [illegible] §. 1. quoniam, num. 49.* paria enim ſunt in aliquo caſu pronunciatum iam eſſe, vel conclusum, textus *in l. ſi rerum quam, verſ. fin. ff. de cuſt.* & ibi ſcribentes. Secus quando non conſtat ex actis de innocentia carcerati. Nam in eo euentu non ſolum non eſt relaxandus ſub fideiuſſoribus, ſed neque ſub cuſtodibus commentariensibus, vulgo *carcereiros ſeus*; imò ſi ſcelus graue eſt, in vinculis [illegible] carcere detineri debet. Greg. Lop. *l. 16. verbo, homes, tit. [illegible] part. 7.* vbi innuit poſſe relaxari ſub cuſtodibus his commentariensibus illum, qui non poteſt relaxari ſub fideiuſſoribus, cui pœna corporalis eſt impoſita pro crimine à lege. Quod videtur [illegible] ligere, quando crimen non eſſet graue, quia [illegible] nullo modo relaxandus eſt, vt habetur *[illegible] 1. de cuſtod. reor.* & ibi Bartol. & Bald. *in l. ſed ſi ut, in principio ff. de exhib. reis.*

444. Si tamen fideiuſſores ſe obligarent [illegible] non tanquam fideiuſſores, ſed tanquam cuſtodes carceris præſentate carceratum, tunc iudex poteſt relaxare illum, & fideiuſſores, ſi aufugiat relaxatus, poſſunt puniri eadem pœna, ſicut cuſtos carceris puniri ſolet. Menoch. *dict. caſu 303. num. 17. & caſu 404. num. 3.* quam cautelam ſeu the[illegible] Iul. Clarus *§. fin. quaeſt. 46. verſ. ſed nunquam, in fin. num. 18.* teſtatur ſe nunquam vidiſſe ſeruari, quòd aliquis recipiat cuſtodiam carcerati, & ſe obliget tanquam cuſtos carceris ad pœnam legis *ad commentarienſem. C. de cuſtod. reor.* quamuis Suarez *in rubr. de fideiuſſor. in cauſ. crimin. num. 28.* tradat ſe vidiſſe illam in practica ſeruari. An verò ex cauſa iuſta pro cauſa criminali poſſit fieri relaxatio ſub fideiuſſore, dicetur infra *num. 457.*

445. Sed quid ſi carceratus ſemel aufugiat à carcere an debeat relaxari ſub fideiuſſoribus? Reſpondeo ſi fuit detruſus in carcerem primò pro crimine, cui ſolùm pecuniaria pœna erat indicta à lege, & antequam cauſa decideretur, aufugit, non poſſe relaxari, quia per fugam indultum relaxandi dato fideiuſſore amiſit. Secus ſi non aufugiſſet. Priorem partem, nempe amiſiſſe priuilegium, tradunt Angel. Aret. *in tractat. malef. in verbo fama publica, num. 19.* Petrus Foller. *in ſua pract. crim. in verbo, Examinati liberentur ſub fideiuſſoribus, n. 12.* Suarez *in rubric. de fideiuſſor. in cauſa crim. n. 33.* per gloſſ. *in l. Cornelia, §. 1. in verbo, ex vinculis, ff. ad Senat. Conſult. Syll.* Imò ſemel aufugiens arctiori in cuſtodia, ac vinculis ſtrictioribus eſt retinendus ſecundùm Bald. *in l. 3. num. 6. in fine, C. de Epiſcop. audient.* Poſteriorem partem, nempe relaxari poſſe oblato fideiuſſore [illegible] in delicto, cui pœna pecuniaria annexa eſt, tradunt Felin. *in cap. ex parte, el. 1. num. [illegible] de reſcript. & in cap. vltim. num. 1 de accuſation.* Bald. *[illegible] 3 7. lib. 2.* Angel *in l. 2 col. 1 C. de exhibend. reis*, Marſil. *in practic. crimin. num. 2. & ſequentib. in rubric. de fideiuſſor. num. 47.* Vbi teſtatur de communi, quia non priuatur priuilegio, vt dato fideiuſſore

iuſſore liberetur dummodo fideiuſſionem non ſerò offerat, ſed maturè. Nam maturè oblata cautio recipitur, ſerò tamen data negligitur, nec reus relaxatur. Quod procedit, quando nimis ſerò, id eſt quando ſententia de proximo pronuncianda eſt. Suarez *in tract. de fideiuſſ. crimin. num. 4. verſ. in tantum, quod ſi*; nec videtur diſſentire Ang. *in d. l. 2. col. 1. C. de exhibend. reis poſt. num. 7. verſ. etſi à principio non dedit*, vbi reſoluit non eſſe audiendum, qui diſtulit offerre fideiuſſorem, nec illum obtulit, niſi prope ſententiam & quando cauſa eſt in articulo condemnationis; ſequitur Farinac. *de carceratis, quæſt. 32. num. 25.* multis ibi relatis.

446. Quod ſi carceretur aliquis pro pœna pecuniaria, quæ corporalis ſit, non debet relaxari ſub fideiuſſoribus: fit autem pœna pecuniaria ob defectum ſolutionis corporalis, verbi gratia, quando reus condemnatur, vt ſoluat centum aureos cui iniuriam intulit intra menſem, quos ſi non ſoluat, verberetur publicè, vel detrudatur ad triremes. Sic Bartol. *in l. 1. num. 1. & ſequentib. ff. de cuſtod. reor.* Menoc. *d. caſu* 303. *num. 31.* poſt Suarium *in d. tract. de fideiuſſor. n. 23.* quod eſt in vſu & conſuetudine receptum. Cæterùm quando aliquis in carcerem mittitur, & in eo retinetur, quando pœna pecuniaria ex defectu ſolutionis fit corporalis, nullo modo admittuntur fideiuſſores de ſoluendo, nec admittitur pecunia in depoſitum oblata, eo quia fieri poteſt vt pecunia depoſita furto auferatur, aut alio modo pereat, aut fideiuſſores aliquo caſu fiant impotentes ad ſoluendum, & reus relaxatus nullo modo compareat, & ſic magiſtratus, ac partes eludantur. Bartol. *in d. l. 1. n. 1. ff. de cuſtod. reor.* vbi admonet ſi in hoc caſu iudici expedire videatur, vt reus relaxetur, debere præcipere, vt pecunia, quæ offertur, ſoluatur fiſco, & in ipſum tranſmittatur dominium, ea lege ac conditione, ſi carceratus condemnetur, atque ita cùm ſit ſoluta in quantitate, nec depoſita in ſpecie, ſemper ſaluabitur, nec perire poterit, ſecundùm legem *l. Dies ſponſaliorum, §. primo ff. depoſiti.* Angel. *de maleſ. in verbo, quòd fama publica præcedente. num. 67. per totum.* Vbi ſequitur Angelum de Peruſio *in l. nullus, num. 5. C. de exhibend. reis.* Vnde hoc modo pecunia depoſita ſubſiſtente pro pœna corporali in ſubſidium, bene poteſt relaxari carceratus.

447. Decimoſextò. Viri illuſtres, & diuites in cauſa criminali, non ſunt cogendi ad præſtandum fideiuſſorem, ſed dimitti debent cautioni iuratoriæ. Sic Paul. de Puteo *in tract. ſyndicat. in verbo, fideiuſſo. officialium, cap. 5. ſi iudex maleficiorum, n. 10. fol. mihi 188. colum. 2.* Nam eorum nobilitati, & fidei creditur, quòd non ſint ſuæ fidei detracturi, nec fugitur. Idem Paul. de Puteo *in verbo, carcer, & carceratus, cap. 2. an poteſtas, num. 2. verſ. & adde*, vbi citat Angel. *in l. ſi à bonæ fidei ff. de rei vendicat.* Rolandus *conſ. 21. num. 31. lib. 3.* Tiraquel. *in tract. de nobilit. cap. 20. num. 28. verſ. hinc quintò.* Et eſt textus *in l. quoties, Cod. de dignit. lib. 12.* Quod puto verum, quando crimen eſt leue, vel ſi graue, eſt in caſu abſolutionis, & indicia ſunt leuia contra ipſos. Sic Ghril. *tract. de relax. carc. rubr. de fideiuſſor. eorum, quæſt. 2. num. 2.* vbi commendat valde iudicibus, vt conſiderent non ſolùm qualitatem & conditionem perſonarum, ſed etiam innocentiam & indicia, an ſufficiant ad torturam; quod ſi inueniant leuia, poſſunt retinere nobiles in aliquo cubiculo cum militum cuſtodia. Secus ſi indicia ſint vrgentia. Nam quamuis ſimiles viri inquiſiti ſint de crimine, pro quo de iure communi, vel ſpeciali, ſit imponenda pœna corporalis, & ipſi vocati compareant, crimenque ſibi impoſitum negent; Ghrilan. opinatur poſſe illos relaxari ſub iuratoria cautione, vel ſub fideiuſſoria obligatione de toties, quoties ſe præſentando, & non recedendo ex loco ſibi præfixo, & de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo; ſed ſi bene penſentur verba Ghrilandi, non dicit ſimpliciter relaxari poſſe, ſed habendum eſſe reſpectum ad eorum innocentiam; idcirco innocentia non concurrente, imò culpa aut eius vrgentibus indiciis & præſumptionibus violentis apparentibus; nulla prærogatiua, nec circa eorum relaxationem, nec circa cuſtodiam habenda eſt, præſertim ſi partes vrgeant, & cuſtodes carcerum, non ſint de eiſdem carceratis omnino tuti. Conſonat Iul. Clar. *d. quæſt. 46. num. 16. verſ. ſcias autem*, vbi docet, viros illuſtres de conſuetudine cogi in cauſa criminali, non ſolùm fideiubere, ſed etiam in carcerem detrudi, nec dimitti debere ſub iuratoria cautione, vt iubet lex *quoties, C. de dignitat. lib. 12.* quia hæc lex loquitur de leui crimine, tunc enim cautio iuratoria ſufficit, & quando proceditur ad accuſationem; ſecus quando delictum eſt graue, & proceditur ex officio. Sic Ozaſcus reſpondet *decis. Pedem. 70. num. 3. verſ. ſed præmiſſis obſta.* & ante illum Lucas de Pen. *in d. l. quoties, C. de dignitat. lib. 12.*

Decimoſeptimò. Regulariter tamen nobiles, & illuſtres pro criminibus non adſtringuntur carceribus, prout notat Lucas de Pen. *in l. mulieres, col. 5. verſ. oct. C. de dignitatibus, lib. 12.* Tiraq. *de nobilitat. cap. 20. num. 30. verſ. & generale eſt; & de pœn. temper. cauſ. 51. num. 10.* quando verò nobiles ob grauitatem criminis è vinculis ſe defendunt, & cauſam ſuam dicunt, non debent ita ſtrictè ſicut ignobiles detineri. Lucas de Pen. *ſup. col. 5.* Bald. *in l. 2. col. 2. C. de exhibend. reis*, vbi ait nobiles debere honeſtè in palatio detineri, ſi nondum ſunt conuicti, aut confeſſi. Quod etiam vult Aretin. *in l. ſi quis poſt accuſationem, col. vndecim. ff. de teſtam. per l. filio exheredato. §. cùm quis agitur. ff. de iniuſto teſtam.* dum ſentit honeſtas perſonas non priùs carceribus addicendas, quàm fuerint conuictæ; in quo multum valet iudicis arbitrium per *l. 1. ff. de cuſtod. reor.* Tiraquel. vtrobique allegatus, qui conſiderata nobilitate, ac conditione perſonarum, poterit eiſdem palatium, vel domum, vel oppidum pro carcere præfigere. Conſul. ſenior *in l. admonendi*, & ibi Iaſon *num. 174. de iureiur.* Caſtel. Cota *in memor. incipit, carceres variantur.* & Angel. *in l. penult. ff. quod metus cauſa*, niſi ſemel aufugiant à loco ſibi pro carcere deſignato. Nam tunc amiſſo priuilegio in carcere retinebuntur, nec ſub fideiuſſoribus remittentur. Angel. Aret. *in tract. maleſ. in verbo, fama publica, col. 31. in forma parua, verſ. quarto notandum eſt*, per gloſ. *in l. Cornelia. in verbo, ex vinculis ff. de Senat. Conſult. Syllaniano*, quam ſequitur ibi Bald. & Alexand. *in l. ſi pecuniam, §. ſed ſi acceperis, qui eſt vltim. col. 2. verſ. limitat tamen. ff. de condictio. ob cauſ.* 448.

Decimooctauò. Nobiles carcerati pro delicto non damnantur ad triremes. Ita Couar. *lib. 2. variar. cap. 9. num. 4.* cùm ſit pœna ignominioſa. Thomas Grammat. *decis. 32.* niſi incurrant in crimen læſæ maieſtatis; in quo euentu ſuſpenduntur & ad triremes damnantur; ſaltem in Regno Franciæ. Apud Hiſpanos tamen, & Luſitanos propter hoc crimen nobiles decapitari ſolent. 449.

Famoſi

Famoſi tamen latrones, & viarum graſſatores pro hoc crimine deperdita nobilitate ſuſpenduntur, Salycet. *in l.1.C. quando liceat vnicuique ſe vindi-*
450. *care*; & probatur ex *l.24.tit.21.p.2.* Nec torqueri poſſunt de iure Luſitano *lib.5.tit.134.* §.3. niſi in caſibus læſæ maieſtatis, proditionis, falſitatis, monetæ falſæ, periurij, veneficij, Sodomiæ, lenocinij & furti. In his enim caſibus delinquentes non gaudent priuilegio nobilitatis, de quibus agit Thom. Vaz *allegat.13. à num.15. vſque ad numerum 48.* Ideo committentes hæc crimina ſpoliantur priuilegio nobilitatis, poſſúntque puniri pœnis vilibus, vt ibi ſatis probat non ſolùm de iure communi, ſed etiam de iure Luſitano, ac Caſtellano. Quin etiamſi nobilis inuentus turpiter cum coniugata, non poteſt occidi à marito plebeio. lex noſtra *lib.5. tit.38. in princip.* ibi, *Sulno ſe o marido for piao, eao adultero fidalgo.* Faciunt tradita à Farinacio *quæſt.121.num.78. & num.119. in praxi criminali*, & à Barboſa *in remiſſion.ad d. tit.38. in principio, num.4.* ibi, *Podera matar*, vbi addunt non eſſe integrum ſeruo, aut liberto interimere dominum, aut patronum in adulterio cum vxore inuentum, nec filio patrem cum eadem ſua vxore deprehenſum ex *l. ſi adulterium, §. liberto, ff. ad leg. Iuliam. de adulter.* Quo argomento probatur non eſſe licitum marito plebeio nobilem deprehenſum in adulterio occidere. Quid ergo faciendum de nobili inuento cum coniugata in actu turpi? Reſpondet lex noſtra *dict. tit. 23.* puniendum pœna capitali, non eſſe tamen executionem peragendam, niſi priùs Regi certiorato, & reſponſo accepto de executione facienda.

451. Decimononò. Secundùm legem noſtram *lib.5. tit.120.* Nobiles, ſenatores, doctores, equites nobiles, & confirmati, & equites ordinum militarium non debent detrudi in carcerem, neque in vincula publica, niſi pro crimine capitali pœna, hoc eſt morte naturali, aut ciuili digno; pro aliis verò delictis, quæ non ſolent puniri huiuſmodi pœnis, carcerabuntur ſub homenagio, quibus vel caſtellum oppidi, aut domus propria, aut oppidum iuxta qualitatem culpæ pro carcere aſſignabitur. Quod ſi nobilis, aut eques ex ſupradictis ſit accuſatus de crimine morte minimè digno, & delictum ſit commiſſum contra alium nobilem, aut equitem, etiamſi vterque non ſit paris nobilitatis, ac conditionis, ſi in eo caſu ac delicto aliquis inferioris conditionis debuiſſet in vinculis carcerari, tunc nobilis, aut eques ſub homenagio in caſtello oppidi, vbi cauſa agitur, aut in alia domo honeſta, ſi ibi caſtellum non eſt, arbitrio iudicis retineatur. Sic lex noſtra, quam pro cæteris priuilegiis nobilium lege, & Barboſam Vimaranenſem *d. tit.120. in principio, num.12.* Vbi excitat quæſtionem, an poſſint nobiles priuilegio huic renunciare, vt in carcerem coniiciantur: cuius deciſionem vide *ſuprà, lib.3. diſp.6.§.8. num.154. & num.155. & eodem, §. num.148.*

452. Vigeſimò. Carcerati pro crimine falſi, ſi aliquando pœna pecuniaria puniri debent, poſſunt ſub fideiuſſoribus relaxari. Ratio, quia regulariter, quando non eſt pœna corporalis imponenda in quocunque crimine conceditur relaxatio ſub fideiuſſoribus, Menoch. *d. caſu 303. num.3.* dummodo delictum criminoſi non ſint confeſſi; tunc enim ſub fideiuſſione non relaxantur, ſed condemnari debent, vt ſoluant. Bald. *in l.2. col.1. in fine, C. de exhibend. reis.* Marſil. *in l. ſi confeſſus, ff. de cuſtod. reor.* Menoch. *ſup. num.4.* Farinacius *quæſt.23 num.9.* Vbi ait non eſſe opus, quando reus eſt confeſſus, vel conuictus, relaxatione, nec fideiuſſione, ſed ſolutione, vt relaxetur. Eodem modo in crimine falſi, quando pœna eſt pecuniaria, vt in ſpecie vult Follet. *in practic. crimin. in verbo, examinati liberentur ſub fideiuſſoribus, n.19. verſ. tu autem adde.* Sed contra videtur Menoch. *de arbitr. d. caſu 303. num 12.* dum ait repertum in flagranti delicto pro quo imponenda eſt pœna pecuniaria, non poſſe relaxari ſub fideiuſſoribus; ſubditque idem dicendum, quando propter crimen falſi eſſet impoſita pœna pecuniaria ob atrocitatem criminis. Cui reſpondetur, Menoch. loqui dubitatiuè de hac limitatione, & Marſil. *in practic. crimin. in §. attingam, num.7. in fine, verſ. addo etiam, quòd forte poſſet dari alius caſus. & in rubr. ff. de fideiuſſ. num.152.* vbi docuit non poſſe extendi regulam, ad carceratos pro crimine falſi, fuiſſe locutum per aduerbium, *forte*, non verò aſſeueranter. Ergo, quando non venit imponenda pœna corporalis pro crimine falſi, ſed pecuniaria, poteſt concedi relaxatio ſub fideiuſſoribus, quæ regula eſt communis, per *l. ſi diuerſ. in principio, ff. de cuſtod. reor. & in l.1. in verbo, fideiuſſoribus*, & ibi gloſſ. & Bartol. *num.1. in fin. verſ. ſi verò crimen non confitetur. ff. eodem titul.* Secus quando pro crimine falſi inducitur pœna corporalis; tunc enim non relaxatur criminoſus ſub fideiuſſore. Bartol. *in d. l.1.* Bald. *in l. ſed ſi ii, in principio verſ. in gloſſ. vltima, ff. de exhibend. reis*, & eſt communis.

Quæres an carcerati pro crimine falſi, vel pro alio crimine, pro quibus deperditur nobilitas, quando puniuntur pœna pecuniaria, gaudeant priui- 453.
legio homenagij exigendi? Reſpondeo negatiuè, quia etiam tunc cenſentur viles perſonæ & pœnis vilibus ſubiectæ de iure communi. Afflict. *deciſ. 404. num.23.* Auilez *Prætor. cap.48. in verbo, Panicion, num.5.* Azeued. *in l.4. tit.3. num. 37. lib.6. nouæ collect.* & Leucas de Pen. *in l. mulieres, col. penult. C. de dignitat. lib.12.* Conſtat ex Ordinatione noſtra *lib.5. tit.139. §. vltim.* Vbi deciditur falſi crimen adeo eſſe vile, vt reus illius cuiuſcunque conditionis, ac qualitatis ſit, à pœna vili nullo modo debeat excuſari. Idem dicendum eſt de deprehenſis in aliis criminibus, puta, ſodomia, furto, ſeu in crimine falſæ monetæ, & ſimilium, Thomas Vaz *in dicta allegat. 13. à num.28. & ſequentib.* Barboſ. Vimaranenſ. *in dicto tit.139. §.2. & vltimo, num.2.* Vbi meminit cæterorum criminum, in quibus non habetur ratio nobilitatis.

In aliis verò caſibus in quibus non deperditur 454.
nobilitas & agitur de homenagio, dubitatúrque de nobilitate, delinquens carceri interim addicitur, donec facto ſummario conſtet de nobilitate, cui poteſt pars contraria contradicere, ne homenagium concedatur, conceſſo verò priuilegio, vt habeat caſtellum vel domum pro carcere, nullo modo poteſt à loco ſibi præfixo recedere, neque ſuam proſequi appellationem perſonaliter. Secus ſi homenagium datum fuit cum poteſtate ſpatiandi per locum. Tunc poteſt perſonaliter proſequi appellationem, & ſpatiari per ciuitatem, vbi cauſa appellationis decidenda eſt, non tamen ab ea exibit; quod ſi exeat, fidem homenagij franget, & amittet priuilegium relaxandi ſub homenagio, & in carcere publico deinceps retinebitur, niſi conſequatur homenagij fracti veniam, & reſtaurationem. Prior pars huius aſſerti conſtat ex Ordinatione Luſitana *lib.5. tit.120. §.4.* Secunda pars

patet ex eodem tit. 120. §. 3. ibi: *E ſendo o prezo ſobre na homenage acuzado.* Tertia verò pars conſtat ex §. vltim. eiuſdem tituli per hæc verba. *E ſe a peſſoa, que for tomada homenagẽ a quebrar, perdera o priuilegio pera nunqua mais gozar delle, & ſera prezo em carcere publico.* Quæ omnia firmat Thomas Vaz *d. allegat.* 13. *num.* 230. 235. & 236. Quod autem in principio huius numeri diximus eſſe retinendum in carcere, quando non conſtat de nobilitate carcerati donec fiat ſummaria informatio, actum eſt, *lib. 3. diſp. 6. §. 9. num.* 163.

455. An verò cenſeatur frangere homenagium, qui pro carcere à principio caſtellum oppidi, aut propriam domum fuit aſſequutus abſque facultate exeundi, ſi proſequatur ſuam appellationem? Pars negatiua ex eo probari poteſt, quia is, qui a carcere euaſit animo adeundi ſuperiorem, non tenetur de fuga, neque de ruptura carceris, etiamſi retentus domi, vel in palatio ſub fideiuſſione promiſiſſet inde non diſcedere, vt notat Cameta *in practic. crimin. in ſecundo tractatu de indic. in §. Tertium eſt indicium, num.* 38. *fol.* 45. *col.* 2. Boſſius *in tit. de carcerat. fideiuſſor. committend. num.* 45. Vbi volunt non obſtante promiſſione de non recedendo ex loco, ſeu ex locis ſibi pro carcere præfixis, poſſe ex iuſta cauſa, vel ex aliquo imminenti periculo recedere & ad principem recurrere pro ſuo auxilio. Ergo etiamſi proſequatur ſuam appellationem perſonaliter, homenagium non dicetur fregiſſe. Conſentit Cæpoll. *in l. quis ſit fugitiuus, num.* 21. *ff. de ædil. edict.* Duenh. *regul.* 293. *limitatio.* 3. & alij quibus adhæret Farinac. *lib.* 1. *quæſt.* 30. *num.* 171. *& ſequentib.* Nauar. *commentar.* 2. *de regularib. num.* 61. Emanuel Rodriguez *tom.* 1. *regular. quæſt.* 29. *art.* 1. *& quæſt.* 30. *art.* 3. Faciunt tradita à Sayro *in claui reg. lib.* 12. *cap.* 12. *num.* 37. & Azor. *part.* 1. *inſtit. moral. lib.* 12. *cap.* 11. *quæſt.* 7. *verſ. cæterum, & quæſt.* 8. Boër. *deciſ.* 215. *num.* 28. etiamſi permiſſum ſit non recedere ſub quouis prætextu; adhuc enim excipitur recurſus ad ſuperiorem principem; nec dicetur fugitiuus à carcere ſecundùm legem, *quis ſit fugitiuus, §. Idem probat Iulianus,* ibi, *Et ad dominium veniſſe, ff. de ædil. edict.* Ergo in noſtro caſu non incurret pœnam fracti homenagij, qui proſecutus fuerit ſuam appellationem, ex cauſa iuſta, quæ excuſat à contemptu, Gloſſ. *in l.* 1. *§. fin. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp.* quin etiam quælibet promiſſio etiam iurata de non recedendo habet vim, niſi ſuperueniat cauſa iuſta contraueniendi, vt notat Boſſius *ſuprà, num.* 45. *& ſequenti per l. vltim.* & ibi Iaſon *ff. qui ſatiſd. cogan.* Ergo ſine metu frangendi homenagium poteſt quis proſequi ſuam appellationem.

456. De iure tamen Luſitano *d. tit.* 120. certum eſt non poſſe proſequi ſuam appellationem ſic detentum in caſtello, vel domo propria, itavt non poſſit exire; quod ſi exeat, eo ipſo homenagium fractum cenſetur, per textũ *ibi in §. 4. ad fin. E vindo per eſſe meſmo feito, fica quebrada a homenagem,* Thomas Vaz *ſuprà, num.* 230. Ad argumenta partis negatiuæ reſpondetur procedere de iure communi; ſecundùm quod confugiens ad dominum, ſeu principem è carcere, cenſetur ad illum appellare, per legem *ſed & ſi Prætorem, §. fin.* & ibi Bald. *ff. ex quib. cauſ. maior.* Vnde ſic fugiens è carceribus, & ad principem ſe conferens pro confeſſo non habetur, cùm non dicatur fugitiuus, nec tanquam carcerum effractor puniri debet. Pariſ. de Puteo *in tract. ſyndicat. in verbo, fuga officialis, cap.* 2. *incipit, an iudex, vel officialis, num.* 4. *fol.* 190. *à tergo.* Maſcard. *de probatio. lib. concluſ.* 820. *n.* 13. vbi *num.* 16. addit è carceribus in quos iniuſte & indebitè coniecti ſunt, fugientes pro confeſſis non haberi. Ergo ſimiliter de iure communi carcerati fugientes ad principem ex cauſa iuſta, non incurrunt in pœnam fracti carceris, nec cenſentur contrauenire promiſſioni, ſeu fideiuſſioni de non recedendo de loco ſibi pro carcere præfixo. Vnde ſi abſque cauſa iuſta, vel cum ea, quamuis non dicatur fugitiuus, qui à carcere exiuit, quia ad principem ſe contulit, vt habetur *in l. ſi quis ſit fugitiuus, §. idem probat. Iulian. ff. de ædil. edict.* plectetur tamen pro carceris exitu, ſeu fractura, mitiori tamen pœna, quàm ſolent puniri incarcerati è carceribus fugientes abſolutè, nec ad principem ſe conferentes. Caccialup. *in tract. de debitor. ſuſpect. & fugitiuo. quæſt.* 1. *num.* 2. & 3. Non tamen excuſabitur à pœna conuentionali promiſſa à reo, vel fideiuſſore, ſi recederet ex loco ſibi præfixo pro carcere, etiam quando aufugit ad ſuperiorem, quando cauſa exeundi fuit iniuſta. Sic Cagnol. *in l. quod te, num.* 42. *ff. ſi cert. petat.* Iuuat Menochius *caſu* 304. *num.* 3. Secus quando cauſa exeundi ad ſuperiorem fuit iuſta, eo quod hæc excuſat à pœna conuentionali. Bertazio *in conſ.* 80. *num.* 5. *vol.* 1. Confirmatur argumento fugientis, hoc eſt exeuntis de licentia cuſtodis carceris, ſi cuſtos affirmet ſe habere licentiam à iudice excuſatur non ſolùm exiens, ſed etiam eius fideiuſſor, nec debetur pœna conuentionalis, quia iuſtè credere potuit carceratus cuſtodi, & ob id excuſatur à pœna fracti carceris, ſeu à fuga, & à pœna conuentionali. Ripa *in l. qui Romæ, § duo fratres, num* 14. & Crotus *num.* 20. *ff. de verbor. ſignificat.* Nam in his quæ pertinent ad munus officialis regulariter creditur, vt notat Ruinus *conſ.* 39. *incipit, ad diſcutiendum, in* 4. *dub. num.* 5. & Gramatic. *conſ. crimin.* 33. *num.* 5.

Vigeſimoprimò, & vltimò. Carceratus non ſo- 457.
lùm relaxari poteſt ſub fideiuſſoribus, quando conſtat de eius innocentia, ſed etiam quando completa inquiſitione & perfecta informatione, dubitatur de eius innocentia, quia in dubio nemo præſumitur nocens. Iul. Clar. *§. fin. quæſt.* 46. *n.* 11. *verſ. in dubio autem.* Menochius *de præſumption. lib.* 5. *quæſt.* 1. *num.* 16. *l. abſentem, ff. de pœnis, & l. qui accuſare, C. de edend.* Alciat. *in tract. de præſumptio, regul.* 3. *præſumptio.* 4. *num.* 1. Ergo in dubio relaxari poteſt ſub fideiuſſoribus, eo quòd præſumitur eſſe ſine vitio, per text. *in l.* 1. *& l.* 3. *ff. de ædil. edict.* Sic loquitur Lucas de Pen. *in l. ſertia, verſ. decimoſeptimò & decimooctauò præſumitur, C. de apochis publicis, l.* 10. Quod intelligo etiam poſt publicatum proceſſum, antequam iudex pronunciet. Franciſc. Marc. 799. *part.* 1 *per totum.* Suarez *in tract. de fideiuſſor. in cauſ. crimin. num.* 25. *in fin. verſ. ſecundo limita.* Quod extende etiamſi reus inueniatur culpoſus in crimine cui pœna corporalis debeat indici, adhuc enim relaxari poteſt ſi iudicis arbitrio ita viſum fuerit. Sic Paulus de Caſtr. *conſ.* 328. *Clarum eſt in iure, per totum, lib.* 2. qui loquitur de ſtatuto, quod diſponit de retentione perſonali in carcere; quo non obſtante adhuc detentionis, vel relaxationis materia dependet ex arbitrio iudicis, per *l.* 1. *ff. de cuſtod. reor.* Ghiſland. *de relaxand. carcer. rubric. de fideiuſſor. eorum, quæſt.* 1. *num.* 9. Roderic. Suarez *in tract. de fideiuſſor. in cauſ. crimin. num.* 16. *verſ. quartò aduerte.* Menoch. *d. caſu* 303. *num.* 2. Vbi concludit totum hoc à iudicis arbitrio pendere,

dere, allegatque Bartol. *in l. 1. ff. de cuſtod. reor.* & Iaſon *conſ. 27. prope fin. lib. 5.*

458. Sunt tamen hæc accipienda, quando aliqua iuſta cauſa intercedit, qua iudex pertrahatur ad relaxandum reum ſub fideiuſſoribus pro pœna corporali in carcerem coniectum. Sic enim admittendus eſt Caſtro *d. conſ.* 328. qui cauſam iuſtam in relaxatione carceratorum præſupponit, & hoc modo recipitur à Conrado *in practica tit. de carceratione, poſt num.* 15. & a Bernardino de Landriano ad Angel. *de malef. in verbo, quòd fama publica præcedente, poſt num.* 67. *in additionib. litera A.* qui ſubdunt in mandato relaxationis debere iudicem ponere cauſam, qua motus fuit ad carceratum relaxandum, ne poſtea in ſyndicatu inculpetur, & redarguatur, quia quoties iudex deuiat ex cauſa aliqua à regula iuris communis, curare debet, vt de cauſa in proceſſu appareat. *l. ſciendum, ff. de appellatio. recipiend. l. ſi adulterium cum inceſtu, §. idem Pollio ff. de adulter.* Abbas *in cap. ſicut, col. 2. verſ. quartò*, & Felin. *col. 9. verſ. dum doctores, eodem. de re iudicat.* Decius *conſ.* 8. *viſo puncto, & diligenter examinatis omnibus, in princip.* Oldrad *conſ.* 326. *incipit, quod articuli dati, col. 2. verſ. item non ſufficit*, vbi docet Summum Pontificem debere exprimere in reſcripto cauſam, quando aliquid contra ius concernens vniuerſalem ſtatum Eccleſiæ reſcribit. Sequitur Lucas de Pen *in l. 1. in fin. C. de his qui non imple. ſtip. ſac. ſol. ſunt, lib.* 10. quod & ante eos tradit Ioan. Andreas *in addit. Spec. tit. de ſentent. & quæ ipſam, §. qualiter, verſ. ex eo cum ſi variones*, per text. *in cap. calumniam, de pœn.*

459. Confirmatur ex traditis ab Innocentio *in cap. præterea. in fin. de dilat.* vbi voluit debere iudicem, quando iubet aliquem citari pro re primo intuitu illicita, exprimere cauſam in citatione, alias non teneri citatum comparere. Sequitur Roman. *conſ.* 499. *incipit, in præmiſſa conſultatione, col. 1.* Anton. *in cap. vltim. de libell. oblatio.* & Bartol. *in l. 1. in vtraque lectura & vtrobique, col. prim. ff. ſi quis in ius vocat. non ier.* & Bald. *in l. 1. §. vſus. in fin. ff. de procurator.* dicentes ſi in citatione apponatur, vt quis perſonaliter appareat, debere cauſam apponere in ſpecie, cùm ſit contra ius commune, vt conſtat ex *l. vltim. C. de procurat.* Conſonat textus *in l. 1. C. de præd. de... lib.* 10. qui contendentem, ac curantem aliquid contra regulam iuris communis euincere, obligat ad narrandum, & exprimendum cauſas propter quas, id conſequi intendat. His adde quod dicitur *in l. ſcio, §. quid ergo, & in l. appellanti, § non ſoluere, ff. de appellatio. & in cap. cum in Eccleſia, eodem tit.* nempe non eſſe neceſſarium exprimere cauſam in appellationibus à ſententia definitiua, nihilominus in caſibus in quibus regulariter appellatio interdicitur, vel non recipitur, vt in notoriis & ſimilibus, *cap. cùm ſit Romana, & cap. cùm ſpeciali, §. porro, de appellat.* opus eſt vt in appellatione à definitiua cauſæ interſerantur. Panorm. *in cap. ad noſtram, col. vltim. verſ. vltimò ſcias, de appellat. & in cap. cum ſit Romana, & in cap. conſuluit, eodem tit.* & Specul. *tit. de exec. ſentent. §. nunc dicendum, verſ. ſed nunquid in totum.* Ex quibus ſequitur, quando iudex concedit relaxationem carcerato ſub fideiuſſoribus, quod fieri poſſe diximus ex cauſa iuſta pro crimine, cui pœna corporalis eſt indicta, ſemper in decreto relaxationis inſerendam eſſe cauſam, non ad ſubſtantiam ipſius decreti, vel ad validitatem, quia eſto, ſi ſine cauſæ id concederet cognitione, lex ſuppleret, quod deeſt. *l. 4. § ſi quis con... ff. de ... iudic.* Salycet. *in l. properandum, § illud proculdubio C. de iudi.* Sed requiritur expreſſio cauſæ ad ipſius iudicis excuſationem, ne in ſyndicatu redarguatur. Mihi tamen videtur verius, eſſe neceſſariam cauſæ expreſſionem, vt valeat decretum relaxationis, quia quamuis materia detentionis in carcere, vel relaxationis ab eo, ſit arbitraria, non eſt tamen liberum, & abſolutum arbitrium, ſed debet eſſe iuri, ac rationi conſonum. Quare non poterit reum pro pœna corporali retentum ſub fideiuſſore remittere abſque iuſta cauſa, quam ſemper præſupponit Caſtr. *d. conſ.* 328. quibus cæteri præcitati adhærent. Ideo liberum arbitrium non eſt iudici in hac materia conceſſum, ſed reſtrictum ad cauſas iuſtas, puta ad innocentiam ipſius carcerati, & qualitatem criminis ad dignitatem, & ad facultates, & bona illius. Card. *in prax. iudi. ... deiuſſor, num.* 25. poſt Bartol. *in l. 1.* Et ibi ... *tes ff. de cuſtodibus reor. & in verbo, carcer num ...* vbi addit de iure Luſitano, non poſſe iudicem ... laxare carceratum in carcere detentum pro ... criminali, per Ordinat. *lib. 5. tit.* 133 vt diximus ... *ſuprà, num* 421. ſed à Rege eſſe im... ... dato fideiuſſore relaxatio carcerato conceditur, vt conſtat ex *d. lib. 5. tit.* 132 *in principio* ... *fiança concedida per nos, ou per quem pera iſſo tinha noſſo poder.* Qui vero ſub fideiuſſoribus relaxatur, tenebitur cōparere per ... ter in audientia, vbi ius dicitur, alias carcer... bitur ... Facit Cabed. 1. *part. de... areſt ...* Ba... Va... ranenſ. *ad d. tit.* 133. §. 1.

Sed quid ſi criminoſus poſt relaxationem interueniente fideiuſſione obtentam ... ſibi pro carcere præfixo aufugiat in alienum territorium, illúmque ſequatur iudex ... an poſſit ibi perſonaliter capere fugientem. Affirmat Angel. de Peruſ. *in l. Gracchus, C. de adult... num* 4. argumento textus *in l. quod ait lex, §. quod ait, ff. de adulter.* Ex quo deducitur attendendum eſſe principium, vnde fugit, non verò finem, quando finis habet neceſſariam cauſam cum principio. Confirmatur ex relatis à Couarruuia *lib. 2. variar. cap.* 2 ... *num.* 12. quamuis ipſe tenuat, dicentibus poſſe iudicem delinquentem, quem aſpectum ad Eccleſiam vſque perſecutus fuit, extrahere, quia initium inſpiciendum eſt, quod etiam dixit Hippolytus *in pract. c. § vlterius, num.* 5. Dicendum tamen eſt non poſſe ibi capi fugientem à iudice inſequente, ſed relaxari debere, non enim debet attendi principium, ſed finis. Bartol. tamen *in d. ... quod ait*, contrarium innuit, & Paul. de Puteo *de ſyndicat. f... cap* 4. *num.* 2. contra delinquentem in facti contingentia contrarium fuiſſe deciſum, ſed melius Bald. *in l. ſi cum, §. ariſt. ff. de ſerui vendi.* & Angel. de Areſto *in tract. maleſic. in parte, fama publica præcedente 6. quæſt. principali*, reſpondent negatiuè, & hanc eſſe conſuetudinem tradunt Anton. Gomez *com. 1. cap 9. de delict. num* 5. Iul. Clar. *in praxi, lib 5 § fin quæſt.* 29. *num.* 10. 460.

Suffragatur his, quia ſicut iudex non poteſt in alieno territorio facere executionem in bonis ibi ſitis niſi per literas requiſitorias ſecundùm Suarez *in l. poſt rem 8 quæſt. incipiens, ... a iudicem, n. 1. pag.* 310. Sic etiam non poteſt capere ſubditum in alieno territorio exiſtentem niſi per eaſdem literas. Idcirco relaxandus eſt ante omnia, & in priſtinam libertatem redire debet, quaſi ſpoliatus naturali libertate, per textum *in l. fin. ff. de iuriſdict.* 461.

464

463.

minij, gaudent tamen omnibus immunitatibus, quas leges poſtliminij redeuntibus concedunt. Valaſcus *tom 1 conſult. 30. num. 11. & ſequentibus.* Quin etiam capti in bello inter catholicos, etiam iniuſto, non fiunt ſerui capientium, neque indigent fictione iuris poſtliminij, nec legis Corneliæ. Prior pars eſt ſcribentium *in l. hoſtes, num. 16. in fin ff. de cap. & poſtliminio reuerſ.* Poſterior pars eſt Couar. *in regula peccatum 2. part. §. 11. num. 6.* Rebuffus *in l. hoſtes. pag. 641. in* Salicet. *l. ab hoſtibus. colum. 2. C. de captiuis.* Sumus enim omnes fratres in Chriſto. *cap. ad menſam 11. quæſt. 3.* Quam ob cauſam non ſolùm licet captiuis Chriſtianis a victoribus Chriſtianis aufugere, ſed etiã ab infidelibus, etiam quando non coguntur fidem catholicam deſerere. Couar. *d. §. 11. num. 6. verſ. ex his etiam*, cùm non ſint eorum ſerui, qui occupant Chriſtianorum terras iniuſtè, & captos retinent tanquam hoſtes, ac latrones. Couar. nuper relatus. Valaſcus *num.* 8.

458\. An verò Chriſtiani capti teneantur ſoluere pretium ſuæ redemptionis victori Chriſtiano, qui eos in bello capit? Affirmat Valaſcus *d. conſult. 30. num. 4.* Vbi refert ſic ſeruatum Olyſippone, & in aliis nationibus, puta, in Germania, Flandria, Italia, & in aliis Chriſtianorum Prouinciis, quando inter eos prælia efficiuntur, additque non potuiſſe captos, qui pro ſe loco redemptionis pecunias promiſerunt, ac dederunt, illas repetere a militibus capientibus; & quando bellum eſt iuſtum, ſcribit Baldus *in l. nam & Seruius ff. de negot. geſt.* poſſe onus hoc captis imponi, vt pecuniæ inter milites diuidantur.

Contrarium tamen docent Afflict. *deciſ. 149. num. 3.* & Vmbert. Locat. Placentin. *in ſua praxi iudicial. Inquiſitorum, in verſ. ad carcerem dum quis eondem* [illegible] *fol. 36.* Vbi loquitur generaliter in omni carcere iniurioſo de captis à tyranno, à latronibus, ab hoſtibus, docétque non valere promiſſionem pecuniæ factam per captum capientibus, quæ hodie *talea* dicitur. Atque ita nec ciuiliter, nec naturaliter dicendum eſt obligari ad illam ſoluendam Chriſtianum in bello captum. Sequitur Follet. *in pract. crimin. in verbo, vel carcerentur, num. 12 verſ. aut eſt carceratus in priuato carcere*, ibi pro hac parte adducit Baldum *in conſ. 237. lib. 2.* & Fabianum à Monte *in tract. de emptio. & venditio. in decima tertia quæſt. poſt num. 20.* Ex eo fundamento, quod contractus factus ad vtilitatem carcerantis cum carcerato non valet, vt notatur *in d. l. qui in carcerem*, & ibi Angel. *ff. quod metus cauſa.* Quibus adhæret Leſſius *lib. 2. de iuſt. cap. 5. dub. 4. num. 12. verſ. aduerte tamen.* Quæ ſententia placet, quando bellum eſt iniuſtum ex parte capientis; tunc enim Chriſtianus captus promittens pretium loco redemptionis ſuæ, nec ciuiliter, nec naturaliter obligatur ſoluere promiſſionem. Sic Leſſ. nuper relatus *d. verſ. aduerte tamen*, ſubditque iniuſtè capientem debere captum in libertatem ſine pretio reſtituere. Farin. *tit. de carcerib. quæſt. 35. num. 22.* Vbi vult non obligari promiſſione captum quando bellum eſt iniuſtum. Secus ſi eſſet iuſtum, & *num. 36.* adiungit ſi captus ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè retineatur, promittátque non capienti, ſed tertio pecunias pro ſua liberatione, valere promiſſionem factam liberatori ſuo, ſi res ſortiatur effectum. Quin etiamſi tertius ille pro liberando captiuo aliquid de ſuo proprio perſoluat, poterit repetere ab ipſo capto, vt probatur ex *l. nam & Seruius, ff. de negot. geſt.* per hæc verba, ibi. *Cum à Luſitanis tres capti eſſent, & vnus ea conditione eſt miſſus vt is pro tribus pecuniam afferret, niſi rediſſet, vt duo pro eo quoque pecuniam darent, iſque reuerti noluiſſet, & ob cauſam illi pro tertio quoque pecuniam ſoluiſſent, Seruius reſpondit, æquum eſſe Prætorem in eum reddere iudicium.*

Quod ſi dicas inter Chriſtianos de more non ſeruari iura captiuitatis, quoad perſonas, & ſic captos non fieri ſeruos: ſeruari tamen, quoad res captas, vt notat Bartol. *in l. hoſtes ff. de captiuis. col. fin. l. 1. tit. 21. part. 4.* Gregor. Lopez *l. 1. tit. 29. p. 2. gloſſ. 4. in verbo, Para venderlos!* Reſpondetur neutrum procedere reſpectu illorum, qui ex parte ſua bellum iniuſtum gerunt. Hi namque tenentur & bona reddere, & captos ſine pretio in libertatem reſtituere, vt docent ſuprà citati. Ex parte verò gerentium bellum iuſtum inter Chriſtianos circa bona ſeruantur iura captiuitatis, non tamen capti efficiuntur ſerui, poſſunt tamen retineri, donec promiſſionem loco redemptionis reddant pecuniæ promiſſæ. Quam conſuetudinem in bellis Chriſtianorum obſeruari aliqui probant, cum ſit inuenta ad euitandum maius malum, & vt milites conſeruent captiuorum vitam, nec interficiant, inuitati acquirendi ſpe aliquid ex captiuis loco redemptionis. Sicque fuiſſe iudicatum à grauiſſimis ſenatoribus in ſenatu Luſitano docet Valaſcus *d. conſultat. 30. num. 6.* Nec mirum cùm libertas charior ſit vita *C. de patr. poteſt.* & vnum de honorabilioribus, & æſtimabilioribus mundi, nihilque nobilius libertate. *l. 8. tit. 22. part. 4.* & Bald. *in authent. in ſucceſſione, C. de ſuis & legitim. hæredib.*

# Disputatio XIV.

## *De arbitris, & arbitratoribus.*

### §. I.

### *Quales debeant eſſe arbitri.*

EPITOME.

1. *Arbitri iudices, vel ſunt ſimpliciter tales, vel ſunt arbitri iuris, & hi nec ordinariam, nec delegatam iuriſdictionem, ſed quaſi delegatam habent.*
2. *Arbiter definitur iudex electus de conſenſu partium, vt procedat ſeruato ordine iuris in ſubſtantiali.*
3. *Appellare non licet regulariter ab arbitri ſententia, de iure tamen Luſitano licet.*
4. *Reconuentio habet locum coram arbitro iuris electo ex neceſſitate ſtatuti ad totam cauſam.*
5. *Ab arbitro ad quem iudicem eſt appellandum, eſt valde controuerſum de iure.*
6. *Si tempore debito non appelletur à ſententia arbitrorum, mandabitur executioni per iudices ordinarios. Et an poſſit arbiter mutare ſententiam ſuam.*
7. *Arbitro vnico electo, vel ex partibus aliqua ante ſententiam decedentibus, compromiſſum extinguitur.*
8. *Si arbitri tres eligantur, & ſint præſentes, validè pronunciabunt ſi duo concordent; ſecus ſi aliquis eſt abſens.*

9. *Arbitri tres electi ſi duo concordent, & tertius condemnet in maiorem, vel minorem ſummam, ſtandum eſt condemnationi duorum in eadem ſumma: Secus ſi diſcordent omnes, tunc ſtabitur condemnationi minori.*

10 *Arbiter tenetur pronunciare ſeruata forma iuris, quando eligitur, vt procedat de iure, & de facto.*

11 *Arbitrorum maior pars validè pronunciat, quando reliqui nolunt intereſſe de iure canonico, ſeu de iure ciuili.*

12 *Arbitri electi, vt procedant de plano ſine figura iudicij, quid facere teneantur.*

13 *Arbitri poſſunt cognoſcere de cohærentibus, & connexis, etiamſi in compromiſſo nihil de hoc dicatur.*

14 *Arbiter poteſt incidenter cognoſcere de cauſa reſtitutionis in integrum, & pronunciare læſum eſſe reſtituendum, non tamen poteſt reſtituere.*

15 *Iudex delegatus non poteſt mittere in poſſeſſionem legati ſeruandi cauſa, poteſt tamen pronunciare vt mittatur.*

16 *Officium iudicis nobile non competit arbitro, ſed officium mercenarium.*

17 *Arbiter poteſt nocere alteri parti in quantitate modica, non immodica, dando alteri rem notabilem alterius partis.*

18 *Reductio ad arbitrium boni viri de iure noſtro intra annum, de iure communi ad triginta annos peti poteſt.*

19 *Appellatio & reductio ad arbitrium boni viri conueniunt, renunciari tamen poteſt reductioni, quæ non habet locum in ſententia arbitri, ſed in ſententia arbitratoris.*

20 *Renunciatio iurata interueniente læſione enormi an liberet à petendo reductionem ad arbitrium boni viri.*

21 *Reductio ad arbitrium coram quo iudice fit petenda.*

22 *Arbitrario in iudicio requiruntur iudex, actor, & reus; arbiter conuentionalis non habet iuriſdictionem; arbiter verò iuris vtique. Partes ſoluta pœna poſſunt adire iudicem ordinarium. Secus ſi agant coram arbitro iuris.*

23 *Partes compromiſſi, quando non poſſunt relicto compromiſſo adire iudicem ordinarium.*

24 *Arbitri accepto compromiſſo cōpelli poſſunt ad procedendum, niſi compromiſſum ſit nullum.*

25 *Iudex ordinarius an poſſit eſſe arbiter, & quid de iudice delegato, & quam viam in procedendo cenſeatur eligere, arbitrariam ne, an ordinariam.*

26. & 27 *Idem ſi arbiter & arbitrator procedat, cenſebitur procedere vt arbiter, & quid ſi poſtea fiat iudex ordinarius.*

1. Cvm eſt ſupra de iuriſdictione ordinaria, & delegata, nunc breuiter de iuriſdictione arbitraria. Arbiter enim & arbitrator ab arbitrando, cenſendo, ſeu exiſtimando vocantur; differunt tamen inter ſe arbiter & arbitrator, & ex dicendis patebit diſcrimen. Nam arbiter vel eſt ſimpliciter [illegible], vel eſt arbiter iuris. Arbiter ſimpliciter dicitur ille qui de partium conſenſu eligitur, & in eum ſub pœnæ ſtipulatione compromittitur Sic Speculator *in tit. de arbitr. §. 1. in principio.* Arbiter [illegible] iuri [illegible] aliud eſt, quàm quaſi delegatus quidam iudex, *l. ab arbitro. ff. qui ſatiſdare cogant. l. fatalia, C. de temp. appell. l. fin. ff. e quibus appellar. nonlicet. l. a Diuo Pio [illegible] in princ. ff. de re iudic.* æquiparaturque iudici ordinario. Abbas *in cap. ſufficienter n. [illegible] de off. iudic. delegat.* Marant. *p. 4. Speculi, diſt. 14. n. 2.* Lanfranc. de Oriano *de arbitr. num. 1. & 2.* Parlador. *lib. 2. rer. quotidian. cap. fin. prima pars, § 2. num. 2.* Cardoſ. *in verbo, arbitramentum, num. 4.*

Vnde non placet in totum definitio Speculatoris ſuprà dū ſic definit indiſtinctè. Arbiter eſt, qui de partium voluntate eligitur & in eum ſub pœna & pignoribus compromittitur, quia competit arbitratori, ſicut & arbitro, qui inter ſe differunt. Nec etiam placet in eo quod additur, quod ſub pœna & pignoribus compromittitur, eo quòd poteſt quis fieri arbiter ſine aliqua adiectione pœnæ, & ſine pignoribus vtrimque datis, vt habetur *in l. cum antea, in princip. C. de arbitr.* Poteſt etiam hoc modo definiri. Arbiter eſt, qui ex poteſtate ſibi per partes tradita eligitur iudex, vt procedat ſeruato ordine iuris in ſubſtantialibus. *l. 1. & l. qualem ff. de arbitr.* Innoc. *in cap. Quintauallis, de iureiur.* verba enim, *ſeruato ordine iuris*, faciunt differre arbitrum ab arbitratore, qui non tenetur ſeruare iuris ordinem in procedendo & pronunciando. Innoc. & Bald. *in d. c. Quintauallis.* Angel. de Clauaſio, & Tabien. *in verbo, arbiter, num. 1.* 3.

2. Idem ab arbitro poteſt appellari. *l. ab arbitro ff. qui ſatiſdar. cogant.* Parlad. *ſub n. 23.* adden[illegible] per *l. 1. C. de arbitr.* negaſſe imperatorem a ſententia arbitri appellari poſſe, ſicut etiam negabatur *in l. 25. tit. 4. p. 3.* quia ex ea actio iudicati non dabatur. At verò nunquid per *l. illam Madritiam,* teſte eodem Parlador. actio ex ſententia arbitri detur? ſequitur manifeſtè appellationi locum eſſe, quod in ſimilibus ſtatutis volunt Bartol. & Caſtrenſ. *in d. l. 1. C. de arbitr.* Greg. Lopez *in l. fin. tit. 4. p. 3. verbo, del iuizio,* Concordat lex Luſitana *lib. 3. tit. 16. in princip. ibi. Podera a parte appellar da ſua ſentença para os ſuperiores,* in quo deuiat à iure communi, quod non concedit appellationem ab arbitramento: *l. non diſtinguemus, §. cum quidam arbiter. ff. de arbitr.* Cened. ad decretales *collect. 122. n. 6. verſ. a ſententia tamen.* Molin. *de iuſt. tract. 5. diſp. 35. num. 4. & 5.* Camill. Borrel. *in ſumm. tit. 63. de compromiſſis, a num. 253.* & Petrus Greg. *tract. de appellat. lib. 2. cap. 12. num. 1.*

Nec refert ſi dicatur in compromiſſo neminem poſſe appellare à ſententia arbitri ſub pœna ſoluendi certam pecuniæ ſummam alteri litiganti, quia hac clauſula non obſtante poterit appellare pars grauata. Nam cauſa iuſta litigandi excuſat à pœna compromiſſi ſecundùm Ioannem Andream *in addition. ad Speculat. in titul. de arbitr. §. fin. verſ. item quid ſi compromiſſum.* Baldus *in l. qui cum tutoribus. ff. de tranſactio.* Alexander *conſ. 154. Opportune conſiderato themate. col. 3. in fin.* & Ludou. Roman. *in l. fin. C. de arbitr. & in l. eos. §. cautione, C. de appellatio.* Sicut etiam excuſat à pœna in contractu impoſita iuſta litigandi cauſa ſecundùm Bald. *in l. non ſolum, ff. de rei vendic.* & Iaſon *in l. properandum, §. Sin autem alterutra, colum. 1. num. [illegible] vt. illam regulam, Cod. de iudic.* Ergo non obſtat te pœna poſita locum eſt appellationi, quia altera pars poteſt agere contra appellantem ad ſoluendam pœnam [illegible]m debeat ſtare promiſſis, vt deciditur *in cap. dilecti, de arbitr.* ibi: *obſeruetis in pœnam in compromiſſo,* vbi gloſſa fin. & in cap. *per tuas 9. ibi. Agi poteſt ad pœnā eod. tit. de arbitr.* Cæterùm lex Luſitana *d. tit. 16.* concedit grauato

non

[illegible] nec dicta clauſula facultatem appellandi abſque [illegible] uitione pœnæ, quin etiam decernit negare [illegible] tto appellandi facultatem grauatis concedendam eſſe à iudicibus ordinariis: Attamen ſi iudex *ad quem* confirmet ſententiam arbitri à qua fuit appellatum, appellans tenebitur ſoluere [illegible] ſtori pœnam in compromiſſo deſignatam, quia [illegible] etur iniuſte ab eo fuiſſe appellatum. Sic lex Luſitana *d. tit. 16. in principio.*

4 Sed petes an coram arbitro habeat locum reconuentio? Reſpondeo affirmatiue coram arbitro iuris electo ex neceſſitate ſtatuti ad totam cauſam. Sic Abbas *in c. cum dilectus, de arbitr. col. 5.* Secus ſi deputetur ad certum articulum, verbi gratia ad cognoſcendum de recuſatione iudicis. Sic Speculator *in tit. de recuſatio. §. effectus, col. 5. verſ. ſed non id*, tunc enim non eſt locus reconuentioni, ſed quando eligitur ad totam cauſam. In eo [illegible] euentu electus arbiter ex neceſſitate iuris habet iuriſdictionem a lege, & actor litigat coram eo tanquam coram iudice. Felin. *in cap. final. colum. penultim in prin. de re iudicat.* Ioan. Baptiſta *in tr. de arbitr. cap. 10. lib. 9.* & eſt communis. Marcus Socin. *in cap. ex literis de mut. pet. n. 26. in fin.*

5 Dubium eſt ad quẽ iudicem ab arbitro ſit appellandum? De iure Luſitano *lib. 3. titul. 16. §. 1.* indiſtinctè appellandum eſt ad ſuperiorem iudicem; non tamen exprimitur an ſit ad iudicem appellandum, qui futurus erat cauſæ ſi partes in iudicem arbitrum non compromiſiſſent. Bartol. *in l. ſi ſocietatem, §. arbitrorum, num. 21. ff. pro ſocio*, opinatur ſiue actor, ſiue reus conqueratur de iudicio arbitrorum querelam eſſe deferendam ad iudicem coram quo cauſa ipſa alioquin erat examinanda, hoc eſt ad iudicem ordinarium, qui cognitionem cauſæ habere debebat remoto compromiſſo *l. 1. C. vbi & apud quem.* Facit textus *in l. cum hi. §. tranſactiones alimentorum, ff. de tranſaction.* Quam partem putat veram Marcus Anton. [illegible] anc. *de compromiſſ. quæſt. 10. num. 13.* Alexander *conſ. 31. lib. 1. num. 1.* Abbas *in cap. quintauallis, num. 39. de iur. iurand.* & ibi Imol. *num. 19.* Secundum quos ſuperior arbitrorum eſt ad quem recurrendum eſt à ſententia illorum, iudex alioqui ipſius cauſæ, ſemoto compromiſſo: Fouet lex Luſitana *ſupra, d. tit. 16. in principio, ibi E ſe os arbitros lhe de negarem appellaçaon, ſa-ſeon ha dar as iuizes ordinarios.*

Angelus verò Peruſ. *in l. ſi ſuſpecta, §. vltimo. ff. de inoff. teſtam.* Afflict. *deciſ. 51.* & Roman. *conſ. 145.* & Ioan. Andr. *in cap. ſtatutum, §. cum autem, de reſcript. in 6.* docent recurrendum eſſe ad arbitrium iudicis competentis, qui fuerit ſuperior pronunciantis ſententiam. per *l. præcipimus, C. de appellatio.* vbi Bald. idem ſentire videtur. Proinde ſecundum hos iudex appellationis à laudo erit ſuperior arbitri, qui laudum protulit, & non a [illegible], vt te[illegible], [illegible] Thom. Grammatic. firmat. *in addition. ad Afflict. d. deciſ. 51. ad fin.* Quod intelligit quando iudex ſuperior arbitro, diuerſus eſt a iudice partium, quæ compromiſerunt. Sequitur Gregor. Lopez *l. 4. tit. 4. part. 3. verbo, de aquel lugar.* Prior tamen ſententia tanquam communis magis placet quam ſequitur Couar. *2. variar. cap. 12. num. 1.* & Molin. *de iuriſdiction. tract. 5. diſput. 5. num. 7. & 8.* Vbi tamen addit, quando qui reus erat futurus, ſi compromiſſum non fuiſſet factum in arbitrum ſe ſenſerit grauatum iniuſtè per ſententiam, arbitri, appellare debeat; appellandum eſſe ad iudicem rei, qui ab arbitri ſententia appellat, quoniam ille debet eſſe executor ſententiæ arbitri in eo caſu, & per modum exceptionis coram illo appellatur a ſententia arbitri, eo quòd tanquam iniuſta mandari ab eo non debeat executioni, niſi moderamine adhibito, quo ad terminos iuſtitiæ reducatur. Vide Molin. *ſupra, de num. 8. & 9.* vbi multa hac de re.

De iure tamen Hiſpano partes grauatæ à ſententia, ſeu laudo arbitrorum, non recurrunt, nec appellant ad iudices ordinarios locorum, qui in ea cauſa remoto compromiſſo futuri erant iudices, vt conſtat ex *l. 2. titul. 4. part. 3.* per hæc verba, *Otros y ha aun ſin aquellos, que ſon pueſtos ammaladamen para oyr las alçadas de los iuizes ſobre dichos. E tales como eſtos llamaran los antigos ſobre iuizes por el poder que an ſobre los otros,* qui ſupra iudices vt ita loquamur, erant ſuperiores iudice ordinario. Sunt tamen iam ſublati, vt teſtatur ibi Gregor. Lopez, & conſtat ex *l. 12. tit. 5. lib. 3. noua collection.* vbi dicitur in cauſis ciuilibus auditores eſſe iudices appellationum, & in aliquibus caſibus Regis conſiliarios iudicare in gradu ſupplicationis, & in aliis nonnullis paucis etiam quoad primum gradum appellationis, vt habetur *in l. 2. noua collectio. lib. 2. titul. 4.* In noſtra etiam Luſitania iidem ſupra iudices olim erant in vſu: habetur in antiqua ordinatione *lib. 1. tit. 32. & lib. 3. titul. 81. in principio*, & ad illos appellabatur, dicebanturque iudices *da caſa do ciuel*, ad quos ex toto Regno in gradu appellationis recurrebatur. Nunc verò eorum loco in gradu appellationis recurritur ad ſenatores grauaminum domus ciuilis. Conſtat ex *l. 3. in principio, iuncta l. 4. etiam in principio, part. 2. leg. extrauagant.* Et in nouis Ordinat. *lib. 1. titul. 6. §. 12. & eodem lib. tit. 37. in principio, & per totum.* Atque ita non poſſunt iudices ordinarij locorum cognoſcere in gradu appellationis, de ſententiis, vel laudis arbitrorum, à quibus partes grauatæ appellant, cum iudices appellationum, ſint ſenatores grauaminum cauſarum ciuilium vtriuſque domus, vt patet ex *d. §. 12. & ex tit. 37. citat. lib. 1.*

Quod ſi quælibet pars tempore debito non appellauerit a ſententia arbitrorum, mandabitur executioni ſententia per iudices ordinarios. Sic lex noſtra *lib. 3. titulo 16. §. 2.* ibi *Tal ſentença ſera dada a execuçaon pellos iuizes ordinarios.* Sequitur Azeued. *l. 4. lib. 4. tit. 21. num. 94. noua recopilatio.* Matant. *de ordin. iudiciaria, part. 6. actu 3. & vltim. num. 5. pagin. mihi 475.* per text. *in l. cum antea, C. de arbitr.* Cenall. *in pract. commun. contra commun. quæſt. 642. num. 13. & 14.* Vbi volunt arbitros non poſſe ſuam ſententiam exequi, ſed iudices ordinarios; quod adeo verum eſt, vt non poſſit per compromiſſum executio ſententiæ committi iudicibus arbitris, ex Bartol. *ad l. non ex omnibus, ff. de arbitr. recept.* & in facti contingentia ſic fuiſſe iudicatum refert Cabed. *1. part. deciſ. 21. num. 5.* cum executio ſpectet ad iudices ordinarios, præmiſſa tamen citatione in executione ſententiæ. Baldus *in l. meminerint, Cod. vnde vi*, Duenh. *regular. 94.* Cabedo *ſupra, num. 4.* 6

Nec diſſentis Parlador. *lib. 2. rerum quod. cap. fin. prima pars, §. 2. num. 26.* dum ait ſententiam arbitri poſſe mandari executioni per quemcunque iudicem, cui ſubeſt condemnatus, poſt Bartol.

*in l. a Diuo Pio, §. ſententiam, in fin. ff. de re iu[illegible]*, & illic Alex. Imola & Iaſon *num. 11.* qui loquuntur de arbitris compromiſſarijs, non verò de arbitris iuris, qui poſſunt exequi ſuam ſententiam vt habetur *in l. a Diuo Pio, in principio ff. de re iudicat.* Eo quod arbiter iuris eſt delegatus quidam iudex, ideo eius ſententia parum differt a ſententia cæterorum iudicum. *l. arbitro, ff. qui ſatiſdar. cogant. l. fatalia, C. de temp. appellat.* recuſarique poteſt ſicut cæteri iudices, textus & ibi ſcribentes *in l. [illegible] C. de Epiſcop. & cler.* Parlador. nuper relatus *num. 2[illegible] 26.*

Quæſtionis eſt an poſſint arbitri compromiſſarij mutare ſuam ſententiam? Negat Panorm. *in d. cap. quintauallis*, poſt ex quo ſemel ſuper toto pronunciarunt, ſiue bene ſiue male, ſeruata tamen forma compromiſſi, amplius mutare aliquid de ſententia, vt habetur *in l. diem, ff. de arbitr.* Tabien. *verba, arbiter, num. 16.* Ratio quia vbi primum pronunciatum fuit, ſuo officio functi ſunt, & ita nihil mutare poſſunt, nec licet ampliùs arbitrari ſecundum textum *in l. non diſtinguemus. § fin. ff. de arbitr.* niſi in compromiſſo ſit poteſtas arbitrandi plures, Sic Rep[illegible] *ſponſ. [illegible] per l. quid tamen, ff. de arbitr.* Quod ſi non ſeruata fuerit forma compromiſſi, tunc licet amplius illis arbitrari, vt notat Rebuff. *tit. de arbitr. art. 2. gloſſ. 10. num. 10.* Azeued. *in l. 4. ſupra, num. 126. & 127.* Vbi ſubdit id eſſe verum, quando arbitri pronunciarunt circa negotium principale ſeruata forma compromiſſi; tunc enim non poſſe amplius arbitrari circa ipſum principale; ſed circa acceſſoria poſſe arbitros ſuum arbitrium, & laudum interpretari, & ſupplere, vt etiam vult Decius *in l. quis, ff. de arbitr.* & alij quos ipſe Azeued. refert, ac ſequitur.

7. Illud etiam aduerte, quando partes eligunt vnicum iudicem arbitrum, & ipſe vel aliqua ex partibus ante ſententiam definitiuam deceſſerit, compromiſſum in totum extingui perinde ac ſi non fuiſſet factum, nec hæredes partium tenebuntur compromiſſo ſtare. Sic lex Luſitana *d. tit. 16. § 4.* Quare non ab re erit eligere partes arbitros in diſpari numero, vt res meliùs decidatur propter naturalem hominum ad diſſentiendum facilitatem. *l. item ſi vnus §. fin.* Vbi gloſſ. *verbo, facilitatem. ff. de arbitr.* Nam quamuis validum ſit compromiſſum, quando in vnum compromittitur; conſilium tamen eſt legis, vt in numerum imparem compromittatur, ſecundum cap. 1. *de arbitr.* ibi, *aut vnus eligatur aut tres* ſequitur Ioannes Baptiſta *de arbitr. lib. [illegible] cap. 13.* ſi enim diſcordent, inuenietur numerus maior, cuius ſententiæ ſtabitur ſecundum *d. l. item ſi vnus, §. principaliter.*

8. Quid ſi partes eligant tres iudices arbitros, quamuis in compromiſſo non exprimatur, quod quilibet eorum queat eſſe iudex in ſolidum, ſi omnes ſint præſentes & conueniant, duo poterunt arbitrari [illegible] pronunciare, ſi concordent, quamuis tertius diſcordet. Secus ſi aliquis fuerit abſens: tunc enim reliqui duo ſine tertio abſente nequibunt arbitrari, quod ſi arbitrentur, ſeu pronuncient, laudum, ſeu ſententia eorum [illegible] nulla. ſic lex noſtra *d. tit. [illegible] §.* Nec obſtat ſi dicas quando in tres fuit compromiſſum & duo conuenerint in aliqua ſumma, vt in decem, [illegible] tius diſſentit, ſtandum eſſe ſententiæ duorum, ergo ſi duo præſentes concordent, & tertius abſit, ſententia duorum erit laudanda, quia hoc habet locum [illegible] omnes [illegible] præſentes [illegible] [illegible] ſed [illegible] abſ[illegible] *in d. §. Nam po[illegible]* [illegible] tum, ibi *Nam [illegible]* [illegible] eſt tunc tertio, qui [illegible]

9. Quando vero in [illegible] tres [illegible] compromittitur, & duo [illegible] vigintis, & tertius in [illegible] quinque [illegible] decim, ſtandum eſt ſententiæ [illegible] manium in eadem ſumma [illegible] vero quando omnes tres inter ſe diſſentiunt, [illegible] condemnet in decem, ſecundus in [illegible] tertius in [illegible] que, [illegible] cordare ſaltem in decem [illegible] nes fuerunt concordes in quinque [illegible] mero virtute conſenſerunt, [illegible] eſt [illegible] nationi in quinque. Habe[illegible] *in l.* [illegible] *§. ſi pluries ff. de recept. arbitris*, [illegible] *tru. lib. 6.* Molin. *tract. de* [illegible] Barboſ. Vimaranen. [illegible] Couaruuias *lib. 1. variar. cap.* [illegible] de rationibus pro vtraque [illegible] hoc tamèn procedere [illegible] tus, non tamen in æſtimatione [illegible] ad æſtimationem [illegible] *in l. ſi fundum, cum l. ſ. que* [illegible] *gul. verba, [illegible] mentio.* Baldus [illegible] Salycet. *in l. hac edictali, §. [illegible] de ſecundis nuptijs.*

10. Poſtò quando compromittitur [illegible] ex lege, & conditione, vt arbiter [illegible] poſſit de iure, & de facto co[illegible] eſt debere pronunciare [illegible] ideo ſi contra ius pronunciet [illegible] quidem Iaſon *in l. qui Romæ, §.* [illegible] *ff. de verbor. oblig.* valide [illegible] que debere ſtare illius ſententiæ [illegible] *in cap. exhibita, num. 6. de iud.* [illegible] non debere partes eius ſententiæ [illegible] Bartol. *in l. diem proferre, §. ſtari* [illegible] apel[illegible] *in repetit. l. omnes populi* [illegible] *iur.* Corneus *conſ. 177. vol. 2. col. 6.* [illegible] *in cap. examinata de confirmat.* [illegible] inutil. quæ ſententia eſt verior, nec [illegible] cedendum in iudicando, & conſule[illegible] dicendum eſt de arbitris iuris ex vi compromiſſi qui tenentur ſecundum ius iudicare, per text. in l. [illegible] *tit. 4. part. 3.* Maranta *de ſtil. 14. 4. part. de iudicio ſatiſ[illegible] & arbitrat. num. 2.* Ne [illegible], nec alio modo poſſunt ius dicere, nec [illegible] cidere, per text. in [illegible] *24.* ibi, *para que [illegible] conforme a derecho*, Azeued. *in d. l. 4. tit.* [illegible] *& 37. lib. 4. noua recopil.*

11. Petes an valeat arbitrorum ſententia [illegible] quando in multos compromiſſum fuit, ſi non [illegible] ſed maior pars in fauorem alterius partis pronunciauerit? Dicendum eſt de iure canonico [illegible] arbitrorum adfuit, & reliqui vocati [illegible] noluerint venire, validum eſſe laudum, quod [illegible] maiori parte loco aliorum, qui [illegible] fuerint [illegible] pronunciatum [illegible]. Habetur in *cap. 2. de* [illegible] *lib. 6.* quod habet [illegible] in foro Eccleſiaſtico & in ſeculari, in terris [illegible] Eccleſiæ [illegible] Extra vero [illegible] Eccleſiæ [illegible] [illegible] [illegible] ita fuit compromiſſum [illegible] perſonaliter [illegible], quando laudum pronunciatur, quod ſi vnus, vel alter non interſint, laudum nullum erit, etiam ſi

c m [illegible] ia vel data nper a intereſſe nolint, habetur *in [illegible] ... item, [illegible] de recept. arbitr.* Gregor. L[illegible] ... 4 [illegible] *ſ. 2. part.* Molin. [illegible] *d[illegible] 4. num. 2.* [illegible] 3. Etiamſi abſentes verbo, vel [illegible] expreſſerint, ac miſerint, & pronu[illegible] [illegible] m eſſet à maiori arbitrorum parte in fauorem vnius partis, tamen inualida eſt ſententia, vt [illegible] dictis.

12. Quod ſi compromiſſum fiat in arbitros cum facultate, vt procedant non ſeruata forma iuris, [illegible] ſine figura & ſtrepitu iudiciali & ſummariè in pura veritate, & æquitate? Reſpondeo teneri [illegible] tos audire vnamquamque partium, & examinare rationes, ac inſtrumenta, quibus vnaquæque pars [illegible] expendere quantum ſufficiat, vt veritas cauſæ more humano deprehendatur, neque opus eſt alia ſolemnitate iuris cum cenſeatur vtraque pars cæteris renunciaſſe, atque tunc coram partibus ſi præſentes ſint, alioqui vocentur, debent ſuum arbitrium proferre. Ioan Baptiſta *de arbitr. in lib. 1 1. cap. 1.* vbi probat non teneri audire aduocatos, ſi nolint, nec poſſe partes dicere ſe læſas, nec petere reductionem, cùm in compromiſſo remiſſa ſit iudicij figura, nec etiam teneri teſtes audire, ſequitur Molin. *d. tract. 5. diſput. 33. num. 4.* Secus ſi compromiſſum ſit vt procedatur ſeruata forma iuris; tunc enim ad vnguem ſtandum eſt compromiſſo, ita vt arbitri ſuper aliis in compromiſſo minimè contentis nequeant pronunciare extra tenorem compromiſſi, textus *in l. Non diſtinguemus, § de officio. ff. de arbitr.* ibi. *Niſi de qua re, & quatenus compromiſſum eſt*, Textus *in cap. cum dilecti*, & *ibi* gloſſ. *alſi de arbitris*, & *in cap Raynaldus, de teſtam.* ibi, *prout ex forma compromiſſi poterant*, Bald. *in l. Padius, de arbitr.* Quod adeò procedit, vt ſit nullum quidquid contra formam compromiſſi geſtum fuerit; habetur *in cap. cùm dilecti. de elect.* Corneus *conſ. 293. volum 3. & conſ. 188. vol. 1.*

13. Non tamen caret dubitatione, an poſſint arbitri cognoſcere de cohærentibus, & connexis? [illegible] negans ex eo probari poteſt, quia forma compromiſſi eſt ſeruanda, & ab ea non licet recedere, etiam ſi conditio compromittentium fieret melior, vt in ſpecie de forma mandati omnino ſeruanda tenet Andr. Sicul. Barb. *in cap. Prudentiam. de offic. deleg. in col. 8.* per text. notab. *in l 3. § in bello ff. de re milit.* Ioan. de Plat. *in l. ſeruum, C. de [illegible]ator. lib. 10. num. 1.* Sequitur Felin *in cap. cum dilecta, col 1 1. ampliat. 1.* dum ait, mandato nihil boni addendum eſſe, exemplo Iulij Cæſaris, cui honor debitus denegatus eſt pro domandis hoſtibus, eo quod vltra tempus ſibi præfixum in eis debellandis commoratus fuit, neque illi permiſſum fuit vrbem ingredi, quia quinquennium in hoſtibus expugnandis ſibi conceſſum pertranſierat. His tamen non o[illegible] ntibus pars contraria eſt verior [illegible] um quam dicendum eſt arbitrum poſſe cognoſcere de cohærentibus & connexis; etiam ſi in compromiſſo de hoc nihil dicatur. Probatur, quia in mandato iuriſdictionis veniunt conſequentia ad petita, [illegible] uis ſimile mandatum ſtrictè ſit interpretandum. Sic Bald. *in l fi. col 2. C. de fideicommiſſ. libert* Innocent *in cap. Epiſcopi de rebus Eccleſ. non alien.* Ergo etiam in noſtro caſu arbiter poteſt cognoſcere de cohærentibus & connexis [illegible], quia connexorum, & cohærentium, & dependentium idem eſt iudicium, & idem iu[illegible] atur [illegible] his atque de principali, per text. ſingular. *in l. perinde, §. ſi ſeruum, ff. Ad l. Aquil.* & Bald. *in l. Quid ergo § S[illegible] ff. de iud. contra reſert.* Io. de Anan. *in c. licet Heli de ſimo.* dicens valere ſententiam ſuper non petitis, quãdo nõ petita ſunt connexa vel cohærentia, vel dependentia, quoniã quæ ſunt de appendicijs, di[illegible] ad rẽ eſſe, & pertinere ad principale, de quo agitur. Angel. *in l. iam dubitari, ff. de hæred. inſtit.* & Bald. *in l. teſtium in 3. col. C. de teſtib.* & habetur *in l. ſi cum tibi, C. de iud* & *ibi* Bartol. Accedit poſſe arbitrum iudicare de fructibus, & de terminis ſolutionis, quia hæc ſunt contigua compromiſſo, etiam ſi in eo nulla de his fiat expreſſa mentio. Abbas *in cap. cum dilectus. de arbitris*, & ob hanc etiam rationem diſpenſatio extenditur ad contigua, gloſſ. *in cap Quia tantum de præbendis.*

Nodoſa tamen dubitatio eſt, an arbiter poſſit ſaltem incidenter cognoſcere cauſam reſtitutionis in integrum, & reſtituere minorem ſi fortè læſus inueniatur? Ratio dubitandi, quia non poteſt arbiter in integrum reſtituere, per Textum *in l. fin. C. ubi, & apud quem, verſ. Sed neque [illegible], & in cap. penult. de reſtitut. in integr.* Ex eo fundamento, quia opus eſt, vt quis voluerit de hac cauſa cognoſcere, officio publico fungatur, & præſit alicui tribunali, aliter enim non dicitur habere adminiſtrationem, neque officium publicum, vt notatur *in authent. a[illegible] ha[illegible], C. de iudi[illegible].* Sic Natta *conſ. 66. num 17* [illegible] lis *ibi* relatis. Item quia reſtitutio in integrum continet in ſe public[illegible] m vtilitatem, teſte Bartol. *in l. 1. ff. de reſtitut. in integr.* Sed arbitri ſunt iudices priuati, ergo non poſſunt concedere, aut negare reſtitutionem in integrum. Ioan. Mauricius *de reſtit. in integr. cap. 38. num. 9.* Oddus *in eodem tit. 1. p. quæſt. 3 [illegible]* 14.

Dicendum tamen eſt poſſe incidenter cognoſcere non tamen principaliter de cauſa reſtitutionis in integrum, quando coram arbitro mouetur cauſa incidenter, text. *in l. Quoties, C. de iudic. & in cap. penultim. in verb. incidenter*, gloſſ. *eodem titulo, & verſ. delegati autem*, vbi ſtatuitur regula iudicibus delegatis non habentibus iuriſdictionem propriam, & arbitris, quod nequeant in integrum reſtituere, niſi coram illis incidenter cauſa tractetur Sic Caſtrenſ. *in l fin. & ibi* Albert. *n. 4. C. vbi, & apud quem*, Abbas *in d. cap. penult. n. 6.* Anchar. *num. 5.* Baptiſta a Sancto Blaſio *in tractatu de arbitr. quæſt. 20. num 47. verſ. Quartò fallit*, Iaſon *in l. Quoties, C. de iudic.* Auliex Prætorum *cap. 1. verbo, Mandado, num. 14.* vbi ait poſſe arbitrum cognoſcere incidenter de reſtitutione in integrum, eo quod non eſt extra compromiſſum, ſed ipſi negotio annexum eſt, & ratione incidentiæ prorogatur iuriſdictio. Quæ ſententia eſt communis, cui nemo contradicit, quod ſciam, niſi Innocent. *in dicto cap. penult. de reſtitutione in integr.*

Huic affinis eſt nodus, an arbiter poſſit ſaltem pronunciare læſum eſſe reſtituendum etiam ſi non poſſit in integrum reſtituere? Pars negans eſt probabilis per *d. l. fin C. vbi, & apud quem*, vbi interdicitur arbitro nõ ſ[illegible] um decidere hanc cauſam, ſed etiam cognoſcere; & videtur conſtare ex *d. l. cap. penultim.* vbi Pontifex vtitur verbo cognitionis, & diſponit non poſſe arbitrum cognoſcere de cauſa reſtitutionis in integrum. Item, quia per viam actionis reſtitutio non petitur, per legem *Quod ſi minor, §. fin. ff. de minoribus*, vt tradunt Azor *in rubric. C. de reſtitut. in integr. n. 15.* Cynus *in l. 1. num. 13. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Paulus de Caſtro *in l. 1. §. Quod ſi, num. 12. ff. de*

*prator ſtipul.* Rebuff. *tit de reſtit. in integr. art. 2.* [illegible] *ne*, & alij communiter, quos [illegible] Oddus *ſup. d. [illegible] quaſt. 5. art. 6. [illegible] 29.* Sed petitur per officium iudicis per *d. § Quod [illegible] minor*, ſed officium iu[illegible] non poteſt [illegible] arbitro, qui iudex non eſt, nec habet iuriſ[illegible] nem, nec officium iudicis nobile; ergo non poteſt pronunciare reſt[illegible] dum læſum [illegible] qui habeat officium iudicis nobile, & [illegible] imperium. Sic Odofre. & C[illegible] *in d. [illegible] n.* Quam [illegible] clarè, Baldus tamen expreſsè id dicit *[illegible] num 4.* & Angel. *num 5. C. vbi [illegible] apud quem.* Abbas *in d. cap. penult. num. [illegible] in [illegible] de reſtitut. in integr.* Atque ita videtur dicendum non poſſe arbitrum adiri principaliter, vt cognoſcat de cauſa reſtitutionis in integrum, & poſtea pronunciet reſtituendum, quia in vtrôque requiritur iuriſdictio, qua ipſe caret; ideò ficut arbiter prohibetur ne [illegible] ituat, ſic etiam ne pronunciet reſtituendum. Oddus [illegible] relatus, *quaſt 52. art. 9 num 85* vbi ait poſſe arbitrum hoc facere incidenter, nempe pronunciare reſtituendum, non t[illegible] men reſtituere.

15\. Pars tamen affirmans [illegible] reſtituere in inte[illegible] princ[illegible] pronunciare reſtituend[illegible] , ex eo fundamento, quia poteſt [illegible] in arbitrum, vt minorem vel maiorem pronunciet reſtituendum a ſuperiore, neque enim inter [illegible] poſſe arbitrum ex voluntate par[illegible] cognoſcere & excutere an is de quo agitur, ſit reſtituendus; nam in hoc caſu nihil iuriſ[illegible] ctionis opus eſt, cum arbiter reſtitutionem non concedat, ſed eam remittat ad iudicem, vt eam largiatur; ergo poteſt læſum pronunciare reſtituendum argumento iudicis delegati, qui non poteſt in poſſeſſionem mittere legati ſeruandi cauſa, vt conſtat ex lege *Ea quæ, ff. ad municip.* attamen pote[illegible] pronunciare, vt mittatur [illegible] leg. *cognitio, § fin.* & *ibi* gl[illegible] Bartol. & Bald. *ff. de officio eius* cum ſine diue[illegible] a mittere in poſſeſſi[illegible] n. [illegible] & pronunciare mittendum. Cum igitur reſt[illegible] uere, & pron[illegible] nciare r[illegible] uendum, vt patet [illegible] *l. 1.* & ex *l. vltim. C. ſi adu[illegible]. ib.* ſint etiam diuerſa, bene poteſt arbiter pronu[illegible] re reſtituendum læ[illegible] quamuis nequeat [illegible] cere de cauſa reſtitutionis principaliter [illegible] ndo ad iudicem, q[illegible] reſtitutionem imperti[illegible] tur. [illegible] Bartol. *in d. l. fin.* Baptiſta à Sancto Blaſio *ſupra. q. 10. in principio.* I[illegible] n. Baptiſta [illegible] *l. in tract. de arbitr. [illegible] 3. cap 7. [illegible] Ad [illegible] num aduertendum*, Maurus *[illegible] d. cap. 2[illegible] num. 9. & 10.* Cam[illegible]. Borrell. *de comprom. tit. [illegible] 5. num. 89.*

Cui verò hæc pars probabilior videtur, reſpondere poteſt ad rationes alterius par[illegible] is Pontificem *in d. cap. penult.* vti verbo *cognoſ[illegible] e*, ſed verbum hoc ſignificare plenam iudi[illegible] m deſi[illegible] nitione cauſæ, vt no[illegible] De[illegible] *num. 6. ff. de officio eius*, & A[illegible] xan[illegible] *l. 1. num. 51* [illegible] *ndem*, & *ibi* Iaſon *num* [illegible]. [illegible] nde bene [illegible] tet ſuſ[illegible] ſum pron[illegible] [illegible] prohi-

16\. bea[illegible] reſtituere [illegible] integrum [illegible] fatemur no[illegible] peti[illegible] nem per [illegible] dictum eſt, nec imp[illegible] tatus cor[illegible] officium i[illegible] nobile, c[illegible] reſtituere, ſed i[illegible] pl[illegible] ratus [illegible] nationem, vt [illegible] ſuper [illegible] ſæ, [illegible] gendi officium [illegible] no [illegible] eſt [illegible] ndum officium iudi[illegible] mercet [illegible] con[illegible] cur[illegible] cedere poſſit ſecundum [illegible] gem, *Arbiter [illegible] ff. [illegible] ar-*

*bi[illegible]* Vbi habetur [illegible] ad[illegible] n[illegible] ſentit l[illegible] B[illegible] per [illegible] *num.* [illegible] *num* [illegible] co[illegible] Id[illegible] etiam [illegible] te [illegible] reſti[illegible] dum, [illegible] tionem imperti[illegible] . Q[illegible] apud Luſitanos [illegible] d[illegible] dum *lib. [illegible]* [illegible] etiam in tota H[illegible] pro lege ce[illegible] *num.* [illegible] Quod [illegible] commun[illegible] tum poſt Bart[illegible] lum [illegible] ext[illegible] *§ [illegible] ibi. Saluo [illegible] a communi [illegible] que [illegible]* ued *lib. 4. tit. 21* [illegible] *4.* [illegible].

17\. Se[illegible] q[illegible] arbit[illegible] a[illegible] tis alteri[illegible] Reſp[illegible] ndeo [illegible] *mens, §. Recepi[illegible], ff de [illegible]* moderat[illegible] ne. Barb[illegible] *plo*, poſt Bar[illegible] *ff pro [illegible] do*, quam v[illegible] co[illegible] *ſi 11 num. vol. 2* Quod [illegible] pe[illegible] ctionem ad arbitrium boni [illegible] *in l. 33. tit. 4. part. [illegible]* per [illegible] cem [illegible] *E [illegible] que fueſſe dada la ſentença* [illegible] culatur *in titulo de arbit[illegible]. §. [illegible] intra quod tempus*, vbi va[illegible] quam reductionem ad arbit[illegible] locum intra decem dies [illegible] ſtellæ corrigit ius commune, [illegible] L[illegible] tamo à ſententia iudicis [illegible] lari debet *lib. 3. tit. 16. in pr[illegible]* reductio laudi ad arbitr[illegible] pronunciet reducendum, [illegible] *ſolutio. cap 12. a num.* [illegible] bi [illegible] adhuc eſſe locum appe[illegible] tium magis mihi a[illegible] det [illegible] tione non eſt appell[illegible] dum. [illegible] Bar[illegible] *col fin. ad finem*, [illegible] *Quintanadue[illegible], num 4. de iuri[illegible]* Bartol. concurrit mag[illegible] com[illegible] in regno tam Luſi[illegible] q[illegible] Bartolum iudicand[illegible] eſt.

18\. Concedit tamen [illegible] noſtr[illegible], *d. li[illegible] §* [illegible] ationem integram [illegible] q[illegible] to æſtimat[illegible] *A[illegible] ad* [illegible] petendum reducti[illegible] nem a[illegible] & ad re[illegible] lamandum [illegible] de qua *lib. 4 tit.* [illegible] *§ 11.* Quod et[illegible] tolo *in l. ſi [illegible] ietatem. §. A[illegible] ſocio.* Si [illegible] neutrum f[illegible] tatis de n[illegible] arbi[illegible] an[illegible] co[illegible] nebit h[illegible] *ad [illegible] ra inde ſempre*, [illegible] §[illegible] ad arbitrium boni vi[illegible] bitramentum iniu[illegible] ſtum [illegible] arbitratores pro[illegible] grauata alleget [illegible] altera [illegible] parte iuſti, ac vi[illegible] arbitrauerenti [illegible] tur, nec cognitio tal[illegible] etiam [illegible] noſtra [illegible] den[illegible] per[illegible] tionem [illegible] viri, vſque ad [illegible] *[illegible] ſentent. in [illegible] A.* [illegible] *tentatur. p. 2. cap. 12. limit. 50. num. 18* [illegible]

*de.* 152. *Fuit dubitatum.* vbi probat per lapſum decem dierum, non emologari laudum, ſeu ſententiam arbitratorum, ſed poſſe peti reductionem ad arbitrium boni viri. Sequitur Molin. *in verb. arbitratoris laudum, fol.* 23. dicens cum ſuprà citatis intra triginta annos locum eſſe petendæ reductioni. Quod procedit in reductione laudi arbitratorum. Secus in reductione laudi arbitrorum, vt ſapienter declarat Mil. *vbi proximè, eodem verbo, fol.* 25. poſt Bald. & alios *ibi* citatos, quia arbitrorum laudum, niſi intra decem dies ab eo reclametur, emologatur, hoc eſt, confirmatur, præſertim ſi ſint arbitri aſſumpti vigore alicuius legis ſeu ſtatuti. Blanch. *de compromiſſ. quæſt.* 10. *in principio, num.* . Bero. *conſ.* 32. *in cauſa, num.* 1 *lib.* 5. & Afflict. *ſuprà, d. deciſ.* 132. quibus adhæret Marant. *in ſpeculo in* 3. *parte ſexta partis principalis in ſecundo actu, num.* 112. Sed clariùs *n.* 124. *verſ. Primo igitur quæro, & num.* 125.

19. Petes an diſtinguatur hoc loco appellatio à reductione ad arbitrium boni viri? Reſpondeo reductionem eſſe verè appellationem, dici tamen poſſe aliquo modo ſpeciem appellationis, & ſecundùm Salicetum *in l.* 1. *C. Quando prouoc. non eſt neceſſe*, reductio non impedit executionem: Sed melius dicendum eſt, teſte Baldo, impedire, ſicut appellatio impedit executionem. Ita *in l. tale pactum, §. Qui prouocauit, col. fin. in penultim. quæſt. ff. de pact.* vbi id tradit indiſtincte. Idem ſentit Abbas *in cap. Quintauallus, col.* 23. *verſ. Sed hic annecto dubium, de iureiur.* Atque ita pendente reductione non debet fieri executio, quidquid contradicat Angel. *in conſ.* 162. *in fin.* dicens poſſe fieri executionem, ſi petens vt fiat, præſtet cautionem, non obſtante reductione petita, & obtenta: ſed non placet cùm re vera impediat executionem inſtar appellationis, per text. *in l. non diſtinguemus, §. Cum quidam,* & *ibi* notatis, *ff. de arbitris*, quam ſequitur Socinus *conſ.* 227. *col. penult. vol.* 4. Ideò pendente reductione non ſolùm impeditur executio laudi in actu particulari, ſed etiam vniuerſaliter in omnibus actibus, tam per iudicem, quàm per partes ipſas faciendis, nihil eſt innouandum, cùm reductio ad arbitrium boni viri dicatur actus ſuſpenſiuus, & operari effectum ſuſpenſiuum, vt probè notat Bald. *in cap.* 1. *§. ſancimus, ſub num.* 3. *verſ. Et notat quod tria ſunt, iuncto verſ. Item recurſus, in tit. quo tempore.* Mil. *in verb. pet. deb. in vſibus feudor.* Boër. *deciſ.* 284. *num.* 24. In quo habet vim appellationis. Anton. de Butr. *conſ.* 1. *Incipit, puto iudicem aditum*, Ioan. de Imol. *conſ.* 130. *col.* 2. *verſ. Circa tertium*, & alij quos *ibi* refert, ac ſequitur. Quin etiam impedit reclamatio, & reductio aliquid innouari. Crauet. *conſ.* 118. *videtur num.* 19. *lib.* 2. & Alexand. *conſ.* 43. *Quia ſubtiliter, num.* 9. *lib.* 6. Denique nota reductionem non habere locum in ſententia arbitri, ſed in ſententia arbitratoris. Sic Abbas *in cap.* 2. *in vltimis verbis de arbitris*, & Marant. 6 *p. tit. de appellat. num.* 267. Contra multos, qui indiſtinctè arbitrantur reductionem ad arbitrium boni viri in omni ſententia tam arbitri, quam arbitratoris eſſe poſſe; quod non eſt verum ſecundùm Abbatem, & Marant. *ſuprà.*

Ambigi poteſt, an reductio ad arbitrium boni viri impediat executionem laudi ſi partes in compromiſſo renuncient huic reductioni, ſeu reclamationi? Reſpondeo non impedire iſtam executionem, quia renunciatio debet aliquid operari; ergo ſtante renunciatione non poteſt peti reductio, & ex conſequenti non impeditur executio laudi. Angel. *conſ.* 172. Ludouicus Marant. *de ordinat. iudiciar. p.* 6. *tit. de appellatione, & eius partibus, ſecundo actu, num.* 127. *fol. mihi* 702. *in forma parua.* Azeued. *lib.* 4. *tit.* 21. *l.* 1. *num* 129. *& ſequentibus.* Quod procedit ſi ſequatur modica læſio. Secus ſi per laudum inferatur grauamen magnum, ſeu læſio immodica. Nam tunc quantumcumque in compromiſſo renunciatum ſit reductioni, ſeu reclamationi, reductio peti poteſt, & multo fortiùs, quando læſio eſt enormis, ſeu enormiſſima, quia renunciatio intelligitur, quando æquè arbitratum ſit. Secus ſi laudum ſit notabiliter iniuſtum, conſtétque aliquo modo de dolo, ſeu lata culpa arbitri, ſeu arbitratoris; tunc enim datur reductio ad arbitrium boni viri, non obſtante renunciatione textus *in l. ſi libertus ita iurauerit, ff. de operibus liber.* Bartulus & Paulus *in l. fin. ff. qui ſatiſdare cogantur.* Idem Bartol. *in l. Iulian. verum, num.* 7 *ff. de condic. indeb. & in l. ſocietatem, §. Arbitrorum, num.* 14 *ff. de arbitr.* Padilla *in l.* 1 *num.* 38. Larcellot. *de attentatis*, 2. *p. cap.* 16. *num.* 49. *& duobus ſequentibus, & in cap.* 12. *limitatio* 8. *n.* 40, poſt Baldum *in l. penultim. C. de arbitr.* & alios, quibus adhæret, vbi concludit reductionem ad arbitrium boni viri peti poſſe, non obſtante quacumque renunciatione, quotieſcumque arbiter fuit in dolo, ſeu in lata culpa. Concordat Azeued. nuper relatus *num.* 130. *& ſequenti*, poſt Couar. *lib* 2 *variar. cap.* 4 *num.* 5.

Quinimò Auend. *cap.* 27. *Prætorum, num.* 10. *lib.* 2. Marant *ſupra, num.* 127. Gutier. *de iurament. confirmator. p.* 1. *cap.* 37 *n.* 17. poſt Bartol. *in d. l. Si ſocietatem, §. Arbitrorum, num.* 31. *ff. pro ſocio.* & Mexia *in l. de Toledo, in reſponſione ad* 6. *fundamentum prima partis, num.* 30. docent poſſe peti reductionem ad arbitrium boni viri, etiam ſi renunciationi addatur iuramentum abſque metu pœnæ, & periurij, quando grauis læſio incurritur, quam Bartoli doctrinam amplectuntur ſcribentes *in cap. Quintauallus, de iureiur.* teſte Ioan. Baptiſta *in tract. de arbitr. lib.* 7. *cap.* 16. vbi vult poſſe peti reductionem, non petita abſolutione à iuramento, niſi ad cautelam. Idem vult Marant. *d. num* 127. Quia iuramentum intelligitur, quando læſio fuerit modica, & patibilis, in quo euentu renunciatio iurata operabitur, vt non petatur reductio ad arbitrium boni viri, quod etiam docuit Paulus de Caſtr. *in conſ.* 200. *col.* 11. *in* 1. *vol.* Contra verò quando læſio fuerit magna, enormis, vel enormiſſima. Guido Papæ *deciſ.* 519. *per totam*, eo quòd non extenditur iuramentum ad non cogitata. Decius *conſ.* 11. *col.* 6. *& conſ.* 60. *col.* 2. Alexand. *conſil.* 131. *col. penultim vol.* 2. exiſtimantes non eſſe neceſſariam iuramenti abſolutionem. Mihi tamen ſemper placuit eſſe petendam, ſaltem ad cautelam ſecundùm Theologos, quod etiam Monet. Bald. *in l. fin. C. de non numerat. pecunia*, Gutier. *in repetit. authent. ſacramenta puberum, num.* 95. Rebuff. *in d. tit. de arbitr. gloſſ.* 5. *num.* 13. *&* 16. Couar. *lib.* 2. *variar. cap.* 4. *num.* 4. Petatur ergo relaxatio iuramenti priùs ad effectum agendi, & excipiendi, aut petendi reductionem, quæ facilè conceditur, eo quia iuramentum, quod ſine diſpendio ſalutis æternæ adimpleri poteſt, ſeruandum eſt, vt tradunt communiter Theologi, nec requiritur contrariæ partis præuia citatio ad prædictam relaxationem, vt docet Gutier. *in d. authent. ſacramenta puberum, num.* 111.

Quæritur etiam coram quo iudice petenda eſt reductio 21.

reductio ad arbitrium boni viri; Roman. *conſ. 263. col. 2.* opinatur eſſe petendam coram iudice ſuperiore arbitratoris, cum ipſa reductio æquiparetur appellationi, *l. Non diſtinguemus, §. cum quidam, ff. de arbitr.* Sicut quando appellatur a ſententia iudicis itur ad ſuperiorem iudicantis, *l. præcipimus, C. de appellationibus.* Ruland. *conſ. 24. num. 1. vol. 4.* Verius tamen eſt, eſſe petendam reductionem coram iudice ordinario rei per regulam, quod actor tenetur ſequi forum rei, *cap. cum ſit de foro competent. & cap. Si clericus eodem titulo.* Facit textus *in l. cum hi, §. tranſactionem ff. de tranſactionibus*, vbi iudex cenſetur competens ad interponendam authoritatem ſuam, qui futurus eſſet iudex competens in illa cauſa, ergo cum petitur arbitramentum, ſeu laudum reduci ad arbitrium boni viri, peti debet coram iudice ordinario rei, ſic Bart. & Bald. *in l. 2. C. vbi & apud quem.* Bartol. *in d. l. ſi ſocietatem, §. Arbitrorum, col. 3. verſ. Quis erit iudex, ff. pro ſocio.* Abbas *in cap. Quintavallis, in fin. verſ. Sed dubitatur, de iureiur.* Alexand. *conſ. 151 in principio, vol. 1. & conſ. 103. col. 1. vol. 5.* Socin. *conſ.* [illegible] *col. 1. vol. 1.* Felin. *in cap. cum ſit, col. 2. circa fin. de foro compet.* Lanfranc. *in tract. de arbitr. quæſt. 19.* Ceuall. *in commun. contra commun. quæſt. 89. num. 7.* Roland. *d. conſ. 24. num. 7. volum. 4.*

De iure tamen noſtro *lib. 3. tit. 78. § 2.* poterit pars grauata appellare ab arbitratoribus ad arbitrandum electis ab aliqua ciuitate, aut oppido intra decem dies, quod ſi noluerit appellare ab arbitramento, poterit petere reductionem ad arbitrium boni viri coram iudice illius ciuitatis, ſeu oppidi, ibi: *Podera requerer ao Iuiz da terra implorando ſu officio.* Partes verò hos viros bonos eligent, aut iudex, ad arbitrandum an fuerit iuſtum arbitramentum. Nomine verò iudicis intelligitur ordinarius terræ, vbi non fuerit iudex forenſis, ſeu foraneus, quod procedit quando arbitrium ad æſtimandum, ſeu diuidendum non fuit actum de mandato alicuius iudicis; quia quando arbitrium de peculiari mandato alterius iudicis actum fuit, non eſt recurrendum ad iudicem ordinarium pro petenda reductione ad arbitrium boni viri, ſed iudex debet adiri ille de cuius mandato primum arbitrium factum fuit. Quod etiam conſtat ex lege noſtra *lib. 3. tit. 17 §. 3.* ibi: *Pode ſe ſocorrer aos Iuizes, que o mandaraon fazer.* In quo caſu illi iudices cenſebuntur eſſe iudices ordinarij terræ, vt probat Couar. *lib. 2. variar. cap. 14. n. 1. & ſequentibus*, Aluar. Vaz *de partitionibus, cap. 9. num. 41 & ſequentibus*, vbi de hac re plenè. Vide Azeuedum *lib. 4. tit. 21. l. 4. num. 14. & duobus ſequentibus.*

22. Vlterius quæritur an in arbitrario iudicio requirantur index, actor, & reus ſicut in iudiciis ordinariis exiguntur iudex, actor, & reus, *cap. forus. de verborum ſignificatione.* Pars affirmatiua conſtat ex *l. 1. ff. de arbitr.* Innocent. *in cap. Quintavallis*, vbi ait arbitrium eſſe actum trium perſonarum, *de iureiur.* Nec eſt negandum arbitrum poſſe citare, ex *l. 23. tit. 4. part. 3.* gloſſ. *in verbo, fueſſen*, & probat *l. 37. eodem tit. part. 3.* Bo[illegible] *deciſ. 285.* Quamuis de iure iuriſdictionem conceſſam non inueniamus, ſed ea tantum poſſint viri, quæ à Principe, vel à lege, ſeu ſtatuto, aut conſuetudine cenſeantur conceſſa, per text. *in l. 1. tit. 9. lib. 3. ordinationum. & l. 1. tit. 15. lib. 4.* [illegible] quia iuriſdictio à priuatis non [illegible]. Habetur in *l. Priuatorum, C. de iuriſd. omn. iudic.* Nec obſtat, ſi dicas arbitrum teneri ſeruare ordinem iuris & iudiciorum formam, ſaltem in [illegible] quia ex hoc non ſequitur habere iuriſdictionem [illegible] non debeant audiri compromittentes [illegible] citatione, hoc tamen fit per medium iudicis [illegible] Azeued. *d. lib. 4. tit. 21. De los entre* [illegible] *num. 95.* Proinde arbiter conuentionalis [illegible] dicitur habere iuriſdictionem, quia caret [illegible] Ioan. Baptiſta *in tract. de arbitr. lib.* [illegible] *cap. 8.* [illegible] dicitur habere notionem, *ait Prator*, & ibi not. *ff. de re iudic.* Secus dicendum de arbitro ſtat[illegible]rio, & neceſſario, quia iſte habet iuriſdictionem Blanch. *in tract. de comprom.* [illegible] *in 6. quæſtione principali, num. 4. & ſequentibus.* Inſuper [illegible] huiuſmodi compromiſſum ſuſpenditur iuriſdictio iudicis ordinarij, vt ibi ait Blanch. *num.* [illegible] Proinde ſi procedas ad vlteriora pendente compromiſſu dicitur attentare, quod eſt omnino reuocandum propter ſuſpenſionem iuriſdictionis, vt conſuluit Ioan. de Amicis de Venofio *conſ. 82 per totum.*

Contra verò de iure communi pendente compromiſſo coram arbitro voluntario, ſeu conuentionali, niſi aliunde impediatur, poteſt altera pars conuenire aduerſarium coram iudice ordinario ſuper eadem re relicto arbitro, ſeu arbitris ſoluta pœna compromiſſi, iudexque validè procedet ad vlteriora. Ex eo fundamento, quoniam partes coram arbitris non tenentur ſatiſdare de proſequenda omiſſa, teſte Ioan. Baptiſta *de arbitr. lib. 9. cap. 8.* poſt Speculatorem *de arbitr. in §. Differt, verſ. Item coram eo.* Nam in defectum huius ſatiſdationis de proſequenda lite, ſuccedit [illegible] pœnæ, quæ apponitur in compromiſſo [illegible] obligatio ad intereſſe. Eſt communis, teſte eodem. Quod vero hoc fieri poſſit, & [illegible] validè procedas, docet Bartol. *in l. Qui* [illegible] & poſt eum Romanus [illegible] *incipit, in caſu propoſito, in principio* [illegible] *in cap. ex tenore, num 32. & 33. verſ. Falſo de* [illegible] *de reſcript.* Baldus *in l. ſi quis rem in 2.* [illegible] *num. 2. ff. de arbitr.* Baptiſta a Sancto Blaſio *in tract. de arbitr. in 2 p. in principio, quæſt. 51.* per caſum expreſſum *in l. ſi quis rem*, & ibi gloſſ. & ſcribentes *ff. de arbitr.* adducens hoc fieri poſſe altera parte inuita, quoniam compromiſſum non impedit iuriſdictionem iudicis ordinarij. Deducitur idem aperte ex *l. non diſtinguemus, §. Compromiſſo*, & ex *l.* [illegible] *gatores, ff. de arbitr.* Francus hac de re plenè idem tradit *in cap. ex ratione, num. 19. & ſequentibus, de appellationib.* & Alexand. *conſ. 71 incipit, videtur, num. 7 verſ. Non omitto, lib. 5.*

24. Limitatur tamen hæc doctrina in compromiſſo neceſſario celebrato virtute alicuius [illegible] decernentis cauſas inter certas perſonas debere compromitti; tunc enim aditus ad iudicem ordinarium interdicitur partibus, durante compromiſſo, cum iuriſdictio ordinaria ſit ſuſpenſa. Blanch. *dict. quæſt. 6. verſ. Primus effectus, num. 1 in principio, tract. de compromiſſ.* Bald. *in l. 1. C. ſi* [illegible] *que pradit. poteſt.* Quod procedit, non ſolum poſt factum iam compromiſſum, ſed etiam [illegible] eſt petitum virtute ſtatuti, quia [illegible] ſuſpendit iuriſdictionem, præterquam in [illegible] ipſius compromiſſi, verbi gratia [illegible] quòd iudex ordinarius antequam [illegible] promiſſum partem nolentem compromittere [illegible] remedijs opportunis obliget ad accipiendum [illegible] compromiſſum [illegible] ad hoc [illegible] in pœna eius [illegible] ſicut non impeditur [illegible] validè

[illegible] *l[illegible]on, ius, §. fin. ff. de iudic.* [illegible] n poteſt eligi in arbitrum [illegible] per text. *in l. [illegible] &* [illegible] *iudex, ff. de arbitr.* [illegible] us [illegible] hatur ergo deb[illegible] un[illegible] [illegible] m tanquam iudex or[illegible] na- [illegible] t[illegible] q[illegible] omprmiſſar[illegible]s.

16 [illegible] n dubi[illegible] ſi proce[illegible] at, ne d[illegible] ret an [illegible] vel[illegible] at[illegible] prog[illegible] atur, [illegible] e, non vt ar[illegible] ter, ſed v[illegible] [illegible] m[illegible] iam, qua actus me[illegible] va[illegible] & [illegible] cl[illegible] ax, argument[illegible] ar[illegible] & arbitra- [illegible] ompromiſſ[illegible] electus, v[illegible] laudum [illegible] & [illegible] us ſ[illegible], [illegible] n [illegible] p[illegible] or in- [illegible] toc, ſ[illegible] x [illegible] p[illegible] nciare vt [illegible] b[illegible], non vero vt a[illegible], [illegible] iam ſi [illegible] v[illegible] us, & q[illegible] in[illegible] o d[illegible] *&* [illegible] a[illegible] ix- m[illegible] p[illegible] d[illegible] vt [illegible] t I a R[illegible] con- [illegible] *c[illegible] ſtamsut mihi.* A[illegible] d. *in l.* [illegible], §. [illegible] *m. ff.* [illegible] S[illegible] [illegible] eſt pote[illegible], & c[illegible] [illegible] n, *l. cum antea* [illegible] *de recept.* ar[illegible] Me[illegible] *e præſumpti* [illegible] *quaſt.* 8. [illegible] 4. *&* [illegible] *quaſt.* 5. [illegible] C[illegible] n[illegible] Cra- [illegible] *n.* 2[illegible] 4. *num.* 5 [illegible] *er. Q*[illegible] *e*[illegible] *dee, &* [illegible] 3. *colum.* 4 v[illegible] e[illegible] [illegible] di benefi[illegible] illum præ[illegible] à c[illegible] le- ctum, quo me[illegible] ac[illegible] e[illegible] io [illegible] gn[illegible] o[illegible] ius e[illegible] ſ[illegible] a[illegible] c[illegible] ve- bitur [illegible] no[illegible] vt a[illegible] b[illegible] er, [illegible] na- tius, exemp[illegible] ci[illegible] us, q[illegible] e[illegible] ite, quia præ[illegible] m[illegible] [illegible] e[illegible] effi- c[illegible] ciori, ac poten[illegible] ti. Crauet[illegible] 2[illegible] m[illegible] *verſ. Rurſus non obſtat,* & Alexand[illegible] 8 *col.* 4. *verſ. Nec etiam probatur,* [illegible] 3[illegible] N[illegible] c[illegible] de volũ[illegible] ate iudicis eligent[illegible] ortius p[illegible] ced[illegible] e vt ar[illegible] te[illegible] m v[illegible] iudex ordinarius. F[illegible] in. *in cap. cum ex off*[illegible] *col.* 3. *ver.* [illegible] *imita primo, de præ-* [illegible] *n.*

17 Quod ſi com[illegible] romittatur in Titium tanquam ar[illegible] itrum, & antequum cauſ[illegible] e[illegible] iatur, fiat [illegible] x o[illegible] narius, Re[illegible] ndet Lanfranc. de O[illegible] ia- [illegible] *pra*, quem [illegible] efert, ac ſequitur A[illegible] ler *Præte-* [illegible] *m cap.* 9. *in v*[illegible] *o, Qui pudisre, num.* 5. [illegible] A[illegible] *fuit commi*[illegible] *a*, n[illegible] expirare munus arbi- [illegible] e[illegible] ſſe [illegible] dicem fa[illegible] n [illegible] rdinarium adhuc [illegible] ſſi [illegible] iteri. Co[illegible] rmat id exemp[illegible] o cæ- c[illegible] *a* [illegible] *ff.* [illegible] *iudi*[illegible] bi gl[illegible] ſſ[illegible] ait po[illegible] e cæ- [illegible] gi [illegible] ſ[illegible] fuit iudex, [illegible] n [illegible] n era[illegible] æc[illegible] s, quaſi dic[illegible] ab i[illegible] cæ- [illegible] ſſe [illegible] e[illegible] icem, ergo quamuis iu- d[illegible] n[illegible] poſſit eſſe arbiter ab initio, [illegible] ordinar[illegible] s, poſſit e[illegible] igi in arbi- [illegible] men [illegible] e[illegible] poſtea creetur or- [illegible] m mihi videtur ve[illegible] us, q[illegible] c[illegible] pe[illegible] ſſ[illegible] n ex[illegible] per [illegible] iu[illegible] em ordinariam, e[illegible] ve [illegible] e[illegible] a q[illegible] o res incipe- re n[illegible] p[illegible] & [illegible] actus [illegible] tar[illegible] r. Bar[illegible] lus *in l. pluribus,* [illegible], [illegible] *de verborum obligationi- bus.* Item q[illegible] ia c[illegible] e[illegible] runt o[illegible] ia [illegible] egumen- ta, ac rati[illegible] nes, p[illegible] qua[illegible] de iure commu- ni iudex ordinari[illegible] s ex[illegible] uditur à mu[illegible] nere arbitri.

## EPITOME.

18 *Arbitrum corrumpens pecunia, v[illegible] l ambitione de qua culpa teneatur, & quomodo ſit puniendus.*

19 *A[illegible] ter pecunia corruptus male arbitrando, vel per imperitiam, de qua culpa teneatur, & quomodo ſit puniendus.*

30 *Arbiter an poſſit multare partes, & eas damnare in expenſis.*

31 *Arbiter infra tempus compromiſſi cauſam non definiens, an teneatur parti ad intereſſe. Et quid ſi prorogetur terminus, erit ne compromiſſum nouum.*

32 *Compromiſſum factum ſine præfixione temporis, quanto duret tempore.*

33 *Compromi[illegible] um no[illegible] poteſt fieri in vnam ex partibus. Et quibus prohibeatur compromiſſum facere.*

34 *D[illegible] imarum cauſæ & matrimoniales, ſeu ſpirituale[illegible] an poſ[illegible] int compromittere in duos, quorum alter [illegible] it laicus.*

35 *[illegible] am excludantur ab [illegible] ffic[illegible] o arbitri.*

36 *Ar[illegible] iter ſuper [illegible] tis laude conuentus poter[illegible] d[illegible] arari nu[illegible] tatem illius.*

37 *Arbite[illegible] ſuper cauſis, in quibus fuit arbiter, non poteſt teſtificari regulariter, aliquando tamen poteſt.*

38 *Arb[illegible] ter & arbitrator ſi quis in compromiſſo e[illegible] atur ad cauſam definiendam, ſi procedat [illegible] aine non ſeruato, & cauſam pronunciet, dicetur pr[illegible] edere tanquam arbitrator, ne vitie- t[illegible] andum.*

39 *Ordi[illegible] arius, en delegatus qui [illegible] principio ordinario proce[illegible] it an po[illegible] it ad[illegible] iam a[illegible] r ariam de[illegible] dere p[illegible] ea, & vice verſa.*

40 *Arbiter quicumque poteſt eſſe [illegible] poteſt eſſe arbitrator, non tamen e[illegible] contra.*

41 *Arbiter virum poſſit cognoſcere an [illegible] i arbiter, & procedere nocturno tempore, & diebus feriatibus.*

42 *Arbiter non poteſt punire falſum teſtem coram ſe deponentem.*

43 *Arbiter inuicem pronuncians, an poſſit iterum pronunciare.*

44 *Arbitri recu[illegible] ati proceſſus, & omnia geſta poſt recuſationem, cenſentur valida; competit tamen exceptio doli contra illum.*

45 *Arbiter poteſt inhibere, quando partes ſe habent odio, ne tranſeant per portas alterius.*

46. & 47 *An acta coram arbitris faciant fidem coram iudice. Et quid de confeſſione coram arbitro, an ſit iudicialis.*

48 *Procurator habens mandatum ad compromittendum, quoties poterit compromitt[illegible] e.*

49 *Procurator cum ſpeciali mandato, vel cum libera poteſtate, an poſſit compromittere.*

50 *Criminalis cauſa an poſſit compromitti.*

51 *Compromiſſum factum in aliquam dignitatem, an tranſeant in ſucceſſorem.*

52 *Compromitti poſſit an in la[illegible] cei[illegible] ſi detur ſchiſma inter duos de Summo Pontificatu contendentes.*

53 *Arbitri an poſſint citare per edicta.*

54 *Arbiter poteſt reuocare ſuam ſententiam interlocutoriam, & an definitiuam, quæritur.*

55 *Arbiter non poteſt pronunciare ſuper pœna[illegible] vel compromiſſo, vel alia noua pœna.*

56 *Arbiter ſententiam in ſcriptis ferre debet ſecus arbitrator.*

57 *Arbiter poteſt ſportulas petere, & quid in caſu petendi*

28. Q[illegible]

29. [illegible]

Condemnare autem in expenſis,& in intereſſe poteſt arbiter partes contumaces , ſic Hoſtienſ. *de arbitr.§ Qualiter ad effectum,verſ.Sed nunquid poteſt punire*, Innocent.*in cap.ex parte,de arbitr.* & alij,quos refert,ac ſequitur Io.Baptiſt.*de arbitr. lib.9.cap.6.col.3 ad fin.verſ.Item,an poterit arbiter contumacem,& cap.19.fuſiùs.* Panorm.*conſ.62 incipit,in controuerſia,num 5.lib.2.* Blanch. *in tract. de compromiſſ. in 6. quæſtione principali, num.15. verſ.Limita prædictam concluſionem.*Lancellot.*de attentatis,d.cap.15.n.69.* Quod procedit etiam ſi de expenſis,ac fructibus,ac condemnatione,& taxatione expenſarum ac fructuum,nulla facta fuerit expreſſa mentio in compromiſſo, ſic Innoc.*in cap ex parte,col.1 de arbitr.*& Bart.*in l.terminato, col.2.verſ.Item pronunciauit,C.de fructib & lit.expenſ.* quibus accedit Flamin.Chartar.*in deciſ.Genuenſ 5.n.9.* Quod habet locum intra tempus cõpromiſſi;non verò poſt lapſum tempus. Flam.*vbi proxime,num.5.& 10.*poſt Bald *in d.l.terminato,*& Blãch.*de cõprom.q.9.n.87.*Mol.*tract 5.diſp.44.n.8.*

Quæri tamen poteſt an arbiter de ſumptibus ante litem conteſtatam reſtituendis pronunciare valeat. Videtur negandum *argumento l.non diſtinguemus,§.de officio,& §.fin ff.de arbitr.* Sed meliùs affirmandum,quoniam arbitrium & iudicium cõueniunt,niſi diſſimilitudo expreſſa reperiatur,*l.1. ff. de arbitr. & l. ſi de meis, §. Recepiſſe, ff eodem.* Cùm ergo partes compromittant de cauſa principali in arbitrum,conſequenter de acceſſoriis cõpromiſerunt , argumento *l. 2. ff. de iuriſdiction. iudicum* , & deducitur ex *leg. 1. §. cum vrbem, ff.de officio præfecti.vrbis,* Menoch. *lib.1.de arbitr. quæſt.45.n 1. & ſequent.* vbi ait arbitrium conceſſum ſuper cauſa principali cenſeri ſuper dependentibus,incidentibus,emergentibus & connexis,etiã conceſſum. Idem reperis *q.82.n.12.& q.38.n.1.* & clariùs Iacobus de Arena *in tract.de expenſis,n.6.* ex eo quòd cõceſſo principali conceditur acceſſorium, *l.ſi ex certo loco, §. vſque adeò,ff commodat.* Sic de expenſis,quæ fiunt cũ nunciis,& officialib. ante litẽ conteſtatam,*l.fin.C.de priuil.ſchol.lib.12.*

31\. Arbiter verò intra terminum præfixum cauſam malitiosè non definiens,vt finito die compromiſſum euaneſcat,de dolo agi poteſt,argumento text. *in l.ſi menſor falſum modum dixerit,& l.ſi quis arbitratu*,& ibi interpretes *ff.de verb.oblig.* Facitque litem ſuam ſicut malè arbitrando,textus ſingularis,*in l.ſciendum,§ diuus,& §.præcedenti,ff.de magiſtratu.* Bart.*in l.fin. ff. de var.& extraord.cognit.* quem ſequitur Bertach.*in repertorio, in verb.Arbiter,n.120.verſ. Arbiter negligens,*Farin.*in praxi, q.111.n.451.& ſequenti,pag.715.*poſt plures *ibi* relatos. Quod procedit quando non datur arbitrio poteſtas prorogandi terminum. Quod ſi concedatur poteſtas ſimpliciter prorogandi,non poterit arbiter niſi ſemel prorogare, vt notatur *in l.bona, §.hoc ſermone,ff.de verbor ſignif.* Speculator *in tit. de arbitr. §. Excipitur, verſ. Quid ſi dictum eſt.* Lanfranc.de Oriano *de arbitr.1.p.n.46 & ſequenti* Quod ſi dicatur in compromiſſo, quòd poſſit prorogare arbiter cauſam ſibi compromiſſam ſemel & pluribus vicibus , non poterit prorogare niſi ſemel,aut bis. Bald.*in conſ. ſuo,incipit,nobiles viri*; Cechus *de aduocatis*, quem referens ſequitur idem Lanfranc.*ibi* Non poterit tamen terminus compromiſſi fieri longior per prorogationẽ, quàm fuerit primus terminus ab initio poſitus in compromiſſo,argumento *l.ſancimus, C.de fid.iuſſ. & in authent Qui ſemel, C.Quomodo, & quando* iudices,niſi neceſſaria cauſa ſuadeat.

Dicitur autem prorogatio prioris termini extenſio cum eiſdem qualitatibus facta durante adhuc priore tempore in compromiſſo deſignato, *l. ſed ſi manente ff de precario.* Bald. *in cap.Quintavallis de iureiur.* gloſſ.*in l.ſi cum dies.in principio, ff.de arbitr.* Si autem fiat finito tempore,non dicetur prorogatio,ſed nouum compromiſſum,*l.ſed ſi manente, ff. de precario,* Cardinalis Pariſ.*conſ.43. n.7 vol.1.*Lanfranc.*de arbitr.p.1.n.51.*Camill.Borrell.*in ſumma deciſ.tit.63.n.331.* quamuis contradicat Boër.*in deciſ.283.n.19.* dicens prorogationẽ factam poſt terminum valere, vt prorogationem, & vt nouum compromiſſum ; ſed fallitur , quia quamuis valeat vt compromiſſum nouum , non valet tamen tanquam prorogatio.

Probatur argumento dilationis,cuius prorogatio & extenſio petí, & fieri poteſt antequam prima dilatio labatur ; ſi autem fiat prima dilatione iam lapſa, non dicitur prorogatio, ſed noua dilatio;Lanfranc.*in cap.Quoniam contra,in verb.dilationes,n 20 extra.de probat.* Boër.*deciſ.294.n.7. & ſequentib.* Maſtrill. *in deciſ.Regni Siciliæ,deciſ.35. n.2. & 3.* Andr.Gall. *practicar obſeruat.lib.1.obſeruat.91.n.20.* Petr.Greg. *ſyntagmat. iuris vniuerſi, lib.48.cap.8.n.12.*Franc.Marc.*in deciſ.Delphin.54. n.3.vol.1.*& Thom.Triuiſan.*in deciſ.Venet.59.n.3. & 4.lib.1.* Similiter ergo in noſtro caſu. An verò dum fit prorogatio debeant partes citari? Videtur affirmare Maſtrill. *ſupra,n.5.* poſt Cardinal.Pariſ. *conſ.43.n.8.vol.1.* & Fabium de Anna *conſ.75.n.6.* Sed melius negatur requiri citationem quando prorogatio fit de partium voluntate,puta, cum in compromiſſis ſit facultas prorogandi arbitro. Idem dicas,quando prorogatio fit per legem ; ſecus quando fit per iudicem ex iuriſdictione eiuſdem ; tunc enim requiritur citatio. Sic Bald. *in dict.cap.Quintavallis, de iureiur.* Et in hoc ſenſu ſuſtinetur ſententia Maſtrilli & cæterorum quibus adhæret , affirmantium eſſe neceſſariam partium citationem,quando fit prorogatio. Mihi tamen magis placet etiam quando prorogandi poteſtas conceditur arbitris prorogationem eſſe faciendam præſentibus partibus, aut ſaltem prorogationem partibus debere intimari , & notificari, aliàs cenſebitur arbiter fraudulenter procedere, nec ſententia partes coget. Sic Bald. *in l.1. C. de ſentent. ex breui cal. reci.* Alexand.*conſ.34.col.fin. verſ.Hoc probatur,volum.1.* Boër. *deciſ.283.n.32. & 33.* Decius *conſ.39. n.1. & 2.* Niſi concedatur arbitro in compromiſſo , quòd poſſit prorogare præſentibus partibus , & abſentibus. Sic Iafrod. Lanfranc.Balbus *in deciſ. 419. incipit, Arbiter,* & priùs *in deciſ.33.incipit, ſi in compromiſſo.* Facit tradita à Lanfranc. de Oriano *de arbitr. 1. part. num. 52.* vbi addit ſi partes in compromiſſo renuncient intimationi ſibi faciendæ de prorogatione, renunciationem eſſe nullam,quia videretur arbiter doloſè agere,& dolo de futuro nullo modo renũciari poteſt, *l.ſi vno,§.Illud,ff.de pactis.* Facit lex Luſitana *lib.3. tit.16. in principio,in vltimis verbis ; Será de nenhum effeito.*

Item compromiſſum cenſetur nouum non ſolùm,quando prorogatur elapſo iã termino priori, ſed etiam quando compromiſſo additur aliquid noui , vel diminuitur ; ſic reſpondet. Curt. ſenior *conſ.43. incipit, teſtator Auguſtinus , circa finem.* Probatur argumento conſtitutionis pœnalis antiquæ , quæ cenſetur noua aliquo illi addito, gloſſ. *in clement.2. in fine, in verſ. ſanctioni, de vita, &*

*benef. clericor.* Facit textus *in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, ff. de verbor. obligat.* vbi cum additur, vel detrahitur iuri communi, ius proprium, hoc eſt ciuile efficimus. Suffragatur quod ſolet dici qualitatem aduenientem enti nouum ens cõſtituere, *cap. ſtatutum, & cap. licet canon. de elect. in 6.* quod volunt poſt alios. Marſil. *ſingul.* 55. *qualitas, & catera.* & Gomez Hiſp. *§. in perſonam, num. 16. inſtit. de action.* quod intelligit Crauet. *conſ. 125. n. 6.* & Tiraq. *tract. de retract. conſanguinis. §. 16. gloſſ. 1. num. 6.* cum qualitas adueniens eſt ſubſtantialis.

Porrò compromiſſum factum in arbitrium abſque vllo termino, quanto tempore duret, dependet ex partibus; ſi tamen id omittatur in compromiſſo, cenſetur durare triennio, eóque elapſo expirare, ſi lis ſit conteſtata; lite verò non conteſtata factum durat triginta annis. Prior pars nempe durare triennio ſi fiat lite conteſtata compromiſſum, probatur ex *l. properandum, §. 1. C. de iudic.* Speculat. *in tit. de arbitr. & arbitrator. § Differt, num 14. verſ. Item vt intra triennium*, & alij quos referens ſequitur Camill. Borrell. *in ſumma, d. tit. 63. num. 216.* Poſterior pars, nempe durare triginta annis compromiſſum ſi fiat lite non conteſtata, patet ex Guidone Papæ *in deciſ. Delphin. 140.* & ex Camill. *ſupra, n. 218.* Quod ſi arbiter intra triennium à lite conteſtata cauſam non finiat, compromiſſum expirat iuxta communiorem ſententiam, quam Gregorius Lopez *l. 27. verb. des del dia, que lo recebieron, tit. 4. part. 3.* tradit, & ita decernit, quamuis non deſint qui putent poſt triennium poſſe cogi arbitros ad laudandum conſiderato iure communi. Sed hoc habere locum in arbitratoribus, non verò in arbitris, opinatur Gregor. Lopez *vbi ſupra*, Molin. *tract. 5. diſp. 43. num. 5. argumento l. fin.* & *ibi* per Cynum *C. de contrahend. empt. l. fin. §. Sed ſi quid, C. commun. delegat.* Bartol. *in l. ſi quis arbitratu ff. de verbor. obligat.* Ex eo fundamento, quòd arbitratores ſine præfixione diei & termini accipientes compromiſſum poſſunt toto ſuæ vitæ tempore, vel quandiu voluerint cauſam finire. Sed de arbitratoribus intra quantum tempus teneantur cauſam terminare, dicetur *§. frequenti.*

31\. Sed quid ſi arbiter Titium condemnet vt ſoluat Sempronio ſummam petitam in libello, nec declaret in laudo intra quantum tempus ſoluere debeat? Dicendum eſt ſecundùm legem *ſi cum dies, §. arbiter ff. de recept. arbitr. l. 2. C. de vſur. rei iudicat.* & gloſſ. *in l. ſi debitori, in fine,* teneri ſoluere, ac ſatisfacere intra quatuor menſes à laudo lato ſi non apponatur terminus intra quem teneatur ſoluere; quod ſi apponatur terminus, debet ſoluere tempore præfixo, alioquin pœna incurritur ſi in compromiſſo fuit indicta; neque quando poſt terminum elapſum pœna exigitur, poteſt purgare moram etiam ſi velit ſoluere capitale antequam lis inchoetur, quoad actionem, circa pœnam ante litem conteſtatam, cogeturque pœnam ſoluere non obſtante quòd velit purgare moram, habetur *in l. Celſus, ff. de recept. arbitr. & in l. 33. tit. 4. part. 3.* Molin. *ſupra, quæſt. 45. num. 1.* vbi addit poſt Gregorium Lopez *in d. l. 33. in verbo, del plazo,* ſtatuente arbitro quadrimeſtre in ſuo laudo ad illud implendum non habere locum purgationem moræ, quando poſt quadrimeſtre lapſum actio intentatur ad pœnam incurſam, quia illud quadrimeſtre tunc eſſet terminus à iudice poſitus. Secus ſi terminus ſit à lege poſitus, puta, quatuor menſium, quia agitur mitiùs cum lege, quam cum homine: ideo ſi poſt quadrimeſtre parte petente pœnam, alia [illegible] iudicati [illegible], purgatur mora [illegible] litem con[illegible] interim actoris debitum [illegible] tunc enim hoc [illegible] debet, aliter purgationi moræ non eſt [illegible] Lopez *d. l. 33. in verbo, complieren* [illegible] poſt legem *l. ſequens, ff. de recept. arbitr.* & gloſ. *ibi* Molin. *d. q. 4[illegible] n. 1.*

Quod ſi non ſit locus ad [illegible] purgationem, & victor poſt pœnam [illegible] de [illegible] victo debitum ſolutum [illegible] protestatione de iure quæ hab[illegible] exigendam: Videtur remittere actionem ad pœnam petendam ex *l. 2. Celſus, ff. de recept. arbit.* Quod procedit, quando in compromiſſo pœna [illegible] non eſt clauſula, nec tacitè, nec expreſsè, *rato manente pacto*; eo enim in euentu nihil inſuper pœnæ poteſt exigere. Secus ſi præmiſſa ſit proteſtatio iuris ad exigendam pœnam, quia tunc poterit petere pœnæ augmentum, ſi pœna rei adiudicatæ valore excedebat. Si autem in compromiſſo clauſula, *rato manente pacto*, addita fuit, non obſtante ſolutione recepta à victore de debito victi, ſi victor fuit proteſtatus de iure quæſito ad pœnam exigendam, indubij iuris eſt illum poſſe agere ad pœnæ exactionem, vt notat Speculator *tit. de arbitr. § fin. verſ. Sed pone argumento le[illegible] ſi debitor § fin. ff quib. mod. pignus, vel hypotheca [illegible] ſoluitur.* Idem ſi interueniat iuramentum, eo quòd habet vim clauſulæ, *rato manente pacto, l. ſi quis maior,* & *ibi* Bartol. *C. de tranſact.* Greg. Lop. *in d. [illegible] 6. in verb. Maguer,* vbi addit interueniente [illegible] clauſula, *rato manente pacto,* quamuis pro[illegible] addatur, poſſe exigi pœnam, vt no[illegible] *eod. tit. §. excipitur, verſ. Item quod pœna,* & [illegible] *in d. l. Celſus, ff. de arbitr.*

Quæri etiam [illegible] arbitrum, promittentque [illegible] arbitrio iudicum, & altera [illegible] ſuccumbens à laudo arbitrorum [illegible] *ad quem*, poſtea verò recedat [illegible] antequam iudex *ad quem* cog[illegible] inferiorum, & ſe ſubijciat laudo [illegible] vel [illegible] que parte, an teneatur [illegible] pœnam in compromiſſo indictam? Reſpon[illegible] *rerum iudicatar. lib. 3. cap. 8.* [illegible] fuiſſe commiſſam à parte appellante, [illegible] tamen pœnæ exactionem exigi vbi pœna [illegible] quis appell[illegible], ſed requiri iudicis ſententiam [illegible] appell[illegible] pronunciatã. Sic Boer. *dec. 284.* poſt Dynum *in* [illegible] 9. *incipit, Preterea in reſponſione primi capit* [illegible] & Cæſar. Urſill. *in deciſ. Neapol. ſub d. 6.* Quæ ſententia eſt verior, pro qua eſt caſus, *in l. cum Roma, § [illegible] fratres,* ſecundum vnam lecturam Bartoli [illegible] *de verb. oblig.* Quare ſi ſententia arbitrorum non firmetur, ſed vel infirmetur, vel ab ea appelletur, pœna non debetur interim, Bartol. & S[illegible] *cet. §. ſi ſeruus in fine ff. de procur.* Quod ſi laudum arbitrorum pro parte confirmetur, & pro parte infirmetur, pœnam deberi docet Bald. *in l.* [illegible] *quæſt. C. de arbitr.* Sed melius Capi[illegible] *in l. cum § [illegible] tione, col. 2. verſ. Si quid hoc faceret iudex* [illegible] *appell. & in c. 3. § inter pares, col. penult. verſ. Sed quid ſi arbitrator, de lege Corradi,* quoniã ſententia nõ eſt in totum confirmata. Idem dicendum [illegible] iure Luſitano *lib. 4. tit. 1*[illegible] *vbi: Se as leis* [illegible] *da appellação confirmare a ſentença dos arbit*[illegible] *appellante ao vencedor a pena contenda* [illegible]. Quod intelligitur ſi in totum fuerit confirmata, iuxta tradita vbi proximè; & ſequitur Ludou. de

Roman.

Roman [illegible] *de arbitr. in penultim.* [illegible] ideo non [illegible] etur pœnam [illegible].

15. [illegible] eſt non poſſe compromitti [illegible] tibus, eo quod non poteſt ſibi [illegible] præcipere Panorm. *in d. cap.* [illegible] *de iureiur.* Petr. Gregor. [illegible] *lib. 47. cap. 39.* Item, quia [illegible] iudex in cauſa propria, vt eſt ca- [illegible] *de arbitr.* & docet Bald. *in d. cap.* [illegible] Speculator *in titulo de arbitr.* [illegible] & Hoſtienſ. *in ſumma de arbitr. §. etiam 11.* Franc. de Ortian. *de a*[illegible] *principit, §. Habe-* [illegible] *num. 8. quæſt.* [illegible] cùm ſit de natura arbitri in [illegible] ſententia ſua imperare, & præcipere, & nemo ſibi [illegible], & ſic arbiter non poſſit [illegible] imperare, ſi [illegible] præcipere deberet. Non obſtat, ſi dicas poſſe compromittere in aduerſarium vt in arbitratorem, vt ſentit Panorm *in d. cap. Quintauallis, de* [illegible] *num. 7. &* [illegible] Bald *in l. ſi libertus, ff. de oper. libertor.* Camill. Borrell. *tract. de compromiſſ. §.* [illegible] *gloſſ. 4. num. 38. & ſequenti*, quia id habetur de arbitratore *in d. cap. Quintauallis*, quod etiam vult Angel. *in l. ſi cui, ff. de ſeruitut.* vbi inquit, commiſſionem hanc, *committo me tuæ miſericordiæ*, hoc eſt *tuæ voluntati*, non importare liberum arbitrium, ſed arbitrium [illegible]; quod eſt quid differens, vt notat Lanfranc. [illegible] *Ad* [illegible] *arbitramentalem* [illegible] *num. 25.* Accedit arbitria eſſe [illegible] ad inſtar iudiciorum, vt *in l. 1. ff. de arbitr.* [illegible] *C. de iudic.* & ob id non poteſt quis eſſe iudex in cauſa propria, vt in toto titulo, ne quis in ſua cauſa iudicium dicat; ergo nec arbiter eſſe poterit; ſecus de arbitratore, cum non habeat liberum arbitrium, ſed arbitrium boni viri, & ſit amicabilis quidam compoſitor potiùs de facto, & ſine aliquo iuris ordine, quam de iure cauſas ſibi commiſſas dirimens, Bartol. *in l. ſocietatem*, per textum expreſſum, ibi, *§. arbitrorum, num. 7. & ſequenti, ff. pro ſocio.* Speculat. *in tit. de arbitr. §. 1. verſ. Arbitrator*, Rebuff. *ad* [illegible] *Galliæ, tom.* [illegible] *de arbitr. art. 1. gloſſ. 3. n. 2.* [illegible] quos referens ſequitur Garcia, Ma[illegible] [illegible] 1. Ergo poterit eſſe iudex arbitrator in cauſa [illegible], & ex conſequenti poteſt ab aduerſario [illegible] compromitti.

Quibuſnam interdictum ſit facere compromiſſum ex ſequentibus patebit. Nam in primis contumax nequit compromittere, vt notat Ca[illegible] *in ſumma, tit. 46. de contumacia, n.* [illegible] & [illegible] *§. 2. gloſſ. 3. n. 406.* [illegible] Item præbendatus non poteſt [illegible], neque tranſigere in præiudicium [illegible] bus autem, vel ſuper [illegible] poteſt in præiudicium proprii. S[illegible] *de arbitr. §. de quo vero,* [illegible] *§. reſtat, verſ. Sed* [illegible], quia arbitramentum eſt [illegible] Bartol. *in l. ſi quis* [illegible] *obligat.* Alexand. *conſ. 82. in fine.* [illegible] Maranta *in ſuo ſpeculo, diſt. 14. n.* [illegible] *remed. 15.* [illegible] Quia non dicitur præbendatus beneficij dominus, ſed adminiſtrator; ideo non poteſt tranſigere in præiudicium Eccleſiæ, quæ non poteſt [illegible] alienare, niſi ſeruatis ſolemnitatibus ad alienandum requiſitis; Atque ita eædem ſolemnitates requiruntur ad tranſigendum & compromittendum circa bona Eccleſiaſtica. Molin. *tract. 2. diſp. 557. in principio, fol. 1973.* Iuuat illud quod dicitur, *prohibitis alienare prohibetur compromittere* Sic Ioan. And. Anton. de Butr. & Panorm. *in cap. cum tempore de arbitr.* Lapus *in allegat. 172. incipit, non poteſt clericus, ſub num. 3. verſ. Hinc eſt quod quod is qui* ſed compromittere eſt alienare, reſte Quintilian. Mandoſ. ad Lapum *in d. allegat. in verb. compromittere, in fin.* & Cardinal. Pariſ. *conſ. 134. num. 11. vol. 4.* Sed non poteſt fieri alienatio in præiudicium rerum Eccleſiæ, nec tranſactio; ergo nec compromiſſum.

Furioſus, prodigus, ſurdus, mutus, ſeruus, & reliqui bonorum ſuorum adminiſtratione carentes non poſſunt compromittere, ſicut religioſus non habens adminiſtrationem ſine licentia ſui ſuperioris nequit compromittere, vt habetur *in cap. non tempore, & in cap. per tu*[illegible] *de arbitr.* Speculator *in titulo de arbitr. §. reſtat, verſ. Sed numquid clericus.* Iuuat cap. *non dicatis*, 12. *q. 1. & cap. placuit. 16. quæſt.* [illegible] Hinc fit, vt prælati, & Abbates legitimam adminiſtrationem habentes de rebus dubiis poſſint compromittere. Lanfranc. *de arbitr. in 3. p.* [illegible] *num. 12.* poſt alios. Similiter prohibentur compromittere, qui prohibentur alienare, vt pupilli, qui iure compromittere non poſſunt; quare ſi compromittant, laudum, ſeu ſententia inde lata nullius eſt momenti, [illegible] *ſi minor. § minores, ff. de minoribus* [illegible] *pupi*[illegible] *& ff. de arbitr.* Vnde tutores, & curatores pupillorum, vel minorum non poſſe compromittere [illegible] ne decreto, & cæteris ſolemnitatibus tradit Bol[illegible]gon. *conſ.* [illegible] *col. 2.* etiam ſi vigeat ſtatutum quo obligentur ad compromittendum. Nam tunc minores, & eorum tutores, ſeu curatores compromittendo tenentur obſeruare decretum & ſolemnitates, vt notat Blanch. *de compromi*[illegible] *principali, num. 59. verſ. Quinto facit*, poſt Bartol. *conſ. 4*[illegible] *lib. 2.* Probatur, quia tutores ſicut non poſſunt tranſigere, nec curatores, ſine decreto, ſic nec compromittere, quia compromiſſum eſt tranſactio. Bald *in l. ſi præſes in 6. quæſt. C. de tranſact.* Ruin. *in conſ. 129. col. 2.* Abbas iuuat *in cap. cum tempore de arbitris*, vbi fauet, *col. 2.* doctrinæ Roini *in d. conſ. 129. vol. 5.* in hunc modum dicens eandem ſolemnitatem requiri in compromiſſo facto in fauorem minorum, quæ requiritur in alienandis bonis minorum. Textus cum gloſſ. *in l. non ſ*[illegible] *um, C. de præd. minor.* Bartol. poſt gloſſam *in l. nulli, ff. de tranſact.* Conſtat ergo bona minorum, & pupillorum non poſſe alienari ſine decreto iudicis, & ſine cæteris ſolemnitatibus, vt habetur *in l. ſi pupillorum, §. ſi Prætor, ff. de rebus eorum.* Gozad. *conſ. 78.* vbi ait non poſſe hæc bona obligari: igitur neque compromiſſum fieri de eiſdem.

Compromiſſum etiam factum in excommunicatum non valet tanquam in arbitrum, ſed tanquam in arbitratorem. Bartol. *l. Pedius, in fine, ff. de arbitr.* Speculat. *de arbitr. §. differunt, verſ. Item ſecundum eum*, idem Bartol. *in l. ſi ſocietatem, § arbitratorum, in vlt. col. verſ. Item an excommunicatus, ff. pro ſocio, &* *in l. centeſimus, §. fin. in vlt. col. verſ. Quid ſi iudex, ff. de verb. oblig.* Alex. *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, in* [illegible] *col. verſ. & facit ille text. ff. ad Trebell.* Lanfranc. tamen *de arbitr. in 3. part. quæſt.* [illegible] *num. 14.* ex Ioanne Andrea *in titulo de arbitr. §. reſtat*, refert excommunicatum non poſſe facere compromiſſum voluntarium, compromiſſum autem neceſſarium poſſe, & eligere arbitros ex neceſſitate; de quo valdè dubito, quia arbitri neceſſarij excommunicati nulliter procedunt, Tabien. *verb. arbiter, num. 4.* & expreſsè

tradit Dueñas *in regul.* 168 *&* 1[illegible] quem ſequitur Areued. *lib.* 4. *tit.* 8. *l.* 3. *num.* Item quia arbitri neceſſarij habent j[illegible]dictionem, & ſicut ipſi nulliter procedunt, dum ſunt excommunicati, ſic excommunicati nulliter eligunt arbitros neceſſarios. Abbas *in c.* [illegible] *ab&s, de intrepatrimatim*; neque poſſunt eligi. Flamin. Parif. *de reſign. lib.* 5. *q.* 6. *n.* 80. *&* 81. Quòd ſi eligantur, vel [illegible]gant præſentem, vel præſentientur, nulla eſt electio ipſo iure, *c. cum inter. de elect. cap. conſtitutis, de appellat.* Couar. *in cap. Alma mater, p.* 1. *cap.* 7. *ſub num.* 1. *verſ. Nec praſen ari ad beneficium.* Flamin. *ſupra*, [illegible] *infra. lib.* 11 *quæſt.* 1. *num.* 18. Sa *verbo, excommunicatio, num.* 29. Faciunt cap. *ad probandum de ſentent. & re iudicat. cap. præter priorem*, cap. *dilecti* [illegible], cap. *exceptionem extra de exceptionibus*, vbi habetur excommunicatos fieri iudices non poſſe. Quod procedit quando tales [illegible] publicè; ſecus ſi occultè, iuxta tradita per gloſſ. *in l.* 1. vbi Bald. *C. de iur. & fact. ignorant.* & traditur à Felin. *in cap. Rodulphus, de reſcript.* poſt Bald. *in c.* [illegible]*ontingis extra de dolo, & contumacia*, Ioannem Monach. *in defenſor. iuris, tit.* 2. *num.* 1. & Ioannem Baptiſtam Ferretum *in conſ.* 351. *num.* 3. *&* 6. Camill. [illegible] *tit.* 63. *num.* 2.

Compromiſſum etiam in Iudæos fieri non poteſt, *l. Iudæi. C. de Iudæis*, ſcribentes *in d. l. Pedius. in princip. ff. de arbitr.* Nec etiam valet compromiſſum, in fideiuſſorem contractus. Lanfranc. *in tract. de arbitr.* 2. *p. num.* 28. Si quæſtio eſt inter creditorem & fideiuſſorem; ex eo quòd non poteſt quis eſſe arbiter in cauſa propria. *l. penult. ff. de arbitr.* Si verò quæſtio ſit inter debitorem, & creditorem; tunc poteſt fieri compromiſſum in fideiuſſorem, quia imperabit reo per text. *in d. l. penultim.* Lanfranc. de Orian. *d. p.* 2. *num.* 28 *ad fin.* Bertachin. de Firmo *in repertor. verbo, compromiſſum in quo, num.* 40. *verſ. Compromiſſum in fideiuſſorem*. Item compromiſſum factum in duas perſonas, quarum altera eſt incapax, nullius eſt momenti; proinde ſi capax ferat laudum in ſubiectum, erit irritum, ſecundùm dictam legem *Pedius*, eo quòd non ita pronunciatum fuit, vt fuit compromiſſum. Lanfranc. *dict. p.* 2. *num.* 1[illegible]. Bartolus *in dict. l. Pedius*, §. 1. & ſcribentes *ibi, ff. de arbitr.* Speculator, *eodem titulo*, §. [illegible] *verſ. Sed quid ſi.*

34 Difficultatis eſt, an decimarum cauſæ poſſint in laicos compromitti? Negat Felin. *in cap. cauſam de præſcriptionibus*, & Lanfranc. *de arbitr.* §. *compromiſſum, num.* 7. *& ſequent.* hoc eſt de iure ſuper decimis. Borrell. *in commentar. de compromiſſ.* §. 2. *gloſſ.* 1. *n.* 354. De fructibus tamen decimarum Eccleſiaſticarum bene poteſt in laicos compromitti. Petrus Beluga *in ſpecul. prin.* [illegible] *num.* 12. A[illegible]haran. *conſ.* 34 *incipit, in hac cauſa, col.* 2. Camill. *de compromiſſ.* §. 2. *gloſſ.* 1. *num.* 127. Orianus idem innuit apertè, *d. num.* 7. Similiter non poteſt fieri compromiſſum in cauſa matrimoniali per cap. fin. *extra, de tranſact.* & ex gloſſ. *in ſpecie in c.* 1. *de conſanguinit. & affinit.* cui adhæret Anton. de Butr. ibi. Ex eo fundamento, quia metu pœnæ obeditur laudo arbitri; ſed pœna in matrimonio non debet apponi, vt dicitur *in cap. Gemma de ſponſalibus.* Item, quia tranſactio, ſeu compromiſſum non debet maiorem eff[illegible]tum habere, quàm res iudicata, *l. poſt rem, de tranſactionib.* Sed laudum in cauſa matrimoniali latum non tranſit in rem iudicatam, *cap. conſanguinei, de re iudicata.* Ergo talis tranſactio nihil debet operari, & ex conſequenti cauſa ma-

trimonialis [illegible] in laicum co[illegible] poteſt G[illegible]ll. *in cap. de* [illegible] *c.* [illegible] *in cap. ſuam. de e*[illegible] Panormit. *in cap. latorum* 3. *qui* [illegible], Bart[illegible] *l. quoties, C. de iudic.* Quinimo [illegible] requiritur a[illegible], & iudicio Epiſc[illegible] [illegible] *cap.* [illegible] cauſa matrimonii [illegible] Antonius C[illegible] [illegible] *communicar.* Maior *lib.* 62. *tit.* [illegible] *num.* 123 Cam[illegible]tell. *de compromiſſ.* §. 1. *gl.* [illegible] *num.* 8. *&* [illegible] poſt alios *ibi* relatos. Atque [illegible] laicus arb[illegible] eſſe non poteſt in cauſ[illegible] ſpiritua[illegible], & ibi communiter Doctores, *extra, de ar*[illegible]. Bene tamen poterit eſſe arbitr[illegible] ſecundùm Dec[illegible] *in cap.* 12. *num.* 2. *extra* [illegible] *iudic.* Vbi teſtatur de communi; de qua etiam per V[illegible] *in communi opin. verbo, laicus, num.* 3 [illegible] *Epiſcopus de* [illegible] *ſalibus, cap.* 8. §. 12 *num.* 2. Quod non put[illegible] in cauſis ſpiritualibus, in qu[illegible] non lic[illegible] tran[illegible]gere, prout eſt cauſa matrimon[illegible]. Vnde [illegible] cauſa in arbitratorem laicum compr[illegible] poteſt, nec debet ſecundùm Ripam *in cap.* [illegible] 3. *de iudic.* Sequitur C[illegible] *ſupra ſub num.* [illegible] *de ſequiſ*[illegible]*ione, quæſt.* [illegible] *num.* 14[illegible].

Sed quid ſi ſint duo arbitri [illegible] clericus in cauſa ſpiritualib[illegible] [illegible] bi iam dixi, *diſp.* 4. §. 4. *n.* [illegible] 4 [illegible] bus ſe nullo modo poſſe intro[illegible] principaliter, ſine incidenter ſecundùm c[illegible] *qui filij ſint legitimi, cap. tuam de* [illegible] *iudex laicus de ſententia excommun.* Qu[illegible] ge quando quæſtio in cau[illegible] ſpi[illegible] dens eſt iuris. Secus ſi facti; tunc enim [illegible] incidens in cauſa ſpirituali, quando [illegible] abſtractum eſt ab omni ſpiritu[illegible] [illegible] à iudice laico. Eſt Bartol. *in l.* 2. [illegible] *iudic.* Ripa *in cap.* 2. *num.* [illegible] *ſil* 12. *num.* 24. *vol.* 2. Abb[illegible] *rabilem, de vſuris, & in cap.* [illegible] etiam Felin. *col.* 3. *de fore comp.* [illegible] *l. quoties de iudic.* D[illegible] quæſti[illegible] in cauſa ſpirituali [illegible] agitur [illegible] ſi [illegible]tatur inter clericos, iudic[illegible] quando quæſtio facti eſt, non e[illegible] ro. Sic expreſſe Roland. [illegible] *in c. dil*[illegible] *col. penult. de* [illegible] *compet.* Men[illegible] *recuperand. remed.* 1. *num.* 2[illegible] qui nec principaliter, nec incidenter poteſt [illegible] tis eſſe iudex contra cler[illegible] [illegible] *iudex laicus, de ſent. ex* [illegible] *in* [illegible] ſpirituali [illegible] agitur de condemnatione p[illegible] laicus nullam habet [illegible] inter clericos nõ teſtcu[illegible] etiam per viam except[illegible] Vant. *de* [illegible] *defect. iuriſdictio num.* 8.

Reſpondeo ſecund[illegible] etiam [illegible] ter eſſe neq[illegible] [illegible] ſpirituali[illegible] be[illegible] poſſe eſſe [illegible] cum c[illegible] Ra[illegible] interdi[illegible] poſſe eſſe arbit[illegible] cauſæ ſpiritual[illegible], ſed quia eſt [illegible] tem ſpiritualem [illegible] honeſtatis, q[illegible] tur decentia, & [illegible] q[illegible] co[illegible] mul laicus & cle[illegible] ad [illegible] de re ſpirituali. Ded[illegible]tur ex tra[illegible] F[illegible] *n.* 6. *de iud.* & ex *cap. per tuas, extra, de ar*[illegible], quia ratione [illegible] poteſt [illegible] cauſa ſpirituali [illegible] cum cl[illegible] Hippol. *in ſingu.* [illegible] Imò [illegible] ſpirituali, poteſt fieri [illegible] clericum; Couar. [illegible] *cap.* 4. *num.* 1 Barbo[illegible]. *in remiſſ. lib.* 3. *tit.* 16. §. 8. *num.* 4.

Ego tamen puto hoc fieri non poſſe niſi fiat compromiſſum de licentia ſuperioris, puta Summi Pontificis, ex cap. *per tuas, de arbitr.* & ibi Antonius de Butr. Felin. *in cap. 2. num. 4 de iudic.* Alexand. *conſ. 91. viſis actis, col. 2. verſ. nec etiam, vol. 2.* Anchar. *conſ. 98. incipit, iſtam quæſtionem, in principio.* Lanfranc. de Oriian. *de arbitr. 2. part. §. hactenus, num. 24. verſ. respondeo quod ſic,* poſt Hoſtienſem *in tit. de arbitr. in ſumma, in §. de qua re, verſ.* [illegible] *iuſta*; & quamuis Couar. ſupra poſt alios, & Ioan. de Imol. *in cap. decernimus, de iudic.* & Speculator. *in tit. de arbitr. §. poteſt tamen*, abſolute tradunt compromiſſum de cauſa ſpirituali fieri poſſe in laicum ſimul & in clericum, nulla facta mentione de auctoritate ſuperioris; noſtra tamen opinio eſt multo verior, nec contra citati authores expreſſe contradicunt. Quin potiùs ſufficit authoritas Epiſcopi, aut iudicis ordinarij, vel delegati, ad quem ſpectabat rei ſpiritualis, & cauſæ cognitio. Innocent. *in cap. contingit, de arbitr.* Maſuet. *in practic. tit. de arbitr. num. 7.* Lanfranc. de Orian. *nuper relatus, num. 25.* Molin. *tract. 5. diſp. 39. num. 10. verſ. circa ſpirituales cauſas, & verſ. obſerua tamen*, poſt Panorm. *num 5. & 6. in cap. per tuas, de arbitr.* & gloſſ. *in d. cap. contingit, eodem tit.* Quibus adhæret Camill. Borrel. *in tract. de compromiſſ. §. 2. gloſſ. ſub num. 76.* Vel etiam dici poteſt aſſerentes indiſtinctè laicum ſimul & clericum poſſe eſſe arbitros in cauſa ſpirituali, nihil addentes de licentia ſuperioris, intelligendos eſſe de arbitratoribus, quibus cauſa ſpiritualis compromitti poteſt. Hoſtienſ. *in d. §. de qua re, in ſumma de arbitr. in fine.* Speculator. *in tit. de arbitr. §. reſtat, num. 2. verſ. item de ſententia.* Ancharan. *conſ. 98. incipit, iſtam quæſtionem.* Ioan. Baptiſta Ferretus *in conſ. 316. num. 5.* Quamuis Panorm. *in d. cap. contingit, num 1. in fine*, hanc additionem reprobet, & Camill. Borrel. *in tract. de compromiſſ. §. 2. gloſſ. 1 num. 82*, reiiciat, per text. *in cap. decernimus ne iudicijs*, ſpiritualia à laicorum iudicio remouentem, illam tamen probat Farinac. *d. quæſt. 8. tit. de inquiſitione, num. 24. verſ. limita ſecundo*, vbi authoritate Ioach. Miſing. *in ſuis obſeruat. 67. centur. 2. in fine*, decidit poſſe clericos conſentire tanquam per pactum in ſententiam laicorum tanquam in arbitratores, vel ſimul cum clerico, aliàs ex diametro obſtabit textus *in d. cap. contingit.* Quæ reſponſio eſt de mente Felini, & Abbatis, quos ipſe Ioach. Miſing. ibi refert, ac ſequitur.

35. Sequitur dicendum quibus interdicatur fungi officio arbitri, atque in primis religioſi non poſſunt eſſe arbitri, niſi concurrente licentia ſuperioris, & vtilitate monaſterij. Cap. *Monachi 16. q. 1.* Bartol. & gl[illegible] *in l. Pedius, ff. de arbitr.* Franciſc. Marc[illegible] *1. 528. vol. 1.* Paulus Æmil. V[illegible] *in de* [illegible] *4. num. 3 part. 1.* Lanfranc. de Or[illegible] *de* [illegible] *§. hactenus, num. 4. & 5.* poſt Speculat. *in tit. de arbitr. §. 1. verſ. ſed quare diligenter.* Idem tenet Hoſtienſ. *in ſum. de arbitr. in §. 2. in fine.* S[illegible] Marcus Anton. Blanch. *de compromiſſ. quæſt.* [illegible] *num. 4.* Angel. *in ſumma verbo, arbiter, num. 5.* & Tabien. *eodem verbo, num. 10.* Camill. Borrel. *de compromiſſ.* [illegible] *2. gloſſ. 4 à num. 65. & in ſumm. deciſ. tit. 63. num. 196.* Barboſ. *in remiſſ. ad ordin. Regiam. lib. 3. tit. 16. §. 8. num. 2.* Idem dico de religioſis mendicantibus, vt vult Bald. *in l. cum acutiſſimi, col. fin. C. de fide commiſſ.* Angel. *conſ. 272. primus punctus*, Lanfranc. de Oriano *vbi proximè, d. num. 5. & 6.* Molin. *tract. 5. de iuſt. diſput. 39. num. 5. verſ. de religioſis.* Ex ea ratione, quòd arbitrium formam iudicij exigit, quod prohibetur religioſis, vt conſtat ex cap. *de præſentium*, & cap. *Monachi, 2. 16. quæſt. 1.*

Poſſunt tamen eſſe arbitratores religioſi, quia in hoc exercent officium pietatis reuocando diſcordes ad concordiam, argumento *cap. iniuſtum, 11. quæſt. 3. & l. ſi ſocietatem, ff. pro ſocio.* An verò ad hoc requiratur licentia ſuperioris? Negat Aldrad. quem refert Angel. *d. verbo, arbiter, num. 4.* Sed melius affirmant Tabien. *d. num. 10.* Angel. *d. num. 4.* Molin. *num. 5.* ſi religioſi ſubditi ſunt, quia nec executores teſtamenti poſſunt eſſe, abſque licentia ſui ſuperioris, cùm tamen ſit officium pietatis; habetur *in cap. religioſus. de teſtament. lib. 6. & in clement. vnic. eodem tit.* & vult Ioan. Andr. *in additionib. ad Speculatorem, §. fin. in titulo de arbitr.* & ipſe Speculator *in eodem titul. §. ſequitur, verſ. quid de ſimplici Monacho*, & Paulus de Eleaza *in clement. & ſi principalis, de reſcriptis.* cùm arbitratores hoc quidam executores, & ſimplices declaratores, neque ad hoc requiratur forma iudicij, vt Lanfranc. & alij tradunt.

Item mulier non poteſt eſſe arbitra, ideo ſi fiat, nulliter pronunciat. habetur *in l. vltim. C. de recept. arbitr. & in cap. dilecti, de arbitr.* Lanfranc. de Oriano *d. §. hactenus, num. 2.* Angel. *d. verbo, arbiter, num. 3.* Molin. *d. diſp. 39. num. 4.* niſi habeat aliquod dominium, iuriſdictionem annexam habens, puta, niſi ſit Regina, Ducisſa, vel Marchioniſſa, vel aliquam aliam iuriſdictionem exerceat, Ioan. Baptiſta *d. arbitr. lib. 4. cap. 12.* vbi ait conſuetudine poſſe introduci, vt fœmina ſit arbitra, vt eſt expreſſum *in cap. dilecti, extra de arbitr.* Similiter poterit eſſe arbitra de ſententia Archidiaconi *in cap. ſcriptum, 6. quæſt. 3.* dicentis in caſibus vbi tractatur de ſalute animarum, videlicet in cauſis vſurarum, decimarum & ſimilium, vt in male ablatis reſtituendis poſſe mulierem eſſe arbitram, quia quando agitur de ſalute animarum, non debet diſputari de apicibus iuris, vt conſtat ex cap. *duæ ſunt, 19. quæſt. 2.* Iuuat Bartol. *in l. fideicommiſſa, §. quædam, ff. mandati*; & fauet Bald. *in l. ſi per eas, C. eodem titul.* quod poteſt admitti in caſibus in quibus prӕcitatæ cauſæ de ſe ac natura ſua poſſunt compromitti, verbi gratia, quando conſiſtunt in facto puro: aliàs ſecus. Ioan. Baptiſta ſuprà conceptis verbis, & priùs *lib. 3. cap. 12. & cap. 13.* hac de re nonnulla perſtringit. Arbitratrices tamen poſſunt eſſe fœminæ, eo quòd ad id ordo iudiciarius non ſit neceſſarius, vt deducitur ex cap. *quintauallis, de iureiurand.* docentque Panormit. *ibi num. 2. & in cap. dilecti, num. etiam 2.* Bald. & Anton. de Butr. *in d. cap. quintauallis*, Speculator *in tit. de arbitr. in §. 1. verſ. prohibitum*, Cyn. *in l. fin. de arbitr.* & Hoſtienſ. *in tit. de arbitro in ſumma, in §. 2. & 3. & in §. Item fœmina*, nec de hoc eſt controuerſia.

Minor viginti annis non poteſt eſſe arbiter. *l. cum lege, ff. de recept. arbitr.* Neque maior viginti annis, minor tamen viginti quinque. Camill. Borrel. *in ſumma deciſ. tit. 63. de compromiſſ. à n. 192*, vbi *num 195.* addit eſſe conſiderandum tempus compromiſſi; idem ex antiquioribus Speculator *in tit. de arbitr. §. poteſt. verſ. Item minor*, Hoſtienſ. *in ſumma, in tit. de arbitr. §. 2.* Idem dicendum eſt de pupillo, ſeruo, furioſo & muto, aut ſurdo, ſecundùm legem *Pedius. §. 1. ff. de arbitr. & l. ſed etſi in ſeruum, ff. de recept. arbitr.* Lanfranc. *ſuprà §.*

[illegible] num. 2. Similiter [illegible] b[illegible] eſſe non poſſ. [illegible] municatus. Panor [illegible] nud. num. 2. Ioan. A[illegible] ſpiritualia, Innocent. in c. p. grauem. [illegible] excommun. [illegible] & eſt [illegible] Ioan. Andreas [illegible] Imò nec poſſ eſſe [illegible] Lel. Zanchin. de priu. [illegible] Camil. Bo[illegible] de compromiſ. [illegible] num. [illegible] & in, num. [illegible] Bartol. in l. ſi quis [illegible] conſtitui magis non [illegible] excommunicat. [illegible] eſſe arbitratorem. Quod [illegible] ſi eſt notor[illegible] vel [illegible] declaratus, q[illegible] etiam in hu[illegible]

36. Arb[illegible] an poſſit de[illegible] ſe ex[illegible] Reſpo[illegible] dicitur ſenten[illegible] in fine ff. [illegible] per quas [illegible] ex [illegible] [illegible] ſeniùs par[illegible] tunc etiam [illegible] pigere a[illegible] in l. ſi diue[illegible] eundem lex 1. [illegible] dic expreſſè Bar[illegible] & ſic in [illegible] non dolus, qui [illegible] exhoc inducit a[illegible] ad delinq[illegible] non eſt verum, q[illegible] arbiter non [illegible] de [illegible] delect[illegible]

37. Is a[illegible] quibus eſt, [illegible]. Quod [illegible] in priſti, quam [illegible] in [illegible] ſen[illegible] tamen [illegible] iudice [illegible] & [illegible] feſſionem [illegible] ver[illegible] cipnem aſſ[illegible] d[illegible] in gradu [illegible] Ia[illegible] co[illegible] N[illegible] in [illegible] & P[illegible] ſth. [illegible] 216 [illegible] 4 Ve[illegible] d. Sanct[illegible] in tract. de teſtib. num. 11 A[illegible] de M[illegible] in [illegible] tract. de teſtib. cap. 4. num. 18. Ale[illegible] num. 11. lib. 3. poſt Bartolum l. [illegible] num. [illegible] C. de arbitr. & Innocen. in [illegible] & conſtat ex l. ſi plur. [illegible] in pu. vbi [illegible] & in l. ſi con[illegible] ff. de adopt. [illegible] poſſe vices duorum [illegible] &, cum in hoc [illegible] putà [illegible] defendere, quod [illegible] Menoch. de arbitr. [illegible] quæſt. [illegible] num. [illegible] poſt Fe[illegible] in cap. [illegible] num. [illegible] ſe ſeq[illegible] qui [illegible] de [illegible] arbitr. [illegible] pl[illegible] col. 14. [illegible] Menoch. ſupra, d. num. 9.

[illegible] tamen [illegible] quibu[illegible]

[illegible]

[illegible] ſit [illegible] tam [illegible] ſtis [illegible] per [illegible] tradita per [illegible]

[illegible] lib.

*teſtib. n.* 144. Eo quod in hoc caſu nõ reperitur prohibitum *l.* 1. *ff. de teſtib. l. ab ea ratione.* §. *fin. ff. de teſtib.* Non tamen illi creditur plus, quam vni teſti, per text. *in cap. licet ex quadam, de arbitr.* ſi autem fecerint plures teſtes probabunt plenè per gloſſ. *in cap. cum a nobis de teſtibus.* Sequitur Alber. de Males. *in d. tract. de teſtib. cap.* 4. *num.* 34. *ad fin.* Quod etiam procedit quoties non pronunciant ex caſu aliquo compromiſſo expirante; ſicut etiam poſſunt eſſe teſtes arbitri quando examinarentur non ad plene probandum, ſed vt alium iudicem inſtruant, vt meliore iudicio ſententiam examinatam pronunciet, gloſſ. *in cap. ſtatutum, in verbo, cognitor.* 1. *quæſt.* 6. Imol. *in cap. olim de præſcript.* quia iſta inſtructio non probationem, ſed præſumptionem facit teſte Bartol. *in l. ſi ſocietatem.* §. *arbitrorum. num.* 29. *verſ. quæro quando examinatur. ff. pro ſocio.* Atque ita arbiter, vt inſtructor poteſt teſtificari de actis coram ſe, vt notat Riminald. ſenior *in conſ.* 432. *num.* 14. *vol.* 3. & Iaſon *in conſ.* 10. *num.* 5. *& conſ.* 12. *lib.* 1.

Sequitur dicendum ſi eligatur arbiter & arbitrator in compromiſſo ad rem definiendam, an laudum ſit nullum ſi procedatur ordine non ſeruato? Reſpondeo ne laudum ſit nullum, pronunciaſſe non vt arbitrum, ſed vt arbitratorem, quia arbiter tenetur ſeruare ordinem, arbitratos verò non vtique. Alciatus *in tract. de præſumptio. reg.* 3. *præſumptio* 35. *num.* 2. quod extendit etiam quando ſeruatur ordo in procedendo, ſed non in iudicando, Bald. *in l.* 3. *ff. de teſtam. milit.* Felin. *in cap. cum ordinem de reſcript.* idem Bald. *in l. ſi ſeruus plurium.* §. *vltim. de legat.* 1. ſicque ſeruari in foro dixit Angel. *in ſua diſputatione, duo ad inuicem. in fine ſecunda concluſionis.* Alexand. *in conſ.* 13. *lib.* 6. *num.* 11. & alij, quos referens, ſequitur Menoch. *lib.* 2. *præſumptionum, quæſt.* 77. *in principio. num.* 1. *& lib.* 6. *præſumptione* 4. *num.* 26. Ex ea ratione, quia præſumitur iudex procedere, vt actus valeat, non verò vt pereat, ſicut quando iudex ordinarius, & delegatus ſimul procedit ex vtraque iuriſdictione, in dubio præſumitur proceſſiſſe ſecundùm iuriſdictionem, qua ſententia valeat. Felin. *in cap. cum ex officij, num.* 22. *& num.* 32. *de præſcript.* Quod procedit quando ex actis non conſtat qua poteſtate vſus ſit. Quin etiam ſi habet ordinariam & extraordinariam iuriſdictionem, præſumitur vſus iuriſdictione ordinaria. Bald. *in cap. vlt. col.* 1. *de re iudicat.* Alexand. *conſ.* 55. *num.* 5. *& 6. lib.* 5. vbi reſpondet in dubio iudicem aſſumptum à partibus cenſeri aſſumptum tanquam ordinarium, non autem tanquam delegatum, quoniam iuriſdictio ordinaria eſt fortior, quàm delegata. Quod eſt verum, quando iudex ſeruauit ordinem proceſſus ordinarij, ita vt ſententia ſuſtineri poſſit. Secus ſi vitietur; tunc enim ſecundùm delegatam iuriſdictionem proceſſiſſe præſumitur, vt ſuſtineatur ſententia Butr. *in d. cap. ex officij num.* 28. Par. *num.* . *de præſcript.* Eo quod præſumitur iudex voluiſſe ſequi viam, per quam actus ſuus valeret, *l. quoties in* 2. *ff. de rebus dub.* Sic in noſtro caſu quando arbiter proceſſit non ſeruato iuris ordine, & laudum deinde tulit cum eſſet electus arbiter & arbitrator ſimul, præſumitur pronunciaſſe tanquam arbitrator, ne laudum eſſet nullum, Ita præclare, quibus adde Matant. *p.* 4. *ſpec. diſt.* 9. *num.* 205. *fol. mihi* 265.

Contra verò arbiter, & arbitrator electus ex compromiſſo quamuis pronunciet *vos arbiter, & arbitrator*, cenſetur pronunciaſſe vt arbiter, non verò vt arbitrator, ſi ſeruauit ordinem in procedendo & pronunciando. Præſumitur enim voluiſſe procedere meliori modo quo potuerit. Crauet. *conſ.* 318. *num.* 4. poſt Bald. *in cap. quia veriſimile de præſumptio.* Menoch. *d. lib.* 6. *præſumptio. quæſt.* 5. *num.* 1. *& ſequentibus, & lib.* 2. *quæſt.* 17. *num.* 2. vbi *num.* 4. limitat in delegatione facta a Principe, dicens delegatum à Principe & ſimul ordinarium, quando non conſtat de iudice quam viam elegerit, præſumi proceſſiſſe, per delegatam, non verò, per ordinariam. Ex ea ratione quia delegatus principis dignior eſt ipſo ordinario. Ioan. Andr. *in cap. vltim. col.* 1. *verſ. iam quando concurrunt, de re iudicat.* Felin. *in d. cap. cum ex officij colum.* 1. *num.* 31. *verſ. benefacit, de præſcriptio.* Secus quando coniecturis apparet de voluntate iudicis eligentis viam inferiorem. Felin. *vbi proximè col.* 13. *verſ. limita primò*, quem ſequitur Menoch. *d. l. quæſt.* 5. *num.* 5. *verſ. declaratur vt locum.*

Quid ergo de ordinario, ſeu delegato ex compromiſſo electo arbitro, qui in principio proceſſit modo ordinario, aut delegato, petetur ne deſcendere ad arbitri modum, & ordinem, & vice verſa. Dico ergo primò poteſtatem habentem arbitri, & arbitratoris ſimul, ſi eligat in principio procedere, vt arbiter, non poſſe regredi ad viam arbitratoris; quoniam electa vna via cenſetur alteri renunciare, per textum *in l. commiſſoriæ. C. de pact. inter emptor. & venditor. argument. etiam l. non codicillum, C. de codicill.* Sic Bartol. *in l.* 3. *ff. de teſtam. milit. & in l. ſi mulier ff. quod metus cauſa, & in l. ſi dominium. ff. de fur.* Sequitur Angel. expreſsè in ſua diſp. quæ incipit, *duo inuicem litigantes in penult. art.* Varietas enim reijcitur, vt *in c.* 1. *vt Eccleſ. benefic.* & Dyn. *in d. l.* 3. *ff. de teſtam milit.* Facit lex *apud auunculum, ff. de op. legat. & de legatis* 2. Innocent. *in cap. cum ex officij. de præſcriptionib.* Maſcard. *de probationib. vol.* 2. *concl.* 125. *num.* 3. *& duobus ſequentibus*, ex allegata ratione, quod electa vna via præſumitur renunciaſſe alteri. 39.

Dico ſecundò iuxta ſuperiorem doctrinam habentem poteſtatem arbitri & arbitratoris ſi vtatur primò poteſtate arbitratoris, non poſſe vti arbitri officio ob eandem rationem, quia electa vna via, non poteſt ad alteram redire. Sequitur Anton. de Butr. *in d. cap. quintauallis, de iureiurand.* vltra doctores *num. præcedenti* citatos. Quod ſi dicas poſſe redire ad viam arbitri de partium conſenſu, de hoc non eſt quæſtio, attamen ſine nouo conſenſu nullo modo poteſt redire ad aliam viam relicta priori; eligendo enim vnam ſibi præiudicauit in alia. Ioannes Baptiſta *de arbitr. lib.* 12. *cap.* 13.

Dico tertiò iudicem ordinarium, & in ſimul delegatum electa via delegata non poſſe redire ad viam ordinariam. Probatur ex traditis ab Innocent. *in cap. cum ex officij. de præſumptionib.* vbi addit in compromiſſis ex conſuetudine apponi ſolere clauſulam, quod vnâ viâ electâ ad alteram poſſit arbiter redire. Vnde ſi non apponatur hæc clauſula per electionem iuriſdictionis delegatæ præcluditur via iterum eligendi. Sic Bartol. *in d. l.* 3. *ff. de teſtam. milit. & in l. mulier. ff quod metus cauſ.* idem Innocent. fauet *in cap niſi eſſent, de præbend.* quod intellige, quando conſtat, vel ex voluntate eligentis, vel ex actis demonſtratur quam viam iudex ordinarius, ſeu delegatus, aut arbiter elegerit, ad quod ſufficit tacita electio ſecundùm legem *de quibus in fine ff. de legib. & l. non codicillum,*

*lam cum ſim, C. de teſtam.* Addo tandem iterum eadem via iudicem arbitratorem, & arbitrum ſimul quando incepit, vt arbitrator bene poſſe validè ex abundanti ſolemnitate aliquem actum meliùs, ac prouidentiùs efficere quàm de iure neceſſarium ſit, puta pronunciare ſententiam in ſcriptis neutri parti aliquid de iure ſuo auferendo, & ſimilia, cum hæc non efficiant laudum vanum arbitratoris, ſed valet. Confert lex *teſtamentum*, *C. de teſtam.* & Bald. expreſsè *in d. l. non codicillum, paulo ante finem C. de teſtam.*

40. An verò qui poteſt eſſe arbiter, poſſit eſſe arbitrator? Pars affirmans eſt vera, non tamen è contrario arbitrator poteſt eſſe ſemper arbiter, ſed aliquando ſic, aliquando minimè, vt ex differentiis inter arbitrum & arbitratorem liquebit. Baptiſta de Sancto Blaſio *de arbitr. num. 56 verſ. vigeſimoſextò quæro,* poſt Lanfr. *de arbitr. 2. p. n. 5.* dicentem quemcumque, qui poteſt eſſe arbiter, poſſe eſſe arbitratorem; non tamen è conuerſo, non omnem qui poteſt eſſe arbitrator, poſſe eſſe arbitrum; vt habetur *in l. penult. & in notatis ibi per gloſſ. ff. de arbitr.* Nam fœmina regulariter non poteſt eſſe arbiter, poteſt tamen eſſe arbitratrix. Abbas *in cap. dilecti filij, in 3. notab. de arbitr. & in cap. quintanallus in 2. notabili de iure iurand.* Signorol *conſ. 238. num. 6.* Iudæus non poteſt eſſe arbiter, poteſt tamen ſecundùm Bartol. ſine dub. *conſ. 87. in principio lib. 1.* eſſe arbitrator. Vide Apoſtill. *in verſ. Iudæus* & Innocent. & alios *in cap. quintanallus*, vbi Imol. congerit viginti tres differentias inter arbitrum & arbitratorem de iure iurando.

41. Quid ſi dubitetur an arbiter poſſit eſſe arbiter, poterit ne de hoc cognoſcere ipſemet arbiter? Pars negatiua ex eo probatur, quia arbiter non dicitur habere iuriſdictionem, ſed notionem, *l. ait Prætor & ibi notat ff. de re iudicat.* Ioan. Baptiſta genet Bartol. *in tract. de arbitr. lib. 7. cap. 6.* Lancellot. *de attentatis 2. part. cap. 15. num. 4. & 5.* Baptiſta de Sancto Blaſio *de arbitr. quæſt. ſeptuageſimâ quarta num. 33.* Ergo non poteſt cognoſcere an ſit arbiter, & in hoc differt à iudice, vt notat Speculator *in tit. de arbitr. §. poteſt, verſ. ſed coram quo cognoſcetur*, vbi ſentit arbitrum de hoc non poſſe cognoſcere, ſed ſuperiorem illius. Iudices autem ordinarij cum ſint iudices verè, quando dubitatur, tunc ipſimet cognoſcunt an ſua ſit iuriſdictio, & pronunciant ſuper exceptionibus de incompetentia, vt habetur *in l. ſi quis ex aliena. ff. de iudic. & in l. 2. ſi quis in ius vocat. non ierit*; non alia ratione, niſi, quia habent iuriſdictionem, qua arbiter caret; ob quam cauſam delegati etiam iudices poſſunt cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio *l. ſi præſcriptione. C. ſi contra ius vel vtilitatem publicam*, textus *in cap. paſtoralis, cap. ſuper literis de reſcriptis.* Auilez *in lib. Prætor. cap. 3. verbo. Abogados, num. 12. verſ. quam regulam amplia*, ſecundùm eum, vt procedat etiam in delegato. Auend. *de exequend. mandat. 1. part. num. 13 [illegible] 2. part. cap. 23.*

Dicendum eſt arbitrum electum de conſenſu partium, qui dicitur arbiter voluntarius, ex mera tamen partium voluntate electus, nulla que lege, vel ſtatuto cogente, non poſſe cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio; & de hoc verum eſſe dicere, quod iura, & doctores citati tradunt. Secus de arbitro neceſſario dicitur, hoc eſt de arbitro iuris, qui à partibus ex forma ſtatuti eligitur, lege vel ſtatuto cogente. Nam is habet iuriſdictionem & propriè eſt iudex R[illegible]. *conſ. 490. incipit, in cauſa iſtorum arbitrorum, ex ca fin. verſ. illud conſtat lib. 5.* Poteſt que cognoſcere ſicut iudex an ſua ſit iuriſdictio, & vtrum poſſit eſſe arbiter, ſi de hoc ſit dubium, cum non ſit ſimplex arbiter, ſed iuris neceſſarius, vt habetur *in l. ſi quis ex aliena ff. de iudic.* Baptiſta de Sancto Blaſio *de arbitr. verſ. nonageſimo quæro, num. 73.* Baptiſta genet *de arbitr. lib. 9. cap. 7. col. fin. verſ. quid dicemus per regulã l. 1. ff. [illegible] arbitr.* Vnde ſicut iudex poteſt cognoſcere an [illegible] ſit iuriſdictio & procedere contra perturbantes illam, quamuis alioquin non habeat iuriſdict[illegible] perturbantes. ſic arbiter iuris neceſſarius poteſt procedere contra turbantes, & contemnentes ſuam notionem, etiamſi in illos non habeat iuriſdictionem Lancellot. *de attentat. d. num 8 [illegible] ſequentibus*, Facit Bald. *conſ. 351.* Ioan. & Federicus *n. 8. verſ. circa tertium, lib. 5.* dicẽs arbitrum ex neceſſitate electum habere iuriſdictionem, quaſi ordinariam. & æquiparari delegatis in hoc quod non poteſt lato laudo aliud facere, tanquam functus officio. Anchara[n]. *co[nſ.] [illegible] num 2.* Tu[illegible] *præ[illegible] concluſ iuris [illegible] concluſ. 4[illegible] num. 4. [illegible] concluſ. ſequenti per totam.*

Item, arbitrum non poſſe procedere nocturno tempore, ſicut iudex ordinarius non poteſt eodem tempore pronunciare, cui arbiter in hoc comparatur. Ioan. Baptiſta *de arbitr. [c]ap. [illegible] lib. 9 verſ. decimo de interlo. neorum, num. 22.* per tex[tum] *in l. more Romano, ff. de fer[iis]* niſi interce[d]ente cauſa iuſta arbiter ſit ita impeditus, vt nequeat [ali]o tempore niſi nocturno pronunciare, vt in [il]ſimili docet Baldus *in proœmio digeſtorum, §. fuit itaque*, de iu[di]ce impedito multitudine ſententi[ar]um [illegible] tendat in eadem die Menoch. *de arbitr. quæſt. [illegible] num. 1 & 2.* & Vantius *de nullit. ſentent[iarum illegible] def[ectu] iuriſd. [illegible] ordinar. num. 132.* Nam multa propter neceſſitatem conceduntur, quæ al[ias] non ſolent [illegible] gloſſ. notabilis *in l. ſenatus ff. de* [illegible] Confert, arbitrum non poſſe [illegible] nec pronunciare diebus feriatis, [illegible] Patet [illegible] *riarum ff. de feriis*, per ſeruum [illegible] edit ad [illegible] iudicia, vt *in l. 1. ff. de arbitr.* N[illegible] tes renuncient feriis in vtilitatem hominum introductis, vt habetur *in cap. fin. de feriis, & in d. l. [illegible] de feriis.* Non tamen tenebitur arbiter procedere diebus feriatis, niſi velit; quia licet poſſit procedere, non tamen tenetur, argumento legis *non quicquid ff. de iudic.* Feriis autem in honorem Dei inductis non poteſt arbiter procedere eo quòd ſunt feriæ [illegible] de iure naturali, dicẽte Domino ſabbatha celebrari debere, etiam ſi Bartolus argumentando [illegible] *filiusfamilias, & in l. [illegible] ff. de teſtament. milit.* v[illegible] tur voluiſſe arbitrum poſſe procedere [illegible] in honorem Dei feriatis, perinde ac ſi eſſent [illegible] nis iuris ciuilis. Item quia feriæ hæ per [l]egem poſſunt auferri, *l. in prouinciarum. C. de feri[is].* [illegible] partem probat Ioannes de Imol *in d. l. [illegible] familias.*

Non tamen poteſt [a]rbiter punire teſtem falſum coram illo deponentem, quia non habet iuriſdictionem, nec poteſtatem puniendi tal[em] teſtem. [illegible] *non d[illegible] ingenimus, §. de officio ff. de arbitr. [illegible] ſi cum dies, cederet tale*, & in ſpecie decidit quæ[ſtio]nem hanc Angel. *in [illegible] acantea, C. [de] bon[illegible]* *lib. 10.* Lanfranc. *de arbitr. in 7 diuiſione, num 81. verſ. trigeſimoſeptimo.* [illegible] tamen arbiter nullum ter laudauit, non poteſt iterum pronũciare cum functus ſit ſuo officio [illegible] *iud. & cum ibi notatis, ff. de re iudicat.* Speculator *in tit. de arbitr. §. fin. verſ. ſed* 42.

44.

45.

[illegible]

48 [illegible]

47. [illegible]

regulariter non poſſit compromittere, niſi habeat ſpeciale mandatum, aut generalem adminiſtrationem cum libera, vt in l. transactione, C. de transaction. & in cap. qui ad agendum, in fine, de procuratorib. lib. 6. Lanfranc. in tract. de arbitr. ſection. 3. §. iuxta pollicitum, num. 7. & Boerius deciſ. 283. numer. 16. Ideo habens mandatum ad compromittendum, intelligitur non ſolùm de primo compromiſſo, ſed toties quoties opus fuerit donec lis finiatur.

50. In cauſa tamen criminali compromiſſum non habet locum, vt habetur in l. non diſtinguemus, §. Iulianus, vbi Accurſius, & Baldus ff. de arbitr. & probatur in l. fin. C. vbi, & apud quem, & in cap. cauſa, de reſtitution. in integr. Alexander conſ. 82. colum. 2. volum. 1. Afflict. deciſ. 34. numer. 2. Ioannes Monachus in defenſor. iuris, rubrica 3. num. 8. niſi cauſa ciuiliter tractetur. Nam tunc compromitti poteſt cauſa criminalis. Sic Ioannes Baptiſt. Peruſ. in tractat. de arbitr. lib. 3. quæſt. 10. num. 1. & Ioannes Baptiſta Ferretus conſil. 326. num. 2. Afflict. ſuprà, num 3. Petrus Gregor. ſyntagmat. iuris vniuerſi, lib. 47. cap. 39. ſub numer. 12. Camillus Bottell. in commentar. de compromiſſ. §. 2. gloſſ. 1. ſub num. 67. & habetur in d. §. Iulianus, & notat Abbas Sicul. in cap. irrefragabili, §. cæterum, in 3. colum. de officio ordinary. Nec non ciuiliter tractata poteſt compromitti, teſte Ioan. Baptiſta Ferreto vbi ſupra, in arbitratorem, poſt Alberic. de Roſat. in d. l. non diſtinguemus, §. Iulianus, in fine.

51. Quid ſi compromiſſum fiat in aliquam dignitatem, an tranſeat ad ſucceſſorem dignitatis? Pars affirmans probatur ex cap. cum Abbas, de officio delegati. Contraria tamen eſt tenenda ſecundùm Bartol. in l. qui liberis, de vulgar. & pupillar. & Baldum in authent. ſi tamen. C. de temp. appellat. & in cap. 2. colum. 5. verſ. ſed pone, duo domini, de inueſtitura in marito facta in vſibus feudorum, Tiraquellus de pœn. temper. cauſa 22. num. 25. Lanfranc. de Orian. de arbitr. part. vltim. quæſtio. antepenultim. numer. 49. verſ. ſolet etiam dubitari. Ex ea ratione, quia regulariter in compromiſſo quæritur perſona ratione induſtriæ, quæ in perſona extinguitur, ideo non tranſit compromiſſum in ſucceſſorem dignitatis. Bartol. tamen in d. l. qui liberis, in §. hac verba ff. de vulgar. & pupill. opinatur in executione teſtamenti contrarium: putat enim quando eſt expreſſum nomen dignitatis, defuncto dignitatem poſſidente, tranſire ad ſucceſſorem dignitatis, prout eſt caſus in l. amicitia, §. a Titio ff. de annu. legat. Quod puto verum, quando executor teſtamenti non eſt conſanguineus, neque amicus ſpecialis; quòd ſi fuerit teſtator, videtur conſideraſſe non dignitatem, ſed conſanguinitatem, & ſpecialem amicitiam; ideo mortuo propinquo, ſeu amico ſpeciali ſub nomine dignitatis executore relicto non tranſit officium in dignitatis ſucceſſorem. Ioannes Andreas in cap. fin. de ſepultur. lib. 6. quia videtur feciſſe ob affectionem perſonæ, 22. quæſtion. 11. cap. Pontifices, & in cap. requiſiſti, extra de teſtib. Panorm. in cap. quoniam. Abbas col. 2. verſ. ſed concludeſic, de officio deleg. Tiraquellus ſupr. d. num. 25. Quando verò exprimitur in compromiſſo nomen proprium, & nomen dignitatis, tunc inſpicitur illud, quod eſt in ordine prolatum. Vnde ſi ſit nomen proprium, extinguitur compromiſſum, nec tranſit in ſucceſſorem; ſi verò nomen appellatiuum, tunc maximè tranſit per l. ſi ſeruus communis, ff. de ſtipul. ſer. Niſi aliud affectio perſonæ ſuadeat. Sic Ioan. de Anan. in d. cap. fin. de ſepultur. quem ſequitur Lanfranc. de Orian. in d. num. 49. ad finem.

Quid ſi exoriretur ſchiſma inter duos de ſummo Pontificatu? Non poſſe compromitti hanc cauſam præſertim in laicos, tradit Franciſc. Marc. in deciſ. Delphin. quæſt. 940. vol. 1. ſed debere conuocari concilium vniuerſale per Cardinales quando dubitatur an electiones valeant, vel aliqua ex illis. Quod ſi tanquam certum deprehendatur quòd vterque ſit electus inualidè, & neutra electio poſſit ſuſtineri cum non ſit canonica, debet fieri de nouo electio, & tertius eligendus cæteris reiectis, gloſſ. in cap. ſi duo forte, diſt. 79. Secus ſi alter ex duobus ſit canonicè electus è duabus partibus Cardinalium. Tunc is debet præferri cùm habeat ius certum. Præpoſitus in d. cap. ſi duo; ſequitur Camill. Bottell. in comment. de compromiſſ. §. 2. gloſſ. 1. à num. 328. vſque ad n. 346. Hæc opinio eſt valde probabilis & iuri conſona. Poſſe tamen fieri compromiſſum in hoc caſu pro bono Reipublicæ Catholicæ ad tollendum ſchiſma, vult Felin. in cap. Capitulum, num. 51 de reſcriptis, Marc. Antonius Cucchus inſtit. canon. maiorum, lib. 3. titul. 5. ſub num. 18. poſt Baldum in cap. ad hæc, el. 3. de appellationib. & Cardin. in cap. licet, de electione, & alij quibus accedit Camill. Bottel. d. §. 2. gloſſ. 1. num. 339. de compromiſſ. ſecundum quos ſi vterque electus paria ſuffragia habeat, poſſunt cogi cedere, aut in alicuius, ſeu aliquorum iudicium compromitti, vt definiant quis illorum ſit potior in iure, aut in electione. Si autem adhuc exitus hiſce rebus pacificus hoc modo non accedat, caſus Concilio Oecumenico à Cardinalium cœtu congregando definiendus, tradi debet, vt ſentit Lancellot Conradus in templo omn. iud. lib. 2. cap. 1. §. 2. quæſt. 3. 3. numero 5. poſt Felinum in cap. ſuper literis, numero 49. verſ. nonò facit extra, de reſcriptis, & Franciſc. Marc. dict. quæſtione 940. numer. 1. vbi addit num. 3. Cardinales eligentes etiam ſcienter indignum non priuari propter hoc poteſtate iterum eligendi, ſed poſſe iterum eligere, vt vult gloſſ. in d. cap. ſi duo forte, diſtinct. 79. ſecus in alijs inferioribus, iuxta Ioannes Andream in cap. vbi periculum de electione, lib. 6. & habetur in c. cum in cunctis, de electione. Ex eo fundamento, quia in hoc caſu detrimentum Eccleſiâ pateretur, ſi electio Papæ ad Concilium deuolueretur. Sic Ioanes Andreas ſuprà, & Præpoſitus in d. cap. ſi duo. Poſt iſta à nobis ſcripta emanauit Bulla Gregorij XV. in qua noua ratio eligendi Pontificis præſcribitur, quæ omnino ſeruanda fuerit. 52.

Diximus ſuprà arbitros citare poſſe ſecundùm legem, ſed interpellatur, §. arbiter. ff. de arbitrar. Boërius in deciſione 283. numero 39. Non tamen poſſunt citare per edicta, ſed per nuncium, vel per epiſtolam, vt voluit Iafredus Lanfranc. Balb. in deciſ. 339. incipit, delegatum. Et à fortiori arbitratores non poſſunt citare per edicta, imò poſſunt proferre laudum abſque vlla citatione partis. Baldus in l. Epiſcopal. audient. Alexander in conſil. 250. incipit, difficultas huius, columna 1. verſ. nec prædictis obſtat, volum. 2. Iaſon in l. ſi quis arbitratu, numero 21. ff. de verbor. obligation. Ludouicus Romanus conſil. 61. incipit, licet mihi. Secus de arbitris, qui interlocutoriam non poſſunt proferre abſque citatione, in qua deſideratur cauſæ 53.

 XXx cognitio,

cognitio, *l. à procedente. C. de dilationib. & l. 3. §. ſi cum a cognita. ff. de bon. poſſ.* & notatur per gloſſ. *in l. ſi deſertam. C. ſi propter public. pen.* Concordat Innocent *in cap. auditis. de procuratorib.* Vbi ſentit non requiri citationem, quando interlocutoria eſt parui præiudicij. Quod ſi eſt magni præiudicij, quia tunc requiritur cauſæ cognitio, requiritur etiam citatio. Ioan. Baptiſta gener Bartoli *de arbitr. cap. 15. lib. 9. numer. 3.* aliis ibi relatis, vbi *num. 4.* addit poſt Hoſtienſem *in titulo de arbitr. §. qualiter ad effectum, verſ. nobis*, & Speculator *eodem titulo in §. ſequitur, verſ.*
54. *licet autem, in fine*, poſſe arbitrum interlocutoriam à ſe latam reuocare: definitiuam verò minimè. Bartolus *in l. quid tamen. ff. de arbitr.* Decius *in cap. paſtoralis, §. quoniam. in fine. de reſcriptis*, Aucharanus *conſ. 162. incipit, de viribus, & efficacia, in fine*, niſi ſit data poteſtas pluries laudando, & laudata corrigendi, dummodo laudum non ſit à partibus emologatum, & approbatum. Bald. *in l. item Labeo, ff. famil. herciſc.* gloſſ. *ibi, in verbo, pure.*

55. Non poſſunt tamen arbitri pronunciare ſuper pœna, vel compromiſſi, vel alia noua pœna. Ioan. Baptiſta *ſupr. lib. 9. cap. 16. verſ. ſed quid de pœna compromiſſi*, per tex *in l. qui tamen. §. fin* vbi Bartol. infert ad quæſtionem de facto *ff. de arbitris*, & notatur *in cap. dilectus, eodem tit.* Vnde ſi arbiter condemnet Sempronium ad ſoluendum decem intra decem dies, ſi intra illos non ſoluat, & ob id condemnet ad triginta, ſententia non valet quoad viginti. Sequitur Lancellot. *de attent. 2. part. cap. 15. num. 53.* Atque ita, vltra pœnam appoſitam in compromiſſo, non poteſt nouam pœnam apponere applicandam parti obſeruanti ſententiam contra non obſeruantem illam, Bartol. & Baldus *in l. quid tamen, §. fin ff. de arbitr.* & Speculator *eodem titul. §. excipitur, verſ. item quia non poteſt mulctare.* Contra tamen Bartolum, & Baldum ſenſit Angel. *in l. ſi pecuniam, ff. de re iudicat.* dicens poſſe arbitrum adiicere nouam pœnam vltra eam, quæ eſt in compromiſſo in ſua ſententia, vt melius ſeruetur, & ſententiam Bartoli, & Baldi poſſe intelligi, ait, in arbitratore. Lanfranc. de Orian. *part. vltim. de arbitr. quæſt. 10. num. 19. ad fin.* eo quòd arbitramenta non ſunt redacta ad inſtar iudiciorum ſicut arbitria. Sed magis placet ſententia Bartol. & Baldi *in d. l. quid tamen.* cùm non ſit textus hac de re expreſſus. Tu tamen ſuper hoc cogita hac de re, & vide Baptiſtam de ſancto Blaſio in ſententiam Angeli inclinantem, *titulo de arbitr. quæſt. 87. numer. 69. & 70.*

56. Debet tamen arbiter in ſcriptis ſententiam ferre, eo quòd ad inſtar iudiciorum arbitria ſunt redacta. *l. cum antea, §. 1. C. de arbitr. l. 1. ff. eodem*, niſi aliud fuerit conuentum in compromiſſo ſecundùm legem *non diſtinguemus, §. cum in plures, ff. de arbitr.* Nepos de Montealbano *tract. de exception. art. 4. num. 18.* Ex eo fundamento, quia arbiter tenetur ſeruare ſolemnitates reſpicientes ordinem proceſſus, & iudicij, per *l. 1. ff. de arbitr.* Speculator eodem titu n *§. differt, verſ. porro, & verſ. item parificatur*, Secus in arbitratore, qui procedit extraiudicialiter, Butr. & alij *in cap. quintauallis, de iureiurand.* Poterit tamen ſi voluerit ſeruare ordinem, & ſolemnitates iudiciorum, non tamen tenetur, Butr. *in dict. cap. quintauallis*, quem ſequitur de ſancto Blaſio *ſupra, quæſt. 39. num. 77.* Eſt enim arbitratus, ſeu arbitramentum quædam tranſ[illegible] *in authent. Cod. de iudic.* Ideo [illegible] ſolemnitates iudiciales, vt *in l. [illegible] de feriis*, gloſſ. *in authent. vt differ. iudic. §. ſi vero contigerit, collat. 9.* Bald. *conſ. 214. [illegible] verſ. nam ſi tale, lib. 1.* Vnde laudum arbitratoris non eſt propriè ſententia, ſed quædam tranſactio. Ideo arbitramenta dicuntur tranſactiones, & partes euntes ad arbitratores, quia recedunt à lite, dicuntur tranſigere Signorol *conſ. 238. numer. 5.* Tuſch. *in concluſio. iuris, concl. 485. per totam.*

Integrum tamen eſt arb[illegible] partulas, ſeu ſalarium exigere, vt notat Speculator *in tit. de arbitr. §. 1. verſ. ſed nunquid arbiter poſſit a partibus.* per caſum expreſſum *in l. quoties. C. de priuileg. ſcholar. lib. 12.* Idem dico de arbitratore, per text *in l. 4. § ſed ſi meſſor ff. fin. regund.* vbi Bald. *a d. § ſed meſſer.* argumentatur *in l. 2. C. de ſentent. experi. rect.* poſſe arbitrum, vel arbitratorem ſi non ſint iuriſperiti, & ignorant in quam partem iuſtitia inclinet, petere à partibus aſſeſſorem iuriſprudentem, ſecundùm quem manuducantur ad bene pronunciandum, atque poſſe petere ſalarium a[illegible]ſori. Quin etiam ſi arbiter eligatur ea lege, & conditione, vt cauſam non definiat, niſi pr[illegible] conſulat ſapientes, tenebitur conſilium requirere non tamen illud ſequi, vt habetur *in cap. innotuit, de arbitr. & in c. cum in veteri de electione*, imo ſi obligetur ad pronunciandum ſecundum conſilium ſapientis compromiſſum eſt n[illegible]um, ſi aſſignetur certus, & determinatus iuriſc[illegible]ltus, quem debet conſulere, & ſecundùm quem arbitrari tene[illegible] habetur *in l. item ſi unus, §. item Pompon[illegible] arbitr.* Si verò dicatur, quod teneatur [illegible] ſapientem in genere, nullo cer[illegible]to, & ſecundùm i[illegible] conſilium pronu[illegible] erit compromiſſum. Sic Bartol. *in [illegible] ff. de exerci. in vltima, quæſtio*, quoniam [illegible] hoc modo non auferetur poteſtas arbitr[illegible] libera eſſe debet. Facit Innoc. *in cap. ſi pro arbitrante, de officio delegat.* vbi ſentit non poſſe fieri commiſſionem delegato cum obligatione pronunciandi ſecundùm conſilium delegantis.

An verò in cauſa pacis poſſit [illegible] cognoſcere de non contentis in compromiſſo. Ratio, quia poteſt [illegible] arbitri vel arbitratoris ex verbis compromiſſi cognoſcitur. Camill Borrel *in ſumma deciſ. tom. 1. tit. 63. de compromiſſ. num. 162. verſ. arbitrum enim* Lanfranc. de Orian. *de arbitr. membr. 5. num. 14.* Vbi vult iudicem eſſe fatuum, qui pronunciat ſuper non petitis, per leg. *ut fundus*, & ibi ſcribentes *ff. communi diuid. & in [illegible] fin textus ad finem. C. de fideicommiſſ.* Niſi vltra petita tacitè, & virtualiter inſint hæc enim virtualiter [illegible] comprehenduntur, etiamſi non ſint petita puta poterit condemnari ad fructus dum condemnat ad reſtitutionem rei Secus ſi virtualiter non contineantur ſub petitis, vt expreſſe habetur in Ordinatione Luſitan *lib. 3. §. [illegible]* vbi. *Nem iulgara mais de [illegible] lhe he pedido pello actor*, & infrà, *ſempre dara a ſent[illegible] ſa conforme ao libello.* Ergo non poteſt arbiter vltra contenta in compromiſſo pronun[illegible] & laudum, ſeu ſententia illius ſuper eo, d[illegible] lis non eſt conteſtata, eſt nullius momenti, q[illegible] ſententia eſt ſtricti iuris. Aloy. Ricc. *in collect. deciſ. p. 5. collect. 2006.* & Surdus *deciſ. 2[illegible] ad fin.*

Cæterum in caſu propoſito pacis poterit arbiter arbitrari ſuper non contentis in compromiſſo. Probatur ex text. *in cap. niſi de prabend.* ſecundùm Butr. *ibi* Ant. Cor. *tract. de priuil. pacis. n. 2.* Tuſch. in

*in concluſionib. iuris, concluſ.444. num.7.* vbi volunt quamuis arbiter non poſſit manum mittere ad ea quæ non continentur in compromiſſo, *l. non diſtinguemus, §. de officio. ff. de arbitr. & cap. examinata, de confirm. util. vel inutil.* & Bartol. *in l. Aquilia. de tranſactio.* pro bono tamen pacis poſſe apponere manum ad non contenta in compromiſſo, dummodo non valde excedat auferendo ab vno, & dando alteri. Sequitur Roman. *conſ.55. verſ. ex ſecundo autem capite.* Similiter arbitrator pro bono pacis poteſt partis iuſtitiam lædere, vt notat Corcet. *ſupra, num.3.* Ioan. Baptiſta Caccialup. *in tract. de tranſactionib. q.18. num.9.* poſt alios ibi relatos.

60. Arbitrum tamen certi iuris eſt non poſſe arbitrari in cauſa propria, per legem penult. *ff. de arbitr.* Baptiſta de ſancto Blaſio *de arbitr. §. vigeſimoquartò quæro, num.54.* Lanfranc. de Orian. *eodem tit. part.2. num.18.* poſt Bald. *in d. cap. quintauallis. de iureiurand.* Speculator *in titulo de arbitr. §.2.* quia nemo ſibi imperat. Reſtringitur tamen in Eccleſia, in qua cum eius prælato poteſt compromitti in arbitrum de re Eccleſiæ. Baptiſta de ſancto Blaſio *vbi proximè*, addens ex Innocentio *in cap. veniens de arbitris*, & ex gloſſ. *in d. l. penult.* & ex Abbate, & Baldo *in d. cap. quintauallis*, in cauſa propria poſſe quempiam eſſe arbitratorem, cum non procedat ad inſtar iudicii, ſed extraiudicialiter.

61. Ambigi poteſt an arbiter poſſit compenſare ſpirituale cum temporali, vel temporale cum ſpirituali, verbi gratia, an poſſit præcipere, vt renuncietur electioni ſuper qua factum fuit compromiſſum pro aliquo temporali? Res eſt in confeſſo non poſſe, vt habetur *in cap.2. de arbitr.* ſecundùm vnum intellectum. Nauar. *lib.5. conſil. tit. de ſimonia, conſ.52. in 2. editione, num.1. & duobus ſequent.* & de hoc nullum eſt dubium. Addo etiam, quod ceſſante ſimonia tale laudum non valeret in ea quantitate, quæ non fuit expreſſa in compromiſſo. Ioan. Baptiſta gener Bartoli *de arbitr. cap.15. lib.9. num.10.*

62. Quæritur etiam quo in loco poſſit arbiter pronunciare? Reſpondeo ſecundùm *l. ſi non dies, §. ſi arbiter. ff. de recept. arbitr.* poſſe iudicare vbi voluerit, dummodo locus ſit honeſtus. Nauarrus *lib.1. conſil. tit. de officio iudic. ordin. conſ.2. num.2. in 2. editione.* Non tamen poterit iudicare in Eccleſia, ſicut nec iudex ad cuius ſimilitudinem arbiter iudicat, vt *in l.1. ff. de arbitr. text. in cap. decet. de immunit. Eccleſ. lib.6. verſ. in omnes* Secus de arbitratore, is enim in Eccleſia iudicare poteſt, per *l.1. C. de ferys*, Baptiſta de ſancto Blaſio præcitatus *num.50. verſ. ſeptuageſimoquintò.* Camill. *d. tit.63. num.378. & ſequent.*

63. Ex dictis ſequitur diſcrimen inter arbitria, & iudicia: nam quamuis arbitria ſint ad inſtar iudiciorum, *l.1. ff. de arbitr.* Socinus *conſ.195. circa primum, in principio, verſ. accedit etiam, lib.2.* & Dyn. *conſ.50. primo dicendum, in principio*, & ideo, qui non poteſt eſſe iudex, nequit eſſe arbiter. Ancharanus *conſ.34. verſ. iſta prima facie, num.1.* Attamen differunt in tribus. Primum eſt, quia iudicium redditur in repugnantem, ſed compromiſſum non redditur in inuitum, niſi quando cogitur per ſtatutum fieri compromiſſum, extra quem caſum nemo cogitur compromittere, *l.3. §. tametſi, ff. de arbitr.* Secundum eſt, quia ex ſententia arbitri non niſi in tribus caſibus oritur actio per *l.1. Cod. de arbitr.* Primus, quando compromiſſum eſt expreſsè emologatum. Secundus, quando eſt tacitè emologatum per ſilentium decem dierum, & fuerit ſine pœna. *l. ne in arbitris. C. de arbitr.* Tertius, quando compromiſſum eſt iuratum cum ſcriptura; ſed hoc eſt correctum per Authent. *decernimus, C. de arbitr.* & ideo nec propterea oritur ex laudo arbitri actio. Tertium denique diſcrimen eſt in proceſſu, puta, quia coram arbitro non contrahitur eremodicium, ſed coram iudice, vt habetur *in l.2. C. de arbitr.* Dicitur autem eremodicium contrahi, quoties iudicium exercetur, ferrique poteſt ſententia altera parte abſente, vt *in d. l.2. & l. diem, §. ſi plures. ff. de arbitr.* Niſi hoc inter litigatores conuentum fuerit. Differunt etiam in multis aliis, vt patet ex dictis in toto §. Item, quia non poteſt arbitrium delegare. *l. ſi compromiſſum, ff. de arbitr.*

Ex quibus tamen cauſis, & in quibus caſibus laudum ſeu ſententia arbitrorum ſit nullius momenti, ex dictis colligi poteſt. Erit etiam laudum nullum ſi hodie mane fiat compromiſſum, & veſperi eadem die pronuncietur, quia ex breuitate temporis præſumitur omiſſæ cauſæ cognitio, quæ requiritur, Bartol. *in l. prolatam. C. de ſentent. & interlo. omn. iudic.* niſi ſententia feratur coram partibus audientibus, nec reclamantibus. Anton. de Butr. & Imol. *in cap. quoniam contra, de probation.* Similiter laudum ſuper actione nulla, vel inepta latum, eſt irritum, non autem arbitratus, ſicut ſententia lata per iudicem ſuper actione nulla, vel inepta, vt notat gloſſ. *inſtit. de obligation. in principio.* Ergo idem dicendum de ſententia lata ab arbitro *l.1. ff. de arbitr.* cum procedat ad inſtar iudicis, Baptiſta de ſancto Blaſio *de arbitr. n.75. verſ. nonageſimoſecundò quæro.* Eodem modo eſt nullum laudum latum ſub conditione in hunc modum, Condemno ſi iuret actor an valeat. Sic Baldus *ſup. quintauallis, de iureiurand.* Idem dico de laudo continente expreſſum errorem iuris, ſicut eſt nulla ſententia iudicis, in qua eſt expreſſus iuris error, per leg. 1. *C. quando prouoc. non eſt neceſſe.* & legem 1. *§. item cum contra ſacras. ff. quæ ſententiæ ſine appellat. reſcind.* Iuuat Ancbar. *in 1. ſuo conſil. circa medium.* Secus de arbitratoris laudo, cum reperiatur id iure cautum, vt notat Baptiſta de ſancto Blaſio *d. l.1. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. in 9. fallent.*

---

## §. XII.

### *De poteſtate & obligationibus arbitratorum.*

EPITOME.

64 *Arbitratores, ſeu æſtimatores cognoſcunt duntaxat de rebus, quæ in facto conſiſtunt; pro iis, quæ ſunt de iure, recurritur ad iudices.*

65 *Arbitratores tam de iure communi, quàm de particulari debent ſuſcipere iuramentum antequam procedant.*

66 *Æſtimatores deputati de publico poſſunt recuſari in principio, electi verò de conſenſu partium poſſunt recuſari ex ſuperueniente cauſa.*

67 *Æſtimatores electi, & deputati debent ſeruare decreta locorum aut legum.*

68 *Æſtimatores ſi recuſentur quinam iudices debeant cognoſcere de ſuſpicionibus.*

69 *Debentque æſtimatores eſſe periti in illa arte ac viri probi.*
70 *Arbitratores quomodo debeant eligi.*
71 *Æſtimatores ſi diſcordent partes, debent tertium eligere de iure communi: de iure noſtro iudex de placito partium eliget.*
72 *Partes ſi reclament contra arbitratores debent id facere coram iudice oppidi.*
73 *Partes conquerentes de æſtimatione, tenentur id probare coram iudice oppidi.*
74 *Arbitrator tertius, an poſſit diſcordare ab alijs duobus & in tertiam ſententiam diuertere.*
75 *Cauſa an poſſit compromitti in vnicum arbitratorem, ſi plures reperiri non poſſunt.*
76 *Partes grauatæ poſſunt petere reductionem ad arbitrium boni viri vſque ad annum.*
77 *Grauamen, vt reducatur ad arbitrium boni viri, debet attingere quantitatem partis ſextæ, & multo fortius ſi læſio ſit enormis.*
78 *Arbitrator quis ſit, & quod eius munus, & an poſſit pronunciare ſuper non petitis.*
79 *Arbitrator electus a partibus non poteſt ſubdelegare, nec eius laudum habet vim ſententiæ donec confirmetur a iudice.*
80 *Arbitrator poteſt procedere, ac diffinire in diebus feriatis, etiamſi partes ferijs non renuncient.*
81 *Compromiſſum ſeu alius contractus, an fieri poſſit in diebus ad cultum Dei feriatis.*
82 *Arbitratores an debeant citare partes, præſertim quando ferunt ſententiam.*
83 *Citatio requiritur, quando arbitrator eget informatione ad procedendum & pronunciandum.*
84 *Compromiſſum factum in arbitratorem, vt pronunciet ſecundum ſuam conſcientiam excuſat à citatione, & ſufficit inſtructio de negotio.*
85 *Citatio in compromiſſo facto in arbitratorem ex ſententia Bartoli omnino requiritur.*
86 *Compromiſſum factum in arbitratores non extinguitur per mortem vnius naturalem, vel ciuilem.*
87 *Actio coram arbitratore non proponitur, nec requiritur libellus, ſed ſufficit petitio, neque oritur actio ex ſententia.*
88 *Compromiſſo facto in arbitratorem non poſſunt partes adire iudicem ordinarium.*
89 *Arbitrator non facit litem ſuam ſi iudicet ex imperitia, ſed ex dolo tantum tenetur.*
90 *Arbitrator non tenetur ſeruare ordinem poſitum in cap.* quoniam contra falſam, *niſi ſponte ſua velit.*
91 *Arbitrator an teneatur pronunciare non interueniente pœna, nec pignorum datione.*
92 *Actio non oritur ex nudo pacto de iure ciuili, de iure autem canonico maximè.*
93 *Arbitrator non poteſt valide laudare ſuper bonis præſentibus, & futuris, ſi nihil reſeruetur, ſicut donare omnia bona præſentia & futura nemo poteſt.*
94 *Arbitratror & arbiter in quibus conueniant.*
95 *Arbitrator poteſt quis eſſe in re propria, laudare verbaliter: eius ſententia reducitur ad arbitrium: cauſa decimarum poteſt in illum compromitti.*
96 *Arbitrator poteſt abſoluere in totum reum conuentum: eius ſententia non infamat poſt didicita teſtificata poteſt examinare alios teſtes, non tamen ad inſtantiam partium.*
97 *Præſcriptio non interrumpitur per litis conteſtationem coram arbitratore, nec continuatur actio, nec teſtes recepti coram illo faciunt fidem coram iudice.*
98 *Arbitrator non poteſt adijcere pœnam in ſuo laudo, neque illud habet executionem paratam coram iudice, etiamſi omologetur a partibus.*
99 *Arbitrator poteſt præfigere terminum ad ſoluendum: ſi præcipiat ſolui indebitum, non poteſt repeti a parte.*
100 *Arbitrator non poteſt cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio. ſi eſt excommunicatus nulliter laudat, eodem modo ſi compromiſſum eſt falſum, vel contra bonos mores, vel laudat poſt recuſationem.*
101 *Arbitrator poteſt condemnare ad pretium, quamuis non fiat mentio de illo compromiſſo. Item poteſt condemnare in expenſis, non tamen debitum liquidum poteſt remittere, ſed poteſt adijcere conditiones adiacentes.*
102 *Arbitrator non poteſt donare de alieno, nec concedere reſtitutionem in integrum, nec eius ſententia valet contra ſententiam iudicis, ſicut non valet arbitramentum metu extortum.*

ARBITRATORES, ſeu æſtimatores, vulgo *aualiadores*, cognoſcunt duntaxat de rebus, quæ in facto conſiſtunt. ſi autem coram illis aliquid allegetur in quo dubium iuris ſit, ad iudices oppidi, ſeu villæ rem remittant, vt eã decidant ſecundum ius, & deinceps procedãt in ſuo arbitramento, prout ſibi viſum fuerit, ſeruata ſemper generali conſuetudine illius loci, prius tamen ſumpto iuramento, vt habetur in lege Luſitana *lib.3. tit.17. §.1. ibi Seram iuramentados* Quod videtur deſumptum ex Auth. *decernit. C. de recept. arbitr.* Baldus in *l. hac edictali, §. hoc illud, C. de ſecund. nupt.* Bartolus in *l. ſi quis arbitratu. num.* [illegible] *ff. de verbor.* [illegible] *& in l.3. ad fin. C. quæ pignor.* Iaſon in *§. quadam, num. 8. inſt. de actionib.* quos ſequitur Pinell *in l.2. C. de reſcind. vend. p.3. cap.4. num.3.* Quæ deciſio eſt omnino ſeruanda in hoc Regno indiſtinctè: proinde ſi arbitratores fuerint electi a decurionibus, ſeu officialibus locorum ad arbitramenta expedienda, aut electi ab ipſis partibus, non procedunt niſi priùs præſtito iuramento, iuxta Doctores citatos. 64. 65.

Vnde apud nos non habet locum ſententia, quam probat Lucas de Penna *in l.1. C. de Nauicular. lib.2.* dicens æſtimatores aſſumptos ad pronunciandum in iudicio, quod redditur in repugnantes debere ſumere iuramentum. Secus ſi aſſumantur de conſenſu partium, vt arbit[illegible] extraiudicialiter, tunc enim non eſt opus iuramento. Sequitur Carol. Molin. *in conſuetudinib. tit.1 §.33. gloſſ.* [illegible] *num.7.* & Garcia *de expenſis, cap.24 num.18.* Idem non requiri quod arbitratores aſſumpti à iudice de conſenſu partium [illegible] parte præcitata & præſente, quia con[illegible] partium tollit omnes defectus, ex Bartolo *in l. Theopompus ff. de dote prælegata, num.* [illegible]

Hi autem æſtimatores ex dicta lege noſtra §.1. *ad medium*, recuſari poſſunt quando ſunt deputati de publico. Valaſc. *de partitionib. cap.* [illegible] *numer.38.* Garcia *d. cap.24. num.25.* Sanchez *de matrim. lib.7. diſp.13. num.6. & 7.* Ex eo fundamento, quia hi arbitratores non ſunt propriè teſtes, ſed eorum depoſitio, & declaratio magis eſt indicium, quàm teſtificatio. Baldus *in l.2. numero 4. ff. de ferijs.* Felinus *in cap. propoſuiſti, num.9.* 66.

*num. 9. de probat.* & conſtat ex cap. *quia iudicante. de præſcriptionib.* Cuius verba ſunt hæc ibi: *Agri menſoris definitionem.* Et ex lege certi iuris, ibi: *Iudicare. Cod. de indic.* Iuuat Fuluius Pacian. *de probationib. lib. 1. cap. 47. num. 120.* & Maſcardus *de probationib. concluſ. 158. num. 19.* dum volunt contra artis peritos poſſe opponere eſſe ſuſpectos. Idem dicendum eſt de arbitratoribus, ſeu æſtimatoribus electis de conſenſu communi ipſarum partium. Nam quamuis non poſſe recuſari à partibus, quæ illos elegerunt, videatur ex regula, *quod ſemel placuit. lib. 6.* vt in ſpecie probat textus in authent. *offeratur, C. litis conteſtatione,* adhuc poſſunt recuſari ex ſuperueniente cauſa de nouo. Innocent. *in cap. cum ſpeciali, de appellatio.* Angel. *in l. quia poteras, num. 2. in fine, ff ad Trebell.* Valaſcus *ſuprà.* Sanchez *d. diſp. 113. num. 7. & 8.* poſt Abbat. *in cap. quintanallus, num. 12. de iureiurand.* & ibi Imol. *num. 27.* & Franeus *in d. cap. cum ſpeciali, quæſt. 15. num. 36. de appellationib.* conſtatque ex lege *ſi quis teſtibus, de teſtibus,* vbi dicitur ex noua ſuperueniente cauſa poſſe teſtes ab vno in vna cauſa productos, ab eodem in alia recuſari, dummodo probet cauſam recuſandi de nouo ſuperuenientem, quia cum intentio ſua recuſandi in ea cauſa nitatur, recuſatori incumbit eam allegare, ac probare.

67. Præcipit item lex noſtra [a]rbitratoribus electis, & deputatis in oppidis, ac ciuitatibus ad arbitria decidenda, vt omnino ſeruent arelia, & decreta ab eiſdem oppidis, ac ciuitatibus ad arbitrandum conſtituta. Quod ſi nihil ab eiſdem oppidis, ac ciuitatibus fuerit diffinitum ad hunc finem, arbitratores rem arbitrabuntur, ac diffinient ſecundùm leges Luſitanas; ſic ibi *d. §. 1. ad fin.*

68. Sed petes an æſtimatores electi a iudice, & electi ac nominati à partibus eodem modo recuſari poſſint? Reſpondeo negatiuè, quia æſtimatores deputati de publico attento iure regio habent iudicem ſuſpicionis propoſitæ eundem, qui eos nominauit æſtimatores, vt habetur *in d. §. 1.* ibi: *Notificalobam aos iuizes, que o mandaraon fazer pera verem ſe procede.* Sed eſſe hanc legem in praxi receptam nunquam ſe vidiſſe teſtatur Valaſcus *d. cap. 9. num. 35.* Electi verò à iudice æſtimatores ſola recuſatione iurata à parte repelluntur in totum ſecundùm *l. aperiſſimi, C. de indic.* electi à partibus non repelluntur ſolo iuramento, ſed debent partes probare cauſam ſuſpicionis, quæ de nouo ſuperuenit, vt notat gloſſ. *in d. l. aperiſſimi,* & Ayrora Hiſpanus *de partitionibus. 1. part. cap. 4. num. 14.* Valaſc. *de partitionib. d. cap. 9. num. 32. & ſequent.*

69. Requiritur etiam quòd æſtimatores ſint periti in illa arte, ac viri probi, & inculpatæ vitæ, omnique exceptione maiores, quia quamuis non ferant teſtimonium, ſed potius habeant vim iudicum, vt notat Cagnol. *in l. 2. num. 258. C. de reſcind. venditio.* & Franc. Curt. *in additionib. ad Alexand. in l. pretia, verſ. peritorum, num. 6. ff. ad l. falcid.* Nihilominus exceptio omnis, qua repellitur teſtis, poteſt æſtimatorem repellere; Aretin. *in cauſa cauſam de probatio. in 3. notab.* Item non ſufficit, vt æſtimatores ſint fabri quicunque vt poſſint eſſe legitimi æſtimatores: ſed oportet quòd ſint periti in ea arte, vt eorum dictis credatur. Sic Curt. iun. *in conſ. 165. num. 20.* Maſcard. aliis ibi relatis, *de probation. concluſione 653. num. 11.* vbi *num. 12.* addit non eſſe fidem habendam huiuſmodi peritis, ſi rem æſtimandam ſuus fabricati, quia teſtis deponendo de facto proprio ex quo laus, vel vituperium ipſi reſultat, non eſt teſtis integer. Curtius iunior *in dict. conſil. 165. numer. 21.* poſt Butrium *in cap. cum ex literis. de tranſactio.* Morquechus *lib. 1. de diuiſio. bonorum. capit. 4. numer. 2.* vbi vult æſtimatores debere eſſe peritos, probos, omnique exceptione maiores, quando non ſunt nominati de conſenſu partium.

Quomodo æſtimatores, ſeu arbitratores debeāt 70.
eligi, diſponit lex noſtra *d. lib. 3. tit. 17. §. 1. & ſequent.* Nam aliquibus in locis huius regni ſunt deputati de publico; vbi verò non ſunt deputati, ſecundùm ius commune ad iudicem pertinet nominare æſtimatores iſtos. Conſtat ex lege *ad officium,* & ibi ſcribentes *C. communi diuidend.* Sequitur Ayrora *de partitionib. part. 1. cap. 3.* De iure autem nouiſſimo *in l. hac edictali, §. his illud adiungimus. C. ſecund. nupt.* non iudex, ſed partes vnaquæque ſuum æſtimatorem nominabit. Sic enim ait lex ibi: *Iuſtis pretijs æſtimatio habita per eos quos vtraque pars elegerit arbitros iudicaturos interpoſito iuramento.* Sequitur Bald. Salycet. & alij *in d. l. hac edictali.* Debentque iurare æſtimatores ſe facturos æſtimationem ex bono, & æquo, vt habetur *in d. l. hac edictali, §. his illud.* Angel. *in § ſi quis agens, num. 1. verſ. ſecundò poteris, inſtit. de actionibus.* Cagnol. *in d. l. 2. num. 258. C. de reſcind. venditio.* poſt Bartol.
*in l. Theopompus, num. 8. ff. de dot. prælegata.* Quod 71.
ſi æſtimatores a partibus electi inter ſe diſſentiāt, ipſæ partes debent eligere tertium, vt per Baldum *in d. l. hac edictali, §. his illud. C. de ſecund. nupt.* Morquech. *d. cap. 4. num. 9.* Quod ſi partes in electione huius tertij diſcordent, iudex poteſt illum eligere. Sic Pantal. Creui. *in d. l. 2. num. 285. & 298. C. de reſcind. vendit.* Maſcard. *de probatio. d. concluſ. 653. num. 16.* De iure tamen Luſitano, *d. tit. 17. §. 2. verſ. E ſe os ditos arbitradores diſcordarem;* hoc eſt ſi prædicti æſtimatores duo diſſentiant; iudex qui arbitramentum iuſſit fieri de placito partium tertium eliget, qui cum altero ex duobus diſcordantibus conſentiat. Quod ſi partes nominare tertium recuſent, iudex ex officio ſuo illum nominabit, & quantum fieri potuerit, id ad placitum partium iudex faciat. In quo lex noſtra deuiat à iure communi. *in l. item ſi vnus, §. principaliter, verſ. ſed dubitatum ff. de arbitr.* vbi dicitur Prætorem debere cogere æſtimatores diſcordēs ad eligendum tertium, cuius iudicio pareatur.

Quæſtionis eſt ſi partes reclament contra æſti- 72.
matores dicendo illos malè arbitrari? Dicendum eſt reclamationem eſſe faciendam coram iudice, coram quo à partibus fuerunt electi, ſeu nominati æſtimatores, cum ſit iudex competens. Bartol. *in l. ſocietatem, §. arbitrorum, ff pro ſocio.* Cou. *var. lib. 2. cap. 12. num. 1.* Valaſcus *d. cap. 9. num. 42. & ſequenti,* Morquech. cit. *num. 15.* & approbatur *in l. 23. in verſ. Caſi maliciofamente, tit. 4. part. 3.* & diximus *§. præcedenti, n. 21.* Quiſnam debeat probare allegando contra æſtimationem dubitatur. Franciſc. Aret. *in cap. cauſam, col. 6. de probatio.* opinatur incumbere onus probandi ipſis æſtimatoribus ſe bene æſtimaſſe, per text. *in l. ſuſceptores. C. de ſuſceptor. & arc. lib. 10.* Franciſc. Curt. *in additionibus ad Alexand. in d. l. pretia rerum, numer. 6. in verbo, peritorum.* poſt Bartolum *in l. quoties, num. 1. C. de diſc. lib. 15.* Morquech. *ſup. num. 11.* & Maſcardus *dict. concluſion. 653. numer. 10.* Sed oppoſitum ſeruatur in praxi, ideo partes de æſti-

mationе congruentes tenentur intra terminum à iudice præfixum probare legitimis probationibus æſtimationem arbitrorum fuiſſe iniuſtam. Nam alleganti iniuſtitiam incumbit probare, vt *in l. ei qui, ff. de probationib. l. actor. C. eodem tit.* Ex eo fundamento, quia pro æſtimatoribus peritis præſumendum eſt, vt in cap. *propoſuiſti*, & ibi ſcribentes, *de probationib.* Quæ præſumptio transfert onus probandi. *l. ab ea parte, ff. de probationib.* & æſtimatoribus officium ſuum non debet eſſe damnoſum, per *l. ſed ſi quis*, & ibi Bartol. poſt Gloſſ. *ff. quemadmodum teſtament. aperiant.* illis namque regulariter creditur, & habetur *in l. ſeptimo menſe, ff. de ſtatu homin.*

74\. Oritur tamen dubitatio ex diſpoſitione dictæ legis noſtræ *in tit. 17. §. 2. lib. 3.* vbi vult tertium electum debere concordare cum altero priorum æſtimatorum inter ſe diſcordantium. Ex qua deciſione ſequitur non poſſe deuiare tertium electum in aliam opinionem: poſſe tamen diuertere ab illis duobus in aliam differentem ſententiam, tenet Bald. per Gloſſ. *in l. item ſi vnus §. fin. ff. de arbitr. in lectura 2.* ſicut poſſunt arbitri. Sed melius dicendum eſt tertium electum non poſſe ab vtroque diſſentire, per text. ibi: *E ſolheram outro terceiro, que ſe acorde com cada hum dos principaes arbitradores.* Ex quibus verbis ſequitur teneri tertium electum amplecti votum alterutrius, nec poſſe diſſidere ab vtroque. Valaſcus *d. cap. 9. num. 10* Barboſa Vimaranen. *in remiſſ. ad ordinatio. Regiam. dict. tit. 17 §. 4. num. 1.* Vnde duobus concordantibus ſtandum eſt eorum arbitramento. Quod ſi admittatur poſſe tertium electum diuertere in differentem opinionem, & diuerſum pretium imponere rei de qua agitur, vt in ſententiis arbitrorum diximus poſſe admitti, §. præcedenti, *num. 9.* Putant aliqui bonorum æſtimationem poſſe reſſe tertiam partem totius ſummæ, verbi gratia, ſi vnus in decem rem æſtimauit, & ſecundus in quindecim, & tertius in viginti; tertia pars huius ſummæ eſt quindecim, in qua duo ex æſtimatoribus conuenerunt. Sic Ayrora *in tract. partition. 1. part. cap. 15.* Sed hæc reſolutio non eſt ita omnino certa, quia ſi vnus æſtimet in tribus, & ſecundus in quinque, & tertius in ſex, ſumma æſtimationis comprehendit quatuordecim, cuius tertia pars non attingit quinque, in quo duo concordant, quamuis parum pro nihilo reputari poſſit. Quam partem etiam ſequitur Salvcet. *in l. hac edictali, §. hic illud, num. 10 C. de ſecund. nupt.* & Hippolyt. Riminald. *in principio, inſtit. quib. alienar. licet, num. 41.* quam ſequitur Morquechus *de diuiſio bonor. lib. 1. cap. 4. num. 23.* quamuis *num. 31.* opinetur æſtimatoribus diſcordantibus in rerum pretio, vno æſtimante rem in decem, altero in quindecim, tertio in viginti, eligendam eſſe æſtimationem in quindecim factam, cum in illa conuenerint duo, putà, qui in quindecim æſtimauit, & qui in viginti. Cæterum mihi magis placet hoc duntaxat habere locum in ſententiis arbitrorum inter ſe diſcordantium, vbi minor ſumma amplectenda eſt, vt diximus *ſupra, §. præcedenti. num. 9.* vbi ſtandum eſſe minori ſummæ in condemnatione inclinauimus; ſecus in æſtimatoribus. Atque ita quamuis argum. *l. ſi plures ff. de accuſation.* & ex gloſſ. notabili *in l. cum quid, [illegible] cert. petat.* dicendum videatur, poſſe iudicem, & debere in hac varietate interponere ſuam auctoritatem, & adhærere voto illius arbitratoris, qui meliorem rationem ſui arbitramenti dederit, mihi magis probatur ſententia Salvcet. *in d. [illegible]*, quem ſequitur Ayrora, æſtimantis [illegible] æſtimationem veram rei, de qua agitur, eſſe tertiam partem plus minùſve; quidquid renuat Valaſcus *d. cap. 9. num. 13.*

Illud etiam aduerte bene poſſe eligi vnum æſtimatorem ſi plures inueniri non poſſint. Sic [illegible] Gomez *de contractib. 2. var. cap. [illegible] num. [illegible]* & habetur *in d. § quod autem, in authent. de non alien.* ibi. *Aut etiam vno, ſi vnum ſolum ciuitas habeat*, quia teſtimonium vnius periti, quando alij non inueniuntur, facit [illegible] idem ſi de re leui [illegible] gendum eſt [illegible] ter enim vnius teſtimonio non creditur, *l. iurisiurandi in fine, C. de teſtib.* niſi partes de communi conſenſu in vnum arbitratorem compromittant. Quod ſi æſtimatores quempiam grauauerint, non interdicta eſt appellatio. Si tamen ex forma ſententiæ præceptum fuerit, vt mandetur executioni quidquid æſtimatores concordes pronunciauerint, non obſtante appellatione, æſtimatorum laudum executioni mandabitur. Quæ clauſula eſt valde vtilis, debétque poni in compromiſſo; aliter enim arbitramentum executioni non tradetur, donec à iudice ſuperiore confirmetur. Textus expreſſus *in l. in ſtar. C. de iur. fiſci*, Garcia *de expenſis cap. 24. num. 28.* 75

Quanta verò debeat eſſe ſumma, vt partes cenſeantur grauatæ ab æſtimatoribus, arbitrio prudentis iudicis relinquitur, ex Carol. Molina conſiliatur *in d. §. 33. gloſſ. 3. num. 5. in conſuetudinib. Pariſienſ. tit. 1.* De iure tamen Luſitano *d. tit. 17. §. 5.* partes grauatæ ab æſtimatoribus electis ab iiſdem poſſunt petere reductionem ad arbitrium boni viri à die arbitramenti, vſque ad annum integrum coram iudicibus. Quod ſi [illegible] conquerantur, nec reclament intra annum, arbitramen[illegible] manebit emologatum, ac firmum perinde ac ſi eſſet confirmatum, & approbatum ab [illegible] iudicibus. Quin etiam ſi arbitramentum ſemel fiat, & per arbitratores ſignetur approbatum [illegible] per partes, non poterunt illæ reclamare, nec dicere ſe grauatas, niſi allegent grauamen in [illegible] parte, ſaltem iuſti & veri arbitramenti. Quod ſi grauamen allegatum à partibus non deuenerit ad ſummam, & quantitatem partis ſextæ, non audientur, nec de tali grauamine cognoſcetur. Ratio, quia æſtimatores iurant ſe facturos æſtimationem ex bono & æquo, & moderatè lædere poſſunt partes, quando aſſumuntur ad æſtimandum ſuper re incerta, gloſſ. *in ſimili, in [illegible] 1. ff. de legat. 1* Baptiſta genet Bartoli *cap. 16 lib. 11 num. 5.* Dyn. *con[illegible] in quæſtione præmiſſa, n. 3.* vbi dicit eſſe communem, ideo poſſunt de iure vnius parti auferre & dare alteri, præſertim quando id faciunt pro bono pacis, & concordiæ, Gloſſ. & Bartol *in l. ſi de [illegible] §. recepiſſe, ff. de arbitr. & in l. cum Aqui[illegible] de tranſact.* vbi fatentur integrum [illegible] arbitr[illegible] oribus lædere partes, auferendo ab vna & dando alteri, non tamen poſſunt excedere ſext[illegible] ſecundùm legem noſtram. Bartol. *in d. [illegible] §. arbitrorum, col. 4. ff. pro ſocio*, [illegible] ſtrenſ. *in l. 2. §. illud etiam, ff. de aqua pl[illegible]* vbi vult etiam quando in compromi[illegible] conced[illegible] tur poteſtas auferendi ab vno, & dandi alteri, ſiue in magna, ſiue in parua quantitate intelligi ſemper dummodo in non magna [illegible] lædant, neque in enormi. 76. 77.

Ex dictis ſequitur quis dicatur arb[illegible] & quæ poſſit. Eſt enim quaſi vir bonus & [illegible] bilis compoſitor, multáque poteſt, quæ arbitris denegantur. 78.

denegantur. Oldradus *conſ.156. verſ. Primum quaritur.* Romanus *conſ.299 in propoſita, in principio,* Anchar. *conſ.34. num.10. & ſequenti.* Ideò pro bono pacis poteſt pronunciare ſuper non petitis. Cumanus *conſ.7. primum videndum, num* 17. Item poteſt iudicare & ſequi veritatem ſibi quomodolibet notam. Bald. *conſ.240 lib.1.* Cuman. *d. conſ.7. col.4.* Hoſtienſ. *in d. cap. Quintanallis de iureiur.* & Lupus *allegat.78. in fine, num.9. verſ. Quintò, & vltimo.*

79. Nec poſſunt æſtimatores à partibus electi vices ſuas ad æſtimationem faciendam aliis committere, quia eligitur eorum induſtria, & probitas, ſicut delegatus cùm induſtria illius eligitur, non poteſt cauſam ſibi commiſſam aliis ſubdelegare, text. *in cap. fin.* & *ibi* ſcribentes *de officio, & præſtat. iudic. delegat.* Eorum tamen vota non habent vim ſententiæ, donec iudex confirmet laudum. Sic Caſtill. *in l.14. Tauri, col.14. num.19. verſ. Quaro an ſuper computatis,* & deciditur *in l. inſtar,* & *ibi* Platea, *C. de iur. fiſc.* Quod ſi partes compromittant in aliquem, ſeu aliquos arbitratores, promittántque ſtare eorum arbitramento ſub pœna certa, & poſtea reclament contra arbitramentum tanquam iniuſtè factum, recurrántque ad iudices, vt illud emendent pro ſuo bono arbitrio; nihilòminus ſi iudices non ſuſpecti arbitramentum emologent, approbent, & confirment tanquam iuſtum, pars reclamans ſoluet pœnam promiſſam in compromiſſo contentam parti, quæ non reclamauit, quæque ſemper arbitramentum approbauit. Sic lex Luſitana *d. lib.3. tit.17. §.9.* Nam ea, quæ promittuntur, ſunt ad vnguem ſeruanda.

80. Item arbitratores poſſunt procedere, audire partes, & ferre laudum ſuum diebus feriatis, etiamſi feriæ ſint introductæ in honorem Dei, & etiamſi partes feriis non renuncient. Bald. *in l. fin. C. de contrahend. empt.* Speculator *in titulo de arbitr. §. ſequitur, verſ. Sed nunquid amicabilis compoſitor,* & habetur *in l. fin. C. de fer.* Baptiſta de ſancto Blaſio *de arbitr. quaſt.48. num.89.* Niſi arbitratores dicant in laudo, quòd laudum habeat vim ſententiæ; tunc enim laudum eſt nullum ſi feratur diebus feriatis. Sic Speculator, *ſuprà,* & Baptiſta de ſancto Blaſio nuper relatus *p.1. d. n.89.* Molin.

81. *tract.5. diſp.44. num.3.* vbi addit, *ad finem,* compromiſſum licitè fieri non poſſe in arbitratores, nec aliquos alios contractus in diebus ad cultum Dei feriatis, niſi ex iuſta cauſa, puta, pacis inter aliquos conſtituendæ, aut quia alio die fieri non poſſunt commodè, vel ſine diſpendio partium.

82. Hæſitatur tamen an debeant arbitratores citare partes ad procedendum, & deferendum laudum? Negat Cumanus *in conſ.7. primum videndum, num.3. verſ. pro parte verò, cum ſequenti.* Bald. *conſ.8. n.2. verſ. Sed obſtare, lib.3. & conſ.64. Nunquid arbiter, in principio, lib. eodem, & in l. Epiſcopale, C. de Epiſcopal. audient.* Alexand. *conſ.130. Incipit difficultas huius, col.1. verſ. Nec prædictis obſtat, col.1.* Qui duo vltimi in ſpecie negant requiri in arbitratore ſententiam proferente citationem. Ex eo fundamento, quia procedunt non ſeruata forma iudicij, ſed tanquam amici communes; ideò non requiritur cauſæ cognitio, neque citatio, vt in iudiciis obſeruari ſolet. Sed ſatis ſuperque eſt quod negotij veritatem diſcutiant, & controuerſiam pro bono, & æquo diffiniant. Sic Rayner *in l. Epiſcopale, quaſt. vlt. C. de Epiſc. aud.* Hoſtienſ. Butr. Imol. & Abbas *in cap. Quintanallis, de iureiur.* His accedunt Boër. *quaſt.283 num.36. & 37.* vbi teſtatur de communi, poſt alios ſequitur Nicolaus de Mil. *in ſuo repert. in verb. arbitrator,* Gozad. *conſ.100. num.16.* & Barbat. *conſ.18. col.10. lib.1.* Sed ſufficit, quòd arbitratores tam in procedendo, quàm in definiendo fungantur officio amicabilium compoſitorum ſine citatione, ſimpliciter audiendo partes, & earum iura cognoſcendo ſumptis neceſſariis informationibus ab ipſis. Sic in ſpecie reſpondent Baptiſta de ſancto Blaſio, *dict. tract. de arbitr. & arbitrator. quaſt.70. num.36.* Romanus *conſ.61. verſ. Tertiò partem iſtam.*

Requiri tamen citationem in hoc caſu tradunt Bartol. *in l. in cauſa, §. cauſa cognita, & in l. prolatam, C. de interlocut. omn. iudic. & in l. ſi quis arbitratu, num.7. ff. de verbor. oblig.* vbi vult reſarciri laudum, iudicatúmque nullum tanquam prolatum ex abrupto, parte non audita. Sequitur Salic. inter conſilia Zabarellæ, 139. *num.2. verſ. Et pro tanto.* Item ait Zabarella *conſ.140. in principio; verſ. Et dicit Baldus,* vbi citat Baldum affirmantem vidiſſe laudum declarari nullum. Idem docuit Baldus ſibi parum conſtans, *in l. nec quicquam, §. vbi decretum, col.7 ff. de officio proconſul. & delegat.* Socin. ſen. *conſ.27. num.11. verſ. Etſi dicatur, lib.3.* qui huius ſententiæ refert Caſtrenſem, & Salicet. Ex eo fundamento quòd citatio ſit diuini iuris, ſecundùm illud Deuter. cap.1. *Audite,* inquit, *& quod iuſtum eſt iudicate;* & Deus ipſe prius parentem noſtrum primum ad iudicium vocauit, quàm ipſum emeritis pœnis affecerit. Item quia citatio eſt iuris naturalis, defenſionémque continet, vt docent omnes *in l. de vnoquoque, ff. de re iudic. &c.* Ergo & cauſæ cognitio exigitur, vt litigantium iura exaudiantur, & citatio eſt neceſſaria, cùm ſit iuris diuini & naturalis, vt latè probat Menoch. *de arbitr. lib.1. quaſt.17. num.10. & 11. & quaſt.19. num.3. & 4.* 83.

His tamen reſponderi poteſt ſi compromiſſum factum fuit in arbitratorem de controuerſia requirente informationem, neceſſariam eſſe citationem. Secus ſi ſententia poteſt ferri ex ſola informatione arbitratoris; tunc enim non eſt neceſſaria citatio. Sic Bald. *conſ.64. nunquid arbiter, lib.3.* Zabarell. *conſ.140. num.5. verſ. Item de facto.* Ad argumenta de citatione, quòd ſit de iure diuino, ac naturali, dicendum eſt, quando compromiſſum factum eſt in arbitratorem, vt ſecundùm ſuam conſcientiam laudum ferat, poſſe illum procedere partibus non vocatis, ac iudicare. Sic Petrus Peruſin. *in cap. licet Epiſcopus, de præbend. in 6.* Socin. ſenior *conſ.90. num.17. lib.4.* Alexand. *in l. de vnoquoque, col. penult. num.60. ff. de re iudicat. & conſ.237. col.2. num.8. lib.2.* Reſpondetur ſecundò citationem iuris diuini, ac naturalis ex cauſa omitti poſſe, quando procedit iuris ordine non ſeruato, ſed tanquam amicus communis ſola veritate inſpecta procedit; tunc enim ſufficit quòd ſit de negotio inſtructus etiamſi partes non citet, quia citatio non alia de cauſa requiritur, quàm vt iudex queat iura partium cognoſcere, ne alteram earum lædat, quod poteſt contingere ſi procedat partibus non monitis. Cùm ergo arbitrator eſt de iure vtriuſque partis optimè inſtructus, & de toto ipſo negotio edoctus, fruſtra diſputatur, quòd citatio ſit neceſſaria, cùm habeat liberum & abſolutum arbitrium ad procedendum, & definiendum. Ita habetur in gloſſ. *l. illius ſuſtium, ff. de his qui not. infam.* Felin. *in cap.1. num.86. de conſtit.* & alij, quos ſequitur Menoch. *d. quaſt.19. num.10.* vbi volunt non requiri cauſæ cognitionem, nec citationem in 84.

iudice, qui habet abſolutam poteſtatem, & liberum arbitrium in procedendo, ac definiendo. Sic enim intelligendus eſt Bartol. *in conſ.* 83. *pupillus, num.* 2. *verſ. videndum eſt, lib.* 1. Cui accedit Petr. Benedict. *concl.* 51. qui Bartol. loquitur de iudice, qui de facto procedere poteſt, non vero de eo, qui de iure.

85. Mihi tamen probatur ſententia Bartol. *in d. l. ſi quis arbitratu*, dicentis neceſſariam eſſe citationem in compromiſſo facto in arbitratorem tam in procedendo quàm in definiendo. Quod etiam ait *in l. in cauſa, §. cauſa cognita, ff. de minoribus*, ſequitur Iaſon *in d. l. ſi quis arbitratu, num.* 13. *ff. de verbor. obligat.* Idem Bartol. *in extravag. ad reprimendum in verbo, & figura, num.* 6. *& in l. Theopompus, num.* 6. *in fine, ff. de dote prælegat.* Niſi dicatur in compromiſſo, quòd arbitrator procedat, parte citata, & non citata, vel partibus præſentibus, & abſentibus, per textum *in l. diem proferre, §. ſi quis litigatorum, ff. de arbitr.* & Alciat. *in d. l. ſi quis arbitratu.* Similiter ſi conſtet arbitratori nullam convenire abſenti defenſionem. Alciatus *ibi proxime, num.* 35. *&* 38. Tunc enim non eſt neceſſaria citatio. Menoch. *dict. quæſt.* 12. *à num.* 13. *cum ſequentibus*, Baptiſta de ſancto Blaſio *d. p.* 2. *num.* 14 vbi de hac re planè, & plenè.

86. Illud etiam certum eſt compromiſſum factum in arbitratores, non extingui per mortem ciuilem alterius ex compromittentibus, imò nec per mortem naturalem. Hoſtienſis *in c. fin. extra de arbitr.* ergo nec per mortem ciuilem, argumento *l. ex ea parte, §. in inſulam, ff. de verbor. obligat. & in l. cum pater, §. hæreditatem, ff. de legat.* 2. quia compromiſſum factum in arbitratoribus eſt contractus, & contractus tranſit ad hæredes, & contra hæredes. Quòd ſit contractus, conſtat ex authent. *ſi verò contigerit, C. de iudic.* Quòd autem ſit tranſitorius ad hæredes, & contra hæredes, patet ex *l. ſi pactum, ff. de probat.* Hoſtienſ. *in d. cap. fin.*, & notat Speculator *in tit. de arbitr. §. finitur, verſ. Sed nunquid.* Sequitur Anton. de Butr. *in d. cap. Quintavallis, de iureiur.* Item coram arbitratore non proponitur actio, cùm eius munus ſit partes inter ſe diſſidentes componere extraiudicialiter, vt habetur *in l. ſi de meo, §. recepiſſe, ff. de arbitr. & in d. cap.*

87. *Quintavallis, de iureiur.* Nec coram arbitratore requiritur neceſſariò, quòd libellus offeratur, ſicut non eſt opus illo, cùm proceditur extraiudicialiter, niſi aliud conſtet ex tenore compromiſſi; ſed ſufficit petitio ſaltem verbo tenus facta ſecundùm Speculator. *in tit. de libell. concept. §. reſtat, verſ. ſed nunquid*, & Angel. Aretin. *in §. omnium, inſtit. de act.* Quin etiam ex arbitratoris ſententia non oritur actio, ſed ex præambulo conſenſu compromittentium. Anchar. *conſ.* 34. *num.* 10. *verſ. Iſta prima facie.* Eſt namque ſententia arbitratoris ad inſtar tranſactionis, quæ titulum non confert, Tuſchus *in verbo, Arbiter, concl.* 448. *num.* 11. vbi *num.* 28. *&* 29 vocat ſententiam arbitratoris mandatum, ex Anchar. *in conſ.* 208. *num.* 13. *in fine.* Poteſtque arbitrator non ſedere dum procedit.

88. Item compromiſſum in arbitratorem operatur, quòd eo pendente coram illo non poſſit iudex ordinarius à partibus adiri, relicto arbitratore, eo quòd tranſactio parte opponente impedit litis proſequutionem. Sic Alex. *conſ.* 72. *incipit, Conſideratur, num.* 15. *verſ. Quando non fuit.* Tuſchus

89. *concl.* 448. *n.* 46. Neque arbitrator facit litem ſuam ſi iudicet ex imperitia, ſed ex dolo tantùm tenetur. Caſtrenſ. *in l. ſi filiusfamilias, num.* 4. *ff. de iudic. & in l. cum in plures, § mandavi, ff. locati.* Nec tenetur arbitrator ſeruare ordinem poſitum *in c. quoniam contra falſam, de probat.* Vbi dicitur iudicem etiam extraordinarium de aliqua cauſa cognoſcentem debere notarium publicum, vel duos viros idoneos, & fideles habere ad ſcribendum acta à partibus, quia arbitrator cùm procedat extraiudicialiter, non debet ordinem & formam in eo capite

90. ſcriptam ſequi, ad quod ſequendum confert Bart. *in authent. niſi breviores, C. de ſent. ex peric. recit.* dum ait, quando ex forma compromiſſi arbiter habet facultatem procedendi verbaliter, vel in ſcriptis, voluiſſe partes non requiri ſcripturam. Sic in noſtro caſu non tenebitur arbitrator ſequi formam illius capituli, ſecundùm legem *ſi de meo, §. recepiſſe, ff. de arbitr.* & ſcribentes *in d. cap. Quintavallis*, niſi ſponte ſua velit ſeruare ordinem illius capitis, & procedere iudicialiter. Innoc. *in d. cap. Quintavallis.*

91. Sed quid ſi arbitrator acceperit compromiſſum, tenebitur ne laudum ferre, ſi pœna non interfuit, vel pignora data? Gloſſ. *in l. fin. C. de contrahend. empt.* ſentit non poſſe cogi arbitratorem ferre laudum, ſicut nec arbitrum, ſequitur Abbas *in d. cap. Quintavallis, in d. ſecunda* 16. Ioan. vero de Imol. *in eodem capite*, ſequitur Gloſſam illam in arbitratore aſſumpto ſuper lite. Secus ſi aſſumatur ſuper contractu. Dicendum tamen eſt poſſe cogi arbitratorem ad laudandum ſi compromiſſum in ſe factum acceptavit. Ita Cyn. *in d. l.* & Speculat. *in tit. de arbitr. §. ſequitur videre, verſ. Sed nunquid arbitrator, etiamſi nulla pœna, vel pignora ſint appoſita.* Quod procedit de iure canonico. Secundùm quod ius ex pacto etiam nudo oritur actio. Patet ex cap. 1. *de pact.* & docet Anton. de Butr. *in d. cap. Quintavallis.* Ex quibus conſtat poſt acceptatum compromiſſum non poſſe cogi arbitrum ferre ſententiam niſi in compromiſſo ſit pœna, vel pignora adiecta de ſtando illius laudo. Secus de arbitratore, qui poteſt cogi pronunciare poſtquam acceptavit compromiſſum etiamſi nulla

92. pœna adiiciatur, aut pignora fuerint appoſita. De iure autem ciuili ex nudo pacto non oritur actio, vt *in l. iuris gent. verſ. Igitur nuda.* ideò debet compromiſſum eſſe factum per ſtipulationem de ſtando ſententiæ Bartol. per textum ibi, *in l. diem proferre, §. fin. ff. de arbitr.* Baptiſta de ſancto Blaſio *part. media, de arbitr. quæſt. ſeptuageſimo-quarto, num.* 49. *verſ. Sed de iure canonico.*

93. Ambigitur etiam an arbitrator poſſit pronunciare ſuper bonis præſentibus & futuris? Videtur dicendum quod ſic, per *l. ſi de meo, ff. de arbitr. & cap. Quintavallis, de iureiur.* vbi arbiter & arbitrator æquiparantur. Sed arbiter poteſt pronunciare ſuper omnibus bonis præſentibus & futuris, per legem, *diem proferre, § ſtatu, ff. de arbitr.* ergo arbitrator poterit etiam pronunciare. Negandum tamen eſt poſſe valide laudare, cum laudum illud ſit contra bonos mores, impediens liberam teſtandi facultatem; ſic Angel. *in ſuo conſ.* 5. *col.* 2. vbi ait laudum ſuper omnibus bonis præſentibus, & futuris abſolutè prolatum ſine vlla reſeruatione nihil valere, per ea quæ habentur *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig.* Sicut donatio facta de bonis omnibus præſentibus & futuris eſt inualida, eo quòd per eam donans omnem facultatem teſtandi ſibi adimit, per *l. ſi fratres, §. idem reſpondit, ff. pro ſocio, l. hæreditas, C. de pactis conventis, & l. cum donationis, in fin. C. de tranſaction.* Couar. 3. *var. cap.* 14. *à num.* 1. *in rubric. de teſtam.*

P. 2.

*p.2.à num.3.* Iul. Clar. *4.lib.ſent.§.donatio,quaeſt.19.* Gama *deciſ.206.num.3. & deciſ.386.* Gom. *lib.69. Tauri,num.1.* Valebit tamen donatio omnium bonorum præſentium & futurorum, deducto vſufructu, ſi tantùm ſit vt ſufficiat ad teſtandum. Sic Gomez citatus, *num 3.* Iul. Clar. *num.vlt.* Mol. *de primog.lib.2.cap.10.num.19.* & Gutier. *de iurament. confirmator. cap.11. num.20.* Ex quibus ſequitur laudum arbitratoris ſuper omnibus bonis præſentibus, & futuris reſeruato aliquo in quo pars poſſit ſufficienter teſtari, eſſe validum. Sic Angel. *in ſuo d. conſ.5.* Nec obſtat argumentum arbitri, qui poteſt validè pronunciare ſuper omnibus bonis præſentibus, & futuris, ſine vlla reſeruatione, quia nemo cogitur laudo arbitri ſtare, niſi propter pœnam, & quilibet ſoluta pœna poteſt reſiſtere ſententiæ, per *d.l.diem proferre,§ ſtare ff.de arbitr.* Atque ita poteſt liberè teſtari. Baptiſta de ſancto Blaſio *vbi proximè, quaeſt.100.num.84.& 85.*

94 In aliquibus tamen arbitrator, & arbiter conueniunt, quia neuter ſuper aliis, quam in compromiſſo deductis poteſt laudare, textus *in l.non diſtinguemus,§.de officio,ff.de arbitr.* ibi: *Niſi de quare, & quatenus compromiſſum eſt*, textus *in c.cum dilecti*, & *ibi* gloſſa, niſi de arbitris, textus *in cap. Raynald.de teſtam.* ibi, *prout ex forma compromiſſi poterant*, textus *in l.23.& 26.tit.4.part.3.* & vterque tenetur ſeruare formam compromiſſi, Baldus *in l.Padius,ff.de arbitr.* adeò vt ſit nullum quicquid factum fuerit contra formam compromiſſi, textus *in cap.Piſanus,de reſtit.ſpoliator.* Decius *conſ.434.* textus *in cap.cum dilecti,de elect.* Quod procedit etiamſi laudum ſit emologatum, & à partibus confirmatum, textus *in cap. examinata*, & *ibi* Decius *de confirmat.vtil.vel inutil.* Vnde laudum erit nullum, quo ad ea, quæ in compromiſſo non ſunt deducta, ſed in eo, quod in compromiſſo eſt deductum, valebit, eo quòd vtile per inutile non vitiatur, quoties ab inuicem ſeparari alterum ab altero poteſt. Villalobos *in ſuo ærario mille commun. opin.litera A,num.229.* Vterque etiam poteſt cognoſcere ſuper aliquibus non deductis in compromiſſo, puta, ſuper connexis; & ideò poteſt ſuper fructibus, & expenſis iudicare, & impertiri ad ſoluendum dilationem, nec non in cohærentibus. Azeued. *lib.4. tit.21. de las entregas, l.4. num.* [illegible] Item vterque poteſt cognoſcere incidenter de cauſa ſpirituali, ſecundùm Bald. *in l.1. C. de* [illegible] *in 4.charta, verſ.Sed aanquid arbitri compromiſſa-rij*, vbi loquitur de arbitris. Idem Bald. *in d.l.non diſtinguemus, §. de liberali, ad fin.* vbi loquitur de arbitratore, quia non procedit iudicialiter, habetur *in cap. Quintauallis, de iureiur.* Quod etiam concedit Baptiſta de ſanctu Blaſio, *de arbitr.q.21. num.51.ad fin.* arbitratori, ſed arbitro negat.

95. Differunt tamen, quia arbitrator poteſt quis eſſe in re propria, non tamen arbiter. Franciſc. Aret. *conſ.14.n.9.verſ. Nec poteſt dici.* Abbas *conſ.116. illud de iure, col.3. n.2. circa fin. verſ. Vnde ponderando diligenter, lib.2.* Item arbitrator poteſt laudare verbaliter, non in ſcriptis. Iaſon *in l.cum te tranſegiſſe, in 2.notab.C.de tranſact.* Item ſententia arbitratoris reducitur ad arbitrium boni viri, non tamen ſententia arbitri. Oldrad. *conſ.156.verſ. Secundum dubium*, Roman. *conſ.264.in caſu propoſito in princip.* niſi ſecundùm Apoſtill. ad Roman. *conſil.261.n.9. verſ. Non eſt verum*, ſententia arbitri lædat enormiter; ſecus ſi in modico. Item ſi credendum eſt Ancharano *conſ.34.num.7.& conſ.98. iſtam quaeſtionem, in princip.* & Romano *conſ.173. prope fin.* compromitti poteſt in laicum tanquam in arbitratorem ſuper ſpiritualibus, & iure decimarum etiam laicis conceſſarum, valétque amicabilis compoſitio facta a laico, non tamen valebit talis compoſitio facta ſuper beneficiis. Sic Ancharanus *d.conſ.34.num.10.*

Prætereà arbitrator poteſt abſoluere in totum reum. Bartol. *in l.quod ſi Epheſi,ff.de eo quod certo loco.* Angel. *conſ.93. incipit, Præmiſſi*, laudánſque per dolum an faciat arbitramentum nullum. Eſt namque dolus arbitratoris, dolus rei, ideircò requiritur, quòd reſcindatur per actionem de dolo, Zabarel. *conſ.139.num.8.* Neque eius ſententia infamat. Panorm. *in cap.Irrefragabili,§.cæterum,de officio ordin.* quem refert, ac ſequitur Couar. *lib.2. var.cap.12.num.2.* Azeued. *d.l.4.tit.21.lib.4.n.93.* Eodem modo arbitrator poſt deductia teſtificata per partes poteſt coram eo examinare alios teſtes vt notat Ludouic. de Roſ. *in rubric. ff. de arbitr. in verſ.17.* quia procedit extraiudicialiter, quod eſt verum ſi hoc faciat, & examinet alios teſtes ad ſe inſtruendum ex officio ſuo, & non ad inſtantiam partium. Nam ſi procederet ad inſtantiam partium, timeretur ſubornatio, atque eſſet contra naturalem æquitatem. Bartol. *in extrauagant. ad reprimendum in verbo, ſine figura, in verſ. Sed an in dicta cauſa poſt dedicta, & teſtificata.* Secus de arbitro, qui non poteſt procedere ad examinationem aliorum teſtium poſt dedicta & teſtificata, vt habetur *in auth.qui ſemel, C.de probat.& in l.1. ff.de arbitr.* : *..* .

97. Quæſtionis eſt, an per litis conteſtationem factam coram arbitratore interrumpatur præſcriptio? Reſpondeo negatiuè. Sic Florian. *in l.penult. C.de arbitr.* & *ibi* Baldus. Ex eo fundamento, quia non proceditur coram illo ad inſtar iudicis, ſicut proceditur coram arbitro. Speculator, & *ibi* Ioan. Andr. *in additionib. ad Specul.in tit. de litis conteſtat.§.effectus.* In quo differt ab arbitro arbitrator, ſicut per litis conteſtationem coram arbitratore non perpetuatur actio in quadraginta annos, vt notat Baldus *in d.l.penult.circa finem, C.de arbitr.* Quin etiam teſtes recepti coram arbitratore nullam faciunt fidem coram iudice etiam inter eaſdem perſonas. Bald. *in l.fin C.de teſtibus*, & Innoc. *in cap. Quintauallis, de iureiur.* Niſi ſint producti, & examinati coram arbitratore, qui fuit electus [illegible] & elegit procedere iudicialiter, & [illegible] examinauit eoſdem teſtes, vt ſentent. *in d.cap.Quintauallis.*

98. Non tamen poterit arbitrator in ſuo laudo adiicere pœnam, quam partes in compromiſſo non appoſuerunt. Lanfranc. *de arbitr.p.vlt. quaeſt.10. num.16.ad fin.* Ancharan. *conſ.1.* Baptiſta de ſancto Blaſio, *parte media, quaeſt.87.quæro, num.70.* Differt etiam ſententia arbitratoris à ſententia arbitri, quòd hæc approbata per partes habet executionem paratam coram iudice, ſicut ſi lata fuiſſet per iudicem. Bartol. *in l.cum antea, in 1.notabil.C.de arbitr.* Anton. de Butr. *in d.cap. Quintauallis, de iureiur.* Illa verò etiam emologata per partes non habet de iure communi paratam executionem, cùm ſit actus extraiudicialis. Sic Anton. de Butr. nuper relatus. Si tamen arbitrator in laudo ſuo condemnet aliquem ad ſoluendum intra certum tempus, tenebitur parere condemnatus, per *l.fin.C.de pactis conuentis.*
99. Quod ſi non apponat terminum ad ſoluendum præfixum, apponetur iudicis officio, & arbitrio. Baldus *in l.eos, C. de vſuris rei iudicat.* Quin etiam ſi arbitrator præcipiat ſolui indebitū

in

in lando, non poteſt reperi à parte eum laudum arbitratoris reporerur quædam tranſactio, vt habetur *in authent. Si vero contigerit. C. de iudic.* Atqui indebitum ſolutum ſub ſpecie tranſactionis, non poteſt repeti, *l. 2. C. de condict. indebiti, & l. 2. eodem titulo.* Ergo. Vnde apparet diſcrimen inter ſententiam arbitri, & arbitratoris, quòd indebitum ſolutum per ſententiam arbitri poſſit repeti, teſte Bartolo, *in l. ſi non ſortem, §. ſi quis quaſi ff. de condict. indebit.* Secus in indebito ſoluto per ſententiam arbitratoris.

100. An verò arbitrator, de quo dubitatur an poſſit eſſe arbitrator, poſſit cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio? Diximus non poſſe, ſed ſuperior de hoc cognoſcet; imò ſi arbitrator eſt excommunicatus tempore laudi contradicente illi aliqua ex partibus, laudum eſt nullum, Ripa *in l. ex facto, § ſi quis rogatum, el 2. num. 7. & duobus ſequentibus, ff. ad Trebell.* Similiter eſt nullum, ſi compromiſſum eſt falſum, ex traditis *in l. fin. C. de diuerſ. reſcript.* Item ſi laudum ſit contra bonos mores, vel contra leges humanas, vel naturales, vel diuinas, textus *in l. 34. part. 3.* vel ſi arbitrator egrediatur fines compromiſſi, vel laudet poſt cognitionem, poterunt que partes agere de nullitate, text. *in l. diem proferre, § ſi quis, ff. de arbitr.* Similiter erit nullum laudum ſi elegatus arbitrator pars aliqua ex arbitris interesse pretendens, textus *in l. penult. ff. de arbitr.* & ſecundùm textum *in l. 24. tit. 4. part. 3.* Pro reliquis vide Tuſchum *concl. 24. num. 3.*

101. An verò arbitrator poſſit condemnare ad pretium de quo in compromiſſo non ſit mentio? Baldus *in l. fin. § Sed & ſi quis, col. 4. verſ. Porro arbiter, C. communia de legat.* affirmat, [illegible] *in additionibus Speculi de arbitris, verſ. An p*[illegible], vbi [illegible] ait Bartol. *in l. cum Aquilianam, col. 1 in fine, in verſ. Secundò facit, & in verſ. Septimo facit,* & ibi A[illegible], & Paulus de Caſtr. *ff. de tranſact.* Alex [illegible] 4. Ideò arbitrator ſuper certo fundo e[illegible] p[illegible]ſt condemnare, vt alter alteri fundum [illegible] pretium præſtet, ſed non ad aliud in compromi[illegible]o non [illegible]deductum. Nec non poteſt condemnare [illegible] expenſis etiam non expreſſa quantitate expenſarum. Bar. *in l. 1 col.* [illegible] *C. ſi non a competent. iudic.* Bal[illegible]us i[illegible] *terminato, col. 2. in verſ. Item ſi pronunciauit, C.* [illegible] *fruct. & litiu expenſis.* Non tamen poteſt debit[illegible] liquidum remittere, [illegible] in parua quantitate, Baldus *in l. ſi heredes, C. de manu.* In laudo etiam poteſt adiicere conditiones, & modo[illegible], & adiacentes, Baldus *in l. ſi ſuper in* [illegible] *C. de tranſaction.* Non autem extraneos Alexand. *in § arbitratorum pro*[illegible]*vio,* Nec poteſt d[illegible] de alieno ſcienter, idem Alexand. *ubi proximè.* Nec poteſt concedere reſtitutionem in integrum, Baldus *in l. ſi libertas, C. de manu*[illegible]. Nec [illegible] ſententia valet contra ſententiam [illegible] tranſiuit in rem iudicatam glo[illegible] *in* [illegible] *C. de tranſact.* Bald *in addit. o. Specul. de arbitr.* [illegible] *Arbitri, vel arbitratoris ſententia.* Nec etiam valet arbitramentum metu extortum. Bald. *in l. fin § ſed & ſi quis, col. vlt.* [illegible] *Extra quæritur numquid arbitrarium, C. communia de legatis.*

*L I B E R*

# LIBER SEXTVS

# DE OBLIGATIONIBVS Moderatorum Reipublicæ.

## DISPVTATIO XV.

### De Iudice orphanorum, eiuſque obligationibus.

### §. I.

### Quas conditiones debeat habere Iudex orphanorum.

EPITOME.

1 *Minor non poteſt eſſe orphanorum iudex.*
2 *Iudex orphanorum debet eſſe triginta annorum ſub pœnis grauibus.*
3 *Nec poteſt eſſe iudex ordinarius, neque eius ſcriba.*
4 *Iudicis orphanorum iuriſdictio an ſit prorogabilis? Pars negans eſt probabilior.*
5. & 6 *Iudex orphanorum debet dare fideiuſſorem & cognoſcere, quot ſint orphani in ſuo territorio, teneturque ad omne damnum culpa ſua datum minoribus.*
7. & 8 *Pupillis competit actio contra iudicem. Et debet iudex eſſe coniugatus.*
9. & 11 *Iudex orphanorum non debet tradere bona minoribus niſi poſt vigeſimumquintum annum, niſi ſint coniugati de eius licentia.*
10 *Minor coniugatus ſine decreto iudicis an bona communicet.*
12. & 13 *Minor contrahens ſponſalia abſque licentia iudicis non incurrit pœnas.*
14. 15. & 16 *Orphani apud quem debeant educari? Nunquid apud matrem ad ſecundas nuptias tranſeuntem, vel apud vitricum curatorem? An apud auum paternum?*
17. & 18 *Filij an ſint educandi apud patrem ad ſecunda vota tranſeuntem. Pars affirmatiua eſt verior.*
19. & 20 *Iudex poteſt arbitrari vbi pupilli ſunt educandi, etſi pater decedens aliter diſpoſuerit.*
21 *Sponſa in pupillari ætate an ſit educanda apud patrem ſponſi, vel ſponſum.*

1. IN primis minor non poteſt eſſe iudex orphanorum cùm iudicare non poſſit ſecundùm legem, *cum Prætor, ff. de iudic.* Quod intelligitur de minore decem & octo annorum, vt *ibidem, & in l. quidam conſulebant, ff. de re iudicat.* & gloſſ. *in l. penult. C. qui ætat. vel profeſſ. lib. 10.* Iacobus Cuiac. *obſeruat. 30. lib. 17.* Vlpianus tamen *in d. l. quidam conſulebant*, ait minorem viginti quinque annis poſſe iudicare, non tamen minorem decem & octo, niſi datus ſit à Principe. Sic Ioan. Monachus *in defenſorio iuris, rubrica, contra iudices, col. 1.* & Quintil. Mandoſ. *de ætat. minor. cap. 5. num. 76.* Speculator verò *in tit. de indic. delegat. §. excipi poteſt, num. 2. verſ. Item quod eſt minor*, vult iudicis ordinarij ætatem eſſe quando attingitur vigeſimusquintus annus, nec diſſentit Franciſc. Patricius *de inſtitutione Reipubl. lib. 6.* & Maiolus *de irregularitate, lib. 1. cap. 30. num. 3.* Vbi concludunt annum quartum & vigeſimum eſſe legitimam ætatem. Idem fermè tradit Franciſc. Marth. *deciſ. 629. vol. 1. num. 9.* vbi de iudice, & de actuariis, de quibus docet ætatem legitimam eſſe vigeſimumquintum annum; quamuis Bartol. & Alberic. *in l. impuberem, ff. de falſ.* & Ioan. Bertach. *in tract. de Epiſcop. p. 1. lib. 2. num. 56.* velint notarium, ſeu actuarium maiorem quatuordecim annorum poſſe ſcribere acta apud iudices. Quod non probat, & meritò Camill. Borrell. *de magiſtrat. & dict. lib. 2. cap. vlt. num. 14.* quia hoc eſt ponere vitas hominum in manifeſto periculo, ſi hi minores ſcribant.

Iudex orphanorum de iure noſtro *lib. 1. tit. 87. §. 1.* debet habere triginta annos completos, & eo ampliùs, ſiue hoc officium à Rege, vel à Camera, vel ab aliquo Domino terrarum obtineat. Quod ſi ante illam ætatem officium adminiſtret, illud amittit abſque ſpe illud vnquam obtinendi cum publicatione dimidij omnium bonorum. Non tamen incurritur hæc pœna, niſi poſt ſententiam ſecundùm veriorem ſententiam, niſi conſtet ex mente legiſlatoris, Molin. *de inſtit. tom. 1. tract. diſput. 96. col. 3. verſ. Quod dictum eſt de pœna amiſſionis;* Sà *verbo, Fiſcus, num. 4.* Sayr. *in claui, lib. 3. cap. 9. num. 30.* Sanchez *lib. 2. in precept. Decalog. cap. 22. num. 7. & 8.* & Leonardus *lib. 2. de iuſtit. dub. 8. num. 64.* 2.

Inſuper iudex orphanorum, & illius ſcriba non poſſunt eſſe iudices ordinarij, etiamſi velint pro eo tempore quo his officiis funguntur. Iudex item habet iuriſdictionem in cauſis omnibus ciuilibus, in quibus orphani ſunt actores, ac rei, donec emancipentur, aut ſint coniugati. Quod intelligitur in cauſis orphanorum ſui fori, & iuriſdictionis. Secus ſi tutor nomine orphani trahat alium alterius domicilij in iudicium; tunc enim tenetur actor ſequi forum rei per legem noſtram, *lib. 3. tit. 11. in princip. & in l. iuris ordinem, C. de iuriſdict. omn. iudic. & in cap. cum ſit generale, de foro competent.* Barboſ. Vimaranenſ. *in remiſſion. ad ordination. regiam, lib. 1. titulo 87. §. 46. num. 2.* 3.

4. Nec refert ſi dicas iuriſdictionem huius iudicis poſſe prorogari, cùm ſit iuriſdictio data ad vniuerſitatem cauſarum inter certas perſonas, de quarum conſenſu eſt prorogabilis, per text. *in l. 1. C. de iuriſdict. omn. iudic.* vt in ſpecie ſentit Cabed. *1. p. deciſ. 55. num 5.* quia probabilior eſt iuriſdictionem iudicis orphanorum eſſe improrogabilem, priuatiuéque conceſſam huic iudici, vt ſcribit idem Cabed. *ſupra, num. 6.* cùm ſit limitata ad certas cauſas, nec ipſe poteſt egredi fines ſuæ iuriſdictionis. Item, quia quando iuriſdictiones ſunt inter ſe diſtinctæ, non datur prorogatio etiam de conſenſu partium. Bald. *in l. certa ratione, num. 4. C. quando prouoc.* Caldas Pereira *in l. ſi curatorem, in principio, num. 10. verſ. Qua concluſio.* Valaſcus *conſult. 27. num. 5.* Nec priuatorum conſenſus tribuit iuriſdictionem, vt probat lex 3. *C. de iuriſdict. omn. iudic.* Azeued. *l. 7. tit. 18. num. 15. lib. 4. nouæ recopil.* aliis *ibi* relatis.

5. Debet item iudex orphanorum ex dicto iure noſtro *d. tit. 87. §. 54.* antequam incipiat exercere ſuum officium dare fideiuſſorem ſufficientem, & idoneum facultatibus, qui ſe obliget ad reſarciendum damna culpæ, aut malitiæ ipſius iudicis orphanis illata, ita vt orphani vel ab ipſo iudice, vel ab ipſo fideiuſſore poſſint in ſolidum prout maluerint repetere damnum ſibi datum. Quæ fideiuſſio in ciuitatibus, & in oppidis primariis ad ſummam mille aureorum perueniet; in aliis verò oppidis maioribus fideiuſſio ſeptingentos & quinquaginta aureos continebit: in reliquis verò oppidis minoribus ducentorum & quinquaginta aureorum ſummam non excedet. Conſtat ex *d. tit. 87. num. 54.*

Probatur etiam ex traditis à Luca de Penna *in l. ſi quis decurio, C. de decurio, lib. 10.* vbi vult iudices debere dare fideiuſſorem de bene adminiſtrando, & ſtando ad ſyndicatum finito officio. Conſentit Auendan. *cap. 2. Prætorum, num. 35. cum tribus ſequentibus*, addítque diſcrimen inter fideiuſſionem datā per legem noſtram, & *leg. 3. §. fin. ff. de adminiſtr. rer. ad ciui. pertin.* pro magiſtratibus; ſecundùm quem textum Suarez *in tit. de los emplazamientos, §. quæritur vlterius, num. 11. col. mihi 398.* qui volunt fideiuſſores pro iudicibus obligari dumtaxat ad ſoluendum, quod deerit ex eorum bonis. Atque ita nullo modo cogi poterunt niſi facta priùs excuſſione in facultatibus talis iudicis, ſeu iudicum, pro quo, ſeu pro quibus fideiuſſerunt. Ita Suarez *ſupra, num. 8.* & Auilez *cap. 10. de ſyndicat. num. 4.* Etiamſi ab illis renunciatum ſit beneficio excuſſionis, cum hæc renunciatio nequeat tollere naturam fideiuſſionis, quæ eſt vt fideiuſſor nequeat conueniri, niſi facta priùs excuſſione in principalis facultatibus, vt v. ita Suarez *ſupra, num. 7. & 8.* tradit Gomez *tom. 2. variar. cap. 13.* poſt Bartol. *in l. 2. num. 2. C. de conueni fiſci debit. lib. 10.* & *ibi* Addition. *litera A.* & Afflict. *deciſ. 318. num. 2.* dicentes fideiuſſorem indemnitatis conueniri non poſſe, niſi excuſſo principali, diſcuſſionem tamen non requiri, quando debitor notoriè non eſt ſoluendo: ſufficítque notorium fuiſſe allegatum, vt notatur in clement. *appellanti. de appellationibus*. Niſi fideiuſſio tam ampla ſit, & adeò lata in ſolidum, vt ex ea tanquam principalis obligetur ad ſoluendum ante excuſſionem factam in bonis Magiſtratus, Auendanus *vbi ſupra.*

Tenetur itaque iudex orphanorum magnam curam & diligentiam adhibere, vt cognoſcat quot ſint in ciuitate, villa, aut oppido in quo eſt, orphani, eóſque faciet ſcribi in libro ab eodem orphanorum notario declaratis nominibus ſingulorum, quorum ſunt filij, & quot annorum, & vbi viuunt, & apud quem, & quinam ſint eorum tutores, & curatores. Nec non tenetur ſcire quænam bona, ſiue mobilia, ſiue immobilia orphani habeant, & quinam bonorum curam gerat, & an accreſcant, an decreſcant, & cuius culpa, aut negligentia miſit in peius, vt ea recuperet, & in tuto reponat. Denique ad ipſum iudicem ſpectat orphanorum vtilitati conſulere, curatéque vt damna eiſdem irrogata reficiantur ab illis, qui in eorum bonis curandis negligentes extiterint. Quod ſi in iis damnis reſarciendis ignauus, aut negligens fuerit iudex de ſuo omnia damna accepta reficiet. Sic lex noſtra, *d. lib. 1. tit. 8. §. 5.*

6. An verò iudex ad id teneatur in conſcientia? Reſponde affirmatiuè teneri in ſolidum ad totius damni illati reſtitutionem; ita Sayr. *in clauil. lib. 10. tract. 2. cap. 15. num. 15. & 16.* Molin. *tom. 1. de iuſtit. tract. 2. diſp. 12. verſ. Quod verò attinet ad ſecundum, pag. 56.* vbi vult iudices, & alios miniſtros publicos quaſi ex pacto cum republica ſi in ſuo deficiant officio, teneri reſarcire damna, quæ fuerint ſecuta. Sequitur Suarez de Paz *in praxi Eccleſiaſtic. & ſæculari octaua parte, primi tomi, cap. vnico, num. 1. & 21.* Iuuat Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæſt. 65. num. 1. & 2.* poſt Baldum *in rubric. C. de pœn. iudic. qui mal. iudicauit*, & Decium *conſ. 651. num. 11. & quæſt. 68.* Idem Menoch. *num. 49. & 50.* vbi concludit iudici incumbere aduerſùs iniquitatem ſuum officium impertiri, ne quis cum aliena iactura locupletetur, tanquam contra naturalem æquitatem per *l. nam hoc natura. de condiction. indebiti*, & Barbat. *conſ. 36. in fine, lib. 1. & conſ. 16. col. 6. & 7. lib. 2.* Gutier. *de tutelis part. cap. 12. n. 5.* poſt Marſil. *conſ. 16. num. 18.* Eſt enim iudex poſitus vt iuſtitiam ac iuſtum iudicium faciat, præſertim in cauſis pupillorum, qui inter miſerabiles perſonas, quando ſunt pauperes, numerantur. Alexand. *conſ. 121. col. fin. vol. 1.* Roland. *conſ. 20. num. 9. & 15. vol. 2.* aliis *ibi* relatis. Nam iudex dicitur iudex cum iuſtus eſt, iniuſtus autem, teſte Roland. *conſ. 12. num. 1. vol. 3.* inter bruta animantia numeratur. Quod eſt Ariſtotelis, *1. Politicor.* vbi ſic ait: *Sicut optimum animalium eſt homo, lege fruens, ita peſſimum animalium eſt homo a lege & iuſtitia ſeparatus.* Camill. Borrell. *de magiſtrat. edictis, lib. 2. cap. 2. num. 105. & duobus ſequentibus.* Ex quibus conſtat iudicem a ſuo munere deficientem, & damnum pupillis inferentem, teneri damna reſarcire.

7. Quin etiam pupillis competit actio contra orphanorum prætorem, quando ipſe non prouidet dolo eorum, per textum *in l. magiſtratus, ff. de magiſt. conuen.* Quod ſi ſint plures magiſtratus, competit actio pupillis & aduerſus vnumquemque magiſtratum in ſolidum ſine beneficio diuiſionis, per *l. fin. ff. de magiſt. conuen.* Gutier *de tutelis, p. 1. cap. 15. num 20.* vbi *n. 24.* addit ex æquitate competere magiſtratibus beneficium diuiſionis, quod ipſi non placet per *d. l. in magiſtratus, ff. de magiſt. conuen.* Quod eſt de mente Padil. *in l.* [illegible] *num. 8. C. de tranſact. & num. 20.* qui aduertit [illegible] inxi, cum cauſa Magiſtratuum Rempublicam adminiſtrantium ſit longè diuerſa à cauſa tutorum, per legem, *l. in no. §. 1. ff. ad municipia.*

8. Ex lege etiam Luſitana *d. lib. 1. tit. 93. §. 1.* non poteſt exercere iudex orphanorum ſuum officium

niſi

ni[illegible] vxorem ducat intra annum à die adeptæ poſſeſſionis ſub pœna amittendi officium. Quod ſi poſtea vxore [illegible]dus fuerit, tenebitur iterum à die viduitatis contrahere matrimonium cum alia intra annum ſub eadem pœna, niſi iam tunc habuerit quadraginta annos completos; tunc enim nec ad [illegible]tunas, nec ad ſecundas nuptias conſecutus officium tenebitur accedere, Mendes à Caſtro *in praxi, lib. 1. cap. 2. §. 9. num. 25.* Barbosa *in remiſſionib. ad d. tit. 93. §. 1.* & in ſpecie habetur in regimine nouo Senatorum aulicorum, *n. 16. fol. 285. col. 1.* vbi præcipitur eiſdem Senatoribus, vt iudicibus, & ſcribis orphanorum non fiat facultas exercendi adminiſtrationem ſuorum officiorum vltra annum quandiu non fuerint coniugati, quia annus vnicus à lege conceditur ſolutis, & non coniugatis. Quibus adde *lib. 5. noſtræ ordinationis, tit. 21.* cautum eſſe, ne iudex, aut ſcriba orphanorum rem habeant cum pupilla, aut minore ſub pœna amittendi officium, inſuperque exilij per decennium in Africam, ſoluendique eidem dotem duplicatam. Deſumitur ex *l. vni, C. ſi quis eam, nius tutor.* Concordat lex *6. tit. 17. part. 7.* vbi gloſſ. 2. Iul. Clar. *ſentent. lib. [illegible] §. fornicatio, num. 22. & 23.* Faciunt tradita a Molin. *de iuſt. tom. 4. tractat. 3. diſp. 104. num. 4.* vbi de tutore, & curatore, & Gomez *in l. 80. Tauri, num. 24. verſ. ſexto, & principaliter.*

9. Non poteſt etiam iudex orphanorum tradere bona orphanis niſi poſt vigeſimumquintum annum completum, aut poſtquam authoritate ipſius iudicis vxorem duxerint poſt decimumoctauum ætatis ſuæ annum, aut poſt ætatis veniam a Senatoribus aulicis impetratam, à quibus dumtaxat concedi poteſt. Vbi nota, minores in Regno Luſitaniæ ducentes vxorem ſine iudicis authoritate, communicare cum vxore, bona, quæ habent, ibi, *caſar per ſua autheridade.* Caldas Pereira *in l. ſi curatorem habens, verbo, ſua facilitate, à num. 6. vſque ad [illegible]. & de empt. & vendit. cap. 18. num. 31.* Vide illum in vtroque loco; & videtur iuuare regula legis, *lex, quæ tutores, C. de adminiſtrat. tutorum,* quia minoribus interdicitur bonorum alienatio ſine decreto, quamuis ex cauſa dotis fiat, text. *in l. 1. C. ſi aduerſ. dotem.* Conſtat autem communicationem eſſe alienationem, per quam transfertur dimidia minoris rerum pars in vxorem, & ideò minori interdicitur, cum ergo contineat tranſlationem dominij, concedi non poteſt ſine decreto in bonis minorum. Accedit quia hæc communicatio promanat a pacto celebrato inter coniuges, non verò à lege, vt habetur in [illegible] noſtra *lib. 4. titul. [illegible] §. 1.* ibi *Se entendem ſer [illegible] per carta de ametade,* hoc eſt, per literas [illegible] *quando entre as partes outra [illegible] ordada.* Rebellus tamen *de obligationibus iuſtit. part. 2. lib. [illegible] quæſtion. 1. num. 4. in medio* [illegible] inter minores coniuges bonorum communicationem [illegible], neque opus eſſe decreto [illegible] vera ſocietas & habeat [illegible] bonorum. Se[illegible] *in remiſſ. ad dict. [illegible] num. 8.* cùm ſit conuentio legalis [illegible] communicatio facta a lege per [illegible] matrimonij, [illegible] non eſt opus vllo iudicis decreto, etiamſi alienationem contineat, non tamen eſt prohibita, vt tradit Iaſon *in l. mater, numero 48. ff. de acquirend. hereditat.* Cumanus *conſilio 1[illegible].*

Iuuat quod tradit idem Iaſon *in d. l. mater, n. 8.* dicens abſque tutoris authoritate obligari pupillum, ſeu minorem ex delictis ad pœna legis, quæ obligatio inducitur a lege ob vtilitatem publicam ſecundùm legem *impuniti, C. de pœn.* & ſecundùm legem, *ſi minor ff. de adulter. & § fin. Inſtit. de obligationibus ex quaſi delicto.* Ergo minorum bona per contractum matrimonij ſine vllo iudicis decreto communicantur, cùm ſit communicatio legalis, per gloſſ. *verbo teneri ibi:* cum ſit legalis, *in l. fin. C. de legit. tutel.* Nec ratio permittit, vt pupilli cum iactura alterius locupletentur. Vnde per matrimonium obligantur ad communicandum bona ſua quatenus locupletiores facti ſunt cum vxoribus ſecundùm legem, *naturaliter, §. vlt. cum l. ſequenti, ff. de cond. ind. indebiti,* & *l. ſi pupilli, in princip. ff. de negot. geſtis, & l. 1. §. an in pupillum. ff. depoſit. & l. quamuis. §. vltim. ff. ad Senat. conſult. Vellean.* Quibus probatur illum qui non poteſt obligari ſiue pupillus, ſiue Eccleſia ſit, nihilominus teneri quatenus locupletior factus eſt, vt in Eccleſia vult Panorm. *in cap. ſi quis presbyterorum in fine, de rebus Eccleſ. non alien.* Bartol. poſt gloſſ. *in Authen. qui res C. de ſacroſ. Eccleſ.* & Bald. *in l. iubemus, §. ſanè in principio, C. eodem titul. Alexand conſ. 4 incipit, viſo proceſſu, col. 1. lib. 3.* idem Baldus *in l. ſi prædium, in principio, Cod. de præd. minor.* Igitur non debet interdici communicatio, quòd matrimonium contraxerit minor ſine voluntate iudicis.

Sed, quid dicendum de inuentario? Dicemus *§ ſequenti per totum.* Nunc verò vlteriùs progrediendo minori vxorem ducenti ſine authoritate iudicis nemine illum cogente iudex bona non tradet, quouſque minor ad ætatem viginti annorum peruenerit: quod intelligitur quando minus bene, quam æquum erat, minor contraxerit matrimonium conſiderata qualitate perſonæ, ac bonorum quantitate, quibus abundabat. Quin etiam reſcriptum à Rege, vel ab eius ſenatoribus aulicis obtentum ſine expreſſa mentione matrimonij ſine iudicis authoritate contracti nihil operabitur ad effectum, vt per illud tradantur illi bona ſua antequam ad ætatem viginti annorum perueniat. In quam pœnam incurret qui ſine authoritate iudicis contraxerit cùm orphana, aut minori viginti quinque annorum tutorem, aut curatorem habente. Quod intelligitur de matrimonio vero ſaltem rato, & multò fortiùs de matrimonio conſummato. 11.

Sed quid ſi abſque authoritate iudicis minor ſponſalia contrahat, nunquid pœnam minoribus impoſitam incurret? Placet negare, quia pœna appoſita contrahentibus matrimonium non extenditur ad contrahentes ſponſalia, nec veniunt illa in odioſis nomine matrimonij: ſecus in materia fauorabili, quamuis Tiraquell. poſt leges connubiales, *gloſſ. 2. num. 21.* defendat in fauorabilibus non intelligi ſponſalia de futuro, nec Baldus *in l. ſolet, §. quæ virum, num. 2. ff. de his, qui not. infam.* quam pro ſua parte refert, contrarium intelligit, imò nobiſcum conſentit. Vndè pœna minoribus contrahentibus matrimonium ſine decreto iudicis, non afficit contrahentes ſponſalia de futuro, vt habetur, *in clement. 1. de conſanguinit.* vbi excommunicatio aduerſus contrahentes matrimonium cum conſanguinea non afficit cõtrahentes ſponſalia ex regula, Odia ſunt reſtringẽda, *gloſſ. in d. clem. 1. verbo, contrahere,* 12.

& ibi Ca[illegible] quæſt. 18 & [illegible] num. 4. Couar. in epitome [illegible] in principio, num. 11. Caietan. [illegible] cap. 47. D. Antonin. [illegible] 1. in ſumma [illegible] num. 1 [illegible] ſumma, quæſt. 2 [illegible] num. 4. & ex legi[illegible] num. 3. [illegible] de lib. & poſth. [illegible] leges connubiales, gl. 1 num. [illegible] 2. in principio. [illegible] part. 4. Azzued. [illegible] num. 1.

13. Nec refert ſi [illegible] minori [illegible] tenendus, cum eripi [illegible] ſponſalia [illegible] tenentur ad matrimonium, vt probat Rebuff. in cap. [illegible] in principio, num. 1 & ſequentibus, de cleric. [illegible] communicato. Vbi probat, prohibito matrimonio clandeſtino cenſeri prohibita ſponſalia [illegible] quod ſequit [illegible] Hoſtienſ. in cap. fin. ſuper verbo, contrahenda, & ibi Abbas num. 6 Anchar. num. 17. Præpoſ. num. 4. de clandeſtina deſponſat. [illegible] facilè reſpondetur olim [illegible] habuiſſe locum in ſponſalibus clandeſtinis, cùm [illegible] cap. [illegible] matrimonio conſequenti [illegible] quod hodie ceſſat nec per C[illegible] T[illegible] prohibentur ſponſalia clandeſtina, ſed ſolum irritat matrimonium clandeſtinum, [illegible] 24. c. 1. de matrim. Neque id decretum ad ſponſalia extenditur, cùm ſponſalia etiam ſine parocho & teſtibus celebrata ſint valida, neque decretum irritans matrimonium clandeſtinum; cùm ſit iuris communis correctorium, non eſt extendendum vltra [illegible] expreſſum, iuxta legem, præcipimus, C. de appellat. Veracruz in appendice ad ſpeculum, dub. 9 §. ad dubium, Sa[illegible] in praxi, cap. 3 [illegible] §. ex quibus, & §. eſt, fine. Sequitur Lud. [illegible] Lopez 2 p. inſtructor. [illegible] de matrimonio, cap. [illegible] col. 2. Faciunt tra[illegible] Sanch. lib. 7. de matrimon. [illegible] 48. num. 6.

14 Sed quid de educatione orphanorum [illegible] de re, & de modo ed[illegible] pupill[illegible] lex noſtra, lib. 1. tit. 87 [illegible] lib. 4 [illegible] principio. Apud H[illegible] pupilli educati [illegible] debent [illegible] das [illegible] tor, qui ſunt viri [illegible] nec ipſi regulari [illegible] eſſe tutores priuignorum ſuorum. [illegible] nem matrem, etiam ſi id faciant, ac [illegible] illos antequam [illegible] , nec iudex orphanorum debet [illegible] ſuſpecti ad cautiones ſ[illegible], & [illegible] & in ſpecie prohibet gloſſa per [illegible] ho, Aly dicunt, quod à patre dati [illegible] non à iudice, C. vbi pupillus educari [illegible] veſtius. Vnde apparet de [illegible] poſſe vitricos eſſe tutores. Sequitur Boër. [illegible] 124. numero 12. verſ. quod vitricus [illegible] licet priuignis non debeat [illegible] Cauſſr. conſ. 150. num. 7. Conſ[illegible] arbitr [illegible] num. [illegible] eſſe poſſe matrem [illegible] tutorem pupillo [illegible] ne dari poſſe per [illegible] ibi Bal[illegible] dictur vbi [illegible] etiam [illegible] num. & Curt. [illegible]

Sed contrarium vid[illegible] Doctores [illegible] tranſiuit ad ſecundas [illegible] mari[illegible], nam [illegible] quia pet[illegible] tutelam [illegible], ac proinde non poteſt petere tutorem [illegible] dari, niſi adeat iu-

dicem [illegible] ad [illegible] apud [illegible] & Caua [illegible] de [illegible] orib. [illegible] his tamen [illegible] admitten[illegible] etiam [illegible] tutelam [illegible] ipſa nec [illegible] pupilli, neque cuto[illegible] par eſt, pro[illegible]. Ex quo [illegible] iacturam [illegible] tientur [illegible] accedat conſenſus tuto[illegible] teſtam[illegible] aut parentum, vt v[illegible] B[illegible] authent. [illegible] quod illa mater vult [illegible] C. de ſecun. d. nupt. C. [illegible] quid illa nulla [illegible] C. ad Trebell. vbi nomine [illegible] non intelliguntur conſanguinei, [illegible] gnati, [illegible] & amici pupillorum [illegible] vt notat Salicet. in aut. [illegible] quandoque [illegible]

Quod ſi adulta [illegible] maior [illegible] petat ibi dari [illegible] non eſſe dandum ſi probetur, [illegible] minor à matre inductus ad id p[illegible] petat ex ſimplicitate ſua, aut ex [illegible] quod negandum iudicium prudens [illegible] multum [illegible] Alciatus de præſumptio. [illegible] ſumptio. 12. num. 4. poſt Alberic. [illegible] C. de contrar. iud. tut. Quod ſi [illegible] ætatem prudens [illegible] nec à matre inductus petat [illegible] præferetur [illegible] iudex deprehendat ex hac [illegible] noti tuet. tutum. [illegible] dic Canal. [illegible] d. n. 18.

Poſt[illegible] & [illegible] 16.
[illegible]
[illegible] p. dec. 99.
[illegible]
[illegible] 17.
[illegible]

ſun a

ſunt propinquiores, ergo apud illos non ſunt alendi ſi tranſeunt ad ſecundas nuptias. Confirmatur ex *l.1.§.1.verſ.Denique, ff. vbi pupill. educ. deb.* quæ loquendo in ſubſtituto præcipit iudici, vt diligenter inquirat, an ex ſucceſſione oriri poſſit aliqua ſuſpicio, examinétque cùm conſanguineis, an expediat pupillum apud ſubſtitutum, qui ei ſucceſſurus eſt, educari. Sequitur Baldus *in conſ. 487.in princ. verſ. Secundo debet aduertere, vol.5.* vbi vult poſito exemplo in ſubſtituto non eſſe alendum pupillum in domo eius, qui parare poſſit inſidias ſaluti, ac vitæ pupilli. Sequitur Bero. *in conſ 180.num.1.vol.2.* Monétque iudicem, ne pupillum collocet apud perſonam ſuſpicione laborantem. Concinit Menoch. *de arbitr.caſu 198. numero 15.* Dum ait hoc procedere quando ſubſtitutus eſt extraneus; non tamen ſi frater eſt ſubſtitutus; nihilominus hoc non placet, quia non ſemel vidimus, & audiuimus fratres fratribus, imò filios patribus fuiſſe inſidiatos, & conſtat ex *l.fin.C.vbi pupill.educ. deb.* indiſtinctè contra patruos, & quoſcumque ſucceſſores ſuſpicionem ortum habentem à ſpe ſucceſſionis locum habere. Iuuat Aretin. in *§.actionum, num.56.verſ.Vnum tamen tenet cordi, inſtit. de actionibus.* vbi ſtatuit non eſſe pupillum educandum in domo illius, quem proximior ſpes ſuccedendi alit, ne ſit locus, & occaſio delinquendi. Quare Caualcan. *in tract. de tutor. & curator. num. 301. verſ. Tertiò debet iſta,* concludit pupillum potiùs apud auunculos, qui non ſuccedunt, quàm apud patruos ſucceſſioni inhiantes, eſſe educandos.

18. His tamen non obſtantibus, quæ mihi in exemplis propoſitis non omnino diſplicent, dicendum eſt in caſu noſtro filios eſſe educandos apud patrem ad ſecunda vota tranſeuntem, cùm eos in poteſtate habeat, neque patriam poteſtatem per ſecundas nuptias amittat, *l.ſi Maritus, l. ſequens, C.de patria poteſt.* Eſtque legitimus eorum adminiſtrator, poſſidétque vſumfructum ſuorum bonorum. Authent. *Excipitur,* & *ibi* gloſſ. *C.de bonis quæ liber.* Iaſon *in l.ſi tibi pecuniam, col.2.ff.ſi cert. petat.* Accedit, quia hoc non prohibetur in iure; ergo permittendum eſt, *l. præcipimus, C.de appellation.* Imò multi reperiuntur caſus in quibus deciditur filios non eſſe educandos penes patrem, inter quos non exprimitur caſus patris ad ſecundas nuptias tranſeuntis. Vnde cum in hoc caſu non eligatur locus, in quo filij educentur, non ſunt alendi, nec educandi extra domum paternam. Sicque fuiſſe iudicatum refert Cabeo. *1.p. deciſ.99. num.9. anno Domini 1562,* quamuis contra aliter fuiſſe iudicatum antea dicat. Quod mihi non ſatisfacit, cùm regulariter ac communiter patres ad ſecunda vota tranſeuntes filios domi ſoleant educare, niſi patres ſuſpecti reddantur propter odium vxorum, aut infidelitatem earum, aut ob aliam iuſtam cauſam, Textus *in authent. ſi pater, C. diuortio fact. apud quem.* Item, quia patres meliùs cæteris præſumũtur ſemper vtilitati filiorum proſpexiſſe, *l.nec in ea, ff. de adulter.* etiam quando primo aſpectu mens patrum videatur filiis damnoſa. Bartol. *in l.2. col.5. ff. de pupill. & vulgar. ſubſtitutione.* Alciatus *in tract. præſumpt.regul.1.præſumpt.2.num.1*

19. An verò iudex debeat arbitrari vbi pupillus ſit educandus? Reſponde poſſe etiamſi pater decedens relinquat vbi filius educetur; adhuc enim ex cauſa poteſt iudex contrauenire voluntati teſtatoris, vt notant ſcribentes *in l. nemo poteſt. ff. de legat.1.* Sequitur Caualcan. *in tract. de tutor. & curator. num.308.* Nam quamuis teſtatoris voluntati ſtandum ſit quoad educationem pupillorum, vt habetur *in l.1. C. vbi pupill. educ. debet, & in l.19. tit.16.part.6.* ibi: *Criarſe deue el moço ſano en aquel lugar, & con aquillas perſonas que mando el padre, o el abuelo en ſu teſtamento;* & ſentiunt Caualcan. *ſupra, num.304.* Durand. *de arte teſtandi, tit.7.caut.1.in fin.* Menoch. *conſ.62.num.12.§.cæterum.* Nihilominus iudex vbi agitur de alimentis, & de loco educationis, non tenetur ſequi voluntatem patris, ſi arbitretur ex cauſa locum à patre deſignatum non conuenire pupillo, potéſtque diſcedere a patris voluntate, cauſa bene cognita, vt probatur *in l.11. ff. vbi pupill. educ. deb.* Guido Papæ *quæſt.539.num.2.* Grammatic. *deciſ.55. n.1.* Vnde ſi pater iubeat in teſtamento quòd filiæ ſuæ minores educentur apud nouercam, præferetur ipſa auiæ maternæ, niſi prætor orphanorum aliud ex cauſa ſtatuerit. Molin. Theologus *de iuſtit. tom. 1. tract. 2. diſput. 224. pag.1380. in principio*, Aymo, Crauet. *conſ.109. num.9.* & Decian. poſt plures *conſ.49.num 20.vol.1.* puta, ſi pupillus non poſſit ali ſine ſiniſtra ſuſpicione in loco a teſtatore deſignato. Eodem modo recedet iudex à voluntate patris ſecundum legem, *Quintus Mutius, ff. de annuis legat. in verſ. Sic nec tunc ſemper*, ſi deprehendat in perſonis deſtinatis à patre vitia aliqua, quæ pater ipſe fortè neſciebat.

Similiter iudex non patietur pupillum eſſe educandum apud matrem, vilem, & turpem, etiam ſi voluntas patris id declaret per *l.1.in fine principij, ff. vbi pupill. educar. deb.* Sic Menoch. *conſil.62. num.5.* Caualc. *d.num.308.* & Grammat. *deciſ.55. num. 1.* Sicut non ſunt educandæ filiæ apud aliquem, qui bonis moribus, & earum caſtitati, ac vitæ inſidiari poſſit. Bald. *conſ.487. pupill. morari, vol.5.* quia iudex eſt loco patris, *l.iam dementis, C. de Epiſcop. audient.* Ideò debet facere quod debuiſſet pater ſi eſſet in humanis, *l.1.§.ſi tria luminaria, verſ. Cum dicatur, ff. de ventr. inſpiciend.* Additque Baldus *ibi*, iudicem hac in re potiùs in ſeueritatem, ac rigorem inclinare debere, quàm in lenitatem, inſupérque non debere lachrymis matris moueri, nec blanditiis tutorum, ſed meritis vitæ, ac famæ ſolius. Sequitur Iaſon *conſ.237. in fine, vol.2.* & fauet Menoch. *d.conſ.62. num.17.* & expreſsè Corneus *conſ.292. col.4. vol.1.* Ob quam cauſam non ſunt educandi nepotes penes auiam vilem, improbam, ac turpem etiamſi vidua ſit, Bald. *d.conſ.487. col.2. in principio, vol.5.* & Menoch. *d.caſu 168. num.5.* Nam quoad nepotes, ſeu filios educandos paria ſunt matrem, ſeu auiam ſecundò nubere, vel impudicè viuere, prout notat Caualc. *ſuprà, num.307.* & Aretin. *in §.fin. in fine, inſtit. de legit. patro. tut.* & Ripa *in l.fœmina, numero 31. C.de ſecundis nupt.* quibus accedit Pinell. *in l.4. num.18. C. de bon. mater.* poſt Hippolyt. *in l. vnic. numero 54. & 56. C. de rapt. virgin.* vbi volunt pœnas impoſitas fœminis ſecundò nubentibus habere locum in viduis turpiter viuentibus. 20.

Quæſtionis eſt an ſponſa in pupillari ætate debeat educari apud ſponſum, vel ſponſi patrem, aut matrem? Bald. *in leg. 1. ff. vbi pupill. educar. deb.* ait quando ſponſa excedit ſeptennium, nec eſt legitimè tradita ſponſo à patre, & aliis conſanguineis, non debere tunc apud ſponſum educari. Secus ſi tradita ſit à patre, vel à conſangui- 21.

neis ſponſo, tunc non eſſe auferendam à ſponſo. Dicendum tamen eſt hoc non eſſe relinquendum arbitrio iudicis, vt docent Alexand. *conſ.161.n.9. vol.5.* Iaſon *conſil.237. num.10. vol.2.* & Gregor. Lopez *in l.19. in gloſſ. de buer fano, tit.16. part.6.* Sed abſolutè docendum non debere educari apud patrem ſponſi, quoniam non eſt libera facultas recedendi à ſponſalibus, nec pudicitia illius tuta apud patrem ſponſi. Sic Paulus de Caſtro *conſil. 127. n.3. vol.1.* & Crauet. *conſ.190. n.5. ad finem,* poſt Bartol. *in q.16. qua incipit, Queritur, vtrum iudex,* vbi multis rationibus probat non eſſe educandam ſponam apud ſponſum, quia ſubeſt timor ne ante tempus ſponſam vitiet, vel ſaltem malis moribus, & tactibus, oſculis, & amplexibus ſponſa imbuatur, vel maculetur. Nec obſtat doctrina Cornei *in conſ.292. colum. fin. verſ. In perſona magiſtri Ioannis, vol.1.* dicentis poſſe ſponſam educari apud patrem ſponſi, quando ſponſalia fuerint conuenientia. Secus quando fuerint incongrua. Quod intelligitur quando nulla extiterit contradictio, vel ſuſpicio impudicitiæ, probat Crauet. *conſ.190. num.5. verſ. Poſtremò iſtam quaſtionem.*

## §. II.

### *De obligatione faciendi inuentarium, & ad quem ſpectet illud facere?*

#### EPITOME.

22. & 23 *Inuentarium quid ſit, & cur ſic appelletur, & de quibus fieri debeat, & intra quod tempus debeat inchoari.*

24 *Inuentarium non poteſt fieri à prouiſoribus prouinciarum.*

25. 26. 27. 28 29. & 58 *Inuentarium an ex cauſa poſſit omitti. Et in quas pœnas incurrant non conficientes in vtroque foro.*

30 *Inuentarium non conficiens hæres tenetur in foro conſcientia creditoribus vltra vires hæreditarias.*

31 *Inuentarium parentes non conficiendo intra tempus, quas pœnas incurrunt.*

32. 33. 34 & 35 *Inuentario negantes aliquid quas pœnas incurrant, & quibus ſint applicanda.*

35 *Inuentarium dicitur legitimum, quando omnia ſcribuntur in eo ſine inuolucro, fideliter & non obſcurè.*

37 *Inuentario parens non adijciens nomina debitorum an incurrat aliquas pœnas.*

38 *Teſtes quot ſint neceſſarij in confectione inuentarij.*

39. *Index orphanorum quæ ſeruabit in conficiendo inuentario.*

40 *Æſtimatio rerum quæ in inuentario deſcribuntur eſt ſimul apponenda.*

41 *Inuentario non confecto tam de rebus, quàm de earum æſtimatione ſtatur iuramento aduiti.*

42 *Inuentarium confectum à matre prodeſt matri & filiis.*

43. 44. 47. 48. & 49 *Inuentarij confecti vtilitates quot, & quæ ſint.*

45 *Inuentarium non vitiatur per quamcumque ſolemnitatis omiſſionem.*

46 *Neque ſi non ponatur in principio manu propria ſignum crucis.*

50. & 57 *Succeſſor in maioratu, & in bonis patrimonialibus ſimul tenetur ad debita prædeceſſoris.*

51 *Inuentarium factum à marito de bonis ſuis conſtante matrimonio eſt validum.*

52. 53. 54. & 55 *Inuentarium de bonis clericorum, Epiſcoporúmque, etiam hæreditate iacente interdum fit per curiam ſæcularem.*

56. *Monaſterium an debeat facere inuentarium, quando ſuccedit monacho.*

57. & 58 *Maioratus poſſeſſor ſi non faciat inuentarium, an ſit puniendus.*

59. *Fiſcus quando teneatur conficere inuentarium.*

60. & 61 *Hæres confecto inuentario videtur adire hæreditatem.*

62. 63. 64. 65. & 66 *Teſtator poteſt remittere confectionem inuentarij; tutor excuſari poteſt à confectione inuentarij, non tamen à reddenda ratione ſi ſit in dolo.*

67 *Inuentarij omiſſione conceſſa adhuc iudex poteſt obligare ad illud conficiendum.*

68 *Tutores non conficiendo inuentarium ad quæ teneantur, & an contra illos habeat locum iuramentum in litem.*

69 *Inuentarium factum à tutore, & à curatore, & factum ab hærede, in quo differant.*

INVENTARIVM eſt caput, & fundamentum omnium rationum, & diuiſionum. 22.
Baldus *in l. fin. §. non autem, C. de bon. quæ liber, & in authent. ſed cum teſtator, C. ad leg. falcidiam.* Peralta *in l.3. §. qui fideicommiſſum, num.45. ff. ad Trebellianum.* Dicitur autem inuentarium, quia in eo ſcribuntur reperta, & inuenta in bonis pupillorum relicta à teſtatore, gloſſ. 1. *in l. tutor, qui repertorium, ff. de adminiſtrat. tutor.* & *ibi* Bartol. *num.10. ad fin.* Gloſſa etiam *in l. tutores, C. de adminiſtr. tutor.* Gloſſ. *in authent. de hæred. & falcid. §. ſi verò abſunt, verſ. Inuentariam. collat. prima,* Cepol. *in repetit. l. ſi fugitiui, numero 73. C. de ſeru. fugitiu.* & ex lege Luſitana *lib.1. tit.87. §.4.* & ex lege Hiſpana 5. *tit.6. part.6. in principio,* per hæc verba: *Inuentario en latin, tanto quiere dezir en romance, como eſcriture que es fecha de los bienes del finado.* Sequitur Ayora *de partitione 1. part. cap.2. num.22.* Incumbit autem iudici facere inuentarium de iure noſtro *d. tit.87. §.4.* à die mortis defuncti, qui filios habuerit minores viginti quinque annis ad menſem integrum de omnibus bonis mobilibus ſe mouentibus, ac immobilibus, quæ à defuncto fuerunt relictæ, præſtito priùs iuramento perſonæ in cuius poteſtate remanſerunt ea bona, vt de omnibus fideliter, ac verè faciant inuentarium, & §. 8. eiuſdem tituli 87. præcipitur coniugi ſuperſtiti, qui filios, aut nepotes minores vigintiquinque annis habuerit ex coniuge defuncto intra duos menſes à die obitus, vt conficiat inuentarium ſi illud ex iuſſu prætoris adhuc non perfecerit, nec fecerit de omnibus bonis ſuprà dictis, nihil occultando; vel negando ex bonis defuncti ſub grauibus pœnis. Paria enim ſunt non facere inuentarium, aut non ritè fecere, per *l. non putauit, §. non quenis, ff. contra tabulas,* Surdus *deci. 222.* Valaſcus *de partition. cap.8. num.44.* Barboſa Vimaranenſ. *ad ordinat. regiam, dict. titul.87. §.8. num.1.*

De iure tamen communi inuentarium debet inchoari intra triginta dies à die aditæ hæreditatis, 23.
gloſſ.

[illegible]

24 [illegible]

25 [illegible]

26 [illegible]

[illegible] 27

[illegible]

[illegible]

29. [illegible]

30. [illegible]

[illegible] 31. [illegible]

[illegible]

33. [illegible]

34. [illegible] ... exceſſiue ... non ſint hæredes ... ores, qui ... ſucceſſuri, & ... pœna rei celatæ ... dupli ... non ex decreto ... videlicet, ſed ex

 decl-

deciſione Luſitanæ [illegible] §.9. ubi [illegible] ſe non [illegible] cuiuſque pœnæ q[illegible] ſudicis orp[illegible] pœna [illegible] da, ac ſi luenda, ne q[illegible] negent in [illegible] V[illegible] fert, qui [illegible] menarium [illegible] patris ne [illegible] ne pœ[illegible] deli et qu[illegible] ex [illegible] noribus [illegible] tudo aqui[illegible], & [illegible] em [illegible] diff [illegible] ex d[illegible] tra[illegible] pr[illegible] A[illegible] Luſitan[illegible] E[illegible] annum [illegible]

35 [illegible]

[illegible] nobis [illegible] num. 21 & [illegible] num. [illegible] & 40. adden[illegible] accedit [illegible] num. 5. [illegible] generis [illegible] claræ, ac pr[illegible]

36 Inuc[illegible] in eo omnia bona fid[illegible] & [illegible] ſine aliquo inuoluer[illegible] qua dic[illegible] qua generatrate [illegible] l. Julian. § [illegible] Jul[illegible] § [illegible] actionib. empti. Bart[illegible] C. de [illegible] præſcript. [illegible] legitimum, quando in eo [illegible] pœne, d[illegible] & [illegible] Ro[illegible] vol. [illegible] R[illegible] [illegible] conſ. 210 in princ[illegible] conſ. 48. [illegible] per publica [illegible] tab[illegible]

[illegible] 37 [illegible]

in … adhibitis teſtibus. Quin etiam ſine iudicis mandato poteſt fieri, vbi praxis, & conſuetudo obtinuerit. Sic Bald. Paulus, & Iaſon *in d.l. fin. C. de iur. de… r.* Gregor. Lopez *in l. 15. tit. 16. part. 6. & … l 9… tit. … part. 5.* Duenh. *regul.* 187. *num.* 15. Quin addunt ſufficere proteſtationem fieri ab hæredibus, ſi dicant nullo confecto inuentario proteſtari … beneficio inuentarij ſe adire hæreditatem, dummodo intra legitimum tempus poſtea inuentarium conficiant; quod ſi non fiat inuentarium intra id tempus proteſtationem nihil operari. Sic Capicius *deciſ.* 107. Montalbus *in l. 2. verbo, Aleade, tit. 7. lib. 3. fori*, & Gregor. Lopez *vbi proximè, & in l. 5. in verbo, todos, in fine, gloſſ. tit. … part. 6.* ſubdit etiam quando bona teſtatoris non apparent, proteſtationem faciendi inuentarium cum apparuerint, habere vim inuentarij, quod etiam eſt Baldi *in l. fin. col. 2. C. qui bonis cedere poſſunt*, quibus adhæret Morrhequech. nuper relatus, *d. cap. 1. lib. 1. num.* 18.

39. De iure tamen noſtro *d. lib. 1. tit.* 87. §. 4. iudex orphanorum conficere inuentarium curabit, præſtabitque iuramentum illi in cuius poteſtate remanſerunt bona defuncti, qui illud conficiet cum notario orphanorum, apud quem manebit, vt conſtat ex eodem tit. §. 8. Neque opus eſt, vt fiat coram iudice. Sic Salycet. *in d. l. fero. C. de iur. deliber.* vbi non eſſe neceſſariam præſentiam iudicis firmat, cùm non reperiatur iure cautum; ſed ſufficere quod fiat coram notario publico, & quòd ſe ſubſcribat hæres in inuentario, dicens ſe omnia legaliter declaraſſe, & ſine dolo ſecundùm Bartol. *column. penult.* & Angel. *num.* 10. & Iaſon *num. 4. in d. l. fin. C. de iur. deliber.* Valaſc. *conſult.* 52. *num.* 20. *& num* 25. *& de partition. cap. 8. num.* 7. vbi addit ex praxi huius regni præſtito iuramento hæredi ipſum hæredem per ſe, vel per notarium ſcribere bona hæreditaria in inuentario, illudque perficere, ac ſubſcribere, neque eſſe neceſſarios teſtes, qui interſint confeſſioni illius, & hoc ſufficere ad ſatisfaciendum obligationi inuentarij, …us ſic facti beneficio, ac vtilitatibus illius iuuatur. Valaſc. *d. conſult.* 52. *num.* 24.

40. An verò ſit neceſſarium exprimere in Inuentario valorem & æſtimationem rerum, quæ ad orphanos ſpectant per iudicem & notarium, & duos, aut tres alios præſtito illis iuramento, idoneos? Reſpondet lex noſtra *d. tit.* 87. §. 5. ne pupillos, ſeu orphanos detrimentum pati contiſtet ſtatim dum inuentaria conficiuntur, bona eſſe æſtimanda per iudicem & notarium, & duos, aut tres æſtimatores idoneos, pretiáque rerum in inuentario eſſe ſcribenda, vt tempore traditionis bonorum, ſi res non extent, cuilibet eorum earum æſtimatio, aut pretium tradatur, niſi ſint mobilia, quæ in educandis orphanis fuerunt conſumpta; nune enim nec mater, nec tutor illorum tenebitur ea bona eo modo quò à principio fuerunt accepta, ſed eo quo nunc ſunt vſu attrita illis tradere.

Sed contra deciſionem legis noſtræ aſſurgit communis, quam ſequitur gloſſ. *in l. fin. in verbo, quantitatem*, & ibi Corneus *num.* 37. *C. de iur. deliber.* dicentes valorem rerum non eſſe exprimendum, nec ſcribendum in inuentario, ſequitur Spino *ſuprà, gloſſ.* 15. *num* 58. Valaſc. *de partitionib. cap. 8. num.* 11. & hanc etiam ſequuntur ſcribentes *in d. l. fin. in verbo, quantitatem*, vbi dicunt hoc verbum referri ad numerum rerum, non verò ad valorem, & æſtimationem earum, teſte Roberto *lib. 3. ſententiar. cap.* 6. & Cuiacius *l. 47. ff. de verbor. ſignificatio.* & probatur ex *l. Paulus, §. 2. l. præſes, in fine de re iudicat.* Iuuat lex 99. *& 100. tit. 18. part. 3* ibi, *diziendo ſeñaladamente quantos ſon.* Ex quibus apparet inuentario eſſe exprimendum numerum rerum, non verò pretium, & æſtimationem earum. Quam tamen partem puto veram ſi loquamur de æſtimatione ab hærede facta; qui ignorare poteſt quanti res æſtimentur, & in hoc ſenſu accipiendi ſunt, qui negant eſſe exprimendum in inuentario rerum valorem; non verò ſi res æſtimentur per iudicem orphanorum, & notarium & duos, aut tres æquiſſimos æſtimatores, vt lex noſtra præcipit *d. § 5.* ibi: *Seiaon aualiadas todas as couſas que aos orphaõs pertencerem pelo iuiz, e eſcriuão, e duas ou tres peſſoas outras aiuramentadas, que bem entendaõ & ſeiaõ os preços dellas logo eſcritos nos ditos inuentarios.* Non tamen ſecundùm omnium rigorem fieri debet, ſed cum quodam moderamine & æquitate ex conſuetudine antiqua ſecundùm *l. diuturna, ff. de legib. & l. ſi fundus, ff. de euiction.* Quod etiam voluit Bartol *in l. fin. ff. de magiſt. conuent.* Salycet. *C. de iur. liber. in l. fin.* vbi verbum quantitatem ſignificare aliquando valorem, ſeu pretium rerum vult per *l. prima, ff. de contrahend. emptio.* ibi: *Non tam ex ſubſtantia, quam ex quantitate*; ſequitur Duarenus *lib. diſputationum, cap.* 7. quibus adhærent multi apud Pinellum *In rubrica, de reſ. indend. 1. part. cap. 3. num.* 7. & Otomanus *de verbis iuris, verbo, quantitas.* Iuuat Gregor Lopez *in l. 1… tit. 6. part. 6. gloſſ.* 10. vbi monet rem eſſe periculis plenam, & bona hæreditaria, eorúmque hæredes in maximo diſcrimine verſari ſi pretia, ac valor eorum non ſcribantur in inuentario. Sequitur Roland. *d. conſ.* 73. *num.* 49. *vol.* 2. Ex eo fundamento, ne fraudentur pupilli, & adulti ne grauentur in probando quòd fuerint tradita tutori tot bona, & talis æſtimationis, ſi culpa tutoris perierint; quod ſi non fiat rerum æſtimatio, væ pupillis; ideo vt fraudibus obuietur, quæ de facili committi poſſunt ponendo res viles loco rerum optimarum, æſtimatio eſt ponenda, Gutier. *de tutel. & cur. part. 2. cap. 1 num* 95. poſt alios.

Quod ſi non conficiatur inuentarium tam de re, quam de æſtimatione, ſtatur iuramento adulti, gloſſ. *in d. l. tutor. in verſ. propter res & cauſas amiſſas, C. de adminiſtratio. tutor.* Bertachin. *in verbo, Inuentarium hæredis, verſ.* 30. vbi citat pro hac parte Bartol. *in tractatu inuentarij, col. penult.* & Plot. *in repetitio. l. ſi quando, num. 239. & ſequenti. C. de inoffi. teſtam.* vbi contra tutores, ac omnes adminiſtratores omittentes ſcribere in inuentario bona cum eorum pretio, & æſtimatione, ait poſſe iurari in litem, quia idem eſt non conficere inuentarium, ac non integrè conficere, neque omnes res ponere, vel indiſtinctè ponere, & obſcurè, ita vt de earum æſtimatione nihil certi conſtet. Nam pro his omnibus poteſt iurari in litem perinde, ac ſi non fuiſſet inuentarium confectum, ſic Gul. Maior *in l. quo tutela, num.* 59. *de regul. iur.* Faciunt tradita à Bartolo *in d. l. tutor. qui repertorium, col. 2. verſ. quæro qualiter res*, dicere omnia bona defuncti tam corporalia, quàm incorporalia, tam mobilia, quàm immobilia in inuentario eſſe deſcribenda per ſigna, latera, & confinia, ſicut in libello deſcribuntur, ita vt omnia reddantur certa, & vt tutores poſſint pro rebus in inuentario deſcriptis conueniri tempore ra- 41.

tionis

tionis reddendæ. Sequitur Rolandus *ſupra, nu-mer.48.& 49.*

42. Dubitatur an inuentarium à matre confectum proſit ſimul filiis, ita vt tã ipſa, quàm ipſi gaudeant beneficio inuentarij. Ayora *in tract. partitionum, 1. p. c. 2. n. 21. & 22.* reſpondet prodeſſe: tam matri, quàm filiis, cum inuentarium nihil aliud ſit, quàm deſcriptio bonorũ, & in inuẽtario à matre confecto ſunt deſcripta bona omnia, ideo filij excuſantur à confectione inuẽtarij ob inuentarium à matre factum, præſertim ſi in principio, aut in calce inuentarij ponatur quòd illa bona deſcripta ſunt pro inuentario minorum, vel hæredum, ſequitur Gutier. *de tutel. p. 2 cap. 1, num. 51.* vbi *num 52.* addit ex Bartolo *in l. ratione § quod vulgo, in verſ. venio ad quæſtionem, ff. ad l. falcid.* & ex Ayora *ſuprà,* non ſufficere pro ſubſtituto inuentarium confectum a pupillo, & ab eius tutore, ſed teneri ſubſtitutum conficere aliud inuentarium ſub pœna ſoluendi debita & legata defuncti.

43. Quæres quænam ſint vtilitates procedentes in vtilitatem conficientis inuentarium? Reſpondeo eſſe plures, quarum prima eſt non teneri conficientem inuentarium, niſi quantum vires patiuntur hæreditariæ. Quæ exceptio confecti inuentarij poteſt opponi etiam poſt latam ſententiam, vt poſt plures docet Marant. *de ordin. iudic. p. 6. membr. 9. num. 1..* & eſt communis. Gualdenſ. *de arte teſtand. tit. 10. cautel. 9.* Menchius *l. 1. C. de iur. & fal. ignorant. num 46.* Secunda vtilitas, ſi hæres inuentarium conficiat deficiente pecunia in hæreditate, neque inuento emptore, qui velit emere bona hæreditaria eo onere, vt hæres illi de euictione non teneatur, poteſt cogere creditores & legatarios, vt in ſolutum res capiant hæreditatis, etiamſi iiſdem debeatur certa ſumma, & non res in ſpecie certa, quæ ſit in rebus hæreditariis, ſic Franciſc. Porcellin. *in tract. de inuentario cap. 4. quæſt. 7.* Molin. *de iuſt. tom. 1. tract. 2. diſput. 216. verſ. quartum commodum.* Valaſc. *conſult. 52. num. 39.* Spino *gloſſ. 35. num 43. verſ. alia tamen eſt vtilitas.* per text. *in d. l fin. C. de iur. deliber. verſ. & ſi præfatam,* vbi Iaſon *num 3.*

44. Tertia vtilitas facit facultatem hæredi, vt poſſit ſoluere legatariis legata primò venientibus, & creditoribus, & quamuis non reperiantur bona defuncti ex quibus ſoluatur aliis creditoribus poſteriùs venientibus, non propterea hæres obligabitur ad ſatisfaciendum illis, ſi hoc egit confecto inuentario; habent tamen creditores venientes vltimo loco actionem contra legatarios, vt ab illis repetere poſſint ſi quid creditoribus debeatur, & legatariis fuit ſolutum. Similiter conceditur illis actio contra alios creditores, ſi ipſi erant præferendi propter anteriorem hypothecam, vel ob aliquam aliam rationem, habetur *in l. vltim §. & ſi præfatam, & tribus ſequentibus. C. de iur. deliber.* Molin *diſp. 216 pag. 1313. verſ. tertium,* Valaſc. *d. conſult. 52. num. 40.* Spino. *d. gloſſ. 35. num. 44.* vbi *num. 47.* facit mentionem quartæ vtilitatis conficientis inuentarium, per quam poteſt hæres deducere falcidiam ex legatis, quæ nullo modo deduci poteſt, inuentario minimè confecto. Alexand. & Iaſon *in l. quæ dotis, num. 8 ff. ſolut. matrim.* per text. *in authent. de hæredib. & falcid. §. ſi non fuerint* Valaſc. *d. conſult. 52. num. 37.* quam amittebat ſi inuentarium non conficeret. Sequitur Molin. *d. diſp. 216. pag. 1313. verſ. ſecundum* vbi vult ſi non ſuperſit quarta pars bonorum defuncti, poſſe hæredem deducere de legatis falcidiam, ſicuti falcidiam amittit ſi dolo omiſit rem aliquam deſcribere in inuentario, non tamen tenetur vltra vires hæreditarias, ſecundùm Angel. Alexand. & Paulum de Caſtro *in l. Paulus, ff. ad l. falcidiam,* ſubſcribit Iaſon *in d. l. fin. §. licentia, num. 4. C. de iur. deliber.* vbi voluit inuentarium hoc modo factum validum eſſe, ſicut valet, quando bona fide factum eſt.

Ex quo colligitur non quodcunque vitium in confectione inuentarij adhærens, nec quamcunque omiſſionem ſolennitatis vitiare inuentarium. 45.
Vnde omiſſio leuium non vitiat, niſi conſtet de mente legiſlatoris, quòd voluerit ex omiſſione rei modicæ, ac leuis in aliquo actu vitiari totum; quod iudicari poteſt, quando id quod omittitur, eſt magni præiudicij: regulariter tamen, quæ de ſe afferunt modicum præiudicium, eorum omiſſio non vitiat. Bartol. *in l. 2. § prius, in verſ. tertio caſu, ff. de vulgar.* cum quo tranſeunt ibi Imola, & Aretin, & communiter ſcribentes *in l. cum ij, § ſi prætor, ff. de tranſactionibus.* Bald. & Angel. *in l. in teſtamentis. C. de teſtament.* Quod ſi a legiſlatore aliqua leuia & modica adijciantur pro forma ſubſtantiali, & hoc conſtet de mente illius, vel legis, eorum omiſſio reddit actum nullum. Romanus *conſ. 4?? in propoſita concluſione.* Bald. Imola, & Paulus *in l. 1 ff. de liber. & poſthum.* Reputabitur autem pro re graui, quando legiſlator ſtatuit leuem ſolennitatem omnino adhibendam, & pro graui habendam, ſi actum annullet ſolennitate non adhibita. Bald. *conſ. 24. vol. 1.* Imola, & Paulus *in d. l. 1. ff. de liber. & poſthum* Idem tempus ad perficiendum inuentarium ita eſt traditum pro forma, vt non poſſit à iudice minui, neque augeri, Bald. & Salycet. *in l fin. C. de iur. deliber.* Gualdenſ. *de arte teſtand. tit. fin. cautel. 8. num 2.* Ripa *l. 2. num. 23. C. de rei vendicat.* Quod tempus ſic conſtitutum eſt commune omnibus, nec minores excipiuntur, quamuis habeant beneficium reſtitutionis, ſecundùm Gloſſ. *in l. . .ium, ff. de minorib.* & gloſſ. *in authent. de hæred. & falcid. §. non autem, verbo, pupillus,* Angel. *in l. properandum, §. fin. de iudicijs.*

Hinc voluit Ferdinand. Menchac. *lib. 1 de ſucceſſ. creat. §. 9. de teſtand. potent. num. 12. fol. 59.* 46.
vitiari inuentarium, ſi hæres in capite ipſius non ſcribat propria manu ſignum crucis, ex *l. fin. C. de iur. deliber.* vbi putat omnia in ea lege contenta pro conficiendo inuentario requiri pro forma, cui formæ nihil addi poteſt etiam minimum, nec de ea minui. Quam ſententiam ex antiquioribus tuetur Angel. *in l. 1. hac ſtipulatio ff. vt lega. non caue.* & Fulgoſ. *in d. l. fin.* & Imola *in l. 2. §. ſi prius. ff. de vulgar.*

Dicendum tamen eſt omiſſionem leuem ſolennitatis etiam præſcriptæ in forma non annullare inuentarium ſecundùm communiorem opinionem, quam ſequitur Bartolus. Baldus, & Paulus *in d. l. fin.* Albert. Brunus *in tract. de forma, & ſolennitate. fol. 35.* cùm ſit hæc leuis ſolennitas, cuius omiſſio non vitiat præſertim quando non eſt de formæ ſubſtantia & generat modicum præiudicium. Cenſetur tamen eſſe leuis omiſſio etiam quando eſt leuis ſolennitas inter requiſita de forma, atque ita non vitiat ſecundùm Bartol. *in l. 1. in fine, ff. de ventr. inſpiciend.* Molin. *d. diſp. 218. pag. 1340. verſ. quintum requiſitum,* poſt Valaſc. *conſult. 52. num. 26.* vbi addit ſaltem de conſuetudine apud Luſitanos, & Hiſpanos eſſe vſu receptum, vt omiſſio ſigni crucis non reddat inuentarium.

[illegible] nec Menterr [illegible] in ſua forma con- [illegible] ius [illegible] leruntaris verbum [illegible] R [illegible] d. [illegible] 3. num. 4. vol. 2. & [illegible] num. [illegible] 589. num 1.

47. [illegible] vtilitas quæ conficient inuentarium [illegible] quòd pote [illegible] deducere impenſam fu- [illegible] expendi in inſinuatione teſta- menti [illegible] conficien [illegible] inuentario, & in omni- bus [illegible] hæreditati neceſſariis, quæ habent pri- [illegible] vt omnibus creditoribus præfe- [illegible] 1. [illegible] 2. *l. ne ære alieno. ff. de* [illegible] *umpti* [illegible] *l. 2. de priuileg. credi- tor.* [illegible] propter [illegible] cauſ [illegible] ratem, ne cor- po [illegible] inſtotum [illegible] nata relinquantur. Poſſe [illegible] in confecto inuentario reſeruare ſi- bi [illegible] us facto in rebus hæreditariis, docet Ful- g [illegible] *in d. l. fin. §. in computatione. C. de iur. deliber.* S [illegible] 10. *in ſuo* [illegible] *c ulo. d. gloſſ. 35. n. 45.* poſt Duenh. *in* [illegible] *ul. 392. priuileg. 7.* ad [illegible] ens funeris impenſas præferri duti, & aliis anterioribus tacitas hypo- thecas habentibus. *l. at ſi quis, iuncta l. certo iure. C. locati.* Item impenſæ funeris facto inuentario aliis creditoribus præibunt, & ſimiliter impenſæ infirmitatis, cùm in iure pari paſſu procedant, vt tenet Gomez *in l. 30. Tauri, ad fin.* per textum *in l. in reſtituenda, C. de petitio. hæred. & in l. legatum. C. de religioſ. & ſumptib. funerum.* Sequitur Mo- lin. *in ſupradictis, diſp. 216. pag. 1315. verſ. ſextum commodum eſt*, Valaſc. *d. conſult. 42. num. 43.* vbi etiam ait actiones contra defunctum manere in- tegras ipſi hæredi, imò ſoluenda eſſe hæredi debi- ta de bonis defuncti ſicut aliis creditoribus, non tamen illis eſſe præferendum cenſet Molin. *vbi proximè, verſ. ſeptimum commodum eſt*; deductó- que ære alieno toto, ſi legatis ſolutis non rema- neat hæredi pars quarta, poſſe detrahere a legatis falcidiam iam diximus, & habetur *in l. fin. §. ſi ve- ro ipſe. C. de iur. deliber.*

48. Sexta vtilitas eſt, quòd poſſit hæres confecto inuentario venire contra factum defuncti, ſiue filius ſit, ſiue non, & ex conſequenti reuocari alie- nationes factas à patre. Sic Curtius iunior, *de feu- dis* [illegible] *p. num. 148.* Alexand. *conſ. 32. ad fin. num. 5. lib. 3.* Rauiunius *conſ. 38. num. 15. & 22. & conſ. 47. num.* [illegible] *lib. 1.* Pariſ. *conſ. 100 num. 8. & 9. lib. 4.* Sed [illegible] verius eſt non admitti hæredem ex benefi- c [illegible] inuentarij contra factum defuncti, cum id [illegible] pe [illegible] iure cautum. Nam quatenus hæ- [illegible] d [illegible] hæreditate defuncti non poteſt ve- [illegible] contra factum, ſeu contractum illius, ſic Pi- [illegible] 1. *C. de bon. mater. part. 3. num. 81. verſ.* [illegible] [illegible] quamuis res alienata a defuncto eſſe [illegible] ſiu [illegible] hæredis, qui poſt a defuncto ſuccedens [illegible] teſt a [illegible] nec reſcindere alienatio- [illegible] fa [illegible] *in l. 3. C. de rebus alie- n* [illegible] *de liber. cau.* Valaſc. *d.* [illegible] *um* [illegible] defunctus expreſſe alie- n [illegible] poſtea erit hæ- [illegible] fuerint fami- [illegible] hæres non pote [illegible] venire, licet ſibi com- petat ſit [illegible] inſtituturis, per textum [illegible] *in l. ſi in familia* [illegible] *cum pa- ter ff.* [illegible] hæres c [illegible] exhæredatus, [illegible] col. Angel & al [illegible] B [illegible] lus *in l. pe- to, §. prædium, in* [illegible] & a [illegible] qui [illegible] dit Pi [illegible] lus *d. num. 81.* [illegible] *ampliatur ter-* [illegible] *ampliatur ſextò* [illegible] *ampliatur* [illegible] *primò*, vbi inuehitur contra multos [illegible] nantes beneficium

inuentarij ad plura prodeſſe, quàm hæc habui be- thonicam.

49. Se [illegible] vtilitas eſt [illegible] ecta à [illegible] nouo ob confectionem inuentarij. Nam quamuis hæres pro quota portione, pro qua eſt hæres, defunctum re- præſentet, in cæteris autem reputetur extraneus, vt eſt bonus textus *in l. cum à matre*, & ibi gloſſ. & ſcribentes *C. de rei vendicat.* gloſſ. notabilis *in l. 2. §. vltim. in gloſſ. vltim. poſt medium*, & ibi quo- que Bartol. *col. 2. ff. de præto. ſtipul.* & Corneus *in l. vltim. col. 2. C. de impub. & aliis ſubſtit.* intelligens id, quod dicitur, defunctum, & hæredem eſſe vnam perſonam, procedere in ea portione in qua hæres ſuccedit, non verò in aliis; & ſic pro ea hæredi- taria portione non poteſt venire contra factum, ſeu contractum defuncti. Nihilominus hodie pro- pter confectum inuentarium non attenditur quo- ta portio, ſed quantitas, in qua quis eſt hæres, hoc eſt lucrum, & commodum, quod hæres ex hæreditate accipit, & pro rata illius commodi te- nebitur hæres factum, ſeu contractum defuncti approbare, & ratum habere, non verò pro quota portione, in qua fuit inſtitutus hæres. Quam [illegible] nionem ſequitur Pinell. *in d. l. 1. C. de bon. mater. part. 3. num. 79. fol. 514. in forma parua. verſ. ea- dem concluſio*, vbi ait quando fundus filij hæredis valet quingenta, & portio hæreditatis valet mil- le, & ſunt alij cohæredes, non teneri, nec repelli filium, vel alium hæredem niſi pro portione hæ- reditaria, videlicet ex portione dimidiata hæredi- tatis, vel ex tertia teneri, vel repelli poſſe pro di- midia, vel tertia rei de qua contenditur. Sequitur Valaſc. *vbi ſupra, num 45.* & habetur expreſſè in regula, *ex qua perſona, ff. de regul. iur.* quæ ſic ha- bet ibi: *Ex qua perſona, quis lucrum capit, eius factum præſtare debet.* Vnde ſi hæres ſuccedat in totum, non poteſt contradicere facto defuncti, in cuius bonis ſuccedit in totum; ſi verò in quota hæreditatis ſuccedat, putà in dimidio, vel in tertio, cùm in his repræſentet defunctum, & in reliquis cenſeatur extraneus, non poterit contradicere in illu in quo ſuccedit, ſiue dimidium ſit, ſiue ter- tium, ſiue quartum, reliquum verò poterit exige- re. Tiraquell. *de retract. lignag.* [illegible] *§ 32. gloſſ. 1. & vnica, num. 5. verſ. & ex hac ratione*, vbi conclu- dit debitum non confundi hæredi niſi pro ſua portione hæreditaria, non verò pro aliis, *l. ſi adul- ta, C. de hered. actio.* Molin. *d. diſp. 216, pag. 1316. verſ. vt commodum octauum.* Pro reliquis verò vti- litatibus confectionis inuentarij vide Molin. Va- laſcum vbi ſuprà, & Spino *d. gloſſ. 35. a num. 43.* vbi *num. 46.* addit non vulgatem eſſe vtilitatem, non poſſe hæredem durante tempore conficiendi in- uentarium conueniri à legatariis, nec à creditori- bus ex *l. fin. §. donec. C. de iur. deliber.* & ex leg. Hiſpana *tit. 6. part. 6.* niſi legata ſint pia. Nam hæc inuentario non confecto ſolui debent. Tiraquell. *de priuileg. cauſæ piæ, priuileg. 26.*

50. Quæſtionis eſt an ſucceſſor in maioratu & in bonis patrimonialibus ſimul, teneatur ad debita prædeceſſoris ſui? Reſponde teneri, ſi ſuccedit tanquam hæres iuxta regulam legis primæ, *C. ſi certum petatur.* Quod intellige niſi faciat inuen- tarium; tunc enim non tenetur niſi quantum vi- res hæreditatis patiuntur. Molin. *de primog. lib. 1. cap. 10. num. 8.* quem referens ſequitur Cabed. *2. p. deciſ. 100. num. 6.* poſt Afflict. *deciſ. 26.* & Curtium iun. *conſ. 1. num. 12.*

51. Ambigitur etiam an ſit validum inuentarium factum à marito de bonis ſuis, conſtante matri- monio.

monio. Reſpondetur affirmatiuè, ſi fiat coram iudice, & citatis iis, quorum intereſt. Zauall. *in commun. contra commun. quæſt. 589. num. 4.* Factum verò inuentarium à marito ante contractum matrimonium ſine partis citatione, & abſque aliqua ſolennitate cenſetur validum, & iuridicum. Palac. Rub. *in cap. per veſtras, §. 60. num 21* Matienço *in l. 1. tit. 9. lib. 5. noua recopilatio gloſſ. 2. num. 2.* & ibi Azeued. *num. 3.* & alij, quos ibi referens ſequitur Zauall. *d. quæſt. 589. num. 7.* quod ea ratione fit, vt tempore contracti matrimonij conſtet de omnibus bonis, quæ vterque coniux habet, & adducit ad domum, & ſoluto matrimonio quiſque bona, quæ ſecum adduxit, educit, & inſuper reſiduum tanquam lucrum communicatur inter eos. Rodericus; Suares *in l. 1. tit. 3. lib. 3.* quem refert, ac ſequitur Anton. Gomez *in l. 53. Tauri, num. 70.* Alioquin niſi fiat inuentarium ante contractum matrimonium bona reperta in domo viri præſumuntur eſſe viri, non verò vxoris, & vxori aſſerenti ſua eſſe bona incumbit probare id, niſi bona ſint talia, vt præſumptio ſtet pro muliere [illegible] probato, vt in veſtibus, & aliis, quæ mulieri conueniunt. Maſcard. *de prob. [illegible] ton.* alus ibi relatis *in concluſ. 213. per totam, vol. 1.*

52. Quid dicendum de inuentario bonorum clerici defuncti inſtituentis hæredem laicum? Dic inuentarium per curiam ſæcularem confici debere. Ratio, quia mutata perſona, bona, quæ reſpectu perſonæ erant priuilegio affecta clericali, deſierunt eſſe Eccleſiaſtica & ſecuta ſunt conditionem hæredis laici. Cephal. *conſ. 57. num. 52.* Item quia priuilegium perſonale non egreditur perſonam illius, cui conceſſum eſt. *l. quia perſonale*, & ibi ſcribentes *ff. ſolutò matrim.* Azeued. *in l. 35. titul. 4. num. 6. lib. 5. recopilat.* pro qua opinione conſuluit Burſatus *conſ. 56. num. 16. vol. 1.* Gutier. *lib. 2. practicarum, quæſt. 49. num. 2. verſ. quod fit vt iuſtiſsimè*, & quia hæreditas adita repræſentat perſonam hæredis. Sicque fuiſſe iudicatum in curia Parlamenti tradit Guido Papæ *deciſ. 261.* Confirmatur à Cabedo *1. part. deciſ. 81.* vbi refert fuiſſe deciſum inuentarium bonorum clerici pertinere ad iudicem orphanorum, quando reliquit filios minores, eo quòd ad iudicem ſpectat cura filiorum minorum. Quod etiam ex conſuetudine antiqua teſtari ſunt notarij orphanorum in hoc regno.

53. Dubitationis eſt, quando hæreditas iacet; tunc enim antequam adeatur repræſentat defunctum. *l. ſi vnus, §. vltim ff. de pactis, l. mortuo, ff. de fideiuſſorib.* Quis ergo debeat conficere inuentarium? Reſponde debere fieri ante aditam hæreditatem à iudice Eccleſiaſtico cùm bona ſint defuncti Eccleſiaſtici. Confirmatur à Molina *tract. 2. de iuſt. diſp. 663. tom. 3. §. contrarium arbitror fol. 553. & ſequenti, litera C. D. E.* dicente priuilegium exemptionis etiam poſt mortem clerico [illegible] adhærere bonis, quando non transfer[illegible] aliq[illegible]n, & eſt hæreditas iacens, itavt ſi ea bo[illegible] vendantur, non ſit ſoluenda gabella, puta ſi [illegible] pro expenſis funeris, vel pro exone[illegible]. Iuuat lex 15. *tit. 4. lib. 5. noua coll.* [illegible] ſi laicus clericum hæredem [illegible] cum inſinuare teſtament[illegible] ſæ[illegible] qui in hoc caſu eſt com[illegible] ergo à contrari[illegible] bonorum [illegible] defuncti ante [illegible] debet fieri per curiam Eccleſiaſticam, quia teſtator erat Eccleſiaſticus. Item, quia bona clericorum gaudent priuilegio Eccleſiæ [illegible] & Doctores *in cap. ex [illegible] de pr[illegible]* [illegible] *ſit, generale, de [illegible] empt. & [illegible] heret. [illegible]* Nam bona [illegible] ditionem, & priuilegium perſonæ, & [illegible] *l. 2. C. qui, [illegible] quarta pars.* Fr[illegible] *1. part. quæſt. 1[illegible] 5.* Hinc fit, vt bona [illegible] nulla gaudeant priuilegio [illegible] talientur ſecundum Spe[illegible] & Bartol. *in [illegible] ff. de [illegible]* [illegible] uentarium debet fieri per curiam [illegible] ante aditam hæreditatem, præ[illegible] cus [illegible] ſtituat hæredem Eccleſiaſticum, [illegible] & publicatio [illegible] ſeu inſinuatio [illegible] uentarium ante aditam hæreditatem [illegible] coram iudice Eccleſiaſtico, neque Ec[illegible] hæres tenetur ſeruare ſolennitatem le[illegible] rum exigentium inſinuationem pro valore [illegible] menti, quæ procedunt de iure canonico, vt [illegible] dicitur de pupillo clerico vel ad[illegible], cui d[illegible] tutor, ſeu curator per iudicem Eccleſiaſticum, non verò per ſæcularem, *cap. ſi annum, de iu[illegible]* & Bartol. *in l. 3. ff. de tutor. & curator.* Sicque fuit iudicatum teſte Cabedo *1. part. diſput.* [illegible]. Secus quando datur clerico minori curator ad litem, tunc quia litigat in iudicio ſæculari, per iudicem ſæcularem debet dari.

Ex conſuetudine tamen, & praxi fit inuentarium bonorum Epiſcopi vita functi in hoc regno per curiam ſæcularem; ſicque fuiſſe iudicatum refert Cabed. *1. part. deci. 84.* iter[illegible] atque iterum, & ea ratione [illegible] fieri add[illegible] quia ad Regem, & eius officiales pertinet tueri bona defunctorum à furtis, & rapinis, quæ io[illegible] oporum morte contingere ſolent. Por[illegible] *de inuentario. cap. 2. quæſt. 15. num 2* [illegible] patronos laicos quamuis o[illegible] circa res Eccleſiæ, poſſe[illegible] ergo Reges Luſitaniæ [illegible] ad Epiſcopatus, vt c[illegible] ex priuilegio Summorum Pontificum, & [illegible] patroni, & defe[illegible] res Epiſcopatuum exiſtentium in regno ſuo, teſte Cabed. *d. de. 84. num 2. & de patronatib. cap. 77.* cuſtodia bonorum ad Reges pertinet, quando Epiſcopi decedunt. Lege C[illegible] edum vtro[illegible] ue, & P[illegible] latium introductione [illegible] *de donatio nib. inter vir. & vxorem* [illegible] *num 24* [illegible] Rege patronos eſſe Eccleſiarum [illegible] m & ſub eorum protectione e[illegible] data. Atque it[illegible] R[illegible] & e[illegible] offi[illegible] nominatione Epiſcopatuum, [illegible] d[illegible] vidu[illegible] exi[illegible] inuentarium b[illegible] cere, ac tueri. vt te[illegible] entur [illegible] defunctorum hæredibus [illegible] ſunt, iuxta ea, quæ notantur [illegible] *menti*. Se[illegible] B[illegible] *in* [illegible] *verbo, vxo[illegible] 2. num. 12.* in [illegible] de bonis Eccleſiaſticis non in [illegible] ciendum per iudicem ſæcularem, q[illegible] quo[illegible] intereſt, [illegible] legatarij, *l. fin. C. de* [illegible] tes d[illegible] laici, aut legatarij [illegible] m [illegible] ſæcu[illegible] *in [illegible] tom.* [illegible] Fran[illegible] Mar[illegible] *1. part.* [illegible] bus [illegible] Præ[illegible] offi[illegible] per[illegible] tem ſæ[illegible] coram iudice [illegible] d.

54

[illegible]

[illegible] 58

[illegible] 59

[illegible] Bartolus *in authentica* [illegible], *de hered.*

60.

[illegible]

... etiam ſi ...

dicentes remitti poſſe à teſtatore hanc confectionem inuentarij, non tamen declarant quòd eam vetet, ſeu prohibeat fieri: ergo tacitè concedi poteſt hæc remiſſio; neque enim conſiderandum eſt quibus verbis vtatur teſtator prohibendo ſpecialiter, ne fiat inuentarium, vel in remittendo illud quando de eius voluntate conſtat quod non fiat. Bartol. *in d. l. nemo poteſt, quæſt. 6. principali,* & *ibi* Ripa *num. 85.* Baëça *de decim. tutor. cap. 2. num. 48.* & habetur *in l. 2. C. commun. delegat.* & *in l. 2. C. de formul. ſublat.* quidquid minus bene contradicat Iul. Clar. *§. teſtamentum, quæſt. 66. in verſ. quoad tertium, num. 5. verſ. vt verum fatear*; ſed fallitur, quia idem eſt dicere, *veto fieri inuentarium,* vel *remitto confectionem inuentarij*, & verbale eſt tantùm diſcrimen, vt ipſemet ibidem *d. num. 5.* fatetur. argument. text. *in l. ſi hæres vetitus, iuncta l. cum tale, §. Titius, in fine, ff. de condition. & demonſtration.* Crotus *in d. l. nemo poteſt, numero 49.* quem refert Ioan. Anan. *ibi, num. 388.* Quod etiam docet Morquech. *ſupra, num. 46.* quando expreſsè teſtator vetat fieri inuentarium dumtaxat, aliàs negat, ſed ſine fundamento, cùm noſtra ſententia ſit communis; ideò in vtroque caſu idem eſt dicendum, & in praxi ſequendum. Iulius Clarus *ſuprà, dicto numero 5. ad fin.*

Quod autem dicitur de inuentario poſſe omitti, non propterea excuſabitur tutor à deſcriptione bonorum pupilli ad faciliorem probationem; & ne bona pereant, ſicut non excuſatur pater quando excuſatus à confectione inuētarij ex bonis filij, à deſcribendis bonis ad petitionem filij, vt tradit Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 15. num. 34.* Nam inuentarium, & deſcriptio bonorum eſt quid diuerſum. Sequitur Gutier. *in d. l. nemo poteſt, num. 41. ff. delegat. 1.* Ratio, quia inuentarium aliquando ſi non fiat, poterit prodeſſe pupillis, ne eorum inopia pateſiat, vel eorum diuitiæ, ne inuidiæ ſubiiciantur, vt teſtatur Franc. Cremen. inter conſilia Alexandri, *conſ. 62. num. 2. & 4.* & Bartol. *in l. nemo poteſt, n. 12. ff. delegat. 1.* At verò deſcriptio bonorum non poteſt nocere pupillis, ſicut nec liber rationum. Ruinus *conſ. 69. num. 11. & 13. verſ. eadem ratione ſubiungit*, vbi vult remitti non poſſe deſcriptionem bonorum, nec librum rationum, quia ex eo ſequeretur tutorem induci ad delinquendum, argument. *l. conuenirì, ff. de pact. dot. & l. ſi vnus, §. illud, ff. de pact.*

Neque excuſabitur tutor à reddenda ratione ſi teſtator diſponat vt filij & hæredes ſui ſteot conſcientiæ tutoris, quia per hoc non videtur prohibitum ne teneatur ipſe rationem reddere; imò potius ex hoc deducitur teneri ſecundùm ſuam conſcientiam rationem reddere, & conſequenter tenetur oſtendere dolum, & latam culpam, in adminiſtratione bonorum non fuiſſe commiſſa, cùm conſcientia ſecundùm veritatem conſiderari debeat; quare tutor ſecundùm illam tenetur reddere rationem de omnibus bonis pupillorum, quæ ad ipſum peruenerunt inſpecta veritate, vt notat Angel. *conſ. 144. reuocatur in dubium, verſ. Sed videndum,* Corneus *conſ. 3. n. 6. ad fin. & 7. lib. 2. per l. 1. ff. delegat. 2.* & reſtituere pupillis quidquid in ſe retinere cognouerit.

65. Quin etiam ſi teſtator vetet, ne tutor ab ipſo datus poſſit cogi ad reddendam rationem, & inſuper tutori leget quidquid conſtiterit illum debere ratione tutelæ, quæſtionis eſt an dolo commiſſo debeat rationem reddere, & reliqua bona reſtituere per dolum acquiſita. Quod idem eſt, ac ſi dubitetur, an dolus futurus teſtamento remitti poſſit, & ex cōſequenti an valeat tutor eximi per teſtatorem a futura adminiſtratione doloſa. In qua re eſt prior ſententia multorum, exſtimantium partem affirmantem eſſe veram per rationes ſequentes. Primò, quia vnuſquiſque de bonis ſuis poteſt diſponere ad libitum, excepta legitima filiis debita, per *l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. §. diſponat. In Auth. de nupt. cum iuncta l. parentibus. C. de inofficioſ. teſtam. & §. aliud quoque capitulum. in Authent. vt cum de app. cognoſc.* Secundò probatur ex *l. ſi quis rationes in 2. reſponſ. ff. de liber. legat.* vbi dicitur prohibitum rationes exigere, non impediri reliqua acquirere, & acquiſita retinere, quamuis per dolum ea fuerit proſequutus: deinde addit dicta lex *ſi quis*, ibi: *quod ſi quis eſt & hac velit remittere, ita debet legare: Damnas eſto hæres meus, quicquid ab eo exegerit ille, vel illa actione, id ei reſtituere, vel actionem ei remittere.* Quibus verbis probatur ſuſtineri legatum liberationis etiam ab adminiſtratione futura, quando poſt liberationem ſubdit teſtator, *lego quicquid conſtiterit tutorem debere ex adminiſtratione tutelæ.* Vnde ſequitur poſſe teſtatorem obligare hæredem, vt de bonis illi relictis reddat tutori, ac reſtituat omne id, quod actione tutelæ etiam per dolum ipſe obtinuit. Tertiò, quia in hoc caſu non videtur remitti dolus futurus, ſed debitum poſtquam certum fuerit à teſtatore fuiſſe relictum, quia id totum legatum eſt; ſic Alexand. conſuluit *in conſ. 54. incipit, circa id de quo quæritur, num. 2. & 6. lib. 2.* Idem conſolit Corneus *conſ. 313. num. 9. vſque ad fin. lib. 1.* Decius *in conſ. 178. num. 3. verſ. ſed prædictis non obſtantibus,* per legem, *quidam decedens, in fine, verſ. damnum vero, ff. de adminiſtr. tutel.* vbi habetur, ſi tutor ratione doli condemnetur, tantumdem poſſe ex legato, & fideicommiſſo ſibi retinere per verbum, *quodcumque damnum,* poſitum *in d. l. quidam.* Nam damnum quodcumque ibi poſitum extenditur ad damnum, quod quis ratione doli patitur; & quod latè patet, non debet arctari, vt dicitur *in l. in fraudem, in fine, ff. de militari teſtament.* quam affert Ioannes Orotus pro hac parte *in dicta leg. nemo poteſt, num. 38. ff. delegat. 1.* Eandem ſententiam tenet Fulgoſius, *in leg. cum neceſſitatem*, & Angel. *conſ. 185.*

Ego tamen eorum ſententiæ non poſſum facilè acquieſcere, ideo in poſteriorem eo, quæ docet non poſſe teſtatorem liberare tutorem à futura adminiſtratione fraudulenta, ſed non obſtante ea liberatione tutorem debere damnari, niſi bona fide adminiſtrationi incumbat, fidemque diligenter præſtet, per *l. ſi vnus, §. illud, ff. de pact.* vbi habes nulla pactione fieri poſſe ne dolus malus præſtetur. Id namque quod de pacto dicitur, intelligendum eſt etiam in teſtamento, cùm in vtraque eadem ſit ratio, quia tale pactum honeſtati bonorum morum contradicit, & delinquendi offert occaſionem, per *l. conueniri, ff. de pact. dot. & l. 1 §. illud non eſt probandum, ff. depoſ.* Item, quia nemo priuatus ſupremo Principi inferior facere poteſt, vt leges nō procedant in rebus ſuis, neque in ſuo teſtamento, *l. nemo poteſt. ff. delegat. 1.* Ergo non poteſt diſponere nec facere facultatē tutori, vt fraudulenter ſibi acquirat. 66.

Nec obſtat ſi dicas adhærendum eſſe voluntati teſtatoris, quia id intelligitur niſi ſit contra bonos mores; turpe enim tanquam de iure impoſſibilis, & legibus interdicta non eſt admittenda, nec obſeruanda, per *l. 1. in fine, C. de his, qui pan. non reling. & §. vltim. inſtit. de legat.*

Suffragatur huic ſententiæ hoc legatum ſic à teſtatore relictum tutori eſſe damnoſum hæredi, cum tutor de ſuo dolo commodum, ac lucrum poſſit acquirere, vt colligitur ex cap. *intelleximus, de iudic. & l. fine hæreditaria, ff. de negot. geſtis.* Atque ita qui aliis nocendum exiſtimauit, ſuum debet ſentire incommodum, *l. penult. C. de legat.* Probatur exemplo relinquentis vſumfructum alicuius fundi; is enim non poteſt remittere vſufructuario cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri in præiudicium hæredis. Ex ea ratione ne vſufructuarius ob hanc immunitatem fiat index ad diſſipandum, & deſtruendum fundum, cuius habet vſumfructum, vt habetur *in leg. ſcire debetis, C. vt in poſſeſſ. leg. & in l. 1. C. de vſufruct.* Accedit huiuſmodi cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri ſine aliqua iactura hæredis fuiſſe inuentam in fraudem hæredis, non verò teſtatoris, vt notat gloſſ. *in d. l. ſcire debetis,* & docet Ioan. de Anan. *conſ. 8. num. 2.* & Baldus *in l. 1. num. 10. Cod. de vſufruct.* Ex quibus conſtat non poſſe teſtatorem liberare tutorem à reddenda ratione, nec remittere illi hoc onus. Quam ſententiam docet Gloſſ. *in l. quidam decedens in principio, ff. de administrat. tutor. & in l. Aurelia, §. C. tim, ff. de lib. leg. &* ibi Bartol. *in d. §. C. tim num. 8.* Sequitur Baldus *in d. l. cum neceſſitatem,* vbi dicit dolum futurum, neque in contractu, neque in teſtamento poſſe remitti, cum hoc redundet in magnum detrimentum pupillorum, & hæredum, nec tale legatum eſſe paßibile, quando ad ea extenditur, quæ per dolum exercentur. Idem tradunt Alexand. *conſ. 62. num. 5. verſ. his tamen non obſtantibus, & ſequentibus, lib. 4.* Felin. *in cap. ſi diligenti, n. 34. de foro compet.* Corneus *in d. l. cum neceſſitatem, num. 1.* & Couar. *lib. 2. variar. cap. 14. num 4. verſ. Quartum,* vbi probat, quamuis poßit remitti dolus verus, & præſumptus, tacitè, & expreßè, circa præteritam adminiſtrationem; dolum tamen verum ratione futuræ adminiſtrationis nullo modo remitti poſſe, per *dict. l. ſi vnus, §. illud, ff. de pact.* quam opinionem dicit communem etiamſi liberatio legata fuerit, & tutor non ſolùm liberetur ab actione adminiſtrationis tutelæ, ſed etiam ſi teſtator leget tutori

66 omnino ad id quo ratione adminiſtrationis contigerit condemnari; tunc enim non comprehenditur in legatum quod diligenter per culpam leuem fuerit admiſſum, vel omiſſum in adminiſtratione, non autem quod dolo factum fuerit, nec enim dolo relinquitur; cum hæc ad malum inducunt & præbeant occaſionem peccandi. Sic poſt plures plenè, & planè ſentit Couar. *ſupra, num. 1. verſ. imo, & hoc optimè.*

67\. Rogabis quid faciendum ſit quando iudex cognoſcit remißionem inuentarij à teſtatore factam tutori eſſe pupillis damnoſam? Reſpondeo poſſe iudicem officio ſuo non ſequi teſtatoris voluntatem, & cogere tutorem, vel curatorem, vt conficiat inuentarium. Iaſon *in l. pactum inter hæredem, col. 2. ff. de pact.* Alexand. *conſ. 62. vol. 4.* Crotus *in d. l. nemo poteſt, col. 18. ff. de legat. 1.* Iul. Clar. *§. Teſtamentum, quæſt. 66. num. 6.* poſt Bartol. *in d. l. nemo poteſt, num. 14.* Couar. *ſupra, d. cap. 14. num. 4.* aliis ibi de more relatis, addens id poſſe fieri ſi viſum fuerit iudici hoc expedire adminiſtrationi rerum. Patet ex *l. in confirmando, & ex l. vtilitatem, ff. de confirmat. tut.* Nec remißio conficiendi inuentarium, quæ concedi poteſt per *l. vltim. C. arbitrium tutelæ,* non præiudicat legitimæ portioni, quæ debetur ipſis minoribus ex bonis teſtatoris, nec quoad hanc legitimam portionem tenet, teſte eodem Couar. *vbi proximè,* quare non obſtante remißione inuentarij, quando ea nocet pupillis, iuſſu iudicis, poteſt illud fieri, vt vltra citatos tradit Molin. *de primog. lib. 1. cap. 28. num. 16.* & Morquech. *de diuiſ. bonorum, lib. 1. cap. 1. num. 47.*

Ex dictis ſequitur teneri regulariter tutores conficere inuentarium, quando a lege non habetur terminus ſtatutus ad illud conficiendum; quamprimùm potuerint, ſecundùm legem *tutores, & ibi* gloſſ. *C. de adminiſtr. tutor.* & ſecundùm legem *tutor, qui repertorium, in principio, & ibi* Bartol. *ff. eodem;* ſecundùm legem, *hac conditio, ff. de condition. & demonſtrat.* Filliucius *tom. 2. tract. 39. cap. 5. num. 60.* Aliter enim viderentur eſſe in dolo, & ſi multum tempus permiſerint priùs labi, tanquam ſuſpecti poſſunt à tutela remoueri, & ab adminiſtratione bonorum. Bartolus *in dict. l. tutor qui repertorium, num. 7.* Morquech. *d. cap. 1. num. 53.* Quod intelligit Filliucius, quando non faciunt quæ neceſſariò debent præcedere confectionem inuentarij, vt eſt inueſtigare res hæreditarias & ſimilia in vtilitatem pupillorum; tunc enim non præſumuntur eſſe in dolo, nec remoueri debent. Inuentarium autem debent facere coram perſona publica, *l. tutor, C. de adminiſtrat. tutor.* Ex gloſſ. *ibi,* ſufficit notarius, nec requiritur præſentia iudicis; niſi vt fiat fides contra debitores, quorum nomina ſunt deſcribenda in inuentario, idem Filliucius *num. 61.* Non tamen incurrunt tutores pro non conficiendo inuentarium alias pœnas aliorum adminiſtratorum, qui non conficiunt inuentarium, ſed tenebuntur ad omne damnum, & intereſſe, & contra eos iurabitur in litē quaſi fuerint in dolo, niſi probent ex iuſta cauſa omiſiſſe inuentarium. Bartolus *in l. fin. §. fin. C. arbitrium tutelæ,* & Plotus *in tract. de in litem iurand. §. 4. num 85.* Iuramentum autem in litem ſine dolo præſtari non poteſt; ideò vero dolo, & culpa ceſſantibus, iuramentum in litem debet ceſſare per ea quæ notantur *in l. actionibus, ff. de in litem iurand.* Item tutor ſine inuentario tutelam gerens in dolo præſumitur eſſe, vt latè tradit Afflict. *deciſ. 360.* Vnde ſi quis probet iuſtam cauſam ob omißionem inuentarij non cenſetur eſſe in dolo, & ex conſequenti non poteſt contra eum iuramentum in litem dari; contra hæredes autem tutoris non iuratur in litem. Bartolus *in dict. l. tutor, qui repertorium, num. 21* Cauálcan. *in tract. de tutor. & curator. num. 67.* Nec hæredes tutoris tenentur niſi de lata culpa tutoris, vel curatoris defuncti, cùm tutores teneantur, cùm ſint à lege ſtipendiati dum viuunt, etiam de leui; non verò de leuiſſima, *l. quidquid, C. arbitrium tutelæ,* & Sallcet. *ibidem.* Nec deſunt tamen qui ſentiant iuramentum in litem contra tutorem, vel curatorem non conficientem inuentarium, poſſe dari ex dolo contra eum præſumpto. Ita ſe habet communis opinio; teſtatur Baptiſta Plot. *in repetition. l. ſi quando, num 85. verſ. & hæc eſt vera,* 68

&

*& communis opinio. Cod. vnde vi*; ſed vide hæc de re Maſcard. *vol. 2. concluſ.* 934. *num.* 13. *cum ſequentib.* vbi vtitur diſtinctione, eum agitur ad intereſſe contra doloſum in committendo; tunc enim ait intereſſe probari iuramento; ſecus in omittendo, quia grauius eſt delictum, quod ſuſcipitur faciendo, quàm illud, quod ſuſcipitur in omittendo; vel negligendo. Quidquid ergo ſit, vt ſuprà iam diximus, quoties iuramentum in litem eſt deferendum propter dolum verum, vel præſumptum alicuius ex parte minoris, debet de intereſſe ſemiplena ſaltem probatio præcedere, tunc enim deferendum eſt iuramentum in ſupplementum probationis à iudice, vt cenſet idem Maſcard. *ſuprà*, *numero* 10. *Tertiò velim intelligas*, & Morquech. poſt plures *dicto capite* 1. *num.* 52.

69. Vtrùm detur diſcrimen inter inuentarium tutorum, & curatorum, & inter inuentarium factum per hæredem? Reſponde dari: nam contra inuentarium, quod fit ab hærede, recipitur probatio in contrarium, per textum *in d. l. fin. Cod. de iur. deliber. §. licentia.* Contra inoentarium autem factum per tutorem pupilli, vel percuratorem adulti, non recipitur probatio in contrarium, vt notat *l. fin. Cod. arbitrium tutor.* Item quia in inuentario facto per hæredem deſignantur duntaxat copiæ, & tenores inſtrumentorum, non tamen ibi inſeruntur, in inuentario autem facto à tutore maximè; ſic Chaſſanæus *in conſuetudine Burgundiæ rubric.* 7. §. 4. *in text. ibi, Pour benefice d'inuentaire*, *num.* 7. & 8. *fol. mihi* 1111. & habetur *in l. chirographus*, *ff de adminiſtrat. tutor.* Item in inuentario per tutorem poni debent inſtrumenta omnium rerum pupilli; debita autem actiuè non debent poni, ſed debita paſſiuè, de quibus apparet per inſtrumentum, & non aliàs. Bartol. *in dict. l. tutor. in* 3. *col.* Cæpola in repetitione, quam fecit ſuper *l. ſi fugitiui, col.* 14. *Cod. de ſerui. fugitiu.* Quod ſi non omnia pupilli bona deſcribat in inuentario, videtur doloſè feciſſe inuentarium, poteſtque remoueri tanquam ſuſpectus ſecundùm Bartolum *in dict. leg. tutor.* & Panormitanus *conſilio ſuo* 73. *incipit, circa primum dubium*, *in* 3. & 4. *col. vol.* 2.

## Dispvtatio XVI.

## *De obligationibus Tutorum, & in quibus poßint delinquere.*

### EPITOME.

1 *Iudex orphanorum intra quod tempus teneatur dare tutores, & curatores, & tradere bona orphanorum illis? & qui non poſſint eſſe tutores, ſeu curatores.*

*Clerici in ſacris & Epiſcopi quando poſſunt eſſe tutores legitimi. ibid.*

2. & 3 *Tutores vel ſunt legitimi, vel teſtamentarij, vel datiui, & quinam eorum ſit præferendus cæteris.*

4. 5. & 6 *Proximior in gradu debet eſſe tutor ſecundùm iuris ciuilis computationem, & vocari ad capellanias.*

7 *Conſanguinei intra certum gradum ad capellanias, vel legatis vocati cenſentur, attenta iuris canonici computatione.*

8 *Pater poteſt filiis naturalibus relinquere in teſtamento tutorem, non verò ſpuriis.*

*Et naturales nobilium gaudent priuilegiis patrum. ibid.*

9 *Tutor poteſt dari à patre filiis emancipatis, confirmandus tamen à iudice.*

10 *Poſthumus poteſt pater dare tutorem in teſtamento.*

11 *Mater quando poſſit relinquere filiis tutores.*

12 *Seruus alienus, & proprius quando poſſit eſſe tutor.*

13 *Seruo tutori dato competit directa libertas, non verò commiſſaria.*

14 *Seruus tutor in teſtamento datus ante vigeſimumquintum annum conſequitur libertatem, non tamen exercebit officium tutoris niſi completa ætate.*

15 *Mater vigintiquinque annorum minor non poteſt eſſe tutrix.*

16 *Filiis magnatum non datur tutor niſi iuſſu Principis.*

17 *Tutores ex priuilegio eſſe nequeunt patres, qui habent quinque filios legitimos, aut nepotes.*

18 *Filij naturales, vel adoptiui emancipati, aut in vtero exiſtentes, an excuſent patres à tutela onere.*

19 *Exactores, receptores, & conductores redituum regalium excuſantur ab onere tutelæ.*

20 *Annum ſeptuageſimum excedentes excuſantur à curis, ac tutelis.*

21 *Debent tamen ætatem probare cum ſit fundamentum ſuæ intentionis.*

22 *Magiſtratus, Senatores, correctores, ſeu præſides prouinciarum auditores, & iudices tam forenſes, quàm ordinarij, diuerſo tamen modo, ab onere curæ ac tutelæ excuſantur.*

23 *Magiſtri, qui de mandato Principis docent aliquam facultatem; item doctores, & magiſtri artium excuſantur à ſuſcipiendis tutelis.*

24 *Doctores de iure noſtro etiam ſi velint, non admittuntur ad tutelam, non tamen excluduntur à ſucceſſione in bonis minorum.*

25 *Magiſtri non poſſunt cogi ſi nolint ad tutelas ſi actu doceant, aut legant, vel munus ſuum obeant.*

26 *Magiſtri niſi actu doceant, non ſunt immunes à tributis; ſecus de iure noſtro.*

27 *Nobiles ex genere, ac ſanguine, & milites in curia Regis, vel alibi de mandato illius exiſtentes excuſantur à tutelis.*

28 *Infirmi durante infirmitate excuſantur à tutelis: Cæcus, mutus, ſurdus, furioſus, & valetudinarius deponi poſſunt à tutela.*

29 *Legere & ſcribere neſcientes, ruſtici & agricolæ niſi ſint ſagaces & ſolertes non poſſunt eſſe tutores.*

30 *Tutores excuſantes ſe à tutela datiua, non priuantur legato ſibi relicto.*

31 *Proximiores in gradu excuſantes ſe à tutela non ſuccedunt pupillis ante pubertatem decedentibus; ſecus ſi moriantur poſt pubertatem.*

32 *Tutores teſtamentarij recuſata tutela, non conſequuntur legatum ratione tutelæ iniunctæ relictum, idem in fideicommiſſis.*

33 *Legatum relictum non propter onus tutelæ, ſed ob aliam cauſam recuſata tutela non amittitur, in dubio tamen præſumitur relictum reſpectu tutelæ.*

34 *Tutor ex cauſa iuſta impeditus ad tutelam ſuſcipiendam non amittit legatum.*

35 *Teſtator in dubio præſumitur legare contemp... ...ne ſanguinis, non vero ratione iniunctæ tutelæ.*

36 *Tutores ... iure noniſſimo recuſata tutela nihil poſſunt conſequi ex legatis relictis, niſi conſtet de voluntate teſtatoris.*

37 *Tutori recuſanti tutelam ex quacumque cauſa nihil debetur ex legatis relictis. Non priuabitur tamen ob id ſubſtitutione pupillari.*

38 *Tutelas affectantes vocantur potiùs tollitores, quam tutores, quia tollunt bona, nec tutantur pupillos.*

1. DICENDVM eſt primò de iis qui tutoris vel curatoris officium poſſunt, vel non poſſunt exercere. Nam iudici orphanorum incumbit tutores, & curatores dare pupillis, & minoribus intra menſem à die, in quo patribus fuerunt orbati, quibus omnia mobilia, & immobilia, ac pecuniam pupillorum, & minorum confecto inuentario per notariũ eiuſdẽ officij tradet, facta prius diligẽtia, & inquiſitione, vtrùm pater, aut auus in teſtamento curatorem, aut tutorem ſuis filiis, aut nepotibus idoneum reliquerit. Ex ea ratione, quia minores vigintiquinque annis non poſſunt eſſe tutores, nec curatores alterius minoris, cùm non poſſint eſſe adminiſtratores rerum ſuarum; ergo nec bonorum alienorum. Similiter excluduntur ab hoc onere amentes, prodigi, orphanorum inimici, pauperes, ſerui, infames, religioſi, & perpetuo aliquo impedimento implicati. Sic lex noſtra *lib. 4. ordin. tit.* 102. §. 1. Idem quoad hos omnes tradit Caldas Pereira *in l. ſi curatorem, verbo, ſine curatore*, vbi *num.* 105. loquitur de amentibus, prodigis, inimicis, pauperibus, ſeruis, infamibus. Gutier. 1. *p. cap.* 21 *num.* 18. vbi de Inimicis, & *num.* 13. de pauperibus, & *cap.* 10. *n.* 1. *x. &* 3. de ſeruis, & *cap.* 20. *num.* 23. *&* 24. vbi de infamibus; & Cauale *tract. de tutor. & curator. num.* 290. vbi etiam de excommunicato; de religioſis autem negat poſſe eſſe tutores, & curatores. Authent. *de Sanctiſ. Epiſcop. §. Deo autem amabiles.* Authent. *presbyteros*, 3. *C. de Epiſcop. & clericor. cap. Monach.* 16. *quæſt.* 1. & cap. vnicum, *de ſyndico.* Conſonat lex 14. *tit.* 16. *part.* 6. quare reiicitur meritò gloſſ. *in cap. vltim.* 86. *diſtinct.* dicens poſſe tradi monacho, aut Epiſcopo legitimam tutelam, non verò teſtamentariam, aut datiuam, ſicut commendari poteſt clericis in ſacris legitima tutela duntaxat, quando proximiores ſunt in gradu pupillo, aut minori; quia tunc ſi velint, poſſunt clerici eſſe curatores, ſeu tutores, non tamen tenẽtur; de quibus etiam dicitur ſicut & de Epiſcopis, poſſe eſſe tutores, aut curatores perſonarum miſerabilium, vt habetur *in cap. vlt.* 86. *diſtinct. & cap.* 1. 88. *diſtinct.* & in ſpecie de Epiſcopis meminit Authent. *presbyteros*, 3. & Authent. *de Sanctiſs. Epiſcopis*, quando bona miſerabilium perſonarum omnino diſſiparentur, niſi Epiſcopi ſuccurrerent. Quæ Authentica, & dicta lex 14. *titulo* 16. *part.* 6. loquuntur de clericis poſſe legitimam tutelam accipere quando ſunt proximiores in gradu.

Quæres quinam ſint tutores legitimi datiui, & teſtamentarij? Reſponde legitimum tutorem eſſe illum, qui lege conſtitutus eſt, vt tutor exiſtat, & in defectum aſcendentium, qui primo loco ſunt tutores legitimi, veniunt omnes maſculi proximiores in grado popillo; ſiue agnati ſint, hoc eſt propinqui per lineam maſculinam; ſiue cognati, hoc eſt propinqui per lineam fœmineam. Poſt matrem habet locum in tutela legitima, & excludit cæteros tutores legitimos auia per lineam fœmineam, vt habetur *in authen. de hæred. ab inteſtato, §. ex his*, ibi, *niſi mater, aut auia fuerit.* Quo loci mater pupilli præfertur auiæ. Quod etiam patet ex Authent. *matri, & auia, C. quando mul. tut. offic.* Semper tamen apud nos de conſuetudine in tutela mater præfertur auo paterno. Molin. *tract.* 2. *de iuſtit. diſp.* 220 *fol.* 1359. *in principio.* Fauet lex noſtra *d. tit.* 102. §. 3. ibi, *Tiuer may, ou auo.* Dummodo non ſit mater Iudæa, quia hæc non poteſt eſſe tutrix filiorum, ſecundùm Angel. Aret. *in §. præterea, col.* 15. *verſ. ex iſto textu inſtit. de exceptionibus*, & expreſsè Iacob. Bel. *in ſuo ſummario, §. ex his*; quibus accedit Tiraquell. *de primogen. quæſt.* 66. *numero* 18. Sed Bartol. contrarium conſuluit *in conſil.* 15. *Clementiſſimi, in* 1. *dubio, lib.* 1. dicens Iudæam matrem poſſe eſſe tutricem filij, ex Authent. *matri, & auia, C. quando mulier tutel. offic.* 2.

Tutores datiui ſunt illi, qui eliguntur à iudice ad tutelam ſuſcipiendam, & interdum ad id coguntur, appellantúrque in iure tutores datiui, vt conſtat ex Inſtit. *de Attiliano tutore, per totum titulum*, & ex *l.* 1. *& ſequentib. ff. de tutor. & curator. datis ab his*, & ex *l.* 12. *titul.* 16. *part.* 6. & ex lege Luſitana *lib.* 4. *titul.* 102. *in principio*, ibi: *O Iuiz dos orfaõs terá cuidado de dar tutores, & curadores a todos os orphãos.* Teſtamentarij autem tutores ſunt illi, quos pater dat filiis in teſtamento, aut in codicillo, vt habetur *in l.* 3. *ff. de teſtament. tutel.* & gloſſ. *ibi*: hi verò tutores ſi idonei ſint, præferuntur omnibus aliis conſanguineis; imò etiam matri pupillorum, Authentic. *matri, & auia, Cod. quando mulier tutelæ officio*, & Authentic. *de hæredibus ab inteſtato, §. ex his, & inſtit. de legitima agnatorum tutel. in principio*; neque tenentur dare fideiuſſorem, ſicut cæteri tutores, §. 1. *inſtit. de ſatiſdatio tutor.* Ex quibus conſtat triplicem eſſe tutelam, primam dici legitimam à lege datam; quando nullus eſt tutor teſtamentarius, & competit illi, qui primo loco debet ſuccedere minori ab inteſtato. Secundam dici datiuam, hoc eſt datam à iudice, quando non extantibus conſanguineis idoneis ad tutelæ officium, neque reperto tutore in teſtamento iudex ex officio minoribus dat tutorem. Tertiam dici teſtamentariam, quæ relinquitur in teſtamento, vel codicillo ab iis, qui ad id habent priuilegium à iure. Syluest. *verbo, tutela, quæſtione* 1. & Filliucius *tom.* 2. *tract.* 39. *cap.* 4. *num.* 54. 3.

Quæſtionis eſt quando dicitur, vt in lege noſtra, quòd ſi pupillus, aut minor non habuerit teſtamentarium tutorem, neque matrem, aut auum, qui poſſint eſſe tutores, vel curatores, poſſit habere pro tutore, ſeu curatore propinquum in gradu proximiorem, ſi ne id computandum in gradibus ſecundùm ius ciuile, an ſecundùm ius canonicum? Omiſſis hinc inde rationibus dicendum eſt, vbi agitur de proximitate propinquioris, ſine dubio 4.

compu

computationem legalem, non verò canonicam habere locum. Ciſuentes *in l.73. Tauri, ad fin.* Matienço *in l.7.tit.11.gloſſ.5.num.7.lib.5.recopilationis,* per gloſſam *in §. hactenus. inſtit. de gradibus, & in l. iuriſconſultus, in verbo, item liberi*, vbi Bartol. *§.fin.ff.eodem*, Tiraquell. *de retract. lignager, §.1.gloſſ.9.num.23.* Couar. *in epitome 2.part. cap.6.§.6. num.8.* Henriquez *in ſumma lib.12.c.9. §.2.* Computationem autem graduum iuris canonici ſeruandam eſſe quoad matrimonium, circa quod ciuile diſponere nequit: at verò quoad materiam ſucceſſionis, & tutelæ ſeruandam eſſe iuris ciuilis computationem, cùm de his ius ciuile diſponat, vt ex traditis à Sanchez *lib.7.de matrim. diſp.50.num.8.* apertè deducitur, & ex Garciæ *deciſione. part.7. de beneſic. cap.15. num. 25. & 26.* vbi vult eſſe ſeruandam computationem legalem etiam in foro Eccleſiaſtico. Ex quibus colligit Menoch. *conſ. 345. num.3. vol. 4.* bonis abſentis curatorem dandum eſſe illum, qui abſentis ſucceſſionem ſperat. Sequitur Caldas Pereira *in l. ſi curatorem, in verbo, ſine curatore, num.10. C. de reſtitutio. in integr.* dicens tutelam ad ſucceſſionis ſimilitudinem deferri, nec ad alios pertinere, quàm ad eos, qui ad legitimam hæreditatem admitti poſſunt, iuxta Vlpianum *in l.1. ff. de legitim. tutor. & l. quod tutela, ff. de regul. iur.* quod non ſine maxima ratione decretum fuit ne bona minoris diſſipatentur; ſed vt inuiolata conſeruentur ab eo, qui ſperat abſentis ſucceſſionem, vt ex verbis dictæ legis patet, ibi: *Quò tutela redit, eò & hæreditas peruenit.*

5 Non tamen ex dictis infertas ſicut intulit Zauall. *in commun. contra commun. queſtion. 398. à numero 9.* faciendam eſſe computationem graduum ſecundùm ius canonicum in capellaniis, ad quas ex inſtitutione vocantur proximiores res conſanguinei ex ea ratione, quia in beneficialibus & capellaniis collatiuis exterminatur ſucceſſio, nec poſſunt in illis iure hæreditario, vel ſucceſſionis, prouideri conſanguinei per computationem Cæſaream, ſed per computationem canonicam. Pro qua parte fuiſſe iudicatum refert ibi, *num.26.* idem Zauall. Ex eo fundamento, quia in cauſis beneficialibus, & capellaniis, non datur ſuceſſio &, computatio quælibet in proprio foro eſt ſeruanda in contractibus & actibus indifferentibus, nimirum ciuilis computatio in foro ciuili, canonica autem in foro Eccleſiaſtico, quod docet Ioan. Andreas *in additionibus, ad Speculatorem de ſucceſſ. ab inteſtato, §.1. in fine*, cui adhæret Couar. *in d. cap.6. num.8.* & multo fortius id habet locum in beneficialibus, & capellaniis, & ſic in foro Eccleſiaſtico ſeruanda eſt computatio canonica. Fauet Sanchez *d. diſput.50. num.8. ad fin. verſ. dicunt quamlibet computationem in proprio foro ſeruandam eſſe.*

6. Sed antequam huic illationi reſpondeam, & dicam quid cenſeo, breuiter tangam quid interſit inter computationem canonicam graduum, & inter computationem Cæſaream. Nam ſecundùm computationem canonum, ſecundùm quam collaterales in linea æquali quoto gradu remotior à communi ſtipite abeſt, toto inter ſe diſtant, vel ſibi attinent, poterunt concurrentes eſſe in eodem gradu cum fundatore capellæ, qui iuxta computationem legalem ſunt in diuerſo gradu, ſecundùm quam tot ſunt gradus, quot ſunt perſonæ ſtipite ſublato in linea inæquali collateralium. Verbi gratia, ius ciuili non numerat gradum, in quo altera perſona à ſtipite diſtat, ſed tot conſtituit gradus diſtantiæ inter eas, quot ſunt diſtantiæ à ſtipite numeratis gradibus vtriuſque perſonæ. Vnde duo fratres numerantur à iure ciuili in gradu, quo vterque diſtat à parente dupliciter, ita vt alter gradus ſit in vno fratre, & alter in altero reſpectu communis parentis, & ſic ſecundùm ius ciuile in ſecundo gradu diſtant inter ſe: & filij duorum fratrum, quia quilibet eorum diſtat à ſtipite in ſecundo gradu, diſtant inter ſe in quarto gradu. Patruus, & conſobrinus diſtant in tertio gradu: quia conſobrinus diſtat in ſecundo gradu à ſtipite, & patruus diſtat à ſtipite in primo; ac proinde triplex gradus conſtituitur, ideo attento iure ciuili pro computatione graduum in linea tranſuerſa ſit tibi pro regula, quando linea eſt æqualis quoto gradu quis diſtat à communi ſtipite, toto duplicato diſtare inter ſe. Contra verò in linea inæquali tot eſſe gradus, quot ſunt perſonæ computatis extremis, & mediis ſublato ſtipite; ſecus tamen in linea tranſuerſa ſecundùm ius canonicum æquali, vbi eodem gradu diſtant inter ſe duo fratres, quo diſtant à communi ſtipite proximo, & ideo ſunt in primo gradu ſimplici, quia in eo diſtant à proximo ſtipite, hoc eſt parente, & filij duorum fratrum ſunt in ſecundo gradu, quia in eodem coniunguntur cum auo, vt habetur *in cap. ad ſedem, & cap. parentela, 35. queſt. 5.*

In linea verò tranſuerſali inæquali quoties perſonæ diſtant inæqualiter à communi ſtipite, eo gradu diſtant inter ſe quo magis remota diſtat à ſtipite. Vnde quia patruus, qui eſt filius, diſtat in primo gradu à communi ſtipite, & filius ex fratre diſtat in ſecundo ab eodem ſtipite, cuius eſt nepos, diſtat patruus, & filius ex fratre inter ſe in ſecundo conſanguinitatis gradu; habetur *in cap. fin. de conſanguinitat.* Quibus poſitis, quamuis computatio graduum iuris canonici ſeruanda ſit quoad ad matrimonia, vt ait Antoninus *3. p. tit. 1. cap. 14. §. 2. concluſ.3.* Alexand. de Neuo. *cap. fin. num.5. de conſanguinit.* Carret. *lib. 2. de ſponſalibus, cap.3 ad fin.* Nihilominus vbi agitur de proximitate & conſideratione propinquioris in gradu, ſiue in materia beneficiali, ſiue in quacunque alia, computatio legalis debet attendi, quæ eſt propter hæreditates, & ſucceſſiones per gloſſ. *in §. hactenus, inſtit. de gradib. & in l. Iuris conſultus, verbo, item liberi*, vbi Bartol. *§. fin. ff. de gradib.* Miereſ. *de maioratibus, lib. 2. queſt.7. num. 1.* & Ludouic. Lopes *2. tom. p. 2. cap. 49.* quia quando vocantur ad beneficia, & capellanias inſtitutas ad proximiores in gradu, habetur quodammodo ordo ad inſtar ſucceſſionis, qui ordo etiam eſt ſeruandus, quando à teſtatore relinquuntur eleemoſynæ diſtribuendæ per fæminas conſanguineas æquales vel proximiores in gradu. Vnde ſi de iure canonico ſint duo in gradu æquali, & conſiderato iure ciuili alter ſit proximior, is eſt præferendus. Azeued. *conſ.24.num.57.* Alexand. *conſ. 1. num 95. & 99.*

Fatetur tamen Garcia *de beneſic. p. 7. cap. 15. num.27. verſ. Nec obſtat, ad medium,* quando vocantur à teſtatore conſanguinei abſolutè intra certum gradum, nempe intra ſecundum, vel intra quartum ad capellanias, vel legàta præſertim pia, id eſſe intelligendum facta computatione ſecundùm ius canonicum ex communi ſenſu & intelligentia, ſeu modo loquendi, qui debet at- 7.

tendi, ac præferri etiam propriæ ſignificationi vocabuli, *l. Labeo, ff. de ſupellect. legat. l. cum de lanione, §. aſinam molendinariam, verſ. optimum, ff. de fun. inſtrument. cap. quamquam, 2. quæſt. 7. cap. quamuis*, & ibi Abbas *de verbor. ſignificatio.* quia diceitur extraneus intellectus, qui vulgi auribus non conſonat, item quia communis vſus loquendi, & appellatio vulgi pro iure habetur. Quod ex multis probat Bartol. *conſ.* 13. *lib.* 2. Couarr. *lib.* 3. *variar. cap.* 5. Gutier. *canon. quæſt lib.* 1. *cap.* 21. *a num.* 3. *& cap.* 32. *num.* 46. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 3. *tit* 8. *num.* 1. *&* 4. *&* 8. Attamen in concurſu conſanguineorũ proximitatem eſſe attendendam & conſiderandam non ſecundùm computationem canonicam, ſed ciuilem. Vnde ſi duo ſint in æquali gradu ſecundùm ius canonicum, & alter conſiderato iure ciuili ſit proximior, is debet præferri. Confert Perez de Lara *de anniuerſ. & capell. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 33. & Alexand. Raudenſ. *conſ.* 1. *num.* 95. *&* 99.

7. Ambigi poteſt an ſicut patres poſſunt in teſtamento filiis legitimis relinquere tutores, poſſint etiam filiis illegitimis nominare in teſtamento tutores, aut curatores? Reſponde affirmatiuè ex lege noſtra *lib.* 4. *tit.* 102. §. 2. dummodo tutela hæc, aut cura confirmetur à iudice orphanorum; idem diſponit ibi lex, quando matres in teſtamẽto relinquunt tutores, aut curatores filiis ſuis idoneus, per textum ibi: *cuas tutorias ou curadorias deuem ſer confirmadas pello iuiz dos orphaõs*, hoc eſt, huiuſmodi tutelæ, aut curæ debent confirmari à Prætore orphanorum. Quod autem dicitur de patre erga filios illegitimos, intelligendum eſt de naturalibus tantùm, non verò de ſpuriis, ibi: *filho natural, & naon legitimo.* Quod intelligit Molin. *diſput.* 220. *pag.* 1356 *verſ. filiis etiam naturalibus*, & Gutier *de tutel. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 1. quando pater filium naturalem hæredem inſtituit, vel aliquid donatione inter viuos, vel cauſa mortis licitè in teſtamento relinquat; tunc enim talis tutor, ſeu curator poteſt à prætore confirmari ſine fideiuſſione, aut inquiſitione an locuples ſit tutor, per *l. vltim. C. de confirm. tutor.*

8. Confert ad hoc, quamuis neget Valaſcus, *conſult.* 94. *à num.* 3. *&* *conſult.* 151. *num. vltim* filios naturales eſſe in patria poteſtate, vt ait Benedictus Pinel. *lib.* 1. *ſelect. cap.* 8 *num.* 22. Caldas Pereira, *in l. ſi curatorem, verbo, ſine curatore, num.* 94. *verſ. ex qua primò infero. C. de in integr. reſtitutio.* quod non eſt dubium attento iure noſtro Luſitano *lib.* 4. *ordinatio. tit.* 9: *in principio*, de filiis naturalibus plebeiorum, ſequitur ibi Barboſ. Vimaranenſ. *num* 5. *in remiſſ.* vbi volunt illos eſſe in patria poteſtate. Ex quo infert Caldas poſſe illis à patre tutorem dari in teſtamento, ſicut filiis legitimis, nec indigere confirmatione, quod ex præcedentibus bene infertur attento iure communi cùm æqualem habeant ſortem, & ſuccedant parentibus æqualiter cum filiis legitimis, vt in ſpecie etiam diximus, *in* 3 *p. in quæſtione de patria poteſtate*, §. 1. *verſ. Difficultas eſt an omnes filij ſint in patria poteſtate num.* 12. Iuuat filios naturales nobilium eſſe nobiles, & omnibus patrum priuilegiis gaudere, vt tradit Tiraquel. *de nobilitat. cap.* 15. *ex num.* 25. poſt Bartol. *in l. tutelas, ff de capit. dimi. & in l. pronuntiatio*, §. *familia ff. de verbor. ſignific.* Ioan. Andr. *in addition. ad Speculator. in tit. qui filij ſint legitimi, col.* 2. *in principio*, Panorm. *in cap in præſentia, de probation. col.* 7. *num.* 23. vbi addit quando agitur de priuilegio, vel commodo, venire filios naturales appellatione filiorum ex æquitate, ac benignitate, & in ſpecie id confirmat Gomez *in l.* 9. *Tauri, num.* 54. *verſ. octauò nota*, & Valaſcus *de partitio. cap.* 13. *num.* 172. Ergo poſſunt patres naturalibus in teſtamento relinquere tutores, maximè quando illis aliquid relinquunt. Quod intellige de patribus nobilibus tam in hoc regno, quam extra, quibus ſi nihil relinquatur, aut detur, non poteſt à patre dari tutor, per *l. naturali, in principio. ff. de confirm. tutor.* Molin. *d.* §. *filiis etiam naturalibus, vbi ſuprà.* Spuriis tamen filiis non poſſunt patres in teſtamento tutores dare, gloſſ. & ibi Bartol. *in l.* 1. *ff de teſtam. tutor.* & gloſſ. 1. *ſuper verbo, parentibus*, ibi: *Spurio nullo modo*; & Bartol. *in l.* 3. *ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris*, & Gregor. Lopéz *in l.* 8. *tit.* 16. *part.* 6. *in gloſſ.* 1. *ad fin.* Romanus tamen *in ſingul* 83. ait poſſe dari tutorem ſpurio, qui non eſt ex damnato coitu, vel etiam ex damnato coitu quoad alimenta, quorum eſt capax, *l. Apoſtill. ibi*, cuius meminit Tuſchus *verbo, tutor, concluſione* 420. *numer.* 9.

Quid de filiis emancipatis? Reſpondeo poſſe patrem illis tutorem dare, confirmandum tamen eſſe à prætore orphanotroho, ſed ſine ſatiſdatione & inquiſitione an diues ſit, *l.* 1. *ff. de confirm. tuto. & §. vltim. inſtit. de tutel.* Quin imò tutor filij emancipati quando ipſe pater fuerit, non debet ſatiſdare, niſi cauſa cognita, verbi gratia, quando patrimonium filij fuerit amplum, & pater inops, ac ſuſpectus. Gutier. *de tutel. part.* 1. *cap.* 13. *num.* 6. Quod ſi filius fuerit impubes, vel nepos, aut neptis ex filio, & impuberes emancipauerit, erit legitimus eorum tutor, per *l.* 10. *tit.* 16. *part.* 6. contrariat inſtit. *in principio, de legit. parent. tutor.* Similiter poteſt pater filio tutorem relinquere in teſtamento inualido; confirmabitur tamen à iudice ſine ſatiſdatione, & inquiſitione an ſit diues, per *l. qui à patre, & l.* 1. *ff. de confirmat tutor.* Sufficit enim approbatio, & iudicium patris, vt habetur *in l. de creationibus. C. de Epiſcop. audient.* Antonius Gomez *tom.* 2. *variar. cap.* 14. *num.* 16. *ad fin.* 9.

Quid de poſthumis? Dic poſſe patrem poſthumis etiam filiis tutorem dare in teſtamento §. *cum autem, inſtit. de tutel. l.* 1. *ff. de teſtament. tutel.* & conſtat ex *l.* 3. *tit.* 16. *part.* 6. Imò datis tutoribus à patre filiis & filiabus in teſtamento, cenſetur etiam poſthumis tutorem date, eo quòd nomine filiorum poſthumi veniunt. Molin. *de iuſt. diſp.* 220. *tract.* 2. *verſ. de iure communi.* Quin etiam poteſt pater filiis exhæredatis dare tutorem in teſtamento *l. pater. ff. de teſtament. tutel. & l. de creationibus. C. de Epiſcop. audient.* Vide pro poſthumis Caldas *in l. ſi curator. in verbo, ſine curatore, num.* 75. *& ſequent.* 10.

Quid de matre? Reſponde poſſe dare tutorem filiis in teſtamento quando carent patre, de iure noſtro Luſitano *lib.* 4. *tit.* 102. § 2. talis tamen tutor debet confirmari à prætore orphanorum ſi idoneus repertus fuerit. Idem videtur dicendum de iure communi, cùm matres filios in poteſtate non habeant: atque ita mater ſi filios inſtituat hæredes in aliquo vltra legitimam ipſis debitam; illum iudex debet confirmare, nulla petita fideiuſſione, nec facta inquiſitione circa ea, in quibus mater eos hæredes inſtituit, vt colligitur ex 11.

*l.* 6.

*l.6. tit.16. part.6.* & ex *l. mater. C. de teſtament. tutel.* Quod ſi mater præter legitimam nihil relinquat filiis, tutor poſt diligentem inquiſitionem à matre datus, ſi idoneus reperiatur, poterit approbari à iudice per *l. peto, §. mater, ff. de legat. 2.* Molin. *dict. diſp. 220. §. ſi filius careat patre,* & Caldas Pereira *ſuprà, num. 100. & verſ. ex qua ratione, & num. 101.* vbi de hac re ſatis. Fauet Gregor. Lopez poſt alios *in d. l. 6. tit. 16. part. 6.* Gutier. *de tutel. part. 2. cap. 11. num. 10.* vbi vult poſſe matrem dare tutorem filiis ſuis ad tempus in teſtamento, vel ſub conditione, imò & extraneis ſi eos inſtituat hæredes, ex *l. ſi patronus, 4. ff. de confirmand. tutel. & l. 8. tit. 16. part. 6.* Molin. *dict. diſp. 220. tract. 2. verſ. ſi quis extraneus.* Quod procedit quando minor hæres inſtituitur, tenetur tamen iudex tutorem approbare ſine aliqua ſatiſdatione, & inquiſitione.

12. Quid de ſeruo? Dic ſeruum alienum non poſſe dari tutorem abſolutè, ſed ſub conditione, quando ſcilicet liber fuerit, ſecundùm *§. 1. inſtit. qui teſtament. tutor. dar. poſſunt,* vbi deciditur ſeruum alienum inutiliter fieri tutorem purè, vtiliter tamen, ſi fiat cum liber fuerit, impleta enim conditione poterit eſſe tutor. Molin. *ſuprà, diſp. 221. in principio.* Gutier. *de tutel. part. 1. cap. 10. num. 5.* Caldas Pereira *citatus, num. 109.* & eſt communis. Quæſtio tamen eſt de ſeruo proprio tutore in teſtamento dato ſine mentione libertatis. Tunc enim niſi per errorem fiat tutor à domino in teſtamento neſciente eſſe ſuum mancipium, eo ipſo cenſetur dominus illi libertatem donare, quando ſcienter illum in teſtamento reliquit pro tutore filiorum, per *l. quæro, §. Lucius, ff. de teſt. tutel. & §. ſed & ſeruus, inſtit. qui teſtam. tutor. dar. poſſunt.* Ex eo fundamento, quia tutela non poteſt competere ſeruo in ſeruitute permanenti, ergo ſeruo dato tutori neceſſariò conceditur libertas, ſine qua tutela non poteſt exerceri. Idem probat Iuſtinianus *in l. quidem, verſ. 1. C. de neceſſ. ſer.* idem tradit Paulus *in l. quæro, §. vltim. verbo, vindicare, ff. de teſtament. tutel.* An verò competat libertas directa ſeruo proprio tutori relicto, an fideicommiſſaria, diſcutit Caldas Pereira *in d. l. ſi curator in verbo ſine curatore, num. 109. col. 2. & 3. C. de reſtitut. in integr.* Nec decidit, ſed cogitandum aliis reliquit. Mihi tamen placet cum Iuſtiniano aſſerere non fideicommiſſariam libertatem ſed directam competere. quod etiam placuit Salyceto, &

13. Fulgoſio & aliis relatis ab eodem Caldas *d. n. 109. §. ſed tamen in contraria ſententia, verſ. ideo omnes gloſſæ ſolutiones,* quibus adhæret Gutier. *ſuprà, part. 1. cap. 10. num. 2.* Conſonat lex Caſtellæ 7. *tit. 16. part. 6.* quam ſequitur Molin. *diſp. 221. in principio,* ex qua conſtat per textum ibi, *fazeſe libre,* competere ſeruo directam libertatem tanquam in neceſſarium antecedens, ſine qua directa libertate non poteſt tutela competere *l. in ſeruili, C. eadem tit.* Quam partem ante Iuſtinianum tradidit Paulus *in d. l. quæro, verbo, vindicaret,* idem voluit Papinianus *in d. l. qui tutelam, §. 1.* ibi, *verbis fideicommiſſi à contrario ſenſu, ff. de teſtament. tutel.* Quare Vlpiani deciſio *in l. ſi hereditas, 10. §. fin. verſ. quid enim intereſt, ff. de teſtament. tutel.* exiſtimantis fideicommiſſariam libertatem, non verò directam competere, vt ſeruus ſic poſtquam ad libertatem perductus fuerit, incipiat fungi munere tutoris, non placet; ſed Iuſtiniani, & Pauli ſententia ſequenda eſt.

14. Quod ſi ſeruus relictus tutor in teſtamento nondum habuerit viginti quinque annos completos, interim alius tutor à prætore orphanorum dari debet, ne pupillus & eius bona maneant ſine defenſore. conſtat ex *d. l. 7.* & ex Gregor. ibi, per text. *Faſta que ſea de la edad ſobre dicha:* Conſequetur tamen ſtatim libertatem hæreditate adita, tutoris tamen officium exercebit completa ætate viginti quinque annorum, per *d. l. 7.* & per *l. quæro. §. Lucius, ff. de teſtament. tutel.* Molina *dict. diſput. 221. in principio,* Gutier. *dict. cap. 10. numer. 4.*

Quid de matre relicta in teſtamento tutrice filiorum à marito, quando minor fuerit viginti quinque annis? Admitti ad tutelam de conſuetudine in hoc, & in Caſtellæ regno ſuſpicatur Molin. *de inſtit. tom. 1. tract. 2. diſp. 221. verſ. vtrùm verò mater, pag. 1364.* idemque tradit Monterroſo *in practica, fol. 169. col. 1* quamuis minor ſit viginti quinque annis, imò minor viginti annis, per *l. 3. tit. 16. part. 6.* Quod non puto verum apud Luſitanos per legem *in lib. 4. tit. 104. §. 3. verſ. E bem aſſi o menor de vinte ſinco annos poſto que tenha impetrado carta noſſa per que ſeia auido por maior,* & infrà, *& poſto, que o tal menor queira ſer tutor, naon lhe ſeia conſentido.*; hoc eſt, minor viginti quinque annis quamuis ex priuilegio noſtro habeat, vt pro maiore habeatur, hoc non obſtante non cogetur ad tutelam, nec ei permittetur eſſe tutor, quamuis velit. Concordat *l. fin. C. de legit. tutorib.* vbi dicitur minorem viginti quinque annis non poſſe eſſe tutorem, nec curatorem alterius minoris. Sequitur Gutier. *de tutel. part. 3. cap. 3. num. 5.* & Paulus Mont. *de tutel. cap. 23. num. 28.* Caldas Pereira *in d. verbo, ſine curatore, num. 121.* Ergo quidquid ſit de conſuetudine ſi forte viget, mater minor viginti quinque annis ſi vidua ſit; non poteſt eſſe tutrix filiorum de iure, donec viginti quinque annos completos habeat, quoniam huiuſmodi ætas nondum perfecta ad tutelam eſt inhabilis. Sic de matre in ſpecie loquitur. Caſtillo *conſ. 22. num. 17. & 18.* Tuſch. *verbo, tutor, concluſ. 419.* 15.

Quid de filiis magnatum minoribus? Dic non eſſe dandum illis tutorem, aut curatorem iniuſſu Regis, vt cautum eſt *in l. 14. tit. 5. lib. 2. recopilat. iuncta l. 1. C. de tutor. & curator. illuſtr. perſon.* Vnde tutorem datum à Rege, præſertim quando non probatur illum malè adminiſtraſſe, & idoneam ſatiſdationem dediſſe, non poteſt prætor orphanotrophus remouere, niſi conſulto Rege, ſicque fuiſſe iudicatum in Senatu Portugalenſi refert Barboſ. Vimaranenſ. *in remiſſio. ad lib. 4. tit. 104. in principio. num. 2.* anno Domini 1598. die 13. Iunij, Scribs Didaco Moreira. 16.

Sed petes quinam ex priuilegio non poſſint cogi ad tutelam ſuſcipiendam? Reſponde ex lege noſtra etiã *in d. tit. 104. lib. 4. in princ. & per tot. tit.* immunes à ſuſcipienda tutela non excuſari à legitima, ſed à datiua, quæ datur perſonis extraneis. Nihilominus ſi quis habuerit quinque filios legitimos inter maſculos, & fœminas, aut quinque nepotes, aut neptes alicuius filij ſui, aut filiorum, aut filiæ, aut filiarum iam defunctorum, aut habuerit filiam matrem prædictorum nepotum, iterum coniugatam, ſi ipſe pater prædictos quinque filios ſub ſua poteſtate, aut auus ſub ſua adminiſtratione nepotes habuerit, excuſabitur ab omni tutela tam teſtamentaria, quàm legitima, aut datiua: Concordat lex *2. tit. 17. part. 6. iuncta l. 2. §. permittitur, ff. de excuſat. tutor.* textus *in principio, & in* 17.

§. 1.

§. 1. *inſtit. eodem,& in l.1.Cod. qui num. liber. ſe excuſ. lib.10. & l. amiciſſimos,§.vltim. ff.de excuſ. tutor.* vbi filios, aut nepotes habentes excuſantur etiamſi in acie cecidiſſent pro Republica, quia cenſentur per gloriam adhuc viuere adhunc effectum, per textum *in l.bello amiſſi, ff. de excuſat. tutor.* & habetur expreſsè *in d. lege noſtra ſuprà,* per textum. *Morreram em acto de guerra, ou indo peru ella em noſſo ſeruiço*, Et infra: *Seram contados pera eſcuſar o dito ſeu pay, ou auo de totuda a tutoria,aſſi como ſe foſſem viuos*, hoc eſt,proderunt patri, aut auo, filij, aut nepotes in bello amiſſi, vt excuſentur à tutela, perinde ac ſi adhuc viuerent. Sequitur Ferdinandus Paez Luſitanus *in tract. de excuſandis parentibus ob numerum liberorum,num 39. & num.40.* vbi addit etiam prodeſſe patribus, aut auis, ſi ex acie redeuntes vulnerati duntaxat in domo poſtea obeant.Quod etiam docuit Paulus Montan. *de tutel. & curis, cap.35. num.64.* De iure tamen communi, & Caſtellano requiritur vt in acie pugnando cum hoſtibus moriantur, vt conſtat ex *l. bello amiſſi*,& ex *inſtit. locis citatis.* Molin. *tract. 2. diſp. 222. in principio.* Sed de iure noſtro non requiritur vt milites pugnando cum hoſtibus,ſed vt in expeditione,vel in itinere moriantur; ibi: *Em acto de guerra, ou indo peru ella em noſſo ſeruiço.*

18. Quid de filiis naturalibus, & adoptiuis, vel in vtero exiſtentibus, aut emancipatis? Ad hunc effectum vt excuſentur patres & aui à tutela, filij debent eſſe legitimi ſecundùm d. legem noſtram per text. ibi: *Se algum tiueſſe ſinco filhos legitimos*,ſiue ſint religioſi filij,ſiue ſactis initiati.Vnde non ſatis eſt quòd ſint naturales, aut adoptiui. Molin. *de inſtit. d. diſp.* 222. Ferdinand. Paez *de excuſand. parentibus, num.57. & 58.* Cardoſo *in praxi, in verbo, filius, num.96. vbi de adoptiuis.* Idem Paez *ſupra, num.54.* Debentque omnes eſſe iam nati filij legitimi, vt excuſent patres. Molin. *ſupra*,& Paulus Montan. *de tutel.cap.35.num.75.* Ideo in vtero exiſtentes non excuſant à tutela ſuſcipienda. Excuſant tamen ab hoc onere filij emancipati,quamuis contradicat Petrus Antibol. *in tractatu de mun. & hon. 3. part. in principio, num.14.* Sic Paez *in d. tract. de excuſand. parent. num.62.* & fauet lex noſtra *d. tit. 104.in principio*, ibi: *filhos legitimos*.Dummodo tamen ſint ſub illius poteſtate, vel ſaltem ſub illius adminiſtratione. At iure communi inſpecto emancipati etiam ad excuſandum patrem proſunt, quamuis non ſint ſub eius poteſtate,nec adminiſtratione;idem Petrus Antibol. *ſuprà,verſ. ſed dic contra*,& Paez *ſuprà.*

19. Excuſatur etiam ab onere tutelæ exactor, ſiue receptor redituum regalium,§. *item Diuus*; *inſtit. de excuſat. tutor.* Gutier. *de tutel. & cur. part.1. cap.21. num. 4.* poſt Angel. Aretin. *in d. §. item Diuus*, vbi addit hoc indultum extendi ad adminiſtratores rerum fiſcalium, ſeu patrimonialium Principum, vt inſinuatur *in l. adminiſtrantes, in principio,ff. de excuſat. tutor.* Idem dic de conductore redituum regalium, ſeu bonorum, quia is non poteſt eſſe tutor, nec curator, quando eius bona ſunt Regi obligata,*l. vel cum fiſco,ff.de confirmand. tutor. l. vltim. C. qui dar. tutor. poſſunt, & l.14. tit.16. part 6.* Nec obſtat lex *coloni, C.de excuſat. tutor.* aſſerens conductorem prædij,quod eſt fiſci, poſſe obligari ad ſuſcipiendam tutelam, quoniam hæc loquitur, quando conductor non ſe obligat fiſco.Gregor. Lopez *ſuprà*,quem ſequitur Gutier. *d. num 4.* & Molin. *d.diſp.221. prope finem.* Idem Gutier. *cap.20. num.19 & ante n.15. & ſequenti,& cap.21. num.32.*

Similiter excuſantur ab onere tutelæ excedentes ſeptuageſimum annum per legem noſtram 20.
*lib 4.tit.104.§.3.*ibi: *Maior de ſetenta annos.*Cardoſ. *in praxi, iudic. verbo,ætas,num.5.& verbo,tutela, num. 30.* Concordat lex Caſtellæ *2. tit.17. part.6.* & eſt de iure communi,§.*item maior, inſtit. de excuſat. tutor.* Sequitur Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 328. num 4.* Paulus Montan. *de tutel. & curis, cap. 35. num. 171. & ſequentib.* Molin.*d.diſp.222.verſ.qui excedit ſeptuageſimum.* Tenebuntur tamen allegantes ætatem ſeptuagenariam,illam probare, cùm ſit fundamentum ſuæ intentionis, vt cauetur *in l. cum te*,& ibi Bartol. & Baldus, *C.de probatio.* text. *in l.ſi minorem*, vbi pariter Bartol. & Baldus *C. de in integr. reſtit. & in l. de ætate,ff. de minor.* Mandoſ *in comment. ad regulam canc. regul.18. quæſt.3. num. 3.* & probat Robert. Marant.*in l.ſi actor,num 60.ff de procurator.* Ex eo fundamento, quia quilibet debet probare id,quod eſt fundamentum ſuæ intentionis,vt vt in ſpecie tradit Baldus *in cap.1. de religioſ.* per text. *in l. ſi minorem*, vbi Salycet. *C.de in integr. reſtitutio.* Gloſſa *in cap. presbyter,78. diſt.* Bartol. *in l.1.circa finem,ff.de exceptio.* & Abbas *in d.cap. in præſentia, de probatio.* Quæ concluſio procedit vt etiam ætatem allegantes, eam teneantur probare, quamuis de ea nullus opponat, per cap. *cum nobis,extra de electio.*

Excuſantur item magiſtratum exercentes ab 21.
onere tutelæ,*l. Athleta,ff de excuſat tutor.* Tuſch. *in verbo,tutela, concluſ.415. num.8.* Molin.*d. diſput 222.§. qui res adminiſtrat.* Conſonat lex noſtra *lib.4.tit.104. §.1.* vbi excuſat ab omni tutela teſtamentaria, legitima,aut datiua Senatores Regios,correctores,auditores, iudices,& decuriones quarumcunque ciuitatum, villarum,aut locorum noſtri regni. Paulus Montan. *de tutel. cap.35. numer.100. & num. 3. vbi num. 109.* concludit non procedere in ædili, Molin. *d. diſp. 222. verſ. qui res adminiſtrat.* Conſonat lex *2. tit.17.part.6.* Iudices tamen & decuriones quamuis excuſentur à tutela de nouo ſuſcipienda, non tamen excuſantur à iam antea ſuſcepta; ita lex noſtra *dict. §.1.* niſi ſint iudices forenſes, qui deputantur à Rege & mittuntur ad aliquam ciuitatem, aut villam ad beneplacitum Regis. Hi enim excuſabuntur ab omni genere tutelæ etiam iam antea ſuſceptæ, textus *in §. item qui Reipublicæ, inſtit. de excuſat. tutor.& in §.qui poteſtatem, eodem titulo*, Molin. *vbi proximè*,& Gutier.*d. cap.21.num 5.* vbi etiam excuſat abſentes cauſa Reipublicæ, cum obligatione tamen recipiendi onus tutelæ ſi reuertantur. Sed lex noſtra omnino excuſat iudices forenſes, qui mittuntur aliquò vſque ad principis beneplacitum, vt iudices ſint in diuerſo loco ab eo, vbi habent tutelam, ſeu cauſam; cenſentur enim in perpetuum mitti. Contrà verò ſi per certum tempus mittantur, nam tunc non excuſantur à tutela iam ſuſcepta. Similiter excuſantur ab omni tutela omnes officiales deputati ad ſeruiendum coram ſenatoribus,correctoribus,auditoribus, & iudicibus,puta,procuratores, notarij,inquiſitores, calculatores,commentarienſes,ſeu carcerarij,minceij,& tabellarij publici. Molin.*d.diſput.222.§. qui res adminiſtrat.* Paulus Montan. *de tutel. cap.35. num.118.& num.112.*

Eodemmodo ſunt immunes ab hoc onere tu- 22.
telæ

[illegible]

29.

[illegible]

32.

[illegible]

33.

[illegible]

[illegible]

34 [illegible]

35 [illegible]

36 [illegible]

37 [illegible]

38 [illegible]

§. I.

[illegible]

... §. *in Authent. vt hi, qui obligat.* & *ibi* gloſſ. *& ex Authent. minoris debitor, in verb. a curatione, C. qui tutor. dar. poſſ.* vbi tutor extenditur ad curatorem, & patet ex *l. pater Seuerinam, §. conditionum, ff. de conditionib. & demonſtrat.* vbi teſtator filio impuberi reliquit tutorem vſque ad annum decimum octauum ætatis ſuæ, & ſic nomine tutoris intellexit curatorem. Sic Anton. Piag. *de tutor. & curator. quæſt. 8. num. 1.* & Andr. Gail. *lib. 2. practicar. obſeruat. obſeruat. 96. num. 6.* & Baeça *de decimis tutor. cap. 3. num. 11.* & Spino *gloſſ. 29. num. 19. & 20.*

40. Tutor autem datur perſonæ principaliter; ſecundariò autem rebus. Primum conſtat ex §. *ad certum tempus, inſtit. qui teſtamento tutores,* ibi: *Perſona non cauſa vel rei tutor datur.* Secundum probatur ex §. *datus, inſtit. de excuſat. tutor.* ibi: *Datus autem tutor ad vniuerſum patrimonium datus eſſe creditur.* Curator autem datur principaliter rebus, & ſecundariò perſonæ. Textus *in l. in copulandis, 9. C. de nupt.* ibi: *Nec curatores, qui ſolam rei familiaris ſuſtinet adminiſtrationem.* gloſſ. *§ ad certum tempus, verb. perſona, inſtit. qui teſtamento tutores.*

41. Tutor autem datur impuberi, curator verò puberi, & ſic tutor datur etiam inuito impuberi; curator autem non datur puberi eo inuito, *§ item inuiti, Inſtit. de curator.* Attamen ſi pubes curatorem accepit ſemel, non poteſt illum excutere, etiam ex cauſa inconſulto prætore vſque ad vigeſimumquintum annum. Abbas *conſ. 91. lib. 1.* Gregor. Lopez per text. *ibi, l. 13. tit. 16. p. 6.* Quod ſi contingat poſt pubertatem aliquem fieri furioſum, mente captum, vel prodigum, dabitur illis etiam inuitis curator, quandiu huiuſmodi affectus permanebeat, *§. furioſi inſtit. de curatorib. lib. 13. tit. 16 part. 6.* De iure etiam Luſitano *lib. 4. tit. 102. per totum*, ex antecedentibus & conſequentibus omnibus, puberibus indiſtinctè etiã inuitis datur curator à prætore orphanotrophis vſque ad vigeſimumquintum annum completum, quo tempore exacto ceſſat ipſo iure officium curatoris: quemadmodum completa pubertate ipſo iure expirat officium tutoris, vt patet expreſſe ex *Inſtit. quib. mod. tutel. finit.* ibi: *Pupilli, pupillæque cum puberes eſſe cœperint, a tutela liberantur,* Molin. *de iuſtit. diſp. 220. tom 1. verſ. præter alia, pag. 1352. ad fin.* Rebell. *2. p. de iuſtit. lib. 17. quæſt. vnica, num. 1. & ſequentibus,* & Sanch. *in præcepta Decalogi, lib. 4. cap. 30. num. 6.* vbi volunt ipſo iure officia ad certum tempus data per lapſum eiuſdem temporis ceſſare.

42. Apud tamen Gallos nullum eſt diſcrimen inter tutelam, & curam, ſed tutela ſemel ſuſcepta perſeuerat vſque ad vigeſimumquintum annum completum, niſi priùs ex iuſta cauſa tutor ſe exoneret authoritate iudicis à tutela, petátque vt rationes exigant. Gaſpar Roderic. *de annuis redditib. lib. 2. quæſt. 15. num. 17.* De iure tamen communi tenetur tutor pupillum puberem factum docere, vt ſibi curatorem petat, per *l. ita autem, §. ſi tutor, ff. adminiſtratio. tutor.* ideo ſi tutor & curator finita iam tutela, ac cura quicquam adminiſtrent, fideiuſſores non tenentur iam de iis, quæ fuerunt adminiſtrata, per text. *in l. Lucius Titius, §. Paulus, ff. de adminiſtratio. tutor.* Sequitur Gregor. Lopez *in l. 12.* Bartol. *ibi* relato, *tit. 16. part. 6.*

43. Ambigi poteſt an ceſſet officium curatoris per veniam impetratam à Principe, aut per matrimonium contractum? Reſpondeo per veniam ætatis impetratam liberari puberem à poteſtate curatoris, poſſéque ab eo exigere rationes iuxta ea, quæ notantur in titulo, *C. de iis, qui veniam ætatis impetrauerunt,* ita vt deinceps non gaudeant beneficio reſtitutionis in integrum, ſuper contractibus poſtea celebratis. Sic Monterros *in praxi, tract. 7. fol. 121.* quem refert, ac ſequitur Parlador. *lib. 1. rerum quotidia. cap. 12. n. 14. ad fin.* Ex quibus appater curatoris officium per veniam ætatis impetratam finiri, quia curator non tenetur reddere rationes, niſi finito tandem officio, per *l. rationes, C. de adminiſtrat. tutel.* & per *l. niſi finita, § fin. ff. de tutel. & ratio. diſtrahe.* Cùm ergo impetrata venia poteſt pubes rationes à curatore exigere, non eſt dubium expiraſſe officium curatoris. 44. Idem dicendum eſt de iure Luſitano *lib. 1. tit. 87. §. 28.* Minor qui impetrauit veniam ætatis, aut qui contraxit matrimonium completo vigeſimo anno, cenſetur deinceps maior vigintiquinque annis, illique traduntur tam ob veniam impetratam, quàm ob matrimonium contractum omnia bona ſua, ea tamen lege, vt ſi aliquid vendat, aut alienet ex bonis immobilibus decreto iudicis, quamuis lædatur, non gaudeat beneficio reſtitutionis in integrum. Nam interueniente iudicis decreto omnia ſolemniter facta præſumuntur. Surdus *deciſ. 231. num. 20.* vbi *num. 6.* docet decretum requirere ſententiam. Sed meliùs *num. 22.* addit decretum iudicis habere vim ſententiæ. Quòd ſi alienet abſque decreto iudicis ex iure noſtro vbi ſuprà, non obſtante impetratione veniæ, neque matrimonio ſuffragante, alienatio ab eo facta, eſt omnino nulla, perinde ac ſi minor veniam ætatis non impetraſſet, aut non vxorem duxiſſet, niſi maior factus ratam habeat alienationem tacitè, vel expreſsè, vt volunt Caualcan. *conſ. 23. col. 3. num. 8* & Albert. *in l. 2. C. ſi maior factus alien. rat. habu.* quos ſequitur Surd. *de alien. tit. 6. quæſt. 3. num. 65.* & Caldas Pereira *in l. ſi curatorem verbo, infra legitimum tempus, n. 22. & 23. C. de reſtit. in integr.*

Attento tamen iure communi officium curatoris non ceſſat per matrimonium minoris, *l. non eo minus, C. de procurator. l. 2. C. ſi ſæpius in integr. reſtitutio fuer. poſtul. §. ijdem reſcripſerunt, inſtit. de excuſat. tutor.* Fundamentum, quia minoribus dantur curatores, eo quòd ſuorum regimini non ſufficiunt, *l. 1. ff. de minor.* Sed hoc fundamentum non tollitur per nuptias à minore celebratas; imò potius extollitur curis, & duplicatur ſolitudinibus ex matrimoniali ſtatu ſuſcepto aſſurgentibus. Ergo Paulus de Caſtro *in d. l. 2. C. ſi ſæpius in integr. reſtit. fuer. poſtul.* quem ſequitur Parlador. *ſuprà, d. cap. 12.*

De iure Caſtellano controuerti poteſt an ceſſet officium curatoris per matrimonium minoris? 45. Pars negans ex eo probatur, quia non eſt cautum expreſſo iure minorem eximi à poteſtate curatoris per matrimonium ab eo celebratum. Ergo adhærendum eſt iuri communi decidenti non ceſſare curatoris officium per matrimonium minoris, neque ab eo eſt deuiandum, niſi quando expreſſis verbis iura Caſtellæ ab eo recedunt. Confirmatur ex *l. 3. tit. 17. parte 6.* vbi dicitur maritum non debere eſſe curatorem bonorum ſuæ vxoris, ſi eſt minor; imò debet petere à iudice vt bonis illius det curatorem; ergo ſignum eſt non ceſſare officium per matrimonium. Sic Parladorus *dicto capite 12. citat. à numero 11.* Mexia *in leg. Toleti, p. 6. fundamento 2. numero 10.* Azeued.

*lib.5 recopil.tit.1. lib.8. num.*48. *&* 49. & Sanch. *lib.4. in præcept.cap.*35 *num.*59. poſt Gregor. Lopez *in l.* 3. *part.* 2. vbi ait non per matrimonium contractum, ſed per pubertatem expirare tutelam, & ex conſequenti officium curatoris per vigeſimumquintum annum.

Cæterùm per matrimonium minoris eximi minorem à poteſtate curatoris, receptis benedictionibus ab Eccleſia puto probabilius, ex *l.6.tit.*17. *part.* 7. ex cuius verbis colligitur minoris matrimonio officium curatoris diſſolui, cum dicat, *el huerfano deſpues que es caſado trae ſu muger à ſu caſa & no recibe embargo ninguno en demandar cuenta a ſu guardador de todos ſus bienes*, hoc eſt, orphanus contracto matrimonio vxoréque in domum ducta, nulla exceptione oppoſita poteſt exigere à curatore ſuo omnium bonorum rationes. Sed hoc non poteſt fieri niſi ceſſante curatoris officio. Ergo per matrimonium minoris curatoris officium expirauit. Concordat lex 47. *Tauri*, quæ hodie numeratur lex 8. *tit.*1. *lib.*5. *noua recopilat.* vbi dicitur cenſeri emancipatum filiumfamiliâs poſt contractas legitimas nuptias cum Eccleſiæ benedictionibus, & hoc non in vno vel altero negotio, ſed in omnibus, ibi, *En todas las coſas*, hoc eſt, quoad omnes effectus. Sequitur Anton. Gomez *in d.l.*47. *num.*2. *verſ. Sexto finaliter*, vbi volt matrimonio celebrato cum velationibus, & ſolemnitatibus Eccleſiæ, fieri filium, vel filiam ſui iuris, & haberi pro emancipato. Idem repetit *n.*3. addens hoc procedere in omnibus, & per omnia, & quoad omnes effectus fauorabiles, vel odibiles ipſi filio, vel filiæ coniugatis. Ergo per matrimonium minor eximetur à curatoris poteſtate. Conſtat ex *l.* 3. *p. titul.*15. ibi, *Faſta que ſea caſada.* Vbi decernitur filium Regis debere eſſe ſub curatoris patrocinio donec nubat. Vnde colligitur apertè eximi à poteſtate curatoris poſt contractas nuptias, vt in ſpecie volunt Didacus Perez *in l.*3. *tit.*11. *lib.*4. *ordin. antiqui*, per *d.l.*6. *tit.*17. *part.*7. Monterros *in practica, tract.*7. *tit. de las tutelas, y curadorias, fol.*168. *col.*3. ibi: *Aunque deſpues, que vna muger ſe caſa no tiene curador.* Idem in terminis cenſent Suarez *l.*9. *num* 38. *tit. de los pleitos, lib.*1. *legum fori.* Baeça *de inope debitore, capit.*14. *n.*4. & de decima tutori præſtanda. *cap.*4. *num.*20. Segura *in l. vnum ex familia, §. ſed ſi fundum, num.*24. *ad medium, ff. de legat.*2. Non finitur tamen tutela pupillæ per ſponſalia. Angel. *conſ.*92. *in fine.* Tuſchus *d. concl.*41. *num.*10.

46. Ex dictis quæres, an Rex finita tutela debeat ſuccedere curatori? Oldradus *conſ.* 52. *in principio*, docet completo decimoquarto anno debere eſſe ſub curatoris poteſtate vſque ad vigeſimum annum, quia iudicium pueri eſt periculoſum. Tuſch. *verb. tutelam, concluſ.*416. Vide tamen pro Regum curatoribus, quæ notat Iaſon *in l. fin. C. de milita. teſta.* & Cerceſ. *de poteſtate regia*, 3. *p. quæſt.*18. vbi multa Regibus ac Reginis conceduntur, quæ ad priuatos extendere non eſt ciuile, *l.* [illegible] *deicommiſſaria, §. fideicommiſſaria, ff. de fideicommi.* [illegible] *libert.*

47. Quamuis enim tutela, & cura finiantur, illa completo decimoquarto anno, hæc verò vigeſimoquinto, & ex eo tempore tam tutores, quàm curatores nihil poſſint in damnum, nec in vtilitatem pupillorum, ſeu minorum agere, niſi quatenus ratificauerint, vt tradit Angel. de Peruſ. *conſ.* [illegible] *Teſtator quidam*, *num.* 2. attamen hoc non habet locum in connexis & in iis, quæ ſunt cœpta, & nondum ad exitum deducta: hæc enim poſſunt perfici etiam poſt tutelam, ac curam [illegible]. Fulgoſ. *conſ.*182. *T*[illegible] *teſtamentum, num.*3. *verſ. moueor quoque.* Quin etiam tutela, & ſocietate morte tutoris, ſeu [illegible] ceſſante, in connexis tamen, & in iis [illegible] cœpta ſunt, poſſunt hæredes tutoris proſequi ac perficere, quamuis tutela non tranſeat ad hæredes. Fulgoſ. *eodem conſ.* 182. *num.* 5. *verſ. quinimò*

48. Quæres etiam per quantum tempus poſſit cogi aliquis eſſe tutor? Reſponde de iure Caſtellæ tutelam datiuam à iudice non poſſe conferri, nec decerni ſub conditione, neque in diem, aut ex die, cùm ſit actus legitimus non recipiens diem vel conditionem, *l. actus legitimi ff. de regul. iur. l. mutat*, *§. ſub conditione ff. de tutorib.* & [illegible] ex *§ ſupra, ſub conditione*, ſecus in tutela teſtamentaria, cùm hæc recipiat diem & conditionem per teſtatorem poſitam. Quæ diſtinctio placet Bartolo, Alberico, & communiter omnibus, *in d. §. ſub conditione*, & aliis quibus accedit Caldas Pereira *in l. ſi curatorem habens*, ſuper illis verbis, *ſine curatore conſtitutus*, *num.*113. [illegible] *in integrum reſtitutio.* De iure tamen noſtro *lib.* 4. *ordinat. tit.* 102. *§.* [illegible] *verſ. E ſe alguum tutor* ſtatutum eſt deficientibus tutoribus teſtamentariis vel legitimis, quibus competat munus tutelæ, locum eſſe tutelæ datiuæ, quæ decreto iudicis & authoritate extraneis cõmendata durat vſque ad biennium, nec vltra duos annos extranei tutores datiui coguntur tutelam ſuſcipere. quo biennio elapſo ſi conſtet prætori orphanorum administrationem tutelæ, vt par erat, fuiſſe rectè geſtam, poterit tempus vltra aliquod præfigere tutelario oneri. Non tamen huiuſmodi tutores, qui non ſunt cognati, obligari poſſunt contra eorum voluntatem ſuſcipere tutelas vltra illud biẽnium continuum, per text. *in d. ordinatione*, ibi *§. 9. Naon feraon obrigados ter as ditas tutorias contra ſuas vontades mais que dous annos continuos*; quibus exactis tutores datiui à prætore requirent, vt alterum tutorem pupillo conſtituat. Ex quibus verbis expreſſe deducitur tutorem datiuum a prætore orphanotropho poſſe conſtitui ſub conditione, *vel ex die, vel ad diem*, cùm conſtet ex noſtra Ordinatione ad biennium tutorem dari ac conſtitui tantùm in quo lex noſtra deuiat à iure communi. Quod non patitur in tutela datiua tutorem decerni ſub conditione *vel ex die, vel ad diem* Secus in teſtamentaria tutela. Caldas Pereira *vbi ſuprà d. num.* 113. *ad fin.* Barboſ. Vimaranenſ. *in remiſſionib. ad d. titul.* 102. *lib.* 4. *§.* 10. & Gutier. *de tutel.p.*1 *cap.*24. *num.*6.

49. Quæres an tutela matris finiatur eodem modo quo cæteræ tutelæ ceſſant: Reſponde multis modis finiri. Primo, finitur quando filij, seu filiæ deueniunt ad completam pubertatem, ita vt nihil poſſit mater poſt illam ætatem in commodum vel detrimentum filiorum, quamuis conſtituta ſit tutrix cum omnibus ſolẽnitatibus requiſitis. Nec iuuat etiam ſi relinquatur curatrix filiorum in teſtamento patris, quia niſi adminiſtratio bonorum ſit data ſolemniter illi à iudice, non poterit adminiſtrare. Angel. de Peruſ. *d. conſil.* 50. *teſtator quidam, per totum.* Secundò, amittit mater tutelam tranſiens ad ſecundas nuptias; patet ex *l. fin. & Authent. ſacramentum C. quando mulier tutelæ officio, & Authent. vt* [illegible] *de prohibitione matres, §. vnico, colum.* 7. *C. leg. tit.* 16. *part.* 6. ceſſàtque tutela ipſo iure matre ſecundas nuptias acceptante, quia eo ip[illegible] vi-

ſa eſt renunciare tutelæ; ſicut vacat beneficium per matrimonium contractum. Bartol. *in l. ſi quis ſub conditione, 11. n. 27. ad fin. ff. de teſtam. tutela,* Baldus *in l. omnem, C. ad Tertull. n. 7.* & *ibi* Corneus *n. 2.* Nauar. *in ſumma, cap. 25. num. 66.* vbi *n. 67.* ad‍it peccare mortaliter matrem, quæ fungitur officio tutelæ poſt ſecundas nuptias per *l. fin. C. quando mulier officio tutel. fung.* Ex quo colligitur ipſo iure expirare tutelam, nec opus eſſe iudicis ſententia, vt expellatur ab ea, ſi quidem peccat retinendo tutelam. Sequitur Greg. Lop. *in l. ſi 5. verbo, el mas cercano, tit. 16. part. 6.* & Sà *verb. curator, §. 5.* vbi ait deſinere eſſe tutricem matrem per tranſitum ad ſecunda vota, aut per vitam incontinentem. Idem Nauar. *d. n. 67. per eandem l. fin.* tradit ſi ſtuprum committat, quam legem expendit Salic. & Gloſſa notabilis, *Auth. Sacramentum. eodem titul.* Gom. *in l. 14. Tauri, n. 13.* Sed de vxore incontinente an deperdat tutelam, *infra, num....*

50 Quid ſi mater reliquatur tutrix filiorum à marito in teſtamento? Reſponde per tranſitum ad ſecundas nuptias non ſolùm tutelam datiuam, ſed etiam legitimam & teſtamentariam deperdi, vt conſtat ex §. *ſin autem tutelam, verſ. nos autem Auth. de nuptiis:* ibi, *ſimpliciter æqualem eam ponimus propter nuptiarum immaturitatem ei, quæ ante lugubre tempus nupſerit.* Præſumitur enim mater propter affectionem ſecundi viri male adminiſtrare poſſe tutelam, ideò tanquam ſuſpecta, & odioſa viro defuncto fit incapax omnium tutelarum. Bartol. *in d. Auth. de nupt. § ſin autem tutelam, col. 4. n. 8.* Greg. Lop. *d. l. 5. verbo, ſacar, tit. 16. part 6.* Spino *in ſuo ſpecul. gloſſ. 29. princ. n. 9. & 10.* Molin. *lib. 1. de primog. cap. 9. n. 49.* Matienz. aliis *ibi* relatis *lib. 5. recopil. tit. 1. l. 3. gloſſ. 2. n. 9.* Villalob. *in Antin. iuris ciuil. & regij, litera M, num. 8.* & Gomez *in d. l. 14. Tauri, n. 11. verſ. Item adde,* vbi notat per tranſitum ad ſecunda vota deperdi tutelam teſtamentariam filiorum, quamuis maritus in teſtamento contrarium iuſſerit, cùm non poterit maritus filiis nocere, nec præiudicare. Ratio namque, quæ militat in tutela legitima, ne præiudicetur filiis, habet etiam locum in teſtamentaria tutela, & in ſpecie hanc partem tuetur gloſſa ordinaria *in d. l. omnem, C. ad Tertull.* Sequi-

51 tur Ruinus *conſ. 84. num. 10. vol. 5.* Vbi cenſet volente marito in teſtamento, vt mater ſit tutrix filiorum non obſtantibus ſecundis nuptiis, ſolùm operari ne mater priuetur tutela ipſo iure, donec iudex conſultus, & hac de re inſtructus illam priuet, ſicut tenetur. Sed in hoc caſu magis placet non poſſe priuari tutela ob ſecundas nuptias, ſi maritus id iuſſerit; quia ſicut maritus poteſt quemcumque extraneum relinquere in teſtamento tutorem, ſic etiam poteſt vxorem, quamuis tranſeat ad ſecundas nuptias, cùm per eam fiduciam oſtendat vxorem fideliter, ac rectè tutelam adminiſtraturam; ſic Bald. *in cap. ex parte M. num 2. de appellat.* Matienz. *lib. 5. recopil. tit. 1. l. 3. gloſſ. 2. num. 9.* Garronis Auth. *eiſdem pœnis, n. fin. C. de ſecundis nuptiis,* & Sylua nuptialis *l. 2. verbo, viduæ non eſt nubendum, num. 50.*

Nec obſtat contraria ſententia, quam ſequitur Boer. *in conſuetudinibus Bituricenſibus, tit. de iure perſonar. §. 6. col. 6.* poſt Baldum *in Authent. eiſdem pœnis, C. de ſecund. nupt.* & Abbatem *cap. vxoratus. de conuerſio. coniugat.* quos referens ſequitur Spino *gloſſ. 29. in ſuo ſpeculo tit. de tutoribus, & curator. num. 9. & 10.* Dum ſentiunt viduam tutricem in teſtamento relictam tranſeuntem ad ſecunda vota amittere tutelam etiam ſi maritus dicat, quòd ſit tutrix per totam vitam, quia maritus eo modo loquendo niſi aliud addat, intelligit ipſa in ſtatu viduæ permanente. Secus ſi expreſsè dicat, quòd ſit tutrix, etiam ſi ſecundò nubat; tunc enim tutelam poterit retinere, nec priuari poterit, niſi malè adminiſtret, ſicut priuatur cæteri tutores ſuſpectique remouentur, per [illegible] *nunc videamus, cum l. ſequent. ff. de* [illegible] *tutor.* vbi numerantur multi caſus, & cauſæ, ex quibus propter dolum, imò propter ſolam culpam & negligentiam à tutelæ munere arcentur, vt *in d. leg. § fin.* habetur. Tuſch. *verbo, tutor, vel curator ſuſpectus, concl. 456. n. 8. & ſequent.* Vide tamen Guidon. *deci. 539. in primo.*

Non tamen deperdit mater tutelam per ſponſalia de futuro, quia cùm ſit pœna impoſita matri ſecundo nubenti, intelligendum eſt de matrimonio, nec eſt extendendum ad ſponſalia. Nam quamuis incipiat mater eſſe ſuſpecta per ſponſalia de futuro, ex cauſis multis poſſunt renunciari ſponſalia, & illis renunciatis aboletur ſuſpicio. Item, quia Authent. *ſacramentum, quando mulier tutelæ officio,* ſic habet ibi: *contractis ſecundis nuptiis.* Non verò dicit, *contractis ſecundò ſponſalibus.* Ergo non eſt extendendum ad ſponſalia, & patet ex *l. 5. tit. 16 part. 6. Caſando la madre.* Quæ ſententia placet Saliceto *in d. Authent. Sacramentum. num. 4* Gregorio Lopez *in d. l. 5. verbo, caſando, tit. 16 part. 6.* Afflict. *decis. 357. num. 4.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. caſu 151. num. 7.* & Gutier. *de tutel. 1. p. cap. 9. num. 2.* Vide ſuprà *diſp. 15. §. 2. a num. 12. vſque ad 15.* 52.

Nec obſtat, matrem non admitti ad filiorum tutelam poſt ſponſalia contracta, vt dicamus etiam ab ea repelli poſſe, donec matrimonium celebretur per verba de præſenti, quia facilius mater impeditur habere filiorum tutelam nondum habitam, quàm retinere obtentam; nam quamuis adeat iudicem, illique nunciet ſe velle ſecundo nubere, non propterea confeſtim tutelam amittit, donec cum effectu per verba de præſenti ſecundas nuptias contrahat, quidquid Bartol. & Angel. exiſtiment; ille *in d. Authent. ſacramentum, num. 3.* hic verò *in § Actionum, quæſt. 20. n. 41. inſtit. de actionibus,* matrem eo ipſo quod adit iudicem, illique manifeſtat ſe velle ſecundo nubere, ac filiis tutorem poſtulat, tutelam ſtatim deperdere. At multo probabilius eſt propter rationes allatas, non deperdere, donec nubat de facto, vt volunt doctores pro noſtra parte citati. Imò Menoch. opinatur *vbi proximè, num. 8.* matrem contractis ſponſalibus ac matrimonio, nondum tamen traductione facta tutelam hanc non deperdere; quod etiam voluit Romanus *ſingul. 329. Tu habes quòd mater,* & Neuiſa *lib. 2. ſylua nuptialis.* Sed melius dicendum eſt deperdi tutelam per matrimonium ratum nondum conſummatum. Al[illegible] de Neuo *in cap. fin. n. 10. de ſecund. nuptiis,* & B[illegible] *in d. l. omnem, n. 10. C. ad Senat. Conſult. Tertull.* Gutier. *de tutel. & curis, 1. p. cap. 9. n. 9.* poſt Benedictum *in cap. Raynutius, verb. duas, el 1. n. 161.* dicentes deperdi tutelam per matrimonium ante conſummationem & velationem.

Quid ſi matrimonium ſecundum ſit irritum? Baldus *in cap. ex parte, M. n. 20. de appell.* opinatur interueniente tamen copula deperdi tutelam. Quidquid tamen ſit in foro externo, probabilius puto non deperdi in foro conſcientiæ ante ſententiam, quia matrimonium irritum non eſt ma-

trimonium, nec nomine ſecundarum nuptiarum veniunt nuptiæ quæcumque, ſed validè, ac legitimè contractæ. Vt dicatur tutela ipſo iure vacare. Nec obſtat ſi dicas per fornicationem viduæ tutelã deperdi, vt ait Gloſſa, *Auth. ſacramentum, verb. contractus, C. quando mulier tutel. offic.* & ibi Salic. *n. 1.* ... Ba... *l. ſi quis ſub conditione, n. 26. ff. de* ... *in l. hac ſeita, n. 4. C. de reuocand.* ... *umma Hiſpana & Latina, cap. 25.* ... *in commun. opinionibus liter. B. n. 53.* ... *Auth. eiſdem panis in noua edit. n. 33.* ... *cap. 26. C.* ... *una. nupt.* Azeued. *lib. 5. recopil. tit. 1. l. 4. n. 13.* Ergò quamuis vidua per ſecundas nuptias irritas non amittat tutelam, ſaltem per fornicationem con... nullam in matrimonio irrito, illam deperdet perinde ac ſi tranſiret ad ſecundas nuptias: ſiquidem vidua fornicans dicitur amittere per text. *in l. fin. C. quando mul. tutel. offic.* ibi: *Iuramentum autem præſtat, quod ad nuptias non perueniat, ſed pudicitiam ſuam intactam conſeruet, ideò ſicut tranſiens ad ſecunda vota violat iuramentum, ſic etiam violat pudicitiam per fornicationem etiam unicam.* Ergo vtroque modo violatur promiſſio facta a vidua tutrice filiorum, & per vtrumque amittit tutelam, ne plus concedamus luxuriæ, quam caſtitati. Quam partem vltra præcitatos docent Speculat. *tit. de tutore, §. nunc dicendum, n. 2. verſ. item excipitur.* Paulus de Caſtr. *in l. omnem, n. 2. C. ad Tertull.* Greg. Lop. *l. 3. verb. maluad, tit. 12. p. 4.* Perez *lib. 5. ordin. antiqui, tit. 1. ad fin. verſ. idem dicendum erit*; vbi volunt per fornicationem deperdi tutelam per deciſionem *d. l. fin. C. quand. mulier tutel. offic.* quæ a vidua tutrice filiorum poſtulat, vt pudicitiam intactam ſeruare curet, ibi: *pudicitiam ſuam intactam conſeruet.* Quam violari per vnicum actum turpem, non eſt dubium.

53. His tamen non obſtantibus, dico primò, non deperdi tutelam ipſo iure per matrimoniũ irritũ etiam conſummatum in foro conſcientiæ, quia non eſt verum matrimonium, nec per illud dicitur fœminam verè ad ſecunda vota tranſire etiam ſi copulet fœminam bona fide ſecundò nuptiſſe. Idem puto quando mala fide contraxit, quia quamuis interceſſerit copula fornicaria, & non maritalis, nullus reperitur textus per quem in foro conſcientiæ ipſo facto deperdatur tutela, ſicut inuenitur text. eo ipſo priuans tutela matrem ad ſecundas nuptias migrantem, qualis eſt in Auth. *vt ſine prohibitione matres, §. pen. verſ. propterea igitur ſancimus, colla. 7.* qui ſic loquitur, ibi: *Mox tamen vt ſecundas contraxit nuptias repente expelli à tutela.* Vbi nota verbum, *repente expelli*, quaſi dicat, eo ipſo iure. Idem habetur *in d. cap. ex parte M. de appellatio.* cum dicatur ibi: *& prædicti filij eius ſub poteſtate, & tutela ipſius minime permanere nt, cum iam ad ſecunda vota tranſiret*, quare nullum exigitur iudicis brachium, vt ... tatur tutela, ſed eo ipſo deperditur matre ... ndo nubente. Nec refert ſi alleges *d. l. fin. C. quando mul. tutel. offic.* vbi dicitur præſtari iuramentum à matre tutrice, quod ad nuptias nõ perueniat, ſed pudicitiam ſuam intactam conſeruet, quia per hæc verba vltima, ſolùm promittit mater ſeruare pudicitiam intactam a ſecundis nuptiis, & hæc eſt mens, & intellectus illius textus, vt colligitur apertè ex Authent. *Matri & auiæ, C. quand. mod. tutel. offic.* vbi a matre tutrice dumtaxat petitur, vt renuntiet ſecundis nuptiis, & Velleiano. Non enim petitur vt abſtineat ab incontinentia, nec ipſa mater iurat, & conſtat ex praxi, quæ eſt iuri valde conſona ſecundùm, *l. 95. tit. 18. p. 3.* quæ ſic loquitur. *Prometto, e iuro a mi ſulano Eſcriuano publico recipiente per el biuerſano de noſe caſar mientras tuueſſe ſus bienes o ſu ſyo en guarda.* Quibus omnibus penſatis non amittitur ipſo iure tutela per fornicationem, nec mater incontinens, retinendo filiorum tutelam peccat, donec miniſterium iudicis accedat, & priuetur per ſententiam.

Ex quibus inferes in foro externo ſi mater tutrix accuſetur ob fornicationem ſemel commiſſam, poſſe priuari tutela filiorum, vt patet ex traditis a gloſſa *in d. Authent. ſacramentum*, & ex Bartolo, Baldo, Nauarro, Gregorio Lopes, Villaleb. & Azeued. *num. 52.* citatis, opinantibus deperdi per fornicationem tutelam, quod etiã fortiùs procedit, ſi incontinenter & luxurioſè viuat, ſicut tradunt ex Theologis, Sa *in ſumma, verbo. curator. ad fin.* & Molin. *tom. 1. de iuſtit. tract. 2. diſput. 220 col. 8. verſ. an vero ſi mulier, pag. 1358.* & ex iuris prudentibus Auilez *in Proœmio, cap Prætorum, gloſſ. 1. num. 47.* Menoch. *de ſucceſſio. creat. lib. 1. §. 12. num. 59.* poſt Gloſſ. & Bald. *in Auth. matri, & auiæ, & in Auth. ſacramentum, C. quando mulier. offic. tutel. fung. pot.* Pinel. *in l. fin. num. 18. C. de bon. mater.* Sylua nuptialis *lib. 2. verbo, vidua non eſt nubendum n. 50.* Anto. Gomez *l. 14. Tauri. num. 13.* poſt plures ibi relatos. Gutier. *de tutel. 1. p. cap. 9. num. 19.* & Iacob. de Beluiſ. *in §. ſi quidem, in Auth. de non eli. ſecund. nub.* & alij, quibus adhæret Roland. *conſ. 86. num. 18. vol. 2.* & Ioan. Garro *in rubric. de ſecund. nupt. n. 58.* vnanimiter concludente matres luxurioſè viuentes tutelas amittere; quod intelligo eo modo, quo ſupradictum eſt, non in foro conſcientiæ, cùm non reperiatur textus eo ipſo matris tutela filiorum ſpolians, ſed in foro externo eas priuari poſſe. Vnde donec priuentur poſſe totelam filiorum tuta conſcientia retinere dicendum eſt.

Quod diximus de matre tutrice ad ſecunda vota tranſmigrante, dicendum eſt de matre curatrice filiorum, Gregor. Lopez. *l. 4. verbo, la guarda tit. 16. part 6*, quia diſpoſitum in vno habet locum in alio, per text. ſingul. *in l. quod ſi nolit, §. quod in procuratore, ff. de ædil. edict.* & tradunt ibi Angel. & Stunica *in ſuo tract. tutelarum, in fin.* quamuis ibi non alleget *dictam legem, quod ſi nolit.* vbi volunt deciſum in tutorem, habere locum in curatore, & procuratore. Sequitur Decius, *in cap ex parte M. in fin. de appellatio.* Vnde quamuis hodie non exigatur iuramentum a matribus tutricibus, & curatricibus abſtinendi à ſecundis nuptiis ſed ... a ſimplex ſecundarum nuptiarum renunciatio, vt habetur in Auth. *ſacramentum, C. eodem tit.* non propterea poſſunt eſſe tutrices & curatrices, ſi nubant ſecundo, propter malam adminiſtrationem, cùm teneantur antequam tranſeant ad ſecunda vota, adire iudicem, tutorem filiis petere & rationẽ reddere, ac perſoluere quicquid ſubditis rationibus debitum fuerit. Atque ita non ſolùm tutelam deperdunt, ſed etiam cæteras incurrunt pœnas fœminis ſecundo nubentibus intra annũ luctus impoſitas, vt habetur in Auth. *de nupt. §. ſi autem tutelam, colla. 4.* & Auth. *ei cum pœn. C. de ſecund. nupt.* ſi intra eundem annũ poſt viri obitũ nubant, quamuis amiſſio tutelæ per ſecunda vota ipſo iure amittatur, ſiue intra annum, ſiue poſt annum celebrentur. Vide Rebell. *p. 2. lib. 6. q. 6. ſect. 1.* Non amittet tamen pater per ſecundum matrimonio 54.

monium tutelam filiorum, cum ſit legitimus bonorum adminiſtrator eorum, quos ſub ſua habet poteſtate, & habeat vſumfructum in bonis ad filios pertinentibus, nec poteſt priuari adminiſtratione bonorum illorum, cùm eam habeat à iure ratione commodi, & vſusfructus, quem in bonis habet, vt habetur *in l. ſi, C. de bon. mater. & in l. generaliter. in fin. verſ. negotia, C. de ſecund. nuptiis.* Quod ſi contingat patrem fieri tutorem filij emancipati, verbi gratia, vt fieri poteſt, ex *l. ſi infanti, C. de iur. deliber.* per ſecundas nuptias non amittit filiorum tutelam, vt probat Baëça *de decima. tutor. cap. 4. num. 51.* Matienz. *lib. 5. recopilationis, tit. 1. l. 3. gloſſ. 2. num. 10.* & Pinell. *in l. fin. num. 16. C. de bon. mater.* Pro quo facit lex *3. tit. 7. lib. 3. fori*, cuius hæc ſunt verba: *E ſi la madre muriero, y fincare el padre, tenga los fyos y a ſus bienes, quiera caſo quier no.* Sequitur Spino *gloſſ. 29. in ſuo ſpeculo, num. 14.* cùm lex magis confidat de patre quàm de matre ſecundo nubente, cum nullo iure caueatur. Ita Matienz. *lib. 5. recopilation. tit. 1. lib. 3. gloſſ. 2. num. 8.*

55. Spinoſa tamen dubitatio ſuperioribus affinis eſt, an mater ad ſecunda vota tranſiens exemplariter poſſit ſubſtituere filio amenti, ac cæteris quibus de iure interdicitur teſtari? Reſponde primò negatiuè ex *l. humanitatis 9. C. de impuber. & aliis ſubſtitut.* vbi fit hæc facultas matri propter humanitatem, qua priuatur mater ſecundo nubens, cum reputetur ſuſpecta ad bona adminiſtranda filij exiſtentis in humanis, & multò magis iudicabitur ſuſpecta poſt obitum filij. Sicut ergo priuatur tutela per ſecundas nuptias, ſic tanquam inimica filiorum in hoc caſu excluditur. Sic ex antiquis ſequitur Bart. *in l. ex facto in princ. n. 12. ff. de vulgar.* & *ibi* Angel. de Peruſ. *n. 4. verſ. 4.* Ex recentioribus idem docet Ferrara *in ſua practica, in titulo de forma libelli, quo agitur ex ſubſtitutione. in gloſſ. verb. exemplaria, col. 3.* Paulus Leonius *de ſubſtit.* vbi de tertia ſpecie, quæ eſt exemplaris. Spino *in ſuo ſpeculo, gloſſ. 25. num. 7.* vbi probat hanc partem niti in Authent. *Sacramentum, C. quando mulier tutelæ officio fungi poſſit;* & in Authent. *matri, & auiæ, eodem titulo*, cùm per ſecunda vota reddatur mater ſuſpecta. Adhæret Ioan. Lup. *de donat. inter vir. & vxor. §. 67. num. 14. verſ. ex iſtis*, & Matienz. *dict. gloſſ. 2. num. 37.*

56. Reſpondeo tamen per ſecunda vota non priuari poteſtate ſubſtituendi exemplariter, neque extingui hanc ſubſtitutionem per tranſitum ad ſecunda vota, quia exemplaris ſubſtitutio fuit inducta humanitatis, & pietatis cauſa. Item quia caſtitas cum propria vxore, appellatur matrimonium, *cap. Nicena, diſt. 31.* Ergo quamuis mulier tranſeat ad ſecunda vota cùm nihil turpe commiſerit, non debet priuari facultate ſubſtituendi exemplariter. Confirmatur argumento patris ſuſpecti, cui denegatur tutela, & tamen non priuatur facultate ſubſtituendi pupillariter; ergo quamuis matri ad ſecunda vota migranti tutela auferatur, non tamen debet priuari facultate faciendi ſubſtitutionem exemplarem. Quæ opinio verior eſt, eámque tuentur Imola *in l. humanitatis, col. 6. C. de impuber.* Salic. *num. 5.* Bald. *col. 9. ibidem*, idem Imola *in cap. Raynutius. de teſtament. num. 137. & in l. ex facto in princ. num. 19. ff. de vulgar.* & *ibi* Iaſon *num. 25.* Gomez in vtramque partem, quæſtionem excutiens, *tom. 1. var. cap. 6. n. 9.* adhæret cum aliis noſtræ reſolutioni. Timeo tamen apud

*Frangoſi Regim. Chriſt. Reipubl.*

noſtros cum contraria ſit Bartoli, ne ab eo noſtri recedant tam in conſulendo, quàm in iudicando, vt opinatur Spino *vbi proxime*, cum opinio Bartoli ſit etiam communis, & in tota Hiſpania, & Luſitania habeatur pro lege, vt conſtat ex noſtra ordinatione *lib. 3. tit. 64. §. 1.* ibi: *opiniam de Bartolo.* Marta *de iuriſdictione, p. 1. cap. 26. num. 72. & in votis nouiſſ. deciſ. voto 6. num. 5.* Grammat. *in deciſ. 62. incip. Ne barbari viderentur.*

57. Quid dicendum de matre ſecundo nubente, amittentéque tutelam, & releuata per maritum à reddendis rationibus? Dic quamuis non teneatur reddere rationem de modicis, per *l. quamuis, ff. de cond. & demonſtr.* teneri tamen ob ſecundas nuptias de minimis reddere rationem, etiam quando releuatur à marito, cum per ſecunda vota inciderit in ſiniſtram ſuſpectionem, ac præſumptionem malam adminiſtrandi bona filij. Bald. *in l. cum oportet, §. fin. num. 4. C. de bon. quæ liberis.* Matienz. *lib. 5. recopil. tit. 1. l. 3.* Gloſſ. *2. n. 40.* & in ſpecie Garro *in rubric. C. de ſecund. nupt. in 2. editione, num. 75. pæn. 39.*

58. Non deſunt tamen qui doceant ſi vxor à viro relinquatur executrix teſtamenti per ſecunda vota priuari hoc officio, ſicut priuatur tutela, per text. *in l. ex facto, ff. de vulg.* vbi facultas data vxori à marito ſubſtituendi filio mente capto, ſeu furioſo, & ſic teſtandi pro eo, deperditur per ſecunda vota. Ergo ſimiliter in noſtro caſu deperdet vxor teſtamenti executionem, ſicut etiam deperdit tutelam, cum facultas ſubſtituendi, & tutela, & executio teſtamenti videantur æquiparari, ob quam ſimilitudinem hanc partem tuentur Palac. Rub. *in rubr. de donat. §. 67. num. 14.* Spino *ſupra, gloſſ. 28. num. 35.* Lucas de Penna *in l. quoties, col. 2. verſ. ſed pone mulier, C. de priuil.* Sanch. *lib. 12.* Bened. *in c. Raynut. in verb. qui cum alia, n. 203. de teſtamentis.* Sed dicendum eſt non priuari per ſecunda vota munere exequendi teſtamentum, nec valet argumentum à facultate ſubſtituendi, & à tutela ad executionem teſtamenti, præſertim in pœnalibus. Couar. *in cap. tua, n. 3. de teſtam.* Matienz. *lib. 5. recop. tit. 4. lib. 5. gloſſ. 8. n. 5.* Alexand. *in addit. ad Bartolum in l. à filio, ff. de aliment. & cibar. legat.* & alij, quos ſequitur Auilez *in Proœmio, cap. Prætorium, n. 43. gloſſ. 1.* vbi addit vxorem turpiter viuentem amittere executionem teſtamenti ſecundùm Imolam *in l. eum qui, §. qui ſibi, ff. de verbor. obligat.* In quo euentu æquiparat executionem teſtamenti tutelæ, & ſicut vna amittitur per ſecunda vota, ſic executio teſtamenti per vitam turpem; quod non puto verum, cùm hæc pœna nullo iure probetur, & ideò non eſt imponenda turpiter viuenti in foro conſcientiæ.

59. Idem dicendum eſt ſi vxori maritus relinquat facultatem pro eo teſtandi, & eo mortuo vidua viuat luxurioſè, non enim reuocatur facultas (vt credit Palac. Rub. *d. §. 67. n. 7.*) nec per ſecunda vota expirat tale mandatum, Ioan. Lup. *in l. 31. Tauri, n. 38. & 39.* Dicentibus ergo vxorem viuentem luxurioſè perdere executionem teſtamenti, & facultatem teſtandi à viro relictam, vt vult Auilez *ſuprà, num. 43. & 44.* Reſponde, non procedere in foro conſcientiæ, ſed ſolùm poſſe his eſſe locum in foro externo, & poſt miniſterium iudicis, vt diximus ſuprà, argumento procuratoris cui videtur mandatum reuocatum ſi mutetur notabiliter in deterius, & fiat inimicus ipſius, qui eum procuratorem conſtituit, ſic Dyn. Bartolus & Paulus *in l. ſi cùm Cornelius, ff. de ſolut.*

quibus accedit Palac. Rub. *d. §. 67. à num. 7. vſque ad 16. pag. 48.* Suffragatur ex traditis à multis dicentibus viduam luxurioſè viuentem etiam intra annum luctus teneri reſtituere nulla iudicis ſententia expectata relicta à viro, ac donata, ſiue inter viuos, ſiue in vltima voluntate, vt cenſent Abbas *in cap. vxoratus, num. 2. de conuerſ. coniugat.* Bald. *in l. fideicommiſſum, num. 1. de fideicommiſſ.* Sic intelligens gloſſam finalem *ibi*, Angelus de Gambellionibus *tractat. de teſtament. gloſſ. 33. numero 3. & 4.* & videtur ſentire idem Corneus *in d. l. fideicommiſſum, num. 3. verſ. & ex prædictis*, & Padill. *ibi, num. 12.* vbi vult luxurioſè viduam viuentem teneri reddere hæredibus viri veſtes lugubres ab eiſdem acceptas, ex ea ratione, quia omnia relicta à marito vxori cenſentur data in præmium caſtitatis, ac pudicitiæ conſeruandæ. Atque ita vxore ipſa fornicante cenſent, quamuis non ita clarè, eo ipſo hæc relicta, ac donata deperdi tanquam cauſa relicti ceſſante. Sequitur Tellus *l. 6. Tauri, num. 21.* & Surdus *de alimentis, tit. 7. quæſt. 24. num. 7.* vbi vult vxorem inſtitutam, vel legatariam ſtuprum committentem priuari, quamuis maritus legando vel inſtituendo non addiderit conditionem viuendi caſtè, & idem repetit *num. 9. & ſequentibus*: & tandem *num. 23.* ſubdit vxorem turpem ex alia cauſa, quam vitæ inhoneſtæ non deperdere legatum ſibi à marito relictum.

Et quamuis hæc pars per ſuprà dicta non careat ſua probabilitate, probabilius mihi eſt vxorem luxurioſè viuentem non teneri ante ſententiam ſaltem criminis declaratoriam reſtituere ſibi legata, ac relicta à viro, nec lucra conſtante matrimonio acquiſita, quamuis vixerit luxurioſè intra annum luctus, cùm hæc priuatio ſit impoſita in pœnam vitæ inhoneſtæ. Nec obſtat, ſi textus dicat pœnam incurri abſque alia declaratione, quia id intelligitur de pœnę declaratione; ideò adhuc neceſſaria eſt declaratio criminis per iudicis ſententiam, vt optimè contra alios, præſertim contra Syluestrum *in verbo, emphyteuſis, quæſt. 2. & verb. Aſſaſſinus, in fin.* proponit Couar. *in epitome, p. 2. cap. 6 §. 8. num. 10. verſ. Tertiò hinc deducitur*, vbi ait pœnam non deberi in foro interiori, quamuis lex pœnalis dicat nullam requiri declarationem, nec ſententiam ad incurrendam pœnam, quod erat arbitrium Sylueſtri *vbi proximè*, dicentis nullam requiri ſententiam, quando lex prædictis verbis vtitur. Cuius arbitrium nullo modo eſt admittendum in foro interiori, ſed in foro exteriori admitti poteſt. Confirmatur, quia vidua omnium ſibi relictorum ſine vlla conditione dominium obtinuit. Ergo nullo modo debet priuari poſt mortem teſtatoris, niſi per ſententiam.

Nec refert ſi dicas ſi maritus in hoc caſu interrogatus eſſet quando vxorem inſtituit, vel illi legata reliquit, illum nullo modo diſpoſuiſſe, nec vxorem inſtituiſſe, nec quicquam illi reliquiſſe ſi eam turpiter victuram cognouiſſet, quia voluntas in animo retenta nihil efficit, niſi exeat in diſpoſitionem claram. Vnde non debemus plus, vel aliud velle in vltima voluntate teſtatoris, quàm ipſe teſtator dixit, nec debemus addere quod teſtator non addidit, nec intelligere, quod ipſe non declarauit, per textum *in l. vnica, §. ſin autem ad deficientis, C. de caducis toll.* Socinus ſenior *conſil. 69. num. 1. & conſ. 104. num. 8. vol. 3.* Item, quia teſtamento morte confirmato nihil addi poteſt, nec mutari. Baldus *conſ. 301. num. 2. vol. 2.* Oldradus *conſ. 142.* Ancharan. *conſ. 288. num 3.* vbi volunt non eſſe mentem teſtatoris eliciendam, quando verba omnino deficiunt, neque præſumendum eſſe aliter diſpoſuiſſe, quàm quod verbis expreſſit. Alexand. *in conſ. 130. vol. 2.* & Romanus *conſ. 71. num. 6.* Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib. 3. tit. 19. a num. 5.* poſt Rolandum *conſil. 51. num. 7. & conſ. 56. num. 5. vol. 3.* Eo quia non dicitur in teſtamento expreſſum quod eo perlecto non inuenitur, *l. vxorem, ff. de manum. teſtam. l. fideiuſſores magiſtratuum, in princip. ff. de fideiuſſ.* Ex quibus patet poſſe vxorem intra annum luctus luxurioſè viuentem retinere ſibi relicta à viro, & matrimonio conſtante, acquiſita in foro conſcientiæ, & conſequenter non deperdere in eodem foro executionem teſtamenti, nec facultatem pro marito teſtandi; quia quod teſtator non fuit loquutus in teſtamento, non præſumitur voluiſſe, & voluntas in corde retenta non conſideratur. Decius *conſ. 693. num. 19.* Baldus *in l. quidam cum filium, ff. de hæredit. inſtit.* & alij, quibus accedit Roland. *vbi ſuprà in vtroque loco.*

Sed quid dicendum de matre adeunte iudicem, dicentéque prætori orphanorum, vt prouideat filiis de tutore, ſeu curatore, quia ipſa vult nubere, & prætor filiis det tutorem, vel curatorem. Reſpondet Baldus *in d. authent. ſacramentum, C. quando mulier tutel. officio fungi poſſ. & in l. cum ancillis, C. de inceſt. nupt.* non poſſe matrem quamuis non nubat recuperare tutelam, ſeu curam filiorum alteri tutori datam. Sequitur Decius *in cap. ex parte, col. 3. de appellation.* Idem dicendum eſt ſi matrimonium contraxit, & poſtea maritus deceſſit, etiam ſi filij conſentiant, vt ſecundo nubat; adhuc etiam deperdi tutelam docet Boërius *deciſ. 185. num. 22.* vbi loquitur in genere; ſed in ſpecie loquitur Faber *in authent. matri, & auiæ, C. quando mulier offic. tutel.* quibus accedit Spino *in ſuo ſpeculo, gloſſ. 29. num. 10. & 11. & ſequent.* dicens inſuper amiſſa tutela per tranſitum ad ſecunda vota præferendam eſſe auiam maternam auiæ paternæ, & omnibus aliis in tutela hac vacante, quia in tutela ſucceditur iuxta formam ſuccedendi in bonis: matrémque ipſam, ſi contraxit matrimonium non petito tutore priuari filiorum ſucceſſione, *l. 2. §. quod ſi mater ad Tertull.* 60.

Denique finitur tutela ſaltem per ſententiam, quando tutores, & curatores negant minores habere bona, vnde alantur, ſi falſum dixiſſe comperiatur: habetur *in §. ſi quis tutor, & §. ſed ſi quis, inſtit. de ſuſpectis tutoribus.* Idem dic ſi non defendunt pupillos in iudicio, aut bona illorum; quando opus eſt, poſſúntque remoueri à tutela, ſeu cura tanquam ſuſpecti, ſi accuſentur, *l. fin. in principio, C. de adminiſtr. tutor, & l. 1. tit. 18. part. 6.* Item propter inimicitias, vel poſt tutelam contractas arceri debent tutores ab eo munere. Molin. *de iuſtitia, tract. 2. diſp. 222. verſ. Quando capitalee inimicitia, pag. 1370. & diſp. 225. pag. 1402. verſ. quando propter inimicitias*, vbi latè agit de cauſis propter quas tutores tanquam ſuſpecti, remoueri poſſunt à prætore, cuius arbitrio relinquitur iudicare quænam ſint cauſæ iuſtæ, vt tutores vel remoueantur à tutela iam ſuſcepta, ſeu cura, vel non admittantur ad illas. 61.

***

§. II.

## §. I I.

*Tutores & Curatores pupillis, ac minoribus Eccleſiaſticis quis dare debeat, & quid poſſint circa bona animi?*

### EPITOME.

62 *Clerico pupillo debet dari tutor per iudicem Eccleſiaſticum.*
*Idem de curatore, num. eodem.*
63 *Tutor non poteſt dari clerico per iudicem ſacularem, quoad ſacularia, nec curator.*
64 *Laicus poteſt eſſe tutor clerici, & clericus tutor laici.*
65 *Curator clerici ad litem debet dari per iudicem ſacularem ſi litiget in iudicio ſaculari.*
66 *Emancipatio facta per patrem de filio clerico debet fieri per iudicem laicum.*
67 *Epiſcopi, clerici, & monachi poſſunt ſuſcipere tutelam, ſed non poſſunt cogi.*
68 *Eccleſiaſtici ſuſcipientes malè tutelas, non ligantur ipſo iure ſuſpenſione.*
69 *Curator datus clerico prodigo, ſeu furioſo, nihil poteſt circa perſonam clerici.*
70 *Circa perſonam clerici debet dari à iudice Eccleſiaſtico.*
71 *Tutores debent conſeruare pupillos à criminibus intactos, peccantque mortaliter ſi in hoc negligentes ſint.*
72. 73. 74. & 75 *Tutores & curatores, quando poſſint irritare vota ſuorum pupillorum, ac minorum.*
76 *Curatores quid poſſint circa vota prodigorum ſiue minores ſint, ſiue non.*
77 *Vota minorum iuramento confirmata poſſunt irritari à curatore.*
78 *Mater & auia, quando poſſunt irritare vota filiorum, ſeu nepotum.*
79 *Tutores plures vnius quilibet poteſt irritare vota.*
80. & 81 *Et an irritata reuiniſcant.*
82. 83 *Tutores, & curatores in quibus caſibus non poſſunt irritare vota.*
84. 85 *Minores laſi in votis, & in ſpiritualibus non reſtituuntur.*
86. & 87 *Vota minorum facta cum intentione adimplendi ea tempore, quo ipſi ſunt ſui iuris, an poſſint a tutore irritari? pars affirmans eſt vera.*

62. BARTOLUS *in l.1. ff. de tutorib. & curatorib. datis ab his*, concludit dandum eſſe tutorem clerico pupillo per iudicem Eccleſiaſticum, aliàs tutela non valet, ſi detur pro beneficiis, & rebus Eccleſiaſticis, *cap. ſi annum*, §.1. vbi gloſſ. & Franc. *de iudic. in 6.* Ratio, quia tutela datur perſonæ principaliter. Idem dic in curatore, vt minori detur per iudicem Eccleſiaſticum, §. *datur autem. inſt. de curatorib.* & ibi Angel. & ita fuiſſe deciſum refert Cabed. 1. *part. deciſ.* 80.
63. *num.* 2. Quin imò non poteſt dari clerico tutor à iudice ſæculari, circa ſæcularia, quia principaliter datur perſonæ perſonaliter, ideo cum non ſit ſubditus clericus iudici laico, non poteſt à laico aſſignari tutor. Alexander *conſ.* 44. *num.* 17. *volum.* 5. Tuſchus *verbo, tutores clericorum, conſ.* 432. *num.* 3. vbi carpit *num.* 4. Apoſtillam ad Alexandum *dict. conſ.* 44. *num.* 17. *verſ. tutore*, ſentientem contrarium. Non enim iudex laicus poteſt dare curatorem clerico, cum non habeat ius dandi tutorem perſonæ clerici; ex Bartolo *in l.1. num.* 5. *ff. de tutor. & curator. datis.* Quæ ſententia cùm ſit Bartoli eſt tenenda, & Ruino placet, *conſil.* 89. *in in principio, lib* 5. niſi dicas eo modo, quo infrà *num.* 70.

Laicus tamen bene poteſt eſſe tutor clerici, & 64. clericus poteſt eſſe tutor laici, auctore Baldo *conſil.* 45. *in quæſtione iſta, lib.* 3. & dictum eſt ſuprà. Nã de clericis quòd poſſint eſſe tutores. legitimi, quando proximiores ſunt in gradu, loquitur Authent. *de ſanctis Epiſcop.* §. *Deo autem amabiles, authent. presbyteros.* 3. *C. de Epiſcop. & cleric.* Molin. *tract.* 2. *diſp.* 221. *pag.* 1365. *verſ. Epiſcopus etiam tutor.* Laicus etiam pater, qui eſt legitimus adminiſtrator filiorum, poteſt eſſe talis, quamuis filij ſint clerici, Bald. *d. conſ.* 45. *in quæſtione circa medium, lib.* 3. Non tamen circa Eccleſiaſtica; tunc enim circa hæc non poteſt laicus eſſe tutor clerici. Idem Baldus *ſuprà, dict. conſ.* 45. *ante medium, verſ. ſaluo quod non loquor, lib.* 3. Tuſchus *ſuprà, concluſ.* 455. *num.* 4.

Curator autem ad litem ſi detur clerico mino- 65. ri dandus eſt per iudicem ſæcularem ſi litiget in iudicio ſæculari, Rota *in deciſ. Biſignet.* 5. *de iudic. & deciſ.* 14. *in antiquis, eodem titul. de iudic. aliàs* 207. Cabedus *d. deciſ.* 80. *num.* 3. Ratio, quia curator datur bonis, non perſonæ. Idem vult Apoſtilla ad Alexand. *conſ.* 44. *num.* 17. *in verſ. tutore, lib.* 5. poſt Aufrer. *in clement.* 1. *regul.* 2. *in fallent.* 29. *de officio ordinar.* Valetque datio curatoris clerico facta à iudice laico, per text. *in l. fin. C. de adminiſtr. tutor.* Nam quamuis perſona non ſit ſubdita laico, valet datio curatoris, cum ſit voluntariæ iuriſdictionis, & curator de bonis principaliter habeat curam. Caſtrenſ. *conſ.* 453. *curator datur, num* 2. *verſ. ſed contra, lib.* 1. Tuſch. *eodem verbo, concl* 431. *num.* 17. Eodem modo emancipatio facta per pa- 66. trem de filio clerico fieri debet curam iudice laico, teſte Auſterio *in clement.* 1. *de officio ordin. regul.* 2. *fallent.* 7. & Cabed. nuper relato *num* 4.

Sed petes an clerici poſſint licitè ſuſcipere tu- 67. telam, vel curam minorum? Reſpondeo clericos & Epiſcopos, & monachos eſſe exemptos à qualibet tutela, & cura, vt ſuprà dictum eſt, *per l. generaliter, C. de Epiſcop. & cler. & cap. generaliter* 16. *quæſt.* 1. Dico ſecundò clericos & Epiſcopos ſi velint, poſſe ſuſcipere tutelam, & curam ſine alicuius licentia, non tamen teneri etiamſi ſint miſerabilium perſonarum, quamuis contrarium putet Syluester *in verbo, tutela, quæſt.* 3. Non tamen debent illas recipere, vel ob lucrum, vel ob alium finem malum. Nam quando finis malus eſt, ipſum quoque malum eſt, *cap. cum miniſter.* 3. *q.* 5. Dico tertiò nec clericos, nec Epiſcopos malè ſuſcipientes tutelas, vel curas, ligari ipſo iure ſuſpenſione ex vi cap. *peruenit,* 86. *diſt.* Nam ibi ſolùm dicitur 68. eſſe ſubiiciẽdos correctioni, vel caſtigationi, arbitrio maiorum faciendæ, hoc eſt pœnæ imponendæ à iudice. Nauar. poſt Archid. & Turrecremat. *ibi conſ.* 1. *ne clerici, vel monachi ſæcularibus negotys ſe immiſceant, num.* 5. *lib.* 3. *in* 2. *edit.*

Quid dicendum, quando datur furioſo, ſeu pro- 69. digo clerico curator, an talis curator datus principaliter bonis per ſæcularem poſſit aliquid circa perſonam clerici? Reſponde negatiuè, quia non valet datio à ſæculari facta clerico minori furioſo, vel prodigo circa perſonæ obligationem, ſed à

iudice Eccleſiaſtico debet fieri, cui clericus eſt ſubditus. Atque ita opus eſt, vt detur ab vtroque iudice. Sic notat Caſtr. in *d. conſ. 353. num. 2. verſ. ſed contra lib. 5.* Vbi faterut bene poſſe dari clerico curatorem bonis per curiam ſæcolarem, cum talis curator ſolùm de bonis curet; quod puta verum, quando de lite vertente coram ſæculari petitur curator ad litem, non verò quando extra hunc caſum curator petitur, ſeu datur; tunc enim iudex laicus non poteſt dare curatorem clerico, cum non habeat ius dandi tutorem perſonæ clerici,
70. niſi iudex Eccleſiaſticus, & laicus pro ſua quiſque poteſtate velit concurrere, & Eccleſiaſticus circa perſonam clerici, & perſonæ obligationem, det curatorem, & curia ſæcularis circa bona duntaxat. Tuſchus *d. concluſ. 432. num. 6. & duobus ſequentib.* cùm bona clericorum non ſequantur in omnibus perſonam clericorum. Idem ait Marta *de iuriſdictio. part. 4. caſu* 110. *art. 2. & 3. numer. 1. 6. & 11.*

71. Quid ergo de officio tutoris circa bona animi erga ſuos pupillos? Tabien. *verbo, tutela, num. 3.* Angel. *eodem verbo, num. 2.* Barthol. Medin. *in inſtitutione confeſſariorum, lib. 1. cap. 16. §. 6.* quem refert, ac ſequitur Vega *in ſua Sylua, lib. 6. caſu* 305. docent teneri tutores conſeruare pupillos ſuos à criminibus intactos. Idem docet Nauar. *in manual cap. 25. num. 66. verſ. quintò*, dicens tutores notabiliter negligentes in pupillo bonis moribus imbuendo, & à vitiis ſeruando, peccare, argumento cap. 1. 12. *quæſt. 1.* & cap. *duo iſta*, 23. *quæſt. 4.* cum omnis ætas, vt ibidem dicitur, ab adoleſcentia in malum prona ſit, ideo expedit vt tutores in pupillis ſuis inſtruendis valde inuigilent. Sequitur Filliuc. *tom. 2. tract. 39. fol. 720. cap. 4. num. 5.* & Reginald. *in praxi, tom. 2. lib. 20. cap. 5. §. 2. de obligat. tutor.* vbi volunt peccare mortaliter tutores, aut curatores, qui ſunt negligentes notabiliter in imbuendo pupillo bonis moribus per ſe vel per alios, cùm ſuccedant loco parentum, & teneantur erga pupillos ad ea omnia, quæ diligens paterfamilias ſolet expedire, *l. generaliter, ff. de adminiſtratio. tutor.* Romano. *in conſ.* 425. Nulluſque eſt paterfamilias tam vecors ac negligens, qui familiam ſuam non alat, nec illi prouideat de neceſſariis ad vitam, & ad bonum animi; ideo tutor loco patris ſuccedens curare debet, vt pupilli bonis moribus imbuantur, & in diſciplinis inſtruantur, ac doceantur pro ſua qualitate, ac conditione, textus *in l. cum plures, §. cum tutor, ff. de adminiſtrat. tutor.* Romanus *d. conſ.* 425. aliàs eſt in culpa, Socinus *conſ. 2. col. 2. vol. 1.* Plot. *de in litem iurand. §. 5. num.* 24. Sequitur Caualcan. *in tract. de tutor. num.* 275. Adde tutorem negligentem in prouidendo pupillo poſſe à iudice, nemine id petente, ex officio remoueri, vti ſuſpectum, per *l. fin. ff. vbi pupilli educ. debeant*, imò poteſt pro facti qualitate puniri, *l. 3. §. tutor qui aliment. ff. de ſuſpect. tutorib.* quod tradit Bartol. *in tract. de aliment. num.* 46. & Surdus *de aliment. tit. 8. priuileg. 86. in principio*, & Gutier. *de tutel part. 2. cap. 3. n. 48. 49. & duobus ſequentib.*

72. Quid de votis emiſſis à pupilbis, ſeu minoribus? Reſponde tutores poſſe vota omnia impuberum irritare, ſicut pater poterat durante tempore impubertatis. Eſt communis, ſiue vota ſint perſonalia, ſiue realia. Quin etiam vota emiſſa ante pubertatem poſſunt poſt pubertatem irritare, ſi non fuerint confirmata poſt pubertatem. Nauar. *in ſumma Latina, & Hiſpana, cap. 12. num. 71.* Ludouic. Lopez *part. 1. inſtruct. conſcientiæ. c. 48. col. 2. verſ. votum religionis.* Beia *in ſuis reſponſis, 1. part. caſu 49. à verſ. his ita prædeclaratis, vſque in fin.* Llamas *in methodo curationis, part. 3. cap.*.. *§. 21.* & Leonardus *de iuſtit. lib. 2. cap. 40. dub. 10. num.* 79. Ex eo fundamento, quia tutores quoad omnia impuberis vota, & rerum gubernationem ſupplent vices patris, ſed pater poteſt vota impuberum poſt pubertatem irritare ſi non ſint confirmata, quamuis filij ſint iam emancipati, vt eſt communis, teſte Suario *tom. 2. de religione, tract. de voto lib. 6. cap. 6. num.* 11. Ergo tutores idem poterunt.

Probabilius tamen eſt non poſſe tutores vota 73.
impuberum etiamſi non ſint confirmata, poſt completam pubertatem irritare, quia ea poteſtas irritandi non pendebat à perſona tutoris, ſed ab officio; ſed completa pubertate expirauit officium tutoris, vt conſtat ex inſtitut. *quibus mod. tutela finit.* & latè probat Aldobrandinus *ibi, in principio, num.* 15. Ergo ceſſante officio, ceſſat etiam poteſtas quoad ea vota in pupillari ætate emiſſa, quia eo ipſo quod pupilli fiunt puberes, carent tutoribus, & tutores incipiunt eſſe curatores tantùm, quibus bona principaliter, ac directè committuntur, & indirectè, ac minus principaliter perſonæ pupillorum. Probatur etiam, quia ſi ex cauſa tutor officium relinquat, & alter ſuccedat eius loco, iam non poterit prior tutor irritare vota pupilli, quæ ſuo tempore emiſit, non alia ratione, niſi quia poteſtas ad ſucceſſorem tranſlata fuit; ergo ceſſante officio per completam pubertatem, eodem modo non poterit tutor quicquam amplius efficere circa vota iam emiſſa antea, quamuis nullus alius ſuccedat. Nec eſt eadem ratio in tutore, quæ eſt in patre, quia pater ſemper eſt pater poſt completam pubertatem; tutor autem durante pubertate vicem patris tetinet. Nec refert quod ait Valentia 2. 2. *diſp. 6. quæſt. 6. punct. 6. quæſt. vltim. col. penultim. verſ. ad illud autem exemplum*, poſſe dominum vota ſeruorum irritare poſt obtentam libertatem ſi non fuerunt confirmata poſt eam, & erant eius naturæ, vt potuerint irritari durante ſeruitute, quia oppoſitum eſt certum, videlicet non poſſe irritari à domino, cùm ea tantùm de cauſa domino id eſſet integrum, quia eius obſequio obſtabat. Atque ita poſt libertatem obtentam vota ſeruorum domino non nocent. Ita Ludouicus Lopez 1. *part. inſtructor. cap. 48. col. 4. verſ. ſed oppoſitum.* Savrus *in claui lib. 6. cap. 10. num. 27.* Beia *in ſuis reſponſ. 1. part. caſu* 49. & alij, quibus adhæret Sanchez *lib. 4. in præcepta decalogi, cap. 30. num. 32.* & Suarez *tom. 2. de religione, lib. 6. cap. 7. num. 11. in fine.* Quare tutores ceſſante tutela non poſſunt vota emiſſa in pupillari ætate irritare, ſicut prælati religionis ceſſante officio nequeunt. Ita Suarius *ſuprà, d. cap. 6. num. 24. & 25.* & Sanchez *eodem lib. 4. cap. 30. num. 55. & numer. 32.*

Porrò ſi puberi datur curator ſiue ſit idem tutor, ſiue alter, Suar. *vbi proximè*, opinatur non poſſe vota perſonalia ſui minoris curatorem irritare; ſed melius affirmat Sanch. *d. cap.* 30. *num.* 15. argumento patris qui poteſt irritare ea vota poſt adeptam pubertatem, ergo & curator, durante eius officio, cùm adhuc ea vota poſt pubertatem cenſeantur imperfecta, vt antea erant ex defectu pleni iudicij, & ex conditione tacita, niſi pater, aut curator illi ſuccedens vota irritet, ſed patris poteſtas quoad vota filiorum ante pubertatem

tatem

tatem emiſſa, nec poſt illam confirmata, non extinguitur per pubertatem, ergo nec curatoris poteſtas qui in omnes patris vices ſuccedit, & quamuis detur primariò rebus minoris adminiſtrandis: ſecundariò tamen datur ipſi perſonæ minoris. Sanch. *ſuprà d. cap.* 30. *num.* 6. *& numero* 15. *ad finem*.

74 Quid dicendum de votis realibus, & miſtis poſt pubertatem emiſſis. Dicendum eſt completa ætate viginti quinque annorum etiam ſi vota nõ ſint confirmata non poſſe irritari à curatore, quia ſtatim officium curatoris extinctum fuit. Idem dic quocumque alio modo hoc officium intra minorem ætatem ceſſet, puta, ſi ante vigeſimum quintum annum completum impetret minor veniam ætatis à Principe, vel matrimonium contrahat. Ex tunc enim liberatur omnino poteſtate curatoris, vt diximus, §. præcedenti, *num* 43. 44. *&* 45. Durante tamen ætate minorum bene poſſunt curatores realia puberum vota, & miſta irritare, ſicut patres poſſunt, non tamen votum peregrinationis, gratia abſolutionis adipiſcendæ, aut in ſubſidium terræ ſanctæ, aut quando bona veniunt in voti perſonalis conſequentiam. Eſt communis ſententia. Nam votum peregrinationis emiſſum illuc eundi cauſa abſolutionis obtinendæ factum à pubere minore non poteſt irritari à patre, ſecundùm *cap. relatum, de ſententia excommunicationis*, vbi habes, ſeruum excommunicatione ligatum, cogendum eſſe Romam pergere, repugnante domino, niſi conſtet ſeruum emiſiſſe illud votum in præiudicium ac fraudem domini, ſic Turrecremat. *in cap. ſunt quædam*, 17. *quæſt.* 1. *num.* 5. & Hoſtienſ. *in ſum. tit. de voto*, §. *quis vouere poſſit*, *num.* 8. Votum autem in ſubſidium terræ ſanctæ eundi ſimiliter non poteſt à curatore irritari, vt probatur ex cap. *multa de voto*, cùm non poſſit à patre irritari. Sanch. *d. cap.* 35. *num* 26. *&* 27. & bene Suarius ab eodem re-

75 latus, *tract. de voto lib.* 6. *cap.* 5. *num.* 11. qui ait poſſe à patre irritari votum peregrinationis, quãdo fit ſolius cauſa deuotionis: & multo magis ſi non poteſt impleri, niſi expenſis parentis. Tunc enim abſque patris conſenſu non poteſt adimpleri, cùm non ſit integrum filio diſponere de bonis paternis. Ideo dicendum eſt huiuſmodi vota realia, ſeu miſta filiorumfamilias in quacumque ætate emittantur, poſſe irritari à patre; emiſſa tamen poſt emancipationem nullo modo. Tabien. *verbo, votum*, 5. *quæſt* 5. *num.* 6. cuius verba ſunt hæc ibi: *Vota realia puberum quouſque ſunt in patria poteſtate, non ſunt rata.* Sequitur Leonardus *lib.* 2. *de iuſtit. cap.* 42. *dub.* 12. *num.* 61. *verſ. de iuramentis*, & Suarius *ſupra lib.* 6. *cap.* 5. *num.* 12. Secus dicendum eſt de curatore cuius poteſtas irr[illegible] ceſſat ipſo iure, officio eius ceſſante. Sanch. *lib.* 4. *cap.* 35. *num.* 29. vbi de patre, *& num.* 51. *&* 5[illegible]. *&* 63. vbi de curatore. Idem ait *num.* 68. quando datur curator prodigo etiam maiori iam facto; cuius vota à curatore irritari poſſe teſtatur, eo quòd interdicta ſit prodigo bonorum ſuorum omnino adminiſtratio. Imò multo magis interdicitur prodigo, quam minori. Nam minor contrahendo abſque conſenſu curatoris ſecundùm veriorem obligatur naturaliter, & in foro conſcientiæ, quia obligatio naturalis oritur ex conſenſu, *l. Stichum* §. *naturalis*, *ff. de ſolut.* ſed minores non carent conſenſu, §. *pupillus*, *inſtit. de inutil. ſtipulatio.* Prodigus autem nec naturaliter obligatur ex contractu, vt habetur *in l. is, cui bonis*, *ff. de verbor. obligatio.* Bartol. *in l.* 1. *ff. de nouatio.* adeo vt ſi prodigus curatorem habens donet ſine licentia curatoris aliquid, inualidum ſit. Molin. *tom.* 2. *de iuſtit. qu.* [illegible] 277. *pag* 148. Sanch. *lib.* 6. *diſp.* 38. *num.* 20. *in prima confirmatio. ad tertium argumentum*, *& num.* 27. Leſſ. *lib.* 2. *de iuſt. cap.* 17. *num.* 36. *verſ. ſecundo contractus prodigi.* Cùm ergo prodigus nequeat diſponere de rebus ſuis inconſulto curatore, ſequitur vota realia emiſſa ab eo habere conditionem incluſam pendentem ex voluntate curatoris.

Quæres quid dicendum de votis factis à prodigo antequam habuerit curatorem? Reſponde, vt alienatio facta à prodigo poſt annum vigeſimum quintum non valeat, requiri quòd illi ſit interdicta adminiſtratio bonorum per ſententiã, & ante illam valere alienationem, per *l. is cui bonis*, & ibi Bartol. *num.* 1. & Alexand. *num.* 7. & Iaſon *num* 10. *& ſequent. de verbor. obligatio.* quam partem vocat communem Paulus de Caſtr. *conſ.* 248. *num.* 1. *lib.* 2. Rum. *conſ.* 99. *num* 3. *lib* 4. & Boëtius *deciſ.* 23. *num.* 37. Reſponde ſecundò, hæc vota eſſe valida, ſi prodigus quando ea emiſit, erat compos ſui, nec ea poſſe irritari à curatore, quia ſolis bonis adminiſtrandis datur; ſed ſola ea vota realia emiſſa tempore ſuæ curæ, vel alterius ſimilis curatoris dati prodigo, cui ipſe ſuccedit. Secus de curatore dato minori ſiue prodigo, ſiue non, quia is poteſt irritare vota perſonalia ante pubertatem emiſſa tempore poteſtatis paternæ, aut tutoris, dummodo non ſint confirmata poſt pubertatem, eo quòd non rebus ſolis datur curator, ſed etiam perſonæ. Similiterque poteſt irritare realia vota emiſſa, quando erat ſub cura patris, vel alterius curatoris, cùm ſuccedat in eandem poteſtatem moraliter, quam pater antea, vel curator alter minori datus habebant. Sanch. *d. cap.* 35. *num.* 68. *ad finem* Ex quibus patet diſcrimen inter curatorem datum prodigo maiori, & inter curatorem datum minori, de quo ibi Sanch. & ante *cap.* 30. *num.* 15. *& ſequent.* 76.

Sed quid dicis de voto per iuramentum confirmato à minore, poterit ne irritari à curatore? Dico, quidquid aliqui contradicant, poſſe, eo quòd vt tale votum ſit iuſtum, debet habere conditionem ſaltem tacitam, dummodo curatori placeat; aliter enim iuramentum tamquam iniuſtum non obligabit. Conditione autem interueniente, votum irritari poteſt, non obſtante iuramento. Suar. *d. cap.* 5. *num.* 14. Vbi idem ait de matre & auia, ſi curatrices ſint filiorum, ac nepotum, aliàs nihil poſſe, vel niſi ex accidenti votum ſit in illarum præiudicium. Dicendum tamen eſt matrem marito viuente, vel non longè diſtante, non poſſe vota filiorum impuberum irritare, imò nec defuncto marito ſi filij habent tutorem. Secus ſi maritus deceſſit, aut in longinquas abiit regiones, ita vt non poſſit reſpondere interrogatus, niſi poſt longiſſimum tempus. Idem quando eſt mortuus, & filijs tutor non fuit datus. Idem dicendum eſt quando mater defuncto marito filiorum eſt tutrix, aut curatrix inſtituta. 77.

78. Hæc reſolutio triplex continet aſſertum. Prior pars illius, quæ negat matrem poſſe filiorum vota irritare quando maritus viuit, aut non longè abeſt, vel eo defuncto, habent tutorem, ex eo conſtat, quia mater non habet filios ſub ſua poteſtate, ideo non poteſt eorum vota irritare, ſic Paludan. *in* 4. *diſt.* 38. *quæſt.* 4. *art.* 2. *num.* 26. *concluſ.* 8.

Syluest.

Sylueſt, *in verbo, religio 2. quaeſt.13.* Azor. *tom.1. inſtit. moral. lib.11. cap.27. quaeſt.7. in fin.* Probaturque ex traditis a Sanchez *lib.4. in praecept. decalog. cap. 18. num. 18.* & expreſſe Leſſius *lib.2. de iuſtit. cap.4. dub.1. num.78.* Vbi vult matrem non poſſe, niſi mortuo patre ſit loco tutoris, filiorum vota irritare, quia non ipſa, ſed tutor habet patriam poteſtatem. Idem vult Suarez *lib.6. cap.6. ſuprà, a num.19. & sequent.* quando pater viuit, aut eo defuncto alius datur tutor. Quod etiam non poſſit mater, quando pater non longè abeſt, patet, quia ipſe eſt caput totius domus, & familiae, illique competit plena rerum & perſonarum gubernatio, & patria poteſtas.

Secunda pars aſeſti, poſſe ſcilicet matrem quaecumque vota filiorum impuberum irritare marito defuncto, aut eo longiſſimè diſtante, puta apud Indos, & matre apud nos, traditur a Vualdo *in candelabro 3. part. cap.14. num.97.* vbi loquitur de longa abſentia patris per haec verba: *Si*, inquit, *pater eſſet in India: materque habet adminiſtrationem bonorum, irritare vota poſſet, quia cenſetur ſicut tutrix.* Sequitur Sanchez *in d. lib.4. cap.35. num.79.* vbi in ſpecie loquitur quando pater longè abeſt nullo alio tutore relicto. Quando verò pater eſt defunctus, id matri conceduut, quando non eſt alius tutor poſſe ſcilicet, impuberum omnia, & puberum realia vota irritare, ſic Sayrus *in claui, lib.6. cap.10. num.* [illegible] Finan. Roderic. *tom.2. ſummae, cap.*[illegible]*1. num.10. concluſ.9.* Stunic. *de voto, quaeſt.3. num.95.* & Vega *2. tom ſumma, c.129. caſu 96.* [illegible] *fin* vbi volunt deficiente tutore, ac curatore ſuccedere matrem, poſſéque omnia quoad vota perſonalia, & realia, quae patres, & tutores potuiſſent, deficien.eque matre ſuccedere auiam. Sayrus *ſupra*, poſt Palud. Sylueſtr. *verbo, votum, 4. quaeſt.2. verſ. primum*, & Autonin. *part.2. tit.11. cap.2. § 6. verſ.2. in fin.* & alios quos ibi referens ſequitur, poſſeque auos & auias in hoc caſu, eſt etiam Sanchez *d. cap 35. num.81.* poſt alios ibi.

Tertia deinque pars, quae docet poſſe matrem quando eſt tutrix vel curatrix filiorum inſtituta, irritare omnia vota, ſicut pater. Eſt communis omnium Doctorum, dicentium poſſe omne id etiam quod alij tutores, & curatores poſſunt. Sanchez *lib.4. cap 35. num 73* Sayrus *d. cap.10. n.31.* Sà *in ſumma verbo, votum*, vbi de irritatione votorum, *num.1.* vbi ſic ait: *Poteſt mater* [illegible] *tutrix ſit mortuo patre impuberis omnia & puberis realia vota irritare: non autem perſonalia, ſibi non praeiudicans.* Quod vltimum non probo, quia quidquid ſit de peccato, ſi ſine cauſa irritauerit, irritatum manebit. Suarez *d. lib. 6. cap.1. num.*[illegible] Sayrus *in claui, lib.6. cap.10. num.14.* vbi plures refert, ac ſequitur.

79. Ambigi etiam poteſt quando pupillus, aut minor, habet ille tutores tres, & hic curatores tres, nunquid quilibet eorum poterit irritare votum? Reſpondet Sylueſt *verbo, religio 1. quaeſt.13.* affirmatiuè, quoniam quilibet habet ſufficientem poteſtatem, quae non poteſt ab alio impediri cùm non ſit ſuperior. Sequitur Suarez *d. lib 6. cap.6. num.22. ad fin.* & Sanchez *ſuprà, num.70.* vbi *n.71.* addit duobus ſimul irritantibus, ſi alter ſit verus tutor, aut verus curator, & alter falſus, irritationem eſſe validam, quia ſufficit authoritas vnius, argumento textus *in l.1. verſ. ſed Pomponius, ff. quod falſo tutore*, vbi habes contractum pupilli factum ex authoritate duorum tutorum, quorum vnus erat verus tutor, minimè vitiari.

Denique controuerti poteſt, an vota à tutoribus, ſeu curatoribus irritata reuiuiſcant, poſtquam eorum officia expirarunt. Pars negans ex eo probatur, quia eorum irritatio eſt vera, ac directa; ergo vota ſic irritata nunquam reuiuiſcunt. Item, quia vota pupillorum ſeu minorum includunt imbibitam conditionem dependentem ex patrum, tutorum, ſeu curatorum voluntate, quibus ſubduntur impuberes, ſeu puberes, filijque familias; ergo ſi irritentur ſemel manent perpetuò irritata, nec reuiuiſcunt ſoluta ſubiectione, cum fuerint emiſſa ſub conditione ſaltem tacita à patrum, ſeu tutorum, aut curatorum, quia horum loco ſuccedunt, voluntate dependente. D. Thomas *2.2.q.88. ad 4. & art. 12.* vbi loquitur per haec verba: *In votis*, inquit, *ſubditorum, puta ſerui, vel filij intelligitur conditio, ſi placuerit patri, vel domino, vel ſi non renitantur.* Innocent. *in cap. ſcripturu, num.2. de voto*, & ibi Ioan. Andreas *num.4.* Abbas *num.6.* Caietan. *2.2. quaeſt. 88. art.8. dub.1. verſ. & propterea, & in ſumma, verbo, votum, cap. de quatuor conditionibus ex parte vouentis, §. imperfectio autem aetatis*, vbi de conditione ſubiectionis. Sotus *lib.7. de iuſtit. quaeſt.3. art.*[illegible] *dub.3. col.7. verſ. huic autem opinioni, & ſequentib.* Sayrus *in claui, lib.6. cap. 15. num.22.* & loquens de impuberibus tradit D. Thom. *quaeſt.88. ſuprà, art.9 in fin. corporis*, & Suar. *tom.2 tract. de voto, lib.6 cap.*[illegible] *a num 3.* vbi loquitur de Religioſis, & quibuſcumque alijs ſubditis. Cum igitur huiuſmodi vota quorumcunque ſubditorum, de quibus loquimur, habeant praedictam conditionem ſi placuerit patri, vel domino, vel ſi non renitantur, & hi ſuperiores renituntur, irritántque ea vota nullo modo diſſoluta ſubiectione reuiuiſcunt, quia conncruunt in perpetuum, perinde ac ſi ſerui, ac puberes vouerent conditione expreſſa, ſi parentes, aut domini conſenſerint, illis minimè conſentientibus vota irrita permanerent, ſed eadem conditio ineſt tacitè eiuſdem votis; ergo irritata non reuiuiſcunt, quia taciti, & expreſſi eadem eſt vis, ac iudicium, *l. cum quid ff. ſi certum petat.* Socin. iun. *conſil.78. num.13. vol.3.* Flamin. *de reſignatio. lib.1. quaeſt.1. num.8. & quaeſt. 3. num. 31.* paria enim ſunt nihil fieri, aut fieri ſub conditione, ſiue tacita, ſiue expreſſa, quae non purificatur, Cephalus *conſ. 17. n.8. vol.1.* Bald. *in l ſi quidem. C. de exceptio.* Idem Flamin. *d. lib.1. quaeſt.13. num.13. & 14.* 80.

Ex quibus ſequuntur vota facta, quae non habebant conditionem tacitam vel expreſſam dependentem ex ſuperiorum voluntate, qualia ſunt, quae facta fuerunt ante ſubiectionem, non vere irritari adueniente poſtea ſubiectione, ſed tantùm ſuſpendi ſubiectione durante, eaque finita iterum reuiuiſcere. Sanchez *d. lib.4. cap.26. num.5.* vbi *num.6.* addit vota Epiſcoporum a Summo Pontifice irritata nunquam reuiuiſcere propter implicitam conditionem pendentem à voluntate ſummi Pontificis, poſt Abulenſ. *cap. 30. Numer. quaeſt.6*[illegible]. quamuis contradicat Suarius *d. lib.6. cap.1 num.5. & cap.2. num. 7.* vbi ait vota Epiſcoporum non eſſe verè irritata, ſed ſuſpenſa duntaxat, & ideo Epiſcopo renunciante Epiſcopatui, aut illum deponente, votum religionis ſi forte fecit, reuiuiſcere, & Epiſcopum teneri religionem ingredi, non obſtante irritatione obtenta à ſummo Pontifice; ſed probabilius eſt contrarium. Fauet Caietan. *in ſumma, verbo, votum, cap. de quatuor conditionibus ex parte vouentis, §. imperfectio autem aetatis*, vbi inquit, *ſi Epiſcopus vouerit ingredi religionem, ſubintelli-* 81.

*ſubintelligitur ſi Papa placet, vt impleat votum: ſi placet, tenetur implere; ſi non, irritum eſt votum.* Sequitur Angel. *verbo, votum, 2. num. vltim.* dicens nec Epiſcopos, nec beneficia habentes poſſe vota emittere in præiudicium Eccleſiæ, niſi conſulto ſummo Pontifice, imò nec vxores, nec filios. Idem Abulenſ. *cap.* 30. *Numer. quæſt.* 79. Vbi loquitur de votis realibus puberum, & Sylueſt. *eodem verbo, votum,* 4. *quæſt.* 2. *dict.* 3. & 4. vbi loquuntur etiam de impuberibus, & ſeruis, & vxoribus, concludúntque nunquam reuiuiſcere, ſed extingui ratione conditionis imbibitæ, ſi placuerit ſuperiori, vel niſi repugnet ſuperior. Idem Sanchez *d. cap.* 26. *à num.* 4. *vſque ad num.* 7.

82. In duobus tamen caſibus non poteſt pater irritare vota filiorum minorum, & ex conſequenti, nec curatores. Primò ſi voueant aliquid de ſuo peculio caſtrenſi, vel quaſi caſtrenſi. Ratio, quia habent liberam diſpoſitionem huius peculij, ac ſi eſſent patresfamilias, & quoad hoc peculium puberes minores reputantur maiores, neque vnquam datur minoribus curator, cùm iura illos reputent maiores circa id peculium. Probatur ex traditis à Caldas Pereira *in l. ſi curatorem, verbo, læſis, C. de in integr. reſtitutio. num.* 88. *per l.* 3. *ff. ad Macedonian. & in l.* 1. *ff. de caſtrenſ. pecul.* Ex quibus liquet poſſidentem peculium caſtrenſe, quamuis ſit minor, reputari maiorem, non tamen carere reſtitutione, ſi lædatur. Mauricius *in tract. de reſtitutio. cap.* 251. Non poſſe autem vota irritari à curatore emiſſa de peculio caſtrenſi tradunt ex noſtris Sà *in ſumma, verbo, votum, num.* 1. vbi de votorum irritatione, Leſſius *de iuſtit. lib.* 2. *cap.* 40. *dub.* 10. Sanchez *d. cap.* 35. *num.* 64. & *ante num.* 22. vbi negat hanc poteſtatem irritandi patri circa vota de hoc peculio, ſed de curatoribus expreſſe loquitur Sayrus *in claui, lib.* 6. *cap.* 10 *num.* 25. quia dominium, & vſus circa bona caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia, ita eſt penes filios, vt de illis poſſint diſponere, ac vouere inuitis parentibus, tutoribus, aut curatoribus. Nauarr. *in manuali, cap.* 17. *n.* 141. Ludouic. Lopez *part. inſtructor. conſcien. cap.* 48. Azor. *part.* 1. *inſtit. moral. lib.* 11. *cap.* 17. *dub.* 7. Anglez *in florib.* 2. *part. quæſt. vnica, de voto, art.* 7. *poſt difficultatem* 12. *in dub.* 8. Philiarc. *de officio ſacerdot. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 18. Summa Corona *tract. de voto, num* 7. Alcozer *in ſumma, cap.* 16. vbi de potentibus irritare vota, *concluſ.* 4. *fol.* 56. *pag.* 1. Syluestr. *verbo, votum,* 3. *quæſt.* 6. D. Anton. *part.* 2. *tit.* 11. *cap.* 2. § 7. *verſ. tertio,* & Graff. 1. *part. deciſionum, lib.* 2. *cap.* 29 *num.* 6.

83. Secundò, ſi pubes emittat votum religionis, quamuis in conſequentiam per profeſſionem in religione bonorum in communi capace ſecum bona ſua deferat, non poteſt irritari à patre, neque à curatore, quia hoc votum eſt perſonale, & modus ille alienandi eſt permiſſus minori abſque vlla facultate, tam patris, quàm curatoris, neque ipſe vouit niſi ſolum ingreſſum religionis, ſed quia nihil diſpoſuit de bonis ante profeſſionem, quod poterat facere tam inter viuos, quàm cauſa mortis, ſeu teſtamento, in conſequentiam perſonæ venit ſucceſſio ad monaſterium in bona ingredientis religionem, cùm ſimpliciter votum eſſet perſonale, & nullo modo reale, nec principaliter, nec neceſſariè, vt minùs bene putauit Sayrus *lib.* 6. *in claui, cap.* 10. *num.* 25. quamuis in conſequentiam ingreſſus religio ſuccedat in bona ingredientis. Quòd verò pater non poſſit hoc votum irritare, tradunt D. Antonin. 2. *part. tit.* 11. *cap.* 3. §. 6. *verſ. ſecundo pueri*, Ludouic. Lopez 1. *part. inſtructor. conſcientiæ, cap.* 47. *col.* 3. *verſ. pater & mater*, & *cap.* 48. *col.* 4. *verſ. vota perſonalia*, Margarita Confeſſorum *de irritatio. votorum. fol.* 134. *pag.* 1. *ad fin.* Syluestr. *verbo, votum,* 3. *quæſt.* 5. Graff. 1. *part. deciſ. lib.* 2. *pag.* 29. *num.* 6. Quod verò nec curator poſſit irritare, nec talia bona retrahere, docent Nauar. *cap.* 12. *in manual. num.* 7. *verſ. dixi principaliter.* Idem Sylueſter *verb. votum,* 4. *verſ. ſecundum,* & alij, quos referens ſequitur Sayrus *dict. numer.* 25. *verſ. tertia propoſitio.*

Sed quid dicendum ſi minores per hæc vota, 84.
aut alia reperiantur notabiliter læſi, & impuberes conquerantur de læſione graui, nunquid poterunt implorare beneficium reſtitutionis in integrum? Partem affirmatiuam docet Antonin. 2. *p. tit.* 11. *cap* 2. *verſ. ſecundo pueri*, §. 6. & Sylueſter *verbo, votum,* 4. *quæſt.* 2. *dict.* 2. Et probatur, quia quando grauiter impuberes, ſeu puberes læduntur, cenſentur impiè, & imprudenter actum contra ſe geſſiſſe, quia prima charitas à ſe ipſo incipit, & à ſuis, *l. præſes, C. de ſeruit, & aqua.* Iuuat lex 1. *ff. de minoribus, ad fin.* ibi: *Licet rem ſuam bene gerentibus.* Confirmatur, quia minor generaliter reſtituitur aduerſus quemlibet actum, in quo cum detrimento ſuo quaſi contraxiſſe dicitur, ideo reſtituitur aduerſus omnes actus ab eo in iudicio factos, in quo quaſi dicitur contrahi, *l. ait Prætor, §. non ſolum, ff. de minor.* Oddus *de reſtitutio. in integrum, part.* 2. *quæſt.* 60. *art.* 6. *numer.* 23. & 24.

Probabilius tamen eſt non reſtitui aduerſus vota, neque aduerſus opus pietatis, quia bona animæ valde excellunt cunctis rebus. Item quia minores non reſtituuntur aduerſus parentes ratione reuerentiæ, quæ illis debetur; ergo multo minus dabitur illis reſtitutio aduerſus Deum. Nam faciendo actum pium, & laudabilem, non dicuntur impiè, & imprudenter ſe geſſiſſe, etiamſi totum patrimonium propter Deum, & pro anima donetur. Oddus *ſupra*, 1. *part. quæſt.* 23. *artic.* 12. *num.* 55. Ioan. Andreas *in cap. ſcripturæ, num.* 9. *de voto*, & ibi Anton. *num.* 4. & alij, quibus accedit Sanchez *d. lib.* 4. *cap.* 35. *num.* 86. *per totum.* Quæ omnia procedunt etiamſi votum in ſui executione ab extra contineret vtilitatem, vel honorem alicuius hominis, quia regulariter votum ſolet eſſe boni ſupererogatio; ideo minores non dicuntur læſi. Secus dicendum ſi quis nouiſſet aliquid mali, tunc etiam non eſſet opus reſtitutione ex alio capite, quia non eſt votum; ideo quamuis in foro externo ſi grauiter læderetur, opus eſſet declaratione quòd non fuerit votum emiſſum, nihilominus in foro conſcientiæ cum ipſo iure votum non teneat, non eſt opus reſtitutione. Oddus *ſuprà, p.* 2. *quæſt.* 60. *art.* 6. *per totum.*

Similiter negatur reſtitutio minoribus aduer- 85.
ſus ſpiritualia, gloſſ. Abbas, & Ancharran. *in cap. ex parte de reſtitutio. ſpoliat.* Lapus *allegat.* 53. Ratio, quia non datur læſio, vt plurimum quando obligationes minorum ſalutem animæ concernunt; quare ſi concedatur reſtitutio fit peioris conditionis, qui cenſetur læſus, cum prudenter ſe geſſerit, dum ſe ita obligauit. Vnde ſequitur minores non excuſari in his, quæ pertinent ad articulos fidei, & ad animæ ſalutem. Marian. Socin. ſenior *in cap. ex literarum. de Apoſt. num.* 8. *per can. qui ea, quæ Dei ſunt, diſt.* 38. Nec itidem minor reſtituitur aduerſus matrimonium, gloſſ. *in d. cap.*

ex

*ex parte, in gloſſa magna poſt principium, verſ. ſed nunquid minor, & in fine, de reſtitutio. ſpoliat.* Alber. *in l. quid ergo, §. item ſi alterius ff. de his, qui not. infam.* Iaſon *in l. ſi conſtante, num 215. ff. ſolut. mat.* Decius *conſ. 112. in principio*, Baptiſta Ferret. *conſ. 139. per totum*, Boër. *deciſ. 350. num 5. in fine, verſ. quidquid ſit.* Ex ea ratione; quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. Quod procedit etiamſi minor reperiatur enormiter læſus ex contractu matrimonij inito cum fœmina vetula, & edentula, quæ ſe finxit opulentiſſimam cum non eſſet; adhuc enim non propterea reſtituetur minor, cum error diuitiarum non impediat matrimonium, gloſſ. *in d. cap. ex parte de reſtitutio. ſpoliat cap. 1. 29. quæſt. 1.* & eſt communis Theologorum, Gomez *variar. reſolutio. tom. 2. cap. 14. n. 2.* Molin. *de iuſt. tom. 1. diſp. 352. & 359.* Medin. tamen *de reſtit.* licet hoc neget; attamen merito à reiicitur. Rebel. *lib. 3. de matrimonij impedimentis, part. 2. quæſt. 2. num 3. verſ. tertia concluſ.* vbi ait hanc partem non ſolùm eſſe communem inter Theologos, ſed etiam inter iuris peritos, videlicet, non dirimi matrimonium minoris, nec maioris per errorem qualitatis, vel fortunæ, quamuis ſit antecedens. Sequitur Sanchez *lib. 7. de matrim. diſput. 18. num. 18.* quia accidentia non pertinent ad ſubſtantiam contractus, ideo non vitiatur per errorem accidentium, ſed ſolius ſubſtantiæ. Couar. *lib. 1. variar. cap. 5. num 1* Syluest. *verbo, matrimonium 8. quæſt. 1.* & Sotus *in 4. diſtinct. 35. quæſt. vnica, art. 2.*

Ex quibus ſequitur non reſtitui minorem etiam enormiter læſum ex contractu huius matrimonij, quia ſpiritualia per diſpoſitionem ciuilem, qualis eſt reſtitutio in integrum, non poſſunt aboleri. Quod intelligitur non ſolùm quando matrimonium eſt conſummatum, ſed etiam, quando eſt ratum duntaxat, quidquid contra male affirmet Anchatan. *conſ. 219. per totum*, quia conſenſus, qui perficit matrimonium, eſt ſufficiens ad ſubſtantiam illius, & mutuus conſenſus coniugum per verba de præſenti; *ego te accipio*, ſeruata ſolennitate requiſita, coniungit coniuges abſque alia copula. Igitur excepto ſummo Pontifice, nemo poteſt reſtituere hunc minorem in integrum, quia quos Deus coniunxit, homo non ſeparet; poſſe autem ſummum Pontificem ex cauſa dirimere matrimonium ratum, nondum conſummatum, eſt communis ſententia, teſte Præpoſito *in cap. fin. de ſponſ. duorum*, Decius *conſ. 112. col. 2.* Anchatan, *d. conſ. 239.* per gloſſam communiter approbatam in cap. *ex publico, de conuerſ. coniugat.* id ibi aſſerentem, quam ſequuntur etiam Bellarm. *lib. 2. de monach. cap. 38.* Henriquez *lib. 11. de matrimon. cap. 8. num. 11.* Menoch. *de præſumptio. lib. 2. præſumpt. 10. num. 37. & de arbitr. lib. 2. centur. 5. caſu 455* & alij, quos refert, ac ſequitur Sanchez *lib. 2. de matrim. diſp. 14. num. 2.* & Rebell. *2. part. de oblig. iuſtit. lib. 2 de matrimon. quæſt. 15. ſect. 3. num. 4.* Sed de his infrà in ſecunda parte dicemus, vbi de poteſtate Papæ circa matrimonium etiam conſummatum diſputabitur.

86. Non tamen omittas, an vota perſonalia facta ab impubere cum animo & intentione adimplendi ea poſtquam deuentum fuerit ad pubertatem, vel ad vigeſimum quintum annum, poſſint à tutoribus, ſeu curatoribus irritari? Negat Nauarrus *in manuali, cap. 12. num. 66. verſ. qua 10,* dummodo expreſsè vouens intelligat eſſe adimplendum pro eo tempore, quo fuerit extra ſubiectionem, factus iam ſui iuris. Sequitur Ioſeph. Angles *in quæſt. de voto, art. 7. difficult. 12.* quia quamuis tempore, quo emiſit votum, eſſet ſubditus, cum non vouit pro nunc, ſed pro tunc quando futurus erat ſui iuris, votum eſt ita firmum, vt nequeat à parentibus, vel tutoribus, aut curatoribus irritari. Cuius ſententiæ eſt author Innocentius *in cap. ſcripturæ, de voto*, cui adhærent Aragon. *2. 2. q. 88. art. 8. fol. 1021.* Caiet. *ibidem, d. art. 8. dub. penult. immediate ante verſ. in ſolutione ad tertium*, & Ludouic. Lopez *1. part. inſtructor. conſcient. c. 48. §. vota ſemel irritata.*

87. Dicendum eſt tamen poſſe patrem, ſeu tutorem irritare vota impuberum, de quibus loquimur ratione ſubiectionis, ſiue opus implendum referatur ad tempus, quo fuerint ſui iuris, ſiue non. Nam quamuis non poſſint irritare vota illa ex parte materiæ, attamen ratione ſubiectionis, in qua ſunt antequam ſint ſui iuris, bene poſſunt. Vnde vota filiæ, ſeu filij ante pubertatem completam emiſſa poteſt pater, aut tutor, eo deficiente irritare. Sic ex noſtris Valent *to. 3. diſp. 6. q. 6. punct. 6. dub. 5.* Azor *1. p. inſtit. moral. lib. 11. c 27. dub 8.* Sanch. *in præcept. decalogi lib 4. cap. 29. num. 3.* vbi addit rationem, quæ fundatur in paterna poteſtate data patri, ſeu tutori ad gubernandam voluntatem impuberis, qui non adhuc gaudet perfecto rationis vſu ad vouendum, etiam ſi opus differat adimplendum poſt pubertatem. Hanc etiam partem ex antiquioribus tradit Syluester, *verbo, votum, quæſt. 2. verſ. Quintum, & verbo religio, 2. quæſt. 15. in fine*, Sotus *lib. 7 de iuſtit. q. 3. art 1.* ante ſolutionem argumentorum, vbi ait hanc partem non eſſe metuendam, & Alcozer. *in ſumma, cap. 16.* vbi de votorum in genere irritatione, *concluſ 9. pag. 55. pag. 1.* Petrus de Ledeſma *tom. 2. ſumma, tract. 10. cap. 7. dub. vltim. dicto 10.* quatenus hanc poteſtatem concedunt omnibus ſuperioribus dominatiuam poteſtatem habentibus, eo quod ſubditi tempore quo vouent vel ſunt ſubditi abſolutè ſuperiori, vel quoad materiam promiſſam, non obſtante executione in aliud tempus delata. Nam ſemper ſuperiori ſubditus ſine eius facultate vouens pro eo tempore præiudicat. Quod ſi vouentes ſint iam puberes facti, cùm non ſint quoad voluntatem omnimodam ſuperiori ſubiecti, non poſſe patrem, ſeu tutorem irritare vota illorum implenda tempore ſolutæ poteſtatis, ac ſubiectionis, volunt Azor. *vbi ſuprà*, & Sanch. quia excedentes pubertatis annos ſi vota emittunt adimplenda tempore quo ſui iuris ſint, cenſentur facta ex ſufficienti animi deliberatione, ac cum pleno iudicio, idcóque non poſſunt irritari à patre, vel tutore, ſi referantur ad tempus quo ſui iuris erunt vota realia, quæ filius, ſiue minor emiſerint referendo ad tempus impletionem, in quo ſunt extra poteſtatem patris, ſeu curatoris. Idem tradit Savr. *d. cap. 19. num. 19. verſ. intelligendum autem eſt hoc.*

## EPITOME.

88 *Minores carentes curatore validè poſſunt agere, & contrahere.*

89. 90. & 91 *Tutores poſſunt donare pro facienda pace, ad fauorem pupilli & reſtituere pecunias illicitè acquiſitas, & ſimilia, ſine decreto iudicis.*

92 *Tutores non poſſunt remittere iniurias, nec poſſeſſionem bonorum ſuorum minorum &*

quid

*quid de actione iniuriarum competente poſthumo.*

93 *Iniuriarum remiſſionem,& pacem fieri interueniente prætoris decreto eſt probabilius.*

94 *Decretum iudicis requiritur in alienatione rei immobilis minimæ, & in compromiſſo, ſeu in tranſactione minorum.*

95 *Minor nec cum authoritate tutoris, nec tutor nomine minoris poteſt in omni euentu remittere iniuriam,ac pacem facere.*

96 *Cauſæ cognitio debet precedere antequam remittatur iniuria illata minoribus.*

97 *Pater an poſſit remittere iniuriam filio illatam eo inuito, & filius inconſulto patre.*

98 *Remiſſio iniuriarum facta à pupillo, & confirmata iuramento valet ſine authoritate tutoris.*

99 *Iuramentum in contractibus minorum interpoſitum, facit eos validos,alias inualidos.*

88. PEtes an in omnibus caſibus minores puberes curatorem non habentes poſſint aliquid validè agere? Reſponde regulariter valere acta per illos,ſed ſi lædantur,reſtitui in integrum. Molin. *tom.*1. *de inſt.diſp.*220.§.*Curator verò.* Si autem ipſi litem intentent, vel contra illos lis intentatur,coguntur curatorem ſumere, vt ſiſtant in iudicio;habetur *in* §.*item inuiti,inſtit.de curat.*& ex *l.*1.*&* 2.*C.qui legati perſonam ſtandi in iudic. habeant.* Vnde ſi puberes ingrediantur religionem, & dicant poſtea ſe fuiſſe inductos à religioſis ad ingrediendum dolo, vel metu; ſi dolus fuit ſimplex,& exiguus per verba blanda,non debent reſtitui aduerſus ingreſſum religionis;quod ſi dolus fuit malus continens mendacia, & promiſſiones falſas,tunc reſtitui debent. Felin.*in cap.in præſentia,n.*10.*de probat.*vbi ait ſic ſentire Innocent. *in cap.cum dilectus,de his,quæ met.cauſ.fiunt,* Bartol. *in Auth.ingreſſi, num.*19. *C. de ſacroſ.Eccleſ.*quia Chriſtus Dominus vult milites voluntarios, non verò coactos. Felin.*vbi ſupra,* & probatur ex cap. *præſens,*3.*q.*3.& ex gloſſa *in cap.*1.22.*q.*2. & ex D. Thom.*q.*189.*art.*9. dum ait,*blanda verba non obſtant,ſed verba doloſa ſic, & mendaciis plena.*Oddus 2.*p.q.*60.*art.*5,*n.*33.*verſ.*3.

Sine curatore tamen minores poſt pubertatem completam quamuis ſint filiifamilias, poſſunt agere, & reſpondere in iudicio tam per ſe, quàm per procuratorem ad hoc conſtitutum in cauſis ſpiritualibus, vel de rebus annexis ſpiritualibus, neque ad hoc egent conſenſu patris, ſeu curatoris. Quod ſi impuberes adhuc ſint,& vltra ſeptimum annum, quamuis non poſſint per ſe agere, nec reſpondere in cauſis ſpiritualibus, vel Eccleſiaſticis, vel de rebus annexis eiſdem, poſſunt tamen cum tutoribus,vel curatoribus, quos ad eaſdem cauſas poſſunt dare Epiſcopi,aut eorum vicarij,ſeu legati, aut nuncij, ſeu per procuratores ab iiſdem impuberibus conſtitutos, authoritate eorundem ſuperiorum, habetur *in cap. vlt.de iudic. lib.*6.

89. Quæres quæ poſſit agere tutor, aut donare de bonis pupilli? Reſponde poſſe donare de bonis pupilli pro facienda pace ad fauorem pupilli, ſeu minoris.Gutier.*de tutel.& cur.p.*2 *n.*23.poſt Farinac. quem *ibi* refert,ac ſequitur. Similiter poteſt pro ſalute animæ ſui pupilli, ſeu minoris abſque iudicis authoritate pecunias vſuris indebitè acquiſitas reſtituere. Gloſſa, & communiter doctores *in l. præſes,C.de tranſact.* Lud. Alpher.*in conſ.*

*crimin.*151.*n* 41.*vol.*1.Quinimò ipſi minores poſſunt cũ authoritate curatoris remittere iniuriam, ſeu mortem illatam defuncto,& tranſactionem facere cum authoritate tamen curatoris;ſi verò ſint impuberes,poteſt ſolus ipſe tutor idem facere, ac remittere, neque ad hoc requiritur authoritas prætoris,ſiue remiſſio,cõcordia,ſeu tranſactio fiat gratis,ſiue pretio accepto; neque in hoc caſu minor reſtituitur. Expedit enim minoribus non habere rixas, nec litibus, ac ſumptibus conſumi, vt *in l. minoribus vigintiquinque annorum, ff. de minor.*quam ſententiam in ſpecie tenent Bartol.*in l. de fideicommiſſ.C.de tranſact.* Albert.*in l.clarum, C de auth.præſtan. q.vlt. & in l.pactum curatoris, C.de pactis,*& *ibi* Bald.*& in l.iuriſiurandi ff.de iureiur.* Secundum quam reſolutionem non eſt admittenda opinio Gandini *in tract. malefic. fol.*29. *col.*5. & Bonifacij etiam *in tract. malefic. in tit.de pace,fin.col.* exiſtimántium nec tutores,nec curatores, nec minores poſſe remittere mortem defuncti,neque tranſigere,neque paciſci ſuper delicto liquido, & certo, ſed ſuper dubio duntaxat; cum hæc concluſio ſit verior, & omnino certa iuxta illud Chriſti Domini; *diligite inimicos veſtros, & benefacite iis, qui oderunt vos.* Sequitur Specul.*in tit.de homicidio,col.*2.*n* 6. Bald.& Paul. *in l.*1.*C.de reſtit.in integr.*Oddus *de reſtitut.in integr.p.*2.*q.*85.*art.*7.*n.*52.Farin.*q.*15.*de accuſat.n.*9. *verſ. licet*, poſt Gomeſ. *tit. de homicidio, tom.*3. *cap.*3. *num.*66. *verſ.Iſte caſus in iſta ciuitate contigit.*

Sed contra ſupradicta aſſurgit Bald. *in l.*1.*n.*7. Paul. de Caſtro *in l.conuentionem,n.*4.*ff.de pactis,* & Placa *de delictis, cap.*45. quatenus volunt requiri in pace facienda per minorem, ſeu tranſactione,non ſolùm authoritatem tutoris, ſeu curatoris,ſed etiam decretum prætoris. Ex eo fundamento,quo nititur Speculator *in tit.de homicidio, num.*6. quia ſi minor viliſſima quæque bona non poteſt alienare ſtabilia ſine decreto, & authoritate prætoris ex *l.ſi fundus,ff.de reb.eorum,* imò nec cum authoritate tutoris donare poteſt vt ait Neuiſan. *conſ.*8.*num.*40.& Menochius *conſ.*22.*numero* 15. vbi *num.* 14. addit nec tutorem ad donandum dari poſſe ſecundùm eundem Menochium *conſ.*31.*num.*37. & Ruinum *conſ.*170. *num.*12. *& conſ.*106.*num.*27. *lib.*1. Multò fortiùs minori interdicetur remittere iniuriam defuncti, tranſigeréque de illa, ac de pace facienda cum ſuper his remiſſio, ac pax iuſta honori humano valdè præiudicet, & longè excellat rebus temporalibus, ac etiam propriæ vitæ præferatur, & in maximum dedecus ſæpe ſæpius ſimiles tranſactiones, & iniuriarum remiſſiones redundent, *l. miles,§.ſocer, ff.ad l.Iulian.de adult.*& *ibi* Caſtr.*n.*1.Ergo minori denegandum eſt poſſe id facere. 90.

Idem de tutore dic per text. *in l.Pactum curatoris, C. de pact.* vbi tutoribus, & curatoribus negatur facultas remittendi debitum liquidum; ſed iniuriarum remiſſio eſt debitum liquidum; ergo tutori non eſt concedenda; imò nec debita dubia poteſt tutor remittere, vt poſt multos tradit Zauall. *in commun. contra commun. quæſtion.* 306. vbi id tanquam verius in iudicando, & conſulendum tenendo eſſe ait. Item, quia tutori competit tueri pupilli dignitatem, ac honorem, remiſſióque iniuriarum non poteſt fieri ſine dedecore, ac rubore pupilli, teſte Angelo *conſ.*247. Sicuti non eſt integrum tutori remittere poſſeſſionem bonorum, quia pupillo 92.

aduenirent, per *l. tutor, ff. de bonor. poſſeſſ.* Ergo nec remiſſio iniuriarum tutori erit licita, præſertim quando ob hanc remiſſionem pupillus notabili rubore, ac verecundia affici debet, vt notat Iaſon *in l. ſi tibi decem, ff. de pactis, §. quadam ad fin.* & Chaſſan. *in conſ. rubr. 1. §. 5. n. 164. verb. ſi lnagran.* & Meruſius *in l. transfigere, n. 64. in fin. C. de tranſact.* Accedit non poſſe tutorem poſthumi remittere actionem iniuriarum competentem poſthumo, vt notat Meruſius *in d. l. tranſigere, n. 65.* poſt Iaſon *in l. pactum curatoris, n. vlt. C. de pactis.* Iul. Clar. *lib. 5. §. fin. in pract. crimin. q. 58. n. 27. verſ. Alij itaque dixerunt*, vbi vult remiſſionem pupillo damnoſam, nempe, quia eſt in dedecus ipſius pupilli, vel familiæ ſuæ, eſſe inualidam.

93. Cæterum quamuis vtraque pars ſit probabilis, probabilior eſt mihi, quæ docet pacem eſſe faciendam, & iniuriarum remiſſionem concedendam interueniente iudicis decreto; quam partem tanquam magis tutam, vltra Baldum, Paul. de Caſt. & Placam numero præcedenti relatos laudant Tobias Nonius *conſ. 108. n. 4.* Carauit. *in ritu magna curia, 175. n. 9. verſ. Ego vero*, & Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. tit. des iuſtices, § 5. verſ. ſi la grace, n. 164.* & Ioan. de Arn. *in ſuis commentariis, commentar. 188.* & alij quos refert Farinac. *in ſuis queſtion. criminal. tit. de accuſat. q. 15. n. 5.* Neque eſt dubium eſſe veriorem, & ſecuriorem hinc inde contrahentibus, ac pacem facientibus. Ex eo fundamento, quia ſi prædia minoris momenti non poſſunt alienari ſine decreto prætoris, vt notat Simoniel *in tract. de decret. lib. 2. tit. 16. inſpect. 19. n. 137.* quomodo poteſt agi de pace, ac de remiſſione iniuriarum, vbi res agitur de honore, ac dignitate, quæ bonis fortunæ longè excellunt ſine authoritate, ac decreto iudicis? Ideò vt pax fiat, quæ duret diu, & iniuriæ relinquantur inultæ, opus eſt, vt accedat authoritas, ac decretum iudicis. Farin. *vbi ſuprà, n. 6.* Quod ſi dicas iniuriarum actionem in bonis noſtris non eſſe; neque minorem, quia infra annum non egit quaſi non læſum eſſe reſtituendum? Dicendum eſt id ſolum probare, quando leuis eſt iniuria illata pupillo; ſecus quando magnam verecundiam ex hac remiſſione pupillus incurreret. Veluti quando minor iniuriam polluti ac violati tori pateretur, quam neque pater remitteret. Boër. *queſt. 338. poſt n. 12.* Placa *lib. 1. de delict. cap. 6. n. 22.* & Mauricius *lib. de reſtit. cap. 151. col. 1.* & Turſanus *lib. opinionum commun. concl. 32.* quibus accedit Caldas Pereira *in l. ſi curator, C. de reſtit. in integr. num. 27. in verbo, læſus*; quin potius minor multum dimittit, & remittit in faciendo pacem, quia remittit vindictam iuſtam honoris, & recompenſationem damnorum, & intereſſe; ergo requiritur decretum iudicis.

94. Iuuat decretum iudicis non ſolùm eſſe neceſſarium in contractibus minoris, puta venditionis, ſeu alienationis bonorum immobilium, ſed etiam in tranſactione, quæ alienationis nomine continetur. Bartol. & ſcribentes communiter *in l. 1. C. ſi aduerſus vendit.* Sed tranſactio non valet ſupra re immobili minoris ſine decreto, per text. *in l. non ſolùm, C. de præd. minor*, & *ibi* doctores communiter *in l. cum hi, §. tranſactiones, ff. de tranſact.* Paulus *ibi*: & alij, quibus accedit Baldus cum aliis *in l. 1. & 2. C. ſi aduerſ. tranſact.* Sed pacem facere, ſeu remittere iniurias à minore eſt tranſactio, *l. tranſigere, C. de tranſact.* & conſtat ex traditis à Iulio Claro *d. q. 58. per tot.* & à Gomez *tom. 2. var. cap. 14. n. 14.* Ergo vt rectè fiat, requiritur decretum prætoris, ſicut in compromiſſo facto à minore exigitur, quia eſt quædam tranſactio, vt habetur *in l. non diſtinguemus, §. Iulianus, ff. de arbitr.* & *ibi* Bartol. idem tenet Bald. *in l. 1. C. ſi aduerſ. tranſact. col. 2. n. 3.* Quod intelligit quando minor rem immobilem virtute tranſactionis alteri traderet; ſecus ſi minor retineret rem litiganti aduerſario data pecunia; tunc enim valet tranſactio ſine decreto prætoris per gloſſ. *in l. nulli, ff. de tranſaction.* quam Bartol. *ibi* laudat, & Iaſon, *in l. 2. ff. de officio eius, cui eſt mand. iur.*

Confirmatur, quia vt minor poſſit facere pacē, debet concurrere authoritas tutoris, & tutor, vt idem faciat, nō poteſt indiſtinctè nomine minoris in omnibus caſibus pacē inire, niſi ex cauſa iuſta, & quādo id valdè expedit pupillo, & eſt vtile, aliàs ſecus; nec minor cum tutoris authoritate, nec tutor nomine minoris poſſunt in omni euentu pacem facere quia remittere iniuriam eſt donare, & donare eſt iactare ſuum. Oddus *de reſtit. in integr. p. 2. q. 85. art. 7. n. 44. & 45.* Bald. & Salic. *in l. pactum curatoris, C. de pactis*, & Iul. Clar. *d. q. 58. d. n. 27. ad fin.* & teſtatur de communi Carauit. *ſuper titulo de ritu magna curia, 275. n. 19. in princ.* poſt Speculatorem *in tit. de homicidio, col. 2. in verſ. Illud autem quæritur*, vbi concludunt poſſe fieri pacem ex cauſa iuſta, & interueniente vtilitate pupilli. Secus autem ſi interueniat ignominia, & pax nullo modo vtilis, ſed iniurioſa; ergo qualitates iſtæ an ſint expedientes, & vtiles pupillo, in quibus nititur tam tutoris; quàm minoris poteſtas, debent conſiderari an tales ſint antequam pax fiat; ideò debet in iudicio præcedere cauſæ cognitio. 95. Atque ita de iure verius videtur, vt res tutiore modo fiat, quod in hac tranſactione, vt in aliis pactis minorum prætoris decretum accedat præſertim lite iam pendente ſuper eo in quo trāſigitur. 96. Anton. de Padill. *in d. l. tranſigere, n. 64. C. de tranſact.* & Gutier. *de tutel. & cur. p. 2. cap. 7. a n. 15. vſque ad 20.* vbi *n. 21.* abſolutè tradit non poſſe tutorem poſthumi pro eo tranſigere nondum nato ſecundùm Baldum *in l. ſi nemo, §. teſtamento, ff. de teſtament. tutel.* ſequitur Padill. *ſupra, n. 65.* Intercedente tamen decreto iudicis valebit tranſactio facta à tutore poſthumi: non valebit tamen remiſſio iniuriarum facta à tutore poſt latam ſententiam in fauorem pupillorum, niſi accedat cauſa iuſta, & decretum iudicis. Alber. *in l. clarum, n. 3. C. de autho. præſt.*

Quoad patrem attinet, communis ſententia eſt 97. poſſe remittere iniuriam factam filio, ex Bartolo *in l. ſed ſi vnius, §. filiofamilias, n. 2. ff. de iniur.* Placa *lib. 1. delictor. cap. 6. poſt n. 21.* & ex Vaſquio *controuerſ. illuſtr. cap. 15. n. 8.* quia magis videtur offenſus pater ex iniuria illata filio, quam ipſe filius; ideò remiſſio facta à patre valebit etiam repugnante filio. Quod intellige, quando iniuria fuit facta per extraneum; ſecus ſi per coniunctam perſonam, tūc enim non poterit pater remittere iniuriam repugnante filio. Ego tamen indiſtinctè credo in omni euentu non poſſe remitti hanc iniuriā, quando eſt grauis ſine conſenſu vtriuſque; ſecus quando eſt leuis, neque vulnera, neque cædes contigerunt; tunc enim ſufficit remiſſio facta à patre abſque conſenſu filij, dummodo filius ſit in patris poteſtate adhuc. Secus ſi filius ſit iam ſui iuris, puta, emancipatus, vel vxoratus; tunc enim poteſt filius irrequiſito patre iniuriam remittere. Aires Pinell. *l. 2. p. 3. C. de bon. mater. n. 105.* cum Capella

Tholoſ.

Tholoſ.*quæſt.*241. *fol.*586. *in editione Lugduni in forma parua*, vbi de hac re latè.

98. Si tamen pupillus proximus pubertati ſaltem fecerit minutam, ſine tutoris, ſeu curatoris authoritate, pacémque faceret interpoſito iuramento, remiſſio ſuſtinebitur, & per iuramentum ſuppletur defectus tutoris, & iudicis decretum, vt eſt communis doctorum, in Authent. *ſacramenta puberum, C. ſi aduerſ. vendit.* & gloſſa *ibi* · vbi minor cenſetur maior factus in contractibus per interpoſitum iuramentum. Abbas *conſ.*168. *illud in affectu, lib.*2. Tobias Nonius *conſ.*152.*num* 4. *in fine, & num.*9. Oddus *de reſtit. in integr. p.*2.*q.*85, *art.*7.*num.*59. & alij, quibus adhæret Farinac. *tit. de accuſat. quæſt.*15.*n* 32.33.34.*&* 35.& Gutier. *in d. Authent. ſacramenta puberum, num.*125.*& d.p.*2. *cap.*7.*de tutel. num.*23.*&* 24. Vbi poſt plures concludit iuramentum in contractibus minorum efficere illos validos, aliàs inualidos de iure, & ſupplere authoritatem, non ſolùm tutoris, & curatoris, ſed etiam defectum decreti prætoris; quod extendit ad contractus puberum, & adultorum, ac etiam ad impuberum, doli tamen capacium, dummodo ſint pubertati proximi, poſt Farinac. *ſupra, num.*34.*&* 35.

## Disputatio XVII.

*De his quæ poſſunt licitè Tutores, & Curatores circa bona temporalia minorum.*

### §. I.

*De peccatis quæ Tutores, & Curatores poſſunt committere in adminiſtrandis bonis ſuorum minorum.*

#### EPITOME.

1 *Tutores, ac curatores peccant non præſeruando bona minorum ab iniuria.*

2 *Tutores iurant facere vtilia, & inutilia prætermittere.*

3 *Tutores implicitè promittunt defendere bona minorum.*

4. & 5 *Tutores adminiſtrantes bona minorum ſine decreto iudicis, quot pœnis puniantur. Et quid de matre.*

6 *Mater debet probare ſe ſuſcepiſſe tutelam ex decreto iudicis.*

7 *Tutores poſſunt aliqua expedire ante ſuſceptam adminiſtrationem de manu iudicis, & quæ.*

8 *Tutorum peccata in ſpecie.*

9 *Tutores aliquando poſſunt furti accuſari. Et quid ſi rediman debita ſua pecunia pupillari.*

10 *Tutores & curatores de qua culpa teneantur.*

11 *Tutores tenentur de damno illato, ac de negligentia in rebus minorum adminiſtrandis.*

12 *Tutores reperti debitores in frumento in quo pretio debeant ſatisfacere.*

13 *Tutores vſurpantes bona minorum, qui debeant fructus reſtituere.*

14 *Minoribus furto ablata ſi meliorentur apud tutores cum meliorationibus ſunt reſtituenda.*

15 *Tutores quando excuſentur a reſtitutione quod negotiantes tenentur reſtituere.*

16 *Tutores cum pecunia pupillari ex ignorantia non negotientur cum pupillari pecunia.*

17 *Tutores non impediendo damna illata tutoribus tenentur reſtituere.*

18. 19. & 20 *Molendina minorum, annui reditus, actiones ad immobilia, mobilia, & immobilia ſine decreto non alienantur validè.*

21 *Decretum conceditur præuia cauſæ cognitione.*

22 *Iudex antequam decretum concedat, quæ debeat præmittere.*

23. & 24 *Notario, nec iudici aſſerenti decretum fuiſſe conceſſum aliquando creditur. Et quomodo id intelligatur.*

25 *Subhaſtatio requiritur in bonis minorum alienandis.*

26 *Decretum non poteſt peti per procuratorem.*

27 *Decretum in bonis minorum non excludit reſtitutionem.*

28 *Minori læſo in venditione res eſt reſtituenda, emptori verò ſuum pretium.*

IN primis certum eſt, tutores, ſeu curatores teneri præſeruare bona ſuorum pupillorum, ſeu minorum ab iniuria, *cap.*4. 1.
12.*q.*1. tenerique facere vtilia, & inutilia prætermittere, idque in ſuſceptione tutelæ iurant, etiam 2.
ſi ſiant tutores, ſeu curatores ex teſtamento. Paulus de Caſtr. *conſ.*356.*n.*4.*col.*2.*verſ. ſecundo, quia debui, lib.*1. aliàs poſſunt, vt ſuſpecti remoueri, item debent promittere ſpecialiter quòd pupillos defendent, *l. fin. §. defenſionem, C. de adminiſtr. tutor.* Caſtrenſ. *d. conſ.*356.*n.*4.*col.*2.*verſ. tertio quia debui, lib.*1. Nec ſufficit iurare quod faciet tutor vtilia, niſi in ſpecie promittat ſuſcipere defenſionem, per text. *in l. fin. § omnem, C. de adminiſtr. tut.* quam partem tradunt plures relati per Apoſtillam ad Alexandrum *conſ.*80.*n.*14. *in verſ. ſufficit, lib.*5. Idem ait Alexand. *de curatorib. conſ.*129. *n.*3. *ponderatis, lib.*1. Mihi tamen magis placet ſufficere 3.
tutorem, & curatorem iurare vtilia ſe facturos, & inutilia prætermiſſuros, neque opus eſſe, quòd ſpecialiter promittant ſuſcipere defenſionem. Sufficiunt enim verba æquipollentia, quæ ſunt promittere vtilia facere, & inutilia prætermittere, quia hæc virtualiter continent defenſionem. Nec enim ius conſiderat formam, ſed effectum. Quam partem tuetur Bart. *in l. legitimos, ff. de legitim. tutor. & in l. fin. §. omnem. C. de adminiſtr. tut.* & Alex. *conſ.*80. *viſis, n.*13.*& ſeqq. verſ. ſucceſſiuè opponitur,* vbi ait, quòd verba vtilia facere & inutilia prætermittere ſunt in effectu eiuſdem momenti, ac ponderis, ac ſi promiſſum fuiſſet rem adulti ſaluam fore, quod probat ex *l. fin. §. pronūcia. C. de cur. furi.*

Pœna autem tutoris, ſeu curatoris, qui adminiſtrant ſuum officium ante decretam adminiſtrationem à iudice, hoc eſt ſine decreto iudicis, vel 4.
ſine iuramento faciendi vtilia, & prætermittendi inutilia, eſt poſſe amoueri ab officio tutoris, ſeu curatoris, & reddi propter priuationem infames, nec valere facta per illos in præiudicium pupillorum, ſeu minorum. Abbas *conſ.*90. *Quoad deciſionem, num.*3.*&* 4. *lib.*2. & Paul. de Caſtr. *conſ.*356. *numero* 4. *vſque ad fin. lib.*1. Excuſabuntur tamen à remotione, & infamia, ſi pro pupillo, ſeu minore vtilia geſſerint, vel ſi ex iuſta cauſa adminiſtrent ſine decreto iudicis, vel ſine

dicto iuramento, puta ſi ſint conſanguinei. Nam per conſanguinitatem præſumptio calumniæ aboletur, vel ſi bona habeant communia cum pupillis, ſeu minoribus, quia hoc cauſauit rei ſuæ propriæ adminiſtratio. Caſtr. *d. conſ. 356. num. 4. & ſequent. lib. 1.*

5. Hoc autem etiam procedit in matre quæ tutrix relinquitur; nam etiam hæc tenetur accipere adminiſtrationem ex decreto iudicis. Signor. Homod. *conſil. 224. in quæſtione vertenti, num. 3. verſ. præterea,* Caſtr. *conſ. 3-1. num. 3. lib. 1.* vbi ſecundùm veriorem ſententiã priuatur mater ſuſceptione, ſi adminiſtret ſine decreto iudicis. Non tamen priuabitur ſuſceptione in ſubſtituto, & in alio, qui erat ſucceſſurus pupillis. Abbas *conſ. 90. quoad deciſionem, in principio, verſ. ſecundò de hoc, & per totum, lib. 2.*

6. Debet tamen mater probare ſe accepiſſe tutelam ex decreto iudicis; quæ ſolemnitas cùm ſit extrinſeca, non præſumitur; ſic Ioan. de Anan. *conſ. 100. verſ. ſecundo dubitatur,* vbi Bolog. *in Apoſtilla circa finem;* & quamuis tutores, ſeu curatores ex doctrina Bartoli, *in l. legitimos,*

7. *in fine principij, ff. de legitim. tutor.* queant facere vtilia pupillis, quæ non patiuntur moram etiam ante receptam adminiſtrationem de manu iudicis, & ante promiſſionem defenſionis, vel antequam fideiubeant, ita vt acta per illos valeant; id eſt intelligendum in negotiis, quæ niſi expedirentur, peritura eſſent tempore cum damno pupillorum, non tamen in aliis negotiis, quæ tempore non erant peritura, quamuis breuiter expediri queant. Sic declarat Bartoli doctrinam Alexand. *conſ. 163.* aliàs conſultus, *num. 3. in fine, verſic. Nec etiam obſtat, lib. 5.* aliàs ſequeretur abſurdum, puta, poſſe tutores, ſeu curatores omnia bona pupillorum ſine ſolemnitatibus alienare celeri expeditione, & diſtrahere, quod eſſet inſulſè dictum, vt notat Alexand. *ibi, & alio conſ. 118. col. 2. lib. 2.* citatus ab Apoſtilla *in d. conſ. 163. in verbo, momento;* ſequitur Tuſchus *in verbo, tutores, concluſ. 427. num. 33 & 34* vbi *num. 35.* addit, matrem & auiam non poſſe adminiſtrare legitimè ſine decreto iudicis, illudque requiri, vt adminiſtrent, non verò vt ſint tutrices, ex traditis à Corneo *conſ. 264. num. 3. & ſequenti, lib. 4.*

8. Ex dictis ſequitur tutores, ſeu curatores delinquere, ſi non ſeruatis ſolemnitatibus adminiſtrent bona ſiliorum minorum, cùm hæc officia verſentur non ſolùm circa inſtructionẽ ipſorum minorum quoad mores, ſed etiam circa adminiſtranda bona illorum, & in vtroque tanta poteſt eſſe negligentia, vt tutores, & curatores poſſint culpa lethali affici. Nauar. cap. 25. *num. 67.* Rebell. *2. p. lib. 17. de officio tutor. & curator. quæſt. vnica verſ. Tutor dicitur, num. 5.* Lud. Molina *tom. 2 tract. 28. cap. 10. num. 160* vbi ait peccare tutores, & curatores, ſi non tueantur res pupilli, & minoris. Secundò ſi bona illorum diſtrahant abſque neceſſitate, vel vtilitate. Tertiò ſi res mobiles nõ vendant, & pretium, vel in bona ſtabilia conuertant, vel deſtinent negotiationi licitæ, vel ſuſto lucro deputent. Quartò & vltimò ſi notabiliter ſint negligentes in bonis moribus pupillis, ſeu minoribus educandis, & inſtruendis. Surdus *de alimentis, tit. 8. priuileg. 86 per totum,* vbi probat tutores teneri erga pupillos ad ea omnia, quæ ſolent, ac diligens paterfamilias expedire ſolet, *l. generaliter, ff. de adminiſtrat. tutor.* proinde non ſolùm tenentur ad ea, quæ pertinent ad bona corporalia, ſine quibus pupilli viuere non poſſunt, ſed etiam ad ſpiritualia, & ad ſpectantia ad bonos mores, *l. cum plures, §. cum tuto. ff. de adminiſtrat. tutor.* Roman. *in conſ. 41.* Cauale. *in tract. de tutorib. n. 2-* tutores ſunt in culpa lata, & tenentur de negligentia, & poteſt contra eos iurari in litem per minorem ad damna, & intereſſe, vt ait Plot. *de in litem iurand. §. 5. n. 1. & in l. ſi quando, n. 230. verſ. dare operam, C. vnde vi.* Et ideo remoueri poſſunt tutores, ne dum quando negligentes fuerint circa res minoris, ſed etiam quando negligunt perſonam illius, quæ eſt cæteris rebus præferenda. Natta *in conſ. 43. n. 9. p. in pecundam, ff. de vſur.* Atque ita tenentur dare operam, vt pupilli addiſcant aliquam artem pro qualitate ac conditione conuenientem, & debitas mercedes debitis temporibus ſoluere magiſtris. Cauale. *d. tutor. d. n. 275.* Rebell. *d. quæſt. vnica, n.* Garcia *de expenſis, cap. 3. n. 51.*

Item peccant tutores, ſeu curatores, qui furandi animo in ſuos vſus pecuniam minorum aut res pupillares conuertunt, & poſſunt accuſari furti. Sic Petr. Iacob. *in practi. tit. de actionibus, & rationibus diſtrahendis.* Bacça *de decima tutore, cap. 2. n. 98.* & ſeruatur in praxi tutores criminaliter accuſari, eo quòd bona pupillorum ſibi vſurpant, prædoneſque appellantur. Bacça *vbi ſupra, n. 97.* aliis ibi relatis, Gaſpar Roderic. *de annuis reditibus, lib. 3. q. 10. n. 42. & 43.* Debentque minorum damna reſarciri ex bonis tutorum, quæ tacitè hypothecata pro adminiſtratione bonorum ſunt, & rationum redditione, pupillis, ac minoribus, *l. pro officio, C. de adminiſtr. tutor.* vbi Cynus, Bartol. & Baldus docent hoc habere locum non ſolùm in adminiſtratis, ſed etiam pro neglectis. Ergo multo fortiùs pro malè ablatis. Quin etiam bona eorum, qui ſe geſſerunt pro tutoribus, vel curatoribus, ſunt obligata eiſdem minoribus pro vt ait gloſſ. *in d. l. pro officio.* Cynus, Bart. & alij *ibi.* Ripa *in l. dabimus, § ſi quis cum tutor, n. ff. de priuileg. creditor.* Caualc. *de tutorib. & curator. n. 225.* poſt plures, quos *ibi* refert, ac ſequitur, *verſ. & bona tutoris,* & Surd. *de aliment. tit. q. 44. verſ. at pupillus habet, n. 5. & 6.* 9.

Sed quid dicendum ſi tutores pupillari pecunia reditum à ſe alteri debitum redimant? Reſponde pupillum poſſe repetere ſortem cum veriſimili intereſſe, aut cum vero lucro, non tamen cum ſuperfluo; hoc enim reſeruatur tutori, cum ad pupillum non ſpectet periculum, ſed ad tutorem; ideò non debet pupillus totum lucrum accipere; textus *in d. l. tutor. §. ſi tutor. de adminiſtr. tutor.* Gaſpar Roderic. *de annuis reditib. lib. 1. q. 10. n. 35.* Rebell. *d. quæſt. vnica de officio tutor. & curator. pagin. 844. n. 14.* vbi probat teneri tutores & curatores reſtituere fructus omnes, qui ad minores deuenturi erant ex bonis ſuis, deductis tamen ſumptibus, ac periculis; quod etiam docuit Angel. *verbo, tutel.* & Syluest. *eodem verbo* dummodò ſaltem culpa leuis intercedat.

Occaſione huius dicti quæri poteſt de qua culpa teneantur tutores, & curatores, vt obligentur ad reſtituendum damna culpa illorum pupillis, ac minoribus illata? Hac de re egimus ſupra variis in locis, præſertim *diſput. 13. §. 1. num. 72. & 373. & §. 13.* vbi de culpa Theologica, ac iuridica, *num. 86. & ſequenti, & num. & ſequentibus,* & iterum *lib. 1. diſput. 2. § numero 153.* vbi egimus de culpa obligante officiales ad reſtituendum, & *diſp. 3. §. 19. num. 11.* vbi de culpa Medicorum. Attamen hoc loco quod attinet ad tutores, 10

res, & ad curatores, Leſſ. lib. 2. cap. 7. dub. 7. num 31. tradit medicos, architectos, prætores, & magiſtratus, principes prouinciarum, tutores, & curatores in foro conſcientiæ non teneri ad reſtituendum damna ſecuta ex culpa leui, vel leuiſſima, ſed ex lata dumtaxat. Secus in foro externo, quia nemo tenetur in foro conſcientiæ in ſuo officio, vel artificio eſſe vigilantior, ac diligentior, quam ſolent eſſe homines communiter eiuſdem conditionis, niſi ipſi officiales dicant ſe in ſuo officio eſſe prudentiſſimos, peritiſſimos, ac diligentiſſimos, vt hoc modo ad ſe alliciant omnes; tunc enim implicite ſe obligant ad multo maiorem diligentiam præſtandam, aliàs tenebuntur ad reſtituendum partibus non totum damnum, ſed illud in quod ceciderunt; ex eo quod doctiorem, ſeu meliorem non adiuerunt, ſeu quæſiuerunt, Leſſius *ſupra.*

Dicendum tamen eſt tutores, ſeu curatores ſtipendiatos, vt communiter eſſe ſolent, teneri regulariter non ſolùm de dolo, & lata culpa, ſed etiam de leui, non autem de leuiſſima, ſic Syluest. *verb. reſtitutio, 3 quæſt. 8. §. 3.* Molin. *tract. 2. de iuſtit. diſp. 555. in princip.* vbi expreſſe ait teneri illos de culpa leui, atque ad omnia pupilli negotia, ex quorum omiſſione detrimentum ſequatur; habetur *in l. tutori, C. de negot. geſt.* Filliuc. *tom. 2. tract. 39. cap. 4. num* 56. Rebel. *d. quæſt. vnica, n. 17. per Prima igitur concluſio ſit, & infra, verſ poſteriorem autem,* & deciditur *in l. 1, C. arbitrium tutele, & ibi* gloſſa, & tribuentes. Dictum eſt, *regulariter,* quia ſi ſint teſtamentarij tutores, aut curatores, non tenentur niſi de lata culpa, aut de nulla, ſi teſtator id tulerit ſecundùm legem 6. *quidam decedens, ff. de adminiſtrat tutor.* vel ſi abſque vllo pretio hoc officium adminiſtrent; tunc non niſi de dolo, & lata culpa ſunt obligandi, per *l 2. C. ſi tutor. vel curator. non geſſerint,* Valaſcus *de partitionibus, cap. 8. num. 19.* vbi addit etiam teneri de lata tantùm in exigendis debitis, ſeu nominibus debitorum. Similiter ſi negligentes fuerint in prædiis, ſeu bonis ſtabilibus emendis, *l. tutor qui. ff. de adminiſtrat. tutor.* Rebellus *ſuprà, num. 20. & 21.*

Quando ergo tutores delinquunt ex dolo, vel ex lata culpa, vel ex leui, exceptis caſibus ſupradictis, tenentur ſatisfacere minoribus damnum illatum, & omne lucrum omiſſum propter eorum negligentiam, puta, ſi non ponât pecunias minorũ ad honeſtum lucrũ aut ad licitam negotiationem, per *l. 1. ſi. C. de adminiſtr. tutor. l. ſi pecuniam, C. de vſur. publ. c.* Ex ea ratione, quia tutela cum ſalario eſt in bonum vtriuſque partis, hoc eſt, tam minorum, quam tutorum, & curatorum. Felin. *d. num. 56.* poſt Molin. & Rebell. Secus ſi nihil ſtipendij pro cura, ſeu tutelæ adminiſtratione concederetur; tunc non niſi de dolo, & de lata culpa tenerentur tutores, & curatores, per *d. l. 2. C. ſi tutor, vel curator non geſſerit.*

11. Similiter tenebuntur tutores, ſeu curatores conuertere pecuniam in emptionem prædiorum. Si autem negligentes ſint in prædiis emendis tenebuntur minoribus tantum reddere, quantum percipere potuiſſent ex fructibus prædiorum ſi fuiſſent acquiſita per emptionem. Salicet. *in Auth. nouiſſima, C. de adminiſtrat. tutor.* In quo euentu non tenebuntur niſi de dolo, ſeu de lata culpa iuxta *l. tutor. qui repertorium, ff. de adminiſtrat. tutor.* Rebell. *ſuprà, num* 21. Faciunt quæ tradit Gutier. *de tutel. p. 2. cap. 9. n. 16. & 17.* & Spino *in ſuo ſpeculo, gloſſ. 29. num. 56.* vbi agit de Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl. quibus tutor, ſeu curator teneatur de negligentia & malè geſtis, ſubdens *n. 54.* ſi non collocent pecunias ad negotiationem citò, ſed tardiùs quam par erat, teneri ad intereſſe, ſeu vſuras modij temporis, quo pecunias ad vſuras non dedit, *l. tutor pupillo, §. 1. cum l. ſequenti, & l. tutor qui repertorium, in fine, ff. de adminiſtrat. tutor.* Eodem modo tenebuntur ad reſtituendum intereſſe, ſi prædia minorum, aut domos non locent, Rebell *ſupra, n. 16* dummodo culpam Theologicam admiſerint.

Sed quid dicendum de tutoribus, ſeu curatoribus, qui tempore rationis reddendæ reperiuntur debitores in quantitate aliqua frumenti, aut olei, nunquid ſi conſumptum eſt frumentum, aut oleum, ſeu alienatum, tenebuntur reddere æſtimationem quanti plurimi a die receptionis vſque ad tempus, quo rationes redduntur iuramento minorum, vel tantundem in genere ſolùm obligabuntur reddere? Sunt qui dicant ſi fructus ſint conſumpti, teneri tutores ad æſtimationem quanti plurimi niſi probetur fuiſſe conſumptos abſque eorum culpa, quod ſi ſunt conſumpti poſt triennium a receptione ab eiſdem tutoribus, cùm vltra triennium durare non præſumuntur regulariter, vt notat Bartol. *in l. ſed ſi lege, §. ſi ire, ff. de petitio. hæred.* Pariſ. *conſ. 25. num. 7. vol. 1* Ruin. *conſil. 56. n. 1. vol 2* & Corneus *conſ. 104. n. 26. vol. 2.* tunc tutores non ſunt obligandi à triennio vltra ad pretium quanti plurimi, eo quòd tutoribus integrum erat fructus diſtrahere, ſeu conſumere, ne perirent omnino; quod ſi eos non alienarunt, nec conſumpſerunt, & dicant præſumptione legis fuiſſe conſumptos cum vltra triennium non cenſeantur durare communiter, tenebuntur in hoc caſu ad æſtimationem illorum ſolùm vel tempore perceptionis faciẽdam, aut tempore conſumptionis. Ex ea ratione, quia æſtimatio non creſcit fructibus abſumptis, nec decreſcit. Bartol. *in l. 11, cui, §. qui legatorum, n. 2. ff. vt in poſſeſſ. legat.* Hæc ſententia non diſplicet, imò maximè mihi placet. 12.

Alij verò opinantur teneri tutores ad daudum fructus ſi extant cum æſtimatione quanti plurimi à die ſolutionis, ſeu receptionis, nulla mora interiecta, cùm non reddendo fructus, nec conuertendo illos in vtilitatem minorum à parte rei fuerint in mora. Ita Romanus *in ſing. 117.* & Alex. *in l. quod te; ſub n. 8. & in l. vinum,* vbi ſcribentes, *ff. ſi cert. petat.* præſertim ſi in ſuam vtilitatem fructus conuerterunt. Dicuntur enim eſſe in dolo, & tanquam fures tenentur ad vſuras vſurarum, & aduerſus eos poteſt iurari in litem. Matthesilan. *ſingul. 44. n. 4.* & in ſpecie Plot. *in l. ſi quando, n. 209. verſ. poterit etiam iurari, C. vnde vi,* Crauet. *conſ. 286. col. 2,* Pariſienſ. *in tract. de vſur. quæſt. 76. n. 598. & q. 77. n. 599.* & Hotoman. *in tract. de vſur. lib. 1. cap. 3. col. 9,* vbi volunt teneri tutores, & curatores conuertentes bona minorum in proprios vſus ad vſuras vſurarum, per text. *in l. tutor qui repertorium, §. ſi quas vſur. n. ff. de adminiſtr. tut.* Quod eſt ſpeciale, vt notat Decius *in cap. cum venerabilis, col. 5. de except.* tempèque poſſe puniri à prætore tanquam latrones. Bart. *in Auth. vt hi qui oblig. §. quoniam autem, n. 6.* & Decius *conſ. 192. in fin.* cum arguantur de dolo, & falſitate in præiudicium minorum. Sequitur Rolandus poſt Angelum, & Imolam *in l. Pomponius, §. & facta, ff. de acquir. poſſeſſ. conſ. 49. num. 26. lib. 1.*

Vtraque opinio eſt ſatis probabilis, ſed prior magis mihi probatur, quia conſumptis fructibus æſtimatio eorum nõ creſcit, nec ipſi recipiunt poſt

BBBb 3 conſum

conſumptionem incrementum, neque diminutionem, Bartol. *in l. ſi cui ſ. qui legatorum, num. 2. ff. vt in poſſeſſ. legat. & in l. cum, quam,* & *ibi* Apoſtilla *ff. de his, quib. vt indign.* Nam fructus conſumpti non dicuntur ampliùs fructus; quòd ſi fructus extant, vel præſumantur extare, vt quando ſunt recollecti intra triennium, & poma intra annum, tunc tenentur tutores & curatores illos reſtituere, aut æſtimationem illorum quanti plurimi, niſi probauerint fuiſſe conſumptos ſine eorum culpa, argumento *l. 1.* & *ibi* gloſſ. *C. ſi aduerſ. vſucap.* Corneus *d. conſ. 104. num. 26 vol. 4.* & Anton. de Fan. *de pignoribus in 5. p. memb. 5. num. 12. verſ. adde tamen pro declaratione, pag. 404.* quia fructus quandiu non ſunt conſumpti, recipiunt incrementum. Fauet *l. pupillorum, C. de administrat. tutor. & in l. quiſquid, ff. arbitr. tut.* quod procedit etiam in foro conſcientiæ, quando ipſi tutores, ſeu curatores impediuerunt lucrum ex re pupillorum, ſeu minorum, vt poſt alios tradit Caldas Pereira *de emptio. & vendit. cap. 29. num. 48. in principio,* poſt Rebuff. *in l. vni, C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt, gloſſ. fin. n. 7.* Vide pro foro conſcientiæ D. Thom. *2. 2. quæſt. 62.* D. Antonin. *2. p. tit. 2. cap. 7 §. 19.* & Conrad. *de contractib. quæſt. 30. concluſ. 4.*

Sed quid ſi tutores, ſeu curatores tutelam, ſeu curam ſuſcipiant animo dilapidandi, ſeu prædandandi? Reſponde fures cenſeri, *l. ſi pupilli, §. ſed & ſi quis ff. de negot. geſt.* & itam Dei mereri, iuxta illud Exodi, cap. 22. *Viduæ, & pupillo non nocebitis: ſi læſeritis eos, vociferabunt ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiámque vos gladio, & erunt vxores veſtræ viduæ, & filij veſtri pupilli.*

13. Quod attinet ad reſtitutionem, dicendum eſt tutores bona immobilia minorum vſurpantes, ſeu dilapidantes de iure teneri fructus perceptos ſimul cum bonis reſtituere; & quamuis poſſit eſſe controuerſia an teneantur reſtituere fructus qui percipi potuere ex bonis illis, in noſtro caſu non eſt dubium illos teneri de fructibus, qui percipi poterant. Conſtat ex *l. patri pro filio, 28. § ſi pecuniam, verſ. Item ex diuerſo, ff. de minoribus,* gloſſ. *ibi, verbo, cum fructibus,* & Bartol. *num. 2.* Cremenſis *ſingul. 135. Tu ſcis quod titulus, num vnico,* Gregor. Lopez *in l. 40. ad fin. tit. 28 part. 3.* & Beroius *cap. grauis, num. 34. de reſtitutio. ſpoliator.* Confirmatur ex *l. ſi nauis, 62. § fin. ff. de rei vindicat.* ibi: *Generaliter autem cum de fructibus æſtimandis quæritur, conſtat animaduerti non debere, an malæ fidei poſſeſſor fruitus ſit, ſed an petitor frui potuerit, ſi ei poſſidere licuiſſet.* Idem patet ex *l. fructus non modò, 34. ff. eodem titulo,* ibi: *fructus non modo percepti, ſed qui honeſtè percipi potuerunt, æſtimandi ſunt.*

Secundò confirmatur argumento poſſeſſoris malæ fidei etiam cum titulo iure reprobato, qui tenetur reſtituere rem cum fructibus, qui honeſtè percipi poterant, vt docent Hoſtienſ. *in cap. cum cauſa, ad fin. de officio deleg.* & *ibi* Ioan. Andr. Abbas *in cap. grauis, num. 7. de reſtitution. ſpoliat.* Faber, *§. ſi quis à non domino, num. vltim. inſtit. de rerum diuiſ.* Fulgoſ. *conſ. 190. num. 3. verſ. ad ſecundum autem.* Garcia *de expenſ. cap. 23. num. 43.* vbi excuſat à reſtitutione fructuum percipiendorum poſſeſſorem malæ fidei cum titulo iuſto, non tamen quando habet malam fidem cum titulo reprobato à iure; tunc enim, & percepti, & percipiendi ſunt omnino reſtituendi. Tertiò, quia in reſtitutione horum fructuum attenditur ad culpam, quam nullo modo tollit titulus; item, quia non ſolum expenditur intereſſe & commodum dominorum, qui ſunt veri domini, ſed etiam [illegible] quædam imaginaria perceptio, ſecundum quam finguntur fructus percepti, quos poſſeſſor recipere potuerit, atque ita non ſolùm percepti, ſed etiam percipiendi a poſſeſſore ſunt reſtituendi. Sic Angel. *in §. ſi quis a non domino, num. 3. ver. Quæro quid de malæ fidei poſſeſſore, in fin. inſtit. de rer. diuiſ.* Balduinus, *§. ſi verò, num. 5. inſtit. eodem titulo,* Salicet. *in l. domum, 5. num. 5. in [illegible] .de rei vind.* Bellamer. *cap. Grauis, num 25. de reſtitut. ſpoliat.* Ducuntur ex *l. ſi fundum, [illegible] de rei vind.* vbi iuriſconſultus loquitur de emptore, qui ſcienter rem alienam emit, & eo modo malam fidem contraxit.

Quartò & vltimò probatur ex traditis a Sa[illegible]o *in ſlaui, lib. 10. tract. 2. cap. 3. num. 2.* vbi pr[illegible] alijs *ibi* allegatis, non ſolum furem, ſed etiam poſſeſſorem malæ fidei teneri rem ipſam ſi extat, aut pretium illius ſi non extat, & ſimul omnes fructus rei fructiferæ reſtituere perceptos, & quos dominus diligens tempore intermedio potuiſſet percipere, nec non lucrum ceſſans, & damnum emergens, quod pro eo tempore toto paſſus eſt; conſtat ex cap. fin. *de iniur.* Couar. *in regul. peccatum, p. 2. §. 6. n. 4. de regul. iur. in 6.*

Quin etiam ſi res furto ablata immobilis tamen, aut mobilis, non tamen vſu conſumptibilis, melioretur in manu iniuſti poſſeſſoris, reddenda eſt cum melioramento deductis laboribus, & expenſis ſi quos fecit tutor, ſeu curator in ipſius rei melioratione. Quod procedit [illegible] o- 14.
nes ſint neceſſariæ, ſiue vtiles. Nam in foro conſcientiæ expenſæ vtiles, quæ rem augent ſimul cum neceſſariis deduci debent, vt notat Couar. *in d. regul. peccatum, p. 2. §. 6. num. 3. de regul. iur. in 6.* Syluest. *in verb. expenſæ, quæſt. 4. & in verbo furtum, quæſt. 16.* Medin. *C. de reb. reſtit. quæſt. 6* & Petrus Nauarr. *lib. 4. de reſtitut. cap. [illegible] num. 35.* ſiue minores ſui iuris facti meliorationem eſſent facturi, ſiue non, ſemper enim debent expenſæ ratione rei acceptæ, quamuis in foro contentioſo ſolùm detrahuntur expenſæ neceſſariæ, non autem vtiles ſi mala fide detentor [illegible], vt habetur *in l. ex argento ff. de cond. furt.* [illegible] *a patre, §. fructus, ff. de petit. hæred* & ait S[illegible] *in verbo, expenſæ.* Non tamen malæ fidei poſſeſſores reſtituunt fructus, qui potuerunt percipi ex augmento ab eis facto ſuis expenſis, & ſumptibus, vt habetur *in l. cæterum, ff. de rei vind.* Garcia *de expenſ. cap. 23. num. 4.* Similiter non tenetur malæ fidei poſſeſſor reſtituere fructus rei alienæ propria induſtria acquiſitos; ſed hoc non habet locum in tutore, ſeu curatore, qui pecuniam minorum otioſam habet furtiuam, & ludendo lucrum ex pecunia furtiua fuit aſſecutus. Is namque ex eo quòd habet pecuniam minorum otioſam, vbi ve[illegible] cto cenſuum fieri ſolet, non eſt excuſandus a reſtitutione. Couar. *lib. variar. cap. 2. num. 1. & ſequentib.* Rebell. *2. p. de obligat. iuſtit. lib. 17. quæſt. vnica, de officio tutor. & curator. num. 11. fol. 843.* Gaſpar Roderic. *de annuis reditib. lib. 3. quæſt. 1 num. 12.* allegatis *ibi,* Socino *conſ. 2. num. 16* [illegible] Baeça *de decima tutoris, cap. 2. n. 93.* & S[illegible] *de* [illegible] *n. 10* quia tenentur tutores, & curatores [illegible] ne officij, ac iuramenti præſtiti negotiari cum pecunia pupillari, vt ex multis probat idem Baeça *de decima tutor. cap. 2. n. [illegible] 2.* & A[illegible] *de partic. bonor p. 1. c. 4. n. 28.* quibus accedit Roder. *ſuper n. 18. & 19.*

Quæſtioni

15. Quæſtionis eſt, an tutor teneatur ad ſoluendum intereſſe pupillis ſi ex ignorantia cum pupillari pecunia non fuit negotiatus? Affirmat Iodocus Damoudertius, *in patrocinio pupillorum tit. de pupillorum intereſſe, num. 62.* propter ignorantiam craſſam, & ſupinam, quæ nullo modo excuſat à pupillari intereſſe, debet tamen conſtare de pupilli intereſſe, & an habuerint tutores ignorantiam iuſtam, & excuſantem, aut negligentiam in negotiādo cum pecunia vel bi... ſi etiā prædia venalia, quæ emi potuerint cum ea pecunia, vel tradi potest à tutore mercatori ad lucrum honeſtum, vel ad cenſum annuos reditus iuxta mores regionis, & ſi pecuniam otioſam domi habuerunt. His, & aliis exemplis conuincitur ignorantia ſeu negligentia tutorum in negotiando cum pupillari pecunia, tenetur tamen obiiciens tutoribus ignorātiam craſſam, aut negligentiam probare ſingularum, vel debet aliquidò conſtare pecuniam in vſu proprio tutorum eſſe conuerſam. Iodocus ſupra *num. 6. & 70. & num. 73* & Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed. 7. num. 28. & lib. 2. de arbitrar. iudic. caſu 49. num. 6 verſ. Si dicimus cum conuenitur tutor,* vbi vult quòd probet pupillus fuiſſe pecunias otioſas in arca & eo tempore prædia, & reditus venales extitiſſe, qui ea pecunia acquiri poterant. Surdus *de alimentis, tit 9. quæſt. 28. num 10 conſil. 39. num. 5.* post Bartol. *in l. tutor. qui repertorium, §. qui poſt depoſitionem, in fine ff. de admini̇ſtrat. tutor.* per textum *in Authent. vt his qui obligatas ſe perhibent habere res minor. §. penult* & tat Paulus de Caſtr. *in conſ. 140. col. fin. verſ. quanto,* quam ſequitur Decius *conſ. 177. ad fi.* alij, quibus accedit Roland. *conſ 49 num. 14. verſ. Tertio tutor, lib. 1.* alias in redditione rationum tenentur tutores ad intereſſe declarandum petitum iuramentum in litem. Sic Roland. addens *num 36.* teneri tutores in prædicta redditione rationum oſtendere debitores, cum quibus contraxerunt, fuiſſe eius conditionis tempore contractu, vt diligens pater eius fuiſſet redditurus ſecundum *l. qui ſub conditione, ff. de condition. & demonſtratio.* Roman. *conſ. 415.*

16. Excuſabuntur tamen iudicis arbitrio tutores ſi non negotientur eum pupillari pecunia, quando ea vel eſt neceſſaria ad alimenta pupillo miniſtranda, vel in prædiorum culturam & bonorum adminiſtrationem eroganda, ita vt parum ſuperſit, nec ſit ſufficiens ad emendum, vel reditus annuos, aut noua aliqua prædia. Textus notabilis *in l. niſi, C. de adminiſtratio. tutor.* Ayora *de partitio. bonor. 1. part. cap. 4. num. 52.* Iodocus ſupra, *d. tit. de pupillorum intereſſe, num. 70.* & in ſpecie conſtat ex *l. ita autem ff. de adminiſtr. tutor.* ibi, *depoſitioni pecuniarum locus eſt, vt inde ager comparari poſſet: ſi enim tam exiguam eſſe tutelam probatur, vt ex nummo refecto prædium puero comparari non poſſet, depoſitum ceſſat.* Vnde ſequitur, quando pecunia eſt modica, non teneri tutores cum ea negotiari. Idem tradit Alber. *in l. Seio, num. 4. C. de in integ. reſtitutio.* In quo euentu ſufficit tutores facere quod in ſuis faciunt, vt probat textus *in d. authent. vt hi, qui obligatas ſe perhibent. d. fin.* Secus quando ſumma pecuniarum eſt ingens; tunc enim tenentur negotiari, & fructus etiam bonorum pupilli vendere, & ex illis pecuniam factam ad lucrum honeſtum dare. Non tamen tenentur tutores triticum, oleum & alia frumenta reſeruare ad tempus, quo cariùs vendantur, nec aliò tranſportare, quia diligentes patresfamilias ſic ſolent bona ſua vendere, nec aliò transferunt: conſtat ex *l. vltim. C. de adminiſtrat. tutor.* Bartol. & Salycet. *ibidem,* Molin. *de iuſtit. tract. 2. diſput. 224. col. 1383. ad fin. verſ. ea mobilia,* Gregor. Lopez *in l. 16. tit. 16. part. 6. gloſſ. vltim.* Rebellus *lib. 17. de officio tutor. & curator. quæſt. vnica, n. 22.* quibus adhæret Gutier. *de tutel. part. 2. c. 1. n. 120. verſ. non tamen tenetur mittere triticum*; vbi concludunt poſſe tutores vendere mobilia ſine decreto iudicis, quæ commode ſeruari non poſſunt congruo tempore, nec teneri ea mittere in alium locum, vbi vendantur, quamuis in eo loci pluris æſtimentur, ſed ſufficit vendere ea vbi exiſtunt. Addunt tamen Molin. & Gutier. ex Gregor. Lopez eſſe valde vtile tutoribus, vt dies in quo huiuſmodi res venduntur, ſcribatur, alioquin pretio quo plus valuerint, triticum, vinum, ſeu oleum eo menſe, aut anno, in quo venduntur, illis ſupputabuntur, ſi non conſtet quo die illius menſis, aut quo menſe illius anni hæc vendita ſunt, cum teneantur tutores bona minorum rectè, fideliter, & utiliter adminiſtrare, nec minorem curam, ac diligentiam adhibere in gubernando, & adminiſtrando rēs minorum, quam res proprias. Aliàs de neglectis & male adminiſtratis, & conſumptis indebitè tenentur, tex. *in §. igitur. inſtit. de obligatio. quæ ex contract. naſcuntur.* Plotus *in l. ſi, quando, num. 14. verſ. tutor. ac curator. C. vnde vi,* & Decius *conſ. 192. num 5. in fin.*

In eandem obligationem reſtituendi veniunt tutores, & curatores, qui negligūt impedire damna pupillorum, ſeu minorum, quia ex iuſtitia ad hoc teneantur, quamuis ſtipendia non recipiant, poteſt tamen poteſtas publica, ſiue lege, ſiue imperio, hoc munus, & hanc obligationem illis imponere, & ipſi tenentur ſuſcipere, & vbi ſuſceperint, lege iuſtitiæ manent obſtricti, Leſſius *lib. 2. cap. 13. dub. 10 num. 4.* Molinus *vbi proximè,* ſubdens *numer. 480 & num. 5* poſſe contra illos iurari in litem de damnis, ac de expenſis, & intereſſe, niſi tutores ſeu curatores eſſent ruſtici, & intelligendis rebus valde obtuſi. Sequitur Caualcan. *de tutor. & curator. num. 5* Decius *in l. contractus, ff. de regul. iur.* tunc enim de neglectis, & omiſſis non tenebuntur tutores ruſtici, nec poterit contra illos iurari in litem, nec quando in teſtamento tutoribus liberatio eſt relicta, & omne illud in quo contingeret condemnari. Tenebuntur tamen reddere quidquid apud ſe habuerint ex bonis minorum, itemque non obſtante prædicto legato, quibuſcumque verbis etiam maximis, & ampliſſimis expreſſo, tenebuntur de dolo, vt notat Baeça *de decim. tutor. cap. 2. num. 160.* 17.

Petes an poſſit tutor ſine decreto alienare molendina, & alia bona ſita iuxta flumen inundationi obnoxia? Pars affirmatiua ex eo probari poteſt, quia hæc ſunt manifeſto inundationis periculo expoſita, & cenſentur potiùs mobilia, quàm bona immobilia, ſuntque inſtar nauium, quæ ſuper flumina meant, ac remeant, & ideo rebus mobilibus accedunt, vt notat Ripa *in l. quo minus, num. 126. ff. de flumin.* vbi ait, molendina contineri legato mobilium, & poſſe à tutore ſine ſolennitate alienari. Sequitur Angel. *in l. non ſolùm, ff. de petitio. hered.* Palac. Rub. *in repetition. cap. per veſtras, §. 18. num. 4.* Sequitur Tiraquel. *de retract. lignager, §. 1. gloſſ. 7, num. 91.* 18.

Dicendum tamen eſt molendina hæc quamuis ſint ſubiecta & obnoxia inundationi, non ideo alienari 19.

alienari poſſe ſine decreto prætoris, periculum tamen inundationis erit pro cauſa decreti. Sic Pinel. *part. 3. legis primæ, num 28. & num. 29.* Nam quamuis molendina illa, quæ fiunt in nauibus, cuiuſmodi ſunt, quæ in Ligeri flumine, & in Pado, & in Tiberi conſtituta videntur, ſint mobilia, cætera tamen ſunt immobilia, quæ fiunt in terra, aut in ripis fluminum. Bald. *in cap. contingit, col. penult. verſ. quæro nunquid mola, extra de dolo*; *& contumac.* dicens nec molendini molas eſſe mobilia, ſicut nec tegulas domorum quandiu tecto adhærent. Quin etiam prædium ruſticum molendinum trahit idem Bald. *in l. certi. col. 2. verſ. quid in molendino, C. locat.* Sequitur Iaſon *in d. l. quominus, in 19. quæſtio. ad fin. ff. de flumin.* Vnde ſequitur molendina ſiue inundationi ſubiecta, & periculis obnoxia, ſiue non, non poſſe alienari inconſulto prætore, cum æſtimentur ſicut bona pretioſa ſecundùm communem opinionẽ hominum, quæ in his debet conſiderari, vt vult *l. pretia rerum,* [illegible] *ad l. fal.* [illegible] Ideo non ſufficit cauſa iuſta ad hanc alienationem ſine autho[illegible] præ[illegible]tis, vt conſtat ex [illegible] *aut prætor. §.* [illegible] ibi: *Prætor ad tuo, ff. de officio eius* [illegible] *ni mandat* [illegible] *iure dicendo* [illegible] *l. Diuiſo* ibi, *a uo Prætore* [illegible] *iure deliberand.* Pinel. *vbi ſupra d. num. 28* Valaſ. *de* [illegible] *emphyteut. quæſt. 12. num. 9. ad fin.* vbi [illegible] reprobari à Pinelo *in d. l.* [illegible] *C. de* [illegible] *mater.* *num. 28.* opinionem Angeli [illegible] *l. ne* [illegible] *ff. de petit. hæred.* dicentis molendina minoris poſſe ſine decreto alienari, [illegible] quoniam molendina, quæ nauium inſtar ſunt, inter mobilia numerentur, ſicut & naues numer[illegible]ur, & illa, quæ ſolo col[illegible] etiam [illegible] in m[illegible]io fluminis ſita ſunt, [illegible] numerentur immobilia bona; Angel. [illegible] *Authent. de non alienand.* Valaſ. *d. num. 9* & Menoch. [illegible] *remed. recuperand. num. 43* [illegible] *44* alijs [illegible] gatis, Paz à lor. [illegible] *quotidia cap. fin.* [illegible] *num.* [illegible] vbi agit de his, quæ mo[illegible]ium appellatione contin[illegible]tur, *vbi num. 23.* concludit in [illegible] rotas etiam ſi quotidie [illegible] quia tamen ædificio affixæ ſunt, numerari inter bona immobil[illegible].

19. Quæri etiam poteſt quænam ſint bona immobilia minorum, quæ tutores non poſſunt alienare, neque curatores ſine decreto iudicis, etiam ad pias cauſas, vt vult Abbas *in cap. pra*[illegible] *de probation.* [illegible] quem ſequitur Dec [illegible] *n. 35.* & Caldas Pereira *in l. ſi curatorem habens, in verbo, contractum feciſti, num. 15. pag. 1053. col. 2.* & eſt communis? Reſponde mobilia dici quæ ſecundùm ſuam naturam moueri poſſunt, immobilia verò, quæ ſuapte natura moueri nõ poſſunt; *l. mouentium, ff. de verb. ſignificatio. l. 20. tit. 33. p. 7. l. 3. tit. 29. p. 3.* Panorm. *in cap. nulli, num. 9. de rebus Eccleſiaſt. non alienand.* vt ſunt prædia, fundi, & cætera bona, quæ ſolo cohærent. Nam mobile immobili cohærens, vt ſunt ædifi[illegible]a, immobile cenſetur. Angel. *d. §. 1. Authent. de non alienand.* Valaſc. *d. quæſt. 12. num. 9.* Quod extende ad reditus annuos, hi namque cenſentur habere locum inter bona immobilia, per text. *in Auth. vt hi, qui obliga. ſe perhibent habere res miner. §. quoniam autem, verſ. fin. collat. 6.* Clement. *exiui de paradiſo §. cumque annui reditus, de verb. ſignifica.* Pelaez à Meris *de maiorat. 1. p.* poſt Innocent. *in cap. peruenit*, & ibi Abbas *num. 3. de cenſibus*, qui loquuntur quando annuus reditus eſt realis, non verò quando eſt perſonalis. Menoch. *remed. 1. recuper. num. 45.* Tiraquel. *de retract. lignager. §. 1. gloſſ. 6. ex num. 4.* Redo[illegible]n *de rebus Eccleſ. non alienand. rubric. 13.* Couarr. *lib. 3. variar. cap.* [illegible] *num. 1. verſ. ſecundo,* Mat[illegible]n *in l.* [illegible] *tit. 11. lib. 5. recopil.* [illegible] *num.* [illegible] 8 & alij, quibus adhærent Solis, *de cenſibus, lib. 1. cap. 7. num. 1. & l. 2. cap. 3. n. 5.* & *tom. 2. l. 1. cap.* [illegible] *num. 3.* & Garcia *de* [illegible] *part. 2. cap. 5. num.* [illegible] vbi volunt annuum [illegible] ſiue ad vitam, ſiue perpetuò inter bo[illegible] [illegible] compu[illegible] ſequ[illegible]ur Gaſpar Roderic. *lib. 1. de annuis* [illegible] *quæſt. 4. num. 8.* & Molin. *de primog. lib. 2. cap.* [illegible] *num. 6.* Mantic. *de acit.* [illegible] *part. 2.* [illegible] *tit. 3. num.* [illegible] te[illegible] ad breue tempus, nempe ad te[illegible] omnino conſtituti inter bo[illegible] cou[illegible]tur, ita Al[illegible]xand[illegible]; *conſtante,* [illegible] *ff.* [illegible] *matrim.* Bal[illegible] *in* [illegible] *col. 2. C. de* [illegible] Dec[illegible] *num.* [illegible] *lib.* [illegible] *tit. de* [illegible] *um.* 8. vbi [illegible] extendit ad [illegible] bona [illegible] ad vitam [illegible] Mo[illegible] *de primog.* [illegible] 6. in te[illegible] ſolùm ha[illegible], qui [illegible] minaret ſubſtantiam, vt notat Ma[illegible] Rip[illegible] vbi allegato *ſupra, num,*

Hin[illegible] uitur non [illegible] [illegible] 10.
Roderic. *lib. 1. de reditib. annu.* [illegible] vbi [illegible] huiuſmodi [illegible] immobilia dici poſſe, non [illegible] conſtituere, vt putauit conſt[illegible] ſedibus tertiam ſpeciem Panorm [illegible] *de rebus Eccle. non alien.* [illegible] Tiraquell. *de retract. lib.* [illegible] *lib. 2.* [illegible] *quæſt* [illegible] mat conſtitui tertiam q[illegible] um, quia impropriè & lat[illegible] inter bona immobi[illegible] ſententia eſt verior, [illegible] & conſtat ex [illegible] ip[illegible] G[illegible] *num. 2.* & à Gaſpare *d. quæſt. 3.* [illegible] & qu[illegible] adiect[illegible] certum eſt [illegible] de [illegible] nec de iure [illegible] *lib. 1.* [illegible] poſſe alien[illegible] ſine de[illegible] *de* [illegible] *tract. 2. diſp. 224.* [illegible] Gut[illegible] *de tute* [illegible] *1. 2. cap. 21. num.* [illegible] *de* [illegible] *lib. 4. tit.* [illegible] *a num.* [illegible] nt non poſſe tutores bona mobilia min[illegible]rum pretioſa vendere [illegible] alienare, vel [illegible] hypothecare [illegible] prætoris, [illegible] ſolemnitatibus [illegible] aliàs [illegible] ruſtici, vel mari[illegible] cæterorum immo[illegible] requiruntur. [illegible] de alijs bonis mobilibus, [illegible] ſeruando ſeruari nequeunt. Idem Molin. [illegible] *in* [illegible] Gomez *2. tom. variar. cap.* [illegible] *de* [illegible] *num. 3.* [illegible] probat Gre[illegible] *in* [illegible] *gloſſ.* [illegible] *gloſſ. de* [illegible] *tit. 43.* [illegible]

Sequitur [illegible] cund[illegible] on p[illegible] dimittere [illegible] immobi[illegible] ſine decret[illegible] iudi[illegible] nequ[illegible] abdicare [illegible] citra decr[illegible], q[illegible] iudicium de [illegible] ad rem, quod [illegible] per text. *in* [illegible] *ad reſoluendum* [illegible] *ad. minor.* Pine[illegible] *part. rubric. de bon.* [illegible] *num.* [illegible] *3. & in 3. part.* [illegible] *prima, fo* [illegible] Menoch [illegible] *de ſucceſſ.* [illegible] *§.* [illegible] *num. 72.* [illegible] Ripa [illegible] *d. l.* [illegible] *§. fuit quæſitum, ff. ad Trebel.* [illegible] Pereira *de emptio.* [illegible] *venditio. cap.* [illegible] *num. 11. & de reſolut. emphyt. cap. 22. num. 9. & 10.* Quin etiam

pecunia

pecunia ad immobilia emenda deputata non poteſt diſt[illegible] tutoribus ſine decreto iudicis, vt poſt alios tradit Tiraquel. *de retract.* §.1. *gloſſ.* 7. *n.*106. & habetur in l. . §. *quid ergo, ff. de contrar. iud. tut.* ibi *Quid*, inquit *ſi de e pupilli non potuit ſibi ſo[l]uere. quia erat acquiſita ad prædiorum comparationem. ſi quidem non poſtulauit à prætore, vt depromatur pecunia, vel hoc minus deponatur, ſibi imputet.* Quem textum valde commendat Palac. *in cap. per v[e]ſtras*, § 26. quem ſequitur Caldas Pe[reira] *de emptio. & venditio. d. cap.* 13. *num.* 32. *poſt medium*, quamuis contrarium ſequantur Pinel. *in l.* 1. *in ſecunda parte, num.* 44. *C. de bon. matern.* & Socinus iunior *in conſ.* 120. *num.* 18. *lib.* 1. & alij, quos refert Tiraquel. *in tract. de retract. conſang.* §.1. *gloſſ.* 7. *num.* 106. & *num.* 1 . exiſtimantes pecuniam hanc inter mobilia computari, ac propterea in legato mobilium contineri. Sed reſolutio prior eſt verior, quoties pecunia reprimitur in arca, deſtinatúrque ad emptionem bonorum immobilium, ac propterea potius dicitur res immobilis, quàm mobilis ob deputationem ad emendum bona immobilia. Vnde abſque decreto alienari minimè poteſt, vt tenent Ioſeph. Ludouic. Peruſ. *deciſ.* 48. *num.* 35. & *ſequentib.* Boër. multis ibi congeſtis, *quæſt.* 205. *num.* 1. 2. & 3. Menoch. *conſ.* 124. *num.* 32. *verſ. nam pecunia ad emptionem fundi deſtinata cenſetur res quædam immobilis, & proprietas ipſamet fundi*; quo probatur pecuniam minoris pro emptione bonorum immobilium depoſitam non poſſe alienari ſine decreto iudicis, cùm pecunia illa aliàs mobilis poſtquam eſt depoſita ad emptionem prædiorum etiamſi recollecta ſit ex fructibus, non amplius fructus nomen obtineat, ſed potius proprietatis. Barbat. *in cap. nulli, num.* 10. *de reb. Eccleſ. non alien.* Simoncell. *de decretis, lib.* 3. *tit.* 8. *inſpect.* 5. *num.* 122. *verſ. tertius caſus eſt*, Rumanus *ſingul.* 103. *tu habes*, & Anton. Corcesius *ſingul. in verbo, pecunia*, quibus adhæret Gomez *in* §. *item Seruiana*, *num.* 21. *inſtit. de actionib.* Cremenſis *ſingul.* 59. & *in Ripa, in l.* 1. § *fuit quæſitum, num.* 9. *ff. ad* S.C. *Trebellian.*

Sequitur tertiò peccare tutores, & curatores alienando res mobiles, & immobiles minorum ſine decreto iudicis, & alienationem eſſe nullam; itavt minores, vel eius hæredes non ſolum poſſint agere contra emptores, ſed etiam contra quoſcumque poſſeſſores, ſiue ſingulares, ſiue vniuerſales. Quod ſit nulla alienatio & minori non præiudicet, conſtat *l. fin.* §. *ſin autem*, *C. ſi propter pup. pen. ſit.* & ex *l. lex quæ tutores, in verſ. venditione tutoris nulla, C. de adminiſtratio. tutor.* Quod verò poſſint agere contra emptores, & contra quoſcumque poſſeſſores, habes ex *l. magis puto*, §. *ſi æs alienum*, & §. *maneat ff. de rebus eor.* Imò poterunt non ſolùm rem alienatam, ſed etiam fructus vniuerſos vendicare, ſi conſtet emptorem non emiſſe bona fide, textus *in l.* 2. *C. ſi quis ignorans rem minoris eſſe*, & *in l. ſi prædium, C. de præd. minor.* Idem dic de emptore rei minoris non præcedentibus iuris ſolemnitatibus, præcedente tamen mala fide; is enim omnes fructus tenetur reſtituere, itavt in ſoro externo induſtriales fructus debeat reſtituere, etiamſi conſumpti ſint in quantum ſcilicet [illegible] f. ctus eſt Conar. *lib.* 1. *variar. cap.* 5. *num* 6. *ad fin.* Gutier. *de tutel. & curat. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 11, *& duobus ſequentib.* Quod eſt verum quando datur mala fides in emptore; ſecus ſi detur bona, textus *in l. bonæ fidei* 45. *in principio*, & §. *nec intereſt*, *ff. de acquir. rer. dom.* Octauianus Cacheranus *deciſione* 160. *numero* 15.

Similiter non eſt licitum tutoribus ſeu curatoribus tradere in emphyteuſim ſine decreto iudicis bona minorum emphyteutica. Valaſc. *de iur. emphyteut. quæſt.* 1. *num.* 22. Nec etiam bona immobilia eorundem tradi poſſunt in emphyteuſim ſine debitis ſolemnitatibus, ac decreto iudicis. Molin. *tract.* 2. *diſputat.* 224. *verſ. iudicis decretum*, & Gomez *tom.* 2. *variar. numer.* 14. §. *quartò extende*, *verſ. primò extende*, vbi volunt id habere locum in emphyteuſi perpetua, vel in conſtitutione vſusfructus, vel alterius cuiuſlibet ſeruitutis realis ad certum tempus data, per text. *in l. fin. C. de reb. alien. non alienan.* & *in l. ſed ſi pecuniæ*, § *fin. ff. de rebus eorum.* Neque excuſatur tutor, ſeu curator à petendo decreto etiamſi alienatio fiat in euidentem vtilitatem minoris, quando ſcilicet, fundus eſt ſterilis; adhuc enim requiritur decretum, Baldus *in l. quæcumque, C. de bon. quæ liber.* vbi ait decretum debere antecedere ſi alienatio fiat in vtilitatem minoris, quamuis ipſe minus bene dicat, *in l. cùm hi*, §. *cauſa, ff. de tranſactio.* ſine decreto valere alienationem ſi contineat manifeſtam minoris vtilitatem; ſed oppoſitum eſt verius per *l. non ſolum*, & *l. ob æs*, *C. de præd. minor.* vbi ſine decreto non valet alienatio minorum de bonis immobilibus, Alexand. *conſ.* 3. *col.* 3. *vol.* 3. Afflict. *deciſ.* 87. *num.* 2. Caldas Pereira *in l. ſi curatorem, in verbo, contractum feciſti*, *C. de reſtitutio. in integr. pag.* 1154. *num.* 14. *verſ. quæ tamen ſententia*, vbi concludit fundum quantumuis ſterilem ſine decreto non poſſe alienari, nec tutori permitti, vt illum vendat. Conuenit lex regia apud nos *lib. ordinatio. tit.* 87. §. 25. ibi, *que ſera mais proueito venderemſe, mandalos ha vender empregaon em al moeda, a quem por elles mais der*; vbi lex loquitur cum iudice. Vnde conſtat non poſſe alienari ſine decreto, ſicque fuiſſe iudicatum tradit Afflict. nemine repugnante, *ſuprà*, quam vocat communem Iaſon *in l.* 2. *ff. de offic. eius*, *numer.* 9.

Quæri poteſt an requiratur aliquid amplius in alienatione rerum minorum vltra decretum iudicis? Reſponde prætorem antequam interponat decretum cauſæ cognitionem præcedere debere. Inprimis enim debet expendere quænam ſit cauſa alienandi, vt habetur, *in l. ob æs*, *C. de præd. minor*, & *in l. magis puto*, §. *item prætor*, ibi, *ſed ſi ſit alia poſſeſſio minor, vel minus vtilis pupillo, magis eam iubeat diſtrahi ff. de reb. eorum.* Conſonat lex noſtra *vbi proximè d.* §. 25. ibi. *Que fera mais ſeu proueito*, hoc eſt, quæ ipſis erit vtilior. Sequitur Thomas Grammatic. *conſ. ciuili*, 137. & inter cauſas alienandi memoratur æs alienum, quod requiritur vt venditio rerum immobilium minorum valeat. Corneus *conſ.* 179. *col.* 1. & *con.* 207. *col.* 1. *vol.* 3. Roman. *conſ.* 321. *in principio.* Quin etiam non ſufficit æs alienum ſubeſſe, ſed exigitur, vt vrgeantur tutores, ſeu curatores à creditoribus petentibus ſibi ſolui; ipſis enim non petentibus non eſt ſoluendum, ideo iudex debet adhibere cauſæ cognitionem an creditores vrgeant cum effectu, & inſtent, vt ſibi ſoluatur. Sic Bartol. *in d. l. magis puto.* § *ne paſſim, ff. de reb. eorum*, ſequuntur Pariſ. *conſ.* 98. *col.* 2. *vol.* 1. & Decius *conſ.* 403. *col.* 3. Idem Pariſ. *conſ.* 85. *col.* 2. *vol.* 3.

Nec eſt credendum tutoribus, & curatoribus aſſerentibus creditores inſtitiſſe, & potuiſſe ſibi

21.

22.

ſolui;

ſolui, ſed veritas per iudicem debet inquiri ab eiſdé creditoribus, inſuperque cognito ære alieno, & inſtantia par creditores, facta antequam ad venditionem rerum ſtabilium procedatur, debet iudici conſtare non eſſe bona mobilia, quæ ſufficiunt ad æs alienum luendum. Roman. *d. conſil.* 321 Decius *conſ.* 403 *col. 2. in fine. & conſ.* 556. *col.* 1. Imo ex bonis mobilibus ea debent diſtrahi, quæ cum minore diſpendio patrimonij pupillaris alienari poſſunt, quæ ſi ſatis ſint æri alieno luendo, bona immobilia non poſſunt alienari, Pariſ. *d. conſ* 98. *col.* 2. *& in conſil. ſequenti, col.* 1. *vol.* 1. Angel. *in Authent. de eccleſ. ver. immob. alien.* vbi argumento bonorum Eccleſiæ de bonis minorũ agi poteſt. Sequitur Afflict. *deciſ* 249. *num.* 1. *&* 2. *verſ. quarto,* vbi addit eſſe vendendas res minùs damnoſas, nec vẽdi poſſe rem magnam pro paruo debito, per *l. & ſi ſine*, §. 1 *ff. de minor.* & conſtat ex *d.* §. *ne paſſim*, item quod debet accedere tutoris authoritas *l. neque, & l. cum quæ, C. de author. tutor. & Inſtit. de author. tutor. per totum.* gloſſ. & Bald. *in l.* 1. *in princip., ff. de reb. eorum.* Bartol. *in l. legitimos ff. de legitim. tutor.* vbi vult debere conſtare de iure a, & de inuentario tutoris, de quo *in l tutor, qui repertorium, ff. de adminiſtrat. tutor.* Afflict. *ibidem ſupra verſ. ſexto.* Speculator *in tit. de emptio. & venditio, verſ. Nunc dicendum reſtat,* & Corneus *conſ.* 209. *col* 2. *vol.* 4.

23. Nec item credendum eſt notario aſſerenti fuiſſe interpoſitum decretum à iudice præmiſſa cauſæ cognitione, vt probat Petrus Beneuenuti, *deciſ. Bonon.* 2. *num.* 4 quem ſequitur Maſcardus *de probat. conclus.* 276. *num.* 1. *&* 2. niſi cauſa & ſolemnitas requiſita enuncietur ſpecialiter in decreto, & ſine hoc non præſumitur cauſæ cognitio, ſic Accurſ. *in l.* 1. *ſuper verbo, omni ordine, circa fin. C. de fid. inſtrument.* Ioan. Faber § *fin. num.* 4. *Inſtit. de fideiuſſoribus,* & alij, quibus allegatis adhæret Maſcard. *de probatio. conclus.* 276. *num.* 2. Aliter non ipſi iudici aſſerenti interpoſuiſſe decretum cum cauſæ cognitione creditur ſecundum Viuium *lib. opinion. commun. verbo, iudex interponens.*

Vt ergo hæc clariùs fiant, aduertendum eſt duo inſtrumenta ſeparatim eſſe facienda diuerſis temporibus, quorum alterum contineat à iudice fuiſſe cognitum de cauſa: alterum verò poſt cauſæ cognitionem referat decretum iudicis fuiſſe interpoſitum. Sic Rolandus *conſ.* 33. *num.* 11. *vol.* 1. *& conſ.* 99. *num.* 24. Menochius *de recuper. poſſeſſ. remed.* 15. *num.* 143. *cum ſequentibus.* Duen. *regul.* 286. *ampliat.* 6. & Maſcard. *de probationib. concluſ.* 486. *num.* 22. *vol.* 1. Crauet. *de antiquit. temp. par. fol.* 83. *num.* 12. Conſonat textus *in l. lex, quæ tutores, C. de adminiſtrat. tutor.* vbi dicitur cauſas alienandi primò eſſe probandas priuſquam decretum interponatur; adeo vt ſi iudex non præcedentibus his probationibus decretum interponat; non eſt pro eo præſumendum, eo quòd ſeparata ſcriptura ab ipſa alienatione, & decreto fieri debet de tali cognitione, inquiſitione, & probatione ipſam alienationem præcedens. Sic Caſtrẽ *conſ.* 91 Alexand. *conſ.* 17. *col.* 2. *vol* 4. Decius *conſil.* 341. *col.* 6. & Pariſ. *conſ* 98. *col.* 2. *in fine, &* 100. *col* 2. *vol.* 1. & Neuiſanus *conſ.* 85. *num.* 5. Cotta *verbo, decretum, ad fin* & Bartol. *in decreto res Eccleſiaſtica, in authentica, ſi quis in aliquo, C. de edend. ad fin.* Iuuat Ruio. *in conſ* 40. *colum.* 1. *vol.* 5. vbi vult in alienationibus ab Eccleſia factis tractatum præcedere debere, & de eo ſeparatam ſcripturam faciendam eſſe, ac diuerſam ab inſtrumento alienationis. Ratio eorum omnium ea eſt, quia ſolemnitas hæc cognitionis cauſæ interueniſſe non potuit tempore confecti inſtrumenti, proinde notario non eſt fides habenda, imò nec confeſſioni iudicis aſſerentis interueniſſe cauſæ cognitionem. Sic Iaſon *in l. ne quicquam*, §. *vbi decretum, ff. de offic. procõ.* Pariſ. *in d. conſ.* 99. Innocent. *in cap. quoniam contra, de public.* & Felin. *in cap. ſicut. de re iudicat. num.* 8.

Quibus poſitis, dicendum eſt hanc opinionem procedere in cauſis minorum, in quibus cum decreto neceſſaria eſt plena, & exacta cauſæ cognitio & in cauſis Eccleſiæ, quando res tam minorum, quàm Eccleſiæ ſunt diſtrahendæ, ſeu alienandæ. Tunc enim pro decreti ſolennitate non præſumitur, quia quando requiritur probatio vrgentior, vel certa, & ex omiſſione huius ſolennitatis magna ſequitur læſio, non præſumitur pro decreto iudicis, vt poſt multos probat Maſcard. *d. concluſ.* 486. *num.* 24. *&* 25. vbi concludit nec pro decreto iudicis præſumi, quando alia probatio certa excludit illam præſumptionem; nec etiam præſumi pro iudicis decreto, quando ſequitur inſignis & magna læſio, tunc enim requiritur vt fiat ſingularis mentio cauſarum, & ſolennitatum, alias decreto iudicis, neque iudici, nec notario creditur, niſi de omnibus ſingularis fiat mentio. In aliis verò cauſis minorum puta in emancipationibus, vel manumiſſione facta per maiorem, vel quando ſuccedit loco conſenſu agnati in contractibus mulierum, & in ſimilibus, in quibus non requiritur plena cognitio cauſæ, ſatis eſt ſi ſimpliciter aſſeratur cauſæ cognitionem interueniſſe, Maſcard. *de probation. d. concluſ.* 486. *num.* 6. *&* 7. *&* 23. Secus in alienationibus rerum pupillarium, ſeu minorum, quia tunc opus eſt, vt cauſæ primò probentur, & de ipſis fiat ſcriptura, vt diximus ſeparata à venditione, & decreto, nec præſumptio eſt pro illo quando in illo non ſunt enunciatæ ſolemnitates quæ neceſſariæ ſunt ad alienanda bona minorum. Baldus *in l. ex ea, col* 2. *C. de teſt. mil. & in l.* 1. *ff. de rebus eorum,* vbi vult ita debere intelligi gloſſam *in l* 1 *C. de fid. inſtrum. lib.* 10. cùm hæc ſint de ſubſtantia, vt multis probat Roland. *d. conſ.* 99. *num.* 25. *vol.* 1.

His adde poſt decretum in bonis minorum alienandis requiri ſubhaſtationes, quia ſunt de ſubſtantia, ita vt non ſtetur ſcripturæ facienti mentionem de ſubhaſtationibus niſi alio modo de hoc conſtet. Bartol. *in l.* 1. *C. de fid. inſtrum. & haſta fiſca. lib.* 10. quem ſequuntur doctores communiter *in l. ſciendum, ff. de verbor. obligatio* teſte Corneo *in conſ.* 98. *col.* 3. *volum.* 1. Pariſ. *conſ.* 98. *col.* 3. *num.* . *col.* 2. *conſ* 100 *col.* 2. *vol.* 1. & probatur per *l. & ſi ſine*, §. 1. Gloſſ. & ibi Bartol *ff. de minorib.* Afflict. *deciſ.* 249. *num.* 2. *verſ. octauo,* poſt Speculatorem *de emptio. & vendit.* §. *nunc dicendum, verſ. ſi igitur tutor.* Concinit lex noſtra *lib.* 1. *tit.* 87 §. 25. ibi, *Mandalos ha vender empregaon em a moeda a quem por elles mais der,* vbi loquitur de bonis mobilibus; & multo fortius id accipe de rebus, quæ loco moueri non poſſunt, in quarum venditione neceſſaria eſt omnino ſubhaſtatio. Nam earum alienatio aliter facta, quàm lex, ac prætor decernit, non valet, quia forma decreti eſt omnino ad vnguem obſeruanda, *l. ſi pupillorum*, §. *ſi prætor.* & ibi Albeic *ff. de reb. eorum*, & Baldus *in rubric. extra de procuratorib.*

*torib. num.* 18. Mantica *de tacitis, & ambig. lib. 4. tit. 6. num. 9. & num.* 31. Chaſſanæus *in conſuetud. Burgund. rubric. 6. in verbo, Maintenir en bon, num. 1. & duobus ſequentib.*

16. Sed quid dicendum ſi tutores poſtulent à prætore decretum ad alienandum bona minorum per epiſtolam, vel per procuratorem? Reſponde, validum videri decretum ſic poſtulatum, quia poſſunt cætera minorum negotia per procuratorem agere, vt conſtar ex *l. neque tutores, C. de procuratorib.* Sic Caldas Pereira *de emptio. & venditio. cap. 13. num. 41.* Quæ ſententia eſt probabilis; ſed contraria tanquam communis eſt probabilior, ſecundum text. ſingularem, ſecundùm Bald. *in l. minorum, C. de præd. minor.* & Salicet. *ibi*, & Corneum *in conſ. 98. col. 2. vol. 1.* Chaſſan. *vbi proximè, num.* 2. *verſ. ideo non poteſt*, vbi addit ſi talis alienatio fiat, dari actionem perſonalem minori contra tutores, *l. magis puto, §. penult. ff. de reb. eor. gloſſ. in l. eum qui, C. arbitrium tutelæ, & in l. etſi præſes. Cod. de præd. minor.* Subditque cauſæ cognitionem, quæ neceſſariò requiritur in alienandis bonis minorum à iudice non poſſe alij delegari; ergo nec per procuratorem poſſe decretum expediri, ſed à tutoribus perſonaliter eſſe petendum, & à iudice præſtandum, tradunt Roland. *d. conſ. 33. num. 21. vol. 1.* Grammat. *conſ. ciuili 137. num fin.* Aldobrand. *in §. tutor, inſtit. de authorit. tutor. num.* 20. Ex eo fundamento, quia authoritas tutoris expreſſis verbis explicanda eſt, & coram interponenda, vt probatur ex eodem *§. tutor*, quod fieri non poſſet verè, ſi decretum poſtuletur per procuratorem. Accedit authoritatem eſſe præſtandam in ipſo actu; ex quo ſequitur non poſſe peti decretum à tutore per procuratorem; quæ omnia reddunt hanc partem probabiliorem, vt vltra præcitatos volunt Bartol. *in l. neque tutores, C. de procurator.* poſt gloſſam *verſ. interueniente*, & Angel. *in l. poſt mortem, §. fin. ff. de adoptio.* & Aretin. *in l. ſi quis mihi bona, §. iuſſu, ff. de acquir. hered.* poſt Innocent. & Hoſtienſ. *in cap. cum deſideres, de ſentent. excommunicat.* Quare decretum iudicis eſt omnino nullum ſi impetretur licentia alienandi à tutore per procuratorem ab eodem conſtitutum. Rolandus *vbi ſuprà*; ſicut redditur nullum ſi in inſtanti quo decretum petitur, concedatur; cenſentur enim omnia geſta præcipitanter facta, & negotium non bene fuiſſe diſcuſſum. Corneus 98. *verſ. ſecundo, vol. 1.* Curt. ſen. *conſ. 46. col. penult. in principio.* Talis enim authoritas nimis properè interpoſita, eſt nullius momenti; quod eſt vtile ad reſcindendum contractus celebratos cum minoribus in eorum præiudicium. Coſſer. *in ſingular. ſuis, in verbo, minor*, & Anchatran. *conſ. 82.* & Andr. Sicul. *in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtitution.*

17. Vlteriùs oportet ſcire decretum iudicis in alienatione rei minoris interpoſitum non eliminare reſtitutionem ſi minor reperiatur læſus, & poſtulet reſtitutionem, text. *in l. 2. C. de fid. iuſſ. minor.* cuius hæc ſunt verba, ibi: *Vendidit poſſeſſiones interpoſito decreto præſidis, atatis tantummodo auxilio iuuatur.* Conceditur enim reſtitutio minori, quamuis bona illius conſideratis conſiderandis vendantur; text. etiam *in l. ſi quidem, in fine, C. de præd. minor.* & eſt communis opinio, vt poſt plures docet Oddus *de reſtitut. in integr. 1. p. quæſt. 22. §. 9. num.* 54. *& ſequentibus*, quem ſequitur Gutier. *de tutel. & curis, part. 2. cap. 22. num. 24.* Caldas Pereira *de emptio. & venditio. cap. 13. num. 33.* vbi aduertit cauendùm eſſe ab Angelo negante in hoc caſo minoris reſtitutionem, additque *numer.* 35. minori tribuendam eſſe reſtitutionem, quando ipſe vendidit in euentu, quo ei non expediebat vendere, ad rem venditam recuperandam: quod ſi rem vendere minori expediebat, ſed circa pretium fuit læſus, datur optio, vel ad rem ipſam recuperandam, vel ad reſarciendum pretium, vtrùm malit emptor reſtituendo. Qua diſtinctione vtitur Gloſſ. *in l. ſi quidem, C. de præd. minor.* quam ibi probat Bartol. ſecundùm quam, quando minor læditur in pretio, & expediebat illi vendere, electio eſt emptori conuento, vt ſuppleat iuſtum pretium, vel rem reſtituat. Sequitur Fulgoſius in totum hanc diſtinctionem gloſſæ, cum electione emptori danda *in l. ſi res, §. 1. ff. de iur. dot.*

Egò tamen puto minori læſo rem venditam eſſe reſtituendam, & pretium emptori reddendum, quia iura indiſtinctè loquuntur ſignificando ſemper, per reſtitutionem rem auocari, vt colligitur ex *l. tutor* 49. §. 1. & ex *l. penult. ff. de minor.* vbi nulla facta diſtinctione ex læſione ſiue in pretio, ſiue in vendendo, cùm vendere non expediebat, diſtractio ipſa reuocatur. Quod multo fortius ſecundùm meum iudicium conſtat ex c. 1. *de in integr. reſtitutio.* vbi agitur de alienatione rei Eccleſiaſticæ, in qua Summus Pontifex reſpondit rem Eccleſiæ diſtractam per reſtitutionem ad exemplum minoris eſſe reſtituendam cognita læſione; quæ verba ad læſionem in pretio non minùs, quàm ad actum vendendi, quando vendere non expediebat, diriguntur. Ex quibus deducitur hanc partem eſſe veriorem, quamuis ſit contra communem; atque ita diſtinctio gloſſæ, ac differentiæ non eſt obſeruanda. Sic Paulus de Caſtro *in l. non intereſt, num. 4. C. quod metus cauſa*, Baldus *in l. 2. C. ſi aduerſus fiſcum.* Alberic. Cynus *in d. l. ſi quidem, C. de præd. minor.* & ſic fuiſſe iudicatum tradit Fulgoſ. *in d. l. ſi res, ff. de iur. dot.* quos ſequitur Pinel. *in l. 2. C. de reſcind. venditio. 3. part. cap. 2. num. 20. & 21. verſ. non deficere*, Menchac. *lib. 3. quæſt. forenſ. cap. 66. a num. 3.* 28.

## §. II.

### *De his, quæ tutores licitè agere poſſunt in rebus minorum.*

### EPITOME.

29 *Tutores de iure communi poſſunt contrahere cum pupillis palam, & bona fide; ſecus de iure Luſitano.*

30 *Tutor nec per ſe, nec per interpoſitam perſonam poteſt emere rem pupilli.*

31 *Tutor de iure Hiſpano poteſt emere rem minoris authoritate iudicis.*

32 *Tutores quando ſunt creditores pupillorum, poſſunt ſibi ſoluere, non tamen intereſſe conſequentur.*

33 *Tutores non poſſunt ſibi ſoluere ex pecunia pupillari deputata ad emptionem prædiorum.*

34 *Tutores an poſſint ſibi ſoluere de rebus pupilli, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, & quid de rebus per fideicommiſſum relictis.*

35 *Tutor an poſſit authoritatem præſtare pupillo, vt ſibi ſoluatur.*

36 *Tutor,*

36 *Tutor, eius filius, aut nepos poſſunt contrahere cum pupilla matrimonium; ſecus de iure ciuili.*

37 *Tutores, ſeu curatores poſſnut durante tutela tradere ma⸗rimonio pupillas adultas; eiſque ſufficientem dotem conſtituere.*

38 *Tutor ſi dotet pupillam vltra vires propry patrimony, dos quo ad exceſſum non valet, niſi propria bona, ac perſonam obliget.*

39 *Tutores principum poſſunt donare; reliquorum verò poſſunt facere eleemoſynas loco minorum.*

40 *Minores, quas eleemoſynas poſſint facere, & quid ſi profuſe largiantur.*

41 *Tutores poſſe recipere aliquid pro maritandis ſuis minoribus aliqui affirmant, ſed melius negatur.*

42 *Tutores an poſſint inducere minores, vt ſibi relinquant aliquid in teſtamento.*

43 *Tutores an relicta boni viri teneantur in aliquo periculo conſulere rebus minorum.*

44 *Tutores ſoli poſſunt agnoſcere poſſeſſionem bonorum, non autem repudiare.*

45 *Actiones non oriri neque earum exercitium inter tutores, & pupillos durante tutela certum eſt.*

46 *Negotia aliena gerens non repetit impenſum in negotijs, ſed quanti dominus ſit ditior.*

47 *Tutores pecunias relictas ad alimenta minorum depoſitas apud mercatorem, qui poſtea decoxit, non tenentur reſtituere.*

48 *Tutores non deponentes pecuniam pupillarem quantum lucri praeſtabunt pupillo.*

49 *Tutor an poſſit deponere pecunias pupillares per contractum ſocietatis ſalua ſorte, & per venditionem lucri incerti pro loco certo.*

50 *Puta ad ſeptem, vel octo pro centenario.*

51 *Tutor an poſſit mutare pecunias pupillares cum pacto de ſoluendo lucro ceſſante, vel damno emergente pupillis.*

52 *Tutor poteſt accipere mutuum traditis mobilibus loco pignorum.*

53 *Minor non tenetur ſoluere mutuum acceptum, niſi creditor probet fuiſſe conuerſum in vtilitatem ipſius.*

54 *Minor non tenetur mutuum à tutore acceptum ſoluere, niſi creditor probet fuiſſe conuerſum in vtilitatem minoris*

55 *Secus in alijs contractibus.*

56 *Pignus à tutore datum in ſecuritatem contractus in fauorem minoris eſt validum.*

*Secus ſi tutor agendo rem propriam tradat rem minoris in pignus. ibid.*

57. & 58 *Tutores & reliqui alieni patrimonij administrationem habentes iuramentum de calumnia, ſine ſpeciali mandato, praeſtare poſſunt; quod ſi recuſent iurare, nocent principalibus.*

59 *Tutores & adminiſtratores alieni patrimonij, non poſſunt prorogare terminum ſolutioni praefixum notabili cum praeiudicio minorum.*

60 *Tutores & curatores nequeunt ex interuallo ſine decreto ponere pactum in contractu venditionis de retrouendendo.*

61 *Secus in ipſo contractu.*

62 *Pactum de retrouendendo eſt pars ipſius contractus & quando reſoluitur, fit executio ipſius contractus.*

63 *Tutores debent rationes pupillares habere diſtinctas a proprijs.*

64 *Tutores non obligant pupillos per ſuam confeſſionem de pecunia mutuo accepta, nec pupillis nocent.*

65. & 66 *Tutor ſocius ſui pupilli, & curator ſui minoris ſi proprio nomine emant ex communi pecunia communicant. Etiamſi repugnent pupilli, & minores.*

67 *Tutores dum contrahunt in dubio cenſentur id facere nomine pupillorum. Sicut cenſetur procurator in dubio contrahere nomine principalis.*

68 *Tutores negotiando aliquid ex officio, cenſentur negotiari nomine pupillorum.*

69 *Tutores tanquam tutores agentes iuri ſuo non praeiudicant, & poſſunt iuri proprio conſulere.*

70 *Perſona illius attenditur cuius contemplatione actus geritur.*

71 *Tutores poſſunt petere reſtitutionem nomine pupilli aduerſus actum, quem ipſi tutores geſſerunt; minores verò poſſunt petere reſtitutionem, vel agere contra tutores.*

72 *Praelati poſſunt petere reſtitutionem, ſi Eccleſia laedatur in contractibus per eos celebratis.*

TVTORES de iure communi attento 39.
poſſunt contrahere cum pupillis palam, & bona fide per *l. non exiſtimo, ff. de adminiſtrat. tutor.* Bartol. *in l. cum emptione, §. fin. ff. de contrahend. emptio. & in l ſi pupillus, §. fin. ff. de conditio. indebit.* Bald. *conſ. 347. num. 1. vol. 4.* Alexand. *in l. 1. §. fuit quaeſitum, num. 2.* & ibi Iaſon *num. 19. ff. ad Trebell.* & plenè Angel. de Peruſ. *conſ. 96.* Bertrand. *conſ. 201. num. 7. lib. 2.* Idem Bald. *conſ. 201. in fin. lib. 3.* cum authoritate tamen alterius tutoris, vel curatoris; tunc enim valet quicunque contractus inter pupillum, & tutorem bona fide, & palam celebratus, vt vltra relatos tradit idem Angel. *conſ. 96. in princ.* abſque tamen alio tutore, vel curatore in illo contractu, celebrato inter pupillum, tutorē ſeu curatorē contractus non valet, & multo fortiùs quando celebratur clam, & per ſuppoſitam perſonam. Bald. *d. conſ. 347.* & alij allegati per Tuſchum *in verbo, tutores, concluſ. 451. num. 1.* Secus ſi per ſe ipſos contrahant bona fide, & palam cum authoritate contutoris. Pupillis autem ſic deceptis competit reſtitutio in integrum, Angel. *d. conſ. 96. in principio, num. 2. verſ. licet autem*; non tamen integrum eſt tutoribus publicè, & bona fide contrahentibus poſſe agere durante tutela ex illo contractu. Angel. nuper relatus *num. 3. verſ. de ſecundo, per totum.*

De iure tamen noſtro *lib. 1. tit. 87. §. 29.* tutores, ſeu curatores cura, & tutela durantibus nequeunt clam, nec publicè emere res pupillorum, ſeu minorum, ſiue mobiles, ſiue immobiles, etiamſi ſub haſta vendantur, nec praetor poterit concedere facultatem ad emendum, emptióque quomodocumque facta, eo ipſo eſt nulla; finita tamen tutela, aut cura ſi poſtea aliqua bona vendantur minorum poſſunt emi à tutoribus, ſeu curatoribus, quia iam fraus, & ſuſpicio fraudis videntur ceſſare. Quod intellige etiam per interpoſitam perſonam, eo quod emere prohibiti per ſe ipſos, per interpoſitam perſonam emere non poſſunt. Baldus *in l. hac edictali, C. de ſecund. nupt. in fine principij, in authent. de nupt. §. optime, col. 4. & in l. ſi per impreſſionem, C. quod metus cauſa.* Nam per interpoſitam perſonam fortiùs interdicitur emptio, quia qui ſic emit, magis praeſumitur fraudulenter.

fraudulenter emere. Attenditur enim magis perſonæ, cui acquiritur, quàm perſonæ per quam acquiritur. Menoch. *conſ.* 178. *num.* 3. *& conſ.* 322. *num.* 29. Maſcard. *de probat. concluſ.* 815. *num.* 43. *& concl.* 1236. *n.* 101. idem Menoch. *de arbitr. caſu* 459. *num.* 2.

Præſumitur enim tutor per interpoſitam perſonam emere quando poſt emptionem reperitur poſſidere rem venditam, & ſic præſumitur fraus. Bartol. *in l. ſi is, qui num.* 4. *ff. de vulgar. & pupill. ſubſt.* & Bald. *in l.* 2. *num.* 1. *verſ. item præſumitur fraus, C. de repud. hered. & in d. conſ.* 347. *Titius geſſit tutelam, in* 2. *dub.* Fabianus *de emptio. & venditio. in* 3. *quæſtione principali*; idem Menochius *de præſumption. lib.* 6. *quæſt.* 36. *num.* 24. vbi id multis probat, præſertim quando perſona interpoſita per quam res emitur, eſt coniuncta tutori, puta ſi eſt filius illius, aut alter ſuæ poteſtati ſubditus, quia perinde eſt ac ſi per ſe ipſum emiſſet, vt deciditur *in d. l. pupillus*, §. *item ipſe tutor, in fine, ff. de auth. tutor.* Nec valet venditio, neque emptio. Mantica *de tacit. & ambig. lib.* 4. *titul.* 23. *num.* 17. Caldas Pereira *de emption. capit.* 17. *numer.* 8. eo quòd eſt iuris præſumptio; quod ſi pater prohibetur aliquid per ſe facere, cenſetur etiam prohibitus per filium facere, cùm filius præſumatur à patre inductus ad faciendum vt interpoſitus: ſicut etiam dicitur vxor tutoris à marito interpoſita, quando ipſa emit bona pupillorum, quorum maritus eſt tutor, per legem *cum ipſe, Cod. de contrah. empt.* & per d. l. *pupillus*, per quam Iaſon *in l. Gallus*, §. *quod ſi is, in* 2. *lectur. num.* 15. *verſ. ego ſemper. ff. de liber. & poſthum.* docet ſi pater bannitus non poteſt contrahere, neque mediante filio poſſe, quia præſumitur filius in fraudem interpoſitus. Idem Menochius *conſil.* 322. *numero* 30. *& ſequentibus.*

31. De iure etiam Hiſpano tutor poteſt emere res minores authoritate iudicis; ceſſat enim authorante iudice omnis fraus, & venditio ſuſtinetur per *l.* 4. *titul.* 5. *part.* 5. ibi: *Si el guardador compraſſe del que tiene en ſu guarda con otorgamiento del iuez.* Aliter enim nullo modo poteſt tutor emere nec palam, nec bona fide per *l.* 23. *titul.* 11. *lib.* 5 *noua recopilation.* ibi: *No pueda, ni deua comprar ninguna coſa de ſus bienes, y ſi la comprare publica, o ſecretamente pudiendoſe probar la compra, que anſi fue fecha no vala, e ſea des fecha:* niſi facta fuerit à tutore talis emptio cum iudicis decreto, & authoritate. Nam tunc valida eſt emptio ex vi *dict. l.* 4. *titul.* 5. *part.* 5. vbi additur ſufficere vt emptio ſit valida, authoritatem iudicis, vel alterius contutoris, quando emptio eſt de re mobili: de re verò immobili authoritatem vtriuſque, iudicis videlicet, ac alterius contutoris requiri, quia ipſe tutor non poteſt ſibi authorare. Bartolus *in l. ſi curatorem, Cod. de in integr. reſtitut.* Gregorius Lopez *in dict. l.* 4. *numero* 10. Molin. *tract. de iuſtit. diſputatione* 224. §. *res minoris, verſ. Tutor qui adminiſtrat.* Petrus Duennas *regular.* 31. Spino *in ſuo ſpeculo gloſſ.* 29. *numer.* 59. *&* 60.

32. Secundò, poſſunt tutores, quando ſunt pupillorum creditores ſibi ſoluere, ac ſatisfacere, & in hoc caſu ſibi poſſunt authorari, & à tempore moræ, aut incuriæ in ſibi ſoluendo amittunt intereſſe licitum, ſeu vſuras, quia imputetur ſibi, quod ſibi non ſoluerint, ſicut potuerunt aliis ſatisfacere. Nec refert ſi dicatur non poſſe tutores contrahere cum pupillis, quia id procedit ad illos obligandum, non verò ad liberandum. Surdus *de alimentis, titul.* 8. *priuileg.* 37. *num.* 10. *& conſ.* 253. *num.* 13. Caualcan. *de tutor. num.* 179. *verſ. Nam tutor*, Baeça *de decimis tutor. cap.* 2. *num.* 112. Duennas *in regul.* 31. & ex antiquioribus Ioannes Andreas *ad ſpeculum in titul. de inſtrum. editio.* §. *Nunc verò aliqua, numer.* 3. *in fine*, Bartolus *in l. ſi procurator, num.* 11. *&* 12. *ff. de condict. indebit. & in l. quoties*, §. *temporalis, num.* 1. *ff. de adminiſtrat. tutor.* per text. ibi: his verbis. *Sicut autem*, inquit Iulianus, *ſoluere tutor, quod debet, ita exigere à pupillo quod ſibi debetur poteſt, ſi creditor fuit patris pupilli. Nam & ſibi ſoluere poteſt, ſi modo fuerit pecunia vnde ſoluat, & ſi vſuræ fuerint grauiores, quæ ei debebantur, releuabitur eis pupillus, quia tutor ſe potuit liberare, ſicut alys quoque ſoluere, & potuit, & debuit.* Ex quo reſponſo Iuliani concludunt Aretinus §. *actionum, numer.* 46 *& ſequentib. inſtit. de actionib.* & Baldus *ſingul.* 5. *Quero, tutor non poteſt*, & Romanus *ſingul.* 104. *Tu habes quod pecunia*, & aliis, quibus accedit Caldas *in l. ſi curatorem in verbo, contractum feciſti, num.* 25. *Cod. de in integr. reſtitut.* tutorem poſſe ſibi, & aliis ſoluere, ac mutuam accipere pecuniam, & ſe ipſum debitorem ſcribere, & conſtat ex *d. l. quoties*, §. *non tantùm*, ibi: *Non tantùm autem ſibi ſoluere tutor, verùm etiam ſibi creditam pecuniam ſcribere poteſt.* Excipiunt tamen Romanus, & Caualcan. 33.
nuper relati quando pecunia in qua tutor, vel curator ſibi vult ſatisfacere, fuerit deputata ad emptionem bonorum immobilium; tunc enim docent non poſſe tutorem ſibi ſoluere ex illa pecunia niſi in ſubſidium. Sequitur Gutier *de tutel. & curis p.* 2. *cap.* 9. *num* 41. *ad fin.*

Nec obſtat deciſio gloſſæ 1. *in l. ſingularia, ff. ſi certum petat.* dicentis hoc habere locum, quando id quod debetur, eſt ex cauſa mutui, quia probabilius eſt id intelligi in debito ex quacumque cauſa. ſic Bartol. *in d. l. ſingularia, num.* 7. Angel. *in* §. *tutor, num.* 2. *ad fin. Inſtit. de author. tutor* Bald *in l. cum ipſe in fine C. de contrahend. emptio.* vbi indi- 34.
ſtinctè ait poſſe tutorem ſibi ſoluere de rebus pupilli, quæ non poſſunt ſeruando ſeruari. Afflict. *deciſ.* 13. *num.* 14. & Ananias *conſ.* 34. *in principio.* Caldas Pereira *vbi proximè d. num.* 25. *verſ. & licet gloſſ.* 1. vbi addit tutori ipſi hæreditatem eſſe reſtituendam per fideicommiſſum tutore ipſo authorante; quod eſt contra deciſionem *in l.* 1. §. *fuit quæſitum ff. ad Trebell.* ibi: *& eſt decretum*, inquit, *à Diuo Seuero non poſſe tutori ſe authore reſtitui hæreditatem, quia in rem ſuam author non eſſe poſſit.* Ob quam reſolutionem ipſe indeciſam reliquit quæſtionem, cui reſponderi poteſt pupillum non poſſe tutore authorante per fidei commiſſum facere reſtitutionem hæreditatis, quia cum reſtitutio hæreditatis ſit magni momenti, & poſſit eſſe damnoſa, aut lucroſa, iure optimo attenta ingenij imbecillitate fieri non poteſt à pupillo, cum beneficium deductionis quartæ ibi reperiri debeat, & ipſe præ ingenij debilitate nequeat diſcernere an damnum vel lucrum ſibi reſultet; ideo non poteſt eidem tutori eo authore eam reſtituere. Sic Bartolus *in dict.* §. *fuit quæſitum*, ſenſit ex mente gloſſæ; ſed neceſſaria eſt authoritas prætoris, iuxta decretum à Diuo Seuero poſitum *in dict. l.* 1. §. *fuit quæſitum*,

*ff. ad Trebell.* vbi loquendo de tutore ait ſic, ibi, *Non poſſe tutori ſe auctore reſtitui hæreditatem, quia in rem ſuam auctor eſſe non poteſt.* Quam reſolutionem probat textus *in l. reſtituta, 7. §. fin. ff. ad Trebell.* Sequitur Gutier. 2. *part. cap. 9. numero 46.*

An verò poſſit tutor authoritatem præſtare pupillo, vt ſibi ſoluatur? Caldas affirmat ſine conſenſu pupilli, qui eſt dominus pecuniæ, non poſſe tutorem conſequi dominium iuxta regulam *l. id, ff. de regul. iur. Quod noſtrum,* … *eſt,* &c. qui intellectus eſt de mente gloſſa … *in l. vnica, de contract. iud.* Vnde, vt tutor ſibi ſoluat, debet authoritatem præſtare pupillo; aliter enim ſolutio non ſuſtinetur. Sed dicendum eſt non eſſe opus conſenſu pupilli; quia pupillus præcipuè quando diſtat à pubertate non habet integrum conſenſum quo in tutorem tranſmittat dominium ſuæ pecuniæ, ſed lex ipſa illud transfert, & ſic intelligenda eſt regula *l. id quod noſtrum eſt*, quæ ſupplet id, quod deeſt in conſenſu legitimo, & integro pupilli. Nec refert tutorem in rem ſuam non poſſe auctorari, vt *in dict. l. 1. §. fuit quæſitum, ff. ad Trebell.* quia id procedit niſi authoritas interpoſita ad commodum pupilli principaliter tendat. In quo euentu quamuis in conſequentia ſuccedat tutorem ſibi negotiari, poteſt tamen ſibi authorari, ſeu authoritatem præſtare, per textum *in l. 1. & l. quod dicimus, ff. de author. tutor.* Item quia ſicut pupillus poteſt rem ſuam, & conditionem meliorare, vt tradit Iaſon *in l. more, num. 11. ff. de acquirend. hæred.* Sic etiam tutor ſibi ſoluendo facit meliorem conditionem pupilli cùm illum liberet. Atque ita non tantùm potuit, vt inquit Iulianus ſuprà, ſibi ſoluere, ſed debuit, *in l. quoties, §. ſicut autem, & §. non tantum, ff. de adminiſtrat. tutor.* Gutierrez *ſuprà, d. cap. 9. num. 45.* vbi *numer.* 48. ſubiungit duo requiri copulatiuè, vt tutor poſſit ſibi ſoluere. Primum, quòd patris pupilli fuerit creditor. Secundum, quòd non deficiat pecunia, vnde ſibi ſoluat; deficiente ergo pecunia non poterit ſibi ſoluere in bonis immobilibus. Baldus *in l. cum ipſe tutor, in vltimis verbis, C. de contrahend. emptio.* Sequitur Laurentius de Pino *conſ. 60. num. 14.*

36. Tertiò de iure canonico poteſt tutor, eiuſve filius, aut nepos accipere vxorem pupillam maiorem duodecim annorum, & matrimonium inter eos, eiuſque liberos, ac nepotes validè contrahi poteſt, gloſſ. *in cap. 1. verbo, quandoquidem, 30. quæſt. 3.* Alexand. *in l. ſi filius à patre, §. ſi quis eo, num. 1.* & ibi Iaſon *num. 2. ff. de liber. & poſthum.* Gregorius Lopez *in l. 6. gloſſ. 1. titul. 17. part. 7.* Caualcan. *de tutor. & curator. num. 278. pag. 157.* dummodo intercedat legitimus conſenſus, & ſeruata forma Concilij Trident. qua obſeruata, vbi receptum eſt, fit legitimum matrimonium, exceptis perſonis ab ipſo iure canonico, & Concilio Tridentino prohibitis, inter quas non fit mentio tutoris, curatoris, eiuſve filiorum, ac nepotum.

Nec obſtant deciſiones iuris ciuilis *in l. fin. C. de tempor. in integrum reſtitut. & in l. qui puellam, ff. de adulter. & in l. filius à patre, §. ſi quis eo tempore, ff. de liber. & poſthum.* interdicentes, ne contrahatur matrimonium cum pupilla adulta ſub pœna adulterij ante redditam rationem tutelæ, vel etiam poſt, nondum completo vigeſimo quinto anno, necnon & alio vtili anno, eſſéque ipſo iure nullum matrimonium conſtabat ex *l. ſi patris. Cod. de interdict. matrimon. inter pupillam, & tutorem, ſeu curatorem, filioſque eorum*, quia huiuſmodi leges per ius canonicum, & per Concilium Tridentinum, cui in hac materia ſtandum eſt, vires non habent, quibus matrimonium annulletur, nec poſſunt reddere inhabiles has perſonas ad contrahendum matrimonium, quamuis prohibeant; nam contra prohibitionem iudicis matrimonium contractum ſuſtinetur, vt habetur *in cap. 1. cum* aliis de matrimonio contracto contra interdict. Eccleſ. Petrus Ledeſmius *de matrimon. in additionib. ad 3. partem D. Thomæ, quæſtion. 45. artic. 5. pag. 190. colum. 1.* Couaruuias *in quarto 2. part. cap 6. in princip. numer. 6. ver. quarto coniugium contrahi non debet.* Et probatur ex cap. *tua nos. de ſponſal. duor.* & ex cap. *cum Apoſtolica, de ſponſal.* vbi quamuis matrimonium contrahi non debeat lege prohibente, contractum tamen non vitiatur iuxta communem, vt Abbas *in cap. ad diſſoluendum, de ſponſal. impuber.* & notat Decius *in cap. 13. colum. 11. de teſtibus.*

37. Quartò, tutor, ſeu curator poſſunt pupillam adultam, ſeu minorem durante tutela ſeu cura in matrimonium collocare, eique ſufficientem dotem promittere, & conſtituere attenta qualitate, & conditione, ac mariti cui ipſa nubit iuxta facultates parentum, Alberic. *in l. quidquid, C. arbitrium tutelæ, & in l. qui ſine*, & ibi Bald. & Angel. *ff. de negot. geſt.* Baeça *in tract. de decim. tutor. cap. 2. num. 114.* vbi volunt non ſolùm poſſe, ſed teneri minorem ſuam matrimonio collocare.

38. Quod ſi tutor, ſeu curator durante tutela, ſeu cura, minorem dotet ſimpliciter de ſuis bonis, in quantitate dotis certa, maiore tamen quàm ſint vires patrimonij ipſius pupillæ, ſeu minoris; non ſuſtinebitur promiſſa dos, quoad exceſſum, neque tutor, ſeu curator tenebitur ſupplere, nec ſoluere quod deeſt. Conſtat ex *l. 9. tit. 11. part. 4.* vbi ſic dicitur. *Otroſi qualquier ome que tenga en ſu poderio, o en ſu guarda alguna manceba* (hoc eſt puellam adultam) *con todolo ſuyo, que fueſſe ya de edad para caſar: puedenlo apremiar, que la caſe, e quel eſtableſca dote ſegun fuere la riqueſa, que auia ella, e la nobleza de aquel con quien la caſa caſi mas eſtableſcieſſe por dote de lo que vnieſſe la manceba, no valdria;* Hoc eſt, ſi tutor ſeu curator habeat pupillam adultam ſub ſua cura cum omnibus bonis ſuis conſtitutam, cogi poteſt, vt eam in matrimonium collocet, dotémque iuxta facultates patris, & conditionem mariti eidem conſtituat; quod ſi maiorem dotem, quàm ſint vires patrimonij promittat, exceſſus non valebit, vt *in l. cum poſt mortem, §. 1. ff. de adminiſtrat. tutor. & in l. ſi generalis, ff. de iur. dot.* Quæ loquuntur de dotante ſimpliciter ſine dolo, ac fraude puellam de ſuis bonis in certa dotis quantitate; tunc enim non tenetur in exceſſu, nec dos quoad illum valet per text. ibi: *No valdria.* Gregorius Lopez *ibi, gloſſ. 5.* Conſonat expreſsè lex *cùm poſt, §. dotis. ff. de iur. dotium.*

Quod ſi tutor, ſeu curator ſcientes non habere puellam dotem competentem vltra vires patrimonij certam quantitatem promittant, obligentque non ſolùm bona minoris ſuæ, ſed etiam bona

propria,

propria, ac perſonas proprias; in hoc euentu de bonis ſuis in exceſſu ſatisfacient, quia vel ſimpliciter donare voluerunt, vel doloſè fecerunt; & in vtroque euentu tenentur ſatisfacere, quia quamuis generale ſit dotantem non intelligi dotare de proprio quando bona alicuius adminiſtrat, ſed cenſetur dotare de bonis illius cuius bona ſub manu ſua habet, vt notat Bartol. Bald. & Angel. poſt gloſſam *in l. fin. C. de dot. promiſſio.* Surdus *de aliment. tit.6. quæſt.8. num* 47.48. & 49. Nihilominus in hoc caſu cum tutor, ſeu curator ſcienter ſe, & bona ſua obligent pro certa quantitatis dote, tenentur ſtare promiſſioni quoad exceſſum, quia cenſentur de ſuo donare, per *l. vnicam, §. accedit. C. de rei vxor. actio.* Baeça poſt alios *de non meliorand. ratio. dotis filiab. cap.35. numer. 14. verſ. quod autem.* Ratio, quia in dubio cenſetur animo donandi dotare, vt notat Bartolus *in l. quæ dotis, numer. 6. ff. ſolut. matrimon.* Baldus *in l. fin. numero* 13. *Cod. de dot. promiſſ.* & alij, quos ſequitur Valaſcus *conſult.* 127. *numer.* 11.

39. Quintò, tutores Principum poſſunt donare: gloſſa *in cap. grandi, de ſupplenda neglig. prælat.* quod etiam intelligitur de quocunque tutore nobilium, qui magna fulgeant nobilitate, & opibus abundent. Surdus *de alimentis, tit.6. quæſt.11. numer.49.* & quamuis non poſſint donare bona regni, poſſunt tamen exercere liberalitatem, quam communiter Reges exercere ſolent, non verò quæ raròconcedunt, argument. text. *in l. ſi ſtulas, ff. de contrahend. emptio. §. frumenta,* Innocentius *in dict. cap. grandi, de ſupplend. neglig. prælat. lib. 6.* quem ſequitur Andreas Siculus *in cap. in princip de donatio.* & alij, quibus accedit Palat. Rub. *in repetitio. rubrica, §. 45. de donatio. inter vir. & vxor. numer.* 12. Fauet lex *cum plures tutelam, §. penultim. ff. de adminiſtr. tutor.* vbi habes poſſe tutorem mittere conſanguineis, ac cognatis pupilli munera ſolennia, quæ mitti conſueuerunt. Quo textu ductus Baldus *in l.2. Cod. de iur. dot.* reſoluit donationem præſumi fieri attenta conſuetudine loci. Idem extendit Molin. *de iuſtit. tom... tract.2. diſp.224. §. porrò ad alimenta, & diſput.277. §. minores qui filijfamilias non ſunt*, vbi vult tutores, ſeu curatores poſſe facere eleemoſynas, & donationes loco minorum conſuetas, non verò inſolitas, quoniam hæc præſtare non poſſunt; habetur *in l.3. §. cum tutor.* iuncta gloſſa *ibi, ff. de adminiſtrat. tutor. & in l. Attilius, ff. de donation.* Accedit Medin. *in tract. de eleemoſyna. C. de quib. bonis eleemoſyn. ſit facien. ad fin.* Armil. *verbo, eleemoſyna,* §.7. & Palodanus *in 4. diſtinct. 15. quæſt. 3. artic.6. concluſione* 1.

40. Ex quibus ſequitur minores, qui ſubſunt curatori, ſeu tutori de non caſtrenſibus ſine facultate eorum donare non poſſe de bonis ſuis; cenſentur tamen habere ſaltem tacitam facultatem, quando longè abſunt à ſuo domicilio, modò tamen non excedant quantitatem, quam curatores illis præſcribunt, dum in patria degunt. Quinimo curatoribus inuitis poſſunt eleemoſynas, ac donationes facere, quas facere ſolent reliqui ſui iuris ſi ſunt eiuſdem conditionis, quia ſimiles ſumptus ſunt illis debiti à curatoribus, aut tutoribus. Qua in re attenditur cauſa donandi magnitudo patrimonij, & natalium ſplendor. Rarò tamen peccabunt mortaliter, quamuis profuſe largiantur, ſi contra præceptum curatorum expendant, nec accipientes tenentur reſtituere donec ipſi donatores petant reſtitutionem in integrum, vel à curatoribus repetatur. niſi per vim, fraudem, aut dolum acceptum ſit. Molin. *diſp.224. ad fin. & diſp.231. & diſp.277. §. minoris,* Leſſius *lib.2. cap.18. dub.11. num.81. fol.227. col.2.* & Fillincius *tom. 2. tract. 34. cap.2. num. 40. folio 508. col.2.*

Sextò, tutores, vel curatores poſſunt recipere ſine onere reſtituendi aliquid pro maritandis puellis minoribus ſub ſua poteſtate conſtitutis, gloſſa *in l. ſi ſine vxoris, in fine, ff. de negot. geſt.* Gulielm. de Ludo *ſingul.41.* quos ſequitur Rebuffus in concordatis *in rubric. de public. concub. pag.724. ad fin.* & Caualcan. *de tutor. & curator. numer. 277.* Sed meliùs reſpondes tutores, ſeu curatores turpiter feciſſe recipiendo aliquid pro puellis in matrimonio collocandis, tenerique reſtituere ſaltem pauperibus ſic acceptum, cum teneantur ipſi puellas collocare in matrimonium, illiſque dotem competentem conſtituere, vt volunt Ioannes Andreas *in addition. ad Specul. tit. de indic. §. generalia ſuper numer.32. litera F.* & Angel. *in l. qui ſine, ff. de negot. geſt.* poſt Pileum *in ſuo opere, quæſt. 72. de pupilla*, & Gregorium Lopez *in d. l.9. in gloſſa, que defiendieſſe, titul.11. part. 4.* quibus adhæret Baeça *de decimis tutor. cap.1. num.21.* 41.

Septimò tutores, ſeu curatores quamuis non poſſint inducere pupillam, aut minorem ad condendum teſtamentum in eorum fauorem, vt notat Petrus Duennas *in regul.31. verbo, adminiſtratores, in 2. concluſ. num. 6.* blandis tamen verbis bene poſſunt inducere teſtatorem ad ſibi relinquendum, quod decreuerat, aut debuerat relinquere pupillis, ſeu minoribus, iuxta gloſſam *in l. pupillorum, C. de adminiſtr. tutor.* dummodo tutor accepiſſet tutelam teſtamentariam: Secus ſi illam noluiſſet accipere; tunc enim non poteſt tutor petere legatum, & reſtituet ſolutum. Ruinus *conſ.38. num.2. & 3. & conſ.49. num.1. vol.2.* Decius *conſ.* 192. Emanuel Suares *in ſuis communib. opinionib. in verbo, tutor, num.323.* vbi teſtatur de communi, Caualcan. *de tutor. & curator. numer.190. & num.280.* Blandis enim verbis ſine vi, vel fraude, poteſt quis perſuadere teſtatori, vt non pupillo, ſed ſibi relinquat aliquid etiam poſtquam cognoſcit illum non ſibi, ſed pupillo velle relinquere, vt vltra præcitatos tradunt Cynus, Alberic. & Salycet. *in l. quidquid, C. arbitrium tutela.* Ex eo fundamento, quia non eſt ius quæſitum pupillo propter ſolam intentionem teſtatoris, neque tutor, ſeu curator tenetur in hoc caſu procurare pro commodo pupilli, neque præferre vtilitatem pupilli vtilitati propriæ. Baiça *in d. cap.2. de decim. tutor. num.119.* Syluest. *in ſumma, verbo, clericus quartò, quæſtion.10. numer.6.* vbi idem extendit ad clericum, vel prælatum procurantem bonum proprium quando nulli fit iniuria, quia non tenetur tutor, vel curator pupillum plus diligere, aut bona eius quàm ſua. 42.

Sed contra videtur dicendum, quia tutor, ſeu curator, iurarunt vtilia facere & inutilia omittere in gratiam minorum, & curam bonorum habere vti boni patresfamiliàs, aliàs tenentur ad damna, expenſas & intereſſe, & contra eos poteſt iurari in litem, vt ſuprà dictum eſt. Ergo concurrente vtilitate pupillorum, ſeu minorum cum vtilitate tutorum, 43.

ſeu curatorum, vtilitas tutoris ſeu curatoris debet cedere commodo minorum. Vnde ſi caſu orta tempeſtate in medio mari, & nauis ſummergatur, & tutor non poſſit è naufragio bona pupilli ſimul & ſua ſaluare, debet potius bonis pupilli conſulere, quam propriis. Idem videtur, quando tutor pecunias pupilli, & proprias habebat ad honeſtum lucrum, & mercator decoctus fuit apud quem depoſitæ erant. Cæterum dicendum eſt, quando periculum imminuit bonis minorum, & bonis curatorum, & curatores non potuerunt vtriſque ſuccurere vnico actu, ſed tantummodo bona propria è mediis fluctibus non ſine periculo perſonæ ad litus euaſerunt, non teneri de bonis minorum, nec eſſe obligandos ad damna ſecuta, Bartol. *in l. tutor. §. non eſt ff. de adminiſtr. tutor.* Petr. de Vbald. *in tract. de duob. fratrib. in 8. partit. in 3. quæſt. n.* 4. Plotus *in l. ſi quando, num.* 216. *& ſequent. verſ. negligentia tutoris, C. vnde vi*, vbi ait in ſimilibus caſibus periculum eſſe pupillis, non verò tutoribus, niſi quando fuerint negligentes in ſaluandis mercibus, vel in recuperandis pecuniis. Sequitur Caualcan. *de tutor. & curator. num.* 114 *verſ. & ſi caſu fortuito, & num.* 329. Menoch. *remed. 7. de recuper. poſſeſſ. num.* 23. *& ſequentib.*

44\. Octauò tutor poteſt ſolus agnoſcere poſſeſſionem bonorum, non autem repudiare, *l. tutor. ff. de bonor. poſſeſſ.* Azot tamen tradit hoc poſſe fieri cum iudice à tutore amicis intercedentibus, per *l. magis puto, §. non paſſim, ff. de reb. cor.* quod ſolus non poſſit, gloſſa *in d. l. tutor. §. fin.* quatenus vult non videri tutores, quando ſpoliant minores, & ſic quamuis poſſint agnoſcere poſſeſſionem ſoli, non poſſe tamen repudiare. Nam quamuis tutores ſoli adire valeant, pupilli tamen reſtitui poſſunt contra talem aditionem, per *l. 1. ſi vt ſe ab hered. abſtineant.* Atque ita non eſt hoc pupillis damnoſum; ſecus in repudiatione, eo quòd ſi non eſſent res hæreditariæ, integrè minores reſtitui non poſſent. Bartol. & Decius *in l. bonorum, C. qui adm. in princip.* firmant, & habetur *in l. fin. C. de repudia. hered.* & in ſpecie ait Surd. *conſ.* 164. *num.* 50. 51. *&* 52.

45\. Nonò, non oritur actio, neque actionis exercitium inter tutores, & pupillos durante tutela circa illa, quæ reſpiciunt geſtionem, & adminiſtrationem tutelæ, habetur *in gloſſ. in l. 2. C. de adminiſtrat. tutor.* Circa autem ea quæ ſunt extra tutelam, quamuis naſcatur actio inter tutorem, & pupillum, durante tamen tutela non datur exercitium actionis. Baldus *conſ.* 211. *ante medium, verſ. in contrarium, lib.* 5. vbi loquitur in iis, quæ reduci poſſunt aliquo modo ad tutelæ adminiſtrationem, quia quamuis in illis perſeuerante tutela actio oriatur, non tamen datur exercitium quando habet originem tutela durante. Angel. *conſ.* 96. *n.* 3. quod Baldus extendit *d. conſ.* 211. *lib.* 5. & Angel. *d. conſ.* 96. ad actionem pupilli contra tutorem, ſecus quando actio eſſet nata ante tutelam ſuſceptam; tunc enim non interdicitur actio, neque actionis exercitium prohibetur, Baldus, & Angel. *vbi proximè.*

46\. Decimò, gerẽs aliena negotia non repetit, quod impendit in eo negotio, ſed quanti ſit ditior is, cuius negotium geſtum eſt, text. *in l. ſi pupilli, §. ſed & ſi quis, ff. de negot. geſtis*; tutor tamen repetit impenſas pro pupillo factas, quamuis excedant valorem omnium bonorum pupilli, *l. 3. in princip. ff. de contrar. iud. tutel.* Quod intelligit ibi Nicolaus de Neapol. ſi, quod fuit expenſum, vtiliter fuit erogatum in rem pupilli; vnde poteſt tutor repetere impenſam factam in ſoluendo ſalario magiſtro pupilli, ſi non erogauit animo donandi, per *l. ſi paterno affectu, C. de negot. geſt.* & facit lex *alimenta, C. eodem*, vbi datur repetitio illius quod fuit impenſum in vtilitatem pupilli. Surd. *de aliment. tit. 9. quæſt. 39. num. 8. & 9.*

Vndecimò, pecuniam relictam ad alimenta poteſt tutor deponere ad honeſtum lucrum apud mercatorem idoneum, & quamuis poſtea mercator decoxerit, non propterea tenetur tutor ſi communiter mercator idoneus reputabatur, habetur *in l. ſi res pupillaris, ff. de adminiſtr. tutor.* Bartol. *in l. ſi ſoluturus, ff. de ſolut.* Neque enim propter malum exitum dicitur fuiſſe inutiliter geſtum, ſed vtiliter conſiderato principio, cui attenditur, non verò fine, *l. ſed an vltro, §. 1.* vbi ſcribentes *ff. de negot. geſt.* Quod ſi tutor collocet pecuniam apud mercatorem non ad honeſtum, ſed ad iniuſtum lucrum, tenetur de iniuſto ſatisfacere quoad exceſſum, per *l. fundi Trebatiani, §. penult. ff. de vſufruct. legat.* vbi dicitur quando redditus fundi paſſi ſunt culpa hæredis minutionem, teneri illum reſarcire illam. 47.

Duodecimò, tutor qui non poſuit pecuniam apud mercatorem cum commodè potuerit, tantum lucri præſtabit pupillo, quantum alij mercatores conſueuerunt præſtare, attenta conſuetudine regionis, text. *in l. ſeruus plurium, §. fin. ff. de legat. 1. & in l. nummis, ff. de legat.* 3. Quod ſi extat conſuetudo præſtandi vſuras vſurarum, ait Gabr. *commun. opinion. lib. 6. tit. de conſuetud. concluſ. 1. num.* 31. poſſe recipi; id tamen negat Rodrig. *de annuis reditib. lib. 3. quæſt. 10. num.* 54. in tutore, qui in ſuos vſus pupilli pecuniam conuertit, quem obligat ad ſoluendum vſuras etiam vltra duplum, non tamen vſuras vſurarum, quia vſurarum vſuræ nullo iure permittuntur, vt ipſe latè probat *ibidem, num. 49. per totum.* Tenebitur tamen tutor ſolitus vſuras certas patri pupilli præſtare, ſecundùm eas ſoluere pupillo. Surdus *in aliment. tit. 9. quæſt. 40. n. 45. & 46.* per text. *in d. l. tutor. qui repertorium, §. pecunia, verſ. in ſuos vſus, & in l. ſi quis ſemiſſes, ff. de vſur.* Indulgentur tamen tutori ſex menſes ad collocandas pecunias pupillares in prædiorum emptiones ex eo tempore, quo cœpit adminiſtrare, neque pro eo ſpatio condemnabitur ad intereſſe, niſi tutor pecunias in ſuos vſus conuerterit. Prior pars probatur ex *l. ſi tutor. ff. de adminiſtr. tut.* Poſterior ex *l. tutor. qui repert. §. vſura, ff. eod.* Baeça *de decima tutor. cap. 2. num.* 96. & Gaſpar. *de annuis reditib. lib. 3. quæſt. 10. num.* 64. 48

Sed quæres quam ſummam certam tutor tenebitur ſoluere pupillo, qui otioſam habuit pecuniam pupillarem, neque eam depoſuit ad honeſtum lucrum apud mercatorem idoneum, vel quando eam conſumpſit, verbi gratia, poterat pecunia collocari à tutore apud mercatorem ſalua ſorte, periculo tamen manente penes mercatorem, accedentéque ex parte mercatoris aſſecuratione capitalis, & venditione lucri incerti pro certo pretio, vt fieri ſolet communiter vbique lucrum ex parte deponentis pecuniam. Sed antequam quæſtioni propoſitæ reſpondeatur, diſcuti debet quomodo fieri poteſt contractus hic licitè ſalua ſorte, manente periculo penes recipientem pecuniam. In qua re primò dicendum eſt hunc contractum non fieri à tutore cum mercatore ſine ſocietate ſaltem tacitè, & implicitè inita, atque reſeruetur ſors incolumis apponenti illam 49.

&

& periculum totum in apponentem operam, & induſtriam recidat, qui modus contrahendi virtute continet tres contractus: primum ſocietatis; ſecundum aſſecurationis capitalis; tertium venditionis lucri incerti pro certo pretio ex parte deponentis pecuniam, aut emptionis ex parte recipientis illam, & hoc modo licent, quamuis contradicat Panorm. *in cap. per veſtras, de donation. inter vir. & vxor.* Armil. *verbo, ſocietas, n.* 8. Sot. *de iuſt. lib.* 6. *quæſt.* 6. *art.* 2. & P. Rebellus *de contractib. lib.* 15. *quæſt.* 4. Sed eſſe licitos docent Couarruuias *lib.* 3. *variar. cap.* 2. *num.* 4. Petrus Nauarra poſt plures *lib.* 3. *de reſtitutio. cap.* 2. *num.* 442. & ex noſtris Valent. 2. 2. *diſp.* 5. *quæſt.* 24. & 25. *vtrobique, punct.* 2. vbi ait ſic fuiſſe ſuo tempore Romæ deciſum à Doctiſſimis Theologis. Sequitur Molin. *tom.* 2. *de iuſtit. diſp.* 417. §. *hoc itaque conſtituunt; fol.* 1087. Azor. 3. *part. lib.* 9. *cap.* 4. *quæſt.* 6. Leſſius *de iuſtit. lib.* 2. *cap.* 25. *dub.* 3. *num.* 23. *folio* 337. *col.* 1. Reginaldus *in praxi, tom.* 2. *lib.* 25. *cap.* 12. *num.* 242. *tit. decima octaua cauſa aſſecurationis, & cap.* 25. *eodem lib. numer.* 396. poſt Nauarrum *cap.* 17. *in manuali*; ſiue hi tres contractus celebrentur inter ſocios, ſiue cum aliis, ſiue eodem, ſiue diuerſo tempore; & Filliucius *tom.* 2. *tract.* 38. *de contract. cap.* 3. *de ſociet. negot. num.* 52. & 53. *fol.* 690.

Nec obſtat quod aliqui dicunt hos tres contractus debere fieri explicitè, & expreſsè, quia ſatis eſt implicitè ſaltem intendi, nec requiri omnino, vt fiant expreſsè. Quoniam idem operatur conſenſus implicitus. Nauarrus *dicto cap.* 17. *numero* 254. & *in conſiliis, tit. de conſtitutio. quæſt.* 34. *lib.* 1. Leſſius *dict. dub.* 3. *num.* 32. Toletus *lib.* 5. *cap.* 41. Molin. *d. diſput.* 417. *concluſ.* 1. *folio* 188. Vnde implicitè poſſunt fieri hi tres contractus hoc modo, *Confero tibi centum ad negotiandum, & tu ſuſcipe in te periculum capitalis, & inſuper dabis mihi quotannis pro lucro incerto tantum lucri certi, & reliquum lucrum tuum eſto*, vbi virtute tres illi contractus continentur, quam formam contrahendi probant Molin. *d. diſput.* 417. *concluſ.* 1. *verſ. da mihi*, & Leſſius *ſuprà, in dub.* 3. *num.* 28. *verſ. denique iſti tres contractus, & ante num.* 27. *verſ. hinc patet*, vbi probat hos tres contractus poſſe fieri per modum vnius contractus innominati, *do, & facio, vt des, & facias.* Verbi gratia, *Confero tibi hanc meam pecuniam ad negotiandum licitè, exponendo eam periculo, & priuando me illius commoditate, & concedo tibi totum lucrum, ea lege, vt te obliges ad reſtituendum ſortem ſaluam, & ad ſoluendum tantum lucri certi pro centum quotannis.*

Nec etiam refert, conſtitutionem Sixti V. editam anno 1586. 12. Kalen. Nouembr. cuius meminit Leſſius *d. lib.* 2. *c.* 25. *dub.* 3. *num.* 33. *verſ. non obſtat*, prohibere in vniuerſum, ne ſocietas aliqua contrahatur cum pacto, vt ſors in quolibet caſu fortuito ſalua ſemper maneat, quia id intelligitur quando pactum additur ex vi, & ſubſtantia ſocietatis, vel certè, ex vi conuentionis, cum qua ineatur ſocietas, non verò quando tale pactum apponitur ex eo quòd ſocius ſponte aſſumat, & per contractum aſſecurationis diſtinctum, hoc periculum capitalis in ſe, quod non repugnat contractui principali ſocietatis, imò conſonne eſt cum ipſo iure naturali. Quo poſito multo probabilius eſt per conſtitutionem Sixti V. ſolum fuiſſe prohibitum pactum adiectum ex vi, & ſubſtantia ſocietatis, non verò quando apponitur, & aſſumitur ſponte à ſocio, & per contractum aſſecurationis diſtinctum, hoc periculum capitalis in ſe. Imò teſte Azor. *tom.* 3. *lib.* 9. *cap.* 3. *quæſt.* 7. Sixtus V. reſpondit viuæ vocis oraculo ſe in ſua conſtitutione non damnaſſe ſocietates contractas cum pacto à claſſicis doctoribus approbato, ſed illud, quod ab eis communiter reprobatur. Sed hoc pactum quo ſocius ſuſcipit in ſe liberè per contractum diſtinctum aſſecurationis, onus, & periculum capitalis, eſt approbatum Romæ à ſapientiſſimis doctoribus, vt notat Azor. *d. quæſt.* 6. Leſſius *dub.* 3. quos ſequitur Filliuc. *d. cap.* 3. *num.* 59. Ergo.

Accedit, quia etiam poſt dictam conſtitutionem paſſim hi contractus initi reperiuntur cum tali pacto aſſecurationis, & in hoc Regno Portugalliæ eſt illud vſu receptiſſimum, traditque Molina iam ſuo tempore fuiſſe frequentiſſimum. Idem eſſe in Belgio ait Leſſ. & in Italia *d. dub.* 3. *num.* 33. vbi non obſtante dicta conſtitutione viget, & ſemper viguit hæc forma contrahendi non ſolum in Italia, ſed etiam in reliqua Europa. Nauarrus locis citatis, & Filliuc. *d. n.* 59. *ad fin.* proinde abſque dubio dicendum eſt dictam conſtitutionem, vel nunquam fuiſſe receptam, vel non prohibuiſſe hanc formam contrahendi; nempe vt ſors ipſa, etſi fortuito caſu pereat, ſemper ſalua ſit, & integra à ſocio recipiente reſtituatur, ſic præcitati. Ex quibus conſtat hanc formam contrahendi eſſe licitam, & hos tres contractus ſiue implicitè, ſiue explicitè initos eſſe iuſtos, quia vt tales ſint, ſatis eſt quòd liceant in vno loco, & ſint probati à viris doctis, & timoratis, vt ſint liciti in altero loco. Bernard. Dias *in practic. crimin. cap.* 136. Gom. *in cap. ſi annum, num.* 44. & 45. *de indic. lib.* 6. Boëtius *deciſ.* 269. *num.* 2. Accedit contractum eſſe licitum quando in regione aliqua communiter frequentatur, imò quando eſt ſuſpectus, non debet ſtatim fœneratitius iudicari, vt bene notat Riccius *in praxi, variar. reſolutio. reſolut.* 307. *num.* 2. Gerſon. *de contractib. conſiderat.* 5.

His poſitis, Dico bene poſſe tutores deponentes pecuniam pupillarem apud mercatorem intendere explicitè, vel implicitè triplicem illum contractum, & agere cum eo, vt manente ſorte ſalua per contractum aſſecurationis pro lucro incerto reddat quotannis ſex, aut ſeptem, aut octo ad ſummum. In quo euentu nulla eſt in illo contractu iniuſtitia, neque hoc lucrum certum in quo conueniunt pro incerto, ſunt vſuræ pupillares multis in locis prohibitæ, quia illæ ideo prohibentur, quia non habent alium titulum, quàm puri mutui; at hoc lucrum certum acquiritur virtute illius triplicis contractus modo licito cum mercatore initi. Quod verò hoc lucrum certum, ſcilicet, ſex, ſeptem, aut octo in centum, ſeu pro centum exigi poſſit ſalua ſorte, probatur ex traditis ab Hercule Mareſcoto *lib.* 2. *variar. reſolutio. cap.* 83 *numer.* 53. vbi probat dotis fructus ex conſuetudine fori reductos fuiſſe ad computum ſeptem florenorum cum dimidio pro quolibet centenario, quæ taxa intelligebatur ſiue pro oneribus matrimonij poſt moram dotis non ſolutæ, ſiue pro alimentis viduarum, quæ habent dotale pignus, ex quo fructus poſſint recipi loco alimentorum. Sicque fuiſſe deciſum per Rotam in cauſa Romana fructuum dotis, 27. die Ianuar. anno 1597. coram Orano. 50.

Confirmatur ex Couar. 3. *var. cap.* 1. *corol.* 8. Molin. *tom.* 2. *de iuſt. diſp.* 321. §. *controuertunt doctores*, & ex Rebell. *de obligat. iuſtit. part.* 2. *lib.* 5.

*quæſt.* 10. *ſect.* 3. dicentibus licitum eſſe paciſci genero cum ſocero, vt ſibi ſoluatur donec dos tradatur quotannis ad ſuſtinenda onera matrimonij, puta ad rationem vnius pro quatuordecim, quia ſicut poteſt gener interim dum non ſoluitur dos accipere fructus poſſeſſionis datæ in pignus non computandos in ſortem, ſic etiam poteſt paciſci, vt certa ſumma ſibi roddatur quotannis. Molina *vbi ſuprà*, & Rebell. *ibidem*, & *lib.* 8. *quæſt.* 12. *de vſur.* Iuuat Gaſpar Roderic. *de annuis redditib. lib.* 3. *quæſt.* 8. *a num.* 13. *verſ. contrariam opinionem veriorem*, & *num.* 18. vbi probat licitam eſſe pactionem illam, qua certa ſumma promittitur ſingulis annis ſoluenda vltra ſortem dum differtur dotis traditio. Cui opinioni fauent plures, quos refert, ac ſequitur Felicianus *lib.* 2. *de cenſib. cap.* 5. *num.* 21. Suffragatur quod tradit Baldus *in l. fin.* §. *præterea, col.* 2. *de iur. dot.* & Cæpol. *conſ.* 15. *in ciuilibus*, Anton. 2. *part. tit.* 1. *cap.* 7. §. 33. vbi volunt dotis promiſſæ & non ſolutæ intereſſe poſſe taxari ad rationem vnius pro quatuordecim, vel ad rationem decem pro centenario, vt inter mercatores ſequuntur Alexand. *conſ.* 63. *colum.* 2. *lib.* 3. & *conſ.* 31. *num.* 7. *lib.* 4. & Conradus *de contractib. quæſt.* 35. *concluſ.* 11. & 12. dummodo quantitas taxata adæquet veroſimile intereſſe damni emergentis, aut lucri ceſſantis. Iuuat Couar. *lib.* 3. *var. cap.* 1. *num.* 3. *verſ. ſeptimò*, ſubdens idem poſſe fieri quando vxori viduæ interim ab hæredibus mariti dos non ſoluitur, quare poſſe ab illis dari certam & annuam quantitatem ad rationem decem pro centenario. Facit pro eiſdem quod redditus annui perpetui ad liberam tamen debitoris voluntatem perpetuò redimibilis pretium in Hiſpania eſt ad rationem quatuordecim pro vno; per legem Regiam 6. *tit.* 15. *lib.* 5. *recopilatio.* & per decreta ſupremorum tribunalium probatum eſt, teſte Couar. *d. lib.* 3. *variar. cap.* 10. ideo non eſt dubitandum de iuſtitia huius pretij, quod eſt lege, & conſuetudine definitum, per regulam *l. pretia rerum ff. ad l. falcid.* Couar. *vbi ſuprà*, *cap.* 9. *n.* 6. *verſ. ex quibus colligitur*, Mexia *in pragmatic. pan. concluſ.* 1. *num.* 1. & *concluſ.* 4. *num.* 21. poſt Gerſonem *de contractib. conſideratione* 5. dicentem pro regula iuſti pretij ſequendam eſſe communem conſuetudinem.

51. In ſpecie autem, & in caſu propoſito tradit Flores Dias de Mona *in additionib. ad Anton. Gammam, deciſ.* 110. *num.* 3. *ad fin.* vbi ait hoc intereſſe deberi etiam non ſolitis negotiari; ſi pecuniam deſtinatam habebant, vel ad emenda prædia, vel ad lucrum aliud ſperatum, præſertim ſi minores ſint, poſſéque in hoc euentu recipere ad rationem quatuordecim pro vno; & ex mercatoribus ſi apud eos deponatur pecunia, poſſe accipere ad rationem ſeptem; aut octo pro centum, quam ſummam cenſet eſſe moderatam; ſequitur Surdus *de alimentis, tit.* 9. *quæſt.* 40. *num.* 46. & 47. vbi decidit pupillaribus pecuniis poſſe acquiri octo pro centenario, ſicque fuiſſe iudicatum; pro qua reſolutione refert, ac ſequitur Romanum *ſingul.* 179. *in fine*, & *in conſ.* 139. *col.* 2. *verſ. quinimo*, & Lupum *in cap. per veſtras, in* 6. *notabil.* §. 7. *nu. num.* 2. *de donation. inter vir.* & *vxor.* dicentem vſuras fuiſſe taxatas ad octò pro centenario, quemadmodum ſoluuntur cenſus. Conſentit Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 25. *dub.* 3. *fol.* 340. *num.* 31. in locis vbi negotiatio eſt magis lucroſa eo plus exigi poſſe; ideo ſi campſoribus detur pecunia, vel mercatoribus apud Indos, vel apud loca populoſa, vbi pecunia non tanti æſtimatur; ibi poſſe exigi octo, vel decem pro centenario, non damnat. Conſonat Filliuc. *tom.* 2. *tract.* 35. *cap.* 9. vbi de campſoribus, *num.* 455. *verſ. quartò quæro*, vbi ait, quòd quando campſor noluerit ſtare lucro incerto cambiorum poſſe paciſci cum campſore de moderato lucro certo, quod ferè eſſet medium inter incerta extrema, puta, ſi aliquando lucrum futurum ſit duodecim pro centum, aliquando quatuor, vel quinque, medium poſſe accipi, nempe ſeptem, aut octo pro centum. Sic ille ibi.

Sed mercatores peritiſſimi interrogati quantum ſoleant lucrari quotannis, Reſpondent ſe pro centum lucrari triginta, & eo amplius. In quo euentu ad dominum pecuniæ pro parte ſua quindecim veniunt, & illis quindecim remittit mercatori tria, vel quatuor pro aſſecuratione capitalis, & deinde pro aſſecuratione lucri certi remittit alia tria: quo facto remanet domino ſola illa ſalua, & conſequitur pro lucro certo ſeptem, aut octo tuta conſcientia; quæ praxis in Luſitania vbique ſeruatur maximè in oppidis frequentibus; nec de illa mercatores diligentes, & timorati ſiniſtrè loquuntur, cum ſuſcipiant periculum in ſe pecuniæ depoſitæ ex pacto, & ſtipendio ea de cauſa aſſignato. Cum ergo fiat debita remuneratio ſubeunti periculum, excluditur mutui natura, quod fit nullo dato ſtipendio à mutuante pro ſaluanda ſorte mutuatario, neque ex vi horum contractuum deſinit eſſe dominium pecuniæ penes dantem, vt rectè contra Sotum docet Molin. *d. diſput.* 417. *verſ. ſecunda concluſio*, & Leſſ. *d. dub.* 3. *num.* 29. & Filliuc. *d. cap* 3. *num.* 54. *fol.* 690. *col.* 2. *verſ. nec obſtat ex Soto.*

Nec obſtat ſi dicas Molinam *d. diſp.* 417. *col.* 5. *pag.* 1087. *verſ. vt quid de hac reſentiam*, tradidiſſe poſſe recipi à domino pecuniæ, verbi gratia, quatuor, aut quinque quotannis pro centum, vel partem aliquotam lucri, quod fuerit acquiſitum, & Leſſium *d. dub.* 3. *num.* 26. dixiſſe, poſſe recipi à mercatore ſex, & dimidium in centum, quia ibi addit, poſſe ſolui quantum iudicio peritorum conuentum fuerit. Nam tempore, quo docuit Molina, non tanta erat copia pecuniarum, nec tanti rerum pretia accreuerant. Publicè enim id expoſuit Eboræ cùm eſſet primarius Theologiæ profeſſor ab hinc annis quinquaginta, & eo amplius: quo tempore quatuor vel quinque, aut ſex ſolui pro quolibet centenario pluris erat, aut ſaltem tanti æſtimabatur, quanti temporibus noſtris ſeptem, aut octo, cùm hodie pecunia præ copia, & abundantia non tanti fiat, & mercaturæ ars à pluribus exerceantur, rerúmque venalium pretium in dies magis, ac magis accreuerit. Idcirco non eſt damnanda conſuetudo ſoluendi ratione horum contractuum ſeptem, aut octo pro centum. Probatur, quia contractus in aliquo Regno, ſeu prouincia ſolitus celebrari apud honeſtos, & graues mercatores communiter cenſetur licitus, nec præſumitur fœneratitius, Bartol. per textum ibi in *l. quæ ſit fugitiuus*, §. *item apud Labeonem*, *ff. de ædil. edict.* Oldrad. *conſ.* 207. *num.* 7. Tiraquel. *de retract. conuent. in fin. num.* 127. Roland. *conſil.* 58. *num.* 19. *lib.* 4. Quibus accedit Couar. *in epitome lib.* 4. *decretal.* 2. *part. cap.* 7. §. 3. *num.* 5. *verſ. ex quo etiam perpendi poteſt*, vbi ſentit contractum à conſuetudine fieri ſolitum, qui communiter licitus exiſtimatur, non cenſeri fœneratitium, & contrahentes tam à pœna, quàm à peccato eſſe immunes.

Decimo

Decimotertiò, poteſt tutor nemine cogente pecunias pupillares deſtinatas ad emendũ prædium, vel ad negotiandum ad preces alterius mutuare, & paciſci cum mutuatario de lucro ceſſante, quod pupillo ceſſat ea de cauſa intra tempus pro quo mutuum petitum conceditur etiam antequam mutuatarius ſit in mora illud ſoluendi; lucrum tamen erit tantum, quantum ſperabatur conſequi ex negotiatione, vel ex emptione, atque ita fas erit paciſci de hoc lucro ceſſante, ſicut & de damno emergente, & accipere vltra ſortem quantum prudentis arbitrio æſtimabatur. Conſtat ex traditis à Couar. 3. *variar. cap. 4. num. 5.* & ex Molin. *tom. 2. de iuſtit. diſp. 315. fol. 393. §. contraria tamen*, Caietan. 2. 2. *quæſt. 78. art. 2. ad primum.* Ioan. Medin. *de rebus per vſuram acquiſit. quæſt. 3. conſ. 2.* Hoſtienſ. *in cap. ſalubriter*, & *ibi* Abbas *num. 3. de vſur.* Archidiac. *in cap. vſura, 14. quæſt. 3.* Quo circa non admitto Innocentij, nec Ioan. Andreæ, & aliorum doctrinam *in cap. vlt. de vſur.* quatenus dicunt hanc petitionem in mutuo eſſe illicitam, præſertim quoad lucrum ceſſans. Quia iuſtè poteſt quis ſtipulari ſe indemnem ſeruari tam in lucro, quam in damno. Couar. *vbi ſuprà, num. 5.* & Molin. *d. §. contraria tamen.* Corradus *de contract. quæſt. 30. verb. vſur. 1. à num. 15.* & Nauarrus *in manuali, cap. 17. n. 211. & in comment. de vſur. 14. quæſt. 4. num. 47.*

Probatur, quia lucrum ceſſans habenti pecunias ad emendum deſtinatas ratione mutui non eſt minùs pecunia æſtimabile, quàm damnum emergens ex eodem mutuo; igitur ſicut integrum eſt mutuanti inire pactum de damno illo emergente, & ob illud aliquid vltra ſortem accipere, ſic etiam fas erit eidem de lucro ceſſante facere pactionem. Item, quia operario ſolito operas ſuas aliis locare licet ſi ab eo petatur, vt comitetur hominem vſque ad Olyſiponem, exigere ab eo pretium lucri ex itinere ceſſantis quod operas ſuas non locauerit; ergo mutuans paciſci poteſt non ſolùm de damno emergente; ſed etiam de lucro ceſſante. Accedit conſuetudo piſcatorum, qui ſolent vendere licitè piſces, quos iactu retis prehendere ſperant; habetur *in l. ſi iactum, ff. de actionibus empti.* & interdum, vt deſiſtant à iaciendo rete in fauorem alicuius aliquid lucri accipiunt; ergo mutuans, qui habet pecunias ad emendum, ſeu negotiandum deputatas, poteſt paciſci cum mutuatario pro lucro ceſſante, eo quod deſiſtit à negotiatione, ſeu emptione, vt mutuet. Molin. nuper relatus, & Nauarrus *in commentario citato de vſur. à num. 49.*

Quin etiam addo poſſe ſua ſponte mutuantes ad certum tempus, puta ad annum paciſci de damno emergente, & de lucro ceſſante, ſi quod ei ex eo ceſſet, quod mutuatarius in termino præfixo mutuum non ſoluat. Ratio, quia eo ipſo quod aliquid datur mutuo ad tempus certum ad lucrum ceſſans, & ad damnum emergens, obligatur mutuatarius, ſi termino præfixo non ſoluat, quamuis non ſit potens ad ſoluendum abſque culpa ſua. Cenſetur namque pactum intercedere ſaltẽ tacitè eo ipſo quòd præfixus fuit terminus ſolutioni, & mutuatarius tenetur reſarcire intereſſe, quod mutuans amiſit ex defectu ſolutionis. Quod habet ita locum, vt mutuatarius intereſſe teneatur reddere mutuanti ante ſententiam, quamuis ſolutio fuiſſet omiſſa abſque culpa etiam iuridica mutuatarij; quod quamuis durum videatur; verum tamen eſt, quia cum illa obligatio oriatur ex contractu, ratio, & ius naturale poſtulat, vt mutuatarius ad intereſſe obligetur ante ſententiam, etiam quando ſine culpa ipſe non potuit ſoluere. Ita Sotus *de iuſtit. lib. 6. quæſt. 1. art. 3.* Atque etiam tenetur ad omnia damna, quæ ex mora ſoluendi contigerint mutuanti, & quicquid expenderit in repetitione debiti, & ad omnia tenetur in foro conſcientiæ. Ita Medin. *de rebus per vſuram acquiſitis, quæſt. 3. & vlt.* Adrian. *de reſtit. quæſt. quia tactum eſt de intereſſe.* D. Thom. 2. 2. *quæſt. 62. art. 4. ad 2.* Syluest. *verb. vſura, 1. quæſt. 26.* Leſſius *lib. 2. cap. 20. de mutuo, & vſur. dub. 10. à num. 69. & dub. 11. à num. 8.* Molin. *tom. 2. de iuſtit. diſp. 299. fol. 308. §. ſi certus terminus, & diſp. 315. verſ. 2. concluſio, fol. 390. & 391.* Non tamen mutuator debet tantum exigere, quantum eſt lucrum, quod ſperabat, ſed minus exigendum eſt, nempe quanti valet illa ſpes lucri deductis laboribus, & expenſis, & hoc ſolum poteſt mutuator ex pacto exigere; verbi gratia, ſpes lucri valet decem, labor, & ſumptus valent tria; hæc tria teneris remittere mutuatario, & ſeptem dumtaxat ab eo retinere poteris, ratione lucri ceſſantis.

Similiter ſi mutues mille mercatori ſine aliqua obligatione, bene poteſt mutuatarius tuum inire contractum aſſecurationis, & pro periculo ſortis in ſe ſuſcepto poteſt à te accipere pretium arbitrio prudentis iuſtum, ſicut poteſt quiuis alius abſque vſura, & iniuſtitia. Ita Molin. *tom 2. de iuſtit. diſp. 318. concl. 1. &* 2. poſt plures *ibi* allegatos. Reginald. *tom. 2. lib. 15. cap. 11. num. 211.* probatur ex Baldo *lib. 1. C. de ſumma Trinitat. num. 4.* dicente quod quando aliquid præſtatur vltra ſortem, non ratione mutui, vel dilationis, ſed ob aliam cauſam, ex qua contractus reſoluitur, facio, vt des, vel do, vel trado, vt des, puta ob ſuſceptum periculum, non eſt vſura. Idem cenſet Brotigar. *in l. 1. C. de nautico fenor.* D. Thom *in tract. de vſur.* Conrad. *de contract. lib. q. 39.* & ſuſceptio periculi eſt pecunia æſtimabilis, ergo & penſabilis, *l. periculi pretium, ff. de nautico fenor.* Nauar. *in cap. fin. de vſuris.* Pactum verò valet cum tertio; ergo cum creditore fraude ceſſante, & pretio non excedente æſtimationem periculi. Gaſpar Rodericus *de annuis reditibus, lib. 3. quæſt. 5. à num. 52.* Quod ſi ratione mutui compellatur mutuatarius paciſci cum mutuante de ſuſcipiendo periculo, & ob id aliquid vltra capitale conuenire, contractus eſt vſurarius. Secus ſi debitor ſponte ſua, & non ratione mutui conueniat cum creditore de ſuſcipiendo periculo capitalis, conſtituta certa, & iuſta mercede; tunc abeſt vſuræ lues. Ita Couar. *lib. 3. variar. cap. 2. n. 5. verſ. ſecundo*, & alij, quos *ibi* ſequitur poſt D. Antonin. *in 2. ſecunda parte, tit. 1. cap. 7. §. 23.* Reginald. *citat. 211. fol. 480. col. 2.*

Nec obſtat textus *in cap. nauiganti, de vſur.* vbi ſic dicitur, *Nauiganti, vel eunti ad nundinas certam mutuans pecuniæ quantitatem, eo quod in ſe ſuſcepit periculum recepturus aliquid vltra ſortem, vſurarius eſt cenſendus.* Ita ibi text. Quia reſpondeo aliud eſſe vſurarium eſſe contractum ſecundùm ſe, aliud eſſe cenſendum in foro externo talem, in quo vſura præſumitur in mutuante, quando aliquid accipitur ratione pecuniæ mutuatæ. In foro autem conſcientiæ, in quo ſtatur veritati, & qui accipit ob aſſecurationem præſtitam, non accipit ob mutuum numeratæ pecuniæ, liber eſt ab vſura, niſi accipiat vltra debitum pro præſtita aſſecuratione. Sic Gloſſ. *in d. cap. Nauiganti, verb. periculum*, quem intellectũ ſequuntur

Hoſtienſ. Ioan. Andr. Panorm. & alij communiter
ibi, & hæc eſt vera textus illius interpretatio, eſſe
cenſendum vſurarium in foro externo mutuan-
tem; quamuis in ſe ſuſcipiat capitalis periculum, ſi
pro hac ſuſceptione periculi aliquid vltra ſortem
exigat. Secus ſi id iudicetur in foro animæ, vbi
non ſtatur præſumptioni, ſed veritati. Ita in ter-
minis Sarmient. lib. 7. ſelectar cap. 1. num. 10. Ga-
ſpar Rodrig. de annuis reditibus, lib. 3. quæſt. 5.
num. 60. 61. & 62. Reginald. n. 212. Addo quando
mutuator ſuſcipit in ſe periculum ſortis, non eſſe
propriè mutuum, ſed eſſe ſocietatis contractum
ſuo modo, vel eſſe contractum do, vt des, aut facio,
facias, & hoc modo non apparet ſubiectum vſuræ.
Gaſpar Rodrig. vbi ſupra, num. 16.

52. Decimoquartò, tutor poteſt accipere mutuum
traditis rebus mobilibus minorum loco pigno-
rum; creditor tamen probare debet mutuum fuiſ-
ſe conuerſum in vtilitatem minorum; aliter enim
pignus prædictum ſuper rebus mobilibus mino-
rum à tutore, vel curatore conſtitutum, non eſt va-
lidum, neque maiores tenentur ſoluere illud mu-
53. tuum nomine eorum ſic acceptum. Probatur prior
pars ex l. creditor, ibi, Niſi in rem eius pecuniam
mutuam accipias, C. de duobus reis, & in l. tutor, ibi,
Si in rem pupilli pecuniam acceperit, in principio, ff.
de pignorat. actio. Conſonat lex 8. in gloſſa, de las
coſas mobles, tit. 13. part. 5. ibi, metiendo toda vin
on pro del meço los maravedis, que tomaren ſobre
54. los peños. Poſterior pars colligitur ex l. 3. C. quan-
do ex facto tutoris, Bartol & ſcribentes in l. ciuitas,
num. 14. ff. ſi certum petat. & tradit Molin. diſp. 300.
tom. 2. de iuſtit. verſ. minor. pag. 314. vbi probat non
55. teneri minorem mutuum à tutore, ſeu curatore ac-
ceptum ſoluere, niſi probetur à creditore conuer-
ſum fuiſſe in vtilitatem minoris. Quo priuilegio
gaudet Eccleſia & ciuitas. Idem Molin. diſp. 531.
pag. 1752. quem ſequitur Gutier. de tutel. & cur.
56. p. 2. cap 21. num. 10. & 11. vbi addit ex eodem in
aliis contractibus excepto mutui, non teneri cre-
ditorem probare conuerſum id fuiſſe in vtilitatem
minoris. Itémque ſubdit idem Molin. ibidem, verſ.
quando autem tutor, validum eſſe pignus à cura-
tore datum in ſecuritatem contractus in fauorem
minoris ab eodem tutore celebrati, habetur in l.
& ſi ea, §. vlt. C. de præd. minor. Secus ſi tutor agen-
do rem ſuam tradat rem minoris in pignus; tunc
enim id non valet, niſi ratum poſtea habeatur à
maiore iam facto, per text. in l. ſi minorem, C. ſi
aliena res pignor. data ſit.

57. Decimoquintò, tutores, & curatores, & cæteri
qui habent adminiſtrationem alieni patrimonij
iuramentum de calumnia præſtare poſſunt ſine
ſpeciali mandato, text. & ibi Bartol. communiter
receptus in l. 11. §. quod obſeruari, C. de iureiur.
propter calumniam, Abbas, & ſcribentes in cap.
Imperatorum. de iurament. calumnin. Gloſſa vltim,
communiter recepta in cap. in pertractandis, eod.
titul. Vnde eorum contumacia in non iurando de
calumnia præiudicat minoribus. ſic Sigiſm. Scacc.
de iud. lib. 2. cap. 1. q. 23. n. 271. & 288. vbi idem aſ-
ſerit de contumacia ſyndici tã collegij Eccleſiaſti-
ci, quàm ſæcularis non iurantis de calumnia, quia
præiudicat Eccleſiæ, ſeu collegio, qui ſyndicus ſi-
ne alio mandato poteſt etiam iurare de calumnia
in animam ſuam propriam, dummodo habeat no-
titiam cauſæ. Idem Sigiſmund. d. lib 2. cap. 1. q. 21.
58. num. 258 vbi limitat in ſyndico particulari. Quod
ſi recuſent ſubire iuramentum calumniæ ſine cau-
ſa, cadent ab inſtituta actione, lex Luſitana lib. 3,
tit. 43. §. 2. in fin. Mendez à Caſtro in praxi ſecular.
Luſitana, lib. 3. cap. 7. & habetur pro confeſſo. Ca-
mill. Borrell. in ſumma omnium deciſion. tit. 51.
num. 29. Caehetan. Pedam. deciſ. 11. num. 2. Matth.
Coler. German. deciſ. 123. & 124. Adde tutores, cu-
ratores, œconomos, prælatos, ac cæteros habentes
alieni patrimonij gubernationem, poſſe petere re-
ſtitutionem in integrum ſine ſpeciali mandato
prout voluit Innocent. & alij communiter in cap.
ſciſcitata. de in integr. reſtit. & ibi Abbas num. 66.

Quæſtionis eſſe poteſt, an tutores, & curato- 59.
res, ſeu alij adminiſtratores alieni patrimonij poſ-
ſint prorogare tempus præfixum debitori pupilli,
vel minoris, aut alterius ad ſoluendum? Negant
aliqui per l. qui Romæ, §. Callimacus, ff. de verborum
obligationibus. Iuuat lex inſtar, C. de iur. fiſc. lib. 10.
Bartol. tamen in l. vltim. §. ſi quis profeſſus, ff. de pu-
blic. & vectig. videtur affirmare, quando ſunt de-
putati ad vniuerſalem ſolutionem faciendam, &
exactionem recipiendam, quia d. §. Callimacus. lo-
quitur de habente ſpeciale mandatum ad vnam
ſolutionem, quaſi dicat non poſſe prorogare ſo-
lutioni debiti terminum conſtitutum; habentem
autem generale mandatum poſſe; Bartolum ſe-
quitur Anchatan. in element. præſenti, de cenſibus.
Dicendum tamen eſt non ſufficere generale man-
datum niſi ſit cum libera. Sic Imola, Paulus de
Caſtro, & Roman. in d. l. vltima. § ſi quis profeſſus,
ff. de public. & vectig. & Alexand. in d. l. Qui Ro-
mæ, §. Callimacus, dummodo prorogatio fiat ad
breue tempus. Nam modicum præiudicij ex mo-
dica prorogatione reſultat, nec aufertur. quod dif-
fertur, §. libertas, & ibi gloſſa inſtit. de ſingularib.
rebus per fideicommiſſum relictis. Emergente ta-
men notabili præiudicio ex prorogatione termi-
ni ſolutioni debiti præfixi; vera eſt ſententia Bal-
di, in l. pactum curatoris, in principio, & Salicet.
ibi, C. de pactis, dicentium quempiam adminiſtra-
torem id non poſſe facere, & idem prope voluit
Alexand. in d. l. pactum, vbi teſtatur de communi.
Socinus tamen, & Iaſon in d. §. Callimacus. Barto-
li ſententiam tradunt in tutoribus, & aliis præ-
poſitis vniuerſali adminiſtrationi alieni patrimo-
nij, dummodo ex prorogatione non appareat eui-
dens ac notabile præiudicium minoribus.

Decimoſextò, tutores ex interuallo non poſſunt 60.
ſine decreto facere pactum de reuendendo rem
immobilem à ſe ipſis emptam; text. in l. ſi ad reſol-
uendam, C. de præd. minor. facit text. in l. 1. C. quãdo
decr. op. non eſt; argumento filiifamilias, quẽ Alex.
conſ. 106. ſuper alio dubio, lib. 7. ait, non poſſe ſe ex
interuallo obligare venditioni ad reuendendum
rem reſtituto pretio ſine cõſenſu patris. Item, quia
prælatus quando emit bona immobilia nomine
Eccleſiæ, non poteſt ex interuallo adiicere pa-
ctum de reuendendo, vt videtur Bartolo in l. 1.
§. vltim. ff. de ſtipul. ſeruor. & expreſsè tenet Ca-
gnol. in l. 2. in 10. quæſt. C. de pactis inter emptor.
Ex eo fundamento, quia poſtquam minor, ſeu Ec-
cleſia per emptionem habet ius quæſitum in re
immobili empta, non poteſt illud alienare ſine
decreto, & ſine ſolemnitatibus requiſitis.

Sed quid ſi tutores, ſeu curatores apponant 61.
pactum de retrouendendo in ipſo contractu ven-
ditionis? Aliqui negant poſſe apponi: ſic Franc. Ac-
curſ. in ſua diſputatione, quæ incipit, Titius vendi-
dit, vbi vult venditionem factam adulto curato-
rem habenti ea lege, vt ipſe adultus prædium ven-
ditum reſtituto pretio intra certum tempus te-
neatur reddere, haberi pro non facta, & reſolui in
venditionem

venditionem puram, & irreuocabilem, pactúmque in ea appoſitum nihil valere. Sequitur Ioan. Andr. *in additionibus Specul. in rubric. de pactis, col. 1.* & Paulus de Caſtr. *conſ. 112. viſo tenore, ad finem, lib. 1.* vbi idem ait de Eccleſia. Albericus *in l. ſi ad reſoluendum, C. de præd. minor.* quam allegant pro hac parte Franc. Accurſ. & Ioan. Andr. *vbi proximè.* Confirmatúrque per text. *in l. 1. in fine cum principio ſequentis legis, ff. de reb. eor.* vbi dicitur emente minore fundum ea conditione, vt quoad pretium ſolueretur, ſit fundus pignori venditori obligatus, non eſſe validum id pignus, quia eo ipſo, quòd dominium fundi minor acquiſiuit, non poteſt fundus ſubijci pignori. Conſentit Cagnol. *in d. l. 2. col. 9. verſ. Secundò quæro, C. de pactis inter emptor.* vbi expreſsè tenet non eſſe integrum minori hoc pactum efficere, ſed tutori in quo non ſibi conſtat, quia ſi minor eget decreto, vt paciſcatur, vt volunt Dyn. & Baldus *in l. 1. §. vlt. ff. de reb. eor.* ſic etiam tutor, ſeu curator, quibus non eſt datum alienare immobilia ſine decreto.

Dicendum tamen eſt in ipſo contractu venditionis factæ à tutore, ſeu curatore, nomine minorum poſſe apponi pactum de retrouendendo ſine decreto, & ſic acquiritur minoribus res empta cum hoc onere, & conditione, & quamuis tutores, curatores, prælati, & alij adminiſtratores alieni patrimonij ſic actu contrahentes videantur præiudicare iis, quorum adminiſtrationem gerunt apponendo pacta reſolutiua contractus, re vera non reſoluitur, nec pretium reſtituitur, minores fruuntur re empta, & eius fructibus. Sic Paulus de Caſt. *conſ. 318. conſiderandum eſt, col. vlt. lib. 1.* ſubdubius tamen, & ſibi parum conſtans. Sed expreſsè eam tenent Franc. Curt. iunior *conſ. 149. præſupponitur, col. 1. in fine, & conſ. 149. ſacratiſſima, col. 3.* Baldus *conſ. 414. factum tale eſt, quædam domina, lib. 2.* & videtur conſtare ex *l. contra, §. ſi filiusfamilias,* & ex *l. ſin autem, ff. de pactis*, vbi filius & ſeruus ex pacto in contractu poſito patri, & domino poſſunt præiudicare.

62. Confirmatur, quia huiuſmodi pactum de reuendendo eſt pars ipſius contractus. Bald. *conſil. 415. illa ſolemnitas, lib. 2.* vbi vult pactum in contractu de eo reſoluendo, ſi poſtea reſoluatur, non eſſe propriè reſolutionem, ſed executionem ipſius contractus, per *l. 3. §. ſi ab ignoto, ff. de manumiſſ.* & per *l. 1. in fine, ff. de rebus eorum.* Ideò & res ita vendita minoris veriſimiliter fuit vendita, nec venditor aliter voluit vendere, niſi pactum de redimendo additum eſſet, vt etiam in ſimili dicitur *in l. ſi ſtulas, §. 1. & ibi* Bartol. *ff. de contrahend. emptio.* Nec ſatisfacit ſi dicas fas eſſe approbare partem vnam contractus, & alteram reprobare, quia oppoſitum conſtat ex lege, *cura quæritur, ff. de adminiſtrat. tutor.* & ex lege, *nam abſurdum, ff. de bonis liber.* Vbi dicitur aut totum contractum eſſe cognoſcendum, aut in totum dimittendum cum ſuis qualitatibus, nec eſt in manu tutorũ, ſeu curatorũ pro parte approbare, & pro parte reprobare, ſed teneri eundẽ contractũ cum ſua forma ſequi. Bartol. *in l. ſi negotia in 3. oppoſ. & in l. ſi quis negotia, ff. de negot. geſt.* Socin. *conſ. 125. non inſiſtendo, col. 2. verſ. pro certo iſta eſt, lib. 3.* & in ſpecie Steph. Bertr. *conſ. 15. viſis inſtrumento, lib. 2.* vbi loquitur de emente prædia cum eo pacto nomine alterius, atque illum cuius nomine emptio facta eſt, non poſſe emptionem approbare, niſi ſimul approbando pactum, nec reprobare factum contractu approbato, quia inter vtrumque actum non datur diuiſio, nec ſeparatio, vt probatur ex lege, *neminem, ff. delegat. 2.* & ex *l. Pomponius, ff. de acquirend. poſſeſſ. & ibi* Iaſon *col. 2. verſ. not. primo*, & Bald. *in l. ſiquidem, C. de tranſactionibus.* Ex quibus conſtat poſſe tutores in inſtrumento emptionis apponere pactum de retrouendendo, quam fecit nomine minoris, ſi tamen id faciat in ipſo contractu; ſic Tiraquell. *de retract. conuentio. in fine, num. 1. & ſequenti*, quem refert, ac ſequitur Surdus *in deciſ. 157. num. 8. & 173. num. 13.* vbi id late probat.

Decimoſeptimò, tutores debent rationes pupillares habere diſtinctas, & non miſcere bona pupillorum cum ſuis. Plotus *de in litem iurando, §. 1. num. 11.* Socinus *conſ. 159. col. 4. vol. 2.* Roland. *conſil. 49. num. 31. vol. 1.* Quod ſi rationes proprias non habeant ſeparatas à rationibus pupillorum, deprehendentur in culpa, ita vt contra eos poſſit iurari in litem. Surd. *conſ. 296. num. 20. vol. 2.* Nec creditur tutoribus aſſerentibus non habere libros rationum, vel eos amiſiſſe, niſi probent, quoniam eorum officium eſt diligenter cuſtodire libros rationum. Quin maxima eſt præſumptio contra eos, quòd malitiosè libros occultauerint. Socinus *d. conſ. 159. col. 4. verſ. Sed præmiſſis.* Ancharan. *conſil. 317. incipit, in cauſa, col. 3.* quos ſequitur Roland. *d. conſ. 49. num. 32. & ſequent.* Vnde ſi tutores, ſeu curatores confiteantur ſe recepiſſe pecunias à debitoribus pupillorum, dum reddunt rationes, debent probare fuiſſe conſumptas ad vtilitatem eorundem. Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 2. caſu. 209. num. 2. & ſequentib. & conſ. 39. num. 64.* Quare pupilli parum aut nullum detrimentum pati poſſunt, cùm habeant ius ſuum ſaluum aduerſus tutores & curatores, & aduerſus eorum fideiuſſores, vel hæredes, teſte Imola *in l. debitorem, col. 1. in fine, ff. de noua.* Confirmatur, quia tutores non obli- 63.

gant pupillos per ſuam confeſſionem de pecunia mutuò ſuſcepta, nec pupillis nocent; niſi de vera numeratione pecuniæ, ac de conſumptione illius in vtilitatem eorundem conſtet, per text. *in l. ſi in rem, C. quando ex facto tutor.* quo vtitur in noſtram ſententiam confirmandam Paulus de Caſtr. *conſ. 336. col. 3. verſ. Sed ſi tutor, lib. 1.* & multò fortiùs non nocebit pupillis confeſſio extraiudicialis tutorum, neque eos obligabit. Bartol. *in l. certum, §. ſed an ipſos, C. de confeſſ.* quem ſequuntur Alexand. *conſ. 66. num. 22. lib. 6. & conſ. 97. num. 2. lib. 7.* Alciatus *reſponſion. 410. num. 2.* & Neuiſan. *conſ. 17. num. 39.* quibus accedit Menoch. *d. conſ. 39. n. 36.* Imò nec iudicialis confeſſio tutorum nocebit pupillis, ſi facta ſit ſponte ſua, non autem iudicis iuſſu, vel mandato, ſic Pariſ. *conſ. 115. num. 21. lib. 1.* & Alexand. *d. conſ. 66. num. 22. lib. 6.* Menoch. *conſ. 31. num. 40.* Quod procedit ſi probent pecunias fuiſſe receptas, & in vtilitatem pupillorum verſas, aliàs non creditur.

Decimooctauò, tutor ſi eſt ſocius ſui pupilli, vel curator ſui minoris, quamuis proprio nomine emant ex communi pecunia, debent communicare *l. 2. quando ex facto tutor. vel curat. & l. curator, C. arbitrium tutelæ*, quia hoc, & proprietas pecuniæ, & neceſſitas officij efficiunt. Sic Alexand. *conſ. 37. num. 9. lib. 4.* Petrus de Vbaldis *in tract. de duob. fratrib. p. 5. num. 3. verſ. Sed ſi non habet ratam*, & Baldus *in l. ſi vt proponis, num. 3. verſ. conſiderandum eſt, C. de rei vindication.* Quod ſi non ſit tutor, nec curator, quamuis ſit ſocius pupilli ſeu minoris, & emat nomine proprio, & ex pecunia non communi, dominiũ ſibi ſoli acquirit, nec

nec tenetur communicare pupillo, text. in l. penult. ſi quis alter, vel ſibi, & in l. ſi ea pecunia, C. de rei vendication. Roman. conſ. 3. num. 1. Alexand. conſ. 37. num. 6. lib. 4. & Ancharan. conſ. 3. num. 2. verſ. Quinimò, etſi de pecunia communi. Secus ſi emptio fiat de pecunia communi cum pupillo, vel minore vigintiquinque annis, per l. filia, & ibi gloſſa, ff. de ſolutionib. Bald. in l. ſi vt proponis, num. 3. C. de rei vendicat. & Bartol. in l. Titium, & Mainum, §. altero, num. 3. ff. de adminiſtr. tutor. Quod ſi tutor ſeu curator ſocius ſuo labore, ac periculo emat inuitis pupillis, ac repugnantibus minoribus, ſunt qui dicant lucrum conſequutum non eſſe communicandum pupillis, ac minoribus, ex regula legis, idémque, §. ſi mandauero, ff. mãdati, & ex l. ſi vnus ex ſociis, §. 1. ff pro ſocio. Sed hæc iura loquuntur de ſociis, non verò de tutore, ac curatore ſocio. Sic Bartol. in l. quia poterat, in fine principij, ff. ad Trebell. Petrus de Vbaldis ſupra, num 6. & Decian. conſ. 39 num. 10. lib. 1.

66. Idcircò ſi pecunia erat communis tutori, & curatori cum pupillis, ſeu minoribus, & ematur à tutore, ſeu curatore nomine proprio, quamuis pupilli, & minores repugnent, lucrum eſt communicandum, ſaltem ratione lucri ceſſantis, ſeu damni emergentis, niſi hoc fiat cum decreto iudicis. Colligitur apertè ex d. l. ſi vt proponis, & ibi Bald. n. 3. verſ. conſiderandum eſt, C. de rei vendicat. & ex Petro de Vbald. d. p. 5. num 3. & ex Alciat. conſ. 48. num. 15. lib. 9. aſſerentibus indiſtinctè empta proprio nomine à tutore, vel curatore pupilli, vel minoris ex communi pecunia eſſe communicanda pupillis, ac minoribus, quia non poſſunt tutor, & curator pecuniam pupillarem in ſuos vſus conuertere, ſed eum illa negociari in vtilitatem eorum. Gaſpar Roderic. poſt plures ibi relatos de annuis reditibus, lib. 3. quaſt. 10. num. 1. & 2. & iterum a num. 11. vſque ad finem quaſtionis.

67. Decimunonò, pro iis, quæ fiunt a tutoribus, ſeu curatoribus, in dubio cenſendum eſt illos contrahere nomine pupillorum, ſeu minorum, quando id faciunt, vt tutores, quamuis non dicant ſe vt tales facere; intelligendum tamen eſt tacitè id fieri ex quo tutores, aut curatores ſunt. Conſtat ex l. poſt mortem, §. 1. ff quando ex facto tutor. vbi in dubio præſumitur contrahere, vel poſſeſſionem capere nomine pupilli, ſeu minoris, argumento procuratoris, qui in dubio cenſetur contrahere vti procurator, quamuis id non dicat, l qui in aliena, §. ſi ſe, qui putabat, & ibi Bartol. & Romanus, ff de de acquir. hered. Idem Bartol. & Iaſon in l. poſt dotem, ff. ſolut. matrim. Surdus conſ. 19. num. 24. & conſil. 481. n. 11. & ſequenti, verſ. & quamuis, fol. 139. nouiſſimè Lamberteng. in tract. de contract. eorum qui ſine certa ſolemnitate, gloſſa 8. num. 2. vbi probat præcedente mandato ad aliquid faciendum; tunc quamuis procurator faciendo actum aliquem exprimat nomen ſuum proprium, præſumi tamen id fuiſſe in executione mandati, & nomine principalis, niſi ex coniecturis probabilibus conſtet oppoſitum. Quod non habet locum in procuratore, ſeu tutore, quãdo actus ſeu contractus eſt ſuper re ſpectante ad dominum, ſeu pupillum; tunc enim actus, ſeu contractus videtur fieri in dubio nomine domini, ſeu pupilli, vt probatur, in l. fin ff. quando ex facto tutor. & in l. poſt mortem, §. 1. vbi hæc docet Bartol. num. 1. & ff. ff. eodem Bald. in l. fin. col. 2. circa finem ff. ſi quis caut. & Romanus in l. poſt dotem, num. 17. verſ. Ego vero, ff. ſolut. matrim.

Suffragatur, quod regulariter dici ſolet, tutorem intelligi negotiari pro pupillo, quamuis ſe declarat nomine proprio, quando facit id ad quod tenetur ex officio. Bartol. in l. qui negotiationem, ff. de adminiſtrat. tutor. quam allegat in d. l. Titium, §. altero, num. 2. verſ. fallit ff. eodem titulo. Eodem modo præſumitur negotiari etiam nomine pupilli ſi pater ei mandauit, vt in bonis filij ſui pupilli negotietur. Quod colligitur ex mandato præcedente, quod tutor tenetur obſeruare per l. Lucius, §. tutorem, ff. de adminiſtrat. tutor. Baldus conſ. 61. num. 3. verſ. & iſtud verum, lib. 2. Similiter ſi prælatus contrahat ſuper re Eccleſiæ, eius nomine præſumitur contraxiſſe inſtar tutoris contrahentis ſuper re pupilli, qui, vt dictum eſt, præſumitur nomine pupilli contrahere, l. vltim. ff. de inſtit. actio. par. Socinus conſ. 134. num. 4. verſ. confirmo, & verſ. poſtremo, lib. 3. & Natta conſ. 117. num. 1. Mantica de tacitis, & ambig. conuentio. lib. 5. tit. 13. num. 18. & 19 & lib. 6. tit. 17. a num 8. & 13. ad hi tutorem ſi proſequatur negotium ſolitum exerceri à tutoribus, videri eodem nomine exercere quo fuit inchoatum; quia à primordio tituli poſterior euentus iudicatur, & quod poſtea fit, prioris loco ſubrogatur, l. 1. C. de imponend. lucratiua deſcriptio. lib. 10. actione, §. morte, verſ Sed quod ex re communi, ff. pro ſocio, l. cum tabernam, ff. de pignoribus, & Baldus in l. ſi patruus, num. 8. verſ. aut continuat, com. vtrum. ind. & ſequitur Petrus de Vbaldis in d. tract. de duob. fratribus, p. 5. num. 3. ad fin. Secus ſi tutor incipiat negotia, quæ pater pupilli nunquam fuit ſolitus exercere; tunc enim præſumitur tutor illud nomine proprio incepiſſe, non verò, nomine pupilli, Baldus & Petrus de Vbaldis vbi proximè, d. num. 8. & 3. relati. 68.

Vigeſimò, tutores vti tutores agentes iuri ſuo non præiudicant. Io. de Plat. Angel. Aret. & Vigilius in §. ſi tutor. inſtit. de inoff. teſt. Menoch. conſ. 88. n. 53. Vnde ſi præſtent authoritatem pupillis, ſeu minoribus adeuntibus hæreditatem ex illo teſtamento, in quo tutores ipſi, qui teſtatoris erant filij, fuerunt præteriti, ſibi non præiudicant; ideò poſſunt dicere teſtamentum patris eſſe nullum ratione præteritionis, quia officium tutoris eſt quid diuerſum à priuata ſua perſona, nec iuri ſuo priuato officium tutoris debet eſſe damnoſum, per legem, quædam, ff. de adminiſtr. tutor. vbi Iuſtinian. id decreuit. Ob quam rationem reſpondit Martianus in l. aduerſus, §. 1. ff. de inofficioſ. teſtam. tutores pupillorum nomine ſine periculo eius, quod ei teſtamento datum eſt, agere poſſe de inofficioſo, vel falſo teſtamento. Martiano ſubſcripſit Triphonius in l. tutorem, ff. de his quibus vt indign. dicens tutores, qui pupillorum ſuorum nomine falſum, vel inofficioſum teſtamentum dixerunt, non priuari legatis ſuis, neque ea amittere, ſi non obtineant. Quod etiam voluit Iuſtinianus in §. tutor, inſtit. de inofficioſ. teſtament. Ex eo fundamento, quia tutoris officium eſt ex illis, quæ coactè ſuſcipiuntur, & coactè geri debent. Vnde, qui actum nomine officij gerunt, iuri ſuo proprio non nocent, excuſat enim neceſſitas officij, ex l. cum quadã, C. de adminiſtr. tut. quam legem declarat Alber. in l. Caius, col. 2. verſ. primo caſu non præiudicant, ff. de pign. act. argumento aduocati, qui coactè datus eſſet ad patrocinium ſuum præſtandum pro cliente, is iuri ſuo non præiudicaret; de quo caſu intelligitur dicta lex vltima in principio, ff. de inofficioſ. teſtam. & lex poſt legatum, §. ſunt qui putant, ff. de his quib. vt indign. Concordat Tiraquell. in tract. 69.

de

*de retract. conſanguin.* §. 1. *gloſſ.* 9. *num.* 266. *in editione Pariſiis facta anno* 1543. *fol.* 89. quia tutela ex neceſſitate ſuſcipitur, *l. necnon, ff. de tutor. & curator. datis ab his*, & ex neceſſitate geritur, *l.* 1. *in principio, ff. de adminiſtrat. tutor.* ergo patendi neceſſitas curatores, & tutores excuſabit, vt notat Alberic. *in d. l. poſt legat.* §. *aduocatum, ff. de his quibus, vt indign.* Iuuat lex, *fideicommiſſa*, §.
70. *interdum, ff. de leg.* 3. vbi dicitur perſonæ illius attendi, cuius nomine, & contemplatione actus geritur; ideò qui facit alieno nomine actum, nudum præſtat miniſterium. Bartol. *in l.* 2. § *interdum, num.* 2. *ff. ad Tertull.* per text. *in l. & licet, ff. de conſtit. pecun.* Igitur tutor in noſtro caſu ſibi non præiudicabit, cùm ex neceſſitate, & ex officio procedat, quod nemini ſolet eſſe damnoſum, niſi excedat terminos agens ſui officij; tunc enim ſibi nocere conſtat ex *l. vltim. ff. de inofficioſ. teſtament.* Menochius *dicto conſil.* 58. *num.* 66.

71. Vigeſimoprimò, tutores poſſunt petere reſtitutionem nomine pupilli aduerſus actum, quem ipſimet geſſerunt nomine pupilli; minores verò læſi poſſunt eligere an petant reſtitutionem, vel agant contra tutores. Prior pars docet Bero. *conſil.* 32. *num.* 41. *volum.* 2. *& in quæſtion. familiaribus, quæſt.* 27. vbi vult id fortiùs procedere etiam ſi tutores promittant cum iuramento venire contra factum, quia iuramentum eſt illicitum, & contra alterum iuramentum ab eiſdem tutoribus præſtitum in principio quando tutelam ſuſceperunt; nec opus eſt abſolutione à iuramento ſecundo, cùm non ſit obligatorium. Bero. *dict. quæſt. familiar.* 28. Nec minùs minores reſtituuntur aduerſus ea, quæ ſoli tutores gerunt, quam aduerſus ea, quæ ipſi minores cum authoritate tutorum faciunt, text. *in l. tutor vrgentibus, ff. de minor, & in l. etiam, C. ſi tutor interueniat.* Poſterior autem pars, nempe eſſe in arbitrio minorum, vel agere contra tutores, vel petere reſtitutionem in integrum, conſtat ex dicta lege *etiam*, & ex gloſſa, & ex Baldo *in l. fin. C. ſi tutor, vel curator. inter.* Sequitur Angel. *in*
72. §. *illud, in Authent. de hered. & falc.* Crauet. *in conſ.* 202. *col. fin. in principio*, & Beuius cæteris amplius hoc agit *in conſ.* 12. *num.* 77. Roland. *conſ.* 73. *num.* 47. *vol.* 3. poſt alios, quos referens ſequitur & Surdus *conſ.* 64. *num.* 55. *&* 56. Sicut poſſunt prælati petere reſtitutionem in integrum, ſi Eccleſia lædatur ex contractibus per ipſos celebratis, per text. & gloſſ. *in cap. ſi quis presbyterorum, de rebus Eccleſiæ non alien.* quia tunc cenſentur alteræ perſonæ. Pinell. *in l.* 1. 3. *p. n.* 73. *verſ. Idem probatur magis, C. de bon. mater.* poſt Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 26. *gloſſ.* 11. *ex num.* 7. Phanucium *in tract. de inuentar. p.* 8. *num.* 171. & hoc nomine Eccleſiæ; facit text. notab. *in l. tutorem, ff. de iis, quibus, vt indign.* ibi: *Diſcreta iura, quamuis plura in eandem perſonam*, & infrà ibi: *non ſua perſona iure, ſed pupilli.*

Ergo tam prælati nomine Eccleſiæ, quàm tutores nomine minorum poſſunt petere reſtitutionem.

***

## DISPVTATIO XVIII.

### *De ſalario Tutoribus debito, & de quibus rebus ſolui debeat?*

EPITOME.

1 *Tutoribus, & curatoribus de iure communi non debetur ſalarium.*

2 *Poſſe tamen peti ex iuſta cauſa aliqui tradunt.*

3 *Tutoribus poteſt ſalarium conſtitui ob laborem appoſitum in negotiis gerendis.*

4 *Leges tranſgredi ex cauſa licet, neque ſalarium conſtitutum tutor debet reſtituere.*

5 *Tutori & curatori de iure Luſitano datur vigeſima pars fructuum, ac redituum bonorum pupilli, ſeu minoris.*

6 *Tutoribus, vel curatoribus de iure Hiſpano datur decima fructuum.*

7 *Tutoribus malè gerentibus ſuum officium non debetur ſalarium, neque detrahunt decimam ex condemnatione fructuum, qui ab ipſis reſtituuntur ob malam adminiſtrationem eiſdem pupillis.*

8. & 9 *Tutores partim malè, & partim bene adminiſtrantes decimam reportabunt pro parte bene adminiſtrata.*

10 *Niſi adminiſtratio vnius temporis noceat adminiſtrationi alterius temporis.*

11 *Tutoribus quantum ſalarij ſit conſtitutum apud Burgenſes Gallos, & apud Hiſtrianos, & Aurelianos, & apud Anglos.*

12 *Salarium vbi non decernitur tutoribus, poteſt decerni ſecundùm leges, ac conſuetudinem loci vicinioris, ac prouinciæ.*

*Conſuetudo vt obliget, debet eſſe informis, & limitata non debet extendi ad alios caſus diuerſos, nec de perſonis ad perſonas. ibid.*

13 *Tutores cum exeunt peregre, poſſunt vltra ſalarium deducere ſibi expenſas induſtriales, & perſonales, quas fecerunt.*

14 *Curatores idem ſalarium habent, ſicut & tutores.*

15 *Curatores furioſi an debeant habere ſalarium pro tempore, quo furioſus caruit furore.*

16. 17. 18. 19. & 20 *Tutori putatiuo non debetur decima, ſed ſalarium, & quid de prælatis, ſeu maritis putatiuis, & an valeant geſta per eos, & confeſſiones à non ſacerdote excepta.*

21 *Fœmina ſciens impedimentum non poteſt repetere dotem, nec retinere donata à marito.*

22. & 23 *Tutores partiales partem decimæ recipient, niſi promittant expreſsè reſtituere totam decimam.*

24 *Fructus de quibus ducitur decima à tutore, intelliguntur deductis expenſis.*

25. 26. 27. 28 & 29 *Decima tutoris ducitur ex fructibus naturalibus, induſtrialibus, & ex venatione, ac piſcatione, & ex prouentibus, & obuentionibus, & ex redditibus; itémque ex partu ancillarum, non tamen de rebus donatis minoribus.*

30 *Tutores ducent decimam de tributis, de ſyluis cæduis, de lapidicinis, & ex venis metallorum.*

31. & 32 *Nota*

31. & 32 *Non tamen de theſauro inuento in agro minorum, quia theſaurus non eſt pars fundi.*

33. 34. & 35 *Tutores non poſſunt decimare fructus pendentes quando finitur tutela; ſed oppoſitum eſt probabilius cùm ſint bona mobilia, & de proximo a fundo ſeparandi.*

36 *Decima duplex eſt detrahenda à tutore ſi bona minorum bis in anno fructificeat.*

37 *Tutores decimabunt fructus rerum caſtrenſium minorum, non tamen ſtipendia, qua minores propriis manibus conſequentur.*

38 *Tutores, ſeu curatores non decimare fructus Eccleſiaſticos ſuorum minorum probabile eſt, ſed oppoſitum eſt probabilius.*

39 *Tutores non decimant fructus minorum malè quaſitos, quia hi non communicantur inter ſocios, & debent reſtitui, nec decimantur fructus, niſi deductis oneribus, & expenſis.*

1. TVTORIBVS & curatoribus de iure communi non debetur ſalarium pro labore ſuo regulariter loquendo, vt patet ex lege *a tutoribus, § principalibus*, & ex lege *qui negotiationem in fin. ff. de adminiſtrat. tutor.* & ex lege *is, qui, ff. de eo qui pro tutore negotia gerit*, neque illud poſſunt petere. Eſt communis. Baëça *de decim. tutor. cap. 1. à num. 1. cum ſequentibus.* Caualc. *in tract. de tutor. & curator. num. 310.* Ex eo fundamento, quia turpe ſalarium recipitur pro officio, quod debet eſſe gratuitum, vt mandatum, *l. qui ſine vſuris. circa medium, ff. de negot. geſt.* Ideò ſi quid accipiatur, repeti poteſt, vt ait gloſſa *in l. in eos*, vbi Bartol. *ff. de tutel. per conditionem ob turpem cauſam.* Surd. *de alimentat. tit. 1. quaſt. 47. num. 6 & 7.*

2. Et ex antiquioribus non poſſe tutores, & curatores petere ſalarium pro tutelæ, & curæ adminiſtratione docuit Bartol. *in l in eos in fine, ff. de tutoribus*, quatenus dixit tutori poſſe conſtitui ſalarium a iudice; idem Bartol. *in l. à tutoribus, § vltim. ff. de adminiſtrat. tutor.* vbi etiam id tribuit poteſtati iudicis, & ob id non ſubiicitur iuris neceſſitati. Idem docuit ipſe Bartol. *in l. 1. § vltim. in fine, ff. mandati*, Guido Papæ *quaſt. 68. in principio*, Corneus *conſ. 62. num. 9. lib. 4* vbi vult non eſſe iure cautum, quod tutor ſibi conſtitui ſalarium petere poſſit: etiamſi iudex pro ſui facultate, & arbitrio efficere queat. Sequitur Caſtrenſ. *conſ. 302. incipit, ad bene examinandum dubia, num. 7. lib. 1.* dum voluit ſalarium non eſſe conſtituendum tutori, niſi quando eſt pauper, & quando non habet aliunde alimenta, vel quando peregre proficiſcitur ad gerenda negotia pupilli. In quo euentu id dumtaxat conſequi poterit quod domi non impendiſſet; aliàs, vt idem ait, non debetur ei ſalarium ex bonis pupilli, ſeu minoris; quibus accedunt Angel. Aret. *in tract. de teſtament. in gloſſa 66. num. 9.* Chriſtophorus Portius *in §. dari autem, num. 6. Inſtit. qui teſtam. tutor. poſſ.* & Caualcan. *vbi ſupra, num. 309. verſ. An autem tutor.*

3. His poſitis, dico primo tutoribus poſſe conſtitui ſalarium officio iudicis, cùm regulariter amittant propria, & curent negotia pupilli. Caualcan. *d. num. 310.* qui quamuis loquatur de tutore paupere, & pupillo diuite, nihilominus ex iuſta cauſa, quæ ſemper videtur ſubeſſe, debet pro bono & æquo iudex tutoribus conſtituere ſalarium pro ſuſcepta tutelæ adminiſtratione, vt in ſpecie Bartol. *in d. l. à tutor. §. vltim. ff. de adminiſtrat. tutor.* Baldus *in l. in eos ff. de tutel.* idem voluit Corneus *conſ. 62. num. 9. in fine lib. 4.* Alber. *in d. l. à tutorib. § vltim. num. 10.* & Angel. Aret. *in §. actionem, num. 36. Inſtit. de actionib.* & ſic quia labor tutorum non eſt exiguus, ſed valde ingens, & ipſi rebus pupillorum, ſeu minorum defatigantur, bene poteſt iudex eiſdem tutoribus decernere ſalarium, imò & debet, vt volunt Vincentius Franc. *deciſ. 122. p. 2.* Garcia *de expenſis. cap. 20 à num 11.* vbi id latè probat, & Surdus *conſil. 159. num. vltim.* poſt Anton. Cordub. *in l. ſi quis à liberis, §. ſi mater. num. 73 ff. de liber. agnoſcend.*

Nec obſtat ius in contrarium, quia ius loquitur nulla intercedente iuſta & vrgente cauſa, in quo euentu non eſt turpe aliquid accipere pro adminiſtratione tutelæ, quando iuſta ineſt cauſa, quæ excuſat, nec tenetur reſtituere ſalarium, quod poteſt petere ſibi conſtitui, cùm cauſæ ſunt omnino iuſtæ. Nec eſt inſolitum, nec inauditum ex cauſa iura tranſgredi, vt tradit Innocent. *in cap. 1. in gloſſa vltim. de conſtitutionibus*, & Felin. *num. 68.* & patet ex lege *hominem, ff. mandati*, Iaſon *in l. 1. C. de precib. Imper. offer.* Nec poteſtas tranſgrediendo inſtituta ex cauſa, quamuis iurauerit ea ſeruare, inuoluitur periurio. Baldus *in l. clari, C. de fideicommiſſ.* quia iuramentum à poteſtate, ſeu magiſtratu, factum debet reduci ad æquitatem, nec eſt intelligendum præciſè, argumento *§. & æquius, in Authent. iusiur. quod præſta. ab his.* Roman. *in repetit. rubric. ff. de arbitr. col. 2. verſ. Item quia quamuis iurauerit, & conſ. 429. Conſidero in propoſita conſultatione.* Quinimmo alimenta debent præſtari tutoribus, & curatoribus ex bonis pupilli, vel minoris, quando iuſta datur cauſa. Pontan. *de aliment. cap. 13 num. 9.* Surdus *eodem titulo de alimentis, tit. 1. quaſt. 47. num. 4. & 5.* & hoc procedit ſine dubio in tutoribus, & curatoribus nobilium, vel illuſtrium ex traditis à Geminian. & à Corſet. *in cap. grandi. de ſupplend. negligen. prælat.* præſertim ille *num. 12.* & hic *num. 93.*

De iure tamen Luſitano *lib. 1. ordinationis regia, tit. 87. §. 53.* conceditur tutoribus pro labore ſuo vigeſima pars fructuum, qui percipiuntur ex bonis pupilli, ibi, *Auera por ſeu trabalho em cada hum anno a vintena do que os bens renderem*, ſiue tutores, ſeu curatores ſint teſtamentarij, ſiue legitimi, ſiue datiui, Molin. *tom. 1. de iuſtit. diſput. 224. §. vltim.* Barbof. *in l. fructus, 7. num. 21. ff. ſolut. matrim.* Quod intelligitur deductis expenſis per tradita in extrauagante prima, *verſ. in ſoluendo, de decimis*, & tradit gloſſ. *fin.* communiter recepta *in cap. grauis. de reſtit. ſpoliat.* Garcia *de expenſ. cap. 1. num. 21.* 5.

Apud Hiſpanos ex *l. 2. tit. 7. lib. 3 fori*, datur pro labore tutorum, ſeu curatorum, decima pars fructuum, Montalb. *in d. l. 2. in verbo, el diezmo*, Baëça *de decima tutore cap. 2. a num. 1. cum ſequentib.* Flores *variar. quaſt. lib. 1. quaſt. 8. §. 3. num. 6.* vbi vult tutoribus, & curatoribus loco ſalarij dandam eſſe decimam omnium fructuum induſtrialium, naturalium, ciuilium, & aliorum pupillis, & minoribus quotannis obuenientium. Sequitur Auendan. *de exequend. mandat. p. 1. cap. 4. num. 46.* Quæ quidem procedunt in tutoribus, & curatoribus diligenter partes ſuorum officiorum facientibus; quod ſi negligenter ſe gerant, nec ſalarium aliquod conſequi debent, nec alimenta, Caualcan. *de tutor. & curator. num. 310.* Baëça *in d. tract. de decim.* 6.

*decim. tutor. cap.* 13 *per totum*, vbi *num.* 37. diſcuſſa
7. in vtrumque partem quæſtione diffinit, ſi tutores, & curatores propter negligentiam, vel culpam latam condemnentur pupillis, aut minoribus ad fructus reſtituendos, aut redditus aliquos, non poſſe ex illis decimam extrahere, neque opponere, neque compenſationem facere. Quod procedit de rigore iuris, & meo iudicio in foro etiam conſcientiæ, cùm puniri poſſint, quando eo modo delinquunt, & dolum, ſeu latam culpam committunt adminiſtrando bona pupillorum, ſeu minorum, & nocent eiſdem ſecundùm Imolam *in l. Iulianus, la primu*, *ff. de condit. & demonſtrat.* Surdus *conſ.* 528. *num.* 12. Leſſius *lib.* 2. *cap.* 13. *dub.* 10 *num* 74. dicens teneri tutores, ſeu curatores ex iuſtitia de damnis, eorum negligentia pupillis, ſeu minoribus irrogatis: & quamuis ex æquitate decime ſoluta parum, aut nihil nocet pupillis, ſeu minoribus quotidie obiicitur à tutoribus ipſius decimæ compenſatio; nihilominus non debet dari tutoribus, aut curatoribus damnatis ratione doli, vel negligentiæ ad reſarciendos fructus, vel intereſſe, decima de prædictis redditibus, vel fructibus, in quibus condemnantur, vt reſtituant, ne ex delicto, & ex culpa ſua commodum reportent. Gotier. *de tutel. & cur. part.* 3. *cap.* 14. *num* 33.

8. Sed quid dicendum quando tutor, vel curator malè partim curam ſuæ adminiſtrationis gerit, & partim bene? Non deberi decimam omnino videtur probari ex traditis à Baëça *in dict. tract. de decim. tutor. cap.* 13. *num.* 28. & ex Auilez *in cap.* 1. *prætorum. in gloſſa, ſalario*, *num.* 12. *fol.* 54. vbi volunt officiales teneri continuò reſidere in loco ſui officij, durante tempore officij; quod ſi abſint ſine licentia, præterquam quod incurrant in pœnam ſoluendi vnam duplam pro ſingulis diebus abſentiæ, amittere ſalarium totius temporis. Quod etiam dixit Baldus *in l. ſi hæres generaliter*, §. *etiam ſi partis*, *ff. de legat.* 1. Iuuat text. *in l. miles ita*, § *quod diximus*, *ff. de excuſat. tutor. & l. iudices, C. de un. & trib. lib.* 10. Vbi habes adminiſtratores Reipublicæ negligenter, aut doloſè ſuæ adminiſtrationis curam agentes priuari poſſe omni ſalario etiam debito tempori, & negotiis, in quibus rectè ſe in ſuo officio peragendo geſſerunt.

9. Dicendum tamen eſt æquius, ac verius eſſe in hoc euentu tutores, vel curatores qui partim malè, & partim benè ſe in ſua adminiſtratione habuerunt, conſequi debêre decimam fructuum, & redditüum pro parte bene adminiſtrata, non verò pro ea parte in qua negligenter, & malè ſe geſſerunt. Baëça alios *ibi* allegans, *de decima tutor. cap.* 13. *num* 31. argumento poteſtatis, ſcilicet magiſtratus, qui durante tempore ob culpam commiſſam fuit remotus, & non priuatur ſalario pro tempore, quo diligenter ſui officij partes peregit, ſed pro tempore, quo commiſit, & pro tempore futuro nondum exacto. Bartol. *in l. diem functo*, *num.* 3. & *ibi* ſcribentes, *ff. de offic. aſſeſſ. & in l.* 1. §. *diuus*, *num.* 18. *ad fin.* ibi, *ſi vero ff. de var. & extraordin. cognit.* & conſtat ex traditis à Caſtrenſi *conſ.* 74 *ſuper iſtis dubiis, in principio*, *lib* 2. vbi vult pro tempore bonæ adminiſtrationis dandum eſſe ſalarium tutoribus; Baëça *ſuprà*, *numero* 33. Confirmatur argumento emphyteutæ partem ſolùm iuris emphyteutici alienantis irrequiſito domino, qui ſecundùm commoniorem, & æquiorem ſententiam non incidit in commiſſum totius iuris, ſed tantùm partis venditæ. Notat Grammatic. *deciſ.* 49. quem ſequitur Iulius Clarus §. *emphyteuſis*, *quæſt.* 13. *n.* 10. & §. *feudum*, *quæſt.* 31. *num* 7. *verſ. Sed pone*, quamuis contradicat minùs benè Molin. *tract.* 2. *de iuſtitia*, *quæſt.* 459. *pag.* 1315. *verſ. quando emphyteuta*, quatenus ait in Luſitania incidere emphyteutam in hoc caſu in commiſſum totius iuris, quia res emphyteutica in hoc regno eſt indiuidua, à quo diſſentio, & conſentio cum Caldas Pereira *de emphyteuſis extinctione*, *cap.* 5. *numero* 58. & *cap.* 9. *numero* 1. poſt plures *ibi* relatos, & Barboſa *in l. diuortio*, *p.* 2. §. *fin. numero* 41. & Alter Barboſ. Vimaranenſis *in remiſſionibus ad legem Regiam*, *lib* 4. *tit.* 38. *ad principium*, *numero* 31. Ergo à ſimili in noſtro caſu tutores, & curatores pro tempore bonæ adminiſtrationis dumtaxat acquirent decimam fructuum, ac redditùum bonorum minorum, non verò pro tempore malæ adminiſtrationis. Gutierez *de tutel. part.* 3. *cap.* 13. *num* 5.

Limitatur tamen hæc reſolutio quando negli- 10.
gentia vnius temporis, nempe partis bene adminiſtratæ nocent valdè alteri tempori, vel alijs rebus, in quo euentu pro toto tempore tutoribus vel curatoribus nihil decimæ acquiretur, Bartol. *in d. l.* 1. §. *diuus*, *num.* 19. *verſ. Reſpondeo, quædam ſunt officia*, *ff. de var. & extraordin. cognitio.* quem ſequitur Baëça *numero* 31. & 32. vbi idem ait de tutore occidente pupillum, ſeu minorem, aut violante pupillam, aut minorem, ſicut non merentur ſalarium, qui animo prædandi abſcondunt, vel furto auferunt res pupillorum; imò ſi id probetur, nec poterunt repetere expenſas, etiam ſi fuerint vtiles minoribus, niſi conſtet minores factos fuiſſe ditiores. Baëça *dicto capite* 13. *numero* 4 poſt Baldum *in l. ſi pupilli*, §. *ſed & ſi quis*, *ff. de negot. geſt.* quia tutores mali non ſunt tutores, ſed prædones, per legem, *qui fundum*, §. *ſi tutor ff. de vſucapio pro empt. & l. tutor, qui ad vtilitatem*, *ff. de adminiſtrat. tutor.* Paulus de Caſtro *conſil.* 274. *num.* 2. *in* 2. *p. conſilij*. Ergo non ſunt tutores, vel curatores, pro mala adminiſtratione ſalario aliquo afficiendi.

Dico ſecundò de conſuetudine, vel de lege, 11.
vt narrat Boërius *in commentariis ad conſuetudines Biturigum*, §. 11. apud Burgenſes Gallos, tutores, & curatores acquirunt ſibi non ſolùm fructus omnes bonorum immobilium ad pupillos, vel minores ſpectantium, ſed etiam bona mobilia quoad proprietatem conſequuntur. Quæ conſuetudo eſt contra legem, *quia tutores*, *in fine*, & *ibi* gloſſa, & contra legem fin. §. *fin.* & *ibi* gloſſ. *C. de adminiſtrat. tutor.* Paulus tamen de Caſtro *in conſilio ſuo*, 371. *incipiente*, *ſuper iſtis dubiis in* 1. *dub. in nouis conſiliis*, *in editione nouâ*, tradit conſuetudinem qua tutores omnium bonorum fructus pupillorum ſibi acquirunt, eſſe validam; illam autem Petrus de Bellapertica *in Authentica. minoris debitor*, *C. qui dar. tutor. poſſ.* vocat odioſam; & ideò minimè extendendam. Sequitur Chaſſan. *de conſuet. Burgund. rub.* 6 §. 4. in textu, *& fait ladite femme*, *num.* 1. Idem ſeruatur apud Hiſtrianos, & Aurelianos, teſte Baëça *de decima tutor. capite* 1. *numero* 32. & 33. Menoch. *conſ.* 228. *num.* 52. & 53. Ea tamen lege, vt tutores, & curatores perceptis ſibi

omnibus fructibus bonorum tam mobilium, quàm immobilium minorum præſtent eiſdem alimenta, & creditoribus ſoluant æs alienum. Quin etiam apud Anglos fructus, & redditus pupillorum, ac minorum ad Regem ſpectant, quia in tutela Regis viuunt, vt ex Paulo Iouio narrat Baëça *dicto capite 2. numero 33. ad fin.*

12. Dico tertiò; ſi in aliquo loco ſalarium tutoribus non decernatur à lege, vel à conſuetudine, iudicis arbitrio conſtitui poteſt, conſiderata qualitate tutelæ, ac negotiorum multitudine ſecundùm conſuetudines, ac leges vicinarum prouinciarum, quæ ſeruandæ ſunt. Textus, & *ibi* gloſſa *in cap. ſuper eo, de cenſibus*, Sequitur Crauet. *in conſ.* 206. *num.* 14. & Caſtrenſ. *conſ.* 434. *ſuper dictis quæſitis, num.* 2. *lib.* 2. quem ſecutus eſt idem Crauet. *in conſ.* 118. *num.* 3. vbi volunt quando eſt dubium de præſtatione aliqua directo domino facienda ab Emphyteutis ſuis, ſtandum eſſe conſuetudini loci vicini. Non extenditur tamen conſuetudo vnius caſus ad alterum caſum. Oldradus *conſil.* 217. quem ſequitur Alexand. *in conſil.* 6. *lib.* 5. & Menoch. *conſ.* 226. *num.* 41. quia tantum habet de potentia conſuetudo, quantum habet de actu, & vſu, & non amplius. Baldus *in cap.* 1. *tit. qui feudum dar. poſſ.* ſicut pactum non extenditur ad aliam rem, vel perſonam, *l. ſi vnus, §. ante omnia, ff. de pactis*, ita nec conſuetudo, quæ eſt conuentio tacita ciuium. Natta *conſil.* 46. *num.* 2. *conſil.* 554. *num.* 26. Ex eo fundamento, quia omnis receſſus à iure communi cenſetur odioſus, & ideò ſtrictè intelligendus eſt, *l. quod verò, ff de legibus.* Vnde Baldus *in conſil.* 275. *col. fin. vol.* 2. dicebat vltra obſeruantiam conſuetam in conſuetudine nihil eſſe ſupplendum, nec nobis integrum eſſe diſponere de quo non diſpoſuit conſuetudo; ideò conſuetudo limitata non debet extendi ad alium caſum, nec de perſonis ad perſonas. Innocent. *in cap. cum dilectus, col.* 1. *de capell. monacho.* Roland. à Valle *conſil.* 94. *num.* 17. *vol.* 2. aliis *ibi* relatis, & Surdus *conſil.* 37. *num.* 8. *& conſil.* 525. *num.* 14. vbi *numero* 15. addit conſuetudinem vltimam eſſe attendendam, *l. Mela, §. quid ergo, ff. de aliment. & cibar. legat.* Alexand. *conſ.* 5. *col. fin. vol.* 5. Sed in noſtro caſu conſuetudo actuum frequentiam exigit; vt per Cæſar. Barſi Bonon. *deciſ.* 95. *à numero* 7. Afflict. *deciſ.* 321. *ſub num.* 17. *& deciſion.* 388. *num.* 7. Franc. Marc. *deciſ.* 255. *num.* 1. *vol.* 1. & Maſtrill. Siciliæ *deciſ.* 67. *num.* 16. quia conſuetudo vniformis vniformiter obſeruata debet eſſe. Surdus *conſ.* 254. *num.* 29. *& conſ.* 449. *num.* 7.

13. Dico quartò, tutores, vel curatores vltra conſtitutum ſibi ſalarium ſecundùm legem, ſeu conſuetudinem regni, ſeu prouinciæ poſſe extrahere expenſas perſonales, neceſſarias tamen, quas fecerunt iuxta qualitatem ſuarum perſonarum ſi peregrè proficiſcantur in vtilitatem pupillorum, ſeu minorum, exceptis illis, quas domi erant facturi in quærendis equis, vel conducendis curribus, vel famulis, quibus comitati iter agant, niſi expreſsè in pactum ſit deductum, quod decima ſint contenti pro labore ſuo, & pro ſumptibus reliquis faciendis; aliter enim decima conceditur à lege *fori* citata, pro labore, non verò pro expenſis; ſic enim *in d. l.* 8. *tit.* 7. *lib.* 3. *fori*, decernitur, ibi, *y tome pa. aſi el diezmo de los frutos por razon de ſu trabaio*, & infrà, *y ſi algunas expenſas fiſiere per los negocios de los hermanos, cobreio*, hoc eſt intelligendum de expenſis directè tam in rem minorum factis, quam in propriis perſonis, cùm vtrobique militet eadem ratio, vnde deducitur, quod demi ſecum ſolent expendere vltra decimam integram fructuum, vel ſalarium, deducunt expenſas tam perſonales, quam reales, vt deciſum eſt ex Labeonis ſententia, *in l. idemque, §. idem Labeo. ff. mandati*, niſi ſalarium pro his expenſis conſtitutum ſit; quod ſi non ſit conſtitutum expreſsè pro his expenſis, non impedit ſalarium aliàs conſtitutum, deductionem expenſarum, videlicet earum, quæ fiunt à tutoribus in ſe ipſos, Garcia *de expenſis, cap.* 20. *numero* 15. quamuis opinetur contrarium ad finem, quando ſalarium conſtitutum eſt in magna quantitate, quod non puto verum, niſi ſalarium ſit valdè laborum, ac moleſtiarum onera ſuperans; proinde regulariter ſalarium ſolitum vltra expenſas tam perſonales, quàm reales, cùm tutores peregrè proficiſcuntur. Baëça *de decima tutor. cap.* 21. *num.* 25. & conſtat ex *l.* 1. *§. ſi pupillus, §. Item ſumptus*, ibi, *& viatica*, vbi Bartol. *ff de tut. & rat. diſtr.* Imò tutores ipſi, & curatores conſtituere inſtitores, ſeu factores pro gerendis, & curandis negotiis pupillorum, vel minorum, & eiſdem ex bonis pupillorum, vel minorum decernere ſalarium, Bartolus *in l. cum ad quamlibet, C. de condit. impub. horreis, lib.* 10. & ipſi contutores poſſunt ex cauſa iuſta conſtituere ſalarium contutori, vt habetur *in l.* 1. *§. ſi pupillus ff de tutel.* & docet Angel. *in §. ſed & propter, in fin. inſtit. de excuſat. tutor.* Menoch. *d. conſil.* 228. *numero* 26. *&* 27. vbi etiam loquitur in curatoribus. Baëça *dicto cap.* 1. alios *ibi* allegans *numero* 9. & Surd. *de alimentis, tit.* 1. *quæſt.* 47. *num.* 9. poſt Bartol. & alios *ibi* relatos, vbi *num.* 10. addit tutores, vel curatores poſt redditas ſemel rationes, vel poſtquam ſe paratos obtulerunt ad reddendas rationes & per eos non ſtetit ſi e loco diſcedant, vel aliò proficiſcantur, non poſſe cogi ad eundem locum regredi pro reddenda iterum ratione, niſi expenſis minorum, Gutier. *p.* 3. *cap.* 2. *de tutel. & cur. num.* 6.

Dico quintò, quæ diximus de ſalario conſtituto tutoribus quoad decimam fructuum bonorum, locum habere in curatore, quamuis iura in ſpecie videantur loqui in tutore dumtaxat. Nam decima datur tutori pro labore in gerendis rebus pupilli. Sed curator habet eoſdem labores, & maiores fortè, quàm tutor; ergo curator debet habere decimam fructuum bonorum, & redituum minoris. Baëça *de decima tutor, cap.* 3. *num.* 11. quia tutor, & curator æquiparantur præterquam in caſibus à iure expreſſis. Facit textus *in l. qui neque, ff. de rebus eorum*, vbi diſpoſitum à Principe de tutore extenditur ad curatorem etiam in materia odioſa, & correctoria, vt probat textus iuncta gloſſa ordinaria fin. *in l. ſi quis ſeruo, Cod. de furtis.* Anton. Gomez *in l.* 4. *Tauri, num.* 7. Burgoſ. de Paz *in l.* 3. *Tauri in* 2. *concluſion. numero* 94. *cum ſequentibus* & Crauet. *de antiquitat. tempor.* 4 *p. in principio, numero* 98. Quod extende ex æquiparatione ad curatorem adulti furioſi ſcilicet, aut prodigi, cui etiam debetur decima, per text. *in l. qui neque,* 8. *ff. de rebus eorum.* Fauet gloſſa communiter recepta *in leg.* 2. *Cod. de curator. & furioſ.* & *ibi* ſcribentes, quæ tradit diſpoſitum in tutoribus pupillorum procedere etiam in curatoribus 14

ribus amentis, furioſi, vel prodigi; nam vbi eſt eadem ratio, ibi quoque eſt eadem iuris diſpoſitio, *l. illud, cum ſimili, ff. ad l. Aquil.* Baëça *dicto cap.3. num.19. & numero 35. cum ſequentibus.* Gutier. *lib.3.practicarum, quaſt.17.& 18. num.75.* Vbi probat cum ſequentibus ratione finali conſiderata diſpoſitum non reſtringi ad caſum deciſum, ſed trahi ad omnes illos caſus, qui venire poſſunt ſub eandem rationem finalem, & expreſſam. Cùm ergo ſalarium conſtituatur tutoribus pro labore, & adminiſtratione tutelæ ſuſceptæ; idem dicendum eſt de curatore, vt conſtat ex diſpoſitione Authent. *vt hi qui obligatas ſe hab. per-hib. res min. §. hac,* ibi, *& hac dicimus in omni curatione, in quibus omnino curas aliquorum introducunt leges, prodigorum fortè, aut furioſorum, aut amentiam, aut ſi quid aliud iam lex dixerit.* Gutier. *vbi ſupra, à num.75. vſque ad* 80. vbi concludit diſpoſitionis rationem expreſſam in aliquo caſu prorogari ad alios caſus, qui eidem rationi expreſsè conſonant, non per modum extinctionis, ſed comprehenſionis, ſicut genus complectitur ſuas ſpecies, quod etiam vult Baëça *d. cap.3. num.32. & 39. cum ſequentibus*, vbi argumenta contraria retorquet.

15. Ex quibus infertur curatori furioſi dilucida interualla habentis deberi ſalarium pro toto tempore adminiſtrationis, niſi furioſus probet per notabile tempus continuum, ſe ad ſanam mentem fuiſſe reuerſum, & pro eo interuallo bona ſua adminiſtraſſe. Nam licet furor non præſumatur, niſi probetur, ſecundùm legem *furioſam, C. qui teſtament. facer. poſſ.* At verò poſtquam quis factus fuit furioſus, & per aliquod tempus in furore perſeuerauit, ſemper præſumitur furioſus, donec contrarium probet, argumento ægroti, & infirmi; is enim ſi tempore præterito æger, & infirmus fuit, ſic etiam nunc præſumitur, ex gloſſ. *in cap. cum inter canonicos, de elect.* ſicut periurus ſemel, in futurum talis præſumitur. Menoch. *de præſumpt. lib.1. quaſt.24. à num.25. cum ſequentibus*; igitur præſumitur furioſus ſemel factus non rediiſſe ad ſanam mentem, niſi contrarium probetur, inſimúlque ſuarum rerum illum habuiſſe curam conſtet; tunc enim curator pro tempore furoris, non verò pro tempore ſanæ mentis ſalarium conſequetur. Baëça *dicto capite 3. numero 45.*

16. Dico ſextò eſſe probabile deberi decimam fructuum tutori putatiuo, ſi multò tempore tutelam vtiliter adminiſtrauit, quamuis poſtea conſtet de nullitate tutelæ, probabilius tamen eſſe non deberi decimam, cum ſit tutor inualidus, & tutela fuerit nulla, etiamſi communiter reputetur tutor, & tutela reputetur valida. Prior pars probatur ex eo, quòd error communis & titulus faciunt legem, inducúntque validitatem actuum, vt probatur ex *l. Barbarius Philippus, ff. de officio Prætor.* ibi: *Si ſeruus quandiu latuit, dignitate prætoria functus ſit, quid dicemus? An quæ dixit, quæ decreuit, nullius fore momenti; an fore, propter vtilitatem eorum, qui apud eum egerunt? Et verum puto, nihil eorum reprobari: hoc enim humanius eſt, cum populus Romanus etiam ſeruo potuiſſet decernere hanc poteſtatem.* Sic lex. Concordat cap. *infamis, 3. quæſt. 7. verſ. veruntamen*, cuius hæc ſunt verba, ibi: *Si ſeruus dum putaretur liber ex delegatione ſententiam daret, quamuis poſtea in ſeruitutem depulſus ſit, ſententia ab eo dicta, rei vindicatio firmitatem tenet.* Ex quibus duobus iuribus conſtat concurrente titulo putatiuo authoritate ſuperioris collato cum errore communi iuriſdictionem conferri. Cùm ergo iudices putatiui hoc modo, & tutores communiter reputati habeant veram iuriſdictionem ratione ſuorum officiorum reſpectiuè propter communem vtilitatem eorum, quorum negotia, & curam agunt validè, non eſt negandum illis deberi ſtipendia à iure, vel ab homine conſtituta pro ratione laboris, & pro onere officiorum.

Confirmatur argumento prælati, ſeu parochi, 17.
qui æquiparatur tutori, vt notant Afflict. *deciſ.169. n.5.* & Beto *q. famil.27. n.4.* ita vt de vno ad alium valeat argumentum per gloſſam *in cap. quia Epiſcopus, 5. quæſt. 3.* Sed prælatus, ſeu parochus authoritate ſuperioris, nulliter tamen collatus non defraudatur fructibus, imò eos conſequitur, vt docent Bald. & Paulus *in l ſi putas, C. de petit. hæred.* poſt Innocent. *in cap. nihil, de elect.* Idem Bald. & Alberic *in l qui neque, ff. de rebus eorum*; ergo tutor communiter reputatus tutor, quamuis a parte rei nulliter ſit electus à ſuperiore, decimam pro labore ſuo cōſequetur, quia ratione publici officij, geſta per ipſum valent, ad quod ſufficit communis error cū poſſeſſione officij, ſeu tituli; imò ſufficere communem errorem cū poſſeſſione officij abſque titulo tradit Morl. *in emporio iuris, tit.1 t. q.2.* Garc. *de benef. p.5. 4 n.282.* Sanch. *lib.3. de matr. diſp.22. num.48.* & alij, quos *ibi* refert, qui volunt, vt acta ſint valida per officialem, ſufficere vt ſit in poſſeſſione officij, & communiter talis credatur, quamuis doloſè intruſus ſit, & careat titulo, ac creatione à Principe. Ergo tutor inualidus reputatus tamen validus accedente communi errore, & poſſeſſione, decimam veris tutoribus debitam conſequetur, quandoquidem geſta per eum valent.

Accedit maritum putatiuum lucrari fructus dotis, ex gloſſa, *in l. Proculus ſa gloſſ. vltim. ff. de iur. dot.* quam ſequitur Romanus *in §. tranſgrediamur, col 7. verſ.8.* & alij, quos refert Tiraquel. *in gloſſa 8. poſt leges connub. num.262.* Quin etiam matrimonium putatiuum habere priuilegia veri matrimonij, ita vt res empta ex pecunia dotali in matrimonio putatiuo ſit quaſi dotalis, ſicut in vero eſt dotalis, ait lex, *ita conſtante. ff. de iur dot.* & vtriuſque fructus pertinent ad maritum. Item acqueſtus facti conſtante matrimonio putatiuo ſunt communes inter eoſdem coniuges putatiuos, vt docent poſt alios Panorm. *in cap. 2. in d. gloſſa*, & ibi etiam Cardinal. Alexand. *de donatio. inter vir. & vxor.* quibus adhæret Ioan. Lupus *in repet. rubric. de donatio. inter vir. & vxor. §. 36. verſ. & hinc eſt*; & iterum *§. 62. col. penult. verſ. ampliabis iſta.* Adde ex *l. fin. ff. de legat. 3.* coniugem ignorantem impedimentum dirimens matrimonium ſibi acquirere legatum relictum à coniuge conſcio nullitatis. Quod etiam voluit gloſſa, *in l. qui contra, verb. fiſco. C. de inceſt. nupt.* & ibi omnes ſcribentes, quos ſequitur Molina *tom.1. de iuſt. tract. 2, diſp. 200 fol. 1224.* & Acoſta *in cap. ſi pater. de teſtam. in 6. p.1. in verbo, vxorem, num.5.* quod extendi poteſt ad acquiſita per contractum inter viuos à coniuge putatiuo, impedimenti ignaro, quando alter coniux impedimenti conſcius aliquid donauit, vel ipſum dotauit; valétque argumentum de contractibus ad vltimas voluntates, vt tradit Euerardus, *in ſuis Topicis, loco 36.* Quare cum non ſit lex, quæ priuet coniugem putatiuum acquiſitis per vltimam

voluntatem vel per cõtractum inter viuos ſibi ab altero coniuge nullitatis conſcio relictis non eſt defraudandus, nec legato, nec donatione inter viuos cùm ſit in bona fide conſtitutus. Couar. *in epitome 2. p. cap. 7. §. 1. num. 8. in 2. editione*, & Molin. *vbi ſuprà, fol. 1223. ad finem.* Acoſta *ſupra in verbo, vxorem, num. 6. & 7.* Matienz. *lib. 5. recopil. tit. 9. l. 2. gloſſ. 1. num. 5.* vbi loquitur de dote data, & Nauarra *lib. 3. de reſtit. cap. 1. in noua editione, dub. 8. num. 104. & 106.* quia coniux recipiens reputatur verus coniux, & error eſt communis; ergo tutor propter communem errorem, & titulum, ſeu poſſeſſionem officij poterit licitè, ac validè conſequi decimam vero tutori debitam.

18. Non poſſe autem conſequi decimam, vt verus tutor, quod eſt probabilius, ex eo probatur, quia non eſt tutor validus, nec legitimè conſtitutus; ergo non debet conſequi præmium vero tutori debitum, etiamſi communiter pro vero, & legitimo tutore habeatur; conſtat ex traditis ab Alexandro *conſ. 102. viſis, & ponderatis, col. fin. verſ. præterea, lib. 1.* & ex Decio *conſ. 178. num. 3. verſ. ſecundè reſponde*, aſſerentibus non deberi legatum relictum alicui tanquam tutori, ſi non ſit tutor, vel ſi non miniſtret tanquam tutor, ſed veluti negotiorum geſtor, pro quo eſt bonus textus *in l. 3. §. 1. ſed ibi, quidam tutor ſit, non tamen tanquam tutor adminiſtret, ff. iudic. ſolu. l. ſi debitor, §. 1. ff. ad Trebell.* Ergo cùm tutor putatiuus non ſit verus tutor, non faciet ſuam decimam, quæ à lege conceditur vero tutori, vel curatori; argumento protutoris, cui non conceditur decima, ſicut tutori conceditur, ex eo quia adminiſtratio protutoris valdè differt ab adminiſtratione tutoris, *l. is qui, ff. de eo qui protut.* Item quia protutor, non eſt tutor, vt *in l. 1. poſt princip. ff. eodem titulo* Sed adminiſtratio tutoris inualidi, ſeu putatiui eſt valdè differens ab adminiſtratione veri tutoris; ergo præmium debet eſſe valdè differens.

Quod verò adminiſtratio tutoris putatiui differat, conſtat, quia geſta à tutore putatiuo non tenent per text. *in l. ſi is qui, ff. de eo qui protut.* & *ibi* Bartol. & Baldus dum aiunt alienationem factam cum decreto, & authoritate tutoris putatiui de re pupilli eſſe inualidam. Sequitur Tiraquel. *in d. gloſſa 8. poſt leges connub. num. 25.* & quamuis ſint vtilia geſta per tutorem putatiuum, non tamen firma ſunt, niſi minores poſtea ea rata habeant, vt poſt alios volunt Bartol. & ſcribentes *in l. ſi tutor,* & *ibi* gloſſ. *C. in quibus cauſ. integr. reſtitutio non eſt neceſſ.* Baëça *de decima, cap. 12. num. 12.* Item differt, quia tutor exiſtimans ſe eſſe tutorem, non tenetur de periculo ſi re vera tutor non eſt. Bartol. *in l. impuberi, num. 1. ff. de tutel.* Baëça *de decima, cap. 12. num. 18.* Nec poteſt conueniri pro adminiſtratione, actione tutelæ, ſed tantùm conueniri poteſt actione negotiorum geſtorum, *l. militia, C. qui dar. tut. poſſunt*, Cuman. *conſ. 87. poſt princip.* Sed actio tutelæ eſt valdè vtilis minoribus, & multa confert illis priuilegia, quibus defraudantur, ſi ea actione pro geſtis non conueniantur tutores putatiui; ergo nullo modo debent reportare decimam veris tutoribus conceſſam, cum tutela eorum ſit nulla, & tutela nulla, non ſit tutela, argument. *l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud.* vbi habes ſententiam nullam, non eſſe ſententiam. Suffragatur Chaſſanæus *de conſuet. Burgund. rubric. 6. §. 4. in textu, cautiòn, num. 6. & 7. verſ. Aduerte etiam*, dicens, ſi tutrix non tradat cautionem ſufficientem, non habere actionem, nec facere fructus ſuos ſicut in vſufructuario de iure dicitur, ſi non ſatiſdedit, *l. ſi vſuſfructus legatus ſit, in principio, cum ſua gloſſa, ff. de vſufructu,* Bartol. *in l. ſi homo, ff. de vſucap. & in l. vſufructu, Cod. de vſufructu.* Igitur ſi in danda tutela aliqua ſolemnitas fuit omiſſa, ex qua tutor non verè dicitur tutor, quamuis adminiſtret, non recipiet decimam tutoribus debitam, ſed ſalarium moderatum arbitrio boni viri iuxta facultates, ac patrimoniũ minorum, & laborem in adminiſtratione impenſum vltra expenſas vtiles, & neceſſarias; quod intellige ſi diligenter, & vtiliter ſe in adminiſtratione habuit; dummodo ſolitus ſit operas ſuas alijs locare, vel de ſuo amiſit, vt rebus minorum conſuleret, vel ſi pro labore ſuo aliquid ſibi ſolui voluerit, conſiderata perſonæ conditione, ac negotiorum qualitate. Gutier. *de tutel. & cur. p. 3. cap. 8. num. vlt.*

Dico ſeptimò; retenta hac opinione, ad rationes contrariæ partis reſpondendum eſt, dictam legem, *Barbarius*, non habere locum niſi in cauſa in qua eſt iuriſdictio, vt notat Bald. *in l. non omnis. §. pupillis, ff. ſi cert. petat.* & vbi agitur de vtilitate publica. In quo caſu autem tutoris inualidi agitur de vtilitate priuata, vt ait Alexand. *conſ. 139. n. 1. lib. 1.* Ideò facta per tutorem inualidum nullius ſunt momenti, cum concernant priuatam vtilitatem, niſi confirmentur à ſuperiore, nec confirmantur a iudice permittente tutori inualido, vt tutelam adminiſtret, niſi addat in conceſſione ſe ratum habiturum quidquid à tutore non ſolemniter dato actum fuerit. Tunc enim firmitatem habebunt geſta per tutorem inualidum authoritate iudicis confirmata. Teſtis eſt Bald. *in l. 2. ff. de eo qui pro tutore,* & Bartol. *in l. actuaries, C. de numerat. lib. 11.* & Baëça *de decima, cap. 12. num. 8. & 9.* & deducitur ex *l. 1. §. Pomponius, ff. quod falſ. tut. act.* Alio modo facta per tutorem inualidum, quamuis communiter reputetur validus, non ſuſtinentur. Baëça *d. num. 9. ad fin.* per *l. qui neque*, & *ibi* Cuman. *ff. de reb. eorum.*

Nec refert ſi dicatur geſta per parochum communi errore taliter creditum cum titulo putatiuo à legitimo ſuperiore collato eſſe valida ad vtrumque forum, nec patefacto impedimento poſtea reputari inualidas confeſſiones apud illum, vel apud alios de eius licentia factas, vt placet Innocent. *cap. dudum, el 2. numero 3. de electione,* & Hoſtienſ. *ibi ſuper verb. damnabiliter,* Angel. *confeſſ. 4. num. 12.* Tabien. *abſolutio. 1. num. vltim.* Nauar. *cap. placuit. de pœnitent. diſtinct. 6. num. 177.* & Caietan. *in ſumma, verbo, Confeſſionis iterat., cap. confeſſio ſacramentalis: quare ex parte confeſſoris iteranda*, Angles *in florib. 1. p. quæſt. 3. de confeſſio. art. 7. difficult. 9.* & Henriq. *lib. 8. de pœnitent. cap. 6. num. 2. & lib. 13. de excommunicat. cap. 7. num. 6.* quia totum id concedimus in vtilitatem publicam ad euitanda quàm plurima, & grauia inconuenientia, quæ ſequerentur, ſi patefacto impedimento geſta per parochũ eſſent nullius momenti, ideo ius ipſum confert iuriſdictionem, vultque vt perinde valeant geſta in vtroque foro per parochum putatiuum, ac ſi vere parochus eſſet. Frater Medina, *lib. 1. ſumma cap. 11. §. tertio, fol. 29.* Ludouic. Lopez *1. p. inſtructiorij cap. 38. §. iteranda eſt confeſſio,* Aragon. *2. 2. q. 60. art. 6. § eſt aliud dubium fol. 109* Medina *C. de confeſſio. quæſtio. de confeſſione confeſſori excommunicato ſcienter facta. verſ. ſecundum dictum.* Secus de tutore inualido, etiã ſi reputetur validus, quia cõcernit

eius

eius officium priuatam vtilitatem; ideò non procedit regola *l.Barbarius*, in tutore, vt alios referens tenet Baëça *d. cap.*12. *num.*8. vbi attenditur publica vtilitas; & ideò publico intereſt, vt geſta valeant intercedente errore communi, & titulo putatiuo dato a legitimo ſuperiore.

19. Dicu octauò, prælatos putatiuos facere fructus ſuos, (non tamen tutores,) quia cùm habeant bonam fidem, & ſint electi à ſuperiore, lucrantur fructus. Additio t. Bartol. *in l.Herennius, ff.de decurionibus*, ibi: *Secus in alius*, Baëça *d.cap.*12.*n.*7. *cum ſequentibus*. Secus ſi habeant malam fidem. Non poſſunt enim ex delicto vtilitatem, ſeu commodum reportare ſcientes, vel ſcire debentes ſe non eſſe legitimos tutores, & ex conſequenti eſſe in dolo, & in mala fide, adminiſtrantes tamen ſolemnitatibus omiſſis ſcienter tanquam tutores, cùm non ſint; ideò ratio petit vt decimam non conſequantur. Alexand. *d.conſ.*102. *d.verſ.Praterea, lib.*1. & Decius *d.conſ.*178. *verſ. Secundò reſpondeo*, Gutier. *d.p.*3.*cap.*9.*n.*11.*&* 12. Nec ſufficit errorem communem cum poſſeſſione officij, vt valeant geſta per prælatos, ſeu parochos ſecundùm veriorem, ſed exigitur communis error, & inſuper titulus collatus a ſuperiore legitimo petente illum concedere, quamuis inualidus ſit propter vitium occultè latens. Vnde intruſus ſine titulo, & authoritate ſuperioris, ſiue parochus, ſiue iudex ſit, quamuis detur communis error facti, nihil valent in vtroque foro geſta per illum, patet ex *d.cap.infamis, verſ.veruntamen* 3.*quaſt.*7. & in ſpecie tradunt Speculator, *tit. de inſtrument. edit.*§. *reſtat, num.*32. & eſſe indubitatum volunt Abbas *in cap.nihil, num.*11.*de elect.* & Imola *num.*7. Baldus *in l.*2 *num* 5.*C.de ſentent.& interlocutor.* Alciatus *de præſumpt.regul.*3. *præſumpt.*13. *num.*15. Tiraquell. *d.gloſſ.*8. *poſt leges connub. num.* 145. Nec quicquam poteſt in ſpiritualibus, vt notant omnes *in cap.ex frequentibus, de inſtit.* Abbas poſt Innocent. *in cap. nihil, col. penult. de elect.* Neque in iſtis ſpiritualibus ab intruſo receptis fauet recipientibus communis error. Sarn. *de public. quaſt.*3. *colum.* 6. *verſ. nec in iſtis*; nec communis error facit ius in ſpiritualibus ſine titulo. Bald. *in l.non mutat, C. de liberal. cauſ.* Abbas *in cap.ſi verò, circa finem, de ſentent. excommunicat.* & alij, quibus accedit Flamin. Pariſ. *de reſignatio. lib.*11.*quaſt* 1.*num.*11.*& ſequentibus.* Nec intruſi habent aliquod ius in officio, ſeu beneficio, nec titulum, cùm non ſint canonicè inſtituti, tenenturque ad fructus perceptos. Idem Flamin. *lib.*3. *quaſt.*1.*num.*4 *& lib.*7.*quaſt.*1.*num.*110.*& ſequentib.* Neque ſufficit error communis cum poſſeſſione vt valeant geſta per intruſos cùm careant titulo, neque oppoſitum eſt probabile, vt poſt plures tradit Sanch. *lib.*3. *de matrim.diſp.*22.*num.*49. *& num.* 54. præſertim in officiis iuriſdictionem habentibus, per dictam legem *Barbarius, ff.de officio prator.* & *ibi* Alberic. *num.*29. & Iaſon *num.*63. quia ius Pontificium, & ciuile ſupplet eum defectum, conceditque iuriſdictionem propter publicam vtilitatem habenti titulum putatiuum, & concurrente communi errore, quando impedimentum eſt ſolius iuris humani. Secus ſi ſit impedimentum iuris naturalis, aut diuini; quia tunc geſta per ipſum non obſtante titulo putatiuo, & errore communi, erunt prorſus irrita, Caiet. *in ſumma, verbo, confeſſionis iteratio, cap.confeſſio, quare ex parte confeſſoris iteranda.* Palud. *in* 4.*diſtinct.*17.*q.*6.*art.*1.*num.*6. Decius *in cap.fin.n.*53.*de conſtit.* & Abbas *cap.*2.*in fine, de presbyter non baptiſat.* & Maſcard. *de probat.concl.*648.*n.*98. Sanch. *lib.*3.*de matrim.diſp.*22.*num.*27.*&* 28.

20. Vnde ſi non ſacerdos ſacrificet, vel excipiat confeſſiones, & ſacramentaliter abſoluat, nihil faciet, quamuis communiter reputetur ſacerdus, & concurrat titulus putatiuus cùm habeat impedimentum iuris diuini, quem defectum non poteſt ſupplere ius pontificium, & ciuile, nec alia impedimenta iuris naturalis; proinde ſi aliquis ereetur iudex, & communiter reputetur ſanæ mentis, ſi tamen non ſit compos ſui, ſed inſanus, nihil etiam efficiet; Sanch. *ſupra, n.*29. poſt alios *ibi* relatos, quia hoc impedimentum iuris naturalis eſt. Idem dicas ſi ſit omnino mutus, & ſurdus, Felin. *in cap. ſciſcitatus, n.*3.*de reſcriptis*, Maſcard *ſupra, n.*89 & multò fortiùs ſi ſine electione, & confirmatione ſe in magiſtratum ingeſſiſſet, etiam tunc acta irrita eſſent. Innocent. *in cap.nihil, de electione.* Ant. de Butr. *lib.*1. Alexand. *d.conſ.*138.*poſt num.*7.*verſ. Statonuit, lib.*1. Ruinus *in conſ.*48. *videretur fortaſſis, num.*4. *verſ.nec etiam obſtat, vol.*4. Similiter ſi fœmina communi errore concurrente, quod ſi talis creetur ſacerdos, omnia per ipſum geſta erunt irrita, cùm ipſa iure diuino ſit incapax ſacerdotij. Nam in his, quæ ſunt ordinis communis, error non facit ius. Abbas *in cap. Apoſtolicam, num.*1.*de presbyter non baptiſat.* Chaſſanæus *in* 68. *à num.*53 & Io.Bapt.Ferret. *in conſ.*8.*num.*4.*vol.*1. Nec etiam in ſpiritualibus contentioſis communis error faciet ius in hoc caſu, quia talis error reſpicit cauſam efficientem; inde fit, vt quamuis error communis ius faciat vt plurimum, non tamen in hoc caſu faciet quando peccatum eſt in cauſa efficiente, vt volunt Iaſon *in d.l.Barbarius, n.*22. *verſ. Quarto notab.limita.& num.*48.*verſ.pro iſta communi ſententia*, & Maſcardus poſt plures *dict. concl.*648.*num.*98.*& ſequent.*

Ad argumentum verò de marito putatiuo lucrante fructus dotis, & conſequente coniuge ignorante legatum, totum concedimus, quando ſunt in bona fide, & ignorant impedimentum latens; nam coniux putatiuus dicitur habere cauſam oneroſam in dote non lucratiuam per gloſſ.notab. *in d. l. Proculus, ff. de iur. dot.* & pro oneribus marito traditur dos, *l.pro oneribus*, & *ibi* Bartol. & alij *C. de iur.dot.* Idcircò durante bona fide fructus dotis lucratur; imò ſi ipſe fecerit mulieri plures donationes ſciens impedimentum, non poterit repetere, teſte Paulo Grillan. *in fine tract.de pœn. omniſa, coit.in quaſt.*14.*in fine*, per text. *in l.ſi cum dotem*, §.*ſi mulier*, & *ibi* Bartol & ſcribentes. *ff ſolut.matrim.* vbi aiunt mulierem non poſſe repetere dotem ſi ſciens impedimentum dirimens contraxit matrimonium. Tunc enim priuatur dotis priuilegio in totum decipiendo virum, & matrimonium nulliter contractum conſummando. Roder. Suar. *in l,*1.*tit.de las ganancias, num.*17. *verſ. eſt verum quod niſi, pagin.* 359. poſt Bartol. & alios *in l. Annuculo*, & *ibi* Iaſon, *ff. de condition. ſine cauſ.*

21. Contrà verò ſi vxor vſufructuaria ſit impedimenti ignara, faciet fructus ſuos vſque ad horam noticiæ impedimenti dirimentis propter bonam fidem. Paulus de Caſtro & Alexand. *in l.ſi cum dotem*, §.*ſi mulier, ff.ſolut.matrim.* Ob quam etiam cauſam maritus tanquam bonæ fidei poſſeſſor quandio ignorat impedimentum, facit fructus dotis ſuos, extantes verò tenetur reſtituere cognito impedimento. Phanucius *de lucro dotis,*

*gloſſa 3. num. 6.* & Roland. à Vall. *de lucro dotis, q 97. n. 9.* Sicut fructus beneficiales ex beneficio obtento per ſimoniam à tertio commiſſam beneficiario ignorante ſunt reſtituendi à die notitiæ quæſiti, vt ait Nauarrus *de ſimonia, lib. 5. conſ. 61. num. 7. & 15.* vbi ſaltem extantes tradit eſſe reſtituendos, non autem bona fide conſumptos; ergo ſic in noſtro caſu.

Quod ſi vterque coniux ignoret impedimentum, & putet matrimonium eſſe validum; donatio ab vno coniuge putatiuo alteri facta non valet ex ratione, *l. cum hic ſtatus, §. fin. verſ. ſi quis ſponſam, ff de donationibus inter vir. & vxor.* ibi: *Quia non quaſi ad extraneam, ſed quaſi ad vxorem fecit.* Item, quia ex errore dimanat donatio, & vbi eſt error, non reperitur conſenſus, *l. ſi per errorem, ff. de iuriſdict. omn. iudic. l. nihil conſenſui, §. nihil eſt,* vbi Decius, & Cagnol. *ff de regul. iur.* Vnde errantis nullus eſt conſenſus, *l. non idcircò, C de iur. & fact. ignor. l. 2. in princip. ff. de iudic.* Nihil enim magis conſenſui repugnat, quàm error. Surdus *conſ. 202. num. 10. & 15.* vbi addit donationis præſumptionem eſſe difficillimam, & in dubio potius errorem quam donationem etiam in facto proprio præſumi. Curt. iun. *conſ. 56. num. 5.* Crauet. *conſ. 77. num. 14.* Flamin. *de reſignatio lib. 9. quæſt. 7. num. 11. & quæſt. 19. num. 5.* Atque ita ſimilis donatio poteſt repeti à donatore cùm ſit inualida, & nullum ius patefacta nullitate matrimonij conferat donatario, nec confirmatur morte donantis. Anton. Gomez *in l. 52. Tauri, num. 65. verſ. Aduertendum etiam, & num. 77. verſ. Item quæro, an ſicut in matrimonio vero,* Couar. *in 4. decretal. 2. p. cap. 7. §. 1. num. 8.* & Suarius *lib. 3. fori, tit. de las ganancias, l. 1. num. 4.* & Acoſta *in cap. ſi pater, de teſtament. in 6. p. 1. verbo, vxorem, num. 18.* Subdens legatum ab vno coniuge putatiuo alteri relictum etiam non ſuſtineri cùm ſit per errorem relictum conſenſu deficiente; ideò ad teſtatoris hæredes reuerti debet. Quod procedit etiam quando donator eſt in bona fide, & donatarius eſt conſcius impedimenti dirimentis. Molin. *tom. 1. de iuſtit. tract. 2. diſp. 200. fol. 1225. verſ. quando ab eo, & verſ. Quando vterque.*

22. Dico nonò. Tutores plures, ſeu curatores inter ſe negotia, & adminiſtrationem tutelæ diuidentes vnuſquiſque decimam redditUum, ac fructuum illius partis recipiet, quæ ſibi cum diuiſione contigit. Baëça *de decima tutor. cap. 15. num. 14. & 15.* Quare ſi vnus tutor, vel curator ex tribus conſtitutis per ſe aliis nolentibus omnia adminiſtret, omnium fructuum, ac redditUum decimam conſequetur, argumento trium executorum per defunctum in teſtamento relictorum, quorum vnus abſtinuit, nec voluit ſe intromittere, & reliqui duo adminiſtrauerunt in voluntate teſtatoris, & obtinuerunt quiſque centum pro ſua adminiſtratione relicta, & inſuper centum nolentis ſe intromittere iure accreſcendi, hærede contradicente, dicentéque ſibi competere centum illi tertio, qui abſtinuit ab adminiſtratione, relictum; ſed oppoſitum deciſum fuit, per legem vnicam, §. *vbi autem, C. de caduc. tol.* & Bartol. *in l. coniuncti, ff de legat 3.* Capellam Tholoſan *quæſt. 293.* & *ibi* Aufrer. *verſ. idem in pluribus tutoribus,* vbi vult legatum omnibus, qui reddiderint ratione tutelæ dandum eſſe totum rationem reddentibus, & non aliis, poſt Bald. *in l. ſi plures, col. 5. C. de condit. inſert.* addens id procedere, quando alter tutorum ex pluribus tanquam ſuſpectus remoueretur, vel etiam vnius executorum; pro quo allegat Bartolum *in Authent. hoc amplius, col. 1. C. de fideicommiſſ.* Adhæret Baëça *d. cap. 15. num. 11.*

Dico decimò. Quando ſunt tres tutores conſtituti pupillis, puta tribus, vna tantùm decima debet deduci fructuum & redituum ex bonis pupillorum diuidenda inter ipſos tutores. Ratio, quia quando ſunt plures tutores, quiſque eorum minus laborat, quia inter ſe negotia partiti ſunt; & decima conceditur pro labore. Cum ergo labor partiatur præmium etiam inter eos laborantes partiri debet, ſecundùm legem, *Seio amico decem, in fine, ff de annuis legat.* Sequitur Baëça *d. cap. 15. num. 5. cum ſequentib.* Nec refert ſi dicas officium tutoris, ſeu curatoris, quando plures ſunt, eſſe in ſolidum apud quemlibet eorum, *l. fin. C. de author. præſtand.* & omnes, & ſingulos eorum teneri in ſolidum regulariter de mala adminiſtratione tutelæ, per legem *tres tutores, ff. de adminiſtrat. tutor.* & ſcribentes *in l. 1. Cod. de tranſactionib.* quia quamuis officium tutoris ſit penes quemlibet ex tutoribus in ſolidum, adminiſtratio tamen, cui ſalarium decernitur, non poteſt eſſe in ſolidum apud vnumquemque, ſed diuiditur; ergo decima debet diuidi cùm detur propter adminiſtrationem, Baldus *in l. ſi plures, num. 17. verſ. Item ſi iſte, C. de condit. inſert.* Quod procedit quando hi tutores, ſeu curatores nulla partitione facta tutelæ onera ſubierunt. Secus ſi negotia ex æquo inter ſe partiti ſunt. Nam tunc quilibet ſuam decimam ex fructibus pro ſua parte perceptis recipiet, ſicut ſi prætor cauſa cognita tradat adminiſtrationé tutelæ vni relictis aliis, ipſe ſolus decimam conſequetur ex traditis à Capell. Tholoſan. *vbi ſupra, dict. concluſ. 293.* & Baëça *in ſpecie, cap. 15. num. 13.* Contra verò quando plures indiuiſam adminiſtrationem gerunt, & æqualem induſtriam collocant, ac laborem adiiciunt. Secus ſi alter eorum notabiliter, ac diligentiùs ſe ingerat, & adminiſtret nomine proprio quàm alter; tunc quamuis ratione quaſi ſocietatis contractæ inter eos ſit diuidenda decima, ac præmium æqualiter inter eos ſiue à lege, ſiue à conſuetudine conſtitutum, vt ex Molin. deducitur *tom. 2. de inſtit. tract. 2. diſput. 413. verſ. poſtremò obſerua, pag. 1061. in princip* Nihilominus tutori ſegniori, ac negligentiori multo minus præmij impendendum eſt pro ratione laboris impenſi. Aliter enim plus laboranti fiet iniuria.

Sed quid dicendum de tutore, vel curatore promittente tempore quo ſuſcepit tutelam, ſeu curam, ſe integrè finita tutela reſtituturum omnia bona ſua cum omnibus fructibus, ac redditibus ſuis? Pars negatiua, videlicet non poſſe tutores, ſeu curatores deducere decimam fructuum, ac redditUum, ſed debere reſtituere omnia bona ſua cum fructibus ſuis finita tutela, ſeu cura, pupillis, ſeu minoribus; deducitur ex verbis, *integre reſtituturum omnia bona ſua cum omnibus fructibus ſuis,* per quæ verba nihil exceperunt. Atque ita nihil poſſunt recipere iuxta tradita *in l. decem, in fine, ff. de fideicom. liber. & l. vltim. Cod. ad l. falcid.* per quæ iura cenſetur prohibita Trebellianica, quando teſtator iubet reſtitui integram hæreditatem. Nam qui dicit integram, & totam, nihil ſibi reſeruat, & vtrumque verbum, totam, & integram oſtendunt voluntatem teſtatoris eſſe, vt non detrahatur Trebellianica, *leg. Baliſta, & ibi* notata, *ff. ad Trebell.* Sed in noſtro caſu tutores, ſeu curatores, promiſerunt

reſtituere

reſtituere integrè bona omnia cum omnibus fructibus ſine diminutione; ergo nihil decimabunt ex fructibus, ac reditibus bonorum, quæ adminiſtrarunt, & ſibi imputent, quòd vſi fuerint verbis vniuerſalibus. In quam partem inclinat tanquam æquiorem, ac veriorem pro vltimis voluntatibus. Iulius Clarus *lib. 3. §. teſtamentum, num. 4. verſ. nihilominus ego*, vbi concludit cenſeri prohibitam detractionem Trebellianicæ per verba vniuerſalia, vel vniuerſalibus æquipollentia. Ex quibus ſequitur in noſtro caſu idem eſſe dicendum. Confirmatur authoritate Baldi *in l. fin. num 3. C. ad l. falc.* aſſerentis non obſtante ſtatuto maritis concedente tertiam partem lucri dotis non poſſe illus eam ſibi acquirere ſi promiſerunt ſoluto matrimonio totam dotem reſtituere, quem ſequitur Baeça ex ſententia multorum *de decim. tutor. cap.* 18. *n.* 14. Ergo ſimiliter tutores, vel curatores non decimabunt fructus, ſi omnes illos reſtituere polliceantur, quamuis promiſſio facta ſit verbis generalibus, quia expreſsè dicitur fieri quod generaliter exprimitur; ſequitur Tiraquell. *de legib. connub. in gloſſa 5. num.* 10. & concludit Gabriel *in concluſ. 2. num. 1. in fine ad Trebell. lib.* 4. quibus accedit Mantica *de coniectur. vltim. volunt. lib. 7. tit. 12. num. 6. & 7.*

Dico tamen vndecimò poſſe tutores, ſeu curatores, non obſtante promiſſione de reſtituendis omnibus bonis, ac fructibus deducere decimam eorum, niſi decimæ fructuum expreſsè renuncient. Nec obſtant verba illa vniuerſalia, quibus promiſſum fuit reſtituere pupillis, ſeu minoribus, bona ſua cum omnibus fructibus ſuis, quia directè tendunt ad bona omnia, & fructus omnes, qui ad pupillos, ſeu minores ſpectant, non verò ad decimam tutoribus, & curatoribus debitam pro ſuo labore. Ratio potiſſima, quia nemo præſumitur donare, niſi expreſsè id declaret; ſed quæcunque alia potiùs ſumitur coniectura, quam donationis. Decius *conſ. 177. num.* 1. Afflict. *deciſ. 44. num.* 24. Surdus *conſ.* 202. *num.* 14. & Menoch. *conſ. 1. num. 213. & conſ. 64. num.* 13. quos ſequitur Beccius *in conſ. 52. num. 70. & ſequentib.* vbi addit ſufficere leuem coniecturam ad excludendam interpretationem donationis. Igitur cùm promiſſio facta de reſtituendo omnino poſſit referri ad bona & fructus pupillorum, ſeu minorum, non debet extendi ad decimam datam tutoribus, ſeu curatoribus pro ſuo labore, ſeu ſudore, quia in dubio nunquam præſumitur donatio, cùm donare idem ſit, quod perdere, *l. filiusfamilias, ff. de don. conſ.* 5. Surd. *conſ. 5. num. 72. verſ. vltimo reſpondetur*, & conſtat ex lege *cùm de indebito, cum materia, ff. de probation.*

Suffragatur Tiraquell. *in l. ſi vnquam, C. de donatio. reuocand. in præfation. num.* 128. vbi ait renunciationem eſſe ſtricti iuris, nec ſub renunciatione intelligi niſi quæ clarè exprimantur, cùm de natura renunciationis ſit, vt reſtringatur per legem *ſi ex pluribus ff. de ſolutio. & l. emptor, §. Lucius, ff. de pactis*, Paul. de Caſtr. *conſ. 86. Dubitatio, col. 2. verſ. Tertia ratio, lib.* 1. Sed renunciatio habet vim donationis, teſte eodem Tiraquell. *ibidem, num. 129. & verbo, donatione largitus, n. 206. & 207.* vbi id latè probat de more ſuo, multis relatis iuribus, & authoribus; ergo ſicut renunciatio ſtrictè accipitur, ſic etiam debet accipi donatio quoties poteſt capi alia coniectura, aut præſumptio quàm renunciationis, aut donationis, & in vtroque non præſumi renunciationem, & ex conſequenti nec donationem volunt, Baldus *in l. Labeo, §. ſed etiam, colum. 1 ff. de pact.* Paul. de Caſtr. *conſ. 179. In cauſa quam magnificus, col. 4. verſ. Item non obſtat, lib.* 1. Cynus *in l. 2. C. de rei vendicat. & in l. vltim. in fine, C. de petit. hered.* Bartol. *in l. ſi cum aurum, ff. de ſolut.* & idem Bald. *in l. nam, & nocere, in 2. lectur. ad fin. ff. de pactis, & in l. ſi tibi decem, in principio, eodem tit.* Ex quibus habes poſſe deducere tutores, & curatores ſuam decimam non obſtante dicta promiſſione de reſtituendo omnia bona, & fructus, quia, vt diximus, in dubio non præſumitur renunciatio decimæ, nec donatio ac liberalitas, imò potius fatuitas, & ſtultitia præſumitur ſecundùm Baldum *in l. generaliter, col. 2. in 4. oppoſitione, C. de non numer. pecun.* & Iaſon *in l. ſi a ſubſtituto, §. 1. in fine, ff. de legat.* 1. Maſcardus *de probation.* alius ibi allegans *concluſ. 173. num 3. & 1264. num. 3. cum ſequentibus, vol.* 3. vbi in vtroque loco noſtram concluſionem confirmat, ſempérque faciendam eſſe interpretationem, vt euitetur remiſſionis, renunciationis, ac donationis præſumptio, aliter enim ſequeretur damnum tam pupillis, ſeu minoribus, quam tutoribus, ſeu curatoribus; nam ex eo quòd careant ſpe deferendi decimam pro ſuo labore, ac ſudore, ſi omnia ſint reſtituenda, negligenter ſe gerent in adminiſtrandis curis & tutelis; ex quo non mediocre detrimentum minores patientur, ideo ratio petit, ne ſua decima defraudentur per promiſſionem de reſtituendo omnia, vt hoc modo bona minorum diligentia tutorum, ac induſtria magis augeantur, niſi expreſsè, & in ſpecie ſe velint obligare ad reſtituenda omnia gratis, & ſine vlla deductione ſalarij; tunc volentibus, & conſentientibus nulla fit iniuria.

Dico duodecimò, fructus qui debent reſtitui, 24
& de quibus deducenda eſt decima à tutoribus, ſeu curatoribus, intelligi deductis expenſis factis in eiſdem colligendis. Conſtat ex *l. fructus, ff. ſolut. matrim.* & ex *l. ſi a patre, vel à domino, §. fructus, ff. de petit. hered.* Probatur ex traditis à Garcia *de expenſis, cap. 1. num.* 21. & à Barboſa *in l. fructus, 7. num. 22. ff. ſolut. matrim.* vbi volunt decimam in regno Caſtellæ, & vigeſimam in regno Luſitaniæ tutoribus debitá intelligi de fructibus, qui percipiuntur ex bonis minorum deductis expenſis, contra Baeça *de decim. tutor. cap. 29. num.* 1. quibus accedit Gutier. *de tutel. & cur. part. 3. cap. 37. num. 2. & num.* 24. vbi concludit ſumptus ex fructibus minorum eſſe deducendos antequam tutores, vel curatores deducant ſuam decimam. Iuuat Couar. *lib. 1. variar. cap. 3. num. 3. & ſequentib.* & Menoch. *de recup. poſſeſſ. remed. 15. num.* 574. & Tiraquel. *de retract. conſanguin. §. 15. glo. 1. num. 8. & 9. cum multis ſequentibus*, qui volunt nomine fructuum propriè dici eos, qui ſuperſunt deductis expenſis ad illos colligendos factis. Sequitur Rebuff. *in commentar. regiar. conſtitutio. tom 3. tit. de fructibus, & eorum reſtitutione, art. 2. gloſſa vna, num.* 30. & Octauianus *deciſ. Pedamont. 83. num.* 7. Quod procedit etiamſi à lege dicatur quòd fructus integri reſtituantur, adhuc enim intelligitur detractis expenſis. Sic Bald. & Salycet. *in l. 1. C. de fruct. & lit. expenſ. col.* 2. Alexand. *num.* 7. & Iaſon *num. 18. in l. fructus.*

Sed petes ex quibus fructibus tutores & cura- 25.
tores durante tutela, ſeu cura poſſint decimam deducere? Dico decimotertiò poſſe decimam deducere ex fructibus omnibus naturalibus, in quibus magis operatur natura, quàm hominum in-

 duſtria,

duſtria, quales ſunt fructus terræ, poma, ſcilicet glandes, caſtaneæ, agrorum herba, & ſimilés prouenientes magis ex ipſa natura, quam ex hominum opera, ac labore. Item poteſt deduci decima ex fructibus induſtrialibus, puta, ex ſegetibus, qui dicuntur induſtriales, cùm requirant magnam hominum induſtriam, qua diſtinctione vtitur Menoch. *de arbitr. lib.2. caſu* 210 *num.*4. & Couar. *lib.*1. *variar. cap.*3. *num.*6. vbi quamuis relinquant arbitrio iudicis quinam ſint dicendi fructus induſtriales, frumenta, vinum, lanam, & lac, fructus eſſe induſtriales referunt, nec non lucrum ex mercatura, & oleum inter fructus induſtriales collocant, vuas verò inter fructus naturales habere locum dicunt. Menoch. & alij *in d. caſu* 210. *n. n.*19. *cum ſequentib.* Ex quibus ſuam decimam tutores & curatores deducere poſſunt, nec non fructibus ciuilibus, qui fructus ficti vocantur à Carolo Molinæo *in conſuet. Pariſ. part.*1. §.1. *gloſſ.*1. *num.*33. quia ciuiliter producuntur immediatè à iure, ſeu ab obligatione inducta ſiue ex lege, ſiue ex hominis prouiſione, quales ſunt vſura, domuum penſiones, nauium vecturæ; atque his ſimilia, ex lege *ſi nauis, verſ. enim ejs, de rei vendicat.* & ex lege *fructus, ff. de vſur.*

Sed meliùs alij inter fructus induſtriales referunt vſuras, domuum penſiones, nauium vecturas, & ſimilia. Sic Corraſius *lib.*5. *miſcell. iur. cap.*9. *in fine.* & Couar. *in d. cap.*3. *num.*6. & Ioan. Copus *tract. de fructib. lib.*1. *tit.*1. *cap.*3. & ante eos Bartol. *in l. vltim. in fin. ff. de iur. fiſci,* & Baldus *in l. ſi venditio, C. de actio. empt.* vbi hos fructus vocat induſtrialiſſimos, quibus accedit idem Menoch. *d. caſu* 210. *num.*27. *vbi num.*26. dicit lanam, & lac eſſe fructus induſtriales, ex gloſſa *in §. ſi quis a non domino, in verbo, cura inſtit. de rer. diuiſio.* at *d. remed.*15. *num.*277. vocat fructus naturales lanam, & lac, quia ſua natura ex re ſponte, & ſine hominis induſtria, vel ſaltem cum modica proueniunt. Vtrumque tamen dici poteſt, quia niſi oues cuſtodiantur ab homine, & paſcantur, lanam, & lac non producerent. Sic Putel. *in l.*2. *p.*2. *cap.*4. *num.*52. *verſ. ſpecificè. C. de reſcind. venditio.* vbi hanc partem probat.

26. Decimoquartò, dico tutores, & curatores debere decimam deducere obuentionum ac redditnum, quos ex venatione minores percipiunt, quia aues, feræ capi ſolitæ in viuariis pupillorum, ſeu minorum numerantur inter fructus. Caſſanæus *in conſuetudin. Burgund. rubric.*4. §.17. *verbo, & faire, num.*10. per text. *in l. item ſi fundi. §. aucupiorum, & l. vſufructuarium venari, ff. de vſufruct.* & ait Speculator *in tit. de decimis, verſ. fin.* Quod extende ad decimam piſcium, & redditumm eorum, & columbarum. Baeça *de decim. tutor. cap.* 24. *num.* 17. & Gutier. *de tutel. & cur. cap.*27. *num.* 29. vbi de piſcibus, & de columbario ſecundùm tradita per Cæpol. *de ſeruitut. vrb. præd. cap.*77. *num.* 2. & Molin *de maiorat. lib.*1. *cap.*22. *num.*9. vbi aiunt piſces, qui in ſtagno ſunt, vt multiplicentur & creſcant, eſſe partem fundi. Secus ſi cauſa cuſtodiæ in ſtagno reponantur, tunc enim non cenſentur pars fundi, ſed quid diuerſum ab ipſo fundo, *l. fines, & libra, alias incipit, funes, & libra, ff. de action. emption.* Tutores igitur, vel curatores decimabunt ex piſcibus, & ex omni ſquamigero, & ex columbis ad pupillos, & minores ſpectantibus.

Porrò appellatione redituum ſi credimus Bartolo *in l. fundi Trebatiani, ff. de vſufruct. legat.* veniunt etiam fructus, atque idem eſſe redditus ac fructus, ſed ſecundùm cap. *grandi, iuncta gloſſ. ibi, verbo, redditus, de ſupplenda negligent. prælator.* verbum redditus, eſt nomen generale magis, quàm fructus. Idem tenet gloſſa *in cap. generali, in verbo, redditus, de electio. in* 6. *& in clement.*1. *in gloſſa in verbo, fructum, de rebus Eccleſ. non alien.* & tradit Cardin. *in clement.* 1. *in principio de exceſſ. prælator.* per text. *in d. cap. grandi, de ſupplen. neglig. prælat. lib.* 6. Secundùm quos plus ſignificat redditus cùm includat omnes prouentus promiſcuè, teſte Speculatore *in titul. de locat.* §. 1. *in fin.* quàm fructus. Vnde partus Ancillæ eſt in redditu, non tamen eſt in fructu, *l. in pecudum,* 28. §. *partus, ff. de vſur. &* §. *in pecudum, verſ. partus. inſtit. de rer diuiſio.* Gloſſa etiam *in cap. generali* 13. *verbo, redditus. de electio. in* 6. ait omnes fructus conſiſtere in redditu, ſed non è contra, quia non omnis redditus conſiſtit in fructu. Caſſanæus de *conſuetudin. Burgund. rubric.* 4. *d.* §. 17. *verbo, & faire, num.* 18. *& ſequentibus,* Gonzales *ſuper regul.* 8. *in* §.7. *in proæmio, num.* 193. vbi *num.* 197. addit nomen prouentus, eſſe quid generale ad omnes fructus naturales, induſtriales, & artificiales, vt ſunt penſiones, *l. ſi vrbana, ff. de conditio indebit.* Caſſanæus tamen *vbi ſupra num.*8. idem firmat, dicens verbum *prouentus* eſſe nomen generaliſſimum comprehendens omnes alios quoſcunque fructus, ſiue redditus, ſiue obuentiones; quod priùs dixit Innocent. *in cap. paſtoralis, de donatio.* & Paulus de Caſtr. *in conſ. ſup.* 353. *in noua editione.* Denique prouentus idem eſt atque obuentus, ſiue prouentiones, comprehenditque omnia, & ſingula, quæ ex facto hominis proueniunt. Boet. *deciſ.* 224. *n.* 5. Gutier. *conſ* 8. *num.* 5. *ante finem.* Obuentiones verò ex gloſſa *in l.* 1. §. *exercitorem, ff. de exercitoria.* comprehendunt non tenues redditus, vt vult gloſſa *in cap. dudum* 2. *de electio.* ſed paruos & magnos; & omne lucrum, quod non venit appellatione fructuum, venit appellatione obuentionum. gloſſa *in l. ſi vrbana, prope medium,* quæ eſt gloſſa penult. *ff de conditio. indebit.* & *ibi.* Bartol. Conſonat Panorm. *in cap. ad audientiam, de Eccleſ. ædific.* quatenus ait obuentiones vocari poſſe omnes redditus cuiuſcunque qualitatis ſint, & ad decimas poſſe extendi etiam perſonales & oblationes. Caſſanæus *num.* 25. & Gonzales *numer.*199. *& ſequentibus, vbi ſuprà.*

His poſitis, decimoquintò dico. Tutores non poſſunt deducere decimam ex quibuſlibet redditibus minorum, ſed ex illis duntaxat, qui natura, vel functione accommodati ſunt ad alendos eoſdem minores, quales ſunt redditus pecuniarum, tritici, vini, & olei, cæterorumque fructuum tam naturalium, quàm induſtrialium, qui ex agris ſingulis annis naſcuntur, & renaſcuntur. Similiter decimabunt lucra, & negotiationem cum pecunia minorum exercitam ab eiſdem tutoribus, ſi forte cum pecunia negotientur, vt maiora multo lucra, & emolumenta minoribus acquirant, quàm ſi pecunia apud mercatores depoſita fœnori exponeretur. Ita Baeça *de decima tutor. cap.*23. *n.*9. vbi de redditibus pecuniarum, & frumentorum, *& cap.* 24. *num.*61. vbi de lucro cauſa negotiationis, ac mercaturæ multo maiori à tutoribus acquiſito, quamuis minùs bene contrarium opinetur in hoc vltimo caſu Gutier *part.*3. *cap.*3. *num.*19. Nam ſi tutores poſſunt decimare fructus, & redditus pecuniarum minorum, quas in emptionem 27

prædiorum,

prædiorum, vel redditus ſecundùm conſuetudinem prouinciæ vſitatam conuerterunt, vt ipſe Gutier. teſtatur *ibidem, num.* 19. & eodem modo decimabunt redditus pecuniarum, quæ apud mercatorem idoneum licitè deponuntur, ad eos alendos, vt eſt communis, cur defraudandi ſunt ſua decima, ſi eorum pecunia minorum aliquam artem ipſi tutores, vel negotiationem per ſe ipſos exerceant, vt maiora lucra, & maiores fructus, ac reditus, quàm ſi pecunia fœnori daretur in vtilitatem minorum conſequantur? cùm decima detur tutoribus de fructibus, ac redditibus pro ſuo labore, ac ſudore adminiſtratis.

Hinc ſequitur poſſe tutores, vel curatores decimare partus ancillarũ quia vt diximus *ſuprà, §. decimoquartò dico*, appellatione redditũum veniunt partus ancillæ, & habetur *in d. cap. grandi, verbo, de redditibus, de ſupplend. negligent. prælat. lib. 6.* & alij, quos referens ſequitur Baeça *de decima tutor. cap. 23. num. 2.* Cùm ergo tutores, vel curatores deciment redditus omnes, ac prouentus minorum, & partus ſint redditus ſine dubio, vt conſtat ea ſupra traditis, & ex gloſſ. *in d. l. deducta, §. hereditatem, ff. ad Trebell.* & ex gloſſa *in l. frugem, ff. de verbor. ſignificat.* eos decimabunt, ſicut cæteros redditus pupillorum. Facit partus ancillarum conſtante matrimonio nati diuidi inter virum, & vxorem, vt fuiſſe iudicatum refert Baeça in Senatu Granatenſi, *cap. 23. num. 3. & 15.* & Villalobos *in Ærario commun. opinion. litera D. num. 239.* Igitur partem ſuam, hoc eſt decimam conſequentur tutores, & curatores, ſicut de cæteris fœtibus cæterorum animalium in lucem productis conſequuntur decimam. Iuuat lex 23. *tit. 21. part. 3.* ibi: *porque como quierque todos los fructus que nacen de las beſtias, e de los ganados, deuen ſer de aquellos, a quien es otorgado el vſufructu de ellos.* Igitur debent tutores decimare partus, ſeu fœtus animalium ad pupillos, ſeu minores ſpectantium. Cùm igitur partus ancillæ ſint redditus, & ex eorum pretio poſſint miniſtrari alimenta minoribus, & in illis educandis tutores induſtriam & laborem maiorem impendant, quàm in aliis redditibus exigendis, ſequitur eos decimari poſſe. Quam partem probat Baeça *d. cap. 23. num. 2.* quamuis *num. 4.* oppoſitum ſibi videatur æquius, non tamen validioribus rationibus id probat, neque ipſe Gutierrez aliquid adiicit, quod noſtram ſententiam eradicet.

29. Decimoſextò. De rebus donatis minoribus, ſeu pupillis, curator, vel tutor decimam non habebit, de fructibus autem earum maximè; nam donata non ſunt fructus, ac redditus, ſed augmentum, de quo non aufertur decima, neque in augmento acquirendo laborem aliquem tutor, vel curator ſubiuit, ſecus in fructibus rei donatæ. Baeça *de decima, cap. 24. num.* 18. Similiter non decimabit tutor, vel curator dona, quæ vaſalli ſolent offerre dominis ſuis in ſignum lætitiæ, quando terras ſuas ingrediuntur. Secus ſi dona aliqua annua, vel munera certa, aut incerta certis anni temporibus teneantur ſoluere. Nam hæc decimabit tutor, vel curator, quia cenſentur fructus, ac redditus ex neceſſitate præſtandi à vaſallis, cæteri verò minimè cùm ſint quædam donatio & liberalitas voluntaria, non verò obligatio præciſa. Baeça *de decim. tutor. cap. 25. num. 7. & ſequentibus*, & Gutier. *part. 3. cap. 28. num.* 10.

30. Quid de decima tributorum, & lignorum cæſorum, & de decima ex lapidicinis, aut ex venis metallorum? Baeça *de decima, cap. 22. num. 23.* affirmat de pedagiis, vectigalibus, & portoriis, quòd ſint decimanda à tutoribus, ſeu curatoribus. Idem dic de ſylua cædua quoties vſus vel commoditas pertinet ad pupillos, ſeu minores; dicitur autem ſylua cædua propriè quæ cæditur, & quæ cæſa iterum ex radicibus, vel ſtirpibus renaſcitur. Alexand. *conſ.* 118. *num. 3. lib. 5.* Rebuff. *in l. ſylua cædua, in principio, in verſ. eſt autem ſylua, ff. de verbor. ſignificat.* Vnde vt talis ſit, duo copulatiuè requiruntur, ſcilicet quòd frequenter cædatur, & cæſa iterum ex radicibus renaſcatur breui, vel longo tempore; nam arbores, quæ renaſcuntur ſunt in fructu. Curt. Iun. *conſ.* 70. *num.* 8. Paris *conſ.* 112. *num.* 32. *lib.* 1. Garcia de expenſis *cap.* 11. *num.* 35. & Barboſa *in l. diuortio, §. ſi fundum, ſub num. 1. & 2. ff. ſolut. matrimon.* quibus accedit Menoch. *conſ.* 13. *num.* 15. & multo fortiùs decima præſtabitur de ſyluis germinalibus, vel cremialibus, quæ ſunt in fructu, eodem modo quo ſylua cæduæ, text. *in l. diuortio, §. ſi fundum*, & ibi gloſſa *verbo, germinalis*, & *ibi* Barboſ. *ff. ſolut. matrimon.* Secus de ſylua, quæ cædua non ſit, cuius commoditas non pertinet ad minores, neque in fructu conſiſtit, non dabitur decima pro ſuo labore tutori. Gutier. *3. part. cap. 27. num.* 10. De lapidicina iam aperta, & excauata, ſi ex ea lapides eruantur, aut cædantur, etiamſi non renaſcantur ſi pertineat ad minores, debetur decima tutori, vel curatori de lapidibus, qui tempore tutelæ, vel curæ exciduntur, cùm veniant lapides appellatione fructuum, per *d. l. ſi fundus, ff. ſolut. matrim.* & per *d. l. fori*, quæ permittit tutori, vel curatori decimam fructuum bonorum minoris pro ſuo labore deducere. Idem dic ſi induſtria, ac labore tutorum, ſeu curatorum inueniantur nouæ lapidicinæ, ex quibus cæduntur lapides, & fundi fiant fructuoſiores, in quo euentu priùs deducent ipſi expenſas proprias, & poſtea ſuam decimam. Gutier. *part. 3. cap. 25. num. 8. & num. 16. & 18.* vbi *num.* 19. id extendit ad venas auri, & argenti, & cuiuſuis alterius metalli, ſeu materiæ, aut arenæ. Cui fauent tradita à Molin. *tom. 1. de iuſtitia, tract. 2. diſput. 54. pag. 361. & ſequenti.*

Quid de theſauro inuento in agro pupilli, ſeu minoris? Dico decimoſeptimò theſaurum non 31.
eſſe partem aliquam fundi, neque habere aliquid commune cum eo, ſed rem prorſus ſeparatam, vt habetur *in l. 3. §. Neratius, ff. de acquir. poſſeſſ.* vbi gloſſa *verbo, cepiſſe*, & communiter *ibi* ſcribentes; diciturque donum Dei, qui cedit ei, cui Deus illum voluit concedere, & quia tempore potiùs hoc, quàm alio voluit, & potiùs ab hoc, quàm ab illo inueniri, *l. 1. C. de theſaur.* quamuis donum fortunæ appelletur à Iuriſconſulto *in l. ſi is qui, §. ſi communis ſeruus, el 1. ff. de acquir. rer. domin.* & ſic theſaurus nullo modo eſt fructus fundi naturalis, aut induſtrialis, neque dominium illius eſt penes fructuarium, textus *in l. diuortio, §. ſi fundum, in fine, ff. ſolut. matrim.* vbi dicitur non eſſe fructus fundi, & habetur *in d. §. ſi ſeruus communis*, vbi vult nec dominium, nec vſufructum in theſauro competere fructuario. Quibus poſitis, cùm non ſit fructus fundi minorum, nec redditus, nec prouentus, nec ſit in commoditate fundi, non eſt illius decima danda tutori, vel curatori. Baeça *de decima, cap. 24. num.* 5. & Gutier. *cap. 26. num.* 14. Nec obſtat gloſſa ordinaria *in §. theſauros, verbo, ſuo inſtit. de rer diuiſ.* vbi dicitur, theſaurum,

theſaurum inuentum in agro emphyteutico ſpectare ad emphyteutam, ſi ab eo inueniatur; ſequitur ibi Acurſ. & Angel. *num.* 2. Andr. Iſernia, & Iacobus Aluarot. *in titul. quæ ſint regalia*, & alij, quos refert Valaſcus *de iur. emphyt. quæſt.* 15. *num.* 1. & Barboſ. *in l. diuortio*, §. *ſi fundum*, *nu-*
32. *mero* 27. *ff. ſolut. matrim.* quia quamuis ex hoc colligatur, vel eſſe fructus fundi, vel prouentus, ſeu commoditas; nihilominus id negatur eſſe in fructu, itavt ex eo decima detur tutori, vel curatori, cùm non ſit fructus, nec pars fundi, nec portio illius, nec commoditas aliqua, ex quibus conſequenter ratione laboris in tutela, vel cura impenſi decima debetur; ſi tamen tutor, vel curator inueniat theſaurum in agro ſui minoris, ratione inuentionis integram ſibi dimidiam, ſicut quicumque alius extraneus retinebit. Gutierrez *d. cap.* 26. *num.* 20. Valaſcus *de iur. Emphyt. quæſt.* 15. *num.* 6. *verſ.* ſed quia hæc opinio, & Garcia *de expenſ. cap.* 13. *num.* 3. *&* 4. Sed de his actum eſt *ſupra*, *p.* 1. *lib.* 3. *diſp.* 15. §. 2. *num.* 19.

33. Decimooctauò dico. Probabile eſt non poſſe tutorem, ſeu curatorem fructus maturos tempore, quo tutela vel cura incipit, vel finitur, poſtea tamen collectos decimare. Ratio, quia fructus pendentes inter immobilia computantur, vt notat gloſſa *in cap.* 1. §. *ſciendum*, *in verbo*, *cohærentibus*, *titul. de feud. cog.* quam ſequitur *ibi* Cardinal. Alexander & Zaſius *in epitom. feudor. part. colum.* 1. vbi teſtatur de communi, & tradit Speculator *titul. de fruct. intereſſ.* §. 1. *verſ. ſed pone*, *prælatus*. Nam fructus hi ſunt pars fundi, *l. fructus pendentes*, *ff. de rei vendicat.* Ideò de his iudicandum eſt, vt iudicatur de fundo. Baldus *in cap.* 1. *colum. vltim. verſ. quæro quid de fructibus*, *titul. de pace tenend.* Ob quam rationem cenſuit Afflict. *in conſtitut. Siciliæ*, *incipit*, *grandis*, *col.* 3. *in* 4. *notab.* non venire fructus pendentes quando publicantur bona mobilia, cum ſint pars fundi; ergo non ſunt decimandi. Idem probat Alciatus *in conſ.* 182. *ex eodem fundamento*, *lib.* 9. quia quandiu ſolo cohærent, cenſentur fructus pendentes pars fundi, quibus accedunt Tiraquellus *de retract. conſanguin.* §. 1. *gloſſ.* 7. *num.* 36. *&* 37. & Mantica *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 9. *titul.* 3. *num.* 7. & Barboſ. *in l. diuortio. in principio*, *num.* 79. *ff. de ſolut. matrim.* & Cabalin. *milleloq.* 518. quem refert, & ſequitur idem Barboſ. Confirmatur argumento hæredis cum onere reſtituendi hæreditatem grauati, quia quamuis lucretur fructus interim, non tamen reſtituere tenetur fructus à ſolo ſeparatos, ſed fructus maturos, tempore quo hæreditatem adiuit, quia hi fructus pendentes non cenſentur fructus, ſed pars ipſius rei. Angel. *in d. l. fructus*, *ff. de rei vendicat.* vbi addit de huiuſmodi fructibus poſſe ſuppleri legitimam filio debitam, quamuis ipſam debeat habere de ſubſtantia bonorum, non verò de fructibus, per *l. ſcimus*, § *repletionem*, & Authent. nouiſſima, *Cod. de inofficioſ. teſtament.* Sequitur Socin. *conſ.* 93. *circa primum*, *col.* 8. *verſ. probatur*, *lib.* 1.

34. Probabilius tamen eſt poſſe hos fructus pendentes iam maturos, non tamen collectos decimari à tutore, vel curatore ex diſpoſitione legis, *fori* 2. *titul.* 7. *lib.* 3. *fori*, quæ indiſtinctè loquitur de fructibus ad alendos pupillos, ſeu minores, idoneis deberi decimam tutoribus, vel curatoribus his verbis: *y quien quier que los tenga*, hoc eſt, *los huerfanos mantenga los de los frutos y tome para ſi el diezmo de los frutos por razon de ſu trabajo*: Quæ lex obſeruatur apud Hiſpanos, vt notant Spino *in ſuo ſpeculo*, *gloſſa* 1. *num.* 72. cuius etiam meminit Molin. *de iuſtit. tom.* 1. *tract.* 2. *diſput.* 224. *pag.* 1400. *verſ. in hoc Luſitaniæ Regno*, *ad fin.* & Gaſpar Monterroſ. *in ſua practica tract.* 7. *de ſcriptur. public. fol.* 169. *col.* 2. *verſ. y por el conſiguiente*. Quam etiam legem fori refert Auendan. *lib.* 1. *cap.* 4. *Prætor. num.* 46. & Anton. Cordub. *in l. ſi quis à liberis*, §. *ſi mater*, *num.* 73. *in fine*, *ff. de liber. agnoſcend.* & Baeça *cap.* 1. *de decim*, *num.* 32. Vnde cum lex non diſtinguat inter fructus pendentes maturos, & iam collectos, & vtrique ſint ad alendos pupillos, ſeu minores, ſatis idonei, & tutores, ſeu curatores circa eos colligendos & conſeruandos, non mediocrem laborem, ſed magnum ſubeant interdum, non eſt dubium poſſe ex eiſdem fructibus deduci decimam, quia quamuis ſint pendentes; ſunt de proximo ſeparandi a ſolo, cenſenturque res mobilis. Baldus *in l. fructus*, *n.* 2. *Cod. de actio. empt.* Barboſ. *in dict. l. diuortio*, *numer.* 8. *ff. ſolut. matrim.* & Tiraquel. *de retract. d.* §. 1. *gloſſ.* 7. *num.* 44. Item quia hi fructus, eo quòd breui, & quaſi ſtatim ſint à ſolo ſeparandi, & colligendi, à tutoribus, & curatoribus habentur pro collectis, & ſeparatis à fundo, argumento *l. penult. ff. de milit. teſtament.* Ideo non ſunt pars fundi, ſed fructus fundi.

Conſonat Paulus de Caſtro *conſ.* 132. incipit, *videtur dicendum*, *col.* 2. *verſ. grauiter ego paſſo*, quem ſequitur Decius *conſ.* 472. incipit, *teſtator legauit*, vbi autumant, ſi teſtator diſponat, quòd bona ſua mobilia diſtribuantur inter aliquos, nomine mobilium venire fructus pendentes immobilium, quaſi de proximo ſeparandos, & eos eſſe iam collectos, perinde ac ſi tempore teſtamenti eſſent a ſolo ſeparati, vt qui breui ſperantur fieri mobiles res. Item quòd in fructibus pendentibus cadit ſequeſtrum ac ſi eſſent à fundo ſeparati, quamuis ſint pars fundi, quia poſt breue tempus ſperantur ſeparari, ideo cenſentur res mobiles. Iaſon *in l. ſi fideiuſſor*; §. *ſi ſatis datum*, *colum.* 1. *verſ. ſecundò nota*, *ff. qui ſatiſdar. cog.* Tum etiam, quia potiùs attendendus eſt finis, quem reſpicit negotium, quàm id quod eſt præſens, *l. qui bona*, §. *qui inter*, *ff. de damno infect. & l. adeo*, §. *illud*, *ff. de acquir. rer. domin.* propter quod ait Baldus *conſ.* 210. *in quæſtione Domini Milani*, *colum.* 1. *lib.* 1. & Socin. *in rubric. ff. de verbor. obligat. col. vltim paulo ante finem*; omnia quæ tendunt ad eundem finem, habere eandem naturam cum eodem fine. Sed intentio tutoris, vel curatoris circa fructus pendentes eſt, breuiter eos ſeparare à ſolo, eóſque ad vſum pupillorum, ſeu minorum, & ad alimenta decerpere tanquam res mobiles. Igitur ex illis pro labore ſuo, ac cura poſſunt ſibi decimam recipere. Facit lex *diuortio*, *in princip. ff. ſoluto matrim.* vbi probatur ſi mulier nubat, détque in dotem marito fundum onuſtum fructibus, maritum fructus lucrari, ſicut cæteros fructus dotis, quamuis paulo poſt ſoluatur matrimonium; quod mente tenendum, ibi ſudicat Paulus & Raphael poſt Alexand. *num.* 44. 35.

Hactenus locuti ſumus de fructibus maturis tempore, quo tutela, vel cura incepit, nondum tamen collectis, de quibus poſſe decimam deduci, tanquam probabilius diximus. Idem placet dicere de fructibus pendentibus tempore, quo tutela,

tela, vel cura finitur, de penſionibus, ac redditibus minorum, quorum dies ceſſit eo tempore, non tamen venit. Nam quamuis Baeça hoc neget *ſupra, cap. 28. num.* 11. Nihilominus ſecundùm *d. l. ſecundam fori, titul. 7. lib. 3.* ibi, *Tome para ſi el diezmo de los frutos por razon de ſu trabaio;* poſſunt tutores, & curatores deducere decimam pro adminiſtratione, & labore pro rata laboris; & adminiſtrationis, ita Barboſ. *in l. diuortio, in ſecunda parte in principio, ff. ſolut matrim. n.* 14. vbi concludit, ſi tutela finiatur pendentibus fructibus inducendam videri æquitatem, legis tam Caſtellæ, quàm Luſitaniæ, vt pro rata laboris tutor lucretur; quidquid contra exiſtimet Baeça vt proximè: ſic ille, quod etiam placuit Gutier. *de tutel. part. 3. cap. 36. num.* 24.

36. Decimononò, dico, ſi res minorum binos fructus in anno fructificent, binam decimam, aut vigeſimam, ſecundùm loci conſuetudinem tutores, vel curatores, deducent, quia non eſt maior ratio cur decima detur tutori pro labore, & adminiſtratione in primis fructibus colligendis, ac conſeruandis, quam in ſecundis; ergo debetur decima tam de primis, quàm de ſecundis, cum duplex labor etiam detur. Item quia decima Eccleſiaſtica debetur Eccleſiæ de fructibus bis in anno collectis, quando fundus bis fructificat. Sic Baeça *ſuprà, cap. 30. numero* 7. in noſtro caſu, quem ſequitur Gutierrez *d. part. cap. 38. num. 3. & 4.*

37. Vigeſimò, dico poſſe tutores, vel curatores decimare fructus rerum caſtrenſium, vel quaſi, ſuorum pupillorum, vel minorum ex diſpoſitione dictæ legis ſecundæ *fori.* Baeça *d. cap. 30. numer.* 16. Gutier. *dict. cap. 3 num.* 8. Non tamen poſſunt quidquam accipere de ſtipendio, quod obſequiis ſuis minores aliis inſeruiendo acquirunt. Molin. *de iuſtit. tom. 1. tract. 2. diſput.* 224. *colum. vltim. verſ. in hoc Luſitaniæ regno.* Baeça *ſuprà, cap. 24. numer.* 13. vbi hoc putat verius, quàm oppoſitum; ſequitur Gutier. *cap. 30. numer. 23. part.* 3. Ex eo fundamento, quia hoc non eſt lucrum fructuum, nec ſunt fructus rerum minorum, ſed lucrum duntaxat, vel augmentum, quamuis minores ſeruiendo plura lucra conſequantur, purà ſi ſint opifices, vel artifices, & ratione officiorum locupletes fiant, non enim dicuntur fructus rerum de quibus decima debetur tutoribus, vel curatoribus, ſed poſſunt dici fructus perſonales, de quibus non loquitur d. lex 2. *fori*, ſed de fructibus rerum, *de los a guardar con todos ſus bienes a algun home bueno, y tome para ſi el diezmo de los frutos*, hoc eſt dictorum bonorum, non verò perſonæ.

38. Vigeſimoprimò, dico eſſe probabile non poſſe tutores, vel curatores deducere decimam pro ſuo labore fructuum, vel redditnum Eccleſiaſticorum, qui ſpectant ad minores; ex eo fundamento, quia dati à iudice ſæculari non habent poteſtatem in bonis ſpiritualibus pertinentibus ad eoſdem, nec poſſunt integrare eorum clericorum minorum perſonas, vt docet Franc. & Dominicus poſt Anchattan. *in cap. ſi annum decimumquartum, de iudic. lib. 6* & vult Bald. *in l. generaliter, in fine, Cod. de Epiſcop. & cleric.* quibus accedit Caſſanæus *in conſuet. Burgund. rubric. 8. num. 51. §. 5.* & ex eo quòd pater in bonis Eccleſiaſticis filiorum nullum habet vſumfructum, vt tradunt Abbas, & Cardinal. quos refert, & ſequitur Bartol. *in l. litis conteſtata tempore, §. fin. num 1. ff. de negot. geſt.* quatenus dicunt patrem adminiſtrantem bona Eccleſiaſtica filij teneri reddere rationem eidem adminiſtrationis actione negotiorum geſtorum ſecundum *l. ſacroſancta, C. de ſacroſ. Eccleſ.* Ob quas rationes hanc partem non ſolùm veram, ſed veriorem cenſent Baeça *de decim. tutor. c. 24. num. 1. cum ſequentibus*, & Gutier *part. 3. cap. 32. ſupra, num.* 3.

Mihi tamen probabilius eſt poſſe tutores authoritate dictæ legis 2. *titul. 7. lib. 3. fori*, deducere decimam fructuum, ac redditum Eccleſiaſticorum ſuorum minorum, cum lex non excipiat, nec diſtinguat inter fructus Eccleſiaſticos, & ſæculares, ſed indiſtinctè dicat: *Tome para ſi el diezmo de los frutos por razon de ſub trabaio.* Generalia enim cum ſint verba hæc, generaliter debent intelligi de vtriſque fructibus, nec diſtinguere debemus, *l. de pretio, ff. de public. in rem actio. l. non diſtinguemus, ff. de arbit.* Item, quia de fructibus, ac redditibus beneficiorum, vel penſionum annuarum, ſicut & de profanis aluntur minores. Igitur de omnibus auferenda eſt decima, vt habetur *in d. l. 2. mantengalas de los frutos, y tome para ſi el diezmo de los frutos per razon de ſu trabaio.* Accedit quotidiana praxis, per quam videmus laicos, fructus, ac redditus Eccleſiaſticos recipere de mandato Eccleſiaſticorum, quorum ſunt fructus, ac redditus; ergo eadem cura demandari poteſt à prætore laico tutoribus laicis, vt minorum fructus, ac redditus reciperent, vt adminiſtratores, ac proinde iuſtum ſalarium, ſeu decimam pro labore ſuo recipiant, cum fructus ipſi, ac redditus beneficiorum conſiſtant in temporalibus, & ideo locantur laicis, & ipſis conducuntur, ſecus de iure recipiendi; igitur non eſt cur denegetur certa quota horum fructuum, hoc eſt decima, pro labore adminiſtrationis eiſdem tutoribus, vel curatoribus ſiue à iudice laico, ſiue Eccleſiaſtico datis, qui etiam poſſunt eſſe procuratores ſiue in litem, ſiue extra litem in cauſis beneficialibus ſuorum minorum, & aduocati, vt paſſim videmus; ergo etiam tutores. Fauet maximè cap. *ſi annum 14. num. 14. de iudic. lib. 6.* vbi dicitur maiorē quatuordecim annis poſſe per ſe, vel per procuratorem agere, & defendere cauſam ſpiritualem, minorem verò quatuordecim annorum per curatorem ad litem, ſiue per officialem ſaltem Epiſcopi conſtitutum; non tamen loquitur ibi de adminiſtratione bonorum, ac redditum extraiudiciali, quæ quidem non eſt ſpiritualis, ſed merè temporalis. Igitur pro cura, & adminiſtratione poteſt deduci decima pro ſuo labore, dignus eſt enim operarius mercede ſua, maximè quia curatores dantur bonis, quorum adminiſtratio eſt temporalis, ideo cum in illis ſit eadem ratio, atque in merè profanis, & in vtriſque adminiſtrandis, exigendis, ac recipiendis, ſudent, ac laborent tutores & curatores, debet eadem legis ſecundæ *fori* diſpoſitio ſeruari, argumento *l. illud, ff. ad leg. Aquil.*

Vigeſimoſecundò dico. De fructibus minorum 39.
malè quæſitis nequeunt tutores, vel curatores decimam detrahere. Probatur argumento filiorum, qui negotiantur cum pecunia patris, ſi illicitè acquirant, non communicant cum fructibus, Bartol. per text. *ibi in l. quod ſeruus, num. 2. ff. de acquir. poſſeſſ. & in l. illud, num. 2. C. de collat.* & eſt communis teſte Ioan. Oroſco *in l. ſi tibi decem, §. ſi pactus, num. 5 ff. de pact.* Igitur tutor, vel curator ex fructibus, vel ex aliis illicitè acquiſitis eum bonis,

bonis, vel pecunia minorum decimam non deducet. Iuuat Garcia *de coniugal. ac quæſtu, num.* 71. poſt Roder. Suarez *in tit. de los ganancias, limit.* 4. & Dilac. Peres *in l.* 2. *tit.* 4. *lib.* 5. *ordin.* quos referens ſequitur, dicens res male acquiſitas ab altero coniuge ad communionem, & ad acquæſtum coniugale non venire, per legem *quod autem cum ſequentibus, ff. pro ſocio,* & legem *quod ſæpe, §. venenum, ff. de contrahend. emptio.* Quod etiam extenditur ad quæcunque alia illicite acquiſita inter alios ſocios, qoi illicitè acquiſita non communicant. Barbar. *in cap. conquæſtus, in* 4 *col. de foro compet.* Caſſanæus *in conſuetud. Burgund. rubr.* 4. §. 2. *verſ. & acquæſt. num.* 16. *verſ. octauò limita,* vbi refert, ac ſequitur Ioan. Lupum *in rubric. de donatio. inter vir. & vxor. in §.* 65.

40. Ex quibus ſequitur tutorem vel curatorem teneri reſtituere quidquid acquiſitum fuit per vſuras cum pecunia minorum, quamuis minores id poſſideant. Baeça *de decima, tutor. cap.* 26. *n.* 6. Igitur nullo modo illicita acquiſitione comparatum decimabitur, ſiquidem non eſt in bonis minorum, quod neceſſariò eſt reſtituendum, argumento legis *dolo facit, ff. de regul. iur.* cum ſit oous impoſitum fructibus, vel redditibus minorum. Item quia inter ſocios id ſolum communicatur, quod ſupereſt detracto ære alieno, & omnibus oneribus, vt *in l. Mutius, ff. pro ſocio, & in l. non amplius, ff. de legat.* 1. vbi Baldus ait quando ex re vendita decima ex ſtatuto eſt ſoluenda, non eſſe deducendam decimam ex eo quod ſupereſt, niſi prius deducantur onera. Sequitur Iaſon *in dict. l. non amplius.* Sic in noſtro caſu non decimabitur niſi fructus, ac redditus minorum pars quæ deductis oneribos ad eos pertinet. Baeça *cap.* 27. *num.* 10. Sicut deducitur decima de fructibus à tutore, vel curatore deductis prius expenſis circa ipſos fructus factis, vt contra Baeçam *de decim. tutor. cap.* 29. probat optimè Garcia *de expenſ. cap.* 1. *num.* 21. & Barboſ. *in l. fructus,* 7. *numero* 21. *ad finem, & num.* 22. *in principio, ff. ſolut. matrimon.* quia verbum *fructus,* à lege prolatum ſemper intelligitur de his, qoi ſuperſunt, deductis expenſis. Barboſ. *ſuprà, num.* 14. Couar. *lib.* 3. *variar. cap.* 13. *numer.* 2. Menochius *de recuper. poſſeſſ. remed.* 15. *num.* 574. & Tiraquellus *de retract.* §. 15. *gloſſ.* 1. *in princip.* & Capicius *deciſ.* 20. *num.* 7.

*LIBER SEPTIMVS*

DE

# PARTICVLARI REGIMINE cuiuſcunque Oppidi, & de obligationibus Decurionum Ciuitatum, ſeu Oppidorum.

## DISPVTATIO XIX.

### *De poteſtate Decurionum, & Officialium, qui particulari regimini Oppidorum incumbunt.*

EPITOME.

1 *Decurionum quod ſit officium, & quid nomine Camera etiam Apoſtolica intelligatur.*

2 *Decurionum decretum eſt decretum etiam totius populi.*

3 *Populi vniuerſi coagregatio non debet fieri, ſed decurionum duntaxat, quorum decreta non debent mutari, niſi ex cauſa.*

4 *Decurionum de iure Luſitano officium eſt conſulere rebus publicis, habentque poteſtatem ſtatuēdi, non tamen iudicādi; niſi cum iudice.*

5 *Decuriones non ſunt officiales iuſtitia, poſſunt tamen applicare pœnas in bonum publicum; tenentur cuſtodire paſcua, & ſaltus reipublica, & ponere cuſtodes ad cuſtodiendum.*

6 *Decurionibus incumbit locare res ciuitatis ad tēpus, vel ad perpetuū in vtilitatē reipublica.*

7 *Decuriones poſſunt recipere redditus reipublica, & colere pradia per colonos.*

8 *Contractus bonorum reipublica non ſeruata ſolennitate dum ſunt nullius momenti, & qua ſit forma ſeruanda.*

9 *Subhaſtatio quot diebus durare debeat in rebus communitatis alienandis.*

10 *Ciuitatem non poſſe reſtitui cōtra locationes ſolenniter factas ſi de nouo maius pretium offeratur poſt auctionē completā, eſt probabilius.*

11 *Decuriones debent repoſcere rationes à procuratore anni prateriti ſub pœna graui, & procuratores tenentur reddere.*

12 *Rationum liber debet continere in ſingulari omnia accepta, & expenſa.*

13 *Decuriones non poſſunt cognoſcere de iniurijs realibus, ſed verbalibus, & qua ſint illa, & quibus pœnis puniantur de iure noſtro, & Caſtellano.*

14 *Contumelioſus vltra pœnas pecuniarias tenetur ſibi contradicere, dicendo ſe fuiſſe mentitum in loco a iudice deputato.*

15 *Iudex an poſſit mutare pœnam contumelioſis à lege impoſitam.*

16 *Contumelia eſt iniuſta ablatio honoris, quale ſit eius obiectum; & an omnes contumelia ſint eiuſdem ſpeciei.*

17 *Contumelia formalis, & materialis propriè conſiſtit in verbis, & quale ſit peccatum.*

18 *Libelli famoſi, an pertineant ad contumeliam, & conficientes an ligentur excommunicatione, & quid de inuenientibus.*

19 *Dicere alicui in preſentia,* mentiris, *regulariter eſt mortale, & vocare fatuum, Iudaum, & ſimilia, & quando excuſetur à mortali.*

20 *Contumelias obiectas alijs contumelijs repellere an liceat.*

21 *Detegere defectus naturales, regulariter non eſt mortale, interdum tamen poteſt eſſe; quod eſt valde probabile.*

22 *Mortale eſt dicere de aliquo, quòd ſit Iudaus, vel Maurus, vel ſpurius, vel dicere de honeſta fœmina, aut viro religioſo, quòd ſit laſciuus etiam in venialibus.*

23 *Dicere de Epiſcopo, quòd ſit auarus, aut mendax, eſt mortale, ſecundum aliquos; idem de ſuperioribus, aut viris grauiſſimis.*

OLIM Decurionum poteſtas erat in eo maximè intenta, vt in omnibus, ac ſingulis neceſſitatibus populo nihil deeſſet, vt notat gloſſa *in l. nulli, ff. quod cuiuſque vniuerſ. & in l. ſed ſi ex dolo, verbo de dolo autem, ff. de dolo, & in rubr. C. de decurionib. lib. 10. & in rubr. C. de ſilenti, lib.* 12. Quod etiam probatur *in l. pupillus, §. decuriones, ff. de verb. ſignific.* Hodie vero ſimiles ſunt his priores, ſeu Rectores, quibus ciuitates vtuntur, quamuis habeant poteſtatem limitatam intra certos terminos, quos tranſgredi non licet. Roman. *conſ.* 501. *n.* 9. & Dec. *conſ.* 528. *n.* 1. *fol.* 158. vbi ait decuriones repręſentare totam ciuitatē, & notatur ab Angel. *in conſ.* 63. *ſi promiſſio, in princ.* & ab Alex. *conſ.* 101. *viſis inſtrumentis, in princ. lib.* 1. Vnde ciuitas intelligitur pro ancianis, & prioribus, ac decurionibus ipſius ciuitatis, vt docet Bart. *in l. principalib. n.* 3. *ff. ſi cert. petat.* quibus ciuitatis adminiſtratio commiſſa eſt; & alio nomine dicuntur concilium generale ciuitatis, vt notat gloſſa *in rubric. C. qua ſit lōga conſuetudo.* ſeu camera, ſeu officiales camerarij, qui habent adminiſtrationem camera, hoc eſt ciuitatis, ſeu oppidi, ſicut camera 1.

Apoſtolica intelligitur pro officialibus, qui habent adminiſtrationem cameræ, de qua loquitur Dec. in c. … ſa 404. d. n. 1. Dicitur enim Camera Apoſtolica illa, vt ibi ait, quæ habet poteſtatem colligendi, & diſtribuendi introitus Eccleſiæ, & Apoſtolicæ Sedis, cuius officiales ſunt perpetui atque mortuo ſummo Pontifice non extinguuntur eorum officium, quia vi… ur officiales Sedis Apoſtolicæ, quæ non moritur. Quod verò non expires eorum officium conſtat ex … em. 2. in verſ. eo tamen p. o… niſo, de electio & C… ibi in 7. quæſt. vbi reddit rationem ob quam non expirat, ne ſcilicet, redditus temporales ad Romanam ſedem ſpectantes pereant, & ſpernantur, ſine quibus ſpiritualia diu eſſe non poſſunt, cap. ſi … obie … erit, 1 q. 3. ſic ſuo modo camera ſæcularis, ſeu ciuitas per decuriones repræſentatur, vt vltra præcitatos tradit Ripa lib. 2. reſponſor. cap. 6. & Bellonus in conſ. 38. num. 1. & Menoch. conſ. 134. num. 14. & conſ. 390. num. 32. aliis ibi relatis.

2. Ex quibus ſequitur decretum decurionum, & primorum, ſeu rectorum ciuitatis eſſe decretum totius populi, vt ait dicta gloſſa in rubr. C. quæ ſit longa conſuetudo; quam ſequitur Bald. & Bart. & reliqui in l. ciuitas. ff. ſi certum petat. Imol. in cap. fin. de procurator. & Crauet. conſ. 195. num. 8. Eo quod decuriones, ſiue rectores oppidorum, ſunt inſtar capitis, & oppida, ciuitateſque veluti corpus; Bart. in l. 2. C. de decurionib. lib. 10. Paulus de Caſtr. in l. 1. §. ſaie quæſitum, verſ. ſecus videtur, vſque ad verſ. nota etiam, ff. ad Trebell. Et probatur ex l. 2. tit. 7. recopil. Nec dicitur vniuerſitas, nec communitas, nec populus ſine decurionibus, & prætore, & quod fit à decurionibus, ac prioribus dicitur facere ipſa vniuerſitas, alias inueniretur factum à corpore ſine capite, text. in l. 2. C. de decurionibus, lib. 10. Gregor. Lopez in l. 24. tit. 4. p. 3. Ideo apud noſtros, & apud Hiſpanos in rebus ad ciuitates, ſeu communitates ſpectantibus, non requiritur conſenſus ſingulorum de populo, nec totius communitatis, ſed ſatis eſt placitum decurionum, & magiſtratuum, quia ipſi repræſentant ciuitatem, ſeu communitatem, nec populus ſine primoribus decurionibus, ac magiſtratu poteſt quidquam agere.

Quod verò non ſit neceſſarius totius vniuerſitatis mandatum, neque aſſenſus ſingulorum de populo, probat Gregor. Lop. part. 1. l. 10. tit. 14. & l. 24. tit. 4. part. 3. Antonius de Meneſes in l. præſes, C. de tranſactio. per text. in l. nulli, ff. quod cuiuſque vniuerſitatis, & Auendan. de exequend. mandat. cap. 19. n. 7. Niſi quando agitur de magno commodo reipublicæ, aut de præiudicio totius vniuerſitatis, aut de damno ſingulorum, puta, ſi agatur de venditione montium, ſyluarum cæduarum, dumorum, paſcuorum, ſaltuum & ſimilium rerum ad communitatem ſpectantium, in quibus periclitatur commodum reipublicæ, & ciuibus præiudicium creatur; tunc enim vocandus eſt populus, & reliqui quorum intereſt, & audiendi ſunt, l. fin. C. de vendend. reb. ciuitat. lib. 11. vbi habes verba ſequentia, ibi: *Sigillatim vnamquemque eorum, qui conuenerint, iubemus ſententiam, quam putent vtilem patriæ ſuæ, deſignare.* Per quem textum vult Bartolus quod in eo caſu, in l. 1. ff. de albo ſcriben. ſint ſcribenda nomina omnia ſingulorum de populo; qui interfuerint; ſequitur Bartol. etiam in fin. l. verſ. quæro quid vult dicere. C. de præd. curial. lib. 10. & Bald. conſ. 204. longum thema, lib. 3. & Rebuff. in tract. de alien. rer. Eccleſ. n. 16. vbi addit neceſſariò eſſe exprimere … in inſtrumento alienationis, nomina ſingulorum, quod ſequitur Alex. conſ. 1. vol. 4. & conſ. 43. verſ. ſed præmiſſis non obſtantibus, eodem lib.

Extra vero hos caſus, ac ſimiles præſertim in oppidis nimium populoſis non debet fieri congregatio, nec conuocatio populi vniuerſi, ſed ſufficit decuriones cum prætore decernere, quod magis reipublicæ expedire viſum fuerit, per text. in d. c. … procurator. & ibi … tribuentes poſt Bart. in d. l. 1. ff. de albo ſcribend. Quod praxis obſeruata teſtatur; ideo regulariter decuriones non egent adunantia populi ad res vrbanas gerendas. In quibus tamen id erit amplectendum, non quod maior pars concilij, ſeu decurionum ſenſerit, ſed quod ſanior pars deciderit. Conſtat ex cap. 1. & inde his quæ fiunt à maiori parte capitali, cap. 1. 2. & 3. diſtinct. 65. cap. plebs, … ubi quamuis regulariter maior pars … valida, quæ fit à maiore parte, nihilominus … hac cenſeatur ſanior, ac præſumatur ſecundum gloſſ. in cap. 1. de his quæ fiunt à maiore parte capituli, cap. dudum, de … el. id intelligitur niſi contrarium appareat, q… maior ſcilicet, pars irrationabiliter moueatur, & minor pars rationabiliter; tunc enim minor pars concilij camerarij, ſeu decurionum intelligitur maior ratione concilij ſanioris. Ita declarat Hoſtienſ. in ſumma de his quæ fiunt à maiore parte capitali, §. fin. Non enim ſunt numeranda ſuffragia, quando conſtat de meliore ſenſu. Greg. Lopez in l. 10. gloſſ. 1. tit. 14. part. 1. per textum ibi expreſſum; ſequitur Lucas de Pen. in l. ſi quis extra ordinem, de excuſatio. muſic. lib. 10. dicens ſtandum eſſe maiori parti concilij, niſi à minore parte aliquid rationabiliter opponatur: quod deduxit ex d. cap. 1. de his, quæ fiunt à maiore parte capituli, cuius hęc ſũt verba: *Niſi à prioribus, … inferioribus aliquid rationabiliter obiectum fuerit, & oſtenſum.*

Ex quibus conſtat iure optimo minori parti eſſe ſtandum, ſi firmioribus, ac validioribus rationibus nitatur, & rationabile aliquid obiiciat; nam tunc pauciorum decurionum ſuffragia, vt ſaniora ſequenda ſunt, quamuis pauciorum iudicio comprobata. Iuuat Auiles præto…um, cap. 3. verſ. iuriſdiction, n. 28. fol. 105. quatenus ait rebus, quæ tendunt ad vtilitatem, vel ſaltem non tendunt ad damnum, videri quod fit à tota vniuerſitate factum, quando maior pars concordat. At verò quando actio tendit ad damnum, neceſſe eſſe quod omnes concordent, & cõtradictionem vnius eſſe potentem, ne videatur geſtum; multo fortius in noſtro caſu, in quo ſufficit non eſſe factum à ciuitate, imò neque ab ipſo concilio camerario, quando aliquid fit à maiore parte, neglecta minore melius & vtilius ſentiente, & ita debet intelligi lex maiorem, ff. de pact. & lex quod maior, ff. ad municip. & reliqua iura, quæ præcipiunt maiori parti ſtandum, niſi minor melius ſentiat, vt probat textus in l. 1. §. ſed neque. C. de vet. iur. enucleando vbi inuenies hæc verba: *Sed neque ex multitudine autorum, quod æquius & humanius eſt iudicatote, cum poſſit vnius, & deterioris forſan ſententia, multos, & maiores aliqua in parte ſuperare.*

Illud tamen nota decreta ſemel à decurionibus facta non eſſe licitum amplius variare, nec mutare, Bartol. in l. ambitioſa, num. 9. ff. de decretis ab ordine faciendis, quem ſequitur Paris de Puteo in tract. ſyndicatus, in tit. de arbitrar. eorum num. 1. niſi ſpecialiter hoc … ictis illis permiſſum, ex ea ratione, quia arbitrium cenſetur datum ſuper his, quæ

quæ ſunt de præſenti, ex regul. *l. ſi ita, ff. de argent. & auro legato*. Ideo non poſſunt mutare ordines antiquos. Menoch. *de arbitrar. lib. 2. q. 15. num. 3. & quæſt. 39. num. 2.* per legem *l. imperatores, ff. de decurionib.* & legem *Pomponius ff. de negot. geſt.* ibi: Quod reprobare non poſſum ſemel probatum, *l. quod ſemel, ff. de decretis ab ordine faciendis*, niſi vt ibi dicitur ex cauſa, ſi ad publicam vtilitatem reſpiciat reſciſſio prioris decreti. Nam publica vtilitas cæteris rebus antefertur, *l. 1. §. ſi ſeruum ff. de ventr. inſpiciend. l. mulier, §. non eſt dubitandum ff. ad ſen. C. Trebell.* Menoch. *de arbitrar. iudic. lib. 2. quæſt. 85. num. 5.* Ob quam publicam vtilitatem docuit Bartol. *in l. ambitioſa, num. 8. verſ. ad ciuitatem tamen, ff. de decretis ab ordine faciendis*, decuriones ciuitatis, quibus datum eſt arbitrium ſuper bono, & pacifico ſtatu ciuitatis, poſſe bannitis ſecuritatem, ac fidentiam concedere, vt in iudicio poſſint aſſiſtere, & vt veritati locus ſit, quod etiam tradit Marſil. *in pract. criminal. §. aggredior; num. 104.* Sylvest. *in l. cum indulgentia, in fine. C. de ſent. paſſ.* quia in maleficiis veritas aliquando detegitur ex præſentia delinquentis, ſumitur enim coniectura ex vultu, ex animi motu, & a[...]cia, ex trepidatione reſpondentis, ideo ob bonum publicum reo ſecuritas conceditur, vt veniat ad iudicium quod facere poſſunt decuriones habentes arbitrium ſuper bono, & pacifico ſtatu ciuitatis, non tamen poterant ex hoc arbitrio ſibi dato ſuper bono, & pacifico ſtatu ciuitatis bannitos reſtituere in ciuitatem, quia id principi reſeruatum eſt, Menoch. *ſup. quæſt. 92. num. 2.*

4. De iure noſtro Luſitano *lib. 1. ordinatio. tit. 66.* decurionibus, vulgo *Vereadores*, incumbit onus, ac regimen ciuitatum, & oppidorum, & operum cõcilij, & omnium, quibus incolæ, & accolæ bene viuere poſſint; inſuperque enixè curare debent ne in oppidis, ac ciuitatibus deteriora opera fiant. *Quod ſi ciuitas, aut oppidum non ſtat bene magiſtratuum officio, ac iure, vt par eſt, caſtodita, iudices conueniunt, vt his rebus conſulant; quod ſi id negligant, de his rebus omnibus correctorem prouinciæ, aut nos ipſos certioreat.* Sic ibi. Ex quibus conſtat de Regio iure decuriones iuriſdictionem habere limitatam, vt ſcilicet tantùm ſtatuant de his quæ ad adminiſtrationem reipublicæ pertinent, & ad ea quæ neceſſaria ſunt ad victum, & alimoniam publicam; cæterum in his exequendis nequeunt rebelles, & inobedientes compellere, niſi per iudicem, quem adire debent. Sunt enim defenſores ciuitatum, nec merum, nec miſtum habent imperium, vt notat gloſſa 1. *in l. ea quæ, ff. ad municipalem.* Habent tamen poteſtatem ſtatuendi, non tamen exequendi decreta per eos facta, niſi per iudicem, aut correctorem prouinciæ. Similitérque non habent iuriſdictionem ad iudicandum, niſi cum iudice, qui ſententias eorum executioni mandabit; nec poſſunt aliquem carceri addicere. Cabed. 1. *part. deciſ. 3. & deciſ. 74. vbi de his per totum.* Barboſ. Vimaranenſ. *in remiſſionib. ad ordin. regiam, ad tit. 66. lib. 1. in principio, & §. 1. & §. 28.* vbi volunt ad decuriones pertinere in oppidis, ſeu ciuitatibus, vbi hoc officio funguntur ſtatuere de his omnibus, quæ ciues, & incolas dirigant ad bene, beatéque viuendum, maximè circa victualia, & opera mechanica, & conſtat ex *dict. titulo 66. verbo, poſturas, §. 28.* ibi: *E façam de nouo as poſturas, que comprir ao prol, & bom regimento da terra, conſiderando em todas as couſas, que a bem commum comprirem.*

5. Non tamen poſſunt decuriones, qui officiales iuſtitiæ ſimpliciter non ſunt, vt notat Cabed. *2. p. deciſ. 60. num. 7.* pœnas quas imponunt, ad arbitrium ſuum applicare, nec etiam captiuis, ſed debent illis ponere in bonum publicum oppidorum, & ciuitatum, quia ſunt hæ pœnæ bona populi, & concilij, *l. 1.* & ibi Bart. *ff. de decret. ab ordin. faciend.* Barboſ. Vimaranenſ. *ſupra, §. 29. n. 2.* vbi addit anno Domini 1607. die verò tertia Decembris regio diplomate cautum eſſe, ne pœnæ à decurionibus huius regni per decreta ſua ſtatutæ applicarentur captiuis. Nec etiam poſſunt ſtatuere quicquam contra ea, quæ nobis iure communi ſunt licita, puta, nequis re ſua vtatur liberè, quia quod meum eſt, non poteſt mihi auferri me inuito, nec mihi prohiberi libere vſus illius, niſi vrgente neceſſitate, & facto prius bono cambio, *l. venditor. §. ſi conſtat, ff. communia prædior. l. Lucius, ff. de euictionib.* Bartol. *in proœmio digeſtorum, colum. 3.* Regulariter tamen nihil poſſunt ſtatuere circa paſcua priuatorum, gloſſa *in l. 1. C. de paſcuis publ. lib. 11.* niſi cauſa neceſſitatis, & vt conſulatur bono publico, quod tanquam maius præferendum eſt priuato, argumento cap. *bona 1.* vbi gloſſa *verbo, ex quim, de poſtulatio. prælator.* Abbas, & Imol. *ibi*, & Decius *in cap. 3. de præbend. & conſ. 243. num. 6.* Cabed. *1. p. deciſ. 74. num. 5. & 6. & deciſ. 151. à num. 5. & p. 2. deciſ. 59. num. 4.* vbi vult decuriones ex officio teneri cuſtodire paſcua, & ſaltus reipublicæ ob bonum commune, ad quod debent conſtituere cuſtodes iuratos, vulgo *Iurados*. Quod ſi in hoc deficiant, a lege punientur, & conſtat ex *d. tit. 66. §. 6.* ibi: *Tantos & tais iurados, que baſtem pera bem guardar a terra ſob pena de pagarem por ſeus bens todo o damno, que por ſua culpa ſe fizer.* Idem repetitur in alio diuerſo caſu in eod. tit. 66. §. 19. vbi loquitur de mulctis, ſeu calumniis, vulgo *coimas*, ſeu pœnis, quas decuriones non poſſunt remittere reis ſub pœna ſoluendi concilio nouem pro vno.

De iure ergo noſtro d. §. 6. à decurionibus ponuntur cuſtodes ad cuſtodiendum res populi ſeu defenſas, & ſaltus publicos. Conſonat lex *ſi ita, §. 1. ff. de fundo inſtruct.* vbi dicitur poſſe populum ſeu communitatem cuſtodire res ſuas per cuſtodes publicos. Accedit lex *4. tit. 12. lib. 5. ordinam* quæ eſt duodecima *tit. 7. lib. 7. recop.* Caſtellæ, per quas quilibet de populo, vel ex agricolis, poteſt cuſtodire res populi, ac defenſas publicas, & cuilibet eorum datur facultas capiẽdi pignora, & ipſa animalia depaſcentia poteſt capere nomine pignoris etiam extra defenſam, ſi forte aufugerunt, vt notat Hippol. in ſimili, *in ſua pract. crim. §. vlterius, num. 3.* & Auendan. *in cap. correctorum, cap. 1. prima partis, num. 13.* Non poterunt tamen cuſtodes publici, vel ſaltuarij accipere aliquid quod ſibi non debetur, nec poſſunt tacitè, vel expreſsè concedere facultatem ad paſcendum, vel ſcindendum ligna, vt notat Baldus poſt gloſſ. *in l. mercatores, C. de commerciis, & mercator.* Iuuat textus *in l. qui Romæ, §. Callimachus ff. de verbor. obligation.* Vbi nuncius ad vnum negotium faciendum poſitus aliud agere non poteſt.

6. De eodem iure *d. tit. 66. lib. 1. §. 12.* decurionibus incumbit locare res ciuitatis, aut municipiorum ſeruatis ſolennitatibus, de quibus ibi, *verſ. farão meter todas as rendas do Concelho em pregaõ*; & celebrare contractus ſolenniter, vt tradunt Auendan. *de exequend. mandat. lib. 2. cap. 12.*

vbi meminit octo ſolennitatum ſeruandarum in locationibus rerum ciuitatum, aut municipiorum, & Valaſc. *de iure emphyt. quæſt.* 20. *num.* 16. *verſ. decimæſextu differentia*, vbi addit de iure communi omnia prædia ciuitatum poſſe indiſtinctè locari ad tempus, vel in perpetuum, hoc eſt, concedi in emphyteuſim, §. *adeo, inſtit. locati, l. loca.* & ibi gloſſa *C. de locat. præd. fiſc.* & horum bonorum de iure noſtro ſecundùm d. §. 12. emphyteuticatio, cum præconiis facienda eſt & non alias, quod & iure communi deciſum eſt, per legem 2. & 3. *C. de locat. præd. ciuil.* & ibi ſcribentes. Finito tamen officio decuriones non tenentur ex contractu niſi ſe ipſos nominatim obligauerint. Nam bona publica in contractibus poſſunt ab eiſdem decurionibus obligari; non tamen poſſunt obligare bona particularium de ciuitate ſine eorum conſenſo, Bart. *in l.* 4 §. *actor. n.* 1. *&* 7. & ibi ſcribentes, *ff. de re indic.* Auend. *in reſponſ.* 34. *& in l. Cæſar.* Idem habetur *ff. de public. & vectigal.* & ibi doctores. Decuriones enim, quamuis repræſentent totam vniuerſitatem, & quod ipſi faciunt tota ciuitas dicatur facere; dum tamen contrahunt, non obligant bona ſingulorum virtute contractus; ſed ipſa tamen vniuerſitas, & qui expreſsè conſenſerunt, obligantur; imò quamuis non probetur contractum in vtilitatem ciuitatis, aut oppidi fuiſſe verſum, adhuc tamen ciuitas tenetur, niſi in mutuo, & in venditione propter debita, Paulus *in l. ciuitas, col. vltim.* & ibi ſcribentes, *ff. ſi certum petat.* Innoc. *in cap.* 1. *de depoſito*, & alij, quibus Auend. *in dict. reſponſ.* 34. *num.* 1. *verſ. ſecunda concluſio.* Iuuat Capell. Tholoſan. *deciſ.* 70. De mala tamen adminiſtratione Decuriones tenentur. Caldas Pereira *in l. ſi curatorem, verbo. ſine curatore, num.* 7. *C. de reſtitutio. in integr.*

7. Illud etiam aduerte ex d. §. 12. ex verbo, *E as que acharem que naon he prol do Concelho, ſe rematarem, mandalos haon correr e recolher pera o Concelho*, non teneri decuriones locare prædia, & redditus conciliorum, niſi quando id redundauerit in vtilitatem concilij. Conſonat lex Caſtellæ 4. *tit.* 3. *lib.* 7. *ordinam.* quæ hodie eſt lex 4. *tit.* 5. *lib.* 7. *recopil.* ibi: *quando ſe ouieren de arrendar.* Ex quibus colligitur poſſe ciuitatem colere prædia ſua per colonos, & percipere fructus ſicut tutor poteſt facere in fundo pupilli. In locationibus tamen, & contractibus faciendis ſi non ſeruetur ſolennitas conſueta, contractus eſt nullius momenti, textus expreſſus *in l.* 1. ibi: *ſolenniter. C. ſi propter public. penſita.* Baldus *in rubric. C. de reſcind. venditio* Bartol. *in l.* 1. *C. de paſcuis, public. lib.* 11. & Felin. *in cap. cum M. de conſtitut.*
8. *col.* 3. Quantum verò temporis requiratur ad publicè notificandas per præconem res, quæ ſunt locandæ, non conſtat ex d. §. 12. At verò *d. lib.* 1. *titul.* 62. §. 45. vbi loquitur de bonis capellarum, hoſpitalium, & confratriarum, præcipit, vt per viginti dies publicè per præconem notificentur res emphyteuticandæ. Sufficiunt tamen nouem dies ad publicè notificandas res per præconem, in cæteris vt conſtat ex *lib. ordinatio.* 2. *tit.* 53. §. 9. ibi, *noue dias*: Concordat lex 10. *tit.* 15. *lib.* 2. *ordinament.* quæ eſt *l.* 3. *tit.* 5 *lib.* 7. *recopilat. & l.* 4. *tit.* 3. *lib.* 7. *ordin.* vbi res locanda debet notificari publicè per præconium nouem dierum ad minus, quamuis de iure communi excepta alienatione rerum fiſci, aut Eccleſiæ, in qua ſubhaſtatio viginti diebus claudebatur, eſt arbitrarium tempus ſubhaſtationis in rebus communitatis, teſte Platea *in l. ſi tempora, C. de fid. inſtrument. & iure haſt. fiſc. lib.* 10. & latiſſimè Rebuff. in conſtitutionibus Franciæ *in tom.* 2. *in tract. de præcon.* 9.
Nunc verò ceſſat arbitrium, quia ſaltem nouem diebus ſubhaſtatio durare debet, quod ſi maius tempus nouem diebus addatur, nihilominus valebit ſubhaſtatio ex Platea *in d. l. ſi tempora, colum.* 1. Quinaddo ex dicta lege noſtra Luſitana, ſi res mobilis vendatur pro credito fiſci, & fuerit mobilis, ſubhaſtatio tribus diebus, ſi verò immobilis, nouem concluderetur. Sic ibi d. §. 9. Idem ſeruatur apud Hiſpanos *in l.* 11. *& in l.* 13. *titul.* 4. *lib.* 6. *ordinamenti regalis.* Quod ſi creditum eſt concilij, aut priuatæ perſonæ, neceſſariò debent decem dies tranſire priuſquam res tradatur ei, qui in pretio, & commodo reipublicæ, aut priuatæ perſonæ ſuperauerit. Auendan. *in dictionario verbo, Almoneda, in principio, & de exequend. mandat. in* 2. *part. cap.* 12. *num.* 7. *verſ. ſex tum requiſitum eſt.*

Quæſtionis eſt an poſſit ciuitas reſtitui aduerſus locationem ſolenniter factam, ſi de nouo maius offeratur pretium poſt auctionem completam? Pars affirmatiua probatur argumento minoris, cui conceditur reſtitutio in integrum aduerſus contractum locationis, aut venditionis perfectum, per text. *in l. & ſi ſine, §. quæſitum, ff. de minor.* & per legem Caſtellæ 5. *tit.* 19. *part.* 6. *verſ. Otroſi dizimos*; ſed reſpublica ſiue ciuitas æquiparatur minoribus, & eſt æqualiter priuilegiata per text. *in l. rempublicam, C. ex quibus cauſis maior.* Bartol. *in l. licitatio, in princip. num.* 5 *ff. de publican. & vectigal.* Ergo poſt admiſſam vltimam licitationem, & adiectionem in auctione, & ſubhaſtatione, adhuc poteſt concedi per reſtitutionem noua licitatio offerenti maius pretiū in vtilitaté reipublicę. 10.

Negatiua tamen pars eſt ſequenda, nec reſtitutio concedenda poſtquam locatio, ſeu venditio eſt ſolenniter celebrata præmiſſis legitimis ſubhaſtationibus, & pretio interueniente, argumento fiſci, cui denegatur reſtitutio, niſi ex noua cauſa ſuperueniente cauſetur læſio. Ita Albertc. de Roſat. *in d. l. & ſi ſine, §. quæſitum ff de minor.* vbi ait ſic fuiſſe iudicatum in facto; ſequitur Afflict. *deciſ.* 340. *num.* 2. *&* 3. Rochus *in cap. fin. de conſuetud. fol.* 48. Gutier. *in practic. lib.* 1. *quæſt.* 38. *num. verſ. his non obſtantibus.* Pro qua ſententia pugnat textus *in l. Lucius, §. fin. ad municip.* vbi dicitur non poſſe recedi à locatione, vel venditione prædiorum publicorum iam perfecta; aliàs enim nemo auderet cum republica contrahere. Idem dicendum eſt de contractibus minorum, vbi ſolennitates fuerunt perfectè ſeruatæ, & fuerunt celebrati tempeſtiuè, & opportuno tempore, nulla intercedente fraude, nec colluſione. Secus ſi intempeſtiuè; & tempore non opportuno, nec pretio iuſto, ſed per fraudem ſubhaſtationes, & auctiones factæ fuerunt; ita Gutier. *vbi ſuprà, & num* 3. *&* 4. vbi vult tunc concedere reſtitutionem tam reipublicæ, quàm minoribus; ſequitur Auendan. *d. cap.* 12. *de exequend. mandat.* 2. *part. num.* 2. quem ſequitur Azeued. *in l.* 2. *tit.* 1. *lib.* 2. *nouæ collectio. regia, num.* 14.

Inſuper decuriones vbi primùm ſuo officio fungi inceptauerint, rationes à procuratoribus, ſeu theſaurariis concilij præteritorū annorum repoſcent, ſi forte rationes non addiderunt, & omne quod reipublicæ, ſeu concilio creditum ab eis fuerit, ex bonis ſuis ſoluent ſecundùm legem Luſitanam *d. lib.* 1. *tit.* 66. §. 3. quæ rationum redditio 11.

per

per ipſos decuriones facienda eſt ; neque ipſi ad hoc creare debent rationales, ſeu ratiocinatores, coram quibus anteceſſores procuratores, ſeu theſaurarij concilij rationes reddãt ſed ipſi decuriones ratiocinatores erunt ibi : *Thomaram conta* intra duos menses à die poſſeſſionis in officio ſub pæna tornetadi pro redimendis captiuis tantundem, quantum per eorum incuriam, ac inertiam concilio non fuit ſolutum, cùm debeant intendere vtilitati publicæ. Frater Emanuel Roder. *tom* 3. *regul. quæſt* 34. *art.* 5. ac prætereà ſi à procuratoribus rationes repoſcere remittant, & quod concilio debent non ſoluant, ipſi decuriones in conſcientia tenentur loco eorum reſtituere. Conſtat ex traditis à Sayro *in claui*, *lib.* 12. *cap.* 14. *n.* 13. *& num.* 21. Pœnam tamen applicandam captiuis non debent ante latam ſententiam, quia eſt à lege impoſita, quæ non imponit pœnam niſi per ſententiam, Lopes *lib.* 1. *de contractib. cap.* 31. Nauar. *cap.* 23. *num.* 67. Sanch. *lib* 2. *in precept. cap.* 12. *à n.* 6. *& num.* 19. *&* 20. Filliucius *tom.* 1. *tract.* 10. *cap.* 7. *num.* 268. *fol.* 312. Secus de damno, hoc enim decuriones tenentur in defectum principalium reſarcire ante ſententiam, quia ex officio obligantur proſpicere indemnitati reipublicæ, cum ad id obligentur ratione ſtipendij, fidelitatis, ac iuramenti. Ioan Medin. *Cod. de reſtitut. quæſt.* 12. *dub. vlt.* §. *& hic eſt vnus caſus*, *& q.* 15. *in fine*, & alij, quibus adhæret Sayr. *ſuprà*, *numer.* 18 *&* 19.

Porrò procuratores concilij, theſaurarij, & alij adminiſtratores ciuitatum, ac communitatum, qui eorum bona & pecunias adminiſtrant, tenentur finito officio rationes reddere coram rationalibus, ſeu ratiocinatoribus, & calculatoribus, & pro reddendis rationibus libros rationum edere debent ante omnia, & per hanc editionem librorum, ſeu ſcripturarum fit poteſtas ei cuius intereſt cognoſcendi de facto per adminiſtratores, *l. quædam*, *§.* 8. *ff. de edendo*. Nec rationes redditæ dicuntur ſi coram rationalibus, & calculatoribus ad id deputatis liber non edatur Camill. Borrel, *conſ.* 25. *n.* 2. *& conſ.* 31. *n.* 24. *&* 26. *centur.* 1. Contra autem recuſantes libros edere, cùm præſumantur eſſe in dolo, poteſt iurari in litem, vt probat Baldus *conſ.* 152. *vol* 3 Auguſt. Bero *conſ.* 191. *n.* 18. *vol* 1. Sed editio librorum ſemel tantùm fieri debet, non verò ſæpius, *l.* 1. *C. de dilat.* niſi ex cauſa iuſta aliud videatur recta ratio poſtulare, & tunc non niſi bis. Denique rationes reddere duo continet, ſcilicet computum dare, & reliqua reſtituere habetur *in l. purè*, *in fine. ff. de fideicommiſſ. libe. & l. non ſolùm*, *§. is qui rationes*, *ff. de libe. lega. & in l. bonis*, *§. fin ff. de verbor. ſignif.* Afflict. *deciſ.* 157. *n.* 2. *& vltim.*

12. Cæterum liber rationum debet continere omnia in ſpecie expreſſa tam de acceptis, quàm de expenſis, & fructus, ac redditus, qui de bonis concilij fuerunt recepti, nec ſufficit id confuſè, ſed ſigillatim dicere, ac diſtinctè ſe tantum expendiſſe in hoc, aut in illo negotio, & tantum recepiſſe, vt inſtruit Bartol. *in conſ.* 150 Iaſon *in conſ.* 219. *col.* 1. *vol.* 2. Bald. *in rubr. C. de fid. inſtr. col* 9 *verſ. ſequitur videre de ſcripturis quorundam officialium.* Nam quando omnia ſunt expreſsè declarata, veritas facilè deprehenditur, & generaliter reddens rationem non dicitur eam reddere. Bartol. *d. conſil.* 150. poſt verò redditam ſimul rationem ſigillatim, ac diſtinctè, ſi quis alleget non fuiſſe plenè, ac legitimè redditam, debet id probare, nec ſtatur illius aſſertioni, vt *in l. ſi forte. ff. de caſtrenſ. peculio*, quia vbi facto opus eſt, verba non ſufficiunt. *l. at prætor*, *§. ſi quis*, *ff. noui operis nunt.* Roland. *conſ.* 49. *n.* 50. *& ſeqq. vol.* 1. Quinimò ipſi decuriones, qui à lege noſtra d. §. 3. eliguntur, rationales ad recipiendos libros, & videndas rationes, poſſunt procuratores concilij, & theſaurarios abſoluere, & condemnare, & condemnatio, & abſolutio valebit. Sic Decius *conſ* 94. *n.* 4. argumento legis *emptor*, *§. Lucius*, *ff. de pactis*, Bart. *in l. inſtar*, *n.* 5. *cum ſeq. C. de iur. fiſci*, quem ſequitur Natta *conſ* 39. *n* 5. *vol.* 1. quibus accedit Camill. Borrel. *de magiſtratuum edictis lib.* 4. *c.* 13 *n* 22.

Quæres an poſſint decuriones cognoſcere de iniurijs realibus illatis alicui de populo? Reſponde de iure noſtro negatiuè *lib* 1. *ordin. tit.* 66. *§.* 5. *& tit.* 65. *num.* 25 *&* 28 vbi de iniurijs verbalibus dumtaxat iudices cognoſcent ſimul cum decurionibus, & in Camera huiuſmodi cauſas expedient appellatione, & grauamine omnino remotis, ibi § 28 *de quo ſe naon pode appellar*, *nem aggrauar.* Dicitur autem iniuria verbalis, quæ fit verbis alicui præſenti, verbi gratia, ſi quis dicat alicui coram *mentiris*, vel ſi appellet eum falſarium, tenetur ſic loquens actione iniuriarum. Iul. Clar. *lib* 5. *§. iniuria n.* 13. Menoch. *conſ* 41. *n.* 10. Suar. *recept. ſententiar. litera I n.* 36. & Farin. *quæſt.* 105. *n.* 310. etiamſi iniurias addat *tu mentiris*; vel *es falſarius*, *ſaluo honore tuo*, vel *ſalua reuerentia tua*, adhuc enim tenetur actione iniuriarum. Bart. *in l. ſi quis extraneum*, *in princ. n.* 3. *& ſequenti*, *ff. de acquir. heredit. & in l. non ſolum*, *§. morte*, *n* 47 *ff de oper. nou. nunciat.* & ſic fuiſſe iudicatum teſtatur Guido Papæ *deciſ.* 465. Quod procedit quando ex modo loquendi apparet animus iniuriandi verus, vel præſumptus. Bart *ſuprà*, quem ſequitur Iul Clar. *d. n.* 13 & Farinac. nuper relatus *n.* 311. *&* 318, ſubdit non eſſe iniuriam dicere, *tu dicis falſum*, Cæuall. *in commun. contra commun q* 323. *in princ.* 13.

In his tamen caſibus iniuriarum verbalium habet locum iniuria illata per verba generalia, ſi iniurians dicat. *Abi felix, quia in noſtra generatione non inuenies fures, nec Iudæos, nec Mauros.* Maſcard. *de probat. concl.* 1003. *n.* 14. *&* 15. Menoch *conſ* 107. *n.* 10 Barbol. Vimaranenſ. *in remiſſionib. ad ordinationem regiam, lib.* 1. *titul.* 65 *§* 25. *n* 17. vbi ex lege noſtra d. §. 25. ponitur differentia inter populares, & nobiles iniuria affectos. Nam populares iniurias ſuas verbo tenus illatas poſſunt proſequi coram iudice, qui eas in Camera cum decurionibus diffiuire poterit, & condemnare iniuriantes vſque ad ſex mille regales numos monetæ Luſitanæ ; quod ſi excedat hanc ſummam condemnatio, quo ad exceſſum non tenet, & appellationi locus dabitur, cui ſi non deferatur per viam grauaminis, præſes curialis cauſarum criminalium prouidebit, & iudex, & decuriones in expenſis condemnabuntur ſi appellationi non deferant, vt in facti contingentia deciſum fuit; vſque ad ſummam ſex mille regalium numorum condemnatio fieri poteſt propter iniurias verbales, remota omni appellatione, quando cauſa determinatur inter populares, non tamen tollitur recurſus ad Regem, quamuis denegetur appellatio. Cabed. 2. *p. deciſ.* 60. *§. dicebam tamen*, Menoch. *de arbitr q.* 7. *n.* 22. *& ſeqq.* Is tamen recurſus ſolum deuoluit cognitionem, non autem impedit executionem. Corraſius *in l. naturaliter. §. nihil commune, in præludijs*, *n.* 8 *de acquir. poſſeſſ.* & Neuiſan. *conſ.* 70. *n.* 1. Farinac. *in praxi crimin. quæſt.* 17. *num.* 33. Quod ſi

nobiles ſuas iniurias fuerint proſequuti, iudex duntaxat ſine decurionibus cauſam expediet, & appellationi, ſeu grauamini deferet, ſi forte à ſententia ſua partes voluerint appellare ad ſuperiorem; ſic lex noſtra *d. titul. 65. lib. 2. §. 25. & § 28.*

De iure etiam Caſtellæ per *l. 2. lib. 8. ordinament regalis titul.* 9. puniuntur iniuriæ verbales ſub pœna pecuniaria decem mille morapitinorum fiſco regali, & totidem parti iniuria affectæ applicandorum, quando aliquis per iniuriam dicunt conuerſis ad fidem catholicam illos eſſe *tornadizos*, id eſt nouiter conuerſos, & omnia verba iniurioſa, quorum lex meminit, cenſentur grauiſſima, & habentur pro grauiſſimis iniuriis, qualia ſunt vocare aliquem Lazarum, Sodomiticum, captum, proditorem, aut hæreticum, & mulierem vocare meretricem, quibus imponitur pœna trecentorum ſolidorum: dimidium Regi, & alterum dimidium querulo ſoluendum, ſufficitque proferre verba generalia iniurioſa, puta, *latrones*, vel *hæretici*, ſi cum multis loquatur, vel ſi dicat, *latro*, vel *hæreticus*, proferens huiuſmodi iniurias quamuis non addat, *tu es latro*, vel *hæreticus*, aut *vos eſtis latrones*, aut *hæretici*, dummodo conſtet propter quem, ſeu quos iniuriandus verba proferuntur. Bartol. *in l. item apud Labeonem. §. ait prætor, ff. de iniurijs*, Paulus *in l. 3.* & ibi Iaſon *numero 6. ff. de liber. & poſthum.*

14. Vltra verò has pœnas in hac lege ſecunda poſitas contra proferentes iniurias verbales, debet reus condemnari, vt ſibi etiam contradicat dicendo ſe fuiſſe mentitum, ibi: *E diga que mentio en ello*, & vltra hoc debet ſoluere trecentos ſolidos. Quod ſi diuerſa aliqua iniuria à contentis in lege hac ſecunda, aliquis in aliquem fuerit iniurioſus, debet ſibi ipſi contradicere, & punitio ſolidorum omitti poteſt, nec à pœna legis hic expreſſa in caſibus expreſſis poteſt iudex recedere Baldus *in l. quodcumque, Cod. de ſeru. fugit.* Quin iudex ſi remittat pœnam in dicta lege impoſitam ſine cauſa iuſta puniri poteſt in ſyndicatu, per textum *in l. 2. Cod. de commer. & mercato. & in l. fin. Cod. ne ſanctum baptiſma.* Nec iudex aliam pœnam ad arbitrium imponere debet conuicto de iniuria, ſed condemnandus eſt, vt ſibi ipſi contradicat in loco per iudicem deputato. Auendan. *tract. de iniuria, num.* 14. vbi concludit non poſſe iudicem conuictis de iniuria aliam pœnam diuerſam à pœna legis ad arbitrium ſuum conſtituere, quia reipublicæ vindicta debetur, *vt in l. ſi operis, Cod. de pœnis*, & quamuis iniuriatus remittat iniuriam, non tamen remiſſio prodeſt, quoad vindictam publicam. Bartol. *in l. 1. §. vſque adeo, ff. de iniurijs, & in l. qui certum, §. qui vacantem, ff. de vi publica.*

15. Mihi tamen magis placet, quando iniuriatus deſiſtit ab accuſatione, & à proſequenda iniuria poſſe iudicem ex officio procedentem ſi ſibi rationi conſonum viſum fuerit, minuere pœnam à lege impoſitam, non tamen teneri. Prior pars probatur ex *l. transigere, Cod. de tranſactionibus*, vbi dicitur fas eſſe tranſigere in criminalibus, ergo ſi accuſator deſiſtat, & iuri ſuo cedit, poteſt iudex etiam recedere à rigoroſa pœna legis, quæ videtur vim habere omnimodam, quando accuſator accuſat; nec deſiſtit ab iniuria proſequenda. Item quia de generali conſuetudine curiarum quando iniuriatus non proſequitur iniuriam ſuam, conuictus non ſolet condemnari in pœnam pecuniariam in gratiam iniuriati pro ſuo dimidio ipſi à lege conceſſo, ſed pro altero dimidio Cameræ regali applicando. Poſterior pars in qua dicitur non teneri minuere pœnam, ſed poſſe eam infligere ſi æquum ſibi videatur, docetur ab Abbate *in cap. cum ſuper, de confeſſis*, nec per hoc tenetur in ſyndicatu. Paulus *in l. non quidquid*, & ibi ſcribentes. *ff. de iudic.* Gregorius Lopez *in l. 28. titul. 1. part.* 7. per textum ibi, *E que lo puede condenar el iulgador à la pena que mandan las leys ſobre tal yerro como aquel de que el era accuſado.* Vbi nota non dixiſſe iudicem teneri, ſed iudicem poſſe: quod verbum inducit arbitrium iudicis; ideo ſi voluerit, poterit pœnam integram, vel minorem imponere, argumento textus *in d. leg. fideicommiſſaria libertas, ff. de fideicommiſſarijs libertatibus.*

Diximus ſecundùm Iuriſtas, dicendum eſt ergo ſecundùm Theologos de contumelia, quæ præcipuè in verbis conſiſtit contra honorem proximi iniurioſè prolatis. Dicitur autem contumelia, *iniuſta ablatio honoris alieni facta in præſentia patientis illam.* Deducitur ex D. Thom. 2. 2. *quæſt. 72. art.* 1. & ex Caietano, & Salone & ibi, Toler. *lib. 5. cap.* 9. Nauarr. *cap. 18. in ſumma, num. 10. & ſequent.* Sayr. *in clau. lib. 11. cap. 8. numer. 13. & lib. 12. cap. 4. numer.* 2. poſt Valent. *tom. 3. diſput. 5. quæſt.* 16. & Aragon. *dict. quæſtion.* 72. & Sot. *lib. 5. de iuſtit. quæſt. 9. art.* 1. quibus accedit Filliucius *tom. 2. tract. 40. cap. 3. num.* 64. & Leſſius *lib. 2. cap. 11. dub. 11. num.* 7. vbi omnes concludunt contumeliam potiſſimùm fieri coram præſenti, vel abſenti tanquam præſenti, quemadmodum honor non exhibetur niſi præſenti, vel abſenti tanquam præſenti.

Dicitur contumelia *iniuſta ablatio honoris alieni*, ex quo conſtat obiectum formale contumeliæ, conuitij, & improperij, eſſe honorem per violentiam ſublatum, & ideo omnes contumelias per quæcumque verba fiant eſſe eiuſdem ſpeciei; ſicut omnes detractiones, quarum obiectum formale eſt infamia. Sà *verbo, contumelia, num.* 1. Aragon 22. *quæſt. 33. art. 1. in explicatione.* Si tamen exceſſus in contumelia, ſeu detractione fuerit deformis, ſeu enormis, verbi gratia, ſi contumelia, ſeu detractio eſt de hæreſi, vel de Sodomia, & ſimilibus cùm ſint circunſtantiæ notabiliter aggrauantes, ſunt neceſſariò explicandæ in confeſſione. Sayr. *d. cap. 4. num 4. ad fin.* poſt Salon. quem *ibi* refert, & docet Nauarr. *cap. 6 num.* 18 & Azor *tom. 1. lib. 4. cap. 4. quæſt.* 5. Nec diſſentit Filliucius *d. cap. 3. num. 77. verſ. nec obſtat.* Dicitur *alieni honoris*, vt explicetur obiectum contumeliæ, quæ nocet honori, ſicut detractio famæ; in quo differt à detractione, quæ eſt occulta violatio alterius famæ: contumelia verò eſt aperta, ac præſens dehoneſtatio honoris, à qua non differt niſi tantùm materialiter conuitium, & improperium. Siquidem contumelia infertur manifeſtato aliquo defectu proximi in malo culpæ, cùm dicimus aliquem eſſe hæreticum, adulterum, homicidam, furem, aut aliquid ſimile; conuitium autem eſt quando obiicitur alicui defectus in malo pœnæ, puta, ſi quis vocet aliquem cæcum, gibboſum, aut claudum. Improperium denique, quando aliquis iniurioſè alteri reuocat in memoriam officium, aut beneficium illi in neceſſitate præſtitum, iuxta illud Eccleſiaſtici 20. *Exigua dabit & multa improperabit.*

*properabis.* Formaliter tamen, & in ſpecie contumelia, conuinum, & improperium non ſunt diſſimilia inter ſe, cum ad vnum, & eundem finem tendant, nempe ad ſignificandum defectum alicuius in præiudicium honoris eius. D. Thom. 2. 2. *q. 72. art. 1. ad 3.* Sot. *lib. 5. de iuſt. q. 9. art. 1. in fin.* Sayr *d. lib. 12. c. 4. n. 5.* Filliucius *d. cap. 3. n. 65.*

17. Hęc autem contumelia aliquando eſt formalis, quæ datur quoties intentio proferentis verba contumelioſa eò tendit, vt notabiliter maculetur honor patientis contumeliam; ex genere ſuo eſt peccatum mortale, & longè excedit furtum, aut rapinam, tanto grauiùs, quanto honor diuitiis excellit, quamuis furtum in quantitate ſuperabundante grauitatem contumeliæ ſuperare queat. Ex imperfectione actus contumeliæ poterit eſſe veniale peccatum, quando non animo plenè deliberato contumelia profertur, aut ex leui ira, vel ex animi leuitate contumelia irrogatur ſine animo, ac conſenſu dehonorandi, dummodo tamen parum noceat. D. Thom. *d. quæſt. 72. art. 3. ad 3.* & ibi alij. Sayr. *ſuprà, n. 7.* Contumelia verò materialis, quæ fit quando verba proferuntur ſine animo lædendi aliquem in honore ex ſuo genere non eſt peccatum mortale, poterit tamen aliquando eſſe, puta, ſi ex contumelia illata notabiliter aliquis dehonoretur, ſicut poterit peccare mortaliter ſi aliquis hominem percutiat per ignorantiam craſſam, vel negligentiam aduertendi, quamuis non habuerit animum percutiendi; ſic in noſtro caſu contumelioſus ſeu iniurioſus in aliquem ſine intentione dehonorandi peccabit mortaliter, ſi incautè & imprudenter illum in honore lædat, & interdum venialiter, vt cõmuniter fieri ſolet inter ruſticos, ac viles mulierculas mutuis ſeſe contumeliis interdum in oppidis, interdum in agro afficientes quia nulla fides habetur eorum verbis ac conuitiis. Colligitur ex traditis à D. Tho. *d. q. 72. in corpore, & in art. 2.* vbi commendat, diſcretionem, & moderationem etiam per iocum in his verbis proferendis, docètque diſcretionem eſſe valde neceſſariam, vt excuſetur à peccato quando coram aliis quiſpiam obiurgatur.

Dictum eſt contumeliam propriè conſiſtere in verbis; poteſt tamen conſiſtere in factis, quãdo ex factis conſtat de intentione lædendi aliquẽ in honore, & ea intẽtione fit, vt alteri honor auferatur. Quòd ſi non habet intentionem quis facto aliquo nocendi proximo in honore, nullo modo contumelioſus verè dicetur. Secus ſi ad proximum dehoneſtandum factum fiat ſicut conficientes libellos famoſos peccant mortaliter in re ſatis graui, & plus lędenti honorem & famam, non ſolùm cõtra charitatem, ſed etiam contra iuſtitiam, quàm cæteri, qui verbis in proximos contumelioſi ſunt, ſiquidem honor eorum grauiter obſcuratur, & fama læditur, tanto magis, quanto ſcripta, quæ euulgantur, magis adhærent memoriæ, quàm verba. Nauar. *in manuali, c. 18. n. 35. verſ. decimoſeptimò,* Caiet. *in ſũma in verbo, libellus famoſus.* & Michael Salon. 2. 2. *q. 72. art. 2.* vbi etiam Caietan. Non eſt

18. autem propriè contumelia dehonorare aliquem per libellum famoſum, ſi nomen authoris occultatur, ſed potiùs accedit ad detractionem, ſecus ſi conſtet de nomine authoris, & vtroque modo peccatum eſt graue cum onere reſtituẽdi famam, & honorem, & cætera damna, quæ inde ſequuntur. Filliucius *ſuprà, n. 80.* Sayr *lib. 11. cap. 8. n. 13. & lib. 12. c. 4. n. 9. & 10.* vbi addit pœnam capitis authoribus horum libellorum fuiſſe impoſitam per leges ciuiles, *l. 1. C. de libell. famoſ.* Per leges autem Eccleſiaſticas, ſi libelli contra Eccleſiaſticos proferantur, poſſunt excommunicari. Filliuc. *n. 81.* & probatur ex canone, *Quidam maligni, 5. q. 1.*

Quòd ſi euulgentur contra ſtatum religionis in communi, author tanquam de hæreſi ſuſpectus cenſetur. Secus quando producitur contra aliquem religioſum priuatum, neque aliqua excommunicatione ligatur, vt vult Medin. *lib. 1. inſtruct. confeſſor. c. 14. §. 35.* & Michael Salon 2. 2. *q. 72. art. 2.* ligabitur tamen excommunicatione Sedi Apoſtolicæ reſeruata conficiens libellos famoſos tam in vulgari, quàm in Latino idiomate, necnon cantilenas, vel rithmos, ſeu verſus aduerſus ſtatum Ordinis tam Prædicatorum, quàm Minorum, quo priuilegio gaudent per communicationem cæteræ religiones. Conſtat autem ex hac excommunicatione Sedi Apoſtolicæ reſeruata per conſtitutionem Alexandri IV. quæ incipit, *Ex alto,* & per aliam, quæ incipit, *Non ſine multa,* quarum meminit Syluest. *verbo, Excommunicatio, 7. excommunicatione 48.* Medin. & Salon *vbi proximè,* & Caiet *verbo excommunicatio, cap. 81.* Denique inuenientes libellos huiuſmodi, ſi aduertant eſſe infamatorios, tenentur eos reſcindere, aut cõburere, aliter enim peccãt grauiſſimè, & tanquam cooperatores eiſdem pœnis ſubiicientur, niſi id faciant antequam libellos aliis communicent. Conſtat ex canone, *qui in alterius,* & canone, *ſiquis famoſum, 5. q. 1.* Filliucius *ſuprà n. 82.* Sayr. *lib. 12. cap. 4. n. 10. per totum.* Vide etiam Leſſium, *d. cap. 2. dub. 3. fol. 120.* vbi de his obiter.

Sed petes an ſit mortale dicere alicui in præſen- 19.
tia *mentiris?* Reſponde affirmatiuè, niſi excuſetur ex defectu deliberationis, vel ex inaduertentia, aut ex ſubita ira, vbi aduerte ſæpe eadem verba iniurioſa, quæ ſi dicuntur in abſentia, non ſufficerent ad mortalia, etiam quando proferuntur ad minuendam famam alterius, ſufficere tamen ad mortale, ſi in præſentia obiiciantur. Verbi gratia, ſi in abſentia dicas aliquam fuiſſe mentitum, eſſe fatuum, hominem nequam, canem, Iudæum, caprum, claudum, gibboſum, & ſimilia, quæ ſpectant ad defectus ſiue morales, ſiue naturales, regulariter non eſt mortale; quia in abſentia propriè non læditur honor; at verò ſi in præſentia, & in facie illi dicas, *mentiris, fatue, Iudas, caper,* & ſimilia, rariſſimè à mortali excuſaberis, niſi hoc fiat inter pueros, qui quo minoris ſunt ætatis, eo minùs ſunt contumeliæ, aut honoris capaces; aut ſi id fiat à ſuperiore, aut à patre, aut à maiore natu, debito cum moderamine, aut à domino ſeruum obiurgante. Melius tamen erit ab huiuſmodi verbis abſtinere, cùm ex hoc modo loquendi potiùs inferiores, & ſubditi exacerbentur, quàm emendentur; & difficilitèr hoc fieri ſolet abſque peccato, vt notant D. Thom. *dict. quæſt. 72. art. ... ad 2.* & ibi Caietan. quibus adhæret Sot. *dict. lib. 5. de iuſtit. quæſt. 9. art. 2.*

A mortali etiam excuſat, & à veniali modus ipſe dicendi, & obiurgandi per iocum, & amicabiliter, niſi forte extra rationem, & ordinem ſit iocus; poteſt enim tunc dari peccatum mortale, puta, ſi quis ſacerdotem ſigilli fractorem, aut ſenatorem ſecreti ſenatus reuelatorem vocaret. Pro quo hanc regulam Aragonius conſtituit *dict. quæſtion. 73. articul. 2.* & Salon *quæſtion. 72. articul. 2.* & Tolet. *ſuprà, numero 309.* quoties nomen quod alteri in facie obiicitur, tale eſt, vt notabiliter fratrem, ſeu proximum contriſtet,

peccatum eſt mortale, etiamſi defectus, qui obiicitur naturalis ſit, atque notorius, quod ex circunſtantiis perſonæ obiicientis, & eius, cui obiicitur, modóque tolerandi, penſandum eſt.

10. Quæres, an liceat contumelias obiectas tibi aliis contumeliis contra inferentem repellere; verbi gratia, vocauit te latronem, an poſſis vocare illum adulterum? Negat Sot. *de iuſtit. quæſt.* 9. *art.* 3. licitum tamen erit tibi crimen obiicere, quod neceſſe tibi ſit, vt tuum honorem defendas, ſi aliter non potes, vt ſi oſtendas obiicientem fuiſſe mentitum, & aliquos defectus illius occultè aperire, ne ipſi fides habeatur, verbi gratia potes dicere illi fidem non eſſe habendam, eo quod fuit de mendacio, ac periurio conuictus. Hoc enim ſpectat ad inculpatam tutelam, ac proinde id ſolum tibi licebit, quod neceſſe eſt ad iuſtam defenſionem. Atque ita ſi ſatis te defendis vnum crimen obiiciendo, peccas ſi excedas, & duo crimina obiicias. Eodem modo dicendum eſt ſiquis te infamet, non potes illum viciſſim infamare, quia nemo priuata authoritate poteſt ſe vendicare, ſed id pertinet ad publicam poteſtatem; poteris tamen manifeſtare defectus illius occultos, vt hoc modo, illi non credatur. Sot *ſuprà*, *lib.* 4. *de iuſtit. quæſt* 6. *art.* 3. & 4. Adde ſi te iniuſtè Titius infamauit, quem antea infamaueras, nihil tibi reſtituet, niſi priùs reſtituas, ſed poterit vti compenſatione, ſeruata tamen æqualitate quantum fieri poteſt: argumento debitoris, cui nihil reſtituitur ab eo, qui cum ſit creditor ipſius debitoris, ſuum creditum non poteſt ab eo obtinere; ſic in noſtro caſu non tenetur tibi reſtituere famam ablatam, quia tu priùs illum infamaſti, & ideo priùs teneris reſtituere. Sic Adrian. *in* 4. *quæſt. penult. de reſtitutio.* §. *circa prædicta.* Angles *in* 4. *de reſtitutione famæ, dub* 3. Sot. *dict. quæſt.* 6. *art.* 3. *ad* 4. & Tolet. *lib.* 5. *cap.* 70.

Sunt tamen aliqui caſus, in quibus perſonæ priuatæ huiuſmodi contumelias non ſolum poſſunt, ſed etiam repellere tenentur, non tamen repellendæ ſunt armis, neque obiiciendo falſa crimina, aut vera occulta, aut publica, quæ ad rem non faciunt, ſed quæ directè faciunt ad eius fidem, & authoritatem minuendam. Nam mentiri eſt intrinſecè malum; obiicere impertinentia crimina, non pertinet ad inculpatam tutelam; armis verò, & percuſſione ſe tueri non licet propria authoritate. Primus ergo caſus eſt, quando contumelia affectus obiicit aliquid contumelioſum in inferentem contumeliam propter bonum ipſius aggreſſoris ad comprimendam illius audaciam, & inſolentiam, ne huiuſmodi contumeliis inferendis in poſterum aſſueſcat, ſed tamen id debet fieri cum prudentia, ac modeſtia, & verbis lenibus illum admonendo, & præ oculis vtilitatem, ac charitatem habendo, vt fratrem ſuum lucretur. Quod ſi intelligat ſe nihil profuturum, ne reſpondeat ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne videatur ei ſimilis, *Prouerb.* 26. Caietan. 2. 2. *quæſt.* 72. *art.* 3.

Secundus caſus, in quo tenetur iniuriatus repellere contumelias ſibi obiectas, eſt, quando niſi reſpondeat, & retundat contumelias, æſtimatio, ac nomen illius, eiuſque doctrina, ac merita parui, aut nihili habebuntur. Ideo ſi bonum aliorum ac profectus impediatur per contumelias obiectas, tenetur iniuriatus non tacere, ſed reſpondere contumelioſis. Sotus *vbi ſuprà*, *lib.* 5. *de iuſtit. quæſt.* 9. *art.* 3 & Valent. *tom* 3. *diſp.* 5. *queſtion.* 16. *punct.* 3. Filliucius *tom.* 2. *tract.* 40. *cap.* 3. *à num.* 85. & 86 vbi cum aliis addit, ſi quis verba contumelioſa (qui eſt tertius caſus) proferat contra Deum, contra honorem fidei contra imagines, altaria, ac reliquias ſanctorum, acriter obiurgandum, ac reprehendendum eſſe ab omnibus, præſertim à perſonis publicis: quod etiam docet Sayr. *d. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 13. Sanchez *in præcept. decalogi, lib* 2. *cap.* 32. *num.* 46. vbi in ſpecie loquitur de blaſphemis, & allegat Concilium Lateran. *ſeſſ* 9 §. *ab abolendam*, quod ſic loquitur: *Quicunque blaſphemantem audierint, eum acriter verbo obiurgare teneantur, ſi citra periculum ſuum id fieri poſſe contingat*: & infrà his verbis: *Eum denique deferre, vel notificare apud iudicem Eccleſiaſticum, ſeu ſæcularem intra triduum debeant.* Vnde quando blaſphemiæ ſunt hæreticales, Inquiſitoribus ſunt denunciandæ; quando verò non ſunt hæreticales, ſunt denunciandæ iudici Eccleſiaſtico, aut ſæculari. Roias *de hæretic,* 2. *part. aſſertione* 12. Azeued *lib.* 8. *recopil. titul.* 4. *l.* 1. *num.* 14. & Caotera *in quæſtion. ib. criminalib. cap.* 3. *de blaſphem. num.* 3.

Sed quid de reuelantibus defectus naturales ſiue ſint animi, ſiue corporis, ſiue natalium? 11.
Reſponde, regulariter non eſſe mortale defectus naturales manifeſtare, ac dicere Titium eſſe ignarum, parui iudicij, parui ingenij, & indiscretum, qui ſunt defectus animi; aut dicere eſſe cæcum, gibboſum, aut claudum, qui ſunt defectus corporis; aut dicere eſſe filium clerici, aut natum ex adulterio, & ſimilia; eſſe tamen peccatum veniale contra charitatem huiuſmodi defectus reuelare ex loquacitate, aut ex irriſione ſine aliquo bono fine. Nauar. *in manual. cap* 18. *num.* 24. *verſ. decimotertiò*, Adrian *quodlibet* 11. *quæſt.* 1. *ad quartum, littera K K.* Petrus Nauarra *lib.* 2. *de reſtitutione, cap.* 4 *part.* 2: *in dub* 4. *num* 306. quibus accedit Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 11. *dub.* 3 *num.* 14. quia fama non læditur propriè, niſi propter defectus morales, & voluntarios; per hos enim contrahitur infamia, per naturales verò minimè.

Dixi *regulariter*, quia ratione damni adiuncti peccabit mortaliter reuelans ſine bono fine defectus naturales alicuius, putà ſi ob manifeſtationem à bono aliquo conſequendo ſuit excluſus. Item niſi ob reuelationem in animo audientium defectus patiens manſit valde contemptus. Leſſius *ſuprà*, *num.* 16. Sayr. *lib.* 11. *cap.* 4. *num.* 5. vbi vterque addit hæc, & ſimilia obiicere alicui in faciem præſertim viro honorato conuitiandi cauſa eſſe mortale peccatum; ſecus ſi dicatur vili viro, niſi inde magnum mærorem forte, ac triſtitiam ſit recepturus. Sequitur Filliucius *ſuprà*, *num.* 98.

Probabile etiam ſatis eſt ſine bono fine reuela- 12.
re de aliquo quòd ſit natus ex parentibus Iudæis, aut Mauris, aut ex adulterio, ſeu inceſtu, eſſe mortale, ex notabili denigratione famæ, & ex infamia, quæ inde contrahitur. & quia notabiliter id patiens inde contriſtari, & confundi ſoleat apud ſe, & apud omnes huius defectus conſcios. Ita Aragon. *quæſtion.* 73. *art.* 2. *dub.* 4. Barthol. Medin. *lib.* 1. *inſtructor. cap.* 14 §. 35. & Sayr. *d. lib.* 11. *cap.* 6. *num.* 8. Ex eo, quia dicere de aliquo eſſe concubinarium, aut furem, quando res eſt in occulto, eſt mortale, quoniam ex reuelatione hac non leuiter, ſed grauiter homines infamari

famari

famari ſoleant, & vnuſquiſque hæc grauiter, ægréque patiatur; ergo multò magis ſi quis reueletur eſſe ſuſceptus ex coitu damnato, ac punibili, aut ex genere Maurorum, aut Iudæorum deſcendere. Nec obſtat dicere quod ait Filliucius *d. cap. 4. num. 98. verſ. Contrarium tamen.* apud ſapientes famam non lædi; quia oppoſitum hac de re eſt certius, & quamuis quælibet contriſtatio patienris contumeliam, non arguat culpam in eo qui fuit author, non tamen excuſabitur author contriſtationis à culpa mortali, quando rationabiliter homo ex hac reuelatione contriſtaretur, ſi id audiret, & ei in facie obiiceretur. At verò quia ex reuelatione quòd quis ſit ſpurius, aut ex genere Iudæorum, vel Maurorum, quando res eſt in occulto, fama notabiliter denigratur, & confunditur, meritò eſſe peccatum mortale timeri poteſt; ſic ſine vllo timore docent ſuprà citati. Non tamen puto eſſe mortale detegere duellum nobilis viri, aut ſtuprum adoleſcentis vani, & amores, aut rixas, & vulnera ab eo inflicta ſine detrimento tertij, de quibus ipſe infamiam ſibi oriri non putat; imò ſortè gloriatur, ita doctores communiter.

Peccabis tamen mortaliter cum onere reſtituendi, ſi detegas de honeſta fœmina, aut viro graui? prælato videlicet, vel viro religioſo, ac ſimilibus venialem aliquam laſciuiam, aut leuitatem aliquam aliam ignominioſam, quæ eius famam notabiliter minuerit. Ita Aragon. *dicta quæſt. 73. art. 2.* Tolet. citatus *num.* 316. cum Nauarro *in ſumma, cap. 18. num. 25. & inſtruct. 1. p. cap. 264.* aut dicere de moniali honeſta, & boni nominis, ac famæ, quòd ſuſpectas literas miſerit. Aragon. & Salon *d. quæſt. 72. art. 2.* Similiter etiam ratione perſonæ, cui detrahitur, erit mortale dicere de Epiſcopo, aut viro religioſo, quòd ſit auarus, vel iracundus, cùm exinde notabiliter fama eorum lædatur, etiam quando culpam venialem important, quod tamen non credo verum, excepto eo, quod attinet ad auaritiam reſpectu Epiſcopi, cui ex officio inſitum eſt eſſe liberalem erga pauperes; quoad alia etiam id exiſtimat Sayr. *dicto lib. 11. cap. 6.* Sed mihi omnino diſplicet, ibi, *num. 9. ad fin.* Erit tamen mortale dicere de Epiſcopo, aut viro alioquin digniſſimo, qui tales non reputantur, quòd ſint mendaces, præſertim mendacia aliqua eorum notabilia referendo, vel conſuetudinem talis peccati detegendo. Aragon. *ſuprà*, & Medina relatus: quod intelligit Inſtructor *in 1. p. dicto capite 264.* quando ex circumſtantiis ſit notabilis iniuria detracto à detrahente, niſi excuſetur detrahens ex defectu intentionis detrahendi, quia ex inaduertentia, vel ex ſemiplena deliberatione, vt olim in priuatis ſcholiis *in tract. 3. de reſtitutione, quæſtione 1. art. 1.* diximus, vbi addidimus non eſſe peccatum loqui de peccato etiam infami proximi cum eo, quem ſcis illud iam nouiſſe; ex ſine tamen poterit eſſe veniale, nempe ſi ex curioſitate, aut ex leuitate, aut ex otioſitate de eo fiat ſermo.

***

## §. I.

### *Quinam poſſint eſſe decuriones, & quid poſſint ſtatuere circa victualia, & circa taxam rebus vendendis, & officialibus imponendam?*

EPITOME.

24 *Decuriones qui non poſſunt eſſe.*
25 *Taberniorum officium eſt vile.*
26 *Decuriones poſſunt ſtatuere circa victualia.*
27 *Decuriones poſſunt ſtatuere ne propola priùs emant, quam ciues.*
28 *Penuria tempore poteſt cogi ad vendendum viliore pretio.*
29 *Piſtores & piſtrices, & alij officiales poſſunt cogi ad exercendum ſuum officium.*
30 *Decuriones poſſunt ſtatuere contra ruſticos ligna vendentes.*
31 *Decuriones poſſunt cogere obligatos ad adminiſtranda victualia ad plus adminiſtrandum, quam fuerit in contractu.*
32. & 33 *Statutum poteſt fieri ne victualia extrahantur extra territorium, excepto frumento extracto per tranſitum.*
34 *Frumentum extractum in via repertum an amittatur.*
35 *Pœna ordinaria non meretur niſi ob delictum conſummatum.*
36 *Pœna incurritur quando lex prohibet per verba de futuro. Secus ſi dixerit,* qui extraxerit, *ſeu* exportauerit, *tunc non punitur niſi effectu ſecuto.*
37 *Delicta attentata habentur pro conſummatis fictè.*
38 *Deducta ad forum contentioſum niſi probentur, adhuc ſunt occulta.*
39 *Frumenti nomine venit farina, bladum, hordeum, ſiligo, & triticum.*
40. *Non tamen veniunt legumina, ſed ſub bladi nomine maximè.*
41 *Vini extractio non extenditur ad vina compoſita, & aromatica, neque ad acetum, neque ad vinum nimis aquaticum.*
42 *Olei extractio prohibita non extenditur ad oleas ad comedendum.*
43 *Statuta prohibentia ne frumenta extrahantur ligant forenſes.*
44 *Statuta facta per decuriones publicari debent per præconem.*
45 *Animalia poſſunt paſci in locis apertis poſt meſſes, & fructus collectos.*
46 *Damni dati taxatio facienda eſt pro tempore quo fuit datum in herba, non verò pro tempore meſſis perfecta.*
47 *Sues ne vagentur per oppida poſſunt decuriones prohibere.*
48 *Item ne vinum forenſe inferatur.*
49. 50. & 51 *Item quanta tempore bona ciuitatum preſcribantur.*

DECVRIONES eſſe non poſſunt officia 24
vilia exercentes, neque infames infamia facti. Gloſſa 1. *leg. 7. tit. 6. part. 7.* per text. *in l. 2. C. de dignitatibus, lib. 12.* niſi in caſu in quo alius reperiri nequeat; quia tunc neceſſitas caret lege,

lege,& poterit eſſe infamis iudex,ſeu decurio Gomez *de triennal.poſſeſſ.quæſt.28.caſu* 126.Rebuffus *in l.vnica,C.de ſentent.quæ pro eo quod int. profert in præfatione,num.*74.& d.Gloſſ.*in l.7.tit.6.part.7.* vbi dicitur infames reputari viles, nec poſſe admitti ad officium iuſtitiæ exercendum, niſi propter inopiam hominum,cum officium decurionis ſit honor, & ſit dignitas eſſe iudicem, ſeu decurionem, ſecundùm Boërium *deciſ.*222. *num.*12. Similiter infamis infamia iuris ipſo facto per ſententiam contracta non ſolùm impedit promouendum ad officium decurionis, ſed etiam deiicit decurionem iam promotum;nam ante ſententiam non cenſetur quis infamis, nec reputatur talis. Hippolyt. *conſ.*52 *n.*17.*cum ſequentib. vol.*1.*& in practica,* §. *aggredior, num.*105.*&* 111. Vbi vult ſufficere confeſſionem in iudicio factam,vt infamia contrahatur. Mihi tamen magis placet vti diſtinctione in hac materia de eligendo aliquem in decurionem, ſeu iudicem hoc modo. Nam ſi infamia fuit contracta ipſo facto, & agitur de hoc officio acquirendo, ſufficit probari ne incurrens illam eligatur in decurionem; quod eam incurrerit, quamuis ſuper hoc nondum ſit lata ſententia declaratoria infamiæ contractæ. Attamen ſi iam eſt promotus ante infamiam contractam, vt deiiciatur ab officio, & priuetur exercitio illius; requiritur ſententia declaratoria infamiæ incurſæ,vel ſaltem notorietas infamiæ ipſo iure incurſæ. Azeued *lib.*3.*tit.*7.*l.*2.*nu.*3.4.ſecundùm gloſſam *in d.l.*7.*tit.*6.*part.*7.*verb.denelas*, & Auendan. *cap* 2.*Prætor.num.*10.*in fine*, poſt Tiraquell. *in l.ſi vnquam. C. de reuocand.donat.in verbo, Reuertatur*, poſt plures de more ſolito. Idem Azeuedus *d. lib.*3.*l.*7.*tit.*9.*num.*12. vbi addit ſecus eſſe quando infamia non incurritur ipſo iure; tunc enim requiritur ſententia vt excludatur ab eius exercitio. Vel etiam dici poteſt nullam requiri ſententiam in iis in quibus ipſo iure incurritur infamia,quoties publicè illa fiunt; requiri tamen ſententiam infamiæ contractæ declaratoriam,ſi occultè fiant; vt arceatur à conſecutione noui officij. Patet ex traditis *in l.* 5. *tit.*7.*part.*7.*ad finem*, & ex gloſſa, ibi: *in verbo, ſuſpendidos*; quia in notoriis non eſt opus ſententia,ſiue hoc, ſiue illo modo lex loquatur, ſecundùm Hippolyt. *in d.*§.*aggredior, à num.*125.

25\. Similiter non poſſunt eſſe decuriones exercentes tabernas, miniſtrantéſque cibum, & potum in domum ſuam ingredientibus,quia per hoc deperditur priuilegium nobilitatis, & hic modus viuendi reputatur vilis, & tabernarius dicitur vilis perſona,per textum *in l.humilem,C.de inceſt.nupt. & in l.*1. *C. de natur liber.& in l.quæ adulterum, C.de adulter.* Cranet.*in conſ.*163.*num.*2.Rolandus *conſ.*34.*n.*5.*vol.*2.Gutier.*in practic.lib.*1.*quæſt.*137. *num* 11. Eodem modo non poſſunt eligi in decuriones, qui publicè pro atroci iniuria fuerunt condemnati; ſecus ſi pro leui. Tiraquell.*in tract. de indic.in rebus exiguis,num.*74.*verſ.Sexageſimoquartò*, per text *in l Diuus Seuerus,ff.de iniur.* vbi id expreſsè notatur à gloſſa, quoniam infames ſunt condemnati atroci iniuria. Ideò in ordine decurionum eſſe non poſſunt; ſecus ſi iniuria eſt leuis;tunc enim non ſunt infames.Faciunt tradita ab Auendan. *de exequend. mandat. p.* 1. *cap.* 19. *num.*24.*verſ.Quod fallit,& verſ.Sunt autem infames*,vbi poſt alios addit non poſſe euehi ad honores, qui publicè verecundiam paſſi ſunt. Quod etiam probat Decius *in* 1.*p.conſ.*90.*num.*1. vbi loquitur de pœna corporali affectis,qui publicè ſteterunt manibus poſt terga ligatis; hi enim condemnati ſic pro delicto atroci cenſentur priuari officio iam quæſito, & ex conſequenti indigni quod de nouo eligantur in aliquem honorem. Secus ſi pœna corporalis in pecuniariam conuertatur.In quo euentu non intelliguntur priuari officiis ciuitatis publicis, eo quòd priuationis pœna non procedit, niſi quando lex id expreſsè ſtatuit, §. *cum igitur*, in *Authent. de non eligend. ſecundo nubentes*; per quem textum idem vult gloſſa *in cap.fin.de iur.patronat.in verbo, ex vi, circa finem*, quem ſequitur Abbas *ibi*, & Baldus *Authent. ex teſtamento*, *col. penult. C. de ſecund.nupt.in verſ. Modo iuxta prædicta quæro*. Atqui nulla lege cautum reperitur, quòd condemnati ex atroci delicto in pœna pecuniaria arceantur ab officiis publicis, reperitur tamen ſi condemnentur in pœna corporali publicè verecundiam patientibus afferente; ergo iſti, & non alii debent excludi ab officio decurionis.

Sequitur dicendum de iis quæ poſſunt ſtatuere decuriones circa victum,& ea, quæ cibi, ac potui, & reliquis, quæ homini ſunt neceſſaria ad viuendum; ſiquidem teſte Apuleio de dogmate Platonis, inferiora hæc optimatum præſtantia reguntur,& ipſa miniſterium ſuggerunt victuale. Cùm ergo iam dictum ſit an poſſint decuriones leges condere,& facere ſtatuta pro victualibus,& quanto tempore ea durent *ſupra,lib.*1.*diſp.*3.§.1.*numero* 206. *& duobus ſequentibus*, & an poſſint camerarij officiales ex ſuo regimine populum collectare, vt conſtat ex *diſp.*8.§.1, *num.*73. ſequitur explicandum quantum curare debeant magiſtratus ne cibaria in Republica deſint. Inſano enim more plebs deficiente frumento prorumpit,ideò Ariſtoteles *Politic.lib.*6.*c.*8.& ſuſius *lib.*7.*c.*8.decreuit quaſi legem,in Republica neceſſarii eſſe cibariorum procurationem, ne ciues fame pereant. Item aduertere debent ne quis omnia victui neceſſaria coëmat, vt cariore pretio poſtea reuendat, in quem inuehitur Andreas de Iſeron.*in cap.*1.§.*poſt natale,de pace tenenda,& eius violatione*, dicens Dardanarios (ſic dictos à Dardano quodam, qui ſolus omnia emere ſolebat, vt carius, & minutatim poſtea venderet) obligandos eſſe, vt non emerent vſque ad certam horam diei, ſed prius ciues ipſi ab ipſis venditoribus, non verò ab ipſis Dardanariis coemerent, qui cum præemant viliùs,reuendere ſolent cariùs, quod cedit in maximum detrimentum Reipublicæ. Quare decuriones ſub graui pœna ſtatuere debent, ne hi, qui fructus, ac cibaria in oppida aſportant, vendant apothecariis,ſiue receptariis,ſeu Dardanariis, vulgò *regatoes*,& Græcè *propolæ*; ſed per tres ſaltem 27.
dies vendant in plateis, & merces populo vendendas exponant ad euitandas fraudes, & poſtea tranſactis tribus diebus Dardanarij, ſiue propolæ emant,& quamuis nemo ſit cogendus ſuum vendere, tempore tamen neceſſitatis poſſunt cogi homines a Magiſtratibus habentes frumenta, & victualia ad vendendum iuſto pretio. Bartol.*in l.*1. §.*cum carius,n.*1.*ff.de offic.Prætor.* Bald & Salic.*in l.*1.*C.de Epiſcop.audient.*Idem Bart.*in l annonam, ff.de extraordin.crimin.*& Franciſc.Marc. *in deciſ. Delphin.*534.*num.*10.*&* 15.*tom.*1. Quinetiam vr- 28.
gente inopia poſſunt cogi habentes ad vſum hominum ad vendendum viliore pretio, vt volunt Bartol.*in d.*§.*cura carius*,& Angel. *in l.*2.§.*cum in eadem,ff.ad leg. Rhodiam de iactu.* Ex eo fundamento,

mento, quòd tempore neceſſitatis omnia ſunt communia, ita vt ſi aliquis habeat panem, & alius egeat, fas ſit egenti panem auferre. Iuuat caput *ſi quis propter neceſſitatem famis, de furto*. Ergo poſſunt cogi habentes frumentum ad illud vendendum viliore pretio, per *d.l.1.§.cura carnis, ff.de officio prætor.* & Cynus *in l.1.C.de Epiſcop.audientia*, & Surdus *de aliment. tit.1. quæſt. 77. num.6*, quibus accedit Ioan.Sainzon *in conſuetud. Turon tit.10. art.1* & Stephanus Aufret. *ad Capell Tholoſ.quæſt.446.* Ceſſante verò neceſſitate Reipublicæ poſſunt compelli à Decurionibus vendere victualia iuſto tamen pretio, vt dictum eſt. Conſonat lex noſtra *lib.1. ordination. titul.66.* §.8. per textum ibi: *Conſtrangelos haon.* & §.32.& 33.

29. Poſſunt item decuriones, ſeu rectores, & priores ciuitatum, & oppidorum compellere panificos, panificas, piſtures, muliones, & macellarios vt exerceant ſua officia, & artes, quas profitentur, & modum ſuum viuendi. Lucas de Penna *in l. Mechanicos, C.de execut.art.liber.lib.*10.quem refert, ac ſequitur Chaſſanæus *in catalog. glor. mundi, p.11. conſiderat.32. per totam*, præſertim *verſ. In his enim*, vbi concludit poſſe cogi aliquos de ciuitate ad exercendam artem, quam norunt, præſertim ea officia, quæ ſunt neceſſaria ad vitæ communis vſum. Ideò poſſunt taxare numerum cauponarum, eóſque cogere ad recipiendum hoſpites, Angel. *in l.1.§.ait Prætor, ff de poſtuland.* & Decius *in l.inuitus, ff.de regul.iur.* Cabed.1.*p.deciſ.74. num.3.* quia ad eos pertinet pretia iuſta in Republica ſtatuere, vt §. ſequenti dicemus, & habetur expreſsè in dicta lege noſtra *tit.66.§.8.*ibi: *Ordenaraon padeiras e almocreues, que dem os mantimentos, e faraon concerto com elles, e conſtrangelos haon*, & infrà, §.32. Ex quo conſtat non ſolùm numerum cauponarum, ſed etiam numerum miniſtrorum Reipublicæ taxari poſſe, qui frumentum, vinum, piſces, & carnes ad ciuitates, & oppida comportent, & ſtabularios, ſeu caupones, qui viatoribus hoſpitia præbeant, & victualia vendant. Angel. §.*penultim.inſtit.de public. iudic.* Cabed.1 *p.d deciſ.74.num.3.& 4.& p.2. deciſ.92.* & circa hæc omnia poſſunt decuriones cum eiſdem macellariis, & aliis inire contractus, vt ſe obligent ad miniſtrandas carnes, & cætera victualia populo iuſto pretio vendenda, vt habetur in dicta lege noſtra §.8. quin etiam adueniente, & vrgente neceſſitate poſſunt cogi macellarij ad miniſtrandos populo plures boues, & ad ferenda plura victualia, quàm ſint in contractu, vt deducitur ex Mexia *in tractatu taxæ panis, concl.4. num.20.* & expreſsè docet Bartol. *in l. quoad præſens*, & *ibi* Ioan.de Platea, *C.de murilegu.lib.*11. Extra verò hanc neceſſitatem occurrentem debent omnino contractum initum cum iis omnibus ſeruare, per *l.1.ff de pact.& l.1.ff de conſti.pecun.* quamuis aliquod maioris pretij emolumentum alij offerant, & adiiciant in vtilitatem Reipublicæ, vt *in l. Lucius, § fin ff.ad muni, & in l.Antiochenſium, ff. de priuil.credit.*

30. Poſſunt etiam ſtatuere decuriones, ſeu rectores ciuitatum, ex cauſa tamen, contra ruſticos ligna vendentes, & componentes ea, vt onus maius appareat, & ſic emptores decipiunt, punitíque poſſunt ad arbitrium. Sic Petrus Nuñes *de mandat. exequend.p.1.cap.19.verſ.Nonò infertur.* Et contra ſutores, qui ex corruptis pellibus calceamenta faciunt, qui incidunt in pœnam ſtellionatus ſecundùm Bartol. *in l.2.C.de murilegul.lib.*10. Item ſi macellarij morboſas carnes vendant, puniri poſſunt, vt *in l.1.§.1.ff.de ædilit. edict.* Auilez *capite 17.Prætorum, num.27.verbo, Arazonables precios.*

31. Similiter ſi ex forma ſtatuti, vel pacti teneantur mercatores dierum nundinarum afferre in forum certas menſuras frumenti, & piſcatores certam quantitatem piſcium, ſuperueniente magna hominum multitudine poſſunt cogi ad portandum plus frumenti, & maiorem quantitatem piſcium, quia ceſſant omnia priuilegia, & exceptiones in publicis ſubuentionibus, Baldus *in l ſubemus nullam, C. de ſacroſ Eccleſ* & habetur *in l vnica, C. ne liceat in emptio.ſpeci ſe excuſa.lib.*10. Auilez *ſupra, n.20.* vbi addit poſſe cogi venire ruſticos ad ciuitatem ad vendendum victualia, ſecundùm, *l.2.ff.de nundin.* ex authoritate Platonis de quo loquitur Imperator *in l.vltim. in principio, C. de iur. deliber.* Non tamen debent vendere minutatim merces ſuas, ſed in groſſo, ne in ciuitate detineantur, & agricultura detrimentum patiatur, vt notat Ioan. de Platea *in l.colonos, C.de agricol. & cenſ.lib.11.* Auendan. *de exequend.mandat.p.1.d.cap.19.n.35. verſ.Item eſt curandum.*

32. Quæſtionis eſt, an poſſit fieri ſtatutum, ne frumentum, ſeu vinum extrahatur foras, & aſportetur extra territorium. Reſponde affirmatiuè ex cauſa iuſta. Nam quamuis commercia, & negotiationes de iure non debeant impediri, *l.multum intereſt, 24. ff. de verbor.obligation.l.nemo externus, C. de Iudæis*, & ſtatuta hæc arctent homines ne vendant bona ſua in quibus vnuſquiſque pro libito eſt arbiter, & moderator, *l.in re mandata, C. mandat.* Nihilominus pro vtilitate communi Reipublicæ tale ſtatutum tenet. Bartol. *in l omnes populi, q.4.n.8.ff.de iuſtit. & iur.* & conſtat ex lege 1. vbi idem Bartol. *ff. quod quiſque iuris*, præſertim quando rectores, & poteſtates ciuitatum, ac terrarum id ſtatuunt conuocato concilio procerum, & optimatum, per *dict. l.1. §. 1. ff. quod quiſque iuris.*

Diximus, *pro communi vtilitate Reipublicæ, & ex cauſa legitima*, quia pro priuato commodo, & ſine cauſa legitima tale ſtatutum fieri nequit cùm ſit contra charitatem, cap. *erit autem lex, 4. diſt.* cùm debeat fieri docente ſic ratione, vt alteri non noceat, & facienti proſit. Ideò ceſſante cauſa neceſſitatis videlicet, & inopiæ, non ſuſtinebitur ſtatutum, in quo prohibetur extrahi frumentum, quia ceſſante extractionis cauſa impeditur communicatio boni, quod eſt contra charitatis præceptum *l. in creditorem, ff. de euict. l 2 §.1.ff.ſolut. matrim.* & probat Chriſtophorus de Caſtellion. *in conſ.9.num.*10. Camill.Borrell. *de magiſtrat.lib.2. cap.2.num.32.verſ.Princeps etiam.*

33. Appellatione verò frumenti quando extractio illius prohibetur, non intelligitur frumentum extra territorium emptum, & aſportatum in locum vetitum, extrahi, ſi dominus illius tranſitum per locum illum feciſſet, argumento legis *ſi quis poſt hanc, §.ſi quis autem, C.de ædificiis priuat.* Alexand. *in conſ.86.vol 4.* Furman. *de Gabell.p.5 quæſt.*18 & Baldus *in l.cætera, 43.§.ſed & ſi quis*, & *ibi* Angel. & Paulus de Caſtro *ff. de legat. 1.* Secus ſi frumentum extra territorium emptum aſportatum fuit ad locum, ex quo prohibitum erat extrahi, vt ibidem ſemper pro tempore duraret. Sic Alberic. *in d.l ſi quis poſt hanc, C.de ædificiis priuat.* argumento legis *ex facto, ff.de hæred.inſtit.*

34. Sed quid ſi extraxerit frumentum, & reperiatur in via antequam perueniat ad locum ad quem deferebatur,

ferebatur, & ſuppono vltra amiſſionem frumenti delati puniendum eſſe delatorem frumenti pœna centum aureorum? Pars affirmans probatur ex regula vulgari, quæ ait, in delictis puniri affectum etiam effectu non ſecuto, per text. *in l. ſi quis non dicam rapere, C. de ſacroſ. Eccleſ.* quem textum probauit lex vnica, *C. de raptu virgin* & cap. *ſi quis de pœnitentia, diſtinctione* 1. Quod etiam in crimine Sodomiæ diffinit lex 1. *tit.* 21 *lib.* 8. *recopil.* ibi, *y ſi no ſe pudiere probar el dicho delito in acto perfecto, y acabado, y ſe prouar en actos muy propinquos, y cercanos a la concluſion del, de tal manera que no quedaſſe, por el tal delinquente de acabar eſta damnado yerro, ſea auido por verdadero hechor del dicho delito, y ſea iuzgado, y padeſca la miſma pena, como la padeciera el que fueſſe conuencido entoda perfecion del dicho delito.* Idem diſponitur *in d. l.* 1. *eodem titulo, ibi,* vbi loquitur de crimine proditionis, in quibus punitur affectus, ſicut effectus, licet ad effectum conſummatum non fuerit deuentum, quando videlicet ad actum proximum, & immediatum delicti deuenitur; quam partem docet Gutier. 1. *p. canon. quæſt. cap.* 13. *num.* 5. 6. *&* 15. per text. *in cap. de homicid. lib.* 6. & alij, quibus accedit Ceuall. *in commun. contra commun. quæſt.* 540 *n* 1. *& ſequentibus.*

35. Pars tamen negatiua concludit pœnam ſtatuti cōtra extrahentes frumentum, non procedere niſi quando delictum, hoc eſt extractio, effectum conſummatum habuit, non verò quando fuit repertus in via extrahens, quia repertus in itinere extrahendo adhuc non dicitur exportaſſe frumentum, quod requiritur vt affectus, & actus ſit conſummatus, Baldus *in l. cum proponas, C. de nautic. fœnor.* & habetur *in l. qui falſam, C. de falſ.* vbi dicitur non mereri pœnam falſantis monetam, niſi fuerit falſificata, quia non ſufficit præparare neceſſaria ad falſandum, ſed requiritur quòd falſificetur. Sic in noſtro caſu non ſufficit extractio, ſed requiritur actus conſummatus. Eſt enim delictum in quo ſpectari debet euentus *l. aut facta, § euentus, ff. de pœnis,* Bartol *in l.* 1. *§. Diuus, num.* 1. *ff. de ſicar.* Cepol. *in repetitione, l. ſi fugitiui, num.* 9 *&* 66. *C. de ſeruis fugitiuis,* & Afflict. *deciſ.* 21. *num.* 10. vbi latè probat pœnam ſtatuti non habere locum niſi delictum perficiatur, & attentare eſt fictè facere, & ſtatutum non extenditur ad caſum fictum. Angel. & Paulus de Caſtro *in l.* 1. *ff. quod quiſque iuris.* Ludouicus Romanus §. *Sabini, ff. de damno infecto,* quibos accedit Camill. Borrell. *de magiſtr. edict. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 42. addens *num.* 46. puniri poſſe pœna edicti, aut ſtatuti quando reperitur cum rebus extrahi prohibitis ad confinia, vel ad ripam fluminis, aut maris litus, vbi ſunt currus, beſtiæ, aut naues paratæ iam ad aſportandum.

36. Ego tamen puto conſideranda eſſe verba ſtatuti, an prohibeat per verba de futuro, quòd *nemo extrahet,* ſeo *exportabit*; aut loquitur, *qui extraxerit,* ſeu *exportauerit,* ſi loquatur primo modo, extrahentes puniri debent. Si verò dicat, *qui extraxerit,* ſeu *exportauerit,* non ſunt puniendi niſi effectu ſecuto. Ita Ripa *in tract. de peſte in rubric. de remed. ad conſeruandam vbertatem, fol.* 24. *numero* 75. Alber. *in* 2. *p. ſtatut, q* 4. *n.* 6. per legem 1. §. *hæc autem verba, ff. quod quiſque iuris.* Bald. *in d. l. cum proponas.* per gloſſ. *in arboribus,* §. *idem tract. ff. de vſufructu,* quam tenet Gand. *de reb. non port. n.* 11. *ad fin.* Fauet Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſ.* 360. *n.* 97. vbi ait attendendum eſſe verbis, quibus ſtatutum loquatur, additque variis in locis de conſuetudine puniri repertos portare frumenta contra ſtatutum intra diſtrictum, quando [illegible] ſtatuti verba ſunt fut[illegible] temporis. Camill. Borrell *d. cap.* 14. *num.* 44. *& ſequent.*

37. Quibus poſitis ad argumenta contraria dici poteſt delicta attentata haberi pro perfectis, & conſummatis, non eſſe ſecundùm naturam, & veritatem, ſed per fictionem, at fictioni non eſt locus in ſtatutis, ſecundùm legem 3. §. *hac verb a, ff de negot. geſt.* cum fictio ſit quædam improprietas, quæ non habet locum in ſtatutis, per legem vlt. *C. de his, qui veniam ætat. impetrarunt.* Quæ eſt ratio Baldi *conſ.* 294. *inci*[illegible] *t, ad euiden*[illegible] *o* 1 *ver. ſecundò præmittendum eſt.* Dici etiam poteſt conatum, & affectum puniri poſſe in delictis atrociſſimis, quando, lex expreſsè iubet, vt conatus, & affectus puniatur; tunc pœna ordinaria puniri poteſt. Extra verò caſus expreſſos, in quibus punitur affectus, quando ad actum proximum, & immediatum delicti deuentum fuit. In aliis tamen quãuis delicta ſint grauiſſima, n[illegible] delinquentes puniri debent, per legem *perſpiciendum, ff de pœnis,* Bald. & Paul. de Caſtr. *ibi* & Anton Gomez *tom.* 3. *var. cap.* 1. *a n.* 62. & Azeued *lib.* 8. *recopilat. tit.* 26. *l.* 14 *n.* 4. ſecundùm Bartol. *in l quid erg*[illegible] §. *cum autem factum, ff. de his, qui not. infam.* quia verba ſtatuentis pœnam delinquenti debent intelligi, ſi delinquat effectu ſecuto; tunc pœna ordinaria delictum eſt puniendum, aliàs non habet locum diſpoſitio. Iuuat Gloſſ. *in l. quod ſi ab initio, ff. ſi certum petatur,* vbi declarat verbum, *voluerit vti,* id eſt, voluntaria vſus fuerit. Infert etiam Cremenſ. *in ſingul.* 50. pœnam capitis impoſitam à ſtatuto volenti venenum propinare, aut occidere, nō procedere niſi ſecuto effectu. Sanch. *de matrim.*
*lib.* 2. *diſp.* 37. *n* 12. quatenu[illegible] concedi Epiſcopis 38.
facultatem diſpenſandi in delictis occultis, non tamen deductis ad forum contentioſum niſi reus abſoluatur falſis probationibus à delicto; adhuc enim poterit diſpenſare, quia verba cum effectu accipienda ſunt. Non enim ea deductio ad forum contentioſum habuit effectum, & delictum adhuc manſit occultum. Sic Henriq. *lib.* 14. *de irregular. cap.* 10, *n.* 4. Martin. Vitald. 2 *p. de ex communi. n.* 42. & Iacob. de Graffis *deciſ. lib.* 4 *vbi de Bulla Cœnæ, fol.* 420. *col.* 4 *cap.* 11. *n.* 11[illegible] ibi: *Mandantes, ſeu rata habentes,* vult comprehendi mandantes percuti Epiſcopos ſecuto tamen effectu, quia verba debent efficaciter intelligi. Faciunt m[illegible] alia, quæ tradit Surd. *de alim. tit.* 9 *q* 16. *n* 66 *& tribus ſequentib.* Exemplo emphyteutæ vendentis rem inconſulto domino, cui à lege imponitur priuationis pœna, quæ habet locum quando venditio habet effectum per traditionem ſecutam, vt probat Speculator *in tit. de locat.* §. *nunquid aliqua, q.* 95. *n.* 118. Alber. *in l. fin. in fine,* & *ibi* Iaſon *n.* 12. *C. de iur. emphyt.* Quibus accedit Vimaran. Barboſ. *in remiſſ. ad ordin. regiam, lib.* 4. poſt alios *titul.* 38 *ad principium, n.* 7. *verſ. Limita quartò.*

39. Quid intelligatur nomine frumenti quod extrahi prohibetur à ciuitate? Reſponde comprehendi farinam; donec enim conuertatur in panem, frumentum appellabitur, quamuis de proprietate vocabuli appellatione frumēti non veniat farina. Bart. *in l. quæſitum,* §. *illud, ff. de legat.* 3. Bald. *in l. non dubium, col.* 4. *C. de legib.* Dynus tamen *in d. l. quæſitum,* §. *illud,* credit ſub appellatione frumenti non venire farinam, nec comprehendi ſub ſtatuto prohibente extrahi blada, qui extraxit farinam. Prior tamen ſententia magis placet; ſed bladum omne

appellatione

appellatione frumenti propriè venit. Franc. Marc. *p. 1. quaſt. 541. num. 4.* Ideò non poteſt extrahi bladum, quamuis id non probet Camill. Borrell. *ſupra, num. 52.* Sed minùs bene meo iudicio, vbi etiam excuſat, ſed malè, extrahentem hordeum, dicens non teneri pœna ſtatuti prohibentis exportari ab vrbe frumentum, ſi extrahatur hordeum, cum re vera ſit frumentum, quo multis in locis veſcuntur homines; & probatur ex Plinio *lib. 18. cap. 7.* Frumenta, *inquit*, ſunt quidem triticum, ſiligo, & hordeum: legumina autem ſunt faba, cicer, & alia ex quibus panis confici non ſolet: ſicut ſunt etiam lentes, & lupini, oriza, heruum, cicercula, fœnum Græcum, ex quibus panis non conficitur, teſte Galeno *de alimentorum facultatibus, lib. 1. cap. 8. & 9.* Sed ex hordeo ſaltem miſto etiam regnante vbertate cum tritico, aut ſiligine panis conficitur; ergo venit appellatione frumenti, panis hordeaceus plebi ſatis accommodatus. Secus de ſemine lini, & aliis ſeminibus, non enim veniunt hæc appellatione frumenti, nec leguminum. Idcircò poſſe extrahi ſine timore pœnarum ſtatuti prohibentis extrahi frumentum ſecundùm legem *in frugem, §. frumenti ff. de verbor. ſignificat.* vbi frumentum dicitur, quod tegitur ariſtis, & falce ſecatur; legumina verò ſic dicta, quia manu leguntur. Secus ſi prohiberetur extrahi bladum; nam legumina ſub eius appellatione veniunt, vt vult Ioan. de Firmo *de gabell. parte octaua principali, particul. 2. q. 15.* & Bartol. poſt gloſſ. *in l. 1. §. de eo, ff. de aqua pluu. arcend.* Quod ſi prohibeatur extrahi triticum duntaxat, opinatur Accurſius *in l. triticum, ff. de verb. oblig.* comprehendi ſub appellatione tritici extractionem leguminum, de quo valdè dubito, cum triticum ſit optimum frumentum, ex quo panis confici ſolet; ideò cum extractio tritici ſit pœnalis, non debet extendi; vide Azeued. *lib. 6. tit. 18. l. 25. num. 3.*

40\. Pro concluſione, dic etiam ſummatim quando prohibetur in ſtatuto extractio frumenti, poſſe extrahi legumina, quia non veniunt appellatione frumenti. Si tamen prohibeantur extrahi bladum, non poſſe extrahi legumina, quia continentur ſub blado, ea omnia, quæ terra comeduntur, cum bladum frumento largius habeat ſignificatum, vt notat Ioan. de Firmo *de gabell. in 2. membr. octaua partis, §. ſecundo loco, verſ. decimo, n. 17.* poſt alios, gloſſ. & Bartol. *in l. 1. §. de eo, ff. de aqua arcend.* de quibus omnibus plenè egit Hieronymus Cardanus, *de ſanitate tuenda, lib. 2. a cap. 5. vſque ad 16.* & de differentiis, quas poſuit Galenus inter legumina & frumenta tractauit Hieron. Mercurialis, *lib. 2. variar. lectio. cap. 5. ad fin.*

41\. Quod ſi prohibeatur vrgenti inopia non ſolùm frumentum, carnes, & animalia extra oppida, ſed etiam vinum, & oleum extrahi, non comprehendetur ſub pœna ſtatuti, qui extraxerit acetum, vt notant *in l. ſi quis vinum, in principio, verſ. Item acetum, ff. de vino, tritico, & oleo legat.* Baldus *in l. 2. in fin. C. de pericul. & commod. rei vendit.* & Ioan. de Platea *in l. 1. C. de erogat. milit. annona, lib. 10.* quia appellatione vini non venit acetum. Io. de Firmo *ſupra, n. 21.* vbi *n. 22.* addit nec etiam venire appellatione vini aquaticum vinum; quod fit ex aqua coniecta ſuper vuis iam expreſſis, quod non videtur vndequaque verum, præſertim ſi hoc fiat ad fraudandum ſtatutum; ideò aut aqua multa abſorbet naturam vini, ac virtutem, aut vinum excedit quantitatem aquæ. Primo loco incurrit pœnā ſtatuti extrahēs vinum aquaticum pro ea parte vini, quæ ibi reperitur admiſta in vino aquatico, ſiue fuerit tertia pars vini, ſiue quarta; quod ſi aquaticū magis inclinat ad vinū, quàm ad aquam, & inſtar vini incaleſcit bibens illud, non pro rata, ſed in totum punietur exportans illud extra territorium, quamuis reperiatur intra confines territorij, dummodo conſtet, quod voluerit illud extrahere vltra fines ſui territorij. Camil. Borrel. *d. c. 14. n. 45. & 46. & n. 66. & 67.* quia attenditur ad veritatem; non verò ad id quod fingitur; & ideò de aquatico iudicatur ſecundùm id quod magis participat, per text. *in l. quæritur, ff. de ſtat. hom. & in l. legatum, §. ſi vinum, ff. de legat. 3.* Sequitur Afflict. *deciſ. 72. n. 2. & 10.* Azor *tom. 3. lib. 5. cap. 26. quaſt. 2. verſ. Quæres nunquid. ad fin.*

Similiter non comprehendetur, qui extraxerit oleas ad comedendum, & ad eas vendendum. Secus ſi extrahantur ad oleum faciendum; tunc enim ſicut oleum prohibetur extrahi, ſic etiam extractio olearum. Par enim eſt aliquid proprio nomine ſignificare, vel aliter demōſtrare, *l. ſi certum petatur.* Item paritas rationis inducit paritatem diſpoſitionis, *l. Titio, ff. de ſtipulat.* Filliucius *moral. quæſtio. tom. 1. tract. 15. cap. 5. n. 159.* Non tamen quando exportantur res prohibitæ, quæ confiſcantur, debent confiſcari boues, plauſtrum, & vaſa, cum quibus exportantur, quia hæc non veniunt appellatione rerum, quæ prohibentur extrahi. Ita Bald. *in l. 3. C. de nautic. fœnor.* Ioan. de Firm. *ſupra, p. vlt. de gabell. q. 22. n. 16. verſ. Sed contrarium verius eſt*; quia cùm agatur de odio, *cap. odia, de regul. iur. lib. 6.* ſtrictiùs agendum eſt; proinde confiſcato frumento, & oleo, non debent confiſcari quadrigæ, animalia, ſeu inſtrumenta, quibus extrahuntur res prohibitæ, cum non ſint partes earum; neque ſtatutum pœnale, & odioſum debet extendi. Baldus, & Salicet. *in d. l. 3. C. de nautic. fœnor.* Vnde infert idem Ioan. de Firmo nuper relatus *n. 17. verſ. Decimotertio quæro*, dicente ſtatuto, quòd extrahentes frumentum, vinum, aut oleum, deperdant animalia, aut nauigia, quibus hæc vehuntur, non publicari propterea ſcaphas, vel pullos. Idem ait ſi alicui legentur animalia, non venire agnos, niſi conſtet de conſuetudine contraria, quòd nomine ouium veniant etiam agni. Bartol. *in l. cum quid in 1. col. ff. ſi cert. petat.* 42.

Sed quid dicendum ſi decuriones ſtatuendo ne victualia extrahantur extra territorium, poſſint ne ligare forenſes? Reſponde ex vſu, & conſuetudine externos ligari. Alberic. *in 2. p. ſtatutorum, quaſt. 1. num. 13.* quem ſequitur Iul. Clar. *§. fin. quæſtion. 82. verbo ſtatutum ſeptimum, num. 2.* quia forenſes ratione delicti ſubditi ſunt, & poſſunt puniri, etiamſi non ſint de iuriſdictione ſua non ſolùm ſecundùm ius commune, ſed etiam ſecundùm ſtatutum. Quæ ſententia placuit Felino *in cap. à nobis, 1. num. 3. de ſentent. excommunicat. & in cap. vltim. num. 24. de foro competenti*, vbi teſtatur de communi; eamque vbique ſeruari tradit Alberic. *in 3. p. ſtatutorum, quaſt. 1.* Quod etiam voluit Gandin. *in tit. de pœn. reor. n. 16.* Nec diſcordat Maria *in cap. poſtulaſti, num. 16. de foro competent.* Quod intelligunt de pœnis ſæcularibus, quibus accedit Azor *tom. 1. inſtitut. moral. lib. 5. cap. 26. quaſt. 2. verſ. quæres nunquid.* Faciunt tradita à Menoch. *conſ. 74. per totum, vol. 1.* Bartol. tamen *in l. cunctos populos, num. 23. C. de ſumma Trinitat.* Idem tradit quando forenſes ſtatutum ciuitatis, ſeu loci tenent; ſecus ſi illud ignorant, dummodo ignorantia non ſit craſſa, aut ſupina. 43.

Quæ reſolutio Bartoli eſt æquior, & in iudicando admittenda, teſte Marſil. *in l. fin. n. 81. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Quod ſi ſtatutum prohibeat extrahi aliquid à ciuitate vel aliquid aliud importari, aut exportari, quod de iure communi ſit prohibitum, forenſes ſine dubio ſi delinquant, debent puniri. Idem Bartol. *ſuprà.*

Non tamen ſubiiciuntur pœnis ſtatuti exportantes per tranſitum, Iaſon *in l. cætera, §. ſed & ſi quis ad opus, num. 21. ff. de legat. 1.* Alberic. *2. p. ſtatutor. quæſt. 3.* Nec etiam qui exportant pro vſo ſuo. Bartol. *in d. §. ſed & ſi quis ad opus*; etiamſi poſtea mutato animo exportatum pro vſu ſuo illud vendant, non propterea incident in pœnam, vt notat Alber. *in 2. p. ſtatutor. q. 206.* Idem docet Filliucius de extrahentibus frumentum ad ſeminandum in agro ſuo, qui eſt in territorio mediato, dummodo meſſem referant in ſtatum immediatum, vel per ipſos non ſtet, quo minus id faciant, lege illum, *ſuprà; tract. 15. de cen. c. 6. n. 163. & ſequent.*, vbi addit extrahentes non ligari excommunicatione lata contra exportantes à ciuitate, ſeu oppido frumenta ſi pro ſuis vſibus, vel pro ſuſtentanda familia, & pro ſuis operariis alendis, vel vt ſerant in agris ſuis, illud extrahunt.

44. Quæres, an ſtatuta facta per decuriones, ſeu rectores ciuitatum debeāt publicari per præconem? Affirmat Bald. Cyn. & Paul. de Caſt. *in l. leges, C. de legibus, num. 2.* & Angel. *in §. ius ciuile inſtit. de iur. natural.* Auilez Prætorum *cap. 17. in verbo, las hora, n. 6. fol. mihi 175.* vbi ait hæc ſtatuta ligare à die ſcientiæ, vt *in l. fin. de decret. ab ordin. facien.* Allegantes verò ignorantiam quando ſtatuta præiudicant, tenentur probare illam coram iudice, qui iudicabit an ignorantia ſit legitima, vel non. Quod ſi ſtatuta ſint vtilia populo per publicationem effectum ſuum ſortientur. Angel. *in d. §. ius ciuil.* Non poterunt tamen decuriones condere ſtatuta generalia, ſed particularia ciuitatibus, & quoad commodum earum. Bartolus *in l. omnes populi, ff. de iuſtit. & iur.* & Bald. *ibi, num. 2.* Idem Bartol. *in l. fin. ff. de pœn.* Probatur, quia poſſunt decuriones facere propriam conſuetudinem, ſecundùm legem *venditor, §. conſtat, ff. communia prædio.* & ſecundùm legem *de quibus, ff. de legibus.* Ergo poſſunt facere ſtatuta, & ſtatutorum ordo, & tenor non debet prætermitti ſecundùm legem, *certa forma, C. de iur. fiſci, lib. 10.* & ſecundùm legem, *conſtitutionibus, ff. ad municipal.* dummodo non ſint ſtatuta contra leges regias. Quinimò poſſunt pœnas impoſitas tam hominibus, quàm animalibus ſaltus communes, ac priuatos damnificantibus augere, ſi non fuerint ſufficientes. Sic Petrus Antiboli, *in tract. de munerib. in 3 parte, §. 4. incipit, à modo, n. 197. & 199. verſ. quid ergo dicemus*, vbi dicit antiquis, & conſuetis bannis ſtandum eſſe, nec augeri poſſe ſine cauſa; ea verò intercedente, vel neceſſitate, vel vtilitate; bene poſſe augeri ſecundùm legem, *in rebus, ff. de conſtitution. pecunia.* & ſecundùm cap. *non debes, extra, de conſanguin. & affinit. & l. quod ſemel, ff. de decret. ab ordin. facien.* poſt Bald. *in l. & ſi ſeuerior, C. de his qui not. infam.* Conſonat textus *in l. 5. in fine, tit. 26. part. 2.* & *ibi* Gregor. Lopez *gloſſ. in verb. creſcer.*

45. Poſſunt etiam decuriones ſtatuere, vt animalia impunè paſcantur in locis incultis & in agris apertis, & non clauſis, poſtquam meſſes fuerint recollectæ, ac fructus. Ita Hoſtienſ. Ioan. Andr. & *in cap. dilecti de arbitr.* Franciſc. Marc. *deciſ. 423. num. 4. vol. 1.* vbi probat ſtatuto poſſe introduci, quòd paſcua in certa anni parte ſint prohibita, & *num. 6.* addit in terris cultis, & ſeminatis poſt recollectam meſſem poſſe paſcua fieri communia, & idem in pratis non clauſis fieri poſſe. Sequitur Boërius *in conſuet. Biturig. tit. de conſuetud. præd. §. 7. in verbo, Es beux incultinez*; quibus accedit Io. Beſſian. *in conſuetudine Aluernia, cap. 4. in fine.* Extra verò hos caſus, ac tempus patientes damnum poſſunt agere, *l. Aquilia, & de paſtu pecorum.* Bart. *in l. hoc amplius, §. de his, in fine, ff. de damn. infecto.* Ioan. Baptiſt. Plot. *in l. ſi quando, n. 874. C. vnde vi*, & Panorm. *in cap. ſi læſerit. de iniur.* Certúmque eſt dominos animalium, quæ damna dederunt in poſſeſſionibus, & in fructibus, teneri ad reſarciendum damnum datum, per *l. 1. ff. ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.*

Quæſtionis tamen eſt quomodo debeat fieri taxatio, aut æſtimatio damni dati ab animalibus conſiderato nempe tempore quo fuit damnum illatum, an tempore recollectionis? Speculator *in tit. de actorib. 4. 1. verſ. Sed pone*, ait taxationem fieri per iudicem deputatis æſtimatoribus, & expertis viris, qui æſtimabunt damnum: ſed non declarat hoc loco an ſit damnum æſtimandum tēpore, quo ſata ſunt in herba, an tempore quo metuntur, ſed *in tit. de iniur. § ſequitur, verſ. ſed quomodo æſtimabis damnū*, credit damnū datū eſſe æſtimādum tēpore recollectionis, vt cognoſcatur quantū colligatur ex ſimili quantitate depaſta, aut quantum frumenti collectum fuit ex eo agro in anno proximè elapſo, deductis tamen expenſis in recollectione faciendis. Ludouicus Roman. *in conſ. 278.* Buèt. *in deciſ. 324. ſub num. 5.* Dicendum tamen eſt damnum illatum eſſe reſarciendum habita ratione temporis in quo factum fuit, nempe quando frumentum erat in herba, nec eſt habenda ratio futuri temporis propter dubium ſpei euentum. Ita Cynus *in l. fin. C. ad leg. falcid.* & Florian. de ſancto Petro *in l. ex hac, ff. ſi quad. pau. feciſſe*, argumenti *l. ait lex, in princip. & l. inde Neratius, §. ſi infans*, & in vtroque loco Florian. idem, *ff. ad leg. Aquil.* Sequitur Alberic. de Roſate *in 2. p. ſtatutorum, quæſt. 78.* & Chaſſanæus *in conſuetudine Burgund. rubr. 1. §. 6. in verbo, En meſuſage, n. 5. verſ. redeundo ad propoſitum.* Iacobus de Aren. *in l. certe, ſi ſuborum furtim cæſarum*, & Angel. Aretins in inſtituta, *ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur*, vbi omnes concludunt eſſe reſtituendum pro damno quantum tempore damni dati vendi potuiſſet illud frumentum, quibus accedit Afflict. *in conſtitutionibus Regni Siciliæ, quæ incipit, perueniit. in 7. notabil. n. 9.* & Aymon Crauet. *in conſ. 40. num. 10.*

Poſſunt etiam decuriones ſtatuere, ne ſues per plateas vagentur propoſitis pœnis. Sunt enim animalia immunda, & omnia roſtro ſubtus excauant, ceſpites excitant; ideò poſſunt compellere dominos, vt eos vel domi includant, vel eos in agro alant, & repertos in publico quicumque miniſter iuſtitiæ eos impunè ſibi aſſumat. Bobadill. *in ſua politica, lib. 3. cap. 6. n. 15.* Sicque deciſum, ac ſtatutum fuit in ciuitate Portugalenſi. 47.

Quid dicendum de ſtatutis, quæ in aliquibus oppidis præſertim Caſtellæ, in quibus prohibetur, ne in ea oppida vinum forenſe inferatur. Dicitur autem forenſe vinum quod naſcitur extra fines termini. Couarruuias *in cap. poſſeſſor. de regul. iur. lib. 6. part. 2. §. 4. numero 7.* opinatur non eſſe valida quoad Eccleſias, vel Eccleſiaſticas perſonas illarum ciuitatum. Sequitur Grammat. *deciſ. 100. quia præiudicant libertati* 48

Eccleſiaſticæ

[illegible] qua [illegible] comprehend [illegible] *de reme. ad* [illegible] 22 C [illegible] Q [illegible] A [illegible] *ſus* [illegible], & *ibi* [illegible] ſecu [illegible] doctorem E [illegible] *iuramen* [illegible] *num. 3.* P [illegible] *de* [illegible] *&* *hone* [illegible] caueatur [illegible] quoa [illegible] victual [illegible] in puncto [illegible] illorum [illegible] ſtatu [illegible] tioni con- [illegible] vineas, [illegible] Quamuis [illegible] tur vin [illegible] hominibus.

Vi [illegible] eſt [illegible] velle q [illegible] te ad v [illegible] ſua, q [illegible] alieno [illegible] vina [illegible] confluere [illegible] na [illegible] oppida confluere [illegible] habentibus, & [illegible] viliore pretio vinum [illegible] tionibus [illegible] rus [illegible] *ti ſuitate p.4.* [illegible] *conſ.* [illegible] Baldus *C. de ſacroſ. Eccleſ.* [illegible] Decius *in cap. Ec le- ſie ſanctæ Mariæ. de conſti., num 27., verſ.* [illegible] *conclu,* [illegible] *conſ.* [illegible] *.174. col. 3. in principio, num. 1.* [illegible] iis ſtatuto- [illegible] fauorabili, [illegible] caſ, etiamſi [illegible] omnib [illegible] quod ſati eſſet valeant, [illegible] in ſimili no- [illegible] Grotu [illegible] *in l. filiusfamilias, §. diui, ff. de legat. 1.* [illegible] Lazes *num. 424* & Cardinal. [illegible] 144. N [illegible] appellatione [illegible] vina compoſita, puta, cerbi [illegible] tum [illegible] ticum, & ſimilia [illegible] ſtatuto ne [illegible] num forenſe inſe- ratur [illegible] aut ne vinum extra oppidorum fines [illegible] intelliguntur vina artificio- ſa [illegible] *num. 8.* Camill. Bor- rell. *lib. 3. de* [illegible] *ad fin.*

49. Quid [illegible] ſeu oppido- rum? Reſpon [illegible] *§ 11. in verbo* [illegible] ſpectare ad [illegible] ones cu- ram illorum [illegible] ut [illegible] ſcribantur [illegible] illorum. Idem [illegible] lex Hiſpaniæ [illegible] *lib. 7. nouæ recop.* quævis [illegible] poſſidens termino [illegible] intra illos cenſetur de iure habere fundatam [illegible] quoad dominium, & quoad poſ- ſionem. [illegible] Auendaño *cap. 12.* [illegible] *Re*[illegible] *Reipubl.*

*M* [illegible] *nd.* [illegible] *8.* [illegible] per quam [illegible] ac [illegible] quæ [illegible] *h* [illegible] *l* [illegible] *amento* [illegible]

Poſt [illegible] 50.

ci [illegible] *29. part. 2.* [illegible] *al* [illegible] lex [illegible] de [illegible] is [illegible] eſt [illegible]

At [illegible] 51.

[illegible] *cap. 13. Prætorum, n. 5.* [illegible] probat [illegible] hatur [illegible] veterum [illegible] hæc omnia de quibus [illegible] *7. t. t. 29. p. 3.* [illegible] quod in [illegible] ſeruitus pe [illegible] vt [illegible] Alexa [illegible] *commod.* [illegible] N [illegible] pot [illegible] immem [illegible] quod illa bona non ſunt pu- blica bona, ne [illegible] te do [illegible] A [illegible] *de exe* [illegible] *uend. m.* [illegible] *cap. 12. n. 6.* vbi [illegible] poſſeſſæ per c [illegible] ſem [illegible] acquiri non [illegible] *zerbides*, vulgo *baldios*, ſed etiam [illegible] vulgo appellatur *plaça*, o [illegible] *deeza*, latine platea, [illegible] exitus aut deſ [illegible] A [illegible] hæc [illegible] cenſentur, non vero publica, ſi [illegible] immemoriali conſuetudine. Ma- gis [illegible] huiuſmodi plateas, exitus aut deſ [illegible] publicas non præſcribi quoad dominium, [illegible] proprietate per tempus immemoriale, & quod

hoc fatetur [illegible] dam esse legem [illegible] poſſe præſcribi [illegible] paſſulandi [illegible] tit. 15. lib. 1. num. 4. [illegible] num 23. [illegible] modum [illegible] ſp [illegible]

## §. II.

### *Quid poſſint Decuriones circa res vendendas præſertim tempore penuriæ?*

EPITOME.

52 *De[illegible] poſſunt taxare numerum miniſtrorum, qui [illegible] & [illegible] onere.*

53 *D[illegible] ut [illegible] ſe tot [illegible] aſportari faciant, ad [illegible] publicum.*

54 *Frumentum quod [illegible] habet pro [illegible] ſu non [illegible] ad [illegible]*

55 *Decurionibus [illegible] proſpicere [illegible] corrupt[illegible] tur.*

56 *Taxa [illegible] eſt [illegible] da, neque obligat in foro conſcientiæ.*

57 *Pretium a lege taxatum dicitur iuſtum, quando eſt rationabile.*

58 *Pretium augeri, vel minui licet, ac[illegible] nte, vel re[illegible] rerum abundantia.*

59 *Non tamen variari debet ob [illegible] um exceſſum, a[illegible] m.*

60 *Tr[illegible] um [illegible] tum t[illegible] anſgredi [illegible] eſt mortal[illegible].*

61 *P[illegible] um [illegible] & nat[illegible]*

62 *Frumentum, vinum, [illegible] oleum [illegible] iure L[illegible] tare non taxantur [illegible]*

63 *Pane cocto taxato, & ca[illegible] taxat[illegible] ſunt frumentum, & cor[illegible] m; & fr[illegible] taxato farina cen[illegible] ur taxata.*

64 *Pretium ta[illegible] um quando p[illegible]*

65 *Res conſiſtentes in pon[illegible] me[illegible] di, quòd [illegible] endantur ad pon[illegible] ram, & qui[illegible] ſu[illegible] um.*

66. & 67 *Menſura [illegible] ſunt a[illegible] ria, & iuſta & no[illegible] randum, aut [illegible] n.*

68 *Menſura [illegible] uendum [illegible] tur fieri [illegible] olutio.*

69 *Quæ me[illegible] bona immobi[illegible] pretio [illegible] geribus.*

70 *Menſura loci in quo contractus [illegible] tus, metienda ſunt bona [illegible] exprimatur, vel [illegible] conſuet[illegible]*

71 *Contrahentes ſi non [illegible] eiuſdem l[illegible] [illegible] quam menſura [illegible]*

72 *Menſuras, ſeu pondera [illegible] ſal[illegible] ficantes, quæ pœna puniuntur tam [illegible] communi, quam de iure noſtro.*

73 *Clerici ſi [illegible] endant [illegible] fa[illegible] menſura [illegible] debent per iudices [illegible]*

[illegible]

D[illegible]

[illegible] Bald. [illegible] num 48 [illegible] xa [illegible] num 7 [illegible] N[illegible] vere Reſ[illegible] ſint, debe[illegible] pænec [illegible] imo [illegible] Angel. [illegible] extra [illegible] [illegible]

[illegible]

ne [illegible] de [illegible] p. [illegible] nu- [illegible] 88.

[illegible] ad duo [illegible] po [illegible] v [illegible] etia [illegible] vbi d [illegible] variatio [illegible] varia [illegible] quod [illegible] §. [illegible] ſf. [illegible] in [illegible]

[illegible] rectè [illegible] in [illegible] præcitato [illegible] o dinamen [illegible] 12 [illegible] refert, [illegible] 34. [illegible] q [illegible] taxatum eſt, [illegible] den- [illegible] p. [illegible] de [illegible] ibi vocat [illegible] quod [illegible] quod [illegible] vi ius [illegible] taxa- 60.

[illegible] de [illegible] 61.

[illegible] ſed qui æq [illegible] ne [illegible]

[illegible] §. 34. 62.

[illegible] ibi. P [illegible] taxetur. Quod [illegible] non [illegible] ſed [illegible] hæc [illegible] taxatio [illegible] non [illegible] do [illegible] tur [illegible] ſt, pag [illegible] 5 Ibi [illegible] vers. quarto quæro, [illegible] frumen [illegible] per ſe [illegible] non taxatis, tunc frumen [illegible] nda, puta, [illegible] taxetur [illegible] triticum, & ſi taxentur [illegible] ex quo fiunt, iniuſta eſt [illegible] dixit Molin. Cætera verò, qu [illegible] re tax [illegible] ſi per accidens, non [illegible] proinde [illegible] ceſſariò debent taxari, taxato tamen frumento pro eodem 63.

[illegible] 85 R[illegible] [illegible] tus [illegible] quod probant M[illegible] qu [illegible] Exageſi Regim. Chriſt. Reipubl.

[illegible] enſetu [illegible] taxata, [illegible] itaque [illegible] & eam ad [illegible] *l. gemiſſ. de [illegible] ibi l. fraude* [illegible] *fecit* [illegible] Mol[illegible] p. 364. [illegible] *pag.* 66.

64. Pet[illegible] liqu[illegible] non exige[illegible] pondeb[illegible] uum eſſe ex[illegible] quan[illegible] preti[illegible] taxat[illegible] dere in pretio qui[illegible] eius totum æqu[illegible] dere vltra taxam [illegible] ſi maxime poſſu[illegible] deficit in bonitate [illegible] 92. qua[illegible] puta, qui [illegible]

65. Nauar[illegible] [illegible] Philippum [illegible] [illegible] Deuterono[illegible] [illegible] Mat[illegible]

66. Sed quid [illegible] & [illegible] aliquo R[illegible] ſum [illegible] vendentes [illegible] ex Caſtellæ [illegible] ſan[illegible] nes vtrentur, & ibi Azor [illegible] volu[illegible] iam men[illegible] da [illegible] [illegible] *Deuteronom. ibi: Non habebis in ſac-*

[illegible]

[illegible]

... quan- ... fundus ... ditus eſt ... [illegible]

72. [illegible]

73. [illegible]

74. [illegible] ... eſſe pecca- ... [illegible]

75. [illegible] ... Colligitur ... lib. 5 ... 6. ... num. 285. Dixi ſecundum pretium iuſtum,

 quia

[illegible] foro [illegible] ſententia [illegible] ſub [illegible] & [illegible] S. R [illegible] *num.* 184 [illegible]

76. [illegible]

77. [illegible] cap. 4. n. 82. [illegible] ſequitur, [illegible] diſp. 364. [illegible] ſed [illegible]

78. Cæt[illegible] & [illegible] ment [illegible] vacat, [illegible] datis non [illegible] om nuo [illegible] latitudinem [illegible] turque [illegible] cont[illegible] G[illegible] & M[illegible] dium [illegible] in foro conſcien[illegible] D. [illegible] S [illegible] Sotus, & M[illegible] *lib.* 3 *de* [illegible] *c.* 2. *n.* [illegible] *notab.* [illegible] & [illegible] & iuri[illegible] D. [illegible] *Theſſal. c.* 4 di[illegible]: Ne quis ſupergrediatur, neq;

[illegible]

Nihilo[illegible]

[illegible]

§. III.

*D[illegible] axa a me tato [illegible] poteſt [illegible] exercitium [illegible]*

S U M M A R I U M.

[illegible]

84 [illegible]

[illegible]

92 *Le[illegible] noſtra p[illegible] en[illegible] emere frumentum, [illegible] cuinque ad revendendum quid comp[illegible] [illegible]*

[illegible]

4 *Emptio [illegible] ad revendendum [illegible] pane [illegible] ad revend[illegible].*

5 *Inqui[illegible] debent iudices [illegible] anno [illegible] non ſer[illegible] [illegible].*

6 *Iudices [illegible] entibus, non ver[illegible] [illegible] udentibus [illegible] frumentum ad revendendum de[illegible] inqui[illegible].*

[illegible] *Monopola non poſſunt ſtatuere contra ius publicum totius civita[illegible].*

98 *Mono[illegible]olium quid, [illegible] de dictum, & quomodo ſit.*

*Et qua pœna exercentes illud puniantur. ibid.*

99 *Merces ſupprimens [illegible] earum pretium, peccat contra iu[illegible] [illegible].*

*Emens omn[illegible] merces, ut poſtea pro arbitratu eas vendat pretio [illegible] no[illegible] peccat contra iu[illegible], ſed ad ſummum contra charitatem.*

101 *[illegible]udices negligentes in procedendo contra monopolas graviter puniri debe[illegible].*

[illegible] *Monopolium de ſe illicitum [illegible] ſtatuto, ac conſuetudine accedente.*

[illegible] *Privilegium Principis non trahitur ad illicitas monopola conventiones.*

[illegible] *Princeps ſupremus poteſt concedere alicui [illegible] [illegible] ſit monop[illegible].*

[illegible] *cum nec* [illegible] *mento* [illegible]

1-5 *D*[illegible] *bus, e mina* [illegible] *dant vinum* [illegible]

106 *Conducto* [illegible] *rum ragatium ex priu*[illegible]

107 *D*[illegible] *possunt* [illegible] *ma* [illegible] *commu*[illegible]

[illegible] *Eccl*[illegible] *ant* [illegible] *mono*[illegible]

[illegible] *in ea* [illegible] *tero eo tempore, cruitr,* [illegible] *pa*[illegible]*tur, ne* [illegible] *indigentious vendat.*

80 MERCATO[illegible], qui [illegible] plur[illegible] [illegible] cam[illegible] ven[illegible] [illegible] v. [illegible] an[illegible] pericul[illegible] lum, q[illegible] reipublicæ val[illegible] e nece[illegible]. Ab[illegible] ren[illegible] ures au[illegible] cat[illegible] endacia, periur[illegible] & fraudes ex lu[illegible] tes. Quæ omnia huic ne[illegible] ex pecul[illegible] ingeni[illegible], & ingenio, & ex [illegible] me[illegible] abel[illegible] in d[illegible] mag[illegible] gis [illegible] adeo, vt im[illegible] ab [illegible] inodi mendaci[illegible], & periu[illegible] nere, qui huic negotiationi se exponunt, vt [illegible] S[illegible] *lib.* [illegible] *quæst. 2. art. 2. conclus.*, Neque est dub[illegible] horum animus mult[illegible] esse per[illegible] lis obnoxium, [illegible] D. Thom 2. 2. *quæst.* [illegible] *art. 4.* tradit Medin. *C. de rebus rest. quæst.* 1. & Lu[illegible] *ubr. C*[illegible] *o. atio. ne m*[illegible]

81. R[illegible] tamen sine mercatoribus [illegible] m viuere non potest, [illegible] oppida omnia n[illegible] bus affluant rebus, qu[illegible]bus indigent, sed pro varietate regionum h[illegible] terræ tractus abundat [illegible] ctuum copia, quorum alius nihil habet. M[illegible] ibus ergo opus est, vt merces ex vno ad a[illegible] locum tran[illegible]ferantur. Ob quam causam Pla[illegible] *lib. 3.* [illegible] *operis dia*[illegible] *de republ.* [illegible] *iusto, col. 10.* mercatores [illegible] Sotus merc[illegible] lit *d. q.* [illegible] 2. [illegible] 3. Sequitu[illegible] Bal[illegible] *rubric. ex* [illegible] *cleric. peregri.*, dicens mer[illegible] tam [illegible] opulis [illegible] viros cel[illegible] exer[illegible] Ti[illegible]quellus *de nobilitat.* [illegible] Ne[illegible] possi[illegible] mercatoribus viuer[illegible] di[illegible] *nde*[illegible], referens [illegible] ti[illegible] *in* [illegible] *7. de nu*[illegible], *& mercat.* [illegible] *art. 5.* & ibi Gregor. Lopez *in verb.* *m. u ricos*, [illegible] Ma[illegible] *lib. 5. ti*[illegible] *l.* [illegible] *1. num. 4.* [illegible] Azeu[illegible] *in princ.* [illegible] *num. etiam 3.* Neque ex eo mercaturæ [illegible] præ[illegible], quod in ea exercenda delin[illegible] merc[illegible]tores [illegible] peri[illegible]ria, & frau[illegible] ii ipsi ea rectè vti velint, vt ste Augustino *in psalmo 70* [illegible] *in c.* [illegible] *fornicari, 88. dist.* & Alex[illegible] de A[illegible] *umma, quæst. 50. membro* [illegible] & Scoto *in 4. sentent. dist. 15. quæst. 2.* & ibi G[illegible] *in quæst. 10. art.* [illegible] Iuuat Christi Domini [illegible] Matthæi [illegible] *num cal*[illegible] *hominis* [illegible] E[illegible] q[illegible] stat non esse [illegible] mercaturæ art[illegible] sed illam ex[illegible] [illegible] summè commendandum, n[illegible] [illegible] bus, & mendaciis long[illegible] dan[illegible] ad opes comparan[illegible] [illegible] ad honores ascendere [illegible] cuius rei [illegible] nus Romanorum Imperato[illegible] des est habenda Sueton[illegible], qui ante imperium ad

[illegible] Q[illegible] & [illegible] semper me[illegible] A[illegible] *l. hum. in C.* [illegible] & [illegible] [illegible]

[illegible] Fran[illegible] [illegible] ous [illegible]

lege taxato venduntur, cùm inter vtraſque merces etiam eiuſdem generis ſit maximum diſcrimen in bonitate, & non ſint eiuſdem valoris, atque ita venditores puniri debent pœna arbitraria tanquam committentes fraudem de re ad rem. Baldus *in l. non dubium, num.* 10. *C. de legib.* Anton. Gomez *tom.* 3. *variar. cap.* 7. *verſ. ſecundus caſus,* Auendan. *cap.* 19. *Pretorum. num.* 18. *illatio.* 7. 9. & 10. *lib.* 1. & Azeued. *lib.* 5 *tit.* 14. *l.* 1. *num.* 13. & tenentur reſtituere exceſſum.

85. His adde, ſi tempore taxæ merces in communi foro pretio taxato venderentur, & extra forum propter abundantiam mercium ſuperuenientium, vel ob aliam cauſam minoris quàm pretio taxæ venduntur merces æquè bonæ; illicitum eſſe vendere præſenti pecunia eaſdem pretio taxæ; quin etiam pro eo pretio taxæ vendere res credito ipſas, ſaperet vſuram, niſi pretium intra fines iuſti pretij naturalis, ac communis concluderetur. Ex eo fundamento, quia taxa fuit impoſita in fauorem potiùs emptorum, quàm venditorum: quare ſi in principio quando taxa fuit inſtituta, res venderentur minore pretio, non maius à poteſtate taxaretur, & ideo non debet currere pretium taxatum deinceps cum ſit contra mentem taxatorum. Sic Cordubenſ. *in ſumma de caſib. conſcientia, quæſt.* 84. Garcia *de contract. lib. lib.* 1. *cap.* 9. *pag.* 244. Medin. *in inſtructione ſua, fol.* 14. quos referens ſequitur Ludou. Lopez *tract. de contract. lib.* 1. *cap.* 15. *verſ. porro iam hîc obuiam*, quibus aliquantulum ſubdubius accedit Mercatus *lib.* 1. *cap.* 7. *fol.* 21. Sed abſque vllo dubio præcitatos ſequitur P. Rebellus *dict. lib.* 9. *de contract. emption. quæſt.* 2. *ſect.* 3. *num* 12.

86. Sed quid dicendum de mercatoribus triticum purgatum, & purum habentibus, extractis iam paleis, & lapillis electis, glebuliſque ab eo eductis, iterum hæc omnia tritico immiſcentibus ſine quibus aliorum mercatorum triticum non ſolet inueniri, neque vendi; nunquid poterunt illud pretio taxato diſtrahere? Medina *vbi ſuprà,* affirmat, ex ea ratione, quia cæteris venditoribus licet vendere triticum cum glebulis terræ, & cum paleis, cum quibus ordinariè ex area, & meſſe ſolet colligi, nec in hoc miſcetur fraus. Ergo fas erit habentibus triticum iam repurgatum illud immiſtum de nouo glebulis, ac paleis diuendere. Sed ratione Medinæ bene penſata oppoſitum ipſe opinatur, traditque vti fraudi venditores tritico iam repurgato palea, & glebulas immiſcentes, damnatque contractum, vt inualidum, illiſque onus reſtituendi damnum emptoribus ſecutum imponit, neque eos releuat ab hac reſtituendi ſarcina, quod alij cum glebulis, & paleis licitè vendant triticum ſicut ex area, & meſſe ſolitum eſt colligi. Quæ ſententia non eſt improbabilis, cum priores ſimpliciter vendant triticum, vt collectum eſt ex area, & meſſe, ac poſteriores ex induſtria iam purgatum, ac conſultò immiſtum glebulis, ac paleis diſtrahunt.

Probabilius tamen eſt poſſe licitè mercatores pretio taxato vendere triticum quod habebant repurgatum, ac cribratum, ſicut ſolet committi molendino, quamuis de induſtria admiſceantur glebulæ eidem, ac paleæ, quibus à principio mixtum erat, dummodo mixtura non efficiat triticum deterius, quàm aliud triticum, quod agricolæ, vel alij venditores communiter non repurgatum vendere conſueſcunt. Fundamentum eſt, quia aliis de facto licet vendere triticum immixtum glebulis, ac paleis, vt colligitur ex area communiter pretio taxæ; ergo & mercatoribus licebit cum mixtura eadem vendere. Confirmatur, quia ſi ipſi mercatores habeant triticum repurgatum, & alterum adhuc mixtura ordinaria immixtum, & impurum, non peccat vendendo immixtum pretio taxæ; ergo nec purgatum admiſcendo illi paleas, & glebulas, quas ex tritico iam ſubtraxerunt. Quæ reſolutio placet Ludouico Lopio, 1. *tom. inſtruct. parte* 2. *cap.* 42. & *de contract. lib. lib.* 2. *cap.* 19. *verſ. at profectò.*

87. Petes quænam ſint peccata mercatorum? Reſpondet Vega eſſe propemodum infinita *lib.* 6. *Sylua, caſu* 308. ideo eſſe interrogandos à confeſſariis de cambiis iniuſtis, de variis modis vſuræ palliatæ, item ſi minoris emunt ob anticipatam ſolutionem, vel ſi plus vendunt propter dilationem ſolutionis, vel ſi prædia emunt, cum pacto de retro vendendo minoris medietate iuſti pretij. Item ſi mutuant inde lucrum ſperantes, quod eſt vſura, vel arma deferunt ad infideles, quia contra deferentes eſt excommunicatio; item ſi fraudant gabellas iuſtas, vel dubias, aut ſcienter falſam pecuniam, vel diminutam pro veris ac integris ſoluunt, vel permutant, vel circuncidunt, aut aquis attenuant acribus, quia illud plus, quod corradunt, aut attenuant, tenentur reſtituere. Nauarrus *cap.* 27. *num.* 168. Capua *deciſio. lib.* 2. *c.* 35. *num.* 26. & 28. & *lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 2. & 3. Peccant etiam mercatores ſi diebus feſtis negotientur niſi ad modicum tempus, vel ex cauſa. Item ſi emunt res furtiuas, vel mediatores ſunt contractuum iniuſtorum, aut ſi vtuntur periuriis, & mendaciis. Item ſi vtuntur dolo in menſuris, vel in pondere, quia eſt mortale Capua *d. cap.* 13 *num.* 3. Rebell. 1. *part. de obligationib. iuſtit. lib.* 3. *quæſt.* 5. *ſect.* 5. *num.* 44. *verſ. quarta concluſio,* vbi non excuſant a mortali minutim merces, aut vinum mixtum aqua diuerſis, falſa vel menſura vendentes, aut furantes ex multis dominis animo diteſcendi quantitatem non notabilem cum onere reſtituendi. Quam etiam culpam, & onus reſtituendi contrahunt negotiatores propter lucrum habentes animum lucrandi per fas & nefas, ſi plus iuſto pretio vendunt; item ſi ſcienter à ruſticis ſeu ignorantibus pretia rerum minus iuſto pretio emunt, & tenentur ad reſtitutionem. Eodem modo ſi vtuntur periuriis, vt merces ſuas vendant, aut eas humectant, vt fiant ponderoſiores & aliorum merces extenuant & infamant, faciuntque, vt ſuas vendant, & alienigenæ negligantur. Capua *d. cap.* 13. Vega *d. caſu* 308. poſt Medinam, quem ſequitur in inſtitutione Confeſſariorum, *lib.* 1. *cap.* 16. §. 9. De pœnis verò contra vtentes falſis & iniuſtis ponderibus, aut menſuris loquitur lex noſtra *lib.* 5. *tit.* 58. vbi pœna capitalis imponitur ſi falſitas attingat marchum argenteum; quod ſi non attingat, pœna exilij perpetui ad Braſilicam regionem. De pœna verò contra humectantes frumentum, aut proiicientes terram in illud vt vendatur; loquitur eadem lex *ibi. titul.* 59.

Peccant etiam mercatores ſecundùm aliquos contra charitatem ſi inter ſe conueniunt de non vendendis mercibus niſi pretio naturali rigoroſo, ſed melius peccare contra iuſtitiam cum onere reſtituendi alij volunt, cùm vnicuique ſit liberum emere intra latitudinem iuſti pretij, & per tale pactum fit iniuria emptoribus reſtringendo pretium ad ſupremum, & ſi vltra peccarum tenentur 88.

tenentur ad arbitrium prudentis confeſſarij reſarcire damnum emptoribus. Lopez *de contract. lib. lib. 1. cap. 42. verſ. ad ſecundam autem partem, & verſ. praeterea*; & alij, quos ſequitur Rebellus 2. *part. lib 9. quæſt. 7. num. 6.* addens ex dicto Ludouico, & ex Garcia *lib. 1. de contractib. cap. 13. pag.* 378. fas eſſe emptoribus ſimiliter inter ſe conuenire de non emendis mercibus, niſi pretio viliore, iuſto tamen, vt mercatores ad æqualitatem deſcendant, dummodo vbi primùm mercatores deſcenderint, emptores a ſuo etiam pacto deſiſtant.

89. Si autem mercatores in vendendis mercibus vtantur mendaciis non iuratis ea intentione vt emptores aſcendant ad iuſtum pretium, peccare eos mortaliter opinatur Hoſtienſis teſte Capua *deciſio. lib. 2. cap. 119. num.* 10. dummodo aſſiduè fiat, quod non puto verum niſi vtantur periuriis, vel mendaciis pernicioſis animo decipiendi emptores in pretio notabili, vel etiam in modico, cum animo tamen decipiendi in magno; ſic Syluester *in verbo, negotium, verſ. tertiò quæritur, num.* 3. Nam veniale de ſe quantumcumque multiplicetur, & alterum alteri adiiciatur, non fit mortale, vt eſt communis Theologorum, & notant ſcribentes *in cap. ſacris, de his, quæ vi.* Neque eſt ſimile exemplum de ebrietate, quæ de ſe eſt mortale, ſi admittatur abſque vlla cauſa, & neceſſitate.

Attamen, vt aduertitur *in 88. diſtinct. cap. quoniam non cognoui literaturam*, hoc eſt mercaturam, *introibo in potentias Domini*, nullo caſu fas eſt mercatoribus vti mendaciis, & propter eorum frequentiam monet Chryſoſt. *in d. cap. eyciens, diſtinct.* 88. mercatores rarò, aut nunquam poſſe Deo placere. Sequitur Laurent. de Rodolph. *in*
90. *tract. de vſur. quæſt. 43. Quæro, num.* 10. dicens artem mercaturæ ſaluti animarum eſſe maximè periculoſam, cum ex cupiditate ſeu auaritia exercetur. Ob quam cauſam addit Capua *vbi ſupra, d. cap. 119. num.* 8. ementes res integras, vt eas immutatas vendant propter lucrum, vt deſeruiant auaritiæ, & cupiditati, quæ terminum neſcit, peccare mortaliter, quia eſt turpe lucrum. Quod procedit quando intentio finalis requieſcit in lucro, ſicut in fine vltimo, & mercatores ita dediti ſunt negotiationi, vt facilè ſe vitiis addicant, vt lucrum nanciſcantur. Syluest. *in verbo, negotium, num. 3. ad fin.* Laurent. Rodulphus *ſupra, d. num. 10. ad fin.* Capua *dict. num.* 8. vbi volunt honeſto fine emere, & vendere ad ſuſtentandam vitam, familiam, ac ſui ſtatus conditionem, vel ob publicam vtilitatem non eſſe peccatum, dummodo non intendant earum rerum penuriam, ſed moderatum lucrum, quaſi ſtipendium ſui laboris, non quaſi finem vltimum, conſequi velint. Quod integrum eſt clericis etiam propter neceſſitatem ſuam, vel ſuorum, & per interpoſitam perſonam occultè etiamſi ſint in ſacris, aut beneficiarij, per textum *in clement. 1. in fine, de vita, & honeſt. clericor.* Gloſſa *in cap. peruenit, diſtinct.* 86. Nauarrus *cap. 25. num. 110. verſ.* 34. & multo fortius licet clericis vti artificio emendo aliquam materiam, & reducendo illam per artificium ad aliquam formam; ſic ſcribentes *in cap. fin. de vita, & honeſt. clericor. & diſtinct. 5. cap, nunquam.*

Contra mercatores merces adulterantes loquitur lex Luſitana *dict. lib. 5. tit.* 57. quibus imponit pœnam capitalem ſi falſitas perueniat ad marchum argenteum; executio tamen pœnæ non fiet Rege inſcio; quod ſi non perueniat ad eam ſummam, pœna exilij perpetui ad Braſilicam regionem punietur delinquens. Caldas Pereira *quæſtio. forenſium in commem. ad legem vni. C. ex delictis defuncti, part. 2. num.* 36. & Azeued. *l. 8. titul. 18. lib. 7. nouæ recopil.* & Matienz. *l. 1. gloſſ. 9. num. 3. cum ſequenti, tit. 14 lib.* 5. idem Azeued. *in gloſſ. fin. l. 6. tit. 12. lib.* 5. vbi agunt de pœnis contra falſantes ceram, & contra immiſcentes ceram optimam cum ſebo, quibus accedit Menochius *de arbitr. lib 2. caſu 382 & 383. per tot.* vbi etiam loquitur de aromatariis vendentibus corrupta aromata, & de impoſtoribus, qui torquibus adulterinis viatores decipiunt, qui omnes iudicis arbitrio conſiderata falſitate puniri debent; quin imò in foro conſcientiæ tenentur hi venditores, ſeu corruptores mercium damnum emptoribus rependere, vt notat D. Thom. 2. 2. *quæſt. 77. art.* 3. & Sotus *lib. 6. de iuſtit. quæſt.... art.* 2. vbi de his latè. Item contra vendentes frumentum, vt reuendatur in eodem loco vbi fuit emptum, aut vt exportetur foras (niſi vt deferatur Olyſiponem, aut ad regnum Algarbienſe aut ad Inſulam, vulgo, *da Madeira*, aut ad Africana oppida ditionis Luſitaniæ) loquitur lex noſtra *d. lib. 5. titul.* 76. ſub pœnis ibi contentis, *& tit. ſequenti*, contra ementes vinum, aut oleum, vt in eodem loco vbi fuit emptum, reuendatur, niſi de licentia decurionum, qui eam concedent, vt minutatim populo diuendatur. Similiter ſtabulatij, & caupones obtenta prius facultate ab eiſdem decurionibus poterunt emere vinum, & oleum, vt reuendatur; quod ſi aliter emant, vt reuendant, carceri ementes mancipentur, & pœna dupli rerum, quas emerunt puniantur dimidiùmque accuſatori, & alterum cameræ Regiæ addicetur. Sic lex noſtra *d. tit. 76. & ... in princip.*

Aduertendum tamen eſt legem regiam *dict. tit.* 76. prohibentem ne ematur frumentum ad reuendendum, non habere locum in conducentibus modios, aut menſuras certas. Hi enim poſſunt illas reuendere, vt deciſum fuit à Senatu Portugalenſi anno Domini 1584. 27. die Nouembr. 91.
Quod areſtum habetur *in lib. 3. Sphæra, fol.* 210. lex autem prohibens ne reuendatur frumentum, extenditur contra recipientes frumentum in ſolutum, & illud poſtea reuendentes, ſecuta reali venditione; ſic Ignatius de Villar *in ſylua reſponſor. lib. 1. reſponſo* 11. vbi *eod. lib. 1. reſponſ. 5. part. 1. à num.* 27. vult id non habere locum, nec pœnam noſtræ legis comprehendere ementes ad victum ſuum, quamuis ex aliquo caſu poſtea vendant; quod etiam ante docuit Bartol. *in l. cætera, § fin. num. 3. ff. de legat.* 1. & Ripa *de peſte, tit. de remedijs ad conſeruandam vbertatem, num.* 11. *cum ſequentibus, & lib. 1. reſponſor. cap. 18. num. 3 & ſequent.*

Prædicta tamen lex puniens reuenditores frumenti clericos comprehendit. Nam quamuis ſint exempti à iuriſdictione ſæculari quoad ea, quæ libertati Eccleſiaſticæ repugnant, ne à poteſtate ſæculari puniri queant propter tranſgreſſionem taxæ, vel aliarum rerum prohibitionem; nihilominus cùm ſint partes eiuſdem reipublicæ, ac ciues, & vaſſalli principis ſæcularis, qui reipublicæ præeſt, non eximuntur ab obſeruatione legum, quæ tam laicis, quàm Eccleſiaſticis conueniunt, nec libertati Eccleſiaſticæ refragantur, quales ſunt leges de contractibus celebrandis, 92.

de

de rerum pretiis, de extractione frumenti, ac de reuenditione eiuſdem agentes, ita Syluest. *verbo, lex, quæſt.* 5. Angel. *eodem verbo*, §. 6. Sotus *in* 4. *diſtinct.* 15. *quæſt.* 2. *art.* 2. Victoria *in* 1. *relatione de poteſtate Eccleſ. quæſt. vltim. num.* 3. Mexia *in in tractat. taxæ panis, concluſ.* 5. *num.* 17. & Cened. *practicar. lib.* 1. *quæſt.* 33. *num.* 3. Capua *lib.* 2. *c.* 57. *numer* 14.

94 Non prohibetur per hanc legem emptio frumenti, vt ex eo piſtores, aut piſtrices panes coctos efficiant, vt minutatim populo diuendant, quia reuenditio frumenti non cenſetur cùm mutatur forma. Iaſon *in l. cætera*, §. *ſed ſi quis opus, num.* 15. *ff. de legat.* 1. Idem colligitur ex traditis à Roberto *in Speculo aureo, in principio, num.* 20. *ſecunda parte*, quos referens ſequitur Aneodan. *reſponſ.* 33 *num.* 4. *verſ. ſeptima concluſio eſt*, quia taliter ementes non dicuntur negotiatores frumenti, nec reuendentes, quod abhorret lex noſtra, ne reuendant frumentum ipſum, non tamen abhorret, vt reuendant mutata forma, ſed ne reuendant idem corpus frumenti. Rebuffus *tom* 2. *ad leges Galliæ, titul. de merc. min. vend. num.* 22. & 25. Sub eadem lege *d. tit.* 76. comprehenditur emens panes coctos ad reuendendum iuxta tradita à Mexia de taxa panis *concluſ.* 4. *numer.* 9. & à Bobadill. *in ſua politica, lib.* 4. *cap.* 5. *numer.* 23. *ad medium.* Sub vino verò prohibito emi, vt reuendatur, à lege regia *lib* 5 *tit.* 77. *in principio*, non connectur muſtum, ſeu vinum nouitium emptum in epiſtomio torcularis, atque ita fuiſſe iudicatum à ſenatu ſupplicationis pro incolis oppidi da Arruda, teſtatur Barboſ. Vimaranenſis *in remiſſionib. ad d. tit.* 77. *lib* 5. *in principio, in textu, ibi Vinho.*

95. De officialibus, quibus à decurionibus taxa imponitur, præcipitur a iure noſtro *lib.* 1. *tit.* 66. §. 32. iudicibus, vt bis in anno ſemel in menſe Ianuarij, & ſemel in menſe Iulij, generaliter inquirant, an ſeruetur taxa à Concilio cameratio ſtatuta, & vendentes vltra illam pœnis in eadem lege contentis puniant. Et infrà *lib.* 5. *Ordin. tit.* 77 idem iudicibus mandatur, vt inquirant contra ementes frumentum, vinum, & oleum, etiam bis in anno, ſemel in menſe Martij & ſemel in menſe Septembris, vt habetur *d. tit.* 76. §. 10. & *tit.* 77 §. 2.

96. Quæſtionis tamen eſt an ſit inquirendum non ſolùm de ementibus ad reuendendum frumentum, vinum & oleum, ſed etiam de vendentibus ſcientibus hæc omnia emi ad reuendendum. Affirmat Bonacoſ *commun. crim. p.* 1. *verbo, decreta, fol.* 45. & ante illum Panorm. *in cap tranſlato, n.* 7. *de conſtit.* & Decius *ibi*, exiſtimantes legem pœnalem extendi poſſe ab vno caſu ad alium caſum ſimilem, & à perſona ad perſonam; quibus accedit Hippolyt. *in l. lege Cornelia*, §. *conſtitutum, num.* 18. *ff. de ſicar. & in praxi criminali, in verbo, diligenter, numer.* 130. Et videtur idem ſentire Barboſ. Vimaranenſis *d. tit.* 77. *in princip.* Ex ea ratione, quia lex pœnalis de venditione loquens extenditur ad vendentes, & ad ementes, vel è contra.

97. Cæterum oppoſitum eſt probabilius, legem ſcilicet pœnalem vltra crimen, perſonam, aut caſum per eam expreſſum nunquam extendi ex identitate rationis, neque valere argumentum à ſimili, aut à contrario ſenſu, niſi extentio apertè, & euidenter per alias iuris regulas probetur, eo quòd lex pœnalis non pendet omnino à ratione, ſed à voluntate ferentis legem. Sic Alphonſus à Caſtro *lib.* 1. *de poteſtate legis pœnalis, cap.* 71. *de* Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.

*cument.* 3. Gomez *in* §. *ex maleficijs, num.* 17. *Inſtit. de actionib.* Afflict. *deciſ.* 21. *num.* 7. Nam in pœnis minor debet fieri interpretatio, vt *in l. præſes, C. de pœnis*, & regula, *in pœnis, lib* 6. Sequitur Maſtrill. *de Magiſtrat. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 27. poſt Rolandum *conſ.* 15. *num.* 21. *lib.* 4. & Iul. Clarum *in* §. *læſæ maieſtatis, verſ. vnum tamen*, quatenus volunt diſpoſitionem pœnalem, & odioſam loquentem de Imperatore, non habere locum in principibus inferioribus principatum à Rege poſſidentibus. Concordat Sayrus *in claui. lib.* 3. *de lege pœnal. cap.* 8. *num.* 9.

Quid dicendum de monopoliis à mercatoribus factis. Reſponde non poſſe mercatores ſtatuere contra ius publicum totius ciuitatis. Ita 98.
Baldus de Vbaldis *in tractatu de conſtitutio. numer.* 11. *num.* tamen 9. ait poſſe mercatores, & alios artifices inter ſe facere ſtatuta, quæ contineant id, quod ius commune; quod ſi ea iurent, & non ſeruent, tenentur de periurio, per *l. magiſtratus, ff. ad municipales, & de incolis.* Ad quæſitum ergo dicendum eſt monopolium ſic dictum a monos, quod eſt vnus & polium, quod eſt venditio; ſignificare venditionem vnius rei duntaxat in aliquo oppido, regulariterque monopolium ab aliquibus factum eſt iniquum, & iniuſtum, ac reipublicæ iniurioſum, ſiue quando mercatores inter ſe conueniunt de non vendendis mercibus aliquibus infra certum pretium aut de non emendo niſi certo pretio, & non vltra, quod redundat in præiudicium reipublicæ; tum quia ciues coguntur emere cariùs iuſto: idque propterea paciſci inter ſe mercatores de iure communi vetitum eſt, *l. vnica, C de monopol. ſub pœna amiſſionis omnium bonorum, & exilij*, ibi: *Si quis autem monopolium auſus fuerit exercere, bonis proprijs ſpoliatus perpetuitate damnetur exilij.* Ex qua pœna conſtat exercentes monopolia peccare mortaliter. Armil. *in ſumma, verbo, monopolium*, Decianus *in tract. criminal. lib.* 7. *cap.* 21. *numer.* 35 *in principio.* Quod intellige, ſiue mercatores conueniant inter ſe de pretio iuſto, rigoroſo tamen; tunc enim peccant contra charitatem cùm ſint pernicioſi reipublicæ, dummodo nullus eorum per vim aut metum, aut fraudem prohibeat alios viliùs vendere. Quod ſi vi, metu, aut fraude prohibeant mitiùs vendere, & alios inducant ad vendendum pretio rigoroſo, peccant contra iuſtitiam contra emptores, qui poſſent viliori pretio ſibi neceſſaria emere. Reginaldus *tom.* 2. *lib.* 25. *cap.* 22. *numer.* 333. vbi concludit monopolium per quod merces non niſi rigoroſo pretio emuntur, aut non niſi infimo pretio venduntur, non inducere obligationem ad reſtituendum, peccare tamen contra charitatem, cùm obliget, & compellat proximum ad emendum, ſeu vendendum, cùm poſſet aliquid lucri aliter vendendo, vel emẽdo ſibi acquirere. Secus ſi vi, aut fraude ementes, aut vendentes aliter impediat. Molin. *de iuſtit. tract.* 2. *diſp.* 345. *concluſ.* 2. *pag.* 555. Leſſius *lib.* 2. *de iuſtit. cap.* 21. *dub* 21. *num.* 145 Filliucius *tom.* 2. *moral. quæſt. tract.* 35. *cap.* 7. *de cenſib. & cambijs, numer.* 415. *pagin.* 612. & Rebellus 2 *part. de obligationib. iuſtit. lib.* 11. *quæſt.* 12. *numer.* 11. Idem Filliucius *cap.* 8. *de pericul. num.* 212 *fol.* 583. *pagin.* 1.

Multo fortiùs peccant contra iuſtitiam mercatores conuenientes inter ſe de vendendo ſupra legitimum, vel ſupra ſummum pretium vulgare,

GGGg cum

cum onere reſtituendi, eodem modo, ſi conſpirant, vt non emant niſi infra iuſtum pretium infimum, quia ſunt cauſa iniuſta huius damni ſubſecuti, & tenentur in vtroque caſu reſtituere ſaltem vſque ad limites iuſti pretij, ita doctores præcitati, & ante eos Sotus 6. *de iuſtit. quæſtion.* 2. *art.* 3. Conradus *de contractib. quæſt.* 51. *concluſ.* 2. & Ioannes Medin. *de reſtitutio. quæſt* 36. §. ſed an tales, quatenus indiſtinctè reſpondet conuenientes, ne quiſquam ipſorum infra certum pretium vendat, aut vltra certum pretium emat, teneri priuatis de republica damna inde ſecuta reſarcire. Eodem modo peccant contra iuſtitiam conſpirantes, aut rogantes alios, vt non liceantur rem iuſto pretio, ſed minoris, quia per talem conuentionem fit iniuria venditoribus, qui habent ius ad maius pretium, quo res vendenda bona fide æſtimatur. Leſſius *ſuprà*, *numero* 147. *verſ. Dico tertiò*, *& verſ. Dico ſecundò.*

Ad fraudes monopolij addi poteſt fraudulentus modus, quo artifices inter ſe conueniunt, & paciſcuntur, ne quiſquam eorum, in arte propria alios doceat exceptis filiis, ac nepotibus. Bartolus *in l. fin. colum.* 4. *verſ. ſuper quibus, ff. de monopol.* Conradus *in tractat. de contract. illicitis, quæſt.* 51. *circa finem.* vbi volunt etiam monopolium eſſe quando artifices conueniunt quod nemo doceat, niſi tanto pretio, vel non minori tempore, quàm per annos quatuor. Rebellus 2. *part. de obligatio. iuſtit. lib.* 9. *quæſt.* 7. *numer.* 4. addens ibi, multo grauius peccare mercatores falſos ſpargentes rumores, vel fingentes literas de obſidione locorum, ex quibus merces exportabantur; quibus nunciis, ac fraudibus precium mercium deinceps auctum fuit. Idem eſto de iniuſtè impedientibus, ne naues merces importent, vt ſic merces ſuas maiore pretio diuendant. Hi namque cùm ſint cauſa iniuſta, vt res maiore pretio vendantur, tenentur ad reſtitutionem tum reipublicæ, tum mercatoribus aliis. Syluest. *verbo*, *emptio*, *quæſt.* 13. quem ſequitur Rebellus *dict. numer.* 4. & Fillincius nuper relatus, *num.* 216. & Reginald. *dict. lib.* 25. *cap.* 22. *numer.* 332. quia reipublicæ notabiliter nocuerunt dando cauſam caritati, cogendoque ciues per fraudem emere notabiliter cariùs, quàm alioqui eſſent empturi.

99. Quæſtionis eſt an peccet contra iuſtitiam mercator qui iam vendebat, & ſuppreſſit merces ſuas, nec eas venum exponit ea intentione, vt creſcat earum pretium dum pauciores apparent in foro, nec inueniuntur? Petrus Nauarra *de reſtitutione, lib.* 3. *num.* 82. *cap.* 2. *num.* 81. *dubitatione* 9. affirmat, ſi ex ea ſuppreſſione, & occultatione caritas notabilis aſſurrexit, tenerique in eo caſu ad reſtitutionem; ex eo fundamento, quia eo ipſo, quòd merces illas venales expuſuit, quæſitum fuit ius reipublicæ emendi eas iuſto pretio, & mercibus ſuppreſſis illata fuit iniuria ciuibus, ac damnum irrogatum, ac factum fuit, vt pluris æſtimentur ob earum, quæ apparet, inopiam iniuſte caritate inducta; atque ita cum ſupprimens fuit in cauſa, vt merces pluris æſtimarentur, quàm valerent, ſi non abſcondiſſet; cenſetur non poſſe maius pretium exigere, quàm exegiſſet, ſi non ſuppreſſiſſet, quia fraudulenter, ac per vim illatam reipublicæ abſcondit merces, malitioſéque ciues iure ſuo ad emendum priuauit; ideo plus accipiendo, quàm accepiſſet ſi non abſcondiſſet, tenetur reſarcire, ſi ipſe vendidit, vel damnum, quod ipſius cauſa priuari paſſi ſunt dum ab aliis mercatoribus vltra pretium iuſtum ementes receperunt. Mercatores tamen bona fide, & ſine fraude aliis non tenentur reſtituere quod acceperunt pretium illud auctum vltra limites iuſti, quod ante ſuppreſſionem mercium currebat, quia penſata rerum inopia pretium adauctum reputatur iuſtum, quamuis ex iniqua mercium occultatione ortum habuit abſque culpa ipſorum mercatorum, niſi eidem qui ſuppreſſit, merces fuerint cooperati, aut illum malicioſè ad ſupprimendum induxerunt.

Quod ſi ex ſuppreſſione maior caritas non aſſurgat, aut occultans frumentum, ſeu merces donec pretium magis accreſcat, non peccat contra iuſtitiam, niſi communicato conſilio, cum aliis eaſdem merces habentibus omnes recondāt merces ſuas, & ex hac ſecuta eſt maior caritas, ac maius pretium notabiliter creuit; tunc enim quiſque ſocius tanquam particeps totius damni ſecuti tenebitur in ſolidum illud reſarcire aliis conſociis deficientibus: ſi autem non communicato conſilio ſinguli ſuas merces ſeorſim ſuppreſſerunt, ac recollegerunt, quiſque eorum tenetur pro ſua parte reſtituere damnum, cuius ipſe cauſa fuit. Ita Nauar. *d. lib.* 3. *de reſtitutib. cap.* 4. *n.* 53. quem referens ſequitur Reginald. *tom.* 1. *lib.* 10. *quæſt.* 3. *n.* 116. *verſ. quarta propoſitio, & tom.* 2. *lib.* 25. *cap.* 2. *num* 330. *verſ. ſecundus monopolij modus eſt.*

Porrò ſi mercatores tempore abundantiæ coëmant propria induſtria omnes merces, eaſque recondiderunt, vt poſtea pro ſuo arbitratu vendant quando pretium auctum fuerit, & ea ratione ſint in cauſa, vt caritas inducatur, ſunt qui putent illos peccare contra iuſtitiam cum onere reſtituendi ex iniuria reipublicæ illata inducendo caritatem, retinendóque interim apud ſe merces populo neceſſarias, faciendóque abſque vllo iure quod pretium augeatur iniuſtè, cùm per fraudem [illegible] ſint cauſa illius incrementi. Ita Medin. *C. de reſtitutione, quæſt.* 36. Gabriel *in* 4. *diſtinct.* 15. *quæſt.* 10. *art.* 5. *dub.* 2. Syluest. *verbo, emptio. quæſt.* 10. Angel. *verbo, negotiatio, num.* 3. & Maior *in* 4. *d. diſtinct.* 15. *quæſt.* 41. *in* 4. *argumento.* Hæc ſententia eſt probabilis ob authoritatem tantorum virorum. 100

Contraria tamen eſt multo probabilior ſecundùm quam dicendum eſt hos emptores ad ſummum peccare contra charitatem & bonum publicum, non verò contra iuſtitiam ſpecialem, ſed contra iuſtitiam legalem, ſeu vtilitatem publicam, & ideo excuſandi ſunt ab onere reſtituendi reipublicæ, aut partibus illius, quia emerunt merces pretio iuſto concurrente, vt ſupponitur, neque ciues habebant ius iuſtitiæ ad merces eas coëmendas, neque venditores tenebantur merces ex iuſtitia tunc vendere, cùm non eſſent ex pacto aliquo reipublicæ obligati, & integrum erat illis reſeruare eaſdem vel ad aliud tempus, vel ad alia loca exportare, cùm eſſent domini earum. Sic Molin. *de iuſtit. tom.* 2. *tractat.* 2. *diſp.* 345. *pag.* 557. *per totam. verſ. quid de hac re cenſeam, & duobus ſequentibus*, Leſſ. *de iuſt. lib.* 2. *cap.* 21. *dub.* 21. *n.* 150. *&* 151. Filliuc. *tom.* 2. *tract.* 35. *cap.* 8. *de periculo, & commod. verſ. Dico tertiò, n.* 214. Secus ſi merces coëmant fraude, aut vi, & ſint impedimēto, ne à ciuibus emantur; quia iniuſtè ſunt in cauſa maioris pretij, & iniuſtè priuāt rēpublicā, & eius partes probabili lucro. Sylu. *verb. empt. q.* 13. impediendóque modo ſupradicto ne ſimiles merces ab aliis aliunde aſportentur. Leſſ.

*ſuprà*,

*ſuprà,num.*153. Filliuc. *num.*215.*verſ.dico quartò.*

101. Qu bus autem pœnis in foro externo puoiantur monopolia exercentes,conſtat ex ſupra d lege 1.§. *ſi quis autem C. de monopol.* quæ etiam comprehendunt iudices negligentes in procedendo contra exercentes monopolia. Menoch.*de arbitr. lib.*2.*caſu* 569.*n.*23.*&* 24.poſt alios,vbi ait puniri poſſe collegij primates, & præſidentes propter huiuſmodi pactiones illicitas dum eas fieri conſentiunt in quadraginta libris auri, per text. *in d. l.*1.*C.de monopol.* & ibi Baldus *n.*1. *verſ. nota ſpecialiter,*& Decianus *in tract. crimin. lib.*7.*cap.*21. *n.*33. Non committitur autem monopolium, neque pœnæ illius procedunt quando priuilegio, aut conſuetudine illicitæ monopolij conuentiones permittuntur. Bald. *In conſ.*464. *n.*5.*verſ.ſed ſi tu, lib.*4. quem refert,ac ſequitur Cardin. Tuſc.*pract. concl.in verbo,monopolium,concl.*358. *n.*6.& Ioan. Sichard. *in d. l.*1.*C.de monopol. n.*9. *verſ.quod intelligite verum, niſi accederet publica authoritas,* vbi probant monopolium eſſe illicitum de ſe, & inualidum,valere tamen ſtatuto,vel conſuetudine

102. accedente. Sequitur Decian. *d.tract. crimin.lib.*7. *cap.*21. *numer.* 22. Quamuis idem Decianus *dict. cap.*21.*num.* 34. ſibi contrarius apertè tradat priuilegium de exercendo monopolio eſſe inualidum, neque eſſe integrum principibus poteſtate vti condendi leges iniquas, vt notat Baldus *in d. l.*1. *num.* 1. quibus accedit Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſu* 559. *num.* 27. vbi expreſſe docet poſt Baldum, & Decianum legem principis monopolia conficientem, nullius eſſe momenti. Quod etiam placet Farinacio *Fragmentor. criminal.*

103. *part.* 2. *in verbo, monopolij diffinitio,* vbi probat priuilegia, ſeu ſtatuta Principis non trahi ad illicitas monopolij conuentiones. Lege illum *num* 304.

104. Nihilominus dicendum eſt, Principes non recognoſcentes ſuperiorem ex cauſa iuſta poſſe concedere priuilegium vni, vel aliquibus, vt ipſi ſolis vendant, puta,libros, vel res alias, quas conficeret nemo, vel aliunde aſportaret, niſi indultum concederetur, neque eſſe iniuſtum, ſi princeps propter neceſſitatem publicam quibuſdam mercatoribus ſimilia indulta tribueret pro certæ pecuniæ quantitate, taxato vtriuſque pretio moderato, nè emptores damnum recipiant. Quod ſi hoc redundet in notabile detrimentum reipublicæ, eſſet mortale ſimilia priuilegia concedere cum onere reſtituendi. Sic Rebell. 2. *part. de obligat. iuſtit. lib.*9. *quaſt.* 7. *numer.* 3. Capua *lib.*2. *deciſion. cap.*114. *num.* 4. *verſ. præterea non licet*; vbi concludunt emere a principe priuilegium, vt ipſe ſolus vendat, quando id fit fraudulenter, & in damnum reipublicæ, eſſe mortale ſecundùm Innocentium *in cap. ſignificante, de pignorib.* quem ſequitur Nauarrus ex mente Roſellæ *in verbo,emptio,* §.25. *in manuali, cap.*23. *numer.*92. *verſ. ſeptimo peccat mortaliter*; quamuis liceat principi, aut gubernatori propter bonum publicum obligare aliquos in republica ad vendendum tales, vel tales merces, moderato pretio ſub certa pœna. Quod etiam facere poſſunt decuriones, & ſtatuere, vt deputati ab eis minutatim vendant vinum, & oleum. Ita præcitati, poſt Syluestrum *in verbo, emptio. quaſtion.*78. *in fine.*

105. Nec mirum, quòd Reges ſoleut locare ſalinas conductoribus, qui publicani dicuntur, cum eo priuilegio, vt ipſi duntaxat ſalem poſſint diuendere, *l.* 1. *in principio, ff. quod cuiuſque vniuerſit. nomi. l. liber homo,*§ 1. *ff. de heredib. inſtit.* Atque ita in graues pœnas incidunt, qui vendunt ſalem ſine licentia horum conductorum. Cæpol.*in l.inter publica,* §. 1. *lib.* 8. *ff. de verbor. ſignificat.* Stracha *de mercatur.* 4. *part. num.* 30. *pag.*122. Cuiac. *lib.* 9. *obſeruation. cap.* 21. & probat lex *ſi quis, C. de vectigal. & commiſſ. & l.*19. *ad fin. titul.*8.*lib.*9. *Ordinamenti,* cuius monopolij mentio fit, *In cap. ſuper quibuſdam,* §. *præterea, de verbor. ſignifi at.* ibi: Salitaria, quod monopolium principum eſt immemorabile, & antiquiſſimum, teſte Alciato *in dict. l. inter publica.* Dicitur namque apud noſtros redditus ſalinarum eſſe 106. ios regale; *lib.*2. *Ordinatio titul.*28. §.15. Siquidò ab antiquos redditus huiuſmodi a Regibus percipi ſoliti ſunt, ibi: *As rendas, que de ſalis gamente cuſtumaraon leuar das Marinhas* Cabed.2. *part. deciſ.*53. *num.* 2. *& deciſ.*81. *num.*21 *verſ. & adde quod fiſco.* Barboſ. *in l. diuortio,* §. *ſi vir; a num.*28. *vſque ad num.* 30. vbi adduit fuiſſe indultum à principibus, vt primam conficientes, ſalem non poſſint illum vendere, niſi eiſdem principibus certo pretio, quod eſt etiam monopolium, ſicut etiam ſolet eſſe quando ſub grauibus pœnis interdiceretur, ne ex aliis prouinciis ſal aſportetur,vt facilius ſalem ſuum principes vendant; cuius meminit Gregorius Gloſſator *l.*11. *tit.* 28. *part.* 5. *verbo, de las ſalinas, ad fin.*Quod non longè eſt alienum a reipublicæ vtilitate, ſi ex tanto commodo ſalis, ac ſalinarum multo minoribus tributis populus, quàm aliàs grauetur, ſecundùm Bernardum Gomezium *in tractat. de ſale, lib.* 2.*pagin.* 73. Iuuat Rebellus *dict. quaſtion.*7.*numer.*3 *ad fin.* ex tradins a Medina *de reſtitutio. quaſtione* 30. § *penultim.*

Ex dictis ſequitur dominos recognoſcentes ſuperiores non poſſe facere pragmaticas, nec conuentiones contra diſpoſitionem iuris communis. *l.*2. *ff. de officio præfect. Prætorio.* Clementinæ *Romani. de electio.* præſertim in præiudicium ſubditorum, Paulus de Caſtro *conſ.* 148. *column. fin. verſ. conſtat autem,* & ex conſequenti nec monopolium in vtilitatem priuatam, quia de iure communi vnuſquiſque poteſt ad libitum de re ſua diſponere, nec poteſt coarctari, vt potius ab hoc, quam ab illo emat, vel potiùs ad hoc molendinum, quam ad illud accedat. Ripa *in reſponſ.*11. vbi ait non poſſe fieri ſtatutum, quod quilibet teneatur ire ad molendum in molendinu communitatis ſub grauibus pœnis in detrimentum aliorum, qui alia habent molendina, quia ſtatutum debet eſſe honeſtum,& ad commodum ſubditorum, *diſtinct.*4. *cap. erit autem lex,* Rolandus *conſ.* 22. *a num.* 7. *vſque ad num.*18. *& conſ.*91. *numer.*40. *& ſequentib.volum.*2. vbi probat ordinationes principum ad ſubditos debere eſſe ſimiles operationibus patrum ad filios, & paſtorum ad oues; cùm debeant non vt exactores, ſed vt rectores Dei dominari non in ſubditos crudeliter deſæuiendo, ſed illos regaliter, ac paternè amplectendo, vt ſint forma ipſorum, non dominatores eorum, *cap. quia cognouimus* 10. *quaſt.vltim.* 107.

An dicatur monopolium committi quando ciuitas, ſeu communitas aliqua tacitè, aut expreſsè mandauit, vt nullus ex ea ciuitate ſe locare audeat,aut operas ſuas ad laborandum in fundis forenſium, aut deferat merces ad oppida vicina 108.

*Fragoſi Regim.Chriſt Reipubl.*

Reſponde committi monopolium, & illius pœnæ eſſe locum in ciuitatem ſeu decuriones hoc mandantes. Ita Alberic. *in l. 1. C. de monopol. in princip.* Decianus *in tract. crimin. lib. 7. cap. 21. num. 13.* & Ioan. Sichard. *num. 7. verſ. item ruſtici*, quos ſequitur Farinacius *in d. part. 2. Fragmentor. crimin. in verbo, monopolij crimen, num. 291.* Ex quibus conſtat committi monopolium etiam in perſonis, puta, in notariis ſi ipſi inter ſe conueniant, vt nullus inter eos ſcribat, niſi ex tali factione ſit ortus. Menochius *de arbitrar. caſu 569. num. 16.* Concordat Ioan. Sichard. *in l. 1. num. 5. C. de monopol.* additque etiam reperiri monopolium inter canonicos cathedralium Eccleſiarum inter ſe habentes ſtatutum, ne recipiant niſi nobiles. Quod eſt contra omnia iura veteris Eccleſiæ. Non tamen erit monopolium non admitti ad collegia viros mechanicos, aut forenſes, & alienigenas ex intentione, ac fundatione inſtituentium, quibus integrum eſt adiicere conditiones, quas habere debent recipiendi in eadem collegia.

Denique non erit monopolium quando quis conuenit cum eo, cuius operas conduxit ad vendendum proprias merces, ea lege, ac conditione, vt pro eo tempore dictæ locationis nequeat aliorum merces vendere, quia conuentio cum vno tantùm facta non præiudicat libertati publicæ, quamuis Baldus *in conſ. 445. lib. 1.* & Decian. *in tract. crimin. lib. 7. cap. 21. num. 27.* opinentur non valere pactum, quod indigentibus vendere non deberet ſic conductus; quod videtur verum, præſertim quando non eſt alius apud quem indigentes emere poſſint præſenti, vel abſenti pecunia ſibi neceſſaria, quia quando eſt illicita conuentio, etiamſi iuramento firmetur, non valet, argumento text. *in cap. non eſt obligatorium, de regul. iur. in 6.* & habetur *in d. l. 1. C. de monopol. in verbo, coniurat, vel paciſcatur.* Quæ iura pro hac parte refert Decianus *d. cap. 21. num. 26.* & poſt illum Farin. *p. 2. in Fragmentor. in verb. monopolij diffinitio, num. 301.*

109. Quibus adde quamuis ſit monopolium, quando plures mercatores, ſeu artifices inter ſe conueniunt, vt omnes certo pretio vendant, & non minore, vt diximus, & latè probat Farinac. nuper relatus *num. 290.* & Reginald. *lib. 25. citato, c. 27. de monopol. num. 328.* Attamen monopolium licitum eſſe poteſt, cum ideo tantum fit, vt merces vendantur iuſto pretio, aut vt homines locent operas ſuas iuſto ſalario, & non alia de cauſa inter ſe conueniunt ita, niſi vt omnia venalia iuſto pretio vendantur, & nihil de eorum pretio omittatur, & ſic de locatione operarum; quibus non inducitur caritas, nec reſpublica, nec partes illius hoc modo grauantur. Cum ergo nulli fiat iniuria, nec conſequenter peccatum eſt. Reginald. *ſupra, verſ. poſterior concluſio.* Nec denique cuiquam fit iniuria, ſi decuriones ſtatuant, & locum præfigant, vbi merces publicè vendantur ſub pœna amiſſionis earum. Sic Lucas de Pen. *in l. 1. C. ne ruſticani ad vllum opus, lib. 11.* & Auendan. *de mandat. exequend. 1. part. cap. 19. num. 19.* quos ſequitur Matienſ. *lib. 5. tit. 14. de propolis, l. 1. gloſſ. 9. numer. 12.*

***

## DISPVTATIO XX.

### *Quæ Congregationes, ſeu confœderationes debeant admitti à magiſtratibus & gubernatoribus in Republica.*

EPITOME.

1 *Confœderationes, ſeu colligationes ſine authoritate principis factæ regulariter ſunt illicita.*

2 *Congregationes etiam piæ non poſſunt inſtitui ſine authoritate principis, vel prælati de iure Hiſpano, aliter non gaudebunt priuilegijs Eccleſiaſticis, & poterunt conueniri coram iudice laico.*

3 *Collegia, & confœderationes officialium etiam ad bonum finem ſine authoritate principis erecta non permittuntur.*

4 *Probabile eſt non poſſe aliquid legari congregationibus ſine authoritate ſuperioris, ſed probabilius eſt poſſe.*

5 *Congregationes piæ ſecundùm aliquos poſſunt inſtitui ſine Principis authoritate, & ſine approbatione Epiſcopi; ſed hodie non poſſunt.*

6. & 7 *An confraternitates authoritate ſaltem ordinariorum inſtituta ſint pia loca, vel religioſa, excutitur.*

8 *Confraternitates ad pia miniſteria inſtituta, ſunt loca pia, non tamen ſunt Eccleſiaſtica.*

9 *Hoſpitale de bonis profanis ſine authoritate prælati erectum, non ſubeſt Epiſcopo niſi quoad viſitationem circa onera pia exequenda.*

10 *Confraternitates laicæ, quoad actus Eccleſiaſticos, ac religioſos ſubſunt Epiſcopo. In temporalibus tamen ſubijciuntur poteſtati laicæ.*

11 *Confratres laici ratione ſuarum confraternitatum non gaudent priuilegio canonis, nec fori.*

12 *Confraternitates authoritate Eccleſiaſtica erectæ ſunt loca pia, & religioſa; gaudent priuilegijs aliquibus Eccleſiarum quoad ſua, & coram iudice Eccleſiaſtico agendum eſt.*

13 *Hoſpitalium, & capellarum, confraternitatúmque cauſæ authoritate ordinarij erectarum coram iudice laico expediuntur de iure Luſitano.*

14 *Ex relictis huiuſmodi confraternitatibus debetur quarta Epiſcopo, non tamen detrahitur Falcidia, nec Trebellianica.*

*Relicta ad pia adimpletur mens relinquentis ſi ſoluantur hoſpitalibus, in quibus exercentur opera charitatis, etiamſi non ſint conſtructa authoritate Epiſcopi. ibid.*

15 *Bona confraternitatum non alienantur niſi ſeruata ſolennitate locorum piorum.*

16 *Collegia inſtructa ad alendos ſcholaſticos pauperes ſunt loca pia, & religioſa, ſi authoritate Ordinarij ſunt erecta.*

17 *Epiſcopus quando poterit viſitare collegia, confraternitates, & hoſpitalia.*

18 Con

18 *Confraternitates ſeu loca pia de immediata protectione Regum non viſitantur ab Ordinario ſine licentia Regum.*

19 *Quæ confraternitates & quæ hoſpitalia in regno Luſitaniæ, & extra illud ſint de immediata protectione Regum.*

20 *Ratio ob quam collegia, & congregationes non authoritate ſuperioris erectæ non permittuntur.*

21 *Congregationes ad malum conſpirantes, quibus pœnis de iure Luſitano, & Hiſpano puniantur.*

22 *Conuenticula, vulgo aſſuadas, vel aſſonadas, puniuntur etiam effectu non ſecuto.*

23 *Conuenticula, vt dicatur, debet aſcendere ad decem homines pedites, vel ad quinque equites.*

24 *Seditio excitata eſt bellum grauiſſimum inter ciues, & debet ſpecificè probari.*

25 *Seditio de induſtria excitata pœna capitali punitur.*

26 *Seditioſi principes, ac duces qualem exitum habuerunt.*

1\. REGVLARITER confœderationes, ſeu congregationes, aut colligationes, quæ fiunt ſine authoritate principis, aut prælati niſi fiant cauſa pietatis, aut religionis ſunt illicitæ. Bartol in l. fin. ff. de colleg. illicit. & Innocent. in cap. dilecta, de exceſſib. prælator. Imò

2\. per l. 2. tit. 11. lib. 8. Ordinament. colligationes etiam, & confœderationes, ac collegia etiam pietatis cauſa non poſſunt inſtitui ſine authoritate principis, vel prælati Vnde Religio per Papam non approbata nulla probatur. Innocent. *vbi ſupra*, Moptal. *in gloſſ. ordinaria, in parte liga*: requiritur ergo authoritas ſummi Pontificis. Bald. *in authent. habita. Cod. ne filius pro patre, num. 45. & in titul. de ſumma Trinitat. & fide Catholic. in §. firmiter, numer. 10. in Decreta.* vbi vult congregationem etiam cauſa pietatis non poſſe dici congregationem, niſi approbetur per Diœceſanum; aliter enim erit omnino profana, ac laica, ſi à laicis inſtituatur, nec gaudebit priuilegiis rebus Eccleſiaſticis conceſſis, Baldus *in authentic. hoc ius porrectum Cod de ſacroſ. Eccleſ.* Bartol. & Caſtr. *in l. cum Senatus, ff. de reb. dub.* & coram iudice ſæculari perſonæ debent conueniri Bartol *in l. vltim. num. 15 ff. de colleg. illicit.* & Iaſon. *conſil. 218. colum. 2. verſ. ad prædicta etiam lib. 2.* Cardinal. *conſ. 13.* Marant. *de ordin. iudiciar 4. p. diſt. 11. num. 23.* Gotier. *lib. 1. canon. cap. 35. num. 9.* Auiles *Prætorum cap. 2. in verbo, Ni confederacion, num. 10.*

3\. Nec refert ſi dicas poſſe fieri collegia mercatorum, & congregationes artificum, vel officialium ſine principis authoritate, per text. *in l. fin. Cod de iuriſdictio. omn. iudic. & in l. ſodales. ff. de colleg. illicit. & per l. 1. tit. 4. part 3 & clarius per l. 2. titul. 4. in d. part. 3.* vbi ſimilia collegia officialium videntur probari, quia oppoſitum eſt dicendum, videlicet non poſſe fieri abſque licentia regis, vt §. *præcedenti, num. 101.* dictum eſt, & videtur probari ex text. *in l. 1. & per totum, ff. de colleg. illicit.* Fauet lex 1. *& per totum, titul. 14. lib. 8. noua recopil.* vbi ſimiles confœderationes reprobantur; nam quamuis huiuſmodi confraternitates ad bonum finem videantur erectæ, nullo modo permitti debent ſine authoritate principis, per text. *in l. 3. tit. 14. lib. 8.*

*Frtgoſi Regim. Chriſt. Reipubl.*

*noua recopil.* quia in dubio omnis confœderatio officialium, mercatorum, & ſimilium potius ad malum, quàm ad bonum finem cenſentur inſtitutæ, niſi aliud probetur. Bartol. *in extrauagant. qui ſint rebelles verbo, occultè & verbo, machinantur, & verbo, reuelando* Puteus *de ſyndicat. verbo, Iudices ad ſyndicatum, qui ſint. cap. 3. pone quod vniuerſitas, num. 2. fol. 154.* & Marant *in practic. verbo, Inquiſitio, num. 130. pag. 133. in parua forma.*

Quare regulariter ſtat regula, quæ docet congregationes, confœderationes, & obligationes ſine principis authoritate inſtitutas eſſe illicitas, niſi reperiantur conceſſæ, vel permiſſæ, per text. *in l. 1. & in l. 3. §. in ſumma, ff. de colleg. illicit. & in l. conuenticula, C. de Epiſcop. & cleric. cap. 1. §. conuenticula*, de pacis iuramento firmanda, & tradit Boër. quem referens ſequitur Azeued. *lib. 3. titul. 13. de Prior. y conſules, num. 3.* addens ibi neminem poſſe extum, vel turbam congregare, ac collegia exigere quantumcunque ad bonum finem eſſent erecta, niſi accedente authoritate principis, & approbatione Epiſcopi loci, vbi fuerint erecta per text. *in d. l. 3. tit. 14. lib. 8. noua recopil.* & ante hanc authoritatem negat Azeued. *ſuprà, num. 4.* poſſe aliquid legari tali pio collegio licuo.. tum text. *in d. l. 4. tit. 3 part. 6.* cum aliis ante legem illam poſſet, ex l. *cum Senatus. ff. de rebus dub* & notat Platea *in l. 5. C. de bend. rebus ciuita. lib. 11.* Sed melius reſpondet Auiles poſſe huiuſmodi collegiis, & confraternitatibus legari, ac ſolui etiamſi non ſint inſtituta authoritate Principis, aut Epiſcopi; lege illum *dict. cap. 2. prætorum in verbo, Ni confederacion, num. 10. verſ. & tali fraternitati poteſt legari.* per *l. 4. tit. 3 part 6.* vt quotidie videmus legari congregationibus piis inſtitutis pro ſepeliendis defunctis, vel pro fouendis carceratis, & ſimilibus operibus piis exercendis, quæ a laicis inſtituuntur; & poſſe inſtitui abſque Regis licentia, & Epiſcopi authoritate tradit Mexia *in tract. de taxa panis, concluſ 5. num. 16.* quem Sequitur Azeued. *ſupra, num. 5 ad fin.* Non enim attenditur locus, cui relinquitur, ſed cauſa ob quam relinquitur, quæ eſt pia. Paulus de Caſtro *conſ. 167. col. 1. & 2. lib. 2.* quem ſequitur Valaſcus *conſult. 103. num. 39. verſ. Ego tamen hac in re.*

Pro hac controuerſia dirimenda concluſio ſit: 5.
Quamuis congregationes piæ & confraternitates ſecundùm aliquos non poterant inſtitui, niſi authoritate Principis, hodie tamen non poſſunt inſtitui ſine Epiſcopi authoritate, vt conſtat ex conſtitutione Clementis Octaui, edita anno Domini, 1604. die ſeptimo Decembris, vbi præſcribitur quòd ſolus Romanus Pontifex authoritate Apoſtolica, & ordinarius Epiſcopus authoritate ordinaria poſſunt erigere & inſtituere confraternitates. Regulares verò ordines, & archiconfraternitates ſæcularium authoritate ſibi conceſſa à ſummis Pontificibus, quia communicant ſua priuilegia, & indulgentias, quæ conſtant ex verbis dictæ conſtitutionis per totum, de qua Lœrtius *in Bullario tom. 3. fol. 164. & ſequent.* Quæ ſodalitates, congregationes, & confraternitates, quando intuitu religionis, pietatis, & charitatis inſtituuntur ſemper fuerunt licitæ etiam ab initio, per *l. 1. ibi*, ſed religionis cauſa coire non prohibentur, *ff. de colleg. illicitis l. 1. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom.* Quod adeo eſt in vſu apud Catholicos, vt nullum quantumcumque

pia, quamuis non ſint confraternitates erectæ authoritate Epiſcopi. Quod etiam videtur velle Bobadill. *in ſua politica, lib. 2. cap. 18. numero 228.* Sed in hoc quod addit, confraternitates pertinere ad forum Eccleſiaſticum mixtè, perperam videtur dictum, quia ſi ſunt loca pia, & fruuntur indultis
13. Eccleſiarum, indiſtinctè earum cauſæ ad forum Eccleſiaſticum deuoluuntur, quando authoritate Ordinarij loci fuerunt erectæ, & approbatæ. Sequitur Flores *in quæſtionibus, quæſtio. 21. numero 190.* Rochus *de Viſitatione, verbo laicorum, pag. 77.* Rodoanus *ſuprà, rubrica 27. num. 17.* & alij, quibus accedit Solis *de cenſib. lib. 2. cap. 5. num. 11.* & Valaſc. *concluſ. 105. numero 61.* Sed de iure noſtro, *lib. 1. Ordin. titul. 62. §. 39.* cauſæ ſuper bonis capellarum, hoſpitalium, & confraternitatum erecta um authoritate prælatorum debent expediri per iudices laicos, ibi: *Porem aos Iuizes leigos pertence o conhecimento dos taes feitos, & naon aos Eccleſiaſticos.*

14. Ex dictis ſequitur eſſe loca pia huiuſmodi confraternitates, & collegia ad pia constructa, quandò Epiſcopi authoritate eriguntur, & ex relictis deberi quartam Epiſcopo prout teſtatur Barbat. quem refert, ac ſequitur Conar. *in cap.* [illegible] *num. 12. de teſtament.* & tenet [illegible] de Vbaldis teſte Alexandro *co*[illegible] *1* [illegible] *2 num.* [illegible] *lib. 7.* & ex conſequenti non e[illegible] d[illegible] Tre[illegible] nica, ex eo quòd rel[illegible] tatibus authoritate ordi[illegible] approbatis, cùm ſint loca pia, & ad pios vſu[illegible] & in [illegible] cauſam [illegible] ideo eſſ[illegible] debet [illegible] a, vt ex [illegible] probat Antoniu. G[illegible] *commun. opin. de cau. pia, concluſio. 9. numero 10. & 11.* Paulus de C[illegible] *conſ 167. præſuppoſita, numer. 3* [illegible] *2.* & [illegible] Baldu *in authent. ſimiliter, verſ. & nota. C. ad. l. leg. falc.* Sed de his vide diſtinctionem V[illegible] *ſuprà, num.* [illegible] *& 47.* & non ſolum relicta his confraternitatibus ad pia debent ſolui tanquam relicta locis piis, ſed etiam relicta ad ca[illegible] pias debent ſolui hoſpitalibus erectis non authoritate Epiſcopi, ſi ut [illegible] fit diſtributio inter pauperes, & miſerabiles. Vala[illegible] *ſuprà, numero 38* & mens relinquentium ad pia opera in illis Hoſpitalibus adimpletur etiamſi non ſint erecta authoritate Epiſcopi, cum ibi exerceantur opera pietatis.

15. Similiter earùm bona cùm ſint ad opera pia deputata, non poſſunt diſtrahi ab libitum, niſi accedente totius confraternitatis conſenſu, & authoritate Epiſcopi, ſeruatiſque ſeruari ſolitis in diſtractione bonorum aliorum locorum piorum. Menoch, *dict. remed. 15. de recuper. num. 36.* & pro hac parte affert Petrum Rebuff *in tract. de confratrys, num. 9.* & Iacobum Rebuffum *in l. quiſquis, & in l. penult. C. de ſpelta. lib 11.* Gutier. *d. cap. 35. n. 23.* In his tamen caſibus qui ad ſingulares perſonas harum confraternitatum pertinent, conueniri debent confratres coram iudice laico Auiles *vbi ſuprà, num. 10. verſ. nam ſi ſingulariter.* Menoch. *vbi proximè, num 30.* poſt Bartol. *in l. vlt. num. 15. ff. de colleg. illicit.* quem ſequutus eſt Iaſon. *conſ. 218. colum. 2. verſ. ad prædicta etiam lib. 2.*

16. Quod dictum eſt de confraternitatibus, dic etiam de collegiis inſtitutis ad alendos ſcholaſticos pauperes, vel alios egenos, puta eſſe loca pia, & gaudere priuilegiis Eccleſiæ, ac de iuriſdictione Eccleſiaſtica, & non ſolum eſſe loca pia, ſed etiam religioſa ſi authoritate Ordinarij loci ſunt erecta, vel ſaltem confirmata, Azeued *d. l. 10. tit. 1. n. 26. & ſeq. & l. 1. tit. 18. n. 3. lib. 9. nona recopilat.* quamuis maior pars ſint laici; quod ſi non fuerint erecta ad alendos pauperes ſcholaſticos, etiamſi erecta ſint authoritate Ordinarij, ſi pia opera in illis non exerceantur, & maior pars ſit laicorum, ſæcularia dicuntur collegia, vt notat Auendan. *de exequend. mandat. lib. 2 cap. 14 n. 32.* & Rebuff. *in compendio alienatio. rerum Eccleſiaſtic. num. 56.* quem ſequitur Azeued. *d. l. 10. num. 28.* vbi ait ſic eſſe intelligendum Rebuffum, & ex conſequenti coram ſæculari iudice conueniantur. Secus ſi authoritate Epiſcopi conſtructa ſint ad pia.

Epiſcopus tamen poterit viſitare huiuſmodi confraternitates, [illegible] gia, & hoſpitalia etiam laicorum & al[illegible] pia lo[illegible] quomodocunque nuncupentur [illegible] corrigere ac [illegible] in caſibus in iure expreſſis, p[illegible] à. ſi propter negligentiam, vel diſſipationem bonorum prædicta detrimentum patiantur. Marta *de iuriſ. diuiſ. p. 1.* [illegible] *18. n. 5.* Quin etiam poterit expoſ[illegible] rationem bonorum niſi aliud ex ſtatuto, v[illegible] ex diſpoſitione confraternitatum, aut collegiorum cautum reperiatur, vt apparet ex textu *in c. 8.* [illegible] *9.* [illegible] *22. de reform. in Concil. Trident.* Azeue[illegible] *ſup*[illegible] *d. l. 1* [illegible] *n. 29* Au[illegible] Barboſ *in re*[illegible] *ad d. cap 8. num 5.* [illegible] *6* [illegible] ibi[illegible] hoſpitalia, 17.

[illegible] confraternitatibus) quæ ſunt ſub 18.
immediata [illegible] ctione R[illegible] gum, viſitari non poſſe ab Epiſ[illegible] p[illegible]s, ſine R[illegible] gum licentia, per textum expre[illegible] in *d. c*[illegible] *cap. 8* ibi: *Non tamen quæ ſub Regum immediata protectione ſunt.* Cui textui conſonat lex Luſitana *lib. 1 titul. 62. § 42* per hæc verba: *Que naon [illegible] rem de noſſa immedia[illegible] p[illegible] çaon*; idem volunt Cabed. *de patronatib. regiæ coronæ, cap 38. & 39.* Valaſcus *conſultatio 1*[illegible] *5. num. 61* vbi probat hoſpitale omnium Sanctorum in ciuitate Olyſiponenſi, & omnes confraternitates, Miſericordiæ totius Regni eſſe de immediata protectione Regis, nullumque iudicem abſque authoritate regia poſſe ſe in iis intromittere. Idem Cabed. *part. 1. deciſ. 51. numer 2 & ſequentibus*, per ea quæ d[illegible] ſolent, *Aſſi*[illegible] *a manu principis non ſolent exire à principe ſine cauſa, nec deuoluta ad ſummum Ponti*[illegible]*cem, aut ad eius curiam. egrediuntur ab ea, niſi rurſus remittantur.* Ripa *in cap. cum M. num. 198. de conſtitutionib.* Alciatus *in reſponſ. 406.* & Decius *in capite, vt noſtrum, colum. 1. de appellation.*

Porrò confraternitatum ſanctæ Miſericordiæ in hoc regno prior Olyſipone tanquam caput cæterarum fuit inſtituta à sereniſſima Regina Leonora Regis Ioannis huius nomine ſecundi vxore, anno Domini 1498. menſe Auguſti; quæ eo tempore hoc regnum Luſitaniæ loco Regis Emmanuelis fratris ſuis gubernabat, qui eo tempore aberat cum vxore Iſabella, & in Caſtellæ regno commorabatur acceptuus ſucceſſionem illius regni, vt de facto acceptauit loco, ac nomine vxoris, & filij ſui Michaelis, qui ano ſuo ſucceſſurus erat in vniuerſa Hiſpania. Quæ inquam confraternitas ſanctæ Miſericordiæ nuncupatæ à Capitulo ſanctæ Sedis Olyſiponenſis cathedrali fuit approbata, habet iudicem ſpecialem à Rege conceſſum, qui de illius cauſis, ac controuerſiis cognoſcit; & quamuis antea hoc officium gerebatur à Senatore ciuilium cauſarum, nunc illius cauſæ per Senatorem ſenatus ſupplicationis expediuntur, ad quem 19.

etiam hoſpitalis omnium Sanctorum ciuitatis Olyſiponenſis cauſarum cognitio ſpectat. Cabed. *de patronatibus Regiæ coronæ*, *cap. 46. per totum*, *1. p. deciſ. 51. num 9.* vbi de priuilegiis, ac indultis huius confraternitatis, & Valasc. *dict. conſultatio. 105. à num. 61.*

Item ſunt de immediata protectione Regis collegium Diui Pauli Academiæ Conimbricenſis, quod ſereniſſimus Rex Ioannes huius nominis tertius extruxit & amplis redditibus dotauit, & ipſa Academia cuius fundator Olyſipone fuit Rex Dionyſius anno Domini 1291. gubernante Nicolao tertio Eccleſiam Romanam, quæ poſtea deflexu temporis anno Domini ab eodem Rege Dionyſio 1308 imperante Clemente Quinto ſummo Pontifice Conimbricam fuit traducta, & poſtea ex eadem vrbe Conimbricenſi a Rege Ferdinando eiuſdem Dionyſij pronepote Olyſiponem iterum tranſlata anno Domini 1375 vbi ſedem poſuit in eadem regione, in qua fundata fuit per centum annos, & eo amplius. Ex quo loco tandem anno 1534. Conimbricam tempore Regis Ioannis tertij fuit reducta. Item hoſpitale D. Lazari ciuitatis Conimbricenſi a Rege Sancio Luſitaniæ primo huius nominis extructum; necnon hoſpitale ad aquas calidas ædificauit ſuis ſumptibus Regina Leonora, & hoſpitale in foro Conimbricenſi erectum a Rege Emmanuele, & alterum in ciuitate Pacis Iuliæ, ac oppidi Montis Maioris veteris, alterum ab eodem Rege Emmanuele fundatum, vt legitur in Chronicis prædictorum Regum. Cabed. *de patronatibus cap. 3.*

His accedunt confraternitas curiæ & confraternitas Senatorum ſenatus ſupplicationis, necnon ſacellum regium, quæ ſunt de immediata protectione Regis: vtpote ab ipſis Regibus inſtituta. Nam confraternitas Senatorum, & altera curiæ ſubſunt Regi Cabed. *ſupra, cap. 44 & 45.* Sacellum verò regium, de quo Cabed. *cap. 43.* nulli ordinario ſubijcitur niſi ſacellano maiori, quoad iuriſdictionem, vt conſtat ex bulla Leonis X. quæ habetur ibi *num. 2.* Denique hoſpitale, & confraternitas D. Antonij Luſitani in vrbe alma erectum eſt de immediata protectione Regum Luſitaniæ. Summus tamen Pontifex Clemens VIII. decreuit, vt viſitaretur hoc hoſpitale à Cardinali Illuſtriſſimo, ac Reuerendiſſimo Luſitaniæ protectore vigilantiſſimo, vt patet ex Bulla apud Cabedum *de patronatib. cap. 41.*

20. Ex dictis hactenus conſtat omnia collegia, & omnes congregationes permitti, quæ ſuperiorum Principum tam laicorum, quàm Eccleſiaſticorum authoritate ſunt roboratæ. Ioan. Andr. & Innoc. *in cap. cum Eccleſiarum*, quos refert, ac ſequitur Baldus *in cap. 1. §. conuenticula*, & ibi Afflict. *numer. 4. de pace iurament. firm.* quibus accedit Nicolaus Loſæus *de iur. vniuerſ. p. 1. cap. 2. num. 76. cum pluribus ſequentibus.* Quæ autem nec à principe, nec à lege probata ſunt, reprobata intelliguntur. Nam aliquando ſub ſpecie boni poteſt contingere malum aliquod contineri. Ideo iuxta decretum ſacri Tridentini Concilij *ſeſſ. 22. de reformat. cap. 8.* commiſſum eſt, vt Epiſcopi, & alij locorum ordinarij viſitent collegia omnia, congregationes, ac ſodalitates, ne aliquid mali ſub ſpecie boni inter eas ſerpat, ac bonos commaculet. Paulus Tuſchus *de viſitatio. lib. 2. cap. 14.* & Michael Timotheus *in inſtitu. viſitat. lib. 1. tractat. capit. 36. & in praxi viſitandi lib. 2. capit. 7.*

Ex lege denique Luſitana *lib. 5. titul. 45* ſub pœna exilij perpetui ad Braſilicam regionem & alijs pœnis prohibentur conuenticulæ ſeu congregationes ad malum conſpirantes. [illegible] cordat apud Hiſpanos *lib. 3. titul.* [illegible] *part.* [illegible] *16. titul. 26. part. 2.* vbi loquuntur de inferentibus coadunato cætu inſultum. Molina *de* [illegible] *disput. 682. num. 4.* Auiles *de* [illegible] *cap.* [illegible] *in verb. As confederacion, num. 5* ex Abb. *in cap.* [illegible] *de teſtib. cogend. in fine*, vbi tenet [illegible] nem, vel tumultum contra aliquem [illegible] machinantem capitali pœna puniri [illegible] damentus commune, *in l. qui cætu, ff. ad l. Iul. de vi publica, l. 1. & 2. Cod. de ſeditio.* [illegible] *Cod. de Epiſcop. & cleric.* [illegible] *quæſtion. 113. num. 133 & 134.* [illegible] *lib. & conſ. 65. à num. 55.* vbi con[illegible] uenticulam non eſſe prohibi[illegible] damnum, & tantùm alterius ex [illegible] & induſtria, & penſatè, non vi [illegible] ta, ſequitur Menoch. *cap.* [illegible] *8 num.* [illegible] *ad l. 2. tit. 6. lib. 3. nouæ recopilat.* [illegible] *in praxi quæſt. 113. num. 13* [illegible] *143* [illegible] tur de coadunatione, & co[illegible] loſè ad malum finem, ſe[illegible] liter homines conuenisse [illegible]

Quin etiam huiuſm[illegible] congregatio facta ad m[illegible] Luſitana *dict. titul. 45. §.* [illegible] pana *d.* [illegible] *2. tit. 10. part.* [illegible] viſu armis perpetraſſe [illegible] congregatione, nec de[illegible] quatur. Sic Greg. L[illegible] *tal aſſonada.* In dubio tamen [illegible] conuenticula facta cenſetur [illegible] incidenter fuiſſe congreg[illegible] *tom. 3. cap. 3. num. 49.* & [illegible] *titul. 15. part.* [illegible] *§. conſtante, n. 61. &* [illegible] Ideo congregatio non [illegible] numeretur, ſed quiſqu[illegible] quod fecit ſi tobetur f[illegible] Az[illegible] *lib. 3. titul 6. l. 2. num. 2. nouæ recopilat.* [illegible] tur autem congregatio, ſeu con[illegible] & appenſatè ad malum facta, Luſit[illegible] *nada* & Hiſpana *aſſonada*, ſi colligetur ex d[illegible] nibus, ſaltem vt vult Abb. *in ca.* [illegible] *de* [illegible] & probatur ex *l. prætor. ff. de vi b.* [illegible] Gregor. Lopez *in d. l. 2. tit. 10. par.* [illegible] *tal aiuntamiento*, Boër. *dec.* [illegible] *3. num. 8* Mascard. *de probationib. tom. 1. concl.* [illegible] *450.* ex Corneo *conſ. 216. lib. 3 per totum*; admonetque *in ver. conuenticula, num. 4.* debere congregationem aſcendere ad numerum decem hominum, Bartolus tamen *in d. l. prætor*, ſi homines ſint equites, ſufficere ait pauciores ad faciendam conuenticulam ſeu coadunationem hominum quinque, videlicet numero, per *l. onet ff. de ambig.* quo[illegible] Bartolus docuit ſufficere quatuor vel quinque equites. Ex cuius reſolutione ſequitur id [illegible] relinqui arbitrio prudentis iudicis, quando dicatur fieri *aſſonada*, ſeu *aſſuada*. Gregor. Lopez nuper relatus ad finem dictæ legis ſecundæ. 21. 22. 23.

Quid de ſeditionibus excitatis, aut excitandis? 24.
Reſponde ſeditionem à magiſtratibus exterminandam, & authores pœna dignos cenſeri, cum ſeditio ſit genus omnium bellorum grauiſſimum, quia ſeditio eſt inter ciues, teſte Platone *de legib. dialog. 1.* & bellum fit contra hoſtes exteros, ideo per magiſtratus debet ſeditio compeſci, alioquin

alioquin niſi ſeditionibus obuient, imputabitur ei [illegible]em, & eorum incuriæ, ac imprudentiæ popularis tumultus. Ita Franciſcus Patritius *de Republ. lib. 6. cap. 5.* Conſonat Plutarchus *in politica*, dicens Principem ciuitatis debere ſumma cura, parua futuræ ſeditionis initia diligenter præuenire, ita vt aut nequeant exiſtere aliquando, aut ſi aliquando extiterint, penitus ſopprimantur, ne paulatim, ac latenter reſumptis viribus repente ſuccreſcant; proinde antequam *ad arma ad arma* ſemel atque iterum conclametur, magiſtratus officium erit ciues inter ſe diſcordes ad pacem cogere, *l. congruit, ff. de officio Prætor.*

Seditio autem oportet, vt ſpecificè probetur, debentque teſtes in ea concludere ex gloſſa 1. *in l. 16. tit. 26. p. 2.* Didac. Peres *l. 1. tit 10. lib. 4. ordinamenti, gloſſa 1. verſ. dubium eſt*; & ad eſſentiam ſeditionis requiritur, quòd teſtes in hoc ſint concludentes, quòd in certo loco facta ſit conuenticula, & quòd fuerit in ducem illius creatus Titius; verbi gratia, Azeued. *lib. 8. tit. 15. l. 1. num. 39.* vbi *num. 19. & 20.* tradit quomodo puniantur authores ſeditionis, & qui dicantur, & *à num. 31. cum ſequentibus*, quomodo ſeditioſi excuſentur. Quando autem per aliquos fiat in ciuitate tumultus ex profeſſo, & induſtria, pœna capitali puniuntur, ſecus ſi caſualiter, & incidenter ex facto aliquo oriatur; ſic Thomas Grammatic. *in voto 19. n. 1. & 2.* At de iure canonico excommunicantur ſeditioſi, per cap. *coniurationum, & in cap. conſpirationum, 11. quæſt. 1. & in cap. ſeditionarios, 46. diſt.* Abbas *in cap. fin. de teſtib. cogend.*

De iure tamen Caſtellæ per dictam legem 16. *tit. 26. part. 2.* ſeditioſi in indignationem Regis incurrunt, & è regno expelluntur. Azeued. *ſuprà*, vbi multa congerit contra quietem publicam turbantes, de quibus etiam meminit Camill. *in commentar. de reg. catholic. præſtant. cap. 3.* vbi refert varios modos quibus fuit animaduerſum in ſedi-
25. tioſos apud varias nationes: Nam Annibal ſenior præfectus claſſi maritimæ cum Romanis congreſſus, ac ſeparatus, orta inter milites ſeditione lapidibus obrutus occubuit, teſte Eutropio rerum Romanarum *lib. 2. cap. 5.* Appius Herdonius Romæ ſeditionem mouens tandem interfectus fuit, authore Liuio *lib. 2.* Scipio tamen Africanus ſenior ſummopere commendatur ab eodem Liuio propter ſeditionem in exercitu excitatam, quam triginta quinque militum ſupplicio ſedauit. Non poterunt tamen vti ſeditioſi puniri deficiente animo, & affectu excitandi ſeditionem, quia requiritur animus, & affectus; vnde ſi quis imprudenter & abſque animo ſeditioſo proferat verba, quæ ſeditionem excitent, non poterit puniri tanquam ſeditioſus. Decius *conſ. 256. num. 7.* pro vt refert illum, ac ſequitur Azeued. *ſuprà, num. 38. tit. 15. l. 1. lib. 8. noua recopilat.* dicens ſeditioſos debere probare non habuiſſe animum excitandi etiamſi effectus defecerit, quia acclamationes, & vociferationes in dubio cenſentur ad malum finem, & contra Rempublicam prolatæ, niſi contrarium probetur, ex Boſſio *in practica, tit. de crimine læſæ maieſtat. n. 24. & 25.* & ex Deciano *tom. 2. de delictis, lib. 7. cap. 19. de ſeditioſis, n. 54*

* * *

## §. I.

### *Vtrùm poſſit inſtitui licitè ab aliqua communitate Mons pietatis?*

#### EPITOME.

26 *Mons pietatis quid ſit, & ad quid inuentus.*
27 *Mons pietatis vt ſit licitus, quas conditiones debeat habere.*
28 *Mons pietatis quibus rationibus probetur eſſe licitus.*
*Mutuanti licet deducere in pactum expenſas, quæ poſſunt fieri in gratiam mutuatarij. Ibid.*
29 *Mutuanti fas eſt aliquid accipere ratione damni emergentis.*
30 *Caietani, & Soti reprobantium montem pietatis opinio reijcitur.*
31 *Concilium Tridentinum inter loca pia enumerat montem pietatis.*
*Conſtitutiones Apoſtolicæ in confirmationem montis pietatis. Ibid.*
32 *Montis pietatis vtilitas.*
33 *Mons pietatis mixtus quid ſit; & eius deſcriptio.*
34 *Montis pietatis mixti conditiones ex parte deponentium pecunias.*
35 *Montis pietatis mixti conditiones ex parte mutuatarij.*
36 *Vſura vt abſit à monte pietatis, requiritur quòd pecunia ſit negotiationi deſtinata.*
37 *Expenſæ ſoluendæ ſeruientibus monti pietatis debent eſſe moderatæ.*
38 *Montis pietatis mixti ex parte, qui conſtatur ex eleemoſynis, nihil recipi poteſt, niſi expenſæ.*

DIco primò montem pietatis nihil aliud eſſe, quàm ſummam quandam ſiue pecuniæ, ſiue frumenti, ſiue alterius rei, quæ mutuari poteſt, ac deputatur ad ſubueniendum indigentibus per eius mutuum ad vitandas vſuras. Hæc autem ſumma ſupradicta poteſt congregari à priuatis hominibus pro ſua deuotione contribuentibus, vel à communitate, ſeu concilio camerariæ de bonis communibus, vt colligitur ex Syluestro, *verbo, vſura, 5.* & ex Nauarro *in commentar. de vſur. à num. 64. & in manuali, cap. 17. num. 213. & lib. 5. conſil. tit. de vſur. conſ. 2. in 2. editione per totum.* Molin. *diſp. 325.* Rebell. *in 2. p. de obligat. iuſtit. lib. 8. quæſt. 13. à num. 1.* Tolet. *lib. 5. cap. 38. & 39.* Leſſius *lib. 2. de iuſtit. cap. 20. dub. 23. num. 189. & ſequentibus*, quibus nouiſſimè accedit Filliucius *tom. 2. tract. 34. cap. 9. per tot.* Azor 3. *p. lib. 5. cap. 8.* 26.

Vt autem mons pietatis ſit licitus ſecundùm hos doctores debet habere ſequentes conditiones. Prima eſt, vt ex illa ſumma detur mutuum ad certam ſummam non exteris, aut opulentis, ſed pauperibus eiuſdem loci pro certo tempore, puta, pro vno anno, vel duobus, relictis pignoribus, quæ mutuum acceptum in valore adæquarent. Secunda, vt ſingulis menſibus, vel annis mutuatarij aliquid minorim ſoluerent pro ſumptibus neceſſarijs ad conſeruandum montem, & pro ſuſtentatione miniſtrorum, conductione domus, pro emptione librorum ad rationes dati, & accepti tenendas, & pro cæteris neceſſariis inſtrumentis. 27.

Tertia

Tertia conditio. Si mutuatarij intra terminum præfixum ſummam mutuo acceptam non reddiderint, vendantur pignora, & ex pretio ſoluatur mutuum, & ad montem redeat, & ſolutis reliquis neceſſariis ſiquid ſuperfuerit dominis pignorum reſtituatur.

28. His poſitis concluſio ſit. Mons pietatis eſt licitus, quia abhinc 180. annos, & eo amplius per viros pios, & timoratos fuit inſtitutus, nec à doctis & literatis, vno, vel altero exceptis, improbatur. Probatur, quia Leo X. in Concilio Lateran. ſeſſ. 10. vnà cum ipſo Concilio approbauit hoſce montes tanquam pios ſi erigantur conditionibus expoſitis. Quin etiam omnibus ad hoc opus concurrentibus indulgentias conceſſit, & contra contrariũ docentes, vel concionantes ex propoſito, & induſtriis excommunicationis ſententiam protulit, vt conſtat ex conſtitutione eiuſdem, cuius meminit Medina *de vſur.* q. 10. & habetur *in tom 4. conciliar.* Rebell. *d. quæſt.* 13. *num.* 3. & Molin. *diſp.* 325. *pag.* 432. *verſ. Contrariam ſententiam*, Leſſius *d. dub.* 23. *num.* 191. & Filliucius *d. cap.* 9. *num.* 168. Vbi addit ſecundam rationem, quæ in pietate conſiſtit, cum nihil aliud ſit hic mons, quam ſumma pecuniæ, ſeu frumenti, aut rei mutuabilis expoſita ad mutuandum, & ſubueniendum indigentibus, quod eſt opus pietatis; ergo mons eſt licitus, nec vllam continet iniuſtitiam. Tertiò probant, quia licitum eſt præſtanti beneficium mutui deducere in pactum expenſas, quæ poſſunt fieri in gratiam mutuatarij, vt ſi velint mutuum capere, expenſis ſatisfaciant; ergo in noſtro caſu integrum erit pro rata contribuere pro expenſis miniſtrorum, & pro ſumptibus neceſſariis ad cuſtodiendum, & conſeruandum pietatis montem.

29. Quartò, quia ratione damni emergentis in quocumque mutuo fas eſt aliquid accipere, quia mutuans ob beneficium quod præſtat, non debet eſſe peioris conditionis; ſed ſi mons ſolueret expenſas pro conſeruandis neceſſariis, emergeret illi damnum, eſſétque peioris conditionis, & tandem exhauriretur, quod eſſet maius damnum redundans in eoſdem pauperes mutuatarios, ergo poteſt recipere quantum ſufficiat, vt ſeruet ſe indemnem, ac proinde poteſt paciſci de competentibus expenſis vltra ſortem ratione damni emergentis, Filliucius *tom. 2. tract.* 34. *cap.* 4. *num.* 64. & Molin. *diſp.* 314.

Quintò. Nulla æquitas poſtulat, vt quis mutuet cum damno ſuo; ergo poterit mons exigere aliquid ad damnum ipſum vitandum dumtaxat, & quantum ſufficiat pro expenſis neceſſariò faciendis, non tamen vt mons accreſcat, vel vt author illius fiat locupletior. Medin. *d. quæſt.* 10 Leſſ. *ſuprà d. dub.* 23. *cap.* 20. *num.* 193. Atque ita tenebitur mutuatarius ex iuſtitia commutatiua ratione contractus innominati, *Do mutuum vt concurras pro rata ad expenſas factas*, quæ fiunt in gratiam illius, & ex conſequenti tenebitur dare in ſingulos menſes, vel annos aliquid exiguum, quod ſufficeret ad conſeruationem montis, & ad ſuſtentationem miniſtrorum. Quod ſi aliquid ſuperſit ex lucris, quæ vltra ſortem mutuatarij ſoluunt, non accreſcet ipſi monti, quia non debet locupletari, ſed ſufficit ſe indemnem ſeruare. Itáque reſtituerit, quod ſupereſt ſingulis mutuatariis, à quibus eſt acceptum detentis dumtaxat expenſis. Ignotis verò mutuatariis, vel incertis, cùm reſtitui debeat, in pios vſus applicari poteſt eidem monti. Azor. *ſupra, cap.* 9.

Neque obſtat quod tradit Caietan. *tom.* 2. *opuſcul* 6. & Sotus *lib* 6. *quæſt.* 1. *art.* 6. exiſtimantes hanc montis inuentionem, & mutuandi rationem eſſe vſurariam; quia Caietanus ſcripſit illud opuſculum ante Concilium, puta, anno Domini 1498. vt habetur in fine opuſculi. Concilium autem hoc diffiniuit, anno 1515. vt conſtat ex Bulla in fine. Sotus verò non eſt audiendus, dum ait pleraque etiam alia illius Concilij ſtatuta non fuiſſe recepta, quia decreta ex iure poſitiuo vim habentia non habent vim niſi recipiantur. Decreta namque ad fidem, ac mores ſpectantia eo ipſo, quod à Summo Pontifice, vel à Concilio generali ſtatuuntur ex acceptatione non pendent cùm in his errare non poſſint. Quo circa tam Caietanus, quam Sotus viri alioqui doctiſſimi audaciæ non vulgaris arguuntur in interpretanda diffinitione Concilij, & Summi Pontificis, vt notant Nauarrus *de vſur. n.* 60. Molin. *d. diſp.* 325. *verſ. In confirmationem*. Tolet *lib.* 1. *cap.* 38. & 39. Rebell. *d. q.* 13. *verſ. Nec eſt audiendus Caietanus, & verſ. Multò minus Sotus*, quibus accedit Filliucius *d. cap* 9. *num.* 169.

Pro quo facit Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 22. *cap.* 8. 9. & 11. vbi enumerat loca, quæ ſubſunt viſitationi Epiſcopi, inter quæ mons pietatis habet locum, vt patet expreſſe ex *capit* 9. ibi: *Adminiſtratores tam Eccleſiaſtici, quam laici fabricæ cuiuſuis Eccleſiæ etiam Cathedralis, hoſpitalis, confraternitatis, eleemoſynæ montis pietatis, & quorumcumque piorum locorum ſingulis annis teneantur reddere rationem adminiſtrationis Ordinario* Et in confirmationem prædicti montis pietatis, extat conſtitutio quæ iam Sixti IV. ad petitionem Epiſcopi Viterbienſis anno ſalutis 1472. 18. Kalendas Maij, Pontificatus ſui anno primo, & alia Innocentij VIII. ad petitionem communitatis ciuium Mantuæ, anno Domini 1486. Kalend. Decembris, Pontificatus ſui anno 3 & alia Gregorij XIII. ad petitionem ciuium Cæſaraugustæ, edita anno Domini 1578. Idibus Octobris Pontificatus ſui anno 7. & aliæ quarum meminit Cened, *in collectan. ad decretal. in cap.* 4. *ſuper eo vero, de vſur. collectan.* 41. *num.* 2.

Accedunt ad approbandum prædictum montem pietatis vltra præcitatos, Pater Paul. Comitol. *reſponſor. moral. lib.* 3. *quæſt.* 15. Petrus Gregor *de Republica, lib.* 13. *cap.* 16. *à num.* 9 & Baptiſta Gemin. *de vſur. comment.* 3 §. 3. qui omnes vnanimiter hanc partem tuentur; quia inde multa commoda in Reipublicæ vtilitatem cedunt, & impediuntur vſuræ Deo, & hominibus valdè deteſtabiles, & homines indigentes in omni euentu habent paratam pecuniam ad ſua negotia peragenda, incommodáque redimenda. Leſſius *ſupra, n.* 194. *verſ. Ex dictis patet, & ſeq. vſque ad fin.* vbi multas alias vtilitates, ac prouentus ex hoc prouenientes commemorat. Capua *deciſ. lib* 2. *cap.* 10. *de cambiis, num* 16.

Quid de monte pietatis mixto? Dic eſſe ſummam pecuniæ partim ex eleemoſynis, & gratuita donatione, & partim ex contributionibus priuatorum, ac particularium congregatam, qui deponunt pecuniam in hoc monte, vt indigentibus ſubueniatur cum pacto, vt recipiant certum quid pro centum ab eodem monte in ſingulos annos ſalua ſorte, quam poſſunt recuperare contribuentes quandocumque voluerint. Ita Nauarrus *d. conſ.* 2. *de vſur.* refert fuiſſe factum in monte pietatis, Vicentino, ac Veronenſi. Debent tamen vt hi

montes

Margin numbers of the second column: 30. (beside "Neque obſtat"), 31. (beside "Pro quo facit"), 32. (beside "Accedunt"), 33. (beside "Quid de monte").

montes ſint liciti habere quatuor conditiones; duas ex parte deponentium, & alteras duas ex parte mutuatariorum; ex parte deponentium prima, vt ipſi recipiant quatuor, vel quinque pro centum ob pecuniam ad mutuandum apud montem ab ipſis depoſitam. Secunda, vt poſſint repetere pecuniam quandocumque voluerint. Sed ipſi deponentes non poſſunt aliquid recipere vltra
34. ſortem vi mutui ſine labe vſuræ; ideò vt vſura tollatur, dicendum eſt poſſe illos aliquid recipere, exempli cauſa, quatuor, vel quinque pro centum ratione damni emergentis, vel lucri ceſſantis, eiſdem deponentibus, quia poterant pecunia depoſita emere prædia, vel cenſus, vel illam deponere apud mercatores; vnde damnum emergens, vel lucrum ceſſans reficerent, & eo amplius. Confirmatur ex quadam Bulla Iulij III. cuius meminit Nauarrus *d. conſ. 2. de vſur. num. 3. verſ. Ex hoc reſponſo, & duobus ſequentibus, vſque ad num. 7. per totum*, in qua approbatur huius montis inſtitutio, dummodo concurrant duæ aliæ conditiones ex parte deponentium pecuniam, quarum prima eſt adiuuare montem illum, & pauperibus à monte mutuum recipientibus ſubuenire; non verò fænerari velle, aut recipere lucrum ex mutuo, vt ipſius mutui: ſecunda, vt deponentes abſtineant ab emendis mercibus venditioni expoſitis, quas alioquin emiſſent, niſi pecunias in monte deponerent; quibus conditionibus interuenientibus poterunt deponentes recipere illa quatuor, vel quinque, vel ſex iuſtè ſecundùm conſuetudinem regionis pro centum.

35. Ex parte verò mutuatarij duæ aliæ conditiones debent adeſſe. Prima vt det fideiuſſorem, vel pignora. Secunda vt ſi intra terminum præſcriptum pecuniam non reddat fideiuſſor, ſoluat valorem mutui, & illud ſiue quatuor, ſiue quinque, ſiue ſex pro centum, vel pignora vendantur, & mutuum reddatur, & ſi quid ſuperfuerit domino pignorum reſtituatur, exceptis expenſis, quæ etiam miniſtris montis ſolui debent. Ex parte etiam montis ipſius duæ obligationes. Vna eſt ſoluere deponentibus illa quatuor, vel quinque, vel ſex in centum pro ſingulis annis. Secunda reſtituere deponentibus pecunias depoſitas, quando ipſas popoſcerint, ita vt ſi ante annum exactum eas popoſcerint, pro rata illud certum quid recuperent pro centum ratione temporis decurſi. Filliucius *d. cap. 9. n. 176. & ſequentibus*, Nauarrus *d. conſ. 2. num. 6. verſ. Quinto quod miniſtri montis*. Iuuat idem Nauarrus *in manuali, cap. 17. n. 288. verſ. in 35. numero*, quatenus ait poſſe conſtitui à Republica officium mutuandi indigentibus cum ſalario de publico conſtituto cum obligatione impoſita mutuatariis de reddendo aliquo lucro exiguo vltra capitale pro cuſtodia ac labore officialium inſtar montium pietatis.

36. Vt autem tam ex parte deponentium pecunias in monte, quàm ex parte ipſius montis labes vſuræ exulet, requiritur, vt deponentes pecunias, eas habeant negotiationi deſtinatas, etiamſi negotiatio non ſit in promptu ſi moraliter loquendo breui pòſt tempore eas in negotiationem impendant, vel in emptionem rei fructiferæ. Quod ſi longo tempore opus eſſet ad pecunias negotiationi exponendas; tunc pro rata temporis lucrum eſt deducendum, ac minuendum deponentibus. Secus ſi breui tempore intercedat antequam negotiatio cæpta ſit, atque perficiatur emptio; tunc nihil deducendum eſt ex lucro montis, ſed totum recipi poteſt, vt colligitur ex dicta Bulla Iulij III. Filliucius *ſuprà, num. 179.* vbi loquitur de monte pietatis mixto, vt ſic alliciantur homines ad contribuendum, & collocandum pecunias in monte, & abundanter indigentium neceſſitatibus ſubueniatur.

Porrò ex parte montis, vt vſura elimineturom- 37.
nino, requiritur vt expenſæ miniſtris, & officialibus deputatæ ſint moderatæ, non ſolùm quando mons pietatis eſt purus, ac ſimplex, ſed multò magis quando mons eſt mixtus. Item quià, quod recipit à mutuatariis, non recipiat ratione mutui, ſed ratione damni emergentis, & lucri ceſſantis ipſi monti. Nam cùm ex conuentione facta obligetur mutuantibus ipſi monti reddere quatuor, vel quinque pro centum, ne iacturam patiatur, & de ſua ſoluat, poteſt à mutuatariis, vt ſe ſeruet indemnem, totidem exigere ratione damni emergentis iuxta gloſſam ab omnibus receptam, *in c. conqueſtus, de vſur.* Nauar. *d. conſ. 2. de vſur. num. 3. verſ. Quartò. ad finem.* Molin. *de iuſtit. tom. 2. tractat. 2. diſp. 314. & 315.* Rebell. *2. p. lib. 8. quæſt. 6. num. 1.* & Leſſ. *lib. 2. de iuſtit. cap. 20. dubit. 10. n. 72. & dub. 11. num. 80.* Filliucius *d. tract. 34. tom. 2. capit. 9. num. 183.* Denique ex monte mixto, hoc eſt 38.
ex ea parte, quæ conflatur ex eleemoſynis, nihil poteſt pro ea pecunia accipere præter expenſas monti neceſſarias, cùm expenſæ gratis non fiant. Filliucius *d. cap 9. num. 183.* vbi *num. 184. & ſequentibus*, proſequitur materiam variorum montium in variis Italiæ locis exiſtentium.

## DISPVTATIO XXI.

## *De officio Ædilis, & de obligationibus illius.*

### EPITOME.

1. 2. & 3 *Ædilium origo, & ætas, & aliorum officialium de iure communi, ac Luſitano; nec non electio.*
4. 6. & 15 *Ædilium munus, & obligatio, ad quæ ſe extendat.*
5 *Ædiles, & cæteri officiales finito tempore an poſſint reeligi.*
7 *Otium eſt cauſa multorum malorum, & otioſi ab ædilibus ſunt expellendi.*
8. & 9 *Ad ædiles pertinent pondera & menſuræ, & munditia vrbium, & oppidorum, & cogere, vt quiſquis emundet loca propria, niſi ſint exempti.*
10 *Via publica, fontes, & pontes, à quibus ſint reficienda.*
*Luſitana aquæ ſunt optima. ibidem.*
11 *Ædiles debent cognoſcere de ædificiis, ac ſeruitutibus inter vicinos. Item de feneſtris ſubgrundis, ſtillicidiis, ac proiectis, item de loricis, ſpeculis, atque aquis.*
12 *Extollere ædificia ſua vſque ad cælum, quando quis poteſt, & quid ſi duo habitent in eadem domo, alter in parte ſuperna, alter in inferna.*
13 *Fiſtula in pariete communi, ſeu canalis ſtructilis, ſeu ſtillicidium, an liceat apponi.*
14 *Conſtructio in loco publico non poteſt fieri ſine conſenſu ciuitatis.*

Contra

16 *Contra ædificantes in re tua palam poſt opus conſummatum quibus interdictis uti poſſis, & quomodo differant hæc interdicta.*

17 *Noui operis nunciatio pro ſeruitutibus ruſticis non competit, ſed pro urbanis.*

18 *Sequeſtrum facere quando opus nouum nunciatur, pertinet ad ædiles, & quando poſſit, vel non poſſit perfici ædificium poſt nunciationem intimatam.*

1\. DE origine Ædilium habetur apud Liuium 6. ab Vrbe. Varro tamen Ædilem vocat illum, qui tum ſacras, tum priuatas ædes procurat. Sed & hoc idem Cicero ex 12. tabul. lib. 3. de legib. *Suntóque ædiles curatores urbis, annonæ, ludorúmque ſolemnium, ollíſque ad honoris amplioris gradum, is primus aſcenſus eſto.* Olim apud Romanos annus ædilitatis erat trigeſimus ſeptimus, Quæſturæ vigeſimus ſeptimus, Prætutæ quadrageſimus, Conſulatus quadrageſimus tertius. Huius legis meminit Aymarus Riuall. *in hiſtoriarum iuris ciuilis lib. 2. in lege Annaria.* Camill. Borell. *de magiſtrat. edi[illegible], lib. 1. cap. 6. num. 43.* [illegible] 44. vbi ſenatoriæ ætatis annus erat quadrageſimus quintus; ad quam dignitatem nullus admittebatur, niſi maiores alios antea magiſtratus maiori ex parte geſſiſſet, indéque à ſenectute Senatum appellatum dicit Cicero *in lib. de ſenectute*, cùm in Senatum non niſi ſenes cooptarentur. Plutarchus *in Romulo*, & Eutropius *rerum Romanarum lib. 5. cap. 4.*

2\. De iure tamen Luſitano ad officia Reipublicæ nemo admittitur niſi poſt vigeſimumquintum annum, vt conſtat ex *lib. 1. ordinationis, tit. 93. in principio*, ibi: *Nam paſſando de idade de vinte e cinco annos*, vt loquitur de officiis publicis gubernationis ciuitatum, oppidorum, ſeu villarum Regni. Mendès à Caſtro *in praxi Luſitana, lib. 1. cap. 2. num. 26.* Petrus Barboſ. *in l. cum Prætor, §. vltim. num 67. ff. de Iud.* Caldas Pereira *in l ſi curatorem, verbo, hunc contractum, n. 41. & 44.* Phœbus *tom. 1. deciſ. 92. num. 2.* Quod limitant Azeued. *ad Curiam Piſanam, lib. 1. cap. 12.* & Auend *de exequend. mandat. p. 1. cap. 19. n. 16.* in paruis oppidis, vbi fuerit hominum penuria; tunc minores poſſunt eligi ad officia publica, textus *in l. non tantum, §. prima, ff. de decurionibus*, gloſſ. *in l. ad Rempublicam, ff. eodem.* Maſtrill. *de magiſtrat. lib. 2. cap. 5. num. 38. & ſequentibus.*

3\. Quomodo autem ſint eligendi ædiles, habetur in lege *lib. 1. tit. 67 §. 13* Hanc tamen electionem ſicut & aliam non ritè factam de aliquo officiali publico ad ſeruiendum Reipublicæ poteſt impugnare quilibet de populo tanquam pars Reipublicæ, ad cuius defenſionem ſinguli de populo poſſunt concurrere, poſſúntque excipere ne officialis electus admittatur ad officium, & a tali electione appellandum eſt, *l. reus, §. 1. ff. de muneribus*, niſi exceptio malitioſè opponatur, vt interim tempus regiminis elabatur; tunc reiici debet ſecundùm cap. fin. *in fin.* vbi gloſſ. *de iudic.* Cabed. *1. p. deciſion. 112.* Quod intelligit Rebuff. *in l. vni. C. de ſentent.* contra promouendum ad officium, non verò contra iam promotum, tunc enim non quilibet de populo poteſt electionem impugnare, ſed ille ſolus, cuius intereſt, poteſt, ac debet admitti ad impugnandam e[illegible]tionem. Idem Cabed. *ibi: & p. 2. deciſ. 84. a num. 1* [illegible] 27 vbi electus poteſt appellare, ſi non fuerit ritè electus, *l. 3. C. qui ætate, vel profeſſione ſe excuſ. lib. 10.* Et recuperabit ſumptus ab eo, qui eum nominauit. Auendan. *de exequend. mandat. 1. p. cap. 19 num. 27.* & Matientz. *l. 1. gloſſa 8. tit 14 lib. 5 nouæ recopilat.* vbi pro hac parte citat Federicum de Sen. *conſ. 225.*

Porrò ædilitas eſt magiſtratus de publicis, ac priuatis rebus, vt de ornatu decenti, de conſeruandis ædificiis ruinam minantibus, de mundi[illegible]ia viarum, ac conſeruatione, & directione, de limibus regendis. Cuius magiſtratus plures ſunt in ma[illegible]nis ciuitatibus partes, vt præfecti mœnibus ref[illegible]ndis, fontium curatores, pontium reparatores, ac viarum, & portuum [illegible]nſeruatores, vt notat Ariſtoteles *in 6. Politicor. cap 8* [illegible] *itera B* Conco[illegible]at Plato *lib 34. de legibus, vel de legum latione,* [illegible] *lego 6* dum ædiles inter magiſtratus enumerat [illegible] viarum, ædificationúmque exornandarum curam maximè neceſſarios, ne aut homines iniurien[illegible]r, aut ipſæ feræ noceant, vocatque ædiles curatores ciuitatum; nec non rerum venalium, fori, venditioniſque curam habentes. C[illegible] in [illegible] decim partes diuidit, nempe in [illegible]as, ha[illegible]ationes [illegible] ædificationes, portus, fora, fontes, [illegible] ca cæteráque huiuſmodi omnia. Quarum [illegible] rerum curatores in Republica bene conſt[illegible] aſſi[illegible]nantur: viarum vrbis, vulgariu[illegible]nque i[illegible], quæ a regione in vrbem tendunt, curam ha[illegible] Aq[illegible] præterea, quas cuſtodes in vrbem [illegible] curant, vtilitati inuigilant, vt in fontes, q[illegible] liquidiſſimæ, ſufficiente que ducantur [illegible] ad vt[illegible]tatem, ſed etiam ad ornatum c[illegible] [illegible] etiam Plato de Cenſorum, Æd[illegible]mque [illegible]ectione meminit.

Circa verò electionem Ædi[illegible] & [illegible] officialium Reipublicæ quæri po[illegible] officialis, qui modò per ſuffragia popu[illegible] fuit e[illegible], finito tempore poſſit iterum eligi [illegible] miniſtrandum? Reſpondetur [illegible] text. in expreſſum *in l. 1. tit. 13,* [illegible], *in fine.* Sequitur Azeue[illegible] *4 num. 1.* Cuna Philippica *1. p. iudic.* [illegible] *de* [illegible] *num. 36.* Quod intellige quando electores omnes, nemine diſcrepante, officialem reelegerint, quia quamuis quando aliqua officia prouidentur [illegible] eliguntur per populum, & decurionum col[illegible]gium, ſatis [illegible] ſit, id quod a maiori parte eligitur vt h[illegible] *l. quod maior, ff. ad municipia.* ſec[illegible] qu[illegible] agitur de reſtitutione alicuius officialis [illegible] enim non ſufficit maior pars ſuffragantium, [illegible] requiritur quòd omnes electores conueniant nemine diſcrepante; aliter enim cu[illegible] pr[illegible]o Reipublicæ poſſet quis perſeuerare in officio textus *in Arab* [illegible] *de defen* [illegible] *ciuitat, §. fin.* quem ad hoc ſingularem vocat Cor[illegible] *ſingul. 386. verbo, Vniuerſitas*, Rom[illegible] *col. 2. & in ſingul. incipit, E*[illegible] *ſingulari, incipit, Index fuit rogatus* Ba[illegible] *nes populi, num. 26. in fine, ff.* [illegible] & [illegible] *lin. in cap cum omnes num. 18* [illegible] *de conſtitutionib & in cap. fin. num.* [illegible] on tamen poterit officialis reeligi niſi per [illegible] annum dumtaxat, etiamſi populus [illegible]lud petat, & ſupplicet, per *a. l. 4. Caſtella, tit. 5. l*[illegible] ibi: *Mas de por otro anno.* Conſonat textus *in l* [illegible] *lib. 3,* vbi dicitur per biennium offi[illegible] [illegible] poſſe in officio. Azeued. *in vtraque le*[illegible]

Deiure Luſitano *lib. 1 tit 68. in principio.* Ædiles iuramento accepto de rite, ac recte [illegible] administrando, vbi primum inceperint [illegible] præcone per vias ci[illegible] o publ[illegible] p[illegible] ateas præcipientes annunciare, vt macellarii [illegible] ſeu piſtrices,

4

5

6.

[illegible]

7. [illegible]

8. [illegible]

[illegible] Fr[illegible] R[illegible] Chry[illegible] Repu[illegible]

ponat [illegible] te vt populo prouideatur; idémque [illegible] dem[illegible]ndatur §.4. [illegible] interſi[illegible] macello, vt [illegible] per[illegible]petes quàm per [illegible] tes vendentes inter eos pa[illegible]tur. Nec non enixè inuigilent, ne in [illegible] in [illegible] tate p[illegible] v[illegible]bus [illegible]trahantur. Nam ſolet com[illegible] gere [illegible] fu[illegible]ata mercibus ad[illegible] p[illegible]ta calcem, cu[illegible] aqu[illegible] vino, puluerem & [illegible] nam frumento, gummina ceræ, & reſina, vt [illegible] d. [illegible] 68. §.1. & tenentur vendentes [illegible] *[illegible] ſeruum, §. item ſi quis frumentum, [illegible] leg. Aquil.* Marant. *de ordin. iudi[illegible] [illegible] 4 [illegible] num. 41. [illegible] ſequentib.* Meno[illegible] *[illegible] arbitr. c[illegible] 317. per totum, & caſu* 382. vbi [illegible] p[illegible] mercatoribus, aro[illegible] m[illegible] [illegible] monia, & aro[illegible] [illegible]s, & i[illegible] ven[illegible]ntibus.

[illegible] tum [illegible] bus [illegible] impoſi[illegible] qui[illegible] poſſunt fint n[illegible] d[illegible] [illegible] tenta. Nam [illegible] is [illegible] tas inſi[illegible] e ſi peſt[illegible], indeque [illegible] res, con[illegible] Hippo[illegible] *[illegible] emiorum* [illegible] iterum [illegible] pl[illegible] Ant. los [illegible] S[illegible] C[illegible] Platina [illegible] cloacæ, [illegible] omnia [illegible] Fr[illegible] R[illegible] *[illegible] part. [illegible]* [illegible] 9.

[illegible] nes [illegible] 2. [illegible] *m air ſi dore,* *[illegible] pu[illegible]*, Ioan. C[illegible]s *de termin.* [illegible] 8. [illegible] 9. [illegible]s Gregorius [illegible] *lib.* [illegible] & [illegible] Bobadil[illegible] *io.*

I[illegible] in vi[illegible] pu[illegible] pr[illegible] ientes vti[illegible] [illegible] ole[illegible] s, [illegible] nt [illegible] ac co[illegible] b[illegible]s c[illegible]ilibus, vt proi[illegible] en[illegible] *[illegible] adi[illegible], ff. [illegible]* .Cæp[illegible] *de ſeruit. [illegible] p[illegible] iar.* [illegible] 78. *de [illegible]erqui[illegible], in ne[illegible]* [illegible] nij, & m[illegible] ce[illegible] ac fa[illegible] ca[illegible] [illegible] acpel[illegible] comm[illegible]dantes compeſſit [illegible] ne hoc officio [illegible] antur, niſi in extre[illegible] [illegible] propter conſeruan[illegible] [illegible] tem[illegible] bre cælum. Sic Pa[illegible] *de reluit[illegible] ad cap.* [illegible] *incipit,* [illegible] 11 *num.* 34. F[illegible] Ma[illegible] *deciſ.* 497. *[illegible] Solum* [illegible] *num.* 8. & *num.* 12. [illegible] *per totum,* ex [illegible] §... *ff. de [illegible]* d[illegible] ns non eſſe licitum [illegible] propri[illegible] exerc[illegible] re artem ex qua teter [illegible] ad [illegible] ſentitur, quod e[illegible] am dixerat *in [illegible] m.* Ae[illegible] eni[illegible] britas omni[illegible] m, ac congregat[illegible] ni per quam vti[illegible] l[illegible] cat[illegible] ad [illegible] dam hominum vitam, cui [illegible] da, & [illegible] ta loca maximè nocent & mun[illegible] [illegible] ta. [illegible] conſeruat[illegible] m ae[illegible]is temperiem [illegible] ne. Quare æd[illegible]es prouidere debent, [illegible] nes non noceant æd[illegible] cris, & viæ mundentur [illegible] ſte[illegible] ora, ac morticinia extra oppi[illegible] d[illegible] [illegible] tur, vel humentur. Martinus Laudenſ. [illegible] *officialibus Domini,* §. 11. & expreſ[illegible] [illegible] tur [illegible] iure Luſitano *lib.* 11. *d. titul.* 68. *[illegible] impeza, numer.* 18. *& duobus ſequenti[illegible]*, *[illegible] in leg. ædiles, ff. de via publica,*

Stephan Gratian. diſcept. forenſ. cap. 1 [illegible] num. [illegible] vbi addit poſſe vicinum conqueri de non [illegible]uanda mundiria, ac de malis odoribus vi[illegible]norum, per text. expreſſum in d. l. ædiles, ff. de via pub[illegible] ibi deciditur exitus ciuitatis, vulgo Recios da Ci[illegible]de, debere eſſe ſine vllo impedimento, & ſine fæcibus ſordidis, quæ tranſeuntes infeſtent, quod notat Albet. & Florian. in l. equiſ[illegible]mum, §. tamen, ff. de vſufruct. Sequitur Cæpol. in tract. de ſeruit. [illegible]nie. vrban. prædior. rubric. de aere.

Ob eandem rationē prouidebunt ædiles, ne in viis publicis ſint ædes ſemidirutę, ac ruinoſæ, vulgò pardeieros, ex quibus ad vias publicas putredo effloit, & malus odor expirat, poterúntque c[illegible]e[illegible]re, vt vel de relinquantur, & nemo il[illegible] vtat[illegible] ad ſordidos vſus, vel reædificentur vel [illegible]endantur ad eundem finem, ne ciuitas ruinis deformetur. Bald. in l. præſes, per textum ibi, ff. de officio præſ. d. Rumanus in ſingul. 777 & Decius in l. creditor, ff. ſi c[illegible]petat. Quod ſi manè repertantur aliqua m[illegible]tri[illegible]nia, ſiue immunda prope domum c[illegible]ſque, ni[illegible] conſtet aliquem certum proiecisse, eſt præſump[illegible]o contra domus dominum, & ad eum pertinet emundatio, Bartol in d. l. ædiles, & in [illegible]ne [illegible]nus, ff. incendio, rui[illegible]a, naufr[illegible]gio, & tenet l[illegible]er[illegible] [illegible]s [illegible] parte, locatio, in principio.

Non tamen poterunt ædiles cogere ruſt[illegible]os deducentes onera ad ciuitatem in [illegible] vt ex ea immunda, ac ſo[illegible]tes [illegible]c[illegible]itat [illegible] aſportent, niſi pacta mercede l. [illegible] in principi[illegible] ff. [illegible] mund. & tenet Franc. Lucas in tract. de ſ[illegible] 3. p. de collect[illegible] x. Immunitate, num. 8. quia e[illegible] [illegible] non debent ruſtici ciuitatem, ſed ho[illegible] debet fieri ab habitatoribus domorum, qui ſunt iuxta vias immundas, ſi fuerint intra muros ciui[illegible]tis, vel extra circumcirca. Bartol. in l. per bu[illegible]hin[illegible] C. de immunitat. nemin. concedend. & ibi Ioan. de P[illegible]tea, num 2. Con[illegible]onat lex Luſitana, d. lib. [illegible] 6 . §. [illegible] ibi, Faram alimpar a cidade, ou [illegible] illa a cada [illegible] ante as ſuas portas das ruas. A quo one[illegible] nemo excuſatur etiamſi Eccleſiaſticus ſit, vt notat Bobadill. in ſua Politica, lib. 3. cap. 6. num 5. M[illegible] in tract. ſaxa pauis concluſ. 5. num. 70. Quod ſi hoc ſit faciendum extra ciuitatem, ac ſuburbia in loc[illegible], in quo non extant vicini, debet hoc fieri expenſis communibus impoſita collecta pro ratione [illegible]monij ſecundùm legem, ad inſtructionem [illegible] d. ſacroſ. Eccleſ. & Ioan. de Platea in d. l. per [illegible] iniam. Nec ſatisfaciunt obligationem habentes ad emūdandas vias, ſi lutum de me[illegible] earum auferant, & proiiciant ad latera viarum, vt co[illegible]at ex l. 1. §. purgari, ff. de via publica, & [illegible]radit Cæpol. in tract. de ſeruitut. in parte, via eſt, quæſt. 26.

Sed quid dicendum de vicinis exempti[illegible] ſi forſè fuerint ab hoc onere, vel non fuer[illegible] ſoluendo in reparatione viarum? Reſponde te[illegible] [illegible] vi[illegible]nos alios. Sic gloſſa in l. fin. quæ incipit, quæ [illegible]am, ff. de via publica. Cæpol. in tract. ſeru. in [illegible]te, [illegible] quæſt. 25. verſ. Sed quid ſi ille. Condu[illegible]or[illegible]men, ſiue domorum, ſiue agrorum, n[illegible] tenentur ad refectionē viarum, ſed domini, & [illegible] ab[illegible]tibus, vel non cōparentibus, vel ceſſan[illegible]ibus conductores concurrent ex ſumptibus pen[illegible]ionis. Bartol. in l. ædiles, §. quicumque, ff. de via publica [illegible]rian. in l. pendente, §. ſi quid cloacary, ff. de vſufru[illegible] & quæ ſoluerunt inquilini, ſeu conduct[illegible] [illegible] dominis ab eiſdem repetent, Angel. in l. 1. C. de anno. & tribu. lib. 10. vel computabunt in mercedem. Baldus in l. 3. C. de action. & obligatio. & Iaſon in l. 1. C. de iur. emphyteut. numero 28. Non

tamen hæc pr[illegible] [illegible] ca [illegible]
Secus in illi[illegible] c[illegible] a ſ[illegible]
emundatio eſt [illegible] ac [illegible]
conductores tene[illegible] [illegible]
edicto ædilium p[illegible]
lis [illegible]us, di[illegible] §. [illegible]
po[illegible]am. C[illegible]dat B[illegible]
habitantes [illegible]s ſi p[illegible]
n[illegible] non [illegible]
l. 1. [illegible] de iur. emp[illegible]
de teſ[illegible] [illegible]
at [illegible]io eg. ſ[illegible]
priuat. dummod[illegible]
tan[illegible].

Em[illegible]
ſa tene[illegible]
muri[illegible]
c[illegible] abe[illegible]
[illegible]
cloaca[illegible]
fract. [illegible]
[illegible]
Qu[illegible]
[illegible]
magiſtrat[illegible]
de a[illegible]
[illegible]
bant, [illegible]
num 2[illegible]
[illegible]
ſit. de [illegible]
me[illegible] num. [illegible]
[illegible]
aquas [illegible]
[illegible]
turque [illegible]
buſti, [illegible]
[illegible] non [illegible]
[illegible]
[illegible], & [illegible]
quæ v[illegible]
nus [illegible]

[illegible] communicat ſalutares, ob quam cauſam Strabo *lib. 3. G[illegible]aph.* de veteribus Luſitanis refert, illos vini fu[illegible] abſtinentes, & aquarum Luſitanarum dulcedine [illegible]ectos [illegible]inum parum pendere, ac reſpuere.

1. Ad ædiles etiam pertinet cognoſcere de con[illegible]ſiis exercitatis ſuper parietibus domorum, p[illegible]icum, ianuarum, ac feneſtrarum, & ſimilium, q[illegible] ſpectant ad ſeruitutes inter vicinos, vt conſtat ex *lib. 1. Ordin. tit. 68. §. 22. & ſequentibus vſque ad §. 42.* Non tamen habent ædiles iuri[s]dictionem ad ædificia iam extructa diruenda, cum Reip[u]bl[ic]æ interſit ædificia erigi, non verò do[li]c[i]. N[on] diruere ædificia cedit in Rei[pu]blicæ dedecu[s] ac det[ri]mentum. Stephan. Grati[a]n. *diſcept. forenſ. cap. 32. num. 18.* Non tamen licet vicino ad alterius æmulationem ædificare [et]iam in re propria, vt notant ſcribentes [in l.] *altius, C. d[e ſ]eruit. & aqua.* verbi gratia, non licet vicino in propria domo ſpeculam, q[u]am fene[str]am vulgò vocant, ad al[te]rius [do]ni æmulationem fac[e]re [illegible] e pr[ opt]e habetur [in] *l. opus, ff. de oper. no[ui n]unt[iat.]* Cæpol. *tract. d[e ſe]ruit. vrban.* [illegible] *de ar[b]itr. caſu* [illegible] *num. 3.* [illegible] ad al[illegible] ti-xoſu, [illegible] tem, & al[illegible] bi-[illegible]

[illegible]

Quæſt[i]o [illegible] eſt [illegible] ſi ex mag[illegible] ora p[illegible] Matienz. [illegible] 6. [illegible] ibi [illegible] in fundo meo à [illegible] fact[um] ab eo, [illegible] ſſidet [illegible] opti[illegible] le-[illegible] *[qu]emadmodum, §.* [illegible] deci[illegible] Odo[fr.] B[art]ol. & [illegible] idem B[art]ol. Ale[x]and. & [illegible] *de no[ui] oper. nun[t]iat.* [illegible] etiam, ex [illegible] *in* [illegible] aduertat [illegible] le-g[illegible] *N*[illegible] equun-tur [illegible] *con-ſtituti, 1.* [illegible] 4. *gloſſ. 1. 2. & 3.*

Subgrunda, [illegible] ſtillicidia à pa[illegible] proprio, etiamſi [illegible] ſolum alteri [illegible] remanet [illegible] debet vicinus prop[illegible] deſtruere. [illegible] *Fragoſi Regim. Chriſt. Reipub.* [illegible]

quamuis non appareat de ſeruitute, per textum [in] *l. quemadmodum, §. 1. ff. ad [l]eg. Aquil.* & Cæpol. *in d. tract. de ſeruitutibus proteg. in 4. quæſt.* Franciſ. Marc. *in decis. Parlament. tom. 1. quæſt. 497. num. 24.* Licitum namque eſt vti huiuſmodi ſubgrundis, aut proiectis etiam quando protenduntur ſuper viis publicis, dummodo ſint affixæ muro, & non poſſint facile n[o]cere, nec contra ſubgrundas habentes datur actio in factum. Florian. *in l. ſi verò, §. Prætor ait, ff. de his, qui deie. vel effud.* & Cæpol. *vbi ſupra, quæſt. 5.*

C[o]nſonat lex noſtra *lib. 1. tit. 68. §. 28.* decernens, ſi aliquis habuerit feneſtram, aut ſubgrundas, aut imbrices in aliquo pariete ſub domo vicini exiſtentes, & parietem demolitus fuerit, aut diruerit, & illum voluerit reficere, aut de nouo extruxerit, non poſſe aperire plures feneſtras, nec maiores, nec imbrices, niſi in eodem loco, in quo antea extiterant. Rati[o], quia non poteſt quis ædificare etiam in propri[o] ſolo, quando aliquid eſt immiſſum, vel proiectum, ſeu pr[o]tectum ex ædificio circ[a], vel ſol[o] alterius. Quod ſi immittatu[r], vel pr[o]iciatur, vel protegatur, d[o]minus, & poſſeſſor rei in qu[a] fuit immiſſum, poteſt illud pr[o]p[ria] autho[r]itate tollere, [v]el per remedium iu[ris], puta, [in]terdictum, vt *p[er] [l]. deiectum*, [illegible] per a[illegible] remedium.

[illegible] autem [illegible] quod [a]ffigitur rei al-[illegible] poterit [illegible] remedio contra pro[illegible] em, [illegible] *l. [qu]emadmodum, §. ſi quis* [illegible] *[l]eg. Aquil.* & [illegible] Odofr. B[art]ol. & B[al]d. Dicitur autem protectum, quod e[x]tra [illegible] alterius, & [illegible] tangit, [illegible] cer[illegible] tamen inter [illegible] & prote[illegible] meminit *l. malum* [illegible] Gomez *in l. 46. Tauri, num. 19.* Protectum autem [d]icitur ſolarium [ſecund]um [illegible] *in l. ſi verò, in [§.] Prætor, ff. de his qui deiec. vel eff[u]d.* quod [co]mmuniter fit in ſup[eriori] p[arte], eſtque [illegible] apricos ſolis calo[r]e fruen[illegible] accommodatus, [illegible] [ſ]itque circumcinct[um] lorica, ſeu peribolo, [illegible] peribolo ac [illegible] a caſu ar-cea[illegible].

Hæc autem ſolaria cum loricis, ſeu peribolis, vulgo *peit[oril]*, non prohibentur fieri à lege noſtra *d. tit. 68. §. 24.* à dominis domorum nec ianuæ, ſeu feneſtellæ, ac fores, quando ſibi viſum fuerit. Qui etiam poſſunt extollere ædificium ſuum vſque ad cælum, per legem *altius, C. de ſeruitut. & aqua.* Molin. *tom. 3. de iuſtit. tract. 2. diſp. 709. num. 1.* Menoch. *de arbitr. caſu 156. num. 1.* quia in re ſua quiſque eſt moderator, & arbiter, *l. in re mandata, C. mandati*, vbi addit etiam ſi id contingat cum detrimento vicini, *l. fluminum, §. vltim. & l. Proculus, ff. de damno inf[ect]o.* Ni[hilo]minus lex noſtra *d. §. [2]4.* prohibet ne poſſit quis efficere feneſtras, nec ianuas, nec ſolaria cum prædictis peribolis, ſeu loricis ſuper domo, aut [hort]ulo alieno, ex quibus vicin[us] co[nti]guus pateat omnibus ad viſendum. Bene tamen poterit [c]onſtruere ſolarium pariete adeò excelſo circumdatum, vt nullo modo poſſit ſe pariete acclinare ad videndum domum, aut hortulum alienum. S[im]iliter in ſuo muro ſuper tecto, aut villul[a], ſeu eo[rum] a[n]tena, feneſtellam per quam lucem ſolarem poſſit ſibi recipere, aperire poteſt. Quod ſi vicinus ſuper cuius hortulo, aut tecto ſpecula fuit extructa ſe voluerit extollere, poterit cogere

vicinum, vt obturet ſpeculam, etiamſi abhinc diem, & annum, & eo amplius ſpecul[illegible] ad lucem intro concipiendam ſit aperta. Sic in lege noſtra.

12. Non poterit tamen quilibet altius ſe extollere, quando ædificium nocet Eccleſiæ, Monaſterio, vel pio loco, vt notat Gail. *lib. 2. obſeruat. cap. 69. n. 23.* Gomez *d. lib. 46. Tau. i, num. 9.* & Cabed. 1 *p. deciſion. 152. num. 1.* vbi limitat priuatum ædificium non poſſe ita altius to[illegible]i, vt r[illegible]ligioſi, ſeu religioſæ ex eo videantur intra proprias domos habitantes. Priuatur en[illegible]n pri[illegible]atus vti iure [illegible]o tollendi ſe altiùs, & ape[illegible]ien[illegible] feneſtras propter fauorem religionis, vt notat Couar. *3. variar. cap. 1[illegible] num. 8.* quem refert, ac ſequit[illegible] Cabed. *ſupra, num. 1. in fine*; & poſſe vendi hoc ius altius ſe tollendi à domino ædificij, quin etiam compelli ad vendendum docet Gomez *ſupra, num. 9.* ex Alber. *in l. ſi quis ſepulchrum, ff. de religioſ. [illegible] ſumptib. funer.* & ſequitur Cepol. *in d. [illegible] de [illegible] vrb. prædio. cap. fin.* vbi v[illegible]lunt poſſe cogi vicinum pro Eccleſia, vel Monaſteri[illegible] ædifi[illegible] vel [illegible]pliando ad vendend[illegible]m hanc ſeruitutem, [illegible] bona, quæ ib[illegible] habuerit prope ædi[illegible]ium, Mona[illegible], [illegible] Eccleſiam, q[illegible]tie[illegible] ædi[illegible]io priuat[illegible] [illegible]bile [illegible]tamen impendet Monaſterio, ſe[illegible] Eccle[illegible]. Idem Cabed. *1. p. de[illegible] [illegible]5. per totum,* maximè *num. [illegible]. & cum ſequentib. [illegible] n. 1[illegible]* poſt Socinum *in regul. 435 de regul. iur. fallent. [illegible]* vbi reputat vtile. &[illegible] [illegible]dianum, quod etiam tradi[illegible] Iaſon *in l. 2. ff. [illegible] matr. col. 2. num. 4.*

Quod ſi [illegible] controuertatur ſuper feneſt[illegible]is, & ianuis, & aliis, quæ aperiuntur ſuper atri[illegible] Eccleſiæ, debet cauſa [illegible] cidi per ædiles, & decti[illegible]iones; non verò per iudices Eccleſiaſticos, teſt[illegible] [illegible]dem Cabedo *1. p. deciſ. 1[illegible]2. num. 3.* vbi ſic fuiſſ[illegible] de[illegible] [illegible]um teſtatur per Senatores Georgium Coſta, & Iacobum da G[illegible]m expedi[illegible] [illegible] grauaminum Senatus ciuilium [illegible] tum anno Domini 15[illegible]3 Quod are[illegible]ſtum [illegible]ab[illegible]tur in libro [illegible] Sp[illegible]hæræ *fol.* [illegible] & in libro quodam Curiæ ciuitatis Olyſipon[illegible]ſis, q[illegible] vocatur *Regiminum fol.* [illegible]. Cu[illegible]us [illegible]ria[illegible] decreti meminit Vimaranenſ[illegible] *[illegible] remiſſionibus ad Ordinationem regiam Luſ[illegible]am, lib. 1. titul. 6. §* [illegible] *num. 1. ad fin.*

Quid dic[illegible]ndum ſi duo habitent in eadem domo, alter [illegible]n pa[illegible]e ſuperiore, & alter in parte inferiore. Reſponde habit[illegible]ntem in parte infe[illegible]iore poſſe pro vſu familiæ ſuæ ignem acce[illegible], ex q[illegible]o aſcendat ſuperiùs etiamſi noceat habi[illegible]tibus in ſuperna regione, eo quod fumus aſcendit [illegible]liter. Gloſſ. *in l. [illegible]cut autem. in verbo, iure. ff. ſi ſeruitu. vendi.* quæ negat poſſe habitantes ſuperiùs aquam proiicere. Sed meliùs Barto. Angel. & Paulus de Caſtro tradunt *ibi* poſſe proiici aqu[illegible], dummodo ſupernè habitantes proiiciant per ſuum proprium ſolarium, modò non proii[illegible]tur [illegible]ro d[illegible]ficatu, neque pro æmu[illegible]tione [illegible]ut animo [illegible]á[illegible]i iniuriam. Secus ſi ob de[illegible]pectû [illegible]ut ob æmu[illegible]nem proiicia[illegible], per text. *in l. penul[illegible] ff. de [illegible] iur.* Ratio, quia extra ſol[illegible]um non eſt inic[illegible] [illegible]quam proiicere aq[illegible] [illegible]ut res ali[illegible] in[illegible] [illegible]o a[illegible]no. Cenſetur enim il[illegible]ud liberum omn[illegible] grauamine, atque onere [illegible] cælum vſque, [illegible] hab[illegible]t *in l. fin. ff. de ſeruit.* niſi c[illegible]nſtet de ſeruitute proii[illegible] per dictam leg[illegible], *ſicut autem. Ariſto. ff [illegible] vendi.* vbi prohibetur c[illegible] [illegible]rati [illegible]quam, [illegible] aliud effundere ſ[illegible] & mult[illegible] fortiùs prohibetur pr[illegible]re immunditias, & res fædas, & niſi appareat de ſeruitute c[illegible]tuta, [illegible]

ſumitur res libera, *l. a[illegible] ſeru[illegible]*. Quo[illegible] [illegible] ſeſſione [illegible] de iure ſeruitut[illegible] tes *in l. [illegible] §. ſed [illegible]* tradit Cepol. *in d. [illegible] ſeru[illegible]* proiiciendi *in 1. quæſt.* vbi pr[illegible] re aquam in corte, ſeu [illegible], per legem *ſ[illegible] §. Ariſto.* niſi con[illegible] poſita; & in eo caſu qua[illegible] adhuc vicinus nõ poteſt proi[illegible] tes. Quin etiam quam[illegible] quis p[illegible] ſeu fundo p[illegible]icere aqu[illegible] [illegible] *§. ſi quis cloa[illegible]* [illegible] ditur in noſtra l[illegible] *d.* [illegible] [illegible] gitor ſine præiudici[illegible] tium per vi[illegible] publi[illegible] *a calle [illegible]* [illegible] cebit [illegible] ad [illegible] [illegible] *ff.* [illegible] bendi [illegible] *[illegible] Actio[illegible]*.

Sim[illegible] non erit inte[illegible] muni [illegible], [illegible] piantur aq[illegible] in pariete [illegible] prio pariet[illegible], ſi eſt aq[illegible] periclitaretur, vel in[illegible] *[illegible]ula.* Paulus de Caſtro *in [illegible] ban. prædior.* Licit[illegible] te communi ſiſtula [illegible] du non noce[illegible] quando opus fuer[illegible], per [illegible] *[illegible] vrban.* [illegible] Conſonat lex noſtra [illegible] [illegible] ibi [illegible] [illegible] nihil [illegible] [illegible] in partito, & m[illegible] do ſiſtula, ſeu [illegible] [illegible] [illegible]

Quo[illegible]

Quæres, an liceat vnicuique ſtillicidium, ſeu imb[illegible] [illegible] eiras, ou beiras de telhado, cont[illegible] communi, & porrigere extra parietem, prout voluerit. Ex dictis conſtat poſſe [illegible] præiudicet ſocio, abſque tamen ſocij nocumento [illegible] et cooperire murum communem, [illegible] Iulam, [illegible] quidam Hyberu[illegible] ſ. de ſeruit. vrban prædior. Cæpo[illegible] ſeruit. vrban. prædio[illegible] titul. de pa[illegible] muro, volum. [illegible] Porrigere [illegible] tem ſt[illegible] tem ſuper [illegible] teſt, [illegible] lum vici- [illegible] de er- [illegible] m lapill[illegible] num[illegible] de rerum diu. S[illegible] cap 84. num. 24. [illegible] Nil[illegible] n- ſuetud[illegible] Tu[illegible] & Fl[illegible] in textum. [illegible] priuat. & [illegible] in rubric [illegible] d. quæ [illegible] a conſuetudo.

14. C[illegible] & [illegible] [illegible]

16. [illegible]

[illegible] Reg. Chriſt. Reipubl.

ris, quomodocumque denonciatio fuerit facta, vt habetur in l. 1. §. quod ſi vi factum, verſ. 1. ff. quod vi, aut clam. Quod interdictum, quod vi, aut clam, non ſolum competit domino, ſed etiam prodeſt poſſeſſori tantùm, & illi etiam, ad quem refert ædificium non fuiſſe extractum; quamuis non ſit in poſſeſſione illius, ſi modò illos intereſt, per l. denique, §. ſi ex ſocijs, & [illegible] competit, in principio. ff. quod vi, aut clam. cuius hæc ſunt verba, ibi: Competit autem hoc interdictum etiam his, qui non poſſident, ſi modo eorum intereſt. Atque ita poteris agere in[illegible], quod vi, aut clam, ſaltem pro tuo [illegible] eſſe ratione operis facti, per textum, & [illegible], in l. is, qui in puteum, § ſi poſtea [illegible]. quod vi, aut clam. Accedit quod i[illegible] quod vi aut clam, prodeſt etiam [illegible], per [illegible] qui in puteum, §. fin. cum duabus [illegible] quod vi, aut clam. E[illegible] cum ſis do- [illegible] erectum, [illegible] quod vi, aut [illegible] Q[illegible] compet ibi [illegible] Iulianus, ff. [illegible]. Duobus, [illegible] quod de noui [illegible] aut [illegible] ſecundum [illegible] habentes [illegible] noui operis [illegible] aut [illegible] L. ſemper [illegible] poſſunt ad [illegible] aliquo eo [illegible] exc[illegible] diffe- [illegible] aut clam, [illegible] A tamen [illegible] §. [illegible] noui operis [illegible] in ſerui- [illegible] ff. noui operis [illegible] Interdi- [illegible] aut clam, [illegible], per legem d[illegible] §. [illegible] Senatum, ff. quod vi, aut clam.

Ex [illegible] ſequitur eſſe receptiſſimum pro [illegible] non competere nunciatio- 17.
[illegible], per dict. [illegible] qui viam, [illegible] diſcontinua, vt eſt [illegible] & aliæ ſimiles, vt no- [illegible] viam, numero 4. & [illegible] cap. 4. [illegible] fuiſſe iudicatum in [illegible] Domini 1589. refert V[illegible] Ordinationis noſtræ, [illegible] ad fi[illegible] autem noui operis [illegible] ſeruitutem vrbanam in [illegible], conſtat ex l. de pupillo, § [illegible] Imp[illegible], & ibi gloſſa, ff. noui oper. nunciat. ex [illegible] l. & [illegible] forte, §. ſciendum, [illegible] ſi ſeruit. vend. Nihilominus quamuis non poſſit qui habet ruſticam ſeruitutem nunciare, poteſt tamen agere confeſſoria, vt ſibi

concedatur ſeruitus, & pars in damno [illegible] & intereſſe condemnetur, per text. *in dict. l. qui viam, ff. noui operis nunciatio.* ibi: *Qui viam habet, ſi opus nouum nunciauerit aduerſus eum, qui in via ædificat, nihil agit: ſed ſeruitutem vendicare non prohibetur*: quod etiam docet gloſſa, & ſcribentes ibi: necnon diſponit idem lex 5. *tit. fin. part.* 3.

18. Sed petes ad quem ſpectat ſequeſtrum, vulgò, *Embargo*, facere, quando opus nouum nunciatur? Reſponde ad ædiles, parte petente, pertinere, quando ædificium extruitur intra vrbem, ſeu oppidum, aut intra ſuburbia vulgò, *Arrabaldes*. In quo euentu prohib[illegible] poſſ[illegible] ne opus inceptum progrediatur ſub pœna ad arbitrium donec cauſa de[illegible]atur. Quod [illegible] opus progrediatur poſt ſequeſtrum f[illegible] abſque authoritate Magiſtratu[illegible], ad id [illegible] habentis, author ædificij pœnam [illegible] uet, & opus à ſequeſtro m[illegible] ruetur, quamuis d[illegible] ad[illegible] inre illud fieri poſſ[illegible] *lib.* 1. *titulo* 6 [illegible] [illegible]

Sed qui[illegible] pronun[illegible] nunc an[illegible] & nun[illegible] ſententi[illegible] ſtet d[illegible] opere R[illegible] illi faciendam faci[illegible] ad æd[illegible] riūs, ſi lex 9. *d. tit.* [illegible] *part.* 3. [illegible] Lopez *in verbo,* [illegible] licet *in l.* 1. *Cod. noui op*[illegible] nunciator intra tres menſ[illegible] & [illegible] ficiat, non tamen probet exceptionem, [illegible] ber *in d. l.* 1. *Cod. eod.* [illegible] arbitr[illegible] ratione poſſe admitti; quia pa[illegible] ſſu[illegible] eſſe probatam, v[illegible] p[illegible] *l.* 1 §. *ſed ſi neges ff.* [illegible] Secus ſi malitioſè per proc[illegible] nunciato impoſitas [illegible] dum; tunc en[illegible] debet admitti [illegible] poſt [illegible] elapſos, qui conſt[illegible] *l. in*[illegible] *vtile, ff. de minori*[illegible]. & [illegible] Ioan. F[illegible]

***

# DISPVTATIO XXII.

## *De præfectis fiſci, ſeu theſaurarijs,* vulgo Theſaureiros, & [illegible] *Quæſtoribus Ærarij* [illegible] Almo[illegible]ariſ[illegible], [illegible] *Ærarij*, [illegible] *e* D[illegible]

[illegible]

1 P[illegible]

2 O[illegible]

3 O[illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible]

7 [illegible]

8 O[illegible]

9 [illegible]

10 F[illegible] qui [illegible]

11 P[illegible] qua[illegible]

12 [illegible]

13 [illegible]

14 [illegible]

15 [illegible]

16 [illegible]

17 [illegible]

18 D[illegible]

19 De[illegible]

20 [illegible]

21 C[illegible]

23 & 24. [illegible]

25 D[illegible]

26 D[illegible]

27 [illegible]

*28. & 29 Deponi an poſſint res furto ablatæ, & quid deponantur ad perſonam Eccleſiaſticam.*

*30. & 31 Depoſitarius de qua culpa teneatur, & an teneatur de caſu fortuito, & an valeat pactum ne ex dolo teneatur.*

*[illegible] ſitarius ſi [illegible] ebus ſuis ſaluis aliena pereant [illegible] uid te[illegible] eatur.*

1\. [illegible] Ræ [illegible] fi[illegible], ſe[illegible] Theſ[illegible]ur[illegible]j olim [illegible]no honore habe[illegible], vocabau[illegible] [illegible] *eius.* [illegible] *mandata* [illegible] *de-* [illegible] Bu[illegible] *de offi-* [illegible] gat[illegible] [illegible]

2\. [illegible]

[illegible] pu[illegible] R[illegible] man-

4\. dato proce[illegible] dem titu[illegible] poſſe al[illegible] o pe-cuni[illegible] di vig[illegible] nem offi-cij, [illegible] offera-tur. [illegible] fore [illegible] men conſcientiæ [illegible] Medin. *in inſtr[illegible] Hiſpana de modo adminiſtrandi ſa-*

*cramentum pœnitentiæ, fol. 226. §. 3. de los [illegible],* affirmet eſſe reſtituendum quid acceptum, fierique accipientes incap[illegible] dom[illegible]j; mihi tamen magis placet poſſe retineri in f[illegible] conſcientiæ huiuſmodi donationes. Quidquid ſit de pecuniis ſi fortè officiales iureiurando nihil re[illegible]pere ſe obligarunt. Molin *tract 2 d[illegible] 8 col 529. col. 1. & 2.* Secu[illegible] ſi huiuſmodi quæſtores, [illegible] of-ficiales [illegible] oſtend[illegible] in ſ[illegible]uendo, & [illegible] munera ex[illegible] ante, ſiue poſt ſolutio[illegible] reſtituere munuſc[illegible], ac re[illegible] damn[illegible] ex di[illegible] tione [illegible] Luſ. *lib* [illegible] *2. dub* [illegible] *n. 4 verſ hinc patet.* 5.

[illegible] in exigendo, [illegible] ommiſ-[illegible]

6\.

[illegible] ex [illegible] *Dar cuenta al* [illegible] *dolas* [illegible] *por las* [illegible] *lua-laens,* hoc eſt *apocas* [illegible] *m.* Quod et[illegible] *O dinament.* [illegible] quæ [illegible] uni, *l. ſiue ex præteri C. de exc.* [illegible] *lib. 12* vbi dicitur annu[illegible] eſſe redden[illegible] & oſtend[illegible] [illegible]menta [illegible] ob q[illegible] un-tio. C[illegible] ex leg[illegible] *um* [illegible] *ibi* Bart. *ff de condit & demo* [illegible] pțis, & [illegible] ſunt redd[illegible]nda *l. apparitores C. de exc* [illegible] *tributo, ibi* [illegible]. & *ibi* Io de Platea, Concordat [illegible] x [illegible] Luſitana *lib. 2. tit. 51. §. 5. & 6.*

Quæres an huiuſmodi the[illegible], tribuni ærarij, ſeu receptores habeant aliquam iuriſ-dictionem? Reſponde negati[illegible] ex lege Luſitana, *dicto titulo 51. per totum.* Quæſtores tamen ærarij, vulgo *Almoxariſes, lib. 2. titulo 63. §. 6.* poſſunt cognoſcere de cauſis criminalibus conductorum redditium regalium, commiſſis tempore, quo iſti conductores erant. & 7.

durante conductione: de cauſis verò ciuilibus, ſiue ante, ſiue poſt conductionum excitatis durante tamen tempore conductionum cognoſcent. Secus ſi antequam conducerent reditus regios iam vocati erant apud alios iudices, quod etiam habebit locum tam in criminalibus, quàm in ciuilibus, in quibus prædicti conductores rei fuerint; ſecus ſi fuerint actores, quia tunc non gaudebunt hoc priuilegio. Quod intelligitur, vt *d. art* 63. §. 3. expreſſè habetur, quando cauſa non eſt ſuper reditibus patrimonij regalis, quia tunc in hoc euentu cauſæ cognitio ad officiales patrimonij regalis ex officio pertinet. Quod ſi cauſæ, ſeu criminaliter, ſiue ciuiliter intentatæ conductorum fuerint coram calculatoribus aut quæſtoribus ærarij tempore, quo con[illegible]ducto[illegible] erant in exitu [illegible] iam [illegible] erat con[illegible]eſtata apud prædictos [illegible] ſeu quæſto[illegible] æ[illegible]rarij apud eoſdem, v[illegible] apud [illegible] ſi[illegible]t, ibi finientur, perinde ac ſi conductiones adhuc non eſſent finitæ, [illegible] ibi, *d. §.*

Theſaurarij verò [illegible] cùm ſint mere executores [illegible] & [illegible] non [illegible] quam [illegible] ex officio [illegible] ſed debent [illegible] id in prouinciæ, [illegible] Quod ſi præti[illegible] ſeu de[illegible] poſſint puniri [illegible] vel iudices, *Cod de exact* [illegible] *lib.* 1[illegible] & [illegible] 2 *C. de cano. largit.* [illegible] Atque [illegible] potest [illegible] ndi literas executo[illegible] s ad [illegible] es, [illegible] debent [illegible] ſuperiores magiſtratus hab[illegible] ordi[illegible] vſu; ex [illegible] coërcere [illegible] & de [illegible] lite a[illegible] executoribus [illegible] *op[illegible]* [illegible] Ioan [illegible] & Fran[illegible] *in dec* [illegible] *part.* [illegible] *qu*[illegible] *num.* 2.

8\. [illegible] prædicti [illegible] officiales regij [illegible] mit [illegible] petunt à debitoribus Regis pro [illegible] expectare ſolutionem [illegible] ex vi [illegible] neque dona [illegible] eſt [illegible], neque pr[illegible] x [illegible] talitate. Nauar. [illegible] *manuali.* [illegible] *n.* [illegible]45. *verſ. Idem etiam de præ*[illegible] M[illegible]in. *de iuſtit. diſp.* 313 *in principio* [illegible] *ag.* 38 vbi expreſſè volunt eſſe vſur[illegible] regios, q[illegible] militibus, ac [illegible] rus ſolutu[illegible] plus al[illegible] ſoluerint, [illegible] detur, vel vt anticip[illegible] niſi ratione ve[illegible] intereſſe excuſent[illegible] tunc non erunt vſurarij, ſicut non [illegible] enim [illegible] ratione ant[illegible]cipatæ ſolutionis [illegible] ſi per illam anticipationem patiuntur [illegible] lucri iacturam vt in ſimi[illegible] doc[illegible] S[illegible] *lib.* 6. *de iuſtit. quæſtion.* 4. *artic* 1. *ad* 4 [illegible] *quæſtion.* 85. *in ſumma*, Molin. *diſputation.* 362 & Leſſius *lib.* 2. *cap.* 21. *dub* [illegible] *numero* 60 idem Molin in ſpecie *dict. diſputat.* 313 hoc extendit non ſolùm, ne retardetur ſolutio iam debita, aut ne dum debita anticipetur, ſed etiam ſi congruo tempore creditoribus regiis non ſoluunt, ſi inde damna eis obueniant. In quibus caſibus ſequitur onus reſtituendi præſertim ſi pecuniam

regiam in propriis negoc[illegible]tionibus retinerent, [illegible] que [illegible] ſolutiones. [illegible] nentur Regi [illegible] officiales [illegible] quæ ſequuntur [illegible] ex [illegible] quod ſolutione[illegible] ſuo tempore ex quo Regi [illegible] ve[illegible] ur ac locantur [illegible]

Si [illegible] lite peccant [illegible] 9.
Molin. [illegible] miſtri regij exonere[illegible] tertio, vt [illegible] præt[illegible] [illegible] ſtea pſi[illegible] tamen [illegible] & [illegible] uente [illegible] cum [illegible] re[illegible] [illegible] de[illegible] Mo[illegible] [illegible] partem [illegible] citè [illegible] tioni [illegible] Sed qui chirograp[illegible]

[illegible] aureos [illegible] emit pro 900. aureis ſtatim ſolu[illegible] [illegible] habet. [illegible] vſura[illegible] [illegible] citatos Angel. [illegible] *num.* [illegible] Maior *in* [illegible] *gumem.* & C[illegible] *de contr. act.* [illegible] 7. qui omnes [illegible] contr[illegible] eſſe iniuſtum cum onere reſti[illegible] [illegible] dabatur [illegible] plenam [illegible] [illegible] pretio [illegible] [illegible] em[illegible] [illegible] M[illegible]

11 Quo[illegible] tur [illegible] ndum [illegible] offic[illegible] [illegible] Dic [illegible] res, vel ob [illegible]

[illegible]

12 [illegible] ne [illegible] seg[illegible] ad [illegible] ſtinat. in Pa[illegible] contra æq[illegible] de [illegible] ante tem[illegible] ſoluend[illegible] ante tem[illegible] *tem, inſt. de a*[illegible] *verbor. [illegible] rer. ſignif.* [illegible] Ve[illegible] [illegible] imminent[illegible] neceſſit[illegible] [illegible] præ[illegible] co[illegible] tores [illegible]

int[illegible] teſſe medij temporis [illegible] Bartol. notat. *ff. de con[illegible]tionib. ex lege* [illegible] qui [illegible] obſeruant ſcribentes contra eum [illegible] ductor[illegible] quos poſſe [illegible] ante tempus [illegible] elapſum ad ſoluendum, docet [illegible] Baldus ſecundum [illegible] communiter receptam, quem ſequ[illegible] P[illegible] *iure fiſci,* [illegible] *num.* 21. Aut[illegible] Frigona[illegible] *gati* 5 & Mar[illegible] *num.* 35 [illegible] que [illegible] co[illegible] tores re[illegible] fiſc[illegible] habent v[illegible] [illegible] ctionem. Bartol. *in l.* 1. *ff.* [illegible] Meno h. *de retinend.* [illegible] 4 [illegible] *n.* 3 [illegible] & ſpeciale[illegible] habent, vt dictum eſt ſupra, multæque aliæ immunitates conce[illegible] nota D. de [illegible] *in* [illegible] §. 8. *num.* 18.

De [illegible] §. 4. impoſitum eſt [illegible] dec[illegible] concilij [illegible] homines dati[illegible] [illegible] *Reymu*[illegible] *publi*[illegible] *numerum libe*[illegible] 3. Qui re[illegible] [illegible] Q[illegible]

A[illegible] res, [illegible] 13

[illegible] *publi*[illegible] [illegible]

[illegible] *m* [illegible] *empte* [illegible] E[illegible] mod[illegible] [illegible] Nihil[illegible] us p[illegible] [illegible] um eſt veru[illegible] [illegible] co[illegible] modo [illegible] adm[illegible] [illegible] iuſt[illegible] [illegible] um aut depoſita[illegible] [illegible] pec[illegible] nis, vel [illegible] nis fiſci. Sic Bar[illegible] *[illegible] acid. [illegible] de [illegible] lib. [illegible] prope finem,* [illegible] C[illegible] in l. [illegible] *iure* [illegible] C[illegible] & Cynus *in* [illegible] *iam, C. de Epiſc.* [illegible] *leric.* vbi vo[illegible] non [illegible] lucrari ex bon[illegible] bo[illegible] m ſati[illegible] em reddunt [illegible] [illegible] ficientes [illegible] *n'. quiſ*[illegible] *C.* [illegible] *im petat.* L[illegible] as de Pen. *in l.* [illegible] *de iur* [illegible] is de Puteo *in tract. de* [illegible] *quenti, in forma breui.* [illegible] *conſ* 82. *numer.* 14.

[illegible] *l. facultas,* quæ contra[illegible] Authent. *licentiam, C. de E*[illegible] iudicio authentica [illegible] [illegible] toribus perpetuis, qui [illegible] præ[illegible] ſunt prælati[illegible] [illegible] ibus, ſ[illegible] depoſitariis ad [illegible] is. Nec ea eſt contradictio Baldi di-

centis

centis illam authenticam etiam habere locum in administratoribus hoſpitalium, qui Epiſcopo reddunt rationes prout habetur in Clement. *quia contingit, de relig. do.* Quia ad hoc vel reſponderi poteſt à prælatis non exigi rationes eo rigore tam ſtricto, quo veri domini vtuntur, teſte eodem Baldo in Authent. *quibuſcunque, C. de ſacroſ. Eccleſ.* vel quia in his adminiſtratoribus Eccleſiaſticis, ſeu rerum piarum, non eſt præſumptio delicti, ſicut in aliis adminiſtratoribus ſæcularibus.

14. Atque ita excuſandi ſunt à præſumptione ſiniſtra videlicet, illos ex induſtria, & aliunde, non verò ex pecuniis rerum fiſcalium fuiſſe lucratos, & ex conſequenti nullum lucrum poſſe peti à theſaurariis, nec à quæſtoribus, ſeu tribunis ærariis, cùm ſint obligati reddere pecunias ad certum tempus, nec ſint in mora. Et ſi aliqui durante termino ad ſoluendum, & nondum adueniente lucrati ſunt, ex propria induſtria lucrum præſumitur, atque ex propria pecunia, quia durante illo termino & nondum finito, in quo tenentur exactas pecunias reſtituere, non dicuntur eſſe in mora, iuxta *l.* [illegible] *§* [illegible] *cum certus, ff. ſi* [illegible] *pe-tat.* & gloſſ. *in* [illegible] *exceptione, § quatenus, in verſ.* [illegible] *plici, ff.* [illegible] *causa*

Secus dicendum eſt de officialibus, ſeu miniſtris regiis, qui non habent tempus ad ſoluendum, ſed pecunias exactas retinent apud ſe pro rebus neceſſariis [illegible] reipublicæ occurrentibus, quas ſtatim debent reſtituere, vbi primùm neceſſitas occurrerit. Hi enim non debent, neque poſſunt vti illis pecuniis, neque in alios vſus illas poſſunt conuertere, quia ſemper debent eſſe in promptu ad vſum Regis, aut reipublicæ, vt habetur *in l.* 1. *C. de aur. public. perſ.* [illegible] & colligitur aperte ex *l. diu minime, C. de ſuſ. cepto. præpoſ. & archa.* [illegible] dum formaliter inquit, diu minimè penes ipſos ſuſceptores maneat fiſcalis collatio, ſed ſtatim quodcunque a [illegible] bus fuerit exſolutum, actis theſauris inferatur. In quo ſit bene currit opinio B[illegible] *in d. l.* 1. *C. de auri public. & in d. l. diu minime*, quam pro contraria parte retulimus in principio, dicentem [illegible] lucrum, quod ex pecunia perciperetur [illegible] bus, debere eſſe publicum, & fiſcum [illegible] repetere, cùm non poſſent ex ea pecunia [illegible] lucrari, & teneantur ſacris theſauris [illegible] tur retinendo illam apud ſe [illegible] quæ reuera in fiſco committitur, [illegible] *in l. cum quidam, §. fiſcus, ff. de vſur.* S[illegible] *in l.* 2. *C. de his, quæ ex public. collat.* [illegible] lucrum factum non ſibi poſſunt acquirere [illegible] pecuniam debeant ſtatim reſtituere [illegible] retineant, nec debeant in continenti [illegible] bent tamen illam habere [illegible] ad v[illegible] gis, aut reipublicæ, nec poſſunt illa al[illegible] modo vti.

15. De depoſitario autem [illegible] log[illegible] *lib.* 1. *tit.* 28. *per totum.* E[illegible] in officio [illegible] deputatus in curia, & in domo ſupplicationis, [illegible] omnis pecunia, aurum, & argentum, & quæcunque pignora apud ipſum dep[illegible] iuxta formam eiuſdem legis. Dicebatur [illegible] hic theſaurarius, ſiue depoſitarius, vt notat Conan. *lib.* 7. *commentar. Iuris ciuilis, cap.* 4. *num.* 6. & apud Gallos nominatur, *Commiſſarius, ſeu depoſitarius iuſtitiæ*, teſte Rebuff. *tom.* 3. *ad leges Galliæ, tit. de ſequeſtris, art.* 1. *gloſſ.* 1. *num.* 2. *&* 5. B[illegible] *in ſuis remiſſionib. ad ordin. Regiam tit.* 2[illegible] ſitarius item alio nomine dicitur *ſequeſter*, quando plures eandem rem de qua ſub iudice [illegible] litigantes deponunt, prout vult d[illegible] Richard. *in § præterea, num.* 19. *&* 2[illegible] *cum eque-ſtibus, inſtit. quibus mod. re.* & patet ex [illegible] *ff. de verbor. ſignificat.*

Hic tamen ſequeſter, apud quem plures eandem rem deponunt, [illegible] litigantes [illegible] voluntarius [illegible] ſponte ſe huic [illegible] non poteſt ſe liberare ex illo [illegible] accedente cauſa iuſta, & [illegible] iudi[illegible] *apud quem, §* [illegible]

[illegible]

debet fieri, & eligi, ac recipi fideiuſſor idoneus, & ſufficiens, itavt non poſſit per partem aduerſam repelli, quando per teſtes fide dignos reperitur fideiuſſorem eſſe ſufficientem ad reſarciendum intereſſe partis, vel reipublicæ, ſi ex hoc læderetur, tunc non ipſe iudex, ſed teſtes illi approbatores te[illegible]untur. Sic Hippoly. *in rubric. n.345.* [illegible] *dei[illegible]ſſor.* per text. *in* [illegible] *fin.* & ibi doctores *C. de* [illegible] *conuent.* & per textum *in l. cum oſtendimus,* [illegible] *ff. de fidei[illegible] ar. tutorum.* Sequitur Rebuff. *in 1. tom.* [illegible] *de ſentent.* [illegible] 16 *num* [illegible] od ſi [illegible] ter eligatur depoſ[illegible] de quo [illegible] nes com[illegible] ret con[illegible] excuſatur iudex eligens [illegible] ſi non [illegible] fideiuſ[illegible] os pr[illegible] ſufficientibus, [illegible] Hippol. & R[illegible] [illegible] ſuffi[illegible] ium non [illegible] en [illegible] ſuffi[illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible] ad potandum [illegible] vlum [illegible], aut torquis aurei, quo [illegible] quand[illegible] po[illegible] vti Lopez *ſuprà.*

Quid ſi depoſitum ſit purum in pecunia numerata, ſignata tamen, & occluſa in ſacculo aliquo? Reſpondetur, quamuis depoſitarius peccet vtendo pecunia, nihilominus pro tali vſu nihil eſſe reſtituendum. Ratio, quia vſu conſumptibilia, quæ conſiſtunt in numero, pondere, & menſura, non habent vſumfructum. Quare quando à deponente petuntur, depoſitarius id quod eſt depoſitum, tenetur tantùm reſtituere. L[illegible]pus *lib.* [illegible] *cap.* [illegible] *de contractib. §. igitur pro expediti*[illegible] Azor. *part. lib. 7. cap. 6. verſ. quarto* [illegible] *poteſt,* vbi docent depoſitarium vtentem re depoſita citra conſenſum expreſſum, vel tacitum deponentis, reum furti haberi. *l. ſi* [illegible] *ubim ff. depoſiti, & l. qui* [illegible] *rium, ff. de co*[illegible] [illegible] cenſe[illegible] depoſitor ex [illegible] res depoſ[illegible], qua[illegible] ſine [illegible] 19.

[illegible] 20.

[illegible] 21.

[illegible] *tit. 5.* [illegible] *ponit,* C [illegible] de[illegible] com[illegible] [illegible] depoſ[illegible] credent[illegible] lucrum [illegible] tuendo [illegible] ea [illegible] proprie [illegible] non [illegible] pecunia [illegible] quod [illegible] Alex[illegible] *ip. de cond.* [illegible] *l. indebiti* quia [illegible] in [illegible] externo, non vero in foro [illegible] conſcientiæ, vbi ſtandum eſt veritati, non ve[illegible] errori, qui [illegible] qui errat, non conſentit, n[illegible] cen[illegible] rem ſuam amittere, *l. ſi procurator ff. de acquir. rer. dominio,* facit lex *& ſi* [illegible] *cenſum, §. 1. ff de contrahend. emptio.* & notat gloſſa *in l.* [illegible] *qui prouincia. §. quas autem, in verbo, alienatas,* & ibi ſcribentes, *ff. ſi certum petatur.* Quia conſtat nulliter dediſſe lucrum cum pecunia depoſitori, ſicut procurator meus rem ſuam,

ſuam, quaſi meam vendens nulliter vendidit. Tiraq. l. *de retract. lignag.* §. 1. gl. 1. *num.* 2. Niſi depoſitarius ſciens ſe non teneri reddidit deponenti pro remuneratione. Mantic. *dict.* lib. 1 [illegible] *titul.* 6. *numer.* 6.

22\. Petes ex quibus cauſis teneatur depoſitarius ad aliquid reſtituendum deponenti. Reſponde primò teneri reſtituere deponenti damnum emergens & lucrum ceſſans ſi retardet reſtitutionem rei depoſitæ. Molin. *tract.* 2. *de iuſtit. diſput.* 3 [illegible] pag. 448 per textum *in l. Lucius, ff. de depoſit.* vbi dicitur nedum contra naturam depoſiti, ſed etiam, ad bonam fidem vſuras deſiderari [illegible]. Gaſpar Rodericus *de annuis* [illegible] *quæſt.* 11. *num.* 3 [illegible] Tunc enim [illegible] [illegible]

23\. [illegible]

Quod pro [illegible] fecit [illegible] [illegible] in depoſito [illegible] modus recuperandi [illegible] *in mentual* [illegible] *forum con* [illegible] *poſitum.* vbi id extendit ad commodatum [illegible]

Le [illegible] fatet [illegible] exter [illegible] tio etiam [illegible] *bo, compe* [illegible] admittit [illegible] cæteris rebus [illegible]

Sed [illegible] mitti [illegible] [illegible]

rem, gloſſ. *in l. ſi plures, §. vltim. in verbo, interitura, in fine, ff. depoſiti*, Imol. *in cap. bona fides, num. 13. in fine, & ſequent. de depoſito*, Innocent. *in cap. propter ſterilitatem, de locat. & conduct.* Molin. *d. diſp. 526. pag. 1723. verſ. pro expenſis factis.* Sicut fas eſt retinere rem commodatam pro expenſis in illa factis, quamuis ibi de iure Caſtellæ *l. vltim. tit. 3 part. 5.* contrarium doceat cum Gregor. Lopez, ſcilicet non eſſe retinendam rem pro expenſis; ſed de iure communi retineri poſſe decernit lex, *actioni ff. depoſiti*, Mantica *vbi ſuprà, num. 24.*

27. Item ex eo quod depoſitum habeat paratam executionem, ſequitur aliud priuilegium, vt non poſſit opponi exceptio dominij ad impediendam executionem ex *l. penult.* ibi, *vel in rem, C. depoſiti*, & *ibi* Bartol. *num. 4.* Salycet. *numer 3. verſ. item nota quod exceptio dominij* Mantica *dict. titul. 1 . num. 18.* Quod habet locum ſi depoſitarius poſt contractum celebratum dominium ſibi quæſiuit, per text. *in l. planè, ff. depoſit.* quam allegat pro hac parte Alciatus *in l. bona fides, in fine, ff. depoſit.* Secus ſi ante contractum depoſitario quæſitum eſſet dominium, tunc enim exceptio dominij obijci poteſt, quia depoſitum rei ſuæ non conſiſtit, vt habetur expreſſe *in l. neque pignus, de regul. iur. & in l. qui rem ſuam, ff. depoſit.* Similiter ſi depoſitum eſt tale, vt dominium rei depoſitæ non transferatur in depoſitarium, & depoſitum extet ex priuilegio, depoſitor vniuerſim creditoribus omnibus depoſitarij præhaberi debet, & rem tanquam ſuam ante omnes vendicare poteſt. Contra verò ſi depoſitum tale ſit, quod tranſeat in mutuum, & depoſitum ſit apud depoſitarium publicum à republica ad cuſtodiendas res deputatum, ſi depoſitor nihil lucri ex depoſito ſibi acquiſiuit, debet præferri cæteris creditoribus, qui non habent hypothecam ſaltem tacitam in bonis depoſitarij. Conſtat ex leg. *ſi hominem, §. quoties, ff. de* [illegible] & ex leg. *ſi ventri, ff. de priuileg. creditor.* Si autem exceptio hypothecæ tacitæ, vel expreſſe nbiiciatur ſpecialiter ante depoſitum, vel poſt illud, impeditur reſtitutio, teſte Salycet. *in dict. l. penult. C. depoſiti.* Idem erit ſi tertius accedat, & affirmet ſe eſſe dominum rei depoſitæ, retardabit reſtitutionem ſecundùm Bartolum *in l. ſi rem alienam, num. 5. ff. ſolut. matrimon.* & habetur *in l. bona fides, in fin. ff. depoſiti*

28. Ambigi poteſt an fur res furto ablatas deponere poſſit? Reſponde ſua intereſſe rem ereptam reſtitui domino, & eam repoſcere ad hunc finem; Vlpianus *in l. 1. §. ſi prædo, ff. depoſit.* Si prædo, *inquit*, vel fur depoſuerit, & hos Marcellus *lib. 6. digeſtorum*, depoſiti rectè acturos; nam intereſt eorum, eo quòd teneantur. Sic ille. Cuius legis mens hæc eſt, quoniam prædo rem ablatam domino ipſo iure cogitur reddere, atque ita a iure ciuili prædoni actio conceditur, non quia propter furtum agat, ſed ratione contractus initi cum depoſitario apud quem furtum depoſuit, eo quòd in foro vtroque tenetur reſtituere illam domino ſuo, & ex eo eam repoſcere poteſt. Sequitur gloſſa *ibidem*.

29. Sed quid ſi depoſitum fiat apud perſonam Eccleſiaſticam, nunquid iudex ſæcularis poterit præcipere illi, quod reſtituat? Videtur negandum, quia nemo cogitur eſſe ſequeſter cum ſuo damno. Sic Baldus *in l. ſi fideiuſſor, in 2. lectur. num. 2. ff. qui ſatiſdar. cogant.* per text. *in l. fin. C. de bon. author. iudi. poſſid.* ibi: *non concedenter*; & Bartol. *in l. Iulianus, C. de agricol. & conſitis, lib. 10.* Sequetur enim damnum perſonæ Eccleſiaſticæ ſi præcipiat iudex ſæcularis vt reſtituat. Dicendum tamen eſt ex tali præcepto nullum ſequi damnum, ſed commodum, quia quamuis voluntariè acceperit hoc onus, non poteſt tamen illud propria authoritate relinquere, niſi ex iuſta cauſa, & accedente authoritate iudicis ſæcularis, qui poterit præcipere, vt reſtituat. Baldus *in l. accepta, col. 1. C. de vſu.* Sed non proceditur contra perſonam Eccleſiaſticam per modum iudicij, ſed executiuè, vt notat Iaſon *in d. § ſi ſatiſdatum, num. 4. in l. Senatusconſulto ff. de officio præſidis*, Auiles *in dictum ſyndicatus, cap. 1 . gloſſ. nombrare, num. 6.* vbi hanc partem tuetur.

Et quanam culpa teneatur depoſitarius, agunt Theologi præmiſſa tamen diſtinctione, verbi gratia, quando depoſitio cadit in commodum deponentis, depoſitarius tenetur duntaxat ex dolo, & lata culpa, non verò ex leui, & leuiſſima. Molin. *tract. 2 diſput. 527 in principio*, Leſſius *lib. 2. dub 3. num. 9.* Azor. *3 part. cap. 7 in principio*, & habetur *in l. quod Nerua, ff. depoſiti, l. ſi vrus, §. illud, ff. de pact. l. 1. §. non tantum, & § illud, ff. depoſiti. & l. ſi vt certo, §. nunc videndum, ff. commod.* Culpa autem lata dolo æquiparatur, *l. ſi hominem, in principio, ff. depoſi*, Mantica *de tacit. & ambig. lib. 1 tit. . num.* . 30.

In quo euentu culpa lata eſt etiam dolus præſumptus per *d. l. quod Nerua, & l. magna negligentia, ff. de verbor. ſignificat.* Abbas *in cap. 2. num. 3. de depoſit.* Ratio autem ob quam depoſitarius non teneatur niſi de dolo, vel lata culpa, illa eſt, quia nulla eius, qui depoſitum ſuſcepit, commoditas agitur, *d. l. ſi vt certo, § nunc videndum eſt, ff. commodati, & l. 1. §. is quoque, & l. 2. ff. de actionib. & obligatio.* Dicitur ergo dolus committi à depoſitario, quando ſine iuſta cauſa rem non reſtituit, *l. 1. §. inde ſcribit, & §. inde Neratius, ff. depoſiti*, Anchatran. *conſ. 360. per totum.* Quod ſi depoſitarius ſemel dolum admiſerit, tenetur de periculo, quamuis res natura ſua perierit, *d. l. 1 §. ſi rem depoſitam, ff depoſiti.* Non admiſſo tamen dolo depoſitarius poſt moram de periculo tenetur niſi res ſui natura interierit, *l. ſi plures, in fin. ff. depoſiti.* Mantica *de tacit. d. lib. 10. tit. 9. num. 3.*

Quando depoſitum cadit in vtilitatem depoſitoris, ac depoſitarij, tenetur depoſitarius de culpa leui, verbi gratia, ſi aliquid non modicum recipiat pro rei cuſtodia, Medina *in ſua inſtruct. §. 30 de reſtitutio. fol. 157.* Nauarrus *cap. 17. numer 181 & ante cap. 4. in ſumma, num. 3.* Molin. *d. diſp. 527. §. quando depoſitarius, pag. 1725.* Ludouic. Lopez *de contract lib. 2. cap. 36. pag. 309. verſ. Secundò tenetur*, Leſſius *d. cap. 27. dub. 3. num. 9. verſ. Dico ſecundo*, & Azor. *part. 3. lib. 7. verſ. ſecundo quæritur*, quibus accedit Mantica ſupraſcriptus *numer. 12. ex cap. de depoſito.* Ex eo, quòd depoſitum, & ſui, & eius qui depoſuit, gratia ſuſcipitur. Quin potius tunc contractus tranſit in locationem, & conductionem, *l. 1. §. ſi veſtimenta, & ſequent. ff. depoſiti.* Idem dico quando depoſitarius ſe ipſum depoſitori obtulerit, tunc enim tenetur ex culpa leui, ſi res depoſita deterior reddatur, aut pereat, vt habetur *in dict. cap. 2. de depoſito, & l. 1. §. ſæpe euenit, ff. eodem*, Ludouic. Lopez *ſuprà, num. 3.*

Mantica *num.* 14. Azor. *d. cap.* 7. *verſ. tertio quando.* Sed melius Nauarrus *in ſumma cap.* 17. *n.* 181. ait hoc habere locum quando qui ſe obtulit cuſtodem fuit in cauſa, vt deponens omiſerit diligentiorem ad cuſtodiendum, quem ad manum habebat, quod non videtur improbabile.

Hinc fit, vt teneantur ex culpa leui ſartores, & ſimiles artifices, quibus res aliqua traditur polienda, aut immutanda, ſuenda, aut abluenda, & reliqui quorum officium habet annexam cuſtodiam rerum, quique vtilitatem ex officio conſequuntur, quales ſunt caupones, ſtabularij, & nautæ ratione rerum, quas in nauim, vel in domum, ſeu hoſpitium recipiunt; habetur *in l.* 1. *ff. depoſiti*, Molin. *vbi ſupra*, & Leſſius, qui addunt nautas, hoc eſt qui in naui, nauigio, aut lintre, vel cymba, merces, vel homines tranſportant; item ſtabularios, & caupones eo ipſo, quòd in hoſpitio aliquid recipiunt, teneri non ſolùm in foro conſcientiæ, ſed etiam in foro externo de leuiſſima culpa, præſertim quando ad cuſtodiendum aliquid ipſis expreſsè traditur, quod eſt valde probabile, Angel. *verbo, nauta, in principio*, & Sylueſt. *eodem verbo, num.* 1. Secus ſi hoſpites tam in naui, quam in diuerſorio nautis, aut ſtabularijs videntibus res ſuas deponunt, neque eas ſpecialiter ad cuſtodiendum tradunt. Mihi tamen placet teneri duntaxat in foro conſcientiæ de culpa leui in hoc euentu nautas, ſeu caupones, quamuis in exteriore foro teneantur de leuiſſima. Quin etiam ſi depoſitarius pro cuſtodia modicum ſalarium accipiat, ſi res pereat, vel deterior fiat, non tenetur de leui, quia adhuc cenſetur depoſita in gratiam deponentis Alciatus *conſ.* 12. *num.* 21. *lib.* 5. Mantica *ſupra, num.* 13.

In quatuor tamen caſibus tenetur depoſitarius de leuiſſima culpa. Primò, quando actum eſt, vt ex leuiſſima culpa teneretur, *c. bona fides de depoſ.* & *l.* 1. §. *ſæpe, ff. depoſiti*, & vtrobique gloſſa. Imò & de caſu fortuito tenebitur ſi pacto ad id ſe aſtrinxit, quia contractus ex pacto legem accipit, dummodo pactum non ſit contra ſubſtantialia contractus, *l.* 1. §. *ſi conuenerit, ff. de poſ.* Panorm. *in cap. fin. de condit. appoſit.* & *cap. tua de ſponſalib.* Dicitur autem aliquid eſſe de ſubſtantia alicuius, quando illud non poteſt ſubſiſtere ſine eo. Azor. *d. cap.* 7. *verſ. tertio quæritur*, & *ſequenti*, Ludouic. Lopez *d. cap.* 36. *verſ. quarto tenebitur*, & *duobus ſequentib.*

Secundo, quando mora in reſtituenda re depoſita culpabilis præceſſit, gloſſa *in l.* 1. *ff. depoſit.* & gloſſa *in cap. bona fides, de depoſito*, in hoc caſu tenetur depoſitarius de leuiſſima. Tertiò, quando dolum depoſitarius commiſit in cuſtodienda re depoſita, & poſtea leuiſſima culpa fuit ſecuta. *l.* 1. §. *ſæpè, ff. depoſiti*, & gloſſa *in d. cap. bona fides.* Quartò, ſi depoſitarius, qui habuit facultatem vtendi pecunia numerata, fit dominus illius ex dominio tranſlato, cenſetúrque mutuum contractum, & ipſe debitor ex cauſa mutui, teneturque de caſu fortuito, *l.* 1. §. *is quoque*, *cl.* 1. *de actionib.* & *obligatio.* & §. *item is cui res. inſtitut.*, *quibus mod. re contr. oblig.* Quod intellige quando veroſimile eſt depoſitarium voluiſſe pecuniam mutuam accipere, gloſſa *in l. die ſponſaliorum*, §. 1. *in verbo, condemnandus, ff. depoſiti*, Baldus *in l. incendium, num.* 3. *C. ſi cert. petatur.*

31\. Non tamen valebit pactum, vt ex dolo depoſitarius non teneatur, quia eſt contra bonos mores, & contra bonam fidem, textus [illegible] illud, *ff. de* [illegible] *l.* 1. § *illud non* [illegible] *ff. depoſiti*, Azor. [illegible] §. [illegible] *quæritur* [illegible] tamen poteſt [illegible] depoſitarius [illegible] culpam, & [illegible] eum [illegible] dbeat [illegible] tunc enim lex ipſa [illegible] contra [illegible] leg. [illegible] *certo*, §. *n* [illegible] *videndum eſt*, [illegible]. *Aut ſi hoc ab initio conuenit*, [illegible] *commodati*, *cap.* 2. *tit. de depoſito*, *l.* 1. §. *ſi conueniat*, *ff. eodem.* Quod autem [illegible] itur de pericu[illegible] intelligitur de caſu etiam fortuito, quamuis nulla præcedat culpa, qui [illegible] ſufficit pa[illegible], vt [illegible] habetur *in l.* 1. § *ſæpe euenit*, *ff. depoſ.* [illegible], per hæc verba, *ſæpe inuenit eueni[illegible]* [illegible] *periculo* [illegible] *eius, apud quem deponitur*, *vt puta ſi hoc nominatim conuenit.* Et paulo inferius in hunc modum proſequitur *Sed inquit*, [illegible] *ſi quis* [illegible] *depoſito obtulit, periculum* [illegible] *depoſiti obligauit. Ita tamen*, [illegible] *ſolum dolum, ſed etiam culpam*, [illegible] *cuſtodiam præſtet, non tamen fortuitos caſus.* Sic ibi. Mantica *tit.* 9. *num.* 9. & 10.

Vltimò quæritur ad quid teneatur depoſitarius ſi in aliquo periculo conſuluit potius rebus ſuis, quàm depoſitis, ex eo quod B[illegible] *in d.* [illegible] *Nerua*, tradit depoſitarium tene[illegible] in rebus depoſitis cuſtodiendis a[illegible] diligentiam quantam in ſuis conſeruan[illegible] R[illegible] præſumi dolum, quando depoſitarius aſſerit res depoſitas periiſſe, cùm res [illegible] ſint incolumes, niſi caſum fortuitum probet, præſertim ſi res depoſitæ ſint pretioſiores; ideo tenetur. Abba[illegible] illum textum *in cap.* 2. *num.* 2. *de depoſito.* Reſpondetur ſecundò ſi depoſitarius [illegible] res ſuas, & depoſitas ſimul ſaluare [illegible] ſaluet ſuas, præſumi fuiſſe in frau[illegible] & [illegible] ex dolo præſumpto conueniri. A[illegible] tamen *in dict. cap.* 2. *verſ. ſed dubium*, co[illegible] ſententiam tuetur, quia res ſuæ cuiq[illegible] chari[illegible], quàm res aliorum etiamſi pre[illegible] ſint ex eo principio, Charitas bene [illegible]nata incipit [illegible] ipſo, *l. præſes, C. de ſeruit.* & *aqua*, Bald. *in conſ.* 312. *num.* 3. *lib.* 4. Sibique imputet deponens quod amico negligenti rem ſuam cuſtodiendam tradident, per *l.* 1. §. *is quoque*, *cl.* 2. *ff. de actio.* & [illegible] *gatio.* & §. *præterea*, *inſtit. quib. mo. l. re cont.* [illegible] *gat.* In foro tamen conſcientiæ ſtandum eſt [illegible] ritati, ac iudicio an res depoſitæ culpa ipſius [illegible] rierint, an non. Ludou. Lopez *d. cap.* 36. *pa*[illegible] & *ſequenti.* Mantica *d. tit.* 9. *à num.* 40 Syluest. *verbo, commodatum*, §. [illegible] *quæſt.* 12.

## Disputatio XXIII.

### *De officio, & obligationibus ſyndicatorum.*

---

### §. I.

### *De neceſſitate officij ſyndicandi,*

EPITOME.

1 *Syndicatus officium eſt val[illegible] neceſſarium, nec ab eo excuſantur Principes.*

2 Sub

2 *Subditos qui vult corrigere, & iudicare, debet ſua prius emendare.*

3 *Samuel vir integerrimus, & iudex incorruptus, ſyndicatui ſe ſubiecit.*

4 *Samuel cur non nominetur iudex.*

5 *Samuel iudex ſingulis annis totam prouinciam luſtrabat diligentiſſime.*

6 *Chriſtus Dominus ſyndicatui ſe ſubmiſit.*

7 *Magiſtratus exemptus a ſyndicatu non eximitur niſi a culpa leui, vel leuiſſima.*

8 *Officia perpetua habentes compelluntur reddere rationem.*

9 *Syndicandi poteſtas eſt de regalibus, & ad Reges dumtaxat pertinet.*

10 *Syndicatui ſubiacet officialis gratis officium exercens.*

11. & 13 *Officialis non [illegible]gitur ad aliud officium, niſi prius ſyndicatus.*

12 *Magiſtratus triennales ante triennium exactum debet monere Regem vt praecipiat illos ſyndicari.*

14 *Iudicandi officio addicendi prius examinantur an deſcendant ex Hebraeis.*

15 *Officio iudicandi, qui debent fungi, aere alieno non ſint appreſſi.*

16 *Ferdinandi Peres apud Sinas memorabile exemplum ſuae integritatis.*

17 *Syndicatores an habeant iuriſ[illegible]nem ordinariam.*

18 *Syndicatores ad pronunciandum habent tempus limitatum.*

19 *Syndicatores poſſunt ſuas exequi ſententias.*

20 *Appellandum verum ſit a ſententia ſyndicatorum.*

21. & 22 *Et quid de iure Luſitano, & de Hiſpano.*

1. TANTA eſt neceſſitas huius officij, vt etiam Imperatores, & Reges ſuperiorem non recognoſcentes debeant ſyndic[illegible] [illegible]biacere, cum teneantur ſaltem reddere rationem pro iuſtitia ſubditorum, vt *in §. ſcriptum exempla. in authen. vt iudices ſine quo. ſuffrag.* Nam quanto quis magis alios excedit, antecedítque, tanto magis poteſt illos offendere, vt *in cap. homo Chriſtianus, diſtinct.* 40. Et ex conſequenti ſi delinquant, maiori poena coercendi ſunt, *cap. nulli fas, 25. quaeſt. 1. & cap. praecipue 11. quaeſt. 3.* Ex
2. eo fundamento, quia qui ſubditos vult in officio continere, & iudicando corripere, ſua debet prius emendare opera malefacta. *l. iuſtus, C. de iur. fiſci, l.* 10. Paris de Puteo *in tract. de ſyndicat. in verbo, euidentialia, cap. 2. incipienti, qui alios.*

S[illegible]ò quia nemo poteſt de errore alterius bene iudicare, niſi qui non habet in ſe ipſo quod condemnet, *3. quaeſt. 7 cap. iudicet.* vnde Tullius in Salluſtium, *arere,* inquit, *debet omni vitio contra alterum dicere paratus,* Azeued. *lib. 3. tit. 7. lib. 2. num. 2. nouae recopilat.* & optime poſt illum Ioleph. ſe ſe, *in reſponſ. de ſyndicatu poſt tractatum de inhibitione, iuſtit. num. 3. & ſequent.* Te[illegible]iò, quia correctionis ordo petit, vt Principes ac Reges primò incipiant à ſe ipſis. *9. qu[illegible] cap. p[illegible], in fine,* deinde à ſubditis ſuis. Eſt enim turpe doctori cum culpa redarguit ipſum, gloſſ. *in d. authent. vt iudices ſine quo. ſuffrag. §. oportet,* vbi refert Catonem. Conſonat illud Archidiaconi *in 40. diſtinct. cap. multi,* Infelix, qui recta do- *Pragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.*

cet, & viuit iniquè. Confirmatur exemplo Samuelis prophetae principis integerrimi, qui depoſito regimine, *lib. 1. Reg. cap. 12. in principio,* ſyndicatui ſe ſubiecit, dicens, *loquimini de me coram Domino, & coram Chriſto eius, vtrùm bouem cuiuſquam tulerim, aut aſinum; ſi quempiam calumniatus ſum, ſi oppreſſi aliquem, ſi de manu cuiuſque munus accepi, & contemnam illud hodie, reſtituámque vobis: & dixerunt, Non es calumniatus nos, neque oppreſſiſti nos, neque tuliſti de manu alicuius quippiam.* 3.

Neque eſt dubium Samuelem fuiſſe iudicem, quamuis iudex non nominetur ex ea ratione, quia hiſtoria Samuelis erat quaedam veluti prologus Regum hiſtoriae neceſſariò praemittendus. Vnde non tam ad Iudicum, quam ad Regum libros pertinebat, vt notat Mendoça *in [illegible] 1. Regum, cap. 4. pag. 415. [illegible] a me. [illegible], [illegible] D.* Singulis tamen annis totam prouinciam luſtrabat, & ſuo officio diligenter fungebatur, vt conſtat ex 1. *Regum, cap. [illegible] num. 16. [illegible] Et ibat per ſingulos annos circuiens Bethel, & Galgala, & Maſphath, & iudicabat I[illegible] ſalem in ſupra di[illegible] locis.* Vnde enitet Samuelis vigilantia, ac ſollicitudo erga ſubditos ſuos. Cuius e[illegible] proſequitur Theodoretus *q. 14. in 1. Reg.* vbi vocat eum non ſo[illegible] ſanctiſſimum, ſed etiam di[illegible]ſſimum: & [illegible] Hebraeus [illegible] *de temulentia,* [illegible] vocat [illegible] maximum, ſed etiam [illegible] quid [illegible] & anguſtius, per haec verba *Is Samuel,* inquit, *fuit fort[illegible] homo; accipitur tamen non vt compoſitum animal, ſed vt mens, ſolo Dei cultu, ac miniſterio, gaudens.* 4.

Contemptus tamen fuit ab Hebraeis, cum Regem petierunt, & pet[illegible] Regis Samueli diſplicuit, quia eorum [illegible] noluerunt audire vocem Domini, & Samuelis, vt notat Rupertus *lib. 6. iuxta illud Oſeae 13. Eleuauerunt cor ſuum & obliti ſunt mei.* 5.

Nihilominus nihil in eo notatu dignum, ac nota reperietur tanto viro indignum, vt ipſi fatentur, cum Samuel ſyndicatui ſubmiſit. Nec Chriſtus Dominus ſe exemit a ſyndicatu, vt conſtat ex illo Ioannis 8. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Ex quibus liquet neminem poſſe à ſyndicatu liberari, niſi ex lege, vel ea principe liberetur, non obſtante lege communi id praecipiente, ſecundùm Baldum *in l. mancipia, C. de ſeru. fug.* Alexander *in l. ſi mora, ff. ſolut. matrimonio.* 6.

Quod ſi princeps dicat de aliquo magiſtratu quòd non teneatur ſtare in ſyndicatu, per hoc non eximitur niſi à culpa leui, vel leuiſſima, & huius tantùm conceditur venia ſi Princeps dicat, *non obſtante tali lege abſoluatur à ſyndicatu,* quia ſyndicatus eſt de iure diuino, vt habetur Lucae *cap. 18. in principio,* ibi, *tamen quia moleſta eſt mihi haec vidua, vindicabo illam, ne in nouiſſimo veniens ſugillet me,* Auilez *ſyndicat. cap. 22. numer 4* Cau[illegible]can *de Brachio Regio part. 5. numer 18.* vbi addit ſtatutum, quod officiales non poſſint ſubeſſe ſyndicatui, nihil valere, cùm ſit contra bonos mores, nec conſuetudinem contrariam eſſe admittendam. Azeued. *d. tit. 7. lib. 3. in principio, num. 3.* 7.

Nec excuſantur à ſyndicatu officia perpetua habentes, quia interdum rationem ſuorum munerum reddere compelluntur, quod eſt valde vtile, vt omnes cautiores fiant, & animi pendeant, ne immemores poenae aliquando infligendae efficiant 8.

 ciant

ciant quidquid velint. Conſonat Plato *lib.* [illegible] *de legib.* his verbis. *Nemo*, inquit, *iudex magiſtratuſve ſit, qui geſti officij rationem ſui non referat, præter eos, qui Regum inſtar finem rebus imponunt.* vbi indecorum putat ſupremos iudices ſicut cæteros inferiores maleuolorum calumniis ſubiacere. Quod etiam vult Ariſtoteles 6. *Politicor. cap.* 4. Iuuat lex 1. *C. vt omnes iudices tam ciuil. quam crim.* Quibus de cauſis tam Senatores etiam ſuperiores, quàm inquiſitores, & omnes alij miniſtri etiam Apoſtolici viſitantur interdum per deputatum à Principe, aut ab arbitro fidei catholicæ generali, qui debet eſſe vir pene diuinus ſecundum Platonem, & in omni virtutum genere excellens, quique ſit ſaltem quinquagenarius, qui fines mandati dum viſitat, accurate, ac diligenter exequatur, Azeued. *lib.* 3. *titul.* 7. *l.* 2. *numer.* 6. & Simancas *de cathol. inſtit. titul.* 41. *numer.* 27. *&* 28. vbi de qualitate ac conditione eligendi ad viſitandum plenè agit.

9. Hæc autem poteſtas viſitandi, ac puniendi officiales non inuenitur niſi apud principem, vel apud ab eo deputatos, ad ſyndicandum, vel viſitandum. Iulius Clarus §. *fin. num.* 21. *verſ. præterea quæro*, & in rebus Eccleſiaſticis de iure communi eſt Epiſcopus, vel qui ab eo deputatur, vt teſtatur Paris de Puteo *de ſyndicat. fol.* 129. *numer.* 1. Belluga *in ſpeculo, rubric.* 44. *numer.* 2. Garcia *de magiſtrat. lib* 6. *cap.* 1. *numer.* 15. Cabed. 2. *part. deciſ.* 68. *numer.* 1. vbi ex Ordinatione Regia *lib.* 1. *tit.* 60. *in principio*, oſtendit ſyndicare officiales etiam dominorum terrarum, & donatariorum ad ſolum Regem ſpectare, niſi ſpecialiter donatariis concedatur.

10. Sed quid ſi officium officialis exerceat ſine ſtipendio? Reſponde adhuc ſubiici ſyndicatui. Sic Amedeus de Caſtell. *de ſyndicat. colum.* 8. *verſ. ſyndicos, & ſyndicatores*, & expreſsè *verſ. ad ſyndicandum*, per l. *licet*, §. 1. *ff naut. caupo. ſtabul.* & ibi dicitur, quod debet ſyndicari, quamuis Rex, vel priores decreuerint, quòd non debeat poteſtas ſyndicari, quia eo ipſo quo quis ſuſcipit officium, tenetur reddere rationem ſuæ villicationis, *cap. qualiter, & quando el* 2. *de accuſatio.* Ideo non excuſatur etiamſi gratis exerceat officium, adhuc enim debet ſyndicari, hoc eſt condemnari, vel abſolui a ſyndicatore, qui iudicat, & cognoſcit de cauſis officialium. Baldus *in l.* 2. *Cod. vbi de ratioci. agi opor.* & tenet gloſſa, *velit*, *in* §. *fin. inſtit. de curat.* Azeued. *ſupra*, *numer.* 2. *& in l.* 2. *eodem titul. lib.* 3. *numer.* 4.

11. Vnde communi vſu, ac praxi receptum eſt, vt nullus officialis, qui aliquo fun functus officio, ad aliud eligatur, niſi prius ſyndicatus ſit, & reddat rationem prioris officij, quod geſſit. Sic Zeno Imperator *in l.* 1. *C. vt omnes iudices tam ciuil. & in l. neminem*, *C. de ſuſcept. præpoſ. & arcar. lib.* 10. Quod de facto ſeruari, in [illegible] Bartol. *in l. reſcripto.* §. *debitores. ff. de muner.* [illegible] *honorib.* quòd nullus officialis poſſit re eligi ad aliud officium antequam reddat rationem. [illegible] Con-

12. ſonat lex Luſitana *lib.* 1. *tit.* 60. *in principio*, quatenus aut correctorem, ſeu [illegible], auditorem, aut iudicem ſyndicandum [illegible] quidem duobus ad ſummum menſibus ante [illegible] triennium exactum Regem monere, vt ſyndicatorem mittat ad inquirendum an ſui officij partes rectè, & rite præſtiterint, quod ſi id omittant, ne ſyndicatui ſubiaceant, omnin[illegible] cando rem [illegible], neque am[illegible] di officium [illegible] tempore admitt[illegible] Quæ [illegible] deſumpta ex Vlpi[illegible] *l. reſcripto.* §. *debitores ff. de muner.* [illegible] qua ſtatuit debitores reipublicæ ad honores non poſſe eue[illegible] prius [illegible] ſatisfaciant reipublicæ, reddántque id quod deb[illegible].

Idcirco multi [illegible] ſyndicatione abſol[illegible] ſyndicatores offi[illegible] tas liberatori[illegible] ex q[illegible] ct [illegible] oſt[illegible] a geſto, & niſi [illegible] tas ſui [illegible], non [illegible] ciumquia indignus eſt, qui [illegible] moueatur, qui in muneribus [illegible] C[illegible] verò, qui bene ſe geſſ[illegible] a[illegible] m[illegible] ra euolet, & admini[illegible] optime ge[illegible] mia conſequatur. Baldus *in authent. habita* [illegible] *tab.* 2. *C. ne fil. pro patre.* Item quia tam [illegible] boni, vt boni, & ſapientes diu regnent, cum [illegible] non tam ipſis, quam illis, quibus [illegible] velle ac fructuoſum ſit. Confirmatur [illegible] a Chriſto Domino prolata, *Mathæi* 25. dicente, ibi, *Euge ſerue bone & fidelis, quia per pau*[illegible] *ul, ſuper multa te conſtituam, intra* [illegible] *Domini tui.*

Quin etiam apud Luſitanos [illegible] eſt, vt antequam iudices, aud[illegible] res primò admittantur ad offici[illegible] fiat inquiſitio de genere [illegible] an forte deſcendant ex Hebræis [illegible] nium completum ab ingreſſu de [illegible] rinit modo ſuprà dicto ad inſt[illegible] ſuetudinis, quæ apud Athenienſes [illegible] batur, vbi qui apud illos annu[illegible] adminiſtrabant, priuſquam [illegible] ribus eorum, ac vita antea[illegible] batur apud ſcribas, & le[illegible] rationum officiales ex[illegible] quid vlterius ageretur, [illegible] ma[illegible] bant præconi, qui [illegible] per [illegible] annunciabat diſquiſitione[illegible] tali, vel tali magiſtratu, q[illegible] ctis officio. Idcirco, qui illum vo[illegible] liberè ad accuſationem admitti [illegible] ſtyli ac praxis meminit Carolus Si[illegible] *blica Athenienſ. lib.* 2. *in tit. de* [illegible] *tarum, & lib.* 4. *cap.* 4. & ſic magiſtratus [illegible] ra aſcendebant quando in officiis [illegible] dis laudabiles vitæ actiones præſ[illegible] pulo, & officiibus integritatis ac ve[illegible] ce prælucebant.

Suffragatur [illegible] Venetorum in m[illegible] bus obeundis obſeruatio patriis leg[illegible] cta, ten[illegible], vid licet, m[illegible] rant eſſe p[illegible] quæ [illegible] ſcripto teſtat[illegible], ex qu[illegible] conſtet [illegible] quid debebant plenè per[illegible] ſuiſſe, al[illegible] enim [illegible] teſtimonium non ferebat, [illegible] batur in [illegible] gratiæ obeundo. Teſtis eſt Card[illegible] *lib.* 12. [illegible] *Veneta* [illegible] it M[illegible] *de officiali Dominor.* §. 1 [illegible] officio [illegible] adminiſtrationem [illegible] quæ [illegible] offi[illegible] ad [illegible] bona [illegible] atum

16. Hi [illegible] & la[illegible] dignam [illegible] ſuis eſt Ferd[illegible] legatus [illegible] Sum[illegible] Orientali in Prætore [illegible] iu[illegible]

[illegible]

2 [illegible]

[illegible] ... obſtante ap- [illegible] ... pragmaticis de qu[illegible] ... de attent. part. 2 cap. [illegible] ... part. actu 2. num 267. [illegible] l. 2. titul. 23. part. 3. [illegible] appellatio à ſententia iudicis con- [illegible] offici[a]lem, quia præſumitur [illegible] iuſtè. Suarez de Paz poſt plu- [illegible] num. 40. & 41.

2 [illegible]

21 [illegible] tam [illegible] ... §. 1 ... [illegible] ... mobilibus ... [illegible] ... S[illegible] Scac. *de* [illegible] ... *lumitat.* ... *numero 9* ... [illegible] ... oſtendum, & quer[illegible]

Q[illegible] quando Prxi[illegible] ... R ge[illegible] ... [illegible] ... emtes, & [illegible] rota appellatio[illegible], & grauamine ſuum porell[illegible] non exced[illegible] ... ant, appellationem, ... ad ſuper[illegible] termino ... quem iudicet ſyndicato præfixo, ... nem, [illegible] gr[illegible] tamen proſ[illegible] q[illegible]tur. Sic ord. tit. 60. §. 2. ibi: *E ſendo o*

22 *Corr[illegible]edor da Comar[illegible]a.* De iure [illegible] vero Hi[illegible] *l.* [illegible] *7. lib. 3 recopil.* à ſententia in ſynd[illegible] ... ont[illegible] magiſtratum, & eius offi[illegible]les non appel[illegible] niſi ſu[illegible] nam trium millium morap[illegible] ... d[illegible]t, de[illegible] ſit prius condemnatio[illegible] ... egiæ ſi[illegible] Suarez [illegible] Paz *in praxi [illegible]ana parte primi tomi, cap. unico, num. 39.*

## §. II.

### *De ſtylo, ac forma ſeruanda in ſyndicatu.*

#### EPITOME.

23 *Officiales ſyndicandi prius ſuſpenduntur.*

24 *Præconio publico pr[illegible] lato mon[illegible] omnes [illegible]uati, vt coràm [illegible] appareant [illegible] certum tempus.*

25 *S[illegible]ndi[illegible] ... ante tempore ſynd[illegible] del[illegible] in eo loco per[illegible]ere.*

26 *P[illegible]ac[illegible]nunq[illegible] etiam in [illegible] tibus*

[illegible] *[illegible] ad querelam [illegible] agrauat[illegible] au[illegible]tur.*

28 *[illegible] duplic[illegible] ſunt procedere ac [illegible] ſi [illegible], ac inquiſitio*

29 *Inq[illegible] ſyndi[illegible] ... quod de [illegible] ... perſonas, & [illegible] debent inquiri de mal[illegible], ſed etiam de b[illegible] laus ſit vnicuique [illegible] Deo.*

[illegible] ... Cum [illegible] ... *caterum, de* [illegible] ... omni[illegible] ... *prin[illegible]* Me[illegible] ... Quod vero d[illegible] ... abſque al[illegible] ... citatas [illegible] ... *num. 4.* & Au[illegible] *cap.* ... *pendi[illegible] num.* ... *dicatus in parte* ... *parte* ... fund[illegible] ... Prox. num. ... *ſup[illegible]* ... *verbo* ... ad que[illegible] ... in eodem [illegible] ... *capite* [illegible] *verbo* [illegible]

[illegible] *ac delaturum* [illegible] *diffamatus* [illegible]

28 [illegible] *in* [illegible] *tamen* [illegible] *quam* [illegible] verò inquiſitio [illegible] hæc [illegible] ne fieri [illegible] *lib. 8.* [illegible] & [illegible] *de ſyndicat* [illegible] *num.* [illegible] *dicto cap. 4* [illegible]

29 [illegible] *mal* [illegible]

[illegible] non ſit inquiſi- [illegible] ne [illegible] et in in [illegible] pon [illegible] *Auilez in* [illegible] *di* [illegible] *bo. Hac* [illegible] *verb.* [illegible] *§ iam* [illegible] *erroga* [illegible] *num.* [illegible] *ac Ep* [illegible] Idem Auilez [illegible] *in verbo* [illegible] *per* [illegible] *num.* Suarez [illegible] *pars primi tom.* [illegible] *ſyndicatorum* [illegible] illo tamen [illegible] offi- [illegible] gen [illegible] *lege quidem,* [illegible] *§* [illegible] *quæſt. 6.* [illegible] *quæ* [illegible] *de ma* [illegible] *num. 11.*

At ve [illegible] ſit [illegible] offi- [illegible] et [illegible] poſſit [illegible] & [illegible] Ni [illegible] ea [illegible] *quæſt.* [illegible] *verſ* [illegible] *ac* [illegible] ex [illegible] vel [illegible] autem [illegible] ſit [illegible] ſyndi [illegible] non [illegible] delicto [illegible] diffamato, aut [illegible]

N[illegible] ſi de [illegible] poſſe proc [illegible] contra offi- [illegible] modo inquiſitio [illegible] quæ ad [illegible] pro [illegible] ſyndicante [illegible] in [illegible] ad quere [illegible] promulgato pr[illegible] como, & fort [illegible] inquiſitione & recep[illegible] [illegible] & [illegible] offis pro [illegible] datur ad [illegible] propterea tendit hæc [illegible] Sigilmund [illegible] *lib. 1. c. 84. n.* [illegible] *d quæſt. 6. verſ. cæterum, &* [illegible] *ver.* [illegible] *etiam*

Notandum tamen eſt non eſſe faciendam con- [illegible] ſcrupuloſam inquiſitio- [illegible] ſit, quando omnes querelæ [illegible] de [illegible] contra iudices admittuntur. Dul- [illegible] *de* [illegible] *dicat. num. 1* [illegible] Non enim de [illegible] nimis [illegible] Azeued. *lib* [illegible] *l. 10.* [illegible] *noua re* [illegible] *pil.* vbi *num.* [illegible] 8. addit [illegible] form- [illegible] les ſyndicato non eſſe aſſu- [illegible] ndas [illegible] integræ vitæ, ac famæ, non [illegible] hominibus, neque ab [illegible] pectis teſtibus. Auilez *cap. iudicum* [illegible] *pesqui* [illegible] *num 4* vbi vult non eſſe [illegible] contra iudicem ab eo carce- [illegible] quod eſt de mente Baldi *in l. ſi ipſius, C.* [illegible] qui præſumitur iudici odioſus, & [illegible] Vnde non eſt audiendus, qui contrarium [illegible] exiſtimat.

31\. [illegible] etiam [illegible] teſte [illegible] Ang. [illegible] *ſyndicat. in verſ. concludo*, [illegible] teſtium in fine cuiuſlibet po[illegible] & inferenda contra offi[illegible] Abb. *in c. 2. col. 4. de teſtib.* & S[illegible] 406. Aviles *de cap. gl.* [illegible] *1. num.* [illegible] *teſtib.* & regulariter loquendo [illegible] tim petenti [illegible] ſunt neganda, neque [illegible] pia ſimul, & non [illegible] ſtatim [illegible] ad reſpondendum ad omnia [illegible] *in cap. qualiter, & quando el 2. de accuſat.* [illegible] § [illegible] & *ibi* [illegible] *n.* de A[illegible] *col. 2.* P[illegible] de Ca[illegible] *apud quem, Cod. de* [illegible] *num. 5.* [illegible] ſi [illegible] atteſtationum contra officiale [illegible] tore denegetur, ſyndicatus ad te[illegible] fendendum poſſit appellare. Sic Gandin. *in tit.* [illegible] *de maleſic. num. 18* vt eſt text. [illegible] gloſſ. *in d. cap. qualiter & quando.* Eſt [illegible] a teſt[illegible] num neceſſaria, ac de ſub[illegible] ſecundum gloſſam *in l. prælatam Cod. de ſentent.* eti[illegible] & ab que ſtr[illegible] [illegible] *cap.* [illegible] *de hæret.* [illegible] Sequitur Bartol. *in ext.* [illegible] *in verbo,* [illegible] dicij, dummodo contra [illegible] petat; quare non eſt ne[illegible] non poſſunt, vt [illegible] *d. cap. qualiter, & quando el 2. de accuſation. & in cap. 2. eodem tit.* [illegible] 6. Amedeus *de ſyndicat. in verbo, coram nobis.* Quintia[illegible] de Ancona *num. 219 & 220.*

Teſtes [illegible] contra ſyndicatum con[illegible] productis deponere debent expreſſè, & in ſpecie in quibus cauſis magiſtratus in ſuo officio defecit poſitiuè non tribuendo ius ſuum vnicuique, & in quibus per omiſſionem deflexit ab exequendis mandatis, ac prouiſionibus regiis. Aliter enim ſi non reddant cauſam legitimam interrogati, neque [illegible] de cauſa ſui dicti reſpondeant, nihil probant Maſil. *in ſua* [illegible] *crimin.* [illegible] *§. diligenter, num.* [illegible] gloſſa *ibi* [illegible] *quando de* [illegible] gloſſa & *ibi* Abb. [illegible] *de teſtib.* Quod adeo procedit, vt teſtes non reddentes cauſam legitimam ſui dicti [illegible] non valeant ad præſumptionem. Idem Abb. *in cap. cum cauſam, num. 6. de teſtib.*

Sed quid ſi teſtes non reddiderunt rationem, quia non fuerunt interrogati? Gl[illegible] *in cap. ſicut de re iudicat. in verbo, de cauſis,* ait, valere dicta teſtium; quod puto verum ſi ſint conteſtes in dicto, & facto, quia faciunt plenam probationem, etiamſi non fuerint interrogati [illegible] nec reddiderint rationem, quando [illegible] vel plures teſtes & concordarunt in [illegible] facto. Si tamen fuerit vnicus duntaxat te[illegible] non reddiderit rationem ſui dicti, eo quod non fuerit interrogatus non probat ſemiplenè, teſte B[illegible] *in cap. de conſuetudine recti feudi, § ſacramentum, in vſibus feudorum, num 12.* Debent [illegible] tores interrogare de ſingulis circun[illegible] & de cauſis, perſonis, item de loco, & temp[illegible] de viſu, & auditu, de credulitate, de [illegible] & [illegible] titudine, & facere vt omnia de[illegible] *in cap. cum cauſam, de teſtib.* q[illegible] interrogati de ſ[illegible] vel non [illegible] ondent, vel non bene, non debent interrogari [illegible] necessitas, putà loco, & [illegible] verò interrogati de cauſa ſcientiæ [illegible] reſponderunt, neceſſariò repetendi [illegible] ſi non [illegible] interrogati de circunſtantiis. [illegible] *Specul.* [illegible] *de*

[illegible] *cap.* [illegible] *ſi* [illegible] *ſcriptor.* [illegible] [illegible] N[illegible] [illegible] *temp.* [illegible] *quis liber.* [illegible] *cedendum* [illegible] *dem criminibus* [illegible] *be* [illegible] M[illegible] *och. conſ. 94. num.* [illegible] in [illegible] facta [illegible] *conſ. 9 num. 23* [illegible] & [illegible] ex zelo iuſtitiæ [illegible] oſtentati [illegible] *ſi quis.* [illegible] *§. 2. verb.* ſyndicator, [illegible] ced [illegible] [illegible] preſſ[illegible] omne [illegible] nomine [illegible] & [illegible] *quæſt. 5. num 4.* M[illegible] S[illegible] [illegible] *cap. 13. &* [illegible] [illegible] *ſua* [illegible] [illegible] *autem* [illegible] *de a.* [illegible]

di [illegible] *iudicium ſyndicatus, [illegible] num.* [illegible] non probant contra accuſatum, [illegible] teſtes ſingulares in viſitatione [illegible] contra officiales [illegible] pti attento ſecreto [illegible] procedendi. Requiritur enim quòd ſint [illegible] ſaltem duo, vel plures, ſintque probatæ [illegible] *num.* 49. *nume* [illegible]. Gabriel [illegible] *num.* 9.

33. [illegible] in cauſa ſyndicatus debeat offerri [illegible] ſcriptis contra officialem. Videtur aſ[illegible] Aulez in *cap.* [illegible] *iudicium ſyndicatus* in [illegible] magni, ac magni præiudicij, *in verbo, quexas,* [illegible] *incipia* Amedeus autem *de ſyndicatu, in verbo, coram nobis, num.* 21. ait ſeruandam eſſe formam datam per ſtatuta, per legem 1. §. *cui mandata,* & leg. *ſi Prætor, ff. de officio eius, cui mandata eſt iuriſdictio,* & *in cap.* 1. & *cap. præterea. de officio delegat.* At verò quando non datur forma, ſyndicatores debent ſeruare formam iuris communis ſuper querelis contra officiales ſyndicandos prolatis. Tunc enim debet dari libellus, & conteſtari lis, iurarique de calumnia, & alia fieri, de quibus *in l. prolatam, C. de ſentent.* & *in cap. quoniam contra. de probat.* Baldus *in* §. *neceſſitatem. in Authent. vt iudices ſine quoquo ſuffrag.* [illegible] 2. Mihi tamen magis placet hoc eſſe ſeruandum, quando poteſtas aufugit Innocent. in *cap.* [illegible] *de officio iudic.* [illegible] *clement. ſæpe. de verbor.* [illegible] notatur in *Authent. niſi breuiores, C. de ſentent. experi.* [illegible] In aliis verò caſibus [illegible] libellus in cauſa ſyndicatus non requiritur, per text. *in d.* §. *neceſſitatem,* & gloſſa *in d. Authent. niſi breuiores,* quam ſequitur Bartol. ſimpliciter, & Ant. de Butr. *in cap.* 1. *de libell. oblat.* per text. *in d.* [illegible] *neceſſitatem,* & per legem 1. *C. vt omnes iudi. tam ciuil. quam crimin.* Sed hic textus hoc non probat, ſed tantùm ait litem debere conteſtari. Conſonat Azeued. *in l.* 10. *tit.* 7. *lib.* 3. *noua recopil. num.* [illegible] dum ait in actis cauſæ coram tabellione ſyndicatus ſufficere petitionem offerri, nec requiri quòd detur in ſcriptis, attenta *l. fin. tit. de las ſententias, lib.* 4. *noua recopil.* & expreſſe ſpecialiter *in tit. de libelli concept.* §. *nunc dicendum,* vbi tenet in iſtis, quæ requirunt celeritatem, ſufficere talem qualem petitionem ſine ſcriptis.

Limitatur tamen hæc reſolutio, quando ſeruatur iudicialis ordo in expediendis cauſis contra officiales ſyndicatos; tunc neceſſarius eſt libellus, ſi apertè præſertim petitur, aut ſi cauſa eſt grauis præiudicij, ſecus ſi cauſa eſt leuis, quia tunc celeriter expeditur. At verò quando officiales in [illegible] dictu impetuntur de barateria, hoc eſt de [illegible] ne ſeu extortione, furto, aut de iniuriis per[illegible]bus, & realibus, neceſſariò eſt offerendus libellus in ſcriptis, vel petitio ad inſtructionem parti[illegible] & [illegible] Pariſ. de Puteo *de ſyndicatu in parte* [illegible] *contra officialem, fol.* 69. *num.* 4. & 15. Aulez *d. cap.* 3. *num.* [illegible] *col.* 2. Azeued. *d. l.* [illegible] *num.* 10. quamuis [illegible] ſit quòd etiam in [illegible] cauſis ſeruatur in actis [illegible] petitio verbalis, Baldus *in l. ſi quis, C. de accuſat.* & *in l.* 1. *C. vt in poſſeſſ. lega.* Quod eſt de mente gloſſæ *in l. quoties, C. de priui* [illegible] *bola.* vbi dicitur quod citatio poteſt offerri [illegible] petitionis, ſi illa contineat rem & cauſam, & id quod petitur ab officiali. Vnde concludit Aulez *ſupra* petitionem eſſe neceſſariam, vt iudex pronunciet, & vt pars ſe defendat. Aliter enim ſi ſolo verbo cauſæ in ſyndicatu expediantur, mille petitiones ineptæ contra officiales obiicerentur.

34 Sed quid ſi officialis ſyndicandus ante ſyndicatum aufugiat? Præſumitur contra ipſum de barataria, ſeu extortione pecuniarum in officio, & eo ipſo de iure Luſitano, *lib.* 1. *Ordin. tit.* [illegible] 3. habetur in omnibus contra eum petitis pro conuicto, & confeſſo; quod etiam eſt de iure Hiſpano *in l.* 23. *noua recopil. tit.* [illegible] in textu dictæ legis [illegible] *ſe fueſſen, num.* 9. & eſt textus, & ibi Bartol. *in l. conſilia, C. de Aſſeſſor,* & *domeſt.* [illegible] *in l.* [illegible] *Cornelia, ff. ad Syllanian.* ſequitur Aulez [illegible] *Prætorum, cap.* 1. *verbo, dadiuas, num.* 1[illegible]. *fol.* 63. Vbi addit ſufficere iuramentum eorum, qui conqueruntur de officiali aufugiente, vt contra eum cenſeatur plenè probatum de furtis, & baratariis, ſeu extortionibus illi impoſitis. Quæ alias ſi non aufugiſſet, pœnè erant probandæ per teſtes, vt docet Iaſon *in* [illegible] *admonendi, ff. de iureiur. col.* 69. *num.* 145. Sequitur [illegible] dans Peres *in l.* 6. *tit.* 16. *lib.* 2. *Ordin.* [illegible] *omnes iudices tam ciuil. quam crimin. num.* 3. concludens haberi pro conuicto, & confeſſo in omnibus querelis contra eum petitis officialem, qui tempore ſyndicatus aufugit; adeò quòd creditur aduerſario per [illegible] ius ſacramentum, vt ait gloſſa fin. *in Authent. vt iudices ſine quoquo ſuffragio,* § *neceſſitatem,* [illegible] §. [illegible] *quæ autem.* Atque ita poſſe [illegible] etiam die feriata tanquam latrones [illegible] Amedeus *de ſyndicatu, num.* 18. *verſ.* [illegible] *rum* [illegible] *officialis* [illegible]

Quòd ſi reuertatur officialis [illegible] etiamſi initium [illegible] nulla probatio [illegible] fuga inducitur, quia fuga [illegible] non facit amplius plenam probationem, ſed debet per teſtes probari. Iaſon *in d. l. admonendi, col.* 69. *num.* 145. & Marſil. *in ſua practica crimin.* §. *diligenter, num.* 45. quos referens ſequitur Aulez *d. l.* [illegible] *num.* 23. Azeued. *d. l.* 23. *num.* 9. & 1[illegible]. Nihilominus ſi iudex ſyndicandus aufugiat ex cauſa iuſta, puta, quia ſyndicator expreſſe, ac ſæpe dixit ſe velle ſuſpendere vel torquere ſyndicandum, non habebit propter has minas atroces aufugiendo contra ſe præſumptionem criminis, vt conſtat ex lege *l. Cornelia, ff. ad Syllanian.* Idem dicas ſi aufugit timore alicuius factionis, ſeu coadunationis contrariæ, aut capitalis odij, dicentium [illegible] depoſito officio ſe malè tractaturos officialem ſyndicandum; tunc enim ex fuga nulla contra ipſum fit probatio. Amedeus *de ſyndicatu, in parte, Item in eo quòd* [illegible] *poteſtas, verſ. Tertiò.* Aulez *d. cap.* 1. *Prætorum, num.* 24. *in gloſſa dadiuas,* & *cap.* 4. *in gloſſa,* [illegible] *num.* 27 *fol.* 120. *col.* 4. Sequitur Azeued. *in d. lib.* 23. *num.* 10. Extra verò hos caſus non tenetur, nec poteſt fugere officialis tempore ſyndicatus, nec gaudet immunitate etiamſi fugiat ad Eccleſiam. Pariſ. de Puteo *de ſyndicatu in parte, viſo f. l.* 23. *num.* 6. & 7. quem referens ſequitur Aulez *Prætorum, cap.* 1. *in gloſſa dadiuas, num* 25.

Illud etiam ſcias teſtes ſingulares contra officiales in crimine baratariæ, quod ſecundùm Aulez *vbi proximè, num.* 28. *fol.* 64. *pag.* 2. *ad fin.* eſt furtum, ſeu extortio pecuniarum violenta, ſeu pecunia clam accepta pro venditione iuſtitiæ poſſe admitti, gloſſa in *verbo, oſtenditur, in Authent. vt iudices ſine quoquo ſuffragio. collat.* 2. Marſil. *conſ.* 61. Aulez ſupra ſcriptus *num.* 28. cum aliis, vbi concludit probare contra iudicem notatum de furtis, baratariis, & extortionibus dummodo teſtes non ſint ignoti, quia eo tempore ſyndicatus ignoti non debent produci, nec recipi, vt tradit Angel. *in l. nemo, C. vbi de crimin. agi oportet.* Sed quando obiicitur iudici de furto, & barataria, probari poteſt 35.

teſt per teſtes ſingulares, *vt dixi*, & ſequitur Maſtril. *de ſyndicat lib.6.cap.2.num.33.* Quin etiam probatur per iuramentum actoris, vt vult Angel. de Peres ex gloſſa *in d.§.neceſſitatem, in tract. ſyndicat.num 3. & 4. tom.2.tractatuum, fol.334.col.1.* vbi obiter ait barattariam eſſe diſtrahere per pecuniam iuſtitiam, ſeu officium ſuum cum pecunia permutare.

36. An verò officiales, & famuli iudicis ſyndicandi poſſint in ſyndicatu pro defenſione & innocentia illius teſtificari: Reſponde primò ſyndicatorem teneri aduertere, & expendere qualitatem, ac conditionem teſtium. Sic Innoc. *in c. in litteris, de probat.* & *ibi* Ioan. Andr. Salicet. *in l.2.C.de teſtibus.* Reſponde ſecundò familiares, & officiales talis iudicis poſſe admitti, dummodo ſuper quo teſtificari iubentur, non exiſtant culpati, præſertim ſi non ſint deputati ad officium vile; tunc enim non admittuntur. Amedeus *ſyndicat.num* 193. niſi in ſubſidium, & quando deſunt alij teſtes, argumento leg. *conſenſu, C.de repud. & 14. quæſt.2. cap.quanquam*, quia in factis domeſticis non repelluntur domeſtica teſtimonia, vt *in cap.veniens. in fine, de teſtibus*, quin etiam berroarij, vulgò *beleguins*, ſeu ſatellites, poſſunt in ſyndicatu teſtimonium ferre pro iudice ſyndicando, quia non ampliùs ſunt eius familiares, nec quæſtio tangit illos. Iuuat Anton. Gomez *tom.3. cap.12.n.13.* & quamuis ibi non omnino eis fides habeatur, ita vt contraria probatio per eos eneruetur, efficit tamen eorum fides, quando cedit in fauorem iudicis, vt non plectatur pœna ordinaria. Azeued. *in d.l.13.n 14. tit.7. lib 3. noue recopilat.* Nec diſcordat Auilez *cap.6.indic. ſyndi. gloſſa 1.* ſubdens berroarios non poſſe compelli ad teſtificandum contra iudicem in ſyndicatu ob reuerentiam, quam iudici debent. Quod etiam docuit idem Amedeus *numero* 193. ſecundum Baldum *in l.2 ff de excuſat. tutor.*

---

## §. III.

### *De quibus delictis ſyndicator generalis, aut particularis debeat inquirere, & interrogare durante ſyndicatu.*

EPITOME.

37 *Syndicator de quibus debeat inquirere de iure Luſitano.*

38 *Syndicator an debeat inquirere de notario, qui loco alterius ſcripſit.*

39 *Syndicatores poſſunt percunctari de omnibus delictis, de quibus eſt præſumptio contra ſyndicandos præſertim ad inſtantiam partium tam in ſyndicatu generali, quam particulari.*

40 *Officiales pro leuibus in ſydicatu puniuntur ciuiliter, non criminaliter.*

41 *Iudices in ſyndicatu pro delictis à ſuis commiſſis tenentur ad intereſſe parti læſæ quando delinquunt in officio. Secus ſi aliter.*

42. 43. & 44 *Iudices durante officio non poſſunt ſyndicari regulariter, nec puniri, aliquando tamen poſſunt.*

45 *Iudices durante officio poſſunt in aliquibus caſibus contrahere.*

46 *Officiales [illegible] damnatur, [illegible] iorum, [illegible] inueniri.*

*Iudex ſi conuenitur officio nondum [illegible] ſuſpenditur [illegible].*

47 *Officium pecunia obtinentes [illegible] conuenti [illegible] penſione illo.*

48 *Syndicandi durante officio debent ſuſpendi donec finiatur inquiſitio.*

49 *Iudices regulariter in ſyndicatu non tenentur niſi de dolo, & lata culpa.*

50 *Dolus committitur quando [illegible] iuſtitia.*

51 *Iudex in [illegible] dicto, [illegible] quomodo [illegible].*

*Cambyſes, & alij Reges, & Imperatores [illegible] iudices corruptos [illegible] auiter ani[illegible], ibid. verſ. Extat etiam.*

52. & 53 *Iudex corruptus quis ſit, & quando committitur barataria.*

54. 55. 56. & 57 *Iudex in ſyndicatu ex multis caſibus non tenetur.*

58. & 59 *Iudex relaxans [illegible] fideiuſſore idoneo non tenetur in ſyndicatu; [illegible] ſi non eſt idoneus, & quid de [illegible] accipiente fideiuſſorem, non idoneum [illegible].*

60 *Aſſeſſores non tenentur in ſyndicatu, ſi omittant ſubſtantialia iudicij [illegible] partium.*

61 *Index excuſabitur, ſi [illegible] aliquid propter errorem iuris ex conſilio aſſeſſoris.*

62 *Iudex excuſatur de commiſſis [illegible], ſi per imperitiam deliquit.*

63 *Iudex excuſatur ſi ſequatur opinionem ſui præceptoris, quia magiſter non [illegible] in opinando extraordinarius.*

64 *Iudex excuſatur ſi bono animo partes [illegible] tes verbo aliquo [illegible].*

65 *Iudex excuſatur ſi parte non [illegible] informationes de [illegible] curio.*

66 *Iudex excuſatur in ſyndicatu ſi [illegible] ſiniem occidat.*

67 *Syndicator tenetur officiales breuiter expedire quando conſtat de eorum innocentia.*

68 *Officiales excuſantur ſi promittant pro Republica ſoluere, & non ſoluant.*

69 *Officiales excuſantur ſi non condemnent in expenſis, quando non petuntur*

*Vel ſi relaxent carceratum, quando [illegible] cauſa carcerationis. ibid.*

70 *Iudex excuſabitur ſi in dubiis contra [illegible] pronunciet ſecus ſi in certis.*

71 *Scripturis duabus repertis eadem di[illegible] altera in fauorem fiſci, altera in fauorem priuati cui fauendum ſit.*

*Creditori vero melius eſt debitum [illegible] quam ſ[illegible] in dubio reſtituere. ibid.*

De quibus ſit inquirendum à ſyndicatoribus Luſitanis agit lex noſtra, [illegible] *lib.1. tit.* [illegible] *§.5. vſque ad 22.* Circa tamen §. [illegible] ubi debet inquirere ſyndicator quomodo notarij apparitor, & officiales præſidis prouinciæ [illegible] correctoris ſuorum officiorum partes [illegible] aduertendum eſt non eſſe inquirendum de [illegible] nibus notarum, vulgò *tabellinês* [illegible], prout refert Cabed. *p.1. areſt.* [illegible] 3. fuiſſe iudicatum [illegible] dicio grauaminis domus ſupplicationis, anno 1601. Cuius etiam meminit Melchior Phœbus *tom.1. areſt.170. in fine*, quia tabelliones notarium 37.

nor

non ſubiaceor ſyndicatui, quando ſubeſt iudex forenſis, cùm non [illegible] officiales [illegible]. Tenentur tamen [illegible], & oſtendere libros notarum ſyndica[illegible], [illegible] videatur an ſint iudicis ſyndicandi ſigno ſubſcripti iuxta obligationem, quia teneretur iudex in ſyndicatu niſi libri eius ſigno ſint ſigillati.

38. Quando verò ſyndicator generalis in ſyndicatu diſquirit de omnibus ſcribis, quæſitum fuit an notarius, qui loco proprietarij per annum, & eo amplius ſcripſit in officio, teneretur exire à loco, in quo ſeruiuit fora, ſicut iubentur exire proprietarij, & deciſum fuit non teneri a Senatu ſupplicationis, anno 1618. Phœbus *areſt.* 170. *& areſt.* 168. addit iudicatum fuiſſe, anno 1617. iudices ſyndicatores non poſſe inquirere de notariis gabellarum, quia non ſunt officiales iuſtitiæ, ſed patrimonij regij. Barboſ. Vimaranenſ. *in remiſſ. ad ordin. regiam, lib* 1. *tit.* 60 §. 21.

39. Syndicatores item debent inquirere de omnibus, & quibuſcumque caſibus, in quibus magiſtratus ipſus deliquiſſe eſt præſumptio, & contra ipſus poteſt procedere tam ad inſtantiam fiſco, quàm ad inſtantiam partium durante tempore viſitationis generalis, quæ fit de mandato Principis interdum contra magiſtratus, & officiales etiam perpetuos, non tamen contra illos neceſſaria eſt nimia, & ſcrupuloſa inquiſitio Bobadill. *lib.* 5. *Politica, cap.* 1 *n* [illegible]. *&* 155. Grammatic. *conſ.* 54. Caualcan. *de brachio regio, p.* 5. *num.* [illegible]. ideò de negligentiis leuibus poteſt omitti inquiſitio in honorem magiſtratuum, qui ſunt perpetui, quia abſque malitia errores leues contingere poſſunt. Dulcetus *in tract. de ſyndicatu, num.* 17. Caualcan. *ſupra, p.* 5. *num.* 2. & Puteus *in tract. de ſyndicatu, verſ. An ſi poteſtas, num.* 23. Vbi volunt non eſſe ſyndicandos magiſtratus perpetuos de leuibus, quia datur locus, vt eorum authoritas negligatur, & malitioſis aperitur via aſſumendi vires contra miniſtros iuſtitiæ, quibus fiunt magiſtratus timidiores, & ex hoc imbecilles redduntur, ſi calumniis, & accuſationibus impudentiſſimis improborum ſubiaceant. Sic D. de Ponte *in tract. de poteſtate proregis, tit. de electione official.* §. 1. *num* 62. & M[illegible]il. *de magiſtrat. lib.* 6. *cap.* 4. *num* 10. *& ſequenti.*

40. Officiales tamen ſeu magiſtratus pro leui, vel leuiſſima ſi puniantur, non criminaliter, ſed ciuiliter puniri debent. Pariſ. de Puteo *in verbo, iudex male iudicans, cap.* 1. *num.* 8. *&* 9. Cancer. *variar. reſolutio. lib.* 3 *cap.* 12. *num* 171. poſt Baldum *in l. mancipia, C. de ſeruis fugit.* & Cynus *in l. ſi quis non dicam rapere, C. de Epiſcop. & cleric.* quibus accedunt Catald. *de ſyndicatu, quæſt.* [illegible]. & Carpan. *ſuper ſtatu Mediol. cap.* 31. *num* 4. & conſtat ex leg. *non [illegible] ter.* & ex leg. *magiſtratus, ff. de magiſt. conueniend.* Menoch. poſt alios *conſ.* 246. *n.* 61. *& ſequentibus, lib.* 3. poſt Bartol. *in l. ſi iudex, ff. de var. & extraord. cognitio.* Imò interdum tenentur de caſu fortuito, quando culpa præcedit ipſum caſum. Bald. *in* [illegible] 1. §. *iudices de pace iuramen. firmand.* Amedeus *de ſyndicat. num.* [illegible] vbi vult teneri ſi iudices non [illegible] reſtitui furtum, vel damnum paſſo ſi comm[illegible] poſſunt, additque teneri in ſolidum, quia præſumuntur eſſe in dolo, vel in lata culpa. Baldus *in l. obſeruare, §. proficiſci, ff de officio proconſul. & legat.* qui in *cap. vltimo, de electione*, ſcribit teneri iudices in ſyndicatu de qualibet negligentia, quæ parti nocet.

41. His adiice iudices in ſyndicatu nedum pro de[illegible], & delictis à ſe commiſſis teneri, ſed etiam pro omiſſis, & commiſſis per officiales, & [illegible] ſi delinquunt in officio, & ratione officij, tenentur quæ parti [illegible] intereſſe, vt notatur *in l.* 1. §. *ſi* [illegible], *ff.* [illegible] nautas, caupones, & [illegible] *l. ſi poſt depoſitum, C.* [illegible] *ff.* [illegible] *public.* [illegible], non verò criminaliter [illegible] *obſeruare*, § [illegible]. Quod [illegible] non eſt commune cum [illegible] illud de iure communi [illegible], nec criminaliter iudices tenentur [illegible] officiale, vel familiaris commiſſo [illegible], vel [illegible] furtum, vel quodlibet aliud delictum extra officium; tunc non tenentur de [illegible] *cap. cum ad ſedem, de re* [illegible] & [illegible] glo[illegible], & Bartol. *in l. debet*, §. 1 *ff. nautæ, caupo.* [illegible] & Baldus *in l.* 2. *C. vbi de crimin. agi oportet.* Amedeus [illegible] *n.* 196. Caualcan. *de brachio regio, p.* 5. *num.* 14. Bobadill. *lib.* 5. *Politica, cap.* 1. *num* 78. *&* 79. Amedeus *de ſyndicatu, num.* 196. *verſ. Si autem de* [illegible], Farinac. *in praxi, quæſt.* 24. *num* 48. Garcia *de magiſtratib. lib.* [illegible] *cap.* 1 *num.* 39. *& duobus ſequentib.*

Non tamen poterunt regulariter magiſtratus durante officio pro malis geſtis in eo puniri per text. *in l. par literarum, ff. de in* [illegible]. *& in l. nec magiſtratibus, ff. de iniuriis*, & *ibi* ſcribentes, Pariſ. de Puteo *de ſyndicatu, verbo, durante officio, cap.* 1. [illegible] 2. Conſonat lex Luſitana *lib.* 3. *titul* 8. vbi ait præſidem prouinciæ, ſeu correctorem, aut quemcumque alium magiſtratum temporalem non poſſe conueniri Principe inconſulto & ſine licentia obtenta ab eo, ibi, *durando o tempo de ſua correiçaon, ou iulgado*, nil, vt ibidem dicitur, conueniatur ob aliquod maleficium, quod commiſſum ſit à poteſtate ante officium aſſumptum, vel poſt, durante illo, ſiue commiſſum ſit ratione officij, ſiue non; tunc enim magiſtratus poſſunt conueniri, & accuſare abſque facultate Principis. 42.

Vnde magiſtratus & iudices pendente officio ſi delinquunt in officio, poſſunt conueniri pro delictis commiſſis in eo, per gloſſam *in l* 2. *ff. de in ius voc.* & per text. *in l. iubemus, C. ad leg. Iul.* Roman. *conſ.* 415. *text. in cap. ſancimus*, 2. *quæſt.* 7. Baldus *in l. mancipia, Cod. de ſeru. fugit.* Ex quibus apparet merito gloſſam *in l.* 2. *ff. quod metus cauſa, in verbo, locum habere*, reiici poſſe, dum ait pro commiſſis in officio non poſſe magiſtratum conueniri eo durante, quod non admittitur. Ideò multò fortiùs habebit locum ſi delictum ſit de furto, vel de bataratia, aut ſimonia pro officio quærendo commiſſa, vel quia aliquod ſimile delictum durante officio patrauit, de quibus bene poſſunt delinquentes conueniri, textus *in authentic. vt iudices ſine quoquo ſuffragio*, §. *ſi quis, collat.* 2. Sequitur Angel. *ibi* Alexan. & Decius *in l. qui iuriſdictioni, ff. de iuriſdictio. omn. iudic.* & Bartol. *in l. nulli*, per textum, *ibi, Cod. quorum apellat. non recip.* Atque ita delinquentes in officio non ſolùm conueniri poſſunt, ſed etiam puniri à ſuperiore magiſtratu, vt expreſsè habetur *in l. iudices, Cod. de dignitatib. lib.* 12, & pro furto docet Anto. Franc *in additionib. ad Abbatem, in cap. legebatur, de maior. & obedient.* Quin etiam remoueri poſſunt, ſi delictum ſit depoſitione dignum. Angel. *in l.* 2. §. *fin. ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris.* 43.

Portò ſi iudices, ſeu magiſtratus fuerint ex maioribus ad tempus certum deputati, & crimina commiſſa 44.

commiſſa ſint futurum, baratatia, aut aliæ extorſiones pecuniarum, non excuſabuntur durante officio conuenti; imò & remoueri etiam poſſunt. Amedeus *de ſyndicat. num. 42. & 43* vbi enumerat aliquos caſus, in quibus tam magiſtratus perpetui, quàm temporales etiam ex maioribus poſſunt pro malè geſtis in officiu puniri eo durante, ac remoueri, quem ſequitur Azeued. *lib. 3. tit. 7. l. 23. num. 1. & ſequentibus, nouæ recopilat.* & ante eum Auilez *ad caput 9. Pretorum, num. 7. & duobus ſequentibus.* vbi vult poſſe magiſtratus conueniri durante officio ſuper aliquo contractu ab illis inito, ſi forſe in aliquo caſu illis ſas ſit contrahere, quia regulariter non poſſunt contrahere, *l. non licet, ff. de contrahend. empt.*

45. Poſſunt tamen in aliquibus caſibus contrahere ſine pœna, ſi ibi eſt conſuetudo, vt magiſtratus contrahant. Pariſ. de Puteo *in ſyndicatu, in parte contrahere, fol. 86. num. 7.* Item ſi gerant officium in propria patria, vel in loco ſuæ originis; tunc enim poſſunt in diſtinctè contrahere. Bartolus *in l. principalibus,* & ibi Paulus, Alexand. & Iaſon, *ff. ſi certum petatur,* & Angel. *in l. eos, C. eodem,* Baldus tamen credit oppoſitum *in d. l. principalibus.* Pariſ. verò de Puteo *in d. parte, contrahere officialibus, fol. 86. num. 8.* diſtinguit, dicens opinionem Bartoli, & aliorum procedere, quando officiales in ſua patria, vel loco originis funguntur officio ſine iuriſdictione, tunc enim poſſe contrahere durante officio; ſecus ſi gerant officium cum iuriſdictione. Nihilominus reiecta diſtinctione dicendum eſt poſſe contrahere priores ciuitatum, ſeu rectores durante eorum officio, niſi lex particularis prohibeat, Iaſon, & Angel. ſuprà per textum *in l. eos qui in patria, ff. de ritu nuptiarum.* Sequitur Benedictus *in cap. Raynut. de teſtament. in verb. duas habens filias, n. 48.* vbi vult officiales annales in loco domicilij, ſeu originis poſſe omnes contractus celebrare, atque ita in ſyndicatu non teneri. Vide cæteros caſus apud Auilez *in cap. 2. Pretorum, in gloſſa de mercaderia, à num. 20. vſque ad 37.* & Amed. *de ſyndicatu, num. 42. 45. & 46.* vbi agit quando poſſint officiales durante officio conueniri.

46. Similiter colligitur ex dictis officiales minores non habentes dignitatem, ſed adminiſtrationem dumtaxat, durante officio poſſe conueniri prout ſunt conſules actis, & alij ſimiles, per leg. 2. *C. vbi ſena. vel cla.* Bartol. *in l. ne magiſtratibus, ff. de iniur.* Amedeus *de ſyndicat. num. 42.* Poterunt tamen officiales ad tempus certum deputati ſi conueniantur durante officio, excipere de tempore ſyndicatus, & petere coram ſuperiore quod expectetur tempus ſyndicandi; præſertim cùm in literis ſyndicationis generalis conceditur facultas ſyndicandi officiales præteritos, vt tradit Catald. *de ſyndicatu, quaſt. 31.* Pariſ. de Puteo *in eodem tract. in verbo, durante officio, cap. 1. num. 4.* vbi pro hac parte adducit Angelum *in l. iubemus, C. ad l. Iul. repetund.* Quod eſt conſonum valde rationi, ne officiales eodem tempore iuſtitiam, ac ius partibus adminiſtrent, & ſyndicentur, qui non debent promiſcuis actibus officiales moleſtare niſi ſint in caſibus exceptis, vel magiſtratus minores non habentes dignitatem, ſed adminiſtrationem tantùm vt dictum eſt, cum iis temporibus officiales non poſſint ſyndicari dum exiſtunt in officio, ſed eo finito, aut depoſito, non verò ante, ſiue ſint maiores, ſiue minores. Iul. Clar. *§. fin. q. 16. verſ. præterea, n. 6. in principio,* niſi delictum ... ſit, cui ... pœna priuationis, puta, baratatia, ſurtum, & extorſionis violentæ pecuniarium, ... ante ... In quibus caſibus ... partes ad Principem recurrere, vt officialem ... pro hi... Caualcan. *de brachio regio, p. 5. num. 1.* Catald. *de ſyndicatu, quaſt. ...* Ron... *de ſyndicatu, n. ...* & ... *tit. de officiali ... corrupt pecuni. num. 34.* Quæ opinio eſt communis, teſte Fari... *conſ. 5. num. 2. cum ſequentibus, vol. ...* Cancer. *variar. reſolut. lib. 3. cap. 12. num. ...* Quibus ſubſcribit Garcia Maſtril. *deciſ. 188. num. 14.* contra Angel. *in l. ... tinet, num. 2. §. quod metus cauſa,* ex... tem nullo modo poſſe ma... durante officio conueniri pro baratatia, aut furto, ... in officiales qui ſimplicem iuriſdictionem ... habent, ſed oppoſitum eſt verius.

Quin etiam durante officio poſſunt inquiri, ac ſyndicari officiale... qui pro ... bendo officio pecuniam dederunt, aut ſi in officio ... quando ſunt admodum crudeles, ac truces ... quæ dure tractant, vt habetur *in l. 1. & 2. & ibi* Barto. *ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris.* Feller. *in com... tio* Mag... iuſtitiarius, *num. 43.* ... *deci. 7. num. 12. & deciſ. 16. num. 33.* ... *de poteſtate proregis, tit. de elect.* ... *num. 4. 1. n. 1. & ſequent.* vbi addit ſi officium fuerit emptum pecunia, poſſe cogi ad vendendum. Guido Papæ *deciſ. 62. & ſingul. 564. in verb. ...* Item ſi in officiu adminiſtrando de nimia ſocordia, ac negligentia fuerint notati; tunc etiam officiales durante poſſunt ſyndicari, *l. ſi quos, C. de offic. ... præt.* Pariſ. de Puteo *in d. verbo, baratatia, cap. 1.* vbi vult poſſe priuari officio magiſtratum propter negligentiam; ſequitur Amedeus *ſuprà n. 43.* ſubdens poſſe remoueri ab officio ſecundùm C... *in l. ſi ſeruum, C. de noua,* ſi videret aliquos ... antes, & ſe aduerſis ictibus impetentes, & non accurrat, nec ſe interponat. Item poſſe conueniri, & remoueri, ſi recipiat ſa... pro ... fama, quam habere debet, nec habet illam per *d. l. 1. & ... C. de officio præfecti Prætor.*

In his tamen, & in aliis caſibus, in quibus durante officio ſyndicari debet durante inquiſitione ſuſpendendi ſunt ſecundùm Bartolum ... *filium, §. inquiſitionibus, ff. ad municipal.* Lucas de Penna *in l. iudices, col. 2. verſ. Sed an iudici de ſcelere, C. de dignitatibus, lib. 10.* Francisc. Marc. *de ... vol. 1.* Auilez *Pretorum cap. 5. ... ſuſpendidos, num. 4. verſ. Et idem dicitur de officiali accuſato.* Quibus accedit Farinac. *conſ. 5.* quod ... quando ex informationibus ... appareat ſubſtantiale, vel præſumptio ... qua violenta de crimine commiſſo priuatione digno. In quo euentu officialis poteſt ſuſpendi ab adminiſtratione officij. Sic Batt. *in d. l. filium, § ... nibus.* Cancer. *variar. reſolut. lib. 3. cap. 12. n. 140. & 110.* Suſpenſio autem erit temporalis, durabitque interim donec iudex ſyndicator pronunciet ſiue abſoluendo, ſiue condemnando, officialem ſuſpenſum. Azeuedus *lib. 3. tit. 7. l. 14. per totum.* 48.

Regulariter de conſuetudine generali hodie circumſcriptis ſtatutis iudices non ſyndicantur, niſi de dolo, & lata culpa quæ dolo æquiparetur, & baratatia, Gandinus *de quaſt. & tortur. quaſt. 1. num. 41. col. 2.* Boſſius *de offic. corrupt. num. 26.* Clarus *in praxi, §. fin. quaſt. 73. verſ. Item index, num. 3.* dicens ſic conſuetudine, ac praxi eſſe receptum, teſtaturque de communi Catald. *de ſyndicat. q. 13. & 165.* Amedeus *eodem tract. à num. 36. in fine.* 49

Proinde

Proinde debent ſyndicari tantummodo de furtis, barataria, & de illicitis extortionibus, non verò de negligentiis leuibus, aut leuiſſimis. Imò ſtatuta debent recipere interpretationem, à generali conſuetudine per textum legis, *cum de interpretatione, ff. de leg.* & ſcribentes *in l. cunctos populos, C. de ſumma Trinitat. & fid. cathol.* & talis conſuetudo præſertim quando à ſupremis magiſtratibus obſeruatur, facit ius, *inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil. §. ex non ſcripto.*

50. Dicitur autem committi dolus à iudice quando ſcienter facit iniuſtitiam, *l. 1. l. ſi duo, l. fin. ff. de dolo*, peccátque mortaliter, quando abſque legitimis probationibus, & teſtimoniis aliquem condemnat ex leuibus coniecturis, & multò grauiùs, quàm qui per iudicium interius hanc iniuriam infert proximo, quia iudicat temerariè ſine fundamento exteriori, regítque ſe, vt pronunciet per iudicium internum inſufficiens. Sayr. *in claui, lib. 12. cap. 3. num. 21.* quia in dubiis quando aliquid poteſt habere malum, vel bonum ſeoſum interpretandum eſt in bonum ex eo iure, quod quis habet vt de ſe bene iudicetur, donec legitimè conſtet de oppoſito. D. Thom. 2. 2. *quæſt. 60. art. 4.* & *ibi* Bann. & Aragon. Gregor. de Valentia *tom. 3. diſp. 5. quæſt. 4. punct. 4.*

51. Tenebitur etiam in ſyndicatu iudex ſi permittat domeſticos ſuos, ac familiares vendere fumum ipſius ſui officij, quod fieri ſolet quando promittunt partibus expeditionem celerem & optimam, & hoc bono nuncio famuli alliciunt partes ad iudicem gratificandum. Quod facinus eſſe dignum capitali pœna conſtat ex facto Alexandri Imperatoris, vt refertur in vita Pontiani Pontificis apud Platinam, qui quendam nomine Turinum, qui hoc modo munera à ſubditis Imperatoris larga accipiebat, dicendo ſe apud Imperatorem plurimum valere, palo alligatum iuſſit comburi, & fumo ſuffocari præeunte præcone, acclamante, *Turinus hic fumo moritur, qui fumum vendidit.*

Extat etiam aliud exemplum cuius meminit Valer. Max. *lib. 6 cap. 3.* quod edidit Cambyſes, qui in ſede, vbi per ſordes iniuſtè Siſamnus iudex iudicauerat detracta illius pelle in lora conciſa, exornata ſedere fecit Otanem Siſamni filium, vt conſideratione paternæ pœnæ conterritus addiſceret ſe in ſuo officio iudicandi debere eſſe incorruptum. Quibus addi poteſt quod à Dario perſarum Rege factum memorat Alexander *lib. 3. dierum genialium, cap. 5.* qui Sandocem Acolidis præfectum pecunia corruptum, iniuſtéque iudicantem cruci affigi iuſſit. In iudices hos corruptos, ac rapaces idem Alexander Seuerus Imperator iuſtiſſimus tam graui odio ferebatur, vt ſi cognouiſſet iudicem vnquam corruptum pecunia, & per ſordes iudicantem, paratum habere digitum, quo illi oculum effoderet, lege Ælium Lampridium in vita eiuſdem, & Menoch. *de arbitr. caſu 344. per totum.*

52. Tenetur etiam in ſyndicatu, qui vt ſententiam iuſtam ferat, aliquid accepit, adhuc enim is corruptus dicitur, & commiſiſſe baratariam. Pariſ. de Puteo *de ſyndicatu, in verbo, corrupto*, Grammat. *conſ. 35. num 3.* Boſſ. *in tit. de officialibus pecunia corruptis*, Baldus *conſ. 21. lib. 5.* relatus à Boſſius *num. 2.* vbi concludunt committere baratariam, & per ſordes pronunciare tam qui iuſtè, quàm qui iniuſtè iudicat accepta pecunia, cum iuſtitia æſtimationem non recipiat, nec opera illius ſint venalia. Caietan. 2. 2. *quæſt. 32. art. 7.* Syluester *verbo*, Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl. *reſtitutio, 2. §. 1. & reſtitutio 4 §. etiam* 1. Couar. *in cap. peccatum, p. 2. §. 3. num. 1.* vbi tenet iudicem teneri omnino reſtituere ſibi datum à partibus abſque animo corrumpendi, ex eo, quia vt ait Marcus Tullius *lib. 1. de legibus*, iniuſtiſſimum eſt iuſtitiæ mercedem quærere, qui mercede bonus vir eſt, mercede erit malus, cũ iuſtitia debeat eſſe gratuita. Qui enim rectè iudicat, & præmium remunerationis expectat, in Deum fraudem committit, quia accepta pecunia iuſtitiam vendidit, quam gratis facere debuit, *cap. qui rectè, 11. quæſt. 3.* Vnde colliges datum ob cauſam neceſſariam ad quam recipiens tenetur neceſſitate præcepti, quod ſpectat ad iuſtitiam, eſſe reddendum omninino danti, niſi qui dedit ob aliquam turpitudinem admixtam per legem humanam iure repetendi fiat inhabilis. Couar. *ſupra* poſt Adrianum *in 4. ſententiar. tract. de reſtitutio. in cap. reſtat inquirere*, & Ioan. à Medin. *de reſtitut. quæſt. 25. col. 1.*

Dicitur iudex corruptus ſi aliquid accipiat, vt ius, ac iuſtitiam celeriter adminiſtret ſecundùm Boetium *deciſ. 153. num. 2.* & tenet gloſſa *in l. 2. §. fin. de condit. ob turp. cauſ.* quam Bartol. Baldus, & Salicet. *ibi* vocant ſingularem, per text. *in Authen. nouo iure, C. de pœn. iudic. qui male iudica.* Bartol. & Angel. idem *ibi* tenet, per textum *in cap. qui rectè indicat, 11. quæſt.* Item iudex, qui accepit pecuniam, quamuis ante ſententiam pœniteat, adhuc tenetur, vt habetur *in l. 3. §. illud, ff. de condition. ob turp. cauſ.* Eodem modo ſi aliquid accipiat, vt negotium faciat, & expediat, tenetur ſiue expediat, ſiue non, textus *in l. 1. §. beſtias, ff. de poſtul.* nec pœnitentia prodeſt. Ludouic. Romanus *in ſuo ſingulari 330. incipit, Iudex accipiens pecuniam*, Baldus *in l. 2 §. fin. ff. de condit. ob turp. cauſam, & ibi conſ. 477. vol. 5.* Excuſabitur tamen ſi cum pœnitentia ſimul reſtituat, quod accepit; nec poteſt dici corruptus. Boetius *ſupra, d. deciſ. 153. num. 33.* Item iudex dicitur corruptus ſi eſculenta, & poculenta magni valoris recipiat. Boſſius *de officialibus corruptis*, & Boërius *num. 24. & 25. vbi proximè*, vbi excuſant recipientes eſculenta modici valoris ex *l. ſolent, §. vltim. ff. de officio proconſul. & legat.* & Alaxand. *conſ. 206. num. 9. & ſequentibus, lib. 2.* 53.

Excuſantur tamen iudices in ſyndicatu ex ſequentibus. Primò, ſi aliquid ob remunerationem, vel bona fide, non tamen ex cauſa officij accipiant. Decian. *lib. 8. cap. 40.* Secundò, ſi inquiſitus de extortione ante litem conteſtatam, vel ante ſententiam non animo crimen confitendi, ſed cauſa redimendi vexationem pecunias apud depoſitarium poſuerint, in ſyndicatu excuſabuntur, Pariſ. de Puteo *in tract. de ſyndicatu, in verb. oblatio.* Rondinel. *eodem tract. num. 249. & ſequent.* & Cæpol. *caut. 12.* Sed de hoc valdè dubitat Hippolyt. de Marſil. *in ſuo ſingul. 190.* Si agatur de barataria, & de aliis criminibus atrocioribus. Nihilominus etiam id extendit ad hæc crimina, quando aliquod damnum non eſt ſecutum, Caball. *reſolut. crimin. caſu 56. num. 97. & 98.* Ioan. Phil. Teſtay, *allegatio. 9. num. 150.* Quæ cum ſit opinio benignior, ideò amplectenda, vt reg. *in pœnis. de regul. iur. in 6.* 54.

Tertiò excuſantur in ſyndicatu ſi conueniantur pro delictis ſuæ familiæ, quando delictum non eſt commune cum officio, textus *in l. 1. §. deieciſſe, & §. quoties, & in l. 3. ff. de vi, & de vi armata*, facit textus *in l. 1. de eo per quem fac.* 55.

& in cap. cum quis de ſentent. excommunicat. in 6. Bartol. in l. nequid, num. 1 ff. de incend. ruina, & nauf. frag. Franci. Marc. deciſ. Delphin. 423. n. 11. & deciſ. 425. n. 1. p. 1. Probatur argumento patrum, qui pro filiis non tenētur, etiamſi condemnentur pro aliquo delicto, non propterea tenentur patres ſoluere condemnationem, Imol. in cap. Raynutius, num. 42. de teſtament. & Gul. in l. ſi qua pœna, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. Nec poteſt fieri executio in legitima filiorum debita poſt mortem patrum, nec in peculio aduentitio ipſorum filiorum, neque in proprietate quamuis ſit tota illorum. Bartol. in l. ſi finita, §. ſi de vectigal. n. 12. ff. de damn. infect. quem ſequitur Maranta in ſuo ſpeculo, fol. 181. num 35. Secus ſi filij committant aliquod crimen illis præſentibus, & non prohibentibus, vel occaſione ipſorum patrum, quia illis ſcientibus præſumitur factum de eorum voluntate. Curt. ſen. conſ. 41. num. 7. vbi in facti contingentia cōſuluit teneri patrem de homicidio commiſſo per filium, eo præſente, & non prohibente, puniríque debere pœna extraordinaria, quamuis Iul. Clar. contradicat, §. fin. quæſt. 87. num. 3. ad fin.

56. Quartò, excuſantur officiales, & poſſunt ſe tueri quando delicta fuerunt commiſſa per ipſos alio prætextu, quàm officij, neque pro debitis ciuilibus, quia de his non cognoſcunt ſyndicatores, ſed de geſtis tantùm in officio. Rondin. de ſyndicatu, num. 275. Amed. in eod. tract. num. 170. verſ. verùm ſi poteſtas, vbi ponit exemplum in conſulibus artis, qui poſſunt cognoſcere contra artifices ſolùm de ſpectantibus ad ipſam artem, & reſpectu illius artis, ac miniſterij ſunt ſibi ſubditi, non verò in aliis. Sic in noſtro caſu. Idem tenet Pariſ. de Puteo cap. 2. de ſyndicatu, num. 20. Vnde pro aliis delictis extra officium commiſſis non poſſunt conueniri niſi coram ſuo iudice ordinario. Baldus in l. 2. vbi de crimine agi oportet, Catald. de ſyndicatu, num. 24. Rondinel. num 276. Iaſon in l. 2. num. 1. ff. de in ius vocand. & alij apud Chaſſanæum in conſuetud. Burgund. fol 305. n. 35. quibus accedit Caualcan. de brachio regio, part. 5. num. 14.

57. Quintò, excuſantur officiales pro ſententia iniuſta ſi reperiatur nulliter fuiſſe pronunciata, gloſſ. in l. fin. & ibi Angel. ff. de var. & extraord. crimin. Idem habet locum quando fuerit iniqua. Baiard. ad Iul. Clar. § fin. quæſt. 83. num. 8. & Grammat. conſil. 54. num. 11. quem refert, ac ſequitur Bertaz conſil. 71. num. 8. & conſ. 91 num. 1 Nam in dubio ſententia præſumitur lata ſine dolo, quod allegans probare debet, præſertim quando ſunt hinc inde diuerſæ opiniones, l. quoties, §. qui dolum, de probat. Bald. in l. ſi filius, ff. de iudic. Sequitur Puteus in verbo, appellatio, cap. 1. vbi dicit allegenti ſententiam fuiſſe latam per dolum, aut barataria competere id probare, l qui accuſare, C. de edend. Rondin. d. tract. num. 235.

58. Sextò, non tenentur iudices in ſyndicatu ſi relaxent detentos in vinculis cum fideiuſſoribus minùs idoneis, quando fideiuſſores fuerunt approbati ab aliquo idoneo laudatore, & eius loco ſubintrat laudator. Sic Angel. de maleſic. in verbo pro quibus Antonius fide iuſſit, n. 13. vbi ait pro iudice hoc multum prodeſſe. Sequitur Clar. d. §. fin. q. 46. verſ. Cæterum debet iudex, n. 12. Requiritur enim ad excuſandos iudices, quòd vbi fideiuſſor non fuerit potens ſoluendo abundè, faciant dari laudatorem, qui fideiuſſorem approbet pro idoneo, quia tunc laudator tenetur. Idem tradit Amedeus de ſyndicat. n. 210. verſ. Ideò cautela eſt Similiter non tenentur quando fideiuſſor non eſt ſoluendo, ſi fuit receptus cum debitis obſeruationibus, ac cautelis, puta, quia de illius idoneitate facta fuit informatio in ſcriptis. Pariſ. de Puteo in tract. de ſyndicat. verb. fideiuſſor officialium, [illegible] ſi iudex, n. 2. in fine, verſ. Quod eſt verum, quem refert, ac ſequitur Farin. tom. 1. tit. 4. quæſt. 33. num 85.

Secus dicendum eſt ſi iudices relaxent ſub fideiuſſore non idoneo carceratum, & ipſe aufugiat, tenentur de ſuo in ſyndicatu. inſtit. de ſatiſd. tutor. § ſciendum, & text. in l. 1. §. Magiſtratus, ff. de magiſt. conuent. Boſſius in tit. de carcer. fideiuſſ. commit. n. 70. Conſonat Aymo in ſua practica iudicial. §. 32. in 39 amplias. vbi volunt, ſi notarius de mandato iudicis aſſumpſit fideiuſſorem, illo reperto minùs idoneo, non notarium, ſed iudicem teneri. Sic Amedeus de ſyndicat. n. 210. verſ. Poſtremo aduerte in iudex. Pariſ. de Puteo in eodem tract. in verb fideiuſſor officialium, cap. 3. ſi iudex, num. 1. & Catald. in eodem tract. quæſt. 241. alias quæſt. 255. incipit, Adde quod ſi iudex maleficiorum, n. 171. 59

Septimò, aſſeſſores non tenentur in ſyndicatu ſi omittant ſubſtantialia iudicij de conſenſu partium, Bartol. in l. 1. de priuileg. ſchol. lib. 12. in verbo, conſentiunt. Ideò de voluntate earum poteſt fieri, vt ſententia feratur verbo tenus, & ſine ſcriptis, aliàs nō valet ſententia, l. 2. C. de ſententia ex pericul. Idem dic de libello, qui poteſt omitti de conſenſu partium, ſed non expreſſe remitti, vt notatur in Authent. offeratur. de litis conteſtat. vbi Cynus plenè, quamuis alij minùs contradicant. Porrò litis conteſtatio nec tacitè, nec expreſsè remitti poteſt etiam volentibus partibus, vt vult Io. Andr. in cap. de cauſ. de officio deleg. 60.

Octauò, excuſabitur iudex in ſyndicatu, ſi fecit aliquid contra ius propter errorem iuris ex conſilio aſſeſſoris, ſi aſſeſſor ſit conſtitutus a Republica, argumento legis, poſt l. C. de his quibus, vt indign. Quod eſt verum teſte Cyno ibi. Secus ſi iudex aſſeſſorem ſibi elegit, tunc non excuſatur eo quod malè elegit, argumento legis, ſi procurator, ff. mandat. §. tutores, niſi aſſeſſor ſit graduatus in ſtudio, & approbatus, habeátque literas teſtimoniales ſuæ approbationis, ſeu gradus, l. qui non tam idoneum, ff. commodati, vel contrà, quia tunc cenſetur approbatus ad officium habendum, & reputatur idoneus. Quod puto verum ſi electus ſit iam exercitatus in officiis ſimilibus, in quibus ſe peritum exhibuit, l. 1. C. qui, & aduerſ. quos; aliter enim non excuſatur eligens à pœna, quia tenebatur eligere aſſeſſorem fama celebrem, ac peritum, vt in ſyndicatu non teneatur de imperitia, cùm ſit in culpa eligere minùs idoneum, gloſſa ordinaria in l. Item ſi verberatum, §. fin. ff. de rei vind. Ideò non excuſat imperitia aſſeſſoris electi. Pariſ. de Puteo in verbo, iudex, in cap. iudex aliquid indebitè exigens. 61.

Nonò, excuſatur iudex, ſeu officialis ſi de commiſſis ſuæ conſcientiæ aliquid ſine dolo faciat cōtra iuſtitiam per imperitiam in re leui. Ita gloſſa notabilis in clem. 1. de iurepatronatus. Amed. de ſyndicatu, n. 256. verſ. Inſuper non tenetur. Similiter excuſatur ſi ferat ſententiam ſecundùm Magiſtri ſui opinionem, Abb. in cap. 1. col. 6. de poſtul. prælat. quamuis ſit contra communem, dummodo magiſter iudicis ſit doctor celebris, vt notat Gerard. de Petra ſancta, ſingul. 62. num. 2. per l. dicere, §. 1. ff. de arbitr. & leg. 5. ff. de manu vindic. Bartulus 62 63.

&

& Iaſon in *l. interdum, §. 1. in fine, ff. de verbor. obligat.* Caualc. *de brachio regio, p. 5. ſub num.* 56. vbi poſt alios concludit non habere locum ſi in contrarium eſt opinio communis, quem ſequitur Bobadill. *lib. 5. Politica, cap 3. num.* 28. Quod mihi non placet, nam quælibet cauſa etiam colorata excuſat iudicem errantem, vt notat gloſſ. *11. quæſt. 3. cap. temerarium.* Pariſ. de Puteo *in ſpecie, in verbo, iudicare, capit. 3. num.* 6. & 13. Corta *in verbo, doctor malè iudicans*, & Menòchius *de arbitr. caſu* 339. *num.* 19. quatenus ait concurrentibus variis doctorum opinionibus excuſari iudicem ſi fortè deteriorem opinionem ſequatur. Non excuſabo tamen quando præceptor, cuius opinioni iudex adhæret, ſit aſſuetus ſequi opiniones inſolitas, Bald. *in l. fin. col. 2. in fine, verſ. Quæro nunquid peritia iudicis præſumatur, C. de pœn. iud. qui mal. ind.* cui accedit Maſtril. de Magiſtr. *lib. 6. cap. 10. num.* 162.

64. Decimò, excuſatur iudex, qui recta intentione, & non animo iniuriandi, ſed corrigendi ſubditos inſolentes verbo aliquo increpet, & corrigat; is enim non tenebitur actione iniuriarum. Oldrad. *conſ.* 13. Natta *conſ. 462. num.* 20. Felin. *in cap. cum te, col. fin. in fine, de ſent. & re iudicat.* Puteus *in verbo, iudices, cap 6. num. 7. verſ. & idem puto.* D. de Ponte *in tract. de poteſtate proregis, tit. de electione officialium, §.* 6. Secus ſi ſubditos etiam importunè petentes; ac procedentes iniuria verbali grauiter afficiat; tunc enim non excuſatur, per leg. *vniuerſis, C. vbi cauſ. fiſcales.*

65. Vndecimò, excuſatur officialis ſi parte non citata capiat informationes de ſtylo, & praxi curiæ. Surdus *conſ. 354. num. 4. & conſ. 377. num.* 39. Menoch. *conſ. 932. num. 6. vol.* 10. poſt plures ibi relatos. Idem Surdus *conſ. 286. num. 3. &* 12.

Duodecimò, excuſatur officialis ſi recipiat aliquid ab amico ſuo, quia præſumitur datum gratia amicitiæ, nec cenſetur committi barataria; vt notat Accurſ. *in l. 1. C. de cond. ob turp. cauſ.* & textus *in cap. ſi quæſtionis de ſimonia*, Maſcard. *de probat. concl. 164. n.* 12. Non enim ex hoc probatur barataria ſicut non probatur, quando iudex non vult adminiſtrare iuſtitiam, niſi pecuniæ ſibi debitæ ratione ſalarij ſui ſoluantur. Bald. *in cap. fin. de appellat.* & Archidiac. *conſ. 11. quæſt. 3. cap. qui reſte.* Addit tamen Maſcardus excuſari de barataria recipiendo pecuniam poſt ſententiam non probato aliquo pacto. Felin. *in cap. tua nos, in fine, verſ. Tertiò limita, de ſimonia.* Ex eo fundamento, quia præſumitur datum loco remunerationis, & obſequij impenſi. Sequitur Anchatan. *conſ.* 271. *num.* 5.

66. Decimotertiò, excuſatur officialis faciendo executionem contra aliquem ſiue in perſona, ſiue in bonis, qui propter reſiſtentiam magnam ab officiali fuit reſiſtens occiſus, vel vulneratus omiſſo moderamine inculpatæ tutelæ, quod procedit quando executio, vel comprehenſio erat iuſta. Angel. *in l. ſi ſeruus, C. de his, qui ad Eccleſ. confug.* & notatur *in l. fin. C. quando lic. in fine in ſe. vin.* Baldus *in l. fin. C. de requirend. rerum*, etiam ſi reſiſtens non offendat, ſed reſiſtat vt aufugiat ne capiatur, & multò fortiùs ſi reſiſtens offendat. Quod habet locum in foro fori. Pariſ. de Puteo *in verbo, familiaris, cap. 1. num. 1. cum ſequentibus*, & Amed. *de ſyndicat. num.* 100. In foro tamen conſcientiæ tenebitur officialis de non ſeruando moderamine inculpatæ tutelæ. At verò in vtroque foro tenetur officialis quando executio, ſeu captura erat iniuſta, quia fas eſt officiali iniuſtè exequenti reſiſtere, vt notatur *in l. vim vi, ff. de iuſtit. & iur.* & habetur *in l. prohibitum, C. de iur. fiſci, lib. 10. & in l. deuotum, C. de meta. eodem lib.* 10.

67. Illud etiam non eſt omittendum ſyndicatorem cui nihil conſtat contra officiales in ſyndicatu teneri illos ſtatim abſoluere; alioquin tenebitur ſyndicator in foro externo per text. *in Authent. vt iudices ſine quoquo ſuffragio, §. illud, & in l. à Diuo Pio de re iudic.* Quin etiam tenebitur in foro interno, quia expedit Reipublicæ officiales citiùs liberari à ſyndicatu ob bonum publicum, vt poſſint bonū publico ſeruire. Caualcan. *de brachio regio, p. 5. num.* 129. tenetur ſyndicator mittere relationem priùs ad ſuperiorem antequam ad abſolutionem deſcendat, vt de more fit ſecundùm leges municipales. Quod ſi ſyndicator remoretur expeditionem officialium, tenetur ad damna, & intereſſe. Ideò damnum ex mora officiali illatum in conſcientia ab ipſo ſyndicatore compenſandum eſt Caualc. *ſuprà, num.* 135.

68. Denique, excuſantur in ſyndicatu officiales de eo quod promittunt pro Republica in officio, quia eo finito non tenentur, *l. fin. ff. ſi quis cautionibus, l. ſciendum, §. tutores, ff. qui ſatiſda. cog. l. cum poſt mortem, ff. de admini. tutor.* Ideò ſi pro reparatione alicuius rei mercedem promiſit officialis, non tenetur finito officio ſoluere, ſi eo tempore non perfecit ille, cui opus traditum fuit. Amedeus *de ſyndicat. num.* 256. vbi addit non teneri etiam in ſyndicatu mitiùs condemnantes milites in corpore, quàm ignobiles, & in pecunia mitiùs ignobiles, quàm nobiles, gloſſa *in §. ruſticum, de pac. conſtant. collat.* 10. & ibi Baldus.

69. Similiter non tenentur ſi carcerati in carcere ſe ipſos occidant, *l. quemadmodum, §. 1. in fine, & l. fin. ff. ad leg. Aquil.* Item non tenentur non condemnando victum victori in expenſis, quando non petuntur, gloſſa *in cap. fin. in fine, de reſcriptis.* Nec etiam tenentur ſi e carcere relaxent carceratum, & neſcitur cauſa, ob quam detineatur in carcere, proclamatione priùs generali facta in publico, conuocatis in genere omnibus, vt ſciant de relaxatione ſi fortè aliquis velit opponere ſe ſe, vt non relaxetur. Bartol. *in l. ſi quis vxori, § ſi fugitiuum, ff. de furt.*

70. In dubio autem iudex aduerſus fiſcum iudicans excuſatur in ſyndicatu, *l. non puto, ff. de iure fiſci*, Bobadill. *lib. 2. Politica, cap. 2. num* 40. vbi laudat non fauentem fiſco, quando pro illo ius non eſt. Quin etiam Plinius iunior *in Panegyr. ad Traianum*, meminit ſob malò Principe ſemper cauſam fiſci extitiſſe bonam, additque Traiano præcipuam gloriam fuiſſe fiſcum ſemper vinci. Iuuat Aurelius Victor dum ait, Traianum fiſcum cum liene comparaſſe, cum illius ea ſit natura, vt eo increſcente reliqua membra contrahantur, & contabeſcant. Ideò in dubio contra fiſcum iudicans meritò excuſatur. Couar. *var. lib. 1. cap. 16. in princ. & n.* 1. Ex eo fundamento, quia in dubio à priuato non ſunt res propriæ auferendæ. Decius *in l. ambiguis, ff. de regul. iur.* Iaſon *conſ. 39. num. 3. lib.* 1. & Hippolyt. *in rubrica de probationibus, num.* 392. Non tamen contra fiſcum temerè iudicandum videtur, vt Decius arbitratur *in dicta leg. in ambiguis*, & Ripa *in l. ſi debitor, num. 7. ff. de pignoribus.*

71. Hinc fit repertis duabus ſcripturis eadem die exaratis, altera in vtilitatem fiſci, altera in vtilitatem priuati, præſumendum ſit priuati ſcripturam tempore eſſe priorem. Sed contra tradit Speculator

*tit. de teſte, §. poſtquam, num. 7.* dum ait, vbi in facto probationes ſunt pares in fauorem fiſci, etiam actoris pronunciandum eſſe, quod etiam voluit Ioan. Andr. *in cap. in noſtra. de teſtibus.* & Franciſc. Lucan. *in tract. de fiſco, priuileg.* 82. Confirmatur argumento duarum ſententiarum, quæ à duobus iudicibus ordinariis inter ſe contrariæ latæ fuerunt, quarum illa eſt ſeruanda, quæ in fauorem fiſci actoris lata fuit, Speculator, & Ioan. Andr. *vbi proximè.* Nihilominus regulariter in hac ſpecie pro reo iudicandum eſt, *l. Arrianus. ff. de actionib. & obligatio. cap. ex li... ; de probat. contra fiſcum, in dubiis quæſt.* ..., Iunat Ariſtoteles *in problemat.* præſertim, quia ſub optimo Principe viuimus; ideò contra fiſcum iudicandum eſt, cum ſatius ſit reddere creditori vero, quod ſuum eſt, quàm fiſco in dubio relinquere. Sic Traianus, Adrianus, & Iuſtinianus contra fiſcum reſpondiſſe traduntur, & multi alij contra eundem ſcripſerunt, *l. 1. de interdict. & relegat. l. cum ratio. ff. de bon. damnat. l. 1. §. vltimò, C. de caduc. tollend.* Benedict. *in cap. Raynutius, in verbo, mortuo itaque teſtatore, 1. p. 2. fol. 90. num. 143.* & Eutropius *lib. 15. rerum Romanar.* Quam partem etiam defendit Simanc. *de cathol. inſtit. tit. 9. num. 52. & duobus ſequentibus,* vbi concludit pro creditore in rebus dubiis contra fiſcum pronunciandum eſſe. Sequitur Cabed. obiter, *2. p. deciſ. 81. verſ. fiſci cauſa,* eo quòd boni Principis eſt pati fiſci ſui bonam cauſam non eſſe, & malle quòd fiſcus potiùs vincatur, quam vincat. Aliud eſt in rebus certis.

## §. IV.

### *De quibus teneantur officiales in ſyndicatu, & quomodo ſint puniendi.*

EPITOME.

72 *Officiales fortè grauiùs delinquunt omittendo, quàm committendo; et non omittentes ad totum damnum condemnentur.*
73 *Silentij peccatum multò grauius eſt aliquando quàm locutionis.*
74 *Omittentes, & committentes æquè poſſunt peccare contra præceptum,* Non occides.
75 *Iniuriam non arcere, & iniuriam inferre, ſunt paria.*
76 *Verum tacere, & falſum dicere, de falſo punitur.*
77 *Aliqua omiſſio poterit eſſe grauior quadam commiſſione.*
78 *Commiſſionis peccatum de ſe grauius eſt, quam peccatum omiſſionis.*
79 *Culpa commiſſionis leuiſſima non compenſatur cum leuiſſima omiſſionis.*
80 *Iudex & eius officiales quando teneantur de negligentia, quæ conſiſtit in omittendo.*
81 *Iudex tenetur in ſyndicatu, ſi non puniat denunciantes, & non probantes.*
82 *Iudex abſoluens, vel condemnans pro pecunia, quomodo puniatur.*
83 *Iudex ſi reus moriatur in tortura, quando tenebitur in ſyndicatu.*
84 *Iudex carcerando innocentes, vel eos detinendo tenetur in ſyndicatu.*
85 *Iudex negligens in puniendis nocentibus tenetur in ſyndicatu.*
86 *Iudex requiſitus pro ſuo brachio, ſeculari, vel Eccleſiaſtico, an teneatur ad auxilium.*
87 *Iudex ſecularis requiſitus ab Eccleſiaſtico pro ſuo auxilio an debeat ſummatim cognoſcere.*
88 *Et quid ſi innocet auxilium in cauſis ciuilibus.*
89 *Iudex quando incipit à captura an teneatur in ſyndicatu.*
90 & 91 *Iudex habens liberum arbitrium quomodo poſſit procedere, & an teneatur.*
92 *Iudex non condemnans in expenſis tenetur in ſyndicatu, ſi petuntur.*
93 *Iudex iniuſtè exequendo tenetur cum onere reſtituendi.*
94 *Iudex doloſe non deferens appellationi tenetur ad damna inde ſequentia.*
95 *Iudex à quo ſi non deferat appellationi euidenter fruſtratoriæ non peccat, nec tenetur.*
96 *Appellationi iniquæ deferre non eſt reuerentia, ſed malitia.*

QVÆSTIONIS eſt an grauiùs officiales delinquant in omittendo, quam in committendo. Grauiùs peccare in omittendo, quam in committendo ex eo probatur, quia qui per imperitiam aliquem contra ius condemnant, delinquunt in committendo; ſed hi non tenentur ſatisfacere parti læſæ niſi in damno illato, ſecundùm menſuram delicti, *l. ex maleficiis, §. ſi index, ff. de action. & obligatio. & vltim. ff. de var. & extraordin. cognition. l. properandum, §. ſin autem alterutra, & §. ſancimus, C. de iudic.* Qui autem peccant in omittendo puniuntur ad intereſſe in totum per dictam legem *properandum*, vt etiam notat Angelus, & Paulus de Caſtro *ibi.* Ergo. 72.

Probatur ex ſententia Alexand. de Ales *in 2. p. ſua ſumma, quæſt.* 138. exiſtimantis peccatum ſilentij eſſe multò grauius, quam peccatum locutionis. Item quia officiales ex omiſſione & negligentia puniuntur criminaliter. Baldus, & Angel. *in l. mancipia,* & *ibi* gloſſa, *C. de ſeruis fugitiu.* Angel. *in l. 1. C. de priuat. carcer. & in l. 1. C. ad leg. Iul. maieſt.* dicens magis puniri negligentem quàm facientem. Fauet Auguſtinus *lib. 15. contra Fauſtum*, vbi innuit æqualiter peccare omittentes, & committentes contra præceptum, *Non occides.* Nam ſi famelicum inuenias, qui mori poſſit niſi cibum ſuppedites, teneberis de homicidio niſi porrigas, perinde ac ſi manu occideris, iuxta illud Lactantij *diuinarum inſtitutionum, lib. 6. qui de vero cultu inſcribitur, cap. 11. Qui,* inquit, *ſuccurrere perituro poteſt, ſi non ſuccurrerit, occidit.* Conſonat textus *in ſumma, 42. diſtinct.* vbi ex authoritate D. Hieronymi conuincitur furtum committere, qui vltra ſibi neceſſaria indigentibus cùm poſſit, denegat. Sequitur Alexander de Ales *in 3. p. ſumma, quæſtion. 36. membr. 5. art. 1.* Conducit textus *in cap. ſæpe,* & *ibi* gloſſa, *de reſtitutio. ſpoliatorum*, vbi expreſsè dicitur non valdè differre, an iniuſtè detineas, an inuadas alienum. 73. 74. 33

Confirmatur item, quia qui non propulſat à proximo iniuriam ſi commodè poteſt, tam eſt in vitio, quàm qui iniuriam irrogat; textus *in cap. non miſeranda, 23. quæſtion. 3.* ex D. Ambroſio, & conſtat ex cap. *præterea, 23. quæſt. 8.* ibi, *Qui non corrigit crimen, quod poteſt emendare, ipſe committit.* Nec medicus minus peccat omittendo medicinas ſalutares, quàm porrigendo inſalubres: *innocent. in cap. tua nos. extra. de homicidio;* 75.

Fauet

Fauet Cicero in Oratione pro Roſcio poſt principium, his verbis: *Nam quemadmodum turpe eſt ſcribere quod non debeatur: ſic improbum eſt non referre quod debeas. Æqualiter enim condemnantur tabulæ illius, qui verum non retulit,*
76. *& illius, qui falſum perſcripſit.* Atque ita de falſo punitur teſtis, qui tacuit veritatem, & noluit patefacere, ſicut, qui falſum aſſeruit. Bartol. & Baldus *in l. Presbyteri, Cod. de Epiſcopor. & clericor.* per textum expreſſum *in l. præſcriptione*, & ibi Iaſon *Cod. ſi contra ius vel vtilitatem publicam.* Panormitan. & ante illum Innocent. *in cap. 1. de crimin falſi.* & Angelus *in authentic. de teſtib.* Idem docuit Auguſtinus lib. 1. de verbis Domini in hunc modum: *Reus eſt, & qui mendacium loquitur, & qui veritatem tacet, ille, quia nocere cupit: iſte, quia prodeſſe non vult.* Nec ab hac ſententia diſſidet Bartol. *in l. 1. ff. de iure patronatus*, vbi apertè tradidit minus peccatum peccare, qui committit, quàm, qui omittit.

77. Nihilominus quamuis aliqua omiſſio poſſit eſſe grauior aliqua tranſgreſſione, apud omnes eſt in confeſſo delictum quod conſiſtit in committendo grauius eſſe eo quod fit in omittendo, vt conſtat ex peccato omittendi reuerentiam debitam parentibus, & ex peccato inferendi poſitiuè eiſdem contumeliam, aut iniuriam, quod eſt grauius peccatum, quàm omiſſio debitæ re-
78. uerentiæ parentibus non exhibitæ. Ita D. Thomas 2. 2. *quæſtion. 79. art. 4. in corpore.* Ex ea ratione, quia peccatum in tantum eſt graue, in quantum à virtute diſtat. Contrarietas autem eſt maxima diſtantia, vnde contrarium magis diſtat à ſuo contrario, quàm ſimplex eius negatio; ſed tranſgreſſio contrariatur actui virtutis, & ab ea longiùs diſtat quàm omiſſio, quæ importat negationem ipſius. Igitur tranſgreſſio eſt grauius peccatum, quàm omiſſio. D. Thomas *ſupra*, ſequitur Aragon. *dict. quæſtion. 9. art. 4.* Bonauentura idem voluit *lib. 2. ſententiar. diſtinction. 4. art. 1. quæſtion. 1.* dum ait ſemper eſſe peccatum committere in præceptum: contra verò non ſemper eſſe peccatum omittere præceptum, ſed ſolum cùm actus ipſe omittitur, non autem circunſtantia actus. Quin etiam *diſtinction. 42.* addit non omnem omiſſionem bonæ circunſtantiæ dici delictum, ſed tantum omiſſionem boni actus debiti. Quod eſt etiam D. Thom. *eadem quæſtion. artic. 3. in corpore*, dicentis omiſſionem importare prætermiſſionem boni, non autem cuiuſcunque, ſed boni debiti. Ideo abſolutè loquendo tranſgreſſio eſt grauius peccatum, quàm omiſſio, quæ incipit imputari ad culpam, quando eſt tempus operandi, & opponitur præceptis affirmatiuis, quæ non ſemper obligant; tranſgreſſio autem præceptis negatiuis, quæ ſemper obligant. Ideo tranſgreſſio grauius eſt peccatum ſimpliciter, & abſolutè loquendo.

79. Probatur ex gloſſa *in l. ſi mora, ff. ſolut. matrimon.* quæ ait tranſgreſſionem ſeu commiſſionem eſſe quid grauius delicto omiſſionis; quam ſequitur Baldus *ibi*, & *in leg. Imperator, in 1. lectura, colum. penultim. ff. de ſtatu homin.* addens non compenſari culpam leuiſſimam tranſgrediendo cum alia leuiſſima in omittendo, quia prior eſt grauior. Fauet quod dicitur doloſum ſcilicet teneri ad damna, & intereſſe, per text. *in leg. vltim. Cod. de magiſtrat. conuen.* Quæ damna iuramento partium duntaxat probantur, vbi primùm probatur dolus per *l. ſi quando*, & *ibi* ſcribentes, *Cod. vnde vi*, Baldus, & Alexander *in l. qui accuſare, ff. de edendo.* Quod eſt verum, quando probatur dolus in committendo, ſeu in faciendo, non autem ſi probetur dolus in omittendo, ſeu non faciendo. Tunc enim non ſatis eſt iuramentum partis ad probandum damna, & intereſſe, ſed teſtibus opus eſt ad plenam probationem, cùm grauius ſit delictum, ac maius in faciendo, quàm in non faciendo. Romanus *ſingul.* 403. Baldus *in l. vltim. colum. penultim. in verſ. quintò quæro, Cod. de edendo*, & Bartol. *in l. ſi per alium, §. in eum, ff. de in ius vo. a.*

Facit pro hac parte non leuiter, quod culpa leuiſſima commiſſionis venit in actionem legis Aquiliæ, *l. in lege Aquilia, ff. ad leg. Aquil.* contrà verò leuiſſima culpa omiſſionis non item, neque ita, textus *in l. ſi cuius, alias incipit ſi vſusfructus, §. denique, ff. de vſufructu*, & *ibi* Bartol. & Baldus. Idem Baldus *in l. data col. 1. verſ. ex hoc ſequitur, Cod. qui accuſa. poſſunt*; non ex alia ratione niſi quia magis peccat, qui facit, quàm, qui omittit. Item legitimo adminiſtratori bonorum filiorum malè bona adminiſtranti aufertur adminiſtratio per culpas commiſſionis, non verò per culpas omiſſionis; ſed compellitur adminiſtrare, & ſumptus facere, *l. 1. C. de bon. mater.* vbi dicitur aliter puniri culpam commiſſionis, quàm omiſſionis, & Imola *in l. Imperator, ff. ad Trebell.*

Non eſt tamen omittendum quod ait Bartol. *in l. 2. §. ſi tamen hominem, ff. de verbor. obligationib.* vbi vult delictum commiſſionis non eſſe grauius delicto omiſſionis in iudice; quia is æquè peccat perperam iudicando, & negligendo facere ius, ac iuſtitiam per gloſſam, *in cap. ea qua, de officio ordinar.* quæ ait peccatum eſſe mortale negligere facere iuſtitiam, ſed hoc non probatur peccatum in omittendo eſſe grauius eo, aut æquale peccato quod conſiſtit in committendo, cum multo grauius ſit committere de ſe quàm omittere. Nam teſte Ariſtotele *lib 7. Ethicor* maiori bono maius malum opponitur, vt conſtat ex D. Thom. *dict. quæſt. 79. art. 4.*

Ex quibus ſequitur officiales non ſolùm teneri in ſyndicatu de commiſſis in officio, vt certi iuris eſt, ſed etiam de omiſſis; niſi omiſſa ſint parui momenti, vt poſt Paris de Puteo, quem refert ac ſequitur Maſtrill. *de magiſtrat. lib 6 cap 10. num. 43.* Secus ſi omiſſio fiat ex negligentia diſſoluta, & dolo proxima. Tunc enim tenetur dummodo allegans probet negligentiam fuiſſe immodicam. Caualcan. *part. 5. de Brachio Regio, num. 72.*

Sed petes quando iudex, & eius officiales te- 80.
neantur de negligentia, quæ conſiſtit in omittendo? Reſponde iudices, & officiales poſſe dici negligentes, & teneri de negligentia, quando non faciunt id quod facere tenentur in officio, & nomine officij. Tunc enim præſumuntur eſſe in dolo. Bartol. *in l. tutor, qui repertorium, ff. de adminiſtrat. tutor.* & obligari ad intereſſe, argumento leg. *ſi procu. §. dolo, ff. mandati.* Atque ita ſi ius partis in totum, vel in partem periit, facit negligens litem ſuam, ſecundùm Baldum *in l. ſi quando, Cod. de teſtib.* Secus ſi non pereat ius, puta, quando pars poſſit ſuum ius recuperare facile, & ſine ſumptibus ab officiali ſucceſſore, tunc non tenetur negligens in foro externo de ſyndi-

catu. Bartol. *in l. 4. §. ſi tam vicinum, ff. de damno infecto.* Anilez *prætorum cap. 1 in verbo, ſiel, fol. 34. numer. 29* addit officiales maleficia non punientes, ſed diſſimulantes, eſſe acriter puniendos ea pœna, qua ſcelerati puniri debent per *leg. fin. Cod. ne ſacrum Baptiſma reiteretur*, & per *leg. ſiquis in hoc genus, Cod. de Epiſcoporum, & clericorum.*

Cùm ergo pro officiali præſumatur quod nihil in ſuo officio prætermiſerit, vt notat Abbas *in cap. auferte de præſumptio. num. 5.* niſi probetur negligentia, præſumitur officialem ſuo officio rectè fuiſſe functum. Iuan. de Platea *in leg. moneta, Cod. de delatorib. lib. 10. num 4* Baldus *in leg. obſeruare, §. proficiſci, ff de officio proconſul. & legat. quæſt. 10.* Probabitur autem negligentia officialis, quando tenebatur intra certum tempus præfixum à lege, vel ſtatuto aliquid perficere, & non fecit, tunc probato tempore probata eſt negligentia. Item ſi probatum ſit delictum aliquod fuiſſe notorium, vel fuiſſe denunciatum iudici cum teſtibus, vel indiciis, & conſtet non fuiſſe proceſſum, probata eſt negligentia. Amedeus *de ſyndicat. in verbo, qualiter probetur negligentia, num. 82.* Hoc autem procedit quando iudex requiritur à parte, quia poſt talem proteſtationem tenetur officialis requiſitus ex negligentia, aliter non. Bartol *in l. damni § Sabinus, in fine. ff. de damno infecto*, & Baldus *in cap. iudices, num 6. de pace iuramento firma.* Requiritur ergo, vt incurratur negligentia à iudice, vt teneatur in ſyndicatu de illa, quòd ipſe requiratur, & interpelletur, quia non incidit in pœnam, ſi non fuerit petitum, ſeu interpellatum à partibus, vt hoc aut illud faciat, aut intra certum terminum faciat, eo quòd officialis, & iudex non tenetur officium ſuum impartiri ad vtilitatem priuatam, niſi requiſitus, aut interpellatus. Pariſ. de Puteo *in tract. ſyndicatus, in parte, an & quando.*

Quibus verò pœnis iudex puniatur de negligentia quæres? Reſponde in ciuilibus ſi fuit in dolo, hoc eſt requiſitus, & doloſè omiſit cauſam expedire, feciſſe litem ſuam, teneriquę in ſolidum reſarcire damnum parti, per textum *in l ex maleficiis, § ſi iudex ff. de actio. & obligat.* Quod ſi ex lege ſeu ſtatuto inſuper addatur pœna fiſco, tenebitur in foro fori ad illam fiſco ſoluendam ſecundùm Amedeum *de ſyndica. num. 83* Si autem negligentia fuit in criminalibus, quamuis crimen ſit ex capitalibus, in ſyndicatu regulariter non plectetur in perſona, ſed in pecunia gloſſa *in l. a. ff. de ſepul. viol.* Quod etiam notatur *in l. qui crimen. C. qui accuſar. non poſſ.* Niſi pœna perſonalis à lege, vel ſtatuto in aliquo caſu ſit impoſita. Tunc enim pœna talis in perſona exercebitur *l. penult. C. de pagan.* Aliàs pœna iudicis arbitrio pecuniaria plecti debet penſata ſemper conditione facti, ac qualitate officialis negligentis, argument. *l. penult. §. expoliatores, ff. effractoribus, & expoliatoribus.*

81. Similiter tenetur iudex in ſyndicatu ſi omittat punire denunciantes maleficia, & non probantes, quando ex denunciatione ab illis facta formauit inquiſitionem, & ex ſtatuto ſolet punire accuſatorem, non probata accuſatione. Guido de Suz *in l. ſi patronum. §. 1 ff. de iur. patronat.* Ex eo fundamento, quia qui nomen defert, dicitur accuſaſſe; ergo ſi non probet, præſumitur calumniari, ſicut deficiens in probanda accuſatione, vt *in l. 1. §. calumniator. ff. ad Turpil. & in cap. 1. de calumnia.* Quod etiam habet locum in denunciante, ſi non probet ſuam denunciationem. Ioan. Andr. *in tit. de renun.* 81. Mihi tamen hæc doctrina non omnino ſatisfacit, quia in accuſatione requiritur inſcriptio, quæ non requiritur in denunciatione, teſte Bartol. *in l. Diuus, ff. de cuſtod. reor.* & in praxi denunciatores regulariter non tenentur etiamſi denunciationem non probent.

Quod ſi contingat ex negligentia iudicis aliquem emori, poteſt iudex ab officio deponi, vt probatur *in l ſiquos C. de officio præfect. prætor. orient.* gloſſa, Baldus, & Cardin Alexand. *in c. 2. §. iudices, de pace iuramènt. firma.* Sequitur Boër *deciſ. 153. num 20.* Menoch. *de arbitrar. caſu 341.*

Quid ſi iudex abſoluat pro pecunia condemnandum ad mortem, aut innocentem damnet ad pœnam capitis, per *l. penult. ff ad leg. Iul. repetundar. & l. 1. §. 1. & l. lege Cornelia, in principio*, debet iudex decapitari ſi fecit decapitari iniuſtè nec poteſt ſe tueri etiamſi per legem municipalem, ſeu ſtatutum pro homicidio imponatur pœna pecuniaria, Bartol. *in l. fin. ff. quod quiſque iuris & in l. 1.* Baldus *Cod. de pœna iudicis, qui malè iudica. col. 1.* dummodo conſtet illum doloſè feciſſe, ſed pro zelo iuſtitiæ; tunc in ſyndicatu condemnari poteſt in pœna pecuniaria ſecundum formam ſtatuti. In caſu verò corporali citra mortem abſoluere condemnandum in pœna corporali pro pecunia, vel condemnare abſoluendum facientem mitiùs punire poteſt iudex pœna arbitraria ſecundùm *d. l penult. § fin. in princip ff. ad leg. Iul. repetundar.* Amedeus *de ſyndicatu, verſ. item in eo quod plures, num. 120.* 82.

Porrò ſi iudex fecit reum torqueri, & reus in tortura deceſſit, ſi caſu mortuus fuit, aut eſt dubium, iudex excuſabitur in ſyndicatu quia in dubio præſumitur pro iudice, *l. 2. ff. de officio iudic.* Caualcan. *de Brachio Regio, p. 5. num. 136. & num. 215.* vbi tradit iudicem ſi in iudicio aliquid iniuſtè iuſſit, præſumi potiùs deceptum, & circumuentum, quàm per dolum iuſſiſſe. *cap. bonæ memoriæ, de electio.* Bald. *in l. generaliter, Cod. de Epiſcop. & cleric.* Maſcardus *de probat. concl. 1139.* quia generaliter in his, quæ ad officium iudicis pertinent, pro eo præſumi docet Innocentius *in cap. innotuit, de eo qui furtim ordin. recep.* quem ſequitur Lucas de Pegna *in l. 3. colum 4. verſ. 4. præſumitur, Cod. de apocha publica, lib. 10.* Ex ea ratione quia ad iudicandum ſolent eligi viri boni, & eruditi; ideo pro eis præſumitur, *l omnes, §. à barbaris, ff. de re milit. cap. in noſtra. de procurat. & cap. niſi eſſent. de præbend.* Item quia iudex dicitur vir bonus, *l. vir bonus, ff. iudicatum ſolui, l. ſed ſi vnius, § ait prætor 1. ff. de iniur.* Ideo ſi mortuus eſt in tortura reus caſu, vel eſt de hoc dubium, excuſabitur iudex in ſyndicatu, quod rectè ſuo officio functus ſit, & quòd indiciis legitimis præcedentibus reum ad torturam deduci fecit. 83.

Quòd ſi iudex, vel non præcedentibus indiciis iuſſit reum torqueri doloſè, & modum exceſſit, & ideo mortuus eſt, tenetur pœna capitis, *leg. Cornelia citata, de ſicar. l. aut damnum. §. 1 ff. de pœn.* & eſt textus, *in l. item apud Labeonem §. quæſtionis, in fine. ff. de iniur.* Idem eſto iudicium ſi ſemel ſufficienter fuit tortus, & abſque nouis indiciis iterum ad torturam deductus fuit in qua mortuus eſt Baldus *in l. milites. C de quæſtio.* Proinde iudex tenetur pœna capitis. Nam eo ipſo quod reum iniuſtè, & omiſſo ordine iuris excedendo modum quæſtioni ſubiecit, non cenſetur iudex.

ſed

ſed priuatus bofno, & tenetur tanquam priuatus de homicidio, *l. nec magiſtratibus ff. de iniur. leg. etſi quemcunque, § ſi magiſter, ff. ad leg. Aquil.* Aſcribiturque culpa exceſſus in tortura, ac defectus nouorum indiciorum. Si autem conſtet non fuiſſe in dolo iudicem in reo torquendo, non tamen eſſe immunes à culpa, putà, vel quia modum exceſſit, vel quia non habuit indicia ſufficientia, vel quia per ignorantiam, vel per deordinationem aliquam præbuit occaſionem mortis, tenetur in ſyndicatu, punietúrque pœna extraordinaria arbitrio ſyndicatoris, conſiderata grauitate culpæ. Paulus de Leazar *in cap. grauis. de pœn.* ita quod ſi fuerit in leuiſſima culpa mitiùs debeat puniri, quàm in leui, & ſi fuerit in leui mitiùs quàm in lata, quamuis Iacob. de Arc. *in ſuo tractat. de quæſtionib.* opinetur iudicem, & eius officiales in hoc caſu non teneri iuxta legem 1. *Cod. de emendatio. ſeruor.* ſumpto argumento de poteſtate dominica ad poteſtatem rectoris. Quæ opinio quoad culpam leuem, vel leuiſſimam, mihi placet. Secùs quando iudex, & eius officiales fuerunt in lata, quamuis Bartolus, Andr. de Iſernia, & Guido de Suza, *in tractatibus de quæſtionib.* indiſtinctè aſſerant in hoc vltimo caſu teneri iudicem, & eius officiales in ſyndicatu, & plecti debere arbitrio ſyndicatorum non ſolùm de lata, ſed etiam de leui, ac leuiſſima pro ratione culpæ reſpectiuè.

84. Quid dicendum de iudice mandante detrudi in carcerem non carcerandum, vel detinente non detinendum? Reſponde teneri in ſyndicatu, ac puniri poſſe, & debere, vt notat Marſil. *in practica criminal. §. attingam, num. 17.* & Angelus *de maleſic. in verbo, pro quibus, & quolibet eorum, numero 9. verſ. & nota*, & inſuper iudex tenebitur ad damna, & intereſſe, per gloſſ. *in l. 2. §. ſimili modo, in verbo, retentus, ff. ſi quis cautionib.* quam gloſſam communiter approbatam docet Bonacoſa *in commun. opinion. p. 2. pagin. 9. colum. 2. verſ. incipit*, carcerari faciens aliquem iniuſtè, & Conradus *in practic. titul. de captura, numero 3. fol. 266. & in titul. de carceratis num. 22. fol. 277. colum. 2.* Quod procedit non ſolùm in foro fori, ſed etiam in foro poli quoad damna, & intereſſe ſecuta ex iniuſta carceratione, aut detentione. Vnde dato caſu quod captura fuerit iuſta propter præcedentia indicia, ſi tamen poſtea conſtet de innocentia carcerati, vel alia de cauſa de iure illius ſi tunc iudex illum non relaxat, tenetur illi de damno, & intereſſe. Quin etiam iudex ſi indebitè innocentem mittat in carcerem, tenetur pœna calumniatoris, & puniri poteſt ſicut erat puniendus carceratus ſi fuiſſet in culpa. Cyrill. *in ſumma crimin. tit. de pœna iudicis malè iudicant. partic. 3. §. 2. numer. 1. & numer. 7. verſ. ſed tamen.* Rolandus *conſ. 17. numer. 4. volum. 3.* Conrad. *in practica, tit. de captura, num. 2. in fine, pag. 266.* Cum tamen pœna talionis non ſit in vſu, punietur iudex delinquens arbitrio ſyndicatoris Farinac. *de accuſat. quæſt. 16. num. 3. & ſequentib. & num. 25. & quæſt. 27. num. 146.*

85. Similiter iudex qui nocentes cum poſſit non curat, neque inuigilat, vt carceri mancipentur, aut iam detentos in vinculis pro delicto capitali pœna digno facit è carcere exire, tenetur in ſyndicatu, dignúſque eſt, qui eadem pœna capitis plectatur, quia paria ſunt nocentes liberare, & innocentes condemnare, *l. penult. in fine, ff. ad leg. Iul. repetundar. & l. 1. ff. de ſicar.* Si tamen iudex iniuſtè in ſyndicatu condemnetur, poteſt vti remedio ſupplicationis, in eo caſu, in quo non potuerit appellare, quia quando omnino interdicitur appellatio, non interdicitur ſupplicatio. Amedeus *de ſyndicatu. numero 239.* Non tamen debet princeps eſſe facilis in admittenda ſupplicatióne aduerſus res iudicatas. Rebuff. *in tract. de ſupplicatio. art. 1. gloſſa 15. fol. 526.* Rolandus *conſ. 38. de duobus, ſub num. 12. lib. 2.* Contar. *in leg. vnica, quæſtione 8. numero 32. Cod. ſi de momentan. poſſeſſio.* & alij, quos ſequitur Sigiſmund. *de appellation. quæſtione 15. remed. 3. numero 29.*

86. Quid de iudice requiſito ab alio pro auxilio ſi nolit ſuum brachium impartiri? Reſponde requiſitum teneri auxilium largiri, *l. 2. Cod. de his, qui latro.* quod ſi non impartiatur brachium ſuum inuocanti, poſſe puniri à ſuperiore, *l. ſi iudex, Cod. de var. & extraordinar. cognitio.* Innocent. *in cap. 1. de officio ordinar.* Ideo iudex ſæcularis tenetur facere exequi ſententiam iudicis Eccleſiaſtici, gloſſ. *in l. in Epiſcopalis dignitatis, Cod. de Epiſcop. & cleric. & in dict. cap. 1. de officio ordinar.* Quod ſi iudex ſæcularis noluerit iudici Eccleſiaſtico brachium ſuum porrigere ſine legitima cauſa, eſt excommunicatus, vt docet Archidiac. *in cap. 1. de ſtatu regular. in 6.* modò requirens non ſit potens, nec ſufficiens: ſecus ſi ſit potens, *l. 2. Cod. de his qui latro.* Paris. de Puteo *de ſyndicatu, in verbo, brachium, numero 4.* Nauarrus *conſilior. lib. 5. conſ. 55. num. 3. de ſententia excommunicationis.* Debet tamen iudex Eccleſiaſticus antequam inuocet brachium ſæculare contra laicos procedere cum cenſuris, primò excommunicando, deinde declarando, ſeu anathematizando, & interdicendo: poſt hæc cùm non habeat vltra quid faciat, tunc debet inuocare ſæculare brachium, vt notat gloſſa notabilis *in Clement. diſpendios. de iudic. in verſ. coercere.* Auilez *prætorum cap. 20. in gloſſa, vſurpan. num. 16,* vbi *num. 26.* addit cum Archidiacono citato eſſe excommunicatum ſæcularem requiſitum, non impendentem auxilium Eccleſiaſtico.

Quod ſi iudex ſæcularis petat ab Eccleſiaſtico, vt ſuam ſententiam mandet executioni, fouendo iuriſdictionem temporalem in licitis, & honeſtis, vt fieri poſſe docet Baldus *in cap. 1. de officio ordinar. colum. 1. verſ. quæro*, & iuuat textus *in cap. 1. de exceptionib. lib. 6.* tenetur iudex Eccleſiaſticus ſæculari patrocinari; quod ſi laici nolint obedire ſæculari iudici, iudex Eccleſiaſticus requiſitus poteſt eos compeſcere per cenſuras, quia iuriſdictio Eccleſiaſtica, & ſæcularis ſunt inter ſe confœderatæ, & debent ſeſe mutuò coadiuuare. Auilez *ſuprà, numero 17. & 18.* & vna poteſt implorare brachium alterius, vt *in l. Epiſcopale, Cod. de Epiſcopal. audien. & in cap. dilecto, de ſentent. excommunicat. in 6.* Debet tamen iudex ſæcularis dum inuocat auxilium Eccleſiaſticum facere fidem de proceſſu, vt volunt Innocent. & Abbas *in capite 1. de officio ordinar.* Sæcularis item, ſi certò deprehendat iudicem Eccleſiaſticum iniuſtè pronunciaſſe aduerſus laicum, non tenetur mandare executioni ſententiam Eccleſiaſtici, nec brachium ſuum impartiri. Innocent. *in cap. paſtoralis, de officio delegat.* & Abbas *in dict. capite 1. de officio ordinar.* quia in bono duntaxat debet auxilium impendere.

Quod ſi ſæcularis abſque vlla cauſa noluerit auxilium ſuum impendere, tenebitur in ſyndicatu. Pariſ. de Puteo *in d. verbo, brachium, num.* 2.

87. Non eſt tamen leuis dubitatio, an iudex ſæcularis requiſitus ab Eccleſiaſtico vt auxilium ſuum impendat, poſſit ſummatim cognoſcere an Eccleſiaſticus iuſtè procedat. Negat Baldus *in authent. Clericus. C. de Episcop. & cleric.* Innoc. *in cap. cum in iure, de officio delegati*, Angel. *in l.* 1. *Cod. de exhibend. reis, & in tract. malefic. in parte, necnon ad denunciationem, num.* 14. Bartolus tamen affirmat *in l. Diuus, ff. de custod. reor.* non obſtante ratione Baldi, quæ ait iudicem ſæcularem eſſe inferiorem; ſed Bartoli opinio regulariter eſt verior, excepto crimine hæreſis, quia in illo tenetur iudex ſæcularis ſtare proceſſui facto ab arbitris fidei, non verò in aliis caſibus, in quibus antequam puniat, poteſtas ſæcularis poteſt ſummatim cognoſcere, niſi crimina de quibus agitur, ſint merè Eccleſiaſtica, de quibus laicus nullo modo poteſt cognoſcere. Secus in criminibus, in quibus ſi reus fuiſſet laicus, cognoſcere iudex ſæcularis potuiſſet; tunc priuſquam ſententia mandetur executioni poteſt iudex ſummatim de crimine cognoſcere antequam reus remiſſus curiæ ſæculari puniatur. Clarus §. *fin. quæſt.* 96. *num.* 7. Quam opinionem tenet Abbas *in cap.* 1. *de officio ordinar. num.* 12. *verſ. ſed aduerte.* Auilez *d. cap.* 20. *num* 20. *verſ. ſed tu intellige*, & infrà, *verſ. ſed tene.* poſt Angel. *in authent. de ſanctis Episcop.* §. *ſi vero examen, colum.* 9. Conſonat lex Luſitana *lib.* 2. *titul.* 8. §. 1. ibi, per hæc verba, vbi loquitur in ſpecie de auxilio brachij ſæcularis concedendo. *Moſtrandoſe os proceſſos e ſentenças*, & infrà, *achando, que os ditos proceſſos foraon ordenadamente proceſſados conceda ajuda de braço ſecular* Et iterum in eodem, §. 1. *E querendo os prelados proceder per cenſuras, & depois dellas pedir ajuda de braço ſecular, moſtrando os proceſſos & ſentenças e os procedimentos a te de participantes excluſiue, & ſendo juridicamente proceſſados, ſe lhe concederá a dita ajuda de braço ſecular* Ex quibus verbis conſtat ſiue prælati procedant abſque cenſuris, ſiue per illas, vt impendatur auxilium brachij ſæcularis, ſemper iudices ſæculares debere ſummatim cognoſcere an iuridicè contra laicos proceſſum fuerit.

Vnde ſi prælati procedant nulliter, vel pronuncient etiam nulliter, non tenetur iudex laicus auxilium impendere; eodem modo iudex Eccleſiaſticus ſententiam exequi iudicis ſæcularis non tenetur quando conſtat eſſe nullam, vel euidenter iniquam; quia non debet eſſe executor ad malum contra conſcientiam, & quando imminet periculum animæ. Cened. *ad decretal. collectan.* 101. *num.* 13 Roland. *conſ.* 37. *num.* 7. *volum.* 1. poſt Ancharan. *conſ.* 382. *colum.* 2. Paulus de Caſtrenſ. *in l. Episcopale, C. de Episcop.* Afflict. *deciſ.* 220. vbi firmant iudicem ſæcularem non debere obedire iudici Eccleſiaſtico, neque debere concedere ſuum brachium niſi quando procedit ſeruato ordine iuris, & quando brachium iuſtè inuocatur. Valaſc. *conſult.* 48. *n.* 12. & 13.

88. Sed quid de iudice Eccleſiaſtico inuocante brachium ſæculare pro executione ſuæ ſententiæ in cauſis ciuilibus? Ægid Boſſ. *in practic. criminal. titul. de foro compet. num* 87. *& ſequentib.* ſecundùm notata *in l.* 1. *Cod. de iur. & fact. ignorant.* reſoluit condemnatum ſaltem citandum eſſe per iudicem ſæcularem ad videndum an ſæcularis habeat aliquam exceptionem ad impediendum, vel moderandum executionem. Simpliciter tamen iudex ſæcularis alio non requiſito debet auxilium impendere, & ſententiam iudicis Eccleſiaſtici executioni mandare abſque eo, quod ſumat cognitionem de iuſtitia illius. Neque illi competit alia cognitio, niſi quæ mero executori conuenit. Secus in cauſis criminalibus in quibus cognitio ſeculari competit vt in criminibus mixti fori. Tunc enim petito auxilio ab Eccleſiaſtico, ſæcularis ſummatim ſaltem poteſt cognoſcere, vt intelligat an ſententia iuſtè pronunciata fuerit. Boſſius, & Clarus ſuprà ſcripti. Quod limitat Panormit. *in d. cap.* 1. *de officio ordinar.* & Aretatus ibi, *num.* 120. quando Eccleſiaſticus ipſe vellet exequi ſuam ſententiam, ac plectere pœnis Eccleſiaſticis, & à ſæculari duntaxat expoſcere vt familiam ſuam ſibi conferre vellet, quia in hoc euentu non poterit cognoſcere cùm non ſit executor, ſed tantùm petitur ab eo vt familiam ſuam accommodet, & multo fortiùs à cognitione abſtinebit, quando cognitio nullo modo ad ſæcularem pertinet, putà, in criminibus merè Eccleſiaſticis.

Quam reſolutionem opinatur veram Suarez de Paz *in prax. in proemio* 2. *tem. num.* 10. quamuis Auiles *prætorum cap.* 20. *num.* 20. arbitretur vt diximus paulo antè, poſſe iudicem laicum cognoſcere de quibuſcunque delictis de iuſtitia ſiue iniuſtitia ſententiæ iudicis Eccleſiaſtici, inuocantis illius opem, & auxilium, excepto crimine hæreſis, & hoc modo intellige Didacum Perez *in l.* 4. *tit.* 1. *lib.* 3. *Ordinament. gloſſ.* 3. quamuis indiſtinctè loquatur, dicens iudicem laicum debere ſummatim cognoſcere de præcepti iuſtificatione iudicis Eccleſiaſtici, antequam auxilium eidem impendat.

Sed quid dicendum de iudice an teneatur in 89.
ſyndicatu, ſi incipiat à captura ſine indicio? Videtur affirmandum, vt tradit Marſil. *in practica*, §. *conſtante, num.* 1. ſcribentes *in Clement.* 1. *de homicidio*, & textus *in leg.* 1. *in principio*, & ibi Marſil. *ff. de quæſtionib.* ſequitur Conradus *in practica, titul. de captura, numero* 2. Rolandus *conſilio.* 17. *numero* 2. *volum* 3. Ex ea ratione, quia requiruntur indicia ad capturam, quæ in ſe continet iniuriam perſonalem, ſi fit ſine indiciis, teſte Bald *in l. per diuerſas, quæſt.* 10. *Cod mandati*, vel ſaltem debet præcedere aliqualis informatio, ne iniuſtè innocens in aliquo vexetur, vel grauetur. Quod procedit quando nullis præcedentibus indiciis fit inquiſitio, quæ ſine illis eſt nulla, nec valet, *cap. qualiter, & quando,* 2. *de accuſatio.* Confirmatur, quia poteſtas in criminalibus etiamſi aliquando per ſtatutum poſſit liberè procedere, nulla tamen præcedente fama, non poteſt inquirere, ergo multo minùs poteſt procedere ad capturam, niſi priùs examinentur teſtes indicia ſubadminiſtrantes contra capiendum. Clarus *in practic.* §. *fin. quæſt.* 28. *verſ. ſcias autem. ante medium.* Farinac. *tom.* 1. *tit.* 9. *quæſt.* 27. *num.* 113. *& quæſt.* 30 *num.* 136. *& ſequentib.*: proinde carceratio diceretur iniuſta tanquam facta non ſeruato iuris ordine, atque ita ſi aufugiat fractis carceribus conſtito de iniuſtitia non debet puniri, nec haberi pro confeſſo, vt in terminis tradit Alber. *in l. in eos, num.* 5. *in fine, ff. de cuſtod. reor.* Franc. Caſon. poſt tractatum *de indic. & torment. in quæſtion. cap* 9. *rubric. de captura, ſub num.* 21. *verſ. limita tamen prædicta*, Foll. *in practic. crim. in* 4. *p.*

*tertia*

*tertia partis principalis, verbo,& ſi confitebuntur, numer.67.*

Nec refert, ſi dicas in criminibus atrociſſimis, nempe in crimine vtriuſque læſæ maieſtatis poſſe incipere a captura nullis præcedentibus indiciis, vt volunt Bartol. *in l. ſacrilegy,§. Labeo,num.2.* & ibi Alexander *in addit.in verbo,capi,ff.ad leg.Iul. pecul.& in l. conſentaneum, num.12. verſ. ſequitur tertia pars,*& ibi Gloſſ. *C. quomodo,& quando iudex,* vbi dicitur regulariter Ordinarium poſſe capere perſonam, quando vult ; nec videtur diſſentire Conrad. *in tit.de captura, num.3. verſ declarat verò , & limitat.* Conſentit Cyril. *in ſumma, crimin. in 3. part. tit. de pœn. iud. malo iudicant, §.a.num.7.verſ.ſciendum eſt.* Secundùm quos poſt capturam recipiuntur indicia ſuper crimine, teſte Conrado *vbi proximè.*

Quia ſecundum veriorem , & æquiorem ſententiam , & in praxi ſeruandam in criminibus atrociſſimis non proceditur ad capturam , niſi præcedant legitima indicia ſecundùm doctores *in clement.1. de homicidio* , Bald.poſt Gloſſam *in l.ſi quis alicui,C.ad leg.Iul.maieſtat.* Quod etiam habet locum in crimine læſæ maieſtatis , Marſil. *in l.1.in principio,ff. de quaſt.* Foller. *in principio ſua practica,crimin. verb. captus.num 4.* & Monticell. *in ſua practica crimin. regul.12.num 26.* ex ea ratione,quia non debet moleſtari,nec aliquo grauari innocens ſine aliquali informatione : ideo iudex procedendo ad capturam non præcedentibus indiciis,nec præhabita informatione iniuriam infert capto , proindéque debet puniri in ſyndicatu iuxta deciſionem Baldi *in l.2.in fine,C. de his , qui latro. occid.*

Vt verò excuſetur in ſyndicatu iudex propter capturam ſine debitis iudiciis , opus eſt , quando reus eſt ſuſpectus de fuga,& multo magis ſi eſt in fuga , quod de fuga, vel fugæ ſuſpicione conſtet ſummarie iudici,& hoc propter periculum in mora, argumento text. cum ibi notatis *in l. ait Prætor. §. ſi debitorem , ff. de ys , qua in fraud. credit.* Monticell. *in pract.crimin.d.regul.12. num.8.& 9.* Blanch. *in l final. num.8.ff.de quaſt.* Conrad.*ſupra, titul. de captura , num.4. in 2. limit.fol.mihi 267. col.1.*& quamuis vltra ſuſpicionem fugæ videatur neceſſaria aliqualis informatio , quæ debeat præcedere capturam ſecundùm Bald.*in ſuo repertorio, verbo,iudex,in 2.col. in verſ. iudex, in criminalibus,*Monticell. *d. regul.12.num 7.*& Foller.*in practic. crimin. verbo , ſtudeat ſe ornare,num.58.verſ. & ita intelligitur,fol. mihi 10. col.2.*

Nihilominus doctores, qui loquuntur de ſuſpecto de fuga,& de eo,qui eſt in fuga, quod poſſit capi a iudice,ſi illi conſtet de hoc, ſine metu ſyndicatus,loquuntur ſimpliciter etiam ſine indiciis, aut informatione aliqua præcedentibus,vt in ſpecie vult Seraphinus de Seraphinis *in ſuo tract. de priuileg. iurament. priuileg.132. num.94.verſ. non abſq; quintum,* poſt Paulum de Caſtro *in l. ſi longius.§.ſi filiusfamilias, num.3.* de iudice , qui vult generaliter propter fugæ ſuſpicionem poſſe permitti id,quod alias de iure non permittitur, Paris de Puteo *in tract. ſyndicatus,verbo,captura,cap.1. num.12. & 13.* Pro quo facit , quod ad capturam, an,& quando,& quibus indiciis, aut informationibus deueniri poſſit, iudicis arbitrio relinquitur, penſata delicti, ac perſonarum qualitate priùs per textum expreſſum *in l. 1. ff. de cuſtod. & exhibit. reor.* vbi Vlpian. his verbis rem decidit. *De cuſtodia inquit reorum , proconſulem exiſtimare ſolere, vtrum in carcerem,recipienda ſit perſona,an militi tradenda,vel fideiuſſoribus committenda,vel etiam ſibi. Hoc autem , vel pro criminis , quod obiicitur qualitate,vel propter honorem, aut propter ampliſſimas facultates,vel pro innocentia perſona,vel pro dignitate eius,qui accuſatur, facere ſolet.* Hactenus Vlpianus.

Hoc autem liberum arbitrium debet regulari, 90
ſecundùm quod tradit Paris de Puteo *in tract. de ſyndicatu,verbo, captura. cap.1. incipiente , an iudex,num.2.* vbi vult,quòd propter criminis enormitatem , ac pœnæ atrocitatem , vel propter perſonæ conditionem,iudex a captura incipere poterit. Vnde ſi fuerit vir grauis capiendus , contra eum non procedatur ad capturam propter leuia indicia,ſi fuerit bonæ famæ. Sic Blanch. *in pract. crimin. §. pro cognitione itaque huius partis , n.26.* Item ſi delictum ſit leue , & non puniendum pœna corporali , non eſt deueniendum ad capturam, niſi præcedentibus indiciis,& illis quidem in ſcriptis redacta,nec ſufficit ſuſpicio fugæ,ſic Brun. *in tract. de indic. & tortur. part.2. quæſt. 9. numer.6.* Monticell.*in pract.crimin.de regul.12 num 7. verſ. in hac re* Quod ſi delictum ſit graue,taléque,quod debeat puniri pœna corporis , tunc vtique ad capturam ſufficit qualis qualis informatio ſummaria contra reum vagabundum fugitiuum,vel ſuſpectum de fuga. Rolandus *conſ 17. num 12. vol.3.* Nouell. *in pract. crimin. in principio, §.ſuperioribus annis,num.23.in fine* Boſſius *in tit. de captura, num.1. & 2.& duobus ſequentib* Denique quando porrigitur querela , & accuſatio criminis contra aliquem, pro quo ſolet imponi pœna ſanguinis, poteſt reus capi,& detineri in vinculis,ſi reus non eſt multæ conditionis,& dignitatis , & querelans ſe obligat ad reficienda damna,intereſſe,& expenſas,niſi incontinenti poſt capturam,indicia contra captum non ſuppeditet , Paulus de Caſtro *in conſil.328. num.1.lib.2.*quamuis non probet Iul.Clar. *in pract.quæſt.28.ſub verſ.ſcias autem.* Cui adhæreo,niſi ſimul concurrat contra capiendum ſuſpicio fugæ. Tunc enim Boſſius *in d. tit. d. captura, num.3. ad fin.*excuſat iudicem in ſyndicatu,ſaltem de conſuetudine , ſi procedat ex ſola querela ad capturam.

Sed quid dicendum de iudice non condemnante ad expenſas , nunquid teneatur in ſyndicatu ? Ioan.Andr.affirmat teneri,etiamſi id non fuerit petitum in additione ad Specul. *in tit. de allegat. & diſputationibus. §. fin.verſ. quid ſi de fructibus* ; additque facere litem ſuam , ſi non ſupplcat ex officio. Sequitur Ioan. de Imola *in l. Paulus,1, ff. de re iudicat.* quam opinionem dicit communem Ant.de Tremol. ad Vbertum de Bonacçurſo *in pract.tit. de recuſationibus,num.4.verſ. ratificare.* Dicendum tamen eſt non teneri in ſyndicatu iudicem , ſi victum victori ad expenſas non condemnet,quando non petuntur à parte;aliàs ſecus. argumento *l.4. §.hoc autem iudicium,ff. de damno infect.* Sequitur Felin. *in cap. ſignificauerunt. n.5. verſ.limita quartò,extra de exceptionibus.*Paris de Puteo *de ſyndicatu,in verbo, expenſa,cap.poteſtas. num.4. verſ. an ſi iudex , & verſ. licet dicatur,* vbi ait teneri in ſyndicatu non condemnando ad expenſas, hoc eſt parte petente , cùm ſit iudici arbitrarium condemnare , vel non condemnare parte non petente,Capell. Tholoſ. *in deciſ.111. incipit. Item fuit quæſitum an victus,*poſt Cynum *in l.properandum.§.ſin autem alterutra.C.de iudic.* Parte verò petente , ſi iudex non condemnat expreſsè,

non

non excuſatur, ſufficitque, vt teneatur quòd expenſæ petantur in libello implicitè, quod fit quando petitur pro ſe ferri ſententiam, quia intelligitur pro principali, & acceſſoriis. Camill. Borell. *in ſumma, tom. 2. tit. 39. de expenſis, a num. 23.* poſt alios. De iure tamen Luſitano parte non petente victus condemnatur in expenſis, *ſupra, diſp. 12. § 2. num. 52.*

92. Quæſtionis eſt, an iudex habens arbitrium in procedendo, & pronunciando, teneatur in ſyndicatu, ſi modum debitum excedat? Reſpondeo quando arbitrium conceditur à iure, vel ab homine, aut reſcripto ſuperioris teneri, ſi omiſerit totaliter proceſſum, & probationes, quia verba, *quòd iudex habeat plenum arbitrium*, non intelliguntur, quòd procedat abſque probationibus, ſed ſolùm, vt poſſit omittere ſolitam ſolennitatem iudiciorum. Atque ita tale arbitrium intelligitur in non ſeruanda ſolennitate iudiciorum, ſeu in ea expedienda, aut ventilanda hoc, vel illo modo, non tamen in iudicando ſine probationibus, nec contra iuſtitiam decidendo. Prior pars eſt ſecundùm Baldum *in l. 1. in fine, ff. de euictio.* & Speculator *de officio indic. §. poſtremò, verſ. & idem dico.* Idem Bald. tenet *in l. qui procurator. ff. de procurator.* Poſterior pars, nempe quòd datum arbitrium iudici non poſſit ex vi illius iudicare contra iuſtitiam, eſt eiuſdem Baldi *in l. ſi procurator. ff. de condictio. indebiti.* Ex ea ratione, quia liberum arbitrium non aufert ea, quæ ſunt iuris naturalis, vt notat Ioan. de Imola *in Clem. de re iudicata.*

Vnde quando conceditur iudici arbitrium procedendi omiſſa omni ſolennitate, non aufertur illi ſolennitas iuris naturalis, nec poteſt condemnare per teſtes vel inimicos, vel deponentes ſine iuramento, ſed ſolùm remittitur ſolennitas à iure ciuili inducta, Baldus *in l. presbyteri, Cod. de Epiſcop. & cleric. & in lege, filiusfamilias*, & ibi Angelus *ff. de donationibus.* Similiter, ſi arbitrium concedatur cum pleniſſima poteſtate procedendi prout voluerit, non ſecundùm iuris, vel ſtatuti normam, adhuc iudex tenebitur in ſyndicatu, ſi reiecerit exceptionem legitimæ præſcriptionis, quia per illa verba, *arbitrij pleniſſimi*, non tollitur ius quæſitum partibus, ſed ordo iudicialis in procedendo, aut id quod pendet ex officio iudicis, puta, ſupplere ex officio aliquid parte non petente, vel dilationes omittere, Bartol. *in extrauagant. ad reprimendum, verſ. modo videbitur, in verbo, expedire, num.* 10. Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæſt. 13. num. 3. ſequentibus.* Amedeus *de ſyndicatu, n. 146. verſ. item licet habeat pleniſſimam poteſtatem.*

Nec refert ſi dicas arbitrium liberum, & abſolutum nullis iuris regulis ſubiacere; ideo, qui illud habuerit, poſſe quidquid pro ſua libera voluntate habuerit, Baldus *in l. penultima, in fine, ff. de arbitr.* vbi docuit liberam voluntatem arbitrio viri boni obuiare, ergo non eſt neceſſe iuris, rationis, & æquitatis normæ ſe accommodare. Sequitur Iaſon *in l. ſi ſic legatum, num. 22. & 26. ff. de legat. 1.* & Socinus iun. *conſ. 49. num. 16. lib. 2.* Vnde non tenebitur in ſyndicatu. Nihilominus tenebitur, ſi non ſeruet æquitatem naturalem, Bald. *in d. l. filiusfamilias de donationibus. num. 3.* Otianus *in tract. de arbitr. vltima parte, quæſt. 25.* Item ſi procedat contra bonos mores, ſeu aliquid dolo malo agat, aut enormiter aliquem lædat, ex quo dolus præſumitur. Nam tunc omnes inferunt hunc teneri in ſyndicatu, quia libero arbitrio conceſſo, non dicitur conceſſum quidpiam contra bonos mores, Bald. *in rubrica. C. de pœnis indic. qui male indic. num. 2.* Paris de Puteo *in tract. ſyndic. tit. de arbitrarys iudicum, num. 9. & num. 20.*

Tenebitur etiam in ſyndicatu non obſtante libero arbitrio conceſſo, ſi pronunciet ſine cauſæ cognitione, *l. creditor. ff. mand. vi. l. hodie, ff. de pœn.* quia non intelligitur remota cauſæ cognitio, ſed tantùm ſubtilitas iuris ciuilis, quando datur arbitrium procedendi, ſecundùm communem, ideo iudex non poteſt abſoluere condemnandum, neque condemnare abſoluendum, neque condemnare de delicto, niſi ſibi conſtet tanquam iudici de illo, accepta ſimul à parte contraria defenſione, vt habetur *in l. 3. §. ſi ad diem, ff. de re milit. & in Clement. paſtoralis. de re iudicat.* Gloſſ. *in Clement. ſæpe. in principio, de verbor. ſignificat.* Bald. *in l. milites, ff. de teſtament. milit.*

Similiter tenebitur in ſyndicatu, ſi executionem iniquam contra iuſtitiam fecerit, parrique reſtituet intereſſe per textum *in l. ſi pars. ff. de inofficioſ. teſtam.* ſecus, ſi executionem faciat contra debitorem verum nō ſeruato iuris ordine, excuſabitur enim tunc, neque executio reuocabitur, per textum notabil. *in l. fin. §. fin. ff. quod metus cauſ.* niſi iudex id fecerit doloſè, quia in eo euentu tenebitur actione iniuriarum, & faciet litem ſuam, text. *in l. ſi pignori ff. de euictio.* 93.

Sed quid ſi iudex à quo appellatur, non deferat appellationi videns eam eſſe legitimam? Reſponde eſſe puniendum pœna pecuniaria, per *l. quoniam de appellat.* ac poſſe deponi ab officio, 2. q. 6. *cap. decreto, & cap. de priore, de appellatione.* 94.

Inſuper iudex appellationis omnia attentata reuocare poteſt, *cap. venientes. de iur. iurand.* Non autem tenebitur iudex *à quo* ſi non deferat appellationi euidenter fruſtratoriæ, quia non tenetur deferre, *cap. cum appellationibus, eodem tit. lib. 6.* 95.

Deferre enim appellationi euidenter fruſtratoriæ non eſt reuerentia, ſed malitia & ſic deferendo tenebitur. *l. ſi per imprudentiam ff. euictionib.* & faciet litem ſuam, *inſtit. de obligationibus ex quaſi delicto. §. impy.* 96.

*LIBER OCTAVVS.*

# DE OBLIGATIONIBVS Iudicis à quo, & ad quem.

## DISPVTATIO XXIV.

### *De appellationibus.*

§. I.

### *De appellationibus in genere.*

EPITOME.

1 *Qui agant de appellationibus remiſſiuè.*
2 *Appellantes iniuſtè, & iudices iniuſtè appellationi deferentes, vel illam reycientes peccant mortaliter cum onere reſtituendi.*
3 *Appellatio in dubio poteſt admitti.*
*Opiniones quando ſunt probabiles, integrum eſt reo appellare, ſi iudex ſequatur opinionem minus probabilem. ibid.*
*Opinionibus æquè probabilibus victus in priori instantia poteſt appellare. ibid.*
*Opinio probabilior eſt æquior, & ab ea appellans non excuſatur à peccato. ibid.*
*Iura quando concedunt appellationem, in aliquibus caſibus regulariter, vel negant in aliquibus, procedunt in foro externo. ibid.*
4 *Quid ſit appellatio, & quotuplex.*
5 *Appellatio debet fieri gradatim ad immediatum ſuperiorem.*
6 *Iudex minor non poteſt habere iuriſdictionem in maiorem.*
7 *Iudex* à quo, *ſi fuit Epiſcopus, & poſtea fiat Archiepiſcopus, non poteſt eſſe iudex* ad quem, *ſed debet delegare.*
8 *Præſcribi non poteſt, ne appelletur ad Principem.*
9 *Appellatio à Vicario generali ad Epiſcopum non datur; ſecus à Vicario foraneo.*
10 *Appellatione iudiciali pendente facta reuocantur, ſecus pendente extraiudiciali.*
11 *Excommunicatus admittitur ad appellandum.*
*Appellatio iudicialis habet vim defenſionis, extraiudicialis habet vim conuentionis. ibid.*
12 *Appellatio alia eſt legitima, alia friuola.*
13 *Appellatio in dubio an ſit friuola, vel calumnioſa, debet admitti.*

1. DE materia appellationum ſuperſunt tituli in vtroque iure, aguntque Theologi, & eorum princeps D.Thom. 2.2. *quæſt.* 69. *art.* 3. & ibi ſcribentes, Gabriel *in* 4. *diſtinct.* 15. *quæſt.* 6. *artic.* 2. *concluſ.* 6. Sotus *lib.* 5. *de iuſtitia, quæſt* 6. *art.* 3. S. Antonin. 3. *part. tit.* 9. *cap.* 14. & ex nouioribus Gregorius de Valentia *tom.* 3. *diſp.* 5. *quæſt.* 13. *punct.* 3. Nauarr. *in ſumma, cap.* 25. *n.* 14 Emanuel Roiz *in ſumma, part.* 2. *in fine, tract. de ordin. iudiciar. cap.* 13 Sà *in ſumma, verbo, iudiciales actus.* Vega *lib.* 1. *caſu* 52 & alij quos refert Saytus *in claui lib.* 12. *cap.* 17. *numer.* 30. *& ſequenti.*

Vnica ergo dubitatio fit, an appellantes iniuſte, & iudices non deferentes appellationibus iuſtis, vel iniuſtas admittentes, peccent mortaliter? Reſpondeo appellantes de iuſta ſententia peccare mortaliter, nec poſſe abſolui, niſi deſiſtant ab appellatione, & ſententiæ obediant, ex ea ratione, quia appellatio conceditur ad grauamen auferendum, vt habetur *in cap. vt debitum, de appellationibus.* Sed qui iuſte condemnatur, nullum ſubit grauamen: imò potiùs iniuriam iudici infert ab eius ſententia iuſta appellando; ergo peccat mortaliter. 2.

Confirmatur, quia appellans iniuſtè imponit iudici falſum, quaſi iniuſtam ſententiam tulerit, quod cedit in damnum ſuæ authoritatis & ſcientiæ; cùm appellatio ſecundùm ſe ſit prouocatio iniquæ ſententiæ querelam continens ad iudicem ſuperiorem, vt deducitur ex cap. *licet* 2. *quæſt.* 6. Item quia appellando iniuſtè vltra detrimentum reipublicæ illatum, lites fiunt immortales, & partibus ſumptus adaugent iniuſtè cum onere reſtituendi. Conſonat Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *de reformat. cap.* 1. vbi reprehenduntur, qui ad euitandas pœnas, & ad ſubterfugienda iudicia Epiſcoporum fingunt querelas, ac grauamina, vt ſic appellent indebitè, & remedio ad innocentiam protegendam inſtituto abutuntur ad defendendam iniquitatem; in quo grauiter, & mortaliter peccant, tenentúrque reſtituere omnia damna ex ſua iniuſta appellatione ſecuta. Nauarr. *in manual. cap.* 25. *num.* 39. cum D. Thom. *ſuprà, d. quæſt.* 69. *art.* 4. & probat cap. *omnino*, & cap. *quicumque*, 2. *quæſt.* 6. Saytus *lib.* 12. *in claui, cap.* 17. *num.* 34. cum aliis. Sotus *de iuſtit. lib.* 5. *quæſt.* 6. *art* 3. Rodriguez *d. cap.* 13. *concluſ.* 2. Armil. *in verbo, appellatio, num.* 23. Beia *in ſumm. part.* 1. *caſu* 65. incipit Bernard. & Vega *d. lib.* 1. *caſu* 52. Quod procedit quando appellatur ſcienter à ſententia iuſta.

Sed quid de iudice non deferente appellationi iuſtæ, aut iniuſtam admittente? Reſpondeo in vtroque euentu peccare mortaliter: quia grauatus iniuſtè, licitè & abſque peccato ad iudicem ſuperiorem poteſt appellare. D.Thom. *d. quæſt.* 69. *art.* 3. Sotus & Valentia, & Rodericus paulò ante citati. Ergo iudex non deferendo appellationi iuſtæ, priuat appellantem legitimo recurſu ad ſuperiorem, eique infert grauem iniuriam, cùm

ex

ex iure naturali vnuſquiſque poſſit ſe ipſum defendere, & ab iniuſto grauamine exire. Iuuat cap. *omnis oppreſſus*, 2. *quæſt.* 6. vbi Anacletus Papa *Epiſtol* 1. ſic loquitur, ibi, *Omnis oppreſſus, libere ſacerdotum, ſi voluerit, appellet iudicium, & à nullo prohibeatur, ſed ab alijs fulciatur, & liberetur*; teſtis eſt Apoſtolus *Act.* 25 qui iniuſtè detentus Cæſarem appellauit. Igitur iudex vel non deferens appellationi iuſtæ, vel iniuſtam admittens, calumnioſè ſe habet, ſiue id faciat cauſa differendi, vel appellandi iuſtitiam, peccat mortaliter ſecundùm doctores præællegatos.

3. Porrò in cauſa dubia ſecundùm arbitrium prudentis iudicis admitti poteſt appellatio licitè præſertim in cauſa criminali ad ſuperiorem iudicem, & reo licitum eſt prouocare, Salon. 2. 2. *quæſt.* 69. *art.* 3 Sayrus *proxime, num.* 35. *verſ. prima propoſitio*, integrumque eſt in hoc caſu recurrere ad ſuperiorem. Sequitur Valentia *tom.* 3. *diſp.* 5. *quæſt.* 13. *punct.* 3. & Bañez *in d. quæſt.* 69. *art.* 3. dum volunt in cauſa dubia reo eſſe licitum appellare: ſicut etiam licet quando concurrunt opiniones diſſimiles inter ſe, probabiles tamen, ſi in eo caſu iudex *à quo* ſequatur opinionem minus probabilem, poteſt appellare, Salon. & Bañez ſupra ſcripti. Eo quod reus in hoc caſu appellat nixus opinione probabiliore, ſecundùm quam iudex in re tamen facti debet pronunciare; quamuis licitè ſequi poſſit opinionem probabilem, relicta probabiliori circa ius. Sayr. *in claui lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 12. *verſ. tertia propoſitio.*

Dictum eſt in cauſa criminali, quia in ciuilibus etiam iudex in conſcientia debet iudicare in fauorem probabilioris, cùm teneatur iudicare ſecundùm merita cauſæ; ſed qui factum probat per teſtimonia meliora, & probabiliora, habet maiora merita cauſæ: ergo fauorabili ſententia eſt dignior, ſequitur Aragonius 2. 2. *quæſt.* 63. *artic.* 4. *dubio vltimo ad* 3. *ſuprà, numer.* 13. *verſ.* 4. *propoſitio.*

Quando verò opiniones ſunt æquè probabiles circa ius, & neuter eſt in poſſeſſione, victus in priori inſtantia poteſt ad ſuperiorem iudicem appellare, quia vtitur priuilegio iuris in ſuum fauorem tendente, cùm poſſit contingere, quod ſuperiori placeat altera opinio æquè probabilis, & velit condemnato fauere, neque in hoc grauat iudicem *à quo*. Bañez & Salon ſuprà citati. Quin etiam in hoc caſu quando ſunt duæ opiniones inter ſe probabiles æquè, & res ſuper qua contenditur, eſt diuiſibilis, cùm vterque ius habeat æquale, aut ex æquo probet factum ſuum, res poteſt, ac debet diuidi inter partes; ſi autem cauſa ſit criminalis, debet iudicare in fauorem rei. Salon *dict. quæſt.* 63. *art.* 4. *concluſ.* 2. quem ſequitur Sayr. *lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 12. & Aragon. *ſuprà, art.* 4. Nam in pari dubio potius reo fauendum eſt, quam actori. Similiter ſi iudex *à quo* ſequatur opinionem communem, & probabiliorem, non eſt licitum reo id ſcienti appellare, quia in dubiis probabilior opinio videtur æquior, ac iuſtior. Atque ita non excuſabitur à peccato appellans, cùm videatur id facere cauſa differendi negotium, vel vexandi partem ſuam, & vt calumnioſè ſe defendat, Bañes, & Salon *ſuprà.*

Aduerte tamen, quando iura in aliquibus caſibus negant appellationem, vel regulariter admittunt in omnibus aliis, ſolùm procedere in foro externo, non verò in foro conſcientiæ, in quo iudex, qui vel non admittit appellationem cùm debeat, vel alia via, non tollit grauamen, vel partes grauat, ſiue locus ſit appellationi, ſiue non, grauiter peccat cum onere reſtituendi. Quod etiam extenditur ad litigantes, aduocatos, & procuratores. Ita præcitati, quibus accedit Sayrus *lib.* 12. *cap.* 17. *num.* 36. poſt Nauarr. *in manual. cap.* 25. *num.* 15. *verſ. nota tertiò*, & Roderic. *de ordin. iudiciar. d. cap.* 13. *concluſ.* 2. *& de regularib. tom.* 1. *quæſt.* 29. *art.* 4.

Appellationis definitio ſic poteſt eſſe: Appellatio eſt prouocatio à minore, vel inferiore iudice gradatim ad maiorem prætextu grauaminis, ſeu iniquitatis illatæ. *l.* 1. *§ ſi quis ff. de appellat.* Bartol. *ibi* Angel. *conſ.* 187. *incipit A, & B, colum.* 1. *verſ. per rationes probatur*, Anton. Scap. *de iure non ſcripta, lib.* 3. *cap.* 64. *num.* 8. Andr. Gail *pract. obſeruat. lib.* 1. *obſeruatione* 41. *numer.* 10. Marant. *in ſpec. aur. in tit. de appellationib. num.* 1. *& ſequentib.* Daniel Venatorius *in analyſi iuris pontificij, lib.* 2. *tit.* 28. *§. quid eſt appellatio.* Surd. *in deciſ. Mantuan.* 36. *ſub num.* 4. Appellatio etiam definitur ius, quo interim prima ſententia extinguitur, & interim cauſæ cognitio ad iudicem ſuperiorem deuoluitur. Qui loci loquitur de appellatione à diffinitiua, quam diffinitionem probat Cardin. Alexand. *in rubrica, à numer.* 22. *de appellationib.* 4

Appellatio autem eſt duplex, iudicialis vna, altera extraiudicialis. Gregor. Toloſ. *tract. de appellat. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 1. *fol.* 84. quod prius dixit Speculator *eodem titulo, §. ante omnia, & §. reſtat videre, lib* 4. *fol.* 71. *& ſequent.* Rurſus appellatio iudicialis vel eſt à ſententia diffinitiua, vel ab interlocutoria. Franc. *in rubr. ſub num.* 1. *de appellat. in* 6. Appellatio autem ab interlocutoria habet locum vel ante conteſtationem litis, quæ dicitur *anteiudicialis*, vel poſt conteſtationem litis, quæ dicitur *extraiudicialis*, quando interponitur inter litis conteſtationem, & ſententiam diffinitiuam, vt ſcribit Cardin. Alexand. *in rubrica, num* 12 *in fine, & num.* 13. *verſ & illa, num.* 14. *de appellationib.* Vel etiam appellatio ab interlocutoria habet locum poſt ſententiam diffinitiuam quandoque: quando ſcilicet interponitur poſt executionem propter exceſſum executionis, & tunc dicitur *poſtiudicialis.*

Sub diuiditur adhuc appellatio tam iudicialis, quàm extraiudicialis in appellationem legitimam, & in friuolam, fruſtratoriam, ſeu calumnioſam ſecundùm Gregor. Toloſ. *d. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 1. *fol.* 95. Eſt autem diſcrimen inter appellationem iudicialem, & extraiudicialem; quòd geſta pendente appellatione iudiciali reuocantur per viam attentati, neque enim poteſt quicquam innouari toto titulo, *ff. nihil noui appellatione pendente.* Lancellot, *de attentat. part.* 2. *cap.* 12. *n.* 75. Franc. *in cap. ſi bona memoria, num.* 10. *in fine, verſ. prima, quod de appellationib.* Abbas *in dict. cap. bonæ memoriæ, ſub num.* 10. *different* 12. vbi obiter aduertit reuocationem attentatorum appellatione pendente pertinere ad iudicem appellationis, nec poſſe alium iudicem cognoſcere de innouatione poſt appellationē, ſi attentata appellationis articulum tangant, etiamſi hoc ad appellantis petitionem ageretur. Franc. *in cap* 54 *ſolicitudinem, notab.* 3. *n.* 3. *de appellat.* quem ſequitur Sigiſmund. *de appell. quæſt.* 11. *art.* 3. *n.* 18. *verſ. amplia primò.*

Geſta autem appellatione extraiudiciali pendente valent, & non cenſentur attentata. Franc. *num.* 19. *in d. cap. bonæ memoriæ. de appellatione.*

Lancellot.

Lancellot. d. part.2.cap.12.de attentatis appellatione pendente, limit.3.princip.n.3. poſt Abbatem in d.cap. bona memoria, num.10. in 12.differentia. Niſi id quod geritur ſit contra ipſam appellationem, quia illud venit reuocandum; cætera autem minimè. Ex ea ratione, quia appellatio iudicialis etiam in vno duntaxat articulo iuriſdictionem iudicis in totum, & quoad totam cauſam ſuſpendit; ideo attentata omnia reuocantur. In appellatione autem extraiudiciali cùm extraiudicialiter procedatur, non ſuſpenditur iuriſdictio, niſi in eo quod geritur contra appellationem, ſeu in grauamen illius, ac propterea id ſolum reuocatur, Innoc. quem refert ac ſequitur Franc. in c.1.de appellationib.ſub num.4.& in d.cap.ſi bona memoria, num.29.verſ.decimotertiò dubitatur.& num.31. de appellationib.

5. Porrò appellatio debet fieri gradatim, quia de iure ciuili non appellatur ad alium ſuperiorem omiſſo medio, l.Imperatores ff.de appell.c.dilecti.3. vbi gloſſ.in verbo, poſt huiuſmodi. extra. eod. titul. Gail.& Daniel Venator ſuprà, §.quæ forma, verſ.iuſtificantur autem, & ante eos Felin. in c.ſuper quæſtionum, §.porrò, n.14.de offic.delegati, Petr.Rebuff. ad concord tit. de friuol. appellatione, §.ab interlocutoriis, in princ. Ratio, quia aliter ſi non fiat appellatio gradatim, iuriſdictiones confunderentur, l.nemo cod.de iuriſdict.omn. iudicum, vbi Gloſſ. in verbo, auxilium. Multoque fortiùs, ſi appellaretur à ſuperiore ad inferiorē ſecundùm gloſſ. in verbo, officiali, in cap.2.de conſuetudine in 6 Neque etiam appellatur a pari ad parem, c. cum inferior de maioritate & obedientia. l. ille à quo, §.tempeſtiuum ff. ad Trebell. ſequitur Gail in obſeruatione 41. lib.1. num.10. & in obſeruat. 119. n.2. eodem lib. Ratio autem appellandi ad ſuperiorem ea etiam eſt, vt emendet quod fecit inferior, cum minoris auctoritatis ſit, & ſuperior maioris, cap. ſi quis amodo. diſt.81.cap.cum inferior de maiorit.& obed.& non
6. vice verſa. Marant.in ſpec. p.2. act.2.principali, in princip.in verbo, & quandoque appellatur, num.3. fol.460. Imò nihil valet appellatio a maiore iudice ad minorem. Specul.tit. de appellat.§.nunc tractemus, n.14.verſ.qui ſi per errorem, lib.2.fol.189. Bartol. in l.1.§.ſi quis in appellatione, num.1.& 5. & 7. ff.de appellationibus.

Quod adeo verum eſt, vt nec de conſuetudine poſſit fieri, vt appelletur ad minorem iudicem, vel ad parem verè, vel fictè. Marant.d.act.2.principio, in verbo, & quandoque appellatur, num.3.fol.460. Mandoſ. in tractat. de inhibitione. quæſt.4. num.9. tom.5.fol.87. & Rebuff. tractat. de appellationib. in principio, num.4. fol. 475. Ex eo fundamento, quia nec pacto, vel conſuetudine fieri poteſt, vt minor validè habeat iuriſdictionem in maiorem, vt de conſuetudine vult Decius in cap. dilecti 3. num.25.de appellationib.& Archidiacon.in cap.inferior, num.1.diſtinct.21.Nec etiam pacto introduci poteſt, Rebuff. ſuprà, tractat. de appellationib. num.4.& 5.tom.3.fol.475. Felin. in d. rubr.de appellationib. in principio. Barbat. in rubrica de fid. inſtrument.col. 34.dicentes ſemper requiri, vt appellatio fiat ad ſuperiorem non verò, ad minorem iudicem, neque ad æqualem.

7. Vnde ſi iudex à quo fuit Epiſcopus, & poſtea fiat Archiepiſcopus, quamuis ratione eminentioris dignitatis, videatur iudex ad quem, & deſinat eſſe iudex à quo, debet tamen cauſam alteri delegare, & abſtinere à ſententia ferenda, & ab illius cognitione, Franc.in c.6.ad hæc, col. vlt.q.4.ſub n.7. de appell.Card.Alex.in rubr.eod.tit.n.55.verſ.quid Fragoſi Regim.Chriſt.Reipubl. modò, in fin. Quando enim quis ſimul eſt Comes & Dux, & appellatur ab illo vt à Comite ad Ducem, quamuis vti Comes ſententiam protulerit, nō poteſt tanquam Dux cognoſcere de eadem cauſa iudicata, quia iudicat in facto proprio, & veluti ſuſpectus debet delegare, quia non poteſt in eo caſu iuriſdictionem exercere iudicando, ſed ſolùm delegando. Sic in noſtro caſu quando Epiſcopus fuit iudex a quo & poſt appellationē interpoſitam fuit promotus ad Archiepiſcopum, & conſequenter factus iudex ad quem. Quam quæſtionem Greg. Toloſ.in tract.de appellationib.lib 4.cap.17.num.1. multis rationibus hinc inde allatis problematicè defendit, ſed mihi magis placet teneri delegare.

Quæſtionis eſt, an præſcribatur ne appelletur ad principem? De hac dictum eſt ſatis diſp.7. cum egimus de iuriſdictione dominorum inferiorum. num.48. vbi reſpondimus negatiuè regulariter, niſi accedat titulus. 8.

Sequitur an detur appellatio à Vicario generali ad Epiſcopum? Reſpondeo negatiuè, ſed debet eſſe ad Archiepiſcopum, quia tribunal Vicarij generalis cum tribunali Epiſcopi eſt vnum & idem; ideo non datur appellatio ad idem tribunal, aut ſaltem ad parem iudicem. c.3. Romana.de appel.in 6.Text. & gloſſ.in c.2.in verb officiali, de conſuetudine in 6. Archid.in c.7.ſi delegatus, n.4.verſ.ſed ob.de officio, & poteſtat.iud deleg.in 6.Guid. Papæ tract.de appellat.q.32.n.31.fol.38. dicens eſſe appellandum à Vicario Epiſcopi ad illum, ad quem appellatur à ſententia Epiſcopi. Sequitur Dec.in c.66 dilecti 3. n.20.& ſeqq.de appell. Et eſt communis concluſio. 9.

Nec obſtat Speculator titulo de appellationibus, §.nunc tractemus ſub n.3.verſ.vt autem in hoc. lib.2. fol.188. vbi videtur dicere contrarium; ſed re bene penſata exemplum Speculatoris verificatur in vicario foraneo, à quo ad Epiſcopum appellatur. Ratio, quia vicarius foraneus hoc eſt non generalis, reputatur delegatus, & in vicaria delegata de iure canonico appellatur ad ordinarium, ſic Bald. in l.19. a proconſulib.n.2. in fine, C.de appellat. Atqui ita vicarius foraneus cùm non ſit ordinarius, ſed delegatus, appellatio ab illo fertur ad conſtituentem. Bartol.in l.1 § ab eo, in fine, verſ. ſed quæro ff.qui & à quo appelletur. Eſt enim delegatus ad vniuerſitatem cauſarum vicarius foraneus & non ordinarius, ideirco ab illius ſententia ad conſtituentem eſt appellandum, & ex conſequenti ad Epiſcopum. Card.Alex.in rubr.ſub n.18. de appellationib. Roland. conſ.75.n.9.lib.3. Sigiſmund.de appellationib.quæſt 8. num.103.verſ.confirmatur ſecundò, & ſequentib. & Sanch.de matrimonio, lib.3. diſp.29. num.12.

Quid de excommunicato, an poſſit appellare? Pars affirmans eſt certa. Specul. tit. de appellationib. §.2.num. 1. lib. 1. fol. 183. Franc. in rubrica, num.25.ibi, & tamen non dicitur de appellationibus. Conrad. in l. vnica in ratione dubitandi, num.4. C.ſi de momentanea poſſeſſione, fol.8. Et poteſt conſtituere procuratorem in cauſa appellationis, & progredi per ſe ipſum, Anton. de Butr. in cap.38.de teſtibus, n.7. verſ. oppono quod debuerat, poſt Innoc. ibidem in principio, quod eſt verum quando appellat iudicialiter, non verò extraiudicialiter. Ratio, quia appellatio iudicialis continet defenſionem, ideo nulli denegatur; appellatio autem extraiudicialis habet vim conuentionis. Sigiſmund. de appellationib. quæſt. 2. art.3. num.46. verſ. & appellatio extraiudicialis, & quæſt. 7. limitatione 15. verſ. reſtringo, numer.108. Sed ex- 10. 11.

communicatus non poteſt conuenire neque agere; ergo non poteſt extraiudicialiter appellare. Quod procedit quando eſt appellatio merè extraiudicialis; tunc enim obſtabit exceptio excommunicationis. Longè aliter ſi appellatio non ſit merè extraiudicialis, verbi gratia, ſi appelletur ab executore aſſumente partes iudicis, quia appellatio tunc eſt iudicialis, & habet vim defenſionis. Quin etiam quando executor aſſumit partes puri executoris, adhuc excommunicatus poteſt appellare, & appellatio dicitur extraiudicialis, non tamen merè extraiudicialis, ſed eſt mixta, ex quo executor vice iudicis exequitur cùm fiat ab habente iuriſdictionem, & participat de extraiudiciali, & ideo ſecundùm Gemin. *in cap. 8. in fine, num 19. de appellationib. in 6.* & Franc. *in d. cap. bona memoria, num 25. verſ. vndecimo licet, in fine, de appellationib.* excommunicatus poteſt appellare. Sigiſmund. *ſupra, quæſt. 5. num. 7.*

Quid ſi contingat appellare friuolè, vel calumniosè? Dicitur autem appellatio friuola, quæ eſt vana & inanis, vt vult Gemin. *in cap. 5. cum appellationib. n. 5. verſ. quare quid importet*, & Franc. *num. 1. de appellationib. in 6.* ſeu quæ fit, quando nulla exprimitur cauſa, vel exprimitur minùs legitima, aut falſa. Calumnioſa autem appellatio dicitur non ſolùm illa, quæ apparet talis in eius interpoſitione, vel quæ talis detegitur in fine cauſæ, Sigiſmund. *de appellationib. quæſt. 2. n. 48.* vbi de friuola, *& n. 51.* vbi de calumnioſa, *& num. 52.* Reſponde ergo appellationem in dubio eſſe admittendam, ſecus ſi conſtet notoriè appellationem eſſe nullam, ſeu iniuſtam, friuolam, aut calumnioſam, tunc non debet iudex appellationi deferre. Ioan. Andr. *in cap. 28. paſtoralis, ſub num. 11.* ibi, *vbi certum eſt de officio delegati*, Spec. *tit. de appellation. §. non dicamus, ſub num. 4. verſ. circa hoc*, ibi, *quædam verò eſt manifeſtè friuola. & num. 90. verſ. ſed cum cognoſcere. lib. 2. fol. 194.*

12. Quin adde peccare iudicem, ſi appellationem friuolam, ſeu calumnioſam admiſerit eum onere reſtituendi damna inde ſecuta, vt tradunt Angel. *in d. verbo, præſente dicto Caio, num. 19.* Rolandus *conſ. 75. ſi vidiſſem, ſub num 26. lib. 3.* Iul. Clarus *lib. 5. §. fin. quæſt. 94. in fine principij*, Lancellot. *de attentatis, part. 2. cap. 2. amplia. 4. princip. numer. 12. fol. 352.* ac debet puniri, Franc. *in cap. 59. vt debitus, ſub num. 42. verſ. in gloſſ. in verbo, ex rationabili. de appellatio.* Contard. *in l. vnica, quæſt. 19. num. 4. C. ſi de momentan. poſſeſſ.* Ex ea ratione, quia iudex non obuiando malitiis partium peccat. Sigiſmund. *de appellation. quæſt. 11. art. 1. num. 4. & quæſt. 17. limit. 4. num. 3. & limitat. 36. numer. etiam 3. & 4.* vbi concludit iudicem deferentem appellationi friuolæ, aut calumnioſæ, peccare, & per delationem iniuſtam abdicare à ſe iuriſdictionem, & deuolui ad iudicem *ad quem.*

Inſuper in foro externo Eccleſiaſtico appellans friuolè poteſt excommunicari tanquam contumax. Abbas, Decius, & Cardin. Alexand. *in cap. 54. ſolitudinem, de appellation.* Calumniosè autem appellans in cauſa ciuili condemnandus eſt in expenſis, ac puniendus prætereà pœna pecuniaria; quod cauſa ſit criminalis, & appareat appellatio calumnioſa in fine cauſæ, appellans perdit litem, & notatur infamia, Franc. *in d. cap. 59. vt debitus, ſub num. 43. ad finem, verſ. in gloſſ. in verbo, expenſis*; debetque in gradu appellationis condemnari in expenſis, vt conſtat ex *d. cap. vt debitus*, & ibi Franc. *ſub num. 45. verſ. in gloſſa penultima*; quod procedit de iure ciuili. De iure autem canonico friuolè, ſeu calumniosè appellans in expenſis duntaxat punitur, & ita ſeruari de conſuetudine ſolet. Sequitur Franc. *in d. cap. 59. vt debitus, ſub num. 43. in fine, de appellat.*

Iudex tamen *ad quem* condemnando in expenſis victum, præſumitur condemnaſſe in expenſis, etiam primæ inſtantiæ. Aloyſ. Riccius *in collect. part. 5. collect. 1518.* Franciſc. del Caſtill. *deciſ. 86.* etiamſi non faciat verbum de expenſis in prima inſtantia factis; ex ea ratione, quia quando verba ſententiæ poſſunt plura, vel pauciora attingere, nunquam debent trahi ad illum intellectum, vt ex eo colligatur iudex iniuſtitiam feciſſe; quod diceretur ſi iudex victum victori in expenſis condemnaſſet duntaxat ſecundæ inſtantiæ. Sic Felin. *in cap. ſignificauerunt, num. 7. de except.* quem ſequitur Marſil. *in l. patre vel marito, n. 71. ff. de quæſtio.* & Azin. *in praxi iudiciorum, §. 32. in 7. ampliatio.* 13.

## §. II.

### *Quomodo differant appellatio iudicialis, & extraiudicialis inter ſe?*

EPITOME.

14 *Appellationis nomine venit appellatio iudicialis, & eſt propriè appellatio, extraiudicialis eſt impropriè appellatio.*

15 *Appellatio iudicialis non fit niſi à iudice, extraiudicialis aliquando à iudice, & aliquando à parte extra iudicium.*

16 *Appellatio extraiudicialis poteſt fieri non expreſſo nomine appellati, & in odioſis nomine appellationis venit iudicialis appellatio.*

17 *Iudicialis appellatio interponitur a grauamine illato, non verò ab inferendo, vt extraiudicialis.*

18 *Appellatio extraiudicialis interponitur cauſa nondum cœpta, nec poteſt excommunicatus extraiudicialiter appellare.*

19 *In appellatione extraiudiciali non ſemper petuntur apoſtoli, ſicut in appellatione iudiciali.*

20 *Appellatio iudicialis in vno articulo ſuſpendit totam iuriſdictionem iudicis, ſecus in extraiudiciali.*

21 *Appellatio iudicialis de vtroque iure eſt licita, extraiudicialis verò an ſit licita dubitatur.*

22 *Extraiudicialis appellatio requirit cauſam veriſimilem & probabilem, iudicialis verò cauſam veram & legitimam.*

23 *Iudicialis appellatio ſola probationis oblatione iuſtificatur; ſecus in appellatione extraiudiciali.*

APPELLATIO iudicialis dicitur propriè appellatio, & ſub nomine appellationis non venit niſi appellatio iudicialis. Abb. *in c. bonæ memoriæ, ſub n. 8. de appell.* Dec. *in cap. 5. cum ſit Romana, eodem tit. not. num 25.* ſubdens in materia odioſa non intelligi niſi appellationem iudicialem. Corn. *in l. 3. num. 5. C. de appellationib.* quem ſequitur Contard. *in l. vnica, limit. 25. ſub num. 4. C. ſi de moment. poſſeſſ.* vbi vult dict. legem tertiam, quæ diſponit nihil eſſe 14.

eſſe innouandam pendente appellatione, non loqui de extraiudiciali appellatione; nec nomine appellationis in reſcriptis contineri appellationem extraiudicialem. Contard. *d. limit. 25. num. 5. & 6.* Bero. *in conſ. 112. num. 5. lib. 3.*

Porrò appellatio extraiudicialis non eſt propriè appellatio, ſed impropriè, Abb. *in d. cap. cum ſit Romana, ſub n. 21.* Gomez *in reg. de trien. poſſeſſ. quaſt. 54. n. 3.* Brederod. *tract. de appellat. p. 1. tit. 9. col. 17. ſub littera A.* & eſt communis, quamuis extraiudicialis appellatio dicatur prouocatio, Contard. *d. limit. 25.* poſt Innoc. *in cap. 5. cum ſit Romana, n. 1. de appellationib.* & Abb. *ibi n. 21. in fine,* & rurſus *in d. cap. bona memoria, num. 5. & 8.*

15. Secundò differunt, quia appellatio iudicialis non fit niſi à iudice. Abbas *in d. cap. cum ſit Romana, num. 21. verſ. opp. & videtur de appellat.* Extraiudicialis autem fit aliquando à iudice extraiudicialiter procedente, Lancellot. *d. part. 2. cap. 12. de attentatis, & innouat. appellatione pendent. limit. 3. princip. num. 2.* Roginel. *tract. de appellat. §. 2. cap. 3. num. 14. verſ. interponitur.* Aliquando non appellatur à iudice, ſed à parte extra iudicium, Marant. *in ſuo ſpeculo part. 6. act. 2. principal. in verbo, & quandoque appellatur, num. 278. in fine, fol. 501.* & Franc. *in d. cap. ſi ſub num. 16. col. 5. verſ. in gloſſa, in fine.* Habet tamen hæc extraiudicialis appellatio extra iudicium interpoſita à grauamine illato à parte citationis vim, vt præcitati, quibus accedit Sigiſmund. *de appellationib. quaſt. 17. amplia 15. verſ. declar. num. 44.*

16. Tertiò differunt, quia extraiudicialis appellatio poteſt fieri non expreſſo nomine appellati, & valebit, vt arg. *l. ſcio, in princ. ff. de appellation.* dixit Rota apud Paulum Æmil. Verall. *in deciſ. 36. num. 1. part. 1.* quia non eſt propriè appellatio, ſed impropriè, vt volunt Innocent. *in cap. cum ſit Romana,* & Abbas *ſub num. 21. de appellat.* Gomez *in reg. de trienn. poſſeſſ. quaſt. 54. n. 3.* Brederod. *tract. de appellat. part. 1. tit. 9. col. 17 ſub littera A.* Contra verò iudicialis appellatio eſt propriè appellatio, vt ſcribit Contard. *in l. vnica, limit. 25. n. 2. in fine, C. de moment. poſſeſſ.* & Ferrar. *in tract. de appellat. cap. 3. n. 16. in fine,* ideo in materia odioſa, ſeu pœnali, nomine appellationis, venit duntaxat appellatio iudicialis, Abb. *in d. cap. ſi bona memoria, ſub num. 8. de appellat.* & Decius *in d. cap. cum ſit Romana, notab. 7. num. 25.* vbi volunt in odioſis non comprehendi appellationem extraiudicialem. Sequitur Corn. *in l. 3. num. 5. C. de appellat.* cui ſubſcribit Contard. *in l. vnica, limit. 25. ſub num. 4. C. ſi de moment. poſſeſſ.*

17. Quartò differunt, quia iudicialis appellatio interponitur à grauamine illato; appellatio autem extraiudicialis interponitur à grauamine non illato, ſed inferendo, & futuro. De iudiciali habes *in d. cap. bona memoria, de appellat.* & ibi Abb. *ſub num. 10. different. 9.* Franc. *ſub num. 16. verſ. primo in forma, de appellat.* Natta *conſ. 606. approbo, in fine, num. 14.* vbi addit appellationem iudicialem interponi à grauamine præſenti ſecundùm Franc. relatum *ſub num. 17. verſ. ſed concludeſic:* de appellatione extraiudiciali, quod debeat interponi à grauamine de futuro, & ab eo poſſit appellari, traditur à Clementina *ſicut, de appellat.* vbi gloſſa *in verbo, de futuro,* & habetur *in cap. concertationi, de appellat. in 6.* Felin. *in cap. ſignificauerunt, ſub num. 11. verſ. & non procedunt iſta, de teſtib.* Ratio ob quam in iudicialibus non admittitur appellatio à grauamine futuro, ſed in extraiudicialibus duntaxat, ea videtur, quia lex præſumit admodum de iudice, quòd non debeat admittere appellationem grauaminis nondum illati, quod poteſt contingere in extraiudicialibus. Gail *in partic. obſeruat. lib. 1. obſeruatio. 120. num. 1.* & Ioan. de Vanquel. *in d. clementina, ſicut, concluſ. 3. de appellat.*

Quintò differunt, quia extraiudicialis appellatio interponi poteſt adhuc cauſa non incepta, quæ potiùs ad inchoandum ſeruit, vt ſcribit Franc. *in d. cap. ſi bona memoriæ, & in cap. cum ſit Romana, de appellat.* Camill. Borrell. *d. tit. 33. de appell. n. 848.* 18.
Item excommunicatus non poteſt extraiudicialiter appellare, Abb. *in d. cap. bona memoria, lib. 10. different. 8.* & Dec. *ibi, n. 29. different. item 8.* quia appellatio extraiudicialis non habet vim defenſionis, ſed conuentionis, Abb. & Gail *ſupra.* Excommunicatus autem non poteſt agere, ſeu conuenire, Sigiſmund. *de appellat. q. 2. art. 4. n. 46. different. 11. & q. 5. art. 1. num. 6. verſ. confirmatur,* & diximus ſuprà in hac quæſtione *§. 1. num. 10. & 11.*

Sextò differunt, quòd in appellatione iudiciali requiritur petitio apoſtolorum. Abb. *in d. cap. bona memoria, num. 8. different. 4.* Franc. *in cap. 1. ſub num. 3. verſ. ſecundò debent, & in cap. 4. n. 2. not. 3. de appellat. in 6.* Et eſt communis concluſio. Debent autem apoſtoli peti, quia ſunt pars appellationis. Marant. *in ſuo ſpec. p. 6. act. 2. princip. in verbo, & quandoque appellatur, n. 417. in fine, fol. 517.* Caſſad. *deciſ. 8. appellauerat, num. 8. in fine, de appellat.* Lancellot. *tract. de attent. part. 2. cap. 12. limit. 50. princip. num. 202. tom. 5. fol. 381.* & latiùs *cap. 13. n. 19. fol. 385.* aut debent peti, quia ſecundùm Lancellot. *d. limit. 50. num. 202.* ſunt de ſubſtantia appellationis, vel pars illius, imò ibi idem copulatiuè putat quòd ſunt pars, & de ſubſtantia; quo etiam modo loquendi vtitur Rot. *deciſ. 50. alias 29 ſi appelletur, num. 3. de appellat. in nouis.* Vel ſunt de forma appellationis, teſte Speculat. & tit. *de Apoſt. in rubrica, ſequitur videre, ſub n. 12. verſ. in ſum. lib. 4. fol. 73.* Vnde ſequitur in appellatione iudiciali appellantem debere petere apoſtolos. Sed de his infrà *§. 5. per tot. à n. 58. vſque ad 76.* 19.

In appellatione autem extraiudiciali peti debent apoſtoli, ſi appelletur à iudice procedēte extraiudicialiter, quia extat iudex, qui apoſtolos poſſit concedere. Quod ſi appelletur à parte non eſt neceſſaria petitio apoſtolorum, quia non extat, qui apoſtolos dare poſſit. Non erit tamen ab re illos petere ſub cōditione, nempe ſi extet qui illos poſſit concedere. Marant. *in ſuo ſpec. p. 6. act. 2. princ. in verbo, & quandoque appellatur, in 3. q. princ. n. 227. fol. 490.* Natt. *conſ. 606. incipit, approbo, ſub num. 4.* Franc. *in cap. bona memoria, n. 18. in verſ. 6. requiritur. de appellationib.* & ſub hac cautela peti poſſunt ab aduerſario quando appellatur extra iudicium. Specul. *in tit. de Apoſt. in princ. ſub n. 11. verſ. hoc etiam lib. 4 fol. 73.* Quod etiam habet locum quando appellatur in abſentia iudicis coram perſonis honeſtis, in quo caſu apoſtoli teſtimoniales habent locum, & appellans poteſt illos ad cautelam petere ab eiſdem perſonis honeſtis, coram quibus appellat: notariúſque præſens debet fidem facere de diligentia appellantis, ac dare teſtimoniales apoſtolos, hoc eſt conficere publicum inſtrumentum de prædictis omnibus. Franc. *in c. vltimo, ſi inſtus. quaſt. 13. n. 35. de appellat.* Veſtrius *in praxi, lib. 7. cap. 3. ſub num. 32.* quibus accedit Luc. Pæt. *in pract. lib. 5. cap. 1. num. 25. verſ. coram iudice.*

Septimò differunt, quia appellatio iudicialis 20.

in vno articulo ſuſpendit iuriſdictionem in totum, & quoad totam cauſam, ideo attentata reuocantur; ſecus in appellatione extraiudiciali, cùm per eam non ſuſpendatur iuriſdictio iudicis: ac propterea non reuocatur, niſi id duntaxat, quod fit in grauamen appellationis, & contra appellationem. Franc. *in d. cap. bona memoria, num. 29. verſ. decimotertiò dubitatur, & num. 31. de appellat.* & dictum eſt ſuprà.

21. Octauò differunt, quòd appellatio iudicialis eſt licita de vtroque iure tã ciuili, quàm canonico, de quo nemo dubitat. At verò de appellatione extraiudiciali an ſit licita de iure ciuili, non caret controuerſia. Nam appellatio regulariter præmittitur à qualibet ſententia *lib. 1. ff. de appellat.* & ſcribunt Marant. *in ſuo ſpec. ſupra, in d. verbo, & quandoque appellatur, num. 278. fol. 501.* niſi reperiatur expreſsè prohibita. Franc. *in rubr. num. 18. verſ. tertiò præmitte, quod regulariter, de appellat.* Surdus *conſ. 163. arbitror. ſub n. 3. verſ. ſecundo fundatur, & num 4 lib. 2.* & Lancell. *tract. de attent. part. 2. cap. 12. amplia. 5. n 8. fol. 352. & p. 3. cap 30. n. 108. fol. 455.* Quod ampliatur in quolibet grauamine in actu iudiciali, & in extraiudiciali, Marans. *in d. verbo, & quandoque appellatur, num. 278.* tam in cauſis ſummariis, quam in non ſummariis; tam in criminalibus, quam in ciuilibus, Papienſ. *in pract. in form. appellat. à ſent. diffin. in gloſſ. coram vobis. num. 9. verſ. quæritur vltra. fol. 405.* & conſtat ex *l. 6. non tantum, ff. de appellat.* vbi de criminal. & Farinac. *in quæſt. crimin. quæſt. 101. num 1.*

Nihilominus quoad grauamen extraiudiciale de iure canonico, non eſt dubium, quod poſſit appellari, vt volunt Feder. Schen. *tract. de appell. ſub n. 1. tom. 5. fol. 55.* & Franc. *in rub. ſub n. 17. ibi, ſed de iure canonico. de appell.* Contra verò de iure ciuili non omnino conſtat, quòd poſſit appellari à grauamine extraiudiciali; quia ſi illa extraiudicialia fiant non per modum iuriſdictionis, neque auctoritate, vel vtilitate publica, non permittitur appellatio: at verò ſi fiant per modum iuriſdictionis, puta in officiis publicis auctoritate, & vtilitate, vel fiunt à pluribus, vt vniuerſis, appellatio extraiudicialis conceditur. Gregor. Toloſ. *tract. de appellat. lib. 1. c. 12. num. 1. & ſequent. fol. 92.* Conrard. *in l. vnica, limit. 25. num. 8. C. ſi de moment. poſſeſſ.* Vbi autem non eſt iuriſdictio, nec apparet ſententia diffinitiua, ſi aliquis actus perficiatur, non permittitur appellatio. Ita præallegati, quibus accedit Franc. *in d. cap. bonæ memoria, ſub n. 23. in fine, verſ. nono, an de iure ciuili.* vbi indiſtinctè tenet à grauamine extraiudiciali poſſe appellari, etiam de iure ciuili, neque hoc negat Conrard. *vbi proximè, num. 7. verſ. contraria tamen*; ſed eſt intelligendus quando extraiudicialia fiunt per modum iuriſdictionis: Secus vbi non eſt iuriſdictio, nec ſententia diffinitiua.

22. Nonò differunt, quia in appellatione extraiudiciali ſatis eſt, quòd detur cauſa veriſimilis, & probabilis, & quòd fundetur in cauſa, quæ tempore appellationis talis appareat. Franc. *in d. cap. bona memoria, ſub n. 17. verſ. ſed conclude,* Felin. *in c. 1. ſub n. 3. conſiderat. 2. de appell.* & Greg. Toloſ. *tract. de appell. lib. 1. c. 1. num. 8. different. 6.* Ratio, quia appellatio extraiudicialis permittitur à grauamine futuro, & nondum illato; igitur ſufficit quod nitatur cauſæ, quæ tempore appellationis ſit veriſimilis & probabilis. Longè aliter de appellatione iudiciali dici oportet, quod grauamen debeat procedere ex cauſa vera & legitima, vt appellatio habeat locum, cùm non interponatur à grauamine futuro, ſed à præterito. Abb. *in c. bona memoria, ſub n. 10. different. 9.* Franc. *ſub n. 16. verſ. 1. in forma de appellat.* aut à grauamine præſenti, idem Franc. *ſub n. 17. verſ. ſed conclude*; vbi addit requiri expreſſionem grauaminis de præſenti, & appellationem iudicialem debere eſſe ex vera & legitima cauſa. Hæc autem expreſſio cauſæ in appellatione operatur, vt faciliùs admittatur appellatio, & inhibeatur; & iudex *à quo* tenetur appellationi deferre, gloſſ. *in c. 3. Romana, §. ſi autem, in verſ. mandetur,* & Archidiac. *ſub n. 10. & 11. de appell. in 6.* Ang. Aret. *in l. vlt. §. iuſſu. ſub n. 20. ff. de appell. & relat.* Cardin. Alex. *in cap. cum ſpeciali, §. porrò, ſub n. 7. ibi, ſi verò pars appellat. & ſub n. 19. ibi, ſed vbi in appell. de appellat.* Sequitur Franc. *ibidem, ſub num. 5.*

Vltimò differunt iudicialis, & extraiudicialis appellatio, quod in appellatione iudiciali, ſola probationis oblatio reddit iuſtam appellationem, quamuis veritas grauaminis non oſtendatur. Franc. *in d. cap. bona memoria, n. 41. concl. 8. de appellat.* & Felin. *in c. 1. n. 2. ad finem, verſ. ſed quando appellatur à iudice. eod. tit.* Contra verò ſola oblatio probationis in appellatione extraiudiciali non iuſtificat appellationé, niſi probetur veritas grauaminis: ideo debet cauſa exprimi, & expreſſa verè probari, Felin. *vbi proxime, d. cap. 1. n. 2. verſ. dum dicit,* Abb. *in c. bona memoria, n 8 different. 3.* & Cardin. Alex. *ſub num. 54. different. 6. de appellat.* 23.

---

## §. III.

### *In quibus caſibus non gradatim, ſed omiſſo medio eſt appellandum?*

EPITOME.

24 *Appellatio regulariter fit gradatim de minori iudice ad maiorem.*

25 *Iudex* à quo *quando non miniſtrat iuſtitiam, eo omiſſo appellatur ad ſuperiorem.*

26 *Ad Summum Pontificem appellatur omiſſo medio, ſed remittitur cauſa ad iudicem medium.*

27 *Princeps ſæcularis appellationem ad ſe miſſam remittit ad iudicem competentem.*

28. & 29 *Omiſſo medio appellatur ad legatum de latere, & ad auditorem cameræ.*

30 *Scholares, & perſonæ miſerabiles poſſunt appellare omiſſo medio.*

31 *Appellatur ad ſuperiorem remittente iudice inferiore cauſam ad ſuperiorem.*

32 *Iudice inferiore abſente, vel longo impedimento detento appellatur ad ſuperiorem.*

33 *Appellatio ſimpliciter interpoſita intelligitur ad proximiorem ſuperiorem, non verò ad ſupremum.*

34 *Appellatio ad omnes ſuperiores, ſi plures ſunt iudices, non valet, niſi intra decendium declaretur ad quem iudicem.*

35 *Appellatio omiſſo medio interpoſita non valet parte opponente.*

36 *Appellans omiſſo medio poterit intra tempus deſiſtere ab appellatione, & rurſus appellare ad iudicem competentem.*

37. *Iudice* à quo *inhabili, ſeu hæretico, poteſt appellari omiſſo medio.*

38 *Appellans per errorem omiſſo medio non appellat inutiliter.*

39 *Remiſſio*

39 *Remiſſio appellationis à ſuperiori iudice ad inferiorem, cuius expenſis ſit facienda.*

40 *Ad Patriarcham, & ad Legatum Papalem appellatur omiſſo medio.*

41 *Ex cauſa inter Epiſcopum, & clericum ſi eligantur arbitri, appellatur ad Papam omiſſo medio, ſecus ſi appellentur extraiudicialiter.*

24. APPELLATIO quæ eſt prouocatio de minori iudice ad maiorem, fit regulariter gradatim, medio non omiſſo. Gloſſ. 1. *in cap. dilecti* 3. & *ibidem* Abbas *num.* 6. *de appellat. gloſſ.* 1. *in cap.* 1. *verſ. ad quem* 2. *quæſt.* 6. *leg. Imperatores, ff. de appellat. & relat.* Scaccia *in regul.* 23. *& conſ.* 39. *capite primò, num.* 22. *verſ. ſecundum, lib.* 4. Felin. *in cap.* 27. *ſuper quæſtionib. §. porrò, verſ. appellari, num.* 14. *de offi. & poteſt. iud. delegat.* Gail. *in pract. obſeruat. lib.* 1. *obſeruat.* 119. *num* 2. & Marant. *in ſuo ſpeculo, part.* 6. *act.* 2. *princip. in verbo, & quandoque appellatur, quæſt.* 5. *num.* 368. *fol.* 511. quod de iure ciuili ad vnguem ſeruari tradit Ang. Aret. *in d. leg. Imperatores,* & Nicel. *tract. de concord. gloſſ. concord* 6. *fol.* 39. *num.* 81. *tom.* 18. *fol.* 194. vnde ſecundum illos non poteſt appellari etiam ad Regem, vel ad Imperatorem omiſſo medio, ne iuriſdictiones confundantur, Gail. *ſuprà, num.* 2. Rolaod. *conſil.* 48. *magnificus, à num.* 29. *lib.* 2. ex lege *nemo,* & *ibi* Gloſſ. *in verbo, auxilium, Cod. de iuriſdict. omn. iudic.* ſequitur Guid. Pap. *deciſ* 436. *num.* 3. & Natt. *conſ.* 82. *in cauſa, num.* 4. *& conſ.* 271. *concurro, num.* 2. *& lib.* 2.

Dicitur autem gradatim appellari, quando appellatur ad ſuperiorem proximiorem iudici, qui ſententiam pronuntiauit, & qui eſt ſuperior iudicis *a quo*, quamuis hic ſuperior habeat adhuc maiorem, cui ſubeſt, Azor. *in ſumma, Cod. de appellat. num.* 16. *verſ. appellatio debet.* & Decius *in rubric. quæſt.* 5. *ſub num.* 44. *de appellat.* & in ſpecie Ioan. Ferr. *tract. de appellat. lib.* 2. *cap.* 5. *ſub num.* 138. *tom.* 5. *fol.* 69. Quæ reſolutio regulariter etiam procedit de iure canonico ſecundùm Canones, teſte Franc. *in cap.* 66. *dilecti* 3. *num.* 11. *verſ. in gloſſa, gloſſ.* 1. ibi *gradatim.* Ang. Aret. *in d. l. Imperatores, ſub num.* 1. Nec obſtat Nicel. *tract. de concord. gloſſ. concord.* 6. *fallent.* 39. *numero* 81. *tom* 18. *fol.* 194. dum ait de iure canonico poſſe appellari per ſaltum omiſſo medio, quia id intelligitur quando appellatur ad Papam; attamen ad Imperatorem non poteſt appellari de iure ciuili omiſſo medio. Pariſ. de Puteo *tract. de ſyndicat. rubric. de exceſſibus baron. erga ſubditos, in verbo, an baro. num.* 2. *& ſeq. tom.* 7. *fol.* 231. & Natt. *conſ.* 271. *concurro. in princip. & num.* 1. *lib.* 2. quatenus volunt non eſſe adeundum ſuperiorem omiſſo iudice inferiore, ſed gradatim per viam appellationis. Quin etiam ex Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 20. *cauſæ omnes*, debent omnes cauſæ in prima inſtantia coram ordinariis locorum incipere. De his tamen infrà latiùs.

25. Primus ergo caſus, in quo licet appellare omiſſo medio à iudice minori, eſt, quando iudex *à quo* non vult iuſtitiam reddere, vel eſt ſuſpectus, vel inhabilis, puta, quia eſt excommunicatus. Abbas *in cap. cum dilecti, verſ. nonus caſus. de appellat.* ſequitur Mynſinger. *in obſeruat.* 67. *centur.* 1. & Gail. *obſeruat. lib.* 1. *obſeruat.* 119. *num.* 2.

26. Secundus eſt, quando appellatur ad ſumm. Pontif. ad quem omiſſo medio licet appellare, *cap. ſi duobus cap. dilecti de appellat.* Mynſing. *obſeruat.* 4. *centur.* 2. & Ioan. Monach. *in defenſorio iudicis, titul.* 16. *ſub num.* 13. ſubdens ad ſupremum principem temporalem omiſſo medio iudice, appellari poſſe, qui tamen cauſam remittit ad iudicem medium, quod notat Nauarr. *lib.* 2. *conſ.* 3. *num.* 1. *de appellat.* Sed hoc de ſummo Pontifice, dubio omnino caret, vt vlt. à præcitatos docent Marant. *in ſuo ſpec. part.* 6. *act.* 2. *in d. verbo, & quandoque appellatur, num.* 369. *fol.* 511. & Rebuff. *tract. de priuileg. ſchol. priuileg.* 164. *numero* 3.

Tertius caſus, datur hoc modo in principe ſeculari, quando quis ad illum recurrit cum appellatione, omiſſo medio, tunc appellationem ad ſe miſſam, non expedit, ſed receptam remittit ad iudicem competentem, qui non poteſt de ea cognoſcere ob reuerentiam principis, niſi à principe fiat remiſſio. Ioan. de Anan. *in l. Imperatores, ff. de appellat. & relat.* Auilez *prætor. cap* 38. *num.* 2. Mynſing. *obſeruat.* 67. *centur.* 1. Gail. *dict. obſeruat.* 119. *ſub num.* 2. & Daniel venator *in analyſi iuris pontificij, lib.* 2. *titul.* 28. *§. qua materia*; conſonat Couarr. *practic. quæſtion. cap.* 4. *numero* 9. vbi de iure regio firmat appellari poſſe ad Regem, omiſſo medio per *l.* 18. *titul.* 23. *partit.* 3. 27.

Quartus caſus, de iure canonico ad legatum de latere, omiſſo medio, appellari poteſt, gloſſ. *in cap. Romana in princip. verbo, ad curiam, de appellat. in* 6. & notatur *in cap.* 1. *de officio Legati*, ſequitur Franc. *in dict. cap. dilecti, quæſtione* 8. *de appellation.* & Couarruuias *ſuprà, dict. numero* 9. 28.

Quintus caſus, in quo poteſt appellari, omiſſo medio, eſt ad Auditorem Cameræ ſicut ad Papam; quia iudex ordinarius appellationum ad ſanctam Sedem Apoſtolicam eſt Auditor Cameræ, cui ſummus Pontifex hanc prærogatiuam, ac iuriſdictionem conceſſit. Vnde ab iiſdem ſententiis à quibus poteſt appellari ad ſummum Pontificem omiſſo medio, ab eiſdem ad Auditorem Cameræ appellari poteſt; eo quia omnes appellationes, quæ interponuntur, ad Sedem Apoſtolicam ad Auditorem Cameræ deuoluuntur. Quo circa à ſententiis Vicariorum, Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum ad Auditorem Cameræ omiſſo medio poteſt appellari, vt conſtat ex facultatibus conceſſis à Gregorio XIV. Auditori Cameræ prout in eis legitur, *num.* 9. Quam praxim ſeruat idem tribunal Auditoris Cameræ in admittendis appellationibus de partibus omiſſis mediis, hoc eſt omiſſis iudicibus ſecundarum cauſarum, vt ſcribit Veſtrius *in praxi, lib.* 2. *cap.* 4. *ſub num.* 4. quem refert ac ſequitur Sigiſmund. Scaccia *lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 2. Sed ad ſummum Pontificem poteſt appellari ab omnibus, etiam omiſſis mediis; ergo ad Auditorem Cameræ, vt apertè liquet ex conceſſis à dicto Gregorio XIV. anno Domini 1590. pridie Idus Decembris, *n.* 9. *verſ. & quaſcumque.* 29.

Sextus caſus, ſcholares & perſonæ miſerabiles omiſſo medio appellare poſſunt, vt vult Petrus Rebuff. *de priuileg. ſcholar. priuileg.* 194. per authent. *habita, Cod. ne fil. pro patre.* Idem Rebuff. *in concord. Franc. tit. de friuol. appellation. § fin. ſub ſecunda regula, verſ. tertio fallit*, Ioan. de Fumo *in tract. de gabella, part.* 7. *quæſt.* 27. vbi de perſonis miſerabilibus, Sigiſmund. *de appellat.* 30.

*quæſt.7. numer.* 102. *&* 113. & Camill. Borrell. *tom.2. deciſ. tit.33. de appellat. num.48.*

31. Septimus caſus omiſſo medio poteſt appellari ad ſuperiorem, ſi iudex medius, requiſitus ſponte ſua ad ſuperiorem remittat appellationem. Sic Hieronym. Treutler *diſp. ſelectar. parte ſecunda, diſp.33. theſi* 9. Quod non puto tutum, nec facilè admittendum, quia poteſt reperiri colluſio inter iudicem medium, & appellatum, vt ex induſtria mittatur appellans ad iudicem ſuperiorem forsſan longè diſtantem, vt ſic ſumptibus, ac laboribus diu in itinere vexetur pars.

32. Octauus caſus. Quando ſuperior, ſeu iudex proximus eſt abſens, longóque impedimento detinetur, poteſt omiſſo medio appellare ad ſuperiorem. Marant. *in ſuo ſpec. part. 6. act.2. princip. in verbo, & quandóque appellatur, limit.10 n.379. fol.* 512. Secus ſi impedimentum breuiter eſſet duraturum; tunc debet expectari iudex, Franc. *in rubric. num.* 40. *verſ. quartò quæritur, de appellat.*

33. Sed quid dicendum ſi dicatur ſimpliciter, *appello*, & non exprimatur ad quem iudicem, numquid intelligitur appellatio interpoſita ad ſupremum iudicem omiſſo medio: Reſponde negantèr, quia intelligitur appellare ad competentem iudicem, ſeu ad proximum ſuperiorem. Baldus *in l.14. apertiſſimi, verſ. idem eſt cautum, ſub n.5. C de iudiciis*. Bartol. *in l.1.§ ſiquis in appellat. verſ. quæro quid, num* 8. *ff. de appellat. & relat.* Specul. *tit. de appellat. § nunc tractemus, num.*19. ibi: *ſed quid ſiquis, lib 2. fol.*189. Socin. *conſ.39 capio primum. num.22. lib.4.* Marant. *in ſuo ſpec. part.5. act.2 princip. in verbo, & quandoque appellatur, ſub num.*132. *fol.*4-5. vbi ait eſſe communem. & quamuis non declaret ad quem iudicem appellat, conſtat certum eſſe iudicem, nempe ſuperiorem proximum. Sic Alexand. *conſ.12. ſub num 13. lib.6.* Cenſetur enim fuiſſe appellatum in dubio ſecundum ius commune, & vt actus valeat, vt volunt Cardin. Alex *ſub num.* 21. & Franc vterque *in cap. dilecti.* Franc. tamen *quæſt.* 16. *ſub num.* 56. *de appellat.*

34. Nec obſtat, ſi dicas appellationem non valere quando appellatur ad omnes ſuperiores, vt notat Nicel. *tractat. de concord. concord 6. fallent.* 4n. *num.*81. *tom.* 18. *fol.*194. & Rebuff. *tract. de appellat. art. 5. gloſſa vna, num. 5. tom. 3. fol.*496. docens cauſam fieri deſertam appellante parte ad iudicem competentem, ſi fortè plures ſint iudices, & appellans intra decendium non declaret ad quem illorum appellauerit, quia reſpondetur hoc habere locum de iure canonico in quo poteſt appellari ad Papam, ad Legatum, & ad Patriarcham omiſſo medio: cùmque hæc appellatio ſimplex obnoxia maneat incertitudini, & iudex *ad quem* debeat eſſe certus, talis appellatio non tenebit, niſi appellans intra decendium declaret ad quem appellauerit, & fecerit certiorem appellatum de re. De iure tamen ciuili hoc non eſt neceſſe, quia de iure ciuili cenſetur appellatum non omiſſo medio ad proximum ſuperiorem, & ſuſtinetur appellatio. Ruginel. *tract. de appellat. §.2. cap.4. ſub num.35. verſ. tertiò*, dicens iſto caſu non eſſe neceſſariam declarationem. Idem dicendum quando eſt appellatum ad iudicem competentem Bartol. *l. 1. §. ſi quis in appellatione, num.* 8 *ff. de appellat. & relat.* quem ſequitur Papienſ. *in pract. in forma appel. à ſent. diff in gloſſ. 1. num.10. in fine, fol.*406. Intelligitur enim tunc de iure ciuili, vbi gradatim appellatur non omiſſo medio: ſecus de iure canonico, in quo iudices competentes poſſunt eſſe plures, ad quos poteſt appellari omiſſo medio. Atque ita de iure canonico remanet appellatio incerta, & ex conſequenti non valet, niſi infra decem dies declaret, quem elegerit ad proſequendum appellationem. Franc. & Cardin. Alex. *vbi ſupra in cap. dilecti*: hic *dicto num.* 25. *fallent.* 2. & ille *num.* 60. *de appellat.* vel quando appellans non recognoſcens niſi Papam in ſuperiorem, quia in iſto caſu valet appellatio, nec requiritur alia declaratio iudicis infra decendium. Lancellot. *de attentat. p. 2. cap. 12. limitat.* 50. *num.* 124. & Sigiſmund. *de appellat. quæſtion* 9. *num. 5. &* 9.

Quæri poteſt indiſtinctè, an appellatio omiſſo medio interpoſita ſuſtineatur? Reſponſio eſt negatiua, & acta ſunt nulla. Mynſing *in ſing. obſeruat. centur. 1. obſeru.67. licet, num.*10. vbi docet appellationem eſſe nullius momenti. Conſonat Luc. Pæt. *in pract. lib.5. cap.1 ſub num* 16. quod procedit etiamſi pars appellata non opponat: adhuc enim appellatio nihil valet ipſo iure, vt ex Archidiac. tradit Rot. *deciſ. 16. alias* 387. *ſub num.1. de offic. deleg in nouis*, & Bartol. *in d l.1. §. ſiquis in appellatione, ſub num.4. ff. de appellat.* Sed oppoſita ſententia eſt verior, quæ ait appellationem ſubſiſtere parte appellata non opponente, non obſtante omiſſo medio. ita gloſſ. *in dict cap. dilecti* 3. & ibi Abb. *num.7. verſ. excipitur primò, de appellat.* Rebuff. *tract. de appellat. art.2 gloſſa vna, n. 5. 6. & 12. tom. 3. fol.*487. Marant. *in ſuo ſpec. p.6. act.2. princip. in verbo, & quandoque appellatur. limit.4 n.* 373. dicentes eſſe validam appellationem omiſſo medio niſi excipiatur, Felin. *in cap.27. ſuper, quæſtionum, §. porrò, num. 14. fallent. 1. de offic. & poteſt. iud. deleg.* idem Franc. ſcribit *in rubric. ſub num.7. verſ. de accidentibus de appellationibus, & in d. cap 66 dilecti, ſub n.*13. *verſ. conclude ergo in fine, de appellat.* declarantes Abbatem, valere appellationem omiſſo medio ſecundùm ius canonicum, ſi non opponatur exceptio. 35.

Non tamen appellans ad ſuperiorem omiſſo medio ſcienter carebit remedio, quia quamuis appellatio ſit nulla, appellans tamen poterit deſiſtere ab ea, & rurſus appellare intra decendium ad iudicem proximiorem competentem, eo quòd appellatio nulla contraxit impedimentum ad iterum appellandum, *cap. non præſtat. de regul. iuris, in 6.* Ioan. Ferr. *tract de appellat. lib.2. cap.5. ſub. n.*139. *verſ. ſin autem, tom.5. fol.*69. Sigiſmund. *de appellat. q.8. num.* 83. Idem dicendum eſt quando ſuperior proximior mediatus eſſet inhabilis, tunc enim eo prætermiſſo licet appellare ad ſuperiorem; gloſſ. *in cap.10. ſi iu cm. de offic. & poteſt. iud. deleg in 6.* Socin. *regul.23. fall.15 num.*12. Mynſing. *in ſing. obſeru. centur. 1. obſeru.*67. Similiter quando iudex eſt hæreticus, tunc omiſſo medio appellatur ad ſuperiorem, Felin *cap.27. ſuper quæſtionum, § porrò, n.14. verſ. item fallitur generale, de offic. & poteſt. iud. deleg* Abb. *in d. c.66. dilecti. num.*15 *caſu nono de appellat.* & Bredor. *tract. de appellat. p.1. tit.*18 omiſſo medio, *in verbo, ſi medius inhabilis, col* 205. 36. 37.

Quid ſi appelletur omiſſo medio per errorem? Dic appellationem non eſſe inutilem, *l.1. § ſiquis in appellat.* & *ibi* Bartol. *n.1. & 5. ff. de appellat.* Azor. *in ſumm. C de appellat. n.*19 ibi, *quid autem.* Archid. *in cap 28 anteriorum, num* 19 2. *quæſt. ti.* 38.

Lac.

Luc. Pæt. *in pract. Capitol. lib. 5. cap. 1. num. 16. verſus finem*, eo quòd in hoc euentu cenſetur deuolui io effectu ad competentem iudicem cauſa: Abb. *in cap. dilecti 3. ſub num. 8.* & Franc. *ſub num. 13. verſ. conclude ergo*, ibi, *ſi verò appelletur. de appellat.* vnde debet remitti ad iudicem proximiorem, qui de appellat. cognoſcat: excuſat enim error. Franc *d. verſ. conclude ergo*: atque ita interpoſita ad ſuperiorem ignoranter omiſſo medio, non erit inutilis, dummodo illis ſuperior ſubalternatus ſit iudici *à quo*, vt vult Anchar. *in cap. Romana, ſub num. 6. verſ. quæro de quibuſdam, de appellat. in 6.*

39. Quibus tamen ſumptibus ſit facienda remiſſio, quando quis appellat ad ſuperiorem omiſſo medio, & ſuperior remittit cauſam ad iudicem competentem, quæri poteſt? In Gallia fit expenſis appellantis, niſi ſit appellatum ad Curiam à iudice non regio; tunc enim fit remiſſio ſine expenſis, Rebuff. *tract. de appellat. art. 2. gloſſ. vna, num. 2. & 3. fol. 487.* In vrbe tamen ſi remiſſio fiat ad inſtantiam appellati petentis remiſſionem, appellatus ſoluet expenſas, eo quòd in vrbe licitum eſt appellare omiſſo medio. Mihi tamen magis placet, quotieſcumque non poteſt appellari omiſſo medio, appellantem teneri ad expenſas remiſſionis, ſiue malitioſè appellauerit ad defatigandam partem, ſiue non. Rebuff. *tract. de appellat. art. 9. gloſſ. vnica, num 24 tom. 3. fol. 509*

40. Ambigi poteſt de Patriarchis. Reſponde ad eos poſſe appellari omiſſo medio. Quod docet de quolibet Patriarcha Felin. *in cap. 27. ſuper quæſtionum, §. porrò, ſub num 14. de offic. & poteſt. iudic. deleg.* Franc. *in cap. 7. ſi duobus, §. denique, not. 2. ſub num 8. & in cap. 66. dilecti 3, limitat. 9. num. 24. de appellat.* & Socio. *regul. 23. fallent. vltim.* Quod etiam habet locum in quolibet legato Papali, quia legatus gerit vices Papæ, & in ſua legatione concurrit cum quolibet ordinario, & ad illum appellatur, tanquam ad ordinarium, cùm habeatur pro iudice ſuperiore proximo Specul. *tit. de appellat. §. nunc tractemus, verſ. & numquid, n. 15. lib. 2. fol. 188* Marant. *in ſuo ſpec. part. 6. act. 2 princ. in verb. & quandoque appellatur, n. 371. fol. 512.* Gamb. *de auto. leg. delat. lib. 8. quæſt. 21. num 105. fol. 212.* & Gundiſſ. Villad *tract. de legat. quæſt 8. num. 32. fol. 263. tom. 13. part. 2. in tract. diuerſ.*

41. Quòd ſi contingat litigare Epiſcopum cum clerico ſibi ſubdito, & eligantur arbitri, à ſententia illorum interponitur appellatio ad Papam omiſſo medio. Marant. *vbi proximè, limit. 7. n. 376. fol. 512.* & Bredor. *tract. de appellat. p 1. tit. 18 in verbo ab arbitris, col. 202.* Hoc tamen non procedit in appellatione extraiudiciali interpoſita, ne ipſe appellans in iure ſuo perturbetur; ideo in hoc euentu poterit appellare Epiſcopus ad ſuum Metropolitanum extraiudicialiter, eo quòd appellare extraiudicialiter, idem eſt atque conuenire, Ideo poterit ipſum conuenire, ſeu appellare ad Metropolitanum, tanquam ad proprium iudicis appellantis, Abbas *in cap. 55. dilecti, not. 5. num. 78. de appellat.*

Pro reliquis caſibus in quibus datur appellatio omiſſo medio; conſule Camill. Borrel. *deciſ. tom. 2. titul 33. de appellat. à numer. 22. vſque ad num. 57.* vbi de hac materia plenè, & Maran. *p 6. in verbo, appellatio. per totum.* Suarez de Paz. *in praxi Eccleſ. tom. 1. part. 6, in proæmio, per totum.*

---

## §. IV.

### *Quæ ſint neceſſaria ad ſubſtantiam appellationis?*

EPITOME.

42. & 43 *Appellatio, vt valeat, quæ requirantur; primo, vt fiat in ſcriptis, quando eſt ſententia diffinitiua, vel ab interlocutoria habente vim diffinitiuæ, niſi fiat in continenti.*

44. & 45 *Sententia ab interlocutoria, quando permittitur appellare, melius eſt appellare in ſcriptis, niſi ſit contraria conſuetudo.*

46 *Iudex non dicitur diuertiſſe ad actus extraneos, quamdiu ſedet pro tribunali.*

47 *Appellatio debet continere nomen appellantis, & appellati, & continentiam cauſæ cum relatione iudicis à* quo, *&* ad quem.

48 *Condemnatus appellans exprimendo nomen vnius ex multis, dicitur appellare quoad nominatum.*

49 *Secus ſi ſit condemnatus pluribus, ex diuerſis tamen cauſis.*

50 *Appellatio vt valeat, requirit expreſſionem cauſæ grauaminis.*

51 *Niſi ſit appellatio à diffinitiua.*

52 *Exceptis tamen aliquibus caſibus, in quibus expreſſio requiritur.*

53 *Appellatio neceſſariò debet interponi intra decem dies, qui currunt de momento ad momentum.*

54 *Secus de iure Hiſpano.*

55 *Appellans extra tempus cenſetur tacitè renuntiare appellationi.*

56 *Appellatio poteſt interponi die feriato, vel de nocte, vel in extremo momento,*

57 *Appellatio in vrbe poteſt poni extra, ſeu vltra vltimum momentum, quod ſeruatur in cæteris curijs Eccleſiaſticis.*

Appellatio vt valeat regulariter debet fieri in ſcriptis à ſententia diffinitiua: Guid, Papæ *tract. de appellat. concl. 8. num. 6. tom. 5. fol 57.* Contard. *in l. vnica, limit. 28. num. 4. in fine, C. ſi de moment poſſeſſ* Nicel. *tract. de concord. gloſſ. concord. 6. fall. 69. n. 110 tom. 18. fol. 196.* Franc. *cap. 38. cum in Eccleſia, verſus finem, n. 12. de appellat.* & Ruginel. *tract. de appellat. in præfat num. 38. fol. 6.* & eſt communis de iure canonico, vt notat idem Franc. *in c. vt debitus, in 2. principal quæſt. 2. n. 11. verſ. ſecundò quæritur an ſit de appellationibus*, quod habetur *in l. 1. §. fin ff de appell. & relat.* Quod ſi aliter fiat quàm in ſcriptis, dicitur inualida, teſte Rebuff. *tract. de appellat. art. 5. gloſſ. vna, n 9.* quamuis *n. 8.* crediderit, ſed minùs bene, fieri deſertam, ſi non fiat in ſcriptis, quod etiam tenuit Guid. Pap. *tract. de appellat. q. 9. num. 17. tom. 5. fol. 58.* ſed melius dicitur appellatio à diffinitiua non valere ſine ſcriptis quamuis iudex appellationi deferat. Achilles de Graſſ *deciſ. 2 alias 228. Appellatio, de appellation. fol. 104.* Sed veriùs puto valere ſine ſcriptis interpoſitam; quatenus ex quo iudex detulit huic appellationi, deuoluitur cauſa ad ſuperiorem, quia delatio quamuis iniuſta abdicat iuriſdictionem à deferente, & ligat manus illius, ita Franc. *in cap. 8.* 42.

*cum appellationibus* , §. *ſi verò* , *notab.* 2. *num.* 1. *& in fine, ſub num.* 11. *de appellat. in* 6. *& in c.* 59. *vt debitus, num.* 28. *verſ. vltimò pone, de appellat.* quem referens ſequitur Contard. *in l. vnica. quaſtion* 1. *num.* 51. *&* 52. *Cod. ſi de moment. poſſeſſ.* & Scacc. *de appellat. quaſtion.* 17. *limitat.* 36. *numero* 4.

Idem dicendum eſt de appellatione ab interlocutoria, quod debeat fieri in ſcriptis appellatio, quando vim diffinitiuæ habet. Ratio, quia ſententia ipſa diffinitiua, vel quæ habet vim diffinitiuæ, debet proferri in ſcriptis: ergo & in ſcriptis debet ab ea appellari, ita Petr. de Bell. Pert. *in l.* 1. §. *libelli. ſub n.* 1. *ff. de appellat. & relat.* Item ſententia ha-
43. bens vim diffinitiuæ quoad omnia, ipſi diffinitiuæ æquipollet, & obtinet omnia priuilegia, & effectus diffinitiuæ, Franc. *in d. cap.* 59 *vt debitus, q.* 15. *ſub n.* 25. *de appellat.* & in ſpecie Gord. Papæ. *d. tract. de appellat. q.* 10. *ſub n.* 17. *fol.* 58. Sigiſmund. *lib.* 1. *de iud. cap.* 97. *ſub num.* 105. *verſ. ratio. & ſub num* 44. *verſ. cupio.*

Soarez tamen de Paz *in prax. in procem. ſexta partis*, 1. *tom.* ait aliquando poſſe viua voce verbaliter appellationem interponi, ſic ille ibi, *n.* 29. quando ſcilicet grauatus in continenti poſt ſententiæ prolationem viua voce appellat, & facit appellationem redigi apud acta à notario. Ex interuallo autem dicit *n.* 31. à quacumque ſententia appellandum eſſe in ſcriptis, non tamen viua voce, nec verbaliter, per *l. litigatorib.* & per *l.* 2. §. *fin ff. de appellat.* niſi cauſæ ſint ex breuioribus, à quibus ex Bald. *in l. maiorib. C. de appellat.* poteſt appellari verbaliter ex interuallo. Cauſæ autem breuiores referuntur in authent. *niſi breuiores*, iuncta gloſſa *C. de ſent. ex breui loco recitandis*, & iure Hiſpano quæ dicantur breuiores, tradit Perez *tit.* 1. *lib.* 3. *Ordinament. col.* 750. *cum ſeq.*

Nihilominus vt vult Iacob de Aren *in l. præſes, ſub n.* 1. *ff. de re iud.* non ſufficit appellare verbaliter dicendo, *appello.* & facere in continenti redigi appellationem in ſcriptis per actuarium. Quin etiam huiuſmodi appellatio non obeſt executioni faciendæ: ita Franc. *in d. c.* 59. *vt debitus in* 2. *princip. q.* 3. *n.* 12. *de appellat. & in cap.* 1. *ſub n.* 10. *verſ. ſecundò aduerte. de appellat. in* 6. quia aliud eſt, quòd appellatio in ſcriptis redigatur, & aliud eſt, quòd grauatus teneatur appellare in ſcriptis, & ſine ſcriptis nequeat, Ruginel. *d. tract. de appellat. in præfat. n.* 38. *&* 39. Atque ita etiam ab interlocutoria debet indiſtinctè appellari, ſiue in continenti, ſiue ex interuallo in ſcriptis, etiamſi iudex non ſedeat pro tribunali. Luc. Pæt. *in pract. Capitolin. lib.* 5 *cap.* 6. *num.* 2. *&* 3. Speculat. *tit. de appellat.* §. *qualiter autem, num.* 1. *in fine, lib.* 2. *fol.* 190 Franc. *in cap.* 1. *ſub num.* 5. *verſ. in gloſſa*, ibi *in ſcriptis, de appellat. in* 6.

Hoc tamen procedit de iure canonico, vt notat Bartol. *in l.* 4. *eius qui, ſub num.* 4. *verſ. primo quæro, ff. de appell. recip.* & Bald *in l* 6. *eos*, §. *ſin autem, ſub n.* 2. *verſ. nam de iure ciuili, C de appell.* Secus de iure ciuili, eo quòd quemadmodum non requiritur de hoc iure quòd ſententia profeRatur in ſcriptis, ſic etiam non requiritur ſcriptura quando appellatur ab interlocutoria, quia contrariorum eadem eſt diſciplina, gloſſa vnica *in fine, ff. de appellat.* & Bald. *ſuprà*, Franc. tamen opinatur ab interlocutoria etiam de iure ciuili appellandum eſſe in ſcriptis, ex Bartol. *vbi proximè* & ad illum ſe remittit *in cap.* 1. *ſub num.* 10. *verſ. & aduerte de appellat. in* 6.

Dicendum tamen eſt à ſententia interlocutoria, quando permittitur appellare, appellandum 44.
eſſe in ſcriptis, ſiue in continenti, ſiue ex interuallo appelletur, ex *cap.* 1. *de appellat. in* 6. Peruſ. *in d. cap. vt debitus, col.* 7. *verſ. ſecundò quæritur, de appellat.* & Bartol. *in l. eius, ff. de appellat. recipiend.* Alioquin nulla erit appellatio, niſi fiat in ſcriptis, vt *in cap. cordi nobis*, vbi gloſſ. *in verbo, interlocutoria.* & ibi Innoc. Geminian. & Franc *de appellat. in* 6. Roman. *conſ.* 41. *in præſenti conſultatione, n.* 2. vbi refert ex Accurſio *in l.* 2. *ff. de appellat. recip.* debere iuxta interpretes iuris ciuilis fieri appellationem ab interlocutoria viua voce, & hoc ſufficere in continenti: ſequitur Gord. Papæ *in deciſ.* 12. ſed oppoſitum eſt verius non ſolùm in continenti: ſed etiam ex interuallo debere fieri in ſcriptis, tam de iure ciuili, quàm canonico, vt notat Franc. *in d. cap. vt debitus, col.* 7 *verſ. ſecundò quæritur*, poſt Angel. *in l. à ſententia, ff. de appellat. & in conſ.* 217. *incipit, in cauſa, colum.* 2. *verſ. non obſtat.*

Quod ſequere, niſi conſuetudo ſit legitimè 45.
præſcripta, quæ poteſt introducere, vt appelletur voce viua ab interlocutoriis in continenti. Mynſinger *in obſeruat.* 66. *centur.* 1. *in Ordinat. Cameræ, part.* 2. *titul.* 29. § 3. vbi vult ab omnibus decretis interlocutoriis, in continenti poſſe appellari. Contra verò ab omnibus diffinitiuis ex interuallo, Camill. Borrell. *de appellat. tit.* 33. *num.* 809. Remota verò conſuetudine ab interlocutoria appellari debet indiſtinctè in ſcriptis, ſiue in continenti, ſiue ex interuallo. Longè aliter ſi caueatur ab aliquo ſtatuto, quod in appellationibus procedatur, non ſeruatis iuris ſolemnitatibus, tunc enim valebit appellatio etiam interlocutoria verbaliter interpoſita. Franc *in d. c. vt debitus, quæſt.* 7. *n.* 17. *&* 18. *de appellat.* & Luc. Pæt. *in pract. Capitol. lib.* 5. *cap.* 1 *num.* 8. licèt ſubdubius.

Porrò quando ſcriptura requiritur in appellationibus interponendis, ſufficit ſcriptura priuata facta coram duobus teſtibus, atque ita ſufficit, quod tradatur notario ſchedula, & quòd notarius legat illam in præſentia duorum teſtium coram iudice, Geminian. *in cap.* 1. *ſub num.* 16. *verſ. in ea.* gloſſ. ibi, *probari poſſit.* Franc. *ſub n.* 11. ibi, *de appellat. in* 6. Quod ſi ſchedula deperdatur, vel alio caſu pereat, probari poteſt per teſtes, quod fuerit appellatum in ſcriptis, & tradita ſchedula appellationis notario. Franc. *in d. cap. vt debitus*, *n.* 14. *de appellatio.*

Eſt autem ſecunda, & ex *l. à ſententia*, § *final. ff. de appellat* & ex *l. litigatoribus*, deducitur ſatis eſſe viua voce appellanti dicere coram iudice, qui profert ſententiam diffinitiuam in continenti, *appello*, vel *appello ad competentem iudicem*, dum ille ſedet pro tribunali, & antequam ad alios actus diuertat, ita vt in ſui præſentia faciat appellationem per notarium ſcribi Secus ſi ex interuallo poſt ſententiam pronuntiatam appellet. Tum per libellum in ſcriptis debet fieri appellatio. Bart. & Bald *in d. l. litigatoribus*, Corneus *conſ* 95. *viſo proceſſu, litera A, B, C, vol.* 4. Speculat. *in tit. de appell. at.* § *qualiter, n.* 1. & Petr. Iacob. *in pract. in tit. de Act. de conſtitut. num* 12. *verſ. appellatio viua voce.* Quod ſi non appelletur in continenti vocaliter, ſed ex interuallo, debet in ſcriptis produci libellus appellationis, nec ſatisfacit quòd in illo dicatur in ſcriptis appellari, quoniã debet fieri productio. & præſentatio dicti libelli, quæ per notarium ſcribatur. Franc. *in d. cap. vt debitus, col.*

verſ.

*verſ.Tertio quaritur,de appellat.* Suar. *in theſaur. receptar.ſententiar.§.appellatio,num.*204. Myſing. *in obſeruat.*12.*centur.*2.*& in obſeruat.*44.*centur.*4.*& in obſeruat.*15.*in principio, & in fine, centur.*3. & Paul.Æmil. Verall.*in deciſ.*36.*num.*3.*p.*1. Quod ſi appellans cùm debuiſſet appellare in ſcriptis appellet viua voce,ſubdatque,*ſaluo iure appellandi in ſcriptis*, poterit poſtea in ſcriptis appellare. Sic Ioan.Baptiſt.Coſta *de factis ſcient.& ignor.diſtinct.*36. *num.*8. *centur.*2. Guid. Papæ *deciſ.*436. *num.*91. Decius *in cap.directa,*& *ibi* Cardinal. *de appellat.* quibus accedit Menoch.*conſ.*38.*num.*28. *volum.*1.

46. Quando autem dicitur,quòd poſſit fieri appellatio viua voce,antequam iudex diuertat ad actus extraneos, vt cenſeatur fieri in continenti, tradit Robert. *in ſuo ſpeculo ordinis iudiciarij,p.*6.*act.*2. *de appellat.num.*104. Non dicitur autem ad actus extraneos diuertiſſe, ſi ad alios actus dum ſedet pro tribunali aliarum cauſarum expediendos diuertat. Quia ſunt actus iudiciarij,& quamuis plures cauſas expediat, & plures partes audiat, non ideò cenſetur diuertiſſe, niſi quando ad actus non concernentes ſui officij adminiſtrationem conſultò diuertit,aut è domo iuſtitiæ adminiſtrationi deputata exit, Marant. *vbi ſupra*,& Lanfranc. de Orian. *in repetit,cap.quoniam contra,in verbo,interlocutiones,& appellat.de probat.*Speculat.*tit.de appellat.§.qualiter autem, ſub num.*1.*verſ.per quæ iura,lib.*2.*fol.*190.vbi addit appellationem fieri in continenti,ſi appelletur dum iudex ſedet pro tribunali. Sequitur Franc. *in d.cap.vt debitus,n.*15. Luc. Pæt. *in d.lib.*5. *in tract. cap.*1.*num.*7. *verſ.in continenti*, quamuis per horam ſedeat pro tribunali poſt latam ſententiam : ſecus ſi inde exeat ad prandium , vel ad alios actus diuerſos , atque ita conclude dici in continenti interponi appellationem,quandiu iudex ſedet pro tribunali.Sigiſm.*de appellat.quæſt.*4 *art.*1.*num.*16. *verſ.Sed quidquid ſenſeat Petr.* vbi refutat Petr.de Bellap. dicentem *in l.*1 *§.libelli, num.*3.*ff. de appellat.* ſufficere appellare illo die,vt dicatur appellatio in continenti interpoſita, & poſſe fieri viua voce,quod intellige in ſententia diffinitiua , non autem in interlocutoria, à qua ſi appelletur ex interuallo,aut in continenti ſemper appellatio interponi debet in ſcriptis, vt dictum eſt,ſiue iudex ſedeat pro tribunali, ſiue non. Speculat.*d.lib.*2.*§.qualiter,fol.*190. Luc. Pæt. *lib.*5. *cap.*6.*num.*2. *&* 3. niſi præualeat conſuetudo.

47. Inſuper appellatio debet continere nomen appellantis,& appellati, & continentiam ſententiæ, à qua appellatur cum relatione iudicis *à quo* , & iudicis *ad quem*, vt habetur *in l.*1.& *ibi* Bartol. *§. final.ff.de appellat.*Atque ita libellus appellationis debet hæc omnia regulariter continere , nomen videlicet appellantis,& appellati,& à qua ſententia. Camill. *d.tit.*33.*num.*833.ſubdens appellationem extraiudicialem eſſe validam, licèt non contineat expreſsè nomen appellati, argumento leg. *ſcio,in princip.ff.de appellat.*quod etiam vult Rota apud Paulum Æmilium Verall.*in deciſ.*36.*num.*1, *p.*1. Sed oppoſitum eſt verius , ſcilicet eſſe nominandũ,qui appellet,&aduerſus quem & à qua ſententia. Aliter enim non formabitur libellus. Non requiritur tamen , quòd appellatio fiat expreſſo nomine proprio iudicis *ad quem* , ſed ſati eſt, ſi dicatur, *appello ad iudicem competentem*,per text. *in l.qui Romæ, §.Seia, ff. de verbor. obligat.* Quod procedit tam de iure ciuili,quàm de iure canonico.Alexand. *in d.§.Seia,*Decius *in cap.inter cætera,num.*4.*de appell.* & Peruſ. *in cap.dilecti,*2.*q.*17. *eodem tit.*

Confirmatur,quia appellatio generalis,& contra incertam perſonam reuocat attentata. Franc. *in cap. Bonæ, ſub num.*42. *de appellat.* & ſimiliter excommunicatio generalis , etiam contra perſonam incertam ligat, & habet vim, vt eſt communis practica.Ergo valet appellatio abſque expreſſione nominis appellati , teſte Lancellor. *d. ampliat.*18. vbi vult *num.*4. non minùs valere appellationem cum falſa expreſſione nominis appellati,quàm ſi verum nomen ſit expreſſum , dummodo per coniecturas conſtet aliquo modo de corpore;ſed quando non exprimitur nomen appellati, manifeſtè apparet appellantem per appellationem confugere ad ſuperiorem , vt ſibi ſubueniat contra ſententiam latam in fauorem appellati;ergo tacito nomine appellati , non minus valet appellatio , quàm ſi verum nomen exprimatur ; ob quas rationes hæc opinio placet ſupradictis , nec mihi diſplicet.

Excipe , ſecundùm hanc contrariam ſententiam,caſum,in quo quis condemnetur in fauorem aliquorum ob diuerſas cauſas : condemnatus autem in ea ſententia,appellando ab illa vnius dumtaxat nomen ex omnibus aduerſariis,ſi interpoſita appellatione expreſsè tacitis aliorum nominibus ; cenſetur appellaſſe quoad nominatum, non verò quoad alios , quorum nomina fuerunt ſuppreſſa ; imò quoad illos non nominatos , talis appellatio non impedit , quominus ad eius inſtantiam citra vitium attentati poſſit fieri executio,eo quòd appellatio eſt in vna cauſa,at verò executio eſt in alia. Lancellot.*de attentat.p* 2.*cap.*12. *limitat.*2. *num.*23. *&* 24. & Roginell. *tract. de appellat.§.*2.*cap* 4.*ſub num.*21.ibi:*Si verò appellans fuit condemnatus.* 48.

Contra verò dici debet,ſi condemnatus appellaret à ſententia,in qua condẽnatus fuit pluribus, ex diuerſis tamen cauſis; quia in hoc euentu appellatio habet vim quoad omnes,& omnibus proderit.Pariſ.*conſ.*66.*num.*9.*lib.*1.Secus tamen erit,ſi condemnaretur pluribus ex eadem cauſa,quia ſufficit expreſſio nominis vnius , vt conſtat ex *l.ſcio quaſitum,ff.de appellat.& relat.*Bero.*conſ.*113.*viſa ſententia, num.*5. *lib.*3. vbi vult prodeſſe appellationem appellanti quoad omnes contrarios,quando expreſſa ſunt in appellatione nomina aliquorum, etiamſi aliorum tacita fuerint, eo quod nomen appellati non requiritur ad validitatem appellationis. Quæ interpretatio amplectenda eſt, tanquam benignior,cùm in dubio præſumendum ſit pro appellatione. Angel.Aret. *in d.l.ſcio,§.ſed illud, ſub num.*3.*ff.de appellat.& relat.* quia quando plures ſunt condemnati,& vnus appellat,conſideratur vnitas ſententiæ. Quod ſi vnica ſententia iudicetur , quamuis ex diuerſis cauſis , ſatis eſt exprimere nomen vnius ex victoribus,quibus eſt condemnatus,vt dicatur vnica ſententia condemnatus. Angel. *in d l.ſcio, §. ſed illud, num.*1. vt ſic non præiudicet ſibi quoad eos , quorum nomina non expreſſit , quia videtur expreſſiſſe nomen vnius ad declarandum potius , quod appellauerit, quàm ad ſe reſtringendum. 49.

Requiritur item ad validitatem , quòd exprimatur cauſa grauaminis in appellatione ab interlocutoria mera prorſus,vt notat Abb. *in cap. cum Eccleſia,ſub num.*6 *de appellat.* Luc.Pæt.*in pract. Capit.lib.*5.*cap.*6.*n.*3.*&* 4.Speculat.*tit.de appell.§. qualiter* 50.

*qualiter autem, ſub num. 2. verſ. Hæc eſt vna differentia, lib. 2. fol.* 190. & Franc. *in d. cap. cum Eccleſia, num. 4 in gloſſ. in verbo, iuſta.* Vnde non licet appellare ab interlocutoria, ſine cauſa expreſſa nominatim, & in ſpecie, nec ſufficit in genere exprimere, vt vult Marant. *ſupra, p. 6. actu 2. princip. in verbo, & quandoque appellatur, num. 155. fol.* 408. & Speculat. *de appellat. §. in quibus, ſub n. 27. verſ. Porrò cum appellatur, in fin. lib. 2. fol.* 186. alioquin erit nulla. Franc. *in d. cap. vt debitus, num. 1. verſ. Tene menti. de appellat.* Ideò oportet, vt exprimatur cauſa grauaminis in ſpecie, nec ſatis eſt dicere, appello ab iniuſta interlocutoria, quia ſentio me grauatum, niſi exprimatur cauſa in particulari, vel, grauamen. Franc. *d. quæſt. 8. ſub num. 17. in d. cap. vt debitus*, nec ſatisfacit appellans ſi dicat, appello ab iniquitate ſententiæ interlocutoriæ, & loco cauſarum aſſigno omnes cauſas, quæ ex actis apparent. Ita Franc. *in cap. 18. conſuluit, el 2. ſub num 3. de appellat.* Luc. Pæt. *in pract. Capitol. cap. 6. num. 4. lib. 5.* Marant. *ſupra, p. 6. actu 2. princip. in verbo, & quandoque appellatur, num. 153.* Sufficiat tamen, ſi appellans dicat pro cauſæ expreſſione ſe remitti ad certam, & determinatam partem actorum, in quibus diceretur è grauamine apparere, in quo euentu cauſa grauaminis poteſt dici in ſpecie expreſſa ſufficienter. Franc. *in d. cap. vt debitus, quæſt. 12 num. 23. ad finem, de appell.* Luc. Pæt. *vbi ſupra, d. lib. 5. cap. 6.*

Mihi tamen videtur ſufficere eam expreſſionem cauſæ, quæ ex tenore ipſius ſententiæ conſtat; verbi gratia, ſi in ſententia exprimatur cauſa iniuſta, & grauamen iniquum. Tunc enim, cum grauamen appareat, etiamſi nominatim illius cauſa non exprimatur valet appellatio, quoniam notorietas releuat appellantem ab onere exprimendi cauſam. Ita Lancellot. *ne attentat. p. 2. cap. 12. limit. 53. num 40. & 41.* Id tamen non procedet, ſi poſt interpoſitam appellationem ad tres, vel quatuor dies, antequam elabatur tempus appellandi, exprimatur cauſa in ſpecie; in hoc enim caſu, quamuis cauſa grauaminis non fuerit expreſſa in appellatione, valet tamen appellatio, ſicut ſi à principio in appellatione nominatim exprimeretur; nec etiam procedit in interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuæ, quoniam de ea iudicatur, ſicut de diffinitiua. Franc. *in d. cap. vt debitus, q. 15. num. 26. & in cap. 1. ſub num. 8. verſ. Sextò limita. de appellat. in 6.* Angel. Aret. *in l. 1. §. vltim. verſ. Vnum tamen nota perpetuo, num. 10 ff. de appellat.* qui loquuntur de eo, qui expreſſit cauſam in appellatione, antequam tempus appellandi finiretur. Non habere autem locum in interlocutoria habenti vim diffinitiuæ, idem Franc. in ſpecie *in capit. 1. num 7. verſ. Limita tamen de appellat. in 6.* qui *in d. cap. debitus, quæſt. 17. & 18.* addit etiam hanc doctrinam non habere locum in cauſis, in quibus poteſt procedi ſummariè, eo quòd in cauſis ſummariis appellatio ab interlocutoria mera valet, etiamſi non exprimatur cauſa grauaminis; ſequitur Foller. *in addition. ad Marant p. 6. act. 2. in verbo, & quandoque appellatur, ſub num. 154. fol.* 480.

51. Sed quid de appellatione à diffinitiua nunquid requiritur, vt valeat expreſſio grauaminis? Placet negare, quia non eſt de ſubſtantia appellationis. Ideò ſi omittatur, valet appellatio. Archidiac. *in cap. Romana, ſub num 10. & 11. de appellat. in 6.* Speculat. *eodem tit. §. in quibus, ſub num. 28. ad finem, lib. 2. fol. 186. & §. qualiter autem, num. 2. verſ. Hæc eſt vna differentia, lib. etiam 2. fol.* 190. Franc. *in cap 38. cum Eccleſia, num. 4. verſ. in gloſſ. in verbo, iuſta, de appellat.* Quamobrem ſi grauatus dicat, *appello*, etiamſi non exprimat cauſam rationabilem, neque in ſpecie, neque in genere, appellatio valet, ſufficitque ſi in genere dicat ſe eſſe grauatum, Marant. *in ſpecul. p 6. actu 2. principal. in verb. & quandoque appellatur, num. 153. fol.* 480. Ex eo, quia expreſſio cauſæ non eſt de forma appellationis à diffinitiua. Contard. *in leg. vnica, in ampliatio. numero 106. C. ſi de moment. poſſeſſ.*

Extende, vt dixi *numero præcedenti*, ad appellationem ab interlocutoria non mera, ſed quæ habet vim diffinitiuæ, quia hæc regulatur ſecundùm naturam ſententiæ diffinitiuæ; & ideò expreſſio cauſæ regulariter non eſt neceſſaria. Franc. *in cap. peruenit, 2. num. 8. & in cap. vt debitus, q. 14. num. 20. de appellat.* Quod procedit tam de iure ciuili, quàm canonico. Contard. *in l. vnica, limit. 3. ſub num. 34. verſ. Declara, ibi, ſi igitur, C. ſi de moment. poſſeſſ.* Vnde ſi fortè exprimas cauſam in appellatione à diffinitiua, vel, ab interlocutoria habente vim diffinitiuæ, & cauſa expreſſa fuerit friuola, appellatio vitiabitur. Geminian. *in cap. 1. §. his quæ, in fin.* & Franc. *in §. poſt hæc in fin. num. 10. de appellat. in 6.*

In aliquibus tamen caſibus appellatio à diffinitiua vitiabitur, niſi expreſſio cauſæ grauaminis exprimatur, puta, ſi ſententia diffinitiua lata ſit ſuper cauſa poſſeſſionis momentaneæ, quia in hoc caſu expreſſio cauſæ requiritur. Nam tunc etiam ſi dicatur ſententia diffinitiua lata ſuper momentanea poſſeſſione, ſecundùm Sigiſmund. Scacciam, *de appellat. quæſt. 17. limit. 6. princip. membr. 3. n. 5.* habet tamen hæc diffinitiua formam, ac naturam interlocutoriam in eo, quòd appellatio in ea recipitur, ſi habeat iuſtam cauſam incertam; ideò ſine expreſſione iuſtæ cauſæ de iure ciuili interpoſita à ſententia lata ſuper poſſeſſione momentanea, erit nulla. Franc. *in d. cap. vt debitus, ſub numero 1. de appellat.* & Marant. *d. p. 6. act. 2. principal. in verbo, & quandoque appellatur, ſub n. 153.* Sigiſmund. *de appellat. quæſt. 4. num. 30. & q. 11. num.* 86. Item neceſſaria eſt in appellatione à diffinitiua expreſſio cauſæ, quando fit ab executione, ſimiliter in appellatione à correctione; necnon in appellatione à ſententia lata in cauſa commiſſa, remota appellatione; denique in appellatione interpoſita à ſententia diffinitiua per tertium ratione ſui intereſſe; tunc enim hic tertius non auditur, niſi exprimatur cauſa rationabilis ex qua appareat poſtulare iuſtum intereſſe. Sigiſmund. *quæſt. 4. art. 4. num. 29.* 52.

Sed quid dicendum de appellatione prohibita à iure, vel à Principe in aliquo caſu? Reſponde in appellatione tam à diffinitiua, quàm ab interlocutoria continente vim diffinitiuæ exprimendam eſſe cauſam grauaminis. Decius *in cap. noſtram, num. 13. de appellat.* gloſſ. *in cap. Romana, in verbo, mandatur, de appellat. in 6.* Eodem modo ſpecificè, & nominatim cauſa grauaminis eſt exprimenda, quando appellatur à ſententia interlocutoria, quæ continet grauamen irreparabile, ſic Bald. *in l. minoribus, num. 5. C. de his, quibus vt indign.* & habetur in ſpecie *in clement. appellanti. de appellatio. & in cap. 1. eodem tit. in 6.*

Requiritur etiam, quòd appellatio interponatur tam à ſententia interlocutoria, quàm à diffinitiua intra decem dies, *cap. anteriorum, 2. quæſt. 6.* 53.

cap.

cap.Romana,§.ſi verò de appellationibus,Menoch. lib.2. de præſumpt.quæſt.95.num.1. & ſequentibus. Cenſeturque tempus appellandi intra decem dies quodammodo de ſubſtantia ipſius appellationis, propter quod probari debet ab eo,qui appellaſſe ſic affirmat. Innuitur. in cap.qualiter. de accuſat. Atque ita cùm appellare intra decendium ſit quædam ſolemnitas extrinſeca, quæ non præſumitur, eſt id probandum, l.quæcumque.in fin.ff.de publica in rem.action. Conſonat lex Luſitana lib.3.tit.70. in princip.per text.ibi, A te des dias primeiros ſeguintes,Cardoſ.in prax.verb.appellatio,num.3.vbi num.4. addit terminum ad appellandum præfixum de conſenſu partium prorogari non poſſe,vt eſt gloſſa ordinaria in Authent.offeratur. verb.viginti ad finem, C. de litis conteſtat. Gloſſ. magna verb.tempus,in cap.cum ſit Romana,de appellat.& alij, quos referens ſequitur Barboſa Vimaranenſ. in remiſſ.ad leg.Regiam, lib.3. tit. 70. in principio, num.10.& 12.

Porrò hi decem dies debent currere de momento ad momentum à publicatione ſententiæ, ex leg.noſtra dicto tit.70. & ibi Barboſ. in princip. num.16. ibi, Contados da hora em que a ſentença foi publicada,ex gloſſ.in cap.anteriorum,verb.dierum,2.quæſt.6. Authent. hodie,C.de appellat. Menoch.lib.2.de præſumpt.quæſt.95.num.6. Suarez de Paz in d.proœmio ſextæ partis primi tomi, num.14. vbi tradit,id ſeruari in foro Eccleſiaſtico,ac de iure Luſitano. Secus de iure Caſtellæ nouiſſimo,ſecundùm quod intra quinque dies numeratos à die intimationis ſententiæ, appellatio interponi debet,ſiue illa ſit iudicialis,ſiue extraiudicialis,text. in l.2.tit.18.lib.4.nou.recopil. Quod etiam expreſsè reſoluit Didacus Perez in leg.1. titul.16. lib.3. ordinam.

54. Cæterum quinquendium apud Hiſpanos, & decendium apud reliquos non currit pendente cauſa ſuper nullitate ſententiæ, quando ſcilicet nullitas principaliter deducitur.Suarez de Paz ſupra,p.1.tom.1. temp.12. num.9. Caldas Pereira de renouat.quæſt.7.num.14. per text.in l.contra maiores, C. de offic.teſtam. vbi Cynus, Alberic.& Caſtrenſ. decidunt pendente quæſtione nullitatis ſententiæ, non currere tempus appellandi, quod etiam docuerunt Cynus,Bartol. Alberic. & alij in l.quandiu,C.qui admitti,& Bald.in l.qui teſtamento,per text.ibi,ff.de excuſat.tutor.& Barboſa ſuprà, num.14.vbi num.18. ex leg. noſtra citat.ait decendium currere à tempore ſcientiæ ad appellandum, ibi: Contarſe haon os de dias do tempo que cada hum delles for ſabedor. per gloſſ. verb. ſciuerit, in cap. concertatione. de appellat. lib. 6. Maſcard, de probat.concl.1200.num.6.gloſſ.in d. Authent.hodie, in verbo,à ſententia.Tancredus in compendioſa,tit. de quæſtio.circa appellationem,quæſt.3.num.2 & 3. Franc. in cap. bonæ memoriæ,col.6. verſ.octauò, de appellat. & alij, quibus accedit Camill. Bottell.2. p.ſummæ,tit.33.de appellat.num.875.

Quamobrem, tempus ad appellandum datum, nempe decendium, non currit, niſi à tempore ſcientiæ, puta,ſi abſens eſt condemnatus,& poſtea ſciuit ſententiam latam eſſe; tunc ab eo die, ſeu ab eo articulo temporis currit decendium, Felin. in cap.quoad conſultationem.de ſentent.& re iudicat. & Gail. practicar.obſeruat.lib.1.obſeruat.139. num.7. dicentes requiri quòd appellans ſciat ſententiam pronunciatam, & contra ſeipſum prolatam, & ab hoc articulo incipere tempus currere. Quod tempus de iure communi debet eſſe continuum, ita vt in illo includantur ſolemnes feriæ, l.1.C.de feriis,l.ſiue pars,6.feria,C.de dilationibus. Franciſc.Viuius in deciſ.276.num.1. Gail. d.obſeruat.139.num.5. quare elapſo decendio,non interpoſita appellatione,ſententia tranſit in rem iudicatam ex vi Authent.hodie,C.de appellat.Marant. ſuprà,p.6.act.1.num.94. verſ. venio ad tertiam, in antiqua editione, & Cæſar.Barzius in deciſ.Bononienſ.45.num. 8. quod intellige ipſo iure, etiam non ſecuta aliqua iudicis declaratione ſuper re iudicata,& deſertione, Sigiſmund. de appellat.q.12. num.143. Dicitur enim condemnatus non appellans intra legitima tempora tacitè renunciare facultati appellandi,Lancellot.de attentat.p.2.c.12. de attentat. & in non,appellat. pendent.ampliat.2. principio, num.16.tom.5.fol.352. & dicitur confirmata ſententia, Papienſ. in pract.in form.appell. à ſent. diffinit. in gloſſ. coram vobis, ſub num.3.verſ. Quæritur quot modis, fol.404 Atque ita ſententia tranſit in rem iudicatam, vt in cap.15. quoad conſultationem, & ibi communiter ſcribentes,de ſentent. & re iudic. Sequitur Marant. in ſuo ſpeculo, p.6.act.2.principal.in verb. & quandoque appellatur,num.214.in fin.fol.488. 55.

Nec omittas quæſo quod tradunt Roginel. tract.de appellat.§.2.cap.4.num.14.& ſeq. & Gail. in pract.obſeruat.lib.1.obſeruat.139.ſub num 5.dum aiunt in ipſa appellatione notandum eſſe diem in quo interponitur appellatio,& in quo datur ſchedula; vt ex hoc cognoſcatur an infra legitimum tempus fuerit appellatum Nec erit ab re ſi notetur hora diei, in qua fuit interpoſita appellatio, quia primus dies appellationis non numeratur totus,ſed momentum,hora,& articulus illius diei, à quo incepit currere tempus decendij,vt hoc modo deprehendatur,an decem dies effluxerint.Cardin.Alex.in cap.perſonas.num.2.in fine,de appellat. Felin. in d.cap.quoad conſultationem,concl.4.n.26. de ſent.& re iudic.& Roginel.d.n.14.& 15. quod maximè requiritur quando appellatur in die vltima,vt ſeruatur de iure communi,teſte Card.Alex. vbi proximè.

Inſuper imminenti lapſu decem dierum ad appellandum, ne corruat appellatio,interponi poteſt in die feriato etiam, gloſſ. in l.1.§. dies autem, in verb.copiam,ff.quand. appell.ſit. Papienſ. in pract. in form. appell. à ſentent.diffinit.in gloſſ.coram vobis,num.6 fol.404.quamuis ſit dies feriatus in honorem Dei.Franc.in cap.vltim.ſi iuſtus,quæſt.8 ſub num. 29. de appellat. Quin etiam, vt oſtendatur neceſſitas interponendi appellationem intra decendium,poteſt interponi de nocte. Idem Franc. vbi proximè,& in cap.vltim.cit.eodem num.29.Iaſon in l.more Romano, num.13.verſ.vltimò adde, ff.de feriis, Sigiſmund. lib.de iud.cap.3.num.329. verſ.Comprobatur octauò. Ex eo fundamento;quia tempus hoc ad appellandum currit de momento ad momentum,& ſatis eſt quòd interponatur appellatio antequam elabatur vltimus articulus temporis. Ideò ne pereat appellatio,poteſt interponi in extremo momento temporis, ſiue de die, ſiue de nocte,ſiue in tempore iuridico, ſiue in feriato. Accedit,quia appellatio eſt actus extraiudicialis,vt notat Franc. in d.cap.vltim ſi iuſtus, quæſtion.8.ſub num. citato 29. Ergo imminenti periculo poteſt exerceri tam de nocte, quàm in tempore feriato, nec attendi debet qualitas temporis in appellatione. 56.

Hic tamen rigor non attenditur in Vrbe propter conſtitutionem Innocentij VIII.datam Romæ apud 57.

apud Sanctum Petrum, anno Domini 1487. Idib. Ianuarij, vbi ſufficit appellare in vltima die decendij, etiam poſtquam vltimum momentum fuerit elapſum, ſufficitque appellare per totum ipſum diem decimum. Ita Menoch. *de praſumpt. lib. 2. quaſt. 95. num. 6.* Anton. Bard. *in tract. de temp. vtil. & cont. num. 1. verſ. Hoc tamen tempus, tom. 5. folio* 217. Octauian. Veſtrius *in praxi iudicior. lib. 7. cap. 3. verſ. verum, & ſi, num. 26.* qui omnes teſtantur de ſtylo Palatij, & de praxi eiuſdem Bullæ Innocentij. Quæ conſtitutio, teſte Menoch. non eſt localis; ideò non ſolùm debet obſeruari in curia Romana, ſed etiam in cæteris curiis Eccleſiaſticis, in quibus virtute huius Bullæ Innocentianæ poſſunt recipi appellationes interpoſitæ poſt momentum temporis, aut per totum ipſum diem decimum. Secundùm quam reſolutionem dies termini; hoc eſt dies in quo prolata eſt ſententia, non computatur in termino, neque attenditur de momento ad momentum, quia durat vltimus dies ad appellandum vſque ad vltimam partem diei ante tempus noctis, & ita ſeruatur, niſi de ſtatuto particulari, aut municipali lege oppoſitum ſeruetur. Alexand. *conſil. 87. nos Doctores, num. 10. lib. 7.* & de Romano ſtatuto agit. Luc. Pæt. *in pract. Capitol. lib. 5. cap. 1. num. 12. & ſeq.*

---

## §. V.

### *Vtrùm, vt valida ſit appellatio, neceſſaria ſit petitio Apoſtolorum?*

### EPITOME.

58 *Apoſtolorum etymon, alij dicuntur reuerentiales, ſeu dimiſſorij, alij teſtimoniales, alij conuentionales, alij refutatorij, & quæ ſit natura, ac virtus vniuſcuiuſque.*

59 *Apoſtolorum petitio eſt neceſſaria, ne corruat appellatio, quia ſunt pars appellationis.*

60 *Apoſtoli debent peti, vel in ipſa appellatione, vel intra triginta dies.*

61 *Apoſtoli debent peti congruo loco, & tempore, & intra triginta dies.*

62 *Apoſtoli in ipſa appellatione ſolent peti ſæpè ſæpiùs, ac ſæpiſſimè, inſtanter, inſtantiùs, & inſtantiſſimè.*

63 *Appellans debet regredi pro reſponſo in termino ſibi præfixo.*

64 *Locus congruus ad requirendum apoſtolos, qualis ſit.*

65 *Apoſtolos petitos exhibere debet iudex in appellatione interpoſita, ſiue eam receperit, ſiue non.*

66 *Appellatio non petitis apoſtolis cenſetur inualida: ſecus ſi iudex deferat appellationi.*

67 *Iudex an poſſit pro apoſtolis petendis prorogare terminum datum à iure.*

68 *Pars appellans non tenetur redire pro apoſtolis poſt terminum prorogatum*

69 *Iudex requiſitus, qui non tradidit apoſtolos in ſecundo termino, non poteſt procedere vlterius.*

70 *Iudex* à quo *ſi poſt lapſum terminum prorogatum non det apoſtolos, non poteſt procedere; ſi procedat, proceſſus eſt nullus.*

71 *Apoſtolos petens, & rediens ſemel in termino pro illis, non tenetur redire ampliùs.*

72 *Apoſtolos cenſetur denegare, qui petenti non reſpondet.*

73 *Apoſtolos non dediſſe cenſetur, qui ait,* dabo apoſtolos, *& nullum præfixit terminum.*

74 *Apoſtolos petenti ſi iudex dicat, vt redeat pro illis, & aſſignet terminum, & non redeat, cenſetur non appellaſſe.*

75 *Apoſtolos petens cui aſſignatur terminus, tenetur comparere in termino.*

76 *Apoſtolos requirenti ſi iudex aſſignet terminum ad recipiendum in termino iuris, tenetur petens redire in vltima die termini, non verò in penultima.*

ANTEQVAM ſingulatim dicamus an valeat appellatio, ſine petitione apoſtolorum, accipe, apoſtolos dici ab ἀπὸ, id eſt *ab* & στέλλω, ideſt, *mitto*, quaſi apoſtoli ſint literæ, quæ mittuntur ad ſuperiores iudices à iudicibus inferioribus. Cardin. *in clement. quamuis in princip. quaſt. 2. de appellat.* Ioſeph Cumia *in ritibus Siciliæ, cap. 88. num. 29.* Fit autem miſſio hæc per actuarium, ſeu notarium in teſtimonio iudicis *à quo*, ad iudicem *ad quem*, vt iſte edoceatur ex actis proceſſus, vt patet ex *d. clement. quamuis*, & *ibi* gloſſ. *verb. Apoſtoli*, de quibus poſt plures agit Camill. Borrell. *dicto tit. 33. de appellation. à num. 945. vſque ad num. 966.* quem lege ſi placet. 58.

Huiuſmodi autem apoſtoli, ſeu literæ dimiſſoriæ dicuntur, aut reuerentiales, aut dimiſſorij, aut teſtimoniales, aut conuentionales, aut refutatorij. Reuerentiales ſunt illi, quibus iudex *à quo* propter reuerentiam iudicis *ad quem* defert appellationi. Speculat. *tit. de apoſtolis, num. 8. verſ. Alij ſunt reuerendi, lib. 4. fol. 73.* Franc. *in cap. 1. §. In quibus, ſub num. 1. de appellat. in 6.* & patet ex *l. eos, §. ſuper his, C. de appellat.* vbi apoſtoli reuerentiales dicuntur reuerendi. Panormitan. *in cap. bonæ memoriæ, num. 9. de appellat.* & Daniel Venator. *in analyſi iuris pontificij, lib. 2. tit. 28. §. quot ſunt apoſtolorum ſpecies*, eo quòd iudex, à quo appellatur, concedit indebitam appellationem in honorem, & reuerentiam iudicis ſuperioris, & ideò defert appellationi, Herman. Vultcius *de iuriſprudent. Roman. lib. 2. cap. 33. verſ. Deinde petendi ſunt.* Quorum etiam apoſtolorum meminerunt Alciat. *in pract. ciuil. p. 2. tit. de appellatione, § quatuor apoſtolorum ſpecies*, & Petr. Gregor. *ſyntagm. iur. lib. 50. cap. 2. num. 28. & 29.*

Reuerentialibus, ne multiplicentur ſpecies apoſtolorum, accedunt apoſtoli dimiſſorij, quia parum differunt, aut nihil à reuerentialibus, teſte Franc. *in cap. 1. §. in quibus, ſub num. 1. de appellat. in 6.* Per hos autem apparet iudicem *à quo* detuliſſe appellationi, & appellantem dimiſiſſe à ſua iuriſdictione, Franc. *vbi ſuprà, & in cap. 55. dilectis, notab. 12. num. 10. de appellat.* Mandoſ. *tract. de commiſſionibus in 17. commiſſione appellationis in 1. inſtant. in verb. pro apoſtolis forſan dato, fol. 104.* Marant. *d. p. 6. act. 2. principal. in verb. & quandoque appellatur, 3. quaſt. principal. num. 225. fol. 490.* Dicitur autem detuliſſe appellationi, non ſolùm quando iudex ait, *recipio appellationem*, ſed etiam quando dicit appellanti, *do apoſtolos*, quia intelligitur dediſſe apoſtolos dimiſſorios, ſeu reuerentiales, & ideò cenſetur detuliſſe appellationi. Auebaran. *in cap. 55. dilectis filiis, num. 7. notab. 11.* de

*de appel.*& Luc. Pæt. *Capitol.lib.5.cap.2.n.5.& 6.*

Apoſtoli teſtimoniales dicuntur ita, quia faciunt fidem coram iudice, vel coram publicis, & honeſtis perſonis, & teſtificantur de appellatione facta Marant. *ſupra in verb.& quandoque appellatur, quæſt.3.princip.ſub n.225.*& Veſtrius *in praxi, lib.7.cap.3.ſub n.32.* habéntque locum quãdo appellatur in abſentia iudicis, aut quando iudex recuſat dare apoſtolos. Text. *in c.final.extra. de appel.& cap.paſtoralis.de offic.& poteſt.iud.ordin.* Hi autem poſſunt peti ab appellante ab eiſdem honeſtis perſonis apud quas appellat, & ſufficit proteſtari ſe libenter appellaturum, & petiturum apoſtolos ſecundùm ſchedulam, quam præ manibus habet, ſi iudex reperiri poſſet; atque ita requirit notarium præſentem, vt faciat fidem de diligentia illius, & quomodo appellauerit, & petierit apoſtolos. Tunc enim notarius debet dare apoſtolos teſtimoniales conficiendo publicam ſcripturam de prædictis omnibus. Specul. *de apoſtol. & liter.dimiſſor.§.1.n.11.* Herman. Vulteius *iuriſprudent.Romana, lib.2.cap 33.verſ.Deinde petendi ſunt.* Petr. Gregor.& Alciat. ſupra ſcripti. Franc. *in cap.vltim. ſi tuitus, quæſt.13 a n.35.de appellat.*& Luc. Pæt. *in pract. Capitol.lib.5.cap.1.n.25. verſ.Coram iudice.* Nec tenetur appellans coram honeſtis viris, eo quòd non fuit inuentus iudex, poſtquam ipſe redierit, appellare coram eo, neque ab eo petere apoſtolos. Surd. *conſ.228.ſub n.15.verſ.Nec monet, & n.16.lib.2.* Caſſador. *deciſ.8.appellauerat, de appel. fol.315.* Item non tenetur ſi iudex abeſt à ciuitate, ſequi appellans alibi iudicem pro intimanda appellatione, & pro petendis apoſtolis, ſicque debet intelligi Caſſad. *in d.deciſ.8.n.6.& 7.de appell.* & ſequitur Felin. *in cap.10. ex tranſmiſſa, n.5.in fin. præſcript.* Scaccia *de appel.q.6. n.25.& q.13.n.8.* poſt Mandoſ. *tract.de commiſſ.in commiſſ.17.appel. in 1.inſtãt.in verb.pro apoſtolis forſan dato.fol.104.* & eſt communis, & in praxi ſequenda. Et quamuis Abb. *in cap. Si bonæ memoriæ, n.9. different.5.* tradat apoſtolos teſtimoniales dici ſimpliciter extraiudiciales, reliquos verò vocari iudiciales; mihi tamen magis placet teſtimoniales etiam dari in appellatione iudiciali, & etiam in extraiudiciali.

Conuentionales apoſtoli dicuntur, quando præſente iudice, & renuente, aut tacente, & permittẽte pars contraria recipit appellationem in iudicio, vel extra iudicium. Ita Alciat.& Petr. Gregor. *vbi proximè,* citati, Venator *in analyſi iur.Pontif.lib.2. tit.28.§. quot ſint apoſtolorum ſpecies,* & alij, quibus adhæret Camill. Borrell. *de appellat. tit.33. num. 958.* His autem apoſtolis debet appellatus apponere ſuum ſigillum, quamuis hoc non ſit expreſſum in iure, vt notat poſt multos Scaccia *d. q.1.n.3.* Dicitur autem pars aduerſa admittere appellationem, non ſolùm quando expreſſè eam recipit, ſed etiã quando tacitè, nempe ſi poſt appellatiunẽ aduerſarij, cui iudex non detulit, procuratorẽ conſtituat ad illam cauſam. Scacc. *vbi ſup.n.4.*

Refutatorij denique apoſtoli dicuntur, quando iudex non defert appellationi, ſed reſpondet, *non admitto appellationem, ſed habeat acta per apoſtolos refutatorios* Mandoſ. *de commiſſ.commiſſ.17.folio 194.* & Veſtrius *in praxi, lib.7.cap.3. ſub n.32. fol.203.* Suar. de Paz *in proœm.ſextæ partis, 1.tom. n.42.* Cardoſ. *in praxi, in verb.appellatio.n.23.* Camill. Borrell. *d tit.33.n.948.& ſequentib.& n.954.* Dicuntur autẽ refutatorij apoſtoli, eo quod iudex *à quo* prouocationem, & appellationem non admittit, tanquam de iure non admiſſibilem; & ideò eam refutat, de quibus agit, *l.ſciendum vbi,* Bartol. *ff.de appel.recip.l.quoniam nonnulli,* ibi: *nec refutatorias preces, l.a proconſulibus,* ibi: *Et acta in refutatoriis partium, ſuiſque literis l.final.§. in refutatoriis, C. de appel.* & gloſſæ in locis allegatis earundem legum. Quæ omnia probant iudicem à quo appellatur reſcribere ſuperiori, ſe non admiſiſſe appellationem, nec detuliſſe, ſed refutaſſe, ex quo actu Apoſtoli refutatorij ita dicuntur, de quibus agit abunde Scacc. *d.q.13.n.19.& ſequent.* & Patam. *de ordin. iudic.5.officij, lib.3.q.4.n.98.& duobus ſeqq.* Eymeric. *in 3.p.directorij in tit. de appel.quæ fit ab Inquiſitore,* & *ibi* Franciſc. Pegna.

59. His poſitis quæſtionis eſt, an petitio apoſtolorum neceſſariò requiratur, vt appellatio valeat? Reſponde affirmatiuè. Ratio, quia apoſtoli ſunt pars appellationis. Marant. *in ſuo ſpecul.p.6.actu 2. principal.in verb.& quandoque appellatur, n.417. in fine, fol.517.* Veſtrius *in praxi, lib.7.cap.3.verſus finem, ſub num.37.fol.205.* Lancellot. *de attent.p.2. cap.13.n.19.& 20.* vbi tradunt apoſtolos eſſe partem, & de ſubſtantia ipſius appellationis, pro quo allegat Rotam *deciſ.50.alias 366 ſi appelletur, n.3. de appellat.in nouis,* & Oſaſc. *in deciſ.Pedemont.7. lata ſententia, n.4.* Item, quia ſecundùm Speculatorem *tit. de apoſtol. in rubr. Sequitur videre, ſub n.12.verſ.in ſumma, lib.4.fol.73.* apoſtoli ſunt de forma appellationis: Ergo ſunt omnino neceſſarij in appellatione, ita vt appellatio ſine apoſtolorum petitione, ſit inualida, & nulla, vt vult Guido Papæ *in tract.de appel.q.4.n.13.tom.5.folio 58.* Quamuis Archidiac *in cap.6. ab eo, verſ.Debent, de appel.in 6.* tradat petitionem apoſtolorum non eſſe de ſubſtantia appellationis: ex eo, quia ſi eſſet, teneretur appellans eos petere infra decem dies, ſicut infra illos tenetur appellare; ſed hoc debet intelligi non eſſe de ſubſtantia, quòd petantur in ipſa appellatione, aut intra decendium, & tum bene loquitur, quia appellans non tenetur petere apoſtolos, in ipſa appellatione, neque intra decem dies, ſed ſufficit petere intra triginta dies, aliàs niſi petat intra hoc tempus cenſebitur non appellans, & appellatio vitiabitur. Bart. *in l.1.§.libelli, n.8.verſ.quæritur, gloſſ.ff.de appel. & relat.* Marant. *in ſuo ſpeculo, p.6.act.2 in verb. & quandoque appellatur, n.416.verſ.Quartus caſus, fol.516.*

60. Quæres intra quantum tempus debeant peti apoſtoli: Reſponde primò, ad benè eſſe debere peti inſimul in ipſa appellatione. Frãc. *in cap.1.ſub n.3. verſ.Secundò debent, de appel in 6.* & ita cõmuniter practicatur. Luc Pæt. *d.lib.5.c.1.n.27.per tot.* Ex ea ratione, quia iudex diffinitiuè pronuncians poſt petitos apoſtolos, non poteſt vlteriùs progredi, niſi prius conceſſerit refutatorios; quãuis appellatio ſit manifeſtè friuola, cui meritò non ſit deferendũ. Nã adhuc iudex apoſtolos ſi non exhibeat, & procedat, nullum efficit proceſſum. Quamuis enim nõ ſit deferendũ appellationi manifeſtè friuolæ; nihilominus debet dare apoſtolos refutatorios, & in illis exponere causã ob quã nõ detulit appellationi. ita Archid. *in d.c.3. vt ſuper, verſ.irritus.de appel.in 6.* quæ reſolutio habetur *in c.1.de appel.in 6.* vbi præcipitur iudici, vt cõcedat apoſtolos, in quibus declaret causã propter quã nõ detulit appellationi. Quare dandi sũt apoſtoli etiã refutatorij; neque excuſatur iudex, eo quod appellatio nõ ſit admittẽda, ſe non teneri eos dare, nec tradere, dũmodo appellatio ſit valida, quia nõ peccat in forma, & ideò dũmodo nõ ſit ipſo iure nulla, vt vult Gem. *in d.c.1.§.quod ſi appel.verſ.fin.n.7.de app.in 6.* Lõgè

aliter ſi appellatio eſſet ipſo iure nulla; verbi gra-
tia, ſi appellatum fuerit ab interlocutoria ſine ſcri-
ptis, quia in hoc euentu etiamſi appellans apoſto-
los petierit, ſi nihilominus iudex apoſtolis non
traditis progreſſus fuerit vlteriùs, ſuſtinebitur
proceſſus, quoniam appellatio non valuit: quini-
mò ipſo iure fuit nulla, atque ita quod non valet
de iure, nullum præſtat impedimentum. Gemin. *in
cap. 4. vt ſuper, in fin. de appell. in 6.* & *ibi* Franc. *n. 6.*
Sequitur Scaccia *d. q. 13. art. 5. n. 46. verſ. Declara
tertiò, & n. 91. verſ. Secundus caſus eſt.*

61. Portò apoſtoli ab appellante ſæpius, & inſtan-
ter peti debent congruo loco, & tempore, vt ha-
betur *in cap. 1. & cap. ab eo. de appell. lib. 6.* & *cle-
ment. 2. in princ. eod. tit.* Paramus *de ordin. iudiciar.
lib. 3. q. 4. n. 58.* vbi addit ſi appellans apoſtolos non
petat infra triginta dies, vel non compareat corã
iudice in termino ſibi præfixo ad recipiendũ eos,
nec petat eos ſibi tradi, videri renunciaſſe appel-
lationi, per text. *in d. c. ab eo,* & Gemin. *ibi,* & per
*d. clem. 2.* & *ibi* gloſſ. Specul. *tit. de apoſtolis in rub.
ſequitur videre, n. 13. verſ. debet autem, lib. 4. fol. 73.*
Caſſador. *deciſ. 8. ſub n. 1. de appellat.* Quod etiam
voluit Rota *deciſ. 57. alias 460. ſi auditor, verſus fi-
nem, ſub n. 4.* ibi: *Nam ex quo de appell. in nouis,* vbi
deciditur contra appellantem non petentem in
termino ſtatuto apoſtolos debita inſtantia renun-
ciaſſe appellationi; ita vt non poſſit præſumi oppo-
ſitum, quia eſt præſumptio iuris, & de iure, teſte
Franc. *in eodem cap. ab eo, num. 3. de appell. in 6.*

62. Nec ſufficit petere apoſtolos in ipſa appellatio-
ne ſæpè, ſæpiùs, ac ſæpiſſimè, inſtanter inſtantiùs,
& inſtantiſſimè, vt de more fit, & ſatis eſt, quod
fiat iſta multiplex inſtantia vnico contextu, licet
de iure antiquo fieret interpolatis, ſeu renouatis
vicibus, vt ait Luc. Pæt. *in pract. Capitol. lib. 5. c. 1.
n. 18.* & Caſſador. *deciſ. 8. appellauerat, n. 10. de ap-
pell.* dicens hodie ſufficere vnicam petitionem. Sed
adhuc opus eſt, vt appellans regrediatur pro re-
ſponſo ad terminum ſibi à iudice præſcriptum;
quod ſi nullum terminum præfixit, quia tacuit, de-
bet regredi appellans in vltimo momento trigin-
ta dierum, quos habet iudex ad reſpondendum de
apoſtolis, & tradere illos, quos dare voluerit, text.
*in d. cap. 1. & in d. cap. ab eo, §. illud autem,* & gloſſ.
*in verb. exhiberi, & in cap. vt ſuper de appell. lib. 6.*
alioquin ſi poſtea in cauſa procedat, proceſſus eſt
inutilis, & inanis, *d. cap. vt ſuper, §. ſi verò. Iuncta
gloſſ. final.* Param. *ſuprà, num. 91.*

63. Nihilominus appellans tenetur requirere apo-
ſtolos congruo loco, & tempore, vnde iudex re-
quiſitus loco non congruo, nec tempore debito,
64. non tenetur tradere apoſtolos. Congruus autem
locus eſt ille in quo iudex copiam ſui facit in pu-
blico, & in quo ſedere ſolitus eſt, ita Zaharell. *in
d. clement. 2. § ſimiliter, quæſito ſecundo.* Non dici-
tur locus congruus, ſed incongruus, cùm iudex eſt
in Eccleſia, vel in prandio, vel per viam equitat,
aut ambulat, vel de nocte, vt notat gloſſ. *in d. cap.
ab eo. de appellat. in 6. in verbo. loco;* nec tenetur
apoſtolos tradere in continenti, cùm primò pe-
tuntur, quia ex iure habet triginta dies, vt intra
eos deliberet, an appellationi deferendum ſit, *l. 24.
iudicibus, C. de appellat. & relat. cap. 6. ab eo, de ap-
pell. in 6.* Luc. Pæt. *in praxi, lib. 5. cap. 3. n. 1.* March.
*tract. de commiſſ. p. 2. in commiſſ. appell. cap. 1. n. 18.*
65. *in fine, & n. 19. fol. 30.* Veſtrius *in praxi, lib. 7. cap. 3.
n. 32. & 33. fol. 204.* & Lancell. *de attent. p. 2. cap. 12.
in præfat. verb. ſecundo ob non reditionem, n. 53. &
cap. 13. de attent. pend. temp. apoſtol. petend. n. 1.* aſſi-
gnato autem appellanti termino à iudice ad reci-
piendos apoſtolos, ſiue ille ſedeat pro tribunali, ſi-
ue reperiatur domi, vel alibi, poteſt concedere
apoſtolos, eo quia apoſtolorum datio, eſt actus ex-
traiudicialis, qui vbique fieri poteſt, & expediri, vt
decidit Rot. *in antiquis in deciſ. (–5. incip. Nota,
quod ſi auditor, & in dec. 756. incip. Nota ſciendum
eſt,* ſequitur Burrell. *tit. 33. de appel. n. 984. & ſeqq.*

Tenetur tamen in appellatione iure poſita, ſiue
eam receperit, ſiue non, apoſtolos petitos exhibe-
re, vt habetur *in cap. 1. & cap. 4. de appell. in 6.* Ita
tamen vt ſi recipiat appellationem teneatur tra-
dere apoſtolos, licet non ſit ad hoc requiſitus, ita
Franc. *in cap. 1. n. 11. in fine,* & Anch. *con. notab. 5.
n. 4. de appell. in 6.* & Gemuman. *ibi n. 2. verſ. quæ-
ro an iudex.* Vnde quando iudex defert appella-
tioni, appellatio valet, etiamſi non petantur apo-
ſtoli. Lancellot. *de attent. p. 2. c. 12. limit. 5. n. 21.*
Quod etiam priùs dixit Pariſius *conſ. 106. incipit,
Bonifacius, n. 6. & 25. lib. 4.* & Roland. *conſ. .. viſo* 66.
*ſub n. 2. lib. 2.* dicentes, non petitis apoſtolis appel-
lationẽ cenſeri nullam, & inualidam, cum deſinitur
eſſe pars. & de ſubſtãtia ipſius appellationis, quod
procedit quando iudex non defert appellationi,
ſecus ſi deferat etiamſi apoſtoli non fuerint petiti ta-
men appellatio videtur admittenda propter vim
ipſius delationis, in quo euentu appellatio ſuſpen-
dit iuriſdictionem iudicis *à quo* teſte Lapo *allega-
tione 2.* & in omnibus eximit appellantem, Rota
*in antiquis, tit. de appell. deciſ. 15.* quam ſequitur
Roland. *ſuprà, num. 3.*

Ambigi poteſt, an iudex requiſitus pro apoſto- 67.
lis in termino præfixo poſſit prorogare terminum
datum? Reſponde in primis iudicem non poſſe
augere tempus à lege ſtatutum, vt de tempore
proſequendæ appellationis ait Cyn. *in authent. ei
qui appell. in fin. C. de temp. & repar. appel. n. . verſ.
vltimo quæri ſolet, fol. 471.* Tiraq. *de retract. lignag.
§. 8. gloſſ. 2. ſub n. 14. verſ. ſed pro ea* Ergo non po- 68.
teſt petendorum apoſtolorum terminum 30. die-
rum elongare quia ſi prorogaret partes non tenere-
tur pro apoſtolis redire. Ita Scacc. *de appell. q. 15.
n. 219. verſ. ſecundus eſt,* & confirmatur ex Decio
*in c. 5. cum ſit Romana, notab. 4. n. 11. de appell.* di-
cente non poſſe iudicem excedere terminum
præfixum inſtantiæ, etiam vigore alicuius arbitrij
generalis, & in ſpecie *n. 45. fallent. 2.* Et alij quos
referens ſequitur idem Scacc. *num. 214.*

Reſponde ſecundò, ſi iudex etiam non requi- 69
ſitus non tradat apoſtolos in ſecundo termino par-
ti præſcripto, non poſſe pergere vlterius in cauſa
ex defectu iuriſdictionis ob id amiſſæ; ita Veſtrius
*in praxi, lib. 7. c. 3. ſub n. 36. fol. 204.* vbi ait appel-
lantem in hoc euentu non teneri amplius regredi
pro apoſtolis, & iudicem non eſſe amplius in ea
cauſa iudicem, & ideo omnia per eum geſta dein-
ceps eſſe irrita, text. *in c. 4. vt ſuper de appell. lib. 6.*
Item quia quamuis appellans non reuertatur am-
plius in termino elongato pro apoſtolis, non pro-
pterea dicitur renunciaſſe appellationi, quoniam
iudex non poteſt grauare appellantem, neque illi
moleſtiam inferre obligando illum ad eundum, &
redeundum; atque ita non cenſetur renunciare
appellationi, ſi non redeat in termino proroga-
to, quia non tenetur ampliùs redire. Veſtrius *in
praxi, lib. 7. cap. 3. ſub num. 34.* ibi, *Item appel-
lanti,* & Lancellot. *de attent. p. 2. cap. 22. in præfat.
num. 71. & limit. 13. princip. ſub num. 5.* quos ſequi-
tur Scacc. *d. quæſt. 13. num. 56.* Secus dicendum eſt
ſi appellans non redeat pro apoſtolis, quando in

termi

termino iuris cauſam appellationi committi fecerit, quia tunc non cenſetur appellationi renunciare, vt bene vult Lancellot.*ſuprà limit.*50.*n.*222. & Scacc.*vbi proximè,num.*53.

70. Sed quid, ſi iudex *à quo* poſt lapſum terminum prorogatum det apoſtolos? Reſponde non poſſe procedere, quia iam abdicauerat à ſe iuriſdictionem non reſpondens de apoſtolis in termino, & ideò proceſſus deinceps erit inualidus, & amiſſa iuriſdictio ſemel non reuiuiſcit ſine noua commiſſione Rota *deciſ.*57. *alias* 460. *ſi auditor,n.*3. *in fin.& num.*4.*de appellat.in nouis*, quod intellige de iure ſecus ſi alicubi fuerit contraria conſuetudo in praxi cõmuniter recepta, ob quam iudex in termino ſecundo per eum prolongato dat apoſtolos etiam petenti in iſto eodem termino, & recipienti, quia ex quo in priori termino ab ipſo ſtatuto apoſtolos non dedit appellanti petenti, cenſetur priuatus iuriſdictione, vt deducitur apertè ex *d.deciſ.*57. Nam eo ipſo quòd iudex malitiosè, aut negligenter nolit dare apoſtolos in termino ſtatuto à iure non poteſt dare illos poſt lapſum terminum, datioque eſt nulla, neque appellans illis apoſtolis concluditur, nec ligatur, ſed eſt in terminis iuris communis, quod annum concedit, *cap. cum ſit Romana*, vbi appellans habet integrum annum ad committendam cauſam appellationis, & ex cauſa biennium, & per reſtitutionem etiam triennium, quando iudex reiicit appellationem, vel dat apoſtolos refutatorios. Sigiſmund. *de appell.quaſt.*13. *num.*65. *& quaſt.*14. *num.*1. *& ſequent. & num.* 52. ex Lancellot. 2. *p.cap.*12. *in prafat.num.*71.*&* 78.*& cap.*13.*num.*50.

71. Petes autem in quibus caſibus appellans petens apoſtolos, & rediens ſemel in termino pro illis non teneatur reditu ampliùs? Reſponde non teneri redire ampliùs, ſi ſemel iam rediuit in termino præfixo, & iudex nihil reſpondet appellanti de apoſtolis, aut tacet, vel vlteriùs prolongat terminum, Lancellot. *vbi ſuprà,d.num.*71. *in prafat.* & clariùs *limit.*13.*d.num.*5. quia perinde eſt ac ſi iudex denegaret tradere apoſtolos; & habetur tanquam ſi detuliſſet appellationi, & conſequenter caret deinde iuriſdictione, nec poteſt vlteriùs progredi, etiamſi vellet dare apoſtolos, vt notant Franc. *in cap.ab eo,* §. *illud autem,num,*2.*verſ. Ex textu*, ibi expreſsè, *de appell.in* 6. Luc.Pæt.*in pract.*

72. *Capitol.lib.*5.*cap.*2.*num.*4. dicens haberi pro deferente. Ratio eſt, quia iudex habetur pro tacente nihil reſpondendo, & cenſetur denegaſſe apoſtolos. Idem ſi dicat redeunti pro apoſtolis quod audit, & nullum aliud reſponſum proferat, non tenetur appellans ampliùs redire. Lancellot.*cap.*13. *de attent. num.*47. & Mandoſ. *de commiſſ.in commiſſ.*17. *appell. in* 1. *inſtant. in fin.fol.*104. Quin

73. etiam ſi dicat iudex, *dabo apoſtolos*, & nullum præfigat terminum, cenſetur expreſsè denegare, ita vt quamuis poſtea iudex intra iuris terminum citet appellantem ad apoſtolos recipiendum, non tenetur appellans venire, nec comparere, neque ipſe iudex habet poteſtatem vlterius dandi apoſtolos refutatorios. Vide Lancellot, *d. cap.*13.*num.*47. vbi de ſtylo, & iure cameræ Imperialis, *& num.*48.

74. Longè aliter dicendum eſt, quando iudex præcipit petenti apoſtolos, vt redeat pro illis, & aſſignat terminum; tunc enim cenſetur non appellans, ſi non redeat intra terminum; imò etiam tenetur redire in vltimo momento termini ſibi præfixi, & non antea, aut poſtea, eo quòd ſi reuertatur ante, non tenetur iudex dare apoſtolos, nec cogitur reſpondere. Veſtrius *in praxi,lib.*7.*cap.*3.*n.*33. *in fin.& ſeq.* Vnde ſi iudex dicat, vt redeat pro apoſtolis intra terminum iuris, poterit reuerti in quacumque parte termini iuris, hoc eſt intra triginta dies. Quod ſi dicat, *redi* 25.*die menſis huius*, tenetur comparere illa die, alias appellatio eſt deſerta. 75.

Similiter poteſt aſſignari à iudice petenti apoſtolos terminus ad recipiendum in termino iuris; tũc tenetur redire in vltima die termini, aliter enim appellatio efficitur deſerta. Franc.*in cap.*4.*num.*5. *verſ.Circa ſecundum.de appell.* vbi loquitur quando aſſignatur certa dies ex termino iuris, & quando aſſignatur terminus ad recipiendum in termino iuris, quem ſequitur Felin. *ibid.in d.cap.*4.*n.*1. *col.*2. atque ita ſi redeat quandò aſſignatur terminus in termino iuris penultima die termini ſatiſfacit appellans, vt ait Franc. ſed meliùs negat ſatiſfacere, Luc.Pæt.*in pract. Capitol.lib.*5.*cap.*3.*ſub num.* 12. ſed ait teneri comparere in vltima die, niſi præmoneatur ad penultimam diem. 76.

## §. VI.

### *Qui poſſint de iure appellare, & qui nequeant?*

EPITOME.

77 *Epiſcopus poteſt appellare pro ſuis ſubditis, & pro ſua ciuitate.*

78 *Superiores regulares poſſunt appellare pro ſuis ſubditis, & domini pro ſeruis pro aliquo intereſſe.*

79 *Superiores, remoto intereſſe, non poſſunt appellare ſine ſpeciali mandato.*

80 *Superiores, qui poſſunt appellare pro ſubditis, poſſunt id facere tam nomine ſuo, quam nomine ſubditorum.*

81 *Dominus pro ſeruo, pater pro filio, maritus pro vxore, vniuerſitas pro ſuo ciue, & alij, quorum intereſt, poſſunt audiri ad eos defendendum.*

82 *Capitulum pro Epiſcopo poteſt appellare, ſi ille aliquid negligenter fuerit emolitus.*

83 *Regulares non poſſunt appellare pro ſuis ſuperioribus.*

84.85.& 86 *Serui non poſſunt appellare pro dominis, nec domini poſſunt talem appellationem ratificare.*

87 *Pater pro filio poteſt comparere in iudicio.*

88 *Mater licet non poſſit defendere filium, poteſt appellare pro eo.*

89 *Filiusfamilias poteſt appellare pro patre, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus.*

90 *Vxor pro marito abſente quando poſſit appellare.*

91 *Maritus pro bonis vxoris paraphernis poteſt appellare ſine mandato, non tamen ſine cautione.*

92 *Appellare poſſunt omnes prætendentes intereſſe: ſecus non prætendentes.*

93 *Tertius ob intereſſe quod prætendit, appellare poteſt.*

94 *Litigantes principales, & tertij dum appellant, debent id efficere intra decendium à lege datum.*

95.& 96 *Emptor, venditor, & fideiuſſor poſſunt appellare.*

*97 Appellare poſſunt amici pro amicis data cautione de rato, & accedente ratificatione intra decendium.*

*98. & 99 Procurator habens generale mandatum poteſt appellare, eo autem non appellante dominus poterit.*

*100 Procurator non appellans in cauſa beneficiali, non poteſt principalis audiri, nec appellare.*

*101 Appellatio facta ab habente mandatum valet, ignorante tamen illud habere, ſecus de procuratore reſignante.*

*102 Procurator in caſibus in quibus poteſt appellare, an debeat proſequi appellationem.*

*103. & 104 Contumax verus non poteſt appellare in omnibus, & ſingulis actibus, in quibus eſt contumax.*

77. EPISCOPVS ſine ſpeciali mandato poteſt appellare pro ſuis ſubditis, & pro ſua ciuitate. Bertachin. *tract. de Epiſcop. p. 5 lib. 4. num. 31. tom. 13. p. 2. fol. 349.* Ruginel. *de appellat. §. 2. 2. cap. 1. num. 83.* Speculat. *tit. de appellat. §. 1. in fin. num. 15. verſ. Item Epiſcopi, lib. 2.* Guido Pap. *eodem tit. quæſt. 21. n. 24. & deciſ. 503. incip. filiusfamilias in fin. num. 13.*

78. Similiter ſuperiores poſſunt appellare pro ſuis ſubditis, ita domini pro ſeruis, dummodo tamen ſuperiores prætendant aliquod emolumentum reſpectu ſubditorum. Gail. *in pract. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 125. num 3.* ibi, *alterum eſt, & num. ſeq.* & Ruginel. *tract. de appellat. § 2. cap. 1. ſub num. 87. verſ. Prædicta, in fine.* Vnde dominus non poteſt defendere ſeruum de crimine, niſi propter commodum ſuum, atque ita quoad dominum cauſa eſt ciuilis, quoad ſeruum autem eſt criminalis, vt tradit Ioan. de Ananias *in cap. 15. num. 20. de accuſat.* nec dominus admittitur, vt defendat ſeruum, niſi tanquam rem ſuam, & Petr. de Bellapert.
79. *in l. 18 ff. de appell. & relat.* Secus ſi non prætendant intereſſe; ideò ſi ex appellatione ſubditis dumtaxat accedat intereſſe, ſuperiores non poſſunt appellare ſine ſpeciali mandato. Gail. & Ruginel. *vbi ſuprà.* Aliter enim appellare non poterunt niſi quorum intereſt, *l. 1. ff. de appell. recip. vel non;* Abbas *in cap. dilectis, notab. 4. num. 6. in fine,* & Franc. *ibi, notab. 5. num. 5. fine, de appell.*

80. Hi autem ſuperiores, quibus integrum eſt appellare pro ſubditis, poſſunt id facere tam nomine ſuo, quàm nomine ſubditorum, quia factum ſubditorum tangit dominos, ac ſuperiores. Idcircò Abbates & ſuperiores regulares poſſunt appellare
81. pro ſuis religioſis. Ruginel. *de appellat. §. 2. cap. 1. num. 73. & 84.* & hoc ſine mandato, vt ex traditis à Farinacio *in praxi, quæſt 99. num. 154. limit. 26.* vbi addit dominum pro ſeruo, patrem pro filio, maritum pro vxore, Abbatem pro monacho, Epiſcopum pro clerico, vniuerſitatem pro ſuo ciue, dominum pro vaſſallo, & alios ſimiles quorum intereſt poſſe audiri, & aſſiſtere ad eos defendendos.

82. Quæſtionis eſt an ſubditi poſſint appellare pro ſuis ſuperioribus? Reſponde Capitulum poſſe appellare pro ſuo Epiſcopo ſi fortè ſit negligens, vel aliquid emoliatur in eius præiudicium. Gregor. Tholoſ. *tract. de appell. lib. 5. cap. 1. num. 25.*
83. & Speculat. *eod. tit. § 1. in fin. ſub num 15. lib. 2.* Religioſi autem cum æquiparentur ſeruis, non tamen in omnibus, non videntur poſſe appellare pro ſuis ſuperioribus; ita Angel. Aret. *in leg. 28. creditor, num. 2. verſ. Nota quòd ſeruus ff. de appell. & relat.* vbi ex illo textu id infert. Confirmatur, quia regulariter ſeruus non poteſt appellare, vt notat. Petr. de Bellapert. *in l. 15. ſerui appellare ff. de appell. & relat* & nihil eſt de iure ciuili, cuique interdictum eſt ſtare in iudicio. Nicel. *tract. de concord. gloſſ. concord. 6. fallent. 110. num. 146. in fine.* Atqui appellatio eſt pars iudicij: Ergo non poteſt interponi per perſonam inhabilem, quæ non poteſt ſtare in iudicio, qualis eſt ſeruus, filiusfamilias, monachus, furioſus, excommunicatus, & alij quorum meminit Vant. *in tract. de nullitatibus, in tit. de nullit. ex defectu inhabil. ſeu mandati compar. num. 5. & ſequentib.* quem ſequitur Lancell. *cap. 12. p. 2. de attent. appell. pend. limit. 50. num. 14. & duobus ſequentibus.*

Quin etiam ſeruus appellans in cauſa domini 84.
pro ipſo domino nihil operatur, nec dominus ipſe poteſt appellationem à ſeruo interpoſitam ratificare, etiamſi voluerit eam firmare intra tempus debitum, ex ea ratione, quia cùm ſit actus iudicialis, eſt omnino nullus prout eſt factus à ſeruo, nec poteſt ratificari id quod funditus nullum eſt; ita Angel. quem ſequitur Angel. Aret. *in l. creditor, num. 1.* & ſpecialiter *ſub num. 2. verſ. Nam ſi ſeruus,* ibi *Sed ego qui teneo, ff. de appellat.* Faciunt tradita à Lancellot. *d. limit 50. num. 17. & ſequentibus,* vbi concludit geſta per eum, cui à lege denegatur audientia, eſſe ipſo iure nulla, nec poſſe appellare, qui non poteſt agere, etiam in iudicio quantumcumque fauorabili.

Sed contra, quia appellatio poteſt interponi 85
die feriata, vt tradit Bald. *in l. ſi expreſſim, num. 5. ff. de appell.* & vult Petr. de Ancharan. *in clem. 1. col. 1. de appell.* Non ex alia ratione, niſi quia eſt actus extraiudicialis, & non eſt propriè actus iudicialis, cùm non exigatur actus alicuius iudicis: Ergo poteſt interponi à ſeruo pro domino. Camill. Borrell. *de appell. tit. 33. num. 901.* vbi ait non eſſe propriè actum iudiciarium, poſſeque interponi in quacumque die feriata intra decendium contingente. Dicendum tamen eſt, nullo modo poſſe ſeruum appellare pro domino, quia reputatur pro mortuo, vt *in l. intercidit, ff. de condic. & demonſtrat. & in l. quod attinet, & in l. ſeruitutum,*
*ff. de regul. iur.* Item, quia appellatio non eſt omnino 86.
actus extraiudicialis, ſed iudicialis ſuo modo, nec obſtat poſſe poni die feriata, quia id fit quòd detur terminus decem dierum præfixus à lege ad appellandum, qui non poteſt prorogari etiam de conſenſu partium; vt ex multis probat Gant. *deciſ. 189.* quem ſequitur Borrell. *tit. 33. de appell. num. 874.*

Quid de patre pro filio? Dic patrem pro filio 87.
poſſe comparere in iudicio, & defenſionem ſuſcipere ſine mandato: Ergo poteſt appellare pro filio victo in cauſa libertatis. Speculat. *de appellat. §. 1. ſub num. 10. verſ. in criminalibus, lib. 2.* & Ruginel. *de appell. §. 2. cap. 1. num. 73.* & ex traditis à Farinac. *in praxi, quæſt. 99. num. 154. limit. 26. & num. 159.* Camill. Borrell. *d. tit. 33. num. 908.* præſertim pro filio in poteſtate patris exiſtente, non quaſi defenſor, ſed ſuo nomine, per text. *in l. ſi procuratori et ſi is, qui,* vbi gloſſ. *in verb. appellare, ff. quando appell. ſit.* Tum vel maximè ſi filius condemnatus fuit dum eſſet in poteſtate patris, & ſine conſenſu illius iudicium cum filio agitatum fuit. Marant. *in ſuo ſpeculo, diſt. 16. act. 2. num. 23. in additione antiqua p. 6.*

Mater verò quamuis à principio non poſſit fi- 88.
lium defendere, vt ait Azor *in ſumma, lib. 7. tit. 62.*

poteſt

poteſt tamen pro filio condemnato ex pietate admitti ad appellandum in quacunque cauſa, ſequitur Borell. *proximè, num.966. & ſeq* Quinimò appellare poterit per text. *in l.1. in princip. ff. de appell. recipiend.* quo textu id probat Placentin. *in ſumma Codicis, lib.7. titul.64.* Bald. *in l.18. alienam, ſub num.1. Cod.de procurat.* Ruginel. *de appell. §. cap.1. num.33. & 71.* & apertè Federic. Schen. *tract.de appell. n.5. & 6.* dicentes etiamſi mater non habeat legitimam perſonam conſiſtendi in iudicio pro filio in cauſa principali, etiam ciuili, poteſt tamen in cauſa appellationis audiri, & à ſententia lata contra illum appellare.

89. Porrò filiusfamiliàs poterit appellare pro patre, & ipſius nomine; per text. *in l. exigendi, Cod. de procurat. & in l. conſenſu, §. filium, ff. de appell.* Guid. Papæ *in deciſ. Delphin. 103. num.1. incip. filiusfamiliàs.* Gregor. Tholoſ. *de appell lib.5.c.1. n.14.* quod procedit tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, vt vult Ruginel. *de appell. §.2.c.1.n.74. & 75.* Facit Farinac. *d q 99.n.169.verſ.contrarium.* Sed hi Authores loquuntur de cauſis criminalibus, in quibus quilibet de populo extraneus poteſt appellare pro quocunque condemnato ad mortem naturalem, ſiue ciuilem, vel ad mutilationem membri ſine mandato. Guid Papæ *de appell q.119. ſub n.84* Bertachin. *de Epiſcop p.5 lib 4. ſub n.31.* etiam repugnante ipſo condemnato per *l. 6. non tantum, ff. de appell. & relat.* Farinac. *ſupra, q.101. n.23. ampliat. 10. & q.79 n.175. limit.28.* ex quibus ſatis patet in criminalibus poſſe filium appellare pro patre, ſiquidem hoc licet cuilibet extraneo ratione humanitatis, quia eſt proximus. Iuuat Lancellot. *2 p c.12. de attent. appell. pend. limit.50. n.15.* dum ſequitur filiumfamiliàs cùm ſit perſona minus legitima non poſſe eſſe in iudicio: igitur ſi illi denegatur iudicium, ergo, & appellatio, quæ eſt pars iudicij, quod probat Vant *de nullitatib. in tit. de nullit. ex defect. inhabil. ſeu mandati compar. num.5. & ſequent.*

90. Temperatur hæc ambiguitas, ſi dicas Authores citatos à Farinacio *d. n.169.* loqui in cauſis criminalibus, & non in terminis appellationis, ſed in prima inſtantia, at verò alios Authores indiſtinctè loqui de filiofamiliàs, poſſe ſcilicet admitti ad appellandum, & interponendum pro patre appellationem, per text. *in l. conſenſu. §. filium, ff de appell.* & in ſpecie poſſe appellare filium pro patre cenſuit Ruginel *d. §.2.c.1. n.74 & 75.* Quibus accedo, dummodo pater intra tempus appellandi conſtitutum ratificet appellationem à filio interpoſitam, ex eo argumento; quòd liceat coniuncto pro coniuncto appellare ſine mandato cum cautione de rato, vt docent Gail. *in pract. obſernat. lib.1. obſeruat.133. num.1. & 2.* & Ruginel. *ſuprà, d.c.1. n.78. verſ. quando autem.* Sicut etiam licet fratri pro fratre appellationem interponere cum cautione de rato ſine mandato ad appellandum, dummodo frater pro quo alter frater appellauit intra decendium ad appellandum datum ratificet appellationem, vt vult idem Ruginel. *d. §. 2. c.1. n.76.* poſt Alexand. *conſ.101 viſo proceſſu num.3. verſ. tertia ratione, lib. 2.* Ergo poterit filius cum cenſeatur eſſe eadem perſona cum patre, *l. fin. C. de impuberib. & alijs ſubſt* Roland *conſ.28. n.10. l b 3.* appellare pro patre, vel ſaltem cum cautione de rato, ſiquidem id licet fratri pro fratre, & coniuncto pro coniuncto.

Quid de marito? Dic vxorem pro marito abſente non poſſe appellare, niſi agat pro libertate mariti, aut niſi maritus in carcere detineatur. Ruginel. *de appell. d. §.2.c.1.n.79.* vbi pro hac parte refert ac ſequitur Gail. *ſupra, obſeruat. 133. n. 8.* Poterit etiam vxor appellare pro ſuo intereſſe ſuæ dotis à ſententia aduerſus maritum prolata Ruginel. *ſupra, d.c.1.n.32.* & Ruin. *conſ.121 in dubium, & præſertim ſub num.7 verſ qualiter ergo cumque, lib 5.*

Maritus autem ſi cauſa excitetur de bonis receptitiis vxoris, & de bonis paraphernalibus, poteſt appellare ſine mandato, non tamen ſine cautione de rato. Pro rebus autem dotalibus poteſt appellare abſque mandato, & abſque cautione de rato. Ruginel. *d. §.2. c.1. n.78. verſ quando autem maritus.* & Gail. *in pract. obſernat. lib.1. obſern.133. n.1. & ſeq.* Probatur, quia maritus etiamſi velit, non poteſt præſtare vxori fideiuſſorem de dote reſtituenda, vel conſeruanda *l.1. & 2 C. ne fideiuſſores dotium dentur:* ergo poteſt appellare quando agitur de rebus dotalibus nedum abſque mandato, ſed etiam ſine cautione. Barboſ præceptor *in l. ſi conſtante, n.20 fol.515 ff. ſolut. matrim.* 91.

Quid de prætèdentibus aliquod intereſſe? Reſponde primò poſſe appellare quemcumque, cuius intereſt ſententiam contrariam non ferri, text. *in l.5. à ſententia, ff. de appell. & relat.* Papiẽt. *in pract. in forma appellationis a ſententia diffinitina in gloſſ. coram vobis, ſub n.5.* & Ruginel. *de appell. §. .c.1. n.22.* Hinc fit, vt poſſit quilibet tertius appellare pro ſuo intereſſe conſequendo, vel pro præiudicio vitando *l 4. ab executore, §. alio condemnato*, in illis primis verbis, *alio condemnato*, is cuius intereſt poteſt appellare, *ff de appell. & relat. & l. 1. ff. de appell. recip. vel non.* Surd. *conſ.271. incip.* Franciſcus de Induſia *n. 21. lib. 2.* quòd poſſit appellare propter qualecumque præiudicium, etiam leue vitandum, tradit Contard. *in l. vnica, limit.23. n 90. C. ſi de moment. poſſeſſ.* & Tiraquel. *tit. res inter alios acta, limit.19. fol. mihi 111.* 92.

Secundùm quos eſt regula ſtatuens poſſe appellare quemlibet pro ſuo intereſſe; non habentem autem intereſſe non poſſe appellare, neque eius appellationem admitti, text. *cum gloſſ. in cap. non ſolent, 2. quæſt.6.* Bald. *in l. final. Cod de fideicommiſſ. libertat.* Felin. *in cap. ex parte, n.6. de teſtib.* & Crauet. *in conſ.181. n.8.* quia non grauatus non appellat, idem Bald. *in cap. dilecto de appell. & in l. final. num.2. Cod. quando probare non eſt neceſſe;* ideo non habens intereſſe, non admittitur ad appellandum; quod ſi appellet, debet probare fundamentum appellandi, & conſtare de intereſſe; quod ſi non doceat de illo, nihil valet appellatio: Sigiſmund. *de iudic. cauſar. ciuil. lib.2. cap.2. n.466. & ſequent.* Quare ſi tertius non doceat de ſuo intereſſe, & iudex appellationi à tertio interpoſitæ deferat, poterit principalis appellare de tali admiſſione, Contard. *ſuprà, quæſt.24. num.36. verſ. ſed quid ſi iudex,* & Achil. Perſon. *in tract. de adipiſcend. poſſeſſ. ſub num.340.*

Ratio principalis eſt, quia hoc punctum, an tertius habeat intereſſe, eſt præiudiciale, ideo priùs quàm deferatur appellationi eſt diſcutiendum, & examinandum. Roland. *conſ.5. ſub num.3. vol.2.* vbi ait cupientem admitti in quocumque iudicio pro ſuo intereſſe, debere ſaltem ſemiplenè docere de iure ſuo, quod priùs dixit Bald. *in l fin. circa medium, C. de edict. Diui Adrian. toll.* & Contard. *ſuprà, d num.36.* Atque ita tenetur ad duo, primò, ad docendum de legitima cauſa appellandi, nempe propter ſuum intereſſe, & deinde debet docere

ſtatim, & in continenti; quæ duo requiruntur ad iuſtificandum cauſam appellandi Ita Angel Aret. *in l. a ſententia, ſub num. 1. ff. de appel. & relat.* & Couar. *in practicis qq. cap. 6. ſub n. 1.* Dicentes ſi tertius velit appellare & exequutionem impedire, non ſufficere iuſtam appellandi cauſam exponere in ſchedula appellationis, ſed requiri cauſam ſtatim intra breue tempus probare ſummariè ſaltem, & ſemiplena probatione. Quod ſi tertius tantùm appellet, nec curet impedire executionem, ſufficere cauſam appellandi in ipſo libello appellatorio exprimere, quæ appellatio iuſtificetur. Si autem præſumatur per calumniam appellationem à tertio interponi opponentis ſimul executioni, tam appellatio, quàm oppoſitio reiicienda eſt, per gloſſ. & Abbat. *in cap. ſuper eo de offic. delegat.* & habetur *in cap. ſi citata de in integr. reſtit.* & Card. *in Clement. 1. q. 4. de re iud.* Sigiſmund. Scacc. *de appell. q. 17. limit. 6. membr. 4. n. 108.* vbi *n. 109.* addit tertio non docente de ſuo intereſſe, executionem eſſe faciendam, ſaluo iure tertij ex tradins à Lancellot. *de attent. p. 2. c. 12. ampliat. 13. n. 28. pri. cum ſuper. vbi ſcribentes, de re iud.* & notat Boër. *d. c. 79. in princip.* vel aliàs eſt iuſta cauſa. Camill. Borrel *in ſumma tom. 1. tit. 31. n. 111. & ſeq.* Similiter non admittetur ad appellandum, ſi tertius habuit ſcientiam motæ litis, & manifeſtam cauſæ principalis ſciuit ante pronuntiationem ſententiæ. Caualc. *deciſ. 10. n. 26. p. 1.* Menoch. *conſ. 79. n. 23.* & Lancell. *de attent. p. 2. cap. 12. ampliat. 14. n. 15.*

93. Amplia regulam de tertiò quòd poſſit appellare pro ſuo intereſſe, habere locum etiam quando principalis non poteſt appellare à ſuæ condemnatione, quia appellatione prohibita in aliqua cauſa, prohibitio extenditur ad perſonas principales, non autem ad tertium: atque ita quando à principe delegatur cauſa appellatione remota, tertius poteſt appellare, Bartol. *in l. 1. § interdum n. 4. verſ. quæro Imperator, ff. à quibus appellare non licet.* Franch. *in cap. 35. paſtoralis, n. 5. verſ. ſpeciale quæritur, & num. 6. de appell.* Lancell. *de attent. p. 2. c. 12. ampliat. 14. princ. num. 6. & 7. fol. 214. & limit. 8. princip. in fin. num. 46. & 47. fol. 366.* Couar. *pract. qq. cap. 15. num. 4. in fin. verſ. quarto qui ad amuſſim.* Menoch. *de adipiſcend. poſſeſſ. remed. 4. quæſt. 100. n. 847.* pro quo eſt text. notabilis *in cap. 15. ſuper eo. in fin. de offic. & poteſt. iudic. delegat.* & ſequitur Tiraquel. *in tit. inter alios acta res. limit. 1. in fine declarat. 3. fol. 107.*

Subamplia, poſſe tertium appellare, etiam quando principalis condemnatus recuſat, quod tertius appellet, adhuc enim poterit appellare, vt vult Achil. Perſon. *in tract. de adipiſcend. poſſeſſ. ſub num. 139. verſ. qua concluſio, tom. 3. p. 2. fol. 269.* Nec obſtat quod voluerit principalis renuociare appellationi, quia etiam in hoc caſu locus appellandi datur tertio. Quinimo quamuis condemnatus poſt ſententiam ſe compoſuerit cum actore, tertius pro ſuo intereſſe poterit appellare. Ita Franch. quoad hoc vltimum punctum *in cap. 72. vna ſententia, num. 4. de appell.* ſequitur Scac. *de appell. quæſt. 17. limit. 2. num. 98. verſ. & quod appellans, & limit. 6. memb. 6. à num. 44.* vbi in vtroque loco cum aliis tradit appellantem non poſſe renuntiare ſuæ appellationi in præiudicium conſortis litis, qui non appellauit, nec in præiudicium illius, qui pro ſuo intereſſe ei adhæſit. Quod ſi velit, nolit tertius, appellans ſe concordet cum actore, vel appellationi renuntiet, renuntiatione, & concordia non obſtantibus poterit tertius appellare. Lancellot *de attent. p. 2. cap. 12. ampliat. 14. num. 8. & 9. fol. mihi 354.* quæ appellatio impedit executionem ſententiæ aduerſ. condemnatum. Couar. *in pract. qq. cap. 6. in fin. princip.* Menoch. *de adipiſcend. remed. 4. quæſt. 100. num. 849. fol. 53.* & Lancellot. *proxime num. 2. vbi n. 4. & fol. 314.* ſubdit impedire executionem, quia appellatio operatur effectum ſuſpenſiuum.

Porrò tam ampliationem, quàm ſubampliationem ſubextende non ſolùm quando tertius pro ſuo intereſſe antequam ſententia tranſeat in rem iudicatam appellat, cumque executionem reus appellando poterat impedire, ſed etiam in eo euentu, in quo ſententia lata tranſiuit in rem iudicatam negligentia condemnati, qui intra tempus noluit appellare, vel quia hæc ſententia erat tertia conformis, nihilominus adhuc tertius poterit appellare, & impedire executionem ſententiæ vt notat in ſpecie Rugmel. *de appell. § 2. cap. 1. n. 49.* Camill. Borrell. *d. tit. 31. num. 125.* Barboſ. *in remiſſ. ad leg. Regiam. lib. 3. tit. 86. § 3. n. 5.* vbi etiam oſtendit per exceptiones à tertio poſſeſſore oppoſitas poſſe impediri executionem trium ſententiarum conformium ſicque fuiſſe iudicatum in ſupremo Senatu Luſitano refert Phæb. *10. 1. areſto 25.*

Illud etiam aduerte tam principales litigantes, quàm etiam tertium teneri appellare intra decem dies à lege ſtatutos. Salicet. *in authent. hodie, q. 9. ſub n. 4. Cod. de appell.* Mil. *in repertorio, in verb. appellationi ab alio, fol. 18. in 1. col. & in verb. excommunicatus petens, fol. 118. colum. 1.* & Rot. *deciſ. 5. aliàs 215.* adhærentes de ſententia excommunicationis in nonis quatenus cenſeor adhærentes appellationi ab alio interpoſitæ, & excommunicatos poſt adhæſionem non eſſe audiendos, ſi petant abſolui ad cautelam, niſi oſtēdat ſe intra decem dies, in quibus poterant appellare, adhæſiſſe, ita Lancellot. *de attent. p. 2. c. 12. limit. 50. prin. ampliat. 1. n. 59.* Rebuff. *tract. de appell. art. 1. gloſſ. 1. in fine, num. 12. tom. 3. fol. 483.* Guid. Papæ. *eodem tit. q. 75. n. 51. tom. 5. fol. 59.* vbi dicunt intra decendium debere tertium adhærere appellationi ab alio interpoſitæ & non poſtea pro ſuo intereſſe. Quibus adde Tiraq. *in tract. de vtroque retractu, §. 1. gloſſ. 10. n. 86.* & deciſ. Parlamēti Pariſienſis per Ioan. Gall. *278. incipit, pro Religioſis, ad medium* Quod extēde etiam quando quis adhæſit, & poſtea renuntiauit adhæſioni, ſi rurſus velit adhærere, debet id efficere intra decendium Nam adhæſio extra decendium facta non valet in fauorem adhærentis, ſed in pœnam, ſi forte aliqua puniatur. Oldrad. *in conſ. 328. Ad idem col. final verſ. item conſtat, quod conſtitutio, & in conſ. 366. quod articuli, col. final. in vltimis verbis.* Socin. *conſ. 45. n. 10. verſ. ſexta declaratio lib. 1.* nec ſufficit adhærere ſimpliciter appellationi ſed debet intimari adhæſio ipſi iudici à quo Idem Lancellot. *d. cap. 12. ampliat. 12. n. 8.* poſt Mil. *in verb. excommunicatus, & in verb. appellationi ab alio,* vbi addit, ſi adhæſio facta fuit cum clauſula, *omni meliori modo,* valere in vim appellationis, ſi fortè non valuerit in vim adhæſionis, vt docet Proſper. Paſerb. *conſ. 99. n. 4. & 5.*

Quid dicendum de emptore, & venditore, & de fideiuſſore, ac de amicis? Reſponde emptorem poſſe appellare, ſi de proprietate vincatur, ipſo verò non appellante, appellabit venditor; Item venditore agente, & ſuccumbente, poterit appellare emptor, *l. ab executore, §. alio, ff. de appellat.* Placentin. *in ſumma Codicis, lib. 7. tit. 64.* 95

*tit.64.* & Azor. *in ſumm.lib.7.tit.62.* Ruin. tamen *conſ.84. quæritur, num.2. in fin.verſ.Sed præmiſſis, lib.5.* vult non teneri emptorem appellare, quod intellige ſecundum Natt. *conſ.208. viſo themate, num 1.lib.1.* Quando emptor eſt dubius de iniuſtitia ſententiæ, & multò fortiùs quandò iniuſtam cauſam habet; tunc enim non tenetur appellare, ſicut etiam non tenetur quando ſententia fertur à iudice coram venditore, Natt. *d.conſ.208.num.2.* Similiter non tenetur appellare emptor, ſi venditori renunciet formam ſententiæ latæ, vt valeat appellare. Sigiſm. *de appel.q 5.n.14.& 15.* Camill. Borrell. *d.tit.53.de appel.num.910.& ſequent.* vbi addit ſi emptor fuit condemnatus per contumaciam nihil referre ad venditorem.

96. Fideiuſſor debitoris, ſi debitor vincatur in cauſa pro qua fideiuſſit, appellare poteſt. Camill. *vbi proxime, num.914.* per *l.5.à ſententia,* & *ibi* Bartol. *num.2.ff. de appel.& relat.* Surd. *conſ.271.* Franciſcus de Induſia *ſub num.16. verſ. At prædictus, & num.17. lib.2.* non tamen tenetur appellationem proſequi: Specul. *tit. de appel.§.1. num 2. verſ. breuiter:* debet autem appellare non nomine ſuo, ſed nomine illius pro quo fideiuſſit, vt videtur decidi *in l.à ſententia, vbi proxime,* ſed Bartol. *in d. l.7.ſi procuratorio, 4. ſed ſi alius, num.1. ff. quando appellandum ſit,* docet, debere appellare nomine proprio, & pro intereſſe proprio, quæ reſolutio eſt ſequenda. Adde ſi fideiuſſor promittat apud acta ſoluere iudicatum, non poſſe appellare, ſecus ſi promittat alia ſpecie contractus, à quo detur appellatio. Item poterit appellare, quando ſententia lata contra principalem eſt vnica, ſi non tranſiuit in rem iudicatam, quamuis principalis, & eius fideiuſſor ſe obligauerint priùs in iudicio de ſtando iuri, & ſoluendo iudicatum, ſecus ſi tranſiuit ſententia in rem iudicatam, vel eſt iam tertia ſententia, vel materia de ſui natura non habet appellationem. Sigiſm. *de appel.quæſt.5.n.32.*

97. Pro amicis dicendum eſt, amicum pro amico abſente appellare poſſe. Archid. *in cap.1. num.5. verſ.Tamen in col.5.de elect.in 6.* Ruginel. *de appellat.§.2.cap.1.num.8.* Sigiſmund. *de iudic.ciuil. cauſarum, lib.1.cap.101.n.48.& 49.* dummodo accedat ratificatio amici abſentis intra decem dies, & appellans det cautionem de rato. Archid. *ſuprà,* eo modo, quo diximus fratrem pro fratre, & coniunctum pro coniuncto poſſe ſine mandato appellare, dummodo ratificetur appellatio intra decem dies ad appellandum deputatos, alias appellatio non tenet, prout vult Alexand. *conſ.101.lib.2. n.3.* quem refert Ruginel. *de appel.§.2 n.32.* & cũ cautione de rato. Sigiſ. *ſuprà, d.c.101.n.48.& ſeq.*

98. Pro procuratore certi iuris eſt, ſi habeat mandatum, generale ad lites, poſſe appellare, nec requiritur ſpeciale mandatum, Lancel. *de attent p.2. c.12.limit.5.n.32.& 33.* Bero. *conſ.114. circa n.9. & 10.verſ.Secundò reſpondeo, lib.3.* niſi quando ex procuratoris appellatione dominus poſſet incurrere aliquam pœnam, tunc enim requiritur ſpeciale mandatum. Rebuff. *tract. de appell. art. 1. gloſſ 2.num.2.* Sigiſm. *d.lib.1.c.101.n.58.* vbi probat ſub generali mandato non venire ea, quæ ſunt contra factum domini; non tenebitur tamen appellare, ſi principalis ceſſerit liti, Rebuff. *de appel. art.1.gloſſ. 2. num. 6.* Imò nec admitti debet ad appellandum. Caſſador. *deciſ 2. nota quod, num.1. & 8. de appell.* Semper tamen procurator debet appellare procuratorio nomine. Ruginel. *tract.de appell. § 2.c 4.n.23. verſ. procurator.* ſatiſque eſt, ſi dicat, *appello,* teſte Bart. *in l.1 §.final.n.3. de appel.& relat.* quia intelligitur appellaſſe procuratorio nomine; quod ſi effectus ſit dominus litis, poteſt appellare nomine proprio, vt vult Franc. *in rubr.nu.4.verſ. circa primum de appell.* Iuuat Anchar. *in c 9.appellatio, ſub n.1.de appell. in 6.* dum ait poſſe procuratorem appellare tam pro nomine proprio, quàm nomine domini, quod intelligitur poſtquam effectus eſt dominus litis; dicitur autem dominus litis, per litis conteſtationem, & ideo tenetur appellare, debet tamen domino denuntiare ſententiam. Gail. *pract.obſeru.obſeru.139. n.9 lib.1.* aliàs tenebitur ad intereſſe ipſi principali. Camill. Borrel. *tit.de procurat.in ſumm tom.2. n.352.& de appell. tom.2. tit.33 num 930.*

99. Porrò ſi procurator pro domino litem agens ſuccumbat, & non appellet intra decendium, & non eſt ſoluendo, ab illa intra decem dies, à die notitiæ ſententiæ poterit dominus appellare, ita fuiſſe decretum refert Afflict. *deciſ.344.n.4.* dicens quando dominus fuit abſens à loco tempore ſententiæ, & procurator non appellauit intra decem dies, poſſe dominum appellare intra alios decem dies à die notitiæ, idem docuit Alexand. *conſ.93. num.10 vol. 2.* Guid. Papæ *deciſ. Delphin. 436.* ex Bartol *in l.1.in fin.* vbi gloſſ. *ff. quando appellandum ſit:* Quod habet locum etiam in appellatione, in qua prouocandi neceſſitas incumbit procuratori, quamuis non proſequendi. Text. *in leg.ſi procuratorem. §. ſi ignorantes ff.mand.vi.* Rebuff. *ad conſtitut.* Gall *tom.3. tit.de appellat art.1. Gloſſ. 2. num. 1,* Camill. Borrell. *d. tit. 33 poſt plures, num.992. & ſequent.* vbi addit quando procurator eſt verus contumax, poſſe dominum appellare: item quando dolosè, aut fraudulenter verſatur procurator cum partibus, poterit etiam dominus appellare. Quin etiam erit actio domino contra procuratorem pro damno, & intereſſe ex dolo, ex Marc. Anton. de Amatis *in deciſ. Marchiæ 37. num.14.* & ex aliis quibus Borrel. adhæret *ibi,* Roland. à Vall. *conſ. 91. egregium num. 14. verſ. hæc tamen, lib.4.* Caſſador. *deciſ 5. regula iuris, num. 1. & 2. de appell.* Oddo *tract. de reſtitut. in integr. quæſt.29. art.4. num.13. verſ. limita, & quæſt.69. art.4. ſub num.24. verſ. ſed vera,* vbi dicunt teneri procuratorem ad intereſſe, quia tenetur de omni culpa per *l.13. à procurato. C. mandati,* & teneri etiam de leuiſſima culpa quando eſt procurator ad iudicia, vt vult Aret. *inſt.de mand.§. mandatum, num.3.* Sigiſmund. *de appell.quæſt.13. numer.124.* vbi *num.125.* ſubdit ſe nunquam vidiſſe principales egiſſe contra procuratores negligentes, & multo minus procuratores negligentes condemnari; tum quia ſibi imputet, qui procuratorem negligentem ad agendum conſtituit, tum vel maximè, quia difficulter æſtimabitur intereſſe deperditum ob negligentiam procuratoris. Sed quidquid ſit de foro externo, & de praxi paſſim vſitata in foro conſcientiæ, tenetur procurator ſaltem de lata, ac leui culpa, ſi ſalario conductus cauſas defendit in foro, teneturque reſarcire omne damnum ex ſua negligentia, ac imperitia partibus illatum. Similiter ſi procuratoris dolo, vel negligentia, appellatio fuit deſerta, tenetur ad intereſſe, & appellans coget procuratorem ad illud. Secus ſi appellatio deſeratur ſine dolo illius, ſorte iuſto aliquo impedimento. Franc. *in cap.8. ex ratione, num 54. verſ. circa ſextum, & vltimum impedimentum de appellat.* Sigiſmund. *ſuprà, q.15. num.57. & num.136.*

100. Sed quid dicendum de procuratore non appellante in cauſa beneficiali à ſententia contra principalem lata? Reſponde principalem poſt lapſum decem dierum non audiri etiam per viam reſtitutionis in integrum, ex eo quia ſibi imputet principalis, qui non idoneum procuratorem elegit, nec diligentem, ita Rot. *in antiquis in deciſ. 313. incipit, nota, quod vbi procurator.* Sequitur Borell. *d. tit. 33. de appell. n. 927.* quod intellige, quando procurator data opera noluit appellare, ſecus ſi iuſta cauſa aberat, quia tunc principalis poterit appellare à die ſcientiæ ex Bartol. *in l. 1. in vlt. verb. dicta legis ff. quando appelland ſit,* & Rebuff. *tract. de appell. art. 1 gloſſ. 2. num. 13.* Sigiſmund. *quæſt. 12. eod. tit. num. 136.*

101. Quid ſi procurator interponat appellationem, nempe prima die Maij eo tempore quo probabiliter non poterat habere notitiam mandati ſibi conceſſi: 5. die Aprilis? Lancellot. *de attent. 2. p. cap. 12. limit. 50. n. 36.* opinatur appellationem ſuſtineri. Sequitur Flamin. Pariſ. *de reſign. lib 9 q. 8, à n. 2.* quamuis in caſu reſignationis oppoſitum ſentiat, cui ego adhæreo, quia mandatum ante acceptationem, & receptionem non prodeſt. Rot. *deciſ. 7. de appellat. in nouis.* Lancellot. *de attent. p. 2 cap. 10. num. 27* Flamin. *de reſignat. lib. 7. q. 11. ex n 16.* vbi hoc dicunt de reſignat. Confirmatur ex facultate conceſſa ad maioratum inſtituendum, vel ad teſtandum, quæ non iuuat ante ſcientiam illius. Molin *de primog lib. 2. cap. 7. num 67. & 69.* Menoch. *de arbitr. lib 3. caſu 185. à n. 30. vſque ad 50.* & alij quorum meminit Gonzales *de menſib. §. 5. procem. n. 103. & ſequent.* & Gloſſ. 65. *num. 21.* poſt alios.

102. Quæſtionis tamen eſt an procurator in omnibus caſibus in quibus poteſt appellare, teneatur etiam appellationem proſequi. Affirmat Salicet. *in l. 17. inuitus. num. 6. oppoſit. 9. C. de procurat.* Sequitur Ioan. Ananias tanquam veram, vt refert Angel. Aret. *in l. vlt. ſi procur. ſub n 4. ff. an per aliam cauſ appell.* Nihilominus oppoſitum eſt verius etiam quando tenetur appellare non teneri proſequi appellationem. Gloſſ. 1. *in d. l. vlt. ff an per al. cauſ. appellat.* & Paul de Caſtro *in l. 4. ab executore, §. ſi procurator. num. 2. de appell. & relat.* Rebuff. *tract, 2. de appell. art. 1. gloſſ. 2. n. 1. tom. 3. fol. 484.* & Gregor. Tholoſ. *tract. de appell. lib. 5. cap 1. num. 13. verſ. quæritur. in fine,* & eſt communis.

Quin etiam non poſſe proſequi etiamſi velit, ſentit Caſtrenſ. *in d. l. 4. ab executore, § ſi procurator. in vltim. verbo. ff de appell.* dum ait teneri appellare procuratorem, quamuis non teneatur proſequi, vel non poſſit, quod etiam cenſet Ioan Ferrat *tract. de appell. lib. 2. cap. 1. num. 113. tom. 5. fol. 68.* ex ratione Rotæ, cuius meminit Mohed. *deciſ. 6. aliàs 126. ſunt dubitatum, n. 1. & 2. de procurat.* dicentis proſecutionem appellationis non eſſe de appendicius primæ inſtantiæ, ideo procurator in vna cauſa poſt latam ſententiam non eſſe procurator in eadem cenſetur.

Hæc reſolutio ſine dubio cenſetur vera, quamuis gloſſ vlt. *in l. final. ff. an per alium,* videatur indicare procuratorem poſſe proſequi appellationem virtute primi mandati ſi velit; quam probat Geminian. *in cap. 1. §. poſt hoc, num. 12. verſ. quæro an procurator. de appell. in 6.* & Speculat. *titul de appell. §. 1. ſub. n 2. verſ. breuiter, lib. 2. fol. 184.* Bald. *in l. inuitus. in fine. C. de procurat.* & ex Iaſone *in l. cum ſeruum, §. ſiquis aliquis. col. vlt. ff. de legat. 1.* & ex alijs quos referens ſequitur Camill. Borrel. *tit. 33. de appel. num. 1263.* dicentes procuratorem conſtitutum ad appellandum poſſe appellare in vtraque inſtantia tam prima, quam ſecunda, quorum ſententia accedente conſuetudine admitti poteſt, præſertim quando procurator appellat ab interlocutoria, à qua non ſolùm tenetur appellare, ſed etiam proſequi appellationem Bald *vbi proximè in d. l. inuitus. num. 6 verſ. tertiò quæritur,* & Salicet. *num 9. Cod. de procurat.* Natta *de procurat. in Clement. ſæpè. col 62. de verb. ſignific.* quem ſequitur R...... Ioan. Paul. Tholomæus *in deciſ. nouiſſima Romana 867. num. 3. lib. 3. volum 3.* Quod intellige poſſe proſequi ſi velit, dummodo cauſa appellationis non ſit tractanda in alio loco remotiſſimo, ad quem non poteſt accedere niſi cum diſpendio ſuæ familiæ ſcilicet, & Ioan Ferrar. *ſuprà ſcripti.*

Pro contumace dicendum eſt, verum contumacem non poſſe appellare ex regul general. *quia non poteſt appellare, qui non eſt grauatus iniuſtè,* Papienſ. *in pract. in form. appell. à ſentent. diffinit.* in Gloſſ *coram vobis, num. 5. verſ. quæritur quis poſſit. fol 404.* & deducitur ex *cap 3 omnis oppreſſus 2. quæſt. 6. cap. 59. vt debitus, de appellat.* vbi dicitur omnem oppreſſum, ſeu iniuſtè grauatum poſſe appellare. Imò prohibetur appellare à quocunque actu in quo ſit verè contumax Marāt tamen *in ſuo ſpeculo act. 2. principal. in verb. & quandoque appellatur, num. 284. & 286.* huic reſolutioni minus bene contradicit poſt Paul. de Caſtro *in authent. principales, §. quod ſi alter, num 6.* qui duo concedunt verum contumacem ſi appellet, non audiri, ſi fuit verus contumax ad ſententiam ſecus ſi ad alios actus proceſſus. Sed oppoſitum amplectere ſiue ſit contumax ad omnes, ſiue ad aliquos actus non poſſe appellare, eo quòd contumax, qui non vult parere iudici, eſt rebellis, & rebellis non poteſt appellare, quia beneficium appellationis indulgetur illis, qui ſunt oppreſſi à iudice, non verò illis, qui contra iudicem reſiſtunt. Sigiſmund. *de iudic. cauſar. ciuil lib. 1. cap 93. numero 1. & cap. 97. num. 119. verſ. finem, & de appell. quæſt. 17. limit 3. à num. 1. cum ſequent.* Camill. Borrell *d. tit. 33. de appell. num. 367. cum ſequent. vſque ad num. 373.* vbi latè de vero contumace, qui dicitur eſſe, qui contemnit iudicem, vel qui data opera facit, quod ad ipſius aures non perueniant mandata iudicis.

(Right margin: 103. beside the line beginning "Pro contumace"; 104. beside the line ending "Sed oppoſitum".)

---

## §. VII.

### *De fine, & effectibus appellationis.*

### EPITOME.

105. *& 106 Appellationis remedium ad quid inuentum, & an ſit de iure naturali diuino, an de iure poſitiuo humano.*

107. *& infrà 117 Effectus appellationis ſuſpenſiuus, alter deuolutiuus, qui deuoluit etiam acceſſoria ad iudicem* ad quem.

108. *& 109 Appellatio eximit appellantem à iuriſdictione iudicis* à quo *ſi interponatur intra decendium.*

110. *& infrà 121 Iudex* à quo *quid poſſit efficere pendente appellatione.*

111. *Eff*

111 Effectus excommunicationis. an ſuſpendatur ab appellatione.

112 Excommunicationis ſententia non ſuſpenditur per ſequentem appellationem, & cur.

113 Appellatio interpoſita ante ſententiam excommunicationis, ſuſpendit illam, ac deuoluit cauſam.

114 Abſolutio ab excommunicatione debet impendi ad cautelam, quandiu non conſtat de nullitate ſententiæ.

115. 116. & ſup.107 Appellatio poſt ſententiam excommunicationis latam ſub conditione ante conditionis euentum non ligat. Siue appellatio ſit expreſſa, ſiue tacita, & qua ſit appellatio tacita.

118. 119. 120 Iudex ad quem quando poſſit reformare ſententiam nullam, vel confirmare illam.

121. & 122 Iudex à quo pendente appellatione poteſt abſoluere excommunicatum ſi eſt iudex ordinarius, ſecus ſi eſt delegatus.

123. & 124 Suſpenſus a beneficio, ſi appellet à ſuſpenſionis ſententia, non perdit titulum, & ſuſpenſio ſuſpenditur per appellationem ſequentem.

125 Suſpenſus à beneficio poteſt eligere, & habere vocem.

126. & 127 Epiſcopus per ſententiam depoſitus, appellatione pendente, qua poterit efficere abſque metu irregularitatis.

128 Interdicti ſententia lata poſt appellationem legitimam, eſt ipſo iure nulla; ſecus ſi interdictum reſpiciat temporalia.

129 Iudices delegati in vna cauſa quando ſunt plures, ſi vnus deferat appellationi ob reuerentiam Sedis Apoſtolicæ, cauſa deuoluitur.

130. Cauſa ſemel deuoluta ad Sedem Apoſtolicam ſemper ibi remanet tractanda.

105. APPELLATIONIS remedium fuit inuentum ad præſidium innocentiæ, & ad defenſionem oppreſſorum, non verò ad nutriendam malitiam, & augendam temeritatem litigantium, cap. ad noſtram, de appell. & cap. cum ſpeciali, § porrò. eod. tit. proinde appellationis inuentio dicitur refugium, & non ſuffugium, eſtque ſpecies defenſionis indoctæ de iure naturæ. Clement. paſtoral. in verbo, Piſana, de re iudicat.

Quin etiam de iure diuino dicunt eſſe; Puteus de ſyndicat. in verbo, appellatio, num. 1 in fine. Azeued. in l. 1. tit. 18. lib. 4. nou. recopil. & Ceuall. in tract. de commiſſ. per viam violentiæ. in proœmio, cap. 11. d. num. 1. Ex quibus colligitur finis appellationis eò tendere principaliter, vt iniquitas iudicantium, & imperitia corrigatur, l. 1. in principio. & ibi Bartol. in princip. ff. de appell. & relat. Camill. Borrell. tom. 2. tit. 33. de appellat. num. 129. dicens appellationem principaliter fuiſſe inuentam ad fauendum iniuſtè grauatis, & ad emendandum iudicantium iniquitates: atque ita in dubio ſemper debere fieri interpretationem, quòd appellatio potiùs procedat, quàm è contrario, cap. vt debitus, vbi gloſſ. de appell. Bald. in l. de ſtatu. ff. de teſtam. Bartol. in l. 1. ff. nihil nouari. appellatione interpoſ. Archidiac. in cap. 1. de appell. in 6. & Decius in conſ. 28. num. 5. quibus accedit Suar. de Paz in proœmio ſextæ partis. 1. tom. à num. 1.

106. Hinc fit, vt in omni caſu appellatio ſit permiſſa niſi expreſsè reperiatur prohibita. l. & in maioribus, C. de appell. Gloſſ. in l. reſtituere, in fine ff. de rei vendicatione. Phœb. 1. part. areſt. 62. & Azeued. lib. 4. nouæ recopil. l. 1. num. 71. tit. 18. quia fuit inuenta, vt per eam emendetur error iudicum, & occurratur imperitiæ illorum ſicut per theriacam occurritur veneno. Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 60. num. 4. & tit. 9. quæſt. 32. num. 63. Bobadill. in ſua politica, lib. 2. cap. 21. num. 219. & Purpurat. in l. 1. num. 81. C. de pact. eſtque de iure naturali quatenus habet principium iuris naturalis, vt diximus, & vult Alciat. in practic. ciuil. part. 3. in tit. de appell. quamuis quoad formam ſit de iure ciuili, & ab eodem interdum poſſit auferri ex cauſa. Abb. in cap. paſtoralis. num. 12. de appell. Felin. in cap. cum inter. num. 8. de exceptionibus, & Couar. in pract. cap. 23. num. 3. dicentes appellationem eſſe defenſionem non tamen de iure naturæ, ſed de iure poſitiuo inuentam: naturali tamen defenſioſione innixam, & ideo ab eodem iure auferri poſſe; ſuccreſcente tamen hominum malitia videmus, quod inuentum eſt ad refugium innocentiæ, verſum fuiſſe ad noxam, & iudices, qui debuiſſent iniquas ſententias emendare, non ſolùm non emendant, ſed aliquando latas ad iniuſtam formam reducunt. l. 1. ff. de appell. Afflict. deciſ. 188. n. 6. Camill. Borrell. 2. part. ſumma tit. 33. n. 61. Sigiſmund. de appellat. quæſt. 3. artic. 1. numer. 2. per totum.

Quod attinet ad effectus appellationis? Dic in primis alterum eſſe deuolutiuum, & alterum ſuſpenſiuum. Gloſſ. in cap. ad reprimendum, in verbo, conqueſtus. de offic. ordinar. Panorm. in rubr. extra. de appell. num. 4. Decius ibi, num. 1. Duenn. in regul. 42. Proprietas ergo effectus deuolutiui, eſt deuoluere cauſam ad iudicē ſuperiorem ad quem fuit appellatum. Franch. in rubr. num. 28. verſ. quarto eſt permittendum, & in cap. 59. vt debitus, notab. 1. ſub num. 4 de appell. Camill. Borrell. d. tit. 33. de appell. num. 1286. & ſequent. deuoluitque appellatio totam cauſam & negotium principale ad Iudicem appellationis, Bartol. in l. 19 ſi expreſsè, num. 14. ff. de appellat. & relat. Paul. de Caſtro in l. 6. num. 4. C. de appell. & conſult. Couar. in pract. cap. 23. num. 1. col. 2. in princip. Barboſ. in remiſſio. ad legem Regiam Luſitan. lib. 3. tit. 73. in princip. num. 3. & ſequent. & Barboſ. filius in lib. 1. decret. tit. 29. in cap. paſtoralis, §. præterea, de offic. & poteſt. Iudic. delegat. num. 8. vbi vult appellationem nonnunquam admitti, quoad deuolutionem, non verò, quoad ſuſpenſionem. 107.

Interdum etiam appellatio legitimè interpoſita à ſententia nulla deuoluit, ne dum cauſam principalem, ſed etiam omnia acceſſoria, ex cap. dilectis, & ex ſcribentibus ibi, de appell. Franch. in d. cap. vt debitus, notab. 1. num. 4. & in cap. vt debitus, notab. 7. num. 4. & in cap. dilecto. quæſt. 9. ſub num. 19. verſ. præmiſſis de appell. Iacob. de Arena in l. eos. num. 3. col. 3. Alexand. conſ. 59. num. 1. & 9. verſ. nec his obſtat, lib. 4. Nicol. tract. de concord. Gloſſ. concord. 6. fallent. 23. num. 64. fol. 194. Gregor. Toloſ. tract. de appell. lib. 2. cap. 16. ſub num. 4. verſ. ratio, & num. 6. verſ. notat. Quod procedit interpoſita appellatione ex iuſta cauſa, & legitimè, Franch. in cap. 38. cum Eccleſia, num. 1. verſ. tene menti, de appellat. & appellans debet probare ſe appellaſſe intra decendium, & ex legitima cauſa, Franch. ſuprà, num. 3. notab. vlt.

108. Porrò effectus ſuſpenſiuus ſic vocatur, quia per appellationem interpoſitam ſuſpenditur iuriſdictio iudicis à quo, & eximitur appellans ab eius iuriſdictione, & poteſtate quo ad illam cauſam,

ſam. Franch. *in rubrica*, *numer*.29. *verſ. ſecundò ſuſpendit, de appell. & in cap*.39 *directa, num*.3. *verſ. vltimò tene menti. eod. tit*. Suarez de Paz *in proœmio ſexta partis primi tomi, de appellat. num*.11. *&* 12. Lancellot. 2. *part. de attent. cap*.12. *in præfat. num*.90. vbi concludit appellationem conſeruare ſtatum appellantis, & ſuſpendere ſententiam, & iuriſdictionem Iudicis *à quo*, addens *d*. 2. *p*. 2. *cap*.11. *num*.1. effectum ſuſpendendi procedere non ſolùm in appellatione, ſed etiam in termino ad appellandum, quoniam durante termino ad appellandum nihil eſt innouandum: par enim eſt durare terminum ad appellandum, & eſſe appellatum; vnde ſequitur pendente tempore ad appellandum, non poſſe bannitum impunè offendi ſecundùm veriorem, & magis communem opinionem, vt vult Blanc. *in ſua pract. crimin. fol*.100. *num*.111. in capite, in quo agit, an ignorantia excuſet de delicto: vbi plures pro hac parte allegat, quam etiam teſtatur communem Iul. Clar. *lib*. 5. *in §. homicidium col*.38. *verſ. ſucceſſiuè quæro*, niſi ſermo ſit de bānito confeſſo, & conuicto, eo quòd in hoc euentu decem dies non debent expectari. Guid. Papæ *deciſ*.74. Secus de bannito in aliis terminis interpoſita appellatione: atque ita interpoſita appellatione iuriſdictio inferioris ſuſpenditur prout reſpicit futurum, Bald. *in l. tale pactum, §. qui prouocauit. ff. de pactis*. Afflict. *deciſ*.188. *num*.5. *& deciſ*.296. *num*. 3. prout autem reſpicit præſentem ſtatum extinguitur vbi primum dicitur *appello. l*.2 *Cod. de appell*. Felin. *in cap*.28. *paſtor. §. præterea, ſub num*.14. *verſ. concluſio ſit, de offic. deleg*. Lancellot. *dict. cap*. 12. *in præfat. numero* 114.

109. Limita tamen hanc doctrinam non procedere quando non appellatum eſt infra eundem terminum, in quo caſu, quæ geſta fuerunt infra eundem terminum, non cenſentur attentata. Sigiſmund. *de appell. quæſt* 3 *num* 16. *&* 17. *& num*.52. *verſ. effectum quarto*, poſt Lancellot. *d. cap*.11. *num*.50. *verſ. octauo regula* poſt Dominic. *in cap. venerabilibus*, *§ porrò. ad finem. poſt gloſſ. ibi, verſ. ſecundo nota. de ſenten. excommunicat. in* 6. & Felin. *in cap. quoad conſultationem. num*. 38. *de re Iudic*. quibus videtur accedere Conar. *pract. quæſt. c*.23. *ſub num* 2. *verſ. illud tamen obiter*. Nec etiam intelligitur hic effectus habere locum in his, quæ cadunt in faciliorem exitum appellationis; ſi iudex *à quo* ea poſſit exequi, & expedire ſine cognitione articulorum appellationis; illa enim non iudicantur attentata, cum iudex *à quo* circa ea expedienda non cenſeatur ſuſpenſam habere iuriſdictionem. Text. ſingular. *in cap. cum teneamur*, & *ibi* Franc. *in* 2. *notabil, de appell*. Iuuat text. & ibi notabil. Gloſſ. *in verbo diſtinctus*, *in cap* 2. *de matrim. contra interdict. Eccleſiaſt. contract*. & ibi Abbas *num*.2. *extra de ſponſ. duorum*, vbi fit facultas iudici ad inhibendum partibus, ne alteri nubant pendente appellatione in cauſa matrimoniali interpoſita: ſequitur Lancellot. *d. p*.2. *cap*.12. *limit*.4. *num* 1. *& ſequent. & n*. 28. Veſtrius *in praxi, lib*. 8. *cap. penult. vt lit. pend. num*.2. *in fine, & num*.3. & Marant. *in ſuo ſpeculo, p*.6. *actu* 2. *principal. in verbo, & quandoque appellatur, n*.205. *limitat*.21.

110. Similiter iudex *à quo*, poteſt pendente appellatione præfigere terminum appellanti abſque metu attentati ad proſequendam appellationem, ad hoc enim non eſt ſuſpenſa illius iuriſdictio, per cap. *perſonas*, & ibi Franch. *in* 2. *notab. & num*. 9. *de appell*. & appellato dare terminum ad comparendum coram iudice *ad quem* etiam petente id eodem appellante, nec propterea cenſebitur ſuæ appellationi renunciare, vt notat Mil. *in verbo*, *appellans non dicitur*, *fol*. 9. Quinimo iudex *à quo* poteſt pendente appellatione reuocare grauamen per eum illatum. Franc. *in cap. cum ceſſante. ſub num*. 14. *& ſub num*. 16. *de appellat*, ex communi regula, quæ ait poſſe iudicem *à quo* attentare omnia, quæ tendunt in faciliorem exitum appellationis, & hinc fit, vt poſſit excommunicatum à ſe, qui appellauit, abſoluere, vt ſcribentes *in cap. qua fronte*, *num*. 9. & meliùs *num*.27. *de appell*. Lancellot. *d. limit*. 4. *num*. 105. ſed de hoc *num*.121. *&* 122.

Quæri poteſt, an appellatio ſuſpendat effectum excommunicationis? Reſponde ſi lata eſt ſententia excommunicationis ante appellationem, non ſuſpendere, *cap. ad reprimendam*, *de officio ordinar*. Sed tantùm deuolui cauſam per appellationem ad iudicem ſuperiorem, vt poſſit cognoſcere de excommunicationis iuſtitia, *cap. is cui in fin, de ſent. excommunicat. in* 6. Stephan. Coſta *ibi num*.13. Antonin. 3. *p. tit*.28. *cap*.4. *verſ. item nota*, & alij quos referens ſequitur Sayr. *de cenſuris*, *lib*.4 *cap*.9. *num*. 7. & Marius Alterius *tom*. 1. *de cenſuris*, *lib*.3. *diſp*.5. *cap*.1. *verſ. ſi verò*. Ex quo ſequitur non eſſe inutilem omnino appellationem interpoſitam poſt latam ſententiam excommunicationis, cùm habeat effectum deuoluēdi ad ſuperiorem, cui non competit cauſarum cognitio, niſi per appellationem. Item prodeſt appellatio poſt excommunicationis ſententiam, quia ſi non appelletur, tranſit ſententia in rem iudicatam reſpectu illius actus, pro quo lata fuit excommunicatio. Debet autem appellare, vt cauſa deuoluatur intra decem dies: nam decendio elapſo excommunicatus non appellans debet petere abſolutionem à iudice *à quo*, qui excommunicationis ſententiam protulit, quod ſi noluerit abſoluere, ex nouo grauamine poteſt appellare ad ſuperiorem iudicem. Mar. Alter. *vbi ſupra*, *d. cap*.1. *verſ. ſi verò lata fuerit*. 111.

Cauſam autem cur appellatio interpoſita poſt excommunicationis ſententiam non ſuſpendat effectum excommunicationis, docet Gloſſ. *in cap. ad reprimendam*, *in verſ. ſuſpendatur*, *de officio ordinar*. eſſe, quia ſententia excommunicationis abſolutè, & modo debito lata, non poteſt carere ſuo effectu: proinde trahit ſecum executionem, vt *in cap. paſtoralis*, *§. verum de appell*.

Sed contra hanc rationem Gloſſæ obiici poteſt ſententiam latam in materia furti, vbi confeſtim trahitur executio, eo ipſo quo quis de furto eſt condemnatus, infamiam irrogare per *l. non poteſt*, *ff. de his, qui not. infamia*. Sed hæc infamia, quæ eſt effectus ſententiæ ſuper furtò pronunciatæ, ſuſpenditur per appellationem; ergo appellatio interpoſita poſt excommunicationis ſententiam ſuſpendet executionem.

Dicendum tamen eſt per appellationem interpoſitam poſt ſententiam non ſuſpendi excommunicationem, ex eo quod excommunicatio eſt actus ſpiritualis poteſtatis clauium, ac vinculum, quo ſpiritualiter, quoad animam, ligatur ipſe excommunicatus. Quod vinculum auferri nequit, niſi per abſolutionem à ſuperiore impenſam. Ideo ſi reus moriatur debet abſolui, vt communicare cum defuncto excommunicato integrum ſit. *cap. à nobis. de ſentent. excommunicat*. Cæteræ autem ſententiæ 112.

ſententiæ non priuant bonis ſpiritualibus, nec dependent a poteſtate clauium. Quare nullum eſt inconueniens, quòd earum effectus impediantur, & ſuſpendantur per per appellationem. Ad hæc, quia cenſuræ ſunt medicinæ inſtitutæ ad contumaces, & inobedientes corrigendum, *cap. cum medicinalis, de ſentent. excommunicat. lib.* 6. Ne ergo impediretur correctio per friuolam forte appellationem, integrum eſt quòd non ſuſpendatur excommunicationis effectus prætextu friuolæ appellationis: quæ ratio eſt Abbatis *in cap. ſæpe. n.* 15. *de appell.* non tamen conuincit, ſed conducit.

Ratio verò potiſſima eſt, de qua ſupra, quia ſuſpenſiones, quæ ſunt de materia mere ſpirituali per ſequentem appellationem non ſuſpenduntur. Secus quando ſuſpendunt à rebus merè temporalibus, tunc per appellationem ſequentem ſuſpenditur effectus ſententiæ, vt docent Innocent. & Panormit. *in cap. ad hæc, quoniam, num.* 1. *de appell.* Tabien. *in verbo, ſuſpenſio. num.* 9. *verſ. octauo,* Syluester *eodem verb. quæſt.* 3. Viuald. *in candelabro tit. de ſuſpenſ. num.* 133. Sayr. *de cenſuris, lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 8. & Franch. *in d. cap. ad hæc, quoniam. num.* 15. *de appell.*

113. Præterea appellatio interpoſita antequam proferatur ſententia excommunicationis, deuoluit cauſæ cognitionem, inſupérque ſuſpendit excommunicationem; atque ita gaudet vtroque effectu tam deuolutiuo, quàm ſuſpenſiuo. Patet ex eo, quia, ſi Epiſcopus præcipiat ſubdito, vt infra decem dies ſub pœna excommunicationis compareat in iudicio, & ſubditus durante decendio appellet ad ſuperiorem, ſuſpenditur executio excommunicationis, & deuoluitur cauſæ cognitio ad eundem, *cap. licet, cap. venerabilibus, §. ſed ſi ex cauſa. de ſentent. excommunicat. lib.* 6. Et quamuis deinceps intra decem dies non compareat, non ligatur excommunicatione: imò excommunicatio eſt nulla ſi feratur poſt appellationem legitimè interpoſitam, *cap. cum contingat,* & *ibi* Panormit. *num. de offic. delegat.* & *cap. per tuas,* & ibi Gloſſa *in verbo, in quibus caſibus,* & *ibi* Panorm. *num.* 3. *de ſentent. excommunicat.* Nauar. *in manual. cap.* 27. *num.* 4. *caſu* 3. vbi citat. textum pro hac re, *cap. ad præſentiam,* & ibi Gloſſa *in verbo, contra appellationem. de appellat.* Couar. *in cap. alma mater* 1. *part.* §. 7. *num.* 5. & §. 10. *numer.* 4. Vgolin. *de cenſur. tabul.* 1. *cap.* 13. §. 18. *numer.* 8. Ratio eſt, quia per appellationem ritè interpoſitam ſuſpenſa eſt iudicis iuriſdictio. Bonifac. *in cap. ſi à iudice, de appell. lib.* 6. Igitur excommunicatio eſt nulla lata, poſt legitimam appellationem.

114. Nihilominus quandiu non conſtat de nullitate excommunicationis, debet concedi abſolutio ad cautelam, per *d. cap. venerabilibus, §. ſed ſi ex cauſa,* etiamſi in foro conſcientiæ non eſt neceſſaria abſolutio, quoniam appellatio interpoſita antequam incurratur excommunicatio, ſuſpendit iuriſdictionem iudicis *à quo,* & deuoluit cauſæ cognitionem ad ſuperiorem. Quamobrem ſi poſt appellationem pronuncietur ſententia excommunicationis contra appellantem, excommunicatio eſt nulla tanquam à non iudice lata. Marius Alterius *d. cap.* 1. *in princip.*

115. Idem dicas oportet de appellatione interpoſita poſt ſententiam excommunicationis latam ſub conditione ante conditionis euentum, purà; quando quis excommunicatur, niſi infra talem diem compareat, vel ſoluat, aut hoc, vel illud faciat, ſi poſt hanc ſententiam appellet ante conditionis euentum, quamuis poſtea conditio non adimpleatur, excommunicatio erit nulla ratione interpoſitæ appellationis, vt habetur *in cap. præterea,* 2. & *ibi* Gloſſa *in verbo, impedire,* & Abbas *num* 7. & 8. *de appell.* Marian. Socin. *in cap. ſacro, num.* 62. *de de ſentent. excommunic.* Couar. *in cap. alma mater.* 1. *part.* §. 10. *num.* 6. *de ſentent. excommunicat. lib.* 6. & Nauarr. *in cap. cum contingat* 14. *cauſa nullitatis, num.* 7. *de reſcript.* Quod etiam habet locum etiamſi poſt decem dies appelletur, vt tenet communis opinio. Nam donec dies vel conditio adueniat, non cenſetur lata excommunicatio. Decius *in d. cap. præterea* 2. *num.* 5. & Præpoſitus *ibi, de appell.*

Quocirca appellans ante euentum conditionis cenſetur appellare ante latam ſententiam, quamuis decendium ſit tranſactum, ac proinde nulla incurritur excommunicatio. Nauar. *in dict. cap. cum conting at, ſuprà,* & Couarr. *in d. cap. alma mater* 1. *part.* §. 10. *n.* 14. *verſ. ſed,* & *ab eodem, §. caueat. de ſentent. excommunicat. lib.* 6. quia appellatio interpoſita inter pronunciationem ſententiæ, & inter conditionis euentum, nullam reddit excommunicationem. Secus erit ſi poſt conditionis euentum ſententia pronuncietur, infra tamen decem dies, tunc enim excommunicatio lata tenet, ſed virtute appellationis adiectæ deuoluitur cauſa ad ſuperiorem. Ex quo conſtat de differentia inter appellationem factam ante conditionem adimpletam, & poſt illam iam adimpletam, aut ad certum diem latam; quia quando reus appellat antequam dies adueniat, aut conditio adimpleatur, appellatio medio tempore interpoſita elidit, & euertit excommunicationem: cæterum ſi appellet poſt conditionem adimpletam; etiamſi appellet infra decendium, purificata conditione permanſit ſententia excommunicationis etiam purificata, trahitque ſecum executionem, nec appellatio in hoc caſu habet effectum ſuſpenſiuum, ſed deuolutiuum duntaxat. Ita Marian. Socin. *in d. cap. ſacro de ſentent. excommunicat, num.* 125. & 126. Atque ita appellatio non ſuſpendit executionem ſententiæ in hoc euentu, vt *cap. paſtoralis,* & *verum de appell.*

Quod procedit non ſolùm quando appellatio eſt expreſſa, ſed quando eſt tacita: ſemper enim poſt legitimam appellationem, excommunicatio lata eſt nulla. Dicitur autem tacita appellatio, quando quis intendens appellare ſe protectioni ſuperioris ſubmittit ante latam excommunicationem, quod tantùm valet, quantùm ſi antea appellaſſet, ex quo de mente conſtat per textum *in cap. ad audientiam, de appell.* Ioan. & Andreas & Hoſtienſ. *cap.* 1. *de appell. lib.* 6. Summa Aſtenſis, *lib.* 7. *tit.* 8. *caſu* 11. Idem dicas ſi reus ad ſuperiorem iter faciat, cenſetur enim appellare. Quinimò faciendo iter facto plus explicat, quàm verbo, Paludan. *in* 4. *diſtinct.* 18 *quæſt.* 2. *art.* 4. *concluſ.* 2. & deducitur ex cap. *dilecti filij,* & *ibi* Gloſſa *in verbo facto prouocare,* & Panormitan. *ibi, de appellat.* qui tradunt arreptionem itineris ad ſuperiorem habere vim appellationis. 116.

Requiritur tamen quòd tam in ſubmiſſione protectionis, quàm in arreptione itineris ſeruentur ea, quæ in appellatione ſeruari ſolent, nempe exprimere cauſam in ſcriptis ante ſententiam, *cap. vt debitus, de appell.* & petere apoſtolos *cap.* 1. *de appell. lib.* 6. ſatisfaciétque, ſi dicat, *nolo litigare coram vobis; ſed volo ire ad ſuperiorem, &* *peto*

poteſt te iudicis abſoluentis : quare per appellationem interpoſitam à parte effectus abſolutionis non poteſt impediri, nec ſuſpendi. ita Innocentius *in cap. per tuas. ad finem in gloſſ. verbo, conſueuerit. de ſentent. excommunic. cap. cum ab Eccleſiarum. de offic. ordinar.* Porrò ſi abſolutio excommunicationis impendatur parte abſente, de cuius damno agebatur, appellatio tenebit, vt poſſit agere ad recuperandum damnum illatum, & ad expenſas conſequendas, ſic Specul. *in tit. de contumacia, § nunc dicamus, numero* 12.

121. Dictum eſt ſupra iudicem *à quo* etiam deferentem appellationi poſſe illa pendente abſoluere excommunicatum ab excommunicatione; quod procedit ſi eſt iudex ordinarius : Secus ſi eſt delegatus, quia is vbi primùm admiſit appellationem, functus eſt ſuo officio, & depoſuit iuriſdictionem, Franch. *ſuprà, in cap. qua fronte, num.*28. *de appellat.* Abbas *in cap. quæſtioni. numer. 7. de appellat.* quamuis Marius Alterius 1. *part. de cenſuris. diſput.*12. *lib.*4. *cap.*5. *ad finem, verſ. ſecundò licet, & infrà, verſ. probabilior,* opinetur etiam à iudice delegato *à quo* poſſe abſolui excommunicatum pendente appellatione; ſed oppoſitum eſt verius. Text. *in cap. cum appellationibus. de appell. lib.*6 ibi : *Index appellationi deferens à ſe omnem iuriſdictionem abdicauit.* Vbi loquitur de iudice delegato ſecundùm Franch. *in d. cap. qua fronte. num.*28.

Secus de iudice ordinario *à quo*, quia iſte propter appellationem non depoſuit iuriſdictionem ordinariam quam habet ſuper ipſo excommunicato, ſed illius iuriſdictio in illa cauſa duntaxat ſuſpenditur, ita, vt nihil poſſit efficere, quod appellationis effectum impediat. Cùm ergo per abſolutionem datam excommunicato nihil fiat in detrimentum illius, poteſt abſolui excommunicatus, neque ob id petendo abſolutionem cenſetur appellationi renunciare, quamuis comparcat coram illo. Ita Abbas *in cap.*21. *num.*5. *in fine, & num.* 6. *de appellat.* Franch. *in d. cap. qua fronte, num.*26. *verſ. vel poteſt dici ſeptimo, eodem titulo,* Gabriel *in concluſ. liber.*2. *de appellat. concluſ.*2. *num* 27. Quod multo fortiùs procedet, ſi excommunicatus expreſsè proteſtetur, ſe per hoc noluiſſe renunciare apppellationi Franch. *d. num.* 26. Secus ſi quando petiuit abſolutionem, ipſum adiuit tanquam iudicem de iuſtitia, vel iniuſtitia cauſæ cogniturum, quia in hoc euentu cenſetur appellationi renunciaſſe, Abbas, & Gabriel *vbi proximè* relati.

123. Quid de ſuſpenſo à beneficio ſi appellet? Gloſſa *in cap. is cui. in verb. ſequentem. de ſentent. excommunicat. in* 6. ex Hoſtienſ. refert, ſi clericus ſuſpendatur à beneficio per ſequentem appellationem non ſuſpendi, quia beneficium eſt quid ſpirituale : ſi autem ſuſpendatur à fructibus beneficij per interpoſitam appellationem, ſuſpenſionem habere locum, quia fructus beneficij ſunt quid temporale. Nihilominus abſolutè dicendum eſt ſuſpenſionem a beneficio ſuſpendi per appellationem ſequentem, quia beneficium non eſt quid merè ſpirituale, ſed dicitur ſpirituale tanquam annexum ſpiritualibus. Item, quia ſuſpenſio a beneficio ex communi ſententia, non ſuſpendit titulum ipſius beneficij, qui titulus eſt ſpiritualis : ſed ſuſpendit à perceptione fructuum, qui ſunt merè temporales. Quare Innocentius & Abbas *in cap. ad hæc quoniam, numer.* 1. *de appellat.* & Ioannes Andreas *in cap. is cui. de ſentent. excommunicat. in* 6. docent ſuſpenſionem à beneficio per ſequentem appellationem ſuſpendi cùm non ſit beneficium quid merè ſpirituale. Item quia cùm ſit odioſum, ac pœnale, ſententiam non ſuſpendi per ſequentem appellationem arctari, non extendi debere, argumento *cap. pœna. de pœnit. diſt.*1. *& cap. in pœnis de reg. iur. lib.*6.

Hinc infertur primò, quando quis iuriſdictionem habens ait, *ſuſpendo te à beneficio*, ſeu *beneficiis*, non ſuſpendere, neque tollere titulum, aut poſſeſſionem ipſius beneficij, neque priuare titulo beneficij, Geminianus *in cap. cupientes, § cæterum, numer.* 3. *de electione, lib.*6. Ancharranus & Franch. *in d. § cæterum,* & deducitur apertè ex *dict. cap. cupientes*, vbi dicitur ſuſpenſum à beneficio per tempus certum, ſi eo tempore nondum elapſo ſe ingerat beneficio, ipſo iure illo priuari; ergo antea non erat priuatus. Sequitur Henriquez *lib.* 13. *de excommunicat. & ſuſpenſ. cap.* 32. § 4. & Vgolinus *de cenſur. tabul.*4. *cap.*8. § 1. quod procedit etiam quando non interponitur appellatio ſequens cenſuram. 124.

Infertur ſecundò ſuſpenſionem à beneficio non impedire quo minus ita ſuſpenſus poſſit eligere, & habere vocem. Panormitanus *in cap. cum dilectus, numer.* 20. *de conſuetud. & in cap. Apoſtolica, num.*8. *de except.* Gloſſ. *in cap. Vuintonienſis. in verbo, admiſerant,* & ibi Panormitanus *num.* 1 . *de electio.* Eo quod Summus Pontifex ſolet ſeparatim ponere ſuſpenſionem à poteſtate eligendi, & ſuſpenſionem à beneficio. Tabiena *verbo, ſuſpenſio, numer.*3. *verſ. ſecundo notandum.* Quæ tamen reſolutio non mihi placet, nec veram puto, niſi quando aliunde competat eligere, aut habere vocem ratione alterius officij, verbi gratia, ſi eſt patronus, quia ratione beneficij à quo eſt ſuſpenſus, ſicut ſuſpenſus eſt ab illo, ſic etiam ab omnibus, quæ ei conueniunt ratione beneficij, ita Nauarr. *in manual. cap.*27. *numer,* 16. *verſ. ſexto.* & Henriquez *dict. lib.*15. *de excommunicat. & ſuſpenſio. cap.* 32. § 4. & hoc modo concordare potes doctores, dum dicunt ſuſpenſum à beneficio poſſe eligere & habere vocem, ob aliam ſcilicet cauſam, quàm ratione beneficij. Secus verò de electione, ſeu voce quæ ratione beneficij competit. 125.

Quid de Epiſcopo per ſententiam definitiuam depoſito, ſi appellet? Reſpondeo pendente appellatione poſſe liberè excommunicare, & vti ſua iuriſdictione ſicut antea poterat, Franch. *capit.*17. *cum teneamur, numer.*8. *& 9. de appellat.* Lancellot. *de attent. part.*2. *cap.* 12. *limit.*26. *numer.*4. quia appellatio ſuſpendit effectum ſententiæ, vt notat, Abbas *in cap.*44. *ſæpe. num.*15. *verſ. ex quibus. eodem titul. de appellat.* Similiter ſi per ſententiam definitiuam ſuſpendatur à pontificalibus, ſeu ab vſu pallij Archiepiſcopus per ſequentem appellationem, hanc ſuſpenſionem ſuſpendi, opinatur Panormitan. *in cap. ad hæc quoniam num.*1, *de appellat.* poſt Hoſtienſ. *ibi* ab eo relatum, & Innocent. *in cap.*1. *de ſentent. excommunicat. lib.* 6. Ratio, quia ſuſpenſio à pontificalibus ſolùm apparatus pontificalis actum, ſeu inſignia pontificalia prohibet, vt vſum baculi, mitræ, ac pallij, ac etiam illa quibus pallium competit, & conſequenter ſuſpendit ab omnibus illis actibus, qui exerceri nequeunt abſque huiuſmodi apparatu pontificali. ſed. apparatus iſte 126.

eſt quid temporale; ergo hæc ſoſpenſio, quoad hanc temporalitatem ſuſpenditur per ſequentem appellationem.

Ex hac tamen ſuſpenſione per ſequentem appellationem ſuſpenſa ſequitur Epiſcopum exercentem actus proprios Pontificis, cum omni ſolennitate illa non effici irregularem. Secus ſi non appellet poſt ſententiam, quia, quamuis apparatus ille aliquid temporale cenſeatur, ſuſpenſa tamen hac temporalitate conſequenter ſuſpenditur etiam ſuſpenſio illa conſecutiua nimirum ab actibus ordinis, qui ſine pontificalibus exerceri non ſolent. Sic Ioannes Calder. *in tract. de Eccleſiaſtico interdict. membr. 2. quæſt. 3. quæ incipit. ſed ſi cui.* Nauar. *in manuale, cap. 27. num 163. verſ. ex quo infertur primò*, Maiol. *lib. 3. de irregular. cap. 19. num. 5. & 6.* Angel. *verbo, ſuſpenſio, 3.* & Viuald. *tit. de ſuſpenſio. num. 146*, aſſerentes Epiſcopum à pontificalibus ſuſpenſum ſacrificando cum apparatu pontificali fieri irregularem, quia Epiſcopatus eſt ordo, vt communiter concluditur ſecundùm Gloſſ. *in proœmio decret. lib. 6. in verbo, Epiſcopus*, vbi citat cap. *cleros. diſtinct. 21.* Sequitur Nauarr. *in manual. cap. 22. num 18* Iuuat Concil. Trident. *ſeſſ. 23. de ordin. cap. 4. & canon. 6. & 7.* Ideo celebrare in apparatu pontificali eſt facere actum, qui competit ordini Epiſcopali; ſed exercere actum ordinis à quo quis eſt ſuſpenſus, eſt irregularis; ergo Epiſcopus ſuſpenſus à pontificalibus ſacrificando in apparatu pontificali non euadit irregularitatem.

127. Contraria ſententia tradit Epiſcopum ſuſpenſum à pontificalibus celebrando non fieri irregularem. Primò, quia hæc irregularitas nullo iure reperitur expreſſa, quod requiritur, vt incurratur, ſecundùm cap. *is, qui. de ſentent. excommunicat.* Secundò, quia pontificalia non pertinent ad ſubſtantiam ordinis celebrationis, aut officij. Nam abſque illis, quodlibet officium poteſt exerceri. Item quia Epiſcopatus non eſt ordo, & irregularitas non contrahitur, niſi in actibus ordinis. Quæ ſententia videtur verior, eámque tanquam certam tuentur Inocent. *in cap. cum medicinalis, in verbo, à diuinis, de ſentent. excommunicat. lib. 6.* Anton. *3. part. tit. 28. de ſuſpenſ. cap. 4 vltra medium.* Couar. *in clement. ſi furioſus, part. 1. §. 1. verſ. ſecundum. de homicidio.* Syluest. *verbo, ſuſpenſio, §. 5. verſ. cum autem ſuſpenſio*, vbi citat pro hac parte Rozell. & Panormit. *in cap. cum dilectus, de conſuetud.* Sequitur Graff. *lib. 4. deciſ. cap. 25. numer. 3.* Etiamſi concedam Epiſcopatum eſſe verum, ac proprium ordinem. Nam adhuc celebrare cum apparatu pontificali, non eſt actus proprius Epiſcopalis, eo quod Epiſcopus nullam de nouo accipiat poteſtatem in ordine ad corpus Chriſti verum per characterem epiſcopalem, ſed in ordine ſolum ad mixtum Chriſti corpus. Concordat Zerol. *in praxi epiſcopali, part. 1. verbo, irregularitas. verſ. decimooctauo, fol 106. & verbo, ſuſpenſio, verſ. ad ſextum*, vbi ait ſuſpenſum à pontificalibus non fieri irregularem, ſi celebret in illis, quia pontificalia non ſunt de ſubſtantia ordinis, nec pœnæ ſunt extendendæ, ſed fieri, ſi eſſet ſuſpenſus à diuinis, vel ab officio, vel ab executione officij, vel à celebratione Miſſæ, & exerceret aliquid, quod eſſet de ſubſtantia ordinis, nec collatio ordinis eſt de ſubſtantia ordinis, ſed dignitatis.

Vtraque tamen ſententia temperari poteſt, & ad concordiam reduci, ſi dicas pro illis, qui volunt fieri irregularem Epiſcopum ſuſpenſum à pontificalibus, ſi violet ſuſpenſionem, illos nomine pontificalium intelligere actus ſoli Epiſcopo poſt conſecrationem competentes, quales ſunt calices conſecrare, chriſma conficere, & alios ſimiles, quoniam ſimiles actus in iure videntur expreſſi ſub illa regula, quæ ait ſuſpenſum ab illis officiis, quæ non poſſunt abſque ordine exerceri, ſi contra faciat, eſſe irregularem. Ita Nauarr. *in manual. cap. 27. num. 163. verſ. ex quo infertur primò*, & Maiol. *lib. 3. de irregularit. cap. 19. num. 6. verſ. decima extenſio.*

Alios verò authores, qui negant fieri irregularem Epiſcopum, intelligere per pontificalia apparatum illum externum, ac ceremonias illas, quæ non ſunt de ſubſtantia celebrationis, ſed ſunt quædam accidentalia. Ideo quamuis Epiſcopus ſuſpenſus ſolùm à pontificalibus, ſi violet ſuſpenſionem peccet celebrando cum ea ſolennitate, non tamen erit irregularis, quia primariò, ac principaliter, & per ſe non eſt ſuſpenſus ab actibus ſpiritualibus, ſed à temporali quadam ſolennitate, & apparatu externo, qui non pertinet ad ſubſtantiam celebrationis, & ſecundùm hanc intelligentiam accipiendi ſunt Innocent. *in cap. 1. num. 3. de ſentent. excommunicat. lib. 6.* Abbas *in cap. ad hæc quoniam. num. 1. de appellat. & in cap. cum dilectus, de conſuetud.* Specular. *in tit. de irregularit. cap. quid ſit irregularitas. col. 12. verſ. quid ſi Epiſcopus*, dum volunt Epiſcopum à pontificalibus ſuſpenſum non fieri irregularem ſi violet ſuſpenſionem.

Quid de interdicto? Reſponde ſententiam Interdicti prolatam poſt appellationem legitimam, eſſe ipſo iure nullam; ſicut ſententia excommunicationis, ac ſuſpenſionis: Secus ſi interdictum reſpiciat alia; quia tunc appellatio ſubſequens ſuſpendet talis interdicti effectum. Vnde ſi iudex interdicat tibi, ne ingrediaris tale oppidum, ſuſpenditur eius effectus per appellationem ſubſequentem, quia ſententia interdicti hoc loco reſpicit temporalia, non verò ſpiritualia, nec diuina officia, Franch. *in cap. 37. ad hæc quoniam. ſub num. 3. de appellat.* Sigiſmund. *de appellat. quæſt. 17. limit. 22. num. 54.* Vide etiam Suarez *de cenſuris, diſput. 3. ſect. 6. & de religio. lib. 2. cap. 11. num. 7.* vbi concludit in qualibet ſententia cenſuræ Eccleſiaſticæ appellationem interpoſitam ante ſententiam cenſuræ, impedire illius effectum tam ſuſpenſiuum, quàm deuolutiuum: Secùs in interdicto reſpiciente temporalia, quia in hoc etiam ſubſequens appellatio ſuſpendit. 128.

Illud obiter nota, ſi cauſa fuerit Eccleſiaſtica, 129.
& in illa fuerint plures iudices delegati per Sedem Apoſtolicam, & vnus ex pluribus detulerit appellationi, & conceſſerit apoſtolos, ob reuerentiam Sedis Apoſtolicæ cauſam deuolui. Rot.
*in antiq. in deciſ. 222. Incipit, nota, quod vbi appel-* 130.
*latur à tribus, & in deciſ. 569. incipit, vtrum ſi à grauamine fuerit.* Quin etiam cauſa ſemel deuoluta ad curiam Romanam, vel Sedem Apoſtolicam *ibidem* ſemper remanet tractanda, Rota *in nou. in deciſ. 321. incipit, ſi appellatus.*

***

## §. VIII.

### *In quibus caſibus non admittitur appellatio tam de iure communi, quàm Luſitano.*

EPITOME.

131 *Ab executore mero non appellatur niſi modum excedat & quando ab eo appelletur.*
132 *Appellatio in executiuis ſolum prodeſt, quoad effectum deuolutiuum, non autem, quoad ſuſpenſiuum.*
133 *Appellatio in cauſis requirentibus celeritatem non datur quoad effectum ſuſpenſiuum, ſed quoad deuolutiuum.*
134 *Appellatio de iure noſtro non datur à ſententia interlocutoria, nec de iure communi, ſed de hoc infrà.*
135 *Appellare non poteſt condemnatus de falſa moneta facienda.*
136 *Non appellatur à ſententia in poſſeſſorio de iure ciuili, ſecus de iure canonico.*
137 *Excommunicato per ſententiam negatur appellatio, & poteſt denunciari pendente appellatione.*
138 *Appellatio à ſententia alimentorum regulariter negatur, aliquando datur.*
139 *Appellatio negatur publicis latronibus, excitantibus ſeditiones, & vim inferentibus fœminis honeſtis, & veneno vtentibus ad homicidium, & falſificantibus aurum, & argentum, & ſigillum Regium.*
140 *Appellatio negatur factioſis contra Regem vel Rempublicam.*
141 *Appellatio negatur in crimine læſæ maieſtatis ſecundum aliquos, ſed verius eſt non negari.*
142 *In delictis in quibus negatur appellatio à diffinitiua, non negatur ab interlocutoria.*
143 *Appellatio negatur in crimine ſimoniæ, & à ſententia condemnante ad ſoluendum decimas, niſi condemnatus alleget exemptionem.*
144 *Negatur appellatio à ſententia lata virtute iuramenti ab eo præſtiti, vel ab actore de conſenſu vtriuſque partis, alij contra volunt.*
145 *Iurare recuſanti locus eſt appellationi, ſi iudex reyciat exceptiones, ſecus ſi iuret voluntarius.*
146 *Adminiſtrator, tutor, aut curator condemnati ad reddendas rationes poſſunt cogi non obſtante appellatione.*
147 *Debitores publici vniuerſitatum ſi condemnentur non obſtante appellatione, coguntur ſoluere.*
148 *Negatur appellatio à ſententia lata à iudice tanquam à bono viro dummodo non ſit arbiter electus ex ſtatuto.*
149 *Appellatio negatur à ſententia tertij arbitri electi inter duos diſcordes.*
150 *Appellatio negatur etiam de iure canonico ab arbitramento arbitratoris, peti tamen poteſt reductio ad arbitrium boni viri.*
151 *Appellatio non datur à ſententia lata per iudicem liberum arbitrium habentem, poteſt tamen recurri ad ſuperiorem per viam ſupplicationis.*

A More executore non appellatur, niſi modum excedat, ab executione *C. quorum appellatio*, idque tam de iure canonico, quàm ciuili, text. *in cap. quoad conſultationem. de ſentent. & re iudic. & in cap. nouit ille.* vbi Gloſſ. *de appellat.* Poteſt autem appellari ab executore cui data eſt cognitio cauſæ. Oldrad. *in conſil.227. incip. de toto themate. num.2.* Non enim eſt merè executor. Cardin. *in conſ.63. in princip. argum. cap. exhibita.* Vbi Felin. *numer. 4. de iudic.* quia eſt executor mixtus, de cuius ſententia deponitur tanquam de ſententia iudicis, ideo appellatur, & ſeruatur ordo iudiciarius, proceditúrque iuxta commiſſionem auditis, & vocatis partibus: quæ clauſula, cum cauſæ cognitione, conſtituit illum iudicem. Proinde ab eo appellatur; ſecus quando eſt ſimplex executor, niſi excedat modum. Cæterum in executiuis appellatio prodeſt duntaxat, quoad remedium deuolutiuum, Capitius *in deciſ. Neapol.1. numer. 19.* D. Iacob Caualcetius *in deciſ. Nuperrime Roman. 620. numer.2. part.1. tom.2.* vbi ait plures deciſiones hoc modo proceſſiſſe. Debet tamen appellans narrare modum grauaminis in ſpecie, non verò in genere, Panorm. *in d. cap. quoad conſultationem, numer. 30. verſ. quæro an in appellatione. de ſentent. & re iudic.* Decius *in d. cap nouit. colum.2. de appellat.* Surdus *conſ.358. num.9. volum.3.* & Rolandus *conſ.43. num.6. volum.1.* Requiritur ergo expreſſio iuſtæ cauſæ in appellatione, quia tunc poteſt appellari ab executione. Roman. *conſ. 41. in præſenti conſultatione, ſub num.1.* Nec ſatis eſt grauamen in ſententia contentum, quo non poteſt appellari. Secus quando irrogatur nouum grauamen ex pronunciatione de exequendo. Vnde non videtur bene ſentire Gabriel *in concluſ. lib.2. tit. de appell. concluſ.4. in fine*, dum ait à ſententia de exequendo non dari appellationem; maximè, ſi nihil noui infertur, quaſi dicat, neque dari ſi aliquid noui grauaminis inferatur, in quo parcat mihi vir ſapientiſſimus, ſi ita credit, minus bene opinatur. 131. 132.

Non datur etiam appellatio in cauſis requirentibus celeritatem: prohibetur enim in illis quoad effectum ſuſpenſiuum, non tamen quoad deuolutiuum, quia quoad iſtum ab executione datur appellatio. Anton. de Canar. *in tract. de exeq. inſtit. quæſt.47. num.86. fol.44.* Item non datur appellatio de iure noſtro à ſententia interlocutoria, *lib.3. tit. 69.* ibi. *Nam podera alguma das partes appellar.* Nec etiam appellatur de iure communi, *l.1. ff. de appell. l. ante ſententiam, C. quorum appellatio non recip. l. apertiſſimi 14. C. de iudic.* Ab interlocutoria autem vim habente diffinitiuæ admittitur appellatio per dictam legem noſtram *d. tit. 69. §.1.* præſertim quando grauamen reparari non poteſt in diffinitiua, licita eſt appellatio. Menoch. *d. arbitr. caſu 490.* & habetur *in l. arbitr. ff. qui ſatiſdare cogantur, & in l. intra vtilem, ff. de minor. in princip.* 133. 134.

Quin etiam quamuis grauamen reparari poſſit, non tamen ex toto, aut cum difficultate, aut præiudicio partis adhuc datur appellatio. Bartolus *in l. intra vtile, ff. de minor. & in l.1. §. quæſitum, ſub numero 6. in fine, ff. de appellat.* Felinus *in cap. cum ſuper, numero 17. de ſentent. & re iudic. & in cap. accepimus. numer.5. verſ. & hinc eſt, de fidei inſtrument.* Duennas in

*regul.52. incipit appellari à ſententia, limit.* 10. & Gregorius Lopez *in l.3. per textum ibi in gloſſ. a menos de gran danno. tit.23. part.3.*

135. Similiter condemnatus de fabricanda falſa moneta appellare non poteſt, ſed probato crimine puniri debet. *l.1. C. de falſ. monet.* Iulius Clarus *in §. falſum, num.47. cum ſequent.* Alciatus *in tract. vtriuſque iuris part. 3. tit. de appellat. §. in quibus, num.* 28. Petrus Folle. *in fragmentis poſt practic. criminal. numer.* 193. *& ſeqq.* & Menochius *de arbitrar. indic. in lib. 2. caſu* 316. *per totum.*

136. Eodem modo non appellatur à ſententia in poſſeſſorio momentaneo de iure ciuili, *l. vnica, C. ſi de moment. poſſeſſ.* & ibi Bartol. & Bald. Menochius *de retin. poſſeſſ. remed. 3. num.* 843. Couarruuias *in practic. 99. cap.27. num.*8. Surdus *in conſ.270. num.11. volum.2.* Petrus Beneintend. *in deciſ. Bononienſib.* 17. & Gama Luſitan. *in deciſion.300. numer.* 1. & *ibi* eius Additionator *ad deciſ.301.* ſubdens in caſibus, in quibus de iure appellari non poteſt, transferri iuriſdictionem ad ſuperiorem, & iudicem *a quo* inhiberi, nec poſſe ſententiam exequi, ſi defetat appellationi interpoſitæ. Quod limitat niſi appellationi iudex defetat cum clauſula, *ſcilicet in quantum de iure poſſum*; tunc conſtito quòd appellatio eſſet nulla, poterit reſumere cauſam, & exequi ſententiam, vt notat Lancellor. *de attent. 2. part. cap.12. tit. de attent. appellatione pendem. limit. 1. à numer.66. cum ſequentib. & limit.6. à num. 20. cum ſequent.* Quod ſi iudex in cauſis poſſeſſoriis defetat appellationi ſine clauſula *ſic & in quantum*, poterit ſuperior de cauſa cognoſcere, & reuocare ſententiam ſi ſibi iniuſta videbitur, Petruſ. *in cap. cum appellationibus, §. ſi verò, ad finem, de appellat. lib.6.* & Baldus *in l. poſt ſententiam, num 4. verſ. pone, Cod. de ſentent. & interl. omn. indic.* Gam. *vbi ſuprà, d. num.* 1. Quando ergo dicitur de iure ciuili non appellari in poſſeſſorio momentaneo à ſententia, intelligitur in poſſeſſorio modico tempore duraturo, quia ſi eſſet poſſeſſorium cui non poteſt ſubueniri per petitorium breui tempore, verbi gratia, ſi lis eſſet inter duas communitates, & vniuerſitates contendentes de aliquo dumo, ſeu nemore, quia tunc eſſet periculum præiudicij maximi, quod poſſeſſorium longo tempore duraret, vt impediretur executio decreti, dabitur appellatio, vt ex Abbate, *in conſ.55. vol.2.* & ex Decio *conſ.*28. tradit *in ſpecul. part. 6. actu 2. de appellat. numero* 246. quo ad actum ſuſpenſiuum ſed melius dices; ſi dicas, quo ad effectum deuolutiuum dari appellationem de iure ciuili, vt vult Bartol. *in l.2. ante ſententiam; ſub numer.6.* ibi, *poſſumus etiam dicere. ff. de apellat. recipiend,* non retardata tamen executione, vt tradit Sigiſmundus *lib. 1. de indic. ciuil. cauſar. cap. 97. num. 84. & quaſt 17. de appell. limit. 6. membr. 7. num.* 22. vbi de hac re ſatis diſtinguit.

Secus de iure canonico, vbi in poſſeſſorio tam à diffinitiua, quàm ab interlocutoria datur appellatio, *cap. ſignificauerunt*, & ibi Abbas *de teſtib. & atteſtationibus*, & Clement. 1. & *ibi* ſcribentes *de..... poſſ. & fruct.* ob quam dicitur indiſtinctè poſſe de iure canonico appellari à ſententia ſuper poſſeſſorio lata, ſequitur Bartolus *in l.2. ff. de appellat. recipiend.* Baldus *in l. vnica, Cod. ſi de moment. poſſeſſ.* idem Baldus *in conſ. 141. incip. præmiſſis verbis. volum. 1, & in conſ. 369. incip. ſequitur. colum. final. eod. volum.*1. Afflict. *in deciſ.*269. Emanuel *recept. ſententiar. §. appellatio, num.2. & 9.* Capell. Tholoſ. *in deciſ.500. verſ. ſed de iure canonico*, vbi allegat pro hac parte gloſſam *in cap. ſunt quorum. 2. quaſt. 6. in verbo, de poſſeſſ.* & Alexander *conſ.99. incipit, viſis proceſſibus, colum.1. volum.5.* Ratio, quia de iure canonico mitiùs agitur cum litigantibus, quàm de iure ciuili, eo quòd per conceſſionem appellationis faciliùs, ac multò citiùs præueniri poteſt ad diffinitiuam ſententiam quàm ſi negata appellatione cauſa prorogetur, & grauamen probari curetur. Item quia diffinitio canonica benignior eſt quàm ciuilis, quæ partim probantur ab Accurſio *in l. final. §. final. C. de appellat.* & ibi Corneus *num.* 3. & partim à Ioanne Andrea *cap. final. num.12. verſ. ſecunda ſolutio. de appellat. in 6.* quem refert Ioannes de Imola *in cap. veniens. num. 1. de iureiur.* & iuuat Goffred. de Trano *in ſumma titul. de appellat. colum. 2. verſ. ego autem dico.* Accedit quia appellatio fuit inducta ad defenſionem, & vt partes iura ſua defendant, & ideo in cauſis etiam poſſeſſionis momentaneæ appellatio admittitur. Gloſſ. penult. *in cap.15. cum ad Sedem, in verbo, interdictum; verſus finem. de reſtitut. ſpoliator.* Bartolus *in l. 2. ante ſententiam, col. num.* 19. ibi, *de iure canonic.* & Addition. ad eum, *ff. de appellat. recip.* Guid. Papæ *tractat. de appellat. quaſt.83. num.* 55. Lancellot. *de attent. part.2. cap. 12. limit. 25. num.18. verſ. quartò,* & Achil. Perſon *tract. de adipiſcend. poſſeſſ. num.344. verſ. vel, & quamuis. tom.3. part.2. fol.*269.

Et quamuis Archidiac. *in cap. vltim. ſub numer.*17. ibi. *Sed contra poteſt dici. 2. quaſt.6.* ſentiat illam legem vnicam, *C. ſi de moment. poſſeſſ.* eſſe confirmatam, & ſecundùm eam tam de iure ciuili, quàm de iure canonico negandam eſſe appellationem à ſententia momentaneæ poſſeſſionis, oppoſitum dicendum eſt, quia pars cap. vltim. 2. *quaſt. 6. verſ. de poſſeſſ. etiam*, non eſt textus iuris canonici, ſed ſunt verba Gratiani decretum reſumentis, & non habent vim canonis, nec canonizant dictam legem vnicam, vt notat Ioannes Andreas *in addit. ad Specul. tit. de appellat. §. in quibus, verſ ſexto, ſub numer.8. in verbo, conqueſtione.* Conrard. *in d. l. vnica, in ſecunda ratione decidendi num.31. C ſi de momem. poſſeſſ.* & Menoch. *de adipiſcend. poſſeſſ. remed.4. quaſt.100. num* 842. *& ſeqq.*

Quare de iure canonico in foro Eccleſiaſtico in mero poſſeſſorio poſſe appellari refert Afflict. *deciſ. 269. indices. ſub num.2.* Neguſan. *tract. de pignor. part. 8. membr. 1. ſub numer. 3.* & Nicell. *tract. de concord. gloſſar. concord. 6. fallent. 6 ſub num.26.* Sequitur Baldus *in l.2. num.22. verſ. vltimò quaritur. C. de Epiſcopal. audient.* dicens à diffinitiua ſententia de iure canonico dari appellationem in poſſeſſione momentanea, & ab interlocutoria etiam, quod tradit *in dict. l. vnica, num 4. in fine, C. ſi de momentanea.* Quin etiam admittitur appellatio de eodem iure in ſpolio ratione magni commodi, quod ſecum affert poſſeſſio, vt vult Ioannes Baptiſta Pont. *tractat. de ſpolio. lib.4. cap.3. n.41. verſ. verum. tom.14.* vbi refert ſic ſeruatum fuiſſe in Rota vſque ad illa tempora, dummodo non ſit ſententia contra notorium ſpoliatorem, quia is ob notorietatem non poteſt appellare nec de iure canonico. cap. *cum ſit Romana, §. præterea. de appellat.* Rip. *in cap.*

*ſape.*

ſape. ſub numero 3. de reſtitution. ſpoliator.& Lancellot. dict. part.2. cap.12. de attent. & innouat. limitat. 25. numero 25. quia in notoriis non datur appellatio, cap. peruenit. capit. 14. conſuluit. cap. cum ſpeciali, §. porrò, & ibi Hoſtienſ. Ioannes Andreas, Abbas, Cardio. Alexand. & exteri ſeribentes de appellat. Item, quia in notoriis iudieiis pronunciatio non eſt propriè ſententia, ſed quædam executio iuris, cui negatur appellatio, Conrard. in leg. vnica, limitat 3. num.56. Cod. ſi de moment. poſſeſſ. Quod intellige, quando notorietas talis eſt, vt nullam habeat excuſationem, quia perindè ſe habet, ac ſi reus crimen eſſet confeſſus, vt ſentit apertè Ioannes Andreas in dict. cap. cum ſpeciali, in verbo, alio modo, de appellatio. & ibi Abbas §. porrò, numero 4. & alij quibus accedit Sigiſmund. de appell. quæſt.17. limit.4. num.72. & limitat. 6. memb.7. num.7. & 8.

Quando ergo appellatur de iure canonico in momentanea poſſeſſione, appellatio gaudet vtroque effectu ſuo, tam ſuſpenſiuo quàm deuolutiuo, ita Conrard. in dict. l. vnica, limit.3. num.2. Cod. ſi de moment. poſſeſſ. & Marcheſ. tractat. de commiſſ. part.2. in commiſſ. appell. cap.2. num.43. fol. 38. & num. 54. fol.4. & de effectu deuolutiuo nulla eſt controuerſia, teſte Sigiſmund. de limitat 6. memb.7. num.10. & de effectu, quod in illo gaudeat appellatio, loquuntur Alexandr. conſ. 99. viſis proceſſib.num.1. & 2. lib.5. Otaſch. deciſ. 25. mortuo inteſtato, numer.18. in fine, verſ. plura, Couarruuias in practic 99. cap 25. ſub numero 8. verſ. primum. versùs finem, ibi, nec tamen, & verſ. prima concluſio, & Lancellot. dict.cap.12. limit. 25. num 18 & 24. idem Sigiſmund. eadem. quæſtion. 17. limitat. 47. memb.1. numero 1.& 73. quibus in locis multa coogerit, quæ valde conferunt.

Ad hæc de iure etiam canonico quoad vtrumque effectum in poſſeſſorio ordinario datur appellatio ex Gloſſ. in cap cum ad Sedem de reſtitut. ſpoliat. Curt. Iun. in conſ. 168. Baldus in d. l, vnica, num.7. & in conſ 369. vol.1. & in conſ.126. volum. 3. Federic. de Sen. in conſ.77 & alij quibus accedit Camill. Borrel. d tutul.33. num.252. vbi id reſtringit in aliquibus caſibus. Quod intelligit Sigiſmund. d. quæſt.17. limitat.6. memb 8. num.1. quando grauamen ſententiæ latæ in iudicio poſſeſſorio non poteſt reparari in petitorio iudicio. Bald. in l.2. ſub num.22. verſ. vltimò quæritur, Cod. de Epiſcopal audient. Marcheſ. ſuprà, de commiſſ. part. 2. in commiſſ. appellationem, cap 2. num.45. & fol.38. quod etiam tenet Couarruuias in pract.99. cap. 23. ſub num. 8. verſ. ſic denique; idque de iure ciuili etiam, quem ſequitur Conrard. in l. vnica, limit. 1. num.1. in fine, & num.6. addit hoc etiam procedere quando grauamen reparari poteſt, ſed non in toto, ſeu plenè, aut cum magna difficultate, quia tunc permittitur appellatio. Marcheſ. vbi proximè, dict. cap. 2. num. 52. limit 9. fol.39. Menoch. de adipiſcenda poſſeſſ. remed. 4. quæſt.100. num. 866. Ex eo fundamento, quia appellatio ab interlocutoria interdicitur, attamen ſi eius grauamen non poſſit perfectè reparari in diffinitiua, aut non ſine magno præiudicio, aut difficultate, conceditur appellatio Rebuff. de ſentent. execut. art. 10. gloſſ.1. numer.11. & 12. limit. nonò intellige, tom.1. fol.404. & Lancellot. dict. part.2. cap.12. limit.1. num.97. quod extendit Bald. ad poſſeſſorium quod habet mixturam petitorij, tunc enim datur appellatio ex eodem in l. vnica, num.8. verſ. quæro quod ſi poſſeſſorium, & ſub num.16. verſ. quæro quid in conditione, in fine, ibi: Item quia, Cod ſi de moment. poſſeſſ. Nicell. tract. de concord. gloſſar. concord.6. fallent.6. ſub num.27. verſ. decimoquartò, tom. 18. fo. 292.

Ex hac præcipua ratione, quia cauſa proprietatis ſicut eſt maior, trahit ad ſe cauſam poſſeſſionis quæ eſt minor. Baldus in dict. l. vnica, numero 8. Cod. ſi de moment. poſſeſſ. Quod autem in poſſeſſoriis mixtis detur appellatio quoad vtrumque effectum deuolutiuum ſcilicet, & ſuſpenſiuum, refert Rugioel. ac ſequitur in tractat. de appellat. § 2. cap.3. num.708. verſ. prout etiam, & Sigiſmund. d. quæſt. 17. limit. 6. memb.9. numero 1. & 2.

Quid de excommunicato per ſententiam? 137.
Reſponde non poſſe appellare cum per ſententiam non ſuſpendatur appellatio, quinimò Iudex pendente appellatione poteſt excommunicatum declarare, vt euitetur, cap 15. quæ. §. final. de ſentent. excommunication. in 6. Rebuff. in concordat. Francia, titulo de excommunicatis non vitandis, in verbo, ſtatuimus, verſ. quinquageſima quarta. Capell. Tholoſ. deciſione 299. Couarruuias in capite, Alma mater, part.1. §. 10. numero 4. verſ. & etiam hanc opinionem. de ſentent. excommunicatien. Gutierrez latiſſimè, in canonic. 99. lib. 1. cap. 1. ex numero 90. Lancellot. de attentat. capit. 12. limitat. 21. in princip. in part.2. ideo appellatione pendente ne dum poteſt Iudex denunciare appellantem excommunicatum, ſed etiam priuare illum fructibus beneficij, vt volunt Coſmas in pragmatic. ſanctio. titul. de excommunicatis vitandis. §. ſtatui. in gloſſ. verb denunciata. Lancellot. Couar, Ioannes Gutier. vbi proximè.

A ſententia autem, qua quis declaratur excommunicatus, aut incurriſſe in excommunicationem, bene poteſt appellari; & in hoc euentu appellatio ſuſpendit denunciationem. Felin. in cap. Rodulphus, numero 43. de reſcriptis, & in cap. parrochianus, ex numero 1. de ſentent. excommunicat. Bernard. Dias. regul. 39. Couarruuias ſuprà, dict. §. 10. numero 4. Marant. in ſpecul. in 6. part. titulo de appellat. numero 180. & Capell. Tholoſ. deciſ. 300. verſu, quarto caſu, quod prædicti doctores aſſerunt per Gloſſam verbo, priuatos, in cap. cupientes, §. quod ſi per viginti. de electio. in 6. Vnde ſequitur quòd hodie denunciatio poſſit impediri ab ipſo excommunicato per appellationem interpoſitam, & ſic in hoc caſu talis excommunicatus non eſt vitandus, etiamſi à parte rei ſit excommunicatus per ſententiam donec ſit declaratus, & ideo dicitur tolerabilis teſte Humada l.21. tit.9. part.1. gloſſ. 5. ex num. 9.

Quod intellige quando declaratoria eſt excommunicationis incurſæ à iure, quia à ſententia ſuper declaratione iuris poteſt appellari. Franch. in cap.13. peruenit. in fine, numero 14. & in cap.29. numero 4. de appellat. Felin. in cap. 10. cum non ab homine, colum. penultim. numero 12. de iudic. & in cap. præterea, limitat. 4. numero 6. de ſponſ. quos ſequitur Sigiſmund. dict. quæſtion. 17. limitat. 22. numero 36. & ſequentibus. Secus quando declaratoria fit ob non paritionem rei iudicatæ, quia talis declaratoria cenſetur pars executionis rei iudicatæ, & ideo non datur ap-

pellatio quæ ſuſpendat ſententiam, & effectum declaratoriæ, & ſicut non appellatur ab executione inſtrumenti, & ab executione rei iudicatæ: teſte Sigiſmund. *dict. queſtion.* 17. *limitation* 9. *&* 10. *vtrobique numero* 1. *& ſequentibus*, & ſimiliter ſicut non poteſt appellari à declaratione de exequendo, teſte eodem, *limitat.* 10. *num.* 8. *verſ. contrariam*; ſic etiam non poteſt appellari à declaratoria excommunicationis, eo quòd non obediuerit rei iudicatæ, quia declaratoria talis eſt pars ipſius executionis, proinde non datur appellatio, quæ ſuſpendet, ita in ſpecie Contard. *in l. vnica, limitat.* 19. *numer.* 19. *in fine, & numero* 20. *Cod. ſi de moment. poſſeſſ.* & Lancellot. *tractat. de attentat. part.* 2 *capit* 12. *limitat.* 21. *numero* 27. ex reſolutione Rotæ *ibi* ab eo citatæ, quos ſequitur Sigiſmund *d. limitat.* 22. *num.* 44. *&* 45. addit in hoc caſu poſſe excommunicatum denunciari non obſtante appellatione Lege illum *ibi*, *& numero* 46. vbi reddit rationem huius rationis.

138. Quoad alimenta ſecundùm aliquos non datur appellatio à ſententia alimentorum, ſed executio eſt facienda, *leg ſi neget, ff de liber. agnoſc.* Afflict. *deciſion.* 152. *ſub num* 3 Natta *conſ.* 108. *num.* 1. *volum.* 1. Gigas *de penſionib. quæſtione* 95. *numero* 3. & Petr. Surd. *de aliment. titul.* 8 *priuileg.* 60 *numero* 5. Oppoſitum tamen defenditur à multis apud Tiraquel. *de priuileg. pia cauſa, priuileg.* 153. *verſ. fuerunt enim multi, qui contrarium tenuerunt.* Sed prima concluſio eſt verior, quia alimenta non patiuntur dilationem, vt notat Tiraquel *ſuprà*; quæ extenditur etiamſi ſententia ſit lata ſuper parte alimentorum, putà, ſuper veſtibus, vino, vel frumento, quia ab hac ſententia non poteſt appellari. Surd. *de aliment. tit.* 8 *priuileg.* 60. *ſub num.* 12. *verſ. & procedit, & num.* 13.

Quidam tamen rem decidunt cum diſtinctione, putà, pro alimentis præteriti temporis iam alicui debitis, appellationi locum eſſe non tamen pro futuris, ita Surd. *dict priuileg* 60 *num.* 15. Decius *in l. de alimentis, num.* 10. *Cod de tranſactio.* Menochius *remed.* 4. *adipiſcend. num* 829. Mendes à Caſtro *in praxi ſæculari, lib.* 3. *cap.* 19. *numero* 9. Vimaranenſ. *in remiſſion. ad Ordin. Regiam, lib.* 3. *titul.* 70. *in princip. num.* 8. cum multis, & Paul Æmil. Verall. *in deciſ.* 24. *numero* 2. *& in deciſ.* 38. *num* 1 *part.* 1. Ratio, quia cauſa alimentorum vult celeritatem, & odit dilationem; quæ ratio continet partes duas, celeritatem ſcilicet deſiderari, quia fames vrget celeriter. Tancredus *in compendioſa, titul. de quæſt. circa appellationem, quæſt.* 3. *ſub num.* 7. *verſ. Item non poteſt appellari, propter naturam cauſa*, & propterea non pati dilationem, quæ eſt pars altera. Conſtat ex *l.* 2. *ff. de re iudic.* & ex *l. eadem, ff. de ferijs*, & ex *l. fin. ff. de appell. recipiend. gloſſ. in cap.* 25. *qua fronte, in verb. decedat*, & Abbas *num* 15. *verſ. ſecunda ratio de appellat.* Sigiſmund. *de appellat quæſtion.* 17. *limitat.* 7. *num.* 11. *&* 12. *&* 13 vbi ait hoc habere locum in appellatione non ſolùm à ſententia definitiua, ſed etiam ab interlocutoria in cauſa alimentorum, quia quando interdicitur appellatio propter celeritatem, hæc ratio militat in vtraque ſententia. Non tamen quoad alimenta futura prohibetur appellatio deuolutiua, ſed ſolùm ſuſpenſiua. Contard. *in l. vnica, limitat.* 3. *ſub numero* 45. *verſ. ad hæc, Cod. ſi de moment. poſſeſſ.* Lancellot. *de attent. part.* 2. *cap.* 12. *limitat.* 24 *princip. num.* 7. vbi ait ſic fuiſſe deciſum in vna Romana ſtatus, & alimentorum coram Capizuccho, 17. Octobris 1552.

Alij verò alia vtuntur diſtinctione in cauſa alimentorum, nempe ſi petantur alimenta officio iudicis, non appellari poſſe ab eius ſententia; ſecus ſi petantur iure ordinario. Bartolus *in l. final. numero* 1. *ff. de appellat. recipiend.* Verall. *in deciſione* 98. *part.* 1. Cacheran. *in deciſione Pedemontan.* 25. *numero* 20. quibus adhæret Aſinius *in praxi*, §. 31. *capite.* 2. *limitation.* 2. *numero* 6.

Ego tamen media via incedens dico dandam eſſe appellationem pro alimentis futuris, dummodo interim alimenta præſtentur, ſi appellans non habet aliunde neceſſaria, vt ſe alat: ita Alexand. *in addit. ad Bartol. in l. ſi res, ſub num.* 1. *in verb. cauſa alimentorum, ff de appellat. recipiend.* poſt Guid. de Suzar *in l. index, ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris*, quem ibi refert, ac ſequitur. Conſentit Lancellot. *ſuprà*, quatenus ait, *num.* 5. non dari appellationem quoad effectum ſuſpenſiuum, ſed duntaxat deuolutiuum, additque *numero* 9. futura alimenta etiam dici, quæ debentur à die motæ litis. Ideo ſi appellans ſit diues, dabitur appellatio quoad vtrumque effectum, ſiue alimenta petantur officio iudicis, ſiue petantur iure actionis. Dicuntur autem alimenta peti iure actionis, quando ſunt legata, quare ſi legatarius ſit inops, & ea petat, non dabitur appellatio. Bald. *Nouell. tractat. de dote, part* 9. *priuileg.* 7. *ſub numero* 2. propter inopiam. Sigiſmund. *de appellat. quæſtione* 17. *limitat.* 7. *numero* 17. Secus ſi ſit diues, quamuis Sigiſmund. videatur innuere poſſe denegari appellationem quoad effectum ſuſpenſiuum, non autem quoad deuolutiuum, quia non retardatur executio, quod non videtur certum, ſiquidem retardatur cùm ſit diues appellans, ergo denegatur appellatio quoad vtrumque effectum. Atque ita concludo vrgente inopia, petenti alimenta non dari appellationem, ſiue petantur officio iudicis, ſiue iure actionis; eo quod inopia excludit dilationem. Inopia verò deficiente quomodocumque petantur, tunc dari appellationem. Ita Ioannes Andreas *in addit. ad Specul. titul. de appellat.* §. *in quibus. ſub numero* 11. *in verb. aliorum, lib.* 2. *fol.* 185. Sigiſmund. *ſuprà, dict. numero* 17.

In ſequentibus tamen caſibus non obſtante appellatione non impeditur executio, videlicet quando ſunt latrones publici, raptores virginum, viduarum honeſtarum, aut monialium, dummodo cum eiſdem habeant turpe commercium. Idem dicitur de factioſis, qui ſeditiones excitant, necnon de illis, qui veneno, vel proditoriè mortem alicui cum effectu machinati ſunt: aut qui falſificant aurum, aut argentum, aut adulterant ſigillum Regium: quorum caſuum meminit lex 16. *titul.* 10. *part.* 3. & Vimaranenſ. *in additio. ſeu remiſſio. ad leg. Reg. lib.* 3. *ordin. titul.* 70. *in princip. numero* 3. Cæterum quoad latrones, & ſeditioſos, ſeu duces factionum extat lex 16. *conſtitutiones, ff. de appellat. & relat.* 139.

Vnde ſi quis dediſſet operam vt ciuitas rebellaret, & condemnaretur, eo ipſo quod fuit dux, & caput factionis, non appellat. ita Carerir. *in pract. ſua criminal. fol.* 28. *colum.* 1. *in princip.*

Iſem,

Iſern. *in cap.* 1. *§. & bona committentium*, & *ibi* Afflict. *numero* 42. *quæ ſint regalia.* Angelus *in tractat. maleſ. in verb. Prudente Caio. numero* 16, *verſ. item videtur caſus* , & Gigas *in tractat. de crimine læſæ maieſtatis*, *in titulo de plur & var. quæſtione* 13. *in fin.* Quod procedit quando delicta huiuſmodi ſunt apertè probata per confeſſionem delinquentium,& per teſtes. Iuuat manifeſtè caput *Paſtoralis* , 28. *ſub numero* 2. *verſus finem de offic. & poteſt. iudic. delegat.* vbi dicitur negandam eſſe appellationem, & ſtatim debere puniri delinquentes, etiam attenta benignitate iuris canonici. Lancellot. *de attent. part.* 2. *cap.* 12. *limit.*27. ſecundùm Roman. *in conſ.* 124. *§ præterea, de appell.* quem refert, ac ſequitur Auffer.*in addit. ad deciſionem vltimam* , Capell. Tholoſ. *circa finem* , & Rip. *in cap. ſæpè* , *numero* 3. *de reſtitut. ſpoliat.* vbi loquitur de notorio,& manifeſto raptore, aut famoſo latrone, ſequitur Roland. *conſ.*73. *num.* 14. vbi vtitur exemplo Ducis, qui eſt caput factionis, & *numero* 25. *lib.*3. vbi affert exemplum conuicti , & confeſſi , quibus non licet appellare , quia cenſentur id facere ad differendam executionem capitalem. Sigiſmund. *de appellat. quæſt.* 17. *limitat.*4. *numero* 79. *& duob. ſequent.*

Quoad raptores ſupradictos , Salicet. *in l.* 1. *numero* 1. *Cod. de rapt. virgin.* docet eiſdem interdictam eſſe appellationem , concordat Marant. *in ſuo ſpecul. part.*6. *actu* 2. *principal. in verbo, & quandoque appellatur* , *limit.* 6. *num.* 195. *fol.* 503. Quod intellige de principali raptore plenè conuicto per claras probationes Secus ſi probationes ſint dubioſæ. Requiritur item quòd fœmina rapta ſit etiam cognita , ſecus ſi non fuit cognita à principali raptore. Nam ſociis , & auxiliatoribus non denegatur appellatio , vt notat Farinacius *in quæſtion. criminal. part.* 2. *tom.* 1. *quæſtione* 101 *num.*49. *& duobus ſequentib.*

140. Nomine factionis , cui denegatur appellatio, intelligitur facta contra Principem , vel Rempublicam . vt notat Guid. Papæ *tractat. de appellat. quæſtione* 120. *numer.* 87. *fol.* 61. Marant. *vbi ſupra* , *part.* 6. *act.* 2. *princip. in verbo* , *& quandoque appellatur* , *limitat.* 8. *numero* 297. *fol.* 503. Tales enim ſeditioſi conuicti , & confeſſi non appellant , quia cenſetur appellatio fieri animo differendi executionem capitalem. Rolandus cum multis *in dict. conſil.* 73. *numero* 24. *&* 25. Camill. Borrell. hac de re plenè , *dicto titulo* 33. *de appellationib. numero* 407. *& tribus ſequentibus.*

141. Similiter non appellatur in crimine læſæ maieſtatis humanæ , Guido Papæ *tractat. de appellat. quæſtione* 120. *numero* 86. *fol.*61. Marant.*dict. limitat.* 8. *numero* 297. *fol.* 503. & Farinacius *in dicto quæſtione* 101. *num.* 10. ex ea ratione , quia in minoribus criminibus non datur appellatio. Ergo multo minus in iſto. Ita Roman. *in l. Pamphonius* , *§. res perduellionis* , *ff. de acquir. hæredit.* & Felin. *in capite ſicut el* 1. *de ſimonia.*

Aliis tamen placet tanquam de iure verius poſſe in hoc crimine appellari , eo quòd non reperitur contrarium in iure : igitur cenſetur permiſſa appellatio , quia regulariter conceditur tam in ciuilibus , quàm in criminalibus, *l. & in maioribus* , *Cod. de appellat. l. non tantùm, ff. eodem titulo.* Excipiuntur tamen niſi reus de hoc crimine condemnatus ſit ab ipſo Principe, vel ab eius ſupremo Senatu , vel à Iudicibus à Rege deputatis. Tunc enim non recipitur appellatio. Rebuff. *in proœmio conſtit. gloſſ.* 5. *numero* 116. *verſ. non ſeruatur* , *tom.* 1. *fol.* 42. vbi teſtatur in Francia ſeruari , quem ſequitur Farinacius *d. quæſt.* 101. *num.*10. *&* 11.

Nec obſtat argumentum de crimine læſæ maieſtatis diuinæ , in quo non datur appellatio , vt eſt communis , & docent Guido Papæ *tractat.de appellat. quæſtion.* 120. *ſub numero* 87. & habetur *in cap. vt inquiſitionis de hæretic.* Felin. *in capit. ſicut el* 1. *de ſimonia.* Farinacius *in dicto quæſtione* 101. *numero* 45. *limitation.* 2. *& numero* 46. Quia de crimine hæreſis ad crimen læſæ maieſtatis non valet argumentum , cum grauius ſit longè æternam , quàm temporalem offendere maieſtatem. Authen. *Gazaros* , *de hæretic.* Rolandus *d. conſ.* 73. *num.*17. *lib* 3.

Nihilominus ſi in appellatione exprimatur cauſa rationabilis , dicendum puto tam in crimine læſæ maieſtatis humanæ , quàm diuinæ non eſſe denegandam appellationem à ſententia lata contra conuictum de his delictis , ſicut ſolet dari in aliis delictis , exceptis in quibus prohibetur appellatio , ſi in illis exprimatur rationabilis cauſa ob quam appelletur ; vt in aliis delictis volunt Innocent. *in cap.* 18. *paſtoralis, numero* 3. *verſ. ad hoc ita* , *in fine* , *& numero* 4. *verſ. ſed dices* , *de offic. & poteſt. iudic. delegat.* Alexand. *in additio. ad Bartol. in l. vltim. ſub numero* 1. *in verb. adiecta cauſa* , *ff. de appellat. recipiend. vel non.* Franch. *in cap. conſuluit* 14. *verſus fin. numero* 6. *& in cap. conſuluit* 29. *numer.*3. *de appellat.* Ruginel. *tract. de appellat §.*2 *cap.*3. *num.* 170 *in verb. cauſa* , & Couarruuias *practicar. cap.* 23. *ſub numero* 5. *in verſ. ſecunda*, indiſtinctè aſſerentes in criminibus , in quibus negatur appellatio,non negari quando exprimitur rationabilis cauſa.

Confirmatur, quia conuicto per teſtes, qui dicitur notorius delinquens , quique noto delinquenti æquiparatur , non negatur appellatio, ſi exprimatur in appellatione probabilis , ſeu rationabilis cauſa appellandi , vt de confeſſo tradit gloſſ. *in cap.* 3. *Romana* , *§. ſi autem. in verbo, vel de quo* , *de appellat. in* 6. dicens confeſſum poſſe appellare non obſtante confeſſione,ſi alleget ſe facti errore fuiſſe confeſſum , vel per metum , & velle ſuum errorem corrigere , vel probare metum. Conſonat Bald. *conſ.* 141. *præmiſſis, ſub numero* 1. *lib.*1. & de notoriis quibus negatur appellatio , expreſſa tamen cauſa rationabili conceditur appellatio à definitiua , vt notat Abbas *in d. cap. conſuluit*, 14. *in fine*, Franch. *numero* 6. & Decius *num.* 8. *de appell.* Tiraquell. *de pœn. temper. in præfat. num.*69.*verſ.his quoque, fol.* 9. Quod intelligunt de appellatione , quæ operatur effectum ſuſpenſiuum, & deuolutiuum propter cauſam rationabilem , quæ debet inſeri in ipſa appellatione , quia regulariter appellatio in notoriis non operatur effectum ſuſpenſiuum, ſed tantùm deuolutiuum. Lancellot. *de attentat. p* 2. *cap.*12. *limitat.*9. *princip. num.*3. *in fine*, Farinac. ſequitur *in quæſtio. criminalib. p.* 2. *tom.* 1. *quæſt.*101.*num* 63. Quando verò exprimitur rationabilis cauſa in appellatione,iudex *à quo* tenetur illi deferre , & ſuperſedere in executione , & appellans auditur.Franch. *in cap.*61. *cum ſpeciali, §.porrò,num.*7. *verſ. ſed aduerte,de appellat.* & Sigiſmund. *de appellat.quæſt.*17. *limitat.*4. *num.*15. 47. *&* 93.

Ergo idem eſt dicendum in crimine vtriuſque læſæ maieſtatis, quando in appellatione à definitiua inferunt rationabilem cauſam: quæ videatur offuſcare veritatem ſententiæ latæ. Nam de crimine læſæ maieſtatis humanæ iam diximus ſecundùm veriorem de iure licitam eſſe appellationem, quam ſequitur Roland. *dict. conſ. 73. à num. 11. lib. 3.* cui adhæret Sigiſmund. *dict. limitat. 4. num. 78* poſt Iulium Clarum *lib 3. § final. quæſt. 94. verſus finem principij.* De crimine autem læſæ maieſtatis diuinæ idem teſtatur Sigiſmund. *vbi proximè num. 84. verſ. ſubreſtringe eandem reſtrictionem.*

142. His adde circa ea delicta in quibus regulariter interdicitur appellatio à ſententia definitiua, non habere locum in interlocutoria, à qua licet appellare reis vtriuſque læſæ maieſtatis, putà, à decreto torturæ, vel aliqua alia interlocutoria, vt in ſpecie docet Zanchin. *de hæretic. capit. 29.* Squillaceñ. *de fid. catholic. capite 48.* Simanc. *de catholic. inſtitut. titulo 6. de appellat. fol. 19. numero 3.* cum multis, ſi nondum ſatis conſtat reos eſſe hæreticos. Tunc enim ſi damnētur ad quæſtionem ſubeundam, vel ad verbera, aut ſimilia ſupplicia, poterunt prouocare: quamdiu non conſtat omnino eos fuiſſe delinquentes, ſed ſuſpectos duntaxat, eo quòd in his caſibus non appellant à lege, ſed ab ipſis iudicibus. Sigiſmund *lib. 1. de iudic. cauſar. ciuil. & crimin. lib. 1. cap. 97. numero 98.* poſt plures tam ex antiquioribus, quàm ex recentioribus, vbi *numero 99.* addit hoc non habere locum quando appellatio eſſet interdicta etiam ab interlocutoria, vel quando appellatio eſſet friuola, tunc enim reijcitur, quibus accedit Camill. Borrell. *tom. 2. deciſ. tit. 33. de appellat. num. 593. & trib. ſequentib.*

143. In crimine tamen ſimoniæ vbi primùm fertur ſententia, ſequitur executio, nec datur appellatio. Marant. *in ſpeculo, part. 6. act. 2. princip. in verbo, & quandoque appellatur, limit. 9. numero 298.* Lancellot. Conrad. *in tractat. de offic. prætor. in cauſ. ciuil. titul. de appellat. ſub numero 9. verſ. decimonono.* Farinacius *dict. quæſt. 111. limit. 3. numero 47.* vbi refert deciſionem Rotæ diſtinguentem. Ratio, quia ſimoniaci æquiparantur hæreticis, & cenſentur tales ex *cap. ſiquis, §. porrò, 6. quæſtione 1.* & ex *cap. licet Hely el 2. de ſimon.* grauiterque hoc crimen à Deo punitum fuit, vt patet ex lib. 4. *Regum cap. 5.* vbi Giezi Prophetæ Eliſei puer, eo quòd clam acceperat de mano Naaman duo argenti talenta, & duplicia veſtimenta, in momento temporis leproſus factus fuit.

Similiter condemnatus ad ſoluendam decimam non appellet. Ratio, quia decimæ ſunt tributa animæ, & alimenta miniſtrorum egentium, *cap. decima, 16. quæſt. 1. & cap. tua nobis, in verb. tributa de decimis,* Speculat *tit. de appellat. §. in quibus verſ. quarto, num. 5.* ibi: *Si ergo non appellatur;* ſed in tributis non datur appellatio, *cap. ei qui, 2. quæſt. 6. §. quoties;* ergo nec in decimis dabitur.

Excipe caſum in quo condemnatus alleget exemptionem à ſummo Pontifice conceſſam, ſeu legitimam compoſitionem, quia tunc allegans id, ſi non auditur, poteſt appellare. Ioannes Andreas *in dict. cap. tua nobis, num. 7.* & *ibi* Anton. de Butr. *verſ. ſecundò oppon. num. 7.* & Abb. *num. 9.*

Simili modo conceditur appellatio à ſententia, quando duæ Eccleſiæ litigant inter ſe ſuper decimis, & pronuntiatur inter illas ſententia, Camill. Borrell. *dict. tit. 33. de appellat. num. 62.* Sigiſmund. *de appellat. quæſt. 17. limitat. 18. numer. 3.* poſt Ioann. Andr. & Butr. *in dict. cap. tua nobis, num. 7. in fine.* Secus ſi laicus allegaret conſuetudinem, ſeu præſcriptionem, vel aliquam aliam cauſam iniuſtam ex illis, quæ numerantur *d. cap. tua nobis,* quoniam tunc appellatio non conceditur condemnatis; quin imò non admittuntur ad appellandum debitores decimarum, donec ſoluant, etiam quando collectores modum excedunt; quia quamuis ab exceſſu in modo poſſint appellare, vt notat Baldus *in princip. leg. 5.* & Salycet. *numer. 1. Cod. quorum appellatio non recipitur,* id ſanè procedit quoad effectum deuolutiuum, ideo debitores non admittuntur ad appellandum donec ſoluerint. Rebuff. *tract. de decim. quæſtion. vltim. numero 21. verſus decimonono.*

Quid de ſententia lata virtute iuramenti à reo 144.
præſtiti, vel ab actore de mutuo conſenſu vtriuſque partis? Reſponde à tali ſententia non eſſe licitum appellari, *leg. 5. §. dato, ff. de iur. iurand. & leg. 12. §. ſed iuramento,* & ſcribentes *ibi, Cod. de reb. credit.* Ratio, qui vt ait Bartolus *in leg. 2. numer. 8.* & *ibi* Alexand *ff. de iur. iurand.* iuramentum litem decidens paratam habet executionem; fuitque inuentum ad finiendas lites, defertúrque volente parte, mandante iudice, ac poſtea pronunciante; quare ſi qui iurauit, voluerit appellare, non admittetur. Cynus *in l. generaliter. §. ſin autem,* & *ibi* Baldus *ſub numero 4. & 5. Cod. de reb. credit. & iur. iurand* Marant. *part. 6. act. 2. numero 280. verſ. vigeſimoſextò,* Menoch. *conſil. 217. exiſtimauerim, ſub num. 7. & ſub numero 21. lib 3.* & Seraphin. *tract. de priuileg. iuram. priuileg. 102. numer. 1.* etiamſi condemnatus voluerit per euidentiam rei probare iurantem peierаſſe, nullo modo fiet facultas accuſandi condemnato, nec ſententia lata retractabitur. Phæb. *deciſ. 69. num. 6.* vbi *num. 7.* addit niſi impetretur à Rege, vt poſſit fieri querela de periurio, Cald. Pereir. *de emptio. cap. 19 num. 14.* & conſtat ex l. Luſitana *lib. 3. titul. 52. § 3. verſ. E ſo à ſentenſa foſſe dada; vſque ad fin.* vbi deciditur, etiamſi poſtea reperiatur iurantem peierаſſe, ſententiam iuramento latam non eſſe reuocandam.

Non obſtante iuramento tamen dari appellationem in hoc caſu vult Cacheran. *in deciſion. Pedemontana 60. numero 6.* & Seraphin. *tract. de priuileg. iuram. priuileg. 102. limit. 3. numero 14.* vbi volunt illum, cui relatum fuit iuramentum ſi iurauerit, poſſe, qui retulit appellare, quia videtur ex neceſſitate retuliſſe. 145. Ego tamen arbitror ſi agatur de offerente iuramentum, eique fuit delatum, quia videtur offerendo contrahere, & fateri ſe debitorem eſſe, cum iuratum fuerit poſt præſtitum iuramentum, nihil vltra quæri poſſe; ſed ſententiæ ex vi iuramenti latæ ſtandum eſſe. Nam iuramentum iudiciale pro veritate habetur, *l. 1. & l. 2. ff. de iur. iurand* idem Cacheran. *deciſione 8. numero 8.* vbi fatetur offerentem iuramentum videri contrahere, & ita fateri ſe eſſe debitorem: quod intellige, ſi iurauerit. Ideo ſiue referat iuramentum ſuo motu proprio, ſiue accedente iuſſu iudicis oblatori iuramenti, & is iurat, non poſſe aduerſarium appellare.

Marant.

Marant. *in ſpeculo, p.6. princip. in verb, & quandoque appellatur, limit.26.num.332.* Sigiſmund. *de appell. quaſt.17. limit.34. num.3. verſ. Amplia ſecundò.* Borrell. *d. tit.33. de appell. num.225. & ſequenti,* ex Bart. *in l. nam, & poſtea, §. final. num.1. & in l. qui iuraſſe, §. final. ff. de iureiurand.* vbi concludit ſententiam ex iuramento ſubſecutam obſeruari, & mandari executioni per iudicem contra illum, qui iurauit, tranſiiſſeque in rem iudicatam, cum ſimus in iuramento iudiciali, quod veritati æquiparatur teſte Boërio *in deciſ. 305. num.3.*

Sed quid, quando is cui defertur iuramentum opponit rationales exceptiones ob quas non teneatur iurare? Reſpondeo ſi iudex exceptiones rationabiles reiiciat, & præcipiat iurari, vel deferri, locum eſſe appellationi tam à reiectione exceptionum, quàm ab ipſo præcepto, *l. generaliter, §. ſed iuramento, verſ. Ipſe autem, C. de rebus credit.* quia quamuis aliquis in aliquo caſu non poſſit appellare, ſi tamen offerat exceptiones legitimas, & iudex illas reiiciat, habet locum appellatio. Sigiſmund. *de appell. q.17. limit.10. num.34.* Idem dicitur in ſententia lata virtute iuramenti neceſſarij, puta quando iudex in defectum probationis alteri ex litigantibus deferat iuramentum, à cuius ſententia poteſt appellari. Ruginel. *tract. de appell. §.2. cap.3. num.522.* & Menoch. *conſ.217. incip. exiſtimauerim, ſub num.25.* poſt alios, & Gregor. Tholoſ. *tract. de appell. lib.2. cap.13. num.3. verſ. quando verò,* quibus adhæret Sigiſmund. *de appel. q.17. limit.34. num.7.*

Secus in iuramento voluntario, & voluntariè delato, & præſtito, quia tunc non eſt locus appellationi a iudicis ſententia, ſiue diffinitiua, ſiue interlocutoria lata ſecundùm iuramentum à ſe delatum ſuo aduerſario, pro quo iudex tulit ſententiam, vt vltra præcitatos, *§. præcedenti,* tradit Corneus *in l. generaliter, §. ſed iuramento, col.2. verſ. in textu,* ibi: *Sin autem, C. de rebus credit. & iureiur.* per hæc verba expreſſa. *Tene,* inquit, *mente, quod non eſt licita appellatio iurandi quod quis fecit, vel fieri procurauit,* vt hìc eſt textus. Vbi deferens iuramentum aduerſario illud præſtanti, cuius cauſa lata eſt per iudicem ſententia, ab ea non poteſt appellare; & eſt ratio, quia appellatio eſt inducta quando per primam ſententiam fuit illatum parti grauamen, per notat. *in l.1. ff. de appell.* Sed iudex non dicitur grauare partem quando eius ſequitur voluntatem pronunciando. Ita Corn. *in d. l. generaliter.* Ex quibus patet non eſſe locum appellationi quando quis ſponte ſua, vel volente iudice detulit ſuo aduerſario iuramentum: è diuerſo eſt, quando iuramentum erat neceſſarium, quoniam ab huiuſmodi ſententia, virtute iuramenti neceſſarij lata, datur appellatio, Menoch. & Sigiſm. ſuprà ſcripti.

146 Quid de adminiſtratore præſertim loci pij, ſi condemnetur ad reddendum rationes bonorum, quorum habet curam, & adminiſtrationem: Reſponde poſſe cogi à iudice *à quo,* vt reddat rationes non obſtante appellatione, poſſéque iudicem ſuam exequi ſententiam, Angel. *in §. el conomos, in fin. in Authent. de ſanctiſſ. Epiſcop.* Marant. *in 3. p. ſexta partis princip. quaſt.2. num.187.* Manfred. *in lib.2. practicar. concluſio. ſuper attent. concluſ.112.* Idem dicito de tutore, ſeu curatore condemnato ad reddendum rationes tutelæ ſuæ, ſeu curæ, eo quod per appellationem executio ſententiæ non ſuſpenditur, teſte Caualcaneo, *in tract. de tutor. & curator. num.222.* Lancellot. *de attent. p.2. cap.12. limit.19. in princip. num.1. & 2. fol. mihi in forma magna, 286. colum.2.* & Sigiſm. *de appellat. quaſt.17. limit.29. num.1. & 2. fol.476. colum.2.*

147. Idem ſanè ad debitores publicos vniuerſitatum, ſeu communitatum accommoda, quando rationes reddunt, & à rationalibus, ſeu ab officialibus rationum condemnantur, non obſtante appellatione ſine vlla reuiſione ſequitur executio. Iul. Ferrett. *in tract. de gabell. publican. & vectigal. num.381.* poſt Baldum *in conſ. 434. vol.3.* quibus accedit Aymon. Crauet. *conſ.3. num.1.* Idem dicito de debitoribus fiſcalibus, quando patet de debito; tunc enim ſummarim omni appellatione, ac mora poſtpoſita ad ſolutionem poſſunt cogi, *l. hi qui, C. de conueniend. fiſci debitorib. lib.10.* Ioan. de Platea *in l.1. C. de capiend. & diſtrahendis pignoribus, & in l.2. C. de fund. rei priuat. vel public.* Marant. *d. p.6. actu 2. de appellat. num.134. verſ. Vndecimò limita.* Quod procedit vt vult Marant. quando fiſcus agit de damno vitando.

Longè aliter reſponde, quando agitur de lucro captando, quia tunc integrum eſt appellare, vt vult Andr. de Iſern. *in conſtitutionibus Regni, incip. intentionis, in fine.* Sigiſmund. *de appellation. quaſt.17. limit.27. num.4.* Niſi is à quo debitum, ſeu tributum exigitur, alleget priuilegium exemptionis. Nam tunc conceditur appellatio, ſicut conceditur in Gallia à ſententia lata in fauorem fiſci ſuper tributis, ſeu debito fiſcali indiſtinctè, vt notat Rebuff. *tract. de appell. art.2. gloſſ.2. ſub n.14. tom.3. fol.503.*

148. Huc ſpectat ſententia quam fert iudex tanquam bonus vir, ſeu arbitrator, cui negatur appellatio, & quicumque alius recurſus; ſed ſtatim, remota omni mora, non retardatur executio illius. Sigiſmund. *d. quaſt.17. limit.13. in principio,* poſt plures *ibi,* etiamſi partes inter ſe conueniant quòd poſſint appellare. Non tamen id habet locum in arbitro electo ex neceſſitate ſtatuti, quia hic dicitur arbiter neceſſarius, & ab eius ſententia, cùm ſit propriè talis, datur appellatio. Bald. *in l.32. diem proferre, §. ſtari autem, ff. de recept. arbitr.* Socin. *regul. 24. appellare in qualibet cauſa, fallent.10. in fin.* Similiter datur appellatio in arbitro electo ſecundùm ius commune, Socin. *in regul. 17. appellare à ſententia arbitri, fallent.3.* Blanch. *tract. de compromiſſis, quaſt.10. verſ. Contrarium, tom.3. p.1. fol.204.* poſt Bartol. *in l.1. §. interdùm, in fin. ſub num.8. ff. à quibus appellare non licet.* Ex ea potiſſimùm ratione, quia arbiter iuris dicitur habere iuriſdictionem, ſicut iudex ordinarius, vt notat plenè Sigiſmund. *lib.2. de iudic. cauſar. ciuil. cap.2. num.5. & ſequent.* poſt Ant. de Butr. *in cap.23. quintauallis, ſub num.38. verſ. Ad primum,* ibi: *Dic ſi arbiter eſt iuris, de iureiur.*

149. Contrarium tamen ſequere in tertio arbitro, qui eligitur quando alij duo arbitri inter ſe diſcordant. Nam quamuis tertius eligatur ex neceſſitate, & ex decreto iuris communis, ſicut habetur *in l.19. ſi vnus, §. vltim. ff. de recept. arbitr.* attamen à ſententia huius tertij non datur appellatio, quando compromiſſum fuit voluntarium. Sigiſmund. *dict. quaſt.17. limitat.13. numero 6.* quamuis Socinus *dict. regul. 17. fallentia 6.* arbitretur à ſententia huius tertij arbitri electi poſſe appellari, eo quòd eligitur ex neceſſitate iuris, cuius ſententiam Sigiſmund. non probat.

Porrò

150. Porrò de iure canonico poſſe appellari à ſententia huius tertij arbitri opinatur Bald. *in leg. 1. num. 1. in tertia oppoſitione*, *C. de recept. arbitr.* quem ſequitur Blanch. *tract. de compromiſſ. q. 10. num. 9. limit. 6. tom. 3. p. 1. fol. 204.* & Alexand. *conſ. vltim.* abundè *num. 7. lib. 6.* Nihilominus oppoſitum tradit gloſſ. *in cap. 33 à iudicibus, & in verb. ordinary, in fin. 2. quaſt. 6.* & alij apud Blanch. dicentes contrarium non loqui de appellatione propria à ſententia illius arbitri, ſed loqui de reductione ad arbitrium boni viri, non autem de appellatione vera, atque ita quando dicunt poſſe appellari, intelligunt poſſe peti ab illius ſententia reductionem ad arbitrium boni viri. Quæ reductio licita eſt, & ita Paul. de Caſtro *in d. l. 1. num. 2. C. de recept. arbitr.* intelligendus eſt quando dicit de iure canonico appellari poſſe à ſententia arbitri, quia ipſe inquit fatalia conſtituta in vera appellatione non habere locum in appellatione à ſententia arbitri, in quo videtur ſentire non dari propriè appellationem, ſed reductionem ad arbitrium boni viri, quæ interpretatio placet Sigiſmundo *d. lib. 2. cap. 2. n. 340. in 2. reſponſ. & in limit. 13. citata, n. 8.* Vide cætera *ſupra, diſp. 14 §. 1. & 2. per tot.*

Eodem prorſus modo de iure canonico non datur appellatio à ſententia, ſeu arbitramento arbitratoris. Bald. *in rubr. num. 5. verſ. Sed nunquid de iure canonico*, *C. de appel.* Sequitur Abbas *in conſ. 77. in quæſt. quæ, col. vltim. verſ. Vltimum dubium eſt, lib. 2.* dicentes ab arbitramento de iure canonico non dari appellationem. Quod ab arbitratore verò non detur appellatio, tradunt Alexand. *d. conſ. 106. num. 5.* & Socin. *d. regul. 24. fallent. 15.* Non tollitur tamen petere reductionem ad arbitrium boni viri, etiamſi renunciauerit reductioni, quando reperitur læſio enormis, aut doloſa. Felin. *in cap. 14. cauſam quæ, num 3. in fine, verſ. de eo qui, de ſentent. & re indic.* & Rebuff. *de arbitr. & arbitrat. art. 1. gloſſ. 9. num. 3. verſ. Secundus caſus, tom. 3. fol. 208.* Sigiſmund. *lib. 2. de indire cauſar. ciuil. cap. 2. num. 446.* vbi addit laudum arbitri, vel arbitratoris, quando habet euidentem, ſeu notoriam iniquitatem, poſſe reduci ad arbitrium boni viri etiam ſtatuto reductionem interdicente, quia non tollitur peti reductio per ſtatutum à laudo, in quo arbiter, ſeu arbitrator per dolum, vel latam culpam ſe habuit. Bald. *in l. cum antea, verſ. Sed quid ſi per ſtatutum, num. 7. C. de recept. arbitr.* Decius *conſil. 39. iuridicam, ſub num. 6.*

Quod ſi læſus enormiter pro petenda reductione compareat coram iudice ordinario, & ille arbitramentum, ſeu ſententiam arbitratoris temperet, vel confirmet, aut infringat, dabitur appellatio. Alexand. *in l. ſub num. 14. verſ. extra gloſſ. & ſub num. 18. verſus finem, & ſub num. 19. ff. delegat. 2.* Felin. *in cap. 16. ſuper his, num. 13. limit. 7. verſ. Contrariam ſed, de accuſat.* Sequitur Boër. *deciſ. 284. ſub num. 18. verſus finem*, vbi ait opus eſſe appellatione, quibus accedit Lancellot. *de attentat. p. 2. cap. 16 num. 29. & duobus ſequentibus, fol. 393.* & Sigiſmund. *dicto capito 2. ſub numero 456.*

Obiter nota iudicem aditum ſuper reductione ad arbitrium boni viri, non debere arbitramentum reuocare, niſi ſequatur damnum graue, aut læſio conſiderabilis, quia parua non conſiderantur. Couar. *lib. 2. variarum, cap. 12. num. 7. verſ. Tertiò illud.* Sigiſmund. tamen *de appellat. quæſt. 17. limit. 14. num. 15.* Sentit de conſuetudine hiſce temporibus cuilibet grauato integrum eſſe appellare, ſiue grauetur per ſententiam, ſiue per arbitramentum, quod ait procedere de conſuetudine, quia arbitrator, & iudex cum libero arbitrio aliquo modo fraternizant, addit que iudicem *ad quem* non debere eſſe tam facilem ad reuocandum arbitramentum, ſicut ad reuocandam ſententiam.

Sublata verò conſuetudine, ſi alicubi viguerit, 151.
non datur appellatio in ſententia lata à iudice liberum arbitrium habente, Hoſtienſ. & Innocent. *in cap. vltim. de feriis*, Felin. *in cap. exceptionem, num. 2. in fine, de exceptionibus.* Couar. *d. cap. 12. num. 5.* Menoch. *de arbitrar. quæſt. 70. num. 13.* imò neque in ſententia lata à iudice habente ſimplex arbitrium eſt appellatio. Menoch. *ibi, num. 6.* Speculat. allegatus à Rot. *deciſ. 47. alias 363. ſi auditor, num. 3. de appel. in nouis.* Similiter non eſt locus appellationi ab eo, cui cauſa committitur ſecundùm ſuum liberum arbitrium, nec ab eo, cui cum clauſula, *in hoc conſcientiam tuam oneramus*, Felin. *in d. cap. ſuper his, num. 11. limit. 4. de accuſatio. fallent. 13.* Rebuff. *tract. de appel. art. 3. gloſſ. vna, n. 2. & 3. tom. 3. fol. 489.*

Recurri tamen poteſt denegata appellatione ad ſuperiorem per viam ſupplicationis, *gloſſ. in clement. 1. in verbo, oneramus, de iurepatron.* & ſuperior hoc modo certioratus emendabit, quod iudex *à quo* pronunciauit. Felin. *in d. cap. ſuper his, ſub num. 11. limit. 4. de accuſatio.* dummodo enormiter læſa pars reperiatur per iudicem, cuius conſcientiæ cauſa fuit commiſſa, qui tenebitur quando ſententiam tulerit, iurare ſe iudicaſſe ſecundùm conſcientiam, aliàs arbitrium non ſuſtinebitur. Rebuff. *de appel. art. 3. gloſſ. vna, num. 4. tom. 3. fol. 489.* Cui additioni ſtandum eſt ſi ſit vſu recepta, vt colligi poteſt ex Gregor. Tholoſ. *tract. de appellat. lib. 3. cap. 15. ſub num. 5. verſ. Ego dubito.*

---

## §. IX.

### *De reliquis caſibus, in quibus negari ſolet appellatio.*

EPITOME.

152. & 153 *Appellatio non recipitur regulariter a decreto viſitationis. Sed contra.*
154 *Appellatio non datur à ſententia in ſyndicatu.*
155 *Neque quando eſt periculum in mora.*
156 *Neque in rebus piis.*
157 *Neque in cauſa dotis.*
158 *Appellatio an detur à ſententia de ſalario famulorum, & operariorum.*
159 *Appellatio non datur repertis in flagranti delicto, & condemnatis.*
160 *Appellatio negatur parocho abſenti, & non reſidenti.*
161. & 162 *Appellatio non datur à ſententia lata pro ſoluendis expenſis funeralibus. Et quid in cæteris expenſis.*
163 *Appellatio non datur à publicatione teſtamenti.*
164 *An detur appellatio quando quis ſe declarat iudicem competentem.*

166 *Appellatio*

165 *Appellatio an detur a ſententia qua imponitur perpetuum ſilentium.*
166 *An detur appellatio a iudicio ſortis, ſeu fortune.*
167 *Appellatio non datur à ſententia lata de conſilio ſapientu.*
168 *Appellatio non conceditur in rebus minimis.*

152. QVOAD viſitationis decretum certi iuris eſt non admitti appellationem regulariter, quando viſitatio fit ab Epiſcopo, vel ab eius officiali de mandato illius, præſertim ad morum emendationem, cap. *licet. de offic. indic. ordinar. cap. reprehenſibilis. de appellat.* Concil. Tridentin. *ſeſſ.13. cap.1. incip. Eadem ſacroſancta, & ſeſſ. 24. cap. 10.* Nauarrus *in ſumma, cap. 25. num. 15. verſ. Adde quod*, Ruginel. *in tract. de appellat. §. 2. cap 5. numero 46.* Lancellot. *de attentat. p.2. cap 12. limitat.18. num.6.* poſt Oldrad. *conſ. 89. col. 1.* & Aleiat. *conſ.68. numero 9. lib. 6. tom. 2.* Thom. Vas *allegat. 70. num. 5. in fine*, Barboſ. *in remiſſion ad Concil. Tridentin. tam in ſeſſ. 13. cap. 1. quàm in ſeſſion. 24. cap. 10.* Multa ea de re congerit. Ratio, quia quando agitur de cultu diuino, & in fauorem Eccleſiæ, ac de morum correctione, nulla exemptio, inhibitio, appellatio, aut querela etiam ad Sedem Apoſtolicam interpoſita executionem eorum, quæ mandantur ab his, aut iudicata fuerint, quoquo modo impedit, aut ſuſpendit, ne interim minuatur cultus diuinus, vel pereat, & ne fauor animarum, quæ per emendam, & correctionem ad meliorem frugem redeunt, deſtruatur: ſed in viſitatione agitur de cultu diuino, ac fauore animarum, & de morum correctione; ergo non datur ab illo decreto ſuſpenſiua appellatio. Eſt communis, & patet ex Concil. Trid. *locis citatis*, & ex eodem *ſeſſ.7. cap.8. incip. locorum, de reformat.* & ex *ſeſſ.21. cap.8. incip. quæcumque. de reformat.* Quæ refert Cardin. Mantic. *in deciſ.322.* vbi vult in viſitationibus Epiſcopos diei prouidere eo modo, & veluti ordinarios, & tanquam authoritate Apoſtolica ſuffultos, ita vt appellationes, & exemptiones, ac conſuetudines etiam immemoriales penitus excludantur, & eorum mandata, ac decreta non ſubuertantur, ſequitur Marcheſ. *de commiſſio. p.1. de commiſſ. appell. extra Romanam curiam, cap.6. num.78. folio 78. in 2. edit.* & Rebuff. *de ſentent. prouiſ. in præfat. num.37. & ſeq. in fine, tom.1. fol.229.* Camill. Borrell. *d. tit.33. de appellat. a num.672.* poſt multos *ibi* relatos.

153. Contrarium tamen dici poteſt, quia ſi Epiſcopus procedat contra exemptos ſeu priuilegiatos, contra eorum priuilegia datur appellatio, teſte Marcheſ. *vbi proxime*, & Manfred. *tract. de attent. appel. pendent. lib.2. concluſ. 50. fol. 248.* & Lancell. *de attent. p.2. cap.12. limit.18. num.2. fol. mihi 475.* vbi dicunt non poſſe Epiſcopum procedere contra exemptos, geſtaque reuocari ſi appareat de exemptione, quod etiam ſequitur Alciat. *conſ.68. incip. gubernatorem, num.9. lib.6.* & Anton. Gabriel *concluſion. commun. lib.5. de acquirend. vel amittend. poſſeſſ. concluſ. 6. num. 5. verſ. Primò limita.*

Hæc tamen pars non opponitur regulæ ſuprà poſitæ, quia habet locum quando Epiſcopus doctus eſt de priuilegio exemptionis; tunc enim poſtquam eſt doctus ſi procedat appellatione pendente, geſta reuocabuntur; nos verò loquimur regulariter; & ideò appellatio à viſitatione Epiſcopi regulariter non admittitur, text. *in cap. ad noſtram, & in cap. reprehenſibilis. de appellat.* nec cenſentur attentata regulariter facta in viſitatione, etiam pendente appellatione, etiamſi non fiant in ipſo actu viſitationis, dummodo dicatur occaſione illius fuiſſe facta Lancellot. *d. limit. 18. num.9. & 10.* Vnde non ſufficit allegari ab appellante exemptionem, quia quandiu non docet de illa, appellatio non ſuſpendit executionem eorum, quæ mandantur ab Epiſcopo in viſitatione.

Ex cauſa tamen iuſta, & expreſſa ab appellante vt diſponitur *in cap. Romana, §. ſi autem. de appellat. lib.6.* tenebitur iudex appellationi deferre. alioqui puniri poteſt, *cap.1. de appellat. in 6.* & Nauarr. *lib.2 conſilior. tit. de appellat. conſ.1. numero 3.* vbi tradit non poſſe appellari etiam à definitiua in cauſis viſitationis, & correctionis, habilitatis, & inhabilitatis, niſi appareat de cauſa iuſta, & expreſſa, poſt Sayrum *Flo. deciſ. lib.2. titul.16.* quos referens ſequitur Borrell. *ſuprà, numero 675. & ſeq.* Item ſi Epiſcopus excedat modum, conceditur appellatio ab exceſſu. Franch. *cap 31. de priore. ſub num.2 verſu in gloſſ.1. ibi, fallit quando modus, & ibi* Decius *num.1. de appellat.* Panin. *de viſitatio. p.1 quæſt.1. per totum, fol.189.* Cæſar. Barzius *in Bononienſ. deciſ.5. incip. Dominus, num. 6.* vbi vult ab exceſſu in nulla cauſa poſſe negari appellationem, quem refert, ac ſequitur Rebuff. *de ſentent. execut. art.7. gloſſ. 12. ſub num.4. fallent.1. tom.1.* & communiter dummodo exprimatur cauſa grauaminis in appellatione, quod requirunt, vt ſcilicet exprimatur, quoties ius reſiſtit appellationi. Franch. *in cap. ad noſtram, num.3. in fine. de appellat.* Ratio, quia quamuis pars conſentiat ſententiæ, non tamen intelligitur conſentire exceſſui, vel formæ in exequendo. Rebuff. *vbi ſupra.* Quin etiam Phanuc. *tract. de ia lit. iurand. p.3. cap.5. num.3. fol.392.* quem ſequitur Conrad. *in l. vnica. limit. 19. num.2. & 3. C. ſi de moment. poſſeſſ.* voluntque adhuc poſſe appellari ab exceſſu ab illo, qui iurauit non appellare à ſententia.

Similiter datur appellatio, quando agitur de re grauis præiudicij, & non per modum prouiſionis in viſitatione. Eo quia, quæ ardua ſunt, & graue præiudicium inferunt, non terminantur, neque expediuntur in viſitatione definitiuè, ſed ſolùm per viam prouiſionis: Aliàs ſi grauia definitiuè definirentur non ſeruato iuris ordine, exceſſus in viſitatione appareret, à quo licita erit appellatio: ſecus ſi res eſſet modici præiudicij; tunc enim non licebit appellare, *l. 6. quiſquis, C. quorum appellatio non recipitur*, & habentur *in l. final. C. de edict. Diui Adrian. tollend.* Sigiſmund. *de appel quæſt.17. limit.6. memb.7. n.37.* ex Menoch. *tract. de adipiſcend. remed.4. quæſt.99. num.813.*

Idem dicendum eſt ſi Epiſcopus in viſitatione iniungat alicui mandatum de reſidendo in Eccleſia, non licebit appellare niſi offerat, & oſtendat cauſam rationabilem. Franch. *in capit. 28. peruenit 2. notab. vltim. numero 5. de appellat.* Non cenſebitur tamen abeſſe parochus, qui ſtatim reuertitur, *l. poſtliminium, ff. de captiuit. & poſtliminium reuerſ.* Iuuat Gonzal. *gloſſ 43. numero 5.* Is enim ſi fuerit parochus ruralis, qui ſingulis quibuſque hebdomadis in ciuitatem

pergit

pergit ad inuiſendum parentes, & apud eos vno tantùm die commoratur, relicto amico ſacerdote ad ſuperuenientes caſus ſubitos, non peccare mortaliter, nec teneri ad reſtitutionem propter abſentiam dialem aſſerit Ludou. Beia *reſponſor. caſuum conſcientiæ p. 4. caſu 21. verſ. Contrarium tamen eſt tenendum.*

Sed quid ſi in viſitatione contingat appellare aliquem ab Epiſcopo ſuffraganeo etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ delegato? Reſponde non eſſe appellandum ad delegantem, ſed ad metropolitanum. Ita cenſuit Congregatio *declarat.* 484. ibi, *Si in viſitatione appellari contigerit ab Epiſcopo ſuffraganeo, etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ delegato debet appellari ad metropolitanum quoad deuolutiuum, non quoad ſuſpenſiuum,* prout *ſeſſ. 22. capit. 1. de reformat.* Ratio, quia quæ ſuffraganeus facit in viſitatione, iure ordinario facit, cùm ſit ordinarius *cap. 2. de offic. ordinar.* Hoſtienſ. *in ſumma tit. de offic. ordinar. §. ſunt autem quædam,* ſubdens commiſſa Epiſcopo illa, quæ alioqui iure ordinario competunt illi; ideò committuntur, vt magis timeatur, *cap. quis neſciat, 15. diſtinct.*

Dari autem appellationem in viſitatione quoad deuolutiuum, non verò quoad ſuſpenſiuum, cenſuit ſacra Congregatio *declaratione* 447. quamuis aliter ſentiat Gondiçal. Mendes de Cabed. *lib. 1. diuerſorum argument. cap. 19. num. 8.* Nihilominus deciſioni ſacræ Congregationis adhærendum eſt, cum ſit reſolutio conſona textui Concil. Trident. *ſeſſ. 24. cap. 10. de reformat.* qui ſic ait, ibi, *Nec in his, vbi de viſitatione, aut morum correctione agitur, exemptio, aut inhibitio, appellatio, ſeu querela executionem eorum, quæ ab his mandata, decreta, aut iudicata fuerint, quoquo modo impediat, aut ſuſpendat.* Sequitur Thom. Vas *in ſuis allegation. tom. 1. allegat. 70. num. 5.* Curia Philippica *p. 1. §. 7. num. 10. in verb. El Obiſpo em caſos de viſitacion de ſus ſubditos puede proceder, ordenar, caſtigar, y executar ſin embargo de appellacion, inhibicion, ni querela alguna por remitir ſe a ſu prudencia como delegado de la ſede Apoſtolica.*

Vbi etiam vult Curia Philippica non poſſe Epiſcopum in viſitatione recuſari tanquam ſuſpectum, dummodo tamẽ in ea proceſſum non compilet, & ſe intra viſitationis fines contineat; eo quòd appellatio, & recuſatio habent eundem effectum, & valet argumentum ab appellatione ad recuſationem, cap. *ſuper eo,* vbi Abb. *de offic. deleg.* Decius *in cap. poſtremò in princ. col. 2. de appellat.* Thom. Vas *in allegatio. iur. allegat. 70. num. 7.* quod etiam voluit ſacra Congregatio Cardinalium in declarationibus ad Concil. Trident. *ſeſſ. 7. cap. 8. de reformat.* ſuper textu: & illorum inhibitionibus penitus excluſis in hunc modum: *Epiſcopus,* inquit, *viſitare volens non poteſt vti ſuſpectus recuſari, nec vlla allegatione ſuſpicionis impediri, quominus pœna extraordinaria, quæ morum correctionem, & emendationem reſpiciat viſitatos afficere poſſit.*

Quæ reſolutio pateſcit omnino ex epiſtola Sanctiſſimi Domini Noſtri Pauli V. miſſa ad Epiſcopum Portugalenſem, quæ ſic habet: *Venerabilis Frater ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Fraternitatis tuæ nomine nobis nuper expoſitum fuit, quòd viſitationes, quæ in tua diœceſi in vim decretorum Concilij Tridentini, & alias legitime fiunt, ſæpius impediuntur, eo quod viſitati Prælatum ſeu alium legitimè viſitantem ſuſpectum allegant in magni diuini cultus præiudicium, & fabricæ Eccleſiarum præiudicium. Quamobrem nos huiuſmodi abuſum tollere volentes, ſupplicationibus tuo nomine ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de conſilio venerabilium Fratrum noſtrorum ſacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, ſacri Concilij Tridentini interpretum Apoſt. authoritate tenore præſentium declaramus Epiſcopum, vel alium, cui id legitime competit, viſitantem non poſſe vti ſuſpectum recuſari, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque in contrarium facientibus quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 29. Octobris, 1610. Pontificatus noſtri anno 6. S. Cobillutius, Venerabili Fratri Gondiçalno Epiſcopo Portugalenſi.*

Quid de religioſis? Reſponde à correctione quam facit Prælatus regularis in ſubditos, non dari appellationem, *cap. 3. ad noſtram,* & *ibi* Franch. *num. 3.* & Cardin. Alexand. *in principio, & num. 10. verſ. vltimo nota,* & Decius *num. 1. de appel. & cap. reprehenſibilis, eodem titulo,* vbi Alexand. III. ait, *ne religioſi cum pro aliquo exceſſu fuerint corrigendi contra regularem Prælati ſui, & capituli diſciplinam, appellare præſumant, ſed humiliter, ac deuote ſuſcipiant, quod pro ſalute ſua fuerit eis iniunctum.* Vnde non poſſunt appellare à pœna imponenda, ſecundùm regulam ſuam, & ſecundum ſtatuta ſui ordinis, vt notat Franch. *in d. cap. reprehenſibilis, notab. 3. num. 9. de appellat.* Aldret. *de tuend. diſciplin. lib. 2. cap. 28. num. 6. & 8.* quod procedit ſiue Prælati procedant ſeruato ordine iuris, ſiue non ſeruato. Sanchez *lib. 6. in decalog. cap. 8. num. 103. verſ. At verius eſt.* Quia quocumque modo non poſſunt appellare, quamuis contrarium doceat gloſſ. *in d. cap. ad noſtram,* quæ relicitur communiter à Ioan. Andr. & ab Anton. de Butr. *num. 6.* & ab Abbat. *num. 7.* Non igitur in cauſa correctionis integrum eſt religioſis appellare. Idem Aldret. *num. 16. & ſequentibus,* vbi de hac re latè, dummodo correctio non ſit exceſſiua; tunc enim licet appellare Specul. *§. in quibus, tit. de appellat. ſub num. 14.* Franch. *in cap. 31. num. 2. verſ. in gloſſ. 1. ibi, fallit quando modus, de appellat.* & Gregor. Tholoſ. *de appellat. lib. 2. cap. 10. num. 1. & n. 8. verſ. Aſſeritur tamen,* & alij quos referens ſequitur Sigiſmund. *de appellat. quæſt. 17. limit. 26. num. 8. & 12.* Sanchez *ſuprà, num. 102.* ex cap. *de priore, de appell.* Suar. *tom. 4. de religio. lib. 2. cap. 11. num. 5. & ſequentibus,* addens *num. 11.* in grauioribus cauſis interdum admittendam eſſe appellationem religioſi ad altiorem Prælatum: in communibus autem defectibus, ſeu correctionibus non eſſe deferendum appellationi. & *num. 6. & 7.* ait recurſum ad ſuperiorem poſſe admitti, nec debere negari religioſo non ſolùm quando pœna impoſita excedit, ſed etiam quando eſt iuſta, & Aldret. *dicto cap. 28. num. 25. & 26.* qui recurrendi modus eſt vſitatus per literas ad ſuperiores mulas. Sigiſm. *de appellat. quæſt. 19. remed. 3. num. 27.* dicens recurſum non habere vim ſuſpendendi, nec retardandi executionem multis *ibi* relatis, niſi recurrens ſtatim cites ad dicendum contra recurſum. Vide Suar. *vbi proximè, cap. 11. num. 6. verſ. per alium verò recurſum,* vbi hanc partem tuetur, quia nullum eſt ius, quod decidat recurſum impedire executionem ſecluſa appellatione. Vide Reuerendiſſimum, ac doctiſſimum Braccarenſem in prima parte decreti, *diſtinct. 6. in cap. quando, num. 2.*

Quid dicendum de ſententia in vindicatu? Reſponde hac de re dictum eſſe, *ſuprà, diſp. 23. §. 1. num. 10.* 154

num.20.& de iure Luſitano, num.21. & de Hiſpano, num.22. Breuiter tamen. Idcircò nunc curſim perſtringam reliqua. Atque in primis certi iuris aſt ſententiam latam à Rectore contra ſuum officialem pro delicto commiſſo in officio non eſſe appellabilem, l.3. nulli, & ibi Bartol. & Salicet. C. quor. appellat. non recipit. Rebuff. tract. de appellat. art.7. gloſſ.2. num.13. verſ. tertius, tom.3. fol.503. dummodo officialis ſit legitimè conuictus, & condemnatus de crimine patrato in officio; tunc enim non poteſt appellare. Salicet. in d. l. nulli, præſertim quando condemnatur de barataria. Nicel. tract. de concord gloſſ. concord.6. fallent.115. num.149. tom.18. fol.197.

Hoc autem procedit etiam de iure canonico. Franch. in rubrica, num.22. ibi, & inter cætera, de appel. ſiue delictum ſit graue, ſiue leue. Iaſon in l.10. qui iuriſdictioni, num.9 fallent.8. ff. de iuriſd. omn. iudic. Greg. Tholoſ. tract. de appel. lib.5. cap.2. num.2. dum ſcribunt indiſtinctè nullo diſcrimine poſito in delicto, ſiue graui, ſiue leui, dummodo deliquerit officialis in officio, vel ex cauſa pertinente ad officium. Vnde poterit remouere notarium, appatitores, ac nuntios malè ſe gerentes in ſuo munere, Pariſ. de Puteo de ſyndicat. in verbo, appellatio. ſub num.17. & Farinac. in quæſtio. crim. quæſt.101. num.85. & 86.

Secus ſi ex alia cauſa delinqueret non pertinente ad officium; tunc poterit appellare ſi condemnetur à proprio iudice, ex ea ratione, quia ſicut ſtatutum diſponens de fide plenaria adhibenda theſaurario, non procedit quando agitur de materia non pecuniaria, & ſic non pertinente ad officiũ theſaurariæ, vt notat Roland. conſ.92. n.12. vol.3. & Sigiſm. lib.2. de cauſ. ciuil. cap.11. n.152. Sic etiam lex tollens appellationem officiali condemnato à proprio iudice non procedit, quando condemnatur ex alio crimine ad officium non pertinente. Ideò tunc non tollitur condemnato appellatio, ſiue in ciuilibus, ſiue in criminalibus ſi condemnetur de furto, vel adulterio, aut homicidio, cùm de iure communi appellatio concedatur per dict. l. nulli in verſ. in eo tantummodo negotio, & ibi gloſſ. C. quor. appellat. non recipit. Auilez de ſynd. cap.10. in gloſſ. appelle. num.1. & 2. vbi de hac re plenè, ac bene, vt ipſe ſolet, poſt plures.

De conſuetudine tamen in Gallia conceditur appellatio a condemnationis ſententia lata à proprio iudice contra ſuum officialem in officio delinquentem. Rebuff. in tract. de appel. art.7. gloſſ.2. num.13. tom.3. fol.503. & Sigiſmund. de appellat. quæſt.17 limit.16. num.8. Quin etiam condemnatos à ſyndicatoribus deputatis poſſe appellare ab eorum ſententia teſtatur Puteus de ſyndicat. in verb. appellatio. ſub num.18. & 19. & ſeq. tom.7. folio 243. & hoc de iure communi ſecundùm Speculatorem tit. de appel. §.3. ex illa regula, Quòd in omnibus cauſis, & à quibuſcumque grauaminibus regulariter conceditur appellatio, niſi expreſſa appareat prohibita ſecundùm gloſſam fin. in l. qui reſtituere, ff. de rei vend. Cuius regulæ meminit Matant. de ordin. iudic.6. p. actu 2. num 267.

Sed contraria ſententia negans appellationem, videtur confirmari ex l.3. C. quor. appellat. non recipit. vbi videtur innui appellationem à ſententia contra iudicem in ſyndicatu eſſe interdictam, ex quo textu id putat Luc. de Penna in l. ſi coloni, C. de agricol. & cenſit. lib.11. & Lancellot de attent p.2. cap.12. limit.20. princip. n.1. & ſequent. tom.1 Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.

fol.370. vbi concludit num.2. non obſtante appellatione poſſe fieri executionem contra magiſtratum ſyndicatum. Quod intelligunt in definitiua ſententia, ſecus in interlocutoria, à qua etiam magiſtratus ſyndicatus appellat, argumento definitiuæ ſententiæ in poſſeſſorio à qua non appellatur regulariter, vt in l.1. C. ſi de moment. poſſeſſ. Nihilominus in eodem iudicio poſſeſſorio ab interlocutoria lata appellatur ritè, ac rectè. Sic Innocent. in cap. ſignificauerunt, in verb. appellaſſe. de teſtib. Stephan. Aufret. vbi benè in additionib. ad deciſ. vltim. Capell. Tholoſ. Blanch. in tract. de compromiſſis in 4. quæſt. princip. num.21. verſ. Quartò deducitur, & cenſet Angel. in ſuo conſilio 46. ſtatuto, col. final. verſ. Præterea. Sed huic contrariæ reſpondetur d. l.3. non loqui de appellatione interponenda à ſententia ſyndicatoris, ſed à iudicis proprij ſententia condemnantis ſuum officialem in officio delinquentem, à qua meritò appellatio interdicitur, eo quia præſumitur à iudice proprio contra ſuum officialem non eſſe iniuſtam ſententiam deferendam; & hoc modo gloſſ. in d. l.3. interpretatur textum illum, & gloſſ. in cap. ei qui, §. nulli quoque, 2. quæſt.6. quem intellectum amplectitur Auilez ſupra, d. cap.10. iudicum ſyndic. in verb. Appelle. num.1 poſt Bartol. & Caſtrum in d. l.3. quibus accedit Suar. de Paz in praxi octaua partis primi tomi, cap. vnic. num.41. fol.239. col.3.

Quando autem periculum eſt in mora de iure 155.
canonico etiam remouetur appellatio. Ita Beneintendi deciſ.79. mota lite, num.6. & clariùs num.7. Menoch. de retin. poſſeſſ. remed. vlt. quæſt.17. n.47. Lancellot. de attent. p.2. cap.12. limit.25. num.27. & limit.43. num 1. dicens quando periculum eſt in mora, ſi quid moliatur appellatione pendente non dici attentatum refert, ac ſequitur Rip in l. admonendi, num.193. ff. de iureiurand. Neque etiam dicetur attentatum quando inſtat periculum, ſi iudex a quo examinet teſtes valetudinarios, & ſenes etiam pendente appellatione, Matant. in ſpeculo, p.3 ſextæ partis princip. quæſt.2. n.195. verſ. Vigeſimoſecundò limita. Petr. Duenn. regul.24. num.23. & Roland. conſ.23. incip. ex teſtibus, n.19. lib ... alios pro hac parte allegans, nam propter periculum in mora poſſunt huiuſmodi teſtes examinari tempore feriato, quorum teſtimonia valent, ſi poſt receptionem mortui ſunt, aut impediti, ita vt non poſſit haberi copia eorum, ſecus ſi ſuperuiuant; nam tunc eorum dicta ſunt repetenda ex deciſione Rotæ 3. aliàs 110. nota quod cauſa. de teſtib. in antiquis.

Poſſe verò examinari huiuſmodi teſtes tempore feriato ſi periculum vrgeat, docuit Iaſon poſt alios in l.1. §.1. n.9. ff. de feriis, reddenda tamen eſt ratio à iudice, ſeu notario in actis propter quam eo tẽpore examinentur teſtes, & quare appellatione pendente id fiat, videlicet, quia eſt periculum in mora. Hippol. ſingul.87. & 258. allegans alios, ſequitur Mandoſ. conſ.94. n.12. lib.1. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed.17. n.4. verſ. quæro undecimò, quamuis exemplum de teſtium examinatione, nõ valdè probet: illud tamen ſatis commendat Lancel. de attent. d. cap.12. limit.43. num.3. & Sigiſm. lib.2. de iudic. cauſ. ciuil. crimin. cap.8. num.105. & de appel. quæſt.17. limit.38. num.3. vbi tradunt poſſe iudicem a quo citra vitium attentatorum teſtes prædictos pendente appellatione examinare quando eſt periculum in mora.

Propter quod periculum mortis poteſt excommunicatus abſolui à iudice à quo nõ obſtante appellatione, quod vult Franch. in c. quā frõte, in gloſſ.

in verb. decedat. de appellat. col. 5. num. 18. Lancell. ſupra, limit. 43. lib. 2. & Sigiſmund. limit. 38. num. 2. & multò fortiùs quando excommunicatus eſt in articulo mortis, quando videlicet mors eſt in fieri, & ita certa, & proxima, vt moraliter certa ſit, & ineuitabilis, & quamuis nonnulli ad hunc effectum abſoluendi in articulo mortis ſtrictè articulum accipiant pro vero articulo mortis, vt Sot. in 4. diſtinct. 8. quæſt. 4. art. 4. col. 4. verſ. Quarto autem. Can. p. 5. de pœnitent. & Valent. 4. tom. diſp. 7. quæſt. 10. punct. 2. col. 6. Verius tamen eſt articulum, & periculum mortis accipi pro eodem. Proinde ſicut quilibet ſacerdos poteſt in articulo mortis abſoluere ab omnibus peccatis, & cenſuris; ſic etiam poteſt in periculo mortis. Suar. 4. tom. in 3. p. diſp. 26. ſect. 4. num. 3. Molin. tom. 4. de iuſtit. diſp. 63. num. 6. & Zambran. de caſibus articuli mortis, prælud. 1. num. 7. Eodem modo iudex à quo inſtanti articulo, & periculo mortis pendente appellatione abſque metu attentatorum poterit abſoluere excommunicatum. Dicitur autem periculum mortis, quando probabile eſt dubium de morte, quia in his, aut ſimilibus morbis mors ſolet euenire frequenter. Zambran. d. prælud. 10. à num. 1. vſque ad 4. multis ibi allegatis.

156. Inſuper non admittitur appellatio in iis, quæ celeritatem deſiderant. Speculat. de appell. §. in quibus, verſ. Octauo, Thom. Grammat. deciſ. 58. magnifica, num. 6. quia quando neceſſitas viget, & celeritas deſideratur, parcitur regulis ordinariis, & ſuccurritur periculo, ac proinde non datur appellatio, Nicell. tract. de concord. gloſſar. concord. 6. ſallent. 72. n. 117. Aſin. in praxi iudicial. §. 31. cap. 2. limit. 2. num. 7. Contard. in l. vnica in 4. ratio. decidendi, num. 4. & in 5. ratio. decidendi, num. 1. C. ſi de moment. & Lancell. de attent. p. 2. cap. 12. limit. 43. num. 1. Atque ita imminenti periculo in mora, non obſtante appellatione poteſt iudex procedere ad executionem: quibus accedit Auguſt. Barboſ. in collectan. ad 2. lib. decretal. tit. 28. de appell. in cap. 59. eodem tit. num. 15. & tribus ſequentibus, vbi enumerat caſus, in quibus non obſtante appellatione proceditur ad executionem ſententiæ.

Ex quibus, vt vides, vrgente neceſſitate, ac periculo iudex ex cauſa iuſta occurrente poteſt venire ad executionem, nondum facto proceſſu, & reiecta appellatione, & poſt executionem proceſſum conficere, & iuſtificare executionem. Boër. deciſ. 259. incip. iudex condemnauit, num. 5. verſ. Tunc enim punire permittitur: poſtmodò ſcribere, per text. in l. ſi quis filio, §. hi autem in fin. ibi. Sed præueniendi periculi cauſa, ff. de iniuſt. rupt. teſtament. ex eo, quia dum viget periculum à iuris regulis receditur, l. 1. ff. de gland. legend. Nec feriæ inductæ in honorem Dei ſeruantur, gloſſ. notab. in l. final. in verb. fideiuſſoris, C. de feriis. Ad hæc contemnitur auctoritas iuris, quando datur periculum in mora, & celeritas deſideratur, vt conſtat ex l. de pupillo, in §. qui riuos, ff. de oper. non. nunciat. ibi: præterea prætor generaliter cæterum quoque opera excipit, quorum mora periculum aliquod eſt allaturu. Quod etiam firmat Ludouicus Montaltus de reprobat. ſententia Pilati, art. 4. num. 22. & Baldi in l. 21. bello. in fine ff. de excuſat. tutor.

Remoto omni periculo, ſi iuſtificatio omittatur, & recognitio delicti non fiat rectè, nec ordo ſeruetur, & iudex deueniat ad executionem, quamuis appareat poſtea non fuiſſe erratum, debet iudex puniri, non tamen grauiter, ſed per aliquod tempus, vel ſaltem ab officio remoueatur, vel à Senatu reprehendatur. Nam quamuis non errauerit, potuiſſet quidem errare, præſertim quando cauſa eſt grauis: & ſicut miles non obediens Ducis mandatu punitur, etiamſi res geſta bene ſuccedat, per text. in l. 3. §. in bello, ff. de re milit. non ideò excuſatur à punitione, vt patet ex facto Manlij Torquati, qui filium eius mandato non obtemperantem interfici iuſſit, addens ſatius eſſe patrem forti filio, quam patriam militari diſciplina carere, teſte Aulo Gell. lib. 9. noct. Atticar. cap. 13. & Valer. Maxim. lib. 2. cap. 2. & lib. 5. cap. 8. Vnde magiſtratus ad executionem procedens non ſeruato iuris ordine quando nec periculum, nec neceſſitas viget, quamuis non erret, debet puniri ſecundùm Franciſc. Gazon in quæſtionibus, poſt tractatum de indicio, & tortura, cap. 5. rubr. de non torquend. ſine indic. & Moderni in quæſtionibus criminalibus, lib. 2. quæſt. 37. num. 116. Quamobrem extra caſum imminentis periculi non admitto exemplum Baldi in d. l. 21. bello, in fine, ff. de excuſ. tutor. dicentis quando quis fuerit mortifere percuſſus, & iudex pro certo habeat percuſſum non poſſe euadere, poſſe percuſſorem capite plectere, antequam percuſſus omnino moriatur, & ſententiam iuſtificari ex morte ſuperueniente: Baldo adhæret Boër. ſupra, dicto numero 5. Sed minùs bene.

Tiraquel. de priuileg. cauſ. piæ, priuileg. 153. pro vtraque parte diſcutit, an à ſententia pro rebus piis ſit appellandum, & tandem in vltimis verbis rem aliis decidendam relinquit. Mihi tamen placet affirmare in fauorem cauſæ piæ non eſſe integrum appellare à ſententia ex mente Bartoli in l. ſolent, col. vltim. & iterum in l. Mela, ff. de aliment. & cibar. legat. Alexand. in addition. ad Bartol. in d. l. Mela, in verb. appellatio, quatenus vltimo loco refert non appellari. Sequitur Bald. in repetitio. leg. 1. col. penult. in quæſt. 9. in fin. dum ait procedere, cùm res dilationem non recipit, vbi de ſalute corporis agitur. Ergo multò fortiùs cùm de ſalute animæ ſermo fuerit, quod etiam dicetur de omnibus cauſis, quæ pietatem concernunt, Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 60. num. 7. & alij quos referens ſequitur Auguſtin. Barboſ. in d. cap. vt debitus, num. 17. ad finem, fol. 664. de appellat. quæ reſolutio eſt verior, ac communior.

Probabile tamen eſt à ſententia in cauſis piis concedi appellationem ſi cauſa detur, quæ dilationem patiatur ex regula pronunciante appellationem ſemper cenſeri permiſſam, niſi expreſsè reperiatur prohibita, l. & in maioribus, C. de appellat. ſi vt quem, C. de liber. cauſ. & l. 4. §. ſi vt, ff. quando appellandum ſit. Et in hoc caſu in ſpecie concedi appellationem tradit Alexand. in addition. ad Bartol. in d. l. Mela, & Franch. in rubr. num. 2. verſ. Tertiò præmitte. de appellat. in 6. & Sigiſmund. de appellat. quæſt. 17. limit. 8. à quo non omnino recedit Tiraquell. de priuileg. cauſ. piæ, priuileg. 153. ad medium, & ad finem.

A ſententia etiam in cauſa dotis negatur appellatio ex ſcriptis Baldi nouell. in tract. de dote, p. 9. priuileg. 7. Afflict. deciſion. 261. ritus eſt, ſub numero 1. verſ. Quæ autem ſine iſta decretu, 157.
vbi volunt executionem in hoc decreto eſſe faciendam nõ obſtante appellatione, ſequitur Octauian. Cacheran. in deciſ. Pedemont. 25. num. 20. Menoch. de acquirend. poſſeſſ. remed. 4. num. 829. & ſequenti, quibus accedit Sigiſmund. de appellat. quæſt. 17. limit. 18. num. 3. verſ. Infero primò, & Camill. Borrell. p. 2. tit. 33. de appel. n. 763. & ſequent, dicentes

dicentes ſententiam in cauſa dotis datam tam pro viro, quàm pro vxore paratam habere executionẽ maximè accedente inopia. Grat. *in deciſ. Marchio,72.n.2.* Aug. Barboſ. ſuprà *in d.cap.vt debitus, n.15.* & præceptor Barboſ. *in l.1.p.1.num 57.ff ſolut. matr.* Marc. Ant. Genuenſ. *in pract. Eccleſ.q.319.* Ergo appellatio quoad effectum ſuſpenſiuum nihil operatur in cauſa dotis; imò eſt fruſtratoria. Sigiſmund. *lib.1.de indic.cauſar.ciuil.crimin.cap.97. n.52.fol.323.col.2.verſ.exemplifica ſecundo in cauſa dotis,* in qua admittit appellationem quoad effectum dumtaxat deuolutiuum, Iuuat Palat.Rub. *in cap.per veſtras,§.15.col.final.de donat.inter vir. & vxor.n.3.* cum aliis, vbi addit ex Bald *in d.tract. de dote,p.12.ſpeciali,* cauſam dotis eſſe ſummariã, & ex conſequenti dilationes in ea eſſe decidendas per iudicem, vt breui tempore cauſa expediatur ſecundùm gloſſ. quam ſequitur Bart. *in l.1.ff ſolut. matrim.* quod habere locum teſtatur non ſolùm quando fœmina agit pro dote, ſed etiam quando vir tractat de dote ſibi promiſſa ad ſuſtinenda onera matrimonij.

Idem eſto iudicium de fructibus dotis, quia inter fructus dotis, & inter dotem, nullũ quoad hoc cernitur diſcrimen. Vnde ſicut dos datur, vt ex ea alimenta præſtentur vxori, & onera matrimonij leuentur; ſic etiam pro eiſdem oneribus fructus dotis ſuppeditantur. Ideò ſicut non datur appellatio, quæ dotem ſuſpendat, & impediat, ſic non impediuntur fructus per appellationem interpoſitam. Lancell. *de attent.p.2.cap.12.limit.24.in princip.n.2.10.& 11.* poſt Afflict. *deciſ.93.* quem refert ac ſequitur, vbi ait ſi petantur in prima inſtantia vſusfructus dotis, & pronuncietur pro petente, & ab altera parte reclametur, cogendum eſſe reum pendente reclamatione huiuſmodi ad præſtandũ vſusfructus citra vitium attẽtati; additque Afflict. *d.deciſ.93.ſi fuit actum,n.2.* vſumfructum dotis ex conſuetudine debitum lite pendente eſſe viduæ ſoluẽdũ ſoluto matrimonio, donec dos reſtituatur.

Similiter negatur appellatio in cauſa, quæ emanat à dote præterita, vel futura, accedente paupertate fœminæ, vnde ſi vidua repetat dotem vt ſe alat, vel vt ſecundo nubat, & pronuncietur in fauorem illius à iudice definitiuè, non datur appellatio ſuſpenſiua, ſed deuolutiua. Bald. nouell. *tract. de dote,p.9.priuileg.7.n.3.tom.9.fol.142.* Secus ſi ſententia lata ſit contra viduam; tunc enim poteſt illa appellare, idem Bald. *in d.p.9.priuileg 7.verſus fine.n.ſub n.3.* & Surd. *de aliment.tit.8.priuileg.60. ſub n.25.* & expreſsè præceptor Barboſ. *1.p.leg.1.ff. ſolut.matr.n.60.in princ.* vbi concludit admitti appellationem quoad effectum deuolutiuum, non tamen quoad ſuſpenſiuum, per text. *in l final.ff.de appell. recipiend.*

158. Pro ſententia ſalarij debiti famulis, & operariis, reſponde ſententiã eſſe inappellabilem quando datur in fauorem petentium mercedem ſuam, quando conſtat de paupertate. Rugin. *tract.de appel.§.2.cap.3.n.280.* Rot. *diuerſar.deciſ.764.Dominium præſuppoſito. in principio, & n.3.p.5.* Grat. Marcheſ. *deciſ.53.n.2.* Rebuff. *ad leges Galliæ,tit.de ſent.prouiſ.art.3.gloſſ.7.n.1.* quos ſequitur Auguſt. Barboſ. *d.cap. vt debitus. de appell.n.16.ad finem.* Camil. Borrel. *deciſ.33.v.548.& 549.* Confirmatur ex cap.24. Deuteronomij, ibi. *Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, ſiue aduena qui te cum moratur in terra, & intra portas tuas eſt, ſed eadem die reddes ei pretium laboris ſui ante ſolis occaſum. quia pauper eſt, & ex eo ſuſtentat*

FragoſiRegim.Chriſt.Reipubl.

*animam ſuam, ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum,* & Tobiæ, cap.4. *quicunque,* inquit, *tibi aliquid operatus fuerit, ſtatim ei mercedem reſtitues, & merces mercenarij tui apud te omnino non remaneat.* Ex quibus locis cõſtat ſententiam in fauorem petentium ſuum ſalarium eſſe mandandam executioni, ſolutione minimè retardata, ita doctores citati, quibus adhæret Rebuff. *vbi proximè,art.3.gloſſ.7.n.1. & 6.* Sigiſmund. *de appellat. quæſt.17. limit.8.n.9.* vbi id ampliat etiam quando non conſtat de paupertate famuli, ſeu operarij requirentis ſalarium, ſicque fuiſſe iudicatum refert Stephan. Gratian. *in deciſ. Marchio,53.num.1 & 2.* & Rodoan. *in tract.de ſimonia,p.2.cap.25.* Semper enim præſumitur indigentia, & paupertas in famulis. Beninc. *tract. de paupert. & eius priuil. quæſt.6.n.1.tom.18.fol.164.* Maſcard. *de probat.concl.1154.n.1 & 2.lib.3.*

Duenn tamen *in regul.206.* & Rebuff. *ad leges Galliæ,tit.de ſententiis prouiſionalib.A.art.3.gloſſ.7.* hoc limitant, quando intra triennium mercedem famuli petunt, quia non præſumitur poſt triennium exactum famulos egere, ſi non petant, & in foro exteriori per lapſum triennij ſalarium præſcribitur in Luſitania *lib.4.tit.32.* neque eo elapſo poteſt peti. Matienz. *l.8.gloſſ.9 num.4.tit.11.lib.9 non.recop.* Flores de Men. *variar.lib.1.quæſt.8.§.2. num.41.* Pater Rebel. *de obligat. iuſtit. p.2. lib.4. quæſt.13.* Martin. à Coſta *in addit. ad tract. libellorum a not.79. num.3.* Quinimò Romæ biennio ſalarium famulorum præſcribi conſtat ex Bulla Pij V.32 *in Bullar.fol.973.* vt refert Stephan. Gratian. *deciſ.53.* In foro tamen conſcientiæ ſi conſtat domino non ſoluiſſe mercedem famulo, non obſtante lapſu triennij, tenetur ſoluere, famuluſque ſublato ſcandalo poteſt de bonis domini facere compenſationem, Cald. Pereir. *de emptio.cap.24. n.63.ad finem,* & Flores de Men. *lib.1.variar.q.8. §.2.n.22.* vbi notat *n.41.* ad præſcriptionem interrumpendam ſufficere petere ſalarium extra iudicium, ſequitur Sanch. *de matrim.lib.7.diſp.37.numero 17.* Vide Cenall. *in tract.de cognit.per viam violentiæ,p.2.quæſt.113 & 114.*

Porrò repertis in flagranti delicto, & condemnatis negatur appellatio, idem dicitur de ſponte confeſſis, & conuictis: æquipollent hi notoriis delinquẽtibus; ideò poſſunt ſtatim condẽnari, & executio fieri, nec differri debet. Bald. *in l.1.ſub n.10. verſ. Modo quæro nunquid, C. de edict.defunctor.* 159. Vnde quemadmodum contra notorium criminoſum, ſic etiam contra inuentum in flagranti delicto poteſt procedi ex abrupto, & ordine iuris non ſeruato, cum æquiparentur reperti in notorio crimine, & reperti in flagranti delicto, gloſſ. *in cap. cum non ab homine, in verb.deprehenſus,* & *ibi* Decius *num.143.extra.de indiciis.* Maſcard. *de probat, concluſ.1101.num.15.lib.2.* & Foller. *in pract.criminal. in verb. item quod fuit captus in flagranti crimine,num.2.3.& 8.* Proinde appellatio tanquam calumnioſa reiicienda eſt. Nec iudex peccat ſi huic in tali euentu neget terminum petitum ad ſe defendendum, quoniam nulla eſt defenſio conuicto legitimè, ſponte confeſſo, aut reperto in delicto. Sigiſmund. *in lib.1.de indic.cauſar.ciuil.& criminal.cap.46. ſub num.28.& cap.71. ſub num.3.verſ. Si verò ſumus, & cap.78.num.19.* Sequitur March. *tract. de commiſſ.in commiſſ.appellat.p.2.cap.2.numero 33.fol.34.* & Cornaz Lucen. *deciſ.193.in cauſa, N, num.4.verſ.tertiò,* vbi in ſpecie volunt deprehenſo in flagranti delicto non eſſe locum appellandi.

pellandi. In eandem ſententiam it Thom. Grammat. *in deciſ. Neapolit. 36. num. 33. & ſeq.* Quo in loco ex traditis à Caſtrenſi *in l. nullam, C. ex quib. cauſ. infam. irrogetur*, deducit poſſe inuentum in flagranti ſine vllo proceſſu condemnari, ac ſtatim puniri. Idem docet Suar. *in Theſaur. receptar. §. flagranti, num. 209.* & Iul. Clar. *in pract. lib. 5. quæſt. 8. num. 3.* dicens ex Bald. *in l. vt vim, num. 2. ff. de iuſtit. & iur.* capto in flagranti delicto non eſſe dandum tempus ad ſe defendendum, cuius tamen placito ipſe non adhæret niſi reus confiteatur delictum.

Quin etiam vix dari poteſt caſus, in quo reus verè dicatur captus in flagranti, nam ſi reperiatur in furto, poteſt excuſari factum neceſſitate famis, vel dici poteſt, dominum rei furto ſublatæ, ſibi debere certam quantitatem, quam ſibi ſoluere dominus negabat. Item ſi reperiatur iuxta occiſum, poteſt ſe tueri homicida dicens ſe feciſſe homicidium in propriam defenſionem. Vnde quando dicitur, reperto in flagranti negari appellationem, debet intelligi quando ab eo nulla defenſio allegatur, & conſtat nullam ei competere defenſionem. Pariſ. de Puteo *in tract. ſyndic. verb. condemnatio, §. an poteſtas.* Marcil. *in l. vnicu, n. 91. C. de rapto virgin.* Grammatic. *deciſ. 36. n. 50.* Farinac. *de delict. & pœn. quæſt. 21. n. 117. & 142. & ſequentib. & n. 154.* vbi de hac re plenè. Ratio, quia ſi reus deprehenſus in crimine neget crimen à ſe commiſſum; inuentio in crimine capitali non facit plenam probationem, ſed tantùm operatur, vt reus torqueri poſſit, teſte Alberic. *in l. defenſores, n. 2. C. de defenſor. ciuit.* niſi aliunde conſtet iuridicè delictum ab eo fuiſſe factum. Quod extendit etiamſi iudex per ſe abſque arbitris illum capiat in crimine; adhuc enim eget teſtibus, aut confeſſione propria ipſius reperti in delicto, vt condemnetur, & vt contra eum feratur ſententia, vt Alber. *in 1. p. ſtatut. quæſt. 53.* Ex eo fundamento, quia quamuis multum confidatur de iudice, iudex non poteſt pronunciare, nec condemnare aliquem niſi ſeruato iuris ordine, & ſecundùm allegata, & probata. Aliter enim contingere poſſet, vt iudex aliquis faceret decapitari aliquem, fortè ex odio dicendo fuiſſe repertum à ſe iudice, & deprehenſum in adulterio. Quæ omnia faciunt hanc partem valdè probabilem. Sed ſententia Baldi eſt communior quoad repertos in flagranti, ſi de hoc conſtet per duos ſaltem teſtes.

Vnde etiam ſi iudex videat propriis oculis delictum committi, non poteſt pronunciare contra delinquentem, niſi aliunde ſibi iuridicè conſtet, Iul. Clar. *d. §. final. q. 8. verſ. Sed pone, & q. 66. n. 2. verſ. Scias autem*, nec poterit illum torquere, licet illum viderit deliquiſſe, ſecundùm veriorem, vt tradit Carreir. *in pract. fol. 108. n. 144.* Benè tamen poteſt abſque alia denunciatione, ſeu querela ſuper eo delicto à ſe viſo facere informationes, & aduerſus illum procedere abſque aliqua alia denunciatione, ſeu infamia, non tamen neganda illi eſt copia proceſſus, nec appellatio ad ſe defendendum, & ex conſequenti nec illum condemnare, antequam delictum iuridicè probetur: atque ita debet priùs citari, & audiri, aliàs peccabit mortaliter, ſi hominem condemnet non ſeruato iuris ordine, & tenebitur ad reſtitutionem, ex omiſſione iuris, quod prætermiſit, & tenebatur ex officio facere.

Hoc autem procedit, quando iudex eſt inferior, quod ſi fuerit princeps, & crimen ſit ſecretum, vel improbabile, non poteſt delinquentem ex ſua priuata ſcientia præſertim non citatum, nec defenſum, capite damnare. Caietan. *in ſumm. verb. homicidium, in princ. 6. vel ex parte modi.* Ratio, quia defenſio reo competens, & teſtium probatio debetur illi de iure naturæ, & iure diuino, vel ſaltem de iure gentium, vt vult Sylueſt. *in verbo, index, 1. quæſt. 5. verſ. Secundùm*, Sayr. *in claui, lib. 12. cap. 8. num. 22.* Quod ſi crimen ſit publicum, poteſt princeps negatis defenſionibus reum condemnare, ac punire. Nauar. *in ſumma, cap. 25. n. 9. & 10.* Petr. Nauar. *lib. 2. de reſtit. cap. 3. p. 2. dub. 5. n. 181.* & Aragon. *2. 2. quæſt. 67. art. 2. dub. 1.* ex eo, quòd reus notorius, ac publicus, non poteſt ſe tueri in iudicio, cum crimen ſit in ore omnium patens, ac notorietas ſuccedit loco accuſatoris, ac teſtium, & princeps poteſt tollere omnia remedia defenſionis, cùm re vera non exiſtant: quod etiam licebit inferioribus quando crimina ſunt publica, à quibus nullo modo dari poteſt appellatio, vt videre eſt in latronibus, ac graſſatoribus viarum qui capti ſtatim ſuſpendi iubentur, Sayr. poſt alios *in claui, lib. 12. cap. 8. num. 24.* Conferunt tradita à Farinac. *de delict. quæſt. 21. n. 117. 118. & 119. & q. 39. n. 72.*

Quid de parocho beneficio propter abſentiam 160.
priuato per ſententiã: Reſponde non poſſe appellare ad finẽ ſuſpendendi, argumento cap. *relatum*, & cap. *conquerente, de clericis non reſidentib.* quod patet ex Concil. Trid. *ſeſſ. 23. cap. 1. de reform.* his verbis: *liberum eſſe vult ordinariis per cenſuras Eccleſiaſticas, & ſequeſtrationem, & ſubtractionem fructuum, aliáque iuris remedia etiam vſque ad priuationem compellere: nec executionem hanc, quolibet priuilegio, licentia, familiaritate, exemptione etiam ratione cuiuſcumque beneficij, pactione, ſtatuto, etiam iuramento, vel quacumque authoritate confirmato, conſuetudine tamen immemoriali, quæ potius corruptela cenſenda eſt, ſiue appellatione, aut inhibitione ſuſpendi poſſe.*

Appellabit ergo parochus priuatus beneficio quoad effectum deuolutiuum, vt notat Stephan. Quarant. *in ſumma Bullar. verb. Archiepiſcopi auctoritas, verſ. Quintò quæro.* Camill. Borrell. *tit. 33. de appell. num. 419.* De cauſis autem non reſidendi meminit Nauar. *in manual. cap. 25. n. 121.* Auguſt. Barboſ. *in remiſſ. ad Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 1. de reformat.* vbi de cauſis abſentiæ in textu (ſiue appellatione) *num. 17. fol. 65.* Quod ſi alicui beneficiario mandatum fiat de reſidendo, & ipſe appellauerit, in eo euentu poteſt Epiſcopus vicarium eligere, cui aſſignet portionem de fructibus, ex quibus appellatione pendente alatur, Petr. Duen. *regul. 42. n. 19.* Lancell. *de attent. p. 2. cap. 12. lim. 18. n. 2.* poſt Marant. *in 3. p. ſexta partis princip. q. 2. n. 184.* Menoch. *in tract. de arbitr. iud. lib. 2. centur. 1. caſu 69. n. 11.* & Pauin. *in tract. de viſit. q. 10. 1. p. n. 7.* niſi appellans doceat de priuilegio non reſidendi. Vide Alciatum *conſ. 68. incip. gubernatorem, n. 9. lib. 6.*

Nec poterit parochus ſe defendere conſuetudine aliqua non reſidendi in parochiali, aut in Eccleſiis cathedralibus, & collegiatis inſignibus; ideò ſi condemnetur, non poterit appellare ex deciſione ſacræ Congregationis, cuius meminit Zerol. *in praxi, p. 1. in verb. reſidentia, §. 6.* ibi. *Sanctiſſimus Dominus noſter ex ſententia Congregationis Concilij declarauit immemorialem conſuetudinem non excuſare à reſidentia in Eccleſiis cathedralibus, & collegiatis inſignibus. In collegiatis tamen inſignibus poſſe excuſare dum tamen ſint rurales prorſus deſtituta, aut in quibus nunquam antea*

*ſupra*

*ſupra hominum memoriam ſolitum eſſet reſidere, aut quorū adeo tenues redditus eſſent, vt canonicos aliūde non habentes vnde viuant alere non poſſent.*

161. Quæſtionis eſt, an detur appellatio à ſententia pro ſoluendis expenſis funerabilibus? Antequam reſpōdeatur quæſtioni, oportet vt dicamus, quæ ſint funeris impenſæ; illæ autem attento iure communi ſunt, quæ ad humandum corpus defuncti requiruntur, vt habetur *in l. at ſi quis. § funeris cauſa. ff. de religioſ. & ſumptib. funerum*, per hæc verba: *quæ*, inquit, *quibus funus duci non poteſt; vt puta ſiquid impenſum eſt in elatione mortui, ſed & ſi quid in locum fuerit erogatum in quem mortuus inferretur, funeris cauſa videri impenſum Labeo ſcribit, quia neceſſariò locus paratur, in quo condatur: impenſa peregrè mortui, quæ facta eſt, vt corpus perferretur funeris eſt, licet nondum homo funeretur. Idemque eſt, & ſiquid ad corpus cuſtodiendum, vel etiam commendandum factum ſit, vel ſi quid in marmor, vel veſtem collocandum: nec autem oportet ornamenta cum corporibus ſuis condi, neque quid aliud huiuſmodi quod homines ſimpliciores faciunt.* Concordat lex *funeris ſumptus* 37. *ff. eod. de religioſ. & ſumpt. funer.* ibi: *Funeris ſumptus accipitur, quidquid corporis cauſa veluti vnguentorum erogatum eſt: item pretium loci in quo defunctus humatus eſt, hoc eſt ſepulchri. & ſi qua veſtiaria ſunt, vel ſarcophagi, & vectura; & quidquid corporis cauſa antequam ſepeliatur conſumptum eſt, funeris impenſum eſſe exiſtimo. Monumentum autem ſepulchri id eſſe Diuus Hadrianus reſcripſit, quod muniment idest cauſa muniendi eius loci factum ſit, in quo corpus impoſitum ſit. Itaque ſi amplas ædificari teſtator iuſſerit in circuitu porticationes, eos ſumptus funeris cauſa non eſſe.* Sic Marcellus ibi, ex quibus conſtat quid ſit funeris ſumptus de iure communi.

De conſuetudine tamen apud Luſitanos funeris impenſam dicimus vulgo, *os gaſtos do corpo preſente*, qui non ſolùm comprehendunt omnia contenta *in d. l. funeris ſumptus, & in §. funeris cauſa*, veluti veſtiaria, vulgo. *mortalha*, & ſepulchrum, hoc eſt locum, vbi defunctus ſepelitur, & quidquid impenditur antequam corpus humetur, & deferatur ad ſepulturam, ſed etiam ſtipendia miſſarum, & oblationes quæ dicuntur, & offeruntur eo die quo corpus ſepelitur, & reliqua quæ dantur ſodalitatibus laicis, clericis, ac religioſis, qui corpus vel deferunt, vel comitántur, necnon quæ conſumuntur in cereis incenſis, & in reliquis quæ tam ad corpus humandum, quam ad animæ fauorem in illa die impenduntur.

De iure tamen Hiſpano per legem 30. *Tauri*, funeris impenſa dicitur *ceramiſſas del enterramento ſe ſaquen con las otras mandas gratioſas del quinto, de la hazienda del teſtador, y no del cuerpo de la hazienda, aun que el teſtador mande el contrario.* Quod intellige, filiis exſtantibus; nec poteſt plus expendi, nec quidquam detrahi de legitima filiorum: ſecus quando moritur ſine filiis, tunc impenſa funeris ſoluitur de tota hæreditáte defuncti. Gomez *in d. l. Tauri* 30. *per totum*. Ex quo conſtat funeris impenſam extendi ad ea ſolùm, quæ neceſſaria ſunt ad corpus fidelis demortui humandum, & non alia ſe extendere, dummodò non excedat quintum, niſi defunctus alitèr diſponat quid ſit in eo ſepeliendo impendendum, quia ſtabitur defuncti voluntati ſecundùm vires eiuſdem quinti, & non amplius: imò etiam intra vires ipſius quinti, ſi defunctus fieri iuſſerit ſumptus ineptos, omitti poſſunt, ex lege *funeris ſumptus. ff. de religioſ. & ſumptib. funer.* & ex lege *ſeruo, §. ineptas*,

*ff. delegat.* 1. Vide Garciam *de expenſ. cap.* 8. *per totum*, vbi de hoc latè.

De iure tamen Luſitano nihil circa hoc eſt definitum, ſed adhærendo iuri communi, deducitur impenſa de toto corpore hæreditatis defuncti ante omnia debita, & relicta; reliquæ autem impenſæ pro anima deinceps in reliquis diebus fieri iuſſæ, ex tertio deducendæ ac ſoluendæ ſunt, ſicque cōmuni vſu receptum eſt, ſemper tamen habenda eſt ratio facultatum eius in quem factum eſt, & ipſius rei, quę ſine cauſa conſumitur per legem, *at ſi quis, § hæc ratio, ff. de religioſ. & ſumptib. funer.* Zellius Ferdinand. *in d. l.* 30. *Tauri*, quem ſequitur Ayora *de partitionib.* 2. *p. q.* 12. *col. pen.* Atque ita, vt occurratur immodicis funeris impenſis, quando non ſuppetunt facultates defuncti ad ſatisfaciendum creditoribus, prouidit lex Caſtellæ 13. *tit.* 5 *lib.* 5. *recopil.* Ne fiant plures ſumptus in funere, quàm neceſſarij ſint ad deferendum, & ſepeliendum corpus; quæ pragmatica fuit edita à Philippo ſecundo, *de los lutos, y gaſtos de entierros*, vbi diſponitur, quomodo ſit impenſa funeris facienda, ne fiant ſumptus exceſſiui, vt notat Spin. *in ſuo ſpeculo, gloſſ.* 2 *principal. de electio. ſepultura, n.* 48. *& ſeq.* & Valaſc. *de partitionib. cap.* 19, *num.* 49.

His poſitis, ſit hæc deciſio. A ſententia lata pro ſoluenda funeris impenſa non datur appellatio, quia intereſt reipublicæ, & bono communi, ne cadauera iaceant inhumata, & ne odore tetro, ac putredine vicinia afficiatur. Idcirco ſi hæredes recuſant ſoluere funeralia, cogi poſſunt à iudice ad ſoluendum ſaluo iure repetendi, Rebuff *in tract. de ſent prouiſio. in præfat. num.* 39. *caſu* 2. *vſque ad n.* 68. *tom.* 1 *fol.* 229 Iuuat Botrell. *to.* 2. *deciſ. tit.* 33. *de appellat. n.* 387. vbi probat non dari appellationem in cauſis celeritatem petentibus, qualis eſt cauſa ſuper funeris impenſa pro qua reſoluit in ſpecie Sigiſm. *de appell q.* 17 *limit.* 45. *n.* 1. dicens in funeralibus expenſis non dari appellationem, quod extendit ibi ad expenſas infirmitatis, quia iſtæ expenſæ ſunt ad inſtar expenſarum funeralium, ex eodem Rebuff. *ſupra, in præfat. num.* 95. *&* 96. *caſu* 7. *tom.* 1. *fol.* 238.

Pro aliis expenſis à funeralibus, Dico primò, qui non poteſt appellare à principali, non poſſe appellare in expenſis, ideſt à condemnatione expenſarum. Ant. de Butr. *in cap.* 23. *Quintanallus, ſub n.* 48. *verſ ſed eſt dubium. de iureiur.* Alex. *in l.* 20. *patris, ſub n.* 4 *ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* Ex eo fundamento, quia articulus incidens, & acceſſorius dicitur per regulā ſui principalis; vnde ſi cauſa principalis diſcutitur ſummariè, omnia incidentia, & acceſſoria ſunt ſummaria. Cōrard. *in l. unic limit.* 3. *n.* 25. *C. ſi de moment. poſſeſſ.* Natta *conſ.* 121. *in cauſa poſſeſſory, n.* 12. *lib.* 1. eo quia acceſſorium regulatur ſecundùm ſuum principale. Igitur quando non datur appellatio à principali, puta quia tranſiuit in rem iudicatam, ſic etiam non dabitur à ſententia lata, ſuper acceſſoria, hoc eſt ſuper condemnatione expenſarum, vt etiam docent Boſſius *in tract. crim. tit. de appell.* & Ruginel. *in tract. de appellat.* §. 12. *gloſſ.* 2. *cap* vbi multa diſputando congerit. 162.

Dico ſecundò. Si quis in vnica ſententia condemnetur pro vna cauſa ad ſoluendum certam quantitatem à qua non admittitur appellatio, & ſimul pro alia cauſa ad ſoluendum aliam quantitatem, quæ ſimul coniunctæ reddant cauſam appellatione dignam, nullo modo poterit appellare. Ratio potiſſima, quia conſideratur negotium principale, & ſecundùm illud ſequitur executio. Sic Rebuff. *in tract. de ſent executor. art.* 16. *gloſſ.* 7. *n.* 3.

*tom. 1 fol 419.* & in ſpecie *art. 13. verſ. quare illud ſi quis, tom. 1. fol. 409.* Cui omnino adhæret Caraualh. *in tit. 257. n. 11. & 12. q. 4.* & priùs dixit *n. 4 ad ad fin. verſ. ſecundò, & n. 5.* ex quo ſequitur non poſſe condemnationem expenſarum coadunari, nec coniungi cum ſumma principali, ſi detur lex aliqua, ſeu ſtatutum, quæ determinens ſummam, à qua ſit appellandum, nec proinde cauſa fiet appellabilis per cumulationem fructuum, ſeu expenſarum, quia non cumulatur. Marches *tract. de commiſſ p. 1. in commiſſ. appell ſuper diuerſ. c. 28. n. 30. fol. 300. in 2. editione.*

Dico tertiò, quando victus in cauſa principali appellauit, non poſſe victorem appellare, quamuis iudex non condemnet victum ad expenſas, *l. final,* & *ibi* ſcribentes *C. quando prouocare non eſt neceſſe.* Sic Felin. *in cap ſignificauerunt, n. 1. verſ. eſt enim, & ſub n. 3. limit. 3. de exceptio.* Marches *ſuprà, 2. p. in commiſſ. appellat. c. 3. n. 63. & 64. fol. 60.* & Rebuff. *tract. de appell. art. 7. gloſſ. 2 n. 34. verſ. 19. tom. 3 fol. 505.* Fundamentum eſt, quia victor fruſtra appellat, cùm per appellationem victi tota cauſa deuoluatur ad ſuperiorem, qui de expenſarum omiſſione prouidebit, quod procedit etiamſi dicatur articulus expenſarum eſſe diuerſus à negotio principali. Sic Franch *in cap. ſi duobus n 6. verſ. circa tertium caſum, de appellat.* & Veſtrius *in praxi, lib. 7. cap 3 ſub n. 29. verſ. amplius quia, & num 30.* & Camill. Borrell *de expenſ. tit. 39. numer 398. fol. 583. col. 2. fin.*

Dico quartò, poſſe victorem appellare ſuper omiſſione expenſarum, quando iudex abſoluit victum à condemnatione earum, etiamſi victus appellaſſet, quia ſi non appellet victor, abſolutio expreſſa tranſiret in rem iudicatam, nec iudex *ad quem* poſſet de illa abſolutione cognoſcere. Sic Couar. *in pract. quaſt. c. 27. ſub n. 5. verſ. caterum hac vera ſunt.* Mihi tamen placet magis ſententia Abbatis *in d. c. ſignificauerunt, de exeptio. ſub n 7. verſus finem,* ibi, *ſed ego non video,* vbi ait appellationem victoris in hoc caſu non eſſe neceſſariam, ſed ſufficere appellationem victi. Moueor quia ſi iudex condemnet victum in expenſis inſufficienter, putà, ſi condemnet in decem, cùm debuiſſet condemnare in viginti, ſufficit appellatio victi, vt emendetur à iudice ſuperiore, nec requiritur expreſſa appellatio victoris, vt volunt Abb. *in d. cap. ſignificauerunt, ſub d. n 7* & *ibi* Felin *ſub num. 2. limit. 1.* Ergo non eſt neceſſe quod victor appellet, quãdo expreſſè victus abſoluitur à condemnatione expenſarum, vt deducitur apertè ex *d. l. final. C. quando prouoc. non eſt neceſſe,* & *ibi* Salycet. *in ſummario,* eo quòd ſimplex appellatio vnius deuoluit totam cauſam, quamuis in ea ſeperiantur articuli ſeparati, vt bene notant *in d. c. ſi duobus de appell.* Card. Alexandrin & Decius, & Luc Pæt. *in pract. Capitol. lib. 5 cap 1. n. 19. verſ. quod ſi forte, & n. 20. & 21.* vbi concludit appellationi ſimplici victi poſſe adhærere appellatum, & illam proſequi in iis, quæ contra ipſum appellatum faciunt, quibus accedit Sigiſmund. Scaccia *de appellat. q. 10. num. 8. verſ. declara primè.*

Excipe curiam Franciæ, vbi de ſtylo vtraque pars debet appellare, aliter enim niſi victor appellet non ſupplebit iudex ſuperior, quamuis victus appellet, ſiue ſententia contineat plura capitula ſeparata, ſiue vnum ſolum, vel coniunctum: ideo requiritur appellatio vtriuſque partis, alio modo non reformabitur ſententia, niſi in eo à quo fuit appellatum, vt de conſuetudine Franciæ teſtatur Gregor. Tholoſ *de appell. in ſuo tract. lib. 5. in fine, fol. 320.* Rebuff. *in tract de appellat in præfat. n. 26.* qui *in tract. de expen. damn. & intereſ. art. 3 gloſſa vna, n. 15. verſ finem, tom. 3. fol 447.* docet in curiis Galliæ tam victorem, quàm victum appellare debere, nec aliter poſſe iudicem deferre partibus niſi per appellationem illatum.

Dico quintò in Senatu Luſitano fuiſſe iudicatum, quando iudex cõdemnat in negotio principali, & in expenſis proceſſus, & omittit condẽnare in expenſis perſonalibus data iuſta cauſa ob quam debuit condemnari, & noluit, ab hac omiſſione poſſe victorem appellare. Ex traditis à Cynn, & Caſtr. *in fin* & à Salyc. *n. 1. verſ. item,* ibi *ab eo, in l. fin. C quando prouocar. non eſt neceſſe* Quod procedit etiam quando victus appellauit, adhuc poteſt victor appellare, ſi vel in totum, vel in partem ſibi expenſæ non fuerunt adiudicatæ. Ita Georg. Natta *in Clem. ſæpè. de verb. ſignific. §. qua omnia. coll. 8. recept.* Sic Cabed. *p. 1. deciſ. areſto 78.* Concordat Gama *deciſ. 65.* ibique addit *n. 1.* ſi victus in principali non appellat, victorem ab omiſſione condemnationis expenſarum, vel ab inſufficienti illatum condemnatione poſſe appellare, quod cum aliis ibi relatis ſequitur. Conſentit Gama additionator *ad d. deciſ. 65.* dicens licitam eſſe appellationem ab omiſſione expenſarum, ſi victus non appellat à tota ſententia. At verò ſi reus appellet, præfertur rei appellatio, ac deuoluitur cauſa ad iudicem ſuperiorem, etiamſi præueniat actor, ſubditque rarò fieri condemnationem expenſarum perſonalium, niſi in criminalibus aliquando, vel propter partis contumaciam per leg *ſancimus. C. de iudic.* Sed oppoſitum eſt verius. Nam in ciuilibus ſæpè vt vidi, & audiui, fiunt condemnationes de expenſis perſonalibus in multo minori tamen ſumma, quàm res, ac ius exigit, cùm debeant miniſtrari expenſæ perſonales ſecundùm qualitatem perſonæ. Afflict. *in c. 1. in princ. n. 73.* Ex quibus cauſis feudum amittatur *lib. 3.* & Surd. *de alimentis, tit. 4. q. 11. n. 9* & Lara *in §. ſed ſi filius, n. 46.* Barboſ *ad l. Reg lib. 1 tit. 90. §. 24.*

A decreto de aperiendo teſtamento, ſeu publicando non admittitur appellatio, vt habetur *in l. quiſquis,* & *ibi* Bartol. & Paul de Caſtr. *C. quor. appell. non recipit.* & dicitur *in c. vlt. verſ. ſiquis etiam anſus fuerit. 2. q. 6.* & *ibi* Archidiac. *n. 16. verſ. in gloſſ.* Rebuff. *in tract de appell. art. 9. gloſſ. vna, n. 10. tom 3. fol 507.* & Menoch *de adipiſcend. poſſeſſ remed. 4 num. 7 fol. 23* & Marant. *in ſuo ſpeculo. p. 6. actu 2. princip. in verb. & quandoque appellatur, limit. 9. num. 322. fol. 506.* 163.

Quin etiam iudex qui appellationi detulerit, poteſt puniri per *d. l. quiſquis. C. quor. appellat. non recipit.* & tradit Rebuff *d. art. 9. gloſſ. vna, n. 15.* & appellans in hoc caſu etiam pœna plecti debet, ſecundùm *d. l. quiſquis,* & Rebuff. *d. n. 51.* Ratio quia publicatio, & apertio teſtamenti exigit celeritatem, tam ad corporis defuncti, quàm ad animę commodum, & ſubſidum ex diſpoſitione *l. vlt. ff. de appell. recipiend. vel non.* Item quia apertio illa nulli nocet, vt tradit Bald. & Salycet. *in d. l. quiſquis,* & Sigiſmund. de Scaccia *de appell. q. 17. limit. 5. n. 2. & 3. & limit. 6. memb. 4. n 24.* vbi vult *d. l. vlt. & l. quiſquis* in fauorem teſtamentorum prohiberi appellationem quãuis *limit 6. memb. 9. n. 62.* fateatur poſſe appellari de ſententia lata ſuper nullitate teſtamenti poſt Bald quem refert, ac ſequitur Contard. *in l. vnica, limit. 24. n 1. & 2. C. ſi de momenti poſſeſſ.* quæ reſolutio eſt communis.

Quoad decretum iudicis declarantis ſe iudicem competentem, reſolutio eſt; dari ab hoc decreto 164.

appella

appellationem, *l.ait prætor.§.permittitur, ff.de minorib.c.ſignificauit de offic deleg.* Bald.*in l.2.n.13.C.de Epiſcop.audient.* Petr.Duenn.*in regul.52.num.11.* Afflict.*deciſ.354.à n.14.* Capel.Tholoſ.*in deciſ.48.* Bern Diaz *in regul.354* & Menoch.*de adipiſcend. poſſeſſ.remed.4.n.823* ratio, quia non expectatur aliud decretũ.& hoc habetur loco ſententiæ definitiuæ.Imò ſi iudex declaret ſe eſſe incõpetẽtem, eſt ſentẽtia definitiua,cùm per hoc decretum non poſſit pergere vlteriùs,atque ita recurritur ad appellationem,ſicut appellatur à ſententia definitiua, Papienſ. *in pract. in forma ſententiæ interlocutoriæ ſuper incompetentia iudicis in princip ſub num.2.*

Quod ſi iudex declaret ſe eſſe iudicem competẽtem dicitur hoc decretum interlocutorium Papienſ.*vbi proximè.* Bartol.*in l.ſecunda,col.3.in fine, verſ.ſecundò quæro,ff de appell recip.* vbi concludit poſſe appellari de iure ciuili per gloſſ. penult. *in authent habita,C ne fil. pro patre,* eo quòd cum ſe pronunciet iudicem,cùm non ſit,datur appellatio, quoniam hoc grauamen non eſt reparabile per appellationem à definitiua.Grauatur nanque pars cõparẽdo coram iudice non ſuo iniuſtè coacta.Ergo ab hac vexatione, & coactione appellari poteſt à ſentẽtia iudicis pronunciantis ſe iudicem cùm non ſit,cuius executio fit coërcendo perſonam grauati, *l.1.ff.de offic.eius, cui mandata eſt iuriſdictio.* Bart. *in l.2.col.3.verſ.quæro vtrùm à ſententia.ff.ſi quis in ius voca.* concordant Franc. Viuius *in deciſ.302. à n 8.* & Franch *in c.ſi duobus,col 4 verſ ſecundò quæritur de appell.* vbi volunt non tantùm poſſe appellari,ſed debere;aliter enim ſententia tranſit in rem iudicatam, & valet proceſſus in cauſa principali, licet iudex aliàs non fuiſſet competens, vt cum multis docet Rol. *conſ.33 n.5. vol 4 verſ.quod à ſententia,* ex Bald.*in l.2 in 5.q.C.de Epiſc audient.*

Sed in puncto iuris,verius eſt totum id, quod facit,eſſe ipſo iure nullum.Ita Innoc.*in c.20.ſuper literis,n.5. verſ. forſan. in fine, de reſcript.* vbi ait hunc iudicem nullam habere iuriſdictionẽ. Ergo ſecundùm illum, nec ſententia ſuſtineri poteſt, in qua pronunciauit ſe eſſe iudicem,cùm non ſit; & *ſub n.7.* addit ſentẽtiam nihil valere cùm ſit lata à non iudice,neque illam poſſe facere illum de non iudice iudicem, etiamſi pars non appellauerit.Sequitur Afflict. *deciſ 354. in caſu reuocationis,n.14. verſ.non obſtat.* & *ſub n.15, verſ. interdum apparet.* vbi loquitur de iudice omnino incompetente in illa cauſa, qui pronunciauit ſe competentem, & ideo proceſſus,& ſentẽtia nihil valent,ex Abbat. *in c duobus de appell.* & Felin.*in d.c.ſuper literis,de reſcript* Secus quãdo dubitatur,an iudex ſit competens ad effectum,vt poſſit de cauſa cognoſcere, & ipſe eſt iudex ordinarius, tunc poteſt iudicare ſe eſſe competentem,niſi in quibuſdam caſibus de quibus Bart.*in l.quidam conſulebant. ff de re iudic.* & Angel. *in l. 2 ff. ſi quis in ius voca. non ierit.*

Quid igitur in hoc caſu?Dico eſſe omnino certum ab hoc decreto interlocutorio dari appellationem,vt cum multis docet Camil.Borrel.*de appel.in ſumma,tom.2.tit.33. n.313. & ſeq. vſque ad n.318.* & Sigiſm. Scacia *de appell. q 17. limit.6. memb.7.ſub n.47.48 51.& ſeq.* vbi hinc inde multis allegatis concludit neceſſariam eſſe appellationem ſiue iudex pronunciet expreſsè ſe competentem,ſiue tacitè procedendo ad vlteriora, ſemper enim pars grauata poteſt appellare, Franch.*in d.c. ſi duobus,ſub n.22.de appell.* aliàs non appellando tranſit interlocutoria in rem iudicatam, & valet proceſſus in cauſa principali, etiamſi iudex aliàs non fuiſſet competens.Bald.*in l.2.in q.5. Cod. de Epiſcop audient.* quem ſequitur Alex.*in addit. ad Bartol ff.de appell,recipiẽd* Petr.de Bellaper.*in l.2. n.14.verſ.ſed nunquid ff.ſi quis in ius vocat.non ierit.in c ſuborta,col.3.de re iudicata.* quibus adhærẽt Beuius *conſ.31.ſub n.6 lib.1.* Dec.*conſ.107.in cauſa,quæ nomine in princ.* vbi loquitur quãdo iudex tacitè ſe pronunciat competentem procedẽdo vlterius;ſi enim in eo euentu non appelletur,tranſit interlocutoria in rem iudicatam, & valet iudiciũ.

Hoc tamen fallit in aliquibus caſibus. Primo, quando iudex nullam omnino habuit iuriſdictionem,putà,quia literæ per quas conſtituebatur iudex erant falſæ: tunc nullus eſt proceſſus,& quidquid actum fuit vigore illarum, & in hoc ſenſu valet dictum. Innoc.*d.c.20 ſuper literis, n.5. verſ. forſan,in fine,de reſcript.* & quod ait Afflict. *ſuprà, n.15.* poſt Bart.*in d.l.2.ſub n.16. verſ. breuiter vos domini.ff.ſi quis in ius vocat.non ierit,* quia ſemper opponitur obiectio falſi, atque ita ſiue pars appellet, ſiue non, ſententia non tenet, qua iudex pronunciauit ſuam iuriſdictionem.

Secundo,quãdo iudex eſt omnino,& ipſo iure incõpetens,ſed aliqualem habet iuriſdictionem,& aliquomodo iudex reputatur;puta quãdo pars inſurgit contra literas, & eas arguit de ſuppreſſione veritatis,ac falſa ſuggeſtione,tũc non negatur homini iuriſdictio;in hoc euẽtu ſi iudex pronunciet ſe cõpetentem eſſe,ſentẽtia valet,& tranſit in rem iudicatã,niſi appelletur,quia ſuper hoc eſt iudex, ſcilicet,vt cognoſcat,an ſua ſit iuriſdictio; ſi ergo cognouit,& pronunciauit;nec appellatũ eſt,bene tenet ſentẽtia,nec poteſt poſtea obiici,quòd fuerit lata à non iudice,Innoc.*in d.c.ſuper literis,ſub n.5. verſ.forſan,& ſub n.17.de reſcript.& in c præterea, n.1.verſ.ſed ſi poſtquam. de dilatio.* Franc. *in d.c.7. ſi duobus.ſub n.22.* ibi *ſecundò quæritur de appel* vbi docet proceſſum eſſe validum in cauſa principali, etiamſi iudex aliàs non fuerit iudex competens. Quin etiã *n.30.* addit *verſ.ex quibus omnibus,* quãuis iudex ſit omnino,& ipſo iure incompetens, ſi cõtra præſentem partem,vel contra contumacem procedatur,& iudex pronunciet ſe eſſe cõpetentẽ iudicem,neceſſariò eſſe appellãdum ab hac interlocutoria; quod ſi omittatur appellatio, non eſſe amplius locum ad dicendũ de incõpetentia Quia per eas literas habet iudex eo ipſo iuriſdictionem, etiamſi in eis narratum ſit aliquid mendacij,& aliquid veritatis tacitum. Innoc. *in d.c.ſuper literis, de reſcript, num. 5. verſ. forſan,* atque ita niſi interponatur appellatio,fiet ius inter partes

An detur appellatio à ſententia, qua imponitur perpetuum ſilentiũ?Concluſio eſt affirmatiua,non obſtante quòd ſententia trahat ſecum executionẽ, & quòd pars aduerſa non debeat amplius audiri; adhuc tamen poteſt appellare.Franch.*in c cum teneamur de appell.* quem refert, ac ſequitur Cæſar Contard.*in l diffamari in qq n.148.C.de ingenuis manumiſſis,* & Baptiſta Coſta *de remedijs ſubſidiarijs, remed.50. n.24. & n.25.* quibus accedit Camill. Borrel. *d tit.35. de appell, num.164.* 165.

Sed contra ſtat,quod perpetuum ſilentium ſui natura operatur.vt omnis audientia denegetur,vt notat Bald & Alber.*in l ex ea.ff.de poſtula.* & idẽ Bald *in c.1 §.ſi quis per triginta,col.6.ſi de feudo fit controu.* affirmãtes eos,quibus fuit impoſitum ſilentiũ non poſſe etiã in foro Eccleſiaſtico audiri. Menoch.*conſ.108 n.63* ergo nõ poteſt appellari à ſententia in qua impoſitũ eſt perpetuũ ſilentium, cùm non debeat pars ampliùs audiri,etiãſi de nouo ius aliquod ſuperueniat,ſi ius aduerſarij factum eſt deterius. Ita cenſuit Iacob.de Arena,& Cyn.

& Bald. *in l. ſi ea, C. qui accuſare non poſſunt*, quibus accedit Boët. *quæſt* 255. *num.* 12. Dicendum tamen eſt ſemper à ſententia, qua imponitur ſilentium perpetuum poſſe eſſe locum appellationi, cum appellatio contineat defenſionem, & ſit ſpecies defenſionis, *l. 1. ff. de appell. & cap. 61. cum ſpecialı, §. porrò de appell.* & eſt inducta appellatio ad præſidium Innocentiæ Franch. *in rubr. n. 24. verſ. ſed tantùm dubitatur, de appellat.* & quamuis tolli poſſit, quoad ſolemnitates iuris poſitiui, non tamen quoad eius ſubſtantiam, quatenus eſt de iure naturæ, quia inferior non poteſt tollere, quod facit ſuperior. Sigiſmund. Scaccia *de appell. q. 16. limit. 1. num. 23. & 24.*

Non eſt tamen negandum poſſe iudicem cùm actor nihil probat, & è contra reus probat plenè ſe eſſe in poſſeſſione, condemnare actorem, illique imponere ſilētium perpetuum, ne deinceps reum, qui poſſidet, moleſtet, ac perturbet, vt vult Bartol. *in l. 1. §. quod ait n. 5. verſ. ſi verò reus, ff. vti poſſidetis*; quam opinionem probatū ex textu *l. circa ff. de probat.* Imò Bald. ex diſputatione, *Accuſatus de vi turbatiua, col. 11. verſ. ſolutio etiamſi non petatur*, ait poſſe iudicem imponere perpetuum ſilentium reo turbanti, qui ſuccubuit, quia cùm iudex aliquid præcipit, definitiuè præcipere videtur, quod eſt perpetuò obſeruandum. Sic Menoch. *de retinend. poſſeſſ. remed. 3. n. 837.* vbi ait meliùs ac rectiùs ſenſiſſe Baldum quàm Rebuff. *in commentarys ad conſtitutiones Regias Galliæ, tom. 3. titul. de materys poſſeſſorys, art. 1. gloſſ. 4 in fine*, qui contra Baldum docuit non poſſe illud ſilentium imponi reo ſuccumbenti, quod puto procedere nulla cauſa ſuperueniente; at verò ſi ſuperueniat de nouo, tunc vera eſt opinio Rebuffi, dicentis non poſſe imponi tale ſilentium, quod etiam ait Angel. *in l. ſolemnus, num. 5. de iudic.*

166. Suprà dictis illud adde, non admitti appellationem in iudicio ſortis, quando partes inter ſe diſcordes de re dubia ſe ſubiiciunt ſortis euentui, & aſſumunt ſortem ipſam, eiuſque euentum pro diſpoſitione vera diuinæ quaſi voluntatis, & quod per ſortis caſum pendiderit, quoniam ſors hæc nihil mali habet, ſed eſt res in dubitatione humana, diuinam iudicans, & indicans voluntatem, *c. 1. 26. quæſtion. 2.* vbi eſt ſermo de ſorte licita, quæ neceſſitatis cauſa fit ad dirimendam controuerſiam. Non enim hoc loco de ſorte illicita, ac interdicta fit mentio. Quæ reſolutio placuit Baldo, *in l. ſi duobus in princ. C. communia de leg.* Card. Alex. *in rubr. n. 46 verſ. & per prædicta*, & Decius *n. 39. de appel.* Rebuff. *tract. de appell. art. 3. gloſſ vna, n. 5. tom. 3. fol* 489. & Ruginel. *tract. de appell. §. 2. c. 3. n. 887.* Paris de Puteo *tract. de re militar. in fin. n. 2. tom. 16. fol.* 418. Camill. Borrell. *tom. 2. ſumma tit. 33. de appell. num.* 189. *& ſeq.* & Scacc. *eod. tit. q. 16. limit. 6. per totum.*

Suffragatur principali dubio Sapiens, *Prouerb cap.* 8. vbi ſic loquitur: *Contradictiones comprimit ſors, & inter potentes quoque diiudicat.* Quo in loco ſanctus Hieronym. *Sors, ait, eſt occulta, & incomprehenſibilis prædeſtinatio ex diuina regula procedens, quæ inter potētes, hoc eſt electos, dum ſingulis propria aſſignat, diiudicat.* Iuuat illud Ionæ *cap. 1.* vbi habemus, *cecidit ſors ſuper Ionam.* & Leuitici *cap. 16. Cuius exierit ſors Domini.* & illud apud Lucam 1. Actorum Apoſtolorum, qui orantes dixerunt. *Tu Domine, qui corda noſti omnium, oſtende, quem elegeris ex his duobus vnum, accipere locum miniſterij huius, & apoſtolatus, de quo præuaricatus eſt Iudas vt abiret in locum ſuum, & dederunt ſortes eis, & cecidit ſuper Matthiam, & annumeratus eſt cum vndecim Apoſtolis.* Quæ ſors ex Dei voluntate, ac gratia progreſſa eſt. Vnde meritiſſimò concluſit. Bald. *in d. l. ſi duobus*, à ſortium iudicio non appellari, ſed Bald. quando dixit à ſortis, ſeu fortunæ iudicio non eſſe appellandum, non fuit vſus ſuprà dictis exemplis, nec illa Ionæ videlicet, ac Matthiæ Apoſtoli ex ſacra Pagina trahi ad omnia debent, teſte Hieronymo *ſuper cap. 1. Ionæ*, dicente non exemplo Ionæ, & Matthiæ indifferenter ſortibus eſſe credendum, eo quia ſingulorum indulta communem legem nequeant efficere.

Hinc fit, vt ſint aliqui caſus, in quibus controuerſia, ſeu anxietas ſortibus dirimi poteſt. Primò, quando ſunt plures pauperes, & eleemoſyna non eſt ſufficiens, & dubitatur cui ex illis ſit eroganda, cùm omnes ſint æquè pauperes; ſortibus negotiū componi poteſt. Sic Augu. *lib. 1. de doctrina Chriſtiana c. 28.* Suarez *tom. 1. de religio. c. 12 n. 17.* Secundò, quando milites plures fuerunt cōprehenſi, nec oportet omnes capite plecti, ex praxi vſu recepta ſortibus eliguntur, qui puniendi ſunt, ſi alio modo hoc non poteſt dirimi Ita Leſſ. *de iuſtit. c. 43. dub. quæſt n. 58.* & Martin. del Rio *lib. 4 diſquiſitio. mag. carum, c. 4. q. 1.* dummodo omnes pares ſint in delicto: aliter enim non erit æqua ſortitio, quoad magis innocentes, & in hoc non datur appellatio, cùm æquè nocentes iuſtè puniri poſſent. Quando verò non conſtat de delinquente, nefas eſt illum per ſortes inueſtigare, quia exponitur innocens periculo, vt iniuſtè puniatur ſorte illum deputante ad ſupplicium, per quam ſortem non probatur illum eſſe delinquentem, neque hoc modo fit probatio iuridica, ac legitima, ſed caſualis. Ita Suarez *d. cap 12. num. 16. & num. penult.*

Tertiò, ſi tempore peſtis controuertatur qui clerici, aut religioſi debeant manere in loco peſte inquinato ad ſubueniendum ægrotis, vel ſi de medicis diſceptatio ſit, nec aliter tolli poteſt dubitatio, per ſortes diuiſorias componi debet controuerſia. D. Thom. 2. 2. *q 95. art. 8.* & *ibi* Caiet. *dub. 1.* Azor. *tom. 1. inſtit moral. lib. 9. cap 21. quæſt. vnica. verſ. at verò in elect.* Sayro *in clauı lib. 4. c. 5. n* xn. vbi ait quando diiudicatur ſufficere decem curatos, aut religioſos ad ſubueniendum ægrotis cùm multi ſint, ſi Epiſcopus non poſſit eos concordare, poſſe in hoc caſu iudicium à Deo per ſortes expetere, argumento, quo vtitur D. Aug. *Epiſt. 108. ad Honoratum*, per verba hæc, *Si*, inquit, *inter Dei miniſtros ſit diſceptatio, qui eorum perſecutionis tempore maneat, ne fuga fiat omnium, & qui eorum fugiant, ne morte eorum deſeratur Eccleſia, ſi hæc diſceptatio aliter non potuerit terminari, quantum mihi videtur, qui maneant, & qui fugiant, ſorte eligendi ſunt.* Sequitur Sanchez *in præcepta decalog. lib. 2. cap. 38. num* 58

Non tamen inde colligas ſemper ſortes diuiſorias eſſe licitas, quia cōſiderato iure naturæ ſecundùm illud ſortes diuiſoriæ ſunt licitæ in caſibus, in quibus ius humanum illas non interdicit. Ratio, quia continent quendam contractum humanum, qui celebratur expreſsè, aut tacitè inter multos ad aliquid ius aliquod habentes de cōmuni conſenſu, & iacta ſorte apparet cuiuſnā ex paciſcentibus res ſit. Cùm ergo hæ ſortes nihil mali contineant, licitæ ſunt, niſi ex alio capite à iure interdicantur. Imò de iure ciuili ſortes diuiſoriæ habent locum ad componēdas lites inter hæredes, ac legatarios, vt *l. ſi cùm ambo, ff. de iudic. l. ſi quis ſunt. ff. de famil. erciſcund.* & in omnibus electionibus ad officia ſæcularia, ſeu ciuilia. Secus in electionibus

Eccleſiaſticis.

Eccleſiaſticis. Vt ea Canoniſtis docent Hoſtienſ. *in cap. final. de ſortilegys*, *numer.* 2. & ibi Abbas *num.* 3. Anchar. *num.* 3. & Bellameta *num.* 26. & ex Theolog. D.Thom.2. 2. *quaſt.*95. *art.*8. *dub.*1. & *in ſumma verbo, ſors*, Sayto *in claui regia lib.*4. *cap.*5. *num.*20. & 21. Tolet. *lib.*4. *ſumma, cap.*15. *num.vlt.* Sà *in ſumma, verb. ſortes num.*1. & Suarez *de religio. lib.*1.*cap.*12. *num.*15.

Poterunt tamen hæ ſortes diuiſoriæ etiam ad electionem dignitatum temporalium reprobari duobus modis. Primo, ſi promiſcuè fiant, itavt ſortibus ſubiiciantur omnes de populo, ſiue boni ſiue mali, ſiue ſapientes, ſiue inſipientes ad regimen reipublicæ, provt ſortes tulerint. Secundo, ſi ſortes emittantur cum damno, ac detrimento boni communis, aut cum proximi iniuria ac dedecore: ideo vt licitæ ſint ſortes, debent fieri non promiſcuè, ſed priùs debent eligi idonei ad officia publica, & ſuper nominatis ſortes cadere debent, & hoc modo ſortes non fiunt promiſcuè. Saytus *in claui regia*, *lib.*4 *cap.*5. *num.*21. præſertim quando diſceptatio eſt inter tres, aut quatuor. Facinot tradita à Camill. Borrell. *in ſumm. tom.*2. *tit.*33. *num.* 199. *verſ. ſortis itaque iudicium.* Eſt enim mortale mittere ſortes inter dignos, & indignos, Nauarr. *in ſumm. Hiſp. cap.*11. *num.*39.

Sanchez tamen *lib.*2. *in præcepta*, *cap.*38. vbi de ſortibus latè *à num.* 56. tradit *num.* 68. ſortes has diuiſorias ex ſe licitas, fieri illicitas, ſi in illis violetur iuſtitia commutatiua, putà ſi res per ſortes diuidenda inter aliquos ſit aliena, & nullus ex illis habeat in illa ius aliquod, ſed habeat dominum diuerſum, quod ante dixit Suarez *dict. cap.*12. *num.*16. Similiter redderentur ſortes illicitæ, ſi mittentes ſortes ſperent dæmonis auxilio manum extrahentis, eſſe mouendam ad extrahendum, provt ſibi optant euenire, vel ſi eas mittant inuocato ſaltem tacitè auxilio dæmonis, aut præuio aliquo fœdere cum eo inito. Quod ex ſe conſtat eſſe fœdiſſimam ſuperſtitionem ad magiam potiùs, quàm ad diuinationem per ſortes pertinentem. Ita Suarez *d. lib.*2. *cap.*12. *de ſuperſtitione*, *num.*16. quem referens ſequitur Sanchez *d. cap.*38. *num.*66. addens magum hunc teneri reſtituere quidquid per magiam arte, & auxilio dæmonis per ſortes ſibi acquiſiuit decipiendo alterum ſocium, qui iudicio ſortium ſe ſubiecit.

Porrò electio ad dignitates Eccleſiaſticas per ſortes diuiſorias eſt illicita, ac interdicta per diſpoſitionem cap. fin. *de ſortilegys*, D. Thom. 2.2. *quaſt.*95. *art.*8. & *opuſc.*25. *cap.*5. Angel. *verb. ſors.* §.2. Gregor. de Valen. *tom.*3. *diſput.* 6. *quaſt.* 12. *punct.*3. Tolet. *in ſumm. lib.*4, *cap.*15. & debet fieri inſpiratione Spiritus Sancti, & cum concordia eligentium. Vnde non licent ſortes in electione ad beneficium, aut officium Eccleſiaſticum per text. *in d. cap. final. de ſortileg.* vbi generaliter, & indefinitè dicitur ſic: *Sortis vſum in electionibus perpetua prohibitione damnantes.* Quo in loco agitur de lectionibus Eccleſiaſticis, & textus indiſtinctè loquitur. Camill. Borrel. *d. tit.*33. *num.*214. *de appell.* Sanchez *d. cap.*38. *num.*71. poſt Azor. *tom.*1. *Inſtit. moral. lib.*9. *cap.*21. *quaſt. vnica, verſ. at verò in electionibus*, & Suarez *d. cap.*12. *num.*5. qui omnes electionem per ſortes ad Eccleſiaſtica officia reprobant.

Extenditur hæc deciſio etiam quando duo ad aliquod beneficium, ſeu officium Eccleſiaſticum, aut ad aliquod munus ſpirituale habent paria ſuffragia, quia nec tunc poteſt dirimi negotium per ſortes, per dictum cap. fin. *de ſortileg.* Nam quamuis electio facta videatur ſecundùm gloſſ. 26. *quaſt.*2. *in ſumm. verbo*, *ſortes*; nihilominus non eſt negandum præferentiam terminari per ſortes, quod prohibetur per dict. cap. fin. & per gloſſ. communiter receptam *in cap. vlt. verb. tencantur. de reſcriptis. in* 6. vbi in hac paritate ſuffragiorum monet ſuperiorem eſſe adeundum, vt modum electionibus præfigat, ac terminum eligentibus, & eo elapſo, ſi electio non ſortiatur effectum ad ipſum deuoluatur. Sequitur *ibi* Hoſtienſ. *num.* 3. & Cardin. *in cap. licet cauſam*, *ad fin. de probat.* Suarez *in tom.*1. *de religio. lib.*2. *de ſuperſtitio. cap.*12. *num.*7. vbi addit rationem, eo quòd ſi res ſortibus finiretur, electionem ipſam eſſe verè per ſortes, quæ in vniuerſum, & ſine reſtrictione *in d. cap. vlt. de ſortileg.* interdicuntur. Quare in beneficialibus non eſt locus ſortibus, vt ſentit Felin. *in cap. capitulum, de reſcript.*

Quin etiam id ampliat Azor. *in tom.*1. *inſtitutio. moral. lib.*9. *cap.*21. *quaſt. vnica. verſ. at verò in electionibus*, & Suarez *vbi proximè*, *d. cap.*12. *num.*13. ad caſum litis inter clericos, vbi dicunt non poſſe componi per ſortes litem beneficialem auctoritate propria vtriuſque litigantis, quia poteſt contingere, vt per talem ſortem beneficium maneat penes non habentem titulum, & incurritur tunc periculum vitioſi ingreſſus, nec conſenſus partis aduerſæ eſt ſufficiens ad conferendum titulum ei, qui non habet. Ex traditis in regula 1. *de regul. iur. in* 6. diſponente beneficium Eccleſiaſticum non poſſe licitè ſine inſtitutione canonica obtineri. Concordat expreſsè Cardin. *in d. cap. licet cauſam. de probat.* dum ait, *ad finem*, in beneficialibus cauſis non eſſe locum ſorti, quia ſubiicitur periculo obtinendi aliquod beneficium abſque iuſto titulo, qui iudicio ſortis ſe ſubdit. Fauet Abbas *in cap. Eccleſia. extra de ſortilegijs*, vbi vult non eſſe prohibitum inter clericos vti ſortibus in cauſis temporalibus: atque ita per hunc modum limitatum oſtendit in cauſis beneficialibus vſum ſortium eſſe interdictum, quod intellige quando ſortes mittuntur authoritate particulari contendentium ſuper beneficio, aut re ſpirituali. Secus ſi ſortes mittantur authoritate illius, qui beneficium contulit, vel conferre potuit, nec ſufficit authoritas iudicis, qui non poteſt conferre beneficium, vt optimè declarat Sanch. *lib.*2. *in præcepta cap.*38. *num.* 79. *verſ. ex quo ego colligo.* Nam ſi alius ſit, non euitatur periculum vitioſi ingreſſus, & Suarez *ſuprà, num.*14. quatenus indiſtinctè concludit authoritate iudicis poſſe fieri huiuſmodi ſortes.

Nec obſtat quòd Matthias, 1. *Actor.* ſorte ſit electus, quia, vt diximus ex Alexand. de Ales *p.*2. *quaſt.*165. *membr.* 5. priuilegia ſingulorum legem communem facere non poſſunt, & notat Beda in *Actor.*1. vt refert D.Thom. *opuſc.*25. *cap.*5. & 22. *quaſt.* 95. *art.*8. Matthias ſorte fuit electus, quo tempore nec à lege diſcreparet, in qua ſummus ſacerdos ſorte eligebatur, ipſe etiam Matthias ſorte eligendus fuit. Atque ita donec veniret veritas, figuram exercere licuit; & ob hoc ſorte facta fuit electio Matthiæ ante Pentecoſtem, in qua feſtiuitate Spiritus Sanctus datus fuit, & ante hunc diem nondum erat omnino facta veritatis publicatio, nec ante illum diem plenitudo Spiritus Sancti erat effuſa in Eccleſia; & ſi poſt pentecoſtes diem aliquæ electiones factæ fuerunt, vt factum fuit cum ſeptem diaconi fuerunt electi,

non

non miniſterio ſortium, ſed oratione apoſtolorum, & manus impoſitione ſunt ordinati, vt ex hoc omnibus innoteſceret, deinceps non per ſortes, ſed per electionem prælati Eccleſiaſtici eſſe eligendos, Sayrus *in claui lib.4.cap.5.num.20.verſ. tertia eſt*. Nec diſcordat Suarez *d. cap.12. num.6. & 8.* dum ait in electione D. Matthiæ ſorte aliquid amplius reperiri, ratione cujus ſortitio illa non fuit ſolùm electiua, ſed fuit ſimul conſultiua: proinde neceſſarium fuiſſe ſpecialem Dei inſtinctum, & ideo apoſtolos ſorte negotium terminaſſe tradit, præſertim quia ad id vſque tempus vſus ſortium non erat prohibitus de iure diuino, vel humano, neque in ſortitione Matthiæ ſuberat periculum ſiniſtræ electionis, cùm eſſet inter duos ſelectos, ac dignos eo munere, & ob id ſors miſſa fuit.

Ex hoc vltimo apparet ſi inter duos dignos pontificani ſummo ſit diſceptatio, vter verè ſit electus, poſſe diſcordiam ſorte dirimi, quia ſic electi non ſunt à iure Eccleſiaſtico ad ſortiendum impediti, dummodo id fiat de conſenſu Cardinalium. Feliu. *in cap. capitulum, num. 21. verſ. ſed ſaluando, de reſcrips.* à quo tamen iure Eccleſiaſtico cæteri ſunt excluſi ad mittendum ſortes in rebus Eccleſiaſticis, vt notat Valent 2. 2. *diſput.6. quæſt.32. punct. 3. col. 2. verſ. ex eodem capite*, & Azor. *tom.1. inſtit moral lib.9. cap.21. quæſt. vnica, verſ. at vero in electionibus.* Suarez *d. cap.12. num. 15. verſ. reſponde breuiter*, & Sanchez *dict. cap.38. num.71.*

Sed quid dicendum de ſortibus diuinatoriis, & conſultoriis? Reſpondeo primò diuinatorias, cùm ſit ars diuinandi futura, eſſe reprobatas à iure, ac ſub anathemate damnatas, cap. *ſortes, 26. quæſt.5.* Angel. de Clauas *in verb. ſors, num.1. & duob ſequent.* Sequitur Arm... § *ſors*, Camill. Borrell. *d. titul.33. de appellat. num.210. & 211.* Sanchez *d. cap.38. num 88.* vbi ait eſſe illicitas, & ſuperſtitioſas, Suarez *d. cap.12. num.29.* dicens illas interdum eſſe ſpeculatiuas, id eſt ordinatas ad cognoſcendum futura ſolùm, propter cognitionem ſiſtendo in illa, puta quando ſortes fiunt ad ſciendum quis ex bello euadet victor: interdum eſſe practicas, quando ordinantur ad aliquid faciendum, vt deprehendatur fur occultus, aut homicida ignotus: in quo euentu vltra malitiam ſuperſtitionis, & inuocationem dæmonis continet malitiam iniuſtitiæ exponendo innocentem periculo infamiæ grauiſſimæ, ſi ſors ſuper eum cadat. Quod ſi contingat cadere ſortem ſuper delinquentem, adhuc iniuſtitia eſt delicto non probato per iuridicam formam punire nocentem. Sanchez & Suarez ſuprà ſcripti, & tunc non eſt dubium hoc iudicium eſſe appellabile, ex traditis ab Speculat. *tit. de appellat. § nunc dicemus, num.2. in fine, & ſub num.6. & 8. verſ. item appellatione, lib.2.* Franch. *in cap.31. de priore, num.1.* ibi, *aut ſumus in dubio, & cap.45. conſtitutus, num.18. & in cap.59. vt debitus. ſub num.43. verſ. in eadem.* ibi, *in tali dubio de appellat.* & alij apud Sigiſmund. Scaccia *de appell. quæſt.17. ampliat.6.*

Reſpondeo ſecundò ſortes conſultorias rarò eſſe licitas. Quia Deus non vult ſortibus voluntatem ſuam ſubiicere: & ideo ſub anathemate prohibentur, cap. *ſortes 26. quæſt.5.* nonnullis tamen conditionibus appoſitis poſſunt licitè fieri. Prima, ſi agatur de temporalibus, non autem de ſpiritualibus, nempe de electionibus Eccleſiaſticis, & ſimilibus, quia de his eſt penitus prohibita ſors conſultoria. Secunda conditio, quòd fiat ſine ſuperſtitione. Tertia, quòd fiat deliberatione apud Deum oratione præmiſſa ad imitationem Sanctorum Apoſtolorum in electione Matthiæ *Actor.1.* Quarta, quòd à Deo, & non à dæmone futurus ſortium euentus expectetur. Ita Ioan. Paul. Lancellot. *inſtitution. canonic. lib. 4. tit. de ſortilegys, § ſunt autem*, Sotus *de iuſtit. & iur. lib.4 quæſt.5. art.2. col.4.* & Ghrilland *de ſortileg. lib.2. quæſt.1. num.7.* quos referens ſequitur Camill. Borrell. *d. tit.33. de appell. num.215. & ſequent.* Sanchez *d. cap.38. num.85.* poſt Azor. *lib.1. inſtit. moral. lib.9. cap.21. ad finem*, & Suarium *d. cap.12. de ſuperſtit. num.25. & 26.* vbi paucis concludit conſultorias ſortes, ſi debito modo fiant, licitas eſſe, puta ſi fiant propter honeſtum, & grauem finem exigente neceſſitate, & cum debita reuerentia, ac cum ſpeciali Dei inſtinctu. Si verò fiant imprudenter, ac temerè, eſt peccatum de ſe graue.

Nam ſi fiant omiſſis ordinariis diuinæ prouidentiæ mediis, & abſque vlla neceſſitate, eſt tentare Deum. Si mittantur circa electiones Eccleſiaſticas, erit ſacrilegium humano iure inductum, quia propter reuerentiam rei ſpiritualis ſunt ſortes circa illas prohibitæ. Suarez *d. num.25.* Sanchez *d. cap. 38. num.87.* vbi ex Suarez *numer.26.* docet conſultationem poſſe fieri expreſsè, vel tacitè à Deo petendo, vt ſigno aliquo extraordinario oſtendat, quid magis in hoc, vel in illo negotio conueniat, aut hoc, vel illud concedat. Et vt hoc licitè fiat vltra neceſſitatem, quæ exigitur, ſpecialis exigitur etiam Dei inſtinctus, alio modo non excluditur Dei tentatio. At verò ſi quis intendat ſolùm à Deo conſequi occultam ſortium directionem per ſpecialem prouidentiam abſque miraculo, pertinentem tamen ad ſpecialem gratiam, & beneficentiam Dei: atque ea tanta fiducia poſtuletur, vt qui petit ſibi perſuadeat, id quod ſorte euenerit, apprehendere, tanquam ex diuino beneplacito, & non tanquam profectum ex permiſſione Dei. Qui modus eſt facilior, neque exigit extraordinarium Spiritus Sancti inſtinctum, vt fiat ſine temeritate, ſed ſufficit prudens ratio deducta ex neceſſitate, & honeſtate cauſæ, præmiſſa ſemper oratione, & accedente recta intentione, & præſuppoſita tali materia, in qua ex ſortium euentu non aſſurgat periculum alicuius iniuſtitiæ, aut mali alterius. Suarez *d. num. 26.* & Sanchez *d. num.87.*

Ex dictis accipe diuinatorium per ſortis modum ferè ſemper eſſe peccatum mortale, quia vt plurimum ibi inuocatur dæmon ſaltem tacitè. Societas autem cum dæmone, quomodocumque inita ſit, de ſe eſt mortale, & omnibus interdicta, teſte D. Paul. 1. ad Corinth. 10 *Nolo*, inquit, *vos fieri ſocios dæmonum*, quæ tanquam peſtis vitanda eſt, vt docet Auguſt. *lib.2. de doctrin. Chriſtian. cap.2.* Si quis verò ex emiſſione ſortium non expectaret, nec quæreret cognitionem rei futuræ, ſed ex eo expectaret iudicium, ſeu reſponſum à Deo ob aliquam cauſam rationabilem exiſtentem, tunc non erit peccatum mortale, & ab eo ſaltem excuſatur vſus ſortium ad aliquid cognoſcendum, ſecundùm illud Prouerb. cap.16. *Sortes mittuntur in ſinum, ſed à Domino temperantur.* Patet exemplo Achan. *Ioſue 7.* vbi ex iuſſu Domini deprehenſus fuit licitè Achan per ſortes. D. Thom. 2. 2. *quæſt.95. art.8. in corpore.*

Vti autem conſultorio iudicio, & in eo expectare à dæmone cognitionem futurorum, ſemper eſt

eſt mortale. Probatur ex facto Regis Babylonis, Ezechielis *cap. 21.* conſiſtentis in biuio, hoc eſt in capite duarum viarum, vbi ad diuinationem recurrit, interrogando Idola, & exta conſulendo. Secus quando iudicium à Deo expectatur ex cauſa rationabili, & exigente neceſſitate, ſemperque erit peccatum abſque neceſſitate adire ſortium iudicium: tunc enim eſt tentare Deum, ex D. Thom. *opuſc. 25. cap. 5.* Item vt licitè fiat, debet accedere vltra neceſſitatem debita reuerentia, ſine qua ſemper erit veniale, quærere ſortium iudicium. Tolet. *in ſumma lib. 4. cap. 15. in fine*, & D. Thom. tam 2. 2. *quæſt. 95. art. 8.* quàm *in opuſc. 25. cap. 5.* Syluest. *verb. ſuperſtitio. quæſt. 9.* Tabien. *verb. ſors, num. 6.* qui duo adducunt ſortium vſum debere fieri modo proportionato, hoc eſt, ne diuina oracola ad terrena trahantur negotia, ex eo fundamento, quia non debes per ſortes tentari, quæ per tuam induſtriam tibi potes comparare, quæ eſt reſolutio Alenſis *p. 2. quæſt. 165. membr. 2.* & Tolet. *d. lib. 4. cap. 15.*

Quæſtio tamen eſſe poteſt, an in quibus caſibus non licet appellare à iudicio, ſeu à ſententia ſortium, puta, à diuiſione bonorum facta inter fratres per ſortem, fas ſit recurrere ad ſuperiorem? Negat Franch. *in rubric. num. 10. de appell.* quia ſimiles diuiſiones ſorte conſtitutæ non ſolent reſcindi. Rebuff. *de appellat. art. 3. gloſſ. vna. num. 6. tom. 3. fol. 489.* Imò nec conceditur minori reſtitutio in integrum contra ſortis iudicium. Franch. *vbi proxime, num. 61. verſ. ſed dubitatur an ratione minoris ætatis*, & Rebuff. *d. art. 3. gloſſ. vna, num. 6. d. tom. 3. fol. 489.* ex ea ratione, quia, quæ ſorte contingunt, poſſunt cuicumque maiori etiam in re ſua adminiſtranda diligentiſſimo accidere. Ideo non poteſt imputari contigiſſe minori ex vitio ætatis minoris, ac ex illius imbecillitate. Sic Gigas *in additionib. ad Decium in rubric. de appellat. ſub num. 39. in verb. dirimuntur ſorte.*

Cæterùm ſi enormis læſio reperiatur, è duobus vnum debet fieri; aut enim poteſt implorari iudicis officium, & poſtulari, vt ſententia lata per ſortes reformetur, & reducatur ad æquitatem, vt volunt Rebuff. *d. art. 3. gloſſ. vna, num. 7. tom 3. fol. 489.* & Bredor. *tract. de appell. part. 1. col. 519. l. C.* aut debet appellare ſic læſus enormiter, vt docet idem Bredor. *vbi proxime, litera D.* & Ruginel. *tract. de appell. §. 2. cap. 2. num. 455.* ſed meo iudicio potius petatur reſtitutio in integrum à minore, vel maiore, quando læſio eſt enormiſſima, allegans ſe in iudicio ſortium fuiſſe deceptum doloſè ab altera parte, quod fieri poſſe tradit Sigiſmund. Scaccia *de appell. quæſt. 16. limit. 6. num. 3. ad finem*, quando aliquis ſub ſpecie iudicij ſortis, ita eſt callidus, & malitioſus, vt in diuiſione bonorum diuidentem ſecum enormiter decipiat; atque ita conſtet de enormiſſima læſione, præſumitur non fuiſſe læſus ex ſortis iudicio, ſed ex ſocio, quia ſors non lædit, cùm ſe habeat æqualiter ad vtranque partem. Faciunt tradita à Molin. *de iuſtit. diſp. 509. in princip. verſ. dicimus verò*, vbi ait contractum ſortium eſſe licitum, in quo ſortes mittuntur inter habentes ius ad aliquam rem, vel in aliqua re, ſi fraudes, & inæqualitates non interueniant.

167. Eſt, & alia quæſtio, quæ me ab hac materia abire non ſinit, nempe an à ſententia lata de conſilio ſapientis partibus ad hoc concordantibus poſſit appellari? Non eſt dubium poſſe. Sic Abbas *in cap. 14. cauſam quæ, num. 4. verſ. facit enim iſte textus*, & Felin. *ibi num. 2. verſ. non prohibentur, de ſentent. & re iudicat.* & eſſe communem hanc partem tradit Socin. *conſ. 24. viſis, ac diligenter. ſub num. 1. lib. 1.* Bartol. *in l. 26 ſi conuenerit verſus finem, num. 5.* ibi, *ſed an tunc. ff. de re iudic. & in l. 1. §. quæſitum eſt, in fine, num. 7. ff. de appell.* quod prouidit etiamſi ſapiens id munus accipiat de conſenſu litigantium, vt notat Alex. *in d. l. 26. ſi conuenerit, num. 13. verſ. item in quantum.* & Nicell. *in tract. de concord. gloſſ. concord. 6. fallent. 37. ſub num. 119. verſ. quæritur actum eſt, fol. 196.* quibus accedunt Cataldin. de Viſo *in tract. de ſyndicat. num. 164.* Camill. Borrell. *tom. 2. in ſumm tit. 55. num. 147. verſ. decimoſeptimò.*

Quæ reſolutio procedit etiam quando conſilium eſſet apertum, & partes conſentirent, vt iuxta conſilij deciſionem pronunciaret iudex, adhuc poſſunt partes appellare. Socin. *d. conſ. 24. viſis, num. 4 lib 1.* poſt Felin. *in dict. cap. cauſam quæ.* Eodem modo poteſt pars grauata appellare, etiamſi vtraque expreſſe conſenſerit de ſtando ſententiæ latæ ſecundùm conſilium: non obſtante ſententia lata ſecundùm illud, adhuc datur appellatio. Ita Pace Scala *in tract. de conſilio ſapientis, lib. 4. cap. 15. tom 3. part. 2. fol. 349.* poſt Bartol. *in d. l. ſi conuenerit. in fine ff. de re indic.* & Felin. *in d. cap. cauſam quæ, num. 2. verſ. nam prohibetur. de ſentent. & re indic.*

Eo quia ſub pacto de ſtando ſententiæ intelligitur ſi conſilium contineat Iuſtitiam, ac rationem, nec ex illa promiſſione cenſeantur partes tacitè renunciare iuri appellandi, vt opinatur Lancellot. *de attent. part. 2. cap. 12. ampliat. 2. in princip. num 14. & 15.* & Ruginel. *tract. de appellat. §. 9. gloſſ. 1. cap. 1. numer. 25. verſ. tacitè quoque, fol. 243.* Quia contrarium eſt verius non fuiſſe renunciatum appellationi per illam promiſſionem, vt habetur *in l. penult. cum apud, ff. iudicatum ſolui.* Ita Bald. *in l. 41. tale pactum, §. qui prouocauit ſub n. 10. verſ. quæris, gloſſ. ff. de pactis*, vbi ait quòd quamuis quis promittat de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo, hoc pactum tamen intelligitur ſi bona fide fuerit pronunciatum: ſecus ſi lata culpa, vel dolo malo; atque ita non obſtante pacto, adhuc eſt locus appellationi. Vel dic, quòd pactum habet tacitam conditionem, niſi appellauerit, vt ait Franch. *in cap. ad hæc, num. 4. & ſequent. verſ. quartò tene menti de appell.*

Quin etiam addit poſſe partes appellare, etiamſi iurent ſtare ſententiæ latæ de conſilio ſapientis, & parere illi, ſic *num. 6.* & rurſus *in cap. 70. interpoſita, §. ille denique, num 3. quæſt. 2. de appell.* dicens quòd licet partes iurent ſtare ſententiæ ferendæ, ac mandato iudicis, non obſtante iuramento poſſe appellare, quia non cenſentur renunciaſſe iuri appellandi. Socin. *d. conſ. 24. viſis, ac diligenter, ſub num. 2. & 3. lib. 1.* & Nicell. *in tract. de concord. gloſſ. concord. 6 fallent. 102. ſub num. 142.* & quòd poſſit appellari docet Rugin. *tract. de app. §. 2. cap. 1. num. 98. & ſequent. §. 9. gloſſ. 1. cap. 1. ſub num. 42. verſ. tacitè, fol. 294.*

Limitant tamen hanc extenſionem Bald. *in l. 41. tale pactum, §. qui prouocauit, col. 10. verſ. item ex prædictis, ff. de pactis*, & Alexand. *in l. 26. ſi conuenerit. verſ. finem, ſub num. 13 ff. de re indic.* quando partes promiſiſſent ſtare conſilio ſapientis qualecunque eſſet, quia ex hoc modo promittendi cenſetur pars renunciare appellationi. Ita Nicell. *in tract. concord. gloſſ. concord. 6. fallent. 102. num. 142.*

num.142. tit.18. fol.197. ſed adhuc poſſe appellari tenet Socin. d. conſ.24. viſis, ac diligenter, ſub num.3. ibi, aut partes non dant certam formam, lib. 1. & Pace Scala in tract. de conſilio ſapientis, lib.4. cap. 19. ibi, ſed ego, vt acquieſcam, tom.1. part.1. fol.350. Sed fortior videtur opinio Baldi, & Alexandri, quibus accedunt Felin. in d. cap. cauſam quæ, num 2. in fine, verſ. limita communem, de ſentent. & re iudic. Franch. in cap. 68. intimaſti, in fine, num.11. in fin. & Decius in fin. num 20. de appellat. eo quòd talis promiſſio, & obligandi pactio de ſtando conſilio ſapientis qualecunque illud fuerit, ſine dubio eſt renunciatio appellandi, vt tradit Nicell. ſupra, d. num. 142. Ideo non eſt ſtandum opinioni Socini, nec Pac. Scalæ, qui loqui videntur extra caſum noſtrum appellationis in caſu de ſententia lata de conſilio ſapientis; niſi dicas partes non poſſe appellare quando promiſſio fuit de ſtando ſententiæ iam latæ, quia tunc videntur ſententiam latam emologare. Sic Franc. in cap.70. interpoſita. §. ille denique, quæſt.2. num.3. in fin. de appellat. Cataldin. tract. de ſyndicat. ſub num.168. ibi, certè ſi partes, tom.7. fol.360. purgat enim conſenſus partium, quando ſententia eſt lata; iniquitatem conſilij.

168. Illud autem non omiſerim, an in cauſis breuioribus, ac minimis ſit locus appellationi? At tamen vt hæc quæſtio faciliùs expediatur, oportet ante omnia cognoſcere, quæ cauſæ ſint breuiores, & minimæ. Breuiores ſecundùm aliquos ſunt, quæ non excedunt duos aureos. Sigiſmund. Scaccia de iudic. cauſar. ciuil. lib 1. cap 53 ſub. num. 15. Secundùm verò alios breues ſunt, quæ attingunt ſummam decem aureorum. Tertia opinio dicit illas eſſe cauſas minimas cùm agitur de rebus quæ non habent ad ſumptus iudiciales. Vnde quando cauſæ ſunt huius qualitatis, vt plus impendatur in ſcripturis, itineribus, & in reliquis quàm cauſa principalis æſtimatur, cenſentur minimæ, vt notat Matthes. in tract. de commiſſ. part 1. commiſſ. 2 auocat. cauſa, cap.1. num.9. fol.68. & 69.

Reſolutio tamen ſit. Arbitrio iudicis in dubio relinquendum quæ ſit cauſa minima, ac magna, Bartol. in authent. niſi breuiores. num.1. C. de ſent. ex periculo recit. conſiderata qualitate cauſæ, ac perſonarum. Menoch. de arbitrar. iudic. caſu 72. num.10. Vnde aliquando ſequitur cauſam, quæ inter diuites eſt parua, inter pauperes eſſe magnam, puta, inter agricolam, & mercatorem diuitem ſuper boue, ac porcello ex cauſa magna ex parte agricolæ, cùm bos ſit aliquando maior pars fortunarum illius, & porcellus ſit oculus eiuſdem. Sic Bald. in d. authent. niſi breuiores, num.2. & 3. atque ita lis ſuper porcello dicitur magna inter ruſticos, & pauperes. Franch. in cap.11. de appell. num.2. verſus finem.

His igitur poſitis, dicendum eſt de iure ciuili non dari in cauſis breuioribus, ſeu minimis appellationem. Authent. niſi breuiores, C. de ſentent. ex pericul. recit. cap. 28. anteriorum 2. quæſt. 6. Rebuff. tractat. de ſentent. execut. art. 12. gloſſ.1. num.5. tom.1. fol.407. Ruginel. in tract. de appell. § 2. c.3. num.604. in verb. medicum, & communiter ſcribentes in cap 11. de appell.

De iure tamen canonico ſemper datur appellatio tam in minimis, quàm in magnis cap.11. de appellat. dummodo in minimis exprimatur cauſa rationabilis grauaminis. Franch. in cap. paſtoralis, ſub num.3. ibi, operatur ergo primo. de appell. Ratio, quia appellatio non fundatur ſolùm in grauamine, ſed etiam ſuper iniuſtitia, & ſuper iniquitate ſententiæ. Cum ergo in minimis etiam iniuſtitia reperiri poſſit, ſicut in maioribus, ideo in minimis cadit appellatio, Scaccia de appellat. quæſt. 17. limit.40. num. 17. ad finem. li ite. non tamen aliquando expedit appellare pro paruo incommodo, perturbarique, ac charitatem pro minimis lædere inter forenſem ſtrepitum. Secus de iure ciuili, vt dictum eſt. Quod procedit etiam quando cum minimis, in quibus non datur appellatio, eſt mixta aliqua res magna, adhuc enim denegatur appellatio, dummodo vtraque ſumma ſit ſeparatim petita. & conſequenter poteſt dari executio, quoad partem inappellabilem, ſicut accidere poteſt in ſententia; in qua quis condemnatur ad poſſeſſionem, & ad fructus, datur appellatio, quoad fructus, & negatur, quoad poſſeſſionem: & quoad fructus, ſeu intereſſe, appellatio ſuſpendit executionem. Ripa in cap. ſæpe, col. vlt. verſ. tertia fuit, ſub num.102. de reſtit. ſpoliat. Roland. conſ. 7. viſo, & bene, num.13 lib.2. Couar. practicar. quæſtio. cap.23. num.28. in fin. verſ. idem erit. Menoch. de adipiſcend poſſeſſ. remed.4. quæſt.100. declaratio.7 num 869. & 870. & Marant. in ſu ſpeculo, part.6. act.2. principal. in verb. & quandoque appellatur, num.309. verſ. quarto notabiliter, fol.505. & Afflict. deciſ 77. fuit ſatis, ſub num.8. & 9.

Datur ergo in cauſis minimis, & breuioribus appellatio de iure canonico, vt etiam tradit Rebuff. ad leges Galliæ, in tract. de ſentent. execut. art.4. gloſſ. 1. num. 5. ex eo quòd tam in magnis, quàm in minimis cauſis poteſt violari iuſtitia, & iudicis iniquitas interuenire in ſententiis latis. Vnde non attenditur magna, vel parua quantitas principaliter ad concedendam, vel negandam appellationem, ſed primariò attenditur iniuſtitia, ſeu malitia iudicantis, ideo vt occurratur iniuſtitiæ cauſæ, & iniquitati iudicis conceditur appellatio, quod notat Gerard. ſingul.19. num.3.

Quia tamen ob appellationem lites protrahuntur in infinitum, vt occurratur iſto malo, in cauſis minimis proceditur aliquando remota appellatione in aliquibus regnis, vt in Luſitania lib.1. ordinatio. tit.65. num.6. iudices exteri, ſeu forenſes in terris domini Regis, & iudex Vliſiponenſis in cauſis ciuilibus ciuiliter intentatis habent iuriſdictionem, vulgo Alſada, vſque ad ſummam quatuor millium numorum regalium in bonis immobilibus, & in bonis mobilibus vſque ad metam quinque millium eiuſdem monetæ; & in pœnis ab eiſdem impoſitis habent iuriſdictionem ad condemnandum in duobus aureis cum dimidio: in quibus omnibus non datur appellatio, nec recipitur grauamen: Secus ſi excedant ſupra dictas ſummas, tunc enim locus eſt appellationi, aut grauamini.

Iudices verò ordinarij in eodem regno, in locis, & oppidis, quæ plures quàm ducentas domos continent, ſeu habitatores, habent iuriſdictionem ſine appellatione, vel grauamine in cauſis non excedentibus ſummam mille numorum regalium in rebus mobilibus. In locis autem ducentarum domorum, & incolarum duntaxat, & eo minùs, iudices ordinarij cauſas expedient, quæ non excedant ſexcentos numos aureos etiam in rebus mobilibus. In rebus autem immobilibus, ſeu ſtabilibus, iudices tam minorum, quàm maiorum oppidorum habent poteſtatem iudicandi vſque ad quantitatem vnius aurei Luſitani. Quod ſi excedant cauſæ ſuper quibus controuertitur

citur iuriſdictionem vnicuique præſcriptam, concedetur appellatio. Ita lex noſtra *d. lib.1. tit. 65. num* 7. vbi præfinitur iudicibus modus procedendi in huiuſmodi litibus, cuius meminit Marant. *de ordin. iudiciar. part. 4. pag.164. num.* 188 & Rebuff. *ad leg. 60. ff. de verbor. ſignificat. pagin.*310.

Præterea quando cauſa eſt ſuper iniuria verbali petita à viro plebeio contra plebeium, res agetur coram iudice, qui cauſam expediet in camera concilij cùm decurionibus, condemnabitque reum ſecundùm ſuam iuriſdictionem vſque ad ſummam ſex millium regalium numorum, ſi autem detur maior condemnatio, annullabitur, & & dabitur appellatio, cui ſi non deferatur à iudice, per viam grauaminis præſes curialis cauſarum criminalium in eo caſu prouidebit, vt refert Barboſ. fuiſſe iudicatum *in remiſſionib. ad leg. Reg. d. lib.1.tit.65. §.25.* quem vide.

Inſuper pro vnaquaque iuriſdictione, quæ competit ſingulis quibuſque magiſtratibus ad iudicandum, & executioni iudicata mandandum ſine appellatione, ſeu grauamine, conſule ordinationem Luſitanam *lib.1. tit.* 8. §.2. vbi de præſide curiali Vliſiponenſi in ciuilibus, & *tit.39. in princip. eiuſdem libri*, vbi de præſide curiali domus Portugalenſis, & *titul.58. lib.1.* §.56. vbi de præſidibus prouinciarum, & *tit.* 62. vbi de prouiſore prouinciali; quibus in locis quiſque illorum habet ſummam certam, de qua ſine appellatione, & grauamine poteſt iudicare.

Ex dictis in hoc regno regulariter non eſt cauſa appellabilis ad ſenatum niſi ſumma de qua litigatur, excedat quantitatem quatuor millium regalium, neque ex ſenatu Portugalenſi ad ſenatum Vliſiponenſem niſi ſuperet quantitatem octoginta millium regalium. Quod ſi contingat in vnico libello plures ſummas æquales, aut inæquales accumulari ab actore, & peti à reo diuerſis actionibus, nempe vna ex mutuo, altera ex venditione, huiuſmodi ſummæ ita accumulatæ excedunt iuriſdictionem iudicis coram quo litigatur, & quamuis vnaquæque actio ſubſit iuriſdictioni iudicis, neque excedat quantitatem ſibi conceſſam; vniuerſæ autem iudicis iuriſdictionem excedunt, licet ſingulæ ſint infra illam, ideo dabitur appellatio, vt in ſpecie tradit Alexand. *conſ.97. viſo themate, in 1. dub. lib.7.* quem refert, ac ſequitur Tiraquel. *de retract. tit.2. §.2. num.* 22. & Cabed. 1. *part. deciſ.21. num.*1. Secus ſi ſummæ illæ diuerſis in libellis petantur, ſeparatim, vt ipſe teſtatur *num. 4. & num.* 5. quoniam vnaquæque harum ſummarum ſeparata, & per libellum ſeparatum petita non cumulatur, & ſubeſt iuriſdictioni, hoc eſt Alſadæ illius.

Porrò in regno Caſtellæ, quando cauſæ in ciuilibus non excedunt decem millia marabitinorum, locus eſt appellationi ad decuriones ciuitatis, ſeu oppidi, text. *in l. 6.* & ibi Didac. Peres *gloſſ.1. 2.& 3. tit.16. lib.3. ordinamenti*, quam inuenies *in l.7.tit.18.lib.4.nou.recop.* de qua Azeued. *ibi.* Per caput autem 65. Curiarum, ſeu comitiorum 1592. publicarum anno 1604. appellatio prædicta prorogatur vſque ad viginti millia marabitinorum.

***

*Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.*

## §. X.

### *Vtrùm à ſententia interlocutoria detur appellatio.*

EPITOME.

169 *Interlocutoria ſententia deſcriptio, & quomodo cognoſcatur.*

170 *Interlocutoria quando habeat vim definitiuæ.*

171.& 172 *Ab interlocutoria mera non datur appellatio de iure ciuili Secus de iure canonico.*

173.& 174 *Interlocutoria a Concil. Trident. ſublata eſt. Illo tamen non obſtante multis in cauſis admittitur appellatio, & quæ illæ ſint.*

175 *Ab interlocutoria Vicarij Epiſcopi quando poteſt appellari ad Epiſcopum.*

176 *Epiſcopus poteſt auocare ad ſe cauſam à ſuo Vicario, & cognoſcere de nullitate ſententiæ illius.*

177 *Epiſcopus poteſt reſtituere in integrum aduerſus ſententiam Vicarij.*

178 *Iuriſdictio Epiſcopi eſt maior iuriſdictione Vicarij, & poteſt ſupplicari Epiſcopo a ſententia Vicarij.*

179 *A ſententia interlocutoria de tortura, aut captura datur appellatio, non tamen poſt capturam carceratus relaxatur ſine mandato iudicis.*

180 *Iudex appellationis auocat cauſam quando primus iudex grauauit appellantem.*

181 *Summa decretorum interlocutorum circa caſus in quibus conceditur ab interlocutoria appellatio, & quando ſit interponenda.*

QVAMVIS interlocutoria ſententia ſtrictè loquendo non ſit ſententia, quia appellatione ſententiæ in dubio intelligitur definitiua, & non interlocutoria, & ſic in potiori ſignificatu ſumitur, vt notant Cyn. *in l.7. ante ſententiam, C. quor. appellat. non recipit.* & Franch. *in cap. cum appellationibus, §. ſi vero, num.3. verſ. vltimo nota, de appellat. in 6.* Nihilominus ſic poteſt deſcribi. Interlocutoria ſententia, eſt pronunciatio quam facit iudex inter principium cauſæ, & definitiuam ſententiam de aliquo articulo, ſiue dubio emergenti, & incidenti, gloſſ. *in clement. 1. in verb. definitiua, reſtr. poſſeſſ. & fruct.* Speculat. *eod. tit. de ſententiæ prolatio. §.2. in princip.* Bald. *in l. arbitrio, ff. qui ſatiſdar. cogantur*, & Alexand. *in rubr. ff. de re iudic. col.* 2. vbi vult quòd omnis vox iudicis faciens ad cauſam, dicitur interlocutoria. Conſonat Marant. *in ſuo ſpeculo, part.6. in tit. de ſentent. num.25.* & Valaſc. Luſit. *deciſ.156. num.30. verſ. Item quia interlocutoria.* 169.

Alij meram interlocutoriam ſic definiunt. Mera interlocutoria eſt illa, quæ aliam ſententiam poſt ſe expectat Vnde ſi nullam ſententiam in futurum expectat, dicitur interlocutoria habens vim definitiuæ. Bald. *in l.1. ſub n.14. C. quando prouocar. non eſt neceſſ.* Marant. *vbi proximè, num.42.* Roland. *conſ.43. n.2. vol.1.* Sigiſmund. *de appell. q.17. limit.47. membr.1. n.207.* Dicitur autem ſententia interlocutoria habere vim definitiuæ, ſi definiat aliquem principalem articulum, & ſubſtantialem cauſæ principalis. Imò omnis ſententia per quam finitur officiũ iudicis, vocatur interlocutoria habens vim definitiuæ. Bald. *in d.l.1. C. quãdo prouoc.* 170

PPPp *non*

*non eſt neceſſ.* Alexand. *in rubr. de re indic. in fine,* per gloſſ. 1. *in clement. final. de appellat. & in clement. 1. de cauſa poſſeſſ. & proprietat.* Idem Alexand. *in l. quod iuſſit, de re indic.* Franch. *in cap. cum ceſſante, col. 2. de appell.* & Franciſ. Marches. *deciſ. 202. volum. 1. & deciſ. 664. vol. 2.* Quare ſignum notiſſimum, quod ſententia ſit mere interlocutoria, illud eſt, quando ab ea non datur appellatio. Ita Contard. *in l. vnica, in 2. ratione decidendi, num. 1 C. de moment. poſſeſſ.*

171. His poſitis, concluſio ſit. A mera interlocutoria de iure ciuili non datur appellatio, non ſolùm in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus, *l. 1. ff. de appell. l. ante ſententia. C. quorum appellationes non recipiantur.* Franch. *in rubr. num. 17. verſ. ſecundo eſt præmittendum, de appell.* Menoch. *de arbitr. caſu 490. num. 1.* Amaior Rodet. *de modo, & forma videndi, ſeu examinandi proceſſum, cap. vlt. p. 1. num. 4.* Petr. Greg. *tract. de appell. cap. 3 num. 7.* Surd. *conſ. 288. num. 22.* Alex. Trentazinq. *var. reſolut. lib. 2. tit. de appell. reſolut. 13. à num 1.* Gonzal. *de menſib. gloſſ. 9. in annotation contra nullitates, num. 175* & Sigiſmund. *de appell. quæſt. 17. limit. 47. membr. 1. à num. 1.* vbi omnes concludunt ab interlocutoria ante definitiuam regulariter nõ eſſe locum appellationi. Ratio potiſſima eſt, vt cauſæ breuiter expediantur, & ne lites fiant immortales. Item quia grauamina poſſunt per ſententiam definitiuam regulariter reparari, proinde ante definitiuam non datur appellatio ab interlocutoria de iure ciuili. Bartol. & Paul. de Caſtro *in d. l. 7. ante ſententia, C. quor. appellationes non recipiant.* Idem Bartol. *in l. 2. num. 2. ff. de appellat. recip. vel non.* Baldus *in l. 9. arbitrio, num. 4. verſ. tu ergo ſcias, ff. qui ſatiſdar. cog.* & eſt communis.

De iure Caſtellæ idem habetur *in l. 1c. titul. 7. lib. 2. recop.* vbi in cauſis criminalibus prohibetur appellatio à decreto interlocutorio, & *in l. 5. tit. 5. lib 7. recop.* ex Bart. *in l. 2. ff. de appell* Idem dicendum eſt de iure Luſitano *lib. 3. tit. 69. in princ.* ibi: *Das ſentenças interlocutorias naon podera alguem das partes appellar, ſaluo ſe ofeito ſobre que for dada a ſentença, for de tal natureza, que pella tal interlocutoria ſeia ofeito acabado, &c.*

Nihilominus ex traditis ab ſcribentibus tam de iure ciuili, quàm de iure Caſtellano, ac Luſitano, dantur plures caſus, in quibus licitum eſt appellare. Atque in primis datur appellatio ab interlocutoria habente vim definitiuæ. Ita Bern. Grenæ, *ad pract. Cameræ imperialis, lib. 1. concl. 130. num. 1.* & Franc. Marques, *deciſ. 314. num. 1. vol. 2.* Decian. *reſponſ. 62. n. 24. vol. 5.* & alij, quos referens ſequitur Barboſ. pater, *in remiſſ. ad leg. Reg. lib. 3. ord. tit. 69, in princip. num. 2.* & Barboſ. filius *in collectanea, in lib. 2. decretal. tit. de appellat. cap. cum ceſſante, 60. num. 5.* vbi enumerat caſus, in quibus ab interlocutoria datur appellatio, præſertim ab interlocutoria habente vim definitiuæ, quia non expectatur poſt illam alia ſententia, & finitur cauſa; & ideo interlocutoria habens vim definitiuæ, regulatur tanquam definitiua, Ioan. Monach. *in cap. cupientes, §. ſi verò per viginti, de electione, lib. 6.* Math. Matheſilan. *in ſingul. 39.* Lancellot. *de attent. p. 2. cap. 12. limit. num. 52. & 53. fol. 359.* Veſtrius *in praxi, lib. 7. cap. 3. num. 4.* Ruginel. *tract. de appell §. 2. cap. 3 n. 487. in verb. interlocutoria,* Ægid. Bellamer. *deciſ. 417. incipit, clementina,* Aſinius *in praxi iudiciali, §. 31. c. 18. limit. 2 fol. 188.* Mandoſ. *in tract. de commiſſ. in commiſſ 17. in verb. ſeu vim definitiuæ habẽs, fol. 96.* niſi per particulare ſtatutum prohibeatur appellatio ab interlocutoria habente vim diffinitiuæ, vt dicitur eſſe in ciuitate Anconæ teſte Marco Ant. Amar. *in deciſ. Marchiæ 59. num. 12. in fin. & in deciſ. 65. num. 2.* vbi fit mentio illius ſtatuti.

Similiter quando interlocutoria continet grauamen irreparabile, tũc datur appellatio ab interlocutoria, Cyn. *in l. 7. ante ſententia, ibi, tu ergo dicas, fol. 475.* & Bart. *n. 2. in princ. C. quorum appellatio. non recipiant.* Bald. *in l. 2. n. 4. verſ. tertio quæro. C. de Epiſc. audient.* Marant. *in ſuo ſpeculo, p. 6. actu 2. princip. in verb. & quandoque appellatur, n. 308. limit. 3. & num. 366. verſ. vltimo pro complemento, fol. 511.* Quin adde dari appellationẽ etiam quando grauamen reparari poteſt, ſed non ex toto, vel magna cum difficultate, ſeu præiudicio partis. Surd. *deciſ. 39. num. 14. & 15.* Sigiſmund. *de appellat. quæſt. 17. limit. 47. num. 86* Gonzal. *gloſſ. 9. §. 1. in annotat. num. 177.*

Vnde ſequitur, quod quando grauamen ſententiæ latæ in iudicio poſſeſſorio non poſſit reparari in petitorio iudicio, poſſe appellari a ſententia lata in poſſeſſorio. Eſt communis etiam de iure ciuili, vt notat Couar. *in pract. quæſtionib. c. 23. ſub num. 8. verſ. ſic denique.* Sequitur Contard. *in l. vnica, limit. 1. n. 1. in fine, C. ſi de moment. poſſeſſ.* Quod verò detur appellatio ab hac interlocutoria, docet Bald. *in d. l. 2. ſub n. 12. verſ. vltimò quæritur. C. de Epiſcopal. audient.* & Marches. *de commiſſ. p. 2. in commiſſ. appellat. cap. 2. n. 45. fol. 38.* Ex ea ratione, quoniam in cauſa poſſeſſoria cùm ſit appellatio interdicta à ſententia diffinitiua, non poteſt reparari grauamen illatum per diffinitiuam; idcirco ab interlocutoria datur appellatio pro grauamine reparando. Marant. *d. p. 6. actu 2. principal. in verb. & quandoque appellatur, num. 368. limit. 3. fol. 505.* Gonzal. *in regul. 8. gloſſ. 9. §. 1. numer. 189.* vbi concludit ab interlocutoria continente grauamen incomparabile, vel afferente præiudicium in negotio principali, aut abſorbente ius partis, appellari poſſe.

Quid de iure canonico antiquo? Reſpondeo ſecundùm illud poſſe appellari ab interlocutoria mera, in ſcriptis tamen ſiue appelletur ex interuallo, ſiue incontinenti, ſiue iudice non ſedente pro tribunali, ſiue ſedente. Speculat. *tit. de appella. §. qualiter autem, num. 1. in fine, lib. 2.* Franch. *in cap. 59. vt debitus. quæſt. 7. num. 16. de appell.* & Luc. Pæt. *in practic. capitolin. lib. 5. cap. 6. num. 2. & 3.* & cum expreſſa cauſa grauaminis teſte eod. Speculat. *vbi ſupra, ſub num. 2. verſ. hæc eſt vna differentia, lib. 2. fol. 190.* & Abb. *in cap. cum Eccleſia, ſub num. 6. de appell.* & Geminian. *in cap. 1. de appell. in 6. num. 3.* Sigiſmund. *de appellat. quæſt. 4. num. 9. & 30.* in quibus extenditur, & reſtringitur. Sed de his diximus *ſupra, §. 4 a n. 142. cum ſeqq.* 172.

Quod verò de iure canonico antiquo appelletur ab interlocutoria mera, patet ex cap. *ſuper eo el 2. de appell.* cap. *quicunque, 11. quæſt. 1.* cap. *cum ſit Romana de appell* & ex cap. 1. *cordi. eod. tit. in 6.* Cyn. *in l. 7. ante ſententia,* & Paul. de Caſtr. *num. 1. C. quor. appellationes non recipiant.* Bartol. *in l. quod iuſſit. num. 13. tit. de re indic.* Accurſ. *in l. 2. in verb. cauſa, C. de Epiſcopal. audient.* Daniel Venator. *in analyſi iuris pontific. lib. 2. tit. 28. §. qua materia, & §. qua forma* Angel. *in conſ. 107.* Iacobellus *colum. 2. verſ. nec obſtat, & in conſil. 115. primo inquiramus, colum. 1.* Suarez de Paz *in praxi in proœmio ſextæ partis primi tomi, num. 25. ad fin.* Saccia *de appell. quæſt. 17. limit. 47. membr. 1.*

*membr.1.num 73.* & Camill. Borrell. cum multis, *de appell. tit. 33. num. 298.*

173. De iure verò nouiſſimo Concilij Trid. *ſeſſ. 24. cap. 20. de reformat.* ſublata eſt appellatio ab interlocutoria mera, his verbis, ibi, *Neque appellationes ab eiſdem interpoſitæ, per ſuperiores quoſcunque recipiantur, eorumve commiſſio, aut inhibitio fiat, niſi à definitiua, vel à definitiuæ vim habente, & cuius grauamen per appellationem à definitiua reparari nequeat.* Super quibus verbis interrogati Illuſtriſſimi Cardinales ſic reſpondent: *Fuit reſolutum ſub die 4. Auguſti 1588. quod quando fuit appellatum ab habente vim diffinitiuæ, cuius grauamen per appellationem à definitiua reparari nequeat, & grauamen fuerit iuſtificatum, quod tunc Conc. non diſponat, an cauſa principalis remittenda ſit ordinario, ſed id remanet in diſpoſitione iuris communis.* Sic Cuogteg. Ergo à mera interlocutoria Concilium Tridentinum excludit penitus appellationem etiam in criminalibus, vt ex ſeſſ. 13. *de reformat.* etiam conſtat *cap. 1. in fine.* Quæ decreta procedunt in interlocutoriis tam à iudice ordinario, quàm à delegato latis tam in prima quàm in ſecunda inſtantia, quia Concilium non corrigit ius commune, ſed declarat quando ſit ab interlocutoriis eſſe appellandum, nempe quando vel important grauamen irreparabile, vel habent vim diffinitiuæ.

Probatur idem ex regula 35. Cancellariæ promulgata à Summo Pontifice bonæ memoriæ Gregor. XIII. poſt Concil. Trid. in declarationem illius emanata, vbi diſponitur quod in cauſis in curia Romana agitatis, & in poſterum agitandis fluxu temporis non liceat ante diffinitiuam appellare. Ex quibus conſtat interdictam eſſe appellationem ab interlocutoria in ſecunda inſtantia, cùm in Romana curia cauſæ Eccleſiaſticæ non agitari debeant, niſi per appellationem à diffinitiua: Ergo eſt interdicta appellatio ab interlocutoriis in vtraque inſtantia, niſi inducant grauamen irreparabile, vel habeant vim diffinitiuæ. Soar. de Paz *vb ſuprà, num. 26. & 27.* & Auguſt. Barboſ. *ad remiſſiones Concilij, ſeſſ. 24. cap. 20. in textu,* ibi, *neque appellationes.*

174. Vltra caſus prædictos datur appellatio ab interlocutoria quando admittuntur iniuſtè articoli partis contrariæ, ſeu quando non recipiuntur articuli, & probationes, aut exceptiones rectè oppoſitæ ipſius appellantis. Franch. *in cap. interpoſitas, ſub num 4. verſ. ſeptimò, de appellat.* Maſcard. *de probat. concluſ. 131. ſub num. 5.* Lancellot. *de atten. part 2. cap. 12. limit 1. numer. 42 & 45. in nouiſſima editione fol. 249* Surdus *in deciſ. Mantuana 36 num. 17. & num. 267.* & alij, quibus accedit Gonzal. *de menſib. gloſſ. 9. in annotat. contra nullitates, num. 190. fol. 228. col.* vbi volunt in hoc caſu dari appellationem.

Similiter datur appellatio ab interlocutoria, quando conceditur dilatio tam breuis ad probandum, vt præ breuitate, non ſit poteſtas probandi, nec facultas. Trentazioq. *variar. reſolut. lib. 2, de appellat. reſolut. 13. num. 12.* vbi *num. 14.* agit quando quis grauatur in non admiſſione teſtium, ſcripturarum, ſeu aliarum probationum; & *numer. 10.* quando tractatur poſt citationem de legitimitate perſonæ: puta, quando quis pronunciatur tutor, curator, vel procurator, vel quòd quis habeat, vel non habeat legitimam perſonam ſtandi in iudicio. In quibus omnibus caſibus grauatus poteſt appellare, quia per appellationem à diffinitiua non poteſt hoc grauamen reparari, text. *in l. ita demum, C. de procurat.* Bald. *in margarita, in verb. appellatio, quæſt 8.* Camill. Borrell. alios referens ſequitur *d. tit. 33. de appell. n. 311. & ſequent.*

Eodem modo appellari poteſt quando iudex pronunciat aliquem non eſſe minoris ætatis, ita Bellacomb. *tom. 2. commun. opinion. pag. 322.* Gama *deciſ. 259. num. 2.* Valaſc. *conſult. 47. numer. 4.* vbi addit hanc opinionem non habere locum in Luſitania, quia grauamen quod oritur ex tali ſententia poteſt reparari in ſententia cauſæ principalis, ſequitur Barboſ. Vimaranenſ. *in remiſſionib. ad ordinat. Reg. libri 3. tit. 69. in princ. num. 4.* & eius filius Auguſtin. Barboſ. *in lib. 2. decretal. titul. de appellat. cap. 60. cum ceſſante, numer. 6. fol. 665. col. 2.*

Item datur appellatio quando iudex iniuſtè pronunciat, ad vlteriora eſſe procedendum. Bartol. *in l. 2. ante ſententiam, verſ. quintò quæro, numer. 17 ff. de appell. & in l. 4. eius qui, num. 1. & ſeq.* & ibi Caſtrenſ *ff. eodem titulo, de appell. recipiend.* vbi docent appellationem habere locum, ſi exceptio interpoſita eſt iuridica, & legitima. Ratio, quia ſequitur grauamen irreparabile, ſi exceptio reiiciatur: proinde appellari debet à iudice, qui eſt cauſa, vt litigetur, & grauamen non poteſt corrigi in diffinitiua, quando interlocutoria talis eſt, quæ cogat ad factum, nempe ad procedendum indebitè, vel ad aliud faciendum. Rebuff. *tract. de ſentent. execut. art. 10. gloſſ. 1. num. 3. verſ. ſecundum, tom. 1. fol. 403.*

Item datur appellatio in expreſſa abſolutione expenſarum, à qua poteſt victor appellare: Gama *deciſ. 65. num. 1.* Cabed. *1. part. areſt. 68.* Barboſ. *præceptor in l. eum qui temere, num. 180. ff. de iudic.* & Barboſ. Vimaranenſ. *d. lib. 3. tit. 69. in principio, num. 10.* & ex antiquioribus idem volunt Hugo *in l. final.* & ibi Paul. *in fine,* & Salycetus *num. 1. C. quando prouocare non eſt neceſſe,* & ibi Bartolus *num. 3. in fine,* qui ſignificat hoc eſſe commune; ſequitur Imol. & Felin. *in cap. ſignificauerunt, de exceptionib.* & Nicell. *in concordant. gloſſar. num. 71.* & Guid. Papæ *de appellat. num. 42.* quod procedit etiam quando reus non appellauit à tota ſententia, quia ſi appellauit, præferenda eſt victi appellatio, & defert cauſam ad ſuum iudicem, quamuis actor præueniat, vt notat Flores *in additionib. ad Gam. deciſ. 65. num. 1.*

Similiter locus eſt appellationi, quando iudex non admittit appellationem, declaratque appellationem eſſe friuolam, in quo euentu niſi reiectus à reiectione appellet, non poterit appellare à diffinitiua. Ita Cardin. Alexand. *in cap. 59. vt debitus. de appell.* Nam ex eo quod quis appellet manifeſtè friuolè ante ſententiam diffinitiuam, priuatur iure appellandi poſt ſententiam, à qua de iure aliàs poterat appellare. Rota *deciſ. 58. alias 412. incipit. ſi appelletur manifeſtè. numer. 4. de appellat. in nouis.* Niſi conſuetudo ſit in contrarium, eo quòd friuolè appellans, ſolet in expenſis in pœnam condemnari. Paul. de Caſtro *in l. 5. ab executione, numer. 6.* ibi, *& ſic nota, Cod. quorum appellationes non recipiantur.* Quod de iure canonico ſeruari docet Franch. *in cap. 59. vt debitus, de appellat.* vbi ait temere, ſeu calumnioſè appellantem puniri in condemnatione expenſarum. Sequitur Scaccia *de appellat. quæſt. 2. num. 52. verſ. ſed quidquid de iure.* Quamuis etiam

per l. 6. quiſquis, C. quor. appellat. non recip. ſit impoſita pecuniaria pœna appellanti friuolè vltra condemnationem expenſarum, quod etiam firmat Rebuff. tract. de appellat. art. 9. gloſſ. vna, numer. 10. & 11. tom. 3. fol. 507. & Rolandus conſ. 26. circa principalem, numer. 24. lib. 2. & eadem pœna ſit iudici impoſita, qui appellationem reciperet, & procederet in cauſa appellationis d. l. quiſquis, & Rebuff. vbi proximè, quos ſequitur Conrard. in l. vnica, in vltima ratione decidendi, num. 24. C. ſi de moment. poſſeſſ. non tamen iſta pœna contra iudicem eſt in vſu, vt notat Marches. tract. de commiſſ. part. 2. in commiſſ. appellat. cap. 2. ſub num. 56.

Quin addit Angel. Aret. tract. de malefic. in verb. preſente dicto ca 10. num. 19. Cardin. Alexand. in cap. 31. de priore, ſub num. 3. de appell. Rolandus conſ. 73. ſi vidiſſem. ſub num. 26. lib. 3. iudicem non ſolùm non teneri deferre appellationi friuolæ, ſed peccare ſi deferat. Ratio, quia delatio eſt iniuſta, ſequitur Iulius Clarus lib 5. recept. §. fin. quæſt. 94. in fine, principij. Ligatur tamen iudex per admiſſionem iniuſtam, & abdicat à ſe iuriſdictionem. Angel. in l. 21. quoniam iudices, ſub num 4. C. de appellat. & expreſsè Franch. in cap. 5. cum appellationibus, §. ſi vero, notab. 2. num. 1. & in fin. ſub numer. 11. de appellat. in 6. Lancellot. de attent. part. 2. cap. 12. limit. 6. princip. num. 20. fol. 394. Nec refert dicere appellationem interpoſitam ſine expreſſione cauſæ rationabilis, vel ſine ſcriptis, aut ſine petitione apoſtolorum eſſe nullam, quia eo ipſo quod iudex à quo defert appellationi friuolæ, aut nulli, appellatio ligat manus iudicis, ſortiturque ſuum effectum, abdicatúrque à iudice à quo iuriſdictio, & deuoluitur ad iudicem ad quem cauſa. Franch. dict. cap. 5. cum appellationibus, & in cap. 59. vt debitus, num. 28. verſ. vltimo pone. de appellat. & in cap. 1. ſub num. 10. de appellat. in 6. Rota deciſ. 54. alias 385. ſi appelletur ab electione de appellat. in nouis. Quod procedit itavt poſt admiſſam à iudice ad quem appellationem iudex à quo nequeat de conſenſu etiam vtriuſque partis pergere vlteriùs, nec cauſa ad illum redire poteſt. Quia per delationem appellationi iudicis à quo iuriſdictio ſuſpenditur. Sigiſmundus dict. quæſt. 17. limitat 4. in principio. numer. 27. & poſtquam iudex ad quem recepit appellationem, negotium deuolutum manet apud ipſum, qui procedere poteſt inuito appellante, Gemin. §. poſt hoc, numer. 14. verſ. ſed pone quòd iudex. de appellat. in 6. & ibi Franch. ſub numer. 7. limit. 2. Sigiſmundus dict. quæſt. 17. limit. 2. ſub num. 103. limit. 4. in princip. numer. 27. & limitat. 6. membr. 7. numero 88. & 89.

175. Ambigi poteſt, an detur appellatio à Vicario generali Epiſcopi ad Epiſcopum? Negat communis opinio, neque ab eodem ad ſe ipſum, ex cap. 3. Romana. de appellat. Gloſſ. in cap. 2. de conſuet. in 6. cùm ſit idem vtriuſque tribunal. Sigiſmundus de appellat. quæſt. 8. num. 53. & Marc. Anton. Cuch. inſtitut. maior. lib. 1. de conſuetudine tit. 19. numer. 97. & ſequentib. ſed ibi non eſt ſermo de ſententia ab interlocutoria, ſed à ſententia diffinitiua: quare dicendum eſt ab interlocutoria Vicarij generalis poſſe appellari ad eundem Vicarium generalem, vt tradit Scaccia de appellat. quæſt. 2. num. 16. & quæſt. 8. num. 73. quia Vicarius poteſt reuocare ſuam ſententiam: Ergo poteſt appellari ab interlocutoria Vicarij ad Epiſcopum, quia quamuis eſt idem iud. ſictè, poterit reuocare ſententiam illius. Ita Franch. in cap. 66 dilecti. quæſt. 12. numer. 51. de appellat. Quod verò appellari poſſit ad Epiſcopum, tradit Puteus deciſ. 3. die eodem, lib. 2. & Marches. tract. de commiſſ. part. 2. commiſſ. appellat. cap. 6. num. 19. fol. 1.7 & in 2. edition. part. 1. de commiſſ. appellat. extra Romanam curiam. cap. 6. num. 67. verſus finem, fol. 76.

176. Item poteſt Epiſcopus auocare ad ſe cauſam agitatam coram ſuo Vicario. Franch. in cap. vt noſtrum, num. 3. de appellat. Quin etiam Epiſcopus, & eius Vicarius quamuis ſint æquales, Epiſcopus poteſt reſtituere in integrum contra ſententiam, quam tulit Vicarius. Franch. in d. cap. dilecti, quæſt. 9. ſub numer. 44. de appellat. Marant. in ſuo ſpeculo, part. 6. actu 2. principal. in verb. & quandoque appellatur, num 382. Bertachin. tract. de Epiſcop. lib 4. part. 7. quæſt. 27. num. 37. tom 13. part. 2. fol. 358. & Odd. tract. de reſtitut. in integr. quæſt. 32. num. 156. verſ. & conclude, art. 22. Vicarius tamen nequit reſtituere contra ſententiam Epiſcopi, vt vult Abbas in cap. 5. tum ex literis, num. 3. in fine, de reſtitut. in integrum, & ſequi videtur Bertachin. d. num. 37. & Sigiſmund. q. 19. remed 2. num. 34.

177. Cùm ergo Vicarius, & Epiſcopus non reputentur duo ordinarij, ſed vnùs duntaxat ordinarius, vnus non poterit cognoſcere de nullitate ſententiæ, ab altero latæ, vt ait Franch. in cap. 63. dilecto, quæſt. 28. num. 72. de appellat. Sigiſmund, ſuprà, d. quæſt. 19. concluſ. 6. num. 82. & remed 2. num. 34. & multo ante, quæſt. 8. num. 77. ver. reſtringe tertiò, vbi num. 78. verſ. reſtringe quartò, ſubdit hoc non habere locum de iure ciuili ſecundùm quod à Vicario ſæculari poteſt appellari ad eius ordinarium, cùm Vicarius non habeat iuriſdictionem ordinariam, vt notat Nicell. de concord. gloſſar. concluſ. 6. num. 83 fallent. 41. & Decius in cap. 66. dilecti, num. 26. & 29. de appell. Neque ab hac differentia deuiat Rota diuerſ. deciſ. 2. fuit concluſum. in fine, num. 23. part. 2. inter ius ciuile & ius canonicum, quam probat Bald. in l. 19. à proconſulibus, ſub numer. 1. Cod. de appellat. dicens de iure ciuili à Vicario appellari ad ordinarium, non verò de iure canonico, quidquid aliqui contradicant apud Sigiſmundum d. num. 78.

178. Epiſcopi autem iuriſdictio maior eſt iuriſdictione ſui Vicarij, poteſtque non ſolùm auocare negotia coram Vicario agitata, ſed etiam inhibere Vicario, ne in hac, vel in illa cauſa ſe ingerat. Couar. in pract. qq. cap. 9. num. 1. verſ. prima hinc. Franc. in cap. 56. vt noſtrum. notab. 3. num. 3. qui etiam addit poſſe Vicarium ex toto reuocare de appell. quamuis conſtitutus ſit cum iuramento de non reuocando. Bertachin. de Epiſcop. lib 4. part. 7. quæſt. 12. num. 14. tom. 13. part. 2. fol. 357. Vnde conſiſtorium Epiſcopi, & Vicarij non videtur idem ob maiorem iuriſdictionem, qua fungitur Epiſcopus in multis, vt vult Geminian. in cap. 3. Romana, num. 7. verſ. gloſſ. ſuper, & Franc. num. 2. & ſequent. de appellat. in 6. Sigiſmundus de iudic. ciuil. cauſar. & criminal. lib. 1. cap. 66. numer. 5. verſ. difficultas. Quare licet non poſſit appellari à diffinitiua Vicarij ad Epiſcopum, poteſt tamen ſupplicari ſecundùm Innocent. relatum ab Archidiacon. in cap. 28. anteriorum, numer. 2. quæſt. 6. fol. 135 cui adhærer. Quod intellige de ſupplicatione latè ſumpta, quatenus importat

importat reſtitutionem in integrum, non verò prout importat ſupplicationem aduerſùs rem iudicatam: hæc enim ſupplicatio non poteſt concedi niſi à principe: ita Geminian. *in dict. cap. 3. Romana, num 6. verſ. quæro an Epiſcopus de appell. in 6.* Franch ibi, *ſub n. 5. verſ. quid autem, ibi, ſed an poſſit ſupplicari, quia prohibita appellatione ex natura rei iudicatur prohibitu etiam ſupplicatio.* Ideo nomine ſupplicationis hoc loco intelligitur reſtitutio in integrum, quæ poteſt concedi non ſolùm ab Epiſcopo, ſed etiam à Vicario contra propriam ſententiam, vt notant Geminian *n. 6. verſ. quæro an Epiſcopus, in d. cap. Romana,* Odd. vbi *ſuprà, q 31. d. n. 156. verſ. & conclude, art. 22.* & Marant. *d. p. 6. actu 2. principal. in verb. & quandoque appellatur. num. 382.*

179. Quid de interlocutoria à tortura, aut captura? Reſponde à decreto interlocutorio de torquendo reum dari appellationem propter præiudicium irreparabile. Bartol. *in l. 2. ff. de appel. recip. argumento legis ſiquis prouocatione, C. de appellat* Hippolyt. de Marſil. *in pract. criminal. §. expedita, num. 70.* Franciſc. Marches *in deciſ. Delphinat. 907. num. 4. vol 1.* quos referens ſequitur Camill. Borrel. *in ſumma deciſion. tom. 2. tit. 33. num. 325.* vbi addit non ſolùm à decreto de torquendo, ſed à comminatione de torquendo eſſe locum appellationi, & interim iudicem nihil poſſe innouare: proinde appellari poteſt de futura tortura ante grauamen illatum. Franch. *cap. 59. vt debitus, quæſt. 2. ſub num. 9. limit. 1. de appell.*

Vnde ſi miniſtri præparent torturam poteſt appellari, diciturque interpoſita appellatio ob grauamen præſens, quoniam ipſa præparamenta ad torturam, & ligamina cenſentur tortura in primo ſaltem gradu, & per appellationem reparari poteſt hoc grauamen. Marſil. *vbi proximè*, dicens poſſe appellari antequam torqueatur, non tamen ante ſententiam, ſeu præparamentum, aut ante comminationem per iudicem. Franch. *in d. c. vt debitus, & in cap. 60. ſub n. 5. verſ. in gloſſa prima de appellat.* Scaccia *lib. 1. de iudic. cauſar. ciuil. cap. 97. num. 82.* Eo quòd tortura affert damnum irreparabile, vt per Ordinat. Reg Luſit. *lib. 3. tit. 69. §. 1. & praxis Epiſcopalis, p. 1. verb. appellat. §. 9.* vbi notat à comminata tortura non eſſe locum appellationi, quando omnia ritè, ac iuridicè proceſſerunt, videlicet cum datæ fuerunt atteſtationes, & repulſa conceſſa cùm eſſent petita, & reus fuit auditus plenè, & ad ſatietatem, quia tunc interponitur appellatio ad differendum criminis ſupplicium debitum. Nec quando eſt applicatus torturæ poſtquam præceſſit comminatio torturæ inferendæ, & non appellauit. Camill. *ſuprà, n. 329.* Similiter quando appellatio eſt friuola, ſeu calumnioſa, Scaccia *d. lib. 1. cap 97. num. 84.* Item pendente termino ad appellandum poteſt iudex eo pendente ante interpoſitam appellationem procedere ad executionem decreti de torquendo. Scaccia *d. c. 97. n. 57. & 58.*

Quoad decretum capturæ ab eo poteſt appellari, Bald. *in l. 2. ſi clericus, q. 2. num. 7. & ſeq. C. de Epiſcopal. audient.* Ruginell. *de appell. §. 2. cap. 3. num. 172.* & recipi debet appellatio, quia grauamen non reparatur à diffinitiua, magiſque grauatur quis per retentionem in carcere, & fortiùs fatigatur, quàm arare in agro, vel laborare in duro aliquo opere, neque eſt dubium carcerem etiam gratis oblatum eſſe ingratum domicilium, & malum hoſpitium: ideo ab hoc decreto capturæ conceditur appellatio. Franch. *in cap. 12.* *Fragoſi Regim. Chriſt. Reipubl.* *ſuper eodem el 2. notab. 2. n. 2. in fin. & n. 3. de appell.* Cardinal. *in Clem. frequens, q 6. de exceſſib. prælator.* Rebuff. *ſentent execut. art. 10. gloſſ. 1. n. 2. verſ. vnde ſiquis, tom. 1. fol. 402. ad finem.*

Dum autem fertur ad carcerem ſi appellet, debet tamen ferri, vt ex Innocent. *in cap. vt famæ, de ſentent. excommunicat.* & docet Guid. Papæ *in deciſ. Delphinat. 235.* & debet retineri in carcere ſecundùm praxim, vt cùm multis docet Camill. Borrell. *d. tit. 33. de appellat. num. 118. & ſeq.* vbi concludit fas eſſe carcerato appellare, quia per retentionem in vinculis continuò grauatur. Sequitur Gomez *de delict. cap. 10 num. 10.* & nouiſſimè Ioann. Baptiſt. Baiard. *in pract. criminal. quæſt. 46. num. 5.* Extenditur hæc poteſtas appellandi non ſolùm à decreto capturæ, ſed etiam à præcepto iudicis interloquentis aliquem tanquam ſuſpectum de fuga eſſe capiendum pro executione ſententiæ cuiuſdam, ſeu inſtrumenti debiti, Ruginell *tract. de appell. §. 2. cap. 3. num. 174.* & Angel. Aret. *in l. 2. num. 5. verſ. non ſecundum, ff. de appell. recip.*

Faciunt tradita à Phæbo Luſit *tom. 1. areſto 101.* & à Cald. Perei. *in l. ſi curatorem, verbo, per quod, num 31. Cod de reſtitut. in integrum,* dicentibus per capturam damnum irreparabile irrogari, quod intellige de indebita carceratione. Conſtat ex quadam declaratione ſacræ congregationis Concilij Tridentini, ſummo Pontifice approbante, vbi cùm interrogaretur, an quod decreto ſacri Concilij *ſeſſ. 23. de reformat* & alio *ſeſſ. 24. cap. 20.* dicitur de grauamine, quod per appellationem reparari non poteſt à ſententia diffinitiua, intelligi queat, & debeat de grauamine iniuſtæ retentionis in carcere? Sanctiſſimus, audita relatione ſacræ congregationis declarauit ab huiuſmodi grauamine dari appellationem, & proceſſum ab ordinario ad iudicem appellationis mittendum, reo interim in carceribus detento donec iudex *ad quem* re cognita aliter diſponat, ita in praxi noua Epiſcopali, *p. 2. cap. 4. num. 100.* & Proſper. de Auguſtin. *in additionib ad Quarantam, in ſumma, Bullarij. verb. Archiepiſcopi authoritas, num. 20. litera H.*

Sunt tamen nonnulli caſus, in quibus detenti in carcere non obſtante appellatione non ſunt relaxandi, niſi de mandato iudicis appellationis. Primus eſt, quando condemnatus de crimine, & in carcere retentus appellat à ſententia condemnatoria, & pendente appellatione petit relaxari è carcere In quo euentu non debet relaxari. Speculat. *tit de appell. §. nouiſſimè. in princip. verſ. tertius ſi condemnatus,* quod etiam tradit Vitallin. *in tract. de clauſul. clauſul. nihil nouari appellatione pendente, in princip. verſ. item fallit, quando condemnatus, tom. 18. fol. 386* Bartol. *in l. 1. ff. de cuſtod. reor.* Lancellot. *p. 2. cap. 12. limit. 33. num. 1. & 2.* Camill. Borrell. *d. tit. 33. de appell. n. 122. verſ. idcirco, appellatione non obſtante carcerati detinentur.* Ex ea ratione, quia dum diſcutitur an iuſtè reus fuerit coniectus in carcerem, detinetur à iudice *à quo*: ſed hæc ratio non cogit, quia loquimur, quando quis condemnatus eſt de crimine, & detentus in carcere appellat à condemnatione, & poſtulat pendente appellatione relaxari. Nam ſi non poteſt dare fideiuſſores, retineri debet in carcere, eo quod appellatio huius eſt naturæ, vt conſeruet ſtatum in quo appellans erat tempore appellationis, atque ita materia carceratorum pendet à qualitate cauſarum, de quibus inquiritur, an graues, aut leues

ſint, ſecundùm quod manent ſub arbitrio iudicum delinquentes, quando ſint carcerandi, aut non, Menoch. *de arbitrar. iudic. lib. 1. quæſt.* 88. *à num.* 1. *vſque ad* 10.

Quibus poſitis condemnatus de crimine non eſt relaxandus antequam res diſcutiatur, niſi datis fideiuſſoribus caſu id ferẽti: quod ſi id non ferat, debet detineri, non obſtante appellatione. Quod procedit, quando pœna corporalis impoſita eſt delicto, *l. eos. §. ſuper his, C. de appell.* Lancellot. *de attent. d. limit.* 33. *num.* 1. *&* 3. Scaccia *de appell. quæſt.* 17. *limit.* 47. *memb.* 1. *num.* 163. Nec appellans ab hoc decreto interlocutorio debet remitti ad iudicem *ad quem*, ſed debet retineri in carcere, donec diſcutiatur articulus appellationis, quo expedito, ſi iudex appellationis pronunciat malè fuiſſe iudicatum, & benè appellatum, poteſt præcipere, vt ſibi remittatur carceratus, & de ſuo mandato faciat illum ſeruari in carcere iudicis *à quo*. Quod ſi pronunciet malè fuiſſe appellatum, iudex *à quo* pergit vlteriùs. Guid. Papæ *in tract. de appellationib. quæſt.* 30. *ſub numero* 29. *tom.* 1. *fol.* 58.

Secundus caſus eſt, quando quis dum carceratur propter grauamen carcerationis appellat, non propterea relaxatur, donec per iudicem ſuperiorem *ad quem* relaxari præcipiatur quia in decreto interlocutorio à quo appellatur, non culpatur innouatio ante inhibitionem per ſuperiorem intimatam iudici *à quo*. Angel. Aret. *in l.* 2. *n.* 17. *ff. de appell recip.* Bald. *in l.* 2 *verb. ſed incidenter. ſub n.* 6. *C de Epiſcop. audien.* Guid. Papæ *vbi proximè*, & Lancell. *d. limit.* 33. *num.* 4. vbi pro hac parte allegat. Firmanum *in ſuo Repertorio, in verb. appellatione pendente, in princip. verſ.* 24. & iterum, *in verb. carceratus, num.* 52. *incipit, carceratus appellans*, vbi firmant appellantem à captura, & carceratione, pendente appellatione eſſe detinendum in carcere, nec relaxandum. Auguſtin. Barboſ. *in lib.* 2. *decretal. de appell. cap. cum ceſſante, num.* 17. *fol.* 666.

Tertius caſus eſt, quando pronunciatur captura, ſeu decretum illius, aut carceratio decernitur ex vigore rei iudicatæ, aut ſcripturæ executionem paratam continentis, non conceditur appellatio cùm ſit executio rei iudicatæ, ſeu pars ipſius rei iudicatæ à qua non datur locus appellationi. Scaccia *de appell. q.* 17. *limit.* 47. *memb.* 1. *n.* 160.

Obiter illud accipe in materia capturæ, quòd licet regulariter ſit appellandum infra decem dies, aliàs ſententia tranſit in rem iudicatam ipſo iure etiam non ſecuta aliqua iudicis declaratione ſuper re iudicata. Scaccia poſt alios *de appellat. quæſt.* 17. *limit.* 2. *num.* 69. *& lib.* 1. *de iud. cauſ. ciuil. cap* 97. *num.* 75. *verſ. quæ ampliatio* Carceratus tamen poterit appellare elapſo decendio dum grauamen, & carceratio durat. Bald. *in d. l.* 2. *verſ. ſecundò quæro, num.* 7. *Cod. de Epiſcop. audient.* Paul. de Caſtr. *conſ.* 334. *Viſa appellatione. numero* 4. *verſ. interdum. lib.* 1. Felin. *in cap.* 15. *quoad conſultationem, num.* 9. *verſ. nona concluſio. de ſentent. & re iudicat.* Veſtrius *in praxi lib.* 7. *cap* 3. *n.* 25. Matthes *tract. de commiſſ. p.* 1. *de commiſſ. appell. ſuper diuerſis, c.* 28. *n.* 71. & Lancellot. *de attent. p.* 2. *cap.* 12. *limit.* 50. *princip. num.* 131. *tom.* 5 *fol.* 380. Ratio, quia grauamen eſt continuum, ideo ſemper eſt intra decem dies, niſi fateatur ſe iuſtè fuiſſe miſſum in carcerem; tunc enim etiam non ceſſante grauamine non datur appellatio. Franch. *cap.* 12. *ſuper eod.* *el* 2. *num.* 4. *& cap. ex parte tua, num.* 9. *de appell.* & Ruginell. *tract. de appell §.* 2. *cap.* 3. *num.* 176. & Lancellot. *d. limit.* 50. *princip. n.* 134. *fol.* 38. etiamſi appellaret intra decendium. Ruginell. *numero* 177. Fallit tamen quando grauamen habet tractum ſucceſſiuum ab interlocutoria inductum, quia tunc datur appellatio ab illa, Pinell. *in l.* 2. *Cod. de reſcind. vendit. part.* 2. *cap.* 1. *numero* 27. Barboſ. *in l.* 1. *ff. de iudic. art.* 3. *num* 18 & Farinacius *in par. prima fragmenti crimin. litera A, num.* 236.

Non leuis eſt difficultas, quando grauamen interlocutoriæ iuſtificatur coram iudice appellationis, & iudex pronunciat benè fuiſſe appellatum, & malè iudicatum, aut quando pronunciat malè appellatum, & benè iudicatum, quis iudex debeat procedere in cauſa principali? vtrum iudex *à quo*? vel ipſe iudex appellationis *ad quem*? Reſponde quando iudex appellationis pronunciat malè fuiſſe appellatum, & bene iudicatum, cauſam debere remitti ad iudicem *à quo* Ratio, quia non aſpicitur, neque apparet grauamen illatum à iudice *à quo*, ideo reuerti debet, vt terminetur in prima inſtantia coram iudice *à quo* eadem cauſa, à quo indebitè per appellationem exiuit. Ita Bartol. *in l.* 40. *intra vtile. in princip. ff. de minor. viginti quinque annor. & in l.* 4. *eius qui, quæſtion.* 6. *num.* 10. *verſ. ſi vero pronunciaretur, ff. de appell. recip.* Guid. Papæ. *tract. de appell. concluſ* 9. *n.* 7. *fol.* 57. Franch. *in cap.* 35. *accepta num.* 1. *de appell* & Decius *in cap.* 59. *vt debitas, notab.* 7. *de appell. vbi n.* 18. *&* 19 id extendit etiam quando cauſa appellationis eſt delegata cum toto negotio principali, nam adhuc debet redire cauſa ad iudicem *à quo*, vnde exiuit; ſequitur Veſtrius *in praxi lib.* 3. *c.* 9. *n.* 11 *verſ. nunquam tamen.* 180.

Hoc tamen fallit de ſtylo Curiæ Romanæ in cauſis ad eam delatis de partibus, quia in illis quomodocumque iudex pronunciet ſiue benè appellatum, ſiue malè appellatum, non redeunt cauſæ regulariter ad iudicem *à quo*, neque extrahuntur amplius à Curia Romana. Veſtrius *in praxi, lib.* 3. *cap* 9. *ſub n.* 11. Rota *deciſ.* 1. *alias* 38. *in addit. de elect. in nouis, & deciſ.* 48. *aliàs* 389. *de reſcriptis in antiquis.* Franch. *in cap* 56. *vt noſtrum, num.* 12. *verſ. poſtremò quæritur de appell.* & Couar. *in pract. cap.* 9. *num.* 5. *verſ. primum ſanè*, vbi concludit cum multis cauſam ſemel delatam ad Curiam nunquam regredi, niſi à principe rurſus ad iudicem ordinarium remittatur, vel extrahatur per reſcriptum, & ex certa ſcientia Papæ, Couar. *vbi proximè*, & Puteus *deciſ.* 240. *in vna Bonon. ſenſ. num* 2. *&* 3. *in fine*, *& n* 4. *lib.* 2. Ratio potiſſima, quia poſtquam Papa manum appoſuit, nullo modo expedit, vt cauſa Curiam exeat. Rota *deciſ.* 3. *alias* 11. *de appellat. in nouis, incipit, fuit dubitatum, verſ. & ideo ſtylus Curiæ*, & Vantius *in tract. de nullitat. rubr. de nullit. ex defectu iuriſdictionis, num.* 70. *verſ. & hic ſtylus, fol.* 388. Item ideo hoc fit, ne poſſit cauſa extrahi à Curia, ne diuidatur continentia cauſæ, *leg. nulli, Cod. de iudic. & cap.* 1. *de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct.* & vt arceatur omnis ſuſpicionis cauſa, quia quamuis non poſſit haberi ſuſpectus iudex ab appellante, quando temerè appellauit; nihilominus poteſt iudex ad indignationem rapi contra appellantem ſine fundamento, eo quòd aliqualis iniuria videtur inferri iudici à quo appellatur. Franch. *in cap.* 6. *ad hæc, ſub numero* 3. *verſ. ſed Imola, de appellat.* Vnde propter talem indignatio

indignationem ambigi poteſt ne iudex vellet ſe vlciſci, & conſequenter vti ſuſpectus recuſari poteſt. Non tamen hoc ſufficit propter ſolam appellationem, niſi conſtet iudicem grauamen intuliſſe gloſſ. *in cap. 59. vt debitus, in verb. rationabiliter.* Abb. *ſub n. 32.* Cardinal. Alex. *num. 25. verſ. gloſſa in verb. rationabiliter. de appell.* & alij apud Scacciam *de appellat. quaſt. 6. num. 8. & quaſt. 17. memb. 3. à num. 4.*

Porrò quando iudex pronunciat bene fuiſſe appellatum, & malè iudicatum, retinetur cauſa coram ipſo iudice appellationis, nec remitti debet iudici *à quo*, vt habetur expreſſè *in d. cap. 59. vt debitus honor, ver. in finem,* & ibi gloſſ. *in verb. alioquin,* & ibi Abb. *num. 8.* Cardin. Alex. *n. 32.* Decius *n. 11. notab. 8.* Auguſt. Barboſ. *num. 9. de appell.* vbi addit ex ſtylo Curiæ Romanæ, quando iudex prolationis ab interlocutoria pronunciat malè fuiſſe appellatum, poſſe tamen cauſam retinere, ſi pars iuramento aſſerat ibi in partibus meritò timere ſibi non fieri iuſtitiam, ſi cauſa illuc redeat.

Sed propriè ipſe non loquitur in noſtro caſu, nempe quando iudex *ad quem* pronunciat bene fuiſſe appellatum, & malè iudicatum, quia in hoc caſu abſolutè dicitur negotium remitti non debere iudici *à quo.* Bartol. *in l. 4. eius qui, quæſtion. 6. num. 10. ff. de appell.* Staphil. *tractat. de ſignat. liter. iuſtit. clauſul. & cum negotio principali. num. 2. fol. 327. in forma parua,* & Gonzal. *de menſib. gloſſ. 6. num. 125.* vbi volunt appellationis iudicem retinere cauſam, quando primus iudex grauauit. Sequitur Camill. Borrell. *tom. 2. ſumma tit. 33. de appell. num. 308. & 309.* dicens introducta appellatione ex interlocutoria mera ſi iuſtificetur apud iudicem *ad quem*, coram eodem totum negotium principale eſſe agitandum vſque ad diffinitiuam, ſecundùm caput, *dilectis filij, extra. de appell.* & ſecundùm cap. *cordi, eod. tit. in 6.* pro quo allegat Conncum *in conſ. 87. luo, in fine, volum. 2.*

Ratio rationis videtur, quia Iudex *à quo* malè pronunciando grauauit appellantem, illique factus eſt ſuſpectus quem grauauit: ita Decius *in d. cap. vt debitus, num. 21. notab. 8. & ſub num. 70.* & Franch. ibi, *num. 46. verſ. ſecundò quaritur. de appell.* quibus accedit Contard. *in l. vnica, oppoſit. 3. num. 7. verſus finem, C. ſi de momen. poſſeſſ.* Ideo ſi conſtat iudicem appellanti grauamen intuliſſe, poteſt allegari non ſolum in eadem cauſa ſuſpectus, ſed etiam in aliis cauſis longè ſeparatis; probato namque grauamine recuſatio procedit, idem Franch. *in cap. 36. poſtremo. ſub num. 20. verſ. vigeſimoſeptimo. quando à iudice. de appell.* & ſecundum ea, quæ ipſe ſcripſit *in cap. 24. propoſuit. ſub num. 4. eod. tit.*

Hoc etiam habet locum in iudice ordinario appellationis, de quo loquitur dictum caput 59. *vt debitus*, vt ait Staphil. *d. clauſul. & cum negotio principali, num. 2. in fine, fol. 327. in forma parua;* & in iudice delegato, qui ſi pronunciet benè appellatum in cauſa delegata appellationis ab interlocutoria, in tota cauſa debet procedere, iuxta Innocent. *in dict. cap. vt debitus, num. 5. in verbo, alioquin. de appell.* Annuit Franch. *in eod. cap. vt debitus, num. 49. verſ. ſed dubitatur*, niſi fortè quando iudex *à quo* fuiſſet mutatus, vel remota fuiſſet ſuſpicio tempore, quo iudex appellationis pronunciaret, fuiſſet bene appellatum. Tunc enim iudex *ad quem* non poterit cauſam retinere, nec eam expedire, ſed remittet illam ad iudicem *à quo.* Quoniam ceſſante cauſa, aut ratione ſuſpicionis, ceſſat illius effectus, ita Decius, *in dict. cap. vt debitus, num. 21. & 22. notab. 8. de appell.*

Quin etiam iudex delegatus, cui cauſa appellationis eſt commiſſa, poteſt ſine noua commiſſione cognoſcere de negotio principali, ſi appellatio iuſtificata fuerit, Michael. Graſſ. *tom. 1. commun. opinion. lib. 2. titul. 12. num. 64. pag. 274.* Item appellatione pendente iudex poterit cognoſcere de articulo à quo non fuit appellatum, ſi benè tamen fuit appellatum ab aliquo, vel à cæteris, vt habetur *in d. cap. vt debitus honor*, per text. ibi, *ſuperior de appellatione cognoſcat*, Surd. *deciſ. 275. num. 8.* Sequitur Auguſt. Barboſ. *in eod. cap. de appell. num. 6. verſ. ſuperior.*

Summatim accipe caſus, in quibus conceditur appellatio ab interlocutoria, de quibus agit Afflict. *in cap. ſi inter dominum, num. 97. de inueſtit. inter dominum, & vaſallum. lib. 2.* Lancellot. *de attent. 2. p. cap. 12. limit. 2.* Valaſc. *conſul. 47. per totam, & conſult. 51. n. 51.* Decian. *reſponſ. 62. vol. 5.* Menoch. *remed. 4. adipiſcend. q. 99. n. 822.* Brederot. *in tract. de appell. p. 1. tit. 10. col. 435.* & Gonzal. *de menſib. gloſſ. 9. §. 2. in annotat. num. 191. cum ſequent.* Atque ita vltra caſus ſuprà numeratos poteſt appellare, quando iudex negat copiam actorum *l. 1. Cod. vt lite pendente.* Petr. Ducnn. *in regul. 52. fallent. 5.* apud quem, & apud Azeued. *l. 3. titul. 18. lib. 4. recopil.* alios plures caſus inuenies, in quibus habet locum appellatio ab interlocutoria. 181.

Item ſi appelletur à citatione continente breuiorem terminum, quàm ſit neceſſarius Puteus *deciſ. 150. num. 3. lib. 3.* Similiter datur appellatio à citatione ad locum non tutum, cap. *accedens, el 2. vt lite non conteſtata.* & cap. *ex parte el 1. in ordin. 47. de appell.* Eodem modo datur appellatio quando iudex ſe pronunciat competentem, aut incompetentem expreſſè, vel tacitè procedendo vlteriùs, cap. *ſignificantibus de offic. deleg.* Ruin. *conſ. 1. num. 4. lib. 4.* & aliis, quibus accedit Menoch. *de adipiſcend. remed. 4. num. 822. & 823.* Item poteſt appellari in ſententia lata, qua quis excluditur ab aliquo officio publico, vel infamis, Gama *deciſ. 139. num. 1.* quia infamis non poteſt eſſe iudex. Auilez *in cap. Prætor. cap. 3. gloſſ. Procuradores, num. 24. & num. 7.* & Segura *in ſuo directo. iudic. Eccleſiaſticor. cap. 1. & cap. 7.* quorum meminit Flores *in additionib. ad Gam. deciſ. 139.* Vide Doctores ſuprà citatos.

## EPITOME.

182 *Appellatione ab interlocutoria pendente iudex ſi procedat non attentat, niſi poſtquam eſt inhibitus.*

183 *Iudex à quo pendente appellatione ab interlocutoria poteſt examinare teſtes, qui debent abeſſe, & teſtes ad perpetuam rei memoriam abſque periculo attentatorum.*

184 *Pendente appellatione ab interlocutoria attentata renocantur etiam illa non iuſtificata, quando iudex ad quem inhibuiſſet.*

185 *Iudex ſi deferat appellationi ab interlocutoria cauſat attentata, quamuis appellatio non iuſtificetur.*

186 *Appellatio ab interlocutoria conſtituit attentata, quando habet vim diffinitiuam.*

 187 *In*

187 *Iudex à cuius interlocutoria eſt appellatum, ſi terminum ad proſequendum appellationem aſſignet appellanti, vel ad audiendum reſponſum, non poteſt vlterius pergere appellatione pendente.*

188 *Appellatione ab interlocutoria pendente non poteſt iudex procedere ad actum grauaminis irreparabilis.*

189 *Interlocutoria nulla poteſt iudex* à quo *iterum pronunciare, & reuocare grauamen non obſtante inhibitione.*

182. SVPPOSITA tanquam vera regula illa, quæ docet, appellatione pendente nihil poſſe innouari, & attentari, nec à iudice, nec à parte, ſed ante omnia eſſe reuocanda, vt habetur *in cap. non ſolùm de appellat. in 6. & in cap. cum M. in fine de conſtit. in cap. Eccleſia ſancta Maria, extra, vt lite pendente.* Oldrad. *in conſ. 206. incipit in cauſa, Cartonenſe, ſub num. 1.* Caſſador. *deciſ. 3. incipit, petens reſtitutionem, numer. 6. titul. de reſtitut. ſpoliator.* Afflict. *in deciſ. Neapol. 352. num. 2. & in deciſ. 354. numero 19.* Lancellot. *de attent. 2. part. cap. 12 ampliat. 1. numero 6. & ſequent.* & Camill. Borrell. *2. p. ſummæ, tit. 36. a num. 3.* cum multis quos ibi referens ſequitur.

Nihilominus appellatione ab interlocutoria pendente iudex ſi procedat, non videtur attentare quo vſque ſit inhibitus, per text. *in cap. non ſolùm de appell. in 6.* & eſt deciſio Guid. Papæ 436. *num. 9. verſ. ſecundò quæro.* Poſt quam verò ab interlocutoria fuit appellatum, & poſtquam fuit inhibitus, ſi procedat attentat: inhibitio enim facit illicitum, quod de ſe eſt licitum, & ideo omnia: poſt inhibitionem geſta in priſtinum ſtatum ſunt reducenda, per cap. *non ſolum. § illa vero, de appell. in 6.* & docet Decius *in cap. bonæ, n. 2. de confirmat. vtil. vel inutil.* & Socin. *in conſ. 45. viſa. n. 8 lib 1.* Probatur ex ſtylo Rotæ, vbi geſta per inhibitionem iudicantur attentata, etiamſi appellatio non fuerit iuſtificata teſte Lancellot. *vbi ſuprà, limit. 1. à n. 108.* ſed de hoc infra, *num. 184.*

Ante verò inhibitionem iudex *à quo* procedere poteſt pendente appellatione ab interlocutoria, ſiue appellatio ſit iudicialis, ſiue extraiudicialis, nec reuocabuntur attentata, niſi primò iuſtificetur veritas cauſæ appellationis, vt deducitur ex dicto cap. *non ſolùm, verſ. illa verò. quæ poſt appellationem. de appellat. in 6.* Franch ex textu *in cap. 49. ſignificantibus, n 8.* ibi, *vltimo tene menti, & num. 10. de appellat.* Sequitur Rebuff. *tract. de appellat. art. 6. gloſſ. 1. num. 14. tom. 3. fol. 525.* Similiter non dicetur attentare iudex *à quo* procedendo pendente termino ad appellandum, ideo geſta per illum poſt ſententiam interlocutoriam ſuſtinebuntur Lancellot. *de attent. p. 2. pendente tempore ad appellandum, cap. 15. limit. 3. num. 36.* poſt Franch. *in cap. ſuper eo el 1. num 7. de appell.* gloſſ. *in l. à procedente, C. de dilat. & in cap. final. in verb. appellatum. de appellat. in 6.* Speculat. *de appell § reſtat in fine,* quem ſequitur Auguſt. Beroius *conſ. 106. quatuor, num. 7. lib. 3.* Quin etiam iudex *à quo* pendente appellatione, ſeu termino poteſt reuocare ipſam interlocutoriam, & annullare proceſſum reuocando illum, ſi medio illo tempore factus eſſet à iudice appellationis. Lancellot *d cap 12. limit. 1. num 15. & num. 16.* quem ſequitur Sigiſmund. *de appell. quæſt. 19. remed. 1. concluſ. 6. num. 3. verſ. confirmatur.*

His adde iudicem *à quo* pendente appellatione ab interlocutoria poſſe recipere, & examinare teſtes abfuturos, vt vult Felin. *in capit. quoniam frequenter, numer. 19. & ſequentib. vt lite non conteſtata;* nec propterea dicitur attentare, nec examinando teſtes ad perpetuam rei memoriam, & valetudinarios. Marant. *in ſpeculo 3. part. ſexta partis principal. quæſt. 2. num 195.* & Petr Duenn. *in regul. 24. num. 25* Roland. *conſ. 23. incipit, ex teſtibus, num. 19. lib. 3.* plures allegant, & Lancellot. *dict. cap. 12. limit. 38. & limit. 43. num. 3.* Ratio, quia periculum eſt in mora, & probationes tempore peritura, etiam pendente appellatione fieri poſſunt, nec reuocari debent per viam attentatorum, quod regulariter eſt verum, vbi ibi Lancellot. eum aliis probat, quibus accedit Menoch *de recuperand poſſeſſ. remed. 17. n. 40 verſ. quæro vndecimo,* &, Mandoſ. *conſ. 94 num. 12. & ſeq. lib. 1.* & Camill. Borrell. *in ſumma. tom. 2. tit. 8. n. 18.* Quod intellige quando iudex *à quo* eſt iudex ordinarius, & teſtes valetudinarij, ſeu abfuturi, non poſſunt examinari apud iudicem *ad quem* Anton. de Butr. & Marian. Socin. quos refert, ac ſequitur Felin. *in d. cap. quoniam frequenter. ſub n. 19. vt lit. non conteſt.* ad quem ſe refert Hippolyt. de Marcil. *ſingul. 258. incip. plura conceduntur;* non poterit tamen iudex *à quo* examinare hos teſtes à ſuperiore iudice inhibitus, Mandoſ. *de inhibitionib. quæſt. 34 num. 3.* 183.

184 Cæterùm appellatio ab interlocutoria facit attentata, dum pendet, & geſta reuocantur etiam illa non iuſtificata, quando iudex *ad quem* inhibuit iudici *à quo.* text. *in d. cap. non ſolùm. § illa verò, de appell. in 6.* Ex illa regula vniuerſali, quòd facta inhibitione etiam poſt appellationem ab interlocutoria attentatur, quia vt dixi inhibitio reddit illicitum, & impedit fieri, quod erat ante licitum. Mandoſ. *de inhibitionib. q. 75. n. 8.* Probatur exemplo iudicis cuius conſcientia fuit onerata, is namque poteſt pendente appellatione licitè mandare executioni ſententiam ſuam, non tamen id poteſt ſi inhibeatur. Similiter iudex, à quo friuole eſt appellatum, poteſt procedere vlteriùs in cauſa, non tamen poteſt poſtquam eſt inhibitus; ergo proceſſus iudicis à cuius interlocutoria eſt appellatum, tenebit ante inhibitionem, factus verò poſt inhibitionem erit nullus, & reuocabitur per viam attentatorum. Lancellot. *ſuprà, cap. 10. de attentat. poſt inhib. ampliat. 1. à n. 1. vſque ad n. 10.* vbi *n. 12.* addit, & excipit ſententiam interlocutoriam nullam quam iudex pendente appellatione, eſto ſit inhibitus, vigore illius poteſt reuocare, & iterum pronunciare, ex Capic. *deciſ 1. n. 30. verſ. præterea facit,* ſicut etiam poterit iudex *à quo* poſt inhibitionem ſuam ſententiam interlocutoriam reuocare, vt docet Marant. *in ſpeculo ſuo in 3. part. ſextæ partis principalis, quæſt. 2. num. 196.* non obſtante inhibitione, quando inhibitio non eſt legitima. Lancellot. *d c. 12. limit. 1. n. 25. & 26.*

185. Quòd ſi iudex deferat appellationi ab interlocutoria etiamſi appellatio non iuſtificetur, cauſat attentata ſi procedat, quia per delationem abdicauit à ſe iuriſdictionem, & ſibi ipſi manus ligauit, & iuriſdictionem in ſuperiorem iudicem transfudit, vt habetur *in cap. cum appellationibus, de appellat. in 6.* Ioannes Andreas *in cap cum ceſſante de appell.* & ibi Franch. *num. 14. verſ quintò limita.* quod habet locum quamuis appellatio ſine cauſa ſit interpoſita. Bald. *in l. poſt ſententiam, col. 2. C. de ſentent. & interloc. omn. iud.* quem Alexand.

conſ. 2,

*conſ.2.col.final.vol.3.* & Iaſon *in l.1.in princ.col.3. ff.de noa.oper.nnnciat.* ſectantur. Nec non procedit etiam, quando appellatio non eſt legitima, ſed vel friuola, vel nulla, quia iuriſdictio per appellationem ſuſpenditur, & in omnibus eximit appellationem à poteſtate iudicis *a quo*: quin etiam adhærentes, vt inquit Rot. *in nouiſſim. in tit. de appellationibus, deciſ.5.* Lapp. *allegat.* & Pariſ. *in conſilio 28. n.26. vol.4.* & alij, quibus accedit Roland. *conſ.77. à n.2. vol.2.* & Lancellot. *de attent. cap.12. limit.1. num.75. & ſequens.*

186. Sed quid dicendum, quando appellatio eſt ab interlocutoria habente vim diffinitiuæ? Reſponde vt iam ſuprà diximus, appellatione ab interlocutoria pendente, nec habente naturam diffinitiuæ, geſta non eſſe attentata. Secus quando eſt ab interlocutoria habente vim diffinitiuæ, eo quia hæc regulatur ſecundùm naturam diffinitiuæ. Sigiſm. *de appellat. quæſt.4. num.56. & quæſt.17. limit.47. memb.1. num.171. & 172.* Lancellot. Corrad. *de Prætor. §.2. de offic. Prætor. in cauſis ciuilib. in cap. de appellat. num.21. verſ. Vigeſimo,* & Alexand. *conſilio 182. in principio, lib.6.* Vnde ſequitur non poſſe iudicem interlocutoriam, quæ habet vim diffinitiuæ reuocare. Franch. *in cap. cùm ceſſante, 60. n.9. verſ. Si verò quæritur de interlocutoria, de appellat.* facit Sigiſmund. *de appellat. quæſt.4. num.2. & 12.* Proinde appellans ab interlocutoria habente naturam diffinitiuæ, debet perſiſtere in forma, & modo quem cap. *cordi, de appellat. in 6.* præſcribit; quod etiam obſeruat Mil. *in verb. appellans ab interlocutoria vim diffinitiuæ habente, fol.13.* De differentiis autem à diffinitiua ab interlocutoria agit Camill. Borrell. *dſit.33. de appel. à num.811. vſque ad 817.*

187. De iudice autem à cuius interlocutoria eſt appellatum, ſi ipſe præſcribat appellanti terminum ad appellationem proſequendum, vel ad audiendum reſponſum, dicendum eſt illum non poſſe ad vlteriora procedere pendente appellatione ab interlocutoria, vt habetur *in cap. perſonas. de appellat.* & notat *ibi* gloſſ. *in verb. diem,* Bald. *in l. appellatione, C. de appellat.* Felin. *in cap. cum cauſam, num.5. verſ. Ad illas duas limitationes de re iudicata.* Fundamentum eſt, quia huius termini aſſignatio induit naturam dilationis: atqui dilatione pendente officium iudicis obſtupuit, & nihil poteſt innouare, teſte Franch. *in cap. ſignificante, numero 15. de appellat.* & eſt deciſio Rotæ 37. *aliàs 406. not. quod ſi iudex, num.2. de appellat. in antiquis.* Ergo termino appellanti aſſignato non poteſt procedere appellatione ab interlocutoria pendente; quod ſi procedat poſt dilationem proceſſus eſt ipſo iure nullus, prout vult Mil. *in verb. iuriſdictio ſicut, fol.194.* Idem docet Prob. *in additionibus ad Ioan. Monach. in rubr. vt lite pendente in 6.* & Pureus *deciſ.7. litigatur, in fine, lib.1.* Quod eſt verum, etiamſi geſta dilatione pendente ratificentur de conſenſu partium; adhuc enim ſunt nulla. Franch. *in d. cap. perſonas, num.16. de appel.* poſt Bald. *in l. ſiue pars, C. de dilat.* Quod intellige niſi iudex expreſsè dilationem reuocet. Gratian. *in conſ.77. duo principaliter, num.17. lib.2.* & Mil. *in verb. dilatio denec, fol.88.* Item niſi dilatio reuocetur partibus id petentibus, & conſentientibus; tunc enim gerenda poſt reuocationem dilationis valebunt: ſecus geſta ante reuocationem, quia hæc etiam de conſenſu partium nequeunt ratificari. Franch. *ſuprà in d. cap. perſonas, num.6.*

Poterit tamen iudex validè procedere, quando ſibi in ea decernenda reſeruauit poteſtatem procedendi, putà, quando contra petentem dilationem timetur non ſine fundamento aliqua ſuſpicio calumniæ. Franch. *vbi ſuprà, d. cap. ſignificante, num.21.* vbi *num.22.* poſt Imol. & Panormit. addit dilatione pendente procedi poſſe ad reuocationem illorum, quæ contra ius fuerunt innouata; proceſſus tamen ſuper alio, quàm ſuper iis, ſuper quibus conceſſa fuit dilatio, eſt validus etiam pendente dilatione, videlicet quando articuli declarantur, vel quando ſumus in his, quæ non ſunt præiudicialia; tunc enim dilatione pendente conquieſcit officium iudicis circa ea, quæ præiudicant illis, ſuper quibus dilatio pendet. Lancellot. *de attent. 2. p. cap.7. num.22.* Faciunt tradita ad ea, quæ in hoc numero continentur ab eodem Lancellot. *cap.13. num.26. & 27.* & Sigiſmund. *de appellat. quæſt.13. num.77. 78. & ſequentibus.*

Sed petes cur pendente appellatione ab inter- 188.
locutoria non poſſit iudex procedere ad actum grauaminis irreparabilis? Reſponde, quia in hoc caſu abſque alia inhibitione iudex ligatur, eo quod per diffinitiuam non poteſt reparari grauamen; verbi gratia, torturæ inflictæ, ſi executioni mandetur ſententia interlocutoria de torquendo, vt *in l.2. ff. de appellat. recip.* & vult gloſſ. *in clement.1. in verb. ipſo iure. de hæreticis.* ideò ligantur manus iudicis *a quo* etiam abſque inhibitione alia, Bald. *in l. generaliter, §. ſed iuramento, col.2. verſ. Sed quid ſi eſt talis interlocutoria, C. de reb. credit. & de iureiurand.* & Marant. *in ſpeculo, quæſtio.2. tertia partis principalis, num.201.* Quod extenditur ad grauamen reparabile, non tamen ſine magna difficultate; adhuc enim iudex nequit pergere vlteriùs, vt volunt Felin. *in cap. accepimus, num.5. de fid. inſtrumentor.* Bartolus ab eodem Felin. relatus *in l.1. §. quæſitum. de appellat. & in l.2. C. de appel. recip.* Sequitur Menoch. *de adipiſcend. poſſeſſ. remed.4. quæſt.100. n.866.* Sigiſmund. *q.17. memb.7. limit.6. num.29. & 40. & memb.8. numero 1. & 3.*

Vltimò denique, quando interlocutoria eſt nul- 189.
la, poteſt iudex *a quo* eam reuocare, & iterum pronunciare nonobſtante inhibitione. Nec obſtat Sigiſm. *de appel. quæſt.19. remed.1. concl.6. num.69.* dicens non poſſe reuocare, quando iudex *ad quem* inhibuit, quia ibi loquimur de interlocutoria legitima, & nos loquimur de interlocutoria nulla. Ita Lancellot. *de attent. p.2. cap.12. limit.1. n.111.* poſt Capic. *deciſ.1. num.30. verſ. Præterea facit, & capit.20. de attent. poſt inhibitionem, limit.23.* vbi poſt Capic. *vbi proximè,* & poſt Marant. *in d.3. p. ſexta partis principalis, quæſt.2. num.196.* concludit poſſe iudicem inhibitum in certis caſibus ſuam interlocutoriam reuocare, nempe quando interlocutoria eſſet aliàs nulla, & quando inhibitio non eſſet legitima.

---

## §. XI.

### *De appellatione deſerta.*

EPITOME.

190. & 191 *Deſertio appellationis extinguit ſecundùm aliquos litem. Sed ſecundùm alios minimè.*

192 *Deſertionis exceptio regulariter non obſtat agenti*

*agenti, ad reuocationem attentatorum.*

193 *Oppoſita deſertione appellationis, iudex an poſſit procedere, ac pronunciare in cauſa principali.*

194 *Appellatio efficitur deſerta ſi appelletur ſine ſcriptis.*

195 *Quinam iudex à quo, an ad quem debeat pronunciare ſuper deſertione appellationis, & an ſit hæc pronunciatio neceſſaria.*

196 *Quibus modis appellatio fiat deſerta, & an ſententia lata poſt deſertam appellationem ſit valida.*

197 *Deſerta cauſa expirat iuriſdictio iudicis ad quem, & an debeat redire ad iudicem à quo.*

198. & 199 *Ab interlocutoria, qua iudex pronunciat appellationem eſſe deſertam, vel non deſertam, an detur appellatio. Et qua ſententia ſit huiuſmodi interlocutoria ne, an diffinitiua.*

200 *Deſerta cauſa appellationis iudex ad quem an poſſit confirmare illam ſententiam.*

201 *Appellans deſerta appellatione, qua pœna ſit puniendus.*

202 *Appellatione deſerta an habeatur ac ſi nunquam fuiſſet appellatum.*

203 *Quæ requirantur, vt appellatio non fiat deſerta, & quæ excuſent appellantem a deſertione appellationis non commiſſa intra legitima tempora, puta, poſt terminum præfixum vnico die.*

204 *Impedimentum ortum ex negligentia propria non excuſat appellantem; ex negligentia autem appellati excuſat appellantem à deſertione.*

205 *Appellans impeditus quid debeat facere, vt euadat deſertionem.*

206 *Vtrùm deſerta cauſa appellationis, deſeratur etiam cauſa nullitatis.*

207 *Vtrùm fiat cauſa deſerta per lapſum primi fatalis, an ſecundum requiratur.*

*Quis poſſit prorogare fatalia. ibid.*

208 *Deſertio appellationis ea quæ appellatione pendente facta ſunt ratione publici officij non inualidat, ſed quæ geſta ſunt ratione priuati iuris.*

209 *Iudex appellatione deſerta vtrùm poſſit pronunciare ſuper expenſis fruſtrationis, & retardati proceſſus.*

210 *Appellatione deſerta iudex à quo poteſt ſuam exequi ſententiam ſine partis citatione.*

211 *Quæ ſit formula ſententiæ deſertionis.*

190. INTER quæſtiones, quæ moueri poſſunt ſuper appellatione deſerta, illa primò ſe offert, an lis finiatur deſertione appellationis? Affirmat Gomez ſuper regul. *de triennal. poſſeſſ. quæſt. 54. verſ. Non obſtat*, ea ratione, quoniam deſertione perſiſtente, perinde eſt ac ſi non fuiſſet appellatum, & ſententia in rem iudicatam tranſiiſſet; alij autem negant, vt videre eſt apud

191. Lancellot. *de attent. 2. p. cap. 4. num. 337.* vbi *n. 338.* affirmatiuam partem ait videri veriorem, nempe per deſertionem litem finiri. Iuuat deciſio Thomæ de Than 63. *incip. licet*, vbi neglecta ſententia Gomeſij *in d. q. 54.* docet beneficium non cenſeri vltra litigioſum ad effectum conſequendi ſubrogationem deſerta appellatione extraiudiciali,

Secundò quæritur, vtrùm exceptio deſertionis obſtet agenti ad reuocationem attentatorum appellatione pendente? Placet affirmare regulariter non obſtare petenti reuocationem: quamuis ea de re adſint deciſiones Rotæ inter ſe parum conuenientes; nam Rota *deciſ. 76. aliàs 464. not. quod de appellat. in antiquis*, ſimpliciter videtur ſequi poſt deſertionem attentata non reuocari; & alia deciſio 20. alias 130. *ſi poſt, de appellat, in nouis*, etiam ſimpliciter videtur ſentire proceſſum factum poſt appellationem eſſe nullum, etiamſi appellationi tacitè renuncietur, quod fit per deſertionem. Alia autem deciſ. prima, aliàs prima attentata *de appellat. in non.* vtitur diſtinctione inter has deciſiones, ex qua inter ſe deciſiones ſuperiores inter ſe ſunt diſcordes. Quare regulariter dicendum eſt non obſtare petenti reuocationem, exceptionem deſertionis, niſi deſertio notoriè conſtet ex actis. Quia quando non cõſtat ex actis, attentata reuocantur, deſerta appellatione, quamuis ſuper deſertione offerantur in continenti probationes aliquales vt notat ipſe Lancellot. *de attent. 2. p. cap. 12. ampliat. 1 num.* 8 Quod ſi ex actis conſtet, non reuocantur attentata, eo quod deſertio debet eſſe probata, non autem probanda, vt ibi cum multis Lancellot. probat, ideò debet conſtare de deſertione notorie ex actis, aliàs exceptio deſertionis appellationis, qua pendente prætenditur attentatum, non obſtat petenti reuocationem. 192

Exceptio tamen obſtabit, quando ſumus in reuocatione attentatorum poſt appellationem ab interlocutoria; nam attentata pendente appellatione ab interlocutoria, illa poſtmodum deſerta, non reuocantur, vt notat Franch. *in cap. dilecti, numero 9. & ſeq. de appellat.* & videtur eſſe deciſio Rotæ *in deciſ. 1. de appellat. in non. num. 6. verſ. Dic circa iſtum articulum*, etiamſi talis interlocutoria habeat vim diffinitiuæ, ſecundum aliquos, Lancellot. *ſupra, num. 15.* Secus tamen quando ſumus in appellato, qui deſerta etiam appellatione, propter intereſſe attentatorum, poteſt illam proſequi, videlicet ſi appellans aliquid attentauit, quod poteſt petere appellatus reuocari, etiamſi appellatio ſit deſerta, & per ipſum non proſecuta, Franch. *in cap. interpoſita, §. illa denique, quæſt. 29. ſub num. 15.*

Similiter obſtabit exceptio deſertionis petenti reuocationem, quando ſumus in executione directa, quæ fuerit facta appellatione pendente; tunc enim appellatione poſtmodum deſerta, talis executio non reuocatur. Ioan. Andr. *in cap. licet, in gloſſ. penult. num. 30. de ſentent. excommunicat. in 6.* vbi vocat executionem directam illam per quam poſſeſſio traditur, aut ſoluitur id, quod eſt iudicatum, indirectam verò eſſe per quam ad traditionem, vel ſolutionem poſſumus peruenire, qualis eſt excommunicatio, qua vtimur; dum quis non obedit iudicato. Eodem modo dices de eo, qui poterat petere attentata reuocari, & de illis non dedit, nec ſuper illis cauſam commiſit ante deſertionem; quoniam deſertione poſtea accedente non dabitur amplius locus petendi reuocationem attentatorum, eo quia cenſetur illis renunciaſſe; vt colligitur ex deciſ. Creſcen. 140. *non poteſt, ſub rubr. vt lite pendente.* Lancell. 3. *p. cap. 24. quæſt. 4. num. 4. & 5.* & priùs *d. cap. 12. ampliat. 1. numero 19.* vbi de hac re plenè.

Non eſt tamen omittendum, ſi non conſtet ex actis de deſertione appellationis poſſe appellan-

tem

tem allegare iuſtum impedimentum, & quamuis illud non probet ſufficienter, nec plenè, ſi tamen offerat probationes, quæ inuoluant, & faciant præſumptionem contrariam deſertioni; attentata interim per appellatum venire reuocanda, ex ea ratione, quia præſumptio deſertionis anceps, ac dubia non poteſt abeſſe priuilegio attentatorum quod eſt clarum. Vnde ſi aliquo modo deſertio cenſeatur dubia, nec de ea conſtet omnino, quouſque ſumus in hoc biuio, non debet appellans ſuo commodo, ac poſſeſſione priuari, vt innuit Franch. poſt alios *in cap. 1. & in cap. cum teneamur, de appellat.* Probatur argumento notorij, quod non habet ſuos effectus quoties afferuntur aliqua quæ notorietatem obumbrent. Mil. *in verb. poſſeſſorio recuperandæ agenti obſtat, fol. 285.* Quibus adde quæ tradit Socin. *in conſ. 4. viſis actis, lib. 1.* poſt gloſſ. *in cap. qui contra iura, de regul. iur. in 6. & in cap. cum olim, de verbor. ſignificat.* vbi ait confeſſionem in iudicio non facere notorium, quando confeſſio ex aliqua cauſa offuſcatur: Ergo in noſtro caſu ſi non conſtet ex actis de deſertione appellationis, & aliqua ratione offuſcetur, amittet vires ſuas, nec tollet priuilegium elatum attentatorum, Lancellot. *2. p. de attent. cap. 12. limit. 9. n. 5. & 6. & ampliat. 1. num. 52. & 53. cum ſeqq.*

193. Tertiò quæritur, vtrùm iudex habeat poteſtatem procedendi in cauſa principali oppoſita deſertione appellationis? Reſponde appellatione deſerta in primis non venire attentata reuocanda, cùm per deſertionem appellationis cenſetur, & fingitur non fuiſſe appellatum, & appellatio non habetur pro appellatione, Lapp. *in allegat. 2. num. 10.* Iafred. Lanfranc. Balb. *in deciſ. 385. incip. & ſi per comparationem.* Petr. Rebuff. *tom. 3. tit. de appellat. art. 5. gloſſ. vnica, num. 14. & ſeq.* Hinc fit, vt iudex appellationis nequeat ſuper cauſa principali oppoſita deſertione appellationis pronunciare benè, vel malè iudicatum. Sic Ancharan. *conſilio 345. incipit iam deſerta appellatione*, & Bald. *in conſ. 20. vol. 1.* Atque ita qui non poteſt ſuper cauſa principali pronunciare conſequenter nequit ſuper attentatis quæ ſunt acceſſoria. Item deſertio appellationis facit perinde ac ſi non eſſet appellatum, *cap. licet, de ſentent. excommunicat. in 6.* Idem tenet Herculan. *de attent. cap. 31. num. 69.* Marant. *in ſpecul. p. 6. act. 2. de appellat. numero 155.* & Rebuff. *ſuprà ad conſtit. Galliæ, art. 5. gloſſ. vnica, num. 14. & 15.*

194. Quartò quæritur, an appellatio cenſeatur deſerta, ſi non appelletur in ſcriptis? Affirmat Rebuff. *tract. de appellat. art. 5. gloſſ. vna, num. 8. tom. 3. fol. 496.* vbi *num. 9.* quaſi ſe corrigens addit hanc appellationem potiùs vocandam eſſe irritam, quàm deſertam. Sed Guid. Papæ *tract. de appellat. quæſt. 9. num. 17. tom. 5. fol. 58.* docet fieri deſertam appellationem, ſi appellatio non fiat in ſcriptis. Sequitur Speculat. *tit. de appellat. §. qualiter autem, num. 1. in fine, lib. 2. fol. 190.* & Luc. Pæt. *in practic. Capitolin. lib. 5. cap. 6. num. 2. & 3.* dum volunt indiſtinctè appellandum eſſe in ſcriptis, Sigiſm. *de appellat. quæſt. 4. num. 8. & 9. Sed de his, §. 4. ſuprà, num. 42. cum ſequentibus.*

195. Quintò quæritur, quiſnam iudex *à quo*, an *ad quem* debeat pronunciare ſuper re iudicata, ſeu deſertione appellationis? Reſpondeo quando cauſa appellationis fuit introducta, & deducta coram iudice *ad quem*, pronunciationem competere iudici *ad quem* ratione dubij, an appellans fuerit legitimè impeditus, & an appellatio fuerit deſerta, vel non; ideò iudex *ad quem* debet neceſſariò cognoſcere, & pronunciare ſuper re iudicata, & ſuper deſertione, cùm cauſa fuerit coram eo introducta, & ipſe ſemel aditus. Franch. ita *in cap. 8. ex ratione, num. 67. verſ. Quoad primum conclude*, ibi. *Si verò cauſa fuit introducta*, & *num. 99. verſ. Septimò, & vltimò quæritur, de appellat.*

Quod ſi appellans non declinauerit iuriſdictionem iudicis *à quo*, neque fecit ei inhiberi per iudicem *ad quem*, iudex *à quo* poterit cognoſcere de deſertione. Quod intellige in cognitione emergenti; ſecus in cognitione principali, eo quod nequit iudex *à quo*, aditi ſuper deſertione principaliter, vel ſuper pronunciatione deſertionis appellationis, ſed poteſt dumtaxat cognoſcere de ea concomitanter, & emergenter, quatenus primariò, ac principaliter ad illum recurritur ſuper executione ſententiæ. Quæ declaratio fit à Franch. *in d. cap. ex ratione, num. 99. verſ. Septimò, & vltimò, de appellat.* Quod extende etiam ad iudicem delegatum qui poterit in cauſa appellationis pronunciare ſuper deſertione, vt volunt Cardin. Alexand. *num. 50. verſ. Septima, & vltima eſt quæſtio*, & Franch. *in d. cap. ex ratione, num. 69. de appellat.* Ex eo, quia commiſſiones fiunt cum emergentibus, & cum incidentibus, & dependentibus, inter quæ deſertiones appellationum numerantur, dummodo appellantes compareant coram iudice *ad quem*. Secus ſi non compareant, neque adeant illum. Felin. *in cap. ex parte, el 2. num. 10. de reſcript.* ibi, *& quia omnes.* Aditus tamen abſque alia noua commiſſione poteſt cognoſcere de deſertione, quoniam negotium deſertionis eſt dependens, & incidens appellationis, ſeu eſt pars appellationis. Vnde ſi opponatur de deſertione, poteſt, & debet ante omnia cognoſcere, Rota *deciſ. 24. alias 153.* Auditor datus *de appellat. in nou.* & Franch. *in cap. ſæpe, ſub num. 24. verſ. Sed quæritur primò. de appellat.* quos ſequitur Sigiſmund. *quæſt. 11. num. 56. verſ. Secus eſt.*

Porrò his non obſtantibus quando res iudicata procedit à ſententiis conformibus, quæ faciunt rem iudicatam, non eſt neceſſaria pronunciatio deſertionis appellationis, ſed pronuncians vltimò debet exequi vltimam ſententiam, quod procedit de iure communi in tribus ſententiis conformibus, aut in duabus ex diſpoſitione ſtatuti, ſeu iuris peculiaris. Ita Bartol. *in l. 15. à Diuo Pio, num. 15. verſ. Quæro, & renoco, ff. de re iudic. & in l. 32. præcipimus, §. officiæ, ſub num. 1. notab. 2. & ſub num. 2. C. de appellat. & conſult.* vbi ait iudicem *ad quem* mandare ſententiam executioni, non verò iudicem *à quo*. Sequitur Veſtrius *in praxi, lib. 8. cap. vltim. ſub n. 9. verſ. Sed dices*, ibi, & Mandoſ. *in formul. commiſſ. in commiſſ. 23. executor, in verb. præfato R. D. Auditori, fol. 126.* Item non eſt neceſſaria pronunciatio deſertionis, quando res iudicata pronanat à deſertione cauſæ. Eſt communis teſte Cardin. Alexand. *in d. cap. ex ratione, numero 44. verſ. In contrarium, de appellat.* loquente abſolutè, & ſine aliqua reſtrictione, neque ampliatione. Quod accipe quando appellatio non fuit interpoſita; & ideò ſententia tranſiuit in rem iudicatam. Quod ſi dicas pronunciationem eſſe neceſſariam in hoc caſu, id pertinebit ad iudicem *à quo*, quia iudex *ad quem* non poteſt cognoſcere niſi interpoſita appellatione, vnde ea ceſſante ſuper deſertione iudex *ad quem* non habet locum. Ita Sigiſmund. *de appellat. quæſt. 11. num. 149. verſ. Dato tamen, & num. 166.* cum aliis.

Sextò

196. Sextò quæritur, quibus modis appellatio fiat deſerta? Atque in primis obſerua appellationem in dubio non præſumi deſertam, ſemperque interpretationem faciendam eſſe pro non deſertione, vt voluut Caſſador. *deciſ* 4. *&* 8. *de appellat.* Ioan. de Neuia. *in conſ.*41. *ſciunt ſub num.*35. Auguſt. Beroius *in conſ.* 1. *plura in præſenti*, *num.*7. *lib.*3. Ioan. Bapt. Ferret. *in conſ.*98 *ſuper articulo*, *num.*6. *lib.* 1. & Caramita *ritu* 264. *num.*14. & eſt communis, teſte Lancellot. *de attent. cap.*12. *ampliat.*1. *num.*26. Sequitur Rugioell. *tract. de appellat.* §.12. *gloſſ.*1. *num.*26. *verſ. Si dubium*, *fol.*298. dicens appellationem in dubio non cenſeri deſertam, neque in dubio pronunciandum eſſe contra, ſed pro non deſertione; refert, ac ſequitur Tiraquel. *tract. le mort ſaiſit le vif*, *p.*6. *declarat.*6. *in fin. ſub num.*10. *fol.*120. Fundamentum eſt, quia quod prædicatur de genere, de ſingulis ſpeciebus illius etiam prædicatur; ſed in dubio prædicatur ſecundùm regulam generalem deferendum eſſe appellationi, ex Specul. *tit. de appellat.* §. *nunc dicamus*, *num.*2. *in fine*, *&* *num.*6. *&* 8. *verſ. Item appellatione*, *lib.*2. Franch. *in cap.*31. *de priore*, *num.*1. ibi, *cum ſumus in dubio*, *cap.*45 *conſtitutus*, *num.*18. *& cap.*59. *vt debitus honor*, *ſub num.*43. *verſ. In eadem*, ibi, *in tali dubio. de appellat.* Marcheſ. *tract. de commiſſ. p.*2. *commiſſ. appellat. cap.*1. *num.*7. & Rebuff. *tract. de ſentent. execut. art.* 7. *gloſſ. n.*3. *tom.*1. qui volunt in dubio pronunciandum, quòd procedat potius appellatio, quàm non procedat; ergò in dubio pronunciendum eſt appellationem non eſſe deſertam. Sigiſmund. *de appellat. limit.* 1. *n.*18. *quæſt.*17. *& lib.*1. *cap.*49. *num.*1. *de iudic. cauſar. ciuil. & criminal.*

Fit ergo primò appellatio deſerta, quando appellans exhibitis reuerentialibus in forma non procurauit commiſſionem, nec etiam illam infra decem dies procurauit præſentare coram iudice. Ita Paul. Emil. Verall. *in deciſ.*31. *& in deciſ.* 32. *num.*1. *lib.*1. Caſſador. *in deciſ.*4. *tit. de appellat.* & Cardin. Seraphin. Oliuarius *in deciſion. nouiſſ. Roman.*311. *num.*1. *vol.* 2. quos referens ſequitur Camill. Borrell *in ſumma*, *p.*2 *tit.*23. *de appellat. numero* 1095. Secundò efficitur deſerta per lapſum termini ab homine præfixi, ſicut fit per lapſum termini iuris, Sigiſmund. *de appellat. quæſt.*15. *num.*13. vbi *num.*21. *verſ. Rurſus aduerte*, addit etiamſi iudex in cauſa beneficiali præſcribat appellanti tempus ad proſequendum appellationem, & appellans nihil faciat, nihilominus appellationem non propterea fieri deſertam propter lapſum huius temporis a iudice præfixi; eo quoniam in beneficialibus non poteſt iudex præſcribere aliud tempus, quàm illud quod eſt expreſſum *in cap.* 1. *de elect. in* 6. niſi terminus de conſenſu partium, vel ipſis non contradicentibus aſſignetur, prout vult Franch. *in cap.*45. *conſtitutus*, *el* 1. *n.*3. & pleniùs *in cap.*5. *cum ſit Romana*, *num.*16. *de appel.*

Item deſeritur appellatio, ſi pars appellans cauſam deducat negligenter ad finem debitum, ita vt non faciat proferri ſententiam cum effectu intra terminum per ius ſtatutum ſecùndùm legem final. §. *illud*, *C. de temporibus appellat.* Vnde ſi omnia non compleantur, & obtineantur à iudice requiſita, cenſetur deſerta appellatio, ſic Matth. de Afflict. *in conſtitut. Regn. incip. appellationum temporu*, *notab.*11. *num.*25. & Rota *in antiquis in deciſ.*295. *incip. nota quod vbi aliquis.* In idem recidit ſi labantur fatalia ex negligentia appellantis. Pars enim appellata poteſt committi facere cauſam appellationis, & in illa procedere, quando negotium eſt ad ſuperiorem deuolutum. Rota *in antiquis. in deciſ.*447. *incip. nota quod maior pars.* Quinimò qui voluerit, vt non deſeratur appellatio, debet conari diligenter, vt infra tempus fatalium pronuncietur, nec ſatis erit quod intra illud tempus fatalium concluſio fiat, eo quia non ſatis eſt concluſio in cauſa, ſed exigitur finis per ſententiam. Rota *in antiq. in deciſ.* 425. *incip. nota poſtquam*, & habetur *in l. final.* §. *illud*, *C. de temp. appellat.*

Septimò quæritur, vtrùm ſententia lata poſt deſertam appellationem ſuſtineatur? Reſponde negatiuè. Ita Neuiz. *conſ.*41. *ſciunt etiam*, *num.*27. *verſ. Contrarium*, *&* *num.*28. *cum ſequent.* Ratio illius, qua ipſe vtitur ibi, *num.*30. *verſ. tertiò pro iſta parte*, eſt, quia vbi cauſa appellationis eſt deſerta per temporis lapſum expirauit iuriſdictio iudicis quoad cognitionem vltra, circa merita cauſæ. Item, quia partes non poſſunt concedere iudici *ad quem* iuriſdictionem aliquam per ſuum proceſſum. Longè aliter dicas, quando cauſa nondum facta eſt deſerta, quia in hoc caſu adhuc eſt iuriſdictio, quæ poteſt prorogari a partibus, teſte eodem Neuiz. *d. conſ.*41. *num.*30. *verſ. Tertiò pro iſta parte*, quem ſequitur Ruginel. *tract. de appellat.* §.10. *gloſſ.*1. *num.*47. *verſ. Declara quinto.* cùm fatalia adhuc durent. Secus quando non durant, ſed ſunt elapſa; tunc enim non poteſt prorogari iuriſdictio à partibus, nec tempus appellationis proſequendæ. Bald. *in Authent. ei qui appellat. num.*11. *verſ. Quæro num quid partes*, *C. de tempor. appellat.*

Vnde fit quod ſi iudex *ad quem* ad inſtantiam appellantis deſerta iam appellatione procedat in cauſa, quamuis appellatus citetur, & conſentiat expreſsè, vt iudex appellationis pronunciet, adhuc tamen ſententia lata ſuper meritis cauſæ, erit inualida ex defectu iuriſdictionis, quæ expirauit per lapſum inſtantiæ, Neuiz. *d. conſ.*41. *num.*27. *verſ. Contrarium*, *&* *num.*28. quia non poſſunt partes prorogare poſt deſertam appellationem iuriſdictionem, ea regula illa, quòd iuriſdictio expirat poſt deſertionem cauſæ, & iudex fit incompetens, Rebuff. *tract. de appellat. art.*5. *gloſſ. vna*, *num.*11. *tom.*3. *fol.*496. & Anchatan. *conſ.*345. *incip. iam deſerta appellatione*, Iuuat Cæſar de Graſſ. *deciſ.*104. *alioquin* 1. *licet regula*, *num.*1. *&* 2. *de appellat folio* 154. Imò eſt nulla, etiamſi partes conſentiant, teſte Caccialupo *in tract. de tranſactionibus*, *quæſtion.*9. *num.*5. *tom.*6. *p.*1. *fol.*32. & Anchatan. *d. conſil.*345. *iam deſerta*, *in fine.*

Ex dictis ſequitur, ita expiraſſe poſt deſertam 197.
cauſam iuriſdictionem iudicis *ad quem*, vt non poſſit cognoſcere etiam de conſenſu partium, vt dictum eſt & probatum ex Cæſar. de Graſſ. & ex Anchar. & Rebuf. *vbi proximè*, poſt gloſſ. fin. *in l.*14. *ſi diuerſa*, *in verb. agi*, *C. de tranſact.* quam refert, & ſequitur Caccialup. *ſuprà*, dicentibus ipſo iure eſſe nullam ex defectu iuriſdictionis ſententiam latam à iudice appellationis poſt deſertam appellationem. Quare quidquid ſit de ſtylu Rotæ ex deciſione allegata per Cæſar. de Graſſ. & notat Sigiſmund. *de appellat. quæſt.*15. *num.*210. de iure deſerta appellatione redit ipſo iure iuriſdictio ad iudicem *a quo*, quia iudex *ad quem* nequit condemnare, neque abſoluere, nec dicere bene, vel malè appellatum Sigiſmund. *ibidem*, *verſ. Secus ad finem*, ex Addit. ad Rotam *deciſ.*14. *alias* 98 *de appellat. in nouis.*

Octauò

198. Octauò quæritur, demr ne appellatio à ſenten-
tia, qua iudex pronunciauit appellationem eſſe de-
ſertam, vel non deſertam? Reſponde dari appel-
lationem. Ita Marant. *in ſuo ſpeculo*, *p.6. act.2. in
verb. & quandoque appellatur*, *limit*.19. & quod
poſſit *num*.201.*fol*.486. Gail. *in pract.obſeruation.
lib.1.obſeruat*.138.*num*.4.*&* 5. vbi teſtatur de com-
muni. Sequitur Ruginel.*tract.de appell.*§.2.*cap*.3.
*num*.265. Archidiaconus tamen *in cap. ſi quis ap-
pellauit* 2. *quæſt*. 6. opinatur à tali ſententia non
appellari, ex eo fundamento quòd appellanr, ve-
luti deſertor appellationis cenſetur contumax;
ſed contumax non appellat, *l.1. C. quor.appellat.
non recip.& l.ex conſenſu*, §.*final*. vbi optimè Ac-
curſ. & Bartol. *ff. de appell.& relationib*. Guffred.
de Tran.*in ſumma, tit.de appellat.verſ.forma verò*,
Innocent. *in cap. præterea, col.2.extra.de dilatio-
nibus*, & Bald.*in Margarita in verb.iudex,num*.31.
Ergo à tali ſententia non dabitur appellatio.

Ex his duabus opinionibur Camill. Borrell.2.
*p.tit*.33. *de appellat. num*. 1136. veriorem credit
opinionem Archidiaconi, ex eo, quia appellanr
qui non proſequitur, videtur tacitè renunciare
appellationi. Item, quia appellatio per temporum
lapſum eſt nulla; ſed à ſententia nullâ, nulla datur
appellatio, *l.certa ratione, C.quando prouocare non
eſt neceſſe*. Placentin.*in ſumma Codicis,lib.7.tit*.66.
Azor. *in ſumma, lib.7. tit*.64. Mihi tamen magir
placet ſententiam latam ſuper deſertione eſſe ap-
pellabilem ex traditis ab Andr. Gail.*d.obſeru*.138.
quæ eſt opinio Guid.Papæ *in deciſ.Delphinal*.11.
*& in deciſ*.12. quem ſequitur Ioan.Cephal.*in con-
ſil*.209.*num*.11.*vol*.2. Quam etiam partem multò
prius tuetur Angel.Aret. *in l.2.verſus finem,n*.42.
*ff.de appellat.recipiend*. Cardin.Alexand.*in cap*.8.
*ex ratione, num*.47. *verſ.quarta eſt quæſtio.de ap-
pellat*. & *ibi* Franch. *ſub num*. 80. *verſ. circa no-
num membrum*; quos ſequitur Sigiſmund. *de quæ-
ſtion*. 17. *limitation*. 47. *membr*.1. *verſ. & quod,
num*.185.

199. Sit ne ſententia, qua iudex pronunciat appel-
lationem eſſe deſertam, interlocutoria, an non?
Reſponde ſi appellatio eſt à diffinitiua, prolatio-
nem deſertionir eſſe diffinitiuam; ſi verò appel-
latio fuit ab interlocutoria, ſententiam deſertio-
nis eſſe interlocutoriam, & ita fuiſſe deciſum ſcri-
bit Guid. Papæ *in deciſ. Delphin*. 11. *num*.1. *& in
deciſ*.12.*num* 4.*& in deciſ*.220.*num.etiam* 4. Sequi-
tur Aufrer.*ad Capel.Tholoſ.in deciſ*.48. *incip.item
quæſitum fuit, an ſententia*. Andr.Gail.*pract.obſer-
uat.lib.1.obſeruat*.138.*num*.2.*&* 3. & alij quos ſe-
quitur Camill.Borrell.*ſumma,tom.2.tit*.33. *de ap-
pellat.num*.1154.*& ſeq*. Bald.tamen *in l.2.quæſt*.14.
*num*.20. *verſ. vlterius quæro*, *C. de Epiſcopal.au-
dient*. docet eſſe interlocutoriam habentem vim
diffinitiuæ. Sequitur Franch.*in cap*.8. *ex ratione,
num*.68.*&* 80. *verſ.circa nonum*, & multò clariùs
*in cap*.60 *cum ceſſante,num*.44. *verſ.octaua ſenten-
tia,eod.tit. de appellat*. & quòd habeat vim diffi-
nitiuæ, ait etiam Marant.*ſuprà in* 3.*p.ſexta partis
principalis,num*.42.*verſus finem,fol*.438. Iuuat Au-
guſt.Barboſ.*in d.cap.cum ceſſante,num*.5. & expreſ-
sè Sigiſmund. *vbi ſuprà*, *num*. 186. *verſ. extendo
eam*. poſt Franch. *in cap*.65.*ſua nobis,notab*.4. *ſub
num*.3.*de appellat*. ſubdens quoad iudicem cenſeri
interlocutoriam, puta ſi ille pronunciet ſuper de-
ſertione appellationis, & ab hac pronunciatione
appelletur, & interim doceatur de appellantir di-
ligentia, poterit reponere iudex, quoniam ad-
huc iudex remanet, prout vult Rota *deciſion*. 9.
*Fragoſi Regim. Chriſt. Reſpubl*.
*aliàs* 74. *ſi auditor.de appellat.in non*. Inſuper di-
ci poteſt eſſe interlocutoriam habentem vim dif-
finitiuæ ſententiam latam ſuper deſertione ap-
pellationir à diffinitiua, vt expreſsè tradit Felin.
*in rubr. num*.11. *verſ. & eſt alia limitatio,de ſen-
tent. & re iudic*. Sed hoc minùs bene dictum pu-
ta; ideò ſicut interlocutoria lata ſuper deſertione
appellationis habet vim diffinitiuæ, ita etiam in-
terlocutoria qua pronunciatur non eſſe deſertam
appellationem habet vim diffinitiuæ. Proinde
poteſt admitti etiam diſtinctio, qua vtitur Rebuff.
*de appellat.cap.5.gloſſ.vna,num*.44. *verſ.ſed ſi ſu-
per*, *tom* 3.*fol*.500. dicens ſententiam latam ſu-
per deſertione appellationis ab interlocutoria eſ-
ſe interlocutoriam, quæ habet vim diffinitiuæ;
eſſe autem ſententiam diffinitiuam, quando pro-
nunciatur ſuper deſertione appellationis à diffi-
nitiua, quod mihi, ſed aliis non placet, quia eſt in-
terlocutoria habens vim diffinitiuæ, vt expreſsè
Felin. *vbi ſuprà*. ſi bene legatur vt legi debet, &
Franch. *in d.cap.8.ex ratione,ſub num*.81.*ſed quæ-
ritur primò, & in cap.60.num.44.verſ. octauò ſen-
tentia. de appellat*, Conſentit Rota *diuerſ. de-
ciſ.300.domini reſoluerunt,ſub num.8.p*.2. vbi con-
cludunt ſententiam latam ſuper deſertione ab in-
terlocutoria mera eſſe interlocutoriam, & non ha-
bere vim diffinitiuæ. Franch. *d.num*.81. & Felin.
*d.num*.11.*verſus finem*, & Rota *vbi proximè*, habe-
re autem vim diffinitiuæ, quando pronunciatur
appellatio deſerta à diffinitiua, tamen quoad iudi-
cem vt poſſit eam reuocare, remanere interlocu-
toriam, ex Rota *deciſ*.12. *aliàs* 89. *ſi a pronun-
ciatione*, *num*.1. *de appellat. in non*. Sequitur Si-
giſmund. *vbi ſuprà*, *d.n*.186. *& quæſt*.19.*remed*.1.
*num*.27.

Nonò quæritur, an deſerta cauſa appellatio- 200.
nis iudex *ad quem* poſſit confirmare illam ſen-
tentiam? Reſponde infirmari ſententiam appel-
latione deſerta, à iudice non poſſe, confirmari ta-
men poſſe, cùm ſit à iure confirmare, non autem
infirmare. Camill.Borrell.*d.tit*.33.*de appellat.nu-
mero* 1139. poſt alios, quibus accedit Hieronym.
Gabriel.*in conſ*.54.*à num*.1. *vol*.1. quem ſequitur
Marc.Anton.Amat.*deciſion.Marchiæ*,83.*num*.10.
Rota *deciſ*.14. *alias* 98. *licèt appellatio inter-
poſita. de appellatio. in nonis*, & Puteus *deci-
ſion*.120. *in vna Legionenſi*, *num*.1. *lib*. 1. quod
intelligitur ex ſtylo Rotæ, prout dictum eſt, non
autem de iure.

Decimò quæritur, qua pœna ſit puniendus ap- 201.
pellans deſerta appellatione? Reſponde poſſe pu-
niri appellantem à iudice pœna temeritatir, text.
*in cap.ſuper eo de crimine falſi*, gloſſ.*in cap final.
de reſcript*. Felin.*in cap*.1. *num*.6. *de iudic*. vbi ait
ſic fuiſſe iudicatum in quadam cauſa, ſequitur Bor-
rel. *d.tit*.33.*num*.1124.*de appellat*.

Vndecimò quæritur, an habeatur appellatio 202.
deſerta, ac ſi nunquam fuiſſet appellatum? Re-
ſponde primò; ideò non venire attentata reuo-
canda, ſi eſt deſerta appellatio, quoniam per ap-
pellationir deſertionem fingitur appellatum non
fuiſſe, & habetur appellatio pro non appellatione.
Ægid.Bellamer.*in deciſ.207.incip.Auditor datus*,
*n*.2.*&* 3. Iaffred. Lanfranc. Balb. *in deciſ*.385.*quæ
incipit, & ſi per compartitionem*, & Petr. Rebuff *ad
conſtit. Galliæ, tom*.3. *tit. de appellat. art*.5. *gloſſ.
vnica, à num*.14. Ex ea ratione, quia iudex ap-
pellationis non poteſt ſuper cauſa principali
pronunciare deſerta iam appellatione, ſic etiam
nec ſuper attentatis. Ex quibur reſponde ſecundò,

deſerta appellatione haberi, ac ſi non eſſet appellatum. Ita *in cap. licet. de ſentent. excommunicat. in 6.* & Rota docet in antiquis *in deciſ. 464. incip. nota quod attentatu*, Marant. *in ſpeculo, p. 6. act. 2. de appellat. num. 155.*

203. Duodecimò quæritur, quæ requirantur, vt appellatio non fiat deſerta, & quæ excuſent appellantem à deſertione appellationis, eo quòd non fuerit commiſſa præciſe intra tempora legitima? Reſponde neceſſarium eſſe, vt appellans præſentet proceſſum, & compareat in die ſtatuto coram iudice, aliàs fit deſerta. Marant. *in ſpeculo, p. 6. verb. & quandoque appellatur, n. 420. fol. mihi 532. verſ. ſextus caſus*, etiamſi iudex non veniat illa die ad locum, vbi loquitur de appellante non comparente ad recipiendum apoſtolos in tali die præfixo, quia lex conſiderat diligentiam appellantis; ideò debet comparere, & proteſtari ſe veniſſe, & per eum non ſtetiſſe, aliàs appellatio fit deſerta, etiamſi iudex abſit. Cardin. Alex. *in clement. quamuis, §. final. in 1. quaſt. de appellat.* Sigiſm. *de appellat. q. 14. num. 5.* vbi de hac re ponit varios caſus, in quibus appellans damnatur, & excuſatur, quos vide à *d. num. 5. vſque ad 59. & ſequentes*, & Marant. *vbi ſupra, à num. 408.*

204. Porrò quando cauſa appellationis, quæ debuerat committi intra decem dies, fuit commiſſa intra vndecim, non propterea dicitur deſerta. Lancellot. *de attent. p. 2. cap. 12. in præfat. num. 72.* quem ſequitur Sigiſmund. *d. quaſt. 14. num. 61. verſ. limita octauò.* Regulariter tamen impedimentum ortum ex negligentia propria non excuſat appellantem à deſertione: ex negligentia autem appellati maximè excuſat. Prior pars huius aſſerti ex eo patet, quia ſi impedimentum eſt voluntarium, nempe ſi appellans abfuit cauſâ commerciorum, non eſt impedimentum ſufficiens ad euitandam deſertionem appellationis, eo quòd debet eſſe impedimentum ineuitabile, vt ſentit Ioſ. Cumia *ſuper ritibus Siciliæ, cap. 88. num. 67. verſ. primò intellige.* Similiter non excuſat impedimentum ortum ex pura appellantis negligentia, Franch. *in cap. 8. ex ratione, num. 55. verſ. Sed circa hoc quæritur. de appellat.* Quare debet eſſe impedimentum vt excuſet appellantem ex cauſa neceſſaria procedens. Ratio, quia appellans debet proſequi appellationem cum maxima diligentia, Decius *conſ. 667. viſis, & conſideratis, ſub num. 2. verſ. ſed breuiter his, & ſimilibus non obſtantibus*, Anton. de Butr. *in d. cap. ex ratione, quaſt. 5. num. 6. verſ. finem*, ibi, *vbi dixi impotentiam. de appellat.* quem ſequitur Alexand. *conſ. 72. videtur primu facie. num. 12.* ibi, *& hoc videtur in ſpecie*, & *num. 17. lib. 3.* Iuuat Lancellot. *de attent. 2. p. cap. 12. ampliat. 1.* vbi ait inopiam excuſare appellantem à proſecutione appellationis, teſte Franch. *in d. cap. ex ratione*, & Franciſc. Marques *quaſt. 587. p. 2.* dummodo tamen appellans non incidat in paupertatem ex culpa ſua, vt poſt Felin. *in cap. quæ in Eccleſiarum, n. 43. de conſtitut.* docet Contard. *in l. diffamari, limit. 9. num. 134. C. de ingen. & manumiſſ.*

Poſterior pars probatur, quia quando impedimentum promanat ex facto appellati, excuſatur appellans à deſertione, eo quòd tempus non currit; atque ita appellans illæſus perſiſtit, Decius *in d. cap. ex ratione, num. 38. verſ. quartus caſus. de appellat.* Mynſinger. *in ſing. obſeruat. centur. 5. obſeruat. 98. num. 5. caſu 4.* & deſertio debet exerceri contra negligentem; non verò contra impeditum. Caſſador. *deciſ. 9. an eſſet, ſub num. 9. de appellat.* Confirmatur, quia appellanti pendente remiſſoria data appellato ad examinandos teſtes fatalia non currunt; teſte eod. Caſſador. *vbi proximè, numero 4. d. deciſ. 9. & num. 5. fol. 313.* Veſtrius *in praxi, lib. 7. cap. vlt. ſub num. 18. verſ. rurſus finge appellatum, remiſſoriam, ad num. 19. fol. 219.* Sigiſmund. *lib. 2. de iudic. cauſ. ciuil. & crimin. cap. 3. numero 91. cum ſequent.* vbi probat non currere tempus illi, qui facto aduerſarij impeditur.

Decimotertiò quæritur ex dictis, quid debeat facere appellans impeditus, vt euadat deſertionem? Reſponde primò appellantem impeditum facto iudicis excuſari, quando cauſa non eſt expedita intra tempus fatalium, quamuis appellans non fuerit proteſtatus. Non enim cenſebitur appellatio deſerta in hoc caſu; quamuis contraria opinio ſit communis, cenſeri ſcilicet appellationem deſertam, quando ſtat per iudicem *ad quem*, quominus cauſa expediatur intra tempus fatalium, vt teſtatur Socin. *conſ. 30. num. 9. lib. 1.* Non teneri autem appellantem in hoc euentu proteſtari, cenſet Decii. Creſcent. 234. *incipit, impeditum, lib. 1.* vbi meminit huius communis opinionis. Sequitur Lancellot. *d. cap. 12. de attent. appellat. pendente, in præfat. num. 47.* vbi vult ex Rota in vna Hiſpalenſi Scholaſtriæ coram Auguſt. impeditum facto iudicis excuſari à deſertione, quamuis non fuerit proteſtatus. Quin etiam ſentientes fieri deſertam appellationem, quando ſtat per iudicem, concedunt tamen competere appellanti reſtitutionem in integrum: extra tamen hunc caſum docent iudicem pro expeditione appellationis non ſemel eſſe interpellandum, ſed iterum, atque iterum, vt poſt alios tenet Oſaſc. *in deciſ. Pedemontana 12. appellans, per totum, præſertim, n. 2.* dicens neceſſariam eſſe multiplicem interpellationem. 205.

Nihilominus tutius eſt, quando datur impedimentum ex facto tertij, nempe iudicis, aduerſarij, vel ſtatuti, requiri proteſtationem in iſto impedimento, aliàs tempus currit; proinde quando per iudicem ſteterit, debet appellans in primo anno præſtari, & pluries proteſtari de impedimento ad hoc, vt dicatur per iudicem ſtetiſſe, eo quòd vnica requiſitio, & proteſtatio non ſufficit, vt cauſa expediatur, requiruntúrque plures proteſtationes, ne ſequatur deſertio cauſæ appellationis. Item debet apparere in actis de tali proteſtatione, ſeu proteſtationibus; ſunt enim neceſſariæ, & vtiles. Ita Franch. *in d. cap. 8. ex ratione, num. 13. verſ. ſed dubitatur, & in fine. verſ. concludo ergo*, & *ſub n. 45. verſus finem. de appel.* Odd. *tract. de reſtit. in integrum, quaſt. 71. art. 1. ſub num. 6. verſ. mihi, & art. 3. in fin. num. 24.* Sequitur Marant. *d. p. 6. act. 2. principal. in verb. & quandoque appellatur, n. 233. verſ. octauò pondero*, dicens quando ſtat per iudicem debere appellantem in primo anno proteſtari, ſicque fuiſſe iudicatum in Senatu Pedemontano, docet Theſſaur. Foſſanenſ. *deciſ. 10. inſtantia, numero 13.* Quibus accedit Marant. *d. verb. & quandoque appellatur, num. 230. verſ. ſed iuxta hoc quæritur*, vbi vult requiri plures proteſtationes, vt ſibi reſtituatur tempus, & ne ſequatur deſertio cauſæ appellationis, Oſaſc. *d. deciſ. 12. ſub num. 5. verſ. in contrarium, & num. ſeq.* Item eſſe neceſſarias proteſtationes, aliàs non excuſari cenſet Iaſon *in l. 11. properandum, §. ſin autem vtrunque, n. 3. verſ. nota tamen perpetuo C. de iudic.*

Ex his duabus opinionibus prima negans non eſſe proteſtationem neceſſariã poteſt habere locũ, quando impedimentum eſt notorium; tunc enim

proteſtatio

proteſtatio non eſt neceſſaria, Rip. *tract. de peſte, tit. de privilegiis cauſa peſtis in 3. partic. ſecunda partis princip ſub n. 26. ibi, & hæc concluſio maxime vera eſt.* Sequitur Oddus *ſupra, q. 28. art. 3. n. 23. verſ. in contrarium,* dicens ex communi non eſſe neceſſariam proteſtationem quando impedimentum eſt notorium, & diligentia in proteſtando non eſt vtilis. Quam etiam partem probant Caputaq. *deciſ. 73. ſeu ſextum impedimentum ad hoc, part. 2.* & Marc. Anton. Bauer. *tract. de mora, p. 1. ſub n. 13. tom. 6. p. 2.* & Marc. Andr. Bard. *tract. de temp. vtil. cap. 4. num. 3. verſ. impedimentum, tom. 5. fol. 214.* Similiter quando impedimentum non promanat ex facto iudicis, ſed ſequitur ex aliquo alio capite, non videtur neceſſaria proteſtatio, ex Decio *in cap. final. n. 21. ibi, & quod dictum eſt de proteſtatione, de appellat.* Rip. *d. tit. de privileg. iudiciorum cauſa peſtis, ſub num. 25.* & Odd. *tract. de reſtitut. in integrum, quæſt 28. art. 2. ſub num 7.*

Cæterum, quia communiter, teſte Oddo *vbi proximè, d. quæſt. 28. art. 1. num. 1.* & Franch. *in cap. vlt. ſi iuſtus, num. 13. in fine. de appel.* docent ſcribentes proteſtationem eſſe valdè vtilem; mihi maximè placet pars affirmans neceſſariam eſſe proteſtationem in omni caſu de impedimento, ne impedito currat tempus, eo quod inſtantia ab inſtando dicitur, & appellans non ſolùm inſtare debet, vt expediatur cauſa, ſed etiam proteſtari. Afflict. *deciſ. 10. num 4.* quem ſequitur dictus Theſſaur Pedemont. *d. deciſ. 10. n. 14.* Concinit Camill. Borrell. *tit. 33. de appel. num. 1073.* vbi vult proteſtationem intercedere debere tempore impedimenti, nec vnam ſufficere, ſed plures requiri, quando impedimenta oriuntur ex officialibus, aut ex iudice, quamuis addat non eſſe neceſſariam proteſtationem quando conſtat de impedimento, ſecundùm Ludou. Gom. *in regul. Cancellariæ. de Annal. quæſt 76 in fin.* Maſcard. *de probat. concl. 116. n. 11.* nec ſimiliter exigi proteſtationem quando impedimentum, vel eſt notorium, vel aliunde quàm ex officialibus detegitur iuxta Verall. *in deciſ. 93. p. 2.* Sed meo iudicio tutius eſt in his caſibus omnibus proteſtari iterum, atque iterum, vt impeditus euadat deſertionem.

206. Decimoquartò quæritur, vtrùm deſerta cauſa appellationis, deſeratur etiam nullitatis cauſa? Reſponde quando quis appellat, ſub verbo appellationis comprehendi etiam nullitatem, etiamſi nullitas minimè exprimatur, *l. quædam mulier, ff. faml. herciſcund. & in l. 1. C. quãdo provoc. neceſſ. eſt.* Quod procedit in appellatione à ſententia diffinitiua, teſte Innocent. *in cap. dilecto de appellat.* in quo euentu nullitas non principaliter, ſed incidenter ſub ipſa appellatione introducta cenſetur ad appellationem quaſi contenta in corpore, ſeu in pectore ipſius appellationis. Idcircò iudex *ad quem* poteſt cognoſcere de vtroque, vt notant Veſtrius *in praxi Romanæ Curiæ, lib. 8. cap. 1. à numero 1.* poſt Bartol *in l ſi expreſſim, n. 10. & 11. ff. de appel.* & Innocent. *in d. cap. dilecto.* Secus ſi appellatio ſit ab interlocutoria; tunc enim non poteſt iudex cognoſcere de nullitate, niſi exprimatur, & æquè principaliter deducatur; ita Bald. *in d. cap. dilecto* poſt Innoc. *ibi,* & Franch. *quæſt. 10. 19. & 31. de appel.* Confirmatur, quia cum nullitas in primo caſu ſtet incidenter, & inhærenter appellationi, vtraque cauſa efficitur ſimul deſerta. Card. Alex. *cap. 63. dilecto, q. 15. principal. n. 97. de appell.* & Sigiſm. *de appel. q. 15. n. 101. verſ. reſtringe ſecundò, & q. 17. limit. 2. n. 131. verſ. Secus eſt,* vbi loquitur de nullitate, quæ ſtat adhærenter, & acceſſoriè comprehenſa in appellatione. Vnde qui renunciat appellationi, cenſetur renunciare nullitati in conſequentiam, quoniam in omni appellatione tacitè includitur cauſa nullitatis, quare qui renunciat principali, dicitur renunciaſſe nullitati acceſſoriæ ipſius appellationis, & conſequenter deſerta cauſa principali deſeritur cauſa nullitatis, quæ tacitè adhærebat, Bald. *in l. 41. tale pactum, §. qui provocavit 2. q. 13. n. 12. ff. de pactis.* Franch. *in cap. interpoſita, §. illa denique, q. 4. n. 5 de appel.* & Ripa *in l. 4. §. condemnatum, fallent. 3. n. 18. ff. de re iudic.*

Quando verò nullitas æquè principaliter proponitur cum appellatione, ſi declaretur appellatio deſerta propter lapſum fatalium, non propterea hæc declaratio extenditur ad nullitatem, quia appellatio, & nullitas ſunt duo remedia ſeparata, ideò vno eorum ſublato, remanet alterum. Franch. *in cap. 63. dilecto, q 49. num. 1 9. & 110. & cap. 76. interpoſita, §. ille denique, quæſt. 4. in fine. de appell.* Proinde prohibitus appellare, non cenſetur prohibitus de nullitate loqui. Sigiſmund. *de appellat. quæſt. 17 limit 2. num 125.* Atque ita ſi nullitas eſt expreſsè cumulata, & in appellationem deducta; *ego dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt, appello;* deſerta poſtea appellatione, adhuc nullitas remanet, Franch. *in d. cap. 63. dilecto, quæſt. 49. num. 114.* & multò fuſiùs *quæſt. 58 num. 171. de appel* Luc. Pæt. *in pract. Capitol. lib 6 cap 1. n 41.* Alexand. *conſ.* [illegible] *incip. conſideratis his, de quibus, col. 3. verſ. Sed in hoc eſt aduertendum, vol. 2.* Iaſon *in l. 1. n. 7. verſ. Semper putaui, & puto,* vbi adhæret Alexand. *ff. de iuſtit. & iur.* quos referens ſequitur Camil. Borrel. dicentes quando dicitur, *dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt, appello,* nullitatem propoſitam eſſe principaliter, non autem acceſſoriè, & incidenter. Idcircò ſi declaretur appellationem deſertam eſſe propter fatalium lapſum, adhuc poteſt fieri cognitio ſuper nullitate, quoniam non intelliguntur aliqua fatalia currere. Vnde quamuis pereat appellationis inſtantia, non cenſetur perempta inſtantia nullitatis. Bartol. *in l. ſi expreſſim, num. 10. verſ. Quæro quando iſta duo, ff. de appel.* Bald. *in l. contra maiores, n. 4. verſ. ecce aliam quæſtionem, C. de inofficioſ. teſtam.* Vantius *de nullitat. tit. quot, & quibus modis, num. 24.* Veſtrius *in praxi Romanæ Curiæ, lib. 8. cap. 1. num. 3. verſ. vtilitas autem,* & Iacob. Buttigar. *in l. 1. C. quando provoc. neceſſ. non eſt.* Quare quando dicitur, deſerta cauſa appellationis, cauſa etiam nullitatis deſeritur, intelligitur de nullitate, quæ adhæret cauſæ appellationis. Ita Sigiſmund. *ſupra, quæſt. 15. num. 101. & quæſt. 17 limit. 2. in fine, ſub num. 131.* Secus quando nullitas ſtat æquè principaliter cum cauſa appellationis. Idem *d. quæſt. 17. limit. 2. num. 125. verſ. ſublimita quintò, & verſ. extende primò, num. 126. & 128. quæſt. 19. remed. 1. concluſ. 2. num. 2.*

Decimoquintò quæritur, vtrùm cauſa fiat deſerta per lapſum primi fatalis, an ſecundùm requiratur? Antequam reſpondeatur, dicendum eſt, primum fatale eſſe tempus primi anni; quod ſi iuſta cauſa appellans intra primum annum impeditus non proſequatur appellationem, datur illi alter ſecundus annus, & hoc tempus dicitur ſecundum fatale ex authent. *ei qui, C. de temp. appelland.* & habetur *in cap. ex ratione, extra eod. tit.* clement. *ſicut, de appel.* Daniel Venat. *in analyſi iuris Pontificij, lib. 2. tit. 28. §. quæ forma interponendæ appellationis, col. 6. verſ. Denique fatalia,* & Matant. *in ſpecul. p. 6. act. 2. de appellat. num. 178. verſ. Sequitur* 207.

*quitur modò videre*, Sigiſmund. *de appellat. q.* 15. *num* 27. & 28.

Datur ergo ſecundum fatale ex cauſa iuſta ſecundùm text. *in d. Authent. ei qui*, & *ibi* Bartol. & alij, *C. de tempor appell.* & ſecundùm cap. 5. *cum ſit Romana*, & *ibi* gloſſ. Ioan. Andr. Cardin. Alex. *de appellat.* Item poteſt ſecundus annus per viam reſtitutionis extendi ad tertiū annum propter iuſtum impedimentum contingens, prout habetur *in cap.* 8. *ex ratione*, & *ibi* gloſſ. & ſcribentes *de appellat.* Marant. *d. p.* 6. *act.* 2. *principal. in verbo*, & *quandoque appellatur*, *ſub num.* 228. *verſ. Sequitur modò videre*, & Odd. *tract. de reſtitut. in integ. quæſtion* 70. *art.* 1. *num.* 1. Primum igitur fatale, vt eſt primus annus, datur ſimpliciter, & integer ipſo iure à lege; ſecundum autem fatale, id eſt ſecundus annus, conceditur etiam integer, & ipſo iure à lege, ex cauſa tamen iuſta, hoc eſt, ex impedimento iuſto. Tertius denique annus non ipſo iure datur ſed miniſterio iudicis, & à iudice per viam reſtitutionis in integrum. Habetur *in d. cap. ex ratione*, & *ibi* Abb. *num.* 3. & Franch. *num* 64. *verſ. Secundo caſu quando impedimentum, de appellationibus*, & Marant *in d. verb.* & *quandoque appellatur*, *numero* 228. Reliqua pro materia fatalium vide apud doctores citatos, & apud Borrell. *de appellat. d. titul.* 33 *à num.* 1055. *vſque ad* 1084. & apud Sigiſmund. *d. quæſt.* 15. vbi per decem articulos plenè.

His poſitis, duplex eſt opinio. Prima ſentit ſententiam non tranſire in rem iudicatam, nec confirmari per lapſum primi fatalis, ſeu primi anni, ſed requiri lapſum biennij. Ita Bartol. *in d. Authent. ei qui notab.* 2 *num.* 6. *de appellat.* & Bald. *in l.* 6. *eos*, *ſub num* 7. *verſ. Modò quæris*, ibi, *ſcias tamen*, *C. de appellat.* dicentes ex ſolo decurſu temporis non poſſe conſtare deſertam eſſe appellationem, niſi tranſacto iam biennio. Nam ante illud elapſum poterant impedimenta concurrere. Iuuat pro hac parte ſtylus Curiæ Romanæ, vbi ipſo iure conceditur ſecundus annus, quando ſcilicet in primo fatali aliquid factum fuit. Ita Odd. *de reſtitut. in integrum*, *quæſt.* 70. *art.* 5. *verſ. Et dicit propterea*, *ſub num* 32. Caſſador. *deci.* 6. *prima eſt propoſitio*, *num* 8. *verſ. Sciendum quod licet*, *de appellat. fol.* 314. Mandoſ. *tract. de commiſſ. in* 18. *commiſſ. fatal. prorogat in verb. proroget*, *quæſt.* 3. & Veſtrius *in praxi*, *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 2. & *lib.* 7. *cap. vltim. num.* 8. ibi, *quam conceſſionem biennij*, & *ſub num.* 10. & 11. Sufficitque ex traditis ab eiſdem doctoribus, quòd appellans in primo anno egerit aliquem actum in cauſa vltra commiſſionem cauſæ impetratam, quaſi illa aliqualis diligentia facta poſt commiſſionem cauſæ, cenſeatur ex ſtylo pro cauſa, quæ de iure communi exigitur ad obtinendum ſecundum fatale. Quod etiam tenet Rota, vt per Achil. de Graſſ. *deciſ.* 11. *alias* 237. *dubium. de appellat.* dicens quando cauſa in primo anno fuit commiſſa, & deuentum fuit ad citationem, nec non ad inhibitionem, cauſam non fieri deſertam, niſi per lapſum biennij. Secus ſi commiſſionis detur ſola præſentatio abſque aliquo alio actu intra annum geſto; tunc fiet deſertio cauſæ, vt notat Lancell. *de attent.* 2. *p. in præfat. num* 52. & 53.

Secunda opinio cenſet ſufficere lapſum primi fatalis, ſeu primi anni, vt appellatio efficiatur deſerta, neque requiri biennium. Vnde elapſo primo fatali ſententia tranſit in rem iudicatam. Ita Innocent. *in cap.* 8 *ex ratione. in princip.* & *ibi* Anton. de Butr. *quæſt.* 8. *num.* 12. *de appellat.* Marant. *d. p.* 6. *in verb.* & *quandoque appellatur*, *verſ. vltimò*, *ſuper iſta opinio*, ibi, & *licet iſta opin*[illegible] *numero* 232 [illegible] *tertio pondero* [illegible] *num.* 23. [illegible] nat lex Luſitana *lib.* 3. *tit* [illegible] §. 3. ibi, *S*[illegible], *num.* 2. & 6. ibi, *a*[illegible] *appel*[illegible]*çaon por de*[illegible]*rta, e naon ſeguida*, vbi de lege noſtra, ſemeſtre conce[illegible]tur ad proſequendam appellationem, quo elapſo à die receptæ appellationis per iudicem, ſi nihil intra illud egit, non poterit amplius appellationem proſequi, ſed decetur deſerta, Cabed. 1. *p. deciſ.* 40. *n.* 9. & Barbol. *in remiſſ. ad d. tit.* [illegible] §. 3. *n.* 1. & *ſequent.* ſubdens *num.* 4. ſemeſtre aſſignatum a lege ad appellationem proſequendam, nec a iudice, neque à partibus de communi etiam conſenſu prorogari poſſe, quod probat ex traditis à mul[illegible]s per leg. *nemo*, *in princ. C. de tempor. appellat.* & per gloſſ. *in cap. cum ſit Romana*, *verb. Reciſum de appel.* Quod intelligitur quando appellans ſi [illegible] appellauit, præſentauit commiſſionem, & poſtea nihil egit intra annum de iure communi datum, vel intra ſemeſtre de iure Luſitano indultum ad proſequendam appellationem; tunc [illegible] ipſo primo anno, ſeu primo ſemeſtri, inducitur deſertio cauſæ. Secus ſi aliquam diligentiam in hoc primo anno, ſeu ſemeſtri fecit. Qua diſtinctione vtitur Ruginell. *tract. de appellat.* §. 1 [illegible] *gloſſ.* 1. *n.* 32. *verſ. diſtinctione*, & Camil. Borrell. *d. tit.* 33 *de appel. num.* 1056. & *ſequent.*

Illud etiam non omittas, quando fatalia in pri- 207
mo anno prorogantur, non concedi ſecundum annum, ſed lapſum quatuor dierum ſufficere, vt ſententia trāſeat in rem iudicatam, quia eo ipſo quod petiuit, & obtinuit prorogationem, videtur renunciaſſe ſecundo anno, qui concederetur de iure, ſi prorogatio non eſſet impetrata, & cenſetur aliam litigandi formam eligere, & relinquere iter habendi ſecundum annum. Sicque fuiſſe deciſum docet Mandoſ. *in tract. de commiſſ. in* 18. *commiſſ. fatal. prorog. in verb. proroget*, *quæſt.* 3. ibi, *contrarium concluſit*, atque ita quamuis præſentet commiſſionem, & petat terminum ad videndum prorogari fatalia, nihil videtur feciſſe. Ita Thom. Faſtol. *cauſa* 17. *dubit.* 37. Sequitur Camill. *ſuprà*, *num.* 1058. Quare elapſa prorogatione cauſa efficitur deſerta.

Porrò prorogatio non fit à iudice, quia ille non poteſt prorogare tempus ad proſequendam appellationem, Cyn *in Authent. ei qui appellat*, *n.* 5. *verſ. vltimo quæri ſolet*. *C. de tempor. appel.* Decius *in cap.* 5. *cum ſit Romana*, *notab.* 4. *n.* 11. *de appellat.* Nec poteſt prorogare terminum datum a lege ad eundem effectum *ibidem*, *num* 45. *fallent.* 2. Neuiz. *conſ.* 41. *ſciunt etiam*, *ſub n.* 27. *verſ. Contrarium tenet.* Nec poteſt minuere tempus proſequendæ appellationis, Cyn. *in d. Auth. ei qui. in fin. n.* 5. *verſ. vltimò quæri*, & *ibi* Bald. *n.* 12. *C. de tempor. appell.* Quod non procedit in Rota, vbi Auditoribus Romanæ Rotæ datum eſt ab Innocent. VI. vt poſſint prorogare fatalia appellationis toties quoties voluerint, Mandoſ. *tract. de commiſſ. commiſſ.* 18. *fatal. proreg. in princ. in verb. lite.* Caſſad. *deciſ.* 7. *quamuis auditor. in princ.* & *n.* 2. & 8. *de appellat.* Quin etiam Auditor poteſt parte inuita, & repugnante, prorogare fatalia, & ita fuiſſe iudicatum in Rota, teſtatur Creſcenſ. *deciſ.* 3. *alias* 231. *prorogatio*, *n.* 4. & 5. *de offic.* & *poteſt. iudic. delegat.*

Quare poſſunt prorogare auditores fatalia parte non citata, Mandoſ. & Caſſad. & Creſcent. *in locis proximè allegatis*, Sequitur Veſtrius *in praxi*, *lib.* 3. *cap.* 5. *ſub n.* 3. Ruginel. *tract. de appellat.* §. 10. *gloſſ.* 1. *num.* 50. & Marc. Anton. Bard. *tract. de tempor. vtil. cap* 4 *ſub num* 9. *v*[illegible] *Quibus tamen.*

Hoc

Hoc tamen limita, ſi auditor prorogat in vim commiſſionis prorogationes fatalium, à parte impetratæ: in hoc enim euentu neceſſariò pars debet citari, teſte Caſſador *d. deciſ. 7. quamuis auditor. verſus finem. num. 8. de appell.* Marches *de commiſſionib. p. 1. commiſſ. 7. prorog. fatal. cap. 1. num. 8. in fine*, & Mandoſ. *in d. commiſſ. 18. fatal. prorog. in verb. lite, & cauſa. in fine*. Ex quibus regulariter conſtat prorogare fatalia ad proſequendam appellationem competere principi, & illis, quibus princeps dederit facultatem, Sigiſmund. *ſupra, quæſt. 15. num. 128. & ſeq.*

208. Decimoſextò quæritur, vtrùm deſertio appellationis inualidet omnia, quæ appellatione pendente geſta fuerunt? Reſponde, quæ appellatione pendente geſta ſunt, ratione publici officij eſſe valida, ſecus de his, quæ facta ſunt ratione priuati iuris. Vnde ſi quis in crimine inferente infamiam deponatur per ſententiam, & ab ea appellet, ſi verò poſtea pendente appellatione deponat ſuum teſtimonium, vel electioni aſſiſtat, eligatque, quamuis appellatio deſeratur, teſtimonium valet, & electio tenet, Franch *in c. 44. ſæpè, n. 36. de appell.* Similiter condemnatus ob delictum, quod infert infamiam, reputatur infamis ab articulo temporis latæ ſententiæ: attamen ſi appellet, & exerceat interim ratione officij aliquos actus pendente appellatione, quamuis appellatio deſeratur, actus ſuſtinebuntur, idem Franch *in d. c. ſæpè, n. 35. verſ. ſecundò patet, de appell.* Quod ſi condemnatus ad mortem appellet, & appellatione pendente conficiat teſtamentum, ſi appellatio deſeratur, teſtamentum deſeritur, eritque irritum ex eo fundamento, quia geſta ratione priuati iuris ſi deſeratur appellatio, quamuis ſint facta appellatione pendente, reuocantur: ſecus ſi appellatione pendente exerceantur aliqui actus ratione officij publici, vel ratione priuati officij. Vnde ſi condẽnatus ad mortem appellet, & pendente appellatione moriatur, teſtamentum valet, Franch *vbi ſuprà, num. 37.* de quo dictum eſt ſuprà cùm egimus de condemnatis ad mortem *diſput. 12. §. 13. num. 63.*

209. Decimoſeptimò quæritur, vtrùm iudex appellationis deſerta poſſit pronunciare ſuper expenſis fruſtrationis, & retardati proceſſus, ac de reliquis? Reſponde affirmatiuè quoad expenſas, vt quæritur, poſſe pronunciare appellatione deſerta. Ratio, quia poteſt ferre ſententiam deſertionis, & condemnationis expenſarum, eo quòd habet iuriſdictionem cognoſcendi, an ſua ſit iuriſdictio, & an appellatio ſit deſerta, ex lege 2. § *ſed & ſi dubitetur*, & ex lege *ſi quis ex aliena, ff. de iudic.* & vult Andr. Gail. *pract. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 34. n. 5.* pro quo allegat textum *in c. reprehenſibilis.* vbi Franch *n. 55. & in c. ſæpè*, vbi idem Franch. *n. 45. de appell* text *in c. 1. eodem, tit. in 6.* Cardin. Zabarel. *in Clement. ſi appellationem, de appell. num. 5.*

Nec obeſt quod dici poteſt appellatione deſerta inſtantiam cauſæ appellationis perire, Authent. *ei qui, C. de tempor. appell.* & dict. Clement. *ſi appellationem*, quoniam inſtantia perempta adhuc ſupereſt officium iudicis ad pronunciandum, & ad condemnandum in expenſis partes ſubſiſtit, & remanet, poteſtque cognoſcere de reſtitutione fatalium, ac pronunciare. Atque ita poſſe iudicem etiam delegatum condemnare ad expenſas deſertorem appellationis, qui potuit pronunciare appellationem eſſe deſertam, tradit Franch. *in cap. 8. ex ratione n. 72. verſ. circa tertium*, ibi, *ſed contrarium, ad finem. & n. 75. & ſeq. de appell.* vbi loquitur nulla facta diſtinctione inter iudicem ordinarium, & delegatum, ſequitur Cardin. Alexand. *ibidem n. 53.* qui duo volunt hoc habere locum, ſiue iudex *à quo* ſit, ſiue iudex *ad quem*.

Declara tamen, quando deſertio euenit, eo quòd appellans nullo modo fuit proſecutus cauſam, tũc condemnationem expenſarum debere fieri a iudice *à quo*; poſſe tamen condemnari deſertorem appellationis per iudicem *ad quem*, quando partes poſt appellationem interpoſitam habent tempus præfixum comparendi coram iudicem *ad quem*. Ita Franch. *in c. reprehenſibilis in fine, n. 15. verſ. extra gloſſam, de appell.* & eſt communis concluſio. Ratio, quia eo ipſo, quod quis poteſt pronunciare deſertionem appellationis, poteſt etiam condemnare ad expenſas. Ita Franch. & Cardin. Atqui, vt ſuprà dictum eſt, iudex *à quo*, & iudex *ad quem* in hac deſertione poteſt pronunciare eſſe deſertam appellationem, quando ſcilicet fuit interpoſita appellatio, & neque appellans, neque appellatus cauſam appellationis introduxit vnquam coram iudice *ad quem*, teſte Franch. & Cardin. Alex. proximè citatis. Ergo tam iudex *à quo*, quàm *ad quem*, poteſt condemnare ad expenſas. Probatur, nam de iudice *à quo* in hoc caſu patet, & multo fortius quando nulla appellatio fuit interpoſita; quia tunc ſi neceſſaria eſt pronunciatio deſertionis, illa competit iudici *à quo*, & ex conſequenti condemnatio expenſarum, Mandoſ. *in formul. commiſſ. in commiſſ. 23. executor. in verb. ob non proſecutionem, & in verb. præfato R. D. Auditori*, & Veſtrius *in praxi. lib. 8. cap. vlt. n. 9. verſ. ſed dices*, quos referens ſequitur Sigiſmund. *de appellat. q. 11. n. 150. & 166.* vbi volunt quando ſententia tranſiuit in rem iudicatam, iudicem qui pronunciauit cauſam eſſe deſertam, poſſe ſententiam exequi.

Quod attinet ad iudicem *ad quem*, ex eo deducitur, quia ex quo appellatum eſt, poteſt etiam adiri iudex *ad quem*, & ab eo peti quòd pronunciet appellationem deſertam, & condemnet in expenſis appellantem. Ita Franch. *in d. c. 8. ex ratione, n. 67. in fine. de appell.* & *ibi* Cardin. Alex. *num. 49.* ibi, *tamen etiam quando, & verſ. ſexta eſt quæſtio. de appellat.* quoniam iudex appellationis non habet cognitionem aliquam, niſi per viam appellationis: ideo poteſt adiri ſiue in termino ab homine præfixo, hoc eſt à iudice *à quo*, ſiue in termino aſſignato à iure. Ita præcitati.

Quod ſi deſertio appellationis contingat, interpoſita tamen appellatione, & cauſa fuit excepta coram iudice *ad quem*, & poſtea fuit deſerta: tunc in hoc euentu condemnatio expenſarum debet fieri per iudicem *ad quem*. Franch. *in d. c. reprehenſibilis ad finem, n. 15. de appell.* qui iudex debet condemnare deſertorem appellationis in expenſis ratione deſertionis, ſi quas appellatus fecit in proſequendo appellationem, puta, ſi miſit procuratorem, vel alium propter appellationem: quod procedit, ſi appellans deſerat appellationem commiſſam: ſecus ſi nondum erat commiſſa, & ideo appellatus nihil expendit in cauſæ proſecutione, Sigiſmund. *de appell. q. 11. n. 161. verſ. infero.*

De iure tamen Luſitano, vt ſuprà tactum eſt in hoc §. *lib. 3. tit. 70. §. 3.* & *ibi* Barboſ. *in remiſſion. n. 1. & 2.* ſi appellans poſt appellationem interpoſitam, & admiſſam intra ſemeſtre negligens ſit, nec fecerit acta tranſcribi, & exemplari in partibus, tempuſque præfigi ad proſequendam appellationem, iudex *à quo*, qui pronunciauit petente id appellato, deſertam appellationem dicet, vo-

citato priùs appellante, requiſitóque ad allegandum forte impedimenta, ſi quæ habuerit, ne cauſa pronuncietur, & cenſeatur deſerta. Non tamen in caſu huius deſertionis requiritur citatio vxoris appellantis, etiamſi cauſa mota ſit ſuper bonis immobilibus per text. *in d. § 3. Ordinatio*, ibi: *Para dizer ſe tem iuſto impedimento*, & infra, *ſendo primeiro o appellante requerido pera a deſercaon*, ibidem, *naon ſera obrigado citar à molher do appellante, poſto que ſeja ſobre bens de raiz*. Sequitur Martin à Coſta *in ſuo ſtylo annotat. 5. n. 29.* vbi *n. 30.* addit quando appellans, vel appellatus per ſe, vel per ſuos procuratores fecerint tempus præfigi, vel terminum præſcribi ad proſequendum appellationem, quamuis intra ſemeſtre non detur proſecutio ex parte appellantis, iudex *à quo* non poterit pronunciare, nec habere appellationem pro deſerta, ſed id competit iudici appellationis, text. ibi, *pecem ſe o appellante*, *d.* § 3. & ſequitur Cabed. *p. 1. deciſ. 40. num. 2. verſ. tamen contrarium deciſum fuit, & deciſ. 42. à n. 2. cum ſeq.* Pro his, & ſimilibus conſule leg. noſtram *d. lib. 3. tit. 68.* & Barboſ. ibi *per totum, c. 70 etiam per tot.* & Cabed. *d. 1 p. deciſ. 40. & deciſ. 42. & deciſ. 120.* Valaſc. *conſ. 156.*

210. Ex regula autem tradita ab Innocent. *in cap. ex ratione de appellat.* quando deſerta eſt appellatio, iudex à quo fuit appellatum, abſque citatione poteſt ſuam ſententiam exequi; ſequitur Franciſc. Marq. *in deciſ. Delphin. 183. num. 1. & 2. vol. 1.* & notat Franch *in c. perſonas, n. 24. in fine, & in cap. dilecti, ſub n. 4. de appell.* Guid. Papæ *in tract. de appell. q. 110. verſ. item poteſt*, & Boër. *deciſ. 206. n. 11.* qui omnes concludunt poſſe procedere iudicem ad talem executionem ipſo appellante minimè citato, nec geſta poſt illius deſertionem ſunt attentata, ideo poteſt ſententia mandari executioni, vt eſt textus, & *ibi* notat Franch. *in cap. cum ſit [illegible] Romana, de appell.* & eſt de mente Ægidij *deciſ. 520 incip. concluſio, poſt principium.*

Quæ reſolutio procedit etiamſi ſuper deſertione non ſit pronunciatum, adhuc enim iudex *à quo* poterit ſuam ſententiam exequi, ſi eſt iudex ordinarius, vt fuit deciſum in vna Cantarienſ. Monaſterij coram domino Tholomeo die prima Aprilis 1538. prout eſt in Recollect. Mohedan *deciſ. 36. incip. Audi[illegible]r Rota. ſub rub. de re iudicat.*

Quin etiam iudex *ad quem*, quando pronunciat appellationem eſſe deſ[illegible]am, non ſolet citare partem, ſecundùm Fra[illegible] *in c. ſæpè. col. 7. de appell.* teſte Marant *part. 6 verb. & quandoque appellatur, n. 203.* At verò antequam exequatur, debet citare appellantem, vt dicat cauſam, ob quam ſententia mandari non debeat executioni, quoniam ſi non doceat de impedimento, poteſt exequi. Quod autem debeat pars citari ſuper executione facienda, docent Bartol. *in l. 1. in fine, ff. nihil nou. appell.* pend. Bald *in l. ſi contra, C. de appell. & in l. 2. in fine, C. de tempor. appell.* vbi ait eſſe textum, & Abb. *in c. ex ratione, col. final.* vbi vult elapſo primo anno poſſe iudicem exequi parte tamen citata, niſi iudex *à quo* terminum breuiorem præfigat ad proſequendum: tunc enim eo elapſo deſerta fit appellatio, & poteſt iudex ſententiam exequi, vt habetur *in cap. [illegible] ſit Romana, de appell.* Marant. *ſuprà, num. 234 & 235.*

Quod ſi nondum ſuper deſertione ſit pronunciatum, iudex *à quo* ſi fuerit delegatus, non poterit ſuam ſententiam exequi abſque eo quod ſuper deſertione pronuncietur, vt in eadem Cantarienſ.

Monaſterij fuit reſolutum per maiorem partem dominorum, ſiue appellatio ſit deſerta per lapſum termini iuris, ſiue per lapſum termini hominis, & ſiue appellatio fuerit diffinitiua, ſiue interlocutoria. Franch. *ſuprà, in cap. perſonas notab. vlt. & in cap. an ſit in 3 notab. de appell.*

Formula autem ſententiæ deſertionis ponitur ab Andr. Gail. *pract. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 138. ſub n. 5.* literis, & lingua Germanica, & poſtea lingua Latina, cuius meminit Camill. Borrell. *in ſumma, p. 2. tit. 33. de appell. n. 1158. & duobus ſequent.* Nihilominus illud nota ex ordinatione Regia noſtra *d. lib. 3 tit. 68. § 7.* quòd quando ſententia in qua appellatio habetur pro deſerta, facta, & ſignata eſt à ſuperioribus, imò per cancellariam iam fecit tranſitū, ſi priuſquam appellatus exierit à loco, vbi Curia conſidet, veniat appellans cum appellatione, iudices ſuperiores non obſtāte ſententia in forma pronunciata aduerſus appellantem non comparentem die, ac tempore præfixo admittunt appellationem, præcipiuntque appellanti ſoluere appellato expenſas factas ſuper inſtrumento diei apparitionis. Barboſ. *in ſuis remiſſionibus*, ibi, *ad d. tit. 68. § 7.* vbi alios pro hac parte citat. Secus tamen eſt in appellationibus eorum, qui habitant in loco Curiæ, quia hi poſſunt ſe liberare à contumacia, antequam ſententia tranſeat per cancellariam, & antequam tradatur parti contrariæ. Conſonat Cabed. *1. p. deciſ. 42. n. 7. verſ. poſſunt etiam partes*, dicens in ſupremo etiam ſenatu quādo appellatio ex actis iudicatur deſerta, poſſe partes offerre, ac probare impedimenta, ob quæ acta in termino præfixo non fuerunt præſentata, quāuis in ſupplicationibus ordinarijs, quas *agrauos ordinarios* vocamus, hoc partibus nō ſit licitū, ſic ille. 211.

Nec eſt prætereundum ex eadem ordinatione Regia *lib. 3. § 8. tit. 68 verſ. E iſto que dicemos*, vbi habetur non habere locum inſtrumentum diei apparitionis in criminalibus, vbi iuſtitia habet locum, vel poteſt habere. Nam in his caſibus etiam ſi appellās appellationem non proſequatur, iudex *à quo* per deſertionem appellationis non poterit ſuam exequi ſententiam, neque ipſa tranſibit in rem iudicatam per deſertionem appellationis ex lapſu temporis, ſed ſententiam ad ſuperiores mittet, ſi forte fuerit appellatum à ſententia diffinitiua, aut ab interlocutoria, à qua conſiderato iure Regio iudex debet appellare parte etiam non appellante; in quo euentu Auditores criminales per acta appellationis cauſam, non verò per inſtrumentum diei apparitionis debent expedire. Quia imò condemnatus ad mortem etiam in omni tempore, & in omni caſu admittitur ad appellandum, Barbol. *in remiſſionib. ad d. tit. 68. § 8.* poſt Gam. *tract. de ſacrament. præſtand. vltimo ſupplicio damnatis, q. 6. num. 3. fol. 52.*

## §. XII.

### *De Appellatione remota.*

### EPITOME.


212 *Clauſula*, omni, & quacunque appellatione remota, *quid importet.*

213 *Quibus modis tollatur appellatio.*

214 *Vtrum clauſula*, appellatione remota, *operetur etiam in cauſa reconuentionis.*

215 *Clauſula*, remota appellatione, *quid operetur in ex communicatione lata poſt appellationem.*

216 *Clauſula*, appellatione remota, *non operatur in caſibus.*

*caſibus, in quibus appellatio eſt ſpecialiter à iure conceſſa.*

217 *Clauſula*, appellatione remota, *an tollat appellationem ab interlocutoria.*

218 *Clauſula*, appellatione remota, *non tollit recuſationem iudicis, neque ſupplicationem ad ſuperiorem, ne reuocentur attentata per viam attentati, operatur tamen.*

219 *Clauſula*, appellatione remota, *non tollit appellationem deuolutiuam, nec tollit appellationem ita efficaciter poſita in reſcripto, ſicut tollit ius commune, & ſtatutum.*

220 *Principe inferior non poteſt reſcribere cum clauſula* appellatione remota, *& quando poſſit.*

221 *Clauſula*, appellatione remota, *in delegatione facta Cardinali, quamcunque appellationem, no dum friuolam, remouere cenſetur.*

222 *Clauſula*, appellatione remota, *quid operetur circa attentata, & alios effectus.*

223 *Clauſula*, appellatione remota, *operatur, vt iudex appellatione pendente poſſit exequi ſuam ſententiam, niſi inhibeatur.*

224 *Clauſula*, appellatione remota, *refertur non dum ad negotium principale, ſed etiam ad incidentia illius. Non capit tamen tertium.*

225 *Clauſula*, appellatione remota, *quid operetur, & quid non operetur, tam in genere, quàm in ſpecie.*

212. IN §.8. huius diſputationis diximus à quibus in aliquibus caſibus non datur appellatio; & in § 9 eandem materiam per totum fuimus proſecuti. In hoc autem §. agendum eſt de clauſula poſita, *appellatione remota*: idcircò primo quæritur quid importet, & operetur clauſula, *Omni. & quacunque appellatione remota?* Reſponde tunc omnino denegari appellationem. Ita Matthei *tract. de cõmiſſ. p. 1. de commiſſ. cum clauſula.* appellatione remota, *c. 10. n. 18. in fine, & n. 19. fol* 101. Probatur à ſimili, quia ſicut princeps poteſt dare iudicem remota omni recuſatione, & poteſt prohibere omnem exceptionem recuſationis, & tunc non poteſt recuſari, quamuis recuſatio non eſſet friuola, vt notat Franch. *in rub. ſub n. 27. verſ. Secundo aduerto*, ibi *ſi tamen ipſe princeps*, quẽ ſequitur Sigiſmund. *de appell. q. 16. limit. 1. n. 118.* & Lancell *de attent. cap. 6. n. 38 p. 2.* Ita etiam poteſt princeps dare iudicem remota omni, & quacumque appellatione. In quo euentu iudex *à quo* ſtante hac clauſula, non tenetur appellationi deferre, quæcumque appellatio ſit, dummodo non reperiatur expreſsè à iure conceſſa, eo quòd quando iura expreſsè permittunt appellari, poteſt pars grauata appellare etiamſi in reſcripto omnino appellatio ſit prohibita, Abb *in c. paſtoralis, num. 14. verſ. ad ſecundam quæſtionem* Franch. *q. 9. n. 28.* & Decius *n. 49. verſ. ſecundò quæritur de appell.*

213. Secundò petes quis poterit tollere appellationem? Reſponde in primis Principem non recognoſcentem ſuperiorem, *l. 1. §. interdum, ff. à quibus appellare non liceat*, cap. *quod ſuper his de maioritat. & obedient.* cap. *paſtoralis* §. 3. *de appellat. num. 23. l. 13. ad fin.* & ibi Gregor. *in gloſſ. verb. ningun inſgador, titul. 23 part. 2.* Suar. de Paz *in praxi, 5. part. tom. 2. capit. vnico, numero 1.* vbi vult appellationem Principis reſcripto, vel lege tolli poſſe, iuſta tamen cauſa interueniente; alioquin princeps iniuſtè faceret, deberétque cauſa illi conſtare, aliàs peccabit. Couar. *in pract. quæſt. cap. 23. n. 6.* nullúſque alius Principe inferior poterit cauſam committere cum clauſula, *appellatione remota*, cum hæc facultas ſit de reſeruatis Principi. Eſt communis, teſte Lancellot *de attent. p. 2. c. 12. limit. 8. n. 19. & ſeq.* poſt alios, qui cenſent per hanc clauſulam, *appellatione remota*, non tolli appellationem à diffinitiua ſententia, ſed ab interlocutoria, quod etiam credidit Speculat. *in titul. de ſent. execut. §. 1. circa principium* dicens hanc clauſulam nullum effectum habere quoad diffinitiuam, & iudicem teneri appellationem admittere, nec poſſe procedere ad executionem; quod ſi procedat, illam debere reuocari. Cui accedit Lanfranc. cum aliis, *in deciſ. 463. incip. clauſula, appellatione remota.* Lancellot. *vbi proximè.*

Similiter tolli poteſt appellatio à ſententia iudicis dati à Principe cum clauſula, *appellatione remota*, per *d. l. 1. § interdum, ff à quibus appellare non licet*, cap. 53. *paſtoralis*, & ibi ſcribentes *de appellat.* Franch. *in rubr. ſub n. 3. verſ. aliquando verò, de appell. in 6.* Rebuff. *tract. de appell art. 7. gloſſ. 2. verſ. duodecimo*, Matant. *in ſuo ſpeculo p. 6. actu 2. principal. in verb & quandoque appellatur, limitat. 28. n. 336.* Poſſeque Principem tollere reſcripto appellationem, & reſcribere, *appellatione remota.* Eſt communis de qua teſtatur Couar. *in pract. c. 23. num. 6. verſ. non negamus, verſ. quinto probant, & verſ. ſextò quando qualitas.*

Sed contra obiici poteſt, appellatio eſt defenſio, ſeu ſpecies defenſionis, *l. 1. ff. de appel.* & c. *cum ſpecialis 61. § porro de appel.* Matant. *in ſuo ſpeculo, p 6. in verb. & quandoque appellatur, n. 247.* Fuitque introducta principaliter, vt per eam iniquitas iudicum, & imperitia corrigatur *l. 1. in princip.* & ibi Bartol. *in princ. ff. de appell. & relat.* Ergo non poteſt tolli à Principe, nec concedi iudici, vt iudicet cum clauſula, *remota appellatione*, cum concernat appellatio defenſionem ab iniuſta ſententia, & ſit introducta ad præſidium innocentiæ, teſte Franch. *in rubr. n. 24. verſ. ſed tamen dubitatur de appell.*

Reſpondetur tamen primò non ex eo quòd tollatur appellatio, excludi defenſionem, quoniam victus antequam condemnaretur potuit ſe tueri in prima inſtantia, vt ſenſit Rebuff. *tract. de appel. in præfat. num. 84. verſ. nec refragatur.* Reſpondetur ſecundò appellationem pro vt concernit defenſionem, de iure naturali non poſſe tolli à Principe, poſſe tamen tolli appellationem prout eſt defenſio iudicialis, quæ eſt de iure poſitiuo, ſeu pro vt eſt modalitas, ſeu forma defenſionis; atque ita poteſt tolli defenſio à Principe quoad ſolemnitatem iuris poſitiui, non tamen quoad ſubſtantiam appellationis prout eſt de iure naturali, quæ facit vt iuſtitia fiat contra iniquitatem, vel imperitiam iudicantium.

Vnde quando princeps tollit appellationem, præſumit propter excellentiam iudicis ſententiam eſſe iuſtam, & nihil iniquitatis continere: ideò tollit appellationem inductam à iure naturali confidens de iuſtitia iudicis, ſicut eam tollit confidens de iuſtitia trium ſententiarum conformium, & ex conſequenti tollit appellationem prout appellatio eſt de iure poſitiuo. Poſſe autem illam tollere prout eſt de iure poſitiuo, tenet Bredet. *tract. de appell p. 3. tit. 18. col. 26. litera D*, cùm ſit defenſio iudicialis, ſequitur Franch. *in c. 53. paſtoralis, q. 4. n. 20. de appell.* Rebuff. *in d. tract. de appell. in præfat. n. 84 tom. 3. fol. 481* & Alber. *tract. de ſtatu, lib. 4. q. 53. ſed quid ſi, n. 3. in fin, & n. 4.* & Azor. *in praxi, iudic §. 31. c. 34, n. 6. verſ. in contrarium, & n. 7.*

Tertiò petes, vtrùm ſi conſtet euidenter de iniquitate ſententiæ, tollatur appellatio per clauſulam, *remota appellatione*? Reſponde negatiuè, etiamſi ſit appoſita talis clauſula de conſenſu partium. Probatur ex eo, quòd ſententia ſi feratur per iniuriam, ſeu dolum, poteſt appellari. Bald. *conſil. 217. verba libelli in fine. ſub n. 9. verſ. concludende, lib. 2* Rebuff. *tract. de ſent. execut art. 9. gloſſ. 5. num. 9. verſ. fallit quando*, Nicell. *de concard gloſſ. concord 6. fallent. 6. verſ. nono, num. 26.* & Contard. *in l. vnica, limit. 10. num. 1. C. ſi de moment. poſſeſſ.* Confirmatur, quia ſublata appellatione non cenſetur ſublata à lege, vel ſtatuto, facultas appellandi, quando iudicis dolo pronunciatum fuit, Breder. *in tract. de appell p. 1. tit. 11. in verb. lex, col. 23.* & Contard. *vbi proximè, limitat. 10. num 3.* Ergo ſimiliter in noſtro caſu ſi conſtet euidenter de iniquitate ſententiæ, non obſtante ea clauſula, poteſt appellari, ſi pronunciat iudex dolo malo, vel per latam culpam. Idem Contard. quia æquiparatur dolo, *limit. 10. num. 1. & 2.*

214. Quartò petes, an clauſula, *remota appellatione*, operetur aliquid in cauſa reconuentionis? Reſponde appellationem remotam in conuentione, cenſeri remotam in reconuentione. gloſſ. 1. *in cap. 2. de mutuis petitionibus*, vbi Abb & omnes ſcribentes, Franch *in cap. paſtoralis, n. 6. de appell.* Gonzal. *de menſib gloſſ. 6. n. 167.* & Lancell. *de attent. p. 2. cap. 12. limit. 8. num. 52.* Cui accedit Sigiſmund. *de appell. quæſt. 17. limit. 7. num. 23. verſ. contra iſtam.*

Probatur, quia prohibita appellatione in vno ex correlatiuis, cenſetur interdicta etiam alteri, Ruginell. *tract. de appell. § 2. cap. 3. n. 230.* Sicut etiam quando quis appellat, ne poſſeſſio concedatur parti aduerſæ, neque ipſi appellanti concedi poteſt, Achil. de Graſſ *deciſ. 18. n. 2. tit. de appell.* Felin. *in rubr. de reſcript. n 2.* Contard. *in d. l vnica, limit. 17. num. 9 Cod ſi de moment. poſſeſſ* Iuuat Mangon. *deciſ. Lucenſ. 58. in cauſa Vincentij, n. 6. & deciſ. 62. ſlat ſtatutum, num 8.*

215. Quintò petes, quid operetur clauſula, *remota appellatione*, in excommunicatione lata poſt appellationem? Reſponde iudicem datum cum ea clauſula poſſe excommunicare etiam probabiliter appellantem, eo quòd ſententia lata per iudicem cum prædicta clauſula poſt appellationem, non eſt nulla, prout tradunt Abb. *in d. c. 53 paſtoralis, n. 9. verſus finem*, & Franch. *num. 7 verſ. 2 ſeptimè operatur, de appell.* Quod intellige, quando illa appellatio non reperitur expreſsè approbata à iure in illo caſu. Sic præcitati, quoniam rationabiles etiam appellationes, quæ ſcilicet interponuntur ex iuſta cauſa, ſi ea non ſit in ſpecie iure expreſſa, remouentur per clauſulam *remota appellatione*. Cuius rei ratio optima reperitur *in eod. cap Paſtoralis*, vbi dicitur appellationes friuolas cenſeri remotas ſecundùm ipſum ius cõmune, & non poſſe negotium impedire per text. *in c. cum appellat, hoc tit. lib 6* Vt ergo clauſula hęc, *appellatione remota*, aliquid efficiat, opus eſt, quòd non ſolùm appellationes friuolas, ſed etiam rationabiles tollat, prout indicatur in textu, *in cap. ſi Papa, de priuileg. lib 6.* Cum ergo iudex datus cum clauſula, *appellatione remota*, excommunicet appellantem ſententia lata poſt appellationem à tali iudice non eſt nulla. Quin imò ſi in eodem tempore, ſeu articulo temporis feratur, & pronuncietur excommunicatio, & appellatio, præſumitur in foro externo pro appellatione, in foro autem conſcientiæ pro excommunicatione, in quo foro appellatio caret effectu ſuſpenſiuo. Franch. *in cap. præterea, n. 18. de appell* Nam quæ celeritatem important, excludunt appellationem, vt ex Caſtrenſ. & aliis refert, & ſequitur Ruginell. *tractat. de appellat. § 9. gloſſ. 2. q 17. n. 48* & videtur ſentire Bald. *conſ. 330. ſtatuto cauetur. ſub n. 17.* ibi, *debeat ſic velociter procedi, lib. 1. in editione anni 1543. typis Vincentij de Portonarijs.*

Sextò petes, an clauſula, *appellatione remota*, aliquid operatur in caſibus in quibus appellatio ſpecialiter conceditur à iure? Reſponde negatiuè, quia iudex *à quo* non tenetur tunc deferre voluntati habentis, ſeu afferentis eandem clauſulam, eo quòd nihil operatur quando à iure ſpecialiter conceditur appellatio, atque ita quamuis appellatio in reſcripto inhibeatur, poterit appellari, & iudex tenetur deferre appellationi. Speculat. *titul. de appell. §. in quibus. ſub n. 28. verſ. finem*, ibi, *in his caſibus, lib. 2. fol. 186. in fine*, & probatur ſatis ex ipſo textu *in cap. paſtoralis, de appell.* & *ibi* Abb. *n. 1.* Franch. *eod. num 1. & 3.* ibi. *operatur ergo*, & Breder. *tract. de appell part. 1.* & ex conſequenti hæc clauſula, *appellatione remota*, non tollit reuocationem attentatorum, quotieſcunque appellatio interponitur ex cauſa expreſſa in iure, ſed operatur ſuos effectus appellatio, & ſic deuolutiuum, & ſuſpenſiuum non obſtante clauſula, *appellatione remota*, venientque reuocanda attentata viâ, & priuilegio attentatorum, Franch. *in d. c paſtoralis, ſub n. 6. verſ. ſexto operatur. de appell.* & dicetur infrà *n. 218* ex Lancellot. *de attent. 2. p. cap. 12 limit. 8. n. 16. & 17.* Sigiſmund. *de appell. q 16. limit. 1. num 80. 100. & 105.* 216.

Proinde hæc clauſula, *appellatione remota*, non tollit appellationem à diffinitiua ſententia, ſed ab interlocutoria tantùm ſecundùm aliquos, in qua opinione fuit Speculat. *in titul. de ſentent. execut. § 1. circa principium*, Lancellot. *d. limit. 8. n. 25.* Sed melius dicas, non intelligi prohibitam appellationem ab interlocutoria per dictam clauſulam, vt notat Felin. *in cap. 18. cauſam, quæ. verſus finem, ſub n. 27. verſ. & dum de reſcript.* Rota diuerſ. *deciſ. 100 ex num. n. 10. in fine, & n. 11. p. 1* & Breder. *tract. de appell. p. 1. tit. 11. col. 23. in fine, & col. 24. in princip* Sigiſmund *d. quæſt. 16. limit. 1. num 82. & q. 17. limit. 6. memb. 7. n. 31. & 35.* quod intellige niſi iudex manifeſtè grauet, quia tunc poteſt appellari non obſtãte prædicta clauſula; non enim cenſetur quis prohibitus appellare vrgente manifeſto grauamine, Ruin. *in conſ. 82. viſo, n. 1. lib. 5.* Decius *conſ 49 Præſtantiſſime, n. 2. lib. 1.* poſt gloſſ. *in cap ex conqueſtione de reſtit. ſpoliator.* Bald. *in l. 1. C. ſi de moment poſſeſſ. fuerit appellatum, & in l. conſentaneum, C quomodo, & quando iudic.* & Alex. *in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudicat.* vbi concludunt ſi per legem vel ſtatutum tolleretur appellatio, non intelligi ſublatam, quando adeſt grauamen manifeſtum, aut notoria iniuſtitia. Quin etiam grauatus per tres conformes ſententias non obſtante dicta clauſula debet audiri ſtante notoria iniuſtitia. Caputaquen. *p. 2. deciſ. 83. incipit, lata ſententia*, Put. *deciſ. 414.* & Natta *in conſ 172. in cauſa, num 6. lib. 1.* 217.

Septimò petes, an clauſula, *appellatione remota*, auferat recuſationem iudicis, aut ſupplicationem ad ſuperiorem, & quid operetur circa attentatorũ reuocationem? Hoc petitum tria continet. Primum de recuſatione iudicis, cuius reſpõſio eſt negatiua; nec enim appellatione remota cenſetur prohibita 218.

r ecuſatio

recuſatio iudicis, *cap. 36. poſtremo, de appellat.* eo quò quando ſunt duo iura ſeparata, ſublato vno, non cenſetur alterum ſublatum, Bartol. *in l. final. in vltimis verbis, C. de ſentent. & interlocutor. iudic.* Igitur commiſſa cauſa cum hac clauſula *appellatione remota*, talis clauſula non comprehendit, neque excludit recuſationem, quia appellatio, & recuſatio ſunt duo iura ſeparata, & ſeparatorum ſeparata eſt ratio. Franch. *in cap. ſuper eo, col. 2. col. 3. num. 18. de appellat.* & *num. 17. verſ. in gloſſ. ſicut appell.* Differentiæ autem inter appellationem, & recuſationem ex eo patent, quia a Vicario Epiſcopi non appellatur ad Epiſcopum, recuſatur tamen apud Epiſcopum. Item quia à iudice non appellatur, niſi ob grauamen, recuſari tamen poteſt veluti ſuſpectus, licet non grauet. Quin etiam recuſari non poteſt iudex in quem pars conſenſit, niſi ex ſuperueniente cauſa poſt conſenſum: attamen poteſt appellari ab eo.

Conueniunt autem appellatio, & recuſatio quoad effectum ſuſpendendi iuriſdictionem inter ſe; ita vt ſicut appellatione pendente nihil debet innouari, *l. 1. & toto tit. ff. nil nouari appellat. pend.* ſic etiam nec recuſatione pendente, Hoſtienſ. *in cap. legitima*, & *ibi* Ioan. Andreas *in gloſſ. in verb. aſſignata, de appell. in 6.* Franch. *in rubr. extra de appell. poſt principium*, per Alex. *conſ. 238. ponderatis, num. 1., lib. 6.* Hanc æquiparationem tradunt, Baptiſt. Villalob. *in collect. commun. opinion. liter. R. num. 10.* Burſat. *conſ. 21. num 21. recuſatio enim, lib. 1.* cum multis quos ibi accumulat, & alij apud Lancellot. *de attent. part. 2 cap. 6. numer. 8.* vbi *num. 10.* addit ſuſpicione iudicis pendente, ceſſare omne exercitium iuriſdictionis, & *num. 18.* recuſati iudicis proceſſum eſſe nullum, quamuis appellans, ſeu recuſans appellationem non fuerit proſecutus, Burſat. *d. conſ. 21. num. 36.* Natta *in conſ. 174. num. 9. lib. 1.*

An verò remota appellatione cenſeatur etiam remota ſupplicatio: anceps eſt quæſtio? Reſponde appellationem, & ſupplicationem regulariter non procedere pari paſſu; cum diſpoſita in appellatione non procedant in ſupplicatione. Ideo prohibita appellatione non cenſetur ſupplicatio prohibita, Gramnat *in deciſ. 5. incip. cum fuiſſet*, & Pariſius cum aliis *in conſ. 54. incip. in iſto numero trigeſimo nono, lib. 3.* Atque ita prohibita appellatione non negatur ſupplicatio, vt vltra præcitatos volunt Roland. *conſ. 94. præſuppoſita, numer. 1. & ſeq. lib. 1. & conſ. 38. incip. de duobus, num. 3. in fin. & num. 4. & 5. lib. 2.* Contard. *in d. l. vnica, quæſt. 8. num. 4. & 8. verſ. quin imo, C. ſi de moment. poſſeſſ.* Menoch. *de arbitr. iud. quæſt. 70. num. 22. & 24.* Quin etiam quando appellatio eſt interdicta ratione iudicis excellentiſſimi conceditur ſupplicatio apud eundem iudicem, Roland. *d. conſ. 38. num. 1. & 2. & num. 16. lib. 2.* Contard. *ſupra, d. quæſt.*, *num. 20. verſ. ne quis obſtat*, Marant. *in ſuo ſpeculo, part. 6. act. 2. principal. in verb. & quandoque appellatur, num. 12. & ſequent.* & Boſſ. *tract. criminal. tit. de ſupplicat. aduerſus rem iudicatam.*

Quando verò cauſa committitur cum clauſula, *remota appellatione*, debet ſupplicatio fieri non ad iudicem, qui pronunciauit, ſed ad ſuperiorem, qui delegauit, Gloſſ. *in clement. 1. in verb. honoramus. de iure patronatus*, & Iaſon *in §. ſed iſte, numer. 136. verſ. vltimo non omitto, inſtit. de actionib.* Tiraquel. *de retract. lignag. § 4. gloſſ. 1. num. 11.* quibus accedit Sigiſmund. *de appell. quæſt. 17. limit. 15 num. 5. verſ. reſtringe primo, & quæſt. 19. a num. 1. vſque ad num. 4. remed. 3.* vbi *num. 24. verſ. concludo ſecundo*, docet in cauſa appellationis, & in cauſa ſupplicationis, eodem modo procedendum eſſe. Vnde recurſus ab aliqua ſententia, quando conceditur, debet iudicari ſecundum regulas appellationis, quantum ad tempus exercitij, & determinationis cauſæ ſecundum Franch. *in cap. 63. dilecto. quæſt. 56. num. 1., de appellat.* Menoch. *vbi proximè, quæſt. in fin. numer. 27. lib. 1.* & Contard. *in l. vnica, quæſt. , num. , C. ſi de moment. poſſeſſ.* idem Menoch. *remed. 4. adipiſcend. num. 895. cum ſequent.*

Sed hoc non procedit in aliquibus caſibus, in quibus ſupplicatio, & appellatio expreſſe differunt, qui caſus ſunt quinque, teſte Capic. *deciſ. 28. in cauſa magnifici Ioannis Philippi verſus fin. n. 11.* & Roland. a Valle *conſ. 94. num 9. vol. 1.* de quibus per Iaſon *in l. ſi quis aduerſus*, Authent. *quæ ſupplicatio, C. de precib. imperator. offerend.* Verum hæc non vbique per eamdem viam tendunt, quia quamuis in ſupplicatione poſſit ſupplicans non deductum deducere, & non probatum probare, teſte Roland. *vbi proximè, num. 10.* & Contard. *in d. l. vnica, quæſt. 8. num. 37. verſ. rurſus non eſt omittendum, C. ſi de moment. poſſ.* oppoſitum obſeruatur apud Gallos, vbi cauſa reuidetur omnino ex eiſdem actis. Quare qui in illo regno Franciæ vult ſupplicare, nullomodo requirat, nec repetat acta ab actuariis; ea enim requirendo, vel petendo dicitur renunciare ſupplicationi. Rebuff. *tit. de ſupplicat. in præfat. ſub num. 72. & num. tom. 1. fol. 516.* Gregor. Tholoſan. *tract. de appellat. lib. 1. cap. 16. num. 11. different. 6.*

Idem apud leg. noſtram *lib. 3. ordination. tit. 95. per totum*, vbi Barboſ. *in remiſſion.* Cabed. *1. part. deciſ. 11. num. 12. pag 45. & ſequent. & a num. 17.* vbi de reuiſione propria, & *deciſ. 12 per tot. & 2. part. deciſ. 67. num. 1. pag. 201.* quem vide omnino; de qua etiam re diximus, *ſupra, diſp. 5. § 3. num. 26.* & iterum *diſp. 7. §. 8. num. 38. & 40.* Nec obſtat contrarietas inter ſupplicationem, & appellationem, quia præcitati alij loquuntur de ſupplicatione genericè ſumpta quatenus comprehendit etiam querelam. Alij verò agunt de ſupplicatione in ſpecie, quæ a querela multum differt; nam ſupplicatio fundatur in errore facti admiſſo, ſeu commiſſo à iudice: querela autem fundatur in partium errore, vel in circumuentione aduerſarij, Gregor. Tholoſ. *lib. 1. cap. 6. num. 10. in 1. differentia, tract. de appell.* vbi *num. 11.* meminit alterius differentiæ, quæ habet querelam reuideri ex nouiter inuentis, & ex nouis productionibus, ſupplicationem verò reuideri ſolùm ex eiſdem actis. Conſonat Mend. à Caſtro *in prax. ſæcular. Luſit. lib. 3. cap. 20. num. 7.* & Barboſ. *in remiſſ. ad d. tit. 95. & §. 7.* vbi tradunt in ſupplicatione, ſeu reuiſione ſtrictè ſumpta non admitti libellum, nec petitionem, nec probationem exceptis tantum allegationibus iuris, quæ poſſunt adiici, requirique ad addendum inſtrumenta de nouo reperta reſcriptum regium.

An verò clauſula, *poſt poſita appellatione*, operetur, vt appellatio poſtea interpoſita non faciat attentata? Reſponde affirmatiuè, quod procedit regulariter. Ratio, quia quamuis attentata appellatione pendente in primis, & ante omnia debeant reuocari per viam attentati, nihilominus perſiſtente hac clauſula, geſta per iudicem *à quo* appellatione pendente de facto interpoſita non reuocari

reuocantur ex indulto attentatorum, eo quia appellatio non habet effectum ſuſpenſiuum iuriſdictionis ob virtutem huius clauſulæ. Ita ſcribentes *in d. cap paſtoralis, §. præterea de offic. delegat.* quæ ſuſpenſio tollitur ob dictam clauſulam. Franc. *in d. cap. paſtoralis, num. 6. verſ ſextò operatur, de appell* Panormit. *ibidem, col. 4. verſ. tertius eſt effectus*; quod procedit nedum quando appellatio expreſſe remouetur per hæc verba, *appellatione remota*, ſed etiam quando per verba æquipollentia prohibetur appellatio, puta quando denegaretur alicui audientia in agendo, & defendendo. Item quando dicitur in reſcripto, *non audiatur*, quibus verbis etiam tollitur appellatio.

Quòd autem per clauſulam, *non audiatur*, tollatur appellatio, debet intelligi quando denegatur audientia, tam in agendo, quàm defendendo expreſſis verbis, vt notat Franch. *in rubr. num 25. in fine de appell* & Lancell. *de attent. part. 2. cap. 12. limit. 8 num. 4. & 5. & limit 10. num. 18.* Secus ſi ſimpliciter dicatur, *non audiatur*: tunc enim non dicitur remota appellatio, cùm ſit defenſio, quia non cenſetur remota, quam ſi remoueatur actio, ſeu audientia agendo, argumento excommunicati, qui non poteſt agere, nec audiri agendo, cap. *intelleximus, de iudic.* Ducitnas *regul. 268.* Viuius *tom. 1 commun opinion. lib. 1. tit. 12. num. 25* Surd. *de aliment. tit. 8 priuileg 83. num. 1.* & Cardoſ. *in praxi, iudic. verb. exceptio, num. 13.* Nihilominus poterit appellare. Speculat. *tit. de appell. §. 1. num. 1. lib. 2 fol. 183.* Rebuff. *tract de appellat. in præfat. num. 61. tom. 3. fol. 480.* Contard. *in l. vnica in ratione dubitandi, n. 4 C. ſi de moment. poſſeſſ. fol. 8.* & Ruginel. *tract. de appell §. 9. gloſſ. 2. ſub num. 5. verſ. Franc. autem, fol. 298.* imò poteſt conſtituere procuratorem in cauſa appellationis, & eam proſequi perſonaliter, vt docet Innocent. *in cap. 38. veniens, el 2. in princip. de teſtib.* Sequitur *ibi* Anton. de Butr. *num. 7. verſ. oppone quod debuerat.* Quod eſt verum in appellatione iudiciali, non autem in extraiudiciali mera, quæ non eſt defenſio, ſed habet vim conuentionis, & excommunicatus non poteſt conuenire, vt diximus *ſuprà in hac, diſp. 24. §. 1. num. 11.* Item tollitur appellatio per clauſulas ſequentes, *ſententia ſuum effectum ſortiatur*, Contard. *in d. l. vnica, à num. 18. vſque ad num. 25. C. ſi de moment. poſſeſſ.* vbi ſentit ſententiam ſuum effectum ſortiri, quando mandatur executioni, ex quo deducit tolli appellationem per clauſulam hanc. Sequitur Ruginell. *tract. de appellat. § 9. gloſſ 2. num. 4.* & multo clariùs Ioſ. Ludouic. *in Peruſ. deciſ. 20. Domina Marciana, num. 17.* ibi, *lata ſententia*, dicens per hanc clauſulam, cauſam tranſire in rem iudicatam, quoad vtrumque effectum tam ſuſpenſiuum, quàm deuolutiuum.

Mihi tamen magis placet verba illa, *lata ſententia ſortiatur ſuum effectum*, quæ ſunt, *in d. l vnica, C. ſi de moment poſſeſſ.* non excludere appellationem quoad effectum deuolutiuum, quia ad hunc effectum datur appellatio etiam de iure ciuili, vt vult Bartol. *in l. 2. ante ſententiam. num. 6.* ibi, *poſſumus etiam dicere. ff. de appell. recip.* quem ſequitur Abbas *in cap. 15. ad ſedem, ſub num. 30.* ibi, *& inter cætera dicit, de reſtitut. ſpoliat.* Vel ſi tibi magis placuerit, dic cum Abbate *conſ. 55. in cauſa quæ, circa principium*, verba illa, *lata ſententia ſortiatur effectum ſuum*, non excludere appellationem [illegible] diſponere quòd non impediatur executio per appellationem.

Similiter excluditur appellatio per clauſulam, *non poſſit querelare*, ita Lancellot. *de attent part 2. cap 12. limit. 8.* Item per clauſulam, *remota contradictione.* Item Lancellot. *ibidem, num 5.* poſt Bald. *in l. 1. §. 1. verſ. ſed an remota, ff de offic. præfect. prætor.* qui loquitur de querela, & text. *in cap. perſonas, de appell.* qui loquitur de contradictione, Decius *in cap. perſonas, notab 4. in fine, num. 7. de appell.* vbi loquitur de clauſula, *non poſſit querelare.* Idem dicit de clauſula, *Procedas ſine ordine iudiciario*, ſeu, *Procedas liberè, & citra omnem iudicij formam*, ita Anguiſſ. *conſ. [illegible] de tribus, num. 6. verſ. quo ſtante, & num. 10. & 11. & num 41. verſ. decimo, lib. 5.*

Diximus paulò ante, perſiſtente clauſula, *remota appellatione*, geſta per iudicem non reuocari appellatione pendente ex priuilegio attentatorum. Quæſtionis tamen eſt, an attentata poſt appellationem interpoſitam à iudice conſtituto cum clauſula *appellatione remota*, poſſint reuocari per aliquam aliam viam? Reſponde etiamſi non reuocentur ex priuilegio attentatorum, poſſe tamen reuocari per viam nullitatis principaliter agendo de nullitate non obſtante clauſula, *remota appellatione* Nam quamuis aliquis ſit excluſus à proſequenda appellatione, non propterea excluditur omnino ad reuocanda attentata ſaltem per viam nullitatis, quæ retardat executionem, vt notat Alex. *conſ. 2. num. 12. & 15. lib 3.* & notat Marant. *in ſpeculo, in 3. parte ſextæ partis principal in 8. actu qui eſt querela, num. 105. verſ. ſimiliter circa reuocationem attentatorum.* Quod etiam procedit, quando eſt deſerta appellatio tùm regulariter attenta ſint ipſo iure nulla, vt late probat Lancellor. *in 2 part. cap. 12. de attent. appell. pend. in 1. ampliat. num. 8.* cum multis *ibi* relatis Ideo paſſus attentata vult ea tolli, & annullari, & petit principaliter illa nulla pronunciari, recurrens ad regulam communem, nempe attentata appellatione pendente eſſe ipſo iure nulla, proinde poteſt agere ad reuocationem per viam nullitatis. Ita doctores *in cap. ſæpe*, vbi Franch. *num. 30. de appell.* & vult Franciſc. Cancuccius *in deciſ. nouiſſima Romana, 6. num. 10. vol. 2.* Lancellot. *de attent. limit. 8. num. 48. & 3. part. cap. 21 num 41.* Camill. Borrell. *in ſumma, tom. 2. tit 33. de appellat. numer. 1110.*

Poſſunt etiam reuocari attentata per viam querelæ, quando ſumus in iudice dato cum clauſula, *appellatione remota*, coram ſuperiore ordinario agendo, petendóque reuocationem. Ita Lancellot. *in d. limit. 8. num. 48 & d. cap. 21. num. 42.* vbi pro hac parte ſcilicet *limit* 8. citat Hoſtienſ. *in d. cap. paſtoralis, §. præterea, de offic. delegat.* Abbas *in cap. vt debitus, col. 7. in princip. de appell. & in d. c. 21. num. 42.* Marant. *in 3. part. ſextæ partis in octauo actu, num. 105.*

Octauò petes, quid operetur clauſula, *appellatione remota*, circa appellationem deuolutiuam? 219.
Reſponde hanc clauſulam non tollere quominus appellatio ex iuſta, & legitima cauſa interpoſita ſortiatur effectum deuoluendi cauſam ad iudicem ſuperiorem, vt poſſit ſententiam emendare, vel eam reuocare per viam appellationis, Franch. *in d. cap. paſtoralis, notab. 2.* & pleniùs, *num. [illegible] verſ. ſextò operatur*, quamuis iudex *à quo* non deferat appellationi, quia cauſa fuit commiſſa cum prædicta clauſula, *appellatione poſtpoſita*. Ita Speculum *tit. de appell § in quibus, ſub num. [illegible] verſ. eſt autem*, ibi [illegible] *lib* [illegible] 87. & Abbas *in d. cap. paſtoralis, num 3 &* [illegible].

Quia

Quiu etiam iudex appellationis poteſt, & debet reuocare ſententiam ſi conſtet illi de grauamine iniuſto, eo quòd mens principis concedentis facultatem iudicandi, appellatione remota, illa eſt, vt iudex *à quo* iuſtè iudicet: proinde quando iudex grauat iniuſtè partem, non habet locum ratio prohibitionis, ſed ceſſat omnino. Franch. *in d. cap. paſtoralis, num. 6. verſus finem, verſ. dubitatur tamen*, & partes poſſunt appellare etiamſi grauamen nun reperiatur expreſſum in iure; ſemper enim ex iuſta cauſa datur appellatio, & quamuis iudex *à quo* debeat deferre appellationi, quando appellans ponit iuſtam cauſam in ſua appellatione, ſi non deferat, non punitur ratione clauſulæ adiunctæ, *appellatione remota*, niſi cauſa appellandi ſit ex cauſis in iure expreſſis; tunc enim tenetur deferre appellationi non obſtante prædicta clauſula, aliàs puniri debet. Franch. *in d. cap. paſtoralis, ſub num. 5. verſ. quintò operatur. de appell.* Sigiſmund. *de appell. quaſt. 16. num. 99 & ſequent.* Lancellot. *in d. limit. 8. num. 36. & ſequent.*

220. Nonò petes, an inferiores à Principe poſſint reſcribere cum clauſula, *appellatione remota*? Concluſio ſit negatiua, quia ſolus princeps poteſt reſcribere appellatione remota, & tollere per reſcriptum appellationem, Breder. *tract. de appellat. part. 1. titus. 11. col. 24.* Et eſt communis, de qua Couar. *in pract. quæſtionib. cap. 23. num. 6. verſ. non negamus*, etiamſi eſſet legatus de latere, ex eo fundamento, quia inferior non poteſt præiudicare ſuperiori in ſua iuriſdictione, nec poteſt delegare cauſam ſummariè cognoſcendam. Gigas *de crimine læſæ maieſtatis*, Franch. *in cap. 36. poſtremò, n. 5. verſ. tertiò, & vltimò, in fine, de appell. & in rubr. num. 25. verſ. aduerte tamen. eod.* tit. Sigiſmund. *d. quaſt. 16. num. 106. & duob. ſequent.* Lancellot. *de attent. par. 2. cap. 12. limit. 8. num. 18. & 19.* vbi concludit cum multis *ibi* nullum inferiorem à Principe poſſe cauſam committere cum clauſula, *appellatione poſtpoſita*. Quod ſi clauſula, *appellatione remota*, apponatur ab inferiori à Principe, operabitur remotionem appellationis ab interlocurutia tantùm, & illa friuola, non autem à diffinitiua; Bartolus *in l. 1. §. interdum, ſub num. 2. ff. à quib. appellat.* Lancellot. *part. 2. cap. 12. limit. 8. num. 16. & 21.*

221. Excipe tamen delegationem factam Cardinali cum clauſula, *appellatione poſtpoſita*; tunc enim ratione excellentiſſimæ perſonæ, non ſolùm appellatio friuola, ſed quæcunque alia remouetur ſiue iuſta, ſiue iniuſta. Bald. *in l. 1. col. 11. ff. de offic. præfect. prætor.* Roman. *in ſing. incip. appellatione remota*, Milus *in verb. appellari non poteſt*, & Pauin. *de poteſtate capituli ſede vacante, fol. penultimo*, quos referens ſequitur Marc. Anton. Cuch. *inſt. maior. lib. 2. de Cardinalib. tit. 4. fol. 102. num. 103. col 2. liter. L.*

222. Circa verò attentata, quid operetur clauſula, *appellatione remota*, diximus *ſuprà, num. 218.* Adde tamen hanc clauſulam efficere, vt facta poſt interpoſitam appellationem, ſint ipſo iure nulla. Pendente autem appellatione extraiudiciali attentata regulariter non eſſe ipſo iure nulla, ſed venire annullanda. Franch. *in cap. bona, n. 33. verſ. quatuordecimò quæritur, de appell.* vbi de appellat. extraiudiciali, de iudiciali autem appellatione, Franch. *in cap. paſtoralis, n. 6. de appel.* Item eadem clauſula, *appellatione remota*, non tollit ſuſpenſionem, quæ reſultat ex itineris arreptione: appellatio autem reſultans ex arreptione itineris, vt faciat attentata, opus eſt, vt iudici, & parti intimetur, cùm ſit tacita appellatio: idcirco poſt intimationem attentata reuocantur. Franch. *in d. cap. vt debitus honor. de appell. in gloſſ. 4. verſ. alij verò, num. 33.* Ante autem intimationem nihil eſt quod vitio tribuatur, nec iudici, nec parti. Atque ita intimatio requiritur quoad effectū attentatorum, prout decidit à Rota *deciſ. 38 alias 309. attentata, de appell. in nou.* Ioan. Andreas *in cap. ſi duobus, de appell.* Paul. *in element. cauſam, de appel.* Lap. *allegat. 39. an valeat, num. 10.* & alij, quos referens ſequitur Laucell. *2. part. de attent. cap. 12. ampliat. 15. num. 22.* dicens intimationem eſſe neceſſariam ad effectum attentatorum, & quoad effectum ſuſpenſiuum.

Sed quid ſi intimatio appellationis facta ſit parti, non verò iudici? Reſponde hanc intimationem non nocere proceſſui facto à iudice, etiamſi iudex procedat ad inſtantiam partis, niſi iudex, aut pars eſſent iam certi de hac appellatione; ita Franch. *in d. cap. ſi iuſtus, de appell. num. 50.* & Lancellot. *d. ampliat. 15. à num. 26.* Ex ea ratione, quia quamuis procuratori reuocato regulariter ſit intimanda reuocatio: attamen quando is, in cuius gratiam à procuratore facienda erat reſignatio, cognouit reuocationem, ſufficit ea ſcientia, vt reſignatio non teneat facta à procuratore reuocato, nec requiritur quòd intimetur reuocatio procuratori. Iuuat Menoch. *de arbitrar. lib. 1. quaſt. 66. num. 3.* vbi vult non eſſe opus intimatione, quando pars notitiam habet ſententiæ contra ſe latæ, quia non eſt intimatio de eſſentia ſententiæ, cùm ille alia via certus eſt, & probat *l. 1. in fine, ff. de action. empt.* Rip. *in cap. cum M. Ferrarienſ. de conſtit.* Tiraq. *tract. de retract. conſang. in §. 36. gloſſ. 2. num. 30.* vbi de hac re.

Similiter clauſula, *appellatione remota*, commiſſa alicui iudici, facit, vt ſi iudex appellationis inhibeat iudici *à quo*, & iudex non obſtante inhibitione procedat ad executionem, executio dicatur attentata, & reuocabitur cap. *non ſolum, de appellat. in 6.* Franch. *in d. cap. paſtoralis, col. 2. num. 5.* Lancellot. *vbi ſuprà, dict. limit. 8. num. 7.* Contra verò ſi ſine inhibitione procedat appellatio in cauſa data iudici *appellatione remota*, non eſt locus remedio attentatorum, quia appellatio non ſuſpendit, vbi eſt hæc clauſula, Camill. Borrell. poſt alios, *d. tit. 33. de appell. num. 658.* & dictum eſt modò.

223. Ex dictis ſequitur, niſi iudex *à quo* inhibeatur per virtutem huius clauſulæ, *appellatione remota*, poſſe ſuam exequi ſententiam, vt etiam dixit Franch. *in d. cap. paſtoralis, num. 6. de appell.* Iacob. Philipp. Porti. *in conſ. 59. num. 2. & in conſil. 120. num. etiam 2.* & Lancellot. *1. part. de attent. in præfat. num. 58. & 59.* dicens antequam inhibeatur, poſſe exequi ſuam ſententiam, appellatione pendente: ſecus poſt inhibitionem, quod eſt Imolæ *in dict. cap. paſtoralis, colum. 2. in princip. de appell.* idem Lancellot. *in 1. part. cap. 3. numer. 11.*

224. Decimò petes, vtrùm hæc clauſula, *appellatione remota*, extendatur non ſolùm ad cauſam principalem, ſed etiam ad incidentia, & dependentia illius? Et quid de tertio? Quoad primam partem dic hanc clauſulam non ſolùm operari in negotio principali, ſed etiam in incidentibus illius, dummodo ſubſit eadem ratio. Bald. *in l. incerti, in fine, C. de interd. & in l. 1.* vbi etiam Salicet. *num. 4. C. ſi de moment. poſſeſſ.* Zucc. *in l. final. num. 439.*

C.de

*C. de edic. Diu. Adr. tollend.* Nec obeſt hanc clauſulam, *appellatione remota*, eſſe exorbitantem, & ſtrictè interpretandam, quia vbi eſt eadem ratio expreſſa, comprehendit omnes appellationes, & ab incidentibus, & acceſſoriis, vt habetur *in deciſionib. diuerſor. auditor. Rotæ Romanæ, part.* 1. *deciſ.* 100. *num.* 15. 20 *&* 34 & Lancellot. cum aliis *d. cap* 12. *limit.* 8. *num.* 9.

Quoad tertium, dicendum eſt eandem clauſulam, *appellatione remota*, nihil operari quoad tertium, ſed quoad partes duntaxat in reſcripto contentas. Nam tertius poteſt appellare pro ſuo intereſſe, text. *in cap. ſuper eo, de offic. delegat.* Et eſt communis, teſte Couar. *in practic. quæſtionib. cap.* 15. *num.* 4. & alij, quos ſequitur Lancell. *ſupra, num.* 52. Nec dicitur tertius innouare appellatione pendente, cùm lis cum eo non exiſtat: ideo non dicitur attentare; Deciſio *in recollectione Mohed.* 150. *Papa contulit, ſub rubr. de præbend. & in recollect. peregria. deciſ.* 97. & Achill. *deciſ.* 6. *aliàs,* 26. *ſub rubr. de attent.* quibus adhæret Lancellot. 1. *part. de attent. cap.* 3. *num.* 7. Vnde contra tertium ſpoliantem, & innouantem pendente appellatione agendum eſt coram ſuo ordinario, & ſeruato iudiciario ordine, Franch. *in cap. bonæ memoriæ, num.* 8. *de appell.* dummodo tertius non habeat cauſam a parte appellata, vel à iudice, vel ab ipſo appellante; tunc enim habet locum attentati remedium. Rot. *diuerſ. deciſ.* 1147. *lite pendente, part.* 3. *lib.* 3. *fol.* 255. Sigiſmundus *de appellat. quæſt.* 3. *num.* 62. *& ſequent. & quæſtion.* 17 *limit.* 2. *numer.* 61.

Quare attentata à tertio non reuocantur remedio attentatorum, quamuis ex lite aliquod commodum ſit reportaturus. Quod procedit etiam quando tertius habuiſſet ius plenum in re circa quam dicitur attentatum, Lancellot. *d. cap.* 3. 1. *part. num.* 12. *& ſequent.* vbi plura de tertio, & Sigiſmundus *de appellat. quæſt.* 17. *à num.* 61. *&* 64. *in limitatione* 2 *& limit.* 6. *membr.* 4. *num.* 111.

Vltimò petes, cur hæc clauſula, *appellatione remota*, dicatur ſolùm excludere appellationem friuolam? Pro explicatione aduerte appellationem friuolam dici, quæ eſt inutilis, inanis, & vacua. Geminian. *in cap.* 5. *cum appellationibus, num.* 5. *verſ. quæro quid importet*, & Franch. *num.* 1. *de appell. in* 6. Dicitur ergo friuola, in qua nulla cauſa exprimitur, vel exprimitur minùs legitima, Corneus *conſ.* 193. *pro deciſ. primi dubij, in fine, numer.* 17. *lib.* 2. Sigiſmund. *de appell. quæſt.* 2. *a.* 48. Proinde friuolè appellans non auditur, poteſtque mulctari, & iudex appellationi friuolæ deferens peccat, quia appellans non eſt grauatus, ſed grauat. Angel. Aret. *tract. de malefic. in verb. præſente dicto Caio, num.* 19. Guid. Papæ *tract. de appellat. quæſt.* 120. *num.* 89. Iul. Clar. *recept. ſent. lib.* 5. *§. final. quæſt.* 94. *in fin. in princip.* & Lancellot. *d. p.* 2. *ampliat.* 4. *principal. num.* 12.

His poſitis, reſponde clauſulam, *appellatione remota*, ideo dici obſtare friuolæ appellationi duntaxat, eámque tollere, quia per hanc clauſulam omnino, & ſine vllo dubio tollitur friuola appellatio, excepto quando conceditur Cardinali cauſa cum clauſula, *appellatione remota*, à cuius ſententia iuſta, vel iniuſta non appellatur ob Cardinalatus dignitatem, vt diximus ſuprà in hoc §. Quod verò per dictam clauſulam tollatur tantùm friuola appellatio, eſt communis, argumento cap. *paſtoralis. extra de appell.* Sequitur Bartol. *in d. l.* 1. *§. interdum, in princip.* & Accurſ. *ibidem in gloſſ. in verb. ab eo prouocare*, idem Bartol. *in l. omnes populi ſub num.* 65. *in fin. ff. de iuſtit. & iur.* Lancell. Conrad. *de offic. prætor. in cauſ. ciuilib. tit. de appellat. ſub num.* 9. *verſ. trigeſimooctauò, & trigeſimonono*, & Marant. *in ſpeculo, part.* 6. *act.* 2. *de appellat. num.* 261. quibus adhærent Camill. Borrell. *de appellat. tit.* 33. *num.* 653. *cum duobus ſequent.* & Sigiſmund. *de appell. quæſt.* 16. *limit.* 1. *num.* 93. *&* 94. vbi concludunt per clauſulam, *appellatione remota*, tolli tantùm friuolam appellationem, non autem legitimam, & à iure permiſſam. Sequitur Barboſ. *in dict. cap. paſtoralis, numer.* 1.

Ex dictis colligi videtur parum, aut nihil ope- 225.
rari hanc clauſulam, *appellatione remota*, & fruſtra, ac ſine effectu poni in reſcriptis; ſi quidem per eam non tollitur niſi appellatio friuola, inanis, & temeraria, quæ de iure communi tollitur. Reſponde tamen multa operari hanc clauſulam, nam in primis de iure ciuili tollit remotionem appellationis etiam non friuolæ, eo quòd leges ipſæ ſine reſcripto excludunt, & exterminant appellationem friuolam, Gloſſ. *in l.* 1. *§. interdum, in verb. ab eo prouocare, ff. à quibus appellare non licet*, per text. *ibi*. Ex quo Bartol. infert hoc idem, dum ait, *aliud ſecundum leges, vt hic, & aliud ſecundùm canones*; ſequitur Camill. Borrell. *d. tit.* 33. *de appell. num.* 638. *verſ. quartò declara*, & Sigiſmund. *d. quæſt.* 16. *limit.* 1. *num.* 95. poſt Franch. *in d. cap.* 55. *paſtoralis, num.* 13. *verſ. circa ſecundum. de appell.* vbi negat de iure ciuili ex vigore huiuſmodi clauſulæ à Principe in reſcripto adiectæ poſſe appellari tam in diffinitiua, quàm in interlocutoria, quamuis iuſta cauſa exprimatur in appellatione, atque ita ex ſententia Franchi per clauſulam, *appellatione remota*, de iure ciuili tolluntur omnes appellationes iuſtæ, ac legitimæ, exceptis his, quæ ſpecificè à iure permittuntur.

De iure autem canonico, prout ſentit idem Franch. *in d. cap. paſtoralis*, aliquid operatur remouendo appellationes quæ ex iuſta cauſa interponuntur, niſi ſint ex cauſis in iure ſpecialiter expreſſis, quia circa eas clauſula, *appellatione remota*, nihil operatur, nec ſimiles appellationes remouet; cæteras autem rationabiles etiam appellationes ex iuſta cauſa ſolitas interponi maximè, iuxta regulam textus *in cap. ſi Papa, de priuileg. lib.* 6. quod etiam proſequitur Xuar. *allegat.* 28. *num.* 2. Frater Emanuel Roiz *quæſt. regul. tom.* 1. *quæſt.* 8. Quæ opinio mihi placet, ſecundùm quam accipe per clauſulam, *appellatione remota*, non ſolùm friuolas appellationes, ſed etiam rationabiles, & legitimas tolli. Ratio, quia verba in qualibet diſpoſitione eo modo ſunt interpretanda, vt aliquid operentur, *l. ſi quando, in princip. ff de legat.* 1. Felin. *in cap.* 1. *num* 4. *de reſcript.* Alciat. *in reſponſ.* 563. *num.* 4. Craoet. *in conſ.* 135. *num.* 24. *& in conſ.* 294. *col.* 22. *verſ. quinto loco*, Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *quæſt.* 37. *numer.* 5. *& quæſt.* 173. *num.* 15. & Gonzal. *de menſib. gloſſ.* 6. *num.* 28. Ergo dicendum eſt hanc clauſulam, *appellatione remota*, operari debere, vt remoueantur etiam legitimæ appellationes, quia friuolæ ſecundùm ius commune remotæ cenſentur per dict. cap. *cum appell. de appell. lib.* 6.

Operatur item clauſula, *appellatione remota*, vbi primis literis eſt appoſita, de ea in ſecundis debere fieri mentionem. Abbas *in cap. ex conqueſtione, not.* 4. & *ibi* Anton. *de reſtitut. ſpoliator.* Facit Gloſſ. *in cap. inter dilectos, in verſ. conſumpto. de fid.*

inſtrument.

*inſtrument.* vbi dicitur conſumptio, vel abraſio circa clauſulam, *appellatione remota*, reſcriptum viriare, qood non fieret, ſi dicta clauſula nihil operaretur, neque eſſet de ſubſtantia reſcripti, Palat. *in cap. per veſtras. de donat. inter vir. & vxor. notab.4.num.14.* Non tamen ſi contingat gratiam eſſe ſubreptitiam, clauſula, *apellatione remota*, appoſita in literis deſuper expeditis excuſat ab attentatis. Lancell. *d. cap.*ta. *limit.8. num.47.* Pro reliquis conſule Camill. *d. tit.33. de appellat. à num.665. vſque ad num.675.*

## §. XIII.

### *A quibus ad quos iudices de iure ſit appellandum in Romana Curia in foro Eccleſiaſtico etiam Sede vacante.*

EPITOME.

226 *Appellatur à iudice à* quo *ad iudicem* ad quem, *qui cognoſcit ſuper meritis eiuſdem cauſa dumtaxat.*

227 *Appellatur à delegato ad delegantem. A delegato Papa ad Papam etiamſi in partibus exiſtat legatus de latere.*

228 *A legato de latere appellatur ad Papam; à ſubdelegato Regis, ſeu Papa appellatur ad delegatum ſubdelegantem, niſi ſubdelegans ſit ſuſpectus.*

229 *Iudices ordinarij Eccleſiaſtici ſunt Epiſcopi, Archiepiſcopi, Primates, Patriarcha: in curia Romana ſunt Auditores contradictarum, & Auditores Camera.*

230 *Appellabitur ad quos ab officialibus Romana Curia, & à Camera Apoſtolica ad quem ſit appellandum.*

231.& 232 *Papa mortuo in quibus reſideat iuriſdictio Sedis Apoſtolica, & Curia Romana, & ad quem eſt appellandum Sede vacante? Nunquid ad Collegium Cardinalium? Et quid poſſint Cardinales per id tempus.*

233.& 234 *Appellari poteſt à iudicibus ordinarijs ſtatus Eccleſiaſtici ad Auditorem Camera, etiamſi iudices medij ex priuilegio poſſint cognoſcere de ſecundis cauſis? Et quid de iudicibus ſecularibus ſtatus Eccleſiaſtici.*

235 *Appellandum ad quem ſit à Concilijs generalibus, ſynodalibus, & prouincialibus.*

236 *Appellandum eſt ad Eccleſiaſticum quando iudices, laicus, & Eccleſiaſticus ſimul pronunciant: pronunciantibus autem ordinario, & delegato appellandum eſt ad ſuperiorem delegati.*

226. QVÆRITVR primò ad quos ſit appellandum à iudice *à quo?* Reſponde primò iudicem *ad quem* non poſſe cognoſcere, niſi de eo, de quo cognouit iudex *à quo*, teneri que pronunciare ſuper meritis eiuſdem cauſæ, ſuper qua iudex *à quo* pronunciauit. Bart. *in l.1. in fine, ſub num.3. C. ſi aduerſ. libert.* Ratio, quia iudex *ad quem* habet iuriſdictionem per deuolutionem circa ea, quæ controuertuntur in prima inſtantia. Bald. *in authent. & conſequenter ſenteus. & interl. omn. iud.* non verò ſuper aliis, Affli-*Fragoſi de Regim. Chriſt. Reipubl.* ctus *deciſ. 155. num. 3. incip. fuit lata ſententia.*

Non tamen inde inferas non eſſe appellandum ad ſuperiorem iudicem, ſi quidem non poteſt ſuperior cognoſcere de omnibus, niſi de illis, quæ in prima inſtantia iudex *à quo* cognouit, quia quamuis à minore, ſiue inferiore iudice, ad maiorem, ſiue ſuperiorem ſit appellandum, vt eſt commonis, nec de hoc ſit dubitatio, Bartol. *in l.1.§.ſi quis, ff. de appellat.* Bald. *in rubr. C. eodem titulo*, Abbas & Franch. *in rubr. extra de appellat.* Attamen iudex *ad quem*, cum ſit datus à iure ſecundùm ius debet pronunciare in iis in quibus appellans dumtaxat grauatus cenſetur; atque ita appellatio regulariter datur à minore ad maiorem iudicem, non verò à maiori ad minorem, neque à pari ad parem datur imperium, *cap. cum inferior de maiorit. & obedient. l. nam magiſtratus ff. de recept. arbitr. l. ille à quo, §. tempeſtiuum, ff. ad Trebell.* vt eſt communis. Camill. Borrell. *d. tit.33. à num.17. de appell.* Nam ſuperior debet emendare quod fecit inferior, non tamen è conuerſo, vt ratio ſuadet. Marcheſ. *tract. de commiſſ. part.2. de commiſſ. appellat. cap.1. num.25.* Marant. *in ſuo ſpeculo, part.6. act.2. principal. in principio, in verb. & quandoque appellatur, num.3.* Neque conſuetudine introduci poteſt appellatio ad minorem, neque ad parem iudicem verè, vel fictè, vt dictum eſt, gloſſ. *in cap.2. in verb officiali. de conſuetud. in 6.* Nicell. *de concord. gloſſ. concord.6. numer.84. fall. 42.* Mandoſ. *tract. de inhibitionibus, quaſt.4. num.9.*

Quæritur ſecundò, an à delegato regulariter appelletur ad delegantem? Placet affirmare, ſiue delegans ſit princeps, ſiue ordinarius alius inferior, quidquid in contrarium dicat gloſſ. *in c.28. anteriorum in verb. competens 2. quaſt.6. de appell.* dicens non ad delegantem, ſed ad alium eſſe appellandum; ſed hodie hæc gloſſ. non admittitur, quia loquitur de iure antiquo. Idcirco à delegato ad delegantem, & non ad ſuperiorem debet appellari, Papienſ. *in pract. in form. appell. à ſentent. diffinitiu. in gloſſ. coram vobis, num.10. verſ. inde quaritur*, vbi loquitur de delegato ab ordinario, à quo ad ordinarium delegantem appellatio procedit. Idem cenſet Guid. de Suz *tract. de ordin. iudiciar. tit. ad quem appellatur, num.118.* & Gail. *in pract obſeruat. lib.1. obſeruat.121. num.2.* Conſonat Breder. *tract. de appell. part.1. tit.15. col.138. liter. A.* vbi ait à delegato principis dari appellationem ad principem, etiamſi delegatus authoritate principis fulciatur. 227.

Similiter à delegato Summi Pontificis appellandum eſt ad eundem Summum Pontificem. Stephan. Gratian. *in deciſ. Marchia 24. num. 1. & 16.* Quod procedit etiam quando lata fuit ſententia à delegato in partibus, vbi exiſtit legatus de latere qui fungitur authoritate Papæ, eiuſque vices habet; adhuc enim ad Summum Pontificem, & non ad legatum de latere fertur appellatio. Marcheſ. *in tract. de commiſſ. p.1. de commiſſ. ſuper diuerſ. cap.28. num.67. in 2. editione*, Sigiſmund. *de appell. quaſt.8. num 16.* Quin etiam à ſententia legati de latere appellatur ad Papam, *cap. cum cauſa de re iudicata, cap. Raynutius, cap. Raynald. de teſtam.* Franciſc. Marq. *in deciſ. Delphinatus 345. num.2. vol.1.* vbi docet idem dicendum de ſententia Cardinalis cui Summus Pontifex cauſam commiſit, niſi commiſſa fuiſſet cum clauſula, *appellatione remota*, poſt Baldum *in l.1. ff. de offic. prator.* 228.

Quod ſi adſit auditot Cameræ, qui eſt otdinarius omnium appellationum, quæ tuterponuutur extra curiam à ſententiis latis à quibuſcunque iudicibus, ſiue otdinatiis, ſiue delegatis; adhuc tamen appellandum eſt ad Papam a delegatis Papæ; ſecus à ſententiis latis a delegatis inferiorum, à quibus ad Auditorem Cameræ eſt appellandum, Sigiſmund. ſuprà, d. num. 16. verſ. ſubextende hanc extenſionem.

A ſubdelegato autem Regis appellatur ad Regem; Petr. Rebuff. ad conſtit. Gull. tom. 2. tit. de appell. & iudi. ... rafat. num. 33. Sed melius dicas à ſubde... ato Regis, ſeu Papæ appellari ad delegatum ſubdelegantem, eo quia huiuſmodi delegati repræſentant principes, quotum ſunt delegati; igitur ad ipſos delegatos ſub delegantes, non verò ad principes eſt appellandum, per text. in cap. 7. ſi delegatus in fine, & ibi Ioan. Andreas de offic. & poteſt. iudic. delegat. Bartol. in l. 1. §. ab eo, num. 2. verſ. item oppono, ff. quis, & à quo appellandum. Guld. de Suz. tract. de ordine iudiciario, tit. ad quem appellandum, num. 118. idem Rebuff ſupra, d. num. 33. & aliis apud Sigiſmund. de appell. quæſt. 7. num. 63. & 64. verſ. ratio, & quæſt. 8. num. 45. vbi addit ſecus in ſubdelegato inferiorum, quia ab eo poteſt omiſſo delegato medio appellari ad Papam, vt ſcribit Felin. in cap. 27. ſuper quæſt. § porro, num. 3. fall. 3. & ibi clariùs Abb. n. 4. in fine, de offic. & poteſt. iud. delegat. & in cap. 18. cum Bertoldus, verſus finem, verſ. vltimo, num. 4. de ſentent. & re iudic.

Non poterit autem appellari à ſubdelegato ad delegatum ſubdelegantem, ſi ſubdelegauit, eo qoia erat ſuſpectus; tunc enim non ad ipſum delegantem, ſed ad alium ſuperiorem eſt appellandum omiſſo medio, Gloſſ. in cap. ſi cui, de offic. delegat. in 6. Franch. in cap. dilecti, el 2. col. 2. limit. 6. de appell. Sigiſmund. vbi ſuprà, quæſt. 7. num. 42. & quæſt. 8. num. 19. & num. 48. Camill. Botrell. de appell. tit. 33. num. 97. poſt alios. Similiter ſi pars appellet à ſubdelegato ad Sedem Apoſtolicam, & ſubdelegatus admittat appellationem; in hoc euentu admiſſio illa appellationis ſecum detulit iuriſdictionem, eámque deuoluit ad ſuperiorem, & nihil remanſit in delegato, etiam ſi delegatus ſubdelegauerit cum clauſula, donec voluiſſet ſubdelegationem renocare. Mohedan. deciſ. vlt. 10. alias 325. in cauſa Braccarenſi de appellationib.

Denique quando delegatus eſt alterius, qui non eſt princeps, appellatio datur ad delegantem ab ipſo delegato, text. in l. præcipimus, §. hinc ſaluberrime, C. de appell. Franciſc. Marq. in deciſ. Delphinatus, 345. num. 3. vol. 1. & 419. num. 6. eod. vol. ex regul. generali, A delegato ad delegantem datur appellatio l. 1. in princip. & in §. ab eo, ff. quis, & à quo appell. quam ſequitur Nicol. Vigell. In method. iur. ciuil. lib. 2. cap. 27. §. qui appellandi, Matant. in ſpecul. part. vlt. act. 2. num. 303. verſ. tertia principalis. Vnde ab ordinarij delegato appellatur ad ordinarium, Papienſ in pract. in pract. in form. appellat. à ſentent. diffinit. in gloſſ. t. num. 10. niſi, vt paulo ante diximus, ipſe ordinarius ſit ſuſpectus.

229. Porrò iudices ordinarij ſunt illi, qui habent iuriſdictionem alicuius loci, ſeu prouinciæ à lege, vel à Rege. Speculat. tit. de offic. ordinar. §. 1. n. 1. lib. 1. partic. 1 fol. 39. Eccleſiaſtici autem ordinarij ſunt Primates, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, qui habent in Eccleſiaſticis iuriſdictionem ordinariam à Summo Pontifice, Speculat. vbi proximè, nec Patriarchæ, & Primates differunt, niſi niſi quoad ſonum vocis, Hoſtienſ. in ſumma, tit. de offic. ordinar. num. 2. verſ. quis poſſit conſtituere ordinarium. Epiſcopus autem, & eius Vicarius, non ſunt duo ordinarij, ſed vnus ordinarius; ideo ab Epiſcopi delegato appellatur ad Epiſcopum, vel ad eius Vicarium, gloſſ. in cap. 2. in verb. official de conſuetud. in 6. Rota deciſ. 3. alias 350. licet officialis, de officio Vicarij in nouiſſimis, vbi loquitur à delegato Epiſcopi, qood poſſit appellari ad Epiſcopum, vel appellari ad eius vicarium generalem, ſcribit Franch. in cap. 66. dilecti, n. 31. verſ. ſecundò quæritur de appell. & Matant. in ſuo ſpeculo part. 6. in verb. & quandoque appellatur, n. 385. Eodem modò à delegato Vicarij datur appellatio ad Epiſcopum, Franch. in d. cap. dilecti, quæſt. 4. num. 38. Sicut etiam à Vicario foraneo, ſeu non generali, datur appellatio ad eundem Epiſcopum, Rota diuerſ. deciſ. 1131. part. 3 lib. 3. Bettachin. tract. de Epiſcop. lib. 4. part. 7. quæſt. 26. num. 36. tom. 13. part. 2 fol. 358.

Ordinarij autem in curia ſunt Auditores contradictarum, & Auditores Cameræ non à ſe ipſis, ſed à Papa ſubſtituti, Veſtrius in praxi, lib. 2. ſub num. 4. de Auditore Cameræ habente iuriſdictionem ordinariam loquitur, Franch. in cap. 4. perſonas, num. 4. verſ. vltimò quæritur. de appell. Mandoſ. tract. de monitor. quæſt. 44. num. 3. tom. 3. part. 2. Marcheſ. tract. de commiſſ. part. 2. de commiſſ. reſtitut. in integr. cap. 2. num. 49. Sigiſmund. de iudic. cauſar. ciuil. & criminal. lib. 1. cap. 2. num. 5. Item Vicarius Domini Papæ eſt ordinarius, Vantius tract. de nullitat. rub. coram quo poſſit, n. 18. Match. d. cap. 2. num. 49. Item Præſidentes Cameræ Apoſtolicæ, Gubernator vrbis, & Vicarius dicuntur ordinarij iudices, non à ſemetipſis, ſed à Summo Pontifice ſubſtituti; idem Veſtrius in praxi, lib. 3. cap. 3. num. 4. Sigiſmund. ſuprà, de iudic. lib. 1. vbi per varia capita de his officialibus plenè.

Tertiò quæritur ad quos appelletur à ſententiis latis ab officialibus Romanæ Curiæ? Reſponde non obſtante quòd de aliquibus iam dictum 230.
ſit ab Auditore Cameræ appellari ad Papam, ab Auditore Rotæ etiam ad Papam appellari, qui cauſam appellationis delegabit alteri Auditori Rotæ, vt notat Mandoſ. tract. de commiſſ. commiſſ. 17. appellationis, in 1 inſtant. in verb. alicui alteri, & Ruginell. tract. de appell. §. 2. cap. 2. n. 34. verſ. à ſententia Rotæ Romana. Item à Vicario Papæ appellatur ad Papam, Decius in cap. 66. dilecti, num. 30. de appellat. Franch. ibi num. 41. verſ. ſextò quæritur, quamuis ſit Vicarius generalis, & licet idem ſit Auditorium cum ipſo Principe, ſequitur Matant. dict. part. 6. actu 2. principal. in verb. & quandoque appellatur, num. 383. Nec refert ſi dicas à Vicario generali Epiſcopi non appellari ad Epiſcopum, quia id fit quòd detur Archiepiſcopus, ad quem poteſt appellari; ſed à Vicario Papæ, ſeu Principis, ideo appellatur ad Principem, quia non datur ſuperior in terris maior reſpectu Principis.

Item à Camerario appellatur ad Cameram. Item à clericis Cameræ ad eandem Cameram, quæ ſolet negotium alteri ex clericis Cameræ per Turnum committere, qui non poteſt cauſam finire, niſi de voto etiam cæterorum, Marcheſ. in tract. de commiſſ. p. 1. de commiſſ. in particulari, c. 3. num. 16. Quod procedit etiamſi cauſa committatur

ex

ex reſcripto Papæ: adhuc non pronunciauit, niſi ſub nomine camerarij, nec ſine voto cameræ ex conſtitutione Pij IV. edita anno 1564. calend. nouembris, quia clerici cameræ non habent iuriſdictionem vt ſinguli, ſed ſolùm in communitate, eſtque iudex ordinarius, non autem delegatus clericus deputatus ad pronunciandum, Paul. Granut. *Theorie.* 21. *numer.* 17. *verſ. ſi verò loquimur.*

A camera Apoſtolica appellatur ad ipſammet cameram, quia tribunal cameræ eſt tribunal ſupremum, ſic vocatum à Pio IV. in conſtitutione ſuper ordinatione tribunalis cameræ Apoſtolicæ edita anno 1564. calend. nouembris. Item à cameræ Commiſſario appellatur ad cameram, cum ſit officialis cameræ Apoſtolicæ, & habeat iuriſdictionem aduerſus retinentes inſtrumenta, & ſcripturas ad cameram ſpectantes, contra quos proceditur manu Regia, executiuè, prout habetur in indultis conceſſis à Xiſto V. anno Domini 1586. quarto idus octobris. Similiter à cameræ Theſaurario appellatur ad cameram, vt ſcribit Marches. *tractat. de commiſſ. part.* 1. *rubr. de commiſſ. in particulari*, *cap.*3. *num.* 16. Non datur tamen appellatio à ſententia lata à Theſaurario cameræ, niſi facto priùs actuali depoſito, intra viginti dies, à die pronunciatæ ſententiæ, apud montem Pietatis: alioquin non retardatur executio, ſed admittitur appellatio, quando agitur de debito cameræ, Sigiſmund. *de appellat. quæſt.* 17. *limit.* 17. *num.*8. *verſ. ſublimita quintò.*

231. Quartò quæritur, vtrùm iuriſdictio cameræ Apoſtolicæ, & iudicum in curia Romana, & cæterorum, qui eam habent à Summo Pontifice immediatè, eo mortuo ita expiret, vt non detur appellatio durante ſede vacante? Pars negans ex eo probatur, quia in curia Romana nemo habet iuriſdictionem ordinariam, niſi Summus Pontifex. Item quia mortuo Epiſcopo expirat iuriſdictio Vicarij, etiam quoad cauſas non integras, vt eſt communis, teſte Couar. *in practic. cap.*4. *num.*4. ibi, *nec mortuo*; ergo mortuo Summo Pontifice expirat omnis iuriſdictio ex officialibus camerariis, & ex conſequenti non datur appellatio à clericis, ſeu clerico cameræ Apoſtolicæ ad eandem cameram, nec ab eadem camera Apoſtolica ad ipſammet cameram. Confirmatur ex ſtylo, & ex conſuetudine in curia Romana ſeruari ſolita, vbi iudices quantumuis ordinaria fungantur iuriſdictione, mortuo Papa eam non exercent, imò dubitant de ſua iuriſdictione, ideo Auditores Rotæ non procedunt, prout vult Gambar. *tract. de authoritat. leg. de later. lib.*9. *quæſt.*17. *num.*73. *in fine*, *&* 74. *in principio*, *folio* 219. *tom.* 13. *part.*2.

Dicendum tamen eſt mortuo Summo Pontifice omnes Eccleſiaſticos magiſtratus confeſtim ceſſare, & à ſuis officiis vacare exceptis Pœnitentiario maiori, & minoribus, necnon camerario Sanctæ Eccleſiæ Romanæ, qui alio nomine *Camerengus* vocatur. Hi enim etiam defuncto Summo Pontifice ſuis funguntur muneribus, ex ea ratione, quia iuriſdictione ordinaria fungentes, ſede vacante, durant, nec expirant, Marant. *in ſpeculo*, *p.*4. *diſt.*5. *num.*6. *differ.*28. quod etiam ait Franch. *in cap.*2. *num.*2. *verſ. vltimò nota de offic. legat. in* 6. vbi dicitur iuriſdictio legati Papæ per obitum illius non expiraſſe, prout etiam notat Gambar. *in tract. de authorit. legat. de later. lib.*9. *n.*29. *verſ. ſed dubitatur*, *&* *num.*30. *tom.*13. *part.*2. *fol.*219.

Sequitur Azor. 2. *part. inſtit. moral. lib.* 4. *cap.*2. *quæſt.* 1. *verſ. ſi extra vrbem ad finem*, ex cap. *vbi periculum, de elect. in* 6. & ex cap. *licet, eodem tit. & in eod. lib.* & ex clement. *ne Romani, eod. tit.* §. *eo autem proviſo.* Idem docet Petrus Barboſ. *in l. quia tale, num.*84. *in fine, ff. ſoluto matrimonio*: in aliquibus tamen diſcrepans, dum ait in Vrbe de ſtylo omnia officia ſuſpendi vſque ad electionem noui Papæ, præter expreſſa in dict. Clement. *ne Romani.* cæteris autem officiis in ea non contentis, interim non poſſe vti, donec Papa eligatur: eo tamen electo omnes poſſe vti ſuis muneribus abſque noua confirmatione. De quo dixi *ſupra*, *diſput.*5. §.4. *num.*43.

Ex dictis de iure accipe poſſe appellari durante ſede vacante ad eoſdem iudices ordinarios, ad quos antequam vacaret, appellabatur; ſiquidem iuriſdictio eorum officialium, qui ſunt ordinarij, non expiret per mortem Summi Pontificis. De conſuetudine autem proſecutio appellationum omnino ceſſat, & omittitur, poterit tamen appellatio interponi ad ſanctam ſedem Apoſtolicam, vt anxietas omnis tollatur, præſertim quando appellatio erat interponenda ad Summum Pontificem, quod etiam procedet, ſi forte contingat ſedem vacare ob ſchiſma, & de vero Papa eſſet incertitudo; ſecus ſi conſtaret de Papa certo, tunc enim non vacaret ſedes, Sigiſmund. *de appellat. quæſt.*8. *num.*169. *& ſequenti.*

Quintò quæritur, an ſede vacante poſſit appellari ad collegium Cardinalium? Responde negatiuè. Gambar. *tract. de authorit. legat. de later. lib.*9. *quæſt.* 15. *ſub num.*55. *&* 56. *tom.* 13. *part.*2. *for.*219. Additio. ad Bartol. *in l.*19. *vbi abſunt*, *in verbo, collegium Cardinalium*, *ff. de tutor. & curat. dat.* ſed *ibi* Bartol. *num.*3. tradit appellandum eſſe ad collegium Cardinalium; ſed non placet, quia Cardinales non poſſunt ſede vacante vti munere, nec iuriſdictione pertinente ad Papam dum viuit, ex eo, ne detur occaſio electionis differendæ, & prolatandæ, cum Eccleſiæ Romanæ vacatio diutina multis ſit expoſita periculis, vt habetur *in cap.*3. *de elect. in* 6. Ideò Sede vacante non conceditur iuriſdictio, & poteſtas Cardinalibus, quæ competit Papæ dum viuit, Clement. 2. *in fine principij, de elect.* Addit. ad Bartol. *in d. l.* 19. *in verb. collegium Cardinalium, ff. de tutor. & curat. dat.* Faciunt tradita à Martin. Laudenſ. *tract. de princip. quæſt.*478. *tom.* 16. *fol.*211. dicente non tranſire vicariatum Eccleſiæ vniuerſalis conceſſum Diuo Petro, & ſucceſſoribus in alium ſede vacante. Atque ita non poſſe appellari ad Cardinales, ita Manfred. *tract. de Cardinalibus*, *deciſ.* 392. & Gambar. *tract. de legato de latere, lib.*9. *d. num.*55. *&* 56. Quia exercitium poteſtatis mortuo Papa in Eccleſia non eſt penes Cardinales, niſi ad noui Pontificis electionem faciendam, vel prout illis conceditur à iure in aliquibus, vt habetur in dict. clement. *ne Romani. de elect.* Sic Turrecremat. *lib.*2. *in ſumma*, *cap.*76. Plenitudo autem illius poteſtatis defuncto Papa formaliter in ſe ſumpta penes Chriſtum Dominum remanet, & ab eo ſucceſſor in Pontificatu illam accipit antiqua inſtitutione, non verò noua conceſſione. Vide cætera apud Doctiſſimum Cæſarem Luſitanum, 1. *p. de Eccleſiaſt. Hierarch. diſput.*2. §.6. *à num.*2. *vſque ad tertium.*

Poterit tamen collegium Cardinalium vrgente neceſſitate prouidere, & iuriſdictionem cauſarum criminalium committere aduerſus facinoroſos, & 232.

vlarum graſſatores, vt eorum violentia, & audacia compeſcatur. Similiter imminenti neceſſitate poterit prouidere in his, quæ occurrunt, vt notat Hoſtienſ. relatus à Gloſſ. *in cap. vnico, in verb. ſede vacante. de ſchiſmat. in 6.* & Pauin. *tract. de viſitat. quæſt. 2. p. 1. n. 26. 27. tom. 14. fol* 180. Vnde ſi camerarius bona diſſipet, vel caſtellanus de fidelitate ſeruanda ſit ſuſpectus, poterit Collegium in his duobus caſibus, vel aliis ſimilibus remedium adhibere, ne bona dilapidentur, & ne caſtellum tradatur viro ſuſpecto. Gambar. *vbi proxime, d. lib. 9. n. 54. verſ. exiſtimo, tom. 13. part. 2 fol.* 219.

233. Sed quid dicendum de ſententiis latis à iudicibus ordinariis locorum ſtatus Eccleſiaſtici, immediatè ſubiectis ſedi Apoſtolicæ? Reſponde poſſe appellari ab omnibus his iudicibus ſtatus Eccleſiaſtici, etiamſi ſint legati ſedis Apoſtolicæ ad Auditorem cameræ, eo quod appellationes, quæ extra curiam ad ſedem Apoſtolicam mittuntur, ad ipſum Auditorem mitti poſſunt; cum ſit ordinarius omnium appellationum, quæ extra curiam interponuntur à ſententiis latis à quibuſuis iudicibus, ſiue ordinariis, ſiue delegatis, Veſtrius *in praxi, lib. 2. cap. 4. ſub num.* 4. quem ſequitur Sigiſmund. *lib. 1. de iudic. cauſar. ciuil. & criminal. cap. 22. num. 2. & quæſt. 7. de appellat. num. 90. verſ. infero.* Vbi addit ad Auditorem cameræ poſſe appellari etiam omiſſis mediis, quoniam Auditor cameræ habet iuriſdictionem cumulatiuè ſecundarum cauſarum non obſtantibus quibuſcunque ſtatutis in contrarium, etiam à ſede Apoſtolica confirmatis, prout ſcribit dictus Sigiſm. *diſput. 7. num. 54. verſ. extende ſecundo, & quæſt. 8. num.* 112.

Quid ſi iudices medij habeant priuilegia cognoſcendi ſecundas cauſas, puta, Barones, Feudatarij, Communitates, & Vniuerſitates ſtatus Eccleſiaſtici? Reſponde adhuc poſſe appellari à iudicibus ſuprà dictis ad Auditorem cameræ omiſſis iudicibus mediis. Ratio, quia Papa per facultates Auditori cameræ conceſſas derogat omnibus priuilegiis, & indultis, vt conſtat ex conceſſione data anno 1590. pridie Idus Decembris, cuius meminit Scaccia *quæſt. 7. de appell. d. num. 90. & quæſt. 2. numer. 125. verſ ſubextende primo.*

234. Regulariter tamen à iudicibus ſæcularibus ſtatus Eccleſiaſtici, qui immediatè ſunt ſubiecti temporali dominio Eccleſiæ; gradatim appellatur ad iudices ſuperiores. Proinde ſeruatur ordo appellandi gradatim, niſi aliud diſponatur à conſtitutionibus, ac priuilegiis Apoſtolicis, prout legitur in conſtitutione Sixti V. ſub *n. 17. verſ. totius vero.* Idem dicito, quando committitur caſus alicui iudici priuatiuè quoad alios: tunc enim non appellabitur ad Auditorem cameræ, ſed ad delegatum vniuerſitatis cauſarum, qui caſum commiſit; is enim poterit iuxta ſuas facultates parte id petente, iudicem inhibere, & cauſam reaſſumere, ſiue in curia Romana, ſiue extra curiam. Sigiſmund. *ſuprà, dict. quæſt. 8. num.* 126. vbi concludit non poſſe Auditorem cameræ ex ordinaria iuriſdictione cognoſcere de cauſis matrimonialibus, nec beneficialibus, & idcirco ad illum, neque gradatim, neque non gradatim appellari poſſe in illis, ſed ad ipſum Papam duntaxat.

Nec refert ſupradictas appellationes ſcilicet, quæ extra curiam à quibuſuis iudicibus ad ſedem Apoſtolicam interponuntur, deuolui ad ipſum Auditorem cameræ, iuxta eius facultates; quia ad id reſpondetur hoc habere locum in cauſis ſolùm profanis, & in cauſis, quaſi ſpiritualibus. Nam in his Auditores cameræ, & Rotæ habent iuriſdictionem, & omiſſis mediis poteſt ad illos appellari, ſicut poteſt ad Papam: Secus in cauſis matrimonialibus, & merè ſpiritualibus, ac beneficialibus, quia de iſtis non poteſt Auditor cameræ ex ordinaria poteſtate cognoſcere, ſed id competit Epiſcopo. Vnde facultas appellandi extra curiam omiſſo medio ad Auditorem cameræ, procedit in cauſis merè profanis, non verò in aliis, vt propriè loquamur, & in quaſi ſpiritualibus, vt tenuit Rota coram Illuſtriſſimo Cardinali Blanchetto in Lacertana beneficij, die quinto Maij, 1595. & coram R. P. Domino Iuſto in vna Venetiarum nullitatis matrimonij, die Lunæ 5. Iulij 1604. & ita de ſtylo curiæ, cui parendum eſt. Quare in matrimonialibus cauſis, ſpiritualibus, & beneficialibus, iudex impetrandus eſt à Summo Pontifice, iuxta tradita à Marches. *tract. de commiſſ. part. 2. de commiſſ. appell. cap. . num. 2. & num. 8. in fine,* vbi concludit cauſas beneficiales eſſe Rotales: Sequitur Scaccia *quæſt. 7. de appell. num. 90.* & clarius *quæſt. 8. num 99. verſ ſubdeclara primo.*

Sextò quæritur, ad quem ſit appellandum à Concilio etiam ſynodali, ſeu prouinciali? Reſponde primò Romanum Pontificem eſſe caput totius Eccleſiæ, & illi datum eſſe, vt paſcat gregem, & vt oues cuſtodiat, & fratres Chriſti confirmet; vnde à Concilio generali ad Summum Pontificem eſt appellandum & non è contra; atque ita ſi Concilium generale aliquid ſentiat quod ad fidem, & mores pertineat, & Romanus Pontifex ab illo diſcrepet, adhærendum eſt potiùs Romani Pontificis authoritati, quàm Concilij generalis ſententiæ ob maiorem Romani Pontificis, quàm Concilij authoritatem, & excellentiam. Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 4. cap. 13. verſ. ſeptimo quæritur, & verſ. octauò quæritur fol.* 456. & *lib. 5. cap. 13. verſ. tertiò quæritur, fol.* 571. vbi ex Iacobatio de Concil. *lib. 10. art. 1.* & ex aliis docet poſſe aliquem appellare à Concilio generali, in quo Summus Pontifex per legatos ſuos præſidet, ad Romanum Pontificem, non tamen è contrario; cap. *cuncta 9. quæſt.* 3. vbi dicitur de omnibus fas eſſe Romanæ Eccleſiæ iudicare, nemini autem licitum eſſe de eius iudicio iudicare; ſiquidem ad illam de qualibet parte mundi appellandum eſt, & ab illa nemo appellare permiſſus eſt; aliter enim darentur in Eccleſia Dei duo capita, quod eſt abſurdum aſſerere, & dogmatiſantes id, ſunt habendi ſuſpecti in fide, quia decretum eſt ab Eccleſia, quod credere omnem creaturam in ſpiritualibus ſubiici Romano Pontifici, eſt de neceſſitate ſalutis, vt in extrauaganti, quæ incipit, *Vnam Sanctam*, habetur. Confirmatur ex conſtitutione edita à Pio II. dicente à ſententia Papæ ad futurum Concilium nulli fas eſſe appellare, quam poſtea renouauit Iulius II. eámque ad verbum refert Iacobatius *de Concil. lib. 10. artic.* 1. quem ſequitur Azor. *in dict. cap. 13. §. tertiò quæritur*, vbi aduerſariorum argumenta refellit. 235.

Reſponde ſecundò à Concilio prouinciali appellandum eſſe ad Papam, cap. 48. *ſicut excellentiam, in 13. quæſt* 4. Gregor. Tholoſan. *tract. de appell. lib. 3. cap 6. num. 2. verſ. ſed certè.* Iacobat. *de Concil. lib 9. art. 12. numer.* 200 & *lib. 10. artic. 1. numer.* 20. *fol.* 351. Similiter à Concil. ſynodali appellatur ad Papam, quia ad Papam poteſt appellari omiſſo medio. Dicitur autem ſynodale

Concilium

Concilium quod cogit, & congregat Epiſcopos cum Prælatis, & clericis ſuæ diœceſis. Prouinciale autem eſt illud, cui præeſt Archiepiſcopus, Patriarcha, ſeu Primas, aut quod congregat Legatus in prouincia ſibi aſſignata authoritate Papæ, Cardin. Iacobat. *de Concil. lib.* 1. *art.* 1. *num.* 19 *verſ. Quæ autem ſint genera Conciliorum, fol.* 192. quod extende ad Concilium religioſorum ex regula, quæ tradit, à Concilio appellari ad Papam. Dicitur autem Concilium religioſorum capitulum, Iacobat *ſuprà.*

Quod ſi contingat præeſſe Concilio generali Papam ipſum? Reſponde nullatenus poſſe appellari à Concilio ad Papam, quoniam decreta à Concilio tribuuntur Papæ, qui non habet ſuperiorem ad quem liceat appellare. Iacobat. *d. lib.* 10. *art.* 2. *num.* 4. *& art.* 1. *num.* 74. *in reſponſione ad quartum argumentum*: Secus in Concilio generali legitime coacto de voluntate Summi Pontificis, cui ipſe non præfuit, ſed alius eius loco: tunc enim poteſt appellari ad Papam. Iacobat. *d. art.* 2. *num.* 7. *& art.* 1. *num.* 19. *verſ. quod autem.* Si tamen in Concilio generali, cui Papa præſuit, aſſurgat aliqua quæſtio in decretis à Concilio factis, quæ egeat explicatione, datur recurſus ad Papam, vt rem declarat. Greg. Tholoſan. *tract. de appellat. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 2. *in fine, verſ. poteſt tamen.*

236. Septimò denique quæritur ad quem ſit appellandum, quando concurrunt duo iudices, alter Eccleſiaſticus, alter laicus, & ſimul pronunciant? Reſponde appellandum eſſe ad ſuperiorem iudicis Eccleſiaſtici. Ratio, quia Eccleſiaſticus excellit ſæculari, Bartol. *in l.* 1. *§. ſi quis in appellatione, num.* 13. *verſ. quæro pone ff. de appell. & relat.* Marant. *in ſuo ſpeculo, part.* 6. *act.* 2. *principal. in verb. & quandoque appellatur, num.* 369. *limit.* 10. Gregor. Toloſ. *tract. de appellat. lib.* 4. *cap.* 7. *numer.* 1. Item, quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum, Cardin. Alexandrin. *de appellat. in rubr. num.* 56. *verſ. ſed quid ſi clericus, & num.* 57. vbi ait procedere id etiam quando Eccleſiaſticus eſt ſimplex plebanus, & laicus eſt illuſtris; ſequitur Præpoſitus, & eius Additionator *in rubr. de appell. num.* 32. quem refert, ac ſequitur Azeued. *lib.* 4. *nov. recopil. tit.* 18. *de appellat. l.* 1. *num.* 24. quod intelligit quando in eos, vt in arbitros, compromiſſum eſt. Secus ſi vt in arbitratores: tunc enim ſi in clericum per laicos tantùm compromittatur, vt ſuper quibuſdam articulis ſecundùm regulas Iuris procedat, & ſuper aliis capitulis procedat tanquam arbitrator, appellandum eſt ad ſuperiorem arbitri à capitulis, in quibus tanquam arbiter pronunciauit. Ita Bartol. *in l.* 2. *ff. vbi, & apud quem*, quem ſequitur Lanfranc. *in tract. de arbitr. quæſt.* 19. & eſt communis teſte Couarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 12. *col.* 4.

Quod ſi tanquam arbitrator in aliis capitulis procedat, vbi ad arbitrium boni viri reductio eſt petenda, hoc faciendum eſt apud iudicem ordinarium illius, contra quem reductio petitur; eo quòd quamuis antea actor eſſet, tunc eſt reus, vt ait Couar. *vbi ſuprà, col.* 1. aut petatur apud illum iudicem, qui aliàs debebat cognoſcere de illa cauſa, ſi non præcederet compromiſſum ſecundùm Couar. *lib.* 1. *variar. cap.* 18. *num.* 5. quem ſequitur Azeued. *vbi ſuprà.* Vtraque pars probatur ex traditis à Sigiſmund. *de appellat. quæſt.* 4. *limit.* 13. *præſertim num.* 9. *cum ſequent. & limit.* 14. *num.* 3. *verſ. ſublimita ſecundò, & num.* 5. *verſ. declara hanc*, poſt Bartol. *in l.* 77. *ſocietatem, §. arbitrorum, num.* 19. *ff. pro ſocio.* non verò apud ſuperiorem ipſius arbitratoris.

Sed quid dicendum ſi pronuncient vnam, & eandam cauſam ſimul iudex ordinarius, & iudex delegatus datus ordinario à Principe, & in pronunciando diſcordent omnino, proferatque quilibet diuerſam ſententiam? Reſponde recurrendum eſſe ad Principem, perinde ac ſi iudex ordinarius, & delegatus eſſent à Principe delegati. Eſt communis ſecundùm Bartol. *in l.* 28. *duo iudices. num.* 3. *ff de re iudic.* tum quia delegatus eſt maior ordinario in cauſa delegata à Principe, cuius perſonam repræſentat, & ſine controuerſia admittunt omnes à delegato Principis appellari ad ipſum Principem, Breder. *tract. de appel. part.* 1. *tit.* 15. *col.* 138. *litera A, verſ. a delegato, & verſ. ſi verò*, Sigiſmund. *de appell. quæſt.* 7. *num.* 11. *& ſequen. & quæſt.* 16. *limit.* 1. *num.* 154. Iuuat Franch. *in rubr. num.* 41. *quæſt.* 5. *de appell.* vbi concludit quando inferior, & ſuperior ſimul cognoſcunt de aliquo negotio, ſemper eſſe appellandum ad ſuperiorem illius ſuperioris, relicto ſuperiore ipſius inferioris. Sed delegatus à Principe eſt maior, & ſuperior quàm ordinarius iudex cùm Principem repræſentet qui delegauit, vt plenè probat Sigiſmund. poſt plures *quæſt.* 7. *de appell. num.* 64. *& ſequen. & quæſt.* 8. *num.* 11. *& num.* 102. *verſ. infero primò.* Ergo ad ſuperiorem delegati, non verò ad ſuperiorem immediatum inferioris eſt appellandum, præſertim quando vterque iudex ex authoritate eiuſdem Principis, ſeu domini habentis iuriſdictionem de aliquo negotio cognoſcunt, ac iudicant. In quo euentu, cum accipiant iuriſdictionem ab eodem Principe, quamuis alter ſit laicus, & alter Eccleſiaſticus, appellandum eſt ad illum, qui iuriſdictionem conceſſit, quique clericum conſtituit iudicem, Gregor. Tholoſ. *de appellat. lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 5. *verſ. exiſtimarem, fol.* 416. & Breder. *de appell. part.* 1. *tit.* 15. *in verb. a clerico, col.* 132. quibus accedit Sigiſm. *d. quæſt.* 8. *num.* 93. *verſ. extende ſecundò.*

---

## §. XIV.

### *Ad quos ſit appellandùm de iure, & ſtylo Hiſpàno, & Luſitano; & an ſit ſupplicandum quando non licèt appellare.*

EPITOME.

237 *Appellandum eſt de iure Hiſpano à prælatis temporalem iuriſdictionem habentibus. ad ad Regem.*

238 *Iuriſdictionem ſupremam, quæ dicitur* Maioria, *non transferunt Reges ad Prælatos in donationibus.*

239 *Iuriſdictione omnimoda tranſlata in prælatum, appellandum eſt ad ſuperiorem prælati, niſi obſtet conſuetudo.*

240 *Regem in prima inſtantia non decet ſe intromittere in locis dominorum.*

241 *Appellare licet in terris dominorum de iure Hiſpano ad Regem, vel ad eius cancellariam omiſſis etiam dominis regem, & altera*

*ad minorem iudicem, non poteſt minor de appellatione cognoſcere.*

243. *Appellandum eſt regulariter à ſententiis dominorum, inuitis etiam dominis ad Regem, & ad eius cancellariam.*

244 *Appellationes à diffinitiuis, & ab interlocutoriis, a iudicibus ordinariis in ciuilibus eunt ad cancellarias de iure Hiſpano.*

245 *Appellationes non excedentes ſummam ſex mille morapetinorum feruntur ad alcaldes maiores, & quæ perueniunt ad decem mille morapetinorum feruntur ad conſiſtorium loci.*

246 *Appellationes ſumma non peruenientis ad ſex mille morapetinos, & quæ attingunt illos intra octo leucas à Cancellaria ad quem ibunt.*

247 *Appellandum eſt de iure Hiſpano ad conſiſtorium loci a ſententia decem mille morapetinorum applicandorum fiſco.*

248 *Appellationes excedentes ſummam decem mille morapetinorum, & pertinentes ad gabellas, & circa reſidentiam officialium, ad quem deferuntur.*

249 *Appellationes de iure, & ſtylo Luſitano quando eunt ad expeditores cauſarum ciuilium, & quando ad iudicem Cancellariæ.*

250 *Appellationes de armis, de vallis ibunt ad iudicem Regiæ coronæ*

251 *Appellationes de terris ordinum, & de terris dominorum, quæ ab illis, aut ab eorum auditoribus, vel iudicibus exeunt, ad quem ibunt de iure Luſitano.*

252 *Appellatio, vel grauamen interpoſitum à iudice executionis in cauſa criminali ad quem ibit, ſi habeat mixtam cauſam ciuilem*

253 *Supplicatio, hoc eſt, agrauo ordinario quomodo differat ab appellatione, & quando admittatur, & ad quos iudices eat, vel non eat de iure Luſitano, & de reformatione iuſtitia.*

237. HODIE non habet locum in ſententiis, à iudicibus ſecularibus latis, ordo traditus ab Imperatore *in l. præcipimus, & ſeq. C. de appell.* teſte Bartolo in eadem lege, quem ibi refert, ac ſequitur Paul. de Caſtro, vbi vocat materiam prædictæ legis, in qua agitur de ordine in appellationibus ſeruando, faſtidioſam, additque non eſſe iam in vſu cùm ſit limitata ſecundum diuerſas diuerſorum regnorum, ac curiarum leges, ac conſtitutiones, quæ non recognoſcunt Imperatorem, & conſtitutionibus localibus, iure ſpeciali gubernantur, vt videre eſt in Hiſpania, Luſitania, & Gallia.

Nihilominus in hoc omnes conueniunt ab inferiore ad ſuperiorem eſſe appellandum, quæ reſolutio eſt communis, vt ex ſupradictis patet. Proinde apud Hiſpanos à Prælatis Eccleſiaſticis ciuilem, & ſecularem, temporalemque iuriſdictionem habentibus ad Regem ipſum prouocatur, & appellatur, vt probatur ex Regia pragmatica ſanctione Regum catholicorum Ferdinandi, & Eliſabethæ edita Hiſpali anno 1511. Quæ pragmatica eſt lex 19 inter pragmaticas conſtitutiones illius Regni. Ex ea ratione, quia Prælati Eccleſiaſtici ex Regia conceſſione regulariter habent iuriſdictionem temporalem: neque Reges illam transtulerunt in præſules alio modo, niſi reſeruando ſibi hanc ſupremam iuriſdictionem, quam *Maioriam* vocant: quæ reſolutio eſt communis, eamque probat Bartol. *in l. ſi quando, Cod. de appellat.* & Felin. *in cap. ſoluta, colum. 3. de maioritat. & obedient.* quibus adhæret Couarruuias *in practicar. cap. 4. à numero 2.* vbi ſubdit præfatos præſules iuriſdictionem temporalem habentes ad Regem tandem appellare debere, niſi forte de iure aliquo particulari, ſeu de conſuetudine, aut priuilegio aliter ad alium appellandum ſit. Semper enim cenſetur reſeruatum Regi ius appellandi, quamuis in prælatum tota ſit temporalis iuriſdictio tranſlata liberè, & abſque iure feudi. 238.

Et quamuis Cort. Iun. *in tract. de feud. in 7. & vlt. p. q. 12.* opinetur conceſſa iuriſdictione meri, & mixti imperij etiam in proprietatem cenſeri conceſſam, quoad ius appellandi; nihilominus communis opinio tenet in huiuſmodi conceſſione iuriſdictionis meri, & mixti imperij, venire duntaxat iuriſdictionem quoad primam inſtantiam, non autem quoad ſecundam, neque quoad ius appellandi, quia ſecunda inſtantia, & ius appellationis, non cenſetur in dubio conceſſum, ſed reſeruatum ſuperioribus iudicibus, aut Principi: ita Angel. *l. 1. § qui mandatam, ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict.* Sequitur Albert. Brun. *conſil. 102. colum. 2.* quoniam cum idem ſit tribunal, non eſt appellandum à vicario domini ad dominum per cap. *Romana. in princip. de appell. in 6.* & per legem 1. *§. vltim. ff quis, & à quo appell. ſit*, quod procedit etiamſi iuriſdictio, merum, & mixtum imperium concedantur cum iuriſdictione omnimoda; adhuc enim cenſetur reſeruatum ius cognoſcendi de cauſis appellationum, teſte Aymonc. *in conſil. 202. memb. 9. lib. 1.* Vnde à dominis temporalibus ciuilem, & ſecularem iuriſdictionem habentibus, ſiue Eccleſiaſticis, ſiue ſecularibus, ad Regem prouocandum eſt, vt vltra citatos tradit Sigiſmund. *de appell. quæſtion. 8. num. 95.*

Nec refert dictum cap. *Romana, §. debet autem.* decidens, appellationem ad Archiepiſcopum, vel ſuperiorem Eccleſiaſticum eſſe deferendam quoties abſque iure feudi temporalis tota iuriſdictio tranſlata fuerit in Epiſcopum, eo quòd ex eod. cap. *Romana*, patet reſponſio, cum ibi dicatur, *niſi de conſuetudine, vel priuilegio, vel iure alio ſpeciali ad alium ſit appellandum.* Item, quia, vt dixi, iuriſdictio temporalis etiam liberè, & abſque iure feudi, & feudalis recognitionis in prælatum tranſlata non comprehendit ſupremam iuriſdictionem, quæ penes ipſum Regem remanet: ideo ad ipſum eſt appellandum, vt tradit expreſsè Guilhelm. Benedict. *in cap. Raynutius, in verb. & uxorem nomine Adelaſiam, deciſ. 2. num. 26.* vbi addit dictum cap. *Romana, § debet autem. de appellat. lib. 6.* non habere locum in regno Franciæ, quod multo ante dixit Speculator *titul. de appell. §. nunc tractemus ad quem ſit appellandum; in fine*; quem ſequitur Ioann. Andr. *in nouella in d. §. debet autem.* dicens doctrinam illius textus non fuiſſe admiſſam in Gallia, & Regem comprehendere, nec ſubditos illius ligare. Sed appellandum eſſe ad Regem à prælato, vel ad eius Seneſcallum, & tandem ad Parlamentum Regium quandocunque conceſſa ſit iuriſdictio temporalis prælato veluti allodialis, & quantumcumque ei competat temporalitas 239.

poralitas illa iure proprietatis, Sigiſmund. *vbi proxime, num* 94. poſt Gregor. Tholoſ. *tract. de appellat. lib* 4. *cap*. 4. *num*. 4. Ideo prælati temporalitatem habentes vltra officiales ad cauſas ſpirituales deputatos ſolent habere iudices, qui temporalem iuriſdictionem loco ſui adminiſtrent, à quibus appelletur ad Regem, & non ad metropolitanum, niſi forſitan ex priuilegio, vel ex antiqua conſuetudine habeant iudices ſæculares appellationum, ad quos appelletur, ita Guilhelm. Benedict *vbi proximè*, & diximus *ſuprà, diſput*. 7. cum ſermo fuit de iuriſdictione Illuſtriſſimi, ac Reuerendiſſimi Primatis Braccarenſis, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus.

240. Exceptis ergo caſibus particularibus, vbi aliud per leges, vel per conſuetudinem legitimè præſcriptam permiſſum reperitur, non decet regulariter Regem in prima inſtantia in locis dominorum ſe intromittere iuxta gloſſ. *in l*. 28. *in verb. para, tit*. 23. *part*. 2. & per text. *in l*. 14. *titul*. 18. *lib* 4 *recopil*. vbi dicitur, cognitionem appellationum non venire in conceſſione meri, & mixti imperij, & omnimodæ iuriſdictionis, Roland. *conſ*. 4. *num*. 41. *vol* 3. quare à dominis inferioribus, vel ab eorum iudicibus appellandum eſt ad Regem, vt habetur *in l*. 5. *col. penult. ad medium, titul*. 15. *part*. 2. Nec valet præſcriptio vt voluit Auendan. *lib*. 1. *cap* 6. *n*. 1. *in princip*. & Benedict. *in d. c. Raynutius, de teſtam. verbo, & vxorem el* 2. *num*. 24. Neque hodie apud Hiſpanos videtur conceſſum, vel permiſſum per leg. *de Guadalaxara*, vt à ſententiis in prima inſtantia ab ipſis dominorum iudicibus latis appelletur ad ipſos dominos eligentes eoſdem: Secus à ſententiis latis à iudicibus ordinariis; quos populus ſolet eligere, & domini ipſi per ſe ipſos, vel per ſuos locum tenentes ſolent confirmare. Ita Auilez *prætor, cap*. 38 *gloſſ. Antenot, fol*. 324. Auendan. *cap*. 5. *prætor, num*. 2. *ad medium, & cap*. 6 *per totum, lib*. 1. niſi alter ſe habeat conſuetudo appellandi legitimè præſcripta; tunc enim illi ſtandum eſt in terris dominorum, per text. *in l*. 14. *tit*. 18. *lib*. 4. ibi: *por vſo, y coſtumbre*, vbi probatur poſſe conſuetudine acquiri iuriſdictionem in ſecunda inſtantia ſicut in prima, quod eſt optimum ad leg. 2. *titul*. 1. & legem 1. *titul*. 15. *lib*. 4. *nou. recopil*.

241. Sublata tamen hac conſuetudine ſtandum eſt legi *de Guadalaxara* permittenti in terris dominorum ad eos, vel ad iudices eorum appellari; quin etiam poſſe appellari omiſſo medio, hoc eſt omiſſis dominis, vel eorum iudicibus ad ipſum Regem, vel ad eius Regiam Cancellariam iuxta gloſſ. *in l*. 18. *tit*. 23. *p*. 3. ita Couar. *d. c*. 4 *in pract. n* 9. *verſ. ſexta concluſio*. dicens hanc praxim originem duxiſſe à lege Regia 18. *titul*. 23. *part*. 3. paſſimque ſuprema tribunalia in Hiſpania admittere appellationes etiam omiſſo medio nobilium dominorum habentium iuriſdictionem, ad quos cognitio earumdem appellationum ſpectabat, eo quia iuriſdictio Regia ſemper cenſetur excepta, & cumulatiuè introducta conſuetudo, vel præſcriptio, & ita fuiſſe declaratum tradit gloſſ. *in dict*.
242. *l*. 18. Vnde in hoc euentu ſi altera ex partibus ad Regem, vel ad eius cancellariam appellet, & altera ad minorem iudicem appellauerit, tenetur iudex inferior hac de re certior factus à cognitione cauſæ abſtinere; alioquin ab eo geſta cenſentur attentata; vt volunt Lancellot. *de attent*. 2 *part. cap*. 10. *numer*. 5. *poſt deciſio. in Recollect. Mohedan*. 129. *Parochialis, ſub titulo de prebendis, & d. cap*. 10. *n*. 21. vbi addit quando quis appellat ad Papam omiſſo medio, ſi alter appellet ad metropolitanum, & metropolitanus ſuper eadem cauſa ſententiam ferat, talem ſententiam dici attentatam, eo quia in hoc caſu non poteſt alius de ea cognoſcere per text. *in cap. ſolicitudinem, & cap. dilecti, & cap. ad audientiam de appellat*. Rota *deciſ* 31. *aliàs* 264. *nota verùm appellans. de appellat. in antiquis*, & Franch. *in cap. vt debitus honor, colum*. 3. *de appellat*. & alij, quibus accedit Axeued. *lib*. 4. *recopilat. titulo* 18. *l*. 14. *numero* 2. vbi concludit iudicem inferiorem teneri ſuperſedere, vbi primum cognuſcit appellatum eſſe ab altera parte ad Regem, & eius cancellariam, aliàs ab eo facta eſſe attentata.

Quibus poſitis ſtatuitur regula à ſententiis 243.
dominorum inferiorum, & ſuorum iudicum ad Regem ipſum eſſe appellandum, vel ad eius cancellarias, nec poſſe hoc per dominos ipſos prohiberi, cùm ius appellandi ſit ex reſeruatis Principi, vt probatur ex textu *in l*. 1. *lib*. 4. *tit*. 1. *recopilat*. ibi, *y otro ſi que no ſean*, & infra, *No ſean oſados*, aliàs punientur grauiſſimè. Neque contra hanc legem valebit præſcriptio in contrarium, Axeued. *in dict. leg*. 1. *numero* 40. poſt Puteum *in tractat. ſyndicat. titul. de exceſſibus Baron. num*. 5. *an Baro*. Subdens tamen *num* 41. in terris dominorum conſuetudinem legitimè præſcriptam in appellationibus interponendis eſſe ſeruandam, per textum *in leg* 14. *titulo* 18. *dict. lib*. 4. vt dictum eſt in verbo, *per vſo, y coſtumbre*.

Illud etiam notandum eſt appellationes à ſen- 244.
tentiis diffinitiuis, & ab interlocutoriis latis à iudicibus ordinariis in cauſis ciuilibus deuolui ad cancellarias, vt habetur *in leg*. 12. *titul*. 5. *lib*. 2. *recopilationis*, exceptis aliquibus cauſis quarum appellationes feruntur ad Concilium Regium,
quarum meminit *l*. 20. *titul*. 4. *lib*. 2. *recopilat*. 245.
Axeued. ibi in verbo, *todas las appellationes*, Suarez de Paz, *in proœmio ſextæ partis, primi tomi, numero* 52. vbi addit appellationes à ſententiis in cauſis ciuilibus latis ab ordinariis vſque ad ſummam ſex mille morapitinorum deuolui ad *alcades maiores de los adelantamentos de Caſtilla Leon, y Campos*, ſecundùm legem 76. *ti*-
*tulo* 4. *lib*. 3. *recopilatio*. Similiter appellationes 246.
cauſarum ciuilium, quæ perueniunt ad ſummam decem millium morapitinorum feruntur ad conſiſtorium per diſpoſitionem legis 7. *lib*. 4. *titul*. 18. *nou. recopilat*. & ibi Axeued. *numero* 7. Exceptis appellationibus cauſarum ciuilium, quæ non attingunt ſummam ſex mille morapitinorum, quæ feruntur ad cancellarias, vt *in l*. 49. *titulo* 4. *lib*. 3. *recopilat*.

Eodem modo appellatur ad cancellariam, in cauſis ſex mille morapitinorum intra octo leucas à cancellaria, & non ad conſiſtorium loci ſecundum *l*. 9. *titulo* 17. *lib*. 4. per textum ibi, *que eſtuuieren dientro*, aliter enim appellandum eſt ad conſiſtorium ciuitatis ſecundùm textum *in leg*. 7. *titulo* 18. *lib*. 4. *recopilation*. Axeued. *in dict. leg*. 9. Suarez de Paz *vbi ſuprà, dict. numero* 52. *verſ. ſimiliter las appellationes*, vbi docet appellationes cauſarum criminalium non pertinere ad auditores cancellariarum, ſed ad *alcades* criminis, qui in illis reſident ſecundùm legem 1. & per totum titulum 7. *lib*. 2. *recopilation*.

247. Quæſtionis tamen eſt ad quem ſit appellandum a ſententia condemnatoria quantitatis decem mille morapitinorum, qui debent fiſco applicari? Reſponde ex *l.7.lib.4.tit.18.recopil.* generaliter loquente, ſi condemnatio non excedit ſummam decem mille morapitinorum, apellandum eſſe ad conſiſtorium illius loci, vbi ſententia pronunciatur, quamuis quantitas illa fiſco ſit applicata per legem, eo quia cauſa hæc ciuilis eſt in qua pecuniaria tantùm pœna imponitur, nec iudex de criminalibus cauſis poteſt de hac ciuili cauſa cognoſcere, quoniam ſententia, & fine inſpecto, diuerſa eſt cauſa criminalis, quæ ciuiliter tractatur ab ipſa cauſa criminali, expediéda etiam criminaliter, per text. *in l. quod ad ſtatum, ff. de pœnis*, vbi Marcellus ait ſententiam dumtaxat eſſe conſiderandam, non verò genus criminis; ideò iudex appellationis ad cauſas criminales expediendas deputatus nequit cognoſcere ſuper appellationibus interpoſitis à ſententiis latis in cauſa criminali ciuiliter, & ad pœnam pecuniariam agitata, quamuis pœna ſit applicanda fiſco; ex eo fundamento, quia hæc cauſa non cenſetur criminalis, ſed ciuilis. Rota *deciſ.19. nota quod vbi agit, tit. de iudiciis in antiquis*, Menoch. *de arbitr. quæſt.82. lib.1. num.4.* Cùm ergo lex Caſtellæ ſeptima, *lib.4. tit.18. recopil.* ſolam condemnationem conſideret, non verò petitionem, & formam eius, ad conſiſtorium eſt appellandum, quamuis quantitas illa fiſco applicetur, dummodo non excedat ſummam decem mille morapitinorum; quod procedit ſi reus ipſe, non verò actor appellet. Secus ſi actor appellaret, quòd non fuerit reo impoſita pœna corporalis; tunc enim non poterit reus ad conſiſtorium appellare. Azeued. *in d.l.7. titul.18. lib.4. recopil. num.9. verſ. vlterius notandum eſt*, & Menoch. *de arbitr quæſt.82. num 4. & ſeq.*

248. Porrò appellatio interpoſita ſuper maiore ſumma excedente quantitatem decem mille morapitinorum, ſi præſentetur in conſiſtorio cum clauſula, *appello ad quem de iure poſſum*, talis appellatio debet recipi, & remitti ad maiores iudices ad quos erat appellandum. Angel. *conſ.336. num.3.* debet tamen appellans ſe præſentare apud ſuperiores intra terminum legis, Azeued. *lib.4 tit.18 l.1 recopil. num.15. & duobus ſequentibus.* Clauſula autem illa, *appello ad quem de iure poſſum*, etiamſi præſentatio appellationis fiat ad minorem, cauſa remitti debet ad ſuperiorem, ad quem viſum eſt appellaſſe, ex vi prædictæ clauſulæ, *appello, vbi, & ad quem de iure melius poſſum, & debeo.*

In cauſis autem gabellarum, ſeu tributorum, appellandum eſt ad curiæ calculatores, non verò ad conſiſtorium ciuitatis, aut villæ quantumcumque cauſæ gabellarum ſint minimæ æſtimationis; ex ea ratione, quia calculatores ſunt iudices deputati in gradu appellationis in cauſis gabellarũ, atque ita per *l.7. lib.4. tit.18. recop.* non cenſetur derogatum iuriſdictioni calculatorũ, & lex quaterni ſeruanda eſt per text. *in l.3. tit.2. c.6. lib.9. recopil.* & in ſpecie tradit Caſtill. *in l.49. Tauri, n.8. verſ. ſed iterum quæro*, vbi *in cap.19. de los nuenos apuntamientos de las alcaualas*, diſponitur expreſsè in cauſis gabellarum, etiam exiguæ quantitatis, appellandum eſſe ad curiam, *para el conſeio de contradoria maior.* Similiter in cauſis reſidentiæ officialium iuſtitiæ ad curiam, vel regiam cancellariam appellatur, non verò ad conſiſtorium ciuitatis. Auiles *in cap.21. ſyndicatus in gloſſ. ſo præſente.* Conſonat Azeued. *vbi proximè, n.31. & lib.3. tit.7. in l.20. in princip. in verb. que luego acabados*, & probatur ex *l.12. tit.5. lib.2. in verb. ſed ſi las appellaciones.* Pro taliquis caſibus conſule Azeued. *in d.l.7. lib.4. tit.18. a n.32. cum ſequent.*

De iure autem Luſitano, aut de ſtylo, appellatio à ſententiâ lata in proceſſu, in quo pars conuenit tabellionem pro damno ſibi illato; ex eo quòd in actis non reſcripſerit ſententiam, ex quo pars multa ſubiit incommoda, deuoluta fuit ad expeditores appellationum ciuilium, non verò ad auditores appellationum criminalium. Ita deciſum fuiſſe refert Cabed. *1. p. deciſ.14 num.12.* Contra verò fuiſſe iudicatum ait ibi, *num.14.* in appellatione à ſententia in qua condemnatus fuit tabellio, eo quòd tabellionis officio vteretur ſine literis regiis; fuit enim deuoluta ad auditores appellationum criminalium; non verò ad iudicem cancellariæ, quia cùm non poſſet dici officialis ſine literis regiis, non pertinebat ad iuriſdictionem iudicis cancellariæ, ſed ad auditores appellationum criminalium ratione criminis commiſſi. 249.

Iudex autem cancellariæ poteſt cognoſcere de appellationibus deductis à tabellione, quia fuit accuſatus ab aliquo ob errorem in officio commiſſum, Cabed. *1. p. areſto 85.* Barboſ. *in remiſſ. ad l. Regiam, lib.1. tit.14. de iudice cancellariæ, §.1.* vbi *ad §. 2.* addit quando duo tabelliones vnius, aut diuerſorum iudicum inter ſe decertauerint, quiſnam ex illis duobus debeat aliqua acta ſcribere, deciſum fuiſſe à Senatu Portugal. anno Domini, 1585. die 31. Auguſti, ad iudices ordinarios huius cauſæ cognitionem pertinere, appellationem autem ad expeditores grauaminum; non verò ad iudicem cancellariæ ſpectare; poſtea verò anno ſequenti conſtitutum fuiſſe ait, vt conſtat ex libro 3. Sphæræ, *fol.212.* non obſtante deciſione præcedente, conſiderato tamen ſtylo, de quo per ſententias, & per certitudines apparuit, prædictam cauſam, & appellationem, non ad expeditores grauaminum, ſed ad iudicem cancellariæ eſſe deducendam per appellationem, vt ab eo expediatur. Conſonat Doctur Martin. à Coſta *in ſuo ſtylo Annotation. 13. num.14. & 15.* vbi tradit ad iudicem cancellariæ pertinere cognitionem appellationum ſuper erroribus ſcribarum patrimonij regij totius regni; quæ veniunt ad domum ſupplicationis, quando prouocatur à præſidibus prouinciarum, auditoribus, & a iudicibus ordinariis. Secus ſi appellatum ſit à calculatoribus, & ab aliis officialibus patrimonij regij: tunc enim cognitio appellationum competit iudici patrimonij regij, vt habetur in ordinatione regia, *lib.1. tit.14. §. vlt.* Cabed. *1. p. d. areſto 85. ad finem*, & Martin. à Coſta *in ſtylo, areſto 122. conſtituto anno 1584. fol.134.*

Quod attinet ad appellationes armorum, dicendum eſt poſſe de illis cognoſcere, & de illorum pœnis iudicem Regiæ Coronæ, vt habetur in Ordinat. Luſit. *lib.1. tit.9 §.14.* ibi, *outroſi os iuizes dos noſſos feitos tomaraon conhecimento de todas appellaçoens de armas, & penas dellas.* Secus a grauaminibus, quæ de eiſdem armis, & pœnis venerint à correctore curiæ criminis, eo quia cognitio horum pertinet ad expeditores grauaminum iuxta ea, quæ dicta ſunt in titulo correctoris curialis actorum criminalium, hoc eſt ad titulum ſeptimum libri 1. vbi de prætoribus curialibus cauſarum criminalium per totum, Cabed. *1. p. deciſion.209.* Martin. à Coſta *ſuprà annot.6. num.13.* & Barboſ. *in remiſſ. ad d. titul.7. §.15.* vbi ex Cabed. *1. p. areſto 65.* conſtitutum fuit inſtrumentum 250.

grauaminis

grauaminis ſuper quadam ſuſpicione, & recuſatione iudicis, qui de caſu criminali cognoſcebat, obiecta, pertinere ad prætores curiales cauſarum criminalium, non verò ad expeditores grauaminum.

Sed quid dicendum de appellationibus in cauſis pertinentibus ad vallos, ſeu ad aggeres fluminum? Reſponde commiſſionem eorum competere iudici Regiæ Coronæ. Patet ex Ordinat. *lib.* 1. §. 15. Cabed. 2. *p. deciſ.* 118. *num.* 6. *&* 7. vbi vult eidem iudici etiam competere appellationem, ſeu grauamen interpoſitum à ſententia inter duos iudices inter ſe diſcordes ſuper iuriſdictione, quod intelligit, quando nulla eſt pars in actis præter illos duos iudices. Secus quando lis eſt inter actorem, & reum agentes de exceptione incompetentiæ, ſuper qua ipſemet iudex tulit ſententiam interlocutoriam; tunc enim cauſa expedienda eſt à Senatoribus grauaminum, non verò à iudice Regiæ Coronæ. Et ſic fuiſſe iudicatum, anno 1591. refert ibi Cabed. *d. num.* 7. ſubdens ſemper ſuper iuriſdictione audiendum eſſe procuratorem Regiæ Coronæ, non verò procuratorem patrimonij Regij, quia in cauſa, ſeu in materia iuriſdictionis non habet locum procurator patrimonij Regis, ſed procurator Coronæ, cui incumbit Regis cauſam, iuriſdictionémque tueri.

251. Quamuis enim *ſupra, diſp.* 7. ſatis dictum eſt de modo appellandi, & de appellationibus, quæ exeunt à iudicibus, & ab auditoribus dominorum particularium; attamen breuiter hoc in loco, ac ſummatim dicemus hac de re ſecundùm Ordinat. Regiam, *lib.* 3. *tit.* 71. *de appellat.* quæ exeunt à terris ordinum Domini noſtri Ieſu Chriſti, Diui Iacobi, ac Sancti Benedicti, ac de terris quorumcumque prælatorum, ac dominorum ſæcularium. Hæ namque appellationes de terris ordinum deducentur ad magiſtros ordinum in terris ſuis, vel ad alios dominos aliarum villarum, aut ad eorum auditores, & ab illis appellationes ad noſtros Senatores, quibus cauſarum cognitio competierit, deducentur, niſi domus noſtra ſupplicationis, aut domus Portuenſis fuerit in eo loco, vbi lata fuit ſententia, à qua appellatur, aut fuerit circumcirca intra ſpatium leucarum quinque; tunc enim ad magiſtros ordinum, aut ad dominos terrarum appellandum non erit, ſed recta via ad Senatores appellationes, quibus cognitio competierit, deducentur: dummodo magiſtrorum, ſeu dominorum auditores non commorentur intra ſupra dictas quinque leucas, quia ſi ibi reſideant, primùm ad illos appellabitur.

Quod ſi appellationes, quæ ab auditoribus exeunt, vel ab aliis iudicibus, quibus domini terrarum in genere, vel in ſpecie cauſas commiſerint aliquarum appellationum, aut quorumcumque caſuum aliorum, de quibus ipſi poſſunt cognoſcere, non ibunt ad magiſtros ordinum, nec ad alios quoſcumque terrarum dominos, à quibus appellationes exierunt, nec cognitionem illarum per ſe, vel per alios aliquo modo aſſument, ſed ab auditoribus, aut à commiſſariis appellationes ad Regem, & ad eius Senatores ad id deputatos deuoluentur. Ita lex noſtra *d. tit.* 71. *num.* 1. Quod procedit quando magiſtri ordinum, aut domini terrarum, neque ex priuilegio, neque ex aliquo alio titulo habent in terris ſuis omnimodam iuriſdictionem in ciuilibus, vt ibi cauſæ ſine appellatione, nec grauamine finiantur; quod ſi habeant huiuſmodi priuilegia per Reges confirmata, non tenentur ad alios, neque ad ipſum Regem appellationem concedere.

Nec obſtat ſupradictis quod diſponitur *lib.* 2. *ordin. tit.* 45. §. 45. vbi decernitur, Auditores *dos Ifantes*, & aliorum dominorum terrarum a ſententiis ſuis teneri partibus appellationem, aut grauamen indulgere ad Regias relationes ſecundùm quod ibi diſponitur. Similiter habetur *in eodem tit.* 45. §. 47. vbi dicitur appellationes ſiue in ciuilibus, ſiue in criminalibus, quæ exeunt à iudicibus eorundem dominorum, debere deuolui ad auditores, aut ad ipſos dominos terrarum, quando ipſi de illis voluerint cognoſcere, & in eiſdem terris commorati fuerint. Quod ſi domini appellationes per ſe voluerint expedire, auditores de iſtis minimè cognoſcent. De grauaminibus autem, quæ à iudicibus exierint, neque ipſi domini terrarum, neque eorum auditores, aliquo modo cognoſcent, ſed huiuſmodi grauamina deducentur, aut ad præſidem prouinciæ, aut ad prætorem curiæ, ſi grauamina fuerint ex crimine, competunt prætori curiali criminis; ſi autem fuerint in ciuilibus ad præſides prouinciarum, aut ad ſenatores, ſiue expeditores grauaminum noſtrarum relationum pertinebunt. Idem dicendum eſt de grauaminibus, quæ exierint ab auditoribus dominorum, ſeruato eodem ordine tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, & nullo modo ad terrarum dominos ferentur. Appellationes autem cauſarum criminalium, quas domini terrarum, aut eorum auditores expedierint, ad auditores vtriuſque relationis reſpectiuè debent deduci. Ita lex Regia, *lib.* 2. *tit.* 45. §. 48. *&* 49.

Quod ſi domini terrarum ex priuilegio habeant, vt appellationes gabellarum, aut iurium deuoluantur ad eorum auditores, id habebit locum quando auditores oppidorum, ſeu locorum fuerint in eodem loco, vbi cauſa illa agitur; quod ſi non ibi moratus fuerit, quamuis reſideat in aliis oppidis eiuſdem domini, aut iuriſdictionis, non propterea ſimiles appellationes coram ſuo auditore comparebunt, ſed ad relationes Regias omiſſa omni cunctatione ferentur non obſtante priuilegio obtento, quòd auditores poſſint cognoſcere per appellationem, aut grauamen, quando fuerint extra oppidum, aut locum, vbi ea de re negotium agitur, aut colitigatur. Eo quia huiuſmodi clauſulæ in priuilegio, aut in donatione inſertæ, aut in ordinatione poſitæ, procedunt dumtaxat, quando contentio eſt inter partes, & ſuper aliis cauſis, ac rebus, non verò ſuper gabellis, nec ſuper iuribus, ac tributis, quæ debent ſolui, quia impatibile erit partibus auditores adire extra ſuum domicilium, ſumptuſque, & expenſas immodicas facere eundo, & redeundo. Ideò modo ſuprà dicto, ne partes opprimantur, priuilegia debent intelligi, faciliúſque erit dominis terrarum ſi ad hunc effectum in ſingulis quibuſque locis ſuæ iuriſdictionis auditorem vnum conſtituerint. Ita lex noſtra, *d. lib.* 2. *tit.* 45. §. 32.

Item appellatio, ſeu grauamen quod imponitur 252. à iudice executionis in cauſa criminali, quæ habet admixtam cauſam ciuilem, redit ad iudices, qui tulerunt ſententiam, quæ mandatur executioni in caſu appellationis; hoc eſt ad auditores criminalium appellationum, qui priorem ſententiam in caſu appellationis tulerunt. Cabed. 1. *p. deciſ.* 14. *num* 9. vbi multa de appellationibus ſcribit.

Sed quid quando de iure non licet appellare 253. ab aliqua ſententia, tam Principis, quàm Senatus, qui

qui loco eius pronunciat, vel à ſententia aliquorum magiſtratuum, quibus hoc datum eſt, ſiue à Principe, ſiue à lege propter illorum dignitatem? Reſponde tunc fas eſſe ſupplicare, quod ſolet fieri in ſententiis Senatus Portugalenſis in cauſis quæ excedunt ſummam iuriſdictionis, & in ſententiis prætorum curialium, & prætoris Senatus Portugalenſis cauſarum ciuilium. Quæ ſupplicatio facta ab his iudicibus dicitur ſupplicatio ordinaria, hoc eſt, *agrauo ordinario*, quod differt à grauamine per inſtrumentum ab interlocutoriis interpoſito, vulgò *inſtrumento de agrauo*, ou *carta teſtemunhauel*, vocatur. Sed noſtra ſupplicatio dicitur grauamen per viam ordinariam, de quo latè lex Luſitana, *lib. 3. tit. 84.* vbi de ſupplicatione ordinaria, & *tit. 85. in principio*, vbi *do inſtrumento de agrauo, ou cartas teſtemunhaaes.*

In aliquibus tamen ſupplicatio, & appellatio differunt, & in aliquibus concordant; differunt, quia interim dum pendet appellatio in Senatu, executio ſuſpenditur, *l. noſtra, lib. 3. tit. 73.* Sed in grauamine per ſex menſes tantùm, *eodem lib. 3. titul. 84. §. 14.* Mendes à Caſtro *in praxi ſæculari, lib. 3. cap. 19. à num. 10.* vbi ponit ſeptem differentias inter appellationem, & ſupplicationem, quas ibi vide, ne immoremur. Concordant autem, quia in aliquibus ſupplicatio, vt appellatio regulatur, vbi primum ſupplicatio admittitur. Ita Franch *in cap. 63. directo. quæſt. 56. num. 168. de appellat.* Menoch. *de arbitrar. iudic. quæſt. 70. in fine, n. 27. lib. 1.* Contard. *in l. vnica, quæſt. 8. num. 36. verſ. Item quod cauſa, C. ſi de moment. poſſeſſ.* & alij, quos ſequitur Sigiſmund. *de appellat. quæſt. 19. remed. 3. num. 24.* & Cabed. *1. p. deciſ. 11. num. 15. verſ. hac autem ſupplicatio, & verſ. hinc fit*, vbi ſubdit, ſicut intra decem dies eſt appellandum, intra eoſdem eſſe ſupplicandum, ex Authent. *quæ ſupplicatio, C. de precibus Imperator. offerend.* Vide hac de re ſuprà, *§. 12. num. 218.* vbi de ſupplicatione.

Grauamina autem, quæ partes extraxerint à magiſtratibus Olyſiponenſibus, puta à iudicibus tam ciuilium, quàm criminalium cauſarum, item à iudicibus orphanorum, ab auditoribus Baſilicæ mercium vulgò *dalfan dega*, aut à quibuſcumque aliis iudicibus eiuſdem ciuitatis, ſtatim ad domum ſupplicationis feruntur, neque ibunt priùs ad prætores curiales, neque ad correctores vrbis, neque ad prouiſores orphanorum, ſicut antea ferebantur. Ita Rex Philippus I. in reformatione iuſtitiæ, *§. Agrauos que ſaem das iuſtiças de Lisboa*, vbi *§. Caſos em que as appellações*, enumerantur caſus nonnulli, in quibus appellationes non exeunt ad domum ſupplicationis, quæ in vrbe Olyſiponenſi commoratur, neque ad domum Portugalenſem deducuntur. Quales namque ſint huiuſmodi caſus, in eodem §. expreſsè continentur; ideò non oportet eos hoc loco referre.

Hactenus in hac prima parte de obligationibus, & officiis Principum, ac Magiſtratuum ſæcularium: & hic eſto finis ad laudem, & gloriam Sanctiſſimæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, necnon intemeratæ, ſempérque Virginis Mariæ. Amen.

*FINIS.*

INDEX

# INDEX

## Rerum, & Verborum, quæ in hoc Opere continentur.

*Litera p, paginam; litera n, numerum marginalem indicat.*


### A

*Abraham.*

ABRAHAM obediendo benedicitur à Deo. p.49.n.162

*Abſens.*

Abſens, qui non præſtat conſenſum, nec ratam habet legitimationem, non poteſt legitimari. p.295.n.5

Abſentes vltra 90. dies de licentia ciuitatis, vel decurionum non conſequuntur ſalaria. p.421. n.63.& 64

*Abſolutio.*

Abſolutio ab excommunicatione debet impendi ad cautelam, quandiu non conſtat de nullitate ſententiæ. p.991.n.114

Abſoluendus eſt peccans ſub ſpe Iubilæi, ſeu Bullæ Cruciatæ. p.481.n.272

Abſoluere duellantes ab excommunicatione, quis poſſit. p.101.n.140

*Accepta.*

Accepta pro iniuſta ſententia, vel pro homicidio inferendo, poſt delictum patratum, non ſunt reſtituenda ante iudicis ſententiam. p.415.n.37

Accepta ex mera liberalitate à iudice contra legem non ſunt reſtituenda, & ratio eorum. p.416.n.41

Accepta emphyteuſi cum poteſtate nominandi aliquem ex certa familia, an nominans poſſit accipere pecuniam pro nominando hunc potius, quàm illum. p.417.n.43

*Accuſator, Accuſare.*

Accuſator dolosè, & per calumniam, ſi ſuccumbat debet condemnari in expenſis. p.687.n.157

Non probans præſumitur calumnioſus. n.158

Deſiſtens ab accuſatione, præſumitur calumnioſus. n.159

Et an debeat condemnari in expenſis. p.698. n.160

Accuſator per culpam in inquiſitionem, & querelam deductam procedens contra aliquem, ſi reus abſoluatur, condemnatur in expenſis. p.699.n.167

Accuſator, ſi eſt homo priuatus peccatum publicum, dum eſt in fieri, tenetur deferre ad iudicem. p.518.n.73 & 74

Accuſator peccatum in fieri tenetur deferre ſi habet teſtes, etiamſi ſit contra priuatam perſonam. n.75

Secus ſi peccatum eſt completum. n.76

Accuſare in criminalibus non poteſt clericus, & an accuſando fiat irregularis. p.519.n.80

Accuſare, qui tenentur, ſi omittant, peccant mortaliter, regulariter contra charitatem, & iuſtitiam, tenentúrque reſtituere damnum paſſis. p.521.n.87

Accuſatio eſt duplex, altera criminalis, altera ciuilis, & vtraque poteſt oriri ex quolibet crimine priuato. p.527.n.106

Accuſatoris vices ſupplet infamia, ſeu clamoroſa inſinuatio, & indicia manifeſta, item præſentia iudicis, & aliorum, & rebellio manifeſta. p.529. n.117

Accuſator tenetur crimen denunciatum probare, non verò ſimplex denunciator. ibid.n.119

Accuſator virtualis ſufficit, quando datur notorietas, & euidentia delicti. p.519.n.121

Accuſator virtualis non requiritur, quando crimen committitur coram iudice, & aliis, & legitimis teſtibus. p.530.n.125. (lege ibi *virtualis*, non *naturalis*.)

Accuſans criminaliter vxorem de adulterio, an poſſit eam accuſare ciuiliter ad amiſſionem dotis. p.203.n.138

*Actio, Acta.*

An detur actio contra confitentem ex promiſſione facta alieni antequam acceptetur. p.611.n.4

Quid ſi promiſſio firmetur iuramento. n.5.

Acta iudicialia ad probationem, non verò ad eſſentiam rei exiguntur. p.612.n.13

Actio ad accuſandum quanto tempore præſcribatur, ſiue crimen ſit ſæculare, ſiue Eccleſiaſticum, & quæ ſint delicta publica, & priuata. p.475.n.260

Actio coram arbitratore non proponitur, nec requiritur libellus, ſed ſufficit petitio, neque oritur actio ex ſententia. p.802.n.87

Actio non oritur ex nudo pacto de iure ciuili, de iure autem canonico maximè. p.802.n.92

Actiones non oriri, neque earum exercitium inter tutores, & pupillos durante tutela certum eſt. p.858.n.45

*Actor.*

Actor potens plus debito non iuſtè litigat, & reus iuſtè negat totum, non tamen poteſt dicere ſe nihil debere, & an teneatur ad expenſas. p.700. n.170.171.& 172

Et habens iuſtam cauſam litigandi non excuſatur ab expenſis ſoluendis, ſi cognita veritate non cedit liti. p.701.n.177

Actores comœdiarum niſi deſiſtant ab hoc officio, non admittuntur ad ſacram Euchariſtiam. p.52.n.181.182.& 183

Et comœdiarum turpium peccant mortaliter, quamuis non intendant nocere ſpectatoribus.

bus. Secus ſi turpia leuia repræſenteur. p.53.n.185
Actori fauendum eſt in principio, reo verò in fine. p.96.n.68.& 69

*Acus.*

Acus,& clauos per os euomere, an fieri poſſit ſine auxilio dæmonis. p.193.0.91

*Adamus.*

Adamo quòd eſſet injuſtus, non fuit data poteſtas iudicaodi filium. p.21.n.26

*Adoleſcens.*

Adoleſcens minor 25.annis, & ſexagenarius proocati in duello licito per ſe pugnare non tenentur, ſed per alium. Prouocans verò per ſe teuetur. p.97.n 80.& 81
Niſi prouocet ex neceſſitate. Ibid.n.82

*Adoptio.*

Adoptionum confirmationes, & arrogationom tarò fiunt apud noſtros. p.340.n.103
Adoptio quid ſit,& quotuplea. n.104
Quomodo differant adoptio, & arrogatio. p.340.n.105
Adoptio fuit inuenta ad ſolatium eorum, qui prole carent. p.341.n.107
Adrogare, ſeu adoptare eſt de reſeruatis Summo Pontifici. p.340.n.102
Adrogator,& adoptans, quam ætatem debent habere. p.341.n.106
Adoptare,& adrogare qui non poſſint. ibid.n.108
Adoptans debet eſſe ſui iuris, & maior 25.annis. ibid.n.109
Adoptio, & arrogatio, quibus modis finiatur. ibid.n.113
Adoptionum effectus,& cognatio legalis, quæ eſt impedimentum matrimonij. p.342.n.114
Adoptans poteſt contrahere matrimonium cum filiis illegitimis filij ſui adoptiui, & filia legitima filiæ adoptiuæ. ibid.n.116 & p.343.n.122
Adoptio, vt deſinat eſſe impedimentum, debet ſolui authoritate magiſtratus. p.344.0.130

*Adulter, Adulterium.*

Adulterium ſpirituale eſt cauſa ſufficiens diuertendi, dum cooiux non reſipiſcit. p.586.n.323
Adulter corporalis amittit ius ſuum, nec recuperat propter pœnitentiam: ſecus de adulterio ſpirituali, ſi emendetur. p.586.n.326
Et adulter corporaliter non poteſt adulteram accuſare, nec dimittere. p.588.n.331
Adulteria publica ſunt caſus mixti fori. p.202 n.131
Quando agitur de adulterio ciuiliter ad ſeparationem thori,& ad amiſſionem dotis, cognatio competit iudici Eccleſiaſtico. p.202. n.132
Quando cauſa principalis eſt de dote, competit iudici ſæculari. ibid.n.133
Et cauſa de adulterio ad pœnam ſanguinis pertinet ad iudicem laicum. p.203.n.134
Adulterium commiſſum à clerico cum coniugata eſt caſus mixti fori. ibid.n.135
Accuſans criminaliter vxorem de adulterio, an poſſit eam accuſare ad amiſſionem dotis. ibid. n.136

*Adultera, Adulterinus.*

Adultera, vel partum ſibi falſum, ſupponens non tenetur ſe prodere cum periculo vitæ, neque fraudatis ſatisfacere. p.687.n.120.& 122
Adulterinus filius, vel ex partu ſuppoſito natus in foro conſcientiæ matri id aſſerenti non tenetur credere. p.688.n.123
Adultera, vel ſibi fingens partum cum periculo famæ, non tenetur ſe prodere. ibid.n.124
Adulteram carnaliter quamuis emendatam, non tenetur innocens recipere; ſic nec virum, qui fuit hæreticus quamuis emendatus. n.190
Et an detur mutua compenſatio inter adulterum carnaliter, & inter adulteram ſpiritualiter. n.192

*Aduocatus.*

Aduocati, ſurdi,& muti à natura, & infantes, an ſint torquendi. p.640.n.89
Aduocati non poſſunt eſſe teſtes in cauſis, in quibus ſunt aduocati etiã finito officio. p.662.n.22
Aduocati poſſunt eſſe teſtes ante ſuſceptam cauſam, etiamſi ſciant ſe futuros aduocatos. n 23
Aduocati poſſunt eſſe teſtes de conſenſu vtriuſque partis in cauſis, in quibus ſunt aduocati. 0.24
Aduocati an poſſint eſſe teſtes in ſubſidium, quando veritas aliter probari non poſſit. n.25
Aduocati poſſunt eſſe teſtes in inſtrumentis ſuorum clientum, & in contractibus, & in actis, qui fiunt in iudicio. p 663.n.26
Aduocatus in cauſa propria quando habeat ſalarium, & quando poſſit conſequi illud per modum intereſſe,& damnum. p.705.n.192
Aduocato non eſt augendum ſalarium pactum à collegio, etiamſi plures cauſæ accreſcant, niſi id ſit deductum in pactum. p.708.n.207
Aduocatus ſi noluerit cauſam pauperis defendere poteſt ſuſpendi à iudice pro ſuo arbitrio ad tempus. p.427.n.89
Et peccat mortaliter, ſi noluerit pauperi patrocinari. n.90
Aduocatos eſſe in Republica cum ſtipendio ad defendendos pauperes, eſt conſonum rationi. n 91
Aduocatus in cauſa propria, an poſſit repetere expenſas, quas feciſſet, ſi alium aduocatum habuiſſet. n.93
Aduocationis officium eſt maximè neceſſarium humano generi, & perdentes cauſas ex malitia, vel ignorantia craſſa, tenentur ſatisfacere clientibus. p.713.n.232.& 233
Et ea quadruplici ratione laudatur officium aduocationis: quia licitum, quia neceſſarium, quia vtile, quia meritorium. p.713.& 714.n.234.235.& 236
Aduocati renuentes patrocinari pauperibus, peccant, vt ſupra graoiter, non tamen tenentur cum graui damno, ſed cum leui. p.714.n.237. & 238
Aduocati pauperum ex publico capiunt ſtipendium apud Germanos, Gallos, Hiſpanos. ibid. n.239
Aduocati quot debeant eſſe in vnoquoque Prætorio,& quomodo admittantur. ibid.n.240
Aduocati conſiſtoriales multis gaudent priuilegiis, & inter nobiles numerantur. n.241
Numerus autem eorum apud varias nationes varius eſt. p.715.n.242
Aduocandi munere vti non poſſunt clerici, nec fœminæ. ibid.n.243
Aduocare,& poſtulare, quid ſit,& conſulere, quorum alterum prohibetur fœminis, alterum non. p.716.n.249
Aduocati deprehendentes cauſam eſſe iniuſtam, an teneantur eam deſerere, ſeu admonere clientes ad compoſitionem cum partibus. ibid.n.250


Aduo

Aduocatis, quæ ſint licita, vel illicita in defendendis cauſis. ibid.n.251
Aduocatum ignorantia conſequens, & concomitans, quando excuſet à delicto commiſſo ratione officij. p.716.& 717.n.252.253.& 254
Aduocatorum officium, eſt valde periculoſum, ſiue ex negligentia, ſiue ex ignorantia clientibus noceant. ibid.n.255
Aduocati ſalarium iniuſtum extorquentes tenentur reſtituere, an etiam vltro oblatum poſſint retinere. ibid.n.256
Aduocati non poſſunt paciſci cum clientibus de quota litis. n.257
Aduocati quando poſſint paciſci cum clientibus de ſalario certo. p.717.n.257
Aduocatus à duobus monaſteriis ſtipendiatus pro quo debeat patrocinari, ſi illa inter ſe litigent: idem de habente duo feuda à duobus dominis. p.718.n.260
Aduocati quid teneantur facere quando ſunt duæ opiniones probabiles, vel altera minùs probabilis, aut parum probabilis. ibid.n.261.& 262
Aduocati ſine vllo labore reſpondentes clientibus, & partibus interrogantibus, an poſſint mercedem recipere. p.719.n.263
Aduocati quot annos debeant habere in iuris ſcientia, vt poſſint ſuum munus exercere. ibid. n.264
Aduocatus dum aduocat, an debeat ſedere? an ſtare de iure? Item quo vultu, & qua corporis compoſitione? p.720.n.265
Aduocatus pro certo ſtipendio cauſam defendens, ſi deſeratur cauſa ob culpam clientis, poteſt totum recipere. ibid.n.266.& 267
Aduocare an licitum ſit diebus feſtis etiam pro pretio. ibid.n.268

*Ædificium.*

Ædificare ad æmulationem alterius non decet, & quando dicatur. p.917.n.11
Ædificium in meo ſolo factum quando poſſum propria authoritate diruere. n.11. verſ. Quæſtionis eſt.
Ædificium nocens Eccleſiæ, vel monaſterio, non poteſt altius extolli. p.918.n.19

*Ædiles, Ædilitas.*

Ædilium origo, & ætas, & aliorum officialium de iure communi, ac Luſitano, nec non electio. p.914.n.1.2.& 3
Ædilium munus, & obligatio, ad quæ ſe extendat. pag.914.& n.15.pag.919.n.4
Ædiles, & cæteri officiales finito tempore, an poſſint reeligi. p.914.n.5
ad Ædiles pertinent pondera, & menſuræ, & munditia vrbium, & oppidorum. p.915.n.8
Et cogere, vt quiſquis emundet loca propria, niſi ſint exempti. ibid.n.9
Ædiles debent cognoſcere de ædificiis, ac ſeruitutibus inter vicinos: item de feneſtris, ſubgrundis, ſtillicidiis, ac proiectis; item de loricis, ſpeculis, atque aquis. p.917.n.11
Ædilitas apud Romanos erat primus aſcenſus ad honores. p.914.n.1
Ædilis ex ſententia Platonis ſunt curatores oppidorum. ibid.n.4
Ædiles ſuſcepto officio præcipiunt, vt officiales quidam ſuo officio fungantur. ibid.n6
Ædiles in principio ſui officij debent inquirere, an decreta Decurionum circa taxam ſeruentur. p.914.n.6
Ædiles poſſunt cogere aliquos ad diſcendum aliquod officium, quod in vrbe deſit. num.eodem. verſ. Sed quia.
Ædiles iurare debent, ne deſint in vrbe neceſſaria ad victum, ac potum. p.915.n.8
Ædiles iurare debent, ne fontes ſpurcentur, & putei obturentur. p.916.n.10
Et punire in his delinquentes. ibid.

*Æſtimator.*

Æſtimatores deputati de publico poſſunt recuſari in principio, electi verò de conſenſu partium poſſunt recuſari in ſuperueniente cauſa. p.798. n.66
Æſtimatores electi, & deputati debent ſeruata decreta locorum, aut legum. p.799.n.67
Æſtimatores ſi recuſentur, quinam iudices debeant cognoſcere de ſuſpicionibus. p.799.n.68
Æſtimatores debent eſſe periti in illa arte, ac iure probi, omnique exceptione maiores. ibid. n.69
Æſtimatores ſi diſcordent, partes debent tertium eligere de iure communi, de iure noſtro iudex de placito partium eliget. p.799.n.71
Æſtimatio rerum, quæ in inuentario deſcribuntur, eſt ſimul apponenda. p.815.n.40

*Ætas.*

Ætatis veniam impetrantes, & coniugati an poſſint alienare bona ſtabilia. p.831.n.44
Ætas requiſita in officialibus de iure communi, ac Luſitano. p.914. n.1.2. & 3. & priùs p.729. n.297

*Affabilitas.*

Affabilitas in quo conſiſtat, & in quibus differat. p.32.n 77
Affabilitas principi an conueniat. ibid.n.76
Affabilium principum exempla. p.32.n.78

*Affinitas.*

Affinitas non oritur ex coitu Sodomitico, nec erit impedimento matrimonio celebrando. p.233.n.240

*Alexander.*

Alexander puellam pulchram nec videre voluit. p.23.n.32
Ebrietas illius. p.24.n.36

*Alguacellus.*

An poſſint Alguacelli cum delinquentibus paciſci. p.748.n,366.remiſſiuè.
Alguacelli ſunt merè executores, nec poſſunt de aliquo cognoſcere. n.748
Alguacellus maior ſeu præfectus caſtri. p.749.n.371

*Alimenta.*

Alimenta peti poſſunt interdum coram iudice Eccleſiaſtico. p.173. n.374

*Ambarum.*

Ambarum in littore inuentum ad quem pertineat. p.257.n.14

*Amentes.*

Amentes delinquendo non ſunt puniendi: ſecus ſi habeant dilucida interualla. p.649.n.98
Et an ligentur præceptis Eccleſiæ, & tempore interdicti, & poſſint eiſdem porrigi cibi vetiti prohibitis diebus. p.649.& 650.n.98.99

*Animalia.*

Animalia capta in alieno fundo vndique circumſepto, & piſces in piſcina aliena, ſunt reſtituenda proprio domino. p.373.n.39
Animalia poſſunt paſci in locis apertis poſt meſſes, & fructus collectos. p.892.n.45

*Annus.*

Annum ſeptuageſimum excedentes excuſantur à curis, & tutelis. p.828.n.20

Annus debet exprimi in delictis continuatis in libello, non tamen menſis, nec dies. p.515.n.64

*Apertio litterarum.*

Aperientes litteras de iure Luſitano miſſas ad Regem, & Reginam, & ad Principem quas pœnas incurrant. p.667.n.50

Apertio litterarum quando ſit caſus reſeruatus inter regulares. ibid.n.51

*Apes.*

Apum Rex caret ſpiculo, ſic Princeps careat ſæuitia. p.24.n.40

*Apoſtaſia.*

Apoſtaſiæ cognitio ad ſæcularem iudicem videtur pertinere. p.169.n.570.verſic. Quæſtio eſt. Sed oppoſitum eſt verius. verſ. Cæterum. p.170

*Apoſtoli Domini.*

Apoſtoli Domini, an fuerint nobiles ex ſanguine. p.409.n.14

*Apoſtoli.*

Apoſtoli non ſemper petuntur in appellatione extraiudiciali, ſicut in iudiciali. p.953.n.19

Apoſtolorum etymon; alij dicuntur reuerentiales, ſeu dimiſſorij, alij teſtimoniales, alij conuentionales, alij refutatorij, & quæ ſit natura ac virtus vniuſcuiuſque. p.962.n.58

Apoſtolorum petitio eſt neceſſaria, ne corruat appellatio, quia ſunt pars appellationis. p.963. n.59

Apoſtoli debent peti, vel in ipſa appellatione, vel intra triginta dies congruo loco & tempore. p.253.& 964.n.60 & 61

Apoſtoli peti ſolent ſæpe, ſæpius, ac ſæpiſſimè, inſtanter, inſtantius & inſtantiſſimè. p.964.n.62

Apoſtolos petitos exhibere debet iudex in appellatione interpoſita, ſiue eam receperit, ſiue non. p.964.n.65

Apoſtolos petens, & rediens ſemel in termino præfixo pro illis, non tenetur ampliùs redire, p.965.n.71

Apoſtolos cenſetur denegare, qui petenti non reſpondet. p.965.n.72

Apoſtolos non dediſſe cenſetur, qui ait, *Dabo Apoſtolos*, & nullum præfiait terminum. p.965. n.73

Apoſtolos petenti, ſi iudex dicat vt redeat pro illis, & aſſignat terminum, & non redeat, cenſetur non appellans. ibid.n.74

Apoſtolos petens, cui aſſignatur terminus, tenetur comparere in termino. ibid.n.75

Apoſtolos requirenti ſi iudex aſſignat terminum ad recipiendum in termino iuris; tenetur petens redire in vltima die termini, non verò in penultima. p.965.n.76

*Apparitores.*

Apparitores debent prius iuramentum ſuſcipere, antequam virgam aſſumant, & officium incipiant exercere. p.740.741.n.331.& 332.

Apparitori non ferenti virgam reſiſtens non punitur ob reſiſtentiam. p.741.n.333

Secus ſi reſiſtenti conſtabat de officio. ibid. num.334

Apparitores non poſſunt capere quemquam, nec aliquid exequi ſine mandato Magiſtratus. ibid. n.335

Apparitores poſſunt in aliquibus caſibus abſque mandato capere delinquentes. p.742. n.336. & 337

Apparitori iuſtè aliquem capienti, ſi iniuſtè reſiſtat, & telo ſe defendat, delinquens poteſt occidi. ibid.n.338

Apparitori quiritanti, Aqui del Rey, non ſuccurrentes quomodo puniantur. Ibid.n.339

Apparitores iniuſtè aliquem capientes qua pœna teneantur. p.745.n.341

Apparitoribus non licet à carceratis aliquid accipere. ibid.n.342

Apparitori quibus in caſibus ſit credendum. ibid. n.343

Apparitores vixantes non dilidentes: qua pœna teneantur. p.748.n.364

Apparitores negligentes in capiendo debitorem ſuſpectum de fuga tenentur ad reſtituendum. ibid.n.365

Apparitor ſiue Maiorinus Curiæ, & eius obligationes. ibid.n.368

Apparitor ſiue Maiorinus carcerum, & eius obligationes. p.748.n.369

*Appellatio, & Appellare.*

Appellare ad Regem eſt ſupremæ ſuperioritatis. p.378.n.48

Appellatione reiecta in ſummario poſſeſſorio conceditur ſupplicatio. p.466.n.236

Appellare non licet regulariter ab arbitri ſententia; de iure tamen Luſitano licet. p.774. & 778. n.3.& 18.

Appellatio, & reductio ad arbitrium boni viri conueniunt; renunciari tamen poteſt reductioni, quæ non habet locum in ſententia arbitri, ſed in ſententia arbitratoris. p.779.n.19

Appellatione ſacri loci quid intelligatur. p.237. n.260

Appellatione ſacrarum rerum quid veniat. ibid. n.261

Vtrùm appellandum ſit à ſententia ſyndicatorum. p.951.n.20

Et quid de iure Luſitano. p.952.n.21

Et de Hiſpano. ibid.n.22

Appellationi iniquæ deferre non eſt reuerentia, ſed malitia. p.948.n.96

Appellantes iniuſtè, & iudices iniuſtè appellationi deferentes, vel illam reiicientes peccant mortaliter cum onere reſtituendi. p.949.n.2

Appellatio in dubio poteſt admitti. p.950.n.3

Quid ſit, & quotuplex. n.4

Debet fieri gradatim ad immediatum ſuperiorem. p.951.n.5.

Appellatio à vicario generali ad Epiſcopum non datur; ſecus à vicario foraneo. ibid.n.9

Appellatione iudiciali pendente facta reuocantur: ſecus pendente extraiudiciali. pag. 950. num.4

Appellatio iudicialis habet vim defenſionis; extraiudicialis habet vim conuentionis. p.951. num.11

Appellatio in dubio an ſit friuola, vel calumnioſa debet admitti. p.952.n.12

Appellatio alia eſt legitima, alia friuola. p.950. num.4

Alia fruſtratoria, calumnioſa. n.4. verſ. Subdiuiditur. p.952.n.12.

Appellatione extraiudiciali pendente valent facta. p.950.n.4.verſ. geſta autem.

Appellationis nomine venit appellatio iudicialis, & eſt propriè appellatio; extraiudicialis eſt impropriè appellatio. p.952.n.14

Iudicialis non fit niſi à iudice; extraiudicialis aliquando à iudice, & aliquando à parte extra iudicium. p.953.n.15

Appellatio extraiudicialis poteſt fieri non expreſſo nomine appellati; & in odioſis nomine appellationis

pellationis venit iudicialis appellatio. p.953. num.16

Appellatio iudicialis interponitur à grauamine illato; non verò ab inferendo, vt extraiudicialis. ibid.n.17

Appellatio extraiudicialis interponitur cauſa non dum cœpta,nec poteſt excommunicatus extraiudicialiter appellare. ibid.n.18

Appellatio iudicialis in vno articulo ſuſpendit totam iuriſdictionem: ſecus extraiudicialis.ib. num.20

Appellatio iudicialis de vtroque iure eſt licita: extraiudicialis verò, an ſit licita? dubitatur. p.954.n.21

Appellatio extraiudicialis requirit cauſam veriſimilem, & probabilem, iudicialis verò cauſam veram, & legitimam. ibid.n.22

Appellatio iudicialis ſola probationis oblatione iuſtificatur;ſecus in appellatione extraiudiciali. ibid.o 23

Appellatio regulariter fit gradatim de minore iudice ad maiorem. p.955.n.24

Appellatur omiſſo medio ad ſummum Pontificem, ſed remittitur ab eo cauſa ad iudicem medium. ibid.n.26

Appellatur ad legatum de latere omiſſo medio,& ad Auditorem Cameræ. ibid.n.28 & 29

Appellatur ad ſuperiorem remitteote iudice inferiore cauſam ad ſuperiorem. p.956.n.31

Appellatur ad ſuperiorem iudice inferiore abſente,vel longo impedimento detento. ibid.n.32

Appellatio ſimpliciter interpoſita intelligitur ad proximiorem ſuperiorem, non verò ad ſupremum. ibid.n.33.

Appellatio ad omnes ſuperiores,ſi plures ſunt iudices,non valet, niſi intra decendium declaretur ad quem iudicem. ibid.n.34

Appellatio omiſſo medio interpoſita non valet, parte opponente. p.956.n.35

Appellans omiſſo medio poterit intra tempus deſiſtere ab appellatione, & rurſus appellare ad iudicem competentem. ibid.n.36

Appellans per errorem omiſſo medio non appellat inutiliter. ibid.n.38

Appellatur omiſſo meo ad Patriarcham, & ad legatum Papalem. p.957.n.40

Appellatur ad Papam omiſſo medio ex cauſa inter Epiſcopum, & clericum, ſi eligantur arbitri; ſecus ſi appelletur extraiudicialiter. n.41

Appellatio, vt valeat debet fieri in ſcriptis,quando eſt à ſententia definitiua, vel ab interlocutoria habente vim diffinitiuæ, niſi fiat incontinenti. ibid.n.42.& 43

Appellatio debet continere nomen appellantis, & appellati, & continentiam cauſæ cum relatione iudicis à quo,& ad quem. p.959.n.47

Appellatio vt valeat requirit expreſſionem cauſæ grauaminis. n.50

Niſi ſit appellatio à diffinitiua. n.51

Exceptis tamen aliquibus caſibus, in quibus expreſſio requiritur. n.52

Appellatio neceſſariò debet interponi intra decem dies,qui currunt de momento ad momentum. n.53

Secus de iure Hiſpano. n.54

Appellans extra tempus cenſetur tacitè renunciare appellationi. p.960.n.55

Appellatio debet interponi diebus feriatis,vel de nocte, vel io extremo momento. ibid.n.56

Appellatio in vrbe poteſt poni extra ſeu vltra vltimum momentum, quod ſeruatur in cæteris curiis Eccleſiaſticis. p.961.n.57

Appellans debet regredi pro reſponſo in termino ſibi præfixo. p.964.n.63

Appellatio non petitis Apoſtolis cenſetur inualida: ſecus ſi iudex deferat appellationi. ibid. num.66

Appellans non tenetur redire pro Apoſtolis poſt terminum prorogatum. ibid.n.68

Appellare poteſt Epiſcopus pro ſuis ſubditis, & pro ſua ciuitate. p.966.n.77

Appellare poſſunt ſuperiores regularium pro ſuis ſubditis, & domini pro ſeruis pro aliquo intereſſe. n.78

Remoto autem intereſſe, non poſſunt appellare,ſine ſpeciali mandato.ib. n.79.80.& 81

Appellare poſſunt omnes prætendeotes intereſſe: ſecus non prætendentes. p.967.n.92

Appellare poſſuot amici pro amicis data cautione de rato,& accedente ratificatione intra decendium. p.969 n.97

Appellatio facta ab habente mandatum valet, ignorante tamen illud habere, ſecus de procuratore reſignante. p.920.n.101

Appellationis remedium ad quid inuentum eſt:an ſit de iure diuino,vel de iure poſitiuo humano. p.971.n.105.& 106

Appellationis effectus ſuſpenſiuus eſt primus,ſecundus deuolutiuus, quia deuoluit etiam acceſſoria ad iudicem ad quem.ibid.n.107. & infra p.974.n.117

Appellatio eximit appellantem à iuriſdictione iudicis à quo, ſi interponatur intra decendium. p.971.& 972.n.108.& 109

Appellatio interpoſita ante ſententiam excommunicationis ſuſpendit illam,ac deuoluit cauſam. n.113

Appellatio poſt ſententiam excommunicationis latam ſub conditiooe ante conditionis euentum non ligat. p.971.n.115

Siue appellatio ſit expreſſa,ſiue tacita, & quæ ſit appellatio tacita. p.971.n.116. & ſuprà ibid.n.107

Appellatur non ab executore mero niſi modum exceedat, & quando ab eo appellatur. p.977. nom.131

Appellatio in executiuis ſolum prodeſt quoad effectum deuolutiuum, non autem quoad ſuſpenſiuum. ibid.n.132

Appellatio in cauſis requirentibus celeritatem non datur quoad effectum ſuſpenſiuum; ſed quoad deuolutiuum. p.977.n.133

Appellatio nec de iure noſtro, nec de iure communi datur ab interlocutoria ſententia. ibid. n.134.& infrà p.1000.& 1005.n.171. 172.173. & 174

Appellare non poteſt condemnatus de falſa moneta facienda. n.135

Appellatur non à ſententia in poſſeſſorio de iure ciuili,ſecus de iure canonico. p.978.n.136

Appellatio negatur excommunicato per ſententiam, & poteſt denunciari pendente appellatione. p.979 n.137

Appellatio negatur à ſententia alimentorum regulariter;aliquando datur. p.980.n.138

Appellatio negatur publicis latronibus, excitantibus ſeditiones; vim inferentibus fœminis honeſtis:& veneno vtentibus ad homicidium. Item falſificantibus aurum,& argentum, & ſigillum Regium. ibid.n.139

Appellatio item negatur factioſis contra Regem, vel Rempublicam. n.140
Itē negatur in crimine læſæ maieſtatis, ſed verius eſt nō negari appellationē. p.981.n.141
Appellatio in quibus caſibus negatur à diffinitiua, non negatur regulariter ab interlocutoria in delictis. p.982.n.142
Appellatio negatur in crimine ſimoniæ & à ſententia condemnante ad ſoluendum decimas, niſi condemnatus alleget exemptionē. ib.n.143
Appellatio negatur à ſententia lata virtute iuramenti ab eo præſtiti, vel ab actore de conſenſu vtriuſque partis; alij contra volunt. ibid.n.144
Appellatio negatur à ſententia lata à iudice tanquam à bono viro, dummodo non ſit arbiter electus ex ſtatuto. p.983.n.148
Appellatio negatur à ſententia tertij arbitri electi inter duos diſcordes. ibid.n.149
Appellatio negatur etiam de iure canonico ab arbitramento arbitratoris: peti tamen poteſt reductio ad arbitrium boni viri. p.984.n.150
Appellatio non datur à ſententia lata per iudicem liberum arbitrium habentem: poteſt autem recurri ad ſuperiorem per viam ſupplicationis. ibid.n.151
Appellatio non datur regulariter à decreto viſitationis. p.985.n.152
Sed contra. ibid.n.153
Appellatio non datur à ſententia in ſyndicatu. p.986.n.154
Neque quādo eſt periculū in mora. p.987.n.155
Neque in rebus piis. p.988.n.156
Neque in cauſa dotis. ibid.n.157
Appellatio an detur à ſententia de ſalario famulorum, & operariorum. p.989.n.158
Non tamen datur repertis in flagranti delicto, & condemnatis. ibid.n.159
Appellatio negatur parocho abſenti, & non reſidenti. p.990.n.160
Item negatur à ſententia lata pro ſoluendis expenſis funeralibus. p.991.n.161
Et quid in cæteris expenſis. ibid.n.162
Appellatio non datur à publicatione teſtamenti. p.992.n.163
Et an detur quando quis ſe declarat iudicem competentem. p.992. & 993.n.164
Appellatio, an detur à ſententia, cui imponitur perpetuum ſilentium. ibid.n.165
Et an detur à iudicio ſortis, ſeu fortunæ. p.994. n.166
Appellatio non datur à ſententia lata de conſilio ſapientis. n.167
Neque conceditur in rebus minimis. p.998. n.168
Appellatio non datur ab interlocutoria mera de iure ciuili. p.1000.n.171
Secus de iure canonico. n.172
Quid de Concil. Trident. p.1000. & 1001. n.173. & 174
Appellari quando poteſt ab interlocutoria vicarij Epiſcopi ad Epiſcopum. n.175
Et quando Epiſcopus poteſt auocare ad ſe cauſam à ſuo vicario, & cognoſcere de nullitate ſententiæ illius. n.167
Et reſtituere in integrum aduerſus ſententiam vicarij. p.1002.n.177
Appellatio datur à ſententia interlocutoria de tortura, aut captura, non tamen poſt capturam carceratus relaxatur ſine mandato iudicis. p.1003.n.179
Appellationis iudex auocat cauſam quando primus iudex grauauit appellantem. p.1004.n.180
Appellatione ab interlocutoria pendente iudex ſi procedat, non attentat, niſi poſtquam eſt inhibitus. p.1006.n.184
Appellatione pendente ab interlocutoria attentata reuocantur etiam illa non iuſtificata, quando iudex ad quem inhibuiſſet. ibid.n.184
Appellatio ab interlocutoria conſtituit attentata, quando habet vim diffinitiuæ. p.1007.n.186
Appellatione ab interlocutoria pendente non poteſt iudex procedere ad actum grauaminis irreparabilis. ibid.n.188
Appellationis deſertio extinguit ſecundùm aliquos litem. n.190
Sed ſecundùm alios, minimè. p.1008.n.191
Appellatio efficitur deſerta, ſi appellatus ſine ſcriptis. p.1009.n.194
Appellatio quibus modis fiat deſerta, & an ſententia lata poſt deſertam appellationem, ſit valida. p.1010.n.196
Appellatio an detur ab interlocutoria, qua iudex pronunciat appellationem eſſe deſertam, vel non deſertam. n.198
Et quæ ſententia ſit huiuſmodi, interlocutoria ne, an diffinitiua. p.1011.n.199
Appellans deſerta appellatione, qua pœna ſit puniendus. ibid.n.201
Appellatione deſerta, an habeatur ac ſi nunquam fuiſſet appellatum. ibid.n.202
Appellatio, vt non fiat deſerta, quæ requirantur, quæ excuſent appellantem à deſertione appellationis non commiſſæ intra legitima tempora, puta poſt terminum præfixum vno die. p.1012.n.203
Appellans impeditus quid debeat facere, vt euadat deſertionem. ibid.n.205
Appellationis deſerta cauſa vtrum deſeratur etiam cauſa nullitatis. p.1013.n.206
Vtrùm fiat deſerta cauſa per lapſum primi fatalis, an ſecundum requiratur? & quis poſſit prorogare fatalia. ibid.n.207
Appellatione deſerta iudex à quo poteſt ſuam exequi ſententiam ſine partis citatione. n.210
Et quæ ſit formula ſententiæ deſertionis. p.1016.n.211
Appellatio quibus modis tollatur. p.1017.n.213
Appellatione remota vtrùm clauſula operetur etiam in cauſa reconuentionis. p.1018.n.214
Appellatione remota clauſula, quid operetur in excommunicatione lata poſt appellationem. ibid.n.215
Appellatione remota clauſula non operatur in caſibus, in quibus appellatio eſt ſpecialiter à iure conceſſa. ibid.n.216
Appellatione remota clauſula, an tollat appellationem ab interlocutoria. p.1018.n.217
Appellatione remota clauſula, non tollit recuſationem iudicis, neque ſupplicationem ad ſuperiorem, nec reuocantur attentata per viam attentati, operatur tamen. ibid.n.218
Appellatione remota clauſula non tollit appellationem deuolutiuam, nec tollit appellationem ita efficaciter poſita in reſcripto, ſicut tollit ius commune, & ſtatutum. p.1020.n.219
Appellatione remota clauſula, in delegatione facta Cardinali quamcunque appellationem nedum friuolā remouere cenſetur. p.1021.n.221
Appellatione remota clauſula, quid operetur circa attentata, & alios effectus. ibid.n.222

Appellatione remota clauſula operatur, vt iudex appellatione pendente poſſit exequi ſuam ſententiam, niſi inhibeatur. p.1021.n.223
Appellatione remota clauſula refertur ne dum ad negotium principale, ſed etiam ad incidentia illius. ibid.n.224
Non capit tamen tertium. ibid.
Appellatione remota clauſula, quid operetur, & quid non operetur tam in genere, quam in ſpecie. p.1022.n.225
Appellatur à iudice à quo ad iudicem ad quem, qui cognoſcit ſuper meritis eiuſdem cauſæ duntaxat. n.226
Appellatur à delegato ad delegantem: à delegato Papæ ad Papam, etiamſi in partibus exiſtat legatus de latere. n.227
Appellatur à legato de latere ad Papam. à ſubdelegato Regis, ſeu Papæ appellatur ad delegatum ſubdelegantem, niſi ſubdelegans ſit ſuſpectus. n.228
Appellabitur ad quos ab officialibus Romanæ Curiæ, & à Camera Apoſtolica ad quem ſit appellandum. n.230
Appellari poteſt à iudicibus ordinariis ſtatus Eccleſiaſtici ad Auditorem Cameræ etiã ſi iudices medij ex priuilegio poſſint cognoſcere de ſecundis cauſis. p.1026.n.233
Et quid de iudicibus ſæcularibus, ſtatus Eccleſiaſtici. ibid.n.234
Appellandum ad quem ſit à Conciliis generalibus, ſynodalibus, & prouincialibus. ibid.n.235
Appellandum eſt ad Eccleſiaſticum, quando Eccleſiaſticus, & laicus ſimul pronunciant: pronunciantibus autem ordinario, & delegato appellãdũ eſt ad ſuperiorẽ delegati. p.1027.n.236
Appellandum eſt de iure Hiſpano à Prælatis temporalem iuriſdictionem habentibus ad Regem. p.1028.n.237
Appellare licet in terris dominorum inferiorum de iure Hiſpano, ad Regem vel ad eius Cancellariam omiſſis etiam Dominis. p.1029.n.241
Appellante parte vna ad Regem, & altera ad minorem iudicem, non poteſt minor de appellatione cognoſcere. ibid.n.242
Appellandum eſt regulariter à ſententiis Dominorum inuitis etiam Dominis ad Regem, vel ad eius Cancellariam. ibid.n.243
Appellationes à diffinitiuis, ea ab interlocutoriis à iudicibus ordinariis in ciuilibus eunt ad Cancellarias de iure Hiſpano. p.1029.n.244
Appellationes non excedentes ſummam ſex mille morapitinorum feruntur ad Alcades maiores, & quæ perueniunt ad. decem mille morapitinorum feruntur ad conſiſtorium loci. ib.n.245
Appellationes ſummæ non peruenientis ad ſex mille morapitinos, & quæ attingunt illos intra octo leucas à Cãcellaria ad quẽ ibunt. ib.n.246
Appellandum eſt de iure Hiſpano etiam ad conſiſtorium loci à ſententia decem mille morapitinorum applicandorum fiſco. p.1030.n.247
Appellationes excedentes ſummam decem mille morapitinorum, & pertinentes ad gabellas, & circa reſidentiam officialium ad quem ducentur. ibid.n.248
Appellationes de iure, & ſtylo Luſitano quando eunt ad expeditores cauſarum ciuilium, & quando ad iudicem Cancellariæ. ibid.n.249
Appellationes de armis, ſeu de Vallis, an eant ad iudicem Regiæ Coronæ. p.1030.n.250
Appellationes de terris ordinum, & de terris Dominorum, quæ ab illis, aut ab eorum Auditoribus, vel iudicibus exeunt, ad quem ibunt de iure Luſitano. p.1031.n.251
Appellatio, ſeu grauamen interpoſitum à iudice executionis in cauſa criminali ad quem ibit: ſi habeat mixtam cauſam ciuilem. ibid.n.252

*Aqua.*

Aqua ſalubris ex quibus ſignis cognoſcatur. p.916.n.10

*Aquatores.*

Aquatores aquam ex flumine communi ſeu puteo publico vendentes, an debeant gabellam. p.400.n.51

*Aquileges.*

Aquileges an videant ſubtus terram aquas, & apoſtemata, & vlcera latentia in viſceribus humanis. p.193.n.94
Hi ſi reſtringunt reſponſa ad certos dies, habent pactum cum dæmone. p.194.n.94

*Arbiter, Arbitrium.*

Arbitrium commiſſum iudici ſuper cauſam particularem facit illum delegatum: Secus ſi ſuper cauſam vniuerſalem, ſeu certum genus cauſarum. p.431.n.111
Arbitri iudices, vel ſunt ſimpliciter tales, vel arbitri iuris, & hi nec ordinariam, nec delegatam iuriſdictionem, ſed quaſi delegatam habent. p.774.n.1
Arbiter diffinitur iudex electus de conſenſu partium, vt procedat ſeruato ordine iuris in ſubſtantiali. ibid.n.2
Si tempore debito non appelletur à ſententia arbitratorum, mandabitur executioni per iudices ordinarios. n.6
Et an poſſit arbiter mutare ſuam ſententiam. p.775.n.etiam 6.
Arbitro vnico electo, vel ex partibus aliqua ante ſententiam decedente compromiſſum extinguetur. p.776.n.7
Arbitri ſi tres eligantur, & ſint præſentes, validè pronunciabunt, ſi duo concordent. Secus ſi aliquis eſt abſens. n.8
Quod ſi tres ſint electi, & duo concordent, & tertius condemnet in maiorem, vel minorem ſummam, ſtandum eſt condemnationi duorum in eadem ſumma: ſecus ſi diſcordent omnes, tunc ſtabitur condemnationi minori. ibid.n.9
Arbiter tenetur pronunciare ſeruata forma iuris, quando eligitur, vt procedat de iure, & de facto. p.776.n.10
Arbitrorum maior pars validè pronunciat, quando reliqui volunt intereſſe de iure Canonico; ſecus de iure ciuili. ibid.n.11
Arbitri electi, vt procedant de plano ſine figura iudicij, quid facere teneantur. n.12
Poſſunt etiam cognoſcere de cohærentibus, & connexis, etiamſi in compromiſſo nihil de hoc dicatur. p.777.n.13
Arbiter poteſt incidenter cognoſcere de cauſa reſtitutionis in integrũ, & pronunciare læſum eſſe reſtituendũ non tamen poteſt reſtituere. n.14
Arbiter poteſt nocere alteri parti in quantitate modica, non verò in magna, dando alteri rem alterius partis notabilem. p.778.n.17
Arbitrario in iudicio requiritur iudex, actor, & reus; arbiter conuentionalis, non habet iuriſdictionem, arbiter verò iuris, vtique. Partes ſoluta pœna poſſunt adire iudicem ordinarium: Secus ſi agant coram arbitro iuris. p.780.n.22

Arbitri accepto compromiſſo compelli poſſunt ad procedendum, niſi compromiſſum ſit nullum. p.780.n.24

Arbitrum corrumpens pecunia, vel ambitione, de qua culpa teneatur, & quomodo ſit puniendus. p.784.n.28.

Arbiter pecunia corruptus, male arbitrando, vel per imperitiam de qua culpa teneatur? & quo modo ſit puniendus. p.784.n.29

Arbiter an poſſit mulctare partes, & condemnare in expenſis. p.784.n.30

Arbiter infra tempus compromiſſi cauſam non definiens, an teneatur parti ad intereſſe. n.31

Quid ſi prorogetur terminus, erit ne compromiſſum nouum. ibid

Quinam excludantur ab officio arbitri. p.789. num.35

Arbiter ſuper iniuſtitia laudi conuentus poterit declarare nullitatem illius. p.790.n.36

Arbiter ſuper cauſis in quibus fuit arbiter, non poteſt teſtificari regulariter, aliquando tamen poteſt. ibid.n.37

Arbiter, & arbitrator, ſi quis in compromiſſo eligatur ad cauſam definiendam, ſi procedat ordine non ſeruato, & cauſam pronunciet, dicetur procedere tanquam arbitrator ne vitietur laudum. p.791.n.38

Arbiter quicunque poteſt eſſe arbitrator, non tamen è contra. p.792.n.40

Arbiter verum poſſit cognoſcere, an ſit arbiter, & procedere nocturno tempore & diebus feriatis. ibid.n.41

Arbiter non poteſt punire falſum teſtem coram ſe deponentem. ibid.n 42

Arbiter nulliter pronuncians, an poſſit iterum prononciare. p.793.n.43

Arbitri recuſati proceſſus, & omnia geſta poſt recuſationem cenſentur valida: competit tamen exceptio doli contra illum. ibid.n.44

Arbiter poteſt inhibere quando partes ſe habent odio, ne tranſeant per portas alterius. ibid.n.45

Et acta coram arbitris an faciant fidem coram iudice. p.794.verſic.ſequitur dubium.n.46

Et quid de confeſſione coram arbitro facta, an ſit iudicialis. ibid.n.47

Arbitri an poſſint citare per edicta. p.795.n.53

Arbiter poteſt reuocare ſuam ſententiam interlocutoriam; & an definitiuã quæritur. p.796.n.54

Arbiter non poteſt pronunciare ſuper pœna vel compromiſſi, vel alia noua pœna. ibid.n.55

Arbiter ſententiam in ſcriptis ferre debet: ſecus arbitrator. ibid.n.56

Arbiter poteſt ſportulas petere, & quid in caſu petendi conſilij à ſapientibus. ibid.n.57

Arbiter quamuis teneatur conſulere ſapientes, non tenetur tamen ſequi conſilium eorum. ibid.n.58

Arbiter de non contentis in compromiſſo poteſt ſumere cognitionem in cauſa pacis. ibid,n.59

Arbiter an poſſit eſſe aliquis in cauſa propria. p.797.n.60

Arbiter, an poſſit compenſare temporale cum ſpirituali, & è contra. ibid.n.61

Arbiter quo in loco poſſit pronunciare. ibid.n.62

Arbitria, & iudicia quo modo differant, & ex quibus laudum erit nullum. ibid.n.63

*Arbitratores, ſeu Æſtimatores.*

Arbitrator malè iudicans per imperitiam facit litem ſuam, & tenetur de dolo & lata culpa, ſicut proxeneta, p.610.n.3

Arbitratores cognoſcunt duntaxat de rebus, quæ in facto conſ[illegible]unt: pro iis, quæ ſunt de iure, recurritur ad iudices. p.[illegible]8.n.64

Arbitratores, ſeu æſtimatores quomodo d[illegible]eant eligi, p.79[illegible].n.70

Arbitratores tam de iure communi, quam de particulari debent ſuſcipere iuramentum, antequam procedant. p.798.n.65

Arbitrator tertius, an poſſit diſcordare ab aliis duobus, & in tertiam ſententiam diuertere. p 800.n.74

Arbitrator quis ſit, & quod eius munus, & an poſſit pronunciare ſuper non petitis. ibid.n.78

Arbitrator electus à partibus non poteſt ſubdelegare, nec eius laudum habet vim ſententiæ, donec confirmetur a iudice. p.8[illegible]1.n.79

Arbitrator poteſt procedere, ac diffinire in diebus feriatis, etiamſi partes feriis non renuncient. ibid.n.80

Arbitratores an debeant citare partes, præſertim quando ferunt ſententiam. ibid.n.82

Arbitrator non facit litem ſuam, ſi iudicet ex imperitia, ſed ex dolo tantùm tenetur p.802. n.89

Arbitrator non tenetur ſeruare ordinem poſitum in cap. Quoniam contra falſam, niſi ſponte ſua velit. ibid.n.90

Arbitrator an teneatur pronunciare non interueniente pœna, nec pignorum datione. ibid.n.91

Arbitrator non poteſt validè laudare ſuper bonis præſentibus, & futuris, ſi nihil reſeruetur, ſicut donare omnia bona præſentia, & futura nemo poteſt. ibid.n.93

Arbitrator, & arbiter in quibus conueniant. p.803. num.94

Arbitrator poteſt quis eſſe in re propria, laudare verbaliter, eius ſententia reducitur ad arbitrum, cauſa decimarum poteſt in illum compromitti. ibid. n.95

Arbitrator poteſt abſoluere in totum reum conuentum: eius ſententia non infamat: poſt dicita teſtificata poteſt examinare alios teſtes, non tamen a'd inſtantiam partium. ibid.n.96

Arbitrator non poteſt adiicere pœnam in ſuo laudo, neque illud habet executionem paratam coram iudice, etiamſi emologetur à partibus. ibid.n.98

Arbitrator poteſt præfigere terminum ad ſoluendum. Si præcipiat ſolui in debitum, non poteſt repeti à patre. ibid.n.99

Arbitrator non poteſt cognoſcere, an ſ[illegible]a ſit iuriſdictio; ſi eſt excommunicatus, nulliter laudat: eodem modo ſi compromiſſum eſt falſum, vel contra bonos mores, vel ſi laudat poſt recuſationem. p.804.n.100

Arbitrator poteſt condemnare ad pretium, quamuis non fiat mentio de illo in compromiſſo: Item poteſt condemnare in expenſis, non tamen poteſt debitum liquidum remittere: ſed poteſt adiicere conditiones adiacentes. ibid. n.101

Arbitrator non poteſt donare de alieno, nec concedere reſtitutionem in integrum, nec eius ſententia valet contra ſententiam iudicis, ſicut non valet arbitramentum metu extortum.ibid.

*Archabuſcetum.*

Archabuſcetum breue, etiam inutile ad malè operandum, poteſt capi etiam domi inuentum, ab Appar[illegible]toribus, ſeu ab Alguacel.lis. pag.746. n.360

*Arma.*

Arma de nocte prope aliquos inuenta an cenſeantur eſſe eorum penes quos iacent. p.744 n.345

Armorum appellatione, quæ prohibeantur, quæ veniant. ibid. n.346

Armis ſpoliari poteſt, qui fuerit inuentus cum illis tempore prohibito. n.347

Armis non poteſt ſpoliari, niſi inuentus cum illis capiatur, nec ſufficit videri. ibid. n.348

Arma ad corpus tuendum, vt lorica, ſcutum, & galea non veniunt nomine armorum prohibitorum. n.350

Arma non prohibentur agentibus iter. p. 745 n.350

Arma non deferuntur in locum iudicij, neque in Principum palatia, & quæ pœnæ imponantur diſtringentibus arma ad feriendum in his locis. ibid. n.352. & 353

Et quæ arma prohibeantur in palatio euaginari. p.746. n.354

Arma ruralia ruſticorum non veniunt nomine armorum prohibitorum. p.747. n.357

Arma ligata non prohibentur portari de nocte. ibid. n.359

Armis ſpoliari poſſunt alienigenæ inuenti cum illis. ibid. n.361

*Ars.*

Artem exercere ex qua odor teter in vicinos fertur, non licet. p.915. n.9

*Aſpectus.*

Aſpectus, vide infra, verbo, *Cogitatio.*

*Aſpides.*

Aſpides ne incantentur, obturant aures ſuas. p.192. n.85

*Aſſeſſores.*

Aſſeſſores habent iuriſdictionem ordinariam, ſed mortuo præſide expirat. p.428. n. 151

Aſſeſſores non tenentur in ſyndicatu, ſi omittant ſubſtantialia iudicij de conſenſu partium. p.940. n. 60

Aſſeſſor ordinario neceſſarius, eſt alendus ab ipſo ordinario. p.419. n.53

*Aſtrologi, & Aſtrologia.*

Aſtrologorum, Mathematicorum, & aliorum crimina pertinent ad ordinarios locorum, & ad Inquiſitores ex motu Xiſti Quinti. p.178. n.8

Aſtrologis olim licebat prædicere euentura ex aſtris per cognitionem coniecturalem ex eiſdem prouenientem: nunc autem, nullo modo permittitur per Bullam Xiſti Quinti. p.188 num.58

Aſtrologia iudiciaria arte dæmonis exercetur, & de illa cognoſcunt Inquiſitores. p.187. n.56

Aſtrologia etiam quando prædicit probabiliter euentura, prohibetur in Bulla Xiſti Quinti tam in foro interno, quam in externo ſecundum probabiliorem. p.188. n.57. 58. & 60.

*Attentator.*

Attentator criminis nefandi, an poſſit licitè occidi ab aggreſſo. p.233. n.242

*Audacia.*

Audacia oritur ex impunita peccandi licentia. p.28. n.60

*Auditor.*

Auditores dominorum non concedunt chartas ſecurationis. p.378. n.47

*Audire ſacrum.*

Audire ſacrum à concubinario ante denuntiationem, vel ante publicationem ſententiæ non eſt prohibitum. p.207. n.153

*Auguſtus.*

Auguſtus, & Tiberius deſpexerunt opprobria, & conuitia in ſe ipſos iactata. p.29. n.66

*Author delicti.*

Author delicti non indiciatus, nec infamia laborans, non eſt manifeſtandus. p.674. n.70

## B.

BAculus ferratus venit appellatione armorum prohibitorum. p.747. n.358

*Balenæ.*

Balenæ, & cæteri piſces vaſta mole inſignes ad littora eiecti ſunt de Regalibus. p.257. n.14

*Banniti.*

Bannitis poteſt ignoſci ob ſua, aut maiorum ſuorum beneficia in Rempublicam. p.480. n.268

*Baptiſmus.*

Baptiſmum ſuſcipiens nulliter, ſi deficiat à fide, an ſit hæreticus. p.69. n.228.

*Baſiliſcus.*

Baſiliſcus non domatur incantationibus. p. 192 n.84. & 89

*Bellum.*

Bellum non poteſt indici ob cauſam vanam. p.93 num. 26

Bellum non poſſe reſolui in duellum aliqui affirmant. ibid. n.24

Bellum poteſt reſolui in duellum, quando Rex habet iuſtum bellum; ſed vires impares. ibid. n. 28. verſ. Dicendum eſt tertiò.

Bellum quando eſt iuſtum, conflictus particulares non ſunt duella, ſed partes belli. p.94. n.30

Bellum ſi reſoluatur in duellum poteſt admittere conditionem, vt nemini ſubueniatur. ibid. num. 35

*Benedictio.*

Benedictionibus, aut ſignis vti vanis ad ſanandum, eſt caſus mixti fori. p.195. n.95

Benedictionibus, ac enſalmis pure inuocatiuis vti fas eſt: ſed magis laudabile erit ab illis abſtinere. p.197. n.106

Benedictio per verba ignota, aut nihil ſignificantia, ſi quid operetur, non eſt à Deo. p. 199 n.115

*Beneficia.*

Beneficia obtenta ad preces hæretici non poſſunt retineri. p.86. n.265

Et quid de clericis hæreticis, ſi reſipiſcant. p.87. n.267. & 269

Beneficium habens, ſi incurrat pœnam amiſſionis ante ſententiam poteſt retinere. p.316 n.250. verſ. conſequenter.

Beneficium exiguum habens tenetur recitare diebus feſtiuis. p.445. n.175

Beneficia, quæ non habent curam animarum, ſi conferantur paſſim dignis, omiſſis dignioribus, videtur mortale: in habentibus tamen curam animarum, vel adminiſtrationem magni momenti ſemper eſt mortale eligere dignum omiſſo digniore. ibid. n.181

Beneficia Eccleſiaſtica de ſe ſunt perpetua. p.293 num.58

Beneficia Principis ſunt latiſſimè interpretanda: & quomodo ſit intelligenda hæc regula. p.482 n.280

Impetrans Beneficium tenetur exprimere penſionem iam habitam. p.495. n.320

Benefica habentes ſi carcerentur iniuſte, conſequuntur

quuntur fructus, & diſtributiones quotidianas, ſi ſolebant intereſſe officis diuinis. p.462. num.426

*Blaſphemia.*

Blaſphemia quotuplex ſit. p.174. n.3
 Et quomodo deſcribatur. ibid.
Blaſphemiæ hæreticalis diſcriptio. n.4
Blaſphemiæ hæreticales, quænam ſint. n.5
Blaſphemiæ reliquæ non hæreticales ſunt fori communis. p.174.n.9
Blaſphemos, ſeu periuros contra, quænam ſint pœnæ tam de iure Canonico, quàm de iure Luſitano. p.176.n.19.20.& 21
Blaſphemiæ ſimplices ſunt mixti fori de iure Luſitano: ſecus ſi ſunt hæreticales. p.196.n.101 & 102
 Et quæ Blaſphemiæ ſint ſimplices, & quæ non. ibidem.
Blaſphemantem audiens an teneatur arguere, ac reprehendere? quamuis nulla ſpes ſit emendæ, & an ſit neceſſaria monitio ante denunciationem. p.541. n.155

*Bona.*

Bonorum concilij cura ſpectat ad decuriones p.893.o.49
Bona ciuitatum, & oppidorum quanto tempore præſcribantur. ibid.n.50.& 51
Bona confraternitatem non alienantur, niſi ſeruata ſolennitate locorum piorum. p.909.n.15
Bona ipſo facto amiſſa etiam cum clauſula *abſque declaratione*, adhuc requirunt ſententiam criminis declaratoriam. p.50. n.169
Bona vacantia, quæ ſint. p.257. n.15
 Et an ſint vacantia bona morientium ſine hærede, ſiue morientes ſint clerici, ſiue laici, ſiue peregrini, ſiue alicuius capellæ inſtitutæ, quando extinguitur parentela. ibid. num. 15
Bona quæ inueniuntur in littore, ſiue ſint naufragantium, ſiue non, an dicantur bona vacantia. p.259.n.16
 Et quid ſi incurratur cenſura. n.16
Bona inuenta, ſiue ſint mobilia, ſiue ſe mouentia, quorum Dominus ignoratur, an pertineant ad inuentorem. n.16.
 Et an poſſint numerari inter Regalia. p.261 num.17
 Et quid de iure Regio. p.263. n.17. verſ.circa bona.
Bona in teſtamento relicta, vel extra, ſub tacita fide, vt reſtituantur incapaci, an applicentur fiſco. p.267. n 20
 Et quæ ſint coniecturæ ad cognoſcendum fidem tacitam reſtituendi bona incapaci. ibid. n.23
Bona damnatorum ad capitalem pœnam, ſiue ad mortem ciuilem, an ſint applicanda fiſco, & quibus obligationibus ſuccedat fiſcus. p.268 num. 25
Bona contrahentium inceſtas nuptias ad quem pertineant. p.272. n.26
Bona relicta à teſtatore ſub conditione damnato ad quem pertinent nondum completa conditione. p.268. n.25. verſ. ſed quid dicendum.
Bona indignorum regulariter applicantur fiſco. p.269. n.25. verſ. quoad bona indignorum.
Bona damnatorum applicata fiſco quanto tempore præſcribantur poſt obitum damnati. p.272 n.25. verſ. diximus infra.
Bona ablata Chriſtianis à Mauris ſi poſtea recuperentur; an ſint recuperantis. p.260. n.15 verſ. huc accedit.
Bona empta ab hoſtibus, an ſint reſtituenda proprio Domino. p.261. n.16. verſ. ſed quid dicendum.
Bona publicata an debeant applicari fiſco Eccleſiæ. p.167. n.368. verſ. difficultas eſt.
Bona publicata viuente clerico ſunt applicanda fiſco Eccleſiaſticu. num. eodem. verſ. ſed quæres.
Bona vacantia, ac deſerta, quæ Domino carent pertinent ad Regem. p.374. n.32
Bona parapherna, quæ ſint. p.751. n.379. & 380

*Bulla.*

Bulla Xiſti Quinti contra Aſtrologos non comprehendit indicantes de agricultura, de nauigatione, ac re medica. p.187.n.55.56.& 57
Bulla Xiſti Quinti, quæ permittat prædicere, & quæ prohibeat Aſtrologis. p.188.n.58.& 59
Bulla cœnæ an comprehendat captiuos remigantes contra Chriſtianos. p.61.& 62. n.211 & 212.

C

*Cambyſes.*

CAmbyſes, & alij Reges, & Imperator in Iudices corruptos grauiter animaduerterunt. p.399. n.51. verſ. extat etiam.

*Camera, Cauerna, vel Cellula.*

Camera, ſeu Cauerna, ſeu Cellula, facta ſub Eccleſia non eſt locus ſacer. p 238.n.262
Cellulæ adhærentes Eccleſiæ non facientes corpus vnum cum illa non pertinent ad Eccleſiam. p.237. n.261
Camerarij officiales aliquando ex ſuo regimine poſſunt populum collectare. p.386.n.5

*Cancellary.*

Cancellarij domus ſupplicationis, ſeu domus Portugalenſis, per ſe ipſos debent interrogare teſtes nominatos in ſuſpicionibus. p.565. n. 244
Canonici regulares non comprehenduntur in conſtitutione prohibente, ne tauris interſint ſecundùm aliquos, ſed probabilius eſt comprehendi. p.98 n.108

*Capitulum.*

Capitulum pro Epiſcopo poteſt appellare ſi ille aliquid negligenter fuerit emolitus. p.966 num. 82

*Captiui.*

Captiui remigando contra Chriſtianos, vel arma porrigentes, an excuſentur à peccato, vel ab excommonicatione Bullæ Cœnæ. p. 62. n. 212
Captiuis apud infideles, quæ licita ſint. p.771 n.462. & 463
Captiui apud infideles poſſunt fateri ſacerdoti ſimplici tam in quadrageſima, quàm extra illam, quia cenſentur eſſe in periculo mortis. Idem de ſumptione Euchariſtiæ. p.771. & 772 n.464. & 465
 Et an ſit medium neceſſarium neceſſitate ſalutis. p 772 n.466
Captiuus apud Infideles an poſſit abſolui ab omnibus reſeruatis, & cenſuris directè ibid. n.465

*Carceratus, & Cuſtos carceris.*

Carcerato nobili fugiente pro ſe leui retento, an tenea

teneatur coſtos carceris de culpa aliqua. p.752 n.388.

Carcerum cuſtodes non tenentur de caſu fortuito, ſi aufugiant carcerati propter incendium, vel ruinam carceris, nec quando per feneſtram ſe præcipitant cum periculo vitæ manifeſto. p.755. n.389

Carceris cuſtodes ex fuga carceratorum tenentur de leuiſſima, ſicut ſtabularij, caupones, & nautæ, ſecundum aliquos in foro externo; ſed verius eſt in foro conſcientiæ non teneri. p.754. n.396

Cuſtodes mercedem accipientes non ſpecialiter pro cuſtodia, an teneantur de leui, ſeu leuiſſima. ibid. n.397

Carceris cuſtos ſi fateatur fugam; neget tamen culpam habuiſſe, tenetur probare. p.755. n.399

Carceris cuſtos tenetur de fuga carceratorum, ſi propria authoritate ſubſtitutum conſtituat: ſecus ſi ponatur à Magiſtratibus. p. 756. n.403

Idem dic ſi relinquat loco ſui filios, aut vxorem. ibid. n.404

Carceris cuſtos non tenetur de fuga, ſi nihil commodi recipiat pro cuſtodia: ſecus ſi quid habeat à Republica. ibid. n.405

Carceris cuſtos non tenetur de fuga miraculoſa, nec quando diuiditur cuſtodia inter duos, qui alternis cuſtodiunt carcerem. ibid. num.406

Carceris cuſtodes nequeunt cogere carceratos ad emendum ſibi neceſſaria. p.757. n.407

Carceris cuſtos ſi rem habeat cum carcerata, vel conſentiat, vt alij habeant, qua pœna ſit puniendus? & quid de tutore rem habente cum ſua pupilla de iure communi, vel Luſitano. ibid. n.408

Carceris cuſtos non tenentur de fuga facta per violentiam abſolutam, neque de ferro, aut veneno in carcerem introducto ſine culpa propria. p.757. & 758. n.409. & 410

Carcerati in diebus paſchalibus de iure communi relaxari debent: ſecus de conſuetudine: exceptis ſacrilegis, adulteris, & aſſuetis delinquere in eodem delicto: hi enim non gaudebunt priuilegio eorum dierum. p.758. n.411

Carcerati nequeunt contrahere, niſi in quibuſdam caſibus. p.758. & 763. n.412. & infra à n.428. vſque ad n.434

Carcerati nequeunt citari ad comparendum perſonaliter, & quid de iure Luſitano de carceratis ſub homenagio. p.758. & 759. n.413. & 414

Carcerati iniuſtè non recommendantur ciuiliter, nec criminaliter: ſecus de conſuetudine, ac iure Luſitano. p.759. n.415

Carcerati pro debito nequeunt recommendari pro alio debito, niſi per ſententiam iudicis, ſecus vt audio de conſuetudine. ibid. n.416

Carcer de iure ciuili ad cuſtodiendum eſt inuentus: ſed de iure canonico etiam ad pœnam; & vtroque modo carcerati ſunt humaniter tractandi. p. 761. n.423

Carcerum viſitatio in quibus diebus fieri debeat, & quomodo, à Magiſtratibus. ibid. n.424

Carcerati iuſſus à captura poteſt appellare, interim tamen detineri debet, donec iudex definiat. p.762. n.425

Carcerati quando poſſunt eſſe teſtes. ibidem. n.427

Carcerati pro ſalario cuſtodiæ, & pro expenſis retineri poſſunt. p.766. n.440

Carceratus pro cauſa criminali, cui imponitur pœna ſaltem corporalis, non poteſt relaxari ſub fideiuſſoribus de iure Luſitano. ibid. n. 441

Carceratus pro cauſa criminali poteſt relaxari ſub fideiuſſione, ſi conſtat de eius innocentia. p.766. n.443

Secus ſi non conſtet: poteſt tamen ſi fideiuſſor illum cuſtodiat tanquam carceris cuſtos, relaxari; quod ſi aufugiat, fideiuſſor puniri debet eadem pœna. p.766. n.444

Carceratus ſemel aufugiens è carcere non debet relaxari ſub fideiuſſoribus. Ibid. n.445

Carceratos pro pœna pecuniaria, quæ fit corporalis ex defectu ſolutionis, non poteſt ſub fideiuſſoribus relaxari. p.767. n.446

Carcerati, ſi aliquando pro crimine falſi pœna pecuniaria puniri debent, poſſunt ſub fideiuſſione relaxari. p.768. n.452

Carceratus ſub homenagio an poſſit proſequi ſuam appellationem. p.768. 769. n.454. 455. & 456

Carcerati pro cauſa criminali relaxati poſſunt, quando ſunt nocentes, interpoſita tamen iuſta cauſa, ſub fideiuſſoribus. p.769. n.457

Cauſa tamen eſt inſerenda in actis. p 770. n.458. & 459

Vide tamen ſuprà. n. 443

Carceratis, an poſſint amici fugam conſulere, & vincula frangere, aut ſaltem inſtrumenta porrigere ad frangendum carcerem; pars affirmans eſt probabilior, exceptis miniſtris iuſtitiæ. p.596. n.360. & 361

Carceratos fugiendo à carcere, probabile eſt teneri ad illum reparandum, & ad damnum illatum, ſed probabilius eſt non teneri. p.597. n.365

Nec tenentur ſatisfacere creditoribus ſi debitores à carcere ſimul fugiant. ibid. n.365

Carceratos poſſe corrumpere cuſtodes carceris muneribus, vt fugiant, eſt ſatis probabile, ſicut etiam poſſunt eos decipere abſque mendacio. p.598. n.368. 369. & 370

Carceratus ſi iuret ſe rediturum ad carcerem, tenetur redire etiam quando carcer iniuſtus eſt, mortis pœna eſt iniuſta, niſi relaxationem iuramenti obtineat. p.600. & 601. n.379. 380. 381. & 382

Carceres atroces ſubterranei puteis ſimiles, ſeu caueis, æquiparantur torturæ: ideo confeſſio ibi facta, vt inde exeatur nihil probat. p.618. num.43

Carceris cuſtodes alio nomine dicuntur commentarienſes, præfecti, ſeu principes carceris, & æquiparantur depoſitario. p. 752. n. 383

*Cardinalis.*

Cardinali aliquid aſſerenti an ſit credendum. p.672. n. 66

Cardinali quæ ſit poteſtas in Eccleſia ſui tituli. p.673. n. 67

Cardinalium excellentia, authoritas, dignitas, ac poteſtas quanta ſit, diximus ſecunda parte de obligationibus, ac iuriſdictione paſtorum Eccleſiaſticorum per totum titulum.

*Carnes.*

Carnibus veſci humanis an liceat in extrema neceſſitate, ſicut fas eſt vti carne diebus vetitis

tiʒis etiam in neceſſitate. p.631. & 632. n.73. & 74

*Caſtra, & Caſtellani.*

Caſtra, ſiue arces regulariter ad Regem ſpectant, præſertim, quæ ſunt in limitibus Regnorum. p.749. n.374

Caſtra de nouo moliri quis poſſit, & reficere. ibid. n.376

Caſtro dotali quis debeat præficere caſtellanum maiorem, p.750. n.378

Caſtellani perpetui, quæ debeant reficere circa neceſſaria reparationi arcium; & quid de iure Luſitano, ac communi. p.749. n.375

Caſtro extra dotem an poſſit vxor præficere Caſtellanum maiorem, & quæ ſint bona parapherna. p.750. & 751. n.379. & 380

Caſtro in pignus dato creditori quis poſſit in illo præficere officiales, & Caſtellanum maiorem. p.751. n.381

*Caſus mixti fori.*

Caſus mixti fori de iure communi, & Luſitano. p.173. n.8

*Catechumenus.*

Catechumenus ſi deficiat à fide, an poſſit puniri tanquam hæreticus. p.69. n.229

Catechumenus ſi nolit baptizari, an ſit hæreticus cenſendus. ibidem. num. 229. verſ. huc accedit.

*Cauſa,*

Cauſa an poſſit compromitti in vnicum arbitratorem, ſi plures reperiri non poſſunt. p.800. num.75

Cauſa de adulterio ad pœnam ſanguinis pertinet ad iudicem laicum. p.203. n.134

Cauſæ, & qualitates, ob quas poſſunt pœnæ minui, vel augeri, quæ ſint. p.470. n.244

Cauſæ breuiores, ſeu viliores in quibus ſufficit petitio aliqualis, non verò libellus arbitrio iudicis relinquuntur. p.514. n.57

Cauſæ excuſantes ab expenſarum condemnatione litigantes. p. 698. & 699. n. 161. & 162. vſque ad n.165

Cauſis in ciuilibus inter Regem, & vaſallos, quis debeat ſoluere expenſas. p.700. n.168

Secus in criminalibus, vbi ſemper accuſatus ſoluit expenſas. num.eod.

Cauſa ſuper feneſtris, ianuis, & aliis, quæ aperiuntur ſupra atria Eccleſiæ, debent decidi per Ædiles. p. 918. n.12. verſ. quod ſi.

Cauſa ſemel deuoluta ad ſedem Apoſtolicam ſemper ibi remanet tractanda. p.976. n.130

*Cautio.*

Cautio quanta ſit deponenda in ſuſpicionibus de iure noſtro, quando recuſantur Præſides Concilij: Rectores, Gubernatorés iuſtitiæ, vel menſæ conſcientiæ, & reliqui officiales, tam maiores, quàm minores. p.566. n.248

*Cenſura.*

Cenſura Bullæ Cœnæ an incurratur propter bona naufragantium, ſiue fidelium, ſiue infidelium vſurpata. p. 260. num. 16. verſ. non eſt tamen.

*Ceſſio.*

Ceſſionis bonorum beneficio, an poſſit quis renunciare, vt perpetuò carceretur. p.351. num. 155

*Charitas.*

Charitatis violatio non obligat ad reſtitutionem, ſed violator iuſtitiæ. pag. 47 num.151

*Chiromantia.*

Chiromantia naturalis eſt licita. p.186. n.45

Chiromantia Aſtrologica eſt illicita. ibidem. num.46

*Chorus.*

Chorus, ſiue odæum, ſiue in loco edito, ſiue non, eſt pars Eccleſiæ. p.238. n.262

*Chriſtus Dominus.*

Chriſtus Dominus trahit homines ad ſui cognitionem, & ad virtutem ſequendam interdum per calamitates, & labores plurimos. p. 71. num.232

Chriſtus Dominus virtute nobiles elegit, non tamen deſpexit nobiles ex ſanguine. p.409. n.12. & 13

Chriſtus Dominus ſyndicatui ſe ſubmiſit. p.929. num.6

*Chriſtiani.*

Chriſtiani à Chriſtianis capti in bello an fiant ſerui? pars negans eſt certa. p.772. n.467

Chriſtianos teneri Chriſtianis ſoluere pro redemptione pecuniam promiſſam, pars affirmans de conſuetudine videtur vera; de iure tamen verior eſt negatiua. p.773. n.468

Chriſtiani remigantes contra Chriſtianos dum ſunt captiui, quas pœnas incurrant, p.62. n.212

*Circuli.*

Circuli ſagarum quibus ſagæ ſe armant, ſapiunt hæreſim. p.199. n.68

*Citatio.*

Citationis, quæ ſit natura. p.499. num.7

Et an ſit iuris naturalis. num.eod.

Citatio non tollitur, modus tamen, ac forma citandi ſunt de iure poſitiuo. ibid. n.8.

Probabile eſt in ſententiis Principum minimè requiri citationem. ibid.n.9

Sed oppoſitum eſt probabilius, ſcilicet non poſſe principes tollere citationem. ibid.

Dubium eſt an in notoriis delictis prima citatio poſſit omitti. n. 10

Citatio in quibus caſibus poſſit omitti. p. 500. n.11. & 14

Citatio quotuplex ſit, & per quem fieri debeat. p.501. n.15

Citatio in dubio non præſumitur facta iudice mandante. ibid.n.16

Citatio ex curſu longiſſimi temporis præſumitur facta. ibid.n.17

Citatio, quæ debeat habere, ne ſit vitioſa. p.503. num.24

Citatio non expreſſo loco vbi comparere debet, an valeat. ibid.n.25

Dies, & hora an ſint apponenda in citatione. p.503. & 504. n.26

Citationes, quæ debent fieri per literas quomodo differant, & in quibus caſibus fiat edictalis citatio. p.505. n.29

Citatio per proclama quomodo differat à citatione edictali. p.507. n.30

Citatio requiritur, vt inducatur litiſpendentia, dummodo ſit executa ad inſtantiam actoris. ibid. n.31

Citatio realis, & verbalis facta in eodem die, & in eadem hora, quæ debeat præferri. ibid. num. 33

Citatio requiritur, quando arbitrator eget informatione, ad procedendum, & pronunciandum. p.801. n.83

Citatio in compromiſſo facto in arbitratorem ex

ex ſententia Bartoli omnino requiritur. p.802 num 85.
Citatio ſpecialis ad audiendam ſententiam diffinitiuam, eſt de iure communi neceſſaria, ſecus de iure Luſitano. p.694. n.142.& 143
Et valet ſententia abſque citatione ſpeciali. ibidem.

*Ciuitas.*

Ciuitatem non poſſe reſtitui contra locationes ſolemniter factas, ſi de nouo maius pretium offerauit poſt actionem completam eſt probabilius. p.882. n.10

*Clauſula.*

Clauſula *ſine praiudicio venientium ab inteſtato* quid operetur in Luſitania. p.335. n.83
Clauſulæ ſalutares in libello excuſant actorem à probanda qualitate aliqua. p.515. n.62
Clauſula *appellatione remota*, Item *omni, & quacunque appellatione remota*, quid importet. p.1017.1018. & ſeqq. num. 213. vſque ad numer.225.

*Clementia.*

Clementia, manſuetudo, & benignitas decent Gubernatores Reipublicæ. p.25. n.37
Multi propter has virtutes Principatum obtinuerunt. n.38
Clementia, & manſuetudo ſunt honor, & decus Principi. p.25. n 38

*Clerici.*

Clerici prouocantes ad duellum, vel illud acceptantes, an ſint ſuſpenſi ipſo iure, & quis poſſit abſoluere. p.102.à n.166.vſque ad 173
Clerici intereſſentes tauricidiis de iure communi peccant mortaliter. p.97.n.92.& 93
Non tamen ſunt excommunicati. ibidem. num. 94
Nec ſunt irregulares. p. 97. n.95.& 96
Clerici tenentur ſub mortali ſeruare legem, ne deferantur arma, ſeu frumentum extra Regnum. p.141.n.316
Clerici, & Eccleſiaſtici non ſunt exempti ab obligatione legum ciuilium directiua; ſed tenentur ſeruare illas circa pretium rerum venalium. p.140.& 141. n.314. & infra n.355
Clerici deferentes arma prohibita, ſeu non prohibita vetitis temporibus poſſunt illis ſpoliari à miniſtro clerico. p.141.n.307
Clerici ex cauſa neceſſitatis poſſunt negotiari etiam per ſe ipſos; per alios verò negotiari non probibentur, non tamen decet. Tenentur autem ſoluere gabellas. p 145. n.313.& 314
Clericus non eſt negotiator vendendo fructus ex ſuis beneficiis, ſeu bonis receptos, nec colendo agros proprios, vt fructus vendant. p.146. n.315
Clerici an poſſint emere arietes & ſues, vt eos pinguiores reuendant, & pullos equinos, vt eos cicuratos & manſuetos vendant. ibidem. num.151
Clerici deportantes merces, an teneantur manifeſtare gabellariis ſub pœna commiſſi. p.147. n.319
Clerici etiam parochi tenentur ſoluere decimas de bonis patrimonialibus ſitis in aliena parochia. p.148. n. 322
Clerici an teneantur in Luſitania ſoluere tributum iugationis. p.149. n.325
Clericus negotiator conueniri poteſt coram iudice laico ſuper gabella. p. 152. num. 330. & 331
Clerici dum tenentur contribuere ad opera publica per quem iudicem ſunt cogendi, dum vrget neceſſitas, & eſt periculum in mora. ibid. n. 331. & 332
Clericos teneri contribuere deficientibus facultatibus laicorum ad opera communia, oſtenditur ex ſacra pagina. p.153. n.334
Clerici pro pœnis pecuniariis, & damno dato à propriis animalibus, poſſunt conueniri coram iudice ſæculari. ibid. n.337
Et an poſſint obligari ad reſpondendum ibi ex conſuetudine. p.154. n.338. & 339
Clerici tenentur ſoluere pœnam pecuniariam applicandam ciuitati ob calumnias petitam coram iudice. p.155. n.344
Clericus falsò teſtificans coram iudice ſæculari an ſit puniendus ab ipſo. p.156. n.47
Et an poſſit torqueri à laico de mandato Epiſcopi. p.156. n.347
Clericus conueniens laicum coram ſæculari iudice poteſt ibi reconueniri, quamuis non deſint qui contrarium putent. ibid. n.349
Clericus an poſſit deſiſtere à conuentione ne reconueniatur à laico, & vt poſſit remitti ad iudicem Eccleſiaſticum. p.156. n.350
Clericus non ſolùm poteſt reconueniri in iudicio laico ſuper eadem re, ſed etiam ſuper diuerſa: imò & de crimine ciuiliter. p.157. n.351
Clericus denunciatus à laico emptore ſuper re à Clerico empta, an teneatur comparere coram iudice laico ad deferendum emptorem? pars affirmans eſt verior. ibid. n.352
Clericus colono ſuo conuento, an teneatur comparere coram iudice coloni. p.158. n.355
Clericus hæres laici, an poſſit conueniri coram iudice defuncti lite cum eo incepta. p. 159 num.356
Clericus, & laicus ſimul delinquentes coram quo iudice ſunt conueniendi. p.160. n.359
Clericus degradatus, an torqueri poſſit per laicum. p.166. n.367
Clericus aſſaſſinus, vt puniri poſſit, an requiratur degradatio ſolennis. ibid. n.367
Clericus degradatus verbaliter an amittat priuilegia clericalia. p.166. n.367
Clerici quorum bona publicantur, an ſit puniendi publicationis pœna in foro Eccleſiaſtico. ibid. num. 368
Clerici in minoribus, & coniugati pro ea pœna debeant ne reſpondere in foro laico. p. 167. n.368. verſ. ſupradicta.
Clericus habens feudum per crimen priuatur vſufructu, & moriens feudum tranſit ad ſucceſſores. n.368. *verſ.* nihilominus.
Niſi oppoſitum prohibeatur, verſ. ſed quid ſi inſtitutor. p.167
Clericus habens emphytheuſim amittit illam fiſco Eccleſiæ. pag.168. num. 368. verſ. ſed vlterius.
Clerico minori dandus eſt curator ad litem à iudice laico, & ab eo eſt emancipandus. p.168. n.369
Clerico pupillo dandus eſt tutor per iudicem Eccleſiaſticum, vt volunt aliqui. p.168. n.369 verſ. non deſunt.
Clericus an poſſit eſſe fideiuſſor pro aliquo. p.170 n.71. verſ. his adde.
Clericus tutor laici, an teneatur reſpondere coram iudice pupillorum. p.172. n.375. verſ. ſed quid ſi delinquat.

Clerici

Clerici exercentes officium ſæculare, ſi delinquant puniri poſſunt à laico. p.172. n.376
Clericus ſi ſit periurus, an amittat beneficium ipſo iure? pars negans eſt certa. p.177. n.23
Clericus periurus an poſſit puniri à iudice laico. ibid. n.24.
Clerici condemnati vt periuri, an fiant inhabiles ad beneficia obtinenda. ibid.n.25
Clericis quinam ludi ſunt prohibiti. p.247. n.295
Clericorum honor non dehoneſtatur ex proceſſu contra publicas concubinas. p.205. n.145
Clericorum concubinæ an fiant de illorum foro. p.205. n.147
Clericus, & laicus ſimul delinquentes ab eodem iudice ſunt iudicandi. p.206.n.148
Clericus criminis nefandi reus, an incurrat irregularitatem, ſeu ſuſpenſionem, quando eſt occultus? affirmant aliqui; ſed oppoſitum eſt verius. p. 234. n.247. & 248
Clerici Sodomitæ, an priuentur ipſo iure, an per ſententiam bonis ſuis, & priuilegiis, beneficiiſque, & à quo tempore. p.234. & 235. n.249. 250. 251. & 252.
Clericus, an per vnicum actum incurrat pœnas conſtitutiones Pij Quinti. p 236.n.253
Clericus excommunicatus ſi percutiatur, percutiens ſacrilegium committit. p.237. n.258
Clericos capere, aut percutere, quibus pœnis ſint obnoxij audentes. p.239 n.269
Clericus committens falſitatem circa litteras Apoſtolicas, vel reſcripta, punitur pœna mortis. p.242.n.278
Clericus in ſactis falſans ſigillum Regis punitur pœna deportationis, vel exilij perpetui. ibid. n.279
Clerici cauſa recreationis poſſunt vti venatione etiam per Conſtitutiones ſynodales excepto tempore, ac loco vetito. p.372.n.28
Clerici vt torqueri poſſint, requiruntur clariora indicia, quàm in laicis. p.625.n.81
Clericus in iudicio laico conuentus, & condemnatus, ſi poſtea apponat priuilegium, expenſas tarditatis ſoluet. p.705. n.193
Clerici, & Regulares in aliquibus caſibus poſſunt vti aduocationis officio. p.715. num.244. & 245
Clericus aduocatus in Curia ſæculari ſi delinquat à quo iudice ſit puniendus? ibid.n.246
Clerici non poſſunt fideiubere, valet tamen obligatio, ſi nihil opponatur. p.715. n.247
Clerici in ſacris, & Epiſcopi quando poſſunt eſſe tutores, vel legitimi, vel teſtamentarij, vel datiui, & quinam eorum ſit præferendus cæteris. p.824.n.1. 2. & 3
Clerico pupillo debet dari tutor, vel curator per iudicem Eccleſiaſticum. p.837.n.62
Clerici ſi vendant vltra taxam, vel cum falſis menſuris, ſeu ponderibus, tenentur reſtituere, & puniri debent. p.897.n.73

*Cogitatio.*

Cogitationes, aſpectus, & tactus turpes in Eccleſia habere, quale peccatum ſit? & an debeat exprimi in confeſſione. p.240.n.271

*Cognitio.*

Cognitio contractus, an ſit validus, pertinet ad iudicem ſæcularem. p.176 n.16
Cognitio de crimine veneficorum, maleficorum, incantatorum, augurum, & ſimilium eſt mixti fori. p.178.n.26
Cognitio carnalis inter cognatos cognatione ſpirituali coniunctos facit inceſtum ſine velamine matrimonij: at verò ſub velamine facit inceſtas nuptias. p.219. n.201
Cognitio cauſæ debet præcedere antequam remittatur iniuria illata minoribus. p.844. n.96

*Collatio.*

Collatio facta minùs digno, ſeu electio minùs digni ex approbatis omiſſo digniore ſecundùm aliquos eſt nulla; ſed oppoſitum eſt probabilius. p.445.n.182

*Collegia.*

Collegia, & confœderationes officialium etiam ad bonum finem ſine authoritate Principis erectæ non permittuntur. p.790. n.3
Et eſt probabile nihil poſſe legari huiuſmodi congregationibus ita ædificatis, ſed probabilius eſt poſſe. p.790.n.4
Collegia conſtructa ad alendos ſcholaſticos pauperes ſunt loca pia, & religioſa, ſi authoritate ordinarij ſunt erecta. p.909.n.16

*Cognatio.*

Cognatio legalis quid ſit, & quotuplex. p.342 n.118
Huius tres ſunt ſpecies, prima in recta linea, & producitur in infinitum. p.343.n.118
Secunda ſpecies reperitur inter adrogantem, & vxorem adrogati, & tertia in linea tranſuerſali inter filios carnales vtriuſque. p. 342. num. 119
Cognationes legales, an perpetuò dirimant matrimonia, & quandiu durent. p.342. n.120
Cognatio legalis non contrahitur inter adoptantantem, & parentes filij adoptiui. p.343. num. 121
Cognatio legalis oritur ex adoptione tam imperfecta, quam perfecta. ibid.n.123
Cognatio legalis qui fieri poteſt impedimentum dirimens matrimonium, cum ſit inuentum à Principe ſæculari. p.344.n.126
Cognationis ſpecies in linea recta, & tranſuerſa ſunt approbatæ ab Eccleſia, affinitas verò legalis eſt recepta de conſuetudine Eccleſiaſtica. ibid.n.127
Cognatio legalis ſuperueniens matrimonio non eſt impedimentum impediens petere debitum. p.344.n.129

*Collecta.*

Collectas, & taleas imponentes non incurrunt cenſuras. p.385. n.68
Collectæ de iure Luſitano non poſſunt imponi, niſi de Regis licentia. p.386.n.6
Collectandi conſuetudo æquè pauperes, ac diuites, tanquam corruptela eſt reiicienda. p.387. num.13

*Comedere.*

Comedere cum Iudæis, illoſque inuitare ad conuiuia, quale peccatum ſit. p.58. n.205

*Comœdia.*

Comœdias agere turpes, de ſe eſt mortale, & actores ſpectatoreſque peccant mortaliter, vt plurimum. p.52. n.181
Comœdiæ turpes ſunt naufragia animarum, retia Satanæ, magiſterium obſcænitatis, lupanaria pudoris publici. ibid.n.183

*Commentarienſes.*

Commentarienſes alio nomine cuſtodes carceris

præſu

præſumuntur diligentes, fideles, ſine dolo, nec tenentur de fuga, quando conſtat ſemper fuiſſe fideles. p.752. n.384 & 385
Commentarienſes tenentur de fuga de nocte ſuccedente. ibid.n.387
Commentarienſes tenentur de fuga quando pretio corrupti ſinunt abire carceratos. p.753. num.391
Pro reliquis vide ſupra verbum *carceratus* per totum.

*Commiſſum.*

Commiſſi pœna non committitur in fraudatione Gabellæ, niſi dolus reperiatur, quæ pœna non tranſit ad hæredes defraudantis. p. 401. n.54
Commiſſionis peccatum de ſe grauius eſt, quàm peccatum omiſſionis. p.943. n.78
Non tamen commiſſionis culpa leuiſſima compenſatur cum leuiſſima omiſſionis. ibid. num.79

*Communicatio.*

Communicatio cum Iudæis in quibus caſibus licita, & illicita ſit. p.56.n.198. & 199
Communicatio cum Iudæis in caſibus prohibitis de ſe eſt mortale. p.57.n.200
Communicatio cum hæreticis eſt interdicta fidelibus. ibid.n.201.& 202
Communicatio in conuiuiis Iudæorum interdicitur fideli, non autem accumbere menſæ, caſu, nec contrahere cum illis in licitis, neque inuiſere ſynagogas eorum. p.59.n.207

*Communitas.*

Communitates laicæ, & Eccleſiaſticæ poſſunt committere monopolia. p.905.n.108

*Communis ſententia.*

Communis ſententia quæ dicatur. p. 446.n.184
Communior ſententia eſt ſequenda, & cenſenda quæ firmioribus radicatur rationibus. p.447 n.185

*Compenſatio.*

Compenſatio an detur inter coniugem adulterum carnaliter, & adulterum ſpiritualiter. p.588.n.332

*Compromiſſum.*

Compromiſſum factum ſine præfixione temporis quanto durat tempore. p.786.n.32
Compromiſſum non poteſt fieri in vnam ex partibus. p.787.n.33
Et quibus prohibeatur compromiſſum facere ibid.
Et an poſſit compromitti cauſa criminalis. p.795. n.50
Compromiſſum factum in aliquam dignitatem tranſit in ſucceſſorem. ibid. n.51
Compromitti an poſſit in laicos, ſi detur ſchiſma inter duos de ſummo Pontificatu contendentes. p.795.n.52
Compromiſſum, ſeu alius contractus, an poſſit fieri in diebus ad cultum Dei feriatis. p.801 num.82
Compromiſſum factum in arbitratorem, vt pronunciet ſecundùm ſuam conſcientiam, excuſat à citatione, & ſufficit inſtructio de negotio. ibid.n.84
Compromiſſum factum in arbitratores non extinguitur per mortem vnius naturalem, vel ciuilem. p.802.n.86
Compromiſſo facto in arbitratorem non poſſunt partes adire iudicem ordinarium. p.802 num.88

*Conceſſio.*

Conceſſio meri & mixti imperij non continet facultatem indulgendi delicta. p.479.n.266

*Concilium.*

Concilium Tridentinum inter loca pia enumerat montem pietatis. p.912.n.31

*Concluſio.*

Concluſio in cauſa, in proceſſu ordinatio eſt de iudicij ſubſtantia. p.693.n.140
Et cur ita dicatur. ibid.
Concluſio in cauſa in foro Eccleſiaſtico eſt ſubſtantia iudicij. p.693.n.141
Concluſio an debeat fieri à iudice ex officio vel ad partis inſtantiam. p.694.n.142
Concluſio in cauſa quando cenſeatur reuocata, vel aperta. ibid. n.144
Cóncluſionem iudex poteſt reuocare ex cauſa tam in cauſa sũmaria, quàm ordinaria. p 694.n.145
Concluſione non obſtante poſſunt teſtes examinari ſi à iudice reuocetur in aliquibus caſibus. p.695.n.146.

*Concubinatus, & Concubinarij.*

Concubinatus de iure Luſitano eſt caſus mixti fori. p.205.n.144
Et de iure canonico eſt etiam damnatus. ibid. n. 146
Concubinatus quando dicatur publicus. n.149
Concubinarius publicus eſt ipſo iure ſuſpenſus, & irregularis ſecundùm Nauarrum; ſed oppoſitum eſt verius. p.206. n.150
Concubinarius quibus pœnis ſit afficiendus, ſi non emendetur. ibid.n.151
Concubinarius notorius non eſt ſuſpenſus à canone, neque à iure, ſed à Deo. p.207. n.153. & 154
Concubinariis ſi conferatur beneficium, collatio ſuſtinetur. ibid. n.154
Concubinarij non incurrunt pœnas, niſi ter moniti. p.207.n.155
Concubinatus quid ſit, & quot peccata committat Clericus concubinarios, & an leges ciuiles punientes concubinas Clericorum ſint validæ. p.204. o.143.

*Condemnatus.*

Condemnatus appellans exprimendo nomen vnius ex multis, dicitur appellatio quoad nominatum. p.959.n.48
Secus ſi fuit condemnatus pluribus ex diuerſis tamen cauſis. ibid. n.49
Vide infra reliqua, verbo, *damnatus.*

*Conductores.*

Conductores redituum Regalium de iure Luſitano non ſoluentes, pignora reddentes, poſt decem dies carcerari poſſunt. p.354.n.172
Conductores domorum, vel fundorum, quando teneantur reficere vias, & vallos loco dominorum. p.916.n.9.verſ. ſed quid dicendum.
Et quid de emphytheuta. ibid. verſ. emphytheuta.
Conductores ſalinarum regalium ex priuilegio ſoli vendunt ſalem. p.905.n.106

*Confeſſio.*

Confeſſio facta à reo coram iudice non ſuo quam vim habeat. p.603.n.389
Confeſſio facta ſi poſtea reuocetur coram iudice ſuo p.604.n.390.& quid ſi facta fuit coram iudice non ſuo nullis præcedentibus indiciis, an ſufficiat ad torturam. ibid.n.391.& 392
Confeſſio ſufficiens ad torturam extraiudialis qualis eſſe debeat. p.605.n.393

Et quot teſtibus debeat probari,& an ſufficiant ſingulares ? & quid ſi confeſſio reuocetur antequam à iudice vel à parte acceptetur. p.605. n.394
Confeſſio quando dicitur reuocata in continenti vt excuſetur probari error. ibid.n.395
Confeſſio extraiudicialis facta præſente parte, nunquam ſufficit ad condemnandum criminaliter, ſed tantum ad torquendum ; quidquid aliqui contradicant. p.606.n.396
Quid ſi confeſſio ſit geminata. p.607.n.397
Aut facta in articulo mortis extraiudicialiter ab vſurario an probet crimen parte præſente,vel abſente. ibid.n.398.& 399
Confeſſio debiti ſine expreſſione cauſæ mutui, vel depoſiti,quid operetur,& quid requiratur, vt valeat contra confitentem, & quid ſi fiat in ſcriptis ſine expreſſione cauſæ. p.608.n.400
Confeſſio ſine expreſſione cauſæ facta Eccleſiæ, vel ciuitati operatur contra confitentem, & plenè probat,vt etiam probat confeſſio ſine cauſa ſi iuretur, vel ſi fiat in inſtrumento quarentigiato. ibid.n.401
Confeſſio regulariter ſine expreſſione cauſæ facta præſente parte ſaltem tacite acceptante ſemiplenè probat in foro externo : accedentibus veriſimilibus probat plenè. p 608. n.402
Facta in iudicio principaliter ſine cauſæ expreſſione plenè probat:ſecus ſi incidenter. p.609.n.403
Confeſſio in iudicio, ſeu iudicialis quæ dicatur, & an ſit talis quando fit coram iudice non ſedente pro tribunali. p.610.n.1
Confeſſio facta coram arbitratore non dicitur iudicialis,ſed extraiudicialis. ibid.n.2
Secus ſi fiat coram arbitro. ibid.
Confeſſio an ſit mandanda executioni, quando confitetur debitum quoad partem. p.611.n.6
Confeſſus in iudicio antequam fiat proceſſus,vel ante litem conteſtatam in ciuilibus habetur pro condemnato. ibid.n.7
Confeſſione ſponte facta in proceſſu inualido poteſt ferri ſententia validè : confeſſus tamen non cenſetur condemnatus niſi poſt ſententiam, quæ etiam requiritur in criminalibus, etiamſi fiat confeſſio ante litem conteſtatam. p.612.n.8
Confeſſio facta in iudicio eſt firmiſſima probatio,ac ſuperlatiua,habetque vim ſcripturæ publicæ. ibid. n.9
Confeſſio facta in iudicio ſummario, vel coram iudice in itinere,an ſit iudicialis. p.612.n.10
Confeſſio facta coram iudice non tamen redacta in ſcriptis,quid operetur. ibid. n.11
Confeſſio facta coram tabellione ſine iudicis mandato non nocet confitenti, nec tabellio poteſt aliquid ſcribere, niſi mandante iudice, nec illi creditur id atteſtanti. p.612.n.14.& 15
Confeſſio facta in iudicio ſummario probat etiam in iudicio plenario, ſi vtraque tendit ad eundem finem. p.613. n.17
Confeſſio iudicialis in ciuilibus ſufficit ad condemnandum,non tamen in criminalibus,præiudicat tamen,ſed non omnino. ibid.n.18
Confeſſio facta inter eaſdem perſonas nocet in vno, & altero iudicio ; ſecus quando fit inter diuerſas. p.613. n.20
Confeſſio defuncti præiudicat hæredi, maximè quando fuit facta parte præſente, vel cum iuramento,ſicut quiuis contractus iuratus tranſit ad hæredes,& contra hæredes. p.613.& 614 num. 21
Confeſſio Prælati regulariter Eccleſiæ, vel ſucceſſori non præiudicat, niſi quando eſt legitimus adminiſtrator, vel quando ab Eccleſia eſt conſtitutus procurator. p.614.n. & 23
Confeſſio dotis receptæ nocet marito renunciantı exceptioni non numeratæ dotis. ibid.n.24
Confeſſio facta à tutore de pecunia recepta pro pupillo, ſi conſtet de numeratione præiudicat pupillo. p.614. n.25
Confeſſio facta ab aduocato poſt litem conteſtatam præiudicat domino ſcienti,ac patienti,niſi eam reuocet. ibid. n.26
Confeſſio procuratoris facta voluntarie, non præiudicat domino, ſecus ſi fiat, quando litigatur in iudicio, poterit tamen reuocare illam ante ſententiam. p.615.n.28
Confeſſio procuratoris, quando noceat eidem ſi conſtet,rem aliter ſe habere. ibid.n.30
Confeſſio procuratoris facta in iudicio,nunquam nocet domino quoad appellationé. p.615.n.31
Confeſſio facta per errorem nihil probat contra confitentem,dummodo probetur veritas. n.33
Confeſſio in ſe vera,ſed cauſa illius omnino falſa, nihil probat contra confitentem. n.34
Confeſſio extraiudicialis concurrente proceſſu inualido confitenti non nocet. p.616.n 35
Confeſſio tacita non nocet confitenti. ibid.n.36
Confeſſio facta in iudicio nullo non præiudicat, quando confitens eſt inhabilis, nec quando fit in iudicio nullo incidenter, nec quando fit in contractu nullo ratione falſitatis, ſecus ex defectu ſolennitatis. p.616. n.37
Confeſſio metu extorta,vel minis,quid operetur, & an iudex poſſit terrere. p 617.n.38
Confeſſio metu extorta dicitur,quæ fit à reo iam ligato,vel deducto ante torturam,& hæc nihil probat confitenti nullis præexiſtentibus indiciis,nec poteſt ex ea damnari,quia eſt omnino nulla, quamuis poſtea & firmetur iuramento, p.617. n.40
Etiamſi poſtea accedant legitima indicia.ibid. num. 41
Confeſſio à carcerato nullis præcedentibus indiciis,facta ſine tormentis,ſeu minis de torquendo nihil probat contra illum ; ſed contrarium magis placet,niſi carcer ſit nimis durus.p. 7 num.42
Confeſſio facta metu tormentorum præcedentibus indiciis nocet confitenti, ſi in ea perſeueret,ac ratificet. p.618.n.44
Confeſſio extraiudicialis,an ſit ſufficiens indiciũ ad torturam, & an debeat poſtea ratificari, & quid ſi reuocetur ante torturam. p.623.n.53
Quid de confeſſione ſacramentali. ibid.n.54
Confeſſio extraiudicialis an ſufficiat ad inquirendum ad torturam, & ad condemnandum. p.535.n.140
Confeſſariis an liceat conſulere contra propriam opinionem. p.451.n.201
Et an poſſint abſoluere pœnitentes. n. 202

*Confeſſarius.*

Confeſſarius, an teneatur reſtituere pro pœnitente quando non iniungit reſtitutionem. p.48.n.153. ad finem, verſ. conſequenter.
Confeſſarii an poſſint abſoluere virtute Bullæ ab hæreſi & duellantes, & ſchiſmaticos. p. 100. & 101. à num.133. vſque ad p.140

*Confraternitates, & Congregationes.*

Confraternitates, & Hoſpitalia quando debent gabellas. p.405.n.61

Confraternitates inſtitutæ an ſint pia loca oſtenditur. p.908.n.6.& 7

Confraternitates ad pia miniſteria inſtitutæ, ſunt loca pia, non tamen ſont Eccleſiaſticæ. p.908. num.8

Confraternitates laicæ quoad actus Eccleſiaſticos, ac Religioſos ſubſunt Epiſcopo, in temporalibus ſubiiciuntur laicæ poteſtati. ibid. num.10

Confratres laici ratione ſuarum confratriarum non gaudent priuilegio Canonis, nec fori. p.908.n.11

Confraternitates authoritate Eccleſiaſtica erectæ ſunt loca pia, & religioſa; gaudent priuilegiis aliquibus Eccleſiarum quoad ſua, & coram iudice Eccleſiaſtico agendum. ibid.n.12

Confraternitates, ſeu loca pia de immediata protectione Regum non viſitantur ab ordinario ſine licentia Regum. p.909.n.18

Confraternitates, quæ, & quæ hoſpitalia in Luſitania, & extra illam ſunt de immediata protectione Regum. ibid.n.19

Congregationes etiam piæ non poſſunt inſtitui ſine authoritate Principis vel Prælati de iure Hiſpano, aliàs non gaudebunt priuilegiis Eccleſiaſticis, & poterunt conueniri coram iudice laico. p.790.n.2.& 5

Congregationes ad malum conſpirantes quibus pœnis puniantur de iure Luſitano, & Hiſpano. p.910. n.21

*Confugere.*

Confugientes ad palatia inferiorum Principum non gaudent immunitate; ſecus ad Palatia Principis, & ad domos Ambaſiatorum. p.369 num.19

Confugientes ad palatia Epiſcopi non gaudere immunitate aliqui tradunt, ſed oppoſitum eſt probabilius. ibid.n.20

*Coniux.*

Coniux adulter poteſt alterum etiam adulterum accuſare ciuiliter. p.215.n.182

Coniux innocens, an teneatur recipere coniugem hæreticum emendatum? pars affirmans eſt probabilis, pars negans eſt probabilior. p.217 n.188.& p.587.n.337.& ſeqq.

*Conſpirare.*

Conſpirare in Regem, Reginam, & adhærentes lateri vtriuſque committit crimen læſæ maieſtatis. p.360. n.192

*Conſtitutiones.*

Conſtitutiones ſynodales in materia peccati ſeruandæ ſunt contra laicos, ſunt enim ſubditi Epiſcopo. p.447.n.190

Conſtitutiones Apoſtolicæ in confirmationem montis pietatis. p.912.n.31

*Conſtructio.*

Conſtructio in loco publico non poteſt fieri ſine conſenſu ciuitatis. p.919.n.14

Contra ædificantes in re tua palam poſt opus cõſummatum, quibus interdictis vti poſſis, & quomodo differant hæc interdicta. ibid. num.16

*Conſortes.*

Conſortes litis ad expenſas condemnati an teneantur ad illas in ſolidum quando litigatur ſuper re indiuidua. p.705.n.194

Vide infra, verbo, *expenſa.*

*Conſuetudines.*

Conſuetudines inducentes ad mortale poſſunt permitti à Principe ad euitanda maiora mala. p.51.n.174

Conſuetudo etiam immemorialis præbens occaſionem delinquendi non valet. ibid. n.177

Conſuetudines inducentes ad malum; vſuræ nempe, lupanaria, & ſimilia permittuntur ad euitanda maiora mala. p.52.n.178

Conſuetudo diuturna, & in bonum commune conſtituta non eſt ſine cauſa tollenda. p.108. n.224

*Contrahere, & contractus.*

Contractus matrimonij quatenus ciuilis eſt, ſubeſt iuriſdictioni politiæ. p.132.n.283

Contractus data abſolutione iuramenti debet reſcindi coram iudice laico. p.176.n.18

Contrahentes in Hiſpania poſſunt vendere immobilia ſine ſcriptura publica. p.395.n.31

Contrahere tutores cum pupillis ſuis poſſunt de iure communi, ſecus de iure Luſitano. p.854. num.29

Contrahere matrimonium cum pupilla tutores, & eius deſcendentes poſſunt, ſecus de iure ciuili. p.856.n.36

Contractum ſocietatis ſalua ſorte an poſſint facere tutores de pecuniis ſuorum pupillorum. p.858.& 859. n.49.& 50

Contrahentes ſi non ſint eiuſdem loci, ſed diuerſi, qua menſura vti debent. p.897.n.71

Contractus bonorum Reipublicæ non ſeruata ſolennitate dum fiunt, ſunt nullius momenti. p.882.n.7

*Contumaces.*

Contumaces ſi compareant poſt annum, & probent innocentiam ſuam, an recuperent bona fiſco annotata. p.478.n.262

Contumax etiam fictus, ſi compareat non auditur, niſi refuſis priùs expenſis, neque eas recuperat, etiamſi poſtea victus euadat. p.702.n.181

Contumax verus non poteſt appellare in omnibus, & ſingulis actibus in quibus eſt contumax. p.790.n.103.& 104

An verò poſſit ſupplicare. p.583. n.310. & 311

Et quibus pœnis puniri poſſit. p.593. n.312 313. & 314

*Contumelia, & contumelioſus.*

Contumelia eſt iniuſta ablatio honoris, quale ſit eius obiectum, & an omnes contumeliæ ſint eiuſdem ſpeciei. p.884 n.16

Contumelia formalis, & materialis propriè conſiſtit in verbis, & quale ſit peccatum. p.885. n.17

Contumelias obiectas quando licet repellere aliis contumeliis. p.866.n.20

Contumelioſus vltra pœnas pecuniarias tenetur ſibi contradicere dicendo ſe fuiſſe mentitum, & hoc in loco à iudice deputato. p.884. num.14

Contumelioſis pœnam à lege impoſitam, an iudex poſſit mutare. ibid.n.15

Contumelia eſt dicere alicui in præſentia mentiris, & regulariter eſt mortale, ſicut, & vocare fatuum, Iudæum, & ſimilia, & quando excuſetur à mortali. p.885.n.19

*Conuentum, Conuenticulum.*

Conuentus lamiarum, & ſtrigum nocturni, an fiant in imaginatione per illuſionem. p.189. n.65

Conuenticulæ vulgo Aſſuadas, ſeu Aſſonadas, puniuntur etiam effectu non [illegible] p.910.n.22
Conuenticula, vt vocetur debet [illegible] nere decem homines pedites, vel quinque equites. ibid. num.23

*Copula.*

Copula inter cognatos legaliter non eſt propriè inceſtus, & tamen circunſtantia neceſſario confitenda. p.218. n.197
Copula carnalis cum filia parochiæ, aut cum filia confeſſionis, an habeat circunſtantiam neceſſariò exprimendam in confeſſione. p.219.n.200
Copula occulta non eſt exprimenda in ſupplicatione, ſeu petitione diſpenſationis. p.324.n.63
Copula occulta inter conſanguineos non eſt exprimenda in diſpenſatione. p.495.n.322.& 323

*Coquus.*

Coquus Principis, & reliqui officiales etiam minimi, an ſint nobiles. p.353.n.161

*Creditor.*

Creditor citari debet, quando petitur relaxatio iuramenti. p.175.n.13
Creditori vero ſatius eſt debitum ſoluere quàm fiſco in dubio. p.941. & 942. n.71

*Crimen ſimoniæ.*

Crimen ſimoniæ de iure noſtro eſt crimen mixti fori. p.251.n.315
Quotuplex ſit, quibus pœnis puniantur prætertim ſimoniaci confidentiarij, vbi ſupra p.251.& 252. ex n.312.vſque ad n.322.

*Crimen Sodomiæ.*

Crimen contra naturam punitur pœna ordinaria, ſi deueniat ad actus proximus; ſed oppoſitum eſt probabilius. p.233.n.241
Crimen Sodomiæ eſt mixti fori. p.229.n.226
Criminis nefandi rei in natalitiis Chriſti Domini fuerunt extincti inter quos numeratur Virgilius. p.230.n.229
Criminis nefandi grauitas quanta ſit. p. 230. n. 230
Crimen nefandum abhorrere dæmones dicitur. ibid. n. 231
Crimen ſodomiæ ſapere hæreſim aliqui volunt, ſed melius negatur. p.231.n.233
Crimen ſodomiæ pertinet ad Inquiſitores, priuatiuè, ad alios iudices Eccleſiaſticos; cumulatiuè tamen ad ſæculares. p.230. n.232
Criminis huius pœnæ de iure Luſitano quot ſint. p.232.n.235
Et de iure communi. p.231.n.234
Crimina quibus deperditur nobilitas de iure communi, & particulari. p.355. n.173.& 175

*Corrector vulgo Corregedor.*

Correctori, ſeu iudici debetur ſalarium poſt finitum tempus, donec veniat ſucceſſor. p.427 num.73
Corrector non poteſt irrequiſito Principe remouere aſſeſſorem. p.429.n.102

*Corrumpere teſtes, ſeu iudices.*

Corrumpere teſtem, vt verum taceat, punitur de falſo, qui vult, & de facto corrumpit, ſicut qui corrumpit, vt deponat falſum. p. 690 n.131

*Culpa.*

Culpæ leues in foro ſæculari puniuntur non ſeruato iuris ordine. p.528.n.112
Culpa obligans ad reſtituendum, quæ requiratur in officialibus. p.48.n.152.& 153
Culpa Theologica, & culpa iuridica, quæ ſint. p.752. & 753.n.386. & 390

*Cura, Curator, Curare.*

Cura an finiatur per ætatis veniam impetratam, aut per matrimonium. p 831.o 43
Et quid de iure communi. ibid.
Pupillo debet dari tutor per iudicem Eccleſiaſticum. p.837.n.62
Idem de Curatore. ibid.
Curator Clerici ad litem debet dari per ſæcularem, ſi litiget in iudicio ſæculari. ibid.n.65
Curator datus Clerico prodigo, ſeu furioſo nihil poteſt circa perſonam Clerici, ſi eſt ſæcularis, qui dedit; ſecus ſi detur à iudice Eccleſiaſtico. p.837. & 838. n.69. & 70
Curatores, quid poſſint circa vota prodigorum, ſiue maiores ſint, ſiue non. p.839.n.76
Curatores idem ſalarium habent ſicut, & tutores. p.868. n.14
Curatores furioſi, an debeant habere ſalarium pro tempore, quo furioſus caruit furore. p.869 num.15
Curandi modus per verba, aut ſigna, quibus eſt permittendus. p.195 n.7
Et quibus interdicẽdus. p.709.n.215.216.& 217
Curare enſalmis quando liceat, & quando non. n.99. ad num.113
Curare licite poſſunt gratiam curandi habentes. p.710. n.217
Non tamen licet curare incantationibus. p.709 & 710.n.215.218. & 219

*Cuſtodes.*

Cuſtodes, ſeu accuſatores publici, qui damnum non impediunt, vt debent in defectum auctorum damni, tenentur reſtituere. p.521.n.89
Cuſtodes, ſeu accuſatores qui non accuſarunt tranſgreſſores legum, an debeant reſtituere pœnas, quas tranſgreſſores delati ſoluere debebant. p.521. n.90
Cuſtodes non tenentur accuſare, nec deferre ligna excedentes, ſi grauiter, vel extremè egentes cædant. p.522. n.92
Cuſtodibus an fas ſit abſcondere ſeſe, vt lignatores, & tranſportantes merces capiant in flagranti. p.522.n.93
Cuſtodes permittentes ligna cædere ob bonum finem non tenentur reſtituere; nec domino ſyluæ, nec lignatoribus deprehenſis in flagranti. ibid.n.94
Cuſtodes conſtituti ad colligenda vectigalia tenentur reſtituere damnum domino illorum ſi tranſportantes ſinant abire, ad pœnas tamen ante condẽnationem non tenentur. p.522.n.95
Cuſtos accipiens pretium, an debeat reſtituere, ſi illud accepit, pro non manifeſtando? pars affirmans eſt probabilis, pars negans probabilior. p.523.n.96
Cuſtodes iuramento aſtricti diſſimulantes in re leui peccant mortaliter ſecundùm aliquos; probabilius eſt eſſe veniale in re leui non adimplere iuramentum. ibid.n.97
Cuſtodes an poſſint facere conuentiones cum delinquentibus circa pœnas incurſas ante latam ſententiam. p.524.n.100

D

*Damnatus, & damnum.*

DAmnatus ad mortem, vt fame pereat, peccat reſpuendo oblatos cibos, quos poteſt licitè ſumere, alias ſibi mortẽ infert. p.598.n.367
Damnatis ad mortem per inediam miniſtri iuſtitiæ nequeunt miniſtrare cibos, reliqui verò queunt,

queunt,non tamen tenentur. p.598.n.369
Damnatus ad hauſtum veneni non poteſt bibere venenum ſecundùm probabiliorem;poterit tamen apetire os, vt à miniſtro infundatur. p.598.n.371
Damnati ad mortem quoſnam actus licitè, tum ad mortem tendunt,poſſint facere.p.599.n.372
Damnatus ad carcerem perpetuum poteſt fugere; ad carcerem temporarium tamen nullo modo. ibid.n.373.& 374
Damnatus Religioſus ad carcerem perpetuum nullo modo poteſt fugere quando pœna eſt iuſta, & impoſita ſeruato ordine iuris. p.599 & 600.n.375.& 376
Damnati ad triremes, ſiue laici, ſiue clerici poſſunt fugere; religioſi verò an poſſint quæſtio eſt,ſed probabilius eſt non poſſe. p.600.n.377 & 378
Damnatus reus, vt ſibi manum amputet, vel vt pugnet cum altero damnato ad mortem, vt ſibi vitam adimant, an liceat.p.603.n.386. & 387
Damnatus, qui rupto laqueo è patibulo illæſus cadit, & proteſtatur de ſua innocentia,an ſit iterum ſuſpendus. ibid. n.388
Damnatis ad mortem non licet teſtari de iure communi, ac Luſitano;ſed de Caſtellano licet. p.625.n.57
Damnatus ad metallum,& ad triremes, ſeu carcerem perpetuum de iure communi an ſint inteſtabiles tam actiuè, quàm paſſiuè, & quid de iure nouo. ibid.n.58
Damnati ad mortem naturalem de iure communi non poſſunt teſtari ad pia, de iure verò Luſitano maximè, non ſolùm per teſtamentum, ſed per actum inter viuos. p.627.n.81
Damnati ad mortem propter hæreſim, proditionem, vel ſodomiam, ſunt inteſtabiles etiam quoad pia. ibid.n.62
Damnati ad mortem poſſunt teſtari, ſi tempore dato ad appellandum, vel,poſt appellationem, vel poſt exceptiones antequam ſuper illis pronuncietur ex morbo in carcere moriantur. p.627.n.63
Poterunt tamen damnati ad mortem de conſuetudine,vbi ea fuerit. p.628.n.64
Damnatis ad mortem, quæ ſacramenta ſunt conferenda. ibid.n.65
Et quo die ante mortem. p.629.n.66
Damnati ad mortem an poſſint bis communicare. p.630.n.67
Et an ſit eiſdem miniſtrandum Extremæ vnctionis ſacramentum. ibid.n.68
Et an ſit neganda illis ſepultura. n.69
Et an poſſint eam eligere. ibid.
Damnato ad mortem ſi eſt vtilis Reipublicæ,poteſt vita concedi. p.631.n.70
Damnato ad mortem corpora,an poſſint concedi ad anatomiam. ibid.n.72
Damnatorum bona applicata fiſco quanto tempore præſcribantur poſt obitum damnati.p.272 n.25.verſ.diximus infra.
Damni dati taxatio facienda eſt pro tempore,quo fuit datum damnum in herba, non verò pro tempore meſſis perfectæ. p.892.n.46

*Data.*

Data à litigantibus iudici ad redimendam vexationem ſunt reſtituenda, & quid de datis animo corrumpendi. p.414.n.32
Secus ſi ſunt liberaliter data. n.33
Sub conditione data effectu non ſequuto, repeti poſſunt. p.415.n.34
Secus ſi donentur Epiſcopo. n.35

*Dracones.*

Dracones incantationibus manſueſcunt, & mercatores illis vti equis vtuntur,& ad Æthyopes deferunt,ac vendunt. p.191.& 193.in princip. num.89.

*Dauid.*

Dauid læſus eſt videns fœminam pudicam, & tu videns turpia,& audiens ſpurciloquia non læderis. p.52.n.184

*Debitores.*

Debitores publici vniuerſitatum, ſi condemnentur,non obſtante appellatione,coguntur ſoluere. p.983.n.12
Debitor non debet carcerari ante ſententiam definitiuam,quæ tranſit in rem iudicatam,niſi ſit de fuga ſuſpectus. p.759.n.417
Debitor cedens bonis pro debito,an poſſit carcerari. p.760.n.418
Debitor pro debito ciuili ſi non eſt ſoluendo debet ali expenſis creditoris,vel relaxari. p.761. n.422
Debitum propter mulieres nec poſt ſententiam poſſunt carcerari,niſi ſint meretrices publicæ, non tamen coniugatæ, niſi de conſenſu, ſeu ſcientia maritorum meretricentur.p.760.n.420
Debitum quando eſt contractum pro mala adminiſtratione, an poſſint mulieres carcerari etiamſi renuncient Velleiano. p.761.n.421
Debitoribus quando reperiuntur tutores quomodo debeant ſatisfacere. p.814.n.12

*Decretum.*

Decretum antequam iudex concedat,quæ debeat præmittere. p.851.n.22
Conceditur item decretum præuia cauſæ cognitione. ibid.n.21
Decretum non poteſt peti per procuratorem. p.853.n.26
Decretum in bonis minorum non excludit reſtitutionem. ibid. n.27
Decreto ſine bona minorum non alienantur validè. p.849.& 850. n.18.19.& 20
Decretum fuiſſe conceſſum non creditur aliquando notario,nec iudici aſſerenti. p.852.n.23
Et quomodo id intelligatur. n.24
Decretum iudicis requiritur in compromiſſo, ſeu tranſactione minorum. p.844.n.94

*Decimæ.*

Decimarum cauſæ,& matrimoniales,ſeu ſpirituales,an poſſint compromittere in duos,quorum alter ſit laicus. p.788.n.34

*Decuriones.*

Decuribnum quod ſit officium, & quid nomine cameræ etiã Apoſtolicæ intelligatur.p.879.n.1
Decurionum decretum eſt decretum totius populi. p.880.n.2
Decurionum de iure Luſitano officium eſt conſulere rebus publicis, habentque poteſtatem ſtatuendi,non tamen iudicandi,niſi cum iudice. p.881.n.4
Decuriones non ſunt officiales iuſtitiæ, poſſunt tamen applicare pœnas in bonum publicum; tenentur cuſtodire paſcua, & ſaltus Reipublicæ,& ponere cuſtodes. p.881.n.5
Decurionibus incumbit locare res ciuitatis ad tempus, vel in perpetuum in vtilitatem Reipublicæ. ibid.n.6
Poſſunt item recipere reditus Reipublicæ, & colere prædia per colonos. p.881.n.7

Decuriones debent repoſcere rationes à procuratore anni præteriti ſub pœna graui. p.88.n.18
Et procuratores tenentur reddere eod. num.
Et liber rationum debet continere in ſingulari omnia accepta, & expenſa. p. 883. n. 12
Decuriones non poſſunt cognoſcere de iniuriis realibus, ſed verbalibus, & quæ ſint illæ, & quibus pœnis puniantur de Iure noſtro, & Caſtellano. Ibid. n.13
Decuriones qui nequeunt eſſe. p.887.n.24
Decuriones poſſunt ſtatuere circa victualia. p.888 num. 26
Decuriones poſſunt ſtatuere ne propolæ prius emant, quàm ciues. ibid.n.27
Decuriones poſſunt ſtatuere contra ruſticos ligna vendentes. p.889.n.30
Decuriones, Correctores, Conſules Prouinciarum poſſunt cogere obligatos ad miniſtranda victualia; ad plus miniſtrandum, quàm fuerit in contractu. ibid.n.31
Decuriones poſſunt taxare numerum miniſtrorum, qui victualia neceſſaria aſportent, & pretium rebus imponere. p.894.n.52
Decuriones poſſunt cogere mercatores, vt quotidie tot menſuras tritici aſportari faciant ad forum publicum. ibid.n.33
Nequeunt tamen cogere vt frumentum vendatur, quod quiſque habet pro vſu ſuo. p.894.n.54
Decurionibus incumbit proſpicere, ne merces corruptæ, ac mixtæ vendantur. p.854.n.53
Decuriones poſſunt conducere, vt vendatur vinum, & oleum minutatim. p.905.n.105
Decuriones, & Correctores, ſeu Præſides Prouinciarum, an poſſint leges condere. p.105. n.206
Decuriones ciuitatum poſſunt ſtatuta condere pro victualibus. ibid.n.207
Non poſſunt tamen mittere in carcerem rebelles. ibid.
Decuriones, ſeu Rectores ciuitatis poſſunt facere ſtatuta, quæ durant pro tempore ſui officij. p.105.n.208.
Decuriones, Doctores, Licentiati, & Magiſtri in aliqua Academia non graduati, actu tamen docentes, an ſint exempti à tortura, & à muneribus. p.637.n.87
Et an Doctores debeant exui dignitate Doctorali ante torturam. ibid.

*Degradatio.*

Degradatio ſolennis, an requiratur ad puniendum clericum aſſaſſinum. p.166. n.166.memb.10
Degradatus Clericus verbaliter, an amittat priuilegia clericalia. ibid. n.367
Et an torqueri poſſit per laicum. ibid.

*Delectatio.*

Delectatio venerea de libertate aſſumpta ex prauitate materiæ non excuſatur à mortali. p.577 n.288
Delectationem capere ex oſculis, & amplexibus inter non coniugatos ſine animo progrediendi vlterius, eſt mortale. ibid.n.289
Delectari audiendo res turpes, vel dicendo, vel ſcribendo, vel legendo eſt mortale. p.53.n.186 187. & 188
Secus, ſi turpia dicantur, audiantur, vel ſcribantur, vel legantur ex leuitate, vel ob aliam cauſam, vel ad terendum tempus, & non ob delectationem veneream, tunc enim eſt veniale, ſupra ibid.

*Delegatus.*

Delegati ſæculares, ſiue Eccleſiaſtici a Principe, vel ordinario poſſunt accipere expenſas cum exeunt extra domos. p.419.n.49
Delegati damna ratione itineris prouenientia partes non tenentur reficere. ibid.n.50
Delegatus aſſumens aſſeſſorem neceſſarium partibus, non ipſe, ſed partes faciunt expenſas. p.419. n.51
Delegatus Principis an poſſit ſubdelegare cauſam particularem. p.433.n.124
Delegatio facta multis expreſſis nominibus propriis, altero ex illis mortuo expirat tota delegatio: ſecus ſi exprimantur nomina appellatiua. ibid. n.121
Delegatus datus ad cognoſcendum, an ſit datus ad exequendum. p.434. n.125
Et quid de iure ciuili, ac canonico. n.126
Delegatus poteſt præcipere ordinario, vt ſententiam delegati exequatur. ibid.n.126
Delegatus ab inferiore à Principe an poſſit exequi ſuam ſententiam. p.435. n.127
Delegatus ad generalitatem cauſarum & ad vniuerſitatem quomodo differant. ibid.n.128
Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum cenſetur ordinarius, & ſubdelegare poteſt. p.435.n.129
Delegatus habet iuriſdictionem, ſubdelegatus iuriſdictionis vſum. p.436.n.130
Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum non poteſt totam ſuam delegationem ſubdelegare; ſicut neque ordinarius. ibid.n.131
Delegatus ad vniuerſitatem non poteſt delegare cum poteſtate ſubdelegandi. p.436.n.132
Et an in foro conſcientiæ poſſit ſubdelegare. p.437. infra n. 138
Delegatus à Principe, ſi nulliter pronunciet, poteſt iterum pronunciare, ſicut ordinarius, & delegatus ad vniuerſitatem cauſarum poſſunt. p.436. n.133
Delegatus ad vnam cauſam, ſi pronunciet nulliter ſeruata minimè forma mandati poteſt iterum iudicare. n.134
Secus ſi nulliter pronunciet ſeruata forma mandati, non poteſt iterum iudicare. n.135
Vide tamen ibidem n.136.& 137
Delegatus regularis ab Epiſcopo, vel à ſummo Pontifice approbatus ad excipiendas confeſſiones habet iuriſdictionem delegatam, ſed non poteſt eam ſubdelegare. n.139
Delegatus ſacerdos ab Epiſcopo, vel à Parocho ad ſacramenta adminiſtranda in aliqua Parochia poteſt ſubdelegare. n.140
Delegatio iudici non creditur niſi litteras ſuæ commiſſionis exhibeat. n.145

*Delicta, & delinquentes.*

Delictis in publicis quilibet de populo aliàs non prohibitus poteſt accuſare, non tamen tenetur, niſi ſit officialis. p.518.n.77.& 78
Delictis obuiare neminem teneri de iure canonico eſt probabile, ſed oppoſitum probabilius. p.525, n.109
Delictis obuiare in foro conſcientiæ, & ex lege charitatis, omnes tenentur, ſi commodè poſſunt. p.526. n.104
Delictis obuiare tenentur fili, fratres, vxor, & famuli, ac ſeruitores, & poſſunt puniri, ſi conſcij ſint, quod committantur contra parentes, aut contra dominos. ibid.n.105
Delictum quando eſt puniendum poſt mortem, & quale ſit hoc delictum. p.474.n.259

Et

Et quando pœnæ tranſeunt ad hæredes. ibid.
Delictum, an ſit puniendum iuxta leges, quæ vigebant tempore delicti commiſſi. p.473.n.257
Delictum committens ſub ſpe gratiæ futuræ, an ſit puniendus. p.480. & 481. num. 289. & ſequentib.
Delictum committens prope Eccleſiam ſub ſpe gaudendi immunitate Eccleſiæ, non gaudet illa. ibid.n.274
Delictum in dubio an ſit graue, vel leue, cenſetur leue. p.684.n.102
Delinquentes quando gaudeant immunitate Eccleſiæ. p.369.n.18.19.& 20
Delicta occulta in generali inquiſitione non ſunt reuelanda, neque eorum auctores. p.546. n.166
Delicta occulta, quæ tendunt in damnum commune, vel innocentis, ſi aliter impediri non poſſunt, ſunt reuelanda in inquiſitione generali. ibid.n.167
Delicta occulta, quæ ſint? & hæc de iure naturali ſunt occultanda, quamuis imponatur cenſura, vt reuelentur. ibid.n.168
Nec ſunt denuncianda delicta omnino emendata, niſi adſit accuſator, vel niſi interrogentur ſocij, tanquam teſtes. p.546.n.169
Delicta non emendata, priuata tamen, ſi detur ſpes emendæ, non ſunt nuncianda abſque correctione fraterna. ibid.n.170
Occulta crimina reuelare in inquiſitione generali eſt de ſe mortale, ſi nulla præcedat infamia. ibid.n.171
Delicta occulta dicuntur, quorum conſcij ſunt tres, vel quatuor teſtes. ibid.n.174
Delicti ſocius ante infamiam, vel ſemiplenam probationem non tenetur ſe prodere togatus. p.548.n.180
Delictum occultum nec deductum ad forum contentioſum, quid ſit. p.102. n.175. 176. vſque ad n.181
Delictum publicum. ibid.n.181
Delictum publicum an poſſit eſſe occultum in alio loco. p.102.n.182.ad n.186
Delictum deductum ad forum contentioſum an ſit publicum ex ſemiplena probatione. p.102. n.187
Et ſequentibus: ſed oppoſitum eſt verius ex p.103.n.191.192.& 193
Delictum, vt ſit delatum ad forum contentioſum, requirit intimationem factam reo. ibid. n.200
Delicta attentata cenſentur conſummata ficte. p.890.n.37
Delicta delata ad forum contentioſum, niſi probentur, adhuc ſunt occulta. ibid.n.38
Delinquens deformiori vultu inter plures delinquentes notatus, primo loco eſt torquendus. p.187.n.51

*Denunciatio, & Denunciare.*

Denunciatio ſimplex ſupplet vicem accuſatoris in criminibus contra bonum publicum, & in priuatis, quando ſunt notoria. p.529.n.116
Denunciatio iudicialis facta Prælato, an ſufficiat ad inquirẽdum cõtra denunciatũ. p.533.n.134
Denunciatus apud Prælatum fraternaliter ſi neget, an ſit puniendus. ibid.n.135
Denunciator an poſſit eſſe teſtis in denunciatione Euangelica, & canonica. p.534.n.136
Denunciatio eſt in quadruplici differentia. p.539. n.144
Denunciatio Euangelica, & iudicialis quomodo differant. ibid.n.146
Denunciatione ab Euangelica poteſt fieri tranſitus ad iudicialem in foro Eccleſiaſtico. ibid. n.147
Denunciatio Euangelica poteſt eſſe initium ſubſtantiale iudicij in criminalibus, vel in denunciatione Euangelica, non verò in foro ſæculari, nec in cauſis ciuilibus. p.539.n.149
Denunciatio iudicialis, & accuſatio quomodo conueniant inter ſe, ac differant. ibid.n.150
Denunciare patrem hæreticum, an teneatur filius? probabilius eſt teneri, probabile non teneri. num.154
Denunciare patrem non tenetur filius, ſi pater eſt omnino emendatus de crimine læſæ maieſtatis. p.542.n.155
Denunciandus non eſt hæreticus ſi verè timetur periculum probabile mortis, quia timor iuſtus excuſat à præcepto humano. p. 543. n.158. & 159

*Dæmon.*

Dæmonem obligatum ſecum ferre in annulo, ſeu vaſculo eſt hæreticale. p.183. n.43. verſ. hæreticale eſt, & verſ. Vnde conſtat. p.185. num. eodem.
Dæmones non coguntur ab homine morari in annulis, ſeu vaſculis, ſed vel à dæmonibus ſuperioribus, & potentioribus, vel ſingunt ſe ibi eſſe inuitos, vel ex pacto ibi ſunt. p. 185. n.43. verſ. Vnde conſtat.
Dæmonum induſtria pocula amatoria ad amorem, ſeu ad odium, & interdum ad futorem, ſeu interitum valent. p.178.n.29
Dæmonem alligantes, aut eum inuocantes, aut adorantes, an ſint excommunicati. p.183.n.40. & 41
Dæmones ſuccubos eſſe, & incubos. n.65
Et an poſſint generare. p.189 n.66.& 67
Dæmones in figuras animalium ſe induunt. p.190.n.71
Dæmones nequeunt euocare, nec cogere animam alicuius ſancti ad aliquid agendum. p.190.& 191.n.75
Dæmoniaco dicenti ſe eſſe animam defuncti alicuius non eſt credendum. ibid.n.76
Dæmonibus ſuadentibus bona non eſt fides habenda. ibid.n.79
Dæmonis arte miracula vera non fiunt. p.191. num.80
Dæmonum arte conuerſiones quo modo fiant p.192.n.81
Dæmone ab ipſo petere abſque pacto, vt animalia incantet, hæreticale non eſt. ibid.n.87
Dæmonis auxilio magi incantant animalia. ibid. num.88

*Deportatus.*

Deportatus, an ſit inteſtabilis de iure communi tam actiuè, quàm paſſiuè, & quid de iure nouo. p.625.n.58
Deportationis pœna apud noſtros exercetur contra impetrantes beneficia hominis viuentis. p.626.n 59
Deportati amittunt omnia iura ciuitatis ſuæ, & quæ ſint. ibid.n.60

*Depoſitarius, & Depoſitum.*

Depoſitariis quod ſit officium, & an poſſint petere mercedem à Republica. p.924.n.15
Depoſitarius, vel ſequeſter nequeunt eſſe officiales iuſtitiæ. ibid.n.16.& 17

Depoſitarius non poteſt vti re depoſita inuito domino. p.925.n.18. verſ.ſed quid.
Depoſitarius nihil poteſt recipere pro vſu pecuniæ depoſitæ. ibid.n.19
Depoſitor pecuniam deponens bona fide poteſt vti re depoſita. ibid.n.20
Depoſitarius vtendo re depoſita ſibi acquirit, tenetur tamen reſtituere damnum emergens, ſeu lucrum ceſſans. p.925.& 926.n.21.& 22
Depoſiti priuilegia, quæ ſint. n.23
Et compenſatio, exceptio, ac retentio, an admittatur. p.926.n.24
Depoſitum an probetur per ſolam confeſſionem. ibid.n.25
Depoſitarius quam habeat actionem depoſiti pro expenſis factis in re depoſita. p.926. & 927. num.26
Exceptio dominij in depoſito, an poſſit opponi ad impediendam executionem. p.927. num.27
Depoſiti alia privilegia. n.27
Deponi, an poſſint res furto ablatæ, & quid ſi deponantur apud perſonam Eccleſiaſticam. ibid.n.28.& 29
Depoſitarius de qua culpa teneatur, & an teneatur de caſu fortuito, & an valeat pactum, ne ex dolo teneatur. p.927.& 928.n.30 & 31
Depoſitarius ſi rebus ſuis ſaluis alienæ pereant ad quid teneatur. ibid.n.32

*Deſcendentes ex Iudæis.*

Deſcendentes Iudæorum intra ſeptimam generationem incluſiuè excluduntur à beneficiis curatis per conſtitutiones Clementis VIII & Pauli V. & à dignitatibus. p.77.n 246
Nec faciunt fructus ſuos. p.78.n.247
Deſcendentes Iudæorum à genere quid faciens in dubio, an ſuſceperint beneficium contra conſtitutiones ſuprà dictas. ibid.n.248
Deſcendentes ex Hebræis religioſi poſſunt eſſe Prælati in ſua religione, non tamen poſſunt eſſe vicarij animarum ſæcularium. p.79.n 250
Deſcendentes ex fœmina nobili, an gaudeant priuilegiis nobilium. p.348.n.140

*Deſertio, & Deſerta.*

Deſertio appellationis quando extinguit litem. p.1008 n.190 & 191
Et deſertio niſi exceptio regulariter non obſtat agenti, ad reuocationem attentatorum. n.192
Deſertione oppoſita Iudex, an poſſit procedere, ac pronunciare in cauſa principali. pag.1009. n.193
Fit tamen deſerta appellatio, ſi appelletur ſine ſcriptis. ibid.n.194
Pro reliquis, quæ pertinent ad deſertionem appellationis, & cauſæ, & quibus modis fiat cauſa, & appellatio deſerta? Vide ſupra verbum, Appellatio, ex n. 190. vſque ad n.213, & per totum.

*Detegere.*

Detegere defectus naturales regulariter non eſt mortale, interdum tamen poteſt eſſe, quod eſt valde probabile. p.886. n.21
Detegere, vel dicere de aliquo omnino, vel valde occulto ſine cauſa, quòd ſit Iudæus, vel Maurus, vel ſpurius, eſt mortale. Idem erit quando dicitur de honeſta fœmina, aut viro religioſo, quòd ſit laſciuus etiam in venialibus. ibid. num.22
Detegere, vel dicere de Epiſcopo illis, qui neſciunt, quòd ſit auarus, aut mendax, eſt mortale ſecundum aliquos. Idem de ſuperioribus, aut viris grauiſſimis. p.887. verſ. peccabis tamen.

*Deus.*

Deus ad puniendum venit lentè, & præuio examine iudicat. p.70.n.12
Et ideo Rex habens officium Dei ne ſit præceps in iudicando. ibid.n.15
Deo, parentibus, ac magiſtris non redditur æquale. p.22.n.18
Deus multo plura præſtat, quàm polliceatur, & Principes interdum plura pollicentur, quam præſtant. p.30.n.72.& 73
Deus non vocauit Caim, nec Sodomitas, niſi poſt clamorem. p.551.n.195

*Dies.*

Dies eſſe infauſtos & fauſtos aſſerere, ſuperſtitioſum eſt. p.104.n.93
Dies, & hora an ſint apponenda in citatione. p.503.n.26
Dies, nec menſis non debent exprimi in delictis. p.315.n.64

*Dignus, & Dignitas.*

Dignitas Eccleſiaſtica excedit politicam, vt ſpiritus excedit corpus. p.124. n.269
Dignum omiſſo digniore præficere, ſæpe eſt mortale. p.46.n.142

*Diſpenſare, & Diſpenſatio.*

Diſpenſantes ſine cauſa in lege ſunt diſſipatores. p.108.n.225
Diſpenſatio eſt iuris relaxatio facta cum cauſæ cognitione ab eo, qui poteſt relaxare. p.295. num.5
Diſpenſatio quando eſt latè, aut ſtrictè accipienda. ibid.n.8
Diſpenſatio differt à legitimatione. n.9
Et poteſtas diſpenſandi eſt latè interpretanda. p.296.n.10
Diſpenſatus in aliquibus caſibus non cenſetur legitimatus. p.297.n.12
Diſpenſandus ad ſuccedendum, an debeat citare agnatos. ibid.n.13
Diſpenſare quando poteſt Papa in matrimonio irrito, & legitimare filios iam procreatos ad temporalia. p.304.n.27
Diſpenſatio tacita copula non eſt irrita. p.324. num.63
Diſpenſatio facta circa vnum defectum ad alium non porrigitur. p.331.n.77
Diſpenſationem ſecundam impetrans tenetur exprimere ſe iam obtinuiſſe primam. ibid.n.79
Item in diſpenſatione petenda neceſſarium eſt exprimere qualitates legitimandi, & diſpenſandi. p.330.n.74.75.& 76
Diſpenſatus monachus ad obtinendum beneficium curatum non poteſt ex vi diſpenſationis obtinere beneficium ſine cura. p.333.n.80
Nec diſpenſatus ad ordines poteſt obtinere beneficium. Neque diſpenſatus ab beneficia poteſt obtinere penſionem. ibid.
Diſpenſatio, aut poteſtas diſpenſandi, an extendatur in dubio ad aliquem caſum. pag.302. num.25
Diſpenſatio in aliquo gradu non extenditur ſi coniunctio eſt duplex ex vtroque parente. p.302.n.25.verſ. hinc ſequitur.
Diſpenſandi poteſtatem in ſecundo, & tertio gradu conſanguinitatis, ſeu affinitatis, habens, an poſſit diſpenſare, quãdo vterque gradus in eodem repetitur. p.302.n.25.verſ.quod ſi quis.

*Diuortium.*

Diuortij lex fuit inducta in fauorem innocentis. p.217.n.187

*Doctores.*

Doctores ſunt exempti à collectis, & artium magiſtri, & baccularei. p.407.n.68.& 69

Non tamen excuſantur à collectis ad defendendam ciuitatem. ibid.n.70

Doctorum priuilegia extenduntur ad magiſtros artium, & ad milites armatæ militiæ. p.349. n.144

Doctores creati à Rege non habent priuilegium conceſſum doctoribus viuerſitatum. pag.349. n.143

Doctores, & fidalgui quibus gaudent priuilegiis. ibid.n.145

Doctoratus eſt dignitas. p.350.n.150

Doctores non poſſunt torqueri, nec pro debito ciuili carcerari, exceptis aliquibus caſibus.ibid. n.151.& 152

Doctoris nomine, an veniant profeſſores, vel magiſtri actu legentes etiamſi non ſint graduati. p.638.n.88

Doctor amittens ex delicto locum, ſeu cathedram, ſi reſtituatur non recuperat hæc ab alio iam occupata. p.488.n.295. verſ.non eſt.

*Dogmatiſta.*

Dogmatiſtæ, hæreſiarchæ, & relapſi in quibus caſibus ſunt admittendi ad pœnitentiam, & miſericordiam ſponte veniant, ſiue non.p.643. n.163

*Dolus.*

Dolus committur, quando ſcienter fit iniuſtitia. p.939.n.50

*Domini inferiores.*

Domini terrarum non habent intentionem fundatam in iuriſdictionalibus, quoad omnia in ſuo territorio. p.366.n.1

Domini terrarum exercentes iuriſdictionalia ſine titulo cenſentur poſſeſſores malæ fidei.ibid. num.4

Domini terrarum in caſtella præſcribunt iuriſdictionalia per centenariam præſcriptionem. p.367.n.5

Et à fortiori per tempus immemoriale. ibid.

Domini terrarum non poſſunt eſſe iudices in cauſa propria. ibid.n.7

Domini terrarum nequeunt legitimationes concedere, nec famam reſtituere, neque veniam ætatis, neque temporalem dilationem debitoribus impertiri. ibid.n.8

Domini temporales ſententiam definitiuam non poſſunt reuocare, nec veniam delinquenti remittere. n.9.

Domini terrarum nequeunt præcipere ſuis officialibus, vt cognita veritate de plano procedant ſine figura iudicij. p.367.n.10

Domini terrarum nequeunt formam iudicij ordinarij alterare. ibid.n.11

Domini terrarum nequeunt iubere ſyndicare officiales ſuos. ibid.n.12

Domini terrarum habentes vtrumque imperium an poſſint aliquid ſtatuere contra ius commune, vel ſaltem, quod ſit præter illud. pag.368. n.13.& 14

Domini terrarum non poſſunt ſibi reſeruare, nec aliis interdicere vſum paſcuorum pag.374. num.35

Domini terrarum apud Caſtellanos poſſunt immittere ad paſcua publica, pecora in duplo, quàm quilibet incola, ſed in Luſitania nihil poſſunt. p.374.& 375.n.36

Domini inferiores, qui depaſcunt loca publica, damnúmque notabile inferunt, tenentur reſtituere. ibid.n.37

Domini temporales non habent parlamentum, ſeu relationem, vbi proferantur ſententiæ per acordam, nec ſenatores clericos. p.377. n.45. verſ. Conſtat igitur.

Domini inferiores contra Regem non præſcribunt iuriſdictionalia ibid.n.46

Dominorum auditores non concedunt chartas ſecurationis. p.379.n.47

Domini Eccleſiaſtici temporalem habentes iuriſdictionem poſſunt conſtituere magiſtratus laicos, qui de cauſis criminalibus cognoſcant abſque metu irregularitatis. ibid.n.50

Domini temporales prohibentes ſuis ſubditis, ne vendant Eccleſiaſticis, incurrunt excommunicationem: & alteram, ſi cogant tempore interdicti celebrare diuina. p.379.n.51

Domini temporales, quos officiales poſſint ponere. p.380.n.52

Et quid de iure Luſitano. ibid.

Domini inferiores nõ concedunt tuitinas, riniſiones, nec inſinuant donationes, nec legitimant, nec emancipant, aut ætatis veniam concedunt. ibid.n.54

Nec exigunt vectigalia, niſi iuxta ſibi conceſſa. p.381.n.55

Domini inferiores, an præſcribant ius imponendi, ſeu exigendi gabellas. ibid.n.56

Et quæ tributa in Hiſpania præſcribunt. n.57

Domini ex cauſa præſtationes poſſunt recipere à vaſallis iuſtas; non tamen ſeruitia exorbitantia præſcribuntur. p.382.n.59.& 60

Domini an poſſint cogere vaſallos, vt accedant ad molendina, & furnos ſuos. p.383.n.61

Domini temporales imponendo gabellas in quas pœnas incidunt. p.384.n.66

Pedagia, & gabellas imponentes, & augentes incidunt in cenſuras, non verò ſi collectas, & taleas imponant. p.385.n.67.& 68

Domini domorum propter turpitudinem poſſunt expelli à propriis domibus, niſi domus ſint ad turpia deputatæ. p.216.n.186

Domini terrarum nequeunt cogere vaſallos, vt eos comitentur ad bellum. p.255. n.12

Domini inferiores non poſſunt facere pragmaticas contra ius commune. p.905.n.107

Dominus pro ſeruo, pater pro filio, maritus pro vxore, vniuerſitas pro ſuo ciue, & quorum intereſt, poſſunt audiri ad eos defendendum. p.968.n.81.

*Donationes, & Donata.*

Donationes vltra ſummam à iure taxatam egent inſinuatione, vt valeant quoad exceſſum. p.125.n.270

Donationes minutatim factæ eidem perſonæ egent inſinuatione, ſi ſimul ſumptæ excedant quantitatem taxatam, niſi fiant Eccleſiis, ſeu rebus piis. ibid.n.272

Donatio excedens non eget inſinuatione ſi firmetur iuramento de iure communi; ſecus de iure Luſitano. p.126.n 272.& 273

Donatio omnium bonorum etiam futurorum facta Eccleſiæ, an valeat? pars negans videtur probabilis, pars affirmans eſt certa. p.130. n.280

Donatio omnium bonorum etiam futurorum

non

non eſt contra bonos mores iuris naturalis,ſeu canonici. ibid.

Donatio reuocatur natiuitate filij legitimati per ſequens matrimonium, non tamen per reſcriptum Principis. p.316. n.48

Donationes à Rege moderatè factas ſub nomine dignitatis,non poteſt ſucceſſor reuocare.p.291. num.47

Donata iudici, vt iniuſtè iudicet, ſi tamen iuſtè pronunciet ſunt reſtituenda. p.415.n.36

*Dos.*

Dotes animi cum ſanguine tranſeunt à parentibus ad filios. p.409.n.16

*Dubius.*

Dubius in fide eſt hæreticus. p.64.n.215

Dubius de re, an ſit ſua ſi inclinet magis non eſſe ſuam, quid teneatur reſtituere. pag.454. num.207

Dubius an lege, ſeu voto teneatur, an debeat adimplere. p.455.n.209

Et quid in dubio de excommunic. & de homicidio, ſiue dubium ſit facti, ſiue iuris. p.456.& 457. n.210.211.212.213

*Duces.*

Duces Florentiæ, & ſimiles ex cauſa poſſunt imponere noua vectigalia. p.386.n.3

Et Ducillæ non faciunt maritos Duces. p.360. n.194

*Duellum, & Duellantes.*

Duellum omni iure prohibitum. p.91.n.12

Duellum quid ſit, quando fit ad eruendam veritatem. ibid.n.13

Duellum de ſe illicitum non poteſt fieri per conſuetudinem licitum, cum ſit omni iure prohibitum. p.92.n.14

Item de iure Luſitano, Caſtellano,& ex Concilio Tridentino. n.15

Duellum inuentum ad decidendas lites,& ad gloriam, ac vires oſtentandas. ibid.n.16

David acceptando duellum non peccauit. num.17

Duellum poteſt acceptari ab innocente, qui eſt iniquè damnatus, vt mortem habeat, vel in arenam deſcendat. p.93.n.19

Quando duellum eſt ad eruendam veritatem, eſt intrinſecè malum. n.20

Duellum acceptare ad vitam tuendam non eſt propriè duellum. p.93.n.22

Princeps duellum poteſt permittere licitè in caſu aliquo extraordinario ad vitanda maiora mala. n.23

Duellum non poſſe acceptare milites vtriuſque exercitus cauſa voluptatis, vel ad vires oſtentandas eſt certum. ibid.n.25.26.& 27

Duella poſſunt acceptari ab hoſtibus ne minuatur bona fama alterius partis. ibid.& p.94

Duella inter ſingulos milites, vel paucos ex vtraque parte poſſunt ſuſcipi. ibid.n.31

Quamuis conflictus particulares inter milites vtriuſque exercitus aliqui putent illicitos. num.32

Sed differunt à duello. n.33

Duellum non poteſt iniri pro defenſione honoris prouocati,nec iudici. p.94.& 95. n.38

Et prouocatus quomodo debet reſpondere prouocanti,ſeu diffidanti. ibid.

Inuaſus poteſt ſe defendere, ac vim repellere incontinenti, non autem ex interuallo.n.40

Neuter tamen in duello eſt defenſor, ſed inuaſor. p.95.n.41

Duellum Princeps Chriſtianus poteſt concedere infidelibus. n.42

Fideli autem, & infideli minimè. n.43

Prouocatus ad duellum occidendo prouocantem ſecundùm aliquos nihil tenetur reſtituere, ſed verius eſt teneri. p.95 num.44. & 45

Inuitatus innocens ad duellum, ſi aliter nequeat euadere iniuſtam condemnationem, an poſſit occidere calumnioſum actorem. ibid.n.46

Innocenti tamen licet acceptare duellum, vel offerre quando certò ſcit ſe per fraudes opprimendum. n.47. & ſeqq.

Duellum non poteſt acceptare prouocatus, ſeu diffidatus, vt infamiam vitet,quia non eſt dedecus recuſare duellum. p.95. & 96. num.50. & 51

Duellantem comparere in loco non eſt intrinſecè malum,non tamen licet per decreta Eccleſiaſtica. ibid.n.52.& 52

Diffidans non conatur ſpoliare honore diffidatum,niſi per accidens, & honor alia via poteſt recuperari. n.54.& 55

Duellum, an ſit quando quis iratus ait, ſe velle Petrum alloqui ſeorſum. n.56

Prouocatus non tenetur ſe domi continere tranſacto tempore quo fuit prouocatus. p.96.n.57

Duellum eſt quando quis ait, exi, vel veni ad talem locum, ibi te expectabo. ibid. n.58. 59. & 60. & infrà p.101.n.143.144.145

Duellum non eſt, quando quis in loco ſacro ait, *exi foras*,nullo deſignato; ſecus ſi deſignat locum. ibid.n.61 & 62

Duellantes quibus armis vti debeant, & quis debeat arma aſſignare. ex n.63

Item debent eſſe pares armis,ac membris.ibid. n.65.& 66

Et an prouocans debeat priùs percutere, quàm prouocatus. n.67

Diffidans, & diffidatus poſtquam ſunt in campo publico,an poſſint pœnitere,ac deſiſtere. p.96. ex n.70

Et prouocans, an poſſit deſiſtere abſque pœna. n.73.& 74

Duellantes poſt verbalem prouocationem iurant de actu,ac calumnia. ibid.n.75

Et duellati in iudicio quando fit conteſtatio litis. n.76

In duello percuſſiones habent vim probationum,& inſtrumentorum. ibid.n.77

Et pœna Turpiliana non habet locum in duello antequam duellantes litem conteſtentur. n.78

Duellum quando eſt illicitum non poteſt puniri recedens ab illo. p.97.n.79

Pugnare cum beſtiis animi gratia non licet. ibid.n.83.& 84

Et aliquando eſt mortale. ibid.n.89.& 90

Item mortui in duello cum beſtiis quando poſſunt ſepeliri in loco ſacro. n.91

Duellum permittentibus, & ſpectantibus pœnæ impoſitæ. p.99.n.112.113.& 114

Duellum publicè, vel priuatim committentes, quas pœnas incurrant. ibid.n.116. & 117.118. & 119

Duellorum ſcripta, chartulæ, ſeu libelli prouocatorij quibus pœnis puniantur. num.120 & 121

Et

Et excommunicatio contra duellantes quas perſonas comprehendat ex Concilio Tridentino. p.100.n.124.& 125
Duellum ante conſtitutionem Clementis VIII. prohibitum non intelligebatur niſi de ſolenni, ac publico. ibid.n.122.123
Duellantibus excommunicatio impoſita eſt reſeruata Summo Pontifici, & à quo poſſint abſolui. p.100.n.132.& ſeqq.ibid.& n.134. vſque ad num.140
Ab ea excommunicatione poſſunt excuſari propter ignorantiam. ibid.
Duellantes, an poſſint abſolui toties quoties ab Epiſcopo quando duellum eſt occultum. num.174
Et clericus prouocans ad duellum, vel illud acceptans, an ſit ſuſpenſus ipſo iure,& quis poſſit abſoluere. p.102. ex n.166. vſque ad n.173

E.

*Ebrietas.*

EBrij qua pœna ſint puniendi, ſi occidant. p.646.n.95
Et quæ mala ex ebrietate oriantur. pag.647. num.96
Ebrietatis mala, & Alexandri magni ebrietas. p.24.n.35.& 36

*Eccleſia, & Eccleſiaſtica.*

Eccleſiaſtica reſpublica eſt à Deo inſtituta ſub vno capite, n.16. introductionis prœmialis. pag.6.
Eccleſia vnica eſt corpus politicum ex hominibus fidem habentibus coaleſcens, introductionis prœmialis. ibid.n.18
Eccleſia incæpit in Adamo. ibid.
Eccleſiaſtica, & ciuilis politia differunt ex parte poteſtatis,& ex parte finis,in introduct. prœmiali. p.7.n.19
Eccleſiaſtica poteſtas non poteſt eſſe in fœmina, neque in laico de poteſtate ordinaria: ſecus de plenitudine poteſtatis. ibid.n.20
Eccleſiaſtici poſſunt ſuſcipere tutelam, ſed non poſſunt cogi. p.837 n.67
Eccleſiaſtici ſuſcipientes malè tutelas non ſunt ipſo iure ſuſpenſi. ibid.n.68
Eccleſiaſtica officia nullo modo poſſunt vendi. p.45.n.133

*Edere.*

Edere cum Iudæo, illúmque inuitare ad conniuia, quale ſit peccatum. p.58.n.205

*Eligere. Electio.*

Electio de ædilibus à quibus poſſit impugnari. p.914.n.3
Eligere dignum omiſſo digniori non eſt ſecurius. p.445.n.180
Eligunt Veneti nobiles ad gubernandum. p.409. num.10

*Emphyteuta.*

Emphyteuta etiam iuſſus ſub excommunicatione edere exemplar ſuis expenſis deductum in vtilitatem patris non tenetur illud manifeſtare. p.591.n.341
Emphyteutam poſſe cogi à Domino ad exhibendum ſua inſtrumenta eſt verius. ibid.n.343
Emphyteuta tenetur Domino directo edere inſtrumenta,& oſtendere eorum prædia, & fines eorum. p.592.n.344
Emphyteutica prædia præſumuntur poſſeſſiones eiuſdem circa,niſi probetur contrarium. n.345
Emphyteutica bona allegans eſſe talia tenetur id probare. n.347
Emphyteuta ſoluens penſionem pro omnibus prædiis cenſetur emphyteuta pro illis,niſi probetur contrarium. n.348
Emphyteuta negans partem emphyteuſis debet priuari parte. n.349
Emphyteuta, an poſſit grauare accipientes emphyteuſim. p.417.n.43.44.& 45
*Enſalmi infrà*, verbo, *Salutator.*

*Epiſcopus.*

Epiſcopi teſtimonium, & eius litteræ quantum probent. p.671.n.65
Epiſcopus poteſt prohibere ne fœminæ vtantur veſtibus inſolitis incitantibus ad libidinem. p.209.n.163
Epiſcopus ſi reuocat vicarium, in aliquibus caſibus vicarius poteſt validè iuriſdictionem exercere: eo tamen mortuo expirat iuriſdictio quoad negotia etiam incæpta. p.424. ex n.76. 77.& 78
Epiſcopus poteſt excommunicare laicos inceſtuoſos, & præcipere, vt in carcerem detrudantur. p.220.n.203
Epiſcopi,& monachi poſſunt ſuſcipere tutelam, ſed nequeunt cogi. p.837.n.67
Epiſcopus quando poterit viſitare collegia, confraternitates, & hoſpitalia. p.909. n.15
Epiſcopus,an poſſit abſoluere virtute decreti Concilij in foro externo, à delicto in eo foro iam punito. p.103.n.195.& ſeqq.
Epiſcopo donata ad alliciendum ipſius animum, vt poſtea conferat beneficium, non poſſunt reuocari, quamuis finis non ſequatur. p.415. num.35
Epiſcopi, & Prælati ſalarium tenentur ſoluere ſuis miniſtris. p.419.n.48
Epiſcopo ſuſpecto,vel notoriè ſuſpenſo,ſeu interdicto, eius vicarius eſt ſuſpenſus; non tamen vicario ſuſpenſo Epiſcopus eſt ſuſpenſus p.560. n.226.& 227
Epiſcopus excommunicatus, declaratus, an poſſit committere vicario, vel alteri ſacerdoti, vt aſſiſtat matrimonio. ibid.n.228

*Eraſmus.*

Eraſmus malè audiuit à principio propter frequentes litteras ad Lutherum miſſas. pag.507. n.202

*Exceptiones.*

Exceptiones quid ſint, & quot? quædam dilatoriæ,quædam peremptoriæ, aliæ anomalæ, ſeu anomes. p.554.n.202.203.& 204
Exceptiones dilatoriæ, & peremptoriæ, quando debent opponi. n.202.&ſeqq.
Exceptiones anomalæ, ſeu mixtæ, an ſint apponendæ ante,vel poſt litem conteſtatam. p.555. n.204.& 205
Exceptio dilatoria ſi non opponatur propter ignorantiam ante litem conteſtatam, poteſt poſtea opponi. ibid.n.206. & n.212
Exceptiones dilatoriæ ſunt in triplici differentia, vti recuſatio iudicis,& illius incompetentia, & legitimatio litigantium. ibid.n.207
Exceptiones dilatoriæ de iure Caſtellæ opponuntur intra nouem dies computandos à fine vltimi termini aſſignati in citatione ad comparendum. p.555.n.208
De iure tamen Luſitano debent poni antequam

quam fiat litis conteſtatio. ibid.

Exceptio dilatoria poſt terminum receptâ valet parte non opponente. p.555.n.210. & p.561. n.229.& ſeqq.

Exceptio recuſandi iudicem ante omnes exceptiones eſt opponenda. p.556.n.211

Niſi de nouo cauſa ſuperueniat. ibid.

Exceptio recuſandi iudicem poteſt opponi poſt alias dilatorias ſi propter ignorantiam omittatur. ibid.n.212

Exceptio declinatoria fori, ſeu incompetentia iudicis, debet opponi ante litis conteſtationem ante omnes aliàs. p.567.n.251

Exceptiones contra perſonas litigantes regulariter debent opponi ante litis conteſtationem. p.568.n.254

Exceptiones competentes reo principali, competunt etiam fideiuſſori. p.766. n.438

Exceptio dominij in depoſito an poſſit opponi ad impediendam executionem. p.927.n.17

*Excommunicatio.*

Excommunicatio præcedente trina monitione debet ferri in ſcriptis, contineréque cauſam excommunicationis. p.339.n.148

Excommunicatio, an incurratur ob mortale, quando delinquens illam ignorabat. p.228.n.223

Excommunicatio impoſita pro delicto lege diuina prohibito, non incurritur ob ignorantiam inuincibilem ſecundùm probabiliorem. ibid. n.223

Idem dicitur de excommunicatione lata à Prælatis Inferioribus, ſiue actus de ſe ſit licitus, ſiue illicitus. n.224

Excommunicationem latam in ſtatuto, vel in ſynodo, non incurrunt ignorantes inuincibiliter. ibid.n.225

Et quomodo id intelligatur. ibid.

Excommunicationis ſententia non ſuſpenditur per appellationem, & cur. p.972.n.111.& 112

. Ante ſententiam maximè. n.113

Excommunicatus per ſententiam poteſt denunciari pendente appellatione. p.979.n.137

*Executio, Executor.*

Executio ſententiæ de iure Luſitano non fit ſine noua citatione. p.500.n.12

Executio ſententiæ, an poſſit fieri citato procuratore loco domini. n.13

Executor, vel nudum miniſterium habens poteſt omnia ſine quibus inutilis redderetur eius commiſſio. p.210.n.203

Executore à puro non appellatur, niſi modum excedat, & quando ab eo appelletur. pag.977. n.131

Et appellatio in executiuis ſolùm prodeſt quoad effectum deuolutiuum, non autem quoad ſuſpenſiuum. n.132

Executio debet remitti ad iudicium ſæculare in hæretico, quando.membr.12.p.169.n.384.verſ. executio.

Executio pœnæ reſeruatur authoritati legis, & retractari non poteſt. p.469.n.241

*Exemplum.*

Exempla affabilium Principum. p.32.n.77

Exempla multorum, qui patui fecerunt iniurias ſibi illatas. p.29.n.65 & 69.& 70.p.30

Exemplum eſt magiſter, ac doctor ſingularis. p.34.n.85

Exemplum Prælatorum ſubditi ſequuntur tam in bonis, quàm in malis. pag 35. num.88. 89. & 90

Exemplum liberalium, & illiberalium. pag 41. num.74

Exempla patrisfamilias domeſticos, vel occidunt, vel viuificant. p.34.n 84

Exemplum Sanctorum parit vitam audientibus. p.35.n.89

Exemplum integritatis memorabile Ferdinandi Peres Luſitani apud Sinas. p.930.n.16

Exemplo dormientis Isboſethi dormiuit oſtiaria, & periit Isboſeth. p.36.n.92

*Expenſa.*

Expenſæ factæ ante litem conteſtatam, vel poſt eam ob contumaciam, cenſentur fieri à non habente bonam cauſam. p.702.n.180

Expenſis in ipſis præcipiente lege, vt victus condemnetur, an poſſit excuſari, ſi cauſam iuſtam litigandi habeat; vtraque pars aſſeritur. p.703.n.183

Expenſæ debitæ iure conuentionis ſemper ſunt ſoluendæ à ſuccumbente, etiamſi habuiſſet iuſtam cauſam litigandi. ibid.n.186

Expenſarum appellatione non veniunt damna, neque appellatione damnorum expenſas venire aliqui affirmant, quia aliquæ petuntur ratione victoriæ; aliæ verò ratione contumaciæ, & calomniæ. p.704.n.179

Expenſarum nomine continentur damna, quando reus litigat cum artifice propriis manibus victum quærente. ibid.n.190

Expenſas victor non recuperabit, ſi in via à latronibus ſpolietur. n.191

Expenſas conſortes litis an teneantur ſoluere in ſolidum, quando litigatur pro re indiuidua. p.705.n.194

Expenſæ ſcripturarum ſoluuntur ab eo in cuius vtilitatem ſcripturæ fiunt. p.599.n.45

Expenſæ, quando non petuntur, officialis excuſatur, ſi in expenſis non condemnet. p.941. num.69

*Ezau.*

Ezau difficilis & piloſus, Iacob affabilis & lenis. p.32.n.79.

# F

*Facta.*

FActa iniuria officiali Regio, ſeruo, & alicui de collegio cenſetur facta Regi, Domino, & collegio. p.441.n.161

Facta per iudicem recuſatum, & ſine ſolennitatibus requiſitis, valent parte non opponente. p.561.n.230

*Facultas.*

Facultas gratiandi, & indulgendi delictis eſt de regalibus. p 479.n.263

Facultas conceſſa ab ordinario Prælatis ad approbandos ſubditos ad audiendum confeſſiones poteſt ab eodem reuocari. p.291.n.50

*Falſum, & Falſitas.*

Falſus teſtis qua pœna debet puniri de iure ciuili, Luſitano, & canonico. p.686. num.115. & 116

Falſus teſtis iudicio tenetur reſarcire damnum. p.687.n.117.& 118

Et tenetur ſe retractare etiam cum periculo vitæ. n.119

Falſum deponens ex ignorantia non mortale, non tenetur reſtituere. p.688.n.125

Falſum deponens abſque vllo effectu, quia nemini nocuit

nocuit non debet puniri de falſo, ſed oppoſitum eſt verius, quando de ſe potuit nocere, licet per accidens non nocuerit. pag.692. numer.136

Falſum deponens in præiudicium fiſci nihil fiſco tenetur reſtituere. n.138

Falſi teſtes in caſu hæreſis, quando grauiter nocent, poſſunt tradi curiæ ſæculari, ſecus ſi leuiter nocent; tunc enim cædantur verberibus, & mittantur ad triremes. pag.692. n.139

Falſi crimen ſub generali delictorum indulto non comprehenditur. p.245.n.282

Falſantes Papæ litteras, & defenſores illorum ſunt excommunicati, & priuantur ipſo iure beneficiis. p.240.n.272

Falſis litteris Apoſtolicis laici, ſi vtantur, excommunicantur, & quid de clericis. p.241.n.273

Falſificans ſignum Regis, ſubſcriptionem, aut ſigillum per ſe, vel per alium, vel aliquid addens, vel detrahens, quomodo puniatur. p.275. n.275

Falſum an committat, qui mutat verbum aliquod, vel litteram vnicam in litteris Apoſtolicis, vel abradit, vel delet. p.141.n.276

Falſas litteras fabricans, vel illis vtens, quando incurrit in cenſurã Bullæ Cœnæ. p.242.n.277

Falſans inſtrumenta, & acta cauſæ, cadit à cauſa. p.242.& 245.n.281

Falſantibus litteras Regis, & officialium, quæ pœna imponatur de iure Luſitano. ibid.n.280

*Fama.*

Fama publica ſimul cum fuga eſt indicium ad torturam, non tamen per ſe ſola: fuga enim multis modis purgatur. p.622.n.52

Fama debet oriri à viris bonis, non verò à maleuolis. p.551.n.191.& p.152.n.198

*Familiaritas.*

Familiaritas nimia, & conuerſatio cum hæreticis eſt illicita de ſe. p.57.n.201

*Famulus.*

Famuli, quæ obſequia debeant præſtare heris ſuis? quando obſequia redolent peccata. p.61.n.211

Famulari catholicus non poteſt Iudæis, neque ingredi cum eis in balnea, neque eos hæredes inſtituere, aut aliquid legare. p.60.n.209

Famuli de iure Luſitano ſine culpa Domini recedentes, vel propter culpam propriam abeuntes ante tempus completum in foro externo, quam habeant actionem contra dominum, & dominus contra illos, & quid in foro conſcientiæ. p.707.n.205.& 206

Famulorum ſalarium quibus modis poſſit eſſe iuſtum, & iniuſtum. p.706.n.198.& 199

Famuli quæ obſequia debent præſtare heris ſuis quando obſequia redolent peccata. p.61.n.211

Famuli officialium Regis præbentes aditum intempeſtiue ad dominos, poſſunt aliquid moderatè accipere. p.420.n.56

Famulo infirmo debentur cibaria, ac modicæ expenſæ, non verò magnæ ratione famulatus. Salarium autem non debetur. p.423.n.70.& 71

Famulorum ſalarium poſt triennium adhuc debetur in conſcientia, quando herus ſcit ſe non ſoluiſſe. p.395.n.34

*Fautores.*

Fautores hæreticorum ſunt infames, & receptatores, ac defenſores, & hoc ante ſententiam, ſed alij melius negant. p.80.n.251.& 253

Et qui dicantur fautores. p.64.n.217.

Fauor, defenſio, ſeu receptatio hæreticorum poſſunt eſſe poſitiua, vel negatiua. pag.65.& 66. n.219.& ſeqq.verſ.negatiuè.

*Fœmina.*

Fœmina vterum geſtans non eſt torquenda.p.634. num.80

Fœmina, quando admittatur ad accuſandum in criminalibus. p.635.n.81.& 82

Fœmina officio viri fungens, & commiſcens ſe cum alia fœmina contra naturam, qua pœna puniatur. p.232.n.237

Fœmina in quibus caſibus repellatur ad teſtificandum. p.654 n.10

Fœmina coniugata impudica non poteſt expelli à vicinia. p.216.n.183

*Feneſtra.*

Feneſtras nec plures, nec maiores poteſt quis in reparatione ædium aperire, quàm antea habuiſſet. p.917.n.11.verſ.conſonat.

Feneſtræ cauſa. p.918.n.12.verſ.quod ſi.

*Fides, Fidelis.*

Fidem fallere grauiſſimo, eſt grauiſſimum. p.37. num.99

Fidem fictè negans non eſt hæreticus. p.84.n.259

Fideles inducens ad deficiendum à fide, quas pœnas incurrat. p.71.n.233

Fides publica, & priuata hoſti data eſt ſeruanda. p.94.n.36

Fidem tacitam accommodans de reſtituendo incapaci amittit hæreditatem ſibi relictam.p.267. n.21.& 22

Et quæ ſint coniecturæ ad cognoſcendam fidem hanc tacitam. n.23

*Fideiuſſor.*

Fideiuſſor an poſſit agere contra debitorem, ſi creditor fateatur ſibi fideiuſſorem ſoluiſſe. p.612.n.16

Fideiuſſores nequeunt ſe obligare pœnis corporalibus quibus ſubiiciuntur principales delinquentes. p.766.n.442

*Filius, & Filia.*

Filios Principis eſſe ſolutos legibus eſt probabile, ſed probabilius eſt nõ eſſe.p.107.n.220.& 221

Filiis non debetur legitima de iure naturali, ſed de iure ciuili poſt mortem parentum. p.155. n.285

Filiæ nubentes ſine conſenſu patris ante vigeſimum quintum annum, iuſtè puniuntur. p.132. num.284

Et lex Luſitana de hoc agens eſt valida. p.133. num.286

Filia ante vigeſimum quintum annum nubens digniori, quàm à patre poſſit accipere, exhæredatur de iure Luſitano, quoad dimidium legitimæ. p.134.n.287

Filia nubens digno ante vigeſimum quintum annum de iure canonico non exhæredatur, de iure ciuili maximè ſi nubat indigno.ibid.n.288

Nam pœnam non incurrit filius nubens ſine conſenſu patris. n.289

Filia de iure Luſitano ſi nubat digno ante prædictam ætatem, eo ipſo eſt exhæredata. n.291

Requirat ne hæc pœna annum 25. completum. n.290

Filia an exhæredari poſſit nubens digniſſimo p.135.n.292

Et quæ nuptiæ cenſeantur indignæ. n.293

Filias pecans ſemel in corpus ſuum ante 25. annum, an ſit exhæredata ipſo iure. ibid. n.294

Et an ſit alenda à patre, quando nupſit eo inuito. p.136.n.295.& 296

Filiæ viduæ nubentes ſine conſenſu patrum an incurrant aliquam pœnam. p.136.n.297
Filios impedire ſuaſionibus intercedenre cauſa iuſta ne ducant aliquam in vxorem, fas eſt parentibus. p.139.n.305
Filius natus ex parentibus conſanguineis, quorum alter ſciebat impedimentum ante matrimonium contractum, an debeat ſuccedere parentibus, & parentes illi. pag.311. n.37. verſ. controuerti poteſt.
Filius reorum vtriuſque delicti læſæ maieſtatis an gaudeat priuilegiis parentum. pag. 362. num.197
Filiæfamilias, ſeu vxores pretium pro turpitudine an teneantur reſtituere patribus, ſeu maritis. p.210.n.168
Filiæ nuptæ ſunt de familia aliena, & ſequuntur conditionem maritorum, ſecus quoad priuilegia. p.358.n.187
Filiorum an gaudeant parentes priuilegiis.p.363. num.198
Filij honorati parentes honorant. pag. 363. numero 199
Filius an poſſit vti legatione loco patris. pag.364. n.203
Filiorum honores non deſcendere ad parentes eſt multo verius. n.204
Filius, & pater, quamuis ſint correlatiua, non conueniunt in omnibus. n.205
Filius de iure communi quamuis poſſit deducere duas quartas, quando eſt grauatus fideicommiſſo, pater tamen non poteſt. p.365. n.201. & n.206
Filius non tenetur patrem hæreticum denunciare ſecundùm aliquos. p.541.n.154
Et quid de crimine læſæ maieſtatis humanæ. p.542.n.155
Filij reorum vtriuſque læſæ maieſtatis, an ſint habiles ad beneficia iam obtenta, & in poſterum obtinenda. p.84.n.260.261.264
Filij ſuſpectorum de hæreſi non priuantur beneficiis obtentis, nec fiunt inhabiles ad obtinenda. p.86.n.266
Filij, & nepotes eorum, quorum ſtatuæ comburuntur, vel corpora, an incurrant pœnas in iure ſtatutas contra hæreticos. pag.87. numero 267
Filiis magnatum non datur tutor niſi iuſſu principis. p.827.n.16
Filij naturales, vel adoptiui, emancipati, aut in vtero exiſtentes, an excuſent patres ab onere tutelæ. p.828.n.18
Filiusfamilias poteſt appellare pro patre tam in ciuilibus quàm in criminalibus.p.967.n.89. & 90.

*Fiſcus.*

Fiſcus etiam quando crimen eſt omnino manifeſtum, non poteſt occupare bona ante ſententiam. p.50.n.170
Fiſcus in bonis vaſalli proditoris non habet verum dominium, ſed ſecundùm quid à die commiſſi criminis, non tamen ſuccedit fiſcus niſi poſt ſententiam. pag. 50. num.166. & 168
Fiſcus an teneatur facere inuentarium, quando non ſuccedit, vt hæres. p.819.n.59
Fiſcus laudatus in actorem an teneatur comparere coram iudice emptoris laudantis. membr.4. p.158.n.353
Fiſcus æquiparatur Eccleſiæ. n.354
Fiſcus ſuccedens in bonis tenetur ſoluere onera. p.271.n.25.verſ.ad hæc quæri.

*Fiſtula.*

Fiſtula in pariete communi, ſeu canalis ſtructilis, ſeu ſtillicidium, an liceat apponi p.918. num.13

*Fortitudo.*

Fortitudo, & temperantia proſunt Gubernatoribus. p.22.n.29
Fortitudinis officium quale ſit, & an requiratur fortitudo corporis in Principe. pag.22. & 23. n.30.& 31

*Frater.*

Fratres adoptiui inter ſe poſſunt contrahere. p.343.n.122
Frater legitimatus non venit contra teſtamentum fratris inſtituentis turpem perſonam. p.338.n.93

*Fructus.*

Fructus de quibus deducitur decima à rectore, intelliguntur deductis expenſis. pag.87. numero 24
Quæ decima ducitur ex fructibus naturalibus, induſtrialibus, & ex venatione, piſcatione, & ex reliquis. num. 25. cum ſequentib.

*Fucatus.*

Fucata multa in mercibus admiſcere ſolent vendentes, quæ ne fiant ædiles tenentur inuigilare. p.915.n.8

*Furioſus.*

Furioſi in furore delinquentes non ſunt puniendi, delinquentes verò ante furorem non ſunt puniendi in furore. p.648.n.97

## G

*Gabella.*

GAbellam ex venditione non debet fiſcus Regius. p.384.n.64
Gabellam non debere ex venditione dominos temporales tradit minùs bene Laſſartes. numer.65
Gabellas imponendo domini temporales in quas pœnas incidunt. n.66
Gabellas nouas imponere, vel antiquas augere abſque cauſa iuſta, eſt mortale cum onere reſtituendi. p.387.n.14
Gabellarum origo apud Luſitanos, & an populus liberè conſenſerit. p.388.n.18
Gabellarum origo apud Hiſpanos. pag.389. numer.19
Gabellario interroganti de valore, quantitate, aut numero mercium tranſportaturæ, ſatis eſt reſpondere, vt videat. p.593.n.26
Gabella non petita an debeatur quando gabellarius non fecit certiorem populum quiſnam eſſet exactor. p.394.n.28
Gabellæ exactio quanto tempore apud Hiſpanos præſcribatur. ibid. n.29
Gabella ex venditione immobilium peti poteſt poſt annum conductionis intra quadriennium. num.30
Gabellæ de iure communi præſcribuntur quinquennio. p.395.n.32
Gabellarum debitor poſt præſcriptionem an ſit tutus in conſcientia. ibid.n.33
Probabilius eſt non deberi petitas poſt præſcriptionem. p.396.n.35

Gabellæ apud Hiſpanos non petitæ temora vi, fraude, aut malitia, an debeantur in conſcientia. n.37
Gabellæ ſoluendæ ſunt poſt petitionem, niſi conſuetudo contraria ſit vſu recepta. pag. 397. num. 38
Gabella non debetur ex tranſactione regulariter niſi in aliquibus caſibus. ibid. n.42
Gabella de iure communi ſoluitur ab emptore in ſolidum, de iure tamen Luſitano ab emptore, & à venditore. p.398. n.44
Gabellæ ſolutio ex omni contractu venditionis incumbit venditori de iure Caſtellæ. pag. 399. num 46
Gabella debetur ex venditione reditus annui ad ad vitam conſtituti, non tamen ex redemptione illius. n.47
Neque ea venditione reditus, qui dicitur iuro. num.48
Gabellam deberi in locatione, ſeu conductione aliqui affirmant, ſed oppoſitum eſt certum. num.49
Gabella an debeatur ex torque aureo ſi artifex ponat materiam, & operam. p.400. n.50. verſ. Sed quid.
Gabbellam an debeant vendentes niuem, & piſcatores, ſeu venatores in loco publico, ac communi ex piſcibus, & animalibus ibi ſuſceptis, vel venditis. ibid. n.52
Gabella an debeatur ex venditione neceſſaria? para negans eſt probabilis, pars affirmans probabilior. n.53
Gabella non debetur ex pecuniis acceptis à gui neco. p.402. n.56
Gabella debetur ex datione in ſolutum. n.57
Gabella de bonis immobilibus, & mobilibus vbi ſoluenda eſt? & quid de venditione conditionali. p.403. n.58
Gabella non debetur de promiſſione de vendendo. n.59
Gabellarum ab onere qui ſint exempti de iure Luſitano, & Hiſpano. p.405. num.60. vſque ad num.70
Nec forenſes excuſantur. ibid. n.65

*Gladius.*

Gladius Regius, quid ſit, & quid ſignificet. p 91. ex num.1
Gladium euaginare in Palatio. pag. 745. & 746. n.352. ad n.355
Gladij prohibiti, qui? & qui iis de domi exiſtentes non capiuntur. p.747. n.362. & 363

*Gratia.*

Gratia de delictis alicui conceſſa, an intelligatur de futuris. p.480. n.269
Gratiam impetrans de delicto, an recuperet bona confiſcata. p.482. n.279
Gratia Principis an trahatur ad bona. n.284
Et an præiudicet tertio circa bona alteri conceſſa. p.484. n.285. & 286
Gratia obtenta per obreptionem eſt nulla, & impetrans tenetur pœna falſi. p.491. n.298
Gratia, vt ſit valida, debent exprimi non ſolùm delicta; ſed eorum qualitates aggrauantes, nec ſufficit, vt tollatur ſubreptio & generalis relatio delictorum, ſed requiritur ſpecifica, ac particularis narratio. ibid. n.299
Gratia non eſt ſubrepititia, niſi quando tacentur qualitates de quibus loquuntur. pag. 492. n.303
Gratia delictorum, ac remiſſiones mediante pecunia nullo modo ſunt concedendæ. pag. 492. n.307.
Gratia de delicto an ſit valida tacita circumſtantia, quòd fuerit homicidium præmeditatum, vel proditoriè commiſſum. ibid. n.308
Gratia obtenta de homicidio ſecundo nulla facta mentione de priori, eſt nulla. p.493. n.309
Gratia de homicidio primo inualida non vitiat ſecundam, in qua non ſit mentio de priori. ibid. n.310
Idem dicitur de diſpenſatione, ac litteris nobilit. n.311
Gratiam, ſeu remiſſionem delicti recentis impetrans, an teneatur exprimere delicta antiqua nondum indultata. p.493. n.313
Gratiæ, ſeu reſcripta ſuper rebus diuerſis obtenta valent abſque mentione priorum in poſterioribus. p.494. n.314
Gratia, vel reſcriptum de ſui natura non requirit, vt ſit validum, mentionem prioris, ſed id eſt ex voluntate concedentis. n.315
Gratia poſterior ad inſtituendum maioratum ſecundum, niſi fiat mentio de priori ad priorem inſtituendum, non valet. n.316
Gratia ſecundo loco conceſſa abſolutè, ſi prior fuit conceſſa limitatè, eſt nulla, niſi fiat mentio prioris. n.317
Idem dic de priuilegio limitate conceſſo. n.318
Gratia, vt valeat debet exprimere omnia impedimenta Summo Pontifici, & quæ non ſunt exprimenda. p.495. & 496. n.321. 322. & 329


# H

*Hebræi.*


Hebræi quando fuerunt expulſi ex Hiſpania, & ingreſſi ex Luſitaniam. p.56. & 57. n.198
Hebræi quando fuerunt eiecti ex Francia, & Hiſpania, p.56 n.197
Hebræi, an poſſint compelli, vt exeant à Regno fidelium, ibid. n.195
Hebræi, & infideles pacificè viuentes, & ſine ſcandalo tolerari poſſunt inter fideles. ibid. n.196
Hebræis non licet habere nutrices fideles in domo, vel extra domum, & quis poſſit diſpenſare. p.59. n.208

*Hæreſis, & Hæretici.*

Hæreticus externus non fit talis per eſum carnis diebus vetitis. p.576. n.286
Hæreticus internus fit externus per opus explicans de ſe hæreſim internam. p.577. n.287
Hæreticus non tenetur reuelare ſe ipſum, cum interrogatur vt teſtis. p.543. n.162
Hæreticus relapſus, & hæreſiarcha aliquando admittitur ad miſericordiam. n.163
Hæretici in Luſitania, & Hiſpania ſtatim morti traduntur. membr.13. p.169. n.370. verſ. Probatur.
Et executio debet remitti ad iudicium ſæculare. ibid. verſ. Executio.
Hæreticale non eſt petere à Dœmone abſque pacto, vt animalia incantet. p.192. n.87
Hæreticorum fautores, ſeu receptatores, qui ſint. p.64. n.217. & 218
Hæretici, & eorum receptatores, fautores, & defenſores ſunt infames, & incapaces officiorum, & honorum. p.80. n.251

Et ideo nequeunt eſſe iudices, notarij, aduocati, & doctores. n.252

Non tamen ſunt infames ante ſententiam. n.253

Hæretici ſunt ipſo iure irregulares, & filij eorum per lineam maternam: per paternam autem filij, ac nepotes: idem de filiis fautorum, defenſorum & receptatorum. n.256

Si parentes reſipiſcant, ceſſat irregularitas. p.81. n.256

Hæretici impœnitentes, ac pertinaces, quinam ſint. p.85. n.262

Hæreticus reuocans confeſſionem factam per metum, ſi reſipiſcat, an ſit admittendus ad veniam. n.263

Hæreticorum filios natos ante hæreſim paternam eſſe priuatos ipſo iure beneficiis probabile eſt. Sed probabilius eſt oppoſitum. p.85. & 86. n.264

*Hæres.*

Hæres promittens reddere bona ſpurio poteſt retinere illa, nec debet tradere fiſco ante ſententiam. p.267. n.24

*Homicidium.*

Homicida, quam habeat obligationem, quando homicidium alteri imputatur. pag. 668. num.53

Homicidij auctor non indiciatus, neque infamia laborans, non eſt manifeſtandus, quando proceditur per viam inquiſitionis generalis de delictis in genere, vel delicto notorio. p.673. n.60. & 70

Homicidij dubius, vel excommunicationis, vel caſus reſeruati, quid agere debeat in dubio facti, vel iuris. pag. 456. num.210. 212. & 213

Homicidium, quando liceat ad auertendam iniuriam ſibi inferendam. pag. 233. num. 243. & 244

I

*Ignorantia, & Ignorantes.*

IGnorantia inuincibilis facti excuſat contrahentes à pœna inceſtarum nuptiarum. p.227. num.218

Ignorantia inuincibilis excuſat contrahentes inceſtuosè à pœna corporali, & à bonorum amiſſione, non tamen caret hoc contradictoribus. n.219

Et quid quando ignorantia iuris, vel facti eſt craſſa. ibid.

Ignorans an ſit excommunicatio, incurrat ne illam, ſi delinquat mortaliter. pag. 227. numer.221

Ignorantiam inuincibilem excuſari à pœna excommunicationis pro delicto diuina lege vetito eſt probabilius. p.228. n.223

Ignorantia excuſat à ſententia excommunicationis lata à Prælatis inferioribus, ſiue actus de ſe ſit licitus, ſiue illicitus. n.224

Ignorantes inuincibiliter excommunicationem latam in ſtatuto, vel in ſynodo, excuſantur ab illa. n.225

Ignorantia vincibilis, & culpabilis venialiter, vel mortaliter, an excuſet ab excommunicatione, ſi fertur per inferiores Prælatos. p.229. num.225

Ignorantia, quæ excuſat ab inceſtu, excuſat à pœna. pag.221. num.207. enm tribus ſequentibus.

*Imperator, Imperare, & gubernare.*

Imperatores, qui ſibi detrahentes minimè nocuerunt. p.29. n.64

Conſtantinus iniurias ſibi illatas pro nihilo habuit. ibid. n.65

Auguſtus, & Tiberius deſpexerunt conuitia ſibi irrogata. n.66

Ludouicus Galliæ Rex hoſti ſuo veniam conceſſit. p.29. n.67

Et Iulius Cæſar omnium memor; iniuriarum immemor. p.30. n.68

Imperatori parere melius eſt, quàm hoſtem necare. p.50. n.163

Imperauit Moyſes patienter, & ideo faciem collucentem habuit. ibid. n.70

Imperatoribus, quid debeant ſubditi. p.12. n.31 introduct. procemialis.

Imperatoribus, & Gubernatoribus actu debetur honor tanquam debitum legale, aptitudinem habentibus ad gubernandum debetur tanquam debitum morale. ibid. n.32

*Impuberes.*

Impuberes ſunt inhabiles ad teſtificandum, etiam in criminalibus ad probandum. pag.651. num.1

Faciunt tamen indicium non plenum, ſed qualequale. n.2

Non poſſunt teſtificari poſt pubertatem de iis, quæ viderunt in ætate pupillari, quando à iure teſtes requiruntur maiores. n.3

Impuberes quando poſſint deponere poſt pubertatem de iis, quæ viderant in ætate pupillari. num.4

Minores tamen poſſunt eſſe teſtes, quando veritas aliter non poteſt haberi. pag.652. num.5

Impuberi etiam inuito datur tutor, curator autem non datur puberi inuito; ſecus de iure Luſitano. p.831. n.41

*Incapax, & Inhabilis.*

Incapax bonorum, ſi poſtea fiat capax, an recuperet bona præterita. p.488. n.296

Incapax ad conficiendum teſtamentum, factus capax, an debeat reualidare teſtamentum tempore inhabili factum. p.489. n.297

Inhabiles ad accuſandum, quinam ſint. pag.518. num.79

Et an Iudex teneatur eos repellere. pag.520. num.84

*Inceſtus.*

Inceſtus eſt caſus mixti fori. p.218. n.192

Quomodo diffiniatur proprie, & impropriè. num.193

Inceſtus proprius quot modis committatur. ibid. num.194

Inceſtus impropriùs inter quas perſonas reperiatur. n.195

Inceſtus an ſit inter coniunctos cognatione ſpirituali; & qui ſint iſti. p.219. n.198

Inceſtus commiſſus inter coniunctos cognatione ſpirituali eſt de neceſſitate confeſſionis. numero 199

Inceſtus commiſſus cum commatre ſpectat ad forum Eccleſiaſticum. p.220. n.202

Inceſtus quibus pœnis puniatur de iure noſtro, ac communi. n.205

Inceſtus pœna de iure ciuili extenditur ad inceſtum de iure canonico. p.221. n.206

Inceſtus

Inceſtas nuptias ſcienter contrahens varias pœnas incurrit. p.224.n.213
Et filij ex inceſtis nuptiis ſunt inhabiles ad ſuccedendum in bonis parentum. pag.226. n.214
Inceſtas nuptias, qui contrahunt in minori ætate excuſantur à pœna ordinaria, non tamen ab omni. ibid.n.216
Inceſtas nuptias ſcienter contrahentes nequeunt cum aliis contrahere matrimonium. p.226. n.217
Nec fœmina ſciens impedimentum poteſt repetere dotem, nec retinere donata à marito, p.871.n.21

*Indicia.*

Indicia ex quibus formetur inquiſitio, qualia eſſe debent. p.532.n.131
Indicia ad torquendum debent eſſe legitima, non leuia, ſed grauia, certa, & clara, & talia, quæ de iure ſubſiſtant. n.132
Indicium quid ſit, & quotuplex, & quomodo diuidatur, item quæ ſint leuia, & quæ ſufficiant ad capiendas informationes. p.619. n.46. 47. & 48
Indicia remota probata per teſtes inhabiles, an ſufficiant ad torquendum. p.620.n.49
Indicia propinqua, quæ ſufficiunt ad torturam, & remota quibus teſtibus ſint probanda. ibid. num.51
Indubitata ſufficiunt ad torturam, & ad condemnandum, alia verò indicia minimè. p.624. n.55
Indiciis indubitatis præſumptiones violentiſſimæ ſimiles ſunt, & ſufficiunt ad condemnandum. p.625.n 56

*Indultatus.*

Indultatus ex ſimplici gratia, aut ex reſtitutione in integrum, quæ bona, ac priuilegia recuperet. p.486.& 487.n.293.294.& 295
Indultatus per ſimplicem indulgentiam non eſt reſtitutus quoad omnia, ſecus quando eſt plenè reſtitutus. pag.482. & 483. num.281. 282. & 283
Indultatus, ſeu aggratiatus recuperans bona alienata, an teneatur ſatisfacere poſſeſſori, ſeu fiſco. p.484.n.287

*Induſtria perſonæ.*

Induſtria perſonæ eligitur, quando ordinarius fit delegatus, & dicitur eidem, quòd perſonaliter cognoſcat, vel, de tua virtute confidimus, & quomodo id cognoſcatur. p.432. num.119. 120. & 121
Induſtria perſonæ non dicitur electa, quando commiſſio fit perſonæ incognitæ. pag. 433. n.122
Induſtria perſonæ cenſetur electa, quandò cauſa eſt ardua, niſi perſona ſit incognita. n.123

*Infamia. Infames.*

Infamia publica præcedente poteſt iudex procedere ad inquirendum de delicto, & eius auctore. p 531.n.129
Infamia publica, & inſinuatio clamoroſa quomodo differant, ac diffiniantur? & quot homines ſufficiant ad infamiam creandam. ibid. n.130
Infamia non contrahitur ex teſtimonio duorum, vel trium, vel quatuor hominum, ſed debet eſſe frequens vox non paucorum hominum. p.547.n.176
Infamia, ſeu fama debet oriri à fide dignis, non verò à maleuolis, aliàs non poteſt ex illa formari inquiſitio. p.551.n.191
Infamia, ſeu fama à viris bonis orta debet deuenire ſæpe ſæpius ad aures iudicis, ſeu ſuperioris, vt ipſe poſſit inquirere, nec ſufficit ſemel, & iterum. n.193
Infamiæ pœna à parentibus contracta extenditur ad filios, & nepotes per lineam paternam: maternam verò vſque ad filios tantùm. p.81.n.254
Infames omnino repelluntur ad teſtificandum. p.652 n.6
Et in quibus caſibus poſſint admitti. n.7
Infames infamia facti, an repellantur à teſtimonio tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, & quid de infamibus infamia iuris. n.8
Infames, qui dicantur de iure canonico. p.653. num.9

*Infantes.*

Infantes doli capaces, an ſint irregulares, ſi occidant, & incurrant excommunicationem à iure, ſi clericum percutiant, vel ingrediantur ſepta monialium, vel non confiteantur in quadrageſima. pag.641. num. 90. verſ. veriſſimum.
Et qui dicantur infantes proximi infantiæ. ibid. verſ. quid ſi infantes.

*Infideles.*

Infidelis ſuſcipiens fidem coactus, ſi retrogrediatur quomodo ſit puniendus. pag.70. n.230 verſ. quid de infideli.
Infideles non licet armis ſubiugare ea intentione, vt in fide erudiantur. p. 71. n.231. verſ. dubitari etiam poteſt.
Infideles interdum puniri poſſunt ab Inquiſitoribus. p.72. n.234. verſ. in quibus tamen caſibus.
Infideles ſemel baptizati deficientes à fide compellendi ſunt ad obſeruandum ritus religionis catholicæ. p.68.n.226
Infideles, vel Iudæi intra ſeptennium ſuſcipientes baptiſmum, adulti deficere à fide nequeunt. p.69.n.227
Infideles ſuſcipientes baptiſmum nulliter ex defectu intentionis in miniſtro, vel ex defectu legitimæ materiæ, ſi poſtea deficiant à noſtra religione, quomodo ſint puniendi. n.69. n.228
Infideles ad fidem conuerſi ſunt capaces officiorum, & beneficiorum quamuis aliqui negent. p.75.n.242
Infideles ad fidem conuerſi ex cauſa iuſta excluduntur ab ingreſſu, per ſtatuta aliquarum congregationum. p.75.n.243.& 244

*Inquiſitio, & Inquiſitus.*

Inquiſitio generalis eſt quadruplex, hæc diuiditur in generaliſſimam, & in ſpecialem, & in generalem, & ſpecialem ſimul. pag. 545. n.164
Inquiſitione in generali non reuelantur peccata occulta, neque eorum auctores, ſi nulla laborant infamia. p.546.n.166
Niſi peccata vergant in damnum commune, vel innocentis, & aliter impediri nequeant, tunc ſunt reuelanda in inquiſitione generali. n.167
Inquiſitio ſine præcedente infamia facta eſt nulla, quando eſt ſpecialis nec conualeſcit, ſi poſtea accedunt teſtes, & plenè probent. p.550.n.189

Et inquiſitus nulla præcedente infamia ſi confiteatur, confeſſio nihil illi nocet, & iudex ad expenſas inquiſito tenetur. pag. 551. n.190

Inquiſitio particularis tendens ad pœnam delinquentis, nullo modo poteſt fieri ſine præcedente infamia. eſt hæc de iure humano, & ſecundùm aliquos, etiam de iure naturali, ac diuino. ibid.n.192

Et ideo paterfamilias non inquiſiuit de villilico ſuo, niſi poſtquam fuit diffamatus. num.194

Nec Dominus vocauit Cain, niſi poſtquam vox Abel clamauit ad Dominum, nec Sodomam, & Gomorrham puniuit niſi poſtquam multiplicatus eſt clamor Sodomorum, & Gomorrheorum. n.195

Inquiſitio de Achan in particulari ſine præcedente infamia, an facta fuerit ex diſpenſatione diuina. p.551.n.196

Inquiſitis an ſit facienda copia indiciorum ſi eam petant, vel non petant, & quid in crimine hæreſis? & quid in inquiſitione facta ad mala impedienda, & ad ingrediendum in religionem, vel in ordines militares, aut ad beneficia, ſeu officia conſequenda. p.553. n.200.& 201

Inquiſitio in ſyndicatu eſt generalis quoad delicta, ſpecialis quoad perſonas, & non ſolùm ſyndicator debet inquirere de malo, ſed de bono, vt laus ſit vnicuique à Deo. p.933.n.29

Inquiſitio in ſyndicatu, an tendat ad puniendum, & an debeat eſſe ſcrupuloſa. p.934. & 935. n.30.& 32

*Inſtrumenta.*

Inſtrumenta de nouo reperta poſſunt produci concluſione in cauſa non obſtante, pag.695. num.148.

Inſtrumenta publica plenè probant.p.729.& 730, n.298.299.300

Inſtrumenta publica debent habere ſignum notarij, & nomen illius. n.301.& 302

Nec ſint interlineata, nec verbis obſcuris ſcripta. n.304

Inſtrumenta abraſa lituris, & interlineis plena quam fidem faciant. pag.731. num.305. vſque ad 306

Inſtrumenta publica ſine appoſitione diei, menſis, & anni non ſuſtinentur. p.725.n.279

Diei tamen, menſis, & anni appoſitio requiritur in principio, vel in fine. n.280

Inſtrumenta ſine die mortuo notario, an probent, n.282

Et an locus vbi inſtrumenta conficiuntur, ſit apponendus. n.283

Inſtrumenta, & ſcripturæ ex Archiuo publico eductæ quomodo probent. p.732.n.307. 308. 309, & 310

Inſtrumenta, quæ fieri poſſint de nocte. p.738. & 739.n.326.& 327

Inſtrumentum in re leui falſum non cenſetur falſum in totum. p.683.n.101

*Iudæus.*

Iudæis famulari catholicus non poteſt, neque eos hæredes inſtituere, vel aliquid legare.p.60. n.209

An liceat eis vendere res indifferentes eo fine, vt eis abutantur. ibid.n.210

Iudæi an ſint hæretici ſi errent circa fidem in iis quæ ad ipſos duntaxat pertinent. pag. 72. n.235

Illis honores & dignitates & publica officia ſunt interdicta. p.73.n.237

Iudæus inter Chriſtianos non poteſt eſſe aduocatus, ſed procurator. p.273.n.238

Nec poteſt eſſe notarius, ſeu tabellio. n.139

Nec tutor Chriſtianorum ſed Iudæorum. numer.240

Iudæi non poſſunt eſſe arbitri, nec Iudices ordinarij, quamuis cauſa ſit inter Iudæum, & Chriſtianum, vel etiam inter Iudæos. pag.73. n.241

Excluduntur per Toletana ſtatuta, & per conſtitutiones aliquorum collegiorum.pag.76. & 77.n 244

An eos excludat Concilium Tridentinum à ſuſceptione ordinum. n.245

Excluduntur à beneficiis curatis, & dignitatibus per conſtitutiones Pontificias, & eorum deſcendentes. p.77.& 78.n.46.47.& 48

Iudæis & Mauris ad fidem noſtram conuerſis clauduntur ex iuſta cauſa ingreſſus in aliquas congregationes, ſeu confraternitates. pag.76 n.243

Iudæi & infideles an poſſint compelli, vt exeant à regno fidelium. p.56.n.195

Poſſunt tolerari inter fideles, ſi pacificè viuant, & ſine ſcandalo. ibid.n.196

Quonam tempore fuerint eiecti ex Francia & Hiſpania. ibid.n.197

Iudæis non licet habere nutrices, neque in domo, neque extra domum, & quis poſſit in hoc diſpenſare. p.59.n.208

Iudæi intra ſeptennium ſuſcipientes baptiſmum non poſſunt deficere à fide. p.69.n.227

Iudæi vel infideles ſuſcipientes baptiſmum nulliter ex defectu intentionis, vel ex aliquo alio, an ſint puniendi. p.69.n.228

Iudæo medico, aut eius medicamento, an liceat vti. p.58.n.206

*Iudex.*

Iudices inquibus caſibus debent eſſe affabiles, & faciles ad audiendum. p.32.n.80

Iudex in mortali ſuum officium exercens non non peccat mortaliter. p.47.n.145

Iudex debet habere manus puras ab auaritia. n.146

Et accipiens vltra ſtipendium tenetur reſtituere. p.707.n.209

Iudex dubitans iuſtè ne, an iniuſtè procedat, non poteſt interrogare; nec reus tenetur reſpondere. p.578.n.294

Iudex dubius an procedat iuſtè poteſt interrogare, quando crimen cedit in alterius damnum, ſiue publicum, ſiue priuatum, pag.579.n.295. verſ.Nam quando.

Iudici an liceat vti fictionibus erga reum pro eruenda veritate? affirmant aliqui: alij verò melius negant. p.580.n.302.& 303

Iudex in criminalibus poſt concluſum in cauſa poteſt teſtes examinare. p.695.n.147

Iudex poteſt ex conſuetudine repetere teſtes poſt publicatas atteſtationes. p.698.n.151

Iudex an teneatur victum in expenſis condemnare. p.697.n.154

Et quid de iure Luſitano. n.155

Sententia auctoris circa expenſas. n.156

Iudex *ad quem* confirmando ſententiam, condemnandoque in expenſis ſimpliciter cenſetur condemnare in expenſis factis in vtroque iudicio. p.702. n.179

Iudex

Iudex in prima inſtantia, ſi non condemnet in expenſis, ſecundus poteſt condemnare. ibid. n.182

Iudex laicus, an ſit competens in cauſa decimarum ad Reges, vel ad dominos temporales ſpectantium. p.161.n.360.memb.7

Iudices ſæculares in cauſa decimarum, an poſſint cognoſcere inter laicos tam de iure, quàm de facto, & vnde traxerint originem priuilegia percipiendi decimas. p.162.n.361

Iudices laici poſſunt cognoſcere de poſſeſſorio decimarum retinendæ, ſeu recuperandæ, non verò adipiſcendæ. p.163.n.362

Iudex competens, quis ſit, quando clericus ſpoliator, & ſpoliatus contendunt, vel quando reus eſt clericus, & ſpolium eſt de re beneficiaria. ibid.n.363

Iudex Regius eſt competens, quando quæſtio eſt de patronatu Regiæ Coronæ. p.164.n.364

Iudex ſæcularis eſt competens in cauſa feudi, & ſuper bonis, quæ poſſidet clericus ab ipſo Rege. p.164.n.365.memb.8

Iudex laicus non eſt competens inter laicum, & clericum ſuper ſtipendio debito pro ſacrificio Miſſæ celebrato pro viuis, & defunctis. p.165 n.366

Iudex an poſſit iudicare ſecundùm opinionem ſui Magiſtri, vel contra communem in foro conſcientiæ nixus firma ratione. p.445. num.174.

Iudex debet iudicare regulariter ſecundùm communem opinionem probatam in foro. p.446. n.183

Iudex in caſibus fauorabilibus poteſt recedere à communi opinione in re dubia. p.447. num.186

Iudices an debeant recedere à communi quando adeſt conſuetudo contraria, ſeu ſtylus Curiæ, & quomodo differant ſtylus, & conſuetudo. p.448.n.195

Iudex, ſeu confeſſarius poſſunt ſequi probabilem ſententiam reiecta probabiliori. p.449. num.196

Nec eſt inconueniens eſſe duos aſſenſus contrarios. p.449.n.197

Iudex an poſſit pronunciare ſecundùm opinionem, quam maluerit, quando ſunt opiniones æquè probabiles ex parte iuris, & alteram probabiliorem. ibid.n.198

Iudex poſt ſententiam diffinitiuam nihil poteſt corrigere, vel emendare. p.46.n.215

Neque in continenti quamuis aliqui contradicant. num.216

Sed oppoſitum eſt certum. num.217

Iudex delegatus non poteſt ſententiam declarare ſicut ordinarius poteſt etiam poſt appellationem, & eius ſucceſſor in officio. p.461. num.221

Iudex ante ſententiam criminalem ſi conſtet ſibi de innocẽtia damnati, debet remittere cauſam ad ſuperiorem, vel illum inſtruere. p.463. num.225

Iudex non poteſt corrigere ſententiam diffinitiuam de conſenſu partium, neque reuocare nullam de iure noſtro: ſecus de iure communi. p.462.n.224

Iudex excommunicans, poteſt abſoluere excommunicatum etiam poſt appellationem receptam, & in quibus caſibus nequeat abſoluere. p.465.n.231. & 232

Iudex nequit interlocutoriam traditam executioni reuocare. num.233

Iudices qui abſoluunt nocentes, ſunt rei eiuſdem criminis. Nec vendicantes maieſtatem læſam, liberantur ab eadem pœna. p.468. n.239. & 240

Iudex delegatus, an poſſit pœnas alterare. p.471. num.250

Iudex non poteſt remittere pœnas. p.473. num.258

Iudices ordinarij nequeunt gratias facere, neque indulgere delicta bannitis. p.480.n.267

Iudex an poſſit ſupplere omnes defectus in proceſſu contingentes. p.509.n.38

Iudex vltra petita in libello non poteſt iudicare, nec poteſt pronunciare ex cauſa probata, ſi non fuit intentata. num.39

Niſi tacitè inſint. num.43

Iudices, quid facere debeant, ſi reperiant actorem, quod probauerit alia non intentata. p.510 num.40

Iudex, Actor, Reus, & Accuſator, an reperiantur in foro pœnitentiali. ibi.n.41

Iudex de honeſtate partes debet componere, cum ex litibus mala magna oriantur. p.511.n.45

Iudex debet præcipere partibus non quieſcentibus, vt libellum offerant ad primam Audientiam. num.46

Iudex omittens condemnationem expenſarum, an cenſeatur liberare victum ab illis. p.513 num.53

Iudex an poſſit ſine accuſatore aliquem iudicare. p.527.n.107

Iudices nequeunt condemnare quemquam ſine accuſatore ſaltem ficto, quando crimen eſt grauiter puniendum. p.528.n.114

Quod procedit tam de iure ciuili, quàm de iure canonico, & naturali. n.115

Iudex inueniens denunciatum culpabilem, iubet citare illum verbaliter & aliquando realiter, illique facit copiam denunciationis ad reſpondendum. p.529.n.120

Iudex in notoriis non poteſt in ciuilibus ſupplere vltra contenta in petitione, ſeu in libello. p.530.n.123

Iudex an teneatur, quando crimen committitur in præſentia illius, recipere probationes, & reum in continenti examinare: & quid faciendum reo negante. p.530.n.127

Iudex rebellione vrgente poteſt procedere ſine accuſatore vero. p.533.n.133

Iudex in quibus caſibus poteſt inquirere ſine præuia infamia. p.535.n.137

Iudex in crimine læſæ Maieſtatis olim non poterat inquirere ſine infamia, modò verò poteſt. num.138

Index ſine præuia infamia procedit inquirendo reo confitente crimen occultum coram paucis. num.139

Iudex an poſſit punire crimen incidenter cognitum in proceſſu. p.536.n.141

Iudex ſine præuia infamia poteſt procedere in crimine coram ſe commiſſo; & coram aliis: item quando inquirit, an quis ſit dignus honore: item in inquiſitione generali: item ex mandato Principis. ibid.n.142

Non tamen quando mandatum Principis eſt ad inſtantiam partis. ibid.

Iudices in inquiſitione generali debent exprimere in edictis, ea ſola delicta eſſe reuelanda, quæ

vel ſunt publica, vel infamia laborant. p.546. n.172

Iudices interrogantes de occultis nequeunt punire eorum auctores, ſi perperam reuelati ſunt. num.173

Non enim iudicis eſt damnare quemquam ſine accuſatore. p.547.n.175, & ſuprà n.145

Iudex generaliter inquirens de crimine notorio, an poſſit cogere teſtem vnicum, vt reuelet auctorem occultum? probabilius eſt non teneri teſtem dicere verum. p.547.n.178

Iudices in criminibus exceptis, quæ vergunt in publicam perniciem, licitè poſſunt interrogare de ſociis. p.548.n.182

Secus in delictis, quæ non tendunt in damnum publicum, nec tertij, nec imminent in futurum, maximè ſi ſunt emendati. n.183

Iudices poſſunt interrogare de delictis priuatis, quæ non committuntur ſine ſocio, ſi publica ſunt, non tamen de certo ſocio in ſpeciali, niſi de illo ſint indicia. p.549.n.184

Iudex poteſt interrogare mandatarium, quando occidit virum, cum quo nunquam rixatus eſt, præſertim ſi mandatarius ſit vilis conditionis, aut ſeruus. n.185.

Iudex non poteſt inquirere, nec interrogare de ſociis etiamſi delicta publica ſint, quando ſolent committi ſine ſociis. p. 548.n.186

Iudex procedit ad condemnationem via inquiſitionis contra inquiſitos ſi ſunt diffamati. p.550 num. 187

Iudex non poteſt formare inquiſitionem ſpecialem contra aliquem, niſi præcedant infamia, aut indicia legitima excepto crimine hæreſis, in quo proceditur ex leui ſuſpicione. ibid. n.188

Iudex nemo poteſt eſſe in cauſa propria, p.110 n.21

Et debet eſſe conſtans, non autem varius in iudicando. n.22

Item debet eſſe capax conſilij, vrbanus, & facilis ad audiendum. n.23

Nec debet eſſet ſuperbus. n.24

Iudices habeant manus puras, & caueant ab auaritia. p.413.n.28

De iure Luſitano, ſi aliquid accipiant, vltra alias pœnas priuantur officio. n.29

Et quid de iure communi. ibid.

Iudices de iure Luſitano, quæ munera poſſint accipere, & à quibus. p.413.n.30. & 31

Poſſunt tamen aliquid accipere ex gratitudine poſt latam ſententiam. p.416. n.39. verſ. quæres.

Et quando teneantur reſtituere. n.40

Iudex pro ferenda ſententia iuſte potiùs pro hoc, quàm pro illo, quando vtraque opinio eſt probabilis, an poſſit aliquid accipere? pars negans eſt melior. p.416. n.42

Iudex ordinarius Eccleſiaſticus extra domum non capiat expenſas, niſi ſit Epiſcopus, dum viſitat, vel conſecrat Eccleſiam, non autem ſi reconciliat. p.419.n.52

Iudex ſæcularis ordinarius, ſeu delegatus exeuntes extra domum poſſunt accipere expenſas. p.420.n.54.

Iudices, & officiales pro iis ad quæ ex officio non tenentur, poſſunt aliquid accipere. n.55

Iudex, ſeu correctot miſſus ad Regem pro negotio ciuitatis poteſt habere duplex ſalarium. p 421. n.62

Iudices delegati poſſunt accipere ſportulas. p.425 num.79

Iudex ordinarius, & delegatus. p.430.n.105

Eorum iuriſdictio. n.106

Et iudices ordinarios, quot poteſt quis habere. n.107

Iudex qui eſt ordinarius, & delegatus ſimul, quomodo cenſebitur procedere. n.108

Iudex debet eſſe certus de ſua iuriſdictione. p.438.n.142

Iudex debet oſtendere litteras ſuæ poteſtatis. n.144

Idem delegatus, aliter illi non creditur. num.145

Iudex deprecatus tenetur exequi requiſitoriam iudicis deprecantis. n. 146

Iudex deprecatus de iure communi poteſt cognoſcere de exceptionibus executionem impedientibus. n.147

Iudices deprecati, quando poſſint puniri. n. 148

Iudex ſæcularis, an teneatur obedire Eccleſiaſtico non facienti copiam actorum. p.439.n.149

Iudex poteſt cognoſcere de omni exceptione, quæ contra ſuam iuriſdictionem opponitur. n.150

Iudex debet eſſe timens Deum, ſoletque vocari à Deo Deus. p.439.& 440. n.153

Iudices iniuria affecti poſſunt de ea cognoſcere. p.440.n.154

Et de ea quæ fit contemplatione officij. n.156

Iudex offenſus tempore ſyndicatus gaudet priuilegio iudicis. ibid.n.155

Iudex offenſus offendentem quibus pœnis poſſit punire, & an poſſit iudicare ſuſpectus. ibid. num.157

Iudice ſuperiore præſente non tamen auditore alicuius domini iudex offenſus nequit cognoſcere de iniuria ſibi illata. p.441.n.158

Iudex poteſt cognoſcere de iniuriis illata miniſtris inferioribus iuſtitiæ, qui non ſunt iudices, num.159

Nomine autem miniſtrorum quibus fit iniuria, venit receptor ſizatum, non tamen Aduocatus. n. 160

Iudex quando poterit iudicare ex ſcientia priuata. n.162

Quia regulariter iudicant ſecundùm ſcientiam publicam, non verò ſecundùm priuatam. n. 163

Iudices in conferendis officiis publicis quando eorum arbitrio res committitur, poſſunt diſtribuere officia ſecundùm ſcientiam particularem; non verò ſecundùm publicas atteſtationes. p.442.n.164

Iudices quibus committitur diſpenſatio ſcientes impedimenta priuatim, quid facient, quando probatur falſo illud non ſubeſſe. p.442.n.165

Iudex diſpenſans in foro externo ſciens in foro interno fuiſſe obtentam diſpenſationem, an poſſit diſſimulare, ſi nemo denunciet impedimentum. ibid.n.166

Iudex priuatim ſciens hunc eſſe innocentem, & ſecundùm allegata, & probata nocentem, quid agere debeat? probabile eſt non poſſe innocentem, probatum nocentem ad mortem damnare. p.441.n. 168

Sed verius eſt poſſe. Princeps autem poteſt illum abſoluere. n. 170

Iudex aperiens votum ſuum, an poſſit recuſari. p.557.n.215

Iudices electi ad cognoſcendum de ſuſpicione per ipſas partes debent eligi: intra verò quantum tempus eligi debeant, vt diffiniant cauſam. p.561.n.231
Iudices recuſati poſſunt cogere arbitros ad acceptandum compromiſſum. n.233
Iudices ſuſpicionum ſi inueniant iudicem eſſe legitimè recuſatum, an debeant cognoſcere de cauſa principali. p.562.n.234
Et an cauſa ſit remittenda ad ſuperiorem. n.235
Iudices arbitri ſi diſcordent, eligant tertium, vel recurrant ad ſuperiorem. p.364.n.240
Iudex ſi recuſetur de iure Caſtellæ, quid faciendum in cauſis criminalibus, & de iure Luſitano, quid fiet. ibid.n.241
Iudices ordinarij vbi ſunt, duo altero recuſato, alter cenſetur recuſatus. non tamen vbi duo ædiles. n. 242
Iudices ſuſpicionum, quinam ſit apud Luſitanos quando officiales recuſantur. p.365.n.243
Iudices recuſati, qui non habent certos iudices aſſumunt arbitros ex lege Luſitana. p. 366. n.246
Iudices forenſes, litterati, Notarij, ſeu Tabelliones habent certos iudices ſuſpicionum ſuarum à Rege, & à lege datos. n. 247
Iudex laicus poteſt inquirere de ſuſpectis de hæreſi, & illos capere. p.169. n.370. memb.12
Non tamen poteſt cognoſcere de ſententia lata contra ſuſpectos de hæreſi. ibid.
Iudex laicus an poſſit dare clerico tutorem. p.152 num.375. memb.15
Iudex laicus cognoſcit de Iudæo blaſphemo. p.174.n.7
Iudex ſæcularis ſi fuerit negligens in puniendo Iudæo blaſphemo, punietur a iudice Eccleſiaſtico. ibid.n.8
Iudex laicus non tenetur obedire Eccleſiaſtico quando conſtat de nullitate ſententiæ. p.175. num.12
Iudices peccant faciendo, vt malefici coràm ſe faciant aliquod veneficium. p.181.n.36
Iudex laicus an poſſit cognoſcere de hæreſis facto. p 183. n.42
Iudex quiſnam ſit competens de matrimonio infidelium, ac de diuortio inter illos. p.204. n.139
Iudex quis poterit compellere ad cohabitandum coniuges de communi conſenſu ſeparatos, ſi alter fiat incontinens. ibid. n.140
Iudex laicus quando agitur de matrimonio, vt contractus ciuilis, poteſt cogere coniuges ad ſeruandam mutuam fidem. ibid.n.141
Iudex tam laicus, quàm Eccleſiaſticus, poſſunt procedere contra impedientes, ne coniuges cohabitent, præſertim quando ſunt detentores vxoris alienæ. ibid.n.142
Iudex orphanorum, quæ ſeruabit in conficiendo inuentario. p.815.n 39
Iudex orphanorum intra quod tempus teneatur dare tutores, & curatores, & tradere bona minoribus. p.824. n.1
Iudex ante ſyndicatum aufugiens habetur pro conuicto. p.135.n.34
Niſi tedeat, vel aufugiat ex cauſa iuſta. ibid.
Iudices in ſyndicatu pro delictis ſuorum tenentur ad intereſſe parti læſæ, quando delinquunt in officio; ſecus ſi aliter. p. 937. num.41
Iudices durante officio nequeunt ſyndicari regulariter, nec puniri: aliquando tamen poſſunt. p.937.n.42.& ſequent.
Iudices durante officio poſſunt in aliquibus caſibus contrahere. p.938.n.45
Iudex ſi conueniatur officio nondum finito, poteſt excipere. n.46
Iudices regulariter in ſyndicatu non tenentur, niſi de dolo, & lata culpa. p.938.n.49
Iudex in ſyndicatu tenetur de fumo à ſuis vendito, & quomodo fumus vendatur. p. 939. num, 51
Iudices corruptos, Reges, & Imperatores grauiter puniebant. ibid. verſ. extat etiam.
Iudex corruptus quis ſit, & quando committitur Barataria. p.939.n.52.& 53
Iudex in ſyndicatu ex multis caſibus non tenetur. p.939.& 940. ex n.54 ad n.59
Iudex excuſatur ſi fecit aliquid propter errorem iuris ex conſilio aſſeſſoris. n. 61
Iudex excuſatur de commiſſis ſuæ conſcientiæ, ſi per imperitiam delinquit. n.63
Iudices quibus de cauſis excuſentur in ſyndicatu. p 940. & 943. n. 63.64.65.66.& 70
Iudices, & eius officiales, quando teneantur de negligentia, quæ conſiſtit in omittendo. p.443 num.80
Iudex tenetur in ſyndicatu, ſi non puniat denunciantes, & non probantes. n.81
Item ſi abſoluat, vel condemnet pro pecunia. p.944. & 943, n.82. 83.84. & ſequent.
Iudex minor non poteſt habere iuriſdictionem in maiorem, p.931.n.6
Iudex *à quo* ſi fuit Epiſcopus, & poſtea fiat Archiepiſcopus, non poteſt eſſe iudex *ad quem*, ſed debet delegare. num.7
Iudex *ad quem* condemnando in expenſis intelligitur de prima, & ſecunda inſtantia. p.932. num.13
Iudex *à quo* quando non miniſtrat iuſtitiam, eo omiſſo appellatur ad ſuperiorem. p.953.n.25
Iudice inferiore abſente, vel longo impedimento detento, appellatur ad ſuperiorem. p.956. num. 32
Iudice *à quo* inhabili, ſeu hæretico, poteſt appellari omiſſo medio. num. 33
Iudex non dicitur diuertiſſe ad actus extraneos, quandiu ſedet pro tribunali. p.939.n.46
Iudex an poſſit pro apoſtolis petendis prorogare terminum datum à iure. p.964. n.67
Iudex requiſitus, qui non tradidit apoſtolos in ſecundo termino, non poteſt procedere vlterius. ibid.n.99
Iudex *à quo*, ſi poſt lapſum terminum prorogatum non det apoſtolos, non poteſt procedere; ſi procedat, proceſſus eſt nullus. p.965 num. 70
Iudex *ad quem*, quando poſſit reformare ſententiam nullam, vel confirmare illam. p.974. n 117.119. & 120
Iudex *à quo* pendente appellatione poteſt abſoluere excommunicatum, ſi eſt iudex ordinarius; ſecus ſi eſt delegatus. p. 974. & 975. n.121. & 122
Iudices delegati in vna cauſa, quando ſunt plures, ſi vnus deferat appellationi, cauſa deuoluitur ad ſedem Apoſtolicam. p. 796. num. 129
Iudices ordinarij Eccleſiaſtici ſunt Epiſcopi, Archiepiſcopi, Primates, Patriarchæ; in Curia

Romana

Romana ſunt Auditores contradictarum, & Auditores Cameræ. p.1024.n.229

*Iudicium.*

Iudicij diffinitio quæ ſit. p.497.n.1
Iudicium aliud eſt ciuile, aliud eſt criminale. p.498. n.2
Aliud eſt mixtum, quando nec merè criminaliter agitur. num.3
Iudicium diuiditur in ſummarium, & ordinarium. num.4
Ordinarium quale ſit. num.5
Iudicium, an incipiat à citatione, an à litis conteſtatione. p.499.n.6
Iudicium aliud ordinarium, aliud extraordinarium, ſæculare, & Eccleſiaſticum, & ex quibus conſtet vnumquodque eorum. p.509 num. 35
Iudicium ex defectu partis integrantis, an corruat. ibid.n.36
Iudicium factum in diebus feriatis, quando corruat, & quando non. n.37
Iudicarius ordo ex quibus conſtet. p.510.n.42
Iudicium ordinarium dicitur vbi eſt formalis accuſator, ac verus; vbi autem eſt fictus, eſt iudicium extraordinarium. p.529.n.118
Iudicio in ſummario non datur teſtium repulſa, & probatur per vnum teſtem, ſeu teſtes ſingulares, nec requiritur, quòd ſint iurati. p 467. num.257

*Iuramentum, & iurare.*

Iurans redire ad carcerem tenetur redire etiàm, quando tam carcer, quàm mortis pœna ſunt iniuſta, niſi relaxationem iuramenti obtineat p.600.& 601.n.379.380.381.& 382
Iurans redire ad carcerem non tenetur redire, ſi quando iurauit, neſciebat periculum mortis certum, vel alterius damni iniuſti. ibidem. num.383
Iuramentum de calumnia an excuſet à condemnatione expenſarum? pars negans eſt verior. p.701.n.173.
Iuramentum de ſoluendo, ac non repetendo ſoluta in ludo, non poteſt relaxari ab Epiſcopo ſine conſenſu illius, cui præſtitum eſt. p.250. num.307
Iuramentum continens turpitudinem contrarium iuri naturali, ſeu canonico, poteſt relaxari ab Epiſcopo, quia non firmatur contractus per illud: ſecus ſi aduerſetur iuri ciuili. p. 508. num 426
Iuramentum quod fit ab ſcholaſticis de parendo Rectori Academiæ, quando obliget ſub mortali. p.525.n.98
Iuramentum à miniſtris publicis præſtitum de exequendo ſuo officio ſecundùm leges, & regimen ſuum, quomodo obliget. p.524.n 99
Iuramentum præſtitum non facit iuſtum præceptum, quod alias non erat iuſtum. p.548.n.179
Iuramentum falſum, ſeu periurium cuiuſnam fori ſit. p.175.n.11
Iurans non petere relaxationem iuramenti, tenetur id exprimere in ſupplicatione. ibid.n 14
Iuramenti abſolutionem petens, poteſt coram eodem litigare de tota cauſa. n.15
Iuramentum in contractibus minorum interpoſitum facit eos validos, alias inualidos. p.845 n.98 & 99
Iuramentum de calumnia continet quinque, ad quæ tam actor, quam reus ſe obligat in principio litis. p.578.n.295

*Iuriſdictio.*

Iuriſdictio ordinaria radicaliter reſidet in Principe. p.427.n.94 & p.429.n.104
Iuriſdictio latè ſumpta diuiditur in iuriſdictionẽ preſſe ſumptam, & in imperium. p.428.n.95
Et vnde dicatur, p.429.n.104
Iuriſdictio altera eſt ordinaria, altera delegata. p.428.n.97.
Iuriſdictio annexa in perpetuum dignitati ex priuilegio, an ſit delegata. n.98
Iuriſdictio aſſeſſoris eſt ordinaria, ſed mortuo præſide expirat. p 428.n.101
Et iuriſdictio proregis eſt ordinaria, ſed non expirat mortuo Rege. n.1 3
Iuriſdictioni ordinariæ ſi quid detrahatur, vel addatur, fit delegata. p.431.n.109
Iuriſdictio eſt ordinaria, quando commiſſio fit à Principe officio, non verò perſonæ. n 110
Iuriſdictio ordinaria conceſſa ad beneplacitum Principis eo mortuo non expirat, habétque ſalarium officialis. p 424 n.75
Iuriſdictio contra dominos inferiores, quanto tempore præſcribatur. p.368.n.16
Iuriſdictione alicuius ciuitatis in Magnatem tràſlata, non cenſentur tranſlata loca inculta in territorio ejuſdem exiſtentia. p.370 .23
Iuriſdictionem ſupremam, quæ dicitur Maioria, non transferunt Reges in Prælatos in donationibus. p.1018.n.238
Iuriſdictione omnimoda tranſlata in Prælatum, appellandum eſt ad ſuperiorem Prælati, niſi obſtet conſuetudo. n.239
Iuriſdictio eſt qualitas quæ naturaliter homini non ineſt. p.438.n.143
Iuriſdictio præuenitur per citationem validam. p.507.n.32

*Iuſtitia, & Ius.*

Iuſtitia eſt Principi maximè neceſſaria. p. 19. num.14.
Iuſtitia deficiente domus non ſubſiſtit. ibidem. num. 15
Iuſtitiæ laudes per quam Princeps docetur viuere. ibid.n.16
Iuſtitia non eſt propriè ad ſe ipſum. n.17
Iuſtitia legalis, & eius munus, & iuſtitia particularis quomodo differant. n.18
Iuſtitia facit Rempublicam perpetuam. n.19
Ideò Rex iuſtus, & bonus idem ſunt. p. 20. num. 20
Iuſtitiæ diſtributiuæ violatio non obligat ad reſtitutionem. p.46. n 142.
Iuſtitia eſt virtus cæleſtis intra leonem, & libram in cælo collocata. p.492.n.306
Iuſtitiæ rector, ſeu præfectus prætorio, debet eſſe nobilis, prudens, & integerrimus in Luſitania. p.409.n.15
Ius collectandi apud Hiſpanos limitatum tamen, conceditur communitatibus. p.386.n.7
Ius canonicum eſt ſeruandum in vtroque foro in diſpoſitis ad pias cauſas. p.448.n.191
Iuri canonico ſtandum eſt in foro ciuili, quando caſus eſt clarus de iure canonico, & dubius de iure ciuili. p.448.n.192
Ius armorum, & vſus eorum competit ſoli Principi. p. 251.n.5

L.

*Laicus.*

LAici, & Clerici damnati ad triremes poſſunt fugere, Religioſos autem probabilius eſt non

non poſſe. p.600. num.377. & 378
Laicus poteſt inquirere de ſuſpectis de hæreſi, & illos capere. p.169. 0.370.memb.13
Non tamen poteſt cognoſcere de ſententia lata contra ſuſpectos de hæreſi. ibid.
Laicus fideiuſſor clerici debet conueniri coram iudice laico. p.170.n.371.memb.13
Et quid ſi laicus fideiuſſor fiat clericus. ibidem.
Laicus percutiens clericum poteſt conueniri etiam coram laico iudice. p. 171. n.372. memb.13
Laicus ſemel punitus propter clericum in foro laico, an poſſit iterum puniri à iudice Eccleſiaſtico. n.373
Et quid de clerico non punito dignè in foro Eccleſiaſtico. ibid.oum. 373. verſ. pro quo facit.
Laici litteris Apoſtolicis falſis vtentes, excommunicantur, & quid de clericis. p. 241. num.275

*Legata.*

Legata ad pia poſſunt tradit hoſpitalibus in quibus exercentur opera charitatis, quamuis non ſint conſtructa authoritate Epiſcopi. p.909. num.14
Legatis ex relictis confraternitaribus debetur quarta Epiſcopo, non tamen detrahitur falcidia, noc Trebellianica. ibid.

*Legiſlator, & Leges.*

Quæ requirantur in Principe condente leges, vt lex ſit rationi conſona. p.103.n.202
Legiſlator debet eſſe homo communis, non priuatus. p.104 n.203
Leges condere an poſſint ciuitates. ibidem. num.205
Leges debent eſſe accommodatæ ad Rempublicam, non Reſpublica ad leges. p. 103. num.201
Legiſlator nequit abrogare leges quamuis ſint iuris poſitiui, quando continent naturalem æquitatem. p.106.n.210
Et ideò non poteſt tollere legem citationis. num.212
Legiſlator non eſt ſolutus ſuis legibus quoad vim directiuam, ſed quoad coactiuam. p.106. num.213
Quia quidquid iuris quis in alterum ſtatuit, ipſe eodem iure vti debet. n.214
Legiſlator ex virtute ſuæ legis obligatur ad obſeruantiam illius, quando lex ad omnes ſpectat, ſecus quando non ſpectat. p.107.n.217. & 218
Legibus eſt ſoluta Regina ex iure ſpeciali. n.219
Filios autem Regis non eſſe ſolutos legibus eſt probabilios. n.220.& 221
Leges ſeruare municipales probabilius eſt teneri Principem. p.108. n.222
Leges abrogare, tollere, & in eis diſpenſare poteſt legiſlator, peccabit tamen, ſi faciat abſque cauſa, quando leges ſunt rationabiles. p.108. n.223
Sunt enim diſpenſantes ſine cauſa diſſipatores legum. n.225
Lex ſemel approbata à Principe, ex cauſa poteſt mutari. ibid.n 226
Legibus locorum peregrini tenentur, & cenſentur ſubditi ex mora per ſex menſes. n. 227. & 228
Debentque teſtari iuxta ſolennitates Regni, vbi reſtantur. p. 109. 0.229
Legibus iuſtis eſt obediendum. p.110.n.230
Eſtque mortale violare legem ex contemptu. n.231
Et abſque contemptu aliquando eſt mortale. num.232
Legum tranſgreſſores ex quibus colligatur, peccare mortaliter. p.11. n.232.& 233. verſ. ex dictis infertur.
Et quando leges ciuiles obligent in conſcientia ſub mortali. p.212.n.234
Lex non eſt iniuſta, quamuis ſit lata propter malum finem, & in dubio præſumendum eſt pro Principe. ibid.n.235
Leges iniuſtæ non obligant in conſcientia ſublato ſcandalo. n.236
Legiſlator ciuilis non poteſt obligare ſub mortali, quando materia eſt leuis. p. 153. num.239
Et an aliquando poſſit obligare ſub mortali pro re leui. p.114 n.241
Et vnde habeat hanc poteſtatem obligandi ſub mortali per leges. n.242
Leges humanæ iuſtæ deriuantur à lege diuina, & naturali. n.243
Legiſlator, ſeu Princeps gentilis in condendis legibus non poteſt ligare conſcientias. n.244
Et an Princeps Catholicus poſſit obligare ſubditos in conſcientia per leges pœnales. ibid. n.246
Habent enim leges pœnales rationem veræ legis. p.115. n.247
Lex pœnalis ſi nihil præcipiat ſecundùm probabilem opinionem non obligat ad culpam; quando pœna eſt leuis : ſecus ſi eſt grauis, num. 248
Leges pœnales ſecundùm graues auctores non obligant in conſcientia ad culpam. n.249

*Legum promulgatio.*

Leges ciuiles vbi promulgantur obligant, & ante promulgationem etiam data ſcientia non obligant. p.117. n 251
Legum promulgatio debet eſſe publica, nec ſufficit fieri in concilio populi publico. n.252
Debetque fieri in ſingulis prouinciis Regni, ſeu Imperij, nec ſatis eſt quòd fiat in Curia. num.253
Lex à die promolgationis poſt duos menſes integros obligat. p.117.n.254
Et obligare ſcientes ante duos menſes eſt probabile : probabilius noo obligare, niſi poſt duos menſes. n.255
Leges de iure Luſitano in Curia promulgatæ in Cancellaria obligant poſt octo dies : in partibus poſt tres menſes. p.118.n.256
Legis promulgatæ ignorantia, an probetur iuramento ipſius partis. n.257
Lex, vt obliget vltra promulgationem, an egeat receptione? pars affirmans eſt probabilis: pars negans probabilior. p.119.n.258
Lex quando dicatur ſimpliciter à populo recepta. ibid.n.259
Lex quibus modis deſinet obligare. p.120.n.260
Leges irritantes in Curia promulgatæ ſtatim obligant, ſecus dicendum de reuocantibus priuilegia. n.261
Legem qui ſcit promulgandam de pretio minuendo pecuniæ, ſeu frumenti, an poſſit plus expendere de pecuniis, ſeu de frumento, quàm alioqui eſſet venditurus, ſeu expenſurus. n.262

Leges

Leges politicæ contra res Eccleſiaſticas non obligant. p.123. n.267

Leges irritantes contractus quibus apponitur iuramentum, quomodo intelligantur. p.126. n.273

Leges ciuiles poſſe impedire obligationem iuramenti præſtandi, eſt verius. ibid.

Et quomodo poſſint impedire vim iuramenti præſtandi. p.127. n.274

Leges circa irritantes contractus etiam iuratos opinio Suarij. p.128. n.276

Et quoſnam contractus leges poſſint irritare. p.129. n.275. & 277

Lex Luſitana exhæredans filias nubentes ſine conſenſu patris ante vigeſimum quintum annum, eſt iuſta & valida. p.133. n.286

Leges non obligant niſi prout ſunt receptæ à populo ad tributum ſoluendum. p. 393. num.27

Lex pœnalis quoad pœnam non extenditur ad diuerſa delicta, quamuis grauiora. p. 353. num.167

Lex prohibens fugam carceratis ſub pœna capitali probabile eſt, quòd ſit iuſta, ſed oppoſitum eſt probabilius quando non ſit violentia notabilis. p.596. & 597. n.362. & 363

Lex Luſitana prohibens emere frumentum, & vinum ad reuendendum, quid comprehendat. p.902. n.91

Et an extendatur ad clericos. n. 92

Non ligat tamen piſtores, & piſtrices, non tamen poſſunt emere panes coctos ad reuendendum. p.903. n.94

*Legitimatio, & Legitimatus.*

Legitimatio quid ſit. p.295. n.1

Legitimatus ſecundùm veritatem dicitur legitimus, ſecundùm fictionem legitimè natus. num. 2

Requiritur cauſa iuſta ad legitimandum, & & conſenſum legitimati. n. 3. & 4

Infans, an legitimari poſſit à Principe. n.5

Sed Infans maior factus debet legitimationem ratam habere. num.6

Legitimatio, & diſpenſatio quomodo differant. num.7

Vbi dicitur, diſpenſatio quid ſit, & quando eſt latè, aut ſtrictè accipienda. p.295. & 296. n.8.9. & 10

Legitimare adulterinos, & inceſtuoſos ſimul quis poteſt, & quid requiratur, vt vtraque macula aboleatur. p.296. n.11

Legitimatus non cenſetur, qui in aliquibus caſibus tantùm eſt diſpenſatus. p.297. n.12

Legitimandi poteſtas eſt de reſeruatis ſupremo Principi. p.298. n.14

Et legitimatus gaudet priuilegiis legitimorum. n. 15

An verò gaudeat priuilegiis legitimorum extra iuriſdictionem legitimantis? quæſtio eſt. p.299. n.16

Legitimare non ſubditum, quando poſſit Princeps, & ita legitimati, an æquiparentur legitimis filiis. ibid. n.17. & 18

Legitimare quot modis poſſit Papa. p.300. n.19. & 20

Legitimare an poſſit Princeps quoad bona extra territorium ſuæ iuriſdictionis. n.21

Legitimare, an poſſit Princeps proprios filios ſpurios. p.301. n.22

Et habens facultatem legitimandi ſpurios alienos à Rege, an poſſit legitimare ſuos proprios. ibid. n.23

Legitimandi ſpurios filios habens facultatem, poteſt legitimare filias ſpurias ſecundùm probabiliorem. ibid. n.24

Legitimandi poteſtatem habens, non habet poteſtatem diſpenſandi. n.25

Legitimare filios iam genitos ad temporalia, quando poſſit Papa. p.304. n.27

Non tamen poteſt legitimare, quando matrimonium eſt irritum ex impedimento iuris diuini, ſeu naturalis, ſicut non poteſt exiſtente matrimonio nullo ex defectu conſenſus. n.28

*Legitimare per ſequens matrimonium.*

Legitimatio per ſubſequens matrimonium eſt potentior quauis altera. p.305. n.29

Et quid ſi fiat de ſpurio in articulo mortis. num.30

Legitimatus per ſubſequens matrimonium venit ſub inueſtitura conceſſa pro filiis legitimè natis. p.3 7. n.31

Habet enim omnes prærogatiuas legitimè natorum ex vero matrimonio. n.32

Legitimatus per ſubſequens matrimonium an excludat ſubſtitutum ſub conditionem ſi ſine filiis deceſſerit. p.308. n.33

Et an excludat ſecundo loco genitum, & rumpat teſtamentum. p.309. n.34

Et an admittatur ad ordines, & honores tam Eccleſiaſticos, quàm ſæculares. p.310. n.35

Legitimatus per ſequens matrimonium venit appellatione legitimorum in ſtatutis, legitimatus verò per reſcriptum minimè. ibid. n.36. & p.312. n.37

Legitimatio de iure ciuili non fit ſine inſtrumentis nuptialibus, & dotalibus. p.312. n.38

Legitimatur filius antea ſuſceptus per matrimonium contractum cum meretrice. p. 313. n.39

Legitimatio an fiat per matrimonium clandeſtinum. ibid. n.40

Et quid de filiis ſuſceptis ex matrimonio clandeſtino inualido, bona tamen fide inito, & ab Eccleſia tanquam valido approbato, ſint ne verè legitimi. ibid. n.41

Legitimati per ſequens matrimonium non admittuntur, quando conceditur pro filiis legitimè natis. p.314 n.42

Legitimati ſuccedunt in feudo Eccleſiaſtico, quamuis matrimonium celebretur ſine ſolennitatibus iure ciuili requiſiti. p.314. & 315. num.43

Legitimati per ſequens matrimonium quando ſuccedant, ſi aliud matrimonium fuit interpoſitum. p.316. n.44

Et an admittantur ad feuda filij ex matrimonio putatiuo. n.45

*Legitimatus per reſcriptum.*

Legitimatus per reſcriptum non æquipollet legitimato per ſequens matrimonium. pag.316. num.46

Legitimatio facta per reſcriptum reuocatur, non verò per ſubſequens matrimonium. n.47

Et ideo donatio reuocatur natiuitate filij legitimati per ſequens matrimonium, non tamen per reſcriptum Principis. n 48

Legitimatus per reſcriptum non ſuccedit in feudo. n.49

Neque obtinet feudum adhærens dignitati. p.317. n.50

An

An verò admittatur ad feudum maternum? ambigitur. num.51
Quin imò legitimatus ad feudum per reſcriptum non ſuccedit in feudo antiquo. n. 52
Legitimatus per reſcriptum Principis, an excludat ſubſtitutum, ſicut legitimatus per ſubſequens matrimonium. p.317.318.& 319 & 53
Legitimati per reſcriptum in nihilo differunt à legitimis in ſucceſſionibus. p.320.n.54
Legitimati ſuccedunt cum legitimis natis poſt legitimationem. p.320. & 321. n.55.& 56.verſ. quod ſi legitimatio.
Legitimati, an ſuccedant in bonis agnatorum, & ſuo. p.321.n.57
Legitimatus, an excludat ſubſtitutum, ſi ſubſtitutus fuit citatus tempore quo legitimatio fuit petita. p.322.n.58

*Legitimanti quæ ſunt aperienda.*

Legitimanti ſunt aperienda ſicut, & diſpenſanti omnia, quæ illum retrahere poſſunt à legitimatione, vel diſpenſatione concedenda. p.323. num.59
Ideò aperienda omnia in iure expreſſa. ibi.n.60
Et non expreſſa in iure, ſi ex ſtylo Curiæ, vel ex conſuetudine narrari ſolent: alioqui legitimatio erit nulla. p.324.n.61
Qualitates tamen, quæ non ſunt de iure, nec de ſtylo Curiæ, an poſſint omitti. n.62
Legitimati qualitates debent exprimi p.327.n.64
Nec ſufficit eſſe ſpurium in genere exprimi. num 65
Et an ſit exprimendum quod parentes poſſint copulari matrimonio. n.66
Legitimatio vt valeat extantibus filiis legitimis, & naturalibus, requiritur, quod hoc exprimatur. n.67
Legitimatio facta de conſenſu patris requirit citationem aliorum filiorum, aliàs non nocet illis, qui non fuerunt vocati. p.328.n.68
Legitimatio, vt valeat mortuo patre, requiritur citatio venientium ab inteſtato, quibus iam ius delatum eſt, ſecus quando fit viuente patre. num.69
Legitimanti an ſit exprimendum, quod legitimandus ſit conceptus ex duplici adulterio. n.70
Quid ſi princeps dicat, legitimo te qualitercunque, & ex quocunque coitu natus ſis. num.71
Legitimatio cum clauſula ex certa ſcientia, vel ex plenitudine poteſtatis, vel ſupplentes omnem defectum, quid operentur. p.329.n.72
Verius eſt per has clauſulas non tolli defectus ex natiuitate procedentes. n.73
Nec opus eſt exprimere, quod ſit natus ex ſacerdote, & ex filia ſpirituali, neque ex patre Comite, vel Duce. p.330.n.74
Legitimanti an ſit exprimendum, quod ſi natus ex Epiſcopo, vel ex Monacho, aut Monacha. p.331.n.75.& 76
Legitimati in Luſitania non ſuccedunt abſolutè parentibus. p.335.n.81
Nec filio cogitur pater relinquere legitimam. num.82
Legitimatio limitata filio conceſſa, an rumpat teſtamentum, ſi filius prætereatur. n. 84
Legitimatio limitata nõ eſt vera legitimatio. n.85
Legitimati in Luſitania, an teneantur conferre, quæ à parentibus accipiunt. p.336.n.86
Legitimati æquiparantur in Luſitania Nepotibus filiis ſpuriorum. p.336. & 337.n.87
Legitimatus inſtitutus cum onere reſtituendi fideicommiſſum an poſſit deducere Trebellianicam. p.377.n.91
Legitimatus iuxta formam Regni ſuccedit ab inteſtato patri. p.338.n.92
Legitimatus frater non poteſt venire contra teſtamentum fratris inſtituentis turpem perſonam. n. 93
Legitimans non intendit præiudicare filiis legitimatis, niſi id exprimat. ibid.n.96
Legitimatio ſecundùm formam Regni in Luſitania nihil operatur in præiudicium tertij. p.339 num.97
Legitimatio apud noſtrates non exigit mentionem legitimorum hæredum. n. 98
Legitimatus in his, quæ pater voluerit, an excludat ſubſtitutum, ſi inſtitutor decedat ſine filiis legitimis. ibid. n.99
Legitimatus ad feuda, & maioratum non poteſt habere bona coronæ, niſi ad ea expreſsè legitimetur, poterit tamen ſi fuerit legitimatus per ſequens matrimonium. p.339.n.100
Legitimatus ad bona Coronæ, non ſuccedit, ſi tempore mortis poſſidentis reperiatur filius legitimus. ibid.n.101

*Lenones, & Lenocinium.*

Lenocinij crimen eſt caſus mixti fori, & omnes eius ſpecies. p.208.n.157
Et quæ pœnæ contra leones de iure Luſitano. p.208.n.158
Leones non gaudent nobilitate poſſuntque puniri pœna vili. p.209.n.159
Lenones participantes de lucro luparum de iure communi quomodo puniantur. p.209.p.162
Lenones vxorum ſuarum, an poſſint eas dimittere, & accuſare. p.215.n.179
Leno vxoris propriæ nec ab ea diuertere, neque eam accuſare poteſt. p.215.n.181
Lenones, lenæ, meretrices, & feminæ impudicæ poſſunt expelli à vicinia, & rixoſi, ac contumelioſi, quietemque perturbantes. p.216.n.183

*Liberalitas.*

Liberalitas decet Principem ex nomine ſuo. p.31 n.71
Liberalium, & illiberalium exempla. ibid n.74
Liberalitas quid ſit, & quæ vitia illi ſint contraria. ibid.n.75

*Libertas.*

Libertas teſtandi hominibus conceſſa eſt de iure gentium, & ideo non poteſt Princeps teſtatorũ leges, ſeu cõditiones peruertere. p.282.n.34

*Libri Mercatorum.*

Libri Mercatorum quantum probent pro, & contra. p.732.n.311.& 312
Vbi de libris Mercatorum plenè. p.733.n.313

*Libellus.*

Libellus eſt pars cauſæ, non debet eſſe ineptus, & is, an debeat admitti, & qualis ſit. p.511.n.47
Libelli definitio qualis ſit, & quid de libello generaliter obſcuro, & incerto. p.512.n.48
Libellus non eſt ſcriptura continens obſcurè, & generaliter actoris intentionem parte opponente. n 49
Libellus alternatiuus, an, & quando habeat vim libelli. n.50
Libellus, vt ſaluetur quas clauſulas debet continere? nunquid clauſulam, omni meliori modo & ſi opus fuerit probabit: item clauſulam, petit admitti, & iuſtitiam miniſtrari cum expenſis. p.512.n.51

Libellus regulariter debet continere concluſionem exceptis aliquibus caſibus. p.513. n.54
Et an ſemper ſit offerendus in ſcriptis. n. 55
Libellus in quibus caſibus non ſit neceſſarius? num. 56
Arbitrio tamen iudicis relinquitur, quod petitio aliqualis ſufficiat in cauſis breuioribus, non verò libellus. p.514. n.57
Libello in accuſatorio cauſarum criminalium, quæ ſint exprimenda, ne libellus corruat. p.514 num.58
In caſu hæreſis in libello locus eſt exprimendus. p.515. n.59
Et an ſit facienda mentio de loco loci. n. 60
Tempus delicti exprimendum eſt in libello, non tamen tempus temporis, hoc eſt dies. n.61. & 62
Annus debet exprimi in delictis continuatis in libello, non tamen menſis, neque dies. num.64
Libellus accuſatorius, ſeu querela verbalis coram iudice per notarium in ſcriptis redacta debet habere diem, & annum, in quo porrigitur. n.66
Et nomen accuſatoris, & accuſati, & ſpeciem delicti. p.516. n.68
Differtque libellus ſolennis à querela verbali. num. 69
Libellus an debeat offerri in ſyndicatu in ſcriptis. p.935. n.33

*Lis, & Litigium.*

Lis coram ædilibus ſi per tres menſes non progrediatur, non poteſt progredi. p.919. n.15
Litis conteſtatio, & iuramentum calumniæ, & aliæ ſolennitates in notoriis, non ſunt neceſſaria in criminalibus. p.534. n.124
Litis poſt conteſtationem procurator non poteſt reuocari ſine cauſa, & præmiſſa citatione, ante litem tamen conteſtatam, ſi reuocetur, neceſſariò requiritur intimatio eidem, & iudici. p.573 n.175. & 176
Litigator excuſatur ab onere expenſarum, qui ſuccubuit per teſtes reprobatos ex delicto videlicet, quòd fuerint infames, ſeu excommunicati. p.701. n.174
Et qui mouit litem doctus à fide dignis. n.175

*Littera.*

Litteras alienas aperientes ſine cauſa peccant, & obligantur ad ſeruanda ſecreta in illis contenta. p.667. n.49
Litteras aperientes de iure Luſitano, Regis, Reginæ, ac Principum, quas pœnas incurrant. p.667. n.50
Et inter regulares mittere litteras, aut recipere, quando ſit caſus reſeruatus. n. 51
Litteræ ſecuritatis impetratæ vitiantur, ſi priores fractæ fuerunt. p.495. n.319

*Ludus, & Ludentes.*

Ludentibus exponere menſas in domo propria eſt caſus mixti fori de iure Luſitano, & de conſtitutionibus Synodalibus multis in locis. p.246. n. 294
Et quibus pœnis ſit puniendus, qui menſas exponit. p.146. n.295
Ludo vetito lucrata ſunt reſtituenda ſecundùm aliquos, ſed melius alij negant. p.247. n.297
Ludentes an teneantur reſtituere, quæ lucrantur, vbi primum perdentes repetunt extra iudicium, vel in iudicio ante ſententiam: pars negans placet. p.248. n.298
Ludens lucrando, ſi minis, aut fraudibus impediat, ne victus repetat in iudicio, poteſt victus vti compenſatione. n. 299
Ludens pro deſiſtentia iuris repetendi deperditam pecuniam poteſt aliquid accipere à victore, quamuis non habeat animum repetendi in iudicio. n.300
Ludens negando in iudicio ſe nihil fuiſſe lucratum, an teneatur in conſcientia reſtituere quod alter amiſit. n. 301
Ludens ad creditum perdendo, non tenetur ſoluere de iure Caſtellæ; nec de iure Luſitano. n.302
Lege Luſitana de ludo, ac de cæteris quoad reſtitutionem nihil ſtatuente, recurrendum eſt ad ius ciuile, ſeu ad leges Regni viciniores. p.248. n. 303
Ludens ſub fide præſtita, ac iuramento ſoluendi, tenetur ſoluere. n.304
Ludens renunciando beneficio repetendi deperdita in ludo, adhuc poteſt repetere. n.305
Ludens, an poſſit repetere relaxationem iuramenti de ſoluendo, quod perdidit. n.306
Epiſcopus tamen non poteſt relaxare ſine conſenſu illius, cui præſtitum eſt. p.250. n. 307
Ludens ad creditum ſolutum lucrum poteſt retinere ſecundùm probabiliorem; licet probabile ſit non poſſe. n.309
Ludens lucrans pecuniam ad creditum; ſi poſtea victus ſoluat, non ſolet hodie reſtituere, neque à confeſſariis ad eam reſtituendam obligatur, quia leges Caſtellæ videntur abrogatæ ex conſuetudine legitimè præſcripta. p.250. n.310.

## M

*Magiſter, & Magiſtratus.*

Magiſtri actu docentes Theologiam, ſeu ius canonicum etiam non graduati, poſſunt aperire litteras Apoſtolicas, & eas expedire ſicut Doctores graduati, & quid de licentiatis actu legentibus, & de Regularibus, qui fiunt Doctores, ac Magiſtri in ſua Religione. p.638. num.33
Magiſtri docentes opiniones improbabiles peccant mortaliter. p.451. & 452. n.103. & ſeqq.
Magiſtri, qui de mandato Principis docent aliquam facultatem: item Doctores, & Magiſtri artium excuſantur à ſuſcipiendis tutelis. p.827. & 828. n. 22
Magiſtri non poſſunt cogi, ſi nolint ad tutelas, ſi actu doceant, aut legant. ibid. n.25
Magiſtri niſi actu doceant, non ſunt immunes à tributis: ſecus de iure noſtro. n. 26
Magiſtratus, Senatores, Correctores, ſeu Præſides Prouinciarum, Auditores, & Iudices tam Forenſes, quàm ordinarij, diuerſo tamen modo excuſantur ab onere curæ, & tutelæ. p.828. num. 21
Magiſtratus tranſgredientes pœnas à iure ſtatutas incurrunt pœnas iudicantium iniuſtè. p.408. n. 238
Magiſtratus minores, qui ſint, & quas poſſunt alterare pœnas. p.470. n. 247
Virtutes eorum. p.410. n.17. 18. 19. & 20
Magiſtratus maiores, qui ſint, & minimi, quid poſſint circa pœnas temperandas. p.470. n.248
Nihil tamen poſſunt in pœnis, quando ſtatutum expreſſe declarat, quid ſit faciendum. p.471. n.249

Magiſtratus oſtendit virum, & vir oſtendit Magiſtratum. p.412. n.25
Debentque habere manus puras. p.413. n.28
Et accipientes aliquid vltra ſtipendium peccant cum onere reſtituendi. p.11.n.27 introductionis proœmialis.
Neque poſſunt excludere venditores mercium, vt ſic merces ſuas cariùs vendant. p.121.n.263
Magiſtratus in Luſitania ſunt triennes, & alij ſunt annales, nam ex diotorno tempore mala multa oriuntur. p.293.& 294. n.63.& 64

*Maioria, & Maioratus.*

Maioria inſtitura cum clauſula, quod amittatur commiſſo tali crimine, quomodo intelligatur. p.260. n.25. verſ. ex dictis infertur.
Maiorinus Curiæ, & eius obligationes. p.748. num. 368
Et Maiorinus carcerum. n. 369
Et Maior Alguacellus, ſeu præfectus caſtri. p.749. n.371
Maioratus, quando poſſit præficere caſtellanum caſtro. p.750.n.277
Maioratus poſſeſſor, quando incipit poſſidere, an teneatur facere inuentarium, & quid ſi iudex ad inſtantiam ſucceſſorum præcipiat fieri, numquid contra illum iurabitnt in illum. p. 819. num 38
Maior maiorinus debet eſſe vir primarius, & ex nobili proſapia. p.741.n.370

*Maleficus, & maleficium.*

Maleficorum pœna, quæ ſit de iure communi, Hiſpano, ac Luſitano. p.179. n.31
Malefici, ac diuinatores an teneantur reſtituere pretium pro maleficiis, ſeu diuinationibus. num.33
Nunquam tamen licet propter bonum finem etiam, vti malefico, quamuis ſit paratus ad maleficia facienda, nec licet petere, vt maleficia maleficiis deſtruat. p.180.n.35
Neque etiam, vt deſtruat maleficium modo licito, quando conſtat modum ignorari à malefico, ſeu malefica. p.181.n.37
Maleficus non poteſt cogi à iudice ad ſignum deſtruendum, vel ad contrarium apponendum, & quomodo cognoſcantur ſigna, ſint ne à Deo, an à dæmone. p.181.n.38
Maleficus ſciens licitè, vel illicitè ſoluere maleficium, cogi poteſt ad ſoluendum, niſi ſciat illum non licitè, ſed illicitè deſtructurum, qui cogit, ſed tu cogita. p.182.n.39
Maleficia, ſeu veneficia facere, aut illis vti, quale peccatum ſit, & an habeat annexam excommunicationem ſaltem per ſynodales conſtitutiones. p.183 n.40
Maleficia, quando habent aliquid hæreſis mixtum, pertinent ad Inquiſitores. p.178. n.27

*Mandatum, & Mandantes.*

Mandatum procuratorium debet conſtare coram iudice. p.568.n.255
Et an iudex poſſit interrogare de mandato. num.256
Item mandatum procuratorium multis modis conſiderari debet, ſit ne generale, vel ſpeciale. num. 257
Mandatum procuratorium quibus modis reuocetur, & quando res dicatur integra, & an mandatum ad pia extinguatur morte mandantis re integra. p.571.n.269. & 270
Mandatum procuratorium extinguitur, ſi reus



committat crimen læſæ maieſtatis, vel fiat Monachus, vel relegetur in perpetuum. n.272
Mandati reuocatio etiam facta cum iuramento de non reuocando valet, & reuocans fit periurus, non obſtantibus argumentis contrariis, p.572. n.273. & 274
Mandantes illicitè tauros agitare ſunt excommunicati ipſo facto. p.97.n.86
Et quomodo poſſint agitari licitè, & quibus diebus. n. 88

*Maritus.*

Marito legatum relictum ab vxore ſub conditione ſi caſtè viuat, non deperditur, ſi ſemel ſe inhoneſtè egerit. p.153.n.292
Idem dicitur quando legatum relinquitur ab extraneo ſub eadem conditione. ibidem.
Maritus ſi relinquat vxori legatum, vel filius matri, vel conſanguineus conſanguineæ ſub conditione ſi caſtè viuat, deperditur per vnicam fornicationem. n. 293
Maritus conſequitur bona vxoris baunitæ, & adulteræ, & quid ſi ipſa reſtituatur. p.486.n.292
Maritus an poſſit participare cum vxore excommunicata contumace. p.385.n.320
Et an peccet mortaliter illam non corripiendo. p.586. n.321
Maritus qui dedit cauſam remotam vxori adulterandi, poteſt eam accuſare, & ab ea diuertere. p.216. n.182
Maritus poteſt filiis naturalibus relinquere in teſtamento tutorem, non ſpuriis. p.826.n.8

*Martyres.*

Martyribus etiam ex cauſa Religionis illicitum eſt ſine diuina iuſſione, ac diſpenſatione venenum bibere, vel mortem ſibi inferre immediatè. p.599.n.372

*Mater.*

Mater quando poſſit relinquere filiis tutores. p 826. n.11
Mater minor viginti quinque annorum non poteſt eſſe tutrix. p.827.n.15
Mater migrans ad ſecunda vota amittit tutelam etiam teſtamentariam. p.833.n.50
Non tamen deperdit tutelam per ſponſalia, ſed per matrimonium ratum, dummodo ſit validum. n. 52
Mater an amittat tutelam dicente marito, quod ſit tutrix per totam vitam nubens iterum. n.55
Mater an amittat tutelam per fornicationem, aut vitam luxurioſam in vtroque foro. p.834.n.59 & infra p.835.n.59
Mater rurſos nubens deperdit tutelam, non autem pater ſecundò contrahens. p.834.n.54
Mater per ſecunda vota priuatur poteſtate ſubſtituendi filio amenti exemplariter ſecundùm aliquos; ſed verius eſt non priuari. p.853.n.55. & 56
Mater ad ſecunda vota tranſiens an teneatur reddere rationes de modicis, eſto à marito de non reddendo releuetur, p.835.n.57
Matrem relictam executricem teſtamenti, non priuari eo munere per ſecunda vota aliqui melius dicunt. ibid.n.58
Mater turpiter viuens in foro conſcientiæ, an amittat munus exequendi teſtamentum. p.835 num.59
Mater ſi dicat Prætori ſe velle nubere, dato tutore, quamuis non nubat, non recuperat tutelam, neç mortuo ſecundo marito. p.836.n.60

Mater, & Auia, quando poſſunt irritare vota filiorum, ſeu nepotum. p.839.n.78
Mater debet probare ſe ſuſcepiſſe tutelam ex decreto iudicis. p.846.n.6

*Matrimonium, & impedimenta.*

Matrimonium conſummare ante benedictiones non eſt peccatum mortale, imò nec veniale ſecundùm aliquos, nec poteſt imponi excommunicatio conſummantibus. p.584. & 585. n.318. & 319
Matrimonij impedimenta an ſint reuelanda quando ſunt omnino ſecreta. p.592.n.351
Matrimonij impedimenta ſunt reuelanda quando infamia cedit in contrahentes matrimonium duntaxat, vel inordinandos, vel promouendos ad beneficia, quando interrogantur. p.593.n.352.& 353
Matrimonij vinculum non diſſoluitur propter adulterium. p.214. n.176
Matrimonium contrahentes ſcienter cum conſanguinea carent ſpe diſpenſationis, ſi præſumant contrahere. p.58.n.203.
Et verbum præſumo, quid importet. ibidem. n. 204
Matrimonium impeditur, quando criminis impedimentum contrahitur ex adulterio, & ex occiſione peracta ab altero tantùm. p. 343. num.124
Non tamen contrahitur ſecundùm aliquos ſi vxor occidat maritum ad contrahendum cum adultero. ibid. n.125

*Mauri.*

Mauri Granatenſes à Philippo II. ex Hiſpania fuerunt eiecti, & quam ob cauſam. p.56.n.197

*Mechanicus.*

Mechanici, an gaudeant priuilegio nobilitatis ſi non exerceant actus mechanicos. p.353.n.162
Mechanici ad honores euecti, vt plurimum Rempublicam lædunt. p.409. n.8

*Medici, & Chirurgi.*

Medicis Iudæis, quando liceat vti, & quando emere ab illis medicamenta fas ſit. p. 58. n.206
Medici ſalariati de publico nihil amplius poſſunt accipere ſub onere reſtituendi. p.708.n.208
Medicorum quænam ſint peccata, & de qua culpa teneantur. n. 209. & 210
Medicus, qui facta mercede infirmum curat, & recidit, an debeat illum curare iterum pro eadem mercede. n. 211
Medicus poteſt petere ſalarium ab hæredibus infirmi defuncti. n. 212
Medicus quando poſſit accipere mercedem ſciens morbum eſſe incurabilem. p.709. n.213
Medici, & Chirurgi poſſunt ſine diſpenſatione promoueri. n.214
Medicis, & Chirurgis non licet curare incantationibus, carminibus, & aliis ceremoniis. n.215.& 216
Vide ſupra. n.107
Medici gratiam gratis datam habentes. p. 710. n.217
Medici an teneantur, monere ægrotos, ad confeſſionem, & quando. p.711.n.221. & 222
Et an teneantur deſerere illos, qui nolunt confiteri. n.223. & 224
Vbi tenentur admonere de morte omnino ventura.
Medicamenta aliquando conſulunt ſaluti ſpirituali. n.225
Medici poſſunt vti veneno ſanatiuo, non verò mortifero. p.711. n.226.& 227
Medico iuueni etiam periſſimo præferendus eſt medicus expertus, ac ſenex. p. 12 n.228
Medici debent eſſe bonis moribus inſignes. n. 229
Medicus imperitus non eſt dicendus medicus. ibidem.
Et quot medicos debeat habere vnaquæque ciuitas. p.712.n.230. & 231

*Mendacium.*

Mendacium quid ſit, & quotuplex, & an ſit mortale de ſuo genere. p.529.n.27.
Mendacium in materia fidei, vel ſacræ ſcripturæ eſt mortale, & quibus virtutibus contrarietur. num.280
Mentiri nunquam licitum eſt, & quid dicendum de Abrahamo, Iſaco, & Iacobo. p.575. n.281
Mendacium dicere in iudicio tam interno, quàm externo ſine iuramento, quando ſit peccatum mortale. p. 76. n.283
Mendacium de peccato veniali, quando eſt tota materia confeſſionis cur ſit mortale & violatio voti in materia totali leui, cur ſit veniale p.576.n.284

*Menſura, & pondus.*

Menſuræ, & ponderis quis fuerit inuentor. p.896. num.65
Menſuræ, & pondera, quando ſunt varia, & iuſta, & non conſtat pro quibus menſurandum, aut metiendum. p.896. n.66.& 67
Menſura loci ſoluendum eſt in quo promittitur fieri ſolutio. p.896.n.68
Menſura loci vtendum eſt, quando venduntur bona immobilia certo pretio pro ſingulis iugeribus. n 69
Niſi aliter exprimatur, vel ſit in conſuetudine. p.896. & 897. n.70
Menſuris, ſeu ponderibus falſis vtentes, ſeu ea falſificantes quomodo puniuntur de iure communi, ac Luſitano. n. 71

*Mercatores, & Merces.*

Mercatores, an amittant priuilegia nobilitatis quoad omnia de iure communi. p.353. n.168
Mercatores decocti vulgo alcados, ſeu quebrados, non gaudent priuilegio nobilitatis, cenſentur enim publici latrones. p.354. n.169
Mercatorum officium eſt valde periculoſum animæ. p.900. n.80
Sunt tamen Mercatores neceſſarij Reipublicæ. num. 81
Mercatores fuerunt Reges, & nobiles: eorum vitia ſunt hominum, non artis, & vnde dicantur mercatores? noſtris tamen temporibus cenſentur viles. n.82
Mercatores pro mercibus corruptis taxatum pretium recipientes tenentur reſtituere. p.900. num.83
Puniuntur pœna arbitraria vendentes merces loci non famoſi, pro mercibus loci famoſi. num.84
Mercatorum peccata, quæ ſint. p.901.n.87
Et adulterantes merces de iure Luſitano puniuntur grauiter. p.902. n.91
Merces ſupprimens, vt creſcat earum pretium peccat contra iuſtitiam. n. 99
Emens tamen omnes merces, vt poſtea pro arbitrio eas vendat pretio adaucto non peccat contra iuſtitiam, ſed ad ſummum contra charitatem. p. 4.n. 106

Merc

*Meretrix.*

Meretricum querelas, qui magiſtratus capiant. p.209.n.161

Meretrices omnibus expoſitæ ſunt infames; ſecus ſi non omnibus. p.210.n.164

Meretrici vim inferens non incurrit pœnam, niſi ceſſet ab officio per triennium. ibid.n.165

Meretrices an teneãtur reſtituere erepta ab Amaſiis per blanditias, ſeu fraudes. ibid.n.166

Meretrix in foro conſcientiæ mercedem ſui corporis poteſt petere, ac retinere. ibid.n.167

Et quis primò inſtituit lupanaria. ibid.n.169

Meretrices an poſſit cogere Reſpublica, vt omnibus ſe exponant. ibid.

Meretricibus domos elocare, & lupanaria deputare, an ſit peccatum. p.211.n.170

Et quid de earum patronis. p.212.n.171

Non tamen tenentur meretrices ſibi data in pretium corporis ab iis qui dare nequeunt, reſtituere. ibid.n.172

Meretrices poſſunt facere eleemoſynas de acquiſitis ex meretricio. ibid.n.173

Meretricum confeſſiones an recipiantur ab Eccleſia, ita vt ſatisfaciant præcepto confitendi. p.213.num.174.verſ.ex dictis.

*Metus.*

Metus malus cuſtos diuturnitatis. p.26.n.47

Metus, & ferrum tuetur Principem, ſed meliùs fides. ibid.n.45

*Milites.*

Milites profeſſi coniugati vtriuſque patris, & etiam milites ſimplices nequeunt deſcendere in duellum cauſa voluptatis, vel ad vires oſtentandas. p.93.n.25

Quinimò conflictus particulares inter milites vtriuſque exercitus aliqui putant illicitos. p.94.n.32

Milites profeſſi coniugati poſſunt intereſſe tauricidiis. p.98.n.109

Secus de profeſſis in ſacris. ibid.

Milites equeſtres confirmati, multis gaudent priuilegiis. p.349.n.145

Milites equeſtres ſimplices, & fidalgi de cota darmas, quænam habeant priuilegia. n.146

Milites equeſtres ſimplices poſſunt facere procuras manu propria, ſicut duces, ſigniferi, & ſargenti. p.350.n.147

Militi captiuo debetur ſtipendium pro tempore captiuitatis. p.423.n.72

*Minores.*

Minores, & ſenes, quando, & quomodo quæſtionari poſſint. p.634.n.79

Minores poſt pubertatem completam ſi delinquant, an ſint puniendi pœna ordinaria delicto reſpondente p.644. & 645. n.93

Minores coniugati ſine decreto iudicis an bona communicent. p.807.n.10

Non tamen incurrunt pœnas, ſi contrahant ſponſalia ſine licentia iudicis orphanorum. n.12. & 13

Minores, ſeu orphani apud quem debeant educacari matre tranſeunte ad ſecundas nuptias? an apud vitricum curatorem, an apud auum paternum diſcutitur. p.808. n.16

Filios autem apud patrem ſecundam vxorem ducentem eſſe educandos docet pars affirmatiua. p.809.n.18

Minores læſi in votis, & in ſpiritualibus non reſtituuntur. p.841.n.84.& 85

Minores carentes curatore validè poſſunt agere, & contrahere. p.843.n.88

Minor nec authoritate tutoris poteſt remittere iniuriam ſibi illatam; valet tamen ſi confirmetur iuramento remiſſio. p.884.& 885.n.95

Minoribus furto ablata, ſi meliorentur apud tutores ſunt reſtituenda cum meliorationibus. p.849.n.14

Minori læſo in venditione res eſt reſtituenda; emptori autem ſuum pretium. p.853. n.28

Minores poſſunt facere eleemoſynas: & quid ſi profuſè largiantur. p.857.n.40

Minor non tenetur mutuum à tutore acceptum, ſoluere, niſi creditor probet fuiſſe conuerſum in vtilitatem minoris. p.862.n.53.& 54

Secus in aliis contractibus. n.55

Minus malum eſt eligendum, & maius vitandum. p.52.n.180

*Miracula.*

Miracula vera non fiunt arte Dæmonis. p.191. num.82

Miracula falſa prædicare, & hiſtorias, ac prophetias falſas, vel eas fingere eſt mortale, non tamen recitare vnum auctorem pro alio. p.574. num.281

*Molendina.*

Molendina minorum, annui reditus, actiones ad immobilia, mobilia, & immobilia ſine decreto iudicis nó alienãtur validè. p.849.n.18.19.& 20

Requiritur enim ſubhaſtatio in bonis minorum alienandis. p.852.n.25

*Monaſterium.*

Monaſteria, & eorum dormitoria non ſunt loca ſacra propriè, gaudent tamen immunitate Eccleſiæ. p.238. n.264

*Moniales.*

Moniales quando poſſint, vel non poſſint intereſſe, vel non intereſſe tauricidiis. p.98.n.110. & 111

*Monitorium.*

Monitorium in particulari contra ſcientes, vt obliget, debet habere clauſulam iuſtificatiuam, aliàs non ligat. p.589 n.333

Monitorium contra non reuelantes ſcripturas per viam Inquiſitionis, an obliget non reuelantes contra ſe ipſos. p.590. n.334

Retinentes tamen ſcripturas prudenter non ligantur excommunicatione non exhibendo illas. n.335

Monitoria contra non reuelantes ſcripturas non comprehendunt collitigantes & ſcientes ex cauſa iuſta. n. 336

Scripturæ tamen communes vtrique parti ſunt exhibendæ, etiam abſque excommunicatione: ſecus quando ſunt propriæ. p.590.n.337. & 338

Monitorium contra ſcientes aliquid ſub ſecreto, ſeu ſub iuramento non obligat. p.592.n.350

*Monopola, & Monopolium.*

Monopolæ non poſſunt ſtatuere contra ius publicum totius ciuitatis. p.903. n.98

Monopolium, quid, & vnde dictum, & quomodo fiat; & quibus pœnis puniantur exercentes illud, & quale ſit peccatum. ibid.

Monopolas non punientes grauiter puniri debent. p.905.n.101

Monopolium de ſe illicitum, valebit tamen ſtatuto, aut conſuetudine accedente. n.102

Monopolam eſſe poteſt Princeps concedere alicui, erit tamen peccatum id concedere cum notabili detrimento Reipublicæ. n. 104

Monopolia poſſunt committere etiam communitates Eccleſiaſticæ. n. 108

Monopolium non eſt conducere operas alicuius ea lege, ne alteri pro eo tempore ſeruiat; etie tamen, ſi paciſcatur ne indigentibus vendat. p.906.n.109

*Mons pietatis.*

Mons pietatis quid ſit,& ad quid inuentus.p.911 num.26

Mons pietatis, vt ſit licitus,quas conditiones debeat habere. n. 27

Mons pietatis quibus rationibus probetur eſſe licitus. p.912.n.28

Et eius vtilitas. n. 31

Concilium Tridentinum montem pietatis numerat inter loca pia,& conſtitutiones Apoſtolicæ confirmant. p.912. n.32

Mons pietatis mixtus, quid ſit,& eius deſcriptio, ac conditiones ex parte deponentium pecunias. n. 33. & 34

Montis pietatis mixti conditiones ex parte mutuatarij. p.913.n.35

Montis pietatis mixti ex parte, quæ conflatur ex eleemoſynis, nihil recipi poteſt, niſi expenſæ. num.38

*Mortuus.*

Mortuus à beſtiis in duello cum illis, debet carere Eccleſiaſtica ſepultura. p.97. n.85

Mortuus in duello cum beſtiis, quando poſſit ſepeliri in loco ſacro. ibid.n.91.& p.98.n.116. cum ſequentibus.

*Moyſes.*

Moyſes contumelias patiens faciem collucentem habuit. p.30. n.70

Moyſes electus à Domino ad regendum populum fuit nobilis. p.409.n.11

*Mulier.*

Mulieres nec poſt ſententiam poſſunt carcerari pro debito ciuili, niſi ſint meretrices publicæ. p.760.n 420

Mulieres an poſſint carcerari ex debito contracto pro mala adminiſtratione, etiamſi renuncient Velleiano. p.761.n.421

Mulier nobilis nubens plebeio, an amittat nobilitatem natiuam omnino. p.358. n.184

*Mutuans.*

Mutuanti licet deducere in pactum expenſas,quæ poſſunt fieri in gratiam mutuatarij.p.912.n.28

Mutuanti fas eſt aliquid accipere ratione damni emergentis. p.911.& 912.n.27.& 29

# N

*Nobiles,& nobilitas.*

NObiles à quibus tributis ſint exempti.p.406 n.63. & 64

Nobiles ſanguine non ſoluunt collectas, etſi exerceant artes mechanicas. p.407 n.68

Nobiles non excuſantur à collectis impoſitis ad expenſas litis alicuius. n. 70

Nobilitas extrinſeca quid ſit? p.345.n.131

Illam poteſt conferre Princeps. n.132

Inferiores autem non poſſunt nobilitare ſubditos, niſi de licentia Regis. n. 133

Nobilitas quando inceperit. n.134

Quotuplex ſit nobilitas, & quæ ex illis præferenda. p 346.n.135.& 136

Quis fuerit primus princeps, qui nobiles creauit. p.447.n.137

Nobiles à principe dicuntur datiui, alij verò ſunt natiui. n.148

Nobiles an ſint nati ex altero parente tantùm nobili. p.347.n.139

Et quid de nobilibus natis ex fœmina nobili. p.348.n.140.& 141

Nobilitati à Principe an gaudeant priuilegiis,quę habebant,quando erant populares. n. 142

Nobiles nequeunt carcerari,niſi in certis caſibus. p.350. n.149

Nobiles creat ſcientia. n.149

Nobiles qui non poſſunt torqueri, an poſſint terreri verbis ſaltem. p.351.n.153

Nobilitatis priuilegio an poſſit quis renunciare: pars negans eſt vera: pars affirmans eſt probabilis. ibid. n.351

Nobilem ſe eſſe negans dum contrahit, non gaudet priuilegio nobilitatis. p.352. n.156

Nobilitas quibus, & à quibus acquiratur,& quibus modis tacitè à Principe concedatur. ibid. n.157.& n.158.

Nobilitas acquiritur à Principe,ſi arma gentilitia concedantur. n. 159

Vel ſi feudum concedat. n.160

Nobilitas an deperdatur, ſi mercaturam nobilis exerceat, vel ſi bona ſua abſcondat ne in illis fiat executio. p.353.n.163. & 164

Nobilis dum non conſtat de nobilitate, poteſt detineri in carcere, donec fiat ſummaria informatio. n. 165

Nobiles ſi conducant tributa Regalia, poſſunt mitti in carcerem,ſi non ſoluant;ſecus ſi conducant decimam. n.167

Nobilitas quibus in caſibus de iure Luſitano deperdatur. p.355.n.173

Nobiles de ſalario de quibus lex noſtra.l.3.tit.59. n.15.qui dicantur. p.355.n.174

Nobilitas deperditur de iure communi, & de iure particulari propter crimen vtriuſque læſæ maieſtatis. n.175

Nobiles cæteris paribus ſunt præferendi ignobilibus. p.408.n.2

Nobiles præ verecundia difficilius, quàm ignobiles prolabuntur in vitia. p.408.n.3

Nobilitas ſecundùm ſe authoritatem reipublicæ adauget. n.4

Ideo Romulus nobiles in Præſides, & magiſtratus eligit. n.6

Nobiles natura ſua ſunt humani, placabiles,& magnanimi: Ignobiles verò ſeueri, ſylueſtres, ac ſuperbi. p.409.n.7.& 8

Nobilitas in gubernatore Reipublicæ non requiritur quòd ſit maxima, ſed ſufficit mediocris. n.9

Nobiles ad gubernandum Veneti eligunt ſanguine: Chriſtus Dominus nobiles virtutes elegit, non tamen deſpexit nobiles ex ſanguine. p.409.ex n.10.vſque ad n.14

Nobiles in Luſitania vulgo *fidalgos, e caualleiros* non poſſunt aduocare, nec eſſe procuratores, niſi pro ſe,& ſuis. p.715.n.247

Nobiles,& illuſtres non debent cogi ad præſtandum fideiuſſorem, ſed dimittantur cautione iuratoria præſtita. p.767.n.447

Nobiles carcerati non in tam ſtrictis vinculis, ſicut ignobiles retineri ſolent. p.767.n.448

Nobiles carcerati pro delicto non damnantur ad triremes, & pro crimine læſæ maieſtatis decapitantur in Hiſpania, & Luſitania, ſed in Francia ſuſpenduntur. p.767.n.449

Nobiles in Luſitania non torquentur, niſi pro crimine læſæ maieſtatis, Sodomiæ, proditionis, & falſitatis. p.768 n 450

Nobiles, Doctores, Senatores, equites confirmati pro quibus criminibus in vincula publica detrudantur. n.451

*Notarius.*

Notarius damnatus ex falſo an poſſit conficere inſtrumenta poſt reſtitutionem. p.489. n.296. verſ. An verò poſſit.

Notarius publicus dicitur ſeruus publicus, requiſitus ſi uolit venire tenetur ad intereſſe, & pœna falſi, ſi ſolennitas omittatur. pag. 724. numer.272

Et debet acta fideliter ſcribere ſine fraude, vel errore. n.274

Notarios poſſe conueniri à partibus ex damno dato eſt communis. n.275

Aliter ſcribentes quàm ſit à partibus dictum, creditur potius errore, quàm dolo feciſſe. num.276

Poſſe emendare ſuos errores. n.277

Et quot modis errores poſſunt contingere. num.278

Notarius quoties & quando poſſit corrigere errorem. p.725.n.281

Confecto inſtrumento, & partibus tradito nihil addere poteſt. p.726.n.284

Debétque illud partibus legere. n.285

Notariorum peccata. p.426.ex n.286 ad n.292

Et an poſſit gratis ſibi oblata accipere. ibid. n.291

Notarius de falſo damnatus an poſſit conficere in futurum ſcripturas. p.728.n.293

item Notarius, vt ſit legitimus, quas qualitates debeat habere. n.294.295.& 296

Item Notariorum ætas, & cæterorum officialium. p.729.n.297

Debentque eſſe rogati, nec præſumitur, niſi p.731.n.303

Notarius an poſſit ſcribere in ſui fauorem teſtamenta, & approbare illa, & alia inſtrumenta. p.733.n.324.& 325

Notarius, & præbendatus poſt crimen commiſſum poſſunt renunciare. p.735.n.317

Nequit tamen notarius de iure Luſitano officiorum renunciationes accipere. pag.736. num.320

Notarij, quæ inſtrumenta poſſint de nocte conficere, & notarij Eccleſiaſtici, & Apoſtolici quas ſcripturas ſcribere poſſint. p.738. n.326. 327. & 328

Notarij Summi Pontificis, & Imperatoris, an poſſint ſcribere vbique locorum. pag.740. numer.329

Notarij Regum, qui non ſunt de numero notariorum de publico, quando poſſunt conficere inſtrumenta. p.740.n.330

Notario, nec iudici aſſerenti decretum fuiſſe conceſſum aliquando creditur. n.23

Et quomodo id intelligatur. p.852.n.24

*Notorium.*

Notorium crimen non eget ordine iuris, poteſt omitti libellus, & accuſatio, & ſufficit procedere iudicem ex officio. p.529.n.122

Notorium crimen, quando dicatur. p.530.n.126

Et regula in notoriis non ſeruato iuris ordine an ſit omnino vera. p.531.n.128

*Noua. Nouitates.*

Noua verba ſunt vitanda, & doctrina antiqua tanquam Chriſti depoſitum amplectenda, & nouæ opiniones maximè in materia religionis fugiendæ. p.66.& 67.n.223.& 224

Nouitates in rebus fidei ſunt maximè fugiendæ. ibid.

Nouitates profanas vocum deuitare commendat D.Paulus, & doctrinam nouam. ibid.

*Nuntius.*

Nuncio publico dicenti ſe citaſſe Titium an ſit credendum, Titio abſolute negante. pag.501. num.18.

Nuntius publicus dicitur, qui citare ſolet, in Luſitania iuratus, illique creditur in iis, quæ à iudice mandantur. p.502.n.19

Nuntio, ſeu officiali aſſerenti ſe ſuper rebus ſui officij fuiſſe verberatum non creditur, niſi probet. n.20

Nuncio aſſerenti citatum dixiſſe ſe non venturum, an ſit credendum. n.21

Nuncius cui aſſignantur decem pro quolibet die itineris, an poſſit conſequi ſalarium ſi per longiorem viam iter agat. p.420.n.59

O

*Obedientia.*

Obedientia debetur Principi, & magiſtratibus loco ipſius, niſi præcipiant aliquid contra ius naturale, vel diuinum, vel contra rectam rationem. p.49.n.154

Obedientia conſeruat domum, regnum, & mundum ipſum. ibid.

Obedire Principi eſt debitum ſecundùm diuinum ordinem rebus inditum. n.158

Obedientiæ obiectum ſpeciale eſt præceptum ſuperioris tacitum, vel expreſſum. ibid.pag.49. num.159

Obediendo Abraham benedicitur à Deo. n.162

Vnde obedire Imperatori melius eſt, quàm hoſtem necare. n.163

Et ideo obedientibus omnia feliciter ſuccedunt. p.50.n.164

*Obuiare.*

Obuiare delictis committendis videtur eſſe de iure Luſitano, & ex conſuetudine, & videtur etiam de iure communi, quia poſſunt puniri non obuiantes. p.525.n.102

Quamuis oppoſitum multi affirmant de iure ciuili. p.524.n.101

Obuiare delictis neminem teneri de iure canonico eſt probabile, ſed oppoſitum eſt probabilius. p.525.n.103

Obuiare delictis in foro conſcientiæ, & ex lege charitatis, ſi commodè poſſunt, omnes debent. num.104

*Ocium.*

Ocium eſt cauſa multorum malorum, & ocioſi à magiſtratibus ſunt expellendi. pag 915. numero 7

Sicut etiam mendici robuſti cogi debent, vel vt laborent, vel ab oppidis excludantur, cum ocium ſit venenum oppidorum. ibid.

*Occiſor, & Occiſio.*

Occiſor proximior in gradu occiſo excluditur ab hæreditate. pag.271.n.25.verſ. diſcuti poteſt.

Vnde occidens illum qui filios occiſoris ipſius inſtituit hæredes filiis ipſis nocuit in hæreditate ab occiſo relicta. ibid.p.270.num.25. verſ. ſimiliter.

Occiſio iuſta, vt aliquis ſe defendat, eſt licita defenſio. p.95.n.48.& 49

*Oculi*

Oculi non nictantes indicant iratum animum. p.187.n.49

*Occulta.*

Occulta peccata non reuelantur, neque eorum auctores, ſi non laborant infamia in inquiſitione generali. p.546.n.166
Et infamia non contrahitur ex teſtimonio duorum, vel trium, vel quatuor hominum, ſed debet eſſe frequens vox non paucorum hominum. p.547.n.176
Occulta peccata, quæ vergunt in damnum commune, vel innocentis, ſi aliter nequeunt impediri, ſunt reuelanda in inquiſitione generali. p.546.n.167
Et quæ ſint peccata occulta. n.168.& 174

*Oeconomia.*

Oeconomia, eſt rei domeſticæ gubernatio quæ differt à politia. p.2.n.6. introductionis procemialis.
Oeconomus poteſt imponere præcepta, non tamen condere legem. p.3.n.9
Oeconomia ex quibus coaleſcat. n.11
Subiectum œconomiæ, & politiæ, quæ ſint. p.5.n.12
Et quot ſint ſpecies œconomiæ. n.13

*Officiales, & Officia.*

Officiales, qui tenentur accuſare, & omittunt, quas pœnas incurrant, & quomodo peccent, & an teneantur ad reſtitutionem. p.521.n.86
Officiales à tranſgreſſoribus pœnas accipientes ante condemnationem peccant contra iuramentum, & contra iuſtitiam, & tenentur reſtituere ante ſententiam, prout pœnæ habent rationem damni illati. p.521.n.88
Officialibus data ſub conditione rei faciendæ effectu non ſecuto ſunt reſtituenda danti. p.415.n.34
Officialis pro iis ad quæ non tenetur ex officio, poteſt aliquid accipere. p.420.n.55
Officialis exercens duplex officium poteſt recipere duplex ſalarium. n.57
Officialis, cui decem aſſignantur pro negotio expediendo intra decem dies, an poſſit conſequi totum expediendo illud in quatuor diebus. num.58
Officiales patrimonij Regum vnde ortum habuerunt. p.921.n.1.& 2
Officiales Regalium facultatum nequeunt negotiari cum pecunia Regum. n.3
Nec poſſunt pro debitis ſoluendis aliquid accipere. n.4
Et tenentur ex negligentia in recuperandis bonis Regum. n.5
Et vſuram committunt ſi quid accipiunt pro ſolutione. p.922.n.8.& 9
Officiales Regij an poſſint cogi ad ſoluendum ante tempus. p.923.n.12
Officialis non eligitur ad aliud officium, niſi priùs ſyndicatus ſit. p.930.n.11.& 13
Officiales ſyndicandi priùs ſuſpenduntur ab officio. p.932.n.23
Officiales pro leuibus in ſyndicatu puniuntur ciuiliter, non criminaliter. p.937.n.40
Officiales fortè grauius delinquunt omittendo, quam committendo. p.942.n.72
enim omittentes ad totum damnum condemnentur. ibid.
Officia publica, an poſſint vendi? pars negans eſt probabilis, pars affirmans eſt probabilior, quando eſt à Principe. pag.42. num.121. 122. & 123.
Officia de iure Luſitano non venduntur ſine Regis licentia. p.43.n.124
Et venditio eſt nulla ante latam ſententiam. n.125
Vendens officium non amittit illud ante latam ſententiam, nec pretium. pag.44. numer.127
Nec conuenit ſummo Principi vendere. numer.128
Officiorum venditio, vt ſit iuſta, multa requiruntur. ibid.n.129
Prohibetur à Pio V. venditio officij habentis iuriſdictionem. num.130
Secus ſi careat illa. n.131
Si non careat, ſcrupuloſa eſt venditio. p.45. num.132
Officia Eccleſiaſtica nullo modo vendi poſſunt. ibid.n.133
Epiſcopi quando poſſunt vendere ſæcularia officia. n.134
Sunt conferenda pro meritis, non tamen indignis, nec ineptis. Sunt enim conſtituentes cauſa damni ſecuti. pag.45.& 46. ex n.135. vſque ad n.139
Officia an poſſint auferri pro libito à Principe. p.286.n.42
Et quæ expirent morte concedentis, & quæ non. p.287.n.43
Officia conceſſa ad beneplacitum Papæ an morte illius expirent. p.288.n.44
conceſſa ab inferioribus quando expirent. p.289.n 45.verſ.Idem currit.
Officia, & officiales, an debeant eſſe perpetui. p.292.n.52.& ſeqq.
Officiales non debent mutari ſine culpa, vel ſaltem ſine cauſa. n.55
Ideo officia ſi auferantur ſine cauſa compenſentur. p.293.n.56
Officiorum miniſtri ex Ariſtotele non debent eſſe perpetui. n.59
Nec de iure communi. n.60
Officiales in Hiſpania, & Luſitania ſunt temporales, & quæ mala proueniant ex officiis perpetuis. p.294.n.61.63.& 64
Officium iudicis nobile non competit arbitro, ſed officium mercenarium. p.778.n.16
Officio iudicandi, qui debeant fungi, non ſint ex Hebræis, neque oppreſſi ære alieno. p.930.n.14. & 15

*Opinio.*

Opinio probabilis qualis ſit, & quæ requirantur, vt ſit probabilis. p.443.n.173
Et an iudex poſſit iudicare ſecundùm opinionem ſui magiſtri contra communem in foro conſcientiæ nixus firma ratione. p.445. num.174
Opinio probabilis, vel continens errorem, non eſt ſequenda, vel ſi eſt antiquata. n.176
Opiniones inter probabiles illa dicitur verior, quæ à maiori parte Doctorum probatur. numer.177
Nam ſecundùm maiorem partem votorum eſt iudicandum. n.178
Opinio ſecurior inter probabiles eſt, quæ iudicat id de quo controuertitur, eſſe peccatum. numer.179

Opinio gloſſarum eſt præferenda communi ſententiæ etiam de iure Luſitano. p.447.n.187

Opinio verò Bartoli deficientibus gloſſis. n.188. eſt ſequenda.

Opinio ſecundùm quam Senatus ſupremus, ſeu Princeps pronunciauit, eſt amplectenda. p.448. n.193

Secus de ſententiis inferiorum.

Opiniones æquè probabiles ex parte iuris vel alteram probabiliorem an poſſit iudex ſequi. p.449.n.198

Opinio probabilior, quæ eſt ſequenda non ſemper eſt tutior. p.450.n.199

Opiniones, quando ſunt probabiles ex parte facti, iudex quomodo ſe habere debeat. ibid. n.200

*Opus.*

Opus malum quatenus malum non vendibile eſt, ſed quatenus delectabile, vel vtile. p.415. num.38

Operis noui nunciatio pro ſeruitutibus ruſticis non competit, ſed pro vrbanis. pag.919 numer.17

Opus nouum quando nunciatur, facere ſequeſtrum pertinet ad Ædiles & quando poſſit, vel non poſſit perfici ædificium poſt nunciationem intimatam. p.920.n.18

*Oppida.*

Oppida, ciuitates, & caſtra habentia territoria circumſcripta habent intentionem fundatam in paſcuis illorum terminorum. pag.374. numer.33

Oppidum Princeps concedens alicui Domino cenſetur conceſſiſſe iuriſdictionem, non verò paſcua, quæ ſunt communitatis. n.34

Oppidum, quod erat alicuius ciuitatis, & ſeparatur ab illa, & à territorio illius, adhuc retinet ius lignandi, & pabulandi in territorio ciuitatis. p.376.n.43

*Ordo, & Ordinarius.*

Ordo iudiciarius ex quibus conſtet. pag.510.numer.42

Ordo iuris in notoriis non ſeruatur interdum, poteſtque omitti libellus. p.529.n.122

Ordinaria iuridictio vbi reſidet. p.427.n.94

Ordinarius iudex, & poteſtas illius. pag.430.ex num.105

Ordinarius fit delegatus, ſi in reſcripto ponitur, quod procedat ſola facti veritate inſpecta. p.431.n.114

Vel quando ponitur verbum præcipimus, vel iubemus. n.115

Ordinarius quando fiat delegatus declaratur, p.432.n.216.217.118.119.120.& 121

Ordinarius, ſeu delegatus, qui in principio ordinarie procedit, an poſſit ad viam arbitrariam poſtea deſcendere, & vice verſa. pag.971. num.39

*Orphani.*

Orphanorum iudicis iuriſdictio an ſit prorogabilis? pars negans eſt probabilior. pag.806. num.4

Orphanorum iudex antequam incipiat fungi ſuo officio, debet dare fideiuſſorem, & cognoſcere quot ſint orphani in ſuo territorio, teneturque ad omne damnum culpa ſua datum minoribus. n.5

Et orphanis competit actio contra iudicem, & debet eſſe coniugatus. n.6.7.& 8

Orphanorum iudex poteſt arbitrari vbi orphani ſunt educandi, quamuis pater in teſtamento aliter diſponat. p.809.n.19.& 20

Orphanorum iudex, quæ ſeruabit in conficiendo inuentario, & intra quod tempus debeat inchoari, & de quibus fieri debeat, & de reliquis ad inuentarium pertinentibus. p.810.811. & ſeqq. ex n.22. vſque ad n.69.

Orphanorum iudex intra quod tempus teneatur dare tutores, & curatores, & tradere bona orphanorum illis. p.824.n.1

## P

*Papa, vel Summus Pontifex.*

Papa non ſe immiſcet negotiis, quibus præeſt Princeps politicus. p.123.n.264

Papa habet vtramque iuriſdictionem. p.300.n.20

Papa non poteſt legitimare quoad ſæcularia, quando matrimonium fuit nullum ex defectu conſenſus extra loca ſibi ſubdita. p.304. n.28

Papa, quando matrimonium eſt nullum de iure diuino non poteſt legitimare quoad temporalia: ſecus ſi hoc dubium ſit. n.27

Papa quot modis poſſit legitimare. pag.300.n.19. & 20

Papa an poſſit legitimare quando matrimonium eſt irritum ex impedimento iuris diuini? pars negans eſt certa. p.304.n.28

*Parentes.*

Parentibus debetur cultus, & obſequium externum. pag.12. num. 34. introductionis procemialis.

Parentes pro filiis, & filij pro parentibus, quando repelluntur à teſtimonio, & quando ad illud admittuntur. p.660.n.20

Parentes in caſu vtriuſque læſæ maieſtatis admittuntur contra filios, & filij contra parentes, imò tenentur teſtificari ſecundùm aliquos. num.21

Parentes poſſunt imponere filiis præcepta obligantia ad mortale. p.144.n.245

Parentes vtrum viuendo ipſi luxurioſè poſſint exhæredare filias peccantes in corpus ſuum, vel nubentes ante vigeſimum quintum annum. p.136.n.296

Parentibus licet ſuaſionibus impedire filios præcedente cauſa iuſta, ne ducant aliquam in vxorem. p.139.n.301

*Pater.*

Patris familias exemplum domeſticos, vel occidit, viuificat. p.34.n.84

Pater habens filium ſpurium, ſi conſtituat hæredem extraneum, & hæres relinquat hæredem ſpurium, non præſumitur inſtitutio facta in fraudem. p.267.n.24

Pater an poſſit filio legitimato auferre legitimam? pars affirmans eſt vera. p.335.n.82

Pater an poſſit grauare filium legitimatum in bonis relictis. p.337.n.90

Pater contrahens mala fide matrimonium non ſuccedit filio, filius tamen ſuccedit Patri: ſed probabile eſt dari reciprocam ſucceſſionem. p.338.n.95

Pater occidens illum, qui filios eius hæredes inſtituit, nocet filiis in hæreditate relicta. p.270. n.25. verſ. ſimiliter.

Pater qui poteſt filiam adulteram occidere, an poſſit id committere filio. pag. 364. numero 202

Pater,& filius non conueniunt in omnibus quamuis ſint correlatiua. ibid.n.205
Pater,an gaudeat priuilegiis filiorum.p.363.n.198
Pater poteſt grauare filium in tertio melioratum. p.418 n.45
Pater poteſt filiis naturalibus relinquere in teſtamento tutorem,non verò ſpuriis. p 826.n.8
Pater poteſt dare tutorem poſthumis in teſtamento. num.10
Pater pro filio poteſt comparere in iudicio.p.966. num.87

*Patria.*

Patriæ an plus debeamus, quàm parentibus, aut ſuperioribus. p.13.n.36. introductionis procemialis.

*Pauperes.*

Pauperes in quibus caſibus poſſint admitti ad teſtificandum. p.656.n.13

*Peccatum.*

Peccata Principum ſolent trahi in exemplum. p.32.n.81
Peccata Principum grauiùs puniuntur. n.82
Et Aulici Principum peccata potiùs ſequuntur,quam fugiunt, p.35.n.87
Peccatorum Principis nomine,quæ veniant.p.37. num.94
Peccata Principum diu durant:priuatorum ſecus, num.95
Peccatum veniale in materia fidei an poſſit reperiri ex paruitate materiæ: pars negans eſt certa. p.576.n.285
Peccata omnino emendata non ſunt denuncianda, niſi adſit accuſator, vel niſi interrogentur ſocij tanquam teſtes. p.546.n.169

*Peregrinus.*

Peregrini quando teneantur legibus locorum vbi ſint. p.109.n.227
Peregrini ex mura per annum, vel per ſex menſes, & eo amplius cenſentur ſubditi,& ligantur legibus locorum. ibid n.228
Et tenentur circa teſtamenta ſeruare ſolennitates Regni,vbi teſtantur. n.229
Peregrinos mores exterminare ad Regem pertinet. p.91.n.5
Peregrinæ veſtes religionem peregrinam redolent. num.6
Peregrinæ fœminæ Salomonem induxerunt in idololatriam. num.7
Et ideo peregrinas vxores duxere prohibitum erat in lege veteri. n.8

*Perſonæ.*

Perſonæ Eccleſiaſticæ non ſunt exemptæ ab obligatione legum ciuilium directiua: ideo tenentur ſeruare illas circa pretium rerum venalium. p.140.& 141.n.305. verſ. His itaque. lege §.4. diſp.4.p.151
Perſonæ illius attenditur; cuius contemplatione actus geritur. p.875.n.70

*Pietas.*

Pietatis obiectum quod,& quale. p.14 num.34. introductionis procemialis.

*Piſcari.*

Piſcari, ſeu venari inſtrumentis, ac temporibus vetitis,de ſe eſt peccatum mortale; non tamen animalia, ſeu piſces ſunt reſtituenda, nec in alieno fundo, vel in loco communi capta. p.373.n.29

*Pithoniſſa.*

Pithoniſſa, an ſuſcitauerit animam Samuëlis. p.190.n.74

Videtur negandum, quia dæmones nequeunt euocare,nec cogere animam alicuius ſancti ad aliquid agendum. p.1 .n.74

*Pocula.*

Pocula amatoria,alio nomine philtra, propinare an habeant de ſe vim ad conciliandum amorem. p.1 8.n.79
Pocula amatoria Dæmonum induſtria ad amorem,ſeu ad odium,& interdum ad furorem, ſeu interitum valent. p.1 8.n 30

*Politia.*

Politia quid ſit, ſeu Reſpublica ſecundùm Ariſtotelem. p.2.n.6. introductionis procemialis.
Et quid ſit ſecundùm Gerſonem, ibid.n 8
Politia perfecta qualis ſit, & quotuplex: diuiditur in Eccleſiaſticam,& ciuilem. p.6. num.15. introduct. procemialis.
Politia ſæcularis ortum habuit poſtquam auctus eſt cœtus hominum. ibi n.17
Politiæ ciuilis quatuor ſunt ſpecies, ſeu formæ. n.21.p.8. introductionis procemialis.
Politicum regimen eſt triplex, & monarchicum aliis excellit. p .n.22
Et politica communitas ad quid fuit in orbem inducta. p. n.24

*Pœnæ.*

Pœnæ conuentionales in foro conſcientiæ non debentur in conſcientia ſecundùm aliquos,ſed ſecundùm alios debentur: alij tamen media via incedunt. p.708.n.187.& 188
Pœnam applicandam ciuitati tenentur clerici ſoluere propter calumnias petitam vulgo coimas coram iudice laico: ſecus de pœna ratione damni dati, & de criminali, quia hæc eſt petenda coram iudice Eccleſiaſtico. membr.2. p.154 n.341
Pœnæ impoſitæ ab officialibus iuſtitiæ non applicantur ad eorum arbitrium. p 386n.4
Pœnæ cur non poſſint augeri niſi ex cauſa, vel minui. p.469.n.242.243. 245.& 246
Pœna diuidens fiſco dimidium, & dimidium parti læſæ, an poſſit minui, vel remitti pag.47 . n.251
Pœna pecuniaria,vt tranſeat ad hæredes,poni debet principaliter in ſententia,non verò in conſequentiam delicti. p.477.n.261
Pœnas remittere eſt contra legem, peccata remittere, eſt ſupra legem. p.479.n.264
Pœna talionis ex conſuetudine videtur ſublata, eſt tamen de iure diuino,ac naturali. pag.516. num.70.& 71
In aliquo tamen caſu adhuc hodie habebit locum. pag.517 n 72
Pœna inhabilitatis ad beneficia an incurratur eo ipſo a clerico duellante.p.101.& 102.num.150. vſque ad n.154
Pœnæ priuatiuæ an egeant iudicis ſententia, vt incurrantur. n.155
Pœna inhabilitatis ex crimine duelli non eget ſententia crimen declarante ſecundùm aliquos. ibid.n.164
Pœnæ legum interpretatione molliendæ ſunt, nec extenduntur de caſu ad caſum ſimilem, & leges pœnales oriuntur à voluntate legiſlatoris. p.746.n.356
Pœna ordinaria cognita, vel debita cognoſci,incurritur ſine præcognitione. pag. 223. numer.211
Pœnalia ſtatuta quando comprehendant forenſes, p.224.n.214

Pœna maleficorum, quæ ſit de iure communi, Hiſpano, ac Luſitano, & quæ ſortilegij. p.179. num.31

*Pœnitentiarius.*

Pœnitentiarius tam Epiſcopi, quàm Summi Pontificis, an poſſit ſubdelegare pro excipiendis confeſſionibus vices ſuas. p.437.n.141

*Populus.*

Populus punitur propter Principum vitia. p.35. & 36.n.89

*Poſſeſſio, Poſſeſſor, Poſſidens.*

Poſſeſſiones circa prædia emphyteutica niſi probetur contrarium. p.592.n.345
Quid de prædiis ſitis ſub territorio feudali. n.346

Poſſeſſor in dubio poteſt rem retinere, alienare, & præſcribere. p.452.n.205

Poſſidens incipiens cum dubio an res ſit ſua, vel Pauli, vel dubia fide, an debeat illam reſtituere. p.453.n.206

Poſſidentis conditio an ſit melior tam in materia iuſtitiæ, quàm aliarum virtutum. p.454.n.208

Poſſeſſorij cauſa in feudo eſt iudicis ordinarij: Petitorium verò pertinet ad dominum feudi. p.176.n.17

*Poteſtas.*

Poteſtas ſpiritualis ad paſtores Eccleſiaſticos pertinet. p.124 n.268

Poteſtas cudendi pecuniam competit Principi, & aliis de eius licentia, poteſtque augere pecuniæ valorem, ac minuere ex cauſa. p.254.n.4

*Potores.*

Potores aquarum, & abſtemij cur Luſitani veteres eſſent. p.916.n.10.verſ. expedit ergo.

*Præſumptiones.*

Præſumptiones violentiſſimæ ſimiles ſunt indiciis indubitatis, & videntur ſufficere ad condemnandum. p.626.n.56

*Præuentio.*

Præuenitur iuriſdictio per citationem validam, non verò per inualidam, neque fraudulentam. p.507.n.32

Præuentio non fit per accuſationem, neque per inquiſitionem de iure communi, quid de Luſitano iure. p.508.n.34

*Prælati.*

Prælatorum vitia totam familiam vitiant. p.35. n.88.& 89

Prælatus religionis in puniendis delictis debet ſeruare ea, quæ ſunt de iure naturali, ac ſubſtantia iudicij. p.527.n.108.& 109
Item in iudicio faciendo non tenentur ſequi iuris poſitiui rigorem. p.526.n.110
Item in leuioribus puniendis induunt perſonam parentum, nec opus eſt accuſatore, neque teſtibus, ſed ſatis eſt, ſi de leuibus ſuperiori conſtet. ibid.n.111

Prælatus, an poſſit punire ſubditum fraternaliter denunciatum, & quid ſi neget religioſus. p.553. n.135

*Praxis.*

Praxis Luſitana quoad contractus initos cum Rege, quomodo decidantur à Senatu Regio. p.39.n.107

*Pragmatica.*

Pragmatica, ſeu lex priuans correctores abſentes, non habet vim in foro conſcientiæ ante latam ſententiam. p.421.n.64

*Princeps.*

Princeps ſæcularis, & Paterfamilias in quo differant, & cur Principes vocentur parentes. p.11. n.28. introductionis prooemialis.

Princeps inter ſubditos debet viuere, ſicut pater inter filios. p.12.n.30

Principes quales, tales reliqui ciues. p.33.n.83

Principum vita Rempublicam denormat ſi mala eſt. p.35.n.86
Ideo Princeps caueat vitia etiam minima. p.36.n.92
Reddétque rationem pro peccatis populi. p.37. num.96

Principes caueant à fallaciis, & à mendacio, & habeant vnum calamum, & vnam linguam. p.37.n.97.& 98.& n.101

Princeps ſolutus eſt legibus, ſed ligatur ratione. p.37.n.100
Ex contractu probabile eſt obligari naturaliter: probabilius eſt obligari etiam ciuiliter. p.38.n.102.& 103
Tenetur igitur ſtare contractibus, quia dum contrahit, eſt priuatus. p.38.n.104 & 105

Princeps non poteſt reſilire à contractu cum communitate inito. p.39.n.108
Item tenetur ſtare contractui ſuorum anteceſſorum. p.40.n.111

Princeps tenetur defendere mare ob tributa à nauigantibus data. p.39.n.109
Tributa ſi non ſufficiunt, poteſt Princeps augere ad defendendum mare. n.110

Princeps magis debet amari, quàm timeri. p.26. num.44
Non debet eſſe crudelis. ibid.n.46
Caueat à contemptu famulorum. n.48
Agat cum ſuis quaſi cum ſociis. p.50.n.50
Quia cum dignitate ſeruit populo. n.51
Sæpius ignoſcat, quàm puniat. n.52.& ſeqq.
Caueat à ſummo iure. ibid.n.56.& 57

Princeps nimium parcens punitur, vt reus. p.28. num.61
Et eſt miles ſine gladio. n.62

Principes ita caueant ab auaritia, vt eam habeant odio. p.41.n.116
Debent imperare pecuniæ, non verò ancillari. p 42.n.117
Peccant iniuſtè acquirendo Regno, vel retinendo. n.118
Item ſi negligentes fuerint in reficiendo Regnum, vel cuſtodiendis viis. n.119
Similiter, ſi abſque cauſa grauant populum tributis. n.120

Principes non approbant diuortia, ſed permittunt. p.52.n.179

Princeps ſæcularis non poteſt curare ſacra, ac diuina. p.74.n.190.verſ. Neque obſtat.
Et in dubiis de religione Sacerdotes, ſeu Prælatos debet conſulere. ibid. verſ. ordinariè.

Principes in terris ſunt loco Dei, non tamen poſſunt quidquam ſupra ius naturale, nec diuinum. p.105.n.209
Nec poſſunt abrogare ea, quæ ſunt iuris poſitiui, quando continent naturalem æquitatem. p.106.n.210
Et abſque rationabili cauſa nequeunt vti plenitudine poteſtatis, nec etiam de plenitudine poteſtatis poſſunt tollere citationem, quæ reſpicit defenſionem. ibid.n.211.& 212

Princeps politicus non poteſt diſponere per leges ex defectu iuriſdictionis circa ſpiritualia. p.123.n.265

Nec poteſt diſponere de iure decimarum. numer.266

Princeps ſæcularis non poteſt diſponere per leges circa matrimonia. p.131.n.281

Poteſt tamen circa matrimonij accidentia diſponere ſecundùm probabiliorem. pag.131. n.282

Principes vrgente neceſſitate, ſi auferant ab Eccleſiis aurum,& argentum, tenentur poſtea reſtituere. p.335.c.344

Princeps an poſſit aliquo modo ſibi reſeruata concedere in præiudicium ſucceſſorum, & quid ſi concedat conceſſo mero, & mixto imperio. p.276. n.28

Non poteſt tamen reuocare donationes factas in præiudicium Reipublicæ abſque cauſa. p.279.n.32

An verò poſſit mutare diſpoſitiones inſtituentium primogenia diſcuritur. p.281.n.33

Princeps poteſt concedere officium, quod alteri iam conceſſerat per diploma generale, p.282. num.35

Et poſſit concedere feudum familiare extraneis. p.283.n 36

In dubio tamen non præſumitur velle præiudicare habenti ius ad rem. n.37

Et poteſt reddere habiles fœminas excluſas ab inſtituente. n.38

Princeps an poſſit reualidare ſcripturam ex defectu ſolennitatis poſt ius quæſitum tertio,& teſtamentum factum ab impubere pubertati tamen proximo. p.284.& 285.n.40.& 41

Princeps an poſſit pro libito auferre officia ſubditis conceſſa. p.286.n.42

Principes de plenitudine poteſtatis poſſe legitimare in præiudicium habentium ius quæſitum eſt probabile, ſed oppoſitum eſt probabilius, de poteſtate legitimandi. p.298.n.14

Princeps ſæcularis ex vi poteſtatis poteſt creare impedimenta, quæ dirimant contractum matrimonij, niſi reſeruatum eſſet Summo Pontifici. p.344. n.128

Principes ſupremi poſſunt ius venandi ſibi reſeruare in locis publicis,ſeu priuatis,inferiores verò minimè,niſi in proprijs fundis. p.369.n.21. 22. & 24

Principes ex cauſa iuſta poſſunt prohibere venationem hominibus ignobilibus. n.24

Nobilibus autem nequeunt omnino venationem interdicere. n.26

Principes ſupremi poſſunt conferre ſubditis nobilitatem. p.345 n.132

Et an poſſint creare doctores, ita vt habeant priuilegia ſicut doctores graduati. pag.349. n.143

Princeps nequit gratias facere de delictis deliberatè factis in præiudicium partis læſæ, niſi ex cauſa publicæ vtilitatis. p.372.n.252

Nequit tamen damna remittere, & iniurias etiam ob bonum publicum ſecundùm aliquos. n.253

Extra caſum publici boni non poteſt tollere ius tertij,niſi ſatisfacta parte. n.254

De iure Luſitano non concedit gratias delicti abſque venia hæredum. p.373.n.255

Nec tenetur imponere pœnas à lege ſtatutas. num.256

Principes non recognoſcentes ſuperiorem poſſunt eſſe iudices in cauſa propria. pag.439. num.151

Ex honeſtate tamen dum litigant cum ſubditis, ſolent committere cauſas aliis iudicibus. num.152

Princeps ex priuata ſcientia ſciens reum eſſe innocentem, & per allegata, & probata nocentem poteſt illum abſoluere. p.443.n.170

Princeps an poſſit condemnare delinquentem, quem ſcit priuatim eſſe reum, & apparet innocens ex probationibus actorum; probabile eſt poſſe,ſed verius eſt non poſſe. ibid.n.171

Quando tamen crimen eſt occultum, non poteſt damnare reum, & non auditum, & non citatum, & in quibus caſibus id poſſit p.443.n.172

Princeps debet etiam minoribus officialibus iuſtam mercedem conſtituere. p.706.n.196

Princeps non debet permittere Iudæis habere ſuas ſynagogas noſtris Eccleſiis vicinas. p.55. num.193

Permittit tamen multa mala iuſtis de cauſis ad maiora vitanda. ibid.verſ.Ex dictis.

Non debet autem pati; vt ſubditi viuant, & credant quod voluerint. p.62 & 63 n.213

Princeps catholicus an poſſit cogere infideles non ſubditos, vt obſeruent præcepta *legis naturæ*, & deſerant idololatriam? concluſio negatiua. p.67.n.225

Princes an poſſit infideles ſibi ſubditos ſubiugare, vt eo modo inſtruantur ad fidem amplectandam. p.71.n.231

Principes, Magiſtratus, Tabelliones, Nautæ & alij officiales de qua culpa teneantur. pag. 749. num.373

*Priuilegium.*

Priuilegia conceſſa in cauſam filiorum,an baſtardi ea conſequantur. p.360.n.195

Priuilegia, ac facultates indefinitè conceſſas propter pretium, ſeu benemerita non poteſt princeps reuocare. p.291.n.48

Priuilegium iuriſdictionis alicui gratis conceſſum poteſt concedens ſine cauſa tollere. ibid.n.49

Priuilegium quid ſit, & in quo differat à lege. p.357.n.177

Conceſſum vni priuilegium non extenditur ad aliam perſonam ex identitate rationis.p.357. num.178

Priuilegium conceſſum marito probabilius eſt extendi ad vxorem eo mortuo. p.357.n.179

Et quando tranſeat conceſſum patri ad filios. p 358.num.180

Priuilegium conceſſum vxori cenſetur conceſſum marito. ibid.n.183

Et conceſſum patri, & filiis non extinguitur morte patris. ibid.n.185

Priuilegium Principis, & beneficium quomodo inter ſe differant. p.359 n.188

Priuilegia patri conceſſa propter merita, an tranſeant ad filios. p.359.n.189

Conceſſa in remunerationem nequeunt reuocari. n.190

Priuilegia Regibus conceſſa non competere Reginæ eſt probabile, ſed oppoſitum verius eſt. p.360.n.191

Priuilegia Eccleſiæ vnitæ, an extendantur ad Eccleſiam cui vnitur. p.365.n.207

Et an gaudeant priuilegio ciuitatis, ſeu Eccleſiarum ſuburbia, cæmeterium, & capellæ. num.208

Et quid de interdicta ciuitate, an ſuburbia ſint interdicta, & quid de Eccleſia polluta,

ac cæmeterio contiguo. p.365.n.209

Priuilegia limitatè conceſſa an vitientur per ſecunda priuilegia ſine limitatione impetrata. p.494.n.318

Priuilegium ne torqueantur nobiles, an extendatur ad eorum filios. p.637.n.86

Priuilegia conceſſa damnatis ad mortem remiſſiuè. p.366.n.439

*Proceſſus.*

Proceſſus in facto Rotæ valet ſi pars non appellet à iudice recuſato. p.561.n.229

*Procurator.*

Procurator conſtitutus à Republica, ſi confiteatur ſe recepiſſe pecunias rerum vectigalium, ac tributorum illius, nocet Reipublicæ, niſi illa contra probet. p.614.n.27

Procurator cum generali mandato ad recipiendum redditus non nocet domino, ſi debitores offerant domino ſolutiones ex confeſſione illius. p.615.n.29

Procurator conſtitutus cum iuramento de rato habendo quidquid procurator fecerit, nocet domino in ciuilibus, non tamen in criminalibus. ibid.n.32

Procurator non poteſt eſſe teſtis in cauſa quam procurat niſi in caſibus in quibus aduocatus, & ſolicitator teſt[illegible] poſſunt. n.31

Procurator, & aduocatus in cauſa poſſeſſorij poſſunt [illegible] aut petitorij. n.32

Procuratores in [illegible] cauſa poſſunt eſſe teſtes in alia cauſa diuerſa, ſecus in cauſis connexis. num.33

Procurator lite pendente reuocatus non poteſt eſſe teſtis ex præſumpta fraude, nec etiam finito officio; ſecus ſi reuocetur ante litem conteſtatam. n.34

Procurator generalis deputatus ad omnes cauſas adhuc poteſt eſſe teſtis in cauſa, quam non procurauit. n.35

Procurator Regius excuſatur à cautione præſtanda dum recuſat iudices tanquam procurator. p.567.n.250

Procuratorem, qui poſſunt conſtituere, & qui poſſunt, vel non poſſunt conſtitui, & quid de filiofamilias an poſſit eſſe in iudicio. pag 568. n.258.& 259

Procuratorem de iure Luſitano an poſſint conſtituere minores, & quæ ætas requiratur, vt aliquis ſit procurator ad negotia, & ad lites. p.569.n.260.& 261

Procurator an poſſit procuratorem ſubſtituere poſtquam acceptauit mandatum. n.262.& 263

Procurator conſtitutus ad donandum, an poſſit donare poſt reuocationem. p.570.n.264

Et an conſtituti cum libero, ſint conſtituti in ſolidum, duplex eſt opinio, & quid ſi apponatur clauſula, ad omnes meas cauſas, & lites, quas habeo, & habere ſpero. n.265. 266.& 267

Et an extendatur ad cauſas futuras. n.268

Procurator poſt conteſtationem litis non poteſt reuocari ſine cauſa, & præmiſſa citatione: ante litem conteſtatam ſi reuocetur, requiritur intimatio eidem, & iudici. n.275.& 276

Et quibus modis tacitè reuocetur. n.277.& 278

Procurator certo pretio conductus, an poſſit pro minori commendare alteri eadem negotia. p.720.n.269

Procurator, qui negotia peregit ſine vllis expenſis domini, an poſſit retinere, quod domi-

*Frageſi de Regim Chriſt. Reipubl.*

nus impedite debuerat. p.721.num.270. (ne legas 723)

Procurator habens mandatum ad compromittendum quoties poterit compromittere. pag 794 num.48

Procurator cum ſpeciali mandato, vel cum libera, an poſſit compromittere. n.49

Procurator habens generale mandatum poteſt appellare, eo autem non appellante poteſt dominus. p.968.n.98.& 99

Procurator non appellans in cauſa beneficiali non poteſt principalis auditi, nec appellare. p.970.n.100

Procurator in quibus caſibus poteſt appellare, an debeat proſequi appellationem. n.102

*Proditor.*

Proditoris in bonis non habet fiſcus verum dominium à die commiſſi criminis, ſed ſecundùm quid. p.50.n.168

Proditor ante ſententiam retinet dominium verum, titulum, ac poſſeſſionem etiam ſuorum bonorum; ſemper enim requiritur ſententia criminis declaratoria. ibid.n.169.170.& 171

*Prohibitio lignandi.*

Prohibere poteſt Reſpublica in nemore communi lignorum ſectionem, & paſcua. pag.375. num.38

Ligna tamen cædentes in loco publico non tenentur reſtituere, nec pœnas ſoluere ante condemnationem. n.39

Prohibitio lignandi ſi eſt iniuſta, non obligat. num 40

Cædere autem ligna in loco priuato, vel communi alterius Reipublicæ ex ſuo genere eſt mortale. num.41

Quando verò ligna cædere, & deferre ex fundis alienis ad vſus quotidianos liceat pauperibus. p.375.n.42

*Promotor.*

Promotor fiſcalis, quando excuſetur à condemnatione expenſarum, & quando eas ſoluat. p.699.n.165.& 166

*Prouocare.*

Prouocatus ad duellum quomodo poteſt reſpondere prouocanti, ſeu diffidanti. p.95.n.39

Prouocatus ad duellum occidendo prouocantem ſecundùm aliquos nihil tenetur reſtituere. ibid. num.44

Sed verius eſt teneri. n.45

Prouocatus non tenetur ſe domi continere tranſacto tempore, quo fuit prouocatus. p.96.n.57

Prouocans ad duellum, an debeat priùs percutere. num.67

Et an poſſit deſiſtere à duello abſque pœna. ibid.n.73.& 74

*Proximior.*

Proximior in gradu debet eſſe tutor ſecundùm iuris ciuilis computationem. p.824.n.4.5.& 6

Et vocari ad capellanias. ibid. vide tamen p.825. num.7

Proximiores in gradu excuſantes ſe à tutela non ſuccedunt pupillis ante pubertatem morientibus: ſecus ſi non moriantur poſt pubertatem. p.829.n.31

*Prudentia.*

Prudentia eſt virtus regalis, & digna Principe. p.16.n.6. Non eſt virtus moralis electiua, ſed intellectualis. n.7. Eſt menſura cæterarum virtutum, & quaſi anima illarum. p.17. n.7. Et eſt fluuius Paradiſi. n.9

Prudentia, quot partes habeat. p.17.n.10
Actus illius, quinam ſint. n.11
Prudentia eſt melior cæteris virtutibus moralibus, ac dux earum. p.18.n.12
Et quomodo differat à ſapientia. n.13

*Pueri.*

Pueri pubertati proximi, qui dicantur, & qua pœna puniri debeant, ſi delinquant. p.642. num.91
Pueri, qui propter ætatem non puniuntur, accedendo ad maiorem ætatem, an puniendi ſint. p.643.n.92

*Punitio Simoniæ.*

Punitio Simoniæ pertinet ad vtrunque forum: eſt enim de iure noſtro crimen mixti fori, p.252.n.315.316.& 317

## R

*Ratio.*

Ratio propter quam incipiendum eſt in hoc opere ab obligationibus, & poteſtate, ac iuriſdictione gubernatorum Reipublicæ. p.14. n.37. introductionis procœmialis.
Ratio propter quam collegia, & congregationes quæ non eriguntur auctoritate ſuperioris, non permittuntur. p.910.n.20

*Rector iuſtitiæ.*

Rector iuſtitiæ, ſeu præfectus Prætorio in Luſitania debet eſſe nobilis, prudens, atque integerrimus. p.409.n.15

*Receptantes.*

Receptantes hæreticos quinam ſint. p.64.& 65. n.218.& 219

*Recuſare, & Recuſari.*

Recuſandi iudicem exceptio poteſt opponi poſt alias dilatorias, ſi propter ignorantiam omittatur. p.556.n.212
Et partes poſſunt renunciare remedio recuſandi iudicem dummodo iudex non careat omnino iuriſdictione. n.213
Recuſandi iudicem, quæ ſint cauſæ. n.214
Et forma recuſationis quomodo ſit facienda, & an requiratur expreſſio cauſæ, & an ſufficiat quòd iuret recuſans ſibi Titium eſſe ſuſpectum. p.557.n.216
Nam de iure Luſitano neceſſaria eſt expreſſio cauſæ. p.558.n.217
Recuſari an poſſint à partibus iudices ſiue ab ipſis, ſiue à iudice electi. p.568.n.218
Et an ſuſpicio à reo allegata ſit probanda per teſtes, vel per iuramentum duntaxat reo præſtitum. ibid.n.219
Recuſatione pendente, facta per iudicem recuſatum, ſunt ipſo iure nulla. p.558.n.220
Exceptis nonnullis caſibus, de quibus. p.559. n.221.vſque ad n.225
Recuſari an poſſit Synodus Prouincialis, Concilium generale, totus Senatus, & ſupremi Principes. p.560.n.225
Recuſans iudicem debet deponere pecuniam ad expenſas aſſeſſoris, aliter poteſt procedere recuſatus. p.563.n.238
Recuſans officiales poteſt petere dilationem ad producendos teſtes extra loca, vbi iudex de ſuſpicionibus cognoſcit. p.565.n.245.

*Reductio.*

Reductio ad arbitrium boni viri de iure noſtro intra annum, de iure communi ad triginta annos peti poteſt. p.776.n.18
Reductio ad arbitrium boni viri, & appellatio conueniunt: renunciari tamen poteſt reductioni, quæ non habet locum in ſententia arbitri, ſed in ſententia arbitratoris. pag.779. num.19
Reductio autem ab arbitrium coram quo iudice eſt petenda. n.28

*Regalia.*

Regalia, ac reſeruata ſummo Principi, quæ ſint. p.253.n.1
Inter quæ eſt poteſtas indicendi bellum, creandi magiſtratus, & officiales ad iuſtitiam miniſtrandam. Item facultas erigendi nouas dignitates. num.2
Item inter Regalia numeratur ius armorum, & vſus illorum: cudere pecuniam, & poſſe Principem pro ſe, & pro filiabus maritandis exigere ſubuentionem a populo. p.254. & 255.n.3.5.& 6
Item talliare ſubditos ſi aliunde non habet pro ſe, & pro filio redimendo. p.255.n.7
Regalia ſunt etiam ſeruire Principi ad bellum eunti, ſubminiſtrare plauſtra & nauigia ad vehendum neceſſaria exercitui, pontesque conficere ad tranſitum exercitus. ibid.n.9
Item Regale eſt portus, ripatica, & flomina nauigabilia, & ius piſcationis, atque viæ publicæ. p.256.n.13
Et reuiſiones ſententiarum, de quibus latè p.273.n.27

*Reges, & Reginæ.*

Reges à quo accipiant ſuam poteſtatem à Deo ne an ab hominibus, & quid de Saule, & Dauide. pag. 9. num. 23. introductionis procœmialis.
Reges ſapientes conſeruant populum, & è contra. p.16.n.3
Et ideo Reges magni faciunt ſapientem. n.5.
Sunt etiam Reges paſtores populi. pag.26.numer.42
Reges negligentes in puniendis malefactoribus ſine cauſa gladium portant. p.91.n.3
Sceptrum enim ſicut indicat clementiam, gladius ſic etiam indicat iuſtitiam. n.4
Regina eſt legibus ſoluta ex iure ſpeciali. p.107. n.219
Regina, & infantes, non ſoluunt gabellas. p.407. num.67
Regina nubens viro non habenti regnum, non facit illum Regem de iure, vocatur tamen Rex de conſuetudine. p.360.n.193
Idem de Duciſſa, Marchioniſſa, vel Comitiſſa nubentibus; non enim faciunt viros Duces, Marchiones, & Comites, niſi dent has dignitates in dotem maritis. pag. 360. numer.194

*Regulares, & Religioſi.*

Regularis, ſeu religioſus probatæ vitæ ſi litigando ſuccumbat, non eſt condemnandus in expenſis. p.701.n.176
Religioſus minorita non ſuccedit patri pro eo tempore quo eſt minorita, nec etiam ſi tranſeat ad religionem bonorum capacem poſtea. p.488.n.296
Regulares, ſeu religioſi ab Epiſcopo in diœceſi ſua, vel à Papa approbati ad audiendas confeſſiones vbique terrarum habent iuriſdictionem delegatam, ſed nequeunt eam ſubdelegare. p.427.n.137


Regulares,

Regulares, ſeu religioſi deſcendentes ex Hebræis poſſunt eſſe Prælati iu ſua religione; nequeunt tamen eſſe vicarij animarum ſæcularium. p.79. n.250

Regulares, ſeu religioſi etiam laici peccant mortaliter, ſi interſint Tauricidiis ex Gregoriana conſtitutione. p.97 n.97

Non tamen laici ordinum militarium. ibid. num.98

Regulares an peccent ſi ex domibus ſuis interſint taurorum agitationibus. pag.98.num.104.105. & 110

An autem regulares canonici prohibeantur intereſſe, probabilius eſt prohiberi. n.108

Religioſi ſi ſanguinis ſententiam ferant, valet parte non opponente. p.715.n.247

Nequeunt tamen regulares appellare pro ſuis ſuperioribus. p.966.n.83

*Remiges.*

Remiges aduerſus Chriſtianos, an Incidant remigando in excommunicationem Bullæ Cœnæ. p.543.n.160

*Renunciare.*

Renunciandi officium facultas in filias valet. p.736.n.319

Et renunciatio officiorum ab ægroto, quando, & quomodo fieri poſſit. ibid.n.318

Nequeunt tamen notarij de iure Luſitano officiorum renunciationes accipere. n.320

Renunciatio officij, ſeu beneficij facienda intra menſem facta in vltimo die ante galli cantum, an valeat. p.737.n.324

Et quid ſi reperiatur mortuus. n.325

Renunciatio iurata interueniente læſione enormi, an liberet à petendo reductionem ad arbitrium boni viri. p.779.n.20

*Repudium.*

Repudij libellus ex cauſa adulterij an hodie ſit licitus. p.214.n.175

Repudium iudæis conceſſum diſſoluebat matrimonium, eratque licitum diſpenſante Domino in lege naturali ſecundùm probabiliorem ſententiam. p.215.n.177

Repudium gentilibus conceſſum per leges, an ſit licitum, & leges imperiales permittentes repudium, an ſiot licitæ. ibid.n.180

Pro reliquis vide verbum *Diuortium*, quibus modis poſſit fieri ad tempus, vel in perpetuum. p.217.n.190

*Reſcriptum.*

Reſcripta, ac remiſſiones delictorum rariſſimè ſunt concedenda, & non ſine cauſa iuſta. p.492. n.304

Reſcriptum abſolutè conceſſum in quo non fit mentio prioris, cum moderamine eſt ſubreptitium. p.493.n.312

Pro reliquis reſcriptis, vide verbo *Gratia.*

*Reſtitutio, & Reſtitutus.*

Reſtitutio in integrum conceditur ad examinandum teſtes poſt concluſum in cauſa, & poſt publicatas atteſtationes. pag.696. numero 152. & 153

Reſtitutus, an debeat recuperare fructus perceptos quando reſtituitur quoad bona? & quid de fructibus conſumptis bona fide. pag.484. & 485.n.288.289.& 290

Reſtitutus an debeat reualidare teſtamentum factum tempore banni, ſeu deportationis. p.489. n.297

Reſtitutus ad bona poteſt recuperare hæreditatem matris amiſſam per condemnationem. p.487.n 295

Reſtitutio ſimplex, & reſtitutio in Integrum ad quid extendatur. p.488.n.296

*Reſpublica.*

Reipublicæ, an vtilius ſit gubernari a bono Principe per leges, an ſine illis. p.11. n.25 introductionis proœmialis.

Reſpublica eſt ordo multorum, inter quos debet maior præeſſe minoribus. p.49.n.156

Reſpublica poteſt prohibere in nemore communi ſectionem lignorum, & paſcua. n.58

Reipublicæ gubernator eget ſcientia, potentia, ac nobilitate. p.375.n.5

Reipublicæ conuenit habere magiſtratus ſtipendiatos. p.418.n.46

Reipublicæ non conuenit habere vnum officialem cum duobus officiis. p.420.n.60

*Reus.*

Reus legitimè interrogatus à iudice competente tenetur veritatem fateri. p.577.n.290

Et quid in cauſa capitali. p.178. n.291. p.589. n 299.& p.594.n.354

Reus de crimine accuſatus, quod probari non poteſt, negando illud non peccat contra iuſtitiam, quamuis vocet accuſatorem mendacem, peccat tamen contra charitatem. p.578 n.292

Reus iniuſte negans crimen verum, an teneatur pœnam pecuniariam patri applicandam ſoluere. p.579.n.298

Reus de vero crimine occulto Iniuſtè accuſatus quomodo poteſt reſpondere ſine mendacio. n.300

Habétque ius ſe defendendi per media licita, quando iniuſtè accuſatur, nec tenetur accuſatori famam reſtituere, & poteſt vti verbis ambiguis. pag. 580. numero 301

Reus iniuſtè rogatus, ſibique crimen falsò imponens dum torquetur, peccat venialiter ſecluſo periurio. p.581.n.304

Et in criminalibus nequit renunciare ſuis defenſionibus, etiamſi vocatus non compareat, amittet tamen exceptiones dilatorias. p.582.n.305.306.& 307

Reus contumax, vt habeatur pro confeſſo requiritur iudicis ſententia, poteſt tamen ab ea appellare, & quis dicatur verus contumax. p.582. n.308.& 309

De quo dicitur, quod non poteſt appellare, ſed ſupplicare: contumax tamen fictus appellare poteſt. n.310.& 311

Item excommunicatus ob contumaciam non debet audiri, donec expenſas reficiat. p.583. n.315

Reus iuſtè condemnatus non poteſt reſiſtere miniſtris iuſtitiæ, an verò iniuſtè condemnatus, & probatus nocens poſſit reſiſtere, res eſt dubia. p.594.n.356.& 357

Iuſtè tamen in carcere detentus poteſt fugere: licitè vincula rumpere, & carcerem perforare. p.595.n.358.& 359

Rei metu tormentorum confitentes, & poſtea variantes quoties debeont quæſtionari. p.618. num.45

Et nequeunt torqueri, quando crimen eſt plenè probatum. p.633.n.76

Reus conuictus ſi torqueatur, & neget, an per negationem elidantur legitimæ probationes. p.633.n.77

Item reus conuictus ſi torqueatur, vt per confeſſionem nequeat appellare, confeſſio eſt nulla,& poteſt appellare. n.78

Non tamen tenetur reus ad pœnam à lege impoſitam ante ſententiam. pag.115.n.250. per totum.verſ.His accedit.

Reus de crimine conuictus, an teneatur reuelare ſocios omnino occultos. p.548.n.181

S

*Sacerdos.*

Sacerdos delegatus ab Epiſcopo, vel à parocho ad ſacramenta miniſtranda in aliqua parochia poteſt ſubdelegare. p.437.n.140

Sacerdoti, an liceat ex pacto exigere ſtipendium pro Miſſis. membr.9. num.366. p.165. verſ. ſequitur.

Et obligatur ex iuſtitia ad ſacrificandum pro ſtipendio. ibid. verſ. ſequitur etiam.

*Sacrilegium.*

Quid ſit ſacrilegium. p.236.n.254

Eſt caſus mixti fori de iure Luſitano. ibid.

Quibus in rebus committatur. pag. 237. numer.256

Sacrilegium quando cum eo incurritur excommunicatio, pertinet ad Eccleſiaſticum forum. p.237.n.257

Sacri,loci appellatione, quid intelligatur. p.237. n.259

Et an oratoria priuata, hoſpitalia, aut eremitomitoria ſint loca ſacra. p.238.n.263

Item ſacrarum rerum appellatione, quid veniat. p.238.n.265

Sacrilegium an ſit, furari rem ſacram de loco non ſacro. ibid.n.266

Sacrilegium quando committatur de iure canonico,& ciuili. p.239.n.267

Et quibus pœnis puniantur ſacrilegi. pag.239. n.268

Et an ſit ſacrilegium effuſio ſeminis, aut ſanguinis in Eccleſia deſtructa. n.270

*Salarium.*

Salarij etymon à ſalibus deriuatur,& pro qualibet cauſa orandi ſalarium centum aureorum ſancitum fuit apud antiquos. p.706.n.195

Salarium, vt ſit iuſtum debet æquiparari oneribus, & laboribus officij, requiriturque inter vtrumque æqualitas, p.706.n.197

Salarium famulorum quibus modis poteſt eſſe iuſtum, & iniuſtum. Interdum poteſt eſſe tenue, quando ad preces alterius famuli conducuntur, nec dominus eget eorum opera. pag.706. n.198.& 199

Salarium habentes taxatum pro ſuis officiis nihil amplius poſſunt accipere, & tenentur reſtituere ſi quid vltra capiunt. p.707.n.200

Quando tamen ſalarium non eſt apertè iuſtum, poſſunt officiales aliquid amplius accipere, donec attingant pretium infimum iuſtum. num.201

Salarium acceptum pro tempore quo rerum conditio eſt mutata, officialis debet illud accipere tantùm, quamuis non ſit ſufficiens; ſecus,ſi ante mutationem rerum officio iam fungebatur. ibid.n.202

Salario non priuatur officialis per annum conductus iniuſtè dimiſſus; ſecus ſi propter culpam. num.204

Salarium debitum magiſtratibus à quo ſit ſoluendum. p.418.n.47.& 48

Et an ſalarium debeatur pro tempore quo miniſtri,& magiſtratus ab ſunt, vel non ſeruiunt,vel quando ægrotant. p.42[illegible].n.61

Quin imo, ſi iudex, ſeu corrector mittatur ad Regem pro negotio ciuitatis, poteſt habere duplex ſalarium. p.42[illegible].n.62

Salarium debetur magiſtratui totum, ſi moriatur ante finitum tempus. p.422.n.63

Et in Luſitania de conſuetudine ſoluitur exacto ſingulo quoque trimeſtri. n.66

Salarium non debetur officiali remoto ab officio pro eo tempore, quamuis poſtea abſoluatur à culpa remotionis. ibid. n 67. Debetur tamen officiali tolerato in officio, poſt culpam commiſſam. n.68.

Item ſalarium conſuetum quale ſit etiam quando variatur. n.69

*Salutatores,& Enſalmatores.*

Salutatores,Enſalmatores, carminatrices plerunque vtuntur ſuperſtitionibus. p.195.n 97

Salutatorum, & Enſalmatorum caſus eſt mixti fori,niſi ſapiat hæreſim. p.195.n.98.99.& 100

Enſalmi,quinam ſint,& quomodo fiant,& an differant ab incantationibus. p.196.n.103

Salutatores inueniuntur in Hiſpania,& quomodo ſanent ægrotos. p.196 n.104

Enſalmorum alij ſunt inuocatiui, alij conſtitutiui. p.196.n.105

Vti enſalmis, ac benedictionibus purè inuocatiuis licet; magis tamen laudabile eſt ab illis abſtinere. p.197.n.106

Enſalmis à quibus ſit cauendum. n 107

Geſtare tamen breuia, & reliquias ſanctorum ſuſpenſas è collo interdum licet,& aliquando non. ibid.n.108

Enſalmis in dubio vtendum eſt ſub conditione, & præmiſſa proteſtatione. p 197 n.109.& 110

Et enſalmi conſtitutiui nihil vanum continentes,an ſint liciti. p.198.n.111

Non tamen licent enſalmi conſtitutiui promittentes effectum ex vi operis etiam fallabiliter. n.112

Enſalmus in quo ineſt aliquid falſi,vel peccatum, vel aliquid indifferens tanquam neceſſarium, non eſt à Deo. n.113

Sicut non eſt à Deo benedictio per verba ignota,aut nihil ſignificantia, ſi quid operetur. p.199.n.115

Salutatores curantes per halitum, tactum, aut ſaliuam, an ſint permittendi. p.199.n.116

Nam ſanandi gratia poterit prouenire aliquid ex naturali complexione corporis humani. ibid.n.117

Salutatores habere vim ſanandi naturalem eſt probabile. ibid.n.119

Sed oppoſitum eſt probabilius. p.200. n.120. & p.709.n.215.& ſeqq.

Salutatores ex quibus poſſit recognoſci quando operentur ex gratia gratis data. p.200.n.121

Nam gratia gratis data propter bonum commune interdum datur viris peccatoribus. ibid. verſ.ſed contra.

Salutatores, & enſalmatores dicentes, ſe non poſſe ſanare coram alio ſalutatore, non ſunt à Deo. ibid.n.122

Salutatores, qui egent nimio vini potu ad ſanandum alios, non videntur habere gratiam ſanandi. p.[illegible].n 123


Salutatori

Salutatori, ſeu enſalmatori dicenti ſe habere gratiam ſanandi ſub hac vel illa verborum forma dependentem, ſi eſt probatæ vitæ, an ſit credendum. p.200.n.124

Item panis à ſalutatoribus morſus prodeſt morſis a cane rabido. p.201.n.125

Salutator curans vulnera mortalis per hæc verba, *In nomine Patris*, &c. permittendus eſt; ſimiliter non videtur damnanda virtus ſanandi, quæ hæret perſonæ, ita vt ſit propria illius, nec alteri communicatur. Non tamen ſalutatores infideles, aut hæretici permittendi ſunt. p.201. n.126.127.128.129

Salutatores, qui ab aliis diſcunt eundem curandi modum, an permittendi. p.202.n.130

*Sancti.*

Sanctorum exemplum parit vitam audientibus. p.35.n.87.& 88

*Scholaſtici.*

Scholaſtici inhabiles propter delictum poſſunt ferre ſuffragia, donec feratur ſententia. p.102. n.163.164.& 165

*Scriptura.*

Scripturas retinentes prudentes non ligantur excommunicatione non exhibendo illas. p.390. n.335

Quando verò ſunt communes vtrique parti, ſunt exhibendæ etiam abſque excommunicatione: ſecus quando ſunt propriæ. p.590. n.337.& 338.& ſeqq.

Scriptura continens obſcurè, & generaliter actoris intentionem, non eſt libellus parte opponente p.512.n 49

Scripturis duabus repertis eadem die factis, altera in fauorem fiſci, altera in fauorem priuati, cui fauendum ſit. p.941.n.71

*Secretum.*

Secretum quidnam ſit, & quomodo diuidatur, & ſubdiuidatur. p.65.n 36

Et vt dicatur commiſſum, quid requirat, & quæ officia de ſe portet ſecum ſecretum. n.37

Secretum commiſſum ſub ſacramentali confeſſione, qui nouit etiam ſub iuramento non eſt reuelandum etiam ab eo, qui mediatè ex ſacrilega confeſſionis reuelatione illud cognouit. p.65.n.38.& 39

Secreta commiſſa alicui ſub ſigno crucis, & præmiſſa confeſſione generali non ſunt reuelanda. p.665.n.40

Nec ſacerdos cognoſcens ex confeſſione delictum poteſt poſtea obſeruare, an pœnitens perſeueret in delicto, nec eſſe teſtis pro eo quod obſeruauit. p.666.n.41

Secretum propriè commiſſum non eſt reuelandum, etiamſi delinquentes laborent infantia. num.42

Quod ſi poſtea alia via cognoſcatur, eſt aperiendum iudici iuridicè interroganti; non tamen reuelandum eſt extra iudicium. ibid. n.43.& 44

Secretum commiſſum ſub iuramento ſi vergat contra bonum commune, aut contra tertium eſt aperiendum. p.666.n.45

Secus de crimine iam facto tendente tantùm ad puniendum, non eſt reuelandum. n 46

Et quid ſi iudex procedat via accuſationis, ſeu inquiſitionis. n.47

Secreta reuelantes quibus pœnis puniri debeant. p.667. n.48. Et an poſſint reuelari ad vitanda propria tormenta. p.668.n.54

Secretum reuelare vni, vel duobus viris grauibus, qui nemini ſunt dicturi, quale ſit peccatum. p.669.n.55

*Seditiones.*

Seditiones decet principem extinguere. p.91.n.9

Non enim ſeditiones de paruis rebus fiunt. num.10

Ideo ſeditiones inter magnates gladio Regio reſecandæ. num.11

Seditio excitata eſt bellum grauiſſimum inter ciues, & debet ſpecificè probari. p.910.n 24

De induſtria excitata ſeditio pœna capitali punitur. p. 11.n.25

Item ſeditioſi Principes, ac Duces infelicem exitum habuerunt. ibid.n.26

*Senatores.*

Senatores, & gubernatores, vt bene fungantur officio, ſicut & Reges, tanquam parentes debent imperare. p.12. num. 29. introductionis proœmiabis.

Senatorum vxores quandiu viuunt honeſtè mortuis maritis gaudent priuilegiis eorum. p.358. n.181

*Sententia.*

Sententiarum reuiſiones ſunt de reſeruatis: quando, & quomodo debeant peti, & negari. p.273. num.27

Sententia præcipitata, & à iudice non ſedente lata, eſt nulla. p.2 .n. 3

Sententia ſaltem criminis declaratoria ſemper eſt neceſſaria. p.50.n.167

Sententia lata non ex actis in foro externo nihil probat. p.612.n.22

Sententia diffinitiua, & interlocutoria, quid ſint, & quomodo differant. p.459.n.214

Sententia diffinitiua licet non poſſit reuocari, poſſunt tamen eius verba obſcura declarari. p.461.n.218 & 219

Sententiam diffinitiuam non poteſt iudex corrigere de conſenſu partium, neque reuocare nullam de iure noſtro: ſecus de iure communi. p.462.n.224

Sententiam criminalem ſi conſtet iudici de innocentia damnati, debet remittere ad ſuperiorem, vel illum inſtruere. p.464.n.225

Sententia nulla à partibus approbata valet in vim pacti, ſeu conuentionis. p.463 n.226

Sententia manifeſtè iniqua æquiparatur nullitati, eam tamen tenetur executor tradere executioni. num.227. & ſequentibus. vbi de reliquis ſententiis. pag.463.& 464 & ſeqq.

Sententia iudicis ad incurrendas pœnas duelli eſt neceſſaria. p.101.n.148.& 149

Sententiæ interlocutoriæ deſcriptio, & quomodo cognoſcatur, & an ab ea detur appellatio, per tot. p.999. & 1000. ex n.169.170.171.172.173 & ſeqq.

*Serui.*

Serui In quibus caſibus poſſunt admitti, vel non admitti ad teſtimonium ferendum. p.655.n.12

Serui, & ſeruitores poſſunt puniri ſi conſcij ſint delicti committendi aduerſus dominos, vel heros. p.526.n.105

Seruus alienus, & proprius, quando poſſit eſſe tutor. p.827.n.12

Seruo tutori dato competit directa libertas, non verò fideicommiſſaria. ibid.n.13

Seruus tutor in teſtamento datus ante 25. annum conſequitur libertatem, non tamen exercebit officium tutoris, niſi completa ætate. ib.n.14

Serui nequeunt appellare pro dominis nec domini poſſunt talem appellationem ratificare. p.966.n.84.85.& 86

*Sodomia.*

Sodomiæ crimen eſt mixti fori. p.229.n.226
Dicitur crimen contra naturam, alio nomine nefandum,& cur. n.227
Philoſophi ethnici hoc vitio laborarunt aliqui,non tamen Plato. p.230.n.228
Omnes,qui extabant in Natalitiis Chriſti Domini,perierũt inter quos fuit Virgilius.n.229
Sodomiæ crimen, an ex ſuo genere ſit grauius furto,vel homicidio? aliqui affirmant, & alij melius negant. p.230.n.230
Fama eſt Dœmones fugere, dum committitur hoc crimen. ibid.n.231
Sodomiæ crimen pertinet ad inquiſitores, priuatiuè ad alios iudices Eccleſiaſticos, cumulatiuè autem ad ſæculares. p.230.n.232
Et quamuis ſapere hæreſim aliqui affirmant, aliqui melius negant. p.231.n.233
Pœnæ ſeptem,& eo amplius huius criminis,& quæ ſint de iure communi, & de iure Luſitano. p.231.& 232.n.234.& 235
Teſtes quot ſufficiant ad probandum hoc crimen de iure noſtro,ac Caſtellano. ibid.n.238
Et aſſerentes ſe fuiſſe violatos ab aliquo,quam fidem faciant. n.239
Reliqua ad hoc crimen ſpectantia inuenies. p.233. ex n.240. vſque ad n.252. verſ. quin addendum eſt.

*Solicitator.*

Solicitator non poteſt eſſe teſtis in cauſa pro qua ſolicitat,etiamſi deſinat eſſe ſolicitator. p.663. num.27
Et in quibus caſibus poſſit eſſe teſtis. p. ead. n.28.& 29
Solicitator deſignatus à procuratore Domini poteſt eſſe teſtis pro cauſa in qua ſolicitat. p.663. num.30

*Species.*

Species cognationis legalis ſunt tres, prima in linea recta,& producitur in infinitum. p.342. num.118
Secunda ſpecies reperitur inter adrogantem, & vxorem adrogati, & tertia ſpecies in linea tranſuerſali inter filios carnales vtriuſque. n.119

*Spectatores.*

Spectatores ſi audiant res turpes propter delectationem turpem peccant mortaliter ſaltem ratione periculi cadendi. p.53.n.188
Spectatores duelli caſu illac tranſeuntes non incurrũt excommunicationé. p.101.n.141.& 142

*Sportula.*

Sportulas poſſunt accipere iudices delegati.p.425. num.79
Et iudicibus Eccleſiaſticis de iure canonico ſunt interdictæ. p.426.n 80
De conſuetudine recipiuntur à delegatis Sedis Apoſtolicæ. n.81
Sportulæ poſſunt recipi vltra ſalarium de ſententia Bartoli. ibid.n.82
Sportulæ de iure Luſitano debentur ſenatoribus à Rege datis ad expediendã aliquam cauſã.n.83
Et in quibus caſibus de eodem iure non recipiantur. n.84
Sportulæ in cauſis ſummariis, nec de ſententiis interlocutoriis, vel latis ſuper recuſatione ſenatorum non recipiuntur. p.426.n.85
Sportulas nequeunt iudices ordinarij imperiti petere a litigantibus pro petendo conſilio à peritis. p.426 n 86
Sportulæ de iure Luſitano non debentur pro ſententiis ſuper exceptiones prouiſionum Regalium. p.426.n.87
Nec debentur à pauperibus. n.88
Sportulas victori remiſſas a iudice,an victor poſſit repetere in taxa expenſarum. p.427.n.92

*Spurius.*

Spurius an ſit conceptus ex conſanguinea poſt expeditam diſpenſationem. p.311.n. 7
Spurij legitimati non gaudent priuilegiis Hiſpanæ nobilitatis in totum. p.361.n.190
Poſſunt tamen ſepeliri in ſepulchro paterno, & eſſe executores teſtamenti paterni,& tanquam pauperes frui bonis paternis applicandis pauperibus. ibid.

*Striges.*

Striges vnde nomen accipiant, & cur fœminæ potius, quàm maſculi hanc artem nouerint. p.188.n.60
Striges vt plurimum ſunt Apoſtatæ abnegantes Chriſtum Dominum, & Eccleſiaſtica Sacramenta; earum cauſæ ad inquiſitores ſpectant. ibid.n.61 & 62
Striges habent rem cum Dœmone. p. 89 n.64
Et arte Dœmonis in figuras variorum animalium ſe transformant. p.190.n.69
Et penetrent parietes. n.70
Et ex qua materia ſint formæ corporeæ ſub quibus ſtriges deliteſcunt. p.191.n.76

*Subhaſtatio.*

Subhaſtatio an ſit nulla ſi gabella non ſoluatur. p.401.n.55
Subhaſtatio requiritur in bonis minorum alienandis. p.852 n.25.& p.882.n.9

*Suburbia.*

Suburbia an gaudeant priuilegio ciuitatis. p.365. n.208
Et an ſuburbia ſint interdicta, ciuitate interdicta. n.209

*Succeſſores.*

Succeſſores in dignitate Eccleſiaſtica tenentur ſtare contractibus. p.40.n.113
Et in quibus caſibus non teneantur ſtare ſucceſſores in dignitate. n.114
Succeſſor in Regno, quando teneatur ſoluere debita ſui prædeceſſoris. p.40.n.115
Succeſſor in maioratu, & in bonis patrimonialibus ſimul tenetur ad debita prædeceſſoris. p.819.n.50.& 57

*Statuta.*

Statuta de ſoluendis vſuris ſunt nulla,& condentes incurrunt excommunicationem.p.51.n.176
Statuta pro victualibus poſſunt facere decuriones ciuitatum. p.105.n.207.& p.888.n.26
Statuta Toletana in cathedrali,& collegia in academia Conimbricenſi, & in aliis excludunt deſcendentes ex Hebræis. p.77.n.244

*Suſpectus.Suſpicio.*

Suſpecto Præſide alicuius conuentus iuridici, inferiores iudices ſunt ſuſpecti. p.560.n.226.227
Suſpecto Epiſcopo,vel notoriè ſuſpẽſo, ſeu interdicto,eius vicarius eſt ſuſpenſus;non tamen vicario ſuſpenſo Epiſcopus eſt ſuſpenſus. ibid.
Suſpicionum iudices ſi inueniant iudicem eſſe legitimè recuſatum, an debeant cognoſcere de cauſa principali. p.562.n.234
Et an cauſa ſit remittẽda ad ſuperiorem. n 235

Suſpi

Suſpicionum cauſa intra quantum tempus ſit decidenda apud Luſitanos, ſi culpa iudicis non fuit decisa:& qoid ſi recuſans ſit minor, an debeat habere reſtitutionem tam de iure Luſitano, quam Hiſpano. p.562.& 563.n.236.& 237
Suſpicionum Iudices, qoi ſint apud Luſitanos quando officiales recuſantur. p.563.n.243

*Syndicatores.*

Syndicatus officium eſt valde neceſſarium, nec ab eo excuſantur Principes.p.429.n.1. & qui ſubditos vult corrigere,& iudicare debet ſua priùs emendare. n. 2
Samuel vir integerrimus, & iudex incorruptus ſyndicatui ſe ſubiecit.n.3. & ſingulis annis totam Prouinciam luſtrabat diligentiſſimè.p.929 num. 5
Chriſtus Dominus ſyndicatui ſe ſubiecit dicens, quis ex vobis arguet me de peccato? ibid.n.6
Magiſtratus exemptus à ſyndicatu non eximitur, niſi à culpa leui, vel leuiſſima. p.929.n.7
Syndicandi poteſtas eſt de Regalibus, & ad Reges duntaxat pertinet.p.830.n.9. Neque excuſantur à ſyndicatu officiales gratis officium exercentes.n.10.& Magiſtratus triennalis ante triennium exactum monet Regem vt præcipiat illum ſyndicari. n.12
Syndicatores, quam habeant iuriſdictionem ordinariam ne, an delegatam.p.931.n 17. ad pronunciandum habent tempus limitatum. n.18. poſſunt ſuas exequi ſententias. n. 19. & an ſit appellandum ab huiuſmodi ſententiis. p.931. & 932. n.20.21. & 22
Syndicator quam formam ſeruare debet dum ſuo officio fungitur. p.932. n.23. 24. 25.26. & 27. duplici via poteſt procedere accuſationis ſcilicet,& inquiſitionis. p.933.n.28
Inquiſitio in ſyndicatu eſt generalis, quoad delicta, ſpecialis quoad perſonas. ibid.n.29. & teſtes de familia ſyndicandi poſſunt recipi pro eius defenſione, niſi ſint perſonæ viles.p.936. num.36
Syndicator de qoibus debet inquirere de iure Luſitano. p.936 & 937.n.37.38. & 39. & officiales pro leuibus in ſyndicatu puniuntur ciuiliter, non verò criminaliter. n.40. tenentur tamen iudices in ſyndicatu pro delictis à ſuis commiſſis ad intereſſe partis læſæ quando delinquunt in officio: ſecus ſi aliter. p.937.n.41
Iudices durante officio non poſſunt ſyndicari regulariter, exceptis aliqoibus caſibus. p.937. n.42 43. & 44
Iudices durante officio debent ſuſpendi donec finiatur inquiſitio, & regulariter non tenentur, niſi de dolo,& lata culpa.p.938.n 48.& 49
Pro reliquis vide ſuprà verbum, *Iudices*.

## T

*Tauri.*

TAurorum ludo intereſſe, an ſit licitum clericis de iure communi. p.97.n.92.93.& 94
Taurorum agitationes ex conſtitutione Clementis Octaui quomodo, & quando poſſint exerceri licitè. p.98. n.99.100.101.102. & 103
Taurorum agitationes quoad Clericos reduxit Clemens Octauus ad terminos iuris communis; interdixit tamen Regularibus, ne illis omnino interſint. ibid.
Taurorum agitationes in Regnis Hiſpaniarum duntaxat conceduntur à Clemente Octauo. p.98.n.106.& 107
Tauros agitandi votum, an ſit validum.p.98.n.112.
Tauri ferociſſimi manſueſiunt verbis magicis: ſicut,& ſerpentes carminibus deponunt venenum, & dracones ad onera portanda redduntur habiles. lege §.10.p.292.n.85

*Taxa.*

Taxa ab omnibus eſt ſeruanda, ita vt Princeps vendens vltra taxam cariùs peccet contra iuſtitiam. p.107.n.215
Taxa iniuſta non eſt ſeruanda, neque obligat in foro conſcientiæ.p.895.n.56.& pretium lege taxatum dicitur iuſtum, quando eſt rationabile. n.57. & 59
Taxa ſi dubitatur an ſit iuſta, eſt ſeruanda.p.897. n.75.ſi tamen venditores omnes iacturam patiuntur vendendo pretio taxato, non tenentur taxam ſeruare in conſcientia; ſed poſſunt excedere, vt ſeruent ſe indemnes: ſecus ſi aliqui duntaxat. ibid n.74
Triticum,& triticum ſi valde differant in bonitate, & vtrumque habeat idem pretium, poteſt quod eſt melius pluris vendi. p.898. n.76. & taxam tranſgredientes, vel detrahentes de pondere,& menſura ſunt acriter obiurgandi à confeſſariis. ibid.n.77
Taxandi conſuetudo eſt vtilis, & taxa in duobus locis poſita, ſi non ſeruetur in vnu loco, an in alio ſit ſeruanda, p.899.n.79
Taxa non eſt ſeruanda, quando propter abundantiam ſuperuenientem extra forum viliori pretio eædem res emuntur. p 901 n.85
Taxatum pretium tranſgredi notabiliter eſt mortale. p.895.n.60. & de iure Luſitano frumentum, & oleum non taxantur inconſulto Principe. n.62. & frumento taxato farina cenſetur taxata. n. 63. aliquando tamen taxatum pretium non debet exigi. 896.n 64

*Teſtamentum.*

Teſtamentum banniti durante banno factum, an conualeſcat per reſtitutionem. p.489.n.197
Teſtamentum à filio deportato factum durante deportatione paterna, an valeat per reſtitutionẽ patris. p.490.n.297.verſ.pro teſtamento facto.
Teſtamenta regulariter nequeunt facere damnati ad mortem de iure communi, ac Luſitano. p.625.ex n.57.vſque ad n.64

*Teſtator.*

Teſtator poteſt in teſtamento expreſsè, & tacitè prohibere confectionem inuentarij. p. 820. n.62.& 63

*Teſtes.*

Teſtis iuridicè interrogatus, non tenetur teſtificari cum graui damno ſuo, nec reuelare ſcripturas: ſecus, ſi eas furetur. p.542.n.342
Teſtes deponentes de infamia publica, an debeãt nominare illos à quibus audierũt p.552.n.198 & an debeant dicere, qoid ſit fama, ſi interrogentur. p.553.n.199
Teſtes inhabiles admittuntur ad probandũ principaliter, non verò circunſtantias. p.611.n.50
Teſtes minùs digni pro reo præferendi ſunt dignioribus,& in fauorem pro innocentia magis credendum eſt, quàm in fauorem accuſatoris. p.655.n.11. Domeſtici pro domeſticis regulariter repelluntur à teſtimonio. p.559.n.16 & in quibus caſibus admittuntur pro domeſticis. n.17.& domeſticorum nomine, qui veniãt. p.660.n.18. & dominus probatæ vitæ poteſt admitti in caſibus etiam criminalibus in teſtem pro domeſticis. n.19

Teſtis legitimè interrogatus etiamſi vnicus ſit, tenetur fateri veritatem. p.669.n.56

Teſtis vnicus ſufficit ad impediendum matrimonium ne fiat. ibid.n.57. item ſufficit teſtis vnicus ad probandum Eccleſiam eſſe conſecratã: & an puer ſit baptizatus,& quando non agitur de alicuius præiudicio. An verò ſufficiat ad clericatum probandum quæſtionis eſt. n.58

Teſti vnico, ſi accedant præſumptiones aliquæ, quam faciant probationem. p.670.n.59. & in quibus caſibus plenè probet, & an ſufficiat ad defendendum reum. n.61

Teſti vnico ad defendendam rei innocentiam nõ creditur:in facto tamen proprio maximè ibid. n.62. Sicut, & viro perito in arte ſua creditur. p.671.n 63.& quando plenè probet teſtis vnus in poſſeſſorio. ibid.n.64

Teſtis vnicus quando proceditur per viam accuſationis interrogatus, an teneatur dicere veritatem. p.673.n.68

Teſtis vnicus, ſeu plures quando proceditur per viam inquiſitionis generalis de delictis in genere,vel de delicto notorio,cuius auctor ignoratur,an debeat reuelare occultum delinquentem. n. 69. Nam iudex poteſt iuridicè procedere,& teſtis iuſtè negare. p.674.n.70

*Teſtes ſingulares.*

Teſtes ſingulares non plenè probant. p.675.n.71. & 75

Teſtium ſingularitas ex ſex deprehenditur: ſingularitas eſt triplex. Prima obſtatiua: ſecunda cumulatiua,ſeu adminiculatiua:tertia diuerſificatiua. p.675.n.72

Teſtes actoris,& rei quando ſunt pares fauendum eſt reo, etiamſi actoris teſtes in aliquo excedant. ibid.n.73. aliquando relinquitur iudicis arbitrio. n. 74

Teſtes ſingulares in ſingularitate obſtatiua, nec ſemiplenè probant. p 676. n.76

Teſtes ſingulares in ſingularitate adminiculatiua probant pluſquam ſemiplenè interdum. ibid. num. 77

Teſtimonium Principis, quando, & quo modo plene probet. p.676.n 78

Teſtes ſingulares ſufficiunt ad torturã.p.677 n.78 verſ.quæſtionis eſt.n.79.nun tamen plenè probant hæreſim ſaltem in genere:aliquando verò eam probant, ibid. n. 80. 81. & 82. nunquam tamen probant ad pœnam delicti ordinariam,ſed ad arbitrariam. ibid.n.83.verſ.contra verò.

Teſtes aliàs inhabiles admittuntur ad probandum hæreſim. n. 84. Duo tamen non faciunt plenam fidem,ſed tres ibidem. p.678. n.85

Teſtes conſanguinei in cauſa hæreſis, an admittantur contra conſanguineos,& parentes contra filios, & è contra. p.679. n 86

Teſtes inhabiles in cauſa hæreſis admittuntur ad probandum principale crimen, non verò adminicula illius. p.679.n.87

Teſtes ſingulares quando probent adulterium ciuiliter, vel criminaliter accuſatum. p.680. num. 88

Teſtes ſingulares in quibus caſibus faciunt probationem. p.680.n.89

Teſtes ſingulares in ſingularitate diuerſificatiua, addito iuramento in ſupplementum probationis,quomodo probent. p.681.n 90

Teſtibus ſingularibus quantum ſit credendum,relinquitur iudicis arbitrio. p.68.n.91

Furor,& decimæ probantur per teſtes ſingulares p.681.n 92.& 93

*Teſtes varij,vacillantes, & contrarij.*

Teſtis varius, vacillans, & contrarius quo modo differant. p.682.n.94

Teſtes vacillantes,varij, & ſibi cõtrarij nihil probant. p.682. n.95. Si tamen ſtatim in eodem iudicio ſe corrigant, habent fidem in ſecunda depoſitione. n.96

Teſtis vacillans qui timendo,titubando, & dubitando deponit,nihil probat. p.683.n.97

Teſtes ſibi varij, & contrarij in aliqua parte, in totum cenſentur varij, & contrarij, & nihil probant. ibid.n 98. Secus ſi ſint varij per errorem. n.99

Teſtis varius in ſubſtantialibus circa modica, & leuia,habet fidem. p.683.n.100

Teſtes contrarij concordati,an probent,vt euitetur falſitas? In foro ſæculari non probant: in foro tamen canonico probant. p.684. n.103 & 104

Teſtes contrarij in criminalibus non concordantur,vt probent contra reum. p.684. n.105

Teſtis vnus alteri ſolum contrarius non poteſt concordari. p.684.n.106

Teſtis dicens ſe credere, & deinde dicit ſe ſcire, non eſt varius. p.685. n.107. ſi tamen deponat dubitando & poſtea affirmando, eſt varius, & ſibi contrarius. n.108

Teſtis extra iudicium vnum affirmans,& in iudicio contrarium dicens, fidem facit in ſecunda depoſitione.p.685.n.109 quod ſi reuocet priorem depoſitionem in ſecundo iudicio, adhuc facit fidem in priori depoſitione. p.685.n.110

Teſtis an ſit varius,qui primo depoſuit ſe ſcire,& deinde depoſuit ſe neſcire. p.685. n.111

Teſtis dicens in prima depoſitione ſe hoc tantum ſcire,& poſtea addit aliquid aliud, quod tãtum ait eſſe verum,eſt ſibi contrarius. p.685.n.112

Teſtis dicens primò ſe hoc tantum ſcire & non plus,vel ſe hoc ſcire, videlicet, eſt ſibi contrarius,& non probat,ſi poſtea aliquid aliud addit. p.685.n.113

Teſtis quando negat,quod Tabellio ſcriptum habet,cui credendum. ibid.

*Teſtis falſus.*

Teſtis falſus,qua pœna debet puniri de iure ciuili,Luſitano,& canonico. p 686. n.115. & 116. Tenetur reſarcire damnum. p.687.n.117. 118 & 121. Et tenetur ſe retractare. ibid. n.119

Teſtis falſum deponens ex ignorantia non mortali, an teneatur ad reſtitutionem.p.688.n.125 & iuſſus teſtificari, ſi tacet veritatem, crimen falſi incurrit, & non tenetur reſtituere ſecundùm aliquos. n.126

Teſtis bona fide abiens ad aliquem locum ſciens ſe vocandum,vt teſtificetur non peccat:ſecus ſi per fraudem alio diuertat & quid de reſtitutione, & an peccet contra iuſtitiam. p.688. & 689. n.127. & 128

Teſtis deponens falſum extra articulos,an puniatur de falſo.p.689.n.129 ſicut deponens tacita veritate, vel obſcurè, & dolosè, vel per malitiam occultat illam,vel non reddens rationem tenetur de falſo. p 690.n.130

Teſtem corrumpens, vt verum taceat,punitur de falſo, ſicut qui corrumpit, vt deponat falſum. ibid.n 131

Teſtes falſos ex interuallo producens, vel inſtrumẽta falſa quot pœnis ſit puniendus. ibid.n.132

Teſtis

Teſtis accipiens pecuniam, vt deponat verum non punitur de falſo: ſecus ſi deponat falſum. p.691.n.134.& 135

Teſtis deponens falſum ſine vllo effectu, quia nemini nocuit, ſecundùm probabiliorem punitur de falſo, quia per accidens non nocuit. p.692. n.136. Non tenebitur tamen reſtituere. n.137. Sicut non tenetur reſtituere quicquam deponens falſum in præiudicium fiſci. n.138

Teſtes falſidici in caſu hæreſis, quando grauiter nocent, poſſunt tradi Curiæ ſeculari; ſecus ſi leuiter noceant: tunc enim poſſunt loris cædi, & mitti ad triremes. p.692. n.139

Teſtes poſt concluſum in cauſa poſſunt examinari quando agitur de matrimonio. p.695. n.149. & quando poſſit iterum examinari teſtis ſemel examinatus poſt concluſum in cauſa. n.150. & de nouo examinari, qui ex ignorantia non fuerunt producti. p.696. n.152

Teſtis quando poteſt teſtimonium ſuum declarare. p.461.n.220

Teſti, Tabellioni, & aliis officialibus xenia & munera data, quando ſunt reſtituenda. p 414. num.31

*Theſaurus, Theſaurarius.*

Theſauri numerantur inter Regalia, quando inueniuntur: quæ verò portio pertineat ad Reges, præſertim in Luſitania, quæſtio eſt anceps. p.295.n.19.verſ.quæſtio tamen implicita.

Theſaurarij negligentes in ſoluendo ſtipendiariis tenentur ad intereſſe. p 921.n.6

Theſaurarij, ſeu receptores nullam habent iuriſdictionem. Ibid.n.7

*Torqueri.*

Torqueri nemo poteſt niſi ob crimina grauiora, & grauibus, & vrgentibus indiciis ſaltem per duos teſtes probatis. p.619.n.48

Torqueri omnes poſſunt, niſi à iure excipiantur. p.633.n.75. & qui ſint illi. p.634.n.79. ex lege Luſitana non ſunt torquendi Doctores, nobiles, & equites. p.636.n.83

Torquendi propter crimina excepta, an excuſentur propter ætatem, & propter vires debilitatas. ibid.n.84.& ſeqq.

*Tributa.*

Tributa ſi non ſufficiant poteſt Princeps addere ad defendendum mare. p.39.n.100

Tributa, vt ſint iuſta, quæ requirantur. p.386. num.8

Tributum non debet pauperes plus grauare, quàm diuites, vt ſit iuſtum. ibid.n.10

Tributum non debet eſſe ſuper rebus neceſſarijs ad vſus quotidianos. p.387. n.11

Tributa ſunt iniuſta, ſi imponantur ad expenſas inutiles, ſeu particulares. ibid n.12

Tributa immoderata vltra id quod cauſa petit, non debentur quoad exceſſum, nec cauſa ceſſante. p 387. n.15

Tributa, quæ non ſunt ſoluenda. p.389. n.20. & quid de tributis dubiis. ibid.

Tributorum leges per verbum præceptiuum, an obligent ſub mortali ad ſolutionem. p.390. num.21

Tributa quomodo in Luſitania fuerunt recepta, & quomodo obligent. p.391.n.22

Tributa non tenentur offerre publicano, qui per vias publicas merces portant. p.392. n 23

Tributa an debeant etiam vendentes merces, vel per fraudem, aut vim fraudantes exactores. p.392.n.24.& an debeantur quando exactor, & iudex iuridicè interrogat. n.25

Tributa, quando ſeuerè exiguntur ſoluenda ſunt, ſi petantur p 398.n.37

Tributa quæcumque ſint de rebus ad vſum familiæ neceſſariis, an ſint ſoluenda præſertim in quatuor caſibus. p.397. n.39

Tributa impoſita ſuper rebus emptis, vel venditis ad vſum familiæ pauperiores magis grauant, quàm diuites. p.397.n.40

Tributa an poſſit quis defraudare, nec ſoluere gabellariis, qui ea à Rege habent conducta, quando Rex debet aliquid defraudantibus. p.398. n.43

Tributorum ab onere, qui ſint exempti de iure Luſitano. p.405. n.60. & ſeqq.

*Tutores.*

Tutor quamuis excuſetur à confectione inuentarij, non excuſatur tamen à deſcriptione bonorum pupilli. p.811. n.64. Nam inuentarium omnino debet fieri communiter; ex cauſa tamen poteſt omitti. p.810.n.22.23.& 25.& quæ pœnæ non conficientibus illud. p.811.n.26.27. 28. & 29

Tutor liber per teſtatorem à reddenda ratione an excuſetur, ſi dolum committat, etiamſi illi legetur, quod per dolum obtinuerit. p.821. n.65.& 66

Tutores non conficiendo inuentarium ad quæ teneantur, & an contra illos habeat locum iuramentum in litem. p.822. n.68

Inuentarium factum à Tutore, & Curatore, & factum ab hærede in quo differant. p. 823. num. 69

Tutores, vel ſunt legitimi, vel teſtamentarij, vel datiui: & quinam eorum ſit præferendus cæteris. p. 824. n. 2. & 3. & proximior in gradu debet eſſe tutor ſecundùm iuris ciuilis computationem. p.825. n.4.& 5

Tutores poſſunt dari à patre filiis mancipatis, confirmandi tamen à iudice. n.9. & à matre, quando poſſint tutores relinqui filiis. p.826. num.11

Tutores ex priuilegio eſſe nequeunt, qui habent quinque filios legitimos, vel nepotes. p.827. n.17.& 18.Item ſeptuagenarij excuſantur à tutelis. p.828.n.21. ſicut Senatores, Correctores, Auditores, & Iudices: p.828 & 829.n.22

Tutores de iure noſtro, qui non poſſunt cogi, quinam ſint. p.827.828.& 829. n.17.18.19.20. 21. & 22

Tutores teſtamentarij recuſata tutela non conſequuntur legatum relictum ratione tutelæ iniuſtæ: idem in fideicommiſſis. p.829. n.32

Tutor ex cauſa iuſta impeditus ad tutelam ſuſcipiendam non amittit legatum. p 830.n.34.præſumitur in dubio teſtator legare contemplatione ſanguinis, non verò ratione iniuſtæ tutelæ. n.35

Tutores de iure nouiſſimo recuſata tutela nihil poſſunt conſequi ex legatis relictis, niſi conſtet de voluntate teſtatoris. p.830.n.36

Tutori recuſanti tutelam ex quacunque cauſa nihil debetur ex legatis relictis, non priuabitur tamen ob id ſubſtitutione pupillari. p.830. num.37

Tutores affectantes tutelas vocantur potiùs tollitores, quam tutores, quia tollunt bona, nec tuentur pupillos. ibid.n.38

Tutoris appellatione venit aliquando curator, & è contra. p.830.n.39. datur tutor perſonæ principaliter,

cipaliter, ſecundariò autem rebus: curator datur principaliter rebus, ſecundariò perſunæ. p 831.n.40

Tutela, & cura quanto tempore durent de iure communi, & quid de conſuetudine apud Gallos ibid.n 42.& Rex debet habere curatorem. p.832.n.46

Tutor non poteſt eſſe ſub conditione, neque in diem, aut ex die, quando eſt tutela datiua, ſecus in tutela teſtamentaria: de iure Luſitano durat tutela per biennium. ibid. n.48. finitur tamen tutela ſi non defendat tutor pupillos, aut propter inimicitias. p 836.n.61

Tutores debent conſeruare pupillos à criminibus intactos, peccantque mortaliter, ſi in hoc fuerint negligentes. p.838.n.71

*Tutores, & Curatores quid poſſint in votis.*

Tutores, & Curatores, poſſunt irritare vota ſuorū pupillorum & minorum, & quomodo. p.838. ex n.72.ad 75. & quid poſſint Curatores circa vota prodigorum, ſiue maiores ſiut, ſiue non. p.839. n.76

Curatores poſſunt irritare vota minorum iuramento confirmata. n.77. & quando Matres, & Auiæ poſſint irritare vota filiorum, vel nepotum. p.839. n.78

Tutores plures vnius quilibet poteſt irritare vota. n. 79. & an reuiuiſcant ſemel irritata. p. 840, n.80.& 81. & in quibus caſibus nequeant irritari. p.841.n.82.& 83

Vota minorum facta cum intentione ad implendi ea tempore quo ipſi ſunt ſui iuris, adhuc poſſunt à tutore irritari. p.842.n.86.& 87

Tutores poſſunt donare pro facienda pace ad fauorem pupilli, & reſtituere pecunias illicitè acquiſitas, & ſimilia ſine decreto iudicis.p.843 n 89.& 90. Nequeunt tamen remittere debita liquida, nec dubia. n.91. nec poſſunt remittere iniurias, nec poſſeſſionem bonorum ſuorum minorum, & quid de actione iniuriarum competente poſthumo.n.92.& 93. vbi probabilius eſt iniuriarum remiſſionem fieri poſſe interueniente Prætoris decreto: aliter enim non valebit remiſſio. p.844.n.95

Tutores, ac Curatores peccant, ſi non præſeruent bona minorum ab iniuriis. p 845.n.1. quia iurant facere vtilia, & inutilia prætermittere.n.2 & implicitè promittunt defendere bona minorum. n. 3

Tutores adminiſtrantes bona minorum ſine decreto iudicis quot pœnis puniantur.p.845.n.4. & quid de matre. p.846.n.5

Tutores poſſunt aliqua expedire ante ſuſceptam adminiſtrationem de manu iudicis, & quæ p.846. n.7

Tutorum peccata in ſpecie, quæ ſint.n.8.aliquando poſſunt furti accuſari. n 9. & quid ſi redimant debita ſua pecunia pupillari. n. 9

Tutores, & Curatores de qua culpa teneantur. num.10

Tutores tenentur de damno illato, ac de negligentia in rebus minorum adminiſtrandis.p.847 num.11

Tutores reperti debitores in frumento, in quo pretio debent ſatisfacere. n.12

Tutores vſurpantes bona minorum qui debeant fructus reſtituere. p.848.n 13

Minoribus furto ablata, ſi melioren tur apud tutores cum meliorationibus ſunt reſtituenda. num. 14

Tutores cum pecunia pupillari ex ignorantia non negotiantes, tenentur reſtituere. p.849.n.15

Tutores quando excuſentur à reſtitutione, quòd non negotientur cum pupillari pecunia.p.849 num. 16

Tutores non impediendo damna illata minoribus tenentur reſtituere. p.849.n.17

Minori læſo in venditione res eſt reſtituenda, emptori verò ſuum pretium. p.853.n.28

Tutores de iure communi poſſunt contrahere cum pupillis palam, & bona fide: ſecus de iure Luſitano. p.854.n.29

Tutor nec per ſe, nec per interpoſitam perſonam poteſt emere rem pupili. p.855.n.30. De iure tamen Hiſpano poteſt emere rem minoris authoritate Iudicis. n. 31

Tutores, quando ſunt creditores pupillorum poſſunt ſibi ſoluere, non tamen intereſſe conſequentur.p.855.n.32. nequeunt tamen ſibi ſoluere ex pecunia pupillari deputata ad emptionem prædiorum. n. 33

Tutores an poſſint ſibi ſoluere de rebus pupilli, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt; & quid de rebus per fideicommiſſum relictis.p.855.n.34. & an poſſint authoritatem præſtare pupillo, ve ſibi ſoluatur. p.856.n.35.verſ. An verò poſſit.

Tutor, eius filius, aut nepos poſſunt contrahere cum pupilla matrimonium: ſecus de iure ciuili. p 856.n.36

Tutores, ſeu Curatores poſſunt durante tutela tradere matrimonio pupillas adultas, eiſque ſufficientem dotem conſtituere. p.856. n.37

Tutor ſi dotet puellam vltra vires proprij matrimonij, dos quoad exceſſum non valet, niſi propria bona, ac perſonam obliget.p.856.n.38

Tutores Principum poſſunt donare, reliquorum verò poſſunt facere eleemoſynas loco minorum. p 857.n.39

Tutores poſſe recipere aliquid pro maritandis ſuis minoribus aliqui affirmant; ſed melius negatur. p.857.n.41

Tutoribus an liceat inducere minores, vt ſibi relinquant aliquid in teſtamento. p.857.n.42.

Tutores an relictis bonis ſuis teneantur in aliquo periculo conſulere rebus minorum. ibid.n.43

Tutores ſoli poſſunt agnoſcere poſſeſſionem bonorum, non autem repudiare. p.858.n.44

Tutores pecunias relictas ad alimenta minorum depoſitas apud mercatorem, qui poſtea decoxit, non tenentur reſtituere. ibid.n.47

Tutores non deponentes pecuniam pupillarem quantum lucri præſtabunt pupillo. n. 48

Tutor an poſſit deponere pecunias pupillares per contractum ſocietatis ſalua ſorte, & per venditionem lucri incerti, puta ad ſeptem videlicet pro centenario, p.858. & 859. n. 49. & 50. & an poſſit mutuare pecunias pupillares cum pacto de ſoluendo lucro ceſſante, & damno emergente pupillis. p.860. n.51

Tutor poteſt accipere mutuum traditis mobilibus loco pignorum. p.862.n.52 & pignus poteſt dare validè in ſecuritatem contractus in fauorem minoris. ibid. n. 56. ſecus ſi tutor agendo rem propriam tradat rem minoris in pignur. ibid.

Tutores, & reliqui alieni patrimonij adminiſtratores iuramentum de calumnia ſine ſpeciali mandato præſtare poſſunt: quod ſi recuſent iurare, nocent principalibus. p. 862. n. 57. & 58

Tutores, & adminiſtratores alieni patrimonij non poſſunt prorogare terminum ſolutione præfixum cum notabili præiudicio minorum. p.862. n.59

Tutores, & Curatores nequeunt ex interuallo ſine decreto ponere pactum in contractu venditionis de retro vendendo. p.862.n.60. Secus in ipſo contractu. n.61. nam pactum de retro vendendo eſt pars ipſius contractus, & quando reſoluitur, fit executio ipſius contractus. p.863.n.62

Tutores debent rationes pupillares habere diſtinctas à propriis. p.863.n.63

Tutores non obligant pupillos per ſuam confeſſionem de pecunia mutuo accepta, nec pupillis nocent. ibid.n.64

Tutor ſocius ſui pupilli, & Curator ſui minoris, ſi proprio nomine emant ex communi pecunia, communicant. p.863. n. 65. etiamſi repugnent pupilli,& minores. p.864.n.66

tores in dubio dum contrahunt,cenſentur id facere nomine pupillorum. p.864. n.67. Sicut cenſetur procurator in dubio contrahere nomine principalis. ibid.

itores negotiando aliquid ex officio cenſetur negotiari nomine pupillorum. p.864.n.68

itores tanquam tutores agentes iuri ſuo non præiudicant,& poſſunt iuri proprio conſulere. ibid.n.69

itores poſſunt petere reſtitutionem nomine pupilli aduerſus actum quem ipſi tutores geſſerunt: minores verò poſſunt petere reſtitutionem,vel agere contra tutores. p.865.n.61

*De Tutorum, & Curatorum ſalario.*

utoribus,& Curatoribus de iure communi non debetur ſalarium. p.866.n.1. poſſe tamen peti ex iuſta cauſa aliqui tradunt. ibid.n.2.

utoribus poteſt ſalarium conſtitui ob laborem appoſitum in negotiis gerendis. p.866.n.3

utori,& Curatori de iure Luſitano datur vigeſima pars fructuum, ac redituum bonorum pupilli,ſeu minoris. p.866.n.5

utoribus, vel Curatoribus de iure Hiſpano datur decima fructuum. p.866. n 6

utoribus male gerentibus ſuum officium non debetur ſalarium, neque detrahunt decimam ex condemnatione fructuum,qui ab ipſis reſtituuntur ob malam adminiſtrationem eiſdem pupillis. p.867.n.7

utores partim malè, & partim benè adminiſtrantes decimam reportabunt pro parte benè adminiſtrata. ibid.n.8.& 9. niſi adminiſtratio vnius temporis noceat adminiſtrationi alterius temporis. ibid.n.10

Tutoribus quantum ſalarij ſit conſtitutum, apud Burgenſes, Gallos, & apud Hiſtrianos,& Aurelianos, & apud Anglos. p.867.n.11

Salarium vbi non decernitur Tutoribus, poteſt decerni ſecundùm leges, ac conſuetudinem loci viciniores, ac prouinciæ. p.868.n.12

Tutores cum exeunt peregrè,poſſunt vltra ſalarium deducere ſibi expenſas induſtriales, & perſonales, quas fecerunt. ibid.n.13

Tutori putatiuo probabilius eſt non deberi decimam,ſed ſalarium. p.869. & 87 . n.16. & 18

Tutore ab inualido geſta non valent etiam concurrente errore communi: ſecus de factis à Parochis accedente titulo putatiuo, & errore communi. p.870.n.18

Tutores partiales partem decimæ recipient, niſi promittant expreſſè reſtituere totam decimam. p.872.n.22.& 23

Fructus de quibus ducitur decima à tutore,intelliguntur deductis expenſis, ſiue ſint fructus naturales, ſiue induſtriales, ſiue ex venatione,ac piſcatione, & ex prouentibus; itemque ex partu ancillarum,non tamen de rebus donatis minoribus. p.873.& 874.n.24.25.26.27. 28. & infrà n.40

Tutores ducent decimam de tributis, de ſyluis cæduis, de lapidicinis, & venis metallorum. p.875. n.30. non tamen de theſauro inuento in agro minorum, quia theſaurus non eſt pars fundi. ibid.n.31.& 32

Tutores poſſe decimare fructus pendentes,quando finitur tutela,eſt probabilius.ſed oppoſitum eſt incertum,cum ſint bona mobilia,& de proximo à fundo ſeparandi. p.876. n.33.34. & 35

Decima duplex eſt detrahenda à tutore, ſi bona minorum bis in anno fructificent. p.877. num.36

Tutores decimabunt fructus rerum caſtrenſium minorum, non tamen ſtipendia, quæ minores propriis manibus conſequuntur. ibidem. num.37

Tutores,vel Curatores non decimare fructus Eccleſiaſticos ſuorum minorum probabile eſt;ſed oppoſitum eſt probabilius, p.877.n.38

Tutores non decimant fructus minorum malè quæſitos, quia hi non communicantur inter ſocios, & debent reſtitui,nec decimantur fructus,niſi deductis oneribus, & expenſis. ibid. n.39. & 40.

V

*Vaſſalli.*

VAſſalli incidentes in crimen læſæ maieſtatis amittunt omnia bona ipſo iure;ſed fiſcus non ſuccedit,niſi poſt ſententiam,quæ ſemper eſt neceſſaria. p.550. n.166. & 167. Nec fiſcus in bonis vaſſalli habet verum dominium, ſed ſecundùm quid à die commiſſi criminis.n.168

Vaſſalli poſſunt in aliquibus caſibus contra dominos aduocare,teſtimonium ferre, vel accuſare. p.718.n 258.& 259

*Veneficium.*

Veneficia quando habent hæreſis nihil ad mixtum,ſunt caſus mixti fori.p.178. n.27. quod ſi habeant aliquid ad mixtum hæreſis,pertinent ad Inquiſitores. n.28

Venefico à parato nunquam licet petere, vt maleficia maleficiis deſtruat.p.180.n.35.& p.181. n. 37

Veneficia facere, aut illis vti eſt mortale, & in aliquibus ſynodalibus conſtitutionibus habet annexam excommunicationem. p.183.n.40

*Vendere.*

Vendere officia nequeunt domini inferiores Summo Principe. p.43. n.122. Secus à Summo Principe. n.123. non tamen conuenit.p.44 n.128

Venditio officiorum,quę habent iuriſdictionem, prohibetur à Pio Quinto. ibidem. n.130. & 131

Venditores vltra rigoroſum, aut ementes infra pium, contrahunt obligationem reſtituendi id quod ſupereſt in vno,& quod deeſt in altero. p.898.n.78

*Verbum.*

*Verbum.*

Verbum *non poteſt*, ſeu *non poſſit*, reddunt actum nullum. p.43 n.126

Verba noua ſunt vitanda, & doctrina antiqua amplectenda præſertim in materia Religionis. p.66.n.224

Verbum, *præſumo*, quid importet. p.58.n.203

Verbum, *priuamus*, inducit priuationem ante ſententiam. p.252.n.319

*Vicinus.*

Vicinus poteſt cogi ad vendendum pro Eccleſia ædificanda. p.918.n.12

Vicinus inferior non obſtante fumo ſuperiores vicinos offendente poteſt ignem accendere, & ſuperior vicinus per ſuum ſolarium aquam proijcere. ibid. verſ quid dicendum.

*Vinum.*

Vinum vendentes, ſeu tabernariorum officium exercentes. p.888.n.24

Vini extractio prohibita non extenditur ad vina compoſita, & aromatica, neque ad acetum, neque ad vinum nimis aquaticum. p.891.n.41

Vinum, & oleum de iure Luſitano non taxantur inconſulto Principe. p.895.n.62

*Violatio.*

Violatio charitatis non obligat ad reſtitutionem. p.47. & 48. n. 151. & 153. vbi de culpa obligante ad reſtituendum.

Violare legem ſæcularem ex contemptu eſt mortale. pa 10.n.231. & aliquando eſt mortale ſine contemptu violare leges. ibid.

Violatio præcepti à Prælato impoſiti pro re minima aliquando ſub mortali obligat. p. 113. num 340

*Vis coactiua.*

Vis coactiua eſt in perſona publica, non verò in perſona priuata. p. 3. num. 10. introductionis procemialis.

*Via.*

Viæ publicæ, fontes, & pontes à quibus ſunt reficienda. p.916. n.10

*Votum.*

Votum rei indifferentis cur non obliget, & iuramentum maximè factum homini. p.602.n.384. & 385

Vota minorum iuramento confirmata irritari poſſunt à Curatore, & Tutore. p.840.n.77. & in quibus caſibus nequeunt tutores irritare vota. p.841.n.82. & 83

*Vſura.*

Vſuræ non ſunt permittendæ à Principe, ſed oppoſitum eſt verius. p.51. n.175 ſtatuta tamen de ſoluendis vſuris ſunt nulla: & facientes, quas pœnas incurrant. ibid n.176

Vſuram committunt officiales Regij, ſi quid accipiant pro expectanda ſolutione. p.922.n.2

Vſura, vt abſit à monte pietatis, requiritur quòd pecunia ſit negotiationi deſtinata. p.913. num.36

Vſuræ crimen eſt caſus mixti fori, quamuis aliqui opinentur minus benè tamen, eſſe merè Eccleſiaſticum. p 243. n.283. & 284. & ideò hoc crimen eſt puniendum in vtroque foro tam ſæculari, quàm Eccleſiaſtico. n.285

Vſura, quo iure ſit prohibita diuino ne, an poſitiuo; & in quas pœnas vſurarij incurrant de iure communi. p.244.n.289. & de iure Luſitano, & Hiſpano. n.288

Vſurarius non poteſt facere teſtamentum: priuatur Euchariſtia, & Eccleſiaſtica ſepultura. p.245 num.289

Vſurarij manifeſti, qui dicantur. n.290. & an ſit manifeſtus, qui domi exercet vſuras. p.245. n.291

Vſurarius eſt ipſo iure infamis n.292. an eam incurrat ante ſententiam. p.246.n.293

*Vxor.*

Vxores ſenatorum quandiu viuunt honeſtè mortuis meritis gaudent priuilegio illorum. p.357. n.179. & clariùs p.358. n.181.

Vxori priuilegium conceſſum cenſetur conceſſum marito. p.358.n.183

Vxor non poteſt diuertere à marito propter excommunicationem, poteſtque participare cum illo tam in humanis, quàm in diuinis: non tamen ſponſa de futuro. p.584.n 316. & 317

Vxor pro marito abſente quando poſſit appellare. p.967. n.90. Pro reliquis vide ſuprà verbum *Coniux.*

X

*Xenodochium.*

XEnodochium, ſiue hoſpitale de bonis profanis ſine authoritate Prælati erectum non ſubeſt Epiſcopo, niſi quoad viſitationem circa onera pia exequenda. p 908.n.9

Xenodochij cauſæ authoritate Ordinarij erecti coram iudice laico expediuntur. p.909. n.13. de iure Luſitano.

Xenodochia, quæ in hoc Regno ſunt de immediata protectione Regis. p.909.n.19

FINIS.